UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies octavus et nonus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1865 [erschienen] 1866**

urn:nbn:de:hbz:466:1-72229

Visual Library





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ACTA

# SANCTORUM

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PARISIIS. — EX TYPIS V. GOUPY, VIA GARANCIÈRE, 5.




PARISIIS & ROMÆ, APVD VICTOREM PALME. M. DCCC. LXV.

# ACTA SANCTORUM

Ex Latinis et Græcis aliarumque gentium Monumentis, servatâ primigeniâ veterum Scriptorum phrasi

COLLECTA, DIGESTA, COMMENTARIISQUE ET OBSERVATIONIBUS

ILLUSTRATA A

CONSTANTINO SUYSKENO P. M., CORNELIO BYEO, JACOBO BUEO,
JOSEPHO GHESQUIERO, IGNATIO HUBENO

PRESBYTERIS THEOLOGIS.

EDITIO NOVISSIMA, CURANTE JOANNE CARNANDET

## OCTOBRIS TOMUS QUARTUS

**QUO DIES OCTAVUS ET NONUS CONTINENTUR.**

01




PARISIIS ET ROMÆ
APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM

1866



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

06
10
iOM
1040-52
D 16 94
GESAMTHOCHSCHULBIBLIOTHEK PADERBORN
ÜF 11
76: 1999

# MAXIMILIANO

REGIO HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ PRINCIPI

ARCHIDUCI AUSTRIÆ

DUCI BURGUNDIÆ, LOTHARINGIÆ ETC., MAGNI MAGISTERII IN PRUSSIA ADMINISTRATORI

MILITIÆ ORDINIS TEUTONICI

PER GERMANIAM ET PARTES TRANSMARINAS

MAGNO MAGISTRO

COLONIENSI ET MONASTERIENSI

COADJUTORI

COMITI HABSPURGI, TYROLIS ETC., DOMINO IN FREUDENTHAL ET EULENBERG.

Annus jam, SERENISSIME ARCHIDUX, supra septuagesimum volvebatur octavus, ex quo Bollandianum Opus, Augustissimæ Domus Tuæ patrocinio ac Regia prorsus munificentia suffultum, auspicatissime procedebat; jam ultima anni sacri pars trimestris felicibus auspiciis Augustissimæ Matris Tuæ, Magnæ MARIÆ TERESIÆ, Romanorum Imperatricis, Hungariæ et Bohemiæ Reginæ, Dominæ nostræ vere Clementissimæ ac Fautricis perpetuæ prospero in cursu erat; jam triginta omnino non exiguæ molis volumina Cæsareæ Domus Principibus, quorum etiam immortalia nomina, tomis singulis præfixa, incredibile Operi contulerant ornamentum, fuerant dedicata; cum eruditi fere omnes non modo, ne inopinato totique orbi notissimo casu lucubrationum nostrarum filum interrumperetur, sed et plane præcideretur, vehementer extimescere cœperunt. At vero, quibus perpetua Austriacæ Domus in Deum pietas et in cœlites universos studium perenne magis erant perspecta, meliora de Sanctorum Actis augurabantur. Hi nimirum animo volvebant, quam munificam ac pene profusam religiosissima Parens Tua Operis nostri Patronam atque Matrem per tot annorum seriem Sese exhibuisset: quam ardentibus Ei semper in votis fuisset, Supremi Numinis





cultum omniumque Sanctorum venerationem quaquaversum diffundere, diffusum tueri ac sartum tectumque pro viribus conservare. Noverant præterea, PRINCEPS REGIE, quot quantisque muneribus Eadem Mater Tua ad promovenda Suis in regnis provinciisque sacrarum præsertim scientiarum studia eruditorum animos pellexisset semper atque accendisset. Neque eos spes tantis nixa præsidiis ullatenus fefellit. Ecce enim, faventibus Superis, omnibus secundum Deum propitiis Cœlitibus, patrocinium opemque MARIA TERESIA, Regina vere Apostolica, ultro conferente, Sanctorum Acta respirant, ac quinquagesimus vastissimi Operis tomus munificentissimæ Matris Tuæ subsidio prodit in lucem. Tanto porro hoc nobis accidit jucundius, quanto præclarius nobiscum actum arbitramur, quod ex Regio Illius nutu novissimum hunc vigiliarum nostrarum fructum atque Operis nostri, Ejusdem beneficio veluti reviviscentis, fœtum ad Tuos, SERENISSIME PRINCEPS, pedes, qua par est, veneratione liceat deponere. Et verò quotusquisque edicat, quantus inde lucubrationibus nostris splendor, quantum universo Bollandiano Operi accessurum sit ornamentum? Jam Cæsarum, Proavorum Tuorum, Leopoldi Magni, Josephi I; jam Avi Tui Caroli VI semper Augusti; jam Augustissimorum Parentum Tuorum Francisci Imperatoris ac MARIÆ TERESIÆ, feliciter divino munere imperantis; jam denique Serenissimorum Fratrum Sororumque Tuarum omnium nominibus, in secula perennaturis, Sanctorum Acta decorata videbantur. Unus e numerosa fœcundissimæ Domus progenie, PRINCEPS, desiderabare, a quo eadem Acta indelebile nomen essent mutuatura. Suscipe igitur nostrum hoc, immo Matris Tuæ munus eo favore, quo Austriaci Sanguinis Principes solent omnia; ea vultus serenitate, quam, dum nuper Belgii nostri provincias perlustrabas, urbes, oppida, loca quævis summis laudibus extulerunt. Neque ulli dubitamus, quin a Serenitate Tua, quam sibi et Ordo Teutonicus Supremum Magistrum, et Coloniensis ac Monasteriensis Præsul Adjutorem dignissimum obtigisse merito lætantur, summa sit benevolentia suscipiendum, quod Cæsareæ stirpis Archiduces clientum suorum vota tanto suscipere consueverunt benignius, quanto ad altiora pro meritis fastigia evehuntur. Quo beneficio nobis immerentibus præstito, numquam Deum Ter Optimum Maximum enixe deprecari cessabimus, ut Te cum Augustissima Parente, cujus singulari munificentia nostrum hoc Opus vigori pristino est restitutum, cum Invictissimo Romani Imperii Capite Josepho II, cumque aliis Serenissimis Fratribus ac Sororibus Tuis salvum diu atque incolumem servare dignetur.

PRINCEPS REGIE

SERENITATIS TUÆ

*Devotissimi Clientes*
CORNELIUS BYEUS
JACOBUS BUEUS
IGNATIUS HUBENUS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



P. CONSTANTINUS SUYSKENUS S. I.
OBIIT XXVIII IUNII ANNO MDCCLXXI ÆTATIS LVII
*Suyskenum eripuit terris mors invida: numquam*
*Undenos rapiet, queis dedit Acta, tomos.*

# ELOGIUM

REVERENDI PATRIS

# CONSTANTINI SUYSKENI

HAGIOGRAPHI SOCIETATIS JESU, TOY MAKAPITOY.

*Auctore Ignatio Hubeno presbytero.*

## CAPUT I.

*Suyskeni natales, studia in seculo, ingressus in Societatem et quæ in ea gesserit, donec illustrandis SS. Actis applicaretur.*

*Sublatus e vivis anno 1771 P. Suyskenus,*

Annorum jam omnino septem supra quinquaginta effluxerat spatium, ex quo profestus SS. Apostolorum Petri et Pauli dies summo Bollandianos Patres affecerat dolore, dum laboriosissimum vastissimi Operis promotorem, R. P. Danielem Papebrochium, non sine eruditorum omnium luctu e vivis eripuit, cum eadem plane luce anno a Virgineo partu MDCCLXXI inter mortales esse desiit P. Constantinus Suyskenus, Bollandiani Musei a decennio senior. Ea porro Viri hujus de Actis SS., atque adeo de republica litteraria universa sunt merita, ut, licet a me dignis satis laudibus efferenda non sperem, omnino tamen illa tacitus præterire si velim, non ingrati modo animi vitio laborare, sed et Majorum nostrorum morem institutumque videar infregisse. Etenim illis jam a seculo et ultra nihil fuit solennius, quam decessoribus suis, posteaquam ad æterna sacrorum laborum præmia commigrarant, non exquisito fucatove verborum ornatu, sed veraci rerum ab eis recte gestarum enarratione parentare; neque id adeo, ut cœlestibus sedibus receptos (uti fas est sperare) ac proin humanarum laudum minime indigos altius eveherent, quam ut tantorum virorum exempla legentium animos incenderent acrius, et ad eorum imitationem vehementius impellerent. Patri igitur Constantino parentemus et nos. Ne vero, lector benevole, ipso te in limine pluribus detineam, quæcumque hoc elogio comprehensurus sum, compendio accipe. Primum quidem Suyskeni natales, studia, et præclare in Societate gesta, donec Bollandiano Operi admoveretur, exponam; tum quos propagandæ Sanctorum gloriæ labores impenderit; ac demum, quibus potissimum ad mortem usque virtutibus effulserit, scriptione, qua potero, brevissima, quod lectoribus parere tædium prolixitas soleat, complectar. Itaque rem ipsam aggrediamur.

*natus est anno 1714 Sylvæ-Ducis; in politioribus literis Ruræmundæ;*

2 Sylva-Ducis, plurimorum illustrium virorum natalibus inclyta, et episcopali sede ad medium fere elapsi seculi, quo Batavorum potestati subjecta est, celebris Brabantiæ civitas, ad Dommelam et Aam fluvios sita, P. Constantinum mundo dedit anno reparatæ salutis MDCCXIV, XIII Kal. Septembris, S. Bernardo Doctori Mellifluo sacra die. Parentes nactus est non opibus minus, quam avita pietate, solidaque in Deum ac superos religione insignes. Ab his interim omni morum honestate et primis Orthodoxæ fidei regulis dum puerulus imbuitur, sensim eo ætatis devenerat, ut jam ad humaniores perdiscendum litteras dimittendus videretur. Verum hic magna piorum parentum animas cura injiciebatur: etsi enim suus Sylvæ-Ducis ludus litterarius non deesset, in quo latini sermonis notitiam haurire aliisque liberalibus artibus instrui posset; quod tamen tum ab Acatholicis institutoribus, tum ab heterodoxorum illuc affluentium discipulorum consuetudine labem aliquam simplicis pueri moribus fideive facile aspergendam arbitrabantur, Catholicorum, quo filium mitterent, circumspiciebant palæstram, ubi absque fidei morumque periculo totum se virtuti et politioribus studiis daret. Annorum igitur vixdum undecim puer ex parentum imperio proficiscitur Ruræmundam (Gueldriæ ad Mosam

Mosam oppidum) ubi Societatis Jesu Patribus erudiendæ juventutis demandata erat provincia. Mirum, quot hic quantaque vel ab ipso exordio pietatis ac doctrinæ dederit specimina. Ut enim erat egregiis a natura dotibus ornatus, felici scilicet memoria, ingenio acri et qualiscumque scientiæ capaci, quibus et immensa accedebat in studia propensio, nihil erat in perdiscendis litteris tam arduum, nihil intricatum adeo, quod non facili negotio superaret et dissolveret feliciter; adeo ut vix non semper æmulorum victor, raro ab eis victus e stadio discederet.

*Duaci vero Philosophiæ uno anno incubuit: admissus in Societatem, peracto tirocinio,,*

3 Exacto tam laudabiliter per sexennium inferiorum studiorum curriculo, ad excipienda Philosophorum placita animum adjecit, seseque insigni politioris litteraturæ supellectili instructus Duacum contulit. Hic numerosissimos inter celeberrimæ academiæ alumnos adlectus, tantam brevi temporis spatio nominis sui famam apud omnes conciliavit, ut tamquam absolutum doctrinæ exemplar ab omnibus suspiceretur. Neque interim minori cura diligentiaque noxios ætati teneræ scopulos, in quos non pauci solent impingere, declinabat; imo, cum ne hoc quidem pacto diu tuto salutis semitam tenere se posse existimaret, ad perfectioris vitæ normam amplectendam animum adjicere cœpit. Itaque salutari adeo incensus desiderio, seseque quasi divinitus ad Societatem Jesu impelli sentiens, instantius in illam recipi expetiit, ac voti compos factus, dimissis cum seculo profanis studiis, anno MDCCXXXII V Nonas Octobris summa animi alacritate tirocinium Mechliniæ ingressus est. Positis hic per biennium religiosæ vitæ fundamentis, ipsa Seraphici Patris, cujus illustrandis Actis tot olim vigilias ac labores erat impensurus, festiva luce se Deo ac Societati votis obstrinxit.

*ac anno altero Physicæ, repetendisque humanioribus litteris impenso, has juventuti quinquennio tradidit,*

4 Mox Hallas Deiparæ primum, tum Antverpiam moderatorum jussu concessit; illuc, ut, quas in seculo hauserat, humaniores litteras repeteret, huc vero, ut Physicæ, quam religionem citius ingrediendi studio distulerat, operam navaret, Philosophicum summa cum laude emensus curriculum, Antverpiensi juventuti litteris et pietate informandæ magister præficitur. Laborioso hoc in munere quantum se per quinquennium probarit, testatum abunde faciunt, quibus eum etiam hodie laudibus efferunt ipsius olim discipuli, et in docendo collegæ. Lovanium deinde à Superioribus missus, ut sacram sibi ex utilissima divinarum rerum scientia messem compararet, tanto in id animi nisu et constantia per annos quatuor incubuit, ut horum quarto contractiores primum theses, selectas dein ex universa Theologia quæstiones publice tueri sit jussus. Quod quidem eâ ingenii doctrinæque commendatione præstitit, ut, imposita tam feliciter Theologicis studiis coronide, Lovanio Antverpiam revocatus, promovendo Bollandiano Operi ex moderatorum placito fuerit admotus. Qua porro id occasione contigerit, exponendum nunc venit.

*absolutoque cursu Theologico, PP. Hagiographis*

5 Insudabant quidem anno etiamnum MDCCXLV vastissimo de Actis Sanctorum Operi Hagiographi quatuor, illudque pro viribus feliciter promovebant: ut vero tam prosperum diu cursum teneret, summopere timendum videbatur, geminis quamprimum collegis humeros tanto oneri subtracturis. Erant hi PP. Joannes Pinus et Joannes Veldius, quorum alter non annis tantum et laboribus confectus, sed et continuis animi anxietatibus vexatus, indies magis magisque ad studia reddebatur inhabilis; alter vero enixissimis apud Superiores precibus insistebat, ut sibi Museo valedicendi, et, quod jam pridem toto animo expetebat, seminandi per Americam Evangelii copiam facerent. Ne igitur aut fatiscente subito Pinio, aut Veldio voti compote facto, multum detrimenti Sanctorum Acta caperent, de novo sibi adsciscendo adjutore mature agendum, reliqui duo statuebant Hagiographi. Lustrabant itaque mente singulas provincæ domos, ut parem tanto muneri virum reperirent, Repertus est autem juniores inter sacerdotes P. Constantinus in quo præ ceteris naturæ donis acre et maturum judicium, memoriam facilem ac tenacem, multiplicem eruditionem, animum denique laboris et solitudinis amantissimum deprehenderant, ac statim, annuentibus Superioribus, accitus Antverpiam circa mensem Septembrem dicti anni MDCCXLV, PP. Bollandistis auxiliarem operam conferre cœpit.

*adscriptus est anno 1745.*

6 Mox totum se pervolvendis SS Actis et ad prelum parandis tanto studio, tantoque labore impendit, ut vel ab eo tempore de P. Suyskeni electione sibi gratularentur Hagiographi. Verum a susceptis tam strenue Hagiographiæ studiis tantisper fuit avellendus. Habebat Instituti Societatis ratio, ut emensi Theologiæ cursum, priusquam gravioribus negotiis implicarentur, ad tertiam, ut vocant, probationem dimitterentur

mitterentur, restauraturi spiritum, si quid forte ipsis ex primævo tirocinii fervore aut frequentiori cum secularibus commercio, aut nimia studiorum contentione decessisset, solebatque pia ejusmodi exercitatio plerosque integri fere anni spatio tenere. At cognita probe et perspecta moderatoribus religiosi hominis virtus effecit, ut post impensum spiritus innovationni mensem unum Lira Antverpiam repetierit, dimissa tantisper studia resumpturus. Anno dein MDCCXLVIII mensis Februarii secunda die solemnem quatuor votorum professionem emisit. Quam porro strenue per 26 annos impositam sibi provinciam administrarit, dispersæ per undecim omnino Operis nostri tomos lucubrationes loquuntur. Harum singulas (centum circiter sunt et triginta) lectorum oculis subjicere, longum foret et injucundum : præcipuas ergo, et quæ eruditi scriptoris doctrinam industriamque maxime commendant, eo, quo sunt editæ ordine, recensuisse sufficerit.

## CAPUT II.

### *Lucubrationes ejus in septem posterioribus Septembris Tomis.*

*In secundo Septembris tomo præcipuæ sunt Suyskeni lucubrationes de SS. Munessa, Fredaldo, Ida,*

Secundus Septembris Tomus primos nobis exhibet novi Hagiographi nostri labores, mole quidem minus, quam felici rerum difficillimarum expeditione spectabiles. Decem sunt, de quibus hac in parte erudite agit, variarum nationum Sancti Sanctæque ; Hiberni, Germani, Itali, Galli, Angli Suevique. Agmen ducit S. Munessa seu Monessa Virgo, Britonum regis filia, de cujus præsertim emortuali tempore, densissimis involuto tenebris, ex variis Patricianæ historiæ locis aliisque Mss. codicibus acutissime disputat, illudque inter annum 454 et 460 collocandum evincit. Commentarium hunc excipit acris de S. Fredaldi episcopali sede disputatio, Dionysium Sammarthanum inter et Valesium eruditosque Benedictinos, Historiæ Occitaniæ Scriptores, multum agitata, illo pro Mimatensi, his pro Gabalitana urbe stantibus. Posteriorum argumentis cum prioris rationibus rite collatis, atque omnium pondere æqua lance expenso, Occitaniæ Historiographis verosimilius subscribendum demonstrat. Quartum ejusdem mensis diem prosequitur discutiendo Gesta S. Idæ Viduæ, et B. Irmgardis Virginis, comitissæ Zutphaniæ. Norunt rerum genealogicarum periti, quot explicandæ sint tricæ, quot labores exantlandi, ut ex discrepantibus auctorum sententiis certum aliquid pro recto antiqui cujusdam stemmatis ordine statuatur. Illas quam explicuerit feliciter, hos vero quam strenue exantlarit in assignandis S. Idæ progenitoribus posterisque, ne longior hic sim, ex citato loco curioso lectori eruendum relinquo, ubi et perelegantem illustris Viduæ Vitam, prolixis annotationibus dilucidatam inveniet.

*Irmgardis Rosa.*

8 Intermissus jam pridem Coloniæ Agrippinæ B. Irmgardis cultus Hagiophilum nostrum scriptorem vehementer perculerat, donec publicam ei venerationem ab immemoriali tempore Suchtelii (incolæ *Suchtelen* vocant) hactenus exhibitam deprehendit. Illico ad eruderanda, quæ Beatam spectant, monumenta erigitur, in illius parentes solerter inquirit, datum ad eam ab Henrico III anno MXL diploma producit, hujusque vindicat sinceritatem, ac demum ex idiomate Germanico in Latinum a se conversam beatæ comitissæ Vitam subjungit, tribus Capitibus comprehensam. Diem hunc clausit operosiore præcedentibus lucubratione de S. Rosa Viterbiensi, tertii Ordinis S. Francisci, in qua fuse de ejus cultu, natali et emortuali tempore, plurimis difficultatibus, quas docte solvit, obnoxio, de illius sepultura, translatione, incorrupto post aliquot secula mirabiliter corpore disserit. Tum exposita, quam sacris exuviis summi sæpe viri exhibuerunt, veneratione ac duplici apud Viterbienses de sancta festivitate, processum pro impetranda Canonizatione institutum refert. Gemina mox Vita subnectitur ; altera ex Canonizationis processu, altera ex ecclesiastico Sanctæ Officio desumpta. Sequuntur Acta et Miracula cum Appendice et prolixo juratorum testium catalogo, paginas omnino octo et triginta implentia. Atque hi quidem sunt ab impigro Suyskeno in diem quartum Septembris labores collati.

*Alberto Bergomensi et Magno, abbate, cujus intricatissima gesta*

9 Duos sequentes dies auspicatur ab insigni Commentario historico de B. Alberto Bergomensi, Ordinis S. Benedicti, primi cœnobii S. Jacobi in Pontida prope Bergomum abbatis. Legi hic præ ceteris merentur, quæ adversus Cælestinum, Bergomensem Historicum, aliosque ejusdem cum eo opinionis argumenta profert, quibus fabulosum Theutbergæ, quam Lotharius Francorum rex, ducta Waldrada pellice, repudiaverat, accessum ad B. Albertum explodit, et ad aliam ejusdem nominis matronam referendum probat : tum ea, quæ de exorto beatum inter abbatem et Arnulfum Bergomensem episcopum dissidio erudite disputat. Mitto Syllogen de S. Fausto abbate Siculo ; mitto ;

mitto, quem de S. Chagnoaldo Laudunensi, non Lugdunensi, ut perperam contendit Severtius, episcopo scripsit Commentarium historica eruditione conspicuum; verbum denique facio nullum de iis, quæ de S. Bega abbatissa, in Cumbria Angliæ provincia culta, commemorat; his, inquam, omnibus, brevitati studens, supersedeo, ut aliquanto prolixius duarum supra octoginta paginarum de S. Magno, Faucensis monasterii abbate, lucubrationem exhibeam. In ipso exordio haud immerito fatetur, *labyrinthum* se *ingredi, cujus speciosus ingressus non paucos fefellit, incautosque in multiplicem rerum, personarum ac temporum confusionem pertraxit*, Ac statim totius mali caput assignat, Vitam scilicet quamdam, quæ sub Theodori monachi nomine circumfertur, in qua quam male de S. Magno interpolator sit meritus, ostendit, eumque manifesti plagii convincit ob extractas ex Actis SS. Columbani et Galli fide pessima narrationes. Hæc tribus bene prolixis paragraphis tractantur.

*felicissime expedit.*

10 Accuratam Sancti chronotaxim subjungit, quam contra Mabillonii et Pagii objectiones tam solide defendit, ut nullum de opinione sua lectori dubium relinquat. Paragrapho VII Sanctum nec Hibernum, nec regio sanguine progenitum, ut aliqui, sanctum abbatem cum S. Magno Orcadum, Scotiæ insularum, principe et martyre confundentes volebant, sed Alemannum, ignotisque parentibus ortum fuisse, solutis adversariorum argumentis, indubitatum facit. Non exiguum Suyskeni doctrinæ specimen exibent duo subsequentes paragraphi, ubi de elevatione corporis, reliquiarum ad cœnobitas Sancti-Gallenses in Helvetia translatione, ac demum de incerta Sancti canonizatione multa apposite disputat. Tum quibusdam de Sancti corpore, aliquod jam seculis deperdito, de prodigiis per ejus invocationem et usum baculi fieri solitis, ac de celeberrimo in Germania cultu interjectis, adjunctis, quæ sub illius invocatione Deo erecta sunt, templis ac monasteriis, insignem commentarium concludit. Vitam deinde ex Ms. S. Maximini Trevirensi codice cum duobus editis, ac sex aliis Mss. exemplaribus collato desumptam in octo Capita distribuit, notisque profundam eruditionem spirantibus illustrat : et, ne quid denique Hagiophilo lectori desiderandum relinquat, septem Capitibus complectitur miracula, a P. Ludovico Babenstuber Benedictino subministrata. Anque hi primi fuere pro Sanctorum gloria Suyskeni labores. Quid in tertio Septembris tomo præstiterit, modo videamus.

*Tertium ejusdem mensis tomum numerosiore Commentariorum de SS. præsertim Kierano*

11 Sanctos hic continet, qui die septimo et quatuor sequentibus publico cultu in ecclesia gaudent; lucubrationes vero Suyskenianas duplo, quam præcedens, plures. Quæ in his sunt Syllogæ, brevioresque commentarii, licet et hæc auctoris eruditionem non parum commendent, ne nimius sim, prætereo, solis prolixioribus immoraturus. Sunt autem præ reliquis, quæ de SS. Kierano, alias Querano ahbate Cluain-mic noisensi in Hibernia, ac Augustiniani Ordinis decore Nicolao Tolentinate est commentatus. Tot enim illustrandis illorum gestis evolvenda volumina et monumenta, tot tenebræ dissipandæ, tot perrumpendæ difficultates fuerunt, quot fere periodos, aut certe paginas singula continent. S. Kieranum Benedictini quidam sui Ordinis Sanctis adscripserant, alii prænobili oriundum prosapia et ad episcopales infulas aliquando evectum contenderant. Horum opiniones neutiquam veritati consentaneas ex accuratiorum Scriptorum monumentis, variisque tum Hibernorum, tum Anglorum Sanctorum Vitis, ostendit. Falsitatis quoque convincenda fuit multorum, Kierani Vitam triginta trium annorum termino concludentium, sententia. Convicit Suyskenus studiosa temporum inquisitione, quibus Anginense et Cluain-mic-noisense monasteria Sanctus condidit, et plurium cœnobiorum incolis pater præfuit : unde conficit, sanctum abbatem anno vitæ sexagesimo sexto, vel certe in provectiore ætate obiisse, quam trigesimo tertio.

*et Nicolao Tolentinate serie exornat.*

12 Nunc, quid in Tolentinate Thaumaturgo præstiterit, videamus. Hujus lucubrationis seu molem, seu, quo elaborata est, modum spectes, primarios inter Suyskeni labores collocanda videbitur : mole enim paginas implet septem supra centum; eo vero modo elucubrata est, ut vel hinc, si cetera desint, capacissimum viri ingenium et prudens in rebus discernendis judicium maxime commendetur. In Commentario, pro nostra scribendi ratione Actis præfixo, neotericos æque ac antiquos Scriptores, qui de Sancto egerunt, profert in medium, eorum auctoritatem examinat : tum ad locum tempusque natale, ad parentes et perperam ab aliquibus assertam eorum nobilitatem, ad ætatem supremam, in qua mira Scriptorum discrepantia, dilabitur. Non exigui momenti lis est de canonicatu, ad quem Sanctus in ecclesia S. Salvatoris fuit promotus; Seculari-

sne

risne is fuerit, an Regularis : pro priori certantium opinionem merito amplectitur. His stabilitis, rem nec minus arduam, nec minus intricatam solito ingenii acumine discutit, discussamque lectoribus exhibet : pugnatur nempe acri utrimque marte pro determinando ætatis anno, quo S. Nicolaus, dimisso canonicatu, sacro Ordini Eremitarum S. Augustini nomen dederit, aliis eum decennem puerum, aliis octodecim, plurium aliis annorum juvenem tunc facientibus. Priorum arma variis iisque firmissimis rationibus Suyskenus confringit, et facilem ineundæ pacis viam ex Bullæ canonizationis et cujusdam Augustiniani Ordinis Officii interpretatione cum Tombeurio assignat. Tum geminas Vitas subdit, prolixiorem alteram a coævo auctore Fratre Petro de Monte Rubiano, alteram breviorem a scriptore anonymo posteritati relictam, utramque autem Annotatis, incredibilem Viri industriam testantibus, illustratam. Gloriam Sancti postumam quatuor et triginta Paragraphis, quos in Opere consulas, comprehendit, iisque laudatam numquam satis lucubrationem concludit. Ad quartum Septembris tomum progrediamur.

*Quinque reliquis Septembris Tomis Acta præcipue SS. Cornelii,*

13 In hoc elucubrando industriam suam operamque indefessam non magis desiderari passus est Suyskenus, quam in præcedentibus. Geminam, ut id probem, de SS. Cornelio et Cypriano lucubrationem amplissimam evolvisse sufficiet. In Acta primum, quæ de priore circumferentur et Hilduino, S. Dionysii apud Parisios abbati, perperam adscripta sunt, cum eo vetustiora probentur, diligenter inquirit, et varios in iis errores detegit refutatque. Hos inter non minimus est, quod S. Pontificem Romæ martyrio coronatum commemorent, qui opinioni et eruditus Schelstratius subscribit. Verum, hujus argumentis solide solutis, Cornelium Centumcellis in Hetruria aut naturali morte, ex ærumnis exsilii maturata, aut, quod verisimilius autumat, violenta e vivis excessisse, vix non demonstrat. Assignata sancto patria urbe Romana, quam strenue se cum clero Romano, vacante per martyrium S. Fabiani sede Apostolica, gesserit, exponit, probatque, non ante annum 251 medium S. Cornelii ad Pontificatum electionem locum habuisse. Sex dein prolixissimis §§, quos totidem absolutissimas Dissertationes non immerito dixeris, de Novatiani schismatis, quod Ecclesiam Dei tamdiu afflixit, causa, auctoribus et initio, de Felicissimo itidem, schismaticorum in Africa antesignano, tam acute eruditeque disputat, ut, quos in rebus hisce maxime intricatis plurimos invenit, adversariis non abunde modo fecisse satis, sed et quemvis non pervicacem in suam pertrahere sententiam debere videatur. Quæ porro de persecutione a Gallo resuscitata, de Cornelii et Romanorum illustri confessione, de Sancti exsilio, martyrio, Scriptis, translationibus et exhibita illius reliquiis in variis orbis partibus veneratione pari solertia, nec minore labore conscripsit, prosequi ulterius non lubet, quod ad S. Cyprianum Carthaginensem antistitem festinandum jam sentiam.

*Cypriani,*

14 Tres in partes insigne hoc Suyskeni opus dividi apposite potest. Prima, quæ centum et trium paginarum spatium ac septem supra triginta §§ complectitur, ea continet, quæ sancti Acta, patriam, conversionem ad fidem, Scripta quædam, sacerdotium, episcopatum spectant. Elucidantur præterea, quæ ad excitatam a Decio persecutionem, longe atrocissimam, ad varia in ea lapsorum genera, ad crimen Libellaticorum, ad pacem lapsis, libellum Martyrum habentibus, aliisque pœnitentibus sub finem vitæ a Sancto concedi permissam, pertinent. Post hæc de infelici schismatis per Felicissimum exorti initio, de hujus ac Novati damnatione, de impiis Novatianorum molitionibus, de baptizandis infantibus recens natis, deque aliis plurimis tum ad novam sub Gallo persecutionem, tum ad susceptos ab intrepido præsule pro evellendis hæresibus et Ecclesiæ disciplina servanda labores spectantibus, prolixissime disseritur. Res est Theologis æque ac Historicis notissima, quam acris SS. Stephanum inter et Cyprianum pugna exarserit circa collatum ab hæreticis baptisma. Pro reiterando hujusmodi baptismo certabat Cyprianus non modo trium synodorum coactione, sed et Scriptis in Stephanum, contrariam Ecclesiæ consuetudinem servari volentem, æquo acrioribus. Intentata est ob hæc a Romano Pontifice, non lata in Cyprianum excommunicationis sententia, utpote qui in Stephani ejusque successoris communione semper vixerit, et, priori errore revocato, vitam dein glorioso martyrio feliciter consummarit. His pars lucubrationis altera, lectu sane dignissima tota impenditur. Parte tertia exhibetur Sancti vita ab auctore synchrono elegantter conscripta, Actaque Proconsularia, doctis singula Adnotationibus illustrata. Subnectitur quatuor Capp. Appendix de posthuma S. Martyris gloria. Denique, ac si parum hactenus ad propagandam illustris Pontificis venerationem pius scriptor contulisset,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contulisset, sub finem Tomi ex monumentis serius ad se datis alteram adjicit Appendicem de SS. Cornelii et Cypriani reliquiis ac miraculis in abbatia Ninoviensi in Flandria.

*Ludmillæ* 15 Ut nimiæ prolixitatis vitandæ ergo ex contentis Tomo IV Septembris Suyskeni laboribus quasdam dumtaxat lucubrationes attingere visum est, ita et ex iis, quæ in proxime sequentem congessit, unum tantum alterumve indefessi scriptoris opus selectum exponam, ea nempe quæ de SS. Ludmilla, Lamberto et Josepho a Cupertino in litteras misit. Sancta Ludmilla, Bohemiæ ducissa et patrona, sancti nepotis avia, paganis parentibus nata, ipsaque prioribus vitæ annis idolorum superstitioni inprimis dedita, Borzivojo Bohemiæ duci nupserat, Hoc ad Christi fidem converso circa annum 890, uti adversus contrariam istius rei epocham statuentes invicte probatur, ipsa pariter Christum edocta aliquandiu post salutaribus undis expiatur. Profugum religionis causa in Moraviam conjugem comitata, indeque post decem mensium, non trium annorum, ut contra Balbinum conficitur, exsilium ad proprium Ducatum cum marito revertitur, et una cum eo illustre Virgini Deiparæ in urbe Pragensi veteri templum extruit. Idem Balbinus, Dubravius, Pontanus Saliusque scribunt, Borzivojum translato in filium Ducatu, ad locum solitarium, Deo unice victurum, cum uxore se recepisse. At quam putrido hæc fundamento nitantur, ex petitis aliunde rationibus evincit Suyskenus, subdens aliqua circa controversam laudati Ducis supremam ætatem, ejusque antiquum cultum, a Balbino assertum, sed hoc certe seculo non amplius observatum. Viduata viro sancta mulier impiæ nurus suæ Dragomiræ machinationibus succubuit, illustre pro Christiana fide martyrium passa. Plurimis hic de sacrilegæ cædis modo ac tempore, deque cœmeterio, in quo primum Sanctæ corpus fuerat sepultum, nullum dein cadaver patiente disputatis, Vitam addit a gloriosæ martyris pronepote in litteras missam. Modo, quid in S. Lamberto præstiterit, videamus.

*Lamberti,* 16 Præmisso Scriptorum qui de S. Lamberto egerunt, examine, de Sancti parentibus, non pietate minus, quam nobilitate illustribus, patria et baptismo, non a S. Remaclo, ut volunt aliqui, suscepto nonnulla observat, refutatque contextam male fabulam de virgine illius nutrice. Haud satis certam esse primam sub S. Landualdo Sancti educationem ex Vita S. Amandi et suscepto post S. Theodardum, anno 669 occisum, episcopatu Trajectensi omnino evincit. Tum contra quorumdam opinionem Lambertum non anno ætatis 21, sed 32 ad episcopalem dignitatem fuisse evectum, ex variis monumentis probat. Ex iisdem pariter aliisque conficit, S. præsulem celeberrimæ translationi corporis S. Vedasti non interfuisse, quod post Sigebertini Chronici interpolatorem eruditi quidam velut indubitatum admiserant. Post hæc S. episcopi e sede sua expulsionem, secessum ad Stabulenses, quos inter verisimillime monachatum professus ostenditur, et ad suos post septennium reditum, felicissimumque apud Taxandros idololatras apostolatum docte pertractat. Acrior inter scriptores de Sancti martyrio disceptatio, quod nempe id tempore, qua ex causa contigerit. Expensis mature omnium rationibus, subscribit sententiæ illorum, qui illud anno 709 innectunt, ac illatum Sancto existimant non ob reprehensum ab eo Pippini cum Alpaïde pellicatum, sed quod sacrilegis bonorum ecclesiasticorum invasoribus intrepide resisteret; idque tanta accuratione, tam solida adversantium argumentorum solutione præstat, ut lectorem quemlibet non præoccupatum suas in partes debeat pertrahere. Sequuntur dein paragraphi undecim, in quibus de aliis martyrii adjunctis, de parricidarum pœna, de sacri corporis translationibus, de miraculis, cultu, reliquiis, aliisque plurimis eruditissime disputatur. Insigne opus concludunt additæ Vitæ quatuor præclaris Adnotationibus illustratæ.

*Josephi a Cupertino,* 17 Postremus, de quo quam bene meritus sit Suyskenus, dicendum nunc venit, est S. Josephus a Cupertino, Fratrum minorum Conventualium S. Francisci presbyter et illustre ornamentum. In Commentario, quem pro nostro scribendi more præmittit, agit primum de illius Vitis Italice conscriptis, de natali loco et parentibus, deque reliquis usque ad sacerdotii susceptionem gestis. Mox progreditur ad geminas Sancti afflictiones; alteram, qua per biennium integrum exercitatus, nec sine prodigio liberatus fuit; alteram, eamque graviorem, cum, licet jam multis inclaresceret miraculis, apud sacræ tamen inquisitionis tribunal velut impostor accusatus est. Post hæc varia hinc inde testimonia colligit, quibus Sancti scientia divinitus accepta, frequentes ecstases sublimesque raptus, et suavissimus odor rite comprobantur. Qui porro a suis iterum sacræ inquisitionis jussu fuerit avulsus et ad varios Capucinorum conventus abductus, ubi enarravit, reliqua Sancti, mandante Alexandro VII, suis jam redditi gesta, brevemque

vemque vitæ illius chronotaxin lectorum oculis subjicit. Postremum Vitæ prolixæ et duplici de miraculis Appendici præfigit Benedicti XIV Breve, Romæ datum 20 Februarii anno 1753 pro Josephi Beatificatione, cujus solemniis in S. Petri Basilica Vaticana celebratis ipse auctor interfuit, remisso interim ad supplementum Operis tractatu de canonizatione, qua a Clemente XIII, Benedicti successore, aliquot annis post editam hanc lucubrationem solemni ritu inter Sanctos relatus est.

*Castoris, Gerulphi*

18 Quam egregiam adornando Tomo VI Septembris symbolam contulerit, varii per hunc Tomum sparsi testatum faciunt Commentarii, quorum aliquos dumtaxat attingo. S. Castoris, cujus mentionem in vetustioribus Martyrologiis reperire non est, antiquum in ecclesia Aptensi cultum probat ex collectis aliunde summo studio probatæ auctoritatis instrumentis. Vitæ illius tum manuscriptæ, tum excusæ typis exstant variæ, e quibus ad maturum examen revocatis, et auctoritatis non satis certæ deprehensis, unam solumodo edendam censuit. Refutatis deinde quorumdam opinionibus, qui geminum à Sancto cœnobium exstructum volunt, in suscepti episcopatus et obitus tempus diligentissime inquirit, atque hoc contra Castellanum, Guesnayum aliosque inter annos 419 et 426 probabilius statuendum autumat. S. Gerulphus Trunchinii in Flandria, ubi martyrio coronatus est, insigni veneratione per Octavam colitur 21 Septembris : duo circiter secula post gloriosam mortem primum, qui exstet, Vitæ scriptorem nactus est, ac geminos deinde alios multo recentiores, qui miracula exararunt. Varias subjicit per diversa Flandriæ loca sacri corporis translationes, honoresque ei exhibitos, donec senescente seculo XVI in hæreticorum manus incidit, totumque, excepto cranio, quod mature argentæ thecæ inclusum sub terra defossum fuerat, hodieque in Trunchiniensi abbatia asservatur, deperditum est.

*Laudonis, Maurx,*

19 Illustrantur præterea hoc Tomo Suyskeni laboribus S. Laudo vel Lauto, S. Maura virgo, ac duæ itidem virgines et martyres Digna et Merita. S. Laudo Constantiensem in inferiori Normannia cathedram exornavit, ad quam perperam duodecim annorum puer in quibusdam monumentis assumptus scribitur. Aditi, administrati et per felicem obitum relicti episcopatus tempora incerta omnia, circa quæ neque ex quatuor Vitæ Mss. exemplaribus, quorum nullum typorum beneficio dignum existimavit, neque ex editis Lectionibus propriis aliquid elicere, nisi per conjecturas, potuit. Speraverat diu post majores nostros Suyskenus, nacturum se certa satis monumenta, unde exortam dudum inter Rotomagenses, Tutelenses et Andegavenses controversiam acerrimam de Sancti corporis possessione absque ullorum injuria decideret : ast spe illa frustratus, illud saltem, quod unice poterat, effectum dedit, ut ex collectis rationum momentis, quibus oppositæ partes nituntur, ansam studioso lectori præbeat probabiliorem amplectendi opinionem. De SS. Digna et Merita paucis disseruit, quod præter illarum Acta vel aperte fabulosa, vel saltem dubia vix aliquid repererit, quod sine erroris periculo luci publicæ dari posset. S. Mauræ, Trecensis virginis, Gesta multo minus facessivere negotii, utpote desumpta ex habito de ea Sermone a Prudentio ejusdem civitatis episcopo, Sanctæ synchrono et familiari, Qui quidem Sermo ab heterodoxis præfato episcopo abjudicatur hoc præsertim nomine, quod espressa in eo fiat mentio de Sacramentis Confessionis, Eucharistiæ et extremæ Unctionis, quodque ex vetusto exesoque codice a Camuzato erutus dicatur. Quid quod a nonnullis Catholicis de interpolatione videatur suspectus ex eo, quod sacra infirmorum unctio illic *extrema* vocetur, et Eucharistiæ sumptio illi unctioni præmittatur. Verum tam horum, quam illorum objectiones exigui plane roboris esse, contrariis rationibus Suyskenus ostendit.

*Emmerammi,*

20 Præcipuus in hac Operis parte solertissimi scriptoris labor S. Emmerammo episcopo et martyri impensus est. Ac primum quidem in biographorum, quos plures detegit, auctoritatem inquirit, quidque ex iis Commentario snbjiciendum, quid supprimendum edicit. Somniarant in assignanda Sancti patria Joannes Aventinus lib. 3 Annal. Bojorum et scriptor codicis Usuardini Hagenoyensis ; ille, dum sanctum martyrem Petovione in Noricis ; hic, dum eum Tolosæ natum voluerunt. Utrique somnum excutit Suyskenus, Sanctumque Pictavii in Aquitania primam lucem aspexisse demonstrat, atque eadem opera parentes ejus Christianos fuisse docet, confutans insulsam quorumdam Judæorum fabulam, qui illum ex Habræa stirpe oriundum et Amramum (quod Moysis parenti nomen fuit) pessime in Emmerammum detortum, dictum fuisse, comminisci non erubuerunt. Intricatior nonnihil est de espiscopali Sancti sede disceptatio, Pictaviensisne hæc fuerit, an alterius in Galliis civitatis, hactenus ignotæ. Posterioris opinionis Scriptoribus adhærendum existimare videtur. Post hæc industrium hagiogra-

phum detinent episcopatus abdicatio, Sancti ad prædicandum Christum in Pannoniam profectio, adventus Ratisponam, cujus non ordinarius sed adventitius episcopus fuit, suscepta Bavarorum conversio, et toleratum anno 652 apud eos martyrium. Variæ a variis sacrilegæ cædis causæ assignantur, quarum quidem aliæ tanto martyre omnino indignæ, aliæ aliunde de falsitate suspectæ sunt. Verisimiliori, nec Sancto erubescendæ, ex Baronio ad annum Christi 702 depromptæ suum addit suffragium. Quæ denique de sacri corporis translationibus, de prætensa Sancti per Formosum PP. canonizatione, aliisque ad ejus cultum spectantibus pari diligentia discutit, uti et binas illius Vitas et miraculorum libros consulere lector in ipso Opere poterit, ad quod pariter, promissæ brevitatis memor, eum, remitto.

*Joannis de Meda, Elzearii, Wenceslai,*

21 Prodiit anno 1760 prolixi Operis de Actis Sanctorum volumen quadragesimum quintum, in quo ultra viginti Sanctorum gesta digessit Suyskenus atque illustravit. Inter illos (nam omnes recensere longum foret) majore ei labore constiterunt SS. Joannes de Meda, Elzearius de Sabrano, Wenceslaus Bohemiæ dux et B. Bernardinus Feltriensis. Fuit Joannes de Meda primarii Ordinis Humiliatorum fundator. Examinanda hic fuerunt plurima: asserta ab aliquibus Joannis canonizatio, eodem, quo obiit, anno 1159 per Alexandrum III, quam probabilem quidem, non tamen omnino certam agnoscit : Sancti patria et illustres natales, ubi orta de illis Mediolanenses inter et Comenses lis decidenda fuit : varii deinde Ordinis Humiliatorum gradus, eorumque exordia, incrementa, fines determinandi. Hæc ubi Suyskenus cumulatissime præstitit, ad Sanctum revertitur, et pari diligentia de illius obitu, sepultura, reliquiis et cultu multa scrutatus, desumptam ex Ms. Comensi Vitam solitis cum observationibus ad calcem adjicit. Lectu pariter dignissimus est egregius 13 §§, Commentarius de S. Elzeario : nihil enim hic nisi limatum maxime in medium profert, sive de Sancti patria, illustribus natalibus, inito cum B. Dalphina conjugio, sive de servata ac voto firmata utriusque conjugis castitate et tertiæ Regulæ S. Francisci ab Elzeario emissa professione disputandum fuit. Multa præterea de felici Sancti obitu, translatione, prodigiis in ea patratis, quæ merito suspecta habet, de petita semel atque iterum, ac tandem obtenta illius canonizatione, ac denique de ejus miraculis, festis et reliquiis disserit. Ad P. Suyskeni commendationem plurimum etiam confert accurata de S. Wenceslao, Bohemiæ patrono, lucubratio, in qua quam egregie Sancti cultum promoverit, enucleatius si ostendere voluero, Elogii normam excessisse videbor : unum tamen præterire nequeo. Inventus nuper impudens detractor, qui datum antiquitus beato Duci Martyris titulum ereptum voluit, quod non fidei Christianæ aut virtutis causa, sed ex fratris regnandi cupiditate cæsum esse Wenceslaum contenderet. Impium scriptum statim quidem refutaverat Georgius Bilek, collegiatæ ecclesiæ Boleslaviensis decanus ; sed, quod ejus opusculum ad manus suas non pervenisset, rem ipsam de novo aggreditur Suyskenus, atque ita aggreditur conficitque, ut nemini deinceps de asserta S. Wenceslao martyrii palma prudens superesse dubium queat. Tomum hunc, et impensos in eo Sanctorum gloriæ Suyskeni labores claudit Commentarius Historicus de B. Bernardino Feltriensi Ordinis Minorum Observantium S. Francisci. Nihil in hujus lucubrationis laudem hic addo, quod et prolixior sit (paginas quippe implet novem supra centum) et sese ipsa hagiophilolectori sufficienter commendet.

*Joannis de Monte Mirabili aliorumque illustravit.*

22 E. Sanctis Beatisque, quos complectitur tomus VIII et ultimus Septembris à P. Suyskeno illustratos, imprimis commemorandus venit B. Joannes de Montemirabili Ordinis Cisterciensis monachus, cujus Actis, ab anonymo monacho Longipontano conscriptis, et nunc primum editis, laboriosum Commentarium præfigit. Illustres primo Beati progenitores, tempusque natale, de quibus altum apud biographum silentium, indagat : atque illos quidem ad paternum usque maternumque abavos ex antiquis monumentis eruderat ; hoc vero post medium seculum XII figendum censet, simulque explodit insulsum fabulatorem, qui B. Joannem circa annum Christi 1129 a S. Bernardo Claravallensi abbate in Ordinem admissum commentus est. Tum Beati conjugium, prolem, præclara domi bellique gesta, pias donationes, susceptum monachatum, ac felicem denique obitum, anno 1217 illigandum, sex §§ elucidat. Reliquos occupant eruditæ disputationes de variis Beati translationibus, iterato pro illius canonizatione conatu, ac cultu indubitato. Proxime hunc excipit paris eruditionis Commentarius historicus de B. Nicolao de Furca-Palenæ Ordinis eremitarum S. Hieronymi, in quo, non obstante monumentorum penuria plurima de illius gestis incredibili solertia aliunde colligit, atque in id præsertim incumbit, ut Beati cultum, in quem aliquando sub Urbano VIII severius inquisitum fuerat, hactenus perseverasse demonstret.

Atque

Atque hi quidem præcipui sunt impensi ab indefesso scriptore Septembri labores.

*Felici pariter successu tomo I Octobris de SS Remedio,*

23 Primus mensis Octobris Tomus exhibet Sanctos, quos primo et secundo die fideles venerantur. Plurimum hic quoque Suyskeni industria eruditioque apparet. Exordium ducit ab illustratione gestorum S. Remedii (Romedium vocant alii) qui in Tridentina, eique adjacente Brixinensi diœcesibus insignem cultum obtinet, de quo nunc quidem omnino constat. De reliquiis, præsertim capite, illudne in monasterio Sangeorgiano Ordinis S. Benedicti, an in templo, ejus honori in valle Anania erecto, asservetur, acriter disceptatur. Prioribus adstipulatur Suyskenus. Explosis dein circa Sancti natale tempus, illiusque majores et posteros Joannis Aventini et Wolfgangi Lazii fabulis, expendit ac refutat argumenta, quibus Castellanus et Tartarottus, haud exigui nominis Scriptores, conati sunt probare, sanctum hunc Remedium eumdem plane esse cum S. Remigio Remensium antistite, cujus mox gesta prolixo Commentario illustrat. Celeberrima est a multis jam seculis hujus Francorum apostoli apud Martyrologos memoria et in Ecclesia veneratio. Scripta fuerat ejus Vita eodem, quo obiit, seculo VI; verum hujus solum compendium, a Venantio Fortunato, illustri istius ævi scriptore, in litteras missum ad nos usque pervenit, ac seculo deinde IX præluxit Hincmaro, qui inde et ex corrasis aliunde notitiis fabulosisque traditionibus, quod dolens probat Suyskenus, prolixiorem denuo Vitam, commentis non paucis infectam, conscripsit. Tertio § de præclaro Sancti genere, parentibus, reliquaque familia et pia educatione disputat. Dubitatum hic fuit, qua matris ætate in lucem fuerit editus, quot fratres, et quam nutricem habuerit. Omnia perspicue solvit Suyskenus. Ac matrem quidem, dum Remigium peperit, nonagenariam fuisse, ut quidam asseruerat, neutiquam verisimile esse ostendit; fratres vero duos, contra ac Baronius aliique volunt, Sancto assignat. Difficultatem non mediocrem habent annus Sancti natalis, ordinationis episcopalis principium, sedis duratio ac tempus emortuale. Discussis, quæ hic plurimæ sunt et probabilitate non carent, variorum sententiis, suffragatur opinioni, quæ illum circa annum 436 natum, circa 458 evectum ad cathedram, quam annis 74 tenuerit, ac demum anno circiter 532 obiisse statuit.

*Remigio,*

24 His de chronotaxi præmissis, ad examinanda præcipua S. Præsulis gesta progreditur. Clodoveum, Francorum regem, post irruptionem in Belgicas, relatamque de Syagrio, qui Romani imperii nomine in Gallia præerat, et Alamannis victoriam, fidei Christianæ rudimentis S. Remigius imbuit, eumque anno 496, non priore aliquo posterioreve, ut aliquibus visum, in Nativitate Domini et e sacro fonte suscipit et salutaribus undis abluit in Remensi, non Turonensi civitate. Norunt historiarum periti, quot quantæque inter scriptores pugnæ exarserint de sacra ampulla, quam in solenni Clodovei baptismate e cœlo demissam aliqui asserunt, negantibus aliis, aliis dubitantibus. Singulorum argumenta, magis rationi consona, accurate fideliterque proponit, ac tandem, iis examinatis, negantium opinioni suffragium suum non obscure addit. Disceptatio inter historicos altera est de Primatu per totum Clodovei regnum S. Remigio collato. Factum id sub S. Hormisda Papa, perperam scribit Hincmarus: probat enim Suyskenus, hoc munus Sancto concessum vel ab Anastasio II, vel, quod verius autumat, à S. Symmacho. Reliqua porro a S. Antistite pro Francorum, Arianorumque conversione, pro celebratione I concilii Aurelianensis, pro erigendo episcopatu Laudunensi, aliisque in Belgio sedibus restituendis gesta maturo examini subjicit, multaque alia ad Sancti discipulos, erecta ab eo templa, et susceptos pro auctoritate episcopali labores spectantia prolixis quatuor §§ summa accuratione pertractat. Bina circumferuntur velut à S. Remigio edita testamenta, quorum alterum breve, alterum multo est prolixius: hoc, assignatis manifestis suppositionis indiciis, ut adulterinum rejiciendum; illud verò solum pro genuino amplectendum, solita eruditione evincit. Quæ denique de Sancti obitu, reliquiis, translationibus, cultu planè eximio postremis quinque §§ acutissime disputat, uti et subjectam huic Commentario Vitam duplicem, brevius, de quo suprà, testamentum, duas itidem translationes, dedicationem ecclesiæ à S. Leone IX Papa factam, ac demum appendicem de quibusdam miraculis, in assignato Operis nostri tomo curioso lectori evolvenda relinquo.

*Thoma de Cantilupe,*

25 Quod huic de Remensium Archipræsule lucubrationi, plurimum ad eruditi scriptoris commendationem conferenti, diutius sim immoratus, alios Suyskeniani ingenii fœtus, hoc volumine contentos, illaudatos prætereo, unum excipe, quem de S. Thoma de Cantilupe edidit Commentarium, priori nec mole, nec rerum controversarum multitudine inferiorem. In intricata de sancti hujus Herefordiensis in Anglia episcopi anno natali quæstione non exteri modo, sed

et

et Angli Scriptores minime conveniunt. Singulorum momenta rite scrutatus, litem decidit Suyskenus, Thomamque anno 1218 in lucem editum, tantum non demonstrat. Quinque dein paragraphis plurima observat circa Sancti eruditionem, obita in regno Angliæ primaria munia, susceptum episcopatum, virtutesque plane mirabiles. Has inter præ reliquis enituit intrepida animi fortitudo, qua pro restituendis defendendisque ecclesiæ suæ juribus opponere sese cujuscumque auctoritatis invasoribus non formidabat. Testes sunt Lewelinus seu Leolinus, Walliæ princeps, Gualbertus comes Glocestriæ, atque alter ferocis ingenii baro, quos, cum ecclesiæ suæ jura impune hactenus læsissent, et aggressus est fortiter, et feliciter superavit. Quanto accurata horum omnium expositio, ex pluribus regni Angliæ monumentis eruenda, Suyskeno steterit labore, dictu perquam est difficile. Habuit et alias invictus præsul, easque multo præcedentibus graviores dissensiones, cum suo præsertim metropolita Joanne Peckhamo archiepiscopo Cantuariensi, sedis suæ jura ultra, quam Thomæ aliisque Angliæ episcopis par esse videbatur, extendere volenti. Hic Suyskenus, pro vindicanda beati antistitis sanctitate maxime solicitus, quod illum in adversæ partis instrumentis mendacii, rebellionis, contumaciæ, elati induratique animi reum, immo et a Joanne excommunicatum legeret, omnes vires intendit, ut vel a cujusvis criminis umbra Sanctum suum remotissimum fuisse ostendat. Quapropter in illarum discordiarum causas, principium et progressum tanto studio inquirit, ut, si magnam in aliis, in hac certe lucubratione summam pietatis et industriæ laudem promeritus debeat videri. Postremi sex §§ pium Sancti obitum, translationes, binos pro illius canonizatione processus, bullamque de ea a Joanne XXII editam complectuntur. Centum deinde et quinque paginæ Compendium Vitæ et innumera fere Sancti miracula, suis quæque eruditis Adnotationibus explanata, exhibent.

*secundo vero de S. Francisco Assisiate*

26 Tres solummodo sunt Sancti, quorum Acta secundo Octobris tomo Suyskenus digessit ac illustravit; videlicet SS. Marsus presbyter, Quintinus martyr et Franciscus, Fundator Ordinis Minorum. Hujus gesta, quæ adornanda susceperat Joannes Stiltingus, haud multum provecto operi immortuus, ad Suyskenum dein devoluta, quod hic ea numero, magnitudine ac varietate reliquis præcellere videret, operosissime illustranda existimavit. Quantam hac lucubratione, numeris omnibus absoluta, indefessus scriptor laudem sit promeritus, præcipua rerum capita huc tantum allata abunde declarabunt. Præcedit pro nostra scribendi methodo dissectus in triginta duos paragraphos insignis Commentarius, ubi, quidquid ad celeberrimi Patriarchæ gloriam notitiamque vel minimum confert, tanta accuratione studioque discutit atque dilucidat, ut pronuntiare non verear, P. Constantinum hic omnia cumulate præstitisse, quæ tum a prudente exactoque critico, tum a veri unice amante historico exspectare quis possit. Geminam dein Sancti Vitam exibet, alteram a Thoma de Celano, S. Fundatoris discipulo, neque hactenus editam, alteram a S. Bonaventura conscriptam. Invenerat et aliam in Ms. codice RR. PP. Minorum Lovaniensium, a tribus Sancti sociis exaratam lucubrationem, quam supplementi seu appendicis loco Vitæ priori subjicit, quod plurima in illa de S. Francisci gestis, a primis biographis suppressa, lectu dignissima deprehenderet. Alteram itidem appendicem subnexuit de gloria Sancti posthuma, ubi quæcumque ad illius festivitates, Officia ecclesiastica, dedicatas ejus honori prope et intra civitatem Assisiensem ecclesias et cetera hujuscemodi spectant, diligenter expendit. Multa præterea, apud Waddingum præsertim, eruditissimum Minorum annalistam, de Sancto repererat, quæ, quod ea vel primi biographi non attigerant, vel gravioribus erant obnoxia difficultatibus, distincto in Opere, quod Analecta inscripsit et in quinque Partes distribuit, examinanda putavit.

27 Prima Parte quædam ad examen revocat, quæ in Waddingi Annalibus inter annos 1210 et 1225 a S. Francisco gesta referuntur, atque, horum aliquot non sat tuto fidem mereri, validis rationibus probat: ejusmodi sunt severum per 40 dies Sancti jejunium in insula lacus Perusini, ubi tantum temporis medio dumtaxat pane consumpto, exegisse narratur; asinus Beati mandato obtemperans et prolapsus in genua ab ore concionantis pendens; inventus ab opifice thesaurus, ut conventum Franciscanis exstrueret; abrepta a dæmone ad Sancti imprecationem adolescentula, quæ cymbalum pulsans prædicanti obstrepebat; Frater inobediens jubente mitissimo Patriarcha in terram mento tenus defossus, multaque alia antiquis testimoniis destituta. Altera Analectorum Parte agit de iis, quæ SS. Franciscum inter et Dominicum gesta narrantur. Duplex hic præ reliquis decidenda lis fuit, quæ jam pridem inter utriusque ordinis

*prolixissime*

Ordinis Scriptores viguerat, et ad hunc diem a Guilielmo Cupero in Commentario Actis S. Dominici prævio ulterius discutienda fuerat remissa. Quæstio autem agitabatur hæc, an S. Dominicus anno 1219 generali Minorum Capitulo, vulgo *Storearum* dicto, interfuerit, quod adversus negantes Dominicanos Franciscani certum volebant: deinde, fueritne idem Sanctus Dominicanorum parens exemplo S. Francisci excitatus, ut severiorem paupertatem suis præscriberet. Noverat P. Suyskenus, quanta hic opus esset cautela, ne alterutri litigantium parti justam offensionis ansam præberet, neve, quas Cuperus, rem in medio relinquens, expertus fuerat, procellis agitaretur ipse, cui pro munere litigiosi negotii decisio erat demandata. Hinc nihil diligentiæ prætermisit, nulli pepercit labori aut studio, ut ex perpensis singularum partium argumentis veritatem, quam, ut prudentem historicum decet, unice investigabat, tandemque statuit, longe probabilius esse, S. Dominicum generalibus Minorum comitiis, quæ tamen illa omnium maxima, *Storearum* appellata, non fuerint, anno 1218 aut sequenti interfuisse, atque a verisimilitudine minime abhorrere eorum sententiam, qui asserunt, S. Dominicum exemplo S. Francisci motum fuisse, ut arctiorem paupertatem in suo quoque Ordine perpetua lege stabiliret.

*egit.* 28 Reliquæ tres Analectorum Partes ea continent, quæ ad celeberrimam Indulgentiam Portiunculanam, ad statum situmque corporis F. Francisci ejusque Opuscula pertinent. De priori (quæ quoties et quam acriter impugnata fuerit, quotusquisque est, qui ignoret?) tanta accuratione per undecim prolixissimos §§ disserit, ut, quid huic expendendæ materiæ adjici præterea aut possit, aut debeat, nullus perspiciam. Eadem porro solertia, nec minore labore alteram pertractat de Seraphici corporis statu situque controversiam, toties vel inter ipsos sancti Patris filios vehementer agitatam, numquam hactenus decisam, nec forte imposterum decidendam, nisi pro pio religiosi Hagiographi optato (quod in aditu Lucubrationis vide) inquiratur in locum, in quo sacræ exuviæ certe asservantur, quæque detectæ suo ipsæ aspectu, ab utra parte stet veritas, dissidentes edoceant. Id interim dum fiat. eruditis lectoribus præcipua disceptantium argumenta, eorumque gravitatem mature ponderatam candide proponit, nihil omittens, quod vel pro erecto in pedes sacro corpore et sine ullo fulcro consistente, vel pro eodem in ossa et cineres resoluto, a scriptoribus allegatum invenit. Hæc ubi sine alterutrius partis offensione per 22 paragraphos cumulatissime æque ac prudentissime præstitit, palmarem quingentarum circiter paginarum laborem attenta in S. Francisci Opuscula inquisitione concludit. Atque hæc quidem quod aliquantulum tractarim prolixius, reliquos Suyskeni labores tum litterarios, tum alios, virtutesque ac pium e vivis excessum sequenti capite paucis expediam.

## CAPUT III

### *Reliqui Suyskeni labores, virtutes, pius obitus.*

*Reliqui tom. tertio*

Inter Cœlites, quorum propogandæ gloriæ in tertio Octobris tomo P. Suyskenus insudavit, præcipui sunt S. Marcus Papa et B. Adalbero episcopus Herbipolensis. Duæ inprimis in S. Marco solvendæ difficultates occurrunt; altera circa tempus, quo ad summum Pontificatum fuerit evectus; altera de Sedis ipsius duratione. Ex utraque autem emergit feliciter, solidis rationibus probans, sanctum Pontificem Romanam Cathedram occupare cœpisse xv Kal. Februarii anno 336, eamque non ultra octo mensium ac viginti dierum spatium tenuisse. Eadem felicitate gravissimam dirimit litem, quæ varias inter Italiæ ecclesias de sancti corporis possessione hactenus fuerat agitata: illud enim in Urbana sui tituli ecclesia asservari Romani contendunt; contra id sibi vindicant Florentini; imo et Montis Amiatini in Hetruria monachi, ac demum etiam Aquileienses hunc penes se thesaurum aut esse, aut saltem aliquando fuisse, ex antiquorum, ut ipsi aiunt, monumentorum fide comprobare nituntur. Elisis autem non sine summo labore posteriorum omnium conatibus, solis prioribus adhærendum evincit. In B. Adalberone quid potissimum præstiterit, paucis accipe. Antiquum æque ac recentem Beati cultum stabilit, licet illius memoriam apud unum dumtaxat martyrologum celebratam inveniat: examinat dein, quæ ad illustres Beati parentes et cognationem, ad piam in episcopatu Herbipolensi educationem, ejusque ad hanc ipsam cathedram elevationem spectant, refutans eadem opera Joannem Trithemium, qui Adalberonem ante susceptum pontificatum Benedictini Ordinis monachum, imo et Lambacensis monasterii

monasterii abbatem fuisse, in Chronico Hirsaugiensi ad annum 1045 perperam notaverat. Sequitur accurata discussio rerum ab intrepido Præsule tempore Henriciani schismatis fortiter gestarum; ubi in id præcipue pius Scriptor collimat, ut inustam ab aliquibus generoso Antistiti inconstantiæ ac timiditatis labem penitus abstergat, probans, tantum abesse, ut nefario Wormatiensis conciliabuli Decreto umquam ex humano metu subscripserit, ut etiam iteratis vicibus e sede episcopali ejici, et in exsilium, cui et feliciter immortuus est, pelli maluerit.

*ac 4 Octobris contenti Suyskeni labores,*

30 Tomus hic, totius Operis quinquagesimus, supremos diligentissimi Suyskeni labores exhibet, una, sub qua vivere desiit, excepta de S. Ludovico Bertrando lucubratione, quam, ne in enormem magnitudinem volumen excresceret (Prætermissos ad diem IX Octobris consule) in sequentem diem, quo et sacris quibusdam Fastis inscribitur colique potest, differre visum est. Virginum præ reliquis ac Martyrum gesta virginitatis amans et dolorum, quibus cruciari jam cœperat, patientissimus Hagiographus hic sibi dilucidanda delegit. Harum ætate prima est S. Reparata virgo, Cæsareæ in Palæstina martyrii lauream ante annum vulgaris æræ Christianæ 253, quo eam passam vult Baronius, consecuta. Acta circumferuntur varia, tum soluta, tum ligata oratione contexta, quorum etiam meliora, quibus nimium tribuit Marteneus, sublestæ fidei vitio laborare ostendit. Lectu etiam jucundissima sunt, quæ deinde occasione festivitatum, quas in hujus Sanctæ honorem diversæ Italiæ civitates celebrant, de antiquis Sanctorum festa honorandi ritibus ex probatis auctoribus in medium profert. Eodem Octobris die aliæ coluntur sanctæ Virgines Martyresque, sanctæ scilicet Benedicta, Libaria, Eusebia et 39 ejus Sociæ moniales. In S. Benedicta, quam in agro Laudunensi, non Lugdunensi Segusianorum, martyrio coronatam statuit, pluribus agit de Auriniacensis monasterii, ubi præcipuum cultum obtinet, perobscuris primordiis, illiusque ætate ac primis inquilinis. Translatum illuc incerto tempore, nec sine prodigiosis adjunctis, quæ una cum Actis, tribus post martyrum seculis in Sanctæ tumulo repertis scilicet, ad fabulas relegat, sanctæ Martyris corpus perpetuo ibi cultu gavisum, neque adeo apud Ruricurtenses in Bellovacensi agro canonicos Regulares asservatum fuisse, manifestum efficit. Anonymus quidam, ad faciendam fidem minime idoneus, pluribus post S. Libariæ passionem seculis Vitam ejus tot fabulis conspersam, tot infectam nugis in lucem protulit, ut ab ea edenda omnino sibi abstinendum Suyskenus merito judicarit. De SS. Eusebia abbatissa et 39 Sanctimonialibus VV. MM. omnes silent martyrologi, earumque memoria apud solum Arturum a Monasterio in Sacro Gynæceo celebrata reperitur : antiquam tamen illarum venerationem apud Massilienses dudum ante, quam annuo ritus duplicis Officio coli permissæ sint, celeberrimam fuisse, ex Guesnayo aliisque evincit. Atque hæc quidem pauca, omissis pluribus, de postremis P. Constantini scriptis delibasse sufficiat. Quid præterea ad propagandum Sanctorum cultum contulerit, quot labores ad rem nostram promovendam subierit, quis pro meritis valeat enarrare.

*aliique ab eo pro re nostra suscepti,*

31 Per plures annos id ei negotii datum est, ut singulis in tomis Sanctos in ordinem digereret; suum omnibus, quo Operi inserendi essent, assignaret diem, statueretque, quinam aut ob probatum non satis cultum omnino omittendi, aut alia de causa ad dies alios essent referendi. Qui porro labor, utut pauciores in Opere paginas impleat, quam impigrum studium, quantam judicii maturitatem requirat, quis eruditorum est, qui ignoret? Volvendi nempe revolvendique sunt sæpius innumeri pene tum editi, tum manu exarati codices, ut apta cuique addi ratio possit, ob quam vel ad aliud rejiciatur tempus, vel penitus prætermittatur. Norunt pariter litterarum periti, quantopere curiosi lectoris commodo subserviant annexi Operibus Indices accurati : noverat id certe Suyskenus, dum primus ipse Indices, quos Historicos dicunt, exactiore ac pleniore methodo contexendos edendosque curavit. Enumeratis hactenus litterariis ejus laboribus, quantam sibi apud bonos omnes et Sanctorum gloriæ studiosos laudem compararit, ignorare non possunt, quibus ii cogniti sunt atque perspecti. Aliis quoque titulis laboriosissimi Viri memoria perpetuo apud nos vivet ac vigebit. Ut enim nihil dicam de gesta ab eo annis pluribus rei nostræ domesticæ cura et administratione utilissima; nihil de vigilanti sollicitudine, qua pro Operis nostri Museique fama sarta tecta servanda usque desudavit; sola supellex nostra litteraria, ejus curis summopere aucta, quam gratam nobis reddit, reddetque imposterum solertissimi Hagiographi recordationem! Enimvero quanto ei res ista sudore, quot vigiliis ac molestiis constitit, dum anno MDCCLII et sequenti Galliam, Italiam, Germaniam ac Hungariam peragravit, bibliothecas, ad quas aditus patebat, diligenter perscrutans, describensque

describensque permulta, quæ perficiendo de Actis Sanctorum Operi utilitatis quidquam collatura censeret? Adderem hic, quam honorifice passim a viris principibus ac litteratis omnibus in peregrinatione ista fuerit habitus; quot quantaque benevolentiæ et amoris indicia tum Viennæ in Austria Augustissima Romanorum Imperatrix Maria Teresia (quam ut Deus ad æternam laborum vere Apostolicorum mercedem sero admodum evocet, indesinenter precamur) tum in urbe Romana Benedictus XIV plus vice simplici ei exhibuerint : hæc, inquam, aliaque huc facientia, prolixiore narratione prosequerer, nisi ea lectori sufficienter scirem exposita in Elogio, quod de P. Stiltingo, Suyskeni in hoc itinere socio, concinnatum ac primo Octobris tomo præfixum reperitur.

*virtutes itidem,*

32 Habes, erudite lector, egregios sane pro Sanctorum gloria a P. Constantino per sex et viginti annos exantlatos labores : nunc, quam sedulo tot etiam inter curas perfectioni propriæ, efformandisque in se dignis viro religioso moribus numquam non invigilaverit, paucis accipe. Commemorandum imprimis venit, quod in P. Suyskeno ad extremum usque spiritum observatum est, constans sedulumque Orationis studium, ac peculiaris cum Deo Sanctisque familiaritas. Hinc summo mane e lecto se proripere et ad cœlestium rerum contemplationem, per horam integram protrahendam, convolare ut ad epulum solebat, non prius inde recedens, quam gratissimum ad aram faciendi tempus adesset. Quam vero singulari prorsus reverentia ac religione rem sacram perageret, pronum erat colligere ex pia vultus compositione, ex modesta reliqui corporis gravitate, ex lenta denique distinctaque singulorum verborum pronuntiatione, quibus et suam in Eucharisticum Deum nutriebat pietatem, et præsentium animos ad similes venerationis affectus fortiter simul ac suaviter pelliciebat. Ea erat in persolvendo sacerdotali penso accuratione, ut destinatum singularum partium recitationi tempus re numquam alia interrumperet. Pro singulari, quo in Deiparam Virginem ferebatur, amore indies illius sertum (Rosarium dicunt) Horis Canonicis adjiciebat, solitus præterea, ut tantæ Matris favorem sibi conciliaret, in festivitatum ejus pervigiliis aliquid diebusque sabbatinis a consueta refectione rescindere atque alia etiam maceratione corpus affligere. Neque minore illos e Cœlitibus, quos sibi patronos delegerat, veneratione prosequebatur, quorum amplificando cultui non vigilias modo laboremque plurimum, sed et sumptus non exiguos aliquando impendit. Qua sane in Divos religione biennio ante mortem acutissimis calculi doloribus liberari, se promeritum credidit, cum invocata S. Liborii ope lapillos aliquot et calculosæ materiæ plurimum absque ullo fere cruciatu felicissime ejecit.

*quibus maxime*

33 Ex interrupto numquam cum Deo Sanctisque commercio quantum virtutum cumulum Vir pius collegerit, etsi solus ille penitus noverit, a quo æterna mercede jam pridem donatum confidimus; iis tamen, quibus potissimum exemplo nobis et admirationi fuit, supersedere omnino non licet. Prima hic occurrit votorum, quibus se Deo æternum obstrinxerat, observatio tam accurata, ut nullus eo paupertati addictior, nullus ad capessenda Superiorum jussa alacrior, nullus servandæ castitati magis videretur intentus. Totus cubiculi ornatus, tota supellex erat exigua Servatoris e cruce pendentis effigies, Deiparæ Divinum lactantis puerum imago et confectum e cera sacrum numisma. Moderatorum mandata, imo et nutus ea alacritate prævenire studebat, qua major vel in religionis tirone exoptari vix posset. Hinc et eorum tam fuit usque reverens, ut, si cum eis agendi urgebat necessitas, non virum plurimis naturæ dotibus insignem, sed abjectum homuncionem illis adstare dixisses. Quid dicam de conservandæ virtutis angelicæ sollicitudine indefessa? In hac vel levissimum non dicam nævum, sed vel nævi umbram horrebat, ut colligere est ex oculorum custodia, fuga otii, locutione circumspecta, flagellis catenulisque, in cubiculo ejus repertis : quibus omnibus id conabatur assequi, ut ne caro adversus spiritum insolesceret. His adde perpetuum religiosissimi Viri studium, quo minimas etiam Instituti sui Regulas exactissime observare connitebatur.

*excelluit.*

34 Atque ut præclaras hasce et homine religioso dignas virtutes conservaret, ad perfectam animi demissionem, seu humilitatem, quæ, si Patrum testimoniis fides, virtutum omnium et parens, et custos est, pertingere totis viribus adlaborabat, et pertigit feliciter. Enimvero incredibilis fuit in P. Constantino sui despicientia, qua non æqualis modo, sed inferioris etiam conditionis hominibus se subjicere; suum aliorum judicio frequenter posthabere; de se rebusque suis modeste loqui consueverat. Quæ præsertim in eo virtus enituit, dum, erepto e vivis Stiltingo, adigi vix potuit, ut rei nostræ domesticæ curam, cui sustinendæ impares sibi humeros Vir modestus aiebat, in se tandem susciperet. Hinc etiam erat in accusandis puniendisque

que propriis defectibus censor rigidissimus, in perferendis alienis patientissimus et ad illatas sibi injurias condonandum promptissimus. Eodem e fonte mirabilis illa profluebat affabilitas et comitas amabilis, ob quam tum domesticis omnibus, tum, qui vel semel cum placidissimo viro egerant, externis, in deliciis erat. Solent præterea, quorum in animis hæc virtus egit radices, egregii fraternæ caritatis, quæ, testante Apostolo, perfectionis est vinculum, esse cultores. Id certe in P. Suyskeno manifestissime patuit: nihil enim erat illi antiquius, quam neminem dicto factove lædere, aliorum animos, quoquo modo poterat, sibi conciliare, omnium servire commodis et studiis obsequi. Atque his quidem, aliisque numero bene multis, quas, ne lectorem fatigem, tacitus prætermitto, virtutibus probe instructum supremus morbus ac mors ipsa nimium mature, si annos; si vero merita spectes, sat sero occupavit

*piusque obitus exponuntur.*

35 Difficili omnino ac diuturna cum ægritudine conflictandum Viro patientissimo fuit. Enimvero altero ante mortem anno nephriticis doloribus utcumque solutum alii deinde morbi invaserunt; capitis nempe frequentes vertigines, molesta urinæ exoneratio, summa ad laborem minimum respirandi difficultas, ac, qui malorum omnium caput fuisse creditur, accrescens e noxiis humoribus malignus tumor, quem artis medicæ periti Schirrum appelant. Adhibita continuo, quotquot profutura videbantur; humana remedia; sed absque fructu. Successit dein dirus pertinaxque hydrops, qui Virum, quem scribendis Sanctorum Actis plures etiamnum annos parem fore sperabamus, ab omni penitus labore et studiis Hagiographicis removit. Dura quidem homini propagandæ Cœlitum gloriæ cupidissimo necessitas; Suyskeno tamen, qui jam pridem supremi Numinis beneplacito totum se commiserat, minime molesta. Interim crescente indies mali pertinacia, omnemque tum medicorum, tum chirurgorum eludente operam, de instanti mortis periculo edocetur æger, unaque, ut postremis morientium Sacramentis suscipiendis se præparet, admonetur. Nihil immutata P. Constantini ad hunc nuntium constantia, nihil vultus animusve turbatus: sed, arcessite, inquit, cui de peccatis confiteri assuevi, peractaque confessione facite, ut quantocyus Divino refectus Epulo, sacroque infirmorum oleo inunctus supremam cum morte luctam generose sustineam. His munitus subsidiis mortem exspectabat intrepidus, dum iv Kal. Julii, ipso SS. Apostolorum Petri et Pauli pervigilio, vehementi adeo correptus est febri, ut octava circiter post prandium hora commendatam sæpissimè inter tenerrimos affixi cruci Servatoris imaginis amplexus Deo Sanctisque animam placidissime, uti vixerat, exhalarit, annos natus LVII, quorum sex et viginti amplificandæ Cœlitum gloriæ impendit, ad quorum æternam beatamque Societatem receptum, merito confidimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX

# SANCTORUM

AD TOMUM IV OCTOBRIS

A


9 Abraham patriarcha in Palæstina. Comm. Critico-Hist, § 1. Rei tractandæ dignitas et methodus : Sancti pater consanguineique : status controversiæ de ejus anno natali : hic anno patris ejus centesimo trigesimo innectendus esse ostenditur. 571. § II. Stabilitur magis sententia nostra, et dissentientium varia effugia præcluduntur 576. § III. An Thare, pater Abrami, aliquando fuerit idololatra, et an etiam ipse Abram? 581. § IV. An Philonis et Rabbinorum Judæorum, ac denique non paucorum SS. Patrum auctoritate Abrami idololatria solide probetur ? 585. § V. Abramum idololatriæ purum semper fuisse, variis argumentis testimoniisque ostenditur. 589. § VI. Abramus uxorem ducit, quæ vera ejus soror fuisse non probatur 593. § VII. Abrami uxor probabilius fratris ejus, Arani nempe, filia fuit. Inquiritur, an Abramus cum Arano a Chaldæis in ignem conjectus, indeque prodigiose eductus fuerit 598. § VIII. Prima Abrami vocatio divinitus facta in Chaldæa : Abrami exitus ex Ur Chaldæorum : varia huc spectantia 602. § IX. Divina Abrami vocatio, Genes. cap. XII relata, diversa est a jam ante memorata : promissio Abramo eodem cap. XII facta, multis nominibus amplissima fuit ; ejus profectio versus terram Chanaan, hujus epocha 606. § X. De annis CCCCXXX, qui inter divinam promissionem, Abramo factam, exitumque ejus posteroruu ex Ægypto intercesserint : tempus horum habitationis in Ægypto definitur : variæ celebris versus cap. 12 Exodi Lectiones 610. § XI. Celebris de Patriarchæ posteris versus libri Exodi, etiam in eo non admisso mendo, exponitur. Testamenti, a S. Paulo memorati, epocha anno Abrami 75 innectitur 614. § XII. Abrami adventus in terram Chanaan : ejus illic peregrinatio : profectio versus Ægyptum : adhibitum ab eo, ne in Ægypto occidatur, consilium 618 § XIII. Sancti ingressus in Ægyptum : uxorem, sibi sublatam, recipit intactam : ejus reditus in terram Chanaan : promittitur ei divinitus terra Chanaan 623. § XIV. Abramus cum Mambre hujusque fratribus fœdus init. Lotum a Chodorlahomore, Pentapolitarum victore, captum, fuso prius hujus exercitu, incolumem recipit 627. § XV. Sancti ab hostium strage reditus : Melchisedechi, sacerdotis Dei, occursus : datæ huic ab Abramo decimæ : panis et vini oblatio a Melchisedecho : varia huc spectantia 630. § XVI. Abrami animus divinitus firmatur : promittitur ei merces et posteritas numerosa : eximia Abrami fides : fœdus a Deo initum cum Abramo 634. § XVII. Consilio Saraï, uxoris suæ, Abramus Agarem ancillam sibi uxorem adsciscit secundariam : hanc e domo sua a Sarai deinde dimitti sinit : impactæ Abramo ob conjugium istud calumniæ diluuntur : nascitur ei ex Agare filius Ismaël 638. § XVIII. Factæ Abramo promissiones confirmantur : ejus nominis Abram in Abraham mutatio : præcepta ei in fœderis sanciti signum circumcisio : varia ad hanc spectantia discutiuntur 642, § XIX. Sancto ex Sarai conjuge, quam Saram vocare divinitus jubetur, prænunciatur Isaaci ortus : ejus, audito hoc nuntio, risus : circumcisionis præceptum ab Abrahamo exsecutioni mandatum : hujus epocha 648. § XX. Abrahamus tres angelos sub viatorum forma latentes hospitio excipit : ab uno ex his de nascituro sibi intra annum filio, ac de instanti Pentapolis pernicie certior fit : hanc deprecari nititur 652. § XXI. Abrahamus peregrinatur in Geraris : hujus itineris occasio et epocha discutitur. Abrahamus Saram conjugem, jussu Abimelechi sublatam, recipit intactam, eumque suis precibus morbo liberat 655. § XXII. Abraham natum sibi ex Sara filium vocat Isaac, eumque circumcidit : Agarem cum Ismaële e domo sua dimittit : fœdus init cum Abimelech 660. § XXIII. Abraham divinitus jussus filium suum Deo immolare, mandatum exequi parat : at perficere divinitus prohibetur. Hujus facti præstantia contra pseudo-criticos ostenditur 665. § XXIV. Abrahamus loco filii sui Isaaci arietem Deo immolat : amplissimæ promissiones divinæ ei illustri modo confirmantur : reversus in Bersabee redditur certior de natis suo fratri liberis 669. § XXV. Sanctus defunctam in Hebron uxorem Saram plangit : eam sepelit in spelunca duplici, quam ab Ephron emerat probata pecunia : varia de hac sepulcri emptione 673. § XXVI. Abraham Isaaco suo provisurus de uxore, suæ domus œconomum jurejurando prius obstrictum, ut de cognatione herili uxorem ei quærat, in Mesopotamiam mittit. Hujus legationis felix successus 678. § XXVII. Abraham Ceturam ducit uxorem : hujus conjugii adjucta discutiuntur : nati ex eo filii, hos, uti et Ismaëlem, muneribus donatos Abrahamus separat ab Isaaco, jam duobus filiis aucto : Sancti obitus et sepultura 683. § XXVIII. Antiqua Sancti memoria et veneratio : ejus corporis sec. XII per Canonicos Regulares inventio : reliquiæ sub ejus nomine asservatæ 687. § XXIX. Sancti Patriarchæ in sacris Fastis annuntiatio : legitimus ejus cultus in ecclesia etiam Latina : Officium proprium et Missa 691

9 Adalbero cum Nidgario. Vide *Nidgarius*, 3 Amor

8 Amor Conf. cultus in monasterio Belisiensi in territorio Leodiensi. Comm. Præv. § 1. Amoris apud martyrologos memoria, cultus sacer, et Acta 335. § 11. Ætas Sancti incerta : gesta ejus breviter perstricta 339. Vita, *auctore, ut videtur, Egeberto, ex Ms. Belisiensi, collato cum Ms. Rubeæ-vallis.* Prologus 343. Cap. 1. Sancti patria, peregrinatio Romana, adventus in Belgium, et aliqua prodigia 343. Cap. 11. Alia ejusdem prodigia, obitus et translatio seu elevatio corporis 346. Vita brevior, *auctore anonymo ignotæ fidei ac ætatis, ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris.* 347

9 Andronicus et Athanasia Conff. in Ægypto. Comm. Præv. Sanctorum Conjugum in Fastis sacris memoria, ætas, Acta 997, Acta *ex Menæis.* 998

9 Arnoaldus Ep. Conf. Metis in Belgica I. Sylloge, Breve Arnoaldi elogium, tempus sedis, utcumque determinatum, et cultus sacer 1008

8 Artemon presb. M. forte Laodiceæ in Phrygia. Sylloge. Fasti sacri, qui Sanctum memorant : ubi, quo mortis genere et quando vitam terminarit 41. Elogium fabulosum *ex Menæis ad diem* XXIV *Martii* 44

9 Athanasia cum Adronico. Vide *Andronicus.*

9 Atticus, Luddulus seu Lugdulus, Septimus, Julius MM. *Ex Hieronymianis.* 993

B.

8 Badilo abb. Ludosæ in Hannonia. Comm. Historico-crit. § 1. Loci notitia : Lutosani monasterii, cui Sanctus præfuit, primordia : Sancti ætas discussa : ejus ab homonymis distinctio et religiosa vita 349. § 11. An S. Badilo creditum S. Mariæ Magdalenæ corpus e Provincia Galliæ ad Vezeliacensem in Burgundia ecclesiam deportasse, et quo circiter anno id fecisse, dici queat 352. § 111. Sancti gesta in Belgio, tempusque emortuale discutiuntur : ejus in sacris Fastis memoria : reliquiarum translationes : ecclesiasticus Lutosæ cultus 357

9 Baractalis M. Spoleti in Umbria. Anacæphaleosis 994

9 Bellerius cum Lamberto. Vide *Lambertus.*

8 Benedicta V. M. in territorio Laudunensi in Gallia. Comm. Præv. § 1. Sanctæ memoria in Martyrologiis, Auriniacensis parthenonis notitia, corpus ejus ibi : reliquiæ ab eo separatæ et alibi donatæ : an ejusdem corpus Ruricurti 213. § 11. Ejusdem apud Auriniacenses variæ festivitates, corporis translationes et reliquiæ, a corpore separatæ, etiam alibi 216. Acta fabulosa, *auctore anonymo, ex codice nostro, primo Vallicellensi deinde clarissimi viri Balthazaris Moreti, collato cum aliis* 219

8 Birgitta vidua Romæ. Comm. Præv. § 1. Recensentur aliquot de S. Birgitta, lucubrationes, sed quæ vel dubiæ sunt vel nos latent 368. § 11. Præcipuæ S. Birgittæ Vitæ hactenus exstantes : quænam ex his a nobis edendæ : auctorum Sanctæ familiarium notitia 371. § 111. S. Birgittæ natale solum : qui fuerint ipsi parentes, fratres et sorores ; item quæ generis nobilitas 376. § IV. Prodigiis variis illustratur ortus S. Birgittæ, sub initium seculi XIV natæ, multisque prærogativis ab ineunte ætate divinitus decoratæ 380 § V. S. Birgitta matrimonium init : liberos octo parit : marium notitia 384. § VI. Filiarum ejus nepotumque notitia 388. § VII. Juncta matrimonio varias virtutes exercet, maritumque ad continentiam allicit 390. § VIII. Sueciæ regum, regnique salutis curam habet 394. § IX. Recensentur nonnulla S. Birgittæ itinera, quæ pietatis causa instituit in Norvegiam, Galliam etc 397. § X. Ulphone marito orbata in sponsam eligitur à Christo : mutat vitæ genus, hominumque, quod et alias fecit, contemnit opprobria 401. § XI. S. Birgittæ revelationes vernacule ab illa scriptæ, et Latine redditæ non semel examinatæ approbatæque fuerunt 406. § XII. Oppugnatæ eædem in conciliis Constantiensi et Basileënsi ab omni censura immunes evasere 409. § XIII. Quæ sit S. Birgittæ Revelationibus habenda fides : Oudini de iisdem dicta refutantur 412. § XIV. Quod fuerit de iisdem Gregorii XI judicium 416. § XV. Regulam Ordinis S. Salvatoris, Christo, ut pie creditur, dictante, S. Birgitta conscribit : an illa omni ex parte talis fuerit, qualis hodieque est 419. § XVI. E Suecia Romam migrat 422. § XVII. Reipublicæ Christianæ bono incumbit, variis prædictionibus claret, et pro statuenda redimendaque Romæ summi Pontificis cathedra sedulo laborat 426. § XVIII. Invisitur Romæ a filia sua, S. Catharina, variorumque saluti studet 431. § XIX. Quem tenuerit Romæ S. Birgitta vivendi modum : iter ejus Assisium 434. § XX. Iter item Neapolitanum 438. § XXI. Regulam S. Salvatoris, et monasterii Vastenensis erectionem ab Urbano V approbari curat : an item instituerit Ordinem militarem 443. § XXII. Dei jussu Hierosolymam profecta, in Cyprum appellitur. Quid rerum istic gesserit 449. § XXIII. E Cypro navigat in Palæstinam inde in Cyprum ac Neapolim redit 454. § XXIV. Romam ægra revertitur, de instanti morte præmonetur, quam ibidem pie obit 458. § XXV, Ossa ejus transferuntur in Sueciam : multis illic prodigiis claret : canonizationi Matris suæ incubuit S. Catharina filia, et Regulæ S. Salvatoris confirmationem impetrat ab Urbano VI 462. § XXVI. Bonfacius IX S. Birgittam in Sanctorum numerum refert 467. S XXVII. Ritus factæ canonizationis ex Amelio, teste oculato : indulgentiæ ejusdem occasione datæ : canonizationis S. Birgittæ et Regulæ S. Salvatoris per Martinum V confirmatio 472. § XXVIII. De cultu sacro et reliquiis S. Birgittæ 577. Vita, *auctore Birgero, archiepiscopo Upsalensi.* Prologus 485 Cap. 1. Status S. Birgittæ virgineus ibid. Cap. 11. Status S. Birgittæ conjugalis 488. Cap. 111. S. Birgittæ viduitas et obitus 490. Vita altera *Ex apographo monasterii S. Altonis in Bavaria, auctore Bertholdo, Ordinis S. Salvatoris monacho.* Prologus 495. Liber 1. Cap. 1. De profunda ipsius humilitate et immenso amore ad Deum 496. Cap. 11. De præcordiali ejus devotione ad Virginem Mariam : de zelo honoris divini et studio salutis animarum 499. Cap. 111. De operibus pietatis et patientia in adversis 503. Cap. IV. De obedientia ejus erga Patres spirituales, modo spiritualiter vivendi, et peregrinationibus sacris 607. Cap. V. De

pudicitia

pudicitia et castitate ejus, jejuniis et pœnitentiis 510. Liber II. De acceptis gratiis et divinis charismatibus. Proemium 512. Cap. I. De visionibus et revelationibus, quas pleræque piæ de ea habuerunt, et gratia ejus sanitatum 513. Cap. II. De oppressis a dæmone per eam liberatis; de sulphuris, quem in offensa Dei sentiebat, odore et dono revelationum, sibi factarum 516. Cap. III. de spiritu prophetiæ 519. Liber III. De miraculis post ipsius obitum exhibitis et probatis. Proemium 523. Cap. I. De mortuis suscitatis, cæcis, surdis et mutis curatis 524. Cap. II, De paraliticis curatis, liberatis a morbo caduco et curatis ab aliis diversis infirmitatibus 526. Cap. III. De vexatis a diabolo, periclitantibus in partu, et naufragantibus 529. Cap. IV De miraculis circa translationem reliquiarum occurrentibus, et de blasphemantibus, et detrahentibus sibi 531. Appendix de miraculis S. Birgittæ. Pars I, *auctore anonymo*. Miracula octo in Suecia patrata 534. Pars II. Miracula aliquot Bernardi, archiepiscopi Neapolitani, jussu a Jacobo Orlando collecta 535. Pars III, *anctore anonymo*. Miracula aliquot Nolæ et Romæ facta 539. Pars IV. Miracula aliquot ex Nicolai Ursini, comitis Nolani, epistola ad Alphonsum Giennensem olim episcopum 541. Pars V, *auctoribus monachis Vastenensibus*. Alia quædam miracula in Suecia facta 542. Pars VI, *auctoribus monachis Vastenensibus*. Cap. I. Miracula aliquot anno MCCCLXXIV patrata 546. Cap. II. Miracula anno MCCCXXLV facta 550. Cap. III Miracula quædam anno MCCCLXXVI facta 552. Cap. IV. Alia item miracula anno MCCCLXXVI facta 557

C

8 Caletricus ep. conf. Carnoti in Belsia, Galliæ provincia. Sylloge. Sancti apud martyrologos mentio, insigne ejus elogium e Venantio Fortunato, tempus episcopatus, concilia, quibus iuterfuit, reliquiæ et cultus 278

8 Compagnus conf. Ordinis Camaldulensis Patavii in Italia. Sylloge. B. Compagni gesta, corporis incorrupti translationes 365

D

9 Demetrius Ep. Conf. Alexandriæ in Ægypto. Sylloge Historico-critica § I. Sancti e Fastis Habessinis memoria, mira ad episcopatum electio, probata prodigiose castitas, variique illius temporis Martyres contra Dodwellum exhibentur 855. § II. Lata a S. Demetrio in Origenem exilii sententia examinatur 858

8 Demetrius M. Thessalonicæ in Macedonia. Comm. Praev. § I. Multiplicia, quæ de S. Demetrio reperiuntur, scripta, præcipue Græca, recensentur 50. § II. Quænam e scriptis, § præcedenti recensitis, edenda sint, et qua fide auctoritateve quæque valent 52. § III. Sancti imperterrita in prædicanda Christi fide fortitudo, et quid de iis, quæ de ejus genere, patria, conditioneque narrantur, censendum 57. § IV. Quid de iis, quæ a Metaphraste anonymoque, qui huic præluxit, Sancti biographo de Nestore traduntur, sit censendum 60. § V. Demetrius capitur, martyrioque afficitur : quandonam id factum, et quis lupus, qui servus ejus fuisse dicitur, exstiterit 63. § VI. Sancti memoria in Fastis sacris, cultus ecclesiasticus, quo universim hodieque apud Gracos gaudet, atque olim fuit gavisus 65. § VII. Quam eximius Thessalonicæ cultus Sancto fuerit delatus, et quam quidem antiquus is sit 68. § VIII. Quandonam primum prodigiosum unguentum e Sancti seu tumulo, seu corpore stillare inceperit, et quid præterea de sacro hoc pignore sit credendum 73. § IX. Quam insignis Sancto cultus Constantinopoli, ab ipsis etiam Orientis imperatoribus, fuerit delatus, et quam quidem antiquus is sit 78. § X. Cultus ecclesiasticus, Sancto etiam apud Latinos aliasque nationes a longissimo jam tempore delatus 83. Passio prima, *ab auctore anonymo scripta atque ab Anastasio Bibliothecario e lingua Græca in Latinam conversa, ex editione Mabillonii cum variis Mss. et Photiana Passione collata*. Prologus 87. Caput unicum. Sanctus fidem prædicat, Maximiano imperatori, ad gladiatorum spectaculum properanti, captivus sistitur, illiusque jussu custodiæ primum mancipatur ac deinde etiam occiditur 88. Passio altera, *auctore anonymo, e bibliothecæ Vaticanæ codice 821, interprete Cornelio Byeo*. Cap. I. Sanctus fidem prædicat, comprehenditur, ad Maximianum adducitur, custodiri ab hoc jubetur, a Nestore, contra Lyæum pugnaturo, convenitur, illique benedicit 90. Cap. II. Maximianus, ob necem Lyæo illatam iratus, Nestorem primo ac dein etiam S. Demetrium jubet interfici, hicque, postea miraculis inclarescens, locis sacris sibi exstructis honoratur 93. Passio III. *Auctore Simeone Metaphraste, e Græco bibliothecæ Christianissimi regis Medicæo exemplari, cum Lipomani et Surii editionibus collato, interprete Lipomano*. Cap. I. Sancti patria, genus, institutio, dignitas, Christi prædicatio, apprehensio atque in carcerem conjectio 96. Cap. II. Lyæus a Nestore occiditur, Maximianus, hinc iratus, Nestorem et Demetrium jubet interfici, hicque et miraculis claret et tamquam Sanctus honoratur 99. Miracula *e duobus codicibus Mss. Græcis, altero bibleothecæ Vaticanæ 821, altero olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi 1517. accepta, interprete Cornetio Byeo*. Liber I. *Auctore Joanne, Thessalonicensi archipiscopo*. Cap. I. De Mariano Illyrici præfecto, gravissima ægritudine afflictato, sanitatique per S. Demetrium restituto 104. Cap. II. De militiæ præfecto, ab immedicabili sanguinis fluxu per Sanctum sanato 112. Cap. III. De gesta a Sancto prodigiosa pro Thessalonicensibus in peste cura. 114. Cap. IV. De energumenis Sancti patrocinio sanatis 119. Cap. V. Qui Sancti reliquias postularit, easque tamen haud impetrarit imperator Mauritius 121. Cap. VI. De argenteo, quem Sanctus ciborio suo exusto instaurando destrui noluit, throno 123 Cap. VII. Qui Onesiphorus templi custos in Sanctum peccarit, ab eoque idcirco fuerit punitus 125. Cap. VIII. De magna, qua Thessalonicensibus famis tempore Eanctus prodigiose succurrit, sollicitudine ac cura 127. Cap. IX. Qui Sanctus alio adhuc

tempore

tempore Thessalonicæ fame pressæ prodigiose succurrerit 129. Cap. x. Qui Sanctus in bello intestino populique seditionibus Thessalonicæ etiam succurrerit 132. Cap. xi. De Illyrici præfecto, qui Sanctum blasphemavit atque ab eo idcirco fuit punitus 136. Cap. xii. Qui excitato ciborii incendio hostibus fuerit Thessalonica per Sancti providentiam liberata 137. Cap. xiii. Qui Avaribus improviso Thessalonicam aggredientibus Sanctus restiterit, hæcque nihilominus deinde abs illis obsessa ad summas angustias fuerit redacta 143. Cap. xiv. Visio Eusebio archiepiscopo Thessalonicensi oblata, argumentaque, quibus, memoratam cap. præced. Thessalonicæ obsidionem, prodigiose patrocinante S. Demetrio, solutam fuisse, Joannes contendit 148. Cap. xv. Visione cœlesti vir dignitate et virtute præclarus obsidionis Thessalonicensis tempore honoratur, eaque, pro Thessalonica stare S. Demetrium, edoctus, cives ad fortitudinem excitat 158. Miraculorum liber ii. *Auctore anonymo.* Cap. i. Sclavi ab obsidione Thessalonicensi, apparente S. Demetrio, deturbantur, duxque illorum capitur, ac deinde etiam occiditur 162. Cap. ii. Sclavi iterum Thessalonicam aggrediuntur Deumque ac S. Demetrium sibi contrarios experti, re infecta, recedere coguntur 166. Cap. iii. De terræ motibus, divinitus immissis, templique incendio 172. Cap. iv Sclavi, uno e principibus suis in captivitatem indigne abducto, irati Thessalonicam, iterum a se obsidione pressam, ad famis angustias adigunt, atque ab ea tamen iterum, suis succurrente S. Demetrio, recedere coguntur, parsque præterea illorum magna strage ab imperatoris exercitu post afficitur 173. Cap. v. Sanctus, ne Thessalonica a tectis inimicis dolo malo occupetur, damnumque patiatur, mirabili modo obstitit 179. Cap. vi. Cyprianus episcopus, a Sclavis captus, mirabili modo a S. Demetrio in libertatem asseritur 187. Miraculorum liber iii. *Auctore anonymo altero.* Cap. i. De viro, qui S. Demetrii patrocinio amissum e morbo oculorum usum recuperavit 190. Cap. ii. Cæcus pro medela ad S. Demetrium recurrit, sibique eum modo duplici propitium experitur 191. Cap. iii. Ne viri, loca sacra visitantes in Saracenorum manus incidant, prodigiose impedit S. Demetrius 192. Cap. iv. Vir valetudinis, pessime affectæ, in æde, S. Demetrio prope Thessalonicam sacra, ad quam sese conferre ab hoc in somnio jussus fuerat. sanitatem recuperat 195. Cap. v. Qui Sanctus, ut sacrum sibi in Cappadocia templum, quod collapsum erat, instauraretur, effecerit 197. Analecta. De unguento seu oleo e S. Demetrii tumulo prodigiose scaturiente aliisque adhuc ejusdem Sancti miraculis, partim e Scriptoribus typorum beneficio jam vulgatis, partim e Joannis Stauracii ac Demetrii Chrysoloræ lucubrationibus nondum editis accepta. § i. Miracula, seculo x posteriora, quæ Sanctus in Thessalonicæ favorem patrasse narratur 198. § ii. Miracula seculo x posteriora, quæ in aliorum etiam, quam in Thessalonicensium favorem a §. Demetrio feruntur patrata 201. § iii. Nonnulla, quæ præterea de prodigioso unguento, e S. Demetrii tumulo scaturiente, memoriæ exstant prodita, in medium adducuntur 206.

9 Deusdedit abb. Casinensis in regno Neapolitano, Syllogæ 1042.

9 Dionysius Areopagita ep. M. Athenis in Græcia. Comm. Præv. § i, Qua occasione et quando Hilduinus Areopagitica, in quibus S. Dionysium Areopagitam cum Parisiensi confudit, adornarit; qua fide id præstiterit, et quæ Acta antiquiora sibi prælucentia habuerit 696 § ii. Qua ætate ac fide jam memorata, quæ Hilduino præluxerunt, S. Dionysii Acta polleant, exponitur, ac aliorum duorum, quæ ei præluxerunt pariter, Scriptorum notitia, unius etiam fragmento transcripto, suppeditatur 701. § iii. Aristarchi epistolam, uti et Visbii conscriptionem, quæ recitatur, fictitiam esse, monstratur, ac quibusnam ex aliis Latinis fontibus Hilduinus insuper hauserit, exponitur 705. § iv, Neutram e Græcis Dionysii Passionibus, quarum alteram Chiffletius, alteram Lansselius et Corderius vulgarunt, S. Methodio adscribendam, ambasque e Latinis fontibus promanasse 709. § v. Diversorum, ac nominatim eorum, quæ jam recensita, Actorum Græcorum ætas ac fides : cur nec hæc, nec Hilduiniana, et tamen, quæ § i memorato, Latina edenda, et qui cuncta, quæ ad Dionysium spectant, tractanda 712. § vi. Quanam ac quali forte opinio, quæ Dionysium Areopagitam cum Parisiensi eumdem facit, pluribus seculis sit uso; qui seculo proxime elapso, cum diu obtinuisset, valide oppugnari cœpta ac tandem ab eruditis fere omnibus fuerit deserta 718. § vii. An opinio de unico Dionysio, quæ Hilduino antiquior, objectionibus in contrarium solutis, magis speciatim ostenditur, ante seculum octavum medium etiam obtinuerit, et quid de argumentis aliquot, quibus hoc probetur, censendum 725. § viii. Tria argumenta alia, quæ pro opinione de uno Dionysio ante seculum octavum medium consignanda faciunt, discutiuntur ac refutantur 729. § ix. Reliqua, quæ ad eandem opinionem seculo octavo medio antiquiorem faciendam conducunt, proponunter ac refellunter 733. § x. Rationum aliquot momenta, quæ pro opinionis de duobus Dionysiis apud Latinos antiquitate faciunt, ex horum Martyrologiis ac aliunde producuntur 739. § xi. Alia rationum momenta, e sacris potissimum Græcorum Fastis petita, quæ, et apud hosce opinionem de duobus Dionysiis antiquitus obtinuisse, commonstrant, in medium proferunter 746. § xii. Opinionem de duobus Dionysiis antiquitus tum apud Græcos, tum apud Latinos obtinuisse, aliis adhuc argumentis probatur 753. § xiii. Reliqua quæ, opinionem de duobus Dionysiis tam apud Græcos, quam apud Latinos antiquitus viguisse, ostendunt, proferuntur, Dionysiumque Areopagitam a Parisiensi certissime esse diversum, concluditur 762. § xiv. Nobile Dionysii genus, patria, divitiæ, doctrina, vitæ probitas, dignitas 767. § xv. Ad fidem a S. Paulo apostolo Dionysius convertitur, qui, qua ejus ætate et quando id factum, et an Damarim uxorem habuerit 671. § xvi. An Hierotheum magistrum habuerit, et an hic umquam Athiensem cathedram episcopus occuparit, aut etiam in rerum natura certo exstiterit 775.

§ XVII. An sanctissimæ Dei Genitricis exsequiis, Hierotheo etiam hisce adstante, interfuerit, et quid de aliis nonnullis, quæ de Sancto narrantur, ac in solis fere ei adscriptis Operibus fundantur, sit censendum 779. § XVIII. Quandonam et a quo Atheniensium fuerit creatus episcopus, quonam sub imperatore, itemque quo die et quo loco martyrium subierit, et quem cultum ecclesiasticum deinde obtinuerit 787. ACTA FABULOSA S. Dionysio Areopagitæ afficta, *auctore anonymo, e codice nostro Fuldensi* Qms. 5 *cum quinque aliis Mss. collato*. CAP. UNICUM. Dionysii conversio, ordinatio ad episcopatum, Romam profectio, discessus in Galliam, martyrium 792. APPENDIX DE SANCTI RELIQUIIS CAPUT I. An Dionysii Areopagitæ reliquiæ in Sandionysiano Franciæ monasterio serventur 797. CAP. II. An caput S. Dionysii Areopagitæ Longipontina abbatia possideat, et an quæpiam saltem illius pars in ducatu Luxemburgensi non sit 800. APPENDIX ALTERA DE SCRIPTIS, QUÆ SUB DIONYSII AREOPAGITÆ NOMINE CIRCUMFERUNTUR 802. CAP. I. An Dionysii Opera ab ullo e Patribus, qui tribus primis æræ Christianæ seculis floruerunt, fuerint citata ibid. CAP. II. An Dionysiana Opera seculo IV vel a concilio Nicæno, vel a SS. Athanasio, Gregorio Nazianzeno et Chrysostomo fuerint citata 809. CAP. III. An Joannes Darensis, qui Commentaria in utramque Dionysii Areopagitæ Hierarchiam scripsit, seculo IV floruerit, et an is, et Isaac, qui Areopagitam citasse traditur, S. Ephremi discipuli exstiterint 814. CAP. IV. An S. Cyrillus, et S. Juvenalis, alter Alexandrinus, alter Hierosolymitanus seculo V patriarcha, S. Dionysii Areopagitæ Opera citarint 819. CAP. V. Quandonam primum Dionysiana Opera innotescere cœperint, passimque deinde omnibus nota exstiterint 822. CAP. VI. Quid, ut Opera Dionysiana Areopagitæ abjudicentur, diuturnum, quo a nullo laudata, omnibusque incognita fuerunt, quatuor primorum Ecclesiæ seculorum spatium valeat 825. CAP. VII. An concilia, Patres, Pontifices, Scriptores, qui post seculum quintum Opera Dionysiana sub Areopagitæ nomine laudarunt, argumenti negativi, ab Operum eorumdem per seculâ anteriora ignoratione petiti, vim non infringant 828. CAP. VIII. An temporis diuturnitas, qua post seculum quintum Dionysius Operum, nomine suo inscriptorum, auctor æstimatus fuit, argumentum negativum, ab Operum eorumdem per secula anteriora ignoratione petitum, pariter non enervet 831. CAP. IX. Ex S. Ignatii martyris ad Romanos epistola, duæ in directo ad Timotheum libro de Divinis Nominibus citatur, non esse hunc a Dionysio Areopagita compositum, ostenditur 834. CAP. X. Dionysii Areopagitæ non esse, quæ ejus nomine inscribuntur, Opera, ex antiqua, quæ in hisce pro infantium baptismo citatur, traditione ostenditur 839. CAP. XI. Quæ de sanctissimo Trinitatis mysterio Operum Dionysianorum auctor scribit, Dionysium Areopagitam hunc non esse, argumento etiam esse monstrantur 841. CAP. XII. Quæ de monachis, cæremoniisque ac ritibus sacris, ætate sua adhiberi solitis, Operum Dionysianorum auctor memorat, esse hunc non posse Areopagitam, commonstrant 848. CAP. XIII. Validissimum, quo Opera, quæ sub Dionysii Areopagitæ nomine circumferuntur, Sancto huic vindicare Areopagitici nituntur, argumentum refellitur, nonnullisque adhuc, quæ pro iisdem Operibus Areopagitæ vel abjudicandis vel attribuendis faciunt, adductis, hunc illa non habere auctorem, propeetiam certum esse, concluditur 850.

9 Dionysius ep., Rusticus Presb. et Eleutherius Diaconus MM. Parisiis in Francia. COMM. PRÆV. § I. Quandonam antiqua Sanctorum Acta, quæ Bosquetus primum edidit, fuerint conscripta 865. § II. Bosquetiana Acta qua fide seu auctoritate polleant, et qua ratione cuncta, quæ ad Sanctos spectant, sint tractanda 869. § III. Quamnam S. Dionysii sociorumque ejus in Galliam missioni epocham Bosquetiana Acta assignent, et an, eam amplectendam esse, vel hæc, vel datum Apostolis de fide ubique prædicanda præceptum, vel denique generales quædam Patrum assertiones evincant 871. § IV. Quæ de epocha, quam Dionysii in Gallias missioni Acta Bosquetiana assignant, ob Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones non amplectenda § prægresso dictata sunt, confirmantur 879. § V. Quid de binis testimoniis, quæ pro S. Dionysii in Gallias missione seculo I affigenda faciunt, quæque a S. Genovefæ biographo ac S. Fortunato data contendunt, sit censendum 882. § VI. Quandonam opinio, quæ Dionysii missionem seculo I illigat, maxime viguerit, et an opposita, quæ hanc in seculum tertium differt, verosimilior non sit 887. § VII. Quæ pro majori veri specie asserenda opinioni, quæ Dionysium seculo tertio missum statuit, § præcedenti dicta sunt, confirmantur, hæcque longe verosimilior ac propemodum etiam certa pronunciatur 891. § VIII. An S. Dionysius Roma Parisios recte sese contulerit, an et quos tum socios sibi adjunctos habuerit, et quid in civitate illa gesserit 895. § IX. Qui et quo circiter tempore SS. Dionysius ejusque socii Rusticus et Eleutherius martyrio fuerint affecti 900. § X. Ubinam S. Dionysius ejusque socii SS. Rusticus et Eleutherius martyrium subierint, ac deinde fuerint sepulti 907. § XI. Opinio, qua Launoius Parisiis antiquam S. Dionysii ecclesiam statuit, refellitur, difficultatibusque, ob quas, an hæc duabus circiter leucis a civitate illa abesse potuerit, Tillemontius dubitavit, satisfit 912. § XII. Quo oppidi Sandionysiani loco steterit exstructa a S. Genovefa supra S. Dionysii ejusque sociorum tumulum ecclesia; an hanc præcesserit antiquior, et an in novam, quam exstruxerit, Dagobertus illorum corpora transtulerit 915. § XIII. Quænam præterea in S. Dionysium ejusque socios Rusticum et Eleutherium venerationis argumenta, seculo VIII anteriora, inveniantur 921. ACTA, *auctore anonymo, ex editione, a Felibiano ad abbatiæ San-diongsianæ calcem adjecta*. PROLOGUS. Unde ea, quæ scripturus est, author hauserit, declarat, nonullaque de Apostolis eorumque successoribus præfatur 925. CAP. UNICUM. S. Dionysius Parisios venit, Christum ibidem idololatris annuntiat, ecclesiam ædificat, cum sociis Rustico et Eleutherio, persecutione exorta, capitur, martyrioque cum eis affectus, locum, quo omnes tres

clam

clam terræ mandantur, mausoleo primum, ac dein ecclesia decoratum, miraculis etiam reddit illustrem 927 APPENDIX de S. Dionysii ejusque sociorum Rustici et Eleutherii cultu, reliquiarum translationibus miraculisque seculo VII posterioribus. CAP. I. Nonnulla a Sanctis post seculum VII patrata miracula cultusque tunc eis delati argumenta proferuntur 930. CAP. II. Qui Sancti post seculum VII ab ipsismet Galliarum regibus honorati, cultuque, extra Gallias etiam diffuso, fuerint gavisi 934. CAP. III. Qui S. Dionysii ejusque sociorum reliquiæ metu hostium sæpius translatæ, aliterque adhuc honoratæ ac palam periculis publicis pellendis fuerint productæ 940. CAP. IV. Quænam potissimum S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquiarum communicatio facta sit, factave saltem contendatur 945. CAP. V. Parisienses archiepiscopalis S. Mariæ ecclesiæ canonici, penes se esse S. Dionysii caput, sibi contra idipsum vindicantibus Sanct-dionysianis monachis, contendunt 949. APPENDIX ALTERA, *qua Sanct-dionysianorum in Francia, Ratisponensiumque in Germania monachorum, idem S. Dionysii corpus sibi vindicantium, controversia examinatur*. CAP. I. Quandonam controversia de S. Dionysii corpore, furto in Germaniam delato, agitata potissimum fuerit, et quid de modo, quo id factum esse, ab anonymo seculi XI scriptore narratur, sit censendum 951. CAP. II. Qui præterea Dionysiani corporis furtum patratum dicatur, et quandonam, si vel sic vel aliter reipsa fuerit commissum, evenerit 957. CAP. III. An vel e Witikindo, vel e Scriptorum omnium ac nominatim Arnolphi monachi de S. Dionysii in Germaniam translatione silentio locum hanc certo haud habuisse, detur evictum 959. CAP. IV. An e scrinii Dionysiani visitatione, anno circiter 1050 facta, statuque, in quo et id, et corpus, quod complectebatur, fuit repertum, esse isthoc certo Dionysii corpus, fuerit probatum 964. CAP. V. Præcipua ex argumentis reliquis, quibus Dionysiani corporis furtum seu e Francia in Germaniam translatio impugnatur, expenduntur 969. CAP. VI. An Leo IX Papa Ratisponæ inventas, quas Dionysii esse dicebant, reliquias approbarit, litterasque hac de re ad Henricum I, Francorum regem, dederit 972. CAP. VII. Litteræ, Leonis IX Papæ nomine inscriptæ, una cum Georgii Heckhardi de hisce judicio proferuntur 975. CAP. VIII. Quid de Litteris, Leonis IX nomine inscriptis, judicioque, quod de hisce Eckhardus tulit, sit censendum 978. CAP. IX. Præcipua rationum momenta, quæ Ratisponensibus favent, expenduntur 981. CAP. X. Quis, qui S. Dionysii reliquias furatus dicitur, Giselbertus fuerit; an corpus, quod Ratisponam attulit, Dionysii esse, rite probarit, et an id Dionysii reipsa exstiterit. 984

8 SS. Dionysius ep., Januarius, Faustinus, Martialis, Privatus, Eraclus, Julianus, Pelagia, MM. Antiochiæ. *Ex Hieronymianis* 272

9 Domninus conf. apud Tifernum Tiberinum in Umbria SYLLOGE. Sancti cultus, fuga Perusiam, in patriam reditus et vita solitaria 1006

9 Domninus seu Donninus M. Burgi S. Domnini in ducatu Parmensi. COMM. PRÆV. S. Domnini in Fastis sacris memoria, fuga, martyrium et ædes sacræ 987. PASSIO S. DOMNINI, *auctore anonymo, ex codice Fuldensi, notato Qms. 6, collato cum Trevirensi S. Maximi notato Qms. 7* 991

9 Donninus. Vide *Domninus*.

E

9 Eleutherius cum Dionysio. Vide *Dionysius*

8 Eraclus cum Dionysio Vide *Dionysius ep., Januarius etc.*

8 Evodius ep. conf. Rothomagi in Normannia. COMM. PRÆV. § I. Quo seculo Rothomagensis episcopus fuerit: Actorum ejus fides et compendium: translationes corporis 241. § II. Evodii cultus sacer Rothomagi; reliquiæ in cœnobio S. Lupi Trecis; apud Martyrologos mentio 243. ACTA, ex Ms. Rothomagensi auctore anonymo 246

8 Eusebia abb. et sociæ XXXIX moniales VV. MM. apud Massiliam in Provincia Galliæ. SYLLOGE. De cultu et martyrio 292

F

8 Faustinus cum Dionysio. Vide *Dionysius ep., Januarius etc.*

8 Felix ep. conf. Comi in ducatu Mediolanensi. COMM. HISTORICO-CRITICUS. § I. S. Felicis in Fastis sacris memoria; quo anno Comi sedere cœperit; cujas fuerit; fueritne primus Comensium episcopus, et S. Ambrosii suffraganeus 233. § II. Quæ ejus fuerint in episcopatu gesta 237

G

9 Geminus conf. forte monachus Ordinis S. Benedicti in oppido S. Gemini in Umbria SYLLOGE. Oppidi S. Gemini notitia, Sancti, Acta discussa et cultus sacer 1039

9 Geminus cum Marcello. Vide *Marcellus*.

9 Genuinus cum Marcello. Vide *Marcellus*.

9 Gislenus conf. Ursidongi, nunc Gislenopoli, in Hannonia. COMM. PRÆV. § I. Vitæ Scriptores; horum ætas et auctoritas 1010. § II. Sancti patria, literarum ac philosophiæ studia Athenis peracta, vita monastica sub Regula S. Basilii, sacerdotium, peregrinatio ac commoratio Romana ejusque adjuncta discutiuntur 1013. § III. Recentiorum, qua S. Gisleno Atheniensis archiepiscopatus adscribitur, confutatur opinio 1016. § IV. S. Gisleni in Belgium iter, ac gesta usque ad Cellensis ecclesiæ consecrationem, a SS. Autberto et Amando perectam, et pium ejus obitum 1018. § V. Monasterii Cellensis et reliquiarum S. Gisleni vicissitudines aliquot 1023. § VI. Sancti reliquiæ sæpius translatæ ejusque nomini erectum sodalitium 1026. VITA, *auctore anonymo ex Mabillonio sec. 2 Benedictino pag. 790 et seqq.* PROLOGUS 1030. CAP. I. S. Gislenus e Græcia Romam, inde in Belgium venit, et Ursidongi monasterium condit *ibid.* CAP. II. Oratorium S. Petri et Pauli dedicari curat: S. Waldetrudem, ejusque filias, et sororem Aldegundem ad vitam monasticam allicit ac pie moritur 1032. INVENTIO ET MIRACULA, *scripta ab anonymo S. Gerardi discipulo, seculo* X 1035

9 Gosvinus

9 Gosvinus seu Goswinus abb. in monasterio Aquicinctino in diœcesi Atrebatensi. Comm. historicus. § 1. B. Abb. Vita duplex : quis utriusque futurus usus ; illius annus locusque natalis, doctrina, profectio Parisina, cum Petro Abaëlardo decertatio, canonicatus 1084. § 11. Monasterii Aquicinctini, de quo quædam præmittuntur, monachis Beatus se jungit ; varia lustrat monasteria ; abbas eligitur 1086. § 111. Beati gesta regiminis tempore memoratu digniora, virtutes præcipuæ, miracula quædam, donum prophetiæ 1089. § 1v. Supremus Beati morbus, felix obitus, sepultura, memoria in Fastis sacris 1092.

9 Goswinus. Vide *Gosvinus*.

8 Gratus ep conf. Cabilloni in ducatu Burgundiæ. Comm. Præv. Sancti apud Martyrologos mentio, gesta in episcopatu, reliquiarum translatio 281. Vita, *auctore anonymo a Claudio Perryo edita ex veteri Legendario ecclesiæ Cabilonensis*. Cap. unicum. Sanctus in episcopum Cabilonensem eligitur, cellæ se includit, moritur ; tranferuntur ejus reliquiæ, refertur in numerum Sanctorum 286.

9 Guntherus conf. Ordinis S. Benedicti Breunoviæ in Bohemia. Comm. Præv. § 1. Celeber Beati in Bohemia cultus, memoria in Fastis sacris : quis illius biographus 1054. § 11. Sanctus nobili genere ortus, fit monachus et monasterium Rinchnacense condit 1057. § 111. Presbyterum, in superbiam prolapsum, emendat 1062. § 1v. Reliqua B. Guntheri gesta, obitus, sepultura et reliquiæ 1064. Acta, *auctoribus, ut apparet, partim Wolfherro æquali, partim anonymo minus antiquo. Ex Mabillonio sec* vi *Benedict. part.* 1. *pag.* 480 *et seqp.* 1069. Miracula, *ex Ms. codice Menbraneo biblithecæ ducis de Altaems.* Cap. 1. Miracula B. Guntheri usque ad Martini I abbatis Breunoviensis tempora 1074. Cap. 11. Miracula B. Guntheri, Martini I abbatis Breunoviensis tempore facta 1079.

H.

8 Hugo conf. eques Hieroslymitanus Genuæ in Liguria. Comm. Præv. De Sancti cultu et actis 362. Synopsis historica, *ex Italico Bosii apud Truglium* . 363

I.

8 Januarius cum Dionysio. Vide *Dionysius ep., Januarius etc.*

9 Joannes Lobedavius conf. Ordinis S. Francisci Culmzæ in Prussia. Comm. Præv. § 1. Beati, patria, tempus emortuale, virtutes quædam 1094. §11. Antiquus Beati cultus, hujus innovatio, Vita edenda 1095. Vita, *ex Polonico P. Frederici Schembek interprete prænob. D. Andrea Ustrzycki Polono*. Cap. 1. B. Joannis patria, vita religiosa, obitus, initium cultûs 1097. Cap. 11. Antiquus B. cultus hæreticorum machinationibus interruptus, sec. xvii solemniter instauratus 1099.

8 Julianus cum Dionysio. Vide *Dionysius ep., Jannarius etc*

9 Julius cum Attico. Vide *Atticus*.

K.

8 Keyna V. in Brechinia Walliæ comitatu, Comm. Præv. Pauca de ejus genere, sanctitatis fama et Actis annotantur 275. Vita *ex Capgravio fol.* cciv *verso* 276.

L.

9 Lambertus et Bellerius CC. S. Gisleni discipuli Ursidongi nunc Gislenopoli in Hannonia 1038.

8 Laurentia cum Palatiate. Vide *Palatias*.

8 Libaria V. M. in Tullensi diœcesi in Lotharingia. Sylloge. De illius cultu ac gestis parum notis 228.

9 Luddulus cum Attico. Vide *Atticus*.

9 Lugdulus cum Attico. Vide *Atticus*.

M.

9 Marcellinus. Vide *Marcellus*.

9 Marcellus seu Marcellinus, Geminus seu Genuinus, Nuvius, seu Nivius, Primina MM. Romæ. *Ex Hieronymianis* 993.

8 Martialis cum Dionysio. Vide *Dionysius ep., Jannarius etc.*

8 Metropolus ep. conf. Treviris cultus. Sylloge. S. Metropoli cultus : episcopatus et martyrium incerta 210.

N.

9 Nidgarius et Adalbero epp. Augustæ Vindelicorum. Sylloge. § 1. Beati utriusque cultus sacer, tempus sedis, Adalberonis genus, Elvacensis præfectura, et commissa eidem Ludovici, Arnulphi imperatoris filii, educatio 1046. § 11. Credita B. Adalberonis Laurisheimensis cœnobii administratio, ejus apud Arnulphum et Ludovicum gratia, liberalitas in monachos S. Galli, mors et miracula 1050.

9 Nivius cum Marcello. Vide *Marcellus*.

9 Nuvius cum Marcello. Vide *Marcellus*.

O.

9 Olla V. apud Cameracum in Belgica II. Sylloge. Memoria in Fastis sacris, et cultus 1045.

P.

8 Palatias et Laurentia VV. MM. Anconæ in Italia. Sylloge. Sanctarum Martyrum in sacris Fastis memoria, cultus sacer Auximi et Anconæ, gesta incerta 47.

8 Palladia et Porcaria VV. Autissiodori in Gallia. Sylloge. Sanctarum Virginum ætas cultusque sacer : an Porcaria Autissiodorensis a Senonensi diversa, et an hæc martyr fuerit 269.

8 Pelagia pœnitens Hierosolymis Comm. Præv. § 1. Sanctæ ab aliis distinctio, memoria in Fastis sacris, probatæ fidei Acta edenda 248. § 11. Quamdonam Sancta ad Dominum fuerit, conversa diemque deinde extremum clauserit 252. § 111. Sanctæ apud varias gentes cultus ; sacrarum ejus reliquiarum translatio 257. Vita, *auctore Jacobo Diacono, ex editione Rosweydi*

*Rosweydi cum tribus nostris codicibus Membranaceis Pms.* 17, *Pms.* 18 *et Oms.* 49 *collata.* Prologus 261. Cap. 1. Antiochiæ synodus celebratur, ei interest S. Nonnus, verba ad populum, rogantibus reliquis episcopis, facit, Pelagiamque, quæ eo divina providentia accesserat, convertit 262. Cap. 11. Pelagia enixissime baptismum flagitat, baptizatur, confirmatur, sacra Eucharistia reficitur, clam ad montem Oliveti secedit, ibique post triennalem pœnitentiam felicissime moritur 265.

8 Pelagia cum Dionysio. Vide *Dionysius ep., Januarius etc.*

8 Petrus M. Hispali in Hispania Bætica. Sylloge. Sanctus parum notus: gesta ejus incerta: cultus sacer 273.

9 Petrus Galata conf. Constantinopoli. Sylloge. 1044.

8 Pollena cum Valeria. Vide *Valeria.*

8 Porcaria cum Palladia. Vide *Palladia.*

9 Primina cum Marcello. Vide *Marcellus.*

8 Privatus cum Dionysio. Vide *Dionysius. ep. Januarius etc.*

9 Publia abb. Antiochiæ in Syria. Sylloge, Sanctæ illustre facinus et sacris in Fastis memoriam præcipue complectens 995.

R.

8 Ragenfredis abb. Dononii prope Valencenas in Hannonia. Comm. historico-criticus. § 1. Actorum S. Ragenfredis, quæ Sollerius obiter discusserat, amplior notitia: singulorum fides: Sanctæ in Fastis sacris annuntiatio 295. § 11. Dononiensis Chartæ Carolinæ et Chronici Cameracensis, quæ de Sancta ejusque cœnobio meminerunt, auctoritatis stabilitur 298. § 111. Sanctæ natales nobilissimi: an novem sorores germanas habuerit, inquiritur. ei adscribenda fundatio cœnobii Dononiensis 302. § 1v. An S. Ragenfredis, et adunatæ ab ea Sanctimoniales, Benedictinæ, an canonicæ fuerint, inquiritur 305. § v. Sanctæ gesta, ab anonymo Dononiensi aliisque relata, examinantur: emortuale ejus tempus utcumque definitur 309. § vi. Sanctæ corpus e terra levatum occasione patrati miraculi. Diploma pro instauratione cœnobii Dononiensis concessum: cœnobii per Normannos vastatio 312. § vii. Sanctæ corpus ad Novum-castrum in Gallia delatum divenditumque: instauratio Dononiensis abbatiæ variaque ejus adjuncta 315. § viii. Recuperata a Dononiensibus majora Sanctæ ossa, dein et minora: hæc in decenti lipsanotheca reposita: impensa eis in variis locis veneratio 318. § ix. Quamdiu in Dononiensi parparthenone moniales Benedictinæ sub titulo Congregationis S. Ragenfredis degerint, inquiritur 322. § x. Antiquus Sanctæ cultus etiam extra Diœceses Cameracensem et Atrebatensem: Missæ Officium proprium ex Missali Cameracensi antiquo: miracula varia Sanctæ patrocinio patrata 325. § xi. Proprium Sanctæ officium ad hunc diem ex Breviario Dononiensi anno mdcxxv edito. Cur adjectus abbatissarum Dononiensium Catalogus 329.

8 Reparata V. M. Cæsereæ in Palæstina. Comm. Præv. § 1. Sanctæ memoria in Martyrologiis: Acta edenda minus vitiosa Monbritianis: alia metrica, non danda: palæstra et tempus martyrii 24 § 11. Sanctæ Martyris corpus, apud Cæsaream primo sepultum, verisimiliter fuit aliquando in Italiam translatum; sed hujus translationis tempus ignotum est, et adjuncta fabulosa: incertum etiam, quo tempore id Theanum fuerit allatum 26. § 111. Sanctæ antiquus cultus Florentiæ ac Lucæ in Hetruria, et Niceæ in Provincia: solemne festum illius Hadriæ in regno Neapolitano a seculo xvi 30. § 1v. Gesta Hadrianensium seculis xvii et xviii pro Sanctæ cultu augendo: traditio eorumdem de prædictæ festivatis origine eidemque traditioni opposita sententia Sorricchii 33. § v. Reliqua adversus traditionem Hadrianensium argumenta Sorricchii, cujus sententiæ subscribendum credimus: quid de reliquiis S. Reparatæ Hadriæ honoratis censendum videatur 36. Acta sublestæ fidei, auctore anonymo, ex vetusto codice Medensi a Martenio tom. v Thesauri Scriptorum veterum a col. 741 edita, et cum aliis Mss. collata 39.

9 Rusticus cum Dionysio. Vide *Dionysius.*

S.

9 Sabinus. Vide *Savinus.*

9 Savinus seu Sabinus mon. conf. in Levitania. Comm. Præv. S. Savini ab homonymis distinctio, patria, gesta et monasterium 1002. Vita *ex Bibliotheca Mss. Labbei tom.* 2 *pag.* 666 *et seq. auctore anonymo.* Cap. unicum. Sancti patria, gesta, et monasterium ejus nomini sacrum 1004.

9 Septimus cum Attico. Vide *Atticus.*

8 Simeon propheta Hierosolymis. Sylloge. § 1. S. Simeonis apud Latinos, Græcosque memoria: Scriptores aliquot antiqui, qui illius mentionem habent 4. § 11. Refutantur aliquot de S. Simeone errores: an fuerit sacerdos 7. § 111. Num ex certis monumentis Patribusque antiquis probetur S. Simeonis sacerdotium 12. § 1v. S. Simeonis obitus, sepultura, reliquiæ variis locis dispersæ 17.

T.

8 Thais Pœnitens in Ægypto. Comm. Præv. Sanctæ memoria in Fastis sacris, veneratio antiqua, ætas, Vitæ duæ edenda 223. Vita, auctore anonymo, *ex editione Rosweydiana, cum codice nostro Pms.* 18 *collata.* Cap. unicum. Perversa Sanctæ Vita, conversio, pœnitentia, felix obitus 225. Vita altera metrica, auctore Marbodo, Redonensi episcopo, *e codice nostro † Ms.* 81 *cum Parisiensi anni* 1708 *editione collato* 226.

8 Triduana V. culta in diœcesi Aberdonensi in Scotia. Sylloge. De cultu et gestis 280.

V.

8 Valeria et Pollena VV. Hunonis-Curiæ in Belgica II. Sylloge. Sanctarum Virginum annuntiatio et cultus sacer: non satis certa esse, quæ de illis passim narrantur: quid illarum reliquiis evenerit 289.

INDEX

# INDEX

# CHRONOLOGICUS

## ANTE NATUM CHRISTUM


ABraham patriarcha 573 et seqq. Divinitus vocatus exit ex Ur Chaldæorum 602 et tribus seqq ; secundo divinitus vocatus proficiscitur versus terram Chanaan 606 et quatuor seqq.

Chodorlahomoris clades Lotique e manibus ejus liberatio 627 et tribus seqq.

Panis et vini oblatio a Melchisedecho facta 630 c d

Fœdus à Deo cum Abrahamo initum 634 et tribus seqq.

Circumcisio à Deo Abrahæ præscripta 643 d e f

Isaaci ortus et circumcisio 660 d e f

Divinum de Isaac immolando præceptum 665 et tribus seqq.

Rebecca Isaaco nupta 678 et quatuor seqq.

SECULO I.

*Sub seculi hujus initium* S. Simeon propheta Christum in ulnas suscepit ac paulo post obiit 17 a b c d

*Anno* 49 S. Dionysius Areopagita ad fidem conversus 775 c d e

*Hoc seculo aut aliquo e tribus seqq.* passi sunt SS. Atticus, Luddulus seu Lugdulus, Septimus et Julius 993 b e

SECULO II.

*Verosimilius sub Adriano imperatore* passus est S. Dionysius Areopagita 696 a, 789, 790, 791 a b c

*Anno* 189 patriarcha Alexandrinus electus S. Demetrius 856 b

SECULO III.

*Anno* 202 atrocissima in Christianos persecutio exorta 857 d e

*Anno* 231 obiit S. Demetrius, patriarcha Alexandrinus 855 e, 856 b

*Verosimilius anno circiter* 250 passa est S. Reparata V. 26 a b c d

*Verosimilius tunc etiam* S. Dionysius Parisiensis in Gallias missus 889 et sex seqq.

*Verosimilius anno circiter* 286 martyrio affecti idem S. Dionysius ejusque socii Rusticus et Eleutherius 865 b, 906 c d e f, 907 a b

*Hoc seculo aut initio seq. sub Maximiano* passus est S. Domninus seu Donninus 987 b, 989 a b c

SECULO IV.

*Seculi hujus initio* S. Artemon presbyter passus est forte Laodiceæ in Phrygia 44 d e

*Forte sub seculi hujus initium* floruit S. Metropolus, Treviris cultus 210, a, 212 b

*Sub Diocletiano* Anconæ in Italia passæ SS. Palatias et Laurentia virgines 47 c d f

*Forte sub Diocletiano et Maximiano* passa est S. Benedicta V. 213 a, 218 f

*Circa* 306 S. Demetrius martyrii palmam fuit adeptus Thessalonicæ in Macedonia 63 a b c d, 65 a

*Hoc seculo verosimiliter nondum medio* obiit S. Thaïs pœnitens 223 a, 224 a b

*Sub Juliano forsan* passa S. Libaria virgo 228 c, 232 e f

*Circa annum* 364 obiit S. Publia abbatissa 995 a, 996 a

*Verosimiliter anno* 375 in Comensem episcopum sacratus fuit S. Felix 234 f, 235 a b

*Sub seculi hujus finem* obiit idem S. Felix, episcopus Commencis 233 b, 241 a

SECULO V.

*Verosimiliter seculi hujus initio* Thessalonicæ templum S. Demetrio fuit erectum 68 c d

*Hoc seculo aliquantum provecto* vita functi sunt SS. Andronicus et Athanasia conff. 997 e f, 998 a b d

*Hoc seculo nondum medio* Rothomagensem sedem occupavit obiitque S. Evodius 241 e f, 242 a

*Anno* 448 obiit S. Palladia V. 270 d e

*Verosimiliter anno circiter* 453 conversa fuit S. Pelagia pœnitens 256 e f

*Verosimiliter anno circiter* 457 eadem S. Pelagia obiit 256 f

*Hoc seculo* obiit S. Porcaria virgo 270 e f

*Hoc seculo forsan* etiam obiit S. Sabinus seu Savinus mon. conf. 1002 a, 1003 f, 1004 a

*Sub seculi hujus finem vel seq. initio* obiit S. Keyna virgo 275 a, 276 e f

SECULO VI.

*Sub annum* 557 S. Caletricus factus est Carnotentium episcopus 278 f

*Sub annum* 573 idem S. Caletricus obiit 278 a, 279 b c

*Anno* 597 Thessalonica ab Avaribus fuit obsessa ac verosimillime S. Demetrii ope liberata 147 à b, 157 c, 198 a b

*Hoc seculo forsan* floruit S. Triduana V. 280 a, 281 d c

SECULO VII.

*Sub seculi hujus initium* obiit S. Arnoaldus ep. conf. 1008 a, 1009 d e f

*Tunc forte etiam* obiit S. Domninus conf. 1006 b, 1007 c d

*Medio circiter hoc seculo* obiit S. Gratus, Cabillonensis ep. 281 c, 285 a

*Post annum* 650 Slavi semel ac iterum Thessalonicam infelici eventu aggressi 166 a b, 171 b c

*Anno* 653 *verosimiliter* Cellensis ecclesia dedicata 1022 a, 1034 d

*Anno circiter* 681 obiit S. Gislenus 1010 a, 1023 b c d

*Hoc seculo senescente aut sequentis initio* S. Demetrii corpus fuit verosimiliter detectum 77 a b

*Sub annum* 700 obierunt SS. Lambertus et Bellerius conff. 1038 a c d

SECULO VIII.

*Hoc forte seculo* martyrium passæ S. Eusebia abbatissa ejusque Sociæ moniales virgines 292 c, 294 a b c

*Post annum* 780 Dononiense cœnobium à S. Ragenfrede exstructum 304 e f

SECULO IX.

*Hoc seculo* obiit S. Petrus Galata 1044 b, 1045 a b d

*Hoc seculo* elevatum fuit S. Benedictæ virginis martyris corpus 215 a b

*Hoc seculo forsan* floruit S. Amor conf. 345 a, 341 b c d e f, 342 a b c

*Verosimiliter hoc seculo* Brennacum fuit translatum S. Evodii, Rothomagensis episcopi, corpus. 242 d e f

*Circa annum* 805 obiit S. Ragenfredis, Dononiensis prope valencenas abbatissa 295 b, 311 f

*Anno* 815 obiit S. Geminus conf. 1039 a, 1041 d

*Anno forte* 818 consecratum novum Cellense templum 1024 b, 1034 f

*Anno* 834 obiit S. Deusdedit abbas 1024 c f

*Probabiliter non serius quam anno* 850 S. Ragenfredis corpus de terra levatum 312 b c

*Anno* 859 itemque *anno* 876 ac iterum *anno* 887 S. Dionysii ep M. sociorumque Rustici et Eleutherii reliquiæ metu Normannorum translatæ 940 a b c, 941

*Anno circiter* 880 sacrum pignus, quod S. Mariæ Magdalenæ corpus appellare placuit, Vezeliacum delatum 356 f, 357 a

*Sub finem hujus seculi aut initio seq.* obiit S. Badilo abbas 349 a, 358 e

SECULO X.

*Anno* 904 Thessalonica ab Agarenis fuit excisa 194 b, 198 c

*Anno* 909 obiit S. Adalbero ep. August. 1048 d e, 1053 e f

*Sub annum* 929 detectæ S. Gisleni reliquiæ 1025 a b

*Anno* 977 reliquiæ S. Grati Cabillonensis episcopi Paredum translatæ 286 a b c

*Sub seculi hujus finem aut sequentis initium* S. Gisleni reliquiæ ad Grandemlocum translatæ 1027 a b c

*Hoc forte seculo aut altero e binis seqq.* obiit S. Olla virgo 1045 b, 1046 d e

SECULO XI.

*Hoc seculo* S. Gisleni reliquiæ sæpius translatæ 1027 d e f, 1028 a b c

*Anno* 1006 religiosæ professionis vota emisit B. Guntherus 1058 f, 1072 f

*Anno* 1009 monasterium Rinchnacense condidit idem B. Guntherus 1060 f, 1073 b

*Verosimiliter sub annum* 1837 S. Ragenfredis corpus recuperatum honorificeque depositum 320 f, 321 a b

*Anno* 1040 pacem inter Henricum imp. et Bretislaum, Bohemiæ regem, conciliavit B. Guntherus 1066 b c d e f

*Anno* 1041 Bulgari à Thessalonicensibus, opitulante S. Demetrio, cæsi 199 b c d f

*Anno* 1045 obiit B. Guntherus 1054 b, 1068 a, 1072 d

SECULO XII.

*Anno* 1119 corpora SS. Patriarcharum Abraham, Isaac et Jacob inventa 689, 690

*Anno* 1144 S. Dionysii ep. M. Sociorumque ejus reliquiæ e conditorio antiquo in novum translatæ 942, 943 a b c

*Anno* 1161 *itemque anno* 1180 S. Gisleni reliquiæ translatæ 1028 c d

*Anno* 1166 obiit B. Goswinus, abbas Aquicinctinus 1084 c, 1092 a b

*Hoc seculo vel seq.* S. Pelagiæ Pœnit. corpus Hierosolymis in Galliam translatum 258 a b c

SECULO XIII.

*Seculi hujus initio* S. Dionysii Areopagitæ caput ad Longipontanam abbatiam delatum 800, 801 a b c

*Hoc seculo* in argenteam thecam illatum fuit S. Benedictæ V. M. corpus 215 b c

*Anno* 1219 conditum monasterium Porciliense 365 c d e

*Anno* 1221 pars reliquiarum S. Badilonis abbatis Vezeliacum delata 359 f, 360 a b

*Sub annum* 1230 obiit S. Hugo conf., eques Hierosolymitanus 362 a b

*Anno* 1250 obiit Sybilla de Gages, sanctimonialis Aquiriensis 568 a b

*Anno* 1264 obiit B. Joannes Lobedavius Ordinis S. Francisci 1094 b f

*Eodem anno* obiit etiam B. Compagnus conf. 365 a, 366 f, 367 a f

SECULO XIV.

*Anno* 1302 *aut seq.* nata est S. Birgitta vidua 383 a b

*Anno* 1346 S. Birgitta Romam divino jussu profecta 423 a b. 424 a b c, 494 b, 509 f

*Anno* 1370 S. Birgitta Regulæ atque instituti sui approbationem ab Urbano V obtinuit 445 e f, 446, 499 b, 503 a

*Anno* 1372 iter Hierosolymam à S. Birgitta susceptum 452 b, 494 e f, 506 e

*Anno* 1373 obiit eadem S. Birgitta 368 b, 382 c d e f, 383 a, 461 d e, 495 b c, 507 a, 524 b

*Anno* 1374 S. Birgittæ ossa Roma in Sueciam translata 462 d e f, 463 a b c, 495 b

*Anno* 1374, 1375 et 1376 varia miracula S. Birgittæ patrocinio patrata 546 f, 547, 548, 549, 550 c d e f, 551, 552, 553 et septem seqq.

*Anno* 1391 S. Birgitta in Sanctorum numerum à Bonifacio IX relata 468, 469, 470, 471, 472 a b c d e

*Anno* 1391 ejusdem S. Birgittæ revelationes à Bonifacio IX laudatæ 408 e

SECULO XV.

*Hoc seculo* S. Birgittæ revelationes, in conciliis Constantiensi et Basileensi vehementer oppugnatæ, ab omni censura evadunt immunes 409 b c d e f, 410 a b

*Anno* 1415 *interumque anno* 1419 S. Birgittæ canonizatio confirmata 475 e f, 476 a b c d e

*Anno* 1419 Regula Birgittina a Martino V confirmata 477 c d e

SECULO XVI.

*Anno* 1509 et 1575 corpus B. Compagni conf. translatum 367 a b e f

SECULO XVII.

*Anno* 1604 insigne templum SS. Amantio et Felici Comi erectum 234 a, 241 d

*Anno* 1610 corpus Sibillæ de Gages de terra levatum decentique loco depositum 568 b c, 569 a b c

*Anno* 1653 S. Birgittæ caput e Suecia in Galliam translatum 484 d e

*Anno* 1672 S. Pelagiæ aliorumque Sanctorum lipsana solemni ritu levata 260 f

SECULO XVIII.

*Anno* 1701 S. Libariæ virginis martyris reliquiæ approbatæ ac solemni ritu exaltatæ 229 d e f, 230, 231 a b c

*Anno* 1704 reliquiæ S. Badilonis abbatis in magnificentiorem capsam translatæ 360 d e

*Anno* 1741 lipsanotheca ejusdem S. Badilonis incendio mirabiliter subducta 360 f



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYNOPSIS

TOMI QUARTI

# DE ACTIS SANCTORUM

# OCTOBRIS

Hic tomus dies tantummodo octavum et nonum mensis Octobris percurrit, nec nisi septuaginta et unum Sanctos Beatosque nominatim una cum aliis triginta novem anonymis complectitur. De hisce, in quatuor classes divisis, eo, quo occurrunt, dierum ordine pauca hic de more præmittimus.

## EX STATU ECCLESIASTICO.

Die VIII primus ex hac classe occurrit *Artemon* presbyter, sub Diocletiano passus. Omnia fere, quæ de *Metropolo* ep. C., Treviris culto, circumferuntur, sunt incerta. *Felix* ep., cujus gesta in episcopatu ad examen vocavimus, videtur anno CCCLXXV ad sedem Comensem evectus. *Evodii*, Rothomagensis in Normannia seculo V episcopi, Acta e Ms. Rothomagensi edimus, Commentario prævio illustrata. Quis sit *Dionysius* ep. M., qui cum nonnullis aliis in Hieronymianis celebratur, ignoramus. De *Caletrico*, Carnotensi ep., Syllogen texuimus. *Grati*, Cabilonensis sec. VII episcopi, Vitam, præmisso, quo illustratur, Commentario, e Claudio Perryo edimus. Die IX damus *Dionysium Areopagitam*, episc. M. Etiamsi ad III Octobris diem plerisque Fastis sacris sit incertus, huc tamen à nobis fuit remissus, quod ob connexionem, quæ inter disputanda de eo et de *Dionysio* Parisiensi ep. M. necessario occurrit, ad unam hanc diem, *Dionysio* Parisiensi sacram, de hoc simul et de *Areopagita* agere sit visum. Ac primo quidem de *Dionysio Areopagita* tractantes, controversiam antiquam, qua, an hic à *Dionysio* Parisiensi sit diversus, disputatum acerrime fuit, examinamus, ac Hilduini rejectis Areopagiticis, confutatisque, quibus nonnulli innixi *Dionysium Areopagitam* cum Parisiensi confundunt, argumentis, nos eorum, qui hunc abs illo secernunt, opinionem amplectimur. Prolixo porro, quo id facimus, reliquaque, ad *Areopagitam* spectantia, discutimus, Commentario prævio Acta etiam, utut *Areopagitæ* perperam afficta, subjungimus, duabus insuper ad horum calcem adjectis Appendicibus, in quarum altera de *Areopagitæ* reliquiis, in altera de Scriptis disserimus: tum vero, interposita primum de *Demetrio*, Alexandrino sub seculi II finem patriarcha, Sylloge historico-critica, de *Dionysio*, Parisiensi ep. M., agimus, ac quæcumque de celeberrimo isthoc Parisiensium apostolo, quem non I, sed III demum seculo in Gallias missum arbitramur, adstruuntur à variis, diffuso Commentario sedulo discutimus, eumque una cum sociis *Rustico* presbytero et *Eleutherio* diacono non intra, sed extra civitatem Parisiensem circa annum CCLXXXVI martyrio coronatum statuimus. Acta, quæ vel ex eo, quod quarto demum post rem gestam seculo scripta videantur, fidem integram non merentur, e Felibiani editione recudimus, adjectis itidem Appendicibus geminis, in quarum altera de *Dionysii* Sociorumque MM. cultu, reliquiarum translationibus miraculisque sec. VII posterioribus agimus; in altera singularem plane, qua de *Dionysii* Parisiensis corpore decertatur, controversiam examinamus. *Arnoaldus*, episcopus Metensis, de quo præter cultum pauca dumtaxat nota funt, usque ad annum DCIX vixisse videtur. *Nidgarius* et *Adalbero*, Augustani episcopi, quorum primus quando sederit vel quid egerit, haud satis innotescit, cultu sacro, ut apparet, extra Augustanum S. Udalrici monasterium gravisi non fuere.

## EX STATU MONASTICO.

Die VIII primus ex hoc statu se offert *Badilo*, Lutosæ in Hannonia abbas, circa annum, ut apparet, CM vita functus. *Badiloni* accedunt *Hugo*, Hierosolymitanus seculo XIII eques, et *Compagnus*, Camaldulensis seculo eodem monachus. De priori Synopsim historicam, e Bosii sermone Italico Latine redditam, Comm. prævio subjecimus; de posteriori vero confecimus Syllogen, qua Beati gesta corporisque incorrupti translationes sumus complexi. Die IX ab Ægypto suppeditatur *Andronicus*, eremiticæ post conjugium vitæ professione clarus. Eodem die recensemus *Savini* seu *Sabini* monachi Vitam, Commentario prævio illustratam. *Gisleno* conf. archiepiscopatum Atheniensem abjudicamus, aliisque,

liisque, quæ ad eum pertinent, sedulo discussis, Commentario prævio, quo id præstamus, Vitam, ab authore anonymo conscriptam, subnectimus, addita etiam alterius authoris anonymi lucubratione, qua, in lucem nondum emissa, *Gisleni* reliquiarum inventio miraculaque exponuntur. De *Lamberto* et *Bellerio*, *Gisleni* discipulis, pauca dumtaxat habemus comperta, suntque partim fabulosa, quæ de *Gemino*, forsan monacho, perhibent ejus Acta. *Deusdedit*, Casinensis sec. IX abbas, solemni ritu Sanctis, utut prodigiis clarus, haud fuit adscriptus. *Petri Galatæ* monachi gesta e solis magnis Græcorum Menæis innotescunt. *Guntheri*, Benedictini seculo XI monachi, Acta ab authoribus, ut apparet, partim Wolfherro æquali, partim anonymo minus antiquo sunt conscripta. Hæc, miraculis etiam, quæ Beatus patravit, ad calcem adjectis, e Mabillonio edimus. Tomo coronidem imponunt *Goswinus*, Aquicinctinus prope Duacum sec. XII abbas, et *Joannes Lobedavius* Ordinis S. Francisci, Culmzæ in Prussia cultus.

## EX STATU SECULARI.

Die VIII initium tomus ducit à *Simeone* propheta. Anne hic, qui Christum, dum Hierosolymis offerretur in templo, in ulnas suscepit, sacerdos exstiterit, examinamus in Sylloge. *Demetrius*, seculi IV initio Thessalonicæ passus, præ reliquis apud Græcos est celebris. Post Commentarium prævium tres exhibemus Vitas seu Passiones, quarum tamen nulla, quod omnium antiquior seculum VIII forsan haud præcesserit, fidem integram meretur. Vitis subjungimus primo Miracula, tribus libris comprehensa, deinde vero etiam Analecta de unguento potissimum, quod de *Demetrii* tumulo stillat, olimve saltem stillavit. *Januarius*, *Faustinus*, *Martialis*, *Privatus*, *Eraclus* et *Julianus MM.*, seculo incerto Antiochiæ passi, haud aliunde quam ex Hieronymianis, e quibus illos una cum *Dionysio* ep. et *Pelagia* recensuimus, sunt noti. Nescitur etiam, quo seculo passus sit *Petrus* M., Hispali in Hispania Bœtica cultus. *Amoris* conf., qui IX forsan sec. floruit, gesta sacrumque Belisiæ ac vicinis in oppidis cultum exponimus in Commentario, Vitis geminis, quas edimus, præmisso. Diem IX aperit *Abraham*, patriarcharum maximus. E duabus sententiis, quarum altera hunc LXX, altera CXXX Tharæ patris sui anno natum statuit, posteriorem ut verosimiliorem amplectimur, ac dein de nonnullis celeberrimi Viri gestis operose disserimus. Nec tantum hunc in finem Scriptura sacra utimur; sed et SS. Patrum, historicorum interpretumque commentationes Mosaicæ narrationi subinde adjungimus, Commentario etiam critico-historico, quo hæc præstamus, intextis ad calcem nonnullis, quæ de antiqua sanctissimi Patriarchæ veneratione, sacrarum reliquiarum inventione legitimoque in ecclesia etiam Latina cultu comperimus. *Domnini* seu *Donnini* martyrium et cultus est certus; fidei vero incertæ varia, quæ de eo exstant, Acta. Horum antiquiora e codice Fuldensi Comm. prævio subnectimus. E solis Hieronymianis duas exhibemus Martyrum classes, quarum prima *Atticum*, *Luddulum* seu *Lugdulum*, *Septimum* et *Julium*; secunda vero una cum *Primina Marcellum* seu *Marcellinum*, *Geminum* seu *Genuinum* et *Nuvium* seu *Nivium* complectitur. Trium posteriorum ætas, priorum autem quatuor et ætas et palæstra ignoratur. Id ipsum etiam locum obtinet de seculo, quo *Baractalis*, cujus cultus est certus, martyrii palmam retulerit, nec nisi e scriptoribus recentioribus gesta quæpiam *Domnini* conf., qui sec. VII initio obiisse fertur, memoranda invenimus.

## EX SEXU FEMINEO.

*Reparata* V. M., verosimilius sub Decio passa, quæ die VIII occurrit, diversa habet Acta, quorum alia stilo soluto, alia ligato sunt conscripta. Priora, utut sublestæ etiam fidei, eo tamen modo, quo a Marteneo sunt vulgata, subjungimus Comment. prævio, in quo sedulo omnia, quæ ad *Reparatam* pertinent, discutimus. *Palatiatis* et *Laurentiæ* VV. MM. cultus sacer est certus; gesta vero plane incerta. *Benedicta* V. M. in agro Laudunensi est passa. Etiamsi hujus Acta fabulis sint respecta, ea tamen, ne immerito a nobis culpari putentur, Commentario prævio subnectimus. Præter *Thaidem* pœnitentem, cujus Vitas duas, metricam unam, prosaicam alteram, edimus, damus etiam, interjecta primum de *Libaria* V. M., quæ Tulli colitur, Sylloge, pœnitentem alteram, nomine *Pelagiam*, a *Pelagia* M., de qua simul et *Dionysio* ep. ac Sociis MM, præmissa tamen de *Palladia* et *Porcaria* Autissiodorensibus virginibus Sylloge, egimus, verosimilius distinctam, quæ Vitæ suæ, quam Comment. prævio subjicimus, scriptorem æqualem Jacobum diaconum est nacta, sacroque apud varias gentes cultu evasit percelebris. De *Keynæ* V. genere sanctitatisque fama pauca dumtaxat in Comm., haud magnæ fidei Actis, quæ ex Capgravio edimus, præmisso, notanda habuimus. Nec multa de *Triduana* itidem V., in Aberdonensi Scotiæ diœcesi culta, innotescunt, huicque idcirco Syllogen dumtaxat, qua illa exponuntur, texuimus; quod et eamdem ob causam de *Valeria* et *Pollena* VV. Hunonis-curiæ cultum nactis, iterumque deinde

de de *Eusebia* abbatissa ac Sociabus ejus XXXIX monialibus MM. prope Massiliam passis, præstitimus. De *Ragenfrede* abbatissa confecimus Comm. historico-criticum, in quo, stabilita primum chartæ Carolinæ, in Dononiensis monasterii favorem concessæ, auctoritate, fuisse illud a *Ragenfrede* fundatum, ostendimus, ac nonnullis præterea, quæ ad idem monasterium spectant, discussis, omnia etiam, quæ de sancta illa Dononiensi Abbatissa comperire fas fuit, docemus. Diem hunc claudit *Birgitta* vidua, Ordinis, a suo nomine dicti, fundatrix. Binæ hujus penes nos exstant optimæ fidei Vitæ hactenus ineditæ, quarum altera Birgerum, altera Bertholdum habet auctorem. Ambas, Appendice insuper, quæ Sanctæ miracula complectitur, ad calcem adjecta, publici juris facimus post Comm. in quo non tantum *Birgittæ* gesta illustrantur, verum etiam Bulla, qua a Bonifacio IX Sanctis fuit adscripta, recensetur, ac quam fidem Revelationes ejus mereantur, Oudini in hasce dicteriis confutatis, exponitur. Die IX præter *Priminam* M., et *Athanasiam*, S. *Andronici* conf. conjugem, de quarum prima ex Hierenymianis simul cum *Marcello* Sociisque MM., de secunda vero una cum *Andronico* egimus, damus etiam *Publiam*, Antiochiæ in Syria abbatissam, illustri in Julianum Apostatam facinore præcipue notam ac postremo *Ollam* V., de qua vix quidquam scimus præter cultum, quo prope Cameracum gaudet.

## APPROBATIO.

Quantopere Bollandus, iique, qui notissimum de Actis Sanctorum Opus, abs illo sub seculi proxime elapsi annum quadragesimum tertium inchoatum, ad nostram usque ætatem continuarunt, suam in hisce colligendis digerendis ac porro illustrandis industriam probarint, nemo non intelliget, qui ex innumeris prope, quibus id in novem supra quadraginta tomis, in lucem jam emissis, præstitere Commentariis, vel paucos evolverit; quantam vero orbi Christiano utilitatem suis illis lucubrationibus attulerint, vel sola, etsi alia argumenta deessent, abunde monstraret eruditorum passim ob modo resumptum, quem in perpetuum abrumpendum putarant nonnulli, præclarissimi Operis cursum lætitia, cum summo, quo avidissime novi tomi editionem exspectant, desiderio conjuncta. Hunc, totius Operis ejusdem quinquagesimum ac mensis Octobris quartum, quem Constantinus Suyskenus P. M., Cornelius Byeus, Jacobus Bueus, Josephus Ghesquierus et Ignatius Hubenus immenso propemodum studio ac labore elucubrarunt, attentissime perlegi, nulla in re fidei ac moribus contrarium reperi preloque vel ob multiplicem, qua refertur, eruditionem dignissimum censeo. Actum Bruxellis hac 20 Septembris 1780.

C. J. LEYNIERS Lib. censor.

*Imprimatur.*

P. REUSS. Reg. Lib. censor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## PROTESTATIO AUCTORUM

Quod identidem protestati sunt decessores nostri in hoc de Actis Sanctorum Opere, se servatas velle Urbani Papæ VIII Constitutiones; neque suis aliorumve hic relatis Commentariis aliud pondus tribui, quam sit Historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ: idem ante hunc quartum tomum Octobris denuo protestamur.

# OCTOBRIS

TOMUS QUARTUS

## OCTAVA DIES

SANCTI, QUI VIII IDUS OCTOBRIS COLUNTUR

Sanctus Simeon propheta Hierosolymis.

S. Reparata V. M. Cæsareæ in Palæstina.

S. Artemon presbyter M. forte Laodiceæ in Phrygia.

B SS. Palatias et Laurentia VV. MM. Anconæ in Italia.

S. Demetrius M. Thessalonicæ in Macedonia.

S. Metropolus episc. conf. Treviris cultus.

S. Benedicta V. M. in territorio Laudunensi in Gallia.

S. Thaïs pœnitens in Ægypto.

S. Libaria V. M. in Tullensi diœcesi in Lotharingia.

S. Felix episc. conf. Comi in ducatu Mediolanensi.

C S. Evodius episc. conf. Rothomagi in Normannia.

S. Pelagia pœnitens Hierosolymis.

SS. Palladia et Porcaria VV. Autissiodori in Gallia.

SS. Dionysius episc., Januarius, Faustinus, Martialis, Privatus, Eraclus, Julianus, Pelagia. } martyres Antiochiæ

S. Petrus M. Hispali in Hispania Bætica.

S. Keyna V. in Brechinia, Walliæ comitatu.

S. Caletricus episc. conf. Carnoti in Belsia, Galliæ provincia.

S. Triduana V. Culta in diœcesi Haberdonensi in Scotia. E

S. Gratus episc. conf. Cabilloni in ducatu Burgundiæ.

SS. Valeria et Pollena VV. Hunonis-curiæ in Belgica secunda.

SS. Eusebia abb. et sociæ xxxix moniales VV. MM. apud Massiliam in Provincia Galliæ.

S. Ragenfredis abbatissa Dononii prope Valencenas in Hannonia.

S. Amor conf. cultus in Monasterio Belisiæ in territorio Leodiensi. F

S. Badilo abbas Lutosæ in Hannonia.

S. Hugo conf. eques Hierosolymitanus Gunuæ in Liguria.

B. Compagnus conf. Ordinis Camaldulensis Patavii in Italia.

S. Birgitta vidua Romæ.

PRÆTERMISSI

A D

## PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

S. Erhardi episcopi et confessoris *Translatio hoc die in Usuardina editione Lubeco-Coloniensi et apud Grevenum legitur. Fuit hic* S. Erhardus *episcopus Ratisponensis, cujus Vitam apud nos illustratam habes ad diem* VIII Januarii.

S. Oswaldi episcopi et confessoris translatio *hodie signata est in Antverpiensi Majori Usuardino codice apud Sollerium.* Oswaldus *hic est archiepiscopus Eboracensis, de quo actum apud nos est* XXVIII Februarii.

B. Philippi *episcopi apud Cortinam urbem Cretæ hodie annuntiant codices Bruxellensis et Vaticanus inter auctaria Usuardina apud Sollerium. Est hic episcopus Gortynensis in insula Creta, apud nos jam datus die* XI Aprilis.

Dedicatio ecclesiæ sancti Marci Euangelistæ in
B alma civitate Venetiarum *hodie legitur in Usuardino codice Strozziano apud Sollerium, Belino, Molano et aliquot aliis. Consule Opus nostrum in eodem S. Marco Euangelista die* XXV Aprilis.

S. Pelagia martyr *hodie in Menæis Græcorum excusis, alisque aliquot Fastis sacris, tum Græcis, tum Latinis celebratur; verum hæc alia non est, quam Pelagia virgo martyr Tarsensis, sub Diocletiano coronata, de qua apud nos jam actum ad diem, quo Martyrologio Romano inscribitur,* IV Maii.

S. Petronia, filia S. Petri Apostoli, *Synaxario Ms. Sirmondiano Græco hodie exstat inscripta, quæ haud dubie alia non est, quam S. Petronilla virgo Romana, S. Petri Apostoli spiritualis filia, de qua apud nos cum Martyrologio Romano jam actum die* XXXI Maii.

S. Pelagiam virginem *hodie commemorant Magna Græcorum Menæa excusa. Hanc adjuncti versiculi esse indicant Pelagiam virginem martyrem Antiochenam, hodie quoque in aliis aliquot Fastis sacris celebratam, atque apud nos jam datam ad diem, quo in Martyrologio Romano signatur,* IX Junii.

C S. Austregildem *viduam, S. Lupi, Senonensis episcopi matrem, hodie annuntiat Martyrologium Parisiense, anno 1727 vulgatum, inter Addenda pag.* XIV. *Actum de hac sancta Vidua apud nos est die* I Septembris.

B. Ugonis episcopi Volaterrani *in Tuscia Vitam hodie dandam promiserant Majores nostri inter Prætermissos ad diem* IX *Februarii, sed pro mense* Octobri *scribendum est* Septembris, *ad quem de eo jam egimus: vide ergo* VIII Septembris.

S. Gerulphi *martyris Adventum Trunchinium hodie memorant Molanus, et Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui non sunt in Martyrologio Romano. Hujus sancti Martyris gesta, ejusdemque reliquiarum ex pago Merendra Trunchinium prope Gandavum in Flandria Adventum, seu Translationem illustravimus ad diem* XXI Septembris.

S. Martinum, *Vallis Paradisi in Hispania abbatem Martyrologium Ordinis Cisterciensis, inter monastica Martyrologia ad calcem Romani, a Benedicto XIV Papa aucti, editum, annuntiat hoc die, quod eidem affixa sit ejusdem Sancti Officii, ad universum Cisterciensem Ordinem extensi, recitatio. De eo egimus die, quo obiit, antiquumque cultum habet,* VII Octobris.

S. Susanna *virgo hodie in nostro Ms. Florario Sanctorum, anno* 1486 *ad calcem perducto, occurrit hoc modo:* In pago Blionensi sanctæ Susannæ virginis. *Consonat paulo post facta Usuardina editio Lubeco-Coloniensis, apud Sollerium nostrum inter Usuardi Martyrologii auctaria, totidem verbis inquiens:* In pago Blionensi, sanctæ Susannæ virginis. *Eadem adoptarunt Grevenus et Molanus, in suis item editionibus Usuardinis auctis, præterquam quod horum Prior* Bleonensi *habeat pro* Blionensi. *Accesserunt Maurolycus in suo Martyrologio et Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non sunt, retento vocabulo* Blionensi. *At quænam hæc* S. Susanna virgo *est? Quis pagus* E
Bleonensis, *aut* Blionensis? *Silentibus reliquis jam memoratis, solus Ferrarius in Annotatis ibidem ait:* Quæ (*S. Susanna*) in pago Blionensi, diœcesis, ut videtur, Bononiensis quiescit, et veneratione habet. *Per* Bononiam *autem hic, ut aliunde colligo, indicat* Bononiam, *alias etiam* Boloniam, *indigenis* Bologne *dictam, civitatem Galliæ in Picardia, quæ seculo decimo sexto post Tervannæ excidium episcopatu illustrata est. Proinde fortasse censuit Ferrarius,* Blionensi *corrupte scriptum fuisse pro* Boloniensi. *Arturus in Gynæceo sacro ad hunc diem præter virginitatem etiam martyrii palmam eidem adscribit; martyrem ait Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi* 362, *atque ambo eam* S. Libariæ *sororem faciunt, consentiuque Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem* XI *hujus mensis Octobris. Verum id ipsi acceperunt ex Vita S. Eliphii, quam Baronius ipsemet vitiosam agnoscit ibidem. De S. Libaria agimus hoc ipso die, quo cultum certo habet; quod de* Susanna, *si qua fuerit hujus nominis Libariæ soror, non possum asserere, eoque mi-* F
*nus possum, quod Castellanus, diligentissimus Sanctorum, maxime Galliæ, indagator, qui Libariam ad diem* XI *hujus mensis in suo Martyrologio Universali recensuit, dictæ* Susannæ *in eodem nusquam meminerit. Quod vero Ferrarius asserit, hanc, seu hujus corpus in pago Blionensi, vel in diœcesi Bononiensi, quiescere, nihil me movet, tum quod martyrologi, quos laudat, id non tradant, tum quod ne locus quidem, in quo illud quiescat, ei sat notus fuerit, ut liquet ex adjectis vocibus:* ut videtur. *In prædicta S. Eliphii Vita eadem* in Campania tumulata *legitur. Hæc me impulerunt, ut hanc* Susannam *non inter Sanctos Beatosque, sed solum inter Prætermissos recenserem, quippe quæ ex conspersa fabulis Vita solum nota videtur, nec certum, quem quidem sciam, cultum habet. Ceterum poterit lector consulere, quæ in S. Libaria dicemus hoc eodem die* VIII Octobris.

S. Nicodemus martyr *hodie signatur in Ms. Synaxario Græco Sirmondiano, verum cum id absque ullo tuddito elogio fiat, nobisque* Nicodemus *iste aliunde cognitus non sit, sola Synaxarii*

A *xarii illius, cui etiam non satis fidimus, auctoritate referre illum in Opere nostro inter Sanctos non audemus.*

S. Flaviani martyris commemoratio *hodie legitur in Usuardina editione Lubeco-Coloniensi et apud Grevenum; at cum nec palæstra, nec aliud quidquam addatur, variique per annum recurrant ejusdem nominis Martyres, quis horum ibi indicetur, mihi minime in promptu dicere est.*

Petrus Æmilianus, *Carmelitarum Generalis, cum* Beati *titulo hodie legitur in Kalendario Aciëi bene ordinatæ Sanctorum Beatorumque ejusdem Ordinis præfixo, at non in ipso Martyrologio.*

Eliam *Dunensem in Flandria abbatem, velut* Beatum *in Menologio Cisterciensi hodie signat Henriquezius; sed ejus cultum non docet, qui eo etiam minus verisimilis fit, quod nec Molanus in Natalibus Belgii, nec Raissius in eorumdem Auctario, nec Sanderus in Sanctis Flandriæ* Eliam *istum memorent.*

Stanislaum *Polonum Cartusianum cum* Beati *titu-*
B *lo memorat inter beatos Patronos Poloniæ Martinus Baronius, eumque hoc die* VIII *Octobris anni* 1512 *prope Dantiscum obiisse in conventu Paradisiensi, et ibidem honorifice sepultum esse, affirmat : sed nihil habet de cultu.*

Beatricem, *Ordinis titulo Conceptionis B. M. V. institutricem, Toleti in Hispania cum* Beatæ *titulo Chrysostomus Henriquez in Menologio Cisterciensi hodie annuntiat; sed cum ejus cultum, qui mihi aliunde quoque incompertus est, minime probet, nequeo ei in hoc nostro Opere inter Sanctos Beatosque locum dare.*

S. Farinillus, *nobis cetera ignotus, hodie in solo Epternacensi legitur.*

Gocla virgo, *simul cum* Reparata *hodie memoratur apud Rosweydum in Appendice Martyrologii Adoniani, hoc modo :* Item Reparata et Gloca virginum. Reparata *haud dubie est Cæsareënsis in Palæstina virgo martyr, quam hodie cum Martyrologio Romano damus, verum nullam ei sociam additam legimus. Castellanus in Additionibus ad Martyrologium Uni-*
C *versale, pag.* 984 *et sequenti, die* VIII *Octobris* Goclam virginem *post S. Thaïdem addendam monet ex libro Gallico, cui titulus :* Thesaurus intercessionis Sanctorum, approbato a N. Sanguin episcopo Silvanectensi . . . . typis edito sine nomine auctoris Parisiis anno MDXXIX apud Cramoisy. *Verum hic liber ad manus nostras non pervenit, et, sive hæc* Gocla *eadem sit cum annuntiata in Appendice Adonis, sive diversa, nobis æque ignota est; ac proinde si quis nos de ea certiora docuerit, dari apud nos poterit in Supplemento* Octobris.

Abraham patriarcha *annuntiatur in Ms. Martyrologio S. Martini Trevirensis : in Romano ad diem, quo dabitur,* IX Octobris

SS. Dionysius, Eleutherius et Rusticus, *Parisiis pussi, hodie recurrunt in aliquot apographis Hieronymianis; de quibus, uti jam alias dictum est, cum Martyrologio Romano agemus die* IX Octobris

SS. Marcellinus, Geminus, Nuvius, Primina *in Epternacenci Martyrologio hodie, at in plerisque aliis codicibus Hieronymianis signantur die, quo de iis agi poterit,* IX Octobris.

S. Affrenia, *cujus hodie meminit Martyrologium* D *Epternacense, videtur eadem, quæ in codicibus Hieronymianis Florentinii, Acherii, et Augustano Labbeanoque Sollerii, nomine* Afræ *legitur* IX Octobris.

S. Diodorus, *quem Martyrologium Epternacense* Laodiciæ Frigiæ *hodie annuntiat, uti et* Atticus, Lugdulus, Septimus et Julius, *quos sic* Diodoro *jungit, ut tamen* alibi *nuntiet, in codicibus Hieronymianis Florentinii et Acherii, et in Richenoviensi, et Labbeano apud Sollerium, aut partim aut omnes, referuntur ad diem* IX Octobris.

SS. Gereon et Socii *martyres hodie etiam memorati, in Martyrologio Romano referuntur die, quo de iis agemus,* X Octobris.

SS. Eusebius, Eraclus, Dionysius et Candidus *memorantur in Martyrologio Hieronymiano Epternacensi : ex quibus* Dionysius et Eraclus *spectare videntur vel ad classem Sanctorum, quorum antesignanus est* Dionysius *episcopus cum sociis suis hoc die dandus; vel ad diem* X *Octobris, quo simul junguntur in Martyrologiis Richenoviensi, Augustano et Labbeano apud Sollerium tom.* VII *Junii, et Gellonensi* E *apud Acherium :* Candidus *vero nec in codicibus Hieronymianis Martenei, nec Florentinii, nec Acherii, nec Sollerii occurit. Vide igitur de prioribus dicenda hoc die, vel* X Octobris.

SS. Tharacus; Probus et Andronicus, *Tarsenses in Cilicia martyres, hodie sunt in nonnullis apographis Hieronymianis; in Romano autem die, quo dabuntur,* XI Octobris.

SS. Danielem et Socios, *Ordinis S. Francisci Septæ in Mauritania martyres, hodie habet Castellanus in Martyrologio Universali; in Romano sunt die, quo eorumdem gesta illustrabimus,* XIII Octobris.

S. Caprasium *martyrem Agenni hoc die habet Ms. Martyrologium S. Martini Trevirensis, Romanum vero, quo de eo agemus,* XX Octobris.

Nestorem *quemdam, velut martyrem, Thessalonicæ coronatum, celeberrimo martyri Demetrio, ibidem passo, hodie in Martyrologio Romano addendum censuere eruditissimi, qui id reformarunt, viri : verum hisce tom.* 5 *Monumentorum Ecclesiasticorum pag.* 638 *et binis* F *seqq. refragatur Tillemontius : et sane non immerito, ut apparet : rationes, ob quas ita existimem, in Commentario, Actis S. Demetrii martyris mox dicti atque hodie dandi prævio, adducam in medium. Quod si autem illæ post haud arriserint,* Nestoremque *nihilominus sanctis Martyribus in Opere nostro accensere visum fuerit, fieri id poterit ad diem, quo de eo præcipuum suum Officium, in Menæis excusis occurrens, Græci faciunt,* XXVII Octobris.

Ewigii confessoris in Anglia *hodie meminit Grevenus : in nostro autem Ms. Florario Sanctorum eodem die sine loco legitur :* Item elevatio sancti Ewigii confessoris; *at ceteris martyrologis, quos quidem consului, ignotus iste* Ewigius *est, etiam Joanni Wilsono in utraque Martyrologii sui Anglicani editione; sed in priori hoc die translatio corporis* S. Eloquii Valciodori in territorio Leodiensi *annuntiatur; fereque consentit Molanus in Usuardo, hoc item die dicens :* In Vualchiodoro sancti Eloquii presbyteri et confessoris. *Multum quidem est inter utrumque nomen discriminis : verumtamen cum, ut dixi,* Ewigius

A *mihi plane ignotus sit,* Eloquii *vero translationem Valciodori etiam multi martyrologi hodie signent,* Ewigium *pro* Eloquio *scriptum puto. Vide ergo mox dicenda de* S. Eloquio.

S. Eloquii *corporis translationem Valciodori in* D *episcopatu Namurcensi hodie varia Martyrologia memorant; de eo agemus die, quo ejusdem Natalis inscriptus Martyrologiis legitur,* III Decembris.

# DE S. SIMEONE PROPHETA

## HIEROSOLYMIS

J. B.

## SYLLOGE.

### § I. S. Simeonis apud Latinos, Græcosque memoria : scriptores aliquot antiqui, qui illius mentionem habent.

SUB INITIUM SECULI I. *Enumerantur*

*Sanctum* Simeonem, *cujus Lucas in Evangelio cap.* 2 *præclaram facit mentionem, Fasti sacri plerique tum recentiores, tum antiqui, Græci æque ac Latini, licet ad dies* B *valde diversos, certatim celebrarunt. Martyrologium quidem Romanum, a Benedicto XIV auctum et castigatum ad diem* VIII *Octobris S. Birgittæ viduæ annuntiationi hæc de* S. Simeone *proxime subjicit* : Eodem die natalis beati Simeonis Senis, qui in Evangelio Dominum Jesum suis in ulnis suscepisse legitur. *Multis ante seculis idem præstitit Usuardus, qui hodiernum Sanctorum laterculum his verbis exorsus est* : Natalis beatissimi senis Simeonis, qui in Euangelio legitur Dominum suis suscepisse in ulnis. *Idem Ado tum in Martyrologio, tum in Libello de Festivitatibus Apostolorum etc.; priore quidem loco hæc tantum scribens* : Et beatissimi Senis Simeonis : *sed in Libello mox dicto* Simeoni *ex Lucæ Evangelio elogium texit hunc in modum* : Natalis beatissimi senis Simeonis de quo beatus Lucas Euangelista refert : « Et ecce homo erat in Jerusalem, « cui nomen Simeon, et homo iste justus et ti- « moratus, exspectans consolationem Israël, et « Spiritus sanctus erat in eo. Responsum autem C « accepit ab Spiritu sancto, non visurum se mor- « tem, nisi prius videret Christum Domini. Et « venit in spiritu in templum. Et cum induce- « rent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent « secundum consuetudinem Legis pro eo, et ipse « accepit eum id manibus, et benedixit Deum, « et dixit : Nunc dimittis servum tuum Domine, « secundum verbum tuum in pace. » *Et ita fere habet vulgata Luc.* 2 *cap.* ŷŷ. 25, 26, 27, 28, 29.

*dies varii,*

2 *At Florus, Hrabanus, Notkerus ad diem* V *Januarii* S. Simeonem *suis Martyrologiis inseruerunt : Notkerus, antiquorum martyrologorum exemplo, et Lucæ de* Simeone *dictis innixus,* Prophetæ *titulum illi adjecit.* Hierosolymæ, *inquit,* depositio S. Simeonis Prophetæ, qui Dominum Jesum Christum, Spiritus S. illustratione cognitum, de manibus parentum in ulnas suas accepit, et non solum de eo, sed et de Matre ejus futura mystico sermone prænuntiavit; *alludens nimirum ad verba Lucæ* ŷ. 34 *et seq.* Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem ejus : Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israël, et in signum, cui contradicetur : et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. *Dum vero ait,* depositio, *indicare videtur,* S. Simeonem *eo die finem vivendi fecisse. Eadem, voce utuntur Hrabanus et Florus; cujus tomo* 2 *Martii præfixum Martyrologium ita habet* : Hierosolyma E depositio Simeonis Prophetæ : qui a Spiritu sancto responsum accepit, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. Simeonis *item meminit Florus in Carmine de Gestis Christi Domini apud Martene tom.* 5 *Anecdotorum col.* 602; *ubi* S. Simeonem *sacerdotem fuisse, vel sacerdotis, cum Christus offerretur Domino, munere functum, tacite videtur innuere : qua de re cum pluribus infra disserendum sit, paucos versiculos, quibus id aliorum martyrologorum, ut mox videbimus, exemplo facere videtur, huc obiter transcribo : sunt autem hi :*

Accipit hunc lætis Simeon sanctissimus ulnis,
Dumque Deo offertur, dum dat pia munera templo,
Hunc Dominum lucis, hunc fert regem esse salutis.

*Ad diem* V *Januarii sic pariter Wandelbertus canit :*

Sed Nonas Simeon confessor possidet almus. F

*quibus S. Simeonis memoria*

3 *At hæc de altero* Simeone, *nimirum* Stylita, *hoc pariter die culto, intelligenda videntur. Utut id sese habeat, Floro, Hrabano et Notkero, quantum ad diem* V *Januarii, quo etiam* S. Simeonem *signant, plerique consonant Hieronymiani codices. Lucensis apud Florentinium sic habet, festum Occursus* S. Simeonis, *cum accepit puerum Dominum in ulnis suis, ut inquit in Annotatis Florentinius, manifeste distinguens ab ejus depositione* : In Jerosolyma Simeonis Prophetæ, cum obtulit ei Dominum Jesum Christum Maria et Joseph, et depositio ipsius Prophetæ. *Iisdem pene verbis* S. Simeonis *annuntiatio concipitur in codice Corbeiensi apud eumdem Florentinium, apud Acherium tom.* 4 *Spicilegii pag.* 620, *apud Martene tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1572, *uti et in Opere nostro tom.* VII *Junii in Corbeiensi breviori. Ex reliquis vero vetustis Martyrologiis, eodem Anecdotorum tomo a Marteneo excusis,* S. Simeonem *die* V *Januarii signant Morbacense et Autissiodorense ab annis circiter mille, ut titulus præfert, sub Hieronymi nomine compactum, sed sub nomine* Simonis, *quod*

A *quod apud Hebræos idem valere ac* Simeonis, *scribit Jansenius Iprensis in Commentario in Lucam. Ex Martyrologiis vero Hieronymianis tom.* VII *Junii Operis nostri excusis, in diem* V *Januarii conspirant Rinoviense, Richenoviense, Augustanum monasterii S. Udalrici, Reginæ Sueciæ, et Labbeanum, quod sic habet :* Hierusalem, Simeonis presbyteri. *Codex Epternacensis a jam citatis abit, nihil ad diem* V *Januarii de* Simeone *memorans : sed ad diem* 2 *Februarii, ubi in aliis mentio fit festi Purificationis B. Mariæ Virginis, sic habet :* Et Hierosolymis S. Simeonis, *sequente lacunula quadam quæ forte voce* Occursus *aut alia simili supplenda est.*

*in Martyrologiis Latinis,* 4 *Verum hoc loco non tam peculiare* S. Simeonis *festum, quam B. Virginis Purificatio et Christi Oblatio indicatur. Festum enim Purificationis vocari* festum S. Simeonis *in codex Remigiano, observat Menardus in Annotatis ad librum Sacramentorum S. Gregorii Papæ pag.* 41. *Liquet id etiam ex libro, qui* Ordo Romanus *inscribitur, et tempore Pipini regis et Stephani Papæ exaratus fertur, e quo Henschenius tom.* I B *Februarii pag.* 273 *num.* 23 *ista delibat :* De hac festivitate, id est, ὑπαντή Domini et aliis festivitatibus S. Mariæ in Gestis Pontificalibus legitur, quod Sergius Papa præceperit Litanias fieri in die Præsentationis Domini in templo. Ita enim scriptum est, ut diebus Annuntiationi Domini, Dormitionis ac Nativitatis sanctæ Dei Genitricis Mariæ, et S. Simeonis, quod ὑπαντή Græce dicitur, cum Litaniis exeant a S. Adriano et ad S. Mariam populus occurrat. *Eamdem Purificationis festo nomenclaturam tribuit Anastasius Bibliothecarius in Sergio I, qui Petri Cathedram sub finem seculi septimi adeptus eamdem morte deseruit initio octavi. Denique festum* S. Simeoni *proprium die* IV *Februarii signant Galesinius, auctor Martyrologii, quod Canisii dicitur, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Generali, Withfordus in Martyrologio ecclesiæ Sarisburiensis, Felicius, et Petrus Equilinus lib.* 3 *cap.* 80 *; ubi singularia quædam de* S. Simeone *narrat ; ut egisse illum, cum Christum suscepit, annum ætatis suæ* 112, *ac triduo post mortuum Hierosolymis* 2 *Nonas Februarii sepultum fuisse : sed ad-*
C *dit :* Hæc in libro de Infantia Salvatoris, *nempe jam inde ab anno* 494 *a Gelasio Papa in Concilio Romano inter libros apocryphos relato ; ut adeo his, ob multiplicia, quæ de Christi infantili ætate inventa fuere commenta, fides exigua debeatur. Sed ad diem* VIII *Octobris etiam memoratur in Calendario festorum propriorum Ecclesiæ Hierosolymitanæ apud Waddingum in Annalibus Minorum*
*Menæis, ad annum* 1342.

5 *Accipe modo Fastos quosdam sacros Græcorum, quibus die* III *Februarii, postridie Purificationis B. Virginis, seu, ut Græci loquuntur,* Hypapantes, S. Simeonis *festum inscribitur. Menæa ad dictum diem tribus primum versiculis de* S. Simeone *ita canunt :*

Ἤγγειλε νεκροῖς Πρέσβυς, ὡς Θεὸς λόγος,
Ἄνθρωπος ὀφθείς, μέχρι καὶ τούτων φθάσει.
Τῇ τριτάτῃ δεσμοῖο βίοιο λύθη Συμεώνης.

Nuntiavit mortuis Senex, divinum Verbum,
Hominem factum, etiam usque ad illos perventurum.
Tertia (*Februarii*) vinculo vitæ solutus est Simeon.

*Tum ita prosequuntur :* Ὡς ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τὴν παρατεταμένην ζωὴν δεξάμενος, διὰ τὸ χρηματισθῆναι ὑπὸ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἰδεῖν θανάτου, πρὶν ἢ τὸν Χριστὸν θεάσηται, ἐν ἀγκάλαις τοῦτον ὑποδεξάμενος, καὶ τὰ περὶ αὐτοῦ ἐσόμενα, Πνεύματι ἁγίῳ θεοφορηθείς, καὶ προμηνύσας, κατὰ τὸν αὐτοῦ χρηματισμόν, τοῦ βιοῦ πέρας ἐδέξατο. Qui, cum hic vitam, propter editum a S. Spiritu responsum, fore, ut non prius mortem, quam Christum visurus esset, multum protraxisset, in ulnas hunc suscepit, et, postquam, quæ illi futura erant, Spiritu sancto afflatus, prædixerat, secundum Spiritus sancti responsum, vitæ finem accepit. *Si sensum versiculorum assequor, significant,* S. Simeonem *die* III *Februarii, cum pridie diu exspectatum Messiam manibus excepisset, hac vita defunctum, constitutis in limbo Patribus peractæ jam divinæ Incarnationis nuncium pertulisse, ac prædixisse, in ipsum limbum, quo eos inde liberet, Messiam propediem perventurum.*

AUCTORE J. B

6 *Suo quoque hoc die* (III *Februarii*) *elogio ornatur* S. Simeon *una cum S. Anna prophetissa in Menologio Græcorum Annalibus Albani titulo S. Clementis S.R.E. presbyteri Cardinalis Græce et Latine anno* 1726 *Urbini edito ; sed in eo, quod Canisius edidit, die prima Februarii ; at cum id ex iis, quæ Lucæ* 2 *cap. leguntur, fere petitum* E *sit, id huc transcribere non est necesse. Eodem signatur a Maximo Margunio, Cytherorum episcopo ; in Horis canonicis Cryptæ ferratæ ; in Anthologio Græcorum, in Kalendario Græcorum Reusneri et Genebrardi. Theodorus in Commentario in tit.* 7 *Nomocanonis Photii, Novellam Manuëlis Comneni imperatoris exhibet, qua inter dies, quibus judicia cessare debebant, seu omnino feriatos, recensetur dies* III *Februarii, ob festum memoriæ* Simeonis, *Dei susceptoris.* Καὶ ἡ γ. διὰ τὴν τῆς μνήνης., *inquit in laudata Novella dictus imperator,* τοῦ Θεοδόχου Συμέον τελετήν. *Peculiaria quædam occurrunt de* S. Simeone *ad diem* III *Februarii in Menologio Græcorum apud Ughellum tom.* X *Italiæ sacræ auctæ, quod e versione Archudii Corcyrensis ita habet :* Tertio Nonas sancti et justi Symeonis, qui in ulnas suas Dominum suscepit, et Annæ Prophetidis commemoratio. Symeon insigni justitia et pietate senex seipsum ab omni peccati labe vocans, cum a templo nusquam discederet, sed assiduis Deum precibus fatigaret, ut mundum miseratus tandem aliquando mortales a dæmonis potestate vindicaret, audivit ab angelo, se non
F prius ex hominum vita migraturum, quam videret Christum Domini, eum, qui universo orbi esset allaturus salutem.

*et Menologiis Græcis,*

7 Eodemque etiam Anna Prophetis oraculo donata est a Deo. Cum igitur quadragesimo ab ortu die detulissent parentes puerum Jesum in templum ad legis præscriptionem, Symeon venis *(ulnis)* complexus, dixit : Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum ; cumque et de Christi morte, de cruce, deque Genitrice, quæ Filium cruci affixum visura esset, prophetasset, Anna vero gratias egisset Deo, uterque fatalem vivendi summam explevit. *In Supplemento vero Ms., quod penes nos est, ad Menæa excusa ex Synaxario membranaceo antiquo Ms. P. Sirmondi adduntur ista :* Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου, τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου, τῷ ὄντι ἐν τῷ σεβασμίῳ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν χαλκοπρατείων. Celebratur vero festivitas eorum in æde S. Jacobi, fratris Domini, quæ est in venerabili templo sanctissimæ Deiparæ in Chalcopratiis, *nimirum Constantinopoli. Ut autem colligas, quam late*

*variarumque gentium Fastis celebratur ;*

AUCTORE J. B.

*late* Simeonis *cultus sese per orbem Christianum diffuderit, nonnullarum præterea gentium Fastos sacros, quibus inserta est ejus memoria, juverit adduxisse in medium. Ad diem* III *Februarii locum habet in Ephemeridibus Græco-Moscis tom.* 1 *Maii præfixis; uti in Menologio Slavo-Russico Sparwenfeldiano, quod ex Sparwenfeldii versione sic habet*: Sancti et justi Simeonis, acceptoris Dei: et Annæ Prophetissæ, qui vixit annos CCCLX. *Item in Kalendario Rhutenorum apud Possevinum tom.* 2 *Apparatus sacri pag.* 366. *Ad diem* 2 *Februarii in Fastis Copticis apud Seldenum de Synedriis veterum Hebræorum pag.* 393 *ita legitur*: Simeonis sacerdotis et gestationis Domini; et idem est introitus Domini in templum. *Ad diem eumdem signatur in Calendario Æthiopico apud Jobum Ludolfum in Historia Æthiopica pag.* 308.

*uti et antiqui aliquot, qui post S. Lucam*

8 *Nonnulla ex iis, quæ ex laudatis hactenus Fastis sacris de* S. Simeone *allata sunt, in controversiam veniunt, de quibus infra disseretur. At omni profecto exceptione majus est insigne, quod* S. Simeoni *tribuit Lucas Evangelista, Spiritu Sancto dictante, elogium, quo, quamquam*
B *non omnia, quæ præclare* Simeon *gessit, sed ea tantum, quæ Christum recens natum proxime spectabant, prosequi Evangelista voluerit, ea tamen paucis edixit, quibus ad* S. Simeonis *laudem vix quidquam dici potuisset uberius. Sic itaque de eo Lucas in Evangelio cap.* 2. Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus, et timoratus, expectans consolationem Israël, et Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Et ipse accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israël. Et erant pater ejus et Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israël; et in
C signum, cui contradicetur: et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

*S. Simeonis mentionem fecere,*

9 *Lucam imitati antiqui Patres* S. Simeonis *præconia scriptis suis frequenter celebrarunt: Irenæus lib.* 4 *contra Hæreses cap.* 7, *Abrahamum spiritu prophetico vidisse, ait, desideratum illum diem, quo Dei Filius inter homines homo futurus esset; natam vero inde patriarchæ lætitiam et gratulationem a* Simeone *re fuisse impletam.* Et Abraham ergo, *inquit*, a Verbo cognoscens Patrem, qui fecit cœlum et terram, hunc Deum confitebatur: et doctus repræsentatione, quod inter homines homo futurus esset Filius Dei, per cujus adventum semen ejus erat futurum quasi stellæ cœli, concupivit eam diem videre, uti et ipse complecteretur Christum: et per spiritum prophetiæ eam videns exsultavit. Propter quod et Simeon ex semine ejus re implebat gratulationem patriarchæ, et dicebat: Nunc remittis servum tuum, Domine, in pace *etc. Ambrosius hæc Lucæ verba*: Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Symeon: et homo iste justus, et timoratus exspectans consolationem Israël *ita commentatur*: Non solum ab angelis D et prophetis, a pastoribus et parentibus, sed etiam a senioribus et justis generatio Domini accipit testimonium. Omnis ætas et uterque sexus, eventorumque miracula fidem adstruunt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elizabeth prophetat, Magus adorat, utero clausus exsultat, vidua confitetur, justus exspectat. Et bene justus, qui non suam, sed pôpuli gratiam requirebat: cupiens ipse corporeæ vinculis fragilitatis absolvi, sed expectans videre Promissum; sciebat enim, quia beati oculi, qui eum viderent. Symeon denique ille justus, *ait S. Cyprianus lib. de Mortalitate*, qui vere justus fuit, qui fide plena Dei præcepta servavit, cum ei divinitus responsum fuisset, quod non ante moreretur, quam Christum vidisset, et Christus infans in templum cum Matre venisset, agnovit in spiritu, natum esse jam Christum, de quo sibi fuerat ante prædictum; quo viso, scivit, se cito esse moriturum. Lætus itaque de morte proxima et de vicina accersitione securus accepit in manus Puerum et benedicens Dominum exclamavit et dixit: « Nunc dimittis servum tuum, Domine se-
« cundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt
« oculi mei salutare tuum. » Probans scilicet atque E contestans, tunc esse servis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinibus extracti sedis et securitatis æternæ pôrtum petimus, quando expuncta hac morte ad immortalitatem venimus.

*scriptores Latini*

10 Simeonem *S. Augustinus sermone* 163, *alias* 3 *de Verbis Apostoli, tom.* 5, *col.* 786 *et seq. editionis Benedictinæ* sanctum Senem, de Deo bene meritum *appellat et a sincera pietate commendat. Verba ejus sunt*: In hoc desiderio *(salutare Dei, seu Christum videndi)* erat ille sanctus senex Simeon: in hoc, inquam, desiderio erat senex ille sanctus et de Deo bene meritus Simeon; sine dubio et ipse dicebat « Ostende nobis, Domine, misericor-
« diam tuam, et salutare tuum da nobis. » In hoc desiderio, in talibus precibus responsum accepit, quia non gustaret mortem, nisi vidisset Christum Domini. Natus est Christus, veniebat ille, ille ibat: sed donec veniret ille, ille ire nolebat. Jam senectus matura excludebat, sed sincera pietas detinebat. At ubi venit, at ubi natus est, at ubi eum portari Matris manibus vidit, et divinam infantiam pia senectus agnovit, accepit F eum in manus suas et dixit « Nunc dimittis,
« Domine, servum tuum in pace; quoniam vi-
« derunt oculi mei salutare tuum. « Ecce unde dicebat « Ostende nobis, Domine, misericordiam
« tuam et salutare tuum da nobis. » Impletum est desiderium Senis, mundi ipsius senectute vergente. Ipse ad senem hominem venit, qui mundum veterem invenit. *Inter Hymnos a S. Paulino, patriarcha Aquileiensi, qui sub seculi* IX *initium obiit, compositos, et a Madrisio Venetiis anno* 1737 *editos, qui ordine quartus, et pro festo Purificationis est, de* S. Simeone *inscribitur; in quo præter alia, ex Luca mutuata, hac de* Simeone *Paulinus canit*:

Dei sacerdos, humilis, mitissimus
Erat in urbe justus, senex optimus,
Felix, beatus Simeon cælifluo
Sanctoque plenus adfuit spiramine,
Sacra sub aula nutu Dei concitus etc.

*Græcique: in his*

11 *S. Bernardus, a Mabillonio editus et illustratus, Epist.* 98, *col.* 104 *ita de* Simeone *loquitur*: Sed et Senex ille tam plenus virtutum, quam dierum, morte jam propinqua, Vitam bajulans

A bajulans in manibus, aiebat: « Nunc dimittis « servum tuum, Domine, secundum verbum « tuum in pace: quia viderunt oculi mei salu- « tare tuum » ac si diceret: Securus descendo in carcerem, qui tam præsto meam sentio redemptionem. Et hic ergo, qui cum tam secura jucunditate et jucunda securitate moritur, merito in Ecclesia celebrari cum gaudio memoratur. *S. Ildephonsi archiepiscopi Toletani de Purificatione sanctæ Mariæ Sermo exstat tom.* 12 *Bibliothecæ Patrum Lugdunensis pag.* 588 *et seqq., in quo etiam nonnulla in* S. Simeonis *laudem reperire est. Mitto plures alios, qui, sive de Lucæ verbis cap.* 2, ℣. 22 *et seqq., sive de Domini oblatione, sive de ipso* Simeone *ex instituto tractantes, nonnulla de illo scripserunt. E scriptoribus Græcis Leontius, Neapolitanus in Cypro episcopus, qui sub finem seculi sexti et initium septimi floruit, integrum de* Simeone, *Dominum in ulnas suscipiente, sermonem conscripsit, quem Combefisius part.* I *Auctarii Patrum Græcorum a col.* 681 *edidit,* Simeonem *quoque laudat apud eumdem Combefisium Leo augustus, dictus* Sapiens, *in Oratione de Præsentatione Domini; uti*
B *et Athanasius Alexandrinus episcopus, in Sermone in Christi Domini Occursum col.* 507 *et seqq. Combefisius in Annotatis in Opera S. Athanasii, a se edita, dictum Sermonem de Occursu Domini Athanasio Magno, qui seculo* IV *floruit, et toleratis pro Ecclesia laboribus et persecutionibus celeberrimus evasit, non dubitanter adscribit. Tum objicit sibi hunc Athanasii textum:* Contradicet enim atque disceptabit de illo (*Christo*) ac spectante ad eum doctrina Simon adversus Marcionem, Ariusque adversus Sabellium [ nec non Eutyches adversus Nestorium: ] ac utrique adversus Ecclesiam: *in quem ita scribit:* Unum video, quod primo statim aspectu Athanasio illi Magno abrogare videatur (*laudatum Sermonem*) quod nimirum Eutychetis et Nestorii hæreticorum invicem ac ab Ecclesia dissidentium meminerit, quos liquet fere seculo integro Athanasio juniores. Verum facilis expeditaque solutio, ut quis tantillum attendat: nempe esse ea verba addita ab eo, qui in usum ecclesiæ suæ post Eutychianam ac Nestorianam hæresim, eum tractatum descripsit, ac monumentis
C aliis in Ecclesia more Græcorum legi solitis, accensuit.

*S. Athanasius Alexandrinus?*

12 *Verum quidni Sermo ille alterius Athanasii seu Anastasii, Alexandrini episcopi, qui anno* 614 *obiit, esse potuerit? Operum S. Athanasii editores Benedictini Congregationis S. Mauri tom.* 2, *pag.* 415 *Combefisii rationem, ob quam verba illa:* Nec non Eutyches adversus Nestorium, *subdititia opinatur, quod nempe Athanasius memoratis Simone et Marcione, Sabellio et Ario, mox eorum errores recenseat; de Eutychis autem et Nestorii erroribus nihil dixerit, elevant, aiuntque:* Verum fatemur, nobis non liquere, esse Nestorii et Eutychis nomina hoc loco adjectitia: nam præterquam quod exstant in duobus codicibus regiis, ad quorum fidem hæc Homilia edita fuit; cum scriptor iste post allata sex hæresiarcharum nomina multas hæreses memoret, tacito hæreticorum nomine, V. G. Docitarum, Appollinaristarum, aliorumque; sane innuere videtur, nequaquam sibi id consilii fuisse, ut præmissis nominibus Simonis, Marcionis, Sabellii, Arii, Nestorii, Eutychis; eorumdem hæreses ordine postea memoraret, sed allatis quatuor priorum erroribus, reliquas dein hæreses, ut se memoriæ offerebant, recensuisse. *Verum hac de re sermo plenior infra recurret. Addunt et alia in ea occurrere Homilia, quæ ætatem arguant Nestorio posteriorem, stilum ab Athanasiano diversum, verba Athanasio non usitata, aliaque hujusmodi, quæ apud laudatos editores videri possunt. Neque eam forte habuit festum Occursus Domini antiquitatem, ut de eo Homiliam habere potuerit. Dubii itaque saltem auctoris est ista Homilia. Plures quidem e Græcis Patribus citari hoc loco possent, sed dubium pariter est, num, quæ eorum nomine citantur, vere ab illis profecta sint: ex his præcipuos dabimus infra.*

AUCTORE J. B.

## § II. Refutantur aliquot de S. Simeone errores: an fuerit sacerdos.

*S. Simeon nec fuit*

Præter ea, quæ de Simeone *Lucas scripsit, nonnulla de eodem narrantur, quæ vel fabulosa sunt, vel a dubiis auctoribus scripta vel mutuata sunt.* Ibi *(in suburbio Bethlehem) inquit Ce-* E *drenus scriptor Græcus,* ex Maria natus Emmanuëlus, octavo die circumcisus, post quadraginta dies Hierosolymam adductus est, ut Domino secundum Legem sisteretur: acceptusque est a justo Simeone. Is Dei receptor Simeon Judæus, unus erat de LXX illis interpretibus, qui Ptolemæo Philadelpho, Ægypti regi, Ebraïcum vetus Testamentum in Græcum transtulerant sermonem ante Christi adventum, sicut D. Chrysostomus in suo de sex diebus Opere tradit. Atque hic Simeon, cum Esaïæ vaticinium legisset, virginem gravidam fore, partuque filium, Emmanuëlem nomine, edituram, fidem dicto prorsus derogavit, quod humana natura omnino virginem parere non admitteret. Sic ei animato divinitus patefactum est, victurum eo usque, dum vatis oraculum impleretur. Id nos sacrum etiam docet Euangelium his verbis: « Erat Spi- « ritu sancto prædītus, ab eoque oraculum ac- « ceperat, se non ante moriturum, quam Un « ctum Domini vidisset. » Eum ergo in templo F videns Puerulum quadraginta dierum, in ulnas accepit *etc. Simile quidpiam ante illum scripserat Eutychius, patriarcha Alexandrinus, seculo* X *secundum Seldenum, addiditque:* Deus ergo vitæ terminum ipsi auxit, adeo ut annos trecentos quinquaginta viveret, donec Christum Dominum videret.

*e 70 interpretibus unus;*

14 *Ptolemæus Philadelphus divinas Scripturas per* 70 *(seu* 72*) interpretes transferri ex Hebraica lingua in Græcam curavit, ut scribit Eusebius libro posteriori Chronicorum, anno* 2 *Olympiadis* 124, *id est, anno* 283 *ante epocham Christi secundum Tabulam Olympiadum et Urbis Romæ ex Varronis sententia cum annis Christi connexionis, quam exhibet Ricciolius lib.* 2 *Chronologiæ reformatæ a pag.* 105. *His igitur stantibus, ac morte ejus initio epochæ Christi affixa, anno circiter ætatis suæ* 67 *Biblia Hebraïca in linguam Græcam vertere debuerit. Verum tanta* Simeonis *ætas non aliunde orta videtur, quam ex errore, quo sanctus* Simeon *cum altero Simone, cognomento* Justo *et summo Judæorum sacerdote, Oniæ II patre, confunditur; neque tantum illius senium speciem verisimilitudinis habet, merumque apparet commentum Talmudicum. Quod autem ad S. Chrysostomum,*

AUCTORE J. B.

*a Cedreno laudatum in Opere de sex diebus, attinet; quemadmodum is sanctus Pater lucubrationum suarum multitudine clarissimus exstitit, ita quam plurimi eidem fœtus spurii, e quorum aliquo (non enim in genuinis operibus ejus* Simeon *ex 72 interpretibus fuisse legitur) id ipsum Cedrenus excerpserit, adscripti fuere.*

*nec Hillelis filius,*

15 *Ferunt præterea,* S. Simeonem *Hillelis, magni nominis rabbini, seu filium, seu discipulum fuisse: Genebrardus in Chronologia pag.* 205 *ad annum mundi* 4020 *ita scribit de utroque.* Hillelis doctoris insignis LXXX discipuli. Clariores Jonathan, filius Uziël, cujus paraphrasis Chaldaïca in Vetus Testamentum magna ex parte extat, et Simeon Justus, qui Christum ulnis excepit. Is est Simeon, in quo spiritum synagogæ Magnæ, qui erat Prophetico minor, communi major, defecisse, authores sunt Talmudici « in Tract. « Pirke Abhoth sectiones Patrum. « Rabbi Mose Ægyptius, non tantum discipulum, sed et filium Hillelis fuisse, scribit, Gamaliëlisque (ad cujus pedes Legem Paulus didicit) præceptorem, imo vero et patrem. *Et paulo infra:* Hillel, qui CXX annis vixit, pater Simeonis Justi, Simeon Gamaliël B lis, Gamaliël Simeonis Junioris, magni facti, quod essent doctissimi simul et nobilissimi, de familia Davidica. Unde ex eorum consilio synagoga administratur centum totis annis usque ad Romanam captivitatem. « R. Abraham in Cab- « bala historica Cozri. « *Scipio Scambatus Archivorum Veteris Testamenti lib.* 3 *Titulo* 1 *pag.* 417 *de eodem Hillele hæc habet:* Hujus Academiæ (*Babylonicæ*) soboles Hillel, cum hic didicisset (*Neardeæ*) Hierosolyma se contulit, et filiis Bethiræ principatum literarium præripuit; sectamque Pharisæorum sic auxit, ut eam primus instituisse sit visus. *Titulo vero* 2, *de Academia Hierosolymitana agens, jam recitatis hæc addit:* Hierosolymitanam Academiam dicitur excitasse Nehemias, Esdras vero instituisse ac formasse, auxisse vero Jedoas, vel Jaddus, quem Simeonem Justum (*de quo num. superiore*) vocant Hebræi, in summam vero auditorum frequentiam, et uberioris doctrinæ copiam aduxisse duo illi Pharisæorum principes feruntur Hillel et Samai. Mos autem hic fuit, ut prius Babylone diu doceret quis, ut sic denique sibi ad Hierosolymitanæ Academiæ C cathedram gradum præstrueret: Sic Hillel fecit.

*aut discipulus; nec Gamaliëlis præceptor;*

16 *Hillelis et Sammai meminit S. Hieronymus in cap.* 3 *Isaiæ his verbis:* Duas domus Nazaræi (qui ita Christum recipiunt, ut observationes Legis Veteris non amittant) duas familias interpretantur, Sammai et Hillel: ex quibus orti sunt Scribæ et Pharisæi; quorum suscepit scholam Akibas. *Et post pauca ita, qua floruerunt, ætatem explicat:* Sammai igitur et Hillel non multo prius, quam nasceretur, orti sunt in Judæa, quorum prior « dissipator « interpretatur, sequens « prophanus: « eo quod per traditiones et δευτερώσεις suas Legis præcepta dissipaverit et maculaverit. *Plura de Hillele vide apud Calmetum in Dictionario Biblico. Vero quod de* S. Simeone *aiunt, nimirum fuisse hunc Hillelis seu discipulum seu filium, haud satis apparet probabile: si enim paulo ante Christum Hillel, ut Hieronymus tradit, floruerit et Babylone, Hierosolymam anno circiter* 30 *ante Christum, ut alii tradunt, venerit;* Simeon *autem, Christo nato jam senex fuerit, et provectæ* D *quidem admodum verosimillime ætatis, senium ejus haud pati videtur, ut Hillelis discipulus fuisse dicatur: in hanc etiam rem ita scribit Cornelius Jansenius, Gandavensis episcopus, Commentariorum in Concordiam Evangelicam cap.* 10 *pag.* 76. Porro Galatinus existimat, hunc Simeonem fuisse eum, qui a Judæis in Talmud dicitur Simeon Justus, de reliquis synagogæ magnæ, qui diviniorem illam Legis intelligentiam, quam Cabalam vocant, accepit a patribus, cujus multæ præclaræ sententiæ in Talmud continentur, eumque fuisse filium et discipulum Hillelis, magistrum vero Gamaliëlis illius (*Vide cap.* 22 §. 3 *Act. Apost.*) ad cujus pedes sedit Paulus. Verum ex libro Pirke Anoth, quem versum nobis Fagius quidam dedit, ex quo tamen libro ille suam desumit sententiam, videtur, quod dicit, falsum esse. Nam Simeon Justus in eo libro diu præcessisse dicitur Hillelem, cujus non ponitur aliquis discipulus nomine Simeon, sed Gamaliël quidam. *Porro neque* Simeonis *nostri filius aut discipulus Gamaliël, Pauli in Lege Judaica aliquando præceptor, fuisse videtur; hunc enim* Simeon *religione sua, si res ita sese habuisset, verisimillime imbuisset, et veri Messiæ adventum* E *edocuisset.*

*nec idem, qui Simeon Pontifex, et Simeonis Justi nepos;*

17 *S. Hippolyti episcopi et martyris Fragmentis, anno* 1716 *Hamburgi editis, inseritur Præfatio quædam in Pentateuchum Arabicum Ms., quæ pag.* 33 *hæc habet:* Traditditque illam (*Legem Mosaïcam*) Nathan Shimeoni, seniori filio Shetach. Ipse est, qui portavit Messiam in ulnis suis. Simeon tradidit illam Jehudæ *etc: Sub finem Pentateuchi illius notatur tempus, quo exaratus fuit; in exemplari videlicet Huntlingdoniano* Annus millesimus octingentesimus octogesimus nonus: *Bodleianum vero exemplar scriptum dicitur* Anno millesimo octingentesimo nonagesimo primo Græco. *At cum anni isti Græcorum epochæ seculo æræ Christianæ* XVI *jam inclinanti respondeant, præfixæ Pentateucho isti Arabico Ms. Præfationis auctor magnam sibi fidem haud vindicat. Alios, ait Allatius in sua de Simeonum scriptis Diatriba pag.* 3, *Simeonem Justum confundere cum Simeone seu Simone, summo Judæorum Pontifice, et Simeonis Justi, de quo supra, ex Onia II nepote. At Simon hic eodem tempore floruit, quo Ptolemæus Philopator, ut ex lib.* 3 *Machab. (ut vocant) cap.* F 1 *et* 2 *liquet: hujus autem regnum Olympiadi* 139 *illigat Eusebius in Chronico; Christi vero Nativitatem Olympiadi* 194; *atque adeo Simonem Pontificem, Oniæ II filium, Simonis, quem Justum dicunt, nepotem, Christo nato, dudum e vivis excessisse, oportuit. Falsa igitur sunt, vel incerta saltem, quæ de* S. Simeone, *si ea, quæ de eo Scriptura memorat, excipias, narrari vidimus hactenus.*

*nec cæcitate*

18 *Singulare est, nec satis firmum, quod de eodem Celsus quidam, auctor quidem antiquus, sed ætatis haud satis exploratæ, tacentibus ceteris antiquis scriptoribus, tradit in Præfatione in altercationem Jasonis et Papisci ad Vigilium episcopum, quæ sub titulo,* de Judaïca incredulitate *S. Cypriani Operibus, Venetiis anno* 1728 *editis, inter Opuscula S. Cypriano vulgo adscripta col.* CCXV *et seqq. inserta est. Ait in ea Celsus,* S. Simeonem *senem, oculorum usu fuisse aliquando privatum, sed tandem, suscepto in ulnas Christo, visum prodigiose recepisse.* Simeon

A meon quoque Justus, *inquit col.* CCXVII, qui in cæcitate constitutus, divino monitus oraculo, audierat, se non ante moriturum, quam vidisset Christum; cum in templum, omni populo præsente, Infantem secum inferret Mater, et in spiritu natum esse Christum, sensisset, acceptum in manus Puerum vidit, et benedicens Deum, in conspectu et auditu omnium dixit: « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secun- « dum verbum tuum in pace, quoniam viderunt « oculi mei salutare tuum. » Simeon, quod cæcus audierat, evidenti veritate perfectum esse, annuntiabat; et veritatem, quam accepto lumine viderat, benedicendo palam Deum populo prædicabat. Ad hoc enim viderat, ut referret, et revelatione sua, quod Christus natus fuisset, ostenderet, et perfidi populi initia prima incredulitatis instrueret.

*a Christo liberatus.*

19 *Verum, si id miraculi in* Simeone *contigisset, an Lucas, qui multas, licet paucis, in eumdem laudes conjicit, rem ad Christi et* Simeonis *gloriam adeo illustrem tam alto involvisset silentio, ut ne tenue quidem cæcitatis* Simeonis, *restitutique eidem oculorum usus vesti-*
B *gium exprimere voluisset, qui tamen paulo ante Zachariæ, cum Joannes circumcideretur, loquendi usum fuisse redditum, verbis satis apertis declaravit? Num id soli Celso innotuisset, aut solus ipse ex antiquis misisset in litteras? Sane id affirmanti Celso, qui id forte ex libris apocryphis hausit, indubitanter assentiri non ausim: minus vero id possunt, qui* Simeonem *sacerdotem fuisse, et sacerdotali munere functum, cum Christum, ut aiunt, Deo obtulit et parentibus ejus benedixit, autumant: cæci enim ab altaris munere arcebantur, ut legitur Levitici cap* 21, ℣. 17 *et seqq.* Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus: si cæcus fuerit, si claudus, si parvo vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu... Omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo: vescetur tamen panibus, qui offeruntur in sanctuario, ita dumtaxat, ut intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, et contaminare non debet sanctuarium meum. *Fueritne autem* Simeon *sacerdos, an laïcus, jam mox dis-*
C *cutiam.*

*Fueritne sacerdos,*

20 Simeonem, *virum justum, Dei timentem ac spiritu prophetico præditum fuisse (Magdeburgenses enim, Brentium, et Calvinum, qui, ut quidem Feuardentius in cap.* 15 *lib.* IV *S. Irenei annotat, illum* privatum homuncionem, senem delirum, obscuræ famæ, nulloque dignitatis aut officii nomine clarum *facere non erubescunt, nihil moror) apud omnes recte sentientes in confesso est. Fueritne sacerdos, an laïcus, non convenit inter eruditos. Qui laïcum fuisse, existimant, Lucam non magis* Simeonis *sacerdotium, unde ejus de Messiæ in terras adventu testimonio non parum ponderis accessisset; quam ceteras ejus laudes, quas tamen accurate enumerat, silentio pressurum fuisse, contendunt; id etiam subinde addentes,* Simeonis *sacerdotium antiquos Patres, qui nusquam illius mentionem fecere, sibi cognitum haud habuisse.* Sacerdosne, an laïcus Simeon fuerit, *inquit Benedictus XIV de Festis B. Mariæ Virginis*, diputant eruditi; cumque S. Lucas nihil de ejus sacerdotio commemoret, laïcum fuisse, communis sententia est; licet pictores vulgo eum pingant sacerdotalibus vestibus indutum, ut fuse ostendit Ayala in Opere, quod inscripsit « Pi- « ctor Christianus eruditus » Matriti edito anno MDCCIII lib. 3 cap. 4. De Simeonis sacerdotio testes afferuntur Athanasius, Epiphanius et Cyrillus; sed opera, ex quibus ducuntur testimonia, sunt apocrypha. Theophylactus, ac Euthymius, Simeonem sacerdotem fuisse, negant. Ac Lucas ipsius quidem virtutes commemorat; sed cum de ejus sileat sacerdotio, verisimile fit, Simeonem non ea præditum fuisse dignitate. *Theophylacti, Acridæ in Bulgaria episcopi, a Benedicto mox citati, et seculi* XI *scriptoris in cap.* 2 *Lucæ hæc verba sunt*: Non erat Simeon sacerdos, sed homo Deum amans, et expectans, quando veniat Christus consolaturus Hebræos, et liberaturus a servitute peccati, forte et ea, qua Romanis et Herodi serviebant. *Euthymii vero, monachi Græci, qui seculo* XII *floruit, hæc*: Non erat autem sacerdos, ut mihi interim videtur: alias enim et hoc omnino manifestasset Euangelista tamquam magnam Viri dignitatem. *Leo Allatius in Diatriba de Simeo-* E *num Scriptis pag.* 3 *hæc etiam Photii, Constantinopolitani sec.* IX *patriarchæ, in Amphilochiis cap.* 156 *verba refert*: Non erat sacerdos Simeon, verum sacerdotum virtutibus longe præstabat. Proptereaque sacerdos, quæ de Puerulo Lex fieri præcipiebat, illis asserviebat: *Quibus Photius, ut clarius ex textu Græco intelligitur, non solum negat,* Simeonem *fuisse sacerdotem; sed etiam in Oblatione Christi alium a* Simeone *quempiam, qui sacerdos reipsa erat, sacerdotali munere fuisse perfunctum, affirmat. Ceterum Theophylactus et Euthymius non paucos e recentioribus, quos hic recensere non necesse est, suæ de* Simeone, *non sacerdote, sententiæ consentientes sunt consecuti.*

AUCTORE J. B.

*an laïcus, disceptatur: rationibus*

21 *At vero, qui pro* Simeonis *sacerdotio pugnant, tum Lucam, tum antiquos Patres a se stare contendunt: Lucam quidem, cum de illo ait:* Et benedixit ilis (*Mariæ et Joseph*) et dixit ad Mariam *etc.*: *quod benedicendi munus proprium fuerit sacerdotum secundum illud Numm. cap.* 6 ℣. 23 *et quatuor seqq.*: Loquere Aaron et filiis ejus: sic benedicetis filiis Israël, et dicetis eis: Benedicat tibi Dominus: et custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi: et misereatur tui. Convertat Dominus vultum suum ad te, et det tibi pacem. Invocabuntque nomen meum super filios Israël, et ego benedicam eis. *Item quod de eodem dicat:* Et ipse accepit in ulnas suas. *Undę, inquit Beaux-amis Harmoniæ Evangelicæ tom.* I, *in cap. Lucæ* 2 *pag.* 67, facile colligimus, Simeonem jus aliquod in rebus sacris habuisse. Cujus enim erat nisi sacerdotis, oblationem Deo factam excipere? Et templi ministerium obire in his, quæ templo offerebantur? Omnia sancta sanctis, ut docet Lex, et magna his in legibus observandis, ut et in cæteris, fuit Judææ morositas, ut scribit Tertullianus l. de præscript. contr. hær. Solius enim sacerdotis erat, Deo sacrata accipere, et ejusdem in templo loqui. *Subdit tamquam sibi patrocinantes S. Epiphanium lib. de Vita et exitu Prophetarum, S. Cyrillum Hierosolymitanum Oratione de Occursu Domini, S. Augustinum Serm.* 2 *de tempore. Verum de SS. Patrum dictis, quibus* Simeoni *sacerdotium vendi-*

*care*

AUCTORE J. B

*care visi sunt, infra agemus : hic ea solum, quæ ex Lucæ verbis ad adstruendam* Simeoni *sacerdotalem dignitatem afferuntur, paucis discutiemus.*

*haud satis efficacibus*

22 *Indubitatum quidem est e Luca, datum fuisse* Simeoni, *ut Christum in ulnas susciperet; sed fueritne id ipsi vi sacerdotalis, quo fungebatur, muneris; an contra ex singulari quodam, quo Deus vitæ ejus sanctimoniam, ingensque spectandi Messiæ desiderium munerare dignatus sit, beneficio concessum, non edicit Lucas; multo vero minus ait, a* Simeone *Christum Deo, quæ sacerdotalis functio fuisset, oblatum. Ait quidem* ℣. 29 : Et ut perfecerunt omnia secundum Legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth ; *sed Legine satisfecerint tradendo in* Simeonis *manus Christum, necne, tacet; ut hinc effici* Simeonis *sacerdotium nequeat.* Simeon, *fateor, non modo Christum in ulnas suscepit, sed Parentibus ejus etiam benedixit. Quid vero inde concludi volunt!* Non enim sufficit ei, *inquit Beaux-amis pag.* 68 *versa,* tenere Parvulum, et ea, quæ de eo scripta erant, eloqui : sed et
B „ benedixit Patri et Matri, εὐλόγησεν αὐ-
„ τούς Benedixit eos. Ita ut non tam illos laudasse, et pro ratione prolis extulisse, sed velut authoritatem habens illos benedixisse intelligatur. *Vult itaque Beaux-amis e benedictione, a* Simeone *Christi Parentibus impertita, consequi* Simeonis *sacerdotium : atqui varia benedictionum genera fuisse, ut creationis, sanctificationis, multiplicationis, et laudis, ipsemet Beaux-amis docet : unde igitur, non satis stabilito benedictionis, qua usus* Simeon *est, genere, hanc solennem et sacerdotalem fuisse, contendit?* Plura enim, *inquit Benedictus XIV de Festis B. Mariæ Virginis cap.* 18, exempla in sacris Paginis suppetunt eorum, qui benedixerint, nec tamen fuerint sacerdotes; benedicere enim nihil aliud est, quam bene alicui precari. *Lib. Regum* 2, *cap.* 14 ℣. 22 *Joab Davidi : Regum vero* 3, *cap.* 8 ℣. 66 *Israëlitæ Salomoni, peracta dedicatione templi, benedixisse leguntur ; priori quidem loco his verbis :* Cadensque Joab super faciem suam in terram, adoravit et benedixit regi : *his vero posteriori :* Et in die octava dimisit populos : qui benedicentes regi profecti sunt
C in tabernacula sua lætantes. *Tobiæ cap.* 9 *Gabelus Tobiæ Juniori his verbis benedixit :* Benedicat te Deus Israël, quia filius eos optimi viri et timentis Deum *etc.*

*illi sacerdotium*

23 *Nec hactenus dictis obest, quod ex Epistola Pauli ad Hebræos cap.* 7, ℣. 7 *adducitur :* Sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur. *Non enim id de quolibet benedictionis genere intelligi debet : nam nec rege suo Davide Joab, nec Salomone Israëlitæ* meliores *seu majores erant. Quod si, ut iis, qui* Simeonis *sacerdotium tuentur, placet, Christi Parentibus benedicere* Simeon *potuit, tamquam sacerdos, quid ut secundum illorum adversarios eisdem benedicere potuit, tamquam Propheta?* Prophetæ pariter et homines a Deo inspirati, *inquit Calmetus in Dictionario Biblico ad vocem* Benedictio, benedictionem etiam apprecabantur famulis et populo Dei ; quibus sane apprecationibus redundant Psalmi. In extremis agentes Patriarchæ filios universamque familiam benedicebant ; *quam in rem citat Gen. cap.* 27, *ubi Isaac Jacob; cap. item Gen.* 49, *ubi Jacob filiis suis benedicit illisque futura prædicit; cap.* 33 *Deuteronomii, ubi moriturus Moyses duodecim tribubus Israël; et cap.* 7 *Tobiæ, ubi* ℣. 7 D *Juniori Tobiæ Raguel benedixit his verbis :* Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni et optimi viri filius es. *Haud igitur Benedictio, quam Mariæ et Josepho* Simeonem *impertiisse, Lucas ait, eos magnopere juvat, qui sacerdotali eum dignitate fulsisse contendunt. Imo vero non desunt, quæ contrarium, stando Lucæ verbis; et rerum tunc gestarum adjunctis, suadere videantur. Ac primo quidem obesse videtur* Simeonis *sacerdotio Lucæ de eodem altissimum, de quo num.* 19 *mentio facta est, silentium. Neque hic quidquam prodest, si, Lucam, licet non verbis, re tamen ipsa* Simeonis *sacerdotium luculente satis indicasse, dixeris, ipsa rerum a* Simeone *tunc gestarum commemoratione. Quamquam enim Lucas ea de Zacharia narraturus esset, unde, Zachariam sacerdotem fuisse, liquido appareret, de eodem tamen mox a principio cap.* 1 *diserte ait :* Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias. *Quid ni igitur et* Simeonem *diserte Lucas sacerdotem nominasset, etsi ea ipsum de* Simeone, *unde colligi ipsius sacerdotium possit, commemorasse, animo fingere tantisper* E *voluerimus?*

*nonnulli adstruunt :*

24 *Et vero quænam tandem sunt* S. Simeonis *gesta, a Luca commemorata, quæ quidem ejus sacerdotium prodant? Num impertita ab eo Josepho et Mariæ benedictio? Atqui secus sese rem habere, jam diximus. Num Christi in ulnas susceptio? Sed quid si hæc, ut pariter dictum est, non sacerdotalis muneris functio, sed insignis, qua præditus erat* Simeon, *sanctimoniæ, et vehementis, quo Messiam exspectabat, desiderii præmium fuerit? Num tandem Christi oblatio, duorumve turturum aut columbarum, quarum altera, ut scribit Josephus lib.* 3 *Antiquitatum cap.* 10, *igni absumebatur, altera autem in cibum sacerdotibus cedebat, acceptio, prout Levitici cap.* 12 *his verbis præscribitur mulieri puerperæ :* Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum et (*si pauper fuerit*) pullum columbæ sive turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti, qui offerret illa coram Domino, et orabit pro ea? *Verum hæcne a* Simeone, *an ab alio peracta sint, Lucas tacet, qui, postquam de* Simeone *et Anna loqui desiit, hæc dumtaxat generatim addit :* F Et ut perfecerunt omnia secundum Legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth. *Hæc de Lucæ silentio, quo nihil, unde* Simeonis *sacerdotium colligas, indicat, dicta, etsi eorum, qui sacerdotem illum fuisse autumant, sententiam non omnino convellant, eam tamen non parum enervare videntur. Pensemus porro Lucæ verba, et, nihilne sese in illis offerat, quod* Simeonis *sacerdotio refragetur, solius, si fieri potest, eruendæ veritatis studio ducti, indagemus.*

*contra vero rationes binæ.*

25 Postquam impleti sunt dies purgationis ejus (*Mariæ, inquit Lucas*) secundum Legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino . . . Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon . . . . Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus . . . et ipse accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit : Nunc dimittis etc. *Est, qui hæc verba Lucæ* (*Pelletier apud Trivultianos ad annum* 1705 *tom.* 1 *pag.* 170) *ita interpretetur, ut eodem tempore, quo Messiam parentes sui in templum inducebant*

A *bant*, Simeon *Spiritus sancti ductu in ipso templi ingressu obviam illis sit factus, ibique peregerit, quæ a* Simeone *gesta Lucas scribit : hinc vero efficere conatur, quæcumque eo temporis articulo a* Simeone *gesta sunt, nonnisi laïci, non sacerdotis fuisse. Munere enim, inquit, sacerdotali sacerdotes, qui suis in ædibus et per civitatem Hierosolymitanam veste laïca induti incedebant, cum in templum venirent, non prius fungebantur, quam vestes laïcas in templum ingressi cum sacerdotalibus commutassent, seque, ut Lege cautum erat, lavissent. Hoc autem Flavius Josephus lib.* 6, *cap.* 6 *de Bello Judaïco saltem ex parte testari videtur, dum ait* : Vestibus tantum utebantur *(extra templum sacerdotes)* plebeis : quoniam sacerdotali solus, qui sacra celebrabat, amiciebatur. *Necdum etiam beata Virgo ex Legis prescripto purgata erat, necdum oblationem suam in manus sacerdoti tradiderat, inquit Pelletierus, sed mox, a* Simeonis *et Christi parentum in templum adventu* Simeon *Christum in ulnas suscepit, et in Dei laudes erupit : ut adeo nihil a* Simeone *sit gestum, quod*

B *sacerdotis, non laïci, fuisse, merito dixeris. Ita ille.*

*quibus Pelletierus,*

26 *Verum Honoratus a S. Maria Observationum in leges artis criticæ, ejusque usum tom.* 2, *lib.* 3, *dissertatione* 5, *art.* 2, § 2 *fatetur quidem,* Simeonem *secundum Lucæ verba in templum venisse; negat tamen abs Luca dici,* Simeonem *in id venisse, postquam eodem jam venerant Christi parentes : imo vero contendit,* Simeonis *in templum adventum Christi parentum in illud adventum sufficienti temporis spatio præcessisse, ut et vestibus sacerdotalibus sese prius induere, ceteraque, quæ ad sui ministerii obeundum munus Lege præscripta erant, peragere potuerit, quam Christus in templum a parentibus induceretur. Dicti sui testem Honoratus facit Juvencum, Christianum seculi quarti poëtam, qui* Simeonem, *jam templum ingressum, Christi in illud adventum sensisse, ac continuo in ulnas illum suscepisse, canere videtur sequentibus versiculis lib.* 1 *Historiæ Evangelicæ :*

Isque ubi curvato defessus corpore templum
Jam gravior penetrat, monuit quod Spiritus auctor,
Ecce simul parvum gremio Genetricis Iesum
C Ad templum sensit venisse : trementibus ulnis
Accepit Puerum, lætusque hæc dicta profatur :
Nunc nunc me famulum etc.

*Clariora sunt, quæ pariter in rem suam Honoratus partim saltem adducit, Timothei, presbyteri Hierosolymitani, verba, quæ tom.* 5 *Lugdunensis Bibliothecæ Patrum pag.* 1215 *sic habent* : Quum domi Simeon sederet, et per se solus precaretur, ut ad eventum dumtaxat perveniret divinum responsum, in animo habuit Joseph et Virgo puellum Jesum in templum inferre, ut pro eo facerent, quemadmodum ex Lege consuetum erat. Ac statim Spiritus sanctus oraculi præstitit eventum, hoc est, excitavit Spiritus Simeonem, dicens : Exurge, Senex, quid dormis? Venit tempus responsi. Vade ocyus, venit enim, qui te dimittat : excute sepulchra, para sepulturam, præscribe iis, qui domi tuæ sunt, quid fieri velis post mortem : venit, qui te dimittat, venit Emmanuël, celeriter in templum transi : in sacro sunt res sacræ, de sacro partu prophetiza.



AUCTORE J. B.

27 *Quid vero tum?* Unde Simeon, *inquit Timotheus*, celerrimo cursu cupiditatis tamquam ala, et a Spiritu sublevatus, ante Josephum et Virginem venit in templum. *Et paulo post* : Antequam Josephus et Virgo, Simeon in templum venit, et quum antevertisset, juxta adyta atque penetralia stetit, expectans revelationem Spiritus sancti. *Hæc quidem Timothei verba; quæ Honorato favere, nullus non abnuat; mihi tamen* Simeonem *hoc modo templum adiisse, non persuadent; tum quod minus accurate dicta videantur, tum quod auctoris sint haud satis antiqui : primum quidem mihi idcirco apparet, quod Timotheus laudatus oratoris seu concionatoris potius, quam accurati rerum gestarum narratoris partes agat; est enim lucubrationi hic titulus :* De propheta Simeone oratio : *oratoribus autem et concionatoribus non raro accidit, ut rerum, quas tractant, præcipua capita, secundum se quidem certa et indubitata, adjunctis ornent, quæ vel ipsi sibi fingunt, vel rem ipsam verosimiliter comitata esse, sibi imaginantur. Fecisse id hoc loci Timotheum, suadent adjuncta imprimis ea, quæ supra de Spiritu Sancto, Senem Pro-* E *phetam, ut templum adiret, excitante, narravit. Suadent etiam, quæ de* Simeone *et B. Virgine narrare pergit Timotheus; quæ, quamquam certo falsi arguere nolim, quod tamen singularia sint, nec ab aliis antiquis, quod sciam, memorata, suspectæ saltem mihi fidei non esse, non possunt.*

*S. Simeonem sacerdotio*

*insignitum non fuisse,*

28 *Sunt vero hæc* : Quum autem in templo Simeon esset, *si Timothæum audias,* vidit multas matres cum suis infantibus ingredientes in templum, ut solverent hostiam nomine purificationis, cum quibus permixta erat etiam ea, quæ honorandum et sordium expertem Partum portabat. At justus ille Simeon huc illuc oculos circumferens, ut vidit multas matres, privata humanæ conditionis specie prædictas, solam autem Virginem multo ac divino lumine circumfusam, incurrens separavit ab ea reliquas matres, clamans ac dicens coram omnibus : Date mihi locum, ut præhendam, quem desidero, vidi eum, a quo ante visus sum : vidi, et reviruit atque recreatus est spiritus meus. Quid vos conditione ancillæ cum libera atque Domina incertatis? Quid parvos liberos vestros ad altare offertis? Huc oculos convertite, et huic eos Puero offer- F te, qui Abrahamo antiquior est. *Sane hic, qualiacumque demum sint, Timotheus narrat, quæ nec e sacris paginis, nec antiquorum Patrum legitimis testimoniis probatum iri existimo. Porro, quod ad ipsum Timotheum spectat, fatetur Lugdunensis Bibliothecæ Patrum editor in Auctorum et Opusculorum serie, tom.* 5 *præfixa, certi nihil de ejus ætate statui posse* : *Coccius, ut ait, seculi sexti anno* 70; *ipse autem seculo quarto Timotheum illigavit,* quod invenies *(eo seculo)* plures qui idem argumentum de Simeone, Christo occurrente, tractarunt; *sed neque hoc omnino ex vero dictum esse, infra ostensuri sumus. Tolerabilem interim putamus, quam Pelletieri ratiocinio Honoratus adhibet, stando Lucæ verbis, solutionem. Nunc alia, ab eodem Pelletiero in* Simeonis *sacerdotium mota, audiamus.*

*ostendere nititur,*

29 *Alterum, quo convellere* S. Simeonis *sacerdotium Pelletierus nititur, ratiocinium huc fere recidit :* Simeon *si sacerdos fuisset, non inspiratione divina monitus in templum venisset, sed*

auctore J. B.

*citra illam; cum offerendus erat Christus, in illo inventus fuisset : at* Simeon *nonnisi inspiratione divina monitus in templum venit; nec citra illam in templo inventus fuit : igitur* Simeon *sacerdos non fuit. Divina inspiratione monitum in templum venisse* S. Simeonem, *Lucas ipse testatur, inquiens :* Et venit in spiritu in templum; *quibus Vulgatæ verbis textus Græcus ad amussim quoque respondet. Reliquum igitur est, ut priorem ratiocinii, mox adducti, partem potissimum examinemus. Verum, priusquam id facere instituamus, pauca prius de sacerdotum Israëliticorum in templo Domino ministrantium consuetudinibus observanda veniunt. David rex, ut legitur lib.* 1 *Paralip. cap.* 24, *sacerdotes Israëliticos divisit in duas classes, quarum altera filios Eleazari, altera filios Ithamar continebat : priorem porro, utpote numerosiorem, distinxit in familias sedecim; posteriorem in familias octo : quamquam autem omnes ministerio Domini consecrati essent, munere tamen suo nonnisi per vices statisque temporibus fungebantur* : Et divisit eos David, id est, Sadoc de filiis Eleazari, et Ahimelech de
B filiis Ithamar secundum vices suas et ministerium. Quæ quidem divisio, *ait Flavius Josephus Antiq. Judaïc. lib.* 7, *cap.* XI, durat usque in hodiernam diem. *Neque illam dumtaxat divisionem, sed et antiquum morem, quo per vices Domino sacerdotes in templo ministrabant, ad Christum usque tenuisse, colligitur ex Lucæ* 1, *ubi de Zacharia* ℣. 5 : Fuit... sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia; *et* ℣. 8 : Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum. *Cum vero officio sacerdotali fungerentur, stabilem dierum saltem aliquot in templo mansionem sacerdotes habuisse, nec, nisi peracto in templo ministerio, domum suam rediisse, pariter innuunt, quæ ibidem* ℣. 23 *de Zacharia sequuntur* : Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, abiit in domum suam. *Durasse autem sacerdotum in templo ministerium per octiduum seu a Sabbato ad Sabbatum, passim scriptores colligunt ex his lib.* 2 *Paralip. cap.* 23 ℣. 8 *verbis* : Fecerunt ergo levitæ, et universus Juda juxta omnia, quæ præceperat Joiada pontifex : et assumpserunt singuli viros, qui sub se erant, et veniebant per ordinem Sabbati, cum his, qui
C impleverant Sabbatum, et egressuri erant. Siquidem Joiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueverant : *idemque affirmat Josephus loco proxime cit. his verbis* : Instituitque *(David)* ut una cognatio ministraret Deo per dies octo, a Sabbato usque ad Sabbatum.

*probabiliores apparent.*

30 *His vero ita constitutis, ut ad Pelletieri ratiocinium redeamus, necesse est, ut, si* Simeon *sacerdotali officio functus est, cum Christum in ulnas suscepit, vel ex eorum sacerdotum numero et partitione fuerit, quorum tunc vices erant in templo Deo ministrandi; vel contra ex eorum numero et partitione, qui tum temporis antiquæ consuetudinis vi a templi ministerio tantisper, dum suæ redirent vices, arcebantur. Neutrum autem videtur dici posse : si enim primum dixeris; videtur consequi, ut* Simeon *vi officii sui una cum ceteris vicis suæ sacerdotibus constanter in templo Domini versatus fuerit; cum tamen divina inspiratione monitus vel ex ædibus suis vel certe ex civitate in templum sese contulerit, ut e Luca dictum est supra. Quod si secundum asserere placuerit; qui* Simeoni *aut per antiquam consuetudinem, aut per alterius familiæ sacerdotes, quibus tum temporis rerum sacrarum incumbebat administratio, sacerdotali officio fungi licuisset? Quod si nulla fuerit sacerdotalis, quam* Simeon *in templo exercuerit, functio, quo tandem ex capite sacerdotio ejus, qui quidem huic patrocinantur, idoneum subsidium quærent? Neque porro hic juvat cum Honorato contendere,* Simeonem *prius in templum venisse, quam Christus illuc a Parentibus introduceretur, sive enim id prius, sive serius, sive eodem temporis articulo acciderit, locum perinde habet, quæ hic est mota difficultas, ut consideranti patebit. Vel una hæc ratio facit, ut, stando Lucæ verbis, sententiam, qua* Simeon *non sacerdos, sed laïcus fuisse statuitur, præ contraria probabilior mihi videatur. Pingi consuevisse* S. Simeonem *sacerdotalibus vestibus indutum, non quidem abnuo; sed nec pictoribus hic mihi litem intendere necessarium arbitror : audiendi tamen, seu Græci, seu Latini antiqui Patres, si qui forte fuerint, qui* S. Simeonem *sacerdotem fuisse tradiderint, quod sequenti § fiet.* D

E

## § III. Num ex certis monumentis Patribusque antiquis probetur S. Simeonis sacerdotium,

*Simeonis sacerdotio Jacobi Minoris*

*Quibus* S. Simeonis *sacerdotium non placet, non modo, id e sacris paginis ostendi posse, sed etiam ex antiquorum Patrum testimoniis, ut supra dictum est, inficias eunt : si nempe de antiquorum Patrum testimoniis, quæ quidem certa atque indubitata sint, agatur : non enim desunt monumenta, et quidem satis antiqua, sed adulterina et spuria, vel auctoritatis saltem admodum dubiæ, in quibus* Simeoni *sacerdotium adstruitur. Ac in primis quidem inter Monumenta SS. Patrum orthodoxographa, Basileæ sub annum* 1569 *typis edita, tom.* 1 *a pag.* 71 *Proto-evangelium Græce et Latine occurrit, S. Jacobi Minoris nomine insignitum, quod sub finem hæc de* Simeone *habet* : Post tres autem dies *(a Zachariæ, S. Joannis Baptistæ patris,* F *in templo, ut ibi præmittitur, Herodis jussu occisi, nece)* concilium fecere sacerdotes, quem pro illo substituerent. Et venit sors super Simeon. Ille enim oraculo fuerat certificatus a Spiritu sancto, quod non videret mortem, nisi videret Christum in carne. *Postrema quidem verba, quo de* Simeone *hic sermo sit, aperte indicant; sed eadem opera, quam sint spuria, produnt : cum enim, ut ibi refertur, Christo jam dato, hæc contigisse debuerint, atque eo tempore; quo ab Herode Innocentes pueri ad necem quærebantur, quis credat, sacerdotes Judæorum ea de causa Zachariæ* Simeonem *pontificem substituisse, quod divino oraculo, non visurum se mortem, nisi Christum in carne vidisset, fuisset edoctus? Cetera, quæ illud Proto-evangelium continet, non lubet attingere; id monuisse contentus, recenseri inter scriptores ecclesiasticos ab Hieronymo Jacobum Minorem : sed de ejus scriptis hæc tantum apud Hieronymum legi* : Unam tantum scripsit Epistolam, quæ de septem Catholicis est, quæ ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur : licet paulatim, tempore procedente, obtinuerit auctoritatem : *ipsum vero hoc Evangelium*

A *lium, (hoc tamen indignum nomine) jam pridem in Concilio Romano, anno, ut notat Labbeus* 494 *celebrato, a Gelasio Papa inter scripturas apocryphas fuisse amandatum; de quo pariter Innocentius sub seculi quinti initium ad Exsuperium episcopum Tolosanum in hunc modum scripserat:* Cetera autem, quæ vel sub nomine Matthiæ sive Jacobi Minoris, vel sub nomine Petri et Johannis, quæ a quodam Leucio scripta sunt [vel sub nomine Andreæ, quæ a Nexocharide et Leonida philosophis] vel sub nomine Thomæ, et si qua sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda.

*et Nicodemi Pseudo-evangelia nihil prosunt.*

32 *Ejusdem farinæ est alterum Pseudo-evangelium de Passione et Resurrectione Christi, quod ineptus barbarusque fabulator quidam Nicodemi, Christi discipuli, nomine impudenter obtrusit. Exstat pariter id inter Monumenta SS. Patrum orthodoxographa tom.* 2 *a pag.* 643, *inventumque notatur ad calcem a Theodosio Magno Hierosolymis in prætorio Pilati (e cujus fictitiis ad Tiberium Actis multa, quæ in illo leguntur,*
B *hausta videntur) in codicibus publicis; et anno* XIX *Tiberii cæsaris a Nicodemo litteris Hebraïcis exaratum. Id vero* Simeoni *sacerdotium tribuit his verbis pag.* 652: Et quando suscepit eum (*Christum*) magnus sacerdos Simeon etc. *Et paulo post in illo Joseph ab Arimathæa ita Judæorum sacerdotes alloquitur:* Nunc audite me, quia omnes cognovimus beatum Simeonem sacerdotem magnum, qui suscepit in manibus suis Infantem in templo. *Sed quam nihili hæc habenda sint, docent pueriles fabulæ, scripto illi insertæ: ut ex una de reliquis judicium feras, audi, quid de Charino et Lenthio, ipsius* Simeonis, *si credere lubet, filiis, verbis mox citatis ibidem proxime sequatur. Joseph ab Arimathæa, ut Annæ et Caïphæ eorumque sequacibus Christi resurrectionem persuadeat, testes adducit varios, a mortuis suscitatos, atque hos inter Charinum et Lenthium,* Simeonis *filios, qui Arimathææ inter vivos vivi versabantur. Adsunt coram Anna et Caïpha arcessiti Hierosolymam Charinus et Lenthius; adjuratique, ut dicerent, quid apud inferos vidissent, et qui ad vitam revocati essent, uterque eorum, quæ viderat, bene longam historiam in litteras separatim*
C *miltit, convenienter adeo, ut ne littera quidem alter ab altero dissideret. Ut autem scripta sua sacerdotibus tradidere, subito candore perfusi sunt, nec visi amplius. Verum his ad probandum* Simeonis *sacerdotium, nemo, ut reor, cordatus utetur: videamus itaque, num sinceriora sint, quæ pro* Simeonis *sacerdotio e SS. Patribus afferri queunt?*

*nec favit seculo tertio S. Methodius.*

33 *Antiquissimus Patrum, quos veluti sacerdotio* Simeonis *suffragantes in medium afferunt, quod quidem sciant, S. Methodius est, quem alii, sub Decio et Valeriano, alii, sub Diocletiano in Græcia martyrio coronatum, scribunt. Edidit Combefisius sub ejus nomine Orationem seu Homiliam, cui titulus:* Methodii episcopi Patarensis et martyris de Symeone et Anna, quo die Domino in templo occurrerunt: ac de sancta Deipara. *Porro allocutio quædam in ea pag.* 411 *et seq. occurrit Deiparæ ad* S. Simeonem, *qua præter plures, quos illa in* Simeonem *congerit, laudum titulos,* sacerdotum optimum *eumdem appellat; pag. vero* 424 *Methodius ipse* virum Legis doctorem, sacerdotio honoratum, prophetia illustrem: *ut dubium non sit, quin ex S. Methodii sententia, si modo genuina est ea seu Oratio seu Homilia, sacerdos* Simeon *fuerit. Pro genuina eam habuit Henschenius tom.* 1 *Februarii in Commentario de Hypapante Domini et Purificatione B. Mariæ: alii autem illam pro S. Methodii, Patarensis episcopi et martyris, f- tu habere renuunt; quos inter Stiltingus numerandus venit in Sylloge de eodem episcopo tom.* V *Septembris pag.* 773: *movit Stiltingum tum modus loquendi, quem auctor Orationis illius tenuit, Methodio, cujus ætate neque vox ὁμοούσιος, neque vox Θεοτόκος erant in usu, recentior; tum ipse Orationis stilus, a Methodii nitore et puritate longe desciscens. Stiltingo præiverat ipsemet, re accuratius perpensa, Henschenius tom.* 2 *Junii ad diem* XIV *ejusdem mensis pag.* 973 *in Analectis de S. Methodio, patriarcha Constantinopolitano, qui seculo* X *floruit, ita scribens:* Nec dubitamus, quin varia ejus monumenta adhuc lateant in variis Bibliothecis: quædam etiam prodierint sub nomine S. Methodii episcopi ac martyris in Lycia tertio seculo, quæ revera hujus Constantinopolitani sunt; atque imprimis ea, quam 2 Februarii allegavi E
ex Combefisio, de Simeone et Anna (*supple*) Oratio. *Eodem fere, quo Stiltingus, modo de ea Oratione loquitur D. Remigius Ceillier in auctorum sacrorum et ecclesiasticorum Historia tom.* 4 *pag* 35 *et seq. Quod vero ait Combefisius, ex exordio Orationis illius, in quo nimirum ejus auctor Symposiacorum (Symposium autem seu Convivium virginum procul dubio senior Methodius scripsit) velut a se compositorum, mentionem facit, liquere, eumdem esse utrorumque auctorem, a Stiltingo mox laudato eversum vide. Non est itaque, cur senior Methodius* S. Simeonis *sacerdotium agnovisse et tradidisse dicatur; esto, id verum sit de Methodio longe juniore seu Constantinopolitano, scriptore seculi* X.

AUCTORE J. B.

*E Patribus seculi quarti*

34 *Seculo* IV *Athanasius, Cyrillus Hierosolymitanus, Epiphanius, Amphilochius, et Augustinus florucrunt. Ex his Athanasius, Alexandrinus archiepiscopus, de Communi essentia Patris, Filii, et Spiritus sancti* Simeonis *sacerdotio suffragari videtur sequentibus verbis:* Cum unigenitus Dominus noster Jesus Christus editus est ab nuptialis congressus experte puella, no- F
vum partus modum in orbem, novamque fœturam in vitam introducens, illum adhuc infantulum gestat Mater et offert Simeoni sacerdoti. *His Cyrillus:* Audite hæc omnes gentes: audi Israël: Dominus Deus tuus hic est, quem tuus ego sacerdos Symeon in ulnis gestans, populum in templo contestans, magna voce prædico. *Ita hic in Homilia in Occursum Domini apud Operum S. Cyrilli Benedictinum editorem, Antonium Augustinum Toutteum pag.* 366: *apud Combefisium vero Amphilochius Oratione* IV *in Deiparam sic habet:* Vos autem, dilectissimi, optime convenistis, ut et hodierna die Dei sacramenta honoretis, utque divinis Scripturis prænuntiata consideretis: nempe Virginem mire excellenti, divineque decenti ratione intemeratis ulnis gestantem illum " qui verbo omnia portat: " Senem vero sacerdotem, cupienti animo accedentem, quo expectatum Pontificem Dominumque suscipiat. *Augustinus sermone* 128, *in Natali Domini* 12, *alias de tempore* 13 *apud novissimos Operum ejus editores Benedictinos tom.* 5 *col.* 231 *in Appendice ita loquitur de* Simeone: In templo præsentabatur (*Dominus*)

AUCTORE J. B.

*minus*) et a Simeone sene famoso, annoso, probato, coronato (*mitra nimirum, ut quidam interpretantur, sacerdotali*) agnoscebatur. *En Patrum supra nominatorum, qui seculo* IV *floruerunt, quibus* Simeonis *sacerdotio favere videntur, verba: S. Epiphanii verba, eo quod paulo plura de* Simeone *complectuntur, tantisper recitare distuli: en quoque illa.*

*Simeonis sacerdotio*

35 *S. Epiphanius Constantiæ sive Salaminis in Cypro episcopus, a Petavio editus, tom.* 2 *pag.* 250 *in Vitis Prophetarum hæc de* Simeone *scribit*: Simeon sacerdos ex Aaronis tribu « responsum « accepit a Spiritu sancto, non visurum se mortem, « donec videret Christum Dominum « in carne. Hic est, qui Dominum suis ulnis gestavit, ac Deum glorificavit discens : « Viderunt oculi « mei salutare tuum. Nunc dimittis servum « tuum, Domine, secundum verbum tuum in « pace. » Mortuus demum prope sacerdotes admodum senex ac plenus dierum sepultus est; ἐτάφη *Græce, non, ut Baronius scribit ad annum Christi* I, *supremo honore a sacerdotibus privatus, quod eorum ob annunciatum palam Christi*
B *adventum in se odium invidiamque concitaverat. Exhibitis horum Patrum verbis, nunc, quid ex eis concludi possit, inquiramus. Ac primo quidem, quod ad S. Athanasium spectat, aperte quidem verba sub ejus nomine supra recitata* Simeoni *sacerdotium adstruunt: nihil inde tamen certi hac in re erui potest: sitne enim Tractatus de communi essentia Patris, Filii et Spiritus sancti revera Athanasii, non leves sunt dubitandi causæ, ut aiunt in Monito, ad illum prævio, Athanasianorum Operum editores Benedictini, tum quod liber ille apud veteres nusquam sciatur Athanasio adscriptus, tum quod in antiquis Athanasii Collectionibus Mss. desideretur, et si stilus ejus Athanasiano in libro de Incarnatione sit satis affinis. Ceillier non tantum in eo Tractatu Athanasianam methodum, sed etiam dicendi vim desiderat tom.* 5 *Auctorum sacrorum pag.* 275. *Tillemontius tom.* 8 *Monumentorum ecclesiasticorum pag,* 724 *observat, Origenem in eo Tractatu male haberi, cujus tamen alibi honorifice Athanasius meminit; variosque item laudat scriptores, quibus tractatus ille vel fictitius vel dubius est.*

*S. Athanasius;*

36 *Combefisius part.* 1 *Auctarii Patrum Græcorum Orationem in Christi Domini Occursum*
C *sub ejusdem Athanasii nomine edidit in qua* Simeon *pag.* 511 *Legi, in littera positæ, seu veteri, præclare admodum ac religiose ministrasse dicitur, quo quidem sacerdotale ejus ministerium innui videtur: Græce enim legitur :* ἐλειτούργησας : *vox autem* λειτουργεῖν, *ut inquit Cangius in Glossario ad scriptores mediæ et infimæ Græcitatis, apud Christianos Græcos sacros Ecclesiæ ministros, qui officiis ecclesiasticis suam operam impendunt, significavit olim quidem generalius: nunc autem restrictius, ut solum fere sacerdotem modo significet. Verum multo minus hæc Oratio, quam laudatus modo de trium divinarum Personarum communi essentia Tractatus, quidquid in contrarium Combefisius moveat, S. Athanasio videtur posse attribui. Seculo tantum quinto Nestorius et Eutyches errorum suorum virus evomuere; quorum tamen hæreticorum in ea Oratione expressa habetur mentio. Combefisius, Eutychis et Nestorii nomina a librario postmodum adjecta fuisse contendit; eo quod, facta Simonis et Marcionis, Arii et Sabellii mentione, quibus dein Eutyches et Nestorius adduntur, priorum quidem hæreses seu errores mox recenseantur. sed de Eutychis et Nestorii erroribus nulla*
D *mentio fiat. Quid ea de re sentiant Operum S. Athanasii editores Benedictini, uti et de Combefisii ratione, ob quam Eutychis et Nestorii nomina hic esse adjectitia putat, dixi num.* 12.

*ut vult Combefisius.*

37 *Nec sane satis certum apparet, quod ait Combefisius, nusquam in ea Oratione Eutychis et Nestorii, perstringi hæreses. En, de quibus hic disceptatio est, et quibus hic Lucæ textus;* « Ecce « hic positus est . . . in signum, cui contradicetur « *explicatur, apud editores Benedictinos Orationis verba.* Contradicet enim atque disceptabit de illo, ac de doctrina, eum spectante, Simon adversus Marcionem, Arius adversus Sabellium, Eutyches adversus Nestorium, utrique adversus Ecclesiam; ita ut alii quidem solam ipsi Deitatem, alii carnem solam tribuant: alii creatum, ac paternæ substantiæ alienum, inducant, alii Verbum quoddam hypostasi ac substantia vacuum, nihilque discrepans ab eo, quod per prolationem effunditur: alii ejus per carnem adventum phantasiam esse suggerant; alii carnem nullatenus sumpsisse contendant, aut assumsisse quidem, sed inanimatam atque inefficacem, aut animam habentem, sed men- E te ac ratione destitutam. Demum alii alio modo hæsitabunt ac contradicent, singulis arbitratu suo, quæ ipsum spectant, determinantibus. *Verbis istis non modo quatuor hæresiarcharum Simonis, Marcionis, Arii et Sabellii, sed Apollinaris etiam, contendentis animam sine mente assumptam, licet non nominetur, notari errores, fatetur Combefisius: at sicut variorum illic notari videri possunt errores; ita verbis illis:* Ita ut alii quidem solam ipsi Deitatem, alii solam carnem tribuant, *Eutychis et Nestorii forte notantur errores.*

*non favet:*

38 *Primum enim Eutyches, alterum Nestorius, fecit:* Nam (*ut habet Breviculus Historiæ Eutychianistarum apud Sirmondum tom.* I *Variorum Operum Venetiis anno* 1728 *excusorum col.* 432) Nestorius ante quinquaginta et octo fere annos, Photini et Pauli Samosateni secutus errorem, Oasitano exilio meruit relegari, dicendo, sicut ab autoribus suis didicit, Christum Dominum nostrum hominem tantummodo de Virgine Maria esse progenitum. Contra quem Eutyches, post annos non plurimos, æstimans disputandum, rectum tramitem tenere nesciens offendit, et F in Apollinaris est raptus insaniam, in hæc Verba prorumpens, quibus assereret, Christum verum hominem non fuisse, nec in eo duas naturas esse credendas, sed unam dumtaxat Dei Verbi, verumtamen incarnatam. Quam quidem non esse hominis perhibuit, sed humanam, ut similitudo magis humani corporis, quam ipsa veritas suaderetur. *Col. vero sequenti hæc iterum leguntur*: Nam fidentissime dicunt (*Eutychiani*) rem ineptam, rem etiam stolidis execrandam, ante unitionem, id est, incarnationem, duas dici debere naturas; post vero unam Dei Verbi tantum incarnatam. *De utroque etiam sic scribit Leo Papa Epist.* 12 *ad Pulcheriam augustam apud Labbe tom.* IV *Conciliorum col.* 29: Et quantum Nestorius a veritate excidit, dum Christum de Matre Virgine solum hominem asserit natum; tantum etiam hic (*Eutyches*) a Catholico tramite deviat, qui de eadem Virgine non nostram credit editam esse substantiam, volens utique, eam solius Deitatis intelligi, ut, quod formam servi gessit, et quod nostri similis fuit atque conformis, quædam nostræ naturæ fuerit imago, non veritas. *Itaque sicut Appolinaris hæresis, licet hunc non*

*nominet*

A *nominet, verbis supra recitatis perstringitur, ita iisdem Eutychis et Nestorii hæreses perstringi potuerunt, licet nec hi nominentur.*

*non S. Cyrillus,* 39 *Addunt denique Athanasii editores* : Indicant etiam posteriora Nestorio tempora, quæ num. 16 *(apud illos)* leguntur : beatam scilicet Virginem ubique terrarum *(secundum Græcum textum,* ab omni creatura*)* Θεοτόκον vocari. Quæ vox Athanasio licet ignota non fuerit : at non erat ejus ævo ubique terrarum evulgata, *nondum damnato Nestorio, qui* Χριστοτόκον *appellandam censebat : præterea, inquiunt, vi magis, quam copia verborum Athanasius pollet : Orationis autem prædictæ auctor ad importunitatem usque verba multiplicat, variasque, quas enumerant, voces adhibet Athanasio minime familiares ; ut vel hinc subdititia censeri possit. Sufficiunt ista opinor, ut S. Athanasii pro* S. Simeonis *sacerdotio testimonium vel pro fictitio, vel saltem pro dubio atque suspecto habeatur. Venio nunc ad S. Cyrillum, Hierosolymitanum archiepiscopum, cujus pariter nomine Homilia quædam circumfertur, ab Antonio Touttée S. Cyrilli Operibus a pag.* 362 *inserta hoc titulo* : Incerti sub nomine S. Cy-

B rilli Hierosolymitani Homilia in Occursum Domini. *Verba ejus, quibus* Simeoni *sacerdotium tribuitur, habes supra num.* 34. *Sed meritone Toutteus Homiliam illam Cyrillo abjudicat ? Sane haud contemnendæ videntur, quibus ductus id facit, rationes. Earum prima est, quod laudatæ Homiliæ auctor subinde imitetur atque exscribat Gregorium Nazianzenum, Cyrillo juniorem. Non unum porro hujus rei specimen in Annotatis in dictam Homiliam profert. Unum ex his accipe : ita Homilia terminatur :* Omnes cum hodie, cum semper, quæ hujus festivitatis propria sunt, clamemus. Cum angelis choros ducamus, cum pastoribus luce perfundamur, cum Magis adoremus, cum Bethleëm festum agamus diem : una cum Sione occurramus. Cum templo sanctificemur. Cum Virgine magnificantes exultemus. Cum Josepho offeramus,

** l.* duos velut duo * turtures, corpus et animam. Cum Symeone Christum ulnis amplectamur, et cum Anna nostra ex parte confiteamur, ut æternorum bonorum aditu admittamur gratia et miserationibus et benignitate Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, cum

C Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

*Hierosolymitanus episcopus,* 40 *Quid Gregorius Nazianzenus huic simile ? Oratione* 38, *quæ de Christi Nativitate est, ita habet :* Descriptionem reverere, propter quam in cælis ipse describeris, et nativitatem, ob quam nativitatis vinculis solutus es : et parvam illam Bethleëm honora quæ te in paradisum reduxit... Cum stella curre : cum Magis dona offer, aurum, thus et myrrham, ut regi et Deo, et tua causa mortuo : cum pastoribus Deum laudibus celebra : cum angelis tripudia. *Idem rursus ita Oratione* 39, *seu in sancta Lumina, id est, de Baptismo Christi* : Cum stella cucurrimus, cum Magis adoravimus, cum pastoribus luce circumfusi fuimus, cum angelis divinam gloriam prædicavimus, cum Simeone in ulna accepimus, cum Anna illa, inquam, vetula et casta fœmina confessi sumus. *Hæc, quæ, quin Gregorii Nazianzeni sint, nullus in dubium revocat, confer cum Homiliæ mox laudatæ verbis, et, ut opinor, accommodate ad scopum suum Homiliæ istius auctorem e Gregorio hæc mutuatum aut hunc saltem imitatum esse, non immerito censuisse Toutteum, fateberis : quamquam nec alia desint, quibus ille sententiam suam probare nititur. Sunt autem fere hæc : Apollinaristarum et Nestorianorum hæreticorum, quæ in ea Homilia occurrit, confutatio, stili a Cyrilliano discrepantia : festum vero* Hypapantes *seculo quarto nondum fuisse institutum ; multo autem minus cereorum in ea solemnitate gestationem, cujus, velut jam usu confirmatæ, Homiliæ auctor meminit.*

AUCTORE J. B

*non SS. Amphilochius, Augustinus* 41 *De Amphilochio Iconiensi, cujus ex Oratione* 4, *quæ de Deipara et* Simeone *inscribitur, verba num.* 34 *dedi, non opus est multa dicere : liquet enim, illius auctorem, quisquis demum fuerit, scripsisse post Nestorianam hæresim natam, quippe quam auctor ille nominatim confutat* : Quod si quis ; *inquit,* censetur nomine Christianus, fertque moleste, et, velut vertigine correptus, dolet ad divæ Virginis dignitatem illam, clarissimumque et proprium Deiparæ *(quam* Christiparæ *tantum nomine dignabatur Nestorius)* nomen, vane is et ementitæ sanctitatis sibi appellationem, qui dogmatis dissentiat, blanditur *etc : ac tandem ad propositum sibi dictionis suæ argumentum rediens Nestorii nominatim his verbis meminit* : Rursus porro, dilecti, in seipsum sermonem reducamus ; eo E interim valere jusso, qui adversus nefandum Nestorium et iisdem cum eo moribus depugnat. *Et vero vel ipse Combefisius laudatam Orationem, etsi Amphilochii Iconiensis nomine a se editam, alterius esse suspicatus est, cum ejus titulo in margine adjecerit :* Forte alterius. *Quod ad S. Augustinum spectat, etsi Sermo num.* 34 *citatus pro genuino habeatur, multum tamen inde præsidii pro* Simeonis *sacerdotio non habetur, cum citata ex illo verba variam pati interpretationem possint : nec enim est, cur per vocem* coronato *mitra sacerdotali redimitus certo intelligi debeat : imo verosimilius mihi longe apparet, cum* Simeonem *non modo senem coronatum, sed prius etiam annosum et probatum S. Augustinus dixerit, ita accipienda ejus verba esse, ut iis significatum dumtaxat voluerit,* Simeonem *jam grandi ætate, cum diu jam ardenterque Messiæ adventum exspectasset, atque adeo ejus probata esset in exspectando Messia fides atque constantia, tandem fuisse coronatum, seu votorum suorum, cum eum in ulnas suscepit, compotem factum : quod quidem Augustinus ipse paulo post videtur innuere his verbis :* Dictum ei fuerat a Domino, quod non gustaret mortem, nisi videret Christum Domini natum. Natus est F Christus et impletum est desiderium Senis in mundi ipsius senectute.

*aut Epiphanius ; nec certo Proclus seculo quinto.* 42 *Venio denique ad Librum de Vitis Prophetarum S. Epiphanio adscriptum : Photius, Epiphanii lucubrationes enumerans, librum illum omnino tacuit : qui autem ipsum inspexerit, varia procul dubio in eo commenta Talmudica, S. Epiphanio auctore indigna, reperiet ; unde illum Petavius, Sirmondus, Labbeus, aliique e recentioribus non pauci pro fœtu subdititio habuerunt : huc etiam valde propendet Papebrochius tom.* III *Maii pag.* 49, *num.* 57 *et seq., ubi, vel librum illum a S. Epiphanio scriptum non esse, existimat, aut, si abs illo scriptus revera fuerit (factum enim subinde est, ut etiam veteres Patres commenta Talmudica, ac deuteroses Hebraïcas in sua scripta intulerint) Epiphanium mere interpretis, et aliena colligentis officio fungi voluisse, non autem istis commentis ullum ex se pondus addere. Addit plures Epiphanios in Cypro subsequentibus seculis floruisse episcopos, quorum*

AUCTORE J. B.

*quorum principali, ut fieri, solet, adscriptæ forte fuerint Homiliæ, quæ vel alterius Epiphanii, scriptorisve fuerunt. Quod si forte Epiphanius ea, quæ in citato libro de* Simeone *leguntur, e libris Talmudicis hauserit, vel hinc* Simeonis *sacerdotio parum accedit certitudinis, cum in iisdem libris et alia de eodem* Simeone *absona et a vero aliena scripta fuisse, viderimus supra. Hactenus itaque allata veterum Patrum pro* Simeonis *sacerdotio testimonia vel spuria sunt, vel dubiæ saltem fidei. At seculo* v *ad mediam sui circiter partem provecto obiit Proclus episcopus Constantinopolitanus, ad diem* XXIV *Octobris Martyrologio Romano insertus, qui varias Homilias a se exaratas posteritati transmisit, a Combefisio Parisiis anno* 1648 *editas, quarum quarta de Christi Nativitate pag.* 338, *postquam generatim omnem naturam Christo nato munera obtulisse, dixisset, hæc mox speciatim enumerans,* Obtulerunt, *inquit,* Magi, munera, mulieres Martham, viduæ Annam, steriles Elizabet, virgines Mariam, Dei genitricem, pastores laudationis canticum, sacerdotes Symeonem : *quibus verbis, se* Simeonem *in*

B *sacerdotum numero habuisse, non obscure prodit. Nescio tamen, num ea Homilia Procli certo dici possit, et omni ex parte sincera. Forte enim ignoti cujusdam est, qui ex variis Homiliarum scriptoribus lacinias aliquot sumpserit, indeque Homiliam istam conflarit : certe illius exordium et re et verbis quam simillimum est exordio Homiliæ Theodoti Ancyrani episcopi, die Nativitatis Christi in synodo Ephesina anno* 431 *lectæ, quam vide apud Labbeum tom.* 3 *Conciliorum a col.* 988. *Utut sit solius Procli, dum, quo fonte* Simeonis *sacerdotium hauserit, non liquet, auctoritas rem certam, silentibus tot aliis ea de re Patribus, nequit facere.*

*Favit sec.* VII *Sophronius,*

43 *Hactenus itaque e veteribus allatus est nemo, qui* Simeonem *sacerdotem fuisse, certo edixerit. S. Sophronius Hierosolymitanus episcopus, qui seculo Christi septimo vixit, id fecisse videtur Oratione de Hypapante seu Occursu Domini tomo* I *Februarii pag.* 276 *sequentibus verbis :* Quid autem ipsa inviolatis gestavit ulnis, vel quid Simeon excepit suis præter Deum, carnem corpusque factum? Et Deum affectu religioso Propheta suscipiebat, ac Patri Deoque illum deferebat. *Offerre enim Deo Patri Christum solius*

C *sacerdotis fuit. Clarius locutus est Sophronius in Carmine, quo Lucæ de* Simeone *narrationem complexus est : ita canit apud Leonem Allatium in sua de Simeonum scriptis Diatriba pag.* 5 *et seq.* :

Ἱερεύς δέ τις κατῴκει
Ἱερουσαλὴμ ἐν ἄστει,
Συμεὼν μέγας προφήτης
Φορέων Θεοῖο Πνεῦμα.
Habitabat autem in urbe
Jerusalem sacerdos
Aliquis, propheta magnus
Simeon, Deoque plenus.

*Ac aliquanto item post de Christo, a Parentibus* Simeoni *in ulnas dato :*

* *an* τελοῦντες? Νόμον οἱ γονεῖς πελοῦντες *
Ἱερεῖ βρέφος παρέσχον,
Ὁ δὲ δέξατο προθύμως
Παλάμαις Θεὸν δικαίαις.
Genitrix, paterque rite
Puerum obtulere Mystæ,
Alacer sed ille justis
Manibus Deum recepit.

44 *Eodem quoque seculo Christi septimo floruit Leontius, Neapolitanus if Cypro episcopus ; seculo vero* VIII *S. Joannes Damascenus. Prior quidem Orationem habuit in* Simeonem, *quam Auctario Patrum Græcorum inseruit Combefisius ; at nihil, unde* Simeonis *sacerdotium colligas, habet : imo vero apud Combefisium citatum part.* I, *col.* 695 *laïcum fuisse, potius innuit, cum de benedictione, quam Mariæ et Josepho impertiit, agens, mere talem fuisse ait, qualis cuivis laïco competere poterat. Verba ejus accipe :* Laudamus, probamusque, *inquit,* tuam, o Symeon, ex ferventissima dilectione voluntatem. Quamquam etiam omni benedictione superiores erant Mater pariter puerpera, ac Puer : laudationis tamen loco eam obtulit, ea nimirum ratione, qua pueri tres in Babylone : nam et illi nedum virtutes angelicas universumque hominum genus, verum etiam ratione ac sensu destitutas res ad benedicendum Deo hortabantur, quemadmodum dictum est, prosequendo verbis divinas laudes. Hac itaque ratione etiam Symeon impræsentiarum illis benedixit et dixit ad Mariam, matrem ejus etc. *Alter vero,* Symeonem E *sacerdotem fuisse, apud Michaëlem le Quien tom.* 2, *pag.* 837 *his, quibus beatam Virginem alloquitur, verbis significat :* Ave, quod Infantem genueris, quem recens editum canitii spectabilis sacerdos Simeon conspiciens, hinc dimitti studebat. *Sed Toutteus, supra num.* 39 *laudatus, pag.* 361 *Homiliam hanc in Annuntiationem, e qua relata mox verba transcripta sunt. pro genuina non habet ; ac fere tota ex congestis hujusmodi Deiparæ salutationibus constat. Toutteo judice, Damasceni tempore dicta non est, eaque est inter Orationem hanc et Cyrillianam, de qua eodem num.* 39, *stili similitudo,* ut vel idem orationis utriusque auctor esse videatur, vel *(quod magis censet)* alter alterum Pseudo-cyrillum Pseudodamascenus vel transcripserit, vel imitatus sit.

*non tamen. ut apparet. Leontius : favit Damascenus sec. seq.*

45 *S. Paulini Aquileiensis, qui sub initium seculi* IX *vivere desiit, verba dedimus num.* 10. *Leo vero imperator,* Sapiens *dictus, et initio sec.* X *e vivis ereptus, Oratione in Dominicam Præsentationem* Simeonis *sacerdotium agnoscit his verbis :* Mater utique, alia ac matrum ratione, suscepta editaque prole, primogenitam illam Deo oblatum abit : Infantem sacerdoti offert vilibus obtectum pannis, ut legitimorum ac legalis be- F nedictionis compos fiat. *Ne vero quis ambigat, quo de sacerdote loquatur, addit aliquanto post :* Ac quidem adstringitur fasciis, solvit vero gestantem sacerdotem a carnis fasciis, postquam ille rugosis oculis recens ostensum Salutare vidisset ; *quibus procul dubio verbis* Simeonem, *quem paulo post etiam nominatim expressit, designatum Leo voluit. Hisce recentiores plures addere, qui pro* S. Simeonis *sacerdotio stent, et numerum quidem faciant majorem, non rem certiorem, non est necesse. Ex dictis vero hactenus colligi satis superque reor posse, paucos e veteribus scriptoribus et Patribus, eosque non admodum antiquos, esse, qui* Simeonem *sacerdotem fuisse, dixerunt ; atque adeo, nec, spectata auctoritate veterum, id satis probatum dari. Quod si monumenta quædam, apocrypha quidem, Gelasio tamen Papa antiquiora exsistant, quæ* Simeonis *sacerdotium testentur : ea apud insigniores vetustioresque Patres, ut eorum ea de re silentium satis declarare videtur, fidem non videntur invenisse : horum quidem aliquot Henschenius*

*Favit etiam Paulinus Aquileiensis : sed hi non satis antiqui.*

A *nius tom.* 1 *Februarii, ubi de Hypapante Domini et Purificatione Mariæ egit, laudavit; sed nondum accurate satis, ut ex iis, quæ de Methodio dicta sunt num.* 33, *liquet, expensos.*

## § IV. S. Simeonis obitus, sepultura, reliquiæ variis locis dispersæ.

*Obiit Simeon paulo post oblatum Christum Hierosolymæ,*

Simeoni *Spiritus sanctus, non modo fore, ut Christum videret, sed etiam, ut, eo viso, brevi moreretur, prædixerat, ut Lucæ narratio suadet. Quare, cum jam voto suo Christum videndi potitus esset, nec haberet, cur longiorem in terris moram traheret, mox in has voces erupit:* Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. *Certe non multum temporis inter oblatum in templo Christum et* Simeonis *pium ac sanctum in pace obitum intercessisse, dilucide docuit S. Cyprianus, num.* 9 *laudatus, verbis*
B *istis.* Quo viso, scivit, se cito moriturum. Lætus itaque de morte jam proxima et de vicina accersitione securus, accepit in manus Puerum *etc. At quantum fuerit illud temporis spatium, quis certo edicat? Nihil quoque certi de loco, quo e vivis abierit, Hierosolymæ nimirum, an in hujus vicinia, statuerim: verosimiliter quidem Hierosolymis, si vere illum laudatus num.* 43 *Sophronius, cum Dominum suscepit, ibidem habitasse tradiderit: at id Sophronii dictum vel de ipsa urbe Hierosolymitana, vel etiam de loco Hierosolymæ vicino, quem tunc forte inhabitabat* Simeon, *intelligi potest. Meminit equidem Quaresmius tom.* 2 *Elucidationis Terræ Sanctæ lib.* 6, *cap.* 5 *Peregrinationis* 1, *Turris* Simeonis, *in qua hic ex earum partium incolarum traditione habitarit.* Pertranseuntes, *inquit ille,* piscinam Bersabee, de qua cap. 3, et collem ascendentes pii fideles prosequuntur iter versus Meridiem et Bethlehem, relicto ad lævam partem monte Mali consilii, ubi primum consilium tractatum est de morte Domini.

*aut prope illam: quo loco*

47 Atque hic primo se illis offert considera-
C tione digna turris quædam, quæ TURRIS ET DOMUS S. SIMEONIS SENIS, illius, cujus laus est in Euangelio, appellatur. TURRIS dicitur, quia ad modum turris constructa elevatur; et DOMUS, quia in ea sanctum Senem habitasse, traditio harum partium est. Ampla satis et commoda est (a piis fidelibus aucta et exornata, *ut inquit infra eodem cap.)* et quamvis satis vetustate consumpta et demolita sit; tamen adhuc in ea sunt ad decem cubicula et cisterna, in qua pluviales aquæ colliguntur. Distat circa duo milliaria a Jerusalem *(versus occidentalem urbis plagam)* et a via Bethlehemitica unum, ad ejus dexteram partem. *Ita ille, aliique ex incolarum traditione: ut adeo verosimiliter* Simeon, *si non in ipsa urbe Hierosolymitana, saltem in ejus vicinia et forte loco mox descripto esse in vivis desierit. Sepultum fuisse* S. Simeonem *juxta sacerdotes, ait Pseudo-epiphanius num.* 35 *relatus; verum ex ea forte opinione, quod ex tribu Aaron et sacerdos, ut tradit, fuerit; neque uspiam reperi, peculiarem quemdam locum Judaïcorum sacerdotum sepulturæ fuisse destinatum. Passim mortuorum cadavera Hierosolymis tumulabantur in locis suburbanis et Judæorum quidem vulgarium in Cedron, qua Orientem Hierosolyma respicit; ut adeo, sive laïcus, sive sacerdos fuerit* S. Simeon, *quo primum loco exuviæ ejus terræ mandatæ fuerint,* edicere nequeam. *Locum quidem indicare videtur S. Adamnanus lib.* 1 *de Locis sanctis cap.* 40. In eadem supra memorata valle *(Josaphat)* non longe ab ecclesia sanctæ Mariæ turris Josaphat monstratur, in qua ipsius *(Josaphat)* sepulchrum cernitur, cui videlicet turriculæ quædam lapidea domus ad dextram cohæret partem de rupe excisa et separata montis Oliveti, in qua intrinsecus ferramentis cavata duo monstrantur sepulchra sine aliquo ornatu, quorum unum illius Simeonis justi viri est, qui, infantulum Dominum Jesum in templo ambabus manibus amplexus, de ipso prophetizavit; alterum vero æque justi Joseph, sponsi sanctæ Mariæ et Domini Jesu nutritoris.

AUCTORE J. B.

*sepultus fuerit,*

48 *At Gregorius Turonensis lib.* 1 *de Gloria Martyrum cap.* 27 *sic scribit:* Sepultusque est in monte Oliveti *(S. Jacobus frater Domini)* in memoria, quam sibi ipse prius fabricaverat, et in qua Zachariam ac Simeonem sepelierat. *In quæ Gregorii verba Ruinartius hæc annotat:* Zachariam, S. Johannis Baptistæ patrem, multi interemptum esse volunt Herodis jussu intra templi ipsius sæpta. Symeonis vero senis, qui Christum in ulnis susceperat, sepulcrum in rupe montis Oliveti exstitisse, testatur
E Adamnanus. *Hic* Simeonis *sepulcrum in valle Josaphat, quæ Hierosolymam inter et montem Oliveti media est, exstitisse ait: quia tamen vallis Josaphat monti Oliveti contigua et ad ejus radices sita est, eumdem fortassis locum tam Gregorius, quam Adamnanus intellexere: verum in eo discrepant, quod Josepho, Christi nutritio,* Simeonem *quantum ad sepulturæ locum conjungat Adamnanus; contra Gregorius* Simeoni *Jacobum, Hierosolymorum episcopum, et Zachariam seu Joannis Baptistæ patrem, seu ejusdem nominis alium. Spectatis quidem Adamnani verbis, fieri potest, quidquid sit de S. Josephi sepultura, ut primam juxta turrim Josaphat nactus sit* Simeon *sepulturam: at Gregorii verbis, non agi de prima ejus sepultura perspicuum est; cum Jacobum, anno æræ Christianæ* 60 *occisum, moriente* Simeone, *seu æræ Christianæ initio sepulturam sibi struxisse, verosimile non appareat. Ceterum Gregorii dicta, quibus Jacobi Minoris,* Simeonis *et Zachariæ corpora eodem loco sepulta fuisse ait, a vero videntur aliena: nam Jacobum Hegesippus in loco martyrii, Metaphrastes autem prope templum Domini sepultum fuisse, apud Henschenium tom.* 1 *Maii pag.* 27 *tradit. Quaresmius quidem supra laudatus lib.* 4, *cap.* XI *Peregrinationis* 7 *ait, vocibus* prope templum *aut similibus intelligi posse montem Oliveti, qui e regione templi erat, nec procul ab illo dissitus; vel primo quidem prope templum fuisse sepultum; sed dein ad montem Oliveti, vel contra, fuisse translatum. Sed primum refutat Hieronymus mox citandus: alterum, si factum est, fieri post scriptum anno* 392 *in Bethlehem ab Hieronymo de Scriptoribus ecclesiasticis librum debuit: sic enim ibi Hieronymus de S. Jacobo Minori:* Quidam e nostris in monte Oliveti eum putaverunt conditum, sed falsa eorum opinio est. *Redeo ad* Simeonem.

*non satis liquet.*

49 *Cornelius de Bruyn in Itinerario Orientali pag.* 267 *ait, SS. Josephi et* Simeonis *tumulos se vidisse in sacello quodam prope ecclesiam subterraneam sepulcri B. Mariæ Virginis, non procul a porta S. Stephani. At inter Leonis Allatii*

AUCTORE J. B.

*tii Σύμμικτα a Nihusio edita, pag.* 84 *scriptor anonymus Græcus* S. Simeonis *sepulcrum in ecclesia Sion collocat : verba ejus, Latine ibi reddita ita habent* : In dicta sancta Sione visitur Deiparæ et sancti Joannis Theologi domus....tum sepulchrum Prophetarum Davidis et Salomonis, et senioris Simeonis. *Imo et ecclesiam illam* S. Simeonis *dictam fuisse, seculi* 3 *Benedictini part.* 2 *pag.* 525 *scribit Bernardus monachus in Itinerario, facto in loca sancta anno* 870 *his verbis* : Est præterea in ipsa civitate alia ecclesia ad Meridiem in monte Sion, quæ dicitur sancti Symeonis, ubi Dominus lavit pedes discipulorum suorum etc. *Tam dissona invicem testimonia faciunt, ut verus, quo* Simeon *sepultus fuit, locus mihi appareat admodum dubius, nec certi quidpiam ausim de illo pronunciare : sed sive prope turrim Josaphat, sive in sepulcro Zachariæ, sive in monte Sion, sive denique in sacello, ecclesiæ sepulcri B. Mariæ Virginis vicino, sepultus fuerit, id equidem paulo tutius licet dicere, sepultum fuisse* S. Simeonem *in aliquo urbis Hierosolymitanæ suburbano loco, cum ea ætate mons Sion extra urbem esset, et mortuorum cadavera, extra civitatis muros*
B *elata, humi condere Judæi solerent.*

*Ejus reliquiæ CPoli prius translatæ, inde Aquisgranum,*

50 *Gregorius Turonensis, qui sub seculi sexti finem et Adamnanus, qui sub initium octavi obiit, tumuli quidem* S. Simeonis *meminerunt ; at neuter,* S. Simeonis *corpus sive reliquias in eo servatas sua ætate, scribit ; forte quod jam inde ab eo tempore, quo Gregorius scribebat, et forte etiam diu ante Constantinopolim translatæ erant, easque Justinus Junior, qui ab anno circiter* 565 *usque ad annum* 578 *imperavit, in condito a se S. Jacobi templo collocandas curarat : sic enim Georgius Codinus in Excerptis de Antiquitatibus sive Originibus Constantinopolitanis* : Prope supradictum templum idem imperator ecclesiam sancti Jacobi exstruxit, ubi suis in conditoriis asservantur reliquiæ sanctorum Innocentium et Simeonis Theodochi *(id est, qui Christum manibus excepit)* et Prophetæ Zachariæ et Jacobi, fratris Christi. *Constantinopoli in Occidentem reliquiarum* S. Simeonis *partes aliquot Caroli Magni pietate et opera delatæ postmodum fuere, quas ille in condita a se Aquisgranensi, in qua etiam sepultus fuit, S. Mariæ ecclesia, partim saltem collocavit. Ita habet historica brevisque Informatio de sacrosanctis*
C *reliquiis, singulis septennis fideli populo exhiberi solitis, anni* 1650 *cap.* 2, *quod est de reliquiis a Carolo Magno Aquisgranum deportatis* : De his diversa Ms., quæ in archivo Aquensis ecclesiæ servantur, habent, eum Constantinopoli accepisse de corona Christi spinea, de clavo crucis, partem sanctæ Crucis, sudarium Christi, quo sacer ejus vultus in sepulchro tectus fuit, camisiam B. Virginis et fascias, quibus Christus in præsepio jacebat involutus, et brachium S. Simeonis, quo Christum amplexus est. *Vide, quæ de Caroli Magni cum imperatoribus Constantinopolitanis Nicephoro, Michaële et Leone fœderibus, et singulari in Aquisgranensem B. Mariæ ecclesiam studio Eginardus scripsit, tom.* 2 *Januarii ad diem* XXVIII *ejusdem mensis, eidem Carolo sacrum ; nec, ut opinor, ea de re litem Aquisgranensibus movebis.*

*in Prumiense, et Sandionysianum monasteria ;*

51 *Ex iisdem verosimiliter reliquiis, quas Constantinopoli Carolus Magnus acceperat, Lotharius, Ludovici Pii filius, Caroli Magni nepos, cum jam Prumienses inter monachos abdicato imperio, vitam monasticam ageret, Pru-*
*miensi monasterio pedem* S. Simeonis *dono dedit,* D
*ut testantur ejusdem ea de re litteræ, quas ad annum* 855, *quo Lotharius obiit, Browerus num.* 94 *in Annalibus Trevirensibus recitat. Verba, quibus reliquiarum* S. Simeonis *(plures enim aliorum Sanctorum reliquiæ ibidem recensentur) a se monasterio Prumiensi donatarum, mentionem facit, hæc sunt* : Pedem S. Simeonis, qui Dominum suscepit in templo. *Ex iisdem quoque Carolus, cognomento Calvus, Lotharii mox memorati frater, San-Dionysiano monasterio verosimiliter dedit partem aliam e reliquiis* S. Simeonis. *Ita equidem Saussayus scribit in Martyrologio Gallicano ad diem* VIII *Octobris, cujus verba recito* : Ejus brachium, quo Christum amplexus est, a Carolo Magno cum multis, quæ sollicite toto orbe conquisivit, pretiosis pietatis Christianæ monimentis et Cœlitum memorandis pignoribus, Aquisgrani in basilica, ipsi glorioso regi dilectissima, collocatum, a Carolo Calvo, ejus nepote, ex nobilis ædis sacrario depromptum, ad cœnobium regale S. Dionysii prope Augustam Lutetiam, perpetuo honore colendum, magna devotione delatum est, atque super altare impositum, quod propter sacrorum munerum ibi conditorum excellentiam « Altare sanctum « E
abhinc cœpit passim appellari. In quo etiam ex dono ejusdem Caroli collocatum. *Subjungit dein, alterum* S. Simeonis *brachium in Liesbornensi abbatia dudum fuisse servatum. Quid igitur ? Num dolo malo Aquisgranenses* S. Simeonis *brachium fidelibus ostentasse dicendi sunt ? Minime vero : scribit enim Michaël Felibien in Descriptione ecclesiæ S. Dionysii cap.* 3, *servari tantum in ea ecclesia* unum ex ossibus brachii S. Simeonis, *auro inclusum. Ut adeo hinc confici nequeat, a Caroli Calvi ætate* S. Simeonis *reliquiis Aquisgranenses caruisse.*

*seculo* XI *Aquisgrano Hartesburgum,*

52 *Seculo tamen* XI *aliquo saltem temporis intervallo iisdem caruisse videntur : Aquisgrano enim Henricus IV imperator* S. Simeonis *reliquias Hartesburgum, Brunsvicensis ducatus oppidum, duobus circiter milliaribus Gozlaria dissitum fere ad Hildesheimiensis diœcesis limites transferri jussit, teste Lamberto Schafnaburgensi, ita scribente ad annum* 1072 : Rex Aquasgrani profectus, S. Speum confessorem, et brachium Justi Simeonis, cujus mentio est in Euangelio, et caput Anastasii monachi et martyris, aliorumque Sanctorum reliquias ibi accepit, atque in Hartesburg transtulit. *At cum eo ex oppido fre-* F
*quentia damna vicinis Saxonibus, Henrico adversis, inferrentur, idem pene, quod Hartesburgum a Saxonibus vicinis, exitium* S. Simeonis, *aliorumque Sanctorum reliquiæ, quas eo transferri Henricus jusserat, subiere brevi post. Ita enim Lambertus ad annum* 1074. Porro vulgus Saxoniæ, id potissimum, quod contiguas castello Hartesburg villulas incolebat, vehementer offenderat, quod in Hartesburg ullæ servatæ essent reliquiæ, nec quidquam tantis laboribus actum putabant, stante atque incolumi castello, quod omnium cladium, quas acceperant, caput principiumque exstitisset, et quod circumjacentis regionis opulentissimas quondam villas nunc in horrorem vastamque solitudinem redegisset. Non detulisse regem cultui divino, sed sub prætextu religionis crudelitatis suæ patrocinium quæsisse, ut scilicet, instaurato post modicum bello, cum hæc ira Saxonibus deferbuisset, locum habeat, ubi milites suos rursus ad

eversionem

A eversionem Saxoniæ tuto recipiat, et tunc tanto victis incumbat infestior, quanto nunc discedit Saxonum lætis successibus efferatior.

*et hinc dein iterum Aquisgranum fuere delatæ.*

53 Hæc vicissim intemperatis clamoribus serendo in magnam se ferocitatem inflammarunt. Igitur tertio die, postquam rex abscesserat, insciis inconsultisque principibus, facto grege, in Hartesburg irruunt, quod residuum erat murorum a fundamento dejiciunt, lapides longe lateque dispergunt, cæteris ædificiis, quæ indulgentia principum servaverat, idem faciunt; ecclesiam, quæ accelerandi operis studio interim lignis elegantissime constructa fuerat, incendunt, thesauros diruunt, altaria confringunt. Postremo, ne qua regi instaurandi castelli occasio reliqua esset, filium ejus et fratrem, quos ille ad gratificandum popularibus locum ibi tumularat, effodiunt, aguntque omnia, quantum possunt, ne administrando bello deinceps mons complanatus ullam præstare possit opportunitatem. Reliquias Sanctorum, quæ effractis altaribus erutæ fuerant, et effossa defunctorum corpora abbas ex vicino cœnobio opportune superveniens furenti vulgo
B eripuit, atque in suum monasterium cum honore transvexit. *Cujus monasterii abbas hic memoretur, me quidem hactenus latet: at* S. Simeonis *reliquias dein Aquisgranum reductas fuisse, necesse est; cum eas postmodum fidelium oculis et venerationi exponere, ut fidem faciunt varii reliquiarum, Aquisgrani ostendi solitarum, catalogi serius editi, perrexerint Aquisgranenses.*

*Earumdem pars*

54 *Eodem circiter tempore, quo Carolus brachium vel brachii* S. Simeonis *partem Aquisgranensibus dedit, aliud item brachium, seu integrum seu diminutum, Liesbornensi in Saxonia Inferiori a se condito virginum monasterio fertur dedisse. Loci illius, ad Benedictinos postmodum devoluti, Chronicum Ms., a Benedictino monacho anno* 1587 *compositum, rem ita refert.* Sane inter monasteria ab ipso *(Carolo Magno)* gloriosissime fundata solemne, non paucis notum, sanctimonialium fœminarum monasterium in Dreni Inferioris Saxoniæ fundo *(seu potius, ut aliud ejusdem Chronici apographum sonat:* in Bosonis cujusdam præstantissimi viri fundo in Dreni Inferioris Saxoniæ pago) in beatissimæ perpetuæque Virginis Mariæ, ac beatissimi Symeonis Prophetæ, sanctorumque Cosmæ et Da-
C miani martyrum honorem construxit, quod a perfluente Lyse alveo, Liesborn nomen accepit. In quo quidem monasterio Rostwindam germanam sibi charissimam, sanctimonialem fœminam, omni sanctimonia præcellentem, abbatissam ac sanctarum virginum inibi inunandarum directricem, et ad quam omnes respicerent, magistram ac exemplar constituit, *anno nimirum* 799, *ut additur in margine. Verum, priusquam chronographum Liesbornensem audire pergamus, quærere hic obiter liceat, quænam sit Rostwinda illa, Caroli Magni soror, cum Eginardus in Vita Caroli (tom.* 2 *Januarii pag.* 883) *de eo sic scribat:* Erat ei unica soror, nomine Gisla, a puellaribus annis religiosæ conversationi mancipata, quam similiter ut matrem magna coluit pietate: quæ etiam paucis ante obitum illius annis in eo, quo conversata est, monasterio decessit. *Non ausim tamen chronographum hic erroris quantum ad rei substantiam arguere, cum plures Pipino Brevi, Caroli Magni patri, filiæ (de quibus vide dicta tom.* I. *Januarii,*



*ubi de B. Godefrido Cappenbergensi) fuisse videantur, et Eginardus solius forte Gislæ meminerit, quod sola legitime Pipino nata esset.* AUCTORE J. B.

55 Cæterum, *pergit post pauca chronographus,* præcipuorum quorumdam Sanctorum reliquiis abundantissime ditavit: inprimis quidem beatissimi Symeonis Prophetæ (quem et patronum constituit) brachium, a Constantino imperatore imperiali munere acceptum, in præfati monasterii decus et perennem sui memoriam contulit. *Et hæc quidem vera videri possunt: verum dum hactenus a se dicta chronographus it confirmatum, expositumque, quo pacto reliquias illas Carolus nactus sit, fabulosæ Caroli Magni in Terram Sanctam expeditioni, quam in monasterii sui codicibus legerat, nimium profecto sese credulum prodit. Qui fabulam late excussam et protritam videre voluerit, consulat Coïntium in Annalibus Francorum ad annum Christi* 800 *num.* 28 *et seqq. Mihi fabulam chronographi verbis proposuisse sufficiet:* Ea siquidem, *inquit ille,* tempestate, qua sub Constantino Græcorum, ac Carolo Francorum imperatoribus Hierosolymitanus patriarcha *(Joannes)* de civitate a paganis expulsus cum Joanne Neapolitano sacerdote ac E
David Hierosolymitano archipresbytero Constantinopolim venit, res, posteris relinquenda, acta est. Profecto sanctam civitatem a paganis captam, ubi imperator audivit, propriis viribus diffidens, præfatum patriarcham cum suis complicibus, additis etiam Isaac et Samuële Hebræis, cum litteris, manu imperatoris scriptis, ad Carolum, Franciæ regem, misit: adjuncta etiam visione, qua juvenem quendam vidit, stantem sub specie militis, asserentem, Carolum Magnum, Galliæ regem, in Domino propugnatorem ac Christianæ fidei hostium aptissimum expugnatorem. *Liesbornensi*

56 Inventus itaque Carolus Parisiis, qui, lectis *monasterio* literis, fusisque pro Domini sepulchro lacrymis, edictum posuit, ut omnes secum contra paganos dimicaturi arma sua sumerent; cæteris, ut ipsi ac eorum filii quatuor nummorum servi *(seu regi debitores)* essent. Fugatis itaque paganis ac Terra Sancta recuperata *(satis enimvero propere)* rex Carolus repatriandi licentiam ab imperatore petiit et accepit. Præparata autem inæstimabili diversi generis in auro et gemmis supellectili, in crastinum imperatoria munificentia regi danda, nihil horum acceptare voluit, ne aliquod F
munus pro labore, quem pro solius Dei amore susceperat, accipere videretur. Qui demum angariatus, ne si nihil acciperet, inurbanitatis notam incurreret, consilium iniit, ac sic de reliquiis Passionis dominicæ portionem sibi dari petiit. Indicto itaque triduano jejunio tertia die a duodecim Græcis, ad hoc electis, sanctuarium divisum est: et post multa miracula, quæ ipsa hora contigisse leguntur, Daniël Neapolitanus antistes, elevatis manibus, regi clavum Domini tribuit. Dataque sunt præterea Carolo regi frustum Crucis Dominicæ, Domini sudarium, camisia quoque beatæ Mariæ Virginis, et fascia, qua Dominum Jesum in cunabulis cinxit, et brachium Symeonis, quo Christum puerum juxta Spiritus sancti vaticinium excepit: quæ omnia honorifice recondidit et caute custodivit per diversa loca imposterum divisurus. *Ita Liesbornensis chronographus, qui ista rectius omisisset: ceterum harum* S. Simeonis *reliquiarum partem*

AUCTORE J. B.

*Alberto Pio et Isabellæ Claræ Eugeniæ, Belgarum principibus, ex Liesbornensis abbatis dono cessisse anno* 1621, *Miræus auctor est in Fastis Belgicis et Burgundicis, sub annum sequentem excusis, cum Isabellæ a sacris oratorii esset, ad diem* VIII *Octobris, quas in S. Gudulæ templo Bruxellis honorari, addit Willotius in Compendio Martyrologii Belgici ad eumdem diem.*

*uti et Centulensi obtigisse dicitur.*

57 *Centulensi quoque monasterio in Pontivo, duabus leucis ab Abbatis-villa ad Somonam urbe dissito, pars reliquiarum* S. Simeonis *obtigit, Caroli Magni ope, et S. Angilberti, ejusdem loci abbatis et eidem Carolo familiaris. cura. Reliquiarum, a S. Angilberto in Centulensi monasterio fidelium venerationi expositarum, Catalogum ab eodem sancto abbate descriptum, habes tom.* III *Februarii pag.* 103, *ubi inter reliquias Apostolorum et Martyrum recensentur etiam* Reliquiæ B. Simeonis, qui Dominum in ulnas suscepit. *Ex Oriente vero, puta Constantinopoli aut Hierosolymis, has fuisse accitas, verosimile admodum fit ex verbis, quæ ibidem reliquiarum enumerationi S. Angilbertus præmittit: sunt autem hæc:* Quapropter totis visceribus, totaque mentis intentione contendimus, qualiter per auxilium omnipotentis Dei, et adjutorium gloriosi domini mei Magni Imperatoris de diversis partibus totius Christianitatis, quantas et quales vel unde allatas, recondere in hoc sancto loco valuissemus, prout in consequentibus patet. Id est, in primis de sancta Romana Ecclesia, largiente bonæ memoriæ Adriano, summo Pontifice, et post eum venerabili Leone, Papa Romano: de Constantinopoli vel Hierosolymis per legatos, illuc a domino meo directos; ad nos usque delatas etc. *Vide etiam tom.* 2 *Spicilegii Dacherii pag.* 304 *et seq. editionis recentioris; ubi* S. Simeonis *reliquiæ in altari S. Stephani repositæ a S. Angilberto fuisse leguntur. Ex his porro liquet, Carolum Magnum non per se, ut quidam fabulantur, Orientem, sed per legatos suos, adiisse et reliquiis Sanctorum fuisse ditatum, quas variis locis ipse dispersit.*

*Ex iisdem etiam*

58 *Prosecuti hactenus sumus* S. Simeonis *a Carolo Magno ex Oriente seu accitas, seu inde acceptas reliquias: at quoniam non omnes, quæ Constantinopoli servabantur, ejusdem Sancti Reliquiæ in Occidentem Caroli Magni ætate transmigrarunt, quid de iis, quæ ibidem remansere, sit factum, nunc inquiramus. Andreas Dandulus, postquam lib.* 10 *cap.* 3 *expugnatæ anno* 1203 *a Latinis Constantinopoleos meminit, varias in Venetorum, ibidem militantium, manus devenisse, ait, Sanctorum exuvias, quas Venetias transmiserunt: de reliquiis vero* S. Symeonis *speciatim hæc habet:* Plebeii etiam Veneti, nomine Andreas Baldüino et Angelus Drusiaco, de Oratorio sanctæ Mariæ, adhærente ecclesiæ S. Sophiæ, corpus *(intellige ex jam dictis illius partem)* sancti Symeonis Prophetæ cum labore auferunt, quod Venetias delatum in ecclesia, antiquitus sub Sancti vocabulo fabricata, reponunt. *Videtur quidem Dandulus* S. Symeonis *reliquiarum in urbem Venetam e Constantinopolitana translationem post annum* 1203, *quo capta a Latinis Constantinopolis fuit, differre: at monumenta Veneta ea de re confecta, et a laudato sæpe in Opere nostro Flaminio Cornelio, senatore Veneto, tom.* 6 *Ecclesiæ Venetæ illustratæ, ubi de parochiali* S. Symeonis *Prophetæ ecclesia agit, exhibita, translationem illam anno* 1203 *diserte illigant.*

*Veneti*

59 *Hæc una cum Flaminii Cornelii verbis, quod Venetæ in S. Prophetam pietati et veneration testimonium præbeant, huc transcribo.* Pretiosæ beati Senis exuviæ, *inquit Cornelius,* in monumento ex marmore Græco repositæ ipso translationis anno MCCIII, ibidem annis quatuordecim supra sæculum quieverunt, donec anno MCCCXVII decentiori modo supra principis aræ mensam collocatæ per Jacobum Alberti, episcopum Castellanum, et quosdam alios vicinarum urbium episcopos solemni ritu excellentissimo sepulchro reconditæ fuerunt, studio et expensis religiosi viri Bartholomæi Ravachauli ejusdem ecclesiæ plebani. Marmorea arca, qua sacrum corpus divi Senis clauditur, quæque ejus insculptam præfert imaginem, utriusque translationis ex supra laudati plebani diligentia memoriam exhibet; in interiori enim parte ex adverso exsculptæ imaginis hac notatur epigraphe. „ † In Christi nomine Amen. Ann. Incarnat. „ M. CCC. XVII M. Septembris die IIII, Indictio- „ ne prima: Translatio corporis sancti Simeonis „ Prophetæ facta fuit de quadam archa in hoc „ altare posita, in qua CXIIII annis steterat, ut „ in translatione de Constantinopoli in MCCIII E „ huc facta, ut in scripturis authenticis conti- „ netur, in hoc excellentissimum sepulchrum per „ venerabilem patrem Dom. Jacobum, Dei gra- „ tia episcopum Castellanum, cum quibusdam „ aliis convicinis, episcopis, procurante cum Dei „ auxilio Bartholomæo Ravachulo ejusdem ec- „ clesiæ plebano sine aliqua ecclesiæ pecunia, „ propter quod supplicat idem plebanus hujus „ ecclesiæ capitulo, ac universo convicinio, ut „ per Christi misericordiam in suis sacrificiis et „ orationibus semper sit in eorum memoria, et „ visitet quilibet libenter hæc pretiosa corpora, „ quia ex Indul. XL. dies diebus singulis relaxan- „ tur de injuncta pœnitentia a D. Pat. d'Alexandria „ de ordinaria licentia.

„ † Cælavit Marcus opus hoc insigne Roma- manus

„ Laudibus non parcus * est sua digna manus.

* *an* parcis? *adepti partem dicuntur.*

60 Sancto etiam corpori alia ex antiquo marmore tabella adhæret, cui incisa vetustis characteribus hæc verba leguntur: „ Istud est corpus „ sancti Simeonis Prophetæ asportatum de Con- „ stantinopoli MCCIII ad hunc locum. „ Anno MDCCXXXIII die XII Decembris, cum ejusdem D. F Simeonis sacellum novo ex sectis marmoribus instrueretur pavimento, antiquum monumentum, ad humanæ staturæ longitudinem effossum, ibidem datum est invenire, quod illud ipsum esse, in quo annis CXIIII sanctus Propheta jacuerat, exculpta antiquis litteris denotavit Epigraphe. „ Hic stetit „ corpus B. Simeonis Prophetæ annis CXIIII. „ *Ex dictis modo de anno, quo* S. Symeonis *reliquiæ Constantinopoli Venetias delatæ fuerunt, satis liquido apparet, id non anno* 1220, *ut Bailletus in Vitis Sanctorum scribit ad diem* VIII *Octobris; sed anno* 1203 *vel sequenti saltem contigisse. Quæ porro hactenus de* S. Simeonis *reliquiis, Aquisgrani, in Prumiensi, Sandionysiano, et Liesbornensi monasteriis, ac demum in Veneta urbe servatis, dicta sunt, si earum singulis portiones aliquas obtigisse dixeris, conciliari utcumque possunt: verum, si in Dalmatiam oculos convertamus, quæ de illis hactenus dicta sunt, susque deque ruent omnia: Jaderæ enim non* Symeonis *reliquiæ aliquot, sed corpus ejus integrum, et quidem illæsum servari, fertur non absque insigni*

A *signi vicinorum populorum in illud veneratione. Audi Joannem Cotovicum in Itinerario Hierosolymitano et Syriaco anni* 1598 *Jaderam non modo describentem, sed etiam de servatis eo loci* S. Symeonis *exuviis loquentem.*

*Integrum S. Simeonis corpus,*

61 *Sic habet pag.* 13. Insulis hisce scopulisque sancti Stephani, Coronata, Liguri, Solta, allisque superatis, Jaderam quoque et Sicum, seu Sebenicum, Illyrici continentis urbes, Venetis pariter parentes fascibus, eo die prætervecti sumus. Est autem Jadera (Veneti Zaram vocant) civitas vetustissima, Dalmatiæ metropolis, in littore maris sita, forma oblonga quadrangulari, muris lapideis et propugnaculis munitissima, marinis fluctibus undequaque cincta, et sublicio tantum ponte, qua Orientem spectat, fossa subtus labente, continenti juncta; habitatoribus frequens, solo opimo ac fertili, ac præ cæteris Dalmatiæ urbibus rerum omnium copia abundans. Venetus magistratus comitis titulo in ea sedem habet, atque incolis jus dicit, et præscriptis legibus justitiam administrat. Beati Simeonis Prophetæ, qui Christum in ulnas suas Euangelii testimonio accepit et be-

B nedixit, reliquiis in primis clara est: quæ in ca-

* *l.* S. Simeonis

thedrali * ecclesia honorifice conditæ in maxima ab omnibus veneratione habentur. Hujus sancti Viri corpus (ut a Jadertinis accepimus) insigni Dei beneficio, nullo medicamento fucatum, illæsum plane et integrum in hunc usque diem permansit. *A Cotovico non dissentit omnino Ughellus tom.* 5 *Italiæ sacræ auctæ, in metropoli Jaderensi col.* 1419 *ita scribens:* S. Simeonis ecclesia sub vetusto titulo sancti Stephani Proto-martyris insignis collegiata est, ubi quatuor mansionarii, tres diaconi, totidemque subdiaconi et acolythi cum plebano sunt, in eaque veneratur corpus S. Simeonis Prophetæ argentea arca inclusum, summaque veneratione non solum ab indigenis colitur, sed etiam ab exteris, ex tota Dalmatiæ provincia confluentibus. *Princeps quoque Radzivilus Epist.* I *anni* 1583 *de Peregrinatione sua Hierosolymitana sic scribit:* Postridie, quod festum S. Marci esset, in ecclesiam ivimus.... ecclesias aliquot visitavimus, præcipue sancti Simeonis illius Euangelici, qui Christum puerum in ulnis gestavit:

C cujus sacrum corpus sub altari majori ibidem plane integrum, nec putrefactum, religiose asservatur; quod vidimus accurate et attrectavimus.

*nec Jaderenses,*

62 *Corpus illud e Judæa Jaderam delatum fuisse, scribit Corneille in Dictionario Geographico, et quidem, ut Flaminius Cornelius supra laudatus pag.* 588, *sub annum dumtaxat* 1278; *quæ si ita se habent, vel sola ratio temporis, cum jam inde a Justini II saltem ætate* S. Simeonis *reliquiæ Constantinopolim fuerint, ut num.* 50 *vidimus, deportatæ, satis videtur ostendere, corpus illud incorruptum ac integrum non esse* Simeonis, *cujus Lucæ cap.* 2 *fit mentio, et si jam inde ab aliquot seculis aliter sit visum Jaderensibus, ut liquet ex versiculis, quos arcæ argenteæ, undique inauratæ, ab Elizabetha, Ludovici Hungariæ regis conjuge, fabrefieri jussæ, a postica parte inscriptos legi, ait Joannes Lucius de regno Dalmatiæ et Croatiæ lib.* 5 *cap.* 1. *Sic autem se habent illi:*

Simeon hic Justus, Christum, de Virgine natum,
Ulnis qui tenuit, hac arca pace quiescit;
Ungariæ regina potens, illustris et alta
Elizabeth Junior quam voto contulit almo.
Anno milleno treceno octuageno
Hoc opus fecit Franc. de Mediolano.

AUCTORE J. B.

*nec Andecenses possederunt.*

63 *Præterea, quemadmodum in Dalmatia Jaderensis civitas, ita et in Bavaria Andecense Ordinis Benedictini cœnobium, ut scribit in Appendice ad Menologium Benedictinum ad diem* VIII *Octobris Bucelinus, totum sibi* S. Simeonis *Prophetæ corpus vendicat. Castrum id olim fuit, et comitum Andecensium seculo* XII *sedes, circa annum* 1209 *eversa, salvo tamen S. Nicolai sacello, in quo dudum magna sacrarum reliquiarum vis delituerat, quæ postquam anno* 1308 *detecta fuit;* Montis sacri *nomen is locus vulgo obtinuit: Bonifacius vero IX, ut scribit Josephus Mezger lib.* 4 *cap.* 35, *concessit ut effossæ Sanctorum reliquiæ venerationi publicæ exponerentur. Attulit illas Hierosolymis in Bavariam, et in condito a se monasterio Werthensi deposuit S. Rasso seu Ratho, comes Andecensis; post cujus mortem Werdenses monachi in montem Andecensem una cum reliquiis se contulerunt. Ita Keferloherus, monasterii Diessensis decanus, in Vita S. Rassonis tom.* III *Junii pag.* 895. His enim *(imperatoris litteris commendatitiis)* instruE ctus, assumpto peregrini (ut assolet) habitu, B. Rasso cum Juditha, Henrici principis Bojorum et Saxonum conjuge, Arnulphi seu Arnoldi Mali filia, primum Hierosolymam petiit: ubi æstuantissimo venerandi loca sacra animo cum abunde satisfecisset, inde discessit, magno sanctarum reliquiarum thesauro ditatus. Donatus inter cetera corpore S. Simeonis Prophetæ Christi. *De reliquiis vero in Andecensem montem e Werdensi monasterio transvectis paulo post ita loquitur:* Porro haud diu post viri sancti obitum, Hungaris provinciam devastantibus, monachi locum fuga deseruerunt; seque in montem Andess cum reliquiis, a B. Rassone allatis, receperunt: *in his autem fuisse* S. Simeonis *nominatim reliquias, collige ex Hergeri Berger Andecensi chronico, sub annum* 1657 *impresso ubi Andecensium reliquiarum enumerationem instituens, de illis sic habet:* I Ossa Simeonis Prophetæ et Timothei, discipuli S. Pauli. *Floruit S. Rasso seculo* X: *verum, si eo seculo Hierosolymis e* S. Simeonis *reliquiis aliquid superstes*

F *fuerit; haud equidem totum illius corpus ibidem tum fuit, ut vel ex iis liquet, quæ de* S. Simeonis *reliquiis dudum ante Constantinopolim translatis, diximus supra: quare vel Andecenses monachos Benedictinos totum* S. Simeonis *corpus sibi non vendicare, contra ac Bucelinus scribit; vel id illos immerito facere, omnino existimo.*

*In Liguriensi monasterio*

64 *In Petrocoriensi Galliæ provincia Liguriun est, Ordinis Benedictini monialium, a Petrocoriensi urbe sex milliaribus distans, monasterium, in quo* S. Simeonis *brachii partem insigni in honore ac veneratione haberi, scripsit ad Majores nostros Armandus Gevardus, canonicus Sarlatensis, anno* 1664 *die* 2 *Februarii. Ostendi fidelibus, magno illuc numero concurrentibus, solet feria tertia post Pascha, item eadem feria post Pentecosten, die* 2 *Februarii, et* VIII *Octobris; neque, saltem plerumque, absque prodigiis. Servatur ibidem codex unus, in quo continentur miracula, centum articulis distincta, quæ ab anno* 1626 *usque ad annum* 1658 *ad* S. Symeonis *invocationem contigerunt. Codicis illius, curis nobilis dominæ Isabellæ Frontanie de Chiliaud, quæ tum temporis monasterio Liguriensi a secretis*

AUCTORE J. B.

*secretis erat, exarati, principio legitur, codices alios jam ante de patratis illic a* S. Simeone *prodigiis fuisse conscriptos; sed hos, absentibus ob bellorum motus a monasterio sanctimonialibus, in Huguenottorum manus incidisse. Codex alter, nobilis dominæ Susannæ a S. Michaële, monasterio Liguriensi pariter a secretis, cura exaratus, et in* 29 *distinctus articulos, miracula seu beneficia, variæ conditionis hominibus ad invocationem* S. Simeonis *ab anno* 1659 *usque ad anni* 1663 *diem* XXV *præstita, complectitur, subscriptus a personis fide dignis et Berthou presbytero, sacellano monasterii, qui eorum, quibus facta erant prodigia, excepit testimonia. Tertius denique codex vota,* S. Simeoni *ab anno* 1658 *usque ad confectum cura Susannæ a S. Michaële codicem facta, collatosque illi a variis reditus annuos continet. Ita hactenus Gevardus ex iis, quæ vel viderat ipse, vel a loci abbatissa, a se consulta, acceperat: e quibus sane liquet,* S. Simeonem *multis illic prodigiis, quæ etiam, cum ad Majores nostros scripsit, fieri et in chartas mitti consueverant, claruisse, et insigni in honore habitum fuisse, satis superque declarant. Verum quales istæ sunt*

B S. Simeonis *exuviæ? Unde, a quo et quando acceptæ?*

*pars brachii prodigiis clara*

65 *Gevardus illas in hunc modum Gallice describsit:* Cum anno MDCLXIII mense Decembri in urbe Petrocoriensi versarer, videre mihi licuit S. Simeonis senis, ut ex traditione creditur, brachium, splendida lipsanotheca argentea inclusum, ac gemino crystallo, per quod reliquiæ clare conspici possunt, instructum. Probe observavi, brachium esse sinistrum ad cubitum usque, quod senis alicujus esse, pellis, venæ, nervi et ungues indicant. *Id vero pro* S. Symeonis *Prophetæ brachio, non modo a Sanctimonialibus Liguriensibus, vicinorumque locorum vulgo, sed ab ipsis etiam episcopis Petrocoriensibus litteris tribus, quarum apographa Gevardo nobilis domina Susanna de S. Aulaire, quarta (ita Galliæ Christianæ scriptores tom.* 2 *col.* 1500; *Gevardus* tertiam *appellat) hujus nominis et cognominis anno* 1664 *loci abbatissa, suppeditavit; hic vero ad nos transmisit. Primæ sunt Petri, Petrocoriensis episcopi, ad Pontium, Santonensem episcopum, quibus testatur, abbatissam Liguriensem brachium* S. Simeonis, *eleëmosynarum percipiendarum (ut olim fieri non raro solebat) causa*

C *circumferre. Datæ sunt anno* 1263, *die Lunæ post Dominicam* Invocavit me, *seu* X *Martii; et inter Petrocoriensis ecclesiæ instrumenta tom.* 2 *a Galliæ Christianæ auctæ scriptoribus relatæ. Reliquæ, simili de argumento scriptæ anno* 1287, *sunt Raimundi Petrocoriensis episcopi, unæ quidem ad Capitulum Burdegalense; alteræ vero ad Gaufridum Santonensem episcopum datæ. Uterque porro episcopus ita in illis de hisce reliquiis loquitur:* Quod brachium S. Simeonis pro certo creditur esse in abbatia de Ligurio nostræ diœcesis, et quod ibi fuit allatum de Constantinopolitano civitate, prout a viris intelleximus fide dignis.

*servari dicitur.*

66 *En locum, unde* S. Simeonis *reliquiæ Ligurium translatæ perhibentur: præstitit porro id ex traditione loci Carolus Magnus in abbatiæ istius a se sub annum* 769 *fundatæ monumentum. At tantam esse abbatiæ Liguriensis antiquitatem, quibus tandem evincitur testimoniis? Nihil in hanc Gevardus attulit, nisi sanctimoniales virgines. Caroli Magni memoriam, velut fundatoris solenniter quotannis celebrare; fundasse Carolum* D *Magnum sub eumdem annum* 769 *Brantosmum alteram virginum Benedictinarum abbatiam, nec a Liguriensi procul remotam; denique Ordinis Carmelitani scriptorem veterem, cujus opus anno* 1517 *typis prodierit, quæ modo de fundata a Carolo Magno Liguriensi abbatia et* S. Simeonis *reliquiis, quas ille ibi, e peregrinatione Hierosolymitana redux, deposuerit, dicta sunt, posterorum tradidisse memoriæ. At parvi ponderis est hac in re scriptor ille, quod nec satis antiquus sit, nec videatur crisi usus accurata, alias Caroli Magni in Terram Sanctam peregrinationem non admissurus: cetera vero fieri facile potuerunt, etsi longe post Caroli tempora Liguriense monasterium accepisset initium; quod equidem visum est Joanni du Puy in ecclesiæ Petrocoriensis Historia pag.* 69, *Sammarthanis tom.* 4 *pag.* 569, *et Galliæ Christianæ auctæ scriptoribus tom.* 2 *col.* 1497, *qui omnes (apud Sammarthanos enim annus* 1015 *perperam notatur) seculo dumtaxat* XII *Liguriensis abbatiæ initium illigant. Accedit his Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum* 1114 *num.* 77; *cujus verba propterea recito, quod ex iis liqueat, fundatio-* E *nis instrumentum ipsi præluxisse, dum ila scripsit:* Non solum de viris, sed etiam de sequiori sexu curam gessit Giraldus de Salis, ut probat fundatio Parthenii beatæ Mariæ de Ligurio, quod in pago Petragoricensi, haud procul a Salis, unde ipse cognomen accepit, cum Maximina prima loci abbatissa construxisse traditur, assentiente Wilhelmo Petragoricensi episcopo mox laudato, fundum in silva Liguriensi suppeditantibus Helia de Bordella, et Iterio de Turre, aliisque, ut patet ex ipsius Wilhelmi litteris anno sequenti datis, ejus episcopatus anno XI. *Si itaque* S. Simeonis *Prophetæ reliquias Ligurium servet, non videntur illæ a Carolo Magno eo delatæ; etsi primus ex Oriente illas forte acceperit Carolus, a quo deinceps ad variorum manus pervenerint, ac tandem fuerint Liguriensibus ab ignoto hodie donatore concessæ.*

*Panormi item.*

67 *In Siciliam etiam penetrarunt. Panormi enim in monasterio S. Joannis Baptistæ, dicto* de Riglione, *magna pars brachii* S. Simeonis *conservatur, et peculiari a fidelibus, ut ex dicendis apparebit, cultu honoratur. De hac sequentem notitiam in Mss. nostris invenio:* Insignis hæc reliquia donata fuit monasterio S. Joannis Baptistæ, dicto de Riglione, a doctore D. Ca- F rolo Valguaruera, cathedralis ecclesiæ Catinensis cantore, ut apparet ex ejusdem testamento in Actis notarii D. Balthasaris Zamparione die XIII Novembris MDCLXII. Anno autem MDCCXXXIV ab ejusdem monasterii virginibus reposita est in capsula argentea ad id affabre extructa. *Magnam illa Panormitanis erga* S. Simeonem *Prophetam venerationem injecit, qui vicissim eumdem Prophetam non semel sibi sensere beneficium: hinc porro factum, ut archiepiscopus, senatus, canonici ecclesiæ metropolitanæ et civitatis parochi, una cum prædicti monasterii virginibus sacrorum rituum Congregationi supplices preces anno* 1734 *obtulerint, ut Officium proprium et Missam de* S. Simeone *die* VIII *Octobris in dicta civitate et diœcesi a clero tum seculari, tum regulari recitandum approbaret. Ita Dominicus Clauerinus, sacri palatii Apostolici causarum patronus in momentorum approbandi supradicti Officii et Missæ expositione, Eminentissimo Cardinali Guadagni*

A *gni porrecta.*

*pars brachii insigni cultu* 68 *Sacra vero rituum Congregatio non modo prædictum Officium et Missam sub ritu duplici recitandum approbavit; sed etiam ad altiorem subinde ritum Clemens XII extulit; ut liquet e gemino, ea de re dato, decreto, altero anni* 1734; *altero anni* 1735. *Primum ex his ita habet:* Cum in monasterio sancti Joannis Baptistæ, dicto de Riglione, monialium Ordinis S. Benedicti Panormi maxima pars brachii, ut asseritur, S. Simeonis Prophetæ asservetur, quo infantem Jesum accipere meruit in ulnas suas, magnaque populus devotione die VIII

* sacra Octobris ejus festivitati sacræ * ad illum confluere et pie venerari soleat; archiepiscopus, senatus, canonici metropolitanæ ecclesiæ et parochi civitatis sac. Rituum Congregationi humiliter supplicarunt, ut Officium proprium et Missam ejusdem Sancti a clero sæculari et regulari civitatis, et diœcesis recitandum pro die prædicta benigne approbare dignaretur: sacra vero eadem Congregatio ad relationem Ēmi et R̄mi D. Cardinalis Guadagni, attento, quod Officium aliud pro ecclesia parochiali S. Simeonis Urbis

B nuper fuerit concessum, Officium istud, pro dicta ecclesia parochiali jam approbatum, ab universo clero Sæculari et Regulari Panormitanæ civitatis, et diœcesis sub ritu duplici recitandum, extendi debere indulsit. Die 28 Augusti 1734.

A. F. Card. Zondadari
Pro-Præf.
Loco † sigilli
N. M. Tedeschi Arch. Apamenus
S. R. C. secr.

*Alterum his concipitur verbis:* Sanctissimus Dominus noster Clemens XII ad humillimas preces abbatissæ et monialium monasterii S. Joannis Baptistæ, de lo Rilione nuncupati, Ordinis sancti Benedicti, civitatis Panormi benigne indulsit atque concessit, ut Officium proprium S. Simeonis Prophetæ, jam a sacra Rituum Congregatione approbatum, et novissime pro die VIII Octobris ad civitatem et diœcesim Panormitanam sub ritu duplici extensum in posterum sub ritu duplici Majore in eadem civitate et diœcesi recitari debeat, et ita præcepit, ac servari mandavit. Die 15 Aprilis 1735.

A. F. Card. Zondadari Pro-Præf.
C N. M. Tedeschi archiepiscopus Apamenus
sacr. Rit. Congr. secr.

*officitur.* 69 *Officium ita habet: Antiphona in utrisque Vesperis:* Simeon repletus Spiritu sancto accepit Puerum Jesum in ulnas suas, et benedixit Deum in æternum. *Oratio:* Omnipotens sempiterne Deus, qui Unigenitum tuum ulnis beati Simeonis in templo sancto tuo suscipiendum præsentasti, tuam supplices deprecamur clementiam: ut, eo interveniente, in templo sancto gloriæ tuæ præsentari mereamur. Per eumdem etc. *Lectiones* I *Nocturni de Scriptura occurrente; secundi vero ex S. Augustino serm.* 13 *de Temp.* Sic olim prædictum est etc. *Lectio* VII *sic incipit:* Homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon etc. *Ex Homilia S. Ambrosii in cap.* 2 *Lucæ desumpta sunt cetera. Missa vero est de communi Confessoris non Pontificis: Oratio:* Omnipotens sempiterne Deus, *ut supra in Officio: Evangelium ex Lucæ cap.* 2: In illo tempore: Homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon etc. *Alia omnino Missa, aliudque Officium primo conceptum, ac sacræ Rituum Congregationi, ut post laudatam supra domini Clauerini momentorum expositionem, anno* 1734 *impressam, videre est, videtur oblatum fuisse; sed quoniam ejusdem Congregationis approbationem non tulit, pluribus id describere, necesse non est. Ceterum cum* S. Simeonis *Officium, supra descriptum, a* S. Simeonis *Romana ecclesia ad Panormitanam civitatem et diœcesim, ut ex num.* 68 *liquet, fuerit extensum, nec Romæ peculiari cultu* S. Simeonem *carere, perspicuum est; scribitque præterea Pancirolus de Ecclesiis Urbis, in Indice reliquiarum variis ibi in ecclesiis* S. Simeonis *reliquias conservari.* E

*Denique et Coloniæ variisque Belgii locis servari dicuntur.* 70 *Priusquam finiam, pauca adhuc de* S. Simeonis *reliquiis accipe. Ex iisdem servari dicuntur Coloniæ in ecclesiis S. Cuniberti, S. Pantaleonis et S. Catharinæ Ordinis militaris Teutonicorum. Vide Gelenium de Magnitudine Coloniæ Agrippinæ lib.* 3, *syntagmate* 4, *pag.* 289: *duodecimo item ejusdem libri et* 35, *paginis* 372 *et* 442. *Præter reliquias* S. Simeonis *in Oratorio serenissimæ Infantis Isabellæ olim, dein in S. Gudulæ, de quibus num.* 56, *servatas, servari præterea alias Brugis Flandrorum in cathedrali S. Donatiani ecclesia et in Hannoniæ Lætiensi cœnobio, ait in Hierogazophylacio Rayssius, quem consule pagg.* 200, 278 *et* 398. *Willotius in Martyrologio Belgico ad diem* VIII *Octobris Collegio nostro Bruxellensi caput* S. Simeonis *adscribit; sed Simeonem, episcopum Hierosolymitanum, die* XVIII *Februarii cultum, cum* Simeone *Prophetæ confudit. Scrupulum fortassis alicui movebit, brachiorum* S. Simeonis *tot partes, easque non exiguas, in tam* F *variis locis servari: ut de his judicium ferri posset, accurata singularum notitia sane opus esset, qua, cum destituar, nec facile illa acquiri possit, nihil certi edicere de his possum; quamvis, eos maxime, qui totum aut fere totum* S. Simeonis *corpus sese possidere contendunt, a vero aberrare vix dubitem.*

AUCTORE C. S.

# DE S. REPARATA VIRG. MART.

CÆSAREÆ IN PALÆSTINA

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### § I. Sanctæ memoria in Martyrologiis : Acta edenda minus vitiosa Mombritianis : alia metrica, non danda : palæstra et tempus martyrii.

VERISIMILIUS SUB DECIO.

*Hanc solo fere nomine vetustissima Martyrologia,*

B *Hanc sanctam, Cæsareensem Palæstinæ, ut ex ejus Actis creditur, Virginem ac Martyrem, antiquo in variis per Italiam civitatibus cultu, quam certis gestis, celebriorem, multa vetusta recentioraque Martyrologia ad hunc* VIII *diem mensis Octobris memorant. Vetustius Hieronymianum Lucense, a Francisco Maria Florentinio editum, illam primo loco sic annuntiat :* Sanctæ Reparatæ, *locum æque ac martyrii et virginitatis laureas silens. Nec minus jejune legitur in Morbacensi apud Marteneum tom.* 3 *Thesauri Anecdotorum :* VIII Idus (*Octobris scilicet*) Reparatæ. *Martyrii palma additur in Martyrologio, Bedæ nomen præferente, et ex Ms. S. Germani Autissiodorensis apud laudatum Marteneum excuso, quod sic habet :* Passio S. Reparatæ ; *quæ iisdem verbis legere est in Martyrologio Gellonensi tom.* 13 *Spicilegii Acheriani editionis Parisinæ anni* 1677. *Virginitatem eidem adjungit Usuardinus codex Rosweydianus, apud Sollerium nostrum inter Usuardi Auctaria relatus, in quo dicitur :* Sanctæ Reparatæ virginis.

*alia autem vetusta ac recentiora*

2 *At Florus, vel quisquis Martyrologium Bedæ auxit, prout habent Mss. codices Atrebatensis ac Lætiensis apud nos ante tomum* 2 *Martii inter ejusdem Venerabilis scriptoris Martyrologii Auctaria laudati, nec virginitatis, nec martyrii palmam, nec palæstram illius prætermisit hancque etiam a synonymis civitatibus, addita provincia, distinxit his verbis :* In Cæsarea Palæstinæ, passio S. Reparatæ virginis. *Plura de eadem habet Rabanus in suo, quod ante medium seculum nonum adornavit, Martyrologio, sic inquiens :* VIII Idus Octobris Natale Reparatæ, virginis et martyris, quæ passa est in Cæsarea, urbe Palæstinæ, sub Decio præside. Hæc cum nollet idolis sacrificare, primo adhibita est illi olla plumbo fervente impleta, postea abscissæ sunt illi mamillæ, et lampades ardentes adhibitæ ; deinde in caminum ignis ardentis missa est : quæ, cum in nullo ibi fuisset læsa, ad extremum decollata est ; et continuo de collo ejus exivit columba alba : cujus corpus rapuerunt Christiani, et conditum aromatibus sepelierunt.

*et Romanum cum elogio hodie memorant.*

3 *Paulo brevius, ac substituto pro Decio* præside *ejusdem nominis* imperatore, *Notkerus, eodem seculo post Rabanum martyrologus, habet similia. Contra Decium* præsidem *nominat auctor nostri Ms. Florarii Sanctorum, sub finem seculi* XV *perfecti, qui æque ac Rabanus et Notkerus, in Sanctæ elogio concinnando usus est Actis, mox examinandis. Mitto alia, tum Usuardina Auctaria, tum aliorum recentiorum Martyrologia recensere, solumque addo Romanum hodiernum, quod sic habet :* Cæsareæ in Palæstina, passio S. Reparatæ virginis et martyris, quæ, cum nollet idolis sacrificare, sub Decio imperatore variis tormentorum generibus cruciata, demum gladio percutitur, cujus anima in columbæ specie de corpore egredi cælumque conscendere visa est. *Hæc de hujus Sanctæ in sacris Fastis, vetustis ac recentioribus, memoria dixisse sufficiat, de ejusdem cultu multo plura inferius dicemus.* E

*Acta martyrii, a Marteneo vulgata, cum nostris Mss.*

4 *Acta ejus Edmundus Martene tom.* 6 *Veterum Scriptorum ac monumentorum, col.* 741 *ei sequentibus vulgavit, cum hac prævia Observatione :* Acta S. Reparatæ, virginis et martyris, ex optimæ notæ codice Metensi, ab annis circiter octingentis exarato, hic exhibemus. Alia ejusdem Martyris Acta profert Boninus Mombritius longe prolixiora, in quibus etiam perplura leguntur, quæ in manuscripto Metensi desiderantur. At illa, et prolixitate sua, et additionibus frequentibus, ab eruditis viris, tamquam dubia et suspecta, merito reprobantur. Hæc vero, quæ hic a nobis eduntur, eam sua brevitate spirant sinceritatem, quæ omnibus antiquitatis studiosis placere solet. *Hactenus ille. Nos eadem habemus in insigni codice Ms. membraneo Q. Ms.* 6, *fortasse non inferioris ætatis, quem Bollandus noster permutatione librorum a Societatis nostræ collegio Fuldensi acquisivit. Differunt hæc nonnumquam aliquot vocibus a Metensibus Martenei ; quæ exigua variatio solis amanuensibus adscribenda videtur. Cetera consonant.* F

*collata,*

5 *Habemus insuper eorumdem Actorum e codice nostro Fuldensi apographum, collatum cum Ms. S. Maximini Trevirensis, alioque Ultrajectino S. Salvatoris, atque altero domini Nicolai Belfortii,* qui, *ut in margine annotatum est,* hoc descripserat ex Ms. Cælestinorum S. Petri de Castin, et contulerat cum Ms. Cælestinorum Suessionensium ; sed verbis, ut apparet, passim mutatis. *Porro in Fuldensi nostro codice iisdem Actis præfixus hic titulus est :* Incipit Passio sanctæ Reparatæ puellæ, quæ passa est in civitate Cæsariensi, Palæstinæ provinciæ, VIII Octb : *quæ verba nisi auctoris Actorum sint, oportet ipsa Acta primigenia aliud habuisse exordium ; nam in omnibus laudatis codicibus tale est :* Sub Decio præside immanis fuit persecutio Christianorum. IBIDEM quædam erat virgo, nomine Reparata... Introiit * ergo Decius præses in civitatem Cæsariensem etc. *Certe vocula* Ibidem

* *al.* introdiens

A dem *manifeste indicat, vel in præfixo Actis titulo, vel in ipso eorumdem initio, nominatam fuisse provinciam, vel locum, ubi persecutio tunc sævierit, sanctaque* Reparata *habitaverit : unde, quod dixi, consequitur, nempe vel istum similemve titulum, ab ipso Actorum auctore iisdem fuisse præfixum, vel horum exordium fuisse diversum ab eo, quod in laudatis codicibus apographisque legitur.*

*de quibus non possum tam favorabiliter,*

6 *Quod ad Martenei de iisdem judicium pertinet, assentior quidem ei, hæc tam stili brevitate, quam gestis, quæ continent, præstare Mombritianis ; non tamen tantam iisdem fidem adhibere possum, quantam ille adhibuisse videtur. Etenim tam multa in iisdem concurrunt mirabilia, ut ad ea sine scrupulo admittenda certiori opus auctore sit. Virguncula illa duodennis dicitur perfusa liquato plumbo illæsa perstitisse, admotas mamillis suis ardentes lampades similiter pertulisse, et in accensam fornacem immissa, instar trium Puerorum in fornace Babylonica, incolumis psallisse. Neque hæc satis, verum etiam viscera illius machæra in frusta concisa esse, quæ* continuo resolidata sunt; *ac tum denique capite*

B *plexa; subditurque :* Et continuo de collo ejus exivit columba alba, quæ primo eam confortabat, cum esset in certamine. *Atque hæc quidem omnia velut uno eodemque die, et non interrupta per inclusionem in carcere tormentorum serie, contigisse narrantur.*

*quam ille, censere,*

7 *Quod ad tormenta divinitus superata attinet, non ignoro, etiam in aliorum Martyrum, ac nominatim in SS. Tarachi, Probi et Andronici, Actis (quæ tamen pro sinceris merito habentur) similia referri divinæ potentiæ miracula. Ita est; neque ego, de quibus agimus,* S. Reparatæ *Actis certam fidem adhibere cunctarer, si hæc, uti ista, maximam partem ex Actis proconsularibus excepta essent, reliqua parte addita a testibus, non solum synchronis, verum etiam oculatis, qui eorumdem martyrii consummationi se præsentes adfuisse profiterentur, nec suspectæ fidei ullo ex capite hic possent haberi. At nihil hujusmodi habemus pro Actis* S. Reparatæ, *quorum auctor anonymus nusquam insinuat, se rebus gestis interfuisse, aut eas ab aliquo, qui adfuerat, accepisse, nec ullum denique testem vel monumentum laudat; quamquam certe præsi-*

C *dis cum Sancta colloquia, seu quæstiones ac responsa, alias scire nequiverit.*

*velut sublestæ fidei vecudam,*

8 *Parum etiam scriptoris seu sinceritatem, seu accurationem commendat exaggerata illa accusatorum duodennis Puellæ multitudo, dum ait :* Introiit ergo Decius præses in civitatem Cæsariensem : tunc venerunt omnes cives ad eum, et dixerunt ei : HÆC VIRGO DERIDET DEOS NOSTROS, INVICTISSIME; ET ADORAT, NESCIMUS QUEM, QUI DICITUR CHRISTUS. *Quam ob rem nequeo ego certam fidem adhibere incertæ ætatis auctori anonymo, tot mirabilia narranti, atque inter hæc, fuisse ejusdem sanctæ Martyris seu* viscera *seu* membra *(utraque enim voce utitur) postquam machæra* frustata *(ut loquitur) id est, in frusta concisa fuerant, continuo resolidata, cujus rei exemplum hactenus non legi. Nemo igitur, existimo, mirabitur, quod eadem Acta, utut erudito Marteneo aliter visum fuerit, non nisi velut sublestæ fidei, in aliquot saltem martyrii adjunctis, ex ejusdem Martenei editione cum nostro Fuldensi codice collata recudam.*

9 *Ad Mombritiana veniamus. In his præter ea, quæ cum edendis habent communia, pro Decio præside* Decius cæsar, *seu imperator legitur, addunturque alii cruciatus divina ope pariter superati, atque aliquot præterea divinæ ultionis prodigia, de quibus lectorem in Annotatis monebo; sunt in iisdem etiam plures Decium inter Sanctamque sermones. Eadem Acta copiosius scripta in quodam Romano codex monasterii S. Cæciliæ trans Tiberim legi, annotavit Cardinalis Baronius in Martyrologium Romanum; et Florentinius in Annotatis ad suum vetustius Lucense asserit, Mombritianis similia exstare in pervetusto Hagiologio suo Ms., præterquam quod in hoc Decius* præses, *non* cæsar *aut imperator, compareat, ac* Cæsarea *quidem civitas pro Sanctæ palæstra assignetur, non tamen addatur* Palæstinæ. *Mombritrianis denique similia habuit Equilinus episcopus Petrus de Natalibus, et in suo Sanctorum Catalogo lib. 9. cap. 39 in compendium contraxit.*

AUCTORE C. S *sunt tamen hæc multo minus vitiosa Mombritianis.*

*Acta alia ab Antonio Sebastiano, episcopo Crotoniensi,*

10 *Non parum ab istis omnibus differunt Acta metro heroïco composita, inscriptaque :* Antonii Sebastiani Miturnini (*id est,* Minturnini) episcopi Crotoniatiani, diva Reparata, *quæ accepimus ex Collectione Cardinalis S. Severinæ, et quorum exordium simul atque argumentum tale est :* E

Te, Reparata, canam, summo decus addita cælo,
Sancta modis miris varias advecta per undas
Ausoniæ ad portus, ad Minturnensia rura,
Imperio sævi duro impellente Cyrini,
Usque Palestinis e finibus acta volantum
Cælicolum ductu, nullis vexata procellis.

*Ut auctorem noscas, partem elogii illius, quod habet Ughellus tom 9 Italiæ sacræ auctæ col. 387 in serie episcoporum Crotoniensium, hic subjungo.* Antonius Sebastianus Minturnus (*patria scilicet*) antea episcopus Ugentinus, ad hanc (*Crotoniensem*) sedem translatus XIII Julii MDLXIII. Præsul sane, sive, versu sive prosa, eruditissimus, adeo ut inter sui ævi doctos viros merito sit connumeratus. Plura reliquit sui ingenii monumenta, quæ partim teruntur a doctis, partim Romæ latebant apud bon. mem. Cardinalem Montaltum, Sixti V nepotem... Excessit circa annum MDLXXIV etc. F

*carmine Heroico scripta,*

11 *Eruditionem ejus artemque poëticam abunde probat Poëma istud, quod triginta et tres supra quadringentos versus continet; sed ejusdem ætas tot seculis sancta Martyre posterior nullam probabilem fidem facere potest, dum ille sine teste, sine monumento, aliena ab antiquioribus enarrat. Hic* Reparatam *in Palæstina quidem passam canit, non tamen a Decio, sed a* Cyrino *præside; neque mox ex Christiani nominis odio, sed postquam illa libidini præsidis consentire recusans, magam, ad labefactandam ejusdem constantiam arcessitam, divinitus reddiderat cæcam; tum denique a furente Cyrino, quod Christiana esset, edictoque cæsaris, cujus nomen silet, non pareret, comprehendi jussam, tormentisque quorum Acta superius memorata etiam meminerunt, ad sacrificandum idolis frustra tentatam, ac denique capite plexam fuisse,*

*quæ etiam corporis translationes continent; non tamen edenda sunt.*

12 *At nihil de ista libidine, quæ elusum a Virgine præsidem, ut in eam Christiane professionis prætextu sæviret, incitaverit, nihil de inducta excæcataque venefica in iisdem supra dictis*

AUCTORE C. S.

*ctis Actis legere est; ut nesciam, unde ista acceperit Crotoniensis episcopus. A nostris quoque, æque ac a Mombritianis abest gemina corporis translatio, quam idem episcopus martyrio subnexuit, et quarum primam, cujus etiam in ipso Poëmatis initio verbis jam datis meminit, admodum prolixe poëtice describit. Sed de his infra suo loco pluribus agendum erit. Celerum cum hæc Acta metrica, enumeratis omnibus prosaïcis, longe recentiora sint; nesciamque, an, et ex quibus monumentis eorumdem auctor hauserit ea, quæ vetustioribus addidit, isque præterea verbosior sit, et, quam vocant poëticam licentiam, liberaliter usus, non mirabitur lector, quod ab hac illius elucubratione, quam Ms. habeo, edenda abstineam.*

*Passa est Cæsareæ in Palæstina*

13 *Vidimus num.* 1, *aliqua ex vetustioribus Martyrologiis* S. Reparatam *sine loco palæstræ annuntiare, alia* Cæsareæ in Palæstina, *quæ antiqua episcopalis ac deinde etiam archiepiscopalis civitas fuit, ac post Hierosolymam primaria, in regione Samariæ et ora maris Syriaci condita. Acta apud Marteneum, nostraque in codice Fuldensi* Civitatem Cæsariensem *tantum nominant,*
B *omissa provincia* Palæstinæ, *quam tamen, uti supra jam observavi, in eodem nostro codice Fuldensi exprimit titulus iisdem Actis præfixus, ut hæc* Cæsarea *ab aliis synonymis civitatibus distinguatur. In Hagiologio, apud Florentinium in Annotatis ad Martyrologium Lucense, velut pervetusto laudato,* civitas Cæsariensis *similiter assignatur pro Virginis martyrii loco, sed pariter sine provincia* Palæstinæ, *quam contra addunt Acta Mombritiana; neque ulla afferri posse videtur solida ratio, cur* Cæsaream *reipsa fuisse* S. Reparatæ *hodiernæ palæstram, negemus, aut hanc a celebri illa Palæstinæ civitate diversam suspicemur.*

*verisimilitas sub Decio imperatore*

14 *In persecutoris nomen* Decium *omnes, præter Antonium Sebastianum, Crotoniensem episcopum, consentiunt; sed eorum aliqui, ut vidimus, Decium istum* præsidem, *alii* cæsarem *nominant.* Præsidem *ipsum constanter dicunt Acta Marteneana, nostraque Fuldensia, et quibuscum hæc collata diximus. Consonant etiam jam laudatum pervetustum Hagiologium Ms. Florentinii, Rabanus in Martyrologio suo, et inter auctaria Usuardina apud Sollerium nostrum codices Antverpiensis-Maximus, Ultrajectinus, Leydensis,*
C *Albergensis et Danicus. Decium autem* cæsarem *assignant Acta a Mombritio edita, Notkerus in Martyrologio, S. Antonius parte* 1 *Historiali, tit.* 7, *cap.* 7, § 7, *et Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum, huncque, ut alii præsidem, Cæsareæ præsentem fuisse, dum* S. Reparata *passa fuit, enarrant.*

*generalem persecutionem movente.*

15 *Utraque opinio suam, altera tamen altera, majorem, patitur difficultatem. Decius provinciæ Palæstinæ præses, æque ac ejus temporis Cyrinus, aliunde prorsus ignotus est; Decium vero cæsarem, seu imperatorem, constat quidem medio seculo tertio acerrime persecutum Ecclesiam esse, sed non, an, ex quo imperium adeptus est, umquam Cæsareæ in Palæstina fuerit. Tam constans tamen in Decio, sub quo Sancta passa sit, nominando omnium consensus gravem mihi suspicionem movet, sub Decio imperatore eam coronatam esse, præsidemque, qui eamdem coram Cæsareæ jussit interfici, vel eodem nomine (ut minus vitiosa Acta habent) appellatum fuisse, vel ita in iisdem Actis nominatum ex confusione imperatoris, persecutionem lege lata mandantis, cum præside eamdem exsequente, simili scilicet ex errore, ex quo etiam* D *in aliquot aliorum Martyrum Actis minus accuratis legimus gesta præsidum imperatoribus, tamquam præsentibus adscribi.*

*ac proinde anno 249, vel uno e duobus sequentibus.*

16 *Fortasse hujus opinionis fuit Cardinalis Baronius, qui cum Acta Mombritianis similia legisset, solum Decium imperatorem, in cujus persecutione ipsa passa fuerit, tacito præside, nominavit in Martyrologio Romano verbis num.* 3 *jam relatis. In Annalibus quoque Ecclesiasticis ad annum Christi* 253 *ejusdem* S. Reparatæ *martyrium sub Decio imperatore reposuit, præsidemque similiter siluit. Cui ego, quantum ad imperatorem pertinet, adhærendum existimo, non tamen quantum ad annum vulgaris æræ Christianæ; cum Decius imperium, quod anno* 249 *per Philipporum cædem obtinuit, per suam quoque necem anno* 251 *amiserit, uti apud eruditos chronologos nunc certum est. Sub Decio igitur imperatore ac proinde uno e tribus annis, quibus hic imperavit,* S. Reparatæ *virginis martyrium verisimilius figendum putavi.*

## § II. Sanctæ Martyris corpus, apud Cæsaream primo sepultum, verisimiliter fuit aliquando in Italiam translatum; sed hujus translationis tempus ignotum est et adjuncta fabulosa: incertum etiam, quo tempore id Theanum fuerit allatum. E

*Corpus ejus e Palæstina in Campaniam Italiæ translatum*

*Acta ex Martenei Metensi, nostraque Fuldensi codicibus, et cum quibus hæc collata fuere, edenda, post narratam capitis Martyris amputationem mox terminantur his verbis:* Accedentes vero Christiani pauci, viri timorati, rapuerunt corpus ejus, et conditum aromatibus sepelierunt eum, * et requievit in pace octavo Idus Octobris, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium in sæcula sæculorum. Amen. *Hæc de* S. Reparatæ *corporis apud Cæsaream Palæstinæ sepultura, nec plura de eodem, sive in hisce, sive in Mombritianis, legere est. Itali tamen affirmant, fuisse illud olim in oras suæ Campaniæ inde translatum; faventque illis, quæ de ejusdem Sanctæ apud illos cultu, creditaque illius corporis ibidem possessione dicturi sumus. Certe Orlendius Orbis sacri ac profani part.* 2, *vol.* 3, *pag.* 1606, *num.* 10 *corpus ejus inter Sanctorum reliquias, Theani, cognomento* Sidicini, *quod hodierni regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, parva episcopalis civitas est, in Cathedrali S. Joannis Evangelistæ ecclesia servatas, recenset, consonatque Ughellus tom.* 6 *Italiæ sacræ, per Coletum auctæ, col.* 549.

* *al.* illud

F

*Theani ac Lucæ dicitur quiescere.*

18 *Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ illud et Theano et Lucæ attribui, indicat: nam in Indice Alphabetico Sanctorum, quem eidem Catalogo præmisit, sic habet:* Reparata, virgo et martyr Cæsareensis... Corpus Lucæ in ecclesia S. Joannis; *deinde vero ibidem in altero Indice, exhibente corpora Sanctorum*

A *rum diversis locis assignata, rursum ait :* Reparatæ virginis et martyris Lucæ in ecclesia S. Joannis; Theani in propria ecclesia. *Conciliari hæc facile possunt, si (ut sæpe alias contingit) sacri corporis pars* corpus *appelletur ; verumtamen, quid de Lucensibus hujus Sanctæ reliquiis censendum sit, infra videbimus ex Florentinio, viro nobili Lucensi, in Annotatis ad Martyrologium Lucense, jam alias laudatum. Theanenses, pro quibus major stat probabilitas, tradunt quidem, sacrum hunc thesaurum post excisas medio seculo nono per Saracenos Formias ad se pervenisse ; sed quo tempore, quo auctore, quave ratione ille e Palæstina in Campaniam translatus fuerit, neminem legi, qui doceat, præter Antonium Sebastianum Crotoniensem episcopum in sua* Diva Reparata, *seu Actis metricis.*

*Translationem hanc mox a Sanctæ martyrio divinitus factam esse,*

19 *Si huic fides habenda sit, contigerit prima ista translatio mox a Sanctæ martyrio, Deo impium præsidis, quem* Cyrinum *appellat, consilium ad suæ Martyris gloriam vertente. Postquam enim poëta dixerat, truncatum capite corpus Virginis continuo ibidem multis miraculis fulsisse, ita perrexit de eodem præside canere.*

B Quo magis irarum furiis agitatus et œstro,
Remigiis exutam et navalibus armamentis
Deduci pinum * deterrimus hostis in altum,
Amotamque ope nautarum, demptoque magistro
( Haud procul æquoreis rebombat * fluctibus ora )
Virgineumque caput, nudoque in littore corpus,
Quod jacet, hic positum jussit ventoque marique
Jactari, infringi scopulis, mergique profundo :
Quin etiam magni sancto qui nomine Christi
Dicuntur, longa vexatos morte necari.
At secus evenit, quam mente putarat iniqua ;
Impia * nondum satiatus pectora præses :
Nam Deus omnipotens cælo demisit ab alto,
Qui celeres cymbam ducantque regantque, ministros
Æthereos, Latio salvamque in littore sistant.

* *i. e.* navim

* *an* reboabat ?

* *adde* sic

*canit episcopus Crotoniensis ; verum hæc desumpta videntur*

20 *Tum totum per mare Mediterraneum iter poëtice multis describit, tandemque cymbam ad Latii novi Campaniæque confinia circa ostia Liris perducit, ita prosequens :*

Et tandem venit Laurentis ad arva Maricæ.
C Est Promontorium, Piras dixere priores,
Nunc vero Argentum, mutato nomine, dicunt :
Hoc illam ætherei proceres in littore sistunt
Lætitiæ signo ingenti et clamore secundo ;
Intonuit cælum, et miranda luce refulsit.

*Nunc, quanti hæc valeant, videamus. Ad diem* XVI *Decembris in Martyrologio Romano Baronii legitur :* Formiis in Campania, sanctæ Albinæ virginis martyris sub Decio imperatore; *ad quæ laudatus Cardinalis annotavit, hujus Acta, ex antiquis ecclesiæ Caietanæ monumentis accepta, ordiri his verbis :* Tempore adveniente. *Hinc ego colligo, hæc eadem esse S. Albinæ Acta, quæ in Museo nostro ad eumdem Decembris diem reposita habemus cum hoc pariter exordio* Tempore illo adveniente.

*et S. Reparatæ Actis per peram adjecta ex Actis S. Albinæ*

21 *Porro in hisce dicitur hujus S. Albinæ virginis ac martyris corpus, Cæsareæ in Palæstina, jubente Decio cæsare seu imperatore, capite plexæ, eodem prorsus modo, quo supra corpus* S. Reparatæ, *ad Latii novi Campaniæve littora advectum esse. En tibi verba.* Tunc adstitit spiculator, et amputavit caput ejus *(Albinæ)* continuo, et habuit *(Decius)* consilium cum militibus; et omnibus circumstantibus dixit: Audite consilium meum, comprehendite istam Magam *(S. Albinam indicat)* et alios multos magos *(id est, Christianos)* qui in isto regno habitant, comprehendite omnes ; et perducite ad me unam vetustam naviculam, fragilem, sine omni armamento. Et fecerunt ministri, sicut præceperat Decius cæsar; et statim miserunt in eam *(naviculam scilicet)* S. Albinam cum aliis Sanctis : angelus autem Domini descendit de cælo, et intravit cum illis in naviculam, et perduxit eam in locum, qui dicitur Scauri, per virtutem Domini nostri Jesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum.

AUCTOR C. S.

22 *Qui hæc cum supra recitatis Crotoniensis episcopi versibus contulerit, non dubitabit, quin, solo sanctæ virginis martyris nomine mutato, eadem utrobique translatio referatur : nam ex iis, quæ de secunda translatione S. Albinæ in iisdem Actis deinde sequuntur, etiam constat, non alium primæ translationis terminum, quam Campaniæ prope Minturnas littus indicari ; locusque* Scauri *fortasse is ipse est, qui in Campaniæ Mappa geographica Blaeviana* Turris Scaura *dicitur. Ex his igitur S. Albinæ Actis Antonius Sebastianus, Crotoniensis episcopus, vel si quis alius hoc in argumento eidem prævixit, translationem corporis* S. Reparatæ *videtur mutuatus esse, sive quod ipsemet. sive alius, qui ei præiverit,* Albinæ *nomine* Reparatam *iis in Actis venire crediderit. Is error tanto facilius potuit committi, quanto major est inter utriusque Virginis martyris gesta conformitas; recteque Tillemontius tom.* 3 *Monument. Eccles. in Persecutione Decii, art.* 15 *observavit, fere omnia, quæ in Actis* S. Reparatæ *apud Mombritium leguntur, a Philippo Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem* XVI *Decembris de S. Albina referri. Oportet, præcipua, quæ consentiunt, hic breviter recensere.*

*quæ ejusdem S. Reparatæ Actis*

E

23 *Acta* S. Reparatæ, *tam edenda, quam Monbritiana, hanc Cæsareæ* (in Palæstina *addunt posteriora) passam tradunt ; de Albina plane consentiunt hujus Acta, quæ habemus. Ambæ Sanctæ, in suis quæque Actis, dicuntur duodecim circiter annorum fuisse, dum martyrium subierunt, ambæ sub Decio, Cæsareæ præsenti, passæ, hunc-que Acta S. Albinæ cum Monbritianis cæsarem faciunt. Ambæ eadem tormenta, videlicet plumbum igne liquatum, lampades mamillis adurendis admotas, incensam fornacem, sectionem membrorum divinitus superasse, decalvato capite publice circumductæ, ac tandem, abscissis cervicibus, martyrium consummasse asseruntur. Hæc fere sunt, quæ Acta S. Albinæ cum Actis* S. Reparatæ *edendis habent communia.*

*similima sunt,*

F

24 *Nunc accipe etiam quædam alia, quæ de utraque sancta Virgine martyre in utriusque Actis, S. Albinæ scilicet, ac* Reparatæ, *Monbritianis, non in Marteneanis nostrisque, præterea narrantur. Sunt ea primo tormenta quædam, præter jam dicta, sine læsione tolerata; videlicet acetum fervens infusum ori, ardentes lampades lateribus admotæ, sed divinitus extinctæ ; corporum super craticula, subjectis ignitis carbonibus, extensio, membra fragmentis testaceis perfricata, et aceto et aqua bullienti perfusa, acetum item, sinapi mixtum, in nares instillatum etc. Secundo sunt miracula quædam, nempe ter-*

*et ex iisdem, maxime Mombritianis,*

AUCTORE C. S.

*ribilis terræ motus, quo maxima pars populi perierit ; carnificum alii cæcitate percussi, alii, arescentibus subito brachiis, a torquendo prohibiti. Tanta rerum omnium conformitas haud difficulter suadere potuit Crotoniensi episcopo, aut cuipiam alteri, quem ipse fortasse secutus fuerit,* Reparatam *in istis Actis* Albinæ *nomine venire, ac proinde memoratam in iisdem translationem spectare ad* Reparatam, *cujus corpus Cæsarea Palæstinæ in Campaniam advectum credi noverat, sed ignoto tempore ac modo; itaque historiam istam translationis ad* S. Reparatam *retulerit, cujus gesta translationis auctor affixerat Albinæ.*

*conficta, uti ex eorum collatione*

25 *At forte quærat quispiam, cur S. Albinæ Acta potius ex Actis* S. Reparatæ *conficta, quam hæc ex illis credenda sint. Non una in promptu ratio est. Nam primo* Reparatam *hodiernam memorant vetusta Martyrologia, præcedenti § relata, in quibus frustra quæres Albinam istam, quam primus, quem quidem sciam, Cardinalis Baronius in Romanum ad diem* XVI *Decembris intulit, nec Cæsareæ in Palæstina, sed* Formiis in Campania, *ve-*
B *lut hic passam, annuntiavit. Secundo Acta* S. Reparatæ *edenda antiqua esse, probant codices Metensis ac Fuldensis, ex quibus deprompta sunt. Tertio acta* S. Reparatæ, *non Albinæ, seculo* IX *noverunt Rabanus et Notkerus, ut ex amborum Martyrologiis constat. Imo, si Actorum primæque translationis Albinæ scriptor idem etiam sit duarum posteriorum, quæ primæ ibidem adduntur, non sunt illa seculo* XII *antiquiora, ac forte etiam multo recentiora, cum in illis mentio fiat de ecclesia Cajetana a Paschale II summo Pontifice dedicata, Cajetæ tum sedente episcopo Alberto, de quo Ughellus tom.* I *Italiæ sacræ auctæ, col.* 537 *et sequenti.*

*ostenditur.*

26 *Quarto, quod ad* S. Reparatæ *Acta edenda attinet, si quis hæc ex Actis S. Albinæ composuisset, non fuisset prætermissurus cetera illa tormenta divinitus superata, ac miracula, quæ in Mombritianis quidem, tamen in nostris, reperire est. Quinto denique nec in hisce, nec in Mombritianis ulla exstat mentio de* S. Reparatæ *corporis translatione e Palæstina in Campaniam, imo oppositum indicatur, dum dicitur ejusdem corpus*
C *prope Cæsaream a paucis Christianis fuisse sepultum : atqui tamen eamdem translationem referre intererat scriptoris, qui S. Albinæ gesta affinxisset* Reparatæ. *Minime igitur dubitandum apparet, quin gestorum S. Albinæ consarcinator, ea e* S. Reparatæ *Actis mutuatus sit, ac translationem corporis, nescio, an e sua, an ex aliena penu, adjecerit.*

*Eamdem S. Reparatæ translationem*

27 *Porro, utut aliter visum fuerit Crotoniensi episcopo, ab eruditione, ut vidimus, commendato, non possum ego translationem illam de corpore* S. Reparatæ *expositam, unde illam acceperit, velut verisimilem admittere, tum quod tam mirabilis sit, ut ad fidem faciendam antiquo probæque notæ auctore egeat, tum quod, ut mox dictum est, ceteris certo antiquioribus ejusdem Sanctæ Actis adversetur. Libet etiam hic quærere, quid tandem factum fuerit Christianis illis Cæsareensibus, quos Cyrinus præses una cum* S. Reparatæ *corpore fragili cymbæ impositos sine remigio marinis fluctibus jactandos commisit. Hinc per viam perierunt, an cum eodem sacro corpore ad Campaniam salvi et incolumes appulerunt? Certe nulla de iisdem deinde fit mentio. Ab omni quoque verisimilitudine abhorrent, quæ idem episcopus de solemni ejusdem corporis e navi in Minturnensem civitatem translatione, conditoque* D *templo ibidem canit. Præfatus enim, Minturnensem episcopum de* S. Reparatæ *meritis advectoque corpore ab angelo noctu monitum, sic prosequitur :*

*idem episcopus adjunctis poetice exornavit*

28 Tum vero invalidos e strato corripit artus,
Multa putans secum, et monitis parere parabat,
Ut primum roseos thalamos aurora reliquit.
Interea volucris commota it fama per urbem,
Venisse externis Scaurana ad littora ab oris
Carbaseis nudam velis sine remige pinum,
Concurrit subito stupefacta frequentia vulgi :
Advocat ille omnes, properans, plebemque patresque
Et vigiles templi socios, remque ordine pandit ;
Aspersamque rosis niveis, auroque rigentem
Coccineam induitur clamydem, capitique tyaram
Ornatam variis gemmis lætamque smaragdis
Imponit : longo præmittitur ordine pompa
Multa sacerdotum candenti in veste nitentum ; E
Atque accensa diem duplicant funalia multo
Lumine, multiplicem curva edit tibia cantum.
Dux ipse insequitur, magno comitante senatu,
Et late cœtu innumero juvenumque senumque,
Ingentesque Deo grates laudesque canebant.
Jamque propinquabant, ubi Diva jacebat in asta *, *l.* in alga
Cum subito exoriens effulsit plurimus ignis,
Syderis instar habens, quod claras æthere toto
Effundatque comas fradiens, * flammasque comarum ; *l.* radians, *vel* rodiis
Et supra exuvias tum Virginis adstitit hærens ;
Luce repercussa cymbamque locumque notavit.
Mirandum haud dubie, mirandum hoc omnibus astrum
Visum est, ac Regem Superum venerantur in illo :
Adscriptam in Divas Reparatam, et sede locatam F
Ætherea agnoscunt, nec non reverenter adorant.
29 Sis bona, sis felix (ajunt) sanctissima Virgo : *nullo modo admittendis*
Tu Dea pro quondam nobis Laurente Marica :
Ad te confugimus : te in nostra optata vocamus ;
Tu vero ante Deum defer pia vota precesque,
Teque duce, auxilium tandem imploremus ab ipso.
Annuere actutum visa est (mirabile dictu !)
Illa quidem, et nutu tellus pontusque moveri.
Contremuere omnes ; at tu, venerande sacerdos,
Intrepidus geminasque preces, perstasque precando,
Appellique jubes cæcos atque ægra trahentes
Corpora ; confestimque aliis vigor integer omnis
Incedendi, aliis tum dulcia lumina dantur.
Conclamant omnes, Divamque ad sidera tollunt
Laudibus, et meritas conantur solvere grates,

Argenteoque

A Argenteoque ferunt loculo, conduntque sepulchro
Marmoreo exuvias; solido de marmore templum
Constituit, donis cumulat, rituque sacerdos
Romano venerans sacravit numine Divæ.

*Hæc laudatus episcopus Crotoniensis, qui haud dubie dum scriberet, non advertit, quam aliena essent a calamitosis illis Ecclesiæ temporibus, quibus Christiani inter persecutores suos de latibulis potius, in quibus sacra peragerent, quam de festivis pompis publice ducendis, marmoreisve templis erigendis erant solliciti.*

*corpus tamen ejus in Italiam aliquando illatum fuisse verisimile ex cultu fit.*

30 *Denique, ne hisce diutius frustra immorer, ego tempus modumque advecti e Palæstina* S. Reparatæ *corporis nescire malo, quam eo ex Poëmate temere affirmare. Nec propterea tamen translationem ipsam aliquando factam inficior, quam verisimilem faciunt ea, quæ de eximio ejusdem in aliquot Italiæ civitatibus cultu, communique de corpore ejus Theani servato opinione jam insinuavi, pluribusque exponam. Sane, nisi id ita sit, perquam difficile captu est, qua ratione Theanenses in animum induxerint, sacrum illud corpus, quod post excisas Formias ad se pervenisse, existimant, esse* S. Reparatæ *Cæsareensis Palæstinæ virginis martyris, extra Italiam vix notæ; ac Florentini, Lucenses, Niciensesque, eamdem tam insigni cultu antiquitus prosecuti fuerint, ut templa quoque ejus nomini dicarint, festumque diem egerint* VIII *Octobris, quo Cæsareensis* Reparata *vetustis Martyrologiis inscripta legitur.*

B

*Seculo XIV certo credebatur illud quiescere Theani,*

31 *Medio seculo* XIV *indubitanter creditum fuisse,* S. Reparatæ *corpus Theani cognomento* Sidicini *de quo supra memini, in monasterio puellari quiescere, synchronus testis est Matthæus Villanus Florentinus in Historia sui temporis, apud Muratorium edita tom.* 14 *Scriptorum rerum Italicarum, lib.* 3, *capp.* 15 *et* 16, *ubi docet, Florentinorum legatos, anno* 1352 *Neapolim ad coronationem Ludovici et Joannæ missos, nomine civitatis suæ ab iisdem regibus eam postulasse gratiam, ut liceret sibi portionem aliquam ejusdem sacri corporis, quod Theani, in eorumdem regni civitate, servabatur, Florentiam transferre, in cathedrali ecclesia, eidem Sanctæ dicata honorifice deponendam: atque annuentibus præ-*

C *dictis regibus, faventeque, cujus juris tunc Theanum erat, comite Francisco de Monte Scheggioso, monasterii abbatissæ mandatum fuisse, ut dexterum corporis brachium Florentinis legatis traderet; abbatissam vero, aliquot induciarum dies fraudulenter pactam, curasse, ejusdem brachii simulacrum e ligno gypsoque fieri; illudque legatis traditum ac Florentiæ solemniter exceptum esse, asservatumque, donec toto quadriennio post, cum in pretiosam thecam inserendum esset, sacrilega abbatissæ fraus detecta fuit.*

*circa quod a quodam Beneventano principe*

32 *At quo tempore, Theanenses sacrum illud corpus acceperint, non magis constat, quam quo ex Palæstina in Campaniam primo fuerit allatum. Ad manum mihi est ejus rei relatis, quam Papebrochius noster* ex collectione Officiorum veterum Mss. apud Carolum Strozzi num. 691, f. 325 *manu sua descripsit, et in novem breves Lectiones ad usum scilicet divini Officii, partitam fuisse, annotavit. Hæc sic habet*: Post vero annorum curricula (*ita orditur*) cum jam universus orbis Christianæ fidei deserviret, ad tumulum Virginis memoratæ cœperunt multa miracula fieri. Ibi enim dæmones fugabantur, mutorum linguæ solvebantur, mancis manus, claudis pedes restituebantur; denique quocumque languore oppressi illuc accedebant, sanctæ virginis Reparatæ meritis curabantur. Cœpit ergo locus ille celeberrimus haberi, et illic ad honorem Virginis ejusdem ecclesia constituta magna cœpit veneratione frequentari.

AUCTORE C. S.

*cujus filia per ejusdem Sanctæ patrocinium dæmone liberata fuerit,*

33 Interea tantarum virtutum fama longe lateque divulgata Beneventani principis pervenit ad aures. Huic erat unica filia, nomine Paga, quæ multo jam tempore fuerat a dæmonio vexata. Confestim princeps permotus amore filiæ, quam quidem tenere diligebat, festinat cum filia sanctæ Virginis experiri beneficia. Postquam eo ventum est, Paga nolens in ecclesiam trahitur, et humi prostrata gravius solito cœpit a dæmone fatigari. Tunc princeps lacrymas fundens ad Reparatæ tumulum accedit, et lacrymosa voce dicere cœpit: Sanctissima Christi virgo Reparata tuarum virtutum invitatus odore ad te pro filia rogaturus accedo; ante tuum venerabile corpus lacrymosas preces effundo; attende prostratum; lacrymantem respice; mærentem consolare; libera, obsecro, filiam ab hac, qua tenetur, pe- E
ste, et per te recuperare merear, quam jam videor amisisse; et omnes, qui adstant, glorificent nomen Domini Jesu Christi, pro cujus amore subire martyrium non timuisti. Talibus ergo precibus dum importune pater insisteret, exauditur, et sanctæ Virginis meritis filia a dæmone liberatur.

*in dedicata eidem ecclesia depositum,*

34 Tunc princeps lætus et exultans cum omnibus, qui aderant, Deo gratias egit, et communi consilio gloriosæ Martyris Christi corpus Beneventum transferre disposuit. Illo igitur de sepulcro educto, et in linteo mundissimo involuto, princeps cum lætitia regreditur, et flumen transiens venit iter, quo Theanum itur. At ubi ventum est ad locum, qui Aquensis dicitur, Martyris Christi corpus tanta mole defigitur, quod nulla umquam poterat ratione moveri. Intellexit princeps sagacissimus voluntatem Virginis Christi, et, deposito corpore, jussit in eodem loco construi et dedicari basilicam, et, pluribus collatis bonis, ad serviendum tradidit filiam, vestem sacræ religionis indutam, quæ multo post tempore honeste satis et religiose vivens, et in
eadem ecclesia Jesu Christo Domino fideliter deser- F
viens, tandem suam animam in pace Domino commendavit.

*ac deinde ab episcopo in civitatem illatum fuisse*

35 Post ejus obitum jam annis revolutis pluribus, cultor Christi verus, qui tunc Theanensi præerat ecclesiæ, audiens, sanctum Virginis corpus illic requiescere, æstuit amore nimio ad majorem illud ecclesiam, ubi sedes est episcopi, deportare. Itaque instans voto suo, assumptis secum quibusdam de Fratribus et de Religiosis, ire festinat illuc, et veniens ad locum adoravit pronus. Deinde cum iis, qui secum aderant, in terram prostratus diutissime adoravit; exurgens vero ab oratione pretiosum corporis thesaurum cum timore elevat, elevatum cum reverentia et gravitate deportat. Cæterum antequam venisset episcopus ad locum, qui vocatur Opius, sancto corpori pausare placuit; neque enim decebat, ut tam pretiosum munus sine magno honore a civibus susciperetur. Tunc civitatis clerus et populus venerunt, honorifice obviam procedentes sacrum corpus ingenti lætitia susceperunt, et susceptum cum hymnis et laudibus intra urbis mœnia deferentes, in majori

AUCTORE C. S.

majori ecclesia locello dignissimo locaverunt. Quantas autem virtutes virgo et martyr Christi Reparata tunc operata fuerit, quot salutis beneficia in adventu suo Teanensi populo erogaverit, difficile est enarrare. In loco vero illo, ubi, ut dictum est, pausare voluit, cives sub ejusdem sanctissimæ Virginis nomine diligenti cura puellarum monasterium facere studuerunt, collaudantes et benedicentes Dominum Jesum Christum, qui vivit et regnat Deus cum Patre et Spiritu Sancto in unitate perfecta Deus in sæcula sæculorum. Amen.

*narratur in Lectionibus Officii ecclesiastici incertæ fidei,*

36 *Hactenus vetustæ Lectiones Officii Translationis* S. Reparatæ, *verisimiliter in ecclesia Theanensi olim recitari solitæ, quæ, sicut pro sacro ejus corpore eidem ecclesiæ asserendo faciunt, ita pro tempore, quo hæc illud acceperit, figendo nil juvant, cum nec Beneventanum principem, qui illud eo primus portaverit, auctor nominet, nec episcopum, qui in civitatem deinde transtulerit ac de Paga quoque, quam ejusdem principis filiam facit, nullam uspiam mentionem repererim. Admodum quoque suspectum mihi est ipsum Lectionum exordium, nimirum:* Post vero annorum
B curricula, cum jam universus orbis Christianæ fidei deserviret, ad tumulum Virginis memoratæ cœperunt multa miracula fieri *etc. Vel enim loquitur earum auctor de Sanctæ tumulo apud Cæsaream in Palæstina, vel de ejusdem tumulo in Campania. Si primum, manifestus ille fabulator est, qui Beneventanum in Italia principem cum filia sua Cæsaream Palæstinæ, velut ad locum parum dissitum, perducit reducitque; si secundum, sublestam mihi auctoritatem suam facit, insistens opinioni, quæ* S. Reparatæ *corpus mox a martyrio e Palæstina in Campaniam cymba divinitus allatum narrat, seu potius fabulatur. Jam quod ad ejusdem auctoris ætatem spectat, omnino videtur seculo* XIV *junior esse; cum ex Villano supra laudato constet, eo seculo medio corpus* S. Reparatæ *Theani in puellari monasterio quievisse; quod iste in ecclesiam cathedralem translatum scribit sine ullo scriptoris synchroni aut supparis indicio,*

*Crotoniensis episcopi de ejusdem translationis causa*

37 *Alteram translationis Theanum factæ causam assignat sæpe laudatus episcopus Crotoniensis in sua* Diva Reparata, *seu in Actis ejus metricis, in quibus, postquam templum eidem Minturnis (se incongruo, ut observavi, tempore) exstructum, annuamque festivitatem observari solitam fuisse, dixerat, subjecit sequentia:*

C Quem casti morem posthæc tenuere nepotes,
Donec Minturnæ hostili servantur ab ira,
Donec florenti incolumes regione fruuntur.
Has penitus postquam evertit furialibus armis
Gens Agarena, Dei contemptrix impia, totas,
Diruta Syrarum, heu! sævo post mœnia bello
Urbs Sidicina Deæ, Pandulpho principe captas
Reliquias servat magna pietate, colitque.

*Theanum itaque, quod* Sidicinum *cognominari diximus, translatum fuisse Sanctæ corpus, ait, post Minturnarum per Saracenos excidium, Theanensium principatum obtinente Pandulpho. Verum implexa hæc sunt, et cum rebus Formianis videntur confusa.*

*penditur:*

38 *Minturnina civitas jam inde a seculo sexto, quo Agareni, seu Saraceni, nondum visi fuerant in Campania, ab alio excisa hoste considerat, ejusdemque episcopatus a S. Gregorio Magno Papa adjectus fuerat Formiano. Parem sortem circa medium seculum nonum a Saracenis tulit civitas Formiana, et hujus quoque episcopatus Cajetam translatus est; de quibus omnibus consuli potest Italia sacra Ughelliana per Coletum aucta, tom.* I *in Episcopis Cajetanis, tomoque* 10 *inter episcopatus antiquatos col.* 98 *et sequenti in Formianis, ac col.* 140 *in Minturnensibus. Vide etiam, si lubet, Opus nostrum tom.* I *Junii, pag.* 212 *in S. Erasmo episcopo martyre, num.* 4, *ubi etiam hujus Sancti corpus eadem de causa Formiis Cajetam translatum leges. Quod de tempore occasioneque translationis corporis S. Erasmi certum est, id de S. Albinæ etiam reliquiarum adventu sentire videntur iidem Cajetani; nam et hæ quoque ad calcem Actorum hujus Cajetam translatæ fuisse dicuntur* multo... tempore peracto (*ex quo istæ a Palæstina ad Campaniæ littora, eodem, quo* S. Reparatæ, *modo mihi non probato, advectæ fuerant*) cum Formiæ et loca juxta posita ab Agarenis fuissent destructa; *diciturque hæc translatio curata fuisse a Theanensi episcopo nomine* Bono, *qui apud Ughellum tom.* I *Italiæ sacræ auctæ, col.* 529, *dicto seculo nono decrepito eidem ecclesiæ præsedisse legitur.* E

*fortasse illa contigerit post destructas seculo* IX *Formias.*

39 *A verisimilitudine igitur non recedet, qui* S. Reparatæ *quoque sacra lipsana circa id temporis sive Theanum, sive Cajetam prius, atque hinc deinde Theanum pervenisse suspicabitur, consentietque Crotoniensi episcopo, factum hoc vastationi a Saracenis Campaniæ illatæ postponenti. At qui iste Pandulphus princeps, sub quo laudatus Crotoniensis antistes id factum affirmat? Fuerunt quidem seculis decimo undecimoque ejus nominis principes ducesque Beneventani ac Capuani, atque inter illos seculo decimo unus comes Theanensis; sed huncne, an alium, designatum velit, non dispicio.*

## § III. Sanctæ antiquus cultus Florentiæ ac Lucæ in Hetruria, et Nicææ in Provincia, solemne festum illius Hadriæ in regno Neapolitano a seculo XIV.

F

*Florentiæ ecclesiam cathedralem sibi dicatam*

*Observavi superius, insignem hujus sanctæ Virginis Martyris in aliquot Italiæ civitatibus antiquum cultum assertæ ejusdem sacri corporis ad eam regionem translationi, aliquando factæ, plurimum favere. Franciscus Florentinius nobilis Lucensis in Annotationibus ad suum Vetustius Lucense Martyrologium ipsam* Clarissimam (*cultu scilicet ac sui nominis celebritate*) in Tuscia Martyrem *non dubitavit dicere. Florentiæ, quæ Hetruriæ metropolis, Magnorumque Ducum sedes est, fuisse ei antiquitus dicatam ecclesiam cathedralem, scribit Matthæus Villanus, historiographus Florentinus seculi* XIV, *a Muratorio editus tom.* 14 *Scriptorum Rerum Italicarum, in Historia sui temporis lib.* 3, *cap.* 85, *additque, id a Florentinis factum esse, quod Radagasii, Hunnorum regis, exercitus, cujus obsidione divinitus fuerant liberati, internecio festa* S. Reparatæ *luce contigisset.*

41 *De causa ipsi dedicatæ ecclesiæ consentit Ughellus*

*antiquitus habuit, et hujus temporis metropolitanæ est contitularis,*

*Ughellus tom.* 3 *Italiæ sacræ auctæ, col.* 7; *sed quanto tempore post dictam Radagasii exercitus stragem, quæ seculo* V *paucis annis inchoato evenit, nec hic, nec ille, clare docet. Ex laudato Ughello (apud quem col.* 20 *ejusdem ecclesiæ exstat mentio in testamento Speciosi, Florentini episcopi, anno* 724 *multa* episcopio B. Joannis Baptistæ, vel Reparatæ martyris *legantis) præterea habemus, eidem ecclesiæ anno* 1294 *substitutam esse magnificam illam, amplissimamque basilicam, quæ nunc metropolitana est, ac* S. Mariæ floridæ *nomen habet. Nec propterea tamen antiquo cultu suo ac Patronæ titulo* S. Reparata *destituta fuit. Ita disco ex ejusdem archidiœcesis Officiis propriis, in quibus hoc ipso die* VIII *Octobris annuum festum ejus* Contitularis *nomine præscribitur. Verba accipe.*

*in qua, totaque diœcesi insignem cultum obtinet;*

42 In festo S. Reparatæ V. et M., nostræ metropolitanæ ecclesiæ Florentinæ Contitularis, ibique duplex I classis; celebraturque cum Octava ex immemorabili consuetudine: in diœcesi duplex. Omnia de Communi virginis martyris I loco. *Inter quotidianas quoque Commemorationes, extra festa duplicia in Laudibus ac Vesperis faciendas, in eodem Officiorum propriorum libello præscribitur una* de S. Reparata, ecclesiæ metropolitanæ Contitulari, in ipsa tantum metropolitana, *Antiphonis, Versibus ac Oratione ex Communi Virginis martyris pariter acceptis. Ut vero prioribus seculis civitates Italiæ solemnia sanctorum patronorum suorum festa etiam profanis ludis celebrare soluerunt, ita, eodem teste Villano, festa* S. Reparatæ *luce fiebant olim Florentiæ pedestres cursus ab illius ecclesia, proposito ex ære publico primo ad metam pertingenti præmio panni rubri levis pretii, ulnarum octo; sed seculo* XIV *pedestribus cursibus equestres substituti fuere, præmiumque pannus coccineus preliosus ulnarum duodecim propositus.*

*non tamen ejusdem corpus quiescit,*

43 Reparatam *porro Florentiæ, ut jam diximus, et olim et hactenus cultam, Cæsareensem in Palestina Martyrem esse, quamquam ex ejusdem Officio, quod ex Communi Virginis martyris fit, statui nequeat, colligitur tum ex die* VIII *Octobris, qua Florentini suam colunt, quaque Cæsareensem in vetustis recentioribusque Martyrologiis annuntiari, ostendimus; tum quod nulla alia ejusdem nominis in sacris Fastis nota sit. Ex hoc tam insignis illius apud Florentinos cultu falsus fuisse videtur episcopus Equilinus Petrus de Natalibus, dum in Catalogo Sanctorum, quem post medium seculum* XIV *scripsit, lib.* 9, *cap.* 39 *post compendium Actorum* S. Reparatæ *Cæsareensis subdidit:* Cujus corpus juxta muros civitatis *(Cæsareæ)* sepultum est VIII Idus Octobris; indeque processu temporis translatum quiescit in civitate Florentia.

*nec umquam quievisse videtur.*

44 *Refellitur hic error ex supra laudatæ Matthæi Villani Historiæ lib.* 3, *capp.* 15 *et* 16, *ex quibus constat, saltem anno* 1352 *nullas hujus sanctæ Martyris reliquias (quod quidem scirent Florentini) Florentiæ fuisse: quorsum enim alias pro aliqua earum portione a Theanensibus obtinenda ad Neapolis reges recurrissent? Vide dicta superius num.* 31. *Sacrum vero illius corpus vel ante medium seculum* XIV *Florentia fuisse alio avectum, vel eodem seculo vergente ad finem (quod tempore scripsit laudatus Petrus de Natalibus) Florentiam fuisse allatum, nemo tradidit, nec aliunde ulla ratione verisimile est; ut proinde antiqui hujus Sanctæ apud Florentinos cultus origo aliunde, quam ab illius sacri corporis possessione repetenda sit. Qua de re quid alii sentiant, consule dicta num.* 40 *et seqq.*

AUCTORE C. S.

*Lucæ item in Tuscia antiqua ecclesia*

45 *De sacra veneratione, quam eadem Lucæ, quæ altera Tusciæ civitas est ac sui juris respublica, obtinuit, varia observavit Florentinius, supra laudatus eruditus Lucensis in Annotatis ad Martyrologium, quod vulgavit.* Antiquitus *(inquit)* Lucæ in Etruria celebrem fuisse *(S. Reparatam hodiernam)* non dubito. Ecclesiam habuit suo nomini dicatam, quæ PLEBS TOTIUS CIVITATIS in vetustis monumentis illius basilicæ nuncupatur. Hæc ut plurimum solo sanctæ Virginis ac Martyris titulo vocatur; aliquando SS. REPARATÆ ET PANTALEONIS; nuns insignis collegiata SS. JOANNIS ET REPARATÆ dicitur ex contingua S. Joannis Baptistæ ecclesia, olim et ante Christi adventum idoli alicujus superstitioni dicata, ut antiqua fert traditio, et ipsius templi structura suadet. Corpus sanctæ Virginis et Martyris ibi aliquando quievisse, aliqua Mss. tradunt; nunc vero ubi requiescat, et an ibi reliquiæ ejus sint, E ignoratur.

*cultuque honoratur, nec tamen corpus ejus,*

46 In omnibus Lucensis ecclesiæ Calendariis ejus celebritas notatur, et in Kalendario Hieronymiano pervetusto canonicorum Lucensium ita legitur mense Octobris: « VIII Idus Reparatæ « virginis. » In vetusto codice sacrarum Cæremoniarum in eadem bibliotheca, eidem præfixo Calendario, scribitur: « In die S. Reparatæ Ves« peræ majores, et Missa ad S. Reparatam. » In alio Breviario hædino, penes me, mense Octobris ita signatur: « VIII Idus Reparatæ, virginis et « martyris. » In libro Ms., penes me, in quo Italica lingua notantur Historiæ Sanctorum, quorum corpora in urbe Luca requiescunt, pag. I ita legitur: « Corpus S. Reparatæ, virginis et martyris, « jacet in ecclesia S. Joannis Majoris. » Et pag. 101 Vita S. Reparatæ, ex Hagiologio nostro, aut consimili, desumpta narratur, atque in ea ad calcem hæc Italice adnotata leguntur pag. 103: « Sanctissimum ejus corpus sepultum fuit a Chri« stianis » *(nimirum apud Cæsaream Palæstinæ)* « valde devote, et deinde translatum Floren« tiam, et inde Lucam; quod jacet in ecclesia « S. Joannis Majoris, et vocatur « *(nempe hæc ecclesia)* » S. Joannis et Reparatæ, cujus corpus « veneratur a supremo magistratu in ejus solem« nitate. »

F

*ut quidam asseruit.*

47 Vetustus non est liber, sed a Laurentio Trenta, nobili cive Lucano, scriptus anno MDLXXXV ex Latinis et vetustis (ut profitetur) monumentis, et antequam Cæsar Franciottus Historiam Sanctorum Lucensium ederet. *Hactenus Florentinius in Laudato Martyrologio, quod anno* 1668 *vulgavit, quo tempore (eodem teste) Lucæ ignorabatur, ubi* S. Reparatæ *corpus quiesceret, imo an etiam aliquæ ejusdem reliquiæ ibidem servarentur. Nec magis id Lucæ notum erat anno* 1613, *quo Cæsar Franciottus, cujus ille meminit, Historiam imaginum miraculis clararum, Sanctorumque, ac Sacrorum corporum in civitate Lucensi quiescentium, typis edidit; nam inter hæc quoque nullam de* S. Reparatæ *corpore aut reliquiis mentionem inveni; ut adeo mihi non possit non admodum suspectum, ne dicam plane falsum videri, quod Laurentius Trenta de ejusdem Sanctæ corpore in ejus solemnitate a supremo civitatis magistratu honorari solito supra affirmavit, si id, ut verba ejus ex Florentinio relata omnino præferunt, suo tempore fieri solitum*

AUCTORE C. S ibidem quievisse, aut etiamnum quiescere credendum est :

*solitum indicaverit.*

48 *Nam qua ratione factum credam, ut sacra ista lipsana publico magistratus accessu quotannis honorata, spatio annorum viginti octo, quod inter annum* 1585, *annumque* 1613 *intercessit, adeo oblivioni data fuerint, ut Cæsar Franciottus ea prorsus ignoraverit,, aut certe prætermiserit in Historia, posteriori anno, ut dictum est, edita, in qua de corporibus ac reliquiis Sanctorum, in civitate Lucensi quiescentibus, ex professo tractavit? Quod si eadem eo temporis spatio alio asportata causeris, quo pacto tam celebris thesauri translationis nulla Lucæ superaret memoria tempore Florentinii, diligentis ejusmodi rerum indagatoris, qui* 83 *annis post scriptum a Trenta librum, Martyrologium suum Lucense vulgavit? Ut itaque allegata a Florentinio vetustum celebremque* S. Reparatæ *apud Lucenses cultum probant, ita pro ejusdem corpore iisdem asserendo nil juvant.*

ejusdem ecclesia Nicææ in Provincia

49 *Rursus alteram* S. Reparatæ *cultui deditam civitatem assignat Ughelliana Italia sacra* B *aucta, tom* 4, *col.* 1104 *et sequenti, Niciam scilicit, seu Nicæam Provinciæ, quam, alii veterum Galliæ, alii Italiæ attribuunt; estque illa civitas episcopalis sub metropoli Ebredunensi. Porro quod ad propositum meum modo pertinet, eadem inter Sanctos Tutelares suos, post beatissimam Virginem Dei Genitricem, colit* S. Reparatam *virginem martyrem (quam autem, nisi Cæsareensem? aliam enim non novimus) eidemque ecclesiam cathedralem, olim parochialem, dedicatam habet. Consentiunt Dionysius Sammarthanus tom.* 3 *Galliæ Christianæ col.* 1269 *in Episcopis Niciensibus, et Petrus Jofredus in Nicæa civitate monumentis illustrata, ex quibus discimus, eam ecclesiam, dum parochialis erat, ad Niciense S. Pontii monasterium Ordinis S. Benedicti spectasse, et ad eamdem translatam sedem episcopalem fuisse seculo* XVI, *dum vetus cathedralis ecclesia, S. Mariæ in cœlos assumptæ sacra, novæ arci inclusa fuerat. Ceterum ignota pariter mihi sunt hujus* S. Reparatæ *cultus apud Nicienses initium et origo, seu causa : sed ecclesiam illam seculo* XI *jam exstitisse, ac prædicto monasterio S. Pontii donatam vel restitutam fuisse, tradit laudatus Jofredus pag.* 164.

Hadriæ in regno Neapolitano velut principalis patronæ

C 50 *De ejusdem sanctæ Virginis ac martyris Cæsareensis celebri cultu Adriæ seu Hadriæ, Italis vulgo* Atri, *quæ regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori civitas est, episcopatum habens cum Pennensi perpetuo conjunctum, plura docet doctor Nicolaus Sorricchio Hadrianensis in sua erudita* Dissertatione historico-critica de S. Reparata, principali protectrice civitatis Hadrianensis, *sermone Italico composita, quam (nescio, an ea typis umquam vulgata fuerit) manu scriptam Roma accepimus anno* 1767; *ex qua didicimus, quæ de hoc argumento dicturi sumus. In primis Hadrianenses ipsam jam ab aliquot seculis principalis Protectricis titulo solemniter coluerunt, hodieque colunt*, per cujus manifestum patrocinium *(verba auctoris sunt ex Italicis Latina)* non simplici vice, semperque æqualiter, in calamitatibus universalibus experti sunt, se majoribus flagellis ultricis Dei manus subductos, sive terræ motibus, sive pestilentiæ, sive frugum penuriæ, sive tempestatibus vastantibus, de quibus omnibus præterquam quod ex quotidiana experientia constet, frequens est tam in publicis, quam in privatis, monumenti s memoria.

annua festivitate nunc colitur et olim culta fuit

51 *Præcipuum festum ejus, quod* Triumphum S. Reparatæ *appellant Hadrianenses quotannis nunc celebrant a Sabbatho, saltem a vesperis, ante Dominicam in Albis, ac duobus sequentibus diebus, seculo* XIV *nulli certo diei affixum fuisse, sed tamen intra mensem Aprilem Hadriæ celebrari solitum, probat laudatus Sorricchius ex publicis ejusdem civitatis ac seculi instrumentis; ritum vero, quo tunc colebatur, partim sacrum, partim profanum fuisse, ibidem pariter docet ex Actis dictæ civitatis, ex quibus profert decretum, de modo eam festivitatem peragendi, factum (si tamen recte) die* V *Aprilis anni* 1362. *Juverit iisdem verbis, quibus in eadem Dissertatione Latine exstat, huc transtulisse. Sic habet :* Item dixit *(dominus Petrus, domini Transimundi filius, coram rectoribus civitatis Hadrianensis, iisdemque approbantibus)* quod proprie die XI dicti mensis [*Aprilis*] fiat *(festum Triumphi)* et cum sollempnitate divini Offitii, in platea, si bonum tempus erit; alias in ecclesia, cum cera sufficiente, expensis Communis, juncho, mortella, instrionibus *, tripudiis et ludis, prout melius poterit.

* *i. e.* histrionibus

solemnissime, tam ritu sacro

52 Et quod die Sabathi mictatur bannum, quod omnes homines, tam mares, quam femine, de civitate et districtu, die Luna proxime ventura abstineantur a quibuscumque mecchanicis, seu artificiis labororiis, intus et extra civitatem, ad penam in capitulo contentam, et in dicto die de mane veniant ad ecclesiam majorem ad audiendum et videndum divinum Officium celebrare; et fiant faces de sero. Item dixit, quod pro festo faciendo et ordinando eligantur quatuor boni viri, qui habeant ordinare, et possint expendere et providere, sicut volent. Electi autem sunt Zutius Testa. Luctius Nicolay. Mattheus Jacobi [Runcy] et Riczardus Raynaldi [de Aquaviva.] *Ita laudatum decretum ex recensione Sorricchii, quod nunc paululum illustremus.*

et cessatione ab opere servili,

53 *Nisi mendose signatus sit annus* 1362, *nequeo satis mirari diem* XI *Aprilis ad eam festivitatem eo anno celebrandam præstitutum fuisse, maxime si illa alias nulli determinato diei affixa fuerit. Cum enim anno* 1362 *Pascha in diem* XVII *Aprilis inciderit, ejusdem mensis dies undecima fuit feria secunda hebdomadæ Majoris, quæ* F *certe minime congruebat tam lætæ festivitati, ac multo etiam minus ludis, tripudiis ac mimorum spectaculis, quibus profanabatur. Quidquid interim de die annove sit, eo ex decreto liquet, festum Triumphi* S. Reparatæ *seculo decimo quarto admodum solemniter Hadriæ celebrari solitum, etiam cum cessatione ab omni opere servili tam in civitate, quam in agro illius, sancitaque in transgressores pœna, in cujus rei exemplum laudat ibidem Sorricchius librum Reddituum civitatis, in quo ad annum* 1363 *notatur quidam Angelus Janlongo septem ac dimidio Carolinis ea de causa mulctatus fuisse, ac rursus ad seculi* XV *annum* XXVII *quædam mulier similem pœnam pecuniariam luisse, quod in ea festivitate nevisset. Ad solemnitatem etiam, utque populi e vicinis locis Hadriam confluentis pietati satisfieret, pertinet, quod divinum Officium, dum cœli serenitas ita permitteret, in foro publico celebraretur, secus in ecclesia.*

quam profano id temporis etiam alibi

54 *Atque ista quidem de ritu sacro, quo festum Triumphi* S. Reparatæ *seculo* XIV *Hadriæ celebrabatur. Inter profanos tunc etiam adhibitos ritus*

A *ritus Sorricchius etiam nundinas reponit; atque inter ludos repræsentationem martyrii ejusdem Sanctæ, in exemplum adducens, quæ a Muratorio tom.* 2 *Antiquitatum Italicarum medii ævi, Dissertatione* 29, *col.* 849 *ex Forojuliensi Chronico Juliani, canonici Cividatensis, ad annum* 1298 *proferuntur hoc modo*: Facta repræsentatio ludi, Christi videlicet passionis, resurrectionis, ascensionis, adventus Spiritus Sancti, et adventus Christi ad judicium, in curia domini patriarchæ honorifice et laudabiliter per clerum *etc.* De S. Reparatæ martyrii repræsentatione *eo festo de more facienda diserte etiam meminit alterum civitatis Hadrianensis decretum anni* 1531, *infra num.* 79 *recitandum; sed alios etiam ludos indicant verba ista* cum... instrionibus *seu histrionibus in decreto, num.* 51 *recitato.*

*usitato* 55 *Celebratos etiam in eadem festivitate ad bracium cursus, quemadmodum Florentiæ quoque factitatum supra vidimus, credo Sorricchio, qui præterea ait, meritoque improbat, tripudia, quorum relatum decretum insuper meminit, circum ejusdem sanctæ Martyris statuam a viris*
B *feminisque, sane non decore, fieri soluisse, ita scilicet ferentibus ejus temporis moribus minus castigatis. Solemnitatem denique nocturna totius civitatis per accensas faces, incensamque in publico foro lignorum struem terminabat illustratio. Denique, dum in eodem decreto dicitur*: cum... juncho et mortella (mortella *Italis*, myrtus *Latinis est) mandatur, ut in eadem festivitate, seu templum, seu plateæ, juncis, floribusque ac myrto conspergantur, quod nostris quoque temporibus in plateis, per quas sacrum supplicantium agmen in majoribus festivitatibus processurum est, in Belgio nostro usus obtinet.*

*Decretum Hadrianensium seculo XVI* 56 *Alterum ejusdem civitatis Hadrianensis decretum seculo* XVI, *anno scilicet* 1531 *de eodem argumento, sed mutatis nonnullis adjunctis, factum, recitat ibidem Sorricchius, et ego ex ejusdem fide hic subjicio.* Cum celebrandarum festivitatum divæ Reparatæ tempus instabit, domini de regimine, qui tunc erunt, duos eligunt viros de proceribus et majoribus civitatis prædictæ pro magistris feriæ, seu nundinarum dictorum dierum, qui in dictis festivitatibus procurent, et cum sollicitudine instent, ut divina celebrentur Officia, prædicationes, et omnia ceremonialiter ac honorificentissime fiant; nec sumpti-
C bus iis diebus parcatur; sed, ut necessitas rei requisiverit, ita expendatur, ac eleemosynæ fiant ad laudem omnipotentis Dei, et beatissimæ Virginis Mariæ, et ad honorem dictæ nostræ Virginis Advocatæ; nec omnes carnes in officiales distribuant et divitibus civitatis ipsius, sed potius pauperibus et egentibus intendant eos dictis eleemosynis adjuvando. Quam beatus est vir, qui intelligit super egenum et pauperem, in die enim mala liberabit eum Dominus!

*de eadem solemnitate digne peragenda.* 57 Diversaque instrumenta sonora conducant, pro quibus instrumentis nil amplius solvant, quam hic descripta quantitate; videlicet pro quolibet tibicine, seu tubita, Carolenos tres, pro quolibet tibista Carolenos duos, pro quolibet citharedo grana novem una cum victu, et a primis Vesperis Sabathi per totum diem Lunæ; et, si dicti magistri nundinarum majorem solutionem fecerint, quam supra notata extant, suis sumptibus id faciant, non universitatis, atque in pœnam incidant ducatorum duorum; prædictæque omnes expensæ et eleemosynæ non aliter fiant, quam e nostro ærario, et ab ipso annotentur, et de iisdem computum et rationem reddant. *Ex hoc decreto, in quo nulla de ludis, tripudiis et histrionibus fit mentio, apparet, Hadrianenses seculo* XVI *in suæ sanctæ Protectricis festivitate celebranda religiosiores fuisse, quam olim ante, utque liberales ad Officia divina* honorificentissime *tunc peragenda, ita in ceteris sumptibus (si eleemosynas exceperis) parciores. Adhæc cum in eodem dicatur eadem festivitas* a primis Vesperis Sabathi per totum diem Lunæ *durasse, liquet eam saltem jam tum triduo, ac proinde etiam verisimiliter a Sabbato ante Dominicam in Albis usque in subsequentem diem Lunæ agi soluisse, uti id hoc nostro seculo solemnissime cumque maximis in musicam musicosque expensis quotannis fieri laudatus Sorricchius testatur.*

ANONYMO. C. S.

## § IV. Gesta Hadrianensium seculis XVII et XVIII pro Sanctæ cultu E augendo: traditio eorumdem de prædictæ festivitatis origine, eidemque traditioni opposita sententia Sorricchii.

*Seculo XVII ineunte Hadriæ, agitur de Sanctæ cultu augendo,* De *ejusdem Sanctæ seculo* XVII *apud eosdem cultus augmento sæpe laudatus doctor Sorricchius sic loquitur, sed sermone Italico*: Crevit interim initio seculi elapsi Hadrianensium devotio religiosaque veneratio erga eam, quæ non interrupto speciali patrocinio suo beneficia in supplices cives nostros e cælo effundi procurabat. Hinc avi nostri de benigno illius patrocinio etiam certiores facti debita grati animi obsequia reddidere, variaque instituere pia opera, quæ unanimi consensu ad immortalem S. Reparatæ gloriam referebant... Comperi, eos sua studia contulisse ad faciendam argenteam Sanctæ statuam, obtinendum a curia Romana ejusdem Officium proprium, structuram ecclesiæ ex sui temporis architecturæ legibus ornandam, ac denique ad magnificum e pretioso F marmore sacellum erigendum; quod numquam factum fuit. Nos de singulis hisce sigillatim loquemur, prout ferunt monumenta, quæ ad manus nostras pervenerunt, desumptaque fuere ex autographis libris conventuum civitatis.

*ejusque statua argentea facienda,* 59 Primum Hadrianensium consilium fuit de statua argentea facienda, quod die XV Januarii anni MDCII ceperunt opera ac fervore patris Francisci Pepe Jesuitæ, et apud patrem Generalem pro nostra civitate actum est, ut ille huc remitteretur sequenti Quadragesima, *(sermones scilicet habiturus)* postquam in prima jam collecta fuisset *(eum in finem)* eleemosyna centum ac quinquaginta ducatorum. Primo destinayerat civitas hanc in rem trecentos ducatos expendere præter alias parvas pecuniæ summas exigendas. Die XV Martii anno MDCIII actum fuit cum artificibus de mercede pro statua facienda, inventusque est, qui eam operam pro ducentis solum

AUCTORE C. S.

solum ducatis susciperet. Corpus capitulare die XIX dicti mensis Martii gratis contribuit duos annuos reditus officii sui, conficientes ducatos viginti quatuor.

*quæ tandem perficitur.*

60 A concilio, die XXIII Decembris anni MDCVII habito, decretum fuit, ut statua non integri, sed medii corporis *(seu herma)* fieret; idque repetitum fuit in concilio die XX Februarii anni MDCXI celebrato. Die XVI Aprilis anno MDCXII deerant adhuc ad eamdem perficiendam alii ducati ducenti et quinquaginta. Cum deinde anno MDCXXIV urgeret frugum inopia, ita ut tumulus *(Italice* tomolo *certa mensura est)* frumenti etiam quatuor ducatis veniret, aliud, quam statua, curandum fuit; oportuitque illam in communi necessitate pro centum ac quinquaginta ducatis oppignorare; die vero XV Januarii anno MDCXXVI, cui illa in pignus data fuerat, significavit, se eamdem venundaturum, nisi constituti ducati ducenti et quinquaginta sibi redderentur. Tandem anno MDCXXIX, ut argentea sanctæ nostræ Reparatæ statua ad unguem denique perficeretur, mittenda fuit Neapolim, ibidemque
B alii insuper ducati circiter centum expendendi; ac ejusdem anni mensis Octobris die XXV huc remissa fuit plane perfecta, qualis hodieque visitur.

*Frustra laboratur pro illius Officio proprio Romæ approbando:*

61 Anno MDCVI nihil prætermissum est pro S. Reparatæ Officio proprio a summo Pontifice impetrando, nec obtentum, quod tantopere desiderabatur, licet hunc in finem septuaginta ducati impensi fuissent; uti ex decreto publico die VI Aprilis aperte colligere est. Nihilominus tentatum denuo fuit anno MDCCLI, missis etiam Romam Lectionibus, quas ex Actis martyrii ejusdem Sanctæ concinnaverat pater magister frater Angelus Maria Orgio, Ordinis S. Augustini; at quamvis pro eo impetrando etiam intercesserit honorabilis princeps Strozzi, domina Isabella Aquaviva, plane tamen recusatum fuit. Ex quibus colligitur, sacram Rituum Congregationem non facile annuisse importunorum devotorum postulatis, quod Acta martyrii illius pro apocryphis haberentur.

*sacellum ejusdem ornatur:*

62 *Acta, ex quibus laudatus pater magister Orgio Lectiones illas composuit, edendis simillima, etiam recitat, improbatque in eadem Dis-*
C *sertatione Sorricchius, paululum tamen æquo vehementius. Ego ex hisce solum hic observo,* S. Reparatam, *velut præcipuam suæ civitatis Protectricem ab Hadrianensibus cultam, non aliam esse, quam Virginem Martyrem Cæsareensem Palæstinæ. Multis præterea exponit Sorricchius Adrianensium eodem seculo* XVII *gesta pro magnifico sacello in cathedrali ecclesia suæ sanctæ Protectrici erigendo, sed addit, molimina ista post non exiguam expensam pecuniæ summam eo denique recidisse, ut ejusdem intra propriam illius ecclesiam sacellum gypso paululum exornaverint. Pergamus modo Sorricchii verba ex Italicis Latina facere.*

*seculo XVIII vetus templum renovatur*

63 Cum anno MDCCII adverterent, veterem sanctæ Protectricis ecclesiam velut ruinam minari, isti nostri senatores, vel quod civitate indignum judicarent, eam tam deformem diutius videre, vel potissimum quod eodem anno per ipsius patrocinium iteratis funestis terræ motibus liberata fuisset, serio ac maturo consilio cogitarunt de eadem a fundamentis secundum nostri temporis architecturæ leges renovanda. Convenerunt itaque de summa expensarum faciendarum, delineationem operis a celebri architecto Joanne Baptista Gianni D
Mediolanensi fieri curarunt, materiam comparaverunt, tandemque cœpta fabrica est ab eodem opifice et architecto, qui eamdem annis sequentibus perfecit præter cupulam *(Italice est* Cuppolino, *quæ vox* tholum *in modum turris, vel laternæ ædificatum significat)* anno MDCCXLI eidem impositam: alii in Sanctam pie affecti picturas laterales ex pia liberalitate addiderunt; ac denique illustrissimus dominus Perrelli, pio zelo flagrans, antequam moreretur, voluit eam solemni cum pompa suis sumptibus consecrare, ut adeo, qualis illa hodie visitur, nihil ei, quod ad integritatem spectet, deesse videatur.

*Traditioni festivitatis a soluta Saracenica obsidione cœptæ*

64 *Si modo quæras, ex quo tempore, quave ex causa ista* Triumphi S. Reparatæ *festivitatis apud Hadrianenses cœperit, plurimum hic a suis civibus dissentit Sorricchius; quo teste, illorum opinio est,* S. Reparatam, *obsessa a Saracenorum duce, quem* Miroccum *appellant, cum centum et octoginta millium exercitu, civitate Hadria, ab incolis invocatam subito apparuisse in aëre cum ignitis gladiis, ac formidabiles istas barba-* E
*rorum turmas dissipasse Dominica in Albis; hincque festum istud annuum et originem suam et initium habere. At,* Nobis, *inquit Sorricchius,* qui veritatem historicam profitemur, non magis hæc opinio placet, quam male fundatæ traditiones populares; *eamdemque opinionem argumentis, tum negativis, tum positivis convellere studet, ac festivitatis initium longe serius ac omnino alia ex causa repetendum esse, probare instituit. A negativis ordiamur.*

*opponitur prima scriptorum ea de re silentium,*

65 Saraceni *(ait)* aut numquam regionem nostram *(Aprutium Ulterius)* viderunt, vel si in eam aliquando forte ingressi fuerint, non leguntur apud ullum scriptorum, qui de Arabum gestis ac *(per Italiam)* dispersione exacte tractarunt, vel minime infestasse Hadriam, tum temporis florentissimam civitatem. Ex communi sententia probatæ fidei auctorum Mahumetani isti non nisi seculis nono decimoque in hoc regnum *(Neapolitanum)* irruperunt, in eoque altero seculo persistiterunt. Novimus præterea, eos excursisse locaque obtinuisse in provinciis uberioribus, nempe in Terra laboris, in Calabria, totaque fere Apulia; at nemo tradidit, F
eosdem etiam in Aprutium ad similem stragem inferendam incurrisse. *Ita ipse, cujus argumentum, ex scriptorum silentio petitum, utut negativum, non exiguam vim obtinet adversus Hadrianensium traditionem de urbe sua a centum et octoginta millibus Saracenorum obsessa, et per* S. Reparatam *tam prodigiose liberata; maxime, dum etiam alia isti silentio congruant, aliaque cœptæ festivitatis verisimilis ratio solide possit assignari.*

*secundo, quod in nova ecclesia seculo* XIII *extructa*

66 *Ad alterum illius argumentum, pariter negativum, transeamus. Ex Ms. membranaceo, anno* 1222 *exarato, docet, eo anno dedicatam fuisse præcipuam Hadrianensem ecclesiam, tum recens reædificatam; eique consecrationi interfuisse episcopos tres, Gualterum scilicet Pennensem, Odonem Valvensem, et Gilbertum Guardiensem Alferiæ; totidemque abbates Raynaldum S. Joannis in Venere, Gentilem S. Clementis in Pescara, et Hectorem S. Mariæ de Pacciano. Altaria vero numero novem in eo tunc consecrata, ac sacris reliquiis ditata, ex eodem Ms. sic recenset:* Primum altare majus beatissimæ Virgini Dei

A Dei Genitrici dicatum : secundum B. Ægidio; tertium S. Blasio; quartum B. Petro; quintum S. Nicolao; sextum S. Michaëli archangelo; septimum S. Thomæ martyri; octavum S. Silvestro; nonum B. Emidio. Hi fuere *(ita ille prosequitur)* Sancti, qui in nostra subterranea ac principali ecclesia S. Mariæ anno MCCXXIII honorabantur; unde credibile est, eos omnes fortasse fuisse civitatis nostræ Sanctos Tutelares, e quibus S. Emidius, velut Protector, eam ab horrendis terræ motibus semper servavit incolumem.

*nullum altare ei fecerit dicentum;*

67 *Hoc posito, quærit a supra dictæ, quam impugnat, traditionis patronis, cur illius temporis Hadrianenses e novem istis altaribus in novo suo illo augusto templo nullum dicaverint* S. Reparatæ, *insigni, ut ipsi contendunt, suæ civitatis a Saracenorum obsidione servatrici. Alterutrum respondendum putat; vel quod tum temporis* S. Reparata *Protectricis titulo ibi non fuerit culta; vel quod isti boni Majores sui (quos tamen æquum erat res præcedentium seculorum opportune congnoscere) famosam illam*

B *Saracenicam obsidionem, sola* S. Reparatæ *opera solutam, dissipatamque ignoraverint.* Si enim paulisper *(ait)* ponamus, miraculi hujus notitiam certa traditione patrum per filios ad eos manasse, quid eos prohibuit, quo minus pro prædicta ecclesiæ consecratione, ut plurimas aliorum Sanctorum, ita etiam aliquas sanctæ suæ Servatricis reliquias sibi compararent; aut, si ob harum raritatem id fieri non potuerit, cur saltem unum e novem istis altaribus ex peculiari devotione et ad debitam grati animi testificationem eidem non dedicarunt?

*tertio veterum silentium ac inusitatum eodem seculo Hadriæ nomen Reparatæ.*

68 *Merito etiam addit, se capere non posse, quo pacto recentiores ejusdem traditionis fautores de facto antiquissimo novem ferme seculorum mirabilia tam clare tamque accurate narrent; veteres vero Hadrianenses, qui ultra quingentos annos ante istos vixere, tam profundum de iis servaverint silentium, ut eos sceleris arguerem, quod e novem altaribus nullum concesserint principali suæ Protectrici, qualis hoc nostro tempore est* S. Reparata. *Huic simile est argumentum ex quodam vetusto Necrologio Hadrianensi, seu potius mortuorum Indice, qui, licet a medio se-*

C *culo* XIII *ordiatur, nullam* Reparatam *nomine, sed multos* Emidii, Ægidii, Silvestri, Thomæ, Michaëlis, *aliove prædictorum Protectorum vocabulo appellatos exhibet. Hinc rursum quærit, quæ verisimilis ratio afferri possit, ob quam (si jam ante seculum* XIII S. Reparatæ, *velut præcipuæ Protectricis, cultus Hadriæ viguerit) tum temporis nullus Hadrianensium filiabus suis ejusdem Sanctæ nomen in baptismo imposuerit, contra ac communis in omnibus aliis civitatibus receptus usus obtinuit, quemque etiam Hadriæ in plurimis masculis ab ejusdem civitatis patronis nomina* Emidii, Ægidii *etc, sortitis servatum fuisse, mox vidimus. Enimvero ego non dispicio, quid ad hoc argumentum negativum solide possit reponi, ut verisimile fiat,* S. Reparatæ, *Protectricis titulo, cultum seculo* XIII *Hadriæ jam viguisse.*

*Sorricchius ejusdem festi originem repetit a pace.*

69 *Rejecta in hunc modum suorum civium traditione, Sorricchius ejusdem festi originem non aliunde repetendam putat, quam a conciliata seculo* XIV *inter ipsos cives pace, quorum alii Guelphorum, alii Gibellinorum partes secuti, patriam suam misere discerpserant; hancque*



AUCTORE C. S.

*suam opinionem variis argumentis firmat, quorum præcipua ego hic ex Italicis Latina subtexo.* Primo *(inquit)* in diplomate, dato Neapoli die XIV Junii, anni MCCCLII, rex Ludovicus et regina Joanna I, a nostro Communi rogati totis viribus studuerunt Hadriæ pacem, tranquillitatemque inter cives stabilire, quam maledictum partium studium infelicissime pessumdederat. Hunc in finem dignati sunt primo gravissimas pœnas, quas male consulti partium sectatores plurimis suis delictis incurrerant, remittere, eamque gratiam ad totum proxime elapsum mensem Aprilem indictionis V extenderunt. Mandarunt similiter, ut publicum solemne instrumentum Pacis exsecutioni mandaretur ac firmaretur strictissima parendi obligatione sub pœnis nullo pacto remittendis, et juramentis invioiabilibus, aliisque rigidissimis formulis.

*seculo XIV facta inter cives, qui Guelphis ac Gibellinis partibus addicti*

70 Horrenda mentio, quæ in eo fit de crudeli vastatione civitatis, fremere faciet ætatem nostram, pleneque convincet de lamentabili exterminio, quod præcesserat. Audiamus relationem non vulgaris stragis inter ipsosmet cives. E
„ Sane syndici universitatis hominum civitatis
„ Adriæ, de Apruntina provincia ultra flumen
„ Piscarie, nuper in curia nostra presentes Ma-
„ jestati nostre nomine dicte universitatis expo-
„ suerunt devocius, quod faciente OLIM pacis emulo
„ et quietis invido turbatore inter HOMINES CIVES
„ ET INCOLAS DICTE CIVITATIS, SUIQUE DISTRICTUS;
„ sic insurrexerunt PARCIALITATIS DISCRIMEN, LIVOR
„ ET ODIUM, quod, subortis perinde scandalis
„ INTER IPSOS ALTRINSECUS, patrata sunt homici-
„ diorum crimina, PERCUSSIONES, INCENDIA, IN-
„ CURSUS, DISRUBATIONES, ET ULNERA, DIRUCTIONES
„ DOMORUM, RAPTUS ET VIOLENCIE MULIERUM,
„ ALIAQUE DAMPNA AC GRAVES INJURIE ET
„ OFFENSE; ob quem nedum CIVITATIS, SED
„ REGIONIS CIRCUMPOSITE LESUS EST STATUS
„ ENORMITER ET NOTABILITER PERTURBA-
„ TUS. „

*patriam suam gravissime*

71 In altero quoque privilegio ab iisdem regibus, eisdem die, mense annoque edito, ita præterea legitur: „ Quia tamen civitas eadem
„ propter EXORTUM in ipsa DUDUM PARCIALI-
„ TATIS DISCRIMEN ET EXCIDIA GRAVIA, per-
„ inde subsecuta, adeo in suis pinguibus facul- F
„ tatibus est exausta et pristina condicione de-
„ crevit .... quod ad subeunda, ut prius, pu-
„ blica onera impotens penitus est effecta. „
Hic ea vox DUDUM (uti infra melius exponetur) indicat excidium patriæ velut initio seculi XIV contigisse, sed perniciosos ejusdem effectus durasse toto mense Maio anni MCCCLII, quando iidem reges ex speciali gratia, ratoque consilio benigne laborarunt ad extinguendum incendium ab abominabili partium studio accensum, eoque pacto bona pacis inter efferatos cives instauranda.

*afflixerant, ut ex pluribus adductis instrumentis*

72 Secundo in publico ac generali conventu centum consiliariorum, die XV Februarii anni MCCCLXII in cathedrali ecclesia S. Mariæ habito, inter alia salubriter sancita certe sequens fuit: „ Item, quod nulla persona, masculus vel
„ femina, audeat vel presumat aliquo modo
„ vel colore nominare, sive CONTENDERE DE
„ PARCIALITATE, sive INJURIAM REIMPROPE-
„ RARE DE PRETERITIS ANNI TEMPORIBUS PA-
„ CIS ADRIE COMMISSE, contra formam capitulo-
„ rum ad penam in eis contentam. „ Acta civi-

AUCTORE C. S.

tatis fol. 6 a tergo. En igitur, cum ibi conciliata Hadriæ pax dicatur, merito creditur inter cives exarsisse bellum, quod aliquot annis antea sævierat. Sed quale bellum? Illud omnino, quod ex male sano Guelphorum ac Gibellinorum partium studio gestum fuerat; quam ob causam viris feminisque vetitum fuit quocumque prætextu ea de re contendere; imo vel leviter nominare sub pœna in Capitulis municipalibus sancita.

*probat;*

73 Tertio rex Ladislaus, qui civitatem nostram Hadrianensem anno MCCCXCIII Antonio Aquaviva vendiderat, antiquum illius splendorem considerans, simulque calamitates, quas illa perniciosas discordias sectata, sponte sua incurrerat, miseratus, in diplomate dato Neapoli die XX Januarii anni MCCCCIV sic fatus est: « DUDUM civitatis « Adriæ de dicta provincia Aprucii, ultra, prout « ejus vestigia et antiqua indicant fundamenta, « suique amplitudinis situs et ambitus, magna « fuit, ac civibus, incolis et accolis copiosa. De- « mum vero operante PERVERSA TEMPORUM QUALI- B « TATE ET ABHOMINANDA FACTIONE ET PARTIALITATE, « QUE MALE ET NON ABSQUE JACTURA DIU VIGUIT « IN EADEM, fuit populo et habitatoribus mul- « tipliciter diminuta; ex quo oportuit, ipsos re- « stantes cives et incolas, primis et vetustis relictis « membris, se restringere, loca plurima inhabitata « relinquere, et civitatis corpus ad loca forciora « et confertissima cultu et incolatu reducere et « arctare. »

*quas partes vel nominare severe vetitum fuit.*

74 Subsecutis etiam temporibus nomina GUELFORUM ac GIBELLINORUM in civitate nostra tam probrosa et abominanda fuere, ut usque in annum MCCCCXXX severis edictis, quæ gubernatores singulis annis promulgabant, gravis pœna unciarum decem (seu trecentorum ducatorum nostrorum) infligeretur, TOTIES QUOTIES, ea proferentibus, ac præterea etiam aliis, qui eadem proferri audientes, id non illico vel duci vel gubernatori denunciarent. Audi hujus severi capituli formulam: « Item quod nullus, sive nulla persona de « dicta terra debeat vel persumat NOMINARE par- « tem GELFAM, neque GIBELLINAM in dicta civi- « tate vel ejus districtu ad penam decem uncia- « rum pro quolibet et qualibet vice: ET SI QUIS « AUDIERIT NOMINARE PARTEM PREDICTAM modo pre- « dicto et magnifico domino nostro Josie, et do- « mino capitaneo non reportaverit infra duos C « alios dies, ad similem penam volumus incurrere; « et si dixerit domino capitaneo in termino predi- « cto, habeat tertiam partem pene predicte. » Ex libro Resolutionum publ. an. MCDXXX, fol. 2 a tergo. Tam severe igitur decretum fuit adversus eos, qui, sive casu, sive attento animo, pene post seculum funestam illam memoriam renovaturi essent. Et quid præterea statui potuit eo tempore, quo excidia ista maxime efferbuerant?

D

## § V. Reliqua adversus traditionem Hadrianensium argumenta Sorricchii, cujus sententiæ subscribendum credimus: quid de reliquiis S. Reparatæ Hadriæ honoratis censendum videatur.

*Pro Sorricchii sententia faciunt*

*Mitto plura Sorricchii argumenta ad confirmandum calamitosum seculo* XIII *Hadrianensis civitatis statum, in quo Saraceni certe nullam partem habuerunt, recensere, quæ omnia ipse producenda censuit, ut doceret, longe aliam, quam quæ civibus suis videatur, eamque gravissimam fuisse causam* S. Reparatæ *patrocinium plorandi, eoque felicissime impetrato, eamdem velut præcipuam civitatis Protectricem adsciscendi et annua solemnitate honorandi. Ut id ita* E *factum esse persuadeat, in primis observat omnino verisimile esse, plurimos, qui inter Hadrianenses pii pacisque amantes erant, cum nulla humana opera posse se tot tantisque malis mederi agnoscerent, tandem ad divinam opem pro restauranda civium suorum concordia fervidis votis recurrisse, ac potens Sanctorum patrocinium implorasse; ac in primis* S. Reparatæ, *quæ tunc temporis, ut supra vidimus, in magna erat apud Florentinos veneratione, et primariæ Patronæ titulo, ob collatum eorumdem civitati memorabile beneficium, cathedralem ecclesiam suo nomine dedicatam habebat.*

*instrumentum publicum*

76 *Subsecuta mox pace,* magistratus ac universus populus Hadrianensis (*ita ipse prosequitur*) persuasum habentes, admirabilem hanc pacificationem potentissimo S. Reparatæ patrocinio omnino deberi, voluerunt ipsam cultu vere religioso honorare, ac principalem civitatis suæ Protectricem adsciscere, facto ea de re municipali decreto, ut Acta debitæ Gratiarum actionis ad posteros transmitterent una cum bene ordinata simul ac magnifica pompa triumphali F et devotissima solemnitate. Proinde non multo tempore, id est, triginta vel quadraginta annis, post, seu die V Aprilis anni MCCCLXII, cum ante inducta S. Reparatæ festivitas esset celebranda, in publico senatu habitus sermo fuit, inter autographa civitatis Acta hactenus servatus, in quo fol. 25 sic legitur: « Cum DUDUM « factum fuerit capitulum de festo celebrando « quolibet anno in perpetuum ad reverentiam « Dei, Virginis Marie, et BEATE REPARATE « die XI mensis Aprilis; et die Lune proxime « ventura sit XI dicti mensis, qui modus ser- « vandus sit in faciendo et celebrando dictum fe- « stum PRO PERPETUA MEMORIA PACIS CIVITATIS « ADRIE. »

*civitatis Hadriæ seculi XIV.*

77 Duo in hoc texto ad propositum nostrum opportune observanda veniunt. Primum est ista particula DUDUM, quæ non indicat tempus longissimum centum annorum, ac multo minus etiam magis immemorabile, cujus certa non habeatur notitia lapsu aliquot seculorum. Vox DUDUM refertur ad certum annorum spatium, cujus meminisse possint senes, vel certa haberi notitia ex traditione, ab hisce ad suos liberos transmissa

A transmissa, nec longius repetita. Solet illud spatium ex sententia auctorum, ac nominatim legum peritorum, fere circumscribi intervallo annorum triginta aut quadraginta, quodque annos quinquaginta non excedat, sicut Jacobus Gotifredus multis in locis codicis Theodosiani docet. Quam ob causam confidenter dicam, admirabilem illum *(reductæ pacis)* eventum potuisse incidisse in annum MCCCXXX, vel MCCCXX, aut ad summum propius versus annum MCCCX, seu recepto apud doctos loquendi more, circa initium seculi decimi quarti.

*vetus Necrologium,*

78 Huic nostræ opinioni probe favet registrum canonicorum in sæpe laudato Necrologio, in quo ad diem XXIV Novembris anni MCCCXXXI sic aiunt : « Accorimbonus Nicolai Thomei. Gervasius et Ber- « nardutius frater ejus. Arizonius de Podio. An- « dreas Testa. Nicolaus de Francisco : qui omnes « obierunt apud Sulmonam PROPTER DEPOPULATIO- « NEM ADRIE. » Hæc depopulatio contigisse potuit una annorum decade prius, ac proinde circa annum circiter MCCCX. Secundo observanda est ratio, cur isti Majores nostri sacrum cultum et magnifi-

B cam festivitatem annuam perpetuo celebrandam stabilierunt; quæ non altera in Actis publicis allegatis fuisse legitur, quam ut honorarent memoriam prodigii penitus exstirpatæ per Sanctam vastatricis discordiæ, simulque restitutæ PACIS nostræ civitati Hadrianensi, quæ antea implacabilibus odiis, mortalibus inimicitiis, propriamque patriam destruendi studiis pessumdata videbatur.

*et alterum instrumentum seculi XVI.*

79 Perseverabat seculo XVI eadem ratio devoto solemnique festo quotannis renovandi memoriam ejusdem PACIS a Sancta aliquando procuratæ. Hujus rei nos certos faciunt capitula municipalia anno MDXXXI edita, quæ hactenus supersunt manu scripta, ac in pleno fere vigore suo perseverant. In iis cap. 6 clarissime leguntur hæc verba : « Verum quia Universitas in « Octava quoque Resurrectionis Domini, et in « sequenti die quotannis venerari decrevit, ac ita « conclusum, iccirco festivitas ista et a venera- « bili clero *et* toto populo Hadriano, cum omni, « quo potest te decet, honore unanimiter cele- « bretur, convocenturque etiam his diebus cle- « rici omnes, ac cujuscumque Ordinis Religiosi,

C « qui huc occurrerint venire, ut laudent Domi- « num Deum nostrum, beatamque Virginem Ma- « riam, et BEATAM REPARATAM, ET OMNES SAN- « CTOS PRO PACE ET REIPUBLICÆ BONO, cum « solita hujus nostræ Advocatæ martyrii repræsen- « tatione; celebrenturque dies isti cum sanctis et « devotis concionibus, seu prædicationibus etc. » En tibi clare expositum, quo modo Hadrianenses seculi decimi sexti diem gloriæ S. Reparatæ dicatum celebraverint in Octava Paschæ Resurrectionis ex præscripto capituli ac decreti publici, nec alia de causa, quam PRO PACE et BONO NOSTRÆ COMMUNITATIS : nihil vero dicitur de memoria crediti triumphi, vel liberationis a perfidis SACRACENIS.

*Hactenus allegatis a Sorricchio,*

80 *Nunc tandem, quid ex præmissis omnibus statuendum nobis videatur, dicamus. Hadrianensium traditio de instituto* S. Reparatæ *Triumphi festo propter Hadriæ obsidionem Saracenicam ejusdem ope tam mirabiliter solutam, antiquo caret teste, nititurque historia Rerum Saracenicarum scriptoribus ignota, a quibus tamen nec facile ignorari potuit, si contigerit, nec, si nota fuerit, debuit omitti. Secundo, si festum illud ab eodem miraculo originem suam haberet, longe esset seculo* XIV *antiquius; sed ita non esse, verisimillimum fit ex alto silentio monumentorum veterum, quorum nullum profertur medio seculo* XVI *anterius, in quo ejusdem festivitatis mentio fiat, ac in hoc quoque posteriori dicitur illa* pro perpetua memoria pacis civitatis Adriæ *celebranda; nullo prorsus addito verbo de tam prodigiose soluta civitate ab obsidione Saracenorum. Quam autem potiorem hujus silentii rationem credamus, quam, quod etiam medio seculo* XIV *vel nondum nata fuerit, de qua agimus, traditio, vel ab Hadrianensi senatu, velut nova et a veritate aliena, minime credita.*

AUCTOR C. S.

*tam negativis,*

81 *Tertio si tam antiqua apud Hadrianenses sit* S. Reparatæ, *velut præcipuæ civitatis Protectricis, veneratio, quis satis miretur, non modo nullum inter altaria seculo* XIII *in novo templo ei erectum fuisse, verum etiam nullam feminei sexus, contra omnium aliarum civitatum consuetudinem,* Reparatæ *nomine appellatam in Hadrianensi Necrologio, quod ab eodem seculo* XIII *medio orditur, reperiri. Contra vero luce meridiana clarior ratio est in sententia Sorrichii, ex qua alunde, quam a depulsis a civitate Saracenis origo* E *festi repetenda est, multoque recentius* S. Reparatæ, *velut præcipuæ Protectricis, receptus Hadriæ cultus; ut proinde de Saracenica obsidione, etiamsi hæc vere contigisset, non nisi ineptе, meminisse potuerint Acta publica, quæ de festo Triumphi* S. Reparatæ *agunt, nec omnino de eodem festo mentionem facere queant instrumenta seculo* XIV *antiquiora, cesseтque omnis ratio admirandi, quod eodem seculo* XIV *antiquiores Hadrianenses nec altare in nova ecclesia eidem Sanctæ dedicaverint, nec filias suas ejusdem nomine appellaverint; quippe quæ tunc temporis nondum præcipuæ Protectricis titulum, imo forte nullum omnino cultum, Hadriæ obtinuerat.*

*quam positivis, argumentis*

82 *Hactenus de argumentis negativis (ut vocant) nunc positiva expendamus. Civitati Hadrianensi post gravissimas calamitates, quas a Guelphis ac Gibellinis passa fuerat, restitutam seculo* XIV *nondum medio fuisse pacem ac concordiam, probant adducta a Sorricchio Acta publica; nec quisquam merito negaverit, hanc dignissimam causam fuisse, cur* S. Reparata *ejusdem civitatis Protectricis titulum obtinere, atque annua* F *ipsi festivitas perpetuo celebranda decerni potuerit, si hunc felicissimum eventum Hadrianenses ipsi revera debuerint, aut saltem acceptum retulerint. Retulisse autem suadent prima ejusdem festivitatis* pro perpetua memoria pacis civitatis Adriæ *ex decreto,* dudum *ante facto, quolibet anno Hadriæ celebrandæ mentio in instrumento, paulo post medium seculum* XIV *(ut præmissum est) confecto, quæque de ejusdem Sanctæ insigni cultu et eadem festivitate, quorum nulla eodem seculo vetustior profertur memoria, deinceps ad hæc nostra usque tempora continuatis, supra produximus ex Sorricchio.*

*diligenter expensis,*

83 *Adhæc eodem seculo* XIV, *non solum altare, quod non fecerant seculo* XIII, *Hadrianenses ei dedicarunt, verum etiam ecclesiam erexerunt, eodem teste Sorricchio, cujus verba rursum ex Italico sermone subjicio.* Non prætermiserunt *(inquit)* ejus temporis *(seculi* XIV*)* Hadrianenses devotum ipsi elegansque operis Gothici templum ædificare, memores prodigiose restitutæ inter eos pacis, ac velut Sanctæ cælo donatæ, quam singularem Patronam sibi elegerant. Quod templum

AUCTORE C. S.

templum ea architectura belle exstructum, hujus labentis seculi (XVIII) initio cives nostri ad hujus temporis architecturæ normam reducere voluere : at nescimus, an in meliorem statum redegerint, saltem quod ad frontem spectat, quæ plurimum cedit priori, quam e marmore elegantissime elaboratam diruerunt.

*ejusdem opinioni adhæremus.*

84 Primam hujus ecclesiæ mentionem, quæ in nostra Collectione antiquitatum occurrit, invenimus in scapo quinque foliorum chartæ e lino confectæ . . . scripto anno MCCCLV, qui in archivo civitatis supererat. In hujus folio 2 a tergo legitur Antonius Altonato a Communitate tunc temporis fuisse constitutus ad recipiendam pecuniam ad ædificium ecclesiæ BEATÆ REPARATÆ destinatam. Summam pecuniæ ibidem in varias portiones partitam nihil opus est hic referre ; sed manifeste apparet, ecclesiam communis Protectricis eo anno nondum fuisse penitus perfectam. Adhæc in eadem Antiquitatum Collectione transcriptum instrumentum est diei XXV Junii anni MCCCLVII, quo contractus factus est in claustro ejusdem ecclesiæ. Annis subsecutis in non uno testa-
B mento invenimus, fideles Hadrianenses pie motos fuisse, ut aliqua legarent, aut saltem facem donarent ecclesiæ servatricis suæ, S. REPARATÆ. *Hæc Sorricchius, quæ omnia qui conferre voluerit cum instrumentorum Hadrianensium, eodem seculo* XIV *antiquiorum, silentio de* S. Reparatæ *apud eosdem veneratione, non difficulter (opinor) ipsi consentiet, relicta vulgari, nec satis antiqua, traditione, quæ originem cultus ejusdem Hadriæ repetendam asserit a liberata civitate obsidione Saracenica, scriptoribus ceteris æque ignota.*

*Exhibentur conjecturæ verisimiles*

85 *At, inquies, si hæc sic se habeant, qua ratione potuit ista Hadrianensium de annuo* S. Reparatæ *in memoriam liberatæ Saracenorum obsidione civitatis instituto festo traditio introduci? Fateor : id non ita facile dictu est; non tamen inepta sunt, quæ hanc in rem observavit Sorricchius. Ipsum audiamus.* Quantum nobis *(inquit ille sermone Italico)* verisimilius apparet, potuit ista de Saracenis opinio in civitate nostra duobus tribusve modis nasci, quos solis veritatis, non mirabilium rerum humanarum eventuum, amanti-
C bus, exponam. Supra ex irrefragabilibus testimoniis probavimus, seculis XIV et sequenti nomina factionum, a quibus tot mala stragesque patria nostra passa fuerat, tam odiosa fuisse, ut vel sola eorum memoria incuteret horrorem. Apud eosdem Hadrianenses, memores malorum, quibus Majorum suorum culpa afflicti fuerant, maxima atque atrocissima injuria habebatur, quempiam GUELPHUM aut GIBELLINUM nominare ; quique id faceret, severissime plectebatur; imo nec licitum quidem eis erat ista nomina pronuntiare; quin in pœnam trecentorum ducatorum inciderent, ut ostendimus.

*de ratione, qua Hadrianensium*

86 Adhæc tenebantur Hadrianenses Triumphum Protectricis suæ S. Reparatæ ob restitutam afflictæ civitati PACEM quotannis solemniter celebrare ; sed non propterea licebat eis vel uno verbo indicare, propriisve nominibus memorare ipsos auctores, qui generalis stragis causæ fuerant. Quid igitur fecerunt prioris istius temporis cives inter has angustias constituti? Ex imagine, quam sibi formabant, inimicitiarum civilium, ob quas extinctas festum illud agebatur, quasque comparabant cum temporibus Saracenorum, de quorum horrendis facinoribus inaudierant, traditioni initium dederunt. Magis D
itaque abominandis GUELPHORUM ac GIBELLINORUM nominibus SARACENOS, gentem æque impotentis iracundiæ ac ferocitatis, substituerunt : ac forte etiam dicere licebit, Hadrianenses, illius temporis factionum sectatores, quotidianis intestinis bellis suis fuisse ipsismet Saracenis ferociores. Atque hæc traditio secundum conjecturam nostram potuit exeunte seculo XVI inchoari, deindeque usque ad ætatem nostram magis crescens debuit altiores radices egisse in piorum animis, adeo ut hoc nostro tempore gravem impietatem illi reputarent, velle eam vel leviter dedocere. Ad fidem huic rei faciendam concurrerunt etiam sacri oratores, qui in annuis concionibus suis studiosissime conati sunt eam ex viva fecundi ingenii sui imaginatione semper magis magisque stabilire.

*de S. Reparatæ apud eos festivitatis origine*

87 Alterum hujus traditionis basim credidero probabiliter fuisse, quod Hadrianenses scirent, parem S. Reparatæ cultum Nicææ in Provincia exhiberi, cujus similis liberatio ab obsidione Saracenica narrabatur. Novimus certe, omnesque historici unanimi consensu confirmant, Saracenos excursiones in Provinciam fecisse, in eaque tandem etiam sedem fixisse. Hinc non difficile E
cuiquam creditu videri debet, cum cultus sanctæ Protectricis ea in civitate ab antiquissimo tempore propagatus fuerit, ibidem ab illa ejus generis patratum miraculum fuisse, cujus fama ad nostram usque ætatem pervenit. Nec fortasse quisquam a vero dissimile esse dixerit, majores nostros, studio amplioris gloriæ Protectricis suæ ductos, stupendum istud prodigium e Provincia in hanc nostram regionem transtulisse. *Hactenus Sorricchius : ego vastatam a Saracenis Nicæam Provinciæ etiam lego apud Sigonium lib.* 4 *de Regno Italiæ, ad annum* 813, *atque hinc apud Jofredum in ejusdem civitatis Monumentis sacris illustratis, pag.* 32; *sed nec apud hos, nec apud alios, quidquam reperio de repulsis ab eadem civitate ejusdem Sanctæ ope Saracenis, aut miraculo, cujus fama ad nostram usque ætatem pervenerit, quodque Hadrianensibus seculo* XIV *ad suam illam traditionem comminiscendum præluxerit.*

*traditio nata fuisse videri possit.*

88 *Si cui ista Sorricchii conjectura non placeat, ipsemet adjungit et alteram, nimirum fortasse Hadrianenses eam traditionem commentos esse exemplo Florentinorum, qui eodem seculo* XIV *credebant, civitatem suam, cæso cum exercitu ducentorum millium barbarorum Radagasio, qui eam obsederat, die* S. Reparatæ *sacra liberatam fuisse, ac propterea ecclesiam cathedralem eidem Sanctæ dicatam, teste Matthæo Villanio; qua de re vide dicta superius* § III. *Censet itaque Sorricchius, non mirandum esse,* si, quod de rege Radagasio cum ducentis millibus Gothorum, Suecorum et Vandalorum narrabant Florentini, id simili modo narraverint Hadrianenses de furibundo duce Mirocco cum numerosissimo exercitu centum et octoginta millium Saracenorum, quos posterioribus temporibus in scenam produxerunt. *Hactenus laudati viri conjecturæ, sane verisimillimæ, quas si quis respuendas putet, producat alias; nam Hadrianensium de obsessa a Mirocco Saracenorum duce, liberataque per* S. Reparatam *civitate eorum, traditionem, seculo* XIV *antiquiorem non esse, neque ullo vetustiori, quod quidem productum viderim, monumento nixam, probant, quæ hactenus produximus*

A *produximus in medium.*

*Corpus S. Reparatæ V. M.,*

89 *Superest, ut ex eadem erudita Dissertatione historico-critica aliquid addamus de sacris ossibus, quæ* S. Reparatæ *esse creduntur vel credita fuere, Hadriæ honoratis. Sorricchio teste, Hadrianenses, dum de facienda suæ sanctæ Protectricis statua argentea (de qua supra dictum est) agerent, solliciti fuere, ut ejusdem reliquias, quas nullas se habere agnoscebant, eidem statuæ includendas, per Cardinalem Octavium I Aquaviva Romæ impetrarent; sed frustra. Tandem anno* MDCVII *Claudius Aquaviva, Societatis Jesu præpositus Generalis, obtentum a Paulo V summo Pontifice sacrum cujusdam sanctæ virginis ac martyris,* Reparatæ *dictæ, corpus impetratum, laudatique Cardinalis Octavii Aquaviva sumptibus decenti lipsanothecæ inclusum, una cum ejusdem summi Pontificis, ut illud publicæ veneratione exponi posset, approbatione, Hadrianensibus donavit, hique magno cum gaudio, velut suæ Protectricis esset, susceperunt.*

*quod Hadrianenses seculo* XVII *Roma jacceperunt,*

90 *Scripserat hac super re idem Claudius Aquaviva binas litteras, unas ad Universitatem civitatis Hadrianensis, quas in publico archivo non amplius inveniri affirmat Sorricchius; alteras, quas ibidem recitat, ad capitulum et canonicos ejusdem civitatis, quæ ex sermone Italico Latine verbatim versæ sic habent :* Multum reverendi domini. Pater rector (*collegii Hadrianensis Societatis Jesu, nomine, ut postea dicitur, Hieronymus Alaleone*) portat secum corpus sanctæ Reparatæ, virginis ac martyris; cum suo instrumento authentico, ut possit publice exponi; quamvis autem mittatur civitati, vestris tamen dominationibus tradi debet, ut in vestra ecclesia collocetur, pro qua ego illud procuravi : officii mei esse duxi, mihi vobisque gratulari de tanto thesauro comparato, deque augmento, quod futurum spero, devotionis pietatisque in civibus ac populo, ac proinde etiam donorum gratiarumque cælestium in omnibus per merita et intercessionem hujus Sponsæ Christi Domini nostri; a quo omne verum bonum flagito, ac denique me ad obsequia dominationum vestrarum promptissimum offero. Multum reverendi... Romæ 1 Junii MDCVII... Servus addictissimus in Christo... Claudius Aquaviva.

B

*verisimilius alterius sanctæ Virginis martyris est,*

91 *Docet Sorricchius, corpus illud minime integrum esse; neque id in mox recitatis litteris Claudius Aquaviva asseruit.* Corpus *tamen appellavit satis recepto more (non tamen probando)*

C *quo major, aut etiam solum magna, corporis pars* Corpus *liberalius appellatur. Si pater Hieronymus Alaleone idem istud (ut notat Sorricchius)* Corpus integrum *dixerit, errasse potuit. Censet præterea (quod majoris momenti est) prædictum sacrum corpus, sive integrum, sive magna sui parte minutum sit, non esse* S. Reparatæ *virginis et martyris Cæsareensis, ab Hadrianensibus Protectricis titulo cultæ, sed anonymum quoddam, e cœmeteriis Romanis acceptum, cui* Reparatæ *nomen tum fuerit impositum. Neutrum sane ex allegatis Claudii Aquaviva litteris affirmari potest; nam nec in eis dicitur illud* S. Reparatæ Cæsareensis *esse, nec, unde acceptum sit, legitur.*

*quam Cæsareensis;*

92 *Mihi tamen etiam verisimilius apparet, non esse celebris Virginis Cæsareensis, quod de hujus Romam translatione nihil uspiam legerim sed alterius esse, in Romanis cœmeteriis cum adjectis virginitatis ac martyrii laureis repertum : non enim alias pro* Virginis *ac* Martyris *corpore publice exponi permissum fuisset. Verum ambigi potest, an etiam cum* Reparatæ *nomine inventum fuerit, tum quod raro contingat, ut in cryptis illis adscripta sacris corporibus nomina reperiantur; tum quod vox* Reparata *unum ex appellativis sit, quæ omnibus Sanctis communia sunt; qualia scilicet ejusmodi sacris corporibus, dum extrahuntur e cryptis, solent imponi. Certiora fortasse docebunt vel Pontificiæ Pauli V pro approbatione cultuque earumdem Reliquiarum, vel Claudii Aquaviva ad universitatem civitatis Hadrianensis datæ litteræ, si supersint.*

AUCTORE C. S.

*nec quidquam certi scimus de aliis reliquiis ejusdem nomine ibidem honoratis.*

93 *Etiam minus scio, quid dicendum sit de aliis cujusdam* S. Reparatæ *ossibus, Hadriæ pariter in monasterio puellari honoratis, de quibus hæc insuper habet laudatus Sorricchius :* Nondum quadraginta anni elapsi sunt, ex quo quidam pater Candidus, Ordinis Minorum Reformatorum, quem novimus, comparavit sibi (nescimus, quomodo) principalia ossa S. Reparatæ cum authenticis litteris cujusdam episcopi, cujus nomen nunc mihi excidit e memoria. Erant illa tamen reposita in urna e ligno inaurato et decenti. Laudatus pater, dum domi nostræ erat, dixit, se velle illa donare dominæ D. Marcianæ Aquaviva, quæ tum temporis abbatissa præerat monasterio monialium S. Petri. Ita omnino factum est, ut diximus, et in eodem monasterio dicta sacra ossa pio cultu pariter servantur.

E

# ACTA

## SUBLESTÆ FIDEI,

## Auctore anonymo,

*Ex vetusto codice Metensi a Martenio tom.* V *Thesauri Scriptorum veterum a col.* 741 *edita, et cum aliis Mss. collata.*

F

*Duodennis Christum coram præside*

Sub Decio præside *a* immanis fuit persecutio Christianorum. Ibidem *b* quædam erat virgo, nomine Reparata, annorum duodecim; hilari mente erat, corpore casta, Christum adorabat amplius, quam negaret *c*. Introiit ergo Decius præses in civitatem Cæsariensem : tunc venerunt omnes cives *d* ad eum, et dixerunt ei : Hæc Virgo deridet deos nostros, invictissime; et adorat nescimus quem qui dicitur Christus. Tunc jussit Decius præses, Puellam ad se venire; et cum eam videret pulcherrimam esse, sermonibus blandis cum ea loqui cœpit, dicens : Puella, o felix est mater, quæ te nutrivit! et ideo ego novi, quia nobili genere orta es, accede huc, et sacrifica diis immortalibus.

*a*

*b*

*c*

*d*

*libere confessa.*

2 Sancta Reparata respondit : Ecce enim, sum plus, minus, annorum duodecim; sufficit mihi jam, transituram vitam vidisse; aliam spero, fidens in eum, qui me voluit nasci ex utero

A. ANONYMO. tero matris meæ, et me ipsam desidero immolare Domino Deo meo, Jesu Christo *e*. Notum tibi sit, inimice Dei excelsi, quia te, et omnes tibi consentientes *f* perdet. Decius præses dixit: Antequam pereas, consule tibi. S. Reparata respondit: Ego non me possum consolari; consolabitur *g* me Dominus Deus meus, qui pro nobis dignatus est mori. Decius præses dixit: Si verus est Deus, in quem credis, quomodo in terram descendit *h* et passionem suscepit? S. Reparata respondit: Passionem suscepit, ut nos de laqueo mortis liberaret: induit se formam servitutis ut ad libertatem omnes perduceret.

*nec minis mota,*

3 Decius præses dixit: Abnega ergo, quem dicis, Christum, et immola diis immortalibus. S. Reparata respondit: Anathema, tu immola diis tuis, stercore plenis: ego autem non cessabo confiteri Dominum meum Jesum Christum, in quem confidit anima mea. Ipsi parata sum immolare hostiam laudis. Decius præses dixit: Vide, quanta tormenta possis sustinere. S. Reparata respondit: nullo modo me confundis, sed magis confirmas animam meam *i*. Decius præses dixit: Plumbo ollam implete, et calefactam ante eam afferte. Primam *k* pœnam illi B ostendite; et, si sacrificare noluerit, sic eam perfundite. S. Reparata respondit: Deus verax est ad liberandam Ancillam suam, et eruet me de hac pœna. Hæc cum dixisset, continuo exhibuit *l* plumbum.

*varios gravissimosque*

4 Decius præses dixit: Qualis duritia Virginis, quæ malis tormentis sibi ingerit sententiam *m*. S. Reparata respondit: Ego malis tormentis sententiam non intro *n*; sed plurimum adjuvor a Domino meo. Decius præses dixit: Lampades accendite, et mamillas de pectore ejus abstollite *o*. S. Reparata respondit: Frigidus est ignis tuus; me autem amplificavit caritas Christi, quem spero videre. Decius præses dixit: Caminum accendite, et per ignem eam deficite *p*, quo usque pereat. Cumque adimpleretur præceptum præsidis, et duceretur Puella, et dum introiret, cœpit psallere in camino, dicens: Sicut cedrus exaltata sum super Libanum, et sicut cypressus in montem Syon, quasi myrra dedi suavitatem odoris: et tu, Domine Jesu, fac mecum misericordiam, sicut fecisti Sydrac, Misac et Abdenago: et deambulabat, quasi super rorem *q*.

C 5 Decius vero ante prætorium deambulabat: proxime locus erat ibi, ubi fornax accendebatur *r*; cumque audisset eam psallentem in virtute Dei, dixit ad suos: Ecce, qualis Virgo in malis suis: credo, victi sumus: machæram afferte, et viscera ejus frustate *s*. Et fecerunt, sicut præcepit: et continuo resolidata sunt membra ejus *t*. Tunc S. Reparata respondit: Hæc sunt tormenta tua, antiquissime veterate dierum *u*? Nihil me potes nocere; sed magis confortas animam meam. Decius præses dixit scubitoribus *x* suis: Novaculam afferte, et decalvate eam, et per publicanos *y* ducite eam. S. Reparata respondit: Ignominias sustineo, et decalvata in publico *z* pervenire cupio: scio enim, qualiter pro hoc, quod patior, quomodo *aa* a te exiget Deus meus, Jesus Christus, inimice Dei.

*illæsa mirabiliter superat*

6 Decius præses dixit: Si ad deformitatem metuis venire, accede, et immola diis invictissimis. S. Reparata respondit: Audisti, quia dixi tibi: Non immolo diis tuis; sed Deo offero sacrificium mundum, et victimam jubilationis. Vi- D de autem, quid facias; quia in conspectu Judicis mei causam tecum dictura sum. Multi vero ibidem circumstantes compuncti corde territi sunt. Decius præses dixit: Miror, te tam duro corde esse: jam consule tibi, antequam pereas ab oculis nostris. S. Reparata dixit: O vis diaboli, quantis argumentis mihi insistis! Miser a facie Dei peristi. Decius præses dixit: Ducite verbosam, et decollate obnoxiam, et caput ipsius auferte ab oculis meis *bb*.

*bb*

*ac tandem capite plexa sepelitur a Christianis.*

7 Sancta vero Reparata, cum duceretur a spiculatoribus, ait: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui me de hoc sæculo peregrinationis ad te dignatus es perducere cum palma triumphi virginitatis *cc*. Audientes vero spiculatores percutiebant caput ejus, et cecidit *dd*: et continuo de collo ejus exivit columba alba, quæ primo eam confortabat *ee*, cum esset in certamine. Accedentes vero Chistiani pauci viri timorati rapuerunt corpus ejus et conditum aromatibus sepelierunt eum *ff*, et requievit in pace octavo Idus Octobris, regnante Domino Jesu Christo, cui est honor et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

*cc* *dd* *ee* *ff*

E

## ANNOTATA.

a *De nomine* Decii *consonant Acta Mombritiana, aliaque, sed hunc* cæsarem, *seu imperatorem faciunt ac Cæsareæ præsentem. Vide dicta in Commentario nostro prævio num.* 14 *et sequenti.*

b *Ubi? In nostro Fuldensi codice hisce Actis præfixus is titulus est:* Incipit Passio sanctæ Reparatæ puellæ, quæ passa est in civitate Cæsariensi, Palæstinæ provinciæ *etc; ad quam proinde civitatem referenda ea vox* ibidem *est. Ceterum de hujus Sanctæ palæstra consule Commentarium prævium num.* 13.

c *Id est: Amabat Christum ardentius, quam ut periculum esset, ne eumdem negaret.*

d *Non hæc accuratum scriptorem, sed ineptum amplificatorem sonant: quis enim credat, sanctam Virgunculam Cæsareæ ab omnibus civibus (etsi solos gentiles indicet) accusatam fuisse?*

e *Ista sic habet codex noster Fuldensis:* Aliam videre spero: qui me voluit nasci ex utero matris meæ, ipsi desidero immolarf Domino Jesu Chri- F sto.

f *Ibidem:* Te et tuos omnes consentientes.

g *Ibidem:* Ego mihi non possum consulere; consolabitur *etc.*

h *Ibid. additur:* Ut homo.

i *Ibid.* Sed magis confortare Deus potest animam meam.

k *Ibid.* Primum.

l *Ibid.* exhibuerunt. *Apud Mombritium additur, Sanctam tum liquato plumbo perfusam, sed illæsam mansisse, plumbo mox frigido facto.*

m *In Fuldensi codice:* Ad duritiam cordis Virginis, quæ malis tormentis sibi ingerit; *moxque alia manu additur:* Jubeo dari sententiam.

n *Notat Marteneus, fortasse legendum esse:* Muto: *nec male. In Mombritianis hic inseritur etiam cruciatus alter, acetum scilicet fervens in os Virginis infusum, sed divinitus suave ac refrigerans redditum.*

o *In Fuldensi ad verbum* abstollite *alia manu adscriptum est:* Auferte.

p *In Fuldensi:* Dejicite: *in Trevirensi:* Di-

ver-

A versate.

q *In eodem ac in Ms. S. Maximini Trevirensis legitur :* Et deambulabas super eos, quasi ros. *De fornace Babylonica legesis cap.* 3 *Danielis.*

r *In Fuldensi :* Decius vero ante prætorium deambulabat, quod proximo loco erat ibi, ubi fornax incendebatur ; *sed vocula* quod *alia manu adjecta est.*

s *Id est :* in frusta concidite. *In Fuldensi adscriptum legitur :* Incidite.

t *Ut istis fidem adhibere queam, certiorem testem requiro : nam et parum verisimile est, tot tantaque tormenta continue sanctæ Martyri illata fuisse, nec ipsam interea aliquo tempore intermedio consulendi sibi gratia in carcerem detrusam, ut in aliorum martyrum Actis non raro legitur. Apud Mombritium nihilominus etiam alia præmittuntur tormenta ac miracula ; nempe candelas ardentes illius lateribus admotas fuisse, sed divinitus extinctas, quique eas admovebant, carnificum manus subito exaruisse ; tum eamdem insuper craticulæ subjectis ignitis carboni-*

B *bus impositam, pari modo incolumem evasisse ; hisque omnibus intermiscet varia Decii cum sancta Martyre colloquia, quæ omnia melius absunt ab Actis, quæ damus.*

u *In Fuldensi legebatur :* Antiquissime inveterator malorum dierum ; *sed pro* inveterator *alia manu* inveterate *substitutum est. Hic in Mombritianis Actis rursum alia inserta leguntur, orante scilicet Sancta, vehemens terræ motus factus,* maxima pars populi mortua *esse, manus carnificum emarcuisse, multique ad Christiana sacra conversi.*

x *In Fuldensi, sed diversa manu :* Excubitoribus.

y *Publicas plateas vel vicos intellige.*

y *In Fuldensi :* In publicum. A. ANONYMO.

aa *Ibidem additur :* Me ; *at vel sic vox* quomodo *abundat.*

bb *Mombritiana hic rursum alios præmittunt cruciatus, videlicet vivam calcem, fragmenta testacea, tripodes ferreas, plagarum frictionem, sinapi et aceti in nares infusionem, fustes spinosos ; adduntque denuo, carnificum alios cæcitate, alios, arescentibus manibus, divinitus punitos, quæ omnia ineptum interpolatorem arguunt.*

cc *In Fuldensi aliisque, cum quibus hic collatus fuit, codicibus hic additur :* Et flexo genu orabat, dicens : Domine Jesu Christe, recipe spiritum meum.

dd *In Fuldensi :* Percutientes caput ejus cecidit ; *pro quibus diversa manu substituta sunt hæc :* Percusserunt eam, et caput ejus cecidit.

ee *An igitur columbam illam Spiritum Sanctum fuisse, auctor censuit ? Rectius (si illa tunc vere visa fuerit) sanctæ Martyris animam per eamdem indicatam credidisset.*

ff *Hæc vox melius abest a codice Fuldensi. De sacri corporis sepultura consentiunt Acta Mombritiana iisdem pene verbis hoc modo :* Acce- E
dentes vero pauci Christiani, viri timorati, rapuerunt corpus ejus, et conditum aromatibus sepelierunt octava Idus Octubres, regnante vero Domino nostro Jesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto in Trinitate vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen. *Hæc Sanctæ sepultura apud Cæsaream Palæstinæ verisimillima est, neque ullam patitur difficultatem ; nec cum eadem componi potest ejusdem corporis ad Campaniam translatio, qualem adstruxit Antonius Sebastianus, episcopus Crotoniensis, nosque in Commentario prævio a num.* 37 *retulimus ac rejecimus.*

# DE S. ARTEMONE PRESB. M.

FORTE LAODICEÆ IN PHRYGIA

J. B.

## SYLLOGE

C F

### Fasti sacri, qui Sanctum memorant : ubi, quo mortis genere et quando vitam terminarit.

Sub Diocletiano. *Varii Fasti, quibus inscribitur S. Artemon,*

*Sanctum* Artemonem, *Seleuciensem in Pisidia episcopum, pridem Operi nostro insertum habes tom.* III *Martii ad diem* XXIV *ejusdem mensis ; hodie alterum, presbyterum et martyrem Laodicenum, damus, in sacris Græcorum aliisque Fastis non semel memoratum ; unde in Opere nostro ad hunc diem, quo tum in Menæis, tum in Martyrologio Romano signatur, rejectus fuit, primo quidem ad diem* XXIV *Martii, tum ad dies* XII *et* XIII *Aprilis. Menæis, in urbe Veneta Antonii Pinelli typis anno* 1603 *excusis, inscriptus est una cum prolixiore elogio ad diem* XXIV *Martii, et rursum ad diem* XII *Aprilis, denique ad diem* VIII *Octobris : at in Menologio, Basilii imperatoris jussu Græce edito, in Synaxario Sirmondi, in Catalogo Ms. Menologii monasterii Cryptæ Ferratæ ad diem* XII *Aprilis tantum ; ad diem vero* XIII *ejusdem mensis in Typico S. Sabæ, in gemino Rhutenorum Synaxario P. Georgii David, et Menologio Slavo-Russico Sparwenfeldii, uti in Kalendario Rhutenico apud Possevinum tom.* 2 *Apparatus sacri pag.* 366 *ad vocem* Rutheni. *Denique in Menologio Græcorum Sirleti ad diem* VIII *Octobris his verbis annuntiatur :* Eodem die natalis S. martyris Artemonis, qui fuit sub Diocletiano imperatore presbyter ecclesiæ Laodicenæ, propter Christi nominis confessionem detentus et in flammam ignis conjectus, martyrii coronam adeptus est. *E. Fastis Græcis primus forte ad Latinos* S. Artemonem *transtulit Galesinius, qui ad hunc diem ita habet :* Laodiceæ S. Artimonis presbyteri

AUCTORE J. B.

presbyteri et martyris : *dein in alia Martyrologia Latina recentiora Martyr noster migravit, inter quæ illum hodie sic annuntiat Romanum, quod hodie in usu est* : Laodiceæ S. Artemonis presbyteri, qui sub Diocletiano per ignem martyrii coronam accepit.

*presbyter Laodicenus,*

2 *Ex citatis autem monumentis fas quidem est colligere*, S. Artemonem *sacro in Ecclesia Orientali cultu olim non caruisse, et in Martyrologium Romanum non sine causa fuisse transcriptum. Martyrii autem, quod subiit, genus et adjuncta Græci aliquot ex citatis Fasti suppeditant, sed ita a se mutuo discrepantes, iisque subinde respersi fabulis, quæ risum magis, quam fidem sibi comparare sint natæ; ut certi vix quidpiam sit, quod de* S. Artemone *dicamus. Varia Græci illius elogia concinnarunt, quæ quidem,* S. Artemonem *presbyterum fuisse Laodicenum, et sub Diocletiano floruisse, unanimi consensione affirmant: sed quoad cetera plerumque discrepant. Sed nec ipsa, in quibus consentiunt, martyrii adjuncta satis explicate tradunt : hinc enim in primis dubium sit, quæ fuerit Laodicena ecclesia cujus* Artemon *presbyterum egit : cum enim*

B *multæ hujus nominis urbes fuerint in Oriente, nec quidquam occurrat uspiam, unde, quam ex illis* Artemon *et virtutibus suis et forte martyrio illustrarit, certo discerni queat, nihil quoque ea de re certi afferre possumus. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum* 308, *posteaquam Stephani, Laodicensis in Syria episcopi, ex Eusebio meminit, ita pergit.* Passi autem in eadem Laodicensi ecclesia hac persecutione reperiuntur Trophimus et Thalus sub præfecto Asclepiade *(imo Asclepio)* alia vero die ibidem pro fide Christi tuenda Artemon presbyter strenue concertavit.

*non, ut apparet, in Syria,*

3 *SS. Trophimum et Thalum non Laodiceæ Syriæ, sed Phrygiæ seu Cariæ ad Lycum fluvium passos esse, ad diem* XI *Martii pag.* 59 *recte ostendit Henschenius ex urbium Laodiceæ et Stratonices, quæ in eorum Elogio memorantur, in eadem regione vicinia. Illud vero ut scriberet Baronius, in causa fuit, ut opinatur Henschenius, major Laodiceæ, quæ in Syria est, celebritas. Quid si igitur et* S. Artemonem *Baronius, pari modo deceptus, Laodiceæ Syriæ falso adscripserit? Ita sane existimandum videtur, si modo* S. Artemonis *Elogiis, non dico in iis, in quibus aut a se*

C *mutuo discrepant, aut palam fabulosa sunt, sed et in iis, in quibus non dissentiunt, et erroris convinci nequeunt, quæ fides habenda sit. Convenit enim inter illa,* S. Artemonem *una cum Sisinio, Laodiceno antistite, urbe egressum, ad gentilium templum accessisse, ibique idola subruisse Eusebius autem, a Baronio laudatus, ea de Laodicenis in Syria episcopis tradit, e quibus Sisinium nullum eam sedem occupasse toto eo tempore, quo Diocletianus vel imperium tenuit, vel superstes in vivis fuit, id est, ab anno* 284 *usque ad* 316, *manifesto consequitur. Sic enim scribit Eusebius lib.* 7 *cap.* 32 *apud Valesium :* Defuncto dein Anatolio *(Laodiceno in Syria episcopo, qui, teste Hieronymo lib. de Scriptoribus ecclesiasticis cap.* 73 sub Probo et Caro imperatoribus floruit) postremus ante persecutionem episcopus ejusdem ecclesiæ factus est Stephanus; vir Philosophiæ quidem et Græcarum disciplinarum causa magnam apud multos gloriam consecutus : verum erga fidem Christi haud perinde animo affectus : quemadmodum, procedente persecutionis tempore, manifeste declaratum est, quo simulator potius et ignavus atque imbellis, D quam verus philosophus, apparuit.

*sed in Phrygia potius :*

4 *Stephano Theodotus, et quidem continuo, successit in cathedra Laodicena, hancque saltem ad annum* 325 *occupavit, ut ex Eusebio liquet, ita pergente :* At non ideirco ruitura erat ecclesia *(Laodicena Syriæ)* nam continuo eam restituit Theodotus, qui nominis sui et episcopalis officii veritatem rebus ipsis exhibuit; *vixitque usque ad annum saltem* 325, *quo apud Labbeum tom.* 2 *Conciliorum pag.* 51 *inter episcopos Cœlesyriæ subscriptus legitur. Quo igitur tempore, ex quo imperium Romanum Diocletianus moderari cœpit, Laodicenam in Syria cathedram occupare Sisinius potuit? Michaël le Quien tom.* 1 *Orientis Christiani pag.* 793 *Laodiceæ, quæ in Phrygia Pacatiana ipsi est, episcopos enumerans, quinto loco Sisinium recenset ex Elogio, quod* S. Artemon *Lequieni judicio Laodiceæ Phrygiæ ad Lycum fluvium adscribi debeat : neque vero id omni verisimilitudine caret. Aiunt enim Menæa ad diem* XXIV *Martii,* S. Artemonem, *superatis tormentis, ad maritimos Asiæ populos divino jussu secessisse, additque Synaxarium Sirmondi, eum in Asiæ, nescio, quo loco,* Βαλεῖνι *dicto, obdormisse in Domino : quæ vel de Asia Minori,* E *in qua Phrygia et Caria sunt, vel de Asia proprie dicta, in Asia pariter Minori ad mare Egeum sita; intelligenda videntur : apparet autem verosimile,* Artemonem *in regionem, non longe Laodicea distantem, abiisse. Adde, pro* Βαλεῖνι *forte legendum esse in Synaxario Sirmondi* Βάδουρα *quæ Cariæ civitas est, medio ferme spatio Laodiceam inter et littus maris, quod inter Rhodum insulam et Asiam Minorem fluit, sita. Memorant præterea Menæa* S. Artemonem, *una cum Sisinio Laodicea egressum, Dianæ templum adiisse, ibique Apollinis et Asclepii, seu, ut quibusdam placet, Æsculapii statuas evertisse : Laodicea autem Phrygiæ parum distat Hierapolis, cujus civitatis nummos Cellarius parte* 2 *Geographiæ antiquæ pag.* 93 *referre ait Apollinem, Dianam Ephesiam, Æsculapium et Hygeiam seu salutem; quorum forte cultum non ferentes Sisinius et* Artemon, *fanum aliquod, Hieropolim inter et Laodiceam, in Elogiis* Artemonis F *memoratam, Laodiceam Phrygiæ, Pacatianæ nimirum, aut secundum Ptolemæum Cariæ, fuisse verosimilius putem; esto in Lycaonia vel Pisidia, quæ etiam Asiæ Minoris pars est, altera occurrat Laodicea, cognomento* Combusta, *et episcopali olim pariter sede conspicua, ut arbitratur Carolus a S. Paulo. Nunc, quæ passus fuerit* Artemon, *e Græcis audiamus.*

*gesta ejus ex Menologio*

5 *Hoc illi ad diem* XII *Aprilis elogium texitur in Menologio Basilii imperatoris.* Ἀρτέμων τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἣν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, Πρεσβύτερος ὑπαρχων τῆς ἐν Λαοδικίᾳ ἁγίας ἐκκλησίας· πρὸ ἑνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ τῆς τελειώσεως αὐτοῦ, εἰσελθὼν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἑλλήνων μετὰ Σισιννίου τοῦ Ἐπισκόπου αὐτοῦ, κατέστρεψε τὰ εἰδωλα. Καὶ μαθὼν ταῦτα παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν ὁ τῆς χώρας ἄρκων, ἀπῆλθε κρατῆσαι τὸν Ἐπίσκοπον, καὶ νοσήσας ἐκινδύνευσεν. Εἶτα ἐμήνυσε τῷ Ἐπισκόπῳ εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ, εἰ τύχῃ ὑγείας, χρυσῆν εἰκόνα ἀναστήσειν αὐτῷ. Ὑγιάνας οὖν, ἀπῆρχετο πρὸς Καισάρειαν· καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν εὑρὼν Ἀρτέμονα, τὸν Πρεσβύτερον, ἐκράτησεν αὐτὸν· καὶ ὅτε ἔσυρε, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν

A τὴν πόλιν, ἀπέκλεισεν εἰς φυλακήν. Εἶτα ἠνάγκασεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν · καὶ μὴ πείσας, μέλη τινὰ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἔκτεμών, ὤπτησεν ἐν ἐσχάρᾳ. Καὶ τότε ἐκκαέντος λέβητος ἐπὶ τῷ ἐμβληθῆναι αὐτὸν καὶ καυναι, ἧραν ἀεταὶ δύο τὸν ἄρχοντα, καὶ ἀνέβαλον εἰς αὐτὸν · ὁ δὲ Ἅγιος ὀλίγον ἐπιδιοὺς, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. *Latine autem sic habet.*

*Basilii imperatoris,*

6 Artemon, Christi martyr, imperante Diocletiano, sanctæ ecclesiæ Laodicenæ presbyter fuit. Anno uno prius, quam martyrio sublatus fuit, una cum Sisinnio, episcopo suo, gentilium fanum ingressus, idola evertit; quod cum ex idololatris regionis præfectus audivisset, antistitem captum abiit, morboque correptus, in vitæ discrimen adductus est. Misit deinde, qui nunciaret episcopo, ut pro se oraret, seque illi, si incolumis fieret, ex auro statuam erecturum. Itaque sanitati redditus, Cæsaream profectus est, et offendens per viam Artemonem presbyterum, cepit, vinctumque in civitatem abductum inclusit in carcerem. Christum negare postea compulit, quo cum illum verbis flectere nequivisset, concisa partim ejus carne, assari eum jussit in craticula. Demum fervente jam olla, ut in eam

B comburendus projiceretur Artemon, præfectum aquilæ duæ sublimem rapuere, in eamque dedere præcipitem. Sanctus vero, cum pauco supervixisset tempore, vitam in pace finivit. *Annibalis Albani Cardinalis versio verba illa* μέλη τινὰ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἔκτεμών, ὤπτησεν ἐν ἐσχάρᾳ *ita reddit*: Membra aliquot ex ejus corpore exsecuit, et in craticula assavit: *quæ quidem interpretatio textus Græci verba reddit, sed non illius sensum: neque enim vero apparet simile, voluisse præfectum recisa a reliquo corpore aliquot* Artemonis *membra igne torreri, sic nempe nihil doloris S. Martyri allatura: ipsum vero Martyrem craticulæ ardenti fuisse injectum, aiunt Menæa ad diem* VIII *Octobris, ut infra videbimus. Ceterum satis quidem verosimile apparet hoc* Artemonis *Elogium, si tamen, quæ de duabus aquilis, quæ sublatum in aëra præfectum in ferventem lebetem injecerint, narrantur, excesperis: hoc enim ridiculum perinde ac fabulosum apparet.*

*et Sirmondi*

7 *Uberius de* S. Artemone *agit Synaxarium Ms. Sirmondi ad diem* XII *Aprilis. Ac primo quidem præfecti seu præsidis, cujus ille jussu*

C *suppliciis affectus fuit, nomen prodit, aitque dictum fuisse* Patricium. *Quid autem gesserit* Artemon, *hunc in modum explicat. Priusquam Martyrio afficeretur, una cum Sisinio in aliquo gentilium fano idola everterat: aliquamdiu post audiens id Patricius, ad Christianorum ecclesiam, quasi deos ulturus, properavit; at, periculoso morbo correptus, cohibuit impetum; misit, qui rogaret episcopum, ut pro se preces Deo funderet, pollicitus primo quidem statuam auream, et dein etiam, se in Christum crediturum. At, posteaquam Sisinii precibus sanitatem est consecutus, promissis haud stetit,* Artemonem *cepit et diis sacrificare jussit. Id se facturum, negavit* Artemon; *quippe qui jam annos sedecim lectorem, diaconum octo supra viginti, presbyterum denique egisset in Christianorum ecclesia annis quinque et viginti. Porro ingressus Asclepii templum* Artemon (*quo forte eum deduci sacrificii causa jusserat Patricius: alioquin enim capto* Artemoni *id liberum non fuisset*) *Asclepii statuam evertit, et dracones sustulit horrendæ magnitudinis, quos nempe aiebant* (*si credere lubet*)



*habuisse in latitudinem cubitos viginti, in longitudinem vero octoginta. Hanc excipit absurdior fabula. Ira percitus Patricius, dum* Artemonem, *cujus carnes incidi jusserat, in craticula dein assari jubet, adest Laodicea, cerva, quæ Patricium humana voce increpuit. Jubet ille cervam a militibus telis trajici: sed, exerrante telo, Patricii assessor confoditur: Patricius vero arreptus in aëra et in ardentem, quam* Artemoni *parari jusserat, ollam præceps actus, misere periit: sanctus autem Martyr, cum plures in excitato illic a se fonte sacro baptismo abluisset, ac prodigia plurima patrasset, in quodam Asiæ loco,* Βαλβίνη *dicto, martyrii sui finem invenit et migravit ad Dominum.* AUCTORE J. B.

8 *Atque hæc quidem, sed paulo fusius, de* Artemone *Sirmondi Synaxarium: si vero id cum Menologio Græcorum Basilii imperatoris conferatur, alterum alteri lucis aliquid suppeditabit. Menologium, qua ætate* Artemon, *et sub quo præside seu præfecto passus fuerit, prorsus silet: Synaxarium, ætate valde provectum et sub Patricio passum indicat. Utrum Laodiceæ, an alibi passus fuerit, in dubio relinquit Menologii auctor his verbis usus:* Καὶ ἀπαγαγὼν E εἰς τὴν πόλιν, *quæ sic reddi possent:* Et in civitatem (*nempe Laodiceam* Artemonem) reductum: *verti tamen* In civitatem (*puta Cæsaream*) abductum, *tum quod proxime Cæsarea fuerat facta mentio, tum quod Synaxarium, cum ait, ad locum, in quo torquebatur* Artemon, *Laodiceo venisse cervam, quæ Patricium præfectum increpavit, satis innuat, ea non Laodiceæ, sed Cæsareæ contigisse, quod etiam Menæa, de quibus paulo post, diserte affirmant. Ubi* Artemon *Patricii jussu captus vinctusque fuerit, tacet item Synaxarium: at Menologium id in via, quæ Laodicea* (*Phrygiæ Pacatianæ, ut arbitror*) *Cæsaream ducit, accidisse tradit. At quæ ista Cæsarea, quæ* Artemonis *in fide constantiæ testis atque spectatrix fuit? Cum non una tum in Asia universa, tum in Minori hujus nominis civitas occurrat, dubium id mihi plane est. Cæsaream in Phrygia invenio,* Diocæsaream *dictam, si tamen a Laodicea alia civitas est; alteram in Cappadocia, Hierocæsaream in Lydia, Neocæsaream in Ponto. Mitto, quæ in reliqua sunt Asia hujus nominis civitates.* *Synaxario exhibentur*

9 *Quis porro sit Asiæ locus,* Βαβίνη *dictus,* F *nisi forte fuerit* Βάλεσυρα, *reperire nuspiam potui: vitam hic finivit in pace* Artemon *paulo post suum cum Patricio præfecto certamen secundum Synaxarium, cui Menologium, tacito tamen, in quo obiit, loco, consonat: sed repugnant Menæa, quæ* S. Artemonem *postremo capite plexum fuisse tradunt: celebrant enim* Artemonem *ad diem* XII *Aprilis hisce versiculis:* *quo loco et mortis genere obierit,*

Εὗρε στεφάνους ἀντίτμητος * Ἀρτέμων, * ἀρθριτμητος
Πρέποντας αὐτοῦ τῇ τετμημένῃ κάρᾳ.
Reperit coronam, membra sectus Artemon,
Qualis decebat ejus exsectum caput.

*Rursum vero id ipsum tradunt ad diem* XXIV *Martii in Elogio S. Martyris mox dando: at cum eadem Menæa ad diem* VIII *Octobris, in Elogio S. Martyris altero, a seipsis dissentiant, et Sanctum post carnis sectionem et assationem in Domino quievisse, nulla facta capitis abscissi mentione, memorent, Menologio Græcorum, Synaxario Sirmondi, et Menæis ipsis loco proxime citato potius standum existimo. At gladio periit* Artemon, *si qua sit fides Cantico de* S.

AUCTORE J. B.

Artemone *Græce composito, quod apud nos e bibliotheca Cæsarea transcriptum exstat e codice membranaceo, Canones seu Cantica in Sanctos mensis Aprilis complexo : sic autem habet illud ad diem* XIII *Aprilis, inscribiturque* S. Artemoni Hieromartyri. Ὅπλα εὐσεβείας περιθέμενος, μάρτυς ἔνδοξε, ἐπολέμησας τὴν ἀσέβειαν, καὶ ἀθλητικὰ παρὰ Χριστοῦ εἴληφας βραβεῖα. ἀοίδιμε. Ἥρθης, ἀθλοφόρε, εἰς μετέωρον θείας γνόσεως, καὶ κατώπτασας τὰ μυστήρια Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ μύστης αὐτῶν γέγονας, Ἀρτέμων, ἀνότατος. Ἄρτιον φυλάξας τῆς πίστεως τὸ μυστήριον, καὶ ὁλόκληρον προσενήνοχας θῦμα ἑαυτὸν Χριστῷ τῷ Θεῷ ἵφει, Ἀρτέμων, τῆς ἀθλήσεως. Armis septus pietatis, Martyr gloriose, cum impietate bellasti, nactusque es pugilum a Christo coronam, Inclyte. Evectus, coronate pugil, ad divinæ scientiæ culmen, mentis sinu Christi Dei arcana concoxisti, et factus es eorum mystes, Artemon, supremus. Integrum servasti fidei mysterium, et integrum obtulisti teipsum Christo Deo sacrificium tui gladio, Artemon, certaminis.

*haud satis liquet,*

B

10 *Meminit hujus codicis Lambecius lib.* 8 *Commentariorum de Bibliotheca cæsarea Vindobonensi cap.* 12 *hunc in modum.* Duodecimus codex manuscriptus historicus Græcus est membranaceus pervetustus, elegans et optimæ notæ in quarto, constatque foliis ducentis et uno, atque ab Augerio Busbeckio, ut ipse solita manus inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo Canones sive Cantica sacra in Sanctos totius mensis Aprilis. *quos deinde ordine dierum recenset Lambecius. Denique ex inscriptione, ad calcem codicis exarata, recte colligit, illius auctorem vel collectorem vel certe descriptorem fuisse Theoctistum : hunc porro Theoctistum, cujus in Vita S. Euthymii, sub annum* 473 *defuncti, veluti S. Euthymii familiaris, Cyrillus monachus meminit, fuisse conjicit : quæ viri eruditi conjectura, si locum haberet, faceret profecto, ut, Theoctistum sequentes,* Artemonem *gladio, seu capite plexum martyrium suum consummasse, diceremus. Sed fallitur vir eruditus ; nam inter Sanctos, quos enumerat, multi occurrunt, qui Theoctisto, S. Euthymii socio, longe sunt juniores : sic ad diem* III *Aprilis S. Nicetam, Mediciensis in Bithynia*

C

*monasterii abbatem, anno* 423 ; *ad diem* VI *S. Eutychium, Constantinopolitanum patriarcham, anno* 582 ; *ad diem* VII *S. Georgium, Mitylenæ archiepiscopum, circa annum* 816 ; *ad diem* XII *S. Basilium, Parii in Mysia Minore episcopum, seculo octavo sub iconomachis, defunctos memorat, quorum adeo Cantica Lambecii Theoctistus, quem seculo* XII *alia de causa illigat Oudinus, neque componere, neque colligere vel describere potuit.*

D

11 *Ceterum colligi ex dictis potest,* Artemonem *Laodiceæ passum non videri ; sed Cæsareæ potius, quæcumque tandem hæc fuerit : Laodiceæ vero in Martyrologio Romano (quod et nos hic secuti sumus) annuntiari tantum videtur, quod illic magnam vitæ suæ partem egerit, ac post obitum, cultum sacrum, si uspiam alibi, verosimillime sit consecutus, quem late aliquando per Orientem fuisse diffusum, ex laudatis supra monumentis colligi potest, quorum aliquibus cum titulo* Hieromartyris *inscribitur. Porro, cum* Artemon *una cum Christianis aliquot in gentilium fano idola subruisse dicatur, quæret fortasse nonnemo, nullosne habuerit martyrii socios ? Habuisse, res quidem per se satis credibilis est ; sed*

*utinee, quæ sit Cæsarea, ubi passus fertur sub Diocletiano.*

*eorum in Menæis, et Synaxario Basilii imperatoris nulla omnino mentio est : in Synaxario tamen quodam Rhutenico Ms. Patris Georgii David ad diem* XIII *Aprilis sic lego :* S. Hieromartyris Artemonis et qui cum eo. *Item in Menologio Slavo-Russico Sparwenfeldii ad eumdem diem :* S. Hieromartyris Artemonis et socc. Passi sunt anno CCCI. *Unde dubium videri potest, an socios habuerit* Artemon, *necne. Quos si habuerit tamquam minus nobiles, in Græcorum monumentis prætermissi passim verosimillime fuerint. Quo demum anno martyrium subierit, non liquet ; quod dum anno* 301 *auctor Menologii Slavo-Russici, vel forte, qui nobis istud suppeditavit, Baro de Sparwenfeld, illigavit ; fecit quidem id fortasse pro arbitrio, non repugnantibus tamen Græcis tum Menologiis, tum Synaxariis et Menæis, quæ passim* S. Artemonem *sub Diocletiano passum innuunt : neque, cur Baronius anno* 308 *sub Maximino martyrium illius accidisse, in Annalibus scribat, mihi perspectum est : ut adeo pleraque, quæ de* S. Artemone *traduntur, aut incerta, aut fabulosa sint ; qualia certe sunt duo, quæ sequuntur, ejus Elogia, quorum alterum ex Menæis ad diem* XXIV *Martii, alterum ad diem* VIII *Octobris accipe.*

E

F

## ELOGIUM

# S. ARTEMONIS M. FABULOSUM

### *Ex Menæis ad diem* XXIV *Martii,*

INTERPRETE JACOBO BUEO

*S. Artemon ob contrita idola*

Diocletiano Romæ imperante, Laodiceam *a* versus comes quidam Patricius nomine missus fuit, qui sibi imperata perfecit. Sisinius *b* autem, loci antistes, et Artemon presbyter una cum aliis Christianis aliquot Dianæ templum noctu ingressi, idola illic contriverunt et igni exusserunt. Ubi rem rescivit comes, iræ plenus, juncta sibi multitudine populi, ex urbe cum equitatu ad Christianorum templum egressus est, omnes igni daturus, Sisinium vero et Artemonem mem-

*a*

*b*

Διοκλητιανοῦ βασιλεύοντος ἐν Ρώμῃ, ἀπεστάλη εἰς τὰ μέρη τῆς Λαοδικείας κόμης τίς Πατρίκιος ὀνόματι, καὶ ἐποίει, καθὼς προσετάγη · Σισίνιος δὲ, ὁ τοῦ τόπου ἐπίσκοπος, μετὰ Ἀρτέμονος πρεσβυτέρου, καὶ τινων ἄλλων Χριστιανῶν, εἰσῆλθον εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος νυκτὸς, καὶ τὰ εἰκεῖσε εἴδωλα συνέτριψαν, καὶ ἐτέφρωσαν πυρί. Τοῦτο μαθὼν ὁ κόμης, θυμοῦ πλησθείς, καὶ λαβὼν πλῆθος λαοῦ σὺν αὐτῷ ἐξῆρχετο μετὰ ἵππων ἔξω τῆς πόλεως πρὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν, τοῦ κατακαῦσαι πάντας, καὶ Σισίνιον καὶ Ἀρτέμονα

A τέμενα μεληδὸν κατατεμεῖν · ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ τῷ
ναῷ, φρίκη συνέπεσεν αὐτῷ, καὶ πυρετῷ συνεσχέθη
λαύρῳ · καὶ ὑπέστρεψε τεθεὶς ἐν κλινηδίῳ. Ἐλθὼν δὲ εἰς
ἄκραν ταλαιπωρίαν, ἐθήλωσε τῷ ἐπίσκοπῳ, λέγων,
εὔξαι τῷ Θεῷ σου ἵνα κουφισθῶ, καὶ ποιήσω τὴν στολήν
σου χρυσῆν · ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἀνεθήλωσεν, εἰπών, τὸ
χρυσίον σου ἔσται παρά σοι · ἐὰν δὲ πιστεύσῃς τῷ
Χριστῷ καὶ Θεῷ μου ἰαθήσῃ. Ὁ δὲ ἔγραψεν οὕτως ·
πιστεύω τῷ Θεῷ σου, μόνον ἰαθήσομαι · καὶ εὐθέως
ἀνέστη μὴ ἔχων λείψανον νόσου.

2 Καὶ ὁδεύων ἐπὶ τὴν Καισαρέων πόλιν, ὡς ἀπὸ
μιλίων τριῶν Λαοδικείας, ὑπήντησε τῷ πρεσβυτέρῳ
Ἀρτέμονι, ἀκολουθούτων αὐτῷ ἑλάφων δύο, καὶ ὀναγρων
ἓξ, καὶ λέγει αὐτῷ. Πῶς ταῦτα ἠγρευσας; ὁ δὲ, Τῷ
λόγῳ τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ἠγρευσα. Καὶ ὁ κόμης, Οὐκοῦν
Χριστιανὸς εἶ σύ; Ὁ Ἅγιος εἶπε, Ναὶ ἐκ νεαρᾶς
ἡλικίας Χριστιανός εἰμι. Τότε θήσας αὐτὸν ζυσὶν
ἀλύσεσι, καὶ παραδοὺς αὐτὸν στρατιώταις, ἐπέστρε-
ψεν ἀκαλουθεῖν πρὸς Καισάρειαν. Ὁ δὲ Ἅγιος πρὸς
τὰ ἀκολουθοῦντα ζῶα στραφεὶς ἔφη, Πορεύεσθε πρὸς
Σισίνιον τὸν ἐπίσκοπον · τὰ δὲ πορευθέντα, διεμηνύθη
αὐτῷ διὰ τοῦ Συρωροῦ · ὁ δὲ ἔφη τῷ Συρωρῷ · Πόθεν
παραγεγόνασι τὰ ζῶα ταῦτα; Τότε προστάξει Θεοῦ μία
B ἔλαφος, ἀναλαβοῦσα φωνὴν ἀνθρωπίνην, ἔφη; Ὁ δοῦ-
λος τοῦ Θεοῦ Ἀρτέμων, συλλειφθεὶς παρὰ τοῦ ἀσε-
βοῦς κόμητος, ἄγεται δέσμιος ἐν τῇ Καισαρέων πό-
λει · καὶ ἡμῖν προσέταξεν ἐλθεῖν ἐνθάδε Ἀκούσας δὲ ὁ
ἐπίσκοπος, ἐξαμβος γέγονε, καὶ καλέσας Φολέαν,
τὸν διάκονον, ἀπέστειλεν εἰς Καισάρειαν, λέγων · Ἄπελ-
θε, καὶ μάθε, εἰ ἀληθές ἐστι, ἅπερ ἀκούσαμεν διά τῆς
ἐλάφου · καὶ ἀπελθὼν εὗρεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ · καὶ
ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, διέστησαν εἰς ἐπιταγὴν τῶν
φυλάκων.

3 Τῇ δὲ ἑξῆς κροκαθίσας ὁ κόμης, παρέστησε τὸν
μακάριον Ἀρτέμονα, καὶ φησὶ · Τίμησον τὸ γῆρας σου,
ἄνερ, καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς · καὶ ὁ Ἅγιος · Δέκα καὶ
ἓξ χρόνους διεβίβασα ὑπαναγινώσκων τῷ λαῷ τὰς βί-
βλους τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ναῷ · καὶ ὀκτὼ πρὸς τοῖς εἴκοσιν
ἐτέλεσα διάκονος Χριστοῦ ὑπαναγινώσκων τὰ Εὐαγγέ-
λια · καὶ τριάκοντα καὶ στεῖς πληρώσας πρεσβύτερος,
διδάσκων τῇ τοῦ Θεοῦ μου βοηθείᾳ, καὶ νῦν λέγεις μοι τῷ
ἀνηθῆτῳ ὁμοίῳ σου Μαίμονι ἐπιθῦσαι; Ταῦτα ἀκού-
σας ὁ κόμης ἐταράχθη, καὶ πυρώσας ἐσχάραν ἥπλωσε
τὸν Μαρτυρα ἐν αὐτῇ. Ἀναβλέψας δὲ ὁ Ἅγιος εἰς τὸν
οὐρανὸν, ἔφη · Κυριε Ἰησοῦ Χριστὲ, μὴ συγχωρήσῃς τῷ
μιαρῷ τούτῳ κόμητι, ἐπεγγελάσαι μοι τῷ δούλῳ σου,
C ἀλλ' εἰδῶς, ὅτι διὰ σὲ πάσχω ταῦτα, δός μοι ὑπο-
μονὴν, ἵνα τελείως καταισχυνθῇ. Ταῦτα λέγοντος τοῦ
Ἁγίου, ἰδοὺ καὶ ἡ ἔλαφος, ἐκ τοῦ ἐπισκόπου ἐλθοῦσα,
προστάξει Θεοῦ εἰς ἔλεγχον τῶν ἀπίστων λέγει τῷ
κόμητι · Τί ἀδυνατεῖ τῷ Θεῷ; Γνῶθι, ὅτι ὁ Δοῦλος τοῦ
* ὄρνεις Θεοῦ ταχέως ἐκδικηθήσεται · δύο γάρ ὄνεις * ἁρπάσουσί
σε, καὶ βαλοῦσιν εἰς τὸν παμφλάζοντα λέβητα, καὶ αἱ
σάρκες σου διαλυθήσονται, ὅτι ὃν ὁμολόγησας Θεὸν
τοῦ πιστεῦσαι ἐξηρνήσω.

4 Ὡς οὖν διηλέχθη ὑπὸ τοῦ ἀγρίου ζώου, ἐκέλευσε
τοῖς στρατιώταις ἐκκεντῆσαι τὴν ἔλαφον · ἡ δὲ ἀποπη-
δήσασα πλησίον τοῦ συγκαθέδρου τοῦ κόμητος διαῤῥά-
σα τὸ μηρὲν κατὰ τῆς ἐλάφου βέλος, ἔβαλε τοῦ συγκα-
θέδρου Καιρίαν τῆς καρδίης, καὶ ἀπέῤῥιψε τὴν ψυχήν.
Λυπηθεὶς οὖν ὁ κόμης ἀνεχώρησε · καὶ ἔβαλε τὸν Ἅγιον
ἐν τῇ φυλακῇ · τῇ δὲ ἑξῆς προσέταξεν ἐμβληθῆναι εἰς
λέβητα πίσσαν · καὶ ἐκκάυσας σποδρῶς, ἐν αὐτῇ βληθῆναι
τὸν Ἅγιον κελεύει · γενομένου δὲ τούτου, ἰδοὺ ἐκ τῆς
τάξεως παρεγένοντο πρὸς τὸν κόμητα, τὴν ἔκκαυσιν τοῦ
λέβητος ἀπαγγέλλοντες · αὐτὸς δὲ ἵππῳ ἐπιβάς, πλησίον
τοῦ λέβητος παρεγένετο.

bratim concisurus. Cum vero templo appropinquavit, subitus illum horror incessit, multaque febre correptus domum rediit lecticæ impositus. Ad incitas autem redactus nunciavit episcopo : precare Deum tuum, ut morbo lever, faciamque tibi stolam *c* auream. Aurum tuum, *c*
respondit episcopus, tibi sit : sanaberis autem, si Christo et Deo meo credideris. Rescripsit ille : Credo Deo tuo, modo valetudinem consequar; statimque surrexit, ipsis etiam morbi reliquiis liberatus.

2 Profectus Cæsaream *d* milliaribus circiter *vinctus Cæsaream ducitur*
tribus Laodicea *e*, obvium habuit Artemonem presbyterum, qui cervos duos et onagros sex *d*
in comitatu habebat *f*. Quærit illo, quo pacto *e*
feras illas ceperit. In verbo Dei, inquit Sanctus. *f*
At comes : Christianus igitur es tu? Sum enimvero, inquit Artemon, et quidem a teneris. Tum comes duabus catenis vinctum militibusque traditum iter convertere ac Cæsaream se subsequi jussit. Sanctus vero ad feras se sequentes conversus, ite, inquit, ad episcopum Sisinium : eunt illæ, cumque ad illius ædes pervenissent, janitor illas pro foribus stare, Sisinio E
nunciavit : Unde huc, inquit ille, feræ istæ? Tum Dei numine e cervis altera humanam vocem assumens *g*, dixit : Servus Dei Artemon ab *g*
impio comite captus vinctusque Cæsaream ducitur, atque huc venire nos jussit : obstupuit, his auditis, episcopus, arcessitumque Pholeam, diaconum, Cæsaream misit, inquiens : Abi et vide, num vera sint, quæ e cerva audivimus. Profectus ille Artemonem offendit in carcere : cumque se mutuo complexi essent, excubitorum jussu ab invicem divulsi fuerunt.

3 Postridie sedens pro tribunali comes, jus- *et assatur igni,*
sum sibi sisti beatum Artemonem his verbis compellat : Reverere, o Vir, senectutem tuam et diis sacrifica. Annos jam sedecim, inquit Sanctus, divinos codices populo recitavi in templo lector ; annos octo supra viginti Christi diaconus Euangelia prælegi; presbyter vero annos implevi triginta tres *h*, quibus, Deo opitulante, *h*
populum docui, et nunc amenti Baccho tuique simili sacrificare me jubes? His perculsus comes, craticulam candefieri, et super eam Martyrem jussit extendi, qui, sublatis in cælum oculis, Domine Jesu Christi, inquit, ne patere, ut me, servum tuum, scelestus hic comes irrideat; F
sed cum noris, hæc tua me causa pati, mihi patientiam præbe, ut confundatur omnino : quæ dum Sanctus diceret, ecce, adest ab episcopo cerva, Deique imperio in reprehensionem infidelium comiti ait *i* : Ecquid est, quod exsequi *i*
Deus nequeat? Scito, Dei famulum ocius vendicandum : rapient enim te alites duo et in ferventem ollam injiciens, solveturque tibi caro, quod Christum, quem promisisti, te Deum creditum, abnegaveris.

4 Quæ cum fera dixisset, militibus ut eam telis *postridie in ferventem ollam injiciendus*
trajicerent, præcepit : at transiliente illa ad assessorem comitis, et vibratum in se declinante telum, id Cheriæ, comitis assessori, cor percussit, vitamque ademit. Recessit itaque a tribunali comes non sine dolore, et Sanctum in carcerem conjici jussit. Postero vero die injici picem in ollam, in eamque vehementer accensam, projici Sanctum mandat : quibus peractis, ecce adsunt ex præcepto comitis, qui jam ollam succensam esse nuncient : qui, cum equum ascendisset, ad ollam prope accessit.

5 Mox

A 5 Mox vero a duobus angelis, sub aquilarum forma e cœlo in terram delatis, ex equo detractus comes in ollam projectus est *k*, adeoque excoctus, ut ne os quidem reliquum fuerit : quod milites omnisque multitudo conspicati, metu perculsi, fugerunt; at Sanctus, solus relictus, in Dei laudes erupit, precibusque suis ex ipsomet loco fontem copiosum eduxit; id videns Vitalius, idolorum sacerdos, aliique non pauci sacra baptismatis unda tincti fuere. Eadem porro nocte ad Artemonem delapsa est hujusmodi vox : Abi ad maritimos Asiæ populos, ubi varios multorum morbos emundabis, dæmones pelles, multique, per te illustrati, dabunt gloriam Deo. Sanctus vero, onagro conscenso, abiit raptusque ab angelo in constituto loco inventus est *l*. Cum multa ibidem prodigia edidisset, et multos ad fidei lumen Deumque adduxisset, tandem captus et capite plexus est *m*.

*puratam quidem necem evadit, sed tandem alibi capite plectitur.*

*k*

*l*

*m*

D 5 Ἄφνω δὲ οὐρανόθεν κατελθόντες δύο ἄγγελοι, ὡς ἐν σχήματι ἀετῶν, καὶ ἁρπάσαντες αὐτὸν τοῦ ἵππου, τῷ λέβητι ἐνέβαλον · καὶ οὕτως ἐχωνεύθη, ὡς μηδὲ ὀστοῦν ἀπολειφθῆναι · ὅπερ ἰδόντες * οἱ στρατιῶται καὶ πᾶς ὁ ὄχλος, ἐξέστησαν καὶ ἔφυγον · ὁ δὲ Ἅγιος, καταλειφθεὶς μόνος, ἐδόξασε τὸν Θεὸν, καὶ διὰ προσευχῆς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἐξήγαγεν ὕδωρ πολὺ. Τοῦτο ἰδὼν Βιτάλιος, ὁ ἱερεὺς τῶν εἰδώλων, καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐβαπτίσθησαν · καὶ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦλθε φωνὴ πρὸς τὸν Ἅγιον λέγουσα. Πορεύου πρὸς τὴν Ἀσίαν ἐν τοῖς παραθαλασσίοις, καὶ ἴσῃ πολλοὺς καθαρίζων ἀπὸ ποικίλων παθῶν, καὶ δαίμονας ἀπελάυνων, καὶ πολλοὶ ὑπὸ σοῦ φωτισθέντες, δοξάσουσι τὸν Θεὸν. Ὁ δὲ Ἅγιος, ὀνάγρου ἐπιβάς, ἐπορεύετο, καὶ ἁρπαγεὶς ὑπὸ Θείου ἀγγέλου εὑρέθη ἐν ᾧ ἐχρηματίσθη τόπῳ · πολλὰ ἐκεῖσε σημεῖα πεποιηκὼς, καὶ πολλοὺς φωτίσας, καὶ πρὸς Θεὸν ὁδηγήσας, ὕστερον κρατηθεὶς ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν.

* ἰδόντες

## ANNOTATA.

B a Laodiceam *Phrygiæ Pacatianæ, seu, si Ptolemæum sequi mavis, Cariæ interpretamur, tum ob dicta num.* 4, *tum quod Asiæ, in qua passus fuit* S. Artemon *et vitam finivit, nomine, apud veteres, ut observat Ortelius, Asia Minor, seu Propria passim veniat. Sic de ea scribit Paulus Orosius lib.* 1 *cap.* 2 : Asia regio, vel, ut proprie dicam, Asia Minor absque Orientali, parte qua ad Cappadociam Syriamque progreditur, undique circumdata est mari : *Notitia vero Orientalis imperii in diœcesi Asiana has provincias collocat : Pamphyliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Pisidiam, Phrygiam Pacatianam et Phrygiam Salutarem, Hellespontum et insulas. Cum igitur Asia in Menæis et Synaxariis, ubi de* S. Artemone *agunt, non pro tertia orbis habitabilis parte, neque pro Asia Majori accipi videatur, minus recte Baronius Laodiceam Syriæ hic intellexisse videtur.*

b *Non aliunde mihi notus est episcopus ille, quem Laodiceæ Phrygiæ pariter adscripsit Le Quien in suo Oriente Christiano.*

c *Alibi lego :* Statuam.

d *Cum hujus nominis civitates in Asia Minori et Majori sint variæ, quæ hic intelligenda sit, ignoro.*

e *Hinc Raderus in versione Ms. Menæorum colligit, Cæsaream, quam Patricius petebat, tribus tantum milliaribus Laodicea fuisse dissitam : at nusquam duas istorum nominum civitates adeo sibi propinquas reperi. Neque id Menæa affirmant : sed tantum,* S. Artemonem *patricio obvium factum esse. cum hic jam tribus milliaribus Laodicea Cæsaream versus progressus esset.*

f *Fabulosus est hujusmodi S. Martyris comitatus, sicut et omnia, quæ huic deinde superstruuntur.*

g *Vide dicta ad lit. præcedentem.*

h ξεῖς *vitiose legitur in Menæis Græcis, pro* τρεῖς, *ut opinor : Synaxarium tamen Sirmondi habet* C πέντε *seu quinque.* F

i *Altera iterum fabula.*

k *Credet ista, qui volet.*

l *Fabula est ejusdem farinæ, cujus sunt præcendentes.*

m *Menæa ad diem* VIII *Octobris in pace* S. Artemonem *obiisse, aiunt, non admodum diu, postquam a Patricio tortus fuerat, quod equidem verosimilius apparet.*

# ELOGIUM ALTERUM

## PARITER FABULOSUM

### *Ex Menæis ad diem* VIII *Octobris,*

INTERPRETE, JACOBO BUEO.

*S. Artemon ob eversas idolorum statuas ferro et igne torquetur, ac paulo post obit.*

Fuit hic, Diocletiano imperante, Laodicenæ ecclesiæ presbyter, annosus et efflorescente canitie decorus. Idolorum templum una cum Sisinio episcopo ingressus, Apollinis, et Asclepii *a* statuas evertit et contrivit, et dracones, qui alebantur in templo, sustulit : hos

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλετιανοῦ τοῦ βασιλέως, πρεσβύτερος τῆς κατὰ Λαοδίκειαν ἐκκλησίας, γηραιὸς καὶ ἤδη ἐπανθοῦσαν ἔχων τὴν πολιάν. Εἰσελθὼν δὲ μετὰ Σισινίου, τοῦ ἐπισκόπου, ἐν τῷ τῶν εἰδώλων ναῷ, τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος κατέστρεψεν ἄγαλμα · ὁμοίως καὶ τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ συνέτριψαι * ξόανον · καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ

* συνέτριψε

A τῷ δράκοντας ἠφάνισε. Φασὶ γὰρ αὐτοὺς εἴκοσι πήχεις ἔχειν τὸ πλάτος, καὶ τὸ μῆκος ὀγδοήκοντα. Διὰ τοῦτο κρατηθεὶς, τὰς σάρκας σιδήροις κατατέμνεται, καὶ ἐν ἐσχάρᾳ πυρακτωμένῃ ὀπτᾶται· ἐκ τούτης ἀπαθὴς διανίσταται. Καὶ ταῦτα ἐπῆγον τῷ Ἁγίῳ οἱ ἀλιτήριοι, καίπερ δορκάδος ἐπομένης αὐτῷ, καὶ φωνῇ ἀνθρωπίνῃ ἐλεγχούσης τὴν τοῦ παρανόμου ὠμότητα. Ὁ δὲ Ἅγιος, ἐν ᾧ ἦν ἱστάμενος τόπῳ, ἐξαίφνης πηγῆς ἀναδοθείσης, καὶ τοὺς παρατυχόντας βαπτίσας, αὐτίκα ἀνεπάυσατο ἐν Κυρίῳ.

enim, aiunt, in latitudinem cubitos habuisse viginti, in longitudinem vero octoginta *b*. Captus ea de causa, ferro conciditur et candenti injectus assatur craticulæ, e qua surgit illæsus. Atque hæc quidem Sancto mala intulere profani, quamquam illum dama sequeretur, et voce humana impietatis crudelitatem redargueret. Sanctus vero, elicito, eodem, quo consistebat, loco, repentino fonte, hominesque passim baptizans, paulo post in Domino requievit *c*. D *b* *c*

ANNOTATA.

a *Hunc in Deorum numero fuisse ethnicis, liquet ex Lactantio lib. de Mortibus persecutorum cap.* 33, *ubi de Galerio Maximiano fœdo ulcere percusso ait* : Confugitur ad idola. Apollo et Asclepius orantur. *Quidam Æsculapii nepotem fuisse volunt : sed ipse Æsculapius indicari videtur, servata voce Græca* Ἀσκληπιὸς.

b *Fidem hæc superant.*

c *Præmittuntur huic Elogio bini hi versus* :

Κόσμου μεταστὰς καὶ Θεῷ προσεγγίσας,
Σός εἰμι, καὶ σῶσον με, φησὶν, Ἀρτέμων.
Deo appropinquans, raptus e terra, Artemon,
B Tuus, inquit, ego sum, meque tu salva, Deus. E

# DE SS. PALATIATE ET LAURENTIA VV. MM.

## ANCONÆ IN ITALIA

### SYLLOGE J. B.

## Sanctarum Martyrum in sacris Fastis memoria, cultus sacer Auximi et Anconæ, gesta incerta.

Sub Diocletiano. *Sanctarum martyrum in Fastis sacris memoria*

C *Si sanctas virgines et martyres* Palatiatem et Laurentiam, *quas alii separatim, diversisque diebus memorant, nos hodie simul damus, id ea de causa facimus, quod passim in Opere nostro Majores nostri Martyrologii Romani ordinem sequi constituerint : id autem hodie utramque Virginem Martyrem simul hoc modo annuntiat* : Anconæ sanctarum Palatiatis et Laurentiæ, quæ in persecutione Diocletiani sub Dione præside in exilium deportatæ, laboribus et ærumnis confectæ sunt. *Ferrario tam in Catalogo Sanctorum Italiæ, quam in Catalogo Sanctorum Generali* Laurentiam *quidem ad Calendas Octobres*, Palatiatem *vero ad diem* VII *Octobris memorare visum est, quamquam Martyrologio Romano utramque ad diem* VIII *Octobris inscribi, non ignoraret : facti sui ad diem* I *Octobris in Catalogo Sanctorum Generali in Annotatis ad* S. Laurentiæ *annuntiationem his verbis rationem promit* : Ex Tabulis Anconitanæ ecclesiæ hac die. In Martyrologio Romano de ea una cum S. Palatia agitur die VII hujus. Sed ecclesia prædicta de illis separatim agit, hac die de Laurentia, et die VII de Palatia. *Non tamen, qui Romanum Martyrologium emendarunt, primi fuerunt, qui* S. Palatiatem *ad diem* VIII *Octobris annuntiarunt Anconæ; cum id etiam Petrus Equilinus, qui seculo* XIV *floruit, fecerit lib.* XI *cap.* 130, *fol.* 291 *his verbis* : Palatia sancta eodem die Anconæ quievit, *licet haud satis e vero abs illo dictum videatur,* S. Palatiatem, *ut infra videbitur, Anconæ, quæ Italiæ portus ad mare Adriaticum episcopalis in ditione Ecclesiastica civitas est, obiisse.*

3 *Castellanus quoque alio* S. Palatiatem, *alio* S. Laurentiam *die in Martyrologio suo Universali annuntiat : hanc his verbis ad diem* I *Octobris* : Eodem die obitus S. Laurentiæ, Anconæ cultæ et una cum S. Palatiate Dionis judicis jussu sub Diocletiano ob fidem in exsilium missæ : *alteram ad diem* VIII *Julii hoc modo* : Eodem die natalis S. Palatiatis fidei causa, sub imperatore Diocletiano et Dione judice in exsilium missæ, cui Auximi in Marchia Anconitana ecclesia sacra est. *Sed cur eam ad diem* VIII *Julii Castellanus consignavit? Num forte eam eo die Auximi coli, e recentioribus notitiis sibi in Gallias missis Castellanus didicit? Utrum res ita sese habeat, ignoro : sed in Calendario festivitatum Sanctorum, quæ ex antiqua ecclesiæ Auximanæ consuetudine duplici Officio celebrantur, jussu Antonii Bicchii, ejusdem civitatis episcopi, Maceratæ anno* 1656 *edito, ad mensem Octobrem ita lego* : VIII Palatiatis virginis et martyris duplex. Ecclesia parochialis Auximi. *Utramque conjunxit Castellanus die* VIII *Octobris, supra recitatis addens, utramque laboribus et ærumnis fuisse exstinctam. Hæc de martyrologis, variisque, quibus utraque vel una sanctarum Virginum Martyrum signatur; pauca de earum cultu dicamus.* *variis diebus signatur :* F

3 *Templum*

AUCTORE J. B. *cultum vero sacrum Auximi S. Palatias.*

3 *Templum suo nomini dicatum Auximi, atque ecclesiasticum ibi cultum obtinuisse* S. Palatiatem, *ex Castellano et Calendario Auximensi audivimus : conditor illius patria Anconitanus fuit, S. nimirum Benevenutus, Auximanus antistes, ut in Synopsi ejus historica apud nos tom.* III *Martii pag.* 395, *num.* 15 *ex Joanne Baldo, Auximano canonico, in Vita ejusdem sancti Episcopi, anno* 1276 *mortui, dictum est ; quo quidem insigni ille specimine pietatem singularem, qua in Virginem, sua in patria, non quidem, ut Baldus ait, natam; sed præcipue, ut mox videbimus, cultam, ferebatur, egregie testatam voluit. Singularine etiam cultu Auximi* S. Laurentia *aut gavisa fuerit olim, aut gaudeat hodie, unde colligerem, nihil occurit hactenus : at si de utriusque cultu sacro apud Anconitanos quæritur, longe sese res aliter habet : De* S. Palatiate *Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum ad diem* VII *Octobris in Annotatis ait* : Ejus festum cum Octava tanquam urbis patronæ celebratur. *Urbis Anconitanæ Patronam pariter vocat in Catalogo Sanctorum Italiæ ad* VII *Octobris diem. Qua occasione in Patronam ab Anconitanis electa fuerit* S. Palatiates, *haud liquet : Julianus Saracenus, patricius Anconitanus, et canonicus decanus ecclesiæ cathedralis in Notitiis historicis civitatis Anconitanæ, Romæ anno* 1675 *editis, ad annum* 304 *refert, earum sanctarum Virginum corpora ab anno* 304, *cui illarum martyrium illigat, Anconæ latuisse, donec sub annum Christi* 400 *in lucem eruta fuerunt.*

*Anconæ vero obtinuit utraque.*

4 *Hæc porro, sua ætate in ecclesia Cathedrali S. Cyriaci arcæ inclusa, servata fuisse scribit ; at ignorare sese, quando in eam illata fuerint ; uti nec, quæ fuerit supplicationis, quæ die* VI *Octobris, seu pridie festi* S. Palatiatis *apud Anconitanos ex Ferrario institui solebat, causa ; ferre tamen traditionem antiquam, barbarorum obsidione earum ope Anconam fuisse olim liberatam ; atque inde fieri facile potuisse, ut in Patronorum suorum numerum ab Anconitanis fuerint relatæ, decretaque in earum honorem annua ista supplicatio ; quæ quamquam probabilia videri possint, vellem tamen antiquis probatisque testimoniis et explicare distinctius, et firmare solidius posse : sub Totila a Gothis obsessa fuit Ancona et in discrimen adducta, ut scribit Procopius lib.* IV *de bello Gotthico cap.* 23 : *at tam antiquam esse supplicationem, aut jam tum* S. Palatiatem *in patronam fuisse ab Anconitanis electam, affirmare non ausim. At quoniam hæc antiquum sanctarum Virginum apud Anconitanos cultum satis, licet universim dumtaxat, ostendunt, et inveniendorum antiquiorum ampliorumque testimoniorum vix sit relicta spes, ad aliud cultus sacri, et Anconitanorum erga* Palatiatem *saltem venerationis specimen veniamus. Seculo* XVI *Anconitani cum Monti pietatis in sua urbe erecto satis superque, unde pauperum subveniretur inopiæ, prospectum esset, eidem certis reditibus detractis, monasterium pro quadraginta vel quinquaginta sanctimonialibus Ordinis S. Claræ sub invocatione* S. Palatiatis *erexerunt Sixti V venia, prout patet e Pontificis dicti Brevi, anno* 1588 *die* XXI *mensis Maii dato, anno Pontificatus ejus* IV, *et a Juliano Saraceno part.* 2 *lib.* XI *pag.* 429 *et seq. exhibito, cujus initium est* : Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Communitas nostræ Anconitanæ civitatis etc : *Ceterim non modo* S. Palatiatem, *sed etiam* S. Laurentiam *ab Anconitanis tutelaribus Sanctis fuisse adscriptam, ait Ughellus Italiæ sacræ auctæ tom.* I *col.* 325 *ita de Ancona scribens :* Ditant etiam eandem civitatem S. Liberii confessoris, Joannis Armeniæ Minoris regis filii, SS. Palatiæ et Laurentiæ virginum et martyrum reliquiæ, quos inter tutelares Divos Ancona veneratur et colit. *Romæ denique etiam servari ac coli* S. Laurentiæ *Anconitanæ reliquias in Oratorio S. Mariæ, in platea Julia sito, scribunt Julianus Saracenus supra laudatus part.* 2 *lib.* 2 *pag.* 62, *et Pancirolus de Thesauris absconditis Romæ, Regione* XI, *ecclesia* 16. *Atque hæc quidem pauca de utriusque sanctæ Virginis cultu dicenda habui.*

*Sed gesta earum, quæ ex Ferrario*

5 *Quod si quis quærat, quæ fuerint earum gesta ; en illa, prout potissimum ex Actis* S. Palatiatis *et monumentis ecclesiæ Anconitanæ a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ contracta fuerunt : ad diem* I *Octobris ita de* Laurentia *scribit* : Laurentia virgo Anconitana, S. Palatiæ virginis socia sive ancilla (erat enim Palatia clarissimo genere nata) una cum illa diu in persecutione Diocletiani sub Dione præside cruciata ac in ignem injecta, cum ex eo inviolata exisset, jussu Dionis, saxo ad collum alligato, utraque in altum mare demergitur ; sed ab angelo ereptæ naviculæ impositæ in exilium deportari jubentur. Quæ tempestate ad littus Centumcellense delatæ a Promoto Tusciæ proconsule Romam ad imperatorem vinctæ mittuntur : qui illas apud Firmum Piceni civitatem exulare jussit. Ubi Deum precatæ, ut se a tantis ærumnis ad se evocaret, Nonis Octobris lætæ ad Sponsum migravere. Corpus Laurentiæ cum aliquandiu ignotum fuisset, hac die Anconæ repertum est. *Ad diem* VII *Octobris ita de* S. Palatiate : Palatia, quæ et Palatiates, virgo Tyria clarissima, a patre cum Laurentia nutrice ob egregiam formam in turre asservabatur ; quæ, cum clam Christum coleret, ab ancillis, quod Deos non curaret, apud patrem accusata, ab eo varie cruciatur : jussa enim Deos venerari, eos execrata immaniter cæditur, quod tortores defatigatos vires deficerent.

*recitantur,*

6 Carcere aliquot dies sine cibo et potu inclusa, ab angelo refecta, ad fortiter dimicandum roborantur. Educta itaque ad prætorium ferro vincta, cum nollet diis sacrificare, in ignem injicitur ; verum flamma ab ea refugiens plurimos ex idololatris interfecit. Quare pater illam Dioni præfecto extremo supplicio puniendam tradit. Qui illam, saxo ad collum alligato, in profundum maris demergi jubet. At ab angelis erepta et super undas ambulans rursus comprehensa naviculæ una cum Laurentia in exilium deportanda imponitur. Quæ tempestate ad littus Centumcellense delatæ, a Promoto Tusciæ proconsule ad Diocletianum imperatorem comprehensæ, vinctæque mittuntur. Cum vero imperator eas Firmum in exsilium amandasset, illæ Deum, ut se e tantis ærumnis ad se evocaret, vehementius precatæ, in pace migraverunt ad Sponsum Nonis Octobris. Quarum corpora Anconæ condita sunt. *Nescio, num congruenter satis Ferrarius* S. Laurentiam, Palatiatis *in exsilio sociam, virginem faciat Anconitanam,* Palatiatem *vero Tyriam, Tyri nempe in Tuscia prope lacum Vulsinum, ut quibusdam placet, natam; qua in re fabulosis* S. Palatiatis *Actis seu Passioni nimium Ferrarius tribuit.*

A *tribuit. Malim conjicere, utramque Anconæ quidem natam, sed in exsilio Firmi mortuam, hinc autem evecta earum corpora Anconitanos Christianos apud sese tumulasse; nisi utraque forte (quod sane de* Palatiate *Petrus Equilinus tradit) Anconæ post varios cruciatus indictumque exsilium diem suum obierit.*

*ex Actis,* 7 *Suspicari sic sane licet, quod, quæ extant,* S. Palatiatis *Acta, adeo parum sint verosimilia, ut vix fidei quidquam mereantur. Geminum illorum apographum habemus, alterum ex archivio Anconensi ad nos anno* 1649 *a P. Henrico Lindano Laureto missum; alterum e Ms. K Vallicellana fol.* 524 *descriptum: hoc* S. Palatiatem *Tyri natam ait, nempe in Tuscia prope lacum Vulsinum, ut aiunt: sed exstiteritne in rerum natura eo loci unquam Tyrus, haud satis liquet, ut ostendit Pinius noster ad diem* XXIV *Julii* § 2 *Commentarii in Passionem S. Christinæ. Tyrum non nominat apographum Anconense; sed quantum ad reliquorum substantiam, licet Vallicellano paulo contractius, satis cum hoc passim congruit; ut nihilo melioris notæ appareat, quam illud. Porro*

B Palatiatem *virginem, ut habet apographum Vallicense, undecim annorum Puellam ob formæ præstantiam pater, gentilis homo, sed illustris, una cum* Laurentia, *ejus nutrice, seu moderatrice turri inclusit; quod Danaës fabulam sapit. Cum deos eam spernere, ex ancillis intellexisset, multis, quos hic referre nil juvat, sermonibus cum ea agit, ut diis sacrificet; illa, se sacrificaturam sed Deo vero, pollicetur; quod cum de diis suis dictum putaret pater, Filiam tantisper dimisit. Illa interim ad preces conversa angelum sibi adstantem videt, a quo crucis signo munitur ad certamen: sed ut nec corpori vires deessent, prodigiosum, nescio quem, panem sibi appositum invenit, quo duodecim dierum, quam tulerat, inediam pelleret; quæ quam fabulosa sint, satis apparet.*

*fidem non merentibus,* 8 *Posthæc patris idola confringit, pauperibusque distribuit, turri scilicet inclusa, nec ancillis aliis, quam gentilibus, stipata. Postero die revisens Filiam pater, ubi, quid de diis suis factum sit, intelligit, nec a proposito suo verbis illam dimoveri videt, primum in faciem cædi, tum denudatam a duodecim successive viris, quoad deficerent, virgis vapulare jussit: illa interim*

C *durius, quam sanctæ Virginis ferat mansuetudo, et in patrem reverentia, his verbis increpat:* Impudice et sine honore, abominabilis Deo, ecce, qui me cedunt, non habent virtutem, idola dico, quæ adoras, non possunt dare eis virtutem. *In vincula dein et in carcerem conjecta matris preces blanditiasque cotemnit; conjicitur dein in ignem; sed illæsa abs illo permanet, a quo tamen mille quingenti idololatræ absumuntur. Succedit patri novus judex, nempe Dion præfectus, qui illâm noctu, saxo ad collum alligato, in mare præcipitem dari jussit: at ubi id contigit? An Tyri? Sed nullum ibi mare, dicique debuerat vel in flumen, vel lacum Vulsinum projecta. Anconæ quidem id fieri potuit; sed nullum de Ancona in Passione hujus auctor verbum fecit. At ubicumque res facta sit, en novum iterum prodigium: in mare projecta angelorum manibus suscepta, super undas gradiens ad littus properat. Hinc ad Dionem reducta, Romam ad Diocletianum mittitur: cum autem tempestate acta Centumcellas appulsa esset, a Promoto, Tusciæ consule, Romam dirigitur; unde a Diocletiano in exsilium missa, cum Firmum in Piceno pervenisset, ærumnis suis et vitæ finem una cum* Laurentia *a Deo impetravit.*

AUCTORE J. B.

*petita, plane incerta sunt.* 9 *Hujusmodi est ignoti auctoris de* SS. Palatiate *et* Laurentia *narratio, quam fidem reperturam apud eruditos non arbitror: diu post illarum ætatem in litteras missam fuisse, colligi potest ex iis, quæ enarratæ earum morti mox subjicit his verbis:* Tunc venerunt Christiani et collegerunt corpora earum, in eodem loco sepelie- E
runt eam Nonis Octobris, ubi exuberant beneficia earum usque in hodiernum diem ad laudem Domini nostri Jesu Christi, et multa mirabilia per eam Dominus usque in præsentem diem fecit: *quæ verba indicare videntur, dudum apud Firmum dictarum Sanctarum corpora jacuisse, et Sanctas multis ibidem prodigiis claruisse. primum, cum Saraceni de invento sub annum* 400 *Anconæ corpore* S. Laurentiæ *dictis haud satis congruit; alterum, nimirum claruisse illas apud Firmum multis prodigiis, nusquam alibi legi. Præterea Acta hæc seu Passio* S. Palatiatis *omnino similia sunt Actis S. Christinæ, Tyri apud lacum Vulsinum annuntiatæ, jam datis in Opere nostro ad diem* XXIV *Julii, nisi quod in his prodigia plura occurrant, et S. Christina sagittis confixa dicatur, idque non modo quantum ad rerum substantiam, sed etiam quantum ad adjuncta, imo et verba ipsa, quibus illa exprimuntur: quare* S. Palatiatis *Passionem hic recudere necesse esse, non arbitramur. Denique non modo Acta S. Christinæ, sed etiam Acta SS. Aciscli et Victoriæ, martyrum Cordubensium, quibus hæc iterum similia sunt in* F
*multis, ut apud Tamayum in Martyrologio Hispanico ad diem* XVII *Novembris videre est, suspecta sunt: ut adeo vix sit, quod de* SS. Palatiate *et* Laurentia *certo et absque periculo erroris affirmari queat; si ea, quæ de earum cultu sacro diximus, excipias.*

DE

AUCTORE C. B.

D

# DE S. DEMETRIO MARTYRE

THESSALONICÆ IN MACEDONIA

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### § I. Multiplicia, quæ de S. Demetrio reperiuntur, scripta, præcipue Græca, recensentur.

ANNO CIRCITER CCCVI. *Sancti apud Græcos venerationem ostendunt vel sola multiplicia,*

Sanctum hunc Martyrem, quem μεγαλομάρτυρα, id est, magnum martyrem, *vocant, pluribusque honorificentissimis titulis, infra suo loco memorandis, Græci passim condecorant, fuisse apud hosce insigni plane tum veneratione, tum nominis celebritate gavisum, vel sola multiplicia, quæ in bibliothecarum forulis hodieque reperiun-*

B *tur, partimque etiam ad manus nostras pervenere, antiqua diversi generis scripta Græca, sermones videlicet seu homiliæ, orationes panegyricæ seu encomia, aliaque Opuscula, quibus vel ipsemet* S. Demetrius *celebratur, vel martyrium, quod subiit, exponitur, vel denique miracula, quæ magno numero patravit, narrantur, satis superque ostendunt. Ut id palam fiat, utque simul, quæ ac qualia hodieque de Sancto monumenta litteraria supersint ab ipso statim Commentarii, in quo non pauca ex his aut expendenda aut usui saltem utcumque erunt, initio studiosum lectorem edoceam, scripta illa omnia ac singula, quorum acquirere qualemcumque notitiam quivi, § præsenti recenseo, sequenti deinde, quænam ex his edenda sint, expositurus, additurusque etiam, quæ vel aperte prodant, aut saltem collectu pronum efficiant, quanta quæque ac maxime ea, quæ typis subjicienda dicam, polleant seu fide seu auctoritate. Ab Opusculis seu lucubrationibus quibus vel Sanctus ipse vel miracula, quæ patravit, celebratur, duco initium.*

C 2 *Leo Allatius de Simeonum scriptis tales decem diversas, quarum prima Philotheum patriarcham Constantinopolitanum, secunda Demetrium Chrysoloram, tertia, quarta et septima Leonem imperatorem, cognomento* Sapientem, *quinta anonymum, sexta Joannem Stauracium chartophylacem Thessalonicensem, octava Joannem Thessalonicensem episcopum, nona Gregorium diaconum, ac decima denique Nicolaum Cabasilam habeat auctorem, pagg.* 85; 94, 96, 97, 102, 103, 105 *et* 107 *recenset. Fabricius in Bibliotheca Græca hisce præterea, ibidem etiam a sese tom.* 6, *pag.* 521 *et seq., et tom,* 9, *pag.* 71 *et seq. enumeratis, alias quatuor generis ejusdem lucubrationes, quarum prima a Gregorio Palama, archiepiscopo Thessalonicensi, secunda a Niceta archiepiscopo itidem Thessalonicensi, tertiaque et quarta ab anonymis fuerit concinnata, posteriori e binis proxime dictis tomis pag. itidem proxime cit. et seq. adjungit. Ac apprime quidem Leonem Allatium inter et Fabricium in lucubrationum, quas ambo recensent, auctoribus assignandis convenit; verum tum quæ incipit* Μαριάνος τις ἀνὴρ τῶν ἐν γένει, *postremarum quatuor, quos solus Fabricius recenset, lucubrationum tertia, tum quæ incipit,* Καιρὸς δὲ λοιπὸν, *decem priorum' quas et hic et Allatius commemorant, lucubrationum quinta auctori anonymo perperam adscribitur: inceptæ enim hisce verbis* Παντὸς ἔργου τε καὶ λόγου, *earumdem decem lucubrationum octavæ, quæ Joannem Thessalonicensem habet auctorem, partem dumtaxat utraque constituit.*

*quæ de eo reperiuntur, scripta Græca. Hæc,*

3 *Adhæc erit fortassis, cui, an inchoata hisce verbis,* Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, *earumdem etiam decem priorum lucubrationum tertia, quam ambo scriptores laudati Leoni Sapienti imperatori attribuunt, vere etiam hunc habeat auctorem, dubium efficiet Ms.* MDXVII, *qui in Bibliothecæ regiæ Parisiensis codicum Mss. tomo* 2, *anno* 1740 *typis vulgato, occurrit, totusque de* S. Demetrio *est, Membranaceus seculi, ut apparet* XII *codex, seu potius lucubrationum, quæ in hoc, olim Mazarinæo, continentur, elenchus ibidem suppeditatus; hic enim sic habet:* Quo *(codice nempe Membranaceo Græco, olim Mazarinæo,)* continentur 1 Demetrii martyrium. Incipit Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἡρκούλιος. 2 Ejusdem Vita et miracula, auctore Joanne archiepiscopo Thessalonicensi. 3 Ejusdem Joannis Homilia, cum ædes in regia sancto Demetrio fuit sacrata. Incipit Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος. 4 Miraculorum a sancto Demetrio patratorum historia. Incipit: Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν τοῦ μεγαλομάρτυρος. 5 Joannis, Thessalonicensis episcopi, Homilia in laudem sancti Demetrii. Incipit Μνήμην δικαίου (*imo* δικαίων) μετ' ἐγκωμίων. 6 Josephi, Thessalonicensis archiepiscopi, Homilia in laudem Demetrii inedita. Incipit Φαιδρὰ μὲν οὖν ἡ πανήγυρις. Finis F disideratur; *ita autem dicta, quæ ab hisce verbis,* Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, *incipit, atque ab Allatio et Fabricio Leoni imperatori adscribitur, lucubratio Joanni Thessalonicensi archiepiscopo diserte hic attribuitur.*

*quorum unum, Joanni Thessalonicensi in codicis Mazarinæi elencho adscriptum,*

4 *Verum in allato elencho non unum dumtaxat erratum cubat; ac primo quidem lucubratio, quæ in hoc Sancti martyrium proxime excipit, secundoque loco memorata, alia non est, quam e decem supra recensitis lucubrationibus prioribus octava, Vitam* S. Demetrii *una cum ejusdem miraculis, uti in elencho indicatur, non complectitur, sed una cum hisce, quemadmodum præfatum codicem, olim Mazarinæum, nunc regium, evolvendo didici, panegyricam dumtaxat, quæ præfationis quodammodo, miraculis præmissæ, locum tenet, orationem, in Dei et* S. Demetrii, *nullis prorsus, quæ ad hujus Vitam martyriumve spectent, particularibus seu factis seu adjunctis in medium adductis, elogium contextam; deinde autem eadem lucubratio, quæ sequentem hunc titulum,* Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ὕμνος εἰς Θεὸν καὶ τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον Δημήτριον ἐν

*ob rationes hic adductas*

A ἐν μερικῇ διηγήσει τῶν Θαυμάτων, Sancti Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, in Deum et gloriosissimum victorem Demetrium particulari miraculorum narratione laudatio, *in capite præfert, totum prorsus spatium, in laudato codice olim Mazarinæo, e quo subinde folium unum alterumve, paginarum tamen, quod has non prius, quam factum id esset, notari contigerit, serie non interrupta, est excisum, inter inceptum abs hisce verbis*, Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἡρκούλιος, S. Demetrii *martyrium et Homiliam, tertio loco in adducto elencho memoratam, intercedens, atque a pag.* 12 *usque ad pag.* 206 *excurrens, certissime, contra ac dictus elenchus exigit, non occupat, seu, quod eodem recidit, sese usque ad Homiliam illam non extendit.*

*Leoni imperatori vindicatur.*

5 *Etenim, uti ipsum, de quo hic, codicem inspicienti patescet, a pag.* 135, *qua terminatur, usque ad pag.* 206 *sibi adhuc duo alia, quorum alterum, titulo simul et nomine auctoris in capite destitutum, sex diversa* S. Demetrii *miracula a pag.* 135 *usque ad* 205 *exponit, alterum, titulo non tantum et nomine auctoris destitutum, sed et, quod post pag.* 205 *folium sit*

B *excisum, initio mutilum, quampiam ad* S. Demetrii *festum cum spirituali potius, quam corporali gaudio celebrandum hortationem a pag.* 205 *usque ad pag.* 206 *complectitur, Opuscula habet subjecta, ac tum demum sequitur, de cujus auctore hic disputamus, Homilia. Jam vero, cum id ita habeat, hæcque titulum sequentem,* Τοῦ αὐτοῦ Ὁμιλία, ὅτε τῷ ἀοιδίμῳ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῇ, καὶ τὰ οὐράνια περιπολοῦντι ἀνάκτορα Δημητρίῳ ὁ οἶκος ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνιερώθη, ejusdem Homilia, quando celebri, cælestemque aulam tenenti pietatis pugili Demetrio ædes in regia fuit consecrata, *sibi habeat præfixum, non fuit sane, cur, qui Opusculorum, in memorato codice Ms. de* S. Demetrio *contentorum. elenchum digessit, lucubratiunculam istam, quæ a pag.* 206 *usque ad pag.* 208 *dumtaxat excurrit, Joanni Thessalonicensi archiepiscopo adscriberet. Imo vero, cum eadem lucubratiuncula, uti ex jam dato, quem præfert, titulo liquet, ab eodem auctore, a quo quod proxime ei præmittitur, Opusculum, indubie sit contexta, nihilque omnino obstet, quo minus hoc, utpote auctoris nomine ex dictis in codice*

C *præfato destitutum, Leoni Sapienti attribuatur mihi sane, ab illustri hoc scriptore, cui ab Allatio et Fabricio adscribitur, fuisse etiam illam adornatam, verosimillimum, ne dicam, indubium, apparet, ut adeo in elencho, sæpius jam memorato, Joannis, archiepiscopi Thessalonicensis, nomine perperam sit signata.*

*in medium*

6 *Verum etsi id ita sit, in eodem equidem elencho, quæ alteram, ab his verbis* Ἄλλοι μὲν ἄλλα *inceptam atque a pag.* 208 *usque ad pag.* 226 *protensam, auctoris anonymi de* S. Demetrii *miraculis lucubrationem proxime excipit, Homilia seu potius, prout in titulo, quem præfert, inscribitur, contextum in* S. Demetrii *laudem, quod a pag.* 226 *usque ad pag.* 247 *versam excurrit, Encomium Joanni, Thessalonicensi archiepiscopo, recte adscribitur, uti et Josepho, Thessalonicensi itidem archiepiscopo, aliud Sancti encomium, quod encomio mox dicto proxime subjungitur, quodque, fine existens mutilum, a pag.* 247 *versa usque ad pag. versam* 253, *codicis sæpissime jam laudati, e quo aliquot hic folia excisa sunt, ultimam, dumtaxat extenditur. Atque ita simul ex eodem hoc codice tres præterea*



*alias, quæ vel ipsummet Sanctum vel patrata ab eo miracula celebrant, atque hic recensendæ adhuc restabant, lucubrationes supra enumeratis addendas habemus. Proximum est, ut Opuscula, quibus* S. Demetrii *seu Vita seu martyrium exponitur, modo etiam recenseamus. Allatius de Simeonum Scriptis duo diversa, quorum tam unum, quam aliud* S. Demetrii *inscribit* martyrium, *pag.* 123 *et pag.* 126 *recenset. Primum, quod inter Sanctorum Vitas, a Metaphraste non conscriptas, refert, hæc verba* Ὅτε Μαξιμῖνος ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Θεσσαλονικέων διῆγε πόλει; *secundum autem, quod Actis seu Vitis, a Metaphraste contextis, accenset, sequentia isthæc* Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἡρκούλιος *pro initio habet.* AUCTORE C. B.

7 *Atque hanc quidem posteriorem lucubrationem, quæ, a Lipomano in linguam Latinam primum conversa, sexto Vitarum, Latinitate abs eo donatarum, tomo ad* XXVI *Octobris diem,* S. Demetrio *apud Græcos sacrum, fuit inserta, Surius deinde in Vitarum, quam compilavit, collectionem, nulla omnino in Lipomani interpretationem mutatione invecta, ad* VIII *Octobris diem, eidem Sancto apud Latinos dicatum, intu-* E *lit, denuoque ad Medicæum Bibliothecæ Christianissimi regis Græcum exemplar recensitam Græce simul et Latine Opusculo separato, cujus unum penes me exstat exemplar, Bollandus noster, Laurentio Coccho rogante sumptusque subministrante, anno* 1635 *typis Meursianis excudendam curavit; quod autem ad priorem spectat, hanc esse puto illam ipsam, quæ Latinitate ab Anastasio bibliothecario donata pluribusque libris Mss. aliisque deinde inserta hisce inchoatur verbis :* Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate. *Ea sedet sententia, quod sic unum idemque utriusque sit initium. Nec refert, quod Græce apud Allatium* Μαξιμῖνος, *Latine apud Anastasium* Maximianus *scribatur. Præterquam enim quod Græce* Μαξιμῖνος *pro* Μαξιμιανός, *vel contra, non raro scriptum inveniatur, Fabricius Bibliothecæ Græcæ tom.* 9 *pag.* 72 *laudat in bibliotheca Coisliniana exstans Ms. Vitæ seu Passionis* S. Demetrii, *Latine per Anastasium bibliothecarium redditæ, Græcum exemplar, in quo, non* Μαξιμῖνος, *sed* Μαξιμιανὸς *effertur. Nec aliter hoc nomen exaratur in Græca, quæ et in substantia et in adjunctis fere omnibus cum lucubratione Anastasiana, verbis licet ab hac multum diversa, ap-* F *prime congruit,* Demetrii *Passione alia, a Phothio in Bibliotheca codice* 255 *exhibita. Adhæc in omnibus prorsus Latinis, quæ quidem videre mihi licuit, Vitæ per Anastasium versæ exemplaribus* Maximianus, *non* Maximinus, *scribitur.*

*a lucubratur.*

8 *Sed de re hac jam satis. Præter duas seu potius tres, ea scilicet, quam a Photio exhiberi, mox monui, annumerata, Græcas Sancti Vitas seu Passiones altera adhuc Græca itidem inchoata hisce verbis*, Μαξιμιανὸς ὁ καὶ Ἡρκούλιος ὑποτάξας Γότθους, *Bibliothecæ Græcæ tom.* 9 *a Fabricio, qui ibidem duas priores ex Allatio jam memoratas etiam recenset, a pag.* 72 *laudatur, integraque eadem in codice olim Mazarinæo, sæpius supra citato, a pag.* 1 *usque ad pag.* 10 *versam exhibetur, uti et in codice nostro signato † Ms.* 193 *a pag.* 38 *usque ad pag.* 42. *Ceterum ut contractiora Sancti elogia, in Commentarii dumtaxat decursu, si quid notatu di-*

*seu recensentur.*

AUCTORE C. B.

*gnum contineant, vel transcribenda vel saltem commemoranda, brevitatis ergo prætereram, Græcis* Demetrii *Vitis jam enumeratis addenda adhuc est prolixior Vita Latina seu potius Vitæ Græcæ, quam priori, alteriusque, quam posteriori loco recensui, paraphrasis, in sanctorum Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Moraviæ, Prussiæ et Silesiæ patronorum Legendam, a Joanne Longino alias Duglossio, anno circiter* 1470, *uti Ms. adnotatio, ei præfixa, docet, concinnatam, Cracoviæque anno demum* 1511 *excusam, illata, atque a Pelbarto Temeswariensi, qui seculo quinto decimo senescente in Ordine Minorum floruit, in Sermonum de Sanctis Pomerio part.* 2, *Sermone* 79 *compendio exhibita. Atque ita scripta, quæ de* S. Demetrio *tractant, hicque recensere statueram jam recensui; quam autem quæque fidem mereantur, simulque, quæ ex iisdem edenda sint, § sequenti, a Vitis seu Passionibus ducto initio, exponam.*

## § II. Quænam e scriptis, § præcedenti recensitis, edenda sint, et qua fide auctoritateve quæque valeant.

B

*Quiquid, quantum ad varias Sancti Vitas, ac nominatim Metaphrasticam,*

*Lucubratio, § præcedenti postremo recensita, est sane, quod ab auctore dumtaxat recentiore, sive is interim Duglossius ipsemet sit, sive, quod verosimilius reor, alius ab hoc distinctus, primitus conscripta sit, variisque, quæ alibi non reperias, adjunctis, seu potius, quæ in nullo prorsus monumento satis antiquo fundatur, commentis ornata, sublestæ admodum fidei, propterea eaque, etsi quidem subinde, maxime cum confutanda subministrabit, in hoc Commentario citanda partimque etiam describenda erit, typis tamen integra recudi non meretur, reque etiam ipsa non recudetur: quod autem ad Vitas seu Passiones Græcas jam spectat, quæ Metraphrasti ab Allatio loco supra cit, adscribitur, reque etiam ipsa scriptoris illius fœtus est, ab omnibus prorsus artis criticæ peritis exiguo in pretio modo habetur, eique tum illa, quæ e lingua Græca in*
C *Latinam ab Anastasio bibliothecario fuit conversa, tum altera, quæ a Photio in Bibliotheca cod. cit. suppeditatur, longissime præfertur, et sane non immerito: præterquam enim quod, quæ fidei Christianæ sanctitati, uti infra de hoc argumento disputanda luculenter evincent, omnino adversantur,* S. Demetrio *et juveni cuidam, nomine* Nestori, *quem etiam velut martyrem proponit, attribuat, prodigia etiam complectitur, quæ, quamvis quidem ex solo eo capite, quod prodigia sint, haud merito rejicias, fidem tamen, nisi ex auctoribus monumentisve aut æqualibus aut subæqualibus, quod quantum ad narrata in Metaphrastica, de qua hic, Sancti Vita seu Passione certe locum non habet, memoriæ prodita haustave esse noscantur, apud criticos, minus etiam severos, haud facile inveniunt; ut enimvero, Metaphrasticæ Sancti Passioni seu Actis facta improbabilia esse immixta, Tillemontius tom.* V *Monumentorum pag.* 149 *recte pronuntiet. Verum ante hæc pro commentis, quæ seculo decimo primum vel ab ipso Metaphraste vel a scriptore altero, hunc prægresso, fuerint conficta, recte etiam idem auctor habet?*

10 *Res enimvero secus habere mihi videtur; quod enim nominatim ad Metaphrastem pertinet, nova hic prodigia, adjunctave vero absimilia, ut Majores nostri experientia jam dudum didicere, nosque ipsi eadem magistra quotidie discimus, in Sanctorum Acta, quæ stylo suo expolivit, non intulit, sed tantum, quæ ab aliis in litteras iam missa invenit, transcripsit ac adoptavit; ut autem, unde etiam, nullo alio seculi decimi scriptore improbabilia illa, quæ in Metaphrastica Sancti Vita occurrunt, facta fuisse conficta, apparet, jam afferam, Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, qui, quemadmodum infra docebo, seculo septimo floruit, in supra memorata panegyrica, quam scriptis a se* S. Demetrii *miraculis præfationis in modum præmittit, oratione pag.* 17 *(codicis scilicet olim Mazarinæi sæpius jam laudati) ita loquitur:* Ἀλλὰ τὸ μὲν μνησθῆναι παντῶν τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, ὧν ἐποιήσεν, οὐκ ἔυκολον, ὅτι καὶ ἀδύνατον. Ἴστε γὰρ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ ὕμνῳ τῆς παμμακαρίστου αὐτοῦ ἀθλήσεως, ὡς ἐκ τῶν λογῶν, οὐ μικρῶν δυνάμεων, συνθημάτων, ἰασεώντε καὶ Χαρισμάτων περιδοήτου γεγενημένης τῆς ἐνεργείας τοῦ Μάρτυρος. Οὐκ ἐκεῖνα γοῦν τὰ παμπληθῆ καὶ παλαιότερα διηγεῖσθαι προήρημαι· *quæ* E *verba Latine sic sonant:* Sed miraculorum omnium, quæ ipse (S. *scilicet* Demetrius) fecit, meminisse, haud facile, quia et impossibile. Scitis enim, utpote virtutum haud mediocrium, signorum, sanationumque et gratiarum Martyris efficacia celebri e sermonibus effecta, in Beatissimi ejusdem Passionis laudatione scriptum quid sit. Non illa itaque permulta ac antiquiora narrare proposui.

*qua ex Vita, a Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo.*

11 *Fuit ergo, uti ex hoc textu apparet, jam inde a Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, ætate seu seculo septimo lucubratio, qua non pauca* S. Demetrii *patrocinio patrata miracula recensebantur. Quid si autem hæc fuerit illa ipsa, cujus initium est* Μαξιμιανὸς ὁ καὶ Ἐρκούλιος ὑποτάξας Γοτθούς, *Græca* S. Demetrii *Vita seu Passio, supra memorata atque ab anonymo conscripta? Id sane mihi vero haud apparet prorsus absimile. Isthæc enim seu Vita seu Passio non pauca etiam miracula complectitur. Adhæc quibus verbis in textu, jam nunc dato, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, de miraculorum a* S. Demetrio *patratorum celebritate loquitur, fere etiam iisdem de hac sermo et in illa sit* F *ut Joanni, Thessalonicensi archiepiscopo, præluxisse videatur. Ipsa, quæ huc faciunt, Vitæ ejusdem seu Passionis verba, ut, facta horum cum recitatis Joannis Thessalonicensis verbis collatione, de re judicare studiosus lector queat, huc etiam, Latina interpretatione adjuncta, transcribo. Sic habent:* Σημείωντε πολλῶν καὶ ἰάσεων γενομένων ἐν τῷ τόπῳ, καὶ Θείων Χαρισμάτων φοιτούντων τοῖς πιστει προσερχομένοις ἐν αὐτῷ.... περιδοήτου διὰ πάσης Μακεδονίας καὶ Θετταλίας γενομένης τῆς τοῦ Μάρτυρος Θαυματουργοῦ ἐνεργείας... Λεόντιος.... τὶς ἀνὴρ... νόσῳ ἀνιάτῳ ληφθείς... ἐυθέως τῆς ὑγιείας ἐπέτυχεν. Postquam, multis in loco (*quo scilicet Sanctus terræ fuerat mandatus*) signisque et sanationibus factis, iisque, qui cum fide ad illum accedebant, gratiis divinis frequentissime collatis, .... Martyris, miracula facientis, efficacia per omnem Macedoniam, ac Thessaliam celebris esset effecta, ... Leontius... vir quidam.... morbo immedicabili correptus... sanitatem statim (*positus nimirum supra Sancti tumulum*) obtinuit. *Ubi Græca hæc verba*, περιδοήτου... γενομένης τῆς τοῦ Μάρτυρος Θαυματουργοῦ

*olim forte præ oculis habita,*

A γοῦ ἐνεργείας, *notanda præcipue sunt, conferendaque cum supra recitatis, quibus respondent, Græcis itidem Joannis Thessalonicensis verbis.*

promanasse 12 *Quod si autem, collatione hac facta, antistiti huic præfatam, de qua hic, anonymi lucubrationem præluxisse, nondum existimes, erit equidem adhuc, cur ex hac Metaphrasticam Sancti Vitam promanasse, appareat. Cum enim omnia, si unum tamen, de quo mox, exceperis, tum prodigia, tum facta, utcumque notatu digna, quæ in Metaphrastis Opusculo, pariter in anonymi lucubratione occurrant, quin vel hæc ex illo, vel illud ex hac promanarit, ambigendum vix est; postremum autem adstruendum videtur, uti jam nunc dicenda ostendent, Leontius quidam, Illyrici præfectus, cum ab apparente* S. Demetrio *ad fiduciam animatus fuisset, commotum procellosa tempestate, alveoque suo egressum Danubium,* Fluento tacite recedente, et cedente nutibus, qui non cadunt sub aspectum, *curru innoxius trajecisse in Metaphrastica Sancti Vita sub finem narratur; in altera autem, ab anonymo contexta, etsi quidem oblata Leontio* S. Demetrii *apparitio in fine memoretur, nulla*

B *tamen omnino fluenti, quod tacite recesserit, nutibusque, qui sub aspectum non cadunt, cesserit, mentio fit a scriptionis istius auctore, qui tamen, utpote narrandis prodigiis admodum addictus, nullumque prorsus ex aliis, a Metaphraste relatis, omittens, insigne illud maximeque memorandum prodigium, si scriptoris hujus lucubrationem præ oculis habuisset, suamque ex ea contexuisset, commemorare haud prætermisisset. Nec est, quod reponas, miraculum saltem in Istri per Leontium trajectu factum fuisse, ab anonymo indicari: etsi enim id ita sit, nec hinc tamen quidquam habetur, unde utcumque, quod tamen foret necessum, anonymo Metaphrastem, non huic illum, lucubratione sua præluxisse, concludas.*

videtur, 13 *Ut res manifesta evadat, quidquid, quod huc facit, anonymus suppeditat, Latine hic exhibeo. Postquam itaque, Danubium, dum ad hunc Leontius accessit, alveo suo ita, ut nec navibus trajici posset, fuisse egressum, Leontioque nihilominus, ut eum citra hæsitationem trajiceret,* S. Demetrium, *in somnis ei apparentem, imperasse, narravit, mox de Leontio subjungit:*

C Mane itaque, conscenso curru, venerandam (*qua scilicet sacræ* S. Demetrii *reliquiæ continebantur*) lipsanothecam manibus tenens flumen innoxius transivit; *quibus sane verbis, determinatum, quod Metaphrastes refert, miraculum, etsi interim hoc ex illis verosimillime is scriptor eruerit, in Istri per Leontium trajectu factum fuisse, neutiquam indicatur. Quid si enim Leontius, aquis quidem non, ut Israëlitis, mare Rubrum transeuntibus, evenit, a dextra lævaque recedentibus, sed tantum, ut Christo et Petro apud Matthæum cap.* 14 *factum, non subsidentibus, Danubium innoxius trajecerit? Enimvero etiam vel sic factum fuerit miraculum plane insigne, nec aliud forte indicatum voluerit anonymus. Verum demus etiam tantisper, illud ipsum, quod Metaphrastes narrat, miraculum verbis recitatis indicari ab anonymo, illud equidem hic scriptor utpote reliqua omnia a Metaphraste relata miracula dilucide exponens, non subobscure dumtaxat, si hunc sibi prælucentem habuisset, indicasset, sed dilucide pariter, non secus ac ille, exposuisset; cum autem id certe haud faciat, non utique anonymus Metaphrastem, sed hic illum, ut jam dixi, prælucentem habuerit, ex eoque liberiori interpretatione intellecto determinatum, quo Leontium trajecisse Istrum refert, miraculum adstruxerit.*

auctore C. B.

aliamque ab Anastasio Bibliothecario

14 *Atque ita etiam ex jam dictis consequitur, ut sane Metaphrastes, quæ in concinnata a se Sancti Vita refert, tum prodigia, tum facta improbabilia ipsemet haud confinxerit, sed ex præfato anonymo, eadem omnia, si unum tamen jam memoratum exceperis, in contextis a se* S. Demetrii *Actis recenset, verosimillime acceperit. Verum cum id ita sit, num ergo a posteriore hoc scriptore prodigia illa omnia factaque improbabilia primum fuere conficta? Antequam quid de re hac censeam, edicam, nonnulla de Sancti supra memorata Græca seu Vita seu Passione, in linguam Latinam ab Anastasio Bibliothecario conversa, præmittenda adhuc sunt. Hanc, quæ paululum contracta apud Vincentium Bellovacensem Speculi Historialis lib.* 12, *cap.* 150, *et apud Monbritium tom.* 1 *Vitarum jam exstabat, integram tandem cum Prologo ab Anastasio ei præmisso, miraculisque ad calcem adjectis, in Veterum Analectorum tom.* 1 *Mabillonius intulit, eamdemque etiam Ms., qui ad Cornelium Duyn* E *olim spectavit, ac † Ms.* 64 *signatur, codex noster exhibet, uti et duo, quorum alterum e Rubeæ-Vallis, alterum e Trevirensi S. Maximini codice notatur desumptum, in collectaneis nostris exstantia Mss., ita tamen ut horum postremum careat simul et miraculis, et Anastasii Prologo seu dedicatione, Carolo imperatori facta, quibus etiam, si miraculum, quod de Mariano est, exceperis, suppeditata a Bellovacensi et Mombritio compendia destituuntur.*

seculo nono Latine redditam

15 *Porro Anastasius Bibliothecarius, de quo Mabillonius Veterum Analectorum tomo* 1 *præfato pag.* 96 *videri etiam potest, dicta Sancti Vitam seu Passionem, Latinitate a se donatam, ad Carolum imperatorem, uti Prologus, eidem Vitæ præfixus, fidem facit, transmisit; quare, cum hic alius, quam ille ipse, cui idem Anastasius (adi ad annum* 876 *num.* 12 *Pagium in Criticis) Latine a se redditam S. Dionysii Areopagitæ Vitam anno* 876 *misit, imperator Carolus Calvus, anno* 875 *diademate imperiali Romæ primum coronatus annoque* 877 *e vivis sublatus, fuisse non videatur, lucubratio ista verosimillime* F *non serius, quam hoc ipso anno ab Anastasio fuerit in linguam Latinam conversa, certeque, cum hic scriptor ante annum* 882, *ut Muratorius in Præfatione, tom. tertio Scriptorum rerum Italicarum præmissa, docet, e vivis abierit, contextam a Metaphraste, seculi dumtaxat decimi scriptore, Vitam antiquitate exsuperat. Nec, quin etiam supra memoratam, quæ, ut docui, Metaphrasti præluxisse videtur, alteram* Demetrii *Vitam vetustate vincat, dubitandum apparet. Etenim non tantum Vita ista, quæ Metaphrasti præluxit, multo est brevior, verum etiam, quæ in hac occurrunt, tum prodigia, tum facta improbabilia haud complectitur; solet autem illa, quæ e duabus unius ejusdemque Sancti Vitis binis illis characteribus distinguitur, ab omnibus modo antiquitatis studiosis artisque criticæ peritis altera haberi non tantum sincerior, sed etiam antiquior.*

forteque jam inde a seculo sexto scriptam, scitu præcipue dignum est, exponitur,

16 *Porro cum id ita sit, idemque præterea ordo, ac phrases etiam fere omnes eædem, quibus* Demetrii *martyrium hujusque series in breviori illa seu Vita seu Passione, ab anonymo conscripta, exponitur, pariter in Vita ab anonymo altero*

AUCTORE C. B.

*altero contexta quæ Metaphrasti, præluxit, serventur, hæc ex illa verosimillime, ne dicam indubie, fuerit adornata, atque id ita quidem, ut auctor anonymus, a quo illud factum, inventa a sese in dicta breviori seu Vita seu Passione facta, intersertis subinde, quæ in illa narrat, prodigiis factisque improbabilibus, paraphrastice, uti ex utriusque lucubrationis collatione patescet, explanarit. Atque illa quidem, ut, quid de scriptore illo sentiam, tandem edicam, si non ipsemet confinxit, ex infida verosimillime vulgi fama popularive traditione acceperit : modo adhuc, quantæ quidem antiquitatis brevior illa Sancti nostri Vita videatur, expono. Quod si vere, uti forte ex dictis factum, prolixior anonymi lucubratio; quæ Metaphrasti præluxit, Joanni, Thessalonicensi seculo septimo antistiti, pariter præluxerit, brevior, de qua hic, Sancti Vita seu Passio, utpote hac, ut jam docui, antiquior, jam inde etiam ab eodem seculo septimo, imo forte jam inde a seculo sexto aut forte adhuc citius fuerit conscripta. Et vero, cum Anastasius Bibliothecarius, seculi* B *noni scriptor, sese illam non tunc primum concinnasse, sed tantum, jam concinnatam e lingua Græca in Latinam transtulisse, in Prologo dicat, nihil sane, quo minus tam cito exarata statuatur, impedire videtur, vixque etiam, quin saltem ante seculum nonum litteris fuerit commendata, dubitandum apparet.*

*ac tandem quænam ex hisce.*

17 *Hanc itaque breviorem anonymi lucubrationem, quæ præterea, quamvis quidem, quod e scriptoribus monumentisve æqualibus aut subæqualibus hausta non sciatur, fidem indubitatam haud mereatur, nihil tamen omnino a veritate certo abhorrens verove etiam absimile complectitur, ad Commentarii calcem primo loco, quod et Vita, a Metaphraste contexta, et altera, quæ huic præluxit, sit antiquior, recudam e Mabillonii editione, cum Rubeæ-Vallis Ms. aliisque supra memoratis, quæ ad manum sunt, tum excusis, tum Mss. lucubrationis ejusdem exemplaribus collata, uti et cum Photiana Sancti Vita, quæ cum hac non tantum, ut supra dictum, in substantia adjunctisque fere omnibus apprime congruit, verum etiam, cum Photius, qui sec.* IX *floruit, sese eam non contexuisse, sed jam ab alio contextam in Bibliothecam suam intulisse, initio in-*C *nuat, paris forte antiquitatis est. Huic porro breviori per anonymum scriptæ Sancti Vitæ duas adhuc supra jam memoratas, quarum altera etiam ab anonymo, altera a Metaphraste fuit concinnata, Passiones seu Vitas* Demetrii *alias, tum quod prolixæ admodum non sint, typisque hactenus, quam anonymus contexuit, vulgata haud fuerit, tum quod id studioso lectori, qui sic quæ de ambarum, ut ita dicam, genesi supra docuimus, examinare commode poterit, futurum putem non ingratum, Græce simul et Latine subjungam, priorem quidem e codicis nostri † Ms.* 193 *Ms. Græco, quod e bibliothecæ Vaticanæ codice* 821 *desumptum notatur, quodque ipsemet e lingua Græca in Latinam converti ; posteriorem vero e supra memorata Bollandi nostri editione seu potius e Christianissimi regis bibliothecæ Medicæo, e quo adornata hæc fuit, codice, cum Lipomani et Surii editionibus collato. Atque ita modo, quanti quæque, quæ inveniuntur, Sancti Vitæ valeant, et quænam ex hisce Commentario huic subdendæ sint, jam exposui ; etsi autem, ut monui, Passionem seu Vitam Sancti breviorem, ab Anastasio Bibliothecario Latine redditam, e Mabillonii editione recusurus sim, miracula tamen, utut Vitæ illi in hac proxime sub-*D *nexa, non nisi ad duarum aliarum, pariter, ut jam dixi, edendarum, calcem adjiciam, idque non ex eorum editore Mabillonio Anastasiove interprete, sed ex ipsis, e quibus primitus manarunt, fontibus Græcis.*

*aliisque, quæ de insignibus*

18 *Quinam hi sint, expono. In codice olim Mazarinæo supra sæpissime memorato tres diversæ supra pariter memoratæ exstant de patratis a* S. Demetrio *miraculis lucubrationes, quarum primam elaboravit Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, secundam anonymus, qui hujus lucubrationem continuavit, ac tertiam denique anonymus alter, qui, quemadmodum in ipso, quem hæc præfert, titulo indicatur, diversa diversis temporibus ac locis facta a* S. Demetrio *miracula in litteras misit. Quin e miraculis, vel in Joannis Thessalonicensis, vel in anonymi prioris lucubratione occurrentibus, miracula singula, quæ Anastasius Bibliothecarius Latine reddidit, Mabilloniusque vulgavit, primitus hausta sint, dubitandum vix apparet, cum hæc illorum, quibus respondent, compendia dumtaxat sint, Anastasioque Joannes Thessalonicensis ac hujus con-*E *tinuator anonymus antiquitate, uti ex infra dicendis intelliges, præcellant. Suppeditata itaque apud Mabillonium ab Anastasio Bibliothecario miracula e binis illis scriptoribus ad Vitarum trium seu Passionum edendarum calcem adjungam, ita modo eorum lucubrationes seu potius, quæ hisce continentur, miracula omnia, una cum anonymi, qui, ut jam dixi facta a* S. Demetrio *diversa diversis temporibus ac locis miracula litteris mandavit, lucubratione typis primum (neque enim hactenus, quod sciam, editæ fuerunt) Græce simul et Latine subjecturus. Quod ut ad morem nostrum faciam. Opus totum in tot, quot lucubrationes sunt, libros diversos, qui et ipsi in capita ac numeros divisi sint, distinguam annotationibus etiam, ubi id congruum necessariumque judicaro, ad singulorum capitum finem adjectis, illustrabo.*

*S. Demetrii miraculis.*

19 *Verum cum per breve tempus, quo codex olim Mazarinæus supra sæpissime laudatus ad manum fuit, e miraculis, quæ tribus illis lucubrationibus comprehenduntur, quædam dumtaxat integra una cum aliquot aliorum fragmentis, narratione reliqua in compendium contracta, describere ex hoc licuerit, qua ratione editionem* F *illam adornaturus sim, exponendum adhuc est. Miracula, quæ e codice Mazarinæo integra habemus, integra etiam ex hoc dabimus. Idem etiam quantum ad fragmenta, quæ penes nos ex eodem codice descripta exstant, sumus facturi, ita tamen, ut, quod ab hisce, punctorum interpositione, quæ hiatum signet, propterea subinde distinguendis, e reliqua narratione abest, nosque, ut jam innui, compendio habemus, in Annotationibus lectorem sim edocturus. Quod autem ad alia, quæ tribus supra dictis lucubrationibus continentur, miracula spectat, unum ex his e Combefisio, qui id in Historiæ Byzantinæ post Theophanem Scriptoribus. pag.* 314 *et binis seqq e codice Mazarinæo supra sæpissime laudato recenset, vulgabo, reliqua vero e codice nostro signato † Ms.* 193, *in quo, suppresso auctoris, qui Joannes Thessalonicensis est, nomine, habentur partim integra descripta desumptaque, ut notatur, e codice bibliothecæ Vaticanæ* 821, *partim in compendium a Joanne Stauracio per orationem infra laudandam contracta, atque, uti in margine signatur, e Leonis Allatii Mss. accepta.*

20 *Ut*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*magno in pretio a Combefisio habitis,*

20 *Ut porro, quæ non parum, ut miracula illa ederem, contulerint, lectorem modo edoceam, Combefisius Operis mox citati pag.* 314 *in Præfatione, quam Joannis Cameniatæ de Thessalonicæ per Agarenos anno* 904 *excidio Narrationi præmittit, sequentem in modum, aliis ante nonnullis adductis, loquitur* : Erat aliud: quod succurrebat in Thessalonica, imperii per hæc tempora, ipsaque anteriora ocello, secundæque dignitatis civitate ab ipsa imperante; ut nimirum tanta illa S. Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, Justiniano Magno Mauricioque imperatoribus, in suo Demetrio proferrem, deincepsque alia secutis temporibus alio auctore producta, quibus non semel tentata civitas, ipso quandoque Chagano, ipsi Mauricio formidolosissimo hoste, omni conatu auxiliorumque copia obsidente, divina potius, quam humana ope liberata est, apertis Magni Demetrii miraculis ejus generis; ut nec pervicacissimi maximeque increduli fidem facile abnuere possint; quam in rem laudati viri sanctissimi Joannis archiepiscopi industria egregie incumbit, etsi non desunt utrinque stratagemata, bellique facinora præclare edita, quæ forte omnia alia a me occasione erunt producenda, ut et ultima ejusdem urbis expugnatio, a Joanne Anagnosta egregie descripta.

*tractant atque a Joanne Thessalonicensi,*

21 Hic vero parcendum moli libri, per quam, ne extra metas quidquam excurrerem, mihi ipse legem imposui, et ut unum dumtaxat ex spisso illo Opere *(Mazarinæo nempe supra laudato, qui totus de* S. Demetrio *est, codice Ms.)* caput prælibarem, quod hanc ipsam excisæ urbis Thessalonicæ Historiam extremo limite attingit. Cur vero Demetrius, tot modis tantisque hostibus olim servata sua civitate, semel et iterum a Christi hostibus diripi siverit, eorumque postremo firma possessione juris fieri, alta Dei judicia sunt; a quibus et nobis merito timendum sit. *Ita est, eximia plane, uti hic Combefisius innuit, narrata a Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, scriptoreque anonymo priore, antea jam a nobis laudato, qui hujus lucubrationem continuavit,* S. Demetrii, *majori saltem ex parte, sunt miracula, nonnullaque etiam ea inter occurrunt, quæ, cum* S. Demetrium *Avarum, Sclavorum aliorumque barbarorum obsidione Thessalonicam urbem suam natalem liberasse perhibeant, ad gentium harum historiam, seu res Græcos inter et illas gestas illustrandas, utcumque conducunt; quæ sane sola, etsi reliquæ, quæ a Sancti gloria petuntur, rationes deessent, ad miracula illa luce publica, qua hactenus caruerunt, donanda vix non me movissent, etsi interim nonnulla etiam minus illustria sibi habeant admixta. At vero quod spectat ad* Sancti sanctissimique viri *titulos, quibus Joannem Thessalonicensem archiepiscopum, Combefisius loco transcripto condecorat, hunc ego præsulem nullis prorsus Fastis sacris inscriptum, cultuve ecclesiastico sive a Græcis sive a Latinis honoratum invenio. Quare ego, etsi etiam more olim recepto episcopos omnes, tum defunctos, tum in vivis adhuc superstites, honoris causa seu per* tituli honorarii *modum* Sanctos *fuisse appellatos, compertum habeam, ipseque etiam, de quo hic, Joannes Thessalonicensis in titulis, qui lucubrationibus ejus in codice olim Mazarinæo præmittuntur,* Sancti *titulo plus semel afficiatur, ad Combefisii tamen, qui morem illum ibidem spectasse non videtur, exemplum Joanni Thessalonicensi attribuere,* Sancti, Sanctissimive viri *titulum non ausim.*

AUCTORE C. B.

*probæ notæ,*

22 *Verum, etsi res ita habeat, a virtute tamen vitæque probitate plurimum hic scriptor commendatur, ut sane in narrandis iis, quæ ætate sua gesta sunt, quæque vel ipsemet vidit, vel e viris fide dignis, quibus apprime comperta erant, didicit, fidem integram mereatur; ita autem, etsi non omnia, pleraque tamen, quæ* S. Demetrii *virtute patrata refert, miracula explorata habuit. Audi, qui ipsemet in supra plus semel memorata, quam miraculis, a se narratis, præmisit, Oratione panegyrica opportune ad institutum præsens in codice olim Mazarinæo pag.* 17 *proxime post verba num.* 10 *recitata de miraculis, quæ litteris commendaturus est, loquatur.* Ἀλλὰ καθὼς ὁ παρθένος ἀπόστολος ἔφησεν, ἃ ἀκηκόαμεν, ὄψλον δὲ ὅτι παρὰ τῶν πείρᾳ παρειληφότων, ἢ ἀκριβείᾳ μεμαθηκότων, καὶ ἃ αὐτοι « ἑωράκαμεν » τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ἃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες « ἡμῶν ἐψηλάφησαν. » Ταῦτα διὰ τῆς αὐτοῦ συνάφσεως ἀπαγγελοῦμεν ὑμῖν. Sed, ut virgo Apostolus dixit, " Quæ audivimus, " nimirum ex iis, qui experientiæ compererant, vel diligenti inquisitione didicerant, et quæ ipsimet « Vidimus oculis no- E " stris, quæ perspeximus, et manus nostræ con- " trectaverunt; " ea ejusdem auxilio annuntiabimus vobis.

*qui seculo septimo floruit, scriptore,*

23 *Ut porro non tantum, quam Joannes Thessalonicensis fidem mereatur, sed etiam, qua circiter ætate floruerit, edicam, Miraculorum edendorum lib.* 1, *cap.* 5 *Eusebii, archiepiscopi Thessalonicensis, qui sub Mauricio imperatore cathedram hanc occuparit, mentionem facit, sequentique deinde cap., sese, quod ibidem narrat, miraculum ex ante memorato archiepiscopo ac proin dicto Eusebio audivisse, affirmat; quare, cum Eusebius, Thessalonicensis sub Mauricio imperatore archiepiscopus, alius, quam qui ordine decimus octavus sedem illam occuparit, certoque ante annum* 649, *utpote quo jam ejus successor, Paulus hæreticus, uti ad hunc annum apud Pagium in Criticis et Lequienum in Oriente sacro tom.* 2, *col.* 40 *videre licet, ecclesiam Thessalonicensem administrarit, diem extremum clausit, non noscatur, necesse omnino est, ut Joannes, Thessalonicensis postea et ipse archiepiscopus, Eusebio isti ex dictis locutus, litterisque* F S. Demetrii *miracula complexus, seculo septimo floruerit, aliusque proinde (neque enim eodem illo seculo duos diversos, quibus nomen* Joannis *fuerit, archiepiscopos Thessalonicenses invenio) esse non possit, quam Joannes Thessalonicensis archiepiscopus concilio generali sexto, Constantinopoli anno* 681 *celebrato, in Conciliorum collectionibus apud Labbeum et Harduinum subscriptus.*

*duobusque exposita hic fidei*

24 *Nunc de anonymi, qui Joannis Thessalonicensis lucubrationem, ut dictum, continuavit, alteriusque item anonymi, qui diversa diversis temporibus gesta* S. Demetrii *miracula litteris commendavit, ætate simul ac fide nonnulla sunt proferenda. Prior, cujus lucubratio, ut jam monui, secundum Miraculorum edendorum librum constituet, cap.* 4 *narrat miraculum, quod, quemadmodum in Annotatis, ei subdendis, docebo, sub seculi octavi finem evenit, ut certe non citius, quam seculo hoc senescente floruerit. Nec ultra seculum nonum ætatis ejus differenda videtur: ultimum enim e miraculis, quæ Anastasius Bibliothecarius, ante annum* 882 *e vivis, ut supra docui, ereptus, apud Mabillonium tom.* 1 *Veterum*

AUCTORE C B.

*rum Analectorum narrat, primus omnium aut saltem ante Anastasium in litteras misisse videtur, idque, quod lucubrationis suæ, in codice olim Mazarinæo hic mutilæ, loco ultimo recenset, temporibus suis gestum, innuit. Jam vero, cum hæc ita habeant, eaque, quæ tribus prioribus capp. refert, seculo septimo, ipsaque etiam Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi sæpissime jam laudati potissimum ætate, uti ipsemet docet, gesta sint, fidem sane in narrandis iis, utpote a tempore, quo floruit, nimium remotis, omnino indubitatam non meretur, maxime quod præterea quibusnam e fontibus sua illa narrata hauserit, nec ipsemet uspiam edicat, nec aliunde habeatur compertum.*

*ac ætatis auctoribus scriptæ sunt,*

25 *Quod modo ad alterum, cujus Lucubratio, ut ante dixi, Miraculorum edendorum librum tertium constituet, scriptorem anonymum spectat, certo hic, cum editum a Combefisio loco supra citato miraculum, quod cap.* 3 *refert, anno* 904, *ut in Annotatis ei subjungendis docebo, evenerit, non citius, quam seculo nono, imo vero, cum civitatis Thessalonicensis per Agarenos dicto* B *anno* 904 *sub Leone imperatore excidium pluribus jam annis fuisse, cum scriberet, præteritum, non obscure innuat, ne quidem ante seculum decimum fortassis floruerit. Aliud, quo ætatem ejus propius definiam, non succurrit; verum, cum diversa diversis temporibus, ut titulus lucubrationi illius præfixus docet, patrata a* S. Demetrio *miracula referat, dubitari equidem non immerito potest, an ab aliquot, quæ narrat, miraculis remotius haud vixerit, quam ut certam atque omnino indubitatam narratis suis fidem conciliare queat. Utut sit, nullum equidem ex iis, quæ refert, indubitanter, velut certo falsum ac fictitium, ausim rejicere. Atque ita, quanto singulæ tres de* S. Demetrii *miraculis edendæ lucubrationes in pretio habendæ sint, modo etiam exposui.*

*lucubrationibus, ex parte saltem.*

26 *Harum porro editioni subnectam varia etiam tum de prodigioso, quod e Sancti tumulo, aut, ut alii scribunt, corpore Thessalonicæ stillat, olimve certe stillavit, unguento seu oleo, tum aliis nonnullis, quæ a tribus dictis lucubrationibus absunt,* S. Demetrii *miraculis analecta, partim e scriptoribus, typorum beneficio jam vulgatis,* C *partim e Joannis Stauracii ac Demetrii Chrysoloræ lucubrationibus nondum editis accepta. Et quidem, si quæ de scriptoribus, typorum beneficio nondum vulgatis, quo quam fidem mereantur, edoceam, annotanda judicaro, id tum, cum eorum verba testimoniumve adduci oportebit, præstabo. Quod autem ad Joannem Stauracium et Demetrium Chrysoloram spectat, quo in pretio, quæ bini hi scriptores nondum editi in litteras miserunt, habenda sint, hoc loco lubet exponere. Joannes Stauracius prolixam admodum, quæ in codice nostro † Ms.* 193 *a pag.* 66 *usque ad pag.* 99 *versam e Leonis Allatii, uti in margine adscribitur, Ms. deprompta exstat, orationem de* S. Demetrii *miraculis contexuit. Guilielmus Caveus in Scriptorum ecclesiasticorum Historia part.* 2 *Dissertationum ad hujus calcem adjectarum prima pag.* 10, *sese dubitare, an lucubratio illa edita non sit, declarat, eo verosimillime adductus, quod ejus partem a Leone Allatio in Notis ad Acropolitæ Historiam editam legisset, confuseque dumtaxat rei hujus meminisset. Certe ego istud Opusculum typis integrum editum fuisse, nondum comperi; quod hic notasse sufficiat. Ejus auctor seculo tertio decimo verosimillime floruit. Etenim non tantum fere omnia, quæ* D *Joannes Thessalonicensis archiepiscopus, duoque scriptores anonymi, typis, ut dictum, edendi, memoriæ produnt, miracula refert, verum etiam alia nonnulla, ut, litteris commendare, quidquid miraculorum ad suam usque ætatem a* S. Demetrio *gestum fuisset, scopus ejus exstitisse videatur. Quapropter, cum miracula prorsus nulla, seculo tertio decimo posteriora, commemoret, vix est, quin hoc eodem seculo floruerit, eaque, quæ narrat, in litteras miserit, ambigendum.*

*edenda sint.*

27 *Licet porro, ut de scriptoris fide jam dicam, in narrandis iis, quæ procul admodum ab ætate sua gesta sunt, fidem certam atque indubitatam, maxime cum a Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, aliisque scriptoribus antiquioribus, uti subinde fit, dissonat, sola sua auctoritate non mereatur, non est tamen, cur in iis, quæ vel ipsa ejus ætate vel minus ab hac remote evenere, fides ei, nisi ratio, aliunde petita, id suadeat, denegetur, præsertim si ea, quæ memorat, sint hujusmodi, ut apprime ei, qualia sane sunt, quæ de unguento e* S. Demetrii *seu tumulo seu corpore scaturiente tradit, potuerint esse perspecta. Ad Demetrium Chrysoloram jam venio. Hic scri-* E *ptor, qui, quemadmodum in adjecta ad Scriptorum ecclesiasticorum Historiæ partem* 1 *Appendice pag.* 71 *Guilielmus Caveus docet, circa annum* 1430 *claruit, præter Opuscula, ibidem a Caveo partim recensita, scripsit etiam idiomate Græco de* S. Demetrio *Orationem. Lucubratiuncula hæc, quæ Bibliothecæ Medicææ S. Laurentii pluteo decimo, codice* 13 *a fol.* 41 *integra exhibetur, duas partes complectitur, quarum altera encomiastice Sancti martyrium ejusque adjuncta exponuntur, altera de prodigioso, quod e tumulo ejus stillat, seu unguento seu oleo tractatur. Posteriorem, quæ non alia, quam quæ auctor optime explorata verosimillime habuit, suppeditat, locumque proinde inter Analecta, a nobis, ut dictum, edenda, merentur, e dicto Bibliothecæ Medicææ codice descriptam habemus; priorem autem non item; neque vero, cum spectata, qua auctor floruit, ætate, nullum prorsus rebus, quas de* Demetrio *commemorat, pondus queat adjungere, vehementer illam desideramus.*

*et quænam non edenda,*

28 *Atque ita modo, non tantum quæ integræ,* F *verum etiam quæ ex parte tantum, tractantes de* S. Demetrio *ejusve miraculis lucubrationes ad Commentarii hujus calcem edendæ sint, jam exposui. Superest, ut de lucubrationibus aliquot aliis, quæ vel in ipso hujus Commentarii decursu usui utcumque erunt, vel certe inter supra enumeratas de* S. Demetrio *variis e bibliothecis auctoribusve lucubrationes recensentur, nonnulla adhuc proferam. Orationis, Leoni Sapienti, ut supra docui, attribuendæ, cujus initium est,* Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος *pars quæpiam, e codice olim Mazarinæo descripta, penes nos exstat, hæcque una cum titulo, quem lucubratiuncula ista præfert, usui qualicumque in Commentarii decursu erit, uti et inchoatum hisce verbis* Μνημην δικαίων *quod etiam Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus sæpissime laudatus, contexuit,* S. Demetrii *elogium, cujus aliquot penes nos etiam exstant Fragmenta, ex eodem codice olim Mazarinæo pariter descripta. Adhæc in codice nostro † Ms.* 193 *diffusum, quod Gregorio diacono ac referendario adscribitur, Sancti encomium, non tantum ex parte, sed integrum a pag.* 100 *usque ad pag.* 106 *versam exhibetur. Verum lucubratio isthæc nulli prorsus usui esse*

A *esse potest, edique proinde non meretur. Præterquam enim quod Metaphrasticam Sancti Vitam seu passionem encomiastice dumtaxat exponat, auctor* S. Demetrium *adversus Agarenos, qui captam a se Thessalonicam vastarant, fusoque civium sanguine fœdarant, in fine invocat; quare cum ab Agarenis non citius quam anno* 904 *Thessalonica capta fuerit, is verosimillime seculo decimo, certeque non citius floruit; ut, quidquid de* S. Demetrio *commemoret, nullum omnino Metaphrasticis de hoc assertis pondus adjungat.*

*declaratur.* 29 *Quod porro ad duas supra etiam memoratas, quarum altera (adi Fabricium in Bibliotheca Græca tom.* 9 *pag.* 71 *et seq.) sequentibus hisce,* Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς, *altera istis,* Οὐδεν ὑυτω, *inchoatur verbis; Leonis imperatoris de* Demetrio *orationes, aliasque, de quibus pauca adhuc hic dicere proposui, scriptorum aliorum, videlicet Philothei patriarchæ Constantinopolitani, sequentiumque quatuor archiepiscoporum Thessalonicensium, Josephi, Gregorii Palamæ, Nicolai Cabasilæ et Nicetæ, lucubrationes spectat, Opuscula isthæc, vel idcirco adeo non eden-*

B *da, ne ex parte quidem habemus, nec scio, an multum expetenda sint. Etenim nisi forte, quod facile interim secus habere potest, quidpiam vel de Sancti cultu, vel de prodigioso, quod ex ejus seu tumulo seu corpore Thessalonicæ stillat, unguento seu oleo subministrent, auctores eorum spectari, qua floruerunt, ætate, illustrandis, quæ ad Sanctum nostrum spectant, rebus parum admodum videntur idonei. Ut res manifesta evadat, quo quique circiter tempore floruerint, subjungo. Leo Sapiens ab anno* 870 *ad annum usque* 911 *imperii Orientalis habenas fuit moderatus, Philotheus ad sedem Constantinopolitanam (adi Chronologicam patriarcharum Constantinopolitanorum Historiam, Operis nostri tom.* 1 *Augusti præfixam) anno* 1354 *fuit evectus, annoque circiter* 1376 *excessit e vivis. Gregorius Palamas, hujusque successor Nicolaus Cabasilas seculo* 14, *uti apud Lequienum in Oriente Sacro tom.* 2 *et Caveum in scriptorum ecclesiasticorum Historia videre licet, Thessalonicensem cathedram occupavit. Quod autem ad Nicetam pertinet, duo fuerunt Thessalonicenses archiepisco-*

C *pi, nomine* Nicetæ *distincti, quorum alter, uti Lequienus loco cit. docet, seculo duodecimo, alter adhuc serius floruit.*

## § III. Sancti imperterrita in prædicanda Christi fide fortitudo, et quid de iis, quæ de ejus genere, patria, conditioneque narrantur, censendum.

*Sanctus, qui an illustri, uti narratur,* *Illustri senatorioque genere ortum esse Sanctum nostrum, Vita ejus seu Passio secundo loco edenda, quæ anonymum habet auctorem, memoriæ prodit, nec multum ab ea in præclaro adstruendo ejus genere abludit, quæ tertio loco edetur, a Metaphraste contexta, utpote initio sic habens* : Quod... ad parentes attinet, erat insignis et genere clarissimus, ipsum referens ad antiquos Macedones. *Illustri porro senatorioque genere oriundum esse* Demetrium, *Latina ejus Vita, num.* 8 *laudata atque a Duglossio contexta, non tantum affirmat, verum etiam parentum, a quibus fuerit progenitus, nomen prodit. Verba, quibus id facit, hæc sunt* : Cujus *(Demetrii nimirum)* parentes erant, non solum Christiana dignitate adornati; verum etiam ex inclyta progenie senatorum nobiliter orti, pater ejus Adrianus, mater vero Theogona beatissimis nominibus vocabantur. *Verum omnes prorsus, quos quidem mihi videre hactenus licuit, scriptores tum Græci, tum Latini, si unum, qui, quæ scribit, e vita Duglossiana hausit, Pelbartum Temeswariensem in suo, quod num.* 8 *laudavi, Sanctorum Pomerio excipias, altissimo silentio involvunt nomina, quibus* Demetrii *parentes vocati fuerint; quod cum ita sit, quis isthæc primum prodenti Duglossio, scriptori a rebus, quas narrat, multis seculis remoto, qui unde quæ tradit, atque ab antiquioribus monumentis absunt, hauserit, nescitur, fidem adhibeat? Mihi sane aut is aut certe scriptor alter, quem sibi ille prælucentem habue-* E *rit, nomina ista pro arbitrio primum fuisse commentus videntur.*

AUCTORE C. B.

*genere ortus sit, est dubium,* 31 *Nec modo multo faventiori de illustri Sancti genere, quod non tantum in Duglossiana ejus Vita, sed et in Metaphrastica, alteraque, quæ Metaphrasti prælusit, ab anonymo concinnata adstruitur, loquendum arbitror. Etenim ne verbum quidem ullum vel in Anastasiana vel in Photiana* Demetrii *seu Vita seu Passione aliove etiam monumento satis antiquo occurrit, quod illustri nobilive genere eum esse prognatum, vel obscure innuat; quare, cum non modo Duglossius, sed et Metaphrastes, alterque, qui huic prælusit, biographus anonymus, spectata vel sola, qua floruerunt, ætate, fidem indubitatam suis de Sancto asseritis conciliare nati haud sint, sane non immerito, an vere Sanctus noster, uti ab hisce absque ullo seu scriptoris seu monumenti satis antiqui testimonio adstruitur, genere illustri sit oriundus, dubitari potest, imo vero timeri, ne quidquid, quod de illustri Sancti genere apud laudatos hujus biographos memoriæ proditum invenitur, suam unice originem debeat fingendi licentiæ, cui etiam omni dubio procul de-* F *bent attribui, quæ in Duglossiana Sancti Vita seu Passione sequentibus hisce memorantur verbis* : Erat autem (Demetrius *nempe*).... sceptriger imperatoris et dux Belladem ensis *(nescio, an auctor* Belgradensis, *prout apud Pelbartum est, non voluerit expressum)* et Lacedæmonensis et consul aulæ imperialis.

*non Sirmii in Pannonia.* 32 *Nec tantum hæc, quæ omni prorsus antiquitatis testimonio destituuntur, et comminiscendi libidine licentiave nata existimo, verum etiam, quæ de loco Sancti natali in eadem Duglossiana ejus Vita seu Passione leguntur. Ita enim habent* : Natus est infra Pannoniam beatissimus puer Demetrius... in civitate Syrmio. *Quis vero hic Duglossio, qui Demetrium natione Pannonem, patria Sirmiensem facit, absque scriptoris antiquioris auctoritate testimoniove tuto credendum putet? Sane ego quidquid abs illo de Sancti nostri natione patriave asseritur, ab auctore, qui præpostero in natale solum amore abreptus, alienum huic Sanctum affingere haud timuerit, primitus confictum reor, idque non tantum quod*

*in*

auctore C. B. *in nullo prorsus monumento scriptoreve antiquo sit fundatum, sed vel maxime, quod et cum Sancti Vita tum Metaphrastica, tum altera, ab anonymo conscripta, quæ ambæ* Demetrium *Thessalonicensem apertissime faciunt, manifeste pugnet. Nec est, quod reponas, Metaphrastem, anonymumque, qui huic præluxit, Sancti biographum tanti ex dictis faciendos non esse, ut Sanctum nec in Pannonia, nec Sirmii natum esse, sola sua auctoritate certum possint efficere. Etsi enim id ita sit, nec Sancti patriam solumve natale Vitæ ejus, a Photio Anastasioque bibliothecario exhibitæ, notent, Sanctum tamen patria Thessalonicensem fuisse, lib. 2. Miraculorum cap.* 1, 2 *et* 4, *scriptor anonymus, qui hæc in litteras misit, non obscure prodit.*

sed Thessalonicæ natus, 33 *Priori enim loco, quo Thessalonicam barbarorum obsidione, agente* S. Demetrio, *prodigiose liberatam, narrat, Sanctum* φιλοπατρίν, *id est,* patriæ, *Thessalonicam hac designans,* amantem; *secundo autem ac tertio, quo Thessalonicæ opem a* Demetrio *pariter fuisse allatam, prodit, Sanctum hunc* σωσιπατρίν, *id est,* patriæ, *Thessalonicam utique hac iterum designans,* servatorem, *appellat. Adhæc Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, qui seculo septimo floruit, Photioque proinde et Anastasio bibliothecario multo est antiquior in inchoato hisce verbis,* Μνημὴν δικαίων, *encomio, cujus supra plus semel memini, Thessalonicæ natum esse* S. Dometrium, *non obscure docet. Etenim in lucubratione ista de beneficiis, a Sancto urbi Thessalonicensi exhibitis, sermonem faciens, codicis olim Mazarinæi pag.* 227 *versa ita loquitur* : Ποῦ τοίνυν ὁ λόγος βαδίσει; ἐπὶ τὴν ἐυφημίαν καὶ μόνην τοῦ Μάρτυρος, καὶ πῶς ἂν μᾶλλον ἐγκωμίασαι τίς τούτου, ἢ τὰς περὶ τὴν πατρίδα βοηθείας αὐτοῦ, καὶ προνοίας ἀπαριθμούμενος, εἰκαι τῶν ἀκαταλήπτων τὸ ἐπιχείρημα; αὐται γὰρ τὸ μὲν ἀοιθμῶ τὰς ὑρανίους νιφάδας, τῇ δὲ λαμπρότητι καὶ τοὺς ἀστέρας ὑπερηκόντισαν. Τί γὰρ ἄν τις εἴποι καὶ πρῶτον, ποῖον δὲ καὶ παροφθὲν, οὐ ζημιώσει τὰ μέγιστα· εἰπω τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς πόλεως αὐτοῦ καὶ μόνου πεφυτηκότα κατόρθωμα; *quæ Græca verba hunc in modum reddo Latina.* Quo igitur sese vertet oratio? Ad laudem eamque solam Martyris: et qua ratione illum potius quis laudet, quam ejus in patriam suam auxilia ac curas, etiamsi rem incomprehensibilem sit moliri, enumerando? Ea enim numero quidem cæli imbres, splendore vero astra exsuperant. Quid enim et primum quis dicat, qualeve etiam neglectum maximis haud derogabit? Charitatis continuum concordiæque civitatis vinculum ipsius dixero et quidem solius beneficium? *Accedit, inter scriptores tum Latinos, tum Græcos nullum prorsus, a Duglossio Pelbartoque distinctum, inveniri, quin Sanctum, si de solo ejus natali loquatur,* Thessalonicensem *faciat; quibus omnibus expensis, vere in civitate Thessalonicensi natum esse* Demetrium, *in animum induco.*

ibique etiam educatus est; 34 *Nec hoc tantum verbis, quæ jam dedi, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, docet, verum etiam ibidem educatum fuisse Sanctum, verbis aliis, quæ subdo, in codice olim Mazarinæo pag.* 227 *versa tradit.* Ἐτράφη, *inquit,* τοίνυν ὁ Μάρτυς παρ' ἡμῖν, τοῖς λειπομένοις τούτου κατὰ τὸ ἄπειρον. Τόπω γὰρ συνετράφημεν αὐτῷ, οὐ κατ' ἐνέργειαν ὁμοιότητος. *Quæ verba ita reddo Latine* : Martyr ergo (Demetrius) *scilicet,* apud nos, (*Thessalonicenses nimirum*) toto cælo ab eo diversos, educatus fuit. Secundum locum enim educati cum ipso sumus, non secundum similitudinis effectum. *Tres quidem Vitæ seu Passiones edendæ, aliaque, quam in Bibliothecam Photius intulit, Thessalonicæ educatum fuisse Sanctum, haud edicunt; verum nec loci, quo educari eum contigerit, meminere : imo vero Vitæ duæ antiquiores, Photiana nimirum ac Anastasiana, ne obscuram quidem vel ipsiusmet educationis, quam Sanctus acceperit, mentionem faciunt. Nec id, cum binarum illarum lucubratiuncularum auctores anonymi, occasione, qua* Demetrius *subierit martyrium, narrata, statim ad hoc ipsum, aliis etiam, quæ de Sancto commemorare potuissent, omissis, narrandum prosiliant, mirum cuiquam debet videri.* Demetrium *itaque Thessalonicæ educatum fuisse, Joanni Thessalonicensi (adi ejus verba proxime data) asserenti credo, maxime quod et id scriptorem hunc e monumento antiquiori didicisse, et Sanctum eo loco, qui ei natalis obtigit, quique, ut jam docui, Thessalonica fuit, educatum fuisse, verosimillimum appareat.*

etsi autem miles consulque exstitisse, 35 *Duglossius seu quiscumque alter, e quo hic, quæ de Sancto memoriæ prodit, deprompsit, in ea, quæ* Demetrium, *Sirmii, ut vult, natum, Sirmii etiam educatum fuisse, statuit, opinione fuisse videtur, ita tamen ut eum deinde Dialecticæ Rhetoricæque operam in urbe Thessalonicensi dedisse crediderit. Etenim, postquam Sanctum Sirmii natum esse, per verba supra recitata asseruit, paucis dumtaxat, quibus, quæ fuerint ejus parentibus nomina, pro arbitrio adstruit, interpositis, subjungit* : Gloriosissimus... Demetrius liberalibus studiis traditus est, et, cum esset Spiritu Sancto plenus, humanæ divinæque Paginæ scientia præditus urbem subiit Thessalonicensem, ubi dialecticus acutus rhetorque facundissimus effectus est. *Ita ille : verum, quæ hisce verbis tradit, præterquam quod partim Joanni Thessalonicensi adversari videantur, nullo prorsus antiquitatis testimonio nituntur, hinoque parvo admodum in pretio, ne quid pejus dicam, habenda sunt, maxime quod auctor sublestæ etiam, uti ex jam dictis liquet, sit fidei. Nec multo pluris æstimandum est, quod de posito a Sancto, virilis ætatis jam facto, in arte militari studio proconsulisque Græciæ, ad quam deinde ab imperatore Maximiano evectus fuerit, dignitate Metaphrastes simul, et anonymus, qui huic præluxit,* Demetrii *biographus asseverant, ambo ab ejus ætate remotiores, quam ut vel ista vel alia, quæ etiam de eodem absque scriptoris antiquioris testimonio tradunt, certa atque indubitata possint efficere. At, vero, inquies, Miraculorum edendorum lib.* 1, *cap.* 3, Demetrius *pallio, non secus ac consul, indutus apparuisse narratur; eorumdem autem Miraculorum lib.* 2, *cap.* 6, *sub militari habitu spectandum sese Stephano episcopo Africano, a Sclavis capto, dedisse, eodemque modo, uti quæ posteriori loco præterea occurrunt, fidem faciunt, in imagine, quæ illum in Demetriano Thessalonicæ templo exprimebat, depictus exhibebatur.*

certo haud sciatur. 36 *Fateor, sic habet, suntque præterea in iisdem edendis Miraculis loci alii, quibus pariter sub militari habitu* Demetrius *apparuisse aut diserte traditur, aut certe utcumque innuitur. Verum Sancti non semper sub indumento seu habitu, officium dignitatemve, cujus, cum in vivis essent, fuerunt, exprimente, sed etiam sub alio, si consilio suo hunc magis videant idoneum, subinde apparent. Ut alio, quo id probatum dem, recurrendum non sit, faciunt ipsa edenda Sancti miracula. He-*

AUCTORE C. B.

A *Horum enim lib.* I, *cap.* I, *quod de Mariano Illyrici præfecto, a morbo immedicabili per Sanctum sanato, tractat, Mariano hic sub specie, non propria, sed amici quem ille, intima sibi necessitate conjunctum, Constantinopoli habebat, spectandum sese in somno dedisse narratur. Cum ergo, uti hinc liquet, etiam sub forma seu specie, diversa ab ea, qua in vivis fuerunt, Sancti apparere queant, quid ni et sub indumento seu habitu, officium dignitatemve, cujus in vivis superstites fuerunt, non exprimente, facere id possint, reque etiam ipsa subinde faciant? Adhæc, ut contra assertam militarem* Demetrii *conditionem nominatim etiam quid dicam,* Demetrius *sub militari habitu spectandum sese subinde dare potuit, non quod reipsa imperatori mundano, cum in vivis esset superstes, militarit, sed quod strenue, tamquam miles, fuso etiam sanguine, pro Christi fide decertarit. Quod porro ad imaginem, quæ Sanctum in templo, Thessalonicæ ei dicato, militari habitu indutum exhibebat, jam spectat, id quidem seculo nono, quo, quemadmodum ex Annotatis, dicto Miraculorum lib. secundi capiti sexto subdendis, intelliges, imago illa ibidem exstabat, militarem* Demetrii *conditionem cre-*

B *ditam fuisse, utcumque ostendit, ast militem hunc reipsa fuisse, non evincit. Quidquid itaque de habitu, seu quo Sanctus apparuerit, seu quo fuerit depictus, memoriæ proditum inveniatur, sunt tamen, quæcumque a Metaphraste, et ab anonymo, qui ei præluxit, seu de consulari Sancti dignitate, seu de posito ab eo in arte militari studio dicuntur, omnino incerta. Verum aliter de asserto ab iisdem imperterrito Sancti in prædicanda Christi fide ardore, fructuque non modico, multis ad Christum conversis, relato est loquendum.*

*illam tamen suam civitatem natalem,*

37 *Hac enim in re non tantum duas antiquiores Sancti Vitas, seu Passiones, Photianam scilicet et Anastasianam, sibi suffragantes habent, verum etiam in inchoato hisce verbis* Μνημὴν δικαίων, *Sancti nostri, quod sæpius jam laudavi, encomio Joannem, Thessalonicensem archiepiscopum. Ac primo quidem Anastasianæ Vitæ verba, quæ huc faciunt, num* I *hæc sunt:* Inter quos (*Christianos*) erat beatus Demetrius manifestum faciens semetipsum absque ullo ti-

C more, qui a juventute et bona egerat opera et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina Sapientia descenderat ad terram de cælo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio. Cum hæc et alia multa prædicaret etc; *Photianæ vero ista:* Hic Christi martyr Demetrius, præco et doctor pietatis, Apostolorum peregrinationes et certamina imitabatur, et Thessalonicensem urbem lumine doctrinæ suæ ab erroris tenebris abductam ad Christum adduxit. *Hæc binæ istæ Sancti Vitæ seu Passiones, non obscure sane, qua de hic sermo, Metaphrastis anonymique, qui huic præluxit, scriptoris assertioni de* S. Demetrio *faventes, ita tamen ut, quod Vitarum illarum prior non facit, totam per hunc fuisse ad Christum civitatem Thessalonicensem conversam, posterior aperte edicat. Et vero* Demetrium, *si non integram suam hanc civitatem natalem ab errore ad Christum adduxit, multum tamen in ea, fidei, veritate non paucis imbutis, protulisse fructum, saltem etiam non obscure innuit sæpissime jam laudatus Joannes Thessalonicensis, cujus græca verba, ad institutum præsens facientia, utut admo-*

*uti ipse etiam Joannes Thessalonicensis*

*dum prolixa, hic tamen adhuc, quod quæcumque de Sancto e codice olim Mazarinæo descripta habemus, ea fere omnia typis vulgare decreverim, versione Latina adjuncta, describenda sunt.*

38 *Hæc itaque codicis olim Mazarinæi pag.* 227 *versa et seqq. in præfato* S. Demetrii *encomio habet:* Αὐτὸς δὲ λαβὼν τὸ διδασκαλικὸν τοῦτο καὶ Ἀποστολικὸν χάρισμα, ἴδωμεν τίνα τὴν ἀντίδοσιν προσήνεγκε τῷ Θεῷ.... Δείκνυται χάριτι Θεοῦ περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὸ ἀθόλωτον. Τὸ γὰρ ἰουδαϊκὴν καὶ ἑλληνικὴν καὶ πᾶσαν ἄλλην θεοπόλεμον αἵρεσιν ἐκ πρέμνων αὐτῶν ἀνεσπάσθαι τῆς θεοφυλάκτου ταύτης ποίμνης τοῦ Χριστοῦ τίνος ἄλλου κατόρθωμα, ἢ μετὰ Θεὸν τοῦ διδασκάλου τῆς πόλεως;.... περὶ δὲ τοὺς χρόνους τοῦ Μάρυθρος σφοδρῶς τῇ θεοσεβείᾳ ὁ αντικείμενος πιεζόμενος σφοδρότερα καθώπλισε, καὶ τὰ σκάνδαλα· ἔνθα λοιπὸν κηρύσσων ὁ θεοπάροχος οὗτος τῶν Θεσσαλονικέων προστάτης καὶ σύντροφος καὶ διδάσκαλος (δεῖ γάρ μοι, σοῦ λόγου πρὸς τοῦτο χωρήσαντος, μνησθῆναι καὶ θαυμαστοῦ διηγήματος, ὃ παρὰ πατέρων ἀκήκοα) ἐπλήρου τὴν πόλιν ὀρθοδοξίας, καὶ τοὺς ἀντιδοξοῦντας ἐχώνευε.... Τί δὲ καὶ τὸ διήγημα; Ἐξητεῖτο.... παρὰ τῶν νουνεχῶς τὰ θεῖα διακριβούντων, πόθεν ἡ περὶ τὸν φιλόπολιν τοῦτον καὶ θεοστεφῆ μάρτυρα φήμη ἐπὶ τοσοῦτον διέδραμεν, ὡς καὶ μεγαλυνομένης αὐτῆς τὸ βάσκανον οὐς παροξυνθῆναι τοῦ τυραννοῦντος ἐντᾶυθα τότε E διάγοντος· καὶ ἐλέγετο, ὡς οὐ τοσοῦτον ἐκ τῶν διὰ προσευχῆς ἰωμένων σωμάτων, ὅσον ἐκ τῶν διὰ διδαχῆς καθαριζομένων ψυχῶν.

*verbis hic recitatis docet,*

39 Ὡς γὰρ ἐξ ὕπνου διήγειρε, καὶ ὡς ἐκ βορβόρου ἀπέλουε τὰς ἐν τῷ λάκκῳ τῆς εἰδωλολατρείας ῥυσωθείσας καὶ ζόφῳ κατεσχομένας ψυχὰς τὴν νοητὴν καὶ τὸ θυμίαμα τῆς οὐρανίου συνθέσεως Χρίστον, τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰσοικίζων, τὰ μὲν γὰρ ἰώμενα σώματα τὴν τοῦ θεοῦ δωρεὰν ἐνεφάνιζον εἰ καὶ ὅτι πρὸς ἀξίαν διδόμενα καὶ τὰ τοιαῦτα χαρίσματα οὐ μικρὰν τῶν δεχομένων τὴν ἐν ἀρετῇ προκοπὴν ἀπαγγέλλουσιν· αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν ἐπιστροφομένων εἰς θεοσέβειαν καὶ τὸ ἀτρεμὲς τῆς διδαχῆς καὶ τὸ ἀκατάπληκτον τοῦ ἐπικινδύνου κηρύγματος αὐτοῦ τοὺς ἰδρῶτας τοῦ Ἀθλοφόρου τοὺς εὐγενεῖς ἐκκαλύπτουσιν, οὐκ ἐν τῇ χώρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπανταχοῦ τὸ ὑπέρογκον αὐτου τῆς ἀρετῆς ἐμφανίζουσαι. *En nunc, quam hisce Joannis Thessalonicensis verbis adaptavi, interpretationem Latinam.* Quam vero ipse (S. Demetrius *videlicet*) illa ad docendum apta Apostolicaque gratia accepta retributionem Deo rependerit, videamus.... Dei munere doctrinæ ejus puri-

F tas manifesta apparet. Judaïcam enim, ethnicam omnemque aliam Deo inimicam hæresim radicitus esse ex hoc, quod a Deo custoditur, Christi ovili evulsam, cujusnam alterius, quam post Deum civitatis magistri (Demetrii *nimirum*) beneficium est? .... Martyris quippe temporibus adversus religionem inimicus, ad angustias adactus, graviora etiam scandala valide armavit; ubi tandem hic (Demetrius *nempe*) statutus a Deo pastor, Thessalonicensium patronus, alumnus et magister prædicans (oportet enim, sermone ad hoc delapso, mirandæ narrationis, quam e majoribus audivi, me meminisse) recta doctrina civitatem implevit, contrariaque sentientes compressit... Ast quænam illa est narratio?

*doctrinæ orthodoxæ lumine illustravit.*

40 Ab iis... qui divina prudenter scrutantur, quærebatur, qui de illo civitatis amante, coronatoque a Deo Martyre fama tam late esset diffusa, ut illius auctæ invidia stimulare tunc dominantis, qui illic (*in civitate Thessalonicensi nempe*) versabatur, aures potuerit; ac respondebatur: Non tam e sanatis per orationem

AUCTORE C. B.

corporibus, quam ex animabus, per doctrinam mundatis: quando enim e somno excitavit, atque a luto expurgavit, quæ in idololatriæ lacu fetore ac caligine detinebantur, animas, spiritualem Orientis plagam, cælestisque signi suffimentum Christum, verum Deum nostrum, cordibus eorum inferens, sanata quidem corpora, etsi etiam et hujusmodi gratiæ, secundum meritum datæ, non parvum eorum, qui eas recipiunt, in virtute progressum arguant, gratuitum Dei donum manifestant; conversorum vero ad pietatem animæ immotum imperterritumque in docendo ac periculosa prædicatione animum, generososque ipsiusmet gloriosi Athletæ sudores detegunt, non hic solum, sed ubique virtutis ejus sublimitatem manifestam reddentes. *Hæc Joannes Thessalonicensis, quibus sane, Sanctum Christi fidem cum fructu plane insigni, etiam inter ipsos Thessalonicenses, etsi interim hosce omnes abs illo fuisse conversos, non dicat, relato, prædicasse, affirmat. Nec hoc tantum verbis recitatis Joannes adstruit, verum etiam inde ma-*
B *gis, quam e miraculis, quibus eum etiam claruisse innuit, factum esse, ut imperatoris, cujus jussu fuit occisus, indignationem incurrerit. Verum de occasione, qua Sanctus neci datus fuerit, commodius tractabitur, postquam § sequenti, quæ de Nestore, Sanctoque, qui huic, singulari certamine cum Lyæo gladiatore congressuro, benedixerit, in Vita a Metaphraste contexta, aliaque anonymi, qui huic præluxit, traduntur, examinaro.*

## § IV. Quid de iis, quæ a Metaphraste anonymoque, qui præluxit, Sancti biographo de Nestore traduntur, sit censendum.

*Quæ de Nestore partimque etiam de Demetrio a Metaphraste narrantur.*

*Suppeditata a Metaphraste anonymoque, qui*
C *huic præluxit, Sancti nostri biographo de Nestore quodam, quæ hic examinanda venit, narratio, in compendium contracta, eo fere recidit: Gladiator erat,* Lyæus *nominatus, natione Wandalus, qui, cum corporis robore maxime præstaret, quoscumque secum singulari certamine manus conserentes facile superabat, hincque magno in amore simul et æstimatione apud imperatorem Maximianum erat. Accidit, ut hic Thessalonicæ exhiberet gladiatorum spectaculum, cumque Lyæus gladiatores ceteros provocaret ad certamen, omnibusque esset terrori, quidam tamen juvenis, nomine Nestor, Lyæi superbiam arrogantiamque haud ferens, pugnæ cum eo aleam subire decrevit. Quare, ut hoc suum consilium felici successu perficeret, ad* S. Demetrium, *sibi notum, de cujus in patrandis miraculis virtute inaudierat, sese confert, quid sibi sit propositum, declarat, eumque, ut precibus suis sibi adsit, enixe rogat.* Demetrius, *ut ait Metaphrastes*, perinde ac si ipse rogasset, non autem fuisset rogatus, exequendo propemodum prævenit petitionem, et ei velociter imposito eo, quod est in Christo, signaculo tam in fronte, quam in corde eum dimittit dicens: Et Lyæum vinces, et eris martyr Christi. *Nestor, hisce Sancti verbis roboratus, in stadium illico prosilit, seque ad singulare cum Lyæo certamen palam offert, omnibus audaciam ejus* D
*admirantibus*

*compendio hic exhibentur.*

42 *Imperator juvenem, sola paupertate adigente, desperatum id cepisse consilium, opinatus, pecuniam ad sese arcessito sponte offert, eumque, ne pugnæ cum viro, cui multum viribus esset inferior, periculo esse committere, adhortatur. Verum Nestor, pecunia repudiata, unice sese gloriam superandi Lyæum sectari, declarabat. Pugnam itaque, annuente imperatore, cum Lyæo init, eumque, Deo* Demetrii *invocato, ictu extemplo in corde percussum humi mortuum prosternit. Imperator hinc iratus ac mœstus, magiæque rem adscribens, Nestorem de hac interrogat hicque Christianum nullum magia uti, seque a Demetrii omniumque Christianorum Deo adjutum de Lyæo retulisse victoriam, respondet. Quod cum imperator audivisset, Nestorem eo ipso, quo hic Lyæum occiderat, gladio jubet interfici, sicque, inquit Metaphrastes*, Nestor transmittitur ad Christum, quem dilexit, et a quo erat accepturus coronas duplicis victoriæ. *Talia sunt, compendio hic jam exhibita, quæ in Metaphrastica Sancti Vita, aliaque anonymi,* E
*e qua hæc, uti ex supra adductis apparet, promanavit, de juvene, nomine* Nestore, *parte etiam in narratis* S. Demetrio *tributa, referuntur.*

*Hæc a Tillemontio pro figmentis habentur. Et vero,*

43 *Verum audi, qui Tillemontius tom.* v *Monumentorum Ecclesiasticorum pag.* 639 *narrationem illam, compendio etiam ibidem a sese exhibitam, excipiat.* Difficile est, *inquit verbis Gallicis, Latine hic a me redditis*, fabulosa illa narratione, in qua, maxime quod horrendum, Euangelioque oppositum est, pro Sancto habetur, quidpiam offensioni præbendæ magis aptum, magisque Christiano homine indignum invenire. Fabulosam illam appellamus, quia talis est in adjunctis, notatu maxime dignis. Photius enim et Anastasius de Nestoris contra Lyæum certamine loquuntur; verum a Nestore Christiano asserendo, cive *(certamini scilicet)* S. Demetrio admiscendo sedulo abstinent. Imo ne quidem, Maximianum necem Nestori inferri jussisse, asseverant, sed tantum promissa gladiatoribus victoriosis præmia ei non dedisse. Manifestum itaque est, reliqua omnia veritati fuisse adjecta, idque verosimiliter post seculum nonum, ab F
hominibus historiæ æque ac doctrinæ Euangelicæ ignaris. *Ita hactenus ille, et sane haud immerito; attamen quod de iis, quæ veritati, a Photio et Anastasio relatæ, post seculum nonum tandem fuerint adjecta, affirmat, mihi haud quaquam certum apparet. Eadem enim omnia etiam in Vita, secundo loco edenda, quæ anonymum habet auctorem, occurrunt, hæcque ex supra dictis seculo nono verosimiliter, imo forte etiam seculo* VIII *aut* VII *est antiquior. Nec est, quod reponas, ea omnia a Joanne Thessalonicensi, seculi* VII *scriptore, supra sæpissime laudato infraque laudando, non commemorari: cum enim hic martyrii, a Sancto tolerati, ne substantiam quidem uspiam narret, silentio abs illo, quæ pro hujus dumtaxat adjunctis haberi possent, fuisse prætermita, mirum non est.*

*quidquid etiam e Petro de Natalibus, cujus verba,*

44 *Verum, utut res habeat, ea equidem, quæ quantum ad Nestorem a Photii et Anastasii narratione absunt, ideoque velut figmenta verbis recitatis Tillemontius rejicit, re ipsa etiam esse figmenta, existimo. Ac primo quidem, ut, cur hæc mihi sedeat sententia, modo exponam, quæ juxta*

A *justa Nestori causa esse potuit, ut certamini singulari sese contra Lyæum committeret ? Hujus, ut aiunt, superbiæ arrogantiæque frangendæ consilium. Verum quis vel solo hoc ex capite facinus hujusmodi, divina lege severissime vetitum, a quo et Christiani, uti infra docebo, maxime abhorrebant, satis excusatum atque a noxa immune pronuntiet ? Enimvero longe aliter, qui, quod apud Petrum de Natalibus lib.* 9. *cap.* 110 *exstat, Sancti nostri elogium, sive is interim ipsemet Petrus, sive alius quiscumque scriptor sit, primum contexuit, existimasse videtur. Etenim suscepti a Nestore contra Lyæum singularis certaminis causam, quæ multum a jam dicta differt, allegat. Res elogium illud, in quo Lyæus semper* Libeus *vocatur, inspicienti patescet; quod, quia hac in parte plane singulare seduloque discutiendum est, integrum fere, omissis dumtaxat, quæ ad venerationem, a Leontio, Illyrici præfecto, Sancto exhibitam, spectant, huc transcribo. Sequentibus hisce verbis concipitur :* Demetrius martyr a-

B pud Thessalonicam civitatem passus est sub Maximiano imperatore. Hic a sua juventute Christianus et Deo serviens nobilis fuit civis ipsius Thessalonicæ civitatis et miles strenuus, qui tamen Christum Dominum prædicabat et multos ad fidem convertebat. Ingressus autem imperator Thessalonicam, audiens de Demetrio, ipsum comprehendi fecit et in carcerem mitti.

*huc spectantia, recitantur,*

45 Erat autem cum imperatore gigas fortissimus et aspectu terribilis, nomine Libeus, qui de mandato augusti cum Christianis dimicans, eos brachiis ad se constringens ad terram allidebat, statimque spiritum exhalabant. Multi etiam alii ab imperatore diversis pœnis affligebantur. Cum autem Demetrius esset in carcere positus, scorpionem juxta pedes suos cauda eum percutere satagentem vidit, quem edito crucis signaculo statim extinxit. Cui oranti confestim angelus apparuit, atque in Christo confortans coronam capiti ejus imposuit. Verum dum imperator cogitaret Demetrium cum Libeo experiri, Nestor quidam Christianus se nocte sancto Demetrio obtulit dicens, quod certamen hoc assumere deliberasset, rogans, ut

C sanctus Martyr pro se Dominum oraret. Qui ab eo confortatus die sequenti imperatori se præsentavit, seque Christianum asseruit, offerens, se cum Libeo dimicare, et pro Demetrio certamen assumere. Dum autem imperator illum precibus retrahere non posset, victori munera promisit. Nestor igitur duellum ingressus Libeum ad terram prostravit et prostratum occidit. Imperator autem hoc videns, et gigantem, Christianorum ultorem, amisisse dolens, contra ejus sponsionem Nestorem a militia solvit et de civitate ejecit; Demetrium quoque, qui ejus interfectionis causa fuerat, jussit in carcere occidi. Milites autem ad carcerem venerunt, et gladium in ejus pectore demerserunt. Sicque orans cum palma migravit ad Dominum; cujus corpus a Christianis occultatum est propter timorem paganorum, in quo loco Deus mirabilia operabatur, ubi cunctorum ægritudines sanabantur.

*causari quæ-us, lege equidem divina*

46 *Qui itaque hoc* S. Demetrii *Elogium seu enconium, a Metaphrastica ejus Vita in nonnullis præterea aliis, hic tamen, quod ad præsens institutum non faciant, non examinandis, adjunctis dissonans, contexuit, Nestorem contra Lyæum, non ut hujus audaciam superbiamve frangeret, sed ut et a periculoso hoste Christianos, quorum jam multos, singulari cum eis imperatoris jussu inito certamine, is occiderat, liberaret, et cum eodem decertandi necessitate* Demetrium *eximeret, singulari sese certamini commisisse, verbis recitatis, ut hæc consideranti patescet, memoriæ prodit. Verum sit ita, equidem nec sic Nestor absque noxa singulari sese contra Lyæum certamini committere potuerit. Etenim ut Christianus quisque vel ipsos, a quibus fidei causa persecutionem fideles patiuntur, tyrannos, vel horum etiam dumtaxat crudelitatis ministros interimat, interimereve, uti hic indubie Nestor fecerit, intendat, Religionis Christianæ sanctitati repugnat, nec quidquam, quo id cum lege divina, homicidium vetante, componi utcumque queat, occurrit. Adhæc cum equidem, Lyæo occiso, facultates aliæ, quibus Christianos excruciaret, necique etiam daret imperator, defuturæ neutiquam essent, Nestor singulari Lyæum aggrediendo certamine non tam itaque hoste* E *Christianos liberare, quam de injuriis damnisque, quibus hos ille affecerat, sumere vindictam, propositum habuisse debet; nece autem cujuspiam non tam liberationem a malo, quam vindictam intendere, legi divinæ æque ac religionis Christianæ sanctitati adversum, nemo utique eat inficias. Quæ res cum ita habeat, enimvero, quod singulari contra Lyæum initio certamine Nestor patravit, facinus, haud recte velut Sanctum atque ab ipso* Demetrio *approbatum, in hujus tum encomio proxime dato, tum Vitis seu Passionibus binis præsentis et initio laudatis proponitur; id autem, quam verum sit, ex iis, quæ de Christianorum* Demetrii *ætate moribus jam nunc dicam, amplius adhuc patescet.*

*horroreque, quem ab arte gladiatoria Christiani habebant, spectatis,*

47 *Christianos tres Palæstinos Diocletianæa, qua etiam ex dicendis* Demetrius *occubuit, persecutione sæviente, ad pugilatus certamina, seu, ut sese arti gladiatoriæ addicerent, ab Urbano, sævissimo Palæstinæ præside, fuisse condemnatos, Eusebius de Palæstinæ Martyribus editionis Valesianæ cap.* 7 *narrat; sequenti autem capite, de aliquot Christi confessoribus, varios post cruciatus ad metalla damnatis, locutus, quid iidem tres Christiani Palæstini, lata illa in se ab Ur-* F *bano præside sententia, egerint, exponit.* Nec vero, *inquit,* hos solos *(confessores scilicet ibidem ante memoratos)* hujusmodi supplicia perpessos vidimus; verum etiam ex Palæstinis illos, quos ad pugilatus certamina condemnatos, paulo ante retulimus, eo quod scilicet nec annonam ex principis ærario accipere, nec consueto pugilibus more quotidianis proludiis exerceri sustinerent. Quam ob causam non solum procuratoribus, sed ipsi etiam Maximino *(imperatori nimirum, in Syria et Palæstina tunc dominanti)* exhibiti, cum invictam in Christi confessione constantiam famis et flagrorum tolerantia declarassent, eadem cum illis, de quibus diximus, pertulerunt. *Cum ergo, uti ex hisce Eusebii verbis intelligitur, tres illi Christiani Palæstini ab arte gladiatoria, aut, si mavis, singularibus pugilatus certaminibus tantopere abhorruerint, ut famem, flagra, aliaque extrema supplicia sufferre, quam vel solis artis adeo detestandæ proludiis sese dedere annonamve gladiatoribus flatutam recipere, maluerint, quis, quæso, credat, vel plures Thessalonicæ Christianos, uti encomii proxime huc*

AUCTORE C. S.

AUCTORE C. B.

*huc transcripti narratio exigit, singulari certamine cum Lyæo fuisse congressos, vel quod contra hanc Nestor inierit, a* S. Demetrio, *uti et in eodem encomio et in duabus Sancti Vitis seu Passionibus, proxime laudatis, indicatur, fuisse probatum?*

*nec patratum a Nestore facinus, nec hunc ipsum,*

48 *Id equidem mihi tum hisce, tum aliis, quæ supra in medium adduxi, expensis, verosimile neutiquam apparet, eaque proinde omnia, quæ suppeditatæ a Photio Anastasioque Bibliothecario de Nestore narrationi in Metaphrastica* Demetrii *Vita, aliaque anonymi, e qua hæc promanasse videtur, superadduntur, pro figmentis, utut forte citius, quam seculo nono (Adi num. 43) inventis, cum Tillemontio, uti jam supra innui, habenda reor. Atque hinc etiam nec illum, qui Lyæum, uti in omnibus prorsus* Demetrii *Vitis seu Passionibus traditur, singulari certamine occidit, Nestorem accenserc Sanctis ausim, sive interim hunc, cum Lyæum interfecisset, imperatoris jussu, uti a Metraphraste, anonymoque, qui huic præluxit, asseritur, neci datum fuisse, martyremque obiisse, velis sive dumtaxat, uti a Photio et Anastasio, qui ne quidem* B *Nestorem* Christianum *uspiam appellant perhibetur, promissa gladiatoribus victoriosis præmia, imperatore irato, non retulisse vitamque, cum militia solutus urbeque fuisset ejectus, confessorum more, uti, qui supra huc transcriptum e Petro de Natalibus encomium contexuit, sensisse videtur, in pace terminasse. At vero, inquies, Græci Nestorem,* Μεγαλομάρτυρος *titulo, elogioque, in quo Lyæum, singulari certamine superatum, occidisse narratur, condecoratum, ad* XXVII *Octobris diem, præcipuo suo Officio, illi etiam tunc consecrato, celebrant, eumdemque Baronius ad hunc diem* VIII *Octobris, quod, quæ de eo narrantur,* S. Demetrii, *tunc a Latinis celebrati, Passioni seu Actis, Metaphrasticis nimirum, sint intexta, in Martyrologium Romanum intulit, in Annotationibus, quibus hoc illustravit, Græcorum Menologio, Sirletiano videlicet, una cum Nicephoro Callisto dictisque* S. Demetrii *Actis in rem suam laudato.*

*utut etiam pluribus fastis sacris inscriptum, pro Sancto*

49 *Fateor, sic habet, pluresque etiam, quam jam nominati sint, Fasti Græcorum sacri Nestorem ad* XXVII *Octobris diem Sanctis accensent. Verum quid tunc? Hi omnes, uti eruditis modo passim notum est, subinde etiam pro Sanctis habent indignos. Quod autem ad Nicephorum Callistum, qui eadem fere de Nestore, quæ a Metaphraste narrantur, Historiæ ecclesiasticæ a se contextæ lib.* 7, *cap.* 15 *recenset, Baroniumque, qui, laudato pro se Nicephoro, Martyrologio Romano Nestorem inseruit, jam spectat, duorum horum scriptorum prior seu Nicephorus commenta non raro fideique admodum sublestæ narrationes adoptasse suamque in Historiam transcripsisse noscitur; posterior vero seu Baronius, non tam, quantopere sint, quæ de Nestore approbatoque hujus per* Demetrium *facto a Metaphraste narrantur, fidei Christianæ sanctitati opposita, considerasse, quam Menologii Sirletiani, e quo Sanctos non paucos in Martyrologium Romanum intulit, seu fidem seu auctoritatem, pluris etiam, quam par sit, ab eo factam, spectasse videtur. Quod si hæc displiceant, quidnam tamdem, quo Baronium, Græcosque, qui pro Sancto Nestorem colunt, adversus Decalogi, homicidium vetantis, auctoritatem Christianorumque, qui* S. Demetrii *ætate fuerunt, a gladiatoria arte, singularibusque, quæ hujus exercitia ac ludi quodammodo erant, horrorem tuearis, in medium adduces?* D

*habendum existimo,*

50 *An forte ad singularem Spiritus Sancti instinctum recurres, eoque, quo olim plures sanctæ Virgines impulsæ necem sibimetipsis conscivisse leguntur, Nestorem ac* Demetrium *pariter impulsos, alterum quidem singulari Dei instinctui, quod tamen vocari in dubium posse videtur, locum hic esse potuisse, gratis etiam dederimus, ne tamen facile, quæ contra Dei legem sunt patrata, absque delicto patrata admittantur, æquum esse videtur, ut vel eo, vel etiam ob rationis paritatem ad ignorantiam invincibilem bonamque fidem eorum, qui quæ excusari opus habent, admiserunt, non recurratur, nisi cum simul et de facti, quod excusatione indiget, veritate, et de viri, cui id attribuitur, sanctitate undequaque constat; etsi autem de* Demetrii *quidem sanctitate, de asserta tamen, qua ineundem a Nestore contra Lyæum singulare certamen ratum habuerit, approbatione, quod hæc in Metaphrasticis sublestæ, ut supra docui, fidei actis, aliisque anonymi, e quibus hæc promanarunt, fundata* E *tantummodo sit, neutiquam constat, uti nec de Nestoris, quæ certioribus documentis haud nititur, sanctitate.*

*etsi interim Nestor quispiam, qui a Græcis 27 Octobris colitur, reipsa forte Sanctus sit.*

51 *Quod si nihilominus quantum ad hoc postremum ex insigni plane cultu, quo, ut dictum, ad* XXVII *Octobris diem apud Græcos Nestor gaudet, quispiam adhuc secus sentiat, nec, ut opinionem mutet, ex iis, quæ de cultu ecclesiastico subinde etiam indignis apud Græcos delato supra dixi, moveatur, meminisse illum velim, fieri facile posse, ut Nestor quispiam, a Nestore, qui Lyæum singulari certamine interfecit, distinctus, antiquitus a Græcis cultus fuerit, utque deinde, cum quis ille esset, haud satis haberetur compertum, ei lapsu temporis, quæ in Photiana et Anastasiana* S. Demetrii *Vitis seu Passionibus leguntur, Nestoris gladiatoris Acta, adjunctis commentitiis, qualia in Metaphrastica Sancti nostri Vita, aliaque anonymi, e qua hæc fuit contexta, reperiuntur, aucta, a Græcis, fabularum amantibus, simulque, quem Nestorem colerent, utcumque explicare volentibus, fuerint afficta. Sane non paucos, etiam apud Latinos, invenire est* F *Sanctos, quorum sanctitas quidem habetur comperta, Acta autem plane incerta sunt, fabulisque conspersa. Etsi itaque Nestorem quidem, qui in Photiana et Anastasiana* Demetrii *Passionibus Lyæum, singulari certamine superatum, occidisse narratur, pro Sancto habere non ausim, Nestorem tamen, qui a Græcis ad* XXVII *Octobris insigni cultu afficitur, Sanctorum numero certo expungendum, non affirmo, etsi interim, quisnam ille fuerit, rejectis, quibus ibidem celebratur, Actis, edicere haud queam.*

§ V.

A

## § V. Demetrius capitur, martyrioque afficitur : quandonam id factum, et quis Lupus, qui servus ejus fuisse dicitur, exstiterit.

*Sanctus captivus ad Maximianum imperatorem ductus,*

*Miraculis multis* S. Demetrium, *cum in vivis adhuc esset superstes, inclaruisse, et tamen, ut imperatori Maximiano, cujus jussu necatus fuit, odio exstiterit, non tam ex his, quam ex ethnicorum, quos ad fidem Christianam adduxerat, multitudine factum esse, num.* 38 *et seqq. transcriptis encomii ibidem laudati, quo* Demetrium *celebravit, verbis non obscure indicat Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus. Et vero cum Maximianus summo sane odio Religionem Christianam haberet, nullo prorsus ex capite, quidquid interim de patratis a Sancto adhuc vivente miraculis sit,* Demetrium *magis, quam* B *ex insigni ethnicorum ab errore per illum, ut supra docuimus, ad fidei veritatem adducta multitudine imperatori isti displicuisse, facile quisque in animum inducet. Nec quidquam, unde contrarium colligas, qui Sancti seu Vitam seu Passionem in litteras miserunt, suppeditant. Solius anonymi, ab Anastasio Bibliothecario Latine redditi, ad rem hanc utcumque facientia verba, quæ, simul qua occasione* Demetrius *captus atque ad Maximianum fuerit adductus, exponunt, citandaque infra adhuc sunt, huc transcribo. Sic habent :* Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate, homo superstitiosus piæ religionis auditores persequebatur, et interficiebantur ab eo. Inter quos erat beatus Demetrius, manifestum faciens semetipsum absque ullo timore, qui a juventute et bona egerat opera, et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina Sapientia descenderat ad terram de cælo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio. Cum hæc et alia multa prædicaret, quidam ministri imperatoris, qui ad capiendos Christianos fuerant deputati, tenentes sanctum Demetrium, imperatori obtulerunt Maximiano.

*jussu ejus haud dudum post hastis fuit confossus,*

C 53 *Ita hactenus anonymus Sancti biographus laudatus ; verum quid de* Demetrio, *cum ad Maximianum captivus fuisset adductus, primum is egerit, non exponit ; exponit tamen, quæ apud Photium exstat, Sancti Passio seu Vita. Verba, quibus id facit, hæc sunt :* Ibat vero tyrannus *(Maximianus nimirum)* ad spectaculum gladiatorum, et Martyr vinctus ad illud stadium, quod prope erat, ab impiis ministris tamquam Christianus vita ac doctrina adducitur. Ille ad spectaculum festinans, sanctum Virum jussit prope stadium, cui publicum balneum vicinum erat, in fornice custodiri. *In Metaphrastica Sancti Vita, aliaque anonymi, quæ ex hac est contexta, nonnulla Maximianum inter et* S. Demetrium *verba, ultro citroque, priusquam hic illius jussu fornici includeretur, habita referuntur. Verum tum hæc, tum alia, quæ in binis illis lucubrationibus occurrunt, atque ab Anastasiana et Photiana Sancti Vitis absunt, fidem integram utut etiam nec obsona, nec vero absimilia videri queant non merentur, utpote satis antiquo, quod eum in finem requireretur, testimonio destituta. Porro qui tandem factum sit, ut Sanctus, quem Maximianus, cum ad spectaculum properaret, fornici ad tempus jusserat includi, martyrii palmam lanceis confossus retulerit, in Photiana* Demetrii *seu Vita seu Passione hisce narratur verbis* : His dictis, in arenam *(Nestor nimirum)* descendens confestim eum, qui omnium judicio primas ferebat, prostratum necavit ; sed nihil consecutus est eorum, quæ victoribus proposita erant ; intolerabili vero dolore et ira tyrannum complevit, et surgens e cathedra, ira incensus illinc impius domum discedit. Cum vero illi quidam a Demetrio martyre nunciarent sermones, quasi furore atque impietate ebrius, simulque ratus, omen infaustum oblatum, cum Sanctus ei, ad stadium properanti, occurrisset, hastis eo, quo concludebatur, loco jubet interfici.

AUCTORE C. B.

*hocque modo, et quidem, contra ac, quæ hic*

54 *Huic Photianæ Vitæ narrationi satis consonat, quam Anastasiana suppeditat ; nec multum ab ea, si narrata de Nestore, supra discussa, excipias, abludit Metaphrastica Sancti Vita, alteraque anonymi, quæ, ut supra docui, ex hac promanasse videtur. Jam vero, cum id ita sit, nec monumenta antiqua alia, quæ illis Sancti Vitis hac in re repugnent, inveniantur, martyrii, quod Sanctus subiit, genus habemus compertum. Verum, quid de tempore, quo* E *id accidit, pronuntiandum ? Quod si Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo sæpissime jam laudato, standum sit, id certe ante annum* 314 *haud evenerit. Scriptoris hujus, et quibus id colligo, Græca verba encomii ab hoc contexti verbis num.* 39 *recitatis proxime subjecta, ut quidquid, quod litteris ab eo mandatum habemus, cum lectore communicem, una cum adjuncta versione Latina huc transcribo. Sic habent :* Ἐικὸς μὲν οὖν καὶ ταῦτα διαβόητον αὐτὸν κομιδῇ καθιστᾶν, τὸ δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τὴν φήμην ὑψῶσαν, καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις πατρίσι τοῦτο γεγονέναι φημίζεται · ἐπέστησαν αὐτῷ, φασὶ, διδάσκοντι, ὡς καὶ τῷ κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ οἱ πειρασταὶ σαθδουκαῖοι,..... ὅυτω καὶ τῷ μαθητῇ τοῦ Χρίστου τῷ πανενθέῳ Μαρτυρι, ἕλλημες ἐξ ἀθηνῶν, καὶ Ἰοαθαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων, καὶ Μανιχαῖοι ἐκ Μεσοποταμίας, καὶ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἀρειανοι ( Πρὸ πολλοῦ γὰρ τῆς αὐτῶν καθαιρέσεως τὴν οἰκουμένην ἐτάραττον καὶ ἁπλῶς πάσης σχεδὸν αἱρέσεως παραγεγόνασιν πρόμαχοι ) ..... μαθεῖν ..... θέλοντες ..... μᾶλλον δὲ οὐ μαθεῖν ( πονηρία γὰρ ἀνορηξία πέφυκεν ἀγαθοῦ ) ἀλλὰ πειράσαι καὶ διαστρέψαι τῆς πίστεως F ἐυθυτητα.

*recitantur, Joannis Thessalonicensis verba*

55 Καὶ ὁ μὲν ἕλλην ἠρέμα πῶς καὶ ειρωνευόμενος, ἅτε δὴ ταῖς συλλογιστικαῖς ἐπικομπάζων, καὶ τὰ μὴ ὀντα ὡς ὄντα δεικνῦναι, καὶ τὰ ὄντα πάλιν, ὡς μὴ ὑπάρχοντα, ἠώτα τὸν Μάρτυρα, ὅπως περὶ τοῦ Θείου δόζαζοι, τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι ἑνα Θέον ὁμολογεῖν ἄκτιστον καὶ ἀίδιον, ποιητήν πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων καὶ διὰ τοῦτο καὶ δεσπότην καὶ προνοητὴν · κἀγὼ, ἐφὴ ὁ ἕλλην, οὕτω φρονῶ · τῆς γὰρ Σωκράτους εἰμὶ διατριθῆς, οὐ τῆς Ἐπικούρου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν. Ut hæc itaque illum sane celebrem efficerent, seu potius famam ejus extollerent, oportebat, idque in aliis etiam regionibus factum narratur. Quemadmodum aiunt, insurrexerunt in Dominum Jesum, Deum nostrum, tentatores Saducæi,.... ita etiam in Christi discipulum, gloriosissimum Martyrem, Ethnici ex Athenis, et Judæi ex Jerusalem, et Manichæi ex Mesopotamia et Ariani ex Alexandria (diu enim, antequam exstirparentur, mundum universum hi turbavere, omnisque fere hæreseos propugnatores fuere )... discere volentes,... seu potius non discere (malitia enim bonum fastidit) sed tentare, fideique rectitudinem pervertere.

AUCTORE C. B.

vertere. Ac ethnicus quidem quodammodo dissimulans, syllogistice quippe sese, quæ non sunt, quasi sint, iterumque, quæ sunt, quasi non sint, monstrare, ostentans, Martyrem rogavit, qui de Deo sentiret, cumque hic respondisset, sese unum Deum increatum ac æternum, rerum omnium visibilium ac invisibilium Factorem, ideoque et Dominum et Provisorem, confiteri: et ego, dixit ethnicus, ita sentio; doctrinæ enim Socratis, non Epicuri, et eorum, qui cum hoc sentiunt, sectator sum.

*exiguntcerto ante annum 314,*

56 *Hisce porro verbis dicto encomio bene prolixo, quo* S. Demetrium *a doctrina potissimum laudat, alia plurima, quibus Sanctus, cum Ethnico, Manichæo, Judæo et Ariano ultro citroque habitis, horum heterodoxorum singulos confutarit, victasque tandem sibi dare manus compulerit, intexit, plurimosque simul tum exstitisse Arrianos, luculentissime, uti encomium illud consulenti patescet, loco non uno indicat. Jam vero, cum hæc ita habeant, necesse est, ut, Arianam hæresim jam tum, cum Sanctus noster in vivis esset adhuc superstes, fuisse exortam ac* B *pervulgatam, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, existimarit, ac proin* S. Demetrium *ante annum* 314, *utpote ante quem certe annum (Adi Franciscum Pagium in Pontificum Romanorum Breviario tom.* I *pag.* 75*) impia illa secta initium haud accepit, martyrio non fuisse coronatum. Verum hæc scriptoris illius opinio neutiquam potest admitti;* Demetrius *enim Thessalonicæ, uti inter omnes convenit, subiit martyrium; Macedoniam autem totam ac proin etiam sitam in hac Thessalonicam jam inde ab anno* 314, *uti apud Tillemontium in imperatorum Romanorum Historia tom.* IV *pag.* 162 *videre licet, Constantinus Magnus, sub quo sane Sanctum martyrio affectum, nemo dixerit, in potestate sua habuit, deincepsque ad annum usque* 337, *ei emortualem, ad quem usque* Demetrii *martyrium differri certissime non potest, habere perrexit.*

*sub imperatore Maximiano, non Herculio,*

57 *Adhæc* Demetrius, *uti jam nunc docebo, sub imperatore, cui* Maximiano *nomen esset, martyrium subiit; nullus autem imperator, nomine* Maximianus, *post annum* 311, *quo Galerius Maximianus, uti ad hunc annum Pagius in* C *Criticis, Tillemontius Historiæ imperatorum tom.* 4 *pag.* 116 *aliique passim docent, diem extremum clausit, Thessalonicæ dominatus est; ut enimvero, omnibus, quæ jam dicta sunt, consideratis, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, aut veram martyrii, a* Demetrio *tolerati, epocham penitus ignorarit, aut certe eam serius, quam rei veritas patiatur, traditione, quam allegat, deceptus differendam putarit. Verum quodnam tandem tempus eventui isti assignandum? Maximiano imperatore in urbe Thessalonicensi degente,* S. Demetrium *captum ac necatum fuisse, Vita ejus seu Passio tum Anastasiana, tum Photiana docet. Hisce etiam hac in re consonant aliæ duæ Sancti Vitæ, Metaphrastica videlicet, alteraque, e qua hæc promanavit, ab anonymo contexta. Verum hæ Maximianum, sub quo Sancti martyrium collocant,* Herculium *etiam vocatum fuisse, perperam asseverant. Etenim Maximianus Herculius Thessalonicæ, uti ex iis, quæ de hoc imperatore Tillemontius in imperatorum Romanorum Historia tom.* IV *scribit, palam fit, dominatus numquam est; ut adeo cum Sanctus certo ibidem passus sit, id sane sub Maximiano Herculio haud evenerit. Nec Græca Sancti Vita e Leone Allatio supra laudata hisque inchoata verbis:* Ὅτε Μαξιμῖνος ὁ D βασιλεὺς ἐν τῇ Θεσσαλονικέων διῆγε πόλει, *melius id sub Maximino factum statuit, idque sive primum, sive secundum hujus nominis imperatorem intelligamus.*

*scd Galerio.*

58 *Maximinus enim hujus nominis primus Thessalonicæ, postquam imperii habenas suscepisset, verosimillime, uti ex iis, quæ de eo memoriæ prodita inveniuntur, facile intelliges, numquam fuit; quare cum Sanctus Thessalonicæ martyrium, dum is, qui imperator erat, in urbe illa versaretur, ex omnium prorsus, qui de re hac tractant, scriptorum testimonio subierit, id enimvero sub Maximino hujus nominis primo accidisse non potest; quod præterea ne adstruatur, impedit unanimis eruditorum omnium opinio, quæ serius quam anno* 240, *quo Maximinus, hujus nominis primus, e vivis excessit,* Demetrium, *fuso pro Christo sanguine, retulisse martyrii palmam, statuit. Quod autem ad Maximinum hujus nominis secundum jam spectat, non magis ad hunc, quam ad Maximianum Herculium, Thessalonica umquam spectavit, uti ex iis, quæ de eo apud Tillemontium, plus semel* E *jam laudatum, in imperatorum Romanorum Historia tom.* 4, *aliosque scriptores memoriæ prodita passim occurrunt, manifestum est; quapropter nec sub illo, uti ex jam dictis facile colliges, Sancti nostri statui potest martyrium. Ex hisce porro omnibus jam fluit, primo quidem, ut in laudata a Leone Allatio Græca* Demetrii *Vita seu Passione ex errato Græcis admodum communi, quo* Maximini *et* Maximiani *nomina solent confundi,* Μαξιμῖνος *pro* Μαξιμιανὸς *perperam scribatur, uti etiam ex iis, quæ num.* 7 *in medium adduxi satis liquet; deinde vero ut Sancti nostri martyrium sub Maximiano Galerio, qui ab anno* 305, *uti inter eruditos modo convenit, ad annum usque* 311, *ei emortualem, imperatorem egit, totoque illo tempore Macedoniam ac proin etiam, quæ sita in hac est, Thessalonicam in potestate sua habuit, statuendum sit. Verum quo Christi anno?*

*cum hic Sarmatas ac Gothos.*

59 *Cum Maximianus Galerius anno* 311 (*adi ad hunc annum num.* XV *Pagium in Criticis*) *e vivis excesserit,* Demetrii *martyrium ultra eumdem annum nequit differri, imo vero, cum idem imperator toto anno* 310 *gravissimo morbo* F *laborarit, tuncque, cum Sanctum jussit occidi, valetudine optima usus sit, verosimillime etiam ante hunc annum statui debet; quanto autem tempore circiter, jam nunc dicenda verosimile utcumque efficient. In Metaphrastica Sancti Vita, alteraque anonymi, quæ Metaphrasti præluxit, Sanctum nostrum tunc, cum, Gothis Sarmatisque devictis, Maximianus, qui tamen ut jam docui, in binis illis lucubrationibus* Herculius *perperam vocatur, Thessalonicam venisset Martyrio fuisse affectum, non obscure traditur; etsi autem Metaphrastes anonymusque, e quo is sua decerpsit, fidem indubitatam, uti ex jam supra dictis pronum est eruere, minime hic mereantur, non est tamen, cur quod hic pro tempore, quo Sanctus subiit martyrium, propius determinando suppeditant, pro verosimili saltem non habeatur. Cum ergo secundum illos Sanctus eo tempore, quo Maximianus, Gothis Sarmatisque devictis, Thessalonicam venit, martyrio fuerit coronatus, quonam ille tempore Gothos Sarmatasque devicerit, examinemus.*

60 *Belli adversus Sarmatas, quibus Gothi juncti esse potuerint, a Maximiano Galerio gesti,*

auctore C. B.

quod anno 305 aut seq. evenit, vicisset, martyrii palmam

sti, victoriæque abs hoc de illis relatæ Tillemontius tom. 4 *Historiæ imperatorum pag.* 89 *meminit, additque bellum illud, cujus alibi, quam apud Zonaram et Ammianum Marcellinum, quos ibidem citat, memoria non inveniatur, vel anno* 305 *vel sequentis initio esse affigendum. Jam vero cum præter bellum, a Tillemontio hic memoratum, bellum aliud, quo Galerius Maximianus, jam nimirum, ante quod certe tempus* Demetrium *haud jussit occidi, imperator creatus, Gothos Sarmatasque vicerit, revera notum non sit, scriptoreque illo, quantum ad tempus, quo bellum, cujus meminit, gestum scribit, standum videatur, Sanctum nostrum, quod eum post gestum a Galerio Maximiano contra Gothos Sarmatasque bellum pro Christo occubuisse, Metaphrastes simul, ut jam dictum, et anonymus, qui ei præluxit, luculenter indicent, martyrii palmam anno circiter* 306 *retulisse, verosimile existimo, hincque supra in margine annum illum adscripsi.*

ipsa forte a Græcis assignata die 26 Octobris retulit,

61 *Nunc etiam de die, quo Sanctus, fuso pro fide Christiana sanguine, martyr occubuerit, pauca dicamus, Elogio, quo in Menæis ad* XXVI *Octobris diem ornatur, sequentes hi, in quibus ad martyrii, quod subiit, genus, cum passione lateris Christi similitudinem quampiam habens, alluditur, præmittuntur versiculi :*

Δημήτριον νύττουσι λόγχαι, Χριστέ μου,
Ζηλοῦντα πλευρᾶς λογχονύκτου σῆς πάθους.
Ἑικοστῇ μελίαι Δημήτριον ἔκτῃ ἀνεῖλον.

*Priores duo e versione, quam ipsis adaptavi, tertiusque ex adaptata ei a Papebrochio in Ephemeridibus Græco-Moscis interpretatione Latine ita sonant :*

Demetrium lanceæ confodiunt, Christe mi,
Passionem lateris tui, lancea confossi, æmulantem.
Vicena et sexta Demetrion hasta peremit.

*Sanctus itaque vigesimą sexta Octobris die martyrium subiisse, in Menæis asseritur; etsi autem Menæa fidem certam, uti satis notum est, in similibus haud mereantur, illa tamen hic certo falsa esse, asseverare non ausim. Nec est, quod reponas,* Demetrium *in Martyrologio Romano, tum veteri, tum hodierno ad* VIII *Octobris diem celebrari, idque etiam in aliis omnibus, qui* Demetrii *me-*
C *minerunt, Latinorum Fastis sacris fieri; etsi enim id ita sit, hi Sanctos, uti omnibus eruditis compertum habetur, non semper iis diebus, quibus felici obitu migrarunt ad Dominum, celebrare solent, nec qui ex illis* S. Demetrium *octava Octobris die recolunt, hâc illum martyrio fuisse coronatum, uspiam asseverant. Sanctum itaque pro Christo* XXVI *Octobris die reipsa occubuisse, omni prorsus probabilitate carere non videtur, etsi interim pro certo neutiquam possit haberi, quod in sufficientis antiquitatis fideique documentis fundatum non sit.*

servo, nomine Lupo, ei superstite, de quo

62 *Ceterum alia non suppetunt, quibus annum ac diem, quo Sanctus martyrii palmam retulerit, determinem. Ad id, quod discutiendum adhuc hic est, jam progredior. In Metaphrasticis Sancti Actis, quibus, quæ anonymus, Metaphraste antiquior, concinnavit, consonant, martyrii a Sancto nostro tolerati narrationi sequentia subduntur* : Quidam ex Sancti (Demetrii *nempe*) famulis stans prope eum, quando beatam illam subiit cædem, cum, ut potuit, divinum illum sanguinem collegisset in sacro Martyris superhumerali, et quem manu gestabat, annulum accepisset, et Martyris sanguine tinxisset, per ipsa faciebat plurima miracula. Neque erat ullus morbus, neque malus dæmon tam fortis, quin statim, si illius fecisset periculum, superaret; adeo ut tali fama miraculorum impleretur tota civitas Thessalonicensium. Quocirca nec erat consentaneum ea latere Maximianum, nec ferre posse invidiam; et ideo capitur protinus famulus, horum bonorum procurator, et interficitur. Tribunal locus, in quo fuit occisus; Lupus autem vocabatur egregius ille famulus.

nonnulla hic producuntur in medium.

63 *Majores nostri ad diem* XXIII *Augusti, quo S. Lupus seu Luppus martyr, Martyrologio Romano, Menæis Græcorum excusis, Menologio Sirletiano, aliisque non modo Græcorum ac Latinorum, sed et aliarum nationum Fastis sacris inscribitur, num sanctus hic martyr cum Lupo in* S. Demetrii *Actis per verba jam nunc recitata memorato unus idemque sit, inquisivere. Ac verisimilius, quidem ipsis visum est, Lupum martyrem, Fastis sacris ad dictum diem insertum, cum Lupo* S. Demetrii *famulo, qui in hujus Actis commemoratur, unum esse atque eumdem; verum cum nihil, quo hanc suam opinionem sat firmiter* E *stabilirent, suppeteret, rem accuratius ad hunc diem, si quid interea lucis affulgeret, examinandam remisere. Ut itaque, quod faciendum illi quodammodo promiserant, præstarem, diversa, quæ ad manum sunt,* S. Demetrii *Acta, monumentaque alia, e quibus forte quid lucis affulgere posse putabam, sedulo discussi, uti etiam quæcumque de Lupo martyre, Fastis sacris ad diem* XXIII *Augusti inscripto, litteris consignata uspiam reperi. Verum nihil omnino invenire contigit, unde opinionem, quæ Actorum* S. Demetrii *Lupum alterumque, Fastis sacris ad* XXIII *Augusti diem insertum, statuit eumdem, solide confirmare queam; quare illam, maxime quod ambobus illis Sanctis famularis seu servilis conditio, titulus martyrii, nomenque, quo vocantur, sint communia, nec quidquam, quod eos certo distinguendos suadeat, uspiam occurrat, verosimilem, imo opposita verosimiliorem, cum dictis Majoribus nostris pronuntiare contentus* § *huic finem impono.*

## § VI. Sancti memoria in Fastis sacris, cultus ecclesiasticus, quo universim hodieque apud Græcos gaudet, atque olim fuit gavisus. F

Sanctus, qui Hieronymianis apographis uspiam videtur insertus.

*Etsi quidem Sancti non pauci, quibus* Demetrii *nomen fuerit, tum in majoribus apud Florentinium, tum in minoribus seu contractioribus, quæ ab hoc aliisque vulgata sunt, Hieronymianis apographis inscripti ad diversos anni dies occurrant, nullus tamen eos inter est, qui vel ad hunc diem, Sancto nostro apud Latinos sacrum, vel ad* XXVI *Octobris, eidem apud Græcos dicatum, celebretur, aut saltem unus idemque e characteribus, quibus distinguitur, cum* Demetrio *nostro tuto possit statui. Verum, quamvis forte, uti inde consequitur, Fastis illis sacris, qui reliquis omnibus antiquiores habentur, Sanctus noster nuspiam sit insertus, eum tamen pro Sancto antiquitus habitum fuisse, hodieque haberi, vel multiplices etiam ostendunt, in quibus celebratur, variarum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

*variarum nationum, qui ab Hieronymianis sunt distincti, Fasti sacri tum antiquiores, nec multum antiquitate Hieronymianis cedentes, tum etiam minus antiqui.*

*in pluribus tamen aliis, tum Latinorum,*

65 *Ac primo quidem, ut a Fastis Latinorum sacris enumerandis ducam initium* Demetrius *in Martyrologio Romano Parvo seu Veteri, quod paris fere cum Martyrologio, quod S. Hieronymi nomine circumfertur, vetustatis censetur, hodie annuntiatur paucis hisce verbis* : Thessalonicæ, Demetrii martyris. *Sanctum porro, e vetustissimo isto Martyrologio acceptum, Ado primum ac deinde ex hoc Usuardus et Notkerus, antiquis, quos* Classicos *vocamus, Martyrologis accensiti omnes, in Martyrologia a se concinnata ad hunc pariter octavum Octobris diem intulerunt, quod etiam, etsi interim, quo determinato duce usus hic sit, haud sciatur, Wandelbertus fecit, in metrico suo Martyrologio* Demetrium *hodie ita celebrans* :

Octavo ante Idus, Demetri sancte, bearis,
Nomine pro Christi tortores passus iniquos.

B *Martyrologis Classicis seu antiquioribus, e quibus interim Rabanus et, qui tomo 2 Martii præfixus apud nos exstat, genuinus forte Beda, non secus ac Hieronymiana apographa,* Demetrium *prætereunt, recentiores præterea Ecclesiæ Latinæ hagiologi non pauci sese adjunxere, Belinus videlicet, Maurolycus, Galesinius, Molanus aliique, quos cum omnes hic enumerare, aut etiam, quas suppeditant, annuntiationes transcribere, operæ pretium non sit, iis præteritis, adhuc verba dumtaxat, quibus hodie quoque Martyrologium Romanum* Demetrium *celebrat, huc transfero. Sic habent* : Thessalonicæ sancti Demetrii proconsulis, qui, cum plurimos ad Christi fidem perduceret, Maximiani imperatoris jussu lanceis confossus martyrium consummavit.

*tum Græcorum aliarumque nationum Fastis sacris, utut ad dies*

66 *Quod jam ad sacros aliorum nationum Fastos spectat, non solum apud Græcos, e quorum Hagiologiis vix ullum, quod* Demetrii *non meminerit, invenias, Sancti nostri memoria recolitur, verum etiam apud Æthiopes, Russos seu Moscos, Coptitas ac Syros : apud Æthiopes quidem in Calendario Æthiopico apud Jobum Ludolphum, apud Russos autem seu Moscos in Slavo Russico, quod Latine a se redditum nobilissimus baro de*

C *Sparwenfelt nobiscum communicavit, Menologio, in præfixis Operis nostri tom.* I *Maii Ephemeridibus Græco Moscis, uti et in Ruthenico apud Possevinum Calendario, Ruthenicoque item, quod Moscua anno* 1688 *Georgius David, Societatis nostræ sacerdos, ad nos misit, Synaxario. Quod vero ad Coptitas ac Syros pertinet, apud hosce quidem in Syriaco seu Chaldaïco, typis Romanis anno* 1624 *vulgato, quod Latine dein redditum penes nos Ms. exstat, Calendario ; apud illos vero in Coptico, quod habemus, quodque a Kirchero, Societatis nostræ sacerdote, in Linguam Latinam fuisse conversum, suspicamur, Kalendario Ms. Sancti nostri nomen memoratur. Ac in illis quidem omnibus enumeratis Fastis sacris Æthiopes, Russi seu Mosci, Coptitæ ac Syri non, quemadmodum Latini, ad* VIII, *sed ad* XXVI *Octobris diem* Demetrium *celebrant, Græcos verosimillime, ne dicam indubie, imitati, qui ad eumdem pariter* XXVI *Octobris diem, contra ac Latini faciunt, in omnibus prorsus, qui* Demetrii *meminerunt, Fastis sacris, usitati apud ipsos solitis, Sanctum commemorant.*

*ob rationem forte, quæ hic datur, diversos, memoratur.*

67 *Verum ut quid alio die Græci, alio Latini in sacris Ecclesiæ suæ usui destinatis Fastis Sanctum consignant? Non raro apud Latinos fit, ut Sancti, noa iis diebus, quibus Vitam cum morte commutarunt, sed aliis, qui Sanctorum aliorum cultu impediti non sunt, veneratione ecclesiastica afficiantur. Quid si ergo Sanctus olim apud Latinos, non die, qui ei emortualis obtigerat, sed alio, quo, Sancti alterius veneratione haud impedito, cultu ecclesiastico apud eos afficiebatur, sacris quoque fastis per eosdem fuerit inscriptus, idque apud Græcos eo ipso, qui ei emortualis fuisset, die* XXVI *Octobris fieri contigerit? Enimvero hinc factum, ut* Demetrii *nomen Octobris die* VIII *apud Latinos,* XXVI *vero apud Græcos Fastis sacris fuerit incertum, mihi haud prorsus vero apparet absimile, maxime cum, Sanctum* XXVI *Octobris die martyrii palmam retulisse, Græci in Menæis, ut supra docui, expresse affirment, reque etiam ipsa forte is, ut supra pariter docui, die illa ad Dominum migrarit. Ut-ut sit, Sanctus equidem, uti ex jam dictis liquet, in Latinorum æque ac Græcorum Fastis sacris*
E *celebratur; quoniam autem de cultu ecclesiastico, qui ei fuerit delatus, sermo jam incidit, rei argumentum monet, ut de eo jam sermonem faciamus.*

*Officioque a Græcis hodieque, colitur, idque, uti vel maxime*

68 *Quod ut magis ordinate faciam, primo quidem de cultu ecclesiastico, quo* Demetrius *universim apud Græcos hodieque gaudet, atque olim fuit gavisus; deinde vero de eo, quo nominatim tum Thessalonicæ, tum Constantinopoli ab ipsis etiam Orientis imperatoribus, eorumque aula fuit honoratus, tractabo, ac tandem venerationis, quæ Sancto alibi etiam, quam apud Græcos, aut modo adhuc defertur, aut certe olim fuit delata, explanatione Commentarium hunc terminabo. Græci ipsum suum ad* XXVI *Octobris diem de* S. Demetrio, *brevi dumtaxat, quam tunc, ut sæpe alia, instituunt, aliorum aliquot Sanctorum commemoratione adjuncta, faciunt Officium. Quisque ita rem habere comperiet, qui magna Græcorum Menæa excusa, Typicum, S. Sabæ nomine insignitum, novissimumque, quod anno* 1738 *impressum notatur, Anthologium ad dictum* XXVI *Octobris diem inspexerit. Verum a quo tempore ecclesiasticus ille cultus*
F S. Demetrio *a Græcis qui eum præterea honorificentissimis* μεγαλομάρτυρος *atque ob rationem infra dicendam* μυροβλύτου *titulis condecorant, cœpit deferri? Cum in præfato, quo in Menæis Sanctus celebratur, ecclesiastico Officio commemoratio terræ-motus, qui sub Leone Isauro evenit, instituatur, hicque imperator seculo octavo, ad mediam fere sui partem provecto, obierit, id sane quantum ad commemorationem illam nequit esse hoc seculo antiquius, eritque fortassis, qui eidem vel propterea nec quantum ad reliqua majorem antiquitatem attribuat. Verum, utcumque res hæc habeat, Sanctum equidem diu etiam ante seculum Octavum Officio ecclesiastico universim a Græcis cultum quotannis fuisse, verosimillimum mihi apparet, tum ex iis, quæ quantum ad ejus antiquissimum Thessalonicæ juxta ac Constantinopoli cultum infra dicturi sumus, tum vel maxime ex singulari, qua seculo illo, imo etiam diu ante, apud Græcos gavisus fuit, veneratione simul et nominis celebritate; quam utramque sancti nostri Martyris prærogativam probatam nunc do.*

69 *Sanctus Theodorus Studita, qui seculo octavo senescente sequentisque initio floruit, apud Sirmondum*

*ex insigni, hic e Theodoro studita probata, qua seculo octavo*

*Sirmondum Operum variorum tom.* v *pag.* 208 *in epistola, quam ad Joannem Spatharium dedit, ita scribit:* Divinum quoddam facinus a dominatione tua factum audientes, mirati sumus ob magnam revera fidem tuam, homo Dei. Affirmat enim qui retulit, te sacram magni Martyris Demetrii imaginem susceptoris cujusdam loco adhibuisse; atque ita filii tui a Deo custoditi baptismum peregisse. Et o fiduciam tuam! Non inveni tantam fidem in Israël, non solum centurioni tunc a Christo dictum arbitror, sed nunc etiam tibi qui fide certas cum illo. Invenit ergo ille quod quærebat; adeptus es et ipse quod sperasti. Ibi divinum mandatum pro corporali præsentia: hic corporea imago vice prototypi. Ibi enim verbis aderat magnum Verbum, divinitate sua mirabile sanitatis opus invisibiliter perficiens; et hic pariter magnus Martyr imagini suæ spiritu præsens erat, infantem suscipiens. Verum hæc profanis quidem auribus, et incredulis mentibus, minime recipienda, tanquam incredibilia, videntur, maxime iconomachis; pietati vero tuæ manifesta argumenta
B et exempla patefacta sunt. Quid enim est quod Deus præstare credentibus non possit? Aut quomodo in imagine non homonyme cernitur, et inesse creditur, qui repræsentatur? Imaginis siquidem honor, ut magnus ait Basilius, transit ad prototypum. Quare manifestum est Martyrem fuisse, qui infantem per propriam imaginem suscipiebat, quatenus ita credidisti. Sed o magnificentiam tuam, qui talem ac tantum syntecnum, ut vocant, sortitus es, non hunc vel illum, principem puta vel dynastam; aut ipsum etiam qui diademate redimitus est. Major enim longeque superior est quem reperisti.

*fuit gavisus, veneratione ac nominis celebritate apparet, diu etiam ante hoc seculum*

70 Martyrum quippe fortissimus, mirificorum clarissimus, germanus Christi amicus, Angelorum civis: qui tot tantaque in terris semper potuit, potestque; ut in omnibus oris miraculorum suorum tuba celebretur. Beatus re-ipsa es, vir piissime quod talem nactus sis susceptorem: ter beatus et filius tuus, qui a tanta gloria et potentia prædito susceptus sit. Nobis vero videre liceat hunc filium tuum sancti Demetrii cognominem, si annuis: ut, tanquam ipsius filium amplectentes, et congruis ipsi ver-
C bis, ut peccatores, compellemus, et rem gestam ad alios quoque transmittamus. Nec enim res pulcras sileri convenit, sed aliis ad piæ fidei clara documenta proponi. *Enimvero et factum plane singulare, quod hic laudatur, et verba, quibus id a Theodoro Studita fit, eximiam prorsus erga* S. Demetrium *tum Joannis Spatharii, qui forte cum Joanne Protospathario et Bajulo, ab Irene electo atque apud Theophanem ad annum imperatricis hujus decimum memorato, unus idemque est, tum ipsiusmet Theodori Studitæ venerationem arguunt. Adhæc cum hic sanctus scriptor, qui, quemadmodum jam docui, seculo octavo senescente sequentisque initio floruit, tot tantaque in terris* Demetrium *semper potuisse ac porro posse, per verba recitata affirmet, ut in omnibus oris miraculorum ejus tuba celebretur, præbet sane, unde non immerito, Sanctum nostrum insigni apud Græcos nominis celebritate juxta ac hinc orta veneratione diu etiam ante seculum octavum enituisse, arbitremur.*

71 *Quod cum ita sit, quin abs his ille pariter, non secus ac clariores Sancti alii, Officio ecclesiastico honoratus jam tum fuerit, vix dubitandum*



*apparet, maxime cum festivam ejus lucem Thessalonicæ jam inde a seculo sexto verosimillimeque etiam citius quotannis celebrari contigerit, uti infra ostendam. Porro* Demetrius *non tantum Officio ecclesiastico, verum etiam festo annuo, quo sacri cultus seu sacro-sancti Missæ sacrificii tempore jus dicere nefas esset, apud Græcos, si non ante seculum octavum, certe ante seculum tertium decimum fuit honoratus. Liquet id ex data anno mundi secundum Græcos* 6674, *id est, æræ Christianæ* 1166, *per Emanuëlem Comnenum imperatorem de diebus, quibus aut omnino aut ex parte tribunalibus feriandum, seu a jure dicendo abstinendum esset, Novella. In hac enim, quæ in Jure Græco-Romano, per Leunclavium anno* 1596 *Francofurti vulgato, pag.* 160 *et apud Photium in Nomocanone Titulo septimo, pag.* 58 *et seqq. exstat, imperator verbis sequentibus, a Leuclavio e lingua Græca in Latinam conversis, ita primum loquitur:* Sancimus, ut illi dies feriati sint, quos in præsenti constitutione nominatim enumerabimus; et ut alii quidem eorum ferias in universum E habeant, ut nequaquam, toto ipsorum durante spatio, constitui judicium possit, nisi fortassis imperator per dispensationis modum, vel ob necessitatem (ut multa sæpenumero subita quædam rerum varietas licentius novare solet) in iis quoque judicium constituere voluerit; alii vero ex parte a judiciis vacent, ut ea videlicet exerceantur a matutino tempore usque ad tempus sacri cultus *seu potius (Græce enim habetur λειτουργίας) Missæ sacrificii,* quo judicibus tam precationi, quam celebrationi divini Numinis intentis esse liceat, ac, peracto sacro, justitiæ curam gerant, et injurias perpessis juxta vigorem legum succurrant.

*quo deinde etiam toto feriandum fortе fuerit, quotannis fuit honoratus.*

72 Sed tamen ii, quibus in hunc modum post cultum sacrum jus dicere permissum est, in conficiendis abs se notationibus ac instrumentis mentionem temporis faciant, quo confecta sint. *Hisce porro præmissis, primo dies omnino feriatos seu quibus totis a dicendo jure vacandum sit, enumerat, ac deinde ad eos, quibus ex parte tantum vacationem tribunal habet, progreditur, iisque* XXVI *Octobris diem,* quod is magno, *ut ait,* et unguentis scaturienti Deme- F trio festus agatur, *accenset. Quin itaque* Demetrius *festo annuo, cujus parte aliqua a jure dicendo vacandum esset, a Græcis ante seculum tertium decimum honoratus fuerit, ambigendum non est. Porro fuisse quoque per festi illius partem ab operibus servilibus abstinendum, Bailletus tom.* 3 *Vitarum col.* 115 *ad* VIII *Octobris diem affirmat. Atque id quidem, utut in laudata Emanuëlis Comneni imperatoris Novella expresse non assertum, verosimillimum apparet: verum is scriptor de festo illo, quod comparate ad festa alia omnino feriata secundæ dumtaxat classis festum primum fuerit, hæc præterea ibidem addit:* Adeo celebre post factum est, ut haud minoribus, quam primæ classis festa, cæremoniis celebratum fuerit, estque de præcepto per totum diem hodieque observandum. *Ita ille, in margine, quæ Smith. Statuta Græcæ ecclesiæ pag.* 12 *habent, pro se citans; Verum, cum Opus hoc ad manum non sit, fidem quantum id, quod verbis recitatis docet, penes ipsum stare volo, et ad alia modo, quæ ad Sancti cultum spectant, gradum facio.*

AUCTORE C. B. *verosimillime obtinuit, postque certe festo ex parte feriato,*

AUCTORE C. B.

## § VII. Quam eximius Thessalonicæ cultus Sancto fuerit delatus, et quam quidem antiquus is sit.

*Sanctus seculo septimo, imo etiam citius, Thessalonicæ cultus fuit:*

*Eximia plane veneratione cultuque ecclesiastico Thessalonicæ Joannis, civitatis hujus archiepiscopi, sæpissime jam supra laudati infraque laudandi, ætate seu seculo septimo gavisum fuisse* S. Demetrium, *vel e solis, quibus hunc scriptor ille Miraculorum edendorum lib.* 1 *frequentissime condecorat, honorificentissimis, iisque dumtaxat, qui pro Sanctis coluntur, dari solitis titulis haud omnino inepte conjicias. Verum ne conjecturis tantummodo utendum hac in re sit, is ipse etiam scriptor facit. Etenim encomium jam supra plus semel citatum binisque hisce* Μνημὴν δικαίων *verbis inchoatum, quod ad Thessalonicenses de* S. Demetrio *dixit, sese tunc, cum festiva ejus lux ageretur, dixisse, ab ipso statim dicti*
B *encomii initio indicat, ita illud exorsus:* Μνήμην δικαίων μετ' ἐγκωμίων ποιεῖσθαι Σαλομὼν συνεβούλευσεν, *id est,* Sanctorum memoriam cum encomiis celebrare, Salomon suasit. *Adhæc Ciborii seu altaris umbraculi incendium, quod miraculorum lib.* 1, *cap.* 12 *refert, aliquanto temporis spatio, antequam id litteris ibidem mandaret, ipsa sacra* S. Demetrii *luce, quotannis, ut ait, die* XXVI *Octobris celebrari tum solita, evenisse, declarat, eaque eodem loco adjungit, e quibus Sancti festivitatem non uno dumtaxat die Thessalonicæ tunc durasse, intelligitur; ut sane, quin Sanctus Joannis Thessalonicensis ætate seu seculo septimo, imo etiam, cum dictum incendium seculo sexto cultu ecclesiastico plane insigni fuerit affectus, nulla ratione ambigendum sit.*

*diu enim ante ædem ibidem, quæ,*

74 *Verum nonne etiam ante seculum sextum ita Sanctus in civitate sua natali honorari cœpit? Antequam, quæ mea hac de re sit opinio, edicam, nonnulla adhuc juverit præmisisse. Ædem sacram* S. Demetrio *Thessalonicæ; cum sacrum ejus*
C *corpus sub terra aliquamdiu jacuisset, a Leontio, Illyrici præfecto, eo ipso, quo terræ fuerat mandatum, loco fuisse extructam; Anastasiana, simul et Photiana Sancti passio testatum facit. Posterioris hujus lucubratiunculæ, a qua prior in substantia haud dissonat, verba huc spectantia hæc sunt:* Quidam vero Leontius vir pius, postea præfecturam, qua Illyricum administravit, adeptus, locum explans, in quo sancti Martyris reliquiæ conquieverant, et amplians, excitavit templum eo loco Martyri, commune propitiatorium et perfugium, non Thessalonicæ solum, sed et omnibus finitimis. *Verum, ut quo tempore id factum verosimilius fuerit, definiamus, in codice Theodosiano, cum Gothofredi Commentariis anni* 1665 *Lugduni edito, tom.* 6, *pag.* 369 *Leontius, qui anno* 412 *et* 413 *Illyrici præfectus fuit, memoratur. Quare, cum Leontius alter, Illyrici præfectus, cui, quod recitatis Photii verbis narratur, convenire possit, in monumentis antiquis non occurrat, sacram, de qua hic ædem Sancto nostro Thessalonicæ fuisse jam inde a seculi quinti initio erectam, verosimile sane apparet, etsi interim, quod forsan reipsa Leontius, a codicis*
D *Theodosiani Leontio diversus, nec tamen in monumentis ullis antiquis memoratus, Illyricum serius præfecti munere administrarit, res undequaque certa non sit. Verum, utcumque sit, sacram equidem* Demetrio *ædem, et quidem quæ non parvæ dumtaxat molis, uti ex Anastasiana Sancti Vita, in qua* Oratorium *tantummodo vocatur, non nemo forte colligat, ædificium esset, sed insigne plane templum, Thessalonicæ jam diu ante Joannis Thessalonicensis archiepiscopi, qui, ut supra docui, seculo septimo floruit, ætatem exstitisse, ex iis, quæ hic scriptor memoriæ prodit, indubitatum est.*

*quemadmodum a variis*

75 *Etenim in panegyrica, quam Præfationis in modum (adi num.* 4*) narratis a se miraculis præmittit, oratione de primo, quod jamjam relaturus est, miraculo in codice olim Mazarinæo, supra sæpissime laudato, pag.* 17 *versa et seqq. ita loquitur:* Ἀκούσωμεν τοίνυν, εἰ δοκεῖ, μετὰ συντονίας καὶ κατανύξεως πρῶτον τοῦδε τοῦ θαύματος, ὃ καὶ πολλοὺς ὑμῶν πέπεισμαι μὴ ἀγνόειν διὰ τὸ περίφαντον ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ
E βασιλευούσῃ πόλει γεγονέναι, καὶ μέχρι νῦν ἄδεσθαι παρὰ τοῖς ἁπάντων στόμασι, παίδων ἐκ πατέρων παρειλημμένον τὴν ἐναργῆ τοῦ Μάρτυρος καὶ ἀπροσδόκητον θαυματουργίαν. *Quæ Græca verba ita sonant Latine:* Audiamus igitur, si placet, cum animi attentione simul et compunctione primum illud miraculum, quod vestrum multos, quia in tota Macedonia, imperanteque civitate *(ita Græci scriptores Constantinopolim passim appellant)* notissimum est, omniumque ore, e patribus per filios evidenti inexspectataque Martyris *(Demetrii videlicet)* miraculi patratione audita, in præsens usque tempus celebratur, non ignorare existimo; *In hujus autem miraculi, quod Miraculorum edendorum lib.* 1 *cap.* 1 *refert, quodque de desperatæ sanitatis præfecto, Mariano nempe, Græce* περὶ τοῦ ἀπελπισθέντος ἐπάρχου, *inscribit, narratione insignis plane templi, quod Thessalonicæ, dum narratum ab eo in Mariano præfecto patraretur miraculum,* S. Demetrio *sacrum exstiterit, loco non uno mentionem facit. Quare cum miraculum istud diu ante ætatem suam accidisse, per verba proxime recitata Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, luculentissime doceat, consectarium est, ut et diu*
F *ante hanc ac proin ante seculum* VII, *quo ex dictis is scriptor floruit, Thessalonicæ ingens, quod* S. Demetrio *sacrum esset, templum jam fuerit exstructum.*

*contra ac ex Anastasio bibliothecario argui potest,*

76 *At vero, inquies, miraculum, in Mariano præfecto* S. Demetrii *patrocinio patratum, apud Mabillonium tom.* 1 *Analectorum Veterum pag.* 71 *et binis seqq. etiam narrat Anastasius bibliothecarius, tumque, cum illud evenit, insigne Thessalonicæ templum* S. Demetrio *nondum fuisse exstructum, non obscure innuit. Fateor, sic habet: Etenim Anastasius loco citato ita scribit:* His dictis confestim *(Marianus)* somno corripitur præ dolore et tristitia; qui cum obdormisset, apparuit ei beatus Demetrius dicens: Surge et servis tuis impera, quod te deferant in domum Demetrii: nam ibi, juvante Deo, recipies sanitatem. Cumque evigilans a circumstantibus domum Demetrii martyris requireret, ait quidam: Est domus vilissima prope stadium, in qua dicunt jacere Demetrium, qui dudum lanceis interfectus est jussu Maximiani imperatoris. Tum ille: Illuc me ferte, quia in visu dictum

A ctum est mihi, illic sanitatem me posse recipere. Tunc famuli tulerunt dominum suum, ubi jussi fuerant, et jussit se ponere solummodo in pavimento. Cumque jaceret, somno subito arripitur, et ecce, beatus Demetrius iterum apparuit ei dicens: Per me sanari potes, sed timeo, ne forte post sanitatem curis hujus mundi te implices. At Marianus: Tu scis, Domine, quia numquam hoc egi, nec agere cupio. Et ille: Christus te sanat, qui erigit elisos. Et evigilans Marianus cœpit narrare visionem, cumque ad hoc ventum fuisset, ubi martyr dixit: Christus te sanat, qui erigit elisos; sanus surrexit gratias agens Deo cum omnibus, qui illic aderant; *cum autem* Demetrii *martyris domum, in qua Sancti nostri corpus, cum delatus ad illam Marianus sanitatem hujus patrocinio recuperavit, jacebat reconditum*, Vilissimam *hic appellet, nec tum Thessalonicæ domus alia*, S. Demetrio *martyri sacra, quam in qua sacrum hujus corpus jacebat reconditum, exstiterit, insigne sane templum, quod* Demetrio *sacrum esset, Thessalonicæ nondum fuisse tunc exstructum, in narratione huc transcripta, in*
B *qua præterea, quam longa est, nihil plane, unde aliud suspicere, suppeditat, satis aperte indicat.*

*Joannis Thessalonicensis verbis,*

77 *Verum ipsemet Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, qui miraculum istud litteris primus mandavit, miraculorum edendorum lib.* 1, *cap.* 1 *Thessalonicensem* S. Demetrii *ædem, dum qui in hanc Marianum patrocinio* S. Demetrii, *qui ei in somnis apparuerat, sanitati restituendum servi intulerint, memoriæ prodit*, Πανσέπτον ναὸν, Templum maxime venerandum *appellat, moxque sequentia, quæ addita interpretatione Latina, transcribo, verba subjungit*: ὁ δὲ εἰσελθών, καὶ ἰδὼν τὴν ἐυπρέπειαν τοῦ οἴκου καὶ τὴν ἐν αὐτῷ πνευματικὴν ἐυωδίαν, τὴν τρέφουσαν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, εἶπεν τοῖς βαστάζουσιν αὐτὸν οἰκέταις, ῥίψατέ με πλωτὸν εἰς τὸ ἔδαφος. Hic autem *(Marianus nempe)* cum *(Demetrii templum)* ingressus esset, ædisque ornatum, ac spiritualem illius, qui fidelium animas, velut Dei paradisus, alit, odorem comperisset, iis, qui illum ferebant, domesticis dixit: In nudo pavimento me deponite. *Adhæc in* Demetrii *æde, in quam Marianum, sanitati restituendum, a servis illatum scribit, Ciborium seu (adi ad hanc vocem*
C *in Glossario Cangium) eductum in fastigiatam formam, sub quo* S. Demetrii *corpus reconditum jacere credebatur, altaris umbraculum ex argento confectum, exstitisse, scribit; quis vero existimet, vel in Thessalonicensi æde, sacras* Demetrii *reliquias continente, in quam Marianus illatus fuit, pretiosum hujusmodi ornamentum futurum fuisse, vel de ea Joannem Thessalonicensem tam magnifice, uti ex dictis facit, locuturum, si vilis dumtaxat, imo vilissima, qualis exstitisse ab Anastasio innuitur, domus fuisset? Jam vero cum hæc ita habeant, quin jam tum, cum patratum, in Mariano miraculum accidit, insigne templum,* S. Demetrio *sacrum, Thessalonicæ exstiterit, dubitandum non est.*

*Joannesque Stauracio, Anastasii interpretatione, quæ subinde*

78 *Id porro e Joanne Stauracio, Thessalonicensi Chartophylace, qui quandonam floruerit, supra edocui, utcumque confirmatur. Etenim et hic miraculum, in Mariano patratum, in suam supra memoratam de* S. Demetrii *miraculis lucubrationem intulit, ibidemque in codice nostro signato † Ms.* 193 S. Demetrii *ædem, in quam Marianus, sanitati restituendus, fuit delatus, ἀνάκτορον* ædem regiam *seu* basilicam *appellat. Nec est, quod nos hic multum moveat Anastasii Bibliothecarii auctoritas. Etenim interpretatio, qua is, quæ ad* S. Demetrium *apud Mabillonium tom.* 1 *Veterum Analectorum pag.* 65 *et pluribus seqq. spectant, e lingua Græca in Latinam convertit, omni prorsus mendo, sive interim id incuriæ imperitiæve ipsiusmet hujus scriptoris, sive Græci, quod huic præluxerit, exemplaris defectui adscribendum sit, carere non videtur. Rem uno alterove exemplo probatam do. Auctor anonymus, qui Sancti nostri Vitam seu Passionem, secundo loco a nobis edendam, concinnavit, narrato* Demetrii *martyrio, fuisse illum sub aggesta humo a Christianis quibusdam tumulatum, affirmat ac deinde subjungit*: Οὐδενὶ δὲ μετὰ ταῦτα φροντὶς ἐγένετο μετενεγκεῖν τὸ σῶμα τοῦ Ἁγίου, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ σχήματος. *Hisce autem Græcis verbis sequentia isthæc apud Mabillonium tom. Analectorum Veterum cit. pag.* 70 *in Sancti nostri Vita seu Passione, ab Anastasio Latine reddita, respondent*: Nulli autem post hæc curæ fuit transferre corpusculum Sancti, sed manebat sub signo. *At vero, cum hic dumtaxat, Sancti corpus, quod sub aggesta humo tumulatum fuerat, mansisse sub hac sepultum, significari e sensus contextu patescat, voci ultimæ, quæ in recitatis Anastasii verbis occurrit, vocabulum* terra *seu* humo *substituendum puto. Vox quidem σχήματος, quæ Latine forsan per vocem* signum *non inepte reddi potest, in proxime recitatis biographi anonymi verbis ponitur; verum ob jam dictam, quæ a sensus contextu repetitur, causam perperam illam ibi pro voce χώματος, quæ* humum *seu etiam* Tumulum *significat, describentium incuria oscitantiave exaratam, existimo; ut, quamvis quidem erratum hic cubet, id tamen, non Anastasio, sed Græco, quo ad versionem suam adornandam usus hic scriptor est, amanuensi debeat attribui.*

AUCTORE C. B.

E

79 *Verum en nunc etiam, quod verosimillime non ab alio quam ab hoc profectum est, occurrens in versione Latina mendum. Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, Miraculorum edendorum lib.* 1, *cap.* 3 *Visionem, qua* S. Demetrius, *civitati Thessalonicensi, fame quam maxime pressæ, succursurus, viro cuidam probe in insula Chio sese spectandum dederit, enarrat, ac deinde subjungit*: Ὁ δὲ διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος ἰσιδώρου, ὀφείλων ἀκριβέστερον καταμαθεῖν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων τίς ὅ Δημήτριος οὗτος. *hisce autem Græcis verbis apud Mabillonium tom Analectorum sæpius cit. pag.* 81 *sequentia isthæc Anastasiana respondent*: Qui *(vir scilicet, cui in insula Chio* S. Demetrius *apparuerat)* surgens perrexit ad ecclesiam sanctorum Victoris et Isidori, volens discere a rusticis, quis iste, *qui ei nimirum apparuerat*, esset Demetrius. *Ecclesia ergo, ad quam, cui* S. Demetrius *in insula Chio apparuerat, vir probus sese, quo quis, qui ei apparuisset, Demetrius esset, intelligeret, contulit, binis Sanctis, Victori scilicet et Isidoro, secundum Anastasii interpretationem sacra erat. Verum proxime recitata, e quibus, quod de ecclesia illa apud Anastasium reperitur, primitus haustum est, Joannis Thessalonicensis Græca verba, non binis, sed uni dumtaxat sancto Isidoro ecclesiam, ad quam, cui* S. Demetrius *apparuerat, vir probus sese contulit, consecratam fuisse, produnt. Etenim, quod in Græcis Joannis Thessalonicensis verbis proxime recitatis occurrit, vocabulum* Καλλινίκος *neutiquam est, cui, quemadmodum*

*mendosa est, rejecta,*

F

AUCTORE C. B.

*quemadmodum Anastasius existimavit, nomen Latinum proprium* Victor *respondeat, nomen Sancti proprium, sed tantum, quod S. Isidorum martyrem afficit, adjectivum, idem Græce, quod Latine* pulchris victoriis ornatus, *significans, uti passim modo linguæ Græcæ peritis notum est.*

*ostenditur, insigne templum fuit, nomini suo sacrum habuit. Illius porro*

80 *Quidquid itaque Anastasius in miraculi, quo sanitati Marianus restitutus fuit, narratione adstruat, quin tamen jam tum, cum id patraretur, ac proin diu etiam ante Joannis Thessalonicensis ætatem insigne plane templum,* S. Demetrio *sacrum, Thessalonicæ exstiterit, ob omnia, quæ jam in medium adduxi, dubitandum non est. Atque hinc jam fluit, ut dubitandum pariter non sit, quin Sanctus diu etiam ante id tempus cultu plane insigni Thessalonicæ honoratus fuerit. Imo vero, cum ex supra dictis templum etiam insigne, nomini suo consecratum verosimillime jam inde a seculo* V *ibidem habuerit, eum etiam jam tum aut saltem ante seculum* VI *festivitate annua in illa civitate sua natali cultum fuisse, verosimillimum apparet, maxime cum jam inde ab hoc seculo pro patrono etiam primario a*
B *Thessalonicensibus habitus verosimillime fuerit, uti in Annot. lib.* I *Mirac. cap.* 2 *subdendis docebo. Dictum porro Thessalonicense Sancti templum inter ornamenta sua non tantum, quod jam supra memoravi, ciborium seu formæ fastigiatæ altaris umbraculum, ex argento confectum, tunc complectebatur, verum etiam fortassis thronum, ex eodem metallo constructum. Hoc certe ornamento sacrum istud ædificium jam inde a seculo sexto aut saltem a sequentis initio ditatum fuisse, fidem facit Miraculorum edendorum lib.* I, *cap.* 6. *Ibi enim Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, miraculosam de* S. Demetrio *narrationem, quæ ad Eusebii, sub Mauritio imperatore, anno* 602 *e vivis erepto, Thessalonicensis archiepiscopi, ætatem spectat, suppeditat, argenteique throni, qui archiepiscopo hoc vivente, in Thessalonicensi* Demetrii *ecclesia exstiterit, mentionem facit. Atque hæc quidem ornamenta, quibus Sancti ecclesiam, imo forte ob infra dicenda horum altero, ciborio nempe, etiam tumulum ornare, Thessalonicensibus curæ fuit, eximiam prorsus, qua hi in illum antiquitus fuerunt, venerationem utcumque testatam faciunt;*
C *hanc porro amplius adhuc, quæ jam nunc subdo, ostendent.*

*ornatum curando Thessalonicenses suum etiam in Sanctum*

81 *Contigit, ut, quemadmodum loco proxime cit. Joannes Thessalonicensis refert, ciborium seu in fastigiatam formam eductum, sub quo, ut multis credebatur, Sancti corpus jacebat reconditum, altaris umbraculum nocte incenderetur, argentumque, e quo id, ut dixi, erat confectum, vehementi ignis calore fusum maximam partem periret. Eusebius, Thessalonicensis, quem jam mox laudavi, archiepiscopus, casu inexspectato perculsus, de novo quamprimum, qua sane re eximia ejus erga Sanctum veneratio eluxit, exstruendo ciborio serio cogitabat, cumque hunc in finem, non modica argenti, e quo combustum ciborium fuerat confectum, parte amissa, necessariam sibi deesse materiam, cerneret, ciboriumque, quod sacras Sancti reliquias continere id existimaretur, necessariam magis, quam argenteus, cujus mox meminimus, Thronus esset, supellectilem putaret, thronum istum destruere, acceptumque ex eo argentum ad novi ciborii structuram adhibere meditabatur. Verum, ne id fieret, ipsemet* S. Demetrius, *per presbyterum, cui semel, iterum ac tertio apparuit, Eusebio archiepiscopo, voluntatis suæ illud non esse, declarans,* D *impediit. Neque vero præfatum Thronum, ut novum ciborium conficeretur, destrui fuit necesse. Thessalonicenses enim cives, nec moniti, affatim argenti, ut novum exstrueretur ciborium, ad archiepiscopum suum tulerunt. Joannis Thessalonicensis verba, quibus hoc postremum loco supra cit. exponitur, in compendium ab Anastasio Bibliothecario contracta, prout apud Mabillonium tom.* I *Veterum Analectorum pag.* 77 *exstant, hic exhibeo. Sic habent :* Dum adhuc *(presbyter, cui sese spectandum* S. Demetrius *dederat, et Eusebius archiepiscopus)* De his loquerentur ad invicem, ecce ostiarius advenit dicens : Sancte præsul, prædives Mennas stat ante januam tuam cupiens tecum loqui. Dicit ei, veniat. Veniens prædictus Mennas obtulit ei LXXV libras argenti in adjutorio ciborii. Et deinde venit Johannes, scilicet Dulcedo pauperum, offerens ei quadraginta librarum pondus argenti; et cives advenientes, prout poterant, offerebant, ut ciborium restrueretur. Taliter restructum est opus sæpe nominatum meritis sancti Martyris.

E *venerationem ostenderunt, nec minus hanc sacri illius ædificii combusti loco*

82 *Atque ita sane Thessalonicenses, utpote ad ciborii, quo sacræ* S. Demetrii *reliquiæ reverenter contegerentur, structuram oblatis a se donis liberaliter concurrentes, eximiam prorsus, qua erga hunc eniterent, venerationem manifestam fecere. Quod si porro quis, ut de hac melius judicare adhuc queat, quale ac quantum, cujusque figuræ ac magnificentiæ Opus illud exstiterit, fortassis adhuc scire aveat, Miraculorum edendorum libri primi capite decimo perlecto, desiderio suo factum inveniet satis. Ibi enim in apparitionis, quæ Phoca tyranno, anno* 610 *e vivis sublato, imperii Orientalis habenas moderante, evenit, narratione argenteum, quod in Thessalonicensi* S. Demetrii *ecclesia sacrum hujus corpus continere credebatur, ciborium eleganter describitur, idque, cum Phocas proxime post Mauritium, sub quo Eusebius, Thessalonicensis archiepiscopus præfatus, sedit, imperio Orientali præfuerit, non aliud verosimillime, ne dicam indubie, fuerit, quam quod ab hoc ipso Thessalonicensi archiepiscopo fuisse exstructum, jam vidimus. Verum Opus hoc, quod alteri combusto substitutum ex jam dictis aut seculo sexto senescente aut* F *septimi initio fuerat, posteriori hoc seculo combustum verosimillime pariter fuit. Etenim auctor anonymus, qui Joannis Thessalonicensis de* S. Demetrii *miraculis lucubrationem continuavit, miraculorum edendorum lib.* 2, *cap.* 3, *Thessalonicensem* S. Demetrii *ecclesiam flammis fuisse absumptam, refert, idque haud diu post Joannis Thessalonicensis archiepiscopi, verosimillime ante annum* 690 *vita functi, obitum accidisse, non obscure innuit. Jam vero, cum id ita sit, quin tunc iterum, quod Eusebius, archiepiscopus Thessalonicensis supra dictus, extruxerat, ciborium fuerit combustum, dubitandum non apparet.*

*novum exstruendo fecere testatam. Id, aut certe eidem collapso*

83 *Verum, etsi tunc seu seculo septimo senescente non tantum Opus hoc, verum etiam ipsum, ut jam dictum, Thessalonicense, in quo istud continebatur, Sancti nostri templum flammis fuerit absumptum, non propterea tamen Thessalonicenses quidquam de sua erga hunc veneratione remisisse videntur. Etenim, ut loco cit. idem scriptor anonymus docet, combusti templi loco aliud perquam magnificum, quod ejus adhuc ætate exstabat civibus suis seu Thessalonicensibus modo singulari*

A *gulari auxilium subministrante* S. Demetrio, *exstruxerunt. Qua sane re suam erga Sanctum venerationem non minus, quam antiquam ejus ædem ornando, fecere testatam. Non secus porro atque antiquum, a Leontio exstructum, novum illud ædificium sacrum, aliudve, quod ei etiam postea collapso, igneve aut aliter destructo substitutum fuerit, passim apud Græcos celeberrimum juxta ac decantatissimum exstitit, idque maxime ob asservatum in eo ac cultum, e quo continuo liquor, sanandis morbis salutaris, stillabat, sancti Martyris corpus. Verum de* Demetrii *corpore, liquoreque, qui ex hoc stillet, sanandisque morbis salutaris sit, § sequenti tractabo; unice modo, quæ præter jam adducta de Thessalonicensi Sancti templo, alioque, quod, ei etiam sacrum, Thessalonica haud multum est remotum, notatu digna occurrunt, lectorem adhuc edocere, est propositum. Ac primo quidem Thessalonicense Sancti templum, ut Joannes Cameniata de Thessalonicensi, quod seculi decimi initio evenit, excidio in Historiæ Byzantinæ post Theophanem Scriptoribus pag.* 326 *et seq. testatum facit, Officii divini, peragi in eo ante istud excidium soliti, solemnitate, annuæque* Demetrii *festivitatis celebratione maxime effulsit.*

B *substitutum aliud, quod et annua Demetriani festi celebratione,*

84 *En huc, quæ scriptor ille ibidem suppeditat, spectantia verba.* Templa enim, *inquit,* quædam *(cernuntur)* præmagna ac munifica varioque ornatu pulcherrima, per mediam urbem *(Thessalonicensem nimirum)* extantia ac exposita, veluti communia Numinis propitiatoria; cum primis vero, interque ea præcipuum, omnium effectricis divinæ et supersubstantialis Verbi Sapientiæ, itemque semper Virginis immaculatæ ac Deiparæ; nec non (cujus supra memini) gloriosissimi præclarique victoris, Demetrii martyris, ubi divina peregit certamina et victoriæ palmam reportavit; hæc nimirum, recurrentibus per anni circulum festorum solenniis, universæ multitudinis in se concionem cogentia, lætitiam inenarrabilem et spiritale gaudium convenis inferebant. In horum siquidem singulis sacerdotum Ordines cleri matriculam implebant, quorum opera mysticus cultus resque sacra peragitur; lectorum item cœtus, qui concinendis canticis diligentiam habeant, et alternis versus tinniant, manuumque motibus modulationum sonos disponant, ac C magnam quamdam digneque spectabilem choream constituant; tum effulgente vestium forma spectantium oculos demulcentes, tum artificiosa Psalmorum lyra auditum oblectantes. Quid enim erat, si hæc cantica consideres, fabulosus Orpheus, aut musa Homerica, aut Sirenum deliramenta, fictionum mendaciis digesta, ut nulla laudum vera ratio sit, sed falsi rumores, mortalium genus seducentes atque errori mancipantes? Frustra igitur in his Græci *(imo potius, cum* Ἕλληνες, *quæ vox tam* Ethnicum *quam* Græcum *significat, Græce habeatur, ethnici)* crepitantibus buccis sese jactant, qui vera rerum scientia careant, vanisque sermonibus ipsi sibimetipsis pugnent; nobis vero tum Numen verum est, tum ipsum, quod canimus, laudisque obsequio frequentamus.

*frequentique ad illud Sancti opem implorantium, uti Cameniatæ*

85 *Nec tantum Thessalonicense Sancti templum, priusquam civitatis, in qua hoc situm est, memoratum antea, quod a Joanne Cameniata describitur, excidium eveniret, eximia prorsus Officii divini solemnitate, annuaque festi Demetriani, quæ maxima, uti e jam recitatis Cameniatæ verbis intelligitur, pompa peragebatur, celebratione maxime effulsit, verum id non secus ac antiquum a Leontio exstructum, quod flammis fuerat absumptum, Thessalonicense (adi Photianæ Vitæ verba num.* 74 *recitata) Sancti nostri templum,* commune propitiatorium et perfugium *fuit, ad quod tum fideles alii, tum vel maxime Thessalonicenses, ut opem Sancti in necessitatibus suis implorarent, non raro recurrerent. Quam verum id sit, vel sola a Joanne Cameniata, dum, quæ Thessalonicenses aliosque, cum Agareni anno* 904 *Thessalonicæ, paulo post ab hisce etiam expugnatæ excisæque, imminerent, fecisse, in supra cit., quæ in Historiæ Byzantinæ post Theophanem Scriptoribus exstat, lucubratione pag.* 335 *memoriæ prodit, suppeditata verba argumento sunt; sunt autem hæc* : Cæterum variis cogitationibus distracti ac titubantes, per reliquos insequentes dies, quod miseris reliquum est, hoc nos ipsi jam enitimur; ut scilicet, quæ nemo dicere valeat, divinæ miserationis viscera, Sanctorumque patrocinia, votis invocemus. Quippe venientes ad supra memoratam præclaro decore splendidissimam gloriosissimi martyris Demetrii ædem, tum omnes E civitatis accolæ, tum ex variis gentibus advenæ, omnis dignitas atque ætas, lamentabilique choro composito, sublato ad Martyrem clamore, patronum nobis fore adversus ingruentem Barbarorum minaci ira interitum ac cædem, rogabamus. Ostendisti, dicebamus, generose Martyr, defensionis tuæ promptam ardoreque animi opitulationem, in multis haud raro periculis, quæ tuam appetiere urbem, cunctisque adversariorum dissolutis insidiis, ab omni immunem noxa ac interitu conservasti. Ostende nunc quoque, miserantissime, tuam erga nos immensam curam; et ne glorientur adversum nos gentes barbaræ et alienigenæ, quæ Deum ignorant.

*his recitata verba,*

86 Neque vero dederis domum hanc, quam orbis universus novam morborum officinam medicam paratumque refugium habet, ab impuris impiisque hominibus profanari, qui nostram subsannant fidem, cultumque spernunt ac religionem: atque hoc unum nobis crimen impingunt, qua sumus in Deum, pietatem; mortemque immaturam comminantur et exitium. Licet enim innume- F ris digni sumus suppliciis, ob ea scelera, quæ in terra commisimus, huicque ipsi, quæ ingruit, vastitati ac cladi sumus obnoxii; non tamen alium novimus Deum, quam qui te coronavit, in cujus etiam gratiam divina peregisti certamina, quem et æmula passione clarificasti : cujus etiam munere multorum miraculorum gratiam consecutus es, nobisque murus firmus inconcussumque fulcimentum ac columen concessus es, ad quem quotidie supplices pro nobis fundens preces, quæ in rem nostram conducant, efflagitas. Respice igitur nunc quoque in populi hujus consilii mentisque inopiam ac spes depositas, orationemque nostram exaudiens, sta libera intercessione pro nobis, servis tuis, et ab exspectata nos eversione eripe, ne filii ancillæ Agar contra nos glorientur, nec dicant, Ubi est defensor eorum? Nam vides et ipse, benignissime, nos, non in lanceis, sed in potenti intercessione tua, rei summam deposuisse, qui et rursus, tuæ nos providentiæ ac curæ compotes, fore, speremus. Hæc vota cum animi angore, omnes suppliciter Martyri noctu diuque offerentes atque lacrymis

AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B.

lacrymis templi solum rigantes, hostium expectatione suspensi agebamus, cum peccatum nostrum, haud secus ac septum firmissimum ex adverso obstaret, atque Martyris intercessionem cassam redderet, ac divinam nobis benignitatem propitio Numine conciliaret.

*publicumque hic pariter*

87 *Porro Thessalonicensem civitatem, cum anno* 904 *ab Agarenis, ut jam docui, fuisset expugnata, haud diu admodum in potestate sua hi tenuere; mense enim nondum integro, uti e Joanne Cameniata intelligitur, excidio, quod expugnationem proxime excepit, fuerat deleta, cum deserendam illam duxere, reque etiam ipsa deseruere. Ac tum quidem statim instaurari celeberrima civitas cœpit, nec, quin tum pariter statim, ut insigne, quod a barbaris profanatum fuerat,* Demetrii *templum pristino decori restitueretur, laboratum a sancti amantibus fuerit, dubitandum apparet. Utut sit, istud equidem ædificium sacrum, non secus atque ante, a fidelibus, ad Sancti opem recurrentibus, frequentatum fuit. Id e publico, quod inter Innocentii tertii Epistolas, anno* 1682 *Parisiis a Stephano Baluzio vulgatas, libri* 12 *epistolæ* 84 *exstat insertum, instrumento fas est colligere; quod proinde, cum præterea et alia nonnulla ad Sanctum Thessalonicenseque ejus templum spectantia edoceat, integrum huc transcribo. Verum, ut quæ in hoc traduntur, facilius intelligantur, pauca adhuc, antequam id faciam, præmittenda sunt. Latini, seculi tertii decimi initio Constantinopoli in potestatem suam redacta, Thessalonicam etiam subegerunt; tunc autem Thessalonicense* S. Demetrii *templum Hierosolymitanis S. Sepulcri canonicis Regularibus fuit concessum. Verum hosce inter et Thessalonicensem archiepiscopum, qui in* S. Demetrii *ecclesiam bonaque ad hanc spectantia jus aliquod sibi competere contendebat, lis brevi exorta est, quæ tandem expressis in instrumento supra laudato conditionibus, quas ad Pontificem approbandas misere, hicque cit. epist.* 84 *approbavit, fuit dirempta. En nunc illud* : Sanctissimo Patri et Domino Innocentio Dei gratia sacrosanctæ et universalis Ecclesiæ summo Pontifici G. ejusdem patientia et vestra Thessalonicensis Ecclesiæ minister, licet indignus, se ipsum ad pedes cum obedientia filiali. Cum propter schismaticam inobedien-

C tiam summi regis vindicta terram Græcorum correctionis funiculo flagellasset, et ipsam de secreto atque inæstimabili consilio suo ad manus reduxisset Latinorum, multi religiosi de diversis partibus accedentes diversa beneficia tam per Dominos Cardinales quam per principes et Barones et alios fideles adepti sunt.

*recitatum,*

88 Inter quos sacrosancti sepulchri Canonici ecclesiam sancti Demetrii Thessalonicensis, quoquo modo gavisi sunt adipisci, quam usque ad inthronizationem meam cum multis laboribus et, ut verum fatear, illi terræ multum necessarii possederunt. Sane quamvis prædicta ecclesia sancti Demetrii ad jurisdictionem meam pertinere noscatur, tamen ob reverentiam dominici sepulchri, ubi redemptio humani generis operata est, et ad cujus subventionem crucesignatorum exercitus terram Romaniæ dicitur acquisisse, ne etiam dicti canonici sua spe et laboribus penitus fraudarentur, et ut omnis quæstio et controversia, qualis inter me et ipsos super hoc exorta, quæ de facili ordine judicario non poterat tempore instanti propter causæ perplexitatem diffiniri, per pacem et æquitatem facilius sopiatur, præsertim cum in sæpedicta ecclesia tanti martyris corpore deco- D rata tam favorabilis ecclesiæ canonici regulares honorificentius quam seculares valeant deservire, prudentum virorum fretus consilio, videlicet Ar. Cermopilensis episcopi Sarrensis postulati, W. Nazarocensis electi Philippensis postulati, et magistri R. Citrensis electi, mihi, quantum in me est, visum est utile pariter et honestum, ut memorati canonici dominici sepulchri de universis possessionibus, proventibus, fructibus, redditibus, legatis, et eleëmosynis quocunque justo modo ad dictam ecclesiam sancti Demetrii pertinentibus, sicut per instrumenta vel per testes idoneos sive alio justo modo probari legitime poterit, insuper de omnibus illis, quæ aliquo tempore Archiepiscopis Thessalonicensibus nomine ecclesiæ prædicti sancti Demetrii collata fuerunt, vel in posterum conferentur, sicut, ut supra dictum est, legitime probari poterit, talem pro servitio sæpedictæ ecclesiæ percipient portionem, qualem canonici sanctæ Sophiæ Thessalonicensis metropolis de possesionibus ejusdem percipient, cum eam contingerit ordinari. E

*instrumentum argumento sunt,*

89 Domos siquidem, quas clerici sancti Demetrii tempore Græcorum intra Thessalonicam habebant, canonici sancti sepulchri extra partem possidebunt; oblationes quoque manuales et quæcunque eis legata fuerint nominatim, sive nomine sancti sepulchri, similiter extra partem recipient. Ea vero, quæ super tumbam sancti Demetrii offerentur, vel ecclesiæ ejusdem nominatim legata fuerint, secundum supradictam divisionem partientur. Adjuncto tantum, quod cum dicti canonici in ecclesia illa capellanos vel clericos pro tempore instituent, sub eadem fidei religione, qua ipsi tenebuntur, eis injungent quod nullatenus aliquibus in testamento vel alias persuadebunt, ut ipsis canonicis magis, quam ecclesiæ in præjudicium et damnum Archiepiscopi debeant erogare. Expensis, quantum ad sarta tecta vel luminare ecclesiæ et justa tumbæ custodia, de commune pro rata faciendis. Præterea prior, qui in ecclesia sæpedicta sancti Demetrii pro tempore a Patriarcha Ierosolymitano et capitulo suo fuerit delegatus, mihi et successoribus meis canonice intrantibus obedientiam et reverentiam tenebitur exhibere. Matrici insuper ec- F clesiæ Thessalonicensi et mihi meisque successoribus in dicta ecclesia omni jure et libertate nostra, sicut et in aliis ecclesiis ejusmodi, plenarie reservatis. Salva Domini Patriarchæ Ierosolymitani et capituli sui in omnibus obedientia in ipsum priorem et canonicos et alios religiosos ibidem.

*concursu maxime effulsit,*

90 Igitur cum ordinationes ecclesiarum, quæ per inferiores prælatos fieri nequeunt, ecclesiæ Romanæ, quæ disponente Domino omnium ecclesiarum mater est et magistra, debeant reservari, dictam compositionem sive dispositionem, quam per me facere vel firmare non præsumpsi, sanctitati vestræ duxi transmittendam, paternitatem vestram flexis genibus mentis exorans attentius et obnixe, quatinus causa Dei et ob dominici sepulchri reverentiam et præcum mearum interventu, si sanctitati vestræ competens et honestum videbitur, ipsam auctoritate vestra facere vel inceptam perficere dignemini, et ut majorem habeat firmitatem, eandem auctoritate prædicta roborantes. *Isthæc modo, quibus dictum instrumentum concipitur, verba considera, videbisque*

A *videbisque eo tempore seu seculi tertii decimi initio, quo datum id fuit, Thessalonicense* S. Demetrii *templum fidelium ad id, qui et tumulum ejus oblatis donariis honorarint, accessu haud raro frequentari soluisse. Nec hoc tantum e charta illa disces, verum etiam alia nonnulla, quæ seu ad ipsum Sanctum nostrum, seu quæ ad dedicatum ei Thessalonicense templum spectant.*

*Græci schismatici, utut Turcis subditi, seculo quinto decimo*

91 *Ceterum hoc diu adhuc post seculum tertium decimum a Græcis, utut schismaticis, non raro etiam, ut* Demetrii *in necessitatibus suis opem implorarent, frequentari soluisse, indubitatum est. Ac nominatim quidem id a Thessalonicensibus seculo quinto decimo factitatum adhuc fuisse, argumento sunt minime dubio, quæ tum in sua de excisa per Turcas anno* 1429 *Thessalonica Lucubratione, Leonis Allatii Symmictis, Coloniæ Agrippinæ anno* 1653 *a Bertoldo Nihusio editis, inserta, Joannes Anagnosta, scriptor synchronus, rerumque pene omnium, quas ea describit, oculatus testis, de Thessalonicensibus, ad* S. Demetrii *opem, cum civitati suæ Turcas*

B *jam imminere nossent, confugientibus, num.* 10 *memoriæ prodit, tum etiam, quæ, quemadmodum Analecta miraculis edendis subjicienda docebunt, Demetrius Chrysoloras, seculi et ipse quinti decimi scriptor de oleo seu unguento, mirifice adhuc ætate sua e* S. Demetrii *tumulo scaturiente, commemorat. Nec est, cur quisquam, an non saltem ab anno* 1429 *celeberrimum illud Sancti nostri in hac urbe templum a Thessalonicensibus, Græcisque aliis frequentari desierit, idcirco subdubitet, quod anno illo expugnata excisaque a Turcis Thessalonica fuerit. Tunc enim Christianis, ut Joannes Anagnosta in lucubratione laudata num.* 18 *testatur, duo dumtaxat templa, quorum alterum Deiparæ, alterum Præcursori Domini sacrum erat, fuere erepta. At vero, sciscitabere, an etiam biennio circiter trienniove post dicatam* Demetrio *ædem Christianis per Turcos eripi haud contingit? Id sane ita habere haud videtur. Etsi enim tunc hi, jubente Amurathe* 2, *imperatore suo, omnia fere Christianorum templa, uti idem Anagnosta num.* 20 *docet, occuparint, horum tamen quatuor illis adhuc fuere relicta; hæc autem inter* S. Demetrii *templum exstitisse videtur.*

C *adhuc possedere; etsi autem modo, ut apparet, sacro illo loco*

92 *Ducas enim, Michaëlis Ducæ nepos, ex imperatoria Ducarum familia oriundus, qui et ipse seculo quinto decimo floruit, remque proinde optime habere perspectam potuit, in Byzantina a se contexta Historia cap.* 29 *sic scribit:* Præcipua monasteria, quorum fama celebris ubique erat, suæ religioni (*Mahometanæ nimirum Amurathes*) templa, præter insignis martyris Demetrii ædes consecravit. Quamvis enim id ingressus templum suis manibus arietem immolasset, Deumque precatus esset, Christianis tamen restitui postea jussit. Ornamentum vero sepulcri et memoriæ Martyris, templi et adytorum quodcumque erat, Turci furati sunt, parietibus nudis solummodo relictis; *hic autem scriptor, ne cum Joanne Anagnosta, qui duo tantum, ut jam docui, Christianis templa proxime ab expugnata Thessalonica fuisse erepta, tradit, pugnare sit dicendus, de monasteriis, quæ præter sacras* S. Demetrii *ædes, religioni suæ templa Amurathes biennio circiter aut triennio post expugnatam Thessalonicam consecrarit, debet intelligi. Quod cum ita sit, nec tunc Thessalonicense* Demetrii *templum Christianis fuisse ereptum, certum apparet; ut proinde sacrum illum locum deinceps, non secus ac ante, Thessalonicenses aliique verosimillime frequentarint. Verum anne hodieque facere id hisce integrum est? In mosqueam seu fanum Turcicum modo esse conversum Thessalonicense* S. Demetrii *templum, Martinierius in Dictionario Geographico, paucis etiam, quam insigne illud fuerit, tradens, ad nomen* Salonicki, *quo modo Thessalonica appellatur, et Coronellii historicis ac geographicis Monumentis scriptoque a Paulo Luca Itinerario docet, nec quidquam, unde res hæc, licet interim, quandonam gesta sit, haud inveniam, vocetur in dubium, occurrit; quare dubitandum non est, quin sane multo minus, quam quondam soluerit, exstructum olim Sancto Thessalonicæ templum a Christianis modo visitetur.*

AUCTORE C. B.

*sint exuti, Demetrium tamen adhuc in veneratione habent.*

93 *Verum non omnis propterea apud Thessalonicenses Sancti veneratio interiit, uti ex jam nunc dicendis patescet. Inter ecclesias, iis per Turcos ereptas, etiam exstitit metropolitana seu primaria basilica, æternæ Dei sapientiæ, uti ex Joannis Camenialæ verbis, num.* 84 *datis, aliis-* E *que in supra hic transcripto instrumento publico num.* 88 *contentis facile intelliges, consecrata; hujus autem loco Thessalonicenses, ut videtur, ecclesiam metropolitanam seu primariam aliam exstruxere, eamque, quod, eorum erga Sanctum nostrum venerationem penitus haud interiisse, argumento est,* S. Demetrio *consecravere. Certe, primariam modo Thessalonicæ ecclesiam* S. Demetrii *nomine consecratam esse, Lequienus, cui et alii scriptores consonant, in Oriente Christiano tom.* 2 *col.* 27 *affirmat; hanc autem ædem sacram ab antiqua sæpissime supra memorata, cum hæc modo ex dictis in fanum Turcicum sit conversa, esse distinctam, dubitandum non est. Ceterum ut ad aliud, quod hic adhuc memorandum restat, jam tandem progrediar, e singulari Thessalonicensium in* S. Demetrium *veneratione altera adhuc, non quidem Thessalonicæ, sed tamen haud procul ab hac civitate ædes sacra, uti Miraculorum edendorum libri tertii caput quartum, tempore tamen, quo id factum fuerit, non expresso, fidem* F *facit, olim etiam exstabat. Atque hæc quidem ad fontem, cujus aquis qui sese,* S. Demetrio *invocato, abluerent, sanitatem amissam (adi loco cit. Miracula edenda) non raro recuperabant, erat exstructa, multumque a Christianis, cum rerum adhuc Thessalonicæ hi potirentur, solebat frequentari; verum anne pius quoque mos hic, sacro illo loco a Turcis forte pariter occupato, abrogatus modo penitus non sit, compertum haud habeo.*

## § VIII. Quandonam primum prodigiosum unguentum e Sancti seu tumulo seu corpore stillare inceperit, et quid præterea de sacro hoc pignore sit credendum.

*Auctores præcipui, qui unguentum.*

*Quin prodigiosum unguentum e Thessalonicensi* S. Demetrii *sepulcro antiquitus, stupendo miraculo*

AUCTORE C. B.

*miraculo* S. Demetrii *meritis adscripto, scaturierit, dubitandum non est. Id enim testatum faciunt scriptores non pauci, qui, cum rem aut suismet oculis conspexerint aut certe a testibus fide dignis audierint, suspecti nobis hic esse non debent. Verum a quo tempore miraculum illud primum inceperit, haud æque indubitatum est, uti nec quandonam circiter Sancti nostri corpus, ad quod prodigium istud evenit, detegi contigerit. Duo igcirco hæc capita præsenti § examinare statui, uti etiam alia nonnulla, quæ ad sacrum illud pignus spectant lectoremque edoceri convenit. Verum antequam id faciam, præcipua scriptorum antiquorum, qui de prodigioso* S. Demetrii *unguento, morbis sanandis salutari, loquuntur, in medium proferre, ducto ab antiquioribus initio, hic lubet. Joannes Cameniata, qui seculo decimo floruit, civitatisque Thessalonicensis per Agarenos anno* 904 *obsidionem expugnationemque ac excidium descripsit, pag.* 184 *editionis Coloniensis, anno* 1653 *factæ,* S. Demetrium *appellat* myroblytam, *ita unguentum, quod Græce* μύρον *vocatur, ex ejus seu corpore seu tumulo saltem scaturire,* B *Græce* βλυζειν, *non obscure significans.*

*morbis sanandis salutare,*

95 *Joannes Scylitzes, qui seculo* XI *floruit, in Michaële Paphlagone oleum seu unguentum e* S. Demetrii *sepulcro scaturire diserte affirmat. Nec id minus clare Anna Comnena, quæ seculo duodecimo claruit, resque a patre suo, Alexio Comneno, tunc gestas, lucubratione a se contexta, quam* Alexiadem *inscripsit, ad posteritatem transmisit, hujus sui Operis lib.* 2, *pag.* 60 *memoriæ prodit, ita ibidem scribens :* In qua *(urbe Thessalonicensi nimirum)* præclarum templum in nomine magni martyris Demetrii exstructum visitur : ubi et unguentum ex venerabili ejus loculo scaturiens maximas quotidie curationes operatur in iis, qui cum fide accedunt. *Nicetas Choniates, qui anno* 1205 *Vitam cum morte commutavit, in Annalibus a se conscriptis scelera a Siculis Thessalonicæ, cum civitatem hanc anno* 1185 *expugnassent, commissa graphice describens ea simul prodit, e quibus tunc etiam unguentum seu oleum e* S. Demetrii *sepulcro maxima copia ebulliisse, manifestum fit. Ita enim ibidem in Andronico Comneno lib.* 1 *num.* 9 *habet :* Nec editis per eos miraculis movebantur, quibus Christus eos remuneratur, qui suis membris ipsi honorem habuerunt; C ut unguentum, quod ex celeberrimi martyris Demetrii monumento ebullit, cadis et lebetibus haustum, patellis piscium infunderent, eo calceamenta ungerent, et ad cætera ministeria, quibus oleum usui est, temere et nequiter abuterentur. Id vero, ut e fonte inexhausto prodiens, aut ex abysso scaturiens, copiosius affluebat, et nova ratione exundabat, ut et barbari unum id mirarentur, et gratia Martyri divinitus concessa obstupescerent.

*e Sancti tumulo antiquitus*

96 *Joannes Cantacuzenus, qui, abdicatis anno* 1355 *imperii fascibus, rerum a se aliisque gestarum historia conscribenda senectutem transegit, concinnati a se hujus operis lib.* 1, *cap.* 53, *itemque lib.* 3, *cap.* 9 μυροβλύτου, *Latine* myroblytæ, *id est,* oleum *seu* unguentum scaturientis stillantisve *titulo* S. Demetrium, *dum de Thessalonicensi hujus seu templo seu conditorio mentionem facit, condecorat. Idem etiam faciunt præter Joannem Cameniatam supra jam memoratum scriptores Græci alii non pauci, ita tamen, ut hosce inter etiam sint, qui, quamvis quidem Sanctum, non* μυροβλύτου *seu* myroblytæ, μυροβλήτου *nihilominus, quod eodem recidit, seu myrobletæ, id est, oleum seu unguentum emittentis titulo, nomenclatione a vocibus Græcis* μυρόν, oleum *seu* unguentum, *et* βαλλειν, mittere *seu* emittere, *deducta, afficiant. Ceterum ut scriptoribus jam laudatis scriptorem alium, omnium fusissime de unguento seu oleo, quod e* S. Demetrii *corpore seu tumulo prodigiose stillavit, locutum, adjungam, Joannes Anagnosta, supra adhuc laudatus seculi* XV *scriptor Græcus, qui Thessalonicæ, patriæ suæ anno* 1429 *a Turcis obsessæ expugnatæque, excidium litteris complexus est, in Opusculo, quod ad luctuosum illum eventum, cui ipsemet præsens interfuerat, describendum concinnavit, quodque in Leonis Allatii Symmictorum libro posteriori typis vulgatum exstat, pag.* 365 *et seqq., cum jam antea in eodem Opusculo pag.* 329 μυροβλύτου, *id est,* myroblytæ *seu* unguentum stillantis *titulo Sanctum ornasset, ita et Leonis Allatii interpretatione memoriæ prodit :* Quid porro diceres de nostri trophœalis et martyris *(Demetrii videlicet)* myrothecio? D

*scaturiisse, tradunt, recensentur.*

97 Neque illud immotum neque imperturbatum furoris exsuperantia conservarunt, qui contra nos veluti bestiæ immansuetæ sævierant; non eandem tamen ob causam, ob quam alia antiquitus per nos sepulchra exstructa reserata sunt et disjecta, et cadaverum reliquiæ, in eis jacentes, super terram dispersæ : in illis enim Turcæ pecunias a civibus repositas, causa jam prænarrata, reperere, proptereaque fere omnia et reserarunt et subverterunt; at hic duplici de causa tum propter ex non parvo auro et argento et lapidibus preciosis nec non et gemmis circa illud compositum ornatum, tum propter sanitatem exhibens divinum unguentum. Nonnulli enim ornatus tantum gratia illud despoliarunt; alii, nobis unguentorum affluentiam invidentes, et, quæ inde subsequitur, sanitate nos privare cupientes, ut in posterum illa nobis medicina, cum opus esset, nulla suppeteret. Quapropter superstratis marmoribus disjectis, unguenta non levi nisu exhauriunt, et sacrum divinumque Martyris corpus expromere conantur. Opinabantur siquidem propositum consequi, nosque unguentorum inexhaustorum in orbitatem redigere. Verumtamen, quem sibi temere proposuerat eorum libido, finem non habuit. Per plures itaque dies ambabus manibus unguentum exhauriebatur, et quibusdam plane F ridiculum videbatur; at, qui plus aliis sapiebant, curæ erat illud in patriam perducere, et cum reverentia religioneque contrectare. Nam ab expertis audiverant, ad quoslibet morbos medicinalibus ipsis pharmacis multo efficacius esse. Nihilominus unguentorum fontem non potuere neque exsiccare, neque exinanire, quamvis id contentiosius multumque per tempus niterentur, et merito... neque enim humana exæquant, quæ Deus dignis elargitur; sicuti nec iisdem terminis subjacent. E

*Prodigium illud non jam inde, ut Joannis Stauracii, quæ*

98 *Atque hæc sunt præcipua, que in medium hic adducenda duxi, scriptorum de unguento seu oleo, quod e Sancti seu corpore seu tumulo stillavit, testimonia; nemo autem, quantum opinor, est, qui, hisce expensis, de rei veritate utcumque ambigat. Verum, ut ad ea, quæ dubia discutiendaque præterea hic sunt, jam veniam, quandonam insigne illud ac continuum olei seu unguenti, et Sancti seu corpore seu tumulo scaturientis, prodigium fieri primum incepit? Cum Joannes Cameniata, ut jam docui, seculo decimo floruerit, Sanctumque* Myroblytæ *titulo*

A *titulo afficiat, quin jam inde ab eodem seculo decimo unguentum seu oleum e* S. Demetrii *tumulo stillarit, dubitandum non est; imo vero cum titulus ille non tunc primum, cum auctor ille floreret, Sancto tributus fuisse videatur, oleum seu unguentum ex ejus seu corpore seu tumulo jam inde a seculo nono aut etiam octavo prodigiose stillasse, haud difficulter crediderim. Verum num citius etiam miraculi hujus initium statui possit? Poterit sane, atque etiam debebit, si modo Joanni Stauracio in sua, quæ qualis sit, supra exposui, de patratis a* S. Demetrio *miraculis lucubratione sit credendum. Etenim Græcus is scriptor, cujus proinde verba una cum adjuncta, quam adornavi, versione Latina huc transfero, in codice nostro † Ms.* 193, *pag.* 73, *ita scribit:* Μετακαλεῖται ἡμᾶς τὰ περὶ Ἰουστινιανὸν τὸν μέγαν αὐτοκράτορα. Οὗτος ἀφύλακτον ἄλλως ἔχειν τὸ τῆς βασιλείας σκῆπτρον ὑπελογίζετο, εἰμὴ ποῦ τί τῶν Δημητριακῶν λειψάνων συστρατηγοῦν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ προμαχοῦν ἐπιφέροιτο.

B 99 Γράμματα τοίνυν αὐτοῦ καὶ προθέματα ἡ Θεσσαλονικέων εἶχεν εἰς ἐπήκοον, μέρος που τῆς μαρτυρικῆς διαρτίας τοῦ σώματος ἐξαιτούμενα. Γνωσιμαχοῦσιν ἡ πόλις πᾶσα, καὶ τῷ πράγματι δυσχεραίνουσι· κάμπτονται δὲ ὅμως τῇ αἰτήσει τοῦ αὐτοκράτορος ὡς ἐκ πίστεως ἐλληνθυΐας εἰλικρινοῦς· καὶ δὴ παρῆσαν μὲν οἱ τὴν ὀρυγὴν ἐκ πλαγίου τῆς μαρτυρικῆς σοροῦ σκευαζόμενοι· ἄλλως γάρ πως τῇ τοσαύτῃ τῶν μύρων πλημμύρᾳ ὁ μαρτυρικὸς Ὑησαυρὸς ἀνηρεύνητο· Τοῦ πράγματος δὲ ὅλαις εἶχοντο ταῖς χερσὶ, θάκτυλόν που τυχὸν ἢ βραχίονα, ἢ ἄλλο τι μέρος τῆς μαρτυρικῆς ὁλομελείας μεθ' ὅσου τοῦ τάχους ἀπαλέως τεμαχιζόμενοι, ὡς μὴ φθάσαι τούτους κατακλύσαι ἡ τῶν μύρων ἐκεῖθεν τοῦ μάρτυρος ἐκπηδῶσα ἄβυσσος. Justinianus Magnus imperator modo nos vocat. Hic sese imperii sceptrum haud tutum habiturum existimabat, nisi quid reliquiarum Demetrii, quod secum hic exercitum duceret, seu potius pro se pugnaret, consequeretur. Litteras ergo, et quæ audire posset, mandata, partem quampiam corporis Martyris exigentia, Thessalonicensis civitas ab eo accipit. Urbs tota repugnat, remque ægre fert; imperatoris tamen petitione, veluti e sincera fide procedente, flectitur, adsuntque, qui a sinistro loculi martyris latere fodere aggrediuntur; alias enim qui, tanta unguen-

C torum existente affluentia, in Martyris thesaurum queat inquiri? Rei autem totis manibus instabant, alicunde digitum forte vel brachium, vel aliam quampiam corporis Martyris partem quanta poterant, celeritate, ne, antequam propositum exsequerentur, unguentorum illinc e Martyre stillante copia obruerentur, abscindere satagentes.

*recitantur, verba exigunt.*

*a Justiniani I imperatoris,*

100 *Quod si ergo Joanne Stauracio standum sit, jam inde a Justiniani I imperatoris, qui ab aliquibus* Magni *titulo condecoratur, ætate ac proin jam inde a seculo sexto, cujus anno* 65 *is obiit, unguentum seu oleum e tumulo seu potius, spectatis, quæ jam recitata sunt, verbis, Sancti corpore scaturiit, et quidem, ut luculentissime hisce traditur, ingenti copia. Verum sunt, quæ, an jam tum e* Demetrii *corpore unguentum seu parva seu magna copia stillarit, dubium admodum, ne quid pejus dicam, efficiunt. Ac primo quidem Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, lib.* 1 *miraculorum, cap.* 5 *in medium adducit epistolam, ad Mauritium imperatorem, cum hic quoque reliquiarum* S. Demetrii *partem postulasset, ab Eusebio, Thessalonicensi sub seculi sexti finem archiepiscopo, scriptam, qua hic, qui olim per Justinianum I imperatorem reliquiarum* S. Demetrii *pars postulata fuisset nec tamen, miraculo mox memorando obstante, obtenta, significat, rationeque inde petita sese ab adimplendo Mauritii postulato excusat. Verum, licet tunc humum loci, quo Sancti corpus jacere reconditum credebatur, a viris nonnullis, quo sacrum pignus invenirent, fuisse effossam, Eusebius in dicta epistola commemoret, ne vel verbo tamen unguenti seu olei, quod e loco isto, Sanctive corpore tunc stillarit, mentionem facit. Parum autem verosimile apparet, prodigii hujusmodi, quo adeo, ut nulla sane re magis,* Demetrii *sepulcrum seu conditorium fuisset illustre, mentionem ipsum, si locum istud jam tum habuisset, facturum non fuisse in laudata epistola, in qua non pauca de conditorio isto, seu, ut loquitur, de loco, quo sacrum sancti corpus jacere reconditum credebatur, in medium adducit.*

AUCTORE C. B.

101 *Adhæc, Viros, qui, Sancti corpus quæ-* *uti e rationibus,*
*rentes, humum effodere cœperant, igne e terra in ipsos prodigiose erumpente, ab opere incepto* E
*desistere fuisse compulsos, idem Eusebius in laudata epistola refert, additque humi partem, quæ ex igne erumpente fragrantiam ineffabilem mirabiliter contraxerat, ad Justinianum, qui et illam, non secus atque ipsum Sancti corpus, cum lætitia acceperit, postulatarum reliquiarum loco missam fuisse; unguenti autem seu olei, e Sancti seu corpore seu tumulo prodigiose stillantis, quod ad Justinianum pariter missum tunc fuerit, non meminit, et tamen, si prodigiosæ isti scaturigini jam tum locus fuisset, futurum fuisse videtur, ut æque aut etiam potius unguentum, morbis sanandis salutare, quam humus, bono dumtaxat odore ex miraculo affecta, ad Justinianum postulatarum reliquiarum loco mitteretur. Accedit, locum certe, quo sacrum* S. Demetrii *corpus in dicata ei Thessalonicæ ecclesia jacebat, non potuisse non esse notissimum, si ex eo, aut, si mavis, e Sancti, quod is complectebatur, corpore unguentum continuo magna copia stillabat, passimque hoc prodigium, ut supra huc transcripta Joannis Stauracii verba suadent, habebatur compertum. Verum locum, quo Sanctus in Thessalonicensi sua ecclesia jaceret reconditus, Justiniani ætate, seu cum hic reli-* F
*quiarum* S. Demetrii *partem sibi postulavit, notum non fuisse apparet.*

*hic in medium*

102 *Ita autumo, primo quidem, quia, dum Eusebius, Thessalonicensis archiepiscopus, humum a quibusdam ad* Demetrii *corpus quærendum tentatam fuisse, in epistola plus semel jam laudata narrat, id, non eo loco, quo sacrum Sancti corpus jacebat, sed quo jacere putabatur, factum fuisse affirmat; deinde vero quia ne quidem Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi sæpissime supra laudati, qui tamen post Eusebium floruit, ætate determinatus locus, quo Sanctus jaceret, notus exstitit in ecclesia, nomini ejus Thessalonicæ sacra, uti ipsemet scriptor ille lib.* 1 *Miraculorum cap.* 5 *fidem facit. Verba ejus, e quibus simul, Sancti conditorium seu locum, quo hic in Thessalonicensi sua ecclesia jaceret reconditus, Eusebio archiepiscopo Thessalonicensem sedem occupante, notum etiam non fuisse, luculentius patescet, huc e Græcis facta a me Latina transcribo. Sic habent:* Quoniam autem semper quidem, maxime autem idololatriæ tem-

AUCTORE C. B.

pore, qui civitatem hanc Deo dilectam incoluerunt, Christiani accurati constantissimique martyrum amatores fuerunt, præ metu, ne Sanctorum, martyrio coronatorum, corpora idololatrarum furori committerentur, tacite illa ac mysteriose in terra absconderunt, adeo ut usque in præsens tempus ex iis, qui martyrium in hac subierunt, nullius prorsus, præterquam celeberrimæ ac sanctissimæ virginis Matronæ sacrum conditorium, quo depositi fuerunt, noscatur.

*adductis,*

103 *Jam vero, cum usque ad Joannis Thessalonicensis ætatem, quo determinato ecclesiæ suæ loco Sanctus noster jaceret reconditus, Thessalonicæ etiam, uti recitata scriptoris hujus verba fidem faciunt, ignoratum omnino fuerit, qua ratione, vel jam tum, vel etiam antea ex illius seu tumulo seu corpore unguentum seu oleum, morbis sanandis salutare, scaturiisse, resciri certo potest? An forsan vel e traditione, ab ipsa Joannis Thessalonicensis ætate aut etiam citius incepta, vel e documentis seu scripto seu aliter ab iis, qui vel ipsimet eadem Joannis Thessalo*
B *nicensis ætate aut citius etiam floruissent, vel rem a majoribus audivissent, ad posteritatem transmissis? Verum qui vel traditio vel documenta, quibus e* S. Demetrii *corpore unguentum jam inde a Joannis Thessalonicensis ætate, citiusque etiam stillasse, habeatur compertum, suam queant tempore isto traxisse originem, si tum determinatus, quo sacrum illud pignus jaceret reconditum, locus omnino, qualem illum exstitisse Joannes Thessalonicensis prodit, ignotus exstiterit? Id enimvero captu admodum difficile mihi apparet, oleumque proinde seu unguentum, morbis sanandis salutare, e Sancti nostri seu tumulo seu corpore vel Joannis Thessalonicensis ætate, vel etiam ante hanc scaturiisse, in animum haud possum inducere.*

*aliis etiam, quæ in contrarium facere possunt*

104 *At vero, inquies, Joannes Thessalonicensis Miraculorum edendorum lib.* 1 *ea suppeditat, e quibus jam inde a scriptoris hujus ætate, imo etiam ante hanc oleum seu unguentum e Sancti nostri corpore scaturiisse apparet. Etenim ibidem cap.* 1 *sub finem Marianum, qui, quemadmodum e supra dictis liquet, diu ante Joannem Thessalonicensem floruit, ita* S. Demetrio *loquentem seu potius hujus pro sanitate recupe-*
C *randa auxilium implorantem inducit*: Τὴν δεδωρημένην σοι χάριν ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἰαμάτων ἔκχεον εἰς ἐμέ. *ac paulo post*: Ἔκχεον ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐλεημοσύνην σου καὶ τὰ ὀκτιέρμονά σου ἰάματα. *Adhæc eodem miraculorum libro cap.* 4 *ita de* Demetrio *initio scribit*: Οὐ σωμάτων ὀξὲ μόνον ἰάμασιν ὁ καλλίνικος οὐτὸς ἐναμβλύνεται Μάστυς, ἀλλὰ καὶ, etc. *Fateor, isthæc locis citatis Joannes Thessalonicensis commemorat; verum e textibus adductis, jam inde a Joannis Thessalonicensis ætate aut etiam ante illam unguentum seu oleum, sanandis morbis salutare e* S. Demetrii *seu corpore seu tumulo scaturiisse, concludendum non videtur. Cum enim vox Græca* ἰαμὰ *non tantum* medicamentum, *verum etiam medicamenti effectum seu* sanationem *significet, prior ex adductis tribus textibus hoc modo*, Donatam tibi ab eodem curationum gratiam super me effunde, *secundus isto*, Effunde super me misericordiam tuam, commiserantesque tuas sanationes, *ac tertius denique sequenti*, Non solum autem corporum sanationibus Martyr ille, pulchris victoriis condecoratus, abundat, sed et etc. *in linguam Latinam convertitur.*

*confutatis, concluditur, ætate primum, sed demum*

105 *Nec, etsi vocabulum Græcum* ἰαμὰ *idem prorsus, quod vocabulum Latinum* medicamen *seu* medela, *in allatis textibus significare, tantisper etiam dederimus, consectarium propterea erit, ut Joannes Thessalonicensis miraculum unguenti seu olei, e Sancti tumulo scaturientis, iis indicatum certo voluerit. Quid ni enim per medicamina, tum in duobus textibus prioribus, tum etiam in posteriori, ipsam* S. Demetrii *intercessionem, seu potius suppetias, Sancti patrocinio aut ferendas aut etiam reipsa miseris sæpius allatas, intellexisse possit? Alterutro sane e jam assignatis modis aut saltem alio, quo unguenti e Sancti corpore scaturientis prodigium haud adstruitur, tres supra datos Joannis Thessalonicensis textus explanandos esse, vel ex eo liquet, quod, cum hic scriptor, quo Sanctus noster ecclesiæ suæ Thessalonicensis loco jacuerit reconditus, ignorarit, unguentum ex ejus corpore scaturiisse, exploratum etiam verosimillime haud habuerit, hujusque proinde prodigii in allatis textibus mentionem haud fecerit, imo etiam ne facere quidem potuerit. Atque ita, omnibus, quæ jam dixi, expensis, nondum sane Joannis Thessalonicensis ætate, nedum ante illam, unguentum seu oleum* E *e Sancti seu tumulo, seu corpore stillasse, verosimillimum, ne dicam indubitatum, apparet. Verum quo tandem ergo tempore prodigium istud primum cœpisse statuemus? Thessalonicense* Demetrii *templum haud dudum post Joannis Thessalonicensis obitum seu seculo septimo senescente flammis fuisse absumptum aliudque ejus loco fuisse exstructum, supra vidimus. Quid si ergo, cum novum istud ædificium erigeretur, terraque hunc in finem variis locis effoderetur, et primum tunc sacrum* Demetrii *corpus fuerit inventum seu detectum, et oleum simul seu unguentum, sanandis morbis salutare, ex eo scaturire inceperit?*

*aut seculo VII forte senescente aut seq. ineunte initium accepit,*

106 *Id sane mihi haud prorsus vero apparet absimile, pro certo tamen vel idcirco habere non ausim, quod auctor anonymus, qui Joannis Thessalonicensis de* Demetrii *miraculis lucubrationem continuavit, seculoque, ut supra docui, vel octavo senescente, vel nono ineunte floruit, nullam uspiam in miraculis, Sancti nostri patrocinio patratis, quæ narrat, unguenti ex ejus seu tumulo seu corpore prodigiose scaturientis mentionem faciat. Sancti quidem templum lucubra-*
F *tionis suæ seu Miraculorum edendorum lib.* 2, *cap.* 3 *vocat* ἰαματοφόρον *verum cum vocabulum* ἰαμὰ *sanationem æque quam medicamen, uti jam supra docui, significare queat, sane ex attributo per laudatum scriptorem anonymum Thessalonicensi* S. Demetrii *ecclesiæ epitheto* ἰαματοφόρος *utpote quod tam id, quod sanationem, quam quod medicamen seu medelam affert, significare natum sit, argui non potest, vel obscuram ipsum unguenti e Sancti tumulo jam inde a seculo octavo ineunte aut etiam senescente septimo prodigiose stillare cœpisse, utcumque quidem verosimile, neutiquam tamen est certum atque indubitatum. Hinc porro simulque ex aliis, quæ e Joanne Cameniata supra disserui, jam fluit, ut certo quidem jam inde a seculo nono, fortassis autem dumtaxat jam inde etiam a seculo octavo aut septimo unguentum seu oleum, sanandis morbis salutare, e* S. Demetrii *seu corpore seu tumulo prodigiose stillarit. Atque hæc jam de magno isto continuoque miraculo disseruisse sufficiat; nunc, quoniam de* Demetrii *corpore*

A *pore mentio haud infrequens § præsenti facta est, nonnulla adhuc, quæ de hoc dicenda restant, hic etiam, ne, quæ conjuncta quodammodo sunt, sejunctim tractentur, expediri est consonum.*

*nec citius Sancti corpus fuit detectum.*

107 *Ac primo quidem sacrum illud pignus, cum determinatus, quo in dicata Sancto Thessalonicensi ecclesia jaceret reconditum, locus dudum fuisset incognitus, detectum non prius, quam seculo septimo senescente aut sequentis initio fuisse, vel e solo num.* 102 *huc transcripto Joannis Thessalonicensis testimonio palam est. At vero, inquies, secundum Metaphrasticam Sancti Passionem, alteramque ab anonymo, qui Metaphrasti præluxit, conscriptam Leontius, Illyrici sub seculi quinti, uti ex supra dictis apparet, initium præfectus, Thessalonica, cum jam in hac civitate ecclesiam* S. Demetrio *exstruxisset, Sirmium petiturus, partem quampiam, e sacro Sancti Martyris corpore statuerat accipere fuitque ab hoc proposito per Sanctum, in somnis sibi apparentem, abstractus. Fateor, sic habet : Verum locum determinatum, quo sacrum Sancti nostri corpus jaceret, Leontio cognitum fuisse, certum*

B *inde esse haud potest : præterquam enim quod illud Leontii consilium in Anastasianis et Photianis Sancti Actis non memoretur, id sibi etiam Leontius, utut locum, quo sacrum pignus jaceret, nondum tunc nosset, eumque dumtaxat a sese, fossione facta, inventum iri, speraret, propositum potuit habere. Utut sit, Joanne Thessalonicensi potius, quam Metaphraste et anonymo, e quo hic sua desumpsit,* Demetrii *biographo, standum est, Sanctique proinde, quidquid etiam hi scribant, corpus non prius, quam seculo septimo senescente, aut sequentis initio fuisse detectum, in animum induco. Atque id tunc quidem verosimiliter dumtaxat, certo autem, uti ex supra dictis pronum est colligere, non serius, quam seculo nono factum fuit.*

*Id, quidquid etiam S. Lietberti biographus scribat,*

108 *Verum anne, ut ad aliud jam progrediar, sacrum istud pignus in ecclesia Sancto sacra penes Thessalonicenses semper deinceps mansit? In Vita S. Lietberti, Cameracensis et Atrebatensis episcopi, ad* XXIII *Junii diem, quo hic colitur, in Opere nostro vulgata cap.* 5, *quo Sancti hujus episcopi iter Hierosolymitanum describitur, lucubratiunculæ illius auctor Radulphus ita memoriæ prodit :* Ingressus (*Lietbertus nempe)*

C Dalmatiam, locisque peragratis, in quibus olim Diocletianus Thermas ædificando diversa mortis intulerat supplicia Christi martyribus, cursum vertit Isauriam versus. Quam præteriens devenit Corinthum, illicque audiens Demetrii Sancti, inter martyres præclari, corpus quiescere, sepulcrum ejus expetiit, totoque mentis affectu meritis ipsius divinum auxilium quærit. *S. Lietbertus, Cameracensis atque Atrebatensis episcopus, seculo undecimo, utpote anno* 1076, *uti apud nos ad dictum Junii diem videre licet, e vivis sublatus, floruit; quare, si verbis recitatis vera memoret Radulphus, totumque* S. Demetrii *corpus intellectum voluerit, necesse est, ut id seculo undecimo non amplius Thessalonicæ quieverit, sed inde aut hoc ipso seculo aut etiam citius Corinthum, ubi id S. Lietbertus visitarit, fuerit translatum. Verum Henschenius noster, in suis in recitata Radulphi verba Annotatis aliquam auctoris hujus, qui præterea Diocletianum, martyribus labore macerandis intentum, Thermas in Dalmatia exstruxisse, perperam sane (neque enim ille id ibi, sed Romæ fecit) memoriæ prodit, circa loca, in textu huc transcripto indicata, ignorantiam suspicatus, fueritne* S. Demetrii *corpus Thessalonica, qua in urbe, quod ex eo unguentum medicum scaturiret, magno populorum concursu honorabatur, Corinthum translatum, disquisitum iri ad hunc* VIII *Octobris diem, promisit.*

AUCTORE C. B.

*nec Thessalonica Corinthum seculo undecimo*

109 *Ut itaque fidem ab eo datam liberem, simulque quam merito, an in assignando, quo S. Lietbertus* S. Demetrii *corpus visitavit, loco Radulphus hallucinatus haud sit, in Annotatis supra citt. dubitarit, ostendam, lectori in memoriam revoco, quod num.* 87 *et tribus seqq. integrum huc transcripsi, instrumentum publicum. In hoc enim, quod, ut ibidem docui; seculi tertii decimi initio datum indubie fuit, corpus* S. Demetrii *tunc adhuc, cum id daretur, Thessalonicæ in ecclesia, huic sacra, fuisse asservatum, non obscure indicatur : quod cum ita sit, nec quidquam, quo laudati instrumenti fides elevetur, possit afferri, integrum enimvero sacrum illud pignus jam inde a seculo undecimo, quo visitatum a S. Lietberto fuit, Corinthum Thessalonica fuisse translatum, nemo dixerit, nisi forte simul, quod tamen futurum haud reor, fuisse* E *illud, cum Corinthi aliquamdiu seculo undecimo et forte etiam sequenti jacuisset, Thessalonicam inde iterum revectum, voluerit adstruere. At vero, inquies, si res ita habeat, non tantum, num Radulphus in assignando, quo S. Lietbertus sacrum* S. Demetrii *corpus veneratus est, loco errarit, ambigendum apparet, verum etiam reipsa illum hac in re esse hallucinatum, indubitatum videtur. Fateor, ita omnino apparet, nisi forte is scriptor, non de integro* S. Demetrii *corpore, quod Corinthi a S. Lietberto visitatum fuerit, sed de illius parte loqui voluerit; illum autem non de sacri corporis parte tantum, quam Lietbertus Corinthi veneratus fuerit, loqui voluisse, sed potius Corinthum pro Thessalonica per errorem accepisse, verosimilius vel idcirco reor, quod Lietbertum, Hierosolymam petentem, ex Bulgaria in Dalmatiam, inde in Isauriam, tum Corinthum ac tandem Laodiceam esse profectum, commemoret; commode autem iter Bulgaria Thessalonicam dirigere, atque inde e portu aptissimo in Syriam ad urbem maritimam Laodiceam navigare potuerit, uti jam ante me in Annotatis supra memoratis etiam observavit Henschenius.*

F

*erat translatum, nec Polam.*

110 *Atque hinc jam consectarium est, ut Radulphi laudati, qui S. Lietberti Vitam, ac nominatim iter ejus Hierosolymitanum descripsit, testimonium neutiquam sufficiat, ut Corinthi, cum, sanctus is episcopus Hierosolymam peteret, vel partem etiam dumtaxat corporis* S. Demetrii *exstitisse credamus. Verum num post saltem sacro hujusmodi pignore civitas illa fuit ditata? Id ego, utut e nullo prorsus documento affirmari queat, indubitanter tamen negare non ausim, maxime quod post seculum undecimum, quo S. Lietbertus Hierosolymam petiit, aut forte etiam citius, aliquas saltem* S. Demetrii *reliquias fuisse distractas seu cum aliis ecclesiis communicatas, ex jam nunc dicendis appareat. Parisiis in parva ecclesia, quæ* S. Dionysii passus *dicitur, postque ecclesiam, sanctissimæ Dei Genetrici ibidem sacram, sita est, sacras quasdam, quas* S. Demetrii, *ibidem ex infra dicendis culti, esse contendunt; reliquias asservari, Bailletus tom.* 3 *Vitarum col.* 115 *affirmat; verum cum hic scriptor dubitantis dumtaxat in modum de re isthac ibidem loquatur, nedum quidquam, quo eam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

*eam stabiliat, in medium, si delatum ibidem* Demetrio *cultum exceperis, adducat, alio mihi, ut* S. Demetrio *reliquias post seculum undecimum aut etiam citius cum aliis ecclesiis fuisse communicatas, verosimile utcumque efficiam, recurrendum est. Sex Sanctorum corpora, videlicet Theodori, Demetrii et Georgii martyrum, Floris, Basilii et Salomonis Hungariæ regis confessorum, sub particulari ecclesiæ cathedralis altari Polæ in Istria anno* 1653 *fuisse inventa, apud nos tom.* VII *Septembris in historico de B. Salomone, e rege Hungariæ eremita, pag.* 848 *e documentis authenticis probatur, sequentique pag. profertur etiam instrumentum publicum, e quo, sex illa corpora sub altari illo a D. Michaele Ursino, episcopo Polensi, anno* 1487 *fuisse deposita, indubitatum fit.*

*aliave ad loca, a Thessalonica diversa, integrum umquam fuit devectum.*

111 *Cum autem* Demetrius *martyr, in monumentis illis memoratus, duobus aliis martyribus celeberrimis, Theodoro scilicet die* VII *Februarii, et Georgio die* XXIII *Aprilis cultu ecclesiastico affectis jungatur, hique ambo, uti, quæ de iisdem ad duos dies illos disseruimus, com-*
B *monstrant, pro Christianorum in bello patronis seu propugnatoribus non secus ac sanctus noster Thessalonicensis martyr* Demetrius, *soleant haberi, non de alio* S. Demetrio *martyre, quam de hoc nostro in laudatis monumentis fieri sermonem, sat verosimile apparet; quod cum ita sit, sacras Sancti nostri reliquias Polæ in Istria asservari, aut saltem tempore in documentis præfatis notato fuisse asservatas, sat pariter verosimile videtur. Verum integrumne has Sancti corpus, an hujus dumtaxat partem fuisse dicemus? Cum non raro, imo frequentissime, fiat, ut reliquiæ, quæ partem dumtaxat corporis Sancti cujuspiam constituunt, corporis nomine, etiam in documentis authenticis, veniant, nec quidquam, quod, integrum Sancti nostri corpus Thessalonica umquam alio fuisse delatum, suadeat, uspiam invenire licuerit, verosimilius videtur, eos, qui documenta supra memorata condidere, partem corporis* S. Demetrii, *ibidem memorati, seu, ut verosimile ex dictis apparet, nostri, pro integro ejusdem corpore accipere. Idem porro de Gelenio, qui in Colonia supplice, Auctarii num.* 4, *pag.* 164 *Sigebergensi Benedictinorum cœnobio* S. Demetrii *corpus attribuit, pari de causa, si forte ibidem de*
C *Sancto nostro sermo sit, dicendum videtur, uti et de quibuscumque seu scriptoribus seu documentis aliis, in quibus Sancti nostri corpus determinato cuiquam loco sacro adscribitur.*

## § IX. Quam insignis Sancto cultus Constantinopoli, ab ipsis etiam Orientis imperatoribus, fuerit delatus, et quam quidem antiquus is sit.

*Ad S. Demetrii templum luce huic sacra cæremonia,*

*Quam insigni Sanctus cultu Constantinopoli, ab ipsis etiam Orientis imperatoribus, eorumque in aula affectus olim fuerit, manifestum fit vel e solis aulæ Byzantinæ Cæremoniis, non serius, uti infra docebo, quam seculi* XI *initio scriptis, annoque* 1751 *Lipsiæ vulgatis. Harum enim lib.* I, *cap.* 21 *exponitur, qui quotannis festum* S. Demetrii, *solemni ad ecclesiam huic sacram processione instituta, imperatores una cum aula sua honorare soluerint. Id* D *proinde integrum huc transcribo. Sic habet :* Pridie unius diei domini præpositis indicant, die sequente cum allaximis senatum universum prodire, mane autem circa horam secundam præpositos ingredi jubent, quo facto, cum paucis cubiculariis, papa (*Græce habetur παπία, id est ex Cangii ad vocem παπίας Gloss.*, palatii custode,) et hetæriarcha abeunt, et patriarcham cum metropolitis et reliquo ejus officio adducunt. Qui per porticum triconchii ingressus, in camera aurei triclinii, quæ proxima pantheo est, considet Præpositi autem ingressi, imperatoribus ejus adventum nuntiant, qui surgunt, et cameram S. Theodori ingressi, tunicas suas induunt, et extra velum ejus cameræ egressi, adstant. Interea præpositi patriarcham adducunt, quem domini pro more osculantur, et paululum in aureo triclino cum eo considerent, rebusque omnibus bene ordinatis, præpositi intrant, dominis id nunciaturi, qui confestim cum patriarcha surgunt, et ritu ipsis solenni egressi, per tripetonem, lausiacum, justinianeum, scyla et exteriores Marciani porticus E transeuntes, oratorium S. Petri, quod ibi situm est, petunt.

*quæ hic*

113 Sciendum est, dominis cum patriarcha ex aureo triclinio procedentibus, ante portas ejus argenteas eunuchos aspatarios, et logothetam cursus publici, cum protoscriniario, et primo notariorum, ministros autem triclinii aurei, prope horologium adstare. Porro dominos, ex æneis portis ad lausiacum egressos, manclavitæ et cubicularii omnes excipiunt, et comitantur. Intra scyla, seu in extrema justinianei triclinii parte, magistri, proconsules et officiales adsunt, et transeuntes dominos, procidentes in terram, adorant. Illi autem, ut supra observatum est, ad sancti Petri abeunt, ubi patriarcha sacrarium ingreditur, et post preces solennes peractas, psaltæ troparium incipiunt. Patriarcha deinde ex sacrario, sanctum Euangelium manu tenens, ad portas imperatorias ejusdem oratorii procedit, subdiacono crucem processionalem præferente. Domini cereos a præpositis accipiunt, terque genu flexo, ad Deum præcantur, tunc Euangelium et crucem osculantur, et diacono incensante, imperator, patriarchæ innixus, e templo egreditur. Observandum quoque est, pompa F a S. Petri procedente, cantores troparium Martyris, quod Leo, sapientissimus et optimus imperator composuit, usque ad verba : Latens natus es; ingrediente autem processione triclinium aureum, troparium encæniorum, scilicet Gratia tibi. Christe Deus, Apostolorum gloria, recitare.

*describuntur, imperatores procedere quotannis solebant.*

114 Imperator inde, quo abierat, digressus, per medium chrysotriclinium pergit, et ex orientalibus portis cum processione egreditur, dum interea magistri, proconsules, patricii et officiales, e regione templi S. Demetrii, seu ad sinistram partem, cubicularii vero ad orientales Solarii, domini cum Patriarcha in atrio templi stant, ac solennibus encæniorum ritibus peractis introitus fit. Patriarcha sacrarium intrat, domini per mediam ecclesiam transeuntes, egredientur, et in tetrasero, quod ibi est, lectionem Euangelii audituri, adstant. Postea per argenteas Macronis, seu porticus oblongæ, januas progressi tunicas suas induunt, aureumque triclinium ingressi, pro more, considerent, et brevi post missa datur. Convivio autem hoc die

A die patriarcham, metropolitas, et quoscunque volunt, senatores, adhibent. *Magna enimvero solemnitate* S. Demetrii *festum imperatoribus Constantinopolitanis eorumque aula quotannis celebrari Constantinopoli soluisse, ex hic descriptis, quibus tunc e triclinio aureo, seu imperatorum in palatio suo commorationis loco ad* S. Demetrii *templum pergebatur, ceremoniis manifestum fit.*

*Templum illud, quod, ut apparet, cum æde sacra, hic memorata, idem est,*

115 *Verum quodnam illud fuit* S. Demetrii *templum? Codinus de ecclesiæ et aulæ Constantinopolitanæ Officiis cap.* 45 *hunc scribit in modum* : In memoria magni Demetrii abit imperator ad venerandum monasterium Palæologorum, quod nomine prædicti martyris insignitur. *Monasterii Palæologorum, ad quod imperatores* XXVI *Octobris die,* S. Demetrio *sacra, pergere quotannis solerent, Pachymeres quoque tom.* 2, *lib.* 4, *cap.* 12 *meminit. Vix, ac ne vix quidem dubito, quin hujus Palæologorum monasterii templum unum sit atque idem cum templo, in aulæ Byzantinæ Cæremoniis proxime memorato, cui primum a Barda cæsare ex* B *dicendis ædificato monasterium postea fuerit adjectum. Rex amplius ex dicendis elucescet. Apud Bandurum imperii Orientalis tom.* 1 *anonymus Antiquitatum, seu, ut vocantur ab aliis, Originum Constantinopolitanarum scriptor, qui, quemadmodum laudatus Bandurus in Præfatione tomo isti, Opera potissimum antea ineüita complectenti, a se præmissa, docet, seculo duodecimo ad mediam circiter sui partem provecto floruit, Operis sui part.* 2, *num.* 68 *sic scribit* : Sancti Demetrii ædem, quæ supra muros extat, Bardas Cæsar ædificavit, avunculus Michaëlis, quem interfecit Basilius apud S. Marmantem, jam antea ipso cæsare, dum una cum Michaële Orientalem expeditionem susciperet, membratim conciso in conspectu Michaëlis ex sorore sua geniti. Frater quippe erat Bardas Theodoræ augustæ, quæ mater erat Michaëlis. *Bardas cæsar, Michaële imperatore hujus nominis tertio jubente, anno* 867 *fuit occisus, ut proinde ædes sacra, quam* S. Demetrio *illum exstruxisse, verbis recitatis docet scriptor anonymus laudatus, seculo nono, media circiter sui parte jam elapso, fuerit* C *ædificata. Atque id quidem in ipso urbis Constantinopolitanæ angulo, quo loco Acropolis, ad Orientalem ejusdem urbis plagam, uti ex Cangio in Constantinopoli Christiana lib.* 1 *pag.* 44 *et seqq. intelligitur, sita, exstabat, factum indubie fuerit, uti vel ex eo liquet, quod Ducas locum illum* Μεγαλομάρτυρον ακρόπολιν *seu* Magni Demetrii Acropolim, *a vicino scilicet* S. Demetrii *templo nomenclatione accepta, in contexta a se Historia cap.* 38 *et* 39 *appellet.*

*a templo quod Cantacuzenus in palatio*

116 *Verum hic intricata admodum solutuque difficilis quæstio exoritur. Etenim Constantinus Porphyrogenitus in Basilio Macedone cap.* 54, *quo ædes sacras nonnullas, ab hoc imperatore instauratas, recenset, hisce etiam ædem,* S. Demetrio *sacram, sequentibus verbis annumerat* : Sanctæ Annæ quoque in Deutero, et sancti Christi martyris Demetrii sacras ædes, vetustate laborantes, novas ac elegantes refecit; *Cangius autem, num sacra hæc, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse, Scylitzes quoque pag.* 588 *memoriæ prodit,* S. Demetrii *ædes una atque eadem cum ea, quam supra ex antiquitatum, seu Originum Constantinopolitanarum scriptore anonymo memoravimus, sit, in Canstantinopoli Christiana lib.* 4 *pag.* 123 *in dubium revocat, et sane non immerito. Etenim quemad modum hoc loco scriptor ille recte notat, Cantacuzenus in Historia, a se concinnata lib.* 3 *cap.* 6 *et* 9 *ædem quoque* S. Demetrio *sacram in ipso Constantinopolitano imperatorum palatio seu regia statuit, priori quidem loco sic scribens* : Καὶ πρὸς τῷ ναῷ τοῦ μεγαλομάρτυρος γενόμενοι Δημητρίου, ὃς τῶν βασιλείων ᾠκοδόμητο ἐντός et cum essent prope magni martyris Demetrii templum, quod in palatio ædificatum erat; *posteriori vero sequentia verba suppeditans* : Καὶ πρὸς νὸν ἐν βασιλείοις τοῦ μυροβλύτου τοῦ μάρτυρος γενόμενος ναόν, Cumque ad Myroblytæ martyris templum, in palatio situm, venisset. *Jam vero, si sacra Sancti notri ædes, a Cantacuzeno hic memorata, ab æde ejusdem sacra, quæ eo ipso, quo Acropolis, loco exstitit, fuerit diversa, fuit sane, cur Cangius, hancne, an illam Basilius Macedo instaurarit, revocaret in dubium.*

AUCTOR C. B.

*ponit, ob rationes, quæ*

117 *Sed rem examinemus. Anna Comnena Alexiados lib.* 12 *pag.* 361 *meminit ædis sacræ, in palatio imperatorio Constantinopolitano exstantis, quæ, quamvis quidem a multis, seu potius, ut Græca verba sonant, a vulgo magni martyris* Demetrii *nomine insigniretur, in nomine tamen Dei Matris fuerat erecta; mox autem laudati Scylitzes et Constantinus Porphyrogenitus, prior quidem pag. proxime cit., posterior vero in Basilio Macedone cap.* 55, *fuisse ab hoc ædem, santissimæ Dei Genitrici sacram, in palatio exstructam, memoriæ produnt; quare hanc, nisi forte quis duas, quod parum verosimile apparet, dicatas eidem Dei Genitrici ædes in palatio exstitisse velit esse necesse est illam ipsam, quæ, quamvis quidem, ut Anna Comnena ex dictis docet, Deiparæ in palatio sacra exstiterit,* Demetrii *nihilominus nomine insignita a vulgo fuit, quæque, nisi forte quis, contra ac verosimile apparet, ædes duas* S. Demetrii *nomine distinctas in palatio exstitisse velit, cum sacra Sancti æde, quam in palatio Cantacuzenus statuit, eadem esse debet. Porro laudati Scylitzes et Constantinus Porphyrogenitus, qui, quemadmodum jam docui, Dei Genitrici ædem in palatio a Basilio Macedone ædificatam fuisse, tradunt, ab hoc etiam principe, paulo antequam id faciant, ædem* S. Demetrio *sacram instauratam fuisse, memoriæ produnt; quare, cum hanc ab illa, a vulgo etiam, ut jam docui,* S. Demetrii *nomine insigniri solita,* F *manifestissime distinguant, consectarium ex omnibus jam dictis est, ut sacra* S. Demetrio *ædes, quam Basilio Macedone instauratam fuisse, scribunt, extra palatium sita fuerit, distinctaque proinde ab æde,* S. Demetrio *sacra, quam in Palatio Cantacuzenus ponit. At vero, inquies, orationem seu Homiliam, supra plus semel memoratam, hisque verbis,* Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, *inceptam, quam Commentarii hujus* § 1 *Leoni Sapienti, Orientis imperatori, vindicavi, dictam fuisse ab hoc tunc, cum ædes* S. Demetrio *in regia seu palatio consecraretur, titulus ei præfixus, utpote qui verbis, num.* 6 *recitatis, sit conceptus, fidem facit.*

*in medium*

118 *Jam vero, cum Leo Sapiens Basilii Macedonis filius sit, huicque patri suo, quo volente, imperator jam inde ab anno* 870 *coronatus fuerat, anno* 886 *successerit, ædem* S. Demetrio *sacram, in cujus consecratione orationem seu Homiliam memoratam is dixit, esse illam ipsam, quam ab ejus patre, Basilio Macedone, instauratam fuisse, Porphyrogenitus et Scylitzes locis supra citt. tradunt, verosimillimum apparet,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

*ret, hancque proinde non aliam, quam quæ a Cantacuzeno supra recitatis verbis in palatio seu regia statuitur, exstitisse. Ita contra opinionem, qua ex jam dictis sacram* S. Demetrii *ædem, a Basilio Macedone instauratam, extra palatium statuimus, potest argui. Verum scriptor, qui dictæ Homiliæ seu Orationi in codice olim Mazarinæo, seculo, ut apparet, duodecimo exarato, titulum præfixit, dictam illam fuisse tunc, cum ædes* S. Demetrio *in regia consecraretur, idcirco fortassis in hoc notarit, quod tunc, cum præfatum codicem exararet, seu seculo* XII *sacrum istud ædificium solo sancti* Demetrii *nomine solerel distingui. Adhæc, ut cum tituli, de quo hic, scriptore Anna Comnena, quæ pariter seculo* XII *floruit, sacramque illam ædem, utut* Demetrii *nomine a vulgo insigniri solitam, sanctissimæ Dei Genitrici dicatam, notat; in concordiam adducatur, fieri potest, ut sacra illa ædes et sanctissimæ Dei Genitrici simul et* S. Demetrio *fuerit dicata, hincque de ea, veluti* S. Demetrio *sacra, tituli scriptor, solis concinnatis de hoc Sancto nostro lucubrationibus (adi num.* 3*) transcribendis intentus, mentionem fecerit, omisso et-*

B *iam Deiparæ nomine, quo tunc fortassis a paucis dumtaxat locum illum sacrum insigniri, habebat perspectum. Quidquid itaque e titulo, quem in codice Mazarinæo Oratio seu Homilia laudata præfert, possit argui, hanc equidem, non cum sacra* S. Demetrii *ædes, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse, Scylitzes et Porphyrogenitus tradunt, sed cum altera, quam in palatio fuisse Dei Genitrici exstructam, nomineque nihilominus* S. Demetrii *a vulgo soluisse distingui, Anna Comnena affirmat, consecraretur, pronuntiatam fuisse, indubitatum apparet, manetque proinde, sacram* S. Demetrii *ædem, quam Basilius Macedo instauravit, extra palatium sitam fuisse, atque adeo ab æde Sancti sacra, quam in palatio Cantacuzenus statuit, distingui.*

*hic adducuntur;*

119 *Verum quænam tandem est sacra* S. Demetrii *ædes, quæ et ab æde. per Cantacuzenum memorata, distinguitur et a Basilio Macedone fuit instaurata? Non alia, ut apparet, quam quæ eo ipso, quo Acropolis exstitit, loco a Barda cæsare, ut supra docuimus, fuit exstructa. Hæc enim, non secus atque illa, extra palatium exstitit, uti jam nunc dicenda ostendent. Ecclesiam*

C S. Demetrii, *quam luce huic sacra imperatores, ut supra docui, quotannis adire solebant, extra palatium sitam fuisse, vel a solis, quibus hic illorum magna solemnitate ad locum istum sacrum fieri solitus accessus describitur, verbis, supra huc ex aulæ Constantinopolitanæ Cæremoniarum libro transcriptis, liquet; hisce enim imperatores, quo illud* S. Demetrii *templum adirent, et palatii sui portis egredi soluisse asseruntur; jam vero cum hæ, uti eadem transcripta verba fidem faciunt, ad Orientalem civitatis plagam exstiterint, atque ad hanc etiam* S. Demetrii *ecclesia, a Barda cæsare exstructa, sita fuerit, sacrum hunc locum cum ecclesia, quam imperatores solemni supplicantium ritu* XXVI *Octobris die quotannis adibant, esse eumdem, verosimillimum apparet, illumque proinde, non secus atque hanc, extra palatium situm fuisse. Adhæc cum soluisse quotannis Orientis imperatores ad monasterium,* S. Demetrii *nomine insignitum, luce huic sacra seu* XXVI *Octobris die abire, a Codino verbis supra recitatis tradatur, iidemque imperatores, ut supra huc transcripta ex aulæ Constantinopolitanæ Cæremoniis verba fidem faciunt, festiva eadem* S. Demetrii *luce ad dictum Sancti hujus templum, ex-* D *tra Palatii portas situm, solemni supplicantium ritu incedere soluerint, de eodem loco sacro et apud Codinum et in dictis Cæremoniis seu potius scripto de hisce libro fieri sermonem, vix non indubitatum apparet.*

*videtur diversum; monasterium autem, ei adjunctum, non ab Andronico,*

120 *Quod cum ita sit, templumque, quod festiva Sancti luce adire imperatores solebant, monasterium præterea, contra ac ædi sacræ, in palatio ejusve ambitu sitæ, convenire videtur, sibi etiam, ut e Codini verbis intelligitur, habuerit adjunctum, illum sane locum sacrum ac proin etiam exstructam a Barda Cæsare ecclesiam, utpote ab hoc, ut jam docui, non distinctam, extra palatium situm fuisse, dicendum est. Jam vero, cum Sancti ecclesia, quam Basilius Macedo instauravit, extra palatium pariter, ut supra ostendi, sita fuerit, non aliam* Demetrii *ædem sacram, quam quæ a Barda Cæsare fuerat exstructa a Basilio Macedone fuisse instauratam, verosimillimum apparet. Nec est, quod reponas,* S. Demetrii *ædes, quas Basilius Macedo instauravit, in Leonis Allatii editione* ruinosas, *atque in altera, quam in Byzantinis post Theophanem Scriptoribus Combefisius suppeditat,* vetu- E *state laborantes appellari; has autem denominationes exstructis a Barda cæsare* S. Demetrii *ædibus, utpote quæ, ut supra docui, anno dumtaxat* 850 *circiter fuissent erectæ, Basilii Macedonis tempore, quod hic quinquaginta nondum annis post ædes easdem ædificatas elapsis obierit, convenire haud potuisse; etsi enim id ita sit, in Græco tamen tum Scylitze, tum Porphyrogeniti textu, si Græca, quibus hic concipitur, verba accurate exponantur, dumtaxat habetur, Basilium Macedonem* S. Demetrii ædes *aut* ex antiquis novas fecisse, *aut* antiquarum loco novas condidisse. *Atque hæc sunt, quæ, ut simul, et quam* S. Demetrii *ecclesiam Basilius Macedo instaurarit. et hanc, quotannis luce* S. Demetrio *sacra ab imperatoribus solemni ritu adiri solitam, a sacra* S. Demetrii *æde, quam in palatio Cantacuzenus statuit, esse diversam, ostenderem, in medium adducenda existimavi. Cangius porro, ut alio jam sermonem convertamus, in Constantinopoli Christiana lib.* 4 *pag.* 122 *eo inclinare videtur, ut, monasterium, quod ex dictis templo, a Barda cæsare exstructo, fuit adjectum, ab Andronico Juniore, Palæologorum stemmate* F *oriundo, a quo edificatum instauratumve fuerit, nomen suum accepisse, existimet. Ita enim ibidem de monasterio isto scribit:* Ab Andronico Juniore forte vel ædificatum vel renovatum crediderim, qui sanctum Demetrium summa veneratione, et a puero coluit, ob præstitam sibi imprimis a Divo isto opem in expeditione Thessalonicensi, uti narrat Cantacuzenus lib. I, cap. LIII.

*Demetrium erga se beneficum experto,*

121 *Id sane, quod Cangius hic affirmat, loco cit. Cantacuzenus narrat, imo vero, Andronicum ab inveterato periculosoque vulnere, quod in pede acceperat, prodigiose, cum hunc, unguento, e* S. Demetrii *tumulo scaturiente, linere decrevisset, absque mora fuisse sanatum, ibidem etiam adjungit, ita de Andronico, cum jam Thessalonicam occupasset, memoriæ prodens:* Constitutis, quæ ad arcis *(Thessalonicensis)* custodiam pertinebant, imperator ad sanctum Demetrii martyris et myroblytæ conditorium processit, simul ut precibus eum veneraretur (quippe quem a puero præ aliis martyribus honorabat, et plus in eo spei reponebat, quam in ceteris,

A teris, impenseque illum diligebat) simul ut eidem gratias de oblata felicitate (*in occupanda nimirum Thessalonica*) rependeret. Peracto utroque, quoniam etiam pedem in conflictu cum Persis vulneratus quatuordecim mensibus curari non poterat, multa medicis auxilia frustra experientibus; sed, eo paulatim tabescente, doloribus intolerandis cruciabatur, soluto calceo, Sancti unguento illum parabat perlinere, ita secum volvens, quæ ars humana et studium nequirent, ea Deum sanctis martyribus posse concedere. Ablatis fasciis nudatoque pede, linamentum illud carptum, quod vulneris inditur (o magnam Dei ad martyres suos honorandos curam et providentiam!) extra vulnus apparuit; pes autem adeo sanus, ut nec vulneris, nec cicatricis ullum restaret vestigium, et vulneratusne aliquando fuisset, ignoraretur. Hoc viso miraculo, magis quam de acquisita Thessalonica exultavit imperator, ferventioresque et majores ob hoc beneficium gratias egit; ac tota civitas, intellecto in eum edito tam admirabili opere, multas Deo et Demetrio, a quo curatus fuerat, laudes decantavit.

*seculo* XIV, *sed citius forte fuit extructum, citiusque etiam,*

B 122 *Hactenus Cantacuzenus; attamen, licet non tantum, quod Cangius memorat, beneficium, verum etiam aliud, in Andronicum Juniorem a* S. Demetrio *collatum, recitatis verbis tradat, anne tamen, quod* Palæologorum *dicebatur, monasterium, eidem Sancto nostro dicatum, suam ab imperatore illo, utut e Palæologorum familia oriundo, nomenclationem acceperit, mihi admodum dubium apparet. Cum enim a puero, uti transcripta Cantacuzeni verba fidem faciunt, majori in* S. Demetrium, *quam in martyres alios, veneratione simul ac dilectione princeps ille exstiteret, fieri facile potest, ut huic ille peculiaris erga Sanctum affectus a parentibus suis, qui et illum fortassis a majoribus hausissent, instillatus fuerit. Quod cum ita habeat, fieri etiam facile potest, ut abs hisce, quos inter nonnulli, uti apud Cangium in Familiis augustis Byzantinis pag.* 230 *et seqq. videre licet, opibus atque auctoritate præstitere, dicatum, de quo hic disserimus, Sancto nostro monasterium,* Palæologorum *idcirco nominatum, diu etiam ante Andronici Junioris ætatem seu seculum* XIV *fuerit exstructum, licet interim abs hoc illud fuisse in-*

C *stauratum, nullo queat fundamento indubitanter seu negari, seu etiam affirmari. Utut sit, manifestum equidem ex omnibus jam dictis est, Sanctum nostrum maxima in veneratione apud Orientis imperatores exstitisse, cultuque etiam plane insigni ab iisdem fuisse affectum. Verum a quo quidem tempore circiter ita honorare* Demetrium *principes illi cœpere? Quod supra § hujus initio deindeque adhuc laudavi, de aulæ Byzantinæ cæremoniis Opus vel a Constantino Porphyrogenito, anno* 959 *e vivis sublato, vel, ut verosimilius apparet, a Constantino altero, Porphyrogeniti nepote, qui delatas sibi anno* 1025 *imperii Orientalis habenas anno* 1028 *morte demisit, litteris commendatum fuisse argumenta in Præfatione; quam sibi illud præfixam habet, adducta luculenter evincunt; quapropter non serius certe, quam vel seculo decimo vel sequentis initio Constantinopoli morem, ut* S. Demetrium *imperatores, sese ad sacrum huic in Acropolitano urbis angulo templum cæremoniis per verba num.* 112 *et binis seqq. ex Opere illo recitata expressis* XXVI *Octobris die conferentes, quotannis venerarentur, obtinere incepisse, indubitatum est.*

AUCTORE C. B. *et multo quadem, cultum insignem.*

123 *Adhæc mos ille, cum jam inde a medio circiter seculo nono, quemadmodum, quæ supra in medium adduxi, dilucide ostendunt, præfatum Sancti templum fuerit exstructum, jam inde etiam ab eodem seculo nono fortassis obtinuerit. Sane* Demetrium *hoc ipso etiam sequentique seculo atque etiam citius magna veneratione, cultuque insuper Sanctis deferri solito Constantinopoli ab ipsis etiam Orientis imperatoribus honoratum fuisse, vix non etiam indubitatum apparet. Verum de re hac tractabo, postquam nonnulla adhuc, quæ Sancti apud imperatores illos, seculo decimo posteriores, venerationem probant, in medium adduxero. Glycas in Annalibus, anno* 1572 *Basileæ editis, part.* 4 *de Michaële Orientis imperatore, hujus nominis quarto, cum sub vitæ suæ finem adversa valetudine gravissime laboraret, ita scribit*: Michaëlus, ubi a malo genio pejus indies exagitaretur, in quasvis regiones et insulas presbyteris quidem singulis nummos aureos binos; monachis vero unum misit, licet irrito studio, quod malum augesceret, ac morbus aquæ intercutis accederet Quam ob rem Thessalo- E nicam profectus imperator ibidem degebat, et ad egregii martyris victorisque certaminum Demetrii sepulcrum assiduo versabatur, ut eo malo liberaretur. *Idem etiam de eodem imperatore Zonaras et Cedrenus memoriæ produnt, hic quidem in Historiarum Compendio pag.* 744, *ille vero in Annalibus tom.* 2, *pag.* 239; *cum autem is imperator, quem etiam, seu potius eo imperii habenas adhuc tenente, Thessalonicenses insignem de Bulgaris* S. Demetrii *ope seu patrocinio retulisse victoriam, Cedrenus in Opere cit. pag.* 748 *per verba in Analectis, quæ tribus edendis miraculorum libris subjungam, recitanda narrat, seculi undecimi anno quadragesimo primo vitam cum morte commutarit, illius sane, ad* S. Demetrii *opem, quo morbo gravissimo liberaretur, continuo recurrentis factum argumento est, Sanctum nostrum seculo illo magna in veneratione apud ipsos etiam imperatores aut certe apud Michaëlem, nominis hujus quartum, fuisse.*

*qui nec temporis lapsu remisit.*

124 *Nec quidquam de illa tribus sequentibus seculis fuisse remissum, verosimile apparet. Ac primo quidem quam id quantum ad seculum duodecimum verum sit, vel sola num.* 71 *memorata, qua Emanuel Comnenus, ab anno* 1180 *imperator, per* Demetrii *festi partem a jure dicendo abstinendum in Sancti hujus veneratione statuit, anno* 1166 *Novella argumento est. Quod autem ad seculum quartum decimum (nihil enim, quod de decimo tertio nominatim dicam, occurrit) jam spectat,* Demetrium *tunc etiam ab ipsis Orientis imperatoribus honoratum fuisse, palam est tum ex iis, quæ de Andronico Juniore, anno* 1341 *Vita functo, antea relata sunt, tum e supra huc transcriptis Georgii Codini verbis, quibus hic seculi quarti decimi scriptor docet, imperatores ætate sua ac proin seculo quarto decimo ad* S. Demetrii *monasterium, seu ædem Sancto huic sacram, cui monasterium, a Palæologis dictum, esset adjunctum, solemni supplicantium ritu sese una cum aula sua quotannis* XXVI *Octobris die, Sancti nostri cultui addicta, soluisse conferre. Ad ea modo, quæ Sancto etiam ante seculum undecimum venerationem, Sanctis deferri solitam, fuisse exhibitam,* F

AUCTORE C. B.

*bitam, commonstrant, jam progredior. Pelerinus in diversorum numismatum Miscellaneis, anno* 1765 *Parisiis in lucem editis, lib.* 1 *ad pag.* 222 *exhibet tabulam, inter varias alias, quibus varia exprimuntur numismata, ordine duodecimam, cujus numisma, nota numerali* 13 *distinctum, in antica quidem parte Constantinum imperatorem, in postica vero* S. Demetrium, *nomine ei, non* Δημητριος *sed e more, quo* Eta *ut* Iota *pronuntiari solebat, apud Græcos tunc introducto,* Διμιτρι *adscripto, hastaque, quod hastis confossus martyrium consummarit, manui dextræ inserta, exhibet; addit autem esse, cur putemus, imperatorem, qui numisma illud cudendum curavit, alium non esse, quam Constantinum VI, qui una cum matre sua Irene imaginum cultum, a Constantino Copronymo et Leone Isauro, decessoribus suis, abrogatum, restituit.*

*apud imperatores Constantinopolitanos,*

125 *Ita quantum ad substantiam verbis Gallicis scriptor ille; licet autem, quæ hisce exprimitur, opinio certa, quemadmodum ipsemet mox fatetur, neutiquam sit, sat tamen verosimilis*
B *apparet, hincque etiam jam inde a seculo octavo, quo jam senescente, Constantinus VI ejusque mater Irene floruerunt, apud imperatores Constantinopolitanos, si tamen iconomachos exceperis, summa in veneratione fuisse, verosimile utcumque sit. Atque hæc sunt, quæ de veneratione, quam Sanctus apud imperatores Constantinopolitanos seculo octavo habuit, commemoranda inveni; quod autem ad seculum proxime secutum seu nonum jam spectat, nec tunc sane* Demetrium *Constantinopoli, aut apud ipsos Orientis imperatores exigua in veneratione fuisse, vel solum ei ibidem anno circiter, ut supra docui,* 850 *a Barda cæsare exstructum templum argamento est perquam validum. Ad seculum decimum venio. Sanctum a Joanne Zemisce, qui ab anno* 969 *ad annum usque* 975 *imperio Orientali præfuit, magno in pretio ac veneratione habitum fuisse, verosimile apparet. Verum antequam hoc probatum dem, nonnulla adhuc, ut quis forte etiam quantum ad venerationem, Sancto ab imperatore illo delatam, in errorem inducatur, præmittenda sunt. Victoriam de Russis ab eodem imperatore, S. Theodoro duce et martyre ei opitulante, fuisse relatam, Cedrenus in*
C *Historiarum Compendio memoriæ prodit; Verba, quibus id facit, utut ad Sanctum nostrum proprie haud spectantia, idcirco tamen, quod ad rei hic discutiendæ, atque ad venerationem, qua erga Sanctum Zemisces fuerit, spectantis intelligentiam conducant, huc transcribo.*

*licet interim a Joanne Zemisce, qui Russos, S. Theodoro opitulante, profligavit.*

126 *Sic habent*: Ferunt ea pugna divinitus quoque Romanis latum auxilium: nam ab Austro obortam procellam in facies Scytharum ingruisse, eosque impedivisse, ne suo arbitratu rem gererent. Et ab omni Romanorum exercitu conspectum fuisse virum albo equo vehentem, qui princeps pugnam inierit, hostiumque ordines conturbaverit, nemini neque ante neque postmodo cognitum: eum aiebant fuisse Theodorum unum de pulcherrimas consecutis victorias Martyribus. Sane his semper auspicibus atque antesignanis adversum hostes uti solebat imperator hic: et quo die hæc pugna est pugnata, is festus fuit memoriæ illius Theodori exercituum ductoris. Sed et veneranda quædam mulier Constantinopoli fidem fecit, id visum fuisse divinum. Ea enim pridie istius diei in somnis visa fuerat adstare Deiparæ, et audire eam dicentem D cuidam militi: Domine Theodore, meus ille et tuus Joannes in periculo versatur; festina ad opem ei ferendam: idque insomnium prima luce vicinis narraverat. Enimvero Scythæ eo prælio funduntur, cumque se portis interclusos a Barda sentirent, in campum fuga disperguntur, pereuntque innumerabiles, partim a se invicem conculcati, partim a Romanis obtruncati, vulnerati pene omnes. Martyri Theodoro gratiam pro ope lata referens imperator, templum, in quo is humatus erat, ad fundamenta usque demolitus, aliud magnificentissimum extruxit, ac prædiis amplos habentibus reditus donavit: urbem, in qua id erat, pro Euchaneia Theodoropolim nominavit. *Bollandus noster hæc Cedreni verba in Commentario, Actis S. Theodori ducis et martyris prævio, ad diem* VII *Februarii, quo is colitur, etiam recitat, ac deinde, nonnullis interpositis, num.* 28 *subjungit*: Quod supra retulimus ex Cedreno, semper consuevisse Zemiscen uti auspicibus atque antesignanis adversus hostes προμάχοις καὶ προβόλοις, sanctis Martyribus, quos Καλλινίκους vocant, pul- E chris decoratos victoriis, ex eo fortassis facto ritus flammulorum manavit, quem Codinus cap. 6 memorat; aut, si antiquior, confirmatus certe religiosissimi illius imperatoris pietate.

*pro belli adversus hostes auspice e Cedreni verbis*

127 " Dum " *inquit Codinus*, " liturgia pera- " gitur, aut solæ etiam Vesperæ Sabbato vel Do- " minica decantantur, proceres ii, qui circum- " stationis moderatores sunt, gestant flammula, " sive φλάμουλα. Sunt autem ista: Primum ar- " chistrategus sive S. Michaëlis imago. Alterum " octapodion, habens multas divinasque sacrorum " pontificum imagines, lingulis octo. Tertium crux " habens imagines quatuor magnorum martyrum " Demetrii, Procopii et utriusque Theodori. Quar- " tum repræsentans S. Georgium equitem. Quintum " Draconteum. Sextum imperatoris effigiem exhi- " bens equo insidentis. Sunt autem bina omnia, " id est, simul duodecim. " *Hinc forte quis credat, inter Sanctos martyres*, καλλινίκους *seu* pulchris F decoratos victoriis *nuncupatos, quibus Joannem Zemiscen* Auspicibus atque antesignanis adversus hostes, προμάχοις καὶ προβόλοις, *uti semper consuevisse, Cedrenus tradit, per verba recitata a Bollando etiam recenseri* S. Demetrium; *verum res secus habet. Bollandus enim Sanctos Martyres, quibus in bello auspicibus Zemisces usus sit, non alios, quam Cedrenus, cujus auctoritate nititur, designatos voluerit; hic autem duos sanctos dumtaxat Theodoros martyres, duos scilicet celebriores illos, quorum alter* Tironis, *alter* Ducis *titulo solet distingui, pro auspicibus atque antesignanis in bello a Zemisce adhibitos commemorat. Ut res manifesta evadat, Græca ejus, quæ huc spectant satque accurate Latinitate donata non sunt, verba huc transfero una cum alia a me adornata interpretatione Latina. Ita habent*: Καὶ τις ἀνὴρ, ὡπτο παντὶ τῷ στρατοπέδῳ Ρωμαίων, ἐφ' ἵππου λευκοῦ προαγωνιζόμενος, καὶ τὰς τῶν πολεμίων κλονῶν καὶ διαταράσσων φάλαγγας, μηδενὶ πρότερον ἢ μετὰ ταῦτα γενόμενος γνώριμος, ὃν ἔφασκον ἕνα εἶναι τῶν καλλινίκων μαρτύρων Θεοδώρων. Τούτοις δὲ προμάχοις ἀεὶ καὶ προβόλοις κατὰ τῶν πολεμίων ἐχρῆτο ὁ βασιλεὺς· καὶ γὰρ δὴ καὶ συνετυχέ τόνδε δὲ τὸν ἀγῶνα κατ' αὐτὴν συνεχθῆναι τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν εἰώθαμεν ἑορτάζειν τὴν μνήμην τοῦ στρατηλάτου

A στρατηλάτου. *Hactenus Græca Cedreni verba; en nunc, quæ iis adaptanda est, stricta interpretatio Latina.*

*habitus haud fuerit,* 128 Visus etiam fuerat ab omni Romanorum exercitu vir quidam, equo albo ante primam aciem certans, hostiumque pellens et turbans ordines, nemini ante vel post hæc cognitus, quem e martyribus Theodoris, pulchris condecoratis victoriis, unum esse dicebant. Hisce enim semper auspicibus atque antesignanis adversus hostes utebatur imperator, acciditque insuper, eo ipso die, quo exercituum ductoris *(unius scilicet e duobus, de quibus proxime locutus est, Theodoris)* festivitatem celebrare solemus, prælium illud committi. *Hæc modo verba considera, facileque intelliges, Sanctos dumtaxat Theodoros martyres, quibus Joannes Zemisces* auspicibus atque antesignanis adversus hostes *uti soluerit, a Cedreno ac proin etiam a Bollando commemorari. Verum, etsi id ita sit, nosterque proinde sanctus martyr* Demetrius *martyribus illis, quibus* adversus hostes auspicibus atque antesignanis *Joannes Zemisces usus fuit, annumerari e Cedreni recitatis verbis haud pos-*
B *sit, neque etiam ex hisce illum Bollandus iisdem annumerarit,* Demetrium *tamen, quod inter sex flammula seu vexilla, quæ in majoribus festis rei divinæ assistenti imperatori a proceribus præferri solebant, unum etiam, quod, quemadmodum adducta a Bollando Codini verba fidem faciunt,* S. Demetrium *repræsentabat, recenseatur, præcipuis olim imperii Constantinopolitani protectoribus fuisse accensum, indubitatum apparet, idque vel a seculo nono, si flammulorum illorum seu vexillorum usus a Joanne Zemisce primum introductus fuit, vel etiam citius, si is ante principis hujus ætatem jam obtinuerit, confirmatusque abs illo dumtaxat fuerit. Allerutrum sane factum esse, ac proin apud Joannem Zemiscen magna in veneratione* Demetrium *fuisse, verosimile mihi, quemadmodum et Bollando visum est, videtur.*

*obtinuit.* 129 *Atque in hanc opinionem ex eo concedo propensius, quod Sanctus equidem diu etiam ante seculum nonum seu Joannis Zemiscæ, imperatoris Constantinopolitani, ætatem σύμμαχος seu* in bellis auxiliator *ab imperatoribus Constanti-*
C *nopolitanis habitus fuerit, hocque etiam nomine magna in veneratione apud illos exstiterit, uti vel ex eo colligas, quod Mauritius, Constantinopolitanus seculo sexto senescente sequentisque initio imperator, ab Eusebio, Thessalonicensi archiepiscopo, corporis* S. Demetrii *partem, quo hujus in bellis auxilium experiretur, postularit, idemque ante Mauritium Justinianus I, qui et ipse seculo sexto floruit, pariter præstiterit, prout Miraculorum edendorum libri* I *caput quintum fidem facit. Nec ea tantum ex hoc habemus, verum etiam Justinianum, cum ad eum (adi num.* 101*) pars terræ, quæ ex igne e Sancti tumulo erumpente fragrantiam ineffabilem mirabiliter contraxerat, reliquiarum postulatarum loco missa fuisset, maxima eam lætitia, non secus atque ipsum Sancti corpus, accepisse; quod sane hunc summa in veneratione apud imperatorem illum fuisse, argumento est minime dubio.*

AUCTORE C. B.

## § X. Cultus ecclesiasticus, Sancto etiam apud Latinos aliasque nationes a longissimo jam tempore delatus.

*Templum, S. Demetrio sacrum, a Leontio,* *Leontium, Illyrici seculo quinto, ut supra docui, verosimiliter ineunte præfectum, qui insignem ex ante dictis Thessalonicæ* S. Demetrio *ecclesiam exstruxerat, e civitate hac Sirmium, Illyrici urbem percelebrem, imo a Constantini Magni ætate totius Illyrici, antequam hoc bifariam in Illyricum Orientale et Occidentale fuisset divisum, metropolim, præfectique prætoriani sedem, profectum, alteram etiam ibidem Sancto ecclesiam, in qua, quas secum Thessalonica attulerat, ejusdem reliquias, Chlamydem nimirum, sanguine Martyris adhuc notatam, atque orarium hujusve saltem partem deposuit, erexisse, Metaphrastes simulque anonymus, quem sibi prælucentem hic habuit, Sancti nostri biographus sub contextarum a se* Demetrii *Passionum finem memoriæ produnt. Verum anne binis hisce scriptoribus ea in re, a qua gesta diu admodum tam unus, quam alter verosimile abfuit, fides tuto adhiberi potest? Photiana quidem et Anastasiana Sancti Acta ecclesiæ, quam Leontius Sirmii* S. Demetrio *exstruxerit, mentionem nuspiam faciunt; verum nihil etiam, quo Metaphrastis, anonymique, qui huic præluxit, ista de re assertum falsitatis utcumque evadat suspectum, suppeditant. Quare, cum nec quidquam, quod binis istis Sancti nostri biographis fidem hic denegandam suadeat, aliunde occurrat, fuisse reipsa a Leontio, Illyrici præfecto, ecclesiam Sancto nostro Sirmii exstructam, in animum induco.* E

*Illyrici præfectio, in ipsa Sirmiensi civitate,* 131 *Atque id quidem ex eo etiam facio propensius, quod seculo saltem undecimo Sirmii exstitisse templum,* S. Demetrio *sacrum, e Joanne Cinnamo, qui seculo isto floruit, resque, a Joanne et Manuële, imperii Constantinopolitani habenas tunc moderatis, gestas, conscriptis a sese, Parisiisque typorum beneficio anno* 1670 *vulgatis Historiarum libris sex complexus est, habeatur compertum. Etenim scriptor ille concinnati hujus a se Operis lib.* 5, *num.* 12 *sub finem ita memoriæ prodit :* Hungarorum gens sæpe Romanorum *(ita passim ab historicis Græcis ii omnes, qui Orientis imperatoribus suberant, solent vocari)* fines incursavit, et paulo antequam imperaret Alexius Comnenus, Sirmium cepit, multisque Transistranis urbibus expugnatis, Næsum usque pervenit. Ibi sancti Martyris *(Procopii nempe)* incidentes feretrum, totum quidem inde corpus auferre inhumanum, ut arbitror, existimantes, sola manu ablata, recessere, et Sirmium reversi, eam deposuere in templo Demetrii martyris, quod pridem exstruxerat is, qui Illyricum præfectus regebat. Eam igitur illic *(Sirmii nimirum)* inventam sustulit inde imperator *(Emanuël Comnenus scilicet)* et reliquo, ut diximus, reddidit corpori. *Cum Emanuël Comnenus imperator, qui manum, quam quondam a S. Procopii martyris corpore abstractam, Hungari Sirmii in* S. Demetrii *templo deposuerant, in civitate isthac invenisse reliquoque Sancti illius corpori reddidisse a Cinnamo hic nar-* F

AUCTORE C. B.

ratur, anno 1180 obierit, eique tum primum Alexius Comnenus, hujus nominis secundus successerit, Alexium Comnenum, quo nondum imperii Orientalis habenis admoto, Hungari Sirmium cepisse, ibidemque S. Procopii martyris manum in S. Demetrii ecclesia deposuisse ab eodem Cinnamo per verba recitata referuntur, imperatorem nominis illius primum fuisse, necesse est.

contra ac e Cangio non nemo forte

132 Quare, cum hic jam inde ab anno 1080 imperare inceperit, consectarium est, ut jam inde a seculo undecimo Sirmii ecclesia, S. Demetrio sacra, certo exstiterit; quod sane, quæ a Metaphraste anonymoque, qui hic præluxit, Sancti biographo de exrtructa S. Demetrio a Leontio, Illyrici præfecto, Sirmii ecclesia traduntur, veritati esse consona, argumento etiam qualicumque est. Cangius nihilominus in suis in huc transcriptum Cinnami locum Annotationibus, utpote in quibus de eadem, de qua Metaphrastes anonymusque, qui huic præluxit, Sirmiensi Sancti ecclesia, uti ex infra dicendis patescet, loqui videatur, ea suppeditat, e quibus anne umquam ecclesiam, S. Demetrio sacram, Leontius Sirmii exB struxerit, non nemo forte subdubitet. Etenim ibidem sic scribit: Quod hic habetur templum D. Demetrii, videtur illud esse, a quo oppidum D. Demetrii, ad Savum amnem situm, nomen accepit, hodie S. DEMETER dictum, haud procul ab antiquo Sirmio. Quod vero templum illud in Sirmio extare ait Cinnamus, id accipiendum puto pro Sirmiensi agro; nam Σίρμιον non semel is dicitur eidem scriptori. Oppidi vero S. Demetrii meminit Bonfinius Dec. v, lib. IV extremo. Quod si ergo Cangio assentiendum sit, S. Demetrii templum, cujus Cinnamus verbis recitatis meminit, non in ipsa Sirmiensi urbe, sed in agro, huic abjecto, situm fuerit, oppidoque, quod in hoc pariter seu haud procul a Sirmio situm erat, atque hodie S. Demeter vocatur, nomen deinde fecerit. Verum hæc mihi neutiquam placent: etsi enim Cinnamus, uti in dictorum suorum probationem Cangius adjungit, Σίρμιον subinde ad agrum dumtaxat, civitati huic adjectum, significandum adhibeat, in transcripto tamen textu vocabulum istud eo loco, quo de depositis ab Hungaris, Sirmium reversis, in sacra ibidem S. Demetrio æde S. Procopii martyris reliquiis loquitur, ita abs illo accipi, verosimile
C haud apparet.

ergnat,

133 Hungaros enim, paulo antequam Alexius Comnenus imperii Orientalis habenas suscepisset, præter multas Transistranas urbes, a se subactas, Sirmium etiam cepisse, in eodem textu ait, ibique indubie hoc vocabulum, non ad agrum Sirmio adjectum, sed ad ipsam hanc civitatem significandam usurpat; jam vero, cum id ita sit, nec scriptores unam eamdemque vocem ad res prorsus diversas, nullo omnino, quo id prodant, subministrato indicio, significandas in brevi adeo textu, qualis est supra e Cinnamo huc transcriptus, adhibere haud soleant, scriptorem hunc etiam eo loco, quo de S. Procopii reliquis, ab Hungaris in S. Demetrii templo Sirmii depositis, sermonem facit, vocabulum Sirmium, non ad Sirmiensem agrum, sed ad ipsam hanc civitatem significandam usurpare, verosimillimum, ne dicam indubitatum, apparet. Adhæc Cinnamus, dicatam S. Demetrio ædem, de qua in textu supra huc transcripto loquitur, abs illo, qui Illyricum præfectus regebat, ædificatam fuisse, diserte tradit, sermonemque proinde facit de eadem sacra S. Demetrio æde, quam Metaphrastes anonymusque, qui huic præluxit, Sancti nostri D
biographus, Leontium Illyrici præfectum, Sancto exstruxisse, aiunt; hanc autem bini hi scriptores, non in agro, qui Sirmio adjacet, sed in ipsa hac civitate, statuunt. Præterquam enim, quod, Leontium, cum Sirmium pervenisset, templum ibidem sancto nostro Martyri exstruxisse, dilucide prodant, nec Sirmii nomine Sirmiensem agrum umquam vocare noscantur, templum illud prope ædem, S. Anastasiæ sacram, situm fuisse docent, verosimileque haud videtur, in agro Sirmiensi seu rusticano quopiam loco duo simul Leontii, Illyrici præfecti, ætate seu seculo quinto exstitisse templa, quorum alterum S. Demetrio, alterum S. Anastasiæ martyri esse sacratum. Nec est, quod reponas, templum, quod Anastasiæ martyri sacrum esse, Sirmii extitisse, a Metaphraste dumtaxat, anonymoque, qui huic præluxit, Sancti nostri biographo asseverari; etsi enim id ita sit, binis tamen hisce scriptoribus ea in re esse assentiendum, vel ex eo apparet, quod S. Anastasiæ reliquiæ seculo quinto seu eo tempore, quo a Leontio ecclesiam S. Demetrio juxta alteram, quæ S. Anastasiæ sacra esset, Sirmii fuisse exstructam, iidem bini scriptores tradunt, in civitate isthac exstiterint, uti ex iis, quæ Theodorus Lector lib. 2, pag. 568 editionis, a Valesio adornatæ, memoriæ prodit, indubitatum videtur.

fuit extructum, ibique etiam jam inde a seculo v cultus ei fuit delatus.

134 Porro quod ad Cangii de sito haud procul ab antiquo Sirmio oppido, quod hodieque S. Demeter dicitur, nomenque a S. Demetrii templo, ibidem exstructo, acceperit, Annotata jam spectat, nec hæc ejus de ecclesiæ S. Demetrii a Leontio, Illyrici præfecto, exstructæ, atque a Cinnamo per verba supra recitata memoratæ, situ opinionem firmant. Quid ni enim, cum primum ædes, S. Demetrio sacra, Sirmii a Leontio erecta jam fuisset, altera deinde, eidem Sancto nostro sacra, quæ loco sibi adsito, paulatim in oppidum crescenti, nomen fecerit, in agro Sirmiensi ædificata esse potuerit? Sane, cum oppidum, S. Demeter dictum, quod ad Savum situm est, a Bonfinio loco supra per Cangium cit. reipsa memoretur, idque hodieque, utpote in modernis Geographicis Hungariæ Slavoniæque tabulis passim notatum, indubie adhuc existat, ita vere rem evenisse, in animum induco. Hinc porro jam consequitur, ut Sanctus noster in Illyrico, cujus olim Slavonia, F
Sirmium antiquum, oppidumque, a S. Demetrio dictum modo complectens, partem constituebat, non unam tantum, sed duas ecclesias nomini suo consecratas habuerit, dubitamdumque proinde non sit, quin eximia plane, si non per omne late Illyricum, Sirmii saltem, ubi etiam supra memoratæ, quas eo Leontius attulerat, sacra ejus reliquiæ servabantur, dictoque, cui nomen fecit, in oppido veneratione ecclesiastica, et Sirmii quidem ob jam dicta de exstructa ibidem ei a Leontio ecclesia jam inde ab hujus ætate seu seculo ineunte quinto, fuerit gavisus, hanc autem diu etiam ibidem perseverasse, vel ex eo liquet, quod, cum Sirmium anno circiter 441, uti inter eruditos convenit, ab Attila, Hunnorum rege, fuerit eversum, ecclesiaque nihilominus, S. Demetrio sacra, seculo undecimo Sirmii adhuc, ut jam docui, exstiterit, necesse omnino sit, Sirmiensem Sancti ecclesiam, a Leontio ex dictis ædificatam, post cladem illam Hunnicam fuisse instauratam, antiquæve, penitus fere ex ea destructæ loco novam fuisse erectam, quæ deinde, vel certe altera, ejus

iterum

A *iterum loco exstructa, ad seculum usque undecimum steterit.*

*qui postmodum ad totam,*

135 *Nec tantum Sirmii diu Sancti nostri veneratio perseveravit, verum etiam inde longius sese diffudit; etsi enim, ut jam indicavi, per omne late Illyricum propagata forte haud fuerit, per totam tamen Hungariam, Slavoniæ Sirmioque in hac sito vicinam, sese lapsu temporis extendit. Etenim* Demetrius *Hungariæ patronis a regni hujus indigenis annumeratur, quotannisque, ut talis, ritus duplicis Officio, uti e Sanctorum patronorum regni Hungariæ Officiis propriis, anno* 1703 *Viennæ Austriæ excusis, disco, per totam late Hungariam* XXVI *Octobris die, quæ ei apud Græcos sacra est, colitur. Ac in Horis quidem canonicis, quæ de eo tunc recitandæ proponuntur, tres Lectiones, quartam videlicet, quintam et sextam, e Metaphrasticis ejus Actis maximam partem contextas, uni sibi proprias habet, orationemque item propriam, hisce verbis conceptam*: Deus, qui beatum Demetrium martyrem tuum, virtutum signis clarificas, ejus nos, quæsumus, interventu a cunctis reatibus, et a malis, quæ pro eis meremur, absolve propitius.

B Per Dominum; *in Missa autem, quæ de eo tunc dici solet, quæque hoc introitu*: In virtute tua, Domine, lætabitur justus etc. *de communi unius Martyris est, præter orationem jam recitatam duæ aliæ, secreta videlicet alteraque, quæ* postcommunio *dicitur, ab hujus generis orationibus, quæ in aliis de communi unius pluriumve martyrum Missis dici solent, omnino diversæ, de* S. Demetrio, *uti Missæ de sanctis regni Hungariæ patronis, anno* 1735 *Tyrnaviæ excusæ, me docent, recitandæ exhibentur. Ac prior quidem his verbis*, Munera nostra, Domine, meritis beati Demetrii martyris tibi, quæsumus, reddantur accepta, et nosmetipsi gratum tibi efficiamur sacrificium; *posterior vero sequentibus constat*: Purificet nos, quæsumus, Domine, cælestis mensæ libatio, et, intercedente beato Demetrio martyre tuo, ad vitam nobis proficiat sempiternam.

*et quidem ante seculum etiam* XIII

136 *Atque ita quo cultu, Sanctus ab Hungaris, a quibus ut patronus colitur, afficiatur, modo exposui; nunc pauca adhuc de tempore, quo fieri id abs illis inceperit, lubet proferre. In Vita B. Margaretæ, Virginis Hungaricæ, ad diem* XXVIII *Januarii, quo hæc colitur, apud nos edita*, S. Demetrius, *una cum SS. Laurentio et*

C *Bartholomæo sanctimoniali cuidam, acuta febri laboranti, spectandum sese in somnio dedisse, eamque, ut apud archiepiscopum Strigoniensem de instituenda in dictæ beatæ Margaretæ sanctitatem et miracula inquisitione ageret, monuisse narratur; quare cum hinc, ut beatæ hujus virginis, vita jam functæ, sanctitatis innotesceret, curæ* S. Demetrio *fuisse videatur, hunc abs illa, in vivis adhuc superstite, singulari veneratione affectum, verosimile potest videri, cultumque proinde in Hungaria a seculo saltem tertio decimo, quo eadem beata virgo obiit, obtinuisse. Adhæc cum Sirmium, ubi Sanctum jam inde etiam a seculo quinto cultum fuisse, e supra dictis liquet, Hungarorum juris diu ante dictum, quo B. Margareta Hungarica ad Dominum migravit, seculum tertium decimum exstiterit, diu etiam ante hoc* S. Demetrium *apud Hungaros cultu ecclesiastico fuisse affectum, neutiquam mihi vero apparet absimile. Ita autumo, quod non raro factum sit, ut Sancti cujuspiam cultus, qui in una civitate vigebat, ad alias regni ejusdem civitates brevi etiam temporis spatio fuerit propagatus, nec Sirmio* S. Demetrii D *cultum, etsi interim tempus, quo id primum factum, sat prope definiri haud queat, ad alias Hungariæ urbes fuisse propagatum, dubitandum appareat.*

*late Hungariam, atque etiam,*

137 *Hungari enim, utut ecclesiæ Romanæ seu Latinæ ritus consuetudinesque sequantur*, Demetrium *tamen, non* VIII *Octobris die, quæ Sancto huic apud Latinos sacra est, sed* XXVI *mensis ejusdem, quæ eidem apud Græcos dicata est, celebrare solent; id autem (neque enim Sancti cultum proxime a Græcis accepisse videntur) non alia potiori de causa fieri ab eis posse videtur, quam quod a Sirmiensibus, qui ad sese a Græcis, urbis suæ diu ante Hungaros dominis, Thessalonica propagato more, non* VIII, *sed* XXVI *Octobris die festivam Sancti lucem celebrare solebant, ecclesiastico* Demetrium *cultu quotannis honorandi consuetudinem acceperint. Utut hæc, quæ nescio an sat certo definiri queant, sese etiam habeant, Sancti equidem cultum ad totam late Hungariam esse propagatum, ex iis, quæ supra disserui, indubitatum est. Nec eum ad Bulgariam, Hungariæ finitimam, pariter ma-* E *nasse, minus indubitatum debet haberi. Id e facto, plane singulari, quod a Nicela Choniate in Isaacio Angelo lib.* 1 *num.* 4, 5 *et* 6 *refertur, probatum do. Bulgari anno* 1041 *Thessalonicam, quadraginta millium militum exercitu, duce Alusiano, civitati huic oppugnandæ admoto, in potestatem suam redigere meditati erant; verum a præsidiariis, improvisa horum apertis civitatis portis impressione perterriti, ingenti suorum strage in fugam*, S. Demetrio *Thessalonicensibus, uti in Analectis, quæ edendis Sancti miraculis subjungam, e Cedreno docebo, præire ac pro urbe decertare palam conspecto, fuerant conjecti.*

*uti singulari prorsus,*

138 *Bulgari porro, hac accepta clade, a Michaële, Orientis imperatore hujus nominis quarto, penitus fuere subacti, Græcorumque imperio exinde usque ad tempus Isaacii Angeli, qui anno* 1185 *imperare incepit, Bulgaria pacifice mansit annexa. Verum gens ista, angustiis, castellisque plurimis, quæ præruptis saxis inædificata habebat, tunc freta, aperte a Græcis, quorum etiam potentiam parvi pendebat, tandem defecit. Defectionis principes exstitere Petrus et Asan, duo ex antiquorum Bulgariæ regum, uti Innocentii III Papæ Gesta pag.* 67 *docent, sanguine progeniti fratres. Atque hi quidem, ne sine causa* F *res novas moliri viderentur, imperatorem Isaacium Angelum, a quo sibi, quod petituri essent, negatum iri, prævidebant, Cypsellis agentem conveniunt, sibique exigui reditus prædium ad Hæmum montem assignari, atque in Græcorum legiones admitti, postulant; repulsam autem, ut prævideranl, passi, domum redeunt, palam a Græcorum imperatore deficiunt, popularesque, ut idem faciant, alliciunt, quod qua ratione omnino singulari, imo exotica, cum hos consilio suo, cladis verosimillime, a majoribus suis prope Thessalonicam*, S. Demetrio *opem obsessæ huic civitati suæ ferente, olim acceptæ, adhuc memores, haud sat propense, utut abacti per vim pecoris, exactionumque quarumdam occasione Græcis gravissime offensos assentientes invenirent, consecuti tamen fuerint, lubet ipsis a Niceta Choniate libro citato suppeditatis verbis exponere.*

*quod ipsis Choniatæ verbis hic refertur*

139 *Sic itaque ibi num.* 6 *habet*: Cum Blachi *(Bulgarorum scilicet fœderati seu potius horum in Mœsia pars)* principio ab eo conatu, ad quem a Petro

auctore C. B.

Petro et Asane inducebantur, rei difficultate territi, abhorrerent: fratres, ut popularibus suis eum metum adimerent, ædem nomine præclari martyris Demetrii ædificarunt, in eamque multos dæmoniacos utriusque sexus coegerunt, qui cruentis et perversis pupillis, effusisque crinibus cætera omnia exquisite exprimebant, quæ id genus hominum propria habet, eosque docebant in furore proloqui: Deo visum esse, ut gens Bulgarorum et Blachorum, diuturno jugo excusso, libertatem consequatur, eaque de causa Christi martyrem Demetrium, relicta metropoli Thessalonica et æde, Romanorumque consuetudine, ad ipsos pervenisse, adjuturum id opus. Igitur vecordes isti homines paulum morati, et subito majore spiritu collecto, rursus alienati, exagitabantur, et clara voce quasi numine afflati, clamitabant: Non amplius desidiæ esse locum, sed arreptis armis Romanos invadendos esse: et qui in bello caperentur, non conservandos aut vendendos, sed inclementer occidendos esse, et prece et precio repudiatis, neque magis ulla obtestatione moveri oportere quam adamantem. Tota igitur gens, a talibus vatibus concitata, ad arma concurrit, et ut initia defectionis auspicata fuerunt, magis etiam credidere, Deum libertati suæ favere. Nec ea contenti in oppida et prædia ab Hæmo remota diffunduntur.

B

*facto intelligitur, Bulgariam propagatus fuit,*

140 *En enimvero singulare prorsus, ut jam monui, a Niceta hic relatum, Bulgarorum principum Petri et Asanis factum! Atque id quidem, utut minime probandum, Bulgarorum tamen, utpote qui eo impulsi in Petri et Asanis consilia concesserint, eximiam erga* S. Demetrium *venerationem ostendit, uti etiam quanto in pretio Sancti hujus, majoribus suis olim, ut jam docui, maxime adservati, patrocinium habuerint; ut sane, quin ii, prospera deinde adversus Græcos, quorum jugum excusserant, fortuna usi, sancto nostro Martyri, quem Petri et Asanis artibus delusi in Bulgariam, relicta Thessalonica Græcorumque tutela, migrasse, sibique patrocinaturum, rebantur, cultum etiam, maxime in ecclesia, quam ei Petrus et Asan erexerant, deinceps detulerint, dubitandum non appareat; imo vero, cum Petrus et Asan, quo in partes suas Bulgaros, populares suos, attraherent,* C *auxilium, non alterius cujuscumque Sancti, sed* Demetrii *eis adfuturum sibi comminiscendum duxerint, hunc etiam apud Bulgaros, cum nondum, Petro et Asane suadentibus, arma in Græcos, quo sese in libertatem assererent, arripuissent, maxima in veneratione fuisse, cultumque obtinuisse, verosimile etiam apparet. Utut sit, cum equidem, quis qualisve is fuerit, perspectum haud habeam, sicque nihil amplius, quod ea de re lectorem edoceam, occurrat, ad cultum ecclesiasticum, Sancto nostro alibi præterea delatum, sermonem jam converto.*

*isque præterea verosimiliter quidem Romæ,*

141 *Anastasius bibliothecarius in Præfatione, quam Sancti nostri Passioni, a se contextæ, Carolo Calvo (adi num. 14) suam hanc lucubrationem inscribens, præmisit, ita sub initium principi huic loquitur:* Beati Demetrii, Thessalonicensis martyris, Passionem atque miracula, hortantibus fratribus, et maxime viro peritissimo Johanne diacono, vestræ fidei puritate ac scientiæ claritate notissimo, nuper de Græco in Latinum transtuli sermonem; qui præfatus Joannes hujus Martyris in domo quidem sua miræ antiquitatis et pulchritudinis oratorium habebat, tamen qualis iste martyr Christi esset, ignorabat. Ego vero, D sicut expertus sum apud Thessalonicam, ubi preciosum corpus ejus redolet, et splendore miraculorum refulget, innotui ei per ordinem. *Joannes, hic ab Anastasio Bibliothecario memoratus, S. R. E. diaconus erat, Romæque proinde, ut dubitandum non apparet, commorabatur; quare, si miræ antiquitatis pulchritudinisque oratorium, quod hic, Anastasio per verba recitata testante, in domo sua habuit, fuerit reipsa, uti hic scriptor sese æstimasse, indicat, sancto nostro Martyri consecratum, consectarium e recitatis Anastasii verbis erit, ut is etiam Romæ, et quidem ante seculum nonum, quo idem Anastasius floruit, qualicumque saltem cultu ecclesiastico fuerit gavisus. Verum cum duo etiam Italiæ Martyres,* Demetrii *nomine distincti, alter Verulis, alter Ostiæ, in Romano Martyrologio adscribantur, nec Anastasius quidquam, e quo se* Demetrium, *oratorium in Johannis diaconi domo habentem, homonymum esse Thessalonicensem martyrem, collegerit, in medium adducat, fueritne* Demetrius *noster, an alius Sanctus homonymus, reipsa* E *Romæ seculo nono ac forte etiam citius cultus, solis huc transcriptis Anastasii verbis innixus pro certo asseverare non ausim, licet interim, quod hic scriptor vir haud rudis exstiterit, eaque, quæ in litteras misit, sat diligenter examinasse videatur, res utcumque verosimilis queat haberi.*

*ac forte etiam Novarix,*

142 *Pari fere de causa, nostrone de Sancto, an de alio homonymo Carolus, Novariensis episcopus, dum lucubrationis a se adornatæ, quam* Novariam *inscripsit, lib.* I, *pag.* 184 *ita scribit,* Colitur *(Novariæ nimirum)* in eadem ecclesia S. Julii etiam Demetrius martyr die XI Maii, fuitque in ea altare ei dicatum; de cujus tamen translatione nihil habeo, quod referam, *sermonem instituat, dubitandum existimo, certeque de alio Demetrio martyre, quam de nostro, loqui ipsum, crediderim, si Novarienses* Demetrii, *quem* XI *Maii, forte quod hoc die sacrum illius corpus olim acceperint, in S. Julii ecclesia colunt, integrum ad se corpus aliquando fuisse translatum, contendant, seu potius hodieque aut saltem olim integrum possederint; rationem, ob quam ita existimem, quisque ex iis, quæ num.* III *de sacris Sancti nostri reliquiis corporeve, Thessalonica numquam alio secundum omnes* F *sui partes avecto, disserui, facile intelliget. Porro nec melius,* Demetrione *nostro, an alteri martyri homonymo ecclesia paræciæ,* S. Demetrii *nomine in Britannia Aremorica insignitæ, quæ in Vita S. Gildæ abbatis, ad* XXIX *Januarii diem, quo is colitur, apud nos edita, num.* 27 *memoratur, consecrata sit, habeo perspectum. Verum alia præterea ecclesia, quam sancto nostro* Demetrio *exstructam consecratamque fuisse, indubitatum est, hic modo etiam memoranda occurrit.*

*certo autem in Africa,*

143 *Cyprianus quidam in Africa episcopus, infeliciter, uti Miraculorum edendorum lib.* 2, *cap.* 6, *sede tamen, quam hic occuparit, nuspiam indicata, memoratur, a Slavis, cum Byzantium negotii cujuspiam causa peteret, captus, duramque ita in servitutem delapsus ab apparente sibi* S. Demetrio *seque viæ, qua Thessalonicam aufugeret, ducem præbente in libertatem fuit assertus. Hinc in Africam reversus, quo sese sancto Sospitatori suo gratum exhiberet, templum insigne, opem ei iterum mirabiliter ferente sancto Martyre exstruxit,*

A *xit, eidemque dedicavit. Porro cum miraculum, quod in laudati episcopi gratiam Sanctus patravit, seculo nono aut forte etiam paulo citius, uti in Annotatis eidem subdendis docebo, evenerit, certum omnino est, in Africam tum etiam propagatum fuisse* Demetrii *nostri cultum, quem ibidem etiam incrementa temporis lapsu sumpsisse, fas est colligere vel e solis, quibus miraculi istius narratio, ab Anastasio Bibliothecario in compendium contracta, apud Mabillonium tom.* 1 *Veterum Analectorum pag.* 95 *terminatur, sequentibus hisce verbis* : Per orationes ejus S. Demetrii *videlicet)* si quis infirmus in eodem templo *(per Cyprianum nempe episcopum exstructo)* devotus advenerit, si perunctus fuerit de oleo lampadis ejus, ilico sanabitur.

*Cappadociaque obtinuit, uti et apud Syros aliosque*

144 *Huic porro ecclesiæ, quam, nomini suo sacram, Sanctus in Africa habuit, altera adhuc, procul ab ea remota, quam dedicatam sibi* Demetrius *in Cappadocia olim habuit, adjungenda est. Ita te Miraculorum edendorum libri tertii cap. quintum et ultimum docebit, e quo etiam, locum illum sacrum frequenti ad hunc fidelium,* S. Demetrii *opem implorantium, con-*

B *cursu, patratisque ejusdem patrocinio miraculis illustratum fuisse, intelliges; ut sane, nisi citati Miraculorum libri auctor anonymus a vero quod tamen haud ausim asserere, hic aberret, Sanctum nostrum in Cappadocia etiam veneratione, Sanctis deferri solita, fuisse gavisum, dubitandum haud appareat. Nec hac illum apud Russos, Syros Coptitasque fuisse destitutum, vel ex eo certum apparet, quod horum omnium, ut supra docui, Fastis sacris ad* XXVI, *quo etiam a Græcis colitur, Octobris diem sit insertus. Porro Bailletus tom.* 3 *Vitarum col.* 115 *sub finem verbis Gallicis, Latine a me redditis, sic scribit* : Non dubitatur, quin Demetrii Thessalonicensis sit cultus, Parisiis stabilitus in parva S. Dionysii Passus post Deiparæ templum ecclesia, ubi sacellum in ejus honorem consecratum est, reliquiæque, quas illius esse contendunt, servantur. *Ita ille : ac merito sane, quin* S. Demetrii *cultus, Parisiis in parva verbis hisce memorata ecclesia stabilitus, ad Sanctum nostrum spectet, non dubitari, facilius vel idcirco existimo, quod, cum* Demetrius *sacrarum in Terram Sanctam expeditionum tem-*

C *pore non semel sese, uti in Analectis, quæ tribus Miraculorum edendorum libris subjungam, docebo, Christianis Occidentalibus auxiliatorem adversus infideles præbuerit, mirum neutiquam si non tantum Parisiis, sed et pluribus aliis ecclesiæ Occidentalis locis cultu ecclesiastico honoraretur, deberet accidere.*

*atque ipsos etiam Turcas.*

145 *At vero aliud adhuc, quod unusquisque haud immerito miretur, commemorandum hic restat. Apud ipsos etiam Turcas Sanctus in veneratione est. Ita ex libro, qui* Ars factorum historicorum, chartarum etc. notas chronicas examinandi *inscribitur, intelligo. En verba, huc spectantia, quæ pag.* 154 *in eo occurrunt, e Gallicis Latina a me facta.* Hic sanctus (Demetrius *nimirum*) ab Italis S. DIMITRI appellatur. Turcæ nomine CASIN-GIUNI eum designant. Fabulosas suas, ait princeps Cantimirus, de eo habent Legendas, Musulmannumque fuisse eum asseverant; quod et de S. Georgio, qui apud eos Hydyrlez vocatur, affirmant. Festa amborum horum Sanctorum iisdem, quibus Christiani Orientales, scilicet XXIII Aprilis, et XXVI Octobris, celebrant. Ad dies hosce Turcæ expeditiones suas ordinant. Post XXIII Aprilis diem in campum copias educunt, servitioque militari XXVI Octobris finem imponunt. *Principis Cantimiri Opus, quod verbis hisce abs Artis cit. auctore laudatur, ad manum non habeo; quapropter penes hunc quantum ad ea, quæ hic tradit, fidem stare volo, Turcasque, qui, quod sane mirum est, sectæ suæ* Demetrium, *utut diu ante hanc exortam floruerit, adscribunt, in veneratione eum habere, haud difficulter credo, eo etiam propendens, ut e veneratione, qua in illum feruntur, fortassis factum putem, ut tandem celeberrimum Thessalonicense Sancti templum (adi num.* 92) *Christianis eripuerint, atque in sectæ suæ fanum converterint.*

AUCTORE C. B.

## PASSIO PRIMA

### Ab auctore anonymo scripta atque ab Anastasio Bibliothecario e lin- E gua Græca in Latinam conversa,

### *Ex editione Mabillonii cum variis Mss. et Photiana Passione collata.*

#### PROLOGUS

*Auctor, cur Sancti Passionem Latine reddiderit,*

Domino piissimo imperatori Karolo *a* semper augusto, Anastasius *b* exiguus coronam et regnum cum Christo. Beati Demetrii Thessalonicensis martyris passionem atque miracula hortantibus fratribus, et maxime viro peritissimo Johanne Diacono *c*, vestræ fidei puritate ac scientiæ claritate notissimo, nuper de Græco in Latinum transtuli sermonem *d*, qui præfatus Johannes hujus Martyris, in domo quidem sua, miræ antiquitatis et pulchritudinis oratorium habebat, tamen, qualis iste Martyr Christi esset, ignorabat.

*a*
*b*
*c*
*d*

F

*Carologue imperatori mittat, exponit.*

2 Ego vero, sicut expertus sum apud Thessalonicam, ubi preciosum corpus ejus conditum redolet *e*, et splendore miraculorum refulget, innotui ei per ordinem *f*. Sed quia imperium vestrum tanti Agonistæ fraudari notitia novi, vobis quoque id ipsum opportune mittere procuravi, quatinus vestra magnitudo cum intercessionibus Sanctorum et amicorum Dei, istius quoque prece apud Deum obtinere gratiam valeat, et perfrui mereatur gloria sempiterna. Rex regum et Dominus dominantium regnum vestrum dextera sua protegat, et de temporali ad æternum transferat regnum.

*e*
*f*

#### ANNOTATA.

a *Ei scilicet, qui cognominatus fuit* Calvus, *annoque* 877 *obiit, uti in Commentario prævio num.* 15 *docui.*

b *Hic non alium, quam qui a S. R. E. munere, quo functus est,* bibliothecarius *cognominatur, Vitamque S. Dionysii Areopagitæ, Latinitate a se donatam, ad Carolum Calvum imperatorem*

A, ANONYMO. *peratorem anno* 876 *misit, Anastasium designari, indubitatum apparet; quodnam autem ante tempus Anastasius hic* S. Demetrii, *Thessalonicensis martyris, quam hic damus, Passionem e lingua Græca in Latinam converterit, Commentarii prævii num.* 15 *vide expositum, intelligesque etiam ex ibidem dictis lucubrationem isthanc ab Anastasio ad Carolum Calvum imperatorem anno* 875 *aut altero e binis sequentibus missam fuisse.*

c *Hunc esse illum ipsum Johannem S. R. E. diaconum, in cujus gratiam Collectanea Græca, a Sirmondo edita, Latinitate, ut eidem Johanni, ecclesiasticam historiam meditanti, adjumento essent, Anastasius donavit, Mabillonius tom.* I *Veterum Analectorum pag.* 96 *affirmat, nec, quantum opinor, a veritate in hac sua assertione deviat.*

d *E voce* nuper, *qua hæc Anastasii assertio afficitur, simulque ex eo, quod Anastasius anno* 875 *aut altero e binis seqq., uti ad lit.* b *docui, ad Carolum Calvum imperatorem Sancti nostri Passionem miserit, consectarium est, ut hanc certe haud diu ante annum* 875 *e Græco in Latinum*
B *sermonem transtulerit.*

e *Alludatne hic Anastasius ad unguentum, quod, cum Thessalonicæ versaretur ac proin ætate sua seu seculo nono e Sancti nostri Thessalonicæ tumulo prodigiose scaturierit, pro certo asseverare non ausim, licet interim jam inde ab eo tempore miraculum istud habuisse locum, indubitatum appareat, uti in Commentario prævio* § VIII *videre licet.*

f *Utinam Anastasius, ut, quo de cultu, quem Sanctus noster scriptoris illius ætate seu seculo nono Romæ habuerit, certo constaret, quidquam hic protulisset, unde sibi,* S. Demetrium, *cui Johannes diaconus in domo sua oratorium consecratum habebat, unum eumdemque cum Sancto nostro Thessalonicensi martyre homonymo esse, exploratum exstiterit! Vide Commentarii prævii num.* 141.

## CAPUT UNICUM

*Sanctus fidem prædicat, Maximiano imperatori, ad gladiatorum spectaculum properanti, captivus sistitur, illiusque jussu custodiæ primum mancipatur, ac deinde etiam occiditur.*

C

*Sanctus, dum fidem prædicat,* *a* *b*

Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate *a*, homo superstitiosus piæ religionis auditores persequebatur, et interficiebantur ab eo *b*. Inter quos erat beatus Demetrius, manifestum faciens semetipsum absque ullo timore, qui a juventute et bona egerat opera, et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina Sapientia descenderat ad terram de cælo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio *c*.

*c* *Maximiano imperatori gladiatorum spectaculum,*

4 Cum hæc et alia multa prædicaret, quidam ministri imperatoris, qui ad capiendos Christianos fuerant deputati, tenentes sanctum Demetrium imperatori obtulerunt Maximiano. Contigerat enim ire imperatorem ad stadium civitatis propter eos, qui ad singulare certamen fuerant congressuri. Illic enim parabatur per quasdam tabulas circulus circumseptus, ubi suspecturus erat eos, qui ex adverso invicem theatrice se impugnarent *d*. Quia delectatio erat ei adspicere humani sanguinis fusionem. D *d*

5 Verumtamen non sine cura et sollicitudine habebat quod esse sibi delectabile cernebatur. Flagrabat autem desiderio circa quemdam, Lyæum nomine, monomachum, qui jam multos virtute ac mole corporis abusus, exstinxerat, occidendi experimentum per meditationem et consuetudinem possidens. Hunc eo quod omnes formidarent, et nullus, ei qui resisteret, videretur, inter primos Maximianus habebat, et diligebat, et libenter in eum respiciebat. *quo Lyæum, sibi dilectum, decertantem visurus erat,*

6 Laudabat autem et mirabatur, et quasi super magna re in superbia viri gloriabatur *e*. Porro cum prope stadium pervenisset, tunc adducunt ei, qui ceperant, beatum Demetrium. Audiens autem imperator, quod Christianus esset, quia se totum ad præsentiam spectaculi contulerat, beatum Demetrium jussit ibidem juxta E stadium exsistere, et penes publicum balneum custodiri. Ipse vero Imperator residens, Lyæo introducto, interrogabat, quis singulare cum eo vellet inire certamen, dona promittens et proponens *f*. *adeunti, captivus sistitur, jussu illius custodiæ mancipatur,* *e* *f*

7 Et quidam adolescens nomine Nestor *g*, a superioribus exsiliens gradibus, adversus Lyæum stabat, singularem conflictum arripere cupiens : ita ut obstupescens Maximianus vocaret ad se Nestorem, qui ad hoc exsilierat, illique daret consilium dicens : Novi, quod te pecuniarum egestas ad tantum phantasiæ fecerit elevari, ut aut superans divitias repentinas adquiras; aut voto fraudatus, cum vita molestante careas egestate. Ego autem tibi ob miserationem qua adornaris ætatis, dabo etiam pro solo ausu condigna et sufficientia dona, et vade, habeas cum vita etiam dona. Lyæo vero temetipsum ne objicias, quoniam multos te potentiores devicit. *ac deinde, cum a Nestore, singulari sese, nequicquam imperatore id dissuadente,* *g*

8 His Nestor auditis, nec recipit monita imperatoris, neque formidavit de virtute Lyæi; imperatori autem respondit : Nec pecuniis, ut adseruistis, ad hunc agonem veni, sed ut meliorem Lyæo memetipsum reddam *h*. Mox ergo tam imperator, quam hi, qui circa erant, Lyæo faventes, in iram dictis Nestoris consurgunt *i*, jactantiam ejus non ferentes : imperator vero confortabat Lyæum, et fidum eum reddebat. At ille dignum se imperatorio judicio festinabat ostendere. Cumque facta fuisset congressio, mortalem Lyæus suscepit ictum, et protinus mortuus est, et extremam fecit imperatori confusionem. *certamini committere contra Lyæum auso, necatus hic fuisset,* *h* *i*

9 Unde nec ullis pactis et repromissis pecuniis Nestori recompensans *k*, sed mox in suo solio resilivit, et tristis ad palatium reversus est. Cum autem ei quidam de Demetrio suggessissent, statim in ira permotus in ipso loco, in quo fuit retentus, jussit eum lanceis perforari. Ita beatus Demetrius bonæ confessionis martyrium consummavit. Corpus vero ejus ab interfectoribus parvipensum est : sed quidam religiosi viri noctu latenter venerunt, et sumentes illud ex ipsis, in quibus projectum fuerat pulveribus, et comportata terra, quantum potuerunt, abscondere curaverunt, ne læsionem ab aliquo de trucibus et cruentis animalibus sustineret. *etiam occiditur, ipsoque, quo hoc factum, loco terræ mandatus* *k*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A sustineret. Nulli autem post hæc curæ fuit transferre corpusculum Sancti, sed manebat sub signo *m*.

*m ecclesia, postea ibidem ei exstructa, fuit honoratus.*

10 Porro ut modicum celebraretur, non pauca in eodem loco facta sunt virtutum ac sanitatum insignia his, qui fide eum invocabant. Cum jam fuisset meritum Martyris divulgatum, Leontius quidam *n* Deo amabilis, vir adornans thronum Illyricorum præfecturæ, domum, quæ sanctissimum continebat Martyris corpus, cum humillima esset, et undique obruta et coangustata porticibus publici balnei ac stadii, universa nocentia mundavit et expurgavit, prædiisque amplioribus dilatavit *o* eam, et erexit ibi oratorium *p* in honore sancti martyris Demetrii, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, cum quo est Patri et Spiritui Sancto gloria, honor et imperium in sæcula sæculorum.

*n*

*o*

*p*

## ANNOTATA.

a *Cum de Maximiano imperatore, sub quo* S. Demetrius *martyrium subiit, sermo hic sit, non alium, quam Maximianum Galerium, hic desi-*
B *gnari, necesse est. Adi Commentarium prævium num.* 57 *et seq.*

b *In codice nostro signato* † *Ms.* 84, *uti et in Ms. Rubeæ vallis exemplari habetur* : Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate homo superstitiosus, piæ religionis auditores persequebantur et interficiebantur. *Verum nostra lectio, Latina constructione spectata, indubie præstat; utrum autem et textui Græco, qui respondens imperfecto* Persequebantur, *sensum passivum hic habenti hujusque nihilominus haud capaci, deductum a verbo* Διωκεῖν, *passivam simul et terminationem et significationem admittenti, tempus verosimilime complectitur, conformior existat, pro certo nequeo edicere, cum Græcam Sancti nostri Vitam, quam Latinam Anastasius fecit, ad manum non habeam. Interim, cum Mombritius legat*, Cum imperat Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate, piæ religionis auditores persecutionem patiebantur et interficiebantur ab eo, *nescio, an forsan primævus textus Græcus Latine haud aptius conformiusque ad auctoris sensum redderetur hoc modo* : Cum im-
C perator Maximianus, homo superstitiosus, in Thessalonicensium degeret civitate, piæ Religionis auditores persecutionem patiebantur et interficiebantur ab eo.

c *Non tantum prædicasse aliosque docuisse, sed et civitatem Thessalonicensem ad Christum adduxisse* S. Demetrium, *Passio ejus, a Photio in Bibliotheca suppeditata, docet; et sane Sanctum, si non totam civitatem Thessalonicensem fidei lumine illustravit, multum tamen in ea protulisse fructum, sat certum apparet. Adi Commentarium prævium num.* 37 *et tribus seqq.*

d *In Mss. nostris Trevirensi S. Maximini et Rubeæ-vallis exemplaribus, quibus etiam codex noster, signatus* † *Ms.* 84, *consonat, ita legitur* : Hic enim parabatur per quasdam tabulas circulus circumseptus, ubi suscepturus erat eos, qui ex adverso invicem theatrice impugnaverant. *Verum nec hæc, nec nostra lectio, utut ista etiam aliquanto forte melior, admittenda videtur. Lectorem cur ita existimem docebo in Annotatis, quæ infra subjungam textui, qui transcriptis hisce Passionis Anastasianæ verbis in Passione Sancti altera, proxime huic, e qua etiam, uti in Commentario prævio num.* 15 *et seq, docui, promanasse videtur, subjicienda, respondet.*

A. ANONYMO.

e *Photiana Sancti Vita de Lyæo, qui alias* Lycus *aut etiam* Libeus *vocatur, hoc loco dumtaxat habet* : Erat autem gladiatorum alter maximus tyranni amicus, qui omnium optime videbatur pugnare, nomine Lyæus.

f *Duos dumtaxat, Lyæum videlicet et Nestorem, die illo, quo Maximiano, ad gladiatorum spectaculum properanti,* S. Demetrium *captum stiterunt, singulari certamine decertaturos fuisse, Photiana illius, prout Latine versa exstat, Passio indicare videtur, uti etiam Nestorem gladiatorem fuisse. Verbis enim, ad litteram præcedentem recitatis, proxime hæc habet subnexa* : Qui autem cum illo (*Lyæo nimirum*) eo die depugnaturus venerat, plebeius erat, ju- E
venis ætate, nomine Nestor. *Verum verba, ad lit. præced. recitata, e quibus illud, si una cum verbis, hic jam transcriptis, considerentur, apparet, Græco Photii textui haud sat accurate consonant. Hic enim sic habet* : Ἦν δὲ τῶν μονομάχων ὁ μάλιστα τῷ τυράννῳ καὶ φιλούμενος καὶ δοκῶν κατὰ πάντων ἀριστεύειν, Λυαῖος ὄνομα · *hæc autem Græca verba, strictiori interpretatione adhibita ita sonant Latine* : Erat autem Gladiatorum ille (*non* alter, *quod bene notandum*) qui tyranno et maxime diligebatur et contra omnes pugnando prævalere posse videbatur, nomine Lyæus.

g *Plebeium hunc fuisse, Photiana Sancti Vita (adi, quæ ex hac ad lit. præced. dedi, verba) diserte tradit, idque etiam, quæ hic mox in Anastasiana Sancti Vita de Nestore subduntur, satis ostendunt.*

h *Ms. Trevirense S. Maximini habet* : Sed ut meliorem Lyæo memetipsum ostendam.

i *In Ms. Rubeæ-vallis legitur* : Irati sunt dictis Nestoris.

k *In Ms. Trevirensi S. Maximini additur* victoriam. F

l *Qui Sancti corpus a fidelibus fuerit sepultum in Photiana ejus Passione ita exponitur* : Pii vero corpus Martyris clam de nocte, quando illis impiorum terror permittebat, in ruderibus, in quibus interfectus erat, effossa terra, sepeliunt.

m *Voci huic substituendum puto* Terra *vel* Humo, *rationemque, cur ita existimem, Commentarii prævii num.* 78 *exposui.*

n *Hic verosimiliter seculo quinto ineunte floruit. Adi Commentarium prævium num.* 74.

o *Ms. Rubeæ-vallis habet* Ditavit.

p *Ne hinc inferas, ædem sacram, quam Leontius* S. Demetrio *Thessalonicæ exstruxit, exiguæ dumtaxat molis ædificium fuisse. Videsis, quæ Commentarii prævii* § VII *disputata sunt.*

A D

# PASSIO ALTERA,

## Auctore anonymo *a*,

## *E Bibliothecæ Vaticanæ codice* 821,

INTERPRETE CORNELIO BYEO.

## CAPUT I.

### *Sanctus fidem prædicat, comprehenditur, ad Maximianum adducitur, custodiri ab hoc jubetur, a Nestore, contra Lyæum pugnaturo, convenitur, illique benedicit*

*Dum Sanctus, fervescente in Christianos persecutione,*

Maximianus, qui et Herculius *b*, Gothis Sauromatisque Romano imperio subactis *c*, reversus in Thessalonicensium commorabatur civitate, homo infelix et Deo inimicus et in erroris profundum delapsus. Florebat tunc idolorum insania, ubique culta maximisque muneribus honorata; deorum enim ministri eos, qui Christum confiterentur filium Dei, persequebantur, impuneque occidebant veræ Sapientiæ cultores, quos inter erat et beatissimus Demetrius, qui, metum etiam nullum aut periculum curans, manifestum faciebat semetipsum, quique, vita sane pura irreprehensibilique a juventute ducta, salutis verba in se habebat, obviisque tradebat, cum animi alacritate et docens, et instans et arguens secundum Apostolicum præceptum beati Pauli ad sanctum Timotheum *d* scribentis, illudque « In- « sta opportune, importune », inculcare satagentis.

*Christi fidem prædicat,*

2 Sic, itaque beatissimus Demetrius, ex illustri senatorioque genere oriundus *e*, cum primum exceptoris officio *f* militasset, Græciæque deinde proconsul creatus esset, consularia etiam insignia ab imperatore Maximiano accepit; ipse autem, omnem mundi gloriam nihili faciens, salutem afferentia verba faciebat, explicans atque ostendens, qui hominem perditum, propriisque peccatis mortuum omniscii Dei Verbi secundum carnem adventus ab errore quidem abstraxerit, ab omni autem iniquitate omnique caligine expurgarit, lumen porro oriri fecerit, libertatisque in animabus eorum, qui eum recipiunt, produxerit diem, qui justitiam, mansuetudinem, pacem, charitatem, spem vitæ æternæ præbet, temporaria abjicit, æternum atque incorruptum pignus confert, resurrectionem a mortuis, ingressumque in paradisum conciliat.

*ab iis, qui Christianis apprehendendis invigilabant capitur,*

3 Cum hæc audacter doceret beatus martyr Demetrius, sermonemque illum fidei operibus confirmaret; multi autem propterea ex ethnicorum multitudine ad eum accederent, atque ad occidentalem magni fori civitatis plagam in loco ibidem sito, qui Ænea porticus vocabatur, ubi etiam sub adjacentis balnei publici subterraneis fornicibus cœtus agere solebat, famaque illius per totam civitatem viciniamque spargeretur, imperatoris milites una cum lictoribus publicis, quibus, ut in Christianos inquirerent, erat in-

Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἡρκούλιος, ὑποτάξας Γότθους, καὶ Σαυρωμάτας τοῖς Ῥωμαίοις, κατελθὼν ἐν τῇ Θεσσαλονικαίων πόλει διέτριβε, δυσευδαίμων καὶ θεόμαχος ἄνθρωπος καὶ εἰς βάθος τῆς πλάνης ὀλισθηκώς. Ἐφαιδρύνετο τότε ἡ τῶν εἰδώλων πλάνη παντοχοῦ τιμωμένη, καὶ δωρεῶν μεγίστων ἀξιουμένη. Ἐδίωκον γὰρ οἱ τῶν Θεῶν θεραπευταὶ τοὺς Χριστὸν ὁμολογοῦντας Θεοῦ υἱόν, καὶ ἀκινδύνως κατέσφαττον τοὺς τῆς ἀληθινῆς σοφίας θεραπευτάς. Ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ μακαριώτατος Δημήτριος, ἐμφανῆ ποιῶν ἑαυτὸν, καὶ οὐδένα φόβον, ἢ κίνδυνον ὑποστελλόμενος. Βίον μὲν καθαρὸν, καὶ ἄμεμπτον ἐκ νεότητος ἐπιδειξάμενος, τὸν σωτήριον λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ μεταδιδοὺς τοῖς προστυγχάνουσιν, καὶ διδάσκων μετὰ προθυμίας, πείθωντε, καὶ διαλεγόμενος κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ἔνταλμα τοῦ μακαρίου Παύλου πρὸς τὸν ἅγιον Τιμόθεον γράψαντος, καὶ ὑποθέσθαι καταξιώσαντος τὸ ἐπίσθητι εὐκαίρως, ἀκαίρως.

2 Οὕτως, οὖν ὁ μακαριότατος Δημήτριος ἐκ γένους τῶν περιδόξων, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπάρχων, ἐκσκέπτωρ τὸ πρῶτον στρατευσάμενος, καὶ ἀνθύπατος γεγονὼς Ἑλλάδος, καὶ ὑπάτου ὡραιῶνα ἔλαβεν ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μαξιμιανοῦ. Αὐτὸς δὲ πᾶσαν γῆϊνον δόξαν εἰς οὐδὲν λογισάμενος, τοὺς ζωοποιοὺς ἐποιήσατο λόγους, ἑρμηνεύωντε καὶ δεικνὺς, ὅτι τὸν ἀπολλῶτα ἄνθρωπον, καὶ ταῖς ἰδίαις ἀνομίαις τεθανατωμένον· ἡ πάνσοφος τοῦ Θεοῦ λόγου κατὰ σάρκα παρουσία, διέστειλεν μὲν ἀπὸ τῆς πλάνης, ἀπεκάθηρεν δὲ ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ παντὸς σκότους, φῶς δὲ ἀνέτειλεν, καὶ ἡμέραν ἐλευθερίας ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν δεχομένων αὐτὴν ἀπειργάσατο, δικαιοσύνην, ἐπιήκειαν, εἰρήνην, ἀγάπην, ἐλπίδα ζώης περιποιοῦσαν αἰωνίου, τὰ πρόσκαιρα μὲν ἀποῤῥίπτουσαν, τὸν δὲ ἄϊδιον, καὶ ἄφθαρτον ἀῤῥαβῶνα παρέχουσαν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς παράθεισον προξενοῦσαν ἐπανάζευξιν.

3 Ταῦτα διδάσκοντος τοῦ μακαρίου μάρτυρος Δημητρίου μετὰ παρουσίας, καὶ τὸν λόγον τοῦτον πρακτικῶς βεβαιοῦντος διὰ τῆς πίστεως, πολλῶν δὲ αὐτῷ διὰ ταῦτα ἐκ τῆς τῶν ἑλλήνων πληθύος προσιόντων, καὶ συνειρισκομένων ἐκ δυσμῶν τοῦ τῆς πόλεως μεγαλοφόρου ἐν τῇ ἐκείσε χαλκεοτικῇ λεγομένῃ στοᾷ, ἔνθα καὶ εἰώθη τὰς συνόδους ποιεῖσθαι ὑπὸ τὰς τοῦ ἐγγὺς δημοσίου λουτροῦ ὑπογαίας καμάρας, μεγαλυνομένηςτε τῆς περὶ αὐτὸν φήμης καθ' ὅλης τῆς πόλεως καὶ τῆς περιχώρου, οἱ τὴν ἀναζήτησιν τῶν Χριστιανῶν στρατιῶται τοῦ βασιλέως, ἅμα τοῖς δημοσίοις προστεταγμένοις ποιεῖσθαι

A εἶσθαι, συλλαβόντες τὸν μακάριον Δημήτριον (οὐδὲ γὰρ φεύγων συνελείφθη, ἀλλὰ τὰς συνήθεις ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς ἱερουργῶν λατρείας) τῷ Θεομάχῳ Μαξιμιανῷ καθάπερ τί μέγιστον θήραμα προσήγαγον, οἰόμενοι ἑαυτοὺς μάλιστα τῷ βασιλεῖ παραθέσθαι, ἡ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ μηδένα Χριστιανὸν λανθάνειν ἐπιδείξοντο, τὸ καὶ τοὺς ὑπεροχῇ ὄντας καταμηνύοντες.

junctum, Demetrium comprehensum (neque enim fugiens, sed consueta cum fratribus religionis ministeria obiens captus est) Maximiano Dei inimico, veluti maximam prædam, stiterunt, futurum existimantes, ut imperatori maxime probarent, quantam diligentiam, ne Christianus ullus, utpote et ipsos, qui celsioris conditionis essent, prodentes, absconditus maneret, impenderent. A. ANONYMO.

4 Καὶ ὁ μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως θέατρον τὸ καλούμενον στάδιον ἀνιέναι, θέας ἕνεκεν τῶν μονομαχεῖν μελλόντων, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πεντάθλου θεάματα ἐπιτελούντων· ἐκεῖ γὰρ αὐτῷ παρεσκεύαστο διά τινων σανίδων περιπεφραγμένος κύκλῳ ἐν ὕψει κρεμάμενος, ὁ δέχεσθαι μέλλων τοὺς ἐν αὐτῷ εἰσιόντας, διότι τέρψις ἦν αὐτῷ τοῦ βλέπειν ἀνθρωπίνων αἱμάτων ἔκχυσιν· πλὴν οὐκ ἐκτὸς φροντίδος ἡ μερίμνης εἶχεν τὸ ὁρώμενον· διέκειτο γὰρ ὁ βασιλεὺς περί τινα μονομάχον Δυαῖον ὀνόματι ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν Οὐανδάλων ὑπάρχοντα, ἰσχύει καὶ μεγέθει σώματος ἀνεσταλμένον, ὃς οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς εἰς τὸν λοῦδον ἀνῄρηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Σερμίῳ καὶ ἐν τῇ Θεσσαλονικαίων πόλει· διέτρεχεν γὰρ διά τε τῶν σανίδων, καὶ τοῦ μαγγάνου, ἅτε διὰ πολλὴν ἐμπειρίαν εἰς τὸ φονεύειν διὰ μελήτης B καὶ συνηθείας κεκτημένος.

4 Contigit autem ut is, quo singulari certamine decertaturos, reliquaque pentathli lusus *g* spectacula edituros cerneret, ad civitatis theathrum, quod stadium dicitur, adiret. Illic enim e tabulis quibusdam sepimentum, in altum suspensum, quod ingredientes suscepturum erat, circuli in modum ei erat paratum *h*; cernere enim humani sanguinis effusionem, delectatio ei erat, nec tamen absque cura seu sollicitudine, quod ei spectandum dabatur, poterat intueri. Amore autem ferebatur imperator erga quemdam monomachum, nomine Lyæum, e Wandalorum gente existentem *i*, fortitudine magnitudineque corporis eximium, qui non modo Romæ, sed et Sirmii *k* Thessalonicensiumque in civitate multos duello, utpote ex exercitatione consuetudineque haud vulgarem occidendi peritiam nactus, necarat. *atque ad Maximianum, gladiatorum spectaculum adeuntem,* *g* *h* *i* *k* E

5 Τοῦτον, ἐπειδήπερ ἅπαντες ἐδεδύκησαν διὰ τὸ μηδένα αὐτοῦ ἀνταγωνιστὴν ἀναφαίνεσθαι, ἐν πρώτοις εἶχεν ὁ βασιλεὺς, ὃ καὶ φιλεῖν ἐπιδείκνυτο, καὶ ἡδέως ἔβλεπεν εἰς αὐτὸν· ἐπῆνει δὲ καὶ ἐθαύμαζεν τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, καὶ τὴν περιφάνειαν αὐτοῦ ἐσεμνύνετο. Ὅτε δὲ πλήσιον ἐγένετο τοῦ σταδίου, κατίοντος αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὀχήματος, τότε μηνύσαντες προσάγουσιν τῷ Μαξιμιανῷ τὸν μακάριον οἱ συνειληφότες Δημήτριον. Πειθόμενος δὲ εἰ ἐπιμένει τὸν Χριστὸν προσκυνῶν, καὶ μαθὼν καὶ ἑτέρους αὐτὸν διδάσκειν τὸν ἐσταυρωμένον σέβειν, ἦχθη μὲν πρὸς αὐτόν.

5 Hunc, cum omnibus, quod nemo cum eo posse congredi videretur, esset terrori, imperator inter primos, quod et continuo facere affectabat, habebat placidiorique vultu intuebatur; laudabat autem ac mirabatur ætatis ejus vigorem, nec aliter, quam de magna re, de viri superbia gloriabatur. Cum porro ad stadium jam venisset, atque e curru descendisset, beatum Demetrium, qui eum ceperant, ad Maximianum, rei præmonitum, tunc adducunt. Inquirens autem, an Christum adorare pergeret, eumque etiam alios, ut crucifixum adorent, doctrina sua impellere, edoctus, jussit illum ad se duci *adducitur.*

6 Ἰδὼν δὲ τὴν παῤῥησίαν τοῦ ἀνδρὸς, Χριστιανὸν σεαυτὸν ἀποκαλοῦντος, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπομεῖναι θαῤῥοῦντος, εἶτα καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πάνυ ὡραῖον γενόμενον, καὶ τῶν προκειμένων θεαμάτων ὅλος ὢν, τὸν μὲν ἀοίδιμον Μάρτυρα ἐκέλευσεν αὐτὸν παρὰ τὸ στάδιον δημοσίου γητιόντος βαλανίου περὶ τὰς τῶν ἐκεῖσε καμίνων φρουρεῖσθαι καμάρας. Ἔνθα φυλαττόμενος, ὡρᾷ σκορπίον ἐκ τῆς γῆς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτου ἀνελθόντα, πειρᾶσθαι δὲ τῷ κέντρῳ πλῆξαι τὸν Ἅγιον. Ὁ δὲ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ποιήσας κατὰ τοῦ σκορπίου, καὶ προσατρίσας αὐτὸν νεκρὸν ἀπέδειξεν. Παραχαῆμα δὲ ἄγγελος Κυρίου ἐλθὼν στέφανον ἐπέθηκεν τῇ κορυφῇ τοῦ Μάρτυρος, καὶ εἶπεν αὐτῷ, εἰρήνη σοι, ἀθλητὰ τοῦ Χριστοῦ, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. C

6 Viri autem, Christianum sese agnoscentis et quæcumque pro Domini nostri Jesu Christi nomine sufferre audentes, constantiam, vultumque ejus maxime venustum conspicatus, quod totus spectaculis exhibendis esset intentus, venerandum Martyrem juxta ipsum prope publicum balneum in subterraneis fornicibus, ibidem existentibus, custodiæ mancipari jussit *l*. Ibidem custoditus scorpium, e terra sub pedibus suis, qui et cauda Sanctum percutere conabatur, egredientem aspexit. Hic autem, facto in scorpium crucis signo, mortuum illum illico reddidit. Statim autem angelus Domini adveniens coronam capiti Martyris imposuit, pax tecum, pugil Christi, robustus sis et confortare. *custodiri ab eo jubetur;* *l* F

7 Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσελθὼν ἐν τῷ σταδίῳ καὶ προκαθίσας, τόν τε Δυαῖον εἰσαγαγὼν ἐκάλει διὰ τῶν κηρύκων τὸν βουλόμενον μονομαχῆσαι, προστιθεὶς μετὰ τῶν ἐπάθλων καὶ χρήματα πολλὰ, καί τις ἐκ τοῦ δήμου νεανίσκος ὡραῖος πάνυ, κομιδῇ νέος ὤν, Νέστωρ ὄνομα, ἄρτι τὸν ἰοῦλον ἐπανθοῦντα φέρων, γνωστὸς ὑπάρχων τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ (ἐθεώρει γὰρ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα θαύματα, πολλήν τε λαὸν προστρέχοντα αὐτῷ, καὶ διδασκόμενον σέβειν, καὶ προσκυνεῖν τὸν Χριστὸν) ἐκδραμὼν ἐν ᾧ ἐφυλάττετο τόπῳ, καὶ πεσὼν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔλεγεν· δοῦλε τοῦ Θεοῦ Δημήτριε, βούλομαι τῷ Δυαίῳ μονομαχῆσαι, ἀλλ' εὖξαι μοι τὸν Χριστὸν ὀνομάσας. Ὁ δὲ Ἅγιος ποιήσας τὴν τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδα εἴστε τὸ μέτοπον, καὶ τὴν καρδίαν αὐ-

7 Cum porro imperator stadium esset ingressus, locumque suum occupasset, Lyæum introducens per nuntios, qui cum eo singulare certamen inire vellet, advocabat, cum donis, victoriam referentibus dari solitis, multam etiam pecuniam promittens: quidam autem e vulgo adolescens admodum formosus, qui adhuc valde juvenis erat, nomine Nestor, primam modo lanuginem ferens, notus existens gloriosissimo martyri Demetrio (facta enim ab eo miracula, multumque populum, qui ad eum accurrebat, venerari et quod docebat, et Christum adorare videbat) accurrens ad locum, in quo custodiebatur, cadensque ad pedes ejus di- *a Nestore; contra Lyæum monomachum pugnaturo, eique benedicit.*

A. ANONYMO. xit : Serve Dei Demetri, volo contra Lyæum singulari pugnare certamine, sed ora pro me, Christum invocans. Verum Sanctus, et in fronte ipsius et in corde Christi signo formato, illum dimisit dicens : Et Lyæum vinces, et pro Christo martyrium subibis.

τοῦ, ἀπέλυσεν αὐτὸν εἰρηκώς, καὶ τὸν Λυαῖον νικήσεις, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίσεις.

## ANNOTATA.

a *Quidquid de scriptore hoc, qui fortassis jam inde a seculo sexto floruit, scitu præcipue dignum est, Commentarii prævii* § 2 *exposui.*

b *Imperator, sub quo* S. Demetrius *martyrio coronatus est, non* Herculius, *sed* Galerius *cognominatus fuit, quemadmodum, quæ Commentarii prævii num.* 57 *et seq. in medium adduxi, fidem faciunt.*

c *Quandonam Gothi Sauromatæque seu Sarmatæ, hic memorati, a Maximiano Galerio fuerint subacti seu profligati, Commentarii prævii num.* 60 *lectorem edocui.*

d *Epistola* 2, *cap.* 4, ℣. 2.

e *Senatorio genere ortum esse Sanctum, nec in Photiana, nec in Anastasiana ejus Passione fundamentum habet ; quare, cum nec aliunde, quo tam illustres* Demetrii *natales possimus adstruere, quidquam occurrat, senatorione, an altero genere oriundus hic sit, est dubium. Adi Commentarium prævium num.* 30 *et seq.*

f *Vocabulum* exceptor, *generice acceptum, significat scribam, atque adeo hic illum, qui, quæ quantum ad res militares in libros referenda erant seu notanda, litteris mandabat. Adi Cangium in*
B *Glossario mediæ et infimæ latinitatis ad vocabulum* Exceptor, *quod præterea idem, quod vocabulum* E
*Græcum* Ἐκσκεπτώρ *significat, uti idem scriptor in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis docet. Verum anne Sanctus militari exceptoris officio reipsa etiam, uti hic asseritur, functus fuerit, mihi ambigendum apparet, uti etiam an umquam, quod mox hic subditur, ad proconsulis Græciæ dignitatem fuerit promotus. Etenim tam hoc, quam illud memoriæ hic primum proditum fuisse videtur ab anonymo Sancti nostri biographo, qui, cum ab hujus ætate aliquot seculis abfuerit, fidem ea in re certam haud meretur.*

g *Id est, certaminis Gymnici, quod quinque certaminibus, cursu videlicet, lucta, pugilatu, saltu et jaculo, ut Festus docet, constabat. Adi ad vocabulum* Quinquertium *Pitisci antiquitatum Romanarum Lexicon.*

h *Cum hic de cellula seu de suggesto, quod Maximiano aliique ingressuris, prout hodie in theatrorum aulis usuvenit, præparatum esset, sermo institui videatur, ita Latine ultimam hanc Græcam periodum interpretandam duxi, substantivumque in ea, cum quo participium* περιπεφραγμένος *corcordare deberet, vel esse omissum vel certe hoc ad significandum* sepimentum *substantive adhiberi, existimo, idque vel idcirco maxime, quod substantivum* κύκλῳ, *participio isti subjectum in dativo ponatur, adeo ut significari haud possit* circulus circumseptus *prout Anastasius Bibliothecarius* (*adi annotata, Vitæ præcedenti ad lit.* d *subjecta*) *existimasse videtur.*

i *Wandalum natione fuisse Lyæum, nec in Anastasiana Photianave Sancti Vita, nec in monumentis, scriptoribusve ullis, fidem certam facere natis, asseveratur ; quare etiam, anne illud veritati consonet, est dubium.*

k *Civitas hæc, licet modo Slavoniæ urbecula dumtaxat sit,* Demetrii *tamen ætate seu seculo quarto ineunte erat amplissima frequentissimaque, nec ante annum circiter* 441, *quo ab Attila fuit excisa, a florenti, in quo tunc erat, statu excidit.*

l *Ab initio modo ad hunc usque locum Sancti nostri, quam hic damus, Passionem confer cum iis, quæ in Passione ejusdem altera, priori loco jam data, a principio usque ad num,* 7 *fere occurrunt, videbisque antiquioris hujus lucubrationis alteram Sancti nostri, quam hic damus,*
C *Passionem esse dumtaxat ad hunc saltem usque locum paraphrasim, variis adjunctis ab au-* F
*ctore vel pro arbitrio confictis, vel aliunde adscitis auctam, prout in Commentario prævio num.* 16 *jam indicavi.*

m *Quod hic narratur, a Photiana et Anastasiana Sancti passione abest, potestque vel idcirco, num viritati consonet, haud immerito dubitari.*

n *Verene, ut hic narratur, Sanctus Nestori, singulari certamine Lyæum aggressuro, benedixerit, statues ex iis, quæ Commentarii prævii* § IV *disserui.*

CAPUT

# CAPUT II.

## *Maximianus, ob necem Lyæo illatam iratus, Nestorem primo ac dein etiam S. Demetrium jubei interfici, hicque, postea miraculis inclarescens, locis sacris sibi exstructis honoratur.*

Ἀπέλθων οὖν ἐν τῷ σταδίῳ, καὶ διὰ τῶν βαθμίδων καταπηδήσας, ῥίψας τὲ τὸν χιτῶνα αὐτοῦ, ἔστησεν ἔμπροσθεν τοῦ Μαξιμιανοῦ, ὡς ἐκπλαγέντα τὸν βασιλέα. Καλέσας δὲ πρὸς ἑαυτὸν εἰς τοῦτο πηδήσαντα, καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ καὶ λέγειν· νεανίσκε, οἶδα, ὅτι χρημάτων σε σπάνις ἐπὶ τοσοῦτον ἀρθῆναι φαντασίας παρεσκεύασεν, ἵνα ἢ περιγενάμενος πλοῦτον ἀθρόον κτήσεις, ἢ ἀποτυχὼν πενίας ἐνοχλούσης μετὰ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγήσῃ, ἐγὼ δὲ σοι δι' οἰκτον τῆς νεότητος καὶ τῆς ἡλικίας, ἧς καὶ κόσμησαι, δόσω καὶ ὑπὲρ μόνης τῆς τόλμης ἄξια, καὶ ἀρκοῦντα χαρίσματα, καὶ ἄπιθι μετὰ τοῦ ζῆν ἔχων καὶ τὰ χρήματα, Λυαίῳ δὲ σεαυτὸν μὴ ἀντιστήσῃς, ἐπειδὴ σοῦ πολλοὺς ἤδη δυνατωτέρους ἀπήλλαξεν.

9 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Νέστωρ, οὔτε ἤρπασεν τὴν τοῦ βασιλέως φιλοτιμίαν, ἀλλ' οὔτε ἐδειλίασεν πρὸς τὸν ἔπαινον τοῦ Λυαίου, τῷ δὲ βασιλεῖ ἀπεκρίνατο· οὐ χρημάτων ἐπιθυμῶ, φήσας, ὦ βασιλεῦ, οὐ δὲ διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἐλήλυθα, ἀλλ' ἵνα κρείττονα Λυαίου ἐμαυτὸν συστήσω· μὴ δὲ γὰρ βούλεσθαι ζῆν, ἢ πλουτεῖν ἤξαντα, καὶ ἐκχωρίσαντα τῇ προλαβούσῃ τοῦ Λυαίου δόξῃ. Εὐθὺς οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ὑπὲρ αὐτὸν ὀργῆς, τούτων λεχθέντων, ἐπλήσθησαν, τὴν ἀλαζωνίαν τοῦ Νέστορος οὐχ ὑπομείναντες, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς προτρεπόμενος ἐβόα, καὶ παρεθάρυνεν τὸν Λυαῖον.

10 Ὁ δέγε Νέστωρ ποιήσας τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἔλαβεν τὴν ἀκινάκην, καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν, ὁ Θεὸς Δημητρίου τοῦ δούλου σου, καὶ ὁ ἠγαπημένος σου παῖς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ὑποτάξας Γολιὰθ τὸν ἀλλόφυλον τῷ πιστῷ σου Δαυΐδ, αὐτὸς καταβαλε τὸ θράσος τοῦ Λυαίου καὶ Μαξιμιανοῦ, τοῦ τυράννου, καὶ εἰσπήδησεν μέσον τῶν μαγγάνων· γενομένης δὲ τῆς συμπλοκῆς, κερίαν λαβὼν κατὰ τῆς καρδίας ὁ Λυαῖος, ἀνηρέθη παραχρῆμα, καὶ τὴν ἐσχάτην τῷ βασιλεῖ ψυχικὴν περιεποίησεν σύγχυσιν· ὁ δὲ Νέστωρ ἐδόξασεν τὸν Θεὸν, ὅτι τῇ εὐχῇ ἁγίου Δημητρίου ἀνηρέθη ὁ βάρβαρος.

11 Μαξιμιανὸς δὲ παραυτίκα τῆς καθέδρας αὐτοῦ ἀπεπήδησεν, καὶ στυγνὸς ἐπὶ τὰς βασιλείους αὐλὰς ἐπανέρχετο, λέγων· μά τοὺς Θεοὺς γοητεία τίς προεχώρησεν· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐσφάττετο ὑπὸ τοῦ νεανίου τούτου ὁ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας ἐπιδειξάμενος ἀνδραγαθείας· καλέσας οὖν πρὸς ἑαυτὸν ὁ τύραννος τὸν Νέστωρα, ἔφη πρὸς αὐτὸν· εἰπὲ, νεανίσκε, ποίᾳ μαγείᾳ χρησάμενος, ἢ τίνας ἔχων συνεργοὺς, τὸν Λυαῖον ἀπέκτεινας; ὁ δὲ Νέστωρ ἀπεκρίνατο· Μαγίᾳ οὐκ ἐχρηματισεν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ Θεὸς Δημητρίου, ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, αὐτὸς ἀπέστειλεν τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, ἀπέκτεινεν ἐν τῇ χειρί μου τὸν ἀλάστορα, καὶ ὑπερήφανον. Ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὡς Χριστιανὸν ἀπενεχθῆναι ἐν τοῖς δυτικοῖς τῆς πόλεως μέρεσιν ἐν τῇ ἐπωνομαζομένῃ χρυσέᾳ πύλῃ, κἀκεῖσε τῷ ἰδίῳ ξίφει ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Μηνουκιανοῦ προτίκτορος καὶ οὕτως τῆς μαρτυρίας τὸν στέφανον ἀνεδέξατο.

12 Ὑποβαλλόντων δὲ τινῶν τῶν ἀρχόντων τῷ βασιλεῖ περὶ Δημητρίου, καὶ ὑποθεμένων ὡς αἴτιος τῆς

A biens ergo ad stadium, cum et de gradibus desiliisset, tunicamque suam deposuisset, coram Maximiano stetit, ita ut obstupesceret imperator: cum autem illum, qui in id prosilierat, ad sese vocasset, suadere ei cœpit ac dicere: Adolescens, scio, quia divitiarum penuria, ut ad tantum vanitatis efferreris, te impulit, ut aut vincens divitias subito acquiras, aut victoria excidens egestatem simul, quæ te turbat, et vitam deponas. Ego autem e juventutis tuæ, ætatisque, qua viges, miseratione, pro solo auso dona tibi et digna et sufficientia largiar, abi divitias simul cum vita possidens, nec te Lyæo objicias, quoniam jam multos te fortiores occidit.

*Nestor, data sibi a Maximiano verba*

9 Audiens hæc Nestor nec imperatoris munificentiam accepit, nec etiam ad Lyæi laudes timorem concepit; imperatori autem respondit dicens: Divitias haud desidero, imperator, neque idcirco ad certamen veni, sed ut me Lyæo præstantiorem ostendam: sese enim nec vitam, nec divitias præreptæ Lyæi laudi velle præferre. Statim itaque, hisce dictis, imperator, et qui ei aderant, ira repleti sunt, Nestoris jactantiam haud ferentes. Ac imperator quidem Lyæum excitans clamabat, audaciamque ei addebat.

*haud recipiens pugnam cum Lyæo*

10 Nestor autem, formato in pectore suo crucis salutiferæ signo, acinacem accepit, levatisque in cælum oculis, dixit: O Deus Demetrii, servi tui, dilectusque filius tuus Jesus Christus, qui Goliath alienigenam fideli tuo David subjecisti, Lyæi et Maximiani fiduciam contere, mediumque in repagulum prosiliit. Pugna autem facta, Lyæus, ictum in corde accipiens, illico est mortuus, extremamque imperatori attulit confusionem. Nestor autem laudabat Deum, quod sancti Demetrii precibus barbarus esset occisus.

*Init, eumque occidit.*

11 Maximianus autem e sede sua protinus surrexit, tristisque ad regiam rediit dicens: per Deos veneficium quoddam est factum, quoniam is, qui tot tantaque facinora edidit, ab hoc juvene est occisus. Arcessito autem ad se Nestori tyrannus dixit: Dic, adolescens, qua usus arte magica vel quos habens adjutores Lyæum interfecisti? Nestor autem respondit: Arte magica, absit, haud cecidit, sed neque incantatione quapiam est occisus, sed Deus Demetrii, Deus Christianorum angelum suum misit, scelestumque ac superbum in manu mea occidit. Iratus igitur imperator mandavit, ut is, utpote Christianus, ad Occidentales urbis partes in locum, cui Aureæ portæ nomen, abduceretur, ibique gladio proprio a Menutiano protectore occideretur; atque ita martyrii coronam est adeptus *a*.

*Hinc iratus imperator primo Nestorem*

12 Quibusdam porro principum de Demetrio mentionem apud imperatorem facientibus, eumque

A. ANONYMO. *ac dein etiam S. Demetrium jubet interfici. Hic Servum*

eumque exstitisse necis Lyæi causam suggerentibus, statim ira incensus, omenque haud bonum, quod sibi, ad stadium properanti, obvium illum habuisset, exstitisse ratus, jussit eum in ipsis, in quibus custodiebatur, fornicibus interfici lanceis, itaque gloriosissimus Martyr occisus pulchra confessione martyrium implevit. Lupus autem, Sancti Demetrii famulus, qui ipsi præsens aderat, strophium Sancti accipiens, sanguinem ejus in eo collegit *b*.

τοῦ Λυαίου σφαγῆς γεγένηται, αὐτίκα ὑπερζέσας τῷ Θυμῷ οἰωνισάμενός τε ὡς οὐκ ἀγαθὸν τὸ συνάντημα αὐτῷ γεγονέναι εἰς τὸ στάδιον αὐτῷ εἰσβάλλοντι, κελεύει αὐτὸν ἐν αὐτοῖς, οἷς ἐφυλάττετο καμινίοις, λογχαῖς κατασφαγῆναι, καὶ οὕτως ἀνηρημένος ὁ πανένδοξος Μάρτυς τῆς καλῆς ὁμολογίας τὴν μαρτυρίαν ἐπλήρωσεν. Λούππος δὲ ὁ τοῦ ἁγίου Δημητρίου οἰκέτης παρεστὼς αὐτῷ, λαβὼν τὸ ὡράριον τοῦ Ἁγίου, ἐν αὐτῷ ἀνελέξατο τὸ αἷμα αὐτοῦ.

*b sui etiam in martyrio sequacem. post ea nactus, c*

13 Cum autem et annulum imperatorium, quem in manu sua gerebat, abstulisset *c*, eumque in sancto sanguine tinxisset, multas per eumdem sanationes operabatur. Omnes enim, qui diversis morbis detinebantur, aut ab immundis spiritibus patiebantur, Sancti oratione ac patrocinio, eaque, quæ annulo inerat, gratia sanabat, ita ut rei hujus fama tota Thessalonicensium civitate percrebresceret; cum autem imperator rem eamdem, et qui laborantes adversa valetudine sanaret, didicisset, in civitatis tribunali, cum ipsemet præsideret, jussit eum una cum aliis quibusdam, in Christum credentibus, judiciorum die occidi.

13 Ἀφελόμενος δὲ καὶ τὸ βασιλικὸν δακτύλιον, ὃν ἐφόρει ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ἐγκλείσας ἐν τῷ ἁγίῳ αἵματι, ἐπετέλει δι' αὐτοῦ ἴασεις· πάντας γὰρ τοὺς κατεχομένους ποικίλαις νόσοις, καὶ τοὺς ὑπὸ ἀκαθάρτων πνευμάτων βεβλαμμένους ἰᾶτο διὰ τῆς εὐχῆς καὶ ἐπισκιάσεως τοῦ Ἁγίου, καὶ τῆς ἐν τῷ δακτυλίῳ χάριτος, ὡς διαδραμεῖν τὴν περὶ τούτου φήμην ἐν ὅλῃ τῇ Θεσσαλονικέων πόλει. Μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς περὶ αὐτοῦ, καὶ πῶς ἰᾶται τοὺς κάμνοντας, ἐκέλευσεν καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι ἐν τῷ τριβουναρίῳ τῆς πόλεως ἐν ἡμέρᾳ τῶν βουλουμπτάτων *, προκαθημένου αὐτοῦ, μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν πεπιστευκότων τῷ Χριστῷ.

*an βουλευμάτων?

*patratisque ad tumulum suum miraculis celebris effectus,*

14 Cum autem sacratissimum beati Demetrii corpus ab iis, qui eum occiderant, contemneretur, religiosiores quidam fratrum præ imperatoris metu noctu id sustollentes in ipsis etiam, in quas conjectum fuerat, scrobibus, terra tam profunde, quam poterat, effossa, absconderunt, ne a sanguinariorum animalium quopiam detrimentum pateretur. Nulli autem post hæc curæ fuit transferre Sancti corpus, sed mansit sub terra *d*, cumque multis in loco signis ac sanationibus factis, iisque, qui cum fide ad illum accedebant, gratiis divinis frequentissime collatis lætitiaque ibidem affectis, Martyris, miracula facientis, efficacia per omnem Macedoniam ac Thessaliam celebris esset effecta; *e*.

14 Τὸ δὲ πανάγιον Δημητρίου τοῦ ὁσίου λείψανον καταφρονηθὲν ὑπὸ τῶν ἀνηρηκότων, οἱ τῶν τότε δὲ ἀδελφῶν εὐλαβέστεροι λαβόντες νύκτωρ διὰ τὸν φόβον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐν αὐτοῖς οἷς ἔρριπτον χώμασιν διανημάμενοι τῆς γῆς, ὅσον οἷόν τε ἦν, ἔκρυψαν, ἵνα μὴ παρά τινος τῶν αἱμοβόρων ζώων ὑπομείνῃ βλάβην· οὐδενὶ δὲ μετὰ ταῦτα φροντὶς ἐγένετο μετανεγκεῖν τὸ σῶμα τοῦ Ἁγίου, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ σχήματος *, σημείων τε πολλῶν, καὶ ἰάσεων γενομένων ἐν τῷ τόπῳ, καὶ θείων χαρισμάτων φοιτούντων τοῖς πίστει προσερχομένοις ἐν αὐτῷ, καὶ ὁσημέραι πάντων εὐφραινομένων ἐκείσε, περιβοήτου διὰ πάσης Μακεδονίας, καὶ Θετταλίας γινομένης τῆς τοῦ Μάρτυρος θαυματουργοῦ ἐνεργείας.

*an χώματος?

*d*

*e*

*xde sacra Thessalonicæ.*

15 Tandem autem et idolorum error esset abactus, fidesque salutaris ac pura Christianorum orthodoxa claresceret, Leontius vir quidam *f*, qui Illyrici præfecturæ thronum ornabat, morbo immedicabili, cum in Daciam discederet, correptus, a servis suis Thessalonicam lectica delatus fuit, venerandoque, ubi et sacræ ejus sub humo exstant reliquiæ, monumento impositus; sanitatem autem, statim atque monumento, sanationes afferenti, fuit impositus, recuperavit, ita ut et ipsemet et illi, qui ei aderant, celerrimam Martyris visitationem mirarentur, gratiasque Deo et gloriosissimo martyri Demetrio agerent; qui statim, cum arcuatorum operum fornices una cum aquarum calidarum domo publicisque, quæ ibidem erant, porticibus destruxisset ac expurgasset, venerandum sancto Martyri templum inter publicum lavacrum et stadium exstruxit, munerum copia id exornans.

15 Λοιπὸν δὲ καὶ τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης καθαρθείσης, τῆς δὲ ζωοποιοῦ, καὶ ἀμομήτου τῶν Χριστιανῶν ὀρθοδόξου πίστεως λαμπρυνομένης, Λεόντιος δέ τις ἀνὴρ τοὺς ἐπαρχικοὺς τῶν Ἰλλυρίων κατακοσμῶν θρόνους, ἀπερχόμενος ἐν τῇ Δακῶν χώρᾳ νόσῳ ἀνιάτῳ ληφθείς, λεκτικίῳ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ Θεσσαλονικαίων ἀπηνέχθη πόλει, καὶ ἀνεκλίθη ἐν τῷ σεβασμίῳ σηκῷ, ἔνθα ἦν ὑπὸ γῆν κείμενον τοῦ Ἁγίου τὸ λείψανον· παραχρῆμα δὲ τοῦ κατακλιθῆναι αὐτὸν ἐπάνω τοῦ ἰαματοφόρου μνήματος εὐθέως τῆς ὑγίας ἐπέτυχεν, ὥστε θαυμάζειν αὐτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν τὴν ταχίστην τοῦ Μάρτυρος ἐπισκοπὴν, καὶ χάριτας ὁμολογεῖν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ· ὃς αὐτίκα κατὰ τὰς καμίνων καμάρας, ἅμα καὶ τοῦ τῶν Θερμῶν ὑδάτων οἴκου καθελὼν καὶ περικαθάρας μετὰ καὶ τῶν ἐκεῖσαι ὄντων δημοσίων ἐμβόλων καὶ προπυλῶν, ἀνήγειρεν πάνσεπτον οἶκον τῷ Μάρτυρι, δαψιλείᾳ κατακοσμήσας χρειῶν μέσον τοῦ δημοσίου λουτροῦ καὶ τοῦ σταδίου.

*f*

*alteraque Sirmii exstructa, in qua et aliquot ejus reliquiæ g*

16 Cum autem in Illyricum *g* esset discessurus, partem quamdam reliquiarum Martyris, ut et ibi templum sub ejus nomine erigeret, accipere voluit; cui gloriosissimus Martyr, noctu adstans, id exsequi prohibuit. Accepta igitur chlamyde, sanguine ipsius tincta, parteque orarii, in lipsanotheca argentea, eum in finem confecta, ea deposuit; cum autem iter faceret, hiemsque aspera esset, egressusque alveo Danubius diebus sufficientibus etiam navibus iter haud relinqueret, viamque promovere impediret, animo despondit præfectus.

16 Μέλλων δὲ ἀπέρχεσθαι ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ, ἠβουλήθη τινὰ τῶν λειψάνων λαβεῖν τοῦ Μάρτυρος πρὸς τὸ κἀκεῖσαι ναὸν αὐτῷ οἰκοδομῆσαι εἰς ὄνομα τοῦ Ἁγίου· ᾧ τινι ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ Δημήτριος νυκτὸς ἐπιστὰς τοῦτον προελθεῖν διεκώλυσεν. Λαβὼν οὖν τὴν χλαμύδα αὐτοῦ τὴν ἐκ τῶν ἁγίων αἱμάτων πεφυραμένην καὶ μέρος τοῦ ὡραρίου, καὶ ποιήσας γλωσσόκομον ἀργύρεον, ἐν αὐτῷ ἀπέθετο. Ὁδοιποροῦντος δὲ αὐτοῦ, καὶ σφοδροῦ χειμῶνος γεγονότος, καὶ τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ κόχλάζοντος τῷ ῥεύματι, ὡς μηδὲ ναυσὶ πόρον τοῦτον ὑπάρχειν ἐπὶ ἱκανὰς τε ἡμέρας μὴ ὑπολείποντος αὐτοῦ, ἀλλ' εἴργοντος τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορίαν, ἐν ἀθυμίᾳ ἐτύγχανεν ὁ ἔπαρχος.

*g*

17 Καὶ

A 17 Καὶ ὀὴ ὥρα τὸν πανένδοξον Δημήτριον λέγοντα αὐτῷ, πᾶσαν ἀπιστίαν καὶ ἀθυμίαν ἀπωσάμενος, λαβὼν ὅπερ ἐπιφέρει, πάρελθε τὸν ποταμὸν ἀδιστάκτως. Ἑωθεν οὖν ἐπιβὰς τῷ ὀχήματι, ἔχων ἐν χερσὶν τὴν τιμίαν σωρὸν, διῆλθεν ἀβλαβὴς τὸν ποταμὸν, καὶ οὕτως ἀπελθὼν, ἐν τῷ Σερμίῳ ἀπέθετο τὴν ἁγίαν σωρὸν μετὰ τοῦ ἐν αὐτῇ θησαυροῦ ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ κτισθέντι ἐκείσε πανσέπτῳ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δημητρίου, πλησίον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς καλλινίκου μάρτυρος Ἀναστασίας, πολλά τε θάυματα, καὶ ἰάσεις ὁ Κύριος ἐποίησεν ἐνθα διὰ τῆς ὁδοῦ τὸ ὄχημα καὶ τὰ ζῶα ἐννεπαύσαντο, χάριτι καὶ οἰκτειρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

17 Ipsum autem vidit gloriosissimum martyrem Demetrium, ipsi dicentem, diffidentia omni pusillanimitateque deposita, accipiens, quod fers, fluvium absque cunctatione ingredere. Mane igitur, curru conscenso, venerandas reliquias manu gestans fluvium innoxius transivit *h*, itaque transvectus Sirmii *i* sacram lipsanothecam cum thesauro, in hac contento, in S. Demetrii ecclesia, prope venerandum pulchris victoriis decoratæ martyris Anastasiæ templum exstructa, deposuit; multa autem et miracula et sanationes in via, cum et currus et animalia quiescerent, Domini nostri Jesu Christi et gratia et longanimitate et misericordia Deus patravit, cui gloria et virtus nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

A. ANONYMO. *fuere depositæ, honoratus fuit.*

*h*

*i*

## ANNOTATA.

a *Num pro martyre recte habeatur hic Nestor Commentario prævio* § VI *definii.*

b *De Lupo, Sancti famulo, videsis Commentarium prævium num.* 62 *et seqq.*

c *Alludi hic videtur ad proconsulis Græciæ dignitatem, ad quam ab imperatore Sanctus no-*
B *ster fuerit evectus, arrhamque, quam tunc acceperit; verum anne Sanctus Græciæ proconsul umquam exstiterit, dubium admodum apparet. Adi Commentarium prævium num.* 35 *et seqq.*

d *Ita vocabulum Græcum σχημὰ reddidi, quod ei substituendam putem vocem χωμὰ, quæ idem, quod Latine terra seu humus, significat. Videsis Commentarium prævium num.* 78. E

e *Joanni, Thessalonicensi seculo* VII *episcopo, præluxisse hanc Sancti nostri Passionem, vero haud prorsus ex hoc ejus loco apparet absimile. Adi iterum Commentarium prævium num.* XI.

f *Cum Leontius, hic memoratus, seculo quinto ineunte, uti in Commentario prævio num.* 74 *docui, verosimiliter floruerit, tuncque, uti ex iis, quæ Orlendius Orbis sacri et profani part.* I, *lib.* 3, *cap.* I *in medium adducit, verosimilius apparet, Illyricum jam fuerit bifariam in Illyricum Orientale et Occidentale divisum, nec Illyricum Occidentale præfecto prætoriano paruerit, oportet, ut Leontius ille Illyrici, non Occidentalis, sed Orientalis præfectus exstiterit, nisi forte, quod tamen non apparet, Leontius quispiam alius ante seculi quinti initium, imo ante Theodosii I, qui ex adductis ab Orlendio loco cit. rationibus Illyricum in duas dictas partes divisisse videtur, imperium gesserit Illyrici præfecturam.*

g *Occidentale nimirum; Thessalonicæ enim, quæ Illyrici Orientalis civitas erat, versabatur.*

h *Nec hujus miraculi, nec alterius, supra hic relati, quo Leontius, Sancto patrocinante, sanitatem recuperarit, in Photiana et Anastasiana Sancti nostri Vita mentio fit.*

i *Sirmium ergo Thessalonica Leontius perrexit; verum, cum inde illuc pergentibus Danubius trajiciendus haud sit, rectene hic flumen istud Leontius trajecisse indicatur? In Daciam, quæ Thessalonica, nisi trajecto Istro seu Danubio, adiri non potest, profectus fuisse, supra asseritur; cum autem fieri possit, ut Leontius in Daciam, e qua Sirmium, nisi Istro pariter seu Danubio trajecto, adiri non potest, primum sese contulerit, ac deinde tantum Sirmium adierit, erroris hic argui non potest anonymus Sancti nostri biographus.*

C F

# PASSIO TERTIA S. DEMETRII M.

## Auctore Simeone Metaphraste

*E Græco bibliothecæ Christianissimi regis Medicæo exemplari cum Lipomani et Surii editionibus collato.*

INTERPRETE LIPOMANO.

## CAPUT I.

*Sancti patria, genus, institutio, dignitas, Christi prædicatio, apprehensio atque in carcerem conjectio.*

*Dum Sanctus, Thessalonicæ illustri loco a*

Tenebat quidem Romanorum sceptra Maximianus Herculius *a*, magnoque impetu et spiritu ferebatur in Christianos, erroris autem simulacrorum nubes tegebat omnem terram, quæ est sub cælo; etiamsi veluti lucidæ quædam stellam eam sortitæ, resplendebant, qui passi fuerunt propter Christum. Quorum tunc unus agnoscebatur admirabilis Demetrius : Demetrius, qui propter fidem in Christum insignis, ac celebratus propter miracula, quæ faciebat in Christo. Illum tulit quidem magna civitas Thessalonica *b* : quod autem ad parentes attinet, erat insignis et genere clarissimus, ipsum referens ab antiquos Macedones *c*.

*b*

*c*

*natus, moribusque optimis imbutus*

2 Sed non erat tam clarus splendore suorum majorum, quam ornamento suæ virtutis. Tantum enim animæ nobilitate superavit eos, qui erant præclari hoc nomine, quantum corporis specie superabat eos, qui suam jactabant pulchritudinem. Nam erat quidem ei satis acutum ingenium ad capiendas disciplinas, aptum vero ad mores colligendos et benignitate contemperandos; et vultus elegans adspectus significabat animi nobilitatem. A pueritia quidem usque ad pubertatem erat superior omnibus æqualibus : neque erat aliquid ex iis, quæ sunt vere bona, in quo non longo intervallo aliis præstaret, manifestumque erat ab initio, quam esset quidem arbor jucundissima, et quam copiosum et bonum fructum latura esset.

*Græcique proconsul creatus,*

*d*

*e*

3 Cum autem ad virilem pervenisset ætatem, vires ostendebat ingenii, et exercebat robur et fortitudinem, atque in arte militari discenda laborabat *d* bonis ornatus moribus, et quæ in eo suavissime florebat, verecundia et moderatione : adeo ut omnium de eo sermo celeberrimus ipsum notum reddiderit Imperatori. Cum ergo tam præclaro et magno ingenio præditum Demetrium animadvertisset Imperator, ab initio ad magnam eum evehit gloriam, et eum creat Græciæ Proconsulem *e* : adeo, ut etiam Consularibus eum induerit insignibus. Ille vero (erat enim ad id, quod oportet, intelligendum aptissimus, et ad id quod est præstantius, eligendum, aliorum præstantissimus) eorum quidem parvum ducebant rationem, ad ea tantum, quæ ferunt ad Dei cultum, præclare attendens. Et ideo quæcumque

Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἐρκούλιος, πολὺς κατὰ Χριστιανῶν πνέων τε καὶ φερόμενος · ἰδωλικῆς δὲ πλάνης τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἅπασαν ἐκάλυπτε νέφος, εἰ καὶ λαμπροὶ καθάπερ ἀστέρες ταύτην διαλαχόντες, οἱ διὰ Χριστὸν παθόντες, ἐξέλαμπον. Ὧν εἷς τότε καὶ ὁ Θαυμαστὸς Δημήτριος ἐγνωρίζετο · Δημήτριος, ὁ καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν περίβλεπτος, καὶ τοῖς ἐν Χριστῷ Θαύμασι περιβόητος. Ὃν ἤνεγκε μὲν ἡ μεγάλη πόλις Θεσσαλονίκη, τό γε μὴν εἰς πατέρας ἦκον, ἐπίσημος ἦν, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἄνω τοῦ γένους ἀναφορὰν τῶν Μακεδόνων ἐπιφανέστατος.

2 Ἀλλ' οὐχ οὕτω περιφανείᾳ προγόνων, ὡς οἰκείῳ κόσμῳ τῆς ἀρετῆς ἐλαμπρύνετο. Τοσοῦτον γὰρ εὐγενείᾳ ψυχῆς τοὺς ἐπὶ τούτῳ λαμπροὺς παρέδραμεν, ὅσον ὥρᾳ σώματος τοὺς ἐπὶ κάλλει σεμνηνομένους ὑπερεβάλετο · φύσις γὰρ αὐτῷ μαθήματα μὲν παρελαβεῖν ἱκανή, συλλέξαι δὲ ἦθη καὶ κεράσαι πρὸς τὸ χρηστότερον ἀγαθή · τό τε τοῦ προσώπου λίαν ἐπίχαρι, τὴν τῆς ψυχῆς εὐγενειαν ὑπεδήλου. Τὸν μὲν οὖν ἐκ παίδων εἰς ἥβην χρόνον, πάντων ὁμοῦ τῶν ἡλίκων ἐκράτει, καὶ τὴν οὐδὲν τῶν ἀληθῶς ἀγαθῶν, ἐφ' ᾧ μὴ τῶν ἄλλων πολλῷ τῷ μέσῳ διέφερεν · ἀλλὰ θέλον ἦν ἐξ ἀρχῆς τὸ φυτόν, ὅπως μὲν γένοιτο χαριέστατον, ὅπως δὲ πολύν τε καὶ ἀγαθὸν τὸν καρπὸν ἐνέγκοι.

3 Εἰς ἄνδρας δὲ ἥκων, φύσεως μὲν ἰσχὺν ἐπεδείκνυτο, ἀνδρίαν δὲ ἤσκει τὴν ῥώμην, πρὸς μάθησίν τε τῶν πολεμικῶν ἑαυτὸν ἐξέπονει, μετὰ χρηστοῦ τοῦ ἤθους καὶ τῆς ἥδιστον αὐτῷ ἐπανθούσης αἰδοῦς τε καὶ κοσμιότητος · αὐτό τε τὸ διαθέσθαι πρὸς ἅπαντας, γνώριμον τὸν ἄνδρα καὶ βασιλεῖ καθιστᾶ. Λαμπρᾶς οὖν καὶ μεγαλογνώμονος οὕτως ἔχοντα φύσεως ὁ βασιλεὺς τὸν Δημήτριον ἐννοήσας, ἐπ ἰπολὺ δόξης ἐκ πρώτης εὐθὺς αἴρει, καὶ ἀνθύπατον προβάλλεται τῆς Ἑλλάδος · ὡς καὶ ὑπατικὸν ἅμα περιβαλεῖν ὁρατίωνα. Ὁ δὲ (ἦν γὰρ τὸ δέον συνιδεῖν ἱκανώτατος, καὶ τὸ κρεῖττον προέλεσθαι τῶν ἄλλων ἀξιωματικώτατος) τούτων μὲν βραχὺν ἐποιεῖτο λόγον, τῶν δὲ πρὸς θεραπείαν φερόντων Θεοῦ διαφερόντως εἴχετο. Καὶ διὰ τοῦτο πάντα μὲν ἐπίσης τὰ ἐνταῦθα τερπνὰ διέπτυε, πρὸς ἓν δὲ τοῦτο μόνον εἶχειν ἐρωτικῶς, τὴν εὐσέβειαν · καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ἐδίψα, καὶ τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα.

4 Ἐκήρυττεν

A

4 Ἐκήρυττεν οὖν οὐ φόβῳ τινὶ καὶ ὑποστολῇ, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐπαῤῥησιαστῶς τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ὄνομα· καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ Χριστὸς αὐτῷ διὰ στόματος ἦν. Τὸν δὲ τῆς ζωῆς ἄρτον, ὃν λόγον εἶναι τῆς ἀληθείας γινώσκομεν, πᾶσι τοῖς πτωχοῖς τὴν εὐσέβειαν φιλοθέως διένεμε, παράγων ἀπὸ τῶν Θείων γραφῶν, καὶ διδάσκων ὅτι τῆς μακαρίας ἐκείνης ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς τὸν ἄνθρωπον ἐκπεσόντα, καὶ δουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ, αὐτὸς ὁ τῷ πατρὶ συνάναρχος λόγος, οὔτε τῆς θεότητος ἐκστὰς καὶ σάρκα λαβὼν ἐκ παρθένου, δούλου τε μορφὴν ἑκουσίως ἀναλαβών, θειοτέρας ἠξίωσε πολιτείας, καὶ τὴν προτέραν ἐλευθερίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο. Ταῦτα καὶ ἕτερα διδάσκων τε καὶ διερμηνεύων αὐτοῖς ἐξηγεῖτο, καὶ οἱονεὶ ἀφορμὰς παρεῖχε καὶ σπέρματα πρὸς τοῦτο καὶ υἱοὺς γενέσθαι τε καὶ κληθῆναι Θεοῦ, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ κρυπτομένης ἀξιωθῆναι ζωῆς.

A Symeone Metaphraste

hic sunt jucunda, ex æquo respuebat : unius autem solius amore tenebatur, pietatis scilicet, mortemque sitiebat pro Christo, et quæ ex ea proficiscitur, beatitudinem.

4 Prædicabat ergo non timide, nec cum aliqua dubitatione, sed audacter admodum et libere, nomen Dei salutare; nihil aliud erat ei in ore, nisi Christus. Panem autem vitæ, quem cognoscimus esse verbum veritatis, omnibus pietatis egentibus distribuebat religiose, adducens ex divinis Scripturis, et docens quod hominem, qui ex beata illa, quæ est in paradiso, conversatione exciderat, et in servitutem peccati erat redactus, ipsum Verbum, quod simul cum Patre est expers principii, cum nec excessisset a Divinitate, et carnem accepisset ex Virgine, et servi formam sponte suscepisset, dignum fecit diviniore vivendi ratione, et ei priorem donavit libertatem. Hæc et alia docens et interpretans eis exponebat, et quodammodo eis occasionem præbebat et semina ad hoc, ut Dei filii essent et vocarentur, et quæ in Christo est absconsa, vitam consequerentur.

*Christi fidem*

5 Ἐντεῦθεν πολλοὶ τῆς ἡδίστης ἐκείνης διδασκαλίας
B τοῦ μάρτυρος ἀπολαύοντες, τοῦ μὲν πικροῦ τῆς ἀπάτης ἀφίσταντο σκότους, τῷ δὲ γλυκεῖ τῆς ἀληθείας φωτὶ προσετίθεντο. Ἀλλ' ἐκεῖνος πολὺν ὠδύνων τὸν εἰς Χριστὸν ἔρωτα, καὶ ἀπλήστως τῆς τῶν ἀνθρώπων ὀρεγόμενος σωτηρίας, εἰ μὴ πάντας τῆς τοῦ ἐχθροῦ χειρῶν ἐξελέσθαι δυνατὸς γένοιτο, ζημίαν τοῦτο πλείστην ἡγεῖτο, καὶ οὐδὲν ὅλως κατορθοῦν ἐνόμιζεν. Ἐχώρει τοίνυν αὐτῷ κατὰ γνώμην τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡ φήμη πανταχοῦ τὸν ἄνδρα παρέπεμπε κηρύττοντα τὴν Τριάδα, μὴ ὅτι τοῖς ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τε καὶ Θεσσαλονίκην, ἀλλ' ἤδη καὶ οἷς οὐδὲ λόγος περὶ αὐτοῦ ἀφίκετο πρότερον. Ἐν τούτῳ δὲ ὄντος καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο τῆς διδασκαλίας νᾶμα προχέοντος, ἤκουσί τινες παρ' αὐτὸν, οἷς ἔργον Χριστιανοὺς ἐρευνᾶν, καὶ τὴν εἰς βασιλέα οἰκείωσιν ἑαυτοῖς διὰ τῆς ἐκείνων προδοσίας περιποιεῖσθαι.

*Thessalonicæ alibique prædicat,*

E

*f*

6 Δημήτριος δὲ, ὡς ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, οὐκ ἐν γωνίαις τὰ Χριστιανῶν μετιὼν, οὐδὲ νυκτερινὸς ὢν Χριστοῦ μαθητὴς, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας διδάσκαλος, ἀλλ' ἀνακεκαλυμμένος καὶ φανερῶς ὁμολογῶν τὴν εὐσέβειαν, συλλαμβάνεται παρ' αὐτῶν· καὶ ὅῆλα τῷ βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν γίνεται, ὅτι τὰ μὲν τῶν Χριστιανῶν πρεσβεύων ἐστί, τὰ καὶ τῶν ἡμετέρων φησι θεῶν
C σαφῆ γέλωτα καὶ μυκτηρισμὸν τιθέμενος. Μαξιμιανὸν δὲ ἄρα Θέσσαλονίκη τότε παρ' ἑαυτῇ εἶχε, μέγαν μὲν τὸ ἐπὶ Σαυρομάτας πολέμῳ καὶ Σκύθας γενόμενον, πολλῷ δὲ μείζω τῇ κατὰ τῶν εὐσεβῶν ὠμότητι γνωριζόμενον. Ἀκούσαντα τοίνυν εὐθέως τὸν βασιλέα πάντα εἶχεν ὁμοῦ, ἔκπληξις, ἀνία, δέος, ὀργή· ἐξεπέπληκτο τῆς ἀκοῆς τὴν καινότητα, ἠνιᾶτο τῇ τοῦ ἀνδρὸς ζημίᾳ, ἐδεδίει μὴ καὶ ἄλλοὺς τοιοῦτος ὢν ἑλκύσῃ πρὸς θεοσέβειαν, δι' ὀργῆς εἶχεν ὡς τῆς παρ' αὐτοῦ τιμῆς ἀλογήσαντα. Πλὴν ἀλλὰ πιστεύειν ἀκοῇ τοσοῦτον οὐκ ἔχων, ἅτε μὴ δὲ φέρων ὅλως ἄνδρα τοιοῦτον ζημιωθῆναι (καὶ γὰρ ὃ μὴ βουλεταί τις, οὐ δὲ ῥᾳδίως πιστεύειν δύναται) ἤθελε καὶ ὀφθαλμοὺς μάρτυρας τοῦ ἀκουσθέντος παραλαβεῖν. Ἄγειν οὖν κελεύει τὸν ἄνδρα παρ' αὐτόν.

*a Maximiano arcessitur.*

F

*g*

7 Ὁ δὲ παραστὰς οὐκ ἔφριξε τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, οὐ τὰς ἐλπιζομένας ὑπεστάλη κολάσεις, οὐ τὴν ἀγριότητα τοῦ δικάζοντος ἐδειλίασεν· ἀλλὰ τὴν ὠμότητα ταύτην ὕλην ἐκεῖνος τοῦ φανῆναι μᾶλλον τὸν πρὸς Θεὸν αὐτοῦ πόθον νομίσας, λέων εὐθὺς εἰς ἀγῶνα εἰσ-

7 Is autem, coram constitutus, non extimuit imperii magnitudinem, non est reveritus ea, quæ exspectabantur, supplicia, non judicis formidavit sævitiam : sed hanc crudelitatem ille ratus esse materiam apertius ostendendi suum in

*Christumque libere confessus,*

A. Symeone Metaphraste.

in Deum amorem, tamquam leo protinus accessit ad certamen, non molliter aut effeminate adspiciens, neque abjecte aliquid dicens; sed suis potius verbis confirmans ea, quæ prius tyrannus de eo audierat; quod esset quidem miles Christi, et ejus solius adorator : quod tantum abesset, ut deos, qui ab eo dicebantur et colebantur, honoraret, ut eos etiam aperte irrideret et abominaretur : quodque tormenta, quæ ille minaretur, tunc pati ægre ferret, quando viderit tortores aut clementius aut parcius inferre, quam desideret. Honores autem tui, inquit, o Rex, et bona, quæ das iis, qui tibi parent, quomodo eum allexerint, qui tui imperii invidiosam coronam, illud ipsum, inquam, imperium cum opibus et thesauris, æque ac tenuem pulverem, despicit et habet contemptui? Quod si etiam mortem intuleris, tunc scias te mihi facere, quod est maxime optandum, ut qui ad veram vitam et ad Christum transmittas, quem magis quam ipsam desidero.

ἠει, μαλακὸν οὐδὲν οὐ βλέπων, οὐ λέγων, ἀλλὰ πιστούμενος μᾶλλον τοῖς παρ' ἑαυτοῦ λόγοις τὰ τῷ τυράννῳ προακουσθέντα, ὡς εἴη μὲν στρατιώτης Χριστοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου προσκυνητής· τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν λεγομένους καὶ σεβομένους θεοὺς τοσοῦτον ἀπέχει τιμᾶν, ὅτι καὶ μυκτηρίζει σαφῶς καὶ βδελύττεται· ἃς δὲ καὶ ἀπειλοῦσιν αὐτοὶ βασάνους, τότε ἀνιαθήσεται πάσχων, ὅταν εἰδῇ τοὺς κολαστὰς ἢ φιλανθρώπως αὐτὰς, ἢ ἐλάττους ἐπάγοντας τῆς ἐπιθυμίας. Τιμαὶ δὲ, φησιν, αἱ παρὰ σοῦ, βασιλεῦ, καὶ ἅπερ δίδως τοῖς πειθομένοις σοι ἀγαθὰ, πῶς ἂν θέλῃσι τὸν καὶ αὐτόν σοι τὸν ἐπίφθονον τῆς ἀρχῆς, αὐτὴν ἐκείνην τὴν βασιλείαν, σὺν ἅμα πλούτοις καὶ θησαυροῖς, ἴσον καὶ λεπτῇ κόνει περιφρονοῦντά τε καὶ ἀτιμάζοντα; εἰ δὲ καὶ θάνατον ἐπαγάγοις, τό τε μοι τὸ εὐκταιότατον ἴσθι ποιῶν καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν, καὶ τῆς αὐτῆς πλέον ἐμοὶ παθούμενον παράπεμπων Χριστόν. D

*in carcerem jussu Maximiani conjicitur.*

8 Hæc postquam audivit Maximianus, quæ ingenti spiritu summaque constantia et maxima libertate dicta fuerant, tunc quidem differt tormentum, callide id potius faciens, quam benigne. Volebat enim ei injicere pœnitentiam, et efficere, ut iterjectum tempus tam vehementem remitteret constantiam. Et ideo in præsentia jubet, ut publici balnei, quod in propinquo erat, caminorum fornices Demetrium acciperent in custodiam. Maximianus vero in theatrum ingressus, quod eo ipso tempore instruebat, athletas convocans, omnemque congregans populum, et certamina instituens, ipse in sublimi solio consedit.

8 Τούτων ἐπειδὴ Μαξιμιανὸς ἤκουσε, μετὰ φρονήματος ἀτρέπτου καὶ γενναίου τοῦ παραστήματος, ἐλευθέρου τε στόματος εἰρημένων, τὸ παραυτίκα τὴν βάσανον ἀναβάλλεται, σοφώτερόν τι μᾶλλον ποιῶν, οὐ φιλανθρωπότερον. Ἠβούλετο γὰρ μετάνοιαν αὐτῷ ἐμβαλεῖν καὶ πάρεσιν τῆς θερμῆς εὐστασεως τὸν μεταξὺ χρόνον, καὶ διὰ τοῦτο τόγε νῦν ἔχον αὐτου που τὸν Δημήτριον δημοσίου γειτονοῦντος λουτροῦ καμάραι καμίνων εἰς φρουρὰν ἐλάμβανον. Μαξιμιανος δὲ τοῦ θεάτρου ἐπιβάς, ὁ κατ' ἐκεῖνο συνεκρότει τῆς ὥρας τοὺς παγκρατιαστάς τε συναγαγὼν, τὴν πόλιν ἐκκλησιάζων ἦν, καὶ τὴν ἀγωνίαν διατιθέμενος, αὐτὸς ἐπὶ μετεώρου τοῦ βήματος προκαθήμενος. E

*in quo de instanti sibi martyrio lætus*

9 Martyr autem cum abduceretur in carcerem, simul lætabatur et afficiebatur dolore : lætabatur quidem, quod martyrium mox esset consecuturus; ægre ferebat autem, quod non videret tortores ad se citius accedere, et non jam ad tormenta et mortem corriperetur. Tantum enim contendebat Demetrius mori propter Christum, quantum studebat Maximianus eum a melioribus revocare. Cum ergo martyr venisset in carcerem, dicebat : Deus, in adjutorium meum intende, Domine, ad adjuvandum me festina. Quoniam tu es patientia mea, Domine, spes mea a juventute mea. In te confirmatus sum ab utero : a ventre matris meæ tu es protector meus. In te laudatio mea semper. Psallam Deo meo, quamdiu fuero. Propterea exultabunt labia mea, cum cantavero tibi, et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam *h*.

9 Ὁ Μάρτυρ δὲ πρὸς τὴν εἱρκτὴν ἀπαγόμενος ἥδετό τε ὁμοῦ καὶ ἀνιαρῶς διέκειτο· ἥδετο μὲν, ὅτε μικρὸν ὅσον, οὔπω τοῦ μαρτυρίου ἀξιωθήσεσθαι ἔμελλε· ἠνιᾶτο δὲ ὅτι μὴ καὶ θᾶττον ἐπιόντας αὐτῷ τοὺς κολαστὰς ἐθεᾶτο, καὶ πρὸς βασάνους ἤδη καὶ τὸν θάνατον συνηρπάζετο. Τοσοῦτος γὰρ Δημητρίῳ τοῦ διὰ Χριστὸν ἀποθανεῖν ἀγὼν ἦν, ὅσῃ Μαξιμιανῷ πάλιν τοῦ τὸν ἄνδρα ἐλεῖν διὰ τῶν χρηστοτέρων σπουδή. Τὴν εἱρκτὴν τοίνυν ὁ Μάρτυρ κατειληφὼς, Ὁ Θεὸς ἔλεγεν, εἰς τὴν βοήθειαν μου πρόσχες· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαι μοι σπεῦσον. Ὅτι σὺ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, ἡ ἐλπὶς μου ἐκ νεότητός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπιστηρίχθην ἀπὸ γαστρὸς· ἐκ κοιλίας μητρός μου σύ μου εἶ σκεπαστής. Ἐν σοὶ ἡ ὑμνησίς μου διαπαντός. Ψαλῶ τῷ Θεῷ μοῦ, ἕως ὑπάρχω. Διὰ τοῦτο ἀγαλλιάσεται τὰ χείλη μου, ὅταν ψάλω σοι, καὶ ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου. C F

*h visione etiam angelica recreatur.*

10 Peractis autem precibus, videt scorpium, per terram proserpentem, qui et aculeum sustulerat, et ejus pedem erat puncturus. Ille autem Cruce munitus, cum eum invocasset, qui dedit suo figmento calcare posse serpentes et scorpios, illum reddit mortuum, vel potius eum qui intelligentia percipitur, scorpium, qui in eo latebat. Statim autem divinus ei apparens Angelus ejus capiti coronam imponit, dicens : Pax tibi, Christi athleta. Esto fortis, et te virum præbe *i*. Sic qui velox est ad consolationem eorum, qui ipsum timent, Dominus, simul atque fuit inclusus in carcere, et in præsentibus placide admodum consolatur athletam, et ad futura implet animi alacritate. Sed Demetrius quidem sic erat in custodia.

10 Καὶ τῆς εὐχῆς αὐτῷ τελεσθείσης, ὁρᾷ σκορπίον ἕρποντα κατὰ γῆς, τὸ κέντρον τε ἡρκότα, καὶ αὐτοῦ τὸν πόδα βαλεῖν μέλλοντα. Ὁ δὲ τῷ σταυρῷ σφραγισάμενος, καὶ τὸν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων τῷ οἰκείῳ πλάσματι δόντα πατεῖν, ἐπικαλεσάμενος, ἐκεῖνον εὐθέως, μᾶλλον δὲ τὸν ἐν αὐτῷ νοητὸν σκορπίον ὑποκρυπτόμενον, ἀπεργάζεται. Καὶ παραχρῆμα Θεῖος ἄγγελος ἐπιφανείς, στέφανον αὐτοῦ τῇ κορυφῇ ἐπιτίθησι, προσειπών, Εἰρήνη σοι, ἀθλητὰ τοῦ Χριστοῦ, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. Οὕτως ὁ ταχὺς εἰς παράκλησιν τῶν φοβουμένων αὐτὸν Κύριος, ἅμα τῇ τῆς εἱρκτῆς κατακλείσει καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἡμέρως ἄγαν παραμυθεῖται τὸν ἀθλητὴν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον προθυμίας ἐμπίπλησιν. Ἀλλὰ Δημήτριον μὲν οὕτως ἡ φρουρὰ εἶχε.

ANNOTATA

A. SYMEONE METAPHRASTE.

ANNOTATA.

a *Vide Annotata, Passioni præcedenti ad lit.* b *subnexa.*

b *Civitatem hanc sibi natalem re etiam vere nactum esse* S. Demetrium, *indubitatum apparet. Adi Commentarium prævium num.* 33.

c *Haud majorem, quæ hic de illustri Sancti genere Metaphrastes, quam quæ de eodem anonymus Sancti nostri biographus in proxime præmissa, quam contexuit, Passione memoriæ prodit, fidem merentur, uti ex iis, quæ Commentarii prævii num.* 31 *in medium adduxi, intelliges.*

d *Verumne sit, quod hic de posito a Sancto in arte militari discenda studio traditur, haud immerito revoces in dubium, uti liquet ex iis, quæ in Commentario prævio num.* 35 *et seq. disserui,*

e *Nec, quod hic de proconsulis Græciæ dignitate, ad quam Sanctus a Maximiano imperatore fuerit promotus, asseritur, certius apparet, uti pariter liquet e Commentarii prævii loco, ad lit. præcedentem citato.*

f *Impigre enimvero* Demetrium *in prædicanda Christi fide desudasse, verosimillimum, ne amplius quid dicam, apparet. Adi iterum Commentarium prævium num.* 37 *et tribus seqq.*

g *Anonymus Sancti nostri biographus, qui Metaphrasti præluxit, bellum hoc, non contra Scythas, sed contra Gothos gestum, scribit, nec propterea tamen hic cum illo pugnare est dicendus, cum Gothi etiam natione Scythæ exstiterint. Ceterum quo bellum illud anno circiter gestum verosimilius fuerit, Commentarii prævii num.* 60 *exposui.*

h *Hanc ad Deum orationem, quæ a Sancti Passione proxime antecedenti, ab auctore anonymo,* B *qui Metaphrasti præluxit, conscripta, abest, pro arbitrio suo posterior hic scriptor* Demetrio, *custo-* E *diæ jam mancipato, verosimillime affinxerit. Ita autumo, quod similes sanctis orationes attribuere is soleat in omnibus fere horum Actis, quæ stylo suo expolivisse noscitur.*

i *De angelica isthac, quæ Sancto fuerit oblata, apparitione, miraculique scorpii, a* Demetrio *prodigiose necati, quod eam præcesserit, patratione dubitari haud immerito vel idcirco potest, quod tam hæc, quam illa a solo Metaphraste, anonymoque, qui huic præluxit, Sancti nostri biographo memoriæ prodita inveniatur.*

## CAPUT II.

### *Lyæus a Nestore occiditur, Maximianus, hinc iratus, Nestorem et Demetrium jubet interfici, hicque et miraculis claret et tamquam Sanctus honoratur.*

Μαξιμιανῷ δὲ τὸ τῶν μονομάχων συνεκροτεῖτο θέατρον, καὶ τ' ἄλλα ὅσα τὰ τοῦ πενταθλοῦ συνεπλήρου θεάματα. Ὁ δὲ ἐκ περιωπῆς καθῆστο, διατριβὴν ἡδίστην τὸν ἀγῶνα ποιούμενος. ἥδετο γάρ, ὡς ἔοικεν, αἱμάτων ἀντρωπίνων ὁρῶν ἔκχυσιν. Ἦν δέ τις ἀνὴρ βάρβαρος τῶν ἐπιτηδείων Μαξιμιανῷ, πρός τε χεῖρα γενναῖος, καὶ πρὸς πάλην οὐχ ἥκιστα ἀγαθὸς, μέγεθός τε τοῦ μετρίου μείζων, καὶ παρὰ τοῦτο σφόδρα κεχαρι- C σμένος αὐτῷ, καὶ λόγου κομιδῆ πολλοῦ ἀξιούμενος· Λυαῖος ὄνομα τῷ ἀνδρὶ, πατρὶς Οὐάνδαλα.

Maximianus autem exhibebat spectaculum gladiatorum et complebantur omnes pentathli ludi *a*. Ille vero sedebat in sublimi speccula, jucundissimum esse statuens versari in spectando certamine. Lætabatur enim, ut videtur, humani sanguinis videns effusionem. Erat autem quidam vir barbarus ex Maximiani necessariis, manu fortis, et validus ad luctam, et magnitudine, quæ modum superabat : et ideo erat ei valde gratus, et habebatur in magna existimatione. Nomen erat ei Lyæus : patria vero erat Wandalus *b*. F

*Lyæus gladiator, qui Maximiano, a*

12 Οὗτος τάγε εἰς ῥώμην σώματος πάντων κρατεῖν ἀλαζονευόμενος, ἐπ' ὀκρίβαντος τότε στὰς, ὡς ἐπίηλος εἴη τῷ θεάτρῳ παντὶ, τὸν βουλόμενον εἰς πάλην προεκαλεῖτο. Εἱργαστο δὲ ἄρα τῷ Μαξιμιανῷ κύκλος σανισι διειλημμένος συχναῖς· ἐφ' ὃν οἱ μονομαχεῖν μέλλοντες εἰσήεσαν, καὶ τὸ παγκράτιον ὑπήρχοντο καὶ τὴν πάλην. Ἐπεὶ τοίνυν τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ πάντων ἐκράτει Λυαῖος, καὶ πᾶς ὅστις εἰς χεῖρας αὐτῷ ἐρχόμενος, χάμαι κείμενος εὐθὺς ἐθεᾶτο, ἡ καὶ θάνατον ἐκ τοῦ παραχρῆμα σπασάμενος, τοσοῦτον ἥδεσθαι τῷ τυράννῳ παρεῖχεν, οὓς κατέβαλλε τοὺς συμπλεκομένους, ὅσον οὐ πολλῷ ὕστερον λύτῃ περιβαλεῖν αὐτὸν ἔμελλεν.

12 Is insolenniter jactans se omnes vincere robore corporis, stansque in pulpito, ut toti esset theatro manifestus, ceteros gladiatores provocabat ad certamen. Tunc autem factus fuerat a Maximiano circus, multis comprehensus tabulis, in quem ingressi erant, qui erant singulari certamine certaturi, et pancratium incipiebant ac luctam *c*. Cum ergo viribus corporis omnes superaret Lyæus, et quicumque manus cum eo conserebat, statim cerneretur humi prostratus, aut etiam mortem inde statim oppetens, tantam tyranno adferebat voluptatem quod prosterneret eos, qui cum ipso congrediebantur, quanta eum haud multo post oppressura erat tristitia.

*b quod omnes pugnandi peritia superaret, erat dilectus,*

*c*

13 Ἀνὴρ γὰρ τίς, ὄνομα Νέστωρ, τὴν μὲν ἡλικίαν νομιδῆ νέος, ἄρτι τὸν ἴουλον ἐπανθοῦντα φέρων, ἰδεῖν δὲ ἥδιστος, καὶ κάλλει διαπρεπέστατος, γνωστὸς τῷ περιθόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ τελῶν, ὁρῶν οὕτω Μαξιμια-

13 Quidam enim nomine Nestor, ætate quidem valde juvenis, ut qui modo natam haberet lanuginem, adspectu autam jucundissimus, et forma præstantissimus, qui erat notus in-

*a Nestore juvene Christiano, cum S. Demetrius*

A. SYMEONE METAPHRASTE.

clyto Martyri Demetrio, cum videret Maximianum sic affectum in barbarum et gladiatorum certaminibus multas exhibere pecunias; partim quidem odio habens Lyæi superbiam, partim autem adspiciens miracula, quæ fiebant a divino Martyre, et quod plurimi, ad eum accedentes, docebantur pietatem in Christum, cupiensque hoc etiam esse unum ex miraculis Demetrii, ut precibus illius armatus, Lyæi frangeret audaciam, et barbari dejiceret supercilium; accurrit ad Martyrem, et ad sanctos ejus pedes procidens, dicit: serve Dei Demetri, sum paratus, et mihi gliscit animus congredi cum Lyæo, si me solum armaveris precibus, perque eas validam manum auxiliatricem præbueris.

*huic benedixisset, certamine, nequiequam*

14 Quid ergo divinus Demetrius? Perinde ac si ipse rogasset, non autem fuisset rogatus, exequendo propemodum prævenit petitionem: et ei velociter imposito Christi signaculo tam in fronte, quam in corde, eum dimittit, dicens: et

*d* Lyæum vinces, et eris Martyr Christi *d*. Quod quidem perinde est, ac si dicas: et manifestum vinces adversarium, et eum, qui non est manifestus. Sic ejus animo non solum immisit audaciam, sed etiam de futuro pronuntiavit certissime. Statim ergo Nestor veniens in stadium, cum per gradus desiliisset, et deponit tunicam, et assistens seipsum ostendit Imperatori. Maximianus autem obstupefactus illa audacia adolescentis, et esse aliquid aliud opinatus, quam ostentationem virtutis, jubet eum sisti propius, et o adolescens, inquit, ei consulens, scio, quod pecuniæ inopia coëgit te ad hanc prorumpere audaciam, ut vel si viceris, multas opes tibi compares; aut si fueris superatus, implacabilem inimicum, paupertatem simul cum vita effugias. Ego autem tuæ ætatis, et pulchritudinis misertus, vel pro sola audacia tibi præbebo quod satis est pecuniæ.

*a proposito avocare Nestorem Maximiano satagente,*

15 Qua accepta, abi simul cum vita fruens quoque pecuniis. Ne autem cum Lyæo omnino congrediaris, jam enim multos vita privavit, eosque te longe robustiores. His, auditis Nestor neque imperatoris arripuit liberalitatem, neque rursus Lyæi laudibus fuit territus. Imperatori autem, non, cupio, inquit, pecunias, neque ea de causa prodeo in certamen: sed gloriam potius cupiens, et Lyæo volens apparere præstantior. Non solum enim divitias, sed etiam ipsam vitam statui rejicere, si Lyæo gloria inferior fuero et primas illi cessero. Hæc sic dicta, et imperatorem, et eos omnes, qui aderant circa ipsum, ad iram provocarunt: qui (quomodo enim armatus, et quo esset fretus, ille nondum dixerat) arrogantiæ tantum et vanæ gloriæ verba esse existimabant. Atque imperator quidem Lyæum vehementer incitabat ad certamen, impetuque et audacia plenum ejus animum reddebat acriorem.

*appetitus, occiditur.*

16 Nestori autem animum addebant verba Demetrii, et Christus. Ad quem attollens oculos dicebat: Deus Demetrii, concede mihi, ut ego, qui sum ætate brevis David, tamquam alium Goliath, pudore et ignominia Lyæum afficiam. Te enim fretus suscepi hoc certamen in medio multorum, ut tuum nomen glorificetur, qui solus es vere Deus, et iis, qui in te

*e* virtutem faciunt, mittis auxilium de sancto *e*. Sic dixit, et, stricta acinace, ingressus theatrum, et cum barbaro congressus, infert ejus cordi cervicyto Martyri Demetrio, cum videret Maximianum sic affectum in barbarum et gladiatorum certaminibus multas exhibere pecunias; partim quidem odio habens Lyæi superbiam, partim autem adspiciens miracula, quæ fiebant a divino Martyre, et quod plurimi, ad eum accedentes, docebantur pietatem in Christum, cupiensque hoc etiam esse unum ex miraculis Demetrii, ut precibus illius armatus, Lyæi frangeret audaciam, et barbari dejiceret supercilium; accurrit ad Martyrem, et ad sanctos ejus pedes procidens, dicit: serve Dei Demetri, sum paratus, et mihi gliscit animus congredi cum Lyæo, si me solum armaveris precibus, perque eas validam manum auxiliatricem præbueris.

14 Quid ergo divinus Demetrius? Perinde ac si ipse rogasset, non autem fuisset rogatus, exequendo propemodum prævenit petitionem: et ei velociter imposito Christi signaculo tam in fronte, quam in corde, eum dimittit, dicens: et Lyæum vinces, et eris Martyr Christi *d*. Quod quidem perinde est, ac si dicas: et manifestum vinces adversarium, et eum, qui non est manifestus. Sic ejus animo non solum immisit audaciam, sed etiam de futuro pronuntiavit certissime. Statim ergo Nestor veniens in stadium, cum per gradus desiliisset, et deponit tunicam, et assistens seipsum ostendit Imperatori. Maximianus autem obstupefactus illa audacia adolescentis, et esse aliquid aliud opinatus, quam ostentationem virtutis, jubet eum sisti propius, et o adolescens, inquit, ei consulens, scio, quod pecuniæ inopia coëgit te ad hanc prorumpere audaciam, ut vel si viceris, multas opes tibi compares; aut si fueris superatus, implacabilem inimicum, paupertatem simul cum vita effugias. Ego autem tuæ ætatis, et pulchritudinis misertus, vel pro sola audacia tibi præbebo quod satis est pecuniæ.

15 Qua accepta, abi simul cum vita fruens quoque pecuniis. Ne autem cum Lyæo omnino congrediaris, jam enim multos vita privavit, eosque te longe robustiores. His, auditis Nestor neque imperatoris arripuit liberalitatem, neque rursus Lyæi laudibus fuit territus. Imperatori autem, non, cupio, inquit, pecunias, neque ea de causa prodeo in certamen: sed gloriam potius cupiens, et Lyæo volens apparere præstantior. Non solum enim divitias, sed etiam ipsam vitam statui rejicere, si Lyæo gloria inferior fuero et primas illi cessero. Hæc sic dicta, et imperatorem, et eos omnes, qui aderant circa ipsum, ad iram provocarunt: qui (quomodo enim armatus, et quo esset fretus, ille nondum dixerat) arrogantiæ tantum et vanæ gloriæ verba esse existimabant. Atque imperator quidem Lyæum vehementer incitabat ad certamen, impetuque et audacia plenum ejus animum reddebat acriorem.

16 Nestori autem animum addebant verba Demetrii, et Christus. Ad quem attollens oculos dicebat: Deus Demetrii, concede mihi, ut ego, qui sum ætate brevis David, tamquam alium Goliath, pudore et ignominia Lyæum afficiam. Te enim fretus suscepi hoc certamen in medio multorum, ut tuum nomen glorificetur, qui solus es vere Deus, et iis, qui in te virtutem faciunt, mittis auxilium de sancto *e*. Sic dixit, et, stricta acinace, ingressus theatrum, et cum barbaro congressus, infert ejus cordi cer-

νὸν περὶ τὸν βάρβαρον διακείμενον, καὶ πολλὰ πρὸς τοῖς D μονομαχίας ἄθλοις καὶ χρήματα προτιθέντα, τοῦτο μὲν τὸ ὑπερήφανον Λυαίου μισήσας, τοῦτο δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Θείου Μάρτυρος γινόμενα Θαύματα κατιδών, καὶ ὅπως αὐτῷ πλεῖστοι προσιόντες τὴν εἰς Χριστὸν Θεοσέβειαν ἐδιδάσκοντο, ἓν δὲ τοῦτο θελήσας γενέσθαι τῶν Δημητρίου Θαυμάτων τὸ ταῖς εὐχαῖς ἐκείνου καθοπλισθέντα λῦσαί τε Λυαίου τὸ θράσος καὶ τὴν ὀφρῦν αὐτὸν τοῦ βαρβάρου καταβαλεῖν, προστρέχει τῷ Μάρτυρι, καὶ τῶν ποδῶν ἐκείνου τῶν ἁγίων προκείμενος, Δοῦλε τοῦ Θεοῦ Δημήτριε, λέγει, πρόθυμός εἰμι καὶ ὁρμή μοι ἔνδον ἡ ψυχή, Λυαίῳ πρὸς συμπλοκὴν συνελθεῖν, εἰ μόνον αὐτὸς ὁπλίσεις με ταῖς εὐχαῖς, καὶ ταύταις τὴν κραταιὰν χεῖρα συμμαχοῦσαν παράσχῃς.

14 Τί οὖν ὁ Θεῖος Δημήτριος; Ὥσπερ αἰτήσας αὐτὸς μᾶλλον ἢ αἰτηθείς, μικροῦ τῇ θελειώσει τὴν αἴτησιν ἐπιφθάνει· καὶ ταχέως ἐπιβαλὼν αὐτῷ τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα εἰς τὸ μέτωπόν τε καὶ τὴν καρδίαν, ἀφίησιν, ἐπειπών· καὶ τὸν Λυαῖον νικήσεις, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσεις· ὅπερ τ' αὐτὸ ἠνείπεῖν· καὶ τὸν φανερὸν ἀντίπαλον καὶ τὸν ἀφανῆ νικήσεις, οὕτως οὐ μόνον Θάρσος ἐνῆκεν αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἀσφαλέστατα προσεφθέγξατο. Ἀυτίκα γοῦν ὁ Νέ- E στωρ ἀφικόμενος εἰς τὸ στάδιον καὶ διὰ τῶν βαθμίδων καταπηδήσας, τόν τε χιτῶνα ἀποτίθεται, καὶ ἑαυτὸν δῆλον καθίστησι τῷ βασιλεῖ παραστάς. Μαξιμιανὸς δὲ τὴν πολλὴν τόλμαν ἐκείνην τοῦ νεανίσκου καταπλαγείς, καὶ ἄλλο τι εἶναι ὑπερλαβὼν ἢ ἀνδρίας ἐπίδειξιν τὸ γινόμενον, ἐγγυτέρω παραστῆναι κελεύει, καὶ· Ὦ νεανίσκε, συμβουλεύων φησί, οἶδ' ὅτι χρημάτων ἔνδεια εἰς τοῦτό σε τόλμης ἠνάγκασεν ἐπαρθῆναι, ἵνα ἢ περιγενόμενος πλοῦτον σεαυτῷ ἀθρόον περιποιήσῃ· ἢ ἀποτυχών, πενίαν ὡς ἐχθρὸν ἄσπονδον μετὰ καὶ ζῆν ἀποφύγῃς. Ἐγὼ δέ σε καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς καλὴν ἐπιλαμπούσης σοι ὥρας οἰκτείρων παρέξω, καὶ ὑπὲρ μόνης γε τῆς τόλμης, ἄξια καὶ ἱκανὰ χρήματα.

15 Καὶ λαβὼν ἄπιθι μετὰ τοῦ ζῆν ἀπολαύων καὶ τῶν χρημάτων· Λυαίῳ δὲ σεαυτὸν τὸ παράπαν μὴ ἀντιστήσῃς. Πολλοὺς γὰρ τοῦ ζῆν ἀπήλλαξε, καὶ τῶν καταπολὺ σοῦ ῥωμαλεωτέρων. ταῦτα ὁ Νέστωρ ἀκούσας, οὔτε ἥρπασε τὴν τοῦ βασιλέως φιλοτιμίαν, οὔτε πάλιν πρὸς τὸν τοῦ Λυαίου ἔπαινον ἐδειλίασε. τῷ δὲ βασιλεῖ· οὐ χρημάτων ἐπιθυμῶ, ἔφη, οὐδὲ παρὰ τοῦτο ἐμαυτὸν εἰς τόνδε τὸν ἀγῶνα καθῆκα, ἀλλὰ δόξης ἐρῶν μᾶλλον, καὶ Λυαίου κρείττων ἀναφανῆναι βουλόμενος. Ἀπώμοτον γὰρ ἐμοὶ μὴ ὅτι γε τὸ πλουτεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ F ζῆν, δόξης εἴξαντι Λυαίῳ, καὶ τῶν πρωτείων ἐκείνῳ παραχορήσαντι. Ταῦτα οὕτω λεχθέντα καὶ βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἅπαντας ἠρέθησαν εἰς ὀργήν· ὅπως γὰς ὡπλίσθη, καὶ ἐφ' ᾧ πεποιθὼς ἐκεῖνος οὕτως ἐφθέγγετο, αὐτοὶ ἀγνοοῦντες, ἀλαζονείας μόνης καὶ κενοῦ τύφου τὰ ῥήματα ὑπελάμβανον. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς πολὺς ἦν εἰς τὸν ἀγῶνα διεγείρων Λυαῖον καὶ τὴν ὁρμὴν καὶ θάρσους ἔμπλεον παροξύνων ψυχήν.

16 Νέστορι δὲ τὸ θάρσος οἱ Δημητρίου λόγοι καὶ Χριστὸς ἦν, πρὸς ὃν ἀνατείνας τοὺς ὀφθαλμούς, Ὦ Θεὸς, ἔλεγε, Δημητρίου, δὸς ἐμὲ τὸν βραχὺν τὴν ἡλικίαν Δαβὶδ, Γολιὰθ ἄλλον κατισχύναι Λυαῖον· σοὶ γὰρ πεποιθὼς τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐν μέσῳ πολλῶν ἠράμην, ἵνα τὸ σὸν ὄνομα δοξασθῇ τοῦ μόνου ἀληθῶς Θεοῦ, καὶ τοῖς ἐν σοὶ δύναμιν ποιουμένοις ἐπιπέμποντος βοήθειαν ἐξ ἁγίου. Οὕτως ἔφη καὶ ἅμα τὸν ἀκινάκην σπασάμενος, καὶ τὸ θέατρον εἰσπηδήσας, τῆς συμπλοκῆς ἤδη γενομένης βάλλει καιρίως κατὰ τῆς καρδίας τὸν βάρβαρον· καὶ εὐθὺς τὸν μὲν ἀναιρεῖ, σχεδὸν δὲ καὶ Μαξιμιανὸν τῇ περὶ αὐτὸν

A αὐτὸν λύπῃ· πολλῷ δὲ μᾶλλον εἰπεῖν καὶ πλάνην αὐτήν, καὶ σὺν ἐκείνῃ τὸν ταύτης αἴτιον, τὸν κρυπτὸν, φημι, μαξιμιανὸν θανατοῖ.

17 Μαξιμιανῷ μέντοι τῷ βασιλεῖ οὐκ ἦν ἔτι ἄνεκτον ἡ καθέδρα· ἀλλὰ πλήρης ὀργῆς καὶ κατηφείας, εὖθὺς ἐξανέστη, καὶ πρὸς τὰς βασιλείους αὐλὰς δεινὰ στρέφων καθ' ἑαυτὸν ἀποχώρει, ἐπισκοτῆσαι τῷ φθέγγει τῆς ἀληθείας ὁ δυσσεβὴς βουλόμενος, Νέστορός τε τὴν νίκην καὶ δι' ἐκείνου τὸ πρὸς Χριστὸν ἀμαυρῶσαι σέβας, γοητείαν ἐκ πολλῆς ἀνοίας τὸ πρᾶγμα καλῶν. Ἐπεὶ οὐκ ἄν, φησι, παρὰ τοιοῦδε τοιαύτας ἀνδραγαθίας ἐπιδειξάμενος ἀνῃρεῖτο. ἀμέλει καὶ Νέστορα τὸν γενναῖον μεταπεμψάμενος, ὡς ἐπὶ πράγματι ὁμολογουμένῳ καὶ οὐδεμιᾶς θεουμένου ζητήσεως, Ἔπέ μοι, νεανισκε, λέγει, τίσι μαγείαις χρησάμενος ἢ τίνας ἔχων τοὺς συνεργούς, Λυαῖον ἀνῄρηκας τὸν τοσοῦτον; πρὸς ταῦτα ὁ Νέστωρ οὐδὲν ὑποδειλιάσθεις, ἀλλὰ θαῤῥήσας πάντως, ὅτι ὁ θοὺς ἐκεῖνον τὸν ὑπερήφανον ἀνελεῖν, αὐτὸς δώσει καὶ προσήκουσαν τὴν περὶ αὐτοῦ θέσθαι ἀπωλογίαν, οὐδὲν, ἔφη, βασιλεῦ τοιοῦτο οὐδὲ ἐμοὶ, οὔτε ἄλλῳ Χριστιανῶν· συνουργὸς δέ μοι πρὸς τοῦτο τῶν ἀνθρώπων
B οὐδεὶς, ὅτι μὴ μόνος ὁ Δημητρίου Θεὸς, ὁ Θεὸς, βασιλεῦ, τῶν Χριστιανῶν.

18 Τούτου φανερὸς ἄθλος ὁ Λυαίου θάνατος, ὃς ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ καὶ Σηὼν καὶ Ὤκ καὶ μυρίους ἄλλους πολλῷ μᾶλλον ἢ Λυαῖος τὴν ῥώμην ἐπιφανεὶς εὐχερῶς ἀνεῖλεν, οὐ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλῆθος συνηθροισαμένους. Τί μὴ λέγω τὰ ἐκείνου μόνου ἀληθῶς ἄξια, οὗ ἔργον οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἅπαντα; Οὐκ ἤνεγκε τὰ μεγάλα ταῦτα ἡ φαύλη Μαξιμιανοῦ ἀκοὴ, ἀλλὰ τῶν καλῶν λόγων μισθοὺς, καὶ τῆς νίκης αὐτῷ βραβεῖα τὸν διὰ ξίφους ἐπάγει θάνατον. Νέστωρ μὲν οὖν οὕτω τοῦ διὰ Χριστὸν μακαρίου τέλους ἐπιτυγχάνει, καὶ τῷ ἰδίῳ ξίφει δέχεται τὴν τομὴν, οὕτω μὲν Μαξιμιανοῦ κελεύσαντος, ἵνα κἀκείνο τάχα μαρτυρικῷ αἵματι καταγιασθῇ, Μινουκιανοῦ δὲ προτίκτωρος πρὸς τὴν σφαγὴν ὑπουργήσαντος. Καὶ οὕτω πρὸς Χριστὸν, ὃν ἐφίλησε παραπέμπεται, παρ' οὗ καὶ τῆς διπλῆς νίκης ἀπολήψεται τοὺς στεφάνους.

19 Ἐντεῦθεν ὑποβολαὶ κατὰ Δημητρίου πάλιν καὶ
C διαβολαὶ πιθανώτεραι, ὡς αὐτὸς εἴη τοῦ Λυαίου σφαγῆς αἴτιος. Λύτίκα γοῦν Μαξιμιανὸς ὀξύτατα χολωθεὶς, καὶ ἅμα οἰωνισάμενος ὡς οὐκ ἀγαθὸν αὐτῷ συνάντημα Δημήτριος γένοιτο πρὸς τὸ στάδιον ἰόντι, κελεύει τὸν Μάρτυρα ἐν αὐταῖς, αἷς ἐῤῥουρεῖτο καμίνοις, λόγχαις ἀναιρεθῆναι. ὅ δὲ καὶ γίνεται. Καὶ ὁ καλὸς σὺ τὰ πάντα, Δημήτριος, ὁ λίαν τοῦ δεσπότου περιεχόμενος, ὁμοίως αὐτῷ τὴν πλευρὰν λογχεύει καὶ τοῦτο ἀφορμὴν καὶ ὁδὸν εὑρίσκεις τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἁφίξεως· μακάριος μὲν τοῦ βίου, μακαριώτερος δὲ τοῦ τέλους καὶ τῶν στεφάνων γενόμενος, καὶ τῆς εἰς αἰῶνας αὐτῷ τῷ ποθουμένῳ συγκατοικήσεως.

20 Εἶχε μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ ὁ νεκρὸς τοῦ Μάρτυρος κατὰ γῆς ἔῤῥιπτο, καὶ οὐδεὶς αὐτοῦ λόγος μέχρι τινός. Πάντως δὲ οὔτε ὅσιον ἦν, οὔτε Θεοῦ ὅλως ἄξιον, ὑπὲρ οὗ πέπονθεν, ἐκεῖνο τὸ ἱερὸν σῶμα οὕτως αὐτὸ παριδεῖν. Οὔκουν οὐδὲ παρεῖδεν. Ἀλλὰ τῶν φιλοχρίστων τινὲς ὑποβολαῖς ἐκείνου νυκτὸς προσελθόντες, καὶ ἀτίμως κείμενον τὸ κομιδῇ τίμιον ἀνελόμενοι εὐλαβῶς περιστέλλουσιν. Εἶτα καὶ κόνιν ἐπιβαλόντες ἐν

tam plagam. Et statim illum quidem interimit, fere autem ipsum quoque Maximianum dolore, quem de eo accepit : multo vero magis ipsum quoque errorem, et cum eo ejus auctorem, occultum, inquam, Maximianum morte afficit. A. Symeone Metaphraste.

17 Maximianus autem imperator non potuit amplius sedere, sed statim surrexit ira plenus et tristitia, et in aulam abiit regiam, gravia apud se versans, et veritatis splendori volens impius offundere tenebras, Nestorisque victoriam obscurare, ac per illud cultum Christi, præ multa ignorantia rem vocans præstigias. Neque enim, aiebat, alias ab eo fuisset interemptus is, qui tam præclara effecerat facinora. Itaque, generoso Nestore accersito, tamquam res esset certa, et nulla opus haberet inquisitione; Dic mihi, dicit, adolescens, quanam arte usus magica, aut quosnam habens adjutores, Lyæum, virum tantum, interfecisti? Cui Nestor nihil territus, sed omnino confidens, quod, qui dedit illum superbum et insolentem de medio tollere, ipse quoque de eo convenientem dabit E responsionem; nihil, inquit, o imperator, tale, nec mihi, nec ulli est Christiano utile. Nullus autem homo mihi fuit ad hoc adjutor, nisi solus Deus Demetrii, Deus, o imperator, Christianorum. *Maximianus hinc iratus, remque magiæ adscribens*

18 Manifestum ejus certamen fuit mors Lyæi qui in manu forti et brachio excelso Sehon et Og, et alios innumerabiles, longe magis, quam Lyæus, virtute insignes facile de medio sustulit, non solum singulos, sed etiam magna circumdatos multitudine. Sed cur non dico ea, quæ sunt illo solo vere digna, cujus opus est cælum et terra, et quæ sunt in eis omnia? Non tulerunt hæc magna aures viles Maximiani, sed pulchrorum verborum mercedem et victoriæ præmium, ei mortem affert gladio Et sic quidem Nestor beatum finem propter Christum est consecutus : et suo ense plagam accepit, sic jubente Maximiano, forte ut ille quoque martyrico sanguine sanctificaretur. Cum igitur Minutianus Protector, cædis fuisset administer, sic Nestor transmittitur ad Christum, quem dilexit, et a quo erat accepturus coronas duplicis F victoriæ *f*. *Nestorem primo*

19 Hinc fraudes in Demetrium rursus, criminationes intenduntur probabiliores, quod ipse esset causa cædis Lyæi. Continuo igitur vehementer iratus Maximinus, et simul auguratus non fore bonum omen, si ei occurreret Demetrius in stadium ascendenti, * ad quod per lavacrum erat accessus *, jubet Martyrem interfici lanceis in iis ipsis caminis, in quibus custodiebatur. Quod fit etiam. Et tibi quidem, qui ex omni ex parte pulcher et honestus, Demetri, qui Dominum diligenter sectaris, et omnia illius diligis, similiter atque ipsi lancea latus configitur, hancque invenis occasionem et viam tui ad eum adventus; beatus quidem propter vitam, beatior autem propter decessum et coronas, et propter æternam tuam cohabitationem cum eo, quem desiderabas *g*. *f ac deinde etiam Demetrium jubet occidi.*

* *binis hisce asteriscis inclusa desunt in Græcis.*

20 Hæc quidem sic se habebant, et humi jacebat corpus Martyris, neque aliquamdiu ulla ejus habebatur ratio. Omnino autem nec erat sanctum, nec Deo plane dignum, pro quo passum erat sacrosanctum illud corpus sic ipsum despicere. Neque ergo despexit : sed quidam ex iis, qui Christum amabant, ejus instinctu, nocte accedentes, cum valdo turpiter jacens corpus *g Hic a Christianis sepelitur, miraculisque a Lupo,*

A. SYMEONE METAPHRASTE.

corpus pretiosum sustulissent, id pie componunt. Deinde etiam injecto pulvere, in eo ipso loco, in quo fuerat consummatus, sepeliunt pie ac religiose. Quidem autem ex Sancti famulis, stans prope eum, quando beatam illam subiit cædem, cum, ut potuit, divinum illum sanguinem collegisset in sacro Martyris superhumerali, et, quem manu gestabat, annulum accepisset, et Martyris sanguine tinxisset, per ista faciebat plurima miracula.

αὐτῷ τῷ τόπῳ ἔνθα δὴ καὶ τετελείωτο θεωφιλῶς τάπτουσιν· εἰς δὲ τις τῶν οἰκετῶν τοῦ Ἁγίου παρεστὰς αὐτῷ τὴν μακαρίαν ὑφισταμένῳ σφαγήν, καὶ ὡς οἷόντε ἦν, τὸ θεῖον ἐκεῖνο αἷμα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ μάρτυρος ἀνελόμενος ἐπώμιον, ἀλλὰ καὶ ὃν ἐφόρει, κατὰ χεῖρα δακτύλιον καὶ αὐτὸν συλλαβὼν καὶ τῷ μαρτυρικῷ αἵματι περιχρίσας πολύ τι χρῆμα τεραστίων εἰργάζετο δι' αὐτοῦ. D

*qui et ipse idcirco necatur, per ejus reliquias patratis, signisque aliis*

21 Neque erat ullus morbus, neque malus dæmon tam fortis, quin statim, si illius fecisset periculum, superaretur et in fugam verteretur: adeo ut tali fama miraculorum impleretur tota civitas Thessalonicensium. Quocirca nec erat consentaneum, ea latere Maximianum, nec ferre posse invidiam. Et ideo capitur protinus famulus, horum bonorum procurator, et interficitur. Tribunal locus, in quo fuit occisus; Lupus autem vocabatur egregius ille famulus *h*. Procedente autem tempore, et signis ex loco, in quo latebat corpus Martyris, tum Macedoniam, tum etiam Thessaliam pervadentibus, quin etiam caligine simulacrorum conversa in perfectam serenitatem, quidam Leontius et gloria clarus, et Christi fide ardens, qui tunc erat præfectus Illyrici, profectus Thessalonicam *i*, a gravi morbo invaditur, ita eum premente, ut nec comederet, nec biberet; quæ ab omnibus autem fugitur, mortem putaret rem valde optandam, et a malo, quod eum vexabat, solam liberationem.

21 Καὶ οὐδὲν ἦν οὔτε τῶν νοσημάτων, οὔτε τῶν πονηρῶν πνευμάτων οὕτως ἰσχυρόν, ὥς τε εἰς ἐκείνου πεῖραν ἐλθόν, μὴ εὐθὺς ἡττᾶσθαι καὶ πρὸς φυγὴν τρέπεσθαι· ὡς πλήρη γενέσθαι τῆς τοιαύτης φήμης τῶν τεραστίων τὴν πολιν Θεσσαλονικέων ἅπασαν. Ὅθεν οὐ δὲ εἰκὸς ἦν ταῦτα οὔτε Μαξιμιανὸν λαθεῖν, οὔτε τὸν φθόνον ὑπενεγκεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο χειροῦται παραχρῆμα καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν δὴ τούτων ἐπίτροπος οἰκέτης, καὶ ἀναιρεῖται. Τριβουνάλιον τὸ τῆς ἐκτομῆς χωρίον, Λοῦπος ὁ καλὸς οἰκέτης κατωνομάζετο. Χρόνου δὲ παριόντος καὶ τῶν σημείων ἐν ᾧ τὸ τοῦ Μάρτυρος ἐκρύπτετο σῶμα, τοῦτο μὲν Μακεδονίαν, τοῦτο δὲ καὶ Θετταλίαν διατρεχόντων, ἤδη δὲ καὶ τῆς εἰδωλικῆς ἀχλύος εἰς ἀκριβῆ αἴθριαν μεταβαλούσης, Λεόντιός τις, ἀνὴρ τήν τε δόξαν λαμπρὸς, τήν τε πρὸς Χριστὸν πίστιν μάλα θερμὸς, τοὺς μὲν ἐπαρχικοὺς τότε τῶν Ἰλλυρικῶν κατακοσμῶν θρόνους, εἰς δὲ τὴν Δακῶν ἀπιών, νόσῳ βαρυτάτῃ κάτοχος γίνεται, οὕτως αὐτὸν πιεζούσῃ, ὡς καὶ σιτίων ἄγευστον καὶ ποτοῦ ποιεῖν, τὸν δὲ πᾶσι φευκτὸν θάνατον, χρῆμά τι νομίζειν ἐπιεικῶς ποθεινότατον, καὶ τοῦ συνεχθέντος αὐτὸν δεινοῦ μόνην ἐλευθερίαν. E

*h*

B

*i*

*jam celebris, a Leontio, quem sanitati restituerat,*

22 Cum ergo et medici a morbo aperte vincerentur, et amicorum præsenti ad consolandum dolorem inanis labor ei reputaretur, nulla autem spes esset, forte ut a morbo liberaretur; cum, inquam, agitaretur tantis fluctibus, et plane inevitabilibus; præfecto sacra quædam ancora fuit refugium ad divinum templum Martyris. In quod cum fuisset in lecto introductus, et depositus fuisset in loco, in quo sacrum illud corpus fuerat in terra conditum, (o divinam visitationem! o rem ineffabilem!) suffecisset quidem ad aperte ostendendam Demetrii gratiam et virtutem, si, cum depositus aliquo tempore expectasset, et vehementissime orasset, sensisset auxilium. Nunc autem hoc est maxime novum, hoc est miraculorum illius jucundissimum, quod omnia hæc simul concurrerunt, ægroti in templo depositio, Martyris per labra illius invocatio, et morbi facilis ejectio *k*. Leontius tam celerem consecutus curationem, ipse quoque celerem, ut potuit, reddit remunerationem.

22 Ἐπεὶ οὖν ἰατροὶ μὲν τῆς νόσου φανερῶς ἥττωντο, φίλων δὲ παρουσίαι πρὸς παραμυθίαν τοῦ πάθους κόπος κενὸς ἐνομίζοντο, ἐλπίς τε ἦν ἀπαλλαγῆς τοῦ νοσήματος οὐδεμία, ἐν τούτῳ χαλεπῷ κλύδωνι καὶ ἀφυκτῳ ἱερά τις ἄγκυρα τῷ ἐπάρχῳ ἡ πρὸς τὸν θεῖον τοῦ Μάρτυρος ναὸν καταφυγὴ γίνεται. Ἔνθα δὲ καὶ κλινοπετὴς εἰσαχθεὶς καὶ κατὰ τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο ὑπὸ γῆν κέκρυπτο σῶμα, κατατεθείς, (ὦ θείας ἐπισκοπῆς! ὦ πράγματος ἀπορρήτου!) ἤρκει μὲν εἰς δεῖγμα σαφὲς τῆς Δημητρίου χάριτος καὶ δυνάμεως, καὶ εἰ τεθεὶς καὶ χρόνον τινὰ προσμείνας καὶ θερμότατα δεηθεὶς ἤσθετο τῆς ἐπικουρίας. Νῦν δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καινότατον, τοῦτο τῶν ἐκείνου θαυμάτων τὸ χαριέστατον, ὅτι ὁμοῦ συνέδραμε πάντα, ἡ ἐν τῷ νεῷ τοῦ νοσοῦντος κατάθεσις, ἡ τοῦ Μάρτυρος διὰ τῶν ἐκείνου χειλέων ἀνάκλησις, καὶ ἡ τοῦ νοσήματος εὐχερὴς ἀπόθεσις. Οὕτω ταχείας Λεόντιος τῆς θεραπείας τυχὼν, ταχεῖαν καὶ αὐτὸς, ὡς εἶχε τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσι. F

*k*

*templo Thessalonicæ primum,*

23 Nam cum domunculam, in qua sacrum corpus Martyris depositum fuit, quæ erat parva admodum et angusta, et lavacri ambitu ac stadio intercepta, evertisset, templum in ipsa civitate Thessalonica ab ipsis extruxit fundamentis: quod nunc quoque cernitur medium inter publicum lavacrum et stadium pulcherrime excitatum *l*: pulchritudine enim et magnitudine nulli alii cedit ex iis, quæ movent oculos ad admirationem et voluptatem. Abiturus autem hic vir pius in Illyricum, cum vellet aliquam partem sacri corporis accipere, ut illic quoque excitaret templum glorioso Martyri, Sanctus non est ei assensus, sed nocturnis apparitionibus eum arcet a cœpto. Propterea secunda, ut dicitur, navigatione cum chlamydem Martyris, quæ illius venerando sanguine fuit cruentata et ex ejus superhumerali aliquid accepisset, quod solent appellare orarium, et in

23 Καὶ τὸν μικρὸν οἰκίσκον, ὃς τὸ ἱερὸν εἶχε τοῦ μάρτυρος σῶμα, ἐπιβραχέος κομιδῇ καὶ στενοῦ τοῦ σχήματος ὄντα, τοῖς περιβόλοις τε τοῦ λουτροῦ καὶ τῷ σταδίῳ ἀπειλημμένον καταστρέψας αὐτὸς, ναὸν ἐν αὐτῷ τῷ ἄστει Θεσσαλονίκης ἐξ αὐτῶν ἐδείματο τῶν κρηπίδων, ὃς καὶ νῦν ὁρᾶται μέσος τοῦ δημοσίου λουτροῦ καὶ τοῦ σταδίου κάλλιστα διηρμένος, οὐδενὸς τῶν ἄλλων ὅσοι πρὸς θαῦμα καὶ ἡδονὴν ὀφθαλμοὺς κινοῦσι κάλλους ἢ μεγέθους, ἀπολειπόμενος. Μέλλων δὲ φιλευσεβὴς οὗτος καὶ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν ἀπιέναι, καί τινα τῶν μερῶν τοῦ ἱεροῦ σώματος λαβεῖν βουληθείς, ὥστε κἀκεῖσε ναὸν τῷ εὐκλεεῖ Μάρτυρι ἀναστῆσαι, οὐκ ἔσχε συνευδοκοῦντα τὸν Ἅγιον, ἀλλὰ νυκτερινοῖς αὐτὸν ἐπιφανείαις εἴρκει τοῦ ἀποχειρήματος. Διὰ ταῦτα καὶ δεύτερον πλοῦν, ὅ λέγεται, τὴν χλαμύδα τοῦ Μάρτυρος σεπτοῖς αἵμασι τοῖς ἐκείνου πεφοινιγμένην, καί τι τοῦ ἐπωμίου λαβὼν, ὃ σύνηθες ὁράριον ὀνομάζειν, καὶ κιδωτῷ τιμίᾳ τὸ ἀληθῶς τίμιον καταθέμενος, οὕτω τῷ Μάρτυρι μὲν ἀφοσιοῖ τὸν πόνον, ἑαυτῷ δὲ τὴν μεγίστην περιποιεῖται ἀσφάλειαν.

*l*

A

24 Ἀμέλει καὶ τὴν ἐπὶ τὸ Σίρμιον ὥρα χειμῶνος διαβαίνειν μέλλων, ἤδη παρὰ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου γενόμενος, ἐπεὶ πολὺς ἦν ἐκεῖνος, καὶ ἐπὶ μέγα τὸ ῥεῖθρον ἐξαίρων ἐντεῦθέν τε οὐδενὶ τῶν πάντων διαβατὸς γινόμενος· καὶ ὁ μὲν χρόνος πολὺς μεταξὺ ἦν, ἔλκηε δὲ οὐδαμῶς τὸ ῥεῖθρον, ἀλλὰ καὶ ἔτι τοῖς βουλομένοις ἀπηγόρευε τὴν διάβασιν, ἐν ἀθυμίαις ὁ ἀνὴρ ἦν, λογισμοῖς τε ἐβάλλετο καὶ ἀπορίᾳ συνείχετο. Ἐπιφανεὶς οὖν ὁ Θεῖος αὐτῷ Δημήτριος, πᾶσαν ἀθυμίαν, ἔφη, καὶ ἀπιστίαν ὅτι πόρρω θέμενος ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὁ ἐπιφέρη μετὰ χεῖρας ἔχων διάβηθι τὸν ποταμὸν ἀδιστάκτως.

24 Certe cum hyemis tempore reversurus in Illyricum *m*, ob seria quædam negotia Sirmium properaret, et jam pervenisset ad ripas Istri, quoniam is excreverat, et magnum attollebat fluentum, et propterea a nullo poterat omnino transmitti, et multum quidem temporis intercesserat, fluentum autem minime cessabat, sed iis, qui transmittere volebant, prohibebat transitum *n*; is afficiebatur magna animi ægritudine, et erat valde cogitabundus, et versabatur in perplexa dubitatione. Ei vero apparens divinus Demetrius, Omni, inquit, animi ægritudine et incredulitate procul ejecta ab animo, quod tecum fers, gestans manibus, transi fluvium citra dubitationem.

A. Symeone Metaphraste, *ac deinde, Istro prodigiose* *m* *n*

25 Πείθεται τῷ φανέντι ὁ ἐπαρχος, καὶ ἕωθεν τοῦ ὀχήματος ἐπιβὰς ἐχώρει διὰ τοῦ ῥεῖθρου μετὰ χεῖρας τὴν σορὸν ἔχων, ἄνω δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μετὰ τῆς ψυχῆς, ἡσυχῇ τοῦ ῥεύματος ὑποχωροῦντος αὐτῷ, καὶ εἴκοντος νεύμασιν ἀθεάτοις, ἄξιαν μὲν θαύματος, οὐ μὲν ἀναξίαν καὶ τῆς πρὸς τὸν Μάρτυρα πίστεως, τὴν διάβασιν
B ὑποστάς. Οὕτως οὖν ἀβλαβὴς διελθὼν, καὶ προσωσι Σιρμίῳ γενόμενος τὴν ἱερὰν ἐκείνην σορὸν μετὰ τοῦ ἐν αὐτῇ θησαυροῦ, τῷ παρ' αὐτοῦ νεαρχηθέντι ναῷ τῷ Μάρτυρι δίδωσιν, ἐν γειτόνων δὲ αὐτος τὸ τῆς καλλινίκου μάρτυρος Ἀναστασίας ἵδρυται σκηῶ· ἀνὰ καὶ μάρτυρες μάρτυσιν ἄνω τε καὶ κάτω ταῖς σκηναῖς πλησιάζουσι. Πολλῶν μὲν τῶν θαυμάτων θηλαδὴ καὶ ἰάσεων, καὶ παρ' αὐτὴν γε τὴν ὁδὸν πλεῖστοι τῆς ἁγιαστικῆς ἐκείνης φερομένης χλαμύδος ἀπέλαυσαν, χάριτι καὶ δυνάμει Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

25 Paret præfectus eis, qui apparuerat: et cum mane ascendisset vehiculum, per flumen capsam portans manibus, et cum animo tenens erectos quoque oculos, gradiebatur, fluento tacite recedente, et, et cedente nutibus, qui non cadunt sub adspectum; dignum quidem admiratione, fide autem, quam habebat in Martyrem, non indignum subiens transitum *o*. Cum sic ergo illæsus trajecisset, et Sirmium pervenisset, sacram illam capsam cum thesauro, quem servabat, in recens exstructo istic templo deponit. Erat autem prope templum gloriosæ martyris Anastasiæ *p*, ut Martyres Martyribus quodammodo sursum, sic et deorsum vicina haberent tabernacula. Multa autem miracula et curationes etiam in ipsa via, dum ferretur illa chlamys sanctificans, plurimi sunt consecuti *q*, gratia et virtute Christi veri Dei nostri, quem decet omnis gloria nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

*trajecto, altero etiam Sirmii honoratur.*

E *o* *p* *q*

## ANNOTATA.

a *Adi Annotata, Passionis præcedentis cap.* I *ad lit. g subnexa.*

b *Fuerilne e Wandalica, an altera natione Lyæus, antiquiores duæ Sancti Passiones, quarum altera apud Photium in Bibliotheca exstat, altera e lingua Græca in Latinam ab Anastasio fuit conversa, haud edicunt.*

c *Genus id erat exercitationis, ex lucta et pugilatu compositum, quemadmodum in Antiquitatum Romanarum Lexico e variis scriptoribus docet Samuel Pitiscus.*

d *Nestori præstitisse dixisseque* S. Demetrium, *quæ hic narrantur, credibile haud apparet. Adi Commentarium prævium* § IV.

e *Cum anonymus* S. Demetrii *biographus, qui Metaphrasti præluxit, hanc Nestoris, contra Lyæum*
C *certaturi, ad Deum orationem non exhibeat, dubitandum vix apparet, quin eam posterior hic scriptor, verosimili conjectura usus, pro arbitrio confinxerit.* F

f *Multa hic, ex anonymo Sancti nostri biographo maximam partem hausta, a Metaphraste narrantur, quæ a* Demetrii *Passione tum Photiana, tum Anastasiana absunt; verum ea ac nominatum Nestorem, qui Lyæum singulari certamine interfecit, effectum esse Christi martyrem, duplicisque ab hoc victoriæ, uti hic Metaphrastes loquitur, coronas accepisse, exiguam admodum fidem merentur, uti satis probant, quæ Commentarii prævii* § IV *in medium adduxi.*

g *Hæc, quæ ad* Demetrium *hic fit, allocutio ab ipso Metaphraste verosimillime est conficta; neque enim vel in anonymo, qui scriptori huic præluxit, Sancti nostri biographo vel alibi uspiam reperitur.*

h *Hunc Sancti famulum cum Lupo, Martyrologio Romano aliisque fastis sacris ad diem* XXIII *Augusti inscripto, esse eumdem, verosimilius apparet. Adi iterum Commentarium prævium num.* 63.

i *Lipomani interpretatio hic, uti et in aliis nonnullis, quæ, quod minus notatu digna sint, inobservata prætereo, Græco Metaphrastis textui haud satis consonat. Hic enim de Leontio sic habet*: Εἰς δὲ τὴν Δακῶν ἀπιὼν, *quæ verba Latine, non per hæc* profectus Thessalonicam, *sed per isthæc* In Daciam proficiscens *recte redderis.*

k *Leontium, qui, quandonam circiter verosimilius floruit, Commentarii prævii num.* 74 *exposui, sanitati fuisse a* S. Demetrio *prodigiose restitutum, in Photiana et Anastasiana Sancti nostri Passione nuspiam narratur, idque proinde, utpote in nullo etiam alio monumento satis antiquo fundatum debet haberi pro admodum dubio, etsi etiam ab anonymo Sancti nostri biographo, qui Metaphrasti præluxit, memoriæ prodatur.*

1 *Cum*

A. SYMEONE METAPHRASTE.

l *Cum Metaphrastes, qui hoc scribit, seculo decimo primum floruerit, templumque, quod* D *Sancto nostro Leontius Thessalonicæ exstruxerat, aliudve, quod isti, fortassis jam destructo collapsove, substitutum fuerat, seculo septimo, uti in Commentario prævio num.* 92 *jam docui, fuerit exustum, sane Sancti nostri templum, quod Metaphrastis ætate seu seculo decimo media in urbe Thessalonicensi adhuc cernebatur, nequit fuisse illud ipsum, quod a Leontio ibidem fuerat erectum.*

m *Occidentali nimirum: adi Annotata Passionis præcedentis cap.* 2 *ad lit. g subnexa. Eo porro, quod bene notandum, non* reversus, *ut Lipomani interpretatio habet, sed* iturus *fuisse Leontius in Græco Metaphrastis textu asseritur.*

n *Ut Leontius Thessalonica Sirmium peteret, Ister ei seu Danubius trajiciendus haud fuit, idque nihilominus ei faciendum fuisse, a Metaphraste hic indicatur, et recte sane: Leontius enim, antequam Sirmium adiret, sese primum in Daciam, quæ ad sinistram Danubii ripam sita erat contulisse narratur; inde autem Sirmium petituro necessario erat trajiciendus Danubius.*

o *Isthoc Sancti miraculum, apparitioque, Leontio oblata, quæ id præivit, a solo Metaphraste, anonymoque, qui ei præluxit, Sancti biographo narrantur; quare quid tum de hac, tum de illo sentiendum sit, statues ex iis, quæ mox ad lit.* k *dicta sunt.*

p *Tempore illo, quo Leontius, Illyrici præfectus supra memoratus, floruit, seu seculo quinto ineunte vere Sirmii exstitisse ecclesiam, S. Anastasiæ sacram, utcumque confirmatur ex iis, quæ Commentarii prævii num.* 133 *in medium adduxi.*

q *Fides quantum ad miracula ista curationesque stet penes auctorem, qui interim præter anonymum Sancti nostri biographum, e quo sua deprompsit, nullum prorsus scriptorem alium sibi suffragantem habet.*

B

# MIRACULA

E

*E duobus codicibus Mss. Græcis, altero bibliothecæ Vaticanæ* 821, *altero olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi* 1517, *accepta,*

INTERPRETE CORNELIO BYEO

## LIBER I

Auctore Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo *a*,

## CAPUT I.

*De Mariano Illyrici præfecto, gravissima ægritudine afflictato, sanitatique per S. Demetrium restituto b.*

*b*

C

*Marianum Illyrici præfectum, Deo placentem, invidus dæmon ingluviei, c*

Marianus, vir quidam genere et divitiis illustris *c*, unusque e senatu apud imperatores existens, jussus est ab eis et gentis Illyricæ præfecturam administrare, cumque ad custoditam a Deo Thessalonicensium metropolim venisset, sancteque ac pie justitiæ habenas moderaretur, Deo etiam placeret, atque a populis gratiarum actione celebraretur, a diabolo, bonis omnibus evidenti, odio habitus fuit. Ac primo quidem illi abs hoc ingluviei cogitationes, carnaliumque desideriorum affectus, interius animæ ejus pacem ac tranquillitatem paulatim absumentes, fuere suggesti: atque hinc rursus, velut flamma, accensa est malorum, ut Apostolus dixit, radix avaritia, cujus rami passionum multitudo, fructusque secunda eorum, qui in ignis inextinguibilis lacum sunt conjecti mors.

*avaritiæ, iræ*

2 Cum igitur magnus vir hic virtutes amaret, dignitatemque magis ornaret, quam ipse ornaretur ab ea, continentia carnem frænans voluptates ejus prorsus exstinxit. Exinde autem divitias rerumque necessariarum redundan-

Μαριανὸς τὶς ἀνὴρ τῶν ἐν γένει καὶ πλούτῳ λαμ- F
πρῶν, καὶ εἰς τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς παρὰ βασιλεύσιν ὑπάρχων, ἐκελεύθη παρ' αὐτῶν καὶ τοὺς τῶν ὑπάρχων θρόνους κατὰ τὸ Ἰλλυρίων ἔθνος διέπειν, καὶ δὴ φθάσας τὴν θεοφρούρητον τῶν Θεσσαλονικαίων μητρόπολιν, καὶ ἀγνῶς καὶ εὐσεβῶς κυβερνῶν τὰς τῆς δίκης ἡνίας, καὶ εὐαρεστῶν τῷ Θεῷ, καὶ παρὰ τῶν δήμων εὐχαριστεύμενος, ἐφθονήθει παρὰ τοῦ πᾶσιν ἀγαθοῖς βασκαίνοντος διαβόλου· καὶ πρῶτον μὲν ὑπεβάλλοντο αὐτῷ παρ' ἐκείνου γαστριμαργίας λογισμοί, καὶ φιλοσωμάτων παθῶν ἔρωτες ἀπρεπεῖς, ἔνδον σμύχοντες αὐτοῦ τὸ γαληνὸν καὶ σώφρον τοῦ νοῦ. Κἀντεύθεν ὡς φλὸξ ἐξενύπτετο πάλιν ἡ ῥίζα τῶν κακῶν, ὡς ὁ ἀπόστολος ἔφησεν, ἡ φιλαργυρία, ἧς οἱ κλάδοι τῶν παθῶν ὁ ἰὸς, καὶ καρπὸς ὁ δεύτερος θάνατος ὁ τῶν εἰς τὴν λίμνην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς βαλλομένων.

2 Ἐπεὶ οὖν ὁ μέγας ἐκεῖνος ἀνὴρ τῶν ἀρετῶν φίλος ὤν, καὶ τὴν ἀξίαν μᾶλλον κοσμῶν, ἢ ταύτῃ κοσμούμενος, τῇ μὲν ὀλιγωδείᾳ τὴν σάρκα χαλιναγωγῶν, τὰς ἡδονὰς αὐτῆς τέλεον ἐξηφάνιζεν. Ἐντεύθεν δὲ πλουτῶν καὶ περιττεύων τῶν ἐπιτηδείων, τοὺς τῆς φιλαργυρίας

A γυρίας βρόχους, ὡς τὶ μίασμα καὶ ψυχοφθόρον ἄγγος ἀπεσείετο. Κατανοήσας ὁ παμπόνηρος δαίμων τὰ τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς προτερήματα, καὶ εἰδὼς τὸν παροιμιαστὴν εἰρηκότα, ὅτι οἱ δυνάσται δυμώδεις εἰσὶν εἰς ὀργὰς καὶ παροξυσμούς, καὶ παρορμᾶν αὐτὸν ἐπειράτο κατὰ τῶν ὑπηκόων, εἰ πῶς ἐντεῦθεν αὐτὸν ἀπαρέσκοντα δείξειεν τῷ Θεῷ, προσεπιβάλλων αὐτῷ καὶ λύπην ἐκ τοῦ μὴ προβαίνειν δῆθεν εἰς πέρας τὰ τῷ δυμῷ μελετώμενα. Ἀποτυχία γὰρ, φησὶν, ἀμύνης λύπην γεννᾷ.

tiam, avaritiæ laqueos, non secus atque inquinamentum quoddam, animamque corrumpens vas, abjecit. Perversissimus dæmon talia viri fortia facta considerans, proverbiorumque auctorem, viros potentes in iram esse proclives, dixisse cognoscens, ad iram furoremque etiam ipsum adversus eos, qui ei suberant, si quo modo inde Deo displicentem posset efficere, concitare conabatur, dolorem ipsi adjiciens, quod nempe, quæ animo meditatus erat, ad finem haud perducerentur: spei enim frustratio, dicebat, ultionis dolorem generat.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

3 Ὡς δὲ καὶ ἀυφοτέρους τοὺς βρόχους τούτους διέκοψεν τῇ πραΰτητι, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ διὰ τοῦ γινώσκειν τὴν ταυτότητα τοῦ καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοῦ τῶν ὑπηκόων φυραμάτος, τῷ τῆς ἀκηδίας λοιπὸν ἔκτῳ τῆς κακίας βλαστήματι καθεστῶτι τοῦτον ὁ ἀλάστωρ συνέτριβεν σατανᾶς, καὶ ὑπέβαλεν ὡς οὐδεὶς ἔσται τῶν κόπων τούτων μισθὸς, ὑποσπείρων τὴν ἀπιστείαν τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπαγγελιῶν καὶ λήθην τῆς τῶν ἐπομένων ἀμηρύτου δόξης ἐπιχωννὺς ὥσπερ καὶ θάπτων τὸν νοῦν· ἅμα δὲ καὶ ὑποτίθετο τοῖς λογισμοῖς τοῦ ἀρίστου ἐκείνου ἀνδρὸς, B ὡς ὁ τῶν ἀρετῶν κάματος πολὺς, καὶ ἰδρὼς ψυχῆς οὐκ ὀλίγος. Καὶ τοῦτον μόνον μισθὸν, καὶ ἀνάπαυλαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων εὐφημίαν· ἐντεῦθεν ἕλκων αὐτὸν εἰς τὸ σαλπίζειν τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ, καὶ φανῆ τὶ ἂν τῇ παρὰ τοῖς ὑπηκόοις εὐδοξίᾳ, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τῶν παθῶν δαίμονι, λέγω δὴ τῷ τῆς κενοδοξίας, εὐάλωτον αὐτὸν μηχανόμενος καθιστᾶν.

*acediæ, diffidentiæ,*

3 Ut autem etiam duos hosce laqueos mansuetudine, ortaque ex eo, quod et sui ipsius et eorum, qui ei suberant, idem esse figmentum nosset, humanitate disciderat, tandem illum acedia, sexto malitiæ germine, scelestus affixit, nullamque laborum illorum futuram mercedem suggessit, promissionum Servatoris nostri diffidentiam occulte seminans, tentemque perpetuæ futurorum gloriæ oblivione obruens ac velut sepeliens. Simul autem et viri illius optimi cogitationibus subjiciebat, multum E requiri ad virtutes animæ laborem sudoremque haud modicum, atque hunc solum hominumque ex fama quietem esse mercedem; hinc sese ad ejus decantandas virtutes convertens bonæ illum apud eos; qui ei parebant, nominis existimationi septimoque affectuum dæmoni, dicto autem, vanæ gloriæ, facile expugnatu efficere est molitus.

4 Ἐπεὶ δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ βοηθείᾳ ἐκεῖνος οὐ τῶν ὑπηκόων τοσοῦτον, ὅσον ἑαυτοῦ κρατῶν ἀπεδείκνυτο, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ κακοχουμένοις ἑκουσίως διὰ παντὸς μεμνημένος, καὶ τῶν ἠπειλημένων, αἰωνίων βασάνων τοῖς ῥαθύμως ἐν τῷ παρόντι βίῳ διαγενομένοις ἀδιαλείπτως, ὥσπερ ποιούμενος τὴν μελέτην, τὴν μὲν ἀκηδίαν τῇ ὑπομονῇ διὰ τῆς σταθερᾶς πίστεως ἀπεσόβει, τὴν δὲ κενοδοξίαν τῷ φόβῳ τῆς γεέννης μαραίνων, εἰς ταπεινοφροσύνην μετέτρεπεν, ὡς λοιπὸν αὐτοῦ τοὺς ἑπτὰ τῆς κακίας ὑπερθάντος λογισμοὺς, καὶ τὰς τούτων πάγας, ἀχυρμιᾶς δίκην τῇ Χριστοῦ βοηθείᾳ καταπατήσαντος, τρίζειν κατ' αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας τὸν ἀντικείμενον, καὶ δὴ τὴν ἐπ' ὀμφαλοῦ γαστρὸς τὸ δὴ λεγόμενον πανοπλίαν C αὐτοῦ κινεῖ, τὴν ἐλέπολιν τῶν λογισμῶν, τὸ πρωτόφυτον τῆς κακίας βλάστημα, ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ ἀρχίκακος ὄφις πρὸ πάντων ἑαυτὸν τῇ τῶν λογισμῶν διαστροφῇ περιέπειρεν· διὸ καὶ τῶν οὐρανῶν κατέπεσεν εἰς γῆν ῥιφείς.

*vanæ gloriæ,*

4 Cum autem ille Christi auxilio, non tam iis, qui ei suberant, quam sibi ipsi, imperare videretur, promissorumque a Deo iis, qui in hoc mundo ærumnas patienter ferunt, bonorum assidue memor, nec non æternorum, quæ desidiosam vitam hic ducentibus Deus minatur, suppliciorum meditationem absque intermissione quodammodo faciens, acediam quidem tolerantia per fidem firmam abegit, vanam autem gloriam gehennæ timore subigens eam in humilitatem convertit, ita ut tandem, septem malitiæ illius superatis suggestionibus, harumque decipulis, palearum acervi in modum, Christi ope conculcatis, dentibus contra ipsum inimicus strideret, suamque a ventris umbilico, ut aiunt, armaturam, animis expugnandis validissimum tormentum, malitiæ primogenitum germen, quo et ipse malorum ante omnes auctor serpens seipsum pravarum cogitationum distortione transfixit, propter quod et cælis excidit, in terram conjectus. F

5 Τί δὲ τοῦτο ἐστὶν; Ἡ τῆς ὑπερηφανείας, ἀγαπητοὶ, δυσίατος σηπεδὼν, ἡ κορυφὴ, καὶ κορώνις τῆς κακίας, ἡ πρώτη τῆς λογικῆς οὐσίας, καὶ ἐσχάτη νόσος· πρώτη μὲν διὰ τὸ ταύτῃ πρῶτον, ὡς εἴρηται, περιπαρῆναι τὸν σατανᾶν ἑκόντι· ἐσχάτη δὲ, διὰ τὸ μηδὲν παθος ὑπερνικῆσαι ταύτην τῷ κακῷ. Ταύτην ἐγείρει τοῖς λογισμοῖς τοῦ ἀνδρὸς τελευταίαν συμπλοκὴν, καὶ δυσκαταγώνιστον ὁ τῆς κοινῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων ἐχθρὸς ὑποσπείρων αὐτῷ τοιὰς δὲ τινας ὑπονοίας· ἰδοὺ, φησὶν, κατηγωνίσω τῇ ἐγκρατείᾳ σου, καὶ τῇ συνέσει τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ταὶ τοῦ σώματος, τῷ λογιστικῷ αὐτῆς μέρει σοφῶς καὶ νουνεχῶς τὰ τοῦ δυμοῦ, καὶ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς ἠνιοχήσας φρυάγματα, καὶ τὰς τῶν ἁπάντων δαιμόνων μηχανὰς εἰς ἄερα διέλυσας, παρὰ σοὶ ἡ γαστριμαργία δεδούλωται, τὸ τῆς σαρκὸς ἀκρατὲς τῆς φιλαδονίας πάθος πεπέδηται, ἡ φιλαργυρία πε-

*superbiæque*

5 Quid autem id est? Superbiæ, dilecti, incurabilis putredo, caput et corona malitiæ, primus rationalis substantiæ et supremus morbus: primus quidem, quia primum eo, ut aiunt, satanas voluntarie fuit confixus; supremus vero, quia nulla eam passio malitia vincit. Postremam hanc difficilemque pugnam suggestionibus suis adversus virum excitat communis hominum naturæ hostis, hujusmodi ei cogitationes occulte inserens: Ecce, ait, continentia tua prudentiaque animæ omnes corporisque affectus superasti, rationali illius parte scite ac prudenter animi, ipsiusquemet libidinis æstus refrænasti, omniumque dæmonum astus in aëra abire fecisti, a te ingluvies in servitutem redacta est, carnis incontinentia, amoris

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

ris voluptatum passio, subacta est, avaritia conculcata est, iracundia mansuetudine absorpta est, tristitia de rebus mundanis spe incorruptibilitatis confracta est, virtutum neglectus per fidem, hujusque facultatem, patientiam dico, superatus est, vana gloria, seu, ut, quod res ipsa est, dicam, gloriæ placendique hominibus cupiditas virtutum occultatione jacet devicta.

πάτηται, ὁ θυμὸς ὑπὸ τῆς πραότητος κατεπόθη, ἡ D λύπη τῶν κοσμικῶν τῇ τῆς ἀφθαρσίας ἐλπίδι ἐρράγη, ἡ ἀκηδία τῶν ἀρετῶν διὰ τῆς πίστεως, καὶ τῆς θύρας αὐτῆς, λέγω δὴ τῆς ὑπομονῆς, ἐνευρώθη· ἡ κενοδοξία, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, φιλοδοξία, καὶ ἀνθρωπαρεσκία τῷ κρυφίῳ τῶν ἀρετῶν ἐξαπώλολεν.

*tentationibus frustra*

6 Hisce igitur omnibus, beatissime atque apud Deum et homines gloriosissime præfecte, superior factus, quomodo Sanctis, ipsiusmet animæ tuæ virtute, non cælesti auxilio (neque enim, si alieno fieret subsidio, corona tibi impenderet) magnus effectus, vicinus haud sis? Hæc scelestus consiliarius memorati beatissimi Mariani præfecti cogitationibus suggerens ad fastum excitabat virum, virtutesque, quas diximus, ipsum ex se, non autem ex Dei auxilio, habere, suadere ei conabatur, ut, si ipsum consilio ejus assentiri eveniret, ad iram Deus, utpote gratiarum actione debita haud accepta, provocatus, auxilio suo illum orbaret, solumque nactus scelestissimus suum omne, secundum quod scriptum est, desiderium in eo exsequeretur.

6 Τούτων οὖν ἁπάντων ὑπέρτερος γεγονώς, μακαριώτατε ὕπαρχε, καὶ ἐνδοξότατε παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, πῶς οὐκ ἐγγὺς εἶ τῶν ἁγίων, τῇ ἀνδρείᾳ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς μεγαλυνθείς, οὐ γὰρ δὴ τῇ οὐρανόθεν βοηθείᾳ; Εἰ γὰρ ἐξ ἄλλου ἦν ἡ ἀντίληψις, οὐ δὲ στέφανός σοι ἀπέκειτο. Ταῦτα ὁ μιαρὸς σύμβουλος τοῖς λογισμοῖς ὑποβάλλων τοῦ μνημονευθέντος μακαριστάτου Μαριανοῦ τοῦ ἐπάρχου, εἰς ἔπαρσιν προεκαλεῖτο τὸν ἄνδρα, καὶ πείθειν ἐπειράτω, οἰκοθεν αὐτὸν κτήσασθαι τὰς ἀρετάς, ἃς προείπομεν, καὶ οὐ τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ, ἵνα εἰ συνέβη τοῦτον συνκαταθέσθαι τῇ βουλῇ, λυπηθεὶς ὁ Θεὸς ὡς ἀχαριστηθείς, στερήσει αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ βοηθείας, καὶ ἔρημον αὐτὸν λαβόμενος ὁ παμπόνηρος κατεργάσηται ἐν αὐτῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον πᾶσαν ἐπιθυμίαν. E

*aggressus, gravissimo cum percutit morbo,*

7 Ut autem et in hoc a Christo devictus fuit Belial, beatissimo Mariano divinum auxilium implorante dicenteque, quia tu es Deus, qui doces hominem scientiam, animæ conditor corporisque creator, unionisque eorumdem compactor, ac disjunctionis, secundum quod convenit, dispensator, rursumque in mortuorum resurrectione refectionis, temperationisque haud confusæ ac æternæ in incorruptibilitate vitæ provisor, miraculorumque factor, aliisque pluribus similibus seipsum humiliante, Deoque omnem gloriam ac gratiarum actionem attribuente, invidus dæmon, cum decipulam adversus ejus animam haud inveniret, sese tandem ad corpus ejus oppugnandum convertit, atque ipsum, non secus atque Job (neque enim nisi Deus concedat, vel contra porcos, uti Euangelium ostendit, nedum contra hominem, eumque pium, potestatem habet) examinans, percussit virum paralysis corporeæ plaga, ita ut omnia ejus membra in lecto jacerent præclusa, nec omnimo ulli e corporis partibus moveri a seipsa daretur, sed et ori ejus cibus alienis manibus admoveri deberet.

7 Ὡς δὲ καὶ ἐν τούτῳ κατηγονίσθη διὰ Χριστοῦ ὁ βελίαρ, τοῦ μακαριωτάτου Μαριανοῦ τὴν ἐκ Θεοῦ βοήθειαν ἐπικαλουμένου, καὶ λέγοντος, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ διδάσκων ἀνθρωπον γνῶσιν, ὁ τῆς ψυχῆς ποιητὴς καὶ τοῦ σώματος πλάστης, καὶ τῆς ἁρμονίας αὐτῶν συμπηκτωρ, καὶ τῆς διαζεύξεως αὐτῶν πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονόμος, καὶ πάλιν τῆς ἀναπλάσεως τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐν τῇ ἀναστάσει καὶ τῆς ἀσυγχύτου συγκράσεως αὐτῶν, καὶ τῆς ἐν ἀφθαρσίᾳ ζωῆς αἰωνίου προνοητὴς, καὶ θαυματουργὸς, καὶ ἄλλοις πλείωσι τοιούτοις ταπεινοῦντος ἑαυτὸν, καὶ τῷ Θεῷ τὴν ἅπασαν δόξαν καὶ εὐχαριστίαν ἀπονέμοντος, μὴ εὑρίσκων ὁ βάσκανος δαίμων πάγίδα τινὰ κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἐστράφη λοιπὸν τῷ σώματι αὐτοῦ πολεμεῖν. Καὶ ἐξετησάμενος αὐτὸν ὥσπερ τὸν Ἰώβ, (οὐ δὲ γὰρ κατὰ χοίρων ἔχει ἐξουσίαν, πλὴν εἰ μὴ Θεὸς συγχωρεῖν, ὡς τὸ εὐαγγέλιον δείκνυσιν, μήτι γε κατὰ ἀνθρώπου καὶ ταῦτα θεοσεβοῦς) ἔπληγε τὸν ἄνδρα πληγῇ παρέσεως σωματικῆς, ὡς πάντα αὐτοῦ τὰ μέλη συλλελυμένα κεῖσθαι ἐπὶ κλίνης, καὶ μήδ' ὅλως κινεῖσθαι ἀφ' ἑαυτοῦ μηδενὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν δι' ἀλλοτρίαν χειρῶν τῷ σώματι τούτου προσάγεσθαι. F

*cui sanando cum frustra omnia adhibita fuissent remedia,*

8 Adhæc medicis, non civitatis tantum, sed et regionis totius propter personæ nobilitatem convocatis, totius artis medicæ specimen diversum in ipso est factum, exterius pharmacorum omnigenæ mixturæ artificia, duritiem externam corporis emollientia, potionum e multis commixtis per os donationes diversæ, interius constitutionem male affectam ac collabescentem conflicta contrario resuscitantes atque confortantes; inferius autem immittebantur mixta remissu facilia, scitissime inventa, intestinorum flatus, exitum haud invenientes, facile solventia, illamque late sparsam atque ad ipsum cerebrum delatam atram materiem per partes inferiores abigentia. Atque hæc aliaque similia, cum circa virum facta fuissent, morbum corporis augebant, desperationemque animo injiciebant, adeo ut ex animi dejectione duplo majus fieret malum, nec ullam in omni humano auxilio spem vir haberet, iique, qui ei familiares erant, ad mortem ipsius spectantia pararent.

8 Εἶτα τῶν ἰατρῶν οὐ τῆς πόλεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς χώρας ἁπάσης διὰ τὸ τοῦ προσώπου ἔνδοξον συγκληθέντων, ὅλης εἰς αὐτὸν τῆς ἰατρικῆς παιδίας διάγορος ἐπίδειξις γέγονεν, ἁλιμάτων ἔξωθεν παμμιγεῖς εὐτεχνίαι, τὸ σκληρὸν τῆς ἐπιφανείας τοῦ σώματος ἀσχλήτως καταμαλάττουσαι, ποτῶν συγκεκραμένων παμποίκιλοι διὰ στόματος δόσεις, τὸ κακόχυμον τῆς ἔνδον διαθέσεως καὶ νεκροποιὸν τῇ ἀντιθέτῳ συμπλοκῇ ἀναζωπυροῦσαί τε καὶ ῥωννύουσαι· καὶ κάτωθεν δὲ ἀναπόμπιμα παρεπέμποντο κράματα πανσόφως τετεχνημένα, τὸν τῶν ἐντέρων ἀθιεζόθευτον διευλυτοῦντα βορβορυγμὸν, καὶ τὴν ἀναδοτικὴν ἐκείνην δυσθυμίαν, καὶ μέχρις αὐτοῦ διακομιζομένην τοῦ ἐγκεφάλου ἐπὶ τὰ κάτω προτρέποντα, καὶ πάντα δὴ ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα γινόμενα περὶ τὸν ἄνδρα τὴν νόσον τοῦ σώματος ηὔξανον, καὶ τὸν ἀπελπισμὸν ὑπέβαλλον τῇ ψυχῇ, ὡς ἐκ τῆς ἀθυμίας διαπλασίως τρέφεσθαι τὸ κακὸν, οὔτε δὲ πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας ἀπείπεν ὁ ἀνὴρ, καὶ λοιπὸν τὰ περὶ τὸν θάνατον τούτου κήδεπιζον οἱ προσήκοντες.

9 Tunc aliquis eorum, qui majori in eum

9 Τότε τις τῶν εὐνουστέρων αὐτῷ δοκούντων ὑπάρχειν

A χειν, πρὸς τὸ οὗς ἡρέμα ἔφησε προσελθὼν, ἔστιν τίς ἀνὴρ, ὃς εἴρηκέν μοι δύνασθαι σε, ὦ δέσποτα, ὑγιῆ καθιστᾶν, εἰ θελήσεις τὴν ἐγγεγραμμένην βεμβράνην, ἣν δίδωσίν σοι, ἀφᾶψαι κατὰ τοῦ σοῦ τραχήλου, καὶ φορεῖν. Ὁ δὲ μακάριος Μαριανὸς ἀπεκρίνατο, καὶ τί ἐστὶν, ὅ φησιν ἐγγεγράφθαι τῇ βεμβράνῃ· εἶπεν δὲ ὁ παῖς, ἐρωτήσαντός μου μικρόν τι περιεργότερον διὰ τὴν ἄφατόν μου περὶ σὲ, ὦ δέσποτα, φροντίδα, οὐδὲ τοῦτό με ἀπεκρύψατο, ἀλλ' ἔφη, τινὰς γραμμὰς ἐκεῖσαι διαγράφειν, καὶ ἀστερίσκους, καὶ ἡμικύκλια, καί τινα ἕτερα σχήματα γράμμασιν ἑβραϊκοῖς, καὶ ὀνόμασιν ἀγνώστων τοῖς πολλοῖς, ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν περιγεγραμμένα. Τί γὰρ χρεῖα καὶ τοῦ μαθεῖν τῶν ἐγγεγραμμένων τὴν δύναμιν καὶ τὰ σχήματα; εἷς ἡμῖν τοῖς δούλοις σου πᾶσιν σκοπὸς, τὸ σὲ τῆς ὑγίας τυχεῖν, καὶ μὴ πάντας ἡμᾶς, τάχα δὲ καὶ τὴν ὅλην πόλιν διὰ τῆς σῆς στερήσεως ζῶντας εἰς ἅδου χωσθῆναι.

10 Λάβε οὖν, ὦ δέσποτα, τὸ βραχὺ τοῦτο δέρμα, καὶ φόρεσον, καὶ ὑγιάσθητι αὐτὸς, καὶ τοὺς παρὰ σοῦ πάντας τῆς φθοροποιοῦ λύπης, καὶ τῆς περὶ σὲ ὀδύνης ἀπάλλαξον· εἶπεν δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ πιστὸς ὄντως, καὶ κατὰ Θεὸν ἐνδοξότατος ὕπαρχος ἐστενέξ ἐνιδὼν, πρῶ-
B τον μέν, ὦ σαθρότατε σύμβουλε καὶ ψυχοβλαβὲς, πόθεν μοι δῆλον ὡς φεύξομαι τὴν νόσον φορέσας τὴν βεμβράνην, μᾶλλον δὲ, πῶς οὐ πρόδηλον μηδὲν ἀγαθὸν ἐν αὐτῇ διαγεγράφθαι, τοῦ γεγραφότος μὴ βουλομένου τὴν τῶν γεγραμμένων δύναμιν φανερῶσαι; πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, φῶς ἐστὶν, εἰ δὲ καὶ ὑπόθες μοι πάντως ὑγιαίνειν μετὰ τῆς περιεργείας ἐκείνης φορέσαντα γράμματα, οὐ βούλομαι τὸ σῶμα ῥωσθῆναι, τὴν δὲ ψυχήν μου ζημιωθῆναι, οὐδὲ τὸν κόσμον ὅλον κερδῆσαι μοι προύκειτο. Ἄπαγε οὖν καὶ τοιούτους ἐμοὶ λόγους μηκέτι προσάξῃς. Λέγει δὲ ὁ παῖς· ἔκρινας οὖν, ὦ τρόφιμε, σαυτὸν ἀπαλλάξαι τοῦ ζῆν, ἵνα καὶ ἡμᾶς πρὸ σοῦ θανατώσῃς.

11 Ὁ ἔπαρχος ἀπεκρίνατο· ὑμᾶς οὐ θανατῶ, ἀλλ' οὐθ' ἐμαυτὸν, εἰ καὶ τοῦ σώματος χωρισθῶ, τὴν δὲ ψυχὴν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, καὶ τὸ μὴ τεθελκῆναι με περιεργίᾳ θαιμονικῆς κλεύης εὐεργετηθῆναι, εἰμὶ καὶ δίκην τίσω εὐεργεσίαν ὅλως ἀποκαλέσας τὴν τῆς ἀλλοτρίας ὑναμέως παρασκευήν. Πῶς γὰρ εὐεργετήσουσιν ποτὲ οἱ τῆς ἀληθοῦς προνοίας ἑαυτοὺς χωρήσαντες διὰ κακίας ὑπερβολήν; οἷς γὰρ τὸ εὖ εἶναι μὴ πρόσεστιν, πῶς ἑτέροις τοῦτο παρέξουσιν; Ἀπάτη οὖν ἡ ἐπαγγελία τούτων, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἡ φενακισμὸς προφανης. Τούτοις ἀποπεμψάμενος τὸν
C παῖδα τοῖς ῥήμασιν, ὕπνωσεν ἐκ πολλῆς ἀθολεσχίας, καὶ πόνου ψυχικοῦ καὶ σωματικοῦ. καὶ δὴ καθ' ὕπνους ὁρᾷ Δημήτριόν τινα τῶν γνησίων αὐτοῦ φίλων, καὶ τὸν ἐν βασιλείοις αὐλαῖς τυγχάνοντα γνωριμώτατον ἅμα, καὶ περιφανῆ λέγοντα αὐτῷ. Τὶ δὴ ἔχεις, ὦ προσφιλέστατε, καὶ βαρέως φέρεις, γνώρισόν με τὸ τάχος· ἴσως καί τι τῶν ὀνησιφόρων συμβουλεύσοιμί ἄν σοι. Ὁ δὲ ὕπαρχος καθ' ὕπνους ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτῷ.

12 Τὶ γὰρ ἔχω τῶν ἐν ζῶσιν, τὶ δὲ τῶν ἐν τάφῳ κειμένων οὐκ ἔχω· κεφαλὴ μὲν γὰρ πᾶσα κεκακωμένη δεινῶς, πάντα τὰ αἰσθητήρια μάτην κέκτημαι. οὔτε γὰρ ὀφθαλμοὺς ἔχω βλέποντας ἐναργῶς, οὔτε ἀκοὴν ἐπαΐουσαν, πλὴν τῶν μεγίστων ψόφων, ἀλλ' οὔτε ἡ ῥὶς διακρίνει σαφῶς τῶν ὀσφραινομένων τὴν ποιότητα, οὔτε παρὰ τῇ γλώττῃ μου διαφορὰν ἔχει τὰ γλύκεα πρὸς τὰ πικρὰ· οὕτω γὰρ ἠλλοίωται τὸ πᾶν σῶμα, ὅτι καὶ τῶν θερμῶν ἁπτόμενος, ψύχεσθαι δοκῶ, καὶ τοῖς

affectu ferri videbantur, accedens tacite ad aurem dixit: est vir aliquis, qui dixit mihi, sanum te, o here, fieri posse, si scriptam membranam, quam tibi do, e colle ferre volueris. Beatus autem Marianus respondit, dixitque, quid est, quod, ait, membranæ esse inscriptum? Dixit autem famulus; curiosius me, ex mea erga te cura inquirentem, neque id latere voluit, sed dixit, litteras quasdam sese in ea scripsisse, atque asteriscos ac semicirculos, atque alias quasdam figuras Hebraïcis litteris, multisque ignotorum nominibus interius atque exterius circumscriptas. Quid enim necesse est, inscriptorum discere virtutem figurasque? Unus nobis omnibus servis tuis scopus est, ut sanitatem consequare, et ne nos omnes totaque forte civitas ex obitu tuo vivi ad tumulum usque contristemur.

*A. Joanne Thessal. archiep. nec vir pius, ut superstitiosa*

10 Hanc igitur, here, parvam membranam accipe et fer, atque ipse sanare, tuosque omnes noxio dolore conceptaque de te mæstitia libera. Vere autem fidelis ac apud Deum gloriosissimus præfectus torvo vultu dixit ei: Primum quidem, futilissime animæque perniciosissime consiliarie, unde mihi constat, fore ut membranam ferens morbum abigam, imo vero, scriptorum in ea vim non volente, qui ea scripsit, declarare, quomodo non manifestum sit, nihil in illa boni esse conscriptum? Lumen enim secundum Apostolum sese manifestat. Etsi autem, omnino me, superstitiosas illas litteras gestantem, consecuturum sanitatem asseveres, corpus recte valere, animam autem, neque si mundum universum lucrari mihi esset propositum, damnum pati haud volo. Apage igitur, nec similia amplius verba mihi proferas. Dixit autem servus: Delegisti ergo, domine, te ipsum vita orbare, ut et nos ante te occidas?

*medela sibi applicita*

11 Præfectus respondit: Vos haud occido, nec etiam meipsum. Etiamsi a corpore discessurus sim, animam tamen per fidem in Christum mihique diabolicæ fraudis superstitione beneficium conferri haud volendo servabo *d*, beneficium a virtute peregrina paratum omnino aversans. Quomodo enim, qui per malitiæ exuperantiam vera semetipsos benefaciendi voluntate exuunt, beneficium aliquando possint conferre? Quibus enim bene esse non suppetit, quomodo id aliis largiantur? Illusio igitur est illorum promissio, nec aliud quidquam quam impostura manifesta. Verbis hisce servo repulso, præ multo dolore animæque ac corporis fatigatione dormivit, viditque in somno quemdam, qui e germanis ejus amicis notissimusque simul atque conspicuus in aula imperiali erat, Demetrium sibi dicentem. Quid habes, amabilissime, graviterque fers? Cognosce me celeriter. Quid forte etiam eorum, quæ medelam afferant, suadere tibi potero. Præfectus autem in somno respondens dixit ei.

*curaretur, vellet, S Demetrius, apparens in somnis, eum, d*

12 Quid eorum, qui in vivis sunt, habeo, quid vero eorum, qui in sepulcro jacent, non habeo? Omni enim capite male affecto, frustra omnes sentiendi facultates possideo. Neque enim, qui clare videant, oculos habeo, neque auditum, qui præter maximos strepitus quidquam audiat; sed neque nasus eorum, quæ olfacit, qualitatem apte discernit, neque in lingua mea dulcia ab amaris differunt. Ita enim

*de misero suo statu modeste conquerentem,*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

enim totum permutatum est corpus, ut etiam tangens calida videar refrigerari, frigidisque admotus calefieri me existimem. Humeri porro et lacerti et manus a corpore dumtaxat dependant otiosa. Quocumque motus impellit, non quo volo, feror. Etsi enim velle mihi adsit, posse non suppetit. Idem etiam patior circa femora et genua et brachia ipsasque etiam pedum bases. Specie quidem mea esse illa videntur membra, operatione autem alterius cujuspiam, et non mea. Quid igitur, quod nobis, in tam malo morborum pelago demersis, suadeas aut facias, habes, o dilectum caput?

ψυχροῖς κολλώμενος, ὑπολαμβάνω θερμαίνεσθαι. Ὧμοι δὲ καὶ ἀγκῶνες καὶ χεῖρες ἀποκρέμανται μόνον τοῦ σώματος ἀεργεῖς. Ὅπη δ' ἂν ἡ κίνησις ἄγοι, φερόμαι, οὐχ ὅπη βούλησις ἐμή. Κἂν γὰρ τὸ θέλειν μοι παρῇ, τὸ δύνασθαι οὐ συντρέχει. Ταὐτὸν δὲ πάσχω καὶ περὶ τοὺς μηροὺς, καὶ τὰ γόνατα, καὶ τὰς ἀγκύλας, καὶ αὐτὰς τῶν ποδῶν τὰς βάσεις. Τῷ μὲν γὰρ φαίνεσθαι, ἐμὰ δοκοῦσιν εἶναι ταῦτα τὰ μέλη, τῷ δὲ ἐνεργεῖν, ἄλλου τινὸς καὶ οὐκ ἐμά. Τί οὖν ἔχεις ἡμῖν, ὦ φίλη κεφαλὴ, συμβουλεῦσαι, ἢ ποιῆσαι, τοσοὐτῳ κακῷ καὶ νοσημάτων πελάγει βεβυθισμένοις;

*bono cum animo esse jubet,*

13 Demetrius autem, genuinus videlicet, respondit: Primum quidem tibi suadeo, ut ad rerum omnium conditoris Dei providentiam respiciens bono sis animo nec tristitia, quæ animæ damnum affert, opprimaris. Nosti enim ipsemet, omnem morbum, provida Dei, qui nos creavit, potentia largiente, in ægrotantis utilitatem obvenire; si enim justus sit, ægrotare etiam datur, ne efferatur, potius autem, ut et magis velut aurum, quod igne in
B vase probatius est factum, splendescat; si peccator sit, conceditur et ægrotare, ut hic pro peccatis pœnas dans multa in futuro judicio a propheta Nahum. Non judicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione. Reponit præfectus: si, qui adversa valetudine laborat, placide patiatur, recte ais: si autem dolore pressus ad iram etiam accendatur, hincque verba, odio digna, proloquatur, duplex est malum; magis enim et corpus discruciatur, peccataque peccatis animæ accumulat; quod in me factum cerno. Dicit ei amabilis nimirum Demetrius.

13 Ὁ δὲ γνήσιος δῆθεν Δημήτριος ἀπεκρίνατο· πρῶτον μὲν, εὐθυμεῖν σοι παραινῶ, καὶ μὴ καταχωνύσθαι λύπαις ψυχοφθόροις, εἰς τὴν πρόνοιαν ἀφορῶν τὴν τοῦ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ. οἶσθα γὰρ καὶ αὐτὸς ὡς ἅπασα νόσος, τῇ προνοητικῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς συγχωρουμένη προσγίνεσθαι, ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ νοσοῦντος ἐγγίνεται· εἰ γὰρ δικαιός ἐστιν, καὶ συγχωρεῖται νοσεῖν, ἵνα μὴ ὑπεραίρηται, μᾶλλον δὲ ἵνα καὶ πλέον λαμπρύνεται, ὡς ἐν χώνῃ χρυσὸς τῷ πυρὶ γινόμενος δοκιμώτερος· εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, καὶ παρεᾶται ἀσθενεῖν, ἵνα ἐνταῦθα τῶν πλημμελημένων E δοὺς τὰς εὐθύνας ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει πολλῆς ἐσθῆται τῆς φιλανθρωπίας, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ προφήτῃ Ναούμ· οὐκ ἐκδικήσει Κύριος δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει· λέγει ὁ ὕπαρχος· ἐὰν εὐχαρίστως φέρει ὁ νοσῶν, εὖ λέγεις· εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ πάθους συνεχόμενος ἐξάπτη τε καὶ εἰς θυμὸν κἀντεῦθεν ῥήματα προπέμπεται ἀποτρόπαια, διπλοῦν τὸ κακόν, καὶ τὸ σῶμα γὰρ πλέον ἀνιᾷ, καὶ τῇ ψυχῇ ἁμαρτίαις ἐφ' ἁμαρτίαις προστίθησιν, ὃ περὶ ἐμὲ γινόμενον θεωρῶ· λέγει αὐτῷ ὁ προσφιλὴς δῆθεν Δημήτριος.

*sanitatemque in domo, sibi dicata, consecuturum, monet.*

14 Tuam accepi, gloriosissime in terris, humilitatem, quæ tibi in cælis gloriam conciliat. Corporali igitur hoc morbo, Domino nostro ac servatore Jesu Christo potentiam ad id largiente, cito liberabere. Veni igitur in domum meam, opemque implora, atque ibi Dei Gloriam, tibi per me manifestatam, videbis. Cum autem beatus Marianus esset expergefactus, et quæ sibi in somno visa essent, adstantibus narrasset, lamentans dicebat: Et ubi nunc te vel domum tuam, mi domine ac sincerissime Demetri, inveniam, te quidem in civitate,
C penes quam imperium est, commorante, me vero Thessalonicæ decumbente! Hei mihi misero! Quanto me gaudio, quod in somno vidi, exhilaravit, tanta, quod vigilans comperi, tristitia me depressit. Tunc unus adstantium, a Deo motus, respondit: Ego tibi, domine, ostendam patronum tuum germanumque amicum, ac post Deum dominum Demetrium, qui et in imperante civitate nunc commorans, hicque habitans, rerum omnium imperatori ibidem adstat, nec illum, qui hic est, derelinquit.

14 Ἀπεδεξάμην σου, ὡς ἐπὶ γῆς ἐνδοξώτατε, τὴν ταπείνωσιν, ἥ τις ἐν οὐρανῷ σοι τὴν δόξαν μνηστεύεται. Τοιγαροῦν καὶ τῆς σωματικῆς ταύτης νόσου θᾶττον ἀπαλλαγήσῃ, τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ δύνασθαι παρέχοντος· ἐλθέ οὖν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμὸν, καὶ ἀνακλήθητι, κἀκεῖσε ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ δι' ἐμοῦ σοι φανερουμένην. Ὁ δὲ μακάριος Μαριανὸς διυπισθεὶς*, καὶ διηγησάμενος τοῖς πλησίον τὰ ὁραθέν- * διυπνω-θείς.
τα αὐτῷ καθ' ὕπνους, ἔλεγεν ὀδυρώμενος· καὶ ποῦ εὕροιμί σε νῦν, ἢ τὸν σὸν οἶκον, ὦ κύριέ μου, καὶ γνησιώτατε Δημήτριε, σοῦ μὲν κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν διάγοντος, ἐμοῦ δὲ κατὰ Θεσσαλωνίκης κειμένου· οἰμοι τῷ ἀθλίῳ, πόσῃ χαρᾷ με ὁ ὄνειρος κατεφαίδρυνε, F
καὶ πηλίκῃ θλίψει τὸ ὕπαρ κατέχωσεν; Τότε εἷς τῶν παρεστότων νυγεὶς ὑπὸ Θεοῦ ἀπεκρίνατο· ἐγώ σοι, δέσποτα, μηνύσω τὸν προστάτην σου καὶ γνήσιον φίλον, καὶ μετὰ Θεὸν δεσπότην Δημήτριον, τὸν καὶ ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει νῦν ὄντα, καὶ ἐνθάδε κατοικοῦντα, κἀκεῖσε τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων παριστάμενον, καὶ τὸν ἐνταῦτα μὴ ἀπολειπόμενον.

*Quænam hæsit. Marianus a servo edoctus,*

15 Id autem carnem et sanguinem gestantium nulli possibile, sanctissimo autem ac præeminenti Christi martyri Demetrio valde etiam facile. Sua enim immateriali anima fideque pura regiam, quæ sursum est, civitatem Jerusalem inhabitat, Thessalonicamque, quæ ipsum enutriit, haud relinquit. Habet itaque in ambabus civitatibus domos. Monuit autem te, dominum meum, ut ad domum ejus accedens sanitatem consequare. Dispiciamus igitur, num

15 Τοῦτον δὲ τῶν σάρκα καὶ αἷμα φορούντων οὐδενὶ δυνατὸν, τῷ δὲ παναγίῳ καὶ ἐξόχῳ μάρτυρι τοῦ Χριστοῦ Δημητρίῳ, καὶ μάλα ῥᾴδιον. Τῇ γὰρ ἀύλῳ αὐτοῦ ψυχῇ, καὶ τῇ ἀθολώτῳ πίστει, καὶ τὴν ἄνω βασιλίδα πόλιν Ἱερουσαλὴμ κατοικεῖ, καὶ τῆς Θρεψαμένης αὐτὸν Θεσσαλονίκης οὐκ ἀπολιμπάνεται· ἔχει οὖν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν οἴκους· προετρέψατο δέ σε τὸν ἐμὸν δεσπότην εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ γενόμενον τῆς ὑγίας τυχεῖν. σκεψώμεθα οὖν, εἰ δυνατόν σε ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τῷ εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ παραγενέσθαι σῶμα φοροῦντα·

A φοροῦντα · τοῦτο γὰρ καὶ τῆς νόσου ἀπαλλάξαι ὑπέσχετο. Ἀλλὰ μὲν οὐ φυσικόν ἡμᾶς νῦν μετὰ γεώδους σκήνους τὰ ἐκεῖσε καταλαβεῖν · λείπεται τοίνυν περὶ τοῦ ἐν ταύτῃ τῇ Θεοφυλάκτῳ τῶν Θεσσαλονικαίων μητροπόλει σεβασμίου οἴκου αὐτοῦ τὸν ἐν τῷ ὕπνῳ λαλήσαντά σοι σημάνασθαι.

16 Τί οὖν μέλλωμεν, ὦ δέσποτα, καὶ οὐκ ἄπιμεν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ τρυγῶμεν ἐπισκοπήν; Καὶ ταῦτα φήσας ὁ παῖς, ἤγειρε τῆς κλίνης τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ μεθ' ἑτέρων συνδούλων αὐτοῦ βαστάσας ταῖς χερσὶν, συμπλέγδην ἑκατέρωθεν αὐτοφυῆ καθέδραν αὐτῷ μηχανισάμενος (οὐ δὲ γὰρ ἵππῳ εὐφόρας ἐποχεῖσθαι ἐδύνατο) ἤνεγκεν ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου. Ὁ δὲ εἰσελθὼν, καὶ ἰδὼν τὴν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ πνευματικὴν εὐωδίαν, τὴν τρέφουσαν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, εἶπεν τοῖς βαστάζουσιν αὐτὸν οἰκέταις, ῥίψατέ με πλωτὸν εἰς τὸ ἔδαφος · οἱ δὲ οὐκ ἐβούλοντο μὲν διὰ τὸ παντὶ μέρει τοῦ σώματος ἀκίνητον αὐτὸν ὑπάρχειν · ὅμως ἐγκελευομένῳ σφοδρότερον ὑπήκουσαν ἄκοντες. Ὁ δὲ ῥιφεὶς ἐπὶ τὴν μάρμαρον, B καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀναβλέψας μόνον, (οὐ δὲ γὰρ τὴν κεφαλὴν σαλεύσαι ἐδύνατο, τῶν τενόνων πάντη διαλελυμένων,) ἠΰξατο οὕτως.

17 Ἅγιε καὶ πανάγιε ἀθλοφόρε, καὶ γνήσιε δοῦλε Χριστοῦ, ὁ τὴν ψυχήν σου δοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ψυχὰς πολλῶν κερδήσας, καὶ προσενέγκας αὐτῷ · ὁ τὸ σῶμα σου ταῖς λόγχαις τιτροσκόμενον θεωρήσας ὑπὲρ αὐτου, καὶ μεγαλυνθεὶς, καὶ σώματα πολλῶν ἐκ τῶν μυλῶν τοῦ λέοντος ἐξερούμενος μέχρι νῦν, καὶ ἀφαγνίζων πολιτείᾳ σεμνῇ καὶ προσφέρων Θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ αἰσθητῶς νῦν προσομιλεῖς ἡμῖν, ἀλλ' ἡ θειασκαλία σου καὶ ἡ χάρις κατὰ περιπολοῦσα τῆς χώρας, καὶ τῶν καρδιῶν ὡς ζῶσα φωνὴ θρασσομένη περιμαλάττει, σαὶ ὑγιάζει, καὶ ἐπιστρέφει,, καὶ πίστεως πλήρεις, καὶ πολιτείας σεμνυνομένας προσάγει Θεῷ, ἀλλὰ καὶ παντοδαπὰς νόσους ἀκήκοα, καὶ πεπίστευκα τὴν σὴν ἐπισκίασιν ἐξορίσασαν · ἐπει δὲ οὖν, δέσποτα μου μετὰ Θεὸν καὶ ἐπ' ἐμὲ, καὶ τὴν δεδωρημένην σοι χάριν ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἰαμάτων ἔκχεον εἰς ἐμὲ τὸν νέον παράλυτον, τὸν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τὸν σπλάγχνων σου καταφυγόντα.

C

18 Εἰ γὰρ καὶ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη οὐκ ἔχω ἐν τῇ ἀσθενείᾳ, ἀλλὰ τρικοντάκις ὀκτὼ τοῖς ἀλγήμασιν ὑπερέβαλον ἐκεῖνον · διὰ τί δὲ; Πάντως ὅτι καί ταῖς ἁμαρτίαις ὑπερηκόντισα τοῦτον · ὡς οὖν εἰς πρᾶον καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ διδακτικὸν ἐμιμήσω τὸν Θεόν σου Χριστὸν, ζηλωσὸν αὐτὸν καὶ εἰς τὸ εὔσπλαγχνον καὶ φιλάνθρωπον, καὶ ζηλώσας ἔκχεον ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐλεημοσύνην σου, καὶ τὰ οἰκτείρμονα σου ἰάματα. Ἐὰν γὰρ τὸ θέλειν σου μὴ κωλύσωσιν αἱ ἁμαρτίαι μου, τὸ ἐνεργεῖν καὶ δύνασθαι δέδωκέν σοι ὁ στεφανώσας σε · ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος ὡς Θεὸς εἰπων τὸ ἔγειρε, καὶ ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει, σύνδρομον ἔσχε τῷ ῥήματι τὴν ἐνέργειαν, οὕτω καὶ σὺ ὡς οἰκεῖος Θεοῦ, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ χάριν ἡμφιεσμένος, ἀφ' οὗπερ ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν καλλίνικον ἆθλον διήνοισας, θέλησον καὶ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ πρακτικῶς ἐξηγήσομαί σου τὴν δύναμιν, ἐγερθήσομαι καὶ ἀλοῦμαι ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ βαστάσω οὐ μόνον τὴν κλίνην μου, ὡς ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος παράλυτος, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστήρια δῶρα μου, ἃ προσάξω τῷ οἴκῳ σου.

te corpus gestantem, domum ejus, quæ in superna Jerusalem est, adire, sit posibile. Id enim etiam te morbo liberaturum promisit. Verum naturale haud est, nos modo cum terreno corpore, quæ ibidem sunt, tenere. Restat ergo, ut, qui tibi in somno locutus est, de veneranda domo sua, quæ in hac custodita a Deo Thessalonicensium metropoli est, fecerit sermonem. A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP,

16 Quid igitur cunctamur, here, nec abimus, faciendamque ab eo visitationem moramur? Atque, his dictis, dominum suum servus e lecto levavit, sublatumque cum aliis conservis suis, sede ei, cujus latera utrimque erant in se conjuncta, extructa, manibus suis (neque enim equo facile vehi poterat) in venerandum gloriosissimi Martyris templum portarunt. Cum autem esset ingressus, ædisque ornatum ac spirituallem illius, qui fidelium animas, velut Dei paradisus, alit, odorem comperisset, iis, qui illum ferebant, domesticis dixit: In nudo pavimento me deponite. illi autem, quod E omni corporis parte immobilis is esset, non volebant quidem, districtius tamen jubenti inviti paruerunt. Ille autem in marmoreum solum conjectus, oculisque dumtaxat (neque enim, nervis omnino dissolutis, caput movere poterat) sublatis, hunc in modum oravit. *atque ad eamdem delatus,*

17 Sancte ac beatissime certaminum victor, genuineque Christi serve, qui, anima tua pro ipso data, animas etiam multorum lucratus es, atque ad eum adduxisti; qui corpus tuum lanceis pro ipso vulneratum conspicatus magnificatusque multorum etiam corpora e leonis dentibus usque nunc eripis, Deoque honesta vivendi ratione consecras ac offers. Etsi enim nunc nobiscum sensibiliter haud verseris, tua tamen doctrina benevolentiaque omnem regionem pervadens, cordaque, velut vox viva, movens, ea et emollit, et sanat et convertit, fideque repleta ac recta vivendi ratione ornata ad Deum adducit, imo etiam tuam visitationem morbos multos abegisse, et audivi et credidi. Cum igitur, mi domine, post Deum supra me etiam sis, datam tibi ab illo sanationum gra- F tiam supra me novum paralyticum, qui ad viscerum tuorum piscinam confugio, effunde. *fusa, quæ hic recitatur,*

18 Etsi enim tringinta et octo annos in infirmitate non habeam, trigesies tamen et octies doloribus ipsum sum supergressus. Ut quid autem? Omnino quia et peccatis eum superavi. Ut igitur lenitate et bonitate et doctrinæ exercitio Christum, Deum tuum, imitatus es, ipsum et in misericordia et in humanitate æmulare, æmulansque super me misericordiam tuam commiserantesque tuas sanationes effunde. Quod si enim voluntatem tuam non impediant peccata mea, efficere et posse, qui te coronavit, tibi est largitus. Uti igitur ille, statim atque Deus dixit, surge et tolle grabbatum tuum et ambula, respondentem verbo potentiam est nactus, ita et tu, velut Dei domesticus gratiaque ejus ab eo tempore, quo pro ipso certamen, victoria coronatum, inivisti, indutus, in me etiam fieri velis. Atque ego potentiam tuam, effectu probatam, prædicabo. Suscitabor, atque, ut cervus claudus, apprehendar, tollamque non modo lectum *ad Sanctum prolixa*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

lectum meum, uti antiquus ille paralyticus, sed etiam, quæ in gratiarum actionem domui tuæ offeram, dona.

*oratione, ab ea, sibi iterum*

19 Ita enim per te, misericordissime Domini Martyr, gloria et honor et adoratio ipsi et Patri et Spiritui Sancto dabitur ab iis, qui me modo vident meique deinceps racordabuntur, hominibus, supernisque potestatibus in secula seculorum. Amen. Atque cum hæc cum lacrymis, cunctis audientibus, dixisset, famulis injunxit, ut eum tollerent, humique in parato ibidem strato ponerent. Ac positus statim præ corporis defatigatione animæque mæstitia somno correptus est; et ecce, interum illum, quem et ante vidit, omni virtute ornatum gloriosissimumque virum Demetrium in somno conspicatus est sibi dicentem: Recte obtemperans, recteque, quæ tibi a me dicta sunt considerans, recte veniste: atque ideo cum Deo, quæ tibi promissa sunt, implebo. Verum sanitati corpus tuum restituere, haud magnum quidem mihi est; sed animam tuam post corporis sanationem in eo, in quo nunc
B est, in bonum propenso statu manere, hoc difficile.

*in somnis apparet æ loquenteque*

20 Solent enim quodammodo animæ, adversitatibus quidem pressæ, e malorum dolorumque secundum quod scriptum est, tribulatione dominatum confiteri, seque ipsas precibus ac supplicationibus submittere secundum quod in Psalmis canitur: Cum interficeret illos, tunc quærebant eum, seque convertebant ac vigilabant ad Deum; quietem autem nactæ, et prosperitate vitaque, mærore vacua, et gloria et efferi, ut non tantum contra homines, sed et contra Deum injustitias loquantur. Rursus scriptum est: Et manducavit Jacob et saturatus est. Et recalcitravit dilectus, pinguis factus est, dilatatus est, et Deum, qui eum condidit, reliquit, et a Deo, servatore suo, recessit. Quod si igitur me per certam ac sinceram promissionem securum reddas, fore ut corpore sanatus animæ tuæ, quam nunc habes, sanitatem (humilitatem autem dico atque erga Deum et proximum charitatem) integram serves, paratum tibi per me est Christi auxilium. Cum autem, quoniam tu, sincerum tuum Marianum superbia numquam fuisse elatum, nosti, dixisset,
C respondit virtutum omnium cultura ornatus, ille scilicet Demetrius.

*sanitati subito restituitur,*

21 Nullum, dilectissime malum habes, ne animo despondeas, dextraque manu caput ejus demulcens ac cervicem erigens, humerosque cum pectore constringens ac totum corpus tangens hunc locutus est in modum: Christus Deus noster te sanat, qui erigit elisos; ac statim præfectus, voce adhuc ipsi velut insonante, expergefactus est, suaviterque præ lætitia lacrymans servis suis, quæ ei visa erant, narrare volebat. Ac ea quidem, quæ usque ad monitionem adhortationemque, ac factam a se cum lacrymis sponsionem acciderant, narrabat, sola lingua movebatur, corpore reliquo manente immoto; quando autem, qui viro dicente ei, quia Christus Deus noster te sanat, qui eregit elisos, statim, sermone nondum impleto, a semetipso erectus in strato humi lecto, in quo jacebat, sedisset, narrare incipiebat, nec factum (præ lætitia enim veluti extra se raptus erat) intelligeret, petebat, ut surgere, ac in publicum prodire posset. Illi autem magis, quam hic ipsemet,

D

19 Οὕτω γὰρ διά σου, φιλανθρωπότατε μάρτυς Κυρίου, δοθήσεται αὐτῷ δόξα καὶ τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι παρὰ τῶν νῦν ῥώντων με ἀνθρώπων, καὶ εἰς ὕστερον μεμνημένων μου, καὶ παρὰ τῶν ἄνω δυνάμεων εἰς τοὺς ἅπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν μετὰ δακρύων, πάντων ἀκουόντων, προσέταξε τοῖς παισὶν ἆραι καὶ θεῖναι αὐτὸν ἐπὶ τῷ χαμαὶ στράτῳ τῷ ἑτοιμασθέντι αὐτῷ ἐκεῖσε, καὶ τεθεὶς ἀφύπνωσεν εὐθὺς ἐκ καμάτου σώματος, καὶ πόνου ψυχῆς. Καὶ ἰδοὺ πάλιν ὁρᾷ καθ' ὕπνους τὸν πανάριστον ἐκεῖνον ἄνδρα καὶ ἐνδοξότατον Δημήτριον, ὃν καὶ πρόσθεν ἶδεν, λέγοντα αὐτῷ. Καλῶς ἦλθες, καλῶς ὑπακούσας, καὶ καλῶς νοήσας τὰ παρ' ἐμοῦ σοι λεχθέντα. Διὸ κἀγὼ σὺν Θεῷ ἀποτελέσω τὰ ὑποσχεθέντα σοι. Ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα σου ῥῶσαι, οὐ μέγα παρ' ἐμοί, τὸ δὲ, τὴν ψυχήν σου διαμεῖναι μετὰ τὴν ῥῶσιν τοῦ σώματος ἐν τῇ νῦν αὐτῆς εὐκατανύκτῳ προθέσει, τοῦτο δύσκολον.

E

20 Εἰώθασι γὰρ πῶς αἱ ψυχαὶ πιεζόμεναι μὲν κατὰ τὸ γεγραμμένον ἀπὸ ὀλίψεως κακῶν, καὶ ὀδυνῶν ὁμολογεῖν τὴν δεσπότειαν, καὶ ταπεινοῦν ἑαυταῖς προσβείαις τε καὶ ἱκετηρίαις, κατὰ τὸ ψαλμικῶς ᾄσθεν, ὅτ' ἂν ἀπέκτενεν αὐτούς, τότε ἐξεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον, καὶ ὄρθριζον πρὸς τὸν Θεὸν· ἀνέσεως δὲ ἀξιούμεναι, καὶ εὐημερίας, καὶ ἀλύπου ζωῆς ἀλαζονεύεσθαι, καὶ ἐπαίρεσθαι, ὡς μὴ κατὰ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ Θεοῦ λαλεῖν ἀδικίαν· πάλιν γέγραπται, καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτησεν ὁ ἠγαπημένος; ἐλιπάνθη, καὶ ἐγκατέλιπεν Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτὸν, καὶ ἀπέστη ἀπὸ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. Εἰ οὖν ἀσφαλίζῃ με διὰ ἀψευδοῦς, καὶ εἰλικρινοῦς ὑποσχέσεως, ὡς ὑγιαίνων σωματικῶς, φυλάσσει σου καὶ τὴν νῦν οὖσαν τῆς ψυχῆς ὑγίαν, λέγω δὴ τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὴν περὶ Θεὸν, καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην, ἕτοιμος ἡ τοῦ Χριστοῦ δι' ἐμοῦ σοι βοήθεια. Τοῦ δὲ εἰρηκότος, ὅτι σὺ γινώσκεις τὸν γνησίον σου Μαριανὸν, μηδέποτε χαίροντα τῇ ὑπερηφανείᾳ, ἀπεκρίθη ὁ πανάριστος εἰκεῖνος θῆθεν ὁ Δημήτριος.

F

21 Οὐδὲν κακὸν ἔχεις, ὦ φίλτατε, μὴ ἀθύμει, καὶ δὴ καταψήχων τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῇ δεξιᾷ καὶ τὸν τένοντα ὑπορθῶν, καὶ τοὺς ὤμους σὸν τῷ στήθει περισφίγγων, καὶ ὅλον τὸ σῶμα ταῖς χερσὶν ἁφώμενος οὕτως ἔλεγεν· Χριστός σε ῥώννυσιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀνορθῶν τοὺς κατερράγμένους· καὶ εὐθέως ἐξυπνίσθη ὁ ὕπαρχος, ἔτι τῆς φωνῆς ὥσπερ ἐνηχούσης αὐτῷ, καὶ γλυκὺ δακρύσας τῇ χαρᾷ, ἐβούλετο διηγήσασθαι τοῖς παισὶν τὰ ὁραθέντα αὐτῷ, καὶ μέχρι μὲν τὰ κατὰ τὴν νουθεσίαν καὶ παραγγελίαν ἐξηγεῖτο, καὶ τὴν αὐτοῦ ὁμολογίαν μετὰ δακρύων· ἡ γλῶττα μόνον ἐκινεῖτο, τοῦ ἄλλου παντὸς ἀκινήτου μένοντος σώματος. Ὅτε δὲ ἤρξατο λέγειν ὡς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῷ εἰρηκότος ὅτι Χριστὸς σὲ ῥώννυσιν, ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἀνορθῶν τοὺς κατερράγμένους, εὐθέως ἔτι τοῦ λόγου μὴ πληρωθέντος, ὀρθωθεὶς ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκάθησεν ἐπὶ τῆς χαμαιστρώτου εὐνῆς, ἐν ᾗ κατέκειτο, καὶ μὴ συνεὶς τὸ γεγενημένον. ἦν γὰρ ὥσπερ ἐξεστηκὼς τῇ χαρᾷ, ἤτει φορέσαι καὶ προελθεῖν. Οἱ δὲ αὐτοῦ πλέον ἐκείνου καταπλαγέντες τὸ θαῦμα, καὶ μὴ δὲ ἀποκριθῆναι δυνάμενοι, μόλις ἐν ἑαυτοῖς γενόμενοι, καὶ πρὸς τοὺς ἐγγὺς οἰκοῦντας διαδραμόντες, διὰ τὸ μακρὰν ἀφεστηκέναι τὸ πραιτώριον τῶν ὑπάρχων, ἐχρήσαντο στιχάριον

A στιχάριον καὶ ζώνην, καὶ χλαίναν, καὶ ὑποδήματα.

22 Οὐδὲν γὰρ τούτων ἔτυχον μεθ' ἑαυτῶν ἐκεῖσε βαστάσαντες, διὰ τὸ μὴ δὲ ἐλπίζειν αὐτῶν δεσπότην ἀκίνητον καθεστῶτα. Ὁ δὲ φορέσας, καὶ μὴ δὲ παρά τινος ὑποστηριζόμενος, ἅπεισιν εἰς τὸ λεγόμενον κιβώριον τὸ ἀργυροῦν τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, ἔνθα φασίν τινες κεῖσθαι ὑπὸ γῆν τὸ πανάγιον αὐτοῦ λείψανον. Ἐκεῖσε τοίνυν παραγενὼς ὁ ἔπαρχος οἰκείοις ποσὶν, καὶ ἀπερείσας τὸ πρόσωπον εἰς τὸ ὂν αὐτόθι, ὡς ἂν εἰ κραβάτιον ἐξ ἀργύρου, ἔνθα καὶ ἐντετύπωται τὸ θεοειδὲς προσωπεῖον τοῦ αὐτοῦ πανσέπτου ἀθλοφόρου, ἔλεγεν μετὰ κραυγῆς καὶ δακρύων, ἰδοὺ, πανάγιε Χριστοῦ μάρτυς Δημήτριε, ἃ μὲν αὐτὸς ἐπηγγείλω περὶ τὸ ἐμὸν σῶμα πεπλήρωκας, ἃ δὲ ἐγὼ φυλάττειν ὁμολόγησα, λέγω δὴ τὴν περὶ λογισμοὺς ταπεινοφροσύνην, σὸν ἐστὶ χαρίσασθαι πάλιν διὰ πρεσβείας τῆς πρὸς Θεὸν· οἶδας γὰρ ὅτι τρεπτὸς ὁ ἄνθρωπος καὶ σώματι καὶ ψυχῇ, καὶ πολλῆς τῆς ἐκ
B Θεοῦ πάντοτε δεόμενος βοηθείας.

23 Ἐγὼ δὲ τὰ πρὸς τὴν σὴν θεραπείαν, καὶ ἅπερ ὑπεσχόμην, δραμοῦμαι πράξων καὶ εὐθέως ἐξελθὼν τοῦ θεοφόρου ἐκείνου ναοῦ, καὶ μὴ δὲ ἵππου κατὰ τὸ τοῖς ἄρχουσιν σύνηθες ἐπικαθῆσαι θελήσας, αὐτοπόδως κάτεισιν εἰς τὸ πραιτόριον αὐτοῦ, καὶ ἅρας ὧν ἔχρηζεν, ἄνεισι πάλιν εὐθὺς, ἐπὶ τὸν σεβάσμιον οἶκον τοῦ μάρτυρος, καὶ προσκομίσας αὐτόθι χρύσεά τε, καὶ ἀργύρεα εἴδη πολύτιμα καὶ πολλὰ, καὶ ἐν χρυσέοις σταθῆρσιν οὐκ ὀλίγον ποσὸν, ἔξεισι μικρὸν τοῦ οἴκου, καὶ καθεσθεὶς ἐπὶ θρόνου, πάντας τοὺς δεομένους, καὶ ἐν ὅσοις ἐξεταζομένους ἐκέλευσεν κηρύττειν διὰ τῆς πόλεως ἔρχεσθαι πρὸς αὐτὸν· καὶ ἀθροισθέντων πλείστων ὡς ἀριθμὸν ὑπερβαίνειν, ἀπέλαβον πάντες τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν, καὶ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου διὰ τοῦ δούλου αὐτοῦ Μαριανοῦ τοῦ ἐπάρχου· Εἰ δέ τις ψευδῆ με λέγειν ὑποτοπάζοι, ἱστορεῖτο τὴν ἐκ μουσείου συντεθειμένην ἐκεῖσε γραφὴν ἔξω τοῦ ναοῦ πρὸς τὸν ἀφορόντα τοίχον ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως στάδιον, καὶ πληροφορηθεὶς πιστεύσει τοῖς προειρημένοις· τῷ δὲ Θεῷ
C ἡμῶν ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

miraculum mirantes, nihilque respondere valentes, vix ad se reversi, atque ad eos, qui in vicinia habitabant, quod præfectorum prætorium longe abesset, currentes, et tunicam et zonam et paludamentum et calceamenta acceperunt mutua. A. Joanne Thessal. archiep,

22 Horum enim nihil, quod fore, ut talia domino suo, immoto existenti, necessaria aliquando essent, haud putassent, illuc attulerant. Ille autem progrediens nec ab aliquo suffulsus ad appellatum sancti ac gloriosissimi martyris Demetrii ciborium argenteum, ubi sub terra sacrosanctas ejus reliquias jacere quidam aiunt, sese contulit. Cum eo igitur præfectus propriis pedibus pervenisset, faciemque ad eum qui illic est, argenteum quodammodo lectulum, ubi et ejusdem venerandi certaminum victoris vultus, divini vultus speciem præferens, depictus est, convertens cum clamore et lacrymis dixit : Ecce, sanctissime martyr Demetri, ipse quidem, quæ circa corpus meum promiseras, implevisti; quæ autem ego (animi in cogitationibus demissionem dico) servare proposui, tuum rursus est per tuam apud E Deum intercessionem concedere. Nosti enim, hominem et corpore et anima esse mutabilem, semperque divini auxilii multum indigum. *summaque de accepto beneficio gratias sancto Martyri,*

23 Ego porro, quæ ad tuum cultum spectant, eaque, quæ promisi, opere adimplere festino; ac statim e divino illo templo egressus, nec equo, prout principibus mos est, insidere volens, propriis pedibus ad prætorium suum se contulit, iisque, quibus indigebat, captis, ad venerandam iterum Martyris ædem reversus est, cumque ibidem aureaque et argentea dona pretiosa et multa, aureisque in stateribus quantitatem haud modicam deposuisset, æde paulisper exivit, sedensque in throno per civitatem denunciari jussit, ut omnes indigentes et quibuscumque necessitatibus pressi ad eum accederent, cumque plurimi, ita ut numerum excederent, essent congregati, omnes Dei et gloriosissimi martyris Demetrii donorum per hujus servum Marianum præfectum facti sunt participes. Si quis autem falsum me dicere suspicetur, scripturam e studiorum loco hic extra templum ad murum exteriorem prope ci- F vitatis stadium propositam evolvat, testimonioque convictus dictis fidem adhibebit. Deo nostro sit et gloria et honor et virtus in secula seculorum. Amen *e*. *donis etiam plurimis in egenos distributis, agit.*

## *ANNOTATA.*

a *Quandonam hic præsul floruerit, et quam fidem in iis, quæ de* S. Demetrio *narrat, mereatur, in Commentario, tribus jam datis Sancti Passionibus præmisso,* § 2 *exposui. Licet porro aliquot Sancti nosti miracula, quæ primum hunc miraculorum, librum constituunt, atque e Vaticanæ bibliothecæ codice Ms.* 821 *desumpta sunt, antistitis illius nomine in hoc non signentur, hic tamen a nobis tamquam ab eo conscripta eduntur, quod in codice antiquissimo olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi* 1517, *de quo videsis Commentarii prævii* § 1, *eidem illustri scriptori attribuantur.*

b *Miraculum, quod hoc cap. e bibliothecæ Vaticanæ codice* 821 *refertur, ob dicta ad lit. præced. Joanni Thessalonicensi tribuimus; in codice autem olim Mazarinæo, in quo a pag.* 18 *usque ad pag.* 34 *versam extenditur, hunc præfert titulum :* περὶ τοῦ ἀπελπισθέντος ἐπάρχου, *id est,* De desperato præfecto. *Quam porro nominatim fidem in hoc Joannes Thessalonicensis mereatur, statues ex iis, quæ Commentarii prævii num* 75 *in medium adduxi.*

c *Nihil alibi, quo perfectum hunc notiorem reddam, invenire quivi.*

d *Aliquid hic in textu Græco vel redundat vel deest; sensus tamen aut hanc aut certe non multum absimilem interpretationem requirere videtur.*

e *Hoc miraculum apud Mabillonium tom.* 1 *Analectorum pag.* 71 *et seq. compendio dumta-*

A. JOANNE THESSAL. CHIEF.

*xat traditur, nec hic, quod fastidiosa prolixitate laboret, integrum dedissem, nisi, ut id facerem, me impulisset tum auctoris, qui, ut dictum, Joannes Thessalonicensis est, auctoritas, tum receptus apud nos monumenta antiqua, dum commode fieri id potest, ipsis auctorum verbis, qualiacumque etiam hæc sint, exhibendi mos.*

## CAPUT II.

### *De militiæ præfecto, ab immedicabili sanguinis fluxu per Sanctum sanato a.*

*a*

*præfectus, sanguinis fluxu laborans, ad Sancti templum jussu suo*

*b*

Vir quidam genere illustris, fide autem illustrior, spectabile eorum, qui sub præfecti Illyrici principatu erant, agmen gubernans *b*, intolerabilem ex ventre sanguinis fluxum patiebatur : cum autem viro, quod et omnibus esset affabilis moribus suavis, universa pene civitas condoleret, omnisque in eum ars scientiaque medica esset exhausta, effectusque expers, quod nihil omnino remitteret sanguinis fluxus, maneret, ita ut, viribus morbi vehementia extenuatis, in extremis tandem vir jaceret, inexspectato sublatis paulatim oculis, servis suis dixit : Ad domum civitatis nostræ protectoris sublatum me ferte. Illi autem cum timore respondentes dicunt ei : Ad cujus protectoris domum jubes nos te ferre? Dicit eis, Primi; aiunt illi, cujusnam primi? Dic nobis nomen, here. Ille vero eos intuitus dicit : Esto : ego ob morbum minus sapiam, quomodo et vos, recte valentes, desipitis? Nescitisne, multos apud Deum protectores civitatem habere, unum autem per Christum obtinuisse eorum primum *c*, qui animose semper atque alacriter pro ea pugnat; quem ut murum inexpugnabilem non solum civitas, sed et omnis regio sortita est?

B

*c*

*delatus, ibidem a malo quod nulla arte pelli potuerat, prodigiose sanatur,*

25 Me igitur ad domum ejus deferte. Vel enim visitans miserebitur mei, vel certe cum ibidem obiero, animam meam suscipiet et in futura horrendi tribunalis Christi præsentia intercedens æterno me eripiet supplicio. Illi, hisce auditis, de gloriosissimi martyris Demetrii templo, in quo dona a Sancto solebant conferri, loqui eum intellexerunt, celerrimeque sublatum eo detulerunt. Qualis modo lingua, Christi amantes fratres, miraculi magnitudinem explicare poterit? Quæ vere mens, vel cogitando etiam, multum misericordem Martyris virtutem dignis laudibus poterit efferre? Quem enim non divitiæ, non genus, non medicamina, non artis medicæ, quæ sanationem afferre solent, adjumenta, non, ut vocari solent, amuletorum (neque enim consanguinei, qui omnia in eo experiebantur, hisce etiam, utut rem prohibitam sese facere noscentes, ob sanandi morbi difficultatem desperationemque pepercere) multitudo vel minimum etiam juvare potuit, hunc Domini sui imitator, civitatis vere servator, Christique certaminum victor brevissimo temporis spatio, non solum secundum corpus, sed etiam secundum animam sanum ac salvum, viribusque restitutum reddidit.

C

*acceptoque beneficio lætus in Dei laudes prolixa,*

26 Ita quippe intellectu per Martyris gratiam vir repletus, omnibus perculsis et quodammodo præ inexpectata sanatione hujusque celeritate extra se raptis, ore aperto laudem Deo, rerum omnium Domino, alacriter attribuens dixit adstantibus : Domini virtutes,

Ἀνήρ τις τῶν ἐν γένει λαμπρὸς, τῇ δὲ πίστει λαμπρότερος, τὴν ἔντιμον στρατειὰν τῶν ὑπὸ τὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἔπαρχοῦ ἀρχὴν διοίκων, ῥύσιν αἵματος διὰ γαστρὸς ἔπασχεν ἀφόρητον· εἶτα δὲ πάσης σχεδὸν τῆς πόλεως ὑπεραλγούσης τοῦ ἀνδρὸς διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι εὐπροσήγορον, καὶ καταθύμιον τοῖς τρόποις, καὶ πάσης μηχανῆς καὶ ἐπιστήμης ἰατρικῆς εἰς αὐτὸν ἐγγυμασθείσης, καὶ ἀπράκτου μεινάσης διὰ τὸ μηδόλως ὑπενδοῦναι τὴν φορὰν τοῦ αἵματος, ὡς λοιπὸν ἐν ταῖς τελευταίαις κεῖσθαι τὸν ἄνδρα πνοαῖς τῆς τοῦ πάθους σφοδρότητος καταγαλωσάσης τὴν δύναμιν, ἄφωνα τοὺς ὀφθαλμοὺς διάρας ἠρέμα λέγει τοῖς ἰδίοις· βαστάσαντες ἀπαγάγετέ με εἰς τὸν οἶκον τοῦ προστάτου τῆς πόλεως ἡμῶν. Οἱ δὲ μετὰ φόβου ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ· εἰς ποίου προστάτου οἶκον κελεύσεις ἡμῖν ἀπαγάγειν σε; λέγει αὐτοῖς· τοῦ πρώτου· οἱ δὲ φασὶν, πρώτου τινῶν; εἰπὲ ἡμῖν τὸ ὄνομα, δέσποτα. Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς λέγει· ἔστω ἐγὼ διὰ τὴν νόσον ἔλαττον φρονῶ, πῶς καὶ ὑμεῖς ὑγιαίνοντες ἀφρονεῖτε; οὐκ ἴστε, ὅτι πολλοὺς μὲν ἔχει προστάτας ἡ πόλις παρὰ Θεῷ; ἕνα δὲ τὸν πρῶτον αὐτῶν διὰ Χριστοῦ ἐκληρώσατο, τὸν καὶ ἐκθύμως καὶ θερμῶς ὑπερμαχοῦντα αὐτῆς εἰς ἀεί, ὃν ὡς τεῖχος ἀκαταμάχητον, οὐ μόνον ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ ἡ πᾶσα χώρα κεκλήρωται.

E

25 Ἀπαγάγετέ με ..ναροῦν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἡ γὰρ ἐπισκεψάμενος ἐλεῆ με, ἢ καὶ τελευτῶντος μου ἐκεῖσε ἀποδέξεταί μου τὴν πρόθεσιν, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ παραστάσει τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ πρεσβεύσας ἐξελεῖται με τῆς αἰωνίου κολάσεως. Οἱ δὲ τ..τα ἀκούσαντες, συνῆκαν ὅτι περὶ τοῦ ἁγιοδώρου ναοῦ λέγει τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, καὶ τὴν ταχίστην ἅραντες ἀπήγαγον αὐτὸν ἐκεῖσε. Ποῖα τοίνυν γλῶσσα, φιλόχριστοι ἀδελφοί, ἐξισχύει τὸ μέγεθος διασαφῆσαι τοῦ Θαύματος; ποῖος δὲ νοῦς ὅλως συνεπαρθῆναι κἂν ταῖς ἐννοίαις δυνήσεται τῇ πολυσπλάγχνῳ μεγαλοφυΐα τοῦ μάρτυρος; Ὃν γὰρ οὐ πλοῦτος, οὐ γένος, οὐ βοηθημάτων, οὐκ ἰατρικῆς ἐπιστήμης ἰαματοφόροι ἐπινοίαι, οὐχὶ τῶν λεγομένων περιαμμάτων πληθὺς ὠφελῆσαι κἂν τὶ βραχυτατον ἴσχυσεν, οὐ δὲ γὰρ τούτων ἐφείσαντο πᾶσαν πεῖραν προσάγοντες αὐτῷ οἱ πρὸς γένος διὰ τὴν ἀπορίαν, καὶ ἀπόγνωσιν τοῦ νοσήματος, καίτοι γινώσκοντες ὡς ἀπηγορευομένῳ πράγματι ἐγχειροῦσιν, τοῦτον ὁ μιμητὴς τοῦ οἰκείου δεσπότου, ὁ σωζοπολίτης ὄντως καὶ ὑπερένδοξος ἀθλοφόρος Χριστοῦ ἐν ὀλιγίστῳ πάνυ χαιρῷ διαστήματι ὑγιῆ καὶ ἀσινῆ, καὶ ἐῤῥωμένον παρέστησεν, οὐ μόνον σωματικῶς, ἀλλὰ καὶ ψυχικῶς.

F

26 Οὕτως καὶ συνέσεως πληησθεὶς ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς τοῦ μάρτυρος χάριτος, πάντων ἐκπεπληγμένων, καὶ τρόπον τινὰ ἐξεστηκότων ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ αὐτοῦ ὑγίᾳ, καὶ τῷ τάχει αὐτῆς, εἶπεν πρὸς τοὺς παρεστῶτας, ἀνοίξας τὸ στόμα εὐσταθῶς ἐξομολογούμενος τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ Θεῷ· Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου,

φιλόθεοι

A φιλόθεοι καὶ ἀγαπητοὶ ἀδελφοί; ἢ τίς ἀκουστὰς ποιήσει πᾶσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; τίς γὰρ ὡς κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ὁ ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων μέγας καὶ φοβερὸς ἐστίν; Οὕτως ἐν βουλῇ εὐθέων καὶ συναγωγῇ μεγάλα τὰ ἔργα Κυρίου, ἔπαισε, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. Ἐξάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξέλειταί σε, εἶπεν τις τῷ Ἰώβ. ἐμὲ δὲ μυριάκις ἐκ πλημμελημάτων εἰς ἀφύκτους ἀνάγκας ἐμπεπτοκότα καὶ περιστάσεις, διὰ τοὺς ἀφάτους αὐτοῦ καὶ ἀνυπερβλήτους οἰκτειρμοὺς ἐξείλετο· ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ, φησὶν, οὐ μὴ ἅψηταί σου κακὸν, τουτέστιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ, ἤγουν τῷ πληρώματι τῆς ψυχικῆς διορθώσεως. Πολλὰ τῇ περιφορᾷ τοῦ βίου πλέων ὁ ἄνθρωπος καὶ συγχωρούμενος ὑπὸ τῆς θείας προνοίας περιβάλλεσθαι διὰ τοῦ ἐχθροῦ περιστάσεσιν, καὶ ἀνάγκαις εἰς ἐπιστροφὴν αὐτοῦ καὶ ὠφέλειαν.

Dei amantes ac dilecti fratres, quis loquetur? Vel quis omnes ejus laudes faciet auditas? Quis enim sicut Dominus Deus noster, qui in excelsis habitans humilia et in cælis et in terra respicit, qui honorificatus in concilio Sanctorum magnus et terribilis est? Vere in consilio et congregatione justorum magna opera Domini: percussit et manus ejus sanaverunt. Sexies te ex angustiis eripiet *d*, dicebat quidam *e* Job; me autem sæpissime in angustias ærumnasque inevitabiles peccatis prolapsum per ineffabiles suas incredibilesque miserationes liberavit. In septimo autem, dicit, non te tanget malum *f*, hoc est, in capite seu emendationis spiritualis complemento. Sæpe homo, qui in vitæ fluctibus navigat, ærumnis etiam atque angustiis ab inimico circumdari in sui conversionem atque utilitatem a divina providentia permittitur.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

*d* *e* *f*

27 Οὐδὲν γαρ τῶν ὑπὸ Θεοῦ γινομένων, ἢ συγχωρουμένων γίνεσθαι πέφυκεν ἀνωφελές· εἶτα τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν γινωσκούσης αὐτῆς Θείας τῆς προνοίας καὶ ἀντιλαμβανομένης, καὶ κουφιζούσης, καὶ ἐξαιρουμένης
B τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῶν ἀνάγκων, ὡς προείρηται, φυσικῇ πῶς ἀκολουθίᾳ καταναγκασθήσεται ἡ νήφουσα ψυχὴ τὰ ἑαυτῆς πταίσματα λογιζομένη, καὶ τὸ πλήμμυρον τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ εἰς διόρθωσιν ῥέψαι, καὶ τὸν κτίστην διὰ πολιτείας σοφρόνως ἀποθεραπεῦσαι, ὅπερ ἐστὶν, ὡς ἀνωτέρω λέλεκται, ὅτι ἐν τῷ ἑβδόμῳ οὐ μὴ ἅψηταί σου κακὸν· λοιπὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος εἰς ἐπίγνωσιν τρεπόμενος καὶ ἐπιστροφὴν ἐκ τῆς ἀφάτου εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ σωφρονισθεὶς, καὶ πολιτευόμενος ὀρθῶς καὶ φιλοχρίστως· ἐνδύεται σχεδὸν εἰπεῖν αἰσθητῶς τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἤγουν τὴν αὐτοῦ ἐπισκίασιν, ὅτε καὶ ἡ ἁγία Τριὰς ἐπιφοιτῶσα Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μονὴν παρ' αὐτοῦ ποιῆται. ὡς μηκέτι ἅπτεσθαι αὐτοῦ κακὸν φρουρούμενον θεοπρεπῶς.

27 Nihil enim eorum, quæ a Deo fiunt aut conceduntur, irritum esse consuevit. Enimvero infirmitatem nostram noscente eadem divina providentia, hominemque juvante ac erigente, atque, ut ante dictum est, ex angustiis eripiente sapiens anima, delicta sua perpendens, naturali quodammodo congruentia cogetur et Dei misericordiæ abundantiam in emendationem vertere, et conditorem recta vivendi ratione colere; quod est, ut supra dictum est, quia malum te in septimo non tanget. Tandem enim homo, ad agnitionem adductus, atque ex ineffabili Dei benignitate sapere, quæ conversionis sunt, edoctus, ac recte vivens, e Christi charitate sensibiliter etiam fere, ut ita dicam, Spiritus sancti gratia, seu hujus obumbratione induitur, quando et accedens sancta Trinitas, Pater et Filius et Spiritus sanctus, mansionem apud eum facit, ne deinceps illum, a Deo convenienter custoditum, malum tangat.

*quæ hic in medium*

E

28 Ἐγὼ οὖν ὁ τάλας οὐχ ἑξάκις τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ καὶ πολλὰ πλεονάκις πέπτωκα δι' ἁμαρτιῶν ἐν ἀνάγκαις, εἶτα ἐρρύσθην τοῦ ἀμετρήτου ἐλέους τοῦ Θεοῦ ὑπερβλήσαντος καὶ κατακλύσαντός μου τὰς ἁμαρτίας· ἡ δὲ νῦν περὶ ἐμὲ γεγενημένη διὰ τοῦ ἀλλοφόρου ἐπίσκεψις οὐχ ὑπελείπετο περίστασιν μείζονα προγενομένην, οἶμαι δὲ οὔτε μέλλουσαν ἔσεσθαι· τίς γὰρ μεῖζων ἀνάγκη τοῦ εἰς πυθμένα με ᾅδου κατελθεῖν καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, λέγω δὴ καὶ ἁμαρτίαις καὶ ἀνιάτῳ
C νοσήματι, ὡς ἀνελθόντα με ἀπροσδοκήτως κράζειν ἐμφανῶς τὰ τοῦ ἁγίου Δαυὶδ τῷ Θεῷ, ὅτι ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου· καὶ πάλιν μετὰ τοῦ βασιλέως Ἐζεκίου, ὅτι εἴλω μου τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ ἀπόληται, καὶ ἀπέρριψας ὀπίσω μου πᾶσας τὰς ἁμαρτίας μου.

28 Ego igitur miser, qui non sexies numero, sed et multo sæpius per peccata in angustias incidi, postea, Dei infinita misericordia peccata mea excedente cooperienteque, liberatus sum; quæ vero circa me facta nunc est, certaminum Victoris visitatio incertum haud relinquit, majorem, quæ hanc præivit, angustiam antea haud evenisse, existimoque nec eventuram. Quæ enim major sit angustia, quam corpore et anima, peccatis dico atque immedicabili morbo, in inferorum profundum me descendere, ita ut, cum inexpectato ascenderem, palam illa sancti David ad Deum clamarem, quia animam meam e profundissimo inferno liberasti *g*; et rursus cum rege Ezechia, quia animam meam, ne periret, rapuisti, omniaque peccata mea post tergum meum adjecisti *h*.

*adducitur. oratione excurrit,*

F

*g*

*h*

29 Πιστεύω γὰρ τῷ θαυματουργήσαντι Θεῷ· διὰ τοῦ ἀλλοφόρου αὐτοῦ εἰς ἐμὲ, ὅτι ὡς τὴν ἀπηλπισμένην νόσον τοῦ σώματος ἐφυγάδευσεν, οὕτως καὶ τῆς ψυχῆς τὰ τραύματα θεραπεύσει, καὶ οὐ μόνον θεραπεύσει, ἀλλὰ καὶ φυλάξει τῆς εἰς τὸ πάλιν τούτων ἐπανόδου· φιλυπόστρατα* γὰρ τὰ τοιαῦτα νοσήματα τοῖς μὴ διὰ προσευχῆς καὶ πολιτείας ἁγνῆς τὴν ὑπὸ τοῦ κρείττονος φυλακὴν κεκτημένοις· καὶ ταῦτα εἰπὼν, εὐξάμενος καθ' αὐτὸν ἐπὶ πολὺ μετὰ δακρύων, ἐξῆλθεν σὺν τοῖς αὐτοῦ χαίρων καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ μεσίτῃ τῆς χάριτος αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ καὶ πανενδόξῳ μάρ-

29 Credo enim, Deum, uti per miraculum, quod in me per suum certaminum Victorem operatus est, morbum corporis desperatum fugavit, ita etiam animæ vulnera curaturum, nec tantum curaturum, sed eorum etiam reditum impediturum. Iis enim, qui per orationem rectumque vitæ institutum a Deo haud proteguntur, redire solent morbi hujusmodi *i*. Atque cum hæc, cum lacrymis intra se ferventissime orans, dixisset, cum suis exivit gaudens, gratiasque agens Deo, beneficiique sibi

*eique et S. Demetrio gratias agit.*

*i*

* *cod. Mazarin. melius* φιλυπόστροφα

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

sibi collati conciliatori, sancto et gloriosissimo martyri Demetrio; quia illum decet omnis gloria, honor et adoratio nunc et semper etc.

τυρι Δημητρίῳ. Ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

## ANNOTATA.

a *Caput hoc, seu potius, quod in eo narratur, miraculum sequentem hunc in codice Ms. olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi, in quo a fol.* 35 *usque ad fol.* 39 *excurrit, præfert titulum*: Περὶ τοῦ τὴν αἱμόρροιαν ἔχοντος ἐπάρχου, *id est,* De præfecto, sanguinis fluxum passo. *Porro quod miraculum illud non e laudato olim Mazarinæo, sed e bibliothecæ Vaticanæ codice Ms.* 821 *decerptum habeamus, idcirco id hic editur e posteriori isthoc litterario monumento, in quo licet Joannis Thessalonicensis nomine non signetur, illustri tamen huic scriptori a nobis attribuitur ob rationes, quas in Annotatis, cap. præcedenti ad lit.* a *subnexis, adduxi.*

b *Fuerit ergo præfectus, de quo hic agitur, militum, ut apparet, per Illyricum magister; quale autem id fuerit officium, apud Pancirolum in concinnato in imperii Orientalis Notitiam Commentario cap.* 30 *et* 54 *expositum invenies colligesque etiam ex iis, quæ horum capp. priori is scriptor affert, præfectum seu magistrum militum, de quo hic, præfecto prætorii Illyrici non paruisse, contra ac non nemo forte existimet, quod spectabile eorum, qui sub præfecti Illyrici principatu erant, agmen gubernasse, hic dicatur. Nec propterea tamen putandum est, cum Pancirolo Joannem Thessalonicensem hic pugnare; ita enim posterior hic scriptor potest intelligi ut milites, quorum agmini præfectum a se memoratum præfuisse ait, sub præfecti prætorii Illyrici principatu, non parendo, sed commorando dumtaxat, fuisse, significatum voluerit.*

c *Hinc collige, jam inde a Joannis Thessalonicensis ætate seu seculo septimo verosimillimeque etiam aliquanto citius, ac proin jam inde saltem a seculo sexto pro primario civitatis Thessalonicensis patrono habitum fuisse* S. Demetrium, *qui proinde etiam jam tum cultu ecclesiastico plane insigni fuerit indubie ibidem gavisus.* B E

d *Jobi cap.* 5, *v.* 19 *Græcis hisce,* Ἐξάκις ἐξ ἀναγκῶν σε ἐξελεῖται, *textus sacri verbis, quæ ego hic, verbum verbo reddens, interpretatus sum,* sexies ex angustiis te eripiet, *sequentia isthæc in vulgata respondent*: In sex tribulationibus liberabit te.

e *Eliphaz nempe.*

f *Græcis verbis, mox ad lit.* d *recitatis, proxime hæc loco ibidem citato in Textu sacro subduntur*: ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐ μὴ ἅψηταί σου κακόν, *iis autem in Vulgata isthæc respondent*: Et in septima non tanget te malum; *Et sane cum ad feminini generis substantivum præcedens* Tribulatio *adjectivum numerale* Septimus *referendum videatur, Vulgata omnino hic standum apparet. Verum licet pariter feminini generis in textu Græco sit substantivum, ad quod adjectivum numerale* ἑβδομὸς *referendum videtur, hoc tamen in Græco sacræ Scripturæ textu, quod propterea et a me hic factum, masculino genere affertur, itaque acceptum discursui, quem Joannes hic subdit, materiem subministravit.*

g *Hæc ipsa Latine a me hic reddita Joannis Thessalonicensis verba* ἐρύσω *etc in Græco sacræ Scripturæ textu Psalmo* 85, *v.* 13 *habentur, iisque in Vulgata respondent hæc*: Eruisti animam meam ex inferno inferiori.

h *Ita fere Isaiæ* 38, *v.* 17.

i *Prolixam hanc orationem a præfecto, de quo hic, cum sanitati fuisset prodigiose restitutus, prolatam fuisse, verisimile haud apparet. Quare viæ dubitandum est, quin huic illam Joannes, oratorum more loquens, pro arbitrio affinxerit. Apud Mabillonium, apud quem tom.* I *Analect. Vet. miraculum, hoc cap. relatum, pag.*73 *et seq. ab Anastasio bibliothec. etiam refertur, nihil simile occurrit.*

# CAPUT III.

## C *De gesta a Sancto prodigiosa pro Thessalonicensibus in peste cura a.* F

a

*Thessalonicenses, qui Sancti opem sæpius in morbis fuere experti,*

Marium arenam, dilecti fratres, pluviæque, secundum quod scriptum est, guttas numerare, aut facta in corporum morbis a Victoriis decorato gloriosissimoque martyre Demetrio miracula exponere, perinde est: nec de iis loquor, quæ antiquis aut etiam antiquissimis temporibus manifestata sunt, sed nec de iis, quæ sub nobis ipsis, utut peccatoribus, per ineffabilem ipsius patriumque erga cives amorem sunt gesta. Ad alia sermonem convertam, cum memoraro miraculum, nuper gestum, quod audientes omnes fere, recte novi, agnoscetis, testimoniumque simul veritati præbebitis. Ante annos enim paucissimos evenit, nec ullius ex omnibus, opinor, auditum fugit; multi autem etiam experientia Martyris in visitando misericordiam cognovere vel ipsimet beneficium experti, vel domesticos habentes, qui inexspectato mortem evasere. Quid vero moror,

Ἴσον, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, καθέστηκεν, ἄμμον θαλασσῶν καὶ σταγόνας ὑετοῦ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἀριθμεῖν, ἢ τὰς θαυματουργίας ἐν σωματικαῖς νόσοις γεγενημένας ἐκτίθεσθαι τοῦ καλλινίκου καὶ ὑπερενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, καὶ οὐδήπου λέγω τὰς πάλαι ἢ πρόπαλαι κατὰ καιροὺς ἐνφανισθείσας, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, καίτοι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἐπιτελεσθείσας διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ καὶ πατρικὴν πρὸς τοὺς πολίτας φιλοστοργίαν. Τούτου καὶ τοῦ ἔναγχος γεγενημένου θαυματουργήματος ἐπιμνησθεὶς ἔφ' ἕτερα τρέψω τὸν λόγον, ὅπερ ἀκούσαντες, εὖ οἶδα ὅτι σχεδὸν οἱ πάντες ἐπιγνώσεσθε, καὶ συμμαρτυρήσετε τῇ ἀληθείᾳ. Πρὸ γὰρ λίαν ὀλιγοστῶν ἐτῶν γεγένηται, καὶ οὐδενὸς τῶν πάντων οἶμαι τὴν ἀκοὴν διαπέφευγεν, οἱ δὲ πολλοὶ καὶ πεῖρα τὴν ἐπισκεπτικὴν τοῦ μάρτυρος φιλανθροπίαν ἐπέγνωσαν, ἢ αὐτοὶ τῆς εὐεργεσίας αἰσθόμενοι, ἢ οἰκείους ἐχόντες τοὺς ἐξ ἀπροσδοκήτου διαφυγόντας τὸν θάνατον· τί δὲ μέλλω καὶ οὐ ποιῶ τῇ διηγήσει καταφανὲς τὸ λεγόμενον, μάλιστα καὶ τὸ θαρρεῖν ἔχων ὡς οὐκ ἀπιστήσομαι πρὸς εἰδότας διαλεγόμενος;

31 Ἴστε

A

31 Ἴστε δήπου, ἀγαπητοί, τὴν πρό τινος ὀλιγοστοῦ χρόνου θηλάτον ἐπελθοῦσαν τῇ πόλει ὀργήν, οὐ τῇ πόλει δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ χώρᾳ πάσῃ, λέγω δὴ τὸν λοιμὸν ἐκεῖνον τὸν παμφάγον καὶ παντοφόρον καὶ ὑπερμέτρον, τὸν ὑπερβάντα μὲν μεγέθει κακοῦ τὰς ἐκ Θεοῦ παιδείας τοῖς πώποτε καταπεμφθείσας, ἡττηθέντα δὲ μόνοις τοῖς τῶν ἡμετέρων πράξεων παροργισμοῖς.... Ἀπὸ γὰρ βραχυτέρων μαστίγων ἀρξάμενος, εἶτα καὶ εἰς τὰς μέσας ἐπαναβὰς ὡς ἤδη ἡμῶν τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς σκληρώσαντα καὶ ἀπεσκληκότα, καὶ μὴ δὲ καταδέσμοις ἢ μαλάγμασιν εἴκοντα κατὰ τὸν Ἡσαΐαν· ἀναγκαίως ὡς ἄριστος τῶν ἀπληπισμένων ἰατρὸς καὶ τῶν ἀθεάτων γνώστης ἀκριβὴς, ἐπὶ τὰς ἄκρας ὥρμησεν ἐπάγωγας· πρῶτον μὲν γὰρ χειραγωγίᾳ θεοπρεπεῖ παιδεύων ἡμᾶς ὡς πατὴρ, οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς ἐκ γῆς καρποῖς, εἶτα καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῶν ἐπελθεῖν ἀφῆσι τὴν φθοράν.

B

32 Ὡς δὲ μηδὲν κρεῖττον ἡμᾶς γεγενημένους ἑώρα, τοῖς ὑπομασθίοις καὶ τοῖς κομιδῇ παισὶν ἐπανεβίβασε τὴν πληγήν. Ὡς δὲ καὶ ταύτῃ τῇ τομῇ μὴ ὑπεικὸν διέγνω τὸ τῶν ψυχῶν ἡμῶν οἴδημα, τότε τὸν μέγαν καὶ θριμὺν καὶ ἀνύποιστον τοῦ λοιμοῦ καυτῆρα δι' ἀγγέλων ὄντως πονηρῶν ἐπαχθῆναι τῇ πάσῃ συνεχώρησε πόλει.... πάντες ἄρδην ἀπὸ νηπίου μέχρις ἀνδρῶν ἀνηρπάζοντο, μόνον τῶν ἐν γήρᾳ βαθεῖ πεπεδημένων. Ἵνα μή τις εἴποι, φυσικήν τινα γενομένην τοῦ ἀέρος δυσκρασίαν τὴν φθορὰν τοῖς ζῶσιν ἐπενεγκεῖν, καὶ ὡς οὐχὶ Κυρίὸς ἐποίησε ταῦτα πάντα, τούτου χάριν τὸ νέον καὶ ἀνθοῦν τῆς ἡλικίας ἐφθείρετο, τὸ δὲ παλαίον καὶ ἐγγὺς ἀφανισμοῦ διετηρεῖτο....

33 Ἐπεὶ οὖν τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἔνοχοι νοσημάτων εἰς τὸν ὑγιόθωρον ναὸν τοῦ πανσέπτου κατέφυγον, ὡς εἴρηται, Μάρτυρος, τότε καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος, καὶ τῆς ἐνεργοῦς τοῦ Ἁθλοφόρου δυνάμεως τὸ κηδεμονικὸν ἐπεδείκνυντο. Ὅσους
C γὰρ αὐτὸς ἐφ' ἑκάστης νυκτὸς, ὡς φιλόπαις πατὴρ, ἐπεσκέπτετο, εὐθὺς ἐῶθεν οὗτοι καὶ τροφῆς μετελάμβανον, καὶ ποσὶν οἰκείοις εἰς τοῦτο κατέσπευδον· οἱ πρὶν βρωμάτων ἀόρεκτοι, καὶ πάντων δυσάρεστοι, καὶ πάντη ἀκίνητοι τῷ μεγέθει τῶν νοσημάτων ὁρώμενοι, καὶ ὀλιγοστῶν ἐντὸς ἡμερῶν ὑγιεῖς καὶ ἀρτίφρονες ἀτεχνῶς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἀπέτρεχον, ἀφοβοι ἐχέγγυον ἀσφάλειαν ἔχοντες τοῦ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἁλῶναι παθήμασι τὸ παρὰ τοῦ πανενδόξου Μάρτυρος τούτους ἀπολελύσθαι. Ὅσους δὲ κατὰ τὰς νύκτας ἐπισκεπτόμενος ὑπερέβαινε, τούτους ἡ παραχρῆμα ὁ θάνατος ὑπεδέχετο, ἢ μακρονοσίᾳ κάμνοντας μόλις ὀψέποτε διὰ χρόνου ἡ ἀπαλλαγὴ τοῦ νοσήματος ἔφθανε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ διὰ χρόνου, εἰ μὴ σπλαγχνισθεὶς ὁ Μάρτυς εὐμενῶς ἐπεῖδε τὸν κάμνοντα.

34 Ἀλλ' ὀλιγοστοὶ μὲν ἦσαν οἱ αὐτόθι ὡς ἀνεπίσκοποι τελευτήσαντες, ὀλίγῳ δὲ πλείους τούτων οἱ πολυχρονήσαντες τοῖς παθήμασιν. Εἶτα ἐπισκεφθέντες εἰς ὕστερον, οἱ δὲ ταχὺ ὑγιείας τυγχάνοντες ἀριθμὸν ὑπερέβαινον. Ἀλλὰ μή τις ἀδυναμίας ἢ ἀσπλαγχνίας ἢ προσωποληψίας ἀσεβῶς τοῦ ἐπισκεψαμένου καταψη-

nec narratione, quod dico, manifestum facio, maxime, cum verba ad eos, qui rem noscunt, faciens, fore confidam, ut fides mihi haud denegetur?

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

31 Nostis certe, dilecti, illam, quæ brevissimum quoddam ante tempus civitati *b*, non solum autem civitati, sed et regioni universæ obvenit, immissam a Deo pœnam, omnivoram autem illam, omniaque corrumpentem ac modum excedentem pestem dico, quæ mali quidem magnitudine omnibus umquam a Deo immissis castigationibus fuit superior, solum autem actionum nostrarum indignitate fuit inferior *c*..... A minoribus enim pœnis exorsus, ac deinde ad medias progressus, ut animæ nostræ vulnera callum obducere atque indurescere vidit, nec alligaturis ullis pharmacisque cedere, secundum Isaïam, necessitate compulsus, uti optimus eorum, de quorum sanatione desperatur, medicus, eorumque, quæ non videntur, exquisitus inspector, ad supremos castigationis gradus prorupit. Primum quidem castigatione, quæ Deum decet, nos erudiens, velut pater, non nobis, sed terræ fructibus ac deinde etiam animalibus nostris corruptelam supervenire permisit.

*in dirissima etiam peste, a Deo in ipsos, b*

*c*

E

32 Ut vero nos nihilo meliores factos vidit, pueris adhuc lactentibus, iisque, qui valde adhuc juvenes erant, plagam indidit. Ut autem nec huic incisioni cedere animarum nostrarum tumorem cognovit, tunc magnum et acrem et intolerabilem pestis cauterem per angelos vere malos supra totam civitatem induci permisit *d*..... Omnes prorsus, incipiendo ab iis, qui pueri adhuc erant, usque ad eos, qui virilis ætatis erant, rapiebantur, solis, qui senectutis provectæ facti jam erant, remanentibus. Ne enim quis diceret, naturalem quampiam, quæ obvenisset, aëris intemperiem viventibus luem attulisse, nec Dominum hæc omnia fecisse, ideo, qui in ætatis juventute ac flore erant, peribant; qui vero senes mortique vicini erant, servabantur *e*.....

*cum leviori-ribus pœnis nihilo melio-res essent effe-cti, immissa,*

*d*

*e*

33 Posquam igitur his atque hujusmodi morbis constricti ad venerandi quam maxime, ut dictum est, Martyris templum, sanationes donare solitum, confugerunt, tunc et Dei misericordiæ magnitudinem et efficacis certaminum Victoris potentiæ curam sunt experti. Quoscumque enim ipse, ut filiorum amans pater, noctibus singulis visitabat, ii ipsi statim mane et cibum capiebant, et propriis præterea pedibus incedebant: qui prius nutrimenta fastidientes, pessimeque affecti ac penitus præ morborum magnitudine immoti apparuerant, paucissimos etiam intra dies sani mentique restituti domos suas absque metu facile repetebant, securitatem, quod a Martyre liberati essent, fide dignam habentes, fore, ut iisdem morbis non corriperentur. Quoscumque vero, cum noctu visitaret, præteribat, illos statim vel mors rapiebat, vel mali diuturnitate laborantes vix tandem per tempus quidem, nisi Martyr, misericordia motus, ægrotantem benigne respiceret, morbi remissio occupabat.

*sanitati fuere, cum ad Demetrii templum confugissent,*

F

34 Verum paucissimi illic, velut haud visitati, mortui sunt, multo autem pauciores, qui morborum diuturnitate conflictati fuere. Qui porro visitati sanitatem postea statim obtinebant, numerum excessere. Verum ne quis impotentiæ vel immisericordiæ vel personarum

*magno numero restituti; id autem Sancti patrocinio,*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

exceptionis Martyrem visitantem impie damnet, eorum, qui tunc passi sunt atque ad illius templum confugere, actiones mente expendens, eaque, quæ germano Dei servo conveniunt ac congruunt, pie recogitans, invenies omnino, recte, atque ut Dei Providentiam decet, et illos, qui morbis statim liberati fuerunt, sanatos fuisse, et eos, qui, morbo diu protracto passi sunt, convenienter in hisce punitos fuisse, et eos, qui celerrime vitam amisere, fuisse id, quemadmodum decebat, passos, ut Martyris potentiæ efficacia et providentia et misericordia ubique innotesceret. Unde, aiunt, nobis, persuades, hæc fecisse gloriosissimum Demetrium? Eum enim magnum quidem et potentem apud Deum et civitatis amantem esse, fatemur et nos ipsi, neminem autem tunc ibidem decumbentium, sanitate tributa, eum visitasse, suspicamur, quod id, quod in civitate gestum, Dei in hanc vindicta, cum ei, si isthanc immisisset, actionum nostrarum Defensor adversaturus haud fuisset, minime exstiterit.

*non casu, factum, Joannes Thessalonicensis hic contendit,*

35 Et qui, o boni atque dilecti, sanitatem intus decumbentium plures inexspectato sint consecuti, pauciores autem numero cum morbis conflictati diu fuerint, longeque etiam pauciores animam casu posuerint, factumque etiam sit, ut immissus morbus vel ægrotantis virtute vinceretur? Verum primo quidem casu dicere fortuito bonorum quidquam factum esse, non Christianorum est, sed atheorum, qui administratricem unius Dei providentiam negant, omniaque absque alieno impulsu atque ut casus fert, evenire opinantur. Deinde vero mihi dicite, quomodo illi, qui extra sanctum templum in propriis domibus ægrotarunt, omnes fere, paucis exceptis, mortui sint, ita ut, quemadmodum dictum est, multi manerent insepulti. illi vero, qui ad venerandum Martyris templum fugere, omnes fere, exceptis, qui pœnæ a Providentia fuere subjecti, paucis, fuerint servati? Oportebat enim et hic, nisi congruam ille attulisset opem, sævientem in civitatem pestem plurimos absumere paucissimosque facere residuos.

C

*visioneque qua Sanctus ægros visitare fuit conspectus, in medium adducta,*

36 Id autem illis, qui in foris et domibus suis erant, factum esse, solis vero illis, qui in sanctissimo Martyris templo erant, non illud, sed etiam contrarium, obvenisse, argumentum est luculentum, illum domus Dominum misericordis potentiæ suæ specimen dedisse. Ut porro nunc omnes etiam credamus, universa evenire Dei providentia, nec bonorum quidquam, uti aliqui nugantur, sponte sua progigni, Deus, hujusmodi malevoli suggestiones ex ipsis cordis nostri stirpibus volens exscindere, unius ex ibidem tunc decumbentibus mentis oculos aperuit, noctisque tempore velut in ecstasi hic factus Sanctum chlamyde indutum, roseamque ac venustam faciem præferentem vidit, ut in populum, non ac consul quidam, accepta ab imperatoribus potestate, beneficia distribueret, advenientem, omnesque quidem, qui periclitabantur, respicientem, quibusdam vero manum imponentem, crucemque imprimere satagentem; quosdam autem subtristi etiam vultu dumtaxat intuentem, paucissimos vero multo dolore ac mœstitia prætereuntem, ita

φίζηται Μάρτυρος, τῶν δὲ τῆνικαῦτα πασχόντων καὶ D τῷ τούτου ναῷ προσφευγόντων τὰς πράξεις ἀναθρήσας τῷ νῷ, καὶ τὰ προσήκοντα, καὶ ἁρμόδια θούλῳ γνησίῳ Θεοῦ φιλευσεβῶς λογισάμενος, εὑρήσει πάντως ἐπωφελῶς καὶ ὡς προνοίᾳ πρέπει Θεοῦ καί τοὺς εὐθὺς ἐλευθερωθέντας τῶν νοσημάτων ὑγιασθῆναι, καὶ τοὺς παρασυρέντας ἐν τούτοις οἰκονομικῶς παιδευθῆναι, καὶ τοὺς τάχιστα τὸν βίον ἀποπλιπόντας συμφερόντως τοῦτο παθεῖν, ὡς πανταχόθεν φαίνεσθαι τῆς ἐνεργείας τοῦ Μάρτυρος τὸ δυνατὸν καὶ προνοητικὸν καὶ φιλάνθρωπον. Πόθεν, φασί, ταῦτα πείθεις ἡμᾶς τὸν ὑπερένδοξον πεπραχέναι Δημήτριον; Ὅτι μὲν γὰρ μέγας παρὰ Θεῷ καὶ δυνατὸς, καὶ φιλόπολις, ὁμολογοῦμεν καὶ αὐτοὶ, ὑποτοπάζομεν δὲ μηδένα τηνικαῦτα τῶν ἐκεῖσε κειμένων ἰαματικῶς αὐτὸν ἐπισκέψασθαι, διὰ τὸ μὴ Θεομηνίαν ἄντικρυς εἶναι τὸ κατὰ τὴν πόλιν γινόμενον, καὶ τῷ μὴ προσκροῦσαι τῷ ταύτην ἐκπεπομφότι Θεῷ τῶν ἡμετέρων πράξεων τιμώρον.

35 Καὶ πῶς, ὦ ἀγαθοὶ καὶ ἀγαπητοὶ, τῆς ὑγείας ἐντὸς πλείους τῶν ἀνακειμένων ἀπροσδοκήτως ἐγένοντο, E λίαν δὲ βραχεῖ τῷ ἀριθμῷ παρεσύρησαν τοῖς νοσήμασι, πολλῷ δὲ τούτων ἧττους οἱ τὴν ψυχὴν ἀπορρήξαντες ἐκ τοῦ παρατυχόντος, καὶ ὡς ἂν συνέβη τὸ ἐνσκῆψαν πάθος ἢ κατακρατηθῆναι τῇ δυνάμει τοῦ κάμνοντος; Ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὸ ἐκ τοῦ παρατυχόντος λέγειν τι γίνεσθαι τῶν καλῶν, οὐδὲ Χριστιανῶν ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἀθέων καὶ τὴν διοικητικὴν τοῦ μόνου Θεοῦ πρόνοιαν ἀρνούμενων, καὶ αὐτομάτως, καὶ ὡς ἔτυχε, τὰ πάντα διεξοδεύεσθαι δοξαζόντων. Εἶτα δὲ πῶς, εἰπατέ μοι, οἱ μὲν ἔξω τοῦ ἁγίου ναοῦ κατὰ τοὺς ἰδίους οἴκους νοσήσαντες, οὐ πάντες σχεδὸν διεφθάρησαν πλὴν ὀλίγων, ὡς καὶ ἀτάφους, ὡς εἴρηται, μείναι τοὺς πολλοὺς, οὐ δὲ τῷ πανσέπτῳ τεμένει τοῦ Μάρτυρος προσφυγόντες ἅπαντες σχεδὸν διεσώθησαν, πλὴν ὀλίγων τῶν ἐκ προνοίας παιδείᾳ ὑποβληθέντων; Ἔδει γὰρ κἀνταῦτα, εἴπερ οὐκ αὐτὸ ἐδοκήθει καταλλήλως τῇ πόλει, τὸν λοιμὸν ἐπισκήψαντα τούτων πλείους ἀπαλλάξαι, βράχυτάτους δὲ καταλιπεῖν.

36 Τὸ δὲ κατὰ μὲν τὰς ἀγορὰς καὶ τοὺς οἴκους F οὕτως γενέσθαι, μόνοις δὲ τοῖς ἐν τῷ παναγίῳ τεμένει τοῦ Μάρτυρος μὴ τοῦτο συμβῆναι, ἀλλὰ καὶ τουναντίον, ἐναργὴς ἀπόδειξις, τοῦτον δεσπότην τοῦ οἴκου τὴν αὐτοῦ φιλάνθρωπον ἐνεργείαν ἐπιδείξασθαι. Ἵνα δὲ καὶ νῦν πιστεύωμεν ἅπαντες, ὡς προνοίᾳ Θεοῦ τὰ πάντα διαπιπτεῖν, καὶ οὐδὲν τῶν καλῶν ἐξαυτομάτου γίνεται, ὥς τινες ληρωδοῦσι, τὰς τοιαύτας τοῦ πονηροῦ ἐννοίας ἐκ πρέμνων αὐτῶν τῆς ἡμῶν καρδίας ὁ Θεὸς ἐκκόψαι βουλόμενος, ἤνοιξεν ἑνὸς τῶν ἐκεῖσε τηνικαῦτα κειμένων τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ νοῦ, καὶ κατὰ νύκτα ὡς ἐν ἐκστάσει γινόμενος ἑώρα τὸν Ἅγιον χλαμύδα ἠμφιεσμένον καὶ εὔροδον καὶ χάριεν τὸ πρόσωπον ἔχοντα, ὡς τινὰ ὕπατον παρὰ βασιλέως ἐξουσίαν λαβόντα διανεῖμαι τῷ δήμῳ τὰς χάριτας ἐρχόμενον καὶ πάντας μὲν ἐπιβλέποντα τοὺς κινδυνεύοντας, τισὶ δὲ τὴν χεῖρα ἐπιτιθέντα, καὶ τὸν σταυρὸν κατασημαίνειν πειρώμενον. Τινὰς δὲ στυγνῷ προσώπῳ καὶ μόνον προσβλέποντα, ὀλίγους δὲ πανὺ μετὰ πολλῆς κατηφείας καὶ συνθρωπότητος ὑπερβαίνοντα, ὡς μὴ δὲ ἐνοραῖν αὐτοὺς ἐθέλειν διὰ τὸ πολὺ τῆς πρὸς αὐτοὺς λύπης.

37 Οὗτοι

A

37 Οὗτοι μὲν οὖν ἕωθεν ἢ μετὰ βραχὺ πάντητε καὶ πάντως ἀπέθνησκον, οἱ δὲ καὶ στυγνῷ προσώπῳ, ὅμως δὲ καταξιωθέντες τῆς τοῦ Μάρτυρος σωτηριώδους εἰσθλέψεως, οὐ διεφθείροντο μὲν, ἐν δὲ τῷ πάθει ἐχρόνιζον, ἀλλ' εὐέλπιδες ἦσαν ἀκούσαντες παρὰ τοῦ ἑωρακότος, ὅτι ὅλως κἂν μετὰ λύπης ἐπισκοπῆς ἠξιώθησαν· ἐπίστευον δὲ τῷ λέγοντι ταῦτα ἐκ τοῦ τοὺς λεγομένους μὴ ἐπισκεφθῆναι παραχρῆμα τελευτᾶν, καὶ πάλιν τοὺς ὑποδεικνυμένους ἐν ἱλαρότητι κατασφραγισθῆναι, ἕωθεν ἐνθὺ τὰ τῆς ὑγιείας ἐπιφέρεσθαι σήμαντρα, ὡς μὴ δὲ τοὺς ἰατροὺς τολμᾶν τοῖς τοιούτοις λοιπὸν προσεγγίζειν θεδιότας μετὰ τὴν σφραγῖδα τοῦ Μάρτυρος ἀνθρωπίνης τέχνης προσαγάγειν βοηθήματα.

38 Αὐτὸς δὲ, ὁ ταῦτα καταξιωθεὶς ἰδεῖν, εἷς ἦν τῶν χρονισάντων ἐν τῷ νοσήματι, καὶ τὰς ἑκάστου τῶν εἰρημένων πραγμάτων ἐκβάσεις ἑώρα. Τοῖστε γὰρ εὐθὺς ἀπροσδεκήτως ῥωννυμένοις συνέχαιρε, τούστε παρ' εὐθὺ τὸν βίον ἀπολιμπάνοντας, εἰκαὶ ὀλίγοι τινὲς οἱ τοιοῦ-
B τοι ἦσαν διὰ τὸ τοῦ Μάρτυρος εὐμενὲς, ὅμως κατὰ τὸ πρέπον τῇ φύσει ἐδάκρυσε, τούστε σὺν αὐτῷ τοῖς πάθεσιν ἐχρονίζοντας τοῖς λόγοις παρεμυθεῖτο, τὴν ὑπομονὴν ἐντιθείς καὶ ἅμα σὺν αὐτοῖς κατακείμενος ἀξιοπιστότατος ἐφαίνετο σύμβουλος, τοῦ δεῖν μετ' εὐχαριστείας τὰ ἐπαγόμενα φέρειν· ἔλεγε γὰρ τοῖς συγκατακειμένοις αὐτῷ· θαρρεῖτε, ἀδελφοὶ, πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμᾶς ἐλευθεροῖ διὰ τοῦ χρονισμοῦ τῶν νοσημάτων, καὶ βλέπων ὡς εὐχαρίστως καὶ μετὰ προθυμίας τὴν παιδείαν αὐτοῦ δεχόμεθα καὶ ἀγογγυστὶ, οὐ βραδύνει τοῦ ἀναλαβεῖν τὰς ἀσθενείας ἡμῶν, καὶ βαστάσαι τὰς νόσους ἡμῶν. Διατὶ οὖν, ἔχεις εἰπεῖν, ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ ἐνεχρόνιστε τῇ νόσῳ καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινε κατακείμενος ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ, ὁ τοιαύτης θεοπτίας ἄξιος φανείς, καὶ προφητείας σχεδὸν εἰπεῖν δεξάμενος χάρισμα; οὐδὲ γὰρ, εἰ ἁμαρτίαις οὗτος ἐπεφόρτιστο, τοῦ πανενδόξου Μάρτυρος ἐγίνετο θεωρός.

39 Οὐ μέμνη τῶν εἰρημένων, ἀγαπητὲ, ὡς οὐδὲν τῶν δεόντων ἐξ αὐτομάτου καθίσταται, ἀλλὰ προνοίᾳ Θεοῦ διοικεῖται τὸ πᾶν; Ἵνα οὖν, ὡς ἐφημὲν εἰπόντες, μὴ
C νομίσειεν τις, ὡς ἔτυχε, γεγενῆσθαι τὰ προειρημένα, λέγω δὴ τούστε διαφθάρεντας θάττον θανεῖν, καὶ τοὺς ἰαθέντας εὐθὺς ἀναστῆναι, καὶ τοὺς ἐγχρονίσαντας ταῖς νόσοις βασανισθῆναι τῷ διαστήματι, καὶ μὴ διὰ τῆς τοῦ Μάρτυρος ἐν διακρίσει ἐπισκοπῆς θεαρέστῳ οἰκονομηθῆναι τηνικαῦτα τὰ ἐκεῖσε γενόμενα, τούτου χαρὶν ὁ λεχθεὶς ἀνὴρ ἐφυλάχθη τῇ νόσῳ, ἵνα τῇ παραμονῇ τὸ πᾶν θεωρήσας ἐξηγήσηται τοῖς μετ' ἔπειτα. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐχρονίζων τῇ νόσῳ ἐθαύμαζε, πῶς τοῦτο πάσχει καίτοι σφραγιζόμενος ὑπο τῆς παναγίας ἐκείνης χείρος· μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν κἀκείνων αὐθωρὸν ὑγιαινόντων, αὐτος ἔτι τῷ πάθει συνείχετο· οὐδὲ γὰρ ἰάσεως ἔτυχεν, εἰ μὴ πάντων εἶδε τὸ τέλος τῶντε ῥωννυμένων, τῶντε παραπεμπομένων εἰς θάνατον. Τίνα οὖν αἶνον δῶμεν τῷ κηδεμόνι μετὰ θεὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν τῷ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς δεδοξασμένῳ Μάρτυρι Δημητρίῳ, τῷ πάσιν, ὡς εἰπεῖν, τοῖς περιλειφθεῖσιν ἐν τῇ πόλει καὶ διαφυγοῦσι τὴν θεήλατον ἐκείνην ὀργὴν αἰτίῳ τῆς σωτηρίας γεγενημένῳ;

ut illos præ magno de iisdem mærore intueri haud vellet. A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

37 Hi igitur mane quidem aut brevi post omnino ac certo moriebantur, illi vero, qui subtristi quamvis vultu, salvifico tamen Martyris intuitu fuerant honorati, non interibant quidem, morbo tamen diu cruciabantur; verum, cum sese visitatione, utut cum mœrore, conventos omnino fuisse, ex illo, qui visionem habuerat, intellexissent, spem bonam concepere; fidem autem hæc dicenti adhibuerunt ex eo, quod quos visitatos haud fuisse assereret, illico morerentur, rursumque quod quos in hilaritate signatos fuisse, mòneret, statim mane sanationis signa præferrent, ita ut ad tales accedere deinceps medici non auderent, timentes post impressum a martyre signum artis humanæ medelam adhibere. *ac nonnullis tum in hanc,*

38 Ille autem, qui videre ista dignus habitus fuerat, eorum, qui morbo diu cruciabatur, unus erat, atque uniuscujusque e prædictis rebus eventus videbat. Iis enim statim, qui sanitati inexspectato restituebantur, congaudebat, eosque, qui extemplo vita excedebant, etsi pauci quidam E per Martyris benignitatem essent hujusmodi, naturæ tamen ut congruum erat, deplorabat, atque illos, qui secum morbi diuturnitate premebantur, sermonibus consolabatur patientiam suadens, cumque una cum illis decumberet, fide dignus videbatur, dum cum gratiarum actione ferenda esse immissa, suadebat. Iis enim, qui secum decumbebant, dicebat: Confidite, fratres; credo enim, fore ut Deus per morbi diuturnitatem peccatis nos liberet, videnque, qui cum gratiarum actione animique alacritate ac sine murmuratione castigationem ejus accipiamus, infirmitates nostras sistere, morbosque auferre non tardabit. Ut quid igitur, repones, vir hujusmodi, qui talis visionis dignus apparuerat, donumque, ut ita dicam, prophetiæ acceperat, morbo diu fuit excruciatus, atque ad longum tempus (neque enim, si peccatis fuisset onustus, gloriosissimum Martyrem vidisset) in templo maxime venerando mansit decumbens? *tum in virum, cui ea fuit oblata,*

39 Dictorumne, dilecte, meministi, nihil scilicet eorum, quæ sunt, a seipsis esse, sed Dei providentia omnia gubernari? Ne igitur, ut supra diximus, quisquam existimet, facta esse, ut sors tulit, quæ supra exposuimus, illos, dico, qui mortui sunt, celerius discessisse, illosque, qui sanati sunt, statim surrexisse, et qui morbis immorabantur, per intervallum discruciatos fuisse, nec per Martyris discretam e Dei voluntate visitationem, quæ ibidem tunc evenere, ordinata fuisse; ideo vir prædictus morbo servatus fuit superstes, ut omnia conspicatus, posteris in vivis manens superstes narraret. Etenim etiam ipsemet, qui morbo diu immorabatur, stupebat, qui id, utut a sanctissima illa manu signatus, pateretur, ipseque adhuc, multis etiam illorum aliis illico sanatis, morbo detineretur. Sanitatem enim consecutus non est, nisi cum omnium et sanitati restitutorum et morte sublatorum finem vidisset. Quam igitur laudem demus animarum nostrarum post Deum curatori, in cœlis et in terra glorificato martyri Demetrio, qui omnibus, ut ita dicam, qui in civitate manserunt superstites, illamque *observatis, probare etiam nititur, brevique in Sancti laudes, in de præcipue*

A. JOANNE THESSAL ARCHIEP. *petitas, excursione narrationem claudit.*

illamque a Deo immissam castigationem vitarunt, salutis causa exstitit *f*?

40 Neque enim loco vel tempore visitationem suam umquam circumscripsit, sed eorum etiam, qui patiuntur, domos adiens, sanitati illos, quibus id convenit, semper restituit, eosque, qui ad suum maxime venerandum templum cum fiducia accedunt, lætantes fideque adhuc magis quam corpore roboratos domesticis restituit. Sibi enim creditum a Deo doctrinæ talentum recte usque nunc, velut prudens ac fidelis servus administrans corporum sanatione animarum studet utilitati. Corpus enim sanans facit, ut beneficium anima sentiat, hincque moveatur, ut haud perfunctorie inquirat, quæ sit beneficium conferens potentia, experientiaque, solum Deum opere complere sui intercessiones Martyris, edoctam parat, ut naturaliter ad Dei cognitionis confessionem tandem trahatur; quod est animarum sanatio, e justitiæ illius solis, secundum quod scriptum est, alis emissa a Deo, quia ejus est gloria etc.

D

40 Οὐδὲ γὰρ τόπῳ ἢ χρόνῳ τὴν οἰκείαν ἐπίσκεψιν περιώρησε πότε, ἀλλὰ καὶ κατ' οἴκους τῶν πασχόντων ἐπιφοιτῶν, τοὺς χρείαν ἔχοντας ἰάται, διαπαντὸς καὶ τοὺς ἐν τῷ πανσέπτῳ αὐτοῦ ναῷ μετὰ πίστεως παραγινομένους χαίροντας καὶ ῥωννυμένους τῇ πίστει μᾶλλον ὑπὲρ τὰ σώματα τοῖς οἰκείοις ἀποδίδωσι· τὸ γὰρ πιστευθὲν αὐτῷ παρὰ Θεοῦ τῆς διδασκαλίας τάλαντον, ὡς εὐγνώμων καὶ διαπυρὸς δοῦλος, μέχρι νῦν καλῶς ἐργαζόμενος τῶν ψυχῶν τὴν ὠφέλειαν διὰ τῆς τῶν σωμάτων ἰάσεως πραγματεύεται· ἀναζωπυρῶν γὰρ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν αἰσθάνεσθαι ποιεῖ τῆς εὐεργεσίας, κἀντεῦθεν ἐκζητεῖν ἀνενδότως τρέπεσθαι, τίς ἡ δύναμις ἡ ἐνεργὸς, καὶ πεῖρα μαθοῦσα, ὡς ὁ μόνος Θεὸς ἐπίσταται ὁ τὰς τοῦ Μάρτυρος αὐτοῦ πρεσβείας ἔργῳ περατῶν, φυσικῶς ἕλκεσθαι λοιπὸν πρὸς τὸν Θεογνωσίας λογισμὸν παρασκεύαζει, ὅπερ ἐστὶν ἴαμα ψυχῶν ἐκ τῶν πτερύγων τῆς δικαιοσύνης ἡλίου κατὰ τὸ γέγραμμένον ἀκτινοβολούμενον θεοπρεπῶς, ὅτε αὐτοῦ ἐστὶν ἡ δόξα etc.

B E

## ANNOTATA.

a *Hoc miraculum, aut, si mavis, caput præsens, quo id continetur, unum est ex iis, quorum dumtaxat (adi Commentarium prævium num.* 19.*) Fragmenta aliquot e codice olim Mazarinæo Græce descripta habemus; hæc adeo saltem, ut fidem in Commentario prævio loco mox cit. datam liberemus, Græce simul et Latine hic damus, narrationem reliquam, quæ locis, punctorum interpositione hic distinctis, in codice Mazarinæo Græce reperitur, in Annotata, cap. huic subjecta, compendio Latino, prout apud nos exstat, rejicientes, aut certe, quid illa contineatur, ibidem indicantes. Porro idem caput seu narratio, hoc contenta, in codice Mazarinæo a fol.* 39 *verso usque ad fol.* 51. *versum extenditur, sequentemque hunc præfert titulum :* Περὶ τοῦ λοιμοῦ, *id est,* De peste.

b *Cum auctor ad Thessalonicenses, uti ex orationis contextu satis liquet, sermonem dirigat, civitatem certe non aliam, quam Thessalonicensem, hic designat.*

c *Hic modo Joannes verbis Græcis in codice olim Mazarinæo de prava Thessalonicensium vita, gravissimaque, quæ ob hanc tandem illis obvenerit, meritisque tamen minor fuerit, divini Numinis vindicta nonnulla disserit, ac deinde, ut in illis puniendis Dei misericordiam mirandam simul ac laudandam ostendat, ea statim, quæ hic Græce punctorum interpositionem mox excipiunt, subjungit.*

d *Joannes hoc loco, punctis distincto, quam multas strages Thessalonicæ pestis miserandum in modum inflixerit, quam innumera funera attulerit, fuse simul ac graphice exponit; ut autem plagam illam, non e causa naturali, sed e divina vindicta Thessalonicensibus obvenisse, ostendat, verbis prolixis, quibus illud facit, ea etiam, quæ punctis interpositis mox hic subduntur, interserit.*

C F

e *Qui non morbis tantum, sed spectris etiam territi Thessalonicenses ad Sanctorum templa, ac præcipue ad ædem,* S. Demetrio, *sacram, e domibus suis fugerint, Joannes modo, nonnullis adhuc, quibus pestis gravitatem describere pergit, præmissis, hic explanat, ac deinde, qui illis tandem a Sancto fuerit succursum, per verba, quæ punctorum interpositionem mox hic excipiunt, enarrat.*

f *Ut Thessalonicensibus non paucis, peste correptis, sanitatem fuisse, sancto* Demetrio *pro iis apud Deum intercedente, prodigiose restitutam, ostendat, multum enimvero toto fere hoc capite huc usque laborat Joannes Thessalonicensis. Verum an sat felici successu? Erit sane, cur ita appareat, maxime si, quod sanationibus prodigiosis, ab illustri hoc scriptore assertis, fundamentum præcipuum præbet, quodque ego tamquam certo falsum rejicere non ausim, locum habuerit, nec vana, quod absit ut asseverem, illusio exstiterit, narrata abs illo nocturna apparitio, qua visitare ægros, prospero sanationis eventu visitationem proxime excipiente, viro cuidam probo* Demetrius *fuerit conspectus.*

CAPUT

A

A JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

# CAPUT IV

## *De energumenis sancti patrocinio sanatis a.*

a

Οὐ σωμάτων δὲ μόνον ἰάμασιν ὁ καλλίνικος οὗτος ἐναμβλύνεται Μάρτυς, ἀλλὰ καὶ δαίμοσιν κατοικένας ψυχάς, καὶ φρενῶν ἀλλοτρίας εἰς τὸ κατὰ φύσιν τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾷ καὶ πολλὰς καὶ πολλάκις ἀνεκαλέσατο, οὕτως ὡς μὴ δὲ τολμᾶν ῥῆξαι φωνὴν τὰ δαιμόνια, τοσάντην σφοδρότητα κατ' αὐτῶν ἐξελαστικὴν ἡ τοῦ ἀθλοφόρου χάρις ἀποστίλβει. Καὶ γὰρ ὥσπερ ξίφος ἐξαστράπτον καὶ τομῶς ἠκονημένον τῇ σφοδρότητι τοῦ φόβου περισκοτῶσαν τὸν κατάκριτον μέλλοντα κρούεσθαι, οὐδὲ τὰς εἰωθυίας ἱκετηρίας τῶν ἐν ἀνάγκαις ἐνδίδωσιν αὐτῷ ἀναπεμψασθαι, οὕτως ἡ τοῦ Μάρτυρος οὐρανοφοίτος χάρις ὑπερλάμπουσα πνευματικῶς καὶ τῶν σελασφόρων ἡλιακῶν ἀκτίνων τὰς ζοφώδεις τοῦ διαβόλου δυνάμεις ἐτύφλωσεν, ὡς προαιρέσει τὴν σκότωσιν ἐκληξαμένας, καὶ τοῦ θεϊκοῦ φωτὸς ἀποικισθείσας μακρότερον.

Non solum hic pulchris victoriis condecoratus Martyr corporum sanationibus effulsit, sed animas etiam, a dæmonibus obsessas atque a mente alienas et multas et sæpe ad naturalem statum Spiritus sancti gratia revocavit, ita ut nec verbum mutire dæmonia auderent; tantam expultricem adversus eos vim certaminum Victoris gratia emittebat. Uti enim etiam gladius fulgens acutusque ad scindendum redditus damnatum, qui feriendus est, præ metus vehementia caligine occupans, neque ut solitas in angustiis supplicationes faciat, permittit, ita etiam cælitus accepta Martyris gratia spiritualiter effulgens solarium, qui lucem afferunt, radiorum adinstar luminis quamdam speciem præferentes diaboli potentias, veluti tenebras ex instituto diligentes, longiusque a divino lumine remotas, caligine involvit.

*Sanctus, qui nec paucos dæmoniacos nec raro sanavit.*

B

41 Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, ἀναρίθμητα τῶν ἰαθέντων τὰ πρόσωπα, οἷς ὁ νοὺς ἐσωφρόνησεν, ἐλευθερωθεὶς τῆς τῶν δαιμόνων κατακρατήσεως ὑπὸ τῆς τοῦ παμμακαρίστου καὶ θεοφόρου Μάρτυρος ἀοράτου ἐπιστασίας, διὰ τὸ προσκορὲς τοῦ λόγου ταῦτα παρέλθωμεν, ἐφ' ἑτέραν κατανυκτικωτέραν διήγησιν σπεύδοντες· ἵνα δὲ μὴ πάντη τῆς τοιαύτης θαυματουργίας καταστῶμεν ἀμνήμονες, φέρε, τὸ νεωστὶ γεγονὸς εἰς μέσον ἀγάγωμεν, ὡς ἐξ ἄκρου τῆς ὥας τὴν ὅλην τῆς κρόκης ὑπόστασιν τῆς ἀθλοφορίκης παριστῶντες δυνάμεως. Πλείους τινὲς στρατιῶται γενναῖοιτε καὶ ἀνδρεῖοι ἐνατινὰ τῆς αὐτῆς λεγεῶνος κατέχοντες ἀνὰ δύο μὲν ἑκάστην χεῖρα τοῦ πάσχοντος ἐγκρατῶς περισφίγγοντες, δύο δὲ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἀντειλημμένοι τὸ θάκνειν αὐτοὺς καθ' ὅσον οἷοίτε ἦσαν ἀπείργοντες, ἄλλοι δὲ τῶν μέσων ἁπρὶν λαβόντες καὶ συνωθοῦντες βαδίζειν ἠνάγκαζον τὴν ἐπὶ τὸν ναὸν τοῦ πανενδόξου Μάρτυρος ἄγοντες οὐκ εἰδότα ποῦ φέροιτο, οὐδὲ τοὺς ὠθοῦντας γνωρίζοντα, καίτοι λίαν οἰκείους τυγχάνοντας, οὐδ' ὁλῶς τῶν φρενῶν ἔχοντά τι ὑγιές.

41 Sed cum personæ, quibus mens, a dæmonum possessione per invisibilem beatissimi, divinique Martyris curam liberata, rediit, multæ sint atque fere, ut ita dicam, innumeræ, eas, ne sermo fastidium creet, prætereamus, ad aliam, quæ animos magis movere nata sit, narrationem properantes. Ne tamen prodigiorum hujusmodi omnino fiamus immemores, age, quod recens factum est, in medium, tamquam in superiori veste universum, quod intra latet, certaminum victricis potentiæ argumentum exhibentes, adducamus. Milites quidam, numero plures, generosique ac fortes, e legione sua quempiam apprehensum, bini quidem ambas patientis manus constringentes, bini autem, capite ejus correpto, tantum, quantum poterant, ne eos morderet, impedientes, alii vero, medium tenaciter tenentes trudentesque, ad gloriosissimi Martyris templum ire compulerunt, ducentes eum, qui nec, quo ferretur, sciebat, nec trudentes, utut sibi quam maxime familiares, noscebat, nec quidquam omnino sanæ mentis habebat.

*unum plane insignem in eadem sibi sacram*

C

42 Οὕτως γὰρ ἡ τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐνοίκησις τὸν θείλαιον ἔστησε φροῦδον τοῦ λογισμοῦ, ὡς τοσοῦτον ὑπερφέρειν αὐτοῦ τὰ ζῶα τὰ ἄλογα ταῖς αἰσθητικαῖς ὁρμαῖς τὴν λογικὴν ἐκείνου νικῶντα περιφοράν, ὅσον οἱ σώφρονες ἄνδρες τῇ λογικῇ κυβερνήσει τὰς τῶν ἀλόγων ζώων ἀσυγκρίτῳ διαίτης ὑπερβαλλούσῃ καλλονῇ· ἀχθεὶς δὲ μόλις καὶ ἀνάγκῃ πολλῇ τῶν ὠθούντων ὁ θείλαιος ἐπὶ τὸν ναὸν, οὐ συνεχωρεῖτο εἰσέρχεσθαι, τῶν δαιμονίων ἐνισχυσάντων οὕτως αὐτῶν τῇ μανίᾳ, ὡς ἅπαντας τοὺς ἐμπεπληγμένους αὐτῷ στρατιώτας πρηνεῖς πρὸ τοῦ πυλῶνος σὺν ἑαυτῷ καταστρέψασθαι. Θορύβου δὲ γενομένου καὶ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ ἁγίου τεμένους σὺν ἄλλοις πλείοσι συνδεδραμηκότων, βίᾳ πολλῇ διαβαστάσαντες εἴσω φέρουσι, καὶ ῥίπτουσιν ἐπὶ τῆς ἑτοιμασθείσης αὐτῷ χαμαιστρώτου εὐνῆς πλείους ἢ ὀκτὼ πάλιν αὐτὸν περισφίγγοντες.

42 Ita enim malevolorum spirituum inhabitatio ratione destitutum effecerat miserum, ut animalia irrationalia, profectis a sentiendi facultate motibus rationalem ipsius sese circumagendi rationem vincentia, tantum illum superarent, quantum viri, mentis compotes, inordinatam animalium irrationalium vivendi rationem rationali gubernatione exsuperant. Cum autem vix nec nisi magna trudentium vi ad templum miser ductus fuisset, id ei ingredi non dabatur, dæmonibus insania sua ita invalescentibus, ut ab eo milites omnes percussi ante portam una cum eo proni in terram caderent. Cum autem factum esset murmur, sacrique templi famuli cum aliis pluribus accurrissent, multa vi sublatum intro ferunt, atque in humi stratum, qui paratus ei erat, lectum conjiciunt, a pluribus iterum, quam ab octo, constrictum.

*videlatum, qui dire a dæmonibus vexabatur,*

44 Τί τοίνυν ἀπεντεῦθεν θαυμάσω, τί δὲ δοξάσω τοῦ Μάρτυρος; Τό φιλόξενον; Ἀλλὰ τὸ ἁπλῶς φι-

44 Quid igitur hinc mirabor, aut quid Martyris laudabo? An hospitalitatem? An simpliciter

*liberum abs hisce*

A. JONNE THESSAL. CHIRP.

citer humanitatem? An promptam in exaudiendis, a quibus cum fide invocatur, facilitatem, seu potius neque etiam invocatam erga eos, qui in angustiis sunt, misericordiam? Hic enim ipse, de quo nunc sermo, neque, si voluisset, opem implorare poterat, quod lingua a morbo esset ligata seu potius quod præter rationem etiam ipsum velle a malevolis spiritibus ei erat sublatum. Verum ut Deus, Moyse etiam, dum Israël et mare et Ægyptiorum exercitus in medio tenebant inclusum, silente, respondit tamen dicens ad eum: Quid clamas ad me?

λάνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ταχυήκοον πρὸς τοὺς ἐπικαλου- D
μένους ἐν πίστει; Ἢ μᾶλλον τὸ μὴ δὲ καλούμενον ἐλε-
εῖν τοὺς ἐν ἀνάγκαις; Οὗτος γὰρ δὴ οὗτος ὁ νῦν προ-
κείμενος τῷ λόγῳ οὐδὲ βουλόμενος ἐπικαλεῖσθαι ἐδύ-
νατο διὰ τὸ δεδέσθαι τὴν γλῶτταν ὑπὸ τοῦ πάθους,
μᾶλλον δὲ πρὸ τοῦ λόγου, καὶ αὐτὸ τὸ βούλεσθαι ὑπὸ τῶν
πονηρῶν πνευμάτων ἀφῃρημένος· ἀλλ' ὥσπερ ὁ Θεὸς
καὶ σιωπῶντος τοῦ Μωϋσέως, ὅτε τὸν Ἰσραὴλ ἤτε θά-
λασσα καὶ ὁ στρατὸς τῶν Αἰγυπτίων εἰς μέσον συνέκλειον,
ὅμως ἀπεκρίθη λέγων πρὸς αὐτὸν, τί βοᾷς πρὸς μέ.

*nec a misero invocatus*

45 Sua enim, quæ corda novit, potentia conspexit prophetæ animam cælos versus volantem atque ante ipsum præ orta ex mari et inimicis desperatione in spiritu concidentem. Ita ille, qui cognoscendi, quæ ad Deum spectant, gratiam proprio martyrii sui sanguine juste emit, silentes etiam audit, nec audiens spernit. Pro eorum enim impotentia sensuumve defectu animæ ipsi usmet supplicat misericordia, quod et in nova illa legionis officina est factum. Nihil enim, quod deprecationem sonet, energumeno (cum posse enim, ut dictum est, etiam velle, quod mens ei sana non esset, amiserat) loquente, ipse Sanctus intra breve admodum tempus suis sanum militem restituit.

45 Ἔβλεπε γὰρ τῇ καρδιογνωστικῇ αὐτοῦ δυνάμει
τὴν τοῦ προφήτου ψυχὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνιπταμένην καὶ
προσπίπτουσαν αὐτῷ νοερῶς διὰ τὴν ἐκ τῆς θαλάσσης
καὶ τῶν πολεμίων ἀπόγνωσιν. Οὕτως ὁ τὴν ἐκ Θεοῦ
γνωστικὴν χάριν τῷ οἰκείῳ τῆς μαρτυρίας αἵματι δικαίως
ἐμπορευσάμενος καὶ σιωπώντων ἀκούει, καὶ ἀκούων οὐ
καταμελεῖ· ὑπὲρ γὰρ τῆς ἐκείνων ἀδυναμίας ἢ ἀναι-
σθησίας ἡ φιλανθρωπία τὴν ἑαυτοῦ καθικέτευε ψυ-
χὴν, ὅ δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ νέῳ τοῦ λεγεῶνος ἐργαστη-
ρίῳ γεγένηται· μηδὲν γὰρ τοῦ δαιμονιῶντος πρεσβευ-
τικὸν φθεγξαμένου (μετὰ γὰρ τοῦ δύνασθαι, ὡς εἴρη-
ται, ἀφῄρητο καὶ τὸ βούλεσθαι διὰ τὸ μὴ σῶαν εἶναι E
τὴν ἔννοιαν) αὐτὸς ὁ ἅγιος εἴσω βραχυτάτου λίαν
καιροῦ σῶον τὸν στρατιώτην τοῖς ἰδίοις ἀπέδωκεν.

B

*cunctis, qui aderant,*

46 Dæmonibus sic, ut dictum est, ex eo ejectis, ita ut nec, quemadmodum ab aliis fieri soluerat, in exeundo strepitum, nec clamorem ullum, eximia certaminum Victoris virtute id impediente, osque quodammodo iis præ immenso timore occludente, ediderint, mane iterum de more in patientem familiares, manus ejus et humeros et caput et genua constringentes, irruebant: hic autem illos, non cruento, ut ante, turbatoque vultu, sed tranquillo admodum, animæque pacem manifestante intuitus, stuporem gaudio mixtum iis injecit, adeo ut, cum maxima ex sibi in illo oblato spectaculo voluptate accepta, quidquam, quo eum interrogarent, proferre, solo etiam visu animos sufficienter oblectantes obliviscerentur, ipse prius illos Romana lingua inexspectato interrogarit.

46 Οὕτως, ὡς εἴρηται, τῶν δαιμόνων ἀπελαθέν-
των αὐτοῦ, ὡς μὴ δὲ ψόφον ἐν τῷ ἐξιέναι, μηδὲ κραυ-
γήν τινα πεποιηκέναι, καθάπερ ἄλλοις εἰώθεισαν,
τοῦτο τῆς ὑπερβαλλούσης δυνάμεως τοῦ ἀθλοφόρου ἐμποιη-
σάσης, ὥσπερ αὐτὰ τῷ ἀμέτρῳ φόβῳ· πρωΐ καὶ
πάλιν ἐπέπιπτον κατὰ τὸ εἰωθὸς οἱ οἰκεῖοι τῷ
πάσχοντι, χεῖρας αὐτοῦ καὶ ὤμους καὶ κεφαλὴν
καὶ τὰ γόνατα περισφίγγοντες· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς
εἰσβλέψας, οὐχ' αἱματώδει, καθὼς ἔμπροσθεν καὶ τε-
ταραγμένῳ τῷ βλέμματι, ἀλλ' εὐσταθεῖ λίαν καὶ τὴν τῆς
ψυχῆς γαλήνην ἐμφαίνοντι, ἔκπληξιν αὐτοῖς ἐνεποίει
χαρμονῇ μεμιγμένην· ὡς διεπιπολὺ καθηδυνόμενοι
τῇ θέᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν, τοῦ φθέγξασθαί τι πυσματικὸν
ἐπελάθοντο αὐτάρκως τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς διὰ τῆς
ὁράσεως καὶ μόνης εὐφραίνοντες, ἔφθασεν αὐτὸς τῇ ῥω-
μαϊκῇ γλώττῃ ἐρωτῶν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως.

C

*obstupescentibus. prodigiose effecit.*

47 Quid, inquit, me invadere, nec aliter, quam qui præ algoris vehementia in lecto contorti jacent, corporibusve iu dæmoniaco spiritu distorquentur, continere conamini? Illi vero, interrogatione, utpote quæ sanæ esset mentis, obstupefacti, reique veritatem dicere erubescentes, hunc responderunt in modum: Detinemus te, ut surgens vestiaris atque abeamus in domum tuam. Hic autem illis reponit: Ut quid vero, cum nec dies festus sit, nec aliud quidquam urgeat, huc nos (ita enim prius, ut dictum est, a mente alienatus erat, ut neque, quo, sese ægrotare, cognosceret, interstitium haberet) advenimus? Illi autem, qui prope illum erant, morbi vehementia obstupefacti, misericordemque, quæ divinum quid præferret, Martyris virtutem supra modum admirantes dixerunt ad eum: Quam quidem ob causam huc veneris, non oportet, te scire modo; gratias autem age Deo, sanctumque ejus Martyrem lauda, quod te, cur huc veneris, non noscentem, domum modo redire noscentem, dimittat *b.* Deo nostro gloria etc.

47 Τί, φησὶ, ἐμπίπτειν ἐπιχειρεῖτέ μοι καὶ κα-
τέχειν, ὥσπερ τοὺς ἐν ψύχει σφοδρῷ σφενδονουμένους F
ὑπὲρ τὴν κλίνην, ἢ τοὺς ἐν πνεύματι δαιμονίῳ στρε-
βλουμένους τὰ σώματα; Οἱ δὲ καὶ τὴν ἐρώτησιν κατα-
πλαγέντες ὡς σώφρονα καὶ τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν
εἰπεῖν αἰσχυνόμενοι ἀπεκρίθησαν οὕτως· κατέχομέν
σε ὅπως ἀναστὰς ἐνδύσῃ, καὶ ἀπέλθωμεν εἰς τὸν οἶκόν
σου· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς· τίνος γὰρ χάριν ἐνταῦθα
παρεγενόμεθα, μήτε ἑορτῆς οὔσης, μήτε ἄλλου τινὸς
κατεπήγοντος· οὕτως γὰρ, ὡς εἴρηται, ἠλλοιωμένος
ἐτύγχανε τὰς φρένας τὸ πρότερον, ὡς μὴ δὲ διάλειμμα
ἔχοντα διὰ γνῶναι κἂν ὅτι νοσεῖ. Οἱ δὲ περὶ αὐτὸν
ἐκπλαγέντες τὴν σφοδρότητα τοῦ πάθους καὶ ὑπερθαυ-
μάσαντες τὴν θεοφόρον ἐνέργειαν τοῦ Μάρτυρος φι-
λάνθρωπον, εἶπον πρὸς αὐτὸν· διὰ τί μὲν ἦλθες ἐν-
ταῦθα, οὐ χρή σε νῦν μαθεῖν, εὐχαρίστει δὲ τῷ Θεῷ
καὶ δόξαζε τὸν ἅγιον αὐτοῦ Μάρτυρα, ὅτι σὲ μὴ γνόντα
διότι ἦλθες ἐνταῦθα, νῦν ἀποστέλλει γινώσκοντα τὴν εἰς
τὸν οἶκον ἐπάνοδον. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα etc.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

ANNOTATA.

a *Caput hoc e Ms., e quo et hic id damus, codice olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi, integrum descriptum habemus; in hoc autem a pag.* 52 *usque ad pag.* 55 *extenditur, sequentemque hunc præfert titulum* : Περὶ τῶν δαιμονώντων, *id est*, De dæmoniacis *seu* possessis a dæmone.

b *Cum miraculum, hic relatum, haud dudum tunc, cum hæc scriberet, accidisse, Joannes Thessalonicensis supra num.* 42 *indicet, non est sane, cur id revocetur in dubium, nec etiam ambigendum videtur, quin* S. Demetrii *virtute, uti idem scriptor asseverat, fuerit patratum.*

## CAPUT V.

### *Qui Sancti reliquias postularit, easque tamen haud impetrarit imperator Mauritius a.*

Ἀγαπητοί, ἔλθωμεν, εἰ δοκεῖ, τὰ πολλὰ παραδραμόντες, καὶ εἰς ὀπτασίας τοῦ μεγάλου καὶ Θεοφόρου Μάρτυρος, θεικνύντες καὶ δι' αὐτῶν τὴν ὑπερμεγέθη δόξαν τῆς μεγαλοπρεπείας αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνεκφράστου δυνάμεως· ἐπειδὴ γὰρ φιλομάρτυρες ἀκριβεῖς τε καὶ ἀσφαλέστατοι ἄει μὴν, μάλιστα δὲ οἱ κατὰ τὸν τῆς εἰδωλομανίας καιρὸν, τὴν Θεοφιλῆ ταύτην Θεσσαλονίκην οἰκοῦντες Χριστιανοὶ καθεστήκεσαν καὶ δέει τοῦ μὴ τὰ τίμια σώματα τῶν μαρτυρούντων ἁγίων τοῖς τῶν εἰδωλολατρῶν προδοῦναι θυμοῖς, ἐχεμύθως ταῦτα καὶ μυστηριωδῶς ἐν γῇ κατετίθεσαν, ὡς μὴ δὲ μέχρι νῦν τηλαυγῶς μηδενὸς τῶν ἐν αὐτῇ μαρτυρησάντων ἁγιοδόχους θήκας γνωσθῆναι, ὅποι τυγχάνοιεν ἀποκείμεναι πλὴν τῆς σεμνοτάτης καὶ παναγίας παρθένου Ματρώνης.

Dilecti, ad magni etiam, si placet deiferique Martyris, prætermissis iis, quæ vulgaria sunt, apparitiones, eximiam etiam per eas magnificæ illius ineffabilisque potentiæ gloriam ostendentes, veniamus. Quoniam enim semper quidem, maxime autem idololatriæ tempore, qui civitatem hanc Deo dilectam incoluerunt, Christiani accurati constantissimique Martyrum amatores fuerint, præmetu, ne Sanctorum, martyrio coronatorum, corpora idololatrarum furori committerentur, tacite illa ac mysteriose in terra absconderunt, adeo ut usque in præsens tempus ex iis, qui martyrium in hac subierunt, nullius prorsus, præterquam celeberrimæ ac sanctissimæ virginis Matronæ *b*, sacrum conditorium, quo depositi fuerunt, certo noscatur.

*Magna Thessalonicensium in custodiendis Martyrum corporibus cura.*

48 Ταῦτα μαθὼν ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς καὶ τοῦτο μὲν τὴν τῶν πολιτῶν περὶ τοὺς μάρτυρας βοωμένην ἀκρίβειαν πειρᾶσαι βουλόμενος, εἰ πέφυκεν ἀληθὴς, τοῦτο δὲ καὶ θείῳ ἔρωτι ληφθεὶς τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου διὰ τὸ ἀκούειν καταγεγάρφθαι πολλὰ περὶ αὐτοῦ, ὡς φιλευσεβὴς βασιλεύς ἠτήσατο θείαις χρησάμενος κεραίαις πρὸς τὸν τηνικαῦτα τὸν χριστιανὸν λαὸν τῆς Θεσσαλονικέων πoιμαίνοντα πόλεως, ὥστε πεμφθῆναι αὐτῷ λείψανόν τι τοῦ Χριστοφόρου μάρτυρος Δημητρίου πίστει τὴν ἐξ αὐτοῦ συμμαχίαν βουλομένῳ καρπώσασθαι· πρὸς ὃν ὁ μακάριως ἀρχιερατεύσας Εὐσέβιος (αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὴν προλεχθεῖσαν τοῦ βασιλέως δεξάμενος αἴτησιν) τοιοισδέ τισιν ἐχρήσατο γράμμασιν.

48 Cum hæc piæ memoriæ Mauritius imperator *c* didicisset, ac partim quidem, verane esset, quæ celebrabatur, civium erga Martyres sollicitudo, experiri vellet, partim autem divino gloriosissimi martyris Demetrii, quod multa de eo scripta esse audivisset, amore esset correptus, ad eum, qui tunc civitatis Thessalonicensis populum pastor moderabatur, sacris usus apicibus, tamquam pius imperator, petiit, ut e Christiferi martyris Demetrii reliquiis aliquid sibi, auxilium inde per fidem in bello obtinere desideranti, mitteretur; ad quem, qui archiepiscopalem cathedram feliciter occupabat, Eusebius *d* (ipse enim prædictam imperatoris petitionem acceperat) hujusmodi usus est litteris.

*Hæc audita, Mauritius imperator Demetrii reliquias postulat.*

49 Οὐχ' οὕτως, ὦ βασιλεῦ, τῆς Θεοφιλοῦς Θεσσαλονίκης τὰ θρέμματα, καθάπερ ἀμέλει κἀν ταῖς ἄλλαις χώραις εἰώθασι τῶν μαρτυρούντων ἁγίων ἀναφανδὸν τιθέναι τὰ σώματα, ὡς ἀναισθήτως καὶ συνεχῶς τῇ θέᾳ τούτων καὶ τῇ ἁφῇ πρὸς εὐσέβειαν τὰς ψυχὰς διεγείρωσιν· ἐκ δὲ τοὐναντίου τὴν πίστιν νοερῶς ἐν ταῖς ἑαυτῶν καρδίαις ἱδρύσαντες, καὶ τὴν αἰσθητὴν τῶν τοιούτων θέαν δι' ὑπερβάλλουσαν εὐλάβειαν ὀρρωδοῦντες, ἀρκεῖν μὲν αὐτοῖς εἰς Θεαρέσκειαν τὸ εἰλικρινὲς ἐνομίσθη τῆς πίστεως· τὰ δὲ τῶν μαρτύρων λείψανα κατσκρύψαι δεῖν ὠήθησαν οὕτως, ὡς μηδενὶ τῶν πάντων τὸν τόπον γινώσκεσθαι, πλὴν ἐκείνων αὐτῶν τῶν τῆς ἁγίας κοινωνησάντων ταφῆς.

49 Non ita, imperator, quemadmodum certe in aliis regionibus usuvenit, Deo dilectæ Thessalonicæ alumni Sanctorum, qui martyrium subierunt, corpora palam, ut eorum aspectu et tactu insensibiliter ac continuo ad pietatem animas excitent, solent exponere; sed contra fidem in cordibus suis intellectualiter servantes, rerumque hujusmodi aspectum præ pietate eximia metuentes, eis, ut Deo placeant, fidei sinceritas sufficere existimata est; Martyrum autem lipsana ita sese abscondere debere putarunt, ut nulli omnino præterquam iis ipsis, qui sacræ sepulturæ participes fuissent, locus, quo essent reconditæ, esset cognitus.

*Ast sese datis ad eum litteris Eusebius archiepiscopus Thessalonicensium consuetudinem*

50 Ἀμέλει, βασιλεῦ, καὶ ὁ τῆς θείας λήξεως αὐτοκράτωρ ἡμῶν γεγονὼς Ἰουστινιᾶνος ταῖς ὁμοίαις ἐχρήσατο συλλα-

50 Sane, imperator, beatæ recordationis Justinianus *e*, qui et ipse imperator noster fuit, tales

*e*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

*terribilemque, quæ, quo minus Sancti reliquiæ e terra extraherentur, sub Justiniano obstiterat*

tales etiam, quales modo ad nos potentia vestra, litteras misit ad eos, qui summi sacerdotii thronum tunc moderabantur. Ille enim etiam, æque ac vos, divino valde atque incenso erga gloriosissimum certaminum victorem amore ferebatur. Atque illi, cum imperatoriam Deoque placentem supplicationem revereri vellent, in quodam, in quo et sacras sese inventuros reliquias existimabant, venerandi templi loco fodientes, in terram, hymnis et canticis et lampadibus et thymiamatibus utentes, descendebant, secum etiam aliis sacerdotibus Deo gratis assumptis. Cum autem illi fossæ partem absolvissent, alacriusque ingredi conarentur, ignem subito e locis anterioribus exeuntem ac contra se venientem vident. Audiverunt et vocem : Desistite ulterius tentare *f*.

*f visionem causatus, ab implenda Mauritii voluntate excusat.*

51 Illi vero, metu ac tremore correpti, statim retrocessere; præ fidei autem præstantia, atque, ut imperatori suam obedientiam reique periculum probarent, sese inclinantes, in terra, antequam ignis adveniret, quantum potuerunt, accepere pulverem, qui ignis nidorem una cum fragrantia ineffabili contraxerat; quem et in magnæ nostræ ecclesiæ loco, sacris vasis custodiendis destinato, decenter deposuerunt, partem ejusdem ad illum, qui pie postularat, mittentes, eaque, quæ acciderant, significantes : quam is, non secus atque si ipsum Martyris accepisset corpus, cum omni lætitia suscepit. Et nos igitur exigui vobis, secundum imperium æqualibus, secundum pietatem autem majores superantibus, ex eodem benedicto sancti pulveris munere partem misimus. Amplius enim quid post tale etiam, ut prædictum est, divinitus editum signum tentare, non solum inconsultum, sed et periculosum esse, cognovimus. Deo autem nostro gloria etc.

βαῖς πρὸς τοὺς τηνικαῦτα τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον ἐνταῦθα διέποντας, αἷς καὶ νῦν πρὸς ἡμᾶς τὸ ὑμέτερον κράτος· ἐφαμίλλως γὰρ ὑμῖν κἀκείνος πρὸς τὸν ὑπερένδοξον ἀθλοφόρον θείῳ κομιδῇ καὶ διαπύρῳ κατείχετο ἔρωτι. Οἱ καὶ βουληθέντες τὴν βασιλικὴν καὶ θεάρεστον ἀποθεραπεῦσαι ἱκετηρίαν ἔν τινι τοῦ πανσέπτου αὐτοῦ ναοῦ διορύξαντες τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ τὸ πανάγιον εὑρίσκειν ὤοντο λείψανον, ὕμνοις χρώμενοι καὶ λαμπάσι καὶ θυμιάμασι κατίσαν συμπαραλαβόντες καὶ ἄλλους ἱερεῖς ἀξιοθέους. Ὡς δὲ μέρος οἵ τοῦ διορύγματος ἤνυσαν καὶ προθυμότερον ἐπεχείρουν εἰσέρχεσθαι, ἄφνω πῦρ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ὁρῶσιν ἐξιὸν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτοὺς· ἤκουσαν δὲ καὶ φωνῆς· παύσασθε περαιτέρω πειράζοντες.

51 Οἱ δὲ φόβῳ καὶ τρόμῳ ληφθέντες ὑπέστρεψαν ἐν τάχει· πίστεως δὲ ὑπερβολῇ τοῦ παραστῆσαι τῷ βασιλεῖ τήνδε οἰκείαν ὑπακοὴν καὶ τοῦ πράγματος τὸ ἐπικίνδυνον, κύψαντες, τὸν ἐν γῇ χοῦν πρὸ τοῦ φθάσαι τὸ πῦρ, ὅσον οἱόντε γεγόνασιν, ἀνεδέξαντο τοῦ πυρὸς τὴν ὀσμὴν μετ' εὐωδίας ἀφάτου συνεφελκόμενον, ὃν καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ σκευοφυλακίῳ τῆς μεγάλης ἡμῶν ἐκκλησίας δέοντως ἀπέθεντο, μέρος ἐξ αὐτοῦ στείλαντες τῷ εὐσεβῶς αἰτησαμένῳ, καὶ τὰ συμβεβηκότα μηνύσαντες, ὅπερ πάσης ἀπέλαβε χαρᾶς, ὡς αὐτὸ τοῦ Μάρτυρος τὸ σῶμα δεξάμενος· καὶ ἡμεῖς οὖν οἱ βραχεῖς τοῖς κατὰ τὴν βασιλείαν ἴσοις, κατὰ δὲ τὴν εὐσέβειαν ὑπερβάλλουσιν τοὺς προγόνους ἐστείλαμεν ὑμῖν ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ ἁγίου χοὸς εὐλογίας· πειρᾶσαι γάρ τι πλέον καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην, ὡς προλέλεκται, θεοσημείαν, οὐ μόνον ἄβουλον, ἀλλὰ καὶ κινδυνῶδες ἐγνώκαμεν. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα.

## ANNOTATA.

a *Quod hoc capite narratur, aut, si mavis, hoc ipsum caput e Ms. pariter codice olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi, in quo a pag.* 55 *seu potius (bis enim hæc per errorem in illo notatur) a pag.* 56 *usque ad. pag.* 58 *extenditur, integrum penes nos exstat exscriptum, sequenti in capite, quem et in dicto codice præfert, titulo insignitum :* Περὶ τῆς αἰτήσεως τῶν λειψάνων τοῦ Μάρτυρος, De postulatione reliquiarum Martyris.

C b *De hac sancta Martyre ad diem* XV *Martii, quo exstat Martyrologio Romano inscripta, actum apud nos jam est, ibidemque, virginem eam non fuisse, a Bollando in historica, quam de eadem contexuit, Sylloge tamquam probabilius num.* 8 *fuit propositum; quod, nescio, an ab eo Operis nostri conditore factum fuisset, si luculentissimum, quod pro sanctæ illius Martyris virginitate hic occurrit, Joannis, Thessalonicensis seculo septimo archiepiscopi, testimonium habuisset perspectum.*

c *Hic ab anno* 582 *ad annum usque* 602, *uti inter eruditos modo convenit, imperii habenas moderatus est; ut, quod hic mox de postulatis per eum* S. Demetrii *reliquiis narratur, nec citius quam anno* 582, *nec serius quam anno* 602 *accidisse, necesse sit.*

d *Nihil uspiam, quo aditæ ab hoc Thessalonicensis cathedræ annum determinem, invenire hactenus licuit; hanc tamen illum, Mauritio imperante seu eo tempore, quod ab anno* 582 *ad annum usque* 602 *excurrit, re ipsa, uti hic Joannis narratio exigit, tenuisse, vel ex eo liquet, quod scripta ad illum, jam Thessalonicensem archiepiscopum, Gregorii Magni (adi Labbeum tom.* 5 *Concil. col.* 1293) *exstet epistola, Indictione* I *notata, quæ, ut calculos ineunti patebit, annum* 598 *designat.*

e *Cum hic, uti ex contextu liquet, de Justiniano, qui ante Mauritium imperavit, sermo sit, Justinianus, hujus nominis primus, indubie designatur : quare, cum hic ab anno* 527 *ad annum usque* 565 *imperio Romano præfuerit, consectarium est, ut, quod hic de postulatis pariter per illum* S. Demetrii *reliquiis, prodigioque, quod ne has consequeretur, obstitit, mox subjungitur, certo inter annum* 526 *et annum* 566 *acciderit.*

f *Refert pariter in Ms., supra in Comment. prævio sæpius laudato, qui penes nos exstat, codice* † *Ms.* 193 *idem isthoc prodigium Joannes Stauracius, Thessalonicensis chartophylax; verum id scriptor iste auget adjunctis, e quibus consequitur, ut jam tum, cum illud accideret, e Thessalonicensi Sancti nostri tumulo unguentum seu oleum, morbis sanandis prodigiose salutare, stillarit; qua de re quid censendum sit, in Commentario prævio* § VIII *invenies.*

CAPUT

A

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

# CAPUT VI.

## *De argenteo, quem Sanctus ciborio suo exusto instaurando destrui noluit, throno a.*

a

Τοῦ φιλαληθοῦς τούτου ἀρχιερέως ἀκηκόαμεν καὶ τοῦτο διηγουμένου διὰ μεγίστην τοῦ ἁγιωτάτου πρόνοιαν, καὶ κηδημονίαν τῆς πόλεως, ἣν Θεοῦ βουλήσει ἐν τοῖς κατόπιν ἡμεῖς διασαφηνίσαι σπουδάσομεν. Συνέβη, φησὶν, τὸ ἐν τῷ παναγίῳ αὐτοῦ τεμένει κιβώριον, ὅλον ὑπάρχον ἐξ ἀργύρου λελαμπρυσμένον, ἐμπρησθῆναι νυκτὸς ὡς διαλυθῆναι πάντα τὸν ἄργυρον, καὶ τι μέρος αὐτοῦ μιανθῆναι. Ὁ γοῦν εἰρημένος ἀρχιεπίσκοπος ὁσιώτατος σπεύδων ἐκ καινῆς κατασκευᾶσαι τὸ προλεχθὲν ἅγιον κιβώριον, καὶ μὴ εὑρίσκων ἀναλογοῦσαν τὴν ὀλκὴν τοῦ χωνευθέντος ἀργύρου πρὸς τὴν τοῦ παντὸς ἔργου συμπλήρωσιν, ἐβουλεύετο τὸν ἐν τῷ αὐτῷ πανσέπτῳ ναῷ ἀργύρεον θρόνον λῦσαι, καὶ ἀποτελέσαι ὡς ἀναγκαιοτέραν τὴν τοῦ λεχθέντος κιβωρίου κατασκευήν, διότι καὶ τὸ ἡγιασμένον μνημεῖον τοῦ μάρ-
B τυρος λέγεται περιέχειν, ἄλλως δὲ καὶ τοῦ παντὸς οἴκου ἐτύγχανεν ὡς ἀληθῶς μεγίστη εὐπρέπεια.

53 Καὶ δὴ ταύτην αὐτοῦ στήσαντος παρ' ἑαυτῷ, μηδενὸς ἄλλου εἰδότος τὴν βουλὴν (οὐδὲ γὰρ ἄλλη πρόφασις ὑπὴν, ὅθεν τὸ λοιπὸν τοῦ ἀργύρου τὴν ἀναπλήρωσιν δέξηται) φαίνεται κατ' ὄναρ ὁ πάντων ἡμῶν ἀρωγός, ὁ μέγας τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Δημήτριος ἀνδρί τινι καλλίστῳ τὸν βίον, καὶ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου κατηξιωμένῳ τιμῆς, τοὔνομα Δημητρίῳ, λέγων· ἄπελθε, λάλησον τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, μὴ τολμήσῃς λῦσαι τὸν θρόνον τοῦ οἴκου μου· καὶ δὴ τοῦτο πράξαντος τοῦ πρεσβυτέρου, πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς κατεπλάγη, διὰ τὸ φανερωθῆναι αὐτοῦ τὴν ἐνθύμησιν· οὐδεὶς γὰρ, ὡς εἶπεν, ἄλλος ἠπίστατο τὸ κρυπτῶς αὐτῷ βεβουλευμένον· Εἶτα δὲ, δόξας κατά τινα ὑπόνοιαν ταῦτα τὸν πρεσβύτερον πλάσασθαι· ἐτυγχανεν γὰρ καὶ διοικητὴς τοῦ εἰρημένου πανσέπτου ναοῦ· ἀπέλυσεν αὐτὸν μικρὰ, πῶς καὶ λελυπημένος ῥήμασιν φάσας, τί γὰρ ἤκουσας ἔνδος μοι, ἀδελφέ.

54 Πάλιν δὲ μεθ' ἡμέρας τινὰς πολλὰς ἐρευνήσας, καὶ μηδεμίαν εὑρὼν, ἐξ ἧς τὸ λοιπὸν τοῦ ἔργου γενήσεται,
C τῇ αὐτῇ συνεσχέθη βουλῇ τῇ περὶ τοῦ θρόνου, καὶ ὡς ἐκέλευσεν κληθῆναι τὸν ἀργυροῦργον ἐπὶ τὸ ἐντείλασθαι αὐτῷ λαβεῖν τὸν θρόνον, αὖθωρον ἐμήνυσέ τις λέγων· Δημήτριος ὁ πρεσβύτερος εἰσελθεῖν ἀξιοῖ πρὸς τὴν ἁγιωσύνην σου, ὃς εἰσελθὼν εἶπεν αὐτῷ· ὁ σκέπων ἡμᾶς ἀθλοφόρος ὤφθη μοι πάλιν τῷ ἁμαρτωλῷ ἐν ὕπνῳ τρόπον τινὰ καὶ σκυθρωπῷ τῷ προσώπῳ, καὶ προσέταξεν ἀναγγεῖλαι τῇ μακαριώτητί σου αὐταῖς λέξεσι ταῦτα, Διὰ τὴν ἀγάπην μὴ λυπήσῃς με τῇ ἀφαιρέσει τοῦ θρόνου. Ὅθεν ἀκούσας, ἠχθέσθη μὲν πρὸς τὸν πρεσβύτερον· ἐδόκει γὰρ αὐτὸν πλάττεσθαι· ἀπέλυσεν δὲ αὐτὸν αὐστηρώτερον, φανερώσας λοιπὸν, καὶ τὸν σκοπὸν αὐτοῦ εἶπων· Καὶ πόθεν κελεύεις δοθῆναι τὸ ἐλλεῖπον τῇ ὁλκῇ τοῦ ἀργύρου; Οἶδας ὅτι ὑπέστιν ἄλλος τρόπος; εἰπέ· εἰ δὲ οὐ λέγεις, μὴ κατάκριναι προπετῶς φιλοσοφῶν εἰς τὰς ἀλλοτρίας θλίψεις.

55 Ὁ δὲ ἀνὴρ συγκεχυμένος ἐξῆλθεν· οὔπω γὰρ ἦν αὐτῷ λαλήσας ὁ ἅγιος τὸ τί δεῖ γενέσθαι, ἀλλὰ μόνον τὸ λυθῆναι τὸν θρόνον ἀπέτρεπεν· κἀντεῦθεν ὁ

Illum veritatis amantem archiepiscopum b etiam hoc de maxima certaminum Victoris providentia civitatisque curatione, quam, Deo volente, in subsequentibus exponere conabimur c, narrantem audivimus. Contigit, inquit, ut, quod in sanctissimo ipsius templo erat, ciborium, totum ex argento splendidum existens, noctu incenderetur, ita ut omne dissolveretur argentum, ac pars quædam ejusdem corrumperetur. Cum ergo prædictus sanctissimus archiepiscopus d de novo exstruere præfatum sacrum ciborium valde cuperet, nec argenti fusi pondus, operi toti perficiendo respondens, inveniret, thronum e argenteum, qui in eodem templo maxime venerando est, solvere, dictique ciborii structuram, utpote, quod id et sacratum Martyris monumentum complecti dicatur, et maximum alioquin totius domus ornamentum vere sit, necessariam magis, perficere volebat.

*Dum instaurando, quod exustum erat, ciborio de throno Sancti argenteo destruendo cogitatur,*

b

c

d

e

E

53 Cum vero id apud se, nemine alio (neque enim alterius, unde argenti reliquum suppleretur, materiæ veniebat in mentem) consilium noscente, statuisset, viro cuidam, vita probissimo presbyterique dignitate digno habito, cui Demetrio nomen erat, nostrum omnium auxiliator, magnus Christi martyr Demetrius, in somno apparet dicens : Abi, dic civitatis episcopo, ne domus meæ thronum solvere audeas. Atque id faciente presbytero, primum quidem archiepiscopus, quod cogitatio sua manifesta (neque enim, ut dicebat, de quo apud semetipsum occulte deliberasset, ullus alius norat) facta esset, obstupuit ; deinde vero presbyterum (prædicti enim venerandi templi administrator erat) e suspicione quapiam ista finxisse ratus, statim ipsum dimisit, verbis etiam quodammodo iratis dicens : Quid enim ex me audivisti, frater ?

*is, ne id fiat, per apparitionem, qua sese presbytero cuidam semel.*

54 Rursus autem post aliquot dies, cum multa esset scrutatus consilia, nec ullum, quo reliquum operis conficeretur, invenisset, in eodem, F quod de throno habuerat, est confirmatus, cumque fabrum argentarium, quo ei, ut thronum tolleret, in mandatis daret, advocari jussisset, ea ipsa hora aliquis renunciavit dicens : Demetrius presbyter ad sanctitatem tuam ingredi desiderat : qui ingressus dixit ei : Certaminum Victor, qui nos tuetur, rursus mihi peccatori in somnis vultu quodammodo tristi visus est, præcepitque, ut beatitudini tuæ istæc nunciarem verbis hisce : Propter charitatem ne throni ademptione me contristes. Ille audiens presbytero quidem (eum enim fingere existimabat) succensuit; ipsum autem austerius dimisit, tandem etiam, intentione sua declarata, dicens : Et unde, quod ponderi argenti deest, dari facias? Aliumne modum subesse nosti? Dic : Si autem non subesse reponas, ne temere, in alienas tribulationes philosophatus, judicium feras.

*iterum,*

55 Vir autem confusus exivit : necdum enim, quid fieri oporteret, Sanctus ei dixerat, sed tantum thronum destrui prohibuerat, atque hinc

*ac tertio spectandum præbet,*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

hinc presbyter suasor censebatur fide indignus. Sanctum enim, ne thronus e loco tolleretur, imperare dicebat; unde autem ciborium perficeretur, dicere non habebat. Cum autem mensium circiter decem et octo dilatio in re facta fuisset, nec modus alius, qui suppleret quod deerat, appareret, archiepiscopus apud se tandem id, de quo deliberarat, omnino exsequi, nec totum templum ex eo, quod, quæ ad id illius ornatum spectarent, perfectionis defectus obscuraret, ita indecorum cernere, constituit. Tunc autem Dei benevolentia gloriosissimus etiam certaminum Victor manum abundantem aperuit, tertioque presbytero apparuit dicens : Abiens dic episcopo : Ne animum despondeas, magis mihi, quam tibi, domus mea et civitas curæ est, nulla de re sis sollicitus.

πρεσβύτερος ἀναξιόπιστος ἐδοκιμάζετο σύμβουλος. Τὸ D μὲν γὰρ μὴ ἁρθῆναι τὸν θρόνον ἐκ τοῦ τόπου, ἔλεγε κελεύειν τὸν ἅγιον· πόθεν δὲ ἡ τοῦ κιβωρίου συμπλήρωσις γένηται, οὐκ εἶχεν λέγειν : ὡς δὲ περίπου μηνῶν δέκα καὶ ὀκτὼ ὑπέρθεσις ἐν τῷ πράγματι γεγονεν, καὶ τρόπος ἄλλος οὐκ ἀνεφαίνετο ἀναπληρῶν τὸ ἐλλεῖπον, ἔστησεν λοιπὸν ὁ ἀρχιερεύς παρ' ἑαυτῷ πάντως τὸ βεβουλευμένον ποιῆσαι, καὶ μὴ παραβλέπειν οὕτως ἄσχημον ὅλον τὸν ναόν, διὰ τὸ σβέσαι τὰ τῆς αὐτοῦ εὐκοσμίας ἀπλήρωτον. Τότε δὴ λοιπὸν εὐδοκίᾳ Θεοῦ καὶ ὁ πανένδοξος ἀΞλοφόρος ἤνοιξε τὴν χεῖρα τὴν ἄφθονον, καὶ ὀπτάνεται τὸ τρίτον τῷ πρεσβυτέρῳ λέγων : Ἀπελθὼν λάλησον τῷ ἐπισκόπῳ, μὴ ὀλιγώρει, πλέον σου μέλει μοι περὶ τοῦ οἴκου μου καὶ τῆς πόλεως, μηδὲν μεριμνήσῃς.

*impedimento est, itaque tandem*

56 Hæc cum presbyter audivisset, celeri simul cursu et multa lætitia, cum archiepiscopo renunciatus fuisset, ei exposuit, edixitque, ut absque cura maneret. Lacrymans igitur archiepiscopus ac talem certaminum Victoris demissionem et curam admirans, totoque ex corde promissioni ejus, quam prius, ut majori, puto, animæ nostræ anxietate probarentur, palam haud fecerat, fidem adhibens, presbytero paulum egresso brevique tempore elapso, præsentibus, qui verba, a presbytero tunc dicta, audiverant, dixit : Expectemus paulisper, fratres ; vera enim est certaminum Victoris promissio. Necdum autem fere sermonem absolverat, atque aliquis e domesticis ejus ait : Dominus Mennas infra stat, vestraque vestigia vult amplecti, affirmans, sese vobis sua quædam velle offerre ; ideo enim præsenti tempore (erat autem diei hora quinta) sese venisse.

B

56 Ταῦτα ὁ πρεσβύτερος ἀκούσας, δρόμῳ τάχει σὺν πολλῇ χαρᾷ μηνυθείς, τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ἀνήγγειλεν αὐτῷ, καὶ εὐηγγελίσατο ἀμέριμνον αὐτὸν διαμένειν· δακρύσας οὖν ὁ ἀρχιεπίσκοπος, καὶ καταπλαγεὶς τὴν τηνικαύτην τοῦ ἀΞλοφόρου συγκατάβασίν τε E καὶ πρόνοιαν, καὶ πιστεύσας ἐξ ὅλης καρδίας τῇ ὑποσχέσει αὐτοῦ, ἣν πρότερον οὐκ ἐφανέρουν, διὰ τὸ μείζονι οἶμαι ἀγωνίᾳ τὰς ψυχὰς ἡμῶν δοκιμάζεσθαι· βραχύ τι τοῦ πρεσβυτέρου ὑπεξελθόντος, καὶ μικρας ὥρας περιπλευσάσης, λέγει τοῖς πλησίον ἀκούσασιν τῶν τηνικαῦτα ῥηθέντων παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου ῥημάτων· Μείνωμεν ὀλίγον ἀδελφοί, ἀψευδὴς γὰρ ἡ τοῦ ἀΞλοφόρου ὑπόσχεσις· οὔπω δὲ σχεδὸν τὸ ῥῆμα πεπληρώκει, καὶ τις τῶν αὐτοῦ φησίν· ὁ κύριος Μηνᾶς ἵσταται κάτω, καὶ τὰ ὑμέτερα ἴχνη κατασπάσασθαι βούλεται, φάσκων ἰδίᾳ θέλειν προσανοίσαι ὑμῖν τινα : διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῷ παρόντι καιρῷ ἐληλυθέναι, ἦν δὲ ὥρα πέμπτη τῆς ἡμέρας.

*e donis argenteis, sponte a nonnullis, agente Sancto,*

57 Qui, cum ascendisset, dixit archiepiscopo : Cum gloriosissimo martyri Demetrio, qui me sæpe ex periculis atque ipsa morte eripuit, multa debeam, modicum quid e datis mihi a Deo facultatibus templo ejus quam maxime venerando offerre sæpe desideravi, atque aliquem velut ad animam, quoniam tempus opportunum non est, mihi dicentem sensi ; hodie vero, beatissime pater, a mane usque ad hanc horam cogitationes me impellunt dicentes : quæ sæpe certaminum Victori promisisti, quia nunc tempus acceptabile est, fer, donumque tuum in argento, nec in auro sit. Oro igitur sanctitatem tuam, ne avertas servum tuum, sed ut duos viduæ obolos, quod a me allatum est, accipe, nostræque post Deum civitatis Domini ciborio applica ; id enim Martyri placere, omnino persuasum habeo. Atque, advocato famulo, septuaginta quinque argenti libras detulit, dicens : Sit tibi adversus Deum res, nisi ea illic impendas.

C

57 Ὁς ἀνελθών, λέγει τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, ἐπειδὴ πολλὰ χρεοστῶ τῷ πανενδόξῳ μαρτυρι Δημητριῳ, πολλάκις μὲ ἐκ κινδύνων, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου ῥυσαμένῳ, πλεονάκις ὥρμησα ἐκ τῆς ὑπὸ Θεοῦ δοθείσης μοι περιουσίας μέτριόν τί προσαγάγαι τῷ πανσέπτῳ αὐτοῦ ναῷ, καὶ ἠσθανόμην κατὰ ψυχὴν ὥσπερ τινα συλλαλοῦντα μοι, ὅτι ἀνάμεινον οὐκ ἔστιν καιρός· σήμερον δὲ, παμμακάριστε πάτερ, ἀπὸ προί μέχρι ταύτης τῆς ὥρας οἱ λογισμοί με συνωθοῦσιν λέγοντες, ὅτι προσάγαγε ἃ πολλάκις ἐπηγγείλω τῷ ἀθλοφόρῳ, ὅ τι νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, καὶ τὸ δῶρον ἐν ἀργύρῳ ἧτω, καὶ μὴ ἐν χρυσῷ· δέομαι οὖν τῆς F ἁγιωσύνης σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸν παῖδά σου, ἀλλ' ὡς τὸ δυώβολον τῆς χήρας πρόσδεξαι τὸ κομισθὲν παρ' ἐμοῦ, καὶ εἰς τὸ κιβώριον τοῦ μετὰ Θεὸν δεσπότου τῆς πόλεως ἡμῶν πρόσμιξον. Τοῦτο γὰρ ἀκριβῶς πέπεισμαι Θεραπεύειν τὸν μάρτυρα, καὶ φωνήσας τὸν παῖδα προσήγαγεν ἑβδομήκοντα πέντε λίτρας ἀργυρου φήσας, ἔστω σοι πρὸς τὸν Θεὸν, ἐὰν μὴ ἐκεῖ αὐτὰ δαπανήσῃς.

*oblatis, novum pulcherrimi operis ciborium extruitur.*

58 Ille vero Dei providentiam diligentissimamque certaminum Victoris curam cognoscens respondit dicens : Dominus, fili, tibi benedicat, ita faciam, ut petiisti ; eumque dimisit. Cum autem brevi quodam tempore exspectasset parumque, ut abiret, esset progressus, quemdam, qui alloquium petebat, Joannem antiquorum illustris Thessalonicæ causidicorum unum, similibus iis, quibus dominus Mennas usus erat, verbis utentem ac pro eadem sacrati ciborii causa quadraginta argenti libras offerentem excipit ; atque alii, quorum Deus spiritum excitavit, clam, nec, nisi ar-

58 Ὁ δὲ γνοὺς τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἀΞλοφόρου ταχίστην πρόνοιαν, ἀπεκρίνατο λέγων : ὁ κύριος, τέκνον, εὐλογῆσαι σε, οὕτως ποιήσω καθὼς ἠλήσω, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν· βραχὺ δέ τι μεταλαβὼν τῆς ὥρας ἐχούσης, καὶ μικρὸν διαστήσας πρὸ τοῦ ἐλθεῖν, δέχεται μηνύοντά τινα Ἰωάννην, ἕνα τῶν παλαιῶν δικολόγων τῆς περιφανοῦς Θεσσαλονίκης τυγχάνοντα, παραπλησίοις τῷ κυρίῳ Μηνᾷ ῥήμασιν κεχρημένον, καὶ προσάγοντα ὑπὲρ τῆς αὐτῆς τοῦ ἡγιασμένου κιβορίου αἰτίας ἀργύρου λίτρας τεσσαρακοντα, καὶ ἄλλοι δὲ ὧν ὁ Θεὸς ἤγειρεν τὸ πνεῦμα λεληθότως προσήγαγον, μὴ δὲ γνωσθέντες πλὴν τοῦ ἀρχιερέως, ἐξ ὧν παραχρῆμα κατασκευάσθη τὸ περικαλλὲς τοῦτο καὶ νῦν φαινόμενον ἔργον

A ἔργον ὡς διαφημισθῆναι λοιπὸν κατὰ πάσης τῆς πόλεως τὴν ποικίλην τοῦ Ἁγλοφόρου κηδεμονίαν, καὶ τὴν θεάρεστον πρόνοιαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀθανάτῳ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

chiepiscopo, noti obtulerunt, ex quibus statim pulcherrimum illud, quod hodieque cernitur, opus fuit exstructum *f*, ita ut tandem per omnem civitatem divulgaretur diversa certaminum Victoris cura providentiaque, Deo accepta in Christo Jesu domino nostro. Quia eidem convenit gloria, honor et adoratio cum Patre immortali et sanctissimo vivificanteque Spiritu nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

ANNOTATA.

a *Quæ hoc capite continentur, hicque e solo bibliothecæ Vaticanæ codice* 821, *quod e codice Ms, olim Mazarinæo, descripta penes nos non exstent, traduntur, a folio* 58 *usque ad fol.* 63 *in litterario istoc monumento occurrunt, sequenti istoc,* Περὶ τοῦ ἀργυρέου θρόνου, de throno argenteo, *titulo eis præfixo; hunc porro ego in alium, hic positum, qui, quid in subjecta narratione memoriæ prodatur, nonnihil distinctius exponat, mutavi, quod et ante pleraque alia, quæ conscriptos de Sancti miraculis libros constituunt, capita faciendum eodem ex fine duxi.*

b *Cum ex antecedentibus omnibus capp., eodem, quo in codice olim Mazarinæo, ordine hic a nobis exhibitis, unicum proxime præcedens archiepiscopi cujuspiam meminerit, in eoque non de alio, quam de Eusebio, cathedram Thessalonicensem, Mauritio imperante, seu ante annum* 602, *quo hic obiit, moderato, sermo instituatur, consectarium fit, ut per archiepiscopum illum, e quo,*
B *quæ hic narrat, sese audivisse, Joannes ait, non alium, quam eumdem Eusebium, Thessalonicensem archiepiscopum intelligat, licet interim id e nostro, in quo e dicto bibliothecæ Vaticanæ codice caput præsens descriptum tantummodo habemus, codice † Ms.* 193 *palam esse haud possit, quod hic nec omnia, quæ codex Mazarinæus, suppeditet, nec cum hoc conveniat in ordine, quo, quæ suppeditat, proponit.* E

c *Altarium tegmina, quatuor columnis innixa atque in fastigiatam formam educta, sub quibus et Sanctorum corpora (adi Cangium in Glossario mediæ et infimæ Latinitatis ad vocabulum* ciborium) *recondi solerent, communiter quidem olim ciboria fuerunt; verum quale, quod in Thessalonicensi Sancti nostri templo erat exstructum, ciborium exstiterit, infra a Joanne cap.* 10 *graphice exponitur.*

d *Eusebius nempe, Mauritio imperante, Thessalonicensis archiepiscopus; neque enim de alio archiepiscopo antea locutus fuit Joannes.*

e *Per hoc vocabulum verosimillime hic intelligitur sedes seu cathedra, quam Thessalonicenses archiepiscopi, cum ædem,* S. Demetrio *Thessalonicæ sacram, adirent, occupare in hac solerent.*

f *Quidquid huc usque cap. præsenti Joannes narrat, totum id apud Mabillonium tom.* 1 *Veterum Analectorum pag.* 74 *et binis segq. paulo contractius expositum invenies. Ut porro et de tempore, quo id evenerit, aliquid dicam, sub Eusebio, qui Thessalonicensem cathedram, Mauritio imperante, moderatus est, evenisse, ex iis, quæ mox ad litt.* b *et* d *annotavi, manifestum est; ut proinde seculo sexto senescente verosimillime evenerit.*

## CAPUT VII.

### *Qui Onesiphorus templi custos in Sanctum peccarit, ab eoque idcirco fuerit punitus a.*

C

a

F

Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνο παραλεῖψαι χρέον ὑπὸ τοῦ προμνημονευθέντος ὁσιωτάτου ἀρχιερέως ἐπ' αὐτῆς ἀληθείας ἀφηνηθέν· ἐνάγει γὰρ τὰς ψυχὰς τῶν μετὰ συνέσεως καὶ φόβου Θεοῦ κατακουόντων εἰς τὰ ἄνω φρονεῖν, καὶ μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ὥστε καὶ τὴν ἄφατον τοῦ πανευδόξου Ἁγλοφόρου κηδεμονίαν παρίστησιν, πῶς ποικίλως ἐργάζεται τὴν τῶν αὐτῷ δουλευόντων σωτηρίαν δι' ἄκρας τῶν ἔργων παραφυλακῆς, μὴ δὲ τοὐλάχιστον προσκόπτειν αὐτοὺς συγχωρῶν. Ὀνησιφόρος ἐτύγχανεν παραμονάριος τοῦ ναοῦ τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Δημητρίου· οὗτος δεῖγμα τῆς εὐλαβείας αὐτοῦ καὶ τοῦτο ἐκέκτητο, τὸ φίλον εἶναι γνήσιον τοῦ προλεχθέντος ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, τηνικαῦτα δὲ ἀναγνώστου τυγχάνοντος.

Sed nec illud, quod‖ a prædicto beatissimo archiepiscopo in ipsa veritate narratum est, præteriri oportet *b*. Audientium enim cum intellectu Deique timore animas incitat, ut ea, quæ sursum sunt, et non quæ supra terram, sapiant. Cum vero etiam ineffabilem gloriosissimi certaminum Victoris curam commonstret, varie eorum, qui eidem serviunt, salutem, summa in opera animadversione proposita, certo modo operatur, ne minimum quidem eos offendere permittens. Onesiphorus quidam templi Demetrii martyris, pulchris victoriis decorati, erat custos. Hic pietatis suæ et illud habuerat signum, quod germanus prædicti beatissimi archiepiscopi, tunc autem lectoris, esset amicus.

*Templi S. Demetrii custos, cum lectore, postea archiepiscopo, amicitia conjunctus,* b

60 Μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν πορευθεὶς εἰς τὸν πανάγιον οἶκον τοῦ πανσέπτου Ἁγλοφόρου, εὗρεν τὸν εἰρημένον ἔμπροσθεν τὸν ἀργυρέων θυρῶν τοῦ ἐκεῖσε λεγομένου κιβωρίου, ἀχανῆ καὶ σχεδὸν ἄπνουν, καὶ τῶν νεκρωθέντων

60 Una igitur dierum, cum in sanctissimam certaminum Victoris, maxime venerandi, domum hic esset ingressus, prædictum invenit ante argenteas ibidem existentis, ut vocatur

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

*cum ab hoc fere exanimis in eodem templo aliquando fuisset repertus,*

tur, ciborii januas mutum ac fere exanimem nihilque a mortuis differentem. Cum autem vir, amici commiserescens, deque re, quæ acciderat, dolens, esset turbatus, ægre admodum post plures horas Onesiphorus ad se reversus, lectoremque, ut genuinum amicum lamentantem lacrymisque fœdatum conspicatus dixit ad eum: Ob idne, quod mihi accidit, mi domine Eusebi, lacrymaris? Eidem autem capite (neque enim præ dolore loqui poterat) annuenti dixit: Lacrymari haud debes, sed, si me ames, sepulcrum fode, vivumque me sepeli.

οὐδὲν διαφέροντα· ὡς δὲ τεθορύβητο περὶ τοῦ φίλου D ὁ ἀνὴρ συμπάσχων καὶ πενθῶν ἐπὶ τῷ συμβάντι, μόλις μετὰ πλείονας ὥρας εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ Ὀνησιφόρος, καὶ γνωρίσας τὸν ἀναγνώστην ὡς φίλον γνήσιον πενθοῦντα, καὶ πεφυρμένον τοῖς δάκρυσιν, λέγει πρὸς αὐτὸν, διὰ τὸ συμβάν μοι, κύριέ μου Εὐσέβιε, δακρύεις; τοῦ δὲ κατανεύσαντος· οὐ δὲ γὰρ λαλῆσαι διὰ τὴν λύπην ἐξίσχυσεν, λέγει αὐτῷ, οὐκ ὀφείλεις δακρύειν, ἀλλ' εἰ ἀγαπᾷς με, ὄρυξον μνημεῖον, καὶ ζῶντά με κατάχωσον.

*casum hunc, quod in S. Demetrium peccasset,*

61 Illo vero per mirum sermonem turbato tristique vultu dicente: Cujusnam rei gratia, frater? Is respondit: Quia in delictum, quali mentem nec juveni aliquando fuisse conspurcatam credas, prolapsus sum, quo etiam certaminum Victorem magnopere irritavi, adeo ut frontem, quo templi ejus vestibulum aspiciam, nedum sanctum ejusdem ac sacratum ciborium attingam, de cetero haud habeam. Cum autem lector, magna ejus dejectione animi conturbationeque mitibus suis adhortatoriisque verbis
B tunc repressa, ei etiam, ut, quod acciderat, narraret, suasisset, ita dicere incepit: Consuetudinemne, amantissime, quia sacratum illud ciborium cereis intro illuminari oportet, nosti?

61 Τοῦ δὲ διαταραχθέντος ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τοῦ λόγου, καὶ σκυθρωπῷ εἰρηκότος, τίνος χάριν, ἀδελφέ; Ἐκεῖνος ἀπεκρίνατο, ὅτι περιέπεσα σφάλματι, οἵῳ μὴ δὲ μειρακίῳ δὴ νοῦν περιπεπτωκέναι ποτὲ πιστεύεις ἄν, ὑφ' οὗ καὶ μεγάλως τὸν Ἀθλοφόρον παρόξυνα, ὡς μὴ δὲ πρόσωπόν με τοῦ λοιποῦ ἔχειν τὰ πρόπυλα τοῦ ναοῦ αὐτοῦ θεωρῆσαι, μήτιγε τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ καὶ ἡγιασμένῳ κιβωρίῳ προσψαῦσαι. Τοῦ δὲ ἀναγνόστου τηνικαῦτα καταστείλαντος τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀθυμίαν καὶ σύγχυσιν διὰ τῶν πραέων καὶ παραινετικῶν αὐτοῦ ῥημάτων, καὶ πείσας ἀφηγήσασθαι τὸ συμ- E βὰν, οὕτως ἤρξατο λέγειν· Οἶσθα, προσφιλέστατε, τὴν συνήθειαν, ὅτιπερ δεῖ πάντως κηροῖς καταλάμπεσθαι τὸ ἔνδον τοῦ ἡγιασμένου τουτου κιβωρίου;

*monitusque ab eo in somnis, ut sese*

62 Novi, ait. Nec illud, dixit Onesiphorus, ignoras, ut quisque, secundum quod habuerit propositum, parvos vel magnos cereos isthic offerat? Ac lector: Et illud verum est. Ego igitur, inquit, ut templi custos, utilius quid et Sancto et mihi (vera enim, cum et Deo cuncta sint nota, prædicabo) comparaturum me, ratus, majores quidem cereorum oblatorum statim extinxi, eorum autem loco tenues et parvos comburendos defixi. Mihi igitur peccatori Sanctus in somnis est visus, dulcique immensæ ejus demissionis voce dixit: Onesiphore frater, non placet mihi, quod operaris: neque enim, ut unius animæ salus, infinita auri pondera mihi placent; nescisne, rem, quæ offertur, quantum ministerio suo fungens visuique objecta manet, tantum Sanctos, ut pro eo, qui illam obtulit, intercedant, movere *c*?

62 Οἶδα, φησίν· καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀγνοεῖς, ὁ Ὀνησιφόρος ἔφη, ὡς ἕκαστος καθ' ὃ ἂν ἔχει προθέσεως, μίκρους ἢ μεγάλους αὐτόθι προσφέρει κηρούς. Καὶ ὁ ἀναγνώστης, ἀληθὲς καὶ τοῦτο· ἐγὼ οὖν, φησὶν, ὡς παραμοναρίος νομίσας χρηματικώτερον περιποιεῖν τι καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ἐμαυτῷ, τὰ ἀληθῆ γὰρ εἰρῶ, ἐπει καὶ ἅπαντα γνωστὰ τῷ Θεῷ, τοὺς μὲν μεγάλους τῶν προσφερομένων κηρῶν παραχρῆμα ἐσβέννυον, λεπτοὺς δὲ ἀντ' αὐτῶν, καὶ μικροὺς ἐπίγνυον καίεσθαι. Ὤφθη μοι οὖν ἐν ὕπνοις ὁ ἅγιος τῷ ἁμαρτωλῷ καί φησιν τῇ γλυκείᾳ φωνῇ τῆς ἀμέτρου αὐτοῦ συγκαταβάσεως, ἀδελφὲ Ὀνησιφόρε, οὐκ ἀρέσκει μοι ὃ ἐργάζεις· οὐ δὲ γὰρ μυρίαις λύτραις χρυσοῦ θεραπεύομαι, ὡς μιᾶς ψυχῆς σωτηρίᾳ· ἢ οὐκ οἶδας ὅτι τὸ προσφερόμενον πρᾶγμὰ, F ὅσον ἐπιμένει λειτουργοῦν καὶ φαινόμενον τοσοῦτον παρορμᾷ τοὺς ἁγίους πρεσβεύειν ὑπὲρ τοῦ προσενέγκαντος.

*e*

*emendaret, in peccatum nihilominus fuisset relapsus,*

63 Cereos igitur, qui offeruntur, ardere sinas, donec alius accedat. Ego autem miser expergefactus meaque peccata recogitans, vanam me vidisse imaginem existimabam. Sanctus enim, aiunt, peccatori haud apparet. Postquam autem
C bis ac ter similem denunciationem in somno accepi, observare eam studui, quod et faciens usque in hodiernum diem mansi; nocte autem illa quispiam advenit maximos etiam afferens cereos; cum autem orasset, discessissetque vir, cereis, ut Achar Dei donario *d*, inhiavi, cumque, ut eos tollerem ac exstinguerem minoresque eorumdem loco accenderem, gressum moverem, ipsemet Sanctus e sacro conditorio vocem quam maximam emisit, ita clamans ad me: Iterumne eadem?

63 Ἕα οὖν τὰ προσφερόμενα τῶν κηρῶν καίεσθαι ἀχρὶς ἂν ἄλλος προσαγάγοι· ἐγὼ δὲ ὁ τάλας διυπνισθεὶς, καὶ λογισάμενος τὰς ἐμαυτοῦ ἁμαρτίας, ἐνόμισα φαντασίαν ἑωρακέναι, ἁμαρτολῷ γάρ φασιν, ἅγιος οὐ κατοπτάνεται· ἐπεὶ δὲ καὶ δὶς καὶ τρὶς τὴν τοιαύτην παραγγελίαν καθ' ὕπνου ἐδεξάμην, ἔσπευσα ταύτην παραφυλάξασθαι, ὅ καὶ ποιῶν μεμένηκα μέχρι τὸ σήμερον· τῇ δὲ νυκτὶ ταύτῃ ἦκέν τις, καὶ μεγίστους λίαν προσάγων κηρούς· μετὰ δὲ τὸ εὔξασθαι καὶ ἀναχωρῆσαι τὸν ἄνδρα ἐνεθυμήθην τῶν κηρῶν, ὡς ὁ Ἄχαρ τοῦ ἀναθήματος, καὶ δὴ ὁρμήσαντός μου τοῦ ἐπάραι καὶ σβέσαι αὐτοὺς, καὶ ἀντ' αὐτῶν ἆραι μικροτέρους, αὐτὸς ὁ ἅγιος ἐκ τοῦ ἁγίου σκίμποδος φωνὴν ἀφῆκεν πάνυ μεγίστην, οὕτως βοήσας πρός με: Πάλιν αὐτά;

*d*

*sibi obvenisse, eidem lectori, postea archiepiscopo, narravit.*

64 Ego autem miser vocis timore ita de terra ex agitatione sum levatus, ut extra fores fuerim conjectus, ubi et veniens me exanimem et mutum nullumque vitæ indicium habentem invenisti. Hæc quidem sese et vidisse et audivisse, beatus noster et pater et archiepiscopus
*e* narravit *e*; nos autem attendere debemus, quia iis, quæ Dei voluntate a Sanctis ejus præcipiuntur, morem gerere nos oportet; si autem id non facimus, eos in propriam nostram jactu-

64 Ἐγὼ δὲ ὁ ἄθλιος φόβῳ τῆς φωνῆς οὕτως ὑψώθην ἐκ τῆς γῆς τῷ παλμῷ, ὡς ἔξω τῶν θυρῶν ἐκριφῆναι με, ἔνθα καὶ ἐλθὼν εὑρές με ἄπνουν καὶ ἄχανῆ, καὶ μηδεμιᾶς ζωῆς ἔμφασιν ἔχοντα. Ταῦτα μὲν ἐξηγήσατο ἰδεῖν τε καὶ ἀκηκοέναι ὁ μακάριος ἡμῶν πατήρ τε, καὶ ἀρχιεπίσκοπος· ἡμεῖς δὴ προσέχειν ὀφείλομεν, ὅτι δεῖ πειθαρχεῖν τοῖς εὐδοκίᾳ Θεοῦ παρὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ προστατταμένοις, εἰ δὲ μήγε, λυποῦμεν αὐτοὺς ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν ὀλέθρῳ· ὁρᾶτε γὰρ εἰς οἵαν ἔξαψιν ἐκίνησεν τὸ πρᾶγμα τὸν ἅγιον, ὡς καὶ ἀναφανδὸν πρᾶξαι φωνῇ

αἰσθητῇ

A αἰσθητῷ παρισταμένῳ τῷ παροργήσαντι; ἡμῖν δὲ ἵλεος ἔσται ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ ὑπηκόους καθιστῶσα πάντοτε τοῖς αὐτοῦ φιλανθρώποις θελήμασιν, ἐν Χῷ Ἰῦ τῷ Κυρίῳ, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα τιμὴ καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ram contristamus. Videtis enim, ad qualem sensum res Sanctum commoverit; ut etiam voce sensibili ad offendentem, cum præsens adstaret, manifeste clamarit; nobis autem propitia erit ejus bonitas, obedientes nos omni ex parte faciens benignis ejus voluntatibus in Christo Jesu Domino, quia eum decet gloria, honor et virtus in secula seculorum. Amen.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

## ANNOTATA.

a *Caput hoc in codice olim Mazarinæo a fol.* 63 *usque ad fol. versum* 66 *suppeditatur sub brevi hoc titulo :* Περὶ Ὀνησιφόρου τοῦ παραμοναρίου, De Onesiphoro, templi custode; *hic autem titulo paulo prolixiori insignitum e bibliothecæ Vaticanæ codice* 821 *a nobis exhibetur ob rationem, in Annotatis, cap. præcedenti ad lit.* a *subnexis, adductam.*

b *Non alium hic, qui, cum præsenti cap. narrata evenere, lector dumtaxat esset, archiepiscopum, quam Eusebium, in Annotatis cap. præcedenti subnexis memoratum, designari, facile ex ibidem dictis colliges, uti et ex narrationis serie hic subjecta, utpote in qua is ab Onesiphoro diserte appellatur* Eusebius. *Jam vero, cum res ita habeat, hicque certe ante seculi sexti finem ad sedem Thessalonicensem fuerit evectus, ante ejusdem pariter seculi finem, quod hic de Onesiphoro refertur, evenisse necesse est.*

c *In magnis Græcorum Menæis, in quibus, quæ hic de Onesiphoro etiam narrantur, loco huic respondentia, quæ una cum adornata a me versione Latina huc transfero, sequentia ad*
B XXVI *Octobris leguntur :* Ἐπὶ πολὺ καὶ τῶν λαμπάδων ἡμμένων, ἐπὶ πλέον ἱλεοῦται καὶ τὸ θεῖον τῷ προσάγοντι, θαττον δὲ ἀφαιρουμένων, ὑποτέμνεται... ἐκείνου τὸν ἔλαιον * τὸ πρᾶγμα· Multis lampadibus accensis, Deus copiosius illi, qui eas offert, fit propitius; celerius autem ablatis, illius misericordiæ opus succiditur; *Raderus autem in adornata a sese, quæ penes nos Ms. exstat, Latina Menæorum versione ita in hunc illorum locum, nec immerito, in margine observat :* Non videtur hoc ex fide dictum. Deus enim acceptat oblata, prout ab offerentibus fiunt, quibus aliena malitia nihil potest nocere, etiamsi dona furto subducantur. *Hinc, quid de Joannis textu, cujus occasione hæc observo, statuendum sit, facile colliges.*

E

* *an non* τοῦ ἐλεοῦ ?

d *Achar seu, ut communius scribitur, Acham e spoliis Jerichuntinis (adi libri Josue caput* VII) *contra Dei præceptum, qui et Jericho et quæcumque in ea fuerant, anathmate devovenda jusserat, nonnulla surripuit, hincque gravissime, mandante Deo, fuit punitus.*

e *Quidquid ad hunc usque cap. præsentis locum narratur, apud Mabillonium tom.* I *veterum Analectorum pag.* 77 *et binis seqq. narratione nonnihil contractiori etiam suppeditatur. Ceterum, cum ob cereos, qui in* S. Demetrii *honorem accensi fuissent, exstinctos atque ablatos punitus fuisse Onesiphorus hic narretur, idque certe, uti ex mox ad lit.* b *notatis liquet, ante seculi sexti finem accidit, consectarium et ex hoc de Sancti miraculis capite est, ut magno is in honore apud Thessalonicenses jam inde ab eodem seculo sexto exstiterit.*

# CAPUT VIII.

## *De magna, qua Thessalonicensibus famis tempore Sanctus prodigiose succurrit, sollicitudine ac cura a.*

C a

Ὅτι δὲ οὐ μόνον ἰδίᾳ πολλοις, ἀλλὰ καὶ κοινῇ περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν αὐτοῦ πόλιν τε καὶ χώραν ἐν διαφόροις καιροῖς ἄμετρον ἐκ φιλοστοργίας τὴν προστασίαν αὐτοῦ καὶ πρόνοιαν ὁ πανένδοξος Ἀθλοφόρος Χριστοῦ ἐπεδείξατο, τὸ καὶ πάλιν ἐνδείκνυται· οὐδὲ γὰρ λήγει ποτὲ ἡ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ εὐσπλαγχνία, ὡς οὐδὲ ὁ πρὸς τοὺς μετανοοῦντας ἁμαρτωλοὺς ἔλεος τοῦ Θεοῦ. Διὰ βραχέων σαφηνίσω τῆς ἀληθείας ἔχων ἔτι μάρτυρας συνήλικας πολλούς· βαρβαρικοῦ γὰρ ἔθνους ἀφάτου ποτὲ τῷ πλήθει τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ τῶν Θεσσαλονικαίων ἐπιβρίσαντος πόλει, περὶ οὗ σὺν Θεῷ φαναι εὐκαίρως ἐν τοῖς κατώπιν διαληψόμεθα· κἀντεῦθεν μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναχώρησιν ἀῤῥόου λιμοῦ τὴν πόλιν ἅμα καὶ τὴν ὅλην χώραν συνέχοντος διὰ τὸ πρῶτον μὲν τὴν ἰσόψαμμον ἐκείνην τῶν βαρβάρων πληθὺν ἅπαντα τὰ ἐκτὸς τῆς πόλεως καταδεδηκέναι, ὡς καὶ τὸν χοῦν ἐκλῆξαι τῆς γῆς κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἔπειτα δὲ καὶ φημισθέντος ἀπανταχοῦ, ὡς ἡ πόλις ἐάλω, μηδένα τῶν ἐν πλοίοις ἐμπορευμένων ἐνταῦθα κατώραι, κίνδυνος ἰσοπαλὴς τῷ πολέμῳ μετὰ τὴν ἐκεῖθεν διάσωσιν αὖθις ἐπήρτητο, πάντων ὁ-

Non solum enimvero privatim multis, sed et omni in commune suæ simul et civitati et regioni diversis temporibus suum ex charitate patrocinium providentiamque gloriosissimum certaminum Christi Victorem supra modum exhibuisse, illud, quod hic iterum (neque enim ejus aliquando erga nos, uti nec erga peccatores pœnitentes Dei misericordia, cessat benignitas) narrandum occurrit, specimen præbet. Cum multos adhuc veritatis testes æquales habeam, paucis rem declarabo. Postquam in hanc custoditam a Deo Thessalonicensium civitatem impetum aliquando, qua de re, dante Deo, in subsequentibus suo tempore dicere instituemus, gens barbara, multitudine infinita fecisset *b*; hincque post eorum discessum fames valida civitatem simul ac totam regionem premeret, primum quidem quod illa barbarorum multitudo, arenæ similis, quæ extra civitatem erant, omnia, ita ut nec terræ pulverem secundum quod scriptum est intactum

F *Sanctus Thessalonicæ, fame post] bellum pressæ,*

b

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

intactum reliquerit, devastasset, deinde vero, quod, cum ubique, civitatem captam esse, esset divulgatum, nemo eorum, qui navigiis mercaturam faciunt, huc respiceret, periculum bello æquale post obtentam ex hoc incolumitatem, omnibus simul fame et domi et publice fere pereuntibus, rursus impendebat.

*per Stephanum nauclerum, cum frumento, quod vehebat, Thessalonicam*

66 Verum, qui civitatis amans et misericors et omni bonitate plenus est, gloriosissimus certaminum Victor calamitati haud indormivit, nec nos servos suos, utut ob multitudinem eorum, quæ a nobis erant peccata, venia et commiseratione indignos, neglexit, ac Stephano cuidam nauclero, qui maximum frumenti onus vehebat, civitatumque reginam *c* versus navigabat, ad insulæ Chii plagam *d*, habitu, quo in imaginibus pingitur, assumpto, clare in die apparet, cum is dextrum navis velum levaturus, Byzantiumque versus, ut dictum est, navigaturus esset. Adstans igitur in navi dicit Stephano: Audi me et sinistrum leva velum, tranquilleque et velociter Thessalonicam naviga.

*navigare in apparitione, qua ei sese spectandum præbet jussum,*

67 Frumento enim indiget, facileque id facere potes, eo me simul præcedente te. Cum autem is mira Martyris visione veluti extra se raptus esset, ægreque illi dixisset, audivimus, Domine, civitatem illam a barbaris captam esse, et qui eo ire me jubes, certaminum Victor respondit: Vere apud homines capta est, at non apud Deum. Omnia enim Deo sunt possibilia. Illuc ergo naviga navibusque tibi occurrentibus nuncia, Thessalonicam Dei misericordia salvatam esse. Atque, his dictis, e navi in mare descendit, supra aquam dum ambulat, Stephano dicens: Ecce, eadem, qua me præeuntem vides, via naviga.

*aliosque, quos, ut idem faciunt, e Sancti præcepto Stephanus movet, succurrit.*

68 Atque Stephanus statim surgens aliud navis velum levavit Thessalonicamque navigavit, gloriosissimum Martyrem diu supra mare euntem cernens. Sed et alios præternavigantes cum Stephanus vidisset, Thessalonicam Dei auxilio esse salvatam, iis secundum certaminum Victoris præceptum clamavit, utque ad illam, converso cursu, appellerent, suasit. Hæc ille, cum ante omnes advenisset, multis civitatis narravit, juramento ipsisque operibus narrationi fidem faciens *e*. Statim enim gloriosissimus Martyr benignissima sua cura civitatis luctum in gaudium convertit, multis intra paucos dies mercatoribus adnavigantibus, qui diversos afferebant cibos, legatorumque civitatis, qui ob famis calamitatem ad imperatorem iverant, reditum præveniebant. Unde et in vobis id recogitantes discite, quanta fuerit vehementia mali, ob quod etiam imperatoris aures per legationem civitas tunc turbarit. Deo nostro gloria etc.

μοῦ τῷ λιμῷ σχεδὸν φθειρομένων οἴκοι τε καὶ δημοσίᾳ. D

66 Ἀλλ' ὁ φιλόπολις καὶ φιλάνθρωπος καὶ πάσης ἔμπλεως ἀγαθότητος ὁ ὑπερένδοξος ἀθλοφόρος οὐκ ἐνύσταξεν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ. οὐδὲ κατημέλησε τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ τοι ἀναξίων ὄντων ἡμῶν διὰ τὸ πλῆθος τῶν πεπλημμένων ἡμῖν φειδοὺς, καὶ συμπαθείας, καὶ δή Στεφάνῳ τινὶ ναυκλήρῳ, φόρτον ἐπιφερομένῳ σίτου καὶ λίαν πολὺν καὶ ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων πλέοντι ὀπτάνεται κατὰ τὸ μέρος Χίου τῆς νήσου ἐν ἡμέρᾳ τηλαυγὼς, ἐν ᾧ καὶ γράφεται σχήματι ἐν ταῖς εἰκόσι, μέλλοντι τὴν δεξιὰν τῆς νηὸς ὀθόνην ἀνέλκειν καὶ ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, ὡς εἴρηται, πλοτοπορεῖν· Παραστὰς οὖν ἐν τῷ πλοίῳ φησὶ τῷ Στεφάνῳ· ἄκουσόν μου καὶ τὸ ἀριστερὸν ὕψωσον ἄρμενον, καὶ πλεῦσον εἰς Θεσσαλονίκην ἀχειμάστως καὶ διὰ τάχους. E

67 Χρήζει γὰρ τοῦ εἴδους καὶ καλῶς ἔχεις πρᾶξαι, ἅμα κἀμοῦ προλαμβάνοντός σε ἐκεῖ. Τοῦ δὲ ὡς ἐν ἐκστάσει γεγονότος διὰ τὸ παράδοξον τῆς θέας τοῦ Μάρτυρος, καὶ μόλις πρὸς αὐτὸν φθεγξακένου, ὅτι ἠκούσαμεν, δέσποτα, τὴν πόλιν ἐκείνην ὑπὸ βαρβάρων κατασχεθῆναι, καὶ πῶς ἐκεῖ με κελεύεις γενέσθαι. ὁ ἀθλοφόρος ἀπεκρίνατο· ἀληθῶς παρὰ ἀνθρώποις ἑλήφθη, ἀλλ' οὐ παρὰ Θεῷ. Πάντα γὰρ δυνατὰ τῷ Θεῷ· ἐκεῖ οὖν πλεῦσον, καὶ ταῖς ὁλκάσι ταῖς ὑπαντώσαις σοι μήνυσον, ὅτι τοῖς οἰκτιρμοῖς τοῦ Θεοῦ Θεσσαλονίκη σέσωσται· καὶ ταῦτα εἰπὼν κατῆλθεν ἐκ τοῦ πλοίου εἰς τὴν θάλασσαν περιπατῶν ἐπὶ τοῦ ὑδατος λέγων τῷ Στεφάνῳ· ἰδοὺ ταύτην πλεῦσον, ὡς ὁρᾷς με προπορευόμενόν σου.

68 Καὶ δὴ παραχρῆμα ὁ Στέφανος διαναστὰς τὴν ἄλλην ὀθόνην τοῦ πλοίου ἀνείλκυσε, καὶ ἔπλευσεν ἐπὶ Θεσσαλονίκην μέχρι πολλοῦ θεώμενος τὸν πανένδοξον Μάρτυρα κατὰ τοῦ πελάγους ὁδεύοντα. Ἀλλὰ καὶ ἄλλους πλείστους ἀναπλέοντας ὁ Στέφανος θεασάμενος ἔκραζεν αὐτοῖς κατὰ τὴν παραγγελίαν τοῦ Ἀθλοφόρου, ὡς ἡ πόλις συμμαχίᾳ Θεοῦ διασέσωται, καὶ ἔπεισε μεταστρέψαντας εἰς αὐτὴν κατᾶραι. Αὐτὸς πρὸ πάντων ἐλθὼν ταῦτα πολλοῖς τῶν τῆς πόλεως ἐξηγήσατο, ὅρκῳ καὶ αὐτοῖς ἔργοις πιστευσάμενος τὸ διήγημα· εὐθὺς γὰρ ὁ πανένδοξος Μάρτυς τῇ φιλανθρωποτάτῃ αὐτοῦ κηδεμονίᾳ ἔστρεψε τὸν κοπετὸν τῆς πόλεως εἰς χαρὰν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν πολλῶν προσπλευσάντων ἐμπόρων, φερόντων εἴδη διάφορα, καὶ προφθασάντων τὴν ἐπάνοδον τῶν πρὸς βασιλέα τῆς πόλεως πρεσβευτῶν περὶ τῆς ἀνάγκης τοῦ λιμοῦ φοιτησάντων. Ὅθεν καὶ συμβαλόντες ἐν ἑαυτοῖς καταμαθετε, πόση ἡ σφοδρότης ἐτύγχανε τοῦ κακοῦ, ὅτι καὶ βασιλέως ἀκοὰς ἡ πόλις τότε διὰ πρεσβείας ἠνοχλησε. Τῷ δὲ Θεῷ ἡ δόξα, κ. τ. λ.

## ANNOTATA.

a *Eadem, quæ hic, in codice olim Mazarinæo, supra sæpissime laudato, u fol. verso* 66 *usque ad fol.* 69 *narrantur, brevemque hunc sequentem, cui paulo auctiorem ob rationes, in Annotatis, quæ duobus proxime prægressis capp. subnexui, adductas, hic substitui, titulum habent sibi præfixum*: Περὶ τῆς ἐν λιμῷ πρόνοιας τοῦ Μεγαλομάρτυρος, De magni Martyris in fame providentia.

b *Dubitandum non apparet, quin hic Joannes de Avarum contra Thessalonicenses expeditione, de qua infra cap.* 13 *ex instituto tractat, sermonem faciat; quare, cum hæc, Mauritio imperante*

A *rante seu inter annum* 582 *et annum* 603, *uti in Annotatis cap. isti subdendis docebo, evenerit, quo tempore circiter, quæ hic mox narrantur dictamque expeditionem proxime excepere, acciderint, quisque haud difficulter statuet.* A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

c *Per* civitatum reginam *apud scriptores Græcos* Constantinopolis *non raro intelligitur, idque hic nominatim apud Joannem fieri, ex iis, quæ mox subduntur, manifestum est.*

d *Insula hæc in mari Ægeo, hodie Archipelago, haud procul ab Ionia sinuque Smyrnæo sita est, ita ut, qui inde Constantinopolim cogitat, dextram versus, qui vero Thessalonicam navigat, sinistrum versus cursum debeat dirigere, quemadmodum e Geographicis insularum Archipelagi tabulis inspectis patescet. Hæc ad eorum, quæ mox hic subduntur, intelligentiam.*

e *Et hæc, quæ huc usque cap. præsenti narrantur, apud Mabillonium tom.* I *Analectorum Veterum pag.* 79 *et binis seqq. compendio ab Anastasio Bibliothecario exposita invenies.*

## CAPUT IX.

### *Qui Sanctus alio adhuc tempore Thessalonicæ fame pressæ prodigiose succurrerit a.* a

Ἄλλας πόσας ἔχομεν ἀπαριθμεῖν τοῦ Μάρτυρος ὁμοιοτρόπους εὐεργεσίας! Πόσος δὲ χρόνος ἀρκέσει τοῦ συγγράφειν τὰ τοιαῦτα δωρήματα; Οὐκοῦν μόνον τὸ πρὸ βραχέος ἄρτι γενόμενον διηγήσομαι, αὔταρκες ὑπάρχον ἐναργῶς παραστῆσαι τοῖς νῦν φρουσι τῆς θεοφόρου προνοίας τοῦ Μάρτυρος τὸ ἄνυσαν. Ἅπαντες ἴστε τὴν πρὸ βραχέος λίαν καιροῦ γενομένην τοῦ σίτου σπάνιν, οὐ κατὰ ταύτην μόνον τὴν Θεοφρούρητον πόλιν, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ σχεδὸν, ὡς καὶ εἰς αὐτὴν φθάσαι τὸ κακὸν τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, ὅπωστε πάντες ἐν ἀθυμίᾳ δεινῇ κατετήκοντο, πάντων ἅμα καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν συνακολουθησάντων ὥσπερ τῷ ὁμοιώματι τῆς τοῦ σίτου στενώσεως· ὅπερ καὶ κυρίως λιμὸν οἱ ἀκριβέστεροι ὀνομάζουσιν. Ὅτ' ἂν γὰρ, τὸ βαρὺ καὶ τηκόψυχον τῆς τοῦ σίτου σπάνεως ἑτέρων εἰδῶν, ὡς εἰκὸς, ὑπέντων, δυνατὸν εἴη κατὰ τὰς ἀγορὰς μεταθεύασθαι, οὐκ εἶναι λιμὸν τὸν τοιοῦτον τεθεσπίκασιν οἱ ἐχέφρονες· εἰ δὲ μὴ εὔπορον ἔσοιτο, ὅτεν ἡ περὶ τὸν σῖτον ἀνία μεθόδῳ τινὶ δόξει διοικονομεῖσθαι κατὰ τοὺς δήμους, τότε τὸ ἀμήχανον τοῦ μηδὲν ὑπεῖναι ἔργῳ καὶ ὀνόματι κυρίως τὸν λιμὸν ἀνεργάζεται.

B

Quot alia similia Martyris beneficia enumeranda habemus! Quantum vero, ut hujusmodi munera litteris consignentur, tempus sufficiat? Solum igitur, nuper modo factum, quod per se, ut sanæ mentis hominibus jugem deiferi Martyris curam manifesto commonstret, sufficiens est, narrabo. Nostis omnes frumenti penuriam, quæ brevissimum ante tempus non solum in hac custodita a Deo civitate, sed et ubique fere fuit *b*, adeo ut et ad ipsam civitatum reginam malum sit progressum, utque omnes præ gravi animi dejectione contabescerent, aliis simul omnibus cibis veluti penuriæ in frumento similitudinem consectantibus; quod et sagaciores famem proprie appellant. Quando enim, gravem animosque tabefacientem frumenti penuriam cibis aliis, ut par est, supplentibus, necessaria emere *c* in foris possibile est, famem proprie tunc non esse, cordati judicarunt. Quod si autem in promptu haud fuerit, unde frumenti angustiæ methodo quadam in populis occurri videatur, tunc ipsum illud nihil esse in promptu, quo id fiat, et opere et nomine proprie famem facit. *Famæ proprie dictæ, cujus hic notitiam dat auctor,* E *b* *c*

70 Τοιαύτη κακία τότε τῆς Θεσσαλονικαίων πιεζομένης μεγαλοπόλεως, καὶ μεῖζον κακὸν τοῦ παρόντος τότε λιμοῦ τὴν προσδοκωμένην ταραχὴν κατορρωδούντων ἁπάντων, ὁ κοινὸς τῆς χώρας ἅπασης παρὰ Θεῷ πρεσβευτὴς ὁ φιλόπολις καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἀμνήμων ὁ τοὺς ἀφάτους οἰκτιρμοὺς τοῦ πολὺ εὐσπλάγχνου Θεοῦ καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ νοητῶς ἐκμαξάμενος καὶ στήθη νοερὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἐναργῶς δεικνύμενος πᾶσιν ὁ πανένδοξος Μάρτυς Δημήτριος νεύματι θείῳ ἐκ πλείστων καὶ διαφόρων χωρῶν ὁλκάδας ὑπερφερῶς μεμεστωμένας τῇ θρεψαμένῃ ἀπέστειλε ποικίλων καρπῶν ὑργῶντε καὶ ξηρῶν καὶ πάσης πρὸς ἀνθρωπίνην δίαιταν ἀγαθωσύνης, ὡς εὐθὺ τὴν ἐλπίδα μὲν τῶν ὅσον οὔπω προσδοκωμένων θλιβερῶν διαῤῥαγῆναι, καίτοι χειμερίου καιροῦ πλησιάζοντος· εἰς ὕμνους δὲ Θεοῦ τραπῆναι τὴν πόλιν, ὡς οὐκ ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ διασωθεῖσαν, μόνῃ δὲ κηδεμονίᾳ καὶ χάριτι πλειστῃ τοῦ Μάρτυρος.

C

Quot alia similia Martyris beneficia enumeranda habemus! Quantum vero, ut hujusmodi munera litteris consignentur, tempus sufficiat? Solum igitur, nuper modo factum, quod per se, ut sanæ mentis hominibus jugem deiferi Martyris curam manifesto commonstret, sufficiens est, narrabo. Nostis omnes frumenti penuriam, quæ brevissimum ante tempus non solum in hac custodita a Deo civitate, sed et ubique fere fuit *b*, adeo ut et ad ipsam civitatum reginam malum sit progressum, utque omnes præ gravi animi dejectione contabescerent, aliis simul omnibus cibis veluti penuriæ in frumento similitudinem consectantibus; quod et sagaciores famem proprie appellant. Quando enim, gravem animosque tabefacientem frumenti penuriam cibis aliis, ut par est, supplentibus, necessaria emere *c* in foris possibile est, famem proprie tunc non esse, cordati judicarunt. Quod si autem in promptu haud fuerit, unde frumenti angustiæ methodo quadam in populis occurri videatur, tunc ipsum illud nihil esse in promptu, quo id fiat, et opere et nomine proprie famem facit.

70 Cum malo hujusmodi magna premeretur Thessalonicensium civitas, exspectatumque, quod præsenti tunc fame majus malum erat, tumultum omnes timerent, communis regionis totius apud Deum intercessor, civitatis amans peccatorumque nostrorum immemor, qui ineffabiles misericordissimi Dei ac servatoris nostri Jesu Christi misericordias commiseratione exprimit, intellectualeque misericordiæ suæ pectus dilucide omnibus ostendit, gloriosissimus martyr Demetrius nutu divino e plurimis ac variis regionibus naves, diversis fructibus, et humidis et siccis, reque omni, quæ ad victum humanum conducit, præstanter repletas, civitati altrici *d* submisit, adeo ut tantum non exspectatis afflictionibus spes quidem major, utut tempore hiemali instante, efficeretur statim, ad Dei autem laudes civitas, veluti non humana providentia, sola autem Martyris cura maximaque charitate servata, converteretur. *Thessalonicæ rursus pressæ onustas commeatu naves submisisse Sanctus narratur,* F *d*

71 Ἀλλὰ ναὶ, φῄς, τὸ πρᾶγμα γεγενῆσθαι; φαμέν. οὐ γὰρ ἅπερ ὀφθαλμοῖς εἴδομεν, δυνάμεθα μὴ ὁμολογεῖν· πῶς δὲ πεισθῶμεν προνοίᾳ τοῦ ἀθλοφόρου ταῦτα γεγενῆσθαι, μηδενὸς τῶν τηνικαῦτα προσπλευσάντων

71 Itane vero, ais, res facta fuerit? Ita affirmamus: non enim, quæ oculis vidimus, possumus non confiteri. Quomodo autem certaminum Victoris providentia, cum mercatorum, *idque vere ab eo prodigiose factum, ex oblata viro cuidam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

torum, qui tunc adnavigarunt, nemo, dum huc appulit, visionem sibi a Martyre fuisse oblatam, agnorit, facta esse illa, inducamus in animum? Verum, etsi quidem, ut dixisti, mercatoribus adnavigantibus dilucide sese Martyr spectandum haud dederit, in cordibus eorum intellectualiter loquens diviniori obumbratione, ut ad nos navigarent, suasit, reique, quod tunc omni cum veritate factum est, fidelem auditum convincet. Vir fidelis, qui magno Abydi *e* inserviebat comiti, Chiumque *f* insulam hujus jussu moderandam acceperat, de navium digressione moraque dolens, ac animum ob navigantium raritatem despondens, in somno visionem habuit ac deinde etiam vigilans audivit vocem, quæ visioni respondebat, hæc ad illum dicentem.

*e*
*f*

*visione, energumenorum*

72 Dic, quid animum despondes, doloreque consumeris? Certo scito, Demetrium naves omnes, datis arrhis, præripere Thessalonicamque mittere. Ille autem surgens, seque ad Isidori martyris *g*, pulchris victoriis decorati, ædem

*g*

conferens, cum ab indigenis, quis iste esset
B Demetrius, exactius dicere vellet, simul autem et dicto sancto martyri cum lacrymis supplicaret, ut sibi, ne ab eo, qui illum misisset, reprobus ac vilis æstimaretur, accuratam rei veritatem aperiret, audivit id rursus ex iis, qui ibidem a potentia majori patiebantur, loquentibus per eos dæmonibus, inviteque veritatem ei manifestantibus. Exclamabant enim, Demetrium illum (exprobabant autem ei violentam, quam hasta subierat, necem, uti etiam olim sancto præcursori ac Baptistæ Christi Joanni capitis abscissionem objiciebant, cum magno ac fideli imperatori Theodosio, contra Eugenium tyrannum bellum gerenti, auxiliator

*h*

fuisset *h*) illum igitur, ut dictum est, exclamabant, lancea confossum vique occisum, prolato etiam sancto Martyris nomine, naves omnes in Thessalonicam abduxisse.

*dictis, aliisque, quæ hic*

73 Cum autem vir hæc una cum eis, qui ei aderant, audivisset, firmius quidem, somnium suum vocemque, quam audierat, vera esse existimabat; veritatem autem non discernens, sed, Illyrici præfectos hominem suum, Demetrium, ut verosimile erat, nominatum, qui
C mercatores omnes occurrentes suasione sua, vel etiam necessitate Thessalonicam proficisci cogeret, misisse suspicatus, statim ad illum, qui tunc erat præfecti munere Illyrici principatum administrans, litteras dedit, injustitiam inclamans, nomenque illius, Demetrii nimirum, qui ab eo, ut naves cogeret, missus erat, adjiciens. Nec hic quievit, sed et ad illum, qui eum in Chium miserat, Abydique principatum obtinebat, litteras, quibus Thessalonicæ præsides criminabatur, scripsit, ei etiam, quæ ad astum et nomen missi Demetrii spectarent, nota faciens, quo is, ira commotus, imperatori ista significaret, rursusque imperator Christi amans increpatoria de iis mandata præsidibus daret.

*in medium adducit,*

74 Tantum autem e Dei ordinatione hac in re fuit turbatum, ut Deo placens gloriosissimi certaminum victoris providentia misericorsque cura in finibus vulgaretur, universaque terra nosceret, neque parentem, filiorum amantem, ita aliquando genuinos filios curasse, ut multum misericors Deumque imitans Martyris clementia nobis peccatoribus ejusque servis post Deum prospexit, periculoque hujusmodi nec cogitantes evulsit. Hæc ipsi nobis multisque aliis narra-

ἐμπόρων ὀπτασίαν τινὰ παρὰ τοῦ Μάρτυρος αὐτοῖς D
γεγενημένην ὁμολογήσαντος ἐπὶ τῷ τὰ ἐνθάδε καταλαβεῖν. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοῖς προσπλεύσασιν, ὡς ἔφης, ἐμπόροις τηλαυγῶς ὁ Μάρτυς ἑαυτὸν ἐνεφάνισεν, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν νοητῶς συλλαλήσας θειοτέρᾳ ἐπισκιάσει πρὸς ἡμᾶς ἔπεισεν στείλασθαι, καὶ τοῦτο πληροφορήσει τὴν πιστὴν ἀκοὴν τὸ γεγονὸς τότε σὺν ἀληθείᾳ πᾶσῃ. Ἀνὴρ γὰρ πιστὸς τῷ κατὰ τὴν Ἄβυδον μεγαλοπρεπεῖ ἐξυπερούμενος κόμητι, καὶ τὴν Χίων νῆσον αὐτοῦ κελεύσει καταλαβών, ἐπὶ τῇ τῶν πλοίων προτροπῇ τε ἅμα καὶ κατεπίξει ἀσχάλλων καὶ λίαν ἀθυμῶν ἐπὶ τῇ σπάνει νῶν ἀναπλεόντων, ὁρᾷ καθ' ὕπνους, ἔπειτα καὶ ἐγρηγόρως φωνὴν ἀκούει παραπλησίαν τοῖς ὀνείρασι, τοιάδε πρὸς αὐτὸν φθεγγομένην.

72 Τί, φῆς ἀθυμεῖς καὶ ὀδύρῃ; ἀκριβῶς ἴσθι, ὡς ὁ Δημήτριος κάθηται προσέρραβωνιζόμενος τὰς νῆας ἁπάσας καὶ πέμπων εἰς Θεσσαλονίκην· ὁ δὲ διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, ὀφείλων ἀκριβέστερον καταμαθεῖν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων τίς ὁ Δημήτριος οὗτος· ἅμα δὲ καὶ τῷ ἀρτίως λεχθέντι ἁγίῳ μάρτυρι μετὰ δακρύων εὐξάμενος φανερωθῆναι αὐτῷ τοῦ πράγματος τὴν ἀκρίβειαν, E
ἵνα μὴ ἀδόκιμος παρὰ τῷ στείλαντι αὐτὸν δοκιμασθῇ καὶ ἀπόβλητος, ἀκούει πάλιν παρὰ τῶν ἐκεισε πασχόντων ὑπὸ τῆς κρείττονος δυνάμεως διαλεγομένων τῶν ἐν αὐτοῖς δαιμονίων, καὶ ἀκουσίως φανερούντων αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν· ἐκραύγαζον γάρ, ὅτι ὁ Δημήτριος ἐκεῖνος, ὠνείδιζον δὲ αὐτῷ καὶ τὸν διὰ λόγχης βίαιον θάνατον, ὥσπερ καὶ ποτε τῷ ἁγίῳ προδρόμῳ καὶ βαπτιστῇ τοῦ Χριστοῦ Ἰωάννῃ τὴν ἀποκοπὴν τῆς κεφαλῆς ἐπετώθαζον, ἐπεὶ βοηθὸς ἐγεγόνει τῷ μεγάλῳ καὶ πιστῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ κατ' Εὐγενίου τοῦ τυράννου στρατευσαμένῳ πρὸς πόλεμον, κἀνταῦθα τοίνυν ἐβόων, ὡς εἴρηται, ὅτι ὁ λογχόπληκτος καὶ βιαιοθάνατος ἐκεῖνος, προσθέντες καὶ τὸ ἅγιον τοῦ μάρτυρος ὄνομα, ἐκεῖνος, φασί, ἅπαντα τὰ πλοῖα εἰς Θεσσαλονίκην ἀπέστρεψεν.

73 Ὁ δὲ ἀνὴρ τούτων ἀκούσας μετὰ καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ ἐπεσφράγισε μέν, ὡς ἀληθῆ τὸν ὄνειρον αὐτοῦ καὶ ἣν ἤκουσε φωνὴν, μὴ διακρίνας δὲ τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ὑποτοπήσας τοὺς ὑπάρχους τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἀνθρωπον ἴδιον στεῖλαι Δημήτριον ὡς εἰκὸς ὀνομαζόμενον, τοὺς προστυγχάνοντας ἐμπόρους πειθοῖ ἢ καὶ ἀνάγκῃ τὴν ἐπὶ Θεσσαλονίκην στέλλεσθαι βιαζόμενον, γράμμασι παραχρῆμα κέχρηται πρὸς τὸν τηνικαῦτα τὴν ἐπαρχον ἐγχειρισμένον ἀρχὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ F
καταβοῶν τὴν ἀδικίαν, προσθεὶς καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πεμφθέντος θῆθεν παρ' αὐτοῦ Δημητρίου ἐπὶ τῇ τῶν πλοίων ἀναγκαστικῇ προτροπῇ· οὐκ ἠμέλησεν δὲ, ἀλλὰ καὶ τῷ στείλαντι αὐτὸν ἐν Χίῳ, καὶ τῆς Ἀβύδου προκαθημένῳ γεγράφηκε διαβάλλων τοὺς ἐπάρχους Θεσσαλονίκης, γνωρίσας αὐτῷ τὰ κατὰ λεπτὸν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πεμφθέντος Δημητρίου, ὡς ἐκεῖνον κινηθέντα θυμῷ βασιλεῖ ταῦτα προσανοίξαι, καὶ βασιλέα πάλιν τὸν φιλόχριστον ἐπιπληκτικαῖς πρὸς τοὺς ἐπάρχους κελεύσεσι χρήσασθαι περὶ τούτων.

74 Ταῦτα δὲ ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ ταραχὴν τοσαύτην ἐδέξαντο, ἵνα ἡ θεάρεστος πρόνοια καὶ φιλάνθρωπος κηδεμονία τοῦ πανενδόξου Ἀθλοφόρου κηρυχθῇ ἐν τοῖς πέρασι, καὶ γνῶ πᾶσα ἡ οἰκουμένη, ὅτι οὐδὲ τοκεὺς φιλόπαις τῶν γνησίων υἱῶν ἐπεμελήσατο οὕτως ποτὲ, ὡς ἡ πολύσπλαγχνος καὶ χριστομίμητος τοῦ Μάρτυρος φιλανθρωπία τῶν ἁμαρτωλῶν ἡμῶν καὶ δούλων αὐτοῦ μετὰ Θεόν προενόησε καὶ τηλικούτου κινδύνου, μηδὲν ἡμῶν μεριμνησάντων ἀπέσπασεν· αὐτοὶ ἡμῖν ταῦτα καὶ ἑτέροις πολλοῖς οἱ ἐνδοξότατοι ὑπαρχοι διηφήσαντο πει-

σαντες

A σαντες μεθ' ὅρκων, ἡμᾶς μὲν αὐτοψεί, τὸν δὲ ἐν Χίῳ ἄνδρα διὰ γραμμάτων, καὶ αὐτὸν δὲ βασιλέα δι' ἀναφορᾶς πρεπούσης, ὡς εἴρηται, καὶ ἐνωμότου, ὡς οὐδεὶς πέπομφε τινα ἐπὶ τούτῳ, πλὴν ἐν μόνῃ Σικελίᾳ κατὰ κέλευσιν βασιλικήν· ὃς οὐδὲ ὑπέστρεψεν ἔτι, ἔφασαν, Ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἔχει ἄνθρωπον αὐτῷ ἐξυπηρετούμενον Δημήτριον προσονομαζόμενον.

runt gloriosissimi præfecti juramento asseverantes, nobis quidem coram, viro autem, in insula Chio constituto, per litteras ipsique porro imperatori convenienti juratique, ut dictum est, relatione, a nullo ad istud quemquam, præterquam in solam Siciliam, qui nec adhuc, dicebant, reversus esset, sed nec omnino hominem, sibi ministrantem, qui Demetrius appellatus esset, haberet, e mandato imperatorio missum fuisse. A. Joanne Thessal. archiep.

75 Ἀλλ' ὅτι ὁ δεσπότης μετὰ Θεὸν τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Δημήτριος ὁ πανένδοξος αὐτὸς λελατουμένην λιμῷ τὴν αὐτοῦ πόλιν θεασάμενος κατηλέησεν, καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ μὴ πάντας ἅρδην ἀποθανεῖν ἐποιήσατο. Ἀλλὰ τί περὶ τὰ μείζονα σπεύδοντες τοῖς ἐλαχίστοις τούτοις ἐνδιατρίβομεν; Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ταῦτα μεγάλα, καὶ θαυμαστά, προφανές. Πῶς γὰρ οὐ μεγάλα τὸ κινδύνων καὶ θανάτων αὐτῶν ἀπροσδοκήτως οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πάλιν καὶ πολλάκις ῥυσθῆναι πόλιν τε, καὶ χώραν ἔθνους σὺν Θεῷ φάναι τοσούτου; Ἀλλὰ πρὸς τὰ μέλλοντα λέγεσθαι συγκρινόμενα ταῦτα, λίαν ἐξεντελίζειν τὴν ὑπερφυᾶ δόξαν τοῦ μάρτυρος νομισθήσονται, ὅθεν δύο τινῶν κεφαλαίων ἐπιδραμόντες μνησθεὶς
B ἐπὶ τὰ ἐπηγγελμένα τρέψω τὸν λόγον· ἐν Χῷ Ἰῡ τῷ Κῷ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ κ. τ. λ.

75 Ast ipsum civitatis Thessalonicensis post Deum dominum, gloriosissimum Christi martyrem Demetrium, cum civitatem suam fame afflictam vidisset, illius fuisse misertum, curaque sua, ne omnes penitus morerentur, effecisse *i*. Verum quid ad majora properantes minimis hisce inhæremus? Esse enimvero et illa magna et mira, manifestum est. Quomodo enim, periculis ipsaque morte inexspectato non semel, neque bis, sed et iteratis vicibus et sæpe civitatemque et tam numerosæ gentis regionem fuisse, Deo dante, liberatam, magna haud dicamus *k*? Verum si ad ea, quæ dicenda sunt, *k* comparentur, nimium attenuare eximiam Martyris gloriam videbuntur : quare, cum duo adhuc quæpiam capita cursim memoraro, ad ea, quæ promisi *l*, convertam sermonem in Christo Jesu *l* Domino nostro, quia ipsi convenit gloria et honor etc. *Joannes contendit.* *i* E

## ANNOTATA.

a *Caput hoc in codice olim Mazarinæo, e quo hic editur, pag.* 69 *ei quinque seqq. recenseatur, contracti ori isthoc titulo insignitum :* Ἕτερον περὶ τῆς ἐν λιμῷ προνοίας τοῦ Μάρτυρος, Aliud, *(miraculum nimirum)* de Martyris in fame cura. *Apud Mabillonium porro tom.* I *Veterum Analectorum pag.* 81 *et seq. exhibetur etiam compendio, per Anastasium Bibliothecarium concinnato.*

b *Licet ordinem, quo quæque gesta sunt, Joannes Thessalonicensis in narrando non accurate ubique observet, serius tamen, quæ hoc, quam quæ præcedenti cap. refert, accidisse reor, quod illa, at non item hæc, brevi admodum tempore, antequam ab eo litteris consignarentur, evenisse, tradat.*

c *Cum tam verbum* Δενέσται *quam* Δεέσται egere *seu* necessariis carere *significet, verbum* Μεταδενέσται, *quod frustra in Lexicis quæsivi, idem hic, quod* necessaria emere, *seu* comparare, *verosimillime significare, modove certe haud multum absimili exponendum, spectato sensu, existimo.*

d *Cum Sanctus, uti in Commentario prævio* § III *docui, Thessalonicæ educatus fuerit, Græcumque verbum* Τρέφειν *idem, quod Latinum* Educare *seu* alere, *significet, adeo hic deductum ab hoc verbo aoristi primi participium medium* θρεψαμένη, *in dativo positum, quod ei præterea vocem* πόλει
C *subintellectam putem,* Civitati altrici *interpretatus sum.*

e *Hoc nomine olim fuit distincta, quæ hodie* Aveo, *Turcis* Aidos, *dicitur, urbs Thraciæ, in ora Bosphori Thracii sita, arceque valida, quæ una ex Dardanellis est, munita. Adi ad vocabulum* Abydus *Baudrandum in Dictionario geographico.* F

f *Pro hujus insulæ qualicumque notitia videsis Annotata, cap. præcedenti ad lit.* d *subnexa.*

g *De S. Isidoro, martyre in insula Chio, ad* XXV *Maii diem, quo in Martyrologio Romano annuntiatur, actum apud nos est; is autem, uti ex ibidem in medium adductis liquet, ecclesiam nomini suo sacram in insula Chio habuit, ut certe hic ipse sanctus Isidorus martyr apud Joannem Thessalonicensem hoc loco memoretur. Verum num ecclesia mox dicta, alterave, in insula Chio pariter existens, ei simul et S. Victori martyri fuit sacrata? Est sane, cur ila ex Anastasii Bibliothecarii apud Mabillonium loco proxime citato existimes; ibi enim Anastasius, quæ Græcis hisce,* Ὁ δὲ διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, *Joannis verbis respondent, sequentia Latina suppeditat :* Qui surgens perrexit ad ecclesiam sanctorum Victoris et Isidori; *verum prava interpretatione usus hic est Anastasius. Adi Commentarium prævium num.* 79.

h *Ad* XXIV *Junii diem, quo S. Joannis Baptistæ nativitatis in Martyrologio Romano celebratur, actum apud nos de hoc sancto præcursore Domini jam est; ex iis autem, quæ ibidem in concinnato de eo Commentario historico num.* 106 *et binis seqq. e Sozomeno in medium adducta sunt, confirmantur, quæ hic apud Joannem narrantur de jactis a dæmone in Joannem Baptistam convitiis, quod hic Theodosio imperatori, adversus Eugenium tyrannum, quod anno* 394 *evenit, bellum gerenti, esset auxilio.*

i *Multum enimvero Joannes Thessalonicensis, ut prodigiose a Sancto Thessalonicensibus fame pressis iterum fuisse succursum, ostendat, hoc pariter capite ad hunc usque locum laborat, nec, ut apparet, infelici prorsus successu.*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

k *Suppeditatus hoc loco a Joanne textus Græcus paulo videtur obscurior; ei tamen, quam hic vides, interpretationem adaptandam, e sensus contextu existimavi; siquis interim meliorem attulerit, eam ego libenter amplectar.* D

l *Sese in subsequentibus de bello, a gente barbara, multitudine infinita, adversus Thessalonicam gesto, acturum, Joannes supra cap.* 8 *sub initium promisit, reque ipsa infra, duobus adhuc, quibus res aliæ tractantur, præmissis capitibus, de eo agit; ut adeo, dum, duobus memoratis capitibus, sermonem ad promissa sese conversurum, hic dicit, de bello illo loqui existimandus sit.*

## CAPUT X.

### *Qui Sanctus in bello intestino populique seditionibus Thessalonicæ etiam succurrerit* a.

a

*Thessalonicæ intestino bello populique seditionibus*

Non solum in peste et fame sæpissime amans ille civitatis gloriosissimusque certaminum Victor a tempore antiquo in hodiernam etiam usque diem misericordiam erga regionem efficaciter exhibuit, sed et intestinorum bellorum, popularisque tempestatis fluctus diversis temporibus in ea dissipavit, commotorum animorum æstus *b* fiducia in Deum irrorans.

b

B Unum autem dumtaxat et de his singulatim memorabo, corda vestra ad Dei laudem Martyrisque gloriam accendens; recta enim magnalium ejus descriptione promptaque commemoratione spiritualem vestram sitim excitare non desinam.

*post Mauritii imperium misere, quemadmodum et aliis*

77 Sub imperio, quod piæ recordationis Mauritium excepit, omnes prope scitis, quantos in civitate tumultus diabolus excitarit *c*, charitatem refrigerans, mutuumque per Orientem universum, et Ciliciam et Asiam et Palæstinam et omnes, quæ circa partes illas sitæ sunt, regiones ad ipsam usque urbium reginam odium disseminans, adeo ut populis contribulium sanguine in foro inebriari non solum non sufficeret, sed jam etiam in ædes mutuas irruerent, atque eos quidem, qui ibidem erant, miserabiliter occiderent, vel in altioribus domuum tabulatis viventes adhuc mulieresque et pueros et senes et juvenes, ut conjicere licet, infirmos, qui præ corporum imbecillitate cædem ascendentium effugere non potuerant, in pavimentum dejicerent; barbarorum autem in morem contubernales suos et notos, et, ut credere fas est, cognatos expoliarent,

c

C præterque hæc omnia ipsas domos incenderent, ut, quemadmodum conjicere licet, neque illi, qui attriti fuissent, victum etiam mendicando quærentes, lateret.

*locis evenit,*

78 Erant igitur, ut dictum est, omnia in tractibus illis loca dæmoniacis illis cædibus direptionibusque plena, et secundum quod scriptum est, speluncæ latronum. Uti autem loco quopiam incenso flammaque adversus eos, qui aqua ei resistunt, prævalente, ipsæ etiam domus circumjectæ, fumi vehementia calefactæ, titionis adinstar nigrescunt, atque, ut parva etiam quapiam causa eaque haud inexspectata actæ accendantur, paratissimæ evadunt, ita etiam omnes in Illyrico civitates pervadens malorum Orientalium fuma aliquas quidem avaritiæ cupiditatibus obtenebravit, intestinasque in ipsis tribuum virgultis flammas accendit, deinde vero et custoditam a Martyribus Thessalonicensium metropolim finitimorum facinora rumorum auris circumdabant, charitatisque fulgor,

Οὐ γὰρ μόνον ἐν λοιμοῖς καὶ λιμοῖς μυριάκις ὁ φιλόπολις οὗτος καὶ ὑπερένδοξος ἀθλοφόρος ἐκ παλαιοῦ καὶ μέχρι τοῦ νῦν τὸ περὶ τὴν χώραν εὔσπλαγχνον πρακτικῶς ἐπεδείξατο, ἀλλὰ καὶ ἐμφυλίων πολέμων, καὶ δημώδους ζάλης ἀναρίθμητα κύματα κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐν αὐτῇ διεσκέδασεν τῇ πρὸς Θεὸν παῤῥησίᾳ τὰς βαινομένων θυμῶν φλυκτίδας ἐπιῤῥοσίζων. Ἑκάστο τε ἑνὸς δὲ κἀπὶ τούτων καὶ μόνου μνησθήσομαι διηγήματος ἀναζωπυρῶν τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς E ὕμνον Θεοῦ, καὶ δόξαν τοῦ Μάρτυρος· τῷ γὰρ εὐπεριγράπτῳ, καὶ ταχυῤῥάστῳ τῶν μεγαλιῶν αὐτοῦ τὴν πνευματικὴν ὑμῶν ἀναφλέγων δίψαν οὐ παύσομαι.

77 Ἐπὶ τῆς μετὰ Μαυρίκιων τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως βασιλείας, ἴσθε σχεδὸν ἅπαντες, οἵους κατὰ πόλιν ἤγειρεν κονιορτοὺς ὁ διάβολος, ψύξας τὴν ἀγάπην, καὶ μισαλληλίαν σπείρας κατὰ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν, καὶ Ἀσίαν, καὶ Παλαιστίνην, καὶ πάσας τὰς ἀμφὶ τὰ ἐκεῖσε μέρει πατρίδας ἕως καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, οὕτως ὡς μὴ μόνον ἐξαρχεῖν τοῖς δήμοις τὸ κατ' ἀγορὰν αἵμασιν ἐμφυλίοις μεθύσκεσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰς ἀλλήλων οἰκίας ἐπεισπηδᾶν, καὶ τοὺς αὐτόθι μὲν ἀποσφάττειν ἐλεεινῶς, ἢ καὶ διὰ τῶν ὑψηλοτέρων δωμάτων ἔτι ζῶντας ἀκοντίζειν ἐπὶ τὸ ἔδαφος γύναιά τε, καὶ παῖδας καὶ γέροντας, καὶ νέους ὡς εἰκὸς ἀσθενεῖς, ὅσοι διὰ ἀδρανίαν σωμάτων ἐκφυγεῖν τὰς τῶν ἀνελθόντων μιαιφονίας οὐκ ἴσχυσαν, λεηλατεῖν δὲ βαρβάρων δίκην τοὺς ὁμοδιαίτους, καὶ γνωρίμους, καὶ ὡς εἰκὸς συγγενεῖς, καὶ καθάπαντα ταῦτα καὶ τὰς οἰκίας αὐτὰς πυροπολεῖν, ἵνα μὴ δὲ οἱ τριβέντες ὡς εἰκὸς, καὶ ἐν πτωχίᾳ τὴν ζωὴν πορίζόμενοι διαλάθωσιν. F

78 Ἦσαν μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, πάντες οἱ κατ' ἐκεῖνα τὰ κλίματα χώροι τῆς δαιμονικῆς ταύτης ἀνδροκτασίας, καὶ λεηλασίας ἀνάπλεοι, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον σπήλαια λῃστῶν· ὥσπερ δὲ τινος πυρποληθέντος τοπου, καὶ τῆς φλογὸς κατακρατούσης τῶν ἀπομαχομένων τῷ ὕδατι αἱ πέριξ οἰκίαι τῇ σφοδρότητι θερμαινόμεναι τοῦ καπνοῦ, αὐταί τε μελαίνονται δαλοῦ δίκην, καὶ πρὸς ἅναψιν ἑτοιμόταται γίνονται, μιᾶς τινος, καὶ βραχείας προφάσεως, καὶ ταύτης προσδοκησίμου δρασσόμεναι, οὕτως καὶ τὰς περὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσας πόλεις ἡ τῶν ἀνατολικῶν φήμη διανεμηθεῖσα κακῶν. Τινὰς μὲν κατεζόφωσε τοῖς τῆς φιλαργυρίας θυμοῖς καὶ τὰς ἐμφυλίους φλόγας ἐν αὐταῖς τοῖς φυτικοῖς φρυγάνοις ἀνῆψεν· ἤδη δὲ καὶ τὴν μαρτυροφύλακτον τῶν Θεσσαλονικαίων μητρόπολιν ἀνεκύκλουν ταῖς αὔραις τὰ τῶν πλησιοχώρων δραματουργήματα, καὶ τὸ τῆς ἀγάπης αὐτῶν τηλαυγὲς, ὃ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἅτι ἐπιστολῶν ἐμακάρισεν, τῇ τοῦ φθόνου παρεισδύσει

A παρεισδύσει κατακρατηθὲν ἐμελαίνετο.

79 Ἦν τε βλέπειν ἐλεεινῶς τηνικαῦτα, τὴν τῆς ὁμοφροσύνης μητρόπολιν θάλασσαν διχονοίας γεγενημένην· οὐδεὶς λοιπὸν ὑγιῶς τῷ πλησίον προσέβλεπεν, ὡ τοῦ ἀπροσδοκήτου κακοῦ! Ὁυ δὲ συγγενικὸς θεσμὸς τὴν ἐπισκήψασαν νόσον ἰατρεύειν ἐξισχύων. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἀχύρων σωρείᾳ φλὸξ κεκρυμμένη, μόνῳ διασμύχεται τῷ καπνῷ τυφομένη, καὶ μικρᾶς ἐπιθυμεῖ διασκαλεύσεως τῶν ἐπικειμένων ἀχύρων, εἰς τὸ τὴν αὐτῆς παμφάγον ὁρμὴν διεγήντασαν, πάντα διακαῦσαι, καὶ κατατέφρώσαι τὰ περικείμενα, οὕτως ἡ πόλις ὑπὸ τοῦ δαίμονος ὕπουλος οὕτως ὤδινον τὴν κατ' ἀλλήλων διαφθορὰν καὶ μικρᾶς ὡς ἐπὶ τοῦ παραδείγματος τῶν ἀχύρων ἐδεῖτο προφάσεως εἰς τὸ ἀναρίπίσαι, καὶ κατὰ πάντων ἀστράψαι τὴν ἀλληλόφθορον μάχαιραν.

80 Ἀλλ' οὖν οὕτως κακοῦ διακειμένης τῆς πόλεως, οὐδὲν τῶν ἐλπιζομένων γενέσθαι ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ συνεχώρησεν, ἀλλ' οὕτως ἐν τῷ βουλεύεσθαι τὰ κατὰ τοὺς δήμους συνεσκέσθησαν οἱ θυμοί· Ἱκανὸν μέν οὖν καὶ τὸ ἀθρόον τῆς ἀπροσδοκήτου τῶν ὀργῶν καταπαύσεως τοῖς νοῦν ἔχουσιν παραστῆσαι, ὡς B θεία τις πρόνοια, καὶ ἁγίων ἀῤῥήτος ἐπισκίασις τὸ τοιοῦτον κατόρθωσεν. Ὁ γὰρ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας, τρέπει ταύτας ὡς ὕδωρ ὅπου καὶ βούλεται. Ἵνα δὲ μὴ διαμφοδίζῃ τῶν περὶ ταῦτα βουλευομένων ὁ νοῦς, ἀκούσατε τὸ γενόμενον, ἀκούσατε, παρακαλῶ, καὶ μὴ μόνον ἕως τοῦ θαυμάσαι, καὶ δοξολογῆσαι τὸν μάρτυρα, τὴν διάνοιαν διαγείρητε· ἀλλὰ τὸ αἱρετὸν, καὶ φίλον τῷ ἀθλοφόρῳ κατασκοπήσαντες ἀκριβῶς, αὐτὸ καὶ ὑμεῖς ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ δυνάμεως κατὰ τὴν ἔννοιαν περισφίξαντες, ὑπήκοοι ἀκριβεῖς, καὶ διὰ τοῦτο γνήσιοι φίλοι τῆς ἀγαθοσύνης αὐτοῦ ἀναθειχθῆτε.

81 Ἵνα γὰρ μὴ ἀμφοδίζῃ, ὡς εἴρηται, τῶν περὶ ταῦτα βουλευομένων ὁ νοῦς, πότερον αὐτομάτως ἡ τῶν τηλικούτων κακῶν φορὰ, ὅσον οὔπω προσδοκωμένη, κατεκοιμίσθη, ἤ τινος προνοιᾳ τοῦτο γεγένηται. Καὶ πάλιν, ἵνα μὴ διαμφιβάλληται τῇ τίνος πρεσβεία ἡ πόλις ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου ἀνεσπάσθη, ὤφθη τινὶ καθ' ὕπνους νεωστὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπιδημήσαντι, ἀνδρὶ κοσμίῳ, καὶ τῶν τηνικαῦτα τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐπάρχων συγγενεῖ, πρώτως τῇ πόλει, C προσπλεύσαντι, καὶ μηδὲ τὰ κινούμενα ἐν αὐτῇ καὶ λαλούμενα ἀπογινώσκοντι, τοιαύτη τις ὄψις ὀνείρων. Ἰδεν ἑαυτὸν ἀναβαίνοντα ἐπὶ τὴν πηγὴν τῶν ἱαμάτων, λέγω δὴ τὸ τοῦ Ἀθλοφόρου πάνσεπτον τέμενος, ἐθάδι νόμῳ τῶν προσπλεόντων τῇ πόλει, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς πρώτως εἰσβαλὼν αὐτῇ.

82 Εἶτα εἰσελθὼν δῆθεν ἐν τῷ ναῷ, καὶ προσευξάμενος, ὁρᾷ τὸ ἱερώσκευον ἐκεῖνο, καὶ περικαλλὲς δημιούργημα κατὰ μέσον τοῦ ναοῦ πρὸς τοῖς λαίοις πλευροῖς ἐφιδρυμένον ἐξαγώνῳ σχήματι, κίοσιν ἓξ καὶ τοίχοις ἰσαρίθμοις, ἐξ ἀργύρου δοκίμου καὶ διαχεγλυμμένου μεμορφωμένον, καὶ τὴν ὀροφὴν ὡσαύτως, ἀπὸ τῶν ἐξαγώνων πλευρῶν κυκλοφορικῶς ἀνίσχουσαν καὶ εἰς μίαν στρογγύλην ὡς ἐκ ποδὸς ἀπολήγουσαν σύνδεσιν, σφαῖραν τε ἀργύρεαν μεγέθους οὐ μικροῦ φέρουσαν ἄνωθεν, ὑφ' ἣν ὡς κρίνου βλαστοὶ θαυμάσιοι περιέχονται, ὧν πάντων ἐπάνω τὸ κατὰ τοῦ θανάτου πεπηγὸς τρόπαιον ἀκτινοβολεῖ, τῷ μὲν ἀργυρέῳ δημιουργήματι τὰς τοῦ σώματος ὄψεις παρασκευάζον ἐκπλήττεσθαι τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ νοήσει τοὺς τῆς διανοίας, ὀφθαλμοὺς τοῖς οὐρανίοις καταυγάζον χαρίσμασιν ὁ ζωοποιὸς, φημὶ, καὶ τίμιος τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος

quem Apostolus in Epistolis beatum vocavit, invidiæ ingressu repressus nigrescebat.

A. Joanne Thessal. archiep.

79 Miserandum in modum videre erat concordiæ metropolim dissensionis mare tunc factam. Nemo in posterum amico vultu (o malum inexspectatum!) proximum intuebatur; morbum autem, qui irruerat, lux congenita sanare haud poterat. Verum quemadmodum abscondita in palearum acervo flamma solo præpedita fumo iners manet, parvaque palearum incumbentium, ut omnivora vis ejus excitata omnia adjacentia comburat atque in cinerem redigat, motione indiget, ita civitas, sub dæmone abdita, mutuum interitum sic parturiebat, ut etiam ad palearum exemplum parva, quo cædes mutuas susciteret, ensemque, qui interitum utrimque afferret, adversus omnes emitteret, causa indigeret.

80 At vero, civitate ita male affecta, quod speratum haud fuerat, fieri gloriosissimus certaminum Christi Victor concessit, itaque dum mala molirentur populi, iræ exstinctæ sunt. Cum itaque inexspectatæ irarum sedationis celerem adventum iis, qui mentis forent compotes, comparare esset sufficiens, non secus ac divina quædam providentia ineffabilisque Sanctorum obumbratio, id fecit. Qui enim solus corda creavit, eo, ut aquam, quo voluerit, inflectit. Ne vero eorum, qui de hisce consilia conferunt, dubius hæreat animus, audite, quod factum est, audite, admoneo, nec solum ad admirandum, sed et ad laudandum usque Martyrem cogitationem excitate; quin imo quid gratum et acceptum certaminum Victori sit, diligenter examinantes, id ipsum et vos ex tota anima virtuteque amplectentes, ad amussim obedientes germanique per id bonitatis ejus amici appareatis.

*pax subito, dante Deo, redit,*

81 Ne enim, ut dictum est, eorum, qui de iis deliberant, dubius hæreat animus, malorumne hujusmodi cursus, qui tantum non exspectatus obvenit, sponte sua, an cujuspiam providentia acciderit; ac denuo ne dubitet, cujusnam intercessione e mortis portis civitas fuerit educta, cuidam in somno, qui Thessalonicam e Græcia recens advenerat, viro modesto eorumque, qui tunc Illyrici præfecti erant, F cognato, cum primum ad civitatem appulisset, nec quæ in ea turbata essent ac dicta, perspecta haberet, hujusmodi somniorum visio apparuit. Seipsum in curationum fontem, dico autem in venerandum maxime certaminum Victoris templum, ex more eorum, qui civitati adnavigant, ingredientem (erat enim et ipse primum in hanc veniens) conspexit.

*idque Sancti intercessione factum, e viro cuidam oblata,*

82 Deinde vero, cum in templum esset ingressus, orassetque, vidit sacrum illud pulcherrimumque opus, in medio templi ad sinistram figura sexangulari erectum, columnis sex totidemque lateribus e probato sculptoque argento formatum, similiterque et fastigium, sexangularibus in circuitu lateribus suffultum, et quasi a basi in rotundam colligaturam desinens, argenteamque magnitudinis haud parvæ sphæram superius ferens, sub qua mira, velut cucurbitæ, germina continentur, supra quæ omnia defixum adversus mortem tropæum, vivifica, dico, ac veneranda Dei et Servatoris nostri crux, radios ejaculatur, argentea quidem structura corporis oculos percelli faciens, Christi autem consideratione

*qua is, Demetrii templum ingressus,*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP. *in ciborio, sub quo hic jacere credebatur,*

ne cælestibus gratiis mentis oculos illuminans.

83 Hoc autem divinitus datum artis opus, quod sacrum apud nos ciborium vocatur, vir in templo cum vidisset, eos, qui prope erant, rogabat, quid illud, fratres, novum mirandum opus ad mediam templi (neque enim, nisi magna causa subesset, locum illum accepisset) longitudinem est exstructum? Illis autem dicentibus, quia ibidem gloriosissimum certaminum victorem Demetrium, ut Sanctum decet, jacere, e majoribus audivimus; desiderem, dixit vir, quæ intra sunt, videre. Illi autem famulum, qui ante argenteas januas stabat, ei ostenderunt, quamquam ea, quæ intro sunt, obtinere absque illo posse negantes; ad quem etiam vir accedens, sibi, adorare præstitaque a Deo monumenti gratia sanctificari volenti, aperiri petebat.

*sibi aperto mulierem Sancto assidentem,*

84 Cum autem is januas aperuisset, vir nondum ingressus vidit quidem, qui et a nobis visus fuit, quasi lectulum argenteum in medio exstructum, hujus ad eam, quæ ad B caput est, partem thronum quempiam, auro splendidum, preciosisque e lapidibus paratum, ac gloriosissimum certaminum Christi victorem Demetrium tali, quali in imaginibus depingitur, habitu sedentem; ad eam autem, quæ ad lectuli pedes est, partem thronum alterum, splendidum quidem et illum, totum autem ex argento solidum, in quo mulierem quampiam decentissimam, visuque pulchram, splendide nec superflue vestitam, sedentem videbat fixisque oculis in Martyrem intuentem. Vir hæc conspicatus ingredi quodammodo timuit, Martyrem nimirum cum pia quadam nobilique femina solitarium ibidem degere suspicatus.

*atque ab eo, ne civitatem relinqueret, retineri, vidisset, hancque simul Dei rectam*

85 Cum autem ille, in animi consternatione extra stans, maneret, mulieris Martyrisque decore obstupefactus, loco surgens mulier exire e ciborio conabatur, impetu autem maximo surgens et martyr manu illam retinuit retractamque in throno suo rursus locavit, dicens: Per Dominum ne hinc exeas relinquasque civitatem; ei enim semper quidem, maxime autem præsenti tempore necessaria es. C Cum autem hæc vir audivisset, mulieremque in throno suo rursus sedentem, similiterque gloriosissimum certaminum Victorem in throno aureo vidisset, exire vel quid proloqui ausus non est, sed, foris reverentia exhibita, abivit, hoc solum ab adstante nimirum famulo sciscitatus: Dic mihi per Deum: quænam illa mulier sola cum Sancto sedens? Ille autem respondit: Tune solus eam ignoras? Omnis civitas eam novit, semperque etiam eamdem cum Martyre versari. Ille autem reponit: Verum ego, peregrinus cum sim, id ignoro. Propter charitatem ne invideas, sed et nomen mihi edissere.

*rerum ordinationem, quam Demetrius e civitate exire non permitteret, esse intellexisset, d*

86 Famulus autem respondit: Hæc est recta rerum per Dominum ordinatio *d*, quam Deus a multo tempore certaminum Victori coramisit. Hic autem illam custodit, nullo modo eam hinc exire sinens, quemadmodum et tu vidisti. Hæc famulo nimirum loquente, expergefactus est vir; eorum autem, quæ sibi visa fuerant, quod quæ in civitate mota essent, utpote peregrinus existens, non nosset, nihil intelligens, præfecto, qui sanguine ei, ut dictum est, conjunctus erat, narravit. Cum autem nec

ἡμῶν σταυρός. D

83 Τοῦτο δὴ τὸ Θεοδώρητον τέχνασμα κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ ναῷ Θεασάμενος τὸ παρ' ἡμῖν καλούμενον ἁγιασμένον κιβώριον, ἐπηρώτα δήθεν τοὺς πλησίον, τί τοῦτο, ἀδελφοί, τὸ καινοθαύμαστον ποίημα, κατὰ τὸ μῆκος τοῦ ναοῦ μέσον ἐφίδρυται; οὐ γὰρ ἂν ταύτην εἰλήφει τὴν κώραν, εἰ μὴ μεγάλης τινὸς ἠξίωτο τῆς προφάσεως· τῶν δὲ φησάντων, ὡς ἐκεῖσε παρὰ τῶν πατέρων ἠκούσαμεν κεῖσθαι θεοπρεπῶς τὴν ὑπερένδοξον ἀθλοφόρον Δημήτριον, ἐπεζήτουν, ἔφη, ὁ ἀνήρ, τῆς κατὰ τὸ ἔνδον ὁράσεως· οἱ δὲ ὑπεδείκνυον αὐτῷ τὸν πρὸς ταῖς ἀργυρέαις, θύραις ἱστάμενον ὑπηρέτην μὴ ἄνευ τούτου φάσκοντες, οἷόν τε εἶναι τινὰ τῶν ἔνδον τυχεῖν. ᾧ καὶ προσελθὼν ὁ ἀνήρ, ἠξίου ἀνοιγῆναι αὐτῷ, προσκυνῆσαι βουλομένῳ καὶ ἁγιασθῆναι τῇ Θεοπαρόχῳ τοῦ μνήματος χάριτι.

84 Τοῦ δὲ διανοίξαντος τὰς θύρας, μήπω εἰσελθὼν ὁ ἀνήρ, ἴδεν μὲν τὸ καὶ ἡμῖν ὁρώμενον ἀργύρεον κατὰ τὸ μέσον ἱδρυμένον ὥσπερ σκιμπόδιον, οὗ κατὰ τὸ πρὸς κεφαλῆς μέρος θρόνον τινὰ λαμπρὸν ἐκ χρυσίου, καὶ λίθων πολυτελῶν κατεσκευασμένον, καὶ τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον τοῦ Χριστοῦ Δημήτριον ἐφεζόμενον, οὕτως ὁποίῳ σχήματι κατὰ τὰς εἰκόνας ἐγγεγράφεται, κατὰ δὲ τὸ πρὸς τοῖς ποσὶν τοῦ κραβάττου μέρος ἕτερον θρόνον λαμπρὸν μὲν καὶ αὐτόν, ἐξ ἀργύρου δὲ πάντα συγκείμενον, ἐφ' ᾧ καθεζομένην ὁρᾷ γυναῖκα τινὰ εὐπρεπεστάτην, καὶ κοσμίαν ἰδέσθαι, σεμνοφανῶς καὶ ἀπερίττως ἡμφιεσμένην, καὶ ἀτενὲς πρὸς τὸν μάρτυρα βλέπουσαν. Ταῦτα ἰδὼν ὁ ἀνὴρ ἠυλαβήθη ὥσπερ εἰσελθεῖν ὑποτοπήσας τὸν μάρτυρα μετά τινος δήθεν θεοσεβοῦς καὶ λαμπρᾶς γυναικὸς ἰδιάζειν. E

85 Ὡς δὲ μεμένηκεν ἐν ἐκπλήξει ἐκεῖνος ἔξω ἱστάμενος, τῇ εὐπρεπείᾳ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ μάρτυρος ἐκθαμβούμενος, ἀναστάσα δήθεν ἡ γυνὴ ἐπειρᾶτο ἐξιέναι τοῦ κιβωρίου. Ὁρμῇ δὲ μεγίστῃ διαναστάς καὶ ὁ μάρτυς κατέσχεν αὐτὴν τῆς χειρὸς, καὶ ἑλκύσας πάλιν ἐπὶ τὸν θρόνου αὐτῆς καθέζει αὐτὴν εἰπών, διὰ τὸν Κύριον μὴ ἐξέλθῃς ἔνθεν, μηδὲ ἀφῇς τὴν πόλιν, χρεία γάρ σου ἐστὶν ἀεὶ μὲν μάλιστα δὲ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ. Ὁ δὲ ἀνὴρ ταῦτα ἀκούσας καὶ Θεασάμενος καθεσθεῖσαν πάλιν τὴν γυναῖκα ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτῆς, καὶ τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον ὁμοίως ἐν τῷ χρυσέῳ θρονῳ, οὐκ ἐτόλμησεν ἐξελθεῖν, ἢ φθέγξασθαί τι, ἀλλ' ἔξωθεν προσκυνήσας ἀνεχώρει, τοῦτο μόνον ἐρωτήσας τὸν ἑστάμενον δήθεν ὑπηρέτην. Ἐπέ μοι πρὸς τοῦ Θεοῦ τίς ἡ γυνὴ ἡ μετὰ τοῦ ἁγίου μόνη κατεζομένη; Ὁ δὲ ἀπεκρίθη· σύ μόνος ἀγνοεῖς αὐτήν; Πᾶσα ἡ πόλις αὐτὴν ἐπίσταται, καὶ ὅτι ἀεὶ τῷ μάρτυρι συνδιάγει· ὁ δὲ φησιν, ἀλλ' ἐγὼ ξένος ὑπάρχων ἀγνοῶ. Διὰ τὴν ἀγάπην οὖν μὴ φθονήσῃς, ἀλλὰ κἂν τὸ ὄνομα φράσον μοι. F

86 Ὁ δὲ ὑπηρέτης ἀπεκρίθη, αὕτη ἐστὶν ἡ κυρία Εὐταξία, ἣν ὁ Θεὸς πρὸ πολλοῦ τῷ ἀθλοφόρῳ παρακατέθετο· αὐτὸς δὲ ταύτην διατηρεῖ, μὴ ἐῶν αὐτὴν ἔνθεν ἐξελθεῖν τὸ σύνολον, ὥσπερ καὶ σὺ ἐθεάσω. Ταῦτα τοῦ ὑπηρέτου δήθεν λαλήσαντος, ὁ ἀνὴρ ἔξυπνος γέγονεν· οὐδὲν δὲ συνεὶς τῶν ὀφθέντων αὐτῷ, διὰ τὸ μηδὲ τὰ ἐν τῇ πόλει τηνικαῦτα κινούμενα γινώσκειν, ἅτε ξένος τυγχάνων, διηγήσατο ταῦτα τῷ ἐπάρχῳ συγγενεῖ αὐτοῦ καθεστηκότι, ὡς εἴρηται· ὁ δὲ μηδὲ αὐτὸς ἀκριβῶς κατανοήσας τὸ ὁραθὲν, λαβὼν αὐτὸν τὸν ἄνδρα τὸν Θεασάμενον, ἄνεισιν εἴς τινα

A μονακὸν εὐλαβῆ συνήθη αὐτῷ τυγχάνοντα, καὶ δηγεῖται αὐτῷ τὰ τῷ ἀνδρὶ ἀποκαλυφθέντα, καὶ πρὸς μείζονα τῆς ἀληθείας πίστιν, αὐτὸν τὸν ἰδόντα ἐνωμότως ὁμολογοῦντα παρέστησεν. Λέγει αὐτοῖς ὁ μοναχὸς: Ἐυλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ ὁ δωρηθεὶς ἡμῖν παρ' αὐτοῦ πρεσβευτὴς καὶ κηδεμὼν ὁ πανάγιος μάρτυς Δημήτριος.

hic, quod visum fuerat, recte perciperet, ipsummet, qui id viderat, virum assumptum ad pium quemdam, qui familiaris ei erat, monachum adducit, huicque, quæ viro revelata fuissent, exponit atque ad majorem veritatis fidem, ut ipsemet, qui visionem habuerat, jurejurando hanc confiteretur, effecit. Dicit eis monachus: Benedictus sit Deus, datusque ab eo nobis intercessor ac curator Sanctissimus martyr Demetrius.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

87 Πιστεύω γὰρ αὐτῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ τῶ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὅτι οὐκ ἔτι φοβηθήσεται ἡ πόλις τὸν ἐπηρτήμενον τοῦτον, καὶ προσδοκώμενον τῆς ἐμφυλίου στάσεως κίνδυνον τοῦ ἀθλοφόρου τὴν κυρίαν Ἐυταξίαν παρ' ἑαυτῷ κατασχόντος αὐτῇ τὸν ναὸν αὐτοῦ ἐξελθεῖν μὴ δὲ τὴν πόλιν καταλιπεῖν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἔπαρχος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ συνῆκαν καλῶς διακριθέντα τὸν ὄνειρον, καὶ διεφήμισαν τὸ πρᾶγμα ἐν τῇ πόλει, καὶ τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου ἀπείραστος ἡ πόλις τοῦ τοιούτου κινδύνου μεμένηκεν, καίτοι ἐπὶ ἑτέρους δύο ἐνιαυτοὺς μυρίας ὅσας προφάσεις ἀνασκαλεύσαντος (*) τοῦ ἐχθροῦ ἐπὶ τῷ τὴν εὐταξίαν διακόψαι τῆς πόλεως, ἥτις διέμεινεν ἐρριζωμένη διὰ Χριστοῦ, ὡς ὑπὸ τῆς τοῦ μάρτυρος δεξίας φυλαττομένη τῇ πόλει. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόζα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* cod. Mazarin. ἀνακινήσαντος

87 Etenim, ut civitas, certaminum victore rectam Dei ordinationem, ut nec templo suo exeat nec civitatem relinquat, apud se retinente, intestinæ illud, quod impendit formidatumque fuit, seditionis periculum haud amplius timeat, futurum esse, ipsi veraci Deo, domino nostro Jesu Christo credo. Præfectus, cum hæc audiret, iique, qui cum eo erant, recte esse expositum somnium, intellexerunt, remque in civitate divulgarunt, Christique et Dei gloriosissimi martyris Demetrii charitate civitas periculo hujusmodi, utut duobus annis aliis infinitas prope, quo rectam Dei ordinationem, quæ civitati, veluti per Martyris dextram custoditæ, irradicata per Christum inhæsit, civitate expelleret, occasiones inimico suscitante, intentata permansit *e*. Deo nostro sit gloria et virtus in secula seculorum. Amen.

*visione Joannes Thessalonicensis probare hic studet.*

## ANNOTATA.

a *Caput hoc, quod e bibliothecæ Vaticanæ codice* 821 *descriptum hic damus, in codice olim Mazarinæo a fol. verso* 55 *usque ad fol. versum* 58 *excurrit, titulogue sequenti afficitur :* Περὶ τῆς κυρίακης Ἐυταξίας De recta rerum per Deum ordinatione; *ego autem, quod is, quæ capite subjecto continentur, non satis exponat, alium iterum, quem hic vides, substitui.*

b *Ita substantivum Græcum* φλυκτὶς, *quod in nullis prorsus Lexicis invenire licuit, interpretatus hic sum, tum quod id exigere sensus videatur, tum quod illud hic adhiberi videatur pro substantivo* φλύκταινα, *quod cum a verbo Græco* φλυεῖν, *idem etiam significante, quod Latine* fervere *seu* bullire, *deductum videri queat, non omnino, ut apparet, inepte ad significandum idem, quod Latine* æstus, *adhiberi potest.*

c *Orientale imperium, cum id, occiso imperatore Mauritio, Phocas anno* 602 *invasisset, miserrime internis etiam bellis seditionibusque, uti e Nicephoro Callisto, Cedreno aliisque Græcorum historicis, passim obviis, videre licet, ad annum usque* 610, *quo et ipse dictus Phocas interiit, fuit afflictum; Joannes autem, uti ex ipsis ejus verbis hic occurentibus satis liquet, et hoc loco et in subsequentibus de misero illo imperii statu loquitur; quod cum ita sit, statuque rerum, de quo sermonem facit, durante, visionem, cujus infra meminit, viro cuidam fuisse oblatam, haud obscure tradat, oportet sane, ut hæc non serius, quam anno* 610 *evenerit.*

d Ἐυταξία *Græce idem est, quod Latine* rectus ordo; *quare ego duas hasce voces Græcas* Κυρίακη Ἐυταξία, *periphrasi etiam quapiam claritatis ergo usus, Latine interpretatus sum* Recta rerum per Dominum ordinatio.

e *Hæc omnia Joannes, ut Thessalonicam intestinis etiam motibus Sancti patrocinio evasisse liberam, suadeat; verum cum omnia, quæ hunc in finem afferi, uni fere innitantur visioni, viro cuidam oblatæ, fierique queat, ut hæc, non vera apparitio, sed illusio dumtaxat, fuerit, studiosus lector, quidquid etiam hac in parte statuerit, haud facile me refragantem habebit.*

CAPUT

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

D

## CAPUT XI.

### *De Illyrici præfecto, qui Sanctum blasphemavit atque ab eo idcirco fuit punitus* a.

a

*Ægre a se ullum, quem Sanctus punierit, fuisse inventum,*

b

c

Cum sane Petrus et Paulus, Apostolorum principes, non solum benefaciendo sananque, sed et castigatione dignos numenque spernentes, ut Ananiam quidem et Saphiram et Simonem Petrus *b*, Elymam autem magnum aliosque plures Paulus *c*, puniendo, Spiritus, quæ eis inerat, gratiam manifestarint, age, num et a maxime genuino Apostolorum alumno, gloriosissimo, inquam, Martyre, simile quid gestum sit, videamus. Etenim propter ineffabilem suam malorum tolerantiam, atque qua Deum imitatur, bonitatem simile quid de eo reperire nobis quærentibus fuit difficile, cum multa omnibus, ut Deus mundo, delicta condo-

B net.

*Sanctorumque longanimitatem contumelia haud officiendam, auctor præfatus,*

89 Verum cum quisque pro talentorum animi quantitate sibi credita et operationem a Deo rogetur, ac simplicioribus quidem venia ut plurimum concedatur, astutioribus autem in criminis deprehensione etiam vindicta quam sæpissime obveniat, merito in virum, qui maximam mentis vim habere existimabatur, puerorum autem more peccabat, vindicta unica, hacque ægre, a certaminum victore fuisse animadversum, perdiscere valentes, piis vestris id auribus proponemus, hortantes simul atque admonentes, ne Sanctorum benignitate lactati, eorumdem, quæ Deum imitatur, longanimitatem contumelia afficiamus, sed omni, secundum quod scriptum est, custodia servemus, primum quidem corda nostra; sin minus, ne ore saltem blasphemum quod insipiensve verbum proferamus.

*præfectum Illyrici, a quo*

90 Audite enim, ad quantam iræ magnitudinem gloriosissimum Martyrem dementiæ verbum commoverit, ut statim, ingenitæ velut clementiæ oblitus, ei, qui peccarat, vindictam inflixerit. Vir quidam (quid enim quod nomen ei, in æterno opprobrio manenit, fuerit, dicere oporteat?) præfectorum

C gentis Illyricæ principatum tenens, nihilominus quidem maxima sese pollere intelligentia glorians, supraque propinquos, veluti supra superfœturæ partus, sese (id enim, cum et tentationes ut plurimum per superbiam nostram induci didicerimus, ei, opinor, et dementem in ore blasphemiam posuit) efferens, quibusdam ex iis, qui celebris civitatis administrationi præerant, arcessitis, postulavit, ut quædam ab iis ordinatio fieret.

*blasphemis verbis prolatis irritatus fuerat,*

91 Illis autem de præcepti gravitate dolentibus, seque id facere non posse cum lachrymis ad genua contestantibus, nullo modo is cessit, impossibilitatem ipsos, re facili, si vellent, existente, fingere asseverans. Illis autem dicentibus: Certe modus alius, ut magnificentiæ tuæ, nobis volentibus potentiam non suppetere, suadeamus, haud superest, nisi per terribilem incomparabilemque glorisissimi martyris Demetrii potentiam præclarum thronum vestrum veritatis convincamus, inimicus per illum (neque enim ipse enormem blasphemiam, verbis expressam, proferre velim) vocem emisit: illis enim, veluti in verenda rei per juramentum

Ἐπειδὴ δὲ Πέτρος καὶ Παῦλος, οἱ τῶν ἀποστόλων ἀκρότατοι οὐκ εὐεργετοῦντες μόνον καὶ ἰώμενοι τὴν ἐν αὐτοῖς ἐνεφάνιζον χάριν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ καὶ τιμωρούμενοι τοὺς ἀξίους κολάσεως, καὶ καταφρονητικῶς περὶ τὸ θεῖον διαγινομένους, ὡς Πέτρος μετὰ Ἀνανίαν καὶ Σάφειραν καὶ Σίμωνα, Ἐλύμαν δὲ Παῦλος τὸν μάγον καὶ πλείονας ἄλλους, φέρε, κἂπὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων γνησιωτάτου θρέμματος, τοῦ πανενδόξου λέγω μάρτυρος ἴδωμεν, εἰ γεγένηταί τι τοιοῦτον· διὰ γὰρ τὴν ἄφατον αὐτοῦ ἀνεξικακίαν καὶ τὴν θεομίμητον ἀγαθότητα δυσχερὲς ἡμῖν γέγονεν ὁμοιότροπόν τι ζητήσασι περὶ αὐτὸν εὑρεῖν, πᾶσιν αὐτοῦ συγχωροῦντος, ὡς ὁ Θεὸς τῷ κόσμῳ, τὰ πολλὰ παραπτώματα.

E

89 Ἀλλ' ἐπεὶ ἕκαστος πρὸς τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ τῶν τῆς διανοίας ταλάντων ποσότητα, καὶ τὴν ἐργασίαν ἀπαιτεῖται παρὰ Θεοῦ, καὶ τοῖς μὲν ἀκεραιοτέροις συγγνώμη πλείστη παρέχεται, τοῖς δὲ παρουργοτέροις ἐπ' αὐτοφώρῳ τῆς πλημμελείας ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἡ ἐπεθέλευσις γίνεται, εἰκότως ἐπ' ἀνδρὶ μεγίστην ἔχειν τῶν φρενῶν νομιζομένῳ τὴν δύναμιν, παραπλησίως δὲ νηπίοις σφαλεντι, μίαν καὶ ταύτην μόλις παρὰ τοῦ ἀθλοφόρου γενομένην ἐκδίκησιν συνηθέντες καταμαθεῖν, ταῖς εὐλαβέσιν ὑμῶν ἀκοαῖς παραθήσομεν, προτρέποντες ἅμα καὶ παρεγγυῶντες, μὴ τῇ ἀγαθότητι τῶν ἁγίων δουκολουμένους κατορχεῖσθαι τῆς αὐτῶν θεομίμητου μακροθυμίας ἀλλὰ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρῶτον μὲν τὰς ἑαυτῶν καρδίας, εἰ δὲ μὴ κανγοῦν τὸ διὰ γλώσσης ἐξενεγκεῖν τι ῥῆμα βλασφημίας ἢ ἀφροσύνης ἐχόμενον.

90 Ἀκούσατε γὰρ εἰς ὅσην ὑπερβολὴν θυμοῦ τὸν ὑπερένδοξον μάρτυρα λόγος παραφροσύνης ἐκίνησεν, ὡς καὶ τῆς ἐμφύτου ἡμερότητος ὥσπερ ἐκλαθόμενον παραχρῆμα τὴν ἐκδίκησιν τῷ ἡμαρτηκότι προστρίψασθαι· τὴν γὰρ τῶν ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυριῶν ἔθνους ἀρχὴν διὰ χειρός ἔχων ἀνήρ τις, τί γὰρ καὶ τοὔνομα λέγειν ἐπονειδισμῷ αἰωνίζοντι; πλὴν ἀλλὰ γοῦν φρόνησιν μεγίστην ἔχειν καυχώμενος, καὶ τῶν πέλας ὥσπερ

F

ἐπικυρωδάλων κατεπαιρόμενος, τοῦτο γὰρ οἶμαι αὐτῷ, καὶ τῆς ἀφροσύνης ἐν γλώττῃ τὴν βλασφημίαν ἀπέτεκεν, ἐπεὶ καὶ τοὺς πειρασμοὺς ὡς τὰ πολλὰ διὰ τὴν ὑπερηφανίαν ἡμῶν ἐπάγεσθαι μεμαθήκαμεν, τινὰς τῶν τῆς πόλεως ῥητῆς πραγματείας προϊσταμένων μεταστειλάμενος ἀπῄτει τινὰ παρ' αὐτῶν γενέσθαι διοίκησιν.

91 Τῶν δὲ τὸ φορτικὸν τοῦ ἐπιτάγματος ἀποδυρομένων, καὶ μὴ οἷόν τε εἶναι τοῦτο πράττειν μετὰ δακρύων γονυπετούντων, οὐδ' ὅτι οὖν ἐκεῖνος ἐνεδίδου φάσκων πλάττεσθαι αὐτοὺς τὸ ἀδύνατον, εὐχεροῦς τοῦ πράγματος καθεστηκότος, εἴπερ ἐθέλοιεν. Τῶν δὲ φησάντων, ὡς οὐκ ἔστιν ἑτερῶς πεισθῆναι ὑμῶν τὴν ἐνδοξότητα, ὅτι περ οὐ θελουσιν ἡμῖν τὸ δύνασθαι πρόσεστιν, εἰ μὴ πληροφορούντων ἡμῶν τὸν ὑπέρλαμπρον ὑμῶν θρόνον ἐπὶ τῆς φρικτῆς καὶ ἀπαραβλήτου δυνάμεως τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, ὁ ἐχθρὸς δι' αὐτοῦ φωνὴν ἀφῆκεν· οὐ γὰρ ἔχω λέγειν αὐτὸς ἄμετρον τὴν βλασφημίαν ἡμφιεσμένην· ἐκείνων γὰρ, ὡς ἐν ὑπερβαλλούσῃ ὅρκου πληροφορίᾳ, τὸ φοβερὸν τοῦ ἀθλοφόρου παραγαγόντων εἰς μέσον, οὕτως ὁ ἔπαρχος ἀπεκρινατο· (ἀλλ' ἴλεώς

μοι

A μοι γενοῦ, φιλανθρωπότατε Μάρτυς Χριστοῦ, οὐ φέρω γὰρ, οὐ λέγω τοῖς χείλεσιν, ἀλλ' οὐδὲ γράμμασιν ἐγχαράξαι τῆς βλασφημίας τὸ μέγεθος· ἑτέρως δὲ πῶς περιφράσας δηλώσω τὴν ἔννοιαν;) Ἔλεγεν γὰρ συμπαιγνίαν τινὰ τοῖς πολίταις αὐτοῦ συνεργεῖν τὸν ὑπερένδοξον μάρτυρα, κατ' αὐτοῦ πληροφορεῖν βουλομένοις τοῦ προστυγχάνοντος. Οἱ δὲ, τὸ ἄκρον τῆς βλασφημίας οὐχ' ὑπομείναντες, βύσαντες τὰ ὦτα ἐξῆεσαν.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

probatione, certaminum Victoris, timorem in medium adducentibus, ita præfectus respondit: (verum, misericordissime Christi Martyr, propitius mihi sis; blasphemiæ enim magnitudinem, non dico labiis, sed nec litteris exprimi fero; aliter autem qui circumloquens cogitationem aperiam?) Fraudem enim quamdam esse, dixit, gloriosissimum Martyrem civibus suis, per eum certam rei occurrentis fidem facere volentibus, adminiculari. Illi vero, blasphemiæ magnitudinem non ferentes, obturatis auribus, exierunt.

**92** Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο, τάχα δὲ οὐδὲ πλήρεις δύο, τὸ πᾶν σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἀπάνωθεν ὤμων ἕως ἄκρων ποδῶν νόσῳ δεινοτάτῃ κατεσχέθη οὕτως, ὡς μηδὲ διαγνωσθῆναι τὸ νόσημα παρὰ τῶν τῆς ἰατρικῆς ἐμπείρων καὶ μῆνας περίπου ὀκτὼ ἐν τῷ προλεχθέντι παμφάγῳ διατελέσας νοσήματι, τέλος πολλῶν ὅσων γενομένων, καὶ ῥᾶον ὥσπερ ἐσχηκότος αὐτοῦ, εἰς τοῦτο κατέληξε τὰ τῆς ὀργῆς, ὡς τὸ ἡμίσυ μέρος τοῦ ὅλου σώματος παρεθῆναι, ὡς ἔχειν μὲν αὐτὸν τῇ θέᾳ πάντα τὰ μέλη, τῇ δὲ ἐνεργείᾳ μίαν χεῖρα, καὶ ὦμον ἕνα, καὶ στῆθους καὶ κοιλίας τὸ ἡμίσυ, καὶ μηρὸν ωσαύτως ἕνα, καὶ γόνυ καὶ πόδα. Καὶ διαμεμενηκὼς οὕτως ἐπὶ B μῆνας ἑτέρους τέσσαρας, ὡς πληρωθῆναι αὐτῷ τὸν ἐνιαυτόν, οὐ πρότερον ἐπισκέψεως τοῦ Ἀθλοφόρου κατηξιώθη, καίτοι φιλανθρωποτάτου ὑπάρχοντος, πρὶν ἢ μετὰ δακρύων πολλῶν ἐν τῷ αὐτοῦ παισέπτῳ ναῷ πάσῃ δυνάμει ἐξωμολογήσατο ἐπταικέναι καὶ συνθήκας θεῖναι πρὸς αὐτὸν· ἐπεγνωκέναι μὲν τὴν αὐτοῦ ἀκαταφρόνητον δύναμιν, μὴ τολμῆσαι δὲ τὸ λοιπὸν ἀφροσύνης ῥῆμα τοιοῦτον, μὴ δὲ κἂν διὰ γλώττης, ἐξενεγκεῖν, τῷ δὲ Θεῷ, κ. τ. λ.

*punitum abe illo fuisse refert.*

92 Post duos vero dies, forte autem nec duos plenos, totum viri corpus ab humeris ad pedum usque extremitatem morbo gravissimo est correptum, ita ut nec ab artis medicæ peritis morbus cognosceretur; cumque menses circiter octo in prædicto morbo omnivoro perdurasset, tandem, adhibitis quibuscumque medelis, meliusque ipso quodammodo habente, desiit in id pœna, ut media totius corporis parte esset debilitatus, ita ut specie quidem omnia membra, effectu autem manum unam et humerum unum, pectorisque et ventris dimidium, similiter et femur unum et genu et pedem dumtaxat haberet; cum porro quatuor menses alios, quo ei impleretur annus, ita mansisset, non prius certaminum Victoris, utut misericordissimi, visitatione dignus est habitus, quam multis lacrymis in venerando quam maxime illius templo mente tota esset confessus, sese peccasse eique spondere, fore ut illius quidem non contemnendam potentiam agnosceret, insanum autem verbum hujusmodi deinceps, nec ore etiam, proferre auderet. Deo etc. E

ANNOTATA.

a *Caput hoc, quod hic, prout apud nos e codice olim Mazarinæo descriptum exstat, lectoris oculis subjicimus, a fol.* 82 *usque ad fol. versum* 85 *in monumento isto litterario recensetur, sequenti isthoc paulo breviori, quam hic noster sit, titulo affectum:* Περὶ τοῦ βλασφημήσαντος ἐπάρχου, De præfecto, qui blasphemavit; *exstat porro et apud Mabillonium tom.* 1 *Veterum Analect. pag.* 82 *et seq., per Anastasium Bibliothecarium compendio relatum.*

b *Adi Actus Apostolorum cap.* 5 *et* 8.

c *Vide eosdem Actus cap.* 13.

C F

# CAPUT XII.

## *Qui excitato ciborii incendio hostibus fuerit Thessalonica per Sancti providentiam liberata* a.

a

Ἀλλ' ὁ πᾶς ἡμῖν χρόνος τὰ τοῦ μάρτυρος οὐκ ἐπαρκέσει διηγουμένοις θαύματα, καὶ θέθοικα μὴ τὸν φιλομάρτυρα πόθον ὑμῶν σπεύδων ἀνάπτειν τοῖς διηγήμασιν, τῷ πλήθει τῆς γραφῆς τὸν κόρον ἐπάξωμαι, καὶ παραδώσω τὴν πρόθυμον ἀκοὴν ἀκυβερνήτῳ ναυτιασμῷ. Πάντα γὰρ, ὡς λόγος, ὑποίσει ἀνθρώπου φύσις, κόρον δὲ οὐδαμῶς. Εἰ καὶ ὅτι κόρος τῶν θείων διηγημάτων οὐδεὶς τοῖς ἐχέφροσι διὰ τὸ μᾶλλον τὴν δίψαν τοῦ ἐγχωμιαστοῦ διακαίεσθαι, τῶν χανδῶν δι' ἀκοῆς τὰ τοιαῦτα ἐκπεπωκότων, πλὴν καί μή τινων τὴν ἀπιστίαν ἐξαμαρτάνειν, φειδόμενοι δείξωμεν τῶν ἀμέτρων θαυματουργημάτων τοῦ μάρτυρος, κἀπὶ τὸν κολοφῶνα τούτων ἑαυτοὺς ἀνατείναντες, τὰς ἐν πολέμοις αὐτοῦ προνοίας, καὶ βοηθείας συγγράψω-

*Auctor præteritis, quæ adhuc restant, Sancti miraculis,*

Enimvero nobis, Sancti mirabilia narrantibus, nec omne tempus sufficiet, timeoque, ne vestrum erga Martyrem affectum narrando accendere studens scripturæ multitudine satietatem inducam auditumque alacrem nauseæ immoderatæ tradam. Omnia enim, ut aiunt, natura humana sufferet, satietatem autem nequaquam. Etsi vero iis, qui sanæ mentis sunt, earum, quæ de rebus sacris sunt, narrationum, quod animi sitim potius, avide talia, qui capaces sunt, per auditum imbibentibus, accendant, satietas nulla sit, tamen, ne etiam quorumdam incredulitatem peccare faciamus, Martyris absque numero miracula parce commemoremus nosque

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

nosque ad horum finem extendentes, ejusdem in bellis curas, præstitaque auxilia conscribamus.

*duo tantum adhuc, quæ ad bellum spectant, capita se narraturum, præfatur.*

94 Verum si hæc rursus, quæ novimus atque audivimus, memorare institerimus, prolixitatem immodicam scriptioni tribuemus. Dum enim præterita ordine exponimus, gesta diebus singulis facinora occurrunt, seu potius, quæ gesta aliquando fuerunt, occurrere non desinent, etiamsi per vitam omnem nosque et qui post nos venturi sunt, scribere aggrediamur. Duobus igitur, iisque solis auxilii, in bello lati, capitibus propositis, silebimus *b*. Narrationi enim inhærentes propositum terminare haud possemus. Gaudeo autem, dilecti, quod grandia vobis gloriosissimi certaminum Victoris facta proponens, ipsos eorum, quæ gesta sunt, auditores testesque (spectatores enim illorum plurimi fuistis) nactus sim, ita ut, etiamsi eorum, quæ dicentur, magnitudo omnino et auditum et mentem perculsura sit, laborare mihi, quo vobis audientibus fidem faciam, opus futurum non sit.

*b*

B

*Sancti ciborium, fuso omni, quo splendebat, argento, comburitur, cumque, quo id acciderat,*

95 Decorati illius pulchris victoriis civitatemque amantis martyris Demetrii festivitatem vigesima sexta Octobris die, ut consuevit, regio tota celebrabat, cumque omnes, utpote Domino servorum suorum desiderium implente gaudioque Martyris ampla in pace illos dignante, nec ullo tunc insonante in loco voce barbarica, spiritualiter lætarentur, secunda festivitatis die *c* subito nocte media e certaminum Victoris (ita enim me loqui rei exitus suasit) dispensatione sacrum illius argenteum ciborium, cujus superius sæpe meminimus *d*, igne incensum est. Hoc autem brevi per totam civitatem audito, omnes præcipue ætate juvenes, sommo expedite per vigorem excusso, congregati sunt, adeo ut numero tam multi fuerint, ut templum maxime venerandum obstrueretur. Argentum omne, igne liquefactum, in pavimento, ut aqua, jacebat; fluminis autem in modum id circumluebat amphorarum multitudo, quibus et Dei providentia flammæ periculum superatum est.

*c*

*d*

*incendium a turbis accurrentibus fuisset extinctum, hæque deinde a templo abire nollent,*

96 Non enim animi dejectione in consilii inopiam ciborii incendium tantum immergebat, quantum metus, ne flamma ad templi lacunar progrederetur, spectantium corda torquebat. Quod cum etiam (timor enim, quem timuerant, super eos, ut scriptum est, irruit) ex eo, quod, appensa e ciborii vertice catena ferrea, e qua quidam multum lucens argenteusque crater tunc dependebat, ignis per hunc smilacis in modum diffusus lacunar attigisset, redigereque in cinerem calathos ita dictos incepisset, factum fuisset, continuo tunc quidam per aera vasis pluribus aquiferis bene instructi in trabes currentes ignem, Deo cooperante, superarunt. Post hæc igitur, cum turbarum multitudo non exiret, sed intro maneret, iique, qui eam abigebant aut etiam per noctem intempestam discedere jubebant, suadere id populo non possent, quosdam templi maxime venerandi curatores, ne aliqui, quod et populi frequentia et nox adesset, haud noti argentum, non tantum, quod igne combustum erat, sed et omne, quod ob festivitatis decorem erat appensum, surripere studerent, timor subiit.

μεν. D

94 Ἀλλὰ κἂν ταῦτα πάλιν, ὧν ἔγνωμεν καὶ ἠκούσαμεν, μνημονεῦσαι προθώμεθα, μῆκος ἄφατον τῇ γραφῇ περιθήσομεν. Ἐν ᾧ γὰρ τὰ παρελθόντα συντάττομεν, καταλαμβάνουσιν ἐφ' ἑκάστης ἀνδραγαθήματα, καὶ μᾶλλον οὐ λήξουσί ποτε προσγινόμενα, εἰ καὶ διὰ βίου παντὸς ἡμεῖς τε καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς συγγράφειν ἐλοίμεθα· Ὑμῶν δύο καὶ μόνα κεφάλαια πολεμικῆς ἐπικουρίας προθέντες σιγήσομεν. Τῇ διηγήσει γὰρ ἐπιμένοντες περατόσαι τὸν σκοπὸν οὐκ ἰσχύσομεν. Χαίρω δὲ, ἀγαπητοὶ, παρ' ὑμῖν τὰ τοῦ πανευδόξου ἀθλοφόρου προτιθεὶς κατορθώματα, τοὺς αὐτοὺς ἀκροατὰς τῶν γενομένων, καὶ μάρτυρας κεκτημένος, ὡς μὴ κόπου μοι δεῖν περὶ τὴν πειθὼ τῶν ἀκουόντων ὑμῶν (θεαταὶ γὰρ τούτων οἱ πλείστοι γεγόνατε) εἰ καὶ τὸ μέγεθος τῶν ῥηθησομένων ἐκπλήξει πάντως καὶ τὴν ἀκοὴν, καὶ τὴν ἔννοιαν.

E

95 Τοῦ καλλινίκου τούτου καὶ φιλοπόλιδος μάρτυρος Δημητρίου ἦγον ἑορτὴν ἡ χώρα πᾶσα, καθὼς εἰώθει, τῇ τοῦ ὀκτωβρίου μηνὸς εἰκαδι ἕκτῃ ἡμέρᾳ· καὶ δὴ πάντων εὐφαινομένων πνευματικῶς, ὡς πληρώσαντος τοῦ Κυρίου τὴν εὐχὴν τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ ἀξιώσαντος αὐτοὺς τῆς χαρᾶς τοῦ μάρτυρος ἐν εἰρήνῃ πλατείᾳ, καὶ βαρβαρικῆς ὁμοῦ μηδόλως μηδαμοῦ τήνικαῦτα κατηχουμένης, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς ἄφνω μέσης νυκτὸς κατ' οἰκονομίαν τοῦ Ἀθλοφόρου (οὕτω γὰρ με λέγειν τὸ πέρας τοῦ πράγματος ἔπεισεν) ἀνήφθη πυρὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ κιβώριον τὸ ἀργύρεον, περὶ οὗ πολλάκις ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν. Τούτου δὲ κατὰ πάσης τῆς πόλεως ἐν βραχεῖ καιρῷ διακουθέντος, συνήχθη πᾶν τὸ νέον ὡς μάλιστα τῆς ἡλικίας, τὸ καὶ τὸν ὕπνον εὐχερῶς δι' εὐσθένειαν ἀπόβαλλον, ὡς δὲ τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὡς ἀποβυσθῆναι τῷ πλήθει τὸ πανάγιον τέμενος. Ὁ μὲν ἄργυρος αὐθεὶς τῷ πυρὶ ἦν ἅπας ἐπὶ ἐδάφους ὡς ὕδωρ, τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀμφορέων περιέκλυζε τοῦτον ποταμηδὸν, ὑφ' ὧν καὶ προνοίᾳ Θεοῦ νενίκητο τὸ τῆς φλογὸς ἐπικίνδυνον.

96 Οὐ τοσοῦτον γὰρ τῇ ἀθυμίᾳ πάντας εἰς ἀμηχανίαν ἐβάπτισε ἡ τοῦ κιβωρίου πυρπόλησις, ὅσον ἡ προσδοκία τοῦ φθανεῖν τὴν φλόγα παρὰ τὴν ὀρόφην τοῦ ναοῦ τὰς καρδίας τῶν θεομένων ἐξέτηκεν· οὗπερ καὶ γενομένου (φόβος γὰρ, ὃν ἐδεδοίκησαν, ἐπῆλθεν αὐτοῖς καθὼς γέγραπται) ἐκ τοῦ διὰ τῆς κορυφῆς τοῦ κιβωρίου κρεμαμένης ἁλύσεως σιδηρᾶς, ἐξ ἧς πολύφωτός τις ἀπεωρεῖτο καὶ ἀργύρεος τηνικαῦτα κρατὴρ, δι' οὗ δίκην σμίλακος τὸ πῦρ ἀνανεμηθὲν φθάσαι τὴν ὀρόφην καὶ τοὺς καλουμένους καλάθους ἁρξασθαι περιτεφροῦν· καὶ δὴ τότε τινὲς, ἀεροδρομήσαντες εὐσκύλτως κατὰ τῶν δοκῶν σὺν ἀγγείοις πλείοσιν ὑδατοφόροις, Θεοῦ συνεργείᾳ περιεγένοντο τοῦ φλογμοῦ. Μετὰ γοῦν ταῦτα, τοῦ πλήθους τῶν ὄχλων οὐ διεκχωροῦντος, ἀλλ' ἐπιμένοντος ἔνδον, καὶ τῶν ἀποσοβούντων, ἢ καὶ ὑποχωρεῖν διὰ τὸ ἄωρον τῆς νυκτὸς κελευόντων, οὐκ ἰσχυόντων πεῖσαι τὴν πληθὺν, δέος ὑπεισῆλθε τινας τῶν κηδεμόνων τοῦ πανσέπτου ναοῦ, μή τινες ἀγνῶτες διάτε τὸ πλῆθος τοῦ ὄχλου, διάτε τὸ νύκτα τυγχάνειν, ἐπιχειρήσαιεν εἰς ἁρπαγὴν τοῦ ἀργύρου, οὐ τοῦ καταφλεχθέντος μόνου τῷ πυρὶ, ἀλλὰ καὶ παντὸς τοῦ κρεμαμένου πρὸς εὐκοσμίαν τῆς ἑορτῆς.

F

97 Καὶ

**97** Καὶ δὴ βουλευσάμενος τις ἀξιωμνημόνευτος ἀνὴρ, καὶ τὴν ἔντιμον στρατίαν τοῦ Δακικοῦ καλουμένου σκρινίου τῶν ὑπερλάμπρων ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ στρατευόμενος, ὡς οὐξ ἔσται τρόπος ὁ δυνάμενος ἀλύπως, καὶ εὐπροφασίστως ἐξωθῆσαι τὸν ὄχλον ἐκ τοῦ ναοῦ, εἰ μὴ προφασίσοιτό τις ὁρμιδίαν βαρβάρων ἐπιδρομὴν, τοῦ ἀθλοφόρου τὴν ἐκείνου καρδίαν εἰς τοῦτο κινήσαντος, ἤρξατο βοᾶν, Βάρβαροι περὶ τὸ τεῖχος, ὦ ἄνδρες πολῖται, ἀπροσδοκήτως ἐφάνησαν, ἀλλὰ σὺν ὅπλοις ἅπαντες ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὁρμήσατε· καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος δῆθεν ἐβόα πλαττόμενος, καὶ μονὸν γενόμενος τοῦ ἐξαγαγεῖν τοὺς ὄχλους ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ κατασφαλίσαι τοὺς πυλεῶνας, ὡς ἂν μεΞ' ἡσυχίας ἡ συλλογὴ τοῦ χονευθέντος ἀργύρου προσγένηται. τὸ δὲ προμηθείᾳ καθεστήκει τοῦ πανενδόξου Μάρτυρος εἰς τὸ μὴ νυκτῶν ὑπ' ἀγνοίας κινδυνεῦσαι τὴν πόλιν· ὁ γὰρ δῆμος ἅπας, τῆς ἀπροσδοκήτου ταύτης βοῆς κατακούσαντες, ἔδραμον εἰς οἴκους, καὶ ὁπλισθέντες ἐπὶ τὰ τείχη ἀνήεσαν.

**98** Εἶτα καθορῶσιν ἐπὶ τὸ πεδίον τοῦ σεβασμίου ναοῦ τῆς Χριστοφόρου μάρτυρος Ματρώνης πληθὺν βαρβαρικὴν οὐκ ἄγαν μὲν πολλὴν (ἄχρι γὰρ πεντεχιλιάδων παρ' ἡμῖν ἐλογίσθησαν) σφοδρὰν δὲ τῇ ἰσχύϊ διὰ τὸ ἐπιλέκτους τε ἅπαντας, καὶ ἐμπειροπολέμους καΘεστηκέναι· οὐ γὰρ ἄν οὕτως ἀθρόα πόλει τηλικαύτῃ προσέβαλλον, εἰ μὴ ῥώμῃ καὶ Θάρσει τῶν πώποτε κατ' αὐτοὺς στρατευσαμένων διενηνοχότες ἐτύγχανον. Ὡς δὲ ἀνέκραξεν ἀπὸ τοῦ τείχους ἡ πόλις αὐτοῖ τοὺς ἀντιπάλους εἰσβλέψασα (ὄρΘρος γὰρ λοιπόν ἦν, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐπέφωσκεν) οἵ πλείστοι κατελθόντες, καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες, ἔξω τὴν συμπλοκὴν πρὸς ἐκείνους, τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἀθλοφόρου αὐτοὺς ἐνισχύσαντος, ἐποιήσαντο ἤδη λοιπὸν φΘάσαντας τῇ μανίᾳ τῆς θηριωδίας αὐτῶν καὶ μέχρι τοῦ σεβασμίου τερένους τῶν τριῶν ἁγίων μαρτύρων Χιόνης, Εἰρήνης, καὶ Ἀγάπης, ὅπερ, ὡς ἴστε, βραχυτάτῳ διαστήματι τοῦ τῆς πόλεως τείχους ἀφέστηκεν.

**99** Καὶ δὴ μέχρι πολλοῦ τῆς ἡμέρας συρρήγνυμένων ἀμφοτέρων ἀλλήλοις, καὶ τὰς διώξεις καὶ τὰς ὑφέσεις ἐπικινδυνότερον οἱ τοῦ ἀθλοφόρου στρατοποιησάμενοι διὰ τὸ παντὸς τοῦ τῶν Σκλαβίνων ἔΘνους τὸ ἐπίλεκτον ἄνΘος, ὡς εἴρηται, τοὺς ἀντιπαρατασσομένους καΘεστηκέναι, τέλος αὐτῆς τοῦ μάρτυρος τῆς ἐπιστασίας ἐπιφανείσης, ἀπεδιώχθη τὸ βάρβαρον αὐτῆς ἡμέρας, τῶν τῇδε μέρων οὐ παῦ' ὀλίγους ὑποχωρῆσαν, ἥπερ εἰσέβαλεν· καὶ τὰ μὲν τῆς τότε γεγενημένης ἀπροσδοκήτου, καὶ ΘηριώδουΣ ἐπιῤῥομῆς οὕτω συνετελέσθη· ἐπανέλΘωμεν δὲ τῷ λόγῳ πρὸς τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς, ὅτε τὸ πλῆΘος ἅπαν τῆς πόλεως, τὸ ἅγιον τέμενος τοῦ πανενδόξου μάρτυρος, καταλιπὸν ὥρμησεν ἐπὶ τὰ τείχη, τῷ κράξαντι πιστεύσαντες, ὡς οἱ βάρβαροι παρεγένοντο. Ἡ γὰρ ἀκολουΘία τοῦ διηγήματος, καὶ τὴν τοῦ ἀθλοφόρου περὶ ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς κηδεμονίαν ἀποδείξειεν, ἀναντίῤῥητον, καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς εἰς τὸν αὐτοῦ πόθον ἀναφλέξειεν τῆς πατρικῆς ὥςπερ ἀντιλήψεως ἀναμιμνησκομένην ἑκάστοτε.

**100** Ὁ γὰρ λαμπρὸς καὶ φιλομάρτυς ἐκεῖνος ἀνὴρ ὁ βοήσας ἐν τῷ ναῷ, καὶ τὴν τῶν βαρβάρων Θῆθεν πλασσάμενος ἄφιξιν, ὡς ἴΘεν ἅπαντας ἐξορμήσαντας, καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἀθλοφόρου καΘησυχάσαντα, μόνων τῶν τῆς ὑπηρεσίας αὐτοῦ ἔνδον ἀπομεινάντων, καὶ τινων ὀλίγων, καὶ γνησίων φίλων τοῦ προλεχΘέντος ἀνδρὸς οὓς αὐτὸς ἐκοντὶ παρακατέσχεν, ὡς εἰδὼς τὸ γενόμενον, εἶπεν τοῖς ἐν τῷ ναῷ παραμένουσιν. Ἰδοὺ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ βοηΘήσαντος, καὶ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος συνεργήσαντος, καὶ τὸ πῦρ ἐσβέσθη, καὶ οὐδὲν τῶν ἐντεῦθεν

97 Ac vir quidem aliquis memorari dignus, spectabilique, quo Dacico, ut vocatur, perillustrium Illyrici præfectorum scrinio præerat, munere fungens *e*, cum modum, quo absque animi ægritudine molestiaque, nisi quis subitaneam barbarorum incursionem prætexeret, e templo expelli turba posset, non suppetere consideraret, vociferari, certaminum Victore cor ejus ad hoc incitante *f*, incepit, Barbari ad muros, o viri cives, inexspectato apparuerunt, sed omnes cum armis pro patria erumpite. Atque hæc quidem fingens ille, tantumque e templo turbas exigere, portasque, quo fusi argenti quiete fieret collectio, firmiter occludere intendens, clamabat; id autem, nec noctium errore civitas periclitaretur, gloriosissimi Martyris providentia erat. Omnis enim populus, cum vocem hanc inexspectatam audivisset, ad ædes suas cucurrit, assumptisque armis, muros conscendit.

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP. *a viro quodam, ut id faciant, conflicto ad muros barbarorum accessu inducuntur:* *e* *f*

98 Tum in Christiferæ martyris Matronæ venerandi templi *g* area barbarorum videt multitudinem, non admodum quidem (quinque enim millium dumtaxat apud nos existimati sunt) numerosam; robore autem, quod omnes essent et selecti et bellicæ (neque enim, nisi robore animique audacia omnibus, qui cum eis umquam bellarant, præstitissent, civitatem tantam ita confestim invasissent) artis periti, vehementem. Ut porro, e muris sese suismet oculis (aurora enim tandem advenerat diesque illucescebat) inimicos conspicatam, civitas succlamavit, plurimi descendentes portasque aperientes foris adversus eos, jam tandem feritatis suæ furore usque ad venerandum etiam, quod, quemadmodum nostis, brevissimo intervallo a civitatis muro distat, trium sanctarum martyrum Chiones, Irenes et Agapes templum progressos *h*, conflictum, Christo ac certaminum Victore illos corroborante, commisere.

*ast id, quod is confinxerat, verum comperitur:* *g* E *h*

99 Cum vero et per magnam diei partem conflictu mutuo sese ambo attrivissent, iique, qui certaminum Victoris erant, majori cum periculo, quod qui adversus eos pugnabant, totius Sclavinorum gentis *i* selectus, ut dictum est, flos esset, et in inimicos irruerent, et eorum impetum exciperent, tandem ipsa Martyris sese manifestante cura, barbarorum exercitus, non paucis ea ipsa, qua irruperant, parte retrocedentibus, eadem die fuit fugatus. Atque ita quidem tunc inexspectata feraque, quæ evenit, terminata fuit incursio; sermone autem ad noctis tempus, quando omnis civitatis multitudo, sacrum gloriosissimi Martyris templum relinquens, ad mœnia, fide ei, qui barbaros advenisse clamabat, adhibita, cucurrit, revertamur. Narrationis enim ordo et manifesto certaminum Victoris de nobis peccatoribus curam ostendere, et paterni veluti subsidii memoriam frequenter reducens animas nostras ipsius amore incendere potest.

*hinc que plurimi, civitate egressi, manus cum hostibus conserunt,* *i* F

100 Præclarus enim Martyrisque amans vir ille, qui, barbarorum nempe adventum simulans, in templo clamarat, cum omnes egressos, certaminumque Victoris templum, solis iis, qui e ministerio ejus erant, paucisque etiam quibusdam prædicti viri, quos ultro hic retinuerat, genuinis amicis intro remanentibus, quietum videret, iis, qui in templo supererant, utpote rem, quæ acciderat, perspectam habens, dixit: Ecce, Christo ac Deo juvante gloriosis-

*cosque tandem, Sancto juvante, in fugam vertunt,*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

simoque Martyre cooperante, et ignis exstinctus est, et nihil eorum, quæ ad locum hunc spectant, interiit. Templi igitur portas claudentes quiete argentum, quod fusum est, colligite. Iterum enim, recte novi, loci hujus decor per sanctum Martyrem excitabitur; cum autem illi, obseratis portis, et argentum colligerent et ab exustione purgarent, barbarorum phalangis, civitatisque exercitus tumultuarie congredientium clamor gravis et qui procul audiretur, excitatus est.

*quod cum is, qui hostium adventum confinxerat, ideoque hunc non credens,*

101 Cum vero, qui in templo erant, clamore essent turbati, eaque, quæ præ manibus habebant, negligerent, mirabilis vir ille dixit eis: Vos, fratres, opus vestrum facite, nullumque de barbaris sermonem habete. Ex eo enim, quod ego illud divulgarim, turbatum auditum habetis, editumque modo clamorem, qui unde factus sit, nescitis, barbarorum similiter esse, e præconcepta opinione existimatis. Non ita autem, non ita est. Ego enim, suggerente Martyre, barbarorum famam, ut hinc turbam abigerem, vosque, quæ ad templi cultum securitatemque spectarent, B tranquille curaretis, confinxi. Sacræ autem ædis ministri, virique, qui hæc dixerat, amici uno veluti ore dixerunt: Deus sancti gloriosissimique martyris Demetrii benedicat et in bonis producat vitam tuam, primum quidem quod sacra vasa templique securitatem ut genuinus Christianus sedulo curaris, deinde vero quod animas nostras, fictione tua ex vero manifestata, veluti ex inferno ad lumen reduxeris.

*ne ii, qui cum eo in templo manserant, audito clamore turbarentur, monebat,*

102 Cum enim, vera te de barbaris clamare, existimaremus, oculis (testis sit veritas) neque ea, quæ præ manibus erant, tota mente, quæ ad bellum existimatum spectabant, videbamus: nunc autem omnes iis, quibus studemus, manum alacriter admovebimus. Dum vero cum templi ministris et hi, qui cum eo erant, juvenes fida alacritate ad ea, quæ adusta erant, purganda, eaque, quæ in carbones redacta erant, efferenda operam suam conferrent, belli clamorem apertius percepere quædamque per assuetum auditum barbaricæ vociferationis signa cognovere *k*. Ille autem, cum hos rursus turbatos videret, quid, ait, amentes statis, operis nullam curam habentes? Dixi vobis, templum curate nullumque C de bello sermonem habete. Illud ego, ut ante dixi, fictione ultro, ut ædem a populo deseri facerem, abhibita, divulgavi; nunc igitur nihil solliciti, quæ præ manibus sunt, veluti certaminum Victoris servi, curate.

*k*

*e certis tandem auctoribus audivisset,*

103 Cum porro iterum verbis illis animum recipientes, quæ ad templum spectarent, colligere et purgare et comportare, aquaque pavimentum mundare cœpissent, venerunt quidam, gratia Christi Dei nostri inimicos, qui in portas irrumpere ausi fuerant, esse fugatos, annunciantes; certaminum autem Victoris auxilium idque solum ad felicem exitum bellum perduxisse, primum quidem quod ad templum suum civitatis incolas, excitato incendio (non enim, nisi eos veneratio erga templum, cum consternatione conjuncta, excitasset, importuno noctis tempore festinanter e lectis surrexisset) coegerit; deinde vero, quod, cum eos veluti ad conflictum congregasset parassetque, audacia impletos per unam hominis vocem more insolito e portis egredi fecerit, servosque suos, ab aurora nunc usque bis ter-

ἀπώλετο· κλείσαντες οὖν τοῦ ναοῦ τὰς θύρας, μεθ' D ἡσυχίας τὸν χωνευθέντα συλλέξατε ἄργυρον· πάλιν γὰρ εὖ οἶδα ὅτι ἡ εὐπρέπεια τοῦ τόπου τούτου διὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἀναστήσεται· τῶν δὲ ἀσφαλισαμένων τὰς θύρας, καὶ συλλεγόντων τὸν ἄργυρον, καὶ τὰ τῆς πυρκαϊᾶς διακαθαιρόντων, ἠγείρεται θεινὴ βοὴ καὶ μακράκουστος τῆς τῶν βαρβάρων φάλαγγος καὶ τοῦ στρατοῦ τῆς πόλεως ἐξαυτοσχεδίου συρρηγνυμένων.

**101** Ὡς δὲ κατεθορυβήθησαν οἱ ἐν τῷ ναῷ τῇ βοῇ καὶ τῶν ἐν χερσὶν κατημέλησεν, λέγει αὐτοῖς ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνήρ· Ὑμεῖς, ἀδελφοί, τὸ ἔργον ὑμῶν ποιεῖτε, καὶ μηδένα λόγον ἔχετε περὶ βαρβάρων· ἐκ γὰρ τοῦ ἐμὲ τοῦτο διαβοῆσαι τεταραγμένην ἔχετε τὴν ἀκοήν, καὶ τὴν νῦν βοὴν οὐκ οἴδατ' ὅθεν γεγενημένην εἰκότως διὰ τὴν πρόληψιν βαρβάρων εἶναι νομίζετε· οὐκ ἔστιν δὲ οὕτως, οὐκ ἔστιν· ἐγὼ γὰρ, τοῦ ἁγίου μάρτυρος ὑποβαλόντος, τὴν τῶν βαρβάρων φήμην ἀνεπλασάμην, ὡς ἂν διασκεδάσω τὸν ὄχλον ἐντεῦθεν, καὶ μεθ' ἡσυχίας ὑμεῖς τὰ περὶ τὴν κοσμησιν καὶ τὴν ἀσφάλειαν τοῦ ναοῦ μεριμνήσητε· οἱ δὲ τοῦ ἁγίου οἶκου λειτουργοὶ, καὶ οἱ φίλοι τοῦ ταῦτα εἰρηκότος ἀνδρὸς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος E εἶπον, ὁ Θεὸς τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου εὐλογῆσαι καὶ πληθῦναι τὴν ζωήν σου ἐν ἀγαθοῖς· πρῶτον μὲν ὅτι τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῆς ἀσφαλείας τοῦ ναοῦ ὡς τέλειος Χριστιανὸς μεγάλως ἐφρόντισας, εἶτα δὲ ὅτι καὶ τὰς ἡμετέρας νῦν ψυχὰς ὡς ἐξ ἄδου εἰς φῶς ἀνεζώγρησας, μηνύσας κατ' ἀληθές τῆς σῆς προσποιήσεως.

**102** Νομίσαντες γὰρ ἀψευδῶς σε περὶ τῶν βαρβάρων διαβοῆσαι, μάρτυς ἡ ἀλήθεια, οὐδὲ τὰ ἐν χερσὶν ἐωρῶμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὅλῳ τῷ νοὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον φανταζόμενον· καὶ νῦν δὲ μετὰ προθυμίας ἅπαντες τῶν ἐσπουδασμένων ἀντιληψόμεθα. ὡς δὲ σὺν τοῖς ὑπηρέταις τοῦ ναοῦ καὶ οἱ μετ' ἐκείνου νεώτεροι πιστῇ προθυμίᾳ περὶ τὴν κάθαρσιν τῶν κεκαυμένων, καὶ τὴν ἐκβολὴν τῶν ἀπηνθρακωμένων ἐπεβοήθουν, μειζόνως ἠσθάνοντο τῆς βοῆς τοῦ πολέμου, καὶ τινα τῆς βαρβαρικῆς κραυγῆς σημεῖα διὰ τῆς ἐθάδου ἀκοῆς ἐπεγίνωσκον· ὁ δὲ καὶ πάλιν αὐτοὺς θορυβομένους ἰδών, τί, φησίν, ἵστασθε τοῦ ἔργου καὶ ταμελήσαντες ἐνεοῖ, εἶπον ὑμῖν, τοῦ ναοῦ φροντίσατε, καὶ περὶ τοῦ πολέμου μηδένα λόγον ἔχετε· ἐγὼ τοῦτον, ὡς προείρηκα, διευφήμησα, πλασάμενος ἑκοντὶ διὰ τὸ ἠρεμῆσαι τοῦ ὄχλου τὸν οἶκον· νῦν οὖν ἀμεριμνοῦντες τῶν ἐν χερσὶν ὡς δοῦλοι τοῦ Ἀθλοφόρου φροντίσατε. F

**103** Ὡς δὲ ἤρξαντο πάλιν ἀναθαρσήσαντες τούτοις τοῖς ῥήμασιν τὰ περὶ τὸν ναὸν συλλέγειν, καὶ καθαίρειν καὶ διαβαστάζειν, καὶ τὴν μεθ' ὕδατος γὴν διασαροῦν, ἦκον τινες ἀναγγέλλοντες, ὡς χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐδιώχθησαν οἱ πολέμιοι, τῶν πυλῶν καταθρασυνθέντες ἐπιδραμεῖν, ἡ δὲ συμμαχία τοῦ ἀθλοφόρου καὶ μόνη τὸ πᾶν τοῦ πολέμου κατόρθωσεν, πρῶτον μὲν ὡς τὸν ναὸν αὐτοῦ συνάξασα τοὺς τῆς πόλεως, προβαλλομένη τὸν ἐμπρησμὸν, οὐ γὰρ ἄν ἄλλως μετὰ σπουδῆς ἀώρι νυκτὸς ἐκ τῶν κλινῶν διηγείροντο, εἰ μὴ τὸ περὶ τὸν ναὸν σέβας μετ' ἐκπλήξεως αὐτοὺς διανέστησεν· εἶτα τε ὥσπερ εἰς παράταξιν τούτους ἀθροισάσα τε, καὶ συσκευάσασα, ἐμπλήσασα θάρσους διὰ μιᾶς ἀνθρώπου φωνῆς ἔξω πυλῶν ὁρμῆσαι καινοπρεπῶς παρεσκεύασεν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπ' ἐωσφόρου δὶς καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις συγκρούσαντας νικητὰς διὰ τῆς μνήμης αὐτοῦ τῆς νῦν παρ' ἡμῖν ἐπιτελουμένης τοὺς ἰδίους δούλους ἀνέδειξεν.

104 Ὡς

A

**104** Ὡς δὲ ταῦτα οἱ ἐξηγούμενοι αὐτοψεὶ θεάσασθαι διεμαρτύρουν τότε, καὶ διώμνυντο, τὸν γὰρ ἑκόντι ψευσάμενον ἄλλως οὐκ ἔπειθον, ὁ Θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ, οὗ ἡ καρδία ἐψεύδετο, καὶ τὸ στόμα τὴν ἀλήθειαν ἀπεφθέγγετο, δι' οὗ ὁ Θεὸς, ἐκείνου ἄλλα προθυμουμένου, ἕτερα τῇ πόλει σωτηρία ἐχαρίζετο, ὁ νέος Ἀβραάμ ὁ ψευσάμενος τῇ πόλει τοὺς βαρβάρους, τὴν δὲ σωτηρίαν ἄκων αὐτῇ προξενήσων διὰ τοῦ μάρτυρος ὡς ἐκεῖνος τοὺς παῖδας ἐψεύδετο μετὰ τοῦ Ἰσαὰκ ὑποστρέφειν εὐθὺς ὑποσχόμενος, τῇ δὲ γλώττῃ αὐτοῦ χωρὶς συνδήσεως τὸ γενησόμενον προεφήτευεν, οὕτος δὴ ὁ ἀνὴρ ἀκούσας τὰ συμβάντα τῇ πόλει ὕμνησεν τῷ Θεῷ καὶ τῷ Ἀθλοφόρῳ σὺν τοῖς παροῦσιν αὐτόθι λέγων: Κύριε ὁ Θεὸς ὁ προαιώνιος, ὁ παντοκράτωρ, ὁ τῶν κρύφιων γνώστης, καὶ τῶν ἀδήλων ἐπιστήμων, ὁ ἀνεξιχνίαστος ἐν εὐεργεσίαις, ἀκατάληπτος ἐν φιλανθρωπίᾳ, οὗ ἡ βουλὴ ἔργον, καὶ τὸ νεῦμα πράγματος ἀποτέλεσμα, σὺ καλεῖς, καὶ πάντα ὑπάκουσίν σοι τρόμῳ, διατὶ, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σᾷ, ὁ καταμόνας πλάσας τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ ποικίλλων αὐτὰς πρὸς ὃ χρὴ τοῦ προκειμένου χάριν.

B

**105** Εἰ γὰρ καὶ τὸ αὐτεξούσιον ἐχαρίσω αὐτοῖς, ἀλλ' ἐν ταῖς οἰκονομίαις τῶν εὐεργεσιῶν σου πηδαλιουχεῖς αὐτὰς πρὸς τὸ συμφέρον, ὁποῖον καὶ νῦν ἐπ' ἐμοὶ τῷ νεῷ βαλαάμ, δέσποτα μου, εἰργάσω ἁμαρτωλῷ καὶ ἀπεριμερίμνῳ κατ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντι, διὰ τὴν μνήμην τοῦ πανενδόξου μάρτυρος οἰκτείρησας τὴν ταπείνωσιν ἡμῶν, καὶ τὴν ὅλην διασώσας πόλιν ἐξ ἀπροσδοκήτου, καὶ ἀγνοουμένης αἰχμαλωσίας· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον ἄλλα προφέρειν διὰ γλώττης βουλόμενον ἕτερα προεύχεσθαι καὶ εὐλογεῖν τὸν λαόν σου διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρεσκεύασας, οὕτως κἀμὲ τὸν ἀνάξιον δοῦλόν σου, ἄλλα βουλευσάμενον διὰ τῆς φήμης τῶν ἀλλογενῶν διαπράξασθαι, μείζονα καθ' ὑπερβολὴν τὴν εὐεργεσίαν τῇ πόλει μνηστεύσασθαι προενόησας· ποῦ γὰρ ἴσον ἄργυρον ῥητὸν μὴ ἀπολέσθαι, καὶ πόλιν τηλικαύτην ἐκ δουλείας καὶ αὐτοῦ θανάτου ῥυσθῆναι;

**106** Ὦ τῆς πρεσβείας τοῦ Ἀθλοφόρου σου καὶ τῆς ανυπερβλήτου σου, Κύριε, ἀγαθότητος! Ὁ νοῦς μου τὸν ἄργυρον διεφύλαττεν καὶ ἡ γλῶσσα μου τὴν πόλιν διέσωζεν,
C μία ἡ προσφορὰ τοῦ λόγου, καὶ τὰς ἐνεργείας, εἰς δύο εὐεργεσίας ἡ σὴ φιλανθρωπία διέσχησεν· ἐψευδόμην ἐκὼν διὰ τὸν ναόν σου, καὶ ἡ ἀλήθεια τῶν λεγομένων, ἀγνοῦντος ἐμοῦ, τὴν πόλιν διεφύλαξεν· εὐχαριστοῦμέν σοι, δέσποτα ὁ Θεὸς, καὶ ἀξιόχρεόν τι προσενέγκαι σοι ἀποροῦμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντων δεσπόζεις, καὶ οὐδὲν δέχῃ ὡς καρδίας ἐν εὐθύτητι εὐχαριστούσας, ἰδοὺ ταύτας ἐκχέομεν ἐνώπιόν σου κατὰ τὸ παράγγελμα τὸ ψαλμικὸν ὅπως σὺ ἔτι καὶ μᾶλλον οἰκτειρήσας διαφυλάττῃς ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐκ τῶν ἀνθρωπομόρφων θηρίων τούτων, ἀλλὰ πολὺ πρότερον ἀπὸ τῶν νοητῶν πολεμίων τῶν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀεὶ βουλομένων αἰχμαλωτίζειν, ὅτι καὶ τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν ἁπάντων δεσπόζεις, ὡς τῶν ὅλων ποιητὴς, καὶ σοῦ ἐστὶν τὸ κράτος, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ τὸ βασίλειον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Οὕτω δὴ τοῦ ἀνδρὸς τὰ εὐχαριστήρια τῷ Θεῷ καὶ τῷ μεγάλῳ ἡμῶν πρεσβευτῇ τῷ πανενδόξῳ προσανυμνήσαντος μάρτυρι, ἅπαντες εἰς οἴκους τὸν Θεὸν δοξάζοντες ἀνεχώρησαν, ὅτι αὐτοῦ ἐστὶν ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ τὸ βασίλειον νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

que ac sæpe cum hoste congressos, victores in sua, quæ apud nos nunc agitur, commemoratione effecerit. A. Joanne Thessal. archiep.

104 Cum autem, qui ea narrabant, suismet oculis isthæc sese vidisse, tunc testarentur, atque etiam (neque enim illum, qui studio fuerat mentitus, aliter convincebant) jurarent, mirabilis vir ille, cujus cor mentiebatur osque veritatem proferebat, per quem Deus, alia illo meditante, alia civitati salutaria largiebatur, novus Abraham civitati barbaros mentitus, ei autem per martyrem salutem nec cogitans conciliaturus, uti ille, sese statim cum Isaac reversurum promittens, servos suos decipiebat, lingua autem, quod futurum erat; nec sciens prophetabat *l*, ille itaque vir, cum quæ civitati acciderant, audivisset, una cum iis, qui ibidem aderant, Deum certaminumque Victorem laudabat dicens: Domine Deus, o æterne, o omnipotens, o absconditorum cognitor occultorumque inspector, o in beneficiis investigabilis, o in misericordia incomprehensibilis, cujus voluntas opus, nutusque rei effectus, tu vocas, omniaque tibi cum tremore obediunt, propterea quod tibi, qui solus creasti corda nostra eaque, prout fini proposito convenit, immutas, omnia sint subjecta. *credereique, una cum eis, qui ei aderant, prolixa,* *l*

105 Etsi enim et liberum arbitrium iis sis largitus, in tuorum tamen beneficiorum dispensatione eos, prout expedit, moderaris, sicuti et nunc, mi Domine, in me novo Balaam, peccatore nec res ad ejus exemplar consideranteque, humilitatis nostræ propter gloriosissimi Martyris memoriam misertus, civitatemque totam ex inexspectata incognitaque captivitate liberans, fecisti; uti enim illum, alia proferre lingua volentem, alia precari populumque tuum per Spiritum Sanctum benedicere coegisti *m*, ita me indignum servum tuum, alia per alienigenarum denunciationem facere meditantem, beneficium supra modum majus civitati comparare providisti. Ubi enim, dictum argentum non periisse, insignemque adeo civitatem e servitute atque ipsa morte esse ereptam, æquale sit? *quæ hic recitatur,* *m*

106 O tui, certaminum Victoris intercessio, tuaque, Domine, eximia benignitas! Animus meus argentum custodiebat, lingua autem civitatem servabat, una erat verbi prolatio, effectusque in duo beneficia misericordia tua est partita. De industria propter templum tuum sum mentitus, dictorumque veritas civitatem, ignorante me, servavit. Tibi, Domine Deus, gratias agimus et quid tibi, quod donare dignum sit, offeramus, dubii hæremus. Sed cum rerum omnium dominus sis, nihilque, ut corda debite grata, recipis, ecce, ea coram te secundum quod in Psalmis præscribitur, effundimus, ut tu, majori adhuc misericordia exhibita, nos, non solum a feris illis, hominum formam habentibus, sed multo potius a spiritualibus hostibus, qui animas nostras in servitutem redigere continuo student, custodias, quia tu et spiritualium et sensibilium omnium, utpote cunctorum conditor, es dominus, atque ad te virtus et potestas, nec non Patris et Filii et Spiritus sancti regnum spectat in secula. Amen *n*. Hunc in modum a viro actis Deo magnoque nostro intercessori, gloriosissimo Martyri, gratiis, omnes, Deum laudantes domum abierunt; quia ipsi convenit gloria et honor *oratione gratias Deo sanctoque Demetrio agit.* *n*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

honor et imperium nunc et in infinita secula seculorum. Amen. D

## ANNOTATA.

a *Caput hoc, quod hic, prout in codice nostro † Ms.* 193 *e bibliothecæ Vaticanæ codice Ms.* 821 *descriptum exstat, lectori proponimus, in codice olim Mazarinæo a fol. verso* 85 *usque ad fol.* 96 *exhibetur, sequentemque, cui ego hic ob rationem supra plus semel jam memoratam, alium substitui, titulum hunc in capite præfert* : Περὶ τοῦ ἐν τῷ κιβωρίῳ γενομένου ἐμπρησμοῦ, De facto in ciborio incendio.

b *Potuisset sane Joannes, prout jam mox indicavit, plura quam duo a se hic memorata, quorum alterum præsenti, alterum seq. cap. seu potius, uti ex Annotatis, cap. huic posteriori subjungendis intelliges, duobus seqq. suppeditat, spectantia ad bellum capita, auxilioque, Thessalonicensibus a* S. Demetrio *prodigiose allato, illustrata, commemorare. Res ex iis, quæ infra in Annotatis, libri hujus, a Joanne de Sancti miraculis conscripti, cap.* 15 *et ultimo subdendis, in medium adducam, patescet.*

c *Liquet ex hoc loco, Sancti festivitatem, cum ciborii Demetriani cap. præsenti memoratum incendium accidit, seu, quemadmodum ex iis, quæ ad lit. seq. notabo, patescet, seculo sexto senescente sequentisve initio, fuisse quotannis Thessalonicæ non per unum dumtaxat diem celebratam; ut Sanctum proinde jam tum in hac sua urbe natali insigni plane cultu gaudere contigerit. Adi Commentarium prævium* § VIII.

d *Nimirum cap.* 7, 10 *ac præsertim* 6, *quo etiam, ut dubitandum non apparet, de ciborii hujus eodem, de quo hic, incendio sermo fit; quare, cum hoc, uti in Annotatis, capiti isti subjectis, docui,*
B *seculo sexto senescente verosimillime, certeque sub Eusebio, qui Thessalonicensem cathedram forte* E
*etiam ad seculi usque sequentis initium moderatus est, evenerit, incendii, quod præsenti cap. memorat Joannes, epocha habetur sat prope comperta.*

e *Ut quo virum, de quo hic, apud Illyrici præfectos functum fuisse officio, intelligas, adi Panciolum in suis in Imperii Orientalis Notitiam Commentariis cap.* 16 *et aliquot seqq., uti etiam, ac præcipue quidem, cap.* 23 *et* 93.

f *Cum vir, qui barbaros, quo populum ad exeundum e templo induceret, ad civitatis muros inexspectato, uti mox subditur, advenisse, finxit, facere id absque mendacio haud potuerit, in fictione illa partem habuisse* S. Demetrius *non potest; ut hic benigna interpretatione Joannes Thessalonicensis indigeat, potiusque e populi, qui, Sancto agente, rem factam, crediderit, quam e sua opinione loculus esse existimandus sit.*

g *De hac sancta martyre videsis, quæ in Annotatis, cap.* 5 *subnexis, ad lit.* b *observavi.*

h *De tribus hisce sanctis martyribus ad tertiam Aprilis diem cum Martyrologio Romano jam egit Henschenius noster; templi tamen, hic memorati, quod Sanctæ istæ nomini suo sacratum prope Thessalonicam habuerunt, non meminit; quod indubie nihilominus fuisset facturus, si sacri illius ædificii in Joannis Thessalonicensis, quam modo edimus, lucubratione fieri mentionem, habuisset perspectum.*

i *Barbari ergo supra memorati, qui, cum incendium, de quo cap. præsenti tractatur, evenit, Thessalonicam inexspectato assultu occupare sunt meditati, Sclavi fuerunt: hæc autem natio certe non serius, quam seculo sexto, uti vel ex iis, quæ Procopius lib.* 3 *de Bello Gothico cap.* 40 *memoriæ prodit, manifestum fit, in Romani imperii ditiones, trajecto Istro, irrupit: variis autem deinceps cladibus longissimo annorum spatio imperium, subinde etiam ad muros longos, qui Byzantio dumtaxat diei itinere paulo amplius distabant, armis prolatis, attrivit, a depopulandis regionibus nondum etiam tunc omnino abstinens, cum in imperii terris, ut temporis lapsu factum, sedes ab im-*
*peratoribus obtinuissent. Res ex iis, quæ tum, ad duo capp. proxime sequentia, tum ad secundi* F
C *miraculorum libri cap.* 3 *annotanda erunt, elucescet.*

k *Tum scilicet, cum incendium hoc cap. memoratum evenit, seu seculo sexto senescente sequentisve initio Thessalonicam usque Sclavi non raro jam excurrerant, editisque pro more, apud barbaros illos recepto, clamore celeberrimæ illius civitatis incolas terruerant.*

l *Adi librum Genesis cap.* 22.

m *Videsis librum Numer. cap.* 23 *et seq.*

n *Nemo est, qui non videat, hanc prolixam admodum orationem, qua, qui hostium ad muros Thessalonicenses inexspectatum adventum finxerat, gratias Deo ac* S. Demetrio *una cum sibi præsentibus egerit, pro arbitrio a Joanne Thessalonicensi, oratorum in morem hic loquente, esse confictam; Verum quid de facto, quod veluti virtute superiori patratum, cap. præsenti a Joanne proponitur, censendum? Cum nihil omnino, quod naturæ vires cursumve excedat, complectatur, est, sane, cur non nemo, Sanctusne ad id prodigiose concurrerit, in dubium revocet, etsi interim raris admodum adjunctis sit vestitum.*

CAPUT

A

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

# CAPUT XIII

*Qui Avaribus improviso Thessalonicam aggredientibus Sanctus restiterit, hæcque nihilominus deinde abs illis obsessa ad summas angustias fuerit redacta* a. *a*

Καιρὸς δὴ λοιπόν, καὶ τοῦ κεφαλαιωδεστάτου τῶν θαυμάτων ἅψασθαι τοῦ πανσέπτου, καὶ φιλοπόλιδος Μάρτυρος, λέγω δὴ τοῦ κατὰ τὸν μέγιστον τῶν πώποτε γενομένων τῇ Θεσσαλονίκῃ πολέμων περιφανῶς ἐπιλάμψαντος, καὶ τῆς κινδυνώδους ἐκείνης, καὶ ἀδιαφύκτου πολιορκίας, ἀπροσδοκήτως ἡμᾶς διασώσαντος, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντος. Τοῦτο γὰρ τὸ θαυμαστὸν, καὶ ἀπιστοφανές, καὶ μέγα διήγημα παραστήσει τήλαυγῶς, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο προελέκετο, τοῦ Ἀθλοφόρου τὴν ἀνυπέρβλητον δύναμιν, καὶ τὸ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ θεομίμητον, καὶ τὸ περὶ τὴν πόλιν κηδεμονικόν.

Tempus sane tandem est, et venerandi maxime civitatisque amantis Martyris miraculorum, quod longe est præcipuum reliquorumque veluti summarium, tangendi, illud autem dico, quod in bellorum, quæ Thessalonicæ umquam obvenere, maximo dilucide effulsit, nosque a periculosa illa inevitabilique obsidione inexpectato liberavit, atque, ut ita dicam, a mortuis fere resuscitavit. Miranda enim illa, incredibilisque ac magna narratio, etiamsi nihil aliud esset præmissum, eximiam certaminum Victoris potentiam et illius, qua Deum imitatur, misericordiam curamque pro civitate *b* luculenter ostendet. *Magnitudinem miraculi, quod narraturus est, deprædicat.* E

B

108 Τοῦ δὲ γὰρ χαριν καὶ τελευταῖον τῆς συγγραφῆς αὐτὸ συντέταχα, ὡς ἂν ἀπερισπάστου τῆς ἀκοῆς ὑμῶν διαφυλαχθείσης, καὶ τῇ μελέτῃ τῶν εἰρημένων τῆς μνήμης ταῖς διανοίαις ὑμῶν περισωθείσης *, παρασκευάσω τὰς καρδίας πάντων ἀνεξαλείπτους τὰς τῆς εὐχαριστείας ὁμολογίας, οὐ μόνον ἐν σαρκί, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον πρὸς τὸν ἀλεξίκακον, καὶ σωσίπατριν Ἀθλοφόρον διαφυλάττειν, οὕτω τε καρπώσασθαι ὑμᾶς, μὴ τὴν ἐν τῷ βιῷ τούτῳ προστασίαν μόνον τοῦ μάρτυρος, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ φοβερῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ πρεσβείας ὑπὲρ ἡμῶν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἀπαραλόγιστον γενησομένας κριτὴν, τὸν φιλοῦντα παρὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ αἰτεῖσθαι, καὶ τὰς αὐτῶν ἀξιώσεις θεοπρεπῶς χαριζόμενον.

108 Hunc autem in finem et hoc tandem scriptionis composui, ut, auditu vestro non distracto, dictorumque memoria cogitationibus vestris per meditationem impressa, corda omnium, quo assiduas grati animi confessiones non solum in carne, sed et post obitum erga clementem, patriæque servantem certaminum Victorem conservetis, parata efficiam, itaque vos, non solum in hac vita Martyris patrocinium, sed et faciendas ab eo apud judicem, decipi non valentem, a Sanctis suis interpellari amantem, precibusque eorum, ut Deum decet, annuentem, in terribili Christi tribunali pro nobis intercessiones obtineatis. *b* *scopumque suum auctor exponit.*

* cod. Mazarin. ἐνριζωθείσης

109 Λέγεται περὶ τινος πράγματος ἠξιωκέναι τῶν τηνικαῦτα τῶν Ἀβάρων ἡγούμενον στείλαντα πρεσβεῖς πρὸς τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, καὶ τα σκῆπτρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κατέχοντα τότε Μαυρίκιον. Ὡς δὲ ἠστόχητο τῆς αἰτήσεως, ὀργῇ ἀκατασχέτῳ φλεχθεὶς καὶ τῷ παρακούσαντι μηδὲν ποιῆσαι δυνάμεως *, τρόπον ἐπινοεῖ, δι' οὗ μάλιστα αὐτῷ ὀδυνῆσαι τὰ μέγιστα ὑπετόπαζεν, ὅπερ ἦν καὶ πανάληθες· σκοπήσας γὰρ ὡς ἁπάσης πόλεως κατὰ τε Θράκην, καὶ πᾶν τὸ Ἰλλυρικὸν, ἡ θεοφύλακτος τῶν Θεσσαλονικαίων μητρόπολις ὑπερβαλόντως ὑπερέχει πλούτῳ τε ποικίλῳ, καὶ ἀνθρώποις εὐθεάτοις καὶ συνετοῖς, καὶ Χριστιανικωτάτοις, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν γνοὺς ὡς ἐν καρδίᾳ βασιλέως κεῖται ἡ προλεχθεῖσα μητρόπολις διά τὸ λάμπειν ἁπανταχόθεν τοῖς προτερήμασι, καὶ ὅτι ταύτης τῶν ἀπροσδοκήτων τι παθούσης, οὐχ ἧττον τῆς τῶν τέκνων σφαγῆς ὀδυνήση τὸν τὸ Ῥωμαϊκὸν κράτος ἐναστερμένον, καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν τήν ἅπασαν τῶν Σκλαβινιῶν θρησκείαν, καὶ θηριώδη φυλὴν, ὑπέκειντο γὰρ αὐτῷ τὸ ἔθνος ἅπαν, καὶ προσμίξας αὐτοῖς καὶ ἀλλογενεῖς τινας βαρβάρους στρατεῦσαι πάντας κατὰ τῆς θεοφρουρήτου Θεσσαλονίκης παρεκελεύσατο.

* cod. Mazar. δυνάμενος

109 Avarum tunc temporis dux legatos, ut rem quampiam peteret, ad piæ memoriæ, qui et tunc Romanorum imperii sceptra tenebat, Mauritium misisse narratur *c*. Cum autem a postulato suo aberrasset, ira effræni incensus, eique, qui eum exaudire noluerat, nihil facere valens, modum excogitavit, quo præcipue, ut maximo eum dolore afficeret, futurum suspicabatur; quod et erat verissimum. Cum enim, omnibus et in Thracia et in Illyrico civitatibus custoditam a Deo Thessalonicensium metropolim et divitiis diversis et solertibus perspicacibusque ac Christianissimis hominibus supra modum eminere, atque, ut verbo dicam, prædictam metropolim, quod prærogativis suis quaquaversum splenderet, imperatori cordi esse, ipsaque inexpectatum quid patiente, non minus quam de filiorum cæde, qui Romana potentia redimitus erat, esse cruciandum, observasset, Sclavinorum sectam omnem immanemque gentem (natio enim tota ei suberat *d*) ad se arcessit, illisque aliarum etiam gentium barbaros immiscens, omnes adversus custoditam a Deo Thessalonicam arma arripere jubebat *e*. *Avarum dux, repulsa, quam in postulatis apud Mauritium imperatorem passus erat, iratus.* *c* F *d* *e*

**110** Μέγιστος οὗτος στρατὸς τῶν κατὰ τοὺς ἡμετέρους χρόνους ὤφθη, ἀγαπητοί· οἱ μὲν γὰρ αὐτοὺς ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν χιλιάδας ὁπλίτας ἄνδρας ἐδόξαζον· οἱ δὲ ὀλίγον ἧττους, ἄλλοι δὲ πολλῷ πλείους, τῆς γὰρ ἀληθείας διὰ τὸ πλῆθος μὴ καταληφθείσης, αἱ δόξαι τῶν θεωμένων ἐσχίζοντο. Νέον Ξέρξου στρατὸν ἢ τῶν Αἰθιώπων καὶ Λιβύων κατὰ Ἰουδαίων τὸ πρὶν ὁπλισάμενον, ἴδομεν τοῦτον· καὶ ποταμοὺς γὰρ καὶ πηγὰς ἐκλεῖψαι ἠκούσα-

110 Hic, dilecti, eorum, qui nostris temporibus exstitere *f*, maximus fuit exercitus; hi enim, illos supra armatorum virorum centum millia, illi vero, paulo pauciores, alii etiam (veritate enim ob multitudinem non deprehensa, eorum, qui viderunt, opiniones sunt divisæ) multo etiam plures exstitisse, existimabant. Illum, velut novum Xerxis Æthiopumve *ingentem congregat exercitum,* *f*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

pumve aut Libyorum, qui adversus Judæos antea pugnavit, exercitum, conspeximus. Nam et fluvios et torrentes, ad quos castrametatus consedit, defecisse audivimus, regionemque omnem, per quam transiit, velut solitudinem deserti secundum Prophetam *g* fecit.

*g* *eumque in Thessalonicam ex improviso educit.*

111 Ac tanta multitudo tanta celeritate iter absolvere jussa erat, ut non nisi uno die ante eorum nos adventum noverimus. Illis enim vigesima secunda, quæ Dominica erat, mensis Septembris die *h* annunciatis, civitatisque, num vel post quatuor aut etiam quinque dies huc adventuri essent, dubitantibus incolis, hincque in illa custodienda negligentius versantibus, ipsa nocte sabbatorum secunda incipiente *i*, sine strepitu ad muros accesserunt, ac gloriosissimi quidem martyris Demetrii in illis obcæcandis nocte ista, ac prope pulchris victoriis decoratæ martyris Matronæ castrum, id civitatem esse existimantibus, horas sufficientes detinendis, prima sollicitudo fuit versata; ut autem tandem aurora illuxit, civitatemque prope esse, cognoverunt, unanimiter in eam, ut leo rapiens et rugiens, moverunt. Deinde vero cum et scalas (hæ enim paratæ abs illis ferebantur) ad murum (armigeri enim eorum ascendere meditabantur) erexissent, memorabile illico magnumque sancti certaminum Victoris factum est miraculum.

*h*

*i*

B

*Verum, facta in muros subitanea impressione S. Demetrius ei resistit;*

112 Non amplius enim spirituali obumbratione, sed cadente sub aspectum actione militis armati habitu in muro apparuit. Primum per scalas ascendentem, qui in murum pedem dextrum jam intulerat, hasta e duarum pinnarum medio percutiens, versus partem exteriorem deturbavit mortuum *k*; qui per scalas volutatus illos simul, qui in eis erant, detraxit, ipse quidem mortuus in terram cadens, sui autem sanguinis guttas inter pinnas relinquens *l*, ut appareret, et quo descendisset et unde excidisset. Fuisse autem id certaminum Victoris facinus, manifestum est ex eo, quod nemo ad hoc usque tempus veritati contraire sit ausus, sibique, fingendi licet e vanæ gloriæ cupiditate studiosus, illatæ barbaro audaci necis facinus, utut iis, qui tunc civitatem sub potestate sua tenebant, multum quærentibus, eumque, qui barbarum occiderat, honoraturos sese promittentibus, adscripserit *m*.

*k*

*l*

C

*m*

*cum autem deinde arctissima nihilominus obsidione*

113 Nemo igitur solius certaminum Victoris tam magnum facinus fuisse, credere formidet, primum quidem ex eo, quod et omnes, qui ibidem sufficienti multitudine adfuerunt, barbari, immodico timore illico correpti procul a muro recesserint; deinde vero quod nec aliquot nocte illa in muro fuerint civitatis viri, paucis exceptis, qui et ipsi citissime abeuntes, ad matutinum usque tempus, quod, ut dictum est, post aliquot dumtaxat dies barbarorum multitudinem adfuturam putarent, domi quieverunt. Adhæc maximum confertæ multitudinis tumultum, ita ut omnes fere armati ad murum cucurrerint, in civitate factum fuisse, a divino esse nutu Sanctorumque obumbrationis efficacia, quis ambigat? Cum porro dies tandem factus esset, feræ illæ omnem in circuitu murum, ita ut neque, quemadmodum dicitur, avem portis exire vel foris in civitatem ingredi permitterent, tuta custodia circumdedere.

*civitatem cinxisset,*

114 Continuo tunc innumera multitudo dilucide fuit conspecta. Etenim a muri, ad mare Orientalem versus plagam siti, extremitate us-

μεν, οἷς ἂν στρατοπεδεύσαντες παρεκάθησαν, καὶ τὴν ὅλην γῆν, δι' ἧς παρώδευσαν, ὡς πεδίον ἀφανισμοῦ κατὰ τὸν προφήτην κατέστησαν. D

111 **Καὶ ἡ τοσαύτη πληθὺς τοσούτῳ τάχει τὴν ὁδὸν διανύσαι προσετάχθησαν, ὡς μηδὲ γνῶναι ἡμᾶς τὴν ἔλευσιν αὐτῶν πλὴν πρὸ μιᾶς ἡμέρας· κυριακῇ γὰρ ἡμέρᾳ μηνυθέντων τούτων, τῇ εἰκάδι δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, καὶ τῶν τῆς πόλεως ἀμφιβόλως ἐχόντων, ὡς μετὰ τέσσαρας, ἢ καὶ πρὸς πέντε ἡμέρας μόλις τὰ ἐνθάδε καταλαμβάνουσιν, κἀντεῦθεν ἀμελέστερον περὶ τὴν αὐτῆς φυλακὴν διαμεινάντων, αὐτῇ τῇ νυκτὶ δευτέρᾳ σαββάτων ἐπιφωσκούσῃ ἐπὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἔφθασαν ἀφοφητὶ καὶ πρώτη εὐθὺς ἐπισκιάσις τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, γεγένηται ἐν τῷ ἀμαυρωθῆναι ἐκείνους τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ περὶ τὸ φρούριον τῆς καλλινίκου μάρτυρος Ματρώνης ὥραις ἱκαναῖς ἐνασχοληθῆναι, νομίσαντες ἐκεῖνο τῇ πόλει * κατεστηκέναι· ὡς δὲ λοιπὸν ἐωσφόρος διηύγασεν, καὶ πλησίον οὖσαν τὴν πόλιν ἐγνώρισαν, ὥρμησαν ἐπ' αὐτὴν ὁμοθυμαδὸν ὡς λέων ἁρπάζων, καὶ ὠρυόμενος. Εἶτα καὶ τῷ τείχει τὰς κλίμακας ἀνορθώσαντες, αὗται γὰρ αὐτοῖς προκατασκευασμέναι διεβαστάζοντο· ὁπλοφόροι γὰρ αὐτῶν ἀνιέναι παρεβουλεύσαντο, τότε δὴ τότε τὸ ἐξάκουστον καὶ μέγα θαῦμα τοῦ ἁγίου Ἀθλοφόρου γεγένηται.** E

* rod. Mazarin. τὴν πόλιν

112 **Οὐκ ἔτι γὰρ νοητῇ ἐπισκιάσει, ἀλλ' ὀφθαλμοφανῆ ἐνεργείᾳ ἐν ὁπλίτου σχήματι κατὰ τὸ τεῖχος ὤφθη. Τὸν πρῶτον ἀνίοντα διὰ τῆς κλίμακος, ἤδη τὸν πόδα ἐπιβαλόντα τῷ τείχει τὸν δεξιὸν, λόγχῃ πλήξας κατὰ τὸ μέσον τῶν δύο ἐπάλξεων ὤθησεν νεκρὸν ἐπὶ τὸ ἐκτὸς, ὃς διὰ τῆς κλίμακος κυλινδούμενος τοὺς μετ' αὐτῶν συνκατέσπασεν αὐτὸς μὲν εἰς γῆν καταπεσὼν νεκρὸς ἀμφὶ τὰς ἐπάλξεις καταλιπὼν, ἵνα δὴ φανοῖτο, ὁποῖτε ἀνῆλθεν καὶ ὅθεν ἐξέπεσεν· ὅτι δὲ τοῦ Ἀθλοφόρου γέγονεν τὸ κατόρθωμα δῆλον ἐκ τοῦ μηδένα μέχρι τοῦ νῦν τολμῆσαι τῆς ἀληθείας κατεξαναστῆναι, καὶ κἂν ἐρίσασθαι φιλοδοξίᾳ τινὶ πλάσασθαι τῆς τοῦ τολμηροῦ βαρβάρου σφαγῆς, καίτοι τῶν τηνικαῦτα κρατούντων τῆς πόλεως πολλὰ ζητησάντων, καὶ τιμῆσαι προθεμένων τὸν ἀνέλοντα τὸν βάρβαρον.** F

113 **Μηδεὶς τοίνυν ἀπιστείτω μόνου τοῦ Ἀθλοφόρου τὸ τοιοῦτον γεγονέναι κατόρθωμα, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ καὶ πάντας τοὺς ἐκεῖσε παρατυχόντας βαρβάρους πλῆθος ὄντας ἱκανὸν παραχρῆμα δειλίᾳ ληφθέντας ἀμέτρῳ ἀποχωρῆσαι τοῦ τείχους μακρὰν· εἶτα δὲ καὶ ὅτι οὐ δὲ τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως ἦσαν τινες ἐπὶ τοῦ τείχους *, πλὴν λίαν ὀλίγων, οἱ καὶ αὐτοὶ ταχύτερον κατελθόντες κατὰ τὸν ὄρθρον οἰκοθεν ἀναπαύοντο, διὰ τὸ μετά τινας ἡμέρας, ὡς εἴρηται, τὴν πληθὺν οἴεσθαι τῶν βαρβάρων ἐφίστασθαι. Τὸ δὲ καὶ ταραχὴν ἀθρόων μεγίστην κατὰ τὴν πόλιν γενέσθαι, ὡς ἅπαντας ἄρδην ὁπλίτας ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναδραμεῖν, τίς ἂν ἀμφιβάλοι τῆς θείας εἶναι ῥοπῆς, καὶ ἁγίων ἐπισκιάσεως τὴν ἐνέργειαν· ὡς δὲ ἡμέρα λοιπὸν ἐγεγόνει οἱ θῆρες ἐκείνοι τὸ τεῖχος ἅπαν κύκλῳ περιέλιξαν ἀσφαλῶς, ὡς μηδὲ ὄρνεον τὸ δὴ λεγόμενον συγχωρῆσαι τῶν πυλῶν ἐξελθεῖν ἢ ἔξωθεν εἰσελάσαι τῇ πόλει.** * in cod. Mazarin. additur: κατ ἐκεῖνο νύκτα

114 **Τότε δὴ τότε ὤφθη τηλαυγῶς τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος· ἀπὸ γὰρ τῆς ἄκρας τοῦ πρὸς θάλασσαν τείχους τοῦ πρὸς ἀνατολὰς μέχρι τοῦ πέρα-**

τος

A τος τοῦ δυτικοῦ πρὸς Θάλασσαν τείχους, ὥσπερ στεφάνη Θανατηφόρος περιέσχον τὴν πόλιν,* οὐδενος τόπου Θεωρουμένου τῆς γῆς, ὃν ὁ βάρβαρος οὐκ ἐπάτει, ἀλλ' ἢν ἰδεῖν ἀντὶ γῆς, ἢ δένδρων, ἢ χλόης τὰς κεφαλὰς τῶν ἀντιπάλων, ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλων ἔτι καὶ στενοχωρουμένων, καὶ τὸν εἰς τὴν αὔριον ἡμῖν ἐπισειόντων ἄφυκτον Θάνατον· καὶ τὸ δὴ Θαυμαστὸν ὅτι τῆς ἡμέρας ἐκείνης οὐ μόνον περὶ τὸ τεῖχος ἐκυκλουν ὡσεὶ ἄμμος τὴν Θάλασσαν, ἀλλα καὶ πλεῖστοι λίαν ἐξ αὐτῶν τὰ περὶ τὴν πόλιν φρούριά τε καὶ προάστεια κατελάμβανον λεῖζόμενοι πάντα, καὶ κατεσθίοντες, καὶ λεπτύνοντες, καὶ τὰ ὑπόλοιπα τοῖς ποσὶ καταπατοῦντες· οὐκ ἔχρηζον τότε χάρακα βαλεῖν περὶ τὴν πόλιν, ἢ πρόσχωμα· χάραξ γὰρ αὐτοῖς ἡ τῶν ἀσπίδων, ἄλλ' ἐπ' ἀλλήλων, καὶ ἀδιεξόδευτος συμπλοκὴ· πρόσχωμα δὲ τὸ ὑπονοικὸν τῶν σωμάτων μιμούμενα δίκτυα *.

* cod. Max. habet ναστὸν μιμούμενα δικτυῶν

115 Τίς λόγος ὑμῖν ἀγαγεῖν ὑπ' ὄψιν δυνήσηται τὴν ἔργοις καταλαβοῦσαν ἡμᾶς τότε περίστασιν, οὐκ ἐξ αὐτομάτου, ἀλλ' ἐξ ἡμετέρων ὄντως ἁμαρτιῶν· καλὸν γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸ ὁμολογεῖν τὴν ἀλήθειαν. Ἴσως πέσειται καὶ νῦν ὁ ἔλεος ἡμῶν ἐνώπιον τοῦ Κυρίου· ἐὰν γὰρ ὁμολογῶμεν, φησί, τὰς ἁμαρτίας ἡμων, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας· Τὸν δὲ ἄφατον φόβον τῇ πόλει τότε περιεποίησεν καὶ τὸ πρῶτως ἰδεῖν φάλαγγα βαρβαρικὴν, οὐδέπω γὰρ οὕτω πλησίον ὤφθησαν ποτέ περικαθήσαντες οἱ πολέμιοι * τῶν πολιτῶν καὶ τῆς Θέας αὐτῶν, πλὴν τῶν ἐν στρατιωτικοῖς τεταγμένων καταλόγοις. Ἦν οὖν ἡ καρδία τότε καὶ τῶν ἀνδρειοτέρων καὶ τῶν δειλωτέρων μία γεγενημένη· τῷ γὰρ ἀνελπίστῳ τῆς σωτηρίας ἡ διαφορὰ τούτων * ἐγνωρίζετο, πάντων δὲ τὰ θάκρυα ποταμηδὸν ἔρρει, κατήφεια τε δεινὴ, καὶ ἀλλοίωσις τοὺς πάντας ἡμαύρωσεν, ὡς πληροῦσθαι τότε τὸ προφητικὸν λόγιον τὸ φάσκον, πᾶν πρόσωπον ὡς πρὸς καῦμα χύτρας.

* cod. Max. addit: καὶ ατνῶντες ἦσαν ὅι πολλοὶ

* in cod. Max. additur: οὐκ

116 Τῶν οὐκ ἐνδεχομένων γὰρ εἶναι πάντες ἐνόμιζον τὸ δύνασθαι διασωΘῆναι τὴν πόλιν, πάσης παρὰ ἀνΘρώποις ἀνελπιστίας περὶ αὐτὴν τότε Θεωρουμένης, πρῶτον μὲν διὰ τὸν λοιμὸν φοβερὸν * κατασχεῖν αὐτὴν, καὶ ἀνοχῆς τινος ἐξ φιλανΘρωπίας Θεοῦ εὐΘὺς καταφθᾶσαι τῶν βαρβάρων ἐκείνων τὴν ὀργὴν τὴν Θεήλατον, ὡς εὑρεΘῆναι τοὺς ἐν τῇ πόλει καὶ βραχεῖς τῷ ἀριΘμῷ καὶ νενεκρωμένους τῇ προσφάτῳ λύπῃ τῶν τεΘαμμένων· δεύτερον δὲ τὸ ἰσόψαμμον ἐν ἀριΘμῷ τῶν πολιορκούντων· εἰ γὰρ μὴ μόνον τοὺς Μακεδόνας ἅπαντας, ἀλλὰ καὶ Θετταλοὺς, καὶ Ἀχαιοὺς ὑποθεῖτό τις σωρηδὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ τηνικαῦτα συνηθροισμένους, οὐ δὲ τὸ πολοστὸν μέρος τῶν ἔξωΘεν περιστοιχησάντων τὴν πόλιν ἐτύγχανον· τρίτον δὲ, ὅ καὶ πλέον ἁπάντων τὴν ἀμηχανίαν ἡμῖν ἐποίησεν, ἐκεῖνο ἦν, ὅτι καὶ αὐτοῦ τοῦ περιλειφΘέντος ἐκ τοῦ λοιμοῦ παγανατικοῦ τε, καὶ στρατιωτικοῦ, ὀλιγοστὸν πάνυ μέρος ταχα καὶ ἄχρηστον ἐν τῇ πόλει τηνικαῦτα ἐτυγχανεν, τῶν πολλῶν μὲν ἔξω ἐν ἀγροῖς ἀποκλεισθέντων καὶ μὴ δυνηΘέντων εἰσβαλεῖν τῇ πόλει διὰ τὸ τρύγης εἶναι καιρὸν, καὶ ἀΘρόως καὶ ἀπροσδοκήτως τοὺς πολεμίους ἐχέκολλα τῷ τείχει περικαΘίσαι.

* cod. Max. addit τότε μέχρι τοῦ ἰουλίου μηνὸς

B C

que ad muri, ad mare Occidentalem versus plagam siti, terminum, non secus ac corona lethifera, civitatem circumdabat. Nullus terræ locus, quem barbarus non obambularet, aspiciebatur, quin terræ vel arborum vel herbæ loco inimicorum, et quidem sese invicem adhuc prementium nobisque necem inevitabilem, brevi inferendam, minantium, capita erat videre. Atque hoc jam etiam mirandum, eos die illa mœnia non tantum, ut arena mare, circumdedisse, verum etiam quam plurimos ex iis, quæ circum civitatem sita erant, et castella et suburbia, prædantes absumentesque ac comminuentes omnia, eaque, quæ residua erant, pedibus conculcantes, occupasse. Vallum tunc aut aggerem circum civitatem exstruere, opus non habebant; clypeorum enim invicem innexorum mutua inextricabilisque conjunctio valli loco erat; aggeris autem densitatem retium imitans corporum frequentia.

A. Joanne Thessal. archiep.

115 Quis sermo vobis, quæ tunc nos, non casu, sed vere peccatis nostris re ipsa invasit, adversitatem ob oculos ponere poterit? Veritatem enim, fratres, fateri, pulchrum est. Fortassis et nunc coram Domino placebit nostrum commiseratio. Quod si enim, ait, peccata nostra confiteamur, fidelis est et justus, ut peccata nostra dimittat. Ineffabilem porro civitati metum tunc etiam incussit, quod primum (nondum enim civitatem aliquando circumsidentes inimici tam prope erant conspecti, nec ipse etiam horum aspectus civium vulgo, si eos, qui militaribus catalogis erant adlecti, exceperis, obtigerat) barbaricam phalangem intueretur. Erat igitur tunc et fortiorum et timidiorum cor factum unum. Horum enim præ salutis desperatione discrimen haud agnoscebatur, omnibus autem lacrymæ fluminis in modum effluebant, omnesque gravis mœror vultusque mutatio deformarat, ut tunc impleretur Prophetæ eloquium dicens: Omnis vultus quasi ad ardorem ollæ.

*ad summas hanc,*

E

116 E rebus enim, quæ evenire haud queunt, civitatem posse servari, universi existimabant, desperata apud homines hac omnino tunc apparente, primo quidem quod eam tunc pestis horrenda usque ad mensem Julium afflixisset, aliquantulaque dierum circiter quinquaginta remissione e Dei misericordia potitam illorum statim barbarorum, ita ut in civitate numero pauci, iique ex præfato sepultorum mœrore viribus effæti invenirentur, immissus a Deo furor vigesima secunda, ut dictum est, mensis Septembris die invaserit *n*; secundo autem, quod, qui civitatem obsidebant, multitudine arenarum numero (neque enim, si quis non tantum Macedones omnes, sed et Thessalos Achaiosque confertim tunc Thessalonicæ congregatos fuisse, adstruxerit, vel minima hi eorum, qui civitatem extrinsecus cingebant, pars fuissent) æquales exstiterint; tertio autem, quod et omnium maxime consilii inopiam nobis attulit, illud erat, quod civium militumque, qui e peste supererant, pars longe minima, forteque etiam deterior in civitate tunc esset, multitudine interim, quod messis tempus esset, inimicique confertim ac inexspectato mœnia custodia firma circumsedissent, foris in agris exclusa, civitatemque ingredi haud valente.

*paulo dum-taxat ante peste afflictam virisque fere,*

F

*n*

117 Facilius

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP. *a quibus defenderetur, varias ob causas destitutam,*

117 Facilius enimvero, qui foras fugerent, quam qui civitatem repetere vellent, salvi evadebant. Pluribus autem et ex ipsis adolescentibus selectis, qui et ex ordine militari, et ex numero illorum, qui in prætorio maximo militabant, erant, una cum eo, qui præsidum præfecturam in manibus tunc habebat, in Græciam publicorum negotiorum causa profectis, ipsorummet autem etiam reliquorum multitudo, qui et divitiis et prudentia et servis florebant, virisque belli peritis præstabant, præfectorumque Illyrici scriniis præerant *o*, versus civitatum reginam cum amicis multo pluribus omnique famulitio, quo acturi adversus eum, qui regionis hujus principatum tunc tenebat, imperatorem accederent, sese contulerant.

*o*

*angustias redigit.*

118 Ita igitur modis diversis civitate ad viros paucos redacta, omnem salutis spem consilii inopia præciderat. Ac ne quis me, periculi magnitudinem extollentem, carpat, magisque etiam, quam conveniat, rerum difficultatem (quis enim ita sufficiens, ut factorum magnitudini prædicandæ par censeatur, sermo invenietur?) in altum sermonibus efferre arbitretur, certe ego, ne sermonis impotentia casus adversi acerbitatem extenuem, tempestivam etiam, quæ præceps sit, scriptionem formido. Utinam vero mihi ea esset verborum vis, linguæque plures forent, ut iis, quæ tunc gesta sunt, dicendis coæquarer. Ita enim, calamitatis magnitudinem exhibente me, eximiæ etiam Dei misericordiæ divitiæ ostenderentur. Verum, etsi apud nos sermo deficiat, gratiarum actio apud vos invalescat, ac quanto minus periculorum illorum magnitudinem eloqui nos possumus, tanto magis Domini omnipotentiam vos credite, communemque patriæ nostræ intercessorem laudate *p*.

*p*

117 Ἀμέλει μᾶλλον οἱ πρὸς τὰ ἔξω μέρη διαφυγόντες ἐσώζοντο, ἢπερ οἱ εἰς τὴν πόλιν καταφυγεῖν βουληθέντες· πλειόνων δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἐπιλέκτων νεανίων τοῦτε στρατιωτικοῦ, καὶ τῶν ἐν τῷ μεγίστῳ στρατευομένων πραιτορίῳ ἅμα τῷ τηνικαῦτα τὴν ἐπάρχων μετὰ χεῖρας ἔχοντι ἀρχὴν κατὰ τὴν ἑλλήνων χώραν δημοσιῶν ἕνεκα χρειῶν ἀποδεδημηκότων, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἀπομεινάντων τὸ πλῆθος, ὅσοι καὶ πλούτῳ καὶ φρονήσει, καὶ δούλοις ἀκμάζουσιν καὶ ἐμπειροπολέμοις ἐκαλωπίζοντο, καὶ ἐν τοῖς σκρινίοις τῶν ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ πρῶτοι ἐτυγχανον, κατὰ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἀπάραντες ἦσαν σὺν φίλοις πολλῷ πλείοσι, καὶ τῇ θεραπείᾳ πάσῃ πρὸς ἕλευσιν βασιλεῖ κατὰ τοῦ τηνικάδε τὴν ἀρχὴν διέποντος ποιησόμενοι.

118 Οὕτω γοῦν ἐξ ποικίλων τρόπων ὀλιγανδρωθείσης τῆς πόλεως ἡ ἀμηχανία πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας ἀπέκοπτεν. Καὶ με μὴ τίς μωμήσηται μεγαλύνοντα τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος, μηδὲ λόγοις οἰέσθω με πλέον τοῦ δέοντος τὴν ἀνάγκην ὑψοῦ ἐπαίρειν· ποῖος γὰρ λόγος οὕτως ἱκανὸς εὑρεθήσεται ὡς δοκιμασθῆναι αὐτὸν τοῦ τῶν γεγενημένων μεγέθους *· ἐγὼ μὲν οὖν καὶ γραφὴν προπετείας εὔκαιρον δέδοικα ὡς ἀθυναμίᾳ λόγου κατασμικρύνων τὸ τῆς περιστάσεως ἄμετρον· εἴθε γὰρ ἦν μοι δύναμις ῥημάτων τοιαύτη, καὶ πλείονες γλῶσσαι, ὡς τοῖς τότε γεγενημένοις συνεξισωθῆναι διαλεγόμενον· οὕτω γὰρ * παραστήσαντός μου τῆς ἀνάγκης τὸ μέγεθος, συναπεδείκνυτο καὶ τὸ ὑπερβάλλον πλοῦτος τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ· Ἀλλ' εἰ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ λόγος ἀτονεῖ, παρ' ὑμῖν ἡ εὐχαριστεία μεγαληγόρητο, καὶ ὅσον ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα τῶν κινδύνων ἐκείνων ἐκφράσαι τὸ μέγεθος, τοσοῦτον ὑμεῖς τὸ παντοδύναμον τοῦ Κυρίου πιστεύσατε, καὶ τὸν κοινὸν πρεσβευτὴν τῆς ἡμῶν πατρίδος δοξάσατε.

* cod. Mazar. addit ἰσαμιλλᾶ κήρυκα
* cod. Mazar. addit: ἂν

## ANNOTATA.

a *Caput hoc e codice nostro signato* † *Ms.* 193, *in quo e bibliothecæ Vaticanæ codice* 797 *descriptum exstat, lectori exhibemus; exstat et in codice olim Mazarinæo a fol.* 96 *usque ad fol. versum* 104. *Ambos hic hosce codices, quod, ni ratio, in Commentario prævio num.* 28 *allegata, obstitisset, quantum ad alia omnia jam data ac porro danda hujus a Joanne Thessalonicensi concinnatæ lucubrationis capita haud dubie fecissem, sedulo contuli, eosque comperi in lectionibus invicem non raro diversos. Harum notatu magis dignas vel in Annotatis hic sequentibus, si longiores sint, vel, si breviusculæ tantum, in paginarum margine ob oculos pono. Atque id ita præsto, ut, si codicis olim Mazarinæi lectiones, quod et plerumque sit, meliores sint, iis etiam versionem Latinam accommodem, Græco interim, qui huic respondet, codicis nostri* † *Ms.* 193 *textu, utut etiam subinde mendoso, integro relicto. Præsens porro caput in codice olim Mazarinæo, in quo, ut jam dixi, exstat, sequentem hunc brevem admodum præfert titulum :* Περὶ τῆς πολιορκίας τῆς πόλεως, De civitatis obsidione ; *verum is, quid cap. subjecto memoriæ prodatur, haud satis, uti consideranti patebit, exponit, hincque ei alium, quem hic cernis, substituere est visum.*

b *Codex olim Mazarinæus hoc loco legit* Καὶ τὸ τῆς περὶ τὴν πόλιν κηδεμονίας ἀσύγκριτον, *adeo ut, cum verba hæc Latine sonent,* Atque incomparabilem de civitate curam, *Græco codicis nostri* † *Ms.* 193 *textui solummodo superaddat adjectivum* ἀσυγκριτὸς, incomparabilis, *constructione Græcis admodum familiari substantive acceptum, substantivo* κηδεμονία, cura, *quod abs eo afficitur, genitivi casu expresso.*

c *Cum Mauritius ab anno* 582 *ad annum usque* 602, *uti inter eruditos modo convenit, imperio præfuerit, consectarium hinc simul et ex hoc capitis præsentis loco fit, ut Avarum, de qua hoc cap., contra Thessalonicam expedito, certo non serius quam anno* 602, *nec citius, quam anno* 582 *acciderit. Verum eventus illius epocham infra ad litt.* h *multo propius determinabimus.*

d *Etsi quidem Theophanes, Simocatta, Zonaras aliique Græcorum Historici passim obvii ea in Mauritio suppeditent, ex quibus tunc Avarum duci seu regi, qui* Chagani *nomine, omnibus prorsus supremis gentis illius ducibus communi, distinguebatur, fœderatam fuisse, aut etiam ex parte subjectam Sclavorum nationem, non immerito colligas; hanc tamen totam ab Avarum*

A *varum ducis imperio dependisse seu subditam ei tunc fuisse, nuspiam edicunt; ut auxesi verosimillime hic usus sit Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus.* A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

e *Ab Avarum duce seu Chagano arma in Thessalonicam, Mauritio imperii habenas moderante, mota fuisse, nec apud Theophanem nec apud Zonaram aliosve ullos historicos memoriæ proditum invenio; verum cum sub Mauritio Avares ac Sclavi frequentissime, uti apud eosdem historicos videre licet, in imperii terras irruperint, nec, quin plurima, quæ abs illis tunc gesta fuere, silentio ab historicis omnibus sint præterita, dubitandum sit, narrata hoc capite Avarum adversus Thessalonicam expeditio pro dubia commentitiave idcirco, quod a scriptoribus aliis haud commemoretur, haberi non debet, maxime cum dies septem, teste infra ipsomet Joanne, dumtaxat tenuerit, possitque adeo haud immerito accenseri momentaneis illis, ut vocantur, hostium incursionibus, quas apud historicos, majoris dumtaxat momenti res litteris commendare ut plurimum solitos, silentio invenias haud raro suppressas. Atque hinc etiam jam concludas, nec pro dubia commentitiave habendam esse, quæ cap. præcedenti a solo etiam Joanne, silentibus reliquis scriptoribus omnibus, narratur, factam a Sclavis, cum* S. Demetrii *ciborium incendi accidit, subitaneam atque inexspectatam in loca Thessalonicæ adjacentia irruptionem. Utut sit, quo tum hæc, tum Avarum, de qua hic potissimum, expeditio indubitate exstimetur, sola mihi Joannis Thessalonicensis auctoris certo gravis, narratisque a se rebus, quemadmodum ex infra notandis ipsemet loco non uno indicat, præterea synchroni, sufficit auctoritas.*

f *Fuit igitur Joannes Avarum, quam hoc cap. refert, expeditioni æqualis; verum id ex iis, quæ cap. seq. litteris mandat, multo luculentius patescet.*

g *In codice olim Mazarinæo propheta hic vocatur Joël; non alia autem de causa ipsum hic citari existimo, quam quod Prophetiæ suæ cap.* 2 *habeat* Post eum solitudo deserti; *Hisce enim verbis in Græco sacræ Scripturæ textu sequentia isthæc respondent :* Καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ ὡσεὶ πεδία ἀφανισμοῦ.

B h *Relatam cap. præsenti Avarum, aut, si mavis, horum ducis seu chagani expeditionem anno* 597 *esse illigandam, ex hoc Joannis loco liquet. Hæc enim, uti ex mox ad lit.* c *Annotatis palam est, certo inter annum* 581 *et annum* 603 *evenit; ex annis autem, qui hunc inter et illum intercessere, solo dicto anno* 597 *vigesima secunda Septembris dies fuit Dominica, uti cuique calculos ineunti manifestum evadet.* E

i *Id est,* Dierum hebdomadæ nocte secunda incipiente; *quod enim Joannes mox hic subjungit, accidisse nocte, quæ Dominicam proxime excepit, e narrationis contextu liquet; hebdomadæ autem et a nocte, quæ Dominicam præcedit, inchoari queunt, et singuli illarum dies* Sabbati *nomine distingui, uti liquet vel e solo S. Marci cap.* 16, ℣. 2, *ubi habetur :* Et valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole.

k *En insigne enimvero patratum in Thessalonicensium gratiam a* S. Demetrio *prodigium; sitne autem ei fides certa atque indubitata adhibenda, statuat studiosus lector ex iis, quæ mox Joannes subdit.*

l *Sequentia isthæc, quæ latinis hisce verbis,* sui autem sanguinis guttas inter pinnas relinquens, *respondent, Græca verba,* Ρανίδας δὲ τοῦ οἰκείου αἵματος ἀμφὶ τὰς ἐπάλξεις καταλιπών, *in codice olim Mazarinæo leguntur, atque id quidem opportune admodum, cum codex noster † Ms.* 193 *hoc loco sit mutilus, sensumque dumtaxat imperfectum offerat, uti cuique linguæ Græcæ perito, rem consideranti, facile patescet.*

m *Post textus Græci, qui ultimæ huic periodo Latinæ in codice nostro † Ms.* 193 *respondet, verbum* Πλάσασθαι *sequentia isthæc,* Καὶ τὴν ἀνδραγαθίαν ἑαυτῷ περιθῆναι, *in codice olim Mazarinæo ponuntur, idque iterum quam maxime opportune, cum dictus codex noster, a quo ea absunt, non magis fere hic, quam loco ad lit. præced. memorato, sensum perfectum suppeditet, uti iterum linguæ Græcæ perito, rem consideranti, perspicuum facillime evadet.*

n *Tribus istis, quibus hæc Latina,* E Dei misericordia, *hic respondent, Græcanicis codicis* C *nostri † Ms.* 193 *sequentibus verbis,* Ἐκ φιλανθρωπίας Θεοῦ, *isthæc præterea,* Καταξιωθεῖσαν ὡς ἡμερῶν ἄχρι πεντήκοντα εὐθὺς τῇ εἰκάδι δευτέρα, ὥς εἴρηται, τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, *in codice olim Mazarinæo adduntur, iisque, quod auctoris sensui significatione sua magis congruere videantur, versionem Latinam accommodavi, licet interim dictus noster codex etiam absque illis sensum hoc loco generet omnino perfectum.* F

o *Adi Pancirolum in suis in Imperii Orientalis Notitiam Commentariis cap.* 23, *ibique invenies, præfectum prætorii Illyrici in Officio suo varios scriniarios habuisse; ut inde, quid hic per eos, qui inter scriniarios primi essent seu præfectorum Illyrici scriniis præssent, Joannes significatum velit, pronum sit eruere. Adi etiam Annotata, cap.* 12 *ad lit.* e *subnexa.*

p *Cum præsens caput* De civitatis obsidione, *ut jam supra docui, in codice, olim Mazarinæo inscribatur, potuisset illo, quæcumque gesta in hac sunt, et qui finem tandem acceperit, opportune Joannes narrare; verum id hic scriptor verosimillime non fecit, quod ea cap. seq., quo Thessalonicæ per Avares obsidionem,* S. Demetrio *prodigiose patrocinante, solutam fuisse, probare contendit, potissimum exponat, eademque bis lectori proponere, supervacaneum esse, uti reipsa etiam fuisset, existimarit.*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

D

## CAPUT XIV.

*Visio Eusebio archiepiscopo Thessalonicensi oblata, argumentaque, quibus, memoratam cap. præced. Thessalonicæ obsidionem, prodigiose patrocinante S. Demetrio, solutam fuisse, Joannes contendit a.*

a

*Eusebio Thessalonicensi archiepiscopo, quo Deum offensum placaret,*

Quam fuerit enimvero, quod civitatem tunc circumdedit, et magna et intolerabilis calamitas malorumque tragœdia, audite, qualem in somnis visionem Eusebius, tunc archiepiscopus, viderit, audite, admoneo, atque in pietatem moveamini, Deumque, omnium regem, ob providentiam diversam admiramini. Neque enim alia de causa visiones illas archiepiscopo tunc apparuisse reor, quam ut futurorum malorum magnitudinem prænoscens per certaminum Victorem precibus continuis Deum placaret; quod et fecit, ab eo tempore, quo visionem viderat, usque

B

ad illud, quo nostri misertus est Deus, nec in inimicorum manus tradidit, ejulans atque lamentans.

*visionem cælestem,*

120 Octo enim aut decem diebus, antequam adversus nos barbarici nimbi streperent, archiepiscopus in somno seipsum, in civitatis theatro, magna hujus multitudine præsente, sedentem vidit, ac, cum cujus rei gratia in loco, dignitati suæ adeo inconvenienti, sederet, dubius esset, surgensque abiret meditaretur, vidit tragœdum in theatri, ut vocatur, logion ingredientem, sibique dicentem : Exspecta, quia te et filiam tuam lamentari debeo. Huic autem dixit ille : Ne labores; ego enim nec filiam habeo, nec in me quidquam, quod lamenteris, habes. Ille autem respondit : Vere filiam habes, eamque multorum filiorum matrem, ac te etiam propter illam lamentari oportet. Tunc archiepiscopus, civitatem ab eo filiam suam dici, intellexit. Cum autem ille lamentari incepturus, esset, surgens e throno suo archiepiscopus voce elata ad eum clamavit : Per rerum sublimium Deum neque me lamenteris, neque, quam

C

vocas, filiam meam. Cum autem ille, quod nimirum, ne inciperet, impediretur, esset turbatus, dixit ipsi.

*quæ obsidionem Thessalonicensem præsagierit, fuisse oblatam, auctor præmittit;*

121 Nonne, ut et te et filiam tuam lamenter, convenit? Cumque iterum, sese incipere, simularet, archiepiscopus elatiori voce exclamavit dicens ipsi : Per Deum, qui ex intemerata Deipara propter nostram salutem secundum carnem natus est, neque me, neque filiam meam lamenteris, itaque multis horis reponit, illo instante, seque lamentari habere, asserente : cumque eum archiepiscopus, ne id faceret, adjuraret, subito e logio avulsus est, disparuitque tragœdus, propter juramenta lamentari non valens civitatem archiepiscopumque, qui, cum expergefactus esset, magnarumque calamitatum præsagia fuisse lamenta, dijudicaret, nocte et die Deo, ut cælestem, quæ civitati impendebat, pœnam misericorditer averteret, cum lacrymis supplicabat, ac post paucos, ut dixi, dies immanis illa numerumque excedens natio custoditam a Deo Thessalonicam circumdedit, statimque luctum hunc præsagisse tragœdum, cognovit *b*.

b

Ὅτι γὰρ μεγάλη ἡ συμφορὰ, καὶ ἀνύποιστος, καὶ τραγῳδία κακῶν τὸ τηνικαῦτα τὴν πόλιν περιεστοίχισεν, ἀκούσατε οἵαν ὀπτασίαν καθ' ὕπνους ὁ τότε ἀρχιερεὺς Εὐσέβιος ἐθεάσατο, ἀκούσατε, παρακαλῶ, καὶ κατανύχθητε πρὸς εὐλάβειαν, καὶ τὸν παμβασιλέα Θεὸν τῆς ποικίλης προνοίας ὑπερθαυμάσατε· οὐδὲ γὰρ ἄλλου τοῦ χάριν τάς ὄψεις ἐκείνας οἶμαι τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τότε καταφανῆναι, ἢ τοῦ προγνῶντα τὸ μέγεθος τῶν ἐσομένων δεινῶν ἀδιαλείπτοις προσευχαῖς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ ἀῤῥοφόρου ἐξιλεώσασθαι, ὅπερ καὶ πεποίηκεν, κλαίων καὶ ὀδυρόμενος ἀφ' οὗ τὸν ὄνειρον ἑωράκει, ἕως οὗ οἰκτείρησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ οὐ παρέδωκεν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν.

E

120 Πρὸ γὰρ ὀκτὼ ἢ δέκα ἡμερῶν τοῦ βραχῆναι ἡμῖν τὰς βαρβαρικὰς νιφάδας, ὁρᾷ ἑαυτὸν κατ' ὄναρ ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐν τῷ Θεάτρῳ τῆς πόλεως καθεζόμενον, ὄχλου συνόντος αὐτοῦ πολλοῦ, καὶ δή ὡς διηπόρει τίνος χάριν ἐν οὕτω ἀναρμοδίῳ τόπῳ τῆς ἀξίας αὐτοῦ καθέζεται, καὶ βουλεύεται ἀναστὰς ὑποχωρεῖν, ὁρᾷ τραγῳδὸν εἰσερχόμενον ἐπὶ τὸ καλούμενον τοῦ θεάτρου λόγιον καὶ λέγοντα αὐτῷ, μέμφον ὅτι σὲ καὶ τὴν θυγατέρα σου ἔχω τραγῳδῆσαι· ὁ δὲ λέγει αὐτῷ, μὴ κοπῶδες, ἐγὼ γὰρ οὔτε θυγατέρα ἔχω, οὔτε δὲ εἰς ἐμὲ ἔχεις τί τραγῳδῆσαι· ἀποκρίνεται δὲ ἐκεῖνος, ἀληθῶς θυγατέρα ἔχεις, καὶ πολύτεκνον, καὶ δεῖ μετ' αὐτὴν καὶ σὲ τραγῳδῆσαι. Τότε συνῆκεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος, ὅτι τὴν πόλιν λέγει αὐτοῦ θυγατέρα· ὡς δὲ ἤμελλεν ἐκεῖνος ἄρχεσθαι τοῦ τραγῳδεῖν, ἀναστάς ἐκ τοῦ θρόνου αὐτοῦ ὁ ἀρχιεπίσκοπος κράζει αὐτῷ φωνῇ, τὸν Θεὸν τῶν ὑψωμάτων μήτε ἐμὲ τραγῳδήσῃς, μήτε ἣν λέγεις θυγατέρα μου· ὁ δὲ διαπονηθεὶς ὡς ἐμποδισθεὶς θῆθεν τοῦ ἄρξασθαι, λέγει αὐτῷ.

F

121 Οὐκ ἐνδέχεται μὴ τραγῳδῆσαί με καί σε, καὶ τὴν θυγατέρα σου; Καὶ ὡς πάλιν ὑποκρίνεται ἄρχεσθαι, ὁ ἀρχιεπίσκοπος γεγονοτέρᾳ τῇ φωνῇ προέκραξεν λέγων αὐτῷ· τὸν Θεὸν τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς ἀχράντου Θεοτόκου σαρκὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν μήτε ἐμὲ τραγῳδήσῃς, μήτε τὴν θυγατέρα μου. Καὶ οὕτως ἐπὶ πολλὰς φησὶ τὰς ὥρας, ἐκείνου ἐνισταμένου καὶ λέγοντος ὅτι τραγῳδῆσαι ἔχω, καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου κατορκίζοντος αὐτὸν μὴ τοῦτο ποιῆσαι, ἄφνω ἀνάσπαστος ἐκ τοῦ λόγιου γίνεται ὁ τραγῳδὸς καὶ ἀφανὴς, μὴ ἰσχύσας διὰ τοὺς ὅρκους τραγῳδῆσαι τὴν πόλιν, καὶ τὸν ἀρχιεπίσκοπον, ὃς ἐξυπνισθεὶς καὶ διακρίνας ὡς συμφορῶν μεγάλων μηνύματα οἱ τραγῳδοὶ καθεστήκασιν, ἡμέρας καὶ νυκτὸς τὸν Θεὸν σὺν δάκρυσιν ἐλιτάνευεν, παραγαγεῖν φιλανθρώπως τὴν ἐπερχομένην τῇ πόλει θεήλατον μάστιγα, καὶ δὴ μετ' ὀλίγας, ὡς ἔφην, ἡμέρας τὸ θηριῶδες ἐκεῖνο φύλλον καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαῖνον τὴν θεοφρούρητον Θεσσαλονίκην περιεκύκλωσαν, καὶ εὐθὺς ἔγνω τοῦτον τὸν θρῆνον μηνῦσαι τὸν τραγῳδόν.

122 Πῶς

A 122 Πῶς οὐχ ὑπέρμετρον κἀντεῦθεν εἴποιμι τὴν συμφοράν, πῶς δὲ οὐκ ἀπειροπλάσιον τὸ παντοδύναμον τοῦ Θεοῦ; Ἡ γὰρ δύναμίς μου, φησίν, ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Γεδεὼν μόνους τριακοσίους ἐνεκελεύσατο ὁ Θεὸς εἰς τὴν παράταξιν ἐκβαλεῖν πρὸς μυριοπλάσιον λαὸν τῶν ἀντιτεταγμένων, ἵνα τοῦ Κυρίου δείχθῃ περιφανῶς ἡ νίκη, καὶ μὴ εἴπωσιν, ἡ χεὶρ ἡμῶν ὑψηλὴ, καὶ οὐχὶ κύριος ἐποίησεν ταῦτα πάντα· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πολέμου τούτου συνέβη κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ ἐκ τῶν προρηθεισῶν αἰτιῶν ὀλιγάνθρωπον καταλειφθῆναι τὴν πόλιν, ἵνα μὴ διαμφιβάλλοι τις ὡς οὐχὶ πρεσβείαις τοῦ μετὰ Θεὸν δεσπότου αὐτῆς, λέγω δὴ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, μόνος ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐρρύσατο αὐτὴν ἐξ ᾅδου κατωτάτου· οὔτε γὰρ ὅπλα, οὔτε χρήματα ὑπῆρχον αὐτῇ, ἀλλὰ πάντα αὐτῇ ἡ δεξιὰ τοῦ ὑψίστου ἐγένετο.

122 Qua ratione modo calamitatem haud immodicam, Dei vero omnipotentiam haud infinitam pronuntiem? Virtus enim mea, inquit, in infirmitate perficitur. Uti quippe Deus sub Gedeon contra numerosissimum instructorum ex adverso ad pugnam populum solos trecentos, ut Domini esse victoriam, luculenter appareret, ac ne, Manus nostra excelsa est, hæcque omnia Dominus haud fecit, dicerent, ad prælium procedere jussit *c*, ita et in hoc bello civitatem paucorum dumtaxat virorum præsidio fuisse relictam, e Dei dispensatione ob causas prædictas evenit, ne quis istam illius, qui ei post Deum dominus est, gloriosissimi autem, dico, martyris Demetrii intercessionibus a solo Christo ac Deo nostro e profundissimo inferno liberatam fuisse, revocaret in dubium. Neque enim arma, neque divitiæ illi erant, sed omnium ei loco fuit dextra Altissimi.

*A. Joanne Thessal. archiep. mox autem hanc prodigiose a S. Demetrio solutam fuisse, contendit,*

*c*

123 Ἐνθὺς γὰρ, τὸ μεμερισμένον τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως τυγχανόντων, ὁρᾶν ἡμᾶς τὸ τεῖχος μεμεστομένον ἀγνώτων ἀνδρῶν, καὶ οὓς οὐδεὶς πώποτε τῶν τῆς πόλεως ἐθεάσατο, πῶς οὐ θείκῆς ἐπιστασίας εἶποι τις ἂν καὶ ἀντιλήψεως τὸ κατόρθωμα; Ἆρα δὲ ἡμεῖς μόB νοι ἐφανταζόμεθα τοῦτο βλέπειν, ἢ οὐχὶ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ αὐτὸ κατεφαίνετο; πολλοὶ γὰρ αὐτῶν περὶ τὰς ὕστερον ἡμέρας ἀπελπίσαντες νικᾶν προσρυέντες τοῖς ἄρχουσιν τῆς πόλεως, ὡμολόγουν λέγοντες διερρίμένως, ὅτιπερ ἀπὸ πλειόνων ἀκριβώσας ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγούμενος, λίαν ὀλίγους τὴν πόλιν ἔχειν τοὺς μαχητὰς διὰ τὸ καὶ λοιμὸν ἐνταῦθα πρὸ βραχέως γεγενῆσθαι καιροῦ, πέπομφεν ἡμᾶς φήσας, αὐθήμερον τὴν πόλιν ἐκπορθεῖν, ἡμεῖς δὲ τοσούτους ἐν τῷ τείχει καὶ τοιούτους ἀφ' οὗ ἐληλύθαμεν, ἑωρῶμεν τοὺς μαχητάς, ὡς καὶ πλήθει καὶ ἀνδρείᾳ πολὺ τὴν καθ' ἡμᾶς στατείαν ὑπερβαίνειν, κἀντεῦθεν ἀπελπίσαντες ἡμεῖς τὴν ὑμῶν πόρθησιν, μᾶλλον παρ' ὑμὶν γεγενῆσθαι ἡμὶν τὴν σωτηρίαν οὐκ ἀσκόπως ἐβουλευσάμεθα.

123 Statim enim, civitatis viris in varias partes distractis, mœnia viris ignotis, et quos civitatis nullus umquam vidisset, repleta nos vidisse, qui haud divinæ esse curæ opitulationisque facinus quis dicat? Anne id visum a nobis, soli nos imaginati sumus, vel an non idem et barbaris apparuit? Horum certe multi, cum de referenda victoria postremis diebus desperarent, ad civitatis principes transfugientes, confessi sunt diserte dicentes: Avarum dux, cum e pluribus, paucissimos civitatem, quod et pestis in ea parvum ante tempus fuisset *d*, propugnatores habere didicisset, misit nos dicens, fore ut illico civitatem expugnaremus; non autem a tempore, quo advenimus, tot ac tales in mœnibus propugnatores vidimus, ut et numero et fortitudine nostrum exercitum longe exsuperarent: atque hinc de vestra expugnatione desperantes, salutem apud vos quærere satius esse, haud inconsiderate existimavimus.

*primum quidem, quod in civitate, propugnatoribus fere destituta, viri ignoti, qui eam tutarentur, fuerint conspectis*

E

*d*

124 Καὶ ταῦτα μὲν γενέσθαι συνέβη εἰς ὕστερον, τότε δὲ αὐτῆς ἡμέρας ἐλθόντων ἡμῶν περὶ τὰ ἕξω ἀπησχολήθησαν συνάγοντες βρώματα, καὶ αἰχμαλώτους, καὶ χρήματα καὶ παμπόλου σίτου, καὶ ἄλλων καρπῶν ὑπ' αὐτῶν ληφθέντων· ἅπαντά γὰρ τότε τὰ γεωργηθέντα καὶ προτέρων ἐτῶν ἀπόθετα ἕξω ἐτύγχανον, καὶ μόλις αὐτοῖς τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπήρκεσαν· μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς καρποὺς τῶν δένδρων καὶ τοὺς ὄC πηκας, καὶ τὰς ῥίζας αὐτῶν, καὶ τῶν λαχάνων ἁπάντων· εἶτα τὴν ἥμερον χλόην, καὶ τὰς ἀγριοβλάστους βοτάνας, καὶ τοὺς καλουμένους χλωροὺς ἀκάνας, καὶ τὸν χοῦν λοιπὸν τῆς γῆς κατέλειξαν, καὶ ἔτι ἐλίμωττον, οὐχ ὑπομενούσης τῆς γῆς τὸ βάρος αὐτῶν· αὕτη δὲ τῇ ἑσπέρᾳ τῆς πρώτης αὐτῶν ἡμέρας κατεφρυγανήσαντο, καὶ ἦψαν περὶ τὴν πόλιν πυράς, ὡς μιμεῖσθαι τὸν ἐν τῷ Δανιὴλ πυρὸς ποταμὸν, περὶ οὗ ὁ Ἀμβακούμ ἔλεγεν· Ποταμῷ ῥαγήσεται γῆ· εἶτα σὺν τῇ πυρᾷ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ ἀφῆκαν φωνὴν ὁμοθυμαδὸν φοβερωτέραν τοῦ πυρὸς, περὶ ἧς, πειραθέντες ἐναργῶς λέγομεν, ὅτι ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν.

124 Atque hæc quidem postremo fieri contigit; ipsa autem, die, qua advenimus, tum in iis, quæ extra civitatem sunt, laborarunt, commeatum, captivos, frumentique quam plurimi atque aliorum, quos rapuerant, fructuum copiam colligentes. Omnia enim, quæ ex agricultura comparata anteriorumque annorum erant sepositа, foris tunc existebant, vixque ipsis in diem sufficiebant. Post hæc autem arborum fructus, earumque ac omnium olerum radices, F herbam deinde cicurem sylvestriaque gramina, atque, ut vocantur, acanas virentes, ac terræ tandem arenam absumpserunt, atque adhuc, gravitatem ipsorum terra non ferente, esurierunt. Ipsa autem diei primæ, qua hæc acciderunt, vespera ex aridis lignis rogum circum civitatem exstruxerunt atque accenderunt, ita ut memoratum in Danièle ignis fluvium imitaretur, de quo Abacuc dixit: Fluvio conspergetur terra *e*. Adhæc cum terribili rogo illo unanimiter emisere vocem, rogo terribiliorem, qua (experientia clare edocti loquimur) terra mota est cælique stillarunt.

*deinde vero quod, cum civitas, quam circumcirca populati erant inimici,*

*e*

125 Εἶτα καὶ ψόφους κυκλῶθεν ἠκούομεν δι' ὅλης νυκτὸς· καὶ τῇ ἐπαύριον κατασκευαζόντων αὐτῶν ἑλεπόλεις καὶ κριοὺς σιδηροῦς, καὶ πετροβόλους ὑπερμεγέθεις καὶ τὰς καλουμένας χελῶνας, ἅστινας σὺν τοῖς πετροβόλοις δέρρεσιν ἐπισκεπάσαντες ξηραῖς, μεταβουλευσάμενοι πάλιν διὰ τὸ μὴ ὑπὸ πυρὸς ἢ πίσσης κοχλαζούσης ἀδικεῖσθαι, δέρρεις νεοσφαγῶν βοῶν καὶ καμήλων ἡμαγμένας ἐν τοῖς ὀργάνοις ἐκείνοις ἐνήλω-

125 Adhæc per noctem totam fragores in circuitu audivimus, cumque ii postridie obsidionales machinas arietesque ferreos ac petrobolos *f* permagnos, atque, ut vocantur, testudines, quas juxta ac petrobolos siccis pellibus cum contexissent, mutatoque rursus, ne ab igne vel a pice ardente injuriam paterentur, consilio, cruentatas boum camelorumque recens occisorum

*vehementissime ab hisce oppugnaretur,*

*f*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

occisorum pelles, quas instrumentis illis clavorum ope affixerunt, præparassent, hæcque ita proxime ad murum egisset, a die tertia ac citius lapides, potius autem magnitudine existentes tumulos, sagittasque tandem hiemalium nimborum in modum, ita ut nemo eorum, qui in muro erant, absque periculo prominere, vel quidquam eorum, quæ foris gererentur, speculari posset, sagittarii eorum ejaculati sunt, quin et testudinibus *g* muro exteriori admotis fundamenta ejus vectibus ac dolabris maxime concusserunt.

*g*

*hinque incolæ, Dei idcirco opem*

126 Cum hæc autem fierent, quis sermo existentium in civitate, ante oculos metum, desperationem, mortem vel certo, quod tamen in malorum comparatione consolationem quamdam habebat, servitutem, captivitatem, eamque apud immisericordes sanguinariosque ac, quod maximum malum erat, Deum non cognoscentes dominos, continuo ante oculos habentium, corda possit describere? Verum humilibus parcens, percutiens atque iterum sanans, cognoscens hominum affectus Dominus Jesus Christus per sui
B certaminum Victoris genuinique servi intercessionem ad corda invocantium eum respexit, vidensque ea ad cælum conversa, pedesque ipsius velut domini complectentia, atque impotentiam, conciliique inopiam, illiusque, quod impendebat, inevitabilitatem ei commonstrantia, voceque, quæ a solo Deo auditur, clamantia; A vestigiis tuis, misericordissime, donec nostri miserearis, non surgemus.

*precibus assiduis*

127 in te enim, qui nos ab inferno liberasti atque ab interitu secundum mirabilia tua nos eripuisti, oculi omnium sperant, quia, si nos salves, miraculorum tuorum, ab æterno memoratum, nulli miraculum præsens habebitur secundum. Etsi enim ob peccata nostra digni pœna nos simus, multo magis tamen te ob clementiam tuam misericordia decet. Quapropter spes nostra ereximus. Domine, indignos nos esse, qui intercessionem obtineamus, agnoscimus, verum id rogamus, ne pro nobis certaminum Victoris (eum enim, utpote patronum clementem, dirigere ad te pro nobis preces novimus) supplicationes propter iniquitatum nostra-
C rum multitudinem absque effectu sint, sed ne id, quod Jeremiæ tum respondisti, Ne pro populo isthoc ores, non enim exaudiam te, a te, Deus, audiat, ne, cælestis Imperator, quia, etsi aliorum omnium peccatorum rei simus, Deum tamen alium extra te haud novimus, sed nomen tuum, quod et invocatum est super nos, assidue appellamus. Ne iniquitates nostræ tuam erga Martyrem benevolentiam exsuperent.

*unaniter implorantes, exaudirique ab eo*

128 Ne eum, qui pro nomine tuo lanceis fuit occisus, ob peccatorum nostrorum multitudinem contristes, quia peccata finita, misericordiæ tuæ fons infinitus, hacque majorem, quæ et admiranda sit, gratiam tuo certaminum Victori, quam civitate ei, Christianorumque, qui in te peccarunt, gente donata, dare non potes. Tunc magna amicis gratia conceditur, non quando eorum, qui misericordia digni sunt, miseretur, sed quando ipse judex jam condemnatos absolvit. Propterea, Christe Domine nos ipsi da, idque dumtaxat semel, ut, salute, quæ apud homines impossibilis est, divinitus obtenta, in templo ejus stantes laudis confessionisque vocem ei,

σαν, καὶ οὕτω ταῦτα πλησίον τοῦ τείχους προσαγα- D
γόντες ἀπὸ τρίτης ἡμέρας καὶ ἐπέκεινα ἔβαλον λίθοις,
μᾶλλον δὲ βουνοῖς τῷ μεγέθει τυγχάνουσιν, καὶ βέλεσιν
λοιπὸν οἱ τοξόται αὐτῶν νιφάδας μιμούμενοι χειμε-
ρινὰς, ὡς μή τινα τῶν ἐν τῷ τείχει δύνασθαι προκύ-
ψαι ἀκινδύνως, καί τι τῶν ἔξωθεν θεάσασθαι, ἀλλὰ καὶ
τὰς χελώνας τῷ ἔξω τείχει προσφύσαντες, μοχλοῖς
καὶ ἀξίναις ἀμέτρως περιέτρουν αὐτοῦ τὰ θεμέλια.

126 Τούτων δὲ γινομένων, τίς λόγος τὰς καρδίας
τῶν ἐν τῇ πόλει διαγράψαι δυνήσεται, τὸν φόβον, τὸν
ἀπελπισμὸν, τὸν κατ' ὀφθαλμοὺς ὁρώμενον θάνατον,
ἢ τόγε κἂν βραχεῖαν ἔχον παραμυθίαν ἐν συγκρίσει
κακῶν, δουλείαν πάντως, αἰχμαλωσίαν, καὶ ταύτην
ἀνημέρων δεσποτῶν, καὶ ὠμοβρόρων, καὶ τὸ μέγιστον
δεινὸν μὴ εἰδότων τὸν Θεόν. Ἀλλ' ὁ ἐλεῶν τοὺς ταπει-
νοὺς, ὁ παιδεύων καὶ πάλιν ἰώμενος, ὁ γινώσκων τοὺς
διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς
διὰ τῆς πρεσβείας τοῦ ἀθλοφόρου αὐτοῦ καὶ γνησίου θερά-
ποντος ἐπέβλεψεν εἰς τὰς καρδίας τῶν ἐπικαλουμένων
αὐτὸν, καὶ ἰδὲν αὐτὰς ἀλλομένας εἰς οὐρανὸν, καὶ κα-
τεχούσας νοητῶς τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡς δεσπότου, καὶ τὴν
ἀδυναμίαν, καὶ ἀμηχανίαν ἐμφανιζούσας αὐτῷ, καὶ τὸ E
ἄφυκτον τοῦ ἐπηρτημένου, καὶ βοῶσας φωνῇ τῇ Θεῷ
μόνῃ ἀκουομένῃ, οὐκ ἀνιστάμεθα τῶν ἰχνῶν σου, φιλάνθρω-
πε, ἕως οὗ οἰκτειρήσεις ἡμᾶς.

127 Οἱ ὀφθαλμοὶ γὰρ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσιν,
ὃς ἐλυτρώσω ἡμᾶς ἐξ ᾅδου καὶ φθορᾶς ἐξελοῦ ἡμᾶς κα-
τὰ τὰ θαυμάσιά σου, ὅτι ἐὰν σώσῃς ἡμᾶς, οὐδενὸς
ἐν δευτέρῳ στήσεται τὸ παρὸν θαῦμα τῶν ἐξ αἰῶνος
σου μνημονευομένων θαυματουργημάτων· εἰ γὰρ καὶ
ἄξιοι ἡμεῖς τῆς τιμωρίας διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλ-
λὰ πολὺ πλέον ἄξιος σὺ τῆς φιλανθρωπίας διὰ τὴν
εὐσπλαγχνίαν σου· διὸ μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς, ἀγαθὲ,
ὅτι καὶ πρὸς σὲ τὸν μόνον τὰς ἐλπίδας ὑψώσαμεν. Κύ-
ριε, οἴδαμεν, ἀναξίους ἡμᾶς ὄντας τῆς πρεσβείας τυγεῖν,
ἀλλὰ τοῦτο δεόμεθα τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκεσίας τοῦ ἀθλο-
φόρου σου μὴ γενέσθαι ἀπράκτους διὰ τὸ πλῆθος τῶν
ἡμετέρων παροξυσμῶν· οἴδαμεν γὰρ αὐτὸν ὡς εὔ-
σπλαγχνον κηδεμόνα τὰς ὑπὲρ ἡμῶν δεήσεις σοι ἀνα-
τείνοντα· ἀλλὰ μὴ ἀκούσῃ παρὰ σοῦ ὁ Θεὸς, ὅπερ
τῷ Ἱερεμίᾳ τότε ἀπεκρίθης, ὅτι μὴ προσεύχου περὶ
τοῦ λαοῦ τούτου, οὐ γὰρ εἰσακούσομαί σου, μὴ βασιλεῦ
ἐπουράνιε, ὅτι εἰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις κακοῖς ἔνοχοι F
καθεστήκαμεν, ὅμως ἐκτός σου Θεὸν ἄλλον οὐκ οἴδα-
μεν, ἀλλὰ τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν ἀεὶ, ὃ καὶ ἐπι-
κέκληται ἐφ' ἡμᾶς, μὴ νικήσωσιν αἱ ἀνομίαι ἡμῶν
τὴν εἰς τὸν μάρτυρά σου εὔνοιαν.

128 Μὴ λυπήσῃς τὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός σου λόγ-
χαις σφαγέντα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων κακῶν,
ὅτι τὰ κακὰ μέτρῳ, ἡ δὲ πηγὴ τῆς φιλανθρωπίας
σου ἄπειρος, καὶ μεῖζον ταύτης χάριν καὶ θαυμαστὴν
οὐκ ἔχεις δοῦναι τῷ ἀθλοφόρῳ σου, ἢ θωρούμενος αὐ-
τῷ πόλιν καὶ ἔθνος Χριστιανῶν ἑπταικότων σοι. Τότε
χάρις τοῖς φίλοις μεγάλη παρέχεται, οὐχ ὅταν ὑπὲρ
ἀξίων τοῦ ἐλεηθῆναι ποιεῖται τὴν δέησιν, ἀλλ' ὅτε
ὁ κριτὴς αὐτὸς τοὺς ἤδη κατακεκριμένους ἐλευθερώ-
σας χαρίσηται. Διὰ τοῦτο χάρισαι ἡμᾶς αὐτῷ, δέσπο-
τα Χριστὲ, καὶ τὸ ἅπαξ τοῦτο, ἵνα τῆς θεουργικῆς παρὰ
ἀνθρώποις ἀδυνάτου σωτηρίας τυχόντες ὁμοθυμαδὸν
συστάντες ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ, φωνὴν αἰνέσεως, καὶ ἐξο-
μολογήσεως θύσωμεν τῷ παροῤῥώντι ἀνομίας καὶ ὑ-
περβαίνοντι

A περβαίνοντι ἀδικίας, καὶ θαυμαστὰ ποιοῦντι καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

129 Ταῦτα τῷ ἐνδιαθέτῳ λόγῳ πάντες ἔκραζον· τὸ γὰρ προφορικὸν ἡ ἀνάγκη τῆς ἀμηχανίας ἀπέβυσεν· ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας ἐπήκουσεν τοῦ στεναγμοῦ τῶν πεπεδημένων, καὶ τὰς ἱκεσίας τοῦ ἀθλοφόρου δεξάμενος ἐπώμβρισε τῇ πόλει ὑετὸν ἀγαθότητος. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς, πόθεν δῆλον; Τίς ἶδεν Θεὸν, ἢ τίς ἤκουσεν αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν ὑποσχομένου, ὅτι διαβεβαιοῦσαι τῇ πόλει ὑετισθῆναι; Ἄκουσον, ἀγαπητὲ· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακεν πώποτε, ἀλλ' οὐ δὲ φωνὴν Θεοῦ κατ' οὐσίαν ἀκήκοεν· ἐκ δὲ τῶν ἔργων αὐτοῦ τῶν τε κατὰ διάνοιαν ἡμῶν συνισταμένων, καὶ τῶν αἰσθητῶν δείκνυται τοῖς φιλομαθέσι, καὶ συνετοῖς, ἥτε λεγομένη ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κατὰ φύσιν ἀγαθότης· παραστήσατε δή μοι τὰς ἀκοὰς ὑμῶν, παρακαλῶ, κἀγὼ διεγγυῶμαι τοῖς πιστοῖς ἀκροαταῖς ἐναργῶς ἀποδεῖξαι, καὶ μονονουχὶ βοῶντα τὰ πράγματα ὡς ἀθρόως τὸν ἔλεον ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνώμβρισεν.

B 130 Εὐθὺς γὰρ τοὺς νενεκρωμένους ὄντας καὶ ψυχῇ, καὶ σώματι ἅπαντας ἐκ τῶν ὁρωμένων, δεινῶν καὶ προσδοκωμένων χειρόνων, ἀπροσδοκήτως ἀναθαρσῆσαι περὶ τὴν τρίτην ἡμέραν τῆς πολιορκίας, καὶ ἐπέκεινα ὡς καὶ γελᾶν, καὶ καταγελᾶν τῶν ὑπεναντίων, καὶ πολλοὺς αὐτῶν προτρεπαῖς τὲ καὶ ὑποσχέσεσιν πείθειν τῇ πόλει προσχωρεῖν, ὡς μεμεστῶσθαι τὰ μὴ χρηματίζοντα δημόσια βαλανεῖα τῶν ἐκ τῆς βαρβαρικῆς πληθύος μεταχωρούντων, καὶ ἐντεῦθεν πλείστην τοῖς τῆς πόλεως χαρμονὴν καὶ θάρσος ἐγγίνεσθαι, ἆρα τίς ἀμφιβάλλοι μὴ θεϊκῆς ἐνεργείας εἶναι ταῦτα κατορθώματα τῆς λυούσης τοὺς πεπεδημένους, καὶ ἀνορθούσης τοὺς κατερραγμένους, ἀντιτασσομένης δ' αὖ πάλιν τοῖς ὑπερηφάνοις, καὶ διασκεδαζούσης βουλὰς ἐθνῶν; Ἐγὼ μὲν οὖν ἐκεῖ μηδὲν ἄλλο παρῆναι προφέρειν ἔνδειγμα τῆς ἐκ Θεοῦ τότε γεγενημένης τῇ πόλει ῥοπῆς, ἀρκεῖν ἡγοῦμαι τοῖς εὐγνώμοσιν, ὡς κρίνουσιν ταῦτα θεικνῦναι, μὴ ἄλλοθεν, ἢ Θεοῦ συμμαχίαν τὴν πόλιν τότε διασῶσθαι.

131 Τίς γὰρ νεκροὺς ἐγείρει, οὐχὶ μόνος ὁ Θεός; Τί δὲ νεκρῶν οἱ πολῖται τότε διέφερον; Οὐ δὲ γὰρ ἀντιπολεμῆσαι μόνον τὰς πρώτας δύο ἡμέρας οὐκ ἐδύναντο, ἀλλ' οὐδὲ ἀντιφθέγγεσθαι, ὅλως τῷ πάγῳ τοῦ φόβου καταψυχθέντες, ἐξίσχυον· τοὺς οὖν τοιούτους μεταβαλεῖν εἰς ἀνδρείαν, τίνος, εἰ μὴ Θεοῦ; Καὶ ὅρα τὴν οἰκονομίαν, ἀγαπητε, καὶ προσκύνει αὐτοῦ τὴν φιλάνθρωπον πρόνοιαν· εἰ γὰρ εὐθὺς τοῦ παραγενέσθαι τὸν βάρβαρον τὴν ἀνδρείαν ἐνέδυσεν τοὺς τῆς πόλεως, οὔτε τῷ Θεῷ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν ἐπέγραφον, ἀλλὰ καὶ ἀχαρίστων, καὶ ὑπερηφάνων κατεδικάζοντο κρίματι· διὰ τοῦτο γοῦν τὰς πρώτας ἡμέρας ἀφῆκεν αὐτούς εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἡ πρόνοια, καὶ τότε τὴν ἀντίληψιν ἐπεδείξατο, ἵνα καὶ τὴν αὐτῶν ἀσθένειαν αἴσθωνται, καὶ τὸ ἄμετρον τῆς ἐπικειμένης ἀνάγκης θεάσωνται, καὶ τῆς ἀξίας τοῦ ὑψίστου τὴν ἐπισκιάσασαν αὐτοὺς ὁμολογίαν συνήσουσιν.

132 Ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν πολλῶν ὁ νοῦς καὶ ἄλλων τινῶν γεγενημένων προτεθῆναι διήγησιν βούλεται τῶν συστησόντων, ὡς χειρὶ Θεοῦ, καὶ ταῖς τοῦ ἀθλοφόρου πρεσβείαις τηνικαῦτα τὴν πόλιν σεσῶσθαι, οὐκ ἀποροῦμεν ὑμῶν τὴν ἐπιθυμίαν πληρῶσαι, ἀλλὰ τὰ καθέκαστον λέγειν τὰ ἐν τοῖς ἀρκτῴοις, καὶ τοῖς ὑτικοῖς γεγενημένα τῆς πόλεως μέρεσιν, καὶ τοῖς ἐκεῖσε τὰ σφοδρὰ, καὶ πολλὰ μηχανήματα παρὰ τῶν ἀντιπάqui iniquitates nostras præterit atque injustitias condonat, mirabiliaque et investigabilia, gloriosaque et immensa, quorum non est numerus, facit, unanimiter offeramus. A. Joanne Thessal. archiep.

129 Hæc omnes voce interna clamabant; ore enim proferre, rerum angustia impediebat. Qui autem corda scrutatur, compeditorum gemitum exaudivit, certaminumque Victoris preces suscipiens benignitatis pluvia civitatem irrigavit. Ast forsan dices, unde id manifestum? Quis Deum vidit, vel quis eum, ut civitati pluisse asseveres, salutem pollicentem audivit? Audi, dilecte, Deum nullum umquam vidit, sed neque vocem Dei secundum substantiam audivit; ex operibus autem ipsius, et quæ mente cognoscimus, et quæ sensibus percipimus, studiosis discendi intelligentibusque innotescit et Dei, quæ dicta est, vindicta, et secundum naturam benignitas. Mihi proinde, moneo, aures vestras præbete, atque ego promitto, fidelibus auditoribus ostensurum me esse, res etiam propemodum clamare, supra civitatem confestim misericordiæ pluviam Deum effudisse. *humillime postulantes,*

E 130 Statim enim illos omnes, qui præ malis, quæ viderant, pejoribusque, quæ formidabant, et anima et corpore emortui erant, sub tertiam obsidionis diem ac citius animos, ut et riderent et irriderent inimicos, horumque etiam multis ad civitatem accessum, ita ut balnea publica, quæ usui haud erant, iis essent, qui a barbarica multitudine transfugiebant, impleta, maximaque hinc iis, qui civitatis erant, lætitia ac audacia accederet, monitisque et promissionibus persuaserint, inexpectato recepisse, quisquamne, num divinæ hæc virtutis, compeditos solventis confractosque erigentis, contra autem superbis resistentis gentiumque consilia disturbantis, facinora existant, in dubium revocet? Ego enimvero, etiamsi aliud, quod afferrem, subsidii, quod civitati a Deo tunc obvenerit, indicium haud suppeteret, hoc iis, qui sanæ mentis sunt, sufficere existimarem, ut iis judicarent ostensum, non aliunde, quam per auxilium, a Deo in bello latum, civitatem tunc fuisse servatam. *ad desperationem essent adacti, audaciæ continuo, animis receptis,*

131 Quis enim, nisi solus Deus, mortuos resuscitat? Quid vero a mortuis cives tunc differebant? Non tantum enim duobus primis diebus bellum ex adverso movere non poterant, sed nec quidquam omnino in contrarium eloqui metus algore frigidi valebant. Tales igitur ad fortitudinem transferre, cujusnam, nisi Dei? Et vide, dilecte, ordinationem, illiusque misericordem providentiam adora. Quod si enim, statim atque venisset barbarus, fortitudine eos, qui civitatis erant, induisset, et Deo salutem suam haud adscripsissent, ac ingratorum præterea superborumque condemnationi obnoxii fuissent. Idcirco igitur primis diebus naturæ suæ ipsos Providentia reliquit, tuncque subsidium exhibuit, ut et infirmitatem suam agnoscerent, incumbentisque necessitatis excessum viderent, dignitatisque Altissimi, quæ ipsos obumbrabat, præsentiam intelligerent. *fuerint impleti; quo, Deo singulariter* F

132 Ast cum multorum animus et aliorum quorumdam factorum, quæ Dei manu certaminumque Victoris precibus civitatem tunc fuisse servatam, ostendent, narrationem præmitti velit, ut desiderio vestro faciamus satis, haud laboramus; verum quæ in Septemtrionalibus Occidentalibusque civitatis partibus, iisque, quibus ibidem vehementes multasque machinas ab *adjuvante, factum, ut, cum civitati*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. Joanne Thessal. archiep.

ab inimicis, quos e barbaris fortiores, atque ad pugnandum ferociores exstitisse, probe novimus, fuisse admotas, aiunt, gesta sint, uti et quando ligneam latamque struem, quo hac in civitatis portum irrumpere valerent, mari imponere sunt moliti, quique ea tracta in mare per machinam, quam solus Deus, et non homo exstruxisset, fuerit divulsa, singillatim edicere, longi sermonis, multæque, et quæ præsentem conatum excedat, narrationis exstiterit; quæ autem meismet oculis vidi manibusque tetigi *h* in Orientali civitatis parte et ab hostibus gesta et a solo Deo dissipata, hæc singillatim, ne sermonis prolixitate auditorum desiderium tædio afficiam, sollicitus, enarrabo.

*h*

*obsidionales etiam machinas applicuissent,*

133 Mihi enim dumtaxat est propositum, auditui Deum amanti, salutem ex Deo, nec aliunde, civitati tunc obvenisse, manifestum efficere, mentesque omnium ad divinam compunctionem Deoque placentem confessionem ac continuam gratiarum actionem, certaminum Victori faciendam, excitare. Prima ac secunda obsidionis die ipsos inimicos victum collegisse et adversus civitatem multa ac terribilia diversæque speciei instrumenta præparasse, diximus; tertia autem die, et ad septem usque (post hos enim civitatem illos obsidere, gloriosissimus Martyr haud concessit) dies tempore labente, muris omnino omnia, et obsidionales machinas et arietes et petropolos humique serpentes testudinum falces *i* applicuerunt; ac primo quidem cum adversus portam, quæ Casandreotica dicitur, vim suam direxissent, ut ex ea a civitatis propugnatoribus harpagonem quemdam, ferreum quidem, modicum autem ac velut puerorum terriculamentum suspensum viderunt, machinæ hujusmodi, dico autem arietis, timore correpti pedem retro, nulla re præstita, ad tabernacula sua tulere, et hunc ei similes igni dantes *k*.

B

*i*

*k*

*propugnaculumque suffodere, inimici cœpissent,*

134 Civitatisne id, an Dei omnino, quæ audaces, non secus ac infantes, terrore percutere valet, potentia id effecit? Deinde vero testudines serpentum in morem subeuntes dolabris, corio obtectis, vectibusque propugnaculum, ut dictum est, a fundamentis subvertere conabantur; quod utique, abs ipsis studiose tentatum, executioni etiam mandatum fuisset, nisi rursus Providentia cælestis, civibus illucens, et fortitudine corda eorum, ut lorica, induisset, indidissetque, ut propugnaculo exirent, eosque, qui in testudinibus erant, illudque fere totum (neque enim contra ipsos introeuntes, atque a propugnaculo contectos nec ab iis, qui sursum erant, conspectos, projici e muro quidquam poterat) suffoderant, terrore afficerent.

C

*in fugam eos conjecerint, opusque cœptum relinquere coëgerint.*

135 Viri igitur armati, pauci numero, quorum Deum alacritatem accendit, e porta, ad quam cataracta *l*, ut vocatur, erat, demitti quidem solita, tunc autem levata, exierunt, cumque dumtaxat emersissent propugnacula, trepidationem inimicis attulerunt, ita ut timore ineffabili correpti omnia, quæ ab eis ad propugnaculi suffossionem facta erant, instrumenta reliquerint aufugerintque, etiamsi viris, qui contra illos exierant, nihil in manibus præter hastas et spicula habentibus, testudinibus, et quidem, ut scitis; boum camelorumque recens occisorum corio obtectis, neque lapidum ejectorum propter munimen, neque ignis picisque

*l*

λων προσαχθῆναι φασὶν, οὓς καὶ τοὺς ἀνδρειοτέρους, καὶ θηριωδεστάτους τοὺς τῶν βαρβάρων στρατοπεδεῦσαι ἠκριβωσάμεθα, ὅτε καὶ τῇ θαλάσσῃ τὴν ξύλινον γῆν, καὶ πλατείαν ἐπιτιθέναι κατεμηχανήσαντο, ὡς ἂν δι' αὐτῆς ἐπὶ τὸν λιμένα δυνηθῶσιν εἰσδοῦναι τῆς πόλεως, ὅπως τὲ αὐτὴ διεσπάσθη συρεῖσα διὰ μηχανῆς ἐπὶ τὸ πέλαγος, ἣν μόνος Θεὸς ἐμηχανήσατο, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, μακροῦ ἂν εἴη λόγος καὶ πολλοῦ διηγήματος, καὶ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ὑπερβαίνοντος· ἃ δὲ αὐτοψὶ κατεῖδον, καὶ ταῖς χερσὶν ἐψηλάφησα κατὰ τὸ ἀνατολικὸν τῆς πόλεως μέρος, ἔκ τε τῶν πολεμίων γεγενημένα, καὶ ὑπὸ μόνου Θεοῦ διασκεδασθέντα, καὶ ταῦτα μερικῶς διηγήσομαι τῷ μὴ ἀποκνῆσαι τῷ μήκει τοῦ λόγου τὴν προθυμίαν τῶν ἀκροατῶν προμηθούμενος.

133 Σκοπὸς γάρ μοι μόνον παραστῆσαι τῇ φιλοθέῳ ἀκοῇ ὡς ἐκ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἡ σωτηρία τῇ πόλει τότε γεγένηται, καὶ διεγεῖραι τὰς διανοίας ἁπάντων πρὸς Θεῖαν κατάνυξιν, καὶ θεάρεστον ἐξομολόγησιν, καὶ εὐχαριστίαν τοῦ ἀϑλοφόρου δινεκῆ. Εἴπαμεν ὡς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς πολιορκίας καὶ τῇ δευτέρᾳ, τάς τροφάς τε αὐτοὶ συνήγαγον οἱ πολέμιοι, καὶ κατὰ τῆς πόλεως πολλὰ καὶ φοβερὰ, καὶ διάφορα ἠτρέπισαν ὄργανα, τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ μέχρι τῶν ἑπτά· πέρα γὰρ τούτων πολιορκεῖν αὐτοὺς τὴν πόλιν ὁ πανένδοξος μάρτυς οὐ συνεχώρησεν· προσῆγον ἄρδην τοῖς τείχεσι ἅπαντα, τὰς ἑλεπόλεις, καὶ τοὺς κριοὺς, καὶ τοὺς πετροβόλους, καὶ τῶν χελωνῶν τὰ χαμερπῆ ῥαβδουργήματα· καὶ πρῶτον μὲν κατὰ τῆς λεγομένης Κασανδρεωτικῆς πύλης προευτρεπίσαντες ὡς εἶδον ἐπ' αὐτῆς ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως ἀναρτηϑέντων ἅρπαγα τινὰ σιδηρέον μὲν, βραχὺ δὲ καὶ οἰωνεῖ μορμολύκιον νηπίων κρεμάμενον δειλίᾳ συσχεϑέντες τοῦ τηλικούτου μηχανήματος, λέγω δὴ τοῦ κριοῦ, καταπτύσαντες, ἄπρακτοι ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὰς σκηνὰς, καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτῷ κατακάυσαντες.

134 Ἆρα τοῦτο τῆς πόλεως ἡ δύναμις ἀπειργάσατο, ἢ πάντως ἡ τοῦ Θεοῦ, ἡ καταπτήσσειν δυναμένη καὶ τοὺς ϑρασεῖς ὡς τὰ νήπια; Εἶτα ταῖς σβυρσοφόροις χελώναις ὑποδύντες ὡς ὄφις τὸ προτείχισμα ἀξίναις, ὡς εἴρηται, καὶ μοχλοῖς ἐκ βάθρων ἀνασκευάζειν ἐπεχείρουν, ὅ δὴ καὶ εἰς ἔργον αὐτοῖς ἠνύετο δήπου τὸ σπουδαζόμενον, εἰ μὴ πάλιν ἡ οὐράνιος τοῖς πολίταις ἐπιλάμψασα πρόνοια ἀνδρεία τε τὰς καρδίας αὐτῶν ἐϑωράκισεν, καὶ ὑπέϑετο κατὰ τὸ προτείχισμα ἐξελϑεῖν, καὶ καταπτοῆσαι τοὺς διὰ τῶν χελωνῶν, μικροῦ δὴ ἅπαν αὐτὸ κατασκάψαντας· οὐ δὲ γὰρ ἦν ἐκ τοῦ τείχους ῥῖψαι τί κατ' αὐτῶν ἔνδον εἰσδύντων, καὶ ὑπὸ τοῦ προτειχίσματος σκεπωμένων, καὶ μὴ δὲ ὁρωμένων τοῖς ἄνωϑεν.

135 Ἄνδρες οὖν ὁπλοφόροι βραχεῖς ἀριϑμῷ, ὧν ὁ Θεὸς ἀνῆψεν τὴν προϑυμίαν, ἐξῆλϑον διὰ τῆς πύλης, ἐφ' ἧς καὶ ὁ λεγόμενος καταράκτης κεχάλαστο μὲν, ἀνεσπάϑη δὲ τότε, καὶ μόνον ἀναβάντες ἐπὶ τοῦ προτειχίσματος θάμβος ἐνεποίησαν τοῖς ὑπεναντίοις, ὡς φόβῳ συσχεϑέντες ἀῤῥήτῳ καταλεῖπειν ἅπαντα τὰ πρὸς ὀρυγὴν αὐτοῖς γεγενημένα τοῦ προτειχίσματος ὄργανα καὶ ἀποδράσαι, καίτοι τῶν ἐξεληλυϑότων ἐφ' ἑαυτοῖς ἀνδρῶν μηδὲν ἐν χερσὶν ἐχόντων ἢ δόρατα, καὶ ἀσπίδας ταῖς χελώναις, ὡς ἴστε καὶ ταῦτα δερρέσιν νεοσφαγῶν βοῶν, καὶ καμήλων κατεστεγασμέναις, οὔτε κιόνων ἐπιῤῥιφέντων διὰ τὴν ἐρυμνότητα, οὔτε πυρὸς ἡ πίσσης κοχλαζούσης ἐπίχυσις διὰ τὸ τῶν δερρίων κάϑυγρον ἠδύνατο τι λυμήνασθαι, μήτιγε ἄνδρες εὐαριϑμητοι,

D

E

F

A ρίζωμητοι, καὶ ὁράσι μόνοις, ἢ τόξοις, ὡς εἰκός, ὡπλισμένοι.

136 Κρινάτω οὖν ὁ εὐγνώμων ἀκροατὴς, ἄξιοι ἄρα οἱ μετὰ λόγχης καὶ τόξου μόνον φανέντες ἐπὶ τοῦ προτειχίσματος βλάψαι τι τοὺς ὑπὸ τὰς χελῶνας ὄντας, καὶ τοῖς μοχλοῖς διορύττοντας, πόθεν καί τις αἴτιος τῆς τούτων σφαγῆς· δηλονότι ὁ τὸ θάρσος τοῖς Μακεδόσιν ἐνθεὶς· ἔνθα γὰρ ῥοπὴ Θεοῦ πάντως τὸ ἐναντίον βοηθείας γεγύμνωται. Καὶ ἡ τηνικαῦτα δὲ τοῦ διαβόλου γενομένη ἐνέργεια δέδειχεν τὴν πόλιν θείᾳς προνοίας ἀξιῶσθαι. Ἴστε γὰρ ὡς καὶ τὸν Ἀδάμ, καὶ τὸν Ἰώβ, καὶ τοὺς Ἁγίους πάντας, ὁπηνίκα τῆς θείας ἐπικουρείας ἀξιωθέντες, κατεστοχάσατο παραχρῆμα κονιορτὸς, καὶ κινδύνοις, καὶ ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλοις θλίψεσι περιέβαλεν. Τοιγαροῦν καὶ τότε ἐπεὶ κατενόησεν διὰ τῶν γινομένων θαυμάτων, ὡς αἱ πρεσβεῖαι τοῦ πανενδόξου μάρτυρος ἐκλάμψασαι τὸν θεῖκὸν ἔλεον ἐπὶ τὴν πόλιν ἐπώμβρισαν, ἐμηχανήσατο ὁ χαιρεσίκακος, καὶ φθονερῶς δαίμων τὴν ἐκ τῆς ἥττης τῶν χελωνῶν καὶ βαρβάρων ἐγγινομένην τῇ πόλει χαρὰν μεταστρέψαι εἰς πένθος.

B

137 Ἐνεργήσας γὰρ τῇ οἰκείᾳ στρεβλότητι τὸν προρηθέντα τῆς πύλης καταράκτην ὄντα μέγιστον, καὶ τῶν δύο πυλῶν τὸ ὕψος καὶ πλάτος ἐν ἑαυτῷ φέροντα, ἐκ μονοπλεύρου τὸ πλέον ἀνελκυσθῆναι πεποίηκεν, ὡς μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τοὺς ἐξελθόντας, χαλασθέντος αὐτοῦ, μὴ κατέρχεσθαι διὰ τὸ τὴν μίαν πλευρὰν προσπεπῆχθαι τῷ λιθίνῳ ὀρθωστάτῃ, καὶ θελησάντων ἀνελκύσαι μετὰ πολλῆς συνδρομῆς, μὴ κατισχύειν ὅλως κἂν βραχὺ τὴν ἄνω κουφῖσαι, διὰ τὸ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ ὠμίαν τῷ ἑτέρῳ πάλιν ὀρθωστάτῃ καταχριῶσαι καὶ μήποτε πρὸς τὸ ἄνω τούτου ἀνοχλιζομένου, μὴ δὲ πρὸς τὸ κάτω καθιεμένου πᾶσαν τὴν ἡμέραν, καὶ μέχρι πολλοῦ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀνεωγμένη μεμένηκεν· ἀλλ' ὁ Θεὸς κατοικτειρήσας ἡμᾶς διὰ τὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, καὶ τὰ ἐκεῖσε τότε κρουνιδὸν ἐκχυθέντα δάκρυα, κράξαντος ἐκ θείας ἐπιπνοίας ἑνὸς τεχνίτου, Ὁ Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, ἠλκύσθη τὴν ἄνω, καὶ ἰσωθεὶς ἐχαλάσθη, καὶ λοιπὸν ἡσύχασαν αἱ καρδίαι τῶν διστα-ζόντων.

138 Ἔνθε γὰρ αὐτοῖς καὶ τὸ τῶν δακρύων πλῆθος κεκίνητο, τοῦ ἐχθροῦ ὑποβάλλοντος ἐννοίας πονηράς C ὡς ὅτι ὁ Θεὸς ἀλῶναι τὴν πόλιν βεβούληται, καὶ διὰ τοῦτο ἡ πύλη οὐ κλείεται. Καὶ ὅπερ αὐτὸς τῇ κακουργίᾳ ἐμηχανήσατο, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ προσάπτειν ταῖς διανοίαις ὑπέβαλλεν· ἀλλὰ δόξα τῷ ἁγίῳ Θεῷ, εἰς τέλος γὰρ αὐτοῦ ἡ βουλὴ οὐκ ἴσχυσεν. Βούλεσθε καὶ ἄλλας τοῦ Χριστοῦ θαυματουργίας γεγενημένας τότε; Προθήσομαι οὐκ ἔλαττον τῶν ἄλλων θαυματουργιῶν· ἐπειδὴ γὰρ τῇ θείᾳ ῥοπῇ τὰς χελῶνας, καὶ τοὺς μοχλοὺς, καὶ τὰς δικέλλας καταλείψαντες, ἔφυγον, μηδενὸς διώκοντος, οἱ πολέμιοι, λοιπὸν ἐπὶ τῇ ἑξῆς τοῖς πετροβόλοις ἐχρήσαντο.

139 Ἦσαν δὲ οὗτοι τετράγωνοι ἐκ πλατυτέρων βάσεων εἰς στενωτέρας κορυφὰς καταλήγοντες, ἐφ' ὧν ἦσαν κύλινδροι παχεῖς λίαν σεσιδηρωμένοι τὰ πέρατα, καὶ ἐπ' αὐτῶν καθηλωμένα ξύλα ὡς δοκοὶ μεγάλης οἰκίας ἔχοντα τὰς σφενδόνας, αἵ τινες ὑψούμεναι πέτρας ἀπέπεμπον, καὶ μεγάλους καὶ συγχνοὺς, ὡς μὴ δὲ τὴν γῆν δύνασθαι φέρειν τὰς αὐτῶν ἐρρίψεις, μήτιγε οἰκοδομὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ καὶ σανίσι τὰς τρεῖς μόνον πλευρὰς τῶν τετραγώνων ἐκείνων πετροβόλων διέφραξαν, ὡς μὴ τοὺς ἔνδον καθεύδοντας ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ τείχους τιτρώσκεσθαι βέλεσιν. Καὶ ἐπειδὴ πυρφορωβέλει εἷς ἐξ αὐτῶν σὺν ταῖς σανίσιν ἀπηνθρακώθη, διαβαστάξαντες τὰ ὄργανα ὑπεχώρησαν, καὶ ὑῇ ἑξῆς

A. Joanne Thessal. archiep.

ardentis affusio per coriorum humiditatem nocere quidquam posset, nedum viri, pauci numero solisque hastis vel arcubus, ut verosimile est, armati.

136 Judicet igitur æquus auditor, cum ii, qui cum hasta arcuque dumtaxat in propugnaculo sese ostendere, quidquam nocendo iis, qui sub testudinibus erant, vectibusque terram movebant, fuerint inepti, undenam et quis fœdis illorum causa exstiterit; is nimirum, qui audaciam Macedonibus indidit. Ibi enim Dei nutu, quidquid subsidii inimicis erat, denudatum fuit, tuncque etiam impensa diaboli vis, divina providentia civitatem servatam fuisse, ostendit. Scitis enim, qui et Adamum et Job et Sanctos omnes, cum divino auxilio digni habiti fuissent, squalidus ille statim impetierit et periculis et tribulationibus, invicem succedentibus, circumsederit. Igitur ei tunc, cum e factis miraculis, emicantes gloriosissimi Martyris intercessiones divinæ misericordiæ pluviam supra civitatem effudisse, perspiceret, aliena calamitate gaudens invidusque dæmon lætitiam, quæ e testudinum ac barbarorum strage civitati obvenerat, vertere in luctum est molitus.

*Cum porro post, periculo prius, quod diaboli malitia induxerat,*

E

137 Etenim obliquitate sibi propria usus prædictam portæ cataractam, quæ et maxima erat valvarumque duarum et altitudinem et latitudinem in se complectebatur, unum in latus magis incurvari fecit, ita ut, cum ii, qui exierant, essent ingressi, deorsum illa, cum demitteretur, propterea quod latus unum lapideæ orthostatæ *m* esset affixum, haud descenderet, multorumque concursu sursum attollere eam volentes, nulla omnino ratione, quod iterum dexterum ejus latus alteri orthostatæ esset annexum, facere id possent *n*. Atque illa adeo nec sursum levata, nec infra depressa, die tota magnaque etiam noctis sequentis parte porta mansit aperta *o*. Verum Deus per suam misericordiam lacrymasque, ibidem tunc scatebræ in modum fusas, nostri misertus, artifice quodam et divina inspiratione, Christus nobiscum, inclamante, cataractam superne movit, æquataque demissa est, dubitantiumque tandem corda quieverunt.

*feliciter Dei misericordia depulso,*

*m*

*n*

*o*

138 Hinc enim et illis lacrymarum copia fuit commota, quod cogitationes pravas, quasi Deus civitatem capi vellet, ideoque porta clausa haud esset, inimicus suggereret. Et quidem quod ipse malitia sua moliebatur, cogitationibus, ut id Deo adscriberent, subjiciebat. Verum, Deo sancto sit gloria, ad finem enim fraus ejus haud prævaluit. Vultisne et alia Christi miracula tunc facta? Proponam, quod aliis prodigiis haud est minus. Cum enim Dei nutu, testudinibus et vectibus et ligonibus relictis, inimici, nullo insequente, fugissent, tandem die sequenti petrobolis usi sunt.

*petrobolis etiam*

F

139 Hi autem quadrangulares erant, a latioribus basibus in angustiora fastigia desinentes, supra quæ erant cylindri spissi admodum, ferro ad extremitates armati, lignaque clavis hisce affixa, magnæ domus trabium adinstar balistas complectentia, quæ sursum levatæ lapides magnos et continuos emittebant, ita ut eorum impetus nec terra, nedum humana habitatio, ferre posset; verum tria dumtaxat, quadrangularium illorum petrobolorum latera, ne qui intus morabantur, sagittis, e muro emissis, læderentur, tabulis sepierunt, ac, postquam unus ex eis una cum tabulis telo ignifero in carbones fuisset

*e quibus assidue lapides permagnos,*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

fuisset redactum, instrumentis sublatis, abierunt, dieque sequenti eosdem rursus petrobolos, pellibus nuper detractis, ut dictum est, una cum tabulis vestitos adduxerunt, muroque iis propius admotis, montes ac colles (Quidnam enim aliud quis vocet lapides illos supra modum magnos? in nos intortos, ejaculati sunt.

ἤγαγον αὐτοὺς πάλιν τοὺς πετροβόλους βύρσαις νεοδάρτοις, ὡς προείπομεν, σὺν ταῖς σανίσιν ἡμφιεσμένους, καὶ πλησιέστερον στήσαντες τοῦ τείχους, ἔβαλον ὄρη καὶ βουνοὺς καθ' ἡμῶν ἀκοντίζοντες· τίς γὰρ ἂν ἄλλό τι καλέση τοὺς ἀπειρομεγέθεις ἐκείνους λίθους; D

*Deo interim cives roborante.*

140 Ast quid deinde, qui civitatis erant, ad hæc? Quid? ego dicam: De fuga præ metu quorumdam ex iis, quibus civitas premebatur, arripienda non cogitarunt. Habebant enim, ut dictum est, e Dei voluntate insitam sibi audaciam. Etiamsi talia humana virtus haud sufferret, lapidiferæque grandinis illius aspectu ac intolerabili tonitrui manu facti fragore exanimaretur, roborati tamen a Deo ante pinnas parare viminibus e tenuibus veluti contextas quasdam cortinas, eosque, qui in cœnaculis sub convivis ponuntur, e papyro linoque lectos sunt moliti, quo allidentis lapidis æque ac soni intensio vel distractione vel teneritate repercussionis temperata emolliretur.

140 Εἶτα τί πρὸς ταῦτα οἱ τῆς πόλεως; Τί; Ἐγὼ φημί. Οὐ κατεθειλίασαν ἐπινοῆσαι τινὰ τῶν ἐπιφερομένων ἀποφυγεῖν· εἶχον γάρ, ὡς προείρηται, θάρσος τι ἐνσπαρὲν αὐτοῖς ἐκ θείας ῥοπῆς· Ἐπεὶ ποῖα στερρότης ἀνθρωπίνη οὐ κατάπηχεν, καὶ κατενεκροῦτο τῇ θέᾳ τῆς πετροβόλου χαλάζης ἐκείνης, καὶ τῷ ἀστέκτῳ ῥυζῷ τῆς χειροποιήτου βροντῆς, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ Θεοῦ ῥωσθέντες ἐβουλεύσαντο πρὸ τῶν ἐπάλξεων ἀρτίσαι ἐκ ῥάβδων λεπτῶν, ὅσπερ τινα καθυφασμένα καταπετάσματα, καὶ τὰς ἐν τοῖς δειπνήτηρίοις ὑπὸ τοὺς δαιτυμόνας τιθεμένας ἐκ παπύρων, καὶ σάκκων στρωμνὰς, ἵνα τοῦ πέτρου προσαράσσοντος διαμαλαχθῇ ὥσπερ ἡ τάσις τοῦ κρούσματος, ἢ τῷ διασπομένῳ, ἢ τῷ ἀπαλῷ τῆς ἀντιτυπίας μεθοδευθεῖσα.

*in civitatem ejaculati inimici sunt,* B

141 Ast hæc quidem cives ut homines moliebantur; verum Deus, ut omnipotens, suppetias tulit nobisque adfuit, ut, quemadmodum scriptum est, non humanum auxilium, sed sola ipsius dextera sanctumque ejus brachium civitatem servaret. Quid enim præterea est factum? Inimicis ab aurora usque ad horam septimam lapides illos supra modum magnos quotidie ejaculantibus, eorum fere nullus in murum impegit, sed vel extra murum vel interius deferebantur; quo vero deferebantur, scrobem efficiebant, utut multis e lapidibus, qui e civitate erant emissi, per petrobolorum, qui ad barbaros spectabant, verticis aperturam angustam veluti ex mandato delabentibus, eosque, qui intro erant, occidentibus. Verum ne quis forte, non Deum, sed barbarorum imperitiam, ut lapides vel intra vel extra murum delaberentur, effecisse arbitretur, hujus rei causa totam eam ad suppedaneum usque ictu unico prostravit *p*.

141 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἄνθρωποι οἱ τῆς πόλεως ἐβουλεύσαντο, ὁ δὲ Θεὸς ὡς παντοδύναμος ἐβοήθησεν καὶ παρέστησεν ἡμῖν ὡς οὐχὶ ἀνθρωπίνη βοήθεια, ἀλλ' ἡ δεξιὰ αὐτοῦ μόνη ἔσωσεν κατὰ τὸ γεγραμμένον τὴν πόλιν, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ. Τί γὰρ καὶ γέγονεν; Ἀπὸ τοῦ αὐγους ἕως ὥρας ἑβδόμης καθεκάστην ἡμέραν ἀκοντιζόντων τῶν ἐχθρῶν τοὺς ἀπειρομεγέθεις ἐκείνους λίθους, οὐδεὶς αὐτῶν σχεδὸν τῷ τείχει προσέπαυσεν, ἀλλ' ἢ ἔξω τοῦ τείχους, ἢ ἐνδότερον κατεφέροντο, οὗ δὲ κατεφέροντο, βόθυνον ἀπετέλουν, καίτοι πολλῶν τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἀκοντισθέντων λίθων διὰ τοῦ στενοποῦ τῆς κορυφῆς τῶν βαρβάρων πετροβόλων, ὡς ἐξ ἐπιταγῆς κατελθόντων καὶ τοὺς ἔνδον αποκτανόντων. Ἀλλ' ἵνα μή τις ἐκ τοῦ συμβάντος ὑπολάβοι, ὡς οὐχὶ Θεὸς, ἀλλ' ἡ τῶν βαρβάρων ἀπειρία τὰς πέτρας ἐνδοτέρω, ἢ ἐξωτέρω τοῦ τείχους πεποίηκεν ἀκοντίζεσθαι, τούτου χάριν μιᾷ πληγῇ πᾶσαν αὐτὴν κατέστρεψεν ἕως τοῦ περιπάτου. E

*p nihil omnino hi profecerint,*

142 Sane misericors Deus, cum eos, qui in muro erant, eneffabili formidine iterum correptos vidisset, lapidem haud amplius in eum C impingere permisit, utut dictis petrobolis, qui contra solam Orientalem civitatis plagam erant intorti, amplius quinquaginta existentibus. Cum igitur, qui jaculabantur, defatigarentur nihilque proficerent, eadem etiam die in castra, cum per inauditam Christi protectionem incassum laborassent, sunt reversi. Ad tantam autem audaciam eos, qui timore erant mortui, Dominus denuo revocavit, ut post hæc per portam, quæ ad mare ducit, etiam excurrerint, atque e barbaris aliquos, qui in mari sese lavabant, occiderint, ac antequam, quid factum esset, exercitus nosset, nulla facta mora, quod non tantum adversus hunc exire, sed et parvum portæ vectem adaperire, periculosum esset, sint reversi.

142 Ἀμέλει ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἀφάνῳ δειλίᾳ ληφθέντας πάλιν τοὺς ἐν τῷ τείχει θεασάμενος, οὐκέτι προσκροῦσαι λίθον ἐν αὐτῷ συνεχώρησεν, καίτοι τῶν εἰρημένων πετροβόλων ἐν τῷ ἀνατολικῷ καὶ μονομερεῖ τῆς πόλεως, πλεῖω τῶν πεντήκοντα τυγχανόντων. Ὡς οὖν ἀπέκαμον ἀκοντίζοντες, καὶ μηδὲν ἀνύοντες καὶ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀπεχώρησαν εἰς τὴν στρατοπεδίαν διὰ τῆς ἀοράτου σκέπης τοῦ Χριστοῦ ματαιοπονήσαντες· εἰς τοσοῦτον δὲ θάρσος ὁ Κύριος τοὺς νενεκρωμένους τῷ φόβῳ διανεζώγρησεν, ὡς μετὰ ταῦτα καὶ ἐκπεδραμεῖν διὰ τῆς πρὸς θάλασσαν πύλης, καί τινας τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ λουομένων ἐναποσφάξαι βαρβάρων, καὶ σύντομον ἐργάσασθαι τὴν ἀποστροφὴν πρὸ τοῦ γνῶναι τὰ πλήθη τὸ γεγωνὸς, ὅτι φοβερὸν ἦν οὐ μόνον τὸ κατ' αὐτῶν ἐξελθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ μοχλίον πύλης παρανοῖξαι μικρόν. F

*hinc rursus, ac maxime ex eo, quod, ve hementiori in illam impressione decreta,*

143 Quis hæc divinæ voluntatis facinora haud esse affirmet? Quis ejus misericordiam supra civitatem tunc fuisse adductam, haud confiteatur? Verum quid ni ad id, quod præcipuum est, venio, certaminumque Victoris, quod se manifestavit, auxilium, in bello suppeditatum, quod et maxime incredulos ad rei assentiendum et ad Martyrem laudandum indu-

143 Ταῦτα τίς οὐχὶ τῆς θείας ῥοπῆς εἶναι φήσοιτο κατορθώματα. Τίς οὐχὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν αὐτοῦ ὁμολογήση τότε καταχθεῖσαν τῇ πόλει. Ἀλλὰ τί μη περὶ τὸ καίριον ἔρχομαι, καὶ τὴν αὐτοφανῆ τοῦ ἀθλοφόρου συμμαχίαν γεγενημένην ἐντίθημι, τὴν καὶ τοὺς λίαν ἀπίστους εἰς τὴν τοῦ πράγματος συγκατάθεσιν, καὶ δοξολογίαν τοῦ μάρτυρος συνελάσαι ὀφείλουσαν, καίτοι καὶ ἄλλων μυρίων διηγημάτων οὐκ ἀπορούντων ἡμῶν,

A ἡμῶν, τῶν τὴν ἀόρατον ἡμῖν καὶ οὐρανίαν σαφηνιζόντων βοήθειαν. Τοῦτο γὰρ τὸ Θαῦμα κατὰ τῶν πολεμίων ὁ Κύριος διὰ τοῦ Μάρτυρος αὐτοῦ ἀπειργάσατο. Ἁγία ἐτύγχανεν κυριακὴ ἡ ἑβδόμη καὶ τελευταία τῆς πολιορκίας ἡμῶν, καὶ δὴ ταύτην ὡς ἐκ καμάτου τῶν προλαβουσῶν ἡμερῶν καθησυχάσαντες οἱ πολέμιοι ἐσκέπτοντο μέχρι ζωῆς καὶ θανάτου συμπλοκὴν τῇ ἑξῆς κατὰ τῆς πόλεως ἀπεργάσασθαι, πάντων ἄρδην συνεπιτιθεμένων κύκλῳ τῷ τείχει, ἵνα ἡ σφοδρὸν τῆς ἐμβολῆς καταπλήξαν ἀπώσηται κάτω τοὺς ἐν ταῖς ἐπάλξεσιν φύλακας, ἢ μὴ τοῦτου κατὰ σκοπὸν ἀποβαίνοντος, τὴν γοῦν ἀπόπειραν λάβοιεν τοῦ μηδὲν λοιπὸν μαχομένους ὠφελεῖν ἀνήνυτα.

144 Καὶ δὴ τούτων αὐτοῖς βεβουλευμένων ὡς ἐκ τῶν προσρυέντων μαθεῖν ἠδυνήθημεν, καὶ πάντων ἡμῶν ἐν φόβῳ συσχεθέντων περὶ τῆς μελλούσης τῇ ἑξῆς γίνεσθαι ἐξετάσεως, ἄφνω περὶ ὥραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὀγδόην ἅπαντες, ἀθρόον κύκλῳ τὸν βάρβαρον ἀνακράξαντες, ἐπὶ τὰς ἀκρωρίας φυγόντες ἀπῴχοντο καταλείψαντες τὰς σκηνὰς σὺν ταῖς αὐτῶν ἐξαρτίαις, καὶ τοσαύτη ἦν ἐκθηματώσασα τούτους κατάπληξις, ὡς τι-
B νὰς αὐτῶν ἀόπλους φυγεῖν· εἶτα περίπου τριῶν ὡρῶν ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ἐγγὺς ὀρέων διαμείναντες, ἰδόντες ἃ ἴδον, ὡς ὕστερον ἔγνωμεν, δύναντος τοῦ ἡλίου, αὖθις κατῆλθον ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἑαυτῶν ἀλλήλους ἐκ προμυθίας τοῦ ἀθλοφόρου σκυλεύσαντες, ὡς καὶ τραυματείας τοὺς πλείστους γενέσθαι. Εἶτα τῆς νυκτὸς ἐκείνης διανυσθείσης ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ, καὶ οὐχ ὡς αἱ πρότερον, τοῦ αὔγους φανέντος, ἱκανοὶ τῶν ἐχθρῶν περὶ τὰς πύλας προσρυόμενοι ἐφάνησαν· τῶν δὲ τῆς ἀμέτρου πληθύος ἐκείνης, ἐφαίνετο οὐδείς.

145 Εἶτα διευλαβηθέντες ἡ πόλις δόλον τινὰ καθεστηκέναι, καὶ ἔνδοθεν, οὔτε τὰς πύλας ἀνέῳξαν, οὔτε τοὺς προσχωρήσαντας τότε τῶν ἐναντίων ἐδέξαντο· ἐκείνων δὲ πλεῖστα βοώντων, καὶ διομνυμένων, ὡς ἔφυγον τῇ νυκτὶ πάντες ἀφοφητὶ οἱ πολέμιοι, μόλις περὶ πέμπτην ὅραν τῆς ἡμέρας τούτοις ἀνοίξαντες εἰσεδέξαντο· ὡς δὲ ἠρώτουν ἀπαγγέλειν ἀψευδῶς τὰ βεβουλευμένα τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τίνος χάριν αὐτοῖς προσεχώρησαν, ἔφησαν· Ἡμεῖς μὲν πρὸς ὑμᾶς κατεφύγομεν, ἵνα μὴ διαφθαρῶμεν ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ· ἄλλως τε γνῶντες, ὅτι καὶ τὸν πόλεμον νενικήκατε· καὶ γὰρ ἠκριβώθημεν ὅτι τὸν στρατὸν ὑμῶν μέχρι τοῦ νῦν ἐν μέσῳ
C τῆς πόλεως κατεκρύψατε, καὶ μόνον τῇ χθὲς ἡμέρᾳ ὥρᾳ ὀγδόῃ ἀθρόον τοῦτον διὰ πασῶν τῶν πυλῶν ἐφ' ἡμᾶς ἐξωπλίσατε, ὅτε καὶ φεύγοντας ἡμᾶς ἑοράτε πάντως ἐπὶ τὰ ὄρη.

146 Κατελθόντες οὖν ἑσπέρας, ὅτε διὰ τῶν πυλῶν αὖθις εἰσιὸν τὸ αὐτὸ στράτευμα κατεμάθομεν, εἰς ἀλλήλους χωρήσαντες, συμβουλευσάμενοι ἔφυγον ἐκείνοι δι' ὅλης νυκτὸς· εἶπαν γὰρ ὡς πρὸ τοῦ αὔγους ἐπ' αὐτοὺς καὶ αὖθις ἐξορμήσειν τὸ στάτευμα· ἐκείνων οὖν φυγόντων, ἡμεῖς ἀπεμείναμεν· συνέντες δὲ οἱ τῆς πόλεως ἀγγελικὴν συμμαχίαν θεόθεν αὐτοῖς ἐξαποσταλεῖσαν, ἐφιλοσόφησαν μὲν τῇ σιωπῇ, ὕμνους ἐκ καρδίας τῷ Θεῷ καὶ εὐχαριστείας ἐκπέμψαντες, ἐκείνοις δὲ εἶπαν· Ναὶ ἀκριβῶς ἄχρι τῆς χθὲς οὐκ ἐξηγάγομεν ἐφ' ὑμᾶς τὸν στρατόν. Ἵνα δὲ γνῶμεν ὡς ἀληθεύετε, εἴπατε τίνα ἑωράκατε αὐτοῦ καθηγούμενον· καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν ἀπεκρίθη· ἄνδρα πυράκην καὶ λαμπρὸν ἵππῳ λευκῷ ἐφεζευγμένον, καὶ ἱμάτιον φοροῦντα λευκὸν· ἰδοὺ τοιοῦτον, καὶ ἐπεδείκνυεν κρατήσας ἑνὸς τῶν παρεστότων

cere potest, utut narrationibus infinitis aliis, quæ inauditum ac cæleste auxilium nobis ostendunt, non deficientibus, haud propono? Illud enim contra inimicos miraculum per ipsummet Martyrem operatus est Dominus. Sancta erat dies Dominica, obsidionis nostræ septima ac ultima, atque hanc veluti ob dierum præteritorum laborem quiete inimici transigentes, sequenti ut die certamen adversus civitatem omnes omnino, mœnia in circuitu invadentes, per vitam et necem committerent, circumspiciebant, ut vel timore percutiens irruptionis vehementia custodes, qui sursum erant, amoveret vel, si id ex voto non succederet, experientia saltem, sese deinceps pugnando nihil proficere posse, addiscerent.

A. Joanne Thessal. Archiep.

144 Atque hæc cum illi, uti e transfugis discere potuimus, meditarentur, nosque ob futurum die sequenti tentamen timore essemus omnes correpti, subito sub horam diei ejusdem octavam omnes circum, qui ad barbarorum exercitum spectabant, clamore simul edito, ad montium summitates, tentoriis una cum eorumdem apparatu relictis, fugerunt, talisque erat, quæ ipsos a E mente abalienabat, consternatio, ut aliqui etiam absque armis suis fugerint. Deinde cum horis circiter tribus in vicinorum montium summitatibus permansissent, iis, quæ viderunt, ut postea cognovimus, conspectis, rursus, sole occidente, ad tentoria sua sese invicem, ita ut plurimi vulnerarentur, e certaminum Victoris providentia trudentes sunt reversi. Deinde cum noctem illam quiete, contra ac præcedentibus noctibus factum fuisset, transegissent, die illucescente, inimicorum sat multi, qui ad portas confluxerant, fuere conspecti; illorum autem, qui ex innumera illa multitudine fuerant, nullus apparuit.

*inimici fugam ad montium juga.*

145 Deinde cum civitas, ne dolus aliquis atque insidiæ subessent, metueret, nec portas aperuit, nec ex inimicis illos, qui accesserant, recepit. Cum vero plurimum illi clamarent, inimicosque omnes nocte illa absque strepitu fugisse, jurarent, ægre sub quintam diei horam, portis apertis, eos receperunt. Cum porro, ut, quæ inimici fuissent moliti, cujusque rei gratia ad ipsos accessissent, absque mendacio renunciarent, sciscitati fuissent, dixerunt: Nos quidem ad vos fugimus, ne peste pereamus, aliterque, bello vos esse superiores factos, perspectum habentes. Vos enim F exercitum vestrum in civitatis meditullio usque modo abscondisse, atque heri dumtaxat hora octava, quando et nos ad montes omnino fugientes vidistis, illum simul universum per portas omnes in nos emisisse, apprime novimus.

*cum civitate egredientem, ut retulerunt transfugæ, ingentem exercitum*

146 Postquam itaque, quando exercitum illum per portas rursum esse ingressum, didicimus, vesperi essent reversi, collatis consiliis, tota nocte, aliis post alios loco cedentibus, fugerunt. Futurum enim dicebant, ut ante lucem etiam adversus se iterum exercitus ille moveret. Iis igitur fugientibus, nos permansimus. Illi autem, qui civitatis erant, hisce intellectis, auxilium angelicum divinitus sibi submissum fuisse, Deum ex corde laudantes gratiasque ei agentes tacite judicarunt quidem; illis autem dixerunt: Enimvero exercitum omnino adversus vos hesternam usque in diem haud eduximus; ut autem, an vera prædicetis, noscamus, dicite, quem ei præeuntem videritis. Ac unus ex eis respondit: Vi-

*ducemque igneum, qui equo albo insidebat, ei præeuntem*

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

rum igneum ac lucidum, equo albo vectum vesteque alba indutum; Ecce talem, unoque ex adstantibus apprehenso, chlamydem consularem ostendit.

ὑπατιανῶν χλαμύδα. D

*conspexissent,*

147 Tunc illum, qui invisibilem exercitum duxisset, unanimiter omnes agnoverunt ac laudarunt, eratque lacrymas præ lætitia effusas videre, omnesque exultantes dicere : Te, Domine, decet gloria, te adoratio, rex cælestis. Etenim misericordia tua per certaminum Victoris patrocinium civitati affulsit, gratia quidem, ut Psalmista ait, in labiis tuis est diffusa, nostra autem super capita miserationes tuas effudisti. Per inflictas Ægyptiis plagas nomen tuum in terra universa divulgatum fuit; ob nos autem cæli prædicant misericordiam tuam. Benedictus es, qui nos ex ore draconis, ossa nostra dentibus suis jam comminuentis, eripuisti; vere Dominus leonum maxillas confregit, ac laqueus contritus est et nos liberati sumus.

147 Τότε πάντες ὁμοθυμαδὸν ἔγνωσαν αὐτὸν εἶναι τὸν ἡγησάμενον τοῦ ἀοράτου στρατοῦ, καὶ ἀνύμνησαν, καὶ ἦν ἰδεῖν δάκρυα μετὰ χαρᾶς ἐκχεόμενα, καὶ ἀγαλλιῶντας ἅπαντας λέγειν, σοὶ δόξα πρέπει, Κύριε, σοὶ ἡ προσκύνησις, βασιλεῦ ἐπουράνιε. Ὁ σὸς γὰρ ἔλεος διὰ μέσον τοῦ Ἀθλοφόρου τῇ πόλει ἔβλυσεν, ἐξεχύθη μὲν χάρις, ὡς ὁ ψαλμῳδὸς φησὶν, ἐν χείλεσίν σου, ἐπὶ δὲ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τοὺς οἰκτειρμούς σου κατέχεας, ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀνηγγέλη διὰ τῶν πληγῶν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ· ἐπὶ δὲ ἡμῶν οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται τὴν εὐσπλαγχνίαν σου· εὐλογητὸς εἶ ὁ ἐκσπάσας ἡμᾶς ἐκ στόματος τοῦ δράκοντος ἤδη διαμασσομένου τὰ ὀστᾶ ἡμῶν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτοῦ, ὄντως τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ Κύριος, καὶ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐρρύσθημεν.

*inexspectato arripuerint, Joannes contendit.*

148 Post hæc autem ii, qui civitatis erant, equitibus emissis, vere inimicos fugisse, atque per noctem, timore ac animi perturbatione, ita B ut et impedimenta sua et animalia et mancipia per viam relinquerent, fugam capessentes, multum spatii absolvisse, didicerunt. At vero, o optimi, dixero, primum quidem et eos ipsos, qui, cum hyperboreas hiemis tempestates cernunt, perpetuo, quod solem non videant, cæcutiunt, barbarorum visio, quæ paludamento indutum exercitui in equo præeuntem vidit, hunc esse ipsummet sanctum ac gloriosissimum martyrem Demetrium, luculenter videre fecerit *q*. Attamen ne quis forsan existimet, Sanctum quidem quempiam rerum hujusmodi causam exstitisse, nulla tamen ratione gloriosissimum Demetrium, age, celebri illa atque omnibus nota visione in medium adducta, mentem vestram excitemus affectumque erga certaminum Victorem accendamus *r*.

148 Μετὰ δὲ ταῦτα πέμψαντες οἱ τῆς πόλεως ἱππεῖς, ἔγνωσαν ὡς ἔφυγον ἀληθῶς οἱ πολέμιοι, καὶ πολὺ διήνυσαν διὰ τῆς νυκτὸς διάστημα, φόβῳ καὶ E ταραχῇ ποιούμενοι τὴν ἀπόδρασιν, ὡς καὶ τὰ σκεύη αὐτῶν διὰ τῆς ὁδοῦ καταλειμπάνειν, καὶ ζῶα καὶ σώματα. Ἀλλ', ὦ βέλτιστοι, φήσαιμι ἄν, πρῶτον μὲν καὶ τοὺς ὑπερβορέους τῶν κιμερίων οἷ καὶ βλέποντες τυφλώττουσι διὰ παντὸς οὐχ ὁρῶντες τὸν ἥλιον, τούτους ἔπεισεν ἂν τηλαυγῶς ἡ τῶν βαρβάρων ὄψις, τὸν χλαινηφοροῦντα ἐφ' ἵππου θεασαμένη προηγούμενον τοῦ στρατοῦ αὐτὸν εἶναι τὸν ἅγιον καὶ πανένδοξον μάρτυρα Δημήτριον. Ἀλλ' ἵνα μή τις ἴσως διαμφιβάλλοι ἅγιον μὲν εἶναι τῶν τοιούτων τινά, οὐ πάντως δὲ τὸν πανένδοξον Δημήτριον, φέρε τὴν ἀοίδιμον ἐκείνην καὶ πολυθρύλλητον ὀπτασίαν εἰς μέσον ἀγαγόντες ἀναπτερώσωμεν ὑμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ τὸν πόθον τὸν εἰς τὸν ἀθλοφόρον ἐξάψωμεν.

## ANNOTATA.

a *Codex noster signatus* † *Ms.* 193, *e quo caput hoc lectori hic exhibemus, e bibliothecæ Vaticanæ codice* 797 *tum id, tum quæcumque cap. proxime præmisso, alioque infra proxime dando, si modo quantum ad postremum hoc caput pauca, quæ nec in dicto bibliot. Vatic. codice reperta* C *fuere, exceperis, occurrunt, uno eodemque tenore seu, nulla prorsus divisione interposita, suppeditat. Et vero, cum omnia, quæ tribus istis capp. continentur, ad unum idemque argumentum seu civitatis Thessalonicensis per Avares obsidionem prodigiosamque hujus solutionem spectent, rationeve certe aliqua referantur, haud inepte sane serie continua capitumque partitione haud interrupta recitantur, hincque etiam est, cur, an non ita primitus a Joanne Thessalonicensi litteris fuerint mandata, non immerito dubites. Ego interim ea omnia, tribus capp. diversis distincta, edenda existimavi, tum quod caput unicum, in quod alias laudati bibliothecæ Vaticanæ codicis* 797 *exemplo conjicienda fuissent, prolixitate nimia, lectori semper ingrata, laborasset, tum quod capitum partitionem, qua Joannis Thessalonicensis lucubratio in codice olim Mazarinæo afficitur, sequi maluerim. Sequentem porro in hoc titulum caput præsens præfert :* Περὶ τοῦ τραγωδοῦ, De tragœdo; *brevis is, ut vides, studiose lector, est admodum, nec, quid cap. subjecto tractetur, sufficienter, uti hoc evolventi patescet, exponit, hincque iterum ei alium, quem hic cernis, substitui.*

b *Visio Eusebio, Thessalonicensi archiepiscopo, oblata, quam hic oratione, paulo fusiore, Joannes refert, extat etiam apud Mabillonium tom.* I *Veterum Analectorum pag.* 83 *et seq., in compendium ab Anastasio bibliothecario contracta.*

c *Ita lib. Judicum cap.* 7.

d *Cum obsidio Thessalonicensis, de qua hic Joannes, anno* 597, *uti ex Annotatis, cap. proxime prægresso ad lit.* h *subnexis, liquet, evenerit, pestisque, quæ paulo ante illam Thessalonicenses afflixerit, mentio hic instituatur, dirissimæ illius, de qua idem auctor supra cap.* 3, *luis epocha sat prope habetur comperta, nisi forte, quod tamen non puto, alia hic, alia ibidem lues memoretur.*

e *Habacuc cap.* 3, *v.* 10 *habetur* Fluvios scindes terræ; *hisce autem in Græco sacræ Scripturæ textu sequentia isthæc respondent :* Ὁ ποταμὸς σχίζεται τῇ γῇ; *quæ quidem, si verbo verbum reddere volueris, Latine hoc modo,* Fluvius scinditur terra; *conversione autem facta, isto queunt exponi :*

A *exponi* : Fluvio scinditur terra ; *aut, ut alii interpretantur,* in fluvios scinditur terra. *Hunc itaque dicti Prophetæ locum pro hisce verbis suis,* Ποταμῷ ῥαγήσεται γῆ fluvio confringetur terra, *Joannem Thessalonicensem hic laudere existimo ; neque enim alius, qui laudari pro iis utcumque queat, apud eumdem Prophetam locus occurrit.* A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

f *Vox Græca* Πετροβόλος, *si secundum genuinam significationem suam accipiatur, proprie significat* Jactor lapidum; *verum hic pro machina bellica, qua lapides emittebantur, a Joanne, uti ex contextu liquet, adhibetur. Eam porro Latine, assumpta e nomine Græco nomenclatione, imo hoc fere integro retento, interpretatus sum* Petrobolus, *quod illud apud dictum auctorem generice ad quascumque machinas petrarias seu lapidibus jaciendis aptas significandas usurpetur ; nulla autem vox, quæ similem significationem habeat, apud Latinos in usu sit ; balistæ enim, catapultæ et scorpiones, quæ tria vocabula a purioris etiam Latinitatis studiosis adhibita invenies, diversas dumtaxat petrariarum machinarum species significant.*

g *Ut qualis, quæ hic ac supra, infraque adhuc plus semel a Joanne memoratur, machina bellica exstiterit, compertum habeas, adi vel Robertum Stephanum in Liuguæ Latinæ Thesauro ad vocabulum* Testudo, *vel Henricum Stephanum in linguæ Græcæ Thesauro tom.* 4, *col.* 467.

h *Thessalonicensi, de qua hic agit, obsidioni sese interfuisse, auctor hoc loco luculentissime prodit. At vero, hinc forte inquies, cum illa, ut in Annotatis cap. præcedenti ad lit.* h *subjunctis, docui, anno* 597 *illiganda sit, hicque seu Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, Constantinopolitano anni* 681 *generali concilio, uti in Commentario prævio num.* 32 *docui, interfuerit, consectarium fit, ut is tunc, etsi etiam, durante præfata obsidione, duodennis dumtaxat fuisse adstruatur, nonagenario major exstiterit. Fateor, sic habet : Verum quid tum? Non paucos invenire est, qui ad ætatem magis etiam decrepitam pervenere ; ut hinc argui non possit, Joannem Thessalonicensem, contra ac in Commentario prævio statuimus*
B *infraque adhuc in Annotatis, cap. sequenti subdendis, confirmabimus, diversum esse ab hujus de* S. Demetrii *miraculis lucubrationis auctore, qui, quemadmodum jam monui, obsidioni Thessalonicensi, anno* 597 *factæ, sese interfuisse, manifestissime hoc loco indicat.* E

i *Vocabulum* Ῥαβδουργημα *in nullis prorsus lexicis invenire licuit ; attamen, cum testudines bellicæ falcibus, quibus, nunc suspensis, nunc reductis. civitatum obsessarum (Adi in linguæ Latinæ Thesauro ad vocabulum* Testudo *Robertum Stephanum) muri feriebantur, essent armatæ, Græca hæc verba,* Καὶ τῶν χελωνῶν τὰ χαμερπῆ ῥαβδουργήματα, *Latine interpretatus sum* humique serpentes testudinum falces.

k *Aliquid hic deesse sensui, a Joanne intento, certum apparet ; verum quidnam id sit, haud æque est certum, nec ego divinare velim.*

l *Cataractæ, uti in suo linguæ Latinæ Thesauro ad vocabulum* Cataracta *Robertus Stephanus docet, fores pendulæ ex ligno ferrove, quæ demitti ac tolli voluntate custodum possunt, dicuntur. Tales autem fores, civitatis Thessalonicensis portam Casandreoticam, e qua Thessalonicenses, inimicos invasuri, egressi hic narrantur, a Joanne designari, ex iis, quæ ab eo infra num.* 137 *memoriæ prodita invenies, sat certum apparet.*

m *Vocabulum hoc architectonicum est, idemque, quod* arrectaria, *seu* arrectaria tigna *significare, nonnulli autumant ; verum horum opinionem Henricus Stephanus non probat, potiusque cum Vitruvio Græcum vocabulum retinendum, pronuntiat. Hunc adeo auctorem, quem hic sequi visum est, in suo linguæ Græcæ Thesauro tom.* 1, *col.* 1736 *consule.*

n *Enimvero laboravi, ut, quæ hic de cataracta, quæ nec deprimi, nec sursum tolli potuerit, traduntur, in linguam Latinam apte converterem. Si minus verbum verbo ubique reddidi, auctoris saltem sensum, utut forte haud sat felici successu, exprimere sum conatus.*

o *In textu Græco alterutrum e vocabulis* πυλὴ, porta *et* πολις civitas, *videtur hic omissum ; hinc ego primum interpretationi Latinæ adjeci. Aliis porro etiam cap. præsentis locis vocem unam*
C *alteramve subinde esse omissam, vel ex eo suspicor, quod descriptum id sit ex eodem dicto bibliothecæ Viticanæ codice* 797, *e quo caput proxime præcedens, quod, quemadmodum ex* F *Annotatis ei subjectis liquet, loco non uno vocum omissione est corruptum.*

p *Aliquid hic iterum in textu Græco videtur omissum ; nullum enim is substantivum, ad quod nomina* πᾶσαν αὐτὴν, totam eam *referri queant, complectitur.*

q *In visione, divinitus oblata, qua barbari seu Avares Sclavique, timore perculsi, fugam subito, obsidione Thessalonicensi relicta, arripuere, Joannes Thessalonicensis, quo hanc* S. Demetrii *patrocinio prodigiose fuisse solutam, probet, vim sane, uti ex iis, quæ tum hic, tum supra affert, magnam ponit ; argumentum tamen ab illa petitum omnino id evincere, ne quidem ipsemet existimavit, uti ea, quæ mox subjungit, satis ostendunt. Utit sit, ea equidem, quæ Joannes tum hic, tum cap. proxime prægresso in medium adducit, non humana, sed divina, ac proin verosimillime* S. Demetrii, *ope Thessalonicam liberatam fuisse, ostendunt, uti jam ante me Combefisius (adi ejus verba in Commentario prævio num.* 20 *recitata) existimavit.*

r *Ita in codice olim Mazarinæo terminatur hoc caput ; verum an ei serie continua caput proxime sequens primitus a Joanne absque interruptione non fuerit subjectum, dubitari, ut jam supra monui, non immerito potest. Res ex Annotatis, cap. sequenti subdendis, amplius adhuc patescet.*

CAPUT

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

D

## CAPUT XV.

*Visione cœlesti vir dignitate et virtute præclarus obsidionis Thessalonicensis tempore honoratur, eaque, pro Thessalonica stare S. Demetrium, edoctus, cives ad fortitudinem excitat* a.

a

*Vir præclarus, durante obsidione Thessalonicensi, e visione cœlesti,*

Cum enim belli prædicti *b* dies tertia, qua et civitati audaciam divinitus additam fuisse, ante narravimus, illuxisset, vir quidam nobilis, vitæque conditione clarus, corde autem simplici clarior, illustrium etiam, ut vocantur, dignitate condecoratus, de quo forte etiam scriptum est, Innocentes et recti adhæserunt mihi, seipsum, ut dixit, in somno, quemadmodum autem ab iis, qui accuratius loquuntur, melius est dictum, in ecstasi factus ante sancti templi, quod gloriosissimo martyri Demetrio sacrum est, fores B stantem vidit; Et ecce, duo quidam ait, pulchri aspectu corporeque permagni visi mihi sunt *c*, qui foris ingredi ipsum tribelon *d*, corporisque imperatoris custodes esse videbantur. Ac unus illorum vociferatus est: Ubi est horum locorum dominus? Aderat autem in principe templi loco ministrorum ejusdem unus, ac respondebat dicens: Quid illo indigetis?

b

c

d

*qua S. Demetrium, a duobus viris, angelorum speciem præferentibus*

150 Illi autem reposuerunt: Dominus, ut illi responsum feramus, nos misit. Iste autem sacrum illis ciborium ostendit dicens, Ibi est. Viri, quorum aspectus angelorum Dei aspectui erat similis, loco appropinquantes famulo dixerunt: Pulsa ac nos ipsi renuncia. Ego autem tremore circumseptus secutus ipsos a tribelo sum, ac ante unum sacri ciborii intercolumnium steti, quid ex imperatoris parte Sancto annuntiarent, discere desiderans. Famulus autem ciborii januas pulsavit, statimque sanctissimus ac gloriosus Christi Martyr intrinsecus aperuit, januisque, ita ut mihi indigno etiam appareret, præsens adstitit. Ego autem, vultum ejus, qui angeli speciem præ se ferebat, videre haud sustinens, in faciem cado. Specie enim picturam, in antiquioribus ejus imaginibus expressam, referebat *e*; C color autem vultus ejus fulgorem, radiis solaribus similem, emittebat, ita ut, cum in faciem jacerem, vultus meus, lumine me perstringente, pavimenti repercussione splenderet. Ac pronus quidem procumbens, quid invicem dicerent, auribus percipere studui, benigneque salutem Sancto impertiri viros audio.

e

*missisque a Deo, Thessalonicam, inimicis tradendam, ut relinquat,*

151 Ipse autem dicit eis: Gratia sit vobiscum: cujus autem rei causa venistis ad me? Dicunt viri: Nos Dominus ad sanctitatem tuam misit, hæc tibi significans: Ocyus exiens veni ad me; civitas enim inimicis tradetur. Ego vero, cum id audivissem, turbatus, reique dictæ dolore confusus in manus meas surrexi, sursumque paulisper suspiciens misericordem illum ac commiserantem Martyris, vere clementis civitatemque amantis, vultum mœstitia turbatum ac tristem esse, aspicio, inclinatumque in terram, cumque multum temporis transisset, silentiumque ineffabile factum esset, lacrymas ejus per genas illas, quæ divinitatis quamdam speciem præferunt, cadentes vidi,

Ἐπιφωσκούσης γὰρ τῆς τρίτης ἡμέρας τοῦ προρηθέντος πολέμου, ἐν ᾗ καὶ τὸ Σάρσος Θεόθεν ἐγγενέσθαι τῇ πόλει προϊστορήσαμεν, ἀνήρ τις εὐγενὴς καὶ ἐπίδοξος κατὰ τὸν βίον, τῇ ἁπλάστῳ καρδίᾳ τυγχάνων ἐπιδοξότερος καὶ τῇ τῶν καλουμένων ἰλλουστρίων ἀξίᾳ τετιμημένος· περὶ οὗ τάχα καὶ γέγραπται· Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκόλλωτό μοι, ὡς ἔφη, καθ' ὕπνους, ὡς δὲ ἀκριβέστερον τοῖς γνησιωτέροις ἐλέγη ἐν ἐκστάσει γενόμενος, ἑστῶτα πρὸ τοῦ τριβήλου τοῦ ἁγίου ναοῦ τοῦ πανευδόξου μάρτυρος Δημητρίου, καὶ ἰδού, φησίν, δύο τινὲς εὐειδεῖς καὶ εὐμεγεθεῖς ὤφθησάν μοι, εἰσελθόντες ἔξωθεν ἐν αὐτῷ τῷ τριβήλῳ οὗς καὶ ἐδόκουν E βασιλέως εἶναι σωματοφύλακας, καὶ ὁ εἷς αὐτῶν ἐβόησεν φωνῇ· ποῦ ἐστὶν ὁ κύριος τῶν ὧδε; ὤφθη δὲ ἐν τῇ βασιλικῇ τοῦ ναοῦ εἷς τῶν ὑπηρετῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπεκρίθη λέγων· τί αὐτοῦ χρείαν ἔχετε;

150 Οἱ δὲ εἶπαν, ὁ δεσπότης ἡμᾶς πέπομφε μηνῦσαι αὐτῷ ἀπόκρισιν· ὁ δὲ ὑπεδείκνυεν αὐτοῖς τὸ ἅγιον κιβώριον λέγων, ἐνταῦθα ἐστὶν· οἱ ἄνδρες, ὧν ἡ ὅρασις ἦν ὡς ἀγγέλων Θεοῦ, πλησιάσαντες τῷ τόπῳ εἶπαν τῷ ὑπηρέτῃ· κρούσον καὶ μήνυσον ἡμᾶς αὐτῷ· ἐγὼ δὲ θάμβει περιβληθεὶς συνηκολούθησας αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ τριβήλου, καὶ ἔστην πρὸ ἑνὸς μεσοστύλου τοῦ ἁγίου κιβωρίου, προσδοκῶν μαθεῖν τί ἀναγγελοῦσιν παρὰ τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν ἅγιον· ὁ δὲ ὑπηρέτης ἔκρουσεν εἰς τὰς θύρας τοῦ κιβωρίου, καὶ παραχρῆμα ἠνοίξεν ἔνδοθεν ὁ πανάγιος καὶ ἔνδοξος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἔστη πλησίον τῶν θυρῶν, ὡς καὶ ἐμοὶ τῷ ἀναξίῳ φαίνεσθαι αὐτὸν· ἐγὼ δὲ πίπτω ἐπ' ὄψιν, μὴ φέρων ὁρᾶν τὸ ἀγγελοειδὲς αὐτοῦ πρόσωπον· ἦν γὰρ τῇ ἰδέᾳ κατὰ τὴν γραφὴν τὴν ἐν ταῖς ἀρχαιοτέραις αὐτοῦ εἰκόσιν ἐγγεγραμμένην· ὁ δὲ χρὼς τοῦ προσώπου αὐτοῦ λαμπηδόνας ὡς ἡλιακῶν ἀκτίνων ἀπέπεμπεν, ὡς καὶ ἐπ' ὄψιν κειμένου καταλάμπεσθαι τὸ πρόσωπόν μου τῇ F ἀντιτυπίᾳ τοῦ ἐδάφους, τῆς αὐγῆς με περιαστραπτούσης, καὶ κείμενος δὲ πρηνὴς ἐπιμελῶς τοῖς ὠσὶ προσῆχον, τί ἂν λαλήσαιεν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἀκούω ὅτιπερ ἠσπάσαντο οἱ ἄνδρες φιλοφρόνως τὸν ἅγιον.

151 Ὁ δὲ λέγει πρὸς αὐτούς· ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν· τίνος δὲ ἕνεκεν ἐσκύλητε πρὸς με; λέγουσιν οἱ ἄνδρες· ὁ δεσπότης ἀπέστειλεν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἁγιοσύνην σου, ταῦτά σοι θηλώσας· ταχέως ἐξελθὼν δεῦρο πρός με· ἡ πόλις γὰρ τοῖς ἐχθροῖς παραδίδοται· ἐγὼ δὲ ἀκούσας ταραχθείς, καὶ συγχυθείς τῇ ὀδύνῃ τοῦ λόγου, ἀνίστην ἐπὶ τὰς χεῖράς μου, καὶ ἀνακύψας ὀλίγον, ὁρῶ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ συμπαθὲς ἐκεῖνο πρόσωπον τοῦ ὄντως οἰκτείρμονος καὶ φιλοπόλιδος μάρτυρος συγκεχυμένον τῇ λύπῃ καὶ κατάστυγνον, καὶ εἰς γῆν νενευκός, καὶ πολλῆς παρωχηκυίας τῆς ὥρας, καὶ ἀφάτου γενομένης σιγῆς, ἰδὸν αὐτοῦ τὰ δάκρυα διὰ τῶν θεοειδῶν ἐκείνων παρειῶν καταβαίνοντα, ὡς τὸν ὑπηρέτην εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄνδρας, τί τὸν κύριόν μου τῇ θλίψει κατεβαπτίσατε; ἀληθῶς εἰ προεγνώκειν τὸν σκοπὸν

A σκοπὸν ὑμῶν, οὐκ ἐμήνυον ὑμᾶς αὐτῷ. Τότε τὸ Θεολόγον αὐτοῦ ἀνοίξας στόμα ὁ ἅγιος, εἶπεν τῷ ὑπηρέτῃ, ἄφες αὐτοὺς, σύνδουλοί μου εἰσὶν, καὶ ἃ ἐκελεύθησαν, ταῦτα καὶ ἀπήγγειλαν.

ita ut famulus viris diceret : Ut quid Dominum meum dolore obruistis ? Vere, si intentionem vestram præscivissem, vos ipsi haud denunciassem. Tunc Sanctus os suum de Deo loqui solitum, aperiens, famulo dixit : Dimitte illos, conservi mei sunt, ac, quæ imperata sunt, ea et nunciarunt.

A. Joanne Thessal. archiep.

152 Λέγει δὲ πρὸς ἐκείνους, Ἀληθῶς ταῦτά μοι δεδήλωκεν ὁ δεσπότης; Οὕτως παρέστη τῷ κράτει αὐτοῦ, ἵνα τηλικαύτη πόλις τοσαύταις γενεαῖς τοῖς ἱδρῶσιν αὐτοῦ, καὶ τῷ αἵματι τῆς τιμίας αὐτοῦ πλευρᾶς οἰκοδομηθεῖσα τῇ πίστει, νῦν ὑπὸ τῶν ἀνημέρων θηρίων τούτων διασπασθῇ; Ταῦτα τῇ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ ἤρεσεν; Ἀπεκρίθησαν οἱ ἄνδρες, εἰ μὴ ταῦτα παρέστη αὐτῇ, οὐκ ἂν ἀπεστείλεν ἡμᾶς πρὸς τὸ θεοτίμητον τῆς ψυχῆς σου. Τότε πλέον τῇ κατηφείᾳ σκυθρωπάσας ὁ ἅγιος, καὶ ἐν πολλῇ ὥρᾳ κεινῶν τὴν κεφαλὴν ὥσπερ ἦν βουλευόμενος, σὺν θλίψει πολλῇ ταύτην ἔδωκεν τὴν ἀπόκρισιν· ἡ γὰρ πολυστένακτος αὐτοῦ λαλιὰ, καὶ ἡ κατησχυνωμένη τῆς γλώττης φωνὴ ἐδήλου τὴν περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ συμπάθειαν, ἄμετρον αὐτῷ τὴν λύπην γενήσασαν· ἀπεκρίθη οὖν τοῖς ἀνδράσιν, πορευθέντες, ἀδελφοὶ, εἴπατε τῷ ἀγαθῷ δεσπότῃ, ταῦτα λέγει ὁ οἰκεῖός σου καὶ γνήσιος δοῦλος Δη-
B μήτριος.

152 Dixit autem eis : Verene hæc mihi significavit Dominus ? Itane potentiæ ejus, ut talis civitas, tanto tempore ejus sudoribus venerandique lateris sanguine in fide ædificata, ab immitibus illis feris dilaceretur, est placitum ? Hæc ne misericordiæ ejus arrident ? Responderunt viri ; Nisi hæc ei essent placita, nos ad venerandam strenuitatem tuam haud misisset. Tunc Sanctus, vultum magis præ dolore demittens, caputque quietum, acsi deliberaret, longo tempore tenens, hoc magna cum anxietate dedit responsum ; gemebunda enim ejus loquela, remissaque linguæ vox ejus erga patriam commiserationem, quæ immodicam ei tristitiam ciebat, manifestam faciebat ; viris igitur respondit : Abeuntes, fratres, dicite misericordi Domino : Hæc dilectus tuus genuinusque servus Demetrius dicit.

*admonitum, monitis eorum sese opponentem,*

153 Σὺ, δέσποτα, κύριος εἶ κἀμοῦ καὶ τῆς πόλεως, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ ὡς ἔχων ἐξουσίαν ἐκέλευσάς μοι οἰκεῖν ἐνταῦθα μετὰ τῶν δούλων σου, πῶς οὖν δύναμαι καταλείπειν αὐτοὺς ἐν τηλικαύτῃ ἀνάγκῃ, καὶ ἀναχωρῆσαι, ἢ ποίῳ προσώπῳ θεάσωμαι τὴν ἀνάλωσιν τῆς πατρίδος μου; ποῖα δέ μοι ζωὴ τῶν πολιτῶν μου ἀπολλυμένων, ἀλλὰ μᾶλλον ὥσπερ εὐωχουμένων αὐτῶν, πνευματικῶς συνήμην αὐτοῖς, οὕτω καὶ κινδυνευόντων αὐτῶν οὐκ ἀπολειφθήσομαι αὐτῶν· ἀλλ' ἢ σωζομένων αὐτῶν, συνσώζομαι, ἢ φθειρομένων αὐτῶν συναπόλυνήσκω αὐτοῖς· καὶ οὐ γὰρ αὐτὸς καίτοι δεσπότης ὑπάρχων τὴν ψυχήν σου τέθεικας ὡς ποιμὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων· ἐπίσταμαι δὲ ἀκριβῶς ὅτι οὐ νικήσουσιν αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν τὴν εὐσπλαγχνίαν σου, ὅτι τὸ ἔλεός σου μέγα ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ὁ Συμός σου ὁ δίκαιος τῆς ἐπιστροφῆς ἡμῶν χρῄζει, οὐδὲ τῆς φθορᾶς· ἔχων οὖν τὴν ἐξουσίαν ἁπάντων, ἀγαθὲ δέσποτα, ὃ κελεύεις, ποίησον εἰς ἡμᾶς· ἐγὼ γὰρ ὡς προεῖπον, ἢ σωζομένων αὐτῶν, σώζομαι, ἢ διαφθειρομένων αὐτῶν, συναπόλυνήσκω αὐτοῖς.

153 Tu, Domine, et meus et civitatis et mundi universi es dominus, ac tamquam dominatum obtinens, mihi, ut hic cum servis tuis habitarem, injunxisti : qui igitur eos in tali necessitate relinquere ac abire possim, vel quo vultu patriæ meæ interitum aspiciam ? Qualis autem mihi, civibus meis pereuntibus, vita est futura ? Enimvero, uti iis gaudentibus spiritualiter aderam, ita nec eosdem periclitantes relinquam, imo vel iis servatis, servabor incolumis, vel pereuntibus commoriar. Etenim et tu ipsemet, utut dominus existens, animam tuam pro ovibus, ut pastor, posuisti ; peccatis autem nostris, quia misericordia tua supra nos magna, iraque justa conversionem nostram, non mortem, vult, misericordiam tuam haud superari, probe novi. Cum igitur, optime Domine, res omnes in potestate tua habeas, nobis, quod vis, facias ; ego enim, ut ante dixi, vel iis servatis, servabor incolumis, vel pereuntibus iisdem commorior.

E *civitatemque relinquere haud paratum cernit.*

154 Ταῦτα τοῦ εὐσπλάγχνου λαλήσαντος μάρτυρος, ἀνέσφηλε μικρὸν ἡ ταλαίπωρός μου ψυχὴ τῆς περιεχούσης αὐτὴν ὀδύνης· ἀποκριθέντες δὲ ἤθεν οἱ ἄνδρες, λέγουσιν τῷ ἁγίῳ· ταῦτα κελεύεις εἰπεῖν ἡμᾶς
C τῷ δεσπότῃ; λέγει ὁ ἅγιος, ναὶ παρακαλῶ· ἠρώτησαν ἐκεῖνοι, τί οὖν οὐκ ἔρχῃ μεθ' ἡμῶν, σκόπησον μὴ λυπηθῇ ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς ὡς παρακουσθείς· ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος· ἐγὼ οἶδα ὅτι ἀεὶ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ προλαμβάνει ἡ φιλανθρωπία, καὶ τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ ἠκριβωμένος, ἁρμόδιον αὐτῇ δέδωκα τὴν ἀπόκρισιν· καὶ ταῦτα εἰπὼν ἠσπάσατο τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰς ἀργυρέας Σύρας ἀποκλείσας, ἐν αἷς καὶ ἑστήκει, ἔνδον ἔμεινεν, μὴ ἀναχωρήσας ἡμῶν χαριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ εὐθέως ἐγὼ, ὁ ἁμαρτωλὸς ἦλθον εἰς ἐμαυτὸν· οὐ δὲ γὰρ τέλεον ἐκοιμώμην. Ταῦτα τεθέατο ὁ κάλλιστος ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ φιλόθεος· παραχρῆμα τε διὰ τοῦ τείχους παντὸς διαδραμὼν, παρεθάρρυνε τοὺς πολίτας, τοῦτο μόνον λέγων αὐτοῖς, Θαρσῆτε, ἀδελφοὶ, ὁ Ἀθλοφόρος μεθ' ὑμῶν ἐστὶν, ἐλπίζωμεν δὲ εἰς Χριστὸν, οὐχ ἅψεται ἡμῶν κακὸν· ἐκ τότε, ὡς προγέγραπται, καὶ τόλμαν ἀνδρείας οἱ τῆς πόλεως ἠμφιέσαντο, καὶ τῶν ἐχθρῶν κατεπήροντο οἱ μὴ τὴν φωνὴν πρῶτον ἀφιέναι δυνάμενοι τῷ μεγέθει τοῦ φόβου.

154 Hæc benigno dicente Martyre, anima mea misera a dolore, qui eam detinebat, paulo convaluit. Respondentes autem, viri nempe, Sancto dixerunt : Hæcne Domino dicere nos jubes ? Reponit sanctus : Ita, obsecro. Rogarunt illi : Ut quid igitur haud venis nobiscum ? Vide, ne, qui nos misit, ad iram velut contemptus provocetur. Respondit Sanctus : Iram ejus semper a misericordia præoccupari, novi, benignitatemque ejus perspectam habens, responsum huic accommodatum dedi. Ac, cum hæc dixisset, viros salutavit, argenteisque, in quibus et steterat, portis clausis, intro mansit, a nobis Christi Dei gratia haud recedens *f*. Atque ego peccator, statim ad me (neque enim omnino dormiebam) redii. Hæc vidit ornatissimus Deumque amans vir ille, statimque per domos omnes discurrens civibus fiduciam addebat, eis dumtaxat dicens : Confidite, fratres, certaminum Victor vobiscum est ; speremus autem in Christum, nec tanget nos malum. Ex tunc, ut supra scriptum est, qui civitatis erant, et fortitudinis audaciam induerunt, et, cum vocem primum præ timoris magnitudine edere haud potuissent, inimicos invadebant.

*pro hac illum stare, intelligit, hinc que exultans cives ad fortitudinem animat,*

155 Tandem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP. *visionemque nonnullis exponit. Autoris ad hæc*

155 Tandem autem familiarioribus suam omnem visionem prædictam luculenter exposuit, idque, cum a nobis, ut causam, ob quam mœnia adiens civitatis salutem omnibus affirmasset, edicere coactus atque impulsus fuisset. Cum hæc nobis gloriosissimus martyr Demetrius exhibuerit, veramque fuisse visionem, finis ostenderit, quam ea de re laudem gloriamve Deo retribuamus? Quem vero honorem affectumve ob misericordis voluntatis ejus magnitudinem deferamus Martyri, qui per infinitas suas erga nos miserationes Dominum nostrum ac Deum Jesum Christum imitatus est, animamque pro nobis indignis ac peccatoribus posuit, nec tantum Dominico decreto ad divinam misericordiam respiciens moras injecit, verum etiam una cum hoc nobiscum se moriturum multum misericors respondit. O Sancta civitatemque amans ac misericors anima! O intellectus Deo gratus, voluntasque Deo placens, ac, quæ Sanctum decet, providentia!

*animadversiones quædam, quibus*

156 Cum enim, rerum omnium Dominum Deum una cum injustis justum non perdere, nec in justorum sorte relinquere peccatorum virgam, perspectum haberet; esse autem et peccata nostra omnem intercessionis vim excedentia videret, atque, ut opinor, ne pro nobis intercedens non audiretur, veritus, datum illud divinitus in domo sua manendi civitateque non excedendi, ne quid ipse insolitum pateretur, civitasque quidquam malorum impendentium experiretur, consilium et inivit et exsecutioni mandavit. Verum, quemadmodum coronam, quæ lapidem pretiosum unum ac solum in parte anteriori habet, ex auro adulterato factam, igne id expurgare procuratore domus volente, domus dominus ad auri adulterini expurgationem, ne ignis, aurum purgans, margaritæ simul splendori oficiat, haud tradiderit, ita et tunc, cum infinitis nos mortibus propter multa scelera nostra digni essemus, civitatem Dominus haud perdidit, ne quid indigni cohabitanti nobis certaminum Victori accideret.

*simulque paucis postulatis lucubrationem suam claudit.*

157 At vero, dilecti, impense omnes oremus, viasque nostras secundum Dei voluntatem ambulemus, quo ad finem usque precibus atque operibus certaminum Victorem cohabitatorem retineamus. Nos enim, hoc facto, et divinam assidue, quæ nos servet, contraque inimicos primum quidem spirituales, deinde vero etiam sensibiles muniat, ac pœna æterna eripiat regnoque cælesti donet, benevolentiam habebimus. Obsecro autem, fratres, ut cœtus vester, a Deo congregatus, ad misericordem Deum et pro civitate nostra, a Deo custodita, et pro universa pia Christianorum republica e tota anima ac virtute clamet, utque etiam, veluti abortivi, humilitatis meæ recordemini, maximam mihi hanc gratiam retribuentes, quod civis nostri et patroni ac post Deum domini, gloriosissimi dico martyris Demetrii, misericordes perenniterque memorandas miraculorum patrationes, etsi ex parte tantum, veritate tamen, prout fas fuit, servata, a me conscriptas, auribus vestris, Deum martyresque amantibus, proposuerim, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo regi Deo et Patri cum ipsius vivificante et Sancto Spiritu gloria et honor et adoratio ab omni creatura tribuitur ab initio et nunc et semper et in secula seculorum *gg*. Amen.

155 Εἰς ὕστερον δὲ τοῖς συνοικοτέροις ἰδίαν πᾶσαν D τὴν ῥηθεῖσαν ὁπτασίαν τηλαυγῶς ἐξηγήσατο· καὶ τοῦτο ἀναγκασθείς, καὶ θλιφθεὶς παρ' ἡμῶν εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κατὰ τοῦ τείχους βαθίζων διεβεβαιοῦτο πᾶσιν τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως. Ταῦτα ἐνδειξαμένου περὶ ἡμᾶς τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, καὶ ἀληθῆ τὴν ὁπτασίαν τοῦ πέρατος ἀποδείξαντος, τίνα αἶνον ἢ δοξολογίαν περὶ αὐτοῦ τῷ Θεῷ ἀντιδώσωμεν, ποίαν δὲ τιμήν, ἢ εὔνοιαν τῷ μάρτυρι προσαγάγωμεν, εἰσόρροπον τῆς αὐτοῦ πολυευσπλάγχνου προθέσεως, ὃς διὰ τοὺς ἀπείρους αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς οἰκτειρμοὺς τὸν κύριον ἡμῶν, καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐμιμήσατο, καὶ τὴν ψυχὴν τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀναξίων καὶ ἁμαρτωλῶν, καὶ οὐ μόνον τὴν θεσποτικὴν κέλευσιν εἰς τὴν θεϊκὴν ἀφορῶν φιλανθρωπίαν διανεβάλετο, ἀλλὰ καὶ σὺν αὐτῷ συνήσκειν ἡμῖν ὁ πολυεύσπλαγχνος ἀπεκρίνατο. Ὦ ψυχῆς ἁγίας, καὶ φιλοπόλιδος, καὶ οἰκτίρμονος! ὡ συνέσεως θεοπαρόχου, καὶ βουλῆς θεαρέστου, καὶ οἰκονομίας ἁγιοπρεποῦς.

156 Ἐπειδὴ γὰρ ἠπίστατο τὸν τῶν ὅλων δεσπότην Θεὸν μὴ συναπολλύντα τὸν δίκαιον μετὰ ἀσεβῶν, μὴ δὲ ἐῶντα τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τῷ κλήρῳ τῶν δικαίων· ἐώρα δὲ καὶ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας, E πᾶσαν ὑπερβαινούσας πρεσβείας δύναμιν, καὶ εὐλαβηθείς, ὡς οἶμαι, μὴ περὶ ἡμῶν ἱκετεύσας, παρακουσθῇ τὴν θεοδοτὸν ταύτην γνώμην, ἐβουλεύσατο τε καὶ διεπράξατο, μείνας ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ μὴ ἀναχωρήσας τῆς πόλεως, ἵνα μὴ αὐτὸς παθεῖν τι τῶν ἀτόπων, μὴ δὲ ἡ πόλις πειραθῇ τῶν ἐπηρτημένων κακῶν· ἀλλ' ὥσπερ στέφανον ἐκ χρυσίου νενοθευμένου γενόμενον, ἔχοντα λίθον τίμιον ἕνα καὶ μόνον κατὰ τὸ ἔμπροσθεν, θέλοντος τοῦ διοικητοῦ τῆς οἰκίας πυρὶ τοῦτον καταχωνεῦσαι πρὸς κάθαρσιν τοῦ κεκιβδηλευμένου χρυσοῦ, ὁ οἰκοδεσπότης οὐ συνεχώρησεν, ἵνα μὴ τὸν χρυσὸν κάθαιρον τὸ πῦρ τῇ λαμπρότητι τοῦ λίθου διαλυμαινοιτο, οὕτως καὶ τότε, μυρίων θανάτων ἀξίων ὄντων ἡμῶν διὰ τὰ πολλὰ ἡμῶν πλημμελήματα, οὐ κατέθρειρε τὴν πόλιν ὁ κύριος, να μή τι τῶν ἀναξίων συνοικοῦντι ἡμῖν τῷ Ἀθλοφόρῳ προσγένηται.

157 Ἀλλ' ἐκτενῶς ἅπαντες δεηθῶμεν, ἀγαπητοὶ, καὶ τὰς πορίας ἡμῶν εἰς θεαρεσκίαν ὁδηγήσωμεν, ὡς ἂν μέχρι τέλους εὐχαῖς καὶ ἔργοις τὸν ἀθλοφόρον περικρατήσωμεν σύνοικον. Τούτου γὰρ ἡμῖν κατορθωμένου, καὶ τὴν θεῖαν ἀνενδυάστως εὐμένειαν ἕξωμεν σώζουσαν ἡμᾶς, καὶ τειχίζουσαν κατὰ τῶν νοητῶν πρῶτον πολεμίων, ἔπειτα καὶ τῶν αἰσθητῶν, καὶ ῥυομένην ἡμᾶς F τῆς αἰωνίου κωλάσεως καὶ προξενοῦσαν τὴν βασιλείαν ἡμῖν τὴν οὐράνιον· παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τὴν Θεοσύλλεκτον ἐκκλησίαν ἐκ πάσης ψυχῆς καὶ δυνάμεως ἐκβοῆσαι πρὸς Θεὸν τὸν οἰκτίρμονα, περί τε τῆς Θεοφυλάκτου ἡμῶν πόλεως καὶ περὶ τοῦ παντὸς τῶν Χριστιανῶν εὐσεβοῦς πολιτεύματος, καὶ ὡς περὶ τοῦ ἐκτρώματος μνήσθητε καὶ τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως, ταύτην μοι μεγίστην ἀντιδιδόντες τὴν χάριν, ἀνθ' ὧν τοῦ πολίτου καὶ προστάτου καὶ μετὰ Θεὸν δεσπότου ἡμῶν, τοῦ πανενδόξου λέγω μάρτυρος Δημητρίου, τὰς φιλανθρώπους, καὶ ἀειμνήστους θαυμαθουργίας, κἂν ἐν μέρει, πλὴν φιλαληθῶς ὡς ἐνέστη, συγγραψάμενος, ταῖς φιλοθέοις ὑμῶν παρεθέμην καὶ φιλομάρτυσιν ἀκοαῖς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ βασιλεῖ Θεῷ καὶ πατρὶ σὺν τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ καὶ ἁγίῳ πνεύματι ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις ὑπὸ πάσης κτίσεως ἀναπέμπεται ἀπ' ἀρχῆς, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNOTATA.

A

A. JOANNE THESSAL. ARCHIEP.

## ANNOTATA.

a *Caput hoc in codice nostro* † *Ms.* 193 *vicibus duabus, altera nempe e bibliothecæ Vaticanæ codice* 821, *altera ex ejusdem bibliothecæ codice* 797 *exstat descriptum; eo autem modo, quo e duorum istorum codicum priori excerptum penes nos est, lectori hic exhibetur. Porro et a fol. verso* 127 *usque ad fol.* 132 *in codice olim Mazarinæo recensetur; in hoc autem, e quo illud haud exscribere atque adeo nec edere ob rationem, in Commentario prævio num.* 19 *allegatam, licuit, in capite quidem titulum sequentem præfert* : Περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ὀπτασίας, De angelorum visione; *in titulorum vero, qui Operi præmittitur, elencho inscribitur* : Περὶ τῆς ὀπτασίας ἰλλυστρίου, De visione viri illustris. *Neuter istorum titulorum, quid capite subjecto tractetur, sat explicate, ut consideranti patebit, exponit, hincque iterum ei alium, quem hic cernis, substituere est visum; verum etsi res ita habeat, tam unus, quam alter e duobus istis allatis titulis argumento suo utcumque quadrat, prior quidem, quod viri duo, quos* S. Demetrium *adeuntes vir illustris in visione, sibi oblata, spectarit, angeli exstitisse e narrationis contextu videantur; posterior vero, quod visio, de qua tractatur, viri illustris visio, utpote cui vere fuerit oblata, reipsa exstiterit. Ceterum ut et quid per* Ἰλλύστριον, *Latine* virum illustrem, *hic modo intelligatur, perspectum habeas, adi in mediæ et infimæ vel Græcitatis vel Latinitatis Glossariis ad vocabula* Ἰλλούστριος *et* Illustris *Cangium, posteriorique loco invenies, tres passim apud auctores adnotari honoratorum gradus,* Illustrium *videlicet,* clarissimorum *et* spectabilium, *hosque interim, qui illustrium titulo, præfectis prætorio, præfectis Urbi, quæstoribus, magistris militum tribui solito, condecorabantur, primum locum obtinuisse.*

b *Id est, ab Avaribus et Sclavis, de quo binis capp. proxime prægressis, adversus Thessalonicam moti. Porro vel ex eo, quod hic sub ipsum capitis hujus initium particula* γάρ, *Latine* enim, B E *diversas orationis partes connectere ex officio solita, adhibeatur, primitus fuisse ab auctore, quæ cap. tum præsenti, tum proxime antecedenti occurrunt, serie continua narrata, vix non indubitatum apparet.*

c *Angeli hi fuisse e narrationis contextu, uti in Annotatis ad lit.* a *jam monui, videntur. Certe, quin ab auctore pro angelis habiti fuerint, vix dubitandum apparet.*

d *Ita vocabulum Græcum* Τριβηλὸν *Latine reddidi; verum in magnis Græcorum Menæis excusis, in quibus eadem, quæ hic, visio ad* 26 *Octobris diem narratur,* Τριβολὸν *exaratur; utra autem præstet lectio, non definio. Ut interim, quid vox illa significet, lectorem edoceam, in Menæis loco cit. ita habetur:* Ἀρχὴ δὲ τοῦτο τῆς πρὸς τὸν ναὸν εἰσόδου, καὶ μεσόριον τῶν πρὸς ἑσπέραν αὐτοῦ Θετταλῶν μεγάλων δύο κιόνων, Est autem illud *(tribolon videlicet seu tribelon, de quo proxime ante sermo ibidem fuit)* aditus ad templum initium, duabusque magnis ejusdem columnis Thessalicis occidentalem plagam versus vicinum; *Tribolon ergo seu tribelon idem fortassis, quod Latine templi* vestibulum, *significat. Verum Cangius in Mediæ et infimæ Græcitatis Glossario ad vocabulum* τρίβολον, *sitne pro hoc legendum, quod* quadriporticum *seu* atrium *apud medii ævi scriptores significat,* περίβολον, *subdubitat, meritoque id eum facere, propense existimarem, nisi hic Joannis Thessalonicensis locus, in quem isthæc observo, Menæorum lectioni, quæ præterea e Metaphraste desumpta est, omnino faveret. Expendat interim etiam studiosus lector, quæ idem Cangius in laudato suo mediæ et infimæ Græcitatis Glossario ad vocabulum* περίβολον *observat.*

e *Apud Mabillonium, apud quem tom.* 1 *Analectorum pag.* 86 *et binis seqq. visio, viro illustri oblata, quæ cap. præsenti a Joanne narratur, ab Anastasio Bibliothecario pariter recensetur, de* S. Demetrii, *viro illustri apparentis, specie ita habetur:* Erat enim species ejus non juxta speciem, quæ in antiquioribus ejus imaginibus est depicta; *ut hic, spectato modo, quo apud nos hoc loco Joannes loquitur, auctorem hunc inter et Anastasium bibliothecarium haud conveniat.* F

C f *Hic præsens caput, prout apud nos e bibliothecæ Vaticanæ codice* 797 *descriptum exstat, terminatur; verum, prout ex altero Vaticanæ itidem bibliothecæ codice* 821, *e quo hic editur, descriptum pariter apud nos exstat, ea præterea, quæ hic sequuntur, complectitur, uti etiam prout in codice olim Mazarinæo exhibetur.*

g *Ita Joannes Thessalonicensis lucubrationem suam terminat, binis dumtaxat, quæ ad bellum spectant sanctumque* Demetrium *illustrant, argumentis expositis, quorum alterum quidem cap.* 12, *alterum vero cap. præsenti, hocque proxime prægressis duobus aliis absolvit. Atque ea quidem, quæ ibidem tractat, Joanne nondum episcopo, gesta fuere; plura autem, cum jam episcopus esset, in Thessalonicensium, ab inimicis pressorum, gratiam a* S. Demetrio *patrata fuere prodigia quæ tamen auctor ille in litteras haud misit. Ita ipsemet supra cap.* 12 *non obscure declarat. Audi etiam, qui auctor, qui Joannis Thessalonicensis lucubrationem continuavit, in codice olim Mazarinæo pag.* 135 *statim post verba, quibus hanc terminatam hic vides, loquatur.* Διανύσας, *inquit,* παμμακάριστος πατὴρ, ὁ ὁμώνυμος καὶ τρόποις καὶ ἔργοις καὶ ζηλωτὴς τοῦ παρθένου καὶ ἀγαπημένου Ἰωάννου μετὰ τὰς πλείστας αὐτοῦ διδασκαλίας, τὰς θεοσόστους, καὶ πάντα ὑπερβαινούσας λόγον θαυματουργίας τοῦ ὡς ἀληθῶς σωσιπόλιδος καὶ Ἀθλοφόρου τοῦ Χριστοῦ Δημητρίου ὡς ἐν αὐτῇ αὐτοῦ ἐμφέρεται ἐκθέσει, ἐν μέρει συνεγραψατο, ὡς οἶμαι, μὴ φθάσας καὶ τὰς ἐπὶ τῶν χρόνων αὐτοῦ γεγενημένας τῇ καθ' ἡμᾶς μεγαλοπόλει τῶν βαρβάρων ἀφάτους πολιορκίας συντάξαι, ἢ διὰ τὸ πλησίον τῆς αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀποδημίας ταύτας γεγενῆσθαι, ἢ μᾶλλον καὶ ταύτας παρ' αὐτοῦ συγγραφείσας τοὺς μετ' αὐτὸν ἱερέας ἀποκρύψαι. Beatissimus pater noster, qui nominis ejusdem est, moribusque et operibus virginem dilectumque Joannem secundum ejus dogmata, numero plurima, æmulatur, datas a Deo sermonemque omnem superantes civitatis vere servatoris Christique certaminum Victoris DEMETRII miraculorum patrationes terminans, eas dumtaxat, uti ex ipsa ejus expositione intelligitur, ex parte conscripsit,

A. JOANNE THESSAL ARCHIEP.

psit, ad ineffabiles etiam, ut opinor, quæ temporibus ejus magnæ civitati nostræ obvenere, barbarorum obsidiones conscribendas non veniens, vel quod prope ejus a nobis ad Deum migrationem gestæ sint, vel potius quod illas, ab eo conscriptas, archiepiscopi, qui eum excepere, absconderint. *Joannes ergo obsidiones Thessalonicenses temporibus suis factas, miraculisque* S. Demetrii *illustratas, in litteras haud misit, uti ex hisce jam recitatis scriptoris anonymi, qui eum continuavit, verbis liquet; cum autem, per tempora Joannis, non ea, quæ integram ejus ætatem, sed quemadmodum ex iis, quæ infra lucubrationis suæ, proxime hic subjectæ, initio scribit, colligere fas est, episcopatus ejus durationem fuerint complexa, dumtaxat intelligat, apertissime sane indicat, civitatis Thessalonicensis obsidiones, cum Joannes jam esset Thessalonicensis archiepiscopus, evenisse, easque tamen ab eo omnes litteris haud esse commendatas. Ceterum Joannem Thessalonicensem lucubrationis, quam ejus nomine jam dedimus, vere esse auctorem, etiam collige e verbis proxime recitatis scriptoris anonymi, qui ea præfationis in modum lucubrationi suæ præmittit una cum aliquot aliis, huc non transcribendis, quibus sese Joannis Thessalonicensis lucubrationem jam datam continuaturum, edicit.*

# MIRACULORUM

## LIBER II

### Auctore Anonymo

## CAPUT I.

*Sclavi ab obsidione Thessalonicensi, apparente sancto Demetrio, deturbantur, duxque illorum capitur, ac deinde etiam occiditur* a.

*Sclavi sub Joanne Thessalonicensi vicinis Thessalonicæ locis vastatis, hanc etiam* b *c*

Sub beatæ igitur memoriæ Joannis *b* episcopatu est factum, ut, quemadmodum dictum est, Sclavorum gens, numero infinito et ex Drogobitis, Sagodatis, Belegezetis, Bœonitis, Berzitis reliquisque, quæ primum uno ex ligno naves præparare didicerant, nationibus *c* congregata insolesceret, adeo ut per mare pugnans Thessaliamque omnem ac sitas prope illam et Græciæ insulas, quin adhuc et Cycladas insulas omnemque Achaiam atque Epirum totumque fere Illyricum atque Asiæ partem devastaret, plurimasque..... civitatis ac provincias habitatoribus vacuas efficeret *d*, simulque universa et præfatam hanc nostram Christi amantem civitatem oppugnare, eamque, ut reliquas, deprædari meditaretur. Deinde vero, cum et in hisce ejusdem essent opinionis facti, naves, numero existentes infinitas, quarum singulas uno ex ligno pararant, juxta plagam, quæ ad mare sita est, locarunt; reliqua vero multitudo innumera et ab Oriente, Septemtrione et Occidente custoditam hanc a Deo civitatem omni ex parte circumdare cœpit, familias suas promiscuas una cum earumdem supellectile, in civitate post expugnationem sedem fixuras *e*, secum habens.

*occupare moliuntur; summo hinc timore cives intio percutiuntur:*

159 Lacrymæ tunc erant, fluminis in modum effusæ, ejulatusque omnis civitatis populi, quod ineffabiles civitatum devastationes cædesque ac captivitates infinitas factas, de suo etiam interitu omni prorsus ex parte inaudiens, intellexisset, solo auditu emortui, præsertim quidem, quod neque indigenarum navigia, vel ad ea ex locis, quæ vicina erant, servanda, vel ad portus, hic existentis, ostium custodiendum relicta essent residua; timor vero civibus a Christianis iis, qui, cum in crudelis illius conflictus experimento captivi fa-

Ἐγένετο τοίνυν, ὡς εἴρηται, ἐπὶ τῆς τοῦ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ ἐπισκοπῆ Ἰωάννου τὸ τῶν Σκλαβίνων ἐπαρθῆναι ἔθνος, πλῆθος ἄπειρον συναχθὲν ἀπότε τῶν δρογουβιτῶν, σαγουδατῶν, βελεγεζητῶν, βαιουνητῶν, βερζητῶν, καὶ λοιπῶν ἐθνῶν, πρώτως ἐφευρόντων, ἐξ ἑνὸς ξύλου γλυπτὰς νῆας κατασκεῦασαι κατὰ θάλασσαν ὁπλισαμένους, καὶ πᾶσαν τὴν Θετταλίαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους καὶ τῆς Ἑλλάδος, ἔτι μὴν καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ τὴν Ἀχαΐαν πᾶσαν, τήντε Ἤπειρον καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ Ἰλλυρικοῦ καὶ μέρος τῆς Ἀσίας ἐκπορθῆσαι, καὶ ἀοικήτους..... πλείστας πόλεις καὶ ἐπαρχίας ποιῆσαι, βουλεύσασθαίτε ὁμοθυμαδὸν καὶ κατὰ τῆς εἰρημένης ἡμῶν φιλοχρίστου ταύτης πόλεως παρατάξασθαι καὶ ταύτην, ὡς τὰς λοιπὰς, ἐκπορθῆσαι· εἶτα δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις ὁμογνώμονες γενόμενοι, ἅσπερ κατεσκεύασαν ἐκ μονοδένδρων γλυπτὰς νῆας, ἀπείρους τὸν ἀριθμὸν ὑπαρχούσας, κατὰ τὸ πρὸς θάλατταν κατεστρατοπέδευσαν μέρος· τὸ δὲ λοιπὸν ἀναρίθμητον πλῆθος διάτε ἀνατολῆς, ἄρκτου καὶ δύσεως δι' ὅλων τῶν μερῶν τὴν θεοφρούρητον ταύτην περιστοιχῆσαι πόλιν μεθ' ἑαυτῶν ἐπιξύνας ἔχοντες τὰς ἑαυτῶν γενεᾶς μετὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἀποσκευῆς, ὀφείλοντας ἐν τῇ πόλει μετὰ τὴν ἅλωσιν τούτους ἐγκαταστῆσαι.

159 Καὶ ἦν τότε θάκρυα ποταμόρειθρα ἐκχεόμενα καὶ οἰμωγαὶ τοῦ παντὸς τῆς πόλεως λαοῦ, ἐκ τῆς ἀκοῆς μόνης νεκρωθέντος, διὰ τὸ ἀκηκοέναι αὐτοὺς τὰς ἀφάτους τῶν πόλεων ἐκπορθήσεις καὶ τὰς γεγενημένας ἀπείρους κατασφαγὰς καὶ αἰχμαλωσίας, καὶ ὅτιπερ παντὶ πανταχοῦ ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν ἀπωλείᾳ εὐδοκιμήσαντας· ἄλλωστε δὲ μὴ ὑπολειφθῆναι πλοῖα τῶν ἐγχωρίων, ἢ ἐκ τῶν γεγενημένων πλησίον χώρων σεσῶσθαι, ἢ ὑπάρχειν πρὸς παραφυλακὴν τοῦ στομίου τοῦ ἐνταῦθα λιμένος· δειλίαν δὲ πλείω θέσθαι τοῖς πολίταις ἐκ τῶν ἀποφύγων Χριστιανῶν τῶν ἐν πείρᾳ τῆς αὐτῆς ἀνηλεοῦς παρατάξεως γεγενημένων αἰχμαλώτων· καὶ ἦν τότε

A τότε καὶ τῶν θειλῶν καὶ τῶν ἀνδρείων ἡ ψυχὴ μία, καὶ ἕκαστος πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ πικρὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἑώρα ἢ θάνατον, οὐκ ἐχόντων ἑτέρως ποῦ φυγεῖν κατὰ τὸ θεῖον λόγιον τὸ φάσκον· ἐάν τις ὑμᾶς διώκῃ, ἐκ τῆς πόλεως ταύτης φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν, διότι καθάπερ στεφάνη θανατηφόρος τὸ βάρβαρον ἅπαν Σκλαβίνων τὴν πόλιν περιετύχει· Ἀλλ' ὁ μὴ βουλόμενος ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὸν θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τὴν ζωὴν, οὐδὲ ἐν τούτῳ ὡς ἀληθῶς γνησίου αὐτοῦ δούλου, τοῦ κηδεμόνος ἡμῶν τῶν ἀναξίων, τοῦ ἀειμνήστου μάρτυρος Δημητρίου τῶν πρεσβειῶν παρήκουσεν, ἀλλὰ πρώτην καὶ τοιαύτῃ πολιορκίᾳ ἐπίσκεψιν τῶν θαυμάτων ἐποιήσατο.

160 Σύνταξιν γὰρ τοῦ παντὸς τοῦ Σκλαβίνων ἔθνους ποιησαμένων, ὁμοθυμαδὸν καὶ αἴφνης προσβαλεῖν τῷ τείχει οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντες Σκλαβίνοι σκέψιν ταύτην ἐποιήσαντο ἐφ' ᾧ ταύτας ἐπάνωθεν σανίσιν τε καὶ ταῖς λεγομέναις βύρσαις σκεπάσαι, ὅπως τῷ τείχει μελλούσας προσορμήσαι, ἄπληγας τοὺς ἕλατας ἐκ τῶν ἄπο τῶν τείχεων λίθους ἢ ὅπλα ἀκοντιζόντων κατ' αὐτῶν φυλάξειεν· καὶ αὖτη. . . . , πρώτη ἐκ τῆς ἄνω B ῥοπῆς δέδοται αὐτοῖς διὰ τοῦ μάρτυρος ἡ θειλία, εἰς τὸ μὴ εὐθυδρόμως προσπελάσαι τῇ πόλει, ἀλλ' εἰς τόπον κολπώδη ὁρμέσεως τινος ὑπαρχούσης τὸ ἐπικληθὲν οὐκ ἀρχαίων Κελλάριον, ἐκεῖσε παραγενόμενοι ἐφ' ᾧ τὸ μελετηθὲν αὐτοῖς ἐκπληρῶσαι τῆς τέχνης ἔργον, κἀκεῖσε ἐπὶ τοῦτο τῶν βαρβάρων ἐνασχοληθέντων μικρὸν θάρσους τοὺς τῆς πόλεως ἀναλαβεῖν, ὡς βραχείας ἐνδόσεως αὐτοῖς γεγενημένης, καὶ κατασκευάσαι τινὰς ἐκ ξύλων βάσεις ἐν τῷ λιμένι, ἐν αἷς τὴν ἀπόθεσιν τῆς ἁλύσεως ἐποιήσαντο, καὶ μηροὺς δὲ ὡσαύτως ἐξ ἀναλύτων σιδήρων ἑαυτοὺς ἀμπέσχοντας σκιοειδῶν, τινὰς ὀξείας φέροντας ῥάβδους, ἑτέρας δὲ ἡλωτὰς σπαθοειδεῖς ἐκ ξύλων ἐξεστώσας, ἐνδότερον δὲ τούτοις τὰς ἐπὶ παρακομιδῇ ξυλᾶς * τυχούσας νῆας, ἅσπερ κυβαίας ἐκάλουν, ἀνάψαντες δι' ἀγκύρων συνεχομένας κατὰ τὸ στόμιον τοῦ λιμένος προσηλωθείσας, δίοδον πρὸς τὴν μέλλουσαν παράταξιν ἐποιήσαντο.

* an ξυλινας?

161 Τάφρον δὲ τότε πρὸς τῷ πανυμνήτῳ τεμένει τῆς ἀχράντου θεοτόκου τοῦ ὄντος πρὸς τῷ αὐτῷ λιμένι ἐποιήσαντο, ἀτειχίστου τοῦ τοιούτου καθεστῶτος τόπου, ὡς ἅπαντες ἐπίστανται, καὶ ἡ τῶν πουλπίτων διὰ γωνατίων ἡλωτῶν μηχανὴ κατεσκεύαστο ἐν τῇ γῇ κρυφηδὸν ἀποτεθέντων, ἐξ ὀλίγης ὕλης τινὸς σκευασθέν- C των, ὅπως τῇ τῶν τοιούτων ὀργάνων ἁρασιᾷ οἱ τὴν ὁρμὴν τῆς ἐπιβάσεως ποιεῖσθαι μέλλοντες πολέμιοι, ἐν αὐτοῖς ἐμπαρῶσι, καὶ ἐν τῷ ἐκεῖσε δὲ μόλῳ καὶ αὐτῷ ἀτειχίστῳ τότε διὰ σανίδων καὶ ξύλων τινῶν, ὡς μέχρι στήθους τειχίσαι, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῶν ἄλλων μαγγάνων ἀμυντήρια τὰ πρὸς παράταξιν ἦτοι ὄργανα κατεσκευάσθησαν· καὶ λοιπὸν τὴν ἐλπίδα πᾶσαν εἰς Θεὸν καὶ εἰς τὸν ὑπεραπιστὴν τῆς πόλεως Δημήτριον ἀναθέμενοι, τῆς ἑαυτῶν προθυμίας τὸ σπουδαῖον ἐπεδείκνυντο παραθαῤῥύνοντες τοὺς ἀσθενεστέρους τὸν λογισμὸν ἐπὶ τῇ ἐλπιζομένῃ τοῦ πολέμου παρατάξει.

162 Καὶ τριῶν οὕτως διαδραμουσῶν ἡμερῶν καὶ τῶν Σκλαβινῶν νηῶν, ὡς ἀπομηλίου δύο τοῦ τείχους παραπλεουσῶν, καὶ τόπους εὐαλώτους ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας κατασκοπούντων, ὅθεν τῶν ἐλπιζομένων τὴν πόρθησιν ποιήσονται, τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ σὺν τῇ τοῦ ἑωσφόρου ἀναβάσει ἅπαν τὸ βάρβαρον φῦλον ὁμοθυμαδὸν ἀνακράξαν ἐκπάντοθεν τῷ τείχει τῆς πόλεως προσέβαλον, οἱ μὲν διὰ πετροβόλων κατασκευασμένων λίθους ἀκοντίζοντες, ἄλλοι προσάγοντες κλίμακας πρὸς τῷ τείχει ἐκπόρθειν ἐπειρῶντο, ἄλλοι ἐν ταῖς πύλαις πῦρ' ἀποκομίζοντες, ἕτεροι βέλη καθάπερ νιφάδας χει-

cti fuissent, aufugerant, magis incuteretur. Ac tunc et timidorum et fortium unus erat animus, præque oculis quisque vel captivitatis acerbitatem vel mortem habebat, aliter secundum divinum eloquium, Si quis vos persequatur, e civitate illa fugite in aliam, quo fugeret, non habens, quod omnis Sclavorum gens barbara civitatem, non secus ac corona mortifera, cinxisset. Verum qui nostrum peccatorum mortem non vult, sed conversionem et vitam, neque hac in re servi sui vere genuini, nostrum indignorum curatoris, memorandi perpetuo martyris Demetrii preces despexit, sed et in tali obsidione miracula, ante patrata, iteravit. A. ANONYMO.

160 Cum enim Sclavorum gens, ut simul universa ac improviso in murum irrumperet, omnia composuisset, Sclavi, qui in navibus erant, desuper hasce, quo, cum in murum essent moturæ, remiges illæsos ab iis, qui e mœnibus lapides telave adversus eos ejacularentur, servarent, tabulisque, et ut vocantur, pellibus cooperiendi consilium cœpere. Atque hæc prima ipsis..... e superiori nutu per Martyrem injecta fuit stupiditas, ut haud recto cursu ad civitatem, sed ad sinuosum quemdam stationis, Cellarion antiquitus vocatum, locum accesserint, eo appellentes, ut, quod meditati erant, fallaciæ opus exsecutioni mandarent, cumque hoc ibidem barbari detinentur, accidit, ut, qui civitatis erant, paulum audaciæ, utpote remissione quapiam ipsis facta, receperint, quosdamque in portu, quibus et catenam apposuerunt, e lignis gradus exstruxerint, cumque similiter et femora sua, acutas quasdam virgas, quarum aliæ e lignis spathæ in modum acuminatæ erant, manu ferentes, resoluto, nec fulgorem emittente ferro vestiissent; interius autem ligneas ad transfretandum naves, quas Cubaias vocabant, catenis contentas ad portus ostium defixissent, aditum ad futurum conflictum aperuerunt. *verum inducias quasdam ex inimicorum mora nacti, omnia, quæ ad civitatem* E

161 Vallum autem prope memorabile admodum incontaminatæ Deiparæ templum, cum locus ille, uti omnes norunt, muro munitus haud esset, exstruxerunt, pulpitorumque e clavatis muricibus *f*, latenter in terra reconditis, exigua quadam e materia factis, machina, ut in eos inimici, cum aggressionis impetum facturi essent, ferramenta hujusmodi haud videntes, impingerent, præparata fuit, atque in eo, qui ibidem est, portu et ipso muris tunc haud munito, e tabulis lignisque quibusdam, ita ut et pectus tutarentur, instrumenta propulsatoria reliqua seu ad conflictum instrumenta fuere confecta, ac tandem, spe omni in Deum civitatisque defensorem Demetrium reposita, animo imbecillioribus sperato belli successu fiduciam addentes alacritatis suæ studium manifestum fecere. *strenue propugnandam conducunt, alacriter parant, f* F

162 Ac cum dies tres ita essent elapsi, Sclavicæque naves duorum circiter milliarium spatio a mœnibus navigarent, diebusque singulis loca expugnatu faciliora, unde eorum, quæ sperabant, deprædationem facerent, specularentur, die quarta, statim atque aurora illuxit, universa simul barbarorum gens, clamore undique sublato, in civitatis murum irrupit, hi quidem e paratis petrobolis lapides ejaculantes, illi scalas adducentes, murum superare conabantur, alii portis ignem admovebant, alii tela, *cumque deinde inimici in muros impressionem terra*

A. ANONYMO. tela, non secus ac hiemales nives, confertim cadentia in mœnia, emittebant, eratque videre, mirandum illum telorum nimbum, quemadmodum grandinis multitudo solis radios offuscat, ita aerem sagittis lapidumque ejectionibus obtegere.

*marique faciunt, eos, invocato prius divino auxilio,*

163 Cum itaque talis ac tantus impetus factus esset, illi, qui e barbaris navigatione audaciores atque ad pugnandum fortiores erant, navibus ad loca, quæ ab ipsis conspecta erant, cursim accesserunt, alii quidem ad ecclesiasticæ scalæ *g*, ubi et portella existit, turrim, Occidentem versus sitam, alii vero, ubi et suda *h* et, quæ occulta erant, teilorum *i*, ut vocantur, clavatorum machina existebat, ad plagam muris destitutam, hi quidem, utpote instrumentis hujusmodi eos latentibus, exspectationis spe concepta, fore ut illac ingrederentur; illi vero, quod prædictam illam portellam perrumpere facile esset, fore ut per illam civitatis expugnationem perficerent. Tum illico civitas tota lapidum ac telorum loco lacrymas velut imbriferas nebulas ad rerum omnium Dominum ac Deum effudit dicens : Et nunc, o Deus, e venantium laqueo nos eripe, ne inimici nostri dicant, ubi est Deus eorum, in quem speraverunt? Clamabimus et nos etiam per tuum certaminum Victorem, Domine; Anima nostra, ut passer ex insidiantium laqueo liberata est; laqueus contritus est et nos liberati sumus. In nomine Domini, qui cœlum et terram fecit, auxilium nostrum.

*g*

*h i*

B

*apparenteque ac opitulante S. Demetrio, magna strage*

164 Tunc autem a plurimis propugnator ille patriæque vere amator, gloriosissimus martyr Demetrius, chlamydem albam ferens, ac primum quidem murum percurrens, deinde vero supra mare, veluti supra solum, cursim ambulans dilucide fuit conspectus. Atque hæc quidem non solum plurimi, sacro Baptismate initiati, tamquam digni, viderunt, verum etiam et genuini Hebræorum filii in Gutturum, ut loquuntur, plaga fuere conspicati. Cum enim inordinatus navium prædictarum jactus, simili ex causa natus, per Martyrem supervenisset, atque in seipsas hæ incurrerent, aliquas ex iisdem sursum volvi, existentesque in illis Sclavos dejici contigit. Qui vero natando alio in navigio *k* servari volebat, illud a se apprehensum subvertit, eosque, qui in eodem erant, in mare conjecit. Ac jam ex aliis naucleris fuere, qui confugientium ad eos manus ensibus amputabant; alter alteri in caput gladium adigebat, alius autem alium hasta vulnerabat ac quisque suiipsius saluti studens alterius inimicus fiebat, ac his quidem, qui in Tribolos *l* occultatos inciderant, ibidem detentis, illis vero magna e navium agitatione extra mare in littore hærentibus, easque retrahere haud valentibus, alii e civibus, qui viribus valebant, desilientes, alii vero portellam, per quam inimici sese civitatem expugnaturos sperarant, confringentes, victoriam per eamdem, certaminum Victore commilitante, obtinuere.

C

*k*

*l*

*repellunt,*

165 Ac tunc videre erat mare totum barbarorum e sanguine rubro colore tinctum, Pharaonisque cum Ægyptiis in mari submersionem retectam. Ea ipsa enim hora Dei misericordia scaturiit. Cum enim venti (erat enim ad summum hora diei secunda) tempus nondum esset, statim ventus peregrinus afflavit, ut jam, quæ permanserant, barbarorum naves movere ad revertendum haud possent. Verum alii quidem

μερινὰς τοῖς τείχεσιν ἀπέπεμπον· καὶ ἦν θεωρεῖν τὸ παράδοξον ἐκεῖνο τῶν ὅπλων νέφος καθάπερ χαλαζοτόκος πληθὺς τὰς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας συσκίαζει, οὕτως τὸν ἀέρα τοῖς τοξεύμασι καὶ ταῖς βολαῖς τῶν λίθων καλύψαν. D

163 Τῆς οὖν τοιαύτης καὶ τηλικαύτης προσβολῆς γενομένης, οἱ τῷ πλωΐμῳ τῶν βαρβάρων εὔτολμοι καὶ πρὸς παράταξιν ἀνδριώτεροι δρόμῳ σὺν ταῖς ναυσὶ πρὸς τοὺς παρ' αὐτῶν συνεωραϊζόντας προσήγγισαν τόπους, οἱ μὲν εἰς τὸν πρὸς δύσιν τῆς ἐκκλησιαστικῆς σκάλας πύργον, ἔνθα καὶ παραπύλιον ὑπάρχει, οἱ δὲ πρὸς τὸ ἀτείχιστον μέρος, ἔνθα ἡ σούδα καὶ ἡ τῶν κρυπτῶν τῶν τείλων λεγομένων ἡλωτῶν ἐτύγχανεν μηχανή, οἱ μὲν ἐλπίδα προσδοκίας τεθεικότες ὡς ἀγνώστων αὐτοῖς τῶν τοιούτων ὀργάνων, ἐκεῖθεν εἰσέρχεσθαι, οἱ δὲ ὡς εὐτελέστερον τὸ λεχθὲν ὑπαρχὸν παραπύλιον τοῦτο κατεάξαι καὶ δι' αὐτοῦ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ποιήσασθαι· Τότε δὴ τότε ἅπασα ἡ πόλις ἀντὶ πετρῶν καὶ βελῶν τὰ δάκρυα ὡς ὀμβροτόκους νεφέλας πρὸς τὸν πάντων δεσπότην καὶ Θεὸν ἐξέχεαν λέγοντες· καὶ τὰ νῦν ἐξελοῦ ἡμᾶς, ὦ Θεός, ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων, μὴ εἴπωσι οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν, ἐφ' ὃν ἠλπίσαν. Καὶ κραξόμεθα καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦ ἀθλοφόρου σου, Κύριε· ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη καὶ ἡμεῖς ἐρρύσθημεν, ἡ βοήθεια ἡμῶν ἐν ὀνόματι Κύριου, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. E

164 Τότε δὴ προφανῶς παρὰ πλείστων τε θέαται ὁ ὑπέρμαχος οὗτος καὶ φιλόπατρις ὄντως Δημήτριος ὁ πανένδοξος μάρτυς, χλάμυδα λευκὴν φέρων, καὶ πρῶτον μὲν τὸ τεῖχος διατρέχων, εἶτα δὲ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης, ὡς ἐπὶ ἐδάφους, δρομαῖος περιπατῶν. Καὶ ταῦτα μὲν οὐ μόνον οἱ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος μεμυημένοι ὡς ἄξιοι πλεῖστοι ἐθεάσαντο, ἀλλὰ γὰρ καὶ παῖδες ἑβραίων ἄφθοροι κατὰ τὸ λεγομένων τῶν βροχθῶν μέρος ἐθεάσαντο· τῆς γὰρ ὁμοιοτόκου φορᾶς τῶν λεχθεισῶν νηῶν ἀκανονίστου διὰ τοῦ μάρτυρος ἐπελθούσης, καὶ εἰς ἑαυτὰς προσπιπτουσῶν, τινὰς ἐξ αὐτῶν ἀνακυλῆσαι συνέβη καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς ἀποβάλεσθαι Σκλάβους. Ἀλλ' ὁ κολυμβῶν βουλόμενος ἐν ἑτέρῳ σώζεσθαι, τοῦτο κατέχων ἔστρεφε, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπέριπτεν· καὶ λοιπὸν οἱ τῶν ἑτέρων ναυκλήρων τῶν πρὸς αὐτοὺς προϊεμένων τὰς χεῖρας μετὰ ξιφῶν ἀπέτεμνον· ἄλλος ἄλλῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ξίφος ἀπέπεμπεν· ἕτερος δὲ τὸν ἕτερον λόγχῃ ἐτίτρωσκε, καὶ ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ σωτήριαν πραγματεύομενος τοῦ ἑτέρου ἐχθρὸς ἐγίνετο, καὶ τῶν μὲν πρὸς τοῖς κρυπτοῖς παντήλοις εἰσβαλόντων ἐκεῖσε καταπαρέντων, τῶν δὲ νηῶν ἐκ μεγάλης ἐλάσεως ἔξω πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἀποστομωσάντων, καὶ μὴ δυνηθέντων ταύτας ἀνακαλέσασθαι, οἱ σθενεροὶ τῶν πολιτῶν καταπηδήσαντες, ἕτεροι δὲ δι' οὗ ἦλπιζον οἱ πολέμιοι παραπυλίου πορθεῖν τὴν πόλιν, τοῦτο οἱ πολῖται κατεάξαντες, δι' αὐτοῦ τὸ νίκας συνπολεμήσαντος τοῦ Ἀθλοφόρου ἐκληρώσαντο. F

165 Καὶ ἦν τότε θεωρεῖν τὴν θάλατταν πᾶσαν τῷ τῶν βαρβάρων αἵματι ἐρυθρωθεῖσαν, καὶ τὴν τοῦ Φάραω ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων καταπόντισιν ἀνακαλύψασαν· αὐθωρὸν γὰρ τὸ τοῦ Θεοῦ ἀνέβλυσε ἔλεος· οὔπω γὰρ τῆς ὥρας τοῦ ἀνέμου ὑπαρχούσης (ἦν γὰρ λοιπὸν ὥρα δευτέρα) εὐθέως ἄνεμος ἐξωτικὸς κατέπνει, ὡς λοιπὸν μὴ δὲ τὰς ἐναπομεινάσας τῶν βαρβάρων ναυκέλλας δύνασθαι πρὸς ὑποστροφὴν ἐλᾶσαι· ἀλλ' οἱ μὲν μόλις πρὸς τῷ ἀνατολικῷ μέρει, οἱ δὲ πρὸς τῷ δυ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A τικῶ ἐξῆεσαν· τὰ δὲ τῶν τεθνεώτων βαρβάρων παμπόλλα σώματα πρὸς τῷ τείχει καὶ τῷ αἰγιαλῷ ἡ θάλαττα ἀπεκρούετο· λοιπὸν οἱ τοῦ παραλίου παντὸς ὁπλῖται ἐξελθόντες τὰς τῶν δυσμενεστάτων κεφαλὰς ἀποτέμνοντες διὰ τοῦ χερσαίου τείχους τοῖς βαρβάροις ὑπεδείκνυον· οἱ δὲ διασωθέντες πλωτῆρες τὸν θεόθεν αὐτοῖς γενόμενον ὅλεθρον διὰ τοῦ Ἀθλοφόρου ἀφηγήσαντο, καὶ ἅπρακτοι μετὰ πένθους μεγίστου τὰ πλεῖστα τῶν μαγγάνων καὶ τῶν σκύλων καταλιπόντες μετ' αἰσχύνης ὤχοντο.

166 Οἱ δὲ τῆς θεοσώστου ταύτης τῆς καθ' ἡμᾶς τῶν Θεσσαλονικέων πόλεως δρόμῳ τὸ πανάγιον τέμενος τοῦ αὐτῶν προστάτου καὶ ὑπερμάχου καὶ ὑπερενδόξου καταλαβόντες μάρτυρος Δημητρίου τῷ Θεῷ εὐχαριστηρίους ὕμνους ἀνέπεμπον λέγοντες· Ἐυχαριστοῦμεν σοι, δέσποτα οὐράνου καὶ γῆς, ὅτι ἀναξίων ὄντων ἡμῶν τῆς παρὰ σοῦ σωτηρίας διὰ τὰς ἐνούσας ἡμῖν ἁμαρτίας οὐκ ἔδωκας ἡμᾶς εἰς θῆραν τοῖς ὀδοῦσι τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· ἀλλ' ἔσωσας ἡμᾶς προσδεξάμενος τὰς αἰτήσεις τοῦ γνησίου Θεράποντος Δημητρίου. Καὶ τοῦτο δὲ τεράστιον μέγιστον καὶ μνήμης ὄντως δεῖξαι ἄξιον, ὅτι ὁ τῶν αὐτῶν Σκλαβίνων ἔξαρχος, τοὔνομα Χάτζων, κατὰ τὸ αὐτῷ εἰθισμένον διὰ μαντείας ἠτήσατο μαθεῖν, εἰ εἰσελθεῖν ἔχοι ἐν τῇ Θεοφυλάκτῳ ἡμῶν πόλει, καὶ εἰρηθη αὐτῷ, ὅτι εἰσελθεῖν ἔχει· τὸ δὲ πῶς οὐκ ὑπεδείχ-
B θη αὐτῷ καὶ λοιπὸν ὡς ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῳ μαντείας, χρηστὰς ἔχων τῷ δοκεῖν τὰς ἐλπίδας, ἥρσει τὸ δράμα παρώξυνεν.

167 Ἀλλ' ὁ ἀλλύων καιροὺς καὶ χρόνους, καὶ διασκεδάζων βουλὰς ἐχθρῶν, τοῦτον ζῶντα, αἰχμάλωτον τοῖς πολίταις διὰ τοῦ προσημανθέντος παραπυλίου παρέδωκεν· τινὲς δὲ τῶν τὰ πρῶτα φερόντων τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως οἶκοι τοῦτον κατέκρυπτον κέρδους τινὸς καὶ τρόπων οὐκ εὐλόγων χάριν· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τούτῳ ἤργησεν ἡ χριστόβουλος τοῦ Ἀθλοφόρου προμήθεια· ἀλλὰ γύναια πρὸς ἀνδρείαν ἀναστήσας τόλμαν τοῦτον ἐκ τοῦ οἴκου, ἔνθα κατεκρύπτετο, ἐξήγαγον, καὶ σύραντες διὰ τῆς πόλεως ἐλιθοβόλησαν· καὶ οὕτως ἀξίως τῆς αὐτοῦ δυσμενεστάτης γνώμης ἐπ' ἄξιον ἀπηνέγκατο θάνατον· μηδεὶς οὖν τῶν φιλομαρτύρων ὑμῶν ἀπιστείτω τοῖς ἀγροίκως ἐν βραχέσι περὶ τούτων ἱστορηθεῖσιν· εἰ γὰρ καὶ τις ὡς ψευδῆ με τὰ ταῦτα συγγράψαι λογήσεται, σκοπείτω, ὡς ἐν γραφῇ τυγχάνουσιν πρὸ τοῦ πανα-
γίου τεμένους τοῦ ἀειμνήστου μάρτυρος Δημητρίου τοῦ πρὸς τῷ μέρει τοῦ καλουμένου ξύλου, δηλοῦντα τὴν ἅπασαν τοῦ πολέμου παράταξιν, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τοῦ Ἀθλο-
C φόρου σωτηρίαν, δι' οὗ ἀναπέμπεται δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ πάτρι καὶ τῷ υἱῷ.

vix ad Orientalem, alii vero ad Occidentalem plagam exierunt. Plurima porro barbarorum occisorum corpora prope murum ac littus mare ejecit. Tandem, qui prope mare habitabant, omnes armati egressi abscissa infestissimorum capita supra portam terrestrem barbaris ostendere; nautæ vero, qui incolumes supererant, divinitus sibi per certaminum Victorem cladem fuisse illatam, narrarunt, reque infecta, majorem instrumentorum spoliorumque partem maximo cum luctu relinquentes cum dedecore abierunt. A. ANONYMO.

166 Qui vero hujus a Deo servatæ Thessalonicensis nostræ civitatis erant, sanctissimum patroni sui ac propugnatoris martyrisque gloriosissimi Demetrii templum festinato adeuntes laudes Deo cum gratiarum actione conjunctas dederunt dicentes: Tibi, Domine cæli et terræ, gratias agimus, quod nos propter adhærentia nobis peccata salute a te obtinenda indignos inimicorum nostrorum dentibus in prædam haud tradideris, sed genuini servi Demetrii preces suscipiens servaris. Hoc porro etiam maximum, memoriaque, ut id exhibeamus, vere dignum fuit miraculum, eorumdem Sclavorum principem, qui Chatzon vocabatur *m*, pro more suo, foretne in custoditam a Deo civitatem nostram ingressurus, oraculi E petitione discere studuisse, eique, fore ut ingrederetur, responsum fuisse; quo autem modo ei ostensum haud erat, tandem etiam, utpote e dato sibi vaticinio bonam, ut apparebat, spem habens, rem audacter fuit agressus. *ipso etiam illorum duce Chatzone capto,* m

167 Verum qui occasiones ac tempora mutat, inimicorumque consilia dissipat, vivum illum civibus per præfatam portellam captivum tradidit; quidam autem civitatis nostræ primores domi suæ illum lucri alicujus studiorumque, rationi haud consentaneorum, causa absconderunt; verum neque hac in re Christi consiliis sapiens certaminum Victoris providentia otiata est; verum mulieres ad fortem audaciam ab eo excitatæ e domo, ubi latebat, illum eduxerunt, tractumque per civitatem lapidibus oppresserunt; atque ita merito mortem voluntate sua infestissima dignam subiit *n*. Nemo igitur vestrum, qui Martyrem amatis, iis, quæ de illis rustico sermone narrata paucis sunt, fidem deneget *o*. Quod si enim quis hæc, ut falsa, scripsisse me autumet, videat, qui ante sanctissimum semper memorandi martyris Demetrii templum ad ligni, ut F vocatur, locum in scriptis ostendant omnem belli ordinem, salutemque, nobis collatam per certaminum Victorem, per quem tribuitur gloria, honor et adoratio Patri et Filio etc. *qui et deinde modo indigno a mulieribus occiditur.* n o

## ANNOTATA.

a *Ut quo tempore anonymus libri hujus auctor floruerit, exploratum utcumque habeas, adi Commentarium prævium num.* 24. *Caput præsens, a quo lucubrationem suam inchoat, in codice olim Mazarinæo, e quo hic lectori id exhibetur, a fol.* 136 *usque ad fol. versum* 144 *extenditur, sequentemque hunc,* Περὶ τῆς κατασκεύης τῶν Δραγουβιτῶν, Σαγουδατῶν, Βελεγιζιτῶν καὶ τῶν λοιπῶν, De Dragobitarum, Sagodatarum, Belegizitarum reliquorumque navium apparatu, *præfert in capite titulum; ego autem, quem argumento aptius congruere existimavi, alium ei substitui.*

b *Auctor certe non de alio Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, quam de quo verbis, postremo ad lib. præced. Annotato insertis, unaque cum aliquot aliis lucubrationi suæ præfationis in modum præmissis, fuit locutus, sermonem hic instituit; quare cum jam dati de* S. Demetrii *miraculis libri Joannes ille (adi mox dictum Annotatum) auctor sit, hicque certe, uti apud Lequienum tom.* 2 *Orientis sacri col.* 40 *et binis segq. videre licet, non citius, quam anno* 650 *ad cathedram Thessalonicensem fuerit promotus, verosimillimeque ante annum* 700 *obierit, consectarium*

A. ANONYMO. *sectarium ex hoc loco fit, ut, quæ præsenti capite narrantur, seculo septimo, media sui parte* D
*jam elapso, evenerint. Et vero vel sub Constantino Pogonato vel Justiniano, hujus nominis secundo, qui tunc Romani imperii habenas moderati sunt, isthæc collocanda esse, vel ex eo verosimillimum evadit, quod duo hi principes contra nationes barbaras, imperio Romano in Europa infestas, bellum gesserint, uti ex Theophane, Cedreno, Zonara alliisque Græcorum historicis passim obviis intelligitur.*

c *Hæc diversarum Sclavicæ gentis nationum seu tribuum nomina, nec apud historiæ Byzantinæ seu imperii Orientalis scriptores, nec alibi uspiam expressa invenire quivi. Nec est tamen, cur propterea auctoris anonymi, qui ea hic commemorat, fides suspecta habeatur, maxime cum dubitandum non sit, quin amplissima lateque extensa Sclavorum gens varias in nationes seu tribus distributa fuerit, nec ullus inveniatur auctor, qui ea recensere aut ex instituto debuerit, aut etiam qualicumque ex causa propositum sibi habuerit.*

d *Quam veritati consona existant, quæ hic scriptor noster memoriæ prodit, haud difficulter quisque deprehendet, qui res, sub Constante tertio, Constantino Pogonato et Justiniano secundo, Orientis imperatoribus, gestas atque a Cedreno aliisque scriptoribus ad posteritatem transmissas, evolverit, pauloque accuratius expenderit.*

e *Et hoc, quod hic auctor noster anonymus memoriæ prodit, a veritate historica neutiquam abhorret, cum nationes Sclavicas iis in locis, quæ seu armis seu aliter occupassent, non raro etiam, inquilinis pulsis, sedes fixisse, e supra laudatis aliisque historicis habeatur compertum.*

f *Significationem, quæ vocabulis* πυλπιτὸν *et* γωνατιὸν *hoc in sensu conveniat, nuspiam hisce adaptatam inveni; ex orationis tamen contextu visum est postremum vocabulum Latine interpretari* Murex; *cujus vocis significationem ut apprime explanatam invenias, adi Lipsium Poliorceuticon lib.* 5, *dialog.* 3, *inveniesque etiam ex iis, quæ ibidem is scriptor in medium adducit,*
B *primum e dictis vocabulis idem fortassis, quod Latine* vallum cæcum, *significare.* E

g *Ita indubie locus quispiam, qui vel intra vel extra Thessalonicam situs erat, appellatus fuerit.*

h *Thessalonicenses eo loco, quo destituta muro Thessalonica erat, contra Sclavorum vim exstruxisse vallum, num.* 171 *auctor retulit: Vallum autem tribus constabat, fossa nempe, aggere, et sudeto seu facto e sudibus aculis sepimento; quare cum hic auctor, loquatur de* souda, *eo loco, quo muris destituta erat Thessalonica, existente, vocabulum illud idem significare autumo, quod* Sudetum; *licet autem nec hoc in Lexicis occurrat, apud scriptores tamen id in usu esse, liquet ex iis, quæ laudatus Lipsius loco cit. profert.*

i *Idem fere hic per vocem* τειλὸν, *quod supra per vocem* γωνατιὸν, *significari existimo. Adi interim Lipsium Poliorceuticon loco proxime cit. et lib.* 2, *dialog.* 2.

k *Cum nomina* ἕτερὸς *et* αὐτὸς *in neutro genere hic ponantur, generisque feminini substantivum* ναὺς, navis, *ad quod referuntur, præcedat, necesse est, ut, aut dicta nomina in neutro genere perperam ponantur, aut, ut post primum ex his omissum sit generis neutrius substantivum* πλοῖον, *quod idem, quod* ναὺς, *significat.*

l *Vocabulum* παντηλὸν *seu* παντηλὸς *idem hic ni fallar, quod* murex *seu* tribolus, *significat; ita scilicet murex, cum clavis undique sit confixus, vocari Græce haud inepte posse videtur, formato scilicet nomine e voce* παντὴ, undique, *et voce* ἦλος clavis.

m *Nec hoc ducis Sclavorum nomen uspiam alibi invenio.*

n *In nece Chatzoni tam indigne illata partem quampiam, uti hic auctor indicat, habuisse* S. Demetrium, *multum dubito.*

o *Quæ hactenus cap. præsenti de Sclavorum contra Thessalonicam expeditione, hujusque infelici successu auctor retulit, facile quidem, quantum opinor, apud omnes fidem invenient; verum*
C *qui, miraculo id factum, visionemque supra relatam, qua sese* S. Demetrius *plurimis spectandum tum dederit, haud facile admittant, non defuturos existimo.* F

## CAPUT II

### *Sclavi iterum Thessalonicam aggrediuntur, Deumque ac S. Demetrium sibi contrarios experti, re infecta, recedere coguntur* a.

a

*Scriptionis causam auctor exponit.*

Et miracula miraculis majora sunt et res rebus præstantiores, et bella a bellis differunt, et scripta scriptorum discrimen ostendunt, et studia studiis utiliora existunt, et magistri magistris docendi peritia præcellunt; quodlibet autem, quæ proprio suo statui conveniunt, vires sibi ex ipsa recta habitudine consequitur. Ut præsens igitur argumentum tractemus, occasio causaque est a nobis nominatus habitusque pater noster Joannes, qui post suam hinc ad Deum migrationem, una cum populari suo genuinoque amico, Dei, inquam, martyre, maxime venerando Demetrio, supplices ad Deum miseri-

Καὶ θαυμάτων θαύματα τυγχάνει ἀνώτερα, καὶ πραγμάτων πράγματα ὑπάρχει ὑπέρτερα, καὶ πολέμων πόλεμοι διαφέρουσι, καὶ συγγραφαὶ συγγραμμάτων δεικνύουσιν τὸ διάφορον, καὶ πόνει πόνων εἰσὶν εὐχρηστότεροι, καὶ διδάσκαλοι διδασκάλων εἰσὶν διδακτικώτεροι· ἕκαστον δὲ τῇ οἰκείᾳ ἐπακολουθοῦν ἁρμονίᾳ τὴν ἀπ' αὐτῆς τεύξεται ἀκολούθου εὐεξίας τὴν ἀρετήν· ἀφορμὴ τοίνυν καὶ ταύτη τοῖς παροῦσιν καὶ αἴτιος γεγένηται ὁ πρόσθεν ἡμῖν λεχθεὶς καὶ γενόμενος ἡμῶν πατὴρ Ἰωάννης, ὃς καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν πρὸς Θεὸν ἄφιξιν, ὡς παρὼν ἡμῖν διαλέγεται, συνικετεύων τῷ συμπατριώτῃ καὶ γνησίῳ αὐτοῦ φίλῳ, τῷ πανσέπτῳ, λέγω δὴ, μάρτυρι τοῦ Θεοῦ Δημητρίῳ,

A τρίῳ, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἀναπέμπων τῷ εὐσπλάγχνῳ Θεῷ ἱκεσίας, οὗπερ διὰ μνήμης διηνεκοῦς ἄξιον ἐστὶν λέγειν τὰς πρὸς ἡμᾶς χριστοτερπεῖς αὐτοῦ καὶ ψυχοσώστους παραινέσεις· δίκαιον οὖν ἐστιν ἡμᾶς μεμνῆσθαι αὐτοῦ διηνεκῶς· θεόθεν γὰρ κατησφάλιστο, καὶ ἐν βεβαίῳ εἶχεν τῆς οἰκείας πατρίδος τὴν διηνεκῆ σωτηρίαν· ἀφ' ἧς γὰρ ἠρίδωτο κεχαρίσθαι τῇ πόλει τὸν αὐτῆς προηγέα Δημήτριον παρὰ σωτῆρος Χριστοῦ, ταύτην παρ' ἡμῶν ἀντιμιστίαν διηνεκῆ κτήσατο, ὡς ἀτρόπου καὶ ἀσαλεύτου διαπαντὸς τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως ὑπὸ Θεοῦ ὑπαρχούσης· διὸ δή, ὡς οἶμαι, μὴ συγγράψασθαι λοιπὸν τὰς ἑτέρας, ὡς προείπομεν ἐν ἑτέρῳ, πολιορκίας.

169 Μετὰ γὰρ τὴν ἤδη ἀφηγηθεῖσαν τῶν Σκλαβίνων, ἤτοι τοῦ Χάτζωνος πάμπληθον ὁρμὴν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένην διὰ τοῦ ἀθλοφόρου εὐάλωτον δικαίαν κατασφαγὴν, καὶ λοιπὸν ὡς ἐπωνείδιστον αὐτοῖς τὸν καθ' ἡμᾶς γενέσθαι πόλεμον, βλάβην τε οὐ μικρὰν αὐτοὺς ὑπομένειν, ἐκ τοῦ τους ὑπ' αὐτῶν αἰχμαλωτισθέντας εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἀποφεύγοντας θεόσωστον πόλιν ἐλευθεροῦσθαι διὰ τοῦ ὁδηγοῦ καὶ λυτρωτοῦ αὐτῶν καὶ ἡμῶν κηδεμόνος Δημητρίου· ἔνθεν οὖν πικρίας αὐτοῖς ὑπέκκαυμα τοῦτο γίνεται, ὅτιπερ πρὸς οἷς B τῶν ἀνδραπόδων στεροῦνται, ἀλλὰ καὶ τινα τῶν σκύλων τῆς ἐξ αὐτῶν πορθήσεως λαμβάνοντες πρὸς τοὺς ἐνταῦθα ἀποδιδράσκουσιν. Σκέψις οὖν τούτοις ἐξ πόνου μεγίστου γεγένηται, καὶ δῶρα πάμπολλα συναθροίσαντες τῷ τῶν Ἀβάρων χαγάνῳ δι' ἀποκρισιαρίων ἔστειλαν ὑπόσχεσιν πλείστης ὁλκῆς χρήματος, μετὰ καὶ τῶν μελλόντων πορθῆσαι, ὡς αὐτοὶ διεβεβαιοῦντο, ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως παρέχειν ἐπαγγειλάμενοι, εἴγε τὴν αὐτοῦ ἐπὶ τοῦτο παράσχειεν αὐτοῖς συμμαχίαν· ὡς εὐαλώτου τῆς πόλεως παρ' αὐτῷ καθομολογηθείσης, ταύτης φασκόντων παρ' αὐτοῖς λήφθησομένης, καὶ μὴ μόνον εἰς μέσον αὐτῶν καθεστάναι, δι' ὅτι τὰς ὑπ' αὐτὴν πάσας πόλεις καὶ ἐπαρχίας ἐξ αὐτῶν ἀοικήτους γενέσθαι, ταυτὴν δὲ μόνην, καθὼς εἴρηται, ἐμμέσῳ αὐτῶν ὑπάρχειν, καὶ αὐτὴν ὑποδέχεσθαι πάντας τοὺς ἀποφύγους τῶν ἐκ τοῦ Δανουβίου μερῶν, Πανονίας τε καὶ Δακίας καὶ Δαρδανίας, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων, καὶ ἐν αὐτῇ ἐπερείδεσθαι.

170 Προθύμως οὖν ὁ λεχθεὶς τῶν Ἀβάρων χάγανος τὸ αἰτηθὲν παρ' αὐτῶν ἐκπληρῶσαι σπουδάζων τὰ ἐνδότερον αὐτοῦ πάντα βάρβαρα φύλα συναθροίσας, C ἅμα τε τῶν πάντων Σκλαβίνων καὶ Βουλγάρων καὶ ἀπείρων ἐθνῶν ἀναριθμήτῳ λαῷ, παρετάξατο μετὰ διετῆ χρόνον τῇ μαρτυροφυλάκτῳ ταύτῃ ἡμῶν πόλει, καὶ ἱππέας ἐπιλέκτους ἐγκαθοπλίσας ὁρμῇ ταχυτάτῳ προέπεμψεν ἀγνώστως ἐπιθῆναι ἀθρόον τῇ πόλει, καὶ τὸν αὐτῆς λαὸν ἔξω λαβόντας ἢ καὶ κατασφάξαντας, τότε μετὰ ἀναμονῆς τὸν λεχθέντα Χάγανον καταλαμβάνειν μετὰ καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ κατασυναχθέντος λαοῦ τοῦ ἐπιφερομένου διαφόρους κατασκευας μαγγάνων πολεμιστηρίων πρὸς πόρθησιν τῆς καθ' ἡμᾶς πατρίδος. καὶ ταύτῃ τῇ βουλῇ καὶ τῷ τρόπῳ τὸ ἅπαν βάρβαρον ὁπλισθὲν ὥρμησαν, ὥραν πέμπτην ἐξαίφνης οἱ ἱππεῖς ἐκ πάντοθεν σιδηρένδυτοι ἐπιῤῥίψαντες, διὰ τὸ τοὺς τῆς πόλεως μὴ προεγνωκότας τοὺς ἐν ἀμητῷ πάντας, τοὺς μὲν κατέσφαξαν, ἑτέρους δὲ αἰχμαλώτους ἔλαβον, μεθ' ὧνπερ εὗρον ἀγελαίων πλείστων ζώων, καὶ λοιπῶν τῶν ἐπὶ ἐργασίᾳ τοῦ ἀμητοῦ σκευῶν.

171 Ὡς λοιπὸν ἐγνωκέναι τοὺς τῆς πόλεως τὴν ἠπειλημένην αὐτοῖς τῶν βαρβάρων ἀπροσδόκητον ἐπὶ πολιορκίᾳ ἐπέλευσιν, καὶ ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ γενέσθαι, διόπερ καὶ τῶν πρὸς παράταξιν ἀπορούντων, ἄλλος

cordem preces pro nobis dirigens, nobiscum non secus ac præsens loquitur, dum Christo acceptas animæque salutares illius ad nos admonitiones recordatione continua, prout par est, relegimus. Ut nos igitur illius assidue reminiscamur, est æquum. Divinitus enim ei promissa confirmataque fuit assidua patriæ salus; ex quo autem civitati a servatore Christo in ejus curatorem datum esse Demetrium, cognovit, continuam hanc a nobis, dum civitas nostra immota atque inconcussa per Deum semper staret, retributionem postulavit; hincque opiñor, non scripsisse illum tandem, uti alio loco diximus, alias obsidiones *b*. A. ANONYMO.

*b*

169 Post jam narratam ergo Sclavorum seu Chatzonis numeroso cum exercitu aggressionem, factamque in iis per certaminum Victorem facili negotio justam cædem, ut bellum, adversus nos motum, ipsismet jam probrosum esset, damnumque haud modicum ex eo, quod capti ab eis, fugientes ad civitatem nostram, a Deo servatam, per istorum viæ ducem sospitatoremque nostrum ac curatorem Demetrium liberati essent, sufferrent, evenit. Hinc igitur id illis amaritudinis fomes est factum, quod præterquam quod mancipiis orbarentur, aliis etiam quibusdam, quæ illi prædati fuerant, surreptis, ad eos, qui hic sunt, aufugerent. E dolore itaque maximo consilium iniere, plurimaque congregata dona per apocrisiarios *c* ad Avarum Chaganum miserunt, sese præterea plurimi pecuniarum ponderis una cum iis, quæ, ut ipsi dicebant, e civitate nostra prædaturi essent, promissionem adjungere annunciantes, si ipsis ad hoc socia arma vellet præbere: eum civitas apud ipsummet facilis expugnatu agnosceretur, fore, ut ea per illos caperetur, dicebant, nec solam in medio eorum relinquendam *d*, quod omnes circa illam civitates ac provinciæ habitatoribus vacuæ essent effectæ, hæc autem sola, ut dictum est, superesset, omnesque e Danubii partibus, Pannoniaque et Dacia et Dardania, reliquisque et provinciis et urbibus, transfugas reciperet atque in sinu suo foveret. *Sclavi clade prætérita irati Avarum Chaganum in belli* E *d*

170 Alacriter igitur præfatus Avarum Chaganus, quod postulatum per illos erat, adimplere studens, interiores omnes ditionis suæ nationes barbaras una cum Sclavorum omnium et Bulgarorum gentiumque numero infinitarum populo congregatas post duorum annorum spatium in hanc nostram a Martyribus custoditam civitatem instruxit *e*, cumque equites selectos armasset, eos, ut subito contra civitatem procederent, forisque hujus populo apprehenso occisove, suo deinde commodo dictum Chaganum una cum congregato ab eo populo, qui diversum machinarum bellicarum apparatum ad patriam nostram expugnandam ducebat, accederent, celeri cursu præmisit. Atque hoc consilio modoque omnis barbarorum gens armata movit, hora quinta ex improviso equites, ferro undequaque instructi, irrumpentes, propterea quod, qui civitatis erant, id non prænoscentes in messe essent, alios quidem occiderunt, alios vero captivos abduxerunt, quibuscum et plurima jumenta reliquaque messis operi subservientia utensilia invenere. *societatem alliciunt. Hic equites, qui multos mox prope Thessalonicam occidunt,* F *e*

171 Cum tandem, qui civitatis erant, inexspectatum, qui ipsos minabatur, barbarorum ad obsidionem accessum cognovissent, magnaque, quod et iis, quæ ad conflictum necessaria erant, *præmittit. Thessalonicenses hinc ac maxime ipsiusmet Chagani,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. ANONYMO. erant, destituerentur, in animi dejectione essent, alter alteri ad alacritatem sermo jungebatur, alii autem ex iis, qui ex Naisso *f* et Sardica *g* e-
*f* 9 rant, veluti illorum muros oppugnandi artis experientiam nacti cum lamentis dixerunt; inde fugientes, vobiscum ut pereamus, huc venimus; unus enim illorum lapidis jactus murum confringet. Verum supra nominatus, qui tunc episcopatum in manibus habebat, pater noster Joannes, ne animo desponderent, sed ut alacriter, quæ necessaria erant, ex opposito ad bellum pararentur, monebat, rem sese acerbe gravateque haud ferre, in Deum vero et Martyrem spem conjicere, præ se ferens. Hæc autem ac similia monendo affirmandoque beatus pater audaciam eis, qui civitatis erant, subjiciebat, atque cum iis in mœnibus manebat, cumque paucos post dies omnia ad resistendum essent parata, ipse etiam barbarorum Chaganus
*h* cum alia et Bulgarorum *h* et omnium prædicta-
B rum nationum multitudine custoditæ huic a Sancto civitati, velut procella hiberna, ex universa continentis plaga ad mœnia applicuit, universam etiam civitatem circumdans, ita ut unum dumtaxat undequaque caput cerneretur, nec terra invasionis eorum multitudinem ferret, nec cibaria, vel eorum, qui in circuitu sunt, fluviorum aut puteorum aquæ usibus eorum atque eorumdem animalium irrationalium sufficerent.

*qui innumeram hominum multitudinem, omnemque belli apparatum secum ducit,*

172 Tunc, qui civitatis erant, barbarorum omnem multitudinem incomparabilem, ferro munitam, petrobolorumque ad cœlum usque undequaque sublimem, ita ut altitudine interiorum murorum pinnas superaret, apparatum viderunt; alios quidem, qui, ut vocantur, e cratibus coriisque testudines, alios, qui contra portas e lignis maximis rotisque facile versatilibus arietes, alios vero, qui ligneas muri altitudinem excedentes, ætateque luxurianti juvenibus armatis sursum instructas turres præparabant, alios rursus, qui, ut vocantur, jacula missilia *i*, alios, qui scalas, rotis subjectis mobiles, adducebant, alios, qui machinas candentes moliebantur, adeo ut ex iis, quæ cernebantur, immodico mœrore civitas detenta diceret, quia, tametsi prioribus obsidionibus civitatem liberarit Dominus, ex hac tamen (numquam enim
*i* tantam barbarorum multitudinem, civitati im-
C minentem, quisquam viderat) servandos nos esse incolumes, haud putamus. Atque hæc et plurima ii maxime, qui bellum haud erant experti.

*adventu consternati a Joanne Thessalonicensi, qui et visione cœlesti recreatur,*

173 Prædictus autem pater ac episcopus, ne languido quid animo ferrent, sed ut certaminum Victorem, quo et nunc pro illis decertaret, deprecarentur, monebat. Tunc autem beatissimus ille pater virum quemdam fulgidum in somno vidit, dicentem sibique quodammodo, ut læto esset animo, imperantem: Ne tristitia dejiciaris, te moneo, dicebat, quia, si universa simul civitas Domine miserere exclamarit, hac etiam obsidione liberabimini. Cum hinc porro deinceps maxima cura reique visæ anxietate afficeretur, modosque diversos animo revolveret, ac, quomodo (populo omni per civitatis mœnia disperso barbarisque alias aliorsum tumultuantibus) fieri id posset, diceret, solum tunc lacrymis rigabat, Deum multum misericordem orans ac dicens.

174 Tu, rerum omnium Domine, misericors cum sis, propter nos naturam humanam

ἄλλῳ πρὸς εὐθυμίαν ἐχαρίζετο λόγος, ἕτεροι δὲ τῶν D
ἀπὸ Ναϊσσοῦ καὶ Σαρδικῆς ὑπαρχόντων, ὡς πεῖραν τῆς
αὐτῶν τειχομαχίας εἰληφότες μετὰ θρήνων ἔλεγον,
ὅτι ἐκεῖθεν φυγόντες ἐνταῦθα ἥκομεν μετ' ὑμῶν ἀπο-
λέσθαι, μία γὰρ τούτων λίθου βολὴ τὸ τεῖχος κατε-
άξει. Ὁ δὲ τὴν ἐπισκοπὴν μετὰ χείρας ἔχων ὁ-
προσονομασθεὶς πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης μὴ ῥαθυμεῖν πα-
ρήνει, ἀλλὰ προθύμως τῶν δεόντων ἀνθοπλίζεσθαι,
διαβεβαιούμενος μηδὲν λυπηρὸν ἢ ὀκνηρὸν φέρειν, τῷ
Θεῷ δὲ μᾶλλον, καὶ τῷ μάρτυρι τὰς ἐλπίδας ἐπιῤῥί-
πτειν· τούτοις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις τὸ θάρσος διὰ τῆς
παραινέσεως τε καὶ βεβαιώσεως ὁ ὅσιος πατὴρ τοῖς τῆς
πόλεως παρέχων καὶ τῷ τείχει μετ' αὐτῶν ἐνδιατρί-
βων, καὶ τῶν πρὸς ἀντιμαχείαν εὐτρεπιζόντων μετ'
ὀλίγας ἡμέρας καὶ αὐτὸς ὁ τῶν βαρβάρων Χάγανος
μετὰ τοῦ ἑτέρου πλήθους τῶν τε Βουλγάρων καὶ τῶν προ-
λελεγμένων πάντων ἐθνῶν, καθάπερ λαίλαψ χει-
μερινὴ, τῇ ἀγιοφυλάκτῳ ταύτῃ πόλει διὰ πάσης
τῆς χερσαίας προσήψε τῷ τείχει καὶ περιστοιχίσας
ἅπασαν τὴν πόλιν, ὡς μίαν ὁρᾶσθαι ἐκ πάντο-
θεν τὴν πάντων κεφαλὴν, καὶ μηδὲ τὴν γῆν ὑποφέ-
ρειν τῆς αὐτῶν ἐπιβάσεως τὴν πληθὺν, μηδὲ αὐτα-
ρκεῖν τῶν ἀγωγῶν, ἢ τῶν πέριξ ποταμῶν ἢ τῶν φρεά-
των τὰ ὕδατα πρὸς τὴν τούτων καὶ τῶν ἀλόγων ζώων
αὐτῶν δαπάνην. E

172 Τότε δὴ ἐωρακότες οἱ τῆς πόλεως τὸ ἀνείκα-
στον τῶν βαρβάρων πλῆθος ἅπαν σεσιδηρωμένον, καὶ
τὴν τῶν πετροβόλων ἐκ πάντοθεν οὐρανομήκη παρά-
στασιν, ὡς ὑπερβαίνειν τῷ ὕψει τὰς τῶν ἔσω τειχῶν
ἐπάλξεις, ἄλλους δὲ τὰς καλουμένας ἐκ πλοκῶν καὶ βυρ-
σῶν χελώνας, ἄλλους πρὸς ταῖς πύλαις κριοὺς ἐκ ξύ-
λων μεγίστων, καὶ τροχῶν εὐπερικυλίστων, ἑτέρους δὲ
πύργους ὑπερμεγέθεις ξυλοκατασκευάστους, ὑπερβαί-
νοντας τὸ ὕψος τοῦ τείχους κατασκευασάντας, ἔχοντας
κατεπάνω νεανίας σφριγῶντας καθωπλισμένους, ἑτέ-
ρους δὲ τοὺς καλουμένους ὄρπηκας ἐνπεπηγότας, ἄλλους
ὑποτρόχους κλίμακας ἐπιφερομένους, ἑτέρους διαπύ-
ρους μαγγανείας ἐπινοοῦντας, ὡς ἐκ τῶν ὁρωμένων ἐν
ἀμέτρῳ θλίψει τὴν πόλιν συσχεθεῖσαν λέγειν, ὅτι
εἰ καὶ ἐκ τῶν προτέρων πολιορκιῶν τὴν πόλιν ἐλυτρώ-
σατο ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐκ ταύτης οὐκ οἰόμεθα σώζεσθαι·
οὐδέποτε γὰρ τοσαύτην πληθὺν βαρβάρων τις τῇ πό-
λει προσβαλεῖν τεθέαται, καὶ ταῦτα καὶ πλεῖστα οἱ μά-
λιστα ἀπειροπόλεμοι. F

173 Ὁ δὲ προρηθεὶς πατὴρ καὶ ἐπίσκοπος παρή-
νει μηδὲν ῥάθυμον φέρειν, ἀλλὰ τὸν ἀθλοφόρον αἰτεῖ-
σθαι καὶ τὰ νῦν συμμάχειν. Τότε δὴ κατόναρ ὁρᾷ ὁ
παμμακάριστος ἐκεῖνος πατήρ τινα λαμπρὸν ἄνδρα
λέγοντα καὶ ὡς εὐθυμοῦντα αὐτόν· μὴ ἀθυμεῖν, σὲ πα-
ραινῶ, φήσας, διότι, ἐὰν ἅπασα ἡ πόλις ὁμοθυμα-
δὸν ἀνακράξῃ τὸ, Κύριε ἐλέησον, καὶ ἐκ ταύτης τῆς πό-
λιορκίας διασωθήσεσθε· ὅθεν λοιπὸν τότε ἐν πλείστῃ
φροντίδι καὶ ἀθημονίᾳ τοῦ ὁραθέντος γενόμενος, καὶ
διαφόρους τρόπους ἐν βουλαῖς ἀνιχνεύων καὶ λέγων· πῶς
δυνήσεται τοῦτο γενέσθαι· τοῦ γὰρ παντὸς λαοῦ διὰ τοῦ
τείχους τῆς πόλεως σποράδην ὑπάρχοντος, καὶ τῶν βα-
θάρων ἄλλως ἀλλαχόσε τεθορυβούντων, κατέῤῥει τοῖς δά-
κρυσι τὸ ἔδαφος δυσώπων τὸν πολὺ ἔλεον Θεὸν καὶ λέ-
γων:

174 Σὺ, δέσποτα τῶν ἁπάντων φιλάνθρωπος ὤν,
ηὐδόκησας δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπίσαι, καὶ σταυρὸν καὶ θάνα-
τον

A τον ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν ὑπομεῖναι, σὺ προσήγαγες ἑαυτὸν ὑπερ ἡμῶν Θυσίαν καθαρὰν τῷ σῷ πατρί, σὺ ἐξηγόρασας ἡμᾶς σεαυτῷ τῷ οἰκείῳ αἵματι, ἐκλεξάμενος ἡμᾶς λαόν σου περιούσιον, ἔθνος ἅγιον, μὴ εἰσέλθωσιν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, μὴ μιαίνωσιν τοὺς ναούς σου τοὺς ἁγίους, οὓς αὐτὸς ἠυδόκησας ἐν αὐτοῖς ἐνοικῆσαι, μὴ ἐπαιρέσθωσαν καθ' ἡμῶν, ὡς πάλαι ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ ὁ μεγαλορρήμων Γολιάθ, ἀλλὰ δὸς ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς καὶ ἀναξίοις δούλοις σου, ὥς τῷ σῷ παιδὶ Δαβίδ, λίθον σωτηρίου, τὴν σὴν ἀόρατον συμμαχίαν, ὅπως δι' αὐτῆς σφενδονίσαντες τὰς κακοτέχνους καθ' ἡμῶν τῶν βαρβάρων ἀποκρουσώμεθα φάλαγγας, μὴ ἀπράκτους τὰς ὑπερ ἡμῶν διὰ τοῦ ἀθλοφόρου σου προσαγομένας θεήσεις ποιήσῃς, μὴ ἰσχύσῃ καθ' ἡμῶν τὸ εἰδωλόπηκτον καὶ ἀθεμιτόγαμον καὶ παράνομον ἔθνος, μὴ, δέσποτα· δεῖξον ἡμᾶς καὶ νῦν νέον σου λαὸν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκ τῶν Λίγυπτίων διασωθέντα.

A. ANONYMO. *et divinum auxilium implorat,*

assumere, crucemque ac mortem pro genere nostro sufferre voluisti, tu teipsum pro nobis obtulisti Patri tuo sacrificium mundum, tu nos tibi proprio sanguine emisti, eligens nos populum tuum peculiarem, gentem sanctam : non intrent gentes in hæreditatem tuam, ne commaculent sancta templa tua, quæ ipse inter eam inhabitare voluisti, ne adversus nos, uti quondam arrogans Goliath adversus David, exaltentur, sed nobis humilibus atque indignis servis tuis, ut famulo tuo David, da lapidem salutarem, tuam invisibilem in bello opem, ut per eam funda utentes dolo adversus nos instructas barbarorum phalanges repellamus, ne fusas a tuo certaminum Victore pro nobis preces irritas facias, ne adversus nos, ne Domine, idolis addicta ac incesta impiaque natio prævaleat, exhibe nos etiam nunc novum tuum, ab Ægyptiis quodammodo servatum, populum Israel.

175 Καὶ ταῦτα καὶ πλεῖστα εὐχόμενος τοὺς πολίτας παρετάρρυνεν ἀξίους παριστᾶν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ναῶν παναγίων καὶ πίστεως διανίστασθαι, καὶ τῶν βαρβάρων ἐναντίον ἀντιπαρατάσσεσθαι· τῆς οὖν πολιορκίας γενομένης, καὶ τῶν πετροβόλων πάντοθεν ἀκοντιζόντων οὐχὶ πέτρας, ἀλλ' ὄρη καί βουνούς, εἷς ἐν τῇ ἔνδον τῶν πολιτῶν πετραρέα ὑπάρχων θεόθεν ἐμπνευσθεὶς μικρῷ κάχληκι ἐπιγράψας τὸ ὄνομα τοῦ ἁγίου Δημητρίου ἠκόντισεν κράξας, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Δημητρίου· καὶ ἀπολυθέντος, τοῦ λίθου, ὁμοίως καὶ ἔξωθεν ἐκ τῶν βαρβάρων ὑπὲρ αὐτὸν τριπλοῦ καὶ ἐπεκείνα καθεστῶτος, ὑπαντῆσαι τοῦτον καὶ ἀνθυποστρέψαι εἰς τὴν χώρην τῆς βαρβαρικῆς πετροβόλου, ἀμφοτέρους κατελθόντας καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἀποκτεῖναι μετὰ τοῦ ἐν αὐτῇ ὄντος μαγγαναρίου· καὶ μετὰ τοῦτον θαῦμα, μέσης ἤδη τῆς ἡμέρας γενομένης, ἄφνω σεισμὸς μέγας ἐγένετο, ὥστε πάντα τὸν λαὸν τῆς πόλεως ἀνακράξαι τὸ, Κύριε, ἐλέησον.

*ad fortitudinem animantur ; incepta autem obsidione, raris, quæ fiunt*

175 Atque hæc et plurima orans civibus fiduciam addebat, quo seipsos dignos Deo exhiberent, ut et pro patria et templis sanctissimis et fide insurgerent, acieque contra barbaros decertarent. Obsidione igitur incepta, petrobolisque undequaque, non lapides, sed montes et colles, ejaculantibus, unus in civitate e civibus lapidum jactor, divinitus inspiratus, cum parvo lapillo sancti Demetrii nomen inscripsisset, eum emisit clamans, In Dei et sancti Demetrii nomine, cumque lapis, similiterque extrinsecus a barbaris alter, qui triplo et amplius major erat, fuisset emissus, accidit, ut hic illi occurreret, atque ad locum, quo barbarorum erat petrobolus, reverteretur, utque ambo descendentes eos etiam, qui ibidem erant, una cum artifice, qui in eo erat, occiderent. Ac post tale miraculum, cum media jam dies esset, subito terræ motus factus est magnus, ita ut omnis simul civitatis populus clamaret, Domine, miserere.

176 Τοῦ δὲ βαρβαρικοῦ πλήθους ἑωρακότος τὸ τεῖχος καταπεπτωκὸς ἅπαν, συνεφορμῆσαι πρὸς τὸ τὴν πόλιν ἑλεῖν, καὶ πλησιασάντων αὐτῶν ὁρᾶν τὸ τεῖχος καθάπερ τὸ πρῶτον ἑστῶς, ἔνθεν τε ἐπεγνωκέναι τὸν τὴν τοιαύτην ἑωρακότα ἐπαγγελίαν ἀρχιερέα, ὅτι ἐπέσκεπται τὴν πόλιν ὁ Κύριος διὰ τοῦ ἀθλοφόρου αὐτοῦ. Εὑρηνται γὰρ ὡς καὶ πλεῖστα τεθέανται ἐκ τῶν παρὰ τῶν βαρβαρων ῥιφέντων, ὡς νιφάδων, βελῶν, τινὰ ἐξ αὐτῶν τὸ ἐπτερωμένον μέρος τῷ τείχει κολληθέντα, τὸν δὲ σίδηρον πρὸς τοὺς ὑπεναντίους τρέπειν· ἐκτοτε οὖν τοῦ προέδρου τὴν γεγενημένην τῇ πόλει παρὰ Θεοῦ ἐπισκοπὴν διὰ τῆς τοῦ σεισμοῦ ταραχῆς σαφηνίσαντος, καὶ τῶν βαρβάρων ἔξωθεν καταπλαγέντων, ἐπιπλείω οἱ τῆς πόλεως ἀνδρεία κατὰ τῶν ἐναντίων ἡμφιέσαντο, τινὲς δὲ τῶν δειλοτέρων τῇ ῥαθυμίᾳ τῆς ἀσυμπαθοῦς πανταχόθεν πρὸς αὐτοὺς συμμαχίας κατείχοντο.

*hicque narrantur, prodigiis, barbari terrentur,*

176 Cum autem barbarica multitudo murum omnem collabi vidisset, ut civitatem caperet, simul universa movit, cumque appropinquasset, murum, ut ante, stantem vidit, hincque, qui promissionem hujusmodi in visione acceperat, archiepiscopus, civitatem per suum certaminum Victorem visitasse Dominum, cognovit. E sagittis præterea, nivis confertim cadentis in modum per barbaros emissis, nonnullæ, alata sui parte muro affixæ, ferrata autem versus hostes versæ, inventæ fuerunt atque etiam ut plurimum conspectæ *k*. Ab eo ergo tempore e terræ motus tumultu visitationem a Deo civitati factam, archiepiscopo declarante, barbarisque foris consternatis, fortitudine adversus inimicos maximam partem, qui civitatis erant, fuere induti; timidiorum autem quidam dumtaxat ob unitam, quæ undequaque illis imminebat, vim immitem animi dejectione detinebantur.

*k*

177 Τότε ὁ τῶν θλιβομένων σωτὴρ καὶ τῶν χειμαζομένων λιμὴν ἐξ ἀοράτων σιτοφόρους ὁλκάδας μετὰ καὶ ἑτέρων διαφόρων εἰδῶν πλείστας μέχρις ἂν ἡ τοιαύτη τῶν βαρβάρων ἐτύγχανεν παράταξις, ἑκάστης ἡμέρας ἀνενδότως εἰσέρχεσθαι ἐθαυματούργησεν, ὡς πάντα τὸν λιμένα γεμισθῆναι καὶ τὴν παράλιον ὅλην ἐκ τῶν τοσούτων πλοίων· τοὺς δὲ τούτων ναυτικούς, ὡς ἐμπειρομαγγάνους, ταῖς πετραρέαις καὶ τῶν λοιπῶν ἐξυπηρετεῖν κατασκευασμένων ὅπλων, τοὺς δὲ βαρβάρους λέγειν, ὅτι τὴν νύκτα τοὺς τῆς πόλεως ἀποστέλλειν τὰ πλοῖα, καὶ τὴν ἡμέραν τῷ δοκεῖν ταῦτα εἰσερχεσθαι· φάσκειν δὲ τοὺς ναυκλήρους καὶ δημηγορεῖν τὸ Θεῖον θαῦμα, ὡς

*cumque deinde quotidianæ annonæ advectione prodigiose recrearetur civitas,*

177 Tunc afflictorum servator, tempestateque jactatorum portus virtute invisibili naves plurimas frumento aliisque etiam diversi generis cibariis onustas, quotidie absque intermissione, quamdiu talis barbarorum contentio obtinuit, advenire, mirabiliter fecit, ita ut portus totus parsque omnis mari adjacens e tanta navium multitudine impleretur, navales autem illarum copiæ, utpote machinarum bellicarum peritæ, petrobolis, reliquisque, quæ parata erant, instrumentis bellicis ministrarent; barbari vero dicerent, tempore nocturno, qui civitatis erant, naves emittere,

A. ANONYMO. emittere, diurnoque illas, ut videbatur, reverti; dicerent porro naucleri ac vulgarent divinum miraculum, sese, velut ab ignoto quodam cancellario *l*, eo invitari; hunc autem, quoniam, et ipsis secunda e ventis navigatio fuisset, patriæ servatorem esse Demetrium. Talem ergo barbarorum subitaneam adversus civitatem expeditionem omnes ignorabant, eamque etiam dominus, cui sceptra obtinere sors dederat, haud sciebat.

*l*

ἀπό τινος ἀγνώστου καγκελλαρίου ἐνταῦθα προτραπῆναι, τοῦτον δὲ τυγχάνειν τὸν σωσίπατριν Δημήτριον, διότιπερ καὶ τῶν ἀνέμων αὐτοῖς ἐπιτήδειος γεγένηται εὐπλοΐα· τὴν οὖν τοιαύτην τῶν βαρβάρων ἐπέλευσιν τῇ πόλει πάντας ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μηδὲ τὸν Κύριον τῶν σκήπτρων κρατεῖν λαχόντα ἐγνωκέναι.

*bellicaque contra hanc adhibita instrumenta omnia,*

178 Verum eo præfectum misit, nomine Chariam *m*, qui neque, cum civitatis hujus, a Deo servatæ, portum ingrederetur, factam, ut perhibent, inimicorum irruptionem sciebat; qui cum id, quod evenerat, ineffabilemque etiam e factis armatorum adversus invicem incursionibus tumultum e fragore percepisset, fusis in civitatis Servatoris Demetrii templo precibus, et ipse cum multis murum, armis assumptis, conscendit: tum vero, quæ ab inimicis parata erant, instrumenta oppugnatoria ludibrio tandem habita inutiliaque per vires oppositas ac per certaminum Victoris auxilium inepta reddita fuerunt, uti omnibus manifesto

B apparuit.

178 Ἀλλ' ἔστειλεν ὕπαρχον ἐνταῦθα, τούνομα Χαοΐαν, ὅστις οὐδὲ αὐτὸς μέχρις ὅτου τῷ λιμένι τῆς θεσώστου ταύτης εἰσέβαλεν, ἐγνώκει τὴν ὑπάρχουσαν, ὡς εἴρηται, τῶν ἐχθρῶν παράστασιν, ὅστις μαθὼν τὸ ὕπαρχον, καὶ τὸ ἄφατον τῆς ταραχῆς ἐκ τῶν προσβολῶν καὶ ὁπλιτῶν εἰς ἀλλήλους γινομένων ἐκ τῶν ψόφων, προσκυνήσας ἐν τῷ ναῷ τοῦ σωσιπόλιδος Δημητρίου πρὸς τῷ τείχει καὶ αὐτὸς μετὰ πάντων ὁπλισάμενος ἀνεβη· εἶτα δὲ τῶν ἐκ τῶν ἀντιβ ων κατασκευασθέντων μαγγανικῶν ὅπλων λοιπὸν καταπτυσθέντων καὶ ἀπράκτων διὰ τῶν αὐτῶν ἀντιπαρατάξεων, καὶ ἀνεπιτηδείων διὰ τῆς τοῦ ἀθλοφόρου συνεργείας ἀποδειχθέντων, ὡς πᾶσιν δεδήλωται.

E

*ac nominatim turris lignea, invitilia essent effecta,*

179 Cum enim exstructam ab eis turrim ligneam, quam omnibus terribiliorem, idoneamque existimabant, et armassent et muro admovere conarentur, divina providentia instrumentorum, existentium in ea, sponte sua, dum eadem moveretur, gubernaculo disrupto, armatos, qui in illa erant, viros interire, alios vero, qui in testudinibus attingebant murum, e superiori murorum parte per ligna, quæ mucrone, vomeris speciem referente, erant instructa, e sublimi delabentia, illasque configentia turbari evenit, adeo ut, qui intus erant, jam nudi emissis per viros armatos, qui in muro erant, jaculis vulnerarentur; unde cives, qui prius pavidi exstiterant, delectationi ac risui habuerunt inimicorum instrumenta.

179 Καὶ γὰρ τοῦ παρ' αὐτῶν ξυλοπύργου, ὄντινα ἐδόκουν ὑπὲρ πάντα φοβερότερον καὶ ἐπιτήδειον εἶναι, καθοπλίσαντες τε καὶ προσορμῆσαι τῷ τείχει πειρώμενοι, θείᾳ προνοίᾳ αὐτομάτως ἐν τῇ αὐτοῦ κινήσει ραγέντος τοῦ ἐν αὐτῷ τὰ ὄργανα ἰθύνοντος, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ ὁπλίτας ἀποθανεῖν, ἄλλους δὲ ἐν ταῖς χελώσιν προσάπτοντας τῷ τείχει ἐκ τῶν ἐπάνω τῶν τειχῶν διὰ ξύλων ἐχόντων ξίφος ὑνιοειδὲς ἐκ τῶν ὑπερθεν χαλούντων καὶ πηγνύντων ταύτας ἀνεγείρεσθαι, ὡς λοιπὸν τοὺς ἔνδοθεν γυμνοὺς μὲν ταῖς ἐκ τῶν ὁπλιτῶν τοῦ τείχους τετρώσκεσθαι βολαῖς, ὅθεν οἱ τὸ πρὶν ἔκφοβοι γενόμενοι πολῖται εἰς τέρψιν εἶχον καὶ γέλωτα τῶν ὑπεναντίων ἀμυντήρια.

*ad pacem inclinant,*

180 Cum autem tandem barbari, adhibitam a se contra civitatem vim esse invalidam, viderunt, ut donis saltem dimitterentur, postulabant: illi vero, horum petitione haud admissa, consuetas post egerunt custodias, quando jam

C e supremo excessu inimicorum princeps Chaganus, veluti ab iis, qui civitatis erant, omnino spretus, amaritudine animi, coerceri haud valente, incensus, veneranda omnia, quæ foris erant, templa igni tradi, similiter autem et omnes suburbiorum domos comburi jussit, hisce sese ex partibus non abiturum, sed plurimas gentes alias contra civitatem nostram in auxilium advocaturum, ob cladem suam minatus.

180 Ὡς δὲ λοιπὸν ἑώρα τὸ βάρβαρον, ἀνῖσχυρον εἶναι τὴν παρ' αὐτῶν πρὸς τὴν πόλιν ὁρμὴν, ἤτουν δώροις τούτους ἀποπεμφθῆναι· οἱ δὲ ταύτην αὐτῶν μὴ προσηκάμενοι τὴν πεῦσιν, τῶν συνήθων λοιπὸν εἴχοντο ὁπλισμάτων, ὡς ἐξ ἄκρας τότε ὑπερβολῆς ὁ τῶν πολεμίων ἔξαρχος Χαγάνος, ὡς παντελῶς ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως καταπτυσθεὶς ἀκατασχέτῳ πικρίᾳ ἐκκαυθεὶς προσέταξε πάντας τοὺς ἔξω σεβασμίους ναοὺς πυρὶ παραδοθῆναι, ὁμοίως δὲ καῦσαι καὶ πάσας τὰς τῶν προαστείων οἰκήσεις, ἐμπειλῶν, μὴ ἀναχωρεῖν ἐκ τῶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πλεῖστα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀπωλείᾳ πρὸς συμμαχίαν ἔθνη κατὰ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως ἐπισπάσασθαι.

F

*nonnullisque, quæ ad hanc conducerent, impetratis, recedunt.*

181 Ob hæc igitur, cum in obstinata hujusmodi obsidione dies triginta tres præteriissent, universi, qui civitatis erant, consilio etiam, quo ipsorum barbarorum gentem placarent, inito, quædam, quæ ad pacem conducerent, obtulere, ut probrosum, quod statutum apud illos erat, consilium mutarent, atque ita iis, quæ pacis erat, compositis, ad loca sibi assignata, abeunt. Cum porro pax fuisset stabilita, absque timore ad murum tunc accedentes pretio exiguo variisque in commutationem cibariis acceptis venditos, qui facti abs illis erant, captivos reddidere, salutem quæ civitati divinitus obtigerat, murorumque in terræ motu factum prodigium, armorumque

181 Ἐπὶ τούτοις οὖν παρελθουσῶν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἀνενδώτῳ πολιορκίᾳ ἡμερῶν τριάκοντα τριῶν, καὶ πρὸς τὸ ἐξαιτήσεως τῶν αὐτῶν βαρβάρων ἔθνος βουλῆς ἅπαντες οἱ τῆς πόλεως γεγονότες παρέσχοντο τινα τὰ πρὸς εἰρήνην προχορεῦντα, ὅπως τῆς κατ' αὐτοὺς ἀπαλλαγῶσιν ἀναιδοῦς προθέσεως, καὶ οὕτως τὰ τῆς εἰρήνης στοιχησάντων εἰς τὰς αὐτῶν τοποθεσίας ἀπίασιν. Μετὰ γὰρ τὴν στοίχησιν τῆς εἰρήνης τότε ἀδεῶς πρὸς τῷ τείχει ἐρχόμενοι τοὺς παρ' αὐτῶν γενομένους αἰχμαλώτους εἰς ὀλίγην πραγματείαν πιπράσκοντες ἀπέδοντο, καὶ ἔδη πρὸς συναλλαγὴν διάφορα, δημοσιεύοντες τὴν θεόθεν τῇ πόλει σωτηρίαν καὶ τὴν τῶν τειχῶν ἐπὶ τοῦ σείσμου γενομένην θαυματουργίαν, καὶ ὅτι κατ' ὀπτασίαν, ἡ τῶν ὅπλων καὶ μαγγάνων ἄεργος καὶ ἀδόκιμος γεγένηται παράταξις, διότιπερ προ-

A πρότερον ταῦτα παρ' αὐτῶν διαφόρως γυμνασθέντα, ἐπιτήδεια καὶ ἀναγκαῖα αὐτοῖς καταφαίνεσθαι, καὶ πρὸς τὴν τῆς πόλεως παράταξιν ἀπρόσφορα καὶ ἀνεπιτήδεια ἐκ τῆς τῶν ὁραθέντων αὐτοῖς ἁγίων ἐπιστασίας γέγονε, καὶ ταῦτα δὲ πάντως ἀναγκαῖον ἱστορῆσαι, ὡς ἠκριβωμένους ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐπιμόνων πρεσβειῶν τοῦ μετὰ Θεὸν προμηθέως ἡμῶν καὶ συμμάχου καὶ ὁπλίτου καὶ λυτρωτοῦ ἡμῶν Δημητρίου ἡ πόλις ἐκ πάντων τῶν κινδύνων καὶ τῶν βαρβάρων διασώζεται, δοξάζουσα ἀπαύστως Πατέρα καὶ Υἱόν, etc.

suorum ac instrumentorum inanem ac invalidam vim factam esse, divulgantes, idque per visionem sibi oblatam, quod illa, quæ, cum primum ab iis diversimode probata fuissent, idonea necessariaque visa fuerant, abs illo tempore, quod Sanctorum illis præsentia apparuit, ad civitatis expugnationem et inutilia et inepta evaserint *n*. Atque hæc narrare, necessarium omnino fuit, ut apprime haberemus perspectum, per assiduas nostri post Deum curatoris et commilitonis et militis et servatoris Demetrii preces a periculis omnibus barbarisque esse servatam civitatem, indesinenter laudantem Patrem et Filium etc.

A. ANONYMO.

n

## ANNOTATA.

a *Caput hoc in codice olim Mazarinæo, e quo hic typis primum excuditur, a fol, verso* 144 *usque ad fol.* 155 *excurrit; ac sequentem quidem hunc titulum,* Περὶ τοῦ πολέμου τοῦ Χαγάνου, De bello Chagani, *ibidem in capite præfert; licet autem in titulorum elencho, qui in laudato codice toti Operi seu capitum lucubrationumve fere omnium, in eo contentarum, collectioni a fol. verso* 10 *usque ad fol.* ỳ. xi *præfigitur,* Χάτζωνος legatur, Χαγάνου *tamen retinendum esse, apparet e capite subjecto, ad quod prædictus titulus spectat. Huic interim alium, quem hic cernis, ob rationem, supra plus semel me-* E

B *moratam, substitui.*

b *Qui hinc, quemadmodum auctor noster anonymus mox hic indicat, Joannes Thessalonicensis obsidiones, ætate sua seu, ipso jam episcopo, factas, atque ab ea, quam lib. præcedenti verbis ejus dedimus, distinctas, silentio præteriret, moveri potuerit, haud satis intelligo. Nec video etiam, ab eodem nostro auctore anonymo, quæ huc usque cap. præsenti occurrunt, præfationis seu exordii in modum iis, quæ sequuntur, recte præmitti.*

c *Id est, nuntios seu legatos; vocem autem Græcam* ἀποκρισιάριος, *quæ ad nuncium seu legatum significandum a Theophane, Cedreno, Niceta, aliisque plus semel adhibetur, Latine hic interpretatus sum* apocrisiarius, *quod vox hæc in eadem, in qua apud dictos scriptores Græcos vox* ἀποκρισιάριος, *significatione apud mediæ et infimæ latinitatis (adi ad vocabulum istud in Glossario Cangium) scriptores adhibita inveniatur, itaque quodammodo textui Græco versio Latina reddatur conformior.*

d *Quæ huc usque a vocibus* ὡς εὐαλώτου *in textu Græco occurrunt, sensum magis, quam verba sequendo Latine hic interpretatus sum, quod, ut verbum verbo reddatur, hoc loco haud sufferat Græca constructio, cui etiam, ut sensum omnino perfectum gignat, aliquid ex amanuensium vitio deesse videtur.*

e *Cum suscepta, a Sclavis, de qua cap. præced. contra Thessalonicam expeditio sub Constante tertio aut altero e binis ejus successoribus (adi Annotata, cap. isti ad litt.* b *et* d, *ad quas interim, quod hic monendum, Simocattæ, Theophylacti et Constantini tertii nomina pro Cedreni, Zonaræ et Constantis tertii nominibus per errorem, fato nescio quo commissum, irrepsere, subnexa) evenerit, pariter sub aliquo e tribus istis imperatoribus expeditionem, cap. præsenti narratam, verosimillime evenisse, ex hoc hujus loco, utpote quo, spectatis simul antecedentibus, duorum dumtaxat annorum spatio post priorem illam accidisse innuitur, consectarium fit.*

C f *Urbs hæc, quæ Italis modo* Nissa, *Gallis* Nice *dicitur, in Mysia superiori sita est, habeturque e* F *Serviæ præcipuis. Adi ad vocabulum* Naissus *in lexico Geographico Baudrandum.*

g *In laudato ad lit. præced. Lexico Geographico duæ nominis hujus civitates, altera nempe in Dacia ad Istrum fluvium, altera in Thracia, Naissum inter et Philippopolim sita, assignantur; utra autem ab auctore nostro anonymo hic memoretur, pro certo asseverare non ausim, licet interim magis propendeam, ut, de posteriori sermonem ei esse, existimem.*

h *Cum sub tribus imperatoribus proxime memoratis Bulgari haud raro, uti apud Theophanem, Cedrenum et Zonaram videre licet, in imperii Romani terras excurrerint, aliquos saltem ex iis Avarum Chagano, expeditionem adversus Thessalonicam tunc suscipienti, sibi adjungere, difficile sane haud exstiterit.*

i *Ita hic duo vocabula Græca* ὄρπηκας ἐνπεπηγότας *interpretatus sum, quod, cum vocabulum* ὄρπηξ *præter alias ei attributas significationes idem etiam, quod Latine* Jaculum, *significet, non perspiciam, quænam illis queat potior hoc loco significatio quadrare.*

k *Talia sane sunt, quæ hic ab auctore nostro narrantur, ut, si modo locum obtinuerint, dubitare non sinant, quin tum Thessalonicensibus prodigiose a* S. Demetrio *fuerit succursum. Orationem interim, quam a Joanne Thessalonicensi ad Deum fusam, supra is refert, lapilli emissi miraculo post secuto esse accommodatam, mirari subit, eamque Joanni a laudato auctore pro arbitrio esse affictam, vehementissime suspicor.*

l *Vocabulum* καγκελλάριος, *quod Latine* Cancellarius *interpretatus sum, idem hic, quod* voluntatis imperatoriæ exsecutor *significare videtur. Nec hæc, quam ei hic convenire puto, significatio abhorret ab iis, quæ de vocabulo isto in mediæ et infimæ Latinitatis Glossario Cangius e variis auctoribus observat.*

m *Nominis hujus præfectum, qui sub Constante tertio alterove e binis hujus successoribus, seu Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, in vivis agente, floruerit, incassum apud scriptores alios quæsivi.*

A. ANONYMO.

n *Rursus enimvero, quæ et hic et tribus præcedentibus numeris narrantur, sunt hujusmodi, ut Thessalonicam, prodigiose ei succurrente* S. Demetrio, *a barbarorum hoc cap, relata obsidione fuisse liberatam, non nemini persuadere sint nata. Ego interim rem totam prudenti lectoris judicio relinquo.*

## CAPUT III.

### *De terræ motibus, divinitus immissis templique incendio a.*

*Cum Thessalonica post Joannis Thessalonicensis obitum terræ motibus fuisset concussa,*

..*b* Clementem ac misericordem Deum rogabat *c*, ne pœna illa *d* nobis sub sese eveniret. Factum autem est, ut et parvo tempore ante, id est, uno forte mense circiter ad Deum sanctus ille Pater noster *e* migraret, ac deinde eruditam illam a Deo civitatem nostram cœlitus immissa, ut dictum est, ineffabilium illorum terræ motuum pœna ita corriperet *f*, ut maxima civitatis pars etc *g*....

*Sancti ibidem templum haud dudum post comburitur,*

183 Ineffabilium ergo, celebratorumque a barbaris miraculorum memoriam in lætitia modo, cum tranquillitate conjuncta, Deo Martyrique ob salutem suam civitas quotannis renovans in animabus salutari Curatoris sui templo cum hymnis conveniebat; post brevissimum vero tempus jam iterum civitati ineffabilis e peccatis nostris afflictio obvenit ex eo, quod venerandum corporumque ac animarum salutem afferens sæpe memorati nostri post Deum domini, sancti martyris Demetrii, templum modo invisibili fuerit combustum *h*....

*agenteque deinde Sancto de novo exstruitur.*

184 Deum, ut Spiritum, qui Beseleel in tabernaculi structura illuminavit *i*, in animas, quas ipse respexit, immitteret, rogavit *k*, quo rursus domum suam propriis civibus splendide excitaret. Quod et factum est, perque certaminum Victoris et curam et auxilium pulcherrima illa sanitatemque afferens, uti et nunc cernitis, erecta fuit ædes sacra, quæ, peregrinis juxta ac civibus salutaris, pristino etiam honori restituta, lætitiaque omnibus facta, convenienter, quæ postulata sunt, concedit; in qua etiam, cum divinis mysteriis communicamus, laudes divinas celebramus, annuamque illius memoriam agimus, gratiis illius divinitus datis indesinenter fruentes, atque per curas ejus absque intermissione laudantes Patrem et Spiritum Sanctum *l* etc.

...Τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον ἱκτείρετο Θεὸν ἐπ' αὐτοῦ μὴ ταύτην ἡμῖν γενέσθαι τὴν ἐπεξέλευσιν · Ὃ δὲ καὶ γεγένηται, καὶ πρό τινος βραχέος καιροῦ, τοῦτ' ἐστιν, τάχα που μηνὸς ἑνὸς πρὸς Θεὸν τὸν αὐτὸν ἀποδημῆσαι ὅσιον ἡμῶν πατέρα, καὶ εἰθ' οὕτως καταλαβεῖν τὴν Θεοπαίδευτον ταύτην ἡμῶν πόλιν τὴν τῶν ἀνερμηνεύτων ἐκείνων σεισμῶν, ὡς εἴρηται, θεήλατον ὀργήν, ὥστε καὶ τὸ πλεῖστον τῆς πόλεως, etc....

183 Τῶν οὖν ἀνεκλαλήτων τούτων θαυμάτων καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων κηρυττομένων ἐν εὐφροσύνῃ λοιπὸν μεθ' ἡσυχίας ἡ πόλις τῷ Θεῷ καὶ τῷ μάρτυρι ὑπερ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας κατέτος ἀνανεούμενοι μεθ' ὕμνων συνηθροίζοντο ἐν τῷ ψυχοσώστῳ τεμένει τοῦ αὐτῶν κηδεμόνος · μετ' ὀλιγοστὸν οὖν τοῦτον ἤδη χρόνον ἐπῆλθεν πάλιν τῇ πόλει ἐξ ἡμετέρων ἁμαρτημάτων ἄφατος θλῖψις ἐκ τοῦ τὸν πανάγιον καὶ ἰαματοφόρον καὶ ψυχόρυστην ναὸν τοῦ πολλάκις λεχθέντος μετὰ Θεὸν δεσπότου ἡμῶν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δημητρίου πυρίκαυστον ἐξ ἀράτου τρόπου γενέσθαι....

184 Τὸ πνεῦμα ἠτήσατο τὸ ἐν τῇ σκηνῇ τὸν Βεσελεὴλ φωτίσαν τὸν Θεὸν καταπέμψαι εἰς ἅσπερ αὐτὸς ἐπείδε ψυχάς, ἵνα πάλιν τὸν αὐτοῦ οἶκον τοῖς οἰκείοις πολίταις φαιδρὸν ἐγκαταστήσῃ · ὅπερ καὶ γεγένηται, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἀθλοφόρου σπουδῆς τε καὶ συνάρσεως, ὡς ὁρᾶτε καὶ νῦν, ὁ ὑπερκαλλὴς οὗτος καὶ ἰαματοφόρος οἶκος ἀνιερώθη, ξένων καὶ πολιτῶν σωτήριος καὶ τῆς προτέρας ἠξιωμένος τιμῆς, εὐφροσύνη τε τοῖς πᾶσι γενόμενος πᾶσιν παρέχει τὰς αἰτήσεις προσφόρως, ἐν ᾧ καὶ πανηγυρίζομεν τρυφῶντες τῶν θείων μυστηρίων, καὶ τὴν ἐτήσιον αὐτοῦ ἑορτάζομεν μνήμην, τρυφῶντες ἀπαύστως τὰς θεοδότους αὐτοῦ χάριτας ἀνενδότως διὰ τῶν αὐτοῦ ἐπιστασιῶν, δοξολογοῦντες Πατέρα καὶ ἅγιον Πνεῦμα, etc.

### ANNOTATA.

a *Caput hoc unum est ex iis, quæ per temporis brevitatem, quo codex olim Mazarinæus ad manum fuit, integra describi haud potuere. Ea interim, quæ descripta e litterario illo monumento habemus, lectori hic exhibeo, quid reliqua, quæ locis, punctorum appositione hic distinctis, in dicto codice occurrit, narratione contineatur, in Annotatis subjectis compendio edocens. Præfatum porro hoc caput in eodem codice, in quo a fol.* 155 *usque ad fol. vers.* 162 *excurrit, sequentem hunc a me etiam hic retentum titulum in capite præfert :* Περὶ τῶν γενομένων θεηλάθων σεισμῶν καὶ ἐμπρησμοῦ τοῦ ναοῦ.

b *Auctor capitis initia, cujus loco puncta hic ponuntur, in codice olim Mazarinæo miraculorum omnigenorum, quæ* S. Demetrius *patrarit, et magnitudinem et multitudinem primum deprædicat, moxque ad miraculum seu potius miracula, quæ post supra a se jam relata evenere, gradum faciens, Joanni, Thessalonicensi a se jam sæpius nominato achiepiscopo, cum jam Thessalonica a binis supra narratis Sclavorum obsidionibus liberata fuisset, visionem cælestem, qua terræ motibus Thessalonicam gravissime concutiendam intellexerit, divinitus fuisse oblatam, asseverat, ac tum, quæ hic modo sequuntur, subjungit.*

c *Joannes scilicet, Thessalonicensis archiepiscopus.*

d *Terræ motuum nimirum ; neque enim de alia pœna auctor ante fuit locutus.*

e *Cum Joannem Thessalonicensem nec Fastis sacris adscriptum, nec cultu ecclesiastico condecoratum uspiam inveniam, existimo, eum ab auctore nostro* Sancti *titulo dumtaxat hic affici ex more olim recepto, quo episcopi tum defuncti, tum in vivis adhuc superstites, honoris causa seu per tituli honorarii modum* Sancti *appellari solebant.*

f *Cum*

A f *Cum Joannes Thessalonicensis seculo* VII *senescente obierit, unoque dumtaxat mense circiter ab obitu illius elapso, uti auctor noster hic docet, terræ-motus pœna, de qua agit, evenerit, utcumque compertum habetur tempus, quo ista Thessalonicam affligi contigerit.*

g *Pagina hic, quæ alioquin fuisset* 157, *e codice olim Mazarinæo est excisa; illa autem tota, ut apparet, descriptus fuerit terribilis ille terræ-motus, quem per dies plures durasse, adeoque exstitisse gravem, ut plerique domos relinquere fuerint compulsi, auctor postea seu pag.* 158 *subjungit. Addit porro, et hic eluxisse prodigiosam* S. Demetrii *de Thessalonicensibus curam; eum enim a pluribus, terræ-motu durante, et civitatem obequitantem, et hujus una cum aliis, ut perhibent, Sanctis custodiam agentem, fuisse conspectum, neminemque e civibus ædificiorum, quæ magno numero concidere, ruina fuisse oppressum, sed omnes, cessante terræ-motu, incolumes domum esse reversos. Adhæc Sclavos, qui tum haud procul a civitate Thessalonicensi aberant, hanc tamen non occupasse, idque ex eo factum, quod cum ex eminentioribus locis civitatem penitus collabi vidissent, civesque sub ejus ruina sepultos, existimarent, hincque, ut illam occuparent, inermes accessissent, pristino in statu muros, uti multi ex iis ipsis postea fassi sunt, invenerint, armatique in iis præsidarii plurimi, licet interim nulli fere in urbe cives forent, sese spectandos exhibuerint. Paucis porro, quibus Thessalonicenses, miraculis hujusmodi, per ipsos barbaros agnitis, recreatos, ad* S. Demetrii *templum, repetita quotannis solemnitate, convenisse, narrat, verbis interpositis, nova mox eos adversitate, dicti scilicet templi incendio fuisse afflictos, pag.* 159 *refert. Verba, quibus id ibidem facit, ea ipsa sunt, quæ hic, aliquot aliis aucta, modo sequuntur.*

h *Modo hic in codice olim Mazarinæo addit auctor, templi* S. Demetrii *incendium nulla ratione, unde id a manu invisibili excitatum fuisse vult, extingui potuisse, etiamsi nec homines, nec instrumenta ad rem exsequendam deessent; atque ita quidem sacrum illud ædificium flammis fuisse combustum, ut ne minima quidem ex eo pars manserit superstes; cum vero plurimi de*
B *infortunio illo magnopere dolerent, nec viro, hos inter illustri, qui templum priori, nec elegan-* E
*tia nec ulla prærogativa inferius, brevi ædificandum, sese e revelatione, sibi facta, didicisse, asserebat, fidem adhiberent,* Demetrium *illorum misertum, fecisse, quæ hic mox verbis sequentibus memoriæ produntur.*

i *Hunc Dominus incredibili metalla elaborandi et quælibet in mechanicis iuveniendi scientia instruxit, eidemque Moyses-constructionem tabernaculi fœderis commisit. Adi lib. Exodi cap.* 31, ℣. 2.

k *Sanctus scilicet* Demetrius; *neque enim alia, de qua queant isthæc intelligi, persona hic occurrit.*

l *Ita terminatur præsens anonymi nostri caput; sintne autem omnia prorsus, quæ isthoc suppeditat, ac maxime, quæ, in compendium utcumque contracta, in Annotatis hic modo exhibui, veritati apprime consona, pro certo asseverare non ausim, remque proinde totam prudenti lectoris judicio permitto.*

A. ANONYMO.

## CAPUT IV.

*Sclavi, uno e principibus suis in captivitatem indigne abducto, irati Thessalonicam, iterum a se obsidione pressam, ad famis angustias adigunt, atque ab ea tamen iterum, suis succurrente*
C *S. Demetrio, recedere coguntur, parsque præterea illorum magna strage ab imperatoris exercitu post afficitur a.* F

Τὴν ἤδη προτεθεῖσαν μερικῶς τῶν Θαυμάτων πλη-
θὺν τοῦ ἁοδίμου καὶ συμμάχου καὶ κηδεμόνος ἡμῶν
Δημητρίου, τοῦ γνησίου Θεράποντος τοῦ ἀκαταλήπτου
καὶ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ ἐν βραχεῖ λόγῳ ἐκ τῶν
πλείστων διεξελθὼν μετελεύσομαι εἰς τὴν νῦν καθ' ἡμᾶς
προελθοῦσαν παρ' αὐτοῦ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν
προϊεμένου μάρτυρος Δημητρίου προμήθειαν, ὁπόσους
κινδύνους καὶ ἱδρῶτας ὑπὲρ ἀναξίων δούλων προήλατο,
καὶ ὡς τὴν πόλιν παρ' ἐλπίδας ἐξ ἀφεύκτων κινδύνων
ἐρύσατο. Τῶν γὰρ πολλάκις λελεγμένων τῶν προσπα-
ρακειμένων τῇ Θεοσώστῳ ταύτῃ πόλει Σκλαβίνων, τῷ
δοκεῖν τὰ τῆς εἰρήνης κρατούντων, ὁ τότε τῆς τῶν ἐνταῦθα
ἐπαρχότητος κρατεῖν κελευσθείς, ποίῳ τρόπῳ ἢ τί-
νος χάριν τὰς Θεοσόρους τοῦ ὑπὸ Θεοῦ λαχόντος βα-
σιλεύειν ἡμῖν, διὰ ἀναφορῶν ἐνήχησεν ἀκοάς, κατὰ
τοῦ τῶν Ρυγχίνων ῥηγὸς, τούνομα Περβούνδου, ὡς δια-
Θέσει δολίᾳ καὶ γνώμῃ πονηρᾷ κατὰ τῆς καθ' ἡμᾶς
πόλεως βουλευσαμένου.

a

*Perbundus, nationis Sclavicæ rex, perfidiæ accusatus,*

Cum celebris nostri et propugnatoris et curatoris Demetrii, incomprehensibilis omniumque conditoris Dei servi genuini, miraculorum e plurimis multitudinem, quam ex parte proponere statueram, brevi sermone modo percurrerim, ad eam, quæ nobis ab eo, qui pro nobis animam posuit, martyre Demetrio ætate nostra *b* obvenit, curam transibo, quanta pericula ac sudores pro indignis servis subierit, et qui civitatem præter spem periculis inevitabilibus liberarit, exponens. Cum igitur sæpius dicti, qui custoditæ huic a Deo civitati adjacebant, Sclavi *c* ea, quæ pacis erant, quemadmodum apparebat, servarent, is, qui tunc horum locorum gerere præfecturam jussus erat, certo modo, quadamque ex causa rerum divinarum peritas illius, qui tunc nobis imperare a Deo erat sortitus, aures adversus Runchinorum *d* regem, nomine Perbundum *e*, veluti qui affectu animoque fraudulento mala adversus civitatem nostram meditaretur, per criminum delationes feriit.

b

c

d

e

186 Qui

A. ANONYMO. *ad imperatorem, uti hic jusserat, captivus ducitur.*

186 Qui coronatus a Deo imperator *f* divinos suos apices ad præfecti potestatem misit, injungens, ut regem illum, quo ei videretur modo, vinctum ad sese transmitteret; cumque piæ hujusmodi litteræ iis, qui inter primores eminebant, exhibitæ clam fuissent, statim illum, in civitate versantem, comprehendentes, ferro vinctum, ut imperatoriæ litteræ continebant, ad prædictum rerum administratione admodum occupatum imperatorem miserunt *g*....

186 Ὅστις θεοστεφὴς βασιλεὺς θείαν αὐτοῦ κεραίαν D πρὸς τὴν ὑπάρχον ἐξουσίαν κατέπεμψε, κελεύσας τὸν αὐτὸν ῥήγα, ὃν οὗ νομίσει τρόπου δέσμιον πρὸς αὐτὸν ἀποστεῖλαι· καὶ τῶν τοιούτων εὐσεβῶν κεραιῶν τοῖς ἐξόχοις τῶν πρώτων ἰδία ἐμφανισθεισῶν, τοῦτον αὐθορὸν ἐν τῇ πόλει διάγοντα κρατήσαντες ἐστείλαν σιδηροδέσμιον, καθὼς τὰ θεία περιεῖχον γράμματα, πρὸς τὸν λεχθέντα πανήμερον βασιλέα....

*g*

*Sclavi hinc Thessalonicam aggrediuntur, ab eaque, S. Demetrio,*

187 Atque ita prædictis barbaris post factum murorum circuitum die prima quiescentibus, servator ac propugnator noster, laboriosusque Christi martyr in locis, ad plagæ, muro unico circumdatæ, cognominatam Arcton, ubi parva portella existit, sitis, non in somnio, sed in veritate apparet pedibus cursim incedens, chlamyde, ab humeris dependente, indutus, virgamque in manibus ferens, ac veluti Sclavos, qui ibidem in civitatem irrumpebant, e dicta portella exigeret virgaque feriret, dicens: Hos Deus male adduxit, deinceps ego quid hic faciam *h*?

187 Καὶ οὕτως τῶν λεχθέντων βαρβάρων τὴν προτὴν ἡμέραν μετὰ τὴν περίοδον τῶν τειχῶν καταπαυσάντων, ὁ λυτρωτὴς καὶ ὑπέρμαχος ἡμῶν καὶ πολύμοχθος τοῦ Θεοῦ μάρτυς φαίνεται οὐ κατόναρ, ἀλλὰ καθ' ὕπαρ ἐν τοῖς πρὸς τῇ λεγομένῃ ἄρκτῳ τοῦ μονοτείχου, ἐνθα παραπύλιον ὑπάρχει μικρὸν, πεζοδρόμος, τὴν χλαμύδα ἄνω διαναβαλλόμενος καὶ ῥάβδον τῇ χειρὶ ἐπιφερόμενος, καὶ ὡς ἐκεῖσε δὴ ἐκ τοῦ λεχθέντος παραπυλίου τοὺς Σκλάβους τῇ πόλει εἰσβαλόντας τούτους ἐκδιώκειν καὶ τῇ ῥάβδῳ μαστίζειν λέγων· κακῶς ὁ Θεὸς ἤγαγεν αὐτοὺς, λοιπὸν ἐγὼ τί ποιῶ ὧδε.

*h*

*quinonnullis sese spectandum præbet,*

B 188 Atque ita illos per dictam portellam e civitate expulisse est visus. Hoc visionis prodigium, cum statim narratum fuisset, civibus audacium, utut haud magnam, indidit. Rursus autem alii viderunt benignum illum Martyrem patriæque servatorem extra murum currentem, quosdamque peregrinos robustos, ac aspectu præfulgidos, scutiferos audaces, ut quibusdam etiam murorum locis starent, resisterent atque excubias agerent, adducentem *i*... Ac cum illud factum ab iis fuisset, omnisque interior lignea materia esset combusta, nullo modo ferrorum commissuram laxari, sed ea velut in unum conflari seu alium in statum concrescere evenit.

188 Καὶ οὕτως αὐτοὺς ἔξω διὰ τοῦ λεχθέντος παρα- E πυλίου ἐκ τῆς πόλεως ἐξεώσασθαι. Τοῦτο θαῦμα τῆς θεωρίας αὐτίκα ἐξηγηθὲν θάρσος κἂν μικρὸν τοῖς πολίταις ἐνέθηκεν· ἕτεροι δὲ πάλιν ἑωράκεισαν τὸν εὐσθενῆ τούτον μάρτυρα καὶ σωσίπατριν διατρέχοντα ἔξεθρον τῷ τείχει καὶ ξένους τινὰς σθεναροὺς καὶ τῇ θεᾳ ὑπερλάμπρους ἀσπιδιώτας εὐτάλμους ἀξιοῦντα, καὶ εἰς τόπους τινὰς τῶν τειχέων ἑστάναι, παρατάσσεσθαί τε καὶ παραφυλάττειν.... Καὶ τούτου παρ' αὐτῶν γινομένου, καὶ τῆς ἔνδον ξυλῆς πάσης καυθείσης, μὴ ὅ' ὅλως τὴν τῶν σιδήρων σύνθεσιν πρός τι χαυνῶσαι, ἄλλ' ὡς ἐνκεχωνιασμένα, καὶ ἐν ἑτέρῳ προσπεπηγότα εἶδει.

*i*

*opem suis ferente, recedere coguntur,*

189 Ita eadem portella, utut combusta, salva permansit, ita ut barbari perculsi a loco hujusmodi recederent, plagæque haud paucæ vulneraque ac cædes in ipsis barbaris modo invisibili fierent, non modo in eodem loco, verum etiam per omnem terræ plagam atque in mari. Postquam igitur ita per dies tres *k*.... prope portas, locaque, quæ ab eis captu facilia laboreque nullo expugnabilia fuerant existimata, simili modo fortunaque adversa pugnassent, cum planctu ac ejulatu et principibus, qui divinitus eis a certaminum Victore fuerant occisi, et iis, qui ab eo icti fuerant, secum acceptis ad loca propria pugnantes adversus invicem abierunt *l*.....

189 Οὕτω τὸ αὐτὸ παραπύλιον καὶ καὲν σῶον διέμεινεν, ὥς τοὺς βαρβάρους ἐκπλαγέντας τοῦ τοιοῦτου ἀποστῆναι τόπου, πληγάς τε οὐκ ὀλίγας καὶ τραύματα καὶ φόνους ἐν τοῖς αὐτοῖς βαρβάροις ἀοράτως γεγενῆσθαι, οὐ μόνον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλης τῆς χερσαίας καὶ κατὰ θάλατταν. Ἐπεὶ οὖν τρεῖς ἡμέρας οὕτως.... ταῖς πύλαις καὶ πρὸς τοῖς παρ' αὐτῶν συνεωραθεῖσιν εὐαλωτοις καὶ εὐμαχιμωτάτοις τόποις κατὰ τὸν ὅμοιον πολεμήσαντες τρόπον τήν τε δυστυχίαν μεσὰ θρήνου καὶ ὀλολυγμοῦ μεθ' ἑαυτῶν λαβόντες, καὶ τοὺς θεόθεν αὐτοῖς σφαγέντας F ἄρχοντας διὰ τοῦ ἀθλοφόρου, καὶ τοὺς αὐτοῦ πληγέντας, μετ' ἀλλήλων μαχόμενοι εἰς τοὺς ἰδίους τόπους ἀπηλθόν....

*k*

*l*

*parsque eorum, cum latrocinari adhuc perget,*

190 Barbari autem, cum invicem pugnabant, iis, qui illos extimularant, dicebant: Nonne nobis, neminem in civitate, nisi senes quosdam, paucasque mulierculas, superesse, dixistis? Unde tanta, quæ nobis restitit, in civitate populi multitudo? Sanctorum id fuisse militare auxilium, civitati pro nobis per certaminum Victorem allatum, manifestum omnibus fuit *m*.... Atque hoc rursus per illius, qui civitatem amat, preces allatum fuit militare subsidium. E Sclavis enim omnibus ii, qui a Strymone *n* et Runcino *o* sunt, reliquis, qui harum partium sunt, partim quiescentibus armisque disjunctis, nautas marinos plurimos, qui a devehendis ad civitatem imperantem fructibus revertebantur, diripientes, eosque, qui in insulis marisque angustia ac locis

190 Οἱ δὲ βάρβαροι πρὸς ἀλλήλους μαχόμενοι ἔλεγον τοῖς διεγείρασιν αὐτοὺς, οὐκ ἐλέγετε ἡμῖν, μηδένα ἐν τῇ πόλει ὑπεῖναι, εἰμή τινας γέροντας καὶ ὀλίγα γυναικάρια καὶ πόθεν ἡ τοσαύτη πληθὺς τοῦ ἐν τῇ πόλει λαοῦ ἡ ἀντιπαραταξαμένη ἡμῖν; τοῦτο δὲ πᾶσιν ὂηλον καθέστηκεν, ὡς ἡ τῶν ἁγίων διὰ τοῦ ἀθλοφόρου γενομένη τῇ πόλει ὑπερ ἡμῶν συμμαχία... Καὶ ταύτη δὲ πάλιν διὰ τῶν τοῦ φιλοπόλιδος πρεσβειῶν γεγένηται ἡ συμμαχία· τῶν γὰρ ἁπάντων Σκλαβίνων τῶν * ἀπὸ τοῦ Στρυμώνος καὶ Ρυγχίνου, λοιπῶν ἐκ τῶν ἔνθεν μερικῶς καταπαυσάντων καὶ διαζευκτων ὅπλων, τοὺς θαλαττίους πλοτήρας τοὺς ἐπὶ παρακομιδῇ καρπῶν ἐν τῇ βασιλευούσῃ ἀνιόντας πόλει παμπόλους ἐκπορὺήσαντες, ἀπό τε τῶν νήσων καὶ τῆς στενῆς θελάττης, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ Πάριον καὶ Προκόνησσον τόπους καὶ αὐτοὺς τοὺς εἰς τὸ τελωνεῖον ἅμα τῶν πλοίμων αἰχμαλωτίσαντες μετὰ πλείστων νηῶν οἶκοι ἐπὶ Ζυλάκους ἀπίασιν.

* Compendiensi, ut videtur.

191 Τοτε

A

191 Τότε δὲ ὁ τῶν πραγμάτων κύριος ὁ χριστοστεφὴς ἡμῶν βασιλεὺς τὴν ἐπιμονὴν καὶ ἀλαζονίαν τῶν ἐχθρῶν ὁρῶν οὐ μόνον τὴν πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς πόλιν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς τολμᾶν ἀντιπαρατάξασθαι τοὺς κρατοῦντας, ἠξίωσε τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φιλοχρίστου στρατοῦ διὰ Θράκης καὶ τῶν ἀντίων κατὰ τῶν τοῦ Στρυμόνος καταστρατομεθεῦσαι, οὐ κρυφηδὸν ἤτοι λαθραίως, ἀλλὰ καὶ προμηνύσας αὐτοῖς τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπέλευσιν * οἵτινες προεγνωκότες, τὰς κλεισούρας καὶ τοὺς ὀχυροτέρους ἐκπους καταλαβόντες πρὸς ἀντίστασιν τῶν ῥωμαϊκῶν ἐκ στρατευμάτων ἀνθωπλίζοντο, πᾶσαν τὴν βάρβαρον τόδιαφόρων ῥηγῶν βοήθειαν εἰς συμμαχίαν προτρεψάμενοι.

192 Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τοῦ εὐσθενοῦς, ὡς λέλεκται, μάρτυρος μετὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων καθοπλισαμένου, νίκαις τὸ ῥωμαϊκὸν κατὰ τῶν Σκλαβίνων ἀνέδειξε στρατόπεδον καὶ εἰς ἃς αὐτοὶ πεποιήκασιν ἐνέδρας τοὺς αὐτῶν σθεναροὺς καὶ ἐξόχους καὶ ὁπλίτας κατέσφαξαν, καὶ ἔφυγεν πᾶσα ἡ βάρβαρος φυλή, ὥς τε τινὰς εἰσδραμόντας τῇ καθ' ἡμᾶς Θεοφυλάκτῳ πόλει κρυφηδὸν διηγειραν, ἐφ' ᾧ ἔξελθεῖν εἰς τὰς αὐτῶν κάσας τὰς πλησίον, καὶ καρποὺς τοὺς αὐτῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ἀφάτου φόβου, καὶ τῆς γενομένης ἐν αὐτοῖς κατασφαγῆς τὰς αὐτῶν φαμιλίας παντὰ καταλιπόντας τοῖς μέρεσιν * προσπελάσαι, καὶ ὧν θεωρῆσαι τοὺς νικηθεντὰς καὶ φυγάδας πολίτας, ἅμα γυναιξὶν καὶ τέκνοις, εἰς τὰς κάσας τῶν περὶ πολὶν καὶ λοιπῶν πλησιαζόντων τόπων ἀπίοντας καὶ φέρειν σῖτον, ὅσπρια, καὶ ἄλλους, ἀποσκεύας καὶ τὰ λοιπὰ τὰ πρὸς ἀποτροπὴν ἐπ' ὤμων ἀποκομίζοντας, ἀόπλους καὶ ὡς ἔνεστιν διὰ τὴν ὁδὸν καὶ τὸν κάυσωνα, ἡμιχίτωνας, καὶ ὅπερ αὐτοὶ κατὰ τῆς πόλεως ἡμῶν ἐβουλεύσαντο, τοῦτο διὰ τοῦ μάρτυρος ἡ ἄνω πάντως πρόνοια εἰς αὐτοὺς ἐπανήγαγε.

193 Τοῦ γὰρ στρατοῦ ἐκεῖσε ἐκ τοῦ δικαίως καὶ εὐσεβῶς βασιλεύειν ἡμῖν λαχόντος σταλέντος ἐπὶ παρατάξει τῶν Σκλαβίνων, σιτοφόρα σκάφη καὶ πρὸ τῆς ἡμῶν αἰτήσεως ἐνταῦθα ἀπέστειλε. Τῶν κρατούντων καὶ ἐν τούτῳ ἀργησάντων, διὰ τὸν φόβον, οὗπερ ἐποίησαν ἐκ τῶν ἐνταῦθα ἐκφορίου μήπως γνωσθέντες ἀγαγακτήσει καὶ ὑποβληθῶσιν, καὶ εἰμὴ ἄχρι πέντε χιλιάδων σίτου φήσαιτ ἀρκεῖν τῇ πόλει, ὁ λεχθεὶς ἡμῶν δεσπότης Θεόθεν ἐμπνευσθεὶς ἑξήκοντα χιλιάδας σίτου σταλῆναι ἡμῖν ἐκέλευσεν. Τότε δὲ μετὰ τὴν τοῦ σίτου ἐκπόμπὴν καὶ τῶν λοιπῶν εἰδῶν καὶ καράβων, ἐπὶ τούτων παραφυλακῇ καταπλευσάντων, τὰ τῆς ἐσχάτης ἀπενέγκάμενοι οἱ βάρβαροι εἰς εἰρήνην λοιπὸν προσελάλησαν. Τίνα οὖν αἶνον, ἀγαπητοί, ἢ τινα ὕμνον ἀναπέμψομεν τῷ μόνῳ ἀγαθῷ Θεῷ ἀντὶ τῶν τοιούτων γεγενημένων τῇ καθ' ἡμᾶς πόλει ἀνεκλαλήτων θαυμάτων, τῷ δεδωκότι ἡμῖν τοιοῦτον φωστῆρα, προστάτην καὶ σύμμαχον, ὃς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διηνεκῶς ὑπὲρ ἡμῶν τῷ δεσπότῃ τῶν ἁπάντων Θεῷ προῒέμενος οὐ διέλειψεν, οὐδὲ διαλείψει τὰς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀναξίων αὐτοῦ δούλων ἱκεσίας ἀδιαλείπτως τῷ σώτηρι καὶ Θεῷ ἡμῶν προσάγων; τὰς... τότε ποιησαμένων ἀρχόντων ξένων τε καὶ ἐνχωρίων τὰς τῇ πόλει γενομένας ἀμελείας τε καὶ λύπας καὶ παμπόλλων αἰτιῶν τρόπους καὶ βουλάς, ἃς μόνος ὁ ἀθλοφόρος ἐνίκησεν, εἰ βουληθείη τίς ἐν βραχεῖ ἐκθέσθαι; οἶμαι, τινὰς ληρωδεῖν, ὡς αὐτοῖς εἴθισται,

* adde τουτοις

191 Tunc autem rerum dominus, coronatus noster a Christo imperator, inimicorum obstinationem atque arrogantiam, non solum civitatem nostram, sed præterea etiam eos, qui principatum obtinebant, aggredi audere, conspiciens, eos, qui ad exercitum suum Christi amantem spectabant, contra eos, qui ad Strymonem sedes habebant, non occulte aut furtim, sed et, quæ adversus eos in procinctu erat, expeditione ante denunciata, per Thraciam locaque vicina movere jussit. Qui rem prænoscentes, angustiis locisque firmioribus occupatis, ut Romanis exercitibus resisterent, arma ex adverso, universis variorum regum barbaricis auxiliaribus copiis ad belli societatem vocatis, pararunt.

192 Verum et hac in re, potens, ut dictum est, Martyr, reliquis cum Sanctis arma subministrans, Romanum exercitum contra Sclavos victorem effecit, perque insidias, quas ipsimet struxerant, fortes eorum, præstantioresque ac armatos occidit; atque omnis gens barbara fugam arripuit, adeo, ut quosdam, qui ad nostram custoditam a Deo civitatem confugerant, clanculum monuerit, ut ad casas suas, prope eam sitas, exirent, fructusque earumdem colligerent, quo, ob ineffabilem timorem factamque in se cædem familias suas omnino relinquentes, ad partes illas accederent; popularesque, qui devicti erant ac fugiebant, cum uxoribus ac liberis ad sitorum prope illam reliquorumque vicinorum locorum casas abeuntes frumentumque ac olera ferentes, erat videre, uti etiam, qui impedimenta reliquaque, fugæ congrua, humeris portabant, alios inermes, atque, ut per viam ac ardorem licebat, semi-vestitos; ac quod ipsi contra civitatem nostram meditati erant, id per Martyrem superna Providentia supra eos omnino induxit.

193 Is porro, qui juste ac pie nobis imperare est sortitus, misso ad Sclavos oppugnandos exercitu, navigia etiam, frumento onusta, ad petitionem nostram huc misit. Cum et hac in re, qui rempublicam administrabant, ob timorem, ne, qui terræ proventus distrahebant, rem noscentes contra se indignarentur, nihil omnino facerent, dicerentque, nec nisi ad quinquaginta usque frumenti millia civitati sufficere, prædictus Dominus noster, divinitus inspiratus, sexaginta frumenti millia mitti nobis jussit. Cum autem, dum et frumentum et cibaria reliqua adveherentur, carabi *r* etiam ad ea custodienda appellerent, barbari extrema passi de pace tandem sunt locuti. Quam igitur gloriam, dilecti, aut quam laudem ob ineffabilia hujusmodi civitati nostræ facta mirabilia daturus sumus Deo, qui dedit nobis lumen hujusmodi, patronum ac commilitonem, qui, animam suam assidue pro nobis rerum omnium Deo offerens, non desiit, nec desinet pro nobis, servis suis indignis, preces Servatori nostro ac Deo absque intermissione offerre *s*?..... Si quis, quæ civitati tunc a principibus, peregrinisque et indigenis obvenere, et angustias et tristitias et causarum plurimarum modos ac consilia, quæ solus

A. ANONYMO.

*p*

*q*

*a misso per imperatorem exercitu*

*magnam præterea cladem accipit,*

*imperatore, qui exercitum miserat, annonam etiam Thessalonicensibus submittente.*

*r*

*s*

A. ANONYMO. lus certaminum Victor superavit, exponi paucis velit, aliquos, ut ipsis solitum est, nugaturos, existimo, falsaque singula celebris Martyris miracula e propriis suis opinionibus pro solemni
t suo more pronuntiabunt *t*. Dei porro voluntate par exitus universos manet, quibus omnium Princeps ac Dominus Christus, verus Deus noster, par pari secundum æquum judicium suum referet; quia ipse est vivorum ac mortuorum judex. Ipsi gloria in secula etc.

καὶ ψευδεῖς διὰ τὰς οἰκείας γνώμας τὰς τοῦ ἀειδίμου μάρ- D
τυρος μερικὰς θαυματουργίας, ὡς εἴθισται αὐτοῖς, ἀποκαλέσωσιν· ψήφῳ γὰρ θείᾳ τοῖς πᾶσιν ἰσόρροπος ἡ ἔκβασις γίνεται, οὓς ἀμείψεται ὁ πάντων δεσπότης καὶ κύριος Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν Θεὸς κατὰ τὴν αὐτοῦ δικαίαν κρίσιν· ὅτι αὐτὸς ἐστὶν ζώντων καὶ τεθνεώτων κριτής· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, etc.

## ANNOTATA.

a *Est et hoc caput ex iis, quæ haud integra e codice olim Mazarinæo, in quo a fol. verso* 162 *usque ad fol.* 187 *extenditur, descripta habemus. Ea proinde, quæ in Annotatis, cap. præcedenti ad lit.* a *subnexis, de hujus edendi methodo lectorem monui, pro hic repetitis quantum ad caput præsens habenda sunt. Hoc porro in laudato Mazarinæo codice sequentem hunc præfert titulum :* Περὶ τῆς κατὰ τὸν Περβούνδον λιμοῦ καὶ ἀνενδότου πολιορκίας, De fama sub Perbundo obsidioneque obstinata.

b *Hic auctor noster anonymus iis, quæ præsenti cap. narrat, sese æqualem luculentissime prodit; quandonam autem ista evenerint, studiosus lector intelliget ex iis, quæ infra tum ad caput*
B *præsens, tum ad aliud proxime subsequens notabo.* E

c *Sclavi ergo haud procul a Thessalonica, cum civitatem hanc obsidione, cap. præsenti memorata, presserunt, sedes habebant. Nec est, cur id mirum cuiquam appareat, cum obsidio ista seculo octavo senescente, uti infra docebo, verosimiliter acciderit, hocque eodem seculo, imo etiam citius, gens Sclavica, uti infra pariter docebo, in Romani imperii terris sedes habuerit.*

d *Unius hoc est e diversis, quibus Sclavica gens constabat, nationibus nomen, ei fortassis inditum, quod haud procul a Rusio, Traciæ urbe, sedes haberet. Equidem eam aut in Macedonia aut in hujus regionis vicinia ac proin haud procul admodum a dicta civitate habitasse, e subdendis apparet.*

e *Hujus Sclavorum seu regis, uti hic vocatur, seu principis nomen nuspiam apud historicos sive Græcos sive Latinos invenire quivi.*

f *Utinam auctor noster imperatoris, a se hic memorati, nomen alicubi prodidisset! Ita de rerum, ab eo narratarum, epocha certius aliquid statui potuisset. Ego interim, quæ hic refert, Constantini septimi, qui seculo octavo ad finem vergente imperii habenas tenuit, ætati innectenda, verosimile autumo; rectene, an secus, ex iis, quæ infra notabo, studiosus lector statuet.*

g *Hisce, quæ huc usque cap. præsenti recitata sunt, præmissis, auctor noster mox narrat, qui, Perbundi regis captivitate audita, binæ nationes Sclavicæ, Runchini scilicet et Strymonii, eum non interfici, sed sibi remitti, ab imperatore, contra Agarenos belligerante, per nuncios postularint, ac qui, responso, quo post bellum Agarenicum libertati restituendum Perbundum imperator promittebat, accepto, ab ira, qua ante flagrabant, fuerint revocatæ. Addit porro, Perbundum, suadente ac juvante Cæsareorum interpretum uno, fuga evasisse, iterumque nihilominus in loco, haud procul a Sclavis aliis sito, ad quem fugerat, captum fuisse; atque id, cum ad illos Sclavos alios, ut facere nullo negotio potuisset, haud fugerit, singulari Dei providentia sanctique* Demetrii *intercessione factum, contendit, maxime cum Perbundus, si ad suos redire potuisset, bello crudeli ac pertinaci in imperii terras sævire meditaretur, idque a fuga feliciter retractus, necique imperatoris jussu datus exsecutioni mandare haud potuerit. Attamen nec sic Thessalonicensibus a* F
C *belli infortunio quietis esse licuit; a necis enim, Perbundo illatæ, tempore diversæ, ut auctor noster exstantibus in codice Mazarinæo verbis narrare pergit, gentes Sclavicæ, ac præ ceteris Strymonii, Runchini et Sagodatæ bello Thessalonicam sunt aggressi. Ac primum quidem vicina omnia civitati loca, incolis etiam in captivitatem abductis, biennio integro deprædati quotidie sunt. Hinc, cum simul cives, obsidione arctissima conclusi, nec terra nec mari quidpiam annonæ sibi comparare possent, aut, qui id tentarent, ab inimicis occiderentur, fames tam valida civitatem invasit, ut, multis licet ob hanc fuga dilapsis, reliqui tamen, qui in civitate supererant, non tantum asinorum ac equorum carnes, sed et alios cibos, multo magis ingratos, edere cogerentur. Imperator interim, cum exercitum, quod alio bello distineretur, mittere non posset, navigia bellica (Græce* καράβοι *vocantur) minora decem, diversi generis cibariis onusta, Thessalonicensibus in auxilium submittit. Verum, cum cibariis illis paulo quidem ad tempus imminuta, minime tamen sublata esset fames, imo hanc etiam, qui navigiis, ab imperatore submissis, advecti erant, deinde augerent, ad Thebarum ac Demetriadis partes, quo a Belegezitis, qui, quamvis et ipsi natio essent Sclavonica, pacem tamen, ut apparet, cum Thessalonicensibus tunc colebant, alia cibaria emerent, præfata, quæ imperator miserat, navigia decem, simulque, quæ sibi adhuc restabant, aliquot alia minora, robustioribus civitatis viris omnique juventutis flore instructa, mittere, civitatis primoribus ac civibus est visum. Cum vero illa e portu Thessalonicensi solvissent, Dragobitarum principes id edocti, contemptuique, qui in civitate dumtaxat relicti erant, viros minus robustos ac numero pauciores habentes, Thessalonicam, quam hactenus dumtaxat fere tenuerant inclusam, totis viribus aggredi, impressionemque in muros, quo eam expugnarent, facere decreverunt. Hunc igitur in finem paratis bellicis omnis generis instrumentis, Runchini et Sagodatæ, nationes Sclavicæ, quas sibi tum Dragobitæ adjunctas habebant, adversus civitatem universi simul, Sagodatæ quidem una cum Dragobitis terra, Runchini vero mari per navigia moverunt. Ac primo*

A *primo quidem die muros undique circumdedere, circumcursantesque, qua possent ii parte facilius expugnari, speculati sunt, nec aliud tum fecere ; illis autem, postquam id fecissent, quiescentibus, Deus, qui jam Sclavos Strymonios, ne cum ceteris, uti ex inito cum his pacto debuissent, Thessalonicam aggrederentur, prodigiose averterat, Thessalonicenses, qui, hostium accessu perterriti, auxilium ab eo supplicibus votis postularant, ad fortitudinem,* S. Demetrii *visione ipsis oblata, excitat. Qui postremum hoc factum sit, cap. præsenti modo exponitur descriptis e codice Mazarinæo verbis Græcis, quæ punctorum interpositionem hic proxime excipiunt.* A. ANONYMO.

h *Licet auctor, quam hic narrat, visionem non in somnio, sed in rei veritate fuisse oblatam asseveret, absit tamen, ut re etiam vera Sanctus, quæ hic ei affinguntur, dixisse credatur. Non raro est factum, ut, qui visionibus afficerentur, multa sese videre ac audire existimarent, quæ ut locum umquam reipsa habuerint, aut etiam habere potuerint, multum abest. Hæc etiam visionibus nonnullis supra relatis applica.*

i *Apparitionum seu visionum hic relatarum fama, late mox serpens, Thessalonicensibus, uti auctor noster verbis Græcis, e codice Mazarinæo apud nos non descriptis, narrat, animos utcumque reddidit, noctem tamen duxerunt insomnes ; die autem illucescente, Sclavi undique et mari et terra omni armorum genere muros sunt aggressi, atque in* παραπύλιον, *seu portam minorem portellamve, in mox relata visione memoratam, quo hac sibi viam in civitatem aperirent, ignem conjecere ; verum quam ipsis improspere et hoc et tentata civitatis expugnatio cesserit, auctor noster verbis, in codice olim Mazarinæo fol.* 179 *recto et verso exstantibus hicque punctorum interpositionem proxime excipientibus exponit.*

k *Voces aliquot in codice olim Mazarinæo hic exesæ sunt ; ut autem e reliquis sensus perfectus formetur, esse puto supplendum* πρὸς, *Latinamque idcirco interpretationem sensui ita suppleto accommodavi.*

l *Atque ita, ut verbis jam præmissis ab auctore nostro narratur, per* S. Demetrium *seu potius per angelos, illo Sancto nostro a Deo id impetrante, Sclavorum obsidione, cap. præsenti memora-*
B *ta, liberata fuit Thessalonicensis civitas ; ut autem id vere per prodigium factum fuisse, auctor* E *luculentius ostendat, mox etiam, postquam Thessalonicenses de felici isto successu summas Deo ac sospitatori suo* S. Demetrio *egisse gratias, retulit, in cod. olim Mazarinæo fol.* 180 *subjungit, quæ punctorum interpositioni proxime hic subduntur.*

m *Hic modo in cod. olim Mazarinæo non pauca, a nobis iterum ob temporis brevitatem, quo is ad manum fuit, non descripta, auctor subjungit ; ac primo quidem paucis post diebus etiam illos, qui ad annonam a Belegezitis emendam fuerant cum navibus emissi, incolumes, patrocinante suis* S. Demetrio, *una cum haud parva, quam advehebant, frumenti copia esse reversos, cum jam Thessalonicæ obsidionem deserere compulsos fuisse Sclavos, apud Belegizitas didicissent ; deinde vero addit, liberatam quidem modo a se exposito Thessalonicam Sclavorum obsidione fuisse, haud tamen propterea cessasse quotidianas fere horum in loca Thessalonicæ vicina excursiones, factasque ex insidiis, quibus hæc ipsa civitas aliquando interciperetur, in loca alia, civitatis ejusdem muris quam proxime adjacentia, irruptiones, quibus fiebat, ut et captivi abducerentur quam plurimi, et alia non pauca Thessalonicensibus inferrentur damna. Est porro, quemadmodum auctor prosequitur, præterea factum, ut, cum continuo de Thessalonica occupanda barbari cogitarent, variique hunc in finem varia instrumenta bellica effingere niterentur, quispiam ex iis, instrumentorum hujusmodi, utut natione Sclavus, construendorum peritior, miri artificii turrim ligneam, qua Thessalonicam certo expugnandum asserebat, excogitarit. Verum cum, turris illius delineatione Sclavicæ gentis principibus proposita ac approbata, sibique per illos, qui jam civitati, quo adversus hanc machinæ exstruendæ periculum facerent, copias inexspectato admoverant, necessariis ad constructionem subministratis, manum operi, multis ei opem ferentibus admoturus jamjam esset, subito ei spectandum sese obtulit* S. Demetrius, *alapaque in facie percussum mentis impotem reddidit, adeo ut fugam celerrime arripuerit, atque in montes desertos, frustra insequentibus aliis, opusque ut exordiretur, inclamantibus, ex hominum conspectu, non secus ac fera hunc vitans, secesserit. Ibi porro, donec Sclavi, machina bellica, qua Thessalonicam expugna-*
C *tum iri sperarant, infecta ob architecti fugam manente, suscepta in Thessalonicenses expeditioni* F *nuntium remisere, commoratus est ; tunc autem mentem sanam, quam, agente Sancto, amiserat, recepit, eique iterum* Demetrius *apparuit ac mandavit, ut, locis solitariis relictis, Thessalonicam ingrederetur : quod cum ille fecisset, effigiemque* S. Demetrii *in civitate isthac fuisset conspicatus, a viro, per illam repræsentato, sese fuisse percussum, atque ne delineatam a sese turrim ligneam exstrueret, impeditum, omnibus edixit, fidemque Christianam amplexus, sacris Baptismatis undis fuit ablutus. Ita tum de suscepta a Sclavis contra Thessalonicam, quo civitatem hanc per bellicam novi artificii machinam expugnarent, expeditione, tum etiam prodigiis, quibus, ut hæc felici successu careret, est factum, loco supra cit. multo fusius codex olim Mazarinæus ; isthæc autem omnia in codice nostro Ms. Græco † Ms.* 193 *etiam narrantur, in compendium a Joanne Stauracio contracta. Verum cum hic scriptor auctori nostro anonymo, a quo illa in litteras missa fuere, antiquitatis palmam (adi commentarium prævium num.* 25 *et seq.) verosimillime cedat, nullum prorsus, aut certe admodum exiguum pondus anonymi nostri dictis potest adjungere ; hæc vero sunt hujusmodi, ut verosimillime apud omnes fidem facile inventura haud sint. Utut sit, verba Græca reliqua, quibus iste in codice Mazarinæo a pag.* 148 *usque ad pag.* 187 *caput præsens absolvit, punctorum interpositioni modo subjungo.*

n *In Macedonia* (*adi ad vocabulum* Strymon *in Lexico Geographico Baudrandum*) *situs est fluvius,* Strymon *nominatus atque e monte Orbelo ortus ; fluvio isti Thema seu provincia, a Constantino Porphyrogenito lib.* 2 *de Thematibus seu minoribus provinciis, in quas imperium Orientale, cum jam multis sui partibus temporum infortunio mutilatum fuisset, erat divisum, loco tertio recensita, verosimillime, ne dicam indubie adjacuerit, nec dubito etiam, quin Sclavi Strymonii,*

A. ANONYMO. *monii, de quibus hic auctor noster anonymus, ad fluvium illum, seu in mox dicta, quæ* D
*ad eum sita fuerit, imperii provincia, sedes habuerint, cum ea, quæ cap. præsenti narrantur, evenere. Ea sedet sententia, quod tunc, imo etiam citius, loca non pauca, a civitate Thessalonicensi haud procul admodum remota, Sclavi occuparint; quod hunc in modum ostendo. Constantinus Porphyrogenitus laudatus De administr. Imp. cap.* 32 *de Servis, qui gens Sclavica erant, sic scribit* : Principatu autem Serviæ a patre ad duos fratres devoluto, alter sumpta populi parte dimidia, ad Romanorum imperatorem Heraclium confugit; qui et excepto locum ad inhabitandum dedit in Thessalonicæ themate *(Macedonia nimirum, quæ ad Thessalonicæ thema spectabat)* qui ex eo tempore Servia nuncupatur. *Jam inde ergo ab ætate Heraclii, qui seculo septimo ad mediam sui partem nondum provecto imperii habenas moderatus est, Servi ac proin ex dictis Sclavi sedes, a Thessalonica haud procul remotas, habuerunt. Sclavi quidem illi, aut certe præcipua eorumdem pars, non diu admodum post, sedibus illis, quas ab Heraclio obtinuerant, relictis, regionem aliam, quæ modo, deducta abs illis nomenclatione,* Servia *vocatur, inhabitandam acceperunt; verum aut aliquos saltem ex iis, qui semel sibi concessas ab Heraclio sedes haud reliquerant, aut certe Sclavos alios seculo septimo jam senescente loca, a Thessalonica haud procul remota, occupasse, ex iis, quæ Theophanes, Cedrenus et Zonaras de Justiniano Rinothmeto, imperii habenas tunc moderato, memoriæ produnt, intelligitur. Primi trium horum scriptorum verba, quæ huc faciunt, describo. Sic habent*: Hoc anno (689 *nempe*) Justinianus in Bulgariam et Thraciam eduxit exercitum, Bulgarosque sibi obviam cum armis factos tum primum repulit; et excursionibus subinde Thessalonicam usque habitis, immensum Sclavorum numerum qua belli virtute domitum, qua sponte ad se transeuntem et deditum e patria educens, ad Opsicii partes, trajecto Abydi freto, habitare decrevit. *Nec est, quod reponas a Justiniano Rinothmeto Sclavos, quos haud admodum procul a Thessalonica habitasse, ex hisce recitatis Theophanis verbis intelligitur, ex ea patria sua, uti etiam is auctor verbis ejusdem docet, in Opsicium Thema, in Asia e Constantini Por-*
B *phyrogeniti De Thematibus libro situm, fuisse deportatos, ac proin Sclavos seculo octavo seu tunc,* E
*cum Thessalonicensis cap. præsenti memorata obsidio accidit, sedes in locis, a Thessalonica haud procul remotis, non habuisse, contra ac auctor noster anonymus loco non uno cap. præsenti indicat. Etsi enim immensum Sclavorum numerum a Justiniano Rinothmeto in Opsicium Thema fuisse abductum, Theophanes, cui etiam Zonaras, Cedrenus aliique scriptores suffragantur, verbis jam datis diserte tradat, eamdem tamen sortem Sclavis omnibus, a Thessalonica haud procul habitantibus, obvenisse, nuspiam affirmat. Et vero Sclavos adhuc, imperante Irene seu seculo octavo senescente, sedes haud procul a Thessalonica habuisse, ex iis, quæ de rebus, sub imperatrice illa gestis, idem Theophanes memoriæ prodit, fas est colligere. Audi, qui ad annum* 782 *loquatur* : Hoc anno Irene, pace cum Arabibus confecta, a bellorum cura vacans, Stauratium patricium et celeris cursus logothetam cum numeroso exercitu adversus Sclavinorum nationes misit : qui cum Thessalonicam et Græciam adiisset, regionem omnem imperio subjecit, et tributum pendere coëgit. Quin etiam Peloponesum penetrans captivorum ingentem turbam et spolia in Romanam ditionem retulit. *Adi etiam Constantinum Porphyrogenitum, plus semel jam laudatum, De administrando imperio cap.* 49 *et seq., discesque ex iis, quæ ibidem scribit, sub Nicephoro et Theophilo imperatoribus, quorum prior anno* 811, *posterior anno* 842 *obiit, in Peloponeso, regione a Thessalonica haud procul admodum remota, sedes adhuc Sclavos habuisse. Mitto hic Joannem Cameniatam, qui de Thessalonicæ excidio, seu, civitatis hujus per Saracenos anno* 904 *expugnatione litteris ea commendat, ex quibus etiam tunc haud procul a Thessalonica habitasse Sclavos, manifestum fit. Sclavos itaque seculo octavo senescente seu tunc, cum obsidione cap. præsenti memorata Thessalonicam presserunt, in locis, a Thessalonica haud multum remotis, reipsa etiam, ut auctor noster anonymus plus semel indicat, habuisse sedes, indubitatum ex omnibus jam dictis apparet, ac proin*
C *etiam tunc illos, qui Sclavi Strymonii secundum auctorem nostrum anonymum exstitere, ad flu-* F
*vium Strymonem seu in themate Strymonio a Thessalonica haud procul dissito, habitasse. Celerum tum Sclavos hosce, tum etiam alios in imperii regionibus, haud procul etiam, ut dictum, a Thessalonica remotis, ab ipsismet imperatoribus sedes subinde obtinuisse, et tamen haud raro contra hosce arma postea adhuc movisse, excursionibusque damna illis haud modica intulisse, facile agnoscent, qui vel Constantini Porphyrogeniti de Thematibus administrandoque imperio libros evolverint.*

o *Adi, quæ supra ad lit.* d *notavi, dictisque ibidem ex iis, quæ ad lit. præced. observavi, adjunge, Sclavos Runchinos Strymoniis finitimos verosimillime exstitisse.*

p *Proconessus insula est Asiæ Minoris in Propontide, quæ, aliis olim* Proconnesus *aut etiam* Præconnesus *appellata,* Marmora *modo nuncupatur. Videsis ad vocabulum* Proconnesus *in Lexico Geographico Baudrandum. Porro, pag.* 174 *typis jam subducta demum observavi, hic paulo ante vocabulum* Προκόνησσον *Græce exarari, non* Παρὸν, *sed* Πάριον, *quæ Mysiæ Minoris in Asia ad Propontidis oram civitas est; quare hisce Latinæ ibidem interpretationis verbis,* Quæ in Paro ac proconisso sita sunt, *sequentia substitue* : Quæ parium ac Proconissum versus sita sunt.

q *Ita hic vocabulum* Σηλάκος, *quod ejusdem proprie cum vocabulo Latino* saccus *significationis est, interpretandum e sensu duxi.*

r *Vox hæc apud auctorem nostrum anonymum, uti ex antecedentibus et consequentibus appareat, navigium bellicum minus significat; reperitur autem et apud alios, si non in eadem prorsus, in significatione saltem haud penitus absimili usurpata. Consule ad vocabulum illud in mediæ et infimæ Græcitatis Glossario Cangium.*

f *Aliquot hic verba in codice olim Mazarinæo exesa sunt; reliquis autem sensum, quem verosimiliorem existimavi, in versione Latina attribui.*

t *Haud æqualem verosimillime omnia, quæ cap. præsenti prodigiosa occurrunt, fidem apud omnes æquos etiam rerum æstimatores invenient, etsi interim auctor noster anonymus eos hic, qui, quæ*

A *quæ narravit, crediturі non sunt, paulo etiam acerbius perstringat. Utut sit, gesta equidem bellica, quæ memoriæ prodit, vere habuisse locum, in animum induco. Et vero ex adjunctis, quibus ea vestit, sub Constantino septimo, Irenes filio, seu seculo octavo senescente evenisse, verosimile apparet. Sclavi enim, quemadmodum refert, Thessalonicam tunc, cum bello alio (adi, quæ supra ad lit. g notata sunt) imperator distineretur, arctissima cap.præsenti relata obsidione presserunt, nec prius ille contra Sclavos movit, quam hi biennii amplius spatio imperii terras ac maxime Thessalonicam armis infestis vexassent; Sclavi autem (vide, quæ supra ad lit.* n *recitavi, Theophanis verba) sub Constantini septimi imperio, dum is bello adversus Agarenos distineretur, arma infesta per varios imperii tractus circumtulisse videntur, ac tum demum, cum bello Agarenico finem pax imposuisset, misso in illos exercitu, sese continere, imo etiam imperatoris voluntati submittere fuere compulsi. Irenes quidem imperatricis, non autem imperatoris, sub quo isthæc acciderint, Theophanus laudatus meminit; Verum Irene una cum filio suo Constantino septimo summa potestate imperio tunc præerat, fierique facili negotio potest, ut, quæ Theophanes matri, quod filius minorennis tum adhuc exstiterit, attribuenda judicavit, huic nihilominus illa auctor noster anonymus adscripserit.* A. ANONYMO.

## CAPUT V.

### *Sanctus, ne Thessalonica a tectis inimicis dolo malo occupetur, damnumque patiatur, mirabili modo obsistit* a.

a

B

Καὶ λόγων εὐπορία καὶ τρόπων ποιητικῶν ἐπίνοια, καὶ πᾶσα πεῦσις σοφῶν σκεμμάτων, καὶ τὰ πρῶτα ὑμνεῖσαι τοῦ ἀθλοφόρου βουλευσαμένων, δεύτερα ἐν πᾶσιν γνωρίζεται καὶ τῷ νῷ καὶ τῷ λόγῳ καὶ ἀκοῇ καὶ τέχνῃ· ὁ μὲν γὰρ νοῦς τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν μὴ φθάνων, ὁ δὲ λόγος τῷ ἀπόρῳ στενοχορούμενος, ἡ δὲ ἀκοὴ πρὸς παράληψιν ἀτονοῦσα, ἡ δὲ τεχνη τῆς σαφηνείας τῷ μέτρῳ μὴ αὐτάρκουσα· ὅσα γὰρ πρὸς Θεὸν οἰκειοῦται, ταῦτα παρὰ ἀνθρώποις ἀκατάληπτα· καὶ γὰρ καὶ τὰ τοῦ μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Δημητρίου θαῦματα θεοπάροχα τυγχάνοντα τὰς τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ὑπερβάλλουσι τέχνας, ἀλλὰ τὰς ἐκ τῶν εἰρημένων λογογράφων καὶ φιλοσόφων εὐθέτους ὡσανεὶ ἐκθέσεις παραδραμόντες πρὸς ὅπερ ἐσμὲν βραχεῖς, τὰ μεγάλα ἐν μικροῖς λέξομεν· ἐχρὴν γὰρ ὄντως, εἰκαὶ τὰ πλεῖστα τῶν αὐτοῦ συμμαχιῶν καὶ ἱάσεων ἐν λήθῃ δεδώκασιν, ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν τοῦ ὑπερβαίνοντος πάντα νοῦν καὶ ἔννοιαν θαυματουργίαν τοῦ ὄντως φιλοικτίρμονος καὶ σωσιπόλιδος Δημητρίου, καὶ ἐν μικροῖς λέξομεν μεγάλην ὑπάρχουσαν.

E

Et verborum facultas et figurarum poeticarum solertia et omnis speculationum philosophicarum inventio, quæ etiam certaminum Victoris laudes vel delibare meditantibus sufficiat, capacitatem et mentis et sermonis et auditus et artis in omnibus excedere dignoscitur. Mens enim, quæ supra intellectum sunt, haud assequitur; sermo autem præ rerum copia, quid primum dicat, est anxius; auditus vero acceptioni est impar; ars porro aptæ explanationi per sese haud sufficit. Quæ enim apud Deum facilia sunt, ea apud homines incomprehensibilia existunt; miracula autem Christi martyris Demetrii, quæ, Deo dante, fuere patrata, oratorum philosophorumque artes exsuperant. Verum, quo breves simus, quas dicti oratores philosophique concinnarunt, appositas utcumque expositiones prætereuntes, maxima verbis paucis prosequemur. Id enim, etsi præstitorum ab eo auxiliorum, curationumque factarum partem maximam oblivione obruant, omnino convenit, illudque adeo intellectum omnem ac cogitationem superantis, vere misericordis ac civitatis servatoris Demetrii, quod et ipsum magnum est, miraculum paucis expediemus *b*.

*Auctor, sese unum dumtaxat Sancti miraculum præfatur.*

F

C

195 Ὡς ἴστε, φιλόχριστοι, ἐν τοῖς προτέροις τὴν τῶν Σκλαβίνων, ἤγουν τοῦ κληθέντος Χάτζονος καὶ τῶν Ἀβάρων καὶ ἐν μέρει ἐκθεσιν ἐποιησάμεθα, καὶ ὅτιπερ τὸ Ἰλλυρικὸν σχεδὸν ἅπαν, ἤγουν τὰς αὐτοῦ ἐπαρχίας, λέγω δὴ, Πανονίας δύο, Δακίας ὡσαύτως δύο, Δαρδανίας, Μυσίας, Τριβάλεως, Ῥοδώπης, καὶ πασῶν ἐπαρχιῶν ἔτι μὲν καὶ Θράκης, καὶ τοῦ πρὸς Βυζαντίου μακροῦ τείχους καὶ λοιπὰς πόλεις τε καὶ πολιτείας ἐκπορθήσαντες, ἅπαντα τὸν αὐτὸν λαὸν εἰς τὸ ἐκεῖθεν πρὸς Πανονίαν μέρος τὸ πρὸς τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ, ἥτινος ἐπαρχίας πάλαι μητρόπολις ὑπῆρχεν τὸ λεχθὲν Σερμεῖον· ἐκεῖσε οὖν, ὡς εἴρηται, τὸν ἅπαντα λαὸν τῆς αἰχμαλωσίας κατέστησεν ὁ λεχθεὶς χαγάνος, ὡς αὐτῷ λοιπὸν ὑποκείμενος· ἐξ ἐκείνου οὖν ἐπιμιγέντες μετὰ Βουλγάρων καὶ Ἀβάρων καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνικῶν καὶ παιδοποιησάντων ἀπαλλήλων καὶ λαοῦ ἀπείρου καὶ παμπόλλου γεγόνοτος, παῖς δὲ παρὰ πατρὸς ἕκαστος τὰς ἐνεγκαμένας παρειληφότων καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ γένους κατὰ τῶν ἠθῶν τῶν Ῥωμαίων, ναὶ καθάπερ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐπὶ τοῦ Φαραῶ ἠυξάνετο τὸ τῶν Ἑβραίων γένος, οὕτω καὶ ἐν τούτοις κατὰ τὸν ὁμοῖον τρόπον διὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ βαπτίσ-

195 Supra, quemadmodum, Christi amantes, habetis perspectum, Sclavorum ducis, nomine Chatzonis, Avarumque etiam notitiam ex parte dedimus *c*, eosque omne propemodum Illyricum, illius videlicet provincias, dico autem, Pannonias ambas, Dacias similiter ambas, Dardanias, Mysias, Trebalis, Rhodopes, omniumque etiam Thraciæ adhuc ad murum usque Byzantinum longum principatuum reliquas et urbes et respublicas devastantes ipsummet omnem populum ad eam, quæ hinc Pannoniam versus dissita est, abduxisse plagam, Danubio adjectam *d*, cujus provinciæ, quod vocatur Sirmium, metropolis olim fuit *e*. Ibidem igitur, ut dictum est, captivum omnem populum, velut sibi deinceps subditum, prædictus Avarum Chaganus constituit *f*. Ab eo ergo tempore cum Bulgaris et Avaribus reliquisque gentilibus fuit commixtus, cumque sese inter liberos procrearent atque in populum infinitum maximumque excrescerent; filii autem singuli a patribus indolem generisque stu-

*b*

*Cum ii, qui ex imperii terris ab Avaribus olim fuerant abducti, barbaris commixti*

*c*

*d*

*e*

*f*

A. ANONYMO. dium, moribus Romanis congruum, accepissent *g*, quemadmodum sub Pharaone in Ægypto Hebræorum auctum est genus, ita et in illis modo haud absimili per fidem orthodoxam sacrumque ac vivificantem baptismum Christianorum aucta est tribus, aliique aliis de majorum suorum solo natali narrantes invicem in cordibus fugæ desiderium accenderunt.

*g*

*in populum ingentem excrevissent, hic, victo Avarum Chagano, majorum sedes repetiturus prope Thessalonicam considet;*

196 Cum enim ab eo tempore, quo in illorum progenitores a barbaris patrata fuerat devastatio, sexaginta circiter ac amplius anni essent elapsi *h*, aliusque jam ibidem novus populus exsurrexisset, maximam autem illius partem temporis lapsu liberam ac jam velut gentem propriam esse, Avarum chaganus concessisset, ut nationi mos est, principem, nomine Cuber *i*, iis præfecit; qui, cum e quibusdam, qui cum eo familiarius conversabantur, populi hujusmodi civitatum patriarum desiderium didicisset, quid agat, circumspicit, omnemque populum Romanum extortem, aliosque gentiles, B id est, secundum quod in Moysaïco Judæorum Exodi libro continetur, proselytos una cum eorumdem supellectile atque armis ad sese assumit, hique discedunt ac rebelles chagano fiunt *k*, ita ut idem chaganus, cum id cognovisset, a tergo ipsos insequeretur; cum vero manus conseruissent, ac post quinque aut sex prælia devictus etiam in duobus abs illis is fuisset, fugam cum relicto sibi populo arripiens ad partes interiores Septemtrionem versus sitas sese confert, adeo ut tandem idem Cuber, cum, relata victoria, præfatum Danubium fluvium cum omni prædicto populo suo trajecisset, ad nostras etiam partes venerit, campumque Ceramesium *l* occuparit, cumque ibidem consedissent, ii maxime, qui fidei orthodoxæ erant, ad civivitates patrias anhelabant, hi quidem ad custoditam nostram a Martyribus Thessalonicensium urbem, alii ad fortunatissimam etiam urbium reginam *m*, alii autem ad Thraciæ civitates reliquas.

*h*

*i*

*k*

*l*

*m*

*verum, ut ibidem omnis iste populus unitus maneat, ab imperatore princeps ejusdem petit,*

197 Cum vero hæc populus vellet, dolosæ mentis consiliarii id fraudulenter cepere consilii, ne qui ex iis desideratum locum adirent, sed idem Cuber omnibus, veluti qui commixtim essent egressi, imperaret, eorumque princeps ac chaganus fieret; quod si enim ad illum, qui nobis imperare sortitus a Deo erat, C abire niteretur, fore ut populum omnem abs illo abstraheret, dissipatumque eumdem ab imperio alienum efficeret; tuncque ad sceptrorum dominum, quo ei, ut hic cum omni populo, secum existente, manere posset, in specie supplicaret, legavit, postulans etiam, ut, quæ nobis adjacent, Dragobitarum nationes sufficientia eis cibaria subministrare juberentur *n*; quod et factum est. Atque ita cum plurimi Sclavorum tentoria, ut cibaria eis subministrarent, essent ingressi, hique illos de civitate nostra interrogantes, esse illa ab hac haud procul remota, diligenter didicissent, plurimi jam, qui e Romanis ducebant originem, cum uxoribus et liberis nostram a Deo servatam civitatem ingredi cœperunt; quos statim, qui præfecturam administrabant, ad civitatem imperantem *o* navibus miserunt.

*n*

*o*

198 Cum vero id a prædicto principe illorum Cubero cognitum fuisset, isque latentem in corde fraudem celare non posset, cum con-

μματος ἠύξετο τὸ τῶν Χριστιανῶν φύλον, καὶ Θάτερος D Θατέρῳ περὶ τῶν πατριῶν τοποϑεσιῶν ἀφηγούμενος, ἀλλήλοις πῦρ ἐν ταῖς καρδίαις τῆς ἀποδράσεως ὑφῆπτον.

196 Χρόνων γὰρ ἐξήκοντα ἤδη ποῦ καὶ πρὸς διαδραμόντων, ἀφ' ἧς εἰς τοὺς αὐτῶν γεννήτορας ἡ παρὰ τῶν βαρβάρων γεγένηται πόρϑησις, καὶ λοιπὸν ἄλλος νέος ἐκεῖσε λαὸς ἀνεφαίνετο, ἐλευθέρους δὲ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐκ τοῦ χρόνου γεγονέναι καὶ λοιπὸν ὡς ἴδιον ἔϑνος προσέχων ὁ Ἀβάρων χαγάνος, καϑὼς τῷ γένει ἔϑος ὑπῆρχεν, ἄρχοντα τούτοις ἐπάνω κατέστησε, Κούβερ ὄνομα αὐτῷ, ὅστις ἔκ τινων τῶν ἀναγκαιοτέρων προσοικειουμένων αὐτῷ μαϑὼν τὴν τοῦ τοιούτου λαοῦ τῶν πατρώων πόλεων ἐπιϑυμίαν, ἐν σκέψει γίνεται καὶ ἀνάστατον λαμβάνει τὸν πάντα Ῥωμαίων λαόν μετὰ καὶ ἑτέρων ἐθνικῶν κατὰ ἐν τῇ Μοσαϊκῇ τῆς Ἐξόδου τῶν Ἰουδαίων ἐμφέρεται βίβλῳ, τουτέστιν προσηλύτους μετὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἀποσκευῆς, καὶ ὅπλων, καὶ ἀνάστατοι καὶ ἀντάρ- E ται καταλέλεκται τοῦ χαγάνου γίνονται, ὥστε ἐγνωκότα τὸν αὐτὸν χαγάνον διώξαι ὄπισεν αὐτῶν, καὶ συμβαλλόντων αὐτῶν καὶ ἐπὶ πέντε ἢ ἕξ πολέμους καὶ ἐπ ἀμφοτέροις παρ' αὐτῶν ἡττηϑέντος, μετὰ τοῦ ὑπολειφθέντος αὐτοῦ λαοῦ φυγῇ χρησάμενος ἐν τοῖς ἐνδοτέροις πρὸς ἄρκτον ἄπεισι τόποις, ὡς λοιπὸν μετὰ νίκης περάσαντα τὸν αὐτὸν Κούβερ μετὰ τοῦ εἰρημένου σὺν αὐτῷ παντὸς λαοῦ τὸν προαφηγηϑέντα Δάνουβιν ποταμὸν καὶ ἐλϑεῖν εἰς τὰ πρὸς ἡμᾶς μέρη, καὶ κρατῆσαι τὸν κεραμήσιον κάμπον, κἀκεῖσε αὐτῶν ἐγκαϑεσθέντων, τὰς πατρίους ἠτοῦντο πόλεις, ὡς μάλιστα οἱ τῆς ὀρϑοδόξου καϑεστῶτες πίστεως, οἱ μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς μαρτυροφύλακτον τῶν Θεσσαλονικέων πόλιν, ἄλλοι τὴν πανευδαίμονα καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων, ἕτεροι δὲ τὰς ἀπομεινάσας τῆς Θράκης πόλεις.

197 Ταῦτα δὲ τοῦ λαοῦ βουλευομένου, συμβουλεύονται δολερᾶς γνώμης, ταύτης βουλῆς κακούργως γίνονται, ὥστε μή τινας ἐξ αὐτῶν τοῦ ποϑουμένου τόπου ἀξιωϑῆναι, ἀλλ' αὐτὸν Κούβερ πάντας ὡς συμμίκτῳ ἐξελϑόντας ἐπικρατῆσαι καὶ τούτων ἄρχοντα καὶ χαγά- F νον γενέσθαι· εἰ γὰρ πρὸς τὸν ὑπὸ Θεοῦ βασιλεύειν ἡμῖν λαχόντα ἀπελθεῖν πειραϑείη, τὸν λαὸν ἅπαντα παρ' αὐτοῦ ληψόμενος καὶ διασκορπίσας τοῦτον τῆς ἀρχῆς ἀλλότριον καϑίστησι, καὶ τότε τὸ δόκεῖν, ἔστειλε πρὸς τὸν κύριον τῶν σκήπτρων πρεσβεύσων αὐτῷ, ἐφ' ᾧ μεῖναι μετὰ τοῦ σὺν αὐτῷ ὑπάρχοντος λαοῦ ἐκεῖσε, αἰτῶν κελευσθῆναι τὰ παρακείμενα ἡμῖν τῶν Δραγουβιτῶν ἔϑνη ἀπάνας κατὰ τὸ ἱκανὸν αὐτοῖς ἐπιχορηγῆσαι, ὅ δὲ καὶ γεγένηται· καὶ τῷ τροπῷ τούτῳ ἐπὶ σιτισμοῦ εἰσελϑόντων πλείστων εἰς τὰς τῶν Σκλάβων σκευάς καὶ διερωτησάντων περὶ τῆς καϑ' ἡμᾶς πόλεως καὶ ἀκριβωϑέντες, ὡς ἐκ μήκους μὴ ὑπάρχειν ταύτας, ἤρξαντο πλεῖστοι λοιπὸν οἱ ἐκ τῶν Ῥωμαίων ὄντες μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐν τῇ Θεοσώστῳ ταύτῃ ἡμῶν εἰσιέναι πόλει, οὕς τινας αὐτίκα οἱ τὴν ὕπαρχον ἔχοντες φροντίδα ἐν τῇ βασιλευούσῃ διὰ τῶν πλοίμων ἀπέπεμπον πόλει.

198 Τούτου τε γνωσθέντος παρὰ τοῦ εἰρημένου πρώτου αὐτῶν Κούβερ, καὶ μὴ δυναμένου τὸν ἐγκείμενον ἐν τῇ καρδίᾳ ἀποκαλῦψαι δόλον, ἐσκέψατο μετὰ

τῶν

A τῶν αὐτοῦ συμβούλων ἐπὶ οἰκεία ἀπωλειᾷ καὶ γνώμῃ καὶ ταύτην κρυφιδὸν βουλὴν ἱστᾶ, ὥστέ τινα τῶν αὐτοῦ ἀρχόντων ἔξοχον ὄντα καὶ πανοῦργον ἐν πᾶσι, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπιστάμενον γλῶσσαν καὶ τὴν Ῥωμαίων, Σκλάβων καὶ Βουλγάρων, καὶ ἁπλῶς ἐν πᾶσιν ἠκονημένον καὶ γέμοντα πάσης δαιμονικῆς μηχανῆς ἀνάστατον γενέσθαι ταῖ τῇ καθ' ἡμᾶς καὶ αὐτὸν τὸ δοκεῖν ὡς τοὺς λοιποὺς προσπελάσαι Θεοφυλάκτῳ πόλει, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν προσποιήσασθαι τοῦ πιστοῦ βασιλέως καὶ λαὸν μετ' αὐτοῦ πλεῖστον εἰσβαλεῖν πρὸς ἡμᾶς, τὰ αὐτοῦ δεῖν φρονοῦντας καὶ ἔνθεν καὶ ἐκ τῶν τρόπων τούτων τὴν πόλιν δι' ἐμφυλίου πολέμου ἑλεῖν· ἐνταῦθα δηλονότι μετὰ τὴν αὐτῆς πόρθησιν ὀφείλοντος ἐγκαταστῆναι τοῦ λεχθέντος Κούβερ μετὰ τῆς αὐτοῦ ἀποσκευῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ ἔνθεν ὠχυρωμένον ἀντιπαρατάσσεσθαι τῶν περιξ ἐθνῶν, καὶ τούτων δεσπόζειν, καὶ πολεμεῖν τὰς νήσους καὶ τὴν Ἀσίαν, ἔτι δὲ καὶ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τῆς βασιλείας.

199 Ταύτης οὖν τῆς σκέψεως καὶ γνώμης γενομένης καὶ ὅρκῳ τὸ παρ' αὐτῶν βουλευθὲν πιστοποιησάντων, τὸ B δοκεῖν, τίς ἐξ αὐτῶν, Μαῦρος τοὔνομα, πρόσφυξ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γίνεται πόλει, καὶ πρῶτον πείθει τοὺς τὴν ἀρχὴν διέποντας χρηστοῖς καὶ ἀπατηλοῖς μεθ' ὅρκων ῥήμασι, κάλλιστα καὶ ἀποδοχῆς ἄξια πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα περὶ αὐτοῦ ἀναγάγαι, ὅστις ὁ πάντων εὐεργέτης τοῖς παρ' αὐτῶν ἀνηνεγμένοις πεισθεὶς αὐτίκα λόγον ἔγγραφον στέλλει τούτοις πρὸς τιμὴν, πέμψας ὡρατίωνα ὑπάτου τῷ αὐτῷ Μαύρῳ, καὶ βάντον φιλοτιμίας χάριν, κελεύσας πάντας τοὺς ἐκ τῶν τοῦ λεχθέντος Κοῦβερ κερμηνιάνους ἀποφύγους ὑπ' αὐτὸν τὸν Μαυρον γενέσθαι, καὶ τῆς τοιαύτης κελεύσεως ἐμφανοῦς γενομένης, καὶ ματρικίῳ ἐνορδίνῳ ἐγγράφῳ συσταθείσης, ἐξ ἐκείνου ἅπας ἐδόξη ὁ ἐνταῦθα προσρυεὶς λαὸς τῷ αὐτῷ Μαύρῳ, καὶ αὐτὸς τούτων ὁ στρατηγὸς ὑπῆρχεν, τινὲς δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων φύλου τὰ πέρι τὸν Μαῦρον ἐπιστάμενοι, ὡς οὐδέποτε ἐφύλαξεν πίστιν τινὰ, ἀλλά ἀεὶ ἀπὸ φαυλότητος καὶ ἐπιορκιῶν καὶ δόλου κάκιστος ὢν τοῖς τρόποις, πολλοὺς τόπους καὶ ἔθνη ἐξεπόρθησεν, καὶ μὴ ὀφίλειν τούτῳ καταπιστεύειν· ἐγνωκὼς δὲ οὗτος ἐκ διαβολῆς τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων, διὰ τρόπων καὶ σκευῆς τοὺς κατάθηλον ἐν τῷ κρυπτῷ ποιουμένους τὴν αὐτὴν δεινὴν ἕνεδραν ἀπεκεφάλισεν, καὶ τὰ αὐτῶν γυναικότεκνα, ὡς ἠθέλησεν, καὶ ὅπου ἐβούλετο ἔπρασεν.

C

200 Ὅθεν οἱ λοιποὶ τῶν Χριστιανῶν μὴ τολμῶντες ἐξειπεῖν, ἥπερ ἔγνωσαν, κατὰ τῆς πόλεως ἔνεδραν, ἐθρήνουν καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν, μηδενὸς τολμῶντος πρὸς ἀντίστασιν τούτου, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ δεδιέναι αὐτὸν, τοὺς τότε τὸ δοκεῖν κρατοῦντας· κατέστησε γὰρ ὁ αὐτὸς Μαῦρος κεντάρχους καὶ πεντηκοντάρχους καὶ δεκάρχους, οὕσπερ εἶχε σύμπνοους τῆς αὐτοῦ δολίας γνώμης, καὶ ὁπλῖται τοῦτου ἔνδα ὡσεὶ ἄνδρες ἑτοῖμοι νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν ἐφύλαττον τὰς σιτίσεις κομιζόμενοι ἐκ τῶν τοῦ δημοσίου· σκέψις δὲ ταύτη καὶ βουλὴ ἐτύγχανεν, ὥστε τῇ νυκτὶ τῆς μεγάλης ἑορτῆς τοῦ ἁγίου σαββάτου, ὅτε τὰς τῆς σωτηριώδους Χριστοῦ ἀναστάσεως εὐωχίας ἤμελλεν μετὰ πάντων ἐκτελεῖν ἡ πόλις, τότε ἅμα τῶν μετ' αὐτοῦ ἐμπειροπολέμων, ἐμφύλιον βάλλειν πόλεμον καὶ πῦρ εἴς τινας ἐπισήμους τόπους καὶ οὕτως ἐγκρατεῖς τῆς πόλεως γίνεσθαι.

siliariis suis in proprium suum interitum ac judicium consilia contulit, hocque clanculum cepit, ut e principibus suis quempiam, qui præ ceteris vafer ac callidus esset, linguamque nostram et Romanorum, Sclavorum et Bulgarorum calleret, atque, ut uno verbo dicam, qui in omnibus astutus omnigenaque diabolica arte esset instructus, extorris fieret, atque ad civitatem nostram a Deo custoditam, ut reliqui, in speciem aufugeret, ac seipsum fidi imperatoris servum fingeret, plurimumque ad nos, ut eadem, quæ ille, velle deberemus, populum secum adduceret, hincque ac illis artibus, bello civili excitato, civitatem caperet, hic scilicet post hujus expugnationem prædicto Cubero cum familia sua ceterisque principibus sedem figere, hincque, auctis viribus, adversus populos circumjectos arma movere omnibusque dominari, ac bello insulas *p* et Asiam, adhuc autem et eum, qui imperii habenas moderabatur, aggredi volente.

A ANONYMO. *Thessalonicamque etiam dolo occupare hic meditans virum e suis callidum,*

p

199 Cum hujus igitur consilii voluntatisque facti essent, juramentoque, sese, quod statuerant, facturos, fidem fecissent, unus ex eis, nomine Maurus, ad civitatem nostram profugus, ut apparebat, advenit, ac primum suavibus ac dolosis verbis una cum juramentis eos, qui principatum obtinebant, induxit, ut optima approbationeque digna ad piissimum imperatorem de eo referrent; qui, in omnes beneficus, iis, quæ per illos relata erant, impulsus, eisdem voluntatem suam, scripto honoris causa expressam, consulari ornatu vexilloque *q* eidem Mauro, quo illum cohonestaret, misso, statim significavit, præcipiens, ut Cermesiani *r* omnes, qui a prædicto Cubero aufugerent, eidem Mauro subessent: cumque hujusmodi mandatum publicum factum, atque in scriptam ordinariam matriculam *s* relatum fuisset, exin omnis, qui huc confluxerat, populus eidem Mauro fuit commissus, ipseque eorum dux exstitit; cum vero quidam, qui e Romanorum gente erant, qualis Maurus esset, qui fidem nemini umquam servasset, sed semper præ perversitate, perjuriis et dolo moribus existens pessimis loca multa ac gentes prædatus esset, ac illi fidendum non esse, perspectum haberent; ipse autem ex eorum, qui ad illum veniebant, delatione id intellexisset, illos, qui graves illas insidias, quæ latebant, e moribus habituque manifestabant, capite truncavit, ac uxores eorum, ut voluit, et ubi volebat, vendidit.

*nomine Maurum, qui se transfugam fingat, ad civitatem illam mittit. Verum dum hic*

E

q

r

s

F

200 Cum hinc Christianorum reliqui structas, quas sciebant, contra civitatem insidias revelare non auderent, et seipsos et civitatem deplorabant, quod nemo ad resistendum ei animos haberet, sed potius etiam ii, qui tunc in speciem aliis præerant, eumdem timerent; ipse enim Maurus centuriones et pentecontarchas et decarchas, quos fraudulento consilio suo conspirantes nactus erat, constituebat, eumque hic viri armati, ut plurimum audaces, qui e publico annonam acciepiebant, nocte ac die custodiebant. Id porro etiam consilii ceperant, ut nocte magni festi Sabbati sancti, quando salutaris Christi resurrectionis convivium in communi sumptura esset civitas, tunc cum eo, qui belli erant periti, bellum intestinum concitarent, ignemque in loca præcipua

*circa Pascha, tumultu in civitate excitato, domini sui voluntatem exsequi statuerat,*

A. ANONYMO. cipua conjicerent, atque ita civitate potirentur.

*hocejus consilium a duce, qui ab imperatore cum navibus mittitur,*

201 Qui autem imperium divinitus acceperat, invisibili, quia secundum quod scriptum est, cor regis in manu Dei et, quocumque voluerit, ut aquam, inflectit illud, inspiratione ac nutu, cum nondum, quod dolo contra civitatem meditati erant, exploratum haberet, Sisinnio, caraborum *t* tunc duci, vire solerti et verbis et moribus et in omnibus Deo acceptum sese reddenti *u*, præcipere dignatus est, ut cum caborum militibus, cui ei parebant, civitatem hanc, a certaminum Victore custoditam, ad præfatum Maurum eosque, qui cum eo convenerant, observandum ingrederetur, quo, hujusmodi hic existente exercitu, eos, qui a dicto Cubero stabant, alacrius illuc aufugere eveniret: qui gloriosissimus dux Sisinnius, quod mandatum erat, ad finem perducere volens ab Helladis partibus solvit atque ad insulam Sciathum *x* die Dominica, sanctum Pascha præcedente, quæ ab omnibus in orthodoxorum civitatibus celebratur, Dominicaque Palmarum appellatur, B accessit; cum igitur in dictam insulam, quæ a multis annis habitata haud erat, appulisset, atque e sanctissimis templis, quæ ibidem fuerant, unum sylva obtectum ac frondosum invenisset, exercitui, quem sibi obsequentem habebat, ut unam illius partem expurgaret, divinumque ibidem Officium, quod et factum est, perageret, præcepit.

t

u

x

*quique, ventis contrariis in via detentus,*

202 Sequenti igitur die, quæ sancta erat hebdomadæ Passionis Dominicæ secunda, cum et venti, ut versus nos navigaret, essent contrarii, præstantissimus vir ille totum suum convocatum exercitum hortatus est, ne quis deses esset; reliquam autem omnem templi partem expurgaret, et, quod in eo fuerat, baptisterium sacrum, omnesque, qui sancta Christi recordatione digni essent *y*, ... præpararentur, ut secundum consuetudinem festum peragerent; cumque hujusmodi ad illos facta oratio omnibus innotuisset, alacriter templi et sacri baptisterii expurgationi certatim operam dabant, ac alius cum alio tabernacula apte conficiebat, alius cum aliis, quæ ad festum spectarent, instruebat, alius autem rursus ad piscium pecoC rumve capturam invitabat, atque, ut verbo dicam, universi, prout singulis videbatur, quæ ad festum deinde celebrandum spectarent, præparare sese existimabant, dum omnes quæ prædictus Cuberus et Maurus, iique, qui cum hisce conspirabant, in animo habebant, ignorarent. Postquam vero divinum sanctæ Diei secundæ Officium fuisset peractum, ac omnes cœnati essent gratiasque Deo de more egissent, celeberrimus vir ille, quæ ad stationes et excubias reliquaque omnia, ad custodiam conducentia spectant, diligenter curans, reliquum omnem exercitum jussit quiescere.

y

*semel tamen, iterum ac tertio ut vela faciat, ab apparente alii*

203 Cum vero is statim obdormisceret, pulchris victoriis decoratus Dei martyr Demetrius, qui pro nobis servis indignis ac patria *z* undequaque laborat ac sollicitus est, salutique nostræ imprimis studet, non in somno, sed in veritate apparet, itaque illi ait: Expergiscere, quid dormis? Vela facias, secundus est ventus. Ipse autem illico, quasi id, quod apparuerat, re etiam vera obtineret locum, eum, qui carabo præerat, qualis ventus esset, rogabat. Hic autem dicebat: Contrarius est, sed et vento

D

201 Ὁ δὲ τὸ κράτος θεόθεν δεδεγμένος, ἀοράτῳ ἐμπνεύσει καὶ νεύματι κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ ὅπου βούλεται, κατάπερ ὕδωρ, ἐκκλίνει ταύτην, οὔπω τὸ μελετηθὲν ἐν δόλῳ κατὰ τῆς πόλεως ἐπιστάμενος κελεῦσαι κατηξίωσεν Σισιννίῳ στρατηγῷ τότε τῶν καράβων ὑπάρχοντι ἀνδρὶ συνετῷ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς τρόποις καὶ τῷ Θεῷ ἐν ἁπάσιν ἀνατεθειμένον*, ὅπως μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντων καραβισιάνων στρατιωτῶν τῇ ἀθλοφοροφυλάκτῳ ταύτῃ εἰσβαλεῖν πόλει ἐπὶ παραφυλακῇ τοῦ λεχθέντος Μαύρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ προσρυέντων, ὅπως τοῦ τοιούτου στρατοῦ ἐνθάδε τυγχάνοντος, προθυμοτέρως τοὺς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος Κούβερ ἐνθάδε καταφεύγειν γένηται· ὅστις εὐκλέστατος στρατηγὸς Σισίννιος τὸ κελευσθὲν εἰς πέρας ἀγαγεῖν βουλόμενος ἔξεισιν ἀπὸ τῶν τῆς Ἑλλάδος μερῶν, καί καταλαμβάνει τὴν σκιαθίαν νῆσον ἡμέρᾳ κυριακῇ τῇ πρὸ μιᾶς τῆς ἁγίας πασχαλίας, ἥτις ἐν ταῖς τῶν ὀρθοδόξων πόλεσιν παρὰ πάντων ἑορτάζεται καὶ λέγεται ἡ τῶν βαΐων· προσορμίσας οὖν ἐν τῇ λεχθείσῃ νήσῳ, ἀοικήτῳ οὔσῃ ἐκ πλείστων τῶν χρόνων, καὶ εὐρηκὼς ἕνα τῶν γενομένων ἐκεῖσε παναγίων ναῶν ἀλσώδη καὶ ἔνυλον καθεστῶτα, τῷ εὐηκόῳ στρατῷ ἐπέτρεψεν ἓν μέρος αὐτοῦ καθαίρειν, κακεῖσε τὴν θείαν λειτουργίαν ἐκτελεῖν, ὃ δὴ καὶ γεγένηται.

* ἀνατεθειμένον?

202 Τῇ οὖν ἐπιούσῃ, ἥτις ἦν ἁγία δευτέρα τῆς ἑβδομάδος τοῦ κυριακοῦ πάθους, καὶ τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὑπαρχόντων πρὸς τὸν καθ' ἡμᾶς πλοῦν, ἐκκλησιάσας τὸν αὐτοῦ ἅπαντα στρατὸν προθυμότατος ἦν ὁ πανάριστος οὗτος ἀνήρ, ῥᾴθυμον μηδένα εἶναι, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ναοῦ καθαίρειν ἅπαν, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ γενόμενον ἅγιον βάπτισμα καὶ πάντας ἑτοιμασθῆναι ἀξίους τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἀναμετάσεως, ὡς τὰ κατὰ συνήθη τῆς ἑορτῆς ἐκπληρῶσαι, καὶ τῆς τοιαύτης αὐτοῖς διαλαλίας πᾶσιν καταδήλου γενομένης, προθύμως τῆς καθάρσεως τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἠγωνίζοντο, καὶ ἄλλος μετ' ἄλλου σκηνοποιῶν εὐθέτως, ἄλλος εὐτρεπίζων μετὰ τῶν ἑτέρων τὰ τῆς ἑορτῆς, ἕτερος δὲ πάλιν πρὸς ἄγραν ἰχθύων ἢ καὶ κτηνῶν προσεκαλεῖτο, καὶ ἁπλῶς πάντες κατὰ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν, εἰς τὰ ἐξῆς τὰ τῆς ἑορτῆς εὐτρεπίζειν ἤλπιζον, ἐν ἀγνοίᾳ πάντων ὄντων τοῦ κατὰ τὴν γνώμην τοῦ λελεγμένου Κούβερ καὶ τοῦ F Μαύρου καὶ τῶν καταυτοὺς συμπνευστῶν, καὶ δὴ μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν τῆς αὐτῆς ἁγίας δευτέρας, καὶ τὸ δειπνῆσαι πάντας, καὶ τὴν πρὸς συνήθει τῷ Θεῷ ἀναπέμψαι εὐχαριστίαν, ὁ πανεύφημος ἐκεῖνος ἀνὴρ τὰ τῶν βιγλῶν καὶ σκούλκων καὶ λοιπῶν πάντων τῶν πρὸς παραφυλακὴν ἐπιτηδείων φροντίσας ἠρεμεῖν τὸν λοιπὸν ἅπαντα στρατὸν προσέταττεν.

203 Καὶ δὴ αὐτίκα ἀφυπνώσαντος αὐτοῦ, φαίνεται οὐ κατόναρ, ἀλλὰ καθύπαρ ὁ πάντοτε μόχθων καὶ μεριμνῶν ὑπὲρ ἀναξίων δούλων καὶ πατρίδος καὶ τὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν καλῶς πραγματεύομενος, ὁ καλλίνικος μάρτυς τοῦ Θεοῦ Δημήτριος, καὶ οὕτως αὐτῷ ἐφή· ἔγειρε, τί καθεύδεις; ἁρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν. Ὁ δὲ αὐτίκα τὸ θεαθὲν ὡς ἐνεργὸν ὑπάρχον τὸν προεστῶτα τοῦ καράβου ἠρώτα, ποῖος ἐστὶν ὁ ἄνεμος· ὁ δὲ ἐφή ἐναντίος ἐστίν· ἀλλὰ καὶ τοῦ χθὲς ἐπὶ πλεῖον σφοδρότερος πάλιν δὲ ὡς ἤμελλεν ἀφυπνοῦν καὶ ἐν βραχεῖ, ὁ αὐτὸς αὖθις ἐπίσταται διεγείρων τὸν λεχ-

θεντα

A θέντα στρατηγὸν, καὶ τὴν πλευρὰν νύξας ἔφη· ἔγειρε, εἶπον σοι, ἀρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν· διαναστὰς οὖν πάλιν ἐπηρῶτα τοὺς παρακοιμωμένους καὶ τοὺς τῆς βίγλας, τίς ἢ ὁ λέξας, καὶ ἐξυπνίσας διὰ τὸν πλοῦν. πάντων δὲ ἀρνουμένων, μηδένα ἐωρακέναι, ἢ παρὰ τινος ἀκηκοέναι περὶ τούτου, πάλιν ἠρώτα, εἰ ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν κατὰ τὸ λεχθὲν αὐτῷ· εἰπεῖν δὲ τοὺς πάντας ἐναντίον τυγχάνειν· ἐν ἀπορίᾳ οὖν τοῦ λεχθέντος τε καὶ ὁραθέντος γεγενημένου καὶ μέλλοντος πάλιν ἐκ πλείστης ἀθολεσχίας πρὸς ὀλίγον ἀφυπνοῦν, τὸν αὐτὸν στρατηγὸν αὐτὸς ὁ μάρτυς ἐκ τρίτης παρίσταται, οὐ μικρᾷ σπουδῇ καὶ ταραχῇ αὐτῷ εἰπών.

204 Σὺ μὴ ἀμελήσῃς, ἔγειρον, ἀρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν· ἰδοὺ, σὺ καθεύδεις, καὶ ἄλλοι ἀρμενίζουσιν· τότε λοιπὸν διεγερθεὶς καὶ συνεὶς ὁ θαυμαστὸς καὶ ἐξιοθέατος ἐκεῖνος, καὶ ὄντως γνήσιος φίλος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ μάρτυρος ὡς θεία ἀποκαλύψει καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν νὴν τοιαύτην προτροπὴν τοῦ πλοὸς, αὐτίκα διαναστὰς, καὶ οὐκ ἔτι τινὰ περὶ τούB του διερωτήσας ὥρξατο τοὺς καραβους διατρέχειν, καὶ προσέταξεν ἐξορμεῖν τὰ πρὸς ἡμᾶς· τινῶν δὲ φασκόντων, τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὄντων, καὶ αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ἐκεῖσε εὐτρεπίζειν σπουδαζόντων, ποῦ βούλεσθαι ἔφη ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἐρημοτέρῳ ἀποφέρειν αὐτοὺς· εἶτα δὲ ἐκείνου ἐκ τῆς ἐκ τρίτου ἐπιστασίας τοῦ μάρτυρος ἠκριβωμένου ὑπάρχοντος, ἐκ τῆς ἐπιμόνου αὐτοῦ ὀχλήσεώς τε καὶ θεωρίας τοῦ ὑπεραπιστοῦ τῆς πόλεως ἡμῶν Δημήτριου, τὸν πλοῦν αὐτῷ ἐπιτήδειον ἔσεσθαι, κωπηλατεῖν πρὸς τὴν ὁρμὴν τοῦ πλοὸς προσέταττεν, καὶ δὴ ὁρᾷ κάραβον, ὡς ἀπὸ τῶν μερῶν χαλκίδος εἰς τὰ πρὸς αὐτοὺς ἀρμενίζοντα εὐθέως, καὶ ἐμνήσθη τοῦ ἐν ἀποκαλύψει λεχθέντος αὐτῷ.

205 Ἀυτικα γοῦν τῇ ἐλασιᾳ τῶν καράβων ἐξιόντων, καὶ τοῦ ἀνέμου, ὡς ἔφημεν κατὰ πρόσωπον ὄντος, ἄφνω νεύματι θείῳ διὰ τῶν πρεσβειῶν τοῦ ἀθλοφόρου ἐκ τῶν ὄπιθεν τούτοις οὐριοδρόμος ανεμος κατέπνει, καὶ πλεύσαντες ἁρμοδίως καὶ ἀρμενίσαντες εὐθέτως, τῇ ἁγίᾳ τετράδι τὴν τῆς ἁγίας ἑβδομάδος ὥραν ἑβδόμην τὴν θεόρυστον ταύτην κατέλαβον πόλιν διὰ τοῦ ὑπεC ραπιστοῦ αὐτῆς Δημητρίου ὅθεν τοῦ δεινῶς μελετηθέντος τε καὶ στυχηθέντος θράματος τοῦ ἐμφυλίου πολέμου λοιπὸν ἀργήσαντος παρὰ τοῦ Μαύρου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, αὐτίκα φόβῳ καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς ὁ αὐτὸς Μαῦρος, πυρέτῳ χαλεποτατῷ ἐκ τῆς ἀθυμίας περιπεσῶν κατέθεικεν ἐπὶ κλίνης ἐπιπλείστας ἡμέρας· ἔνθεν καὶ τῶν ἐντεῦθεν μετέστη, εἰμὴ ὁ προρηθεὶς ἀνὴρ ὁ πανεύφημος στρατηγὸς, ἀγνοῶν τὸ μελετηθὲν, τοῦτον ἐν λόγοις καὶ ὅρκοις κατησφάλιστο· τὰ δὲ τοῦ ὁραθέντος αὐτῳ, ἦγουν διατυπωθέντα παρὰ τοῦ μάρτυρος περὶ τοῦ πλοὸς, πλείστοις ἀφηγούμενος ἐδημήγορε τὴν σπουδὴν καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ μάρτυρος, ἥνπερ ἐποιήσατο περὶ τῆς πόλεως. Καὶ τότε λοιπὸν τὸν αὐτὸν Μαῦρον μετὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ πάντων ἐκ τοῦ Κοῦβερ καὶ τοῦ αὐτοῦ στρατοῦ τοῦ ἐκ τῶν καράβων ἔξω τῆς πόλεως ἐν τοῖς δυτικοῖς μέρεσιν παραφοσσεύειν διετύπωσεν, πρὸς τὸ τοὺς μέλλοντας ἐκ τῶν Σκλάβων προσφεύγειν κερμησιάνους ἀδεῶς καὶ ἀνεμποδίστως προσέρχεσθαι, καὶ οὕτως διέμειναν ἡμέρας πλείους.

hesterno multo vehementior. Cum autem reversus obdormiturus esset, mox etiam idem, præfatum ducem excitans, rursus adstat, latereque percusso, dicit: Expergiscere, dixi tibi, vela facias, secundus est ventus. Surgens igitur eos iterum, qui juxta eum dormiebant, eosque, qui excubias agebant, rogabat, quis esset, qui eum allocutus esset atque ad navigandum excitasset; cum autem omnes, sese quemquam vidisse aut ex aliquo id audivisse, negarent, iterum rogavit, an ventus, secundum quod ei dictum erat, secundus esset: omnes autem, contrarium esse, asseruerunt; de re igitur dicta visaque quid esset, cum dubius hæreret, iterumque præ maxima exercitatione ad breve tempus dormiturus foret, eumdem ducem idem Martyr tertio excitat, haud parvo studio ac contentione ei dicens. A. Anonymo.

204 Tu ne absque cura sis, expergiscere, vela facias, secundus est ventus. Ecce, tu dormis ac alii navigant. Tunc, cum tandem mirabilis ille ac visione honoratus Deique et Martyris amicus vere genuinus esset expergefactus, ac, talem ad navigandum invitationem a divina revelatione, non ab imaginatione, esse, intelligeret, statim surgens, nec quemquam amplius de re illa interrogans carabos percurrere cœpit, atque ut versus partes nostras solverent, præcepit. Cum autem quidam, ventos esse contrarios, seque, ut ad festum spectantia ibidem præpararent, operam dare, assererent, velle se, dicebat, aliquo ad locum præsidio magis destitutum eos abducere. Deinde vero cum is ex tertia Martyris apparitione, sese per assidui illius civitatis nostræ propugnatoris Demetrii interpellationem ac commendationem prospera navigatione usurum, probe nosset, remigari, ut cum impetu ac celeritate navigatio procederet, jussit, carabumque, veluti e chalcidis partibus *aa* cursum ad ipsos celeriter dirigentem, vidit, illiusque, quod sibi in revelatione dictum fuerat, est recordatus *bb*. *S. Demetrio monetur,* E *aa* *bb*

205 Cum igitur initio caraborum exeuntium cursui ventus etiam, ut diximus, contrarius esset, derepente nutu divino per certaminum Victoris preces a tergo eis ventus secundus afflavit, cumque convenienter navigassent, opportuneque vela fecissent, hebdomadæ sanctæ die quarta, hora septima ad servatam hanc a Deo civitatem per hujus propugnatorem Demetrium appulere. Unde tandem, quod a Mauro iisque, qui ei adhærebant, indigne paratum formidatumque erat, belli intestini facinore torpescente, timore subito ac consternatione ipse Maurus correptus, cum præ animi dejectionein febrim gravissimam incidisset, in lecto per dies plurimos decubuit. Atque hinc etiam ex hoc mundo abiiset, nisi prædictus vir, dux omni laude dignus, qui, quod meditatum fuerat, ignorabat, eum et verbis et juramentis reddidisset securum. Quæ porro ad illum, qui ei in visione apparuerat, pertinebant, videlicet quæ a Martyre de navigatione ostensa erant, plurimis narrans, studium ac curam, quam pro civitate Martyr gessisset, manifestam faciebat, tuncque tandem, ut ipse Maurus cum omnibus suis, qui a Cubero ejusque exercitu stabant, e civitate, quo Cermesiani, qui e Sclavis fuga evasuri essent, secure atque absque impedimento advenirent, ad partes Occidentales secederet *cc*, qui carabis præerat, constituit. Atque hoc in statu per dies plures res manserunt. *ventoque tandem per hujus patrocinium secundo afflante, Thessalonicam appellit, dissipatur,* F *cc*

206 Post

*A. anonymo. atque ipsemet Maurus ab imperatore punitur.*

206 Post hæc autem cum prædicto Deum amanti duci, ut præfatis carabis navigiisque ad id missis sæpe memoratos Cermesianos alio deportaret, mandatum imperatorium allatum fuisset, ipse Maurus una cum iis, qui ei adhærebant, ad imperatoris, a Deo coronati, vestigia accessit, ut illic acciperetur princepsque crearetur. Verum nec hac in re otiata est divinis consiliis instructa certaminum Victoris cura; sed per ipsum Mauri filium, quod contra civitatem nostram et ab illo et a Cubero meditatum erat, in pias aures demisit, fraudem ipsi et perversum sæpe memorati Mauri propositum, eumque præterea in Thraciæ partibus proditionem contra suam ipsiusmet animam meditari, declarans, cumque hæc, quod, quæ inter illos statuta erant, observans sæpe nominatus Cuberus, nihil prorsus ex ejusdem Mauri hominibus aut rebus attigisset, quin potius et ipsius uxores eodem, quem ante habuerant, imo et majori honore prosequeretur, vere ita esse, appareret, prædictus piissimus imperator, semper ipsi, qui ei imperium est largitus, Deo ea, quæ ad regnum suum spectabant, committens, eique eumdem Maurum offerens, neci quidem
B illum non dedit, sed dignitate orbatum in suburbium, securitatis fide acceptata, relegavit, atque a præfectura ac militia, quam habebat, amovit.

206 Μετὰ δὲ ταῦτα κελεύσεως βασιλικῆς φοιτησάσης τῷ λεχθέντι φιλοθέῳ στρατηγῷ μετὰ τῶν εἰρημένων καράβων καὶ τῶν ἐπὶ τοῦτο σταλέντων πλοίων ἐπὶ τῇ ἀποκομίσει τῶν πολλάκις εἰρημένων κερμησιάνων, ὁ αὐτὸς Μαῦρος σὺν τῶν μετ' αὐτοῦ ἀποφύγων τὰ τοῦ θεοστέπτου βασιλέως κατέλαβεν ἴχνη, ἐκεῖσε δεχθεὶς καὶ ἄρχων χρηματίσας· Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τούτῳ ἤργησεν ἡ θεόβουλος τοῦ Ἀξιοφόρου προμήθεια, ἀλλὰ διὰ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ Μαύρου τὸ μελετηθὲν κατὰ τῆς ἡμῶν πόλεως ἐξ αὐτοῦ καὶ τοῦ Κούβερ εἰς τὰς εὐσεβεῖς ἐμήνυσεν ἀκοὰς φανερώσας αὐτῷ τὴν δολιότητα καὶ φαῦλον πρόθεσιν τοῦ πολλάκις μνημονευθέντος Μαύρου, καὶ ὅτιπερ καὶ ἐν τοῖς Θρακώοις μέρεσιν προδοσίαν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐβουλεύσατο πρᾶξαι· καὶ τούτων οὕτως ἀληθῶς καταφανέντων διότι τὰ εἰς μέσον αὐτῶν βεβουλευμένα φυλάττων ὁ πολλάκις ὀνομασθεὶς Κούβερ, οὐδενὸς τῶν αὐτοῦ Μαύρου ἀνθρώπων ἢ πραγμάτων ἐφήψατο, μᾶλλον δὲ τὰς αὐτοῦ γυναῖκας ἐν τῇ αὐτῇ, ἥπερ εἶχον, τιμῇ καὶ πλείω ἠξίωσεν· ὁ δὲ λεχθεὶς εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ὁ ἀεὶ τῷ τὸ κράτος αὐτῷ παρασχηκότι Θεῷ τὰ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀνατιθέμενος, καὶ αὐτῷ τὸν αὐτὸν Μαῦρον καταλείψας, θανάτῳ μὲν τοῦτον οὐ δέδωκεν, τῆς δὲ ἀξίας ἀποστήσας, ἐν προαστείῳ μετὰ τῶν ἀσφαλῶν περιώρισε καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς στρατίας, ἥπερ εἶχεν, ἀπέστησε.

*Auctoris ad illa annotatio.*

207 Quis, dilecti ac Christum amantes fratres, perpetuo memorandi et protectoris et civitatis nostræ servatoris Demetrii affectum, et curam et latam in bello opem non miretur? Quia, cum nos curis vacui propriique excidii haud gnari essemus, imperatori nostro, ut carabos in civitatis auxilium ac salutem huc mitteret, per Deum suggessit, cumque quod meditati erant, civilis belli, inexspectatæque ac inevitabilis necis nostræ præstitutum tempus instaret, ducem ad navigandum excitavit, ventisque contrariis existentibus, secunda navigatione deduxit, consiliaque ac spes eorum, qui civitatis hujus, ei servire gestientis, excidium moliti erant, dissi-
*dd* pavit *dd*. Vere hoc et maximum et incomparabile et ineffabile miraculum cum lætitia et lacrymis et hymnis plurimis, cum gratiarum actione conjunctis, et animo et corpore celebrari meretur. Verum venite, dilecti, clementem ac mul-
C tum misericordem benignumque Deum ex toto corde oremus, ut huic, quæ eum colit, civitati in salutem nostram continuam gloriosissimum ac maxime mirandum certaminum Victorem concedat, ut per ipsum assidue servati tribuamus laudem et gloriam et adorationem Patri et Filio et Spiritui Sancto nunc et semper etc.

207 Τίς μὴ θαυμάσει, ἀγαπητοὶ καὶ φιλόχριστοι ἀδελφοί, τὸν πόθον καὶ τὴν κηδεμονίαν καὶ συμμαχίαν τοῦ ἀεὶ μνήστου καὶ προστάτου καὶ λυτρωτοῦ τῆς πόλεως ἡμῶν Δημητρίου, ὅτι ἡμῶν ἀμερίμνων καὶ ἀγνώστων περὶ τῆς οἰκείας ἀλώσεως καθεστώτων καὶ τὸν βασιλέα ἡμῶν διὰ τοῦ Θεοῦ τοὺς καράβους πρὸς συμμαχίαν καὶ σωτηρίαν τῆς πόλεως ἐνεκαρδίωσεν στεῖλαι ἐνταῦθα καὶ τῆς προθεσμίας τοῦ μελετηθέντος ἐμφυλίου πολέμου καὶ ἀπροσδοκήτου καὶ ἀφύκτου θανάτου ἡμῶν ἐγγὺς ὄντος, τὸν στρατηγὸν πρὸς τὸν πλοῦν διήγειρεν, καὶ τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὑπαρχόντων εἰς ἐπιτήδειον εὐπλοΐαν ἤγαγεν καὶ τὰς βουλὰς ἔλυσεν καὶ ἐλπίδας τῶν τὴν ἅλωσιν σκεψαμένων ποιήσασθαι τῆς βουλικῆς αὐτοῦ ταύτης πόλεως· ὄντως χαρᾶς καὶ δακρύων καὶ ὕμνων παμπόλλων μετ' εὐχαριστίας ὑπάρχει καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων ἑόρτιον καὶ τὸ μέγιστον καὶ ἀσύγκριτον καὶ ἀνέκφραστον καὶ τοῦτο τὸ θαῦμα. Ἀλλὰ δεῦτε, ἀγαπητοί, τὸν εὔσπλαγχνον καὶ πολυέλεον καὶ φιλοικτίρμονα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καθικετεύσωμεν Θεὸν, ὅπως διηνεκῆ ἡμῶν σωτηρίαν τῇ βουλικῇ αὐτοῦ ταύτῃ πόλει τὸν ὑπερένδοξον καὶ ὑπερθαύμαστον Ἀξιοφόρον θωρήσηται, ἵνα δι' αὐτοῦ διηνεκῶς σωζόμενοι ἀ-
F ναπέμπωμεν δόξαν καὶ τιμὴν καὶ προσκύνησιν τῷ πάτρι καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεί, κ. τ. λ.

## ANNOTATA.

a *Caput hoc in codice olim Mazarinæo, e quo integrum, prout apud nos descriptum exstat, lectori hic exhibetur, a fol.* 187 *usque ad fol.* 199 *extenditur, sequenti isthoc in fronte titulo affectum*: Περὶ τοῦ μελετηθέντος κρυπτῶς ἐμφυλίου πολέμου κατὰ τῆς πόλεως παρὰ τοῦ μάυρου καὶ κούβερ τῶν βουλγάρων, De bello intestino, quod contra civitatem Maurus et Cuber Bulgari occulte fuerunt moliti.

b *Quæ toto fere hoc numero ac præsertim ejus initio auctor noster, non raro, etiam alibi, uti hic datam a nobis lucubrationem ejus evolventi patescet, intellectu admodum difficilis, modo suppeditat, adeo obscura atque implexa sunt, ut apposite ea in linguam Latinam convertere sit oppido difficile, nec ulla etiam ratione fieri forsan id a me potuisset, nisi sensus, quem abs illo intendi, e contextu apparet, lucem attulisset.*

c *Duobus videlicet primis præsentis lucubrationis capp., ac præsertim horum priori.*

d *Locorum*

A d *Locorum omnium ac singulorum, quæ ab auctore nostro hic nominantur, notitia in Baudrandi aliorumque Lexicis Geographicis passim est obvia, illamque adeo lectori hic exhibere, operæ pretium non reor. Verum quod jam pertinet ad assertum, quo auctor, eorumdem omnium locorum incolas captivos a Sclavis fuisse abductos memoriæ a se supra proditum, hic ait, id omnino accuratum non est, cum supra, videlicet num.* 158, *eadem loca per Sclavos habitatoribus vacua reddita fuisse, dumtaxat scripserit, idque etiam aliter, quam abductis ad plagam, Pannoniam versus sitam, in captivitatem incolis, fieri certo potuerit, ut nemo non videt. Et vero regionum, quas Sclavi aliique barbari depopulati sunt, incolas omnes in captivitatem non fuisse abductos, sed alios etiam ex his occisos, alios fuga fuisse dilapsos, e Theophane, Zonara aliisque, qui de rebus illis tractant, quisque haud difficulter comperiet; ut auxesi præterea auctor noster verosimillime, ne dicam indubie, usus hic fuerit.* A. ANONYMO.

e *Vere olim, idque ante auctoris nostri ætatem, uti is hic indicat, Pannoniæ metropolis Sirmium exstiterat. Etenim ante seculum quintum, quo celeberrima isthæc civitas ab Attila fuit eversa, Illyrici universi, non tantum caput, sed et illius, qui amplissimæ huic regioni præfecti prætorii munere præerat, sedes aliquamdiu exstitit, uti apud Farlatum Illyrici sacri tom.* 1 *pag.* 70 *et quinque seqq. videre licet; Illyricum autem Pannoniam complectebatur, quemadmodum vel e solis Sexto Rufo et Jornande liquet. Prior enim in Breviario sic habet:* Provincias habet Illyricus septem et decem; Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Mæsiam, Daciarum duas; et in diœcesi Macedoniæ sunt septem; Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Prævalis et Creta; *posterior vero de Success. Reg. ac temp. lib.* 1 *ita scribit:* Illyricus autem cuncta per partes quidem et membra devincta ad unum tamen corpus aptata est; quæ habet intra se provincias decem et octo; hæ sunt: Norici duæ, duæ Pannoniæ, duæ Valeriæ, Savia, Dalmatia, Mæsia superior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epirus, Prævalis, Creta. *Licet porro Sextus Rufus, contra*
B *ac Jornandes facit, provinciis Illyrici Dardaniam, quod hæc forte illius ætate provinciæ nomen* E
*nondum obtinuisset, haud accenseat, ambo tamen Pannoniam, aut, si mavis, ambas Pannonias, inferiorem nempe ac superiorem, Illyrico adscribunt. Ceterum cum inter Illyrici provincias etiam recenseant Prævalim, supra hic errore, ex amanuensium incuria profecto,* τριβάλεως *scriptum, puto, vocabuloque huic* προιβάλεως *aut certe* πρεβάλεως *substituendum. Prævalis enim, uti e recitatis Sexti Rufi et Jornandis verbis liquet, nota est Illyrici provincia seu etiam, quæ pars Dalmatiæ aliquamdiu fuit, regio; Trebalis autem non item.*

f *Non Chatzonem, paulo ante hic memoratum, qui Sclavorum dumtaxat, non autem etiam Avarum, dux fuisse videtur, sed eum ipsum Avarum Chaganum, qui a Sclavis, cum a Thessalonica sub Chatzonis ductu a sese obsessa recedere fuissent compulsi, pollicitationibus ac donis (Adi cap.* 2) *in auxilium fuit vocatus, ab auctore nostro hic designari existimo; licet autem hic, quod supra num.* 158 *a Sclavis factum scribit, Avaribus hoc loco eorumque Chagano adscribat, sibimetipsi propterea contrarius æstimari haud debet; Sclavis enim, dum, quod num.* 158 *narratur, in Illyrico gesserunt, Avares etiam, quibus fœdere illi conjuncti partimque etiam paruisse videntur, numero non paucos fuisse admixtos, eorumdemve saltem seu imperio seu impulsu Sclavos illud gessisse, verosimillimum fit ex iis, quæ de ambabus illis nationibus apud scriptores proxime laudatos aliosque memoriæ prodita inveniuntur.*

g *In hæc auctoris nostri Græca verba,* παῖς δὲ παρὰ πατρὸς ἕκαστος τὰς ἐνεγκαμένας παρειλημμένων καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ γένους κατὰ τῶν ἠθῶν τῶν Ῥωμαίων, *errorem irrepsisse ex amanuensium oscitantia, in animum induco; iis interim Latinam, quam sensus maxime exigere videbatur, interpretationem attribui; quod si quis meliorem attulerit, eam lubentissime amplectar.*

h *Devastatio ab auctore nostro et hic et supra cap.* 1 *memorata, qui innumera hominum multitudo ex imperii terris, uti hic mox is retulit, in captivitatem fuit abducta, verosimillime, uti in Annotatis, cap. ipsi subnexis, jam docui, sub Constante tertio, aut altero e binis ejus successo-*
C *ribus, Constantino Pogonato et Justiniano Rinothmeto seu secundo, evenit. Imo vero, quo etiam* F
*aliquanto propius eventus illius epocham utcumque modo determinem, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, indubie ad annum usque* 681, *uti ex iis, quæ in Commentario prævio num.* 23 *in medium adduxi, liquet, vitam protraxit, eamque verosimillime, quemadmodum jam supra docui, ante annum* 700, *imo etiam, ne alioquin præsul ille (annotata lucubrationis ejus cap.* 14 *ad lit.* h *subnexa, consule) ad ætatem nimis provectam pervenisse sit dicendus, ante annum* 690 *terminarit: ex iis autem, quæ auctor noster anonymus tum præfationis in modum (adi, quæ lucubrationis Joannis Thessalonicensis cap. ultimo ad lit.* g *subnexui, Annotata) lucubrationi suæ præmittit, tum hujus cap. tertio refert, præfata devastatio tunc primum, cum dictus Thessalonicensis archiepiscopus ab obitu suo haud multum esset remotus, accidisse videtur ac proin inter annum circiter* 680 *et annum* 690. *Jam vero, cum hæc ita habeant, eaque, quæ cap. præsenti auctor noster deinceps narrat, annis amplius post eamdem devastationem sexaginta, prout hoc loco ait, evenerint, consectarium fit, ut ante annum circiter* 740 *horum epocha figenda haud sit. Imo vero nec ante seculi octavi finem circiter seu tempus, quo Constantinus septimus, Irenes filius, imperii habenas tenuit, statuenda isthæc videtur. Ita autumo, quod ab ordine, quo quæque gesta sunt, auctor noster in narrando recedere nullo ex capite videatur, ea autem, quæ cap. præcedenti memoriæ prodit, sub Constantino, Irenes filio, seu seculo octavo ad finem jam inclinante evenerint, uti docui in Annotatis cap. isti ad lit.* t *subnexis.*

i *Principis hujus, qui, quemadmodum e capitis præsentis titulo supra in Annotatis ad lit.* a *recitato, intelligitur, Bulgarus exstitit, mentionem nusquam apud scriptores alios invenio; Cubrati quidem, genere Bulgari, qui sub Heraclio seu seculo septimo, ad mediam sui partem nondum provecto, contra Avarum Chaganum rebellavit, ac cum populo, quem ab eo acceperat, sedibus patriis relictis, ad Romanos seu Heraclium secessit, S. Nicephorus, patriarcha Constantinopolitanus,*

A. ANONYMO. nus, *in Breviario historico, Parisiis anno* 1648 *edito, pag.* 16 *mentionem facit. Verum etsi ita non pauca sane Cubrato, quæ mox infra auctor noster anonymus Cubero, Nicephorus adscribat, atque præterea* Cubrati *et* Cuberi *nomina affinia sint ; quo minus tamen hic cum illo unus idemque dicatur, ætatis, qua ambo floruerunt, diversitas impedit. Cubratus enim, uti ex jam dictis liquet, seculo septimo floruit ; Cuberus autem seculo octavo et quidem verosimillime multum jam provecto, nisi forte quis velit, quæ mox de Cubero auctor noster anonymus subjungit, perperam abs hoc iis affici notis Chronicis, ex quibus, ut seculo octavo multum jam promoto evenerint, consectarium sit, quemadmodum in Annotatis ad lit præced. jam docui.* D

k *Græca hæc verba,* καὶ ἀντάρται καταλέλεκται τοῦ χαγὴ ποιφνονται, *Latine interpretatus sum,* Ac rebelles changano fiunt, *nulla habita ratione vocabuli* καταλέλεκται, *quod quid hic significare queat, haud perspicio.*

l *Nominis hujus campum seu planitiem, quæ haud procul a Thessalonica sita fuerit, nuspiam invenio. Verum non est, cur id mirum cuiquam accidat, cum nec planities omnes seu campos commemorare soleant Geographi, nec singulos suis nominibus distinctos tabulæ Geographicæ, utut etiam accuratæ, exhibere.*

m *Ita etiam scriptores Græci alii Constantinopolim per tituli honorarii modum subinde appellant.*

n *Dragobitæ ergo, si vera hic memoret auctor noster anonymus, jam ante illud tempus, quo Cuberus cum suis in Campo Ceramesio consedit, haud procul a Thessalonica sedes habuerint. Illi porro Dragobitæ seu, ut supra etiam ab auctore nostro hoc nomen exaratur, Drogobitæ Sclavica etiam, ut supra loco non uno tradit, natio fuerunt, ortique verosimillime ex iis, quos Russis tributarios fuisse, Constantinus Porphyrogenitus lib. De administrando Imperio cap.* 9 *scribit, Drungubitarumque nomine distinguit, nullam interim Dragobitarum seu Drogobitarum, qui verosimillime, ut jam dixi, e Sclavis hisce orti sunt, mentionem vel ibidem vel alibi uspiam faciens.*

B o *Id est, Constantinopolim, ut supra adhuc monui.* E

p *Auctor noster verosimillime non alias hic intelligit insulas, quam quæ in Mari Ægeo, quod modo* Archipelagus *vocatur, magno numero sitæ sunt.*

q *Ita hic vocabula* ὡρατίωνα ὑπάτου καὶ βάντον *interpretatus sum ; postremum enim e binis illis vocabulis idem, quod* βάνδον, *apud scriptores haud paucos, uti ad hanc vocem in mediæ et infimæ Græcitatis Glossario apud Cangium videre licet.* Vexillum *significans, hoc significare e sensus contextu est visum ; quod autem ad primum pertinet, Lipomanus quidem in Metaphrastica Sancti nostri Passione, quam supra loco tertio dedimus, duo hæc vocabula* ὑπατικὸν ὡρατίωνα *Latine interpretatur* Consularia insignia, *verum mihi præ voce* Insignia *vocabulum* Ornatus *placuit, quod ab auctore nostro, non* ὡρατίωνα, *uti a Metaphraste fit, sed* ὡρατίωνα *efferatur, hocque vocabulum deductum videri queat ab adjectivo* ὡραῖος, *quod idem, quod Latine* pulcher *aut* decorus, *significat.*

r *Ita scilicet seu Sclavi seu Bulgari seu etiam alii quicumque, qui Cubero parebant, idcirco indubie hic vocantur, quod in Campo Ceramesio, a Thessalonica haud procul dissito, in quo, ut auctor noster supra docet, consederant, sedes haberent.*

s *Ut, cur bina Græca vocabula* Ματρίκιον *et* ἐνόρδινος *Latine hic interpretatus sim* ordinaria matricula, *perspectum habeas, adi ad primum e binis illis vocabulis et ad vocabulum* ὄρδινον *in Mediæ et infimæ Græcitatis Glossario Cangium.*

t *Vocem hanc iterum in significatione, quam in Annotatis, cap. præcedenti ad lit.* I *subnexit, memoravi, ab auctore nostro hic usurpari, e sensus contextu liquet.*

u *Nec ducem Sisinnium, nec Maurum, cui, quæ ab auctore nostro cap. præsenti narrantur, conveniant, apud ullos scriptores alios invenire quivi.*

x *Sita hæc est in mari Ægeo seu, ut modo vocatur, Archipelago ad oram Thessaliæ. Videsis ad vocabulum* Sciathus *in Lexico Geographico Baudrandum, ibidemque invenies, insulam illam, quam tum, cum ea, quæ cap. præsenti narrantur, evenere, incolis destitutam fuisse, auctor noster post pauca memoriæ hic prodit, modo etiam arce esse munitam.* C F

y *In codice olim Mazarinæo voces aliquot hoc loco adeo exesæ sunt, ut nulla plane ratione legi potuerint ; reliquis autem, quem contextui conformiorem existimavi, sensum in versione Latina attribui.*

z *In codice olim Mazarinæo voces iterum aliquot exesæ hic sunt, idque ita, ut non magis, quam de quibus ad lit. præced., legi queant, eo tamen discrimine, quod, quæ hoc loco exesæ sunt, sensui, ut apparet, haud officiant.*

aa *Chalcis, quemadmodum Baudrandus in Lexico Geographico docet, urbs est Eubææ insulæ, in Archipelago sitæ, primaria ; hæc autem insula ab iis, qui e Sciatho Thessalonicam navigant, a tergo relinquitur.*

bb *Quia nimirum, ut sibi in visione dictum fuerat, ventum esse Thessalonicam navigantibus secundum, e navi, quæ celeri cursu ad ipsos e Chalcide seu Eubæa properabat, certissime intelligebat, uti cuique ex iis, quæ de insula Eubæa ad. lit. præced. notavi, manifestum esse debet.*

cc *Ita hic verbum* παραφουσεύειν, *quod in nullis prorsus lexicis invenire licuit, interpretatus sum, significationem, quam sensus exigere videbatur, illi attribuens.*

dd *Æqui iterum lectoris judicio permitto, quæcumque cap. præsenti prodigiosa occurrant. Observari tamen velim, potiorem et ea, et quæ cap. proxime antecedenti occurrunt, fidem mereri, quam quæ tribus primis capp. narrantur : illis enim, at non item hisce, auctor æqualis exstitit, uti partim ex ipsis hujus verbis, num.* 185 *occurrentibus, partim ex ætate, qua quæque secundum supra annotata evenere, fas est colligere. Adi etiam Commentarium prævium num.* 24.

CAPUT

A

A ANONYMO.

# CAPUT VI.

## *Cyprianus episcopus, a Sclavis captus, mirabili modo a S. Demetrio in libertatem asseritur* a.

a

Γέγονέ τις ἐξ Ἀφρικῆς ἀνήρ, ὡς μὲν συνετος, ὡς δὲ τὰ θεῖα θεοσεβὴς, καὶ πολὺς μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀρκιερατικῷ δὲ κοσμούμενος ἀξιώματι· ὄνομα τούτῳ Κυπριανός· οὗτος τὴν πρὸς βασιλίδα τότε διά τινας χρείας στελλόμενος περίπου τοὺς τῆς Ἑλλάδος τόπους ἀπροσδόκητα τῷ των Σκλαβινῶν ἔθνει ἐνήδρευται· Ἀπάγεται τοίνυν τῇ σφῶν χώρᾳ ἀνδράποδον ὁ κατ' ἄμφω σεμνὸς καὶ πολιὸς ἐκεῖνος ἀρχιερεύς. Ἐντεῦθεν αὐτῷ δουλεία βαρβαρικὴ, καὶ δοῦλος βαρθάρου δεσπότου καὶ ἀκαθάρτου καὶ ἀντικρυς μιαιφόνου θηρὸς ὁ θύτης καὶ οἰκονόμος τῆς καθαρᾶς καὶ ἀναιμάκτου θυσίας, καὶ τῶν λογικῶν τοῦ Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμὴν καὶ διδάσκαλος, κόφινος ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῷ καθ' ἑκάστην, καὶ κόπρους τῆς βαρβαρικῆς ἱπποστασίας ἐκφόρησις. B Πληγαὶ κατὰ νώτων, πληγαὶ κατὰ κόρρης, κατὰ σιαγόνος ῥαπίσματα ὁπότε δῆτα ἐξαποκναίη τῷ χρόνῳ τε, καὶ πολλῷ τοῦ τῆς δουλείας βάρους (ὦ βαθους τῶν σῶν κριμάτων, λόγε Θεοῦ ἀνεξικακε) ἡ πρεσβυτικὴ ἐκείνη, καὶ ἱερὰ πολιὰ, καὶ ἦν τῷ βαρβάρῳ ὡς ὁ λαὸς ὁ ἀρχιερεὺς τρόπον ἕτερον.

Vir quidam fuit ex Africa tum perspicax, tum rerum divinarum cultor, ac multæ quidem virtutis, archiepiscopi autem dignitate ornatus. Nomen ei erat Cyprianus *b*. Hic tunc ad civitatum reginam negotiorum quorumdam causa missus circa Helladis loca inexspectato a Sclavorum gente insidiis captus est *c*. Ad eorum igitur terram, manibus ambabus vinctis, in mancipium abducitur venerabilis ille ac canus archiepiscopus. Exin barbarica ipsi servitus fuit *d*, cumque heri barbari ac impuri servus esset, atque apud sanguinariam feram puræ ac incruentæ hostiæ sacerdos ac dispensator, spiritualiumque Christi alumnorum pastor ac magister detineretur, quotidie ipsi in humeris cophinus, stercorisque ex equino barbari stabulo exportatio incumbebat. Plagæ in dorso, plagæ in capite, atque in maxilla alapæ, dum tandem servitutis et diuturnitate et gravitatis excessu (o judiciorum tuorum, clemens Dei Verbum, profunditas!) deficeret senilis illa ac veneranda cæsaries, eratque barbaro archiepiscopus nova rerum conversione veluti e plebe unus.

*Cyprianus episcopus Afer e captivitate, in quam inciderat,*

*b*

*c*

*d*

E

209 Ποῦ γὰρ διαστέλλειν οἶδεν ἡ βάρβαρος ἐκείνη ψυχὴ ἀνὰ μέσον ἱεροῦ καὶ βεβήλου ὡς μὴ ἅπτεσθαι τοῦ Χριστοῦ Κυρίου, καὶ ἀπηνέστατα πονηρεύεσθαι; τί τὸ μετὰ ταῦτα; αἴρει πρὸς οὐρανὸν τὸ ὄμμα ὁ μαστιγίας ἐκείνος ἀρχιερεὺς μετακαλεῖται τὴν ὕψωθεν βοήθειαν· καὶ ταχὺ αὐτῷ ἀνατέθαλκε τὰ ἰάματα, καὶ ὁ ῥύστης ἐξ ὑψωμάτων δόξης ἀποστέλλεται ταχινώτατος. νὺξ καὶ κατὰ γῆν κατέβαρθεν ὁ ἀρχιερεύς. Καὶ τοίνυν ὄναρ αὐτῷ θαυμάσιον ὁ μάρτυς ἐφίσταται· ἑώρα γὰρ, καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ἐνδεδυμένος πανοπλίαν στρατηγικὴν, ἔφιππος, ξιφηφόρος νέος ἅμα καὶ χαριέστατος· καὶ εἰ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγῆναι βούλει, καὶ τῶν δεσμῶν, φησὶν, ἀκολούθει μοι. Τνωρίζει τούτῳ καὶ ὄνομα καὶ πατρίδα καὶ ἀξίωμα ὅτι τε Δημήτριος καλεῖται, καὶ Θεσσαλονίκη τούτῳ πατρὶς, καὶ στρατιώτης τυγχάνει, λαμπρόν καὶ τὸ ἀξίωμα περικείμενος. Λύεται παρα- C χρῆμα τῶν δεσμῶν ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ ἡ ποδῶν εἶχε τάχους, τῷ φανέντι ἀκολουθεῖ.

209 Ubi enim barbara illa anima inter sacrum et profanum possit distinguere, ut Christum Domini non tangat, inclementissimeque tractet? Quid vero post hæc? Archiepiscopus ille, ad mancipii conditionem redactus, oculos ad cælum levat, auxilium supernum implorat: ac statim ei curatio affulsit, liberatorque e gloriæ altitudine celerrime demittitur. Nox erat atque humi archiepiscopus dormiebat. Somnium igitur mirabile ei Sanctus immittit. Visione enim afficiebatur, et, ecce, vir, armatura militari indutus, equo, insidens, ense instructus, juvenis simul ac facie lætissimus, atque, dicebat, si captivitate et vinculis liberari vis, sequere me. Declarat ei suum et nomen et patriam et dignitatem, seque adeo Demetrium vocari, Thessalonicamque ei patriam esse, militemque existere dignitate etiam illustrem. Liberatur illico vinculis archiepiscopus, et quam posset celerrime eum, qui ei apparebat, sequebatur.

*ab apparente sibi S. Demetrio eripitur, vinculisque liber*

F

210 Ἡμέρα παρῆλθεν ἡ πρώτη, ἡ δευτέρα παρῆν, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ τρίτη, καὶ καθεξῆς ἄχρι καὶ τῆς ὀγδόης, ποδηγετούντος τοῦ μάρτυρος· καὶ κατὰ Θεσσαλονίκην ὁ ἀρχιθύτης, ἰδοὺ καὶ ὁ ὁδηγὸς ἀφανὴς· εἰσήει τὴν πόλιν, πυνθάνεται τίς ὁ ἐν αὐτῇ στρατιώτης, διηγούμενος ὅπως αὐτὸν τῆς αἰχμαλωσίας λυτρώσοιτο· εἰσέτι γὰρ τρόποις Οἰκονομίας κεκάλυπτό οἱ τὸ τῆς μαρτυρικῆς θαυματουργίας μυστήριον, ὡς ἔτι μᾶλλον δημοσιεύοιτο τὸ τρίστιον καὶ μεγαλύνοιτο τῷ μάρτυρι τὸ θαυμάσιον. ὡς γοῦν πρὸς γνῶσιν οἱ ἀκούοντες γένοιντο, ὡς τὰ τοῦ πράγματος θαυματουργία μαρτυρικῆ, εἰς αὐτὰ τοῦτον ἄγουσι τοῦ μάρτυρος τὰ θεῖα ἀνάκτορα· ὁ δὲ ἅματε εἰσιείη καὶ τῇ εἰκόνι τὸν μάρτυρα ἴδοι καὶ ξιφηφόρον ὁμοῦ καὶ ἱππούτην θεάσοιτο, αὐτὸν ἐκείνον τὸν φανέντα οἱ παρευθὺ ἀναγνωρισάμενος· τότε δὴ τότε ἀποκαλύπτεται αὐτῷ τὰ τοῦ θαύματος, καὶ πεσὼν εἰς πρόσωπον ἡνθωμολογεῖτο τὰ χαριστήρια Θεῷ καὶ τῷ Μάρτυρι.

210 Dies prima transiit, secunda aderat ac post hanc tertia et sic deinceps usque ad octavam, ducem itineris se præbente Martyre, jamque prope Thessalonicam erat archiepiscopus, et, ecce, evanescit viæ dux: civitatem ingreditur, quis in ea sit miles, rogat, narrans, qui eum a captivitate liberasset; adhuc enim e Providentiæ ordinatione miraculi, a Martyre patrati, mysterium ipsum latebat, ut adhuc magis divulgaretur prodigium, Martyrique ad gloriam cederet miraculum. Simulatque igitur audientes in cognitionem rei, per factum a Martyre miraculum patratæ, venerunt, ad ipsam illum sacram Martyris basilicam deducunt; statim autem atque esset ingressus, ac in Icone Martyrem vidisset, simulque et ense instructum et equo insidentem conspiceret, esse illum, qui sibi apparuisset, asseverabat. Continuo

*haud procul a Thessalonica mirabili modo situr.*

A. ANONYMO. ei, quæ ad miraculum spectarent, manifestata sunt, cadensque in faciem Deo et Martyri gratias agebat.

*Deo idcirco ac Martyri in civitate illa gratias agit,*

211 Et nunc, exclamabat, Martyrem suum misisse Dominum, meque e manu affligentium me ac de luto fœcis liberasse, pedesque meos in loco patenti posuisse ac gressus meos direxisse, cognosco. Anima mea pertransivit vinculorum ferrum, ipsæ manus meæ in cophino servierunt; sed, ecce, nunc illas cum lætitia elevo, unde mihi auxilium venit. Ac Deum quidem ore magnificabat, oculis autem subjectum templi solum madefaciebat; ei enim præ lætitia simul et compunctione lacrymæ, scatebræ in modum manantes, effluebant. Hinc novam civitas tota tanti prodigii festivitatem celebrabat Martyri, miraculumque extollebat.

D

211 Καὶ νῦν ἔγνων, ἔδόα, ὅτι ἀπέστειλε Κύριος τὸν μάρτυρα αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατό με ἐκ χειρὸς τῶν θλιβόντων με, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος· καὶ ἔστησεν ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου, καὶ τὰ διαβήματά μου κατεύθυνε. Σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχή μου τὸν τῶν δεσμῶν· αἱ χεῖρες μου αὗται ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν· ἀλλὰ νῦν, ἰδού, αἴρω ταύτας μετ' εὐφροσύνης ὅθεν ἡ βοήθειά μου ἐλήλυθεν· καὶ στόματι μὲν Θεὸν ἐμεγάλυνεν, ἐξ ὀμμάτων δὲ τὸ ὑποκείμενον τοῦ νεὼ κατέβρεχεν ἔδαφος· κρουνηδὸν γὰρ αὐτῷ κατέῤῥει τὸ τῆς χαρᾶς ὁμοῦ καὶ κατανύξεως δάκρυον· ἐντεῦθεν ἡ πόλις πᾶσα ἑορτὴν ἄλλην τῆς τηλίκης θαυματουργίας ἐκρότουν τῷ μάρτυρι, καὶ τὸ τεράστιον ἐμεγάλυνον.

*reversusque deinde in patriam templum ei ibidem, mirabiliter iterum*

B

*e*

212 Ille autem achiepiscopus Cyprianus captivus, vinctus, liber in Martyre, Constantinopolim post hæc properans, quæ ei ante captivitatem fuerant proposita, curavit, miraculum etiam ibidem, quod ei a S. Demetrio obtigerat, enarrans libereque divulgans. Postquam porro rursus ad ovile suum venisset, templum ingens, veluti de redemptione sua Magno *e* gratias agens, divino illi nomini excitat, illudque et ornat et illustrat. Verum cum et marmora, ut per ea Martyri templum ornaret splendidius, opus ei essent, socium in labore illum invenit. Ei enim apparet, seque appulsam in portu navim, quæ necessaria futura contineret, jam nunc vidisse, nunciat, nauclerum, ut in marmora inquirat, accedit.

212 Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἐκεῖνος Κυπριανὸς, ὁ αἰχμάλωτος, ὁ δέσμιος, ὁ ἐλεύθερος ἐν τῷ μάρτυρι τὴν Κωνσταντίνου μετὰ ταῦτα καταλαβὼν ἦ, τὰ τῆς προθέσεως τούτῳ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας κατήπειγε, κἀκεῖ τὸ ἐπ' αὐτῷ τοῦ Δημητρίου θαυμάσιον διηγησάμενος, καὶ παῤῥησιασάμενος. Ἐπεὶ καὶ αὖθις τῷ σφετέρῳ ποιμνίῳ γένοιτο, τὸν μέγαν ὡσπερεὶ δεξιούμενος τῆς ἀπολυτρώσεως ναὸν ἐγειρει ἐπὶ τῷ Θείῳ τούτῳ ὀνόματι, καλλύνει, λαμπρύνει τοῦτον· ἀλλὰ γὰρ καὶ μαρμάρων ἐπεὶ εἰς χρείαν καθίσταται ὡς δι' αὐτὼν φαιδρότερον κατακαλλύνει τὸ μάρτυρι τὸν ναὸν, εὑρίσκει τοῦτον συνέριθον· φαίνεται γὰρ αὐτῷ, καὶ τὸ ἐν τῷ λιμένει πλοῖον προσκεῖλαν ἄρτι φάσκει ἑωράμενος, τῶν ἐν χρείᾳ ἔσῃ ἐπιτυχὲς· πρόσεισι τῷ ναυκλήρῳ τὴν ζήτησιν τῶν μαρμάρων ποιούμενος.

E

*spem ferente Sancto, excitat, splendidissimeque exornat.*

213 Mox audacter mentitur nauclerus, seque, quod quærebatur, non habere, affirmat. Ab inquisitione desistit archiepiscopus. Iterum Martyr et locum navis, quo marmora serventur, ei ostendit, quanta ac qualia sint, situmque illorum et munerum et nomen eidem exponens, ac illa, quæ nauclerus navi veheret, marmaro fratris ipsius ac commartyris victoris, qui et illa, inventis aliis, ei dabat, nomine esse mercatum. Rursus archiepiscopus nauclero et nomen et locum et mensuram et figuram et quot ac qualia sint marmora, et qui magno Demetrio a Victore *f* commartyre data sint, edicit. Cum ista igitur nauclerus audivisset, quid ita futura prospiciens Martyris gratia vellet, intellexit, statimque marmora archiepiscopo largitur.

*f*

C

213 Ἐθελοψευδὴς ὁ ναύκληρος γίνεται, καὶ τὸ ζητούμενον μὴ ἔχειν διϊσχυρίζεται· παύεται ὁ ἀρχιερεὺς τῆς ζητήσεως· αὖθις ὁ μάρτυς καὶ τόπον δείκνυσι τοῦ πλοίου αὐτῷ, ὅποι οἱ μάρμαροι, ὁπόσαι, καὶ ὁποῖαι, καὶ τόπον τούτων, καὶ ἀριθμὸν, καὶ ὄνομα οἱ προσημηνάμενος, καὶ ὅτι τὰς, ἃς ὁ ναύκληρος φορτηγεῖται τῷ πλοίῳ μάρμαρους ὀνόματι τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συμμάρτυρος Βίκτορος ταύτας ὠνήσατο, καὶ ὅς ἑτέρας εὑρὼν ταύτας αὐτῷ ἐθωρήσατο. Πάλιν ὁ ἀρχιερεὺς τῷ ναυκλήρῳ, καὶ ὄνομα σημαίνει καὶ τόπον, καὶ μέτρον, καὶ εἶδος, αἵ, καὶ ὅσαι καὶ ὁποῖαι αἱ μάρμαροι, καὶ ὡς δωρηθεῖεν αὗται Δημητρίῳ τῷ μεγάλῳ πρὸς Βίκτορος τοῦ συμμάρτυρος. Ὡς γοῦν οὕτως ἀκούσοι ὁ ναύαρχος συνῆκεν ὡς οὕτω βούλεται ἡ προθλεπτικὴ χάρις τοῦ μάρτυρος, καὶ παραυτὰ τὰς μαρμάρους δίδωσι τῷ ἀρχιερεῖ.

F

*Hinc Demetrii a captivorum, quos prodigiose liberavit,*

*g*

214 Atque ita ornandi templi opus brevi perficitur *g*. Quæ autem mens enumeret, qualisve sermo exponat captivorum ex omni barbarica regione liberationes, quas quotidie fere operatus sit Magnus? Alios quidem ex ipsis vinculis statim liberans atque, ut propriis pedibus aufugerent, dimittens, alios vero, cum vehi indigerent, equo suo impositos sub equitis habitu, carcerum quidem aliis invisibiliter apertis, aliis autem etiam quantum ad vectes et seram, cum vinctis eos vacuaret, servatis intactis, ad usque etiam propriam civitatem suam Thessalonicam veluti per aëra vectos, præstans incolumes, adeo ut carceris custos, cum, vinctorum, qui custodiæ mancipati erant, computo inito, quosdam, quos Magnus e vinculis eripuerat, amisisset, nescius, quid ageret, aliquando etiam dixerit.

214 Καὶ τὸ ἔργον οὕτω τῆς τοῦ ναοῦ περικοσμήσεως εὐθὺς συμπεραίνεται· τίς δὲ ἐξαριθμήσειε νοὺς; ποῖος δὲ λόγος ἐκδιηγήσεται τὰς τῶν αἰχμαλώτων ἀναῤῥήσεις ἐκ πάσης χώρας βαρβαρικῆς, ἃς ὁ μέγας καθ' ἑκάστην ἐπιτελοίη σχεδὸν, τοὺς μὲν ἐλευθερῶν ἐξ αὐτῶν δεσμῶν παραυτὰ, καὶ πρὸς τὸ οἰκείοις φεύγειν ποσὶν ἀφιείς, τοὺς δὲ ἐπόχους τῷ σφετέρῳ ἵππῳ ἀνελαφριζόμενος, φαινόμενος ἔφιππος, τῶν φρουρῶν τὰς μὲν ἀνοίγων ἀοράτως, τὰς δὲ καὶ ἀσαλεύτους κλεῖθρα καὶ σφραγῖδα διατηρῶν τῶν δεσμίων ἀποκενῶν, καὶ πόλεως τῆς οἰκείας ἄχρι Θεσσαλονίκης ἀέριους ὥσπερ τούτους ἀνασωζόμενος, ὡς ἐντεῦθεν καίποτε τὸν δεσμοφύλακα τοὺς δεσμίους μετροῦντα κεκλεισμένους εἴσω φρουρᾶς ἐπεὶ τινὰς ἀπωλέσει, οὕς ὁ μέγας ἐξήρπασε τῶν δεσμῶν, διαπορούμενος * εἰπεῖν.

*an non διαπορούμενον?*

215 Quid hoc?. Num iterum ergo e Bulgaris fur carcerem fuit ingressus vinctosque abripuit? Noverat enim, qui sæpe a Martyre,

215 Τί τοῦτο; μήποτε καὶ αὖθις ὁ ἐκ βουλγάρων κλέπτης τῇ φυλακῇ ἐπεδήμησε, καὶ δεσμίους ἐξήρπασεν; ἤδει γὰρ ὡς πολλάκις τῷ μάρτυρι πολλοὺς δεσ-

*μίους*

A μίους ἐκ τῆς φρουρᾶς ἐζημίωτο· ἐωρᾶτο γὰρ καὶ τοῖς βαρβάροις ἱππαζόμενος ὁ μέγας οἷς οἶδε λόγοις, φέρων αἰχμάλωτον ἔποχον, καὶ τὸν ἁρπάζοντα, ἢ κλέπτοντα, καὶ διωκόμενον ἅμα καὶ φεύγοντα, Θαυμασίως ἐσχηματίζετο. Ἀλλὰ τί σοι τῷ μεγάλῳ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτῃ; τί σοι τῷ συμπαθεστάτῳ καὶ φιλοπατρίδι ἀντιδοίημεν ὁ λαός σου τῆς εἰς ἡμᾶς σου κηδεμονίας τῆς εἰς ἡμᾶς πολλῆς σου χρηστότητος;

multis e custodia eductis, damnum pateretur; nam et a barbaris Magnis fuit conspectus, cum equo vectus, quibus novit, modis captivum, vecturæ indigum, deferens et rapientis seu furantis, et persequentis simul ac fugientis speciem referret. Verum quid tibi magno Christi militi, quid tibi commiserantissimo ac patriæ amanti nos populus tuus ob tuam erga nos curam, ob magnam tuam erga nos benignitatem retribuemus?

A. ANONYMO. *multitudine celebrandi occasio hic arripitur.*

## ANNOTATA.

a *Caput hoc titulo simul et initio in codice olim Mazarinæo est mutilum, quod ex hoc post pag.* 199 *folium unum alterumve sit excisum, licet interim paginarum series, quod hæ non prius, quam factum hoc fuisset, numeris fuerint distinctæ, interrupta haud sit; quæ autem huc spectantia in præfato codice restant, a fol.* 200 *usque ad fol. vers.* 203 *excurrunt. Porro dictum caput e codice nostro Græco † Ms.* 193, *in quo a fol. verso* 31 *usque ad fol. vers.* 83 *e Leonis Allatii Ms. descriptum exstat, lectori hic exhibetur; licet autem illud narrationis prolixioris, quod Joannes Stauracius adornavit, compendium dumtaxat sit, non autem ipsa prolixior auctoris nostri anonymi narratio, a nobis tamen, cum hanc integram haud habeamus, præfati nostri anonymi nomine illud hic editur, quod ab eo equidem, quæ complectitur, primum litteris commendata fuisse videantur, certeque a primæva ejusdem narratione in substantia haud differat, uti argumento esse potest occurrens apud Mabillonium tom.* 1 *Veterum Analect. pag.* 89 *et sex seqq. narratio,*

B *qua ab Anastasio Bibliothecario, qui et ipse anonymi nostri narrationem in compendium contraxit,* E *quantum ad substantiam eadem omnino, quæ cap. præsenti, Joannis Stauracii verbis expresso, narrantur, litteris commendata existunt.*

b *Nihil plane occurrit, ut, cujusnam hic sedis in Africa fuerit archiepiscopus, utcumque determinem. Verum seculo octavo senescente nonoque ineunte, quo tempore, uti ad lit. proxime seq. docebo, narratum cap. præsenti miraculum Cypriano, in Africa archiepiscopo, obvenit, in Africa saltem episcopos archiepiscoposque exstitisse, fas est concludere vel ex iis, quæ Pagius in Criticis ad annum* 893, *num.* 1 *in medium adduxit.*

c *Auctor noster, uti ex iis, quæ in Commentario prævio num.* 24 *in medium adduxi, pronum est eruere, certo ante annum* 882, *et quidem, quemadmodum ex Annotatis, quæ duobus capp. proxime prægressis subnexui, apparet, verosimiliter aut seculo octavo senescente aut nono ineunte floruit; quapropter, cum in narratione sua, prout apud Mabillonium loco supra cit. in compendium ab Anastasio Bibliothecario contracta exstat, narratum a sese cap. præsenti miraculum ætate sua evenisse, diserte sub initium affirmet, consectarium fit, ut id verosimiliter vel seculo nono ineunte, vel etiam paulo citius seu octavo senescente acciderit; ambobus autem hisce seculis Sclavi, qui in Dalmatia habitabant, hancque regionem jam inde ab Heraclii imperatoris ætate occuparant, continuo piraticam exercuere, uti quisque facile intelliget vel ex iis, quæ de natione illa Andreas Dandulus in Chronico suo loco non uno memoriæ prodit. Jam vero, cum hæc ita habeant, facile fieri potuit, ut Cyprianus archiepiscopus, cui dictum miraculum obvenit, in manus Sclavorum, dum ex Africa Constantinopolim navigaret, inciderit; quod re etiam vera factum, auctor noster hic tradit.*

d *Alicubi verosimillime in Dalmatia, uti ex Annotatis ad lit. præced. statuendum videtur.*

e *Ita hic* S. Demetrius, *qui* μεγαλομάρτυρος, magni Martyris, *titulo a Græcis passim condecoratur, antonomastice quodammodo seu per excellentiam nominatur.*

C f *Non alius indubie nominis hujus martyr hic designatur, quam celeberrimus ille, de quo apud* F *non actum jam est die* XXI *Julii, quo Martyrologio Romano aliisque Fastis sacris quam plurimis exstat inscriptus, cultumque plane insignem Massiliæ obtinet.*

g *Auctoris nostri anonymi narratio, a Joanne Stauracio in compendium contracta, hic modo (quæ enim sequuntur, a posteriore hoc scriptore addita dumtaxat sunt) terminatur; verum de templo, quod Cyprianus episcopus eo loco, quo in Africa sedem habebat, exstruxisse in* S. Demetrii *honorem supra hic narratur, nonnulla, a Joanne Stauracio haud commemorata, ejusdem cap. præsentis parte, quæ dumtaxat ex dictis in codice olim Mazarinæo adhuc restat, auctor noster suppeditat. Cum notatu satis digna sint atque ad gloriam Sancti nostri faciant, ea huc, addita interpretatione Latina, lubet transcribere. Sic habent:* Διακοσμήσας εἰς κάλλος τὸν ναὸν ἐξήτει τὸν Θεὸν δι' * προσευχῆς καὶ δεήσεως τὴν χάριν ἐπισκιάσαι τοῦ μάρτυρος, καὶ μὴ ἄμαυρον γενέσθαι θαυμάτων τὸν εἰς ὄνομα αὐτοῦ οἰκοδομηθέντα ναόν, καὶ δὴ τυγχάνει τῆς αἰτήσεως. Ποιεῖ γὰρ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων ἑαυτὸν ὁ Θεὸς καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούει. Ἰδοὺ γὰρ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ μάρτυρος ἴασεις ἐπιτελοῦνται νοσημάτων ποικίλων καὶ πνευμάτων ἀπαλλάττονται τῷ ἐλαίῳ τῆς αὐτοῦ κανδήλας χριόμενοι. Δήγμασι δὲ σκορπίων ἀνεπιβούλευτοι γίνονται πάντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες· θῆναι δὲ αὖτη προσαγορεύται, τὸ πρότερον, ὡς πολὺς ὁ λόγος, ἐν δύο μησὶ τοῦ ἔτους Ἰουλίωτε καὶ Αὐγούστῳ μὴ δυναμένων εἰς γῆν κατακλιθῆναι καὶ καθεύδειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν πληττόντων σκορπίων, ἄλλ' εἰς καράβους εἰσιόντων, κἀκεῖσε τὴν χρείαν ἐκπληρούντων τοῦ ὕπνου αὐτῶν· ἀπὸ δὲ τοῦ παρόντος ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐγκεκαίνισται ὁ οἶκος τοῦ πανενδόξου μάρτυρος, κἂν εἰ συνέβη δηχθῆναι τινὰ ἐκ τῶν σκορπίων, ἐκ τοῦ ἐλαίου τῆς κανδήλας περιχρίεται εἰς τὸ πληγὲν μέλος καὶ τῆς ὀδύνης θᾶττον ἀπαλλάττεται. Cum templum *(Cyprianus episcopus nempe)* pulchre ornasset, Deum per orationem ac preces, ut Martyris gratia obumbraret nec obscurum absque miraculis ædificatum ejus nomini templum maneret, rogabat, votique factus est compos. Voluntatem enim illorum, qui eum timent, Deus adimplet, precesque eorumdem exaudit. Ecce enim, accessu ad Martyrem morborum diversorum curationes perficiuntur atque a dæmonibus liberi evadunt, qui oleo lampadis ejus unguntur. Omnes autem, qui civitatem incolunt,

* *vox hic legi nequit.*

A. Anonymo. colunt, a serpentum morsibus haud periclitantur; iisdem vero ipsa, cum prius, ut fama refert, duobus anni mensibus, Julioque et Augusto, humi procumbere ac dormire præ serpentum vexantium multitudine non possent, sed schaphas ingrederentur, ibidemque somni necessitati satisfacerent, afflicta fuisse asseveratur; statim autem ab eo die, quo gloriosissimi Martyris domus fuit consecrata, etsi etiam a serpentibus morderi quempiam accidat, oleo lampadis ejus ad membrum læsum perungitur, statimque dolore liberatur. *Hæc eadem, quæ ita auctoris nostri anonymi narratio, prout in codice olim Mazarinæo exstat, paulo prolixius exponit, paucis hisce verbis,* Per orationem ejus *(sancti* Demetrii) si quis infirmus in eodem templo *(exstructo nempe a Cypriano archiepiscopo)* devotus advenerit, si perunctus fuerit de oleo lampadis ejus, illico sanabitur, *etiam involvit narrationis ejusdem apud Mabillonium loco supra cit. compendium, ab Anastasio Bibliothecario contextum. Hoc porro, quamquam ex dictis cum Joannis Stauracii compendio in substantia conveniens, plura tamen adhuc alia adjuncta, eaque satis notatu digna, quæ ab hoc absunt, complectitur, uti comperiet, qui unum cum altero contulerit. Ceterum quod ad narratorum hoc cap. fidem spectat, quo de hac utcumque statui queat, debent etiam, quæ supra ad lit.* c *dicta sunt, expendi.*

# MIRACULORUM

## LIBER III

B E

a

## Auctore Anonymo altero *a*.

## CAPUT I.

### *De viro, qui S. Demetrii patrocinio amissum e morbo oculorum usum recuperavit* b.

b

*Vir. qui ex morbo oculorum usum amisit, S. Demetrio ei*

Vir quidam olim civitatis hujus, Byzantium negotii cujuspiam causa profectus, gravem in morbum incidit: ex hoc autem et oculis vehemens fluxio obvenit, corporeaque luminaria exstinxit. Ac, morbo quidem pulso, convaluit, præ cæcitate autem omnino miser nihilque facere valens, ibat quidem, sed in lapides impingens. Pedes erant offendiculis attriti, nec illi uspiam medela occurrebat. Animo concipit magnum Demetrium curationemque quærebat, nec repetere cessabat: o utinam Thessalonicæ in patria mea C versarer! Et magnum ibidem Pugilem, exclamabat, instanter invocare possem, et voto haud frustrarer. Verum et ibidem, quem quærebat, medicus ei apparet, bonusque pastor ac curator, ut ovilis sui ovem adjuvet, festinat diligensque Thessalonicæ Paterfamilias, ut drachmam perditam inveniat, accurrit.

*apparente, ac, quid facere debeat, indicante,*

217 Ac quam ob rem, ait, o homo, modicæ fidei es, ac solum me in patria invocatum apparere existimas? Verum ne et procul et quovis recurras, si ad castissimæ Dei Matris oratorium (Oeconomium est loco nomen) accesseris, interius me invenies, tibique apparebo ac statim lumen videbis. Homo statim expergefactus surgit, currit, divinam illam Castissimæ domum quærit, invenit, in templum ingreditur, rogat, ubi sit magnus Demetrius audit: Ecce, divina Martyris effigies: erat autem e lapillis artificiosissime composita ac optima. Procidit ante effigiem cæcus, lacrymis quam plurimis perfusus. Ad sanctos pedes tuos, ait, procumbere non desistam, donec magnus et martyr et medicus oculos meos sanes, ita ut divinam tuam formam ac speciem videam.

Ἀνήρ τις πάλαι τῆς πόλεως ταύτης πρὸς Βυζαντίδα κατὰ τινα χρείαν ἀφορμηθείς, νόσῳ περιπεπτώκει δεινῇ· ἐκ δὲ τῆς καὶ ῥεῦμα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐμπίπτει δριμὺ, καὶ τοὺς σωματικοὺς φωστῆρας ἠμαύρωσε. Καὶ τῆς μὲν νόσου ἀπαλλαγείς, ῥᾴων ἦν, τῆς δὲ τυφλώσεως τὸ παράπαν ἄθλιος καὶ ἀνενέργητος, περιῄει δὲ λίθοις προσπαίων· πόδας τοῖς προσκρούσμασι συντριβόμενος, καὶ θεραπεία τούτῳ ἦν οὐδαμοῦ. Εἰς νοῦν λαμβάνει τὸν μέγαν Δημήτριον, καὶ τὴν ἰατρείαν ἐζήτει, καὶ ἀντιβολῶν οὐκ ἐπάνετο· καὶ εἴθε τῇ ἐμῇ πατρίδι Θεσσαλονίκῃ παρῆν, καὶ τὸν μέγαν εἶχον ἐκεῖσε προσλιπαρεῖν ἀθλητὴν, ἐβόα, καὶ τῆς ἐφέσεως ἂν οὐκ ἀπέτυχον. Ἀλλὰ φθάνει κἀκεῖ ὁ ζητουμενος αὐτῷ ἰατρὸς, καὶ ὁ καλὸς ποιμὴν καὶ προστάτης ταχύνει τὸ τῆς οἰκείας μάνδρας ἐπισκέψασθαι πρόβατον, καὶ ὁ καλὸς τῆς Θεσσαλονίκης οἰκοδεσπότης τὴν ἀπωλωλῦαν εὑρέσθαι τρέχειν θραχμὴν. F

217 Καὶ ἵνατι, φησίν, ὀλιγόπιστος, ὦ ἄνθρωπε, εἰ, καὶ μόνον ἐν τῇ πατρίδι οἴει με φθάνειν καλούμενον; Ἀλλὰ μὴ καὶ πόῤῥω καὶ πανταχοῦ ἀνάστα καὶ τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ γενόμενος τῆς πανάγνου καὶ Θεομήτορος, οἰκονομεῖον τῷ τόπῳ τὸ ὄνομα, ἔνδον εὑρήσεις με, καὶ ὀφθήσομαί σοι, καὶ ἔσῃ παραχρῆμα βλέπων τὸ φῶς. Ἔξυπνος ὁ ἄνθρωπος παραυτίκα γενόμενος ἀνίσταται, τρέχει, τὸν θεῖον οἶκον ἐκεῖνον τῆς πανάγνου ἐρευνᾷ, εὑρίσκει, εἴσεισι τῷ ναῷ, ἐρωτᾷ, ποῦ ὁ μέγας Δημήτριος, ἀκούει· ἰδοὺ εἰκὼν ἡ θεία τοῦ μάρτυρος· ἦν δὲ ἐκ ψηφίδων συγκειμένη φιλοτέχνως εὖ μάλα καὶ ἄριστα. Πίπτει τῆς εἰκόνος ἔμπροσθεν ὁ τυφλὸς, θάκρυσιν ὅτι πλειστοις περιῤῥεόμενος· οὐ παύσομαι προκυλιόδεῖσθαι τῶν σῶν ἁγίων ἴχνῶν ἕως ὅτοῦ ὁ μέγας καὶ μάρτυς, καὶ ἰατρὸς τοὺς ὀφθαλμούς θεραπεύσεις μου, ὡς ἴδω σου τὴν θείαν μορφὴν καὶ εὐπρέπειαν.

218 Νῦξ

A 218 Νὺξ ἤδη παρῆν, καὶ ἰδοὺ τῷ πάσχοντι ὁ μάρτυς καὶ ἰατρὸς καὶ τοῖς δακτύλοις τοὺς νενοσηκότας ἥψατο ὀφθαλμούς, καὶ ῥέμα πῶς διανοίγει, καὶ λήμην ὡς εἰκὸς ἐκεῖθεν περιαιρεῖ· εἶθ' οὕτω πιέζει σφοδρότερον, ὡς ὀδυνηθῆναι, καὶ ἀφυπνισθῆναι τὸν πάσχοντα, καὶ ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ μάρτυρος· οὐδενῦν εἰσέτι ὁρᾷς με; οὐχ ὁρᾷς με τὸν ἰατρόν; οὐχ ὁρᾷς με τὸν θεραπευτήν; ὁ δὲ καὶ ἀνεπήδησε ταχίον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπάρας τῇ εἰκόνι τοῦ μάρτυρος· ὁρῶ σε, ἔφη, τὸν μέγαν μου ἰατρὸν, ὁρῶ σε τὸν μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ, ὁρῶ τὴν σεβαστὴν καὶ θείαν εἰκόνα σου, καὶ πολλὴν τὴν εὐχαριστείαν προσάγω σοι, ὅτι ἔστησάς μοι ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου καὶ τὰ διαβήματα μου κατεύθυνας· ὅτι ἐρρύσω τοὺς ὀφθαλμούς μοῦ ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος.

218 Nox jam aderat, et ecce, Martyr et medicus digitis etiam oculos, infirmitate affectos, patienti tangit, ac mire paulatim aperit, cœcitatemque omnem, ut apparebat, inde aufert. Deinde ita eos vehementius premit, ut dolore afficeretur excitareturque patiens atque a Martyre audiret : Nondumne adhuc me vides? Nonne me medicum vides? Nonne me curatorem vides? Ille autem celeriter exiliit, oculisque in Martyris effigiem sublatis, video te, dixit, magnum meum medicum, video te Christi Martyrem, video venerandam ac divinam tuam effigiem, magnamque tibi gratiam habeo, quod in loco patenti pedes meos collocaris, gressusque meos direxeris; quod oculos meos a lacrymis pedesque meos a lapsu liberaris.

A. ANONYMO. *porroque opitulante, eumdem recuperat.*

ANNOTATA.

a *Ut quo in pretio scriptoris hujus, qui qua determinata ætate floruerit, ignoratur, lucubratio subjecta haberi debeat, perspectum utcumque habeas, Adi Commentarium prævium num.* 25.

B *Isthæc porro, quæ in codice olim Mazarinæo a pag.* 208 *usque ad pag.* 226 *extenditur, haud proxime in hoc excipit jam datam scriptoris pariter anonymi lucubrationem, sed hanc inter et illam Homilia, his verbis,* ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, *inchoata atque in Commentario prævio plus semel memorata, aliaque nonnulla a pag.* 205 *usque ad pag.* 208 *interjecta habentur.*

b *Miraculum, quod cap. subjecto e codice nostro signato* † *Ms.* 193 *lectori exhibetur, in codice olim Mazarinæo a fol.* 209 *usque ad fol.* 215 *etiam narratur, nonnullis fol.* 208 *verso et seq. recto præfationis in modum præmissis hoc initio :* Ἄλλοι μὲν ἄλλα.

E

## CAPUT II.

### *Cæcus pro medela ad S. Demetrium recurrit, sibique eum modo duplici propitium experitur* a.

Ἀνήρ τις ἕτερος πόλεως τῆς Ἀδριανοῦ ἐξορμώμενος, καὶ οὗτος πηροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ προθραμεῖν ἐπὶ θεραπείᾳ τῷ μεγάλῳ διανενόηται, καὶ δὴ ὁ μὲν πρὸς ὁδοιπορίαν ἦν εὐτρεπής· οἷς δὲ οἰκεῖος πρὸς γένος ἦν ἀνὴρ τὴν ὁδοιπορίαν ὡς μακράν, ὡς δυσχερῆ καὶ ταῦτα πεζῷ καὶ τυφλώττοντι ἀπηγόρευον. Ὁ δὲ, ἀλλ' εἰ καὶ εἰς δύο ὅλους ἐνιαυτοὺς παρατεθῆ τὰ τῆς ὁδοιπορίας μοι, οὐ παύσομαι ἕως εὑρήσω μοι τὸν
C ζητούμενον ἰατρὸν, τὸν μέγαν Δημήτριον, ἅπτεται τῆς ὁδοῦ, διανύει ὁρόμον εἰς ὅλας ἡμέρας δύο, τυφλῷ ποδὶ ἀσθλίως περιπλανώμενος, βιαζόμενος προσκρούων τοῖς λίθοις, πυκνὰ διολισθαίνων, καὶ πολὺν ὅτι φέρων τὸν κάματον. Βλέπει τοῦτον ὁ μέγας μακρόθεν, κάμπτεται τῇ συμφορᾷ τοῦ ἀνδρὸς ὁ συμπαθὴς τὰ πάντα Δημήτριος τῆς πίστεως ἀποδέχεται, καὶ καθ' ὁδὸν ἔφιππος τῷ πεπηρωμένῳ τούτῳ ἀνδρὶ.

Vir quidam alius, Adrianopoli oriundus, oculis et ipse mutilatus erat, atque ad Magnum *b* pro medela recurrere meditabatur. Ac is quidem ad iter paratus jam erat; quibus vero generis necessitudine vir erat conjunctus, iter ut longum, ut difficile, idque incedenti pedibus cæcutientique conficiendum, dissuadebant. Ille autem dicebat : Verum, etsi mihi duorum integrorum annorum iter esset propositum, non cessabo, donec quæsitum a me medicum, magnum Demetrium, invenero. Iter arripit, cursum duobus circiter diebus integris promovet, cæco pede miserum in modum errabundus circumiens, in lapides impingere coactus, frequenter in terram cadens, magnumque vere laborem sufferens. Respicit illum a longe Magnus, calamitate viri multum commiserans Demetrius flectitur, fidem suscipit, equoque insidens mutilato viro isti in via apparet *c*.

*Cæcus, dum pro medela ad S. Demetrii tumulum Adrianopoli properat, ab eo in via*

b

F

220 Ἐρωτᾷ καὶ μὴ ἀγνοῶν ὅπη πορεύεται οὕτω μόνος, οὕτω σκοτεινὸς καὶ πάσης ἐλεινότητος, ἀκούει, πρὸς τὸν τοῦ μεγάλου Δημητρίου θεῖον τάφον, ὡς ἀναβλέψειν· ἀλλὰ πολύς σοι, φησὶν, ὁ δρόμος τῆς προκειμένης ὁδοιπορίας καὶ δυσχερής· αὖθις τὸ καὶ πρώτην ῥηθὲν· ἀλλ' εἰ καὶ εἰς δύο ὅλους ἐνιαυτοὺς, φησὶν, οὕτω ταλαιπωρήσαιμι, οὐ στήσομαι μέχρις ὅτου ἐκεῖσε γένωμαι· ἀλλάγε δή, φησὶν ὁ μέγας, καὶ μικρόν σε τῷ ἵππῳ τῷδε διαναπαύσομαι· λαμβάνει τοῦτον ἐπὶ τοῦ ἵππου, καὶ αὐθημερὸν μέσον τοῦ θείου τεμένους τούτου ἐντίθησιν τὸν τυφλὸν· ὁ δὲ μὴ γνους τὸ θαυμάσιον, καὶ ὅπη παρῇ, τοῖς ἐν τῷ ναῷ τοῦ μεγάλου εἰσιοῦσι, καὶ ἐξιοῦσ

220 Rogat, non tamen ignorans, quo vadat ita solus, ita caligans, omnique ex parte miserabilis; audit : ad divum magni Demetrii monumentum, ut visum recuperem. Sed, ait, longus tibi difficilisque itineris propositi est cursus. Rursus id, quod primo dixerat, sed etsi ita, ait, ad duos annos integros laborare oportuerit, non desistam, donec ibi fuero. At vero, ait Magnus, paulisper te hoc in equo requiescere faciam. Eum in equum accipit, eodemque de in medio divino illo templo cæcum constituit *d*. Hic autem

c

*sibi apparente Thessalonicam mirabili modo sistitur,*

d

A. ANONYMO. tem haud noscens prodigium ac ubi esset, a multis hominibus, qui Magni templum (Dies enim, qua Martyris celebramus martyrium, tunc erat) ingrediebantur et egrediebantur, contrusus, sese per equitem illum, qui iter cum eo fecerat, a via fuisse abductum, iterumque in civitatis Adrianopolitanæ forum conjectum, existimabat, atque hanc ob rem vociferabatur, talem seductorem incusans, causamque hujusmodi populi concursus rogabat.

*visuque deinde ibidem donatur.*

221 Atque aliqui, cum id audivissent, aiunt : Insanisne, homo? Thessalonicæ in Magni Demetrii templo cum stes, Adrianopolim, equitemque, qui a via aberrare fecerit, imaginaris. Mox sat diu erat attonitus ac silens ac tum demum ita ad seipsum quodammodo reversus, miraculum vulgabat, lacrymisque simul et lætitia medelam quærebat; jam enim e preconcepta opinione oculorum usum indubitanter recuperatum habebat. Ei igitur noctu in somno Martyr apparet ac dicit : Non modo manuum contactu meum
B hoc templum considera, sed et ipsis oculis id intuere. Ac statim palpebras explicans omnem templi situmque ac decorem conspicatus est, Deum magnificans ac martyrem ejus Demetrium.

δήμοις πολλοῖς συνωθούμενος (ἦν γὰρ ἡμέρα τότε, καθ' D
ἣν πανηγυρίζομεν τῷ μάρτυρι τὸ μαρτύριον) ἐδόκει
ὡς ἐξαπατηθείη πρὸς τοῦ συνοδοιπορήσαντος τούτῳ
ἱππότου, καὶ αὖθις ἐναπερρίφθαι τῇ τῆς Ἀδριανουπόλε-
ως ἀγορᾷ, καὶ τὰ περὶ τούτου ἐβόα μεμφόμενος οἷον
τὸν ἀπατήσαντα, καὶ τὴν αἰτίαν ἠρώτα τῆς τοσαύτης τοῦ
λαοῦ συνδρομῆς.

221 Καί τινες κατήκοοι τούτου γενόμενοι φασιν· ἄνθρωπε, μέρηνας; τῷ ἐν Θεσσαλονίκῃ ναῷ τοῦ μεγάλου Δημητρίου ἐστὼς Ἀδριανούπολιν φαντάζῃ καὶ ἱππότην πλανήσαντα· καὶ δὴ ἔκπληκτος ἦν ὥραις ἐφ' ἱκαναῖς, καὶ σιγῶν· εἶθ' οὕτως εἰς ἑαυτὸν ὥσπερ γενόμενος, ἐθημοσίευε τὸ τεράστιον, καὶ μετὰ δακρύων ἅμα καὶ χαρμονῆς τὴν ἴασιν ἐξήτει· ἤδη γὰρ ἀναμφίβολον ἐκ τοῦ προλαβόντος εἶχε τὴν τῶν ὀμμάτων ἀνάβλεψιν· φαίνεται γοῦν κατ' ὄναρ ὁ μάρτυς αὐτῷ νυκτὸς, καὶ φησιν, μὴ μόνον χερσὶν ἁπαφώμενος τὸν ἐμὸν τόνδε ναὸν καταμάνθανε, ἀλλὰ βλέπε τοῦτον καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς· καὶ αὐτίκα ἀναπετάσας τὰ βλέφαρα, ὁρᾷ πᾶσαν τοῦ ναοῦ τὴν θέσιν τε, καὶ εὐπρέπειαν Θεὸν μεγαλύνων, καὶ τὸν μάρτυρα τούτου Δημήτριον. E

## ANNOTATA.

a *Caput hoc, quod iterum e codice nostro † Ms.* 193 *lectori hic proponitur, in codice olim Mazarinæo a fol.* 215 *usque ad fol. vers.* 218 *narratur.*

b *Ita et hic et infra iterum* S. Demetrius *designatur; quod qua ratione fiat, ex Annotatis, libri præced. cap.* 6 *ad lit.* e *subnexis intelliges.*

c *In textu Græco post has voces,* τουτῷ ἀνδρὶ *vox* φαίνεται *desiderari ad complementum sensus videtur, huicque proinde, per illam suppleto, interpretationem Latinam accommodavi.*

d *En, insigne enimvero miraculum! Verum quid de eo censendum? Etsi quidem omnia, quæ supra naturæ vires a Sanctis patrata narrantur, solo hoc ex capite, quod prodigia sint, haberi pro commentis fabulisque haud debeant, quo tamen prodigiosa magis crediuque adeo difficiliora existunt, eo etiam, ut credantur, majoris et fidei et auctoritatis seu testes seu scriptores, a quibus memoriæ sint prodita, solent requiri; cum autem id ita habeat, anne auctor noster, ut tali, quale hic refert, prodigio fidem indubitatam conciliet, auctoritatis sufficientis sit, statues ex iis, quæ de illo in Commentario prævio num.* 25 *in medium adduxi. Ei interim suffragatur Joannes Stauracius, qui plura id genus miracula a* S. Demetrio *fuisse patrata, supra num.* 214 *et seq. affirmat.*

C

# CAPUT III.

F

## *Ne viri, loca sacra visitantes, in Saracenorum manus incidant, prodigiose impedit S. Demetrius* a.

a

*Peregrini quidam, Thessalonicam, quæ ab Agarenis capta erat, properantes,*

b

Aliud, auditores, e magni Martyris prodigiis narrare aggredior, iis forte, quæ narrata sunt, haud minus. Enimvero qui multos ante annos, Leone sceptra moderante, Thessalonica per judicia arcana, quæ tu, Domine, talia despiciens itaque ob peccata nostra evenire disponens solus ipse nosti, ab Agaris ancillæ filiis capta gladioque fuerit excisa *b*, alia omnino scripta ostendunt, et memoria diffluens, quæ tum contigerunt, modo adhuc lamentabiliter deflet. Ipso igitur tempore, quo capta fuit, viri quidam Itali, e patria sua voti causa atque ut, quæ ubique gentium exstant, templa lustrarent, profecti, cum idcirco et ad ipsum vivificum monumentum tenderent, via, quæ

Ἕτερον, ω παρόντες, τῶν τοῦ Μεγαλομάρτυρος τεραστίων λέγων ἔρχομαι, τῶν εἰρημένων τάχα οὐκ ἔλαττον· ὅπως μὲν ἡ Θεσσαλονίκη χρόνοις πολλοῖς πρότερον ὑπὸ τῶν τῆς Δούλης ἑάλω τέκνων τῆς Ἀγὰρ καὶ μαχαίρας ἔργον ἐγένετο, Λέοντος τὰ σκῆπτρα διέποντος, κρίμασιν οἷς αὐτὸς μόνος ἀπορρήτοις ἐπίστασαι, Κύριε, παριδὼν τὰ τοιαῦτα, καὶ οὕτω διὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας γενέσθαι διοικονομησάμενος, ἄλλαι τε πάντως δηλοῦσι γραφαὶ, καὶ ἡ μνήμη διαῤῥεοῦσα ἔτι καὶ νῦν τὰ ἐπισυμβάντα τηνικαῦτα ἐπιτραγῳδεῖ. Κατ' αὐτὸν οὖν τὸν καιρὸν τῆς ἁλώσεως ἄνθρωποί τινες Ἰταλιῶται τῆς ἑαυτῶν ἐξορμήσαντες εὐχῆς ἕνεκεν, καὶ ἱστορίας τῶν ἐκασταχόθι ναῶν, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸ τὸ ζωηφόρον τείνοντες μνῆμα τὴν εὐθὺ τέως τοῦ μαρτυρίου ἀνήεσαν.

A

223 Καὶ ἐπείπερ αὐτὰ δὴ τότε τὰ Τέμπη διεξιέναι τούτοις ἔτυχε τὰ Θετταλικὰ, ἀνήρ τις, ἄγνωστος αὐτοῖς πρότερον καὶ οὔπω τεθεαμένος, καθεωρᾶτο συνοδοιπορῶν, πολιὸς τὴν τρίχα, τὴν ὄψιν ἱλαρὸς, τὴν περικολὴν σεμνὸς· καὶ τῇ θέᾳ μόνῃ πολὺ τὸ σεβάσμιον ὑποφαίνων καὶ πρᾶον. Εἶτα ἕτερός τις ἐφαίνετο πρὸς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πρόσω ἐπιών, ἱππότης ὡραῖος μὲν ὅσα θεάσασθαι, καὶ πολὺ τὸ ἐκ φύσεως ἐπιτερπὲς ἔχων καὶ χαρίεν· κατηφὴς δὲ καὶ μαραινόμενον τὸ τῆς φαιδρότητος ὑποδηλῶν χαροπὸν, καὶ ὥσπερ τινὶ πένθει ἀπαρακλήτῳ καταβεβλημένον καὶ ἐπιστυγναζόμενον· ὡς, ὁμοίαν τῇ ὄψει καὶ φωνὴν ἀφεὶς, προσηγόρευσε τε πρότερον τὸν πρεσβύτην, Ἀχίλλειον τοῦτον κατονομάσας, καὶ ποῦ πορεύῃ, ἐπήρετο· ἐγὼ δὲ τὴν πρὸς σὲ, ὡς ὁρᾷς, διεξίω. Καὶ ὁ πρεσβύτης περιχαρῶς ἀνταπασάμενος. Δημήτριον τοῦτον καλέσας, καὶ μέγαν τοῦ Ἁθλοθέτου Ἀγωνιστὴν προσειπὼν, σὺν σπουδῇ καὶ αὐτὸς ἀνηρώτα, ὅ, τι εἴη τὸ αἴτιον τοῦ σκυθρωπασμοῦ καὶ τῆς τοσαύτης κατηφείας καὶ λύπης.

B

224 Καὶ ὁ Μάρτυς, Ἔχεταί μοι, ἔφησεν, ἡ πατρὶς καὶ παρὰ τῷ Δικαστῇ τῶν ὅλων ἤδη κατέγνωσται. Χεῖρες ἀνδροφόνοι καὶ βάρβαροι τοὺς φυλέτας ἠνδραποδίσαντο· αἵμασιν ὁμοφύλοις περιῤῥεῖται μοι νῦν ὁ σηκὸς· βεβήλοις καὶ ἀνάγνοις ποσὶ πατεῖται τὰ ἱερὰ καὶ ἐξουθένωται· κἀγὼ μὲν τὸ Θεῖον ἐξελιπάρουν συνήθως, εἰς ἔλεον τῶν ἠτυχηκότων ἐκκαλούμενος, καὶ οἰκτον αὖθις λαβεῖν παρητούμην, ἀλλὰ μὴ ἣν οἰκείῳ αἵματι περιεποίησατο ἐκκλησίαν, βαρβάρων ἰσχύϊ μόνον πεποιθότων, ἀλλ' οὐ Θεῷ, παριδεῖν διασπαθῆναι χερσὶν. Ὁ δὲ, καὶ γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἀνεξερεύνητα κρίματα, εἴασε τὴν τούτου κληρονομίαν βαρβαρικῆς ἀπανθρωπίας πεῖραν λαβεῖν· ταῦτα μὲν ὁ Μάρτυς ἐκδιηγούμενος, καὶ τὸν ἱεράρχην ἔσχεν Ἀχίλλειον συνεπικλώμενον τε τοῖς πάθεσι· καὶ Μεγάλα σου, Κύριε, ἐπεβόων ὁμοῦ, τὰ θαυμάσια, καὶ οὐδεὶς ἱκανὸς εἰς ἔννοιαν ἀφικέσθαι τῆς οἰκονομίας σου.

C

225 Τῶν δὲ Ἰταλιωτῶν ταῦτα σὺν ἐκπλήξει ἀμηχάνῳ καταθεωρουμένων, εἴς τις ἠρέμα πῶς ἑλληνικῆς ὁμιλίας οὐκ ἀλλότριος, ἀλλ', ἄγε δή, φησὶν, ὦ Στρατιῶτα, εἶπὲ μοι, περὶ ποίας ταῦτα ὑμῖν λέγεται πόλεως, καὶ τίς ἡ τοῖς βαρβάροις παραδοθεῖσα. Καὶ ὁ μέγας Δημήτριος. Ἡ ἐμὴ, ἔφησε, δυστυχεστάτη πατρὶς ἡ Θεσσαλονίκη, τοις βαρβάροις ἐγένετο ἐκδοτος· καὶ αὐτίκα, οἱ μὲν, ὅ τε πρέσβυς καὶ ὁ μεγας Δημήτριος, οὐκέτι τοῖς συνοδοιπόροις κατεθεωροῦντο· αὐτοὶ δὲ κατὰ μόνας, ἐπείπερ οἱ Ἰταλιῶται ἐγένοντο, τοῦ ἑτέρου διεπυνθάνοντο, τί ποτε ἄρα πρὸς ἐκείνων διήκουσε. καὶ οἵτινες οἱ συνωδοιπορηκότες εἶεν· ὁ δὲ σὺν θαύματι καὶ ἐκπλήξει ἕκαστα διηγεῖτο, καὶ τὴν τοῦ Μεγαλομάρτυρος ἐθήλου ἐπιφάνειαν, τά τε τῆς πατρίδος δεινὰ διασαφήσαντος, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐν ἀσφαλεῖ θέσθαι διασημήναντος.

226 Ὡς οὖν δὲ μὴ λάφυρον καὶ αὐτοὶ τῶν ἐχθρῶν γένωνται, πόῤῥω ἑαυτοὺς Θεσσαλονίκης ἀπαγάγοντες, οὐ μετὰ μικρὸν παρὰ τῶν διαδράντων ἕκαστα τε τῶν γεγενημένων κατήκουον, καὶ συνῆκαν οἱ ἄνθρωποι ἐναργῶς ὡς ὁ μέγας ἐκεῖνος Δημήτριος ἐτύγχανεν ὤν, τῆς πατρίδος ἐπαναστὰς, ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι σκυθρωπάζων καὶ ἀνιώμενος. Εἰς αὐτὴν δὲ τὴν βασιλεύουσαν ἀναχθέντες, ὅσα τε αὐταῖς εἶδον ὄψεσι περιηγοῦντο, καὶ τὴν τοῦ

A. ANONYMO.

ad Martyris ædem recta ducit, aliquamdiu incesserant.

223 Cum vero et ipsa Thessalica tempe *c* transire illis jam accidisset, vir quidam, prius illis ignotus ac nondum conspectus, crinibus canus, vultu hilaris, habitu modestus, ac qui solo aspectu multum majestatis lenitatisque præferret, una iter facere est visus. Deinde alius quidam apparebat a fronte illis occurrens, eques quidem aspectu pulcher, multumque jucunditatis ac venustatis ex natura habens; subtristis autem, demissumque, qui lætitiam obtegeret, ac veluti luctu quodam inconsolabili depelleret atque obrueret, vultum exhibens; qui et vocem, aspectu similem, emittens, ante omnia senem, Achilleum illum vocans, compellavitque ac, quo vadis, rogavit; ego vero ad te, ut vides, transeo. Tum senex, gaudio ingenti salute vicissim dicta, Demetrium eum vocans, maniq ue illius, qui certantibus præmia proponit, athletæ titulo condecorans, statim et ipse rogat, quæ tristis supercilii ac ita demissi vultus mœstitiæque causa sit.

*a S. Demetrio, in via sibi apparente,*

*c*

E

224 Ac Martyr, periit mihi, dixit, patria, jamque ab universorum Judice reprobata est. Manus cruentæ ac barbaræ contribules meos in captivitatem abduxere; templum meum eorum, qui ejusdem mecum gentis sunt, sanguine modo circumluitur; profanis impurisque pedibus Sancta calcantur ac pro nihilo habentur. Ac ego quidem de more, ad miserorum misericordiam provocans, Deum impense orabam, atque, ut rursus miseratione duceretur, ac, quam suo sanguine acquisivisset, ecclesiam barbarorum manibus, qui in sua tantum virtute, non in Deo, confidunt, divelli haud sineret, efflagitabam. Ipse autem (inscrutabilia enim illius sunt judicia) hæreditatem suam barbarorum sævitiem experiri permisit. Hæc autem effatus Martyr Achilleum etiam, sacrorum antistitem, ad commiserationis affectum movit *d*, ac, Magna tua, Domine, clamabant simul, mirabilia, nec ullus est, qui, quæ ad Providentiam tuam spectant, mente assequi sufficiat.

*patriæque suæ interitum deplorante,*

*d*

225 Hæc autem Italis stupore, cum mentis abalienatione conjuncto, spectantibus, unus aliquis, linguæ Græcæ non omnino ignarus, submissa voce, sed nunc, age, inquit, o miles, dic mihi, de quali hæc a vobis dicantur F civitate, ac quænam illa sit, quæ barbaris sit tradita. Tum magnus Demetrius, Mea ipsius, dixit, infortunatissima patria Thessalonica barbaris tradita est. Ac statim quidem senexque et magnus Demetrius a simul iter facientibus haud amplius fuere conspecti; illi autem, quoniam Itali essent, seorsum alterum sciscitabantur, quid tandem ex illis audivisset, ac quinam illi essent, qui itineris socii exstitissent. Hic autem cum admiratione et stupore referebat singula, perhibebatque magni Martyris apparitionem, qui et patriæ mala exposuisset, atque, ut sua in tuto ponerent, admonuisset.

*id intelligunt,*

226 Ne igitur et ipsi inimicorum præda fierent, procul sese a Thessalonica recipientes haud multo post ex iis, qui aufugerant, et singula, quæ acciderant, audivere, et diluciде, magnum illum Demetrium exstitisse, qui, patria relicta, ob ea, quæ evenerant, vultu præ tristitia demisso dejectoque fuisset, viri intellexere. In ipsam autem civitatem imperantem reversi,

*alioque idcirco declinantes barbarorum captivitatem evadunt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. Anonymo. reversi, et ea, quæ suis oculis viderant, narravere, et Martyris patriæ commiserantis affectum, illiusque in hanc et suos amorem exposuere *e*; a quo et nunc adhuc custoditur ac fovetur, atque ad pristinam felicitatem sub illo altero cive suo ac curatore rediit. Is namque, velut immotum quoddam firmumque vallum, hodieque adhuc sceleratorum Scytharum *f* inhibet impetum, inexpugnabilem eis dextram in murum objiciens, irruptionibusque eorum patriam suam servans superiorem.

Μάρτυρος ἐπὶ τῇ πατρίδι συμπάθειαν· καὶ τὸ τούτου D φιλόπατρι καὶ φιλοίκειον ἐπεδείκνυντο, ὑφ' οὗ καὶ νῦν ἔτι περιφρουρεῖταί τε καὶ περιθάλπεται, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας εὐδαιμονίας ὑπ' ἐκείνῳ δευτέρῳ πολίτῃ καὶ κηδεμόνι ἀνέδραμεν. Οὗτος καὶ γὰρ, οἷά τις ἀκλινὴς περίβολος καὶ στερρὸς, τὰς τῶν ἀληκτηρίων Σκύθων ἔτι καὶ νῦν ἐπέχει ὁρμὰς, τὴν ἄμαχον αὐτοῖς ἐπιτειχίζων δεξιὰν, καὶ ἀνωτέραν τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκείνων διασώζων ἐπιδρομῆς.

## ANNOTATA.

a *Caput præsens, aut, si mavis, prodigium isthoc contentum e codice olim Mazarinæo, in quo a fol. verso* 218 *usque ad fol. versum* 221 *excurrit, Græce simul et Latine in Historiæ Byzantinæ post Theophanem Scriptoribus pag.* 314 *et binis seqq. ante me jam vulgavit Combefisius. Atque hoc quidem, cum hinc Græca scriptoris nostri anonymi narratio describenda e dicto Mazarinæo codice haud fuerit, mihi accidit percommodum; verum, etsi id ita sit, hancque, prout loco cit. a Combefisio vulgata exstat, dumtaxat hic recudam, Latinæ tamen, qua ab hoc scriptore exponitur, interpretationi novam substituendam existimavi, quod adornata ab eo auctoris dumtaxat sensum, non autem etiam verba subinde reddat; quod nostræ Græca interpretandi methodo haud satis congruit.*

b *Saraceni, aliis* Agareni *hicque auctori nostro* Agaris ancillæ filii, *quod ab hac Saræ, Abrahæ uxoris, famula originem per filium Ismaëlem ducere credantur, etiam nuncupati, anno ab orbe condito secundum Græcorum computum sexies millesimo, quadringentesimo duodecimo ac proin* B E *a Christo nato* 904 *Thessalonicam expugnarunt, murisque dejectis ac incolis majorem partem aut occisis aut in captivitatem ad agros Tripolitanos misere abreptis, incenderunt. Ita præter scriptores alios docet nos auctor omni exceptione major Joannes Cameniata, Clericus et Cubuclesius Thessalonicensis, qui, quam oculis suis spectarat, universam patriæ suæ tunc excisæ Historiam in libello, ea de re conscripto atque a Bertholdo Nihusio, primum ac deinde iterum a Combefisio inter historiæ Byzantinæ post Theophanem Scriptores vulgato, graphice depingit; de hoc autem Thessalonicæ excidio (neque enim aliud, a Saracenis patratum, noscitur) indubie hic loquitur auctor noster anonymus; quare cum eodem, quo id accidit, tempore etiam evenisse, quod cap. præsenti narrat, miraculum, mox subjungat, hujus apprime determinatam epocham habemus.*

c *Hoc nomine, quod indeclinabile simul pluralisque est numeri, distinguuntur Thessaliæ loca seu, quæ isthæc complectitur, regiuncula, in valle amœnissima, quam Peneus fluvius bisariam secat, Larissam inter et oram maritimam sita. Adi ad vocabulum* tempe *vel in linguæ Latinæ Thesauro Stephanum, vel in Geographia Baudrandum, vel etiam in Antiquitatum Lexico Hosmannum, qui præterea, cur regiuncula ista ita appelata fuerit, exponit.*

d *Senem Achilleum, hic et supra ab auctore nostro memoratum, exstitisse episcopum, Lequienus in Oriente sacro tom.* 2 *col.* 28 *recte ex hoc loco concludit; verum num recte pariter ibidem Thessalonicensem archiepiscopum eum facit? Id equidem mihi haud apparet.* Demetrius *enim, qui, quemadmodum infra num.* 226 *dicitur, Thessalonicam patriam suam, ab Agarenis captam reliquerat, seni Achilleo, una cum peregrinis Latinis, Thessalonicam ad Sancti nostri tumulum properantibus, Tempeque Thessalica, Larissa ex Annotatis ad lit. præced. haud procul dissita, jam prætergressis, iter instituenti, recta in fronte occurrisse, eique, sese ad illum festinare, dixisse ab auctore nostro supra narratur; quod cum ita sit, sanctusque Larissensis seculo* IV *episcopus ac* C *metropolita, nomine* Achillius, *seu* Achilleus, *de quo in Opere nostro ad* XV *Maii diem jam actum,* F *e sacris Græcorum Fastis ac nominatim e Basiliano Melonogio notus sit, hunc ego, non autem Sanctum homonymum, qui Thessalonicensis fuerit archiepiscopus, ab auctore nostro, qui,* S. Demetrium, *Thessalonica, quæ ab Agarenis capta erat, relicta, Larissam ad S. Achilleum concessisse, secundum jam dicta insinuat, designari, existimo; in hac autem opinione maxime etiam confirmor, quod Thessalonicensis archiepiscopus, qui* Achilleus *fuerit vocatus, aliunde notus haud sit. Ceterum laudatus Lequienus suppeditatam ab auctore nostro cap. præsenti narrationem perperam etiam loco cit. intellexit, dum ea tradi, affirmat, Achilleum senem, qui una cum* S. Demetrio *peregrinis Italis apparuisse narratur, quique ob jam dicta e Thessalonicensium archiepiscoporum Catalogo expungendus videtur, pro civitate Thessalonicensi Deum, ut imminentem ei Saracenorum impressionem averteret, frustra interpellasse; neque enim illa vel verbum, quo hoc adstruatur, complectitur, ut facile deprehendet, qui totum caput præsens evolverit.*

e *Narrata ab auctore nostro* SS. Demetrii *et Achillei cap. præsenti apparitio, quam angelorum ministerio peractam, Combefisius supra laudatus in scriptorum editione ad lit.* b *cit pag.* 315 *et seq. ad marginem indicat, sola peregrinorum, uti omnia ad hunc usque locum, quo, quæ ad visionem illam spectant, terminantur, occurentia manifestant, fide innititur; sitne autem hæc, ut dicta apparitio indubitanter credatur, fundamentum sufficiens, prudentis lectoris judicio relinquo, ita tamen, ut hunc præ ceteris, quæ de hoc argumento possent disseri, meminisse velim, peregrinorum passim, ac maxime eorum, qui aliunde, uti hic fit, noti haud sunt, relationes omnes, quæ prodigiosum quid ac raro evenire solitum continent, suspectas haberi.*

f *Antiqui Græcorum scriptores, ut Strabo Geographiæ lib.* XI, *pag.* 507 *aliisque locis docet, universas Septemtrionales gentes* Scytharum *et* Celto-Scythrarum *nomine afficere erant soliti; ex illorum adeo more Hungaros, qui, e Septemtrione Meridiem versus delati, seculo nono senescente*

A *te sedes primum in Pannonia, abs illis deinde* Hungaria *idcirco nuncupata, fixerunt, annoque* 934, *iterumque deinde anno* 943 *in imperii Orientalis ditiones irruperunt, ab auctore nostro per Scythas hic intelligi, existimo; qui cum præterea, ætate sua postremum hoc factum, indicare hic videatur, id eum, qui fortassis (adi Commentarium prævium num.* 25) *jam inde etiam a seculo nono floruit, seculo decimo saltem lucubrationem suam adornasse, argumento etiam qualicumque est. Hæc adeo iis, quæ in Commentario prævio num.* 25 *dicta sunt, adjunge.* A. ANONYMO.

## CAPUT IV.

### *Vir valetudinis, pessime affectæ, in æde, S. Demetrio prope Thessalonicam sacra, ad quam sese conferre ab hoc in somnio jussus fuerat, sanitatem recuperat a.*

a

Μικρόν τι τοῦ ἄστεος ἀποτέρω, τῆς Θεσσαλονίκης φημὶ, πηγή τις δι' ὑδοῦς καὶ καθαροῦ πρόεισι, ψύχρου μὲν ὅσον ψαῦσαι καὶ διαφανοῦς νάματος, ἄλλως δὲ ἡδίστου καὶ ἀγαθοῦ πόματος· πέτρας γὰρ ὑπερεκχεῖται τὸ ῥεῖθρον ἀποτόμου φυσικῇ τινὶ διερρηγμέ-
B νης τομῇ, καὶ σφοδρὸν ὁμοῦ τι καὶ ἄφθονον τοῦτο ἀποβλύζουσης· ταῦτατοι καὶ τὸ χωρίον τινὲς τῶν ἄνω τοῦ χρόνου πλούτῳ κομώντων τῆς εὐκαιρίας ἀγάμενοι, ἀγαθῶν ἀνθρώπων τοῦτο καὶ θείων ἀπέφηναν οἰκητήριον· ναὸν μὲν ἐκεῖσε κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ μεγάλου Δημητρίου θειμάμενοι, πηγὴν δὲ ὡς ἀληθῶς θαυμάτων καὶ ἰάσεων ἄβυσσον τὸν χῶρον ἀποδειξάμενοι. Ἀνδρί οὖν τινὶ τούτων θὴ τῶν ταῖς βασιλικαῖς ἐξυπηρετουμένων διακονίαις συνέβη ποτὲ νόσῳ περιπεσεῖν, τὴν Θεσσαλονίκην παριόντι καὶ πάσας αὐτῷ τὰς χρηστοτέρας προσδοκίας περιαιρεθῆναι, ἅτε δὴ τοῦ κακοῦ μήτε ἰατρῶν τέχναις εἴκοντος, καὶ τῷ χρόνῳ μᾶλλον ἐπιδιδόντος πρὸς τὸ χαλεπώτερον.

Parvo quodam spatio a civitate, Thessalonica dico, fons quidam suaviter ac pure manat, aquæ quidem quantum ad tactum frigidæ ac limpidæ, ad bibendum autem alioquin suavissimæ ac optimæ. Fluentum enim e prærupta, quæ naturali quadam sectione scissa est, modoque quodam vehementi simul ac copioso E id emittit, petra effunditur. Quidam igitur superiorum temporum, qui divitiis abundabant, locum etiam ob opportunitatem admirantes, proborum eum sacrorumque virorum domicilium fecerunt, templum quidem ibidem, prout licebat, Magni Demetrii nomini ædificantes, fontem autem, ut vere esset miraculorum ac curationum abyssi sedes, destinantes. Accidit igitur, ut vir quidam ex iis, qui imperatoriis officiis funguntur, in morbum aliquando incideret, utque Thessalonicam progresso emendationis etiam quæque exspectatio ei præcideretur, utpote malo medicorum arti non cedente, sed tempore potius in pejus crescente.

*In æde S. Demetrio ad fontem prope Thessalonicam sacra vir quidam,*

228 Παρεῖτο μὲν γὰρ αὐτῷ ἅπαν τὸ σῶμα, ἐλέλυντο δὲ ἁρμονίαι καὶ διερρύηκεσαν, καὶ εἴ τι τῶν σαρκῶν μὴ τῇ νόσῳ προσθεβαπάνητο, διώδει τοῦτο καὶ ἐξώγκοτο, ὡς μηδὲ ἀφὴν οἰόντε εἶναι τῶν θεραπευόντων προσίεσθαι· ἔκειτο οὖν τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπογνοὺς καὶ τοῖς τῶν ἀλγεινῶν ἀφόρητοις συνεχῶς κατατιτρωσκόμενος βέλεσι· ἤδη ποῦ τὰ τελευταῖα ἀπνέων καὶ ὅσον οὔπω τὴν ψυχὴν ἐξαφῆναι ταῖς ἀλγηδόσι καρδοκῶν, ὄναρ οὐ θεῖον ὁ θεῖος ἐπέστη Δημήτριος, καὶ εἴ τῆς ἰάσεως, ὦ οὗ-
C τος, ἱμείρη τυχεῖν, πρὸς τὸ ἔξω τοῦ ἄστεως, εἶπεν, ἐμὸν ἄπιθι τέμενος, ὃ πηγὴν ὀνομάζουσι, μελλήσας μὴ δὲ βραχὺ, χεῖραστε γὰρ τοῦ ὕδατος καὶ πόδας νιψάμενος καὶ αὐτόθι περιῤῥαντίσας τὸ πρόσωπον, τῆς ὑγίειας οὐκ ἀμοιρήσεις, εἰμὶ δὲ ὁ ταῦτά σοι προστάσσων Δημήτριος, τῆς δὲ τῶν πόλεως κηδεμών καὶ τῶν ἐν ἀσθενείαις ἄμισθος ἰατρός.

228 Labefactatum enim ipsi erat totum corpus; dissoluta autem erat ac diffluebat membrorum compactio, et si quid carnium morbo ante absumptum haud erat, id intumescebat ac inflabatur, adeo ut neque curantium tactum posset admittere. Jacebat igitur eorum, quæ de se fiebant, ignarus, continuoque intolerabilibus dolorum ictibus convulsus. Ubi jam extremum spirare animamque fere præ doloribus exhalare putabatur, per somnium divinum divinus adstitit F Demetrius, et, si sanitatem, o tu, consequi vis, ad meum, dixit, situm extra civitatem templum, quod Fontem appellant, abito, nec mora, cum manus nimirum ac pedes ablueris, faciemque ibidem unxeris, sanitatem consequere; sum autem, qui hæc tibi præcipio, Demetrius civitatis curator infirmorumque absque mercede medicus.

*membris omnibus captus, cum ad illam uti hic*

229 Ἡ μὲν οὖν ὄψις ταῦτα προσέτατε· πῶς δὲ, ἐφὴ ὁ κείμενος, πορευθήσομαι, πάντων μοι διαλελυμένων τῶν μελῶν καὶ μὴ μόνον αὐτὸς πρὸς κίνησιν ἐξηπορημένος; ἀλλὰ κἂν ψαῦσαι τίς μου βουληθείη, ὀριμυτέραις ὀδύναις βαλλόμενος, τοῦτο ἐμοὶ καὶ λίαν ἐστὶν ἄπορον, πανταχόθεν παρειμένῳ καὶ ἐξησθενηκότι· ἀλλ' ὁ φανεὶς ἐκεῖνος αὐτόνειρος ὁ θεῖος Δημήτριος, ἄπιθι οὖν, ἄνθρωπε, τἄλλα παρὰ φαῦλον θέμενος, ἔλεγε, καὶ τῆς ἰάσεως τεύξῃ· ἤγετο οὖν φοράδην· οὐ γὰρ ἦν ἀπειθεῖν καὶ τῷ τεμένει προσέρριπτο, ἐλαίῳτε ἁγίῳ πρὸς τῶν νοσοκομούντων περιχρισθεὶς καὶ τῷ θείῳ ἐκείνῳ, ὡς ἐκέλευσεν ὁ φανεὶς, περιάντλησάμενος ὕδατι· Τῇ αὐτῇς οὖν ἦκε νυκτὸς ὁ ἄργυπνος ἰατρὸς πρὸς τὸν κάμνοντα καὶ αὖθις εἰ ὑγιαίνοι ἐπήρετο· ὁ δὲ καὶ

229 Hæc igitur visio injunxit; qui autem, dixit decumbens, membris omnibus mihi dissolutis, iter instituam? Cum non tantum, memetipsum ut moveam, sim ineptus, verum etiam, si quispiam contrectare me velit, doloribus gravioribus feriar, id mihi sane, omni ex parte debilitato viribusque effeto, oppido est difficile. Verum ille, qui ipsemet apparebat, divinus Demetrius, abi modo, homo, dixit, ceterumque malo factus superior sanitatem consequere. Gestatus igitur (neque enim, ut fidem abnueret, comparatus erat) ducebatur, cumque ab iis, qui ægros curabant, et sacro oleo perunctus, et divina illa, quem-

*in somnio jusserat, sese contulisset,*

A. ANONYMO. admodum is, qui apparuerat, in mandatis dederat, aqua ablutus fuisset, in templo est depositus. Ipsa igitur nocte vigil ille Medicus ad ægrotantem accessit, rursusque, an recte valeret, rogavit; ille autem, imo vero, dixit, morbo immedicabili, emendationis spe nondum etiam modo affulgente, laboro.

*seque ibidem fontis illius aqua lavisset, sanitatem recuperat.*

230 Cum igitur hujus manum prehendisset, vehementiusque commovisset, is quidem, qui adversa valetudine laborabat, expergefactus perspicue ac vehementer clamavit, continuoque lamentatus est; famulorum autem, et quantacumque præ misericordia aderat, multitudo simul accurrit, cumque universi una, veluti extremum spirantem, deplorarent, æger quidem, quæ sibi rursus visa fuerant, subobscura voce narravit; Illi autem, Martyrem ipsum esse, exclamabant, eique manifestissime apparuisse, dicebant, atque decumbentem, ut meliori alacriorique esset animo, excitabant. Hic igitur, cum primum quidem manum sensim movisset, deinde vero ad pedes, e dissolutione antecedenti tunc adhuc expansos, tulisset, rursusque retraxisset, ac aquam ex illo morbos propellenti fonte postulasset, seque ipsum abluisset, qui prius nec modicum sese circumagebat, nec omnino movebat, prodigiorum hujusmodi Effectorem et laudabat et variis, quibus gratias ageret, canticis condecorabat; cumque, e lecto nempe, surrexisset, et sanis incedebat pedibus, et, quod patratum fuerat, miraculum clamoribus, contineri haud valentibus, narrabat *b*, ita ut hinc omnes quidem e civitate effunderentur atque ad sacram Martyris ædem concurrerent *c*; diebus autem non paucis per noctem ac diem hymnis Deum honorarent, Martyrisque templum a vulgo infimæque plebis hominibus nominis mutationem acciperet, ac exinde, membrorum laxationem dissolutionemque modo ineffabili colligante rursusque etiam chirurgia admirabili apte componente Martyre, Armogenes *d* Demetrii loco vocaretur.

λίαν, ἔφη, ἀνιάτως ἔχω, μήπω καὶ νῦν τῶν χρηστοτέρων παρόντων.

230 Τῆς χειρὸς οὖν τούτου δεξάμενος καὶ σφοδρότερον διακινήσας, ὁ μὲν διυπνισθεὶς ὁ νοσῶν, τορόν τι καὶ ὠωλύγιον ἀνεβόησε καὶ συνεχῶς ἀπώμωζεν· τὸ δὲ τῶν θεραπόντων καὶ ὅσον ὑπὸ φιλανθρωπίας παρῆν πλῆθος, συνδεδραμηκος καὶ ὥς τελευταῖα πνέοντος ἤδη συναποθρηνούντων ἁπάντων, ὁ μὲν ἀμυδρᾷ τῇ φωνῇ ὁ νοσῶν διεξήει αὖθις τὰ ὁραθέντα, οἱ δὲ ἐπεβοῶντο τὸν μάρτυρα ἐκεῖνον τοῦτον ὑπάρχειν, καὶ ἀριδήλως αὐτῷ ἐπιφανῆναι ἔλεγον, καὶ πρὸς τὸ εὐθυμότερον τὸν κείμενον ἐπανῆγον· ὁ δὲ πρῶτα μὲν τὴν χεῖρα ἠρέμα κινήσας, πρὸς δὲ καὶ τοὺς πόδας ἁπλωμένους τέως ἐκ πρώτης ἔτι καταβολῆς περιστείλας, καὶ αὖθις ἐκτείνας ὕδωρτε ἐξαιτησάμενος τῆς ἀλεξικάκου ἐκείνης πηγῆς καὶ ἀπονίψας αὐτὸν, ὁ μηδὲ πρὸς βραχὺ πρότερον ἑαυτὸν μετάγων ἢ ὅλως μετακινῶν, ὕμνει τε τὸν τοσούτων θαυματουργὸν καὶ παντοδαποῖς ἐξετίμα εὐχαριστηρίοις ᾠδαῖς, καὶ τῆς κλίνης ἤδη ποῦ ὑπεξαναστὰς ἐβάδιζέ τε ἀρτίοις ποσὶ, καὶ τὸ τερατουργηθὲν ἀσιγήτοις ἐξηγεῖτο βοαῖς, ὡς ἐντεῦθεν ἐκχεῖσθαι μὲν πάντας τοὺς ἄστεος πρὸς τὸ τοῦ μάρτυρος ἀποδραμεῖν οἰκητήριον, ἡμερῶν δὲ οὐκ ὀλίγων πανυχίσι καὶ ἡμερινοῖς ὕμνοις τὸ θεῖον γεραίρειν, τότε τοῦ μάρτυρος τέμενος παρὰ τῶν ἰδιωτῶν καὶ βαναύσων τὴν ἐπωνυμίαν ἀλλάξασθαι καὶ ἀντὶ Δημητρίου ἁρμογένην τὸ ἀπὸ τοῦδε καλεῖσθαι, τὴν τῶν ἁρμονιῶν πάρεσιν καὶ διάλυσιν συνδήσαντος ἀῤῥήτῳ τινὶ καὶ θαυμαστᾷ χειρουργίᾳ καὶ αὖθις συναρμοσαμένου τοῦ μάρτυρος.

## ANNOTATA.

a *Caput hoc, prout e codice olim Mazarinæo, in quo a fol.* 221 *usque ad fol. vers.* 224 *extenditur, integrum apud nos descriptum exstat, lectori hic exhibetur; exstat autem et fol.* 90 *vers. ac seq. recto in codice rostro signato* † *Ms.* 193, *a Joanne Stauracio aliis verbis expositum.*

b *Cum auctor noster nuspiam edicat, longone, an brevi dumtaxat temporis spatio a miraculo jam exposito remotus vixerit, vel idcirco, quam hoc fidem mereatur, definire haud possum.*

c *Videsis etiam quæ de loco illo sacro frequentique olim ad eumdem populi concursu in Commentario prævio num.* 93 *dicta sunt.*

d *Nomenclatione nimirum ab* Ἁρμὸς, articulus *seu* membrum, *et* γεννάω, progigno *seu* genero *deducta, Sanctoque ac ejus templo, quod in eo is membra quodammodo, dum, quæ dissoluta ictave paralysi essent, sanitati restitueret, progignere videretur, attributa, uti hic auctor noster memoriæ prodit.*

CAPUT

A



# CAPUT V

## *Qui Sanctus, ut sacrum sibi in Cappadocia templum, quod collapsum erat, instauraretur, effecerit a.*

a

Ἔν τινι τῆς Καππαδοκίας χωρίῳ, (δρακοντίανα τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα,) ναὸς τῷ μεγαλομάρτυρι Δημητρίῳ ἐξῳκοδόμηται, διὰ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς ἔτι τοῖς ἐγχωρίοις ἀγόμενος, καὶ ἡ αἰτία τῆς οἰκοδομῆς εἰπεῖν οὐ χεῖρον ταύτην ἐστίν· ἀνὴρ τις αὐτουργεῖν εἰωθὼς καὶ ἀπὸ χειρῶν πεπορισμένος τὸν βίον περὶ τὸ ἑαυτοῦ πονούμενος γήδιον, λίθων τινὰ ἐξεφόρει σωρὸν, προῦκειτο δὲ ἄρα τῷ ἀνδρὶ εἰς ἄλωνα μετασκευάσαι τὸν χῶρον ἐκκαθαρθέντα, καὶ ὁ μὲν ἔργου εἶχετο καὶ σπουδαιότατα τότε ὡς δοκοῦν ἄχρηστον διεκάθηρε.

B

232 Νεανίας δέ τις αὐτῷ περὶ ταῦτα πονοῦντι τὴν ὄψιν ἐκπρεπὴς, τὴν ὥραν διαφανὴς, στρατιωτικῶς ἐσταλμένος ἱππότης ἐφίσταται, καὶ ὦ οὗτος, ἐφὴ, εἰς ἄλωνα τὸν ἐμόν σοι διὰ σπουδῆς μετασκευάσαι σηκόν; οὐ χαιρήσεις τῷ ἐπινοήματι, οὐδὲ ἄριστα σαυτῷ ἔσῃ βεβουλευμένος· εἰμὶ δὲ ὁ Θεσσαλονικεὺς, ἔφη, Δημήτριος καὶ ἐνταῦθα τιμώμενος, καὶ ὁ μὲν τοσαῦτα εἰπὼν ὤχετο· ἄφωνος δὲ ὁ γηπόνος κατέλειπτο, καὶ οἷον τὰς φρένας παρακοπεὶς, τῶν μὲν ἐν χερσὶ πάντων ἐκλελησμένος, ὑπὸ δὲ τῆς θείας ἐκείνης μαρμαρυγῆς τὰς αἰσθήσεις ἀφαιρεθείς.

233 Ἐπεὶ οὖν οἱ προσήκοντες καὶ ἄλλως συνήθεις τὴν αἰτίαν τῆς ἀφασίας διεπυνθάνοντο, τρεμούσῃ ἐνταῦθα ὁ ἄνθρωπος καὶ ὥσπερ παραφαινομένῃ τῇ γλώττῃ ἕκαστα τῶν ὁραθέντων περιηγεῖται, καὶ τὸν ἐπιφανέντα Δημήτριον εἶναι ἔλεγε. Σπουδῇ οὖν οἱ ἀκούσαντες τηνικαῦτα, μᾶλλον τὸν ἐπικείμενον ἐκφορήσαντες συρφετὸν, καὶ διακαθηράμενοι, θεμελίοις τε παλαιάς τινὸς περιετύγχανον οἰκοδομῆς, καὶ τοῦτο ἐκεῖνο δηλοῦν τὸν φανέντα, οἷς περιέτυχον εἰκότως τεκμεριωσάμενοι, τοῦτον δὲ τὸν νῦν ὁρώμενον πολυτίμητόν τε καὶ θαυμαστὸν σηκὸν ἀνῳκοδομήσαντο, σταυρὸν τὲ ἐπὶ τοῦ ἐκείνου, C ὡς τοῖς ἀγρόταις ἔθος, ἐξ ἀργύρου τῷ τεμένει ἐνιδρυσάμενοι ὀνόματι θαυμάτων καὶ τεραστείων ἔμπλεων τὴν περίοικον ἀπειργάσαντο μεγάλα καὶ ἀκοῦσαι φρικτὰ ἀεὶ τοῦ φιλανθρώπου ἐπιτελοῦντος ἐνταῦθα Θεοῦ διὰ τῆς τοῦ μάρτυρος Δημητρίου συνεχοῦς τῷ χωρίῳ παρουσίας καὶ ἐπιφοιτήσεως· ἐν χριστῷ Ἰέσου τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ etc.

In quodam Cappadociæ pago (Dracontiana b loco nomen est) magno martyri Demetrio templum, quod in maximo adhuc honore ac veneratione ab incolis habetur, ædificatum exstat, causaque, quam exposuisse abs re fuerit haud, ædificationis est: Vir quidam, per sese laborare manuumque opere victum comparare solitus, cum in agello suo laboraret, lapidum quemdam acervum extulit, viro autem forte erat propositum, locum, cum expurgatus esset, in aream commutare; ac opere quidem detinebatur, accuratissimeque, quod, ut videbatur, inutile erat, repurgabat.

*Rustico cuidam in Cappadocia commutare in aream meditanti locum,* b

E

232 Ei vero, hisce operam danti, juvenis quidam, facie decorus, specie pellucidus, militari equitis habitu indutus, repente adstat, et, heus tu, inquit, meumne tu templum in aream tibi propere commutes? Re, quam meditaris, haud lætaberis, neque optime tibimetipsi consulueris; sum autem, dixit, Demetrius, Thessalonicæ natus ibique honoratus. Atque hic quidem, cum talia dixisset, abibat; agricola autem voce manebat destitutus, ac velut mente perculsus, omnium quidem, quæ præ manibus habebat, erat oblitus, præ divino autem illo fulgore sensibus orbatus.

*in quo fundamenta antiqui templi Demetrii jacebant, Sanctus apparet,*

233 Cum igitur necessarii aliterque familiares stuporis causam rogarunt, tremente ac velut deficiente voce singula eorum, quæ visa erant, homo hic exponit, eumque, qui apparuerat, Demetrium esse, edixit. Tum igitur, qui id audierant, magis alacriter superjacentes sordes efferentes, locumque expurgantes et in antiqui cujusdam ædificii fundamenta incidebant, et hanc ipsam rem, qui apparuerat, ostendere, ex iis, in quæ inciderunt, merito conjicientes, hanc, quæ hodieque cernitur, ædem sacram et pretiosam et mirandam instaurarunt, ac crucem F argenteam, ut rusticis mos est, nomini illius in luco collocantes miraculis et prodigiis plenam, magna audituque stupenda misericordi Deo semper per assiduam martyris Demetrii in loco præsentiam ac visitationem ibidem perficiente, viciniam effecere c et in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et virtus nunc et semper etc.

*itaque, ut illud instauretur, efficit.*

c

## ANNOTATA.

a *Et hoc caput, prout e codice olim Mazarinæo, in quo a fol.* 224 *verso usque ad fol.* 226 *rect. excurrit, integrum apud nos descriptum exstat, hic proponitur; pariter autem aliis verbis a Joanne Stauracio explanatum exstat in codice nostro* † *Ms.* 193, *in quo miraculum, cap. præcedenti datum, proxime excipit.*

b *Nec urbem nec pagum hujus nominis, qui in Cappadocia situs sit, in Geographicis seu tabulis seu lexicis invenio; ut adeo pro ignobili dumtaxat loco Dracontiana debeat haberi, licet interim et æde* S. Demetrio *sacra, et miraculis, per hunc patratis, effulsisse ab auctore nostro cap. præsenti tradatur.*

c *Cum omnia, cap. præsenti, quo auctor noster lucubrationem suam terminat, narrata, in Cappadocia gesta dicantur, isque non in regione illa, sed vel Thessalonicæ vel in loco, haud procul admodum ab hac civitate, longissimeque adeo a Cappadocia remoto, floruisse videatur, potest sane vel hinc, num integram is in omnibus, quæ hic memoriæ prodit, fidem mereatur, non immerito revocari in dubium.*

AUCTORE C. B.

# ANALECTA

*De unguento seu oleo e S. Demetrii tumulo prodigiose scaturiente aliisque adhuc ejusdem Sancti miraculis, partim e scriptoribus typorum beneficio jam vulgatis, partim e Joannis Stauracii ac Demetrii Chrysoloræ lucubrationibus nondum editis accepta.*

## § I. Miracula, seculo decimo posteriora, quæ Sanctus in Thessalonicæ favorem patrasse narratur.

*Sanctus, qui quam diutissime adversus hostes servavit incolumem,*

Fuisse enimvero, *Mauritio imperii Romani habenas moderante, Thessalonicam prodigioso prorsus modo adversus unitam Avarum aliarumque barbaricarum nationum vim a* S. Demetrio, *patrono suo, defensam, expugnationisque simul ac direptionis periculo præsentissimo ereptam, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus supra sæpissime laudatus, qui rei gestæ interfuit, miraculorum, a* S. Demetrio *patratorum, lib.* 1 *jam dato, cap.* 13 *et binis seqq. indubitatum facit. Atque illud quidem, uti ex Annotatis, dicto cap.* 13 *ad lit.* h *subnexis, liquet, seculo sexto ad finem inclinante seu anno* 597 *evenit; fuisse porro etiam eamdem civitatem seculo septimo, cum idem, quem proxime laudavi, Joannes Thessalonicensem ecclesiam jam moderaretur, atque adhuc serius, seculo octavo scilicet, modo pariter prorsus mirabili a Sancto nostro adversus barbaros propugnatam, e patratorum abs hoc miraculorum lib.* 2 *pariter jam dato, si non, quod hujus auctor (adi Commentarium prævium num.* 24*) fidem undequaque integram haud mereatur, omnino indubitatum, verosimillimum saltem apparet. Et vero, non tantum seculo septimo ac sequenti, sed etiam ad annum usque* 904 *Thessalonicam inimicorum omnium impetu, patrocinante* S. Demetrio, *superiorem permansisse, variisque belli periculis fuisse ereptam, Joannes Cameniata supra adhuc laudatus, qui tum floruit, in sua de Thessalonicæ per Saracenos excidio lucubratione, ac Nicolaus patriarcha, ecclesiam Constantinopolitanam tunc temporis moderatus, in sua de eodem luctuoso eventu Monodia non obscure indicant.*

*Thessalonicam tandem mirantibus cunctis, expugnari ab Agarenis atque excindi sivit,*

2 *Verum tunc celeberrima illa civitas, uti rei oculatus testis, quem iterum mox laudavi, Joannes Cameniata, a Bertholdo Nihusio anno* 1653 *Coloniæ Agrippinæ editus, rursusque deinde a Combefisio inter Historiæ Byzantinæ post Theophanem Scriptores anno* 1685 *typis Parisiensibus recusus, fidem facit, a Saracenis, adversus Leonem Orientis imperatorem, cognomento* Sapientem, *bellantibus, sub Leonis Tripolitæ, impiissimi apostatæ, ductu expugnata fuit, fœdissimeque, incolis etiam magno numero in captivitatem abductis, direpta atque excisa. Atque hoc quidem, quod ad illud usque tempus* S. Demetrii, *uti omnibus passim erat creditum, patrocinio Thessalonica contra omnia hostium molimina stetisset inconcussa, mirandum quam maxime accidit. Audi, qui opportune ad institutum præsens Nicolaus patriarcha loco supra cit. verbis Græcis, quæ et in linguam Latinam conversa textui Græco subjungam, loquatur.* Ποῦ, *inquit,* μοι, Δημήτριε μάρτυς, ἡ ἀήττητος συμμαχία; πῶς τὴν σὴν πόλιν ὑπέρειδες πορθουμένην; πῶς ὑπὸ σοὶ πολίουχῳ ἐχθροῖς ἔβατος ἀφ' οὗ χρόνου ταύτην ἥλιος ἐθεάσατο τοσούτων κακῶν εἰς πεῖραν ἐγένετο; πῶς τῆς τῶν δυσσεβούντων ὀφρύος ἠνέσχου κατορχουμένης τῆς ἱερᾶς προστασίας; πῶς ὑπέμεινας ταῦτα καὶ διεκαρτέρησας; Ubi mihi, Demetri martyr invicta in bello societas? Qui civitatem tuam, ut everteretur, despexisti? Qui sub te præside, quæ, a quo tempore sol illam spectavit, inimicis fuerat inaccessa, ad tanta experienda mala devenit? Qui impiorum fastum in sacri patrocinii contumeliam exultare sustinuisti? Cui hæc passus es atque ad extremum usque pertulisti? *Ita illustris ille, qui et* mysticus *cognominatur, patriarcha Constantinopolitanus suam haud obscure de capta excisaque Thessalonica, cum ad suam usque ætatem civitas isthæc potenti* S. Demetrii *patrocinio tuta fuisset, admirationem prodit, nec, quin communis ille, quem Nicolaus verbis datis exprimit, hominum omnium sensus tum fuerit, dubitandum apparet.*

4 *At vero cur* Demetrius, *qui, ut supra in duobus prioribus miraculorum ejus libris est videre, suam olim civitatem contra ferocissimos hostes tam sæpe, totque modis prodigiosis diversis fuerat tutatus, a Saracenis, Christi hostibus, tum expugnari atque everti siverit, alta Dei, a quibus et nobis timendum, sunt judicia; Sanctus interim, qui tum ob cujuscumque generis miracula, magno numero patrata, tum maxime ob Thessalonicam prodigiose contra hostes plus semel servatam gloriosissimis* Magni Martyris *ac* Thaumaturgi, *aliisque in supra data Joannis Thessalonicensis, scriptorisque, qui Joannem continuavit, anonymi lucubratione expressis titulis condecoratus passim a Græcis olim jam fuerat, suam illam civitatem natalem, cum ab illato per Saracenos excidio surrexisset, clademque præteritam reparasset, suos iterum auxilio adversus inimicos prodigiose fuit tutatus, licet tandem a Turcis illam, quæ alta iterum inscrutabiliaque Dei sunt judicia, anno* 1429 *expugnari, firmaque deinceps possessione, ad hunc etiam usque diem perseverante, teneri, permiserit. Cedrenus in historiarum Compendio, cum de rebus, sub Michaële IV gestis, tractat, sequentia prodit memoriæ* : Anno mundi sexies millesimo quingentesimo quadragesimo nono, indictione nona, mense

A mense septembri, Alusianus patricius et Theodosiopolis præfectus secundus Aaronis (*fuerat hic Samuëlis Bulgarorum quondam regis frater*) filius subito ex urbe *(Constantinopoli nempe)* profugus, ad Deleanum *(erat is a Bulgaris, quos ad deficiendum a Græcis concitarat, in regem assumptus)* se contulit.

*huc spectant verba in medium*

4 Cum enim injustitiæ accusatus esset, priusquam de causa cognosceretur, Joannes *(imperatoris minister)* ab eo exegerat auri libras L, ademeratque ei mulierem elegantissimam, quam in Charsiano habebat; cumque multis apud imperatorem precibus non obtinuisset, ut sui haberetur ratio, desperatis suis rebus, Armenio habitu sumpto, simulansque, se Basilii Theodorani famulum esse, atque Thessalonicam ad imperatorem ire, clam omnibus aufugit, Ostrobumque pervenit, ubi tum cum omni exercitu castra Deleanus habebat. Magna hunc cum lætitia accepit Deleanus, metuens, ne ad ipsum potius inclinarent Bulgari, ut regio sanguine natum, consortem, ut præ se ferebat, imperii adscivit, ac cum excercitu quaB draginta millium ad oppugnandam Thessalonicam missit, cui tunc præerat Constantinus patricius, patruelis imperatoris. Eo profectus Alusianus urbem vallo cingit ac machinis admotis summa industria oppugnat. Sed cum per sex dies frustra oppugnasset, undique repulsus, spe expugnandæ abjecta, obsidione eam capere statuit.

*hic adducuntur, docet, anno 1041 contra hostes,*

5 Oppidani quadam die ad sepulcrum martyris Demetrii accesserunt, supplicationeque per totam noctem tracta usique unguento, quod ex eo sepulcro scaturit, uno impetu apertis portis in Bulgaros se emiserunt, habentes secum legionem Magnanimorum, hostemque improvisa impressione perterritum in fugam conjecerunt, nemine subsistere aut se defendere auso. Ductor Romanæ aciei fuit Martyr iterque complanavit; quod Bulgari captivi juramento confirmarunt, dicentes, vidisse se juvenem equitem, qui Romanæ phalangi præiret; ex quo ignis exiliens adversos cremaret hostes. Cecidere amplius xv millibus Bulgarorum, captique haud pauciores; reliqui turpissima fuga ad Deleanum evaserunt. *Prima hæc est bellica*
C *expeditio, in qua iterum post acceptam anno* 904 *ab Agarenis cladem mirabili plane modo a* S. Demetrio *Thessalonicæ fuisse succursum narratur. Atque is quidem eventus, cum anno mundi sexies millesimo quingentesimo quadragesimo nono, uti e jam recitatis Cedreni verbis intelligitur, locum habuerit, anno Christi* 1041 *debet innecti, uti ex annorum mundi* MMMMMDVIII, *quorum ultimo labente Christum natum Græci statuunt, facta ab annis* MMMMMMDXLIX, *quorum ultimo ex dictis memorata a Cedreno Bulgarorum clades evenit, subductione manifestum evadit.*

*quod hic utcumque, scriptorum aliorum, qui illius non meminerunt,*

6 *Quod autem ad rem ipsam seu potius insigne, quo Bulgari,* S. Demetrio *Thessalonicensibus præire ac pro urbe decertare palam conspecto, ab obsidione Thessalonicensi pulsi atque in fugam, magna edita suorum strage, conjecti, a Cedreno narrantur, prodigium jam spectat, Zonaras, in annalibus de Alusiano pariter Bulgarisque, qui, duce Deleano, Græcorum jugum, a Basilio tertio* Bulgaroctoni *cognomen propterea adepto, jam ab aliquo tempore sibi impositum, sub annum ciciter* 1040 *excussere, in Michaële quarto sermonem instituit nec tamen prodigii, quo Alusianus ab obsidione Thessalonicensi, civitati suæ opem ferente* S. Demetrio, *recedere fuerit compulsus, mentionem vel verbo facit. Verum cum is scriptor ne expeditionis quidem, ab Alusiano concra Thessalonicam susceptæ, meminerit, factumque proinde, quo felici ista successu fuerit frustrata, miraculum commemorare opportune haud potuerit, non est, cur illius de hoc silentium mirum admodum cuiquam accidat. At vero erit fortassis, qui saltem, idem miraculum silentio etiam a Joanne Stauracio, ut fieri in hujus penes nos extante lucubratione comperio, præteriri, mirandum magis existimet. Id sane, cum hic scriptor, qui, quemadmodum in Commentario prævio num.* 26 *docui, seculo tertio decimo floruit, patrata a* S. Demetrio *ad illud usque tempus miracula omnia, aut saltem horum præcipua litteris commendare propositum sibi habuerit, certeque ea inter, quod, supra e Cedreno relatum, anno ex dictis* 1041 *acciderit, miraculum haud infimum locum obtineat, mihi ipsimet, ut verum fatear, mirum admodum obvenit. Verum, quid si quidem, de quo hic disserimus, miraculum a Joanne Stauracio litteris fuerit commendatum* E *et tamen in Leonis Allatii Ms., quod nobiscum communicatum in codice nostro † Ms.* 193 *exstat, ab Amanuensibus sit omissum?*

AUCTORE C. B.

*silentio adducto, discutitur, fuit tutatus,*

7 *Quid si etiam Stauracius ea dumtaxat, quæ scriptis mandata invenit, miracula in lucubrationem suam inferenda duxerit, nullumque forte fortuna scriptum, quod relatum a Cedreno miraculum complecteretur, ad manum habuerit? utut sit, dicto equidem prodigio, quod et a Joanne Curopalato refertur, utcumque suffragatur memoratum in Commentario prævio num.* 138 *et binis seqq. Petri et Asanis fratrum principum Bulgarorum, factum. Hi enim, quo contribules suos, qui post proxime e Cedreno relatam Thessalonicensem anni* 1041 *cladem a Michaële quarto penitus subacti Græcorum imperio usque ad Isaacii Angeli, anno* 1185 *imperii habenis primum admoti, tempus pacifice manserant annexi, ad defectionem iterum concitarent,* S. Demetrium, *Thessalonica Græcorumque tutela relicta, in Bulgariam, cui opem esset laturus, concessisse, subdole finxere, falsis etiam prodigiis huic suo commendo fidem conci*F *liare conati; id autem duo præfati principes maxime fecisse videntur, vel quod, cum cladis prope Thessalonicam majoribus suis anno* 1041 *a* S. Demetrio *illatæ, memores adhuc essent, timerent, ne contribules sui, quos, ut Græcorum jugum excuterent, impellere nitebantur, præ similis cladis, à* S. Demetrio *sibi inferendæ, timore a defectionis consilio omnio abhorrerent, vel etiam quod hosce, ut promptius arma arriperent, superni a* S. Demetrio *certo adfuturi, quo potentissimum majorum suorum exercitum profligatum fuisse, norant, auxilii facta spe facilius adducendos putarent, Sed ita modo Cedreno relatum, quo Thessalonicæ fuerit succursum, Sancti nostri miraculum utcumque discussisse sufficiat; ad aliud sermonem convertamus.*

*Joannemque etiam, Bulgariæ regem, quem, cum Thessalonicam anno* 1207 *obsideret,*

8 *Cum Petrus et Asan fratres proxime memorati, quibus potissimum impellentibus, Græcorum jugum, ut jam dictum, Bulgari post annum* 1185 *excusserant, in Bulgaria patria sua, quam, conatibus suis felici respondente successu, in libertatem etiam asseruerant, alliquandiu jam dominati e vivis essent sublati, successit in Bulgariæ regnum eorum frater Joannes, qui ab aliis* Calo-Joannes, *seu* Joannitza, *aut etiam* Joannitius *nominatur. Hic porro*

AUCTORE C. B.

*porro, multis gestis bellis, anno tandem* 1207 *Thessalonicam ingenti exercitu obsedit; verum hac in expeditione bellica, non secus ac Alusianus supra memoratus, fortuna improspera, quemadmodum Georgius Acropolita, seculi tertii decimi scriptor, fidem facit, est usus, sibi etiam* S. Demetrium *inimicum expertus. Ita quantum ad hoc postremum et apud nos in codicis nostri* † *Ms.* 193 *prolixa, quæ ex Leonis Allatii Ms. deprompta notatur, narratione, et apud ipsum Allatium in concinnatis ab eo in Acropolitæ historiam Annotationibus, tertio decimo hujus cap. subnexis,* Joannes Stauracius supra plus semel laudatus. Scriptoris hujus, quæ huc potissimum faciunt, verba aliquot, prout a Cangio loco mox cit. vulgata exstant, recitabo, cum prius, quæ huc pariter spectant, nonnulla Georgii Acropolitæ verba in medium adduxero. Hic itaque scriptor in Historia, typis Parisiensibus anno* 1651 *edita, sequentia isthæc verba, quæ fere omnia postea iterum in Chronico compendiario Parisiensibus pariter typis eodem anno vulgato pag.* 115 *repetit, cap.* 13 *de supra memorato Joanne seu Joannitio aut etiam Joannitza, Bulgarorum rege, suppeditat*: E fundamentis sustulit Philippopolim, præclaram nimium atque egregiam urbem, quæ Hebro adjacet, alias deinceps universas, Heracleiam, Panium, Rædestum, Chariupolim, Traianupolim, Macrem, Claudiupolim, Mosynupolim, Peritheorion, aliasque quamplurimas, quas enumerare operæ pretium non est.

B

*superna virtute occisum fuisse nonnulli opinati sunt, interemisse a Joanne Stauracio*

9 Multitudinem abigens circa Istri fluenta collocat, et ex jam direptis oppidis, urbibus nomina propriis coloniis imponit, damna, ut ipse dictitabat, compensans, quibus imperator Basilius Bulgaros afflixerat; eumque fatebatur dici Bulgaroctonum, se vero Romeoctonum indigitabat; is usque Thessalonicam perveniens laterali morbo vitam finit, vel, ut alii asserebant, ira Numinis tristi morte multatus est. Somniavit enim abs armato sibi adstante hasta latus confodi: nemo enim, nec mentior, e memoria hominum tot ac iste calamitatibus Romanos afflixit, adeo ut a cane nomen illi impositum sit, et Scylo-Joannes ab omnibus compellaretur. *Ita hactenus Acropolita, Joanni Bulgarorum regi, cum Thessalonicam obsideret, modo haud naturali mortem obvenisse, sed, Numine ob scelera, ab eo patrata, irato, superna virtute fuisse inflictam, opinionem nonnullorum exstitisse, sat aperte hic docens; illam autem supernam virtutem, qua Bulgarorum rex Joannes Thessalonicam obsidens miserum in modum interierit, e quorumdam opinione a* S. Demetrio *profectam, Joannes Stauracius apud Leonem Allatium loco supra cit. verbis Græcis memoriæ prodit. Ea adeo, ut fidem datam liberem, huc modo una cum adjecta ad calcem versione Latina transcribo.*

C

*Græcanicis lectori hic*

10 *Sic itaque habent*: Τότε δὴ τότε ἀωρὶ τῶν νυκτῶν εἰς τέλος Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκδικήσεως ῥομφαίαν ἐστίλβωσεν, καὶ ὑπέδυ̃σεν ὡς ἐν θηγάνῃ τῷ ζήλῳ τοῦ μάρτυρος. καὶ αἴφνης ὁ ἄγρυπνος τῷ ὄντι φύλαξ, καὶ πολιοῦχος ἡμῶν, καὶ μέγας τοῦ μεγάλου βασιλέως στρατιώτης Δημήτριος ἔφιππος ἐφ' ἵππου λευκοῦ τῷ Βουλγαράνακτι φαίνεται, καὶ καιρίαν ἀκοντίζει παραχρῆμα τὸν ἄθλιον· ὁ δὲ μέγα παραυτίκα ἀνακραγὼν κατεβοᾶτο τοῦ ἀρχιστρατήγου τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ Μαναστρᾶ, ὡς θῆδεν τρωθείς ὑπ' αὐτοῦ· τοῦτον γὰρ ἐδόκει ὁρᾶν ἱππαζόμενον, ὥπερ εὐγενεῖ καὶ λευκῷ ἵππῳ ἱππάζετο τῆς σκηνῆς ἔνδον γενόμενον, καὶ λόγχην, ἣν περιέφερε, τῇ καρδίᾳ τούτου ἐμβάψαντα. καὶ αὖθις κατεβοᾶτο τούτου, καὶ πολλάκις, ὡς καὶ αὐτὸν ταῖς κραυγαῖς θορυβηθέντα, καὶ ἀναπηδήσαντα τῆς στρωμνῆς. ἐν γειτόνων γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ σκηνή. εἰσελθεῖν καὶ ἰδεῖν, καὶ ψανῆναι, καὶ ἀκοῦσαι, ὡς σύ με πρὸ βραχέος ἔφιππος τῷ λευκῷ σου ἵππῳ γενόμενος ἐνταῦθα κατέσφαξας δόρατι, καὶ τὸν γενέσθαι περιδεᾶ, καὶ εἰπεῖν· μὴ σύγε, βασιλεῦ, συμπάθησον, οἰκτίρον, οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. φάσμα σοι γέγονεν, οὐκ ἀλήθεια· ἐκεῖνος εἰς βάθος δεξάμενος τὴν πληγὴν ἐστροβεῖτο θεινῶς, ἐκέκραγε, καὶ ἀνωλόλυξε.

D

11 Νύσσεται οὖν τὴν κοιλίαν εὐθὺς, καὶ ῥοῦν ἱκανὸν ἀκραιφνεστάτου αἵματος κάτωθεν ἀπορρεῖ, ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σοι, Δημήτριε, αἵματι τῶν ἐχθρῶν σου ὑπὲρ τῆς σῆς τῆσδε πόλεως. καὶ ἄρχεται ἤδη λειποψυχεῖν· ταῦτα ἰδὼν ὁ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀρχιστράτηγος Μαναστρᾶς, ἡ τάχους εἶχεν ὕπτιον τοῦτον ἐπιβιβάσας προτροπάδην φεύγει, καὶ κλέπτων τὴν σωτηρίαν, μεθ' ὅσου τάχους ὑποχωρεῖ, καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ συν αὐτῷ ἅπαν ἐκεῖνο τὸ μυριοπληθὲς στρατολογικὸν, οὕτω ταχέως, ὡσεὶ καὶ βορεάδαι τινὲς κατὰ τοὺς θρυλλομένους* τούτους ἐδίωκον. φόβος γὰρ αὐτοῖς καὶ τρόμος ἐπῆλθε κατά τινα ξένην ἀντιπερίστασιν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ εἰς μακρὸν τούτῳ τὸ ζῆν, ἀλλ' αὐθημέρου πρὸς ἡλίου δυσμὰς κατὰ τὸ ἐν ταῖς ἱστορίαις ξῶον μονήμερον θνήσκει βιαίως, οὕτως ὁ ἄθλιος τῆς οἰκείας κακίας καὶ ματαιότητος δρεψάμενος τοὺς καρποὺς, μέχρις αὐτοῦ τρυγίου τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ ἐκπιὼν, καὶ τὸ τῆς ὀργῆς κυρίου ποτήριον, καὶ μεμεθυσμένου θείου ξυροῦ εἰς πεῖραν ἐλθὼν· ἐπεστράφη γὰρ ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπὶ κορυφὴν μὲν ἡ ἀδικία αὐτοῦ κατέβη· εἰς βόθρον δ' ὃν εἰργάσατο, πέπτωκε, καὶ μία μαρτυρικὴ βολὶς εἰς ἐκδίκησιν ἥρεσε τῶν πολλῶν ἐκείνου κακῶν, καὶ αἷμα ἐξέχεε δίκαιον τῶν ἐγκάτων αὐτοῦ πολλῶν αἱμάτων ἀδίκων ἀντίποινον.

* *vocibus* τρωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ *Græcis Bulgarorum regis Joannitii nomen latet.*

12 *En nunc versionem Latinam*: Tum continuo nocte intempesta ultionis suæ gladium Deus tandem strinxit, atque in zelo Martyris, veluti in cote, exacuit. Subito igitur custos vere vigil, civitatisque nostræ præses ac magnus magni Regis Miles Demetrius, equo albo insidens, Bulgarorum regi apparet, miseroque illico vulnus lethale infligit. Hic autem statim magnopere vociferans supremum exercitus sui ducem Manastram, veluti videlicet ab eo læsus, inclamabat. Hunc enim, qui equitaret, generoso ac albo, quo vehebatur, equo tentorium ingressum, hastamque, quam secum ferebat, in cor suum demergentem sese intueri existimabat; iterumque ac sæpe illum inclamabat, ita ut et eis clamoribus excitatus lectoque exsiliens (tentorium enim ei erat in vicinia) ingrederetur ac circumspiceret, seque ipsum ostenderet, ac qui tu mox, equo tuo albo huc advectus, hasta me interemisti, audiret, timoreque percelleretur ac diceret: Ne tu, rex, malis alienis afficiaris: quieto animo sis. Non est id, non est. Species, non veritas, tibi obvenit. Ille, plaga profunde accepta, graviter torquebatur, vociferabatur ac ejulabat.

*Latinitatis etiam*

13 Ventre igitur statim lancinatur, sufficientique copia sanguinem recentem, ut tibi, Demetri, pro tua hac civitate inimicorum sanguine pes tingatur, deorsum emittit, jamque incipit animo deficere. Hæc supremus exercitus ejus dux Manastras conspicatus, cum eum quam potuit celerrime equo supinum imposuisset, cursu concitato fugit, salutique consulens celerrime pedem refert, unaque cum illo ac per ejus mandatum omnis ea innumera militum multitudo, ita festinanter, acsi quidam secundum fabulam Boreæ filii eos insequerentur. Timor enim ac tremor secundum novam quamdam rerum vicissitudinem

*domitis ut fabulæ narrant*

A cissitudinem irruit super eos. At vero ei in vivis diu manere haud obtigit, sed ipsa eadem die ante solis occasum, uti in historiis legitur, unius diei animal violenta morte occumbit. Ita miser, ad ipsum usque fundum Domini vindictæ poculo, iracundiæque calice exhausto, atque abundanti novaculæ divinæ experimento sumpto, malitiæ suæ ac vanitatis fructus collegit. Ejus enim labor in caput ejus conversus est. Ac ejus quidem iniquitas supra verticem descendit; in foveam autem, quam fecit, cecidit, unumque Martyris jaculum in multarum ejus iniquitatum vindictam suffecit, justeque intestinorum illius sanguinem in multi sanguinis, injuste effusi, pœnam effudit.

*De narratione illa*

14 *Hæc loco supra citato Joannes Stauracius; verum anne, uti hisce Græce simul et Latine jam recitatis verbis tradit, Joannes seu Joannitius, Bulgarorum rex, dum Thessalonicam obsideret, a* S. Demetrio, *opem huic civitati suæ natali prodigiose ferente, reipsa fuit occisus? Auctor*
B *ille quidem, quemadmodum in Commentario prævio num.* 26 *docui, seculo tertio decimo verosimillime floruit ac proin seculo eodem, quo Joannem, Bulgarorum regem, in obsidione Thessalonicensi necari e supra dictis contigit; verum cum etiam, quemadmodum infra docebo, in codice nostro* † *Ms.* 193 *pag.* 93 *non obscure innuat, diu ante ætatem suam factum esse id, quod Emanuëli Comneno, Græcorum ab anno* 1143 *ad annum usque* 1180 *imperatori, a* S. Demetrio *obvenisse, ibidem narrat, haud citius equidem, quam eodem seculo tertio decimo multum jam provecto floruisse videtur ac proin a Joannis Bulgarorum regis nece, quæ anno ex dictis* 1207 *evenit, remotius abfuisse, quam ut sibi, dum eam* S. Demetrio *attribuit, fidem certam atque indubitatam conciliare queat. Nec, etsi etiam seculi dicti initio vixisset, aliter de illo hac in re foret loquendum. Etenim Joannem, Bulgarorum regem, a* S. Demetrio *fuisse occisum, e vulgi dumtaxat fama, quæ ætate sua obtinuerit, verosimillime, ne amplius quid dicam, in litteras miserit. Ita vel maxime ex eo autumo, quod Georgius Acropolita, qui pariter seculo tertio*
C *decimo floruit, præfati Bulgarorum regis necem supernæ saltem virtuti a nonnullis fuisse attributam, supra huc transcriptis verbis memoriæ prodat, itaque simul famam, a nonnullis illis, qui id fecere, natam, indicare videatur.*

*quid censendum.*

15 *Verum nemo non novit, quam sæpe falsa esse fama soleat, maxime si communis haud sit; communem autem illam haud fuisse, ex Acropolitæ verbis observari velim, facileque fieri potuisse, ut e Joannis regis somnio, cujus idem Acropolita ibidem meminit, sinister ille de illata principi isti per* S. Demetrium *nece rumor sparsus, moxque a credulis nimium justo facilius fuerit admissus, licet interim Joannes, non violenta, sed naturali morte vitam terminasset. Adhæc Acropolita, quem Stauracio suffragari non nemo forte existimet, generatim dumtaxat divini Numinis iræ, qua Joannes, Bulgarorum rex, fuerit necatus, non autem etiam diserte* S. Demetrii, *mentionem facit, nec ullum hactenus notæ fidei auctoritatisve scriptorem, qui Joanni Stauracio assentiatur, invenire quivi. Allatius quidem transcriptis a sese loco supra cit. Joannis Stauracii verbis subjungit:* In codice Vaticano CLXIII in margine Historiæ Choniatæ legitur: Οὗτος ἐστὶν ὁ ἀσεβὴς Σκυλοϊωάννης ἐπικληθεὶς ὕστερον, ὃν ἀνεῖλεν ὁ μέγας Δημήτριος προδήλως, κατὰ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιστρατεύσαντα, ὡς ἐν τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἀναγέγραπται, Hic est impius Scylo-Joannes tandem dictus, quem, Thessalonicam agmine infesto aggredientem, Magnus Demetrius, uti in ejus Miraculis scriptum est, manifesto occidit; *hisce autem verbis Joannes seu Joannitius, Bulgarorum rex, tandem etiam, uti supra pariter Acropolita docet,* Scylojoannes *cognominatus, a* S. Demetrio *in obsidione Thessalonicensi fuise interemptus luculentissime sane traditur: verum cum verborum illorum, quæ Choniatæ haud attribuenda, certum apparet, auctorem Allatius non prodat, isque aliunde non innotescat, neutiquam ea, ut prodigio, quod tradunt, fidem indubitatam faciant, sufficiunt, licet interim utcumque Joanni Stauracio suffragari videantur, nisi forte, qui ea ad Choniatæ Historiæ marginem adjecit, ipsamet, ut id faceret, Joannis Stauracii, quem legerat, narratione fuerit impulsus.*

*auctore C. B.*

E

## § II. Miracula seculo decimo posteriora, quæ in aliorum etiam, quam in Thessalonicensium favorem a S. Demetrio feruntur patrata.

*Radomirum a S. Demetrio fuisse occisum, verbis Græcis*

Gabriël, *qui ab aliis* Radomirus *aut etiam* Romanus *appellatur, Samuëli patri suo, anno* 1014 *e vivis sublato, in Bulgariæ regnum successit, annoque sequenti post breve sane regnum vitam cum morte* XXIV *Octobris die, uti ex Cedreno aliisque intelligitur, commutavit. Joannes Stauracius supra laudatus principem hunc teterrimis coloribus in codice nostro signato* † *Ms.* 193 *fol.* 86 *depingit, aitque, eum, cum in Soski, regiunculæ mihi ignotæ, incolas dirissime sævirel, hique, quo ejus grassationibus liberarentur,* S. Demetrium *invocassent, neci etiam ab hoc tandem, non secus ac Joannem supra memoratum, datum fuisse. Verba, huc spec-*F *tantia, omissis tamen, quibus Gabriëlis seu Radomiri mores auctor describit, lectori lubet exhibere, addita etiam ad calcem eorumdem interpretatione Latina. Sic habent:* Τῷ χώρῳ τούτῳ τοίνυν χρονίζων ὁ ἀνθρωπόμορφος οὗτος θήρ, διεσπάραττε πάντας καὶ διεβόσκετο· θρῆνος αὐτοῖς, καὶ ὀδυρμός, καὶ οὐαί, καὶ φωνὴ αἱμάτων ἐκείθεν, ἃ καθ' ἡμέραν ἐξέχεεν, ἐπεβοᾶτο τῷ μάρτυρι, καὶ τὴν ἐκδίκησιν ἐζήτουν, καὶ ταχεῖαν τοῦ λυποῦντος τὴν ἀπολύτρωσιν· ὁ δὲ καὶ δὴ πολλάκις ἐπικαλουμένους αὐτοὺς ἀκρύων ὄνομα τοῦ μάρτυρος, κατεγέλα μὲν αὐτοῦ καὶ ἐξεμυκτήριζεν, ἐπέτεινε δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὰς πληγάς, ἴδω, λέγων, εἰ ἔρχεται Δημήτριος ἐκ τῶν χειρῶν μου σῶσων αὐτούς.

*hic recitatis, atque etiam*

17 Τί οὖν; κάμπτεται ὁ συμπαθὴς καὶ μέγας Δημήτριος· ἀνίσταται ἕνεκεν τῆς τῶν πεπεδημένων φωνῆς, καὶ τοῦ τῶν πτωχῶν στεναγμοῦ, καὶ τῆς οἰκείας ποιμνης τῆσδε ἀπαναστὰς εἰς σωτηρίαν λαοῦ ἐξελήλυθεν· ἐκεῖνο δὴ τὸ κυριακὸν παραλλάξ ἐπειπών, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω τῶν προαυλίων μου, καὶ ταῦτα μὲ δεῖ ἐπισκέψασθαι· καὶ ὁ μὲν τὸν συντετριμμένον ἐκεῖνον καὶ ἐκπεπιεσμένον λαὸν πρὸς κυνηγεσίαν ἠγάγετο; καὶ πρὸς ὀρῶν ἐσχατίας καὶ νάπας, καὶ ἐπαναστάσεις βαίνειν πεζῇ τὸν ταλαίπορον

AUCTORA C. B

ταλαίπορον ἐκεῖνον ὄχλον διεκελεύετο, καὶ κρημνῶν ἀπειλητικῶς ἐκίνει κατατολμᾶν, καὶ εἰμὴ ποσὶν οἰκείοις ὁ διώκων φθάσοι τὸ θήραμα κατὰ κεφαλῆς αὐτῷ πάραυτα ἡ πληγὴ, καὶ νεκρὸς ἀνὰ μέσον ἐκειτο τῶν ὀρῶν· καὶ ὁ μὲν ἀπηνῶς οὕτως καὶ ἀπανθρώπως ἐμάστιζεν· ὁ δὲ ταχὺς εἰς ἀντίληψιν, καὶ ὀξὺς εἰς ἐπικουρίαν μέγας Δημήτριος, φθάνει τὸν κάκιστον ὅσον καὶ ἀστραπὴ, ἀνὰ μέσον ὀρῶν κυνηγετοῦντα καὶ ἱππαζόμενον, ἔφιππος, καὶ καιρίαν πλήττει τὸν θειλαῖον τοῦ ἵππου μακρὰν ἀποσφαιρισάμενος· ἑώρων τὸν μέγαν ἐς τούμφανὲς τῷ Ῥαδομιρῷ ἐφεπόμενοι, ὅπως αὐτὸν σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ, καὶ ἐπέβη, καὶ τῇ λόγχῃ κατέσφαξε· καὶ ὁ μάρτυς μὲν παραυτὰ ἀφανὴς· ὁ δὲ νεκροῦται παραχρῆμα, καὶ παρὰ τὸν ἅδην τὰ ὀστᾶ διεσκόπισται, καὶ ὁ καταπεπονημένος ἐκεῖνος ἅπας λαὸς ἑώρταζον τῷ μεγάλῳ ῥυσια. Cum ea igitur humanam formam gerens fera (*Radomirus scilicet Bulgariæ rex*) in loco illo diu moraretur, omnes dilacerabat atque depascebatur. Hinc illis fletus et lamentatio et planctus; voxque sanguinis, quem quotidie effundebat, Martyrem inclamabat, ac vindictam atque, ut quamprimum illo, qui eos affligebat, liberarentur, postulabat; ille autem,
B cum Martyris nomen sæpius invocantes audiret, id quidem irridebat sannisque excipiebat; iis autem plagas magis augebat, videam, dicens, num veniat e manibus meis ipsos liberaturus Demetrius.

*Latinitate donatis Joannes Stauracius refert;*

18 Quid igitur? Commiserans ac magnus Demetrius flectitur, ad compeditorum vocem mendicorumque gemitum exsurgit, proprioque a grege migrans ad populi salutem est egressus, dominicum illud vicissim usurpans, et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me adducere. Atque is quidem attritum illum ac conculcatum populum ad venationem compellebat, miseramque istam turbam montium summitates saltusque ac clivos pedibus peragrare jubebat, minisque, ut per præcipitia incedere auderet, adigebat, et nisi qui propriis pedibus capturam insectabatur, eam assequeretur, statim ei in capite plaga infligebatur, mortuusque in medio montium procumbebat. Atque ita quidem ille immisericorditer ac inhumaniter percutiebat; Demetrius autem ad opem ferendam promptus atque ad succurrendum industrius ad improbissimum in medio montium venantem equoque insidentem eques equitem ful-
C guris in modum accedit, miseroque plagam lethalem infligit, procul eum ab equo dejiciens. Qui Radomirum sequebantur, qui eum Magnus vehementi impetu aggressus sit, hastaque interfecerit, dilucide conspexere. Ac Martyr quidem statim disparuit; ille autem statim obiit, atque in terra ossa ejus dissipata sunt, populusque ille omnis, qui vexatus fuerat, liberationis festum in Magni honorem celebravit.

*ast id tum e silentio variorum, qui hic*

19 *Talis est Joannis Stauracii de nece, Radomiro seu Gabriëli Bulgariæ regi illata, narratio; nunc quid de hac statuendum sit, dispiciamus. Auctorum omnium, qui necis, Radomiro illatæ, meminerunt, antiquiores citra controversiam sunt Cedrenus, Zonaras et Lupus Protospatha; hi autem, principem illum a Joanne cognato suo, qui et* Bladistlabus *dicebatur, occisum fuisse, unanimi consensu, nulla prorsus* S. Demetrii *mentione facta, memoriæ produnt. Cedrenus in Historiam Parisiensis anni* 1647 *editionis Compendio. dum res sub Basilio Macedone gestas commemorat, sequentia isthæc,*

*quæ ad propositum nostrum spectant, verba suppeditat* : Successit ei *(Samueli nempe Bulgariæ regi)* filius Gabriëlus, qui et Romanus dicebatur, patre robustior ille, sed prudentia longe inferior, natus captiva quadam Larissæa. Iniit decima quinta Septembris, Indictione decima tertia, cumque nondum integrum imperasset annum, venatum exiens interficitur a Joanne, qui et Bladisthlabus, filio Aaronis, quem ipse neci aliquando subtraxerat. *Ac paulo post idem auctor ita iterum scribit* : Quinta die Cheirotmetus Romanus *(ad Basilium imperatorem Mosynopoli versantem)* venit, famulos secum adducens Joannis Bladisthlabi, Aaronis filii, et litteras, quibus hic significabat, se Gabriëlo vitam eripuisse, nuncque ad se rediisse Bulgaricum imperium, promittebatque, se servum et subditum imperatori fore.

20 *Hæc omnia Cedrenus, quibus sane, Radomirum seu Gabriëlem, qui et* Romanus *dicebatur, non a* S. Demetrio, *sed a Joanne, seu, uti aliter etiam vocabatur, Bladisthlabo interemptum fuisse, apertissime tradit. Nec minus id dilucide Zonaras memoriæ prodit. Audi, qui in Annalibus, a sese adornatis annoque* 1687 *Parisiis excusis, tom.* 2 *pag.* 226 *loquatur.* Ex Cardiogmo, *inquit de Samuële Bulgarorum rege*, interiit, principatu Bulgarorum in Gabriëlem filium, qui et Romanus dicebatur, translato : quem, nondum anno elapso, frater patruëlis, Aaronis filius Vladisthlavus Joannes (binominis enim et hic erat) occidit. *Ac, paucis interpositis, addit* ; At Samuëlis filius Romanus Gabriël (necdum enim cæsus erat) per legatos imperatori *(Basilio Macedoni nempe)* servitutem pollicebatur, et tempore aliquo interposito, Joannis Vladisthlavi minister adest cædem Gabriëlis ab hero suo factam nuntians, aliique multi ex illustribus Bulgaris ad imperatorem confluunt. *En nunc etiam Lupi Protospathæ, qui et ipse apud Muratorium tom.* 5 *rerum Italicarum Scriptorum pag.* 41 *Radomiri mortem, non* S. Demetrio, *sed Joanni seu Bladisthlabo, illius cognato, adscribit, ad rem hanc facientia verba. Sic habent* : Anno 1016 occisus est filius prædicti Samuëlis an ejus Consobrina * filio Aa- * consobrino.
roni et regnavit ipse. *Cum ergo tres scriptores, supra in rem, quæ hic conficienda erat, laudati, Gabriëlem, non a* S. Demetrio, *sed a Joanne*
F *seu Bladisthlabo, nulla prorsus Sancti mentione facta, fuisse interfectum, luculentissime sane, uti e jam recitatis illorum verbis liquet, memoriæ prodant, Stauracio enimvero, qui Sancto nostro necem illam adscribit, nemo prudens, quantum opinor, fidem habuerit, maxime cum a Radomiri, aliis* Gabriëlis *aut etiam* Romani, *ætate seu seculi undecimi initio, quo principem hunc necari contigit, ducentorum circiter annorum spatio, uti ex iis, quæ de illo in Commentario prævio num* 26 *in medium adduxi, palam est, remotus vixerit nullumque præterea scriptorem alium seu antiquiorem seu etiam dumtaxat recentiorem sibi suffragantem habeat, uti quisque, qui rem examinarit, comperiet.*

21 *Radomirum porro in medio montium, dum venationi operam daret, fuisse occisum, idem Stauracius in narratione sua, Græce simul et Latine supra exhibita, etiam affirmat; id autem minus, quam rem a Sancto nostro fuisse patratam, a veritate abhorret, licet interim Cedreno,*

A *dreno, qui illum Bulgarorum regem, non cum mediis in montibus versaretur venationique operam jam daret, sed tum, cum ad venationem exiret, seu jam, ut venationem aggrederetur, in procinctu staret, peremptum fuisse, supra huc transcriptis verbis tradit, assentiri malim; quod hic lectorem adhuc monuisse contentus ad aliud modo, in quo partem pariter Sanctus noster habuisse narratur, progredior. Christiani, susceptis sacris pro recuperanda Terra Sancta expeditionibus, Antiochiam in potestatem suam anno* 1098 *jam redegerant, cum haud ita dudum post ab innumero Saracenorum exercitu in civitate illa fuere conclusi, arctissimaque obsidione ad summas angustias adacti. Verum cum tandem, quo hisce sese expedirent, ex urbe obsessa egressi inimicos essent adorti, albatorum exercitus, cui* S. Demetrius *aliique Sancti præire fuere conspecti, in ipsorum auxilium contra Saracenos e montibus prodire est visus. Ita in variorum Scriptorum collectione, quæ* Gesta Dei per Francos *inscribitur annoque* 1611 *Hanoviæ fuit excusa, testatum faciunt Robertus monachus, Baldricus Dolensis*

B *archiepiscopus, ac Guibertus abbas, qui omnes rei gestæ æquales exstitere.*

*spectandam sese dedisse, a Roberto monacho,*

22 *Singulorum, quæ ad rem nostram potissimum faciunt, verba huc transfero. Robertus monachus pag.* 64 *in adornata a sese Hierosolymitana Historia lib.* 7 *ita scribit :* Dum sic *(a Christianis Antiochia egressis)* certatur, et tam longi certaminis prolixitas poterat tædiare; nec numerus hostium videbatur decrescere, albatorum militum innumerabilis exercitus visus est de montibus descendere, quorum signiferi et duces esse dicuntur Georgius, Mauricius, Demetrius : quos ut primum vidit Podiensis episcopus, exclamavit voce magna dicens : O milites, ecce, venit auxilium, quod vobis promisit Deus. Et certe nostri valde expavissent, nisi fuisset spes, quam in Domino habebant. Tremor maximus irruit in hostes, et versis vultibus, scutis terga cooperiunt, et fugam, quo unicuique locus dabat, arripiunt. Pars illa, quæ a parte pugnabat maris, ut vidit fugam suorum, ignem sparsit super gramen campi, quod celeriter arsit; quia illud siccaverat ardor æstatis. Hæc ideo fecerunt, ut hoc signo illi, qui in tentoriis

C erant, statim fugerent, et secum ditiora spolia tollerent. Illi vero, cognito signo, qui in montibus erant, protinus fugerunt cum omnibus spoliis, quæ portare valuerunt. *Hactenus laudatus monachus Robertus : ad Baldricum archiepiscopum jam venio.*

*Balderico archiepiscopo,*

23 *Hic præfatæ Collectionis pag.* 121 *in contexta a se Hierosolymitana Historia sequentia isthæc prodit memoriæ :* Ecce, Deo gratias, ab ipsis montanis *(dum scilicet contra Saracenos Christiani prope Antiochiam summo discrimine prœliarentur)* visus est exire exercitus innumerabilis, equis albis insidentes, et vexilla candida in manibus præferentes. Hoc multi viderunt Christianorum, et, sicut putant, gentilium; et hæsitantes mirabantur, quidnam esset. Tandem utrique cognoverunt duces agminis Sanctum Georgium et Sanctum Demetrium et sanctum Mercurium, sua signa ferentes præcedere. Saracenis ergo visio hæc multum incussit timorem; Christianis autem spem auxit meliorem; istos animavit, illos exinanivit. Hoc, qui affuerunt, multi contigisse testati sunt; non tamen id omnes videre potuerunt, sed quibus Dominus voluit arcanum suum revelare; revelavit autem aliis ad confusionem, aliis ad instantis triumphi ostensionem. Porro mendacii nemo nos redarguat; quia nihil ex corde nostro fingimus, sed quod audivimus, id testamur, et testimonium nostrum ex ore eorum, qui affuerunt, verum est.

AUCTORE C. B.

*Guiberto abbate et Tudebodo sacerdote*

24 *Ita Baldricus, quæ supra recitatis verbis Robertus monachus tradit, luculentissime confirmat. Nec minus id luculenter facit Guibertus abbas in Hierosolymitana pariter a se concinnata Historia collectionis præfatæ, cui et isthæc inserta exstat, pag.* 522 *ita scribens :* Et ecce, copiæ innumerabiles *(dum Christiani scilicet contra Saracenos prope Antiochiam decertant)* cœperunt de montibus emergere, quorum et equi et signa multo candore nitebant; nostris autem maximus ad eorum contuitum stupor increvit, verentibus utique, ne contrariæ venirent adminiculum ferre parti, donec comperiunt, id fore etiam visibiliter sibi præstitum adjutorium Christi. Quorum specialiter fuisse duces opinati sunt gloriosos post militiam martyres Georgium, Mercurium atque Demetrium. E Hæc a nostrum plurimis visa, et cum aliis, quæ viderant, retulissent, plena, ut par erat, fide sunt credita. Et si Machabæis olim pro circumcisione et carne porcina pugnantibus evidens apparuisse legitur cæleste suffragium, quanto amplius his debuit, qui pro repurgio ecclesiis adhibendo et statu fidei propugnando fusi sanguinis Christo detulere servitium? *Nec hi tantum tres scriptores, supra laudatæ Collectioni inserti, quorum verba jam dedimus, albatorum militum, quibus* S. Demetrius *aliique duo Sancti præire fuerint conspecti, visionem Christianis in celeberrima ad Antiochiam pugna oblatam, testantur, verum etiam apud Chesnium tom.* IV *Rerum Francicarum Scriptorum rei oculatus testis Petrus Tudebodus, Siuracensis sacerdos, seu potius is, qui prolixiores Tudebodi commentarios, narrationibus interim, quas hi continent, fideliter expressis, incompendium contraxit.*

*narrutur, ducis loco prœivisse ab iisdem omnibus traditur : ac Sanctus quidam,*

25 *En adeo, cum id ita habeat, hujus etiam, quæ ad præsens institutum pertinent, scriptoris verba.* Cæperunt turmæ Turcorum ex utraque parte exire, nostrosque undique circumcingebant, jaculando et sagittando et vulnerando. Exierunt quoque de montaneis innumerabiles exercitus, qui ducebant equos albos; quorum vexilla omnia alba erant. Videntes itaque nostri hunc exercitum ignorabant, qui essent, donec cognoverunt, esse adjutorium Christi, sicut mandavit illis per Stephanum sacerdotem, quorum ductores fuerunt S. Georgius, et B. Theodorus et S. Demetrius. Hæc verba credenda sunt, quia plures ex nostris viderunt hoc. *Atque ita prodigiosum, de quo hic nobis sermo, factum, Scriptorum synchronorum, quorum unus etiam ipsismet suis oculis rem fuerit intuitus, firmatum habemus; licet autem hi haud omnes in cœlestium ducum, quorum auxilium Christianos aiunt expertos, assignando tertio conveniant, iis tamen unanimi consensu omnes* S. Demetrium *una cum S. Georgio accensent. Nec tantum hi posteriores Sancti in supra memorato ad Antiochiam prœlio, verum etiam in altero, quod huic prœivit, anno* 1097 *paucorum dierum itinere a Nicæa commisso Christianis crucesignatis succurrisse narrantur.*

F

auctore C. B. *qui alias adhuc tum Christianis,*

26 *In supra laudata, quæ* Gesta Dei per Francos *inscribitur, Scriptorum variorum Collectione auctor incertus, Francorum, Hierusalem expugnantium, gesta describens, relato, in quo a Christianis crucesignatis infideles magna clade post captam Nicæam fusi fuere, certamine, mox subjungit :* Relatum est ergo postea a quibusdam, quia duo equites, in albis vestiti, super equos albos sedentes, Turcos per triduum persequerentur, dicentes, unum fuisse Georgium, alterum vero fuisse Demetrium, martyres gloriosos. *Auctor quidem, qui, quod verbis hisce adstruitur, perhibet, sibique etiam Petrum diaconum in Chronico Cassinensi lib.* 4, *cap.* XI *suffragantem habet, militum albatorum, qui, SS. Georgio ac* Demetrio *ducibus, in supra relato ad Antiochiam prælio Christianis crucesignatis succurrerint, visionem mirandam silentio involvit, quod et Petrus diaconus proxime laudatus facit; hinc autem visionem, quæ in prælio ad Antiochiam evenit, perperam ad prælium, paucorum dierum itinere a Nicæa antea commis-*
B *sum, a duobus illis scriptoribus referri, non nemo forte contendet. Verum etsi etiam vel ex eo maxime, quod nulli prorsus scriptores alii visionis, quæ in pugna proxime post captam Nicæam Christianis pariter fuerit oblata, mentionem faciant, scriptorum laudatorum error hujusmodi non immerito queat verosimilis videri, fieri tamen potest, ut Christianis visiones duæ similes diversæ, altera in prælio ad Antiochiam, altera in prælio anteriori, fuerint oblatæ, quarum priorem quidem, quod eam perspectam haud habuerint ultimo a nobis memorati duo auctores non narrarint, posteriorem vero scriptores alii, quod eam, utpote quam pauci dumtaxat, uti ex ipsis proxime datis verbis videtur, spectassent, pro minus certa haberent, silentio præterierint.*

*tum etiam ipsismet Turcis spectandum sese*

27 *Porro, sanctorum Georgii,* Demetrii *et Mauritii, qui Christianis crucesignatis suppetias ferrent, visionem subinde ipsismet Turcis, dum urbem Antiochenam anno* 1098 *obsiderent Christiani, oblatam fuisse, dixisse etiam narratur quidam eorumdem Turcorum dux, nomine Pyrrhus. Hic, dum tempore brevium induciarum, quæ, durante obsidione, pactæ erant, cum principe Tarentino Boamundo, cui postea, traditis ei,*
C *quas custodiæ suæ commendatas habebat, turribus, Antiochiam prodidit, familiariter subinde colloqueretur,* Inter cetera, *quemadmodum supra laudatus Robertus monachus Historiæ Hierosolymitanæ lib.* 5 *memoriæ prodit,* quodam die requisivit ab eo, ubinam castra posuerit ille candidatorum exercitus innumerabilis, quorum auxilio in omnibus bellis fulciebantur Christiani. Dicebat enim, quia adventum illorum numquam poterant sustinere Turci, sed statim ut videbant illos, incipiebant pavere : illi vero ipsos ut ventus turbinis opprimebant, et isti vulnerabantur; illi obruebant, et isti occidebantur. Cui Boamundus ait, Putasne alium exercitum esse, quam hunc, quem vides, nostrum? Cui ille : per Machomum meum præceptorem juro, quoniam si hic adessent, tota hæc planities eos non caperet : omnes habent equos albos miræ celeritatis, et vestimenta et scuta et vexilla ejusdem coloris. Sed, per fidem, quam habes in Jesum, ubi castra eorum locata sunt?

*dedisse narratur,*

28 Boamundus itaque spiritu Dei illustratus illico sensit, hanc, quam viderat, Dei visionem esse; nec quod quærebat ex tentatione, sed ex bona voluntate proceedere, et respondens inquit : Licet sis extraneus a lege nostra, quia te video D bona erga nos voluntate bonoque spiritu animatum, aperiam tibi aliquod fidei nostræ Sacramentum. Si tantum profundi intellectus haberes, gratias Creatori omnium referre deberes, qui tibi ostendit exercitum candidatum : et scias, quia in terris non conversantur, sed in supernis mansionibus regni cælorum. Hi sunt, qui pro fide Christi martyrium sustinuerunt, et in omni terra contra incredulos dimicaverunt. Horum præcipui sunt signiferi, Georgius, Demetrius, Mauritius : qui in hac mortali vita militaria arma gestaverunt, et pro Christiana fide capite plexi sunt. Hi quoties nobis expedit, jubente Domino Jesu Christo, nobis suffragantur, et per hos inimici nostri præcipitantur. Et ut me verum cognoscas profiteri, inquire et hodie, et cras, et in die altera, an in tota regione hac eorum castra poterunt inveniri : quod si inveniuntur, redarguti in conspectu tuo a mendacio, erubescemus. Et cum in tota regione nequiveris illos invenire, si nobis necesse erit, in crastinum videbis adesse. Unde igitur tam cito veniunt, nisi a supernis E sedibus, in quibus morantur? Cui respondit Pyrrhus (sic enim erat nomen ejus) et si de cælo veniunt, ubi tot albos equos, tot scuta, tot vexilla inveniunt? Cui Boamundus : Tu magna et super sensum meum requiris; propterea, si vis, accedat meus Capellanus, qui tibi super his respondebit. Ad hæc Capellanus : Cum omnipotens Creator Angelos suos sive Justorum spiritus mittere disponit in terram, tunc assumunt sibi aërea corpora, ut per ea nobis innotescant. Ideo autem nunc armati apparent, ut indicent, quod in bello laboraturis auxilio veniunt.

*Christianos sacris expeditionibus plus semel visos narrare videt*

29 *At vero, inquiet non nemo, visionis, quam ipsismet Turcis oblatam fuisse, relatum verbis hisce, quod Boamundum inter et Pyrrhum habitum fuerit, colloquium exigit, solus meminit laudatus Robertus monachus, nullumque hic omnino, qui de sacris Christianorum in Palæstinam expeditionibus tractarit, scriptorem alium sibi utcumque suffragantem habet. Fateor, sic habet; imo vero cum sermones, quos idem scriptor Boamundo et Pyrrho attribuit, sint hujusmodi, ut ultro citroque abs hisce habitos illos omnes fuisse, etiam vel idcirco, quod Pyrrhum veluti mysteriorum fidei F Christianæ plane ignarum repræsentent, hicque tamen olim Christianus fuisset, parum verosimile appareat, nec ego visionem, quam Pyrrhus in colloquio cum Boamundo habito apud Robertum monachum commemorat, certo habuisse locum, asseverare ausim; verum quidquid sit seu de visione ista seu de aliis supra e variis Scriptoribus relatis, quas etiam deceptæ in illis ipsis, qui eas sibi oblatas fuisse dixere, imaginationi non nemo fortassis (rectene, an secus, non definio) adscripserit, a tribus equidem in Boamundi et Pyrrhi colloquio memoratis Sanctis ac nominatim a* S. Demetrio, *Christianis crucesignatis non tantum in pugna ad Antiochiam commissa, verum etiam in sacris expeditionibus alias ac nominatim in gravissimo, quod paucorum dierum itinere a Nicæa evenit, prælio fuisse succursum, mihi sat verosimile apparet, etsi interim nec id prorsus certum asseverare ausim. Ea sedet sententia, primo quidem, quod Sanctum nostrum dictosque binos alios Sanctos a Christianis tum frequenter invocatos fuisse appareat, directasque illi ad se*

*preces*

A *preces irritas esse verosimiliter haud siverint; deinde vero, quod, cum Boamundus, dum ad relatam a Pyrrho visionem respondit, in bellorum periculis a SS. Georgio,* Demetrio *et Mauritio (adi num. proxime prægressum) succurri Christianis, asseruerit, ea in opinione hosce etiam passim tunc fuisse, argumento id sit, experientiaque habeatur compertum, haud raro evenire, ut id, quod omnibus passim videtur, veritati congruat.*

*aut, num etiam in bello umquam, uti in prodigii, quæ hic*

30 *Utcumque interim ista omnia, quæ lectori judicanda ulteriusque expendenda relinquo, sese habeant, rerum hic tractandarum seriem prosequor, et, ut, quo quæque evenerint, temporis ordinem sequi pergam, ad Emanuëlem Comnenum, qui ab anno* 1143 *ad annum usque* 1180 *imperio Orientali præfuit, jam venio. Hic, si Joannes Stauracius, supra a nobis sæpissime jam laudatus, in codice nostro* † *Ms.* 193 *fol. vers.* 92 *et sequentibus vera memoret, imperatoriam sibi, qua in festis solemnioribus, tuncque, cum principum extraneorum legationes excipiendæ forent, uteretur, con-*

B *fici fecerat e purpura vestem, pretiosissimis margaritis distinctam. Accidit, ut, cum pridie Resurrectionis Dominicæ ex imperatoris thesauro, quo hic solemni illo festo ea indueretur, fuisset extracta, a* S. Demetrio *noctu surrepta, sacroque ejus conditorio Thessalonicæ fuerit imposita, a capite ad pedes usque expansa. Mane officiales, qui a re vestiaria erant, non inventa, quam pridie e gazophylacio extraxerant, veste imperatoria, quam maxime turbantur; basilicæ autem* S. Demetrii *Thessalonicæ ædituus, conspecta, cum hanc multo mane esset ingressus, eadem illa, quæ supra Sancti conditorium erat explicata, veste imperatoria, hæret attonitus, templo excurrit, iterum id ingreditur, præ Margaritarum, quibus vestis illa distincta erat, fulgore pene excæcatur, vestem attentius considerat, rem ocyus divulgat, senes concurrunt, pretiosam illam vestem purpuream speculantur, rem esse, quæ ad imperatorem spectet, opinantur, illico qui huic, quod evenerat, significent, nuntios mittunt, imperator in diem, quo vestem purpuream sacro Sancti conditorio impositam inveniri contigisset, inquirit, esse illum ipsum, quo, vestem imperatoriam nocte præcedenti fuisse ablatam, sibi ab officialibus esset relatum, comperit, prodigium*

C *agnoscit, eoque primum una cum aula universa obstupescit.*

*datur, narratione a Joanne Stauracio innuitur.*

31 *Deinde vero, ut ad id, quod huc potissimum spectat, jam veniam, Videtur, inquit, ob incuriam, dixerim autem et ob ingratitudinem Martyr nos corripere: cum enim sæpius ipse in præliis pro nobis certarit, inimicosque nostros prostraverit, nos ne semel quidem vel parvo qualicumque donario Victori gratias egimus; ut nobis, retributionem non curantibus, vestem purpuream auferre certaminum Victor fuerit coactus. Hæc Græce, quæ huc usque compendio Latino data a nobis jam sunt, fusius nonnihil supra cit. Joannes Stauracius, mox etiam subjungens tum verba nonnulla, quibus tunc Emanuël Comnenus nominatim sancto Martyri de præstito sibi ab eo in bellis subsidio gratias egerit, tum etiam bonorum, quæ eidem, quo gratias præterea qualescumque referret, contulerit, notitiam. Quod si itaque scriptori illi credendum sit, fuerit etiam Emanuëli Comneno, Orientis seculo duodecimo imperatori, a Sancto nostro in bello succursum, idque non semel tantum, sed sæpius. Verum, ut, quæ mea sit de tota Stauracii narratione opinio, jam dicam, multum vereor, ne a capite ad calcem commentum sit, eo fine, si non a Stauracio, ab altero equidem Græculo quopiam, fabulis admodum pro gentis indole addicto, unice inventum, ut forte, cum, pretiosissimam vestem* S. Demetrio *ab Emanuële Comneno donatam fuisse, intellexisset, qualemcumque donationis hujus causam, cum vera haud nosceretur, ignoranti ac credulo vulgo obtruderet.*

AUCTORE C. B.

*Emanuëli Comneno Græcorum imperatori,*

32 *Utut sit, fidem equidem indubitatam Joannem Stauracium in sua compendio jam data narratione non mereri, ex eo liquet, quod sub ejusdem finem ita scribat:* Ἀλλὰ γὰρ τῶν παλαιοτέρων ἀφέμενοι θαυμάτων τοῦ Μάρτυρος (τίς γὰρ ἂν καὶ ἐξαριθμήσῃ ταῦτα καὶ διηγήσαιτο;) τοῖς προσφάτοις καὶ νεωτέροις καὶ ὧν πολλοὶ καὶ θεαταὶ καὶ μάρτυρες εἰσέτι τῷ βίῳ περίεισιν, ἐνδιατρίψωμεν. Verum antiquioribus (hæc enim quis recenseat atque enarret?) missis Martyris miraculis, in novis ac recentioribus et quorum adhuc multi spectatores etiam et testes in vivis supersunt, operam ponamus; *quibus verbis ætate sese a rebus, quas dicta narratio complectitur, haud parum fuisse remotum, haud obscure indicat; scriptores au-* E *tem, ut sibi in talibus, utpote creditu admodum difficilibus, fidem indubitatam concilient, ætate propinqui nulloque ex capite suspecti requirantur, idque præcipue tunc, cum id, quod memoriæ produnt, silentio ab omnibus prorsus aliis, uti hic fit, præteritur. Adhæc Emanuël Comnenus imperator improspera fere semper fortuna in bellis est usus, nullamque prorsus, quam, inimicis* S. Demetrii *ope prodigiose prostratis, reportasse eum, verosimile appareat, victoriam admodum insignem a scriptore fide digno vel uno memorari invenio. Neque vero, ut vel tunc etiam, cum adversus Saracenos aliosve fidei Christianæ hostes bellaret, cœleste auxilium experiretur, ratione ulla dignus fuisse videtur princeps ille, qui, quemadmodum ex unanimi fere scriptorum synchronorum testimonio constat, florentissimum Christianorum exercitum, sub Conradi imperatoris ductu in Palæstinam contra infideles pergentem, nefarium in modum partim subministrata, cui calcem admisceri fecerat, farina, partim Turcorum, quibus illum indigne prodiderat, insidiis necandum curavit. Omnibus itaque sedulo expensis, fueritne umquam Emanuëli Comneno a* S. Demetrio *prodigiose in bello succursum,* F *dubium sane admodum, ne deterius quid dicam, mihi apparet.*

*aut etiam in Thessalonicensi expeditione Andronico Juniori opem tulerit, est dubium.*

33 *Nec etiam, ut ad id, quod hic adhuc dicendum restat, jam pergam, certum asseverare ausim, Andronico Juniori, seculo quarto decimo Græcorum imperatori, bellica in expeditione, qua anno* 1327 *Thessalonicam occupavit, opem fuisse a* S. Demetrio *allatam, uti, quæ Joannes Cantacuzenus Historiarum lib.* 1, *cap.* 53 *suppeditat, verba, in Commentario prævio num.* 121 *jam recitata, innuere videntur. Ita animo comparatus sum, quod in tota Cantacuzeni de occupata per Andronicum Thessalonica narratione nihil omnino occurrat, quin solis naturæ viribus fieri facile potuerit; superiori autem virtuti factum, naturæ vires haud excedens, adscribere non debeamus, nisi forte, quod interim hic non fit, ratio quæpiam justa ac solida contrarium suadeat. Verum, etsi quidem in Thessalonicæ per Andronicum occupatione miraculum, ut apparet, seu supernum a* S. Demetrio *subministratum auxilium admittendum non videatur,*

AUCTORE C. B.

*videatur, miraculo tamen, per* S. Demetrium *patrato, ut Andronicus, Thessalonicæ jam occupata, ab inveterato periculosoque vulnere, in pede accepto, absque ulla mora, cum unguento e* S. Demetrii *tumulo scaturiente, linere illum decrevisset, fuerit sanatus, factum existimo. Nec dubito, quin mihi assensurus sit, quicumque proxime laudata, quibus etiam mirabilis illa Andronici sanatio narratur, Cantacuzeni verba attento animo expenderit. Schismati quidem, quo ecclesia Græca a Christi Ecclesia erat sejuncta, adhærebat Andronicus; verum beneficium adeo eximium in hominem etiam hujusmodi fuisse collatum, mirandum non est, cum historiarum monumentis proditum sit, ingentia miracula aliquando in ethnicos et a Christiana religione prorsus alienos a viris sanctis, vel jam in cælum receptis vel adhuc vitam nobiscum agitantibus patrata esse. Ita fere in suis ad proxime cit. Cantacuzeni caput Annotationibus Societatis nostræ sacerdos Jacobus Gretzerus; qui cum ibidem præterea multa alia hanc in rem opportune disserat, curiosum lectorem ad eum brevitatis causa remitto, uti et* B *ad ea, quæ operis nostri tomus proxime antecedens in Commentario, Actis SS. Sergii et Bacchi prævio, § v complectitur.*

## § III. Nonnulla, quæ præterea de prodigioso unguento, e S. Demetrii tumulo scaturiente, memoriæ exstant prodita, in medium adducuntur.

*Monachus quidam, qui cum e Sancti corpore oleum copiosissime stillare audivisset,*

*Etsi quidem, unguentum e* S. Demetrii *tumulo olim non tantum stillasse, sed et ingenti prorsus ac stupenda copia id factum, adducta in Commentario prævio num. 95 et 97 Nicetæ Choniatæ et Joannis Anagnostæ verba sat luculenter prodant, hoc tamen postremum argumentum nondum ex instituto tractavi, idque adeo* C *vel idcirco, quod nonnulla adhuc haud penitus memoratu indigna subministret, § præsenti facere constitui, itaque, quæ de Sancto disserenda fuerunt, absolvere. Ut itaque id instituti meliori, quo fieri potest, ordine mancipem effectui, a suppeditata, quæ in codice nostro † Ms. 193 fol. verso 78 et seqq. e Leonis Allatii Ms. excerpta exstat, per Joannem Stauracium supra sæpissime laudatum de monacho quodam, nomine Vitalio, narratione duco initium. Hic in celsissimo Macedoniæ monte Atho, tum monasteriorum, quæ complectitur, tum monachorum, in iis hodieque degentium multitudine celeberrimo, vitam solitariam agebat; cum autem ita haud procul admodum a Thessalonicensi civitate, utpote et ipsa in Macedonia sita, versaretur, de oleo seu unguento, quod in Thessalonicensi* S. Demetrii *basilica e sacro hujus tumulo ingenti ac stupenda copia continuo stillaret, sermones a pluribus misceri haud raro audierat.*

*credere id nolebat, visione sibi oblata, ut Stauracius, cujus hic*

34 *Verum rei prodigiosæ fidem haud adhibebat. Cum enim, dicebat,* S. Demetrii, *qui hasta dumtaxat confossus occubuit, nec plura tormenta subiit, martyrium nihil omnino singulare habuerit, ut quid præ sanctis Martyribus aliis, qui atrocissimis quibuscumque toleratis tormentis martyrii palmam retulere, gratia illa Sancto* D *isti plane eximia, ut e tumulo ejus unguentum, sanandis morbis salutare, prodigiose scaturiat, divinitus sit collata? Adhæc, cum unguentum illud seu oleum maxima quotidie copia a populo hauriri, nec tamen ulla ratione imminui, audiret, e Sancti nostri corpore id stillare, ægerrime in animum inducebat, eo etiam idcirco propendens, ut oleum seu unguentum, aliunde antea paratum, non superna seu Martyris virtute, sed humano artificio effecta scaturigine, populo profundi seu subministrari existimaret. Verum monacho illi, qua incredulitatem suam fuit dedoctus, visio cælestis fuit oblata. Hanc ipsis, quæ Joannes Stauracius loco cit. suppeditat, Græcis verbis, addita etiam ad calcem interpretatione Latina, lectori hic lubet exhibere. Sic habet:* Ἐδόκει καθ' ὕπνους γενέσθαι τῇ Θεσσαλονικέων πόλει, καὶ τὸν ναὸν καταλαμβάνειν τοῦ μάρτυρος, εὑρεῖντε τὸν νεωκόρον καὶ προσειπεῖν, καὶ ἀκοῦσαι, εἰ βούλει ἰδέσθαι τὸν μάρτυρα, καὶ ἀνθυπενεγκεῖν τὸν βιτάλιον, καὶ λίαν εἰς τοῦτο ἔχει διψητικῶς ὥστε καὶ ἰδεῖν καὶ προσπτύξασθαι. καὶ οὕτως ὁ μὲν προηγεῖτο ὁ νεωκόρος, εἵπετο δὲ ὁ βιτάλιος. E

35 Ὡς δὲ ἐγγὺς τῆς θείας κιβωτοῦ τοῦ μάρτυρος γένοιντο, εἰσελθέτην ἄμφω ἐκ τοῦ ἐλαίου, καὶ τὰς θύρας μετέθεντο, καὶ τὴν ἱερὰν μετέστησαν λάρνακα, καὶ μαρμάρους ἦραν ἐκεῖθεν ἐκ μέσου ἑπτά· καὶ πρὸς ὀργυῆν μὲν ἀμοιβαυτὸν * τοῦ ἐκεῖσε χώματος· μετὰ δὲ χοῦς ἕτερος καθαρὸς ἀπηντλεῖτο ἐκεῖθεν εὐωδίας πλείστης ἀνάπλεως. ἐπεὶ δὲ ἡ ὀργυὴ φθάσει πηχέων ἄχρι τριῶν, καὶ μικρόν τι πρὸς, λάρναξ ἐφάνη τούτοις περικεκαλυμμένη μαρμάρῳ λευκῇ, ἣν καὶ ταύτην ἐκεῖθεν διάραντες, καὶ τὴν λάρνακα ἀνακαλυψάμενοι, εἶδον ἔνδον ταύτης ἀτινοβόλουντα τὸν μάρτυρα κείμενον, ζῶντα καθαρῶς, καὶ ἐοικότα ὑπνώττοντι, ὑπομειδιῶντα, καὶ φαιδρωπὸν. Καὶ ἰδοὺ μυρίαι τρώσεις τῷ μάρτυρι ἐκ τραχήλου μέχρι καὶ ὀσφύος αὐτῆς πεπνωμέναι, καὶ ἀλλήλας ἀκριβῶς προσεγγίζουσαι κατὰ τὰς κηροπλαστουμένας ταῖς μελίσσαις ὀπάς, σκεῦος οἷον μυωπῶν καὶ μύρων μυριοφλέβες ἐκ τῶν ὀπῶν ἀνεπήγαζον· σφοδρῷ καθάπερ κάτωθεν ἀναφυσώμεναι πνεύματι· καὶ μικροῦ δεῖν οἱ ἄνδρες οὗτοι καὶ κατεκλύζοντο τοῖς τῶν μύρων ἀναπηδίουσι ῥεύμασιν· ὅ τε καὶ ὁ βιτάλιος ἰδὼν, καὶ ὑπερθαυμάσας, τὸ θεῖον ἐκεῖνο σῶμα τοῦ μάρτυρος, καὶ προσεκύνησε, καὶ ἠσπάσατο καὶ σκεῦός τι ὡς ἐδόκει φέρων χεροῖν, ὃ δὴτα ἐγχωρίως καλεῖται κουτρίβιον *, τοῦτο τῶν ἀναβλυζόντων ἐκεῖθεν μύρων πεπλήρωκεν· αὖθις οὖν τὴν μυροφόρον ἐκείνην ἐπιπωματίζουσι λάρνακα, καὶ ταύτῃ χοῦν τὸν εὐώδη περιτιθέασιν, καὶ οὕτω πάλιν τὸ ἐκ τῶν μύρων πληῶδες ἐκεῖνο. τὰς μαρμάρους τε, καὶ τὴν φαινομένην πᾶσιν ἄνωθεν λάρνακα. F

36 Εἶθ' οὕτω τὴν σεπτὴν καὶ πάλιν μαρτυρικὴν κιβωτὸν θυρώσαντες ὡς τὸ πρότερον ἐξῆλθον καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τῆς πόλεως· ὁ μὲν βιτάλιος τραπεὶς παλιμπόρευτος πρός ὅθεν ὅτα ὡς ἐδόκει ἐλήλυθεν· ὁ δὲ νεωκόρος ὡς τοῦτον μέχρι τινὸς τόπου διασωσόμενος, ἀλμυρὸς τῷ τόπῳ τὸ ὄνομα, ἐκεῖθεν οὖν αὐτῷ συνταξάμενος αὖθις ὑπέστρεψεν, αἰτησάμενος μὲν τὸν βιτάλιον ἐκ τοῦ μύρου λαβέσθαι, ὅπερ τοῦ μαρτυρικοῦ ἀπήντλησε σώματος. μὴ τύχων δὲ τοῦ ζητήματος, εἰ μὴ μόνον νοτίδας μικρὰς ἐκ τούτου τὸ μέτωπον σταυροειδῶς ἐγχρισάμενος· τί τὸ ἐπὶ τούτοις ἀφύπιστο ὁ βιτάλιος· καὶ ἰδοὺ τὸ μαρτυρικὸν μύρον ταῖς χερσὶ περιέφερε, καὶ ὅλος ἦν τοῖς μύροις διάβροχος· καὶ ὅλος ἦν τῆς εὐωδίας ἀνάπλεως. Ἄπληκτος ὅλος· ὅλος ἐνθουσιῶν· τρόμῳ κεκραμένος καὶ χαρμονῇ, μήποτε λέγων καὶ εἰσέτι ὀνειροπολῶ, καὶ μύρα φαντάζομαι καθ' ὕπνους φέρειν τοῦ μάρτυρος; ἀλλ' ὡς ἔοικεν οὐδὲ τὰ τῆς ὄψεώς μοι πρὸς ὄναρ, καὶ τοῦ φανταστικοῦ ἀνατύπωσις· ἀλλὰ σωματικὴ ἐνθημία μοι ἄχρι τῆς μαρτυρικῆς τιμίας σοροῦ· αὐτοῦ

A τοῦ μοι τοῦ μεγάλου (ὦ θείου τεραστίου τε, καὶ ἀκούσματος) τὰ πάντα οἰκονομήσαντος ὡς μὴ καὶ βλασφημίας κρημνοῖς περιπέσοιμι. In somno visus sibi est Thessalonicam delatus, ac templum Martyris tenere, ædituumque invenisse ac alloqui, atque, an Martyrem videre vis, audire, Vitaliusque annuere. Et vero, ut eum et videret et veneraretur quam maxime expetebat. Atque ita quidem ædituus præibat; Vitalius vero sequebatur. Ut autem ad sacrum Martyris conditorium venerunt, ambo per oleum sunt ingressi, januasque recludunt ac sacram thecam submovent, lapidesque marmoreos septem e medio hinc tollunt. Ac in tumulo quidem ibidem existente per vices fodiunt; post autem pura humus alia, boni odoris undequaque existens, inde extrahitur. Postquam vero fossio ad tres usque cubitos ac paulo amplius processisset, arca ipsis apparuit, lapide marmoreo candido cooperta, quem juxta ac illam cum inde amovissent, arcamque
B aperuissent, Martyrem, qui in ea jaceret, radios a sese emittentem, vividum omnino apparentem, dormientique similem, subridentem ac vultu hilarem viderunt.

*reddita recitantur,*

37 Et, ecce, plagæ infinitæ, Martyri a collo ad ipsos usque lumbos dense inflictæ, invicemque, non secus ac foramina, ab apibus e cera compacta, omnino contingentes, unguentum e foraminibus, vasis perforati oleoque infinito scatentis in modum, emittebant, acsi a vehementi quodam spiritu deorsum fuissent inflatæ. Nec multum abfuit, ut viri illi subsilienti etiam unguenti fluxu submergerentur. Quod cum Vitalius vidisset ac supra modum admiraretur, divinum illud Martyris corpus et adoravit et salutavit, quoddamque, ut videbatur, vas, Cutribion nimirum vernacule appellatum, manibus gestans, oleo id inde scaturiente implevit. Rursus igitur illam, e qua oleum scaturit, arcam claudunt, eique boni odoris humum itaque iterum oleosum illud lutum, lapidesque marmoreos, ac quæ divinitus data omnibus apparet, thecam imponunt. Sic deinde, venerando iterum Martyris etiam conditorio, ut prius erat, clauso, e templo etiam ac civitate
C sunt egressi, Vitalius quidem eo, unde nimirum, ut apparebat, venerat, iterum rediens, ædituus autem veluti illum observaturus, ad quemdam, cui nomen erat Almurus, locum. Hinc igitur eidem adjunctus, cum Vitalium quidem, ut ex oleo, quod e Martyris corpore hauserat, acciperet, postulasset, postulatoque, si pauxillum humidi exceperis, non obtento, eo crucis in modum frontem unxisset, pedem iterum retro tulit. Hæc inter Vitalius paululum expergefactus est, et, ecce, Martyris unguentum manibus circumferebat, totusque erat oleo madidus, bonoque odore undequaque plenus, perculsus, totus extra se raptus, tremore ac lætitia suspensus nonne, dicens, adhuc somnio, Martyrisque me ferre oleum, in somnio imaginor?

*incredulitatem fuit dedoctus, idemque prodigium,*

38 Verum, ut videtur, mihi haud visionis in somno, phantasiæque fictio, sed corporea, ita ut Martyris etiam loculum veneratus sim, præsentia sese obtulit, ipsomet Magno (o divinum prodigium ac ordinationem!) mihi omnino, ne in blasphemiæ præcipitium prolabar, prospiciente. *Hæc loco supra cit. Stauracius, alia insuper plura, brevitatis ergo, quod ad rem haud multum faciant, a nobis hic omittenda, mox adjungens, Vitalioque monacho pro arbitrio, ut apparet, affingens, quibus hic stupendo quam maxime unguenti, e* S. Demetrii *tumulo copia permagna scaturientis, prodigio luculentissimum, cum oblata ei, quam jam exhibuimus, visio fuisset, testimonium præbuerit, incredulitatem suam isthac omnino dedoctus. Verum nihil prorsus, quod vel monachi Vitalii ætati vel oblatæ huic, quam narrat, visionis epochæ determinandæ utcumque sufficiat, Stauracius suppeditat; hinc autem fit, ut, quandonam copia tanta, quanta in visione relata narrationeque hanc complexa innuitur, scaturientis e Sancti corpore unguenti prodigium locum habuerit, definiri haud queat, etsi interim, ut diu ante Stauracii ætatem initium acceperit, certissime ex eo, quod verbis, num.* 32 *recitatis, in ejusdem auctoris lucubratione præeat visio præfata, consectarium omnino sit. Verum Stauracius ea etiam suppeditat, quibus, ætate sua seu seculo tertio decimo idem etiam scaturientis copia maxima e Sancti tumulo seu corpore unguenti prodigium obtinuisse, manifestissime docet.*

AUCTORE C. B.

E

*uti ex iis, quæ apud Joannem Stauracium*

39 *Etenim post suam de Bulgarorum rege Scylo-Joanne narrationem, quam verbis num.* 32 *recitatis subjungit, Græcis hisce aliis, Latine ad calcem redditis, ita scribit*: Τίς οὐκ οἶδε τὴν ἐκ τοῦ πανευτίμου Δημητριακοῦ σώματος ἀναβλύζουσαν τῶν μύρων πηγήν; ὅση τῷ πληθυσμῷ ὡς ὑπερεκχεῖσθαι, καὶ τῶν κύκλῳ τῆς θείας αὐτοῦ σοροῦ μυροδόχων δεξαμενῶν. Αὗται ἐκ πηγῆς τῶν μύρων τοῦ μάκαρος μέχρις αὐτῶν δεχόμεναι τὸν εὐώδη ῥοῦν διακρουνιζόμενον τοῖς βουλομένοις τῶν χριστονύμων κατὰ πᾶσαν ὥραν ἰατρεῖον πρόκεινται ἑτοιμώτατον· καὶ γένος ἅπαν, καὶ ἡλικία πᾶσα ἐκεῖθεν πρυτανεῖον ἄφθονον τῶν μύρων πλουτοῦσι τοῦ μάρτυρος· ἄνδρες, γυναῖκες, καὶ νήπια, ὅλαις χερσὶν ὅσα, καὶ σίφωσι πρὸς ἑαυτοὺς τὸ μῦρον ἐκεῖθεν ἐφέλκουσι· καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμούς, οἱ δὲ στόμα καὶ ὦτα τούτῳ καθαγιάζουσιν· οἱ δὲ καὶ στέρνα καὶ πᾶσαν τοῦ σώματος ὁλομέλειαν τῷ μύρῳ προσεπιχρίουσι, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀκορέστως ἔχουσι τῆς ἐκ τούτου καταμυρίσεως. Quis unguenti fontem, e maxime venerando Demetrii corpore scaturientem, haud novit? Tanta manat copia, ut etiam extra destinata, quæ sacrum illius tumulum cingunt, unguento suscipiendo vasa sese effundat. Hæc, bene olentem, quæ e Beati unguentorum fonte emittitur, fluxionem in sese recipientia, præsentissima Christianis volentibus
F omni hora exstant officina medica. Et genius universum et ætas omnis publico hinc, quo Martyris unguenta abunde aluntur, loco locupletatur. Viri, mulieres, et pueri totis manibus per tubos unguentum inde ad se eliciunt. Ac alii quidem oculos, alii autem os ac aures illo consecrant; alii vero et pectora et omnia corporis membra unguento inungunt, ac, ut uno verbo dicam, insatiabiles in facienda per illud unctione sunt.

*litteris præterea commendata*

40 *Stauracius, hisce modo præmissis, proxime subnectit, monachum quemdam, cui ob vitæ sanctitatem Demetriani sepulcri cura erat credita, cum quotidie, nullo servato modo, cujuscumque generis ac ætatis homines scaturiens e Sancti corpore unguentum auferentes videret, re isthac ac maxime ex eo, quod feminas etiam, quæ illo et genas et pectus et ubera et brachia continuo inungerent, spectare cogeretur, indignatus, unguentum complectentia receptacula occlusit. Verum id, ut Stauracius subdit, Sancto nostro, qui, non tantum Justos, sed peccatores etiam unguento suo, morbis sanandis salutari, uti volebat, minime placuit, monachumque idcirco corripuit in visione, quam Stauracius*

AUCTORE C. B.

*racius verbis Græcis, Latine etiam ad horum calcem recitandis, sequenti modo exponit:* Τοίνυν καὶ ὅναρ φαίνεται ὁ μέγας αὐτῷ, καὶ κατονειδίζει τῆς πράξεως· καὶ ἵνα τί, φησι, τοῖς εὐσεβέσιν ἐφθόνησας τὸν ἐκ τῶν ἐμῶν αἱμάτων πρὸς Θεοῦ πλουσίως καθ' ἑκάστην δαψιλευόμενον ῥοῦν, καὶ τὰς μυροδόχους δεξαμένας τοῖς φιλοχρίστοις κατέφραξας· καὶ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐν μέτρῳ καὶ τὰ μύρα προτίθημι· σὺ δὲ πεφεισμένως οὕτως ἔχεις καὶ φθονερῶς· ἀλλὰ γὰρ ὡς μάθῃς μὴ ἀποκλείειν τοῖς φιλομάρτυσι τὸν ἁγιασμὸν μηδαμῶς, ἐνταῦθα θύραν τῶν ἐμῶν τοῖς εὐσεβέσι μύρων ἀνοίγνυμι· εἶπε καὶ τῇ χειρὶ κατέχων βακτηρίαν λεπτήν, ταύτῃ τὴν ὁδὸν τοῦ μύρου διέγραψεν ἐκ τῆς μυροφόρου κινήσας ταύτην σοροῦ, καὶ εἰς πρόσωπον τοῦ ἐδάφους κατ' εὐθεῖαν σχηματισάμενος τοῦ ναοῦ, καὶ παραυτίκα μύρων ὀχετὸς ἐκεῖθε ἐξέῤῥει καὶ τῷ τοῦ ναοῦ ὁμαλῶς καὶ ὑπίως περιελίμναζε. Καὶ ποταμός, ἰδού, κατὰ Δαυῒδ ἐπεκρότει χειρὶ τὸ θαυμάσιον, ὡς ἐντεῦθεν ἐξαπορεῖσαι τὸν ἐξυπηρετοῦντα τῇ τοῦ μάρτυρος λάρνακι, καὶ ταχέως αὖθις ἀνοίξαι τὰς κλεισθείσας αὐτῷ πρώην μυροδόχους δεξαμένας, καὶ συγγνώμην αἰτῆσαι τοῦ ἀγνοήματος, καὶ οὕτω μόλις στῆναι τὸν ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ χεόμενον μυρόκρουνον ποταμόν.

B *exstant, hicque referuntur,*

41 Ei igitur in somno Magnus (Demetrius *nempe*) apparet, idque, quod fecerat, exprobrat; ac, ut quid, ait, fluentum, quod e sanguine meo quotidie a Deo abunde suppeditatur, fidelibus invidisti, complectentiaque unguentum receptacula Christi amantibus occlusisti? Ac ego quidem non in mensura ac guttatim, sed ad saturitatem unguenta propono; tu vero ita parce ac invidiose te geris. At vero, ut Martyrum amantibus locum sacrorum haud umquam discas occludere, unguentorum meorum portam fidelibus hic aperui. Dixit ac tenuem manu baculum tenens, illo unguenti viam, a tumulo unguentifero hanc ducens rectaque per pavimenti templi superficiem efformans, descripsit, ac mox unguentorum illinc rivus effluebat, æquabiliterque et leniter in templi pavimento manabat, et, ecce, mirifice secundum Davidem flumen plaudebat manu, ut hinc, qui Martyris conditorio deserviebat, consilii expers animo concideret, moxque iterum, quæ primum clauserat, unguentum complectentia receptacula aperiret, ac veniam de errore postularet vixque ita in templi medio manans, e quo unguentum scaturiebat, flumen sisteret. *Relata verbis hisce a Stauracio visio vel ex eo mihi suspecta est admodum, quod monachi, continentia unguentum receptacula occludentis, factum improbandum haud videatur, si, quod Stauracius de feminis, indecenter sese in templo continuo ungentibus, ait, veritati sit consonum.*

C

*consectarium est, seculo XIII adhuc obtinuit, imo etiam, quem admodum ex hic*

42 *Verum, utcumque res hæc habeat, visio equidem jam relata, aliaque, quæ de monacho, sepulchri Demetriani custode, Stauracius narrat, scriptoris hujus ætate seu seculo tertio decimo, uti ex jam supra dictis liquet, indubie evenere; hinc autem consequitur, ut eodem etiam seculo scaturientis maxima copia e Sancti corpore unguenti prodigium adhuc obtinuerit. Ne ei tum tantum, verum etiam seculo quinto decimo locum adhuc fuisse, docet nos, qui tum (adi Commentarium prævium num. 28) in vivis fuit Demetrius Chrysoloras. Hic enim, postquam in sua de* S. Demetrio *oratione, cujus partem e Bibliot. Medic. plut.* 10 *cod.* 13 *descriptam habemus, de Sancti martyrio patratisque ab eo miraculis fusissime disseruit, ita prosequitur:* Τί δὲ τοῦτο ἔστιν; ἔκειτο μὲν ἐκείνου τὸ σῶμα τὸ ἅγιον σφαγὲν ἐῤῥιμμένον, ᾧ καὶ προσελθόντες φιλόθεοι φιλοθέως τὸ φιλόθεον νυκτὸς ἔθαψαν· μετὰ δὲ χρόνον ὑπὲρ τὸ σῶμα πηγή τις νέα γεννᾶται, μύρου, ὦ τοῦ θαύματος! ἀνθ' ὕδατος ῥέουσα, ἐξ ἧς ποταμὸς φέρων εὐωδίας τὰ ῥεύματα, ἀφ' οὗ λίμναι πάσης εὐοσμίας ἀνάπλεῳ, ἐξ οὗπερ ὠκεανὸς ἄλλος κύματα κεκτημένος τῶν μύρων, ἅπερ ὕδωρ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὸν χαρακτῆρα, φέρει παχύτερον, ἀλλ' οὐδέ τινι τῶν ἐν τῇ γῇ ἢ καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ὑγροτέρων ἢ ξηροτέρων ἄλλῳ μετ' ἄλλων ὅμοιον, ἀλλ' οὐδὲ τῶν σκευαστῶν ἴσον ἑτέρων· σάρξ δοκεῖ τὸ φαινομένον καὶ οὐ δὲ πάλιν αὐτὸ παντοίων εὐόσμων, οὐ τῶν σκευαστῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ φυσικῶς γινομένων καὶ γεγονότων θαυμασιώτερον καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ Θεὸς παντὶ μὲν εὐωδίαν ἐδωρεῖτο προῖκα κοινήν, τὸ δὲ παρὸν μύρον τῷ ὑπὲρ αὐτοῦ δῆθεν, ὡς προσῆκεν, ἠγωνισμένῳ χαρίζεται· λαμβάνει δὲ τοῦτο κόποις ἰδίοις ὁ Μάρτυς, οὐ χάριτι· καὶ τὸ μύρου ἐξιὸν εἰς ἀρχὰς ἀφορίζεται δύο, ἃς διαδέχονται καὶ σωλῆνες, καὶ γενόμενον ἠδὴ μετέωρον εἰς ὕψος ἐξαίρουσιν ὥσπερ τινὸς κατῶθεν ὠθοῦντος αὐτό, καὶ παρὰ φύσιν εἰς τὰ ἄνω τὸ βάρυ φέρεται καὶ γενόμενον ἰσόπεδον τῷ ναῷ κραταιῶς ἡσυχάζει καὶ ἠρεμεῖ τῶν σωλήνων ἑκάτερος ὥσπερ τήρει παγέντα ἢ καὶ τὰ ὀπίσω σταλέντα καὶ χαλινωθέντα τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν καθάπερ ἡνίαις ἀφανίσιν ἀναχαιτίζεται.

D

E

Græce tm.

43 Πλήρεις ὄντες οἱ σωλῆνες τῶν μύρων, ἀεὶ καὶ χαίρει μὲν ἀντλούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐλαττούμενος, ἀναῤῥυόμενος, ἀλλ' οὐ μειουμένος, μεταλαμβανόμενος καὶ σῶος ὁρώμενος· καὶ τὸ μὲν ἐξιὸν σχεδὸν ἄπειρον· δέδοται γὰρ λαμβάνειν εὐσεβῶν ἅπαντι ὅσον ἂν ἕκαστος βούλοιτο, μένει δὲ τὰ πηγῆς ἀκενώτα καὶ ἡ ἐλάττωσις οὐδαμοῦθεν, καὶ τὸ θέαμα ξένον οὐκ εὐσεβέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀσεβῶν ἅπαντι· κἂν γάρ τις αἱρετικὸς ἢ ἀντιθεὸς ἦν, βλασφημεῖν ὅλως ἀδυνατεῖ τοσοῦτον ἔργον μύρου οὗ παρόντως ἡ δόξα· τὸ δὲ μεῖζον ὅ μὴ δὲ σύγκρισιν ἔχει πρὸς τὰ λεχθέντα ὅτι σκεύη τινὰ πλήρη γενόμενα μύρων ἐκ τῶν σωλήνων καὶ φέρων ἕκαστος οἰκαδε τῶν εὐσεβῶν ἕκαστον ἀνατίθησιν ἱερῷ τινι τόπῳ, ἔχων αὐτὸ οὐ μόνον πρὸς θεραπείαν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν τῶν ἐν οἴκῳ καὶ τῶν γειτόνων αὐτῶν καὶ τῶν ἀλόγων πολλάκις ζώων, ἃ δὴ καὶ φυσικῶς ποτέ κενωθέντα, εἰ καθαρὸς μόνον ἕκαστος αὐτῷ χρῶτο σκεύει ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ μάρτυρος, ὡ τοῦ θαύματος! μύρου σκεύος ἕκαστον εὐθὺς γέμει ὥσπερ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Τί τούτου μεῖζον ἢ ἴσον ἢ ἐγγὺς γένοιτ' ἂν ποτὲ; παῖδες ἑλλήνων ἄγουσι λίμνας καὶ πηγὰς ἅμα ἄλλην ἄλλως ἄλλο κεκτημένην τὸ θαῦμα· εἴπερ οὖν οὐ μῦθος γε τὰ λεγόμενα τότε, μεῖζον ἐκείνων πολὺ τὸ παρὸν, ἐπεὶ δὲ καὶ μῦθος, ὡς ἔμοιγε, τοῦτο πρὸς σκιὰν ἔστιν ἀληθεια φανερὰ καὶ πρᾶγμα θαυμάσιον αὐτοῖς θεωμένοις καὶ τοῖς ἀκουσῦσι θέαμα καὶ οὐδὲ παραβάλλεσθαι δυνάμενον ἄλλῳ, καὶ τί λέγω τῶν περὶ τὴν γῆν ἐξαισίων, ὅπουγε καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ πάλαι τερατουργηθέντων ἔστιν οὐκ ἔλαττον. Μὴ πεμπέτωσαν ἐνταῦθα γλῶτταν αἱρετικοί, μὴ δὲ μιμήσθωσαν δαίμονας. Ὅμως ἀδυνατοῦσι πλασάμενοι τὰς ἀντίστροφους αἰτίας ἀπατῆσαι τοὺς εὐσεβεῖς ὡς καὶ πάλαι τὸν πρῶτον οἱ δαίμονες ἀνθρωπον. οὐκ οὖν σιγάτω κἀν ὁποῖος ἂν ᾖ· ἀλλα ταῦτα μὲν περὶ τούτων ἡμῖν ἀρκεῖ, ἐπεὶ λέγειν εἰς πλάτος αὐτάγε βουλομένοις ὁ βίος οὐκ ἀρκετὸς ἔσται.

F

*et Latine*

44 Βραχὺς γὰρ ἅπας ἐπὶ τοῖς μάρτυρος θαύμασιν, διόπερ, ὦ θαύμαστε καὶ καλὲ Δημήτριε, θαυμάσιε στρατιῶτα Χριστοῦ, σὺ πολλάκις τὴν παροῦσαν πόλιν ἐκ τῶν χειρῶν ἐῤῥύσω τῶν ἀλλοφύλων καὶ παντοίων ἐγένου τῶν νοσημάτων ἰατρὸς ἄριστος καὶ τὸ γένος ἡμῶν ἠλέησας· διὸ σοῦ δεόμεθα ἔτι καὶ νῦν ἀνάστησον αὐτὸ κείμενον καὶ βοηθείας δεόμενον ἐλευθέρωσον καὶ βοήθησον ἀσθενοῦντι, χειμαζόμενον ἐν ἀκυμάντῳ λιμένι στῆσον, πηγυυμενον ἔτι πυρὶ βαρβάρων διάλυσον εὐκρασίᾳ σοῦ καὶ θυμῶν καιόμενον αὐτῶν θερμῇ σοῦ δρόσῳ θεράπευσον καὶ παντὸ πόιησον ἐν θεραπείᾳ ψυχῶν ἅμα καὶ σωμάτων πρεσβείαις τῆς παρα-

χράντου

A χράντου μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκυνήσις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Quid illud igitur? Sanctum quidem illius (S. Demetrii *nimirum*) cadaver jacebat projectum; ad quod cum et Deum amantes accessisset, e pietate in Deum Deo dilectum noctu sepelierunt; postea vero supra corpus novus quidam fons nascitur, unguentum (o rem mirandam!) aquæ loco effundens, e quo bene olentia fluenta vehens, qui stagna, bono odore plena, gignit, fluvius promanat. Hinc oceanus alter, qui cum unguentorum, quæ ab aqua distinguuntur, fluctus habeat, crassiorem, quam hæc, qualitatem præfert, nec, ut alia, humidiorum siccioremve, quæ in terra vel circa illam sunt, alteri ulli similem, nec talem etiam, qualem alia, quæ arte facta sunt, habent. Carnem esse, dicas, idque nihilominus non magis, quam res diversas, non tantum quæ paratæ ab artificio sunt, verum etiam quæ naturaliter a Deo producuntur productæque sunt, bonum spargere odorem, est mirandum, ac merito quidem. Deus enim bonum quidem odorem communi dono omnibus gratuito dat, præsens autem unguentum, ex
B illo nempe effluens, ei, qui certavit, pro meritis largitur.

*studioso lectori exhibitis Demetrii Chrysoloræ*

45 Id vero Martyr laboribus suis, haud pura benevolentia, accipit. Ac unguentum, ubi exit, in duas scaturigines dividitur, quas et tubi excipiunt, jamque fluidum effectum in sublime, ac si quis illud e loco inferiori propellat, attollunt, contraque naturam, quod grave est, sursum fertur, cumque ad templi planitiem pervenit, illico quiescit, amboque in eodem statu tubi permanent, quasi quæ concreta sunt, contineant, aut etiam quasi retro missa ac repressa, quæ per factum ad partes anteriores decursum fieret, evacuationem habenis quodammodo inhibeant. Unguentorum pleni cum sint tubi, gaudio quidem semper, qui haurit, afficitur, sed unguentum haud minuit, id extrahit, sed decrescere haud facit, percipit, sanusque efficitur. Atque id quidem, quod effluit, infinitum fere est: piis enim omnibus, ut quisque, quantum voluerit, accipiat, est datum; fons autem manet inexhaustus, nec ulla ex parte imminutus appareret, estque, non piis dumtaxat, sed impiis etiam omnibus peregrinum spectaculum. Etsi enim quis hæreticus aut Dei inimicus sit, tale un-
C guenti opus, cujus palam est gloria, blasphemare omnino non potest. Quod autem majus est, nec ad dicta comparationem habet, cum vasa quædam e tubis fuerint unguentis impleta, atque a piis quibuscumque domum delata, in loco quodam sacro quæque deponunt, ea non tantum ad corporum, verum etiam animarum domesticorum vicinorumque suorum, uti et sæpe ad animalium irrationalium, curationem adhibentes. Cum vero exinanita illa naturaliter fuerint, si modo impollutus quisquam vase illo in Martyris commemorationem utatur, statim vas quodque (o prodigium!) unguento, ubi ab initio fuerat, plenum existit. Quid hoc majus, vel æquale vel vicinum umquam exstiterit? Stagna simul et fontes, quorum alius aliud alia ratione prodigium fuerit complexus, ethnici celebrant. Quod si igitur, quæ abs illis aliquando dicta fuerunt, fabula haud sunt, hisce illud, de quo in præsenti sermo, multo est majus; quod si autem, ut mihi videtur, fabula sint, illud pro umbra manifesta est veritas, resque, quæ ipsismet, spectaculum cernentibus audientibusque, sit admiranda, nec alteri comparari queat, ac, quid dico, iis, quæ a terra sunt producta, insignibus, quandoquidem et iis, quæ a Deo olim fuere patrata, prodigiis haud sit minus?

AUCTORE C. B.

46 Linguam igitur hic haud moveant hæretici, nec dæmones imitentur. Causas oppositas, ut pios, quemadmodum primum hominem dæmones, decipiant, fingentes haud æque prævalebunt. Ne igitur, qualiscumque etiam sit, conticescat. Verum hæc de illis dixisse nobis sufficiat, quoniam, si ea in latum commemorare voluerimus, vita haud sufficiens sit futura; omnis enim ad Martyris celebranda miracula est bre- E
vis, quia tu, o mirande ac eximie Demetri, stupende Christi miles, sæpe hanc civitatem ex alienigenarum manibus liberasti, optimusque morborum diversorum medicus exstitisti, generisque nostri es misertus. Ideo te precamur, et nunc adhuc illud, quod jacet, erige, ac, quod opem implorat, libera, laborantique fer suppetias. Tempestate jactatum statue in portu tranquillo, barbarorum igne defixum tua adhuc benignitate solve, eorumdemque furoribus deflagrans rore tuo calescenti sana, omniaque in animarum simul ac corporum nostrorum curatione fac per preces immaculatæ Matris Domini nostri Jesu Christi, cui convenit gloria, virtus, honor et adoratio in secula seculorum. Amen. *Hactenus Demetrius Chrysoloras laudatus, qui cum, ut supra docui, seculo quinto decimo floruerit, hæcque, quæ verbis jam recitatis continentur, memoriæ prodat, tunc sane unguenti, maxima copia e* S. Demetrii *corpore scaturientis, prodigium adhuc obtinuisse, indubitatum evadit. Nec hoc tantum e recitatis Chrysoloræ verbis discimus, verum etiam, uti hæc expendenti patescet, notatu satis digna de prodigioso* S. Demetrii *unguento* F
*alia nonnulla, quorum interim fidem penes auctorem stare volo. Utrum porro, Thessalonicensi Sancti templo in fanum Turcicum, ut supra in Commentario prævio num.* 92 *docui, jam conversо, stupendum admodum, quali etiam alii Sancti nonnulli modo adhuc a Deo condecorari olimve certe condecorati noscuntur, stillantis seu scaturientis copia maxima e* Demetrii *corpore unguenti prodigium hodieque perseveret, compertum haud habeo.*

*verbis manifestum evadit, seculo* XV.

DE

AUCTORE J. B

D

# DE S. METROPOLO EP. CONF.

## TREVIRIS CULTO

### SYLLOGE

### S. Metropoli cultus : episcopatus et martyrium incerta.

FORTE SUB INITIUM SEC. IV. *S. Metropolus Treviris*

*Ad hunc passim diem signatur* S. Metropolus *in Kalendariis, verum non admodum antiquis : inter Auctaria Usuardina Lubeco-Coloniensis editio anni* 1490 *ita habet* : Treviris sancti Metropoli episcopi et martyris. *Consonant Galesinius, Grevenus, Ferrarius in Catalogo Generali, qui tamen addit, passum* S. Metropolum sub M. Aurelio Antonino. *Paulo prolixius Ghinius in Natalibus sanctorum Canonicorum, quamvis ad hos non spectet* Metropolus : Treviris, *inquit*, S. Metropoli episcopi et confessoris ; qui filius Metropoli, ducis Lotharingiæ, ex Ungariæ regis filia, fit episcopus Trevirensis et Tungrensis anno Domini CCXXI, et cum optimi sacerdotis partes gerens populos sibi creditos recte annis decem et octo gubernasset, obiit in Domino anno Salutis CCXXXIX. *Saussayus item* : Augustæ Trevirorum natalis S. Metropolii episcopi illius Metropolis et martyris. Hic calamitosis temporibus regimini tantæ sedis præfectus, cum laniena fidelium ubique aperta, maxime in Gallia, cujus tum Treviris primaria erat civitas, exerceretur, sæviente Decio : pro lege et grege Christi fortiter decertans, ore et opere gloriose propugnata pietate, cruento, at felici triumpho æthereas ad sedes præmio immortalitatis a rege gloriæ munerandus evolavit. *Ad hunc pariter diem in Martyrologio Universali sic Gallice Castellanus scribit* : Treviris, S. Metropoli episcopi, in qua diœcesi tamquam martyr colitur.

B

C

*Tungrisque annuntiatus; Sed Treviris cultus,*

2 *At longe aliter, et quidem ad diem* XXIX *Septembris, uti in Opere nostro in Prætermissis ad eumdem est observatum, Florarium nostrum Sanctorum Ms. seculo* XV *inclinante confectum : id autem sic habet* : Apud Tungrim civitatem natale S. Metropoli, quarti ejusdem urbis episcopi. Hic sancte vixit et regiones circuiens plurimos sua prædicatione ad fidem Christi convertit. Obiit anno Salutis CCXXXIX. *In his omnibus vix quidquam certi de* S. Metropolo *occurrit, præter id, quod de cultu sacro, in diœcesi Trevirensi eidem exhiberi solito, Castellanus scribit. Kalendarium præfixum Lectionario de Sanctis quibusdam Trevirensis Officii anno* 1645 *in eadem civitate excuso, ad diem* VIII *Octobris* S. Metropolum *ita memorat* : Treviris, Metropoli episcopi et martyris Treuirensis : *in Lectionario autem ad diem supradictum sola Lectio tertia de communi recitanda præscribitur. Tamquam episcopus et martyr Trevirensis ad diem* VIII *Octobris signatur etiam in Kalendario, quod parti hiemali Breviarii pagi forte Fisbacensis, in diœcesi Trevirensi et ducatu Luxemburgensi siti, præfigitur. Locum illum habere hodieque in Breviario Trevirensi, pluraque de eo ibi memorari, colligo ex Commentario prævio in Historiam Martyrum Trevirensium illustrissimi Joannis Nicolai Hontheimii, episcopi Myriophitani, suffraganei Trevirensis* § XVII, *ubi vir eruditissimus de* S. Metropolo, *docens etiam, quando primum in tabulas ecclesiasticas apud Trevirenses referri cœptus sit, in hunc modum loquitur* : Marcello occiso suffectum esse Metropolum, narrat nostrum Breviarium modernum : Calendaria seculi X eum non habent : imo nec Passionale S. Simeonis, quod ad minus integro seculo posterius est. Duo Calendaria alia vetusta pariter silent de illo : unum aliquod a latere manu juniore adscriptum exhibet : « Metropolus : » aliud seculi XIV habet eum in ordine. Ordinarius Balduini *(Trevirensis archiepiscopi, anno* 1354 *defuncti)* dicit : « Fiat « memoria de S. Metropolo episcopo Trevi- « rensi. »

E

*Ilerique*

3 *Ex quibus quidem perspicuum est,* S. Metropolo *solitos impendi Sanctis honores a Trevirensibus deferri a seculo* XIV *consuevisse : cetera omnia fere incerta esse, paulo post videbimus, Interim solius sacri cultus, quem a Trevirensibus jam a seculis aliquot obtinuit, nomine tituloque hic ei nostris in Actis locum dedimus, quemadmodum in S. Navito tom.* 2 *Julii pag.* 464, *et in S. Marcello tom.* 2 *Septembris pag.* 202, *quorum eadem fere causa est, quæ* S. Metropoli, *a decessoribus nostris factum video. Porro* Metropolo, *quamvis hunc suum esse contendant, nullus tamen a Tungrensibus assignatus est, quod equidem norim, dies proprius ; cum tamen id Trevirenses fecerint, hinc Sanctum Treviris potius, ubi certo illum coli sciebam, a loco cultus, quam Tungris adscribendum putavi. Hæc de cultu* S. Metropoli : *quæ autem ad ejus episcopatum, ætatem, qua floruit, genus mortis et similia attinent, ea prorsus incerta esse, jam dixi supra. Hactenus exstare nescitur scriptor Harigero abbate Lobiensi antiquior, qui* S. Metropoli *mentionem fecerit. Floruit is sub annum* 980, *ut scribit Joannes Chapeavillus in Præfatione ad lectorem, quam scriptoribus præcipuis de Gestis Pontificum Tungrensium, Trajectensium et Leodiensium præfixit. Horum agmen Harigerus ducit ; qui, postquam S. Materni, quem ut primum episcopum suum Tungrenses venerati sunt, gesta est persecutus, octo mox Tungrenses episcopos nominat, qui SS. Maternum inter et Servatium Tungrensem ecclesiam moderati fuerint.*

F

*Tungr.*

4 *Verba Harigeri hæc sunt* : Post ejus *(S. Materni)* decessum in Pontificio sibi per ordinem successerunt

A serunt Navitus, Marcellus, Metropolus, Severinus, Florentius [Martinus] Maximinus, Valentinus. Et hi quorum imperatorum vel consulum claruerint tempore, vel quos vita singulorum habuerit exitus, quotque annis administraverint singuli officium pontificatus, vel quis illorum sepulturæ sit locus, nullius a nobis requirat exactio, cum ecclesiarum totius Galliæ memoriam aboleverit facta per Hunnos subversio, *paulo post mortem scilicet S. Servatii, quo defuncto, Trajecti ad Mosam sedes illa episcopalis collocata fuit.* Hoc certum tenemus, *pergit Harigerus*, omnium ecclesiarum copias exuberasse, circa ea scilicet tempora, quibus urbi Romanæ præerat Constantinus augustus, succedentibus ei Constante et Constantio filiis ejus. *Hæc tantum de octo illis episcopis Harigerus, quamvis, quæ undecumque corradi de Gestis Pontificum Leodiensium potuere ad sua usque tempora, a se collecta esse, testetur cap.* 1; *quo fit, ut vel pro figmentis, vel pro dubiis habenda sint primum quidem ea, quæ de illis episcopis a scriptoribus Harigero junioribus absque certis testimoniis memorantur uberius: tum*

B *vero, ut nec ea ipsa, quæ de iisdem Harigerus post plurium seculorum lapsum ex monumentis parum notis scripsit, haberi pro certis debeant.*

*episcopus fuit*

5 *Censuit Harigerus, S. Maternum seculo* 1 *a S. Petro Treviros una cum SS. Euchario et Valerio missum fuisse, ac annis* 40 *in episcopali munere Treviris, Coloniæ et Tungris universim exactis, ad immortalem beatamque vitam transiisse anno* 130. *Verum tam antiqua ecclesiarum non modo Trevirensis, Coloniensis et Tungrensis, sed multarum etiam aliarum in Galliis origo ab eruditis hodie plerumque vel revocatur in dubium, vel plane rejicitur. Quod autem ad priores duas spectat, SS. Eucharii, Valerii et Materni, quem sibi omnium primum fidem prædicasse Tungrenses agnoscunt, missio in Gallias seculo tertio media sui parte elapso, vel aliquanto etiam serius illigatur tom.* 4 *Septembris* § XII *de S. Materno. Consule etiam Hontheimii egregiam de æra fundati episcopatus Trevirensis Dissertationem tom.* 1 *Historiæ Trevirensis præfixam, præsertim* § VI, *ubi Maternum*

C *Trevirensem, a Coloniensi et Tungrensi non diversum, seculi* IV *initio sedisse contendit. Illustrissimo Hontheimio concinit etiam P. Joannes Baptista de Marne in Dissertatione de tempore, quo in Gallis S. Maternus fidem prædicavit, Historiæ Comitatus Namurcensis subnexa.*

*a Materno tertius:*

6 *Censuit præterea Harigerus, S. Maternum primum fuisse Tungrensem episcopum, quod sano sensu intelligendum videtur: verisimilius quidem est, S. Maternum, ut tom.* 4 *Septembris pag.* 378 *num.* 123 *dictum est, eo tempore, quo S. Valerius Trevirensi ecclesiæ præerat, ad vicinos Ubios Tungrosque excurrisse, ac fidem apud illos prædicando episcopatuum Coloniensis et Tungrensis fudamenta jecisse: defuncto autem Valerio, Treviris jam institutam sedem episcopalem aliquamdiu occupasse, dum, aucto Christianorum numero, postquam Constantinus Magnus sub annum* 311 *Christo nomen dederat, ipse, relicta S. Agritio Trevirensi sede, Coloniæ sedem suam collocavit, e qua Ubios Tungrosque quidem rexerit, sed ita ut Tungrensium particularis episcopus non fuerit: fuerint autem eatenus Tungri Coloniensis episcopatus*



*pars; quamquam et ipsi postmodum proprium acceperint episcopum: atque hinc factum arbitror, ut concilio Arelatensi anni* 314, *cui tamquam Trevirensis episcopus subscripsit Agritius, subcripserit Maternus tamquam Coloniensis, uti apud Labbe tom.* 1 *Conciliorum col.* 1430 *videre est Neque his obsunt Trevirensium præsulum Catalogi, qui Maternum inter et Agritium episcopos* 20 *et plures numerant medios, et inter hos quidem octo illos episcopos, quos post Maternum proxime Tungrensibus præfuisse, Harigerus refert. Illos enim catalogos enormiter fuisse interpolatos, Hontheimius, Marneus, et Perierus noster* § VI *Commentarii de S. Materno fuse ostendunt.*

AUCTORE J. B.

7 *At hæc si ita se habent, cedo, inquies,* *at nec Maternus*
*quis primus fuerit Tungrensium proprius et particularis episcopus? Num S. Navitus, seu Avitus, quem S. Materno Tungris proxime successisse, Harigerus scribit? Si S. Maternum inter et S. Servatium unum atque alterum tantum episcopos Harigerus medios numerasset, dici id forte non incommode posset. At anno* 314 *Maternus Coloniensi ecclesiæ certo præerat; quo ex hac vita migrarit, incertum: contigisse id anno* 328 *non improbabiliter conjicit Marneus. S.* E
*Servatium autem sub annum* 336 *creatum fuisse proprium Tungrensium præsulem arbitratur et anno* 347 *Sardicensi concilio interfuisse tom.* 3 *Maii pag.* 210 *Henschenius scribit: jam vero ab anno* 300, *nedum ab anno* 314 *aut* 328, *usque ad annum* 347 *sufficiens haud intercessit temporis spatium, ut interea octo post S. Maternum episcopi eidem ordine successisse videatur: ita ut ante S. Servatium nullus fuisse videatur, quem proprium ac particularem Tungrensium episcopum certo dicere possis; et Navitus, Marcellus,* Metropolus *noster, Severinus, Florentius, Martinus, Maximinus et Valentinus, vel horum saltem plerique, in Catalogum præsulum Tungrensium ea maxime de causa intrusi olim fuisse videantur, ut Tungrensis ecclesiæ, quæ seculo Christi primo nata putabatur, illæsa utcumque servaretur antiquitas: quemadmodum eadem verosimiliter de causa in catalogos Trevirensium præsulum perperam relati fuerunt.* F

*nec ante Servatium alius*

8 *Absit tamen, ut vel Trevirenses, vel Tungrenses, qui eos sive partim, sive universim colunt, propterea arguamus. Fuerint enim fortassis aliorum locorum episcopi, sanctitate conspicui, olim noti, et cultu ecclesiastico digni: sed in seriem Tungrensium præsulum perperam relati, eo prorsus modo, quo post S. Maternum in catalogos episcoporum Trevirensium parum sinceros relati perperam sunt Mansuetus et Auspicius Tullenses, Clemens, Felix, Auctor Metenses, aliique, de quibus vide dicta tom.* IV *Septembris pag.* 373 *et seq. Et ut de Tungrensibus inter Maternum et Servatium mediis speciatim aliquid dicamus, Severinus forte idem, qui S. Severinus Coloniensis; Maximinus vero idem, qui S. Maximinus Trevirensis, qui seculo* IV *floruerunt. Fortassis etiam, et forte probabilius, vel omnes, vel ipsorum plerique fidem S. Materni auspiciis vel exemplo sub finem seculi tertii aut sequentis initium in his illisve Tungrensium, Coloniensium, et Trevirensium tractibus suis prædicationibus, chorepiscoporum, quantum ad munus, quod obirent, fere similes, etsi episcopi re vera non essent, disseminarint, aliasque episcopalis muneris partes aliquot gesserint;*

AUCTORE J. B.

*rint; ideoque forte a medii ævi scriptoribus* episcopi *dicti fuerint, quo nomine tum plures ob Evangelicæ prædicationis munus, etsi presbyteri tantum essent, donatos fuisse, exemplis variis, quæ adducit, in Præfatione ad partem* I *seculi tertii Benedictini num.* 37, *Mabillonius memorat. Metropii presbyteri mentio fit in Actis Concilii Agrippinensis anno* 346, *ut aiunt nonnulli, celebrati, apud Labbe tom.* 2, *col.* 616, *quem eumdem esse, qui* Metropolus *noster est, dicere non audeo: quamvis ad similia excogitanda, scriptisque tradenda eos, qui natam seculo* I *aut* 2 *Tungrensem ecclesiam tueri olim voluerunt, impulerit fortasse ducentorum fere annorum in præsulum Tungrensium serie lacunam implendi necessitas.*

*Tungrensium episcopus proprius fuit:*

9 *Porro Acta S. Martini, Hasbaniæ Apostoli, apud nos excusa tom.* 4 *Junii pag.* 71, *etsi ætatis fideique non magnæ, ea tamen de fide per vicos et villas ejus opera et sudore propagata memorant, quæ hujusmodi presbyteris, qualium supra meminimus, congruere possint. Tantumdem dici potest de elogio, quod* Metropolo *in Ms. Florario nostro tribuitur num.* 2 *relatum. Fuerit denique forte* Metropolus *noster, aliique, qui Maternum inter et Servatium Tungrenses episcopi fuisse dicuntur, ex illis Dei ministris, quos in Constantii palatio versatos fuisse, scribit Eusebius lib* I *de Vita Constantini cap.* 17, *quosque verisimile est, dein sub Constantino liberiorem fidei prædicandæ campum nactos, hac illac sæpius excurrisse, aut certis vicis castrisque præfectos, ut illic Christianam rem tuerentur et promoverent, quales tum plures per regiones illas fuisse dispersos colligi ex Actis concilii Agrippinensis potest, in quibus Justinianus, Rauricorum episcopus, ita loquitur:* Ex epistola clericorum Agrippinensium nec non et fratrum per singula castra constitutorum.... cognovimus *etc. Atque hæc quidem de* S. Metropoli *aliorumque dubio episcopatu dixisse sufficiat: si quis meliora ea de re proferat, ea non illubentes amplectemur. Ad* Metropolum *revertamur.*

*esto fidem prædicarint Metropolus aliique: num martyr*

10 *Non* Metropoli *dignitas episcopalis dumtaxat, sed martyrium etiam incertum est. Pauci in Galliis sub Constantio martyres fuere: pauciores sub Constantino: audiendi itaque non videntur, qui anno* 303 *eum martyrio sublatum volunt. Neque scio, unde recentioribus potuerit* S. Metropoli *exploratum esse martyrium; cum Harigerus, qui ceteris facem hic prætulit, nescire se, quis fuerit singulorum illorum octo, ut vult, episcoporum vitæ exitus, candide fateatur. Nec certior est locus sepulturæ, quem pariter sibi ignotum esse, Harigerus profitetur. Si Ægidio, Aureæ Vallis monacho, seculi* XIII *scriptori, credi debet, sepulti fuerunt Tungris in ecclesia S. Mariæ: sic scribit in Additionibus suis ad cap.* 17 *Harigeri:* Qua subversione imminente, beatus Servatius, de quo dicturi sumus, eorum corpora in urbe Tungrensi sepulta apud Trajectum transtulit, et in cripta, ubi postmodum ipse sepultus est, cum aliis multis Sanctorum reliquiis, quas de Tungrensi urbe transtulerat, honorifice sepelivit. *Et paulo post de Valentino, nono, ut vult, Tungrensi episcopo, ait:* Sepultusque est honorifice in ecclesia S. Mariæ Tungrensis juxta suos collegas: scilicet Tungrenses episcopos.

11 *Treviris contra, si standum est Gestis Trevirorum interpolatis apud Calmetum pag.* 9: omnes in ecclesia S. Eucharii sepulti esse creduntur. *Sed nec ille, nec hæc fidem merentur certam; fortassis tamen Tungris sepulcrum nacti fuerint SS. Martinus et Valentinus, quorum reliquias Trajecti ad Mosam in ecclesia S. Servatii servari disco ex illius ecclesiæ sacro Thesauro per Andream Bouwens elucidato et anno* 1672 *Leodii typis excuso pag.* 58, *Tungris nempe, ut creditur, eo quidem translatas; at non a S. Servatio, ut Ægidius scribit; sed serius, ut tom.* 3 *Maii pag.* 216 *num.* 25 *observavit Henschenius: Servatius enim, ut Gregorius Turonensis lib.* 2 *Hist. Francorum cap.* 5 *tradit, Tungris abiturus, præter ea, quæ ad sepulturam suam necessaria erant, quæque festinato acceperat, nihil Trajectum detulisse videtur.* S. Metropolum *vero, patre item* Metropolo, *Lotharingiæ duce et regis Hungariæ filia natum esse, ceteris Joannis Placentii in Catalogo episcoporum Tungarorum etc. fabulis annumera. Ex quibus sane liquere arbitror, omnia fere, quæ de* S. Metropolo *circumferuntur, vel figmenta, vel admodum esse incerta, si sacrum illius apud Trevirenses cultum exceperis.*

DE

A

AUCTORE C. S.

# DE S. BENEDICTA V. M.

IN TERRITORIO LAUDUNENSI IN GALLIA

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### § I. Sanctæ memoria in Martyrologiis, Auriniacensis parthenonis notitia : corpus ejus ibi ; reliquiæ ab eo separatæ, et alibi donatæ : an ejusdem corpus Ruricurti ?

FORTE SUB DIOCLETIANO ET MAXIMIANO.

*Sancta hoc die Martyrologiis inscripta,*

B

*Hanc sanctam Virginem martyrem, de cujus cultu certiora, quam de gestis habemus, Usuardus primus omnium in suum Martyrologium retulit. Is in editione Sollerii nostri ad hunc diem sic habet :* In territorio Laudunensi, sanctæ Benedictæ, virginis et martyris. *Consentiunt (inquit laudatus editor ibidem (etiam alia Usuardina, inedita editaque apographa, quibus usus est, præter codices Pratensem et Antverpiensem Majorem, qui pro verbis* In territorio Laudunensi *habent* : In territorio Lugduni Clavati ; *editionesque Munerati ac Lubecanam Maximam, in quibus solum legitur* : In territorio Lugdunensi, *omissa voce* Clavati, *qua Lugdunum istud ab homonymis civitatibus solet distingui. Hisce posterioribus consonant Hagiologion Franco-Galliæ Labbeanum, Romanumque Baronii, in quibus hodie pariter legitur* : In territorio Lugdunensi, sanctæ Benedictæ virginis martyris.

*passa est in agro Laudunensi,*

2 *Porro* Laudunum *ac* Lugdunum Clavatum *eadem Galliæ in finibus Remorum episcopalis civitas est, vernacule* Laon *appellata, sub metropoli Remensi. Neque aliud* Lugdunum *in reliquis Usuardinis apographis ineditis editisque, nec in Hagiologio Labbeano Romanoque Baronii, indicari censendum est ; quamquam enim sint aliquot aliæ ejusdem nominis civitates, puta,* Lugdunum

C

Segusianorum, Convenarum, Batavorum *etc, nulla tamen ex hisce* S. Benedictæ *palæstram in suo agro sibi vendicat, et* Laudunum *seu* Lugdunum Clavatum, *solo* Lugduni *vocabulo non omnino raro dictum legitur. Quia tamen Lugdunum Segusianorum, vulgo* Lyon, *frequentius solet* Lugdunum *simpliciter appellari ; hinc factum est, ut (quod jam alii ante me observarunt) in veteri Romani Martyrologii interpretatione Gallica verba hæc* In territorio Lugdunensi *Gallice reddita fuerint* Au diocese de Lyon, *id est* : In diœcesi Lugdunensi Segusianorum, *quem errorem Labbeus et Castellanus in suis interpretationibus emendarunt.*

*non Lugdunensi Segusianorum.*

3 *Quo minus dubites, lubet hic etiam Theophili Raynaudi sententiam adducere in Prolegomeno secundo ad Indiculum Sanctorum Lugdunensium Segusianorum sic scribit* : S. Benedictam, virginem martyrem, quam Romanum Martyrologium et Usuardi *(in aliquot scilicet apographis)* VIII Octobris, ac Petrus Exquilinus, LUGDUNI passam produnt, Lugdunensium *(Segusianorum)* Sanctorum albo expungendam statuo. Neque enim, quod Martyrologia et Acta tradunt de passa in Lugdunensi agro S. Benedicta..., de Lugdunensi hac metropoli accipiendum est ; sed de Lugduno Clavato, sive Lauduno, in cujus urbis agro Aurigniaci... sub Matroculo judice cæsa pro Christo est, ubi etiam sanctæ ejus exuviæ in regia abbatia nunc visuntur. *Ita Raynaudus. Territorium Laudunense, situmque in eo Auriniacum etiam nominat Usuardina editio Lubeco-Coloniensis, utque alios mittam, Castellanus quoque in margine Martyrologii sui Universalis apposuit habentque ejusdem Sanctæ qualiacumque Acta edenda.*

E

*Auriniacensis monasterii, hodieque florentis,*

4 *Est autem* Auriniacum, *aliis* Oriniacum et Origniacum, *vernacule* Origni, *Galliæ vicus vetusque Ordinis Benedictini parthenon, diœcesis Laudunensis, in Picardia et Teorasciæ tractu, in amœna planitie ad sinistram fluvii Isaræ, alias Oesiæ, vulgo* l'Oise, *ripam situs, tribus leucis Quintinopoli distans. Parthenonis, qui sub S. Benedicti Regula hodieque floret, perobscura primordia esse, agnoscunt Mabillonius tom.* 3 *Annalium Benedictinorum ad annum Christi* 854, *num.* 79, *Galliæque Christianæ eruditi continuatores tom.* 9, *col.* 620. De ejus origine *(inquit ibi Mabillonius)* nulla certa notitia. Forte Pardulus *(Laudunensis medio seculo* IX *episcopus)* ejus auctor cum Hirmintrude regina *(Caroli Calvi uxore)* quippe qui privilegium eidem a rege concedi postulavit, petente Irmintrude regina, quæ Pardulo favebat, eidemque parthenoni plurima contulit... Hujus privilegii meminit Frodoardus, *nempe lib.* 3 *Historiæ ecclesiæ Remensis cap,* 27.

F

*perobscura sunt primordia,*

5 *Laudati Galliæ Christianæ continuatores, nihil obstare præfati, quo minus quis suspicetur, ejusdem monasterii originem Caroli Calvi ætate longe esse priorem, conjectare malunt, illud, sive monachorum, sive monialium simul ac monachorum primo fuerit, seculo sexto septimove super sanctæ Martyris tumulo conditum fuisse. Deinde eo monasterio, forte sub Caroli Martelli præfectura, diruto aut dilapidato, monachis monialibusve fugatis, suffectos fuisse canonicos ; ac tandem seculo* IX *a Pardulo Laudunensi episcopo, favente Hirmintrude, vel Hermentrude, prima Caroli Calvi conjuge, instauratum esse. Has conjecturas suas fulciri credunt, quod seculo* IX *eo loci steterit collegiata ecclesia, quæ sub S. Vedasti nomine perseverat, olim præbendis duodecim, nunc novem constans, subjecta Auriniacensibus monialibus, quarum abbatissa, præterquam quod dici gaudebat ejusdem capituli* Prælata et Decana, *præbendas omnes pleno jure confert, recipitque ab omnibus canonicis fidei sacramentum.*

6 *Omnino autem credibile asserunt, eam collegiatam*

AUCTORE C. S dissentientibus scriptoribus

*legiatam ecclesiam, ut plerasque (inquiunt) illorum temporum collegiatas, veteri cuidam monasterio successisse ; eaque de causa, qui paulo post instauratum a Pardulo cœnobium canonicis ibi præerat, non* Decanum, *sed* Præpositum, *voce ex Regula ritibusque Benedictinis desumpta, teste Hincmaro apud Frodoardum lib.* 3, *cap.* 25 *appellatum fuisse. Addunt, Petrum a S. Quintino, Capucinum, in libro, quem* Speculum Auriniacense *Gallice inscripsit, censuisse idem illud monasterium anno circiter* 680 *fundatum esse, fuisseque alborum monachorum, antequam ad moniales transiit ; sed neutrum probabilibus argumentis fulcire conatum. Claudius Hemeræus in Augusta Viromanduorum illustrata, pag.* 329 *affirmat, legisse se in fragmento Chartularii anno* 1315 *scripti atque in Auriniacensi parthenone servati, corpus* S. Benedictæ *e colliculo, in quo illa passa tumulataque fuerat, circa annum* 665 *effossum, ad eumque locum, ubi sæpe dictum exstat monasterium, translatum esse, hocque monasterium primo a monachis, deinde a monialibus habitatum fuisse.*

B de ejusdem ætate primisque inquilinis,

7 *Laudatum hic ab Hemeræo Chartularium, cujus ex ipso aliquoties recurret mentio, haud diversum esse existimo, ab eo, de quo iidem Galliæ Christianæ scriptores in ejusdem tomi columna* 624 *sic aiunt :* Sub ejus *(Isabellæ d'Aci, quam ibidem inter Auriniacenses abbatissas vigesimo quarto loco reposuerunt (*præfectura conscriptus est anno MCCCXV Liber thesauri, seu Thesaurariæ, vulgo LE LIVRE DU THRESOR D'ORIGNI, ab Helena de Conflans, sanctimoniali ejusdem parthenonis, quæ perperam in Historia Genealogica magnatum Franciæ, tom. VI, pag. 145, dicitur fuisse ejusdem loci abbatissa. *Certe scriptionis hujus libri et Chartularii ab Hemeræi visi prorsus idem est tempus, congruitque utriusque argumentum : quod ex dicendis etiam magis apparebit. Si ergo ista ibi legerit Hemeræus, jam a seculo* XIV *paucis annis inchoato ea erat apud Auriniacenses virgines opinio, ut crederent sacras* Benedictæ *exuvias anno circiter* 665 *ad monasterium suum, aut saltem ad locum, in quo hoc exstat, pervenisse : sed cum inter annum* 665 *et* 1315 *anni*

C *sexcenti et quinquaginta fluxerint, et antiquitatis amor frequenter imponat, vereor, ut laudato Chartularii fragmento hac in re satis tuto credi possit.*

quas tempore Caroli Calvi virgines fuisse, certum est.

8 *Ut aliorum opiniones mittam, solum pauca addo certiora. Ex Hincmari Remensis archiepiscopi litteris apud Frodoardum lib.* 3 *Historiæ ecclesiæ Remensis capp.* 23, 25 *et* 27 *certo constat, medio seculo nono Auriniaci exstitisse parthenonem, cui Irmintrudis, vel, ut alias appellatur, Hermentrudis, prima Caroli Calvi uxor, munificam se præbuit, atque ex Parduli Laudunensis episcopi consilio, ab eodem rege conjuge suo insigne privilegium impetravit : postque hujus reginæ obitum collatis ab ea eleëmosynis Præpositum Auriniacensis monasterii non recte usum esse, et a Richilde, secunda Caroli Calvi conjuge, ejectæ, quæ monialibus ibidem præerat, Regulari abbatissæ substitutam fuisse neophytam quamdam, nomine Ricoaram. Quæ fuerit ista regularis abbatissa, per Richildem expulsa, ignoratur fatenturque laudati Galliæ Christianæ continuatores, nullum se reperisse alicujus Auriniacensis abbatissæ vestigium ante seculum* IX, *qua ex re non parum verisimilitudinis accedit suspicioni Mabillonii de* D *prima ejusdem loci fundatione pro monialibus Irmintrudi et Pardulo adscribenda.*

9 *Ut modo ad* S. Benedictam *redeamus, monasterium Auriniacense, quod sub S. Petri Apostoli invocatione primitus dedicatum, deinde vero ejusdem sanctæ Virginis martyris longe celebrius evasisse, aiunt iidem Galliæ Christianæ scriptores, quocumque tempore cœperit, jam ab aliquot seculis sacro ipsius corpore gloriatur ; quo tamen illud tempore ibidem depositum fuerit, minime constat. Medium seculum* VII *ex loci Chartulario assignavit Hemeræus supra laudatus, cujus verba lubet hic recitare.* Sequitur, *inquit,* in eodem fragmento (placet enim cetera percurrisse, et, si datur, efficere paulo clariora) refossum Benedictæ corpus annos trecentos post ejus passionem, id est, circiter anno Christi DCLXV : refossioni interfuisse aliquot episcopos, et comitem Viromanduorum, Garifredum nempe, vel quemvis alium ex iis, qui ad illa tempora a nobis sunt nominati : corpus ab episcopis elatum ab eo colliculo, in quo passa tumulataque virgo fuerat, in eum locum, ubi nunc ædificatum monasterium est : eo in cœnobio vixisse primo monachos, quibus nonnæ nigræ tandem successerint. E

10 *De tempore consentiens Reverendus pater Franciscus Giry, Ordinis Minimorum, vel quisquis ex eodem Ordine illius Operis, Gallice scripti, de Vitis Sanctorum iteratam editionem Parisiensem anni* 1719 *curavit, ad hunc diem in* S. Benedicta, *ex monumentis, ut asserit, Auriniaco acceptis, plura de eodem argumento enarrat, quæ in compendium contraho. Jam trecentis annis sanctæ Martyris corpus prope eum locum, in quo passa fuerat, a Christianis sepultum latuerat, cum cæco cuidam Parisiis divinitus revelatum est, sibi visum reddendum in loco, in quo istius corpus quiescebat. Auriniacum is perductus divino nutu in ejusdem sepulcro constitit, locumque latitantis istius sacri thesauri octodecim episcopis, qui ex diversis provinciis, Deo sic disponente, illuc convenerant, indicavit. Dum autem hi, quid agendum esset, consulunt, columba, quæ circum assitam silvulam paululum volitaverat, in designato per cæcum loco coram illis consedit. Quo viso prodi-* F *gio, eruitur terra, sanctæ Virginis corpus cum ejusdem martyrii Historia reperitur, sublatumque ad Auriniacense, tunc Canonicorum Regularium, nunc sanctimonialium Ordinis Benedictini monasterium defertur.*

11 *Hactenus Giryus, cujus narratio ut explicatior est, quam Hemeræi, ita mirabilior est magisque suspecta, ne scilicet quispiam narrationem Chartularii, quod Hemeræus secutus est, istis prodigiis ex vulgari traditione male exornaverit, auxeritque inventione Historiæ martyrii illius, quæ ex dicendis minime verisimilis est. Non possum equidem in animum inducere, Hemeræum, qui cetera ad* S. Benedictæ *corpus spectantia ex prædicto Chartulario diligenter annotavit, et illustrare conatus est, isthæc prætermissurum fuisse, si in eodem legisset. Utut tamen in eo legerentur, incertæ essent fidei, cum Chartularium illud non sit anno* 1315 *antiquius,* Benedicta *autem seculo* IV *ineunte passa credatur. Ut igitur dubitare nequeo, quin hujus sanctæ Martyris corpus a multis seculis Auriniaci quieverit, ita nequaquam ejusdem inventionis annum,*

A *annum, multoque etiam minus relata a Giryo ejusdem prodigiosa adjuncta tuto possum admittere. De Vita seu Passione agam infra pluribus.*

*Elevatum rursum dicitur seculo* IX,

12 *Redeo ad Hemeræum, qui post ea, quæ num.* 9 *ex laudato Chartularii fragmento de effosso circa medium seculum* VII *Sanctæ corpore dixit, nil præterea de eo reperit ante seculum* IX; *in eodem fragmento legi denuo asserens*, aliis abbatissis ignotis, antistitam loci fuisse Carolo imperante Ricoaram *(quam scilicet a Richilde regina in abbatissæ Regularis locum male intrusam, ex Frodoardo diximus)* Carolo, inquam. Calvo, et Arnulpho episcopante Lauduni; qui nempe est Hincmaro Hedenulphus, in cathedra illa sedens anno circiter DCCCLXXVIII; quæ fuit ætas Calvi imperatoris; quos annos etiam distincte Chartularium signavit. Ab eodem episcopo corpus humo eductum (quæ est inventio secunda illius) et ligneo feretro inclusum ad Ricoaræ preces. Hedenulphus *etiam vocatur tom.* 9 *Galliæ Christianæ in episcopis Laudunensibus, ubi legitur Hincmaro, ejusdem sedis præsuli,*

B *deposito anno* 876 *suffectus esse, de eoque pariter additur* : Transtulisse dicitur corpus S. Benedictæ virginis in ecclesiam S. Petri apud Origniacum. *Quid si hæc non* secunda, *sed* prima *fuerit ejusdem sacri corporis translatio? Nam dehinc non rara fit de eodem mentio, ante vero ab anno* 665, *quo primam factam volunt, plane nulla.*

*ac seculo* XIII *in argenteam thecam illatum*

13 *Pergit Hemeræus ex suo Auriniacensis Chartularii fragmento cetera ad* S. Benedictæ *corpus spectantia exponere; nimirum hoc in eo, cui sub Ricoara seculo* IX *inclusum fuerat, loculo* custoditum ad annos usque Emmelinæ, quam subrogarat Anselmus, episcopus Laudunensis, Emmelinæ frater, in monasterii præfecturam Eustachiæ, eadem abdicatæ. Est autem is Anselmus, qui DE MALO NIDO dictus est MAUNID : Anselmum aperuisse feretrum ligneum anno MCCXXXI, VI Maii præsentibus Emmelina antistita, Eurardo de Duaco, canonico S. Vedasti, et loci thesaurario, Aëlide de Sisseio, Isabella de Cruce, Theodorica conversa etc.; sacra pignora loculo eduxisse, et in nobiliorem capsam recondidisse, auro et argento fabricatam, conferentibus monialibus suum

C quibusque mundum argenteamque supellectilem, qua cista cuderetur : Isabella de Thorotta, quæ successisse Emmelinæ cœnobium gubernante, cistam esse perfectam, et translationem Benedictæ virginis institutam esse tum a Bernerio *(alias Garnero)* episcopo Laudunensi; et ab ea initium repetitum solemnis illius processionis, qua sacrum carpentum Virginis ad eumdem colliculum *(ex quo corpus olim allatum fuisse, præmissum erat)* astantibus fundatariis abbatiæ omnibus, summa veneratione portatur feria IV post Pentecosten.

*caputque illius peculiari thecæ inclusum fuit.*

14 *Quo hæc ad seculum* XIV, *cujus anno* XV *Chartularium, ex quo accepta asseruntur, confectum fuit, propius accedunt, eo certiorem fidem merentur. Quæ de Emmelina* de Maunid, *seu* de Mauni, *in abdicatam ab Eustachia monasterii præfecturam suffecta ibi dicuntur, etiam habes in Galliæ Christianæ tom.* 9, *col.* 624 *ibidemque etiam sequentia legere est : Anno* MCCXXXI frater ejus *(laudatus Anselmus)* ipsa requirente ac præsente, reliquias S. Benedictæ recognovit; tum. VII Cal. Jul. anno MCCXXXIII caput ejusdem Martyris in aliam capsam affabre elaboratum transtulit. Obiisse dicitur Emmelina anno circiter MCCXLVI. *Quem Hemeræus* Bernerium *dixit, is in eadem Gallia Christiana col.* 540 Garnerus *vocatur. Post Emmelinam quoque ibidem col.* 624 *subditur* : Isabella de Torote, soror Roberti II, episcopi Laudunensis, corpus S. Benedictæ in decentiorem capsam ex argento, quod Emmelina de Mauni collegerat, conflatam intulit VII Cal. Junii anni MCCXLVI.

AUCTORE C. S.

*de cujus rei gestæ tempore et auctoribus pauca notantur.*

15 *Eumdem annum signat Giryus, sed Bailletus* 1248; *amboque observant, diem* XXVI *Maii tunc fuisse feriam* III *Pentecostes; ejusque rei memoriam solemni annua processione recoli eadem feria* III, *addit Bailletus; Giryus vero postridie, seu feria* IV *post Pentecosten. Atque hic quidem annuæ processionis diem rectius annotavit, sed nec anno* 1246, *nec* 1248 *dies* XXVI *Maii cum feria* III *Pentecostes concurrit : nam horum priori anno Pascha incidit in diem* VIII *Aprilis, Pentecoste in* XXVII *Maii; posteriori Pascha in* XIX *Aprilis, Pentecoste in* VII *Junii. De supplicatione sermo infra recurret : Iidem ambo scriptores de sacri capitis a reliquo corpore separatione,* E *atque ipsius corporis in novam thecam translatione etc. sic loquuntur, quasi eodem tempore sub Garnero Laudunensi episcopo et Emmelina abbatissa contigissent, quæ Hemeræus Galliæque Christianæ continuatores, partim sub his, partim sub Anselmo, Garneri decessore, et Isabella de Torote, quæ Emmelinæ successerat, facta tradunt. Ceterum supererat quidem Garnerus anno* 1248; *verum id asserere nequeo de Emmelina, quæ verbis supra datis anno circiter* 1246 *obiisse dicitur.*

*Alia ad ejusdem Sanctæ reliquias tum hic*

16 *Exploratum non habeo, quo tempore dexterum Sanctæ brachium a ceteris ossibus separatum fuerit, quod argenteo vasculo seorsum inclusum inter sacras reliquias Auriniaci servari, Hemeræus affirmat. Addo denique, quæ de ejusdem Virginis lipsanis laudati Galliæ Christianæ scriptores col.* 626 *in Maria Catharina de Montluc abbatissa insuper annotarunt.* Capsam S. Benedictæ reparavit et auxit, cujus reliquias recognosci curavit XIII Cal. Jun. anni MDCXV; quo tempore et os femoris in alia capsa argentea inclusit, et partem unius costæ pio cuidam civi Parisiaco concessit, quæ nunc in ecclesia Templi Parisiensis religiose asservatur. *Reparandi causam eam tradunt Giryus ac Bailletus, quod sacra hæc theca calamitosis belli, ac maxime Calvinistarum, temporibus huc illuc que vecta, et sub humo abscondita admodum at-* F *trita esset, propterea que a laudata abbatissa novam fieri curatam ex argento deaurato, quæ, teste Giryo, magnificentia, magnitudine et artificio cum Parisiensi S. Genofevæ lipsanotheca possit comparari.*

*tum alibi spectantia*

17 *De tempore nonnihil dissentientes pro anno* 1615 *annum* 1619 *nominant, quo Giryus addit, sacra* Benedictæ *ossa a Laudunensis episcopi vicario solemniter in eamdem illata fuisse. Bailletus etiam de aliqua ejusdem reliquiarum portione in ecclesia Templi Parisiis, aliaque ibidem in ecclesia S. Germani Autissiodorensis servatis meminit. Porro hæc omnia, quæque de cultu præterea dicemus, videntur hujus sanctæ Virginis corpus Auriniacensibus satis solide vendicare, nisi firma in oppositam partem argumenta proferantur. Verumtamen Tillemontius tom.* 4 *Monumentorum Ecclesiasticorum, pag.* 540 *Gallice sic loquitur :* Creditur hodiedum corpus

ejus

AUCTORE C. S.

haberi in abbatia canonicorum Regularium S. Martini in Bosco prope Halluin, in decanatu Ressons diœcesis Bellovacensis; quam ob rem de illa meminit Bellovacense Breviarium; sed quod in illo legitur, exiguam verisimilitudinem habet. Asseritur illa passa Auriniaci ad Isaram in diœcesi Laudunensi, ubi etiamnum superest abbatia virginum, ejus nomine dicta, quæ etiam credunt, ejusdem corpus apud se esse.

*Quid de S. Benedictæ corpore*

18 *De S. Martini in Bosco, seu Ruricurtensi, Gallice* Ruricourt *monasterio, olim canonicorum Regularium S. Augustini, nunc Congregationis Gallicanæ, consule, si lubet, Galliæ Christianæ continuatores tom. 9 a col. 826; qui, cum in abbatissis Auriniacensibus, ut vidimus, de* Benedictæ *corpore, velut apud has certo quiescenti, studiose egerint, hic vero de iisdem nullum prorsus verbum faciant, hoc ipso suo silentio innuere videntur, vel sibi minime probari, quæ pro istius thesauri possessione Ruricurtenses fortasse allegarunt, vel hosce ipsos a sua ista opinione recessisse. An tamen, et quæ* B *Ruricurtenses pro ea allegaverint, hactenus non legi; Bailletus ait quidem, hosce illam multis persuasisse, sed solum Tillemontium nominat, cujus verba jam dedi: Giryus eamdem Auriniacensibus indubitanter adscribit, nulla facta de Ruricurtensibus mentio.*

*Ruricurti, ut volunt, honorato censendum.*

19 *Frustra etiam consului Petrum Louvetum in Historia et antiquitatibus urbis et agri Bellovacensis, qui licet, lib. 1, cap. 9 de S. Romana ac Leoberia, quæ cum aliquot aliis virginibus Romanis, duce* S. Benedicta, *in Gallias advenisse ferentur, agat, deque ejusdem Romanæ corpore, tum ibi, tum lib. 4, cap. 14 meminerit, de* S. Benectæ *tamen, quam ne nominat quidem, sacris exuviis altum silet: quod rursus silentium quid potius innuat, quam ipsi quoque ignotum fuisse, hasce Ruricurti in Bellovacensi agro servari. Contra pro Auriniacensibus virginibus stant magna apud istas, saltem a seculo* XIII, *reliquiarum illius veneratio festivitatesque annuæ infra memorandæ, quibus donec pares similesve titulos opponi videam, non est, cur Auriniacensium possessionem in dubium revocem. Fortasse Ruricurtensis abbatia aliquas ejusdem Sanctæ reliquias aliquando accepit, quæ (ut non raro fit)* corporis *nomine venerint; nec disciplicet Jacobi Longuevallii tom. 6 Historiæ ecclesiæ Gallicanæ, pag. 319 suspicio, ubi postquam de* S. Benedictæ *reliquiis Auriniaci cultis asseveranter locutus fuerat, hæc subjecit:* Canonici Regulares Ruricurtenses (id est, S. Martini in Bosco) possessione corporis S Benedictæ gloriantur: sed cum BENEDICTÆ nomen satis commune sit, credibile est, duas Sanctas esse diversas.

## § II. Ejusdem apud Auriniacenses variæ festivitates, corporis translationes et reliquiæ a corpore separatæ, etiam alibi.

*Ex Auriniacensi Officio per Octavam*

*Non minor, quam sacri* Benedictæ *corporis veneratio, in Auriniacensi abbatia est ejusdem Sanctæ reliquus Ecclesiasticus cultus. Præmanibus habeo hujus monasterii Officia propria, curante superius laudata abbatissa Maria Catharina de Montluc a Benjamino de Brichanteau,* D *Laudunensi episcopo, anno* 1618 *approbata, annoque sequenti Insulensibus typis in Flandria excusa. Inter hæc habet* S. Benedicta *hoc die* VIII *Octobris, quo illius martyrium recolitur, Officium ritus duplicis primæ classis, cum Octava, per quam Lectiones secundi Nocturni distributæ, Hymnique, Responsoria et Antiphonæ propria sunt, ex ejusdem Passione (utinam meliori!) fere deprompta, quibus illa ut virgo, martyr, fideique in eo Galliæ tractu magistra celebratur. Non abs re fore arbitror, aliqua ex illo hic recitasse. Hymnus in utriusque Vesperis Laudibusque sic habet.*

21 Beato nobis lumine — *Versiculus Hymni 1. per totum.*
Festiva coruscat dies,
Qua cœpit hic Benedicta
Cœli potiri gaudiis.
Casto fuit sub pectore
Mens pura culpis omnibus,
Servans decorem virginum
Membris et vitæ jugiter.
Fœlix beato Pneumate,
Doctrix supernæ patriæ,
Sistit polorum præmio
Gentes alumnas Galliæ. E
Tandem, peracto munere,
Onusta multis meritis,
Martyr triumphat rosea
Cervice cæsa gladio:
22 O vere felix spiritus! — *Laudatur*
Quem Sponsus author virginum,
Accepta gratis munerans,
Trino coronat stemmate.
Supplex requirit advolans,
Jutricem porrigas manum,
Plebs, his in mundi fluctibus
Ut grata Christo vita sit.
Christus placatur virginum
Candore, extorquet manibus
Fœlix purpura martyrum
Culparum virgam vindicem.
Nos ergo culpis plurimis
Graves, mater Benedicta,
Mœrentes, flexo poplite,
Adsis rogata, quæsumus.
Trino sit Deo gloria,
Qui dona donis præmians,
Coronans sua munera,
Dat gratiam pro gratia. Amen. F
23 *Hymnus vero ad Matitunum hic est:* — *et Matin.*
Mentis obtusæ radiis acumen
Vincitur puræ, Benedicta, vitæ,
Nec valent dignis resonare fibris
Præmia voces:
Neque si concors numero sororum
Turba quaterno velit, atque quino,
Fide, vel cœlum querula monere, aut
Voce suavi.
Nam fuit sacris redimita gemmis,
Exstitit virgo, docuit fideles,
Sanguinem fudit, meruit Mariæ
Nubere Nato.
Nupsit, in terris sine carne vivens,
Nupsit, errantes revocans ad astra,
Nupsit, effuso moriens cruore,
Nupsit Olympo.
O decus nostri generis, sacrarum
Virginum splendor, copulata Christo
Quæ manes cœlis, precibus secunda
Respice nostris.
Laus, honor, virtus, decus et potestas
Virginum

A Virginum Sponso, Genito Mariæ,
Qui beat cunctos, et ad astra tollit
Pectore puros.

*item Antiphonæ ad Magnificat et Benedictus, et Oratio.*

24 *Addo Antiphonas ad* Magnificat et Benedictus : *In primis Vesperis hæc est* : Beatissimæ Benedictæ gloriosum agonem solemni Officio celebremus, quæ nobilis inter primos Romanorum, illustrisque senatoria proles, sed Christi fide gloriosior, Belgarum partes proprio sanguine decoravit. Eja ! Christum Dominum in Sancta mirabilem prædicemus. Alleluya. ℣. Gloria et honore coronasti eam, Domine. ℟. Et in conspectu populi tui magnificasti eam. *In secundis autem Vesperis ista* : Hodie Benedicta, virgo Romana, caduca sæculi transcendens, procellosisque maris fluctibus superior, crudelis tyranni suppliciis fortior, fœlici exitu coronam gloriæ adepta est : gaudeamus, quia cum Sanctis omnibus regnat in æternum. Alleluya. *In Laudibus denique ad* Benedictus *illa* : Rex tuorum Christe, fidelium, qui pro te certantibus ades, et ipse fidelis, supplicantis populi suscipe vota, ut, qui beatæ Virginis tuæ
B coronas veneramur, ejus apud te meritis adjuvemur. ℣. Annunciavit inter gentes gloriam tuam ℟. Et populo Gallicano mirabilia tua, Domine. *Oratio demum talis est* : Omnipotens sempiterne Deus, da nobis in solemnitate sanctæ Benedictæ, virginis et martyris tuæ, congrua pietate gaudere, ut et potentiam tuam in ejus passione laudemus, et provisum nobis experiamur auxilium. Per Dominum *etc.*

*Alterum ibidem Officium Translationis*

25 *Alteram ejusdem sanctæ Virginis festivitatem annuam, quæ Translationis est, laudatæ Auriniacenses moniales celebrant die* xxvi *Maii. Dico* die xxvi Maii, *quamquam* die xxvii Maii *ibidem legatur ex errore typographico, qui manifestus ex eo fit, quod in eodem Officio ex Breviario Romano præscribatur nona lectio ac commemoratio S. Eleutherii Papæ martyris in Laudibus et Missa privata, quæ scilicet in Romanis Breviario ac Missali, non die* xxvii, *sed* xxvi *Maii leguntur. Quam ob rem Majores nostri* S. Benedictæ virginis Translationem, *velut in monasterio Auriniacensi coli solitam ad ejusdem mensis diem* xxvi *inter Prætermissos reposuerunt, lectore ad hunc diem* viii *Octobris, quo primarium illius Sanctæ festum ibidem ex dictis*
C *recolitur, interim remisso.*

*annuum, commeratio quotidiana,*

26 *Celebratur festivitas hæc ritu duplici secundæ classis eodem, quo supra natalitius dies, sed sine Octava, acceptaque Oratione ex Communi virginis*, Deus, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula etc, *sola voce* Natalitia *in* Translationem *commutata ; ut necesse non sit de eo plura annotare. Porro, cum ex translationibus superius relatis sola illa, quam Isabella de Torote, sive anno* 1246, *sive* 1248, *curavit, die* xxvi *Maii facta legatur, verisimillimum est, hujus memoriam mox dicto Officio annuo coli. Inter suffragia seu Commemorationes communes Sanctorum, quotidie, præterquam in festis duplicibus, recitandas, suam quoque post sanctum patriarcham Benedictum ibidem habet* S. Benedicta *ad Vesperas hoc modo* : O quam gloriosa
* *an coruscat?* luce corusca * Virginis gloria, quæ Gallorum gentem invictissimam prædicatione, miraculis et effuso sacro sanguine, Christo Domino copulavit, cui laus et gloria per secula. ℣. Mirabilis Deus in sancta sua Benedicta. ℟. Et sanctus in omnibus operibus suis. In Laudibus vero sic : Sanctæ virginis Benedictæ memoriam recolamus, quæ gratiam * in sua virginitate, gratius in Euangelii prædicatione, gratissimum in passione sua Domino sacrificium obtulit ; ejus meritis ad cœlestem Hierusalem aliquando pervenire mereamur. ℣. Annunciavit *etc, ut supra, cum Oratione ex festo Translationis, substituta voce* Commemorationem *pro* Translationem.

*auctore C. S.*
* *an gratum*

*annuaque ad colliculum, in quo passa creditur,*

27 *Jam supra num.* 13 *ex Hemeræo : fragmentum Chartularii Auriniacensis laudante, memini de processione, in qua Sanctæ corpus ad colliculum, in quo hæc passa primoque sepulta fuisse creditur, Auriniaci feria* iv *Pentecostes annuatim solenniter haberi solita. De eadem sic legitur tom.* 9 *Galliæ Christianæ col.* 621 : Plurimorum feudorum domini solenni supplicationi, in qua corpus sanctæ Martyris *(Benedictæ)* defertur quotannis feria iv post Pentecosten, adesse tenentur, homagiumque abbatissæ innovare. *Laudato Hemeræo teste, hæc supplicatio initium cepit ab ejusdem sanctæ Virginis corporis in argenteam arcam depositione, curante Isabella de Thorotta, seu Torote, anno* 1246 *vel biennio post die* xxvi *Maii, ut num.* 15 *dictum est, peracta, cujus memoriam eadem processione* E *quotannis renovari, etiam observant Bailletus et Giryus, cum hoc discrimine, quod prior id feria* iii, *alter feria* iv *post Pentecosten, fieri velit. Ast vereor, ne hi ambo ita senserint, quod perperam crederent, diem* xxvi *Maii anno* 1246 *vel* 1248, *cum feria* iii *Pentecostes concurrisse ; de quo vide dicta num.* 15.

*solemnis cum corpore processio.*

28 *Potuit quidem, ut Hemeræus ex fragmento Chartularii asserit, eadem supplicatio initium sumpsisse a translatione per Isabellam de Torote facta ; verum cum hæc, non feria* iv *Pentecostes, sed eodem, quo contigisse dicitur, die* xxvi *Maii Officio ecclesiastico recolatur, neque hic neque alibi in toto Proprio Auriniacensi de eadem supplicatione, primave sacri corporis e loco passionis ad Auriniacensem ecclesiam translatione exstet mentio ; fortasse ad hujus memoriam supplicatio, de qua agimus, primo facta fuerit in translatione die* xxvi *Maii sub Isabella de Torote, tuncque simul decretum, ut deinceps annuatim fieret feria* iv *Pentecostes, fixo hoc pro arbitrio die. Fatendum tamen est, hanc suspicionem non alia niti ratione, quam quod alioquin gemina recoleretur unius translationis, seu sacri corporis in* F *novam thecam depositionis memoria, nulla vero primariæ, qua scilicet idem corpus Auriniacum primo allatum fuit ; quodque ejusmodi ad primum Sanctæ tumulum cum ejusdem corpore processio et ad monasterium regressio ejus rei memoriæ celebrandæ apprime congruant.*

*Passio illius quæ in ejusdem tumulo reperta falso dicitur.*

29 *Hactenus de* S. Benedictæ *apud Auriniacenses virgines cultu ; quem in diœcesi etiam Cameracensi olim exhibitum eidem fuisse, varia ostendunt Kalendaria, de quibus vide dicenda hoc die in S. Ragenfrede, partim seculo* xii, *partim binis seqq. exarata. Nunc ad ejusdem Acta veniamus. Hæc trecentis circiter post illius martyrium annis acclusa corpori reperta fuisse asseruit supra Hemeræus num.* 10. *Præluxisse illi potuit alter, de quo Guilielmus Marlot in Historia Metropolis Remensis lib.* i, *cap.* 29 *hæc habet* : Gesta ipsius *(Benedictæ)* Mss. post trecentos annos in tumulo ejusdem reperta fuisse tradit ( *in margine additur* : In excerptis necdum editis ) Clariss. vir D. de Lalain, causarum actor peritissimus, qui Lauduni hoc seculo *( decimo septimo )* floruit, iisque haberi, S. Benedictam

auctore C. S.

Benedictam cum quadam collactanea, et servula sua Laudunum venisse (Quod, inquit, antiquior ætas Bibrax appellari voluit) eamque postea a Matroclo, scelestissimo judice, interemptam, quem Aloisius Lipomanus Macrobium vocat; huncque tempore Rictiovari sub Diocletiano vixisse. *Hæc totidem verbis describenda censui, ut lectori constet, non aliis ibi de Actis agi, quam quæ editurus sum: eadem enim, quæ Lalainus ex suis recitavit, leguntur in nostris.*

*et cujus aliquot apographa habemus,*

30 *Plura eorum apographa habemus, nimirum in insigni codice Ms. Membranaceo, olim abbatiæ Vallicellensis, quem Majores mei anno* 1637 *a clarissimo viro Balthasare Moreto permutatione sibi compararunt: item in altero codice nostro membranaceo notato Q. Ms.* 15; *tertium ex Ms. Rubræ Vallis, collatum cum Audomaropolitano, Bonifontis ac serenissimæ Reginæ Sueciæ codice notato* 1171, *ac denique aliud ex cœnobio Bodecensi Canonicorum Regularium in diœcesi Paderbornensi. Atque eo fere solo hæc* B *omnia differunt, quod eorumdem aliquot, non omnia, præfixum Prologum habeant, quodque in Bodecensi eadem Passio* S. Saturninæ *virgini martyri afficta sit, mutato ubique* Benedictæ *nomine in* Saturninam, *ut dudum observavit Papebrochius noster in eadem Saturnina ad diem* xx *Maii. Similem prorsus, sed multo compendiosiorem, ac sine Prologo, Petrus de Natalibus, Equilinus episcopus (pro quo supra apud Marlotum perperam legitur Aloisius Lipomanus) suo Sanctorum Catalogo lib.* 9, *cap.* 40 *inseruit: neque alia usæ sunt Auriniacenses sanctimoniales pro ejusdem Sanctæ Officio proprio concinnando, ut hoc cum illa conferentibus manifestum est.*

*longe post Sanctæ tempora*

31 *Si (quod nonnulli supra nominati dixerunt) Vita hæc in prima corporis* Benedictæ *trecentis circiter post illius martyrium annis inventione in tumulo reperta fuisset, sane magnam ab ætate sua auctoritatem sibi posset vendicare, hacque tutari, quæ in eadem a veri specie non parum aliena leguntur. Hoc enim admisso, dicenda illa esset a synchrono conscripta, unaque cum sacro Martyris corpore tumulata. Verum tantæ antiquitati illa ipsamet Vita non modo non* C *congruit, sed etiam adversatur. Secundum meam partitionem num.* 3 *biographus seculum, quo Sancta vixerit, indicavit his verbis*: Cum jam perfecti sermonis cœperat seminatio seculis, verbumque Dei omni ætati, omni sexui, universæque conditioni... per sanctarum venerabiles ecclesiarum dividebatur principes, erat Romæ eo in tempore quædam venerabilis virgo, Benedicta nomine et merito. *Quis hic scriptorem Sanctæ synchronum, ac non potius ab illius ætate longe remotum agnoscat?*

*et ex popolari traditione scripta fuit:*

32 *De ejusdem Romana patria genereque ibidem dubie sic loquitur*: Hæc autem... genere patriaque Romani senatus sinu dicitur exorta. *Deinde num.* 5 *de ejusdem sociarumque illius in Galliam adventu non magis affirmate ait*: Benedicta cum supradictis virginibus... relicto solo parentibusque, fines Gallorum.... feruntur advenisse. *Item num.* 8 *de Auriniaco, passionis ac sepulturæ loco,* Hic siquidem, *inquit,* memoratus tunc pollebat antiquitate locus, quia erat flumine jocundus, terris fecundus, arborum situ nemorosus; spurcitiis tamen adhuc ydolorum nimium repletus. *Denique num.* 10: Tunc Matroculus *(judex)* dixisse *(scilicet* Benedictæ) fertur *etc. Enim-* D *vero non sunt hi loquendi modi auctoris synchroni, sed ætatis longe posterioris, neque ex synchronorum relatu, sed ex populari traditione scribentis, eoque tempore, quo Auriniaci tam sacra, quam profana res publica (saltem ut biographo visum est) plurimum immutata fuerat.*

*non tamen post seculum* xi,

33 *Quo tamen seculo ea Acta scripta videantur, non est mihi in promptu dicere. Posteriora non esse seculo* xi, *statuo ex Vita seu Passione S. Romanæ virginis martyris, Bellovaci cultæ, cujus auctor anonymus eodem seculo non pauca ex istis in hanc transcripsit, ut jam observatum apud nos est in Commentario prævio ad ejusdem S. Romanæ Vitam tom.* 2 *Octobris pag* 131 *et sequenti. Hinc mirandum non est, in Actis* S. Benedictæ, *de quibus quærimus, nullum prorsus verbum fieri de ejusdem corporis translationibus, quas seculo* viii *sub abbatissis Emmelina et Isabella in monasterio Auriniacensi factas esse, supra docui. Porro cum par in iisdem silentium sit de altera priore, ac fortasse* E *omnium prima, translatione, sub finem seculi* ix *a Ricoara (ut pariter dictum est) curata, hac illa priora apparent. Dixi* Fortasse omnium prima translatione: *nam prima corporis inventio, quam quidam circa annum* 665 *contigisse, aiunt, et biographus æque ac ceteras tacet, non nisi ex Ms., annis circiter* 650 *post exarato, primo innotuit, et ut minus admodum incerta est, eoque ineptior ad addendam Actis majorem, quam sapiant, antiquitatem.*

*sed fortasse seculo* ix,

34 *Si divinare luberet, nihil mihi verisimilius occurrit, quam illa seculo* ix, *dum de transferendo Auriniacum, elevandove ibidem sacro Virginis corpore agi cœptum erat, a quodam, vulgarem traditionem secuto. concinnata fuisse, nisi forte miracula, ad ipsius primum tumulum impetrata, iisdem Actis scribendis occasionem dederint, priusquam de dicta translatione vel elevatione cogitaretur. Nam Acta e primo tumulo sanctæ Martyris medio seculo* vii *eruta esse, ex præmissis minime verosimile est; sed scriptoris tempore eumdem tumulum inclaruisse miraculis, ipsemet in calce sic indicat*: Passa est autem octavo Idus Octobris venerabilis virgo Auriniaco sub Matroculo, carnifice impio, ubi per ejus devotissima merita fideliter petentibus vota præstantur F multiplicia.

*fabulisque conspersa est, edenda tamen.*

35 *Quid Porro in iisdem Actis potissimum displiceat, jam expositum in Opere nostro est in mox laudato Commentario prævio de S. Romana; ibidem dicta pro hic insertis habeo, in Annotatis lectorem de singulis moniturus. Ex tam incertæ vero ætatis, ac minime sat antiquo auctore, rerumque, quas narrat, insolentia non possum non admodum suspecta habere* S. Benedictæ *patriam Romanam, senatorium genus, et adventum in Gallias, quæ nec biographus ipsemet, nisi solita dubitantium addita voce* Dicitur, Fertur, *ausus asserere est. Imo dubius hæreo, illamne Gallam virginem credam, an Romanam. Quod ad tempus martyrii attinet, illud ex dictis in Commentario prævio de S. Romana, die* iii *hujus probabilius reponendum esset sub Diocletiano et Maximiano, si satis constaret de harum Virginum societate; quæ cum certa non sit, malui supra in margine adscribere*: Forte sub Diocletiano et Maximiano. *Ceterum, ne* S. Benedictæ *Vitam immerito culpare videamur, eam cum debitis observationibus hic subjicio.*

ACTA

A

# ACTA

## FABULOSA,

## Auctore Anonymo,

*Ex codice nostro, primo Vallicellensi, deinde clarissimi viri Balthazaris Moreti, collato cum aliis.*

*Gesta Sanctorum cognoscendi utilitas.*

Supernæ sublimitas pietatis, nutu cujus beneficii omnia sunt condita terrena pariter ac cælestia, non sanctæ desistit gremium Ecclesiæ
B matris sermonibus erudire salutiferis, et per suorum merita virtutum monstrare incrementa: unde convenit nimis populorum turbis exempla sanctorum enarrare fidelium ad incitandos animos suorum ad cælestium præmia gaudiorum. Nam quis digne possit conscribere, eorum gesta et virtutificationum insignia quantam perpetuitatis indulgentiam nobis pariter conferant et salutem? Inde nanque caritatis solidatur fideique fundamentum, amor summæ nutritur pietatis, desiderium nascitur sanctæ conversationis, temporalium despectus rerum exoritur, virtutum gaudia generantur.

2 Magnum etenim Dei, ut cernimus, donum, ac omnium meritis Sanctorum condignum, ut, quorum eloquentiæ prædicationibus præfulget Ecclesia felicibus; quorum edocti exemplis sumus ad studia bonorum operum sanctissimis; quorum in prælio certaminis spiritu veritatis sumus armati, eorum quoque innumerosa certamina collaudantes, ad optinendam Dei misericordiam sacris erigamur meritis, et ad nostræ ædificationem possibilitatis, hæc eadem perhennibus inseramus monimentis; et qui nostris cotidie affligimur delictis, ipsorum
C intercessionibus protegamur et meritorum undique consolationibus foveamur *a*.

*a*

*Nobili genere nata Romæ Benedicta*

3 Igitur cum jam perfecti sermonis cœperat esse seminatio seculis, verbumque Dei omni ætati, omni sexui, universæ conditioni, secundum uniuscujusque capacitatem intelligentiæ per sanctarum venerabiles ecclesiarum dividebatur principes, erat
*b* Romæ eo in tempore *b* quædam venerabilis virgo,
*c* Benedicta nomine et merito *c*: hæc autem nobili ex prosapia religione Christiana, secundum istius seculi ordinem opulentia rerum non infima, ge-
*d* nere patriaque Romani senatus sinu dicitur *d* exorta, cui summa spes erat in Christo et constantissimæ fidei semper devotio. Ipsa denique sacra Benedicta virgo preciosa, pauperiem Christi omnibus præferens divitiis, magis voluit peregrinari extorris et advena, quam principari in suis, ut fuerat digna. Nam instruebat circa se quoscumque poterat contingere, fidelium animos, persolvens Deo cotidie orationum vota, ymnorum et laudum ubertim præconia.

4 Habebat ergo secum in suæ sanctæ conversationis habitu generosas duodecim Virgines, procreatas unius germine seminis *e*, et decoras opinione præfulgidæ indolis, in quarum mentibus virtus sacræ operationis generaverat honorabile culmen gratissimæ honestatis. Erant quidem una religiosæ fidei semper familiaritate conjunctæ: numquam viro ulli copulatæ fuerant vinculo maritali: erudierat enim eas venerabilis Virgo multimodis virtutum generibus, et sanctarum documentis Scripturarum perhennibus, formabanturque sensim ipsæ adolescentulæ omni pietatis opere, proficientes ejusdem pietatis gratia, divina eis ubique repropitiante clementia. Postea tamen Benedicta, beata Christi virgo devota, de paternis nequaquam aliquid substantiis adipisci cupiens, ut Christo militare posset, omnibus perquirit modis. Precibus enim humillimis depoposcit, quo numquam eam in propriis facultatibus eam * manere concederet; sed omnem vitæ suæ cursum in peregrinationis laborem expenderet.

A. ANONYMO. *duodecim virgines pie instituit, et amore Christi* *e*

* *abundat* eam

5 Ista quidem et alia plurima intra se cogitando, volvebat sæpe in animo, quæ perceptura erat in cælo. Audierat nanque jam tunc quorumdam relatione multimod gloriosa martyrum Christi certa-
E mina, videlicet Quintini et Luciani *f*, aliorumque, qui ab urbe Roma progressi, locis in diversis, operante gratia Salvatoris, Galliarum populis, jam palmam martyrii sunt adepti, viam prædicando veritatis. Sic denique sancta Benedicta cum supradictis virginibus, simili desiderio accensis, concordanti voto, relicto solo parentibusque, fines Gallorum, Domino ducente, feruntur *g* advenisse. Non equidem, quæ fuerant unius amore caritatis et studio corroboratæ sanctæ conversationis, aut formidinis causa devictæ, aut timidæ de persecutionis examine, longa terrarum petierunt spatia; sed illud præcordialiter scientes, quoniam, quicumque plus laborat in Dei servitio, majoris præmii in remuneratione condignus habebitur in futuro.

*peregrinata in Gallias est,* *f* *g*

6 Quisquis enim se Christianum profitetur, debet veraciter per omnia Auctoris sui sectari exempla, dicente Scriptura: „ Qui dicit, se in Christo ma-
„ nere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambu-
„ lare *h*. „ Unde non immerores Dominicæ jussionis, audaciam temeritatis calcaverunt humilitate sanctitatis, derelinquentes temporalia; et pro hiis F mercatæ sunt sempiterna. Nulla enim dolositas, nullus rancor invidiosæ fraudis obviaverat in itinere Sanctis, quoniam munitæ erant auxilio dexteræ cælestis. Præfatæ vero jam Dei Famulæ, gratia divini Spiritus ammonente, ab invicem separari sunt jussæ *i*, quo unaquæque earum passim suo potius ingenio fructum multiplicem acquireret Domino.

*ubi iisdem divinitus jussis invicem separari,* *h* *i*

7 Hiis itaque tali separatis ordine, sancta Benedicta tandem cum quadam collactanea et conservula sua, nomine Liobera *k*, Lugdunum *l* venit, quod et ætas antiquior Bibrax *m* nuncupari maluit; ibique aliquantisper commorata cœpit toto cordis affectu Domino, ut solito, famulari Christo, sanctis dedita *n* conversationibus, temporalium nudata rerum opibus, reconditum habens semper in scrinio pectoris Dominici monimentum præcepti; ideoque voluntatem sui affectus venerabiliter consecuta fuisse legitur *o*. Instabat quoque jejuniis et orationibus crebris, ac despiciebat cunctarum blandimenta opum pro amore regni cælestis. Cum

*ipsa Lugdunum, atque hinc Aurinia-cum se recipit,* *k* *l* *m* *n* *o*

A. ANONYMO. ergo cotidie tantum sanctitatis perficeret opus, significatum est ei indicio divinæ voluntatis adire Auriniacum, locum super Iseræ fluvio situm, ibique prædicationum Christi documentis, viribus insistere cunctis.

*ubi dum sanctitate ac beneficiis claret, p*

8 Hic siquidem memoratus tunc pollebat antiquitate locus, quia erat flumine jocundus, terris fecundus, arborum situ nemorosus; spurcitiis tamen adhuc ydolorum nimium repletus *p*. Hunc ergo locum præclara Martyr elegerat expetendum, quo, auxiliante gratia Dei, certamen gloriosum triumphandi adversus hostem faceret, et post tanti conflictionem certaminis in futuro præmium æternæ caperet beatitudinis. Ad quem cum primum angelico ductu, Dominicæ protectionis munita clipeo, animo accessisset intrepido, idem jam dictus locus maximam Christi gratiam in lucrandis populis fuerat adeptus: ubi hæc gloriosa virgo devotione sanctæ professionis cotidianis vivens diebus juveniles artus jejuniis macerabat felicibus. Erat enim miræ patientiæ, sanctæ humilitatis, et cælestium gratiarum exornata donis. Vultu nanque placida, B mente tranquilla, sermone nitida et opere sancta. Hæc autem et alia multa de ea, operante divina clementia, per contigua divulgabantur loca: idcirco ad eam convolabat plebs invalida, cui concessit gratia piissimi Conditoris medelam animæ et corporis per ejusdem meritum Benedictæ virginis.

*judici sistitur: Christum confitetur, q*

9 Audiens quoque hæc quidam Matroculus *q* scelestissimus judex ad prædictum celeriter pervenit Auriniacum, qui ideo ad eumdem locum venerat, ut si ipso venerabilis Virgo suis obedire mandatis nollet, eam statim jugulando absque ulla dilatione necaret. Denique studebat multopere minister dæmonis et totius fomes criminis, qualiter ipsius pretiosæ Virginis animam, ad cœli palatium properantem, ad inferni claustra mitteret, et Christi sanguine redemptam denuo dæmonicæ jugo servitus inclinaret. Hinc enim jam dictus Matroculus, cum ad præfatum locum advenisset, statim jussit, illic sibi sessionem parari, sanctamque Dei Virginem suis aspectibus sisti. Cui et ait: Puella, tu quæ es, aut quæ diceris, aut cujus conditionis es? Beata Benedicta respondit: Vere Christiana sum; quia semper Christum ab infantia cupivi colere, et nunc et in perpetuum cupio in ejus mandatis jugiter perseverare. Si de nomine aut conditione requiris: Civis etenim sum Romana juxta me- C orum conditionem parentum, Benedicta tamen nuncupata.

*eaque in confessione r*

10 Tunc Matroculus judex scelestissimus ad hæc hoc dixisse fertur: Si hæc ita se habent, ut loqueris, expedit tibi meis parere consiliis, quibus tormentalia possis evadere supplicia, et in nostra permanere amicitia. Nam et ego tibi alloquar secretius, quod sum genere Judæus *r*, nec nomen Jesu crucifixi, cujus te servulam corde asseris, et ore publice profiteris, nunquam mente amavi, neque ejus dicta auribus prorsus meis inferre temptavi; sed semper ejus culmen Ecclesiæ, quod videtur a Christianis venerabile, in quantum potui, destruere valenter curavi. Sancta autem Benedicta, audita temeritatis audacia, nimiæque præsumptionis injuria, confestim dixit ad eum: Audi, Matrocule, omnium hominum infelicissime; audi me servulam Christi, reddere tibi paratam de omnibus rationem. Nemo etenim potest omnipotenti Deo in una eademque re, atque ejus hostibus gratus existere: nam se D denegat amicum Deo, qui ejus placet inimico.

11 Cumque hæc audisset, iracundia repletus ait ad eam: Benedicta, quis est Deus tuus, vel quæ est potestas ejus, ut vindicet injurias tuas de me, aut quis eripiet te de manibus meis? At illa fiducialiter, ut ancilla Christi, nichil formidans pœnas inimici, hæc verba impiissimo respondit carnifici: Deum enim habeo adjutorem, qui est in cœlo, cui me devovi virginem, habenti totius creaturæ potestatem: ipsi soli die noctuque servio, illius servituti usque in finem probabiliter adhærere peropto. Tunc Matroculus ad hæc: Benedicta, adhuc miserabilis puella, ætatulæ tuæ in infantia positæ *s*, jam nunc miserere: nam, si non fueris rebellis, eris gratissima coram oculis nostris. At illa respondens ait: Magis parata sum pro nomine Domini mori, quam in ullo sermone tuæ placere voluntati. Audiens vero Matroculus pestifer hos sermones, furore et ira repletus præcepit, eam expoliari, et multis virgarum plagis admodum cædi; dixitque ad eam: Ego quidem jam manifestavi clementi E vultu, quod nomen Christi nollem amplius audire; et tu e contrario illud ostentas mihi. Cave ergo, ne in nomine illius Crucifixi coram nostrorum auribus fidelium ulterius ista loquaris.

12 Cui sancta Virgo ait: Durum quippe et nimis asperum michi videtur, Dominum meum Jesum Christum inaniter deserere, qui crucifixus est pro hominum salute, cui et vita et mors non desinit famulari, cæli terræque, maris et hominum Creatori. Qui ex semetipso, antequam quicquam faceret a principio, genuit Filium, et ex virtute sua protulit Spiritum Sanctum: Filium, per quem crearet omnia, Spiritum Sanctum, ut vivificaret universa: qui linguas infantium etiam fecit disertas, et fidelium mentes unius efficit voluntatis. Ipsius enim amore inflammata veritatis fideique arma suscepi, ut tuæ versutiis impudentiæ omnibus possim valenter resistere. Matroculus ad hæc: Benedicta, inexorabilis puella, quare de tantis tormentorum pœnis utilius consilium non excogitas, quæ tibi nostræ jussionis auctoritate præparabuntur, si ilico animositas tua ac durus assensus nostris non concordet legibus.

13 Ad quem beata Christi martyr Benedicta respondit: Certus etenim sis, totius malitiæ inventor, quia præceptis tuis nunquam obediam; quoniam filius es mortis, et iccirco patri tuo diabolo, qui est in inferno, conjungeris *t*. Ego quippe minas tuas non timeo; quia de illius remuneratione non diffido, qui unicuique fidelium propriam promisit mercedem recipere secundum suum laborem: ideoque pro temporalibus horrendum est nimis in manum Dei viventis incidere. Hæc autem cum audisset ipse impius judex, vehementius amariusque furoris et iræ dementia succensus jussit, nimium faciem ejus cædi acerrimis palmaram alapis. Cumque adeo cæderetur corpus Virginis gloriosæ, illud exemplum in pœnis agebat Psalmistæ: „ Illumina oculos meos, „ Domine, ne unquam obdormiam in morte; ne „ quando dicat inimicus meus: Prævalui adver- „ sus eam *u*. „ Illa vero semper amplius nomen Domini cum omni fiducia laudabat et magnificabat, nihil adversariorum minas metuens, ita ut omnes, qui illic astabant audientes hæc, mirarentur.

14 Tunc

A 14 Tunc beata Benedicta, venerabilis martyr, ait : Putas, per tua, o tyranne, tormenta pœnarumque minas a fide et Domini mei Jesu Christi amore me separari posse? Unde audi me, impiissime, quia, etiamsi mei cuncta corporis membra jubeas amputari, nec sic quidem confundar. Ego enim jam solidata sum et in Christo fundata : ædificata sum quippe in Christo, qui est meum fortissimum fundamentum. Ad hæc vehementissime indignatus Matroculus jussit, eam ecuLeo extendi, et plumbatis cædi : cumque compago membrorum vi pœnarum nimia solveretur, et totam corporis speciem unum vulnus obduceret, caro defluereret, secreta viscerum apparerent, spiritu tamen fortis in confessione manebat sanctæ Trinitatis. Postquam vero beatam Benedictam, virginem Christi devotam, non terror principis, nec amor scelerosi judicis ullo modo superare valuit, jussit, eam rursus carcere claudi, donec inveniret, quibus eam tormentis crudelius laniaret.

*et extensa in equuleo plumbatis ; reductain carcerem*

B 15 Ipsa denique in obscuro carceris orante, jamque aurora diei appropinquante, ecce angelus Domini ejusdem carceris claustra ingressus apparuit, et totius spatium cellulæ magna luminis claritate perfudit, et ait ad illam : Benedicta, gloriosa virgo, constans esto, omnem pœnarum devince timorem. In proximo est vocationis tuæ dies, quo te Dominus cum perhennis gloriæ corona martyriique palma ad se suscipiet, et supernorum civium participem faciet. Hiis sermonibus atque aliis angelicæ exhortationis inæstimabili confortata gaudio, supervenienti ad eam undique populo denunciavit, fonte purgari perhenni, credentes Patrem ingenitum, Filium unigenitum, a Patre quoque et Filio procedentem sine dubio Spiritum Sanctum. Hæc et hiis similia cum rationabiliter proferret in conspectu omnis populi, contigit, ut crederent in Dominum Jesum Christum per exhortationem sanctam de populis ferme centum quinquaginta quinque.

*ab angelo invisitur : multos convertit ad Christum.*

16 Porro cum audisset hæc impiissimus carnifex, magis ac magis furore exardens, sanctam iterum sibi præcepit exhiberi Benedictam, dixitque ad eam : Benedicta, puella nobilis, esto parata nostris obtemperare præceptis, ne te turpi-

C ter illusam hanc præsentem vitam amittere per tormenta faciam. Nam, si hoc celeriter non feceris, dexteræ gladio nostræ horribiliter consumeris. Tunc sancta Benedicta, glorioso Dei martyr, animo constanti talia protulit dicens : Considera, iniquorum procacissime, quanta beatæ immortalitatis gloria privaberis, si renatus ex aqua et Spiritu Sancto citius ad omnipotentis Dei clementiam non convolaveris : notum namque sit tibi, quia pro fidelium cruciatibus paratus tibi expectat infernalis interitus. Nequaquam ergo acquiescas, o Matrocule mendaciis Judæorum *x*, qui pro Christo præstolantur Antichristum; sed elige tu potius, vivere et salvari in Christo, quam temporaliter conversari in cœno Judaïco, et post æternaliter cruciari in inferno.

*judici rursum sistitur, eique*

x

*Christianam religionem persuadere conatu,*

17 Nam de nobis Christianis, vobisque Judæis quod scriptum est, illud oportet audiri : sic enim legitur : « Melior est canis vivus, leo- « ne mortuo *y*. « Canis vero vivus nos sumus ex nationibus; leo autem mortuus Judæorum est populus, a Dei omnipotentis consortio segregatus. Nos enim viventes cognoscimus Patrem, et Filium et Spiritum Sanctum; Judæi vero tui, sanctam et individuam Trinitatem abnegantes, nichil boni sciunt, quia unigenitum omnipotentis Dei Filium jam venisse ad redimendum, non credunt. Unde relinque tu eorum societatem, infidelitatis plenam, quorum Deus venter est, et gloria in confusione; quoniam terrena tantum, non cælestia, sapiunt, et veni ad Dominum meum Jesum Christum, qui patres tuos quondam eduxit de Ægypto, liberans eos de gravissima servitutis jugo; qui etiam multos ex eis, uti fecit honore libertatis, ipsos verenter* sanctificans per gratiam sancti baptismatis. Venire nanque ad sinum matris Ecclesiæ ne differas, habens adhuc spatium temporis, antequam tibi claudatur janua regni cælestis; et, ne si sero veni ndo, Domine, Domine, aperi michi, dixeris, audire compellaris, Nescio te, operarie iniquitatis; festina, inquam, purificari lavachro gratiæ Spiritus Sancti, quo florigeram possis pervenire ad gloriam paradysi.

A. ANONYMO.

* *al*, reverenter

E 18 Tunc Matroculus; ut vidit constantiam ipsius irrevocabilem, fecit, eam acriter nervis cædi, iterum jubens, illam, ligatis manibus a tergo, carceri mancipari, ubi ipsa Martyr gloriosa, multis doloribus afflicta, hæc suppliciter ad Dominum exorabat verba : O Lux veritatis inextinguibilis, Christe, qui non derelinquis invocantes te in veritate, respice in me, totius plasmator benignitatis, et libera dignanter Ancillam tuam a potestate nefandissimi carnificis. Fac etiam, Domine, misericordiam cum Servula tua; quia benigna est nimium tua pietas sancta. Hæc autem cum orasset, confestim angelus Domini de cælo descendit, et omnia ligaminum vincula, quibus fuerat connexa, disrupit; et gloriosa exinde Martyr coram cunctis sine macula exivit; quo viso, plurimi ex populo crediderunt in Dominum Jesum Christum, ammirantes, sanctæ Virginis artus cunctos adhuc permanere illæsos.

*in carcerem rejecta, ex eo ab angelo illæsa educitur,*

19 Hiis ita patratis, oculos levavit ad cælum, et hujusmodi effudit preces ad Dominum : O bone Jesu, qui me inter manus frementium custodisti, illæsoque pudicitiæ amore, ac bonitatis tuæ clementi respectu dignanter salvasti, assis protector mihi in omnibus, sicut propriis promisisti fidelibus : et item : Misericors et miserator Christe, F qui gregem tuum vis salvare, et ad veritatis venire agnitionem, ad te confugio, et meum et omnium fidelium Salvatorem, miserere, Domine, quia tibi nichil est impossibile; miserere meæ humilitati, qui cunctis tibi fideliter servientibus largam misericordiam impendis. Igitur cum iniquitatis judex videret, eum pro nichilo tanta ducere tormentorum supplicia, hanc sævæ in eam occisionis impressit sententiam. Benedictam, inquit, sacrilegam, nolentem nostræ uti amicabilitatis consilio, dignum est, nostræ exitiabiliter dexteræ interire gladio.

*et ab ipso judice*

20 Dei autem martyr Benedicta, virgo sacratissima, jam sui intelligens certaminis appropinquare finem, exultans inæstimabili gaudio, Crucisque signo undique corroborata, ad martyrii palmam pergit secura : unde idem stomachatus judex præclaram ipsius beatissimæ Martyris cæsariem accepit manu læva, et securim intorsit dextera in sacratissimæ Virginis tempora *z*; sicque ejus percussa ictu agonem finivit cosmicum, a Salvatore sempiternitatis percep-

*securi perimitur*

z

ptura

A. ANONYMO. ptura præmium, quod sine fine manebit in secula seculorum : cujus gloriosa anima, angelicis manibus suscepta, ad cælum transfertur venerabiliter coronanda, talique suffulta deinceps præsidio angelorum cum gaudio eam susceperunt in cælestibus animæ Sanctorum.

*Auctoris epilogus :* 21 Nos ob quam causam dicamus carmina Christo, laudantes jubilando simul sermone parato : Rex tuorum Christe fidelium, preces suscipe, qui gloriosæ virgini Benedictæ celibi præstitisti, ut vinceret tui nominis hostes, et eorum illicita superaret intrepida, cujus muniti clementia tua deposcimus suffragia, ut ejus apud te adjuvemur precibus, qui in nostris nequaquam confidimus. Tibi enim, o ineffabilis Trinitas, conjuncta est moriendo, cui se consecraverat venerabilis Martyr caste vivendo, ac pro te, o Rex pietatis immensæ temporalem sustinuit pœnam, ut a te perciperet feliciter gloriam sempiternam : quoniam tui gratia factum est muneris, ut, postquam Virgo de utero prodiit Virginis, sexus fragilis esset firmus et fortis, habens in plerisque triumphum fortitudinis. B Cum ergo in utroque tui sit juris, quod vicit, quia nichil valet mortalis infirmitas, nisi * *an.* huic ? tua hanc * auxilietur pietas, pro nobis, quæsumus, tuam misericordiam exoret, qua a te accepit, ut hostem et inimicum tui nominis viriliter vinceret, consedasque propitius, ut ejus sine cessatione patrocinia venerantes fideli muniamur auxilio, et in sancta professione jugiter viventes cælestis gratiæ reficiamur exemplo, ad laudem et gloriam nominis tui, Domine, quod est benedictum in secula seculorum. Amen.

*dies et locus martyrii : tumulus miraculis claret.* 22 Passa est autem octavo Idus Octobris venerabilis Virgo Auriniaco sub Matroculo, carnifice impio, ubi per ejus devotissima merita fideliter petentibus vota præstantur multiplicia *aa*, divina operante clementia, cui est honor cum Patre et Spiritu Sancto, et gloria per omnia seculorum secula. Amen.
*aa*

## ANNOTATA.

a *Totus hic Prologus non legitur in altero codice nostro Ms., notato* Q.Ms. 5; *exstat tamen etiam* C *in aliquot aliis Mss. apographis nostris.*

b *Vide, quæ ex hoc loquendi modo in Commentario prævio num.* 31 *annotavi de ætate scriptoris.*

c *Qui hæc Acta S. Saturninæ virgini ac martyri Romanæ affinxit, sat ineptus fuit, ut sic diceret :* Erat Romæ eo in tempore quædam venerabilis virgo, Saturnina nomine et merito : *quasi vero in* Saturninæ *vocabulo, non secus atque in* Benedictæ, *quidquam boni ominis esset. Vide Papebrochium in eadem S. Saturnina ad diem* 20 *Maii.*

d *Adi Commentarium prævium numm.* 32 *et* 35 : *quamque parum firma sint* S. Benedictæ *Romana patria et senatorium genus, collige.*

e *An ergo eas omnes sorores cognatasve fuisse, existimavit ? Nugæ.*

f *Vide, quæ hinc observavi pro* S. Benedictæ *martyrii tempore in Commentario prævio num.* 35.

g *Hæc quoque auctorem minime synchronum, sed longe remotum, atque e vulgari traditione scribentem omnino indicant, et proinde minime idoneum testem, qui tam insolens virginum factum persuadeat.*

h *Ex S. Joannis Epist.* 1, *cap* 2 ℣. 6. D

i *Id ab angelo factum dicitur in ejusdem Sanctæ Officio proprio, die tertia infra Octavam, Lect. quarta his verbis :* Cumque unanimiter essent perseverantes in oratione, advenit angelus, eximio splendore coruscus, qui Dei jussa ore facundo deprompsit, easque ab invicem separari jubet, ut pluribus prodesse possint. *Hæc ibi ; sed procul dubio ex conjectura concinnatoris Officii, verba sublestæ fidei biographi sic interpretati.*

k *Alibi* Limberia *scribitur ; Theophilus Renaudus Prolegomeno* 2 *in Indiculum Sanctorum Lugdunensium* Scoberiam *male nominavit. An* Liobera *vel* Limberia, *hic laudata, videri possit esse* S. Libaria, *hoc ipso die examinabimus.*

l Laudunum *habent noster alter codex Ms., et apographa Bonifontis ac serenissimæ Reginæ Sueciæ, hancque civitatem, non alteram Segusianorum, per* Lugdunum *hic designatam, collige ex dictis in Commentario prævio* § 1. *Auctor tamen Officii proprii Auriniacensis* Lugdunum *pro Segusianorum urbe, vulgo* Lyon, *accepit : postquam enim dixerat,* Benedictam *cum sociabus suis primo gradum fixisse* Lugduni, *hincque illas ab angelo* E *jussas discedere, hæc subdidit :* Benedicta, cui Belgarum confinia ab angelo demandata sunt, assumpta una ex sodalibus, eaque nobilissima, Leoberia nomine, cum pedissequa sua, Laudunum magno labore venit. *Ita etiam opinatus fuit Saussayus in Martyrologio Gallicano ad hunc diem ; at ambo* Lugdunum *hic de* Lugduno Clavato, *seu* Lauduno, *vulgo* Laon *rectius interpretati fuissent.*

m *Quodnam fuerit Remorum oppidum a Julio Cæsare lib.* 2 *de Bello Gallico* Bibrax *appellatum, disputant Geographi. Consuli possunt Marlotus tom.* 1 *Metropolis Remensis lib.* 1, *cap.* 3 : *Hadrianus Valesius in Notitia Galliæ ad vocem* Remi, *et Martiniere in Lexico Geographico ad vocem* Bibrax.

n *In codice, ex quo hæc edo, hic supra scriptum est ;* vel Operta ; Operta *etiam legitur in Ms. Rubeæ Vallis, aliisque : in Reginæ Sueciæ vero* Induta virtutibus ; *quæ lectio magis congruit reliquis.*

o *Ubi istud legatur, nescio.*

p *Hic rursus biographus prodit, se longe post* ℣ *Sanctæ tempora scripsisse.*

q *Alibi* Matroclus *scribitur.*

r *Imo et professione, ex dicendis ; quod quam parum in Romano judice verisimile sit, statuat lector.*

s *Quo juniorem Virginem facit, eo minus verisimilia reddit, quæ de ejusdem inter suas magisterio ducatuque supra narravit.*

t *An hæc similiaque verba congruunt Virgini, quam supra* miræ patientiæ *fuisse dixit ?*

u *Ex Psalmo* 12.

x *Ergo non solum genere, verum etiam professione, Judæum judicem hic nobis obtrudit iste anonymus.*

y *Ecclesiastæ cap.* 9, ℣. 4.

z *En denuo quid novi in judice Judæo-Romano, ut ipse dictatæ a se sententiæ executor sit.*

aa *Scripsit ergo biographus hic, dum sanctæ Martyris sepulcrum jam multiplicibus miraculis vel beneficiis inclaruerat ; ac proinde non fuerunt hæc Acta simul cum Beatæ corpore in primo hujus tumulo deposita.* DE

AUCTORE C. B.

# DE S. THAIDE

PŒNITENTE IN ÆGYPTO

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### Sanctæ memoria in Fastis sacris, veneratio antiqua, ætas, Vitæ duæ edendæ.

SECULO IV VEROSIMILITER NONDUM MEDIO. *Sancta, quæ, licet in Martyrologio Romano non sit, in variis tamen*

B *Etsi Baronius aliique, qui Martyrologium Romanum reformavere, eruditissimi viri* S. Thaïdem *in id, prout quantum ad plures Sanctos alios fecerent, e Sirletiano Græcorum Menologio haud intulerint. ego tamen pœnitenti illi peccatrici, quæ ab aliis* Thaisis *seu* Thaisia *aut paulo etiam aliter vocatur in Opere nostro locum Sanctos inter dandum existimavi, primo quidem quod pluribus præterea aliis Fastis sacris, etiam Latinis, exstet inscripta; deinde vero quod a longissimo jam tempore honorata fuisse pro Sancta reperiatur. Quæ ambæ, ob quas Sanctis* Thaïdem *accenseam, rationes quam sint veræ, ex jam nunc dicendis patescet Magna Græcorum Menæa excusa, commemorare Sanctos, qui cultu ecclesiastico a Græcis afficiuntur, quotidie solita, Sanctæ nostræ, memoriam ad hunc diem sequentibus hisce verbis consignant :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας Ταισίας τῆς πόρνης, Eadem die sanctæ Taisiæ meretricis : *tum duos quibus impudicitiæ sordes seu peccata pœnitentia eluisse* S. Thaïs *indicatur, versiculos subjungunt. En illos, additâ etiam ad calcem interpretatione Latina. Sic habent :*

Ἐκ τοῦ ῥύπου συηχθεῖσα τῆς ἀσωτείας
Φαιδρὰ πρόσειτι τῷ Θεῷ Ταισία.
A luxuriæ illuvie purgata
Ad Deum læta accedit Taisia.

*aliis Fastis sacris,*

C 2 *Versiculis, prout plerumque fieri consuevit, elogium subnectitur. Id porro cum elogio, quo in Menologio Sirletiano Sancta ornatur, ad amussim fere convenit. Quare, ut ita simul et quid Menæa excusa, et quid Menologium Sirletianum de Sancta litteris consignent, studiosus lector habeat in promptu, huc pariter illud cum adjecta versione Latina transcribo. Sequentibus hisce verbis concipitur :* Αὕτη ἐκ παιδὸς παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς ἐργαστήριον κατέστη τοῦ διαβόλου· παρὰ δὲ παφνουτίου τοῦ Σιδωνίου ἀγρευθεῖσα, καὶ τελείαν πληροφορίαν λαβοῦσα, ὅτι ἐστὶ μετάνοια, πάντα τὰ προσιόντα τοῖς θεομένοις διανοίμασα *, λιτρῶν ὄντα τετρακοσίων, καὶ ἑαυτὴν ἐγκλείσασα ἐν τινι κελλίῳ, καὶ δακρύουσα καὶ στενάζουσα ἐκ βάθους καρδίας ἔλεγεν· Ὁ πλάσας με, ἐλέησόν με. Ἐν τούτοις διετέλεσεν ἔτη τρία, ἐκεῖθεν δὲ ἐξελθοῦσα κελεύσει τοῦ ἁβᾶ μετὰ δεκαπέντε ἡμέρας ἐτελειώθη. Hæc (Thaïs *videlicet*) ab adolescentia per propriam matrem officina diaboli fuit effecta; cum autem a Paphnutio Sidonio aucupata, pœnitentiamque esse agendam, penitus fuisset convicta, bona sua omnia, quæ librarum erant quadringentarum, pauperibus distribuens, seque ipsam cellulæ cuidam includens, lacrymansque ac gemens e cordis profundo dicebat : Qui me creasti, miserere mei. In hisce transegit annos tres; inde autem jussu abbatis egressa post dies quindecim excessit e vivis. *Totidem fere verbis in Menologio, hodierna Græcorum lingua a se conscripto,* Thaïdem *etiam hodie celebrat Maximus Margunius, Cytherorum episcopus, Menæa pro more suo secutus.*

*διανείμασα

3 *Ad Fastos Latinorum sacros, quibus, ut jam dictum, Sancta nostra pariter exstat inscripta, jam venio. Maurolycus ad hunc diem ita illam annuntiat :* Thaïdis Alexandrinæ, quam Pannucius * abbas convertit, quæ in ignem jactatis rebus pretiosissimis quas meretricio acquisierat, angustia cellæ et inedia per triennium sese sponte macerans veniam meruit. *Maurolyco consonat in Usuardo suo Grevenus, uti etiam in Martyrologio suo Universali Castellanus. Verum posterior e binis hisce hagiologis Sanctam nostram paucissimis dumtaxat, quæ Latine sonant,* In Ægypto sancta Thaïs pœnitens, *verbis Gallicis celebrat. Prior autem, licet sequentibus hisce,* Taysis quondam peccatricis, quam sanctus Pafnucius abbas convertit, et in cella arta inclusit; ubi in maxima pœnitentia exactis annis tribus, postea quievit in pace, *usurpatis verbis, non minus prolixe, quam Maurolycus,* Thaïdem *commemoret, id tamen non ad octavum Octobris, ut hic, sed ad vigesimum octavum Augusti diem facit. Fuerit fortassis discriminis ratio, quod alter diem Sanctæ natalem, seu illum, quo felici e vivis excessu in cœlo primum nata est, alter vero illum, quo e vitæ impuræ sordibus ad Deum fuit conversa, in sacris a sese concinnatis Fastis consignare voluerit. Ut in hanc propendeam sententiam, facit Florarium nostrum Ms., in quo ad diem* XXVIII *Augusti Sanctæ nostræ conversio brevissime hunc in modum,* Thaisis peccatricis conversio, *ac deinde ad* VIII *Octobris diem* depositio *prolixius celebratur.* E * Paphnutius F

*etiam Latinis, hic*

*recensitis, celebratur, seculo IV verosimiliter*

4 *Verba, quibus hoc postremum ibidem fit, sequentia, quæ etiam huc transferre lubet, hæc sunt :* S. Thaisis peccatricis depositio, per sanctum Paphnutium conversæ a studio meretricio. Quam ille, reperto Virginum monasterio, et cellulam parvam recludens, ostium plumbo sigillavit, et parvam ei fenestram dimisit, per quam ei cibus modicus deferretur. Post trium vero annorum pœnitentiam abbas Paphnutius rediens, post revelationem sibi a Deo de illa factam ostium, quod plumbo signaverat, dissipavit dixitque ei : Egredere, quia dimisit tibi Deus peccata tua. At illa, testor, inquit, Deum, quia ex quo huc ingressa sum, ex omnibus meis peccatis quasi sarcinam feci mihi, et ante oculos meos statui, et, sicut non recessit anhelitus de naribus meis, ita nec quidem uno momento usque

AUCTORE C. B

usque ad hanc horam peccata mea recesserunt a me. Claruit anno Salutis CCCXLIV. *In Ms. Cartusiæ Bruxellensis (adi Operis nostri tom.* 3 *Martii pag.* 711*) quædam etiam Sanctæ nostræ translatio celebratur ; verum cum hanc, quæ unde hausta esse possit, haud perspicio, nulli alii commemorent Fasti sacri, præcipuosque ex his, in quibus* Thaïs *celebratur, jam recensuerim, in elogia, ex iisdem modò huc transcripta, præcipueque in ultimum, e Florario nostro Ms. adductum, quædam nunc observo. Ac primo quidem assertionem, qua id,* S. Thaïdem *anno Salutis* 344 *claruisse, adstruit, falsitatis indubitatæ arguere non ausim. Etenim Paphnutius abbas, qui Sanctam ad Deum convertit, celeberrimum Thebaïdos abbatem S. Antonium, cognomento* Magnum, *adiisse, ac priusquam hæc e vivis excederet, consuluisse narratur in Vita* Thaïdis *a nobis edenda ; Antonius autem, uti ad* XVII *Januarii diem in Commentario, Actis ejus prævio, num.* 18 *jam docuimus, anno Christi* 356 *vitam hanc mortalem cum immortali commutavit, nec, ut apparet, ante annum* 320 *(adi in Opere nostro, qui ad* XVII *Januarii diem Vitæ*
B *S. Antonii præmittitur, Commentarium num.* 17*) ea sanctitatis miraculorumque fama Antonius inclaruit, ut tum abbas Paphnutius, essentne a Deo* Thaïdi, *in vivis adhuc existenti, remissa peccata, scire expetens, consulturus illum hac de re fuisse videatur.*

*nondum medio migravit ad Dominum.*

5 *Hisce itaque expensis, supra in margine, quo obitæ a* Thaïde *mortis epocham latiori saltem modo determinatam studioso lectori exhibeam,* Seculo IV verosimiliter nondum medio *adscripsi. Quod si quo tempore Paphnutius, Heracleotes ex dicendis, qui Sanctam ad frugem meliorem adduxit, diem extremum clauserit, haberetur perspectum, propius fortassis tempus, quo* Thaïs *ad Superos migrarit, definiri posset ; verum, etsi quidem Castellanus in Martyrologio suo universali pag* 229 *abbatis hujus mortem cum anno circiter* 330 *conjungat, eumdemque anno* 321 *claruisse, Florarium nostrum Ms. mox recitandis verbis notet, nihil tamen, quod Vitam ejus ad annum usque* 350 *protrahere impediat, suppeditant ; imo vero, illum forte non prius quam anno circiter* 380 *e vivis excessisse, Tillemontius tom.* 10 *Monumentorum Ecclesiastic. pag.* 44 *affirmat. Quæ cum ita sint, tempus, quo*
C *Sancta obierit, eo, quo jam id feci, modo determinasse contentus, pauca modo pro abbatis Paphnutii, cui plures (adi in Vitis Patrum pag.* 488 *Rosweydum) exstitere homonymi, notitia hic adjungo. Maurolycus ad* XXIX *Novembris de Paphnutio abbate, quem, non secus ac supra,* Pannucium *perperam cum Petro de Natalibus appellat, sic habet :* S. Pannucii abbatis, qui eremum Heracliæ regionis incoluit, et cujus opera Thaïdem insignis formæ meretricem, ornamentis in ignem projectis, veniam pœnitentia meruisse perhibent. *Eadem fere ad* VIII *Martii subministrat Florarium nostrum Ms. En verba.* Paphnutii confessoris, qui convertit Thaisim meretricem, et tres viros ereptos sæculo lucratus est Deo. Claruit anno Salutis CCCXXI. *Paphnutius ergo, qui Sanctam nostram convertit, certissime, si modo recte memorent bina isthæc adducta Hagiologia, alius non est, quam Paphnutius, qui apud Rosweydum in Vitis Patrum lib.* 2, *cap.* 16 *a Ruffino, veluti* ultimus deserti in regionibus Heracleos, splendidæ apud Thebaïdam urbis, habitator *memoratur, vitamque* in regione, quæ est circa Heracleotas Thebaïdis, *cum morte commutasse, a Palladio Historiæ Lausiacæ cap.* 62 D *refertur.*

6 *Verum quid de re hac censendum? Mihi equidem, ut* Thaïdis *conversionem Paphnutio Heracleënsi, qui ita quidem a loco, quo vitam eremiticam duxit,* Sidoniusque *etiam verosimillime ab altero, quo natus est, supra in dato e Menæis elogio (rectene, an secus, non definio) appellatur, aut denegandam, aut alteri Paphnutio attribuendam pronuntiem, nihil omnino suppetit. Quod cum ita habeat, per Paphnutium, qui a Paphnutio Heracleote sit diversus, conversam fuisse Sanctam nostram, non credam, donec solidæ, quæ id evincant, rationes adducantur in medium. Porro apud S. Antoninum, Petrum de Natalibus, Jacobum de Voragine aliosque Legendarios varia etiam exstant* S. Thaïdis *elogia ; hæc autem omnia, uti etiam elogium, e Florario nostro Ms. supra huc transcriptum, e Latina, quæ apud Rosweydum in Vitis Patrum exstat, Sanctæ nostræ Vita indubie profluxere. Id quisque, qui hanc cum illis contulerit, facile agnoscet ; ut autem etiam quanti ea valeant, æstimare queas, de illa Sanctæ Vita sequentia habeto. Etiamsi quonam tempore et quonam ab auctore exarata sit, nullo ex capite* E *patescat, compositamque ab auctore incerto, Rosweydus diserte notet, Græcum tamen, qui eam concinnarit, exstitisse, fas est colligere e quodam, quod ad manum habeo, Vitæ ejusdem Ms. exemplari ; hoc enim præfationem (qua in re a reliquis omnibus exemplaribus, a me visis, differt) in capite sibi habet præfixam ; in hac autem auctor, qui monachum se* Dionysiumque *vocatum fuisse prodit, abbatis sui jussu e Græco in Latinum sermonem subjectam* S. Thaïdis *Vitam sese convertere, diserte declarat. Adhæc variæ in hac, ut consideranti patescet, phrases seu loquendi formulæ, Græcis propriæ, occurrunt.*

7 *Quod vero ad tempus, quo Vita illa Græce exarata primum fuerit, jam spectat, quin id ante* F *seculum undecimum, quod,* Thaïdem *etiam jam tum pro Sancta habitam fuisse, argumento est, factum jam fuerit, nullus dubito. Marbodus enim, Redonensis episcopus, qui, quemadmodum ex Præfatione, Operibus ejus, typis Parisiensibus anno* 1708 *vulgatis, præfixa, videre licet, seculo undecimo floruit, memoratam Sanctæ nostræ Vitam, cum jam ab altero, ut puto, e lingua Græca in Latinam fuisset conversa, stylo ligato, versibus Leoninis constante, expressit. Metrica isthæc* F *Sanctæ nostræ Vita mox laudatæ Marbodi Operum editioni col* 1541 *et tribus seqq. exstat inserta, nostroque etiam codice † Ms.* 81 *continetur. Tam hanc autem, quam illam iteratis hic typis subjungo, priorem quidem, quæ, quod minus antiqua sit, secundum dumtaxat locum obtinebit, e dicto nostro codice † Ms.* 81 *cum memorata editione Parisiensi collato, posteriorem vero, quæ, cum ex dictis seculo* XI *certo sit antiquior, fortassis etiam jam inde a seculo* V *aut* IV *per auctorem Sanctæ synchronum supparemve concinnata fuerit, e Rosweydi in Vitis Patrum editione, cum altero nostro, in quo etiam exstat, codice P Ms.* 18 *collata. Ac Marbodi quidem lucubrationem, quamvis nihil fere, quin in Vita altera contineatur, suppeditet, etiam recudendam censui, tum quod, cum prolixa haud sit, futurum id putem non ingratum, tum quod Vitæ alteri dilucidandæ utcumque subserviat, uti observare licebit in Annotationibus, utrique lucubrationi de more subdendis, quæ lectiones differentes præcipuas lectorem potissimum docebunt.*

VITA

A

# VITA

## Auctore anonymo *a*,

## *Ex editione Rosweydiana, cum codice nostro P Ms.* 18 *collata.*

### CAPUT UNICUM.

### *Perversa Sanctæ vita, conversio, pœnitentia, felix obitus.*

B

*Thaïs, dum multos pervertit, a Paphnutio abbate*

Fuit quædam meretrix, Thaisis nomine *b*, tantæ pulchritudinis, ut multi propter eam vendentes substantiam suam ad ultimam pervenirent paupertatem : sed et lites inter se conserentibus amatoribus suis, frequenter sanguine juvenum puellæ limen replebatur *c*. Quæ cum abbas Paphnutius *d* audisset, sumpto habitu sæculari et uno solido, profectus est ad eam in quadam Ægypti civitate *e*, deditque ei solidum * pro mercede peccati. At illa, accepto pretio, ait : Ingrediamur domum; tunc ille ingressus, ut lectum pretiosis vestibus stratum conscenderet, invitabat eam, et dixit : Si est interius cubiculum, in ipso eamus *f*. Illa dixit : Est quidem, sed si homines vereris, nec in isto exteriori cubiculo ullus ingreditur : si vero Deum, nullus est locus, qui Divinitatis ejus oculis absconditur *g*.

*b*

*c*

*d*

*e*

** in cod nostro P Ms.* 18 *additur :* quasi

*f*

*g*

*captaque ab eo in verbis ac conversa publice, quæ meretricio comparat, comburit,*

*h*

2 Quod cum audisset senex, dicit ei : Et scis, esse Deum? Cui illa respondit : et Deum scio et regnum futuri sæculi, necnon et tormenta futura peccatorum. Dicit ei : Si ergo hæc nosti, cur tantas animas perdidisti, ut non solum pro tuis, sed et pro illorum criminibus reddita ratione damneris *h*? Quod cum Thaisis audisset, provoluta ad pedes Paphnutii monachi cum lacrymis exorabat, dicens : Pœnitentiam injunge, pater *i*; confido enim remissionem, te orante, sortiri; horarum tantum trium inducias peto, et post hoc quocumque jusseris, veniam, et quodcumque præceperis, faciam. Cumque locum illi abbas Paphnutius constituisset, quo venire deberet, illa discedens, collectis omnibus, quæcumque ex peccato susceperat, prolatisque in media civitate, populo spectante, igni supposuit, clamans : Venite omnes, qui peccastis mecum, et videte, quomodo ea, quæ mihi contulistis, exuram. Erat autem pretium librarum quadraginta *k*.

C

*i*

*k*

*arctissimæ dein cellæ lubens ac volens includitur,*

3 Quæ cum omnia consumpsisset, in locum, quem abbas constituit ei, perrexit : quam ille, reperto virginali monasterio, in cellula parva ducens, ostium cellulæ plumbo signavit, parvamque reliquit fenestellam, per quam ei victus modicus inferretur, jussitque ei omnibus diebus parum panis et paululum aquæ a sororibus monasterii *l* ministrari. Cum autem discederet, ostio plumbato, ait ad illum Thaisis : Quod jubes, pater, ut aquam meam effundam? At ille respondit : In cella, ut digna es. Cumque iterum, quemadmodum Deum oraret, requireret, dicit ei : Non es digna nominare Deum, nec in labiis tuis nomen divinitatis ejus *m* adducere, sed nec ad cælum manus expandere, quoniam labia tua iniquitate sunt plena, et manus tuæ sordibus inquinatæ; sed tantummodo sedens contra Orientem respice, hunc sermonem solum frequenter iterans : Qui plasmasti me miserere mei *n*.

A. ANONYMO.

*m*

*n*

*triennio in ea pœnitentiam agit, tumque a Paphnutio, e facta S. Antonii discipulo revelatione*

*o*

4 Cum ergo tribus annis ita fuisset inclusa condoluit abbas Paphnutius, et mox profectus est ad abbatem Antonium *o*, ut ab eo requireret, si peccata ejus remisisset ei Dominus, an non. Cum ergo pervenisset, et tantam illi caussam subtiliter narrasset, convocatis discipulis suis, abbas Antonius præcepit, ut illa nocte omnes vigilarent, et in oratione singillatim persisterent, quatenus alicui ex eis declararet Deus caussam, pro qua abbas Paphnutius venerat. Itaque cum singuli secessissent, et incessanter orarent, abbas Paulus, major discipulus sancti Antonii *p*, vidit subito in cælo lectum pretiosis vestibus adornatum, quem tres virgines clara facie fulgentes custodiebant. Cum ergo ipse Paulus diceret : Non est largitio hæc alterius, nisi patris mei Antonii, vox ad eum facta est : Non est patris tui Antonii, sed Thaisis meretricis *q* est.

*p*

D

E

*q*

*peccata ei esse remissa edocto, ex eadem edubitur brevique post moritur.*

5 Quod cum manifeste abbas Paulus retulisset, cognita Dei voluntate, abbas Paphnutius discessit, et reversus ad monasterium, in quo fuerat inclusa, ostium, quod obstruxerat, dissipavit; illa vero, ut adhuc ita permaneret inclusa, postulabat : cum vero aperuisset ostium, dixit ei : Egredere, quoniam remisit tibi Deus peccata tua. Illa respondit : Testor Deum, quia ex quo hic ingressa sum, omnia peccata mea velut sarcinam statui ante oculos meos, et non discesserunt peccata mea ab oculis meis, sed flebam semper illa conspiciens. Cui abbas Paphnutius ait : Non propter pœnitentiam tuam remisit tibi Deus, sed quia horum cogitationem semper habuisti in animo *r*. Et cum eam inde eduxisset quindecim tantum diebus Thaisis vixit, et sic pausavit in pace.

*r*

### ANNOTATA.

F

a *Græcus hic fuit, verosimillimeque ante seculum* XI *floruit, imo forte etiam ante seculum* V. *Adi Commentarium prævium num.* 6 *et* 7.

b *Quanam in civitate aut loco mulier hæc, quæ, quemadmodum in Comment. præv. num.* 1 *jam monui, paulo etiam aliter vocata reperitur, natales fuerit sortita, auctor noster nuspiam edicit. Maurolycus tamen, uti in Comment. præv. num.* 3 *videre licet,* Alexandrinam *illam appellat, eique etiam (rectene, an secus, compertum haud habeo) Equilinus favet.* Thaisis *interim seu* Thaïs *in Ægypto nata esse videtur, quod, quæ de illa narrantur, in regione isthac, ut apparet, omnia acciderint.*

c *In codice nostro P Ms.* 18 *prima hæc periodus ita redditur* : Fuit quædam meretrix, nomine Taysis, tantæ pulchritudinis, ut pene multi propter eam, venditis subtantiis suis, ad ultimam paupertatem pervenirent; sed et amantes ejus; pro zelo litibus inter se consertis, frequenter limina puellæ sanguineo veneno replebant : *quæ lectio ab ea, quam editio Rosweydiana suppeditat, multum sane differt; diserimen autem ortum reor ex eo, quod hæc Sanctæ nostræ*

*Vita*

A ANONYMO. *Vita e lingua Græca, qua primitus, uti in Comment. præv. docui, fuit conscripta, in linguam Latinam fuerit conversa a duobus scriptoribus diversis, quorum unius quidem versionem codex noster P Ms.* 18, *alterius vero editio Rosweydiana exhibet. Ea sedet sententia, quod plus semel etiam alibi col. noster et edit. Rosweydiana quam maxime discrepent, nec facile aliunde tanta discrepantia orta esse posse videatur.*

d *Abbas hic, qui, quemadmodum in Comment. prævio docui,* Heracleotes *etiam a loco, quo vitam anachoreticam egit, cognominatur, Florarioque nostro Ms. ad* VIII *Martii diem exstat insertus, a die isthac ad* XXIX *Novembris, qua a Maurolyco, Hermanno Greveno et Canisio refertur* Sanctique *etiam titulo a Petro de Natalibus ornatur, in opere nostro fuit remissus, eritque adeo, num in hoc Sanctos inter locum sibi exigat, ibidem examinandum.*

e *Codex noster P Ms.* 18 *habet :* In quamdam Ægypti civitatem.

f *Auctoris Græci verba, quæ verbis hisce Latinis,* Tunc ille ingressus, ut lectum, pretiosis vestibus stratum, conscenderet, invitabat eam, B et dixit : Si est interius cubiculum, in ipso eamus, *hic respondent, longe melius, qui versionem, in codice nostro P Ms.* 18 *exstantem, adornavit, intellexisse videtur; ea enim sequentem hunc in modum exponit :* Cumque ingressus esset, et lectum, pretiosis vestibus stratum, ut ascenderet, invitaretur, dixit ad eam : Si est interius cubiculum, in illud eamus; *hæc autem lectio, cui etiam infra in Vita metrica Marbodus facet, præstat indubie lectione Rosweydiana, moxetiam data, secundum quam ipsemet Paphnutius* Thaïdem, *ut exterioris cubiculi lectum conscenderet, invitarit, et tamen, ut ad cubiculum interius duceretur, rogarit.*

g *In codice nostro P Ms.* 18 *habetur* : Est quidem cubiculum; ubi nullus ingreditur sine Deo vero; non enim est locus, qui a divinitate ejus abscondatur; *verum lectio Rosweydiana, quæ lectioni huic hic respondet, præstare videtur.*

h *famulum Dei esse Paphnutium, e paucis hisce ejus verbis* Thaïs *intellexit, gratiaque divina, quæ cordis ejus mutationem operari subito incipiebat, intus agente, fecit ac dixit, quæ proxime hic subduntur.*

i *Codex noster P Ms.* 18 *habet* : Scio, esse pœC nitentiam, Pater; *hæcne autem, an Rosweydiana præstet lectio, determinare non ausim. Favet interim cod. nostro Sanctæ nostræ elogium, in Comment. prævio num.* 2 *e Menæis recitatum; hoc enim e primæva Græca Sanctæ Vita acceptum videtur, itaque de* Thaïde *inter cetera memorat :* Καὶ τελείαν πληροφορίαν λαβοῦσα, ὅτι ἐστὶ μετάνοια, *quæ sensus pars, si ad verbum exponatur, sonat :* Penitusque convicta, esse pœnitentiam; *hinc autem videri potest. in primæva Græca Sanctæ Vita scriptum fuisse,* Οἶδα, ὅτι ἐστὶ μετάνοια, *quæ verba, nude spectata, non, prout editio Rosweydiana habet,* injunge pœnitentiam, *sed, prout in codice nostro P Ms.* 18 *legitur,* Scio, esse pœnitentiam, *Latine sonant, licet interim, spectato, in quo proferuntur, sensu, exponi etiam queant,* Scio, pœnitentiam esse agendam, *vel etiam, quod forte non nemini magis placebit* Scio, esse pœnitentiæ locum.

k *Codex noster P Ms.* 18, *qui libras, a* Thaïde *meretricio comparatas, auri fuisse, hoc loco adjungit, numero hasce quadraginta exstitisse, etiam notat; verum in elogio, ex Menæis in Comment. prævio num* 2 *dato, quadringentarum librarum pretio, quæ meretricio compararat* Thaïs, D *circumscribuntur, idemque etiam a Marbodo, qui Vitæ prosaïcæ exemplar, certo haud serius quam seculo* XI *scriptum, secutus indubie fuerit, in Vita metrica edenda fit, uti a Petro de Natalibus aliisque Legendariis diversis.*

l *Codex noster P Ms.* 18 *trium harum postremarum vocum loco dumtaxat habet* : A Ceteris.

m *In codice nostro legitur* : Sanctæ Trinitatis.

n *In hac orandi formula, quam Paphnutius* Thaïdi *præscripserit, editioni Rosweydianæ etiam consentiunt codex noster P Ms.* 18, *Menæa et Menologium Sirletianum in Sanctæ elogio.*

o *De magno hoc celeberrimoque Sancto ad* XXII *Januarii diem, quo Romano Martyrologio aliisque Fastis sacris quamplurimis exstat inscriptus, in Opere nostro tom.* 2 *Januarii actum jam est, ibidem etiam iis, quæ hoc numero narrantur, pag.* 148, *quod ad Sanctum illum spectent, in medium adductis.*

p *Alius indubie Paulus hic non designatur, quam magnus ille S. Antonii discipulus, qui a morum simplicitate vitæ absque fuco integritate* Simplex *vocatur, datusque apud nos jam est* E *ad* VII *Martii diem, quo in Martyrologio Romano refertur.*

q *Codex noster habet :* Taysis dilectæ Dei. *Verum primævæ Græcæ* Thaïdis *Vitæ hic conformior videtur lectio Rosweydiana, utpote cui præter Legendarios diversos infra etiam in Vita metrica consonat Marbodus.*

r *Hæc cum grano salis intelligenda : neque enim Paphnutius; qui severissimam* Thaïdi *pœnitentiam injunxit, pœnitentiæ opera prorsus esse inutilia existimarit. Hisce itaque verbis, si vere Paphnutii sint, dumtaxat, voluerit,* Thaïdem *non tam vita maxime austera, quam concepto de peccatis, menti suæ assidue obversantibus, dolore, cum detestatione eorumdem conjuncto, veniam meruisse.*

## VITA ALTERA

### METRICA,

### Auctore Marbodo, Redonensi episcopo *a*, F

*E codice nostro † Ms.* 81 *cum Parisiensi anni* 1708 *editione collato.*

Vitam cujusdam mulieris carmine dicam, Thaïs
Ut non desperent, qui mundi rebus adhærent, pœnitentiæ
Sed per eam discant quia vult Deus ut resipiscant;
Nec resipiscentes habet ob sua crimina viles,
Aut sibi pluris erunt qui crimina non habuerunt,
Sed mercede pari jube hos illosque beari.
Vivitur in cœlo concorditer et sine zelo.
Pulchra puella nimis fuit olim nomine Thaysis,
Ægypto tota propter sua crimina nota;
Namque Deum sprevit, de cujus munere venit *b*
Corporis ille decor et ad impia facta dedit cor.

Muscipulam

A Muscipulam Sathanæ perituris prostituit se ;
Ad turpes usus formosos vendidit artus ;
Noctes insomnes duxit, dum suscipit omnes.
Tanta sitis stupri fuit illi, tantaque lucri ;
Miscuit ætates, sprevit consanguinitates ;
c Concubitus mœchos concessit, credidit æquos *c*.
Difficilis nulli, nisi qui nihil attulit illi.
Ut domus absque sera fuit omnibus illa chimæra.
Nobilium multi censu prædivite fulti
Facti meretrici sunt, dum sua dent meretrici.
Ejus amatores, per crebras seditiones *d*
d Dum Mars turbat hymen, macularunt sanguine limen.
Ante suas ædes fiebat mutua cædes,
Et de rivali currebant sanguine rivi.
Illa premens stratum, gemmis auroque beatum,
Gaudet se rixæ precium causamque fuisse,
Et testes oris rivos putat esse cruoris.
B 3 Motus ea fama sanctus Paphnutius Abba,
* *Paphnutio, rei hujus fama moto, convenitur capitaque ab eo in verbis* Egregia vita signisque potens heremita,
Efficitur mœstus, flet, fundit pectore quæstus :
Hei mihi ! quot morbis, quam turpibus interit orbis !
Quanta meo pago barathri surrexit imago !
Protinus exutus laicos vestitur amictus,
Dissimulans quod erat, dum Christo perdita quærat ;
Argenti pondus capit ad quos noverat usus,
Et petit infandæ celeberrima tecta puellæ.
Ut fuit intrandi, fuit et data copia fandi ;
Argentum profert, pretiumque libidinis offert.
Illa viro rapto, properemus, dixerat, intro,
Et trahit ad lectum non hæc ad agenda profectum,
In quo strata cito dixit : Mi care, venito.
Non faciamus ita, responderat huic heremita,
Namque patens locus est, latebras nos quærere jus est.
Thaisis ait contra : Deus aspicit intus et extra,
Tectaque noctis ei sic sunt quasi nuda diei ;
Quem si formidas, nullo celamine fidas ;
Si metuens homines latebras cupis interiores,
Nescis, quod quæris, quia non metuenda vereris,
Humanos visus contemnito pariete fisus·
Intulit hic monachus mulieris verba secutus :
C Si testis sceleris Deus est, ut et ipsa fateris,
Nec locus occultus valet ejus claudere vultus,
Ergo supervacue parics opponitur iste ;
Visibus humanis sit enim procul arbiter omnis,
Non tamen evades, cum venerit ultima clades ;
Nam scelerum vindex scelerum fit testis et index.
O dilecta Deo, Regis cœlestis imago !
Si Dominum nosti, cur servis illius hosti ?
Cur pro tam multis tecum pro teque sepultis *e*
e Æterno digne crucianda cremaberis igne ?
Non debes vitæ, non debes fidere formæ,
Omnes terra sumus, cito vita fugit, cito fumus.
*convertitur, omnibusque, quæ meretricio corpararat, publice combustis,* 3 Tam veris verbis subito perterrita Thaisis
Væ mihi, væ, dixit ; pedibus senis oscula fixit,
Et lacrymas fundens, et pugnis pectore tundens
Ore virum blando regat, et suspiria dando,
Ut stans urbe foris expectet eam tribus horis.
Designansque locum rumpit commercia vocum.

Inde rapit gazas, pigmenta, monilia, gem- A. Marbodo
mas,
Vestes, argentum, tripodas, crateres et aurum,
Et quæcumque sua fuerat de carne lucrata,
In mediumque forum convectat opes vitiorum,
Quadringentarum quas constitit esse librarum *f* ; *f*
Suppositoque rogo, prius hæc, ait, igne cremabo,
Quam pro servatis barathri cremer ignibus atris.
Et prius omnino lecti consorte carebo,
Quam pro commissis barathri demergar abyssis.
O miseri cives, de quorum sum male dives !
Qui scelus emistis, et cum mercede petistis,
Præteritæ vitæ fructum spectare venite.
Pompa superborum redit huc, et lucra malorum ;
Ignis consumet quicquid corruptio gignet ;
Pœniteat mecum vos, quos scelus inquinat æquum,
Participes culpæ meritorum participate.
Flens dabat has voces, et flere coëgerat omnes,
Cum videt in tepidam simul omnia lapsa favillam.
Evolat absque mora detestans facta priora,
Et sequitur Sanctum cupiens cœlestia tantum.
4 Ille puellarum veniens ad septa sacra- *lubens ac volens arctissimæ cellæ includitur, e qua deinde*
rum,
Relligio quarum contemptrix deliciarum
Huc, si deficeret, solamina ferre valeret,
In cellam modicam, gaudentem trusit amicam,
Obstruxitque foris, monstrans exempla rigoris ;
Una parte tamen breve jussit inesse foramen,
Per quod districtus posset contingere victus,
Parvum pondus aquæ, panisque die sibi quaque ;
Nam potu gelido restinguitur atra libido,
Et moritur mundo vivens de pane secundo.
Delicias tales jubet ut sibi dent moniales,
Neve quid addatur, metuenda voce minatur.
Ergo redire parat, postquam sua vota patrarat,
Cum sic de cella clamat miseranda puella :
Mi pater, ausculta, nec enim paro dicere multa,
Nec, rogo, discedas, donec mihi quod precer edas. F
Mundi factorem breviter dic qualiter orem.
Nomen ait Christi, quo numquam digna fuisti,
Os per pollutum non est producere tutum ;
Nomen divinum sit ab ore tuo peregrinum,
Sed neque præsumas in cœlum tendere palmas,
Fraude diu blanda quæ tractavere nefanda ;
Tantum mœsta sede, nec ab hoc sermone recede :
Qui me plasmasti, quæso, miserere precanti,
Et caput et mentem conversa tuens Orientem,
Mente licet fessa, numquam sic dicere cessa.
Hæc ubi dicta dedit plorans Patriarcha recedit.
5 Thaisis in obscuris solis intenta futuris *post triennium ab eodem Paphnutio, e facta S. Antonii discipulo revelatione*
Luce fruens clara cordis se maetat in ara,
Jamque malis magnis cruciarat se tribus annis,
Cum pater ille pius miserando laboribus hujus,
Christus utrum dederit veniam sibi, noscere quærit.
Te petit, Antoni, par cujus relligioni
Orbis ab extremo vivebat ad ultima nemo,

A Marbodo. Quid quærat, dicit, quod quærit, postmodo discit.
Nam jubet insomnes fratres Antonius omnes
Nocte secutura lacrymis et supplice cura,
Et precibus sanctis aures palsare Tonantis,
Cuilibet ut clausam dignetur pandere causam,
g Pro qua discenda venit Pafnuthius abba *g*.
Nec tamen his aperit, quid sit, quod discere quærit.
Tunc reliquis potior Paulus cognomine major
Mentis in excessu, fixo super æthera gressu,
Gemmis ornatum cernit radiare grabatum,
Murice constratum, visuque per omnia gratum,
Quod tanquam stellæ tres servavere puellæ ;
Quæ dum miratur, so li sibi talia fatur :
Hanc, pater Antoni, requiem tibi credo parari *h*.
h Reddita vox inquit, quæ nil dubitabile linquit,
i Non cujus dicis, sed Taysidis est meretricis *i*.
B 6 His ita compertis, gressus ad Taysida vertis,
*peccata ei esse remissa edocto, egredi jubetur, brevique post moritur.* Optime Paphnuti, mox fracto carcere duci
Præcipis inclusam longo cruciamine tusam,
Atque renitentem, latebrasque fovere volentem
Consolaris ita : Sit pax tibi, sit tibi vita.
Non ultra plores, finisti namque labores,
Omnia commissa tibi noveris esse remissa,
Reddidit illa Patri : Sub tempore carceris atri *k*,
Quo semper luxi, nil longum, nil grave duxi
Ad peccatorum pondus numerumque meorum.
Hoc ita me pressit, quod numquam mente recessit.
Naribus ut flatum sic gessi mente reatum.
Tunc pater : Hoc, inquit, tibi nil pœnale relinquit,
Pectore quod tristi perfecte pœnituisti ;
Namque Deo gratus plus spiritus est tribulatus,
Quam tribulata caro cruciamine semper amaro. D
Plus cor contritum probat inque bono stabilitum,
Quam si compescis te semper ab omnibus escis.
Quinquies illa tribus vixit super ista diebus,
Et sic cum Christo mundo requievit ab isto.

ANNOTATA.

a *Episcopum hunc vitæ sanctitate eluxisse, seculoque* XI *floruisse, luculenter docet Opusculis ejus, metro Leonino ut plurimum conscriptis annoque* 1708 *typis Parisiensibus vulgatis, præmissa admonitio; ad quam proinde studiosum lectorem remitto.*

b *Editio Parisiensis habet* : Namque Deum sprevit, de cujus munere vivit. Corporis ille decor, et ad impia facta dedit cor; *verum præstat, ut apparet, codicis nostri lectio.*

c *In editione Parisiensi legitur* : Concubitus mœchos concessis credidit æquos; *verum et hic codicis nostri lectio præstare videtur.*

d *Versus hic in editione Parisiensi desideratur.*

e *Editio Parisiensis legit* : Cur pro tam multis tecum pariterque sepultis; *sed nostra iterum lectio præstare videtur.* E

f *Totidem librarum fuisse, quæ* Thais *meretricio compararat, etiam asseverant Menæa et Menologium Sirletianum; at non item Vita Sanctæ præcedens, prout a Rosweydo est edita, atque in codice nostro P Ms.* 18 *exstat.*

g *Editio Parisiensis versum hunc proxime antecedenti minus recte præmittit.*

h *Editio Parisiensis melius, ut apparet,* reponi.

i *Editio Parisiensis habet* : Non cujus dicis, sed Thaisidis meretricis; *hæcne autem, an nostra præstet lectio, nequeo edicere.*

k *Versui huic alterum, in quo vocabulum redundat, editio Parisiensis substituit. En illum* : Reddidit illa Patri : quod sub tempore carceris atri.

# DE S. LIBARIA VIRG. MART.

C IN TULLENSI DIŒCESI IN LOTHARINGIA F

C. S.

## SYLLOGE

### De illius cultu ac gestis parum notis.

Forte sub Juliano. *Hujus memoria exstat* *Ad tertium hujus mensis diem dedimus S. Mennam, seu Mannam virginem, Fontaneti et alibi in Lotharingia cultam. Hujus, ut creditur, soror, virgo quoque ac præterea martyr,* Libaria *nomine, quam Galli passim* Libaire *dicunt, Castellanus Latine* Leobariam, *Gallice vero* Libiere *vocat, in Campania autem Gallica* Livieri *appellari asserit. hoc die memoranda venit, cultu æque ac S. Menna, non certioribus gestis nota. Quod magis miror; quamquam hanc sub Juliano Apostata passam velint, silent de eadem non modo Ado et Usuardus, verum etiam horum Auctaria, a Rosweydo Sollerioque edita. Primus, apud quem ejusdem memoriam in Martyrologiis legi, auctor nostri Ms. Florarii Sanctorum, anno* 1486 *perducti ad calcem, eam ad hunc diem* VIII *Octobris omissa palæstra, et cultus loco, laudavit : cultum tamen longe antiquiorum esse, ex dicendis indubitatum fiet.*

2 *Sic ibidem habet laudatum Florarium* : Item sanctarum virginum Regenfledis et Libariæ martyris. *Palæstram utcumque addidit Philippus Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum quorum memoria non exstat in Martyrologio Romano, hoc eodem die dicens* : In territorio Tullensi S. Lybariæ, virginis et martyris; *et in Annotatis laudans* Kalendarium ecclesiæ Tullensis, et monumenta ecclesiæ Grandensis. *Consonat Saussayus in Supplemento sui Martyrologii Gallicani*

A *Gallicani eodem die hoc modo* : In diœcesi Tullensi natalis S. Libariæ, virginis et martyris, in Grandensi ecclesia celebratæ. *Nec eam prætermisit auctor Martyrologii Parisiensis, auctoritate Cardinalis et Parisiensis archiepiscopi Ludovici Antonii de Noailles, anno* 1727 *excusi, in quo hac pariter die sic legitur* : Eodem die, sanctæ Libariæ, virginis et martyris. *Locus vel martyrii vel præcipui ejusdem cultus, hic omissus, indicatur in Indice Sanctorum ad calcem ejusdem Martyrologii his verbis Latine* : Graniæ in pago Solec. vel Odoru. Tullensis diœcesis ; *Gallice vero* : A Gran au pays Soulossois, ou Ornois, diocese de Toul

*et* XII *Octob. quibus colitur Tulli*

3 *Castellanus eamdem, ut dictum est,* Leobariam *appellans, maluit ipsius memoriam ad diem* XII *hujus mensis reponere*, in Lotharingia, *inquiens*, S. Leobaria virgo, sub Juliano Apostata martyrium passa ; cujus peranriqua habetur memoria Condate ad Mucram *(fluvium)* in Bria ; *Gallice* : A Condé sur Morin en Brie. *Idem tamen Castellanus in Indice Alphabetico*

B *Sanctorum ibidem agnovit, eam etiam coli die* VIII *Octobris ; in eo enim dicitur* honorata in Lotharingia, in Campania *(Gallica scilicet)* et in Bria diebus octava et duodecima Octobris. *Porro utroque illam die coli, constat etiam e Breviariis ; et in Tullensi quidem, anno* 1535 *typis edito, ad hunc diem* VIII *Officium simplex legitur sine Lectionibus propriis cum hac Oratione* : Deus, qui beatam Libariam, virginem et monacham, in consortio aliarum virginum martyrem ab angelis coronatam, in cœlis collocasti, et de manibus impiorum liberasti, tribue, quesumus, ut, qui ejus gaudent honore, ab omnibus iniquitatibus liberentur. Per Dominum *etc. In Breviario autem Meldensi ad diem* XII *ejusdem mensis de eadem hæc ex Communi virginum martyrum præscribitur Oratio* : Deus, qui inter cetera *etc.* : *in qua* S. Libaria virgo *et* martyr *dicitur, non* monacha.

*et Graniæ ; ejusdem corporis major pars in monasterio Leonis.*

C 4 *Ut vero prædictum cultum Tulli habet, quod in ea diœcesi passa credatur, ita haud dubie etiam multo majori gaudet Graniæ vel Grandi, Leucorum olim oppido vel civitate, nunc Tullensis diœcesis vico, vulgo* Gran *vel* Grand *appellato, uti et in S. Leonis abbatia Tullensi, de quibus Calmetus Historiæ Lotharingiæ, anno* 1745 *Nanceii recusæ tom.* I, *col.* 205, *num.* VIII *Gallice notavit sequentia.* S. Libaria, quam SS. Eliphii et Eucharii sororem dicunt, sub Juliano quoque martyrium subiit, sed rei adjuncta latent. Verisimiliter in civitate Graniensi, vel in hujus vicinia passa est. Cultus ejus ibidem semper celebris fuit, ejusdemque reliquiæ in dicata eidem parochiali Graniensi ecclesia magna cum veneratione et honore servatæ usque in annum MDLXXXVII, quo Cardinalis de Vaudemont, id temporis Tullensis episcopus, jussit eas propter militares Germanorum copias... illac transituras, ad Tullensem S. Leonis abbatiam transferri. Quiescunt eæ ibidem hactenus ; sed quædam earumdem portio abhinc aliquot annis parochiali Graniensi ecclesiæ restituta fuit.

*In diœcesi Meldensi sui nominis ecclesiam habet ;*

5 *De altero* S. Libariæ *peculiaris cultus loco, apud Castellanum supra indicato,* Condate *videlicet* ad Mucram, *ut ab illo appellatur, hæc accipe. In Codice beneficiorum Galliæ vocatur hic* Condetum S. Libariæ, *poniturque in Meldensis diœcesis decanatu de Croyaco, vulgo* de Crecy. *Consentit Tossanus du Plessis tom.* 2 *Historiæ ecclesiæ Meldensis, Gallice editæ, pag.* 635, *ubi* Condé sainte Libaire *dicitur, situsque in Bria. Tum in rem nostram præterea subditur* : S. Libaria, istius ecclesiæ patrona, sancta virgo et martyr est, cujus reliquiæ Tulli in abbatia S. Leonis quiescunt. Condeti incolæ duo ex iis ossa anno MDCC obtinuerunt, quæ hodieque in eorum ecclesia venerationi fidelium exponuntur. *Pro hisce remittit historicus ad monumenta historica, inter quæ num.* DCCXXIV *ex tabulario episcopatus Meldensis exhibet litteras illustrissimi Jacobi Benigni Bossuet, Meldensis episcopi, partim Gallice, partim Latine conscriptas, quæ cum harum reliquiarum translationis adjuncta contineant, operæ mihi pretium visum est, eas integras Latinas lectori exhibere.*

AUCTORE C. S.

6 Anno MDCCI, die Lunæ, XXIV Octobris infra hebdomadam XXIII post Pentecosten, quo die festum sacrarum Reliquiarum per totam nostram diœcesim celebratum fuerat, Nos Jacobus Benignus, permissione divina episcopus Meldensis, ordinarius regis consiliarius status, olim præceptor serenissimi domini Delphini, primusque eleëmosynarius ducissæ Burgundiæ, discessimus hora secunda pomeridiana e nostro castro Germigny l'evesque, comitantibus domino Jacobo Benigno Bossuet, presbytero in Theologia doctore facultatis Parisiensis regiæ domus Navarræ, abbate Savigniacensi in diœcesi Lugdunensi, archidiacono Briæ in nostra ecclesia cathedrali, nostroque vicario generali ; D. Joanne Phelypeaux, presbytero doctore Sorbonæ, thesaurario et canonico ejusdem ecclesiæ nostræ, nostroque etiam vicario generali ; D. Francisco le Dieu, presbytero Theologiæ doctore, cancellario et canonico dictæ nostræ ecclesiæ cathedralis, nostroque secretario ordinario, ac stipatoribus nostris ; ut nos ad parochiam Condeti sanctæ Libariæ diœcesis nostræ conferremus.

*in qua illius reliquiæ a Bossueto Meldensi episcopo,*

E

7 Quo cum sub vesperam pervenissemus, nos cum comitatu nostro a domino Michaële Saulnier, regi a consiliis, in ejusdem Subsidiorum curia Parisiensi præside, dictæque parochiæ domino, invitati sumus, ut ad suum castrum diverteremus, quod et acceptavimus. Deinde coram eodem domino, prædictis ministris nostris, F et parochis de Condeto et de Insulis, qui omnes hæc Acta nobiscum subsignarunt, exhiberi nobis fecimus arcam sanctæ Libariæ, virginis ac martyris, dictæque parochiæ patronæ, quam arcam e ligno inaurato factam, architectonice ornatam, in modum tentorii opertam, et in lateribus laminis crystallinis instructam, agnovimus eamdem esse, quam ante benedixeramus ; eaque aperta, invenimus duo ossa tenui filo argenteo in multos gyros circumducto decenter affixa pulvillo e tela pariter argentea texto ; quorum ossium alterum est una vertebra cervicis, alterum os metacarpi, quæ sunt reliquiæ S. Libariæ, quas eidem capsæ ante inclusi. Sub pulvillo autem reperimus testimonium authenticum et Acta autographa, tam Tullensia, quam mea facta Parisiis et Meldis ; ex quibus cognovimus ; nihil in dicta capsa mutatum fuisse, ex quo dictas sanctas reliquias in eamdem transtulimus, quæ testimonium authenticum et Acta autographa in hisce Actis nostris transcribi fecimus, ut sequitur,

*cujus hac super re authenticas litteras,*

ipsis

AUCTORE C. S.

ipsis autographis inde sublatis unaque cum hisce nostris Actis in communi episcopatus Meldensis archivo deponendis.

*hisque insertas vicarii generalis Tullensis damus,*

8 « Claudius-Carolus de l'Aigle, presbyter canonicus, magnus archidiaconus ecclesiæ cathedralis, præpositus insignis collegiatæ ecclesiæ S. Gangulphi Tullensis, officialis et vicarius generalis illustrissimi et reverendissimi domini Henrici de Thyard de Bissy, episcopi et comitis Tullensis, notum facimus, quod nos hac die datarum præsentium, hujus civitatis abbatiam S. Leonis, Ordinis S. Augustini, ingressi, et a reverendis patribus Priore et Religiosis requirentes, ut arcam, in qua sanctæ Libariæ virginis ac martyris reliquiæ servabantur, nobis aperirent, duo, iisdem consentientibus, ossa inde exemerimus, nempe unam e posterioribus vertebris cervicis, unamque phalangem pollicis pedis, quæ sine mora et coram nobis simul cum gemino harum litterarum exemplari reponi jussimus in capsulam abiegnam, obvolutam vitta serica rubri coloris, octoque in locis sigillo illustrissimi domini episcopi in cera Hispanica rubea obsignatam. Quæ reliquiæ simul cum præsentibus
B litteris nostris tradendæ sunt Parisiis domino præsidi Saulnier, qui eas petiit parochiæ Condeti sanctæ Libariæ; cujus dominus est, cujusque ecclesia sub hujus insignis Sanctæ invocatione dicata Deo est. Actum Tulli vigesima octava Augusti MDCC. Et signatum : DE L'AIGLE; et infra : De mandato domini vicarii generalis, et signatum PILLEMENT secretarius. Et a latere scriptum est : Paraphe NE VARIETUR, Parisiis decima Martii millesimo septingetesimo primo, signatumque cruce et sequentibus litteris J. B. E. M. et infra signatum : Per dominum, LE DIEU, et a latere CHEVALIER, SAULNIER. »

*approbatæ,*

9 « Anno MDCCI die Jovis, die decima Martii in nostro Palatio Parisiis, in foro victoriæ, Parochia sancti Eustachii, nos Jacobus Benignus Bossuet, episcopus Meldensis, accepimus per manus domini Hyacinthi Chevalier, presbyteri canonici ecclesiæ cathedralis Tullensis, vicarii generalis illustrissimi domini episcopi Tullensis, comitante eum domino præside Saulnier, domino parochiæ Condeti sanctæ Libariæ, nostræ diœcesis, fasciculum inscriptum hoc modo : DOMINO CHEVALIER,
C MAGNO VICARIO TULLENSI, PRO DOMINO PRÆSIDE SAULNIER, REGI IN SUIS CONSILIIS CONSILIARIO, PRÆSIDE IN CURIA SUBSIDIORUM PARISIIS; obsignatum sigillo domini Officialis Tullensis, per quem fasciculus missus fuit ad dictum dominum Chevalier; amotoque primo involucro, invenimus authenticas litteras, fidem facientes de contentis in fasciculo, obsignato octo sigillis illustrissimi domini episcopi Tullensis in vitta rubra super panno albo, quamdam capsam obtegente. »

*eodemque mandante,*

10 « Quod authenticum instrumentum incipit : CLAUDIUS-CAROLUS DE L'AIGLE etc. et datum est TULLI die vigesima octava Augusti MDCC. Signatum DE L'AIGLE, et de mandato domini vicarii generalis, PILLEMENT, cum
* *Gallice :* avec paraphe peculiari nota nomini addita *; signatum per nos dictumque dominum Chevalier, et dicto domino præside Saulnier, NE VARIETUR. Quam capsam sic sigillatam penes nos servavimus, ut suo tempore et loco eam aperiremus, contentasque in eadem reliquias transferremus in lypsanothecam nobis exhibendam. In quorum fidem hæc Acta signavimus, et nobiscum signarunt dicti domini supra nominati. Ita actum prædictis loco, dieque ac anno, et signatum cruce, J. BENIGNUS EPISCOPUS MELDENSIS. CHEVALIER. SAULNIER; et infra de mandato illustrissimi domini mei : LE DIEU. »

D

11 « Hac die trigesima Martii millesimo septingentesimo primo Nos Jacobus Benignus Bossuet, episcopus Meldensis, ordinarius consiliarius status, olim serenissimi Delphini præceptor, ac primus serenissimæ ducissæ Burgundiæ eleëmosynarius, aperuimus capsam sigillis illustrissimi domini Tullensis episcopi obsignatam, in qua depositæ erant reliquiæ sanctæ Libariæ, virginis ac martyris, nobis traditam modo, in præcedenti nostro instrumento exposito; easque recognosci fecimus per magistros Carolum Morin, Nicolaum Bontems, et Joannem Seguin, hujus civitatis Meldensis medicinæ doctores, qui nobis retulerunt, alterum e Sanctæ ossibus esse unam
E vertebram cervicis; alterumque, phalangem e pedum pollicibus dictum, suo judicio potius videri unum os metacarpi. Quas reliquias sub sigillo nostro deposueramus in manus domini Le Dieu presbyteri, cancellarii et canonici ecclesiæ nostræ, decenter collocandas a nobis in Lypsanotheca, nobis præsentanda. Actum Meldis trigesima Martii MDCCI, et signatum cruce, J. BENIGNUS episcopus Meldensis. »

12 *Hactenus instrumenta hæc e Gallicis Latina feci, quod proxime in eisdem litteris subtexitur, scriptum Latine est, atque ita habet :*

Jacobus Benignus, permissione divina Meldensis episcopus, ad rei memoriam sempiternam, notum facimus, quod die datæ præsentium allata est ad nos a viro illustrissimo, domino Michaële Saulnier, regi a consiliis, et in curia Subsidiorum Parisiensi præside, ac parochiæ sanctæ Libariæ de Condeto domino, capsa ad recondendas sacras reliquias ejusdem sanctæ Libariæ virginis et martyris, a nobis juxta tenorem actorum die vigesima octava Augusti anno Do-
F mini millesimo septingentesimo primo præsentatas ac religiose susceptas; in qua capsa, a nobis prius in capella palatii nostri episcopalis rite benedicta, una cum prædictis Actis, easdem reliquias composuimus, ac venerationi fidelium in parochiali ecclesia dictæ sanctæ Libariæ virginis et martyris de Condeto, nostræ diœcesis, exponi permisimus; præsentibus ibidem magistro Petro Durand, rectore parochialis ecclesiæ dictæ sanctæ Libariæ de Condeto, ac magistro Nicolao Lienard rectore parochialis ecclesiæ de Insulis prope Villanolium, nec non viro prædicto illustrissimo præside. Datum Meldis in palatio nostro episcopali, die prima Aprilis anno Domini millesimo septingentesimo primo. Signatum cruce J. Benignus episcopus Meldensis. Durand. Lienard. Saulnier. Et infra : De mandato illustrissimi ac reverendissimi domini mei, D. episcopi Meldensis Royer, cum peculiari nominis nota et sigillo. *(Gallice* : Avec paraphe *etc.)*

13 *Quæ sequuntur, idem illustrissimus Bossuetus ibidem Gallice prosequitur, solemnitatem exponens, qua ipse easdem sacras reliquias tandem exaltavit*

A *exaltavit, publicæque fidelium venerationi exposuit.* Die vero Martis, vigesima quinta Octobris dicto anno mane nos prædictus episcopus capsam, in qua pretiosæ reliquiæ sanctæ Libariæ requiescunt, deponi mandavimus super mensam in medio chori ecclesiæ parochialis dicti loci, ad quam a numeroso clero, ad eam festivitatem congregato, in supplicantium agmine deducti sumus, et in ejusdem ecclesiæ vestibulo cum solitis ceremoniis recepti a magistro Petro Durand presbytero, ejusdem parochiæ rectore. Post adoratum sanctissimum Sacramentum, fusasque coram lypsanotheca preces, quam magna cum veneratione venerati sumus, quod et clerus noster statim pariter fecit, populo, qui ex omnibus vicinis parochiis ad eam solemnitatem concurrerat, causam nostri adventus esse, diximus, ut publico cultui exponeremus sanctæ Libariæ virginis et martyris, locique patronæ, reliquias, isti capsæ inclusas, ex ejusdem Sanctæ tumulo exceptas, eoque allatas pio studio devoti magistratus, illorum domini, quo ille impulsus fuerat, ut novum istud ad excitandam illorum pietatem subsidium

B compararet, ductus Ecclesiæ sensu, quæ Sanctorum reliquias venerationi fidelium exhibet, ut eos talibus exemplis animet ad imitandas illorum virtutes, ad agendas Deo pro relatis ab iis triumphis gratias, eaque ratione eorumdem apud ipsum patrocinia promerenda: omnibusque fidelibus, huic solemnitati cum animo debite comparato assistentibus, consuetas Indulgentias impertiti sumus.

*supplicatione, Missa ac concione ibidem exaltatæ*

14 Post hæc Pontificalibus induti adfuimus solemni processioni, in qua hæ sanctæ reliquiæ a presbyteris per primariam parochiæ viam et in castri aream delatæ fuerunt, comitantibus nos clero populoque, Responsoria in honorem omnium Sanctorum concinentibus; regressoque in ecclesiam supplicantium agmine, Missam de Sacrarum reliquiarum festivitate pontificaliter celebravimus cum sermone ad populum post Euangelium ejusdem argumenti de sanctorum martyrum sanctæque Libariæ triumpho, habito per magistrum Simonem Michaëlem Truvé presbyterum, doctorem in Theologia, canonicum Theologalem in nostra ecclesia cathedrali; finitaque solemnitate, hæc nostra rei gestæ Acta inclusimus eidem capsæ, quam in

C quatuor locis obsignari fecimus, vetantes, ne sine nostra peculiari licentia causisque a nobis probatis aperiatur.

*et depositæ fuere anno* MDCCI. *Altera ejusdem ecclesia.*

15 Permisimus, ut ipsa capsa in scapho super altare hunc in finem facto reponatur cum hac inscriptione: SANCTA LIBARIA, ORA PRO NOBIS; mandantes, ut in dicta Condeti parochia, de hac solemnitate, translatione et expositione harum sacrarum reliquiarum fiat annua commemoratio die Dominica, qua festum sanctarum reliquiarum in hac diœcesi celebratur. Actum datumque in supra dicta parochia Condeti sanctæ Libariæ, præmissis die et anno. In quorum fidem hæc Acta signavimus, et sigillo nostro muniri fecimus; et signarunt nobiscum testes infra nominati, uti et secretarius noster.

†J. Benignus, E. Meldensis.
J. B. Bossuet, archid. Briæ.
J. Phelipeaux. Saulnier.
Lienard, Durand.

De mandato dicti domini mei, illustrissimi et reverendissimi episcopi Meldensis, Le Dieu, secretarius et cancellarius ecclesiæ Meldensis. *Hactenus de reliquiis* S. Libariæ *Condeti servatis, locisque, in quibus illa colitur, quibus addenda est ecclesia Ayettensis, vulgo* d'Ayette, *qui vicus Artesiæ est tribus circiter milliaribus distans Atrebato, Ambianos versus, quam ecclesiam* S. Libariæ *etiam dicatam lego, in notitiis ad Majores meos olim missis.*

AUCTORE C. S.

16 *Longe abest, ut tam certa de ejusdem Sanctæ genere gestisque proferre possimus, quod præcipua illius notitia accepta videatur ex Vita seu Passione S. Eliphii, auctore Ruperto Tuitiensi abbate, aliave, auctore anonymo, qui Ruperto præluxit, quarum hanc Ms. habemus, illam Laurentius Surius inter Vitas Sanctorum vulgavit ad diem* XVI *Octobris, quo Sanctus iste martyr colitur, quoque illa pluribus discutienda est. Interea consuli potest Commentarius ad Vitam supra laudatæ S. Mennæ seu Mannæ in hoc ipso Opere ad diem* III *Octobris* § 1, *ubi observatum jam est, Rupertum ante medium seculum* XII *scripsisse, anonymum vero non ante annum* 1036, *proindeque ambos a Juliani Apostatæ, sub quo SS. Eliphium et Libariam iidem passos affirmant, temporibus longius abfuisse, quam ut certa fides iis tuto hic* E *possit haberi.*

*Passio illius nec sat antiquos*

17 *Præluxisse autem alterutram anonymo, qui Vitam* S. Libariæ, *cujus apographum ex Ms. ecclesiæ Ayettensis habemus, concinnavit, partimque parergis, partim fabulis auxit, manifestum fit ambas conferentibus; neque hunc antiquiorem esse anno* 1036, *certo argumento est, quod is quoque, æque ac Ruperti anonymus, doceat, corpus S. Mennæ in Portu-suavi quiescere, quo illud eodem anno translatum fuisse, in laudato de ea sancta virgine Commentario ostensum est. Incipit hæc* S. Libariæ *Vita a Juliani imperatoris a Christiana fide defectione, lataque ab eo adversus Christianos lege, ejusdemque ad hos pervertendos cruciandosque ex Italia adventu in Galliam, in qua SS. Eliphium, Eucharium, eorumdemque sorores sanctitate tunc floruisse narrat, in quibus omnibus Rupertum, vel qui huic facem prætulit, anonymum S. Eliphii biographum ducem habuit.*

*habet auctores, nec eam veri speciem præfert.*

18 *Tum e penu suo addit piam* Libariæ *per parentes suos institutionem, eaque occasione præcipua Christianæ fidei mysteria recenset, quibus illam accensam ait, monasticæ se vitæ addixisse; dum oves suas prope civitatem Grandem pasceret, impia Juliani edicta mandataque, atque ipsius etiam coram suadentis dona minasque contempsisse, tandemque ejus precibus comminuta aurea Apollinis statua, coloque ac fusis illius mirabiliter germinantibus, angelico, confirmatam alloquio, abscisso capite martyrium consummasse, ac plures, quam quadraginta cum ea, quos tantis prodigiis ad Christi fidem converterat. Addit denique, ipsam abscissum caput suum in civitatem Grandem illatum fonte abluisse, ibidemque a fidelibus caute sepultam, tremente terra, murisque ac turribus civitatis corruentibus, et multis Christi sacra amplexis; erumpente quoque postea sub ejusdem basilica fonte, quo infirmi loti sospitabantur. Credat hæc, qui volet, anonymo minime antiquo, comparate ad ætatem* Libariæ: *ego illam Vitam, aliunde etiam, ut videbimus, fabulosam, prelo indignam censeo.*

*ut excudi mereatur.*

19 *Brevius minusque fabulosum est compendium Vitæ illius, in tres Lectiones secundi Nocturni pro ejusdem Officio partitum, quas ex Breviario Tullensi, anno* 1595 *per Cardinalem*

*Datur compendium ejusdem*

AUCTORE C. S.

*Cardinalem Lotharingiæ, Tullensem episcopum reformato, Majores nostri ad hunc diem reposuerunt, atque hic subjungo;*

Lectio iv. Ea tempestate, qua Julianus imperator apostata, indicto Christianis bello, eos modis omnibus atque artibus a Christi castris avocare contendebat, floruerunt in Lotharingia nobilissimæ sanctissimæque tres sorores, Libaria, Menna et Susanna, quæ eo nomine plurimum commendantur, quod a prima ætate virginitatem suam Christo devoverint, magnoque semper pietatis ac fidei zelo in suscepta semel monastici instituti professione inter varias temporum illorum procellas ad extremum usque spiritum perstiterunt.

*ex Breviario Tullensi anni 1595,*

20 Lectio v. Unde factum est, ut, postquam ab hac luce excesserunt, Susanna quidem in Campania, Menna vero apud Portum suavem, non procul a Mirceuria, honorificis tumulis conditæ, in magna semper apud accolas propter vitam sanctissime actam veneratione cultuque fuerunt. Sed sororibus eo celebrior habetur Libaria, quod ad virginitatis cumulum
B martyrii quoque laurea a Deo ornari meruerit una cum Euchario et Eliphio, germanis suis fratribus. Lectio vi Et Libaria quidem cum coram transfuga illo imperatore sisteretur, jubereturque auream Apollinis statuam procumbens adorare nullis blanditiis, aut promissis, neque minis ac cruciatibus ad tam immane facinus committendum pertrahi potuit, malle se, dicens, vita, quam Christo, privari: quam ob rem, multis frustra tentatis, Libariæ caput tandem amputari jussit impius apostata, mirantibus cunctis fidei ardorem ac tantam in fœmineo pectore animi robur atque constantiam.

*cujus auctori præluxerunt Rupertus*

21 *In apographo nostro hæc accepta notantur ex Ruperto Tuitiensi abbate et ex Tabulario ecclesiæ Liberdunensis in Lotharingiæ tractu Tullensi; quod cum de duabus primis Lectionibus certum sit, Rupertum in Vita S. Eliphii consulamus. In hac apud Surium sic legitur:* Habuit autem idem vir sanctus *(Eliphius)* fratrem sanctissimum tresque sorores virgines, omnes memorabiles supernæ civitatis Hierusalem municipes, quorum nomina, in Libro vitæ scripta, sunt hæc: frater ejus Eucharius... palmam quoque martyrii feliciter adeptus est... Prima sororum ejus Menna, secunda Libaria, tertia dicta est Susanna, fueruntque, sicut unius fidei, ita et unius ejusdemque, scilicet monachicæ, professionis. Et prima quidem, videlicet Menna, sacra virgo utrum per martyrii palmam præsentem vitam finierit, antiquitas literis *(adde* non) expressit, nisi quod in virginitate permanens defuncta, et in loco, qui Porces dicitur, condita est.

*supra memoratus,*

22 Secunda Libaria, et tertia Susanna sanctæ vitæ propositum sanctiori martyrii gloria consummaverunt. Et Libaria quidem apud civitatem, nomine Grandem, Susanna vero in Campania tumulata est. *Hæc Rupertus ex antiquiori anonymo superius laudato, qui in nostro apographo Vitæ S. Eliphii ex Ms. S. Viti in Gladbach, collato cum altero S. Maximini Trevirensis, S. Eliphii fratrem sororesque sic recensuit:* Sanctissimum videlicet episcopum, nomine Eucharium, qui cum palma martyrii susceptus est in paradisum... castissimas etiam tres virgines, per omnia Christo devotas, quarum nomina placet lectioni nobis * Menna dicitur * prima, sacra virgo et monacha ad Porcis * est condita. Secunda nominabatur Libaria, monacha et martyr, in civitate Grandi fuit sepulta. Tertia, monacha similiter et martyr, cognomine Susanna, in Campania est tumulata.

* *Trev.* Dicebatur
* *supple* inserere
* *ibid.* Porces

23 *En tibi omnium trium sororum asserta virginitas et monastica professio, sed solum duarum,* Libariæ *scilicet ac Susannæ martyrium, quod cum de Menna nec affirmetur, nec negetur, Rupertus hanc Eliphii Vitam præ oculis habens, de eadem S. Menna ait:* Utrum per martyrii palmam præsentem vitam finierit, antiquitas literis non expressit; *ex quo denuo liquet, non periisse S. Eliphii Vitam a Ruperto laudatam, ut existimavit Tillemontius Nota* 12 *in persecutionem Juliani. Vide dicta in Commentario in S. Mennam apud nos tom.* 2 *hujus mensis Octobris pag.* 150, *num.* 2. *Sed nec Rupertum, nec quem hic secutus fuit, anonymum sat antiquum ad fidem faciendam auctorem esse, supra observavi, dictumque jam ante est in Commentario mox laudato; nec majoris auctoritatis est anonymus alter, ejusdem S. Mennæ biographus, citato tomo a nobis editus, qui etiam plura de* S. Libariæ
E *parentela narravit, de quibus consule ibidem S. Mennæ Vitam, additasque ad eam in Commentario prævio observationes, quas non lubet hic recoquere.*

24 *Cujus ætatis fideive sint monumenta tabularii Liberdunensis, ex quibus Lectio* vi *Officii, martyrium* S. Libariæ *continens, facta dicitur, mihi omnino inexploratum est. Et sub Juliano quidem eam passam esse, etiam altera ejusdem Sanctæ, quam supra rejeci, Vita, Actaque S. Eliphii perhibent, sed cum adjunctis certo fabulosis. Audi anonymum Eliphii biographum, cui ista consentit, in apographo Trevirensi de hac Juliani persecutione loquentem.* Impiissimus namque *(Julianus)* cæsar effectus crudelem dedit crudeliter legem, ut omnes ubique Christiani cunctis cederent facultatibus suis... Post non parum temporis tyrannus deterrimus, Italiam relinquens, adiit Gallias, ea scilicet intentione, ut idola erigeret, templa ædificaret dæmonibus, vastaret ecclesias, ad dæmonum culturam vel præmiis invitaret Christianos, vel, si altiori consilio illum cum suis donis contemnerent, exquisitis studiose pœnis interficeret.

F

25 *Atqui nullus veterum tradidit, hujusmodi legem a Juliano umquam latam fuisse; nec potuit illam ipse ferre, dum Galliis cæsar præfuit nec imperium adeptus ex Italia umquam in Gallias regressus fuit. Sunt ista nimirum commenta hominis, aliquot seculis post Juliani tempora scribentis, de ejusdemque historia minime instructi Non tamen propterea negandum est,* Libariæ *martyrium sub Juliano contigisse, quod pariter asseritur in quadam inscriptione infra vicum Pompey in Lotharingia, quam Calmetus refert tom.* 1 *Historiæ Lotharingiæ recusæ col.* 201 *et sequenti, in qua inter alios Sanctos memoratur* S. Libaria, *subdunturque hæc:* Hi fœlices prælibati Juliani gladio sunt truncati. *Non est quidem hæc inscriptio, eodem Calmeto teste, seculo* xiii *vel* xiv *antiquior; sed saltem traditionem ejusdem temporis probat. Ut itaque etiam alii alibi pro Christi fide (quamquam alia passim conficta de causa) sub Juliano passi fuere, ita potuit et* Libaria, *cujus martyrium propterea sub eodem apostata, dubie tamen, reposui. Vide etiam dicta in Commentario prævio de S. Menna* § 2, *num.* 18 *et sequentibus.*

26

A 26 *De Juliano consentiens (ut supra vidimus) Castellanus, etiam annum* 362 *in sinistra margine adscripsit; verum hæc opinio componi nequit cum ejusdem martyrologi annotatione in margine dextera, ubi ad vocem* Libiere *habet:* Leobaria, non Scoberia, ut habet Theophilus Renaudus. *Renaudi locum quidem non indicavit, sed si indicare voluerit Prolegomenon secundum in Indiculum Sanctorum Lugdumensium, vehementer hallucinatus fuit. Renaudus enim, quam ibi memorat,* Scoberiam *S. Benedictæ virginis martyris sociam facit, uti hodie annotavit lit.* k *ad hujus Sanctæ fabulosa Acta, in quibus pro* Scoberia *legitur* Liobera, *atque alibi etiam* Limberia. *Sed, si S. Benedicta anno* 286, *ut ipsemet statuit Castellanus, martyrio coronata fuerit, qua verisimilitudine dicetur ejusdem Socia* S. Leobaria *seu* Libaria, *a Renaudo* Scoberia *perperam dicta, usque ad Juliani imperium annumque Christi* 362 *pervenisse? Diversam ego hanc, si qua umquam fuerit, S. Benedictæ sociam a* S. Libaria *hodierna esse censeo. De cultu Susannæ,* S. Libariæ, *ut quidam volunt, sororis, vide dicta hodie inter Prætermissos.*

*Diversa fuit a Scoberia, S. Benedictæ socia.*

AUCTORE C. S.

# DE S. FELICE EPISC. CONF.

COMI IN DUCATA MEDIOLANENSI

## COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS

B J. B. E

### § I. S. Felicis in Fastis sacris memoria; quo anno Comi sedere cœperit; cujas fuerit; fueritne primus Comensium episcopus, et S. Ambrosii suffraganeus.

Sub finem Seculi IV. *S. Felix, licet in Martyrologio Romano* XIV *Julii notetur,*

*Quem hodie damus* S. Felicem, *Comensem in ducatu Mediolanensi episcopum, primus e martyrologis Galesinius in concinnato a se Gregorii* XIII *tempore in usum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Martyrologio memoravit ad diem* XIV *Julii his verbis*: Novocomi sancti Felicis episcopi, qui magna divinæ pietatis testificatione primus illi civitati episcopus præfuit. *Galesinium secuti sunt, qui sub eodem Pontifice Martyrologium Romanum emendarunt, partim paulo immutatis, partim resectis Galesinii verbis, sed ad eumdem diem* S. Felicem *hunc in modum annuntiantes*: Novocomi sancti Felicis, primi ejusdem civitatis episcopi. *Qua porro de causa Galesinio, eumque secutis Romani Martyrologii emendatoribus* S. Felicem *ad supradictum diem consignare visum fuerit,* C *haud satis liquet; nisi forte vitiosas ecclesiæ Comensis tabulas (has enim et librum Ms. in suis ad eumdem diem Annotatis laudat) Galesinius præ manibus habuerit: sed sive e vitiosis ecclesiæ Comensis tabulis, sive e libro Ms. diem* XIV *Julii* S. Felici *sacrum dixerit, sive denique id aliunde didicerit, aut alia de causa fecerit, constans ecclesiæ Cumanæ, ut in Prætermissis ad diem* XIV *Julii decessores nostri monuere, consuetudo fuit, ut die* VIII *Octobris sancti sui Præsulis festum celebraret; eaque de causa hoc potius die de* S. Felice *agendum censuerunt, Ferrarii exemplo, qui hoc pariter die* S. Felici, *e Comensis ecclesiæ Breviario monumentisque elogium dixit hujusmodi in Catalogo Sanctorum Italiæ.*

*die tamen* VIII *Octobris*

2 Felix, Novocomensis civis, nobili genere natus, optimis moribus, doctrina, eloquentia et religione præditus, a S. Ambrosio, episcopo Mediolanensi, primus Comensium episcopus sacratur circa annum Salutis CCCLXXX. Qui, suscripto pastorali munere, plerosque Comenses, a recta via ob Arianam perfidiam aberrantes, ad verum iter reduxit, et eos, qui adhuc gentilium superstitione tenebantur, ad Christianam fidem convertit: id quod maximæ inter Felicem et Ambrosium necessitudinis causa fuit, quemadmodum epistolæ Ambrosii, ad Felicem scriptæ, testantur. Cum Felix pie sancteque admodum ecclesiæ suæ ad plures annos præfuisset, successore sibi delecto, ægritudine correptus, brevi ad tot laborum præmium evolavit in cœlum VIII Idus Octobris, in crypta Basilicæ S. Carpophori in monumento lapideo, seu ex silice, sepultus. S. Felicis *gesta Aloysius de Tattis, Martyrologii Novocomensis auctor, hoc item die, paulo enucleatius tradit, ita de illo scribens*: Novocomi natalis S. Felicis, Novocomensis episcopi et confessoris in ecclesia S. Carpophori: qui nobili genere natus, cum vitæ probitate, doctrina et religione floreret, a S. Ambrosio patriæ præsul ordinatus est. Mercurii delubrum uni ac vero Deo et S. Carpophoro martyri dedicavit, in quod F ejusdem Carpophori et sociorum inventa corpora, ut digno honore colerentur a fidelibus, intulit.

*Comi colitur:*

3 Adstitit Laude una cum ipso Ambrosio et Bassiano, Laudensi episcopo, ecclesiæ SS. Apostolorum apotheosi, ubi puellam, cacodæmone pressam, liberavit. Interfuit Mediolanensi concilio, ubi cum aliis patribus Joviniani hæreses condemnavit. Plurimos a fide Catholica aberrantes ad viam veritatis perduxit: nonnullos etiam a religione Christiana alienos ad veri Numinis cultum convertit. Quo munere cum diu sancte et laudabiliter functus esset, et diem mortis suæ sibi appropinquare intelligeret, Prouino successore delecto, ad suorum laborum præmia evolavit in cœlum. *Ita laudati Ferrarius et Tattus; sed non pauca, quæ examine indigebunt, asserentes: interim vero Aloysium Tattum de cultu sacro, Comi* S. Felici *exhiberi solito, pauca loquentem audiamus.* De S. Felice, *inquit in Annotatis ad diem* VIII *Octobris,* agunt hac die Breviaria

AUCTORE J. B. Breviaria tum vetus, tum novum ecclesiæ Novocomensis. *Officia item propria ejusdem ecclesiæ, edita sub* Lazaro Carafino, *qui ab anno* 1662 *usque ad annum* 1665 *Comensem ecclesiam rexit. Ex Breviario illo antiquo Ferrarius Hymni de SS. Episcopis Comensibus fragmentum aliquod exhibet, quod de* S. Felice, *ejusque successore proximo S. Prouino ita habet:*

Potitus in primordio
Est Felix pontificio,
Post quem secundus actibus
S. Prouinus claruit.

*Quæ quiden non dubium faciunt, quin Comenses jam olim exhibuerint, hodieque exhibeant* S. Felici *honorem sacrum; cujus etiam testimonium est excitatum* S. Felici *et S. Amantio, episcopis Comensibus, Societatis nostræ nobile templum, quod anno* 1604 *die* XXI *Novembris Philippus Archintus consecravit, ut scribit Tattus in Annalibus sacris Comensibus tom.* I *ad annum* 391 *pag.* 309. *Nunc* S. Felicis *gesta examinemus.*

B 4 *Ex his, quæ de* S. Felice *Ferrarii Tattique elogia complectuntur, vix quidpiam certi est, si ea, quæ in S. Ambrosii ad illum epistolis, quæ hodieque exstant, continentur, vel colligi ex iisdem possunt, excipias. Hinc fit, ut e scriptoribus recentioribus alii alia de* S. Felice *affirment. Ceteris, quod sciam, fusius de* S. Felice *Tattus supra laudatus in Annalibus scribit a pag.* 242, *ac primum quidem de die, tum de anno, quibus in episcopum Comensem sacratus seu ordinatus fuerit, disputat: Dein vero, cujas fuerit, et an primus Comensium episcopus, quam communem historicorum opinionem esse, non diffitetur. Quod ad diem consecrationis seu ordinationis attinet, recte contendit Tattus, hanc die* XIV *Julii, quo* S. Felicis *memoria recolitur in Martyrologio Romano, non accidisse. Sicut enim Ambrosius Epist.* 4 (*alias* 5 *vel* 60) *quæ* Felici *inscripta est, his verbis:* Ordinatio non reprehendetur, quam accepisti per impositionem manuum mearum et benedictionem in nomine Domini Jesu, *sese* Felici *dignitatem episcopalem per consecrationem contulisse, aperte prodit, ita et diem, Kalendas nempe Novembris, quo* Felicis *consecratio seu* C *ordinatio contigit, non dubie explicuit, cum eadem Epistola scripsit:* Tum ego nostris tabulis intexui diem natalis tui, qui foret in exordio ipso Kalendarum Novembrium.

neque XIV Julii,

sed Kal. Novembris,

5 *At, inquies, quid diei natali* S. Felicis *cum die ordinationis ejus? Multum profecto: non enim per* diem natalem *hic diem, quo in hanc lucem emissus est* Felix, *S. Ambrosius intellexit, sed diem, quo consecratus Comensis episcopus fuerat, ut transcripta paulo ante ipsius Ambrosii de* Felicis *ordinatione verba, et reliqua citatæ Epistolæ series suadent: præmiserat enim paulo ante Ambrosius, de datis ad se a* Felice *litteris loquens:* Simul quia celebrem utrique nostrum annuntiasti diem adfore, quo suscepisti gubernacula summi sacerdotii, *seu episcopatus Eodem plane modo Ambrosius diem, quo vel in episcopum Mediolanensem consecratus, vel saltem postulatus fuit a populo,* natalem *suum vocavit lib.* 8 *Expositionis Evangelii secundum Lucam num.* 73 *his verbis:* Pulchre mihi hodie legitur legis exordium, quando mei natalis est sacerdotii. *Plura in hanc rem vide apud Baronium in Annotatis ad diem* XVIII *Januarii de Solemnitate Cathedræ Romanæ, a S Petro primum aditæ. Maneat itaque,* S. Felicem *a S. Ambrosio episcopum* D *fuisse consecratum die* I *Novembris, non die* XVI *Julii. Censueritne postremum id Galesinius, nihil interest: censuit certe Ballarinus in Compendio Chronici Comensis part.* 2, *ubi de* Felice, *quem Tattus recte redarguit.*

6 *Porro Tattus, ut ex laudata Ambrosii Epi-* nov. n. *stola diem, quo Comensibus infulis indutus est* 379. S. Felix, *recte assignavit, ita quoque ex eadem annum, quo id contigit, eruere studuit. Tria, inquit, præcipua rerum capita ea S. Ambrosii Epistola complectitur: ac primo quidem* Felicem *rogat Ambrosius, ut SS. Apostolorum ecclesiæ, quam Laude Pompeia S. Bassianus excitarat, dedicationi una secum interesse velit. Tum* Felicem *hortatur, ut gregi suo invigilet sedulo: denique gratulatur* Felici *collectum jam aliquem e laboribus suis fructum; et non defuturos, qui labores ejus sublevent, pollicetur; quam in rem hæc Ambrosii laudata Epistola verba profert:* Multa messis; sed pauci operarii, et difficile inveniuntur, qui adjuvent. Verum hoc vetus; sed potens est Dominus, qui mittit operarios in messem suam. Certe in illo ordine Comensium jam ple- E rique cœperunt credere magisterio tuo et doctrina tua Dei verbum receperunt; sed qui dedit credentes, et adjutores dabit. *Hæc vere a Tatto dicta esse, S, Ambrosii Epistolam, infra num.* 13 *et seqq. recitandam, perlegenti manifestum fiet. Sed, cum nullius anni notam Ambrosiana præferat Epistola, qui Tattus ex ea,* S. Felicem *(sub annum* 379 *ab Ambrosio in Comensem episcopum consecratum fuisse, colligit? Ex hoc, inquit, loquendi modo, quo Ambrosius utitur, concludi probabiliter potest, ab imperita* S. Felici *in episcopum Comensem consecratione usque ad scriptæ ad illum Ambrosii epistolæ tempus, non plus effluxisse temporis, quam anni unius. Nec enim alioquin multum apparet credibile, tam sero Comenses credere primum incepisse, quæ, ut eos a gentilium hæreticorumque erroribus avocaret, diutius* S. Felix *prædicasset.*

7 *Verum non ait Ambrosius, eo- quo ad* Fe- nov. n. licem *scribebat, tempore hunc laborum suorum fructum aliquem tum primum capere cœpisse; sed insignem hunc jam tum esse cœpisse, et Comensium magnam partem seu* plerosque *Dei verbum recepisse, testatur: ut autem eo rem Catholicam* S. Felix *perduceret, maxime in ea, quam* F *indicat Ambrosius, adjutorum penuria, cur non aliquot etiam annos impendere potuit? Verum, quid porro Tattus adferat, ut sub annum* 379 Felicem *ordinatum esse, ostendat, audiamus: scripta, inquit, ea est Epistola die Octobris ultimo; quod verum est: verbis enim supra transcriptis num.* 4, *quibus* Felicem *Kalendis Novembris ordinatum ait, proxime subit Ambrosius:* Eumque, si non fallerer, appropinquasse et crastina celebrandum die. *Causa autem, ob quam potissimum eam* Felici *scripsit Ambrosius Epistolam, ea fuit, ut ecclesiæ SS. Apostolorum dedicationi, quam propediem meditabatur S. Bassianus, episcopus Laudensis, interesset; atqui dedicatio ista peracta fuit anno* 380, *ita nimirum testantibus Tabulis dypticis episcoporum Comensium et Laudensium, uti et Ughello in Serie Comensium episcoporum.*

8 *S. Bassiani, Laudensis episcopi, Vitam tom.* 2 *Januarii, ad diem* XIX *ejusdem mensis dedimus ex Monbritio, qui illam e libro, ab ipsius Sancti discipulis scripto, exceperit, ut quidem Galesinius ait; sed Tillemontio tom.* X *Monumento-*

*rum*

A *rum ecclesiasticorum pag.* 131 *novitatis suspectam. Fit quidem in ea mentio dedicationis ecclesiæ SS. Apostolorum, a S. Bassiano coram SS. Ambrosio et* Felice *factæ ; sed rei gestæ annus non exprimitur. Demus tamen, illam anno* 380 *contigisse ; potuit tum* Felix, *ut jam monui, annos aliquot in pontificatu exegisse ; atque adeo confici hinc nequit, anno* 379 *Comensibus* Felicem *præsse cœpisse : imo vero ex die* 1 *Novembris, quo episcopus ordinatus fuit* Felix, *teste Ambrosio, et ex antiquo Ecclesiæ, episcopos diebus Dominicis, a vespere præcedentis Sabathi inchoatis, consecrandi ritu verosimilius mihi equidem apparet, jam inde ab anno* 375 S. Felicem *episcopale munus gessisse ; si annum dedicationis ecclesiæ SS. Apostolorum, Laude factæ, Tabulæ dypticæ et Ughellus, a Tatto laudati, recte assignent : anno enim* 380 *littera Dominicalis fuit* D; *et proin dies prima Novembris erat Dominica : sed eo anno, ad Novembrem provecto, recurrebat dies initi a* Felice *episcopatus ; atque adeo ante eumdem annum dignitate episcopali insignitus fue-*

B *rat. Litteram item* D *Dominicalem habuit annus* 369 *: sed Ambrosius nondum Mediolanensis eo anno episcopus erat. Reliquus igitur erit annus* 375, *quo littera Dominicalis fuit* D, *atque adeo in Kalendas Novembres dies Dominica incidit. Morem autem hunc, ut diebus Dominicis consecrarentur episcopi, in Ecclesia constanter fuisse servatum, ostendit Thomassinus parte* 2, *lib.* 2, *cap.* 12 *de Veteri et Nova Ecclesiæ disciplina, meminitque Zosimi Papæ, ita de Proculo, Massiliensi episcopo, Epistola* 4 *apud Coutantium col.* 957, *anno* 417 *scripta, conquerentis :* Et ne nihil non intempestive fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adsciscitur : scilicet ut quibus cuncta deerant, etiam legitimum tempus deesset. *Esto, in contrarium exempla aliquot adduci posse : quod equidem in* Felice *pariter factum, nisi aliunde id ostendatur, præsumi non debet.*

*Cujus fuerit, non liquet :* 9 *Quærit dein Tattus, cujas* S. Felix *fuerit ;*

C *qua in re alios aliter sentire, ait : recte ait, debili nimium fundamento niti eos, qui* S. Felicem *Romanum fuisse aiunt, æque ac S Ambrosium, cujus discipulus fuit ; et S. Savinum, Placentinum ab anno* 375 *episcopum. Nam, quod quidem ad S. Ambrosium attinet, fuit quidem origine Romanus ; sed non desunt, qui, si de loco ejus natali agatur, in Galliis natum velint, alii quidem Treviris, alii Lugduni, alii denique Arelate, ut quidem scribit Saxius tom.* 1 *Seriei historicæ-chronologicæ archiepiscoporum Mediolanensium pag.* 76. *Neque, si Romæ nati Ambrosius et Savinus seu Sabinus, Placentinus epicopus, fuerint ; propterea absque idoneo veterum testimonio Romæ quoque natus dicendus est aut* S. Felix, *aut alius quivis a S. Ambrosio ordinatus episcopus. Pari de causa haud multo solidius procedit, nec fidem multo majorem Tattus meretur, cum* S. Felicem *non modo patria Comensem fuisse ait, sed vallis etiam Cumanæ Dominum, seu e civitatis illius ea tempestate primoribus, solos citans in hanc rem Gualvaneum Flamma et Ferrarium, scriptores nimirum recentes nimis, ut in hac re, dum antiquiores idoneosque ipsi testes non adducunt, multum sibi vindicent auctoritatis. Præstabit igitur, si* S. Felicis *patriam, dum forte quid certius de ea in lucem prodeat, in medio relinquamus. Hinc ad quartam, quam de* S. Felice *instituit, quæstionem progreditur, num scilicet*



*episcopum ante* Felicem, *non habuerit alium, sibi proprium, Comensis ecclesia.*

AUCTORE J. B.

*Comi vero ante Felicem alios sedisse episcopos.*

10 *Multus in eo Tattus est, ut ostendat, ante* S. Felicem *non modo Comensibus particulares episcopos esse potuisse, sed fuisse etiam reipsa, qui, si non serie continua, saltem interrupta, primis Ecclesiæ seculis, quos tum temporis Comum habebat, Christianos moderati sint. Fatetur quidem libro* 4, *num.* 10, *nullius episcopi, qui ante* Felicem *sederit Comi, nomen sciri ; verum id obesse rationum momentis, quæ in medium ipse adducit, non debere contendit ; scilicet ob scriptorum antiquorum de rebus Comensibus inopiam ; ob violentiam persecutionum, qua latebras quærere præsules cogebantur ; ob edicta, quibus Christianorum libri flammis tradi jubebantur ; denique ob varias, quas Comensis olim civitas subiit, clades ac vicissitudines, ut quatuor seqq. numm. fusius disserit. Verum cum ista, universim ita pronunciata, minime sufficiant, ut ante* Felicem *plures episcopi, particulares et proprii, Comensibus fuisse credantur, sua præterea Tattus rationum momenta affert, quibus id evictum dare* E *conatur. Sistit itaque in primis lectori suo hæc Breviarii antiqui (Patriarchini, sic dicti, quod olim ecclesiis patriarchæ Aquileiensi suffraganeis in usu fuerit) verba :* Beatus Ambrosius temporibus Damasi Papæ et Theodosii I imperatoris ecclesiam Mediolanensem regebat, Apostolica gerens legatione, qui et vicinarum regionum Liguriæ, Æmiliæ, Venetiæ, Rhetiarumque et Alpium Cottiarum Christianis præerat, quæ per superiorum temporum calamitates episcopis destitutæ fuerant.

*Tattus haud satis probat :* 11 *Ex allatis Breviarii laudati verbis efficitur quidem, in supradictis regionibus varias fuisse civitates, quæ cum prius episcopos suos habuissent, Ambrosii tamen ætate iisdem erant destitutæ : quænam autem hæ fuerint, ex verbis istis confici nequit ; multo vero minus, Como ante Ambrosii tempora proprios fuisse episcopos. Recurrit igitur Tattus ad Breviarium Comense, e quo ad diem* VIII *Octobris hæc verba recitat :* Felix primus in ordine episcoporum Comensium, quorum memoria ad nos pervenire, potuit, claruit circa tempora Damasi et Theodosii Senioris imperatoris. *Si* Felix, *inquit, sit ex antiquis nostris episcopis primus, cujus exploratum sit nomen ;* F *decessores suos habuit, qui, ut oculis nostris persecutionum violentia, ita etiam, geminata calamitate, hominum memoriæ erepti fuerunt. Sed licet ea forte opinio Breviarii Comensis auctoribus sederit ; neque ipsi, neque, qui Breviarium Patriarchinum, de quo num. superiore, concinnarunt, tantæ, sunt aut vetustatis aut fidei, ut, dum solidiora pro asserta a Tatto Comensis sedis antiquitate non proferentur argumenta. Martyrologium Romanum, aliosque scriptores, qui Comum ab Ambrosio primum in episcopalem civitatem evectum aiunt, falsi arguere audeamus. Neque eo movere nos possunt episcopatus varii per Insubriam, Liguriam, et Venetias ante* Felicis *Comensis ordinationem, ut ait, instituti, nempe Ticinensis, Tortonensis, Laudensis, Placentinus, Cremonensis, Genuensis, Taurinensis, Astensis, Vercellensis, Bergomensis, Brixiensis, Veronensis, Patavinus, Vicentinus, Tarvisinus, Tridentinus, quorum episcopos,* Felice *Comensi magnam partem antiquiores, nominatim enumerat : aut enim harum sedium antiquitas idoneis probatur documentis, aut hisce destitu-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. B

*tuta est. Si primum, similia pro Comensis sedis antiquitate si proferantur, lubentes eam amplectemur. Sin autem idoneis testimoniis destituta fuerit aliquarum ex enumeratis mox sedibus episcopalibus antiquitas; nihilo plus earum, quam Comensis sedis antiquitati tribuemus.*

*certe nullus ibi episcopus aliquamdiu fuerat, cum eo venit Felix:*

12 *Utut sit, non videtur equidem Comi sedisse episcopus, cum eo* Felix *ab Ambrosio missus fuit; cum nulla decessoris ejus mentio fiat in Ambrosiana Epistola, tantaque fuerit ibi clericorum penuria, ut ob eam vicinum sibi Ambrosium non potuerit diu invisere, licet non semel rogatus ex vetere amicitia. Illud sedulam* Felicis *in excolenda Domini vinea industriam curamque indefessam; hæc vero ejusdem sanctitatem, cum inter moribus similes amor mutuus vigere maxime soleat, summopere commendat. Colligi porro utrumque potest e binis Ambrosii ad* Felicem *Epistolis, hodieque exstantibus, quas, quoniam nec prolixæ sunt admodum, et unicum constituunt venerandæ antiquitatis de* S. Felice *superstes documentum, ex Ambrosii Operibus, Benedictinorum S. Mauri opera recusis,* B *tom 2 pag. 761 huc lubet transcribere. Rogarat Ambrosius* Felicem, *cujus diuturnam absentiam ægre ferebat, ut sese inviseret. Excusatum se Ambrosio* Felix *voluit, misit tamen ex agro Comensi lecta tubera, tenue quidem munus, sed veteris simul amicitiæ testimonium: rescripsit Ambrosius in hunc modum:* Ambrosius Felici. Misisti mihi tubera, et quidem miræ magnitudinis, ut stupori forent ea tam grandia. Nolui in sinu, ut aiunt, abscondere: sed aliis quoque demonstrare malui. Itaque partem direxi amicis, partem mihi reservavi. Suave munus, non tamen ita præpollens, ut comprimeret querelam meam jure excitatam, quod nos tamdiu amantes tui nequaquam revisas. Et cave posthac, ne invenias doloris tubera. Nam hujus nominis diversa ratio; ut enim grata in munere, ita in corpore atque in effectu molesta sunt. De te impetra, quo minus te abesse doleam; nam causa commotionis meæ, desiderium est tui. Effice, si potes, ut minus gratus sis. Rem exposui, causam probavi. Intorquenda est amentata illa non manipularis sen- C tentia. Metuisti certe: sed vide, quam movear, ut delectet jocari. Postea tamen ne excusaveris: etenim quamvis tua hæc vectigalis mihi sit excusatio; male tamen de te judicat, nec de me melius, si aut tuam absentiam muneribus compensandam, aut me muneribus redimendum putes. Vale et nos amantes tui dilige. *Tertium hæc inter S. Ambrosii litteras apud Benedictinos locum obtinet.*

*hic autem qualis fuerit*

13 *Cum vero alteris litteris Mediolanum* Felicem *evocassent, isque iterato sese per litteras excusasset, alia iterum Epistola illum convenit Ambrosius, quæ quarto apud Benedictinos loco posita est, hisque concipitur verbis:* Ambrosius Felici salutem. Etsi habitu corporis minus valebam, tamen ubi sermonem unanimi mihi pectoris tui legi, non mediocrem sumsi ad convalescendum gratiam, quasi quodam tui alloquii pulcio refotus, simul quia celebrem utrique nostrum annuntiasti diem adfore, quo suscepisti gubernacula summi sacerdotii, de quo ante momentum cum fratre nostro Bassiano loquebar. Ortus enim sermo de basilicæ, quam condidit Apostolorum nomine, dedicatione, dedit huic sermoni viam; siquidem significabat, quod sedulo tuæ quæreret sanctitatis præsentiam. Tum ego nostris fabulis intexui diem natalis tui, qui foret in exordio ipso Kalendarum Novembri- D um: eumque, si non fallerer, appropinquasse, et crastina celebrandum die, unde posthac non excusaturum. Promisi ergo de te, quoniam et tibi id de me licet: promisi illi, exegi mihi; præsumtum enim habeo, quod affuturus sis, quia debes adesse. Non ergo te magis meum promissum tenebit, quam tuum institutum, qui id in animum indueris, ut, quod oportet, facias. Advertis itaque, quia non tam promisi audax, quam tui conscius fratri spopondi. Veni igitur, ne duos sacerdotes redarguas: te, qui non adfueris, et me, qui tam facile promiserim.

14 Natalem autem tuum prosequemur no- ex S. Is. stris orationibus, et tu nostri in tuis votis non ad obliviscaris. Te noster spiritus comitabitur: tu quoque cum ingredieris secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, facito nostro more, ut nos quoque tecum inducas. Cum spiritu adoles aureum illud thymiamaterium, nos ne intermiseris; ipsum est enim, quod in secundo tabernaculo est, de quo plena sapientiæ oratio tua sicut incensum dirigitur ad E cælestia. Ibi arca testamenti undique auro tecta, id est, doctrina Christi, doctrina sapientiæ Dei. Ibi dolium aureum habens manna; receptaculum scilicet spiritalis alimoniæ et divinæ promptuarium cognitionis. Ibi virga Aaron, insigne sacerdotalis gratiæ. Aruerat ante, sed in Christo reflo- ruit. Ibi Cherubim super tabulas Testamenti, lectionis cognitio sacræ. Ibi propitiatorium, supra quod in excelsis Deus Verbum est. imago invisibilis Dei, quod tibi dicit: „ Loquar tecum de „ super propitiatorium de medio duorum Che- „ rubim „. Sic enim loquitur nobiscum, ut nos ejus sermonem intelligamus; vel quia non mundana, sed intelligibilia loquitur, sicut ait: „ Aperiam in parabolis os meum. „ Ubi enim Christus, ibi omnia, ibi doctrina ejus, ibi peccatorum remissio, ibi gratia, ibi separatio mortuorum ac viventium.

15 Et Aaron quidem semel stetit in medio ad fin. vers. eorum, objiciens se, ne mors transiret ad viventium agmina a funeribus mortuorum. Hic autem quasi Verbum semper stat in singulis, F quem nos non videmus, intra nos separans rationabiles virtutes a cadaveribus passionum lethalium et pestilentium cogitationum. Hic stat, quasi qui in hunc mundum venerit, ut aculeum mortis hebetaret, devoratorium ejus obstrueret, viventibus æternitatem gratiæ daret, defunctis resurrectionem concederet. Huic tu militas bonam militiam, hujus depositum custodis, hujus pecuniam fœneras, secundum quod scriptum est: „ Fœnerabis gentibus. „ Bonum fœnus spiritalis gratiæ, quod veniens Dominus cum usuris exiget, et cum te bene dispensasse invenerit, dabit tibi plura pro paucioribus: eritque mihi fructus dulcissimus, quod meum in te judicium comprobabitur. Ordinatio non reprehendetur, quam accepisti per impositionem manuum mearum et benedictionem in nomine Domini Jesu. Fac ergo bonum opus, ut in illo die mercedem invenias, et ego in te, et tu in me requiescamus. Multa messis Christi, sed pauci operarii; et difficile reperiuntur, qui adjuvent. Verum hoc vetus: sed potens est Dominus, qui mittit operarios in messem suam. Certe in illo ordine Comensium jam plerique cœperunt credere magisterio tuo, et doctrina tua verbum Dei receperunt: sed qui dedit credentes

A tes, et adjutores dabit; quo et tibi excusandi auferatur necessitas, quod serius nos inviseris : et mihi crebrior tuæ præsentiæ refundatur gratia. Vale, et nos dilige, ut facis.

*qui Felicem Comi episcopum*

16 *Qui S. Ambrosium noverit, aliud* S. Felicis, *quem episcopatu ille et intima sua familiaritate dignum judicavit, cujus precibus se commendavit, et labores Apostolicos vir tantus prædicavit, elogium non requiret, ut* S. Felicem *virum fuisse omni laudum genere cumulatissimum existimet. Verum hic alia oborîtur quæstio : cum enim Comum non modo hac nostra ætate, sed jam olim etiam patriarchæ Aquileiensi paruerit, et quidem ab omni retro memoria, ut quidam aiunt, qui factum est, ut non Valerianus, qui Aquileiensem ea tempestate præsulatum gerebat, sed Ambrosius Mediolanensis præsul* S. Felicem *Comensibus episcopum dederit et consecrarit ? Comensem episcopatum Aquileiensi semper fuisse suffraganeum, scribit Ughellus Italiæ sacræ auctæ tom.* 6, *col.* 256 *et seq., ideoque ait,* S. Felicem *Comensibus episcopum fuisse præpositum a S. Ambrosio, non tamquam metropolitano, sed tamquam legato Apostolico, quod etiam innuere videtur Brevia-*
B *rium, quod Patriarchinum Comense vocant, verbis num.* 10 *transcriptis. Idem etiam, sed ex aliorum opinione refert Ballarinus part.* 2 *Chronici Comensis, ubi de* S. Felice. *Verum cum legati Apostolici officium, quod Ambrosio, Comensem episcopatum instituenti, tribuunt auctores, antiquis testimoniis destitutum sit, erit fortasse, qui illud eadem facilitate eat inficias, qua ab illis asseritur.*

*tamquam metropolitanus*

17 *At non gratis, inquies dixit id Ughellus, qui ex origine episcopatus Comensis, ex antiquis ejus consuetudinibus, et conciliorum subscriptionibus deduxit, quod de Ambrosii legatione Apostolica dixit : sic scribit :* Quis autem primus in ea civitate disseminaverit Euangelium, non concordant scriptores. Vero tamen propior opinio est, S. Hermagoram, Aquileiensem episcopum, S. Marci discipulum, post Euangelio illustratas Venetias ( *non urbem, sed regionem Venetam intelligit)* Flaminiam, Æmiliam, Liguriam, Rhætiæque confinia, venisse Comum, ibique Christianam instituisse fidem, novisque Christianis attribuisse pastorem, ac deinceps ad sibi commissam
C Aquileiensem ecclesiam revertisse, indeque traditionem emanasse, Comensem præsulem patriarchæ Aquileiensis jam inde suffraganeum fuisse, in ejusque electionem antiquitus tulisse suffragium, conciliisque provincialibus illius patriarchatus interfuisse; nos autem observavimus, in concilio Lateranensi sub Alexandro tertio, anno MCLXXIX Anselmum episcopum Comensem inter suffraganeos Aquileienses, hoc est, inter Garsertinum, episcopum Mantuanum, Gerardumque Patavinum, medium se subscripsisse, quod utique non fecisset, nisi ejusdem patriarchæ suffraganeus fuisset. Eidemque opinioni addit momentum, quod patriarcham Aquileiensem aliquando in diœcesi Comensi judices appellare post episcopi sententiam solerent. Comensis ecclesia usque ad annum MDLXXXVIII proprio canendi ritu, ut vocant honoris gratia, patriarchinum, quem postea Clemens VIII sustulit, Romano inducto, usa est. Quæ omnia videntur testari, a S. Hermagora Comenses fuisse institutos in fide, illorumque pastorem Aquileiensi, tamquam Metropolitano fuisse subjectum.

*constituisse videtur.*

18 *Ita Ughellus censuit : At major in contrarium, ut mihi apparet, ratio militat. Si quorumdam sive traditio sive opinio est, S. Hermagoram Comenses in fide instituisse ; alii S Barnabam, quod priores, S. Hermagoram Aquileiæ et Comi fecisse aiunt, contra Mediolani et Comi fecisse opinantur, quos inter Aloysius Tattus, Comensis, numeratur. Esto dein, Hermagoram primum fide Christi Comenses imbuisse ; num propterea proprium illis episcopum dedit ? Numquid non regi Comensis ecclesia a presbyteris potuit ? At concilio Lateranensi, anno* 1179 *celebrato, subscriptus Anselmus, Comensis episcopus, e suffraganeis patriarchæ Aquileiensis fuit. Non inficior equidem : at quoties non contigit, ut majoribus subjectæ minores ecclesiæ ab unius loci metropolitani ad alterius metropolitani jus translatæ fuerint ? Id vero Comensi ecclesiæ accidisse, licet rei gestæ tempus in occulto sit, suadet non modo* Felicis *in episcopum Comensem ab Ambrosio, Mediolanensi metropolitano, facta ordinatio, sed etiam Abundantii, Comensis episcopi, subscriptio epistolæ synodicæ, ab Eusebio, Mediolanensi episcopo, ad Leonem missæ; quæ synodus, anno* 452 *celebrata, cum provincialis fuerit, ejusque litteris (vide S. Leonis Opera a Quesnello edita tom.* 1, *pag.* 586) *Abundantius subscripserit* E *his verbis :* Ego Abundantius episcopus ecclesiæ Comensis in omnia supra scripta consensi ; *quis non hinc potius inferat, eo anno Comensem ecclesiam Mediolanensi adhuc fuisse suffraganeam ? Quod si eo anno posteriora sunt (sunt autem verosimillime) quæ porro Ughellus affert de episcoporum Comensium in electione Aquileiensis patriarchæ suffragio, de eorumdem ad provinciæ Aquileiensis concilia convocatione, de Comensium ad Aquileiensem patriarcham post latam ab episcopo suo sententiam appellatione, et patriarchini Breviarii usu ad annum usque* 1598 *producto : vero sane propius videtur, Comensem ecclesiam, ex quo a S. Ambrosio* Felicem *episcopum accepit, ad annum saltem* 342 *Mediolanensem ecclesiam, ut metropolitanam suam agnovisse, veneratamque fuisse.*

AUCTORE J. B.

## § II. Quæ ejus fuerint in episcopatu gesta.

F

*Conversis ad rectam fidem Comensibus,*

*Comensium episcopus a S. Ambrosio consecratus* Felix, *cum Comum pervenisset, urbem partim adhuc ethnicorum superstitionibus, partim Arianorum perfidia infectam dicitur invenisse, et non segniter, ut pesti utrique obviam iret, incubuisse. Multos sane Comi, cum eo* S. Felix *venit, qui sive gentilium, sive hæreticorum erroribus impliciti viverent, exstitisse, ex Ambrosii Epistola* 4, *supra recitata, indubitatum sit; cum ea Ambrosius plerosque Comensium ad fidem conversos Catholicam* Felici *gratuletur. Non defuisse porro Comi Arianos, quibus ad veram fidem adducendis* Felix *insudaret, ex temporum illorum conditione viæ dubium apparet ; cum vel ipsam Mediolanensem sedem, pulso S. Dionysio Constantii, Ariani imperatoris, jussu, Auxentius Arianus proxime ante S. Ambrosium occuparit ; ipsique Ambrosio adversus Arianos, a quibus Justina, Valentiniani II, tunc adhuc pueri, mater, stabat, quod ex ejus Vita, per Paulinum presbyterum scripta, liquet, pluries decertandum fuerit. Quin etiam eo tum temporis processere pagani, ut Romæ aram victoriæ deorumque cultus instaurationem a Juniore Valentiniano impetrare tentarint,*

AUCTORE J. B.

*tentarint, ut ex Ambrosii, qui se illis animose opposuit, litteris, aliisque fidei indubitatæ monumentis manifestum sit. In agro vero Tridentino, qui non admodum procul a Comensi distat, eo gentilium furor erupit, ut SS. Sisinnium, Martyrium, et Alexandrum, quod in valle Anaunensi Christi fidem prædicarent, ibique ecclesiam excitassent, misere mactarint, teste S. Vigilio, Tridentino episcopo, a quo illuc missi Martyres fuerant, ut tomo 7 Maii pag. 41 et seqq. videre est. Quæ quidem, etsi prorsus certa Ferrarii Tattique de conversis a* Felice *Comi gentilibus dicta non faciant, non exiguæ tamen illis probabilitatis gradum adsciscunt.*

*Mercurii sanum*

20 *Fecit porro Arianorum gentiliumque Comi degentium ingens numerus, ut* S. Felix, *non in ipsa urbe, sed in ejus vicinia sedem primum fixerit, nimirum in colle aliquo, cui dein arx* (de Baradello *dicta*) *imposita fuit a Liutprando, Longobardorum rege, ut aiunt. Diu morari illic non potuit* Felix, *quin de condenda aut aptanda ad sacros usus ecclesia cogitaret. Haud procul hinc aberat Mercurii fanum, ad pedem vicini montis situm, quod, amoto idolo, rite expiatum*
B *in veri Numinis cultum convertit, et SS. Carpophori et sociorum martyrum Comensium reliquiis, quas non procul inde, Deo revelante, jacere cognoverat, non modo ditavit, sed iisdem etiam Sanctis sacrum voluit. Ita Tattus, passim ex Monumentis antiquis ecclesiæ S. Carpophori : quod vero de Mercurii fano asserit, ex inventis anno* 1568, *cum S. Carpophori monasterium instaurabatur, tabulis votivis, Mercurio inscriptis, liquere ait, id olim ibi reipsa exstitisse, additque penetrale aliquod ibi fuisse repertum, cujus frontispicio inscripta legebantur hæc verba...* VRIO SAGR... *seu* Mercurio sacrum *vel* sacra : *per diœcesim vero plures hujusmodi inscriptiones reperiri, et in villa Barnatensi annis abhinc octo vel novem, cum ista scribebat, in lucem erutum fuisse saxum, hac inscriptione :* Mercurio L. Rutticellius ovf. secundus VI. vir augustalis decurio Comi votum solvit L. L. M. *Ex quibus admodum sane probabile evadit, cultum Comi Mercurium peculiari modo a gentilibus fuisse, atque hujus illic fanum a* S. Felice *in ecclesiam potuisse converti, et S. Carpophoro eo loci consecrari. Eum seculo* XI *Liligerius monachis Benedictinis tradidit, a*
C *quibus ad commendatarios transiit, ac denique anno* 1511 *Hieronymianis monachis, ut scribit Benedictus Jovius lib.* 2 *Novocomensis Historiæ, cessit.*

*in ecclesiam S. Carpophori sacram convertisse,*

21 *Sunt tamen, qui S. Corpophori ecclesiam a Liutprando, Longobardorum rege, qui seculo octavo fuit, conditam velint. De ecclesiis, a Liutprando conditis, agit Paulus Warnefridi de Gestis Longobardorum lib.* 6, *cap.* 58 : *nulla quidem ibi de S. Corpophori prope Comum condita a Liutprando ecclesia mentio est particularis : sed generatim de eo Paulus ait :* Hic gloriosissimus rex multas in Christi honore per singula loca, ubi degere solebat, basilicas construxit. *Comi vero Liutprandus subinde versatus, ac juxta illud etiam castrum Baradellum excitasse fertur, exstatque ejus diploma apud Tattum tom.* 1 *Annalium Comensium pag.* 944, *anni* 724, *quo eidem ecclesiæ varias possessiones tribuit : legiturque idem Liutprandus in Breviario Comensi antiquo SS. Proti et Hiacynthi reliquias Roma Comum attulisse, et in S. Carpophori ecclesia deponi voluisse. Sed jam diu ante Liutprandi ætatem S. Carpophori reliquiæ, uti et* S. Felicis, *in eadem ecclesia jacuisse videntur ; atque adeo ante Liut-* D *prandi ætatem dudum illam exstitisse, necesse est. Neque Liutprandus in memorato diplomate, prout apud Tattum exstat, ecclesiam illam primum a se conditam : quin imo illam jam diu exstitisse potius innuit, cum illam a cujuscumque jurisdictione liberam voluit* juxta nostrorum *ut ait,* antecessorum regum et imperatorum auctoritatem. *Si vero S. Carpophori ecclesiam non modo prædiis auxerit, sed etiam aliquid ei præstiterit amplius, verosimile admodum est, vel eam tantummodo instaurasse et auxisse, vel veteri a* S. Felice *conditæ novam substituisse : nec inusitatum est, ut, qui ecclesias vel monasteria instaurarunt, auxeruntve, eorumdem conditores audiant,*

22 *Distat Como S. Carpophori ecclesia milliari circiter* septem Ordinum *olim dicta,* in qua forte omnium, *inquit laudatus Jovius,* ordinum ecclesiasticorum fuere præbendæ : *locus vero, quo a* Felice *condita fuit, cum illic Carpophorus sociique martyrium subiere,* silvula *dicebatur. Cathedralis fuit, dum aliam, urbi propiorem SS. Apostolis Petro et Paulo sacram, proximus post S. Prouinum* S. Felicis *successor Amantius in cathedralem elegit : dicta dein* S. Abundii *fuit.* E *Tandem vero seculo* XI *Albericus, Comensis episcopus novam in ipsa urbe cathedralem molitus est, quam Deiparæ Virgini in cœlum assumptæ, dedicavit anno, ut scribit Ughellus,* 1025, *die* XIII *Maii : Tattus vero tom.* 2 *Annalium pag.* 256 *a Raynaldo sub finem ejusdem seculi consecratum scribit. Plures alias ecclesias Comi* S. Felix *dicitur excitasse :* SS. Apostolis Petro et Paulo ecclesiam consecravit, *eam nimirum, de qua paulo ante.* Item S. Georgio et S. Lazaro duo altera *templa, quæ, eliminata dæmonum spurcitia, idololatris tamquam injustis possessoribus* Felix ademit.... Novocomenses impulit cives, ut S. Petro parvum templum erigerent, quod narrant fuisse primum a Novocomensibus Christianis ædificatum, *inquit Ughellus. Sed hæc omnia, inquit Tattus, a recentioribus dici absque scriptorum antiquorum testimonio : liberum itaque cuilibet voluit, iis de rebus credere, quod libebit. Displicet tamen Tatto, exiguum illud S. Petri templum, S. Eusebii parochiali ecclesiæ vicinum, sed hodie profanatum, omnium, quæ Comi fuere, antiquissimum simul et primum a* S. Felice *excitatum dici : ea videlicet de causa, quod credibile ipsi non videatur, Comenses episcopos, qui a Constan-* F *tino ad* S. Felicis *tempora vixere, omni templo caruisse : verum ante* Felicem *Comi episcopos fuisse, haud satis ut vidimus supra, Tattus evincit. Denique præter templa jam memorata, aliud a Placido Puccinelli in Vita S. Ambrosii cap.* 51 *referri ait, quod nempe SS. Nabori et Felici, acceptis horum a S. Ambrosio reliquiis,* S. Felix *excitarit; sed Comi quidem nulla illius vestigia conspici : in diœcesi autem Comensi esse quidem hujus tituli ecclesiam, sed a quo erecta sit, sibi non esse compertum. Atque hæc quidem de ecclesiis, quas Comi aut in ejus vicinia* S. Felix *fertur condidisse : videamus modo, num de rebus ceteris ab eo in episcopatu gestis certiora tradantur.*

23 S. Felicem *ad consecrationem Laudensis ecclesiæ, a S. Bassiano sanctis Apostolis excitatæ, amicissimis S. Ambrosii litteris invitatum fuisse, supra vidimus : etsi autem ex Ambrosio non liqueat, Laudem Pompeiam* S. Felicem *adisse; mutus tamen, quæ illum inter et S. Ambrosium necessitudo intercedebat, et hujus, ut eo iret, pene imperium verosimillimum faciunt,* S. Felicem

A cem *una cum S. Ambrosio Laudensis ecclesiæ consecrationi interfuisse, quod et Acta S. Bassiani affirmant, aiuntque præterea, trium illorum episcoporum precibus inter dedicationis officia puellam a dæmone liberatam. Anno, ut diximus,* 380 *ea res contigit, si Ughello credimus; sub initium mensis Novembris, quantum quidem ex Ambrosii litteris colligi potest. Sed cum de* S. Felicis *ad dedicationem ecclesiæ Laudensis accessu sermo sit factus, necesse est, ut Christianum Lupum de Synodorum generalium et provincialium decretis et cànonibus paucis conveniam. Scribit tom.* 5 *editionis Bruxellensis, dissertatione de Romana episcoporum consecratione cap.* 7 *de* S. Felicis *quidem ordinatione per Ambrosium facta hoc modo :* Videtur *(Valerianus, Fortunatiani in sede Aquileiensi successor proximus)* eodem anno post sanctum Ambrosium factus episcopus. Et vacante adhuc ista metropoli defunctus est Comensis et Fortunatiani grege episcopus, ejus in locum electus Fœlix, eo ivit Ambrosius, electionem probavit et consecravit episcopum. *Audi modo quid de* S. Felicis *ad dedicationem ecclesiæ Laudensis accessu scribat.*

B Ad basilicarum dedicationes olim solebant invitari plures episcopi, ista occasione fieri synodus, et occurrentes quæstiones definiri. Ita tunc factum fuit etiam in Laudensi civitate. Hinc Fœlix episcopus advenire timuit : timuit datam sibi ab alieno metropolita consecrationem discuti atque damnari. Et ipsam approbandam, quo virum sistat, ei spondet Ambrosius. Ipsam spondet, non admittendam sine examine, sed probandam et firmandam. Et haud dubie fuit ita gestum. *Longe aliter, fateor, de* S. Felice *ejusque ordinatione loculus sum, sentioque. Videtur autem Lupus, quod tanti viri pace dictum sit, plusculum hic, quam par erat, suis indulsisse meditationibus. Ne gratis id dixisse videar, ea in primis, quæ de* Felicis *ordinatione affirmat, discutere aggredior.*

*cujus occasione*

24 *Ordinatus est, inquit Lupus, a S. Ambrosio, Mediolanensi præsule, Aquileiensi sede vacante, et nondum in hujus episcopum consecrato Valeriano. Atqui contrarium plane certum videtur : Valerianus enim Concilio Romano, sub Damaso Papa celebrato, in quo Auxentius Arianus, qui Mediolanensem sedem invaserat, depositionis sententiam accepit, interfuit, ut ex Epistola synodali apud Labbeum tom.* 2 *Conci-*

C *liorum col.* 889 *colligitur, cujus titulus ita habet* : Episcopi ad sanctum concilium Romæ convocati Damasus, Valerianus et ceteri dilectis fratribus episcopis, qui sunt in Illyrico in Domino salutem. *Raulinus autem in Vita S. Ambrosii, hunc in episcopum Mediolanensem electum esse,* Mortuo Auxentio, *diserte affirmat. Valerianum, cujus in dicta synodali Epistola mentio fit, Aquileiensem fuisse episcopum, nemo, ut opinor, inficias ibit : quod tamen, si quis negare præfracte voluerit, ad Hieronymum et Rufinum, Aquileiensem monachum, me convertam. Invectivas in S. Hieronymum scripsit Rufinus, quarum lib.* 1. *sub initium de se, Valeriani, Aquileiensis præsulis, injecta mentione, sic loquitur* : Ego, sicut et ipse et omnes norunt, ante annos fere triginta in monasterio jam positus, per gratiam baptismi regeneratus, signaculum fidei jam consecutus sum per sanctos viros Chromatium, Jovinum et Eusebium, opinatissimos et probatissimos in Ecclesia Dei episcopos; quorum alter tunc presbyter beatæ memoriæ Valeriani, alter archidiaconus, alius diaconus, simulque pater mihi et doctor symboli ac fidei fuit.

AUCTORE J. B.

*Christiani Lupi de SS. Felice et Ambrosio*

25 *Quo vero tempore id scripserit Rufinus, ex Hieronymo ita colligitur : adversus Rufinum S. Hieronymus apologiam scripsit sub annum* 401, *ut merito ait Martianay, S. Hieronymi Operum novissimus editor : sic enim Hieronymus ipse loquitur libro* 3 *Apologiæ suæ :* Per totos istos quadringentos annos errasse se *(Ecclesia)* ignorasse, quod verum est, fateretur? *Inceperat autem suas ad Hieronymum invectivas conscribere Rufinus triennio saltem prius, quam suam scripserit Apologiam Hieronymus, qui lib. mox citato rursum de Rufini invectivis ait :* Libri enim tui, quos limasti per triennium, disertiores sunt. *Pone itaque anno* 402, *aut si vis,* 403 *Apologiam suam scripsisse Hieronymum, et ex annis* 403 *aufer primum annos* 3, *quos scribendis limandisque invectivarum suarum libris Rufinus impendit; ac iterum annos* 30, *ut ad annum, quo Rufinus se baptizatum sub Valeriano, Aquileiensi episcopo, ait, venias, facile ad annum* 370 *pervenies, quo jam inde Aquileiensium Valerianus episcopus fuerit : at Ambrosium Mediolanensem episcopum* E *anno dumtaxat* 374 *factum esse, scribunt hodie passim eruditi, nec est, quod sciam, inter illos, qui ante annum* 373 *id contigisse, affirmet. Non est itaque, cur Lupus dicat, Valerianum eodem anno factum esse Aquileiensium episcopum, quo Ambrosius Mediolanensium, et quidem Ambrosio serius. Non est item, cur dicat,* Felicem *ab Ambrosio ordinatum fuisse, Aquileiensi sede per Fortunatiani mortem vacante. Denique ante* Felicem, *alium fuisse Comi episcopum, qui Fortunatiani suffraganeus, et recens tum mortuus fuerit, dubium saltem ex dictis num.* 17 *haberi debet. Nunc ad ea, quæ de* S. Felicis *ad Laudensis ecclesiæ, a Bassiano SS. Apostolis erectæ, dedicationem una cum illo et S. Ambrosio peragendam accessu scribit Lupus, gradum faciamus.*

*assertiones aliquæ*

26 *Invitatus ad dedicationem ecclesiæ Sanctorum Apostolorum a S. Ambrosio tum suo, tum S. Bassiani nomine Laudem Pompeiam* S. Felix, *eo sese conferre timuit, inquit Lupus. Timuit? Unde hoc Lupus colligit? Non aliunde, opinor, quam ex iteratis, quas ad* Felicem *prius dare Ambrosius compulsus fuit, quam hic sua egredi diœcesi voluerit, litteris. Sed Ambrosii ad* Felicem *litteras volve et revolve : videbis quidem* F *in illis S. Ambrosium, a quo sibi nihil timendum habuit* Felix, *litteris suis non semel institisse, ut ad se ille Mediolanum accederet; ut vero Laudem Pompeiam sese conferret, non nisi unas scitur dedisse Ambrosius, quibus acceptis,* Felix, *Laudem Pompeiam, ut rogatus fuerat, verosimillime properavit. Verum qua de causa Laudem Pompeiam accedere* Felix *timuit? Scilicet, ut ait Lupus,* Timuit datam sibi ab alieno metropolita consecrationem discuti atque damnari; *atque ea de causa Laudem Pompeiam accedere noluit, nisi ab Ambrosio sponsione accepta, fore, ut consecratio sua in episcoporum conventu Laude Pompeia celebrando probaretur. Hoc enim illud ipsum est, quod S. Ambrosius significatum voluit, ut interpretatur Lupus, sequentibus verbis* : Erit mihi fructus dulcissimus, quod meum in te judicium probabitur *(Laude Pompeia, ut vult)* Ordinatio non reprehenditur *(ab episcopis eo venturis, secundum Lupum)* quam accepisti per impositionem manuum mearum

AUCTORE J. B.

rum et benedictionem in nomine Domini Jesu. *Ambrosii hic verba, sed non sensum agnosco.*

*refutantur.*

27 *Consule Ambrosii verba, quæ mox citata et præcedunt et sequuntur proxime, et Ambrosium alia omnino dicere, quam quæ Lupus adducit, deprehendes. Præcedunt hæc :* Huic tu militas bonam militiam, hujus depositum custodis, hujus pecuniam fœneras, secundum quod scriptum est : « Fœnerabis gentibus. » Bonum fœnus spiritalis gratiæ, quod veniens Dominus cum usuris exiget, et cum te bene dispensasse invenerit, dabit tibi plura pro paucioribus. *Quibus verbis partim* Felicem *ob recte administratum episcopatum laudat, partim, ut sedulo suorum saluti incumbere pergat, proposita, quam a veniente Domino relaturus esset, mercede, hortatur ; ac fore dein, ait, ut ordinatio ejus, et Ambrosii de illo judicium, quo eum episcopatu dignum censuerat, a Deo judice comprobetur. Quare etiam verbis, a Lupo citatis, mox ista subdit* : Fac ergo bonum opus *(id est; gregem tuum diligenter administra)* ut in illo die *(quo administrationis tuæ rationem Deus judex a te*
B *repetet)* mercedem invenias, et ego in te, et tu in me requiescamus. *Hic, ut opinor, sincerus est Ambrosii sensus : nec video, qui futuræ Laude Pompeia episcoporum synodi, cui* Felix *socium sese adjungere ob acceptam ab alieno metropolitano consecrationem formidarit, verbis ex Ambrosio adductis ulla mentio fiat. Ambrosium vero non alienum* S. Felici, *sed proprium verosimilius fuisse metropolitanum, ex dictis num.* 17 *videtur colligi posse.*

*Concilii etiam aliquot*

28 *Reliqua, que de rebus a* Felice *gestis narrantur, ex iis potius, quæ in Italia, dum Comensibus præerat, contigerunt, quam ex fidei antiquæ monumentis hausta videntur. Tattus in Martyrologio Comensi verbis supra transcriptis unius concilii, nimirum Mediolanensis, cui* Felix *interfuerit, meminit : sed plurium in Annalibus. Extorserant Gratiano Palladius et Secundianus, episcopi Ariani, se injuste de hæresi Ariana infamari, conquesti, universale concilium, in quo sese purgarent : at Ambrosius, ob duos potissimum homines totius orbis episcopos convocandos non esse causatus, tantum apud Gratianum effecit, ut is concilium Aquileiæ anno* 381 *mense Septembri indiceret, ad quod*
C *Italiæ episcopos convocavit ; reliquarum autem provinciarum episcopis liberum esse voluit, ut eo accederent, aut, si ita videretur, apud suos remanerent. Convenere Aquileiam episcopi* 32, *a quibus Arianæ hæreseos convicti, damnati sunt Palladius et Secundianus. Ex horum porro numero fuisse* S. Felicem *probabile est Tatto : id tamen affirmate adstruere non audet : nec sane immerito : cum inter episcoporum nomina, ipsis Concilii Actis inscripta, geminus quidem* Felix *appareat, sed quorum alter Jadertinus episcopus, alter vero Afrorum legatus fuit ; multique ei concilio per legatos dumtaxat, ut in Concilii ad imperatores Epistola legitur, interfuerint ; quod fortasse etiam* Felix, *etsi Aquileia non admodum procul Comum distaret, justis de causis fecit. quem aliunde a diœcesi sua non nisi ægre divelli potuisse, conjici satis potest ex iis, quæ ipsum inter et S. Ambrosium acta fuisse, vidimus supra.*

*interfuisse creditur :*

29 *At certius visum est Tatto*, S. Felicem *concilio, quod anno* 382 *Romæ Damasus Papa celebravit, interfuisse : triplo fere hoc, Aquileiensi numerosius fuit : cumque paucorum, qui ei-* D
*dem interfuere, episcoporum sint nota nomina, fieri facile potuerit, ut ex eorum numero* Felix *fuerit, etsi antiqua, quibus id certo ostendatur, desint monumenta : id tamen Tatti rationes, e numero episcoporum, qui ad illud convenere concilium, et e lætiori jam et pacatiori per diœcesim Comensem rerum facie, aut ex consuetudine episcoporum quotannis et plerumque die, qua pontifex creatus fuerat, recurrente, Romam adeundi petitæ, certo non evincunt : varii enim, etsi nobis ignoti, occurrere obices potuerunt, ut non illicite ab eo concilio abesse* S. Felix *potuerit. Non minus verosimile est, concilio Mediolanensi, a S. Ambrosio adversus Jovinianum ejusque sequaces anno* 390 *celebrato, illum interfuisse ; et forte is ipse est, qui in episcoporum, Mediolani congregatorum, ad Siricium Papam Rescripto, sine sedis tamen nomine, apud Labbe tom.* 2 *Conciliorum col.* 1027 *Maximum inter et Bassianum episcopos signatus legitur. In editione quidem Romana, ut advertunt Ambrosianorum Operum editores Benedictini col.* 970, Fe- E
lix *jam memoratus Jaderensis seu Jadertinus fuisse scribitur ; sed nomina sedium singulorum episcoporum in antiquis editionibus Labbeana et Quesnelliana desiderantur ; argumento non levi, inquiunt,* ea repetita esse ex concilio Aquileiensi. *Eustatio sedes non tribuitur in editione Romana concilii Mediolanensis, forte quod nec in editione concilii Aquileiensis, unde aliorum sedes hic desumptæ videntur, expressa fuerit.*

30 *Mediolanense Concilium annis aliquot præ-* ann. 386
*cessit celebris illa SS. Gervasii et Protasii martyrum Mediolani inventio. Huic anno* 386 *non modo interfuisse* S. Felicem *ait, sed, accepta etiam a S. Ambrosio ex eorum reliquiis portione aliqua, templum iisdem sanctis martyribus in suburbio Comensi excitasse : at templum istud non* S. Felicis, *sed Prouini, successoris ejus, opus fuisse Ballarinus et Ughellus scribunt : neque memoratæ inventioni videtur* Felix *adfuisse. Describit illam Ambrosius ipse Epistola ad sororem suam Marcellinam, nec ullam episcoporum, qui ei interfuerint, facit mentionem, quamquam forte interfuerint episcopi aliqui, si inventio illa contigerit, cum basilicam Ambrosianam dedicare volebat Ambrosius, quod sola habet editio Romana, ut aiunt Benedictini, pro* cum ego basilicam dedicare vellem, *legentes* cum ego basili- F
cam dedicassem. *Tattus quidem ex Epistola* 53 *Ambrosii hæc adducit :* Convocans itaque omnes per circuitum fratres et episcopos urbium vicinarum et referens universa, quæ videram, ipsis coram positis, primus ego terræ fossor accessi; cæteri vero episcopi prosecuti sunt etc. *Verum laudata epistola ab eruditis rejicitur tamquam spuria ; nec satis cum S Ambrosii ad sororem Epistola, quam ut genuinam omnes agnoscunt, cohærere videtur, ubi non se, non episcopos terram eruisse ; sed in se* clericis *præcepisse, ait. Exinde quidem e martyrum illorum reliquiis aliquid variis fuisse distributum, ex S. Paulino Nolano Epistola* 32 *ad Severum apud Muratorium pag.* 207 ; *ex S. Gaudentio, Brixiensi episcopo, Sermone* 17 *et ex Gregorio Turonensi lib.* 1 *de Gloria martyrum cap.* 47 *indubitatum est : sed cessisse earum etiam partem aliquam* S. Felici, *etsi S. Ambrosio fuerit amicissimus, nec affirmare, nec inficiari audeo.*

31 *Atque hæc præcipua sunt, quæ de rebus,* hactenus
*a* S. Felice *gestis, Tattus aliique recentiores memorant :*

A *morant : quamdiu Comensem rexerit ecclesiam, nullum docet antiquum monumentum. Obiit, ut aiunt, successore sibi delecto, nimirum S. Provino, de quo actum est in Opere nostro ad diem* VII *Martii Corpus ejus, quod in crypta ecclesiæ S. Carpophori conditum est, anno* 1611 *a P. Bassiano Galli, Priore ceterisque monasterii S. Carpophori monachis Congregationis S. Hieronymi inspectum fuisse, scribit Tattus ; additque, Comi SS. Amantio et* Felici *erectum a Societate nostra insigne templum, anno* 1604 *die* XXI *Novembris a Philippo Archinto, Comensi præsule, consecratum, inter pulcherrima civitatis templa numerandum esse.*

AUCTORE J. B.

# DE S. EVODIO EPISC. CONF.

ROTHOMAGI IN NORMANNIA

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### § I. Quo seculo Rothomagensis episcopus fuerit; Actorum ejus fides et compendium : translationes corporis.

B

ANTE MEDIUM SECULUM V. *S. Evodius Rothomagensis episcopus fuit.*

*Rothomagus vetus est Galliæ civitas ad Sequanam fluvium sita archiepiscopali sede conspicua, Normannicæque provinciæ caput : hanc suis olim virtutibus illustrasse, moderatumque fuisse, ut episcopum, sanctum, quo de agimus,* Evodium *seu* Evodum, *concors quidem est auctorum vox, qui scriptis suis Rothomagensium præsulum seriem gestaque sunt persecuti : sed ex his alii illum decimo, medium scilicet inter Innocentium et Silvestrum ; alii vero sexto decimo, Flavium inter et Prætextatum, loco reponunt, et, quod inde consequitur, alii seculo* V, *contra* VI *alii illius ætatem affigunt. In posteriorum numero sunt Sammarthani fratres, Franciscus Pommerayus, Congregationis Benedictinæ S. Mauri alumnus, in Historia archiepiscoporum Rothomagensium, et in eorumdem Chronico Joannes Dadreus. Prioribus subscribunt Natalis Taillepied, et recentiores Galliæ Christianæ scriptores.*

*non seculo* VI, *ut ejus Acta.*

2 *Floruisse* S. Evodium *Clotarii I tempore, ut Pommerayus et Dadreus aiunt, ejus Acta testantur : at Clotarius ab anno* 511 *usque ad* 561 *regnavit in Francia : hinc porro* Evodius *seculo sexto floruisse, citatis mox scriptoribus visus est. Dadreus, nescio, qua ratione fultus, eum anno* 520 C *Rothomagi sedisse, scribit : quod si ita est, cur* Evodium *recensuit post Flavium, qui consiliis Aurelianensibus* 2, 3 *et* 4, *annis* 533, 538 *et* 541 *celebratis, subscriptus legitur? Sammarthani fratres* Evodium *ad annum regni Clotarii I vigesimum quartum circiter, seu circa annum* 535 *referendum, aiunt : sed obstant concilia mox laudata, quibus interfuit Flavius. Celebratis in Gallia inter annos* 541 *et* 557 *conciliis nullus subscriptus legitur Rothomagensis præsul ; ac proin ex iisdem, spatio inter utrumque annum medio Rothomagi non sedisse* S. Evodium, *ostendi non potest : verum nec Sammarthani monumentum aliud, quam Acta* S. Evodii, *quo opinionem suam firment, allegant, quod quidem ipsum haud satis solidum apparet. Nam non solum Actorum illorum nobis ignota est ætas, sed etiam fides vacillat : cum enim non modo* S. Evodium, *Clotario I in Francia regnante, floruisse ; sed etiam in archiepiscopum Rothomagensem fuisse electum, consentiente Clotario (quod ex iis, quæ in ipsis Actis infra edendis num.* 5 *leguntur, manifeste liquet) affirment ; Rothomagensem cathedram non adierit* S. Evodius *ante annum* 558, *ante quem scilicet e vivis non abiit Childebertus, quo nondum mortuo, in Rothomagensem civitatem nihil juris Clotario fuit. Atqui Prætextatus,* S. Evodii *hac in sententia successor, jam inde ab anno* 557 *concilium Parisiense* III, *velut Rothomagensis episcopus, sua subscriptione munivit.* E

*sed potius se culo* V,

3 *Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem* VIII *Octobris* S. Evodium *inter Gildardum seu Gildaredum, qui concilio Aurelianensi* I, *et Flavium, qui Aurelianensi tertio subscripsit, collocat ; atque adeo inter annum* 511 *et* 533 *Rothomagi* Evodium *sedisse, arbitratus est ; partim, ut apparet, e privata conjectura, partim ex* S. Evodii *Actis ; sed exigui, ex jam dictis, ponderis fideique. Præplacet igitur eorum opinio, qua* S. Evodius *inter Innocentium et Silvestrum medius, et seculo quinto floruisse, et Rothomagensi ecclesiæ præfuisse, statuitur. Sic quippe habet Chronicon Rothomagense apud Labbeum tom.* I *Bibliothecæ Mss. pag.* 365, *productum ad annum* 1344 ; *sic Ordericus Vitalis, scriptor seculi* XII *libro* 6 *Hist. Ecclesiasticæ apud Andream Chesnium inter scriptores antiquos Historiæ Normannicæ pag.* 558 *et seq.; sic scriptor Actorum archiepiscoporum Rothomagensium, qui seculo* XI *fuit, apud Mabillonium tom.* 2 *Veterum Analectorum pag.* 429, *cujus verba sunt :* Cui (*S. Victricio*) successit Innocentius, Innocentio sanctus Evodus, Evodo Silvester. *Sic Catalogus episcoporum Rothomagensium abbatiæ S. Vandregisili, seculo* IX *scriptoribus tomo* XI, *col.* 9 *laudatus ; sic denique etiam Indices et Monumenta antiquiora, et quidem omnia, fatente Pommerayo ; quibus utique tutius creditur, quam Actis* S. Evodii. F

*ut tradunt monumenta potiora.*

4 *Accedat his etiam vetustum, ut aiunt laudati Galliæ Christianæ scriptores, Gemeticensis abbatiæ Chronicon ; quamquam in illo* Evodium *inter et Silvestrum medius collocetur Innocentius. Verum qua seculi quinti parte* S. Evodius *Rothomagensem sedem moderatus est? Natalis Taillepied* Evodium *successisse Innocentio scribit anno* 426. *Victricium vixisse constat anno* 404 *ex litteris Innocentii Papæ I ad illum datis : defunctum*

AUCTORE J. B.

*functum Galliæ Christianæ auctæ scriptores volunt (aut eò saltem inclinant) sub annum* 409; *alii vero sub annum* 417; *Innocentium Sammarthani aiunt sedisse annos* 9; *qui additi anno* 417 *nos deducunt ad annum* 426, *cui Natalis Taillepied Evodiani regiminis affixit initium. Quo vero anno infulas vitamque* Evodius *posuerit, haud satis liquet, cum, sicut illius episcopatus initium, ita et ejusdem duratio certis non nitatur documentis: sunt, secundum Bailletum, qui annis illum quatuor (alii septem dicunt) Rothomagensem ecclesiam rexisse, dicunt: quo quidem pacto sub annum* 130 *ex hac vita discesserit. Hoc certum, Germanum Rothomagensem, post* Evodium, *Silvestrum, et Malsonem, episcopum, subscripsisse concilio Turonensi anni* 461; *ex quo in ea, quam ut probabiliorem sequitur, de* S. Evodii *ætate seculo quinto illiganda sententia verosimillimum fit. eum annis aliquot ante medium seculum quintum esse in vivis desiisse; ut supra in margine annotavimus. Ordericus Vitalis* Evodium *sedisse annis* 7 *ait sub Pontificibus Celestino et Sixto, quorum alter anno* 432, *alter* 440 *obiit.*

B

*Acta ejus fidei non magnæ sunt.*

5 *De Actis* S. Evodii *non opus est multa dicere: habemus illa ex Ms. Rothomagensi ad nos olim misso: Galliæ Christianæ novissimi scriptores ea fidem apud eruditos non mereri pronuntiant, saltem in quantum* S. Evodium *Clotario I, Francorum regi, æqualem faciunt: auctorem habent, de* S. Evodii *rebus haud probe instructum. quod prodere videtur ejus de* S. Evodio *oratio, jejuna adeo, ut vix quidquam singulare, quod cuilibet fere episcopo sancto non congruat, de* S. Evodio *memoret; si parentum nomina, et prodigia aliquot, quæ sive vivus, sive ab obitu patravit S. Præsul, et hæc quidem nonnisi a traditione populari, quantum apparet, accepta, excipias. Præcipua eorum saltem capita atque substantiam sermone Gallico explicata habes apud Pommerayum, qui illa non modo præ manibus habuit; sed etiam, transcripto eorum ad marginem textu Latino, subinde laudat. Gestorum ejus ex Pommerayo compendium sic fere habet.*

*quorum compendium*

C

6 S. Evodio *pater fuit Florentinus; mater Celina, par conjugum generis splendore, animi corporisque dotibus, sed Christianarum virtutum laude in primis illustre. His ortus* Evodius, *traditusque ab ineunte ætate viris, piis juxta ac doctis, eum cum in pietate, tum in eruditione progressum fecit, ut ad magna a Deo destinatus non dubie videretur. Itaque, velut alter Samuel, ecclesiæ Cathedrali Rothomagensi a parentibus sistitur: ex quo vero clericis adscriptus fuit, morum castimonia, rerum caducarum contemptu, vitæ austeritate, potissimum vero in indigos charitate enituit. His virtutibus ad pontificalem cathedralem est evectus, quam probitate vitæ vigilantia, zelo, verbis factisque, supra quam dici potest, illustravit. Muto vocem signo crucis reddidit; incendium, quod Rothomagensi civitati minabatur interitum, suis precibus exstinxit: cum haud satis illi esset, unde egenorum opitularetur inopiæ, divinitus, quod satis esset, accepit. Terrori dæmonibus erat, quos sæpenumero ab obsessis expulit, etiam absens: satis enim ad hoc erat, si obsessis pedum ejus pastorale, formato crucis signo, admoveretur: quin et ipsæ paleæ, quæ illi lectus erant, febres variaque morborum genera abigebant. Et hæc quidem vivus præstitit.*

7 *Lustrabat sedulo diœcesim suam S. Præsul, cum eum Andeliaci febris invasit, brevique ad extrema deduxit: convocatis itaque e clero populoque præcipuis suprema salutis monita impertiit, susceptoque sacrosancto Viatico, et formato demum crucis signo, summo spectantium dolore luctuque animam Deo reddidit die* VIII *Octobris. Corpus ejus, serico panno involutum, insigni pompa Andeliaco Rothomagum in ecclesiam cathedralem relatum fuit, nec sine prodigiis: ejus ope detenti carcere numero triginta in ipso civitatis ingressu, ruptis sponte vinculis reclusisque januis, libertatem sunt consecuti (num tum temporis in civitatis portis Rothomagi fuerint constituti carceres, ut modo quibusdam in locis fit, viderint alii) in templo vero Majori, in quo tumulatus fuit, visum cœcis quatuor, claudis vero octodecim gressum reddidit. Hæc de gestis* S. Evodii *ex Pommerayo.*

*Ejus corpus ann. translatio fuit Brennacum.*

8 *Pluribus, inquit dein, postmodum prodigiis* S. Evodii *in templo Rothomagensi Cathedrali tumulus increbuit, quorum multitudine factum est, ut corpus ejus insigni hierothecæ fuerit inclusum, honorificeque servatum usque ad Normannorum in urbem Rothomagensem irruptionem, de qua Chronici Fontanellensis Fragmentum, ab auctore coætaneo conscriptum, tom.* 7 *Scriptorum rerum Gallicarum pag.* 40 *in hunc modum loquitur*: Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLI, Indictione IV, quarto Idus Maii venerunt Normanni, Oscheri quoque dux. Pridie Idus Maii incensa est ab eis urbs Rothomagus: XVII Kal. Junii regressi sunt a Rothomago: IX Kal. Junii Gemmeticum monasterium igne cremarunt. *Soluisse fideles, imminentibus barbarorum incursionibus, ad loca tutiora sacras Sanctorum exuvias deportare, notissimum est. Quod vero ad Rothomagenses spectat, jam tom.* 2 *Augusti pag.* 197 *dictum est, illos S. Victricii, episcopi sui exuvias, imminente hac ipsa Normannorum irruptione, Brennacum detulisse: tom. item ejusdem mensis* IV *pag.* 802 *et seq., pari eorum sollicitudine S. Audoëni, Rothomagensis item episcopi, reliquias Vadiniacum fuisse translatas. Eodem itaque tempore, ait Pommerayus,* S. Evodii *reliquias una cum S. Victricii Brennacum fuisse translatas; quod quidem a Sigeberto Gemblacensi, quem laudat', de* S. Evodio *dictum non reperi; quamquam id, quæ jam dicta sunt et ipsa temporis ratio verosimillimum faciunt.*

*cujus ætatis fuerit*

9 *Alia tamen occasione id forte factum suspicantur Galliæ Christianæ auctæ scriptores, sic ea de re loquentes tom.* IX *col.* 488 *et seq.* Hæc forte villa *(Brennacum)* a Dagoberto, Clotarii nepote, S. Audoëno tradita seculo septimo ecclesiæ Rothomagensis juri subjacuit ad seculum X, quo intervallo nobilitata fuit sacro B. Evodii Rothomagensis archiepiscopi pignore: *quibus quidem verbis assertam a Pommerayo translati Brennacum* S. Evodii *corporis epocham non quidem inficiari videntur, sed nec approbare. Utut sit, equidem* S. Evodii *reliquias fuisse Brennacum jam olim deportatas, ex mox etiam dicendis manifestum fiet. Porro de Brennaco audi Valesium in Notitiis Galliarum*: Brennacum seu Brannacum, *inquit*, villa olim fuit regni, pagique Suessionici, posita ad flumen Vidulam; in qua Chlotarius exstruxerat regiam, morarique consueverat, ubi et ejus thesauri servabantur: a Gregorio Turonico episcopo *(Lib.* 4 *cap.* 22, *et lib.* 5 *Historiæ Francorum capp.* 26, 36, 40 *et alibi)* a Fortunato *(episcopo Pictavensi, lib.* 9 *Carmine*

A *Carmine ad Chilpericum regem, apud rerum Gallicarum Scriptores tom. 2, pag. 520)* Fredegario *(in Historia Francorum Gregorii Epitomata apud Ruinartium col. 569)* ceterisque memorata : quo episcopi ex toto Chilperici regno ad cognoscendam Gregorii ipsius causam convenerunt. Vulgo « Braine » appellatur.... « Branam pro Bren- « naco vel Praina fere omnes recentiores scriptores appellitant.

*ubi in dicato*

10 *At ad rem nostram maxime facit, quod ibidem addit Valesius* : Hic locus S. Euhodii (*sic* Evodium *vocat*) basilica insignis est, vulgo S. Iued dicti : quæ abbatialis basilica duplici titulo ac patrocinio ab origine gaudens, olim ecclesia S. Mariæ et S. Euhodii dicebatur ; jam omisso B. Mariæ nomine, ecclesia S. Euhodii pridem dicitur. *Novissimam* S. Evodii *ecclesiam Brennaci condidit, ut scribit Hugo, Ptolemaïdis episcopus et abbas Stivagiensis in Annalibus Ordinis Præmonstratensis col.* 395, *Agnes, Guidonis, Branæ comitis, filia, Roberto Drocarum comiti, Ludovici VI, Franciæ regis, filio nupta ; quam solemni ritu consecrarunt Albericus archie-*

B *piscopus Remensis et Haynardus, Suessionensis episcopus, anno* 1216. *Sed ante hanc loci dynastæ* S. Evodio *alteram excitarant, ut idem Hugo scribit col,* 393 *et seq. his verbis* : Cui *(S. Evodio)* ut cultum honoremque comites *(Brennacenses)* impenderent majorem, in ambitu castri, quod, vetere diruto, pridem in planitie secus oppidi *(Brennacensis)* mœnia erexerant, ecclesiam collegialem S. Evodio nuncupatam fundaverunt, ibidemque ipsius exuvias magno deposuerunt apparatu ; *nimirum Andreas de Baudemont, ejusque uxor Agnes, quorum neptis fuit Agnes, paulo ante memorata. Quo circiter tempore hæc vetustior* S. Evodii *ecclesia condita fuerit, colliges ex eo, quod idem Hugo asserat, Andreæ de Baudemont et Agnetis ejus uxoris, videlicet ecclesiæ hujus conditorum, consensu canonicis secularibus Præmonstratenses anno* 1130 *a Gosleno, Suessionensi episcopo, fuisse substitutos. Hûic porro vetustiori* S. Evodii *ecclesiæ* S. Mariæ sanctique Evodii *titulum, quem illi Valesius antiquitus fuisse ait, tributum invenio in Litteris Gosleni Suessionensis episcopi annorum*

C 1137, 1145 *et* 1158 ; *item in Bulla Eugenii III anni* 1147, *Adriani IV anni* 1154 ; *in litteris Roberti comitis Drocarum anni* 1179, *et Nicolai de Basochiis anni* 1189, *apud eumdem Hugonem in Annalium suorum Documentis col.* CCCXXI *et* 5 *seqq.*

*ejus nomini monasterio*

11 *Nulla fit in citatis modo Monumentis ecclesiæ, quæ prius* S. Remigii, *ac dein* S. Evodii *dicta sit, mentio ; ut nesciam, quid de Galliæ Christianæ auctæ scriptoribus hic dicendum sit, dum in Serie Archiepiscoporum Rothomagensium de* Evodio *ita scribunt :* Dicitur functus Andilegi, et elatus ad sepulturam in ædem S. Mariæ Rotomagensis, inde vero postea in ecclesiam, quæ tunc S. Remigii, nunc suo ipsius nomine sancti Evodii dicitur, paretque sub titulo abbatiali canonicis Præmonstratensibus. *An ante excitatam ab Andrea de Baudemont ejusque uxore Agnete S. Mariæ et* S. Evodii *ecclesiam, alia, S. Remigio sacra, Brennaci prius exstitit, quæ* S. Evodii *corpus continebat ? Aut an excitata ab Andrea de Baudemont ejusque uxore ecclesia præter S. Mariæ et* S. Evodii *etiam titulum S. Remigii, quamvis in laudatis modo Monumentis non memoratum, obtinuit ? Utut sit, hinc equidem li-*



*quet, non modo* S. Evodii *reliquias Brennacum fuisse translatas ; sed eumdem etiam tum Rothomagi, tum Brennaci pro sancto semper habitum cultumque fuisse : Præmonstratensibus vero canonicis, ex quo Brennacum introducti fuerunt, non defuisse curam, ut Sancti illius cultus sacer non detrimentum, sed augmentum etiam caperet, docuit Gerardus abbas, de quo Hugo sic scribit* : Gerardus (*Branæ abbas* XIII) anno MCCXLIV corpus S. Evodii in novam capsulam solemni apparatu transferri per episcopos Suessionensem et Laudunensem procuravit ; de qua translatione sequentes leguntur versus ; *sed Acta partim male secutus est eorum auctor. Sic habent* :

AUCTORE J. B.

Præsule Rothomago sedet hospita Brenna beato :
Gaudeat Evodio capsa præsente vocato ;
Quem Florentinus, Celinaque, regna tenente
Gallica Chlotario, Domino genuere favente.
Hic vas fecisti gemmis auroque decorum,
Anno milleno ducenteno quoque quarto,
Cum quadrageno Domini pariter sociato.

E

12 *Idem lego in Appendice Brennacensi ad Chronicum Fiscanense, quod in annum* 1220 *desinit, apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ Mss, pag.* 328 ; *sed hic annus* 1246 *pro anno* 1244 *signatus est : Appendicis hæc verba sunt* : Translatum est corpus S. Evodii in monasterio castri Branæ per venerabiles patres Suessionensem et Laudunensem episcopos, procurante Domino Gerardo, abbate dicti loci, in capsam, quam fecit idem Girardus fieri, adstante plebis multitudine copiosa. *Desinit Appendix laudata apud Labbeum, diversa tamen, ac Chronicon Fiscanense, manu exarata, in eumdem annum* 1246. *Sed sive id eo anno, sive biennio ante contigerit, parum interest. Suessionensium anno* 1244 *episcopus erat Radulphus de Coudun ; at anno* 1246 *Guido de Chateau-Porcien ; Laudunensium vero anno utroque Garnerus. Ceterum ex jam dictis efficitur,* S. Evodium *jam diuturno cultu sacro Brennaci, ubi ejus corpus hodieque quiescit, in diœcesi Suessionensi, Rothomagensi contermina, fuisse gavisum : at non minor illi in propria diœcesi seu Rothomagensi, fuit jam olim impensus, ut sequens § declarabit.*

*in honore sunt ejusdem reliquiæ.*

F

## § II. S. Evodii cultus sacer Rothomagi ; reliquiæ in cœnobio S. Lupi Trecis ; apud martyrologos mentio.

*Andeliaci* S. Evodius, *quod in diœcesi Rothomagensi prope Sequanam fluvium a Rothomagensi urbe leucis circiter septem situm est, mortales exuvias, ut supra dictum est, deposuit, quæ inde Rothomagum translatæ fuere et in ecclesia Majori collocatæ : prima itaque hæc fuit* S. Evodii *corporis translatio ; quæ non diu ab ejus obitu contigisse, et postmodum quotannis celebrata fuisse videtur : non diu quidem post* S. Evodii *obitum contigisse videtur ; quod verosimile non videatur, tam exiguum fuisse Rothomagensibus episcopi sui desiderium, ut illud diu in loco, tum temporis parum forte conspicuo, permanere*

*Rothomagenses corporis, ad se ex Andeliaco paulo post ejus obitum translati,*

AUCTORE J. B.

*nere siverint : non tamen, quantum quidem apparet, statim ab illius obitu : cum enim eadem hæc corporis* S. Evodii *translatio die* VIII *Julii verosimilius, quo nimirum ejus memoriam, ut mox videbimus, Rothomagensis ecclesia quotannis celebravit, facta fuerit, ipseque ex hac vita die Octobris* VIII *abiisse credatur ; saltem ad annum usque, qui ejus obitum proxime excepit, Andeliaci ejus corpus fortasse substiterit. Hanc porro corporis* S. Evodii *translationem quotannis a Rothomagensibus celebratam fuisse, propterea existimo ; quod hinc quidem compertum habeam, aliquam ejusdem corporis translationem in Rothomagensi diœcesi eo die celebratam olim fuisse : inde vero alterius reliquiarum* S. Evodii *translationis mentionem nullam invenerim, præterquam Brennacensis : sed hanc translationem a Rothomagensibus quotannis celebratam fuisse, verosimile non est : nec enim Sanctorum translationes, per quas sacris privantur exuviis, sed quibus iisdem ditantur, celebrare solent ecclesiæ. Si qua itaque ex his a Rothomagensibus fuerit celebran-*
B *da corporis* L. Evodii *translatio, ea profecto fuisse videtur, qua sacrum ejus corpus Andeliaco Rothomagum fuit deportatum.*

*festum colucre die* VII *Julii,* 14 *Porro translati* S. Evodii *corporis festum in Rothomagensi ecclesia celebratum olim fuisse, manifestum fit ex ejus Missali, anno* 1585 *editi, in cujus Kalendario ad diem* VIII *Julii hæc leguntur* : Translatio S. Evodi, Rothomagensis archiepiscopi. III lectio. *Similia habentur in Kalendario Breviarii Rothomagensis anni* 1578 : *at in Breviario lectiones illæ ex Communi, Oratio vero ex die* VIII *recitandæ præscribuntur. Meminit etiam ejusdem translationis Grevenus ad diem* VIII *Julii apud Sollerium his verbis* : Civitate Rothomagensi, translatio S. Euodi, episcopi confessoris. *At Missale mox laudatum Missam eo die recitari solitam exhibet, quam huc transcribo.* Sacerdotes Dei Benedicite Dominum *etc. Psalm.* Benedicite omnia opera Domini Domino *etc. Oratio* : Deus qui beati Euodi pontificis tui meritis, et cecis lumen et claudis gressum reparasti, da nobis, quæsumus, ipsius intercessione per viam salutis incedere, ut ad te lucis
C auctorem valeamus pervenire. Per *etc. Epistola* : Omnis Pontifex *etc. Grad.* Inveni David servum meum *etc. Vers.* Nihil proficiet inimicus *etc* : *Vers.* Disposui testamentum electis meis *etc* : *Evang.* Vigilate quia nescitis *etc* : *Offert.* Veritas mea et misericordia *etc* : *Secret.* Oblationis nostræ munus tua, Domine, et Benedicat et suscipiat de extera : nosque per hanc gloriosa beati Evodi præsulis tui oratio liberet a totius peccati macula. Per *etc. Comm.* Semel juravi *etc, Postcomm.* Redemptionis nostræ, Domine, satiati commercio : ejus nos, quæsumus, participatione dignos efficiat beati Euodi pontificis quotidiana intercessio. Per Dom. *etc.*

*natale autem* VIII *Octobris ; nunc vero* X, 15 *Ex quibus quidem liquet, translationem reliquiarum* S. Evodii *in Rothomagensi ecclesia celebrari consuevisse : at hodie mos iste desiisse videtur : vacat enim dies* VIII *Julii in Calendariis præfixis Breviario Rothomagensi anni* 1627, *uti et anni* 1736. *Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem* VIII *Julii sic scribit* : Item Suessione S. Evodii episcopi et confessoris : *Viderit verosimiliter alicubi translationem* S. Evodii *hoc die notari, sed pro Rothomagensi civitate per errorem expresserit Suessionensem, uti in Opere nostro observatum est ad diem* VIII *Julii in Prætermissis : non enim ullus hoc nomine fuit Suessionensis episcopus ; nec* Evodium *Rothomagensem* D *eo die Suessione coli novi. Dies præterea alter in citatis ecclesiæ Rothomagensis Missali et Breviariis* S. Evodio *sacer est, dies nempe* VIII *vel* X *Octobris ; ille quidem in Missali anni* 1585 *et Breviario anni* 1578 : *hic vero, seu* X *Octobris in Breviariis annorum* 1627 *et* 1736. *Mutationis ratio fuit, non quod dies* X *Octobris creditus fuerit* S. Evodio *natalis, sed quod proxime memoratis annis Rothomagensis ecclesiæ Dedicatio, quæ in Kalendas Octobres incidit, cum Octava, quod annis* 1578 *et* 1585 *non fiebat, celebraretur : dies vero* IX *Octobris, SS. Dionysio, Rustico et Eleutherio sacer, celebraretur cum festo in populo : quare* Evodii *festum, quod simili ritu coli minime consueverat, licet die* VIII *Octobris obiisse credatur, in decimum ejusdem mensis diem translatum fuit.*

16 *Porro Missale anni* 1585, *ut Missam* S. Evodio *propriam exhibet ad diem* VIII *Julii, ita et die* VIII *Octobris exhibet Missam* Statuit *in ejus honorem recitandam ; sed Oratio, Secreta et Postommunio solæ sunt* S. Evodio *propriæ ; eædem videlicet, quas num.* 14 *jam transcripsi. Breviarium vero anni* 1736 *unicam tantum exhibet Lectionem* S. Evodio *propriam, quæ ex Annalibus Francorum Cointianis ad annum* 544 *petita, sic habet* : Evodus ecclesiæ Rothomagensi a puero addictus in sede episcopali successit Innocentio, qui S. Victricium habuerat antecessorem. Sanctitatis fama conspicuus obiit Andeliaci, unde corpus ejus Rotomagum relatum est, in ecclesia Majori sepeliendum. Una cum ossibus S. Victricii translatum est Brainam, Suessionum oppidum. Locus obscurus antea adeo miraculorum fama fuit illustratus, ut frequenti hominum cœtu, qui eo concurrebant, dilatatus deinceps fuerit et ab incolis auctus. Seculo duodecimo ibidem constructum est canonicorum cœnobium, nomine S. Evodi insignitum, in cujus basilica illius ossa summa veneratione recoluntur. *Paulo prolixiorem de* S. Evodio *lectionem exhibet Breviarium Rothomagense anni* 1627 ; *at, quod anno* 1578 *prodiit, novem exhibet lectiones, quas, quia tantum mutilam speciem Actorum referunt, aliunde suppletas accipe, corrigendas tamen in eo, ut supra monui, quod* Evodium, *Clotario I, Francorum regi, contra ac mox memoratæ, ætate æqualem faciant. Ita habent.*

17 *Prima.* Fuit in tempore illo, quo Clotarius, filius inclyti regis Francorum Ludovici *(seu Clodovei I)* agebat in sceptris : vir quidam nomine Florentinus ex nobilissima fortissimaque Francorum gente progenitus : omni sagacitate et industria, omniumque rerum abundantia præditus, religione etiam sanctæ Christianitatis omnimode ornatus pollebat. *Secunda.* Uxorem præterea hortatu nobilium amicorum sublimem genere, divitiis et facultatibus abundantem sortitus, cum omni honestate et casta copulatione cum ea multo tempore mansit. Assiduis itaque Dominum precibus exorabant : ut sic transirent per bona temporalia, ab eo eis concessa, ne amitterent sempiterna. *Tertia.* Igitur Dei disponente gratia, conjunx ejus, nomine Celina, concepit et peperit filium : cui nomen imposuerunt Evodum : qui in septem gradibus baptismatis septem comprehendit Spiritus sancti dona. Puerilibus igitur annis prætermissis : viris doctis et sapientibus traditur sacris litteris imbuendus. Qui, favente Deo, præcætera turba sodalium proficiebat ecclesiastico nutrimento.

A *quæ exhibentur.*

18 *Quarta.* In Rothomagensi etenim civitate : ut Deo omnipotenti devotum servitium exhiberet, a parentibus traditur educandus. Ubi sancte ac juste conversatus : multis virtutibus exornatus præ cunctis effulsit. Erat enim piissimus et in omni suavitate conspicuus : vultu hilaris, fulgentibus oculis, blandus in verbis, virginitate præcellens, corpore pulcherrimus, statura decorus, omni bonitate repletus. *Quinta.* Imitabatur columbæ simplicitatem : et serpentis secundum Dominicum præceptum astutiam. Quia nec simplicitas sine astutia, nec astutia sine simplicitate nobis debet inesse. Quomodo autem utrumque sit habendum, nobis Apostolus insinuat, dicens : Volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo. *Sexta.* Incedebat etiam castitate præcinctus renibus, bonorumque actuum insudans operibus. Lucernam tenendo in manibus, proximis lucernam monstrabat. Erat voluntas ejus in lege Domini die ac nocte. Ecclesiarum frequenter terebat limina : et quæ ibi recitabantur, mente intentissima replicans, velut apis prudentissima, flores sacræ Scripturæ sibi recondebat.

B *recitare solebant.*

19 *Septima.* Interea accidit Rothomagensem archipræsulem migrasse ab hoc seculo : et plebem viduatam remanere pastoris subsidio : cleri denique ac populi unanimis intentio beatum Evodum dignum fore acclamabat pontificio : qui sicut bonis actibus præibat cunctos : ita etiam gradu honoris decebat, ut præcelleret universos. *Octava.* Hoc omnis sexus, hoc omnis ætas, hoc omnium voluntas fieri debere adjudicabat : ut tanti meriti Vir eorum fieret rector : qui eos viæ rectæ dogmate nutriret. Divinitatis ergo instinctu ad aures regias universæ plebis clamor univocus pervenit : scilicet ut beatus Evodus sibi præponeretur in pontificio. *Nona.* Rex autem hæc audiens, dignumque fore Sanctum tanto honore intelligens : libentissime voluntati eorum præbuit assensum. Eligitur ergo beatissimus Euodus functus * pontificatus honore universisque hinc atque inde acclamantibus : unanimi voto ad Rothomagensem cum consonis vocibus laudum perducitur sedem. *Quæ hic desunt, suppleo ex Lectione unica Breviarii Rothomagensis anni* 1627 : Quod munus episcopale cum per septennium summa cum laude administrasset.

*An : functurus ?*

C

sanctis operibus clarus obdormivit in Domino, et Rothomagi sepultus est in ecclesia Majori Deiparæ virginis titulo dicata. Ad cujus mortui corpus cæcis quatuor lumen restitutum est, multaque alia miracula contigerunt, quibus Servi sui Deus sanctitatem illustravit. Sed illud in primis memorandum : quod ipso exequiarum die triginta rei, qui publico carcere inclusi, ejus se precibus commendarant, vinculis resolutis ac patefactis sponte foribus, inde mirabiliter educti sunt.

*S. Evodii reliquiæ in monasterio S. Lupi,*

20 *Trecis quoque in monasterio S. Lupi* Evodius *sacrum cultum obtinuisse videtur ; in quo partem aliquam reliquiarum ejus servatam fuisse lego apud Camuzatum de Antiquitatibus Tricassinis in Miscellaneis Historicis pag.* 300 ; *ubi is etiam de facta earumdem anno* 1496 *inspectione hujusmodi instrumentum refert :* Anno 1496 die Apostol. Simonis et Judæ in mei Jacobi Guenin presbyteri de Lyceyo Lingonensis diœcesis, curati de Novella et Lassicuriæ, capellani capellaniæ Assumptionis B. Mariæ Virginis in ecclesia Trecensi, auctoritate Apostolica publici notarii præsentia, F. Nicolaus Foriot sacræ Theologiæ doctor, hujus ecclesiæ S. Lupi abbas, præsentibus fratribus Oudino Porree Priore claustrali et de Longo solido, Petro Adelin de Lanis ad nemus, Joanne Saget præposito et Petro Lespagnol thesaurario, visitavit reliquias B. Euodii et reposuit in veteri capsa, prout eas invenit, quam antiquam capsam reposuit in hac magna capsa ad Dei et præfati gloriosiss. confessoris gloriam. Signatum Guenin.

AUCTORE J. B.

21 *Plura de* S. Evodii *gestis cultuve non reperi : reliquum est, ut Martyrologos aliquot, qui illius mentionem faciunt, paucis exhibeam. Galesinius ex Demochare ad diem* VIII *Octobris ita habet* : Rothomagi, sancti Euodii episcopi et confessoris. *Molanus in Additamentis ad Usuardum :* Apud Rothomagum, beati Euodii præfatæ urbis episcopi et confessoris. *Martyrologium Romanum :* Rothomagi S. Euodii episcopi et confessoris. *In Annotatis Baronius illum successisse ait Innocentio sub annum* 422. *Similia ad eumdem diem de illo habent Martyrologium Germanicum, Ghinius, Castellanus in Martyrologio Universali, ubi illum Gallice* S. Yvoize *vocat, sed Brennaci* S. Yved *dici, et seculo quinto notat obiisse. Saussayus more suo paulo prolixior* : Rotomagi S. Evodii episcopi et confessoris. Hic divinorum eloquiorum scientissimus, insignis prudentia, innocentia, pietate, modestia et pontificalis mentis firmitudine præstans ecclesiæ magno cum animarum fructu præfuit, sanctique Gildardi (*imo verisimilius Innocentii*) successor, locum, quem sanctitate ornatum reperit, propriæ sanctitatis radiis Flavio (*Silvestro potius*) dimisit, qui eum in præsulatu secutus est *Hi omnes* S. Evodii *ad eumdem diem, quo obiisse creditur, videlicet ad diem* VIII *Octobris, qui olim Rothomagi sacer illi fuit, meminerunt. At auctor Martyrologii Rothomagensis, anno* 1670 *editi, ad diem* X *Octobris, quo modo Rothomagi ob rationem num.* 15 *allatam colitur, ita* Evodium *Andeliaci, quo loco obiit, annuntiat* : In territorio Vulcassino apud Andeliacum, depositio sancti Evodi Rothomagensis archiepiscopi et confessoris ; *quæ annuntiatio tum recenter Rothomagensi Martyrologio fuit adjecta, ut indicat signum illi præfixum. Hunc secutus est auctor Martyrologii Parisiensis ad diem pariter* X *Octobris ita scribens* : Apud Andelagum *(seu Andeliacum)* ad Sequanam S. Evodii, Rotomagensis episcopi. *Addit in margine* Circa ccccxxx. *Nos Romanum Martyrologium, dum* Evodium *ad hunc diem retulimus, more nostro secuti sumus.*

*et apud Martyrologos mentio.*

E

F

ACTA

A

# ACTA

## *Ex Ms. Rothomagensi.*

## Auctore Anonymo.

*Auctoris prologus.*

Beatissimi Evodii confessoris Vitam scripturus habitatorem ipsius invoco Spiritum, ut ipse mihi tribuat scribendi facultatem, qui non solum infantium linguas facit disertas, verum etiam brutorum animalium ora in verba resolvit. Valde enim condecet, ut fidelibus populis Sanctorum ad imitandum proponantur gesta, quatenus illorum sequentes vestigia cum ipsis valeant adipisci præmia sempiterna. Quid autem prodest electorum gesta aure
B carnis percipere; nisi hæc etiam studuerimus implendo perficere? Imitemur igitur ipsos, qui quondam nostri similes ex parte carnis fuere, ut et nos ad ipsorum similitudinem confirmemur in æterna beatitudine. Superna siquidem charitas Christi, cujus alternantur sidera, nunquam destitit suæ sanctæ Ecclesiæ per suorum electorum merita virtutum ministrare magnalia, quas valde indignum est silentio prætermittere : sed potius excellenter propalare : laus enim Dei est, cum servi glorificantur. His ergo omissis ad narrationem veniamus.

*Nobili loco natus Evodius,*

*a*

2 Fuit illo in tempore, quod Chlotarius, filius incliti regis Francorum Ludovici agebat in sceptris *a*, vir quidam nomine Florentinus, ex nobilissima fortissimaque Francorum gente progenitus, omni sagacitate et industria, omniumque rerum abundantia præditus, religione etiam sanctæ Christianitatis omnimodis exornatus. Hic juventutis flore multarum virtutum, humilitatis et patientiæ, pietatis et misericordiæ floribus exornatus pollebat. Uxorem præterea hortatu nobilium amicorum sublimem genere, divitiis et facultatibus sortitus,
C cum omni honestate et casta copulatione cum ea multo tempore mansit : assiduis itaque precibus Dominum exorabant, ut sic transirent per bona temporalia, ab eo sibi concessa, ne amitterent sempiterna. Igitur Dei disponente gratia, conjux ejus nomine Celina *b*, concepit et peperit filium, cui nomen imposuerunt Evodium, qui in septem gradibus baptismatis septem comprehendit dona Spiritus sancti.

*b*

*et statui ecclesiastico addictus,*

3 Puerilibus annis præterea prætermissis, viris traditur litteris sacris imbuendus, qui, favente Deo, præ cetera turba sodalium proficiebat ecclesiastico nutrimento, cœpitque cantu pollere, charitate fulgere, castitate vernare, eloquio coruscare, in omni prudentia decoratus incedere : in Rothomagensi enim civitate *c*, ut Deo omnipotenti devoti cordis servitium exhiberet, ecclesiæ a parentibus traditur educandus; ubi sancte ac juste conversatus, multis virtutibus exornatus, præ cunctis effulsit. Erat enim vir Dei sanctus Evodius piissimus et omni suavitate conspicuus, vultu hilaris, oculis fulgentibus, blandus in verbis, virginitate præcellens, corpore pulcherrimus, statura decorus, omni bonitate repletus. Imitabatur columbæ simplicitatem et serpentis secundum Dominicum præceptum *d*

*c*

*d*

astutiam; quia nec simplicitas sine astutia, nec D
astutia sine simplicitate nobis debet inesse : quomodo autem utrumque sit habendum, nobis Apostolus insinuat, dicens : « Volo sapientes vos » esse in bono, et simplices in malo *e*. » Incedebat etiam castitate præcinctis renibus, bonorumque actuum insudabat operibus, lucernam tenendo in manibus proximis lucem ministrabat.

4 Erat voluntas ejus in lege Domini die ac nocte, ecclesiarum frequenter terebat limina, et quæ illic recitabantur, mente intentissima replicans, velut apis prudentissima flores sacræ Scripturæ recondebat, orabat jugiter pro donis cœlestibus, precabatur cum assidua cordis contritione pro salute populi, quem Christus suo pretioso sanguine redemit, jejunabat etiam sæpissime, et si quando cibum sumere contigisset, pane erat exiguo contentus et sale cum assidua potatione aquæ. Si esurientem aliquando videre contigisset, abundantissime reficiebat, et sitien- E
tem potabat. Eleëmosynis quoque operam dabat, miserorum sublevabat necessitatem, nudos vestiens, algidos calefaciens, infirmos etiam saluberrima consolatione visitando demulcens. Si aliquem mœrentem conspexisset, dulci alloquio consolabatur, viduarum et orphanorum advocatus erat per omnia, et debito oppressis condigno juvamine succurrebat. Pater erat, ut alter Job, pauperum, oculus fuit cœco, pedes claudo et per omnia unanimem se exhibebat.

5 His et hujusmodi virtutibus bonis Evodius coruscans tam Deo complacebat, quam hominibus : interea accidit, Rothomagensem archipræsulem *f* migrasse ab hoc seculo et plebem viduatam remanere pastoris subsidio; cleri denique ac populi unanimis intentio beatum Evodium dignum fore acclamabat pontificio, qui, sicut bonis actibus præibat cunctos, ita etiam gradu honoris decebat, ut præcelleret universos; hoc omnis sexus, ætas omnis, hoc omnium voluntas fieri debere adjudicabat, ut tanti meriti Vir eorum fieret rector, qui eos viæ rectæ dogmate nutriret. Divinitatis ergo instinctu ad aures regias universæ plebis clamor univocus F
pervenit, scilicet ut beatus Evodius sibi præponeretur in pontificio : rex *g* autem hæc audiens, dignumque fore Sanctum tanti honoris intelligens, libentissime voluntati eorum assensum præbuit. Eligitur ergo beatissimus Evodius functus * pontificatus honore, universis hinc atque inde acclamantibus unanimi voto, atque ad Rothomagensem cum consonis vocibus laudum perducitur sedem.

6 In ingressu ergo illius quanta exultatio universæ plebis occupaverit corda, vix cujusdam eloquentiæ oratoris enarrare valet peritia; referebat enim laudes promiscui sexus populus et ætatis Deo altissimo, et clerici quasi bonæ pecudes alludebant invicem pro pastore, sibi a Deo cælitus collato : vere enim beatus populus, qui talem pastorem ac patronum meruit accipere divinitus, quo sublimato in cathedra, eo quod talem, tantumque recepisset sacerdotem *. Denique locatus in solio, qualem se erga omnes exhibuerit, vix explicare valet aliquis. Erat enim vultu clarus, sed clarior mente; dulcis eloquio, mansuetissimus conversatione.

Præibat

A Præibat gregem commissum pastor egregius, tendebat ad Christum Pontifex beatissimus, ad quem desiderabat, ut perveniret omnis grex sibi commissus: tanta enim circa eum charitas erga cunctos exercebat, ut in terris positus in cœlestibus habitaret: quæcumque enim discipulis præcipiebat vitanda, in suis factis judicabat non agenda: erat in sermone ejus erudita expositio, in facie angelica visio, in dispensatione quoque largissima humanitatis gratia refulgebat. Thesauros cœlo condebat, ubi eos invenire posset, quando terrenis solutus vivere felicius inciperet cœlestibus; diligebat namque Deum toto corde et virtute et proximum tamquam seipsum, spernens omnia, præter quod erat gratia divina. Eleëmosynam sane non negligebat inter alias virtutes; quapropter Scriptura testatur: Sicut aqua ignem, ita eleëmosyna *h* extinxit, si qua illi inerant, humanitatis peccata.

*episcopo propriis,*

7 Die quadam cum plures ad eum pauperes advenissent, et eleëmosynam postularent, vir B Dei Evodius per ministros agnovit, quod amplius, quam duos aureos nummos non haberet: deferri sacculum jubet, Jesum prece tacita invocavit; illico virtus divina affuit in sacculo, aurum crevit, tantaque illic nummorum est inventa pecunia, quanta præ foribus pauperum stabat caterva. Facile hoc præstitit, qui quater denis annis Israëliticam in heremo turbam pavit. Nec enim mirum, si ille inclitus artifex, qui solem extendit radio invocatus a fideli servulo, aurum fudit in saculo, ut ea, quæ fecit pro Famulo, nota fiant in sæculo. Adveniente vero quodam quadragesimali tempore, nemo valet enarrare, quas cruces, quæ supplicia sibi ipse indixerit, quantæ macerationi semet dederit, in orationis videlicet studio, in sanctæ prædicationis alloquio, in jejuniis, in vigiliis, in eleëmosynarum largitate ac multimodis virtutum exercitiis. Cum spirituali gaudio sanctum Pascha expectabat, in quinta vero feria cœnæ Dominicæ, absolutione populi fideliter expleta, sacris se induens vestibus una cum clericorum caterva oleum sacrum, chrisma cum balsamo consecravit, quo die superveniente multitudine sacerdotum, qui parochiis ecclesiæ Rothomagensi subjacentibus *i*, ut oleum cum chri- C smate ad ecclesiam sibi commissam deferret, ministri ejus minus cauti absque jussu archipræsulis omnem eis chrismatis liquorem dederunt, præterquam quod fuerat positum in ampulla ad reservandum. Die ergo Sabbati dum sanctus archipræsul Evodius Missarum solemnia celebraret, advenit hora explendi sacramentum baptismi et jussit sibi exhiberi pixidem chrismatis, cumque ab acolytho præsentaretur, Christi Jesu Domini virtus notum fecit magnifice populo, quanti apud eum meriti idem Præsul haberetur.

*quam prodigiis.*

8 Oblatus quippe est illi a parentibus ab infantia mutus puer, pro quo omnipotentis Dei clementiam solo prostratus exorans, cum se relevasset a pavimento, sumpto sacrato in manibus chrismate, digito dimisit in ore ejus, et perunxit linguam cum signo crucis, qui statim audiente populo locutus est, et magnificabat in voce exultationis magnitudinem Dei omnipotentis: populi autem hæc audientes et videntes replebantur gaudio, et magis ac magis roborabantur in fide. Præstitit etiam Deus alia innumera miracula per Servum suum, quæ ob niA. ANONYMO.

miam prolixitatem, ne fastidium audientibus generem, a nobis prætermittuntur. Nam cum in ergumenis rogaretur, et ille ob jactantiam suam simularet agere *k*, pietate tandem victus, adduci ad se eos jubebat et tantummodo signo crucis super illos edito sine ullo tactu sanitati pristinæ reformabat. Illo absente multi de virga pastorali, quam manu ferre consueverat, signati, dæmonibus illico fugatis, sanitati sunt restituti. Nam et de stratu ejus si quis ægrotus quippiam abstulisset, erat præsens medicamentum febricitantibus.

*k*

*quorum aliqua*

9 Præterea et variis infirmitatibus oppressis in nomine Dei omnipotentis cum virtute orationis vir Dei sanctissimus Evodius auxilium salutis obtinuit. Quodam etiam tempore accidit, ut, civitas Rothomagus igne succensa, pene totius urbis excidium minaretur incendium. Cives, hoc videntes, celeriter ad eum confugiunt petentes, ut Dei misericordiam exoraret, ut tam magno liberarentur exterminio. At ille in locum, ubi vehementer ignis inerat, pergens, orationem cum lacrymis fudit, et signo crucis contra flammas facto, ita E Domini virtute extinctus est ignis, ut veluti fumus illico deficeret. Talibus ac tantis virtutibus flagrans beatus Dei Pontifex Evodius, advenit tempus, quo pius Dominus remunerationem laborum Servi sui reddens de præsenti seculo ad se vocaret.

*hic enumerantur, l*

10 Abierat enim idem Sanctus ad Andeliacum *l*, dicœcesis suæ vicum, scire cupiens, qualiter clerici ibidem commanentes ecclesiasticum implerent officium. Ubi aliquantisper commoratus, a modica febre pulsatus, viribus corporis cœpit repente destitui. Intellexit protinus Vir sanctus, tempus migrationis suæ imminere, convocataque cleri ac populi multitudine, exhortabatur eos, ne a fide Christi omnino deviarent, sed mandatis ipsius implendis operam darent, eleëmosynæ atque pietatis actibus insisterent, miserorum necessitatibus subvenirent, infirmorum visitationibus insudarent, orationibus sanctis die ac nocte vacarent, dilectionem Dei et proximi ante omnia servarent, et quod pati quis non vult ab aliquo, nec ipse faciat alicui, sed quod Dominus in Euangelio præcepit facientes, quæ vul- F tis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Similiter tunc universi elevantes voces ad sidera, cum magnis singultibus clamabant, dicentes: Cur nos deseris, Pater sancte? Petimus obnixe, ne nos deseras, ne, te pastore amisso, morsibus luporum petamur, At ille, manu innuens, ut tacerent, tandem facto silentio, cum magna hilaritate mentis Eucharistiam suscepit et, cunctis flentibus, hoc tantum voce respondit: Valete, filioli mei charissimi in pace, viscera mea.

*vivus mortuusque floruit,*

11 Cum hoc dixisset, muniens se signo crucis tradidit beatam animam in manus angelorum, perpetuo Christo victuram. Tunc itaque corpus sanctissimum honorifice plebs olosericis involventes imposuerunt feretro, elevantesque illud nobiles viri ex clero et populo ad Rothomagensem urbem tumulandum in beatæ semper Virginis ecclesia cum magno deferunt psallentium choro, in ipso vero introitu civitatis triginta rei tenebantur catenis ferreis vincti, qui agnoscentes sancti Viri corpus ibi deduci, exorabant clementiam Salvatoris, ut in eis ostenderet meritum sui Confessoris. Mox illis orantibus et vincula franguntur et ostia carceris reserantur et sic liberati Deo gratias resonabant.

Sanati

A. ANONYMO. Sanati sunt etiam in ecclesia cæci quatuor, claudi decem et octo. Sepultus est autem Sanctus Dei in ecclesia beatæ Mariæ semper Virginis ubi sedes
m episcopalis *m*, cum magno tripudio laudis cujus in Christo dormitio extitit octavo Idus Octobris, qui cum Patre æterno etc.

ANNOTATA.

a *Clotarius, filius Clodovei, ab anno* 511 *regnare in Gallia exorsus fuit, obiitque anno* 561. *Itaque seculo* VI *dumtaxat* S. Evodius *in Rothomagensi cathedra collocatus fuerit, si his ejus Actis standum sit. At longe antea floruisse* Evodium, *verosimilius est ex dictis in Commentario prævio numm.* 3 *et* 4.

b *Alibi lego* : Celina.

c *Primaria Normannicæ in Gallia provinciæ civitas est.*

d *Matt.* 10, ŷ. 16 : Estote ergo prudentes, sicut serpentes et simplices sicut columbæ.

e *Ep. ad. Rom. cap.* 16, ŷ. 19.

f *Verosimilius is fuit Innocentius, ut habent*
B *Acta Archiepiscoporum Rothomagensium in Mabillonianis veteribus Analectis, anno* 1723 *Parisiis typis edita. Vide Commentarium prævium num.* 4.

g *Puta Clotarii, filii Ludovici seu Clodovei I, ex mente hujus biographi.*

h *Tobiæ cap.* 4, ŷ. XI : Eleëmosyna ab omni peccato et a morte liberat.

i *Supple* : Præerant, *aut quid simile.*

k *Si hæc recte in apographo nostro sic habeantur, ita videntur intelligenda, ut* Evodius *similes occasiones vitare voluerit, ne immodicis, ut sibi persuadebat, hominum de se laudibus ansam daret, ita ut non propriam, sed suorum, præsulis sui sanctitatem efferentium, jactantiam vitare voluerit.* D

l Andeliacum *locus est ut scribit Valesius in Notitia Galliarum, venerandæ antiquitatis, vulgo* Andely sur Seine, *seu* Andeliacum ad Sequanam, *quod Sequana non procul inde fluit, dictus, distansque Rothomago leucis circiter septem.*

m *Andeliaco Rothomagum delatum* S. Evodii *corpus in cathedrali templo servatum fuit, dum Brennacum translatum fuit metu ingruentium Normannorum, ut opinatur Pommerayus, versus annum* 842. S. Evodii *translatio olim, ut idem Pommerayus scribit, Rothomagi celebrata fuit die* 8 *Julii : non ea, ut apparet, qua corpus ejus Rothomago Brennacum fuit translatum : sed potius ea, qua Andeliaco Rothomagum primo delatum fuit ; cum tamen hæc ante mensem Julii, paulo post ejus obitum, qui Idibus Octo-* E *bris hic contigisse dicitur, facta fuisse videri possit ; suspicabitur forte quis,* S. Evodii *corpus, crebrescentibus ejus prodigiis, e tumulo postea elevatum, et solemni supplicatione circumlatum, honorificentiorique lipsanotheca inclusum, solennitati huic, die* VIII *Julii olim Rothomagi celebratæ, occasionem præbuisse.*

# DE S. PELAGIA

PŒNITENTE HIEROSOLYMIS

C. B.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### § I. Sanctæ ab aliis distinctio, memoria in Fastis sacris, probatæ fidei Acta edenda.

C F

ANNO CIRCITER CDLVII. *Sancta, quæ a binis Pelagiis jam dictis tertiaque adhuc danda,*

*Ad hunc ipsum diem jam duas inter Prætermissos sanctas Pelagias, quarum altera ad* IV *Maii, altera ad* XI *Junii diem in Opere nostro data est, retulimus, et tamen hic modo alia adhuc* S. Pelagia *commemoranda restat, hodie, non Græcorum tantum, ut illæ, sed Latinorum etiam aliarumque nationum Fastis sacris inscripta, ac inprimis quidem in Martyrologio Romano hodierno paucis hisce verbis annuntiata* : Jerosolymis sanctæ Pelagiæ, cognomento Pœnitentis. *Quam certo hæc a duabus illis, Prætermissos inter hodie, ut dixi, jam recensitis, distinguatur, luculentissime, quæ in Historico de earumdem postrema Commentario ad dictum Junii diem* IX *Janningus noster affert, evincunt ; ut plura, quo id probatum dem, hic disserere, necesse non sit. Nec verbis etiam admodum multis opus est, ut eamdem* S. Pelagiam, *hic dandam, probemus diversam tum a S. Pelagia, in Hieronymianis codicibus, plurimisque aliis Fastis sacris ad* XIX *Octobris diem memorata ; tum etiam a Margarita, ab Arturo a monasterio e Petro de Natalibus in Catalogo lib.* 9, *cap.* 37, *et e Jacobo de Voragine in Legendis Sanctorum cap.* 146 *in Gynecæum sacrum hodie illata, quæ, seculo relicto virique habitu assumpto,* Pelagium *sese quod et Sancta nostra ex dicendis fecit, nuncupavit. Pelagia enim, Fastis sacris quamplurimis ad* XIX *Octobris inserta, martyrio coronata vitam hanc mortalem terminavit, quod de* Pelagia *nostra, utpote quam dicenda in pace quievisse ostendent, dici non potest.*

3 *Quod autem ad Margaritam, quæ, seculo relicto virique habitu assumpto,* Pelagium *sese nuncupavit, jam spectat, etsi etiam* Margaritæ *nomine ab Antiochenis Sanctam nostram, antequam sese, vitæ improbæ ac impuræ cœno excusso, ad Dominum converteret, vocatam aliquando fuisse, edenda, de quibus infra, Acta fidem indubitatam faciant, illam tamen a Margarita, apud Petrum de Natalibus et Jacobum de Voragine memorata, certissime esse diversam, quisque haud difficulter comperiet, qui, quæ bini hi scriptores de Margarita sua memoriæ produnt, cum edendis, quæ, quemadmodum mox docebo, fidei undequaque probatæ sunt, Sanctæ nostræ Actis contulerit. Margarita quidem, quæ ab Equilino et Jacobo de Voragine atque ex his ab Arturo*

A *turo refertur, a S. Marina, ad* XVII *Julii diem apud nos jam data, quæ et* S. Margarita *nuncupatur, virique sub habitu, non secus ac Equilini Margarita, delituit, fortassis haud distinguitur, uti ibidem in Appendice* I, *Sanctæ hujus Actis subjecta, Sollerius noster docet; verum Sanctam illam, nomine* Marinam, *utut etiam* Margarita *nuncupetur, idemque præterea quantum ad rem Græce* Pelagia, *quod Latine* Marina, *significet, cum* Pelagia *nostra, quæ et ipsa ex dictis* Margarita *aliquando nuncupata fuit, esse eadem, nihil omnino evincit; imo vero alteram ab altera, contra ac quidam opinati sunt, omni dubio procul esse diversam, palam fit ex ambarum Actis, uti quisque, qui isthæc vel obiter evolverit, nullo negotio deprehendet. Nec quidquam porro aliunde occurrit, ut Sanctam nostram,* Margaritam *etiam aliquando dictam, vel cum Equilini Margarita, vel cum Marina, quæ et* Margarita, *utcumque asseveres eadem.*

*ex Hieronymianis, utut etiam a Pelagia quadam, hisce hodie inscripta,*

3 *Verum in Martyrologii, quod S. Hieronymi nomine circumfertur, apographis, a Florentinio, Dacherio Sollerioque nostro vulgatis, quædam etiam hodie annuntiatur S. Pelagia, quæ num cum sancta nostra* Pelagia *eadem haud sit, revocatur in dubium. Sollerius noster in hodiernum, quem Usuardus suppeditat, Sanctorum laterculum ita inter cetera observat:* Pelagiam aliquam in Hieronymianis (*hodie nempe*) memorari, certum est; an pœnitentem illam, quæ Hierosolymis a Baronio adscribitur, dubitat Florentinius. Nobis in re obscura nihil hactenus licet decernere. Satis verosimile, Usuardum nomen Pelagiæ ex Hieronymianis accepisse, cui pro arbitrio peccatricis cognomen addiderit, quod ea inter synonymas esset notissima. *Cum* Pelagia *nostra martyrio haud occubuerit, sed in pace, ut supra jam monui, vitam finierit, certo eam esse diversam a Pelagia, Hieronymianis hodie inscripta, pronuntiari posset, si martyrem in hisce exhiberi constaret. Verum id undequaque certum haud apparet. Hæc enim, ut Florentinius in Hieronymiana a se edita apographa hodie observat, in Lucensibus horum libris sola seu a martyribus Dionysio, Januario, Faustino, Martiale, Privato, Eraclo et Juliano sejuncta recenseri videtur. Adhæc*

C *in vetustissimo Epternacensi apud laudatum Florentinium apographo, cui Richenoviense, a Sollerio nostro tomo* VII *Junii una cum aliquot aliis contractioribus Hieronymianis apographis vulgatum, accurate omnino quantum ad id, quod ad rem hic facit, congruit, ita hodie Antiochiæ Pelagia sola seu a dictis martyribus sejuncta memoratur:* Antiochiæ Pelagiæ, et alibi Juliani, Martialis, Privati, Faustini. *Jam vero, cum hæc ita habeant, utcumque sane, num martyr exstat ac proin an a* Pelagia *nostra distinguatur, quæ hodie in Hieronymianis celebratur, Pelagia, dubitari posse videtur.*

*verosimilius sit diversa,*

4 *Attamen, cum plura equidem, quæ Hieronymianam Pelagiam, cum martyribus supra dictis conjunctam, Antiochiæ annuntient, quam quæ illam solam seu ab iis sejunctam ibidem commemorent, Hieronymianorum apographa inveniantur, nec ullum ex his seu* pœnitentis *seu* peccatricis *cognomentum, Sanctæ nostræ tribui solitum, Pelagiæ suæ adjungat, martyrem hac designari ac proin Sanctam a* Pelagia *nostra distinctam, mihi saltem, quod et Florentinio, utut dubitanter loquto, visum est, verosimilius apparet, maxime cum in eodem supra laudato Epternacensi apographo ad præcedentem mensis hujus diem Pelagia etiam præfatis martyribus Antiochiæ adjuncta legatur hoc modo:* In Antiochia Dionisi episcopi, Januarii, Faustini, Martialis, Privati, Eracli, Juliani, Pelagiæ; *licet autem annuntiatio hæc quantum ad diem, quo fit, vitiosa, ut Florentinius recte observat, exstat, simul tamen in eodem Epternacensi apographo Pelagiam hodie absque adjunctis sibi martyribus mendose annuntiari, magis magisque verosimile efficit. Adhæc, quod, Pelagiam, Hieronymianis hodie insertam, a nostra distingui, argumento etiam est, in universis fere horum apographis, quæ, quibus Sancti locis obierint, non etiam quibus cultum obtinuerint, notare solent, Antiochiæ illa annuntiatur; nostra autem* Pelagia, *non Antiochiæ, sed Hierosolymis obiit, licet interim in harum civitatum priori aliquamdiu versata, nataque etiam forsan sit, uti Acta edenda commonstrant.*

AUCTORE C. B.

*apographis, non tamen etiam contra ac Georgius sentit,*

5 *Verum, ut ad aliud jam progrediar, quantumcumque etiam, Pelagiam Hieronymianis hodie inscriptam, de qua simul et martyribus, Dionysio videlicet, Januario, Faustino, Martiale, Privato, Eraclo et Juliano, quos pleraque, ut jam docui, Hieronymiana apographa ei adjungunt, infra ex instituto tractabitur, a* Pelagia *nostra esse diversam, ex omnibus jam dictis appareat, Usuardum equidem* Pelagiæ, *quam annuntiat, nomen ex Hieronymianis accepisse, eique pro arbitrio* Peccatricis *cognomen, quod hæc inter homonymas esse notissima, eademque cum Pelagia, Hieronymianis hodie inscripta, esse ei visa sit, adjunxisse, sat mihi cum Sollerio nostro supra laudato verosimile apparet. Ea sedet sententia, quod ex antiquis seu classicis Latinorum Martyrologis nullus omnino, qui ante Usuardum floruerit, Pelagiam quampiam ad* VIII *Octobris diem commemoret. Georgius quidem in hodiernis suis in Adonis Martyrologium, a se illustratum, observationibus ait,* Et Adoniana apographa præ oculis habere potuisse Usuardum. *Verum quæ qualiave Adoniana apographa intelligit? An pura? An additionibus, ab ipsomet Adone haud factis, aucta? Cum Adonianum Martyrologium Usuardino (Adi in sua ad hoc postremum Præfatione num.* 160 *Sollerium nostrum) haud multo sit antiquius, pura, ni fallar, apographa, seu quæ non alios* F *Sanctos, quam quos ipsemet Ado in concinnatum a se Martyrologium intulisset, complecterentur, verosimillime intelligit, Adonianamque proinde esse Sanctam nostram seu ab ipsomet Adone in Martyrologium, quod hic contexuit, fuisse illatam, existimat.*

*ex Adone puro in Usuardinum Martyrologium videtur*

6 *Verum hæc illius opinio mihi parum verosimilis apparet: Præterquam enim quod ab omnibus tribus prioribus Adonis editionibus, quarum primam Lipomanus, secundam Mosander ac tertiam denique Rosweydus adornavit, qualiscumque etiam Pelagia hodie absit, nec in ullis, qui penes nos magno numero exstant, Mss. Adonianis codicibus, si unum Lobiensem exceperis, Pelagiæ nomen comparet. Ait quidem Georgius, Pelagiam, quæ et dicta est* peccatrix, *in codicibus suis memorari; verum cum hi, uti ipsemet in Præfatione, Adoni suo præmissa, num.* 5 *fatetur, tres tantummodo sint, eorumque antiquior seculo dumtaxat* XI *ac proin ducentis circiter annis post Adonem, qui seculo* IX *floruit, exaratus fuerit, quis seu hunc seu alios duos additionibus, aliena manu factis, loco non uno auctos, a nævo isthoc*

*hic*

AUCTORE C. B.

*hic immunes pro certo asseveret? Utut sit, Georgiani equidem tres dumtaxat numero codices cum Ms. nostro Lobiensi Adone nequent efficere, ut hodiernum, qui ab ipso Adone fuerit confectus, Sanctorum laterculum Pelagia perperam mutilatum putem in longe pluribus, quæ mox laudavi, Adonianis exemplaribus, partim excusis, partim Mss. Ut ita animo comparatus sim, ex parte etiam facit Notkerus ac Martyrologii Romani Parvi seu Veteris auctor: prior enim, etsi Martyrologium suum ex Adone majorem partem contexuerit, ac omnes plerumque, quos in hoc invenit, Sanctos recenseat, hodie tamen* Pelagiam *haud commemorat; quod inventam illam in Adone abs eo haud fuisse, qualicumque etiam (adi in sua ad Usuardum Præfatione num. 154 et seq. Sollerium) argumento est; posterior vero cum Adoni præluxerit nec tamen hodie* Pelagiam *celebret, esse hanc et ab Adone prætermissam, utcumque etiam verosimilius efficit.*

*illata; plurimis porro aliis Fastis sacris, tum Latinis, hic recensitis,*

7 *Maneat itaque ab Usuardo e solis Hieronymianis apographis, non autem etiam ex Adone,* S. Pelagiam *verosimiliter fuisse acceptam; imo vero nec ex Hieronymianis, sed vel e Fastis Græcorum sacris vel e Vita edenda a martyrologo illo depromptam, haud difficulter crederem, si vel in hac, quam sibi prælucentem verosimillime hic habuerit, dies* VIII *Octobris, veluti quæ* Pelagiæ *emortualis fuerit, uspiam notata inveniretur, vel Græcos Fastos sacros, in quibus, ad Dominum* VIII *Octobris die migrasse Sanctam, fuerit signatum, ad manum habuerit. Verum quo die* S. Pelagia *e vivis abierit, in edenda ejus Vita ne per umbram quidem uspiam indicatur: quod autem ad Fastos Græcorum sacros spectat, in tertio quidem e tribus mox recitandis Menæorum versiculis,* VIII *Octobris die obiisse* S. Pelagiam, *sat aperte declaratur, verum anne hi vel ipsa etiam Menæa sufficienti, qua Usuardo prælucere potuerint, antiquitate polleant, mihi admodum est dubium. Adhæc Sanctos ullos seu quoad nomen, seu quoad diem e sacris Græcorum Fastis mutuatum esse Usuardum, nuspiam invenio. Verum e quocumque tandem fonte* Pelagiam *nostram Usuardus acceperit, ei equidem locum in Martyrologio, a se contexto, merito concessit, ita illam hodie annuntians:* Ipso die sanctæ Pelagiæ, quæ peccatrix appellatur. *Liquet id tum ex ipsa Sanctæ hujus vita, quam, severissima de peccatis præteritis pœnitentia peracta, felicissimo obitu, ut Acta edenda fidem faciunt, terminavit; tum etiam ex eo, quod universi, si tamen cum Notkero, de quo jam dictum, Rabanum et Wandelbertum exceperis, Usuardo posteriores Martyrologi, ipsique etiam Martyrologii Romani hodierni conditores* Pelagiam *pariter in Fastos sacros a sese adornatos intulerint.*

*tum etiam Græcis, Menæis videlicet,*

8 *Singulorum annuntiationes, quod nihil fere, quin in Usuardi, Romanive hodierni annuntiationibus, supra jam datis, contineatur, suppeditent, huc transcribere operæ pretium haud reor; observari tamen meretur,* Pelagiam, *quæ, loco, quo seu obierit seu cultum obtinuerit, non expresso, ab Usuardo annuntiatur, in dictorum fastorum recentiorum nonnullis ad Martyrologii Romani hodierni exemplum Hierosolymis, idque sane, cum ibidem Sancta ad Dominum migrarit, cultuque ecclesiastico fuerit ex dicendis affecta, rectissime, consignari, cognomentoque, non* peccatricis, *quo appellatam eam fuisse, Usuardus notat, sed* Pœnitentis *affici; quod postremum aptius enimvero fit ad* Pelagiæ *sanctitatem in brevissimis, quibus eam memorant, annuntiationibus commendandam. Nec Latini tantum, sed et Græci in suis Fastis sacris, Menologiis videlicet, Menæis aliisque ecclesiasticis libris* S. Pelagiam, *quæ, vita impura relicta, ad Dominum sese convertit, hodierna die celebrant, suum etiam de ea Officium facientes præcipuum. Ac primo quidem in Menæis, in quibus id, uti infra de Sanctæ cultu dicenda ostendent, continetur, Sancta nostra versiculis tribus, subjectoque hisce, quod haud admodum prolixum est, elogio condecoratur. Lubet tam hoc quam illos, adjecta etiam ad calcem interpretatione Latina, huc transcribere. Versiculi sic habent:*

Αἴσχους λυθεῖσα, καὶ λιποῦσα τὸν σάλον
Πρὸς ὅρμον ἦκεις οὐρανοῦ, Πελαγία.
Ὠγδοάτῃ ὑπάλῃξε * βίου πέλαγος, Πελαγία. * ὑπ.
Fœditate depulsa saloque relicto,
Ad cœli portum venis, Pelagia.
Octava effugit pelagus Pelagia vitæ.

9 *E tribus hisce versiculis, posterior quidem metro, a Papebrochio nostro in Ephemeridibus Græco-moscis adornato; duo vero priores prosa, a me concinnata, Latine, ut hic vides, sunt expressi; en nunc etiam, quod versiculis subditur, elogium, sequentibus hisce verbis conceptum:* Αὕτη ἡ Ἁγία ὑπῆρχεν ἐπὶ Νουμεριανοῦ βασιλέως ἐκ πόλεως Ἀντιοχείας ταῖς ὀρχήστραις καὶ ταῖς Θεατροσκοπίαις σχολάζουσα καὶ παλακευομένη * τῇ πόλει, καὶ συνάγουσα ἐκ τῆς πονηρᾶς ταύτης ἐργασίας πλοῦτον ἄπειρον, ἄυτη κατηχηθεῖσα παρὰ τινος Νόννου ἐπισκόπου, ἁγίου ἀνδρός, καὶ θερμῶς μετανοήσασα καὶ βαπτισθεῖσα ἀποβάλλεται πάντα ὡς σκύβαλα, καὶ περιβαλλομένη τρίχινα καὶ εἰς ἄνδρα μετασχηματισθεῖσα καὶ λαβοῦσα κατέλαβε τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, καὶ ἐγκλείσασα ἑαυτὴν ἐν κελλίῳ τὸ λειπόμενον τῆς ζωῆς θεαρέστως ζήσασα ἐν εἰρήνῃ ἀπεπάυσατο. Sancta hæc sub Numeriano imperatore fuit e civitate Antiochena, cumque orchestræ ac theatri ludis sese addiceret, publicumque etiam urbis prostibulum facta esset, ac infinitas e pravo hoc quæstu divitias collegisset, a Nonno quodam episcopo, viro sancto, fide imbuta, vehementerque de peccatis dolens, ac baptizata omnia, velut stercora, abjecit, cilicioque induto ac virili habitu assumpto, clam ad montem Oliveti secessit, cumque ibi cellulæ sese inclusisset, vitæque reliquum, prout Deo acceptum erat, exegisset, in pace quievit.

10 *Huic Menæorum elogio elogium aliud, quod in Menologio Sirletiano, hodie quoque* Pelagiam *celebrante, suppeditatur, apprime consonat quantum ad substantiam, floruisseque sub Numeriano imperatore Sanctam nostram, tam unum, quam alterum diserte prodit; verum perperam, quemadmodum ex iis, quæ § sequenti in medium adducam, luculentissime patescet: ut certe Menologium Basilianum, quod, non secus ac Sirletianum et Menæa, elogio paulo prolixiori* Pelagiam *hodie exornat, imperatoris nomen, sub quo Sancta isthæc floruerit, melius silentio involvat, etsi interim Vitæ edendæ, cujus quoddam exhibet compendium, accurate ubique in aliis haud congruat, uti in Annotationibus, lucubratiunculæ isti subjiciendis, observabo. Tres interim Fastos sacros Græcorum præcipuos, magna nimirum Menæa excusa, Sirletianumque ac Basilianum Menologia, in quibus Sancta nostra hodie non tantum memoratur, sed et elogio paulo prolixiori condecoratur, jam recensui, cumque Fastos sacros*

*alios,*

A *alios, qui pondus hisce addere (neque enim vel antiquum, quod Genebrardus anno* 1592 *vulgavit, Græcorum Kalendarium, vel horum Fasti sacri breviores alii quidquam fere præter nudum Sanctæ nomen subministrant) nati utcumque sint, Græcis usurpatos haud inveniam, ad Russos modo et Syros, apud quos præterea Sanctæ memoriam in veneratione esse comperio, jam venio.*

*Russicisque præterea in Fastis Kalendarioque item Syriaco celebrata*

11 *Ac Russi quidem seu Slavo aut Mosco-russi in suo Slavo-russico, quod, latinitate a nobilissimo Barone de Sparwenfeld nobis donatum, Ms. servamus, menologio, in Ruthenico, quod Moscua anno* 1688 *Georgius David, Societatis nostræ sacerdos, missionarium ibidem agens, ad nos misit, Synaxario, itemque in Ephemeridibus Græco-moscis, tam metricis quam figuratis, prelo ante Operis nostri tom.* 1 *Maii vulgatis, Sanctam nostram hodie, titulo etiam seu epitheto, e quo non de alia homonyma agi intelligitur, passim adjecto, commemorant, licet interim paucissimis dumtaxat verbis ubique id faciant : quod vero ad Syros, apud quos Sancta natales fuit sortita, jam spectat, in Calendario Syriaco seu Chaldaïco,*

B *quod anno* 1624 *Romæ fuit excusum, linguaque Italica a Simone Moyse, collegii Maronitici ibidem alumno donatum, penes nos Ms. exstat, ita ad hunc diem notatur :* Sanctæ Pelagiæ Antiochenæ. *Idem etiam in eodem, prout id Gratiasimonius Maronita, ab Henschenio nostro haud raro memoratus, Latinum nobis fecit, dicto Kalendario Syriaco seu Chaldaïco fit, nomine tamen* Pelagiæ *paululum corrupto. In sacro quidem monumento illo sive prout Italice a Simone Moyse, sive prout Latine a Gratiasimonio est versum, nihil omnino, quod de Sancta nostra potius, quam de altera sancta Antiochena, ei homonyma, sermonem esse, prodat, adjungitur ; verum cum sacri tum Latinorum, tum Græcorum ac Russorum fasti, supra magno numero jam recensiti, unanimi consensu (Hieronymianis tamen, quæ quamnam hodie Pelagiam memorent, e supra dictis est dubium, apographis exceptis) non aliam hodie Pelagiam, quam nostram commemorent, de hac quoque in præfato Syriaco seu Chaldaïco Kalendario agi verosimillimum, ne dicam, indubitatum, mihi apparet, idque vel ex eo maxime, quod Sancta Antiochena, Sanctæ*

C *nostræ homonyma, non alia, quam quæ martyr sit, noscatur, idemque Calendarium, dum Sanctam seu Sanctum, qui martyrio vitam finiit, consignat,* Martyris *ei titulum soleat adjungere, nec tamen hunc Pelagiæ, quam hodie recenset, adjungat.*

*auctorem etiam, qui optima fide Vitam ejus Græce conscripsit, est nacta.*

12 *Adhæc tota late Syria, imo et Asia universa Sancta nostra, ut apparet, præ reliquis omnibus sibi homonymis Antiochenis sanctis mulieribus nominis celebritate, e severissimæ pœnitentiæ operibus, quibus vitæ præteritæ noxas eluit, comparata, quam maxime enituit ; ut, cum in memorato Calendario, in quo ad hunc* VIII *Octobris diem Pelagia signatur, ad nullum prorsus alium totius anni diem hoc nomen recurrat, Sanctam nostram potius, quam aliam quamcumque homonymam per id hodie designari sit æstimandum. Nominis porro, ut alio orationem jam vertam, celebritatem tantam, quantam dixi, acquisivisse* S. Pelagium, *aliis* peccatricem, *aliis* pœnitentem *cognominatam, nemo unus mirabitur, qui Vitam ejus seu Acta conversionem ejusdem plane mirandam, severissimamque, quæ hanc excepit, pœnitentiam exponentia, evolverit Litteris ea con-*



*signavit, qui cum in stupenda* Pelagiæ *conversione partem primo habuisset, testis etiam deinde oculatus, uti ipsemet loco non una indicat, et pœnitentiæ, per eam actæ, et felicis e vivis excessus exstitit, Jacobus quidam, S. Nonni, Edesseni, uti infra docebo, episcopi, diaconus. Acta ergo illa, utpote ab auctore æquali, qui etiam, quæ scribit, suismet oculis pleraque conspexerit, integram omnino (quod utinam et de aliis Sanctorum nonnullorum Actis pronuntiare fas esset !) fidem merentur. Auctoris porro sinceritatem styli etiam, quo scripta sunt, simplicitas juxta ac gravitas plurimum commendant, nec ullum, qui eadem carpat, scriptorem recentiorem, utut etiam crisi severiori addictum, invenire quivi.* AUCTORE C. B.

*Varia hujus Latina penes nos exstant exemplaria, duæque etiam Vitæ Græcæ*

13 *Græce, ut apparet, primitus fuere conscripta, Latineque deinde ea reddidit, qui quis fuerit aut qua ætate floruerit, compertum haud habeo, quidam Eustochius, ut fidem faciunt versioni ejus apud Rosweydum præmissi quatuor hi versiculi :*

Verba sacerdotis tanti et celata Latinis
Eustochius Christi transtuli subsidio.
Sed vos, lectores, mecum pensate labo- E
rem,
Et memores nostri fundite verba Deo.

*Versio illa seu Eustochii lucubratio, qua primævam Vitam Græcam sat accurate exprimi, eruditi autumant, apud Surium in Trimestri quarto, Rosweydumque in Vitis Patrum pag.* 376 *et aliquot seqq. exstat vulgata. In Mss. nostris tribus optimæ notæ codicibus membranaceis diversis, quorum primus P Ms.* 17, *secundus P Ms.* 18 *ac tertius denique O Ms.* 19 *signatur, Latine etiam exstat Sanctæ nostræ Vita, a Jacobo diacono conscripta, verum Eustochii, quos mox recitavi, versibus initio destituta, nec mirum : etsi enim cum lucubratione Eustochiana in substantia apprime congruat, in verbis tamen phrasibusque, quibus hanc exprimit, tantopere ab illa dissonat, ut non possit non habere interpretem, ab Eustochio distinctum. Differt quidem ab hoc ille, qui quis fuerit aut quandonam floruerit, edicere pariter haud possum, in adjunctis etiam nonnullis : verum isthoc, quod inter ambos intercedit, discrimen tantum non est, ut alteruter ob id vel interpretis parum fidi notam, vel etiam interpolatoris nomen mereatur. Mihi interim non minus anonymi illius interpretis, quam Eustochii versio arridet. Utinam modo primariæ Vitæ* F *Græcæ, cujus Latina, ut jam indicavi, exemplaria tot habeo, exemplar vel unum esset ad manum ! Ita enim, utra præstet versio, uti etiam num ubique auctoris sensum apte expresserit nihilque contra accuratæ interpretationis leges seu Eustochius seu anonymus interpres peccarit, dijudicare tutius liceret, ipsamque illam lucubrationem Græcam, quo et hoc lector ipsemet facere posset, oculis ejus ad Commentarii hujus calcem subjicerem, nova etiam interpretatione, si fortassis nec Eustochii, nec anonymi interpretis versio placeret, ex adverso secundum receptam apud nos, dum Acta Græca edimus, consuetudinem proposita.*

*sed hæ primævæ Vitæ Græcæ paraphrases dumtaxat*

14 *Exstant quidem apud nos* Pelagiæ, *cognomento* pœnitentis *seu etiam* peccatricis, *Vitæ duæ diversæ Græco idiomate exaratæ ; verum ambæ, non ipsamet primæva Sanctæ Vita, sed hujus dumtaxat sunt paraphrases, quarum altera anonymum, altera Metaphrastem, uti Allatio de Simeonum Scriptis, aliisque videtur, habet auctorem.*

AUCTORE C. B.

*Ac prior quidem, quæ, hisce inchoata verbis* τὸ γεγονὸς πρᾶγμα ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν, *in codice nostro signato* † *Ms.* 193 *exstat, primariæ Vitæ Græcæ paraphrasis dumtaxat esse videtur, tum quod sermones, qui ultro citroque a Sancta ac aliis habiti fuisse in Vita, a Surio iterumque a Rosweydo typis vulgata, narrantur, multo auctiores prolixioresque, quam in hac sint, exhibeat; tum etiam quod in ea auctor sub finem narret, factum esse, ut, cum Hierosolymis, quo sese loca sacra visendi causa contulerat, adhuc versaretur,* S. Pelagia, *quam tum simul Nonni episcopi sui, jussu inviserat, diem extremum clauserit, reique hujus fama mox late fuerit vulgata: hoc autem ab ipsomet eodem auctore, cum* Pelagiam *secunda vice invisens mortuam eam reperisset, factum fuisse, Eustochius in Vita, Latinitate a se donata, refert: quod enimvero, si in primæva Vita Græca, diem extremum, dum hujus auctor Hierosolymis versaretur, clausisse Sanctam nostram reique hujus famam mox late fuisse vulgatam, dumtaxat fuerit notatum, absque additamento, a fidi*
B *interpretis sinceritate penitus alieno, facere haud potuit Eustochius, qui, quamvis quidem primævam Græcam Sanctæ Vitam ubique fortassis in levioris etiam momenti rebus omnino accurate haud exprimat, nuspiam tamen a sinceri interpretis officio recedere deprehenditur.*

embæ sunt; atque hinc, non illas,

15 *Quod vero ad Vitam, a Metaphraste adornatam sequentibusque hisce verbis,* γυναικείαν ἀρετὴν τῆς τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ἀπολειφθεῖσαν, *inchoatam jam spectat, hanc vel ex eo, quod abs hoc scriptore, qui antiquiora, quæ expolienda suscepit, Sanctorum Acta, utut interdum, stylo mutato, contractiora, subinde tamen etiam prolixiora reddidit, concinnata sit, Vitæ vetustioris esse paraphrasim, vix non indubitatum apparet. Adhæc easdem plane, e quibus Græcam Sanctæ nostræ Vitam, in codice nostro* † *Ms.* 193 *exstantem, primævæ Vitæ Græcæ dumtaxat esse paraphrasim, jam nunc ostendi, notas præfert, uti quisque, qui illam vel apud Surium vel apud Lipomanum, qui ambo illam Latine vulgarunt, consuluerit simulque cum Sanctæ Vita, a Rosweydo in Vitis Patrum edita, contulerit, haud difficulter comperiet. Id tamen inter Vitam, quæ in codice nostro* † *Ms.*
C 193 *exstat, alteramque, quæ a Metaphraste contexta est, discriminis intercedit, quod prior stylo admodum humili ac simplici; posterior contra stylo quam maxime sublimi ac limato sit conscripta. Hinc porro atque ex aliis, quæ de ambabus hisce lucubrationibus supra jam dixi, consectarium apparet, ut Metaphrastes, non primævam Græcam Sanctæ nostræ Vitam, ab Eustochio Latine redditam, sed alteram illam, quæ hujus ex dictis paraphrasis dumtaxat est, atque in codice nostro* † *Ms.* 193 *exstat, stylo suo expolierit, paraphrasticeque reddiderit, seu potius, paraphrastæ anterioris paraphrasim ornatius expresserit. Verum, utcumque hoc habeat, tam una quam altera lucubratio a primæva Græca Vita nimium recedere videtur, quam ut magno in pretio sit habenda typisve ad Commentarii hujus calcem recudi mereatur.*

sed Latinam dumtaxat Vitam e Rosweydi editione recudemus.

16 *In Bibliothecæ regis Franciæ codicum Mss. Catalogo, tom.* 2 *Parisiis anno* 1740 *excuso, varii assignantur Mss. codices, in quibus* S. Pelagiæ *Vita, hisce verbis* τὸ γενόμενον θαῦμα *inchoata, continetur; verum haud parum dubito, num ab exstante, de qua jam actum, in codice nostro* † *Ms.* 193 Pelagiæ *Vita multum differat. Adhæc initium illud cum initio, quod primævæ*
D *Vitæ Græcæ versio, seu ab Eustochio, seu ab altero interprete anonymo adornata, exhibet, nulla ratione, ut apparet, congruit. Curare itaque, ut illa describeretur atque ad nos transmitteretur, operæ pretium non existimavi, cumque Vitæ Græcæ, quæ, ut jam monui, penes nos exstant, prelo dignæ haud videantur, reliquum est, ut solam Vitam, e primæva Vita Græca Latine redditam, ad Commentarii hujus calcem recudam; atque id quidem ex aliquo e tribus nostris supra memoratis, qui invicem dumtaxat in aliquot haud magni momenti lectionibus discrepant, codicibus Mss. præstarem, si Latinam, quam hi exhibent, versionem, ab interprete anonymo factam, versione ab Eustochio facta certo prætare, haberem compertum; verum cum res secus habeat, approbationemque apud eruditos omnes jam tulerit Eustochiana versio, Latinam Sanctæ Vitam, quam hæc, a Rosweydo jam edita, proponit, Commentario huic subjungere, satius existimavi. Id adeo re etiam vera præstiturus sum, atque ita quidem, ut lectiones præcipuas, quibus Eustochiana versio a versione, in codicibus nostris exhibita, discrepat, maximeque eas, quibus hæc illa aut*
E *contra, facta ambarum collatione, præstare videbitur, in Annotatis, Vitæ ex more subjiciendis, assignaturus sim, binis etiam penes nos exstantibus, quas supra memoravi, Vitis Græcis in subsidium, ubi opportunum id judicaro, adductis.*

## § II. Quandonam Sancta ad Dominum fuerit conversa, diemque deinde extremum clauserit.

*Sub Numeriano imperatore, uti in elogio, e* Sanctæ *magnis Græcorum Menæis supra recitato, Sirletianoque, quemadmodum ibidem monui, menologio notatur, non floruisse* S. Pelagiam, *vel ex eo liquet, quod, quæ a Jacobo diacono in Vita edenda, fide, ut jam docui, undequaque dignissima, narrantur, Ecclesiam tunc, cum floruit,* F *plenissima, in pace ac tranquillitate, qua certe ante seculum quartum seu Constantini Magni ætatem gavisa haud fuit, exstitisse, apertissime prodant; Numerianus autem imperii habenas jam inde ab anno* 284 *gesserit, eodemque etiam anno violenta morte e vivis ereptus illas deposuerit. Adhæc, cum non nisi octo circiter mensibus (adi ad annum* 284 *num.* 2 *et* 3 *Pagium in Criticis) Numerianus imperarit, quis sub hoc imperatore, quæ de* Pelagia *a Jacobo diacono referuntur, quadrienniique circiter spatio, uti ex iis, quæ hic num.* 20 *et segq. scribit, consectarium apparet, tenuerunt, sat apte collocari posse, existimet, etsi etiam* Pelagiam *seculo tertio floruisse tantisper daremus? Quid quod nullum prorsus (neque enim, qui Sanctam anno circiter* 280 *obiisse ait, Petri de Natalibus, utpote scriptoris nimis recentis, Catalogum hic moror) seu scriptum seu monumentum satis antiquum fideque utcumque dignum, quod Menæis Sirletianoque Menologio, Sanctam nostram cum Numeriani imperio conjungentibus, vel in speciem suffragetur, possit afferri? Verum quo seculo quave ætate quæ de* Pelagia *a Jacobo diacono memoriæ produntur, ac nominatim quo anno circiter ejus ad Dominum*

A *minum Conversionem felicemque e vivis excessum evenisset statuemus?*

*conversam fuisse a Nonno, in sedem Edessenam Ibæ*

18 *Nicephorus Historiæ ecclesiasticæ lib.* 14, *cap.* 30 *sic scribit:* Ecclesiæ vero Edessenæ divinus ille præfuit Nonnus, qui primariam in urbe Antiochena Mænadem verborem persuasione adductam, et præter opinionem omnem Deo consecratam, nympham et sponsam purissimam illi repræsentavit, pro Margarita Pelagiam eam cognominans, in qua certe meritoque aliquis divini judicii pelagus admiretur. *Ita ille; qui cum de viris illustribus, qui sub Theodosio Juniore floruerunt, loquatur, Nonnum, qui convertit* Pelagiam, *tunc floruisse, docet. Baronius porro in hodiernis suis ad Mrl. Romanum Annot., laudato eodem, quem jam recitavi, Nicephori textu, ita subjungit:* Errant, qui eam (S. Pelagiam *videlicet*) referunt ad tempora Numeriani, dicuntque hanc ad Christum conversam a Nonno, qui et Hyppolitus dictus habetur, episcopo Portuensi; hæc enim superius (*ad* XXII *nempe Augusti diem*) refellimus. Nonnus
B enim, qui eam convertit, fuit episcopus Edessenus, substitutus in locum Ibæ, ut scribit Liberat. diacon. in Breviar. cap. XII, cumque ille sedem recepisset in Consilio Chalcedonensi, Nonnus remansit Antiochiæ commendatus a synodo Maximo episcopo Antiocheno, ut constat ex eodem concilio Act. x. Porro ille eum præfecit ecclesiæ Heliopolis ad Libanum positæ, cujus meminit Sozom. Hist. lib. XV, cap. IX. Diversa ab ea est alia Heliopolis, quæ est in Ægypto, quæ Alexandrino, et non Antiocheno subdito est episcopo. Porro idem Nonnus postmodum redditus est ecclesiæ Edessenæ, ut apparet ex epistola episcoporum illius provinciæ, scripta pro comprobatione concilii Chalcedonensis ad Leonem imperatorem. Exstat tom. 2 Concil. novæ edit. pag. CCXLII.

*anno 449 substituto, Baronius primum recte existimavit;*

19 *Nonnus Edessenus episcopus, a Baronio hic memoratus, Mrl. Romano ad* 2 *Decembris diem est inscriptus; in Ephesina autem pseudosynodo anno primum* 449 *celebrata, in qua impius Dioscorus, patriarcha Alexandrinus, humana omnia Divinaque jura pessumdedit, in Ibæ, Edesseni episcopi, locum, ut Liberatus diaconus tom.* 5 *concil. editionis Labbeanæ col.* 759 *in Breviario Historico fidem facit, fuit substitutus, cum-*
C *que deinde a sede illa, Iba in eam restituto, per æcumenicum anni* 451 *Chalcedonense concilium (adi hujus apud Labbeum tom.* 4 *Concil. col.* 676 *et seq. Actionem* 10) *fuisset amotus, eamdem deinde, cum Ibæ obitu anno circiter* 457 *vacua esset effecta, pariter recuperavit. Palam id fit ex eo, quod epistolæ, quam ad Leonem imperatorem, cum hic ad episcopos omnes de Chalcedonensi concilio eos interrogans epistolam encyclicam eodem anno* 457 (*adi tom.* 15 *Monument. Eccl. Tillemontium*) *dedisset, provinciæ Osroënæ episcopi scripserunt, subscriptus primo loco, uti apud Labbeum tom.* 4 *Concil. col.* 917 *videre licet, reperiatur* Nonnus episcopus Edessenæ metropolis: *quæ cum ita habeant, nec Nonnum ante annum* 449 *fuisse episcopum, ullo ex capite apparuit, consectarium sit, ut ex opinione, quam verbis proxime recitatis Baronius proponit,* Pelagia *certe, utpote, ut statuit, a Nonno illo, sancto Edesseno episcopo, conversa, non citius quam eodem anno* 449 *ad fidem simul atque e vitæ impuræ sordibus ad Dominum fuerit adducta. Atque hæc quidem clarissimi illius scriptoris opinio veritati apprime, si tamen, quod de Heliopolitano Nonni episcopatu complectitur, excipias,* AUCTORE C. B. *est consona, uti infra ostendam; verum illam postea in Annalibus ad annum* 451 *deseruisse videtur.*

*verum postea, uti ex verbis ejus hic recitatis liquet,*

20 *Ibi enim sic scribit:* Exstat rei gestæ (*conversionis* S. Pelagiæ) præclara historia, scriptis mandata a Jacobo diacono Heliopolis: ubi cum dicatur idem Nonnus, (*qui nempe a Nicephoro verbis supra huc transcriptis Edessenus episcopus fuisse* Pelagiamque *convertisse traditur*) fuisse episcopus ejusdem Heliopolis Phœniciæ civitatis, subjectæ episcopo Antiocheno, in dubitationem adduci possunt, quæ a Nicephoro (*adi hujus verba, num.* 18, *data*) scripta sunt; num videlicet idem iste sit ille Nonnus cum eo, qui a Dioscoro pro Iba substitutus fuit episcopus Edessæ et postea inde, restituto Iba, rejectus, et traditus Maximo Antiocheno, a quo potuerit creari episcopus Heliopolis. Etenim qui Pelagiam Nonnus convertit, primus ante hæc tempora fuisse videtur episcopus Heliopolis: nam ista in Actis illis de eo leguntur a pravo dæmone proclamata: Non tibi sufficiunt triginta E millia Saracenorum, quos mihi abripuisti, et baptizasti? Non tibi sufficiebat, me ejecisse de tuis Heliopolitanis: quoniam, cum et ipsa civitas esset mea, et omnes, qui in ea habitabant, me adorarent, tu mihi abripuisti et obtulisti Deo tuo. Hæc ibi. Ceterum ante Nonni hæc tempora constat fuisse ejusdem civitatis episcopum, nomine Josephum, qui huic interfuit concilio Ephesino œcumenico sub Cyrillo Marinus episcopus Heliopolis subscriptus habetur. Liquet insuper ex epistolis S. Joannis Chrysostomi, jam olim Phœnices habuisse ecclesias, et monachos illuc profectos ad conversionem gentilium ibi degentes, persecutionem tamen ab illis esse passos, ut dictum est pluribus superiori tomo, ut plane appareat, ante Nonnum hunc, alium ejusdem nominis Euangelium prædicasse circa ejusdem Joannis Chrysostomi tempora.

*opinionem ex eo, quod diu ante annum* 449 *Heliopoli fuisse episcopum, primumque ibi*
F

21 *Baronius itaque opinionem, qua, S. Nonnum, primo Edessenum, post Heliopolitanum ac dein iterum Edessenum episcopum, ad Dominum convertisse* S. Pelagiam, *prius ex dictis existimarat, postea, uti ex ejus jam recitatis verbis apparet, idcirco potissimum mutavit, quod Nonnus, qui* Pelagiam *convertit, non tantum episcopus Heliopolitanus, sed et primus episcoporum omnium, qui sedem hanc occuparint, ex iis, quæ in Vita edenda legerat, exstitisse ei sit visus, diuque ante annum* 449, *quo* Nonnus *a sede Edessena amotus ad Heliopolitanam deinde fuerit promotus, episcopus Heliopoli, Marinus nempe, qui concilio æcumenico, anno* 421 *Ephesi celebrato, interfuit, sedisse inveniatur. Verum nec episcopum Heliopolitanum exstitisse, nec, etsi hoc daretur, episcoporum omnium, qui sedem hanc occuparint, primum fuisse Nonnum, qui* Pelagiam *convertit, ex edenda hujus Vita apparet. Nihil enim aliud, unde hoc postremum possit contendi, in lucubratione isthac, qualis Baronio præluxit, occurrit, quam quod pravus dæmon Nonno episcopo, qui* Pelagiam *convertit, proclamasse memoretur,* Non tibi sufficiebat, me ejecisse de tuis Heliopolitanis; quoniam cum et ipsa civitas esset mea, et omnes, qui in ea habitabant, me adorarent, tu mihi abripuisti, et obtulisti Deo tuo, *sicque Heliopolim, antequam eam Nonnus, qui* Pelagiam *convertit, episcopi munere gubernaret, totam*

AUCTORE C. B.

*totam ethnicam fuisse, episcopumque proinde ibidem ante Nonnum non sedisse, indicari videatur. Verum jam inde a Constantini Magni ætate, quemadmodum Eusebius lib.* 3 *de Vita Constantini cap.* 58 *et Oratione de laudibus Constantini cap.* 18 *docet, episcopum nacta fuerat Heliopolis. Quod cum ita sit, simili rationandi modo posset concludi, jam inde etiam ab eadem ætate Nonnum episcopum, qui* Pelagiam *convertit, Heliopoli sedisse, hancque adeo Sanctam ad Dominum fuisse conversam, quod tamen nec ipse Baronius admittit, utpote Nonnum, qui* S. Pelagiam *convertit, sub Joannis Chrysostomi tempora seu sub seculi quarti finem, cum hic Phœnicibus per monachos, quos eo misit, Evangelium prædicavit, Heliopoli demum sedisse, verbis proxime recitatis indicans.*

*sedisse Nonnum, qui Pelagiam convertit, existimaret, perperam mutavit :*

22 *Quid ergo ? Non fuit, cur ex eo, quod, quæ in edenda* S. Pelagiæ *Vita proclamasse cacodæmon adversus Nonnum episcopum narratur Heliopolim totam ethnicam seu a veri Dei cultu paulo ante* Pelagiæ *conversionem exstitisse alienam, indicare videantur, primum illum Heliopolitanorum fuisse episcopum ac prom ante Marinum, qui sedem illam anno* 431 *occupavit, sedisse, existimaret Baronius. Quid ni enim factum esse queat, ut Nonni episcopi, qui* Pelagiam *convertit, ætate Heliopolis, cum antea ad veram Christi fidem fuisset adducta, ad idolorum iterum cultum esset reversa? Petrus, Alexandrinus episcopus, apud Theodoretum Historiæ ecclesiasticæ lib.* 4, *cap.* 22 *in epistola, ibidem recitata, refert, qui largitionum comes, nomine Magnus, Valentis augusti, qui ab anno* 364 *ad annum usque* 378 *Romani imperii habenas tenuit, mandato non paucos Alexandriæ veros Christi cultores, quod Arianorum impietatem detestarentur, nec ullo modo a sententia abduci possent, variis exquisitis tormentis dire torserit, ac deinde subjungit:* Fatigatus igitur *(largitionum comes nimirum)* in infligendis, quæ subinde excogitabat, tormentis, cum universus populus crebro ingemisceret ac lugeret, crudelis iste et ab omni sensu humanitatis alienus, convocatis iterum turbis incompositis ad tumultuandum assuetis, eos *(impietatis Arianæ osores)* ad judicium seu potius ad paratam condemnationem vocat juxta urbis portum, gentilibus ac Judæis multas adversus eos acclamationes magna mercede conductas ex more jactantibus; cumque ipsi manifestæ Arianorum impietati cedere noluissent, universo populo ante prætorium lamentante, sententiam in eos profert, ut Alexandria excedentes in urbem Phœnices Heliopolim migrent; in qua ne audire quidem nomen Christi ullus incolarum sustinet. Sunt enim omnes simulacrorum cultores.

*Heliopolitani enim, postquam jam habuissent episcopum, ad idolorum cultum sunt reversi,*

23 *Valente ergo imperante seu illo temporis spatio, quod inter annum* 363 *et* 379 *intercessit, ethnici adhuc idolorumque cultui addicti exstitere Heliopolitani universi. Nec est, cur id mirum cuiquam appareat; etsi enim, quemadmodum Eusebius locis supra citt. docet, Constantinus Magnus Heliopoli ecclesiam, presbyteris etiam ibidem et diaconis cum episcopo, qui supremo solique vero Numini sacra facerent, constitutis, erexerit, legeque insuper lata, ne urbis illius cives, qui idolorum ac Solis nominatim, a quo nomen civitati eorum erat inditum, et Veneris cultui erant addictissimi, in posterioris hujus falsi numinis honorem uxores filiasque suas, ut facere solebant, peregrinis prostituerent, severissime inhibuisset, paucissimi tamen ex illis ad frugem meliorem fidemque Christianam adducti tum fuisse videntur, aut, si res secus habeat, plurimi haud dudum post ad vomitum atque ad pristinam impietatem rediere. Etenim quo tempore Julianus Apostata imperium tenebat seu anno* 362 *et sequenti Christianis longe numero ii, qui idola colerent, erant superiores, eoque progressi sunt audaciæ, ut, quo de lata adversus priscum impiumque mulieres suas peregrinis prostituendi morem lege vindictam quodammodo sumerent, virgines Christo sacras, coitione facta, nudas in foro, ut Sozomenus lib.* 5, *cap.* 10 *refert, palam exponere non formidarint. Deinceps porro non tantum sub Valente, sed et sub Theodosio idolorum cultores fuerunt. Cum enim hic, qui ab anno* 379 *ad annum usque* 395 *imperavit, idolorum delubra penitus dirui jussisset, strenue illi pro suis tuendis dimicarunt, uti idem Sozomenus lib.* 7, *cap.* 15 *docet.*

24 *Adhæc S. Joannes Chrysostomus Homilia* 68 *in Matthæum, quam is vel anno circiter* 395, *ut vult Tillemontius, vel potius, ut Homiliarum, a Stiltingo nostro in historico, quo ejusdem gesta ad* XIV *Septembris diem illustravit, Commentario statuta exigit, anno circiter* 390 *aut sequenti pronuntiavit,* civitatem sceleratissimam *Heliopolim appellat. Atque ita ex omnibus jam dictis liquet, Heliopolitanos, etiamsi jam inde Constantini Magni ætate seu seculi quarti initio episcopos ac presbyteros habuissent, idolorum tamen cultui pertinacissime propemodum etiam usque ad ejusdem seculi finem certo mansisse addictos. Quod cum ita sit, factum etiam esse potest, ut etiamsi anno* 431, *quo concilium Ephesinum celebratum fuit, Heliopolitanis episcopus, nomine* Marinus, *annoque* 451, *quo concilium Chalcedonense celebratum fuit, episcopus alter,* Josephus *cognominatus, præfuerit, idolorum tamen cultui, si non omnes, maximo tamen numero adhuc adhæserint; unde sane fit, ut, etiamsi paulo ante factum per Nonnum episcopum* Pelagiæ *conversionem Heliopolim totam fuisse Ethnicam, in Vita edenda indicetur, primum illum fuisse Heliopolitanorum episcopum consectarium ex hac non sit. Et vero ut ad id, quod supra tantisper dedi, jam veniam, ne quidem, Heliopolitanorum umquam S. Nonnum, qui Pelagiam convertit, fuisse episcopum, ex eadem Sanctæ nostræ Vita potest confici. In hac quidem, prout apud Surium, stylo mutato, paraphrastice reddita, Coloniæ Agrippinæ exstat vulgata, Jacobus, qui eam conscripsit,* Nonnique episcopi diaconum *in lucubrationis illius serie plus semel sese appellat,* Heliopoleos diaconus *in titulo, quem præfert, e vetustis, ut additur, Mss. codicibus etiam vocatur, hincque Baronius potissimum ac prælereo ex eo, quod in Vitæ ejusdem editione, quæ ei præluxit, cacodæmon,* Non tibi sufficiebat, me ejecisse de tuis Heliopolitanis, *adversus Nonnum episcopum, qui* Pelagiam *convertit, proclamasse narretur, Heliopolitanum hunc fuisse episcopum, existimavit.*

25 *Verum hæc, quæ apud Surium ante Vitæ Prologum leguntur, verba,* Auctor est Jacobus diaconus Heliopoleos, habeturque in vetustis Mss. codicibus, *ita accipienda videntur, ut iis, non de* diaconi Heliopolitani *titulo, sed de ipsamet Sanctæ Vita, a Jacobo diacono conscripta, quæ in vetustis Mss. codicibus habeatur, sermo instituatur. Utut sit, Auctor sese plus semel in lucubratione illa*

Nonnus

A Nonni episcopi diaconum, *nuspiam etiam* Heliopoleos diaconum, *appellat. Adhæc Rosweydus Vitæ ejusdem editioni, quam in Vitis Patrum pag.* 376 *et aliquot seqq. exhibet, inscriptionem hanc* Auctore Jacobo diacono, interprete Eustochio *etc. præfigit, nec ullam editionis, Coloniæ Agrippinæ a Surio adornatæ, titulique mox relati, in quibus Jacobus, Vitæ auctor,* Diaconus Heliopoleos *vocatur, mentionem facit: quæ omnia faciunt, ut in animum inducam,* diaconis Heliopoleos *titulum, quem Suriana editio præfert, putem esse profectum vel ab ipsomet Surio, vel ab altero, qui Heliopolis episcopum quidem Nonnum, Jacobum vero ejusdem civitatis diaconum existimarit ex eo, quod Heliopolim, cum tota esset dæmoni ob idolorum cultum addicta, a Nonno episcopo, qui* Pelagiam *convertit, ad Dominum fuisse adductam, e pravi spiritus dictis, in edenda ejusdem Sanctæ nostræ vita num.* 16 *occurrentibus, intelligeret, iisque, utpote sequentia verba,* Non tibi sufficiebat, me ejecisse de tuis Heliopolitanis, *in editione, qualis Baronio (adi ejus num.* 20 *verba) præluxit, complectentibus, ad Nonnum spectasse Heliopolitani indicentur.*

*potest confici, Pelagiam porro,*

26 *Verum perperam omnino fecit id ille: etenim non tantum editio Rosweydiana et Suriana, verum etiam tres diversi, qui penes nos ex-*
B *stant, optimæ notæ codices membranacei Mss. pro illis dæmonis verbis, postremo recitatis, habent dumtaxat:* Nonno tibi sufficiebat Heliopolis tota *etc, aut,* Non tibi sufficiebat Heliopolis civitas etc; *huic autem lectioni suffragatur præterea, quæ in codice nostro † Ms.* 193 *exstat, Græca Sanctæ nostræ Vita, utpote in qua sequentia, quæ textui huic respondet, verba occurrunt:* οὐκ ἤρέστη σοι ἡ Ἡλιουπολις ὅλη, etc: non tibi sufficiebat Heliopolis tota? *Quod autem ad Heliopolitanorum conversionem, a Nonno episcopo, qui* Pelagiam *convertit, factam, jam spectat, nec ex illa, utut reipsa facta, Heliopolitanorum episcopum hunc fuisse, potest concludi, uti ex supra dicendis patescet. Determinemus modo, quandonam tandem et Heliopolim ad fidem adduxerit, et* Pelagiam *a vitæ impuræ sordibus ad Dominum Nonnus episcopus converterit. Idne forsan, ut Baronius, priori mutata sententia, quam in suis in Martyrologium Romanum Annotationibus primum tenuerat, in*
C *Annalibus (adi ejus verba num.* 20 *huc transcripta) existimasse videtur, eo ipso tempore, quo Phœnicibus convertendis S. Joannes Chrysostomus operam dedit, seu seculo quarto propemodum jam elapso evenerit? Id equidem mihi nullo ex capite verosimile apparet. Nullus enim, qui tum uspiam sederit, nominis hujus episcopus vel in Conciliorum Actis vel in scriptoribus ecclesiasticis occurrit.*

*quæ a muliere peccatrice ac deinde pœnitente, a Chrysostomo memorata distinguitur,*

27 *Nec est, quod reponas, mulieris peccatricis, quæ ætate sua ad Dominum fuerit conversa. Joannem Chrysostomum Homilia* 68 *in Matthæum, sub seculi quarti finem, ut supra jam docui, Antiochiæ recitata meminisse, hancque, cujus nomen nuspiam Sanctus ille Pater prodit, cum Sancta nostra videri posse eamdem. Etsi enim de muliere ista Chrysostomus sequentem hunc loquatur in modum,* Annon audistis, quomodo meretrix illa, quæ lascivia omnes superabat, omnes postea pietate vicit? Non de illa loquor, quæ in Euangeliis fertur, sed de illa, quæ nostro ævo ex Phœniciæ civitate, omnium nequissima, fuit. Hæc quippe meretrix apud nos erat, primasque in scena tenebat, cujus nomen ubique celebrabatur, nec in nostra urbe tantum, sed usque ad Cilicas et Cappadocas; *hisce autem ex verbis de muliere peccatrice primum ac deinde pœnitente, quæ eadem fuerit cum Sancta nostra, videri utcumque queat facere sermonem, multa tamen mox, ex quibus hanc ab illa distinguendam nemo ambigat, idem sanctus Pater adjungit: Ac primo quidem mulier, de qua loquitur, maleficis, ut ait, uti artibus a plurimis fuit æstimata, nec corporis tantum forma, sed et veneficiis retia sua, quo in hæc incautos attraheret, expandit. Adhæc in virginum monasterium sese recepit mulier, a Chrysostomo memorata, in eoque, cum inde eam nec submissi ab urbis præfecto milites extrahere, potuissent, perseveravit usque ad ultimum vitæ suæ finem, quam tandem, cum longa multorum annorum pœnitentia peccata sua eluisset, felicissimo obitu terminavit; quæ omnia aut certe pleraque in* S. Pelagiam, *quam* Nonnus *episcopus convertit, non satis quadrant, uti quisque, qui ejus Vitam edendam evolverit, satis perspiciet.*

AUCTORE C. B.

*a Nonno Edesseno. Ibæ substituto, reipsa fuisse conversam,*

28 *Jam vero, cum ex his omnibus, quin memorata a S. Joanne Chrysostomo mulier primum peccatrix ac dein pœnitens diversa sit a Sancta nostra, dubitandum haud appareat, nec hujus tamen, quæ non minus quam altera argumento ejus erat accommodata, in Homilia plus semel jam laudata, in qua auditores suos ad spem bonam de peccatorum suorum remissione, si pœnitentiam de his agere voluerint, concipiendam hortatur, mentionem faciat, est sane, cur Sanctæ nostræ historiam, cum Homiliam illam S. Chrysostomus diceret, seu ex dictis anno circiter* 291, *nondum accidisse arbitremur. Verum cum nec etiam paulo serius, ut jam dictum, evenerit, quo tandem anno circiter ad Dominum fuisse* S. Pelagiam *conversam, statuemus? In pseudo-synodo Ephesina, anno* 449 *celebrata, Nonnum quemdam, agente Dioscoro, patriarcha Alexandrino, in locum Ibæ, Edesseni episcopi, fuisse substitutum, e Liberato diacono, qui id apud Labbeum tom.* 2 *Conciliorum in Breviario, a se adornato, refert, habetur compertum. Adhæc Ibam, exauctoratum Edessenum episcopum, anno* 451 *in sedem suam fuisse in concilio Chalcedonensi restitutum, e decima hujus Actione apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum col.* 676 *et seq. certum*
F *etiam est, uti et tunc Nonnum, qui partem in illegitima sua ad sedem Edessenam promotione habuisse nuspiam asseritur, Maximo, patriarchæ Antiocheno, quo curam de eo haberet, e concilii Patribus fuisse commendatum. Porro, Iba anno* 457 *(adi ad annum* 451, *num.* 53 *Pagium in Criticis) e vivis sublato, sedem Edessenam vel dicta anno* 457 *vel seq. recuperavit idem Nonnus, ut provinciæ Osroënæ episcoporum, quæ apud Labbeum tom.* 4 *conciliorum col.* 917 *exstat, epistola, ad Leonem imperatorem tunc data Nonnique, tamquam Edessenæ metropolis episcopi nomine notata, indubitatum facit; hunc autem Nonnum esse illum ipsum Nonnum episcopum, qui, quemadmodum Jacobus diaconus in edenda* S. Pelagiæ *Vita memoriæ prodit, e monasterio Tabennosiatarum ob vitæ sanctitatem exstractus, ad episcopatum fuit promotus Sanctamque nostram convertit, verosimillimum apparet.*

29 *Ea mihi sedet sententia, tum quod eam Theophanes in editionis Parisiensis anni* 1655 *Chronographia pag.* 79 *ac post eum Nicephorus Callistus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B. *verosimillimum apparet, nec ab opinione hac, quod Nonnus, qui Pelagiam convertit,*

*Callistus in Historia Eccl. a se contexta loco supra cit. diserte tradant, tum quod Nonnus episcopus, a Nonno Edesseno jam memorato distinctus, cui* S. Pelagiæ *conversio, aliaque de eo per Jacobum diaconum narrata aptius queant attribui, in Historiarum monumentis haud occurrat. In hanc porro sententiam, in Martyrologio Romano ad 2 Decembris diem etiam consignatam, præter Pagium in Criticis ad annum 451, num. 52, manibus pedibusque modo etiam abeunt eruditi alii unanimi consensu omnes, Baroniusque etiam eamdem; a qua tamen, ut apparet, perperam ex jam dictis, postea descivit, amplexus primum fuit. Nec video, quid solidi, quo deserenda ostendatur, supra jam objectis possit adjungi. An forte, quod Nonnum equidem, qui* Pelagiam *convertit Heliopolitanum fuisse aliquando episcopum, tradita de eo in Sanctæ Vita exigant, nec tamen Nonnus, qui sedem Edessenam post Ibam occupavit, Heliopolitanus umquam exstiterit episcopus? Sane Nonnum Edessenum ecclesiæ Heliopolitanæ, antequam ad sedem illam, Iba vita functo, promoveretur, numquam præfuisse episcopum, vele solis Ecclesiæ canonibus, qui episco-*

B *pum ab una ecclesia ad aliam transferri vetabant, sat certum apparet; omnino autem indubitatum evadit ex eo, quod Phœniciæ secundæ episcoporum epistolæ, anno 458 ad Leonem imperatorem datæ atque apud Labbeum tom. 4 concil. col. 921 et seq. exstanti, subscriptus inter primos, qui epistolam istam signarunt, reperiatur Petrus Heliopolitanus episcopus, qui profecto, si Nonnus ex episcopo Heliopolitano Edessenus metropolita vel anno 457 vel seq. factus fuisset, nomen suum inter primos epistolæ isti subscriptos Patres, utpote uno dumtaxat anno ad episcopalem dignitatem evectus multisque proinde illorum ætatis aut certo promotionis ad episcopatum prærogativa verosimillime inferior, notaturus haud fuisset.*

*Heliopolim ab idolorum cultu abstraxerit, recedendum apparet,*

30 *Nonnum itaque, Edessenum episcopum, ecclesiæ Heliopolitanæ, antequam ad sedem illam promoveretur, numquam præfuisse episcopum, extra controversiam enimvero positum videtur. Verum quid tum? Ut Nonnus episcopus, qui* S. Pelagiam *convertit, ecclesiam Heliopolitanam episcopi munere aliquando gubernarit, edenda*

C *Sanctæ nostræ Vita neutiquam requirit. Ex iis quidem, quæ cacodæmon contra Nonnum declamasse in hac narratur, Heliopolim fuisse ab hoc antistite ad veram Christi fidem conversam, intelligitur; verum quid ni Heliopolim Nonnus, etiamsi civitatem hanc episcopus haud moderaretur, adducere ad Christum potuerit? Nonne civitates plures, imo et regiones integræ, ab iis etiam, qui illarum episcopi haud erant, ad fidem leguntur adductæ? Nonnus, cum a sede Edessena, restituto in hanc Iba, anno 451 a concilio Chalcedonensi fuit amotus, simul fuit, ut jam docui, ab ejusdem concilii Patribus Patriarchæ Antiocheno Maximo, quo ejus necessitatibus prospiceret, commendatus; hic autem Nonnum in honore habuit, dignitatemque episcopalem, uti apud Labbeum tom. 4 Conciliorum col. 677 videre licet, illi servavit. Hinc factum reor, ut patriarcha Antiochenus, etsi quidem Nonnum episcopum nulli prorsus patriarchatus sui sedi præfecerit, episcopi tamen regionarii loco eum quodammodo habuerit, atque ad existentes adhuc in patriarchatu suo variisque locis dispersos ethnicos, quod virum esse apostolicum spirituque Dei plenum nosset, ab idolorum cultu abstrahendos Christoque adjungendos adhibuerit. Atque* D *ita quidem Nonnus is ab anno 451, quo ex dictis a sede Edessena fuit amotus, ad annum usque 457 aut seq., quorum altero eamdem recuperavit, episcopus manserit nulli certæ sedi affixus; cum autem Jacobus diaconus sedem episcopalem, quam Nonnus, a quo* Pelagiam *conversam, refert, occuparit, nuspiam in Vita edenda exprimat, idque tamen, si quam ille tunc occupasset, vel uno saltem loco facturus fuisse videatur, fuerit verosimillime Nonnus episcopus, qui* Pelagiam *convertit, nulli etiam, cum id fecit, certæ ac determinatæ sedi affixus; quod iterum hunc a Nonno Edesseno supra memorato non esse diversum, argumento est, iisque proinde, quæ num. 29 adducta sunt, addi debet. Hoc adeo hic adhuc notasse contentus, qui et quando, ut Nonnus Edessenus* Pelagiam *converterit, sit factum, pergo exponere.*

31 *Maximus patriarcha Antiochenus, ut Jacobus Diaconus in* Pelagiæ *Vita edenda fidem facit, concilium celebravit, atque ad id patriarchatus sui episcopos, Antiochia haud procul remotos convocavit; ut autem hos inter fuerit Nonnus, a sede Edessena amotus patriarchæque Antiocheni curæ commendatus, qui tum forte* E *haud procul Antiochia commorabatur, factum facile esse potest, reque etiam ipsa id factum, statuendum e supra dictis videtur, ut etiam ibidem illum ad Dominum* Pelagiam *convertisse, aliaque præterea gessisse, quæ Jacobus diaconus in Vita edenda Nonno episcopo, a se memorato, adscribit. Verum cui circiter Christi anno isthæc omnia ac nominatim Sanctæ nostræ conversionem innectemus? Ex iis, quæ adversus Nonnum episcopum cacodæmon, cum* S. Pelagia *ad Dominum primum esset conversa, proclamasse, a Jacobo Diacono in vita narratur, fuisse a Nonno, priusquam* Pelagia *ab eo converteretur, triginta Saracenorum millia ad fidem conversa, sacroque lavacro expiata ac Christo consecrata, certum omnino est; quod cum ita sit, Nonnusque, qui non prius, quam cum a sede Edessena anno ex dictis 451 fuisset amotus, Saracenorum conversioni sese addixisse videtur, unum saltem, ut apparet, alterumve annum tot illorum millibus convertendis impendere debuerit, Sanctam nostram a Nonno ad Dominum fuisse anno circiter 453 aut 454 con-* F *versam, sat verisimile apparet. Hinc porro jam fluit, ut, cum triennio dumtaxat aut paulo serius, ut Vita edenda fidem facit, post suam conversionem ad Dominum migrarit, non serius verosimiliter, quam anno circiter 457 vitam hanc mortalem cum immortali commutarit. Hæc porro Sanctæ nostræ mortis epocha adhuc confirmatur ex eo, quod Jacobus Diaconus Hierosolymis, qua in civitate dum versaretur,* Pelagia *obierat, Antiochiam post hujus obitum, uti in tribus nostris optimæ notæ codicibus Mss. membranaceis indicatur, sese contulerit, hincque appareat, Nonnum, dum Sancta obiit, sedi Edessenæ, quod anno 457 vel seq. ex dictis factum, redditum nondum fuisse; neque enim alias Jacobus, qui Nonni diaconus erat, sese Antiochiam, sed Edessam recta collaturus fuisse videtur.*

A

## § III. Sanctæ apud varias gentes cultus; sacrarum ejus reliquiarum translatio.

*Sancta, quæ Officio ecclesiastico a Græcis hodie colitur,*

*Quam insigni apud Græcos cultu Sancta nostra hodieque gaudeat atque olim etiam fuerit gavisa, palam est tum e S. Sabæ Typico, in quo Officium ecclesiasticum de* S. Pelagia *hodie recitandum præscribitur, tum etiam ex magnis Græcorum Menæis excusis, in quibus cum elogio supra dato hodie etiam conjungitur Officium itidem ecclesiasticum, quod de* S. Pelagia, *meretrice nempe, uti ibidem vocatur, est totum, si paucas dumtaxat ei immixtas Sanctorum aliorum commemorationes, quæ brevibus eorumdem elogiis adduntur, precesque aliquot, pro quotidiano Græcorum more ad sanctissimam Virginem Mariam directas, exceperis. Speciminis loco Odam seu orationem, qua Officium inchoatur, lectoris* B *oculis, reliquis prætermissis, lubet subjicere, addita etiam ad calcem interpretatione Latina. Sic habet :* Ἐγκρατείᾳ τὸ σῶμα σου, Πελαγία, νεκρώσασα, τὴν ψυχὴν ἐζώωσας καὶ ἐκόσμησας, καὶ δικηπήριον Πνεύματος σαυτὴν ἀπετέλεσας, καὶ συνήφθης μυστικῶ τῷ νυμφίῳ καὶ κτίστη σου, ὃν ἱκέτευε, ἐκ φθορᾶς καὶ κινδύνων λυτρωθῆναι τοὺς ἐν πιστεῖ ἐκτελοῦντας τὴν ἀειμέ-ξαστον μνήμην σου. Dum abstinentia corpus tuum, Pelagia, mortificasti, animam vivificasti atque ornasti, teque Spiritus habitaculum fecisti ac Sponso tuo mystico et Creatori adjunxisti, quem, ut a corruptione et periculis, qui tuam commemorationem, perpetuo venerandam, in fide celebrant, immunes evadant, interpella. *Nec tantum Officio ecclesiastico, verum etiam templo, in honorem suum Constantinopoli exstructo, Sancta nostra honorata fuerit, si veritati modo opinio, in quam Cangius tandem concessit, sit consona.*

*nec tamen etiam templum, Constantinopoli sibi sacrum, habuit, a Russis etiam* C

33 *Hic enim scriptor, postquam templum, quod Pelagiæ alicui sacrum Constantinopoli exstitisse a Cedreno asseritur,* Pelagiique *a Zonara vocatur, in Constantinopoli sua Christiana lib.* 4, *num.* 26 *Pelagiæ Tarsensi martyri attribuerat, id postea in suis ad Zonaram Annotationibus* Pelagiæ *Pœnitenti seu Sanctæ nostræ adscribendum existimavit : verum perperam, uti in Historico de S. Pelagia, virgine martyre Antiochena Commentario ad* IX *Junii diem, quo Sancta hæc Martyrologio Romano exstat inscripta, dataque apud nos jam est, Janningus noster num.* 25 *et quatuor seqq, recte ostendit, ibidem etiam omnia, quæ, ut templum illud vel* Pelagiæ *nostræ vel alteri homonymæ adjudicetur facere possunt, scitissime colligens, suumque etiam de singulis ferens judicium, ut plura de re illa hic proferre opus non sit, lectoreque ad Janningum remisso, ad aliud modo, quod ad Sanctæ cultum spectat, fas sit procedere. Apud Russos seu Slavo-russos, aut etiam, si mavis, Mosco-russos, qui patriarchis Constantinopolitanis diutissime paruerunt, atque ab his potissimum ab idolorum cultu ad Christianam fidem fuere adducti, Sanctam nostram quoque cultu gaudere ecclesiastico aut certe olim fuisse gavisam, dubitandum vix apparet tum quod gentis illius fastis sacris supra recensitis sit inscripta, tum quod hæc omnes passim Sanctos, ab ecclesia Græca, a qua Sanctam nostram coli jam vidimus, cultu ecclesiastico affectos, eodem pariter cultu soleat afficere.*

AUCTORE C. B.

*ac Syris uti et Hierosolymis, ubi sacrum ejus corpus*

34 *Nec Russi tantum seu Slavo aut Mosco-Russi in cultu ecclesiastico, quo Græci etiam* S. Pelagiam *venerantur, adjungendi hisce sunt, verum etiam versantes in Syria, qua in regione natales Sancta fuit sortita, fidei Christianæ cultores, fortassis etiam ante ipsosmet Græcos honore illo eamdem prosecuti. Ac cultum quidem ecclesiasticum* Pelagiæ *a Christianis in Syria deferri, generatim commonstrat vel solum, cui ex dictis ejus nomen ad præsentem Octobris diem exstat insertum, Kalendarium Syriacum supra laudatum; ut autem aliqua adhuc, quæ ad cultum, Sanctæ ibidem deferri solitum olimve certe delatum, magis speciatim spectant, queam proferre, opportune hic succurrunt Leonis Allatii Symmicta, anno* 1653, *curante Bertholdo Nihusio, typis Coloniensibus vulgata. Hierosolymis enim Terræ Sanctæ seu Palæstinæ, quæ Syriæ, late acceptæ, regio est, civitate primaria, honorifice asservari, seu potius asservatum olim fuisse Sanctæ corpus, lampades-* E *que, quæ prope hoc accensæ perpetuo essent, in* Pelagiæ *honorem ali soluisse, intelligitur e duabus, quas præfata Symmicta complectuntur, lucubrationibus, per binos scriptores diversos, de sacris Terræ Sanctæ seu Palæstinæ locis tractantes, contextis. Horum alter Joannes Phocas, alter anonymus est. Amborum, quæ huc spectant, ac pag.* 25 *et pag.* 87 *occurrunt, verba transcribo. Prioris hæc sunt :* In capite montis *(Oliveti nempe)* locus est, in quo post resurrectionem frequenter Salvator Discipulos est allocutus, postremoque ascensionis admirandum mysterium perfecit. Prope eum spelunca infra spectatur, in qua sancta Pelagia certamina, quibus se exercebat, absolvit, et sanctum illius corpus in urna saxea quiescit.

*honorifice fuisse asservatum.*

35 *Posterioris vero ista :* Super Gethsemani est mons Olivarum, ex quo Christus in cælum assumptus est, maximo templo conspicuus. In medio templo est cubiculum lapideum pulcherrimum cum columnis marmoreis quindecim, et in medio cubiculo est plantæ Christi vestigium, lapidi infixum, quem ille calcaverat, cum assumeretur in cælum, et pendent quatuor lampades inextinctæ. Infra gradus triginta cernitur san- F *ctæ* Pelagiæ sepulchrum, a muro media planta humani pedis sejunctum. Si quis in spatium illud inter murum et sepulchrum ingreditur, statim comprehensus detinetur, et ni prius delicta omnia sua confessionario fassus fuerit, numquam excedet. Ibi est cellula, in qua per septem annos immorata est, pendent lampades tres. *Hæc opportune ad institutum nostrum bini scriptores laudati; in hos nunc pauca observo. Anonymus, qui qua circiter ætate floruerit, haud comperio, miraculi plane stupendi, quod Hierosolymis ad Sanctæ tumulum seu sepulcrum fieri soleat, olimve saltem soluerit, mentionem recitatis verbis facit; verum id, ut Tillemontius tom.* 12 *Monumentorum Ecclesiastic. pag.* 381 *recte observat, creditu admodum est difficile. Adhæc* S. Pelagiam *in cellula, quam in monte Oliveti ætate sua adhuc fuisse conspectam, memoriæ prodit, septennio pœnitentiam egisse affirmat; hoc autem apertissime pugnat cum edenda Sanctæ Vita, utpote in qua,* S. Pelagiam *in cellula, cui sese in monte Oliveti incluserat, triennio dumtaxat, aut paulo diutius*

AUCTORE C. B.

*tius pœnitentia eluisse vitæ præteritæ peccata, Jacobus diaconus non obscure docet. Verum etsi id ita habeat, veritati equidem consonum existimo, quod anonymus ille de Sanctæ sepulcro, tribus ad id lampadibus appensis, Hierosolymis honorato, scribit. Certe* Pelagiæ *sepulcrum Hierosolymis in honore ætate sua fuisse, Joannes Phocas, etsi interim lampadum, quæ ad id pendeant, haud meminerit, sat aperte etiam verbis recitatis indicat.*

*certum est, honorantur. Id inde in Galliam seculo* XII *an monasterium Jotrense*

36 *Hic porro auctor, ut, quæ in illum pariter observanda sunt, jam expediam, etiam adjungit, sacrum Sanctæ nostræ corpus saxea in urna Hierosolymis quiescere; cum autem is, qui seculo duodecimo floruit, fideique omnino probatæ apud eruditos habetur, de loco, quo Sanctæ corpus ætate sua exstiterit, loquatur, esse non videtur, cur quis ambigat, num tunc* Pelagiæ *corpus re etiam vera Hierosolymis adhuc asservatum honorifice fuerit, seu, uti is scribit,* in urna saxea *quieverit. Verum vel integrum vel ejus saltem partem in Galliam eodem seculo duodecimo proximeve sequenti e civitate Hie-*
B *rosolymitana, ubi* Pelagia *nihilominus Sanctorum honores, ut puto, hodieque obtinet, transferri, verosimillime evenit. Etenim Saussayus in Gallicano a se contexto Martyrologio sub paulo prolixioris, quo* Pelagiam *hodie celebrat, elogii finem ita memorat* : Hujus (Pelagiæ *nimirum)* sacræ exuviæ postea a Francis, Christi nomen in Oriente vindicantibus, in Galliam transvectæ apud Jotrum, virginum insigne monasterium, colloeatæ sunt; ubi hodie e sacrario eductæ piorum clientum venerationi exhibentur. Nam et illic felix illa peccatrix celebriter colitur hac die, quæ est migrationis, et duodecima Junii, quæ translationis est seu susceptionis : *quibus verbis, sacras Sanctæ nostræ reliquias Hierosolymis in Galliam ad Jotrense monasterium, Christianorum Occidentalium durantibus pro recuperanda Terra Sancta expeditionibus, fuisse translatas, haud obscure indicatur; quod cum ita sit, hæque, jam inde a seculo undecimo propemodum elapso magnis animis susceptæ, seculo duodecimo quam maxime viguerint, hoc ipso etiam seculo proximeve sequen-*
C *ti, ut* Pelagiæ *reliquiæ ex Oriente in Galliam fuerint advectæ, factum esse, verosimillimum apparet*

*fuit translatum. Hinc ibi* XII, *quo id factum Junii dies solemnis quotannis habetur.*

37 *Etsi autem Saussayus, qui translationem illam verbis recitatis memoriæ prodit, in Martyrologio suo a veritate haud raro inveniatur devius, ab hac tamen illum isthic haud aberrasse, vel ex eo apparet, quod in Jotrensi, quod memorat, quodque, ut Sammarthani Fratres tom.* 4 *Galliæ Christianæ pag.* 541 *docent, in diœcesi Meldensi situm est, virginum Benedictinarum monasterio duodecima Junii dies, qua dictarum reliquiarum translatio seu harum in monasterium illud susceptio facta creditur, solemnis ob facti hujus memoriam quotannis habeatur, uti proxime huc transcriptis verbis etiam docet laudatus Saussayus : qui cum de re, tempore suo fieri solita optimeque adeo sibi nota loquatur, a veritate hic aberrare existimandus haud est. Sanctæ quidem translationem, non* XII, *sed* 2 *Junii die recoli, Castellanus, uti apud nos tom.* VI *Junii pag.* 118 *videre licet, in quodam suo ad Majores nostros misso Ms. affirmat; verum eruditus ille Martyrologii Universalis, Gallice conscripti, auctor de* Pelagiæ *translatione, quæ tum, non in Jotrensi diœcesis Meldensis monasterio, sed in Parisiensi, quæ in loco,* Puilermite *nominato, sita est,* S. Pelagiæ ec- D
*clesia celebretur, sermonem facit. Etenim ecclesiasticum de* S. Pelagia *Officium, quod, quemadmodum Operis nostri loco proxime cit. est videre, Majoribus nostris una cum dicto Ms. submisit, ad manum mihi est typis excusum; hunc autem, qui Castellani manu ei adscriptus est, sequentem in capite præfert titulum. Latine e lingua Gallica ita a me redditum* : Pro ecclesia S. Pelagiæ, Parisiis intra parœciam S. Medardi in loco, Puilermite nuncupato, sita; *tum sub initium manu eadem sibi habet adscriptum* : VIII Octobris; *ac deinde ad calcem adjectum* : Translatio 2 Junii, conversio XII Junii.

*Alia ex translat. quæ pro ea ut Pars Sanctæ ejus refertur.*

38 *Adhæc* S. Pelagiæ *Pœnitentis, cujus natalis, ut locis quamplurimis aliis, ita etiam in dicta Parisiensi ecclesia, ei ipsi sacra,* VIII *Octobris die celebratur, reipsa etiam translatio ibidem secunda Junii die, duodecimaque mensis ejusdem conversio recolitur, ut fidem faciunt diversa diversorum annorum, quæ quos quæque Parisiis ædes sacræ Sanctorum seu natales seu alios dies festos quotidie celebrent, addito etiam, quo id fiat, cultu, notare solent, ecclesiæ Parisiensis Diaria* E
*spiritualia. Jam vero, cum res ita habeat Castellano sane de* S. Pelagiæ *translatione, non quæ in Jotrensi monasterio, sed quæ Parisiis secunda Junii die recolatur, in Ms. supra memorato sermonem fuisse, indubitatum apparet. Nec est, cur quisquam miretur, alia die Parisiis, alia in monasterio Jotrensi Sanctæ translationem celebrari. In dicta enim Parisiensi, quæ Sanctæ nostræ dedicata est, ecclesia sacræ ejusdem reliquiæ, prout proxime laudata Diaria Parisiensia fidem faciunt, etiam asservantur; quod cum ita sit, quin in æde illa sacra* S. Pelagiæ *translatio secunda Junii die, quod ad illam tunc hujus reliquiæ devectæ olim fuerint, quotannis celebretur, dubitandum non est; de translatione autem, qua sacra* Pelagiæ *lipsana ad Jotrense monasterium delata olim fuerunt, Saussayus sermonem instituit, uti e verbis ejus supra citatis liquet. At vero, inquies, quo die a Castellano in Diariis spiritualibus laudatis* S. Pelagiæ *conversio, eodem a Saussayo reliquiarum ejusdem translatio signatur. Fateor, sic habet : verum hinc, posteriorem hunc Martyrologum in vero, quo* S. Pelagiæ *translatio in mona-* F
*sterio Jotrensi celebratur, assignando die errare, quis concludat? Quid si Parisiensis Sanctæ ecclesia sacras hujus, quas possidet, reliquias e Jotrensi monasterio acceperit, hincque* S. Pelagiæ *translationi, quam secunda Junii die, quod tunc sacræ hujus exuviæ devectæ ad illam fuerint quotannis celebrat, conversionem etiam, eodem* XII, *quo translatio monasterio Jotrensi celebratur, Junii die quotannis recolendam, in accepti ex reliquiis illis, Parisios ac ad se allatis, beneficii memoriam adjecerit?*

*In hac ex suis effictis nimis.*

39 *Id sane mihi, maxime cum tum etiam Sanctæ conversionem in aliis Parisiensibus ecclesiis celebrandam e Diariis spiritualibus præfatis intelligam, ab omni prorsus verisimilitudine abhorrere haud videtur. Verum utcumque habeat, Saussayum equidem ex eo, quod* S. Pelagiæ *translationem non eodem, quo Castellanus ac jam plus semel laudata Diaria, die consignet, erroris arguendum non esse, satis superque ex iis, quæ in medium jam adduxi, liquet. Nec id tantum ex hisce habemus : verum etiam Sanctam in monasterio Jotrensi et in Parisiensi civitate cultu gaudere ecclesiastico plane insigni, ac nominatim quidem in ecclesia, ab ea nuncupata, tres nactam esse venerationi*

*sua*

A *suæ dedicatos dies diversos, Junii videlicet diem secundum, quo translatio, mensis ejusdem* XII, *quo conversio, ac* VIII *denique Octobris, quo natalis ejus celebratur. Ut porro, qui, quod simul ædi isti sacræ titulare est, postremum hoc Sanctæ festum quotannis in ea colatur, lectorem docere possim, opportune hic succurrit ecclesiasticum supra adhuc memoratum, quod penes me exstat, quodque ab ipsomet Castellano (adi Operis nostri tom.* IV *Junii pag.* 118) *concinnatum Janningo nostro est visum, de* S. Pelagia *Pœnitente Officium. In hoc Sancta præter Responsoria, Antiphonas et Versus, in quibus ad vitam, ab illa actam, plerumque alluditur, hymnos duos, alterum ad primas Vesperas, alterum in Laudibus, Matutino subjectis, soli sibi proprios seu convenientes habet. Ambos lubet lectori hic exhibere.*

*cujus hymnus ad primas Vesperas.*

40 *Prior sic habet :*

Jesu salus errantium,
Cum respicis Pelagiam,
Amore corda saucias
Puris adurens ignibus.
B Hæc dira gestans vulnera
Noxas abhorret pristinas
Cordisque fuso sanguine
Lavare currit crimina.
Christi refecta corpore
Et lota sacro flumine,
Donisque dives Spiritus
Litat Deo se victimam.
Pennas columbæ concita
Assumit et mox avolat
Secreta quærens montium
Et tuta solitudinis.
Demum secuta regia
Vexilla pœnitentiæ,
Carnis solutis nexibus,
Felix ad alta transvolat,
Te trina simplex Unitas,
Te, Christe, pœnitentium
Rex et caput, per secula
Cives superni concinant. Amen.

*alterque in Laudibus post Matutinum recitari soliti.*

41 *Posterior vero sequentibus hisce versiculis concipitur :*

Felices lacrymæ ! fletus amabilis !
Quo, tersa scelerum labe, Pelagia,
C Nunc æterna bibis gaudia cœlitum :
Felix ah gemitus nimis !
Antro dum latitas, quam melioribus
Te gemmis decoras corpore pallida ;
Neglectisque procis, quam melius vacas
Regum Regis amoribus.
Angustum per iter fac celeri gradu
* *l.* quos Nos te, Diva, sequi, crimina quas * gravant ;
Ut tecum placido Numinis in sinu
Lætemur super æthera.
Patri maxima laus, maxima filio,
Amborumque tibi maxima Spiritus
Pellens sacrilegam corde cupidinem
Et puras jaculans faces. Amen.

*Hymno huic Oratio, quæ uni etiam* Pelagiæ *Pœnitenti propria est, proxime subjungitur. En etiam illam.* Deus, qui montem Olivarum gloriosa Ascensione tua consecrasti ; et de eodem loco beatam Pelagiam ad cælos vocare dignatus es, præsta, ut ejus intercessione, Spiritus Sancti fructibus et pinguedine repleti, ad te feliciter ascendere mereamur, qui vivis et regnas cum Deo Patre *etc. Nec tantum Orationem hanc, binosque, qui* S. Pelagiæ *proprii sint, Hymnos, jam etiam datos, Ecclesiasticum, e quo hosce transcripsi, Sanctæ nostræ Officium completitur ; verum etiam Prosam seu orationem, quæ ab aliis* Sequentia *vocatur, proxime ante Evangelium in Missa, quæ de Sancta ad* VIII *Octobris diem celebrari debeat, e librorum ritualium (adi ad vocabulum* Prosa *in Glossario Cangium) præscripto canendam.*

AUCTORE C. B.

42 *Lubet et illam huc transferre. Ita habet :*

*huc una cum Missæ Prosa seu Sequentia transcribuntur.*

Ætheris, Pelagia,
Scande nunc palatia,
Graves terge lacrymas.
Væ nimis egregiæ
Vultus elegantiæ,
Quæ deformat animas.
Væ pigmentis, crinibus,
Auro, gemmis, vestibus,
Quæ scelus alliciunt,
Proh dolor ! Placueras,
Pompis et servieras,
Tartara quas puniunt,
Sed mutatam Numine E
Sacro Nonnus flumine
Ceu columbam abluit.
Sua piant crimina
Mœsto fletu lumina,
Squalor fucum diluit.
Mox in casam properas,
Vestes gerens asperas,
Nuda cunctis opibus.
Longa fame pinguia
Quam luis convivia,
Quam jocos singultibus !
Humi jaces, dulcibus
Sæva pro cubilibus
Hostis tui corporis.
Verba plectunt mollia
Planctus et silentia,
Labor damna temporis.
O quæ fulges gloria,
Fac mens culpæ conscia
Sic eat in gemitus.
Fac immersa gaudiis
Flebiles solatiis
Almus ungat Spiritus. Amen.

43 *Atque hæc sunt, quæ de cultu,* S. Pelagiæ F *in sui nominis ecclesia, dum natalis ejus celebratur, Parisiis deferri quotannis solito, lectori nominatim proponenda habui ; quod autem ad illum, quo ex dictis in Jotrensi Virginum monasterio afficitur, jam spectat, Sanctam in eo et* XII, *quod tunc ejus reliquiis, ex Oriente allatis, sacer ille locus ditatus primum fuerit, Junii mensis die, et ad præsentem Octobris, quod tum felici e vivis excessu in cœlo primum nata credatur, Sanctorum honoribus coli, postremoque etiam hoc die sacra illius lipsana populi venerationi exponi, et supra huc transcriptis Saussayi verbis discimus ; verum anne tunc in eodem monasterio Officium Ecclesiasticum, quod* S. Pelagiæ *Pœnitenti sit proprium, recitari etiam solet ? Ita quidem fortassis habet. Verum, Saussayo simul et reliquis omnibus, quos quidem videre mihi licuit, scriptoribus de re altum silentibus, hanc ego, in quam etiam, quod magni admodum momenti haud sit, per litteras inquirendum non censui, asseverare non ausim. Nec tantum, an ad* VIII *Octobris diem Officio ecclesiastico in Jotrensi monasterio Sancta colatur, me latet ; ve-*

*quotannis etiam recolitur. uti et forte in monasterio Jotrensi.*

AUCTORE C. B.

*rum etiam an ad hoc umquam integrum* Pelagiæ *corpus ex Oriente fuerit devectum, an vero illius dumtaxat pars.*

*Ibi modo non integrum Sanctæ corpus, sed hic etiam pars ejus servatur,*

44 *Verum, utcumque res hæc habeat, modo equidem, non integrum Sanctæ corpus, sed hujus dumtaxat partem in monasterio illo asservari, certum omnino est ac indubitatum vel ex eo, quod etiam ecclesia, Sanctæ nostræ Parisiis sacra, sacrarum hujus reliquiarum partem possideat, uti ex jam supra dictis liquet. Adhæc non tantum Parisiis, ubi præterea (spiritualibus iterum, quæ supra sæpissime laudavi, Diariis testantibus) in puellari Vallis-gratiæ monasterio reliquiarum earumdem pars servatur, Sanctæque quotannis (idcirco, ni fallar) natalis seu* VIII *Octobris dies solemnis habetur, sacra* S. Pelagiæ, *quæ* Pœnitens *cognominatur, lipsana reperiuntur; verum etiam in hac ipsa Antverpiensi nostra civitate: ad quam qua ratione devenerint, et qua in illius æde sacra asserventur, expono. Antonius Ludovici principis Lusitani nothus, qui, cæso apud Afros anno* 1578 *Sebastiano Lusitaniæ rege, ad regnum hoc aspirarat, speque eodem potiundi, cum a Philippi II Hispaniarum regis copiis victus fuisset, frustratus in* B *Gallias secessit ibique exsul obiit, Sanctorum triginta quinque reliquias, quas secum eo detulerat, Emmanuëli filio suo anno* 1594 *transcripsit, adjectis etiam, quas Operis nostri tom.* I *Aprilis pag.* 72 *et* 73 *videre licet, donationis litteris; ea autem sacra lipsana, quæ inter* Trinæ partes ossium S. Pelagiæ peccatricis *in litteris illis recensentur, Emmanuël, cum post patris infelicis obitum in Belgium migrasset, Christophoro Butkens, S. Salvatoris in hac urbe abbatiæ moderatori, quod principis illius fratrem germanum Dionysium, in Cisterciensi Vallis-bonæ abbatia religiosum presbyterum, in monasterium suum suscepisset, anno* 1633 *in grati animi tesseram concessit, uti donationis litteræ, Operis nostri tomo ac loco proxime cit. pariter adductæ, fidem faciunt.*

*e Portugallia, qua occasione eam accepisset, exponitur,*

45 *Porro ad calcem tomi ejusdem pag* 898 *et seq. in medium adducuntur Joannis Alvarez de Luzana, episcopi Portugalensis seu civitatis portus, litteræ, quibus, qua singulæ ab Antonio principe in filium Emmanuël transcriptæ hicque abs illo depositæ Sanctorum reliquiæ in Portugalliam venerint, occasio explanatur. Ac verba* C *quidem, quæ, qua sacra Sanctæ nostræ lipsana in Portugalliam venerint, occasionem exponunt, sequentia hæc sunt:* Tandem supra omnes memoratas Sanctorum Sanctarumque insignes reliquias, multis precibus e republica Venetorum sæpenumero a Lusitaniæ principibus aliæ expetitæ, eidem Aulæ reliquiæ devenerunt, maxime eæ, quas antiquitas et patrum auctoritas singulariter commendavit. Illæ erant S. Bartholomæi Apostoli, S. Theclæ virginis, S. Pauli Apostoli discipulæ, S. Josaphat Indiæ principis a B. Barlaamo eremita ad fidem conversi in eaque enutriti: insuper et S. Mariæ Ægyptiacæ et S. Pelagiæ, quæ peccatrices ad Deum conversæ appellantur: quas denique obtinuit Sebastianus ejus nominis I Lusitaniæ rex, qui postmodum in expeditione Africana gloriosa morte occubuit, eæque transmissæ fuerunt per virum toga sagoque insignem Don Petrum Ferdinandum de Velasco, natione Hispanum ac Fryassæ ducem apud dictam Venetorum rempublicam pro rege Catholico legatum cum ipso legato Portugalliæ. In mense enim Novembri anno salutis nostræ MDLXXI, dum strenuissimo Ludovico Mocenici Venetorum duci orbis Catholicus gratularetur ob stupendam de immani turcica classe sub vexillo Pii V Papæ relatam victoriam, præfatus Venetorum dux easdem supra relatas reliquias in manus dictorum legatorum consignavit, ut dicto Sebastiano regi ejusque regno donarentur.

46 *Sacra ergo* S. Pelagiæ *lipsana a Venetis, qui unde ea accepissent, compertum haud habeo, Hispaniarum et Portugalliæ regum legatis, quo ad Sebastianum posterioris hujus regni regem deferrentur, anno* 1571 *consignata fuerunt, haud dudum autem post, quemadmodum in laudatis Joannis Alvarez de Luzana litteris paulo post verba proxime ex hisce jam recitata declaratur, a tribus eminentissimis S. R. E. Cardinalibus, nimirum Alexandro Farnezio, Othone Truchses et Hieronymo de Claravalle, ante adhuc recognita et approbata in Portugalliam fuere devecta. Atque hoc quidem in regno, quamdiu sacræ illæ* S. Pelagiæ *aliorumque triginta quatuor Sanctorum reliquiæ ibidem exstitere, honorifice asservatæ hæ fuerunt nostraque etiam Sancta (de aliis enim hic loqui necesse non est) ecclesiastico trium Lectionum Officio, uti Operis nostri supra adhuc laudato primo Aprilis tomo pag.* 74 *videre licet, honorata quotannis fuit; quid autem, sacris illis pignoribus ad Belgium nostrum eo, quo supra exposui, modo delatis, sit factum, nunc explanandum. Cum ea adhuc princeps Emmanuël supra memoratus religiose asservaret, anno* 1610 *a Joanne Miræo, Antverpiensi episcopo, qui etiam, ut in quacumque diœcesis suæ ecclesia publicæ venerationi exponi possent, tunc permisit, recognita ac approbata fuerunt; postquam vero ad Antverpiense S. Salvatoris monasterium, cujus ex dictis abbati Christophoro Butkens anno* 1633 *ab eodem principe primum fuerint donata, pervenissent privatim quidem ibidem per annos complures habita fuerunt. Verum, cum tandem reverendissimus dominus Franciscus Diericx, duobus tractatibus, altero de sacrarum reliquiarum Veneratione, altero de asservatis in dicto monasterio triginta sex (quinque enim supra triginta ab Emmanuële principe obtentis S. Hatebrandi abbatis reliquiæ accesserant) Sanctorum reliquiis, typorum beneficio anno* 1674 *vulgatis clarus, idem monasterium moderandum suscepisset, et piam in hoc sexus utriusque sub eorumdem triginta sex Sanctorum invocatione confraternitatem auctoritate Apostolica anno* 1671 *a Clemente X Papa instituendam, aut certe, cum instituta jam esset, approbandam, et sacra horum lipsana, cum eodem anno ab illustrissimo ac reverendissimo domino Ambrosio Capello episcopo Antverpiensi, recognita iterum ac approbata capsisque sigillatim fuissent inclusa, anno* 1672 *translatione quam maxime solemni elevanda curavit, uti iterum Operis nostri loco ac tomo proxime cit. videre licet.*

47 *Sacris porro illis reliquiis ita elevatis singularis deinceps honos delatus quotannis fuit. Quis is fuerit, expono. Pontifex, cum supra dictam confraternitatem anno* 1671 *seu instituerat seu approbaret, simul etiam, ut quinque huic festa, quorum unum primarium, reliqua secundaria essent, quotannis celebranda deligerentur atque ab ordinario approbarentur, statuerat; hinc Antverpiensis episcopus proxime laudatus, ut in primarium quidem festum annis secuturis singulis Dominica prima Augusti, in secundaria vero mensium Martii, Maii, Julii et Septembris Dominicæ primæ haberentur, decrevit; exin autem sacris Sanctorum triginta sex reliquiis, cum anno, ut supra docu-*

1672

A 1672 *solemniter elevatæ fuissent, honorandis festa illa consecrata quotannis fuerunt. Quaque namque prima Augusti Dominica per nonnulla civitatis compita supplicatione solemni quotannis circumlatæ; primis autem mensium Martii, Maii, Julii et Septembris Dominicis venerationi populi publicæ in dicto S. Salvatoris monasterio expositæ fuerunt. Adhæc, ut cujusque e dictorum triginta sex Sanctorum seu Sanctæ seu Sancti reliquiæ eo die, quo ejus natalis recurrit, publicæ itidem venerationi quotannis exponerentur, mos constans obtinuit. Hinc honore illo sacra* S. Pelagiæ *lipsana quotannis hodieque, uti, re examinata, didici, ibidem solent affici. Ceterum quam nihil huc usque pia erga Sanctos, quorum reliquiæ in dicto monasterio asservantur, veneratio remiserit, anno* 1771, *qui hunc, quo hæc scribo, proxime præcessit, liquido patuit. Tunc enim, centesimo ab instituta, de qua supra, confraternitate anno labente, annus secularis actus fuit solemnitate insigni. Ac tum quidem non solum sacra triginta sex Sanctorum lipsana supplicatione solemni, fieri quotannis solita, circumlata fuere; verum etiam dictæ confraternitatis institutio seu*

B *hujus potius commemoratio per Octavam, qua durante, ritu maxime solemni divina Officia quotidie fuere peracta, in monasterii S. Salvatoris ecclesia fuit celebrata; hæc autem concurrenti ad eam, quo Sanctos veneraretur, populo gratum tum offerebat spectaculum, utpote ornamentis variis elegantissime condecorata, conspicuaque effecta. Ut cetera missa faciam, ipsi muri tapetis erant vestiti, quibus singulorum triginta sex Sanctorum imagines una cum adjectis, quæ solemnitatis annum signarent, simulque Sancti cujusque conditionem exprimerent, inscriptionibus chronicis erant affixæ. Atque has quidem inter sequens etiam, quæ ad Sanctam nostram spectaret, cernebatur:* DIVæ peLagIæ MIra pœnItentIa eXCeLLentI. *Plura de re hac non addo, sed ad id, quod hic adhuc dicendum restat, jam progredior.*

*et fortassis in Comensi S. Abundii ecclesia.*

48 *Pelagia quæpiam, ut Ludovicus Tattus in contextis a sese civitatis Comensis sacris Annalibus ad annum* 817 *docet, cultu adeo insigni in Comensi S. Abundii ecclesia fuit gavisa, ut sacra isthæc ædes, quæ solo prius* S. Abundii *nomine erat insignita, postea lapsu temporis fuerit simul et a S. Pelagia et a S. Abundio nuncupata. Verum hæcne fuerit Sancta nostra, an altera*

C *ei homonyma, dubitandum apparet. Vetus quidem ecclesiæ Comensis Breviarium ad* VIII *Octobris diem, prout Tattus proxime laudatus loco cit. docet, ecclesiasticum de* S. Pelagia *Officium recitandum proponit eique* Pœnitentis *cognomen adjungit; verum Pelagia, a qua simul et S. Abundio Comensis Sancti hujus ecclesia lapsu temporis fuit vocata, in Ludovici Pii imperatoris, quod idem Tattus in dictis Annalibus pag.* 946 *et seq. exhibet, diplomate seu Privilegio* Martyris *titulo condecoratur; is autem Sanctæ nostræ, utpote quæ non violenta morte occubuerit, sed in pace quieverit, haud convenit. Hinc Tattus eo propendet, ut eum, qui, quod jam laudavi, vetus ecclesiæ Comensis Breviarium contexuit, Pelagiam martyrem cum* Pelagia *Pœnitente confudisse existimet. Et vero, cum Breviarium illud potius quam Ludovici Pii diploma erroris videatur habendum suspectum, Tatto ea in re assentiendum apparet. Attamen cum res omnino certa haud sit, fierique possit, ut S. Pelagia martyr, quæ Ludovici Pii ætate apud Comenses in honore erat, seculo* XV, *quo dictum Breviarium, docente eodem Tatto, fuit confectum, coli apud hosce jam desiisset, eidemque* S. Pelagia *Pœnitens esset substituta, fuerit fortassis hæc reipsa etiam cultum in Comensi S. Abundii ecclesia aliquando adepta.*

AUCTORE C. B.

## VITA

### Auctore Jacobo Diacono *a*,

a

*Ex editione Rosweydi cum tribus nostris codicibus Membranaceis PMs.* 17, *PMs.* 18 *et OMs.* 19 *collata.*

Verba sacerdotis tanti, et celata Latinis,
Eustochius *b* Christi transtuli subsidio. b
Sed vos, Lectores, mecum pensate laborem,
Et memores nostri fundite verba Deo *c*. c

E

### PROLOGUS.

*Scriptionis suæ scopum auctor proponit.*

MAgnas semper Domino nostro gratias referre debemus, qui non vult perire peccatores in mortem, sed omnes per pœnitentiam converti cupit ad vitam. Audite ergo miraculum, quod gestum est in diebus nostris. Visum est mihi peccatori Jacobo, scribere vobis fratribus sanctis, ut audiendo vel legendo sciatis, et animabus vestris maximum consolationis auxilium acquiratis. Misericors enim Deus, qui nullum hominem vult perire, statuit in hoc sæculo, ut per satisfactionem delicta donentur: quia in futuro justum judicium erit, in quo recipiet unusquisque secundum opera sua. Nunc ergo silentium mihi præbete, et intuemini mecum omni diligentia cordis, quia relatio nostra compunctione satis uberrima plena est *d*.

d

### ANNOTATA.

a *In titulo, quem hæc* S. Pelagiæ *Pœnitentis* F *Vita apud Surium in capite præfert, additur* Heliopoleos; *verum perperam, uti quæ in Commentario prævio num.* 25 *et seq. in medium adduxi, ostendunt. Nonni episcopi diaconum sese fuisse, Jacobus in lucubratione sua subjecta, uti hanc evolventi patescet, plus semel indicat; verum civitatis, cujus vel ipse diaconus, vel Nonnus episcopus fuerit, nomen nuspiam prodit.*

b Ita, *inquit in subjunctis a sese Vitæ* S. Pelagiæ *Annotationibus Rosweydus,* interpres suum nomen exprimit in Prologo, qui deest edit. Colon., sed habetur in Ms. S. Audomari et vett. edit.

c *Bina hæc disticha Prologi quodammodo, a Rosweydo ad lit. præcedentem memorati atque a Vitæ subjectæ interprete, non autem auctore, lucubrationi isti præmissi, locum tenent. In Ms. S. Lamberti Leodii, quod X notatur, Sanctæ nostræ Vitæ, uti ex notitiis Mss., penes me exstantibus, intelligo, etiam præmittuntur.*

d *In binis nostris codicibus, altero PMs.* 17, *altero PMs.* 18 *legitur*: Quia relatio nostra compunctione saluberrima plena est.

CAPUT

A. Jacobo Diacono.

# CAPUT I.

*Antiochiæ synodus celebratur, ei interest S. Nonnus, verba ad populum, rogantibus reliquis episcopis, facit, Pelagiamque, quæ eo divina providentia accesserat, convertit.*

*Dum episcopi hosque inter S. Nonnus, Antiochiam ad Synodum convocati, ante S. Juliani ecclesiam*

Sacratissimus episcopus Antiochiæ civitatis *a* convocavit ad se omnes prope se existentes episcopos, pro certa quadam causa: unde convenerunt episcopi, numero octo, inter quos fuit et sanctissimus Dei vir Nonnus, episcopus meus *b*, vir mirificus et efficacissimus monachus de monasterio, quod dicitur Tabenensiotarum *c*. Propter incomparabilem enim ejus vitam et decoratissimam conversationem raptus est de monasterio et episcopus ordinatus *d*. Congregatos ergo in prædicta civitate jussit nos episcopus ipsius civitatis manere in basilica beatissimi martyris Juliani *e*. Ingressique successimus, ubi et ceteri, qui convenerant, episcopi ante januam ipsius basilicæ resederunt.

*a*
*b*
*c*
*d*
*e*

*congregati sedent, Pelagiam, pretiosissimis vestibus ornatam,*

3 Quibus sedentibus, aliqui episcopi dominum meum *f* Nonnum rogabant ut aliquid ab ipso docerentur: statimque ex ore suo sanctus episcopus cœpit loqui ad ædificationem et salutem omnium, qui audiebant. Cunctis vero nobis admirantibus sanctam doctrinam ejus, ecce subito transiit per nos prima mimarum Antiochiæ, ipsaque est prima choreutriarum pantomimarum *g*, sedens super asellum: et processit cum summa phantasia, adornata ita, ut nihil videretur super ea nisi aurum et margaritæ et lapides pretiosi; nuditas vero pedum ejus ex auro et margaritis erat cooperta: cum qua maxima erat pompa puerorum et puellarum in vestibus pretiosis amicta: et torques aurea super collum ejus.

*f*

*g*

*inverecunde transeuntem vident a qua reliquis faciem avertentibus,*

4 Quidam præcedebant, alii vero sequebantur eam: pulchritudinis autem decoris ejus non erat satietas omnibus sæcularibus hominibus. Quæ tamen transiens per nos, totum implevit aërem ex odore musci *h*, vel ceterorum suavissimorum odoramentorum fragrantia. Quam ut viderunt episcopi ita nudo capite et omni membrorum compage sic inverecunde transire cum tantis obsequiis, ut nec velamen super caput positum, nec super scapulas: tacentes ingemuerunt, et quasi a peccato gravissimo averterunt facies suas.

*h*

*fixis eam oculis intuetur Nonnus, curamque, qua se*

5 Beatissimus autem Nonnus intentissime eam et diu respiciebat, ita ut, posteaquam transisset, intueretur et respiceret eam. Et postea avertit faciem suam, dicens ad circumsedentes episcopos: Vos non delectati estis tanta pulchritudine ejus? Illis vero nihil respondentibus, posuit faciem super genua sua, et manuale *i* sanctum, quod tenebat sanctis manibus suis: et sic omnem sinum suum replevit lacrymis, et suspirans graviter, dixit iterum ad episcopos: Non delectati estis tanta pulchritudine ejus? Illis vero nihil respondentibus, Vere, ait, ego valde delectatus sum, et placuit mihi pulchritudo ejus: quoniam istam habet Deus præponere et statuere in conspectu tremendæ et admirabilis sedis suæ judicaturus tam nos quam episcopatum nostrum.

*i*

6 Et iterum dixit ad episcopos: Quid putatis, dilectissimi: quantas horas fecit in cubiculo suo hæc mulier, lavans et componens se; cum omni sollicitudine animi et intentione ad spectaculum ornans se, ut corporali pulchritudini et ornatui nihil deesset, quatenus omnibus placeret, ne turpis videretur esse suis amatoribus, qui hodie sunt, et crastino non sunt? Ergo et nos habentes Patrem in cælis omnipotentem, sponsam immortalem, donantem bene custodientibus promissiones, quæ habent divitias cælestes et æterna præmia, quæ æstimari non possunt, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se, (quid enim plura loquor?) habentes repromissionem, faciem illam magnam et splendidam, et inæstimabilem sponsi vultum videre, cui Cherubim respicere non audent, non ornamus neque detergimus sordes de miseris animabus nostris, sed dimittimus eas negligenter jacere?

7 His omnibus dictis, apprehendit me peccatorem diaconum, pervenimusque in hospitium, ubi nobis fuerat cellula data. Et ingressus cubiculum suum, jactavit se in pavimentum, et faciem suam ad terram, percutiensque pectus suum, lacrymabatur, dicens: Domine Jesu Christe, ignosce mihi peccatori et indigno, quia unius diei ornatus meretricis supervenit ornatum animæ meæ *k*. Quali vultu respiciam ad te? Aut quibus sermonibus justificer in conspectu tuo? Non enim occultabo cor meum ante te, quoniam prospicis secreta mea. Et væ mihi peccatori et indigno, quoniam ante altare tuum adsisto, et non offero pulchram animam qualem expetis a me. Illa enim promisit placere hominibus, et fecit: et ego promisi tibi placere, et mentitus sum propter pigritiam meam. Nudus sum tam in cælo quam in terra, non adimplens præcepta mandatorum tuorum. Ergo non est mihi spes ex operibus bonis, sed spes mea in misericordia tua, qua confido salvari *l*.

8 Hæc vero illo dicente, et horum causa plurimum ululante, eodem die vehementer festa celebravimus. Superveniente autem die, quæ est Dominica, postquam complevimus nocturnas orationes, dicit ad me sanctus Nonnus episcopus: Tibi dico, frater diacone, vidi somnium et fortiter conturbor, eo quod non possum discernere illud. Qui mox dicit ad me, vidisse se in somnis, quomodo ad cornu altaris staret nigra columba, multis sordibus involuta: quæ circumvolabat me, et fœtorem ac squalorem sordium ejus ferre non valebam. Illa vero circumstetit me, donec dimissa est oratio catechumenorum. Postquam vero proclamavit diaconus catechumenis, Procedite, statim nusquam comparuit *m*. Et post Missam fidelem *n* et completionem oblationis, cum dimissa esset ecclesia, egrediente me limitem domus Dei, venit denuo ipsa columba multis sordibus involuta, et iterum circumvolabat me.

9 Ego vero extendens manum, apprehendi eam, et jactavi in concham, quæ erat in atrio sanctæ ecclesiæ: et dimisit in aqua omnes sordes suas, quibus obvoluta erat, et ascendit de aqua

A aqua candida sicut nix : quæ et volans, in excelsum ferebatur, et omnino ab oculis meis sublata est. Cum ergo narrasset somnium sanctus Dei Nonnus episcopus, apprehendit me, et pervenimus ad majorem ecclesiam cum ceteris episcopis, et salutavimus episcopum civitatis. Et ingrediens, omnem populum ecclesiæ hortatus est, qui ingressi sederunt super thronos suos : et post omnem canonicam celebrationem vel lectionem sancti Euangelii, idem episcopus civitatis porrigens sanctum Euangelium beatissimo Nonno, hortabatur eum ut verba faceret ad populum *o*.

*o verba ad populum in ecclesia facit, Pelagia quæ ad hanc divino nutu venerat, iis compungitur*

10 Qui aperiens os suum loquebatur sapientiam Dei, quæ habitabat in eo : quoniam nihil compositionis, aut philosophiæ, aut indiscretum alloquebatur, nihil in se habens humanæ naturæ superfluum : sed repletus Spiritu sancto, arguebat et commonebat plebem, sincerissime loquens de futuro judicio, et perpetuis bonis, quæ reposita sunt. Cuncta ergo plebs compuncta est ex verbis, quibus locutus est per eum Spiritus sanctus, ita ut pavimentum sanctæ Ecclesiæ inundaret populi lacrymis. Gubernatione vero misericordiæ divinæ contigit, ut conveniret ad eamdem ecclesiam et meretrix hæc, de qua factus est nobis sermo : et quod mirum est, catechumena, cui numquam accessit sollicitudo peccatorum, nec aliquando ad Dei convenisset ecclesiam, subito compuncta est timore Domini, cum argueret sanctus Nonnus populum, ita ut desperaret de se, ipsa mulier plangens flumina lacrymarum fundebat, nec ullo modo a fletu continere se poterat *p*. Et statim præcepit duobus pueris suis, dicens : Sustinete in hoc loco et dum egressus fuerit sanctus Nonnus episcopus, sequamini eum, et inquirite ubi maneat, et venite et renuntiate mihi.

B

*p*

*paulo post, ut Christo adjungatur, a Nonno per epistolam petit,*

11 Pueri vero fecerunt sicut præcepit eis domina sua : et sequentes nos, venerunt in basilicam beatissimi martyris Juliani, ubi nobis hospitium seu cellula erat. Et regressi, venerunt, dominæ suæ dicentes : quoniam in basilica beatissimi martyris Juliani manet. Quo illa audito statim transmisit diptychum tabularum *q* per eosdem pueros, ita continentem : Sancto discipulo Christi, peccatrix et discipula diaboli. Audivi de Deo tuo, quod

*q*

C cælos inclinavit, et descendit super terram, non propter justos, sed ut peccatores salvaret, in tantum humiliatus, ut publicanis appropinquaverit, et in quem Cherubim respicere non audent, cum peccatoribus conversatus sit. Et tu, Domine meus, qui multam sanctitatem habes, etsi carnalibus oculis ipsum Dominum Jesum Christum, qui se illi mulieri meretrici Samaritanæ manifestavit ad puteum, non adspexisti, tamen verus cultor illius es, sicut a Christianis audivi referentibus. Si vero illius Christi verus es discipulus, non me respuas, per te desiderantem videre Salvatorem, ut per te merear videre vultum sanctum suum.

*responsoque accepto, ad hunc supplex accedit, baptizarique postulat.*

12 Tunc rescripsit ei sanctus Nonnus episcopus : Quæcumque es, manifesta es Deo, et tu et tractatus tuus et voluntas tua. Attamen dico tibi, ne velis tentare humilitatem meam. : ego enim sum homo peccator servus Dei. Si pro certo habes desiderium divinitatis, virtutem adipiscendi et fidem, et me vis videre : sunt mecum episcopi alii, veni, et ante eos me videbis : nam sola me videre non poteris. Cum hæc relegisset Meretrix, gaudio repleta, cursu venit ad basilicam beati martyris Juliani, et nuntiavit nobis de præsentia sua. Quo audito, sanctus Nonnus episcopus vocavit ad se omnes, qui illic aderant, episcopos, et *r* jussit eam venire ad se. Quæ accedens, ubi congregati erant episcopi, jactavit se in pavimentum, et apprehendit pedes beati Nonni episcopi, dicens : Rogo te, domine meus, imitare Magistrum tuum Dominum Jesum Christum, et effunde super me tuam bonitatem, et fac me Christianam. Ego enim sum, domine meus, pelagus peccatorum et abyssus iniquitatis. Peto me baptizari *s*.

A. Jacobo Diacono.

*r*

*s*

## ANNOTATA.

a *Cum Sancta anno circiter* 453 *aut seq.*, *quemadmodum in Commentario prævio* § 2 *docui, ad fidem simul ac vitæ sanctitatem fuerit conversa, oportet, ut episcopus Antiochenus hic memoratus, quo sedente,* Pelagiam *fuisse conversam, infra a Jacobo narrata manifestant, non alius exstiterit, quam Maximus, qui ab anno* 449 *aut certe ab anno* 450 *ad annum usque* 455 *exeuntem ecclesiæ Antiochenæ præfuit,* E *uti in Chronologica Patriarcharum Antiochenorum Historia, Operis nostri tom.* 4 *Junii præfixa, Boschius noster docet.*

b *Codex noster P Ms.* 18 *habet* : Inter quos fuit et sanctus Nonnus episcopus, *pronomine* Meus, *quod Nonni episcopi diaconum exstitisse* Pelagiæ *biographum proderet, omisso ; verum pronomen illud, uti in editione Rosweydiana, ita et in duobus aliis nostris codicibus P. Ms.* 17 *et O Ms.* 19 *legitur, nec multum refert, esse illud in præfato codice nostro P Ms.* 18 *omissum, cum in hoc ipso infra occurrant, quæ Jacobum, Sanctæ nostræ biographum, Nonni episcopi exstitisse diaconum, luculentissime produnt. Quis porro Nonnus is fuerit, et an umquam Heliopolitanus episcopus exstiterit, in Commentario prævio* § 2 *discussi. In Martyrologio Romano ad* 2 *Decembris diem ita annuntiatur* : Edessæ S. Nonni episcopi, cujus precibus Pelagia pœnitens ad Christum conversa est.

c *Celebre hoc Ægypti monasterium, quod e Palladio male intellecto ad Syenem scriptores non nulli perperam locarunt, in Superiori Thebaïde in confiniis Tentyrani et Thebani Nomi situm fuisse, Papebrochius noster tom.* 3 *Maii in Commentario, quem SS. Pachomii et Theodori abbatum Actis præmisit, dilucide ostendit.* F

d *Ibæ in sedem Edessenam, cum in pseudo-concilio Ephesino amotus ille ab hac fuisset, anno* 449 *(adi Commentarium prævium* § 2*) fuit substitutus ; id autem, quod bene hic notandum, factum fuit, agente potissimum impio Dioscoro, Alexandrino in Ægypto patriarcha, qui, cum Syriacos haud paucos consiliis suis ac dogmatibus perversis contrarios experiretur, iisque proinde haud fideret, Nonnum monachum, quem non adeo, quam fuit, orthodoxum esse, fortassis existimabat, ex Ægypto sua accersiit, eumque etiam invitum ac repugnantem, uti hic Jacobus satis indicat, episcopum ordinandum, Ibæque in sedem Edessenam, a qua is per injuriam erat amotus, substituendum curavit.*

e *Rosweydus, cui assentiendum reor, ita in hunc locum observat* : Varii occurrunt Juliani in Martyrologio. Existimo hic intelligi unum ex iis, qui passi sunt in Syria, in qua Antiochia.

f *Pronomen* Meum *hic iterum in codice nostro P Mss*

A. Jacobo Diacono.

*P Ms.* 18 *omittitur ; omittitur præterea et in Ambobus aliis nostris codicibus P Ms.* 17 *et O Ms.* 19 ; *verum, cum in horum singulis, quæ Jacobum*, S. Pelagiæ *biographum, Nonni episcopi exstitisse diaconum manifestant, inveniantur, nec illud ad rem multum facit.*

g *Mirum, quantum codices Mss., non tantum nostri, sed ii, qui Rosweydo præluxerunt, invicem hic dissonent. Diversorum ex his lectiones variantes Rosweydus in Annotationibus Vitæ a se editæ adjectis adducit, in eamque deinde opinionem abit, ut* Pelagiam, *quam lectio, ab eo hic suppeditatu atque ex conjectura, uti ipsemet in dictis Annotationibus ait, emendata,* primam mimarum ac primam choreutriarum pantomimarum *facit, saltatricem exstitisse autumet, quæ simul etiam cantare soleret. Rectene, an male, dispiciamus. In codice nostro P Ms.* 18, *qui e tribus nostris supra laudatis Mss. codicibus, Latinam Sanctæ Vitam continentibus, solus hic, aliis duobus lectiones certo mendosas exhibentibus, adduci meretur, ita habet :* Improviso transibat prima mimarum Antiochenæ civitatis, quam vulgo orgistriam vocant. *Lectioni huic etiam suffragatur Græca Sanctæ nostræ Vita, codici nostro † Ms.* 193 *inserta : In hac enim locus, de quo hic nobis sermo, ita redditur :* Παρήρχετο ἡ πρώτη τῶν μιμάδων Ἀντιοχείας, αὕτη δὲ ἦν καὶ ἡ πρώτη τῶν προτοχορεστριῶν τοῦ ὀρχήτσυφος. Transibat prima mimarum Antiochenarum ; erat autem hæc et prima earum, quæ saltandi arte præcellunt ; *horum autem verborum postremis significatur, Mulierem, hisce memoratam, saltandi magistram exstitisse seu inter eas, quæ saltandi artem nossent, primum locum obtinuisse ; quod optime convenit cum recitato codicis nostri P Ms.* 18 *textu, utpote in quo declaratur, mulierem illam, quæ Sancta nostra erat,* Orgistriam *seu potius (in modo enim, quo hoc vocabulum exaratur, mendum indubie cubat)* Orchestriam *fuisse appellatam, nomenclatione deducta a vocabulo* Ὀρχήστρια, *idem Græce, quod Latine* saltandi magistra, *significante. Porro cum tam secundum proxime hic jam memoratum codicem nostrum Græcum † Ms.* 193, *quam secundum alterum Latinum, qui P Ms.* 18 *signatur, Vitamque Sanctæ nostræ Latine exhibet, saltatrix, quam memorant, prima etiam (vide amborum proxime huc transcripta verba) mimarum Antiochenarum exstiterit, mimaque, a verbo* ἐγχειριδιῶν, *quod imitari significat, nomenclatione deducta, mulierem scenicam, seu quæ in theatro aut cantando aut aliter actiones aliorum exprimat, imiteturve, significare queat, recedendum non puto ab opinione, qua Rosweydus existimavit, Sanctam nostram, quam* meretricem *biographus loco non uno appellat, Saltatricem præterea, in theatro etiam cantare solitam, ante conversionem suam exstitisse. Atque hinc jam fluit, ut Sancta nostra vivendi, quam tum secuta est ratione hodiernas propemodum comœdas, utpote quæ et cantare et saltare etiam in theatris soleant, expresserit, ac proin ut* comœdæ *appellatione a Tillemontio tom.* 12 *Monument. Ecclesiast. pag.* 412 *haud perperam afficiatur. At vero, inquies, Nicephorus Callistus (adi, quæ in Comment. præv. num.* 18 *recitavi, ejus verba)* S. Pelagiam, *quam Nonnus episcopus convertit, non* mimarum, *sed* mænadum *Antiochenarum primam facit. Fateor, sic habet ; verum Nicephoro oppono Theophanem, qui in Chronographia edit. Parisiensis anni* 1655 *pag.* 79 *sic scribit :* Nonnus, Deo plenus pontifex Edessenorum, pascebat ecclesiam, qui mimarum Antiochensium insignissimam Deo consecravit, et Margaritus scorti vice Pelagiam sanctam pœnitentem Christo exhibuit. *Adhæc mænades Bacchi erant sacrificulæ, a verbo* μαινέσθαι, furere, *sic dictæ, quod, dum Bacchi sacris vacarent, noctu, funalibus accensis crinibusque hinc inde sparsis, furentium in morem cursitarent ; cum autem Theodoretus, qui Sanctæ nostræ ætate in Syria, non secus ac illa, floruit, Liberi Patris seu Bacchi et templa et solemnitates ætate sua omnino fuisse abolita, libro de curandis ethnicorum affectibus cap.* XI *non obscure tradat, Antiochiæ adhuc, dum Sancta nostra fuit conversa, seu anno circiter* 452 *Bacchi mænadas seu sacrificulas exstitisse, parum verosimile apparet. Maneat itaque, Sanctam nostram, antequam converteretur, Saltatricem, in theatro etiam cantare solitam, ac proin etiam, ut Tillemontius vult, comœdam exstitisse, atque ob ea, tum quæ e Rosweydo, tum quæ aliunde supra attulimus, talem quidem, quæ inter id genus mulieres principem locum teneret.*

h *Muscus, aliis* Moschus *aut etiam* Moschus, *odoramenti genus est, quod e cujusdam animalis aut umbilico, aut vase, juxta umbilicum posito, colligitur. Adi ad vocabulum* Muscus *vel Cangium in Glossario, vel in Onomastico, Vitis Patrum subjecto, Rosweydum ; qui posterior scriptor ibidem etiam docet, varias de musci origine esse opiniones.*

i Ἐγχειριδίων *seu libellus, manu facile portatilis, qui preces, ab episcopis aliisque personis ecclesiasticis recitari solitas, complecteretur, verosimillime per hoc vocabulum hic significatur. Ita colligo et e sensus contextu et e Græca, quam codex noster † Ms.* 193 *continet, Sanctæ nostræ Vita, in qua Latino, quod hic occurrit, vocabulo* Manuale *respondet vox Græca* ἐγχειριδίων.

k *In omnibus tribus codicibus nostris P Ms.* 17, *P Ms.* 18 *et O Ms.* 19, *anonymi interpretationem (adi Comment. præv. num.* 13) *continentibus, legitur :* Quia unius diei meretricis ornatus totius vitæ meæ superavit industriæ ornamenta

l *Cum hoc Actorum* S. Pelagiæ *loco haud satis concordat Menologium Basilianum. In hoc enim dumtaxat narratur Nonnus, visa, cum inverecunde præteriret, Pelagia, dixisse :* Hanc etiam Deus, qua est in homines clementia, suscipiet. *Adhæc* Pelagiam *eo ipso die, quo inverecunde præteriens ab episcopis fuit conspecta, et Nonno verba facienti aures præbuisse et ad Dominum fuisse conversam, idem Menologium non obscure indicat ; quod multo adhuc minus cum iis, quæ hic in Sanctæ Vita mox subduntur, concordat.*

m *Tres codices nostri Mss., ad lit. præced. laudati, habent :* Donec oratio pontificis dimitteret cathecumenos ; at ubi diaconus ex more cathecumenis discedere præcepit, nusquam in ecclesia omnino comparuit ; *Verba autem tam hæc, quam Eustochiana apud Rosweydum, significant, columbam, quæ Nonno apparuerat, disparuisse post Missam cathecumenorum seu post eam sacræ Liturgiæ partem, Epistola et Evangelio, ut vulgo dicitur, constantem, cui dumtaxat interesse cathecumenis licebat.*

n *Codices nostri habent :* Post expletas Missas fidelium, *id est, post eam sacræ Liturgiæ partem, cui etiam post cathecumenorum, lecto Evangelio, discessum fideles interesse poterant.*

o *In codice nostro P Ms.* 18 *habetur :* Ad ecclesiam

A clesiam cum aliis episcopis venimus; cumque salutassent episcopum civitatis, ad agendas Missas cum eodem simul processerunt; et post sancti Euangelii lectionem præcepit episcopus civitatis sancto Nonno verbum exhortationis populo prædicare; *hæc autem lectio præ lectione Rosweydiana seu Eustochiana mihi arridet.*

p *Duo e codicibus nostris, quorum alter P Ms.* 17, *alter P Ms.* 18 *notatur, legunt:* Providentia itaque divina contigit, ut illa meretrix, de qua nobis sermo est, tunc adesset; erat namque cathecumena, et numquam ad ecclesiam veniebat peccatorum multitudine prægravata, sed tunc voluntate Dei affuit, et ita Domini timore compuncta est, ut miro modo ex oculis ejus fluerent flumina lacrymarum; *ab hac autem lectione non multum etiam dissonat codex O Ms.* 19.

q *Diptycha tabularum, olim potissimum usitari solita, erant tabellæ plicatiles quadrangulares æqualis magnitudinis binæ, quæ, eum fere in modum, quo hodiernarum ad tabaci usum forma quadrata pyxidum operculum ac fundus, commissuris duabus cardineque has ambas trajiciente invicem connexæ, figuris litterisque intra se describendis servirent, reve etiam ipsa descriptas* B *complecterentur.*

r *In omnibus tribus nostris codicibus hic additur:* Et in eorum præsentia.

s *Verba paulo plura* Pelagiæ *hoc loco codices nostri attribuunt; verum anne hic primævum textum Græcum interpres anonymus auxerit, an vero eum Eustochius contraxerit, est dubium.*

## CAPUT II.

*Pelagia enixissime baptismum flagitat, baptizatur, confirmatur, sacra Eucharistia reficitur, clam ad montem Oliveti secedit, ibique post triennalem pœnitentiam felicissime moritur.*

C

*Dum Sancta, maxima de peccatis contritione concepta, baptismum enixissime postulat, a*

Cum vix eam persuasisset sanctus Nonnus episcopus surgere a pedibus suis, cum surrexisset, dicit ad eam: Canones sacerdotales continent non baptizari meretricem, nisi fidejussores præstiterit, ut non se iterum in ipsis malis revolvat *a*. Quæ audiens talem episcopi sententiam, jactavit se iterum in pavimentum, et apprehendit pedes sancti Nonni, et ipsos lacrymis suis lavit, et capillis suis extergebat, dicens: Rationem reddas Deo pro anima mea, et tibi adscribam iniquitates factorum meorum, si distuleris me iniquam et turpissimam baptizare. Non invenias portionem apud Deum cum Sanctis, nisi me nunc feceris alienam malorum operum meorum. Neges Deum, et idola adores, nisi me hodie in sponsam Christi renasci feceris, et obtuleris Deo. Tunc omnes episcopi et clerici, qui convenerunt, videntes talem peccatricem pro Deitatis desiderio talia loquentem, admirantes dicebant, numquam se talem vidisse fidem et desiderium salutis, sicut hujus meretricis *b*.

14 Et statim transmiserunt me peccatorem diaconum ad episcopum civitatis *c*, ut hæc omnia ei insinuarem, unam de diaconissis juberet ejus beatitudo transmittere mecum *d*. Qui audiens, lætatus est gaudio magno, dicens: Bene, pater honorabilis, te exspectabant opera ista; scio, quod os meum eris *e*. Et statim transmisit mecum dominam Romanam primam diaconissarum *f*. Quæ veniens, invenit eam adhuc ad pedes sancti Nonni episcopi, cui vix persuasit surgere a pedibus suis, dicens: Surge, filia, ut exorcizeris. Dixitque ei: Confitere omnia peccata tua. Qua respondit: Si perscrutata fuero scientiam cordis mei, non invenio in me aliqua opera bonorum actuum. Peccata enim mea scio, quod arena maris graviora sint; aqua enim perparva est præ mole peccatorum meorum. Confido vero de Deo tuo, quod dimittat pondus iniquitatum mearum, et respiciat super me *g*.

*A. Jacobo Diacono. mittitur, qui hæc nuntiet Antiocheno episcopo, diaconissamque accersat: hac adveniente,*

*c*
*d*
*e*
*f*
*g*

15 Tunc dixit ad eam sanctus Nonnus episcopus: Dic, quod sit nomen tuum? Quæ respondit: Naturali nomine Pelagia vocata sum a parentibus meis; cives vero Antiochiæ Margaritam me vocant, propter pondus ornamentorum, quibus me adornaverunt peccata mea. Ego enim eram ornamentum et comptum ergasterium diaboli *h*. Iterum dicit ad eam sanctus Nonnus episcopus: Naturali nomine Pelagia vocaris? Quæ respondit: Ita, domine. Quo audito, sanctus Nonnus episcopus exorcizavit eam, et baptizavit, et imposuit ei signum Domini, tradiditque illi Corpus Christi *i*. Fuitque illi mater spiritalis sancta domina Romana *k*, prima diaconissarum; quæ accipiens eam, ascendit in catechumenum *l*, eo quod et nos ibi maneremus. Tunc dicit ad me sanctus Nonnus episcopus: Tibi dico, frater diacone, lætemur hodie cum angelis Dei, et oleum extra consuetudinem sumamus in cibo, et vinum cum lætitia spiritali accipiamus, propter salutem hujus Puellæ.

*Pelagia a Nonno baptizatur, confirmatur, Christique corpore reficitur.*

E

*h*
*i*
*k*
*l*

16 Sumentibus vero nobis cibum, audiuntur voces subito, velut hominis, qui violentiam patitur: diabolus enim clamavit, dicens: Væ væ, quid patior a decrepito sene isto? Non tibi sufficiunt traginta millia Sarracenorum *m*, quos mihi abripuisti et baptizasti, et obtulisti Deo tuo? Non tibi sufficiebat Heliopolis, quoniam cum et ipsa mea esset, et omnes, qui in ea habitabant, me adorarent: tu mihi abripuisti et obtulisti Deo tuo *n*? Sed et nunc maximam spem meam abstulisti a me: jam nunc non fero machinationes tuas. O jam quid patior a damnabili isto! Maledicta dies illa, in qua natus es tu: flumina lacrymarum infirmo hospitio inundant *o*: jam spes mea abstracta est. Ista omnia clamabat diabolus, et lamentabatur ante januas, et audiebatur ipse ab omnibus hominibus. Et iterum repetens, ad neophytam puellam dixit: Hæc mihi facis, domina mea Pelagia, et tu meum Judam imitaris? Ille enim gloria et honore coronatus, et apostolus constitutus, tradidit Dominum suum: ita et tu mihi fecisti.

*Hinc diabolus Nonnum maledictis incessit, blanditiisque etiam Pelagiam semel*

*m*
F
*n*
*o*

17 Tunc dicit ad eam sanctus Nonnus episcopus: Signa te Cruce Christi, et abrenuntia ei *p*. Quæ signavit se in nomine Christi et insufflavit in dæmonem; et statim nusquam comparuit. Post biduum ergo, dormiente ea cum sancta Romana commatre sua in cubiculo suo, apparuit

*atque iterum aggrediens crucis signo fugatur,*

*p*

A. Jacobo Diacono.

apparuit diabolus nocte et suscitavit ancillam Dei Pelagiam, et dicebat: Rogo te, domina mea Margarita, numquid non ex auro et argento ditata es? numquid non ex auro et gemmis pretiosis adornavi te? Rogo te, quid te contristavi? Responde mihi, ut satisfaciam tibi; tantum ne me facias opprobrium Christianorum. Tunc ancilla Dei Pelagia signavit se et exsufflavit in dæmonem, dicens: Deus meus, qui eripuit me de medio dentium tuorum et indixit in cælestem thalamum suum, ipse tibi

q resistet pro me *q*. Et statim nusquam comparuit diabolus.

*ea autem, bonis suis in Nonni episcopi, ut de iis pro arbitrio disponat, manus traditis,*

18 Tertia vero die posteaquam baptizata est sancta Pelagia, rogavit puerum suum *r*, qui

r præerat rebus ejus omnibus, et dicit ad eum: Vade in vestiarium meum et scribe omnia, quæ sunt tam in auro quam in argento, vel in ornamentis aut vestibus pretiosis, et affer mihi. Puer fecit, sicut præcepit ei Domina sua, et omnem substantiam suam detulit. Quæ statim vocavit sanctum Nonnum episcopum per sanctam Romanam, commatrem suam, et omnem substantiam suam posuit in manibus ejus, dicens: Hæ sunt, domine, divitiæ, quibus ditavit me satanas; has trado in arbitrio sanctiB tatis tuæ, et, quod nosti expedire, facias ex eis; mihi enim optandæ sunt divitiæ Domini mei Jesu Christi. Qui statim vocavit custodem ecclesiæ seniorem, et, ipsa præsente, omnem substantiam ejus in manibus illius tradidit, dicens: Adjuro te per inseparabilem Trinitatem, ne quid

c hinc in episcopium aut in ecclesiam ingrediatur: sed magis viduis et orphanis et pauperibus erogetur, ut, quod male attractum est, bene distribuatur, et divitiæ peccatricis fiant thesauri justitiæ.

*servisque ac ancillis libertate donatis, Antiochiam secedit,*

19 Si vero, spreto sacramento, sive per te, sive per quemlibet alium subtraxeris de his quidquam, anathema ingrediatur domum ejus, et cum illis habeat partem, qui dixerunt, Crucifigatur, crucifigatur. Illa vero convocavit omnes pueros et puellas suas et libertavit omnes, donavitque tortos aureos *s* eis de manu sua, dicens: Festinate et liberate vos de hoc sæculo nequam, pleno peccatis, ut, sicut fuimus in hoc sæculo

s C simul, ita simul permaneamus sine dolore in

t vita illa, quæ est beatissima *t*. Octava vero die, quando habebat depositionem albarum facere, surgens nocte, nobis ignorantibus, deposuit vestem Baptismatis sui, et induit se tunicam

u x *u*, et birram *x* sancti Nonni episcopi: et ex illa die nusquam comparuit in civitate Antiochia. Quam sancta Romana flebat amarissime et sanctus Nonnus consolabatur eam, dicens: Noli flere, filia, sed lætare gaudio magno, quoniam Pelagia optimam portionem elegit, sicut Maria, quam Dominus præfert Marthæ in Euangelio *y*.

y *Hierosolymamque petit, ubi, cum a Jacobo diacono loca sacra invisente,*

20 Illa autem abiit Ierosolymam, et construxit sibi cellulam in monte Oliveti, ubi Dominus oravit Post aliquantum vero temporis convocavit episcopus civitatis omnes episcopos, ut unusquisque reverteretur ad propria. Post triennium aut quadriennium temporis *z*, desideravi ego Jacobus diaconus proficisci Jerosolymam, ut ib adorarem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, et petii episcopum meum, ut me permitteret ire. Dum me permisisset ire, dicit ad me: Tibi dico, frater diacone, dum perveneris Jerosolymam, require ibi quemdam fratrem Pelagium, monachum et

z eunuchum, qui multos annos * habitabat in solitudine clausus, quasi eum visitaturus; vere enim poteris ab eo juvari. Hæc autem omnia dicebat mihi de ancilla Dei Pelagia non manifeste. Perveni ergo Jerosolymam, et adoravi sanctam resurrectionem Domini nostri Jesu Christi *aa*; et alia die requisivi Servum Dei. Et accessi et inveni eum in monte Oliveti, ubi Dominus oravit, in modica cellula undique circumclusa, et parvam fenestellam habuerat in pariete.

21 Et percussi ostium fenestellulæ, et statim aa aperuit mihi, et cognovit me; ego vero non cognovi eam. Quomodo enim poteram cognoscere illam, quam antea videram inæstimabili pulchritudine, jam facie marcidam factam præ nimia abstinentia? Oculi vero ejus sicut fossæ videbantur. Quæ dicit ad me: Unde venis, frater? Ego respondi et dixi: Missus sum ad te, jubente Nonno episcopo. Quæ ait ad me: Ora et pro me, quoniam vere sanctus Dei est. Et statim clausit ostiolum fenestellæ et cœpit psallere Horam tertiam *bb*. Ego vero oravi juxta parietem cellulæ ejus, et recessi, multum juvatus de angelica visione ejus. Reversus vero Jerosolymam, cœpi per mo- E nasteria ambulando visitare fratres. Magna vero ferebatur fama per monasteria de domino Pelagio. Propterea deliberavi etiam iterato ad eum redire, et salutaribus doctrinis ejus refici. Cumque ad cellulam suam pervenissem, et pulsare, imo nominatim eum interpellare præsumerem, nihil respondit *cc*. Exspectavi secunda die et tertia perseverans, et proprio nomine Pelagium interpellans, neminem audivi. Quare intra me dixi: Aut nemo est hic, aut recessit, qui hic erat monachus.

22 Nutu vero Dei monitus, iterum dixi: Considerem, ne forte mortuus sit: et aperui ostiolum fenestellulæ, et prospexi, et vidi eum mortuum, et clausi ostiolum, et de luto replens diligenter, cursu veni Jerosolymam, et nuntiavi commanentibus, quod sanctus Pelagius monachus mirabilia faciens *dd* requievisset. Tunc sancti patres venerunt cum diversis monasteriis monachorum, et sic solutum est ostiolum cellulæ: et delatum est foras sanctum corpusculum ejus, quod auro et lapidibus pretiosis condigne posuerunt. Et dum sancti patres ungerent corpus myrrha, tunc cognoverunt, quod fuisset mulier: F qui volentes miraculum abscondere, sed populum ipsum latere non poterat, exclamaverunt voce magna, dicentes: Gloria tibi, Domine Jesu Christe, qui multas divitias absconsas habes super terram, non solum viriles, sed etiam muliebres. Divulgatum est autem omni populo, et venerunt omnia monasteria virginum, tam de Jericho, quam ex Jordane, ubi Dominus baptizatus est, cum cereis, lampadibus et hymnis: et sic depositæ sunt sanctæ reliquiæ ejus, portatæ a sanctis patribus *ee*. Hæc vita Meretricis, hæc conversatio desperatæ; cum qua et Dominus nos faciat invenire misericordiam suam in die judicii: quoniam ipsi est honor et gloria, potestas et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## ANNOTATA.

a *Rosweydus in Annotationibus, quas editæ a se* Pelagiæ *Vitæ subjicit, ita in hunc locum observat:* Vetitum olim canonibus, ne quis ad baptismum admitteretur sine patrino seu fidejussore; quod multo accuratius observatum in meretricibus et histrionibus, quorum conversio magi-

A magis erat dubia. *Olim enimvero, uti hic Rosweydus ait, Ecclesiæ canonibus, ne quis sine patrino seu fidejussore ad Baptismum admitteretur, vetitum fuisse, vel e sola, qua Sacramentum illud absque patrino conferri haud solet. hodierna Ecclesiæ praxi verosimillimum evadit; verum sacros canones, quibus id speciatim quantum ad meretrices vetitum fuerit, Jacobus Diaconus non obscure memorat, nec scio, an hunc Sanctæ nostræ biographum Rosweydus (vide ejus verba jam nunc recitata) sat apte interpretetur, dicendo, generale non baptizandi quemquam absque patrino seu fidejussore mandatum* Multo accuratius observatum in meretricibus *fuisse. Tillemontius tom.* 12 *Monumentorum Ecclesiasticorum pag.* 379 *ait* : Id *(præceptum scilicet non baptizandi absque patrino seu fidejussore meretricem)* in conciliorum, quæ habemus, canonibus reperiri, non credo; verum regula, quæ tunc *(cum nempe* Pelagia *fuit conversa)* observaretur, esse poterat, Ecclesiæque sanctitate erat digna.

b *Pro iis, quæ a vocibus*, Quæ audiens talem episcopi sententiam, *huc usque hic occurrunt, in codice nostro O Ms.* 19, *cui ad verbum* B *fere duo alii nostri codices P Ms.* 17 *et P Ms.* 18 *consonant, habetur* : Quæ cum accepisset tale responsum, iterum se projecit in terram, et flens atque ejulans clamabat dicens : Racionem reddas Deo de anima mea, et tibi reputetur factorum meorum iniquitas, si me baptizare distuleris. Timeo namque, ne per hanc moram hostis ille, quem volo effugere, suis me nitatur iterum laqueis irretire. Ego enim fui iniqua, et turpis hujus vitæ muscipula. Rogo ergo te, si invenias cum Sanctis apud Deum porcionem, ne differas animæ meæ salutem, ne ferus ille singularis spacium fortasse repperiat, quo malis me actibus, jam pridem quos evasi, involvat. Idcirco quæso, ut me hodie lavacro regeneracionis mundam efficias, et oblacionem Deo pro me offeras. Hæc audientes cuncti, qui aderamus, glorificavimus Deum, videntes mulierem meretricem tanto desiderio salutis accendi.

c *In Græca, quam codex noster* † *Ms.* 193 *complectitur*, S. Pelagiæ *Vita, non unum tantum, sed plures ad civitatis Antiochenæ episcopum missos fuisse, indicatur, hosque inter exstitisse Jacobum Diaconum, diserte hoc loco non asse-* C *ritur, sed infra dumtaxat innuitur. Verum Eustochii, quæ hic apud Rosweydum occurrit, versioni suffragantur tres codices nostri Mss. sæpius supra laudati, qui versionem, ab interprete anonymo adornatam, exhibent.*

d *Ut scilicet pro munere, quo olim, cum baptizandæ essent mulieres, diaconissæ fungi solebant,* Pelagiam *baptizandam velaret.*

e *Jeremiæ* 15, ℣. 19 *habetur* : Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris; *partim autem hinc et partim ex eo, quod, quæ hic secundum Eustochii apud Rosweydum versionem de Jacobo Diacono ab episcopo Antiocheno dicta videri queunt, de Nonno episcopo dicta reipsa fuisse videantur, lectione Eustochiana præstare hoc loco existimo sequentem, quæ in codice nostro P Ms.* 17, *aliis duobus P Ms.* 18 *et O Ms.* 19 *haud multum dissonantibus, exstat, interpretis anonymi lectionem* : Qui magno repletus gaudio ista mandavit Nonno episcopo : Bene, pater sanctissime, te manebat hoc opus, te decebat Ecclesiæ sanctæ tales fructus acquirere. Scimus, quod sermo Dei est sic monentis : Si feceris, inquit, gloriosum ex indigno, quasi os meum eris. A. Jacobo Diacono.

f *Romana, quæ hic ab Eustochio* diaconissarum prima, *ab interprete anonymo in codicibus nostris P Ms.* 17, *et P Ms.* 18, *codice nostro alio O Ms.* 19 *eam* abbatissam *ex amanuensium oscitantia perperam appellante,* diaconissa *simpliciter vocatur. Verum lectioni seu versioni Eustochianæ favet Græca, quæ in codice nostro* † *Ms.* 193 *exstat, Sanctæ nostræ Vita; in hac enim Romana diserte nuncupatur* πρωτοδιακονισσὰ. *Porro illa seu diaconissa seu protodiaconissa aut diaconissarum prima in Usuardo Cartusiæ Bruxellensis aucto ad* XIX *mensis hujus diem memoratur : sitne autem inter Sanctos in Opere nostro locanda ad diem illum in hoc dicetur. Non dubito interim, quin e sola Sanctæ nostræ Vita, per Jacobum Diaconum scripta, sit accepta; neque enim in ullis aliis, quos quidem videre mihi licuit, seu Fastis sacris, seu libris memoratam invenio.*

g *Quæ hic ex Eustochii interpretatione a vocibus* Quæ veniens *huc usque occurrunt, ab interprete anonymo in codice nostro P Ms.* 17, *a quo codices nostri P Ms.* 18 *et O Ms.* 19 *haud multum* E *dissonant, paulo aliter redduntur. Verba, quibus id fit, sequentia sunt* : Quæ cum venisset, repperit eam adhuc jacentem ad pedes episcopi, amare flentem. Quam cum allevare vellet, dixit ei : Surge, filia, ut omnia circa te per exorcismum et Baptismum divina mysteria compleantur. Quæ cum surrexisset, dixit episcopus : Confitere cuncta peccata tua. Cui illa dixit : Si diligenter conspiciam conscientiam meam, ne vestigium quidem in me umquam boni operis repperiam. Peccata namque mea et numero et mensura arenam maris excedunt et pondere graviora sunt. Confido tamen in Domino, quod miserationes ejus me ab inquitatum mearum oneribus allevant et cunctorum criminum indulgentiam præstent.

h *Interpres anonymus in codice nostro P Ms.* 17, *duobus aliis haud multum ad hoc discrepantibus, habet* : A nativitate quidem Pelagia nomen est mihi; universa vero civitas Antiochena Margaritam me vocitabat propter pompam ornamentorum, quibus me ad scelera diabolus exornabat, ut conventiculum suum efficeret.

i *Simul ergo* S. Pelagia *Sacramenta tria,* F *Baptismum videlicet, Confirmationem et Eucharistiam, suscepit.*

k *Quod Romana hic infraque adhuc plus semel afficiatur* Sanctæ *titulo, hinc fortassis præcipue est factum, ut, qui additionibus, primævo Usuardi textui adjunctis, Usuardinum Cartusiæ Bruxellensis Martyrologium auxit, Romanam in id, velut Sanctam, intulerit.*

l *Catechumenum seu Catechumenon locus erat in ecclesia, qui catechumenis destinatus erat, a loco, quo fideles commorari solebant, distinctus.*

m *Apud Labbeum tom.* 4 *Concil., col.* 92 *Saracenorum episcopus, nomine Eustathius, qui anno* 451 *concilio Chalcedonensi interfuit, occurrit; verum Saracenorum illorum, quos a Nonno,* Pelagiæ *conversionis auctore, fuisse ad Christi fidem adductos, diabolus conquestus hic narratur, episcopum exstitisse Eustathium, non reor; Nonnus enim, e suo Tabennensi monasterio extractus, anno primum* 449 *episcopus fuit creatus, nec ante annum* 451 *Saracenis convertendis ope-*

S. Jacobo Diacono.

ram dedisse videtur. Adi Commentarium prævium § 2.

n *Heliopolim aut totam aut certe vix non totam a Nonno, qui* Pelagiam *convertit, fuisse ad Christi fidem adductam, eruditi omnes ex hoc loco admittunt; verum hinc consequens non est, ut Nonnus ille, Martyrologio Romano, ut jam supra monui, ad* 2 *Decembris diem etiam inscriptus, vel Heliopolitanus episcopus umquam exstiterit, vel ante seculum quintum floruerit* Pelagiamque *converterit. Adi iterum Commentarium prævium* § 2, *simulque etiam observa, Baronio, quem ibidem refutavi, negari etiam, quod tamen non feci, potuisse Marinum, Heliopolitanum in Syria anno* 431 *episcopum; etsi enim concilio Ephesino, quod anno* 431 *celebratum fuit, subscriptus reperiatur Marinus, Heliopolis episcopus; hic tamen sedem Heliopolitanam, non Syriæ seu Libani, sed Augustamnicæ in Ægypto occupasse videtur.*

o *Interpres anonymus in codicibus nostris P Ms.* 18 *et O Ms.* 19, *haud multum ab hisce codice nostro alio P Ms.* 17 *abludente, habet :* Flumen lacrymarum tuarum velut torrens im-
B pegit domicilium meum infimum, et spem meam funditus subruit; *quæ lectio lectione, ab Eustochio hic suppeditata, præstare videtur.*

p *Hinc collige, certe non serius, quam seculo quinto, consuetudinem formandi Crucis signum apud Christianos invaluisse.*

q *Interpres anonymus in omnibus tribus, quos supra jam sæpius citavi, codicibus nostris Mss. addit,* Pelagiam *etiam, cum matrem suam spiritualem seu patrinam Romanam excitasset, sollicite ab hac, ut adversus dæmonem, qui iterum ei apparuisset, Dominum invocaret, postulasse, eique Romanam respondisse* : Ne timeas eum, filia; nam ammodo umbram quoque tuam formidat et refugit; *hæc autem ab Eustochio potius omissa, quam ab interprete anonymo adjecta existimo, maxime cum hujus etiam lectioni suffragetur in codice nostro † Ms.* 193 *exstans Græca Sanctæ nostræ Vita, e qua simul proxime recitatum interpretis anonymi textum recte emendabis hoc modo* : Ne timeas eum, filia; nam ammodo umbram quoque tuam formidabit et refugiet.

r *Omnes nostri codices* Servum suum *e versio-*
C *ne anonymi legunt, et recte quidem, cum Eustochius indubie non aliam ob causam, quam quod in primævo textu Græco* παιδὰ *invenerit,* Puerum suum *scripserit, voxque* παῖς, *ut sæpe alias, ita etiam hic ad idem, quod Latine* servus *seu* famulus, *significandum e sensus contextu determinetur.*

s *Id est,* torques aureos, *ut Rosweydus notat, et recte quidem, ni fallar.*

t *Ab Eustochio hic interpres anonymus differt in ordine, quo res gestas refert : ea enim, quæ servis suis atque ancillis præstitisse* Pelagia *hic narratur, præmittit iis, quæ ab episcopo Nonno dicta paulo ante asseruntur.*

u *Vox hæc deducta est a voce Græca* τριχὸς, *quæ, cum a substantivo* θρὶξ, *Latine* capillus *seu* crinis, *promanet,* tricinam *hic idem. quod* cilicinam *significat.*

x Birra, *ut Rosweydus in Onomastico docet,* D *vestem nunc pretiosam, nunc vilem significat; hic autem, uti ex argumento subjecto apparet, posteriorem hanc significationem habet.*

y *Etsi quidem clam Romana aliisque omnibus, non tamen etiam clam Nonno episcopo* Pelagia *Hierosolymam Antiochia discessit. Ita omnino apparet, tum quod viliori Nonni veste indula discesserit, tum quod hic de illius discessu gaudendum, Romanæ diaconissæ dixerit.*

z *Interpres anonymus in codicibus nostris duntaxat habet :* Post tres annos; *huic autem lectioni etiam consonat lectio Græca, quæ ei in Græca codicis nostri † Ms.* 193 Pelagiæ *Vita respondet.*

aa *Ab interprete anonymo in codicibus nostris additur :* Et gloriosum lignum Crucis. *Quod si autem primævo Græco Jacobi Diaconi textui lectio isthæc sit conformis, evadet vel hinc,* Pelagiam *ad Dominum ante annum* 326 *non fuisse conversam, omnino indubitatum : gloriosum enim Crucis lignum nec ante annum illum, uti Operis nostri tom.* III *Augusti pag.* 562 *videre licet, fuit detectum, nec populi, quod hinc consectarium est,* E *veneràtioni expositum. Hæc iis adde, quæ in Commentario prævio num.* 17 *dicta sunt.*

bb *In codicibus nostris Jacobi cum* Pelagia, *colloquium paulo aliter refertur hoc modo :* Cumque poposcissem benedictionem, benedixit mihi, et interrogavit dicens : Habes episcopum? Cui respondi : Etiam, domine pater. Quæ ait : Oret Dominum pro me; quia apostolus Christi est. Et tu, fili diacone, ora pro me. Ego vero audiens vehementer mirabar tam de episcopo, quam de me, quod diaconem me vocasset. Facta autem hora tertia, cœpit Deo sollemniter psallere. *Huic autem lectioni etiam suffragatur, quæ in codice nostro † Ms.* 193 *exstat, Græca Sanctæ nostræ Vita.*

cc *Vice secunda a Jacobo Diacono visitatam fuisse* Pelagiam, *tuncque, ut ille, quemadmodum mox hic subditur, et mortuam hanc repererit, et Hierosolymis id illico nunciarit, factum esse, Græca Sanctæ Vita mox iterum citata, haud prodit, uti nec, quam Metaphrastes stylo suo expolivit; quod tam hanc, quam illam interpolatam esse, argumento est, uti in Commentario prævio num.* 14 *et seq. docui.*

dd *Id est, faciens mira pœnitentiæ ac virtu-* F *tum opera, non autem miracula; haud enim, uti ex hoc Vitæ loco, perperam intellecto, in Menologio Basiliano notatur, Sancta nostra, in vicis adhuc superstes, miraculis inclaruit.*

ee *In codicibus nostris, interpretis anonymi versionem complectentibus, narrata, qua Sancta nostra sepulta fuit, solemnitate, additur :* Ego vero universa hæc nuntiavi Antiochiæ sanctissimæ matri ejus Romanæ, nec non et domno meo episcopo Nonno. Tunc recordatus enim sum ipsam esse, de qua mihi memoratus episcopus dixerat, ut, cum pervenissem ad loca sancta, inquirerem Pelagium : *hinc autem, si modo verba hæc Jacobi Diaconi sint, consectarium videtur, ut Nonnus episcopus, cum* Pelagia *mereretur, sedem Edessenam nondum recuperasset. Adi Comment. prævium num.* 31.

DE

A

AUCTORE J. B.

# DE SS. PALLADIA ET PORCARIA VIRGINIBUS

## AUTISSIODORI IN GALLIA

### SYLLOGE

### Sanctarum Virginum ætas, cultusque sacer : an Porcaria Autissiodorensis a Senonensi diversa, et an hæc martyr fuerit.

SECULO V. S. Germani, Ravennæ defuncti.

*Constantius presbyter, gravissimus coævusque S. Germani, Autissiodorensis episcopi, cujus, anno* 448 *Ravennæ in Italia defuncti, Acta in Opere nostro tom.* 7 *Julii a pag.* 184 *illustrata* B *habes, biographus, posteaquam tom. citato pag.* 218 *et binis seqq. varia per Italiam facta S. Germani prodigia, obitumque Ravennæ descripsit, sanctissimi viri funus solenni apparatu, crebroque comitatu in Gallias delatum ait* : Deinde apparatu, *inquit,* defuncti fervent studia conferentium ; accusantium, cur parva expensa mortuo deberetur. Acholius corpus aromatum constrictione solidavit ; regina *(Placidia, Valentiniani III mater)* vestivit. Quibus omnibus rite perfectis, expensis et evectionibus iter instruit imperator, ministrosque ejus copiosa largitione prosequitur. Sacerdotes religionis obsequium et in præsenti instruunt, et ordinatione præmittunt ; unumque agmen informatur ad Gallias. *Non paucos fuisse, oportet, qui Ravenna in Gallias S. Germani funus fuere comitati, si jam tum agmen, ut loquitur Constantius, constituebant. Dolendum enimvero, Constantium præcipuorum saltem illustris funeris comitum nomina posteritati non tradidisse : ita enim accidisset fortassis, ut securius uberiusquede sanctis Virginibus, quarum hic Syllogam damus, loqueremur.*

C 2 *Sed quamquam S. Germani funus comitantium nomina, S. Germano potissimum intentus Constantius non expresserit, vix tamen dubitandum apparet, quin ex eorum numero non pauci fuerint, quos sive prodigiorum magnitudine, sive virtutum præstantia, sive sacra oris facundia sibi Deoque arctius devinxerat. Hos porro utriusque sexus fuisset, colligi ex iis potest, quæ de matrona Placentina, ad S. Germani funus paralysi liberata, ipsumque propterea pedibus in Gallias prosecuta, Constantius refert. Præter Placentinam matronam, quinque etiam Virgines Italæ, quæ, mundi illecebras spernere, solique cœlesti Sponso adhærere a S. Germano edoctæ, ejus in Gallias funus secutæ fuerint, ibique Deo pretiosam mortem obierint, nominantur a sequioris ævi auctoribus ; Magnentia scilicet, seu Magnantia,* Palladia, *Camilla, Maxima,* Porcaria. *Magnentia die* XXVI *Novembris colitur : de Camilla actum in Opere nostro est ad diem tertium Martii. Maximæ diem natalem ignoramus.* Palladia *et* Porcaria, *de quibus hic nobis sermo esse debet, hodie Autissiodori, ut infra dicemus, coluntur. Hausta sunt harum Virginum nomina ex S. Erici monachi, de quo die* XXIV *Junii apud nos actum est, seculi* IX *scriptoris, lib.* 1 *cap.* 3 *de Miraculis S. Germani. Constantium scientem prudentemque multa de S. Germano præteriisse, ait Ericus in Prologo ; ex quibus certe ea sunt, quæ de supradictis Virginibus Ericus nominatim scripsit ; et quidem, quantum novi, omnium, qui* E *modo noti sint, primus : ejus itaque de illis verba ex citato cap.* 3 *libri primi de S. Germani Miraculis, ad sanctas nostras Virgines pertinentia, ne alio lectori sese conferre necesse sit, huc transcribo.*

in Gallias funus.

ut S. Ericus

3 Crediderim sane, *inquit Ericus*, nonnullos a Ravenna, sanctitatis ejus *(S. Germani)* expertissimos, cum sacri gleba corporis peregrinationem sibi ultroneam indixisse, ac per hoc infatigatis animis, quamquam esset via longior, funus venerabile prosecutos. In quibus et ex quibus quinque feruntur famosissimæ Virgines, natu germanæ, quarum nomina vel merita celebrem in nostra provincia ( *Autissiodorensis monachus S. Ericus fuit* ) ex longo obtinuere memoriam. Harum tres his vocabulis Magnentia, Palladia atque Camilla, ut singulæ ipso in itinere divinitus evocatæ diem clausere novissimum, in publico aggere nobilem accepere sepulturam, ecclesiis superstructis, earumque sanctitati dedicatis ; quæ hodieque ob miraculorum evidentiam et famosissimæ constant, et ingenti populorum studio frequentantur. Duarum, qui- F bus sacri tumulationem corporis *(S. Germani, Autissiodori factum)* est videre concessum, altera, cui Maximæ vocabulum fuit, circa eamdem basilicam *S. Germani, Autissiodori in sui nominis ecclesia, ut opinor*) condi promeruit, quam tamen postmodum ambitus fabricæ majoris inclusit : altera, Porcaria dicta, nono fere ab urbe milliario in ecclesia, suis præclara meritis requiescit. *Hæc de sanctis istis Virginibus S. Ericus ; quo quia nullus, qui de illis nominatim scripserit, antiquior noscitur, par est, ut ejus verba singulatim expendamus, cum iisque, quæ de iisdem sanctis Virginibus, maxime* Palladia *et* Porcaria, *recentiores vel affirmant vel suspicantur, comparemus, et, quo ad fieri a nobis poterit, illustremus.*

ex seculis IX traditione scribit,

4 *Unde hæc hauserit Ericus, non edicit : credibile est, eum præter ea, quæ in scriptoribus se antiquioribus forte invenit, suis etiam hanc inde lucubrationibus inseruisse, quæ traditione tantum acceperat ; in primis vero ea, quæ de laudatis sanctis Virginibus scribit. Ita existimo, quod Ericus ipsi in Prologo suæ lucubrationis materiem duas*

AUCTORE J. B.

*duas dispescat in partes, quarum altera,* relatione satis asserta, *utpote a Constantio,* cum per ora cunctorum Sancti *(Germani)* recens adhuc spiraret memoria, *et eorum, qui S. Germanum viderant, de rebus ejus gestis relatio,* necdum varietatis labem perpessa, *vigebat, in litteras missa, ea complectitur, qua S. Germani obitum præcesserunt, vel comitata, vel proxime secuta sunt. Altera vero ea, quæ deinceps ad S. Germani Autissiodorense sepulcrum contigerunt, prodigia explicat.* Suscepti negotii, *inquit,* eam ducimus dispositionem constare ratissimam, si eorum, quæ ante gloriosum ejus transitum per eum patrata, relatione satis asserta feruntur, aliqua præmittentes, ad illa, quæ post ad sacram ejus memoriam et fieri vidimus, et facta didicimus, ordine provehamur. *Ad ea, quæ S. Germani obitum partim præcessere, partim proxime secuta sunt, pertinent ea, quæ de quinque supradictarum Virginum cum S. Germano necessitudine, sanguinis inter se conjunctione, seu cognatione sororia, et funeris S. Germani in Gallias comitatu Ericus commemorat; quorum cum ne meminerit quidem*
B *Constantius, Lugdunensis presbyter, vero admodum simile apparet, Ericum isthæc, non nisi ex ea, quæ sua ætate vigebat, traditione scripsisse. Sed cum Ericus varias de S. Germano relationes, ut ex verbis ejus paulo ante productis liquet, distinxerit, operamque verosimillime sedulam in eo collocarit, ut a falsis veras atque sinceras, quantum ipsi quidem per temporis, quo scribebat, a S. Germani ætate intercapedinem licuit, secerneret; hinc ejus de Sanctis illis Virginibus dictis accedit aliquid ponderis, non modo ubi de iis, quæ sua ætate ipse vidit, sed etiam ubi de iis, quæ S. Germani obitum præcessere, vel secuta sunt proxime, sermonem habet.*

*Autissiodorum secutæ sunt*

5 *Ex ea itaque, quæ Erici, sub annum* 924 *defuncti, ætate vigebat, traditione habemus, Virgines quinque S. Germano Ravennæ morienti adstitisse, ejusque in Gallias translationi comites esse voluisse, ex insigni in illum amore et veneratione, quo docente, spretis mundi deliciis, emissoque virginitatis servandæ voto, soli Deo vivere didicerant. Quatuor dumtaxat, Magentiæ, Camillæ,* Palladiæ *et* Porcariæ, *omissa Maxima, a*
C *nonnullis, ut fatetur, ceteris addi solita, nomina recenset Georgius Viole in Vita S. Germani Gallica capp.* 21 *et* 22 : *sed Erico, multo saltem antiquiori, præ Georgio, si non omnino quidem tuto, minori certe erroris periculo creditur. Atqui Georgius quatuor dumtaxat Virgines numerat, quod totidem tantum expressas legit in S. Magentiæ Vita: Sic habet. Sed cedere ea Erico debet, cum, ut tom.* VII *Julii pag.* 200 *dictum est, non admodum antiqua et ex sola vulgi traditione scripta videatur. Ex eodem fonte hausit Viole, quæ de Virginum illarum patria refert, eas nimirum Centumcellis, unde oriundæ erant, Ravennam, S. Germani virtutibus famaque excitas accessisse, quod proinde non nisi populari traditioni tribui debet.*

*Virgines quinque :*

6 *Autissiodorensis canonicus Lebeuf tom.* I *Autissiodorensis ecclesiæ Historiæ pag.* 70 *suspicatur, matronam Placentinam, quæ Placentiæ, ut Constantius in Vita S. Germani narrat, paralysi ad illius funus liberata fuit, idque in Gallias secuta est, ex quinque Italarum ejusdem funeris Comitum numero fuisse, quarum Ericus meminit: sed Ericus illas omnes, non Placentia, sed Ravenna profectas, omnes item, non matronas, quo nomine Placentinam mulierem Constantius appellat, sed virgines fuisse scribit; ac proin canonici Autissiodorensis conjectura cum Erici seu Herici verbis conciliari nequit. Idem tom.* I *citatæ Historiæ pag.* 18 *jam inde a seculo quarto parthenonem extitisse Autissiodori, scribit; pag. vero* 101 *ait, fieri potuisse, ut ex quinque supradictis Virginibus nonnullæ eumdem parthenonem incoluerint: fieri id non prius potuit, quam in Gallias S. Germani funus comitatæ fuerint: post obitum vero S. Germani, ejusque Autissiodori tumulationem duæ tantum mansere superstites,* Porcaria *et Maxima, quarum illa vitæ reliquum non Autissiodori, sed in solitudine exegisse videtur; ut adeo vacillet etiam hæc altera canonici Autissiodorensis conjectura, nisi quis ab Erico omnino recedere cupiat.*

7 *E tribus Virginibus, quas in itinere, priusquam Autissiodoro S. Germani funus illatum esset, obiisse, Ericus scribit, una est, de qua hodie agimus,* Palladia. *Annus ipsi emortualis idem est, qui S. Germano, Christi* 448 *ex tom.* VII *Julii, pluries laudato. Porro S. Germani funus pridie Kalendas Augusti Ravennæ eo anno defuncti, illatum fuit Autissiodoro, ut scribit Ericus, die* XXII *Septembris, ibique, teste Constantio, Kalendis Octobris tumulatum*: Palladia *igitur eodem anno, mense Septembri ad diem* XXII *nondum provecto, cum non procul Autissiodoro abesset, diem suum obierit; nisi forte a mense Septembri usque ad* VIII *Octobris decubuerit, adeo ægra, ut loco moveri non potuerit, quod equidem minus vero videtur simile, minusque verbis Erici conforme. Quod si* S. Palladia *hunc sibi diem sacrum habeat, id non propterea, quod eo die cœlo nata sit, sed alia quapiam de causa, etsi non explorata, verosimilius contigerit. Locum, quo mortua est et sepulta, non expressit Ericus; sed cum ejus sepulcro celebris Erici ætate ecclesia fuerit superstructa; dubium non apparet, quin in vico diœcesis Autissiodorensis, S. Palladiæ* (S. Pallaie) *ab illa nuncupato, et haud procul ab eo loco, ubi Chora (la Cure) in Icaunam (l'Yonne) labitur, sito, mortales exuvias (quas ibidem seculo* XVI *Calvinistæ depopulati sunt) deposuerit. Vicus non modo nomen a* S. Palladia *accepit, sed suum etiam populorum ad Sanctæ sepulcrum concursui ortum debet, servatque adhuc lapideum Sanctæ tumulum, ad quem, licet mutilum, vota sua offerre fideles pergunt; ut scribit laudatus supra Lebeuf pag.* 276 *et seq. Historiæ capti a Calvinistis liberatique annis* 1567 *et* 1568 *Autissiodori.*

8 *Feliciore usa sorte est* S. Porcaria, *quæ S. Germani exuvias Autissiodorum usque comitata est, easque, qua par erat, veneratione apparatuque tumulari vidit: quamdiu dein in vivis fuerit, quidve egerit, haud liquet: ex iis tamen, quæ Ericus de superstructa ejus tumulo ecclesia, cum scribebat, prodigiorum gloria et frequentia celebri narrat, colligere fas est, eam, quod sibi vitæ superesset, in desertis locis, nemoribusque, quæ hodieque in Senonensis et Autissiodorensis territoriorum confiniis frequentia sunt, eo cum Deo familiarius sanctiusque, quo ab hominum oculis consortioque erat remotior, traduxisse. Sita erat ea ecclesia secundum Ericum nono circiter ab urbe Autissiodorensi milliari, seu leucis Gallicis fere quinque: non multum dissonat hactenus de* Porcaria *dictis auctor Calendarii Ms. Sanctorum ad diœcesim Autissiodorensem aliquo modo spectantium pag.* 257, *ubi (sed Gallice) ita scribit:*

A *bit :* S. Porcaria e virginum Italarum, quæ S. Germani translationi interfuere, numero. Posteaquam S. Germani corpus humo mandatum fuit, acta solitudinis desiderio, longiusque progressa eremum mediis in silvis (leucis) quatuor et dimidia Autissiodoro condidit trans fluvium Seniam (*Gallice* Senin *vel* Senain) in diœcesi Senonensi, ubi in odore sanctitatis mortuæ solitaria cella mutata fuit in ecclesiam ejus nomini dicatam, cujus hodieque in abbatiæ Pontiniacensis villa visuntur rudera. *Situm est Pontiniacum in diœcesis Autissiodorensis termino cis Sceniam fluvium ; at* S. Porcariæ *villa trans eumdem fluvium exiguo tamen Pontiniaco distans intervallo, ad sinistram scilicet Pontiniaco ad oppidum S. Florentini euntium, inter Pontiniacum et ejusdem abbatiæ trans Sceniam fluvium silvam, ut in Novis Galliæ Mappis Geographicis Cassinianis fol.* 24 *videre est.*

*nata jam olim cultum sacrum maxime in diœcesi Autissiodorensi :*

9 *Loci*, S. Porcariæ *dicti, in Historia Pontiniacensis monasterii post chartam fundationis abbatiæ Pontiniacensis anni* 1114, *ut in margine adscribitur apud Martene tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1223 ) *mentio fit hujusmodi* : Illis temporibus Domnus Johannes de Molendino et
B conjux ejus Osilla, et filius ejus Gaufridus rogatu antedicti abbatis et comitis Wilhelmi dederunt monachis illam terram, quæ est inter viam, qua itur de Vendosa ad S. Porcariam et ecclesiam eorumdem monachorum, et inter nemus et rivulum quemdam. *Item ejusdem mentio fit in Bulla Adriani Papæ IV apud Martene mox laudatum col.* 123. *Ex quibus profecto jam olim, imo et a seculo* IX, *et diu ante ( repete verba Erici num.* 3 *transcripta )* SS. Palladiam *et* Porcariam *prodigiorum gloria et insigni fidelium veneratione celebratissimas fuisse : sed et hac nostra ætate in Autissiodorensi ecclesia annuam earum memoriam recoli die* VIII *Octobris, disco ex ejusdem ecclesiæ Breviario, anno* 1736 *Caroli de Caylus, Autissiodorensis episcopi, jussu edito, in cujus Kalendario ad supradictum diem, hæc lego* : Palladiæ et Porcariæ virginum in territorio Autissiodorensi commemoratio. *Hæc, quæ ibi de Communi, ut vocant, virginum, non martyrum, et non monialium est, ita se habet : Pridie post Vesperas. Antiphona* : Obaudite me divini fructus, et quasi rosa plantata
C super rivos aquarum fructificate ; quasi Libanus odorem suavitatis habete. *Eccli.* 39, 17, 18. ℣. Divini fructus, florete flores, quasi lilium ; ℟. Et date odorem. *Eccli.* 39, 17, 19. *Oratio* : Deus, qui nos hodie sanctarum virginum tuarum *( Palladiæ )* et *( Porcariæ )* annua festivitate lætificas ; concede propitius, ut earum precibus adjuvemur, quarum castitatis irradiamur exemplis. Per Dominum. *Post Laudes Matutinas Antiphona* Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo ; quia induit me vestimentis salutis, quasi sponsam ornatam monilibus suis. *Isai.* 61. 10. ℣. Sitivit te anima mea ; ℟. Quam multipliciter tibi caro mea : *Ps.* 62, 2. *In Breviariis aliquot antiquioribus Autissiodorensibus, apud nos exstantibus,* SS. Palladiæ *et* Porcariæ *jungitur hoc die S. Pelagia, de qua separatim sermo fit ad hunc diem.*

*ejusdem nominis virgo hoc die colitur in diœcesi Senonensi, ut martyr :*

10 *At* S. Porcaria, *velut martyr, in territorio Senonensi annuntiatur, in quibusdam Usuardi Auctariis hoc item die : Belinus in editione altera ( anni* 1521*) et Molanus apud Sollerium ita habent* : In territorio Senonico, sanctæ Porcariæ virginis et martyris. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Generali* : Apud Senonas S. Porcariæ virginis et martyris : *ex Molano et Galesinio*, Quibus, *inquit in Annotatis*, Tabulæ Senonensis ecclesiæ adstipulantur. *Galesinii, a Ferrario laudati, ex Calendario Senonensis ecclesiæ verba sunt :* In finibus Senonensium, Sanctæ Porcariæ virginis et martyris. *Castellanus in Martyrologio Universali, Latine redditus, sic habet* : Senonis, sanctæ Porcariæ, quæ tamquam virgo et martyr colitur. *Saussayus vero in Martyrologio Gallicano sic* : In territorio Senonensi sanctæ Porcariæ virginis et martyris, quæ egregia pietatis concertatione nobilis, cæsa ab impiis, ad virginitatis aureolam, palmam inclyti agonis adjungens, admissa ad cœlestis Agni nuptias feliciter in aulam gloriæ introivit. *En* S. Porcariam, *sed martyrem. Eademne est ac ea, quam Autissiodori coli, jam vidimus, an altera ? Verene martyr fuit, an virgo tantum, qualis illa, de qua egimus hactenus, fuisse videtur ? Hanc* Autissiodorensem, *illam* Senonensem *solius claritatis gratia tantisper appellare liceat.*

AUCTORE J. B

E

*sed nec alia ab Autissiodorensi,*

11 *Senonensem Porcariam, diversam ab Autissiodorensi opinatus est Bollandus ad diem tertium Martii, ubi de Camilla agit, scribens, propterea* Porcariæ *Autissiodorensis memoriam ad diem* VIII *Octobris apud Autissiodorenses recoli, quod eodem die Porcariæ Senonensis, virginis et martyris natalis celebretur. Castellanus quid senserit ea de re, certo edicere non possum. Postquam* Palladiam *Autissiodori annuntiavit, ejusque ætatem seculo quinto illigavit, mox Porcariam, sed Senonis, annuntiat, nec ullum illi seculum assignat : quo quidem pacto geminam Porcariam videtur admittere : at cum de Porcaria Senonensi scribit, eam Senonis tamquam martyrem coli, nescio, an non significare voluerit, dubium sibi esse ejus martyrium, ea fortasse de causa, quod ejus nominis virginem, non martyrem, eodem die Autissiodori coli, non ignoraret. Ego, Porcariam, ut, quod sentio, aperte dicam, Senonensem, ut martyrem cultam, ab Autissiodorensi, non martyre, diversam non autumo, quamvis contrarium opinantes falsi non condemnem. Cur ita opiner, hæc faciunt : nomen utriusque ( si tamen diversæ sunt ) idem, eamdem utrobique personam indicare videtur. Dein locus,* F *ubi utraque defuncta dicitur, congruit : quamquam enim Autissiodorenses eam, ut aliquo modo suam, colant, fatentur tamen, eam eo loco, quem post ejus mortem ipsi dicata illustravit ecclesia, quemque diœcesi Senonensi adscribit auctor Kalendarii Sanctorum ad diœcesim Autissiodorensem aliquo modo spectantium num.* 8 *laudatus, obiisse, cui consonant martyrologi et citata ab iis monumenta, cum* Porcariam *suam* in territorio Senonico, *vel* apud Senonas, *vel* in finibus Senonensium *annuntiant : adde his, Autissiodorum, ut scribit Dominus Lebeuf tom.* 1 *Historiæ Autissiodorensis pag.* 34, *S. Germani et* S. Porcariæ *Autissiodorensis ætate sub Senonensi provincia fuisse comprehensum. Tum si* Porcaria *Senonensis, martyr, ut volunt, ab Autissiodorensi diversa fuit, quænam tandem illa fuit ? Aut quo tempore, et a quibus martyrium passa est ? Cæsamne ab impiis cum Saussayo generatim dices ? Atqui tantumdem de* Porcaria *Autissiodorensi, a Senonensi non diversa, eodem modo asserere possem.*

*nec martyr fuisse videtur.*

12 *Denique multum sane ambigo, num* Porcaria, *Senonensi territorio adscripta, olim pro martyre fuerit habita : dubitationis causa est, quod*

AUCTORE J. B.

*quod tomo sexto amplissimæ veterum scriptorum Collectionis Martenianæ antiquum Autissiodorensis ecclesiæ Martyrologium, quod non modo ab antiquitate, sed ab accuratione etiam, qua Sanctorum, qui in eo memorantur, dignitates seu qualitates, ejus auctor explicat, Martenius prædicat, ita habeat de utraque, quam huic syllogæ præfixi, sancta Virgine* : Autissiodero Palladiæ virginis. Senones Porchariæ virginis. *Viden, ut Palladia Autissiodori, Porcaria vero Senonis annuntietur, nec tamen huic magis, quam illi, imo neutri, martyrium hic adscribatur? Quod si illius Martyrologii auctor,* S. Porcariam, *quam Senonis annuntiat, martyrem credidisset, cedo, cur id omisisset? S. Benedictæ enimvero, cujus proxime ante his verbis meminit*: In pago Laudunensi natale sanctæ Benedictæ virginis et martyris, *certe non siluit martyrium, idem de* S. Porcaria, *si parem hic utriusque conditionem putasset, facturus, quantum opinor. Utut sit, hisce de causis* SS. Palladiam *et* Porcariam *Autissiodori, ubi utraque suum cultum hoc die habet, ejusdem ecclesiæ Breviarium secutus, conjunctim annuntiavi, neutri martyris titulum tribuens : si quis meliora certioraque docuerit, perperam forte dicta revocabimus, et, quod verum fuerit, lubenti animo amplectemur.*

# DE SS. DIONYSIO EP., JANUARIO

## FAUSTINO, MARTIALE, PRIVATO, ERACLO, JULIANO, PELAGIA

### MARTYRIBUS

B ANTIOCHIÆ

## EX HIERONYMIANIS

SECULO INCERTO. *Sanctorum in Fastis Hieronymianis*

*Epternacense, seu, ut illud Florentinius vocat, vetustissimum, S. Hieronymi dictum, Antverpiense Martyrologium, hoc et sequenti die nonnihil perturbatum,* SS. Julianum, Martialem, Privatum, Fastinum, *seu potius* Faustinum *et* Pelagiam *tum die* VIII *Octobris, tum pridie ejusdem diei memorat, Sanctis, mox nominatis, ad diem* VIII *ejusdem mensis addens* Dionysium *episcopum,* Januarium *et* Eraclum. *Ad diem* VII *ita habet* : In Antiochia Dionysi episcopi, Januarii, Faustini, Martialis, Privati, Eracli, Juliani, Pelagiæ. *Sed ad diem* VIII *Octobris Antiochiæ quidem* Pelagiam, *sed* Julianum, Martialem, Privatum, Fastinum *seu* Faustinum *annuntiat* alibi : Dionysius *autem, qui ad diem* C VII *his jungebatur, Romæ una cum Eusebio, Eraclo et Candido postridie annuntiatur. Perturbatum itaque ad hos dies, ut dixi, Epternacense Martyrologium est; nec melius ad integritatem videtur revocari posse, quam ex aliis probæ notæ codicibus Hieronymianis, in quibus sancti supradicti Antiochiæ omnes annuntiari, et unam dumtaxat Sanctorum classem videntur constituere. Lucensis Florentinii codex sic habet* : In Antiochia Dionisii episcopi. Januarii. Faustini martyris. Martialis. Privati. Eracli. Juliani et Pelagiæ. *Corbeiensis apud eumdem* : In Antiochia Dionysii episcopi, Januarii, Faustini mart. Martialis, Privati, Eracli, Juliani, Pelagiæ. *Hieronymianus codex Acherii* : In Antiochia, Dionysii episcopi, Januarii, Faustini mart. Martialis, Privati, Eraclii, Juliani, Pelagiæ, *cui et Gellonensis consonat apud eumdem, super addito tamen Victore quodam.*

mentio.

2 *E codicibus vero Hieronymianis ceteris ad Lucensem, Corbeiensem, Acherianum, et Gellonensem accedunt Martyrologia Augustanum et Labbeanum, tom.* VII *Junii a Sollerio edita : illud ad diem* VIII *Octobris sic habet* : Dionysii, Januarii, Juliani, Faustini, Marcialis : *hoc:* Antiochiæ, Dionysii, Januarii, Privati, Victoris, Heracli, Juliani, Pelagiæ, Faustini martyris, Marcialis. *Mitto Hieronymianum Martyrologium Morbacense, Corbeiense geminum apud Edmundum Martene laudatum; uti et Corbeiense et Richenoviense, a Sollerio nostro citato edita, quæ omnia ad diem Octavum Octobris* Dionysium *vel solum, vel cum aliquo saltem ex supradictis ejus Sociis recensent. Quibus de causis hoc die dedimus* SS. Dionysium *ejusque Socios Antiochenos, cetera nobis non notos:* Pelagiæ *quidem nomen celebre est; at, quæ ea sit, quæ in Hieronymianis codicibus hodie signatur, haud satis liquet. Res est, inquit Sollerius verbis, supra pag.* 249 *citatis, obscura et in qua haud pronum sit quidpiam certo decernere : nec a verisimilitudine abest, quod præterea ait Sollerius, Usuardum, Pelagiæ, hodiernis Hieronymianorum codicum laterculis insertæ,* Pœnitentis *nomen adjecisse, quod hæc* inter synonymas notissima esset. *Fecerit forte Pelagiæ Pœnitentis præ ceteris hujus nominis Sanctis mulieribus celebritas, ut minus verosimile visum Usuardo fuerit, hanc ex Hieronymianis codicibus plane fuisse exclusam, atque adeo hanc hodie ibidem verosimillime memoratam existimarit : verum nec hæc, si ita se habeant, vim conjecturæ excedunt. De Pelagia Pœnitente consule etiam dicta in Commentario, ejus Vitæ prævio, pag. supra laudata. Ceterum vero Pelagia, codicibus Hieronymianis ad hunc diem inserta, quemadmodum eadem probabiliter non fuit, quæ Pœnitens, ita nec eadem mihi quidem fuisse apparet, quæ Pelagia ad diem* XIX *Octobris in codices Hieronymianos illata; quod nec dies seu cultus, seu, si mavis, emortualis, nec ceterorum Sanctorum illius diei laterculo inscriptorum nomina aut numerus satis cum hac nostra Pelagia, memoratisque una cum eadem in laudatis codicibus ad hunc diem Sanctis, congruere videantur.*

DE

A

AUCTORE J. B.

# DE S. PETRO MARTYRE

HISPALI IN HISPANIA BÆTICA

## SYLLOGE

### Sanctus parum notus : gesta ejus incerta : cultus sacer.

SECULO INCERTO. S. Petri primus, sed paucis,

*Hispali, quæ Hispaniæ Bæticæ civitas archiepiscopalis est, passum pro fide* S. Petrum *martyrem Usuardus e martyrologis primus ad diem* VIII *Octobris in Martyrologium suum paucis his verbis intulit :* Item civitate Hispali S. Petri martyris : *Usuardum secuti sunt Maurolycus, Galesinius, Molanus, et Martyrologium Romanum hodiernum, iisdem fere, quibus Usu-*
B *ardus, verbis usi; nihil rei hujus verbis aut addentes, aut detrahentes : Martyrologii Romani verba sunt :* Hispali in Hispania S. Petri martyris. *Usuardi quoque verbis usus ante fuerat Bellinus; sed pro* Petri *vitiose scripserat* Pateris, *quem errorem, qui hunc secuti sunt, Martyrologi recte sustulerunt. Usuardi fere etiam verba adhibet auctor Florarii nostri Sanctorum Ms., qui anno* 1486 *scripsit : hi itaque nihil prorsus, quod de* S. Petro *lectorem edocerent, præter pauca illa Usuardi, habuisse videntur. Et vero plura de* S. Petro *reperire, quæ quidem certa sint, probatisque testimoniis suffulta, omnino difficile est. Si enim ceteros martyrologos antiquos consulueris, nescio, num inter illos reperturus sis ullum, qui* S. Petri *mentionem faciat. Ad historicos Hispanos te conferes? Frustra quoque id feceris : altum ubique apud illos de* S. Petro *silentium : aut, si quam de hoc apud illos mentionem inveneris, jejuna admodum erit, nec aliunde, quam a scriptoribus admodum recentibus profecta, quorum aliquot a Tamayo in Annotatis in diem* VIII *Octobris recensitos vide.*

meminit Usuardus;

2 *Usuardi itaque potissimum est, si Sancti hujus Martyris memoria non omnino interierit : at quæret aliquis, qui is ipsi Usuardo innotuerit? Vastata a Mauris Valentia, spes suborta erat S. Germani in Francia monachis fore, ut S. Vincentii martyris et levitæ exuvias possent acquirere. Profecti in Hispaniam ea de causa ex illis duo, Usuardus et Odilardus, cum S. Vincentii exuvias inde avectas esse, intellexissent, nec earum obtinendarum spes esset, ne vacui in Galliam redirent, SS. Georgii et Aurelii, Cordubæ tum recens martyrio affectorum, reliquias sibi comparare studuerunt, et re ipsa, voti sui facti compotes, in Galliam detulerunt anno* 858, *ut tom.* 6 *Julii pag.* 459 *et seqq. videre est. Verosimile itaque est, Usuardum, cum in Hispania moraretur, tum* S. Petri, *tum aliorum Sanctorum Hispanorum hausisse notitiam, ac dein circa annum* 875 *iisdem suum ditasse Martyrologium : hoc fonte fluxisse S. Petri annuntiationem Usuardinam suspicatus est Sollerius in Usuardo in* Petri *Martyris annuntiationem hæc observans :* Petrum Hispalensem martyrem extra Usuardum nusquam invenio : liceat igitur suspicari, eum esse de illorum numero, quos ex Hispania in Franciam noster contulit, quemadmodum alibi sæpe supponendum fuit, nempe cum alius fons non suppeteret, ex quo ipsum hausisse conjectaremur. *Et vero nihil antiquius Usuardi de* Petro *testimonio inveniri, fassus etiam nuper est Henricus Florez tom.* 9 *Hispaniæ sacræ pag.* 301.

hinc varia, quæ de ejus patria,
E

3 *Cum itaque ab Usuardo tantum* Petrus *primum memoratus inveniatur, nec is plura de illo, quam nomen, martyrium, et forte palæstram litteris consignarit, mirum non est, vel jejune admodum de illo recentiores agere, vel multum discrepare inter sese, dum plura de illo, quam quæ e probatæ fidei monumentis hausere, prodere volunt. Hinc alii ex illis, seculo Christi primo; alii, secundo sub Trajano; alii, sub Maximiano et Diocletiano* S. Petrum *martyrium subiisse, suspicantur. Florez citatus post Maurorum in Hispaniam adventum id contigisse, conjici posse ait, quod ab Usuardo primum* Petrus *memoratus inveniatur : verum cur non potuerit seculo nono Usuardus* Petri, *licet diu ante passi, nec forte a scriptoribus ipso antiquioribus memorati, in Hispania sibi aliunde comparare notitiam, ac dein ejusdem in Martyrologio suo mentionem facere? Incerta igitur sunt hæc omnia : quare seculo pariter incerto illius ego martyrium supra illigandum putavi. Magis inter scriptores Hispanos, qui de* Petro *agunt, de ejus patria convenit, quam Hispalim fuisse arbitrantur : non alia, opinor, de causa, quam quod illic martyr occubuerit : at, licet non constet, alibi, quam Hispali natum fuisse* Petrum *martyrem, ex ejus tamen ibidem peracto martyrio non certo evincitur, eumdem illi nativitatis necisque locum obtigisse.*

F

militia, martyrii adjunctis.

4 *Ceteris plura Tamayus audet : is* S. Petrum *non modo Hispali natum scribit et origine Hispanum, sed addit etiam, parentibus ethnicis natum fuisse : sub Trajano in Dacia meruisse : Romam dein reversum et inter emeritos milites relatum, in patriam rediisse anno* 105, *quo Trajanus quintum consul processit. Nomen dein illic Christo dedisse, ac annis aliquot post capite pro Christi fide minutum, interiisse, nempe sub annum* 110. *Trajanus, ut vult Pagius in Criticis, quinto consul fuit anno* 103 *et de Dacis anno sequenti triumphavit. Verum ea de re litem Tamayo ne moveamus : audiamus potius, unde ista didicerit. Ex Aulo Halo, inquit, cujus de* S. Petro *carmen hujusmodi est :*

Hispalis, o quantos numeras pro Nomine * passos
Martyres heu Christi, quos veneraris adhuc.
Tunc dedit artus sacratos pro Numine Petrus,
Ille tuus civis, quem tuus ardet amor.

* lege : Numine

Iste

AUCTORE J. B.

Iste peregrinas Trajani sæpe phalanges
Insequitur miles, Dacia castra means.
Emeritus patriam repedavit consule quinto,
Qua Christi nomen suscipit urbis honos.
Militat in fide, qui pro cæsaris omine bella
Sustinuit valens, donec amare capit.
Tandem mucronis canum sub cuspide caput
Principis Hispani obtulit haustus amor.

*prætereа narrantur, falsa sunt aut incerta :*

5 *Verum quid de Tamayo citatisque passim ab eo monumentis Nicolaus Antonius Bibliothecæ veteris Hispanæ lib.* 7 *de scriptoribus* XI *ac* XII *seculorum cap.* 7 *num.* 115 *sentiat, accipe* : Sed et quo magis adhuc premitur, *inquit*, viri (*Tamayi scilicet*) existimatio, quamplura ipse condituræ suæ, et aliorum recentiorum pro veteribus antiquitatisque sigillo notatis monumentis venditavit; qualia sunt fere omnia epigrammata illa Juliani Toletani, Cypriani Cordubensis, et anonymorum aliorum titulis inscripta, ac per totum Opus (*Martyrologium Hispanum Tamayi intelligit*) ubi tamen fictiones Dextri et contubernalium aliis B fictionibus corroborari expediens visum, non in veris et certis confirmandis (quod mire arguit stupidam hominis securitatem) sparsa. Accedunt his Breviariorum et Legendariorum, ut appellant, veterum exhibitio frequens, non in claris, et quæ sua veræ historiæ luce splendent; sed in difficillimis et apocryphis, seu verius falsis, quæ, nisi falsis etiam fulcirentur substructionibus « per- » lucente jam » (quod Juvenalis ait) ruina « cito » casura erant. » De Joanne Tamajo id breviter, ne partem hanc omitteremus litandi vero, et quod commissum fuit in Auli Ali libello facinus, hoc præjudicio facilius persuadendi. *Fidem itaque laudatum a Tamayo Auli Hali epigramma, atque adeo nec exhibita a Tamayo* S. Petri *martyris Acta, illi superstructa, non merentur.*

*constat tamen de sacro ejus*

6 *Porro Tamayus citatus et Antonius Quintanaduennas de SS. Hispalensibus pag.* 63 *scribunt*, S. Petri *corpus Hispali in agro S. Justæ sepultum credi; cujus rei fides penes illos esto. Quod vero ad* S. Petri *cultum sacrum attinet, ait Tamayus, relatum olim fuisse ejus Officium in antiqua Breviaria Eborense, Hispalense, Zamorense, Palentinum, et Tudense; quod mihi quiC dem suspectum est, tum ob ea, quæ de Tamayo ex Nicolao Antonio mox recitavi; tum quod Florez, supra num.* 2 *citatus, dicat*, S. Petri *martyris Officium in nullo sese Breviario reperisse : Eborense tamen Breviarium Baronius in Annotatis ad hunc diem his verbis laudat* : [Petri] Usuardus de eodem, Vasæus in Chron. ex Breuiar. Eborensi, et Flos Sanct. Hispan. *Nescio tamen, num hic Vasæus a Baronio recte laudetur. Vasæi ad annum* 306 *verba sunt* : Hispali S. Carpophorus et Abundius, S. Petrus, S. Florentinus, S. Justa et Rufina virgines, partim sub ipso Daciano, partim sub Diogeniano, Daciani legato. Corpus B. Justæ ex altissimo puteo, in quem projectum erat, et ossa B. Ruffinæ, cujus corpus in amphitheatro combustum fuerat, a venerabili Sabino episcopo in cœmeterio suburbii Hispalensis sepulta fuerunt. *Quibus subdit* : Ex Breuiario Eborensi. *In Breviario Eborensi anni* 1548 *(scripsit Vasæus anno* 1551*) quæ de S. Justa et Rufina Vasæus refert, legunt quidem, sed de* Petro *ne verbum quidem inveni : ut adeo verba illa Vasæi, uti observat etiam Florez, de SS. Justa et Rufina prolata, ad* Petrum *martyrem male Baronius extendisse videatur.*

7 *Æque minus, inquit Florez, in Petri Ruiz Calendario perpetuo Sanctorum diœcesis Hispalensis, anno* 1578 *typis edito, S. Petri Martyris nomen legitur, quam in Breviariis antiquis Hispanis : Galesinius tamen, ejusdem temporis scriptor, in Annotatis ad diem* VIII *Octobris Calendarium aliquod Hispalense laudavit, ex quo, uti et ex Usuardo,* S. Petri *nomen in suum Martyrologium intulit : utut sit, absque idonea causa* S. Petrum *martyrem, et omni cultu sacro carentem, Martyrologio suo ab Usuardo insertum fuisse, non autumo; et, si forte ejusdem apud Hispalenses cultus intermissus aut tenuis admodum fuerit, equidem seculo* XVII *ad annum* 24 *provecto, capituli Hispalensis jussu, sede, Petri de Castro Hispalensis archiepiscopi obitu, ut aiunt, vacante, restitutus fuit, ex quo tempore Officium* S. Petri *die* VIII *Octobris ritu duplici secundæ classis per diœcesim Hispalensem recitari, præceptum fuit, ut Tamayus et Quintanaduennas scribunt : at, quia pauca de* S. Petro *martyre certò nota habebantur, visum est Capitulo lectiones de communi unius martyris recitandas præscribere, uti et Missam* Lætabor cum Credo, *ut ex Ordine recitandi ac celebrandi in ecclesia metropolitana Hispalensi anni* 1656 *intelligo. Idem in Officiis Propriis Sanctorum patriarchalis ecclesiæ Hispalensis et diœcesis, a sacra rituum Congregatione Sixti V jussu recognitis et approbatis, auctoritate Apostolica confirmatis, et cura operaque Roderici Cardinalis de Castro archiepiscopi Hispalensis, anno* 1751 *Hispali in lucem editis, videre est.*

AUCTORE J. B.

# DE S. KEYNA VIRGINE

IN BRECHINIA, WALLIÆ COMITATU

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### Pauca de ejus genere, sanctitatis fama et Actis annotantur.

Sub finem Sec. v, vel init. vi. S. Keyna, virgo Britanna.

*Sanctam* Keynam, *celebrem, dum apud Anglos res Catholica stetit, in Wallia, Deoque ab ineunte ætate dicatam virginem Wilsonus Martyrologio suo Anglicano anni* 1640 *inscripsit ad hunc diem, et sequenti, quod ex Anglico Latinum facio, ornavit elogio* : In Brechiniensi Walliæ comitatu depositio S. Keynæ virginis, Brecani, Brechiniæ reguli, filiæ ; quæ, cum ab ineunte B ætate Deo consecrata fuisset, patriam reliquit, et trans Sabrinam (*fluvium, qui in Montgomerico Walliæ comitatu ortus, et agros Salopiensem, Wigoniensem et Glocestrensem pervagatus, in mare Hibernicum sese effundit*) progressa, ibidem vitam egit admodum asperam deserta in silva, serpentibus scatente, quam ingredi nemo ausus fuerat: sed ejus precibus in saxa conversi sunt, serpentium adhuc formam exprimentia. Cumque ad hunc modum vixisset annis pluribus humana ope destituta, in patriam divino monitu reversa, in clivo quodam sibi tuguriolum condidit, in quo orationi assiduæ et abstinentiæ intenta, ac induta cilicio, reliquum vitæ cursum exegit. Proxime morituram angelus accessit, et veste candida, auroque intexta amictam ad Sponsi sui cælestis regnum invitavit. Obiit annum Christi circiter quadringentesimum nonagesimum, sepultaque in eadem provincia est, in qua hodieque celebris ejus memoria. *Meminit ejusdem Virginis etiam Richardus Withford, alter martyrologus Anglicanus, in Martyrologio suo, anno* 1526 *Londini excuso.* C *Castellanus in Martyrologio Universali sic eam annuntiat* : in Anglia, S. Keyna, socrus (*imo matertera*) S. Cadoci.

ob sanctitatem

2 *Acta ejus ex Capgravio recitat Alfordus in Annalibus ecclesiæ Britannicæ ad annum Christi* 490 *num.* 2 *et seqq., ubi illam non modo a sanctitate prædicat, sed etiam celeberrimi nominis virginem olim fuisse, ait, et etiamnum egregia factorum ejus monumenta exstare. Porro quæ ejusmodi monumenta sint, non exponit : nisi forte eorum nomine saxa intelligat, in quæ colubros* S. Keynæ *precibus fuisse conversos, ipse cum aliquot aliis opinatus est : quod si ita est, num recte illa Alfordus* Egregia *nuncuparit, ex infra dicendis statues. Camdenus, etsi acatholicus, in Britannia illustrata, de comitatu Angliæ Somersettensi agens pag.* 172, Keynam *nostram* Sanctissimam *virginem appellat : id nominis illi pariter tribuunt Dempsterus Historiæ ecclesiasticæ gentis Scotorum lib.* 10 *pag.* 418, *et Bollandus tum in Commentario Vitæ S. Cadoci ad diem* XXIV *Januarii prævio tum in suis in eamdem Annotatis. Idem quoque Colganus facit ad diem* XI *Februarii, ubi de S. Canoco Richardi Withford, supra memorati, verba Anglica partim Latine reddens sic scribit* : Festum (VIII *Octobris*) S. Keinæ virginis, quæ in Keinwira appellatur. Fuit filia S. Brecani regis Brechiniæ in Wallia, qui habuit duodecim filios, et duodecim filias : una ex his filiabus erat mater S. Davidis, et hæc virgo, alia *etc.*

celebris admodum fuisse fertur,

3 *Duodecim has Brecani filias sanctitate floruisse, cultumque obtinuisse variis locis, Colganus ait, ac mox ista subjungit* : At ne quispiam existimet, quæ de tanto fratrum et sororum sanctitate florentium numero adduximus, citatis tantum testimoniis, non aliis solidioribus fundamentis inniti, operæ pretium duxi, singulorum nomina et loca cultus, in quantum (*neque enim hoc quantum ad singulos præstare Colganus potuit*) ex probatis authoribus colligere licuit, hic subjicere. *Tum de* S. Keyna *sic loquitur* : Tertia (*Brecani filia*) S. Keyna virgo in regione Brechiniæ et juxta Sabrinum fluvium in Wallia longe celebris. *Quibus verbis, si quid ad propositum suum Colganus agit,* S. Keynam *in Wallia cultum sacrum obtinuisse, indicatum voluit : at vellem, ut singulorem aliquem locum expressisset. Giraldus Cambrensis, seculi* XII *scriptor, Itinerarii seu Descriptionis Cambriæ seu Walliæ lib.* I *cap.* 2 *Brecani filiarum hujusmodi mentionem facit* : Erat autem antiquitus regionis illius, quæ Brecheinoc dicitur, dominator vir potens et nobilis, cui nomen Brachanus, a quo et terra Brecheinoc denominata est. De quo mihi notabile videtur, quod ipsum XXIV habuisse filias, Historiæ Britannicæ testantur, omnes a pueritia divinis deditas obsequiis, F et in sanctitatis assumptæ propositam vitam fœliciter terminasse. Exstant autem adhuc basilicæ per Cambriam multæ earum nominibus illustratæ : quarum una in provincia de Brecheinoc non procul a castro principali de Aberhodni in collis cujusdam vertice sita, quæ sanctæ Almedhæ ecclesia dicitur.

ubi et loca aliquot

4 *Sed et hic, ut vides, universim tantum prædictis Brecani filiabus templa per Walliam dicata fuisse scribit, si S. Almedham excipias, quæ in Opus nostrum ad diem* 1 *Augusti illata est. Comitatus Brechiniensis tabulam exhibent Joannes Spedus in Theatro Britannico post pag.* 109, *et Guilielmus Camdenus in Britannia illustrata post pag.* 479 : *sed quibus Sanctis singulorum locorum ecclesiæ dicatæ fuerint, dicendo non sum : nullum equidem ibi locum reperi, cui a* S. Keyna *nomen sit : id tamen non facit, ut tamquam falsum haberi debeat, quod de dedicatis per Walliam* S. Keynæ *ejusque sororibus templis Giraldus et Colganus supra asseruerunt. Et vero in locis Sabrinæ fluvio, quem habitatione sua* S. Keynam *illustrasse perhibent, vicinis Sanctam*

AUCTORE J. B.

*hanc Virginem sacro gavisam fuisse cultu, quod Colganus ait, habeo mihi pene persuasum; quod apud Spedum et Camdenum inter Brechiniam et Sabrinam fluvium in Herefordensis et Monmuthensis comitatuum confiniis locum reperiam Anglice* Kynechurch *dictum, quasi dicas* Keynæ Fanum *seu potius* templum, *ut adeo ab illa, tanquam loci patrona, sic dictus videatur; perinde ac locus* Michaëlchurch *in Monmuthensis comitatus finibus, non procul a priori vico dissitus; alterque item in Brechiniensi comitatu, nomine* Peterchurch, *a SS. Michaële et Petro nomen sortiti videntur.*

*ab ea nomen accepisse videntur.*

5 *Alterum locum, qui a* S. Keyna *nomen traxerit, reperisse se Camdenus autumat; quippe ex ejus Actis S.* Keyna, *relicta patria, seu Brechiniensi comitatu, trans Sabrinam fluvium vitam annis multis solitariam egit : est autem in Somersettensi Angliæ ducatu ad lævam Sabrinæ fluvii (ad cujus dexteram Brechinia sita est) ripam oppidum paulum Bristolio dissitum, ad Avonam fluvium, quod Angli sermone vernaculo* Keynsham *seu* Canesham *dicunt, quod*
B *idem valet ac* Keynæ habitatio, *a Saxonico vocabulo* Ham, Habitatio, villa vicusve. Secundum eumdem Avonam, *inquit,* (qui hic limes est inter hunc et Glocestrensem agrum) in Occidentali ripa Cainsham cernitur, a Keina Britannica virgine sanctissima denominata, quam serpentes in lapides mutasse superioris ævi credulitas multis persuasit; eo quod ejusmodi naturæ ludentis miracula ibi in latomiis nonnumquam inveniantur. *Hac de re infra sermo recurret : interim vero, si vera est Camdeni de oppido Keynsham, a* S. Keyna *sic appellato, opinio, alterum id suggeret, cultus sacri olim in Anglia* S. Keinæ *exhibiti, ejusque non modo apud Walliæ, sed aliarum etiam provinciarum Anglicarum celebritatis, argumentum; addamque prædictis locis Walliæ vicum* Keynsham *(quamquam ibi habitasse* S. Keyna *non legatur) ad fluvium Lug in comitatu Herefordensi, qua hic Radnoriensem attingit. Hæc de cultu* S. Keinæ.

*Secundum ejus Acta, fidei non magnæ, genere præclaro nata*

6 *Quod ad ejus Acta et res gestas pertinet, haud opus est multa de his dicere : quisquis enim ea vel levi oculo perlegerit, prout apud Capgravium exstant, ex quo infra recudentur, facile perspiciet, fidei haud magnæ ea esse, nec antiqua; imo*
C *ex vulgi tantum traditione conscripta. Hinc factum, ut alii* 24 *filias, alii, quibus tantus filiarum iisdem parentibus genitarum numerus parum visus sit verosimilis,* 12 *filios, ac totidem filias adscripserint : decem ejus fratrum nomina refert Colganus ad diem* XI *Februarii ex lib.* 4, *cap.* 76 *Ængussii Keledeii, auctoris longe vetustioris, ut ait, quippe qui seculo* VIII *floruit, ut scribit, ad diem* X *Martii pag.* 579. *E sororibus* S. Keynæ *idem Colganus tres enumerat pag.* 313. *Gladusam seu Gladum, Gundlei regis (de quo vide dicta ad diem* XXIX *Martii in Opere nostro) uxorem, matrem vero S. Cadoci; Melariam, S. Davidis, Menevensis episcopi (de quo vide diem* I *Martii) matrem; et Carenniam. Quartæ,* Tyduaël *dictæ, meminit Alfordus ad annum* 490 *num* 7. *Brecanum seu Brachanum, Brechiniæ, cui nomen ipse dedit, principem seu regulum,* S. Keynæ *patrem fuisse, consentiunt, quos vidi, auctores omnes. Hunc Brachæ, regio in Hibernia sanguine nati, filium Colganus facit, atque eo, ut opinor, titulo omnes Brecani seu Brachani proles Hiberniæ Sanctis annumerat. Contra Dempsterus num.* 2 *laudatus* S. Keynam *Scotiæ Sanctis* D *annumerat, quod credibile sibi visum fuerit, illam esse* e genere illius Scoti Keiani, qui, ut Nemnius apud Camdenum habet (*vide pagg.* 499 *et* 504) Silures et Dimetas sive Glamorganshire et Caermardenshire (*Walliæ provinciæ sunt*) imperio obtinuerat.

7 Altera parens, *inquit Alfordus proxime citatus num,* 8, horum filiorum *(de* S. Keyna *ejusque fratribus ac sororibus loquitur)* fuit Marcella, filia Theodorici, filii Tehpthalti reguli de Garthmatrin : *sed* S. Keynæ *aviam cum ejus matre confundere videtur : Marcellam enim Brachæ, Brecani patri, nuptam scribit Colganus post Davidem Prœlum in Annotatis ad cap.* 2 *in Itinerarium Giraldi Cambrensis apud Camdenum. Brecani autem uxorem apud Colganum Ængussius Dinam, regis vel ducis Saxonum filiam, nuncupat. Sed horum omnium, de quibus nihil nobis satis certi aut probati est, fides sit penes auctores; quos iis, quibus forte rerum Anglicarum potiora ad manum sunt monumenta, vel refutandos, vel defendendos relinquimus. Porro, ut ex Actis mox subjiciendis videre est,* S. Keyna E *cum a teneris seipsam Deo vovisset, capta dein solitudinis desiderio, patriosque lares deserens silvam trans Sabrinam fluvium plurium annorum curriculo incoluisse, vitamque in ea duxisse fertur sanctam perinde austeram. Ubi locorum ea silva exstiterit, tacent Acta : Camdenus, ut diximus supra, sitam fuisse conjicit circa oppidum, hodie Keynsham : quod vero de serpentibus* S. Keynæ *precibus in saxa ibidem conversis aiunt, etsi mirabilem in Sanctis suis Deus fateamur, non nisi ex traditione populari profectum arbitror, nec id sine auctoritate magis idonea ausim asserere, quidquid sit de repertis eo loci saxis, serpentium formam exhibentibus; nam insoliti hujusmodi naturæ fœtus non raro etiam alibi inveniuntur.*

8 *Idem censeo de ejus in patriam reditu, divinitus nimirum facto, angelisque, qui proxime morituræ apparuerint. Sepulta est in Brechinia (quo loco, nuspiam reperi) patria sua, a S. Cadoco, suo ex sorore Glado nepote. Floruit hic tempore Arturi, Britonum regis, quem Westmonasteriensis anno* 516 *regem inauguratum scribit : atque hinc forte Castellanus ut S. Cadoco, ita* S. Keynæ, *et ejus materteræ, quam vitiose socrum ejus* (Belle mère *Gallice*) *vocat, seculum* VI *adscripsit : Alfordus ad annum* 490, *ut dixi supra, de ea agit; ut adeo sub finem seculi* V *vel sequentis initium ex humanis ad superos concessisse videatur; annus vero singularis, quod id contigerit, in occulto versetur.*

## VITA

### *Ex Capgravio fol.* CCIV *verso.*

Beata enim Keyna virgo de regali prosapia in Occidentali parte Majoris Britanniæ orunda exstitit. Cujus pater, rex Breghenocensium *a*, nomine Braganus erat. Fuerunt autem regi illi filiiduodecim et filiæ totidem *b* : omnes Deo placentes et vitæ sanctæ. Primogenitus ejus erat sanctus Canochus *e* : primogenita filia Gladus, mater sancti Cadoci *d* : secunda Melari, mater

mater Sancti patris David, Menevensis archiepiscopi *e*. Ceteris vero propter prolixitatem omissis *f*, ad beatam Keynam stilum convertimus. Antequam enim nasceretur, mater ejus in visione vidit sinum suum mirrha et balsamo plenum et mamillas suas celesti lumine radiantes : vidit et niveam se pro prole peperisse columbam *g*. Cum vero enixam Filiam mater diligenter educaret, mira quædam spiritualis gratiæ venustas in facie Virginis apparebat; ita ut quandoque sicut nix, quandoque sicut solaris claritas refulgeret. Cumque ad annos nubiles pervenisset, et multi nobiles eam in conjugium affectarent; Virgo sancta, virilem copulam omnino recusans, virginitatem suam perpetuo voto Domino consecravit. Ob hoc enim, quæ prius KEYNA vocabatur, postea Britannice " KEYN WIRI " id est, " Keyn virgo " dicta est.

*in solitudinem abit, ubi serpentes in saxa convertit :*

2 Proposuit tandem patriam deserere et locum desertum *h*, ubi contemplationi vacaret, quærere, et, arrepto itinere, ultra Sabrinam *i* veniens, repertis quibusdam locis silvestribus, a rege *k* illius provinciæ solitudinem illam, in qua Deo servire posset, expetiit : cui, quod petiit, hilariter se concessurum, respondit, nisi quia locus ille tanta serpentium multitudine repletur, quod tam hominibus, quam jumentis et feris inhabitalis extitisset. Virgo vero constanter respondit, se confidere in adjutorio Altissimi et in ejus nomine se velle et posse omnem virulentam multitudinem effugare. Concesso igitur Virgini loco, ad solitas preces se prostravit et omnia illa mox genimina viperarum mortificata in lapidum duritiem commutavit. Lapides enim usque hodie imaginem serpentinam exprimunt per campos et vicos, quasi arte lathomi sculperentur *l*. Elapsis autem multis annis, cum fama sanctæ Virginis ubique divulgata esset, et visitatis multis, oratorio multa construxisset, S. Cadocus montem S. Michaëlis *m* peregrinationis gratia visitans, S. Keynam, materteram suam, ibidem repperit et magno repletus gaudio, cum illam ad terram propriam reducere vellet, a populo terræ permissus non est.

*inde in patriam redit,*

3 Admonitione demum angelica Virgo sancta ad patriam suam rediens in quodam monticulo ad radices cujusdam montis magni habitationem sibi faciens, fusa ad Deum prece, fontem de terra produxit, qui multis infirmitatibus meritis Virginis sanctæ salutem præbuit. Cum autem, Spiritu sancto revelante, dies consummationis ejus appropinquaret, vidit in visione noctis columpnam quasi igneam usque ad lectuli ejus pavimentum descendere : in nudo enim pavimento ramusculis arborum superjectis dormire solebat. Et angeli duo sibi apparebant; quorum alter reverenter ad illam accedens, cilicium, quo induebatur, leviter exuit : et casula bissina una cum tunica coccinea, cum clamide quoque auro contexta decenter illam ornans dixit : Parata esto et veni nobiscum, ut introducamus te in regnum Patris tui.

*ibique non sine prodigiis moritur*

4 Quæ, cum præ gaudio flens angelos sequi vellet, evigilans sensit, corpus suum febribus aggravari et finem suum imminere, accitoque sancto Cadoco ait, Locus iste est, quem præ ceteris diligo, hic erit memoria mea : locum hunc sæpius in spiritu, si licuerit visitabo : licebit autem, quia Dominus hunc mihi locum jure hereditario possidendum concessit. Futurum est autem, quod locus iste inhabitabitur a gente peccatrice : quam ego violenter ab hiis sedibus extirpabo, jacebitque tumulus meus multis diebus incognitus, donec veniant alii, quos ego precibus meis huc adducam, protegam et defendam, et in hoc loco benedicetur nomen Domini in æternum *n*. Et cum anima a corpore egredi festinaret; vidit ante se angelicum exercitum, intra cœli palatium sine metu et periculo animam illius cum gaudio suscipere paratum. Quod cum adstantibus indicasset, sancta illa anima corpore soluta est octavo Idus Octobris *o*. Quæ, cum egrederetur a corpore, subrisit sancta facies ipsius, roseum induens colorem, tantaque suavitatis fragrantia ex corpore virgineo procedebat, quod omnes, qui aderant, se cum ipsa putarent in paradisi gloria collocatos. Sepelivit autem eam sanctus Cadocus in oratorio suo, ubi in sancta conversatione multis annis vitam artissimam et Deo placentem duxit.

## ANNOTATA.

a Brechinia, *Anglice* Bretnok, *Walliæ comitatus est, cujus olim dominus, creditur fuisse* S. Keynæ *pater*, Brecanus *nomine, a quo et ipsi regioni nomen inditum putant.*

b *Alibi, licet minus recte, dicitur genuisse filias* 24.

c *Agit de eo Colganus ad diem* XI *Februarii.*

d *De* S. Cadoco *actum est in Opere nostro ad diem* XXIV *Januarii, ubi et de ejus matre mentio fit. Vide etiam dicta de S. Gundleo, ejus patre tom.* 3 *Martii pag.* 783.

e *Consule tom.* 1 *Martii a pag.* 38, *ubi* S. Davidis *Acta illustrata reperies : illic ejus mater, quæ forte binominis fuit,* Nonna *vocatur.*

f *Inter filias fuit S. Almedha, de qua actum est apud nos ad diem* 1 *Augusti.*

g *Cum hæc Acta antiqua non sint, et ex vulgi tantum traditione conscripta, multum fidei nec his, nec ceteris, quæ præterea continent, prodigiis vindicant.*

h *Habitasse illam circa oppidum* Keynsham *in agro Somersettensi haud procul Bristolio conjicit ex nominis significatione Camdenus, locum illum* Keynæ habitationem *interpretatus. De vicis Keynsham et Kynechurch vide dicta num.* 5 *Comment. prævii.*

i *Fluminis hujus ortum cursumque vide num.* 1 *Comment. prævii.*

k *Intellige. dominum principemve.*

l *Ita scilicet habet traditio popularis.*

m *In Normannia sex passuum millibus ab Abrincensi urbe :* Monasterium S. Michaëlis in periculo maris, *vel* Michaëlis in monte Tumba, *ubi* 16 *Octobris præcipua sancti archangeli veneratio est, nunc appellatur. Ex Annotatis in Acta S. Cadoci tom.* 2 *Januarii pag.* 605.

n *Quis sit ille locus, et quid istud prophetiæ genus sibi velit, nusquam explicatum reperi.*

o *Sub finem seculi* V *vel sequentis initium.*

AUCTORE J. B.

# DE S. CALETRICO EP. CONF.

CARNOTI IN BELSIA GALLIÆ PROVINCIA

## SYLLOGE

### Sancti apud martyrologos mentio insigne ejus elogium e Venantio Fortunato, tempus episcopatus, concilia, quibus interfuit, reliquiæ et cultus.

SUB ANNUM DLXXIII. *S. Caletrico, cujus in Martyrologiis*

*Carnoti seu Carnuti* (*Gallice* Chartres) S. Caletricum *seu* Chaletricum, *Carnotensem episcopum, hodie sic annuntiat Galesinius* : Carnuti, sancti Caletrici episcopi, qui concilio Parisiensi primo, et Turonensi secundo interfuit magna B suæ sanctitatis testificatione. *Ejusdem meminit etiam Ferrarius in Topographia, diem pariter* VIII *Octobris ejus cultui assignans. Saussayus item ad eumdem diem in Martyrologio Gallicano ita de illo scribit* : Carnuti sancti Caletrici episcopi et confessoris, quem ægrotum sacri linitione olei sanctus Leobinus episcopus mirabiliter sanavit : foreque post se prædixit antistitem. Cujus in locum suffectus, sanctimoniam egregie imitatus est. Postque multa lucra pietatis cum interfuisset Parisiensi synodo et Turonensi, æterna abiit ad præmia. *Ad octavum Octobris diem ejus festum, ritu semiduplici celebrandum, inscribitur Breviario Carnotensi, anno* 1633 *Parisiis edito. At Grevenus apud Sollerium in auctariis Usuardinis ad diem hesternum, ut ubi in Prætermissis est dictum,* S. Caletrici *corporis inventionem hoc modo memorat* : Civitate Carnotis, inventio corporis sancti Caletrici ipsius civitatis episcopi. *Castellanus denique, ut item in Prætermissis apud nos tom.* 2 *Septembris pag.* 5 *observatum est, uti et dein Martyrologium Parisiense anni* 1727 S. Caletricum *ad diem* IV *Septembris, quod eo die obiisse credatur ex inscriptione num.* 5 *recitanda, retulerunt.*

C 2 *Gallica Castellani verba Latine reddo* : Carnuti, S. Chaletricus episcopus ; qui concilio Parisiensi tertio subscripsit : corpus ejus, quod in apside S. Sergii in tumulo statuis erburneis ornato, cujus pars postica sub ara principe erat, servabatur, modo hierothecæ in cathedrali templo inclusum est. Postridie S. Sergii *(seu die* VIII *Octobris)* ejus festum celebratur. *Ex duobus postremis Martyrologiis id hic obiter observari potest*, S. Caletrici *nomen Gallicum variis efformari modis : quem enim Castellanus* S. Calers *nominat, Martyrologium Parisiense, mox laudatum, insuper vocat* S. Caletric *et* Caltry. *Rouilliardus vero in Historia Carnotensi eum modo* S. Caletric, *modo* S. Calais *(quod nomen etiam S. Carilefo, qui Anisolense apud Cenomanos monasterium condidit, Galli nonnulli tribuunt) nuncupat. E veteribus vero scriptoribus, ipsi æqualis Fortunatus Pictavensis episcopus, virtutibus et sanctitati ejus insigne testimonium dedit sequenti, quod ei concinavit (Vide Brouwerianam Fortunati Operum editionem lib.* 4, *Epitaph.* 7, *pag.* 99) *Epitaphio.*

*variis diebus fit mentio.*

3 *Sic habet* :

Illachrymant oculi, quatiuntur viscera fletu,
Nec tremuli digiti scribere dura valent.
Dum, modo, quæ volui vivo, dabo verba sepulto,
Carmine vel dulci cogor amara loqui.
Digne tuis meritis, Chalacterice sacerdos,
Tarde note mihi, quam cito, Chare, fugis?
Tu patriam repetis, nos triste sub * urbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lachrymosa dies.
Ecce sub hoc tumulo pietatis membra quiescunt,
Dulcior ac melli lingua sepulta jacet.
Forma venusta, decens animus, sine fine benignus,
Vox suavis, legis præmeditata Dei.
Spes cleri, tutor viduarum, panis egentum,
Cura propinquorum, promptus ad omne bonum.
Organa Psalterii cecinit modulamine dulci,
Et tetigit laudans plectra beata Dei.
Cautere eloquii bene purgans vulnera morbi;
Quo pascente, fuit fida medela gregi.
Sex qui lustra gerens, octo bonus insuper annos,
Ereptus terræ, justus ad astra redis.
Ad Paradisiacas epulas te cive reducto,
Unde gemit mundus, gaudet honore polus.
Et quia non dubito, quanta est tibi gloria laudum,
Nec debes fieri talis, Amice Dei.
Hæc qui, sancte Pater, pro magnis parva susurro,
Pro Fortunato, quæso, precare tuo.

4 *Decessorem in sede Carnotensi habuit* S. Caletricus *Leobinum, Sanctorum pariter Fastis adscriptum ad diem* XIV *Martii, ad quem illius Acta in Opere nostro illustrata habes tom.* 2 *Martii pag.* 349 *et seq., ubi hic obiisse statuitur sub annum* 557. *Sub annum* 555 *Concilio Parisiensi secundo subscriptus legitur : at concilio Parisiensi tertio, sub annum* 557 *celebrato, hoc modo subscripsit ejus successor* S. Caletricus *apud Sirmondum tom.* 1 *Conciliorum Galliæ pag.* 317 : Chaletricus peccator episcopus ecclesiæ Carnotensis concessi et subscripsi : *ex quibus tempus, quo sedere* Caletricus *Carnoti cœperit, satis prope innotescit; ut refellantur tum Rouillardus, qui eum anno* 537 *S. Leobino successisse tradit; tum Galesinius, qui eum concilio Parisiensi* I *interfuisse, scribit verbis supra citatis. Quo genere ortus fuerit, et qui illius futura episcopalis dignitas divinitus manifestata fuerit, S. Leobini biographus apud nos tom.* 2 *Martii pag.* 353 *ita refert :*

A *fert*: Illud etiam opitulare miraculum nobis est ad memoriam reducendum, quo vir sanctus Leobinus, illustris episcopus, refulsit in populo. Quidam beatus vir, nomine Caletricus, nobilis genere, sed nobilior meritis, post excessum B. Leobini Carnotis constitutus episcopus, dum in presbyterii gradu se tam in conspectu Dei, quam in oculis hominum sancta conversatione redderet gratum, tanta infirmitatis angustia est correptus, ut vix ultimo palpitaret anhelitu. Cujus venerabilis Germana, nomine Mallegundis, directis velociter missis ad sanctum episcopum [oravit] ut ad leuiandum fratris sui infirmitatem, benedictum dirigeret oleum: ipse vero cum oleo præsentialiter veniens, silentium ab omnibus postulavit dicens: Domine, qui omnia nosti, si hunc Famulum tuum ecclesiæ tuæ vel populo judicas necessarium, tua opitulante virtute [nobis illum restitue] sanum. Tunc ille æger statim, ut sacræ unctionis oleo est perunctus, tantæ est sanitatis gratiæ restitutus, ut si nullius infirmatatis molestia unquam ejus membra fuissent attacta.
B Ad comprobandam autem sancti Viri virtutem reliqua olei pars in tantam constat pulchritudinis claritatem esse conversam, ut cunctis, qui aderant, non olei nitor; sed crystalli videretur clarescere splendor: nimirum illud præfigurans, ut, qui futurus erat episcopus, per ministerium episcopale oleum consecrationis sanctificaret, et divinis virtutibus per cœlestem gratiam splendesceret.

*Galliæ conciliis interfuit, obiit circa annum 573.*

5 *Subscripsit* S. Caletricus *non modo Concilio Parisiensi tertio, ut supra vidimus, sed iisdem etiam verbis Concilio Turonensi* 2 *anni* 567 *apud Sirmondum laudatum pag.* 343, *sed hoc loci pro* Chaletricus *legitur* Caletricus: *obiisse eum Rouillardus scribit, postquam Carnotensem ecclesiam rexerat annis* 14, *anno* 551; *sed hic aditæ a* S. Caletrico *Carnotensis ecclesiæ cathedræ epocham anno* 537 *perperam illigavit. Si vero annos istos* 14 *ab anno* 557 *numeremus, deducimur ad annum* 571; *qui quidem a vero* S. Caletrici *anno emortuali abesse multum non potest, cum anno* 573 *Pappolus*, ante aliquod temporis, *ut ipsemet loquitur, in Carnotensem episcopum electus, libellum adversus Promotum Presbyterum,*
C *qui in Castro Dunensi diœcesis Carnotensis episcopum agebat, concilii Parisiensis IV, anno* 573 *celebrati, Patribus porrexerit, ut iterum apud Sirmondum pag.* 350 *videre est; ex quibus præterea liquet, Pappolum in Serie episcoporum Carnotensium a Rouillardo, post* S. Caletricum *Magobodum collocante, male fuisse omissum. Item apud Castellanum, quod errore forte typographico factum est, annum illi emortualem in margine perperam adscribi, nempe annum Christi circiter* 599. *Annum circiter* 567, *quo nimirum concilio Turonensi* 2 *subscripsit, notat Martyrologium Parisiense. Denique* lustra sex et annos octo, *quos illi supra Venantius Fortunatus attribuit, non de duratione episcopatus ejus, sed de ætate esse intelligenda: ut adeo solito citius, ob virtutum, ut quandoque (vide tom.* 1 *Octobris pagg.* 71 *et* 367) *contigit, exornatus. Exhibet Aimoinus, a Breulio editus, de Gestis Francorum lib.* 3 *ad calcem cap.* 2 *prætensam S. Germani Parisiensis episcopi chartam, S. Vincentii monasterio anno* v *Chariberti regis datam, cui inter ceteros episcopos subscribunt* Domicianus Carnotensis episcopus... Caletricus peccator: *at* Caletrico *sedem Carnotensem, Domitiano vero Andegavensem adscribi oportere, ex subscriptionibus episcoporum, qui Concilio Turonensis secundo, anno* VI *ejusdem Chariberti regis celebrato, interfuerunt, intelligimus. Quibus verbis illi subscripserit* Caletricus, *expresso sedis suæ nomine, ex dictis habes: proxime vero post* Caletricum *Domitianus subscriptus eidem legitur hoc modo*: Domitianus peccator episcopus ecclesiæ Andegavensis consensi et subs.

AUCTORE J. B

*Reliquiæ servantur hodie in cathedrali templo Carnoti, festum vero*

6 *Corpus ejus nunc in Majori ecclesia honorifice servatur, ut supra Castellanus scripsit: conservatum autem olim fuisse in sacello episcopali S. Nicolai, alias SS. Sergii et Bacchi, tradunt Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 8 *col.* 1097 *his verbis*: Cum capella domestica palatii episcopalis, de qua supra, subruerutur die XXV Aprilis MDCCIII reperti sunt nonnulli tumuli: in his sub altari tumulus sancti Chaletrici vacuus, cujus lapidi in modum arcæ concavo insculpta erat uncialibus E litteris hæc inscriptio: « Hic requiescit Chaletricus « episcopus, cujus dulcis memoria pridie Nonas « Septembris vitam transportavit in cœlis » *Colitur in ecclesia Carnotensi die* VII *Octobris Officio semiduplici, cujus secundi Nocturni Lectiones, Sancto proprias, ex Breviario Carnotensi anni* 1633 *huc transcribo*: *Prima ita habet*: Caletricus ex veteri et honorata familia Carnuti ortus, cum sapientia et vitæ sanctitate conspicuus esset, in locum demortui divi Leobini Carnotensis episcopi, qui eum sibi forte successorem, longe ante præsagierat, læta omnium acclamatione sufficitur. Inito autem pontificatu animum convertit ad restituendam propemodum collapsam disciplinam ecclesiasticam et emendandos in clero et populo mores depravatos: ut nil, quod ad boni pastoris officium spectaret, usquam prætermiserit.

*celebratur ritu semidupli-ci hoc die.*

7 *Secunda*: Porro præcipua illi cura fuit, ut conservaret legem Excelsi. Ideo crevit in dies sacerdotii amplissima functione, crevit vitæ exemplo, crevit fama sanctitatis: bonus odor in omni loco factus Christi. Cui quam charus fuerit, abunde testata sunt tot egregia animi decora, tot charismatum dona, tot virtutum ornamenta, quibus, quoad vixit, venerabilis fuit. *Tertia.* Tum F plurima extiterunt in ecclesia Carnotensi divinæ et admirandæ virtutis ipsius indicia. Ad ejus enim preces sæpe profligati sunt dæmones, ægri manuum impositione sanati: nilque malorum fuit, quod non præsentiam Caletrici diffugeret. Tandem rebus ecclesiæ sanctissime administratis, fide ac piis operibus clarus, octavo Idus Octobris obdormivit in Domino, qui clarificavit eum in gloria, et habere fecit laudem in nomine ipsius. *Sammarthani fratres scribunt in serie episcoporum Carnotensium*, S. Caletricum *habere* antiquissimam abbatiam in pago Cenomanensi, nuncupatam de suo nomine S. Caletrici, alias dictam Anisolam. *Sed in Opere, quod de abbatiis Galliæ conscripserunt, monasterium seu abbatiam Anisolensem, non* S. Caletrici, *ut hic faciunt, sed* Carilesi, *qui Gallice etiam* S. Calais, *ut monui supra, nuncupatur, recte dixerunt.*

DE

AUCTORE C. S.

# DE S. TRIDUANA VIRGINE

CULTA IN DIŒCESI ABERDONENSI IN SCOTIA

## SYLLOGE

## De cultu et gestis.

FORTE SEC. VI. *Hujus nomen paucis Martyrologiis inscriptum:*

*David Camerarius lib.* 3 *de Scotorum pietate hoc die sic memorat*: Sancta Triduana, virgo sanctissima, apud Scotos celeberrima: *additque prolixum ejusdem elogium, laudans* Regium in Calendario *(Scotico scilicet)* et alios, *quos non nominat. Eamdem Thomas Dempsterus in suo Menologio Scotico eadem pariter die, sed (certo perperam)* in Gallia *annuntiat. Inter Auctaria Usuardina, apud Sollerium relata, solus de ea meminit Grevenus, nullo adscripto, seu mortis, seu cultus, loco, dicens*: Eodem die (VIII *Octobris*) sanctæ Triduanæ virginis. *Contra cultus locum annuntiavit Castellanus in Indice Sanctorum ad Martyrologium suum Universale, ubi legitur*: Triduana invocata Aberdonæ die VIII Octobris; *in ipso tamen Martyrologio ejusdemque Supplementis non habetur, sive quod in hice ex oblivione prætermissa sit, sive quod ad Castellani notitiam pervenerit. Utut sit, illius antiquum serius in Scotia cultum certum esse, probamus.*

*cultus probatur, tum aliunde, cum ex Breviario*

2 *Pater N. Wemys, patria Scotus, Societatis nostræ presbyter, in suis Mss. Annotatis de indubitatis Scotiæ Sanctis, quæ cum Sollerio nostro olim communicavit, asserit, se* S. Triduanæ nomen in antiquis Litaniis *reperisse. Laudatus quoque Camerarius*, Magno, *inquit*, fuisse in honore hanc sanctissimam Virginem apud Scotos ob vitæ sanctitatem et miraculorum gloriam, testatur Huntherus Dominicanus, sacellaque varia in ejusdem honorem exstructa fidem faciunt. *Huntherus iste Scotus apud Echardum tom.* 2 *Bibliothecæ Prædicatorum, pag.* 211 *dicitur floruisse post medium seculum* XVI, *et ex Camerario creditur scripsisse librum de Sanctis Scotis, qui ad manus meas non pervenit. De ejusdem Virginis in Scotia cultu etiam certius constat ex Breviario diœcesis Aberdonensis, anno* 1509 *Edemburgi typis Valteri Schepman excuso, in quo ipsa Officium annuum habet novem Lectionum, quarum sex priores propriæ sunt de gestis ejus, tres postremæ de expositione Evangelii* Simile est regnum cælorum *ex Communi unius Virginis non martyris, ex quo etiam cetera assignantur præter Orationem, quæ talis est*: Deus, qui fideles tuos gloriosa beatæ Triduanæ solennitate lætificas, fac, quæsumus, nos per ipsius merita vitæ utriusque promereri gaudia. Per Dominum etc.

*Aberdonensi, cujus Lectiones,*

3 *Cum alia non habeamus, sex priores, ut dixi, proprias Lectiones, quas ex eodem Breviario manu descriptas habemus, non interrupta serie hic subjungo, meum de iisdem judicium deinde subnexurus.* Beata et gloriosa virgo Triduana de Colosia nata, cum B. Regulo ad partes Scotorum angelica admonitione venit, quæ cum duabus virginibus, Potentia et Eremia, in heremo apud Rostby sanctam duxit vitam. Tyrannus quidam, Nectanero nomine, regionis illius regulus, famam virginis audiens, captus amore in libidinem exarsit; legatos ad virginem festinat, ut ejus consensum obtineat. Quod cum illa cognovisset, et tyrannidem principis, atque suam pudicitiam opprimi pertimescens, patriam linquere decrevit, atque in Atholia apud locum, qui Dusallad dicitur, aliquamdiu permansit.

4 Mittuntur nuncii Virginem exquirere, quæ tandem inventa, cum verbis nequiret satisfacere, per signa nuntiis ait: Quid est, quod tantus princeps de me paupercula Dei Virgine desiderare quærit? Qui responderunt: Excellentissimam oculorum tuorum speciem concupiscens, si non assequatur, peribit. Tunc Virgo affabili voce respondit: Quod de me quærit, obtinebit. Conversa autem in secretiorem locum oculos suos evellens, et pala transfixos illos porrexit, dicens: Accipite, quod diligit princeps vester. Nuncii vero oculos Virginis sic palo transfixos suo regi præsentantes, quæ gesta erant, retulerunt. Rex vero immobilem beatæ Virginis constantiam admiratus, quam prius habuit in odium, vertit in amorem. Interea beata virgo Triduana jejuniis et orationibus vacans apud Lestalrick in Laudonia migravit ad cœlestia.

5 Mulier quædam Anglorum nationis, nobilis genere, lumen oculorum amiserat; quæ cum multa de ea sancta limina devote pro restitutione visus perlustrasset, nec optatum habuit, tandem apparuit ei in somnis Triduana virgo, dicens: Vade in Scotiam ad locum, qui Lastalrick dicitur, et ad sepulchrum meum, a quo sospitata reditura es: quæ impigra mandata perimplens lumen recipere oculorum meruit. Ejusdem etiam postea mulieris filia parvula ultra fenestram domus ad altitudinem pedum triginta cecidit, omnibus quasi membris fractis, ex impetu casus illius oculi evulsi sunt. Sed mater miseriam puellæ condolens, tamen B. Triduanæ non immemor virtutis, illam devote pro filiæ suæ sanitate deprecabatur; et statim puerula sana oculorum etiam recepit integritatem. *Hactenus* S. Triduanæ *Vita, in sex breves Lectiones in Breviario Aberdonensi partita.*

6 *Si quis modo a me petat; quid de iis sentiam, respondeo, ea mihi fabulosa videri, atque ex incertis popularibus traditiunculis compacta, ut sæpe fieri assolet, dum Sanctorum, certo cultu gaudentium, gesta longa ætas ac majorum incuria obliterarunt. Orta illa dicitur ex* Collosia, *qui locus, si tamen hic recte expressus est, ubi terrarum sit, frustra indagavi: in Scotia tamen quærendum esse, argumento est, quod, dum Sancta*

A *cta ex uno in alterum Scotiæ locum migrasse inferius narratur,* patriam *liquisse dicatur. Regulus, quocum ipsa in Scotiam adventasse asseritur, in eodem Breviario ad diem* XVII *hujus mensis Octobris Officium habet, quod ipsum abbatem facit, et ex Patrensi Achaiæ civitate in Scotiam perduxit, paucos eidem socios, sed inter hos nullam feminam, adjungens. Si Reguli socia* Triduana *fuisset, Græca hæc, non Scota dicenda esset. Examinari Officium istud ad citatum diem poterit; quod ego interim non melioris notæ, quam hodiernæ* S. Triduanæ *Lectiones sint, censeo.*

*minime favorabilibus.* 7 *Quæ eidem Virgini adduntur sociæ, Potentia et Eremia aliunde mihi prorsus ignotæ sunt; ignotus pariter est locus* Rostoby, *juxta quem Sancta eremum incoluisse dicitur. Nota est* Athollia, *vulgo* Athol *et* Athole, *Scotiæ Septemtrionalis, seu trans Tavum flumen provincia; sed locum* Dusallad *non reperi. Meridionalis vero Scotiæ provinciæ* Laudonia *est, seu* Lothiana, *vernacule* Lothian; *at ignotus rursum mihi locus est*

B Lestalrick, *vel* Lastalrick, *in quo Sanctæ corpus quiescere, asserunt Lectiones datæ, titulusque iisdem ab alio, qui ipsas descripsit, ut apparet, præfixus, in quo sic legitur:* Cujus ossa in Lestalrick requiescunt in honore. *Fortasse ista locorum nomina vel ab oscitante perperam descripta sunt, vel antiquata lapsuque temporum, ut multa alia, mutata. Quod in iisdem Lectionibus laudatur, minime imitandum Sanctæ pro servanda virginitate sua in eruendis oculis facinus, tam mirandum insolensque est, ut nullam apud me sine certiori auctore fidem inveniat. Quam ob rem prætereo elogium ex Camerario, et Dempstero recensere, cum hi multis quidem adjunctis a Lectionibus varient, sed in spontanea eadem de causa oculorum effossione consentiant.*

AUCTORE C. S.

8 *Superest, ut de tempore, quo* S. Triduana *vixisse fertur, pauca dicamus. S. Reguli, quocum ipsam in Scotiam pervenisse, Lectiones, aiunt, adventus in hujus Officio Aberdonensi die* XVII *Octobris ad Constantii, Magni Constantini filii, imperium, ac proinde ad provectum seculum* IV *refertur. At, quidquid de Regulo sit, nihil cum hoc habet illa commune. In mox laudato titulo, Lectionum apographo nostro præmisso, eadem obiisse narratur* sub rege Conrano... anno DXXXII; *et consentire Regium, notat supra laudatus Wemyss; Camerarius tamen, Regium pariter laudans, ejusdem Sanctæ obitum* sub annum Christi DXXXVIII, Eugenio III regnante, *reponit. Hi ambo in Catalogis regum Scotiæ sibi proxime successisse leguntur; et exiguum istud sex annorum discrimen in re tam obscura haud ægre negligendum esset, modo aliqua probabili ratione constaret, neutram opinionem multis annis, aut etiam paucis aliquot seculis a vero aberrare: quod cum ego probare nequeam,* S. Triduanam *supra in margine ad seculum* VI, *cum addita dubitandi voce* Forte, *reposui.*

*Tempus, quo illa floruit, incertum est,*

E

# DE S. GRATO EP. CONF.

CABILLONI IN DUCATU BURGUNDIÆ

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

J. B.

### Sancti apud martyrologos mentio, gesta in episcopatu, reliquiarum translatio.

C

SUB MEDIUM SEC. VII. *S. Gratus, paucis martyrologis notus,*

*Cabillonum, seu Cabilonum* (Chalon sur Saône) *Galliæ in ducatu nunc Burgundiæ civitas, ad Araris fluvii ripam sita, ut varios, in Sanctorum numerum relatos, alias veneratur antistites, ita diem hodiernum, quo e vivis ablatus creditur,* S. Grati *memoriæ dicatum voluit. Hinc Saussayus in Supplemento ad Martyrologium Gallicanum ad hunc diem ita de* Grato *scribit:* Cabilone in Æduis sancti Grati episcopi et confessoris, qui ecclesiam S. Laurentii construxit, sedemque episcopalem inibi tenens perfectæ sanctimoniæ titulis exornavit, in eaque sepultus, tot radiavit beatitudinis promeritæ signis, ut Joannis VIII Papæ (Cabilonem in reditu suo invisentis) judicio et præcepto de tumulo levatus, et Sanctorum catalogo inscriptus, plenam inde acceperit sanctitatis venerationem. *Castellanus in Martyrologio Universali:* Cabilone ad Ararim S. Gratus, cujus corpus Paredi est. *Qui corpus ejus Cabilone Paredum translatum fuerit, infra dicetur. Hodie item* S. Gratum *Martyrologium Parisiense, anno seculi hujus vigesimo septimo excusum, his verbis annuntiat:* Cabilone, S. Grati episcopi, qui concilio Cabilonensi subscripsit, Clodoveo secundo regnante. *Terna ejusdem sancti præsulis mentio fit in Usuardinis Auctariis apud Sollerium: una hoc die ex Usuardi Auctario Cabilonensi concipitur:* Cabillone transitus S. Grati episcopi et confessoris: *altera vero ad diem* XIII *Maii, ex Caudiacensi codice hausta sic sonat:* Translatio beati Grati confessoris, Acquæ, a civitate Cabillonis. *Tertia denique, e codicibus tum Cluniacensi, tum D. Du Cheval hausta, sic habet:* Eodem die, translatio sancti Grati episcopi et confessoris, a civitate Cabilonis. *Gratus alius episcopus confessor Augustæ in Sabaudia signatur in codice Usuardino Camberiensi S. Mariæ ad diem* VII *Septembris.*

F

*sed Officio duplici per diœcesim Cabilonensem cultus.*

2 *Neque in citatis dumtaxat Martyrologiis, sed etiam in Officiis propriis ecclesiæ cathedralis Cabilonensis ejusque diœcesis, auctoritate Cyri de Tyard, episcopi Cabilonensis, anno* 1620 *Lugduni typis*

AUCTORE J. B.

*typis Jacobi Roussin excusis, locum* S. Gratus *habet: Officii, quod per diœcesim ritus duplicis est, ad diem* VIII *Octobris secundi Nocturni lectiones, Sancto nostro propriæ, quarta nimirum et quinta, sic se habent.* Gratus, ut virtute, ita generis nobilitate insignis, post Gilderinum summo cleri et populi consensu Cabilonensi præficitur ecclesiæ; quo se munere abdicare volens vitæ solitariæ desiderio, illud cogitur retinere. Sub illo, Clodoveo secundo regnante, celebrata reperitur synodus Cabilonensis, in qua ipse cum aliis sanctis patribus pro ecclesiasticæ disciplinæ stabilimento constituit canones decem et novem. *Ita se habet Lectio* IV. *Sic vero* V: In vita et post mortem claruit miraculis, quibus, et vitæ sanctitate permotus Joannes Papa octavus Sanctorum numero illum adscripsit. Corpus ejus, quod primo sepultum fuerat in ecclesia, quam ipse S. Laurentii nomine ædificaverat trans Ararim et juxta quam vivens degebat; postmodum obnixe petenti Lamberto, comiti Cabilonensi, concessum ab Hugone episcopo, Paredum translatum est, ibique honorifice conditum in monasterio illius loci. *Lectiones hæ ex Actis* S. Grati, *ab anonymo conscriptis, infraque edendis, desumptæ sunt: de Actis vero, quid censendum sit, paulo post apparebit. Interim, quod ad sancti* Grati *cultum, quem hactenus exhibere lectori voluimus, pertinet, illud adjicimus e P. Claudio Perry pag.* 65 *civitatis Historia, Lugduni anno* 1662 *impressa tom.* 2 *pag.* 340, S. Grati *nomini templum erectum esse in vico diœcesis Autissiodorensis non procul vico,* S. Palladiæ *dicto.*

B

*scriptorem Vitæ antiquum non habet:*

3 *Quod autem ad Acta* S. Grati *spectat, geminum horum penes nos exstat Ms. apographum, quorum aliud olim transmisit ad Majores nostros P. Chiffletius, aliud vero P. Claudius Perry, civitatis Cabilonensis historiographus; qui eadem Cabilonensis Historiæ monumentis, e veteri Cabilonensis ecclesiæ Legendario pag.* 23 *et binis sequentibus inseruit. Eadem quoque post tomum alterum Historiæ Cabilonensis, Lugduni typis editæ, habentur inter Vitas sanctorum Cabilonensium a pag.* 18: *auctoritate porro, utpote dudum a sancti* Grati *obitu dumtaxat scripta, non multa gaudent: ut mirum sit, qui Cabilonensi historiographo anonymo videri potuerint tom.* 2 *pag.* 340 *scripta ab auctore* S. Grato *æquali. Cum enim medio circiter seculo septimo* Gratus *floruerit, Lambertus vero comes monasterium Paredense seu Aureæ Vallis, in quod* S. Grati *reliquias in Actis dicitur transtulisse, seculo* X *senescente condiderit, fieri nequaquam potest, ut hoc ab auctore,* S. Grato *æquali, litteris fuerit consignatum: nec enim ullo ex capite apparet aliunde: eorum auctorem eodem, quo* Gratus, *tempore fuisse, aut factum illud,* Grati *ætate longe recentius, postmodum iisdem Actis fuisse adjectum. His de* S. Grati *cultu ejusque Actis obiter observatis, horum seriem discutere aggrediamur.*

C

*Gilderinum in sede Cabilonensi videtur habuisse decessorem:*

4 *Quis qualisve fuerit ante episcopatum* S. Gratus, *quidve rerum gesserit, anonymus ejus biographus, ex quo juniorem ejus quoque ætatem colligas, ignoravit, eum a nobilitate generis virtutumque merito, ob quæ in Cabillonensem episcopum postulatus a plebe cleroque fuerit, dumtaxat commendans. Gebderino, qui et* Gelionius *et* Gilderinus *dictus fuit, successit, si* S. Grati *biographo satis tuto hic fidi potest: nec enim ex indubitatæ fidei testimoniis, quamvis ei inter Cabilonenses præsules locum passim dent recentiores, ut Chenu, Claudius Robertus, Sammarthani in Serie episcoporum Cabilonensium, Cointius in Annalibus Francorum ad annum* 610 *num.* 38, *Papebrochius tom.* III *Aprilis pag.* 779, *Gebderinus ille Cabilonensis episcopus fuisse ostenditur imo auctor anonymus Historiæ Cabilonensis tom.* 2 *pag.* 330 *ejus mentionem apud antiquos rerum Cabilonensium scriptores non fieri, fatetur; aitque, ideo abs se illum memorari, quod ab aliis recentioribus memoretur. S. Lupum* S. Grati *successorem, statuunt Joannes Chenu et Claudius Robertus; sed ordine præpostero id fieri, ex Epistola Gregorii Magni, anno* 601 *ad Lupum Cabilonensem data, et ex concilio Cabilonensi secundo anni* 650, *cui* S. Gratus *interfuit, jam pridem in Opere nostro dictum est tom.* 2 *Januarii pag.* 176, *ubi de S. Lupo. Chartæ quidem Emmonis episcopi Senonensis apud Mabillonium part.* 2 *seculi* 3 *Benedictini pag.* 615, *non ante annum* 657, *seu anno tertio Clotarii, Clodovei II filii, datæ, subscriptus legitur Lupus episcopus; sed cum sedes ejus episcopalis non exprimatur, incertum est, quis hic fuerit; atque adeo a Gregorii Magni Epistola, quantum ad tempus, quo Cabiloni Lupus sedit, standum videtur.*

D

5 *Nihil itaque nos cogit hactenus a Papebrochio supra laudato recedere, qui Cabilonenses episcopos ita ordinat, ut Flavio Lupus, Lupo Gilderinus, huic vero successerit* S. Gratus. *Cointius, ante Gilderinum in cathedra Cabilonensi sedisse vult Wadelinum quemdam ex Vitis episcoporum Autissiodorensium, ubi Desiderius, præsul Autissiodorensis, basilicæ S. Stephani* Dominum etiam *dedisse legitur* vel areas, infra muros civitatis Cabilonensis sitas, quas cum Wadelino episcopo commutavit. *Sed rursus incertum est, si in hujus episcopi nomine erratum non fuerit, quis fuerit Wadelinus ille, potuitque facile episcopus aliquis, etsi non Cabilonensis, ibidem domum aliquam possidere, quam cum Desiderio permutaret, ut observant Galliæ Christ. auct. script. in Serie episcoporum Cabilonensium.* Grato *hi Desideratum, cognomento* Didonem, *qui, commissorum ab Ebroïno in S. Leodegarium, episcopum Augustodunensem ac martyrem, criminum societate animum suum et episcopalem dignitatem contaminavit, successisse, probabiliter censent: hunc Papebrochius supra cit. loco non episcopum, sed secularem dumtaxat fuisse hominem, est arbitratus: sed Augustodunensis monachus, qui Vitam S. Leodegarii, cui coævus fuit, conscripsit, dignitatem ejus episcopalem abunde prodidit, cum de illo socioque Bolone (vide tom.* 1 *Octobris pag.* 469 *et seq.) ita scripsit:* Erant enim in hoc mendacio primi et quasi rectores palatii Desideratus, cognomine Deddo, qui in urbe Cabillone quondam habuerat principatum, nec non et ejus collega Bolo, qui civitatem Valentiam habuerat in dominium: nec enim digni sunt, ut hi nominentur episcopi, qui magis terrenis desideriis, quam Christo Deo militant, et unde districto Judici reddituri sumus rationem, nihil curant. Horum talium sacerdotum et similium optimatum Hebroïnus tyrannus usus consilio, adeo usque elevatus et excæcatus est in hoc seculo, quousque impœnitens præcipitatus est in infernum.

E

6 *Porro Desideratus, quem probabiliter* S. Grato *successisse in cathedra Cabilonensi jam diximus, idem verosimiliter est, qui Desideratus episcopus, qui Clipiacensi conventui, anno Clodovei regis* XVI, *Christi vero secundum Sirmondum et Labbeum* 659, *at secundum Cointium*

A *tium* 653 *Decimo Kal. Julii celebrato, interfuit, in eoque Clodovei præcepto, quod ex Autographo Mabillonius de re diplomatica lib.* 6, *cap.* 7 *exhibet, subscripsit : unde consequi videtur,* S. Gratum *ultra annum* 653, *aut* 659 *vitam non protraxisse. Apud eosdem conciliorum collectores Clodovei præceptum proxime præcedit Privilegium libertatis, a Landerico episcopo Parisiensi san-Dyonisiano monasterio concessum, sed ab eruditis impugnatum, cui subscribitur* Gratus *episcopus (verosimiliter iterum Cabilonensis) adjiciturque ad calcem annus Clodovei* XV, *et mensis Julius : quod si genuinum sit, obierit* S. Gratus *inter Julium anni* 652 *et Junium anni* 653; *vel inter menses eosdem annorum* 658 *et* 659 *ex Labbei et Sirmondi calculis. Verum cum hæc omnia certa non sint, nihil etiam certi de anno, quo e vita cesserit* Gratus, *statuere queo. Id unum in confesso est apud omnes* S. Gratum *concilio Cabilonensi, sub eodem Clodoveo Cabiloni in S. Vincentii basilica celebrato, interfuisse, eique his verbis calculum suum adjecisse :* Gratus episcopus ecclesiæ Cabilonensis subscripsi. *Id Coin-*

B *tius anno* 644, *alii circa annum* 650 *contigisse volunt. Dissidium ex eo potissimum capite oritur, utrum anni sedecim, quibus regnavit Clodoveus II, omnes a morte patris ejus Dagoberti sint inchoandi, an vero sex annis prius, quibus cum patre regnarit; de quibus consule Pagium, Cointium, Valesium aliosque.*

*Habitavit Gratus, ex quo factus est episcopus,*

7 *Quot vero annis ante Cabilonensem synodum, cujus nequidem meminit biographus noster, Cabilonensibus præfuerit, quot item post, præter ea, quæ num proxime superiore de anno ejus emortuali dixi, nihil suppetit, unde definiam. Itaque biographi narrationem resumo. Cabilonenses, ut ait, cum* Gratum *sibi episcopum vellent, ut exigebant Ecclesiæ canones, Metropolitano Lugdunensi, cui hodieque Cabilonensis episcopus subjicitur, ejusque suffraganeis consecrandum obtulerunt. Remensi concilio circa annum Christi* 630 *celebrato, ut apud Sirmondum tom.* 1 *Conciliorum Galliæ legitur ex Flodoardo lib.* 2 *cap.* 5, *interfuit Theodoricus Lugdunensis: concilio vero Cabilonensi, Clodoveo II regnante, celebrato, una cum* S. Grato *subscripsit Lugdu-*

C *nensis item metropolita in capite reliquorum omnium Candericus, nec inter hos Lugdunenses præsules medius quisquam notus est; ut adeo ab horum ulteratro* Gratus *in episcopum Cabilonensem ordinatus fuerit : qui vero suffraganei horum fuerint, qui in consecrando in episcopum* Grato *metropolitæ suo adjutores fuerint, nescius forte, biographus siluit, nec mihi divinare lubet. Utut sit, ea de re biographo litem nemo movebit. At non æque facilem inveniet biographus fidem, cum Cabilonensibus episcopis ad eam usque ætatem ob gentilium nimirum persecutiones domicilium in ipso urbis sinu non fuisse; sed in insula quadam, quam juxta urbem Arar facit, habitare hactenus consuevisse, affirmat.*

*non tamen ea de causa, quam ejus biographus affert,*

8 Nondum etenim, *inquit,* tunc temporis prædecessores illius in urbe manendi locum pressura gentilitatis habuerant. Sed, interposito Arari amne, in ripa Sequanorum quoddam municipium, Græco vocabulo Matummaton (*alibi* Martyrmathon) vocatum, repererant : ubi post labores et ærumnas, ab impia gente sibi sæpius illatas, requiescere consuerant. *Quæ biographi verba sic excipit Cointius ad annum* 645 *num.* 30. Quis credat, regnante Clodoveo Juniore, tantam Cabilone potentiam fuisse paganorum? Hæc civitas ab annis plus quam trecentis parebat Christianis principibus, suberat Catholicis Francorum regibus ab annis centum et amplius, quin et ab annis circiter octoginta sedes erat regia. Fierine potuit, ut tot piissimi reges Cabilone diu versarentur, novasque basilicas illic erigerent dotarentque, de cultu autem idolorum abolendo non cogitarent, spernerent episcopum, eumque a paganis opprimi paterentur. *Nec sane verosimile apparet, S. Gunthramnum, qui circa seculi sexti finem, ut tom.* 3 *Martii ad diem* XVIII *ejusdem mensis legitur, sedem regiam Cabilloni constituerat, passum fuisse, ut tanta gentilium multitudo ibi versaretur, vel turbas episcopis, quos ille magno in honore habebat, in regno suo suscitaret. Si itaque Cabilonenses episcopi in suburbano municipio, vel saltem* Gratus, *domicilium suum habuere,* Gratus *certe non propterea illic habitavit, quod a gentilibus in ipsa urbe plus sibi timendum haberet.*

AUCTORE J. B.

*in S. Laurentii suburbio,*

9 *Locus vero, quem olim Græco vocabulo* Matyrmathon *vocatum biographus noster ait, nunc* S. Laurentii, *a consecrata illic huic sancto martyri ecclesia, suburbium vocatur, quod Ararе undique circumfusum insulam efficit, et ponte lapideo cum urbe conjungitur. Visuntur in eo præter S Laurentii prioratum et ecclesiam xenodochium elegans nitidumque, et conventus Patrum Franciscanorum, quos* Observantes *appellant, ut ex notitiis, quos anno* 1653 *Divione ad Majores nostros misit P. Claudius Perry, disco; in quibus etiam rationem reddit, cur suburbium illud* in ripa Sequanorum *situm a biographo dicatur :* Dicitur, *inquit,* hoc S. Laurentii monasterium situm ad Ararim in ripa Sequanorum. Sequanici dicuntur nunc « les Francs Contois » *(seu comitatis Burgundici incolæ)* quorum ager olim protendebatur ad littora, vicina Arari. At jam pars hujus agri, qui olim Sequanorum dicebatur, appellatur hodie « la Bresse Chalonoise » *(Bressia Cabilonensis)* ad discrimen illius, quæ paucos ante annos dicebatur « la Bresse Savoyarde » *(Bressia Sabaudica)* quod tunc ditionis esset Sabaudicæ, nunc autem Francicæ. Hi autem agri fuere olim pars Sequanorum. *Ita Perryus : quod autem postremo loco ait, ex Fredegario confirmo : adjacet* F *eidem Araris ripæ suburbana pariter S. Marcelli basilica, de qua sic ille initio Chronici apud Ruinartium :* Anno XXVI regni sui *(Gunthramnus)* divino amore ecclesiam beati Marcelli, ubi ipse pretiosus requiescit in corpore, suburbano Cabillonensi, sed quidem tamen Sequanum est territorium, mirifice et sollerter ædificari jussit.

*in quo huic Sancto*

10 *In S. Laurentii ecclesia versari plerumque consueverat* S. Gratus, *uti biographus ait, sic tamen, ut diebus Dominicis suburbio S. Laurentii egredi, et in cathedrali S. Vincentii templo rem divinam peragere, populum instruere, ceteraque quæ episcopi essent, obire munera soleret. Haud dudum vero ante, ut idem biographus ait, condita fuerat S. Laurentii ecclesia; verum a quo, non edicit : illius conditorem fuisse ipsum* Gratum, *credidit auctor Lectionis* V *e Breviario Cabilonensi num.* 2 *transcriptæ : eumdem non modo ecclesiam, sed et monasterium S. Laurentii condidisse, tradunt Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 4 *col.* 956. Antiquum S. Laurentii Cabilonense monasterium, *inquiunt,* a B. Grato,

ARCTORE J. B.

ejusdem urbis episcopo, nobiliter constructum, restituitur canonicis S. Marcelli suburbani anno DCCCLXXIII tanquam olim a regibus, ipsius loci fundatoribus, ex consensu episcoporum Cabilonensis civitatis eidem ecclesiæ tributum, sed incuria et negligentia postea deperditum. At nihilominus Achardus episcopus Cabilonensis in concilio Ansano anni MLXX S. Laurentii prioratum dedit monasterio S. Martini insulæ Barbaræ, et Ogerio abbati.

ecclesiam

11 *Restitutam fuisse S. Marcelli canonicis S Laurentii basilicam anno* 873, *liquet ex Charta ea de re confecta a concilio episcoporum in eadem S. Laurentii basilica celebrato, quam Perryus inter monumenta Cabilonensis historiæ integram refert pag.* 31 *et seq. ex Chartulario abbatiæ S. Marcelli. Liquet pariter, idem monasterium ab Achardo, Cabilonensi episcopo, in cujus tunc manu erat, Ogerio abbati et monachis monasterii Insulæ Barbaræ, a quo et nunc dependet, consentientibus variis episcopis et abbatibus fuisse transcriptum, ex alia charta, data* VII *Kal. Februarii (*26 *Januarii) Luna X, indictione* VIII, *regnante Philippo, seu anno* 1070;
B *quam ex archivis cathedralis S. Vincentii descripsit idem Perryus, et mox laudatis Historiæ Cabilonensis monumentis inseruit pag.* 41 *et seq. Sed primum e binis illis monumentis de conditis a* S. Grato *S. Laurentii ecclesia et monasterio mihi scrupulum movet; cum Laurentianæ ecclesiæ ædificationem non* Grato, *sed Francorum regibus Cabilonensis concilii præsules tribuere videantur.* Notum sit cunctis, *aiunt, nulla uspiam* S. Grati *mentione facta*, quod residentibus nobis in eadem ecclesia, antefati martyris *(S. Laurentii juxta Cabilonum)* nomine insignita, anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXIII regni domni Caroli III post mortem nepotis sui Lotharii in Burgundia. Venit igitur in ipso concilio quidam presbyter, nomine Leuterius, præpositus et advocatus canonicorum sancti Marcelli martyris, intrans in medio sŷnodi monstravit nobis per privilegia ejusdem loci ipsam ecclesiam, in qua residebamus, a regibus ipsius loci constructoribus ex consensu episcoporum Cabilonensis civitatis fuisse tributam, eamque injuste per incuriam et negligentiam perditam haberent.

C excitasse fertur,

12 *Si Francorum reges S. Laurentii in Cabilonensi suburbio (eadem de monasterio videtur ratio) construxerint, qui eorum ædificatio* S. Grato *attribuitur? Nihilo tamen secus hanc* S. Grato *abjudicandam, non autumo. Forte enim Francorum reges S. Laurentii ecclesiam seu monasterium construxisse dicuntur in ea charta, quod auctoritate regia munitus, opibusque adjutus* S. Gratus *illud extruxerit; aut hoc jam a* S. Grato *excitatum regum Francorum munificentia dilatum instauratumve dein fuerit. Accedit episcopis Cabilonensibus, cum id monasterium, negligentius, ut apparet, a San-Marcellianis administratum, in Girboldi anno* 873; *ac dein iterum anno* 1070, *sed ad nihilum tunc pene redactum, in Achardi manibus fuerit et ab eodem Achardo, ut num.* XI *dictum est, Insulæ Barbaræ monachis datum; accedit, inquam, episcopis Cabilonensibus speciem saltem alicujus in illud juris fuisse, fortasse in eo fundati, quod illud* S. Gratus, *eorum decessor, sive ex privatis, sive ex episcopalibus bonis, sive ex utriusque excitasset. Id vero a* S. Grato *excitatum fuisse, non modo recentiores passim rerum Cabilonensium scriptores tradunt, sed ita etiam jam inde* D *a seculo saltem* XI *creditum fuisse, omnino persuadet charta donationis Prioratus S. Laurentii monasterio Insulæ Barbaræ, in qua sic loquitur Achardus*: Quapropter cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentibus et futuris notum fieri cupio, qualiter ego Achardus, indignus Cabilonensis præsul... quoddam antiquum monasterium, olim a beato Grato pontifice prædictæ urbis in honorem Christi martyris Laurentii nobiliter constructum, et multis possessionibus locupletatum, ad nihilum pene redactum ac omnibus rebus nudatum conspiciens, superna aspirante clementia, ad pristinum restaurare studens per consilium et assensum canonicorum meorum atque meorum fidelium, monasterio S. Martini Insulæ Barbarensis, Domino Ocgerio abbati et monachis, ibi domino servientibus, donavi. *Est autem hæc abbatia, primum S. Andreæ, dein vero S. Martini dicta, sita in medio Arari prope Lugdunum, et Ordinis Benedictini.*

13 *Hinc porro factum arbitramur, quoniam* S. *Laurentii monasterium* Gratus *ipse ædificarat, ut in ejusdem ecclesia, quod supra ex ejus biographo monui, non modo versari plerumque fuerit solitus, sed in eadem etiam sepeliri voluerit. Propter eamdem* S. Gratus *vitam solitariæ similem (quantum quidem per munus episcopale, quod gerebat, fas erat) et valde austeram una cum matre sua Celsa (femina, ut ait biographus noster, tantæ sanctitatis fama, ut sub eodem altari, sub quo* Gratus *fuerat conditus in S. Laurentii templo, condita pariter fuerit, sed aliunde mihi non nota) duxisse videtur: verum hoc loci narratiunculam, quæ fabulam sapit, biographus inceptare videtur: ita fere hæc se habet*: Gratus, *ut supra dixi, e S. Laurentii suburbio Dominicis diebus ad S. Vincentii cathedrale templum more suo, ibi quæ muneris sui erant peracturus, ilare consueverat: forte aliquando, nescio quibus, negotiis impeditus, solito tardius Missam celebraturus adire cœpit S. Vincentii templum: jamque ad pontem pervenerat, quo e suburbio in civitatem iter est. Hic vocem audit angelorum, dicentium,* Ite Missa est, *qua suam in rebus divinis socordiam perstringi ratus, pontificali munere et nomine se indignum aiens, annulum pontificalem in Ararim projicit, cellam sibi unam, alteram matri juxta S. Laurentii ecclesiam condit, in eaque se recludit uterque.*

14 *Frustra Cabilonenses crebris precibus* Gratum *urgent, ut pontificis munera resumat: dum tandem, evoluto septennio, in pisce quodam annulus, quem olim projecerat in Ararim, inventus est. sparsa per urbem rei fama,* Gratus *e cella invitus educitur, et in cathedrali templo, tamquam cœlesti prodigio monitus, pontificis munere fungi denuo incipit, sed brevi dumtaxat, dierum scilicet viginti spatio; quibus evolutis, multis prodigiis clarus moritur, et, ut vivus petierat, in S. Laurentii templo tumulatur, matre ejus Celsa in cellula Filii reliquum vitæ deinceps exigente. Ita fere, ut dixi, biographus. Sed vera falsis hic mixta esse, adjunctisque minus saltem probabilibus aucta (quale est annuli in Ararim primum projecti, ac post septennium inventi adjunctum) prudens, ut opinor, nemo non suspicabitur. De prodigiis, quæ, priusquam in S. Laurentii ecclesia sepeliretur, contigisse, affirmat biographus, verbum non facio, quod nullum is singulare referat, Diem* S. Grati *emortualem fuisse ait* VIII *Idus*

A *dus Octobris, seu ejusdem mensis* VIII : *qua in re non habeo, quod illi opponam : annum vero emortualem tacet, quod illum, ut opinor, ignorarit. Cointius ita* S. Grati *res ordinat, ut anno* 644 *concilio Cabilonensi interfuerit, sequenti sese juxta S. Laurentii ecclesiam cellulæ incluserit, ac anno* 652 *publico abstinere vivereque desierit : sed nec in his quidquam explorati occurrere, ex dictis supra colligere pronum erit : quare* S. Grati *ætatem circa medium seculum septimum lato quodam modo signare sufficiat.*

*fertur etiam a Joanne Papa VIII*

15 S. Grati *biographus, posteaquam hujus mortem sepulturamque enarravit, proxime, quomodo illius corpus alio translatum fuerit, exponit, subjungitque demum;* S. Gratum *una cum aliis aliquot Cabilonensibus præsulibus annua solemnitate a Joanne Papa* VIII *coli jussum. Ego, ut temporis ordinem servem, primum quidem in gesta Joannis Papæ VIII, cum Cabilone versatus fuit, hic inquiro; dein de* S. Grati *translatione acturus. Biographi, quæ ad Joannem spectant, verba accipe :* Hujus (Grati *nimirum, inquit)* B ceterorumque Cabilonensis ecclesiæ patrum pariterque Pontificum Flavi, Tranquilli, Desiderii, Johannis, Silvestri, Agricolæ, Lupi, Verani natalitios dies et annuas solemnitates censuit celebrari Papa Johannes, et in Sanctorum serie Martyrologii

* *supple :* poni. nomina eorum * memorialibus gestis apud Cabilonem viginti dierum moras agens cum Gilbaldo, venerabili Pontifice, dum a Ludovici, gloriosissimi Francorum regis, a se facta, rediret consecratione. *Biographo consonant Officia propria Sanctorum Cabilonensis ecclesiæ anni* 1620 *ad diem* XXX *Aprilis in Festo supradictorum Sanctorum, ac præterea Desiderati presbyteri; de quibus Lectio* VI *sic habet :* Porro Joannem vitæ sanctitate illustrem, et cum eo Sylvestrum, Agricolam, Flavum, Veranum, Gratum, Lupum, Tranquillum, et Desiderium, Cabillonensis ecclesiæ quondam antistites, quorum vita virtutibus clara, sancto fine et secutis miraculis commendatur, Joannes Papa octavus retulit in Sanctorum numerum, in basilica S. Marcelli anno supra octingentesimum septuagesimo nono (Gilbardo tum temporis episcopo postulante) cum e Trecensi synodo revertens, ubi C Ludovicum Balbum, Francorum regem, et Occidentis imperatorem coronaverat, Cabiloni per aliquot dies moraretur.

*in Sanctorum numerum*

16 *Haud certo novi, an relata mox biographi verba, quod Papebrochius tom.* 3 *Aprilis ait, lacinia quædam sint, quam ad* S. Grati *Vitam in Legendario Cabilonensi, ignotus quis attexuerit : utut sit, rem, quam continent, examinemus. Cabilonum venisse Joannem, cum Trecas, concilium ibi anno* 878 *habiturus, iret, liquet ex Epistola ejusdem Pontificis* 97 *ad omnes Christianos apud Labbeum tom.* 9 *Conciliorum col.* 80, *qua anathemate ferit, qui equos sibi abstulerant Cabiloni. Absoluta die* X *Septembris Trecensi synodo, in qua Ludovicum Balbum Francorum regem coronarat,* Papa Joannes Trecas movens, *inquit Annalista Bertinianus apud Chesnium tom.* 3 *ad annum* 878, Cavillonem petiit, indeque per Morienmam iter agens per Clusas montis Cinisii Italiam .... introivit. *Gerboldus tum præerat Cabilonensibus, eidem concilio subscriptus : hic, ut inquit auctor Elevationis SS. Agricolæ et aliorum, rei gestæ æqualis, tom.* 2 *Martii pag.* 515, inter reliqua sacræ actionis studia, frequenti indagine perquirebat corpora Sanctorum ejusdem civitatis episcoporum; præcipue horum, quorum memorias nonnulli scriptorum suis inseruerant libris. *Invenerat autem, ut idem auctor pergit, reliquias S. Lupi in basilica S. Petri anno* 877 *quarto Kalendas Septembris; dein S. Desiderati presbyteri, eo e Guerdonensi monasterio Cabilonum a S. Agricola olim translatas. Tum SS. Sylvestri et Agricolæ reliquias in S. Marcelli basilica repertas extulit; quorum, ut idem auctor ait,* in Martyrologiis pluribus dies sacri eorum transitus inveniuntur adnotati : *contigisse id addit pridie Nonas Maii anni* 879, *seu potius, ut ostendit Papebrochius,* 878.

AUCTORE J. B.

17 *Venit interim Cabilonum Joannes Papa,* anno 878 *cum quo de referendis in Sanctorum album auctoritate Pontificia SS. Lupo, Desiderato, Silvestro, et Agricola Gerboldus egit quidem, sed rem ob negotiorum, quibus tum premebatur Pontifex, multitudinem non perfecit. Post synodum vero, inquit citatus auctor,* denuo Cabilonensem civitatem repetiit : a qua cum discederet, ad monasterium S. Marcelli a præfato episcopo est deductus. Tunc delato juxta altare B. Agricolæ E sarcophago, Dominus Papa inibi digno honore ejus corpus recondidit, et ut deinceps hi beatissimi Dei confessores venerationi haberentur, et dies eorum gloriosi transitus festive celebrarentur, Apostolica auctoritate injunxit. *Quatuor igitur tantum Sanctos solenni ritu Joannes celebrandos decrevisse videtur, Lupum nempe, Desideratum, Silvestrum et Agricolam : si enim* Gratum, *Flavium, Tranquillum, Desiderium, Joannem et Veranum pari honore prius affecisset, quam Cabilono discederet, cur illos hic auctor siluisset Quod si ita se habet, quæres procul dubio, qui* Gratus, *aliique proxime nominati a Joanne in Sanctorum numerum relati dicantur, et festum cum quatuor primis commune ad diem* XXX *Aprilis obtinuerint? Verosimile admodum est, Gerboldum, quatuor Sanctorum felici inventione animatum, plurium aliorum corpora inquirere voluisse, consuluisse Pontificem, vel jam reditum in Italiam parantem, vel postquam e Galliis hic jam excessisset, quid de illis, quos deinceps inveniret, vel jam a Pontificis discessu invenisset, fieri vellet : placuisse autem Pontifici, ut, si nonnullorum dies emortualis in promptu esset,* F *is eorum festivitati sacer esset : aliorum vero (Joannis, Flavii, et Desiderii, qui specialem diem sacrum ne quidem in Legendario Cabilonensi anni* 1620 *habent) memoria ageretur, sed omnibus communis. Ita fere Papebrochius tom.* 3 *Aprilis pag.* 778.

*relatus.*

18 *Quod vero ad* Gratum *nostrum attinet, is diem* VIII *Octobris sibi proprium habet, æque ac SS. Lupus, Silvester, et Agricola suos, ac proin et ante Gerboldi ætatem cultum suum sacrum, perinde ac illi, apud Cabilonenses, quorum certo fuit episcopus, habuit; quæ quidem ex probabili dumtaxat conjectura dicta intelligantur : nec enim certum videtur ob jam dicta, eum a Joanne VIII in Sanctorum numerum fuisse relatum. Utut sit, jam a seculis aliquot Sanctorum honores illi deferri a Cabilonensibus consuevisse, colligi potest ex charta anni* 1070, *num.* 12 *laudata, in qua eum Achardus, Cabilonensis episcopus,* Beatum *diserte appellat; uti et ex translatione ejus ad Paradense monasterium, de qua proxime sermo recurret. De Tranquillo et Verano (hic in Legendario Cabilonensi dies* XX *Octobris et* XIII *Novembris sibi proprios habet) quorum una cum aliis supra nominatis communis ad diem* XXX *Aprilis*

AUCTORE J. B

*Aprilis in dicto Legendario hæc oratio est:* Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut beatorum Sylvestri, Joannis, Agricolæ, Flavi, Verani, Grati, Lupi, Tranquilli, Desiderii et Desiderati confessorum tuorum atque Pontificum veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. Per Dominum; *de his, inquam, duobus vide, quæ Papebrochius tom.* 3 *Aprilis proxime citato pag.* 779 *et seq. annotavit.*

*Paredum ejus reliquiæ translatæ fuere*

19 *Quod denique ad* S. Grati *translationem, de qua supra mentionem feci, pertinet, ait biographus noster, Lambertum, Cabillonensem comitem, multis precibus apud Hugonem, Cabillonensem episcopum, egisse, ut, cum Paredensis basilica, a se constructa, ad umbilicum esset adducta, et Sanctorum reliquiis (quippe sine quibus ecclesiarum consecrationes fieri non consueverant) admodum indigeret,* S. Grati *corpus sibi concederet, idque ab Hugone, invito licet clero, obtinuisse: tertio vero Idus (seu* XIII*) Maii in Paredense monasterium insigni populorum vicinorum concursu fuisse illatum. Loci notitiam exhibet Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum* 977. *num.* 51. Paredum, *inquit,* locus
B est diœcesis Augustodunensis ad Burbunciam (*la Brebince*) amnem in pago Quadrilensi (*Le Charolois*) cella Cluniacensium monachorum (decanatum vocant) insignis; unde « Paredum monachorum » (*Paroy le-monial*) appellatur. *A Lamberto Paredum, cooperante Majolo, Cluniacensi abbate, exstructum fuisse in honorem S. Mariæ Virginis et S. Joannis præcursoris, ac dein ab Hugone, Autissiodorensi episcopo, Lamberti comitis Cabillonensis filio, Odiloni, Cluniacensi abbati, fuisse concessum, docet ipsius Hugonis ea de re charta, data anno* 999; *mense Maio, Indictione* XII *apud Perryum in Monumentis historiæ Cabilonensis pag.* 37 *et seq. Verum an, quod biographus* S. Grati *ait, Lambertus* S. Grati *sacras exuvias ab Hugone, an contra a Radulfo, seu Rodulfo, Hugonis, etsi forte non proximo, decessore obtinuit?*

*Anno* 977.

20 *Mabillonius proxime citatus, verbis ex ipso num. superiore transcriptis, paulo post subjicit sequentia:* Paredi monasterii prima fundamenta anno ejus sæculi (X) septuagesimo tertio jacta, ejusque dedicationem hoc anno, id est, septuagesimo septimo, in honorem sanctæ Mariæ Virginis sanctique Johannis Baptistæ, et sancti
C Grati episcopi et confessoris factam fuisse, discimus ex Historia, ejusdem loci chartario præmissa: ubi locus « Aurea vallis » cognominatus dicitur. Ibidem enumerantur prædia, xenia et ornamenta, quæ Lambertus munificus comes novo monasterio ipso die Dedicationis concessit. Litteris dotationis ab eo confectis subscribunt post illum Adalais, uxor ejus, Hugo, filius ejus, Rodulfus *(quod nota)* episcopus Cabilonensis, Johannes et Isardus, item episcopi, Rodbertus vicecomes et Leotaldus. *Si Rodulfus litteris Lamberti de donis, ipso dedicationis die monasterio Paredensi collatis, subscripserit, sane sub Rodulfo tum ipsa ecclesiæ Paredensis dedicatio, tum* S. Grati, *cui ecclesia illa etiam dedicata fuit, in eamdem translatio contigisse videtur. His adde ex Galliæ Christianæ auctæ scriptoribus tom.* 4 *col.* 881, *Rodulfum anno* 986, *Natranni, Nivernensis episcopi, instrumento, de concessis ab illo altaribus quibusdam ecclesiæ suæ canonicis confecto, subscripsisse; et Hugonem ante hunc Radulfum seu Rodulfum in Cabilonensium episcoporum Catalogis signatum non reperiri; erroris equidem, quo Rodulfo* D *Hugonem perperam substituerit, biographum* S. Grati *suspectum saltem, ut opinor, habebis, et ætatem ejus, non dico seculo* VII, *quo* S. Gratus *fuit; sed seculo* X, *quo Lambertus comes octavo Kalendas Martii anni* 988 *(ut Mabillonius laudatus, verosimiliter ex præmissa Paredensis monasterii chartulario Historia, scribit) defunctus est, saltem aliquanto juniorem existimabis. Sed quæcumque ejus ætas fuerit, en* S. Grati, *quæ exhibet, Acta, seu Vita.*

## VITA

### Auctore anonymo.

*A Claudio Perryo edita ex veteri Legendario ecclesiæ Cabilonensis.*

E

## CAPUT UNICUM

*Sanctus in episcopum Cabilonensem eligitur, cellæ se includit, moritur; transferuntur ejus reliquiæ, refertur in numerum Sanctorum.*

Sub temporis illius spacio, quo bonæ memoriæ Pontifex Cabilonensis, Gebderinus *a* nomine, e mundo discesserat, plebs et clerus ejusdem civitatis ad ecclesiam conveniens, quemdam virum mundanæ nobilitatis titulo præclarum, Deo et nomine Gratum et gratia, ad pontificalis culmen regiminis elegerunt, præsulibusque, consecratio quibus debebatur, sanctificandum secundum canonum sanctiones obtulerunt. Quem a primate diœcesis Lugdunensis *b*, ejusque suffraganeis secundum nominis sui Grati dignitatem gratis consecratum, ecclesiæ suæ episcopalis cathedra sublimatum, communi cleri gaudio et plebis restituerunt. Nondum etenim tunc temporis prædecessores illius in urbe manendi locum pressura gentilitatis habuerant *c*. Sed, interposito Araris amne, in ripa Sequanorum *d* [quoddam municipium,] Græco vocabulo MARTYRMATHON *e* vocatum, repererant: in quo post labores et ærumnas ab impia gente sibi sæpius allatas requiescere consueverant. Nunc prope prænotato adfore videbatur municipio quædam ecclesia noviter constructa in honore levitæ Christi et martyris Laurentii *f*, in qua quotidiani consuetudo celebrabatur Officii.

2 Hic tamen intimo spiritualium amore filiorum morem sibi imposuit, ut unaquaque Dominica die per Sagonæ *g* pontem transeundo ad majorem ecclesiam *h* veniret; ibique Missas peragens, astanti populo prædicationis officium exhiberet. Accidit autem quadam die prædicta, quod iter eundo ad ecclesiam, ut plerisque adsolet, curæ plus solito impedirent sæculares.

Quibus

A Quibus viriliter expeditis, sanctæ consuetudinis non immemor, dum ad pontis perveniret medium, in spirituali auditu cœlestis Officii, « Ite « Missa est « dicentem audivit angelum. Hoc cœlesti perterritus oraculo, dum in pontis moraretur medio, quo tenderet, quid ageret, ignorans, tardioris tamen officii negligentiæ sibi maculas inculcans, ex digito annulum excutiens et in aquam projiciens, hisce verbis se obligavit dicens : Nisi annulum recuperavero, officii pastoralis minister nec dici veraciter, nec esse ulterius potero *i*. Posthæc ad prædicti martyris basilicam rediens, juxta muros illius reclusionis cellulam fieri præcepit, in qua per continuos, et eo amplius, septem annos Deo militans, in vigiliis et orationibus pernoctavit. Huic cellulæ contiguum fabricari jussit tugurium, in quo mater ejus, nomine Celsa, mulier religiosa, in spirituali artificio corpus domuit et extenuavit.

*cellæ se includit*

3 His itaque viventibus et Deo per omnia militantibus, additus est quidam clericus serviens deforis, deferens, quæ necessaria videbantur. Ad hunc innumerabiles locum circumquaque veniebant populi, patrem videre desiderantes et ejus dulcifluis sermonibus saturari. Igitur Gratus sanctissimus inter ea, quæ adventantem continuis populum commonebat precibus, quatenus alium patrem eligerent animabus suis; nam de illo impossibile esse, nisi soli Deo, videbatur. Hoc magni parvique verbum omnino respuentes, qua poterant assertione testificabantur, quod in ejus sede, eo vivente, nemo succederet alius. In hoc alterno Patris, filiorumque dilectionis affectu, ut veridicorum certissimo patrum didicimus relatu, sic Deus ejus diœcesim suis assiduis protexit orationibus, quatenus fluvius Araris, et circumfluentia videlicet flumina nullum suorum absorbendo necarent, nullum silvestres bestiæ rapiendo devorarent, nulli in criminalibus peccatis sine pœnitentia et Viatico a seculo moriendo deviarent.

*per septennium :*

4 Post aliquantulum vero temporis, jam transacto septem annorum curriculo reclusionis, cum divina pietas tanto labori finem imponere decrevisset, accidit, quod clericus eorum serviens quodam Dominicæ lucis crepusculo C ad ripam properans causa emendi pisces, adiit piscatores. Post piscium vero emptionem dum præstolans ad suscipiendum adstaret, piscatorque more solito pisces eviscerat, acumine cultri ex gutture piscis pii annulum extraxit Pastoris *k*. Quem dum manu capere vellet, ut eum sibi retinere potuisset, in navicula cadens, cæteris viscerum internis sonitum reddidit largiorem. Hunc clericus avida manu capiens, et diu fixo oculo Patris annulum recognoscens, ad cellulam statim cursitans, dum Domino suo per fenestræ ostiolum annulum ostenderet, reticuit, quæ verba propalare gaudii magnitudo non valuit. Mox Pater venerabilis suum, quem perdidit, annulum agnoscens, humilitatisque causa prius reticere volens, iram Dei omnipotentis incurrere metuit, quia lumen in tenebris latere non potuit. Cum talia serviens clericus intra se volveret, utrum tacere, an divulgare debuisset, per os piscatoris per urbem et suburbana hæc res mirabilis innotuit, populumque ad seclusionis domunculam innumerabilem congregavit.

5 Tunc propensius divina dispensatione ab omnibus * murum effodere cœperunt, et, confractis spiritualis custodiæ repagulis, Episcopum nolentem totisque viribus renitentem extraxerunt. Quem protinus barba crinibusque *l* privatum et diutinæ pœnitentiæ vestibus exutum navalibus vehiculis per Araris alveum ad Matrem ecclesiam cum magno psallentium tripudio deportaverunt. Post hæc sacerdotalis habitus infula redimitus, sacrosancti Corporis et Sanguinis Jesu Christi mysterio munivit, et manu dextra, annuli, diu perditi, fulgore radiante, episcopoli, diuque desiderata benedictione sanctificavit. Omnibus cœlestium Sacramentorum mysteriis rite peractis, populoque ad propria reverso, Episcopo quoque intra Sancta Sanctorum Dei serviciis inhærente, post dierum moras viginti incommodo arreptus corporali, clerum sibi iterum præcepit accersiri : cui congregato temporalem suæ carnis et spiritus dissolutionem adesse prædixit; et ut in ecclesia beati Laurentii, in qua diu Domino servierat, sepeliretur, inter cætera precibus obtinuit multis.

A. ANONYMO. *inde extractus, * an omnes ?* *l*

E

6 Mox febre corporis diu macerati ingravescente, ut Christianum decet, in cinere et cilicio recubando humilitatis, clero coram posito, ad cœlos spiritum exhalavit octavo Idus Octobris *m*. Corpus ejus, veterum ex more compositum, cum hymnis psallentium dolentiumque cuneis ad suæ sedis basilicam deportatum. In qua nocte Vigiliarum Dominus servum suum multis miraculorum signis declarans, verum Israëlitam, in quo dolus non fuerat, ostendit. Mane facto, populoque provinciæ ad Patris exequias aggregato, corpus ejus sanctissimum trans flumen est delatum honorifice, et, quo prædixerat, Deo donante, meruit habere sepulcrum. Ibi Deo vivens, singulorumque rectas petentium preces obaudiens, infirmis et ægrotantibus, Dei opitulante clementia, innumera sanitatum munera largitur. Celsa vero beatissima Filii, patrisque sui spiritualis solatio temporali desolata, specus suum relinquens in beati Pontificis pœnitentiale ergastulum ingressa, quandiu advixit, ad promerendam Dei gratiam modis omnibus laboravit. Post denique gloriosum vitæ finem pro sanctitatis merito Dei familiaris ab omnibus cognita, sub altario ejusdem ecclesiæ a religionis amatoribus venerabiliter est tumulata : amboque mater scilicet et Filius, quibus divina pietas cœlorum palatia dederat latissima, sub quodam domicilio terrenæ requici, qualicumque perpessi sunt perfrui sepultura.

*brevi post moritur.* *m*

F

7 Post nimios siquidem ævi labentis temporum decursus, dum Cabilonensem Hugo *n* præsul regeret ecclesiam, primusque *o* comes civitatis ejusdem Lambertus nomine, comitatus obtineret monarchiam; jam incepta ab eodem consule binomii loci « Aureæ Vallis « videlicet atque « Paredi « *p* perfectaque basilica, Sanctorum pignoribus valde indigens fuerat locus ille. Accesssit autem prædictus comes ad serenissimi genua pontificis solo tenus flagitans, quatenus Grati beatissimi corpus sanctissimum ad prælibatum transferri sineret cœnobium, ut ampliori monachorum veneraretur officio, et Præsul diligentiori comitis deserviret dominio. Favit inconsultus, ut aiunt, præsul tanto precatui, et quia cleri consensum habere non poterat id agendi, intempestæ noctis silentio a comitis officialibus beati Patris confracto sarcophago, miserunt

*Paredum ejus reliquias obtinuit.* *n* *o* *p*

A. ANONYMO. serunt preciosa membra in capsam argenteam opportune decoratam, tantoque Sacerdoti congruam; et ita cum diligentia, qua valuerunt, ad prædestinatum transtulerunt locum. Hac beati Confessoris translatione manifesta Lugdunensium, Viennensium, Matisconensium, Æduorum, Briennensiumque populis, ingenti volitante fama, omnes utriusque sexus obviam venientes gressu non segni, tanti muneris superno gratias retulere Largitori. Et in omni loco dignoscitur, cujus apud Deum gratiæ fuerat, qui portabatur. Suscepit Paredum tertio Idus Maii *q* cum magno honore et lætitia Grati sanctissimi reliquiarum munera preciosa, enarrarique non potest, quanta tunc temporis concepit gaudia, quæ per illum loci illius incolis utriusque vitæ felicitatis addita sunt incrementa.

*ipseque a Joanne VIII in Album Sanctorum relatus fuit*

8 Hujus, cæterorumque Cabilonensis ecclesiæ patrum, pariterque pontificum Flavii, Tranquilli, Desiderii, Joannis, Silvestri, Agricolæ, Lupi, Verani natalicios dies et annuas solemnitates censuit celebrari Papa Joannes, et in Sanctorum serie Martyrologii nomina eorum * memorialibus gestis apud Cabilonem viginti dierum moras agens cum Gilbaldo, venerabili pontifice, dum a Ludovici Balbi, gloriosissimi Francorum regis, a se facta, rediret consecratione *r*.

* *supple*: poni.

B

*r*

## ANNOTATA.

a Gebderinum, Gilderinum *seu* Gelionium *proximo ante* S. Gratum *loco memorant Chenu, Robertus, Sammarthani, Galliæ Christianæ auctæ scriptores, Perryus, qui illum solo sibi notum nomine ait, aliique: sed nullum indubitatæ fidei testimonium afferunt.*

b *Theodorico, vel Canderico, ut ex temporis ratione colligitur.*

c *Non videtur* S. Grati *ætate ea fuisse Cabiloni rerum facies, ut a gentilium multitudine sibi timere tantopere, ut intra urbis sinum domicilium* C *figere non auderent, debuerint Cabilonenses episcopi. Vide dicta num.* 8 *Commentarii prævii. Si in urbe* Gratus *domicilium non habebat, verosimiliorem, etsi fortasse haud veriorem, hujus rei causam biographus assignare potuisse urbis Cabilonensis incendium, cujus ad calcem Chronici sui Fredegarius meminit, circa annum* 641 *ex Ruinartii calculo factum.*

d *Ad Araris ripam usque olim agri Sequanorum se extendebant. Vide Comment. præv. num.* 9.

e Martyrmathon *scribit etiam idem Perryus,* D *Cabilonensis historiographus, in transmissa Divione ad Majores nostros ejus loci notitia; porro quid eo vocabulo significatum voluerint, haud satis capio. An forte illud a Græco* Μάρτυρος μνῆμα (martyris monumentum) *derivatum et locus ille vel a S. Laurentii, vel alterius cujuscumque martyris ibi quondam existente ecclesia sic appellatus fuit? Nunc* S. Laurentii suburbium *dicitur.*

f *Ab ipso* S. Grato, *ut creditur, condita. Vide, quæ de ea dicta sunt num.* 10 *et binis seqq.*

g *Idem fluvius, qui Arar, Gallice* la Saône *dictus, hic memoratur.*

h *S. Vincentio sacram, ex quo Childebertus, Francorum rex, ex Hispania ejus reliquias in Gallias detulit, deditque Cabilonensi ecclesiæ; cum prius* S. Stephani *vocata fuisset, ut tradunt Galliæ Christianæ auctæ scriptores.*

i *Haud satis verosimile mihi videtur, ea de causa* S. Gratum *sese cellulæ inclusisse, et episcopali* E *munere, dum projectum in Ararim annulum reciperet, abstinere voluisse.*

k *Non minus adjunctum hoc, quam præcedens fabulam sapit.*

l *Quod nimirum, si biographi mentem capio, præter modum jam excrevissent et præter decorum forte squallerent illi barba et crines, ideoque decurtati fuerint.*

m *Quo anno ignoratur. Sub medium seculum* XII *Cabilonensi concilio interfuit: obiit forte Clodovei II anno* XV *: sed de epocha regni Clodovei non convenit inter auctores, aliis sexdecim annos, a patris morte omnes computandos, illi tribuentibus; sed aliis decem a morte patris, sex autem priores sexennio prius numerare incipientibus.*

n *Imo, ut apparet, Rodulfus anno* 977 *ex num.* 20. *Comm. præv.*

o *Puta, qui primus hæreditario jure Cabilonensem comitatum possederit. Alii tamen id Warino tribuunt.*

p *Hujus loci, cujus ecclesia* S. Grato *etiam dedicata fuit, notitiam vide num.* 19. *Comment. prævii.*

q *Hinc translationem* S. Grati *codex Caudiacensis, num.* 1 *citatus, signat die* XIII *Maii: sed cur* F Acquæ *facta ibidem dicatur, non capio: putem, loco* Acquæ *legendum*; Paredi.

r *Anno nimirum* 878. *Id de SS. Lupo, Desiderato, Silvestro et Agricola certum est: de reliquis, et de* S. Grato *non item. Commentarii prævii num.* 16 *et binos sequentes consule.*

DE

AUCTORE J. B.

# DE SS. VALERIA ET POLLENA VIRGINIBUS

HUNONIS-CURLÆ IN BELGICA II

## SYLLOGE

### Sanctarum Virginum annuntiatio et cultus sacer : non satis certa esse, quæ de illis passim narrantur : quid illarum reliquiis evenerit.

SECULO INCERTO. *Hunonis-curiæ, cujus notitia datur,*

*Hunonis-Curia, quæ et* Hunonis-curtis, Hunulfi, *seu* Hunolficurtis, Hunocurtum *aliisque non absimilibus nominibus, Gallice vero* Hunecourt *appellatur, vetus non procul Scaldi fluvio in diœcesi Cameracensi, quæ hæc Artesiæ Picardiæque confiniis jungitur, abbatia est, virginibus simul et canonicis seculo septimo ab Amalfrido et Childebertana conjugibus condita, sed post varias sortis vicissitudines ad Benedictinum Ordinem, penes quem hodieque est, devoluta. Binas, quas titulus exhibet, hic sanctas Virgines modo conjunctim, modo separatim annuntiant hodie Martyrologi aliquot recentiores. Grevenus in Additionibus ad Usuardum, uti et Molanus apud Sollerium, corrupto annuntiationis loco, solius* Valeriæ *mentionem faciunt : illius verba sunt* : In Humeltoet Valeriæ virginis. *Hujus vero* : Et in Humeltoet sanctæ Valeriæ virginis. *Item in editionibus Lovaniensi anni* 1573, *et Antverpiensi anni* 1583 : Et in Humulcurt, sanctæ Valeriæ virginis. *Menardi vero, utramque conjungentis, hæc* : In Hunnonis-curia in Belgio, sanctarum virginum et sororum Valeriæ et Pollenæ. *Willoti in Martyrologio Belgico, Gallice scripto* : In abbatia Hunonis-curiæ commemoratio S. Valeriæ, ejusdem loci abbatissæ, et S. Pollenæ virginum et sororum S. Lietphardi.

*hæ Sanctæ virgines modo separatim,*

2 *Saussayi etiam verba, etsi paulo prolixiora, sed tamen specialia quædam, maxime de* S. Valeriæ *in cathedrali Cameracensi ecclesia cultu, complexa, accipe* : Apud Hunonis curiam, diœcesis Cameracensis, festivitas sanctarum virginum et sororum Valeriæ et Pollenæ, quæ sancti Liephardi episcopi Cantuariensis et martyris germanæ, peregrinationisque sociæ ac virtutum imitatrices, æterno regi consecrato illibatæ virginitatis flore, continuis lachrymarum imbribus, ciliciis, jejuniis, disciplinis et assiduis orationibus carnem spiritui subjugantes, summæ perfectionis conscenso culmine, angelicæ conversationis consummato in terris decursu, ad supernæ Sion gaudia et perennio beatorum spirituum contubernia commigrarunt. Quarum corpora diu quieverunt religiose condita in præsignato Hunocurtensi cœnobio, quod exstruxit S. Vindicianus episcopus Cameracensis : unde Quintinopolim (quæ jam Augusta est Veromanduorum) transvecta : at bellorum sub crebris turbinibus evanuerunt, vigente nihilominus etiamnum venerabili Virginum illarum memoria, tam in ipso Hunonis curiæ cœnobio, quam Cameraci in æde primaria, ubi sancta Valeria, Collecta speciali hodie *(prodiit ejus opus anno* 1637*)* honoratur. *Ita Saussayus, sed in nonnullis, ut videbimus, emendandus.*

*modo conjunctim annuntiantur et sacrum*

3 *Utramque conjungit etiam Ferrarius in Catalogo Sanctorum Generali his verbis :* Hunocuriæ apud Cameracum sanctarum virginum Valeriæ abbatissæ, et Poleniæ sororis cum Lietfardo fratre : *sed huic dies* IV *Februarii sacra est. Castellanus in Martyrologio Universali meminit quidem utriusque :* Pollenæ *scilicet ad diem* VIII *Octobris hoc modo* : Trecalti *(à Trecaut)* prope Gundulfilocum *(Gonnelieu)* in Veromanduis, S. Pollena virgo ; cujus corpus Honulficurtem ; dein in S. Præjecti cœnobium Augustæ Veromanduorum una cum corporibus S. Lietphardi Gundulfilocensis et S. Valeriæ translatum fuit : Valeriam *autem, seu ut scribit,* Valerianam *inter Sanctos, quorum emortualis ignoratur dies, retulit. Hæc de sanctis virginibus,* Valeria *et* Pollena, *laudati martyrologi, mox examinanda, ubi pauca de earum cultu præfati fuerimus. Quæ porro huc spectant ex Commentario, Actis S. Lietphardi ad diem* IV *Februarii in Opere nostro pag.* 492 *præfixo, petenda sunt.* In hoc loco (*Hunonis-curiæ, ait ibi Henschenius*) cum S. Lietphardo requieverunt SS. Valeria et Pollena sorores, quarum fratrem moderni scriptores S. Lietphardum statuunt, absque ulla in antiquis monumentis mentione. Eæ simul VIII Octobris ecclesiastico cultu honorantur. Horum trium Sanctorum ossa, ut a bellorum incommodis securiora essent, ex hoc Hunonis-curiensi monasterio ad urbem S. Quintini translata, in ejus expugnatione anno MDLVII perierunt, una cum antiquis libris authenticisque monumentis, ut nullum isthic superesse antiquitatis vestigium, tradat Franciscus le Bar in suis tractatibus monasticis nondum editis.

*cultum obtinuere.*

4 His non obstantibus, *pergit Henschenius,* monachos Hunonis-curienses quotidie in Officio ecclesiastico facere commemorationem S. Lietphardi et duarum Virginum, ex litteris Eleutherii Pontani, primi collegii Cameracensis Societatis Jesu rectoris, scribit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, et Liræus in Fastis Belgicis VIII Octobris; *argumento sane perspicuo, Hunonis-curienses monachos non minori cultu et veneratione*

ADDITIONS J. B.

*tione dictas Virgines, priusquam earum exuviæ in oppidum S. Quintini deportatæ fuissent, prosequi soluisse.* S. Pollenæ *jam inde a seculo* VII *Hunonis-curiense templum dicatum, ejusque ibi reliquias fuisse religiose servatas, ex charta infra num.* 10 *danda liquebit. De* Valeria *vero, in ecclesia Majori Cameracensi culta, Saussayi dicta habes supra. Castellanus* Valeriam *in Abbatia S. Præjecti in urbe S. Quintini sacro honore coli affirmat; nec dubito, quin idem de* S. Pollena *dicere potuisset : hanc præterea ipse* Trecalti *annuntiavit, forte quod et illam in eo vico, qui Hunulfi-curte seu Hunonis-curia parum abest, sacros honores consecutam esse, exploratum haberet; in Martyrologio Atrebatensi Bedæ Ms. sic hodie legitur:* In Hunulfi-curte depositio sanctæ Valeriæ virginis. *Atque adeo non est, cur de harum Sanctarum Virginum cultu sacro solliciti ulterius simus : utinam cetera, quæ de his Virginibus, sive a martyrologis jam laudatis, sive a scriptoribus aliis circumferuntur, æque solide ex probatæ antiquitatis monumentis, quæ periisse, jam audivimus, illustrari possent.*

B *Quædam, quæ de illis*

5 *Seculo septimo, ad annum circiter quadragesimum provecto, ut ad diem* IV *Februarii ostensum est, S. Lietphardus Roma in Angliam rediens, in silva Harincurtiana a sicariis trucidatus fuit, mox in vico* Trecaut *huic silvæ vicino primum sub arbore vili sepultura conditus; sed dein divino monitu in ecclesiam Tricaltinam illatus, corpore ibidem permansit, dum seculo decimo, Cameraci sedente Fulberto, ad Hunulfi-curtensem ecclesiam translatum id fuit : his quibus magna ex parte superstructa sunt, quæ de sanctis istis Virginibus circumferuntur, præmissis, cujusmodi hæc sint, accipe : Gazetus in Historia Ecclesiastica Belgii pag.* 71 *de* S. Valeria *agens ita scribit, sed Gallice.* S. Valeria virgo et soror S. Lietphardi, quæ ex Anglia cum sorore Pollena, ut fratris sui S. Lietphardi martyris in Hunulfi-curtensi inter Cameracum et S. Quintini Fanum puellari tum abbatia corpus inviseret, in Belgium venit, cumque aliquamdiu fratris corpus ambæ illic veneratæ essent, tandem religiosum velum acceperunt, atque in se gesserunt, ut in abbatissam Valeria ob virtutis suæ præstantiam electa fuerit. Duarum harum Virginum corpora bellorum causa ad S. Quintini Fanum translata fuere;

C et quamquam, capta urbe, reperiri non potuerint, earum tamen illic cultus die VIII Octobris perseverat. *Utrique suum etiam Molanus in Natalibus Belgii ad diem* VIII *Octobris elogium, sed cautius, tribuit.*

*passim narrantur :*

6 *Primum, quod ex Historia S. Vindiciani Cameracensis episcopi (de quo vide pag.* 75 *et seqq. tom.* 2 *Martii)* Valeriæ *scripsit, sic habet :* In Hunecourt sanctæ Valeriæ virginis. Quæ quiescit et præfuit in monasterio sancti Petri, quod struxit S. Vindicianus episcopus in pago Cameracensi ad Scaldim, in Hunonis-curia, sive, ut in Martyrologio Atrebatensi, in Hunulfi-curte, ubi post sanctimoniales fuisse canonicos, sed paucos, eo quod locus militaribus viris in beneficium traderetur, testis est Chronographus Cameracensis. Postea, correcto illo abusu, successerunt Benedictini religiosi, apud quos propter incendia et bellorum injurias sola fere memoria superest sanctarum Valeriæ et Pollenæ sororum. Natalis concurrit cum die Ragenfredis. Habetque in usu Cameracensi commemorationem per Collectam. *Alterum,* S. Pollenæ *sic habet :* Ibidem celebratur memoria sanctæ Pollenæ. De qua ex Cameraco *(a Pontano supra memorato)* sequentia accepi. Villa, in qua olim quieverunt sanctæ Pollenæ reliquiæ, vulgo vocatur Huncourt, Latine Hunonis-curia, in qua est monasterium sancti Petri, estque diœcesis Cameracensis, distans a Cameraco quatuor leucis Gallicis, in finibus Franciæ. Religiosi sunt Ordinis Divi Benedicti. In eo asservabatur olim corpus S. Lieffardi, natione Angli, cum corporibus sororum ejus Valeriæ et Pollenæ, quæ, cum in urbem S. Quintini fuissent allata ob pericula bellorum, ut ibi essent securiora, periere in expugnatione urbis. Fit autem ibi quotidie memoria S. Lieffardi et Sororum ejus Et quia libri omnes monasterii perierunt incendiis ac bellorum injuriis, ideo sola memoria superest.

7 *Ex hactenus dictis facile colliges, non tantum SS. Virgines germanas inter sese, sed et cum S. Lietphardo fuisse ex communi fere scriptorum laudatorum opinione. Germanas inter sese fuisse, laudatus supra Henschenius videtur admittere : non tam facilis est in agnoscendo fraternæ necessitudinis vinculo Lietphardum inter et sanctas virgines* Valeriam *et* Pollenam : *quod nempe id nulla veterum scriptorum monumentorumve auctoritate, ut verbis num.* 3 *citatis ait, sit nixum : accedit, auctorem Vitæ S. Lietphardi, Hunulfi-curtensem, ut apparet, monachum, cui adeo* SS. Valeriæ *et* Pollenæ, *in monasterio suo celebrium, notitia non defuit, nullam omnino harum uspiam mentionem, ne minimam quidem, lectori suo injicere; cum tamen B. Onastancii, Londinensis præsulis, et S. Lietphardi fratris, mentionem expressam facere non neglexerit. Neque certum videtur,* SS. Valeriam *et* Pollenam *sorores fuisse : nihilo enim hoc magis ex antiquis monumentis ostendi potest, quam fraternæ illas inter et S. Lietphardum necessitudinis vinculum.*

8 *Et* Pollena *quidem S. Lietphardo et* S. Valeria *mihi videtur multo fortasse antiquior : nam, ut ex charta Amalfridi infra transcribenda habetur; Amalfridus ejusque uxor Childebertana Hunulfi-curtense monasterium anno* 677, *id est, trigesimo tantum circiter post S. Lietphardi necem, non modo S. Mariæ, Petro et Martino, sed etiam* S. Pollenæ *sacrum esse voluerunt. At quo pacto id* S. Pollenæ, *exclusis fratre Lietphardo et sorore* Valeria, *sacrum esse voluissent, nisi illa Lietphardum et* Valeriam *et cultus antiquitate et sanctitatis opinione tum saltem temporis longe superasset? Opinor ergo.* S. Pollenam *neque ad S. Lietphardum, neque ad* S. Valeriam *ullo alio pertinere titulo, quam quod Hunulfi-curte locisque vicinis, licet citius, quam Lietphardus et* Valeria, *et ante conditum Hunulfi-curtense monasterium cultum olim fuerit adepta; quodque ut Lietphardi et* Valeriæ, *ita et ipsius, licet iterum multo citius, quod de Lietphardo quidem certum videtur, reliquiæ eodem loco servatæ antiquitus fuerint, unaque cultæ, ac dein etiam una ad Fanum S. Quintini translatæ perierint; unde tamen sensim in vulgus, et a vulgo in scriptores, antiquis testimoniis monumentisque destitutos, ea manarit opinio, tres illos Sanctos fuisse inter sese germanos et eadem ætate vixisse.*

9 *Quod autem ad* S. Valeriam *spectat, etsi S. Lietphardi soror fuisse mihi non videatur, cero tamen non absimile videtur, eam Hunulfi-curtensem abbatissam fuisse, et eodem, quo S. Lietphardus seculo, aut sequenti floruisse; ita, quantum*

A *tum ad manus abbatissæ, quod Hunulfi-curte obierit, opinati sunt non modo Ferrarius, Gazetus, et Molanus supra citati, sed etiam Valesius in Notitiis Galliarum, ubi de Hunulfi-curte. Verum, inquies,* S. Valeria *Hunulfi-curtensis abbatissa esse non potuit ante Aurianam, neque post illam: non ante Aurianam, Amalfridi et Childebertanæ fundatorum Hunulfi-curtensium filiam, et loci ejusdem abbatissam ex diplomate fundationis: neque post illam: nam, ut scribit Iperius in Chronico S. Bertini cap.* 1, *part.* 12, *cum Amalfridus Hunulfi-curtense monasterium* eo tenore, ut ipse et filia, ejus Auriana prædicta eumdem locum quamdiu viverent, in precaria haberent; sed post utriusque obitum S. Bertinus ejusque successores hoc habeant, teneant, et quemcumque voluerint ei præponant, *S. Bertino subjecisset;* Deinde, *inquit idem Iperius,* Amalfrido Aurianaque defunctis, moniales ibi succedere S. Bertini successores inhibuerunt, et monachos ibi statuerunt: *ut adeo sola Auriana Hunulfi-curtensis abbatissa fuisse videatur, nec locus relictus esse, ut* S. Valeria *inter ejus loci*

B *abbatissas numeretur.*

*potuitque Aurianam*

10 *Amalfridi charta, qua monasterium Hunulfi-curtense S. Bertino, Sithiensi, prope Audomarepolim abbati, ejusque successoribus subjicit, apud Mabillonium de re Diplomatica lib.* 6 *pag.* 607 *ex Folquino, qui usque ad annum circiter* 961 *monasterii Sithiensis monumenta collegit, ita habet:* Ego in Dei nomine Amalfridus illuster vir, concessi atque delegavi ad monasterium Sitdiu, ubi venerabilis vir Bertinus abba præesse videtur, una cum voluntate vel convenientia filiæ meæ Aurianæ, quæ ibidem rectrix esse videtur, hoc est, monasterium nostrum, cujus vocabulum est Hunulfo-curtis, in pago Kambrincense, super fluvio Scald, quem ego in proprietate nostra in honore sanctæ Mariæ, vel sancti Petri, seu sancti Martini, seu sanctæ Pollinæ construxi, ubi ipsa pretiosa gemma requiescit in corpore.... Et supplicamus ipsos fratres et rectores monasterii, ut ipsum monasterium de Missa, de curso, de luminaria, curam habere studeant, et de hospitibus et peregrinis caritatem, ut mercedem habere debeant, et nomen nostrum in libro vitæ recenseant. Actum

C Vermandis, quod fecit mensis Februarii dies VIII, in anno XII regni Domini nostri Teuderici gloriosissimi regis; *qui fuit Christi* 685 *secundum Mabillonium. Cui Amalfridi chartæ additur ex eodem Folquino ejusdem confirmatio, facta a Theodorico rege anno regni* XIV, *Kalend. April., in qua Childebertanæ nomen exprimitur. Amalfridi chartam Iperius mox relatam vidit: quamquam autem illa, prout e Folquino a Mabillonio recitatur, ea non contineat, quæ in illa contineri Iperius ait, falsi tamen hic argui nequit, quod, ut Mabillonius tradit, Folquinus integram Amalfridi chartam non transcripserit. Habentur autem in Vita S. Bertini apud Mabillonium part.* 1 *seculi* III *Benedictini pag.* 115, *a Folcardo, ut censet, seculo* XI *scripta, a quo eadem charta laudatur.*

*præcessisse vel secuta fuisse;*

11 *Nihilo tamen secius non facit Amalfridi charta, ut* Valeriæ *inter abbatissas Hunonis-curienses locus dari nequeat: potuit enim illa Aurianam præcessisse: quamquam enim ex Amalfridi charta Auriana Hunulfi-curtensi abbatiæ præfuerit, cum illam S. Bertino subjecit; non tamen ex eadem charta compertum est, Aurianam jam inde ab ipsa fundatione abbatiæ eidem præfuisse. Junior fortassis Auriana fuit, et ad regendum monasterium adhuc minus apta, sic tamen ut vel a regimine amotæ* Valeriæ, *vel defunctæ successerit. Potuit etiam* Valeria *Aurianæ proxime successisse: quamquam enim Iperius dicat, successores S. Bertini, defuncta Auriana, prohibuisse, ne moniales ibi succederent, hisque monachos substituisse; non tamen dicit, eas mox a morte Aurianæ inde fuisse expulsas, et abbatissa caruisse. Imo vero seculo decimo, quo S. Lietphardi corpus sub Fulberto, Cameracensi episcopo, qui ab anno* 934 *usque ad annum* 956 *circiter sedit, Hunonis-curiam translatum fuit, ibidem adhuc moniales exstitisse, tradit auctor Vitæ S. Lietphardi tom.* 1 *Februarii pag.* 496 *num.* 5 *et* 6; *ita ut si a morte Aurianæ virginibus sacris substituti fuerint monachi, illas postliminio in pristinum suum monasterium restitutas fuisse oporteat; vel falso dixisse Iperium, a morte Amalfridi, ejusque filiæ Aurianæ sanctimonialibus monachos fuisse suffectos in abbatia Hunonis-curiensi, quam, qui S. Bertini monasterii juribus erepta dein fuerit, se ignorare fatetur.*

AUCTORE J. B

E

*quidquid in contrarium*

12 *Neque vero sanctimonialibus monachi substituti fuisse videntur in monasterio Hunulfi-curtensi, sed illis clerici, qui rem divinam coram iisdem agerent, additi; quibus demum Benedictini successerint monachi. Sic enim Baldericus, Cameracensis a Molano supra laudatus chronographus, scripsit seculo* XI *lib.* 1 *cap.* 26. Præterea vero idem præfatus pontifex Vindicianus in vico, qui a sede Cameracense fere septem milibus distans vocabulum Hunelcurth ab antiquis accepit, accersitis secum non paucis coëpiscopis, unaque etiam beato Lantberto Leodecense martyre (*episcopo Trajectensi)* ad laudem Dei et venerationem S. Petri consecravit, ibique clericos et sanctimoniales constituit. *Sic autem lib.* 2 *cap.* 10. Transeamus ad monasterium S. Petri in villa Hunulcourt, ubi S. Pollinam requiescere, scripto (*chartam Amalfridi vel Theodorici verosimiliter innuit*) reperi. Hoc nimirum illustris vir cum uxore Childebertana fundavit, deputatisque sanctimonialibus filiam suam Aurianam præfecit, fuitque olim religione florens et opibus, nunc autem, postquam viris militaribus beneficiatum est, ad paucos canonicos derivatur. *Desierant ergo ibi seculo* XI *sanctimoniales, sed persistebant clerici.*

F

*ex Iperio adducatur,*

13 *Scio quidem, Mabillonium ita priora Balderici verba interpretari in Observationibus ad Vitam S. Austrebertæ præviis seculi Benedictini* III *parte* 1, *pag.* 27, *ut* clericorum *nomine monachos intellexerit: sed an non Baldericus eosdem, quos priore loco* clericos *dixit, posteriori* canonicos *nuncupavit? Hos autem a monachis (Benedictinis nempe) diserte distinxit his verbis S. Lietphardi biographus:* In ecclesia namque Hunonis-curiæ (in qua disponente Deo canonicis, qui ante deserviebant, voluntarie cedentibus, nunc sub Regula S. Benedicti deservit monachorum congregatio) multæ sanctimoniales a prima institutione ordinatæ fuerunt: et quod divini Officii fœmineo generi non permittitur, his subordinati exequebantur canonici. *Ex verbis citatis deducitur, scripsisse biographum S. Lietphardi aliquanto postquam canonicis in Hunulfi-curtense monasterium successerant Benedictini; atque verosimiliter non serius seculo* XII, *a quo Ordinis sui in monasterio Hunulfi-curtensi abbates numerare incipiunt Galliæ Christianæ auctæ*

AUCTORE J. G.

*scriptores tom.* 3 *col.* 113. *Iperius autem (seu Joannes le Long) seculo* XIV *fuit. Sed sive monachi Benedictini post Amalfridi et Aurianæ mortem in Hunulfi-curtense monasterium introducti fuerint, sive non; equidem S. Lietphardi biographus, quod supra dicebam, seculo* X *etiamnum ibi sanctimoniales exstitisse, est auctor; post verba proxime citata modum, quo S. Lietphardi corpus seculo* X *sub Fulberto, Cameracensi episcopo, translatum fuit in Hunulfi-curtense monasterium, ita explicare aggressus*: Harum sanctimonialium una lumine privata *etc*: *Atque adeo nihil videtur nobis obesse, quo minus ab Aurianæ obitu; quidquid Iperius dicat*, Valeria *præesse potuerit sanctimonialibus Hunonis-curtensibus; quamquam nec id ob veterum monumentorum inopiam certo factum credamus.*

*sed Lietphardi sociæ non videntur fuisse.*

14 *Ceterum ex hactenus dictis colliges, non modo* SS. Pollenæ *et* Valeriæ *tum inter se, tum cum S. Lietphardo fraternæ necessitudinis vinculum incertum esse, sed falli etiam Gazetum, dum eas ex Anglia, ut Hunulfi-curte fratris sui exuvias venerarentur, venisse in Belgium scribit; cum seculo dumtaxat* X *eo e Tricaltensi vico S. Lietphardi corpus fuerit delatum. S. Lietphardi* B *biographo etiam haud satis congruit, quod Saussayus ait, SS. nimirum virgines* Valeriam et Pollenam *S. Lietphardo in peregrinatione Romana socias adhæsisse: hoc enim pacto martyrum titulo, quem tamen illis nusquam tributum reperio, perinde ac earum frater, ut volunt, videntur decorandæ fuisse: nam non solus Lietphardus sicariorum manibus periit, sed omnes etiam ejus socii*: Cum expleto voto, *inquit,* D *S. Lietphardi biographus,* illi jam in patriam reverterentur, ut ad nemora Aridæ Gamantiæ ventum est, satellites iniquitatis consurgunt, trucidant universos: inter quos et B. Lifardum præsulem, Deum (in cujus confessione permanserant) invocantem, martyrio consummarunt. *Si universum trucidarunt S. Lietphardi sodalitium; qui necem Sorores ejus evasere?*

15 *S. Vindicianus, Cameracensis episcopus,* Eorum *qui supra monasterium dicitur modo quidem condidisse, modo vero consecrasse; in ejus Vita tom.* 2 *Martii pag.* 79 *multa eidem monasterio de suo contulisse dicitur: quam verosimillime ob causam perinde ac Amalfridus ejusdem conditor audiit. Quod vero Castellanus ait,* S. Pollenæ *reliquias (Tricalto, ut insinuare videtur) Hunonis-curiam fuisse translatas, nescio, qua auctoritate nitatur, nec inveni uspiam. Certe illic erant jam inde a seculo septimo, ex dictis supra; proin non fuere saltem Tricalto Hunonis curiam una cum S. Lietphardi exuviis deportatæ, quod forte Castellanus existimavit. Ubi de* Valeria *agit, observat, eam in quodam Ms. vocari* Tricaltensem (S. Valière de Trécaut) *sed qua de causa, num quod ibi nata sit, aut humata, num quod inde ejus reliquiæ aliquando Hunonis-curiam translatæ fuerint, ambigit ipse, nec nos certo edicere possumus. De obsidione Fani S. Quintini, ejusdemque expugnatione, qua* SS. Valeriæ, Pollenæ *et Lietphardi reliquiæ perditæ dicuntur, anno* 1557 *per Hispanos facta, consule Claudium Hemeræum ad annum prædictum in Augusta Viromanduorum illustrata.* E

# DE SS. EUSEBIA ABBATISSA

## ET SOCIABUS XXXIX MONIALIBUS VV. MM.

## APUD MASSILIAM IN PROVINCIA GALLIÆ

C. S.

### SYLLOGE

### De cultu et martyrio.

C

FORTE SEC. VIII. *Celebrantur hæc ab anno* 1755 *Officio annuo Dominica secunda Octobris,*

*Inter monumenta de Sanctis, ad hunc* VIII *Octobris diem in Opere nostro memorandis, a decessore meo piæ memoriæ Joanne Stiltingo deposita, sunt litteræ amplissimi domini Josephi Antonii de Brantes, ecclesiæ metropolitanæ Avenionensis thesaurarii ac pœnitentiarii, ob sua de Museo nostro merita sæpe laudati laudandique, per quas anno* 1759 *nos monuit, Massiliæ in Provincia Galliæ Dominica secunda Octobris, Officio ritus duplicis non impedita, annuo Officio ejusdem ritus coli* SS. Eusebiam *abbatissam monasterii olim a S. Joanne Cassiano prope Massiliam conditi, et triginta novem Moniales, ejusdem subditas, pro fide ac virginitate sua ab infidelibus trucidatas.* Prædictum *autem* Officium (*ejusdem amplissimi viri verba recito*) concessum fuit ex decreto illustrissimi ac reverendissimi domini episcopi Massiliensis die XXVII Maii, MDCCXXXIII; *ac proinde illustrissimi Henrici le Belsunce, qui eo tempore Massiliensi ecclesiæ præfuit.*

2 *Verisimillime is harum sanctarum Virginum Martyrum memoriam prædictæ Dominicæ secundæ Octobris pro arbitrio suo affixerit, quod illæ nullum certum suo cultui sacrum diem haberent. Certe ego nullam earum apud Martyrologos memoriam reperi, præterquam apud Arturum a Monasterio in Sacro Gynæceo, cui easdem, nescio, qua de causa, ad diem* XXX *Decembris his verbis inseruit:* Apud Weaunense monasterium diœcesis Massiliensis, passio sanctarum Eusebiæ et Sociarum sanctimonialium Virginum, quæ mira constantia pro tuitione castitatis et fidei decertantes martyrii palmam reportarunt. *Ita Arturus, silentibus omnibus ceteris martyrologis, tam antiquis, quam recentioribus, scriptoribus interim aliis, qui de iisdem honorifice meminerint, antiquum earum sacrum cultum non asserentibus, aut certe non probantibus, quin etiam eorumdem aliquibus nec* Sanctarum *aut* Beatarum *titulo illas honorantibus.* V

3 *Sacram tamen venerationem indicant, quæ habet Joannes Baptista Guesnay in S. Joanne Cassiano illustrato lib.* 2, *cap.* 22, § 2, *num.* 8, *ubi*

A *ubi de inferiori S. Victoris apud Massiliam ecclesia (ad quam illarum omnium corpora antiquitus translata dicuntur) tractans, sic ait* : E regione autem illius speluncæ amplius quoddam et patentius sacellum, cui nomen Beatæ Virginis a Confessione, summa frequentia celebratum, tum ob elegantem beatæ Virginis propositam in eo effigiem, tum quia in eo novem et triginta dicatarum Deo Virginum, a Saracenis Vandalisque interfectarum, corpora sepulta sunt, eoque fit, ut et puellæ cæteræque mulierculæ ab illius aditu etiamnum hodie, ut et a majoribus religiose observatum vidimus, prohibeantur. Ideo enim ferreis cancellis ex munificentia et liberalitate reginæ cujusdam, et Salyorum comitis, septum est. Ad hujus sacelli dexteram marmoreum sepulchrum constitutum est, in eoque S. Eusebiæ, earumdem novem et triginta Monialium quondam abbatissæ, ossa condita. *Earumdem cultum etiam clarius idem scriptor asserit in Annalibus ecclesiasticis Massiliensibus ad annum Christi* 477, *num.* 8, *ubi de iisdem sic pariter loquitur.*

B 4 Sacræ Martyrum exuviæ postea *(post earum martyrium)* a Massiliensibus ad urbem transvectæ apud S. Victoris Cassianitarum monachorum primarium cœnobium collocatæ sunt, ubi amplius quoddam et patentius sacellum etiamnum visitur in interiore templiparte, in quo religioso cultu et summa cum veneratione asservantur. *Hæc Guesnayus octoginta fere annis ante concessum a Belsuncio supra dictum Officium, ut proinde nemo suspicari possit, sub eodem episcopo cœptum esse, quod in Lectione ejusdem Officii dicitur* : Earum ossa in subterraneo S. Victoris templo condita veneratione religiosa coluntur. *Huc etiam facit, quod in Lectione propria Officii illarum legitur, quodque in antiquo Ms. etiam memorati asserit supra laudatus illustrissimus Belsuncius tom.* 1 *Historiæ seu Antiquitatis ecclesiæ Massiliensis pag.* 292, *soluisse olim observari in earum monasterio in civitatem translato, ut, quotiescumque virgo vel ad tirocinium, vel ad Religiosam professionem admittenda esset, ei* S. Eusebiæ *Sociarumque martyrium, velut invictæ in servanda castitate constantiæ exemplum et incitamentum a sacerdote*

C *revocaretur in memoriam. Dubium enim non apparet, quin quarum merito tanti fecerunt martyrium, eas sacra quoque veneratione fuerint prosecutæ.*

5 *Hæc omnino faciunt, ut credam, harum Martyrum qualemcumque cultum Belsuncio longe esse antiquiorem, sed ab hoc annuo Officio auctum; cumque illæ nullum certum diem sibi sacrum ante habuissent, Dominicæ secundæ Octobris pro arbitrio illius affixum fuisse. Hinc ulterius statui, has sacras Virgines Martyres a nobis minime prætermittendas esse, sed ad hodiernum Octobris diem, circa quem secunda ejusdem mensis Dominica ecclesiastico more solet recurrere, locus eis inter Sanctas dandum. Nunc officium illud, quale laudatus dominus De Brantes manu sua descriptum nobiscum communicavit, subjicio* : Dominica secunda Octobris, alia festo duplici non impedita. Commemoratio SS. Eusebiæ et Sociarum ejus Virginum et Martyrum, duplex. Omnia de Communi Virginum, ut in Breviario Romano. Ad Magnificat et Benedictus Antiphona : Prudentes virgines etc. Oratio : Da nobis, quæsumus etc., ut in eodem Breviario pro pluribus virginibus. In 1 Nocturno Lectiones de Scriptura occurente.

AUCTORE C. S.

6 In II Nocturno Lectio IV. « Eusebia, virgo « insigni pietate illustris, sacrarum virginum « monasterio præfuit, quod olim beatus Cassianus « in agro Massiliensi non procul a S. Victoris tem- « plo extruxerat. Irruentibus in monasterium in- « fidelibus, sacras Virgines, de vita retinenda « minus, quam de pudore servando sollicitas, « hortatur Eusebia, nasum sibi præcidant, ut « cruento spectaculo barbarorum accendatur fe- « ritas, libidoque extinguatur. Quod cum incre- « dibili animi alacritate et ipsa et cæteræ omnes « præstitissent, barbari primum rei novitate atto- « niti, tum furore perciti, eas numero quadraginta, « Christum mira constantia confitentes, immaniter « trucidarunt. »

*cum quarta Lectione propria, quam*

7 « Earum ossa, in subterraneo S. Victoris tem- « plo condita, veneratione religiosa coluntur. Cer- « tissimis constat monumentis, in earumdem mo- « nasterio, quod intra Massiliæ muros translatum, « nunc Sancti Salvatoris nomen obtinet, olim mo- « ris fuisse, ut, quotiescumque virgo aliqua, vel « ad ponendum vitæ cœnobiticæ tyrocinium, vel E « ad vota emittenda admitteretur, abbatissæ Eu- « sebiæ Sociarumque martyrium illi sacerdos, « velut maximum constantiæ incitamentum, in « memoriam revocaret. » Lectio V et VI ex Libro S. Cypriani de Disciplina et habitu virginum : Nunc nobis ad virgines etc., ut in Breviario. In III Nocturno Homilia S. Gregorii, ut in Communi primo loco. *Nunc ad hæc pauca, quæ de sanctis hisce Virginibus novimus, quædam annotemus.*

*hic damus,*

8 *Ac primo quidem isthæc ex sola traditione haberi, argumento est, quod hanc laudent Ruffi in sæpe dicta Historia tom.* 2, *pag.* 58, *nec earumdem Acta vel Passionem usquam laudari viderim. Quod vero attinet ad locum, quem illæ religiosa vita ac fuso sanguine consecrarunt, nemo est, qui dubitet, aut dubitare possit, quin hic ille parthenon sit, quem Gennadius in Catalogo virorum illustrium, a S. Joanne Cassiano apud Massiliam conditum, ac tempore, quo scribebat, superfuisse, tradidit his verbis* : Cassianus, natione Scytha, Constantinopoli a Joanne magno episcopo diaconus ordinatus, apud Massiliam presbyter condidit duo, id est, virorum et mu- F lierum, monasteria, quæ usque hodie extant. *Hæc Gennadius, presbyter Massiliensis, mortuus, circa finem seculi* V, *ante cujus medium Joannes Cassianus, utriusque monasterii fundator, obierat. Ut vero conveniunt omnes de parthenonis conditore S. Cassiano, ita de ejusdem primo situ dissentiunt aliqui, aliis illum prope celebre S. Victoris apud Massiliam cœnobium, aliis cum Guesnayo multo ab eadem civitate remotius primo conditum censentibus, ut jam observavit Cuperus noster ad diem* XXIII *Julii in eodem S. Cassiano* § 9, *ubi eamdem quæstionem Massiliensibus decidendam reliquit.*

*ex traditione compositam : earumdem monasterii*

9 *Guesnayum secutus Arturus in Gymæceo sacro* S. Eusebiam *cum Sociabus* apud Weaunense monasterium *annuntiavit; oppositam sententiam tenuit auctor Lectionis Officii recitatæ, Belsuncius in Opere citato et Dionysius Sammarthanus tom.* 1 *Galliæ Christianæ col.* 695 *in abbatia S. Salvatoris, quod nomen idem parthenon jam abhinc non paucis seculis in civitatem Massiliam translatus hactenus servat superstes. Eumdem ab exordio suo S. Mariæ Virgini dicatum fuisse, ait ibidem*

*situs controversus ac notitia.*

*qualiscumque cultus, sed antiquior*

*auctus annuo Officio duplici est*

AUCTORE C. S.

*ibidem Sammarthanus; deinde autem S. Cassiano, docet ex Epistola S. Gregorii Magni ad Respectam abbatissam, quæ* monasterio, quod in honore S. Cassiani est consecratum, *præfuisse in ea legitur. Exstat ea Epistola in ejusdem sancti Pontificis Registro lib.* 7, *num.* 12. *Addit præterea laudatus Galliæ Christianæ auctor, idem monasterium etiam* S. Quiritii, *alias* Cyrici, *martyris Tarsensis, nomine ex depositis in eo ejusdem Sancti reliquiis aliquando appellatum fuisse; idque ita credi ex epitaphio Eusebiæ abbatissæ S. Quiritii, de quo sermo fiet inferius. In eodem denique monasterio, ibidem ex Vita S. Cæsarii Arelatensis episcopi, per Cyprianum scripta, observat, S. Cæsariam virginem, ejusdem sancti episcopi sororem, priusquam suo Arelatensi parthenoni præfecta fuit, cœnobiticis institutis imbutam fuisse. Vide in Opere nostro ad diem* XII *Januarii, ubi de eadem S. Cæsaria, et ad* XXVII *Augusti, ubi de ejusdem sancto fratre Cæsario actum est.*

*Martyrium a barbaris illatum Guesnayus seculo* V, *alii, seculo* VIII,

10 *Eo itaque in monasterio per S. Joannem Cassianum condito, ac tunc temporis certe extra civitatem Massiliensem sito abbatissa præerat.* S. Eusebia, *quando triginta novem Monialibus suis memorabilis istius pro tuenda virginitate sua facinoris auctor exstitisse, et cum iisdem omnibus* B *martyrio coronata fuisse in Lectione Officii ecclesiastici narratur. At martyrii annus, imo seculum, omnino latet. Joannes Baptista Guesnayus in Annalibus provinciæ Massiliensis id eis circa annum Christi* 477 *a Vandalis piratis illatum credidit; in Cassiano autem illustrato, nullo anno designato, eidem tamen seculo* V *innexuit. Ab eo longe dissentiunt alii id ad seculum* VIII, *et ad Saracenicas prædationes differentes, quibus assentiri videtur Mabillonius tom.* 2 *Annalium sui Ordinis, ubi, postquam aliquot Saracenorum eodem seculo in Gallias irruptiones recensuerat num.* X *ita pergit.*

*alii etiam* IX *illigant.*

11 Huc etiam revocant nobile factum sanctimonialium quadraginta cœnobii S. Cyrici, prope Massiliam a B. Joanne Cassiano erecti, quæ, hortante Eusebia, matre et abbatissa, ne suæ pudicitiæ vis a Sarracenis inferretur, nasum sibi præcidisse traduntur. *Hanc de tempore sententiam, velut* C *probabilem, etiam secutus est illustrissimus Henricus Belsuncius in Historia Massiliensi tom.* I, *lib.* 4, *num.* 6, *certamque credidit Jacobus Longuevallius, Societatis nostræ presbyter, tom.* 4 *Historiæ ecclesiæ Gallicanæ ad annum Christi* 731. *Neque illam a verisimili alienam censuerunt Ruffi in Historiæ Massiliæ tom.* 2, *lib.* 10, *magis tamen propendentes pro seculi noni anno circiter* 67. *Mihi sane nihil pro certo seculo figendo occurrit; præplacet tamen pro seculo octavo opinio, circa cujus scilicet annum trigesimum etiam S. Porcarius abbas cum quingentis monachis in sua Lerinensi maris Mediterranei insula a Saracenis trucidatus martyrii palmam obtinuit, ut videre apud nos licet ad diem* XII *Augusti, ubi eorum Acta data sunt.*

*Inscriptio tumuli, qui S. Eusebiæ creditur,*

12 *Plura dicenda non habeo præter aliqua de tumba marmorea, in qua* S. Eusebiæ *corpus seorsum a Sociarum corporibus servari creditur; qua de re Mabillonius in Annalibus Benedictinis post verba superius recitata sic ait :* Exstat in sancti Victoris monasterio Eusebiæ tumulus, cui imposita est ejusdem Heroïnæ effigies, dimidia facie et naso mutila, cum hoc epitaphio, præfixo Christi monogrammate, in hunc modum mendosissime scripto.

Hic requiesset in passe Eusebia religiosa,
Magna ancela Domini, D
Qui in secullo ab heneunte etate sua vexit
Secolares, annus XIIII. et ubi a Domino
Electa est, in monasterio sanctorum Cyrici
Servivet annus quinquagenta; recesset
Sub die pridie Kall. Octobris, indictione sesta.

13 *Eamdem inscriptionem fere æque vitiosam recensent Ruffi tom.* 2 *Historiæ Massiliæ lib.* XI, *pag.* 128, *qualem hic etiam subjungo :*

P. hic requiescit in passe eusebia religiosa
magna ancella dñi.
qui in sæculo ab heneunte etate sua vixit
secolares annus XIIII. et ubi a dno
electa est in monasterio sanctorum Cyrici
servivet annus quinquagenta recesset sub
die pridie kald. Octobris indictione sexta.

*Utro loco epitaphium illud rectius relatum sit, haud equidem possum divinare; si tamen revera hodiernæ* S. Eusebiæ *sit, fuerit illa annorum quatuordecim, dum monasticam vitam eo in monasterio aggressa est, et post exactos in eodem annos quinquaginta, sexagenaria major obierit die ultima mensis Septembris. Sed hodiernæ* S. Eusebiæ *esse, non probat inscriptio. Ut enim demus, per voces* Magna ancella Domini *abbatissam designari, unde novimus, hanc non homonymam* E *Sanctæ hodiernæ esse? Certe nullum in eo epitaphio verbum occurrit, quod* Eusebiam, *cujus est, eamdem naturali morte excessisse, facit suspicari : monogramma autem Christi, cujus Mabillonius meminit, apud Ruffios non legitur, nisi id per solam litteram* P *indicatum voluerint.*

14 *Etiam minus hanc in rem colligi potest ex ipso tumulo marmoreo, cui epitaphium istud inscriptum est, quem Ruffi loco supra citato exhibent, quemque illustrissimus Belsuncius in sæpe laudata Historia tom.* I, *pag.* 291 *et sequenti sic, sed verbis Gallicis, exponit :* Harum Martyrum corpora translata fuere ad abbatiam S. Victoris, ubi hodieque sunt in ecclesia subterranea. S. Eusebiæ corpus jacet in tumulo marmoreo quadrato oblongiori, ac intra quoddam cavum (*Gallice* niche) impositum, ita ut sola conspici possit ejus pars antica, quæ tenuiori sculptura exhibet tumbam striatam. In medio tumbæ in limbo ovato dimidiata figura humana est, cujus nasus mutilatus est, quam domnus Lucas Acherius effigiem S. Eusebiæ esse credidit. Habet illa capillos admodum breves spissosque, vestemque senatoriæ Romanæ satis similem.

15 Sub limbo visitur femina nuda, semi-recubans, sinistro cubito innixa, vultumque avertens ex horrore draconis, qui retro ipsam prodire videtur, caputque suum versus illam, ut devoret, vertere. Fortasse symbolum Mulieris Apocalypticæ est, quale in aliis quoque vetustis monumentis visitur. Tumba marmorea non totum saxi, cui incisa est, faciem occupat. A dextris spectatur effigies viri in pedes erecti, longum baculum manu tenentis, cujus sola superest extrema pars, quam habet in manu, ac duorum infantium, qui genibus inniti ac flere videntur. Ab alia parte vir stat, habens fructum in manu, ac post eum cista ex qua folia prodeunt. Dubitatur, an is tumulus pro S. Eusebia factus fuerit. Est, cur hic illa antiquior appareat, et in ea tempore martyrii ipsius conturbatione non suppetiisse tempus ad tumulum ejusdem reliquiis reponendis conficiendum : primumque, qui repertus fuerat, fuisse adhibitum. *Hactenus Belsuncius,*

A *suncius, qui præterea asserit, figuram tumuli a Ruffiis datam satis accuratam esse, præterquam quod capita mulieris ac draconis in hac multo elevatiora sint, quam in ipso tumulo marmoreo.*

*ut ad traditionem hic recurrendum videatur.*

16 *Quo magis ego eumdem tumulum apud Ruffios considero, eo mihi verosimilius apparet, non fuisse illum ad condendum* S. Eusebiæ *corpus primo compositum. Nam effigies illa, quam Mabillonius verbis num.* 12 *datis, ac teste Belsuncio, etiam Acherius* S. Eusebiæ *esse crediderunt, toto habitu suo, nudoque capite, ac velut tonso capillitio virum potius, quam Deo sacram virginem exhibet ; sola vero nasi mutilatio, quæ ex pio ejusdem Sanctæ facinore huic opinioni fortasse causam dedit, casu, ut sæpe alias assolet, potuit fieri. Itaque operæ pretium non fore duxi, eumdem tumulum æri incidendum curare ; nec conjecturas meas, utpote quæ ad propositum nostrum nil pertinent, Belsuncianis visum est addere. At unde igitur, inquies, scitur, in eodem tumulo celebris* S. Eusebiæ *abbatissæ ac virginis ac martyris ossa contineri ? Id equidem ex sola traditione haberi existimo. Si quis certiora protulerit, libenter docebor.*

AUCTORE C. S.

# DE S. RAGENFREDE ABBATISSA

## DONONII PROPE VALENCENAS IN HANNONIA

## COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS

J. G.

B § I. Actorum S. Ragenfredis, quæ Sollerius obiter discusserat, amplior notitia : singulorum fides : Sanctæ in Fastis sacris annuntiatio. E

CIRCA ANNUM DCCCV. *Inter Acta S. Ragenfredis, circa quæ Sollerius sua olim dubia frustra proposuerat,*

*De Dononiensis* nobilium, *ut passim vocantur,* Canonissarum *parthenonis situ sat sæpe in nostro Opere, ac nominatim tom.* 3 *Aprilis pag.* 73 *et pag.* 628, *rursusque tom.* 1 *Julii pag.* 266 *a decessoribus nostris actum fuit, ut idem hoc argumentum recolvere, supervacaneum omnino foret. Nec esset quoque admodum necesse, ut post latum a Sollerio de S. Reginæ ejusque filiæ* S. Ragenfredis *Actis judicium, altera horum ampliorque notitia hic subministraretur, nisi laudatus decessor noster cit. tom* 1 *Julii pag,* 267, *num.* 4 *Commentarii sui de S. Regina, eadem illa, tum manu exarata, tum typis vulgata, Acta, quæ* longiores *de Sancta nostra* narrationes *appellat, ad hujus natalem* VIII *Octobris, ex professo examinanda remisisset. Nimirum induxerat is sibi, credo, in animum, indubie fore, ut ad ea, quæ humanissimis suis litteris die* XX *Maii anno* 1715 *de S. Regina ejusque Sancta prole* Ragenfrede *proposuerat dubia, tandem aliquando responsum aliquod a Dononiensium rerum peritis vel ad se, vel saltem lapsu temporis ad suos posteros submitteretur, cujus subsidio utcumque saltem ad crisim exigi aut emendari ad hunc diem possent non ea dumtaxat, quæ in contractis Jacobi Guisii Annalibus Hannoniæ, Gallice anno* 1531 *Lutetiæ Parisiorum editis, sed et cetera omnia, quæ in ejusdem Guisii Annalium, Latine fusius scriptorum, ac hactenus ineditorum, fragmentis nostris, atque in prolixa Joannis d'Arleux lucubratione Gallo-Belgica Ms. multo verbosius, quam verius, de Sancta nostra ejusque matre adstruuntur.*

C

*et quæ hic fusius una cum rebus ad Sanctam attinentibus illustranda veniunt,*

2 *At sua spe falsus fuit Sollerius, nec mihi inde post novos in eumdem scopum conatus multo melius, quam ipsi, ex votis res successit. Quod quidem absit, ut eorum, qui vel* S. Ragenfredis *vel parthenonis ejus res penitius perspectas habere debent, aut inertiæ aut aversæ a suæ gentis hagiophilis voluntati adscribam ; ut contra soli veterum monumentorum, summæ, qua ipsos laborare comperi, inopiæ id tribuendum sit. Faciunt hæc, ut spem, de nobis ad hunc diem conceptam, explere omni ex parte penes me non sit ; utque etiam paulo diversam ab ea, quam alias sequi optassem, in illustranda* S. Ragenfredis *Vita inire viam cogar. Non propterea tamen sciens volensque prætermittam intactum, quidquid ad Sanctæ nostræ gestorum ecclesiasticique ejus cultus, nec non ejusdem, ut spem fecit Sollerius, parthenonis illustrationem conducens, post sedulam longamque indagationem, aliunde mihi in manus venit, aut amplissimi eruditissimique Domini, Henrici Dionysii Mutte, Cameracensis ecclesiæ metropolitanæ decani, et archidiœcesis ejusdem vicarii generalis atque officialis, summa solitaque humanitate suppeditatum fuit.*

F

*primum locum tenet SS. Reginæ et Ragenfredis Vita, quæ ab auctore non coævo*

3 *Ab indicata num.* 1 *ampliore Actorum notitia exordium duco. Ac primo quidem SS. Reginæ et* Ragenfredis *Vitam, seu, si ita vocare malis, priorem* Legendæ *partem, quam præfatus Guisius, ex Ordine S. Francisci Theologiæ doctor, et seculi* XIV *exeuntis auctor, in suos Hannoniæ Annales Latinos, hactenus ineditos, lib* 12, *cap.* 26 *et* 3 *seqq. intulit, non posse inter monumenta* S. Ragenfredi *coæva aut supparia censeri, vel ex eo evinci potest, quod eodem lib.* 12, *cap.* 31 *de Fredesende, quæ saltem non citius, uti videtur, quam anno* 1034 *Dononiensibus monialibus præfecta fuit, hæc verba legantur* : Ipsa enim Vitam sanctæ Reginæ et miracula sanctæ Ragenfredis describi præcepit. *Nec est, cur quisquam verbum illud* describi, *aut ei in Annalibus Hannoniæ Gallice editis respondens vernaculum* escripre, *ita exponendum contendat, quasi vero sub medium seculum* XI *vita illa non primum composita, sed ex antiquo seu parum provecti seculi* IX *codice in recentem mere transcripta tunc fuisset : nam verisimile non est, auctorem Vitæ illius, Dononiensem, uti apparet clericum, si* S. Ragenfredi *æqualis aut suppar exstitisset, parentum S. Reginæ, cujus etiam Vitam scribebat, ignoraturum*

AUCTORE J. G.

*ignoraturum nomina fuisse, ac sibi tam inepte, uti facit, contradicturum, ut modo Pippinum, Ansigisi filium, et Theodorici III ad Textricium anno Christi* 687 *victorem, modo Pippinum, Caroli Martelli filium, et anno demum Christi* 752 *in Suessionensi urbe regem inunctum, S. Reginæ, e qua sub annum* 755 *nata est* S. Ragenfredis, *avunculum faceret ac rursus Sanctæ nostræ matrem Pippini alicujus* imperatoris neptem *compellaret.*

*conscripta esse ostenditur, nec proin eamdem meretur fidem, ubi de Sanctæ gestis,*

4 *Sed quid hisce aliisque etiam plurimis erroribus referendis immoror? Quandoquidem ex laudati Guisii Annalibus tum Latinis ineditis, tum Gallicis impressis, atque ex ipso totius Legendæ stilo satis apparet, auctorem, qui SS. Reginæ et* Ragenfredis *gesta recensuit, eumdem plane esse, qui illatam seculo nono a Normannis Dononiensi parthenoni ruinam ac subsecutam demum medio seculo* XI *parthenonis restaurationem in litteris misit. Tantæ igitur auctoritatis non est prior ejus lucubrationis pars, seu gestorum* S. Ragenfredis *historia, iis præsertim locis, quibus plane singularia ei adscribuntur facinora, aut quæ ducentorum et quinquaginta annorum decursu sola traditione servari pura atque illibata non solent, ut extorquere fidem debeat, nedum ut integra, aut majori saltem ex parte ad hujus Commentarii calcem Actorum loco typis excudatur. At vero, quantum ad corporis* S. Ragenfredis, *e Dononiensi parthenone in Novum Castrum ad Axonam seculo* X *delati, historiam attinet; idem anonymus, ut est huic facto ætate longe vicinior, dignior multo fide est, tum quod, quidquid hic refert, vel ex Dononiensium seniorum communi assertione, vel ex Gerardi presbyteri, suo infra loco latius memorandi, fideli relatione, ab hujus parentibus, oculatis fortasse rei testibus accepta, ediscere facile potuerit; tum quod nihil hac suæ lucubrationis parte in medium proferat, quod seculi* X *moribus absonum sit, quodque aliunde pluribus exemplis firmari nequeat.*

B

*quam ubi de ejus corporis translationibus, et rebus hanc consecutis agit,*

5 *De his, quæ idem scriptor anonymus sub Ermentrude, ab anno circiter* 1029 *usque ad* 1034 *abbatissa Dononiensi, ac dein sub Fredesende, huic post mortem suffecta, contigisse subdit, multo etiam minor est ambigendi locus; cum hæc anonymus vel suis oculis ipse videre vel certe ex posterioris antistitæ ore intelligere quiverit, ac re ipsa, ut omnino verisimile est, etiam confirmari intellexerit, priusquam nempe præfatæ Fredesendis jussu Operi suo manum admoveret. At, ne cui forte de asserta a me hujus anonymi ætate suboriatur dubium, lubet hic quædam ejus verba, quæ rem palam faciant ex illius lucubrationis cap.* 6 *Guisiani vero Operis Latini lib.* 12 *cap.* 31 *lectori ob oculos ponere. Ita igitur ille, cum Fredesendis cura ac sollicitudine plenius restauratum Dononiense cœnobium dixisset, quod quidem medio circiter seculo* XI *factum esse, videtur, de eadem mox scribit:* De cujus industriæ et ingenio referri habentur * plurima, sed parcius dicendum, quandoquidem IN VITA SUA LAUDARE HOMINEM prohibet sapientia. Ipsa enim * Vitam S. Reginæ *(quod et de intexta huic* S. Ragenfredis *Vita intelligendum, supra innuimus)* et Miracula S. Ragenfredis *(quorum liber intercidisse videtur)* describi præcepit, corpusque sanctæ Ragenfredis, tamdiu ecclesiæ suæ sublatum, tali ordine *(uti capite* 32 *et seq., infra recitandis, narrat)* Dononio restitui.

C

* an merentur?

* an etiam?

6 *Atque hinc facile colliget eruditus lector, Dononiensis Officii ternas Lectiones infra edendas, quæ corporis* S. Ragenfredis *relationem die* XI *Junii recensent, utpote coævis testimoniis munitas, majori fide dignas esse, quam quidem sexæ illæ sint, quæ ad* VIII *Octobris ac sequentem diem ejusdem Sanctæ gesta enarrant, solaque scriptoris, Fredesendi abbatissæ coævi, atque adeo* 250 *fere annis a* S. Ragenfredis *obitu remoti, auctoritate, aut non in omnibus æque comprobata traditione nituntur. Posterioris quoque generis sunt desumptus ex priore Legendæ illius parte Rhythmus, seu, uti vulgo vocatur,* Sequentia, *ante primum Missæ Evangelium recitari hoc die solita, ac novem Cameracensis Breviarii, anno* 1497, *Parisiis editi, ecclesiasticæ de gestis* S. Ragenfredis *Lectiones; cum tam Rhythmus ille, quam Lectiones ipsæ ex eodem non satis illimi fonte originem suam traxisse videantur. Nunc in Dononiensis Breviarii Lectiones, a prioribus diversas, quæque corporis sanctæ Abbatissæ nostræ elevationem die* 2 *Septembris commemorant, nonnulla etiam observemus.*

E

7 *Sunt hæ, uti ad Dononiensis Breviarii, ad Romani normam anno* 1625 *conformati, calcem notatum invenio,* ex antiquis monumentis Mss. ecclesiæ Dononiensis desumptæ, cujus Breviarium calamo descriptum est anno 1258. *Verum, an monumenta illa corporis sanctæ* Ragenfredis *elevationi coæva aut saltem supparia sint, nuspiam illic indicatur. Utut hæc se habeant, equidem sat multa concurrunt, quæ monumentis illis haustisque inde, de quibus hic agimus, Lectionibus multo majorem, quam singulis præfati anonymi de vita* S. Ragenfredis *assertis, auctoritatem fidemque concilient. Ac primo quidem nihil in monumentis illis, seu potius in desumptis inde Lectionibus legitur, quod verisimile non sit, atque a seculo* XIII *ad nostra usque tempora communi eruditorum consensu admissum non fuerit. Accedit, quod, contra ac in Dononiensis anonymi de gestis* S. Ragenfredis *narratione plus vice simplici fit, nihil in iisdem Lectionibus occurrat, quod vel seculi* VIII *vel* IX *moribus, vel conciliorum ejus temporis canonibus, vel principum diplomatibus, vel indubiæ fidei testimoniis adversetur, minusve congruat. Denique huc etiam facit, quod B. Ava, tom.* 3 *April. pag.* 628 *memorata, cujus opera consilioque post receptum divinitus oculorum usum, sanctæ Abbatissæ nostræ corpus elevatum rite fuisse, illic perhibetur, reipsa adulto seculo* IX *Dononii vixerit, munificamque sese in suæ Sospitatricis ecclesiam parthenonemque præbuerit; ut adeo facti hujus saltem, quantum ad substantiam, memoriæ vel perenni B. Avæ in ecclesiasticis parthenonis Officiis Fastisve particularibus commemoratione vel aliis quibuscumque domesticis documentis facillime et retineri et ad posteros illibata propagari potuerit; ac demum non abre in ipsum ecclesiæ Dononiensis Breviarium illata fuerit; quod quidem certe non serius, quam anno* 1258 *factum fuisse, ex laudato supra Breviario omnino evincitur.*

F

8 *Venio nunc ad longam illam Historiam Gallo-Belgicam Ms. paginarum* 88 *in folio, a Sollerio nostro cit. tom.* 1 *Julii pag.* 267 *memoratam, quam superiori seculo cum decessoribus nostris communicavit R. D. Thomas Luytens, Lætiensis abbatiæ tum supprior, ac dein ejusdem reverendissimus abbas. Lucubratio hæc in tres dividi partes potest, quarum prima, utpote quæ originem*

*lineæ*

A *lineæ Franciæ a Troianis regibus usque ad* S. Ragenfredem *deducit, ad fabulas amandari certo debet; secunda vero, quæ gestorum S. Reginæ sanctæque* Ragenfredis *narrationem exhibet, ex memorata supra Legenda vel Guisianis Annalibus haustam, non parem ubique fidem meretur; tertia vero, quæ miracula,* S. Ragenfredis *patrocinio seculo sexto decimo patrata, complectitur, a fabulis longe abest. Postremæ hujus partis auctorem sese in nostro apographo profitetur laudatus num.* 1 *Joannes d'Arleux, Dononiensis sub seculi sexti decimi exitum sacerdos sacellanus, a loco fortassis natali* Arlodio, *qui in Cameracensi territorio situs est, hoc nomine donatus. Num Arlodius hic noster etiam primæ secundæque illius Historiæ partis auctor, an librarius dumtaxat fuerit, non habeo, unde definiam; neque id scire, nostra multum refert. Is porro præter prodigia beneficiaque, tum suo, tum vicino tempore,* S. Ragenfredis *patrocinio obtenta, quorum adeo epocham accurate expressit, nonnulla quoque alia in hanc suæ lucubrationis partem tertiam intulit, at nuspiam signato, quo hæc contigerunt, anno vel die, haud dubie idcir-*

B *co, quod monumenta Dononiensia, quæ sibi præ-lucentia habuit, prodigiorum illorum epocham pariter non exhiberent.*

*Sancta in Litaniis diœcesis Cameracensis saltem a seculo x*

9 *His de documentorum, quæ ex professo de* S. Ragenfrede *agunt, distinctione ac fide præmissis subdo illius in ecclesiasticis tabulis Fastisve sacris annuntiationes, tum ut de vario illius nomine cultuque ecclesiastico, latius infra illustrando, in antecessum omnino constet, tum ut non pauca, sequenti § disputanda, lucem aliquam hinc accipiant. Ac primo quidem, tametsi sancta Abbatissa in Martyrologiis, quæ* Classica *dicimus, non memoretur; nihilominus tamen, seculo saltem decimo in solennibus ecclesiasticarum precum formulis memoratam invocatamque fuisse, jam extra omne dubium est. Docuit id me insignis ille ecclesiæ metropolitanæ Cameracensis codex Ms., quem Hildoardus, Cameracensis episcopus,* anno vigesimo secundo *sui episcopatus (ita enim fert ipsa inscriptio) duabus tabulis eburneis, pulchre sculptis, extrinsecus exornavit, et cui post* Librum Sacramentorum S. Gregorii PP., descriptum jussu Hildoardi *circa annum* 812, *insertus fuit, qui et*

C *nunc ibidem reperitur,* Ordo ad visitandum et ungendum infirmum, *manu* x *seculi, ut periti censent, exaratus, continens, inter alias preces, Litanias prolixissimas, in quibus inter sanctas Virgines invocantur* sancta Eusebia, sancta Ragenfledis *aliæque indubiæ sanctæ.*

*ac deinceps solemniter invocata,*

10 *Atque hunc Sanctam nostram in Litaniis invocandi morem in Cameracensi diœcesi perseverasse, etiam post hujus ab Atrebatensi separationem, fidem facit indubiam codex insignis, seculo* XII *eleganti manu exaratus, qui fuit olim Prioratus B. Mariæ Aymeriensis in diœcesi Cameracensi, nunc vero exstat in bibliotheca sancti Andreæ de Castello in Cameracesio. In hoc enim codice, varia de ritibus conferendi Baptismi, extremæ Unctionis, sepulturæ, et cetera hujusmodi complectente, inter preces, pro agonisantibus recitandas, exstat* Litania cantanda ante obitum fratris, *et in ea itidem Sancta nostra invocatur hocce ordine :* S. Aldegundis, S. Maxelendis, S. Ragenfledis, S. Rictrudis, S. Amalberga *etc. Longior sim, si singula, quibus Sanctæ nostræ cultus in eadem diœcesi constanter perseverasse probari potest, ecclesiastica Calendaria enumerem. Ex pluribus tamen, quæ mihi beneficio et humanitate laudati supra Muttii innotuerunt, quatuor saltem non possum non recensere, vel sola grati animi testandi causa.*

AUCTORE J. G.

11 *Itaque initio codicis Ms. ecclesiæ Cameracensis, signati* CVII, *scriptique seculo* XII, *qui continet Collectas et Antiphonas per annum, exstat Calendarium, in quo, mense Octobri legitur :* VIII Idus Octobris Ragenfledis, Valeriæ et Benedictæ. *In alio item codice ejusdem ecclesiæ, in quo Psalterium per dies hebdomadæ distributum aliaque ad ritus Sacramentorum spectantia, manu seculi* XII *exeuntis descripta sunt, initio reperitur Calendarium, quo et ritus impensi tunc* S. Ragenfredi *cultus exprimitur, hisce scilicet verbis :* VIII Id. Octob. Rainfledis, Valeriæ, Benedictæ Virginum III ℟ *Hisce antiquus Liber Ordinarius sanctæ Mariæ Cameracensis, qui scriptus fuit initio episcopatus Godefridi de Condato, Cameracensis ab anno Christi* 1219 *antistitis, nec non ejusdem ecclesiæ Breviarii, cura et impensis Ubaldi de Sartis, quondam decani, versus annum* 1296 *exarati, Calendarium consonant; quibus etiam Liber Ordinarius, signatus* 303, *conscriptus* E *circa finem seculi* XIV, *continensque etiam Additiones seculi* XV, *conformis est, nisi quod in hoc modo,* VIII Id. Ragenfredis virginis IX L. †; *ac demum altioris etiam ritus Officium fol.* 77 *in Additionibus, his verbis :* Ragenfredis virg. fit magnum duplum. Ad primas Vesperas Antiph. et Psal. feriales... Sex primæ Lectiones propriæ : Beata Ragenfredis; tres ultimæ de Euangelio.

*et in ecclesiasticis ejusdem diœcesis Calendariis,*

12 *Fecit haud dubie tam celebris tamque constans in diœcesi Cameracensi Sanctæ nostræ veneratio ecclesiastica, ut ejus nomen in usitata illic passim martyrologia illatum continuo fuerit; cujus rei luculentum testimonium præbent suppeditatæ mihi ab eodem clarissimo viro Dionysio Muttio variæ annuntiationes, quarum prima, quæ in codice Ms. abbatiæ S. Sepulcri Cameracensis, signato* XIII. 7 : 12, *et circa med. sec.* XII *exarato reperitur, ad* VIII *Id. Octobris ita habet :* Eodem die in Doneng sanctæ Rainfredis virg.; *secunda vero, quæ ex Martyrologio abbatiæ S. Stephani Fidemiensis in diœcesi Cameracensi, sub finem seculi* XII *conscripto, desumpta est, hoc modo :* VIII Id. Octob. . . . Depositio S. Ragen- F fledis; *tertia denique, quæ ex Martyrologio monasterii S. Andreæ de Castello in Cameracesio, abhinc annis fere ducentis ex antiquo exemplari descripto, deprompta est, sic se habet :* VIII Id. Octob. Apud Dononium natalis sanctæ Ragenfredis virg. *Quo vero manifeste etiam pateat, Sanctæ nostræ notitiam non hodiernis diœcesis Cameracensis finibus constrictam fuisse, lubet subdere et aliorum quoque Martyrologiorum annuntiationes, quibus et jam ante dicta porro de Sanctæ cultu dicenda firmissime stabiliantur.*

*itemque Martyrologiis, varie tamen inflexo ejus nomine,*

13 *Ex his Usuardi Auctarium, quod* Rosweydinum *vocatur, quodque circa annum* 1138 *ad usum ecclesiæ S. Mariæ Ultrajectinæ conscriptum fuit, inflexo non nihil aliter (quod et alibi sat sæpe fit) sanctæ Abbatissæ nostræ nomine, hoc die apud Sollerium nostrum pag.* 586 *his verbis eam celebrat :* Item S. Regenfledis virginis; *Centulense vero ibidem paulo uberius eam memorat :* Eodem die, territorio Atrebatensi S. Ragemfledis virginis et abbatissæ; *parcius autem Bruxellense et Aquicinctinum; illud hoc modo :* Et sanctæ Regenfredis virginis; *hoc vero ita :*

*uti et in aliis Martyrologiis, ac nominatim in illo Molani,*

Eodem

AUCTORE J. G.

Eodem die sanctæ Ragenfledis virginis; *præ ceteris autem maxime jejune et simul perperam Ms. nostrum Florarium ejus mentionem hoc die facit his verbis :* Item sanctarum virginum Regenfledis et Libariæ martyrum. *Grevenus dumtaxat* Rainfredis virginis *meminit ; adscriptum vero Petro Canisio Martyrologium Germanicum et Joannes Molanus ad hunc diem, partim secuti forsitan memoratum abbatiæ S. Sepulcri Cameracensis codicem, locum Sanctæ emortualem, in diœcesi Atrebatensi situm, qui et* Denonium, Denaium, Denainum, Domniacum *et* Diniacum *subinde vocatur, suæ annuntiationi nominatim adjunxere; illud hisce, sed Germanicis verbis :* In cœnobio Dononiensi, inter Valencenas et Cameracum *(imo potius* inter Duacum*)* sito, sanctæ virginis Rainfredis; *hic autem ita :* Eodem die *(nempe* VIII *Octobris)* in Donaey sanctæ Rainfredis virginis; *ac rursus in posterioribus editionibus :* Apud Dononium solennitas sanctæ Ragenfredis virginis. *Ex quibus quam varie Sanctæ nostræ nomen efferatur, velim, etiam lector advertat, ut ne infra hæreat, ubi alio, quam quo in ipsis Actis exaratum est, modo a nonnullis exarari conspiciet.*

B

*qui et de corporis ejus elevatione et relatione meminit, annuntiata,*

14 *Laudatum jam mox Molanum vix non verbotenus secuti sunt posteriores hagiologi, Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Arturus a Monasterio in suo Gynæceo, Lahierius, Willotus, Saussayus, Castellanus in suo Martyrologio Universali, auctor Martyrologii Parisiensis anno* 1727 *typis editi aliique, quos prætermitto, ut ad Molanum revertar. Hic non contentus solam* S. Ragenfredis *solemnitatem, hoc die Dononii haberi quotannis solitam, celebrare, die* 2 *Septembris ejusdem corporis elevationem etiam suo inseruit Martyrologio, hisce nimirum verbis :* Apud Dononium, elevatio corporis sanctæ Ragenfredis virginis; *dies autem* XI *Junii relationem corporis, ex Castronovo nempe ad Dononiensem ecclesiam, de qua vide* § VIII *et infra dicenda, in hunc modum pariter celebravit :* Eodem die, relatio corporis sanctæ Ragenfredis virginis.

*cum elogio, at non ubique accurato, in Fastis Canonicorum Regularium*

15 *Sunt et alii Fasti sacri, in quibus hoc die non sine elogio Sanctæ nostræ solennitas celebratur. Et eam quidem in Canonicorum Regularium Natalibus Constantinus Chinius, canonicus Regularis, veluti sui Ordinis non infimum decus, in hunc modum annuntiat.* Apud

C

Dononium solemnitas sanctæ Ragenfredis virginis. Hæc patrem habuit beatum Aldebertum, comitem Austrovandiæ, et matrem S. Reginam, neptem Pippini regis : hii enim pii parentes in rebus juris sui fundaverunt ad Scaldim Dononii monasterium ; in quo beata eorum filia Regenfridis præfuit. Quæ dignitatem originis morum honestate et sanctorum operum claritate decoravit, et ex terreno regno ad cœlestis Regis sponsi regnum translata est : Dononii vero sepulta et elevata : et licet aliquando exinde fuerint distractæ ejus sacræ reliquiæ, opera tamen duorum clericorum recuperatæ, digno coluntur honore. Floruit circa annum Domini 790. *Ita ille, at non ubique, uti ex dicendis patebit, æque accurate, tametsi pro accuratis hic laudet sub Molani nomine editos a Petro Louvio Natales Sanctorum Belgii, a quibus, æque ac a pluribus aliis, non in re discedendum esse, infra ostendemus.*

16 *Benedictini hagiologi, utpote qui adversus canonicos Regulares* S. Ragenfredem *sui Ordinis alumnam fuisse, contendunt, eam in suis Fastis omittendam non duxerunt, ac præ ceteris Arnoldus Wion in Ligno Vitæ lib.* 3, *pag.* 334 *eam, ut Ordinis S. Benedicti abbatissam, laudat. Bucelinus pariter Sanctæ nostræ, velut sui Ordinis alumnæ, elogium texit, non multum a jam dato discrepans, ac proin non magis ubique veritati consonum. Eam itidem Menardus Benedictinam fecit ad diem* 2 *Septembris, quo corporis ejus elevationem annuntiat; quamquam, quod sat mirum est, ad diem* VIII *Octobris, quo præcipua ejus solennitas agitur, ne verbo quidem uno de ea meminerit. Mabillonius quoque Sæculo* III *Benedictino, parte* 2. Ragenfredem *sui Ordinis monacham fuisse, pro certo, uti scribit, sibi persuasum habens, illam inter Sanctos Benedictinos commemoravit, inter Prætermissos tamen, quod ejus Acta, quæ edi a se posse, censeret, sibi non innotuissent. Ceterum, an* S. Ragenfredis, *seu, uti Dononiense Breviarium recentius habet,* Ragemfredis, *Gallice* Refroie, Rainfroi, *et* Rainfroid *dicta, re ipsa, quod Benedictini affirmant, S. Benedicti Regulam secuta fuerit, suo infra loco examinabimus Nunc duo alia testimonia antiqua, quæ, etsi nec fuse, neque ex professo de Sancta nostra tractent, in hoc tamen Commentario plus semel, ac potissimum quidem, usui erunt, commemorare atque discutere instituo.*

## § II. Dononiensis Chartæ Carolinæ et Chronici Cameracensis, quæ de Sancta ejusque cœnobio meminerunt, auctoritas stabilitur.

*Cum Sollerius noster cit. tom.* I *Julii non solum animo destinasset S. Reginæ Vitam ex æquæ critices regulis elucidare, sed et Dononiensis parthenonis historiæ desideratam diu lucem affundere vellet; id suis, ut num.* 1 *jam monui, humanissimis litteris operam in primis dedit, ut a rerum Dononiensium peritis nonnullæ ad nos submitterentur notitiæ, ex quibus saltem, quanti esset facienda Dononiensis celebris charta seu donatio Carolina, quantive pretii essent tam S. Reginæ, quam* S. Ragenfredis *Acta, sat tuto pronunciare posset. Verum nec ipsi circa rem utramque, nec mihi item post adhibitam summam diligentiam tanta inde, quanta sperari poterat, lux demum affulsit. Ne tamen id, quod in Sanctæ nostræ gestis præcipuum fere est, Dononiensis videlicet parthenonis exstructio, nunc æque, an ante in incerto maneat, neve et hoderni scriptores decessorum suorum exemplo debitam* S. Ragenfredi *laudem parentibus ejus adscribere pergant, visum est et labori non parcere, et aliunde hausta in medium proferre, atque adeo et de illius diplomatis auctore, epocha, fideque operosius hic disputare, quo sic manifeste pateat, cur in assignanda ejusdem parthenonis fundatrice a tradita per Molanum, Louvium, Locrium, Mabillonium aliosque quam plurimos sententia omnino recedam. Cum autem et opinioni meæ adversus Dononiensis seculi* XI *scriptoris anonymi recentiorumque de eodem argumento assertionem non leve pondus addere queat Cameracensis et Atrebatensis Chronici scriptor Baldericus;*

A *Baldericus; de ejus pariter in ea re auctoritate nonnulla subdere visum est.*

*de cujus auctore et epocha varia et pugnantia scripta fuerunt.*

18 *Exordium a diplomate illo duco. Qui celebrem hanc chartam, quam num.* 86 *et seqq. integram habes, jam pridem calamo vel postea typis vulgarunt, in tam oppositas, sibique tam parum cohærentes de ejus auctore et epocha opiniones abierunt, ut merito dubitandi ansam præbuerint, num illa a Francorum rege aliquo reipsa umquam profecta fuisset, atque adeo an hæc* Carolina Donatio *( quo nomine Sollerius hanc sibi suspectam chartam vocavit ) non esset reapse plane fictitia. Et sane laudatus Guisius cit. lib.* 12, *cap.* 35 *eam a Carolo Magno anno* 37 *regni ejus in Francia, imperii vero secundo, anno autem ab Incarnatione Christi* 905 *datam scribit, eædemque notæ chronicæ in editis Gallice ejus Annalibus volum.* 2 *fol.* 49 *verso comparent. Contra anonymus quidam apud Labarre tomo* 6, *parte* 2 *Ms. Collectionis monasteriorum Belgii, ac fortassis ipsemet jam laudatus Collectionis auctor pag.* 416 *diploma illud ad Carolum, cognomento* Simplicem, *ab anno* 900,

B *uti ipse vult, usque ad* 927 *Francorum regem, referri posse statuit. Locrius autem in suo Chronico Belgico pag.* 183 *illud a Carolo Magno anno Christi* 805 *emissum asserit, ipsosque Guisii Annales, veluti assertionis suæ testes laudat; at perperam et frustra, uti ex jam dictis infraque dicendis patebit.*

*non fuisse a Carolo Magno aut a Carolo Simplice concessum,*

19 *Singulas modo opiniones jam memoratas eodem ordine examinemus. Ac primo quidem, cum anno Christi* 905 *jam annis* 91 *mortuus esset Carolus Magnus, utpote qui ultra* XXVIII *Januarii anni* 814 *in vivis non fuit, nemo non videt, contra ac in Guisii Annalibus Gallicis nostrisque Latini Operis ejus Mss. fragmentis adstruitur, diploma hoc, stantibus hisce chronicis characteribus, a Carolo Magno imperatore concedi nequaquam potuisse. Nec vero posse ulla veri specie asseri, diploma illud a Carolo Francorum rege, cognomento* Simplice, *anno Christi* 905, *ejusdem vero imperii anno secundo, et regni in Francia trigesimo septimo profectum fuisse, vel hinc liquido evincitur, quod hic princeps Romano imperio, ut eruditi norunt, nunquam præfuerit, quodque, etiamsi gratis statueretur aliquando ei præfuisse, necdum tamen vel sic posset Francici ejus regni annus* 37, *aut signa-*

C *tus in diplomate* 38 *cum anno Christi* 905 *componi, nedum cum indictione* X, *eodem diplomate expressa, prout calculos ineunti evidens fiet. Denique, quod, contra ac Locrius cit. pag.* 103 *contendit, diploma illud ad Carolum Magnum annumque* 805, *quo is revera in vivis erat, retrahi nequaquam debeat, nec omnino possit, vel ex ipsis ejusdem instrumenti notis chronicis apud Guisium exstantibus, aliisque diplomatis verbis manifesto etiam liquet.*

*ostenditur; nec tamen, licet nonnullis suspectum fuerit,*

20 *Etenim, etsi, ut jam dixi, anno* 805 *in vivis fuerit Carolus, cognomento* Magnus, *Francorum rex simul et imperator; tunc tamen non annus* Imperii secundus, *quo diploma illud datum notatur, sed Caroli Magni imperii annus quintus, jam mensibus septem inchoatus, in cursu erat, nimirum a festo Natali Domini anni* 800, *uti inter eruditos convenit. Huc adde, quod eodem anno* 805, *non Indictio* X *(hanc enim, ut jam monui, charta illa exhibet) sed tertio supra decimam flueret; ac denique quod ea tempore vel in vivis adhuc fuisse videatur* S. Ragenfredis, *vel certe paulo dumtaxat ante defuncta, ejusque parthenoni exiguo tunc solum tempore manus ultima fuisset admota; ut adeo diploma, qui ipsa, veluti jam pridem defuncta, Cœlitumque honoribus affecta, memoratur (adi verba num.* 87 *circa medium) quoque de restituendo in pristinum statum ejus parthenone sermo fit nulla ratione imperatori Carolo Magno aut anno Christi* 805 *adscribi queat. Non de nihilo igitur Sollerius noster, uti ex ejus supra memoratis litteris disco, diploma illud suspectum habuit, nec itidem abs re Cointius, cum aliud hujus fragmentum non vidisset, quam quod Locrius citato loco ediderat, ipsum Dononiense diploma, utpote quod cum adhibitis Caroli Magni ætate characteribus chronicis probatæque fidei documentis conciliari non posse videbatur, in suis Annal. ecclesiasticis ad annum Christi* 805, *num.* 108 *rejiciendum, nulliusque apud se auctoritatis esse, declaravit.*

AUCTORE J. G.

*pro fictitio haberi potest, cum veræ ejus notæ chronicæ*

21 *Sed, quid demum, sciscitaberis, de ipsa Carolina donatione, seu Dononiensi celebri charta statuendum est? Respondeo, tametsi illius jam memorata apographa haud dubie vitiosa admodum sint, ipsumque, quod Miræus lib.* 2 *Di-* E *plomatum Belg. cap.* 12 *hujus chartæ exemplar edidit, licet prædictis multo accuratius, suo tamen nævo non careat; ipsam nihilominus chartam Dononiensem pro fictitia minime habendam esse, at contra magnam mereri fidem, eamque, qua Dononiensis parthenonis exstructio jure morito* S. Ragenfredi *adjudicetur. Etenim, quemadmodum ex ejusdem diplomatis Miræano apographo, atque ex alio, quod a V. C. Domino Tordreau Valencenensis urbis regio vice-præposito (* Lieutenant Prévôt *Gallice dicto) mihi suppeditatum fuit, jam omnino compertum est, in eo diplomate nec annus Christi* 805, *nec* 905 *exprimitur, sed hæ sequentes notæ chronicæ comparent:* Id. Augusti, Indictione X, anno XXXVIII Karoli regis in Francia et imperii ejus II, *quæ, uti vel ex sola Labbei Concordia Chronologica liquet, cum nulli Carolo, Francorum regi simul et imperatori, præterquam Carolo, cognomento* Calvo, *conveniant; hujus adeo diplomatis auctorem, ipsumque, quo datum sit, tempus, nimirum annum Christi* 877, *vel ex his definitum habemus, cui et apprime congruunt, quæcumque in ipso diplomate de* S. Ragenfrede *deque Dononiensi, cui præfuit, parthenone enarrantur.* F *Singula paucis demonstremus.*

*apprime sibi, et probatæ fidei documentis congruant,*

22 *Assignato jam nunc anno Christi* 877 *Idibus Augusti currebat revera Indictio* X, *uti numeros ineunti patebit; in cursu pariter erat expressus illic Caroli, nempe Calvi, Francici regni annus* 38, *utpote qui Occiduam paterni regni partem anno* 839 *accepit, prout tom.* 7 *Script. Rer. Gall. pag.* 15 *ex Nithardo liquet. Ex Annalibus Bertinianis eodem tomo pag.* 119 *manifestum quoque fit, præfato Christi anno* 877 *annum imperii ejusdem Caroli secundum in cursu fuisse; quandoquidem anno Domini* DCCCLXXV, *seu, uti Annalium illorum, sed (quod bene notandum) annos Christi a die festo Natali exordientium, lectio habet,* anno Domini DCCCLXXVI *Carolus* in die Nativitatis Domini beato Petro multa et pretiosa munera offerens, in imperatorem unctus et coronatus, atque Romanorum imperator appellatus est. *Adhæc præfato anno Christi* 877 *jam satis diu* S. Ragenfredis *piissime vita functa fuerat, ut sanctitatis fa-*

AUCTORE J. G.

*mam, ecclesiasticamque venerationem, quas ei diploma illud tribuit, eo temporis, nempe* 70 *circiter annorum, decursu facillime assequi potuerit. Denique, ne prolixior sim, eo temporis intervallo crebris Normannorum in Belgicas regiones excursionibus ac partim forte etiam* rectorum insolentia, *qui, ut vicino Elnonensi* (*adi tom.* 3 *Gall. Christ. auctæ col.* 257) *cœnobio fecerant, parthenonis bona in suos usus converterint tam gravia Dononiensis parthenon detrimenta non modo pati potuit, sed et haud dubie passus est, ut in pristinum statum restitui vehementer necesse haberet.*

*et solius recentioris librarii imperitiæ adscribenda sit insolita ejus clausula.*

23 *At, inquies, tametsi ex jam dictis manifestum sit, diploma illud non ab alio principe, quam a Carolo Calvo, rege simul et imperatore, nec alio quoque tempore, quam anno Christi* 877 *posse editum statui, atque adeo una ex præcipuis, cur diploma illud pro spurio haberi olim potuerit, sublata hinc sit ratio; non propterea tamen idem illud genuinum dici, atque in iis, quæ de* S. Ragenfrede *asserit, veluti fide dignum haberi potest. At quæso, quid ita? Quia nempe* B *in plerisque ejus apographis, ac vel apud Miræum lib.* 2 *Diplomatum Belg. cap.* 12, *et tomo* 8 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 673, *hæc inusitata reperitur clausula :* ... notarius scripsi; *ac rursus, quia fictitium est* Pandiacum palatium, *in quo confectum notatur; tum denique quia variis locis interpolatum est. Singula hæc, quanti momenti sint, discutiamus. Fateor, præfatam clausulam, prout apud Miræum et Script. Rer. Gall. exstat, a communi diplomatum seculi noni usu alienam esse; at id non chartæ suppositiliæ indicium certum est, sed librarii, nescio, cujus vitium, qui cum vel rei, quam agebat, minus esset intelligens, aut non satis acres acutosque haberet oculos, usitatam sæpe in Caroli Calvi chartis formulam* : Audacher notarius ad vicem Gauzlini subscripsi, *integram recensere nequierit, et puncto aliquot aliarum, quas omittebat, vocum loco, pro arbitrio suo exararit.*

*uti et omissio nominis notarii, et vitiosa Pandiaci palatii indicatio.*

24 *Sane notarii nomen* (*idemque de aliis non expressis illic vocibus judicium esto*) *in ipso diplomate prætermissum non fuisse, ex sat antiquo quod penes nos est, hujus chartæ apographo conficitur, utpote in quo notarii illius nomen, licet non parum immutatum* (Micater *enim pro* Au- C dacher *legitur*) *expressum invenitur. Fecit haud dubie eadem non satis magna hujus diplomatis descriptorum peritia, aut ipsius diplomatis sub calcem vetustate aliquantum detriti aut exesi, obscuritas, ut pro* Pontiliaco palatio, *comitatus Burgundiæ, uti infra ostendam, hodierno oppido,* Pontalier *vernacule dicto, facili lapsu* τὸ Pandiaco palatio, *et* τὸ Parisiaco palatio *exaratum in apographis inveniatur. At tanti non est hujuscemodi librariorum error, ut ipsimet diplomati quidquam de sua detrahat auctoritate; cum in immensa illa diplomatum, hoc et superiori seculo editorum, collectione non nisi paucissima inveniantur, quæ ab aliquo librario minus accurate descripta prius non fuerint, aut non simili aliquo nævo in manu exaratis vel typis primum editis apographis laborarint : quæ tamen postrema, antiquariorum industria ac secundis curis primævæ fidei suæ postmodum reddita, æqualem cum ceteris auctoritatem sibi merito vendicant.*

25 *At sciscitaberis, qua ratione chartam illam in* Pontiliaco palatio *editam, ejus vero palatii situm, quem Mabillonius, seu potius Michaël Germanus libri quarti de Re diplomatica verus auctor, definire ausus non est, ego apud oppidum,* Pontalier *vulgo dictum, statuere ausim. Respondeo, me id facere partim ob Annalium Bertinianorum tom.* 7 *Script. Rer. Gall. pag.* 123 *jam nunc recitanda verba, partim ob ipsam diplomatis, quo de agitur, expressam epocham, nimirum* Id. Augusti, Indictione x *seu anno Christi* 877. *Annalium laudatorum ad hunc annum verba refero* : Domnus autem imperator Carolus de Carisiaco Compendium, indeque per Suessionem ad Remum civitatem, et sic iter suum per Catalaunos et Pontigonem atque Lingones peragens.... de Francia Italiam petiit. Et veniens ultra Juram usque ad Urbam, obviam habuit Adalgarium episcopum.... *Ac post nonnulla, quæ huc proxime non spectant, ita Annales pag.* 124 *pergunt* : Nunciavit etiam inter alia isdem Adalgarius imperatori, quoniam Joannes Papa (*hujus nominis VIII*) obviam illi Papiam veniret..... Ipse autem (*Carolus Calvus*) festinato perrexit ad eum, quem obviam habuit apud Vercellis civitatem, et eo recepto E cum honore maximo perrexerunt simul usque Papiam.

26 *Nunc hujus itineris seriem, quantum ad rem nostram necesse est, ex datis ab eodem diplomatibus expendamus.* Pontigone IV Idus Julii *ejusdem anni moratus est Carolus, ibique permutationem, factam inter canonicos Capelenses et monachos Æduenses, diplomate, quod citato tomo* 8 *pag.* 667 *videsis, confirmavit.* Lingonis civitate XII Calendas Augusti *substitit, ibique cœnobio Dionysiano Villam Carecium edito diplomate restituit. Postquam Monasteriolo super fluvium Segonnam certo usque ad Kalendas Augusti moram fecisset,* III Idus Augusti *seu, ut communi nunc computandi modo utar, die* XI *Augusti Vesontione civitate substitit, uti ex ejus diplomate pro Vivariensi ecclesia cit. tom. pag.* 674 *patet; ipsis vero* Idibus Augusti *seu ejusdem mensis die* XIII *Dononiensem chartam nostram edidit, nimirum in* regali *aliquo* Palatio *quod certo ultra tridui iter Vesontione non aberat, imo potius huic urbi multo magis vicinum fuerit, nisi eo ipso die, quo Vesontione rex discessit, præfatum pro ecclesia Vivariensi, et ipso illidem die, quo in* Palatium *illud* regale *venit, pro monasterio Dononiensi diploma, de quo quæstio* F *est, emisisse adstruatur.*

27 *Adhæc, uti ex Bertinianorum Annalium recitatis num.* 25 *verbis, et ex edito Vercellis in Italia* V *Idus Septembris, quod cit. tom. pag.* 674 *habes, diplomate evincitur, regale illud palatium, in quo Dononiensis charta edita est, viæ regiæ per* Juram montem usque ad Urbam *indeque* Vercellas *ducenti adjacebat. Quæ cum ita sint, vix ego dubito, quin, qui Vesontionis et hodierni oppidi* Pontalier *dicti, ac denique* Urbæ *seu Castri* Orbe *in Transjurano pago positionem expenderit, simulque nominis* Pontiliaci *cum hodierno vernaculo* Pontalier *affinitatem considerarit, non difficulter assensurus mihi sit, Dononiensem chartam in jam nunc dicto loco emissam revera fuisse, atque in ea pro* Pandiaco palatio *legendum esse* τὸ Pontiliaco palatio, *quod, uti ex alia Caroli Calvi charta apud Perardum in Monumentis Burgundiæ pag.* 48 *et* 49 *patet, minime Morboniam in insulam ablegandum est. Atque ita modo habemus, ipsa Dononiensi charta nec fictitium adstrui palatium*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *ubi hæc confecta fuisset, nec adeo eo titulo eamdem chartam sublestæ fidei argui merito posse.*

*ubi hoc diploma concessit, quod dein plurimis locis interpolatum fuisse, immerito asseritur.*

28 *Ad tertium nunc progrediamur argumentum, seu ad* plurimas illas interpolationes, *quibus hanc chartam laborare, ex citato supra Michaële Germano lib.* 4 *de Re diplomatica pag.* 307, *non nemo nobis objiciat. Haud ego diffiteor, præfatum scriptorem de interpolationibus plurimis aliisque nævis cit. pag. hoc diploma arguisse; at fallor plurimum, si alios, quam quos ejus librario haud satis perito imputandos esse, jam docui, probare unquam in ea nævos potuerit, salva nimirum permanente complurium ejusmodi, quæ aut ipse, aut socii ejus pro genuinis ediderunt, diplomatum auctoritate. Denique ipsemet libri* 4 *de Re diplomatica auctor eodem loco fatetur,* plurimis sub interpolationibus *(quas quilibet non mere pro arbitrio ab eo assertas, sed solide probatas videre optasset)* sublucere quemdam infucatæ vetustatis splendorem, qui chartam hanc non fictam ex composito, sed ad genuinæ ideam pereuntis efformatam insinuat; *ut adeo, etsi hujus diplomatis severiorem aliunde Aristarchum egerit, relatus*

B *tamen in eo factis fidem adimere ausus non sit; nec proin aut prima ejus aut aliorum similis censura Dononiensis hujus chartæ auctoritatem elevare queat.*

*Chronici Cameracensis, quod illi diplomati consonat, sub Gerardo I,*

29 *Atque hæc paulo fusius de hujus diplomatis fide prævie disputata sunt, ut, hac ab adversariorum objectis semel vindicata, minus impedito dein tramite, quæ ad* S. Ragenfredem, *conditumque ab ea, uti infra ex hoc diplomate probabimus, Dononiensem parthenonem attinent, percurrere possimus. Eodem etiam spectant, quæ, uti num.* 17 *monui, de Chronici Cameracensis et Atrebatensis auctore nunc disputare aggredior. Si Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom.* 8 *pag.* 404 *audiamus, hujus Chronici auctor Baldericus (de quo quæ Boschius noster tom.* 2 *Augusti pag.* 670 *erudite disseruit, hic pro insertis haberi cupio) idem iste, inquam, Balderici ex eorum sententia non jussu Gerardi I, Cameracensis episcopi, sed remoti hujus successoris, Gerardi II Chronicon suum scribere exorsus fuerit: quæ si vera essent, consectarium faceret, ut anonymus Dononiensis, qui paulo post medium seculum* XI *SS. Reginæ et* Ragenfredis *vitam adornavit, antiquitatis palmam Balderico*

C *cedere non debeat, quandoquidem Gerardus II, sub quo episcopo Baldericum suum inchoasse Chronicon, ipsi volunt, anno dumtaxat* 1076 *S. Lietberto in cathedram Cameracensem successit. Opinionem illi suam, quam indubiam pronunciant stabilire nituntur Gerardi II epistola, anno Christi* 1082 *ad Hubertum, Morinensem episcopum data, qua, ut videre est in Testimoniis, Balderici Chronico in editione Colveneriana præfixis, præfatus Gerardus II Opus illud* Chronicum nuperum *vocat. Addunt, ejusdem Chronici libro secundo ecclesiarum monasteriorumque fundationes, usque ad annum* 1070 *factas; libro autem tertio historiam S. Lietberti, anno* 1076 *defuncti, contineri; ac proin certo non ante hunc postremum annum a Balderico manum Operi impositam fuisse, contendunt.*

*seu ante annum* 1052 *magna ex parte conscripti,*

30 *Verum, quod virorum eruditorum pace dicere liceat, ex his omnibus non conficitur, Baldericum ante annum Christi* 1076 *suum Chronicon conscribere aggressum non fuisse; sed hinc solum consequitur, ut deductum prius ab urbium Cameraci et Atrebati exordio usque ad Gerardi I tempora Chronicon (quod ante annum* 1052 *certo factum fuisse, infra magis patebit) postmodum Baldericus auxerit, ac demum S. Lietberti Historiam ei adjunxerit sub Gerardo II, qui, ut diximus, anno* 1076 *ad Cameracensem sedem evectus fuit. Et sane, cum ipsemet auctor in sua ad Chronici librum secundum Præfatione pag.* 220 *aperte dicat, se gesta episcoporum Cameracensium priore libro* usque ad extremitatem domni Gerardi episcopi, QUI NUNC EST, pertractasse, *isque Gerardus, qui* tunc, *cum Baldericus hæc scriberet, in vivis erat, manifestissime sit Gerardus I, qui* Henrici imperatoris capellanus *fuerat, demortuoque successerat Erluino, uti ex ultimo libri* 1 *capite perspicuum fit; evidens pariter est, Baldericum non sub Gerardo II, seu post annum* 1075, *sed sub remoto hujus decessore Gerardo I Chronicon suum scribere exorsum fuisse, ac, præter integrum librum primum, secundum quoque magna ex parte adornasse, saltem ante annum* 1052, *quo Gerardus I certissime jam e vivis excesserat.*

AUCTORE J. G.

*uti variis rationibus ostenditur,*

31 *Quod autem ad institutum nostrum præ ceteris facit, dubitandum non videtur, quin, si revera Baldericus, (quod hic examinandi locus non est) libro* 2 *sui Chronici complexus sit* E *aliquas ecclesiarum cœnobiorumque fundationes, non nisi sub annum* 1070 *factas, ex earum numero saltem non sit Dononiensis parthenonis instauratio, utpote quam factam scribit* consilio domni Gerardi et Leduwini abbatis, *nempe Vedastini, qui tringinta saltem annis ante Gerardi II episcopatum defunctus erat. Cum vero subnectat,* moderno tempore, *seu vel eodem, vel certe vicino, quo suo Chronico vacabat, anno, per Balduinum comitem eorumdem Gerardi et Leduwini consilio Dononiensem cellam in pristinum statum fuisse restitutam; quis non videt, illud post annum Christi* 1036, *qui Balduino emortualis fuit, factum non esse; nec adeo a Balderico dici potuisse* moderno tempore *factum, nisi saltem libri secundi partem magnam multis ante Gerardum II annis, certoque vel ante medium seculum* XI *jam elucubrasset. Neque opinioni meæ multum officit, quod Gerardus II anno* 1082 *Balderici Chronicon* nuperum *vocarit: nam præterquam quod hæc vox* nuperum *aliquot elapsorum annorum latitudinem eo loco patiatur, dici aliunde non immerito potest, idcirco tunc* nuperum *ab eo dictum fuisse, quod tunc vel* nuper *ex omni prorsus parte,* F *seu quantum etiam ad librum tertium, completum, vel tandem evulgatum esset: ut adeo adversus Baldericum, præfato anonymo non nulla in re dissentientem, opponi jure merito non queat, esse eum anonymo juniorem, minusque adeo fide dignum.*

*major esse debet, quam anonymi Dononiensis, Balderico coævi, auctoritas.*

32 *Sed enim gratis etiam dato, Baldericiani Chronici librum secundum, seu hujus caput* 28, *quod huc facit, paulo post ejusdem anonymi Legendam conscriptum fuisse; vix quidquam tamen, imo potius nihil inde de auctoritatis palma Balderico decederet; cum hic, uti ex virorum præstantissimorum epistolis, ejus Operi præfixis, abunde patet, vir fuerit sui seculi in primis litteratus, incredibili insuper sedulitate et industria indefessa præditus, qui nihil dubium, uti ipse in sui Chronici præfatione asserit, et eruditi passim consentiunt, nihil fictum, nihil denique asserendo in medium protulit, quod aut in Annalibus aut Historiis Patrum, aut Gestis Regum, aut chartis quoque, quæ tum in archivo ipsius ecclesiæ suæ erant, aut a certis relatoribus et visum et auditum non accepisset; tantam autem*

*seu*

AUCTORE J. G.

*seu eruditionem, seu accurationem, in eodem anonymo desiderari, non una ejus narratio, infra subdenda, omnino palam faciet. Sed de his satis. Ad ipsam modo Sanctam me converto.*

## § III. Sanctæ natales nobilissimi: an novem sorores germanas habuerit, inquiritur: ei adscribenda fundatio cœnobii Dononiensis.

*S. Ragenfredis ex B. Adalberto et S. Regina,*

Ragenfredem *medio circiter seculo* VIII *patre natam esse B. Adalberto, seu Aldeberto, Austrovandiæ in Belgio comite, matre vero S. Regina, Pippini regis consanguinea, de quibus tom.* 3 *Aprilis pag.* 73 *et tom.* 1 *Julii a pag.* 266 *actum est, affirmant unanimi voce quotquot de Sancta nostra monumenta supersunt, consentiuntque, nemine contradicente antiquo, Belgici Gallicique scriptores omnes, qui vel Sanctæ nostræ, vel parthenonis, cui ipsa præfuit, accuratam abhinc aliquot seculis fecere mentionem. Nec est, cur tam claros nobilitate sanctitateque natales idcirco quisquam ei abjudicet, quod coævorum scripta, quæ id tradant, aut Normannorum incendiis absumpta fuerint, aut certe hodieque lateant. Nam, etsi ob horum defectum quædam natalium ejus adjuncta plane singularia, ac mirabilia quoque ei attributa gesta vocari non immerito in dubium queant; idcirco tamen de parentum ejus nobilitate propriisque nominibus ambigendum non est, cum ea haud dubie mox ab eorum obitu sepulcris quæque suis ac dein hierothecis, in quas sacra eorum lipsana ante Normannorum sec.* IX *fatales excursiones translata fuerant, sollicite exacteque inscripta fuerint; ac denique vel sola Dononiensium virginum clericorumque sibi succedentium religiosa gratave memoria facillime ad usque medium seculum* XI *immutata servari potuerint: quo demum tempore ad perennem posterorum memoriam jussu Fredesendis abbatissæ in Sanctæ nostræ matrisque ejus Vitam jam sæpe dicto anonymo illata fuerunt.*

B

C

*nobilissimis opulentisque parentibus,*

34 *Fidem igitur in his, quantum ad substantiam, meretur Vita illa et ex ea desumptum primæ Dononiensis Lectionis exordium, quod ita habet:* Beata Ragemfredis virgo sancta ex nobili Francorum genere orta, patre videlicet beato Aldeberto, comite Austrovandiæ, et matre sancta Regina, nepte Pippini regis, dignitatem nativæ originis morum honestate atque operum sanctorum claritate nobilitavit. *Sed neque indigna fide sunt, quæ de Sanctæ nostræ parentum divitiis ac pia munificentia in Cameracensis Breviarii, anno* 1497 *excusi, Lectione* 1 *et* 2 *hisce verbis referuntur:* Fuit ex præclarissimo genere Francorum vir illustris opibus et prediorum affluentia dilatatus, nomine Aldebertus, qui procreandæ sobolis provocatus amore neptem Pippini, regis Francorum, nomine Reginam, in uxorem sibi expetiit, cujus conjugale consortium mox impetravit. Qui quoniam de facultatibus suis, oppressis et indigentibus abunde ministrabant (celestibus mandatis per omnia placere cupientes) ex eorum sancta connexione nata est eis propago veneranda, *nimirum* S. Ragenfredis, *cui etiam novem sanctas sorores, at minus, uti infra dicemus, probabiliter, eadem Lectio secunda cum præfato anonymo tribuit.*

35 *Sunt et alia natalium* S. Ragenfredis *adjuncta, quæ idem anonymus vel ordinandi veri gratia ipse excogitavit, vel potius sibi ab aliis tradita bona nimis fide in litteras misit, de quibus pauca accipe. Ac primo quidem, uti et antemonui, non sub Pippino II, Theodorici III ad Textricium anno* 687 *victore, quod anonymus adstruit, sed sub hujus nepote, Pippino III, anno* 752 *in regem Francorum electo, quem cum illo anonymus confundit, Sanctæ nostræ parentes conjugio juncti fuerunt, et nata dein ex iis est* S. Ragenfredis. *Adhæc, quæ de summa Aldeberti, patris ejus, in Pippini aula dignitate ac virtute bellica anonymus paucis perstringit, etsi quidem argui falsi nequeant; ejusmodi tamen sunt, ut quilibet scriptori seculi* XI, *hæc sine vetustiore teste asserenti, non statim fidem adjuncturus sit, ac vel idcirco, quod omnia quæ illic scribit, quæque hic recitanda non censui, non videantur duorum seculorum spatio sola traditione sic illibata conservari potuisse, quin lapsu temporis fama apud Dononienses creverit, et Aldeberti dignitatem aulicam bellicamque virtutem ultra verum adornarit. Arbitror adeo, vel propterea factum esse, ut vir doctus, qui ex illa Vita ac fortassis etiam ex Cameracensis Breviarii propriis Lectionibus Dononienses de gestis* S. Ragenfredis *Lectiones desumptas, anno* 1625 *typis edi curavit, nullam horum, quæ jam discussi, adjunctorum mentionem in illis facere voluerit.*

36 *At quid de asserto passim SS. Reginæ et* Ragenfredis *cum Pippino rege consanguinitatis gradu censendum? Num dici sat tuto potest fuisse illa* Pippini neptis, *ac nostra proin Sancta ejusdem regis* proneptis, *prout a Castellano et Martyrologii Parisiensis auctore nuncupatur? Respondeo, nulla prorsus ratione S. Reginam Pippini regis* neptem, *aut* S. Ragenfredem *ejusdem stricte dictam* proneptem *statui posse, quales nimirum Galli suo idiomate* petite-fille *et* arriere-petite-fille *vocant; cum eo tempore, quo S. Regina B. Aldeberto nupsisse, perhibetur, nempe florente adhuc Pippino, ac certe ante annum* 768 *huic regi emortualem, nec Carolus nec Carolomannus ejus filii jam tum id ætatis fuerint, ut filiam haberent nubilem, quandoquidem neuter eorum ante annum Christi* 740 *natus sit, primave pubertate matrimonium iniisse legatur. At vero non video, cur S. Regina alio sensu Pippini* neptis, *atque adeo et Sancta nostræ ejusdem* proneptis *dici non posset, eo videlicet, ut sanctæ* Ragenfredis *mater ex Pippini sorore Chiltrude seu Hildrude, aut ex alia Pippino consanguinea principe progenita fuerit; cujus feminæ nomen cum minus, quam Pippini, postmodum regis, illustre esset, paulatim decursu temporis Dononiensibus exciderit, retenta semper Pippini regis, tamquam S. Reginæ avunculi, memoria. Certe anonymus noster sat verisimiliter Dononiensium traditione, qua hujuscemodi res conservari nata fuit, id edoctus, plus vice simplici Pippinum S. Reginæ* avunculum *vocat, nec ullum ut ante etiam innui, inveni scriptorem, qui eam, ac proin et Sanctam* Regenfredem, *istius regis consanguineam fuisse, neget.*

37 *Proximum hisce est, ut an Sancta nostra novem habuerit germanas sorores, quarum ipsa natu maxima fuerit, nunc inquiramus. Totidem*

*omnino*

*et pie educata, fertur quidem, at non satis probatur, novem sorores,*

*omnino (adi dicta sub finem num. 34) ei tribuunt anonymus, et Cameracensis Officii de* S. Ragenfrede *auctor, hisque et Lectiones Dononienses variique recentiores historici consentiunt. Earum nomina, natalium ordinem piamque institutionem partim præfatus Labarre cit. tom. fol.* 388 *verso et seqq. partim* VI *Lectio B. Aldeberti his verbis recensent* : Successu temporis *(B. Aldebertus et S. Regina)* decem virgines legitimo hoc et sancto conjugio procrearunt, utpote beatas Ragenfredem, Cælestinam, Rosam, Ambrosiam, Avam, Euphrosynam, Helenam, Neptalinam, Paulinam et Carolam, inter quas non quinque fatuæ, sed omnes sapientes : si quidem has omnes in omni virtutum disciplina instruendas piissimi parentes ab ineunte ætate curarunt, quibus accedebat cœlestis sapientia, quæ omne studium humanum superabat. *Hactenus ille, cui ego quidem ex anonymi fide asserenti lubens assentior, a sanctis suis parentibus* Ragenfredem, *et, si quas habuit germanas sorores, sancte etiam educatas et ad virtutem omnem institutas fuisse; at vehementer timeo, ne, quas ipse ex B. Aldeberto et S. Regina genitas affirmat, ex aliis, quam ex jam dictis, parentibus ortæ sint; nec hæ alio titulo earum filiæ dici possint, quam quod in cœtum monialium, quibus* S. Ragenfredis, *earum filia, præfuit, omnium primæ adscitæ fuerint, ejusque ita germanæ in Christo Jesu exstiterint sorores et in servanda virginitate æmulæ.*

*easque germanas, habuisse, quas aliqui, ac non recte,*

38 *Nec est sane, cur quis miretur, ampliore, quam duorum seculorum lapsu Dononiensium traditionem, quam anonymus plerumque secutus videtur, in aliquot minoris momenti rebus a vero non nihil deflexisse, atque eatenus immutatam, ut, quæ revera non nisi adoptivæ, ut ita loquar, seu in religiosa vivendi norma ejus sorores fuerunt, seculo demum* XI *diuque postea ejusdem* Ragenfredis *germanæ secundum carnem sorores creditæ sint : etenim ejusmodi traditionis seu antiquæ famæ conversiones minime novas esse, norunt omnes, qui Sanctorum aliorumve illustrium virorum Acta, ab coævis supparibusve non scripta, vel exiguo tempore pervolverunt. Quocumque modo hæc se habeant, certe neminem, utcumque critices peritum, arbitror fore, qui, ut rem tam singularem credat, antiquioris certiorisque notæ instrumentis eam firmari non postulet. Porro videtur præfatus auctor paulo liberalius* Beatarum *titulum novem illis sanctimonialibus concessisse; nisi forte hoc titulo non publicam earum in Ecclesia venerationem, sed sanctum earum institutum piumque e vivis exitum denotare voluerit, quod et quibusdam elapsi seculi hagiologis monasticis satis nimiumque familiare fuit.*

*Beatarum Catalogo adscribunt.*

39 *Atque ita quidem de novem hisce prælensis Sanctæ nostræ sororibus universim statuo, nec ipsa excepta Ava superius memorata, utpote quæ a B. Ava, die* XXIX *Aprilis in nostro Opere locum habente, omnino statui diversa debeat; quod vel hinc abunde patet, quod B. Ava, uti cit. tomo videre est, Dononii mortua sepultaque sit, Avam vero suam anonymus et cum eo Historiæ SS. Reginæ et* Ragenfredis *num.* 8 *indicatæ auctor aliique, Romam petiisse et remotissime extra patriam suam peregrinantem obiisse, narrent. Quid porro de asserta ab his Romana* S. Ragenfredis *novemque ejus sororum peregrinatione, ceterisque, quæ huic auctores illi innectunt, non parum admirandis gestis existimandum sit,* § V *edicam, cum ea, quæ peregrinationem illam præcessisse, anonymus aliique cum eo adstruunt, seorsum examinavero, ceteraque, quæ eo spectant, discussa pariter fuerint.*

AUCTORE J. G.

*Sancta Dononiense cœnobium, etsi contrarium anonymus*

40 *Itaque postquam citatus anonymus Legendæ suæ cap.* 2, *ex fœcundo S. Reginæ utero decem regales gemmas, seu virgines decem, ad unam omnes, ut scribit, sapientes, exortas, easque, liberalibus prius studiis, virtutibusque probe instructas, ad cœlibem vitam perpetuo agendam animatas narraverat, subdit ab earum sanctis parentibus ad Scaldim fluvium ædificatum fuisse cœnobium, in quo hæ sanctissime Christo famularentur. Verba, quibus id facit, hæc sunt* : Est locus siquidem super Scaldum fluvium, qui ab antiquis et modernis dictus est Dononium, quem habitantibus commendabilem facit pratorum amœnitas et planities, ubertas agrorum, opportunitas quoque loci, et utilitas diffluentis aquæ reddit gratissimum, quem sancti parentes *(B. Aldebertus et S. Regina)* congruum providentes voluntatibus suis, ut in eum constituerent maritorum loco donativum suæ filiationis, cogitant ibi ædificare ecclesiam in honore sanctæ Dei Genitricis, in qua per Virginem Matrem perpetuo floreret [corona] virgineæ integritatis.... Placet sanctum in commune consilium, aptant animos labori ad ædificandum, quia dulcis erat labor, quem charitatis suggerebat amor. Ecclesia construitur, cœnobium instituitur, congregatio monialium constituitur, ut virginum amplificatio coronarum fieret multiplicatio, et construentium ædificatio. Quibus [ex copiosis] prædiorum suorum redditibus tantum delegatur, quantum videlicet sufficienter exigeret vita cœnobialis.

*et Officii ecclesiastici Lectiones ac varii eruditi tradunt,*

41 Aliam e regione ecclesiam in honore S. Martini satagant construere, ubi clericalis ordo constitutus Missas et cetera suppleret, quæ sexus fæmineus minus valebat: sicque expleta ad virginum [usum] structura ecclesiarum, tantum ibidem exhibent ornatum et apparatum, quantum a Deo volunt recipere felicitatis [præmium.] Felix talium conjugatio, quorum tot virginum integritate redintegratur corruptio, quas et omnes posteras constituunt hæredes patrimonii sui jure hæreditario. Lætantur in operibus suis, congratulantur in sororibus suæ filiationis, quas quotidie cernunt ancillari Christo in timore castitatis. *Ita de Dononiensi parthenonis erectione anonymus apud præfatum La Barre cit. tom.* 6 *part.* 2 *a fol.* 395, *si excipias, quas supplevi atque uncis includendas duxi voces, vel plane apud eum omissa, vel perperam exaratas. Hisce in substantia consona tradunt Cameracensis Breviarii supra citati Lectio* IV, *Dononiensis Officii, hoc die recitari soliti, Lectio* V, *Guisius item, seculi* XIV *scriptor, et ex recentioribus Petrus Louvius in Natalibus Sanctorum Belgii, ex Molani schedis adornatis, ad diem* I *Julii, Miræus in Fastis Belgicis et Burgundicis ad eumdem diem, Locrius in Chronico ad annum Christi* 764, *Gazetus in Historia ecclesiastica Belgii pag.* 154, *Philippus Brasseur in Originibus Cœnobiorum Hannoniæ pag.* 124, *Mabillonius tom.* 2 *Annal. Ordinis S. Benedicti pag.* 204 *num.* 73, *Dionysius Sammarthanus tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 423, *aliique complures, quos, ne longior sim, omitto.*

42 *Verum*

AUCTORE J. G. *ex propriis bonis fundavit uti diploma Carolinum*

42 *Verum num his, partim tam antiquis, partim tam disertis eruditissimorum virorum testimoniis credendum omnino est, Dononiensem parthenonem a Sanctæ nostræ parentibus, non vero ab ipsamet ædificatum seu fundatum fuisse? Respondeo, mihi vix, aut ne vix quidem dubitandum videri, quin, quidquid præfata obsistant testimonia, Dononiensis parthenon sui erectionem* S. Ragenfredi *debeat, ejus vero parentibus id acceptum habere debeat, quod ipsi ea bona prædiaque, quæ ad sui erectionem ab hac adhibita fuerunt, jure hereditario aut libera donatione ad suam filiam* Ragenfredem *transmiserint. Ita plane existimo ob Diplomatis Caroli Calvi et Cameracensis Chronici, quorum fides auctoritasque § 2 stabilita fuit, disertissima verba, quæ hic recitari merentur. Ita illud habet:* Quapropter sciat omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium tam præsentium quam et futurorum industria, quoniam per carissimæ sororis nostræ, Gislæ scilicet nomine, crebram admonitionem, ac per dilecti nepotis nostri supplicem postulationem, quin insuper et pro animæ nostræ perpetua salute, abbatiam sanctissimæ Dei genitri-

B cis Mariæ, nec non venerandæ virginis S. RAGENFREDIS, QUAM EX SUIS PROPRIIS PRÆDIIS AC VERNACULIS IPSA VIVENS CONSTRUXIT, sitam super Scaldis fluvii ripam, in prædio, quod nuncupatur DONONIUM, ad pristinum certamus restituere statum.

*et Cameracense chronicon, quibus potior habenda fides est,*

43 *Idem prorsus et Cameracense Chronicon lib. 2 cap. 28 his verbis testatur :* Rursus quoque in vico Duneng beata RAINFREDIS EX SUI JURIS REBUS cellam fundavit, et sanctimonialibus constitutis, ipsa etiam abbatissa regimonium duxit. *Quibus quid clarius asseri possit, non video. At, inquies, diploma illud, etsi ex ante dictis fictitium non sit; tamen anno demtaxat Christi* 877, *ac proin non nisi fere seculo uno post cœnobii erectionem datum fuit; Balderico vero, Cameracensis Chronici auctor, anonymum Dononiensem ætate, aut nihil, aut parum certe superat. Sint hæc ita : nihilo tamen minus auctoritatis palma binis hisce testimoniis omnino deferenda est, tum quod diploma illud annis saltem* 170 *Dononiensi anonymo antiquius sit; tum quod publicum regiumque instrumentum sit, ac proin, quam sit privati juniorisque hominis testimonium, multo magis fide dignum; tum denique quod diploma illud ipsis temporibus, quibus*

C *parthenon Dononiensis erectus et ad umbilicum perductus fuit, satis vicinum sit, ut sine antiquiore documento publico, quod in contrarium militet, credi nequaquam debeant aut Carolus Calvus, qui anno Christi* 843 (*adi tom. 8 Script. Rer. Gall. pag.* 436) *apud Valentianas ac forte etiam in vicino urbi huic Dononiensi parthenone degerat, aut ejus soror Gisla, aut regii cæsareique ministri, quorum opera Dononiensis charta emissa fuit, aut Dononienses virgines, quæ illam expetierant, aut potius eos omnes simul in assignanda Dononiensis cœnobii origine tam cito a vero aberrasse, aut has rursus pro Aldeberto et Regina, quibus omnia sua debuissent, non sine infami ingrati animi vitio horum filiam obtrusisse, quæ tantum a recta cœnobii jam ante, ut adversarii volunt, conditi administratione inclaruisset.*

44 *Quæ cum ita sint, vel solo hujus chartæ testimonio potius, quam anonymi complurium-que recentiorum, qui numerum quidem facere, at suis ea de re dictis pondus addere nequeunt, omnino standum est. Quod autem ad Balderi-*

*cum, Dononiensi chartæ adstipulantem, attinet: etsi is ab ætate non habeat, ut per se ipse res, quas seculo* VIII *aut* IX *gestas refert, indubias reddat, ab eruditione tamen et veterum monumentorum, quæ ad manum habuit, copia ac sinceritate plurimum certe salisque auctoritatis habet, ut ei quidpiam, cui nemo antiquior doctiorque refragatus est, asseveranti, fides omnino adjungatur. Hinc tamen adstruere non ausim, etiam constructam in honore S. Martini ecclesiam, de qua adi citatum anonymum num.* 41, *suam quoque* S. Ragenfredi *originem debere; cum nec diploma Carolinum, nec Baldericus in Gestis Cameracensium antistitum hoc utcumque insinuet: imo contra credere malim, ecclesiam illam a Sanctæ nostræ parentibus, Austrovandiæ comitibus, ad suos suorumque subditorum usus primitus constructam fuisse, deindeque post horum mortem cessisse sanctimonialium obsequio; atque hinc forte natam quoque esse opinionem, quæ ecclesiæ S. Martini fundatoribus ipsius etiam Dononiensis parthenonis erectionem adscripsit, quæ re vera* S. Ragenfredi *adscribenda erat.*

45 *Utut hæc sint, equidem ex binis optimæ notæ jam laudatis documentis emendanda est anonymi Dononiensis transcripta num.* 40 *et* 41 *narratio, ac proin et auctorum complurium a seculo* XIV *altera assertio, qua hic non modo Dononiensis parthenonis fundatores faciunt B. Aldebertum et S. Reginam, sed et hanc quidem etiam primam ejusdem cœnobii abbatissam, ducti fortasse quibusdam S. Reginæ depictis imaginibus, quibus, hæc non modo cum corona in capite, sed et cum baculo abbatiali exhibetur : quasi vero a paucis seculis per artifices antiquitatis ignaros efformatæ tabulæ diplomati regio-cæsareo, multis seculis antiquiori, ac Balderico, multis nominibus fide dignissimo scriptori, fidem adimere aut alterutrius assertioni vel tantillum obesse queant. Ceterum, quo præcise anno* S. Ragenfredis ex suis propriis prædiis *seu* suï juris rebus *Dononiense cœnobium erexerit, tacentibus antiquis documentis, facile non est definire. Ferreolus Locrius in suo Chronico Belgico ad annum Christi* 764 *parthenonis illius erectionem statuit, quem et passim recentiores hic sequuntur. Verum tanto minus firma hæc Locrii opinio est, quod contra laudati diplomatis et Balderici testimonium non ipsimet Sanctæ nostræ, sed hujus parentibus cœnobii illius fundationem adscribat.*

46 *Mihi sane proprius vero videtur, sat multo, quam præfato anno* 764, *serius fundationem illam factam esse, puta post annum* 780, *quo tempore* S. Ragenfredis, *utpote medio circiter seculo* VIII, *uti passim creditur, nata, ea tunc ætate fuerit, ut et erigendo cœnobio, et duplici quidem, monialium scilicet et clericorum, non impar esset, atque, ut Balderici verbis fere utar, ut sanctimonialibus a se constitutis ipsa etiam abbatissa regimonium duceret. Superest, ut et de loco, quo cœnobium illud primo conditum fuerit, nonnulla etiam dicamus. Dionysius Sammarthanus tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 422 *Domini Godefroy, tabularii Insulensis in Flandriæ cameræ computorum præfecti, sententiam, uti videtur, probans, illud cœnobium* primo conditum fuisse, *tradit,* apud Berzellam juxta Flinas ad fluvium Sabim (Scarpum *fluvium voluit dicere, origine et cursu a Sabi plane diversum*) deinde translatum fuisse in castellaniam Bochanii *vulgo* Bouchain. *Verum cum neuter documentum*

A *mentum aliquod aut producat aut laudet, quo cœnobium illud alio prius, quam quo a seculo* VIII *exstitisse noscitur, loco conditum, indeque translatum ad Scaldim fuisse, fidem faciat; opinio hæc pari, ac quidem majori jure negatur, quam quo sine ullo antiquo teste adstruitur.*

## § IV. An S. Ragenfredis, et adunatæ ab ea sanctimoniales, Benedictinæ, an canonicæ fuerint, inquiritur.

*Ut Sanctam, de cujus Religiosæ vitæ genere controvertitur,*

*Inter auctores præcipuos, qui de Dononiensis cœnobii primordiis abhinc uno alterove seculo scripserunt, nequaquam de religiosæ vitæ Instituto convenit, quod* S. Ragenfredis *ejusque opera adunatæ virgines secutæ fuerint. Ferreolus Locrius in Chronico Belgico ad annum Christi* 764, *Miræus in Origin. cœnobiorum Belgicorum cap.* 52, *pag.* 156 *et* 157, *et Cointius in Annal. eccles.*

C *Francorum ad annum* 764, *num.* 16, *Dononienses virgines non monasticæ, sed canonicæ, seu, ut ipsi etiam loquuntur,* Regularis vitæ *genus a parthenonis sui exordio sectatas fuisse, volunt, quibus et Constantinus Ghinius aliique canonici Regulares omnino consentiunt. Ex adverso Mabillonius Sæculi* III *Benedictini parte* 1 *in Indice Sanctorum Prætermissorum monachas fuisse ab initio, certo se persuasum habere, scribit; ob ea nempe, ni fallor, argumenta, quibus, nullas canonicas in Galliis ante sæculum* IX *exstitisse, in sua ad Sæculum* 2 *Benedictinum præfatione* § III *operose contendit. Consonant ei alii Benedictini scriptores, ut supra num.* 16 *videre est, omnesque,* S. Ragenfredem *ejusque socias virgines, non canonicas, sed moniales Benedictinas fuisse, volunt. Utri ex his rectius de hac controversia statuant, ex jam dicendis facillime perspiciet eruditus lector.*

*Benedictini suam faciant, varia proferunt argumenta.*

48 *Si re vera, quod Mabillonius cit. Præfatione num.* 32 *asseverat,* nullæ canonicæ in Galliis, *ac proin nec in Gallia Belgica,* ante sæculum IX exstiterint; *si reapse, uti num.* 33 *subdit,* nullæ

C tum, *id est, ante annum Christi* 300, aliæ fuerint ancillæ Dei monasteriales *(seu* Sanctimoniales*)* quam monachæ, *et quidem ejusdem Mabillonii judicio Benedictinæ; si, inquam, verum sit,* tunc nondum canonicarum nomen audiri cœpisse, *quæ omnia Mabillonius pro indubitatis habet: profecto vix dubitandum erit, quin* S. Ragenfredis *ejusque sociæ sanctimoniales S. Benedicti Regulam amplexæ fuerint, recteque adeo ejus parthenon a sui exordio inter Benedictina cœnobia a Mabillonio alliisque Benedictinis connumeratus fuerit. Contra vero, si assertiones hæ, quæ Benedictinis fundamenti vice sunt, minus solide subsistant, profecto non immerito ambigi poterit, an, quæ, teste Balderico lib.* 2 *cap.* 28, *post illatam a Normannis ruinam canonicis locum fecerunt, ab exordio canonicæ et ipsæ non fuerint, non tales quidem, quales hodierno tempore* nobiles canonissæ *sunt, quibus ad seculum redire nutiasque contrahere liberum est, sed tales, ut sub ordine canonico in servitutem divinam perpetua stabilitate firmatæ essent. Hasce igitur Mabillonii assertiones discutiamus.*

AUCTORE J. G.

*sed quorum primum, ut pote contrarium concilio Verno, nihil evincit.*

49 *Atque in primis quidem, cum concilium Vernum, non Vercellis, ut perperam vult Benedictinus scriptor Corbinianus Khamm in suo Prodromo partis* 3 *Regularis pag.* 6. *sed in palatio* Vernis *apud Bellovacos anno* 755 *habitum, nihil interponat discriminis inter viros feminasque, sese Deo devoventes, omnesque indiscriminatim cogat, aut* monasticam *sectari regulam, aut* canonicam *vitam sub episcopi regimine, prout Thomassinus Parte* I, *lib.* 3, *cap.* 43, *num.* 8 *veteris et novæ Ecclesiæ Disciplinæ pag.* 784 *recte observat; consequens fit, ut ante secudum* IX, *imo ante erectum Dononiensem parthenonem,* ancillæ Dei velatæ *(adi canonem* XI *hujus concilii apud Labbeum tom.* 6 *col.* 1667*) in rerum natura exstiterint, quæ* sub manu episcopi sub ordine canonico *vitam ducerent. Prima itaque Mabillonii, nullas ante seculum* IX *canonicas admittentis, assertio non subsistit. Vidit expenditque hæc laudatus Corbinianus Khamm, et quamquam accerime illic pro sui Ordinis tuenda adversus Canonicos Regulares præstantia depugnet, candide tamen pag.* 10 *fatetur,* Deo sacratas virgines, a monialibus Benedictinis diversas, primum circa annum 755 *(ac proin sat diu ante seculum* IX) E cœpisse nominari CANONICAS, a REGULA seu ORDINE CANONICO.

*uti nec illud, quod ex concilio Cabilonensi formant,*

50 *Multum quoque a vero aberravit Mabillonius, dum eadem Præfatione num.* 33 *confidenter statuit, anno Christi* 813, *quo Cabilonense concilium habitum est, novellum adhuc canonicarum Institutum fuisse, seu seculi* IX *initio recentius, idque ex illius concilii Canone* 55 *satis probari, comtendit. Etenim, tametsi hujus concilii patres cit. canone dicant, sibi placuisse* admonitiunculas eis sanctimonialibus scribere, quæ se CANONICAS vocant; *hinc tamen legitime consequens non fit, ut tunc vel ante* 30 *pluresve annos in Lugdumensi provincia canonicæ non exstiterint; aut certe, dato etiam gravisve admisso, eas in Lugdunensi provincia non diu ante annum* 813 *exortas fuisse; nequaquam hinc consequitur, ut ante annos saltem quinquaginta in Gallia Belgica aliisve regionibus ejusmodi sanctimoniales fixum domicilium non habuerint. Quid? Quod non concilium Vernum dumtaxat anno* 755 ancillas Dei, sub Ordine canonico viventes, *commemorarit; sed et Francofordiense, anno Christi* 794 *celebratum, canone* 47 *manifeste indicet (adi Labbeum tom.* 7 *Conc. col.* 1063*)* F *jam tum abbatissas aliquot inventas fuisse, quæ a primæva* canonice non viventes *ab episcopis requiri et regi denuntiari jubet; quæ sane canonicarum sanctimonialium Institutum non adeo vel tunc novellum fuisse ostendunt.*

*sed nec aliud, ex decreto S. Bonifacii petitum,*

51 *At, inquies, tametsi in quibusdam Galliæ aut Germaniæ regionibus canonicæ sanctimoniales seculo* VIII *exstitisse admittantur; verisimile tamen non est, tales exstitisse in Cameracensi et Atrebatensi unitis tunc sub solo Cameracensi episcopo diœcesibus, ac proin nec in Dononiensi parthenone, utpote in Atrebatensi diœcesi sito. Quid ita? Quia nempe S. Bonifacius, antistes Moguntinus et legatus Apostolicus, in Liptinensi, ut statuit Mabillonius, concilio, anno* 743 *(apud* l'Estines, *duabus leucis ab Hannoniæ metropoli distantem locum) celebrato, expresse statuit, ut* monachi et ancillæ Dei monasteriales juxta Regulam S. Benedicti vivere studeant: *nullæ igitur*

AUCTORE J. G.

*tur tunc fuerunt aliæ ancillæ Dei monasteriales, quam monachæ; nec veri speciem habet, eodem labente seculo* VIII, *in ipsa diœcesi Atrebatensi sub alia Regula, quam sub Benedictina, erectum aliquem fuisse sanctimonialibus parthenonem. Quod attinet ad priorem hinc deductam ab adversariis sequelam, respondeo, S. Bonifacium more antiquo, ac suo, solas monachas in ancillis Dei monasterialibus numerasse, ac proin canonicarum antiquitati canonem illum non obesse, uti ante me jam dudum etiam observavit P. Le Large, auctor Disquisitionum de Canonicorum ordine, Parisiis anno* 1697 *editarum, pag.* 123, *ubi hæc ad rem nostram subdit:* eodem enim recidit canon ipse per sese, ac si prætermisso canonicarum ordine, et ad alium Canonem Bonifacianum *(nempe* 13, *quem habes tom.* 9 *Spicilegii Acheriani primæ editionis pag,* 64*)* reservato, hoc præcise statuat, ut monachi et monachæ juxta Regulam sancti Benedicti vivere studeant; qua de re quid ad canonicas?

B

*cum decretum illud, si canonicas spectasse dici posset, quantum ad eas,*

52 *Quod si quis contendat, a S. Bonifacio nomine* ancillarum Dei monasterialium *canonicas etiam comprehensas fuisse, non multum ego refragabor, et cum Auctore Disquisitionum supra laudato itidem reponam*: Sin autem forte Bonifacius ipsas canonicas reposuit in Ancillas Dei monasteriales, easque ferre non potuit diutius a S. Benedicti Regula alienas esse, qui sic habent persuasum, ipsi viderint, quantum in hac nostra causa Bonifacius Decreto suo Germanico profecerit. Certe Beatus Antistes non impediit, quominus canonicæ sanctimoniales passim in Galliis præterire regulam Benedictinam jure suo perrexerint. Docet hoc Vernensis *(de quo nos supra)* canon, quo ancillæ Dei velatæ sub ordine canonico constituuntur in manu et tutela episcoporum; sed planius adhuc id ipsum docent exempla multarum sanctimonialium, quæ ante seculum IX canonica vita floruerunt. *Ita ille, quem plura de his disputantem consulat, si lubet, curiosus lector.*

*quæ sub ordine canonico regulariter vivebant non magis exsecutionem habuerit,*

C

53 *Ego in illa Mabillonii verba, quibus in citata Præfatione num.* 32 *præfatum S. Bonifacii canonem in Liptinensi concilio conditum affirmat, hæc sola observo: eruditissimum virum concilii Germanici, anno* 742 *vel Ratisbonæ vel Augustæ Vindelicorum celebrati, canonem septimum Liptinensi concilio, quod Canones dumtaxat quatuor complectitur, perperam attribuisse; sed neque ex Liptinensi canone* 1, *quo* abbates et monachi recepisse Regulam S. Benedicti *asseruntur, consectarium ullo modo fieri, ut inter* omnis ecclesiastici ordinis clerum, *qui, teste ejusdem concilii canone* 1 *apud Labbeum tom.* 6 *Concil., col.* 1537, antiquorum patrum canones *suscepit suisque exprimere voluit moribus, non æque mulieres canonicæ, seu uti Sigebertus ad annum Christi* 820 *eas vocat,* clericales sanctimoniales *exstiterint, quam viri canonici, qui certe sub* omnis ecclesiastici ordinis clero *comprehendi debent. Et est profecto, cur credamus, non exiguo temporis spatio, nec fungorum instar, tot in Galliis fuisse exorta canonicarum cœnobia, quot ab anno* 816 *jam tum illic, ac nominatim in Burdegalensi et Senonensi subditis diœcesibus exstitisse, nec tamen inter recens condita numerata fuisse, ex Ludovici Pii ad Burdegalensem, Senonensem aliosque, uti videtur, metropolitas datis epistolis, quas apud Labbeum tom.* 7 *Concil. a col.* 1438 *habes, colligere datur. Imo potius credibile est,* puellaria illa cœnobia *ac* virginum canonice degentium societates *in illis litteris memoratas, pedetentim dumtaxat, ut fieri alias assolet, ac proin quinquaginta circiter annorum curriculo exoriri, alias post alias, cœpisse; ac verisimiliter quidem vel paulo post Concilium Vernum, anno* 755 *habitum, quo nempe statutum fuit, ut ancillæ Dei velatæ* sub ordine regulari aut sub manu episcopi sub ordine canonico regulariter viverent.

D

54 *Quod vero ad alteram objecti num.* 51 *argumenti sequelam attinet, ego illam pariter minime legitimam conseo; cum ex citato canone septimo Concilii Germanici, vel ex Liptinensi canone* 1, *quo* abbates et monachi receperunt Regulam sancti patris Benedicti, *nequaquam necesse sit consequi, ut etiam canonici Ordinis alumni (adi et dicta pag.* 291 *numm.* 12 *et* 13*) Regulam S. Benedicti receperint, nedum ut ad normam parthenonum, qui ex citato Vernensi synodi, anno* 755 *habitæ, canone* XI *sub* manu episcopi sub ordine canonico *ordinati erant, nulla prorsus eodem temporum velatarum Dei ancillarum cœnobia in Belgio erigi similiterve ordinari potuerint; ut potius oppositum, si ad ipsum Vernensis synodi canonem* IX, *atque ad alia supra dicta infraque etiam dicenda animum advertamus, multo fiat verisimilius, ac vix non indubitatum. Itaque, quidquid contradicat Mabillonius, potuerunt Dononienses sanctimoniales, iisque adjuncti fratres clerici a parthenonis exordio canonici Ordinis fuisse; nec, quia ante seculi* IX *initium* S. Ragenfredis *Religiosæ vitæ institutum amplexa est, consectarium fit, ut monialis Benedictina certo exstiterit, aut ejus cœnobium ab exordio Benedictinis annumerari debeat, ut sibi Mabillonius, at non satis, meo judicio, fundate, certo persuasum habuit.*

E

55 *At sciscitaberis modo, an* S. Ragenfredis *conditum a se parthenonem canonico Ordini indubie subjecerit, fueritque adeo et ipsa sanctimonialis canonica, eo nimirum sensu, quem sub numeri* 48 *finem indicavi? Respondeo, nec me id pro certo adstruere audere, propterea quod monumenta, quæ omnio hac super re diserta aut indubie satis antiqua sint, mihi minime suppetant. Sunt tamen nonnulla indicia, ex quibus, Sanctam nostram ejusque sanctimoniales socias canonicæ vitæ normam secutas fuisse, non temere colligas. Etenim, cum Balderico, accuratissimo, fideque dignissimo, ut supra ostendimus, auctore, lib.* 2 *Chronici Cameracensis et Atrebatensis cap.* 28, *Dononienses sanctimoniales, incumbente jam inopia,* paucis canonicis *locum fecisse asserat, nec tamen uspiam insinuet, hosce ante parthenonis calamitatem Benedictinis aliisve monachis successisse; at potius canonicarum veterumve cœnobii incolarum numerum, antiquitus non exiguum, cogente inopia,* ad paucos canonicos *redactum fuisse, innuat; non monachas Benedictinas, sed sanctimoniales canonicas cœnobii inopiam, seu ante Normannorum sub annum* 880 *exitialem excursionem, cum non paucis ejusdem canonici Ordinis alumnis Dononii collocasse, non immerito dici potest. Ac proin, cum nullo ex capite verisimile fiat, labente primo Dononiensis cœnobii seculo, duo plane diversa Religiosæ vitæ Instituta in illud fuisse introducta; non abs re, Dononiense cœnobium vel ab ipso suo exordio a canonicis utriusque sexus alumnis habitatum fuisse, ex Balderici verbis credere licitum est. Sane, cum jam mox laudatus auctor, Dononiensibus canonicis clericisve Gerardi I episcopi et Leduvini*

A *ni abbatis consilio moniales, Benedictinas nempe ut infra videbimus, substitutas fuisse, disertissimis verbis in litteras miserit; vix dubitandum videtur, quin, si Benedictinis monachis canonici, incumbente inopia, substituti fuissent, Benedictinorum, quibus canonici suffecti fuissent, qualemcumque saltem mentionem quoque fecisset, cum tamen illorum, ne levissime quidem, citato capite aut alibi meminerit.*

*et ex diplomate Caroli Calvi, Nivellensibus dato,*

56 *Quod si, uti a vero minime alienum est, Dononiensis parthenon ante Normannorum excursionem, ac vel a suo exordio ad Nivellensis S. Gertrudis cœnobii, utpote ceterorum in Belgio parthenonum etiam sec.* VIII *celeberrimi, normam efformatum fuerit; vix dubitandi locus erit, quin Dononiensem æque ac Nivellensem parthenonem cum sui ordinis sanctimonialibus canonici, sejunctis tamen ædibus, tunc temporis incoluerint. Ne autem, quod de Nivellensibus dixi, aut gratis aut falso assertum videatur, ipsamet subdo Caroli Calvi verba, quæ in concesso Nivellensi cœnobio diplomate apud Miræum in Donat. Belgicis pag.* 387 *et tom.* 8 *Script. Rer. Gall. pag.* 666 *exstant. Ita illic imperator loquitur*: Noverit
B omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium et futurorum industria, quoniam nos ob amorem Dei ac deprecationem Richildis imperatricis augustæ, dulcissimæ conjugis nostræ, concedimus ad usus fratrum seu sororum, SANCTIMONIALIUM videlicet et CANONICORUM *(non igitur monacharum et monachorum ordinis S. Benedicti)* Nivellæ cœnobii, quod conditum est in honore S. Mariæ, in quo etiam S. Gertrudis corpore quiescit, res quasdam, *quæ singillatim dein ibi recensentur, quasque ego, quod huc non spectant, hic prætermitto.*

*uti et monacharum aut Regulæ S. Benedicti in alio diplomate omissione*

57 *Atque in hac quidem sententia, quæ ante memoratam a Chronographo Cameracensi Dononiensis cœnobii inopiam illud a canonici Ordinis utriusque sexus religiosis inhabitatum adstruit, pronum est rationem reddere, cur in Caroli Calvi diplomate Dononiensi, infra exhibendo, de Regula S. Benedicti, quæ alias toties in concessis in Benedictinorum favorem diplomatibus recurrit, nulla prorsus mentio fiat; cur ilidem* Abbatis, *aut* monachorum *vel* monacharum *nomina, aliæve voces, quibus Benedictini Ordinis alumni designari solebant, nuspiam illic compare-*
C *ant; sed contra sub solo* Fratrum Sororumque *nomine ejusdem cœnobii utriusque sexus incolæ veniant: nimirum propterea, quod iidem parthenonis, a* S. Ragenfrede *erecti, incolæ labente seculo* IX *non magis Benedictini Ordinis fuerint, quam Nivellensis in Belgio abbatiæ* Fratres Sororesque, *quos citatum Caroli Calvi diploma, anno* 877 *datum, disertis verbis* Sanctimoniales *et* Canonicos, *non vero Benedictini Instituti* monachos *vel* monachas *appellat, quosque nec umquam ante monachos fuisse, insinuat. Cum igitur ipsa ratio dictet, ipseque Mabillonius in cit. Præfatione asserat, sanctimoniales illas debere* monachas *statui, quibus* monachi; Canonicas *vero illas, quibus* Canonici *sacra administrarunt; consequens fit, ut certe ante seculi* IX *exitum Nivellenses sanctimoniales, utpote quibus canonici sacra ministrabant, canonicæ et ipsæ fuerint, ac proin verisimilius et Dononienses, ad normam Nivellensis, uti probabile est, a* S. Ragenfrede *constitutæ sanctimoniales, quas tam cito, ut et num.* 55 *monui, ab uno ad aliud Religiosæ vitæ Institutum transcurrisse non facile quispiam credet.*



AUCTORE J. C.

*ac denique ex duorum Mss. lectione, Balderici verbis consona, concludi potest:*

58 *Ex his non temere sibi quis in animum inducet, Baldericiani Chronici, cujus autographum periit, aut certe latet, laudatam a Miræo et Locrio lectionem, qua Dononienses sanctimoniales* Regulares antea fuisse, *asseruntur, utpote prioribus Balderici dictis magis consonam, strictiusque cohærentem, præferendam esse lectioni duorum Mss. codicum, quos Colvenerius in edendo eodem Chronico, præ manuscripto Rubeæ-vallis sequendos duxit. Ita certe aliquando censuit Miræus in Opere, quod* Origines cœnobiorum Benedictinorum in Belgio *inscripsit annoque* 1606 *Antverpiæ edidit. Illic quippe cap.* 52 *pag.* 156 *et seq. ita loquitur*: Ceterum virgines Dononienses non monasticæ, sed canonicæ seu Regularis vitæ genus initio sectatæ sunt: post Normannorum autem vastationem, consilio Gerardi, eo nomine primi, Cameracensis episcopi, et Leduini abbatis S. Vedasti, itemque Balduini Flandriæ et Hannoniæ comitis, Benedictinum institutum sunt amplexæ. *Neve hæc a se haud satis fundate asserta dici queant, similem ei, quam Ms. Rubeæ-vallis codex præfert, Baldericiani Chronici lectionem producit, qua nixus, se* ha- E
rum rerum, *quas adstruit,* fidum testem *habere dicit* Chronographum Cameracensem, *ita cit. lib.* 2 *cap.* 28 *loquentem*: In vico Doneng beata Ragenfredis ex sui juris rebus cellam fundavit, et sanctimonialibus constitutis, ipsa etiam abbatissa regimonium duxit. Hanc autem postea incumbente inopia inclinantem, pauci canonici incolebant, sed postmodum consilio domni Gerardi episcopi et Leduini abbatis, Balduinus comes ad pristinum statum monialium reduxit, ibique moniales sancti Benedicti, CUM ANTEA FUISSENT REGULARES, introduxit quibus abbatissam Ermentrudem præfecit.

*sic tamen, ut ab hodiernis, canonissis Regularibus, in retinendo*

59 *Ceterum, cum Dononienses Sanctimoniales ab initio et usque dum* suo cœnobio inopia incubuisset, Regularis vitæ genus sectatas, *seu* canonicas Regulares *exstitisse, apud Baldericum, Miræum, Locrium, Cointiumque legimus, hæc non ita intelligenda sunt, quasi vero illæ aliæque ejusdem temporis canonicæ vel hodiernis Ordinis S. Augustini Regularibus canonissis, vel hujusce temporis nobilibus canonissis assimilandæ forent, quandoquidem, ut jam mox ostensum eo, ingens inter utrasque discrimen fuit. Nam*
F *primo quidem, quod ad hodiernas Ordinis S. Augustini canonicas Regulares attinet, hæ non modo perpetuæ castitatis obedientiæque, sed et paupertatis voto obstrictæ sunt, ac proin singulæ, seu in particulari, ut vocant, omnis bonorum temporalium dominii, ac liberi eorum pro arbitrio suo usus expertes atque incapaces sunt. Tales autem quantum ad rerum temporalium dominium usumque pertinet, priscæ illæ canonicæ non fuerunt, uti ex ipso Aquisgranensi concilio, anno* 816, *ut supra dixi, celebrato, manifestum est. In eo etenim lib.* 2, *qui inscribitur* De Institutione sanctimonialium, *et quo earum Regulæ ad uniformem stabilemque normam redactæ fuerunt, cap., seu can.* IX, *tom.* 7 *Concil. apud Labbeum col.* 1427 *hæc ad rem nostram præscripta exstant*: Providendum est his, quæ ob amorem Christi castimoniæ se dicaverint, et in collegio sanctimonialium (*canonicarum nempe, seu* Canonice, *ut ibidem col.* 1406 *in Præfatione notatur,* degentium) se admitti postulaverint, ut res suas, antequam monasterium ingrediantur, ita sapienter prudenterque deliberent,

AUCTORE J. G.

atque disponant, ut ad vitam tendentes æternam, nullam earum occasione patiantur perturbationem. Proinde si aliqua sanctimonialium res suas proprias ecclesiæ ita contulerit, ut nihil EX HIS SIBI PROPRIUM VINDICARE, sed tantum REBUS SUSTENTARI VELIT ECCLESIÆ, huic sufficienter in congregatione stipendia largiantur necessaria. Si autem ecclesiæ eas tradiderit, et USUFRUCTUARIO HABERE VOLUERIT, quæstor ecclesiæ eas, utpote ecclesiæ, defendat.

*bonorum suorum dominio et usufructu* * alii

60 Quod si eas ecclesiæ conferre noluerit, abbatissa et ceteris sanctimonialibus conniventiam adhibentibus, committat eas per scriptum publice roboratum aut propinquo, aut alio * cuilibet bonæ fidei amico, qui eas jure fori defendat. Secundum hanc igitur constitutionis formam, sanctimoniales suas proprias res deliberent et disponant, et aut servis, aut certe aliis, quibus illis libuerit, eas ad procurandum SIBIQUE FIDELITER EARUM FRUCTUS ADMINISTRANDUM, commendent. *Liberum itaque antiquis canonicis sanctimonialibus fuit, ex rebus suis* sibi pro
B prium vindicare, *rerum suarum* usumfructum *retinere, seu* administratis sibi fideliter earum fructibus uti. *Et rursus per Canonem, seu caput* 13, *col.* 1430 *Sanctimonialibus illis liberum relinquitur, ut,* si velint, *nihil proprium habeant; quo casu iis misericorditer necessaria quæque præbenda erunt; dum aliis, uti ex hisce verbis a contrario eruitur, quæ rerum suarum usumfructum retinuerunt, seu* earum fructibus *sibi* fideliter administratis *uti volunt, alio modo prospectum est.*

*plurimum discreparint, in eoque Begginis nostratibus similes fuerint,*

61 *Denique, quod idem Aquisgranense de canonicis universim pronuntiat, id etiam de sanctimonialibus canonicis illius temporis locum habere videtur, estque hisce canonis seu capitis* 115 *verbis col.* 1389 *conceptum* : Quamquam enim canonicis, quia in sacris canonibus illis prohibitum non legitur, liceat linum induere, carnibus vesci, DARE ET ACCIPERE, PROPRIAS RES ET ECCLESIÆ CUM HUMILITATE ET JUSTITIA HABERE, quod monachis.... penitus inhibitum est : non tamen in cavendis vitiis et amplectendis virtutibus eorum a monachorum distare debet vita. *Itaque in retinendo bonorum temporalium dominio et usufructu canonicæ illæ ab hodiernis Ordinis S.*
C *Augustini canonicabus Regularibus, seu quantum ad votum paupertatis, immensum discrepabant, erantque adeo priscæ illæ ea in re hodiernis canonissis nobilibus nostratibusque Begginis, quam canonicabus Regularibus hodiernis immenso quoque similiores.*

*a quibus tamen, et ab hodiernis canonissis nobilibus,*

62 *At vero et a canonissis nobilibus Begginisque nostratibus alia in re priscæ illæ canonicæ plurimum differebant. Nam, etsi in quibusdam parthenonibus ab abbatissa Officialibusque, ut vocant, perpetuæ castitatis votum emitti soleat, id tamen non in omnibus usu receptum est, et Dononiensibus canonissis Officialibus ipsique etiam abbatissæ ad seculum reverti, atque, relicto parthenone, ad nuptias transire omnino liberum est, prout ex ipso ore nobilissimæ Dominæ, Mariæ Ernestinæ Annæ du Chastel de Petrieu, hodiernæ Dononiensis abbatissæ, intellexi, cui profecto hac in re magis, quam recentioribus quibusdam scriptoribus, qui contrarium tradunt, habenda fides est; Begginis autem quibuscumque omnique tempore ad seculum redire liberum esse, notius est, quam ut probari debeat. Contra vero priscis canonicis sanctimonialibus liber ad seculum regressus minime patuit, uti ex citati Libri* 2 *de Institutione Sanctimonialium cap. seu Can.* x *apud laudatum Labbeum col.* 1428 *omnino ex his verbis liquet* : Meminisse debent, quæ se castimonialis nominis professione Domino devinxerunt (*nempe canonicæ*) IN MONASTERIIS JUGITER RESIDERE, et Domino tota mentis et corporis intentione instanter deservire debere.

63 *Porro id ipsum variis locis confirmatur, ac nominatim cap. seu can.* XI, *quo jubentur abbatissæ canonicarum summa intentione satagere* ut monasteria puellarum ita undique firmissimis circumdent munitionibus, ut nulli intrandi aut exeundi, nisi per portam, pateat aditus., *utque* nec sanctimoniales foras vagandi habeant facultatem, *ac denique omnia domi recte ordinata sint,* uti, quæ Domino devoverunt, postposita omni excusatione, INVIOLABILITER custodire valeant, *ac denique cap. seu can.* 18; *ubi inter alia, quæ sanctimoniali, se emendare nolenti, facienda præscribuntur, hæc, quæ huc faciunt constituta exstant* : Postremo si, his omnibus exhibitis, inemendabilis atque incorrigibilis apparuerit, QUIA NULLATENUS HUIC SÆCULUM REPETERE FAS EST, advocetur, si necesse est, episcopus... quatenus et pœnitentiam sibi ab eo injunctam
E salubriter gerat, et ceteris nullius contagionis morbum inferre valeat.

64 *Postremo, ut alia minoris momenti prætermittam, hoc etiam inter priscas illas canonicas, hodiernasque Regulares Ordinis S. Augustini, uti et inter nobiles canonissas Dononienses aliasque hisce postremis affines, intercedit discrimen, quod hæ ex Constitutionum suarum præscripto nigris vestibus constanter uti non debeant; at contra, dum a choro seu Officio ecclesiastico absunt, cujuslibet coloris vestimentis et secularium dominarum ritu, modeste tamen ornatis, liberum illis sit indui; nostrates vero regulares S. Augustini canonicæ tam in choro, quam extra illum, vestimentis candidis ejusdemque semper formæ, lineoque insuper amiculo, seu, ut vocant, superpelliceo induantur, cum ex adverso priscæ illæ sanctimoniales canonicæ nigri coloris vestibus usæ fuerint, uti ex ejusdem Aquisgranensis concilii can. seu capite* x *apud cit. Labbeum tom.* 7 *Concilior col.* 1428 *jam nunc recitandis verbis intelligitur :* Meminisse debent, quæ se castimonialis
F nominis professione Domino devinxerunt, in monasteriis jugiter residere et Domino tota mentis et corporis intentione instanter deservire debere, nec solum velamentum corporis sine ornamento mentis sibi prodesse posse. Quoniam nihil prodest corpus velare et mentem vitiorum portentis maculare. Quid enim prodest corpus velare et animum habere venenatum? Quid prodest NIGRIS VESTIBUS INDUI et a detractione linguam non cohibere? *Hactenus idem concilium; ex quibus verbis non tum primum nigrarum vestium usum sanctimonialibus canonicis præscriptum, sed, ut jam ante innui, ab omnibus passim adhibitum, rite confirmatum fuisse, jure merito colligitur. Nunc, quoniam hac in parte datam a Sollerio fidem liberasse satis videor, ad reliqua* S. Ragenfredis *gesta discutienda gressum facio.*

§ v

V

## § V. Sanctæ gesta, ab anonymo Dononiensi aliisque relata, examinantur : emortuale ejus tempus utcumque definitur.

*Anonymus Dononiensis relatis aliquot Sanctæ virtutibus,*

*Citatus jam sæpissime Dononiensis seculi* XI *scriptor anonymus, cum Legendæ suæ cap.* 2, *Dononiense cœnobium a B. Aldeberto et S. Regina, at perperam, uti supra ostendimus, conditum asseruisset, in eoque monialium congregationem, in qua perpetuo floreret corona virgineæ integritatis, constitutam itidem fuisse, narrasset; virtutes quasdam, a* S. Ragenfrede *ejusque, ut vult, sororibus, in eo exercitas, oratorio hic potius, quam historico more, his verbis commemorat* : Quis enim valet enarrare virtutes, quas in se continuerunt puellæ regales? B Quidquid scribendo primum voluero arripere, sequentium vilescet comparatione. Jejunium prædicem? Sed prævalebunt orationes et eleemosynæ. Humilitatem laudem? Sed major est ardor fidei cum pietate. Dicam in vestium sericarum condempnatione plebeios cultus et servilia indumenta eas quæsisse? Sed plus est animum, quam cultum deposuisse; difficilius enim arrogantia, quam auro caremus et gemmarum paritura, *seu ornatu. Hisce aliisque pluribus virtutibus effulsisse sanctam* Ragenfredem, *Dononiensi anonymo quilibet facillime credet; at non sic apud cordatos homines fidem invenient omnia, quæ et ipse, et prolixæ de SS. Regina et* Ragenfrede *Historiæ memoratus num.* 8 *auctor multis verbis de Sancta nostra mox enarrare incipiunt. Utriusque narrationem, ne longior sim, in epitomen contraham quidque de ea statuendum sit, subjunctis observationibus edicam.*

*subdit, eam cum* 9, *ut vult, sororibus, bino prius facto miraculo, Romam petisse;*

66 *Si seculi* XI *anonymum audiamus,* S. Ragenfredis *ejusque, ut vult, sorores* post contemplationis exercitium, quod divinæ exhibuerant majestati usque ad perfectum, post macerationem virgineæ carnis, in vita, *ut perperam contendit,* monastica *adhibitam, ex inspiratione, sibi divinitus facta, Dononiensem parthenonem ceteraque illic omnia relinquere, postpositoque divino amori parentum affectu, voluntariam aggredi peregrinationem nec non ubivis Sanctorum ecclesias invisere decreverunt. Extorta, si Historiæ jam citatæ auctori fides hic est, potius quam obtenta a parentibus peregrinandi facultate, die illo, quo iter instituturæ erant, splendidum apparatur prandium, sub cujus finem adsunt præ cœnobii foribus bini pauperes, alter mutus simulque cœcus, alter leprosus, suæ inopiæ subsidium aliquod, quo valent modo, enixe postulantes : accurrunt* S. Ragenfredis *novemque sorores, panem, carnes et vinum deferentes, quæ cum una ex his, nomine Ava, sororum nomine distribuisset, ecce subito cœco illi mutoque visus ac loquela, leproso autem integra corporis sanitas impertitur. Tum, uti ambo jam citati scriptores subdunt, non sine lacrymis parentumque singultu invicem vale dicto,* Ragenfredis *novemque illæ sorores Dononio discedunt, et* solæ *quidem, ut anonymus scribit,* eunt, eunt solo Deo comitante, numquam, excepta una, reversuræ, neque parentes amplius, nisi ante Deum, repetituræ : *et post nonnulla ita prosequitur :* Vadunt via luctuosa, currunt cum pietate et misericordia.... et quia... mensuram charitas non habet,... procedunt et incedunt non recto tramite, quia ubicumque merita Sanctorum audierint, non sustinent se præterire, *donec tandem Romam perveniant.*

AUCTORE J. G.

*sed, si revera Romam profecta aliquando sit,*

67 *In hanc modo Dononiensis seculi* IX *scriptoris alteriusque supra memorati narrationem, cui Cameracense et Dononiense Breviaria in substantia consentiunt, nonnulla, ut spopondi, observo. Ac universim quidem, cum tam singularis tamque miris adjunctis vestita decem sanctimonialium peregrinatio non vetustiore, quam anonymi Dononiensis, duobus et ultra seculis a* S. Ragenfrede *remoti, testimonio nitatur; ex hoc sane capite non immerito ambigi de narrationis illius veritate potest. Ast an ipsa facti substantia, seu suscepta aliquando a sancta* Ragenfrede *peregrinatio Romana pro indubie falsa habenda est? Respondeo, cum etiam post medium seculum* VIII, *quo Sancta nostra vixit, tantus fuerit fidelium ardor adeundi sacra loca, præsertim, quæ Apostolorum Principis sanguine sa-* E *crata fuerunt, ut non homines plebeii tantum, sed et clerici virique principes ad ea se certatim conferrent, uti inter alios apud Thomassinum tom.* 2 *veteris et novæ Disciplinæ Ecclesiæ pag.* 693 *multis testimoniis probatur; haud ita alienum a vero foret, etiam a* S. Ragenfrede *nonnullisque suæ conditionis feminis Romanam peregrinationem susceptam aliquando fuisse; at certe nec eo tempore id factum dici potest, quo illa se jam Deo in Dononiensi cœnobio devoverat, quoque, ut Balderici verbis utar, ejus* regimonium ducebat; *nec eo itidem modo, quo id factum esse, num.* 66 *adstruitur.*

*id non procedebatur fecisse tempore, ab anonymo assignato,*

68 *Etenim, uti apud Labbeum tom.* 6 *Concil. col.* 1666 *videre est, cum per canonem sextum concilii Vernensis, anno* 755 *celebrati, expressis verbis constitutum esset, ut* nulla abbatissa *(ac proin sive Benedictinarum, sive sanctimonialium, sub Ordine canonico viventium, esset)* extra monasterium licentiam haberet exire, nisi hostilitate cogente; *quis sine cœvi supparisve saltem scriptoris testimonio sibi in animum inducat, decretum hoc, quod et Pippinus et dein Carolus Magnus observari, omnino voluerunt, a Sancta nostra ejusque monialibus fuisse violatum, eamque adeo cum novem sui cœnobii virginibus, quos magis etiam, quam ipsam decretum illud constringebat, nulla hujus habita ratione, ac potius a parentibus extorta, quam obtenta, facultate, Romanam instituisse peregrinationem? Nam, quod reponi posset, non statim a condito cœnobio* S. Ragenfredem *ei præfuisse; id enimvero et gratis assertum et Balderici verbis num.* 43 *recitatis contrarium est. Quinimo, tametsi eam tunc, cum susceptam ab ea peregrinationem quidam asserunt, abbatissam non fuisse, admitteretur, ne sic quidem ab ea tunc fieri illa peregrinatio potuit, dum, ut ipsi volunt, sub matris suæ regimine in Dononiensi cœnobio jam tum Deo militare cœperat; quandoquidem ipsis monialibus multo magis, quam abbatissis extra monasterium exire et evagari, per canonem illum vetitum esset. Scio quidem, abbatissas monialesque in Italia vicinisque regionibus sub seculi* VIII *finem suis claustris contineri vix potuisse, quin in iter Romanum se darent; at simile nihil a Belgicis sanctimonialibus post celebratam synodum Vernensem tentatum fuisse legitur, neque id sine auctoris*

AUCTORE J. G.

*auctoris bonæ notæ testimonio credi ullatenus debet.*

*nec modo, ab eodem asserto,*

69 *Quod autem ad susceptæ, ut volunt, a Sancta nostra peregrinationis modum attinet, refugit animus, auctori minime cœvo credere, nobilissimam virginem, regioque ortam stemmate, nullo stipatam famulitio, quaquaversum, ubi Sanctorum ecclesiæ celebres exsisterent, divertisse, Romamque tandem ita profectam esse cum solis novem junioris ætatis virginibus, tanto suæ dignitatis dispendio, nec minore professionis suæ earumque omnium pudicitiæ periculo. Opinari itaque ego malim,* S. Ragenfredem, *si eam aliquando Romam ad Apostolorum limina profectam fuisse, citati supra auctores recte scripserint, id tunc dumtaxat fecisse, cum Dononiensem abbatiam necdum ex suis propriis prædiis bonisque condidisset, neque religiosæ vitæ Institutum esset amplexa; eamque potius integerrimæ vitæ optimatum Galliæ, qui Romanæ peregrinationis, uti ex Eginhardo in Vita Caroli Magni et citatis a Thomassino cit. tom. 2 testimoniis colligi potest, summo fervore æstuabant, sese tutelæ comisisse, quam ut cum novem virginibus sine*
B *ullo, ut ipsi volunt, famulitio aut consortio humano, seu* solo Deo comitante, *tam periculosam iter aripuisset.*

*nec item prius patrato indubie gemino miraculo.*

70 *De patratis, quæ narratio citata adstruit, binis miraculis, priusquam nempe* S. Ragenfredis *ejusque sociæ sese e Dononiensi cœnobio in viam darent, nihil opus est multis disserere; cum credi ejusmodi prodigia non debeant, quæ solo auctoris, binis et ultra seculis re gesta junioris, testimonio innitantur, nec aliunde firmari queant. Sufficiunt vel hæc sola, ut eidem anonymo Dononiensi, si per* monasticam vitam, *quam prius a* S. Ragenfrede *actam scribit, non universim, uti videtur,* religiosæ vitæ quamlibet normam, *seu qualemcumque* cœnobialem, *sed solam* Benedictinam *intellexisse, aliunde ostendi posset, non certam tamen habendam esse fidem, evincant; cum eum in referendis rebus, seculo* VIII *gestis, minime fuisse accuratum, veterisque historiæ adjuncta ad usum sui temporis non sine veritatis dispendio accommodasse, dici posse, ex assertis ejus jam discussis, satis superque pateat; quod et aliis etiam scriptoribus non coævis supparibusve minime novum esse, periti norunt. Pergo eorumdem scriptorum eisque partim consonam Breviariorum Cameracensis antiqui, et Dononiensis*
C *narrationem summatim referre, meas deinde in hanc subjecturus observationes.*

*Quæ de Sanctæ comitibus, tamquam partim in Palæstina,*

71 *Igitur, uti ambo jam sæpe citati auctores totidem fere verbis referunt,* S. Ragenfredis *novemque ejus sociæ pervenientes Romam, olim tanti sanguinis ream, tunc autem tot Martyrum sanguine totius orbis reginam, Principis Apostolorum primo incessu petunt ecclesiam. Ibi pulchrum erat videre decem filias regum (vide potius dicta numm. 36 et 37) regem Christum requirere et regales puellas ante tumulum Piscatoris (S. Petri nempe) genua incurvare. Deinde lustratis per aliquot dies omnibus Romæ ecclesiis et sepulcris Sanctorum, majoris desiderii fervore acuerunt se ipsas ad divinum famulatum. Cumque fessis corporibus sese recepissent hospitio, post multos de sua peregrinatione sermones facta est inter eas divisio carnis, non spiritus; quinque enim ex eis non femineo, sed virili animo terram Dominicæ Passionis, seu Judæam petere statuerunt,* Ragenfrede *cum quatuor aliis Romæ remanente. Illæ ergo, ut prolixæ Historiæ Gallo-Belgicæ auctor addit, Roma Brundusium proficiscuntur, hincque septem dierum spatio Ptolemaidem (Gallice* Saint Jean d'Acre) *appellunt. Hoc, uti idem narrator, anonymusque Dononiensis perhibent, virgines illæ Palæstinæ loca, Dominica habitatione vel Passione illustrata, (quæ longo ordine nominatim illi recensent) summa pietate invisunt, ac tandem ad speluncam sepulcri Domini, quam primum visitarant, reversæ, Salvatoris jaculo vulneratæ, et una inclamantes :* Invenit anima mea, quem quærebam, tenebo eum et non dimittam, *in pace quieverunt. Quatuor vero illæ, quæ cum* S. Ragenfrede *Sanctorum sepulcra Romæ repetere non cessarant, ad supernam Jerusalem etiam convolarunt, sola relicta superstite Sancta nostra, quæ susceptæ peregrinationis Romanæ dux fuerat.*

72 *Ita fere verbotenus illi, speciosam potius fabulam, ut, vel me tacente, nemo non censebit, quam veram texentes historiam. Sane, et suscepta a quinque illis virginibus Hierosolymitana peregrinatio, et septem dierum spatio confectum Brundusio in Palæstinam iter, et earum omnium ad speluncam sepulcri Domini obitus, et quatuor aliarum Romæ* inter memorias Sanctorum *uno tempore ad Superos transitus, hæc, inquam, aliaque ejusmodi ibi recensita gesta usque adeo singularia sunt, ut etiamsi (quæ tamen incerta est) pro indubitata admitti posset* S. Ragenfredis *cum novem virginibus Romana peregrinatio; nihilo tamen minus omnia illa aliaque ejusmodi adjuncta sine antiquioris testis auctoritate cordato homini incredibilia fierent. Quæ porro a* S. Ragenfrede *gesta dein esse, olim credita sunt, hæc ex eodem Gallo-Belgicæ Historiæ auctore citatisque Breviariis ediscere oportet; hanc enim Vitæ* S. Ragenfredis *partem laudatus numm. 3 et 4 Guisius aut suo Operi integram non inseruit, aut saltem in nostris Guisiani Operis Latini fragmentis non inveni. At parva est hujus ab anonymo Dononiensi adornatæ narrationis jactura, eoque solum fine hæc memoranda censui, ut ne quis, dum in aliis nostri similibus fragmentis hæc verba reperiret :* Sicut in Gestis visu ejus pleniter legitur, *hinc forsitan suspicetur, hæc anonymi Dononiensis verba esse, quæ re ipsa Guisii sunt, vel ejus, qui Guisium partim descripsit. Ad rem veniamus.*

73 *Igitur si citatis jam nunc partim Breviariorum, partim Historiæ Gallo-Belgicæ scriptoris testimoniis fides esse debeat, postquam novem illæ* S. Ragenfredis *sociæ piissime defunctæ essent,* Beata... Ragenfredis *(verba sunt Cameracensis Breviarii, anno* 1497 *editi,)* ut ad patriam repedaret, celitus admonita, cum ad hoc se accingeret, prefecti filius cepit, (multa repromittens) ad ejus amplexus anhelare. Mox Sponsa Christi talia perhorrens intravit ecclesiam oratura : sed impudicus ille juvenis impatientis animi estuans ardore cum eam contingere vellet, inter temerarios complexus mentum ejus ita scapule sue adhesit, ut immani vexatus angustia sacre Virginis auxilium coactus sit implorare, reatus sui veniam suppliciter petens. Illa protinus illi compatiens exemplum se prebens patientie pro malis bona rependens celeri eum sanitati restituit. *Consonat his Dononiensis Hymnus seu Sequentia ante primum Missæ Evangelium recitari solita, ita de Sancta nostra canens :* Caput orbis petiit, dum oratu rediit, turba secum prævia, en præfecti filius illi fertur obvius, ductus insolentia; cujus pulchritudinem miratur, et

A et Virginem, et ignorantem talia, mulcet et alloquitur, fovet et amplectitur, nec tamen evincitur ejus sanctimonia. Aggreditur osculo semel, bis, ter sedulo; sed, vidente populo, fiunt mirabilia. Mentum hæret scapulæ, Christi vero Famulæ subvenit clementia. *At, cum nec præfecti illius Romani, nec ejus filii nomen, nec tempus, quo hæc contigissent, nec antiquus, ac ne quidem suppar scriptor, qui hæc tradat, nec aliud quidquam, quod et ceteris assertis fidem facere natum sit, in medium producatur; tam illud a Romano juvene publice in ecclesia patratum facinus, utpote a vero etiam aliunde alienum, quam subsecutum duplex prodigium, nihilo magis, quam, quæ jam nunc ante discussa sunt, miracula, credi hactenus debent.*

*ejusque Dononium reditu, regimine cœnobii, obitu, oblataque in eo visione*

74 *Nunc, quoniam hæc unice indagandæ veritatis gratia recensuimus, reliqua quoque, quæ vel a præfatis auctoribus vel in citatis Breviariorum Lectionibus de Sancta nostra referuntur, audire non tædeat. Ita citati Breviarii Cameracensis Lectio* VII *pergit*: Ut autem inclita virgo Ragenfredis se progenitoribus orbatam agnovit B (*Dononiensis Lectio* IV, *die* X *Octobris recitari solita, Aldeberti patris ejus obitum dumtaxat commemorat*) ad prefatum cenobium in Dononio remeans, cum ingenti gaudio ab omnibus suscipitur. Quibus itineris sui narravit ordinem ad imitationem virtutis, ductum semper ad cælestia pandens. Erat enim vultu placida, suavis alloquio; et, quam Dei bonitas omni genere sanctitatis condierat, ab omnibus amabatur. *Si seculi* XI *anonymum hic rursus loquentem et cum eo prolixæ Historiæ auctorem audiamus*, S. Ragenfredis, *cum in suo ex urbe Roma ad Dononiense cœnobium reditu celebriores visitasset iterum ecclesias, repentino suo adventu viduam matrem, S. Reginam, Dononii degentem, mirifice consolata est, ac post breve tempus in ea consolatione feliciter ad Dominum migrantem vidit, eique (vide potius dicta numm. 42 et 43) in Dononiensis cœnobii regimen successit. Tandem et ipsa* S. Ragenfredis, *postquam, ut Cameracensis citati Breviarii Lectiones tradunt, eleëmosynas indigentibus erogasset, miseris in necessitatibus succurrisset, cetera pietatis opera exsecuta esset, cunctisque pene languidis salutis opem suis* C *precibus contulisset, omni virtutum genere adornata, piissime defuncta est. Denique narrante Historiæ prolixæ auctore, eadem nocte, qua Sancta nostra obiit, oblata fuit reginæ Bertæ cœlestis visio, qua* S. Ragenfredis *animam ab angelis in cœlum deferri conspexit, ac mox duo orbis lumina exstincta esse inclamavit, hoc se solum consolans, quod Sanctam nostram ejusque præmortuam matrem S. Reginam apud Deum patronas esset habitura.*

*vulgo narrata fuerunt examinentur,*

75 *Narrationi huic meas, ut ante feci, observationes subdo. Quod attinet ad* S. Ragenfredis *ex Urbe in patriam reditum præviamque huic divinam inspirationem; hæc, etsi fortassis non falso asserta sint, majorem tamen fidem auctoritatemque non habent, quam ipsa ejusdem Sanctæ ex Dononiensi loco ad urbem Romam instituta aliquando peregrinatio, de qua numm. 67 et seqq. actum fuit. Nec est quidem a vero indubie alienum, eo ipso tempore, quo Sancta nostra versari Romæ potuit (re ipsa enim illic versatam esse, non satis constat) eo ipso, inquam, tempore Dononii obiisse B. Aldebertum patrem ejus, eamque dein Roma reducem ingenti omnium gaudio maximaque suæ matris lætitia fuisse exceptam, ac postmodum morienti S. Reginæ adstitisse; verum rursus hæc omnia, deficiente auctoris sat antiqui testimonio, asseverare ego non ausim, nedum me vadem præstare miraculorum, quæ* S. Ragenfredis *precibus in favorem languidorum patrata fuerint; quamquam tamen negari nequeat, eam, quæ plurimis certe virtutibus inclaruit, multa suis precibus beneficia miseris impetrasse.*

AUCTORE J. G.

*et tempus ejus emortuale, quod ex antiquis,*

76 *Ipse denique emortualis Sanctæ nostræ dies annusque item in incerto est; nec tam ex sat antiquis probatisque monumentis, quæ jam nota sint, quam ex constanti aliquot seculorum opinione fixoque ab immemorabili tempore primarii ejus cultus die conjici datur, eam die* VIII *Octobris ad Superos emigrasse. Hunc confidenter Philippus Brasseur, nescio tamen quam veteri auctore edoctus, in suo Hannoniæ Kalendario Metrico pag.* 141 *ad diem* VIII *Octobris his versibus expressit*: Transiit ad cælos hodie clarissima Virgo, et patri et matri contumulata suis. *Annum tamen emortualem hic auctor, quod alias facere assolet, hic non adscripsit, haud dubie, quod nullum sibi, unde eum erueret, monumentum suppeteret. Nec vero sat tuto is statui ex Historiæ prolixæ narratione potest. Nam* præterquam E *quod ob solam hujus auctoris assertionem haberi pro certa non debeat oblata Bertæ visio, qua Sanctæ nostræ defunctæ animam in cælos deferri viderit; dato etiam, hanc vere contigisse, nondum ex ejus verbis emortuale* S. Ragenfredis *tempus definiri indubie posset.*

*aut ex oblata, ut fertur, Bertæ visione exacte statui nequit,*

77 *Etenim, quamquam Berta seu Bertrada, Pippini Regis uxor, post diem* XII *Julii anni* 783 *in vivis non fuerit, uti ex Annalibus Francorum Petavianis apud Bouquetum tom. 5, pag.* 15, *Tilianis ibidem pag.* 20 *aliisque illic editis liquet, atque adeo tametsi hinc consequens fieret, ut* S. Ragenfredis *ante eumdem anni* 783 *diem defuncta fuerit; tamen, cum idem prolixæ Historiæ auctor S. Aldebertum tempore Caroli Magni anno* 780 *adhuc floruisse, asserat, longeque majus, quam biennii aut triennii spatium, inter B. Aldeberti obitum interque* S. Ragenfredis *post felix regimen ad Superos transitum intercessisse, insinuet; dubitandi ansam præbet, an Caroli Magni filiam, ac Ludovici Pii imperatoris sororem, nomine itidem* Bertam *et Pippini regis neptem, quæ anno* 824 (*adi Bouqueti tom. 6, pag.* F 661) *in vivis adhuc fuit, designare non voluerit, eamque cum antiquiore Berta confuderit, pari errore, quo duos Pippinos confudit, et juniori attribuit, quæ a seniore patrata fuerant.*

*utcumque prope ex verisimiliore conjectura assignatur.*

78 *Quocumque modo hæc se habeant, malim ego, ne alias aut nimis breve, aut ex adverso nimis diuturnum regiminis Abbatissæ nostræ spatium adstruatur, sub annum Christi* 705 *defunctam credere; donec melioris notæ monumenta in lucem prodeant, ex quibus emortualis ejus annus, ceteraque huc spectantia definiri tutius queant. Atque hæc quidem omnia singillatim discutere visum est, tum ut pateat, ex adscriptis passim* S. Ragenfredi *gestis vix ullum esse, si Dononiensis parthenonis erectionem ejusque adjuncta, ac Sanctis omnibus communes virtutes excipias, quod pro explorato habendum sit; tum etiam, ut, si qui melioris notæ Acta alicubi latere norint, eas in lucem extrahendi desiderium ipsis accendam; iis dein, ubi locus erit, pro veritatis elucidandæ, Sanctosque Belgii illustrandi amore diligenter gratoque animo usurus.*

§ VI.

AUCTORE J. G.

## § VI. Sanctæ corpus e terra levatum occasione patrati miraculi. Diploma pro instauratione cœnobii Dononiensis concessum : cœnobii per Normannos vastatio.

*Sanctæ corpus, in ecclesia Dononiensi S. Martini sepultum,*

*Defunctæ Abbatissæ nostræ corpus non in ipsa parthenoni connexa ecclesia, Dei Genitrici sacra, sed in vicina huic S. Martini æde mandatum terræ fuisse, testari vel solus posset antiquissimus, quem meis oculis vidi, lapideus, qui* S. Ragenfredis *dici solet, tumulus, ante presbyterium prædictæ Martinianæ ecclesiæ erectus, si modo superstes etiam esset ipsa sepulchralis inscriptio, quæ ex more antiquo haud dubie in eo tumulo expressa fuit. Hunc tamen defectum utcumque saltem supplent Dononienses de elevatione corporis Lectiones, majori, quam quæ § præcedenti discussæ sunt, fide dignæ, quæ Sanctam in prædicta S. Martini ecclesia sepultam fuisse, diserte affirmant, quibus et antiqua admodum traditio scriptorumque communis consensus suffragatur, non mediocre utique veritatis indicium præbentes, aut saltem tale, quod absque solidis in contrarium rationibus rejiciendum non sit. Ast, quot præcise annis in San-martiniana illa ecclesia* S. Ragenfredis *corpus sepultum manserit, idcirco definiri exacte nequit, quod uti num.* 98 *vidimus, emortualis ejus annus in comperto non sit, nec item tempus, quod ad sepulcrum ejus B. Ava, jam mox memoranda, visum receperit, in Lectionibus illis, aliisve, quæ quidem novi, alicujus notæ documentis expressum inveniatur.*

*probabiliter non serius quam anno 850 de terra levatum*

80 *Nihilominus tamen hæc mihi sedet sententia, saltem non diutius, quam medii seculi spatio, Sanctæ nostræ corpus in San-martiniana æde sepultum jacuisse, ac vel ante annum* 850 *in decentem aliquam lipsanothecam e terra fuisse translatum, quæ lipsanotheca deinde in Deiparæ ecclesia, uti infra narrabitur, ampliata, honorifice collocata fuerit. Ac primo quidem testis est anonymus Dononiensis, multo hic, quam in* C *referendis Sanctæ gestis, accuratior propiorque rei gestæ*, meliorem *Dononiensum* thesaurum, corpora Sanctorum, *ac præcipuæ Reginæ*, Ragenfredis *et Aldeberti, suis nempe singula, ut res exigebat, inclusa feretris*, ad tutiora loca deportata fuisse, gratia evadendi *Normannorum manus. Id autem non videtur post medium seculum* IX *a Dononiensibus factum posse dici, cum ipso* anno Domini 850, *uti ex tomo* 2 *Martii pag.* 459, *num.* 9, *et huic respondente Henschenii annotatione pag.* 460 *liquet*, Normanni in oppido Gandavi venientes *(verba sunt scriptoris de Gestis Normann. ante Rollonem)* S. Bavonis monasterium incenderint ; deinde Rotumum *seu Rotnacum, ac paulo post ad Hamaticensem et Marchianensem abbatias, tribus dumtaxat leucis a Dononiensi sitas, pervenerint : atque adeo vix dubitari potest, quin Dononienses vicinorum exemplo suum etiam* meliorem thesaurum, *seu sacra ecclesiæ suæ corpora, ad tutiora loca, ne forte alias barbarorum præda aut ludibrium fierent, saltem non serius, quam ineunte anno* 850, *imo et annis aliquot ante deportari curaverint, mox, ut rumor de barbarorum imminente* D *incursione per Belgium spargi cœpit.*

81 *Quin imo nescio, an non sub Halitgario, Cameracensi simul et Atrebatensi episcopo, qui, uti tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 10 *et seq. ostenditur, ab anno* 817 *circiter usque ad annum* 831 *aliorum in suis diœcesibus Sanctorum e veteri tumulo elevationem permisit, vel ipsemet perfecit,* S. Ragenfredis *corpus e suo tumulo elevatum fuerit ; aut an id saltem sub Theodorico episcopo post annum* 831 *non contigerit, prius tamen, quam hodierni comitatus Hannoniæ partes a Normannis quidquam timendum haberent. Utut hæc se habuerint ; equidem, cum B. Ava, ab homonyma virgine, quam Sanctæ nostræ sororem quidam perperam faciunt, diversa, Dononiensem S. Mariæ ecclesiam* ampliari et multiplicis apparatus decoro meliorari fecerit, *antequam in illam* S. Ragenfredis, *Sospitatricis suæ, sacrum corpus transferretur, ipsaque in hujus parthenone sacrum habitum susciperet, prout partim Actorum B. Avæ compendium, infra laudandum, partim Dononienses de Elevatione corporis Lectiones, nemine contradicente, affirmant ; consectarium pariter videtur, ut hæc* E *pacatiore illo tempore facta sint, quod Normannorum crebras in Belgium eruptiones præcessit, ac proin saltem ante annum* 845. *Etenim, uti ex Malbranquio tom,* 2 *de Morinis pag.* 253 *et seq. ad annum* 845 *et annum* 846 *ostenditur, tantum abest, ut cœnobitæ aut sanctimoniales Belgii, præsertim in locis non munitis degentes, ærumnosa furentium Normannorum tempestate de extruendis ornandisve splendide sacris ædibus cogitarent, in eisve magno apparatu elevare vellent Sanctorum suorum lipsanothecas ; ut contra has ipsas sacras exuvias templorumque pretiosam supellectilem terræ visceribus sollicite abderent, si quando ad tutiora loca eas deferendi opportuna deesset occasio.*

82 *Non igitur a vero longe me abfuturum arbitror, si corporis* S. Ragenfredis *de terra levationis translationisque primæ epocham sub præfato episcopo Halitgario, vel sub ejus successore Theodorico, seu intra annum* 817 *et annum circiter* 840 *collocandam dixero. Ipsam modo elevandi sacri corporis occasionem ceteraque translationis adjuncta, ex laudatis num.* 7 *Dononiensis Breviarii Lectionibus, ad diem* 2 *Septembris legi solitis, fideque, ut diximus, non* F *indignis, modo audiamus. Ita habet Lectio nocturni secundi prima :* Corporis sanctæ Ragemfredis elevationem, quæ hodierna die (2 *Septembris*) facta est, insigni miraculo Deus honoravit in eo, quod cæcitatis illuminatione tumulum ipsius clarificavit. Erat virgo quædam, nomine Ava, genere nobilis, fide venerabilis, prædiorum abundantia et multarum opum affluentia spectabilis : sed nescitur, quo occulto Dei judicio, vel ad declarandum Sanctæ Ragemfredis meritum, ut videri potest, vel alia ex causa visu subtracto, multo tempore cæcitatis incommodo laboravit. Hæc largitione eleëmosynarum et ad loca multorum Sanctorum donatione opum suarum non modica, cum fide fervente amissi luminis remedia circumquaque requirebat ; sed occulta Dei dispositione, quod quærebat, minime consecuta est.

83 Porro nocte quadam *(ita pergit sequens Lectio)* cum sopori se, necessitate cogente, tradidisset, adstitit ei Angelus Dei, et hujusmodi verbis eam adhortatus est : si vis veniam peccatorum

A peccatorum tuorum a Deo consequi, et lumen oculorum recipere, sine dilatione sepulcrum sanctæ Ragemfredis et locum reliquiarum ejus non negligas expetere, in quarum inventione lumen amissum recipies. Recepta luminis claritate, quidquid vales, instanter et intente non disseras elaborare. Quæ mox eadem nocte consurgens, tam pro angeli exhortatione, quam luminis recuperandi desiderio, assumptis sibi obsequentibus, statim ut sanctas reliquias beatæ Ragenfredis in ecclesia S. Martini invenit, ita luminis visu recepto sanitati restituta est, ut deinceps clare videret omnia. *Denique ejusdem Nocturni Lectio tertia ita habet*: Hujus accepti beneficii gratia prædia sua, servos et ancillas, et omnem sui juris supellectilem ad sepulcrum sanctæ Ragemfredis attribuens, Dononii ecclesiam sanctæ Mariæ virginis ampliari et multiplicis apparatus decore meliorari fecit. Beatas quoque reliquias ejusdem Ragemfredis in prædictam ecclesiam transferri curavit, et ibidem Deo devota, assumpto velaminis sacri indumento, usque ad finem vitæ Deo militavit, et locum sepulcri in ecclesia
B sancti Martini cum Sanctis ibidem tumulatis promeruit.

*aliique auctores perhibent, collocatum fuit,*

84 *Hactenus citati Breviarii Lectiones, quibus omnino consonat, quod in Natalibus Sanctorum Belgii anno* 1595 *fol.* 79 *editum fuit, Dononiensium, nescio tamen, quam veterum, monumentorum Compendium, a Papebrochio nostro ad diem* XXIX *Aprilis pag.* 628 *minime improbatum, aliudque itidem, quod Philippus Brasseur supra citatus in suo Kalendario et Panegyrico Sanctorum Hannoniæ pagg.* 136 *et* 52 *contexuit. Hoc postremum, utpote quod præfatas Lectiones utcumque illustrat, nec alibi etiam in nostro opere invenitur, præ eo, quod ex jam laudatis Natalibus Sanctorum a Papebrochio in suo de B. Ava Commentariolo recusum fuit, hoc loco recitare visum est. Ita igitur citatus Brasseur in suo Kalendario metrico Hannoniæ ad diem* 2 *Septembris memoratam Sanctæ nostræ translationem paucis celebrat.*

Ecce Ragenfredis venerabile corpus ab urna
Transfertur; meritum Virginis Ava probat.

*In suo autem Panegyrico pag.* 52 *translationem illam ita elucidat*:

Ut finem faciam, subtexo notabile signum,
C Ad declarandos sanctæ Ragefredis honores:
Cujus ut ipse potens meritum dignoscere possis,
Ipsius ad tumulum sanctam tibi sistimus Avam,
Quæ, dum cæca foret, quæsivit ubique salutem,
Nec tamen invenit, donec monumenta sepultæ,
Virginis angelico monitu præfulta subivit,
Et visum per vota habuit: quo rite recepto,
Quidquid habebat opum, Medicæ donavit ad urnam:
Sic per opes invenit opem, per vota salutem.

*Dononiensem abbatiam, alio delatis Sanctorum reliquiis,*

85 *At concessis a B. Ava in suæ Medicæ honorem prædiis bonisque haud diu Dononiensibus sanctimonialibus pacifice frui licuit, ac ne iis quidem, quæ ipsa sancta Fundatrix divino cultui consecrarat. Cum enim, uti Thomassinus recte advertit, inter Ludovici Pii filios ea exorta essent bella, quibus ecclesiæ in easdem rursus, unde necdum plene emerserat, calamitates demergebatur, cœpissetque Carolus Calvus sub annum* 843 *laïcis sibi addictis commendare etiam sanctimonialium abbatias,* non modica, *ut habitum ad Theodonis-villam concilium loquitur*, Dei ac Sanctorum ad irascendum provocatione; *ac demum cum malo huic aliæ accessissent graviores ex frequentibus Normannorum incursionibus ortæ calamitates; factum est, ut Sanctorum Dononiensium corpora ad tutiora loca deferenda fuerint, utque deinde Dononiensis abbatia non levia, imo indies graviora, detrimenta caperet, sic ut ipsum Dononium et prædia saltem præcipua sanctimonialium dominio subtracta fuerint, dum reliqua fortassis Normannorum incendiis vastata etiamnum jacerent. Huic igitur et diuturno et gravi malo retundendo efficacius remedium non invenerunt Dononienses tum sorores tum fratres, infra in diplomate etiam memorandi, quam ut ad Gislam, Caroli Calvi sororem, et ad ejusdem regis nepotem Rodulphum (Richardi enim Burgundiæ ducis, qui Richildis, uxoris Caroli* E *Calvi, frater erat, hic filius fuit) supplices confugerent, eorumque patrocinio illata suæ abbatiæ damna resarciri, hancque ad pristinum statum reduci, abs rege impetrarent.*

AUCTORE J. G.

*multa detrimenta passam, Carolus Calvus*

86 *Annuit anno* 877 *æquis Dononiensium votis bonus imperator; cumque jam sat multa alia Sanctorum loca construxisset, aut lapsa instaurasset, Dononiensem etiam abbatiam ad pristinum statum revocare decrevit, edito in hunc finem, cum Vesontione Italiam petiturus Pontiliacum advenisset, (adi dicta a num.* 25) *supra memorato diplomate, quod hic, utpote ad* S. Ragenfredis *gloriam posthumam conditumque ab ea parthenonem quam proxime spectans, ex apographo laudati Domini Tordreau et ex Miræi diplomatibus Belgicis lib.* 2 *cap.* 12 *integrum exhibeo, additis, quæ apud hos atque apud Script. Rer. Gall. tom.* 8 *pag.* 673 *ex parte desunt, subscriptionibus, quales in ipso autographo expressas fuisse, partim ex uno alterove e nostris apographis Mss; partim ex disputatis* § 2 *mihi persuasum habeo. Ita illud habet*: In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Carolus misericordia Dei imperator Augustus. Omnibus Christicolis pax et salus. Pro timore et amore Dei multa loca Sanctorum, Deo propitiante, alia nova construximus, alia lapsa F restauravimus.

*ad pristinum statum, concesso diplomate,*

87 Quapropter sciat omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, tam præsentium, quam et futurorum industria, quoniam per carrissimæ sororis nostræ, GISLÆ scilicet nomine, crebram admonitionem ac per dilecti nepotis nostri supplicem postulationem, quin insuper et pro animæ nostræ perpetua salute, abbatiam sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, nec non venerandæ virginis S. Ragenfredis, quam ex suis propriis prædiis ac vernaculis ipsa vivens construxit, sitam super Scaldis fluvii ripam in prædio, quod nuncupatur DONONIUM, ad pristinum certamus restituere statum. Decrevimus igitur Dei timoris caussa necnon et per deprecationem jam dictorum has res reddere et confirmare per nostram magnificentiam, ad utilitatem fratrum sororumque inibi Deo militantium, ut perpetualiter possideant, quæ inferius scripta habentur.

88 Reddimus itaque cum nostra omni confirmatione fratribus et sororibus memorati cœnobii,

AUCTORE J. G.

nobii, ipsum videlicet Dononium cum omni integritate, mansis scilicet LIII cum molendinis et campis et pratis valde uberrimis, et in pago Hainoginense villam, quæ dicitur HALCIM, cum omni similiter integritate, mansos videlicet XXIV cum molendinis et pratis etiamque cum omnibus familiis inibi degentibus. In eodem quoque pago villam, quæ dicitur TEONIS, cum omni integritate, mansos videlicet XXXIV, in villa vero, quæ dicitur SALCEM, ejusdem pagi mansos XVI cum silva, quæ vocatur AMBLIGIA; in præfato quoque pago in villa, GALDECIATAS nuncupata, mansos VII nec non et terram arabilem. Quin insuper statuendo sancimus omnimodam decimam tam de villis indominicatis, quam de beneficiis, ex omni abbatia ad usus fratrum et sororum æternaliter largiendam. Ipsius vero loci senior, quidquid ad opus ecclesiarum vel ædificiorum præfati cœnobii necessarium fuerit, ante omnia et super omnia secundum Dei amorem provideat ac providendo largiter suppleat.

*quod hic integrum recitatur.*

B 89 Et ut æternaliter conserventur inviolabiliter, manu propria subterfirmavimus, et annuli nostri impressione insigniri jussimus. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXVII. Idibus Augusti, Indictione X, anno XXXVIII regni Karoli regis in Francia, et Imperii ejus II. Signum Karoli gloriosissimi imperatoris. S. Notberti. S. Gerlonis. S. Willelmi. S. Rodulphi ejus nepotis. S. Bernardi. [Audacher] notarius [ad vicem Gauzlini] subscripsi [Pontiliaco] palatio regali. Amen. *Hactenus illud diploma in laudatis num.* 86 *apographis, si excipias uncinis inclusas voces, quas, ut monui, ex Musei nostri ecgraphis supplendas aut aliunde mutandas duxi. Nunc præter ea, quæ de hoc diplomate* § 2 *disputata sunt, nonnulla ejus elucidandi gratia subjungere juverit. Igitur, qui in illo memorantur* mansi in pago Hainoginense, *sunt certæ agri portiones in provincia, quæ nunc comitatus Hannoniæ dicitur, sitæ, quæ et colerentur, et in quibus coloni ædes essent; per villas autem intelligi hic debent pagi, quos sequiori dein tempore* villagia *seu* vilagia C *vocatos legimus.*

*et ex nostris ecgraphis suppletur, reducere conatus est,*

*restitutis ei variis villis, quarum situs exponitur;*

90 *Talis porro villa, seu pagus, seculo* IX *fuit* Halcim, *quo nomine ego non pagum* Haulchin *seu* Haussy *ad Sellam amnem situm, sed* Haulchin *seu* Hauchin *ad Scaldim infra Dononium, designatum censeo; talis quoque fuit* villa, quæ dicitur Theonis, *quæ quidem non* Tun *seu* Thun *ad Scaldim versus Cameracum, ut Miræus conjicit, sed* Thaonville, *quod modo dumtaxat prædium est, haud procul a Dononiensi ponte distans, omnino esse mihi videtur; talis denique eo seculo fuerunt villa* Salcem *et villa* Galdeciatas; *quarum prior sitne pagus* Saultain, *viæ Bavacum Valencenis ducenti adjacens; altera vero an pagus, qui* Villers-cauchie *dicitur et viæ Cameraco Bavacum ducenti adjacet, edicere pro certo non ausim. Exploratior est memorata illic* Silva Ambligia, *utpote quæ hodieque* Bois d'Amblise *vocatur, et uti videre est in Maraldi et Cassini geometricis seu triangularibus Galliæ mappis, viam regiam attingit, qua Valencenis ad Hannoniæ metropolim itur.*

*at illud diploma, ex quo nonnulla ad Sanctæ cœnobium spectantia hic eruuntur,*

91 *Ceterum docet nos hoc Caroli Calvi diploma, Dononiense cœnobium, quod, vivente Abbatissa nostra,* Sanctissimæ Dei Genitricis abbatia *vocabatur, eodem, quo sancta ejus Fundatrix defuncta est, seculo dici etiam ab ejus nomine cœpisse* abbatiam venerandæ virginis S. Ragenfredis: *cujus quidem mutati nominis exordium, quandoquidem in illo diplomate recens fuisse non dicitur, verisimiliter ad sacri corporis ejus translati epocham supra expositam referendum est. Adhæc ex eodem diplomate pro certo habemus, quod et supra innui, Dononiense cœnobium tum temporis duplex fuisse, nimirum tum* fratrum *tum* sororum inibi Deo militantium, *quorum tamen ædificia suis muris et claustris prorsus distincta erant; de quibus videat curiosus lector Mabillonii Præfationem ad Sæculum Benedictinum secundum pag.* XXIV. *Num autem tam hæ, quam illi, uti Mabillonius cit, loco universim de hujusmodi in Belgio cœnobiis contendit, Ordinis S. Benedicti alumni fuerint,* § IV *discussum a me fuit, quem, si lubet, consulat lector. Nunc in viam, unde non nihil digressi sumus, revertamur.*

92 *Erat diploma illud a Carolo Calvo, imperatore et Francorum rege, Idibus Augusti anno* 877 *concessum, Dononiensibus adeo favorabile, ut, sola hujus habita ratione, sperare non immerito possent, fore, ut multo lætior deinceps, quam a* 40 *circiter annis fuerat, duplicis sui cœnobii esset facies, utque supremi Numinis cultus ecclesiasticaque Fundatricis suæ, imo et parrentum ejus veneratio magis magisque increscerret, ac vel idcirco etiam, quod jam ab annis aliquot barbara Normannorum gens Ostrovandiæ rursus imminere visa non esset. At bonam exspectationem minuere primum cœpit ejusdem Caroli Calvi, Pontiliaco in Italiam exiguo tantum tempore advecti, inexspectatus mense Octobri obitus, omnemque demum melioris sortis spem sustulit, quæ ex Ludovici Balbi, Francorum regis brevi post, seu anno* 879 *mense Aprili subsecuta intempesta morte exorta est,* miserabilis et excidiosa inter Francos... dissensio, *quam Annales Vedastini tom.* 8 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 80 *memorant. Etenim, uti Annales isti verbotenus fere subdunt, Normanni, ultra mare positi, Francorum discordiam audientes, navali evectione cum infinita multitudine rursus mari transito, Teruannam, urbem Morinorum, medio mense Julio anni* 879 *igne et gladio vestaverunt, nemine sibi resistente, eoque rerum successu animati, postquam Menapiorum ac Bracbantisiorum terras igne et gladio vastassent ac monasterium Gandense sibi ad hyemandum statuissent, mox, ut per anni tempestatem licuit, Tornacum civitatem et omnia monasteria supra Scaldim, atque adeo et Dononiense, Scaldi adjacens, et vix septem milliaribus Tornaco distans, ferro et igne depopulati sunt, interfectis, qui fuga dilapsi non fuerant, aut captivatis accolis terræ. Ita fere de verbo ad verbum, ut jam monui, Annales Vedastini, magna omnino hic fide digni.*

93 *Provide quidem atque opportune, teste eorumdem Annalium auctore, tam intra Scaldim et Somonam fluvios, quam trans Scaldim degentes monachi, cononici et sanctimoniales, priusquam eo rursus pervenirent Normanni, cum corporibus Sanctorum fugam inierant, ac fortassis vel ab anno* 845 melior Dononiensium thesaurus *in Duacensi castro, quod ex citatis a Malbranquio lib.* 6 *de Morinis pag.* 304 *auctoribus pro certo sanctorum corporum vicinorumque hominum asylo tunc erat, securo loco repositus manserat: verum, tametsi qui Dononio ad Duacense castrum confugerant, omnia in hoc contra Normannos fu-*

ta

A *la experte essent, et suis sacris pignoribus, in quibus, teste anonymo, Dononiensis loci aliquando recuperandi spem posuerant, nihil quidquam sinistri aliunde experti essent; non tamen paulo post, quam illatæ cladis auctores Normanni exacti e Belgica fuerunt, revocari ad pristinum splendorem potuit abbatia Dononiensis; imo vero id non prius, quam post unius fere seculi decursum, ut infra dicemus, utcumque executioni mandatum fuisse, Baldericus supra citatus lib.* 2 *Chronici Camerac. cap.* 28 *testatum facit.*

*Dononiensis abbatia, a Normannis nempe, funditus destructa fuit.*

94 *Sed priusquam eo deveniamus, haud gravate, arbitror, feret lector, si anonymum Dononiensem illatam hanc a Normannis Dononiensi parthenoni ruinam suis verbis narrantem audierit Ita ipse Legendæ suæ cap.* 6: Qui littora Scaldi insederant (*Normanni*) debaccabantur plurimum, quia illic eos fecerat esse continuos locorum opportunitas et gratissima statio navium, sive ad hyemandum sive ad quodlibet suscepti belli periculum declinandum. Qua tempestate devastata ecclesia Dononiensi, perit ille maximus labor, sed non merces Sanctæ Reginæ et sancti Aldeberti (*imo nec S. Reginæ, nec B. Aldeberti, sed* S. Ragenfredis, *cujus opus, ut supra* § B III *ostendimus, erat.*) Disperguntur moniales et aufugiunt clerici *(ad Duacenum castrum, ut censeo, in quo forte cum non paucis sanctimonialibus clerisque Sanctorum reliquiæ ab anno circiter* 845 *remanserant*) Exterminantur omnia, desolatur illa grandis ædificatio et diripiuntur ornamenta; nihil residuum fit igni præter meliorem thesaurum, corpora Sanctorum scilicet, quæ ad tutiora loca deportata fuerant *(puta ab anno circiter* 845) gratia evadendi, unica videlicet spes loci quandoque recuperandi. Similiter et cetera ecclesiæ ipsius prædia, quæ longe et prope circa Scaldum erant profusiora, hac tempestate exhausta et exinanita sunt. *Hactenus anonymus, ex quo præcipue reliqua, quæ ad erecti a* S. Ragenfrede *parthenonis ejusdemque Sanctæ Reliquiarum historiam faciunt, jam nunc sequenti* § *recensere pergo.*

## § VII. Sanctæ corpus ad Novum-castrum in Gallia delatum divenditumque: instauratio Dononiensis abbatiæ variaque ejus adjuncta.

C

*S. Ragenfredis abbatiam post Normannorum discessionem,*

LAudatus auctor, *postquam ipsis fere Fulcuini verbis (quæ tom.* 6 *Spicilegii Acherii pag.* 560 *primæ editionis habes) expossuisset, quo pacto, post Dononiensis ecclesiæ aliarumque complurium ruinam, Normanni per Franconem, episcopum Leodiensem, et Reginerium Longicollum, Hannoniæ comitem, mulloties victi fuerint, quove modo reddita ecclesiæ Belgicæ pax sit, mox hæc ad rem nostram spectantia subjicit:* Respirat paululum (*Godefridi, Normannorum regis, anno* 885 *occisi, nece*) languidus ignis ecclesiarum; sed tanta pressura, tam grandis jactura rerum, licet affectiva, tamen effectiva non poterat instantia statum priorem recuperare *(eum præsertim, quo Dononiensis parthenon ante annum* 849 *floruerat.)* Fit tamen dispersorum collectio, dejectorum erectio, sanctarum Reliquiarum a tutioribus locis revocatio, et quacumque diutius immorata sit desolatio, subita permutatione repentina videtur consolatio, utque major vel minor fuerat rerum dilapidatio, festinatur vel tradatur redintegratio. Dononium vero penitus eversum, dum ea, quæ sibi prius erant utilitati et honestati, tempore persecutionis vertuntur in ruinam et opprobrium, vicinitas scilicet Scaldi et congrua obsidioni* ampla et amæna statio pratorum; majus requirebat spatium, consilium et auxilium, quo pristinæ integritatis valeret reparare gradum.

AUCTORE J. G.

* *i. e.* commorationi

*sanctimonialium loco incolentes quidam clerici,*

96 Quapropter ibi cœnobialem vitam ea vice reformari non ferebat illa magna magnorum prædiorum devastatio: sed pro tempore ad Dei famulatum non penitus emittendum, REPONITUR tantummodo clericorum institutio, quatinus eorum provisione et acquisitione fieret quandoque monialium restitutio. *Igitur, teste anonymo, cui forte quidam antiquior scriptor, vel certe probata traditio hic præluxit, immensa, quam Normanni Dononiensi ecclesiæ ejusque bonis intulerant, clades impedimento fuit, quo minus dispersi ejus incolæ ac Duacensi in castro verisimiliter* E *latitantes post barbarorum discessum in pristinas sedes revocarentur et antiquo more tam clerici, quam sanctimoniales, canonicæ vitæ (de qua vide dicta* § IV) *sequerentur institutum. Id ipsum etiam non obscure indicat Baldericus cit. lib.* 2 *cap.* 28, *dum abbatiam Dononiensem,* incumbente inopia inclinatam, *non a monachis Benedictinis, sed a* paucis canonicis *inhabitatam fuisse, scribit.*

*ejusque regimen adepti,*

97 *Quid porro ab hisce clericis seu canonicis Dononiensi loco sanctæque* Ragenfredis *Reliquiis factum sit, citatus anonymus his verbis aperit:* Qui tandem *(pauci nempe illi clerici seu canonici)* necessitate, non rectorum sponte *(seu non ultronea superiorum electione)* regimen adepti, laborant et instant in reparatione loci, sub obtentu quidem quæstus (*seu utilitatis*) ecclesiæ; sed, ut postea patuit, pro emolumento sui. Denique copiis (*Dononiensis nempe perthenonis)* tamdiu vastatis, minus cito, quam volebant, sibi succurrentibus, inito consilio, aliud solatium requirunt suis necessitatibus. Placet eis, ex se ipsis quatuor eligere, per quos corpus sanctæ Ra- F genfredis statuunt efferre elatum versus eam Franciæ partem, quæ præfatam pestem (*Normannorum*) evaserat, si forte, donante Deo, exinde possent consolationem usibus suis referre.

*Sanctæ corpus circumquaque, ac tandem Novumcastrum deferunt,*

98 Exeunt itaque circumquaque lustrantes, et, non quantum volunt, sed, quantum sibi datur, ab undique colligentes, mendicando perveniunt ad Novum-Castrum super fluvium Ysam, per quem prædicti ascendentes Normanni minime læserant regionem, declinantes incursus oppidanorum; ubi gratia S. Ragenfredis honorifice suscepti *(iidem nempe clerici seu canonici)* et suscipientium affluentia admodum delectati per aliquot dies demorantur ibidem; ideo maxime, quia benevolum erga se sentiunt ejusdem castri comitem. Cui dum sæpius referunt beneficia sanctæ Virginis, paulatim immittunt ei concupiscentiam retinendi corporis, si forte ad hoc posset pertingere, ut eorum consensu valeat illud retinere. Quamobrem exhibet se eis omnimodis humanum, cogit eos verbis, ut accipiant, si quid foret necessarium, et sic inter eorum

AUCTORE J. G.

relationes temptat, si forte venderent ei quantulamcumque partem reliquiarum. Et quia egestas non habet fidem, in modico persuadet eis cupiditas, nec declinant foveam avaritiæ, dum largitatis suæ frena laxat eis, in accipiendo præmio pro eorum optione.

*idque domino loci, ubi, anonymus refert,*

99 Fit pactio et deliberatio pecuniæ, centum libræ videlicet denariorum et bis quinque, et in eodem loco una præbenda unicuique. Ita admisso lucro auri et amisso lucro innocentiæ, exonerato thesauro Sanctæ Virginis, sed onerati thesauro pecuniæ, ne distractio pateret, vacuum referunt scrinium iniqui delatores* ecclesiæ; quod restituentes domum* in ecclesia sanctæ Dei Genitricis *(utcumque jam a canonicis reparata,)* centum sibi retinent libras, quas possederant de mercede iniquitatis. Cetera vero *(ex piorum eleëmosynis collecta)* prout sibi videtur, solita fraude dispertiuntur fratribus et usibus ecclesiasticis. Latuit res acta diutius; succedunt tempora temporibus; successus accedunt decessibus, quia tempus miserendi venerat loci ipsius; deponuntur clerici et imponitur ordo monachorum, hisque brevi tempore substitutis et paulo post destitutis, restituitur
B congregatio monialium. *Ita rursus anonymus citatus, in cujus verba observanda quædam sunt.*

* *an* prædatores ?
* *an* Dononio ?

*sacrilege divendunt, ac capsam vacuam Dononium referunt*

100 Novum-castrum super Ysam *ab eodem memoratum, hodie oppidulum est regionis, quæ* Insula Franciæ *seu vulgo* Isle de France *vocatur, distatque Lugduno-Clavato quatuor leucis Gallicis majoribus Meridiem versus, Dononio vero viginti circiter leucis. Oppidulo huic, ut refert D. Corneille in suo Lexico Geographico tom. 2, pag.* 798, *col.* 2, Auxennæ *olim nomen fuit, et, teste Hadriano Valesio in sua Notitia Galliarum pag.* 72, *col.* 2, *ad Rotumnæ et Axonæ (vernacule* Aisne *vel* Esne*) confluentes situm est; hodieque* Neufchatel *vernaculo sermone dicitur. Huc igitur quatuor illi, mercenarii potius vocandi, quam clerici,* S. Ragefrendis *corpus non tam sublevandæ Dononiensis ecclesiæ inopiæ causa, quam proprii quæstus ergo deferendum primo censuerunt, ac demum ejusdem castri domino pretio infami vendidere, vacuam sacris pignoribus thecam, at ne alioquin faci-*
C *nus suum proderent, bene clausam Dononium mox reportantes; quæ quidem fraus nemini incredibilis videbitur, qui exeuntis seculi* IX *et* X *labentis corruptos quorumdam in ejusmodi rebus mores, nimiamque aliorum simplicitatem noverit.*

*circa annum, ut conjici datur,* 955.

101 *Quis porro ille Novi-Castri comes fuerit, quove anno* S. Regenfredis *corpus relictum in eodem castro sit, tacente anonymo, qui unus de hoc argumento scripsisse noscitur, quis pro certo statuat? Nec enim ad facti hujus epocham figendam multum facit, quod hujus loci domina, uti anonymus idem infra num.* III *scribit, Fredesendi, Dononiensi abbatissæ, forte anno* 1035 *asseruerit, Sanctæ nostræ corpus* ab antecessore suo *centum et decem libris comparatum fuisse; cum nullo ex capite pateat, hæc ejusdem dominæ verba de proximo suo decessore intelligenda esse; ut contra ex anonymo nostro, sacrilegæ huic venditioni* tempora temporibus successisse, *affirmante, credibilius fiat, de remoto aliquo ejus decessore sermonem hic fieri, qui ante centum fortassis pluresve annos castro potiebatur. Si hac in re, aliunde quoque obscura, locus sit conjecturæ, putem, sacrilegas illas nundinas eodem fere tempore contigisse, id est, anno circiter* 933, *quo S. Gisleni corpus Ursidongi-cellenses clerici vexere et revexere per patriam, ut per fidelium munificentiam mendicitatis suæ explerent inediam; uti verbotenus fere narratum est tom.* 2 *Octobris pag.* 254, *num.* 135, *et pag.* 311, *num.* 43, *ac rursus in Commentario ad Acta S. Gisleni suo loco dicetur.*

102 *Reliquum nunc est, ut de ejusdem anonymi verbis, ultimo loco num.* 99 *recitatis, nonnulla etiam dicamus; ac vel idcirco maxime, quod jam sæpe laudatæ Balderici assertioni minime consona esse videri queant. Hic quippe in suo Chronico lib.* 2, *cap.* 28 *paucis illis canonicis, qui, dilapsis Normannorum tempestate aut dein extinctis sanctimonialibus,* S. Ragenfredis *abbatiam incoluere,* moniales regulariter institutas *successisse, scribit; anonymus vero iisdem paucis canonicis seu clericis monachos prius fuisse suffectos, et his* brevi tempore destitutis congregationem monialium restitutam, *asserit. Verum enimvero, si aliud chronographi Cameracensis, aliud Dononiensis scriptoris anonymi institutum fuisse, perpendamus, nulla in re alterum alteri contradicere reperiemus. Etenim, cum monachi, quos clericis suffectos anonymus narrat, fortassis vel sui episcopi vel principis auctoritate clericorum loco in Dononiense cœnobium introducti non fuerint, aut certe brevi post tempore sanctimonialibus locum fecerint, hanc momenti unius monachorum substitutionem se tacitam in Gestis episcoporum Cameracensium, quæ scribebat, prætermittere posse, jure merito Balderico existimare potuit, utpote nullius aut certe levissimi momenti rem, et quam iis, ne alias prolixior esset, enarrandam linquere potuit, qui ex instituto suo singula, ad Dononiense cœnobium spectantia, minutatim prosequerentur. Quam itaque rem Baldericus mere tacuit, nec tamen inficiatus est, hanc ipsam anonymus Dononiensis pro suo instituto commemorandam censuit, utpote quam et suis etiam oculis videre aut certissime ex oculatis testibus intelligere quivit.*

103 *Haud equidem dubito, quin idem anonymus paulo quoque enucleatius Dononiensis parthenonis instaurationem prosecutus fuisset, si æque perspectas habuisset illius causas, ceteraque, quæ inter Gerardum I Cameracensem simul et Atrebatensem episcopum, interque Balduinum, Flandrorum comitem, eadem de re tractata fuerant. At hæc multo melius, quam anonymus Dononiensis, laudatus Baldericus novit, utpote qui eidem Gerardo I a secretis fuit. Hoc itaque teste, per Balduinum, Flandrorum nempe comitem, et Valentianensis juxta ac Dononiensis territorii dominum, consilio autem Gerardi I supra laudati antistitis, ac Leduwini, Vedastini nimirum abbatis, moniales eæque, ut infra ostendemus, Benedictinæ, in parthenonem Dononiensem introductæ fuerunt; atque ita, quæ a sui exordio sanctimonialium præsertim abbatia fuerat, exactis jam viris, qui illam incumbente inopia tenuerant, ad pristinum monialium statum reducta est, hoc solo tamen discrimine, quod eam, ut supra § IV diximus, canonicæ sanctimoniales primum, dein vero Benedictinæ incoluerint.*

104 *Rem totam hocce fere modo contigisse arbitror. Cum vere magnus ille piissimusque antistes Gerardus (de quo adi tom.* 3 *Galliæ Christ. auctæ col.* 18 *et seqq.) suarum diœcesium loca frequens visitaret, ac restaurandæ in utraque sua diœcesi Religiosæ, ac monasticæ in primis vitæ desiderio arderet, vidit haud dubie doluitque, post tot Belgii abbatias, vigili cura studioque S. Gerardi*

A *rardi Broniensis, ac dein B. Richardi Virdunensis aut restauratas aut reformatas, Dononiensem parthenonem ex antiquis suis ruinis necdum plene emersisse, multoque minus tali dignitate ac fervore rem divinam a viris illic peragi, quali eam a sanctimonialibus sub* S. Ragenfrede *ac deinceps usque ad Normannicam tempestatem peractam fuisse, sibi merito persuadebat; statuit itaque, ne alioquin perpetuum interiret* S. Ragenfredis *eximiæ pietatis opus, malo huic medicam manum afferre, ac proin in consilii sui partem adsciscere Leduwinum, Atrebatensis abbatiæ S. Vedasti abbatem, qui, teste chronographo Marchianensi,* vir *erat* vere sanctus et... singularis sapientiæ et virtutis, *quique, uti præfato tomo Galliæ Christ. auctæ col.* 379 *asseritur, in restituenda asserendaque non domi tantum, sed et foris morum disciplina plurimus erat. Communicatis igitur probatisque de revocando ad pristinum monialium statum Dononiensi parthenone mutuis consiliis, id pari studio sedulo ambo agunt, ut præfatum Flandrorum comitem et Valentinianensis juxta ad Dononiensis territorii dominum in eamdem adducant sententiam.*

B *ac Flandriæ comitem restaurato cœnobio, Balderico scribit.*

105 *Haud gravate postulantium vota Balduinus comes excepit, consiliisque paruit, quandoquidem ei, teste eodem chronographo Marchianensi,* Deus bonum pro restaurandis ecclesiis spiritum esset largitus, *atque, ut posita ejus tumulo epitaphia etiam perhibent,* vir *esset* virtute potens, defensor amatorque monachorum, *seu Ordinis monastici. Utut se mea hæc habet consiliorum Gerardi et Leduwini expositio; equidem auctoritate Balderici indubitatum est, ejusdem Gerardi nec non Leduwini abbatis suasu in Dononiensi cœnobio virgines fuisse viris subrogatas iisdemque virginibus regulariter institutis abbatissam, nomine Ermentrudem, per laudatum Flandrorum comitem fuisse præfectam, quemadmodum præfatus Cameracensis chronographus lib.* 2, *cap.* 28 *his verbis in editione Colvenerii testatur :* Hanc autem (*Dononiensem a* S. Ragenfrede *ex sui juris rebus fundatam cellam seu abbatiam)* postea incumbente inopia inclinatam pauci canonici *(quos anonymus* clericos *vocat)* incolebant : donec * consilio domni Gerardi episcopi et Leduwini abbatis, moderno tempore Balduinus comes ad pristinum statum restituit *, ibique monalibus regulariter institutis * abbatissam nomine Ermentrudem præfecit.

* *alibi* sed postmodum
* *al.* statum monialium reduxit
* *al.* ibique moniales S. Benedicti, cum antea fuissent regulares, introduxit *cui simul præfecta fuit abbatissa Ermentrudis ;*

106 *Non poterat sane, quæ piis Flandrorum comitis cœptis amborumque præsulum votis ex sententia subserviret, aptior Ermentrude inveniri antistita, quæ nimirum, teste anonymo Dononiensi ei coævo, nobilitatem generis morum nobilitate et regulæ disciplina superabat. Ipsa ejus verba accipe :* Quibus (*nempe monialibus* præclara abbatissa Ermentrudis [*præficitur*] nobilis quidem genere, sed nobilior moribus et regulæ disciplinis, [*quæ*] res ipsas ecclesiæ auxit et provexit successibus secundis; puellas quoque nobili procreatas sanguine educavit et erudivit eidem loco, in timore Domini et dilectione castitatis. *Quæ quam vere meritoque ab anonymo asserta sint, suo satis exemplo clarisque gestis comprobavit una ex alumnis ejus, nomine* Fredesendis *vel* Fredescendis, *plus semel supra laudata, de qua et amplior etiam sermo erit, ubi cetera, quæ ad hanc cœnobii* S. Ragenfredis *instaurationem pertinent, illustrata pariter fuerint.*

107 *Ac primo quidem ipsum tempus, quo tam felicem fortunatamque rerum suarum conversionem Dononiensis abbatia senserit, sat prope definiamus. Citato Balderico teste, facta est* S. Ragenfredis *parthenonis instauratio* consilio domni Gerardi, *episcopi Cameracensis Atrebatensisque, et* Leduwini abbatis *monasterii S. Vedasti, opera vero Balduini comitis. Itaque cum Balduinus ille, passim* Pulchrobarbus *dictus, e viris excesserit anno* 1036, *uti inter omnes convenit, consequens sit, ut certe serius, quam prædicto anno restaurati Dononiensis cœnobii epocha figi non queat. Ex adverso autem cum et præfatus Leduwinus, uti in Vita venerabilis Richardi tom.* 2 *Junii pag.* 987, *num.* 46 *Hugo Flaviniacensis tradit,* anno MXXIIII * jussu et obedientia patris Richardi prælatus sit abbatiæ S. Vedasti, *consectarium quoque fit, ut ejus, jam abbatis, consilio facta Dononiensis cœnobii instauratio statui ante annum* 1023 *omnino nequeat. Contigit igitur tempore illo, quod inter annos* 1022 *et* 1037 *medium intercedit, ac verisimiliter, ut etiam censuit Locrius in Chronico, anno* 1029, *postquam nempe præcedenti anno in* E *Marchianense monasterium, Dononiensi, vicinum, boni testimonii monachi introducti ejusdem comitis præcepto et Leduwini ejusdem opera fuissent, jamque ibi cœnobialis disciplinæ rigor innovatus esset, qua de re adisis Marchianensem chronographum apud cita tum Locrium ad annum* 1028.

AUCTORE J. G. *quæ circa annum* 1029 *contigisse ostenduntur.*

* *lege* MXXIII

108 *Ad Religiosæ vitæ genus, in abbatiam hanc introductum modo progredior. Si certum omnino foret, ea omnia, quæ laudatus num.* 58 *Rubeæ-vallis codex Ms. exhibet, genuina ipsius Balderici verba esse; certum vel quoque vel sola ejusdem scriptoris auctoritate fieret, moniales Benedictinas in parthenonem illum fuisse introductas : at, cum prædicti capitis* 28 *libri secundi lectiones in Mss. codicibus varient, atque adeo, etsi quidem probabilior, pro indubia tamen habenda non sit lectio, cit. num.* 58 *a nobis exposita; haud abs re erit videre, an aliunde id ipsum, quod laudatus Rubeæ-vallis Ms. codex ad hanc rem nostram tradit, evinci non queat. Et quidem dubitari nequit, quin tum Leduwinus, qui suo consilio magnam in Dononiensis cœnobii instauratione partem habuit, Benedictini Ordinis abbas fuerit suæque Regulæ propagandæ studio-* F *sissimus, tum et Gerardus episcopus pari zelo ad restaurandum* monasticæ religionis, *utique tum Benedictinæ,* ordinem *totum sese impenderit, ut videre est tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ coll.* 19, 20 *et* 379 *: igitur nisi contrarium ex fide digno auctore monumentove probari queat, credendum omnino est, non aliud, quam Benedictinum Institutum, cujus propagandi ambo illi studiosissimi erant, in Dononiensem parthenonem fuisse ab iis invectum. Huc adde, quod certissime anno* 1118, *uti ex Roberti, Atrebatensis episcopi, Constitutione eodem anno data, infraque recitanda, liquet, S. Benedicti Regula apud Dononienses moniales viguerit; ac proin, cum ea post Balduini comitis amborumque laudatorum præsulum tempora Dononium introducta fuisse non legatur, ea haud dubie ipsa fuerit, sub qua Dononienses moniales Gerardi et Leduwini consilio et Balduini opera* regulariter, *ut Baldericus loquitur, institutæ fuerint.*

*Introducti tum in abbatiam religiosæ vitæ Instituti,*

109 *Nunc* S. Ragenfredis *reliquiarum ejusque parthenonis historiam prosequamur. Dum, quæ*

AUCTORE J. G. *et 2 abbatissarum, sub quibus Sanctæ cœnobium*

*a quatuor præfatis clericis in Novo-castro relicta fuerant, S. Abbatissæ nostræ sacra pignora, magna illic in veneratione essent jamque sub felici Ermentrudis abbatissæ regimine, magis magisque, ut tempus sinebat, una cum* S. Ragenfredis, *etsi corpore absentis, religioso cultu Dononiensis ecclesiæ res prospere augeri provehique cœpissent, digna hæc antitista, teste anonymo nostro, universæ viam carnis ingressa est, virtutum laborumque suorum a Deo præmium receptura ; cui mox suffecta est memorata jam plus sæpe Fredesendis, grandæva moribus, ut anonymus subdit, sed juvenis ætate, cetera vero præfata matre non inferior. Hæc illius insistens vestigiis,* omnimoda dignitate locum (*Dononiensem intelligit anonymus*) quem regendum susceperat, in omnibus melioravit, vetustatem et ruinam claustri *(post Normannicam cladem a canonicis necdum plene instaurati)* pro posse renovavit, et, ut ferreis temporibus erga suos * aurea succederent, omnimodis elaboravit; *ac tali quidem industria ingenioque commissum sibi parthenonem, teste anonymo, gubernavit erexitque, ut, nisi in vita hominem laudari prohiberet Sapientia, plurima se de ea relaturum fuisse, cœvus ille anonymus aperte professus sit.*

* *an* suas ?

B *ejusque cultus refloruit, notitia datur.*

110 *Hæc illa est Fredesendis, seu, uti tomo* 5 *Galliæ Christianæ col.* 342 *vocatur,* Frisildis *vel* Faisildis, *quam Balduini,* Insulensis *dicti, et Flandrorum comitis uxor, nomine* Adela, *Messinensi seu Messeniacensi prope Ipras abbatiæ, a se anno* 1060, *ut Miræus ex hujus loci monumentis tom.* 1 *Operum Diplomaticorum pag.* 64, *Annotato* 1 *tradit, ædificari cœptæ, abbatissæ loco præesse etiam voluit, quæque* novellam *hanc quoque* plantationem *(anonymi verbis utor)* plus quam talis patiebatur ætas et sexus, direxit et erexit. *Ejusdem Fredesendis jussu conscriptam ab anonymo nostro fuisse S. Reginæ Vitam, cui et* S. Ragenfredis *gesta quædam intexta sunt, non est quod multis repetam, cum sat fuse actum ea de re sit supra. Sufficiant adeo jam data hujus abbatissæ notitia certaque anonymi nostri ætas assignata, ut ad peractam feliciter sub ea* S. Ragenfredis *corporis recuperationem cultusque ejus apud Dononienses augmentum nunc libero tramite progrediamur.*

C

## § VIII. Recuperata a Dononiensibus majora Sanctæ ossa, dein et minora : hæc in decenti lipsanotheca reposita : impensa eis in variis locis veneratio.

*Fredesendis abbatissa, cum ad Novum castrum divertisset,*

*Quo ordine* S. Ragenfredis *corpus, tamdiu ecclesiæ suæ subtractum, quove felici eventu suo parthenoni restitutum fuerit, verbis hisce anonymus laudatus cap.* 7 *enarrat.* Contigit, abbatissam (*præfatam nempe Fredesendem*) ecclesiasticæ dispositionis gratia versus urbem Remensem equitare (*huic enim metropoli tum suberant Cameracensis et Atrebatensis diœceses*) et, ignaram præteritæ vel futuræ rei, per Novum-castrum, super Ysam situm, cujus superius (*vide num.* 100) fecimus mentionem, transitum habere, ibique cogente hora (Deus vero disponebat iter ejus) necessarium habuit pernoctare. D Gratanter igitur suscepta hospitio ab ejusdem castri commitissa, post susceptionem ad ecclesiam ab eadem ducitur oratura. Oravit et surgens ab oratione Psalteriolum ibi invenit, cujus folia volvendo et revolvendo, Letania oculis ejus apparuit, quam perlegens inter nomina Sanctorum nomen sanctæ Ragenfredis dissimili colore, id est, minio inscriptum repperit, cui gratia nimiæ dilectionis infigens osculum (sperabat * enim, adhuc eam se habere ex integro apud cœnobium suum) requiritur jocunde cum saltibus * a comitissa, cui Sanctorum tam dulciter cum affectu pietatis libaret oscula ? Dominæ meæ, ait illa, sanctæ Ragenfredi, cujus præsentia in monasterio meo multas miserationes mihi exhibet et omnium petitioni. Non est ita, respondit comitissa antecessor meus *(vide huc spectantia num.* 101) centum et decem libris emit ejus sanctum corpus a quibusdam clericis in hac patria, et sine dubio requiescit in hac ecclesia.

112 Econtra satagebat abbatissa rem suam verbis affirmare, sed monialis quædam nomine Emma, *(alibi* Emina *vocatur)* quæ secum erat, maturior ætate, cubito (assistebat enim ei) pulsatam innuit silere. Sic est dimissum ; itum est cœnatum, post cœnam dormitum, diluculo discessum. Expleto itineris negotio, redit abbatissa et de corpore sanctæ virginis nec sibi nec comitissæ multum credula narrabat suis non sine mœrore visa et audita. Irruit statim super eas *(Dononienses moniales)* formido et pavor, et inerat cordibus earum varius credendi error. Res enim incredibilis erat (*iisdem nempe monialibus, quibus nihil unquam de quatuor præfatorum sacri corporis bajulorum fraudulentia innotuerat)* et ideo maxime, quia nemo credere volebat, quod omnino amisisse nolebat; sed industria abbatissæ res probata, voluissent noluissent, ad credendum persuadebat * ; et, quid tunc facerent, incertiores erant, si celarent aut propalarent. Sed, ne locus vilesceret, si vicini tanto thesauro vacuum rescirent, cœperunt ergo deliberare, si quo modo ad recuperationem sancti corporis possent pertingere, et quia angustia doloris inquirit solatium necessitatis, non defuit eis consilium supernæ dispositionis.

113 Post aliquot enim dies affuerunt Dononii quidam clerici illius regionis, ferentes secum reliquias causa suæ revelationis; ecclesia quippe eorum desolata erat crebrescentibus werris. * Qui abbatissæ jussu honorifice hospitio suscepti, reliquiis in ecclesia dispositis, seipsos exemare-runt * in domo Gerardi cujusdam (*num.* 4 *memorati*) presbyteri. Post escam et potum, post multas circumloquutiones *, ut mos est clericorum, sermo incidit Gerardo de sancta Ragenfrede, qui adhuc * intendebat animum. Statim vero ducibus clericis, Hugone et Henrico, respondentibus, se nosse locum, et, si merces non deesset, posse Virginis restituere thesaurum, Ite, ait Gerardus, et redite absque dubitatione mercedis, si sponsionem ad effectum perduxeritis. At illi, lustratis aliquibus provinciæ partibus, discesserunt, et majoris quæstus sponsione capti, Deo volente *, rem ad effectum perduxerunt. Reliquias Virginis, Dei nutu receptas, Silvanectis * detulerunt, Quibus in salvatione suis repositis *, Henricus recurrit Dononium exigere sponsionem suæ pactionis.

114 Quem cum vidissent Gerardus et Emma (*moniali supra memorata)* præ nimio anxii gaudio.

*Dononium referri curat,*

gaudio, expetierunt consilii secreta, et effectu rei audito, vocatur abbatissa; numeratur ei quantitas precuniæ; et, assumptis secum duobus clericis, Andrea et Heldino, Silvanectis * regreditur cum velocitate; et eo velocius, quo minus cum securitate; detegit eis et restituit thesaurum absconditum, majora videlicet sanctæ Virginis ossa, et facto sibi invicem vale, velociores votis, quam gressibus, cum timore et gaudio repetit unusquisque sua. Alter vero duorum, Andreas scilicet, grandi deprehensus infirmitate, cum cœptum iter male securus nullo modo auderet retardare, maxima corporis deficiebat contritione. Sed paulo post fit ei sancta Virgo baculus et medicina infirmitatis suæ. Cum enim pervenissent Dononium, quatinus statim laboris et timoris reciperet aliquod præmium, ubi in ecclesia disposuerunt Reliquias cum laudibus et hympnis, clericus repentinam et integram recuperavit salutem suæ invalitudinis; quibus ita gestis, grandis inerat eis exultatio de relatis; sed imperfecta adhuc supererat de relictis; clericus quippe, qui majora tulerat ossa, dum timet deprehendi, minora non perstitit comprehendere, quorum spes omnis ablata abbatissæ et suis omnem consilii viam videbatur excludere.

* Silvanectum

B

*dein industria monialis, nomine Emmæ, Novum castrum profectæ*

115 *Hactenus anonymus noster, Fredesendi, sub qua hæc contigerunt, ut plus sæpe monui, sychronus, et apprime notus, qui, quo pacto minora etiam* S. Ragenfredis *ossa Dononium relata fuerint, hisce verbis mox prosequitur*: Sed non deest Dei omnipotentia, quæ. ut manifestius pateret, arte tractatur feminea. Emina siquidem (*seu Emma*) monialis illa, quam præscripsimus cum abbatissa fuisse apud Novumcastrum, quandoquidem nullum animal audacius est muliere, animo tractat impugnare et expugnare ipsum oppidum (*imo castri sacrum thesaurum*) et, quod mille viri non auderent incipere, incipit et perficit unius mulierculæ ingenium. Parat novam expeditionem, virum videlicet rusticum et rusticam nininam * ætate et pannis veterem, quibus secum pedestri gressu comitantibus, ipsa, ascenso jumento, tendebat ad oppidi expugnationem; venit autem illuc tertia die, quasi iter agens, prandii jam instante hora, et loco non hostis, sed hospitis (res enim adhuc

* *i. e.* famulam

C latebat) suscepta caritate, qua prius, a comitissa, cum se diceret, illa die adhuc non audivisse Missam, navigio, quo citius rediret, monetur adire ecclesiam; (tantus enim erat per terram viæ circuitus, ut navigaret et renavigaret multo citius) elegit tamen pedes ire, quatinus notata sibi via post prandium illuc posset familiarius redire.

*et minora ossa clanculum furatæ*

116 Post Missam rogata morari reliquum diei, quod etiam non rogata petiisset, libenter præbuit assensum, sed iterum monita, ut dormiendo (erat enim mensis Mayus) requiesceret paululum, velle magis respondit adire ecclesiam psalmodiatam; et, ne aliqua notaretur suspectione, cum rustico et ninina sua * alteram assumpsit secum nininam de domo, eleëmosynariam comitissæ, cum qua securius vadens ad ecclesiam, diutius oravit, et post orationem residens, psalmodiare cœpit. Non valuit illa tantam moram cum eis continuare, sed affecta [tædio]

* *i. e.* famula

* *supple* loci

psalmorum; (nec enim paupertas * ejus psalmis, sed pane egebat) egreditur sua procurare. Post cujus egressionem exiliens monialis, dispositis suis per custodias competentibus locis, ipsa aggreditur spoliare [exertis] brachiis scrinium, in quo erant Reliquiæ sanctæ Ragenfredis. Trepidabant sui nimio timore forinsecus, illa autem non minus gaudio quam timore trepidans et æstuans intrinsecus, quidquid erat in scrinio, scopebat in sacculo suo, etiam pulverem cum ossibus.

AUCTORE J. G.

*cum iisque Dononium reversæ,*

117 Ubi vero suos revocavit, et dissimulationis iterum causa tenens Psalterium, satis læta, secura, cum eis resedit, ducitur ad ecclesiam muliercula, quæ per aliquot dies febricitabat, et, ut mos est infirmorum, ab eadem moniali, si quid contra hujus pestem nosset, requirebat. At illa rogat aquam deferri, et quiddam medicinale, quod lotum talibus solebat prodesse, dicens inesse sibi, statim lavat secreto Reliquias sanctæ Virginis, quas habebat in sacculo, et dans ei potum, curatam gavisa est abire continuo. Sicque Deo disponente iter et opus suum, sole jam inferiora petente, regreditur ad hospitium, et, ne aliquis, si consideret, forsitan deprehenderet sacculum in sinu ejus repositum, simulata incommoditate, tantummodo petit quiescendi locum [et] lecto sine mora parato collocatur. Lucerna, quam petierat sub obtentu quidem infirmitatis, sed pro reverentia E sanctæ Virginis, ante lectum accenditur; sed ea nox ob tanti custodiam thesauri ab ea insomnis ducitur. Mane autem facto, accedit ad comitissam et exosculans, se non ultra audere progredi propter werras * et incommoditatem suam

* *i. e.* bella

[dicit, et] ne illud nobile furtum aliquo deprehenderetur signo, redeundi ad monasterium petit et accipit licentiam, et ingressa viam, quam credebat securiorem, panigerica crustarum effecta, quas, si requiretur, quid ferret in sinu suo, ostentaret, ad comitum revelationem Dononium tendebat cum cito gressu per dierum et noctium successionem... Sicque pervenit ad monasterium, exultans in Christo prosperitate itineris.

*recuperatum integrum Sanctæ corpus magnifico scrinio recondi curat.*

118 Videres alteram Judith sororum excipi jocunditate, lætari abbatissam maxima exultatione, clerum et populum mirari rem gestam, et omnes communiter Deum laudare. Sic ars deluditur F arte, et distractio, facta clericorum factione. Quam rem abbatissa prudenter considerans gestam divinitus, [atque] ad salutem animæ, et gloriam vitæ, et augmentum ecclesiæ suis accidisse temporibus, ejusdem monialis, prædictæ videlicet Emmæ, instantia et ope fabricari fecit scrinium ex auro et argento magnificum vel munificis sumptibus, in quo debita veneratione reclusit corpus sanctæ Ragenfredis ad protectionem et securitatem posteris omnibus; quæ, medio statuta loco inter sanctam Reginam matrem suam, cui successit (*vide potius dicta num.* 45) et Avam, quam præcessit in regimine, ad gloriam et honorem sanctæ Trinitatis, per sponsum Dei filium meritis earum et precibus locum suum protexit et illustravit antea et postea operibus mirificis. *Ita hactenus anonymus Dononiensis in nostro Guisiani Operis Latini fragmento, si, præter jam mox infra dicenda excipias verba aliquot, quæ, quod partim in illo apographo desiderarentur, partim minus accurate aut prorsus perturbate descripta essent, ex conjectura suggessi, utque ab anonymi verbis secerni possent, uncis inclusi.*

119 *Nunc, quamobrem pro narratiuncula quadam, jam datæ anonymi relationi apud Guisium*

AUCTORE J. G. *Recitata anonymi narratio, e qua consulto quædam resecta fuerunt.*

*sium inserta, num.* 117 *puncta aliquot substituerim, alterumque prodigium, quod in eodem fragmento anonymi relationem consequitur, haud pariter non transcribam, reddenda mihi est ratio. Quod ad narratiunculam illam spectat, etiamsi anonymo nostro, veluti auctori, quod tamen non ausim asserere, tribuenda hæc esset, nec vana imagine delusa fuisset monialis illa, dum animalculum, propterea quod ad sacras* S. Ragenfredis *reliquias accesserat, divinitus occisum censuit deindeque Dononiensibus narravit; res equidem hæc vel sic non tanti visi mihi est momenti esse, ut ipsis, quibus apud Guisium refertur, verbis recensenda foret. Alterum vero prodigium, quod apud citatum Guisium integro cap.* 34 *Aldo quidam, famosus raptor, divinitus punitus fuisse narratur, hic recitandum itidem non censui, tum quod vehementissime dubitem, an anonymi nostri verba etiam sint, quæ ad capitis* 32 *calcem totoque sequenti capite libri* 12 *Guisiani Operis Latini exhibentur; tum quod Baldericus lib.* 3 *Chronici sui cap.* 20 *sumptum divinitus de eodem prædone vindictam enarrans, nuspiam de illata ab eo Dononiensi*

B *ecclesiæ injuria contumeliave meminerit; ac denique, quod, teste Balderico, horribile illud Aldonis exitium nec eo, quo apud Guisium refertur, modo, nec eo etiam tempore contigerit, sed, uti Cameracensis Chronographus testatur, sub Wenrico, monasterii S. Gisleni in Hannonia abbate, ante annum* 1027, *uti tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 92 *liquet, certe defuncto, ac proin non postquam* S. Rafrengedis *reliquiæ opera Fredesendis e Novo-castro Dononium revectæ essent, sed annis fortasse viginti prius, quam Dononiensi cœnobio memorata abbatissa præesset.*

*falsi argui non potest ex verbis Fredesendis abbatissæ.*

120 *Reliquum modo est, ut, quæ circa transcriptam anonymi narrationem moveri possent, quæstiones attingamus. Ac primo quidem dubitandum non nemini videbitur, an Fredesendis, Dononiensis abbatissa, dum Novi-castri dominæ multa in suo cœnobio* S. Ragenfredis *patrocinio concessa divinitus beneficia fuisse asseruit, insigniter mentita non sit, quandoquidem tunc non in Dononiensi, sed in Novocastrensi ecclesia sanctæ Abbatissæ nostræ sacra pignora asservabantur. Verum respondeo, Fredesendem propterea nec falsitatis, nedum mendacii, arguendam esse, cum, uti exemplis compluribus ostendi posset, minime*

C *infrequens olim fuerit, ut ad Sanctorum sepulcra vel lipsanothecas, etsi sacra pignora extracta inde fuissent, eadem pii fideles beneficia divinitus experirentur, quæ alias, si ipsa Sanctorum corpora coram affuissent, divino munere impetrassent; id ipsum autem et Dononii, dum sola* S. Ragenfredis *lipsanotheca illic pie servabatur, favente Deo fidelium votis, re ipsa factum fuisse, asserenti nobilissimæ virgini piissimæque antistitæ credi non immerito potest.*

*nec ex adjunctis miraculi, in febriente femina facti,*

121 *Nec est quoque, cur in dubium vocetur, an monialis illa, nomine Emma, plus semel supra memorata, minora aliquot* S. Ragenfredis *ossa aqua laverit et hanc febricitanti mulieri potandam dederit non sine salutari exoptatoque eventu. Quippe, cum, teste anonymo, sacri corporis particulas* secreto *et inscia febricitante muliere paulisper aquis immerserit, et has, veluti arcanum aliquod præcipuumve remedium, epotandas ei præbuerit, imperato fortassis etiam febricitanti feminæ silentio; profecto aut nulli, aut exiguo dumtaxat prodendi sui furti periculo sese monialis illa objiciebat; et, utut imprudenter ea in re Emmam egisse, quis velit; nihil hinc contra narrationis illius verisimilitudinem evinci potest, cum quandoque non mulieres tantum, sed et viri, alioquin satis cordati, subinde quidpiam præpropere aut minus considerate agant, quod multo consultius omittendum fuisset. Porro ne eadem anonymi relatio aliunde apud quosdam in falsi suspicionem veniat, aut superstitionis eadem monialis arguatur, propterea quod minora aliquot* S. Ragenfredis *ossa aquæ immerserit, hancque febrienti epotandam præbuerit, lubet in medium proferre ejuscemodi aliquod certoque divinitus eodem fere tempore patratum prodigium, quod Wibertus, S. Leonis PP. IX archidiaconus, auctorque fide dignissimus, apud nos tom.* 2 *Aprilis pag.* 656, *lib.* 2 *Vitæ S. Leonis cap.* 1 *verbis sequentibus refert.*

122 Summa inerat ei devotio (*de S. Brunone, tunc Tullensi episcopo et tantum dein* Leone IX *dicto, loquitur*) summum Pontificem et primum cæli clavigerum annuo invisere recursu et pro ovibus a Deo sibi ejus juvamen supplici exorare precatu. Itaque quodam tempore solitum aggressus iter, comitante cœtu clericorum nec non laïcorum, quingentorum numerum supergredientium, qui pro ipsius meritorum dignitate, affabilitate, sanctitate, indivulsum ejus sequebantur comitatum, cunctis surrexit lues dira, Italici corruptione aëris, ita ut nulli hac tabe infecto esset spes in crastinum differendæ mortis. Vir autem Domini ... festinum reperit remedium divina gratia præcurrente. Nam Sanctorum, quæ secum vehebat, propria manu tinctis vino pignoribus, maximeque S. Apri (*de quo vide tom.* v *Septembris pag.* 55 *et seqq.*) articulis, cui se commendabat devotius; quicumque hujusmodi poculum quantulumcumque libasset, mox convalescebat, quantuscumque languor eum invasisset, si tantum liquoris illius saporem gustare valuisset. *Adisis, ut cetera nostri Operis volumina hic præteream, tom.* 3 *Octobris pag.* 436, *num.* XI *et* 16, *et tom.* VI *Septembris pag.* 266 *num.* 14, *quibus, quam frequens olim in ecclesia quamque salutaris divino munere ægrotis fuerit, ac proin quam a superstitione omni aliena aquarum eo modo sacrarum usus, manifestissime comprobatur.*

123 *In ipsum modo tempus, quo tum majorum, tum minorum* S. Ragenfredis *ossium recuperatio facta sit, inquiramus. Teste anonymo sæpe laudato, duo illi Novicastrensis regionis clerici Hugo et Henricus, qui, majoris lucri spe illecti, se sanctæ Abbatissæ nostræ corpus Dononiensibus restituturos sponponderunt, Dononium eo tempore cum sacris aliquot reliquiis subsidii flagitandi causa venerunt, quo tempore eorum ecclesia exitioso bello quodam desolata fuerat: igitur, cum, uti ex Annalibus Benedictinis Mabillonii lib.* 57, *num.* 55, *tom.* 4 *pag.* 403 *discimus, ad annum* 1035 *Henricus, Francorum rex, Novumcastrum, ad Axonam situm, obsidione cinxerit et demum expugnarit, non sine magno, uti rex ille in suo illic diplomate innuit, diuturnoque labore, vix dubitandum videtur, quin hujus obsidionis occasione, ut fieri alias in ejusmodi bello solet, desolata fuerit illa clericorum ecclesia, vel in ipso Novo castro vel in ejusdem territorio sita; ut adeo saltem non prius, quam præfato anno* 1035 *Dononium illi clerici venerint, viamque recuperandi corporis* S. Ragenfredis *ostenderint. Num vero eodem labente anno,*

A *an potius subsequenti, cum jam paulo pacatiora Novocastrensibus essent tempora, id factum fuerit, haud equidem pro certo definire ausim. Utut sit, sat prope tempus, quo* S. Ragenfredis *ossa majora ad Dononiensem ecclesiam relata fuerint, definitum habemus, quandoquidem, uti anonymus narrat, iidem clerici, lustratis tantum aliquibus provinciæ. puta Hannoniæ, partibus, lucri majoris sponsione capti rem ad effectum illico perduxerunt, clam surreptis e Novocastrensi ecclesia sanctæ Abbatissæ nostræ majoribus ossibus, quæ Silvanectum detulerunt, unde Dononium omni festinatione revecta sunt.*

*sub annum 1057 statui posse, videtur,*

124 *Atque hinc simulque ex ejusdem anonymi verbis, num.* 115 *et* 118 *recitatis haud obscure colligitur, anno* 1037 *minora quoque Sanctæ nostræ ossa Dononium relata fuisse; quandoquidem eo anno, ut apud Chesnium tom.* 4 *Scriptorum Franc., auctor fragmenti pag.* 86 *scribit,* Tetbaldus et Stephanus filii ipsius *(nempe Odonis comitis, cognomento* Campaniensis) more suorum patrum, qui semper infidi regibus extiterunt, contra regem Ainricum *(alias Henricum)* re-
B bellaverunt, Odonem fratrem illius *(Henrici)* falsa spe regni illicentes. Qui pollicitationibus eorum credulus, fratri manifestus factus est inimicus. Exin cædes, rapinæ, incendia depopulationesque pene universam demoliti sunt Franciam. *Cum itaque anonymus noster, eo tempore Emmam, Dononiensem monialem, ad Novumcastrum profectam fuisse, scribat, quo bellum, a priori, ut mihi videtur, diversum, in Francia gerebatur, nimirum versus Campaniæ Galliæ fines, cujus etiam specioso prætextu se non ultra progredi audere, fassa eadem est Emma, protinusque Dononium rediit; haud alienum a vero est, eo ipso anno* 1037 *surrepta ab eadem moniali fuisse minora, de quibus agimus,* S. Ragenfredis *ossa; quæ eo, quo refert anonymus, modo ad Dononiense cœnobium deportata, postmodum cum majoribus in scrinium, auro argentoque magnificum, munificisque, ut loquitur sumptibus fabricatum, illata fuerunt locoque inter S. Reginæ et B. Aræ Lipsanothecas medio, honorificentissime constituta.*

*quo tempore Sanctæ lipsanotheca ad Valentianensem urbem quotannis deferri cœperit,*

125 *Porro, si Henrico d'Outreman, Historiæ urbis et comitatus Valentinianensis auctori, pag.* 434 *habenda fides sit, consequens pariter fit, ut viæ anno uno immota illic perstiterit* S. Ragenfredis *lipsanotheca. Etenim, cum ab anno, uti ipse illic adstruit,* 1008, *et quidem ex Valentianensis tum comitis decreto fixum ratumque esset, ut die* VIII *Septembris, in depulsæ Deiparæ ope ex urbe illa pestilentiæ memoriam, quotannis solenni supplicantium ritu, quotquot in eo territorio exstarent Cœlitum corpora, per urbem Valentianensem deferrentur; haud dubium est, quin, si recte scripserit d'Outremannus, ad festi illius pompam fideliumque pietatem augendam, eo quoque delata fuerit Sanctæ nostræ lipsanotheca, nimirum vel ipso anno* 1037 *vel saltem alterutro ex sequentibus, quo tempore ei facillime manus ultima imposita fuisse potuit. Utut sit de indictæ supplicationis decreto; invaluit certe a multis seculis religiosus ille mos, ut die* VIII *Septembris, natæ Virgini Deiparæ sacro,* S. Ragenfredis *corpus cum multis aliis Sanctorum Reliquiis solemni ritu per urbem Valentianensem quotannis deferatur toloque cum illis octiduo illic ad fidelium præsidium permaneat, uti ex libello anno* 1614 *Valentianis de hoc argumento edito, atque ex Litaniis Sanctorum pag.* 122 *et seqq. illic exhibitis, indubitatum fit. Num etiam seculi* XI *anno* 66, *cum Balduinus Pius, Flandrorum comes, summo splendore Deo dedicari cuperet Insulensem in Flandria S. Petri ecclesiam, cum aliis totius ditionis ejusdem comitis Sanctorum corporibus deportatum fuerit* S. Ragenfredis *corpus, sine antiquioribus, quam quos inveni, testibus, edicere indubitanter non ausim. At certissime anno* 1070 *ad solennem Hasnoniensis cœnobii, haud procul a Dononiensi siti, dedicationem honorifico ritu delatæ fuerunt* S. Ragenfredis *ejusque sanctæ matris Reginæ lipsanothecæ, comitante utrasque Fredesende, eadem, nisi vehementer fallar, quæ jam sæpe memorata est, abbatissa.*

AUCTORE J. G.

*ac dein anno* 1070 *ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem illustrandam*

126 *Rem hanc, utpote ad Sanctæ nostræ gloriam posthumam non mediocriter facientem, ipsis veterum scriptorum verbis referre visum est. Ita auctor Libri de Translatione S. Donatiani, Remensis archiepiscopi, in urbem Brugensem apud Surium* XIV *Octobris pag.* 224 : Cum inclytus Flandriæ Marchio, Balduinus (Montensis *dictus*) cultor justitiæ, pacis amans, inter cetera E bonorum operum studia monasterium in castro Hasnoniensi fundatum extruxisset, ejus dedicandi causa mirificos ex immensis opibus suis adhibuit apparatus, tantæque solemnitati omnes Flandriæ optimates cum suis jussit interesse, cunctorum quoque Sanctorum suæ ditionis corpora cum episcopis, præpositis, abbatibus et subditis suis adesse voluit. *Consentit auctor Historiæ Hasnoniensis cœnobii Tomellus nomine, qui præfato Balduino, Flandriæ et Hannoniæ comiti, a secretis fuit, et rei gestæ interfuit, ita tom.* 3 *Anecdotorum Martenei et Durandi col.* 790 *scribens* : cui translationi *(nempe Reliquiarum SS. Marcellini et Petri)* simul et dedicationi *(Hasnoniensis cœnobii)* præsules Lietbertum Cameracensem, ad cujus diœcesim *(ratione nempe unitæ tunc huic Atrebatensis diœcesis)* locus idem respiciebat, Ratbodum Novomagiensem, Raynerum Aurelianensem invitatos interesse faciebat; adjunctisque eis quam plurimis abbatibus, cum quam plurimis Sanctorum patrociniis, sæpe memorati encæniis cœnobii non modicis transegit solemniis.

*cum aliorum Sanctorum Reliquiis magno apparatu deportatum est.*

127 *Dein, paucis interjectis, quibus dedicationem hanc* tertio Nonas Junii anno ab Incarnatione Domini MLXV *a tribus episcopis peractam narrat, Sanctorum corporum, quæ ad dedicationis illius augendam pompam eo variis ex locis delata fuerunt, seriem texit, quam, quia* F *Belgis hagiophilis non ingratam fore arbitror, integram huc transcribo. Ita habet* : S. Marcelli Papæ, S. Piati martyris, S. Salvii martyris de Valencenis, S. Innocentii de Condato, S. Amati de Duaco, S. Donatiani de Brugis, S. Vedasti de Atrebato, S. Amandi de Helnone, S. Audomari de S. Audomaro, S. Gisleni de Cellensi, S. Vincentii comitis Hannoniæ, S. Bertini de S. Bertino circa Audomarum, S. Vinoci de Flandria, S. Wandregisili de Blandinio, S. Bavonis de Gandavo, S. Everardi de Osonio *, S. Euberti de Insula, S. Landelini de Crispino, S. Hugonis de Haspra, S. Aycardi de Haspra, S. Eusebiæ de Marchenis, S. Rictrudis matris de Marchenis, S. Aldegundis de Malbodio, *ac, quod huc maxime spectat, corpus* S. Raginfledis de Dononio, S. Reginæ de Dononio, *et demum* S. Waldetrudis de Montibus. *Hisce Tomellus laudatus abbates quindecim, qui præfatæ dedicationi*

* *an* Cisonio ?

AUCTORE J. G.

*dicationi interfuerunt, nominatim subdit, ac denique abbatissas duas, Fredesendem nempe, haud dubie Dononiensis parthenonis, ut supra etiam monui, abbatissam, jam satis grandævam, aliamque, nomine Gerbergam, de qua, quod huc non spectat, nihil hic inquiro.*

## § IX. Quamdiu in Dononiensi parthenone moniales Benedictinæ sub titulo Congregationis S. Ragenfredis degerint, inquiritur.

*Moniales Benedictinæ a sec. XI, sub titulo congregationis B. Ragenfredis*

*Jam satis, arbitror, de* S. Ragenfredis *Reliquiis, de sanctimonialium, ab ea institutarum, primævæ vitæ norma, ac denique de ejusdem parthenonis anno verisimiliter* 1029 *inchoata, deindeque continuata pleniori instauratione disserui, ut modo ad Dononiensium monialium eodem seculo* XI *ac deinceps vitæ rationem elucidandam progrediar. Quæ Gerardi I et Leduwini abbatis consilio, opera vero Balduini comitis substitutæ Dononiensibus clericis fuerunt moniales, eas non canonicas simpliciter dictas, nec quales modo sunt, canonicas Regulares vel seculares fuisse, sed contra stricti nominis Benedictinas, vel ex iis, quæ num.* 106 *et* 108 *in medium produxi, documentis rationibusque facile perspiciet intelligens lector. Nunc itaque, quamdiu in eodem parthenone S. Benedicti Regula viguerit, qualesque idem parthenon subierit vicissitudines, utcumque discutere aggredior, plura lubens daturus, si tandem subministrata fuissent documenta, quæ plus semel expetita a nobis fuere. Ac primo quidem, quo manifeste pateat, anno Christi* 1118, *ac proin annis circiter* 90 *post cœnobii inchoatam instaurationem, sub S. Benedicti Regula moniales illas Deo militasse, quodque ad Sanctæ nostræ gloriam posthumam simul facit, earum cœtui titulum* Congregationis beatæ Ragenfredis virginis *fuisse legitima auctoritate inditum; lubet huc ex tom.* 6 *collectionis nostræ Ms. cœnobiorum Belgii parte* 2 *fol.* 424 *integram transferre chartam Roberti, secundi diœcesis Atrebatensis post hujus a Cameracensi separationem episcopi, anno* 1115, *uti tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 324 *videre est, consecrati, nimirum vel exeunte Februario vel initio Martii, prout ex ejus ibidem epitaphio facile colligitur.*

*usque ad sec. XII, uti probat diploma*

129 *Ita igitur charta illa, hactenus, quod sciam, inedita, sonat :* In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, unius veri ac summi Dei, Amen. Ego Robertus, Dei miseratione Atrebatensis episcopus, dulcissimis petitionibus tuis et ecclesiæ, cui præesse dignosceris, satisfaciens, dilectissima soror et filia, Maria, abbatissa venerabilis CONGREGATIONIS BEATÆ RAGENFREDIS VIRGINIS, Dononiensis monasterii, pro peccatorum nostrorum redemptione tibi tuisque, succedentibus in eo, quo es loco et ordine, abbatissis, SUB REGULA SANCTI BENEDICTI Deo militantibus, sine aliqua turpis lucri exactione altaria de Laugmug et de Proui non solum concedimus, verum etiam, quæ præsidemus, auctoritate, liberaliter in perpetuum confirmamus, salvis in omnibus Atrebatensis episcopi jure et redditibus ejus et archidiaconi ministrorumque ejusdem. Si quis autem post hanc nostram diffinitionem manu sacrilega ab ecclesia, cui, Deo disponente, annuimus, auferre attemptaverit, vel ingeniosis machinamentis contra ea ire præsumpserit, cum Symone Mago anathema sit.

130 Addicimus etiam, ut et vestra vestrarumque succedentium abbatissarum providentia idoneos presbyteros Atrebatensi episcopo præsentet, cui possessionem * de honestate vitæ eorum et castimonia, sicut canonicum est, faciant, atque obedientiam promittant, ac deinde curam de manu episcopi in prædictis ecclesiis de Laugmug et de Proui in populo Dei gerendam gratis accipiant; abbatissa autem Dononiensis monasterii, vos videlicet, honorabilis in Christo soror Maria, et succedentes vestræ abbatissæ Atrebatensi synodo interesse non negligant, nisi cum benivolentia episcopi relaxatæ fuerint, aut archidiaconi ejus, si vices pontificis * exequendo synodum tenuerit. Ut autem hujus nostræ constitutionis scriptum stabile et inconvulsum permaneat, fideles testes fratres nostros annotare procuravimus. Signum Drogonis Atrebatensis archidiaconi. S. Roberti Ostrevandensis archidiaconi. S. Odonis prælati. S. Mascelini decani. S. Anastasii cantoris. S. Gualberti diaconi. S. Bertulfi, Bernardi, Roberti canonicorum clericorum domus episcopi, Guennemari sacerdotis, Guiberti diaconi, Hugonis acoliti. Ego Robertus, Dei miseratione Atrebatensis episcopus, hoc libertatis donativum relegi, subscripsi † et in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti propria manu confirmavi. Actum anno Incarnati Verbi MCXVIII, X Calend. Octob., Indictione XII, anno pontificatus Domini Roberti, Atrebatensis episcopi, IV.

131 *Porro lectorem duo hic monitum velim : alterum nempe, signatam supra Indictionem* XII, *utpote cui anni* 1118 *dies* X *Calend. Octobris seu* XXII *Septembris innectitur, non Pontificiam, nec Cæsaream esse, sed Constantinopolitanam; quam proin, nisi chartæ illius subscriptionem plus uno loco a librario perperam expressam dicamus, apud Belgas quoque seculo* XI *adhibitam fuisse, fateri necesse est. Alterum vero, quod itidem indicare visum est, in eo versatur, quod in nostro hujus chartæ apographo post voces illas :* Indictione XII, *præfixa voce* anno, *numerus* II *signatus sit, qui si in ipso autographo exstat, vel erit nostri ecgraphi lacuna hoc modo explenda :* Indictione XII, [Gelasii PP.] II [anno I] Pontificatus; domini Roberti Atrebatensis episcopi quarto, *nempe circiter mensibus inchoato, uti ex emortuali hujus episcopi in præfato epitaphio signato tempore, nempe* X Calend. Martii anno MCXXXI, anno XVI episcopatus fere completo, *computatis ordine retrogrado* 16 *annis, manifeste eruitur; vel forte, inversis numeris* II *et* IV, *ita erit legenda subscriptio :* Anno IV pontificatus domini Roberti, Atrebatensis Ep. II, *nempe proprii post diœcesis a Cameracensi separationem.*

132 *At vero laudata eo diplomate monialium* S. Ragenfredis *congregatio post* 34 *circiter annorum decursum non eodem religiosæ vitæ tramite incessit, aut certe non æque honorifica religiosæ disciplinæ fama ubique usa est, uti ex litteris Eugenii PP. III, Romæ apud S. Petrum ad moniales Dinyacenses seu Dononienses datis, intelligimus, quas, utpote ad parthenonis* S. Ragenfredis *historiam spectantes, ex tomo* 5 *Miscellaneorum Baluzii pag.* 430 *hic recitabo, nonnullas in monimentum illud observationes dein subditurus. His verbis*

A *verbis id concipitur* : Eugenius episcopus, servus servorum Dei, sanctimonialibus Dinyacensibus salutem et Apostolicam benedictionem, Quod vos Apostolicæ benedictionis alloquio salutamus, non ex vestris meritis fieri, sed ex Apostolicæ sedis consueta benignitate credatis. Non enim de conversatione vestra nobis talia referuntur, quæ nostrum animum incitent, ut vobis Apostolicæ benedictionis gratiam conferamus; quoniam, sicut relatione quorundam audivimus, ita laxis habenis post vestra desideria curritis, ut vestri voti memoria videatur a vobis penitus excidisse, et videamini retrorsum abire, cum ad anteriora deberetis totis viribus anhelare. Sane caritatis igniculus, qui fomes et nutrimentum honestatis esse dignoscitur, peccatis exigentibus, adeo in vobis refriguit, quod monasterium vestrum tam in spiritualibus, quam etiam in temporalibus est plurimum imminutum.

*oppositum probare videatur.*

133 Nos igitur, quoniam statum vestrum in melius cupimus, auxiliante Domino, reformari, venerabili fratri nostro Godescalco, Atrebatensi episcopo, de cujus utique honestate ac B religione confidimus, quoniam in his plenius instructus esse dignoscitur, dedimus in mandatis, ut gratam Deo religionem in vobis studeat reformare, et monasterium vestrum ad frugem melioris vitæ reducere. Ideoque per præsentia vobis scripta mandamus atque præcipimus, quatenus in his quæ ad emendationem vitæ vestræ et correctionem monasticæ disciplinæ spectaverint, supradicto fratri nostro humilitate debita pareatis et ipsius monita et salubria mandata benigne suscipiatis et irrefragabiliter observetis; scientes, quia, si de cetero salubribus monitis ipsius contempserit is obedire, nos sententiam, quam propter hoc in vos ipse dictaverit, auctore Deo, ratam habebimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum Nonis Februarii, *anno, ut ego existimo*, 1153, *seu bimestri fere spatio, postquam, teste Roberto de Monte* cum Romanis pace facta urbem ingressus esset ibique cum eis... primitus Eugenius PP. commoraretur. *Modo nonnulla in hasce Pontificias litteras observemus.*

*tamen, uti patet ex Epistola Godescalci, Ep. Atrebatensis.*

134 *Haud dubium quidem est, Dononienses a quibusdam de suæ Regulæ votorumque neglectu accusatas Romæ fuisse, habitasque pro indignis, quibus Apostolicam benedictionem suam Eugenius PP. impertiretur. At quantum ego ex subsecutis anno* 1157 *Godescalci, Atrebatensis episcopi, litteris colligo, vel monialium illarum leviora quædam delicta ultra modum exaggerata Romæ fuerint ab iis fortasse, qui in Dononiensi ecclesia canonicam præbendam sibi suisve cognatis postulantes repulsam passi fuerant : vel, si moniales nonnullæ ad sectanda vitæ secularis commoda nimium se proclives ostenderint, aut quotidianum Dei laudes in choro concinendi pensum in canonicos aliquot, non sine bonorum cœnobii imminutione in suam ecclesiam introductos, transtulerint; non diu certe hocce malum tenuit; tantumque abfuit, ut Godescalcus moniales illas sibi contumaces expertus fuerit, ut contra suis monitis mandatisque mire habueril obsequentes, pompamque omnem secularem procul ab earum parthenone mox exulantem conspexerit. Ipsas Godescalci, Atrebatensis episcopi, quibus hæc mea opinio nititur, litteras, easque Dononiensibus perhonorificas ex cit. Collectione Ms. tom. 6, parte 2 fol. 425 subjicere visum est.*

AUCTORE J. G.

135 *Sic illæ habent* : In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Godescalcus, Dei gratia Atrebatensis episcopus, præsentibus et futuris in perpetuum. Cum omnibus nobis subjectis, exigente pastorali sollicitudine, in his, quæ juste quærunt, exhibenda sit pro posse benevolentia; illorum tamen supplicationi haud dubium, quin specialiter sit favendum, qui, SPRETIS SÆCULARIBUS POMPIS, PARTEM, QUÆ NON AUFERETUR, ELIGERE MALUERUNT. Quapropter cunctis volo legentibus innotescat, quod venerabilis Berta, abbatissa Dononiensis, bono zelo inflammata, præsentiam nostram adiit, et, ut in ecclesia sua nullum amplius in canonicatu posset statuere, nostro se imperio constringi atque auctoritate corroborari humiliter exoravit, causam hujus postulationis idonea satis ratione subnixam intimans, quia videlicet nonnullorum sæcularium et in sæcularibus præpotentium filiis suas præbendas dari cupientium, et in petendo vicissim sibi succedentium, dum assentire renueret, offensam incurrebat, adeo ut interdum ecclesiasticum negligeE retur officium, dum quibus pace omnium præbendæ concedi possent, aut vix, aut nullatenus reperirentur. Quod, quamvis mentis intuitu id, quod scriptum est : * HOMINIBUS PLACENT, CONFUSI SUNT, assidue contempletur, non ignorat tamen, imo experimento didicit, quanta modernis temporibus religiosi quique ad hujus sæculi filiis in temporalibus dumtaxat bonis detrimenta sustineant, si eos placare seu placatos habere contempnant.

*quæ hic integra recitatur.*

* *supple* QUI

136 Unde sapienti usa consilio petitioni suæ hoc quoque addere voluit, ut nostro assensu ac favore duos vicarios loco canonicorum tali tenore subrogare queat, quatenus si per eos vel propter eos aliquod scandalum aliquando (quod absit) emerserit, illis amotis, alios libere substituere possit. Paci itaque atque utilitati, tam ejus, quam ecclesiæ, sibi commissæ, consulentes, precem ejus eo gratiori affectu suscepimus, quo a justo eam non deviare, imo vacare Deo cupientibus utillimam fore adjudicavimus. Itaque assensu capituli nostri ac religiosarum personarum consilio ab ecclesia Dononiensi canonicos amovendos, adhuc superstitibus ex hac luce subtraF ctis, statuimus, viceque eorum duos vicarios constituere, ac, quoties justa occasio poposcerit, immutare in arbitrio abbatissæ jam dictæ ecclesiæ relinquimus. Quod ut firmum ac stabile in perpetuum, omni sopita jurgiorum occasione, conservetur, præsentem paginam sigilli nostri impressione atque idonearum personarum subnotatione confirmari præcepimus. Signum Theodorici Ostrevandensis archidiaconi; S. Nicolai decani. S. magistri Frumaldi. S. Hugonis abbatis sancti Amandi. S. Fulconis abbatis Hasnoniensis. S. Gerardi abbatis de Casa Dei, quæ est in Viconia. S. Hermani, S. Hugonis canonicorum et presbyterorum. S. Gisleni diaconi. S. Herberti subdiaconi. Actum Atrebati anno Dominicæ Incarnationis MCLVII.

*et qua in posterum omni scandalo et jurgio præcavetur.*

137 *Hactenus Godescalci episcopi litteræ, quibus Bertam, Dononiensis parthenonis abbatissam bono pioque zelo fuisse inflammatam, moniales vero, spretis sæcularibus pompis, sub religiosæ vitæ Instituto Deo impense tunc vacasse, intelligimus. Verum, cum laudatus episcopus illud*

*moniales illæ pie, sub Regula S. Benedicti, uti ex Alexandri III Epistola,*

AUCTORE J. G.

*religiosæ vitæ Institutum nominetenus non expresserit, lubet, ut illud Benedictinum fuisse pateat, Alexandri PP. III litteras ex cit. Collect. Ms., fol.* 423 *verso hic recitare. Ita hæ sonant:* Alexander episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus abbatissæ et conventui monasterii de Dononio, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, Atrebatensis diœcesis salutem et Apostolicam benedictionem. Devotionis vestræ precibus benignum impertientes assensum, auctoritate præsentium inhibemus, ut intra fines parochiarum vestrarum nullus, sine assensu diocesani episcopi et vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Anagniæ VIII Kalendas Julii Pontificatus nostri anno quinto,

B

*cujus epocha statuitur,*

138 *Atque ita quidem in cit. Collectione Ms. annus Pontificatus Alexandri III exprimitur; at pro* anno quinto *legendum esse:* anno quinto decimo, *vel inde conficitur, quod Pontifex ille, uti apud Pagium in Criticis ad annum Christi* 1163 *videre est, anno* V *Pontificatus sui non Anagniæ in Campania Romana, sed in Galliis versatus sit, contra vero Pontificatus sui anno quintodecimo, ad sex circiter menses provecto, Anagniæ degere cœperit, ibique ad ejusdem Pontificatus sui anni exitum, imo et diutius remanserit, uti ex Epistolis ejus* 425 *et seqq. ac* 474 *et* 478, *tom.* 2 *Collectionis Martenei col.* 960, *et* 993, *nec non ex laudati Martenei Observatione prævia col.* 624 *et* 625 *colligi datur. Denique ut de Benedictinæ Regulæ apud moniales Dononienses etiam post annum* 1173 *exacta observatione nullum prorsus moveri dubium queat, alias ejusdem Pontificis litteras subnecto, anno* 1175 *datas, quibus insignia prorsus suæ erga moniales illas benevolentiæ documenta præbet. Hisce verbis cit. tomo collectionis nostræ Ms. fol.* 419 *verso et seqq. conceptæ exstant:* Alexander Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus, abbatissæ Dononiensis ecclesiæ ejusque sororibus tam præsentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

C

*atque ex ejusdem Papæ diplomate, cœnobii possessiones confirmante,*

* *i. e.* ei

139 Prudentibus virginibus, quæ, accensis lampadibus, obviam Christo Domino venire desiderant et sibi * per opera charitatis humili devotione placere, tanto lubentius Apostolicum suffragium debemus impendere, quanto minus pro fragilitate sexus et assumptæ religionis proposito sua possunt jura tueri. Quapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam vestram, in qua divino estis obsequio mancipatæ, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Villam Dononii cum pratis, aquis et molendinis cum terris cultis et incultis, cum altari, decimis et terragiis, cum servis et ancillis et universis possessionibus, D quæ in ea continentur, et aliam villam, quæ dicitur Halcinis, *aliasque complures, quas partim quod vitiose descriptæ sunt, partim, ne singulas recensendo prolixior sim, hic missas facio.*

140 *Deinde ita Pontifex prosequitur:* Sepulturam quoque ipsius (*id est, in Dononiensi ecclesia*) liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas præsumat exigere: cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis tintinabulis *, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatissa, vel tuarum qualibet succedentium, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororem pars sanioris consilii secundum timorem Dei, et beati Benedicti Regulam providerint eligendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere pertubare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum *. pro quorum * sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia.

141 Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri, Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem F eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. *Hactenus Alexandri PP. III Bulla,* XXIV *Decembris anno* 1175 *edita, et ab octodecim Cardinalibus, teste Collectionis manuscriptæ auctore, signata, quæ demum apud ipsum hoc concluditur modo:* Datum Anagniæ per manum Gratiani, sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi notarii, nono Calend. Januarii, Indictione nona, Incarnationis Dominicæ anno millesimo, centesimo, septuagesimo quinto, Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III anno septimo decimo.

142 *Hic me probatæ fidei monumenta deficiunt, quibus, an ab anno* 1175 *usque ad* 1273, *ac proin etiam sub regimine Mariæ abbatissæ Dononiensis, tom.* 3 *Gall. Christ. auctæ col.* 428 *ultimo loco recensitæ, illibata illic permanserit religiosæ vitæ ex S. Benedicti præscripto norma, sat tuto edicere queam. At, sive sub annum* 1250 *eove citius Dononienses moniales strictioris Regulæ onus de cervicibus suis excusserint*

A *cusserint, ac vel jam tum non amplius moniales, sed* domicellæ *ac* seculares canonicæ *dici voluerint ; sive contra dumtaxat seculo* XIV *vel* XV, *ex jam pridem recepto apud Hannoniæ canonissas more, non nisi nobilium filias in suum admittere cœtum voluerint, quæ sui instar* purpura et bysso, et pellibus griseis *(verbis Jacobi de Vitriaco in Historia Occidentali cap.* 31 *utor)* et aliis jocunditatis suæ vestibus indutæ essent, circumdatæ varietatibus cum totius crinibus, et ornatu pretioso circumamictæ, ut similitudo templi,... pellibus autem agninis quantumcumque subtilibus et delicatis utentes ; *utrumvis, inquam, horum admittatur ; id equidem certum est, seculo etiam sexto decimo media necdum sui parte provecto, earum parthenoni* Ordinis S. Benedicti, *ipsis vero virginibus saltem* Religiosarum *nomen adhuc adhæsisse, ut ex Statutis et Ordinatis regiis, datis Bruxellæ anno* 1546, *tom.* 4 *Diplom. Belgic. Miræi pag.* 301 *videre est ; quamquam tamen, prout ex iisdem Statutis eruitur, Dononienses illæ virgines* Religiosæ *dictæ, jam tum pridem in communi vivere desiisse*

B *videantur, habuerintque ex adverso singula singulæ habitacula, præbendas ancillasque proprias, sic ut vel ab eo saltem tempore earum parthenon, veluti prænobilium puellarum seminarium refugiumque potius, quam veluti rite ex Ecclesiæ constitutionibus ordinatum cœnobium spectari debuerit : quo in statu hodieque perseverat magno prænobilium Belgii familiarum solatio, nec minori ecclesiæ Belgicæ ornamento ob earum, quæ parthenonem illum incolunt, in decantandis Dei laudibus diligentiam, pietatem, modestiam, ceterasque virtutes, quibus nihil cedere iis debent, quæ Sanctimonialium stricte dictarum nomine gloriantur. His de Dononiensis parthenonis vicissitudinibus expeditis, reliqua, quæ ad Sanctæ nostræ cultum gloriamque posthumam conferunt, exponere aggredior.*

## § X. Antiquus sanctæ cultus etiam extra diœceses Cameracensem et Atrebatensem : Missæ Officium proprium ex Missali

C Cameracensi antiquo : miracula varia Sanctæ patrocinio patrata.

*Sancta non tantum Dononii et in Castro-novo, sed etiam in Clivia,*

*Non mediocrem Sanctæ Abbatissæ nostræ cultum, primo quidem Dononii ante annum* 850, *dein ab anno circiter* 933 *usque ad annum verisimiliter* 1037 *in Novo-castro ad Axonam, ac deinceps in sui parthenonis præsertim ecclesia constanter delatum fuisse, tum ex laudato supra Dononiensi Breviario anno* 1258 *exarato, tum ex iis, quæ chronologica, quantum fieri potuit, serie de Reliquiarum* S. Ragenfredis *ejusdemque cœnobii vicissitudinibus in medium adduxi, manifeste ostenditur. Verum, cum ecclesiastica ejus veneratio etiam extra Dononiensis ac Novi-castrensis loci fines variis temporibus propagata, nec non Dononii rursus miraculis non paucis, et* XVII *demum seculo Officio ecclesiastico, ad normam Romani conformato, illustrata fuerit ; visum est hic, quæcumque eo spectant, in unum colligere, quo sic fidem num.* 2 *datam liberem. Ab ecclesiastico cultu, in ducatu Cliviæ jam pridem* S. Ragenfredi *exhibito, exordium duco. Si Natalibus Sanctorum Belgii ex Molani schedis a Petro Louvio editis, laudatisque illic Gerardi Busæi, Canonici Xantensis, et Matthiæ Hostesii, pastoris Calcariæ, litteris fides est, nonnulla apud Clivienses seculo* XVI *adhuc supererant monumenta, ex quibus ipsi colligebant,* ecclesias suas, Embricæ, Resæ et in pago Houepell sub patrocinio B. Aldegundis, S. Dentlini, et S. Ragenfredis olim a religiosis Francis fuisse ædificatas vel dotatas, quibus summo studio fuit tunc temporis Christianismum ultra Rhenum ad Saxones ad paganismi sordes sæpius relabentes, extendere et propagare.

AUCTORE J. G.

144 *Itaque, si modo satis antiqua disertaque sint laudata a Cliviensibus monumenta, paucis dumtaxat annis ab obitu* S. Ragenfredis *ecclesiastica ejus veneratio ad remotam a Dononio* 50 *circiter leucis Belgicis regionem propagata fuerit, nimirum vel paulo post mortem imperatoris Caroli Magni, cujus assensu Francorum quidam religiosi principes, hoc pacto, ne Saxones Occidentales seu Westphali, Christi legem antea edocti, ad ritum gentium relaberentur, prospicere voluerint, vel verisimilius sub Ludovico Pio, aut Lothario imperatore, quorum ætate Saxones sat multi ad paganorum ritum proclives etiam exstiterunt, apud quos pii illi Franci religionem Christianam extendi firmarique optarint. Quocumque hæc se modo habeant, (nam quas, ut documentorum illorum notitiam nanciscerer, litteras ad Clivienses dedi, suo fructu caruerunt) equidem ex iisdem Natalibus Sanctorum Belgii laudatisque illis epistolis indubitatum videtur,* S. Ragenfredem *a Xantensi in Clivia canonicorum collegio Officio novem Lectionum jam pridem fuisse cultam, eamque Honepellensis pagi, ad sinistram Rheni ripam haud procul Resa oppido siti, patronam esse, ubi quoque Dononiensis parthenon multa olim bona habuit ædesque monasterio similes, quæ omnia vicino capitulo Xantensi anno* 1240 *ab Ensilia, Dononiensis ecclesiæ abbatissa, ejusdemque conventu vendita fuere, ut patet ex litteris ejusdem Ensiliæ ejusdem conventus, quas, quod ad Dononiensis parthenonis historiam et ad Sanctæ nostræ gloriam posthumam quoque conferunt, integras huc e præfatis Natalibus Sanctorum Belgii, editiones anni* 1595 *pag.* 220 *et* 221 *huc transfero.*

*ac vel a seculo* IX, *ut quidam volunt ubi et ejus parthenon* E

F

145 *Sic habent :* Universis paginam hanc visuris Ensilia, Dononiensis ecclesiæ abbatissa et ejusdem loci conventus, Atrebatensis diœcesis, salutem in Domino. Notum facimus universis, quod nos bona nostra de Honepele *(nunc* Houpel *et* Houepell *hic pagus vocatur)* et de Husen (*forte* Huyswarde *prope Emmericam vel* Huys *prope Resam)* cum omnibus suis attinentiis, terris, agris, pascuis, pratis, hominibus, nemoribus, vineis et cum omnibus suis juribus ecclesiæ Xanthensi vendidimus. Quam pecuniam profitemur nos recepisse ad plenum, et ipsam pecuniam ad utilitatem ecclesiæ nostræ totaliter esse conversam. Et prædictorum bonorum dominium, quod nostra habebat ecclesia, in dictam ecclesiam Xanthensem unanimi consensu transtulimus, et in veram ac corporalem possessionem misimus, et hoc est factum de licentia et consensu diœcesani nostri, *nempe*

*quædam bona olim possedit, ecclesiasticum cultum habuit,*

AUCTORE J. G.

pe Assonis ex archidiacono Ostrevandensi ad cathedram Atrebatensem anno 1231 evecti.) Vuarandiam * legalem super præmissis præstituræ. In cujus rei testimonium præsentes literas sigillorum nostrorum munimine, videlicet sigillo meo ego Ensilia abbatissa et conventus sigillo capituli fecimus roborari. Actum anno millesimo ducentesimo quadragesimo. *Hactenus litteræ illæ, e quibus, teste Molano vel Louvio, dependet annexum filis sericis conventui Dononiensis sigillum, expresse distincteque has voces exhibens:* Sigillum sanctæ Ragenfredis virginis, *cujus nempe nomine lituloque, veluti præ ceteris sibi honorifico, jam dudum quoque ante, uti tom. 5 Miscellaneorum Baluzii pagg. 265 et 435 videre est, Dononiensis abbatia ejusque abbatissæ plurimum gloriatæ sunt.*

* *i. e.* cautionem

*cultaque etiam antiquitus fuit in diœcesi Ultrajectina.*

146 *Nec vero in ducatu Cliviæ dumtaxat, sed et in Ultrajectina diœcesi, ante erectos seculo* XVI *novos in Belgio episcopatus per Zelandiam, Hollandiam, Transisalanam provinciam, Frisiamque tum Occidentalem tum Orientalem late extensa,* S. Ragenfredis *parem cum SS. Leodegario, duobus Ewaldis, Francisco Assisiate,* B *Dionysio sociisque hoc eodem die* VIII *Octobris cultum antiquitus habuit. Docet id me Kalendarium, quod penes nos est, ante annum* 1232, *uti ex adscripto recentiori manu S. Antonii Patavini, anno* 1232 *Superis rite adnumerati, die festo colligitur, exaratum, ad usum nempe ecclesiæ Ultrajectinæ, prout tum ex festis SS. Bonifacii, Odulphi, Lebuini et Radbodi, Jeronis, Willibrordi aliorumque minio exaratis et ritu solemni celebrari præceptis, tum ex ceterorum Cœlitum, Ultrajectinæ diœcesi propriorum, religiosa accuratissimaque natali singulorum die annuntiatione abunde evincitur. Hisce præter Ultrajectinæ ecclesiæ Martyrologium circa annum* 1138 *conscriptum et num.* 13 *laudatum, consentit ejusdem ecclesiæ Calendarium, anno* 1374 *exaratum, aliudque item sat vetus, Belgico idiomate ante* 300 *facile annos conscriptum; ex quibus sanctæ Antistitæ nostræ cultus in satis remotas regiones propagatio antiquitasque dilucide patescit.*

*in Cameracensi vero Missam propriam habuit.*

147 *Redeo ad fontem, unde ejusdem Sanctæ cultus latius dimanavit, nimirum ad diœceses Cameracensem Atrebatensemque, a seculi* VI *fine usque ad* XI *fere exitum, sub uno Cameracensi* C *antistite unitas. Quantum intelligi datur ex Breviario Cameracensi,* castigate satis et accurate correcto, et Parisiis... anno Domini MCCCC. XCVII *impresso, ex quo novem proprias de* S. Ragenfrede *Lectiones propria manu descripsit mihique humanissime transmisit multiplici eruditione non minus, quam senio venerandus Muttius, num. 2 et sæpe alias in nostro Opere laudatus; haud dubium est, quin jam a non paucis seculis* S. Ragenfredis *natalis dies Officio ecclesiastico, et Missa quoque propria, quod ex Cameracensi Missali,* pervigili cura recognito et Parisiis anno 1527.. impresso, *eruitur, celebratus fuerit. Imo vero, quam mirum videri potest, post Atrebatensis a Cameracensi diœcesi sejunctionem, anno* 1092 *inchoatam, nullum hujusmodi cultum in priori diœcesi, præterquam in ipsa Dononiensi ecclesia, fuisse* S. Ragenfredi *impensum; tam certum videtur, non alia de causa in Cameracensis ecclesiæ Breviariis Missalibusque præscribi illum perrexisse, quam quod jam tum antiquo ejuscemodi cultu ecclesiastico Sancta nostra Cameraci affecta fuisset, priusquam hujus urbis antistiti Atrebatensis diœcesis, anno, ut dixi,* 1092 *subtraheretur propriumque recuperaret episcopum. Lectiones illas* S. Ragenfredi *proprias, quod quantum ad substantiam cum infra edendis Dononiensibus congruant, huc ex laudato Cameracensi Breviario non transcribo, solamque adeo propriam Sanctæ nostræ Missam, utpote ab hodierna plurimum discrepantem, ex citato Missali recito. Ita hæc habet:*

148 *Introitus:* Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar, et meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis. *Ps.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *Collecta.* Omnipotens sempiterne Deus, solennitatis hodierne gaudia sereno vultu respice, atque beate Ragenfredis merita humiliter prosequentes sub gratia tue pietatis clemens attolle, ut, cujus festa recolimus in terris, ejus interventu muniamur in celis. Per Dnum. *Epistola:* Domine Deus meus *(quæ in hodierno Missali Romano est de communi Virginis Martyris.) Graduale:* Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem. ℣. Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo letitie Alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in eternum. *Sequentia:* Hæc Sancta, cujus hodie celebrantur solennia,

Jam revelata facie Regem cernit in gloria.
Illic Regina virginem transcendens culmen ordinum.
Exeuset apud Dominum nostrorum lapsus criminum.
Nos ad Sanctorum gloriam per ipsius suffragia
Post presentem miseriam Christi perducat gratia. Amen.

149 *Evangelium:* Simile est regnum celorum decem virginibus. *Offertorium:* Offerentur regi virgines, proxime ejus offerentur tibi in letitia et exultatione, adducentur in templum Regi Domino. *Secreta:* Deus, cujus pulchritudine perhenni celestes virginum exornantur chori, ante placita sancte Ragenfredis supplicantum preces exaudi, ut per ejus suffragium castitatem sectando, in astris secum * mereamur habere consortium. Per Dnum. *Communio:* Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus. *Postcommunio. Collecta:* Interveniat pro nobis, quæsumus, Domine, sancta Ragenfredis suppliciter orando: que tibi grata semper extitit, sancte castitatis obsequio et perseverantie studio glorioso. Per Dnum. *Ceterum, an ex Cameracensi illo Missali modo descriptum Missæ Officium idem omnino cum illo fuerit, quod antiquitus usque ad annum* 1625 *in Dononiensi ecclesia usitatum fuit, pro certo edicere nequeo, propterea quod sola Dononiensium Sanctorum Officia propria, eodem illo anno* 1625 *ad normam Romanam conformata, ad manum mihi sint. Utut id est, facile ex Cameracensi illo Missali conjiciet liturgiæ studiosus lector, qualis in sacrosancti Sacrificii precibus jam pridem Dononii quoque* S. Ragenfredis *memoria habita fuerit.*

150 *Venio nunc ad miracula beneficiaque* S. Ragenfredis *sanctorumque ejus parentum patrocinio Dononii impetrata ante seculi* XVI *exitum, quæ laudatus num.* 8. *Arlodius tertia suæ lucubrationis Gallo-Belgicæ parte collegit. Horum aliqua vel ipso, vel certe vicino, quo scriptor ille Dononii degebat, tempore contigerunt, quorum adeo epocham accurate expressit; alio vero medio fortassis ante ipsum seculo patrata videntur,*

A *tur, quæ sincerus ille sacerdos suis epochis non distinxit, haud dubie idcirco, quod documenta, quæ sibi prælucentia habuit, annum diemve, quo singula hæc facta sint, præ se non ferrent. Ab antiquioribus ad recentiora, contra ac laudatus scriptor fecit, ex ordine ego progredior, ut hoc pacto in exhibendis, quæ ad Sanctæ nostræ gloriam posthumam conferunt, monumentis, chronologica, quantum res patitur, serie ad Commentarii finem usque procedam. Habe igitur illa ex rudi Gallo-Belgico Arlodii sermone Latine versa, servato eodem simplici candidoque, quo ab eo conscripta fuerunt, stilo.*

*Arlodius, cujus verba Latine dantur, recenset igneum globum, in ejus templo conspectum,*

151 *Ita ille* : Die XXI Aprilis *(annum haud dubie signatum non invenit)* in ecclesia Dononiensi, in qua dominæ ac domicellæ Deo, B. Mariæ Virgini, S. Aldeberto, S. Reginæ et S. Ragenfredi famulantur, et in qua trium horum corpora exsistunt, grande contigit miraculum. Illo igitur die, postquam longissimo jam tempore sacra horum pignora ex S. Martini ecclesia Dononiensi ad ecclesiam Dononiensem, B. Mariæ sacram, translata fuissent, nec tamen B ante ea seu de die seu de nocte lucerna arderet, placuit Deo suæ benignitatis indicium præbere, igneum de cælo globum demittendo, qui, ecclesiæ tecto forniceque penetratis, at illæsis, non exiguo temporis spatio pendulus in aëre ante sacra illa corpora arsit, quo daretur intelligi, æquum non esse, ut ante Sanctorum, quibus Deus cæcas illuminandi ægrosque alios curandi potestatem dedit, tam pretiosas exuvias nulla unquam lucerna arderet. Quo viso prodigio, domina abbatissa ejusque domicellæ *(hoc nomine indicat Dononienses virgines abbatissæ subditas)* decreverunt, ut diu noctuque perpetuum ante ea sacra corpora cereus luceret, tum in salutem animarum, tum ad gloriam et honorem Dei, B. Virginis Mariæ et sanctorum illorum corporum. Amen.

*æris campani sonitum sponte editum, subitam vulneris sanationem,*

152 *Narrat dein Arlodius, quo pacto fur quidam, pœnitentis habitu indutus et benigne Dononii receptus, quarto die nonnullæ inde furto abstulerit ac deprehensus fuerit; qua de re, utpote sine prodigio fieri nata, plura ex Arlodio non describo. Plus admirationis habet, quod idem mox subjicit de altero quodam fure in hunc modum* : Fur quidam noctu in C abbatiam Dononiensem irrupit, et, effracta quadam capsa, nihil nisi frumentum reperit: mox, ut illud auferre nisus est, æs campanum, S. Ragenfredis nomini dicatum, sonitum sponte edidit; quo audito, manus cohibuit fur, cessante ære campano, ad peragendum furtum ille recurrit; at demum repetito prodigioso illo sonitu deprehensus, tandem in furcam actus fuit. *Alterius plane generis sunt, quæ mox Arlodius recenset totidem fere verbis Gallo-Belgicis.* Faber quidam lignarius, nomine Regnier, in Dononiensi parthenone sub vesperam operi suo festinus instabat, cum ex improviso ascia ejus in unum e digitis prolapsa est, totumque fere præscidit. Is ergo cum e pellicula dependentem digitum conspexit, enixissime S. Ragenfredis, cui nempe juste fideliterque inserviebat, auxilium patrociniumque imploravit, statimque exauditus vidit sensitque se penitus sanatum, adeo ut sola superesset obducti vulneris cicatrix in peracti miraculi testimonium.

*duarum contractarum,*

153 Junior quædam puella, cui nomen erat Jolendis, adeo contracta erat, ut digitorum ungues volam penetrarent, brachiaque pectus arcte constringerent, toto insuper corpore distorta erat. Huic de nocte apparuit S. Ragenfredis ac sciscitata est miseram, num sanari cuperet; quæ cum reposuisset, se nihil in hoc mundo tam impense desiderare, subjungit Sancta : Age, fac te Dononium deferri ad sacras Reliquias, et sanaberis. Illa mox Sanctæ paruit et postridie, qui dies Jovis erat, collocata ante sacra corpora, cœpit aliqua corporis parte convalescere, die Veneris toto corpore se melius habuit, at brachia a lateribus necdum prorsus sejuncta erant; verum id factum est die Sabbati, sic tamen ut latera et brachiorum ossa nuda cernerentur; ac demum die Dominico perfectissime ex omni parte S. Ragenfredis patrocinio sanata fuit. Mulier quædam contracta nomine Havide, visu nocturno admonita, ut se Dononium ad sacras Reliquias deferri curaret, quod sibi injunctum erat, perfecit, et plenissime curata fuit, longo dein tempore in Dononiensi parthenone famulata est, gratias agens perennes gloriosis sanctis, quorum præsidio tam gravi morbo liberata fuerat.

AUCTORE J. G.

E

*pueri, membrorum usu capti, mulieris mutæ, alteriusque ab infantia cæcæ,*

154 Dononii puer quidam erat totus membrorum usu et vix non mente captus, qui ante S. Ragenfredis ejusque sanctorum parentum corpora collocatus, statim divina indulgentia et Sanctorum illorum meritis curatus fuit ac clero dein adscriptus est. Junior quædam mulier, linguæ usu destituta, cum audisset narrari insignia illa miracula, Dononium venit, et signis quid vellet, ostendit. Cumque Dononienses domicellæ coram sacris reliquiis preces suas, uti ipsa faciebat, ad Deum fudissent, subito solutum est linguæ ejus vinculum, cœpitque illa laudare Deum sanctosque Dononienses, quorum patrocinio loquelam receperat. Mutam illam subsecuta est mulier quædam cæca ab infantia sua. Hæc, ut monita fuerat, novemdiales preces ad lipsanotheeam S. Ragenfredis persolutura venit, ac visum integramque sanitatem sua in Deum Sanctosque pietate promeruit.

*puellæ toto corpore distortæ,*

155 Puella quædam Dononiensis, nomine Hersend, toto corpore distorta, cum nocturno visu admonita esset, ut in ecclesiam S. Ragenfredis deportari se curaret, quo sic suo malo liberaretur, ea adducta est die S. Benedicto sacra *(seu* XXI *Martii.)* Toto matutino tempore F lacrymas precesque illic fudit, sed instante prandii tempore extra ecclesiam delata, ante hujus occlusas fores lachrymare perrexit, jam non sola, quia Dominus Deus cum ipsa erat. Finito prandio, cum domicellæ *(Dononiensis parthenonis canonissas hac voce ab Arlodio indicari, jam monui)* ad ecclesiam reverterentur, ægram suam inviserunt, atque odorem aliquem, supra quam dici possit, suavem, illic percepere, ita ut singulæ Deum in eo loco singulari quodam modo adfuisse, profiterenter. Cœperunt igitur omnes unanimi voto Deum precari, ut meritis SS. Ragenfredis et Reginæ corporis sanitatem ægra reciperet; moxque, eadem nimirum hora, surrexit ipsa omnino sanata, Deum Sanctasque laudans; ac dein Dononiensi parthenoni famulam sese addixit, gratias Deo Sanctisque illis agens ad ultimum usque spiritum.

*mulieris fædo ulcere laborantis, submersæ puellæ*

156 Erat in ipso abbatiæ famulitio mulier quædam, nomine Tresotte, fœdo ulcere in collo humeroque laborans, quod arte medica curari nequierat. Hæc cum præfatam puellam conspexisset sanatam, confidit, fore, ut misericordiam

AUCTORE J. G.

ricordiam inveniret. Quotidie ergo lipsanothecam S. Ragenfredis invisit pieque crebro attigit. Denique brevi SS. Ragenfredis et Reginæ meritis pristinam recuperavit valetudinem, sic ut ne vestigium quidem aliquod tanti morbi remanserit. Junior quædam puella, Dononii nata, filia Roberti Bataille, forte fortuna prolapsa est in cujusdam fontis aquas, ubi tamdiu permansit, donec evocata mater ejus adcurreret. Quotquot eo advenerant, puellam jam mortuam conclamabant; mater vero suæ prolis sortem miserata, altari S. Ragenfredis eam pie imposuit; postque mediam horam cœpit puella clamores edere, moxque sibi integræque valetudini meritis S. Ragenfredis restituta fuit.

*visu et membris captæ, alteriusque cæcæ, et juvenis fulmine excæcati,*

157 Mulier quædam, famula prænobilis virginis de Landas, amisso omni corporis usu et visu, patrocinio meritisque S. Ragenfredis divinitus curata perfecte fuit. Sexennis quædam puella, nata in pago Sausoit (*ad Sellam amnem hic jacet, tribus circiter milliaribus Gallicis Dononio distans*) octo decemve diebus visu destituta fuerat; B hæc a patre suo, qui in pago illo scribam seu graphiarium agebat, (*ita enim vocem Gallo-belgicam* clercq *interpretandam hic censeo*) ad ecclesiam S. Ragenfredis deportata est, statimque post peractas novemdiales preces divinitus visum recepit patrocinio S. Ragenfredis, cui magna cum pietate oblata addictaque fuit. Juvenis quidam pecoris custos afflatu fulminis excæcatus, ad S. Ragenfredis Reliquias adductus fuit, moxque meritis ejusdem sanctæ Virginis visum recepit pleneque curatus est. *Hisce nonnulla subdit Arlodius, quæ, quod ad Sanctæ nostræ ecclesiasticum ejusdem temporis cultum illustrandum conferunt, paucis hic memorabo.*

*curationem, cujus occasione aucta est pia in Sanctam veneratio;*

158 *Eo igitur teste, cum juvenis iste divinitus curatus fuisset, abbatissa Dononiensis, ex perillustri familia d'Ognies prognata, (nescio, an illa, cui* Isabellæ *nomen erat, quæque ab anno* 1437 *usque ad* 1477 *abbatissa fuit, an vero ejus soror) Responsorium, quod nunc septimum est Officii* S. Ragenfredis *et ab his verbis incipit :* Filia Lucis, *Hymnumque itidem* Te Deum laudamus *decantari jussit, dum interim grandiora abbatiæ pulsarentur tintinnabula; quod et deinceps, quotiescumque in Dononiensi ecclesia miraculum fieret, observatum fuit. Mos item, eodem teste, invaluit,* C *ut per Octavam festi Sanctorum Dononiensium, ac nominatim* S. Ragenfredis, *quotidie ter concineretur Responsorium* Filia Lucis, *et Antiphona ad Magnificat, festo S. Reginæ recitari solita, aliæque nonnullæ, quas hic prætermitto. Accessit et solemnis Dononiensium virginum ad ecclesiam S. Martini supplicatio et religiosa sepulcrorum* S. Ragenfredis *ejusque parentum exosculatio, ut sic eximiam suam erga Sanctam nostram ejusque parentes pietatem gratumque de impetratis eorum præsidio miraculis animum Dononienses virgines palam testarentur.*

*inter recentiora vero miracula narrat, prolem vitæ redditam, excum unum illuminatum,*

159 *Accipe nunc cetera miracula, quæ a præfato Arlodio suis epochis vel sat prope vel exactissime expressa fuerunt.* Anno Christi MDXII *(stilo hodierno* 1513*)* XXX Januarii, quæ dies Dominica erat, uxor scribæ Dononiensis geminam peperit prolem, at alteram ex his præmortuam. Hæc ante S. Ragenfredis Reliquias collocata eodem die sub medium tertiæ pomeridianæ, sine ullo vitæ indicio permansit usque ad diei Lunæ horam circiter undecimam nocturnam; at demum divina benignitate ac beatissimæ Virginis Mariæ sanctæque Ragenfredis patrocinio proles illa tri- D um horarum spatio vitæ signa præbuit, atque ab obstetrice coram multis adstantibus in eadem ecclesia baptizata fuit. Vir quidam Valentianensis annos natus LV, a longo tempore cæcus, duci se a juvene filio voluit ad S. Ragenfredis ecclesiam, sistique ante ejusdem Sanctæ aram. Illic ab exordio horæ ecclesiastici Officii, cui Prima nomen est, usque ad solennis Sacri finem permansit. Persolutis precibus, cum eum juvenis more solito ex ecclesia domum manu deducturus erat, respondit vir : Laus sit Deo sanctæque Ragenfredi ! Ecce, sine alicujus ductu domum repetere possum, digitoque viam, qua olim ad ecclesiam venerat, ostendit, ac demum elapso medio anno cereum S. Ragenfredi obtulit, quo se de recepto divinitus visu gratum præberet. Contigit autem hoc grande miraculum anno MDXXVIII.

160 Juvenis quidam, cognomento Pelin Pourée, natus in pago Sausoit *(de ejus situ vide dicta num.* 157) uno jam fere mense visum amiserat; hunc parentes ad ecclesiam Dononiensem S. Ragenfredis deduxerunt, ac dein novem dierum spatio reliquerunt apud consanguineos, qui eum quotidie stiterunt coram sacris Reliquiis. Et ecce, antequam novemdiales preces complerentur, Dei benignitate meritisque S. Ragenfredis visum is recipit. Ab hoc ergo die a parentibus suis addictus fuit pio S. Ragenfredis sodalitio, ac deinceps quotannis die festo ejusdem Sanctæ sua vota persoluturus Dononium venit ad annum usque MDXXXVIII, quo vita functus est. Puer quidam, nomine Willelmus Carboneau, filius Paschasii Carboneau, oculo uno tam graviter laborarat, ut omnes eum intuentes deperditum conclamarent, præsertim cum longo jam tempore nihil plane eo discernere potuisset. Igitur præfatus Paschasius Carboneau ejusque uxor Joanna Houlonne filium suum pio, quod a S. Ragenfrede nomen habet, sodalitio adscribi curarunt, ac mox ille post peractas una cum parentibus novemdiales preces meritis S. Ragenfredis perfecte curatus fuit, totoque vitæ spatio Dononii, qui locus ei natalis erat, sartorem egit, defunctus demum mense Augusto anni MDXXXVII.

161 Puer quidam, cognomine Hotuma, natus in pago Tritz (*seu, ut nunc vocari solet,* Try) oculorum usum amiserat; hic ad Dononiensem S. Ragenfredis ecclesiam deductus, post binas novemdiales preces nulla sui mali parte levatus fuerat; permansit tamen Dononii, do- F nec tertio preces illas persolvisset; cum divina clementia, Sanctorum Dononiensium meritis ac nobilium canonissarum precibus subito visum recepit, ac, quamdiu vixit, plene servavit. Toto item vitæ tempore sodalitio S. Ragenfredis addictus mansit, et ad meliorem vitam evocatus demum est anno MDXXXVIII. Mulier quædam Dononiensis, nomine Antonia Forette, uxor Gadonis * Cathonnet, sartoris Dononiensis, in platea, cui vulgo nomen DE PERT est, habitantis, jam quindecim circiter dies conca fuerat, et, si quo ire vellet, suæ filiæ ductu egebat. Igitur novem dierum spatio ad S. Ragenfredis ecclesiam deduci a sua filia voluit, ac cereo ante princeps altare, in quo S. Ragenfredis reliquiæ quiescunt, accenso, supplicantis ritu illud circumivit, quibus peractis, divina clementia meritisque sanctæ virginis Ragenfredis

A genfredis ita perfecte oculorum aciem recepit, ut nullius in posterum ductu opus habuerit. Contigit autem hoc miraculum anno MDXLI.

*puellam item excam, et infantem visu destitutam, divinitus curatos fuisse,*

162 Sub finem mensis Septembris anno MDLXIV filia cujusdam Joannis, cognomento PATRE NOSTRE, medio ante anno nata in Haspre *(pagus hic ad Sellam amnem adjacet distatque Dononio duobus fere milliaribus Gallicis)* ad ecclesiam S. Ragenfredis deportata fuit, cum infortunio quodam visum amiserat. Hæc, S. Ragenfredi oblata, mox hujus patrocinio visum recepit, ut novemdiale pietatis officium pro ea peractum fuit. Alia quædam infans, decem mensibus nata in pago Werchin, *(uno circiter milliari hic pagus a jam mox memorato distat Orientem versus)* pridie festi S. Lucæ *(seu* XVII *Octobris)* anno MDLXVI in ecclesiam Dononiensem delata est, postquam tribus hebdomadis oculorum usu destituta fuerat. Hæc statim atque S. Ragenfredis reliquias deosculata fuit, cœpit aperire oculos ac meritis interventuque prædictæ Virginis curata fuit.

*et prolem præmortuam vitæ restitutam et baptizatam.*

163 Mulier quædam Dononiensis, uxor Joannis Gulot, uno partu duos pueros vivos aliumque præmortuum enixa est. Hoc ut rescivit mater, cœpit orare S. Ragenfredem, jussitque ad hujus ecclesiam deferri infantem mortuum ejusque
B aræ imponi, magna comitante indigenarum turba. Et ecce, cum medio circiter die eo loco jacuisset infans, redditus vitæ est et coram adstantibus baptizatus anno MDLXXIII die XV Maii. *Ita hactenus laudatus Arlodius, ecclesiæ Dononiensis* S. Ragenfredis *presbyter Sacellanus, de cujus fide vide dicta num.* 150.

*Arlodii narratio partim elucidatur.*

164 *Porro quod ad memoratum ab eo* S. Ragenfredis *pium sodalitium precesque novemdiales supra laudatas attinet et illud modo subsistit et hæ hodieque in usu sunt, uti ex ipso ejusdem ecclesiæ ædituo intellexi, maximeque frequentantur ab iis, qui quocumque oculorum morbo vel febri affliguntur. At vero non sic, ut Arlodii ætate,* S. Ragenfredis *exuviæ in solo principe altari hocce tempore quiescunt; sed contra sacrum ejus caput in altari minore, sed insigni et splendido, quod parthenonis ecclesiam intrantibus ad sinistram est ac prope nobilium canonissarum chorum, in pretiosa theca, capitis humani formam gerente, fidelium venerationi*
C *expositum est; ceteræ autem ejus corporis partes in magnifica admodum lipsanotheca argentea requiescunt, cujus iconismum nostro calcographo ære exprimendum lubentissime dedissem, si, uti exspectaveram, transmissus in tempore ad me fuisset.*

AUCTORE J. G.

## § XI. Proprium Sanctæ officium ad hunc diem ex Breviario Dononiensi, anno MDCXXV edito. Cur adjectus abbatissarum Dononiensium catalogus.

*Officii duplicis primæ classis ad Vesperas Antiphonæ et Capitulum,*

*Quod Sollerius noster tom.* I *Julii pag.* 269 *in suo de S. Regina Commentario fecit, id ego in hoc meo imitandum censui, hincque, ne quid, quod ad Sanctæ nostræ cultum illustrandum conducit, hagiophilis subtraham, ex eodem Dononiensi Breviario, anno* 1625 *ad normam Romani conformato, ex quo Sollerius S. Reginæ Officium recensuit, ego itidem sanctissimæ hujus S. matris ¦Filiæ* Ragenfredis *ecclesiasticum ad hunc diem Officium huc transcribam, sic tamen, ut eorum omnium, quæ in illo adstruuntur, me vadem haberi nolim; ut contra, quæ a me disputata ante sunt, consuli expendique eniæ postulem. En modo illud:* E

DIE VIII OCTOBRIS

### *In festo S. Ragemfredis, patronæ Dononiensis. Duplex primæ classis.*

Ad Vesperas Antiphona : MIRABILIS DOMINUS cum reliquis de Laudibus. Psalmi de communi Virginum, nec fit in primis Vesperis ulla commemoratio S Birgittæ.

*Capitulum.*

Fratres, qui gloriatur, in Domino glorietur : non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

*Hymnus.* F

*Hymnus*

166 Jesu, redemptor omnium,
Perpes corona virginum,
Intende votis supplicum
Te digne postulantium.
Fatemur corde debita
Laudum tibi magnalia,
Festa decenter Virginis
Piis canentes gaudiis.
Hæc Ragemfredis inclyta
Tua repleta gratia
A flore primi temporis
Exempla sancta præbuit.
Propaginem, quam traxerat
A dignitate regia,
Honesta morum præmiis
Nobilitavit optimis.
Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri et Filio
Una cum sancto Spiritu
In sempiterna secula. Amen.

℣. Specie

auctore J. G.

℣. Specie tua et pulchritudine tua,
℟. Intende, prospere procede et regna.

ad Magnificat Antiphonam et Oratio.

167 *Ad Magnificat Antiphona.*

Magnificet te, summe Deus, devotio plebis ad laudem nominis tui celebrans festa beatissimæ virginis Ragemfredis, Alleluia.

*Oratio.*

Omnipotens, sempiterne Deus, solemnitatis hodiernæ gaudia sereno vultu respice, et beatæ Ragemfredis merita humiliter prosequentes, gratia tuæ pietatis clementer attolle : ut, cujus festa celebramus in terris, ejus interventu muniamur in cælis. Per Dominum nostrum.

ad Matutinum Invitatorium, Antiphonæ, Lectiones primi Nocturni,

168 *Ad Matutinum Invitatorium.*

Christo, regi virginum, jubilemus, * Qui beatam Ragemfredem sempiterno decoravit præmio. *Psalm.* Venite. *Hymnus, ut in primis Vesperis.*

B

*In primo Nocturno Antiphona.*

Admirabile est, Domine, nomen tuum atque laudabile, cujus munere virgo Ragemfredis in fide semper studuit proficere. *Psalm.* Domine, Dominus noster.

*Antiph.* Præceptum tuum, Domine, lucidum, illuminans oculos, quod custodivit beata Ragemfredis, virgo tibi devota. *Psalm.* Cæli enarrant gloriam Dei.

*Antiph.* Ad montem Domini adscendit innocens et mundo corde. *Psalm*, Domini est terra.

℣. Specie tua. ℟. Intende.

*Lectiones primi Nocturni.*

De Epistola prima B. Pauli Apostoli ad Corinthios : De Virginibus præceptum Domini non habeo. *Ut in communi Virginum.*

*Responsorium primum.*

C

Responsoria tria ejusdem Nocturni.

169 Veneranda Christi virgo Ragemfredis, ex nobili Francorum genere orta, * Dignitatem nativæ originis honestate morum atque operum claritate nobilitavit. ℣. Quæ regiam celsitudinem pro nihilo ducens, spreto mundanæ gloriæ gaudio. Dignitatem.

*Responsorium secundum.*

Ferventi spiritu beata Ragemfredis Domino serviebat, * Et orationum studiis semper dedita, sacris vigiliis insistebat. ℣. Spe gaudens, fide fulgens, gemina dilectione pollebat. Et orationum.

*Responsorium tertium.*

Erat benigno animo et moribus conspicua, * Prudens et pudica. ℣. Aspectu decora, et in sanctis actibus fulgebat gloriosa. Prudens. Gloria Patri. Prudens.

170 *In secundo Nocturno Antiphona.*

Propter veritatem, mansuetudinem et justitiam Dominus omnium dilexit eam, et concupivit decorem illius. *Psalm.* Eructavit cor meum.

*Antiph.* Sponsam sibi Christus eligens, castitatis decore consecravit, et Altissimus templum suum sanctificavit. *Psalm.* Deus noster refugium et virtus.

*Antiph.* Hæc virgo sancta et gloriosa, quia Dominus omnium dilexit et suscepit eam. *Psalm.* Magnus Dominus et laudabilis.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in medio ejus, non commovebitur.

*Ex Vita ejusdem.*

171 *Lectio* IV.

Beata Ragemfredis, virgo sancta, ex nobili Francorum genere orta, patre videlicet beato Aldeberto, comite Austrovandiæ, et matre sancta Regina, nepte Pippini regis *(vide dicta num.* 36*)* dignitatem nativæ originis morum honestate atque operum sanctorum claritate nobilitavit. Hæc enim regiæ celsitudinis altitudinem pro nihilo ducens, spreto mundanæ gloriæ gaudio caduce et in perditionem animas ducente, humilitate mentis et habitu fideliter Deo servire disposuit. Immaculatam itaque se custodiens ab hoc seculo, hostiam vivam, sanctam et Deo placentem Christo exhibuit.

*Responsorium quartum.*

Ragemfredis, beatissima virgo, in Domino lux effecta, extollendo manus suas in Sancta * Ut filia lucis ambulabat. ℣. Abjecto opere tenebrarum, illustrata flore virtutum. Ut filia.

*Lectio* V.

172 Cum igitur parentes ipsius ex rebus sui juris cellam monasterium Dononii ad Scaldim *(vide potius dicta num.* 42*)* in honorem Dei Genitricis, itemque alteram in honorem sancti Martini construi fecissent, ipsa eidem monasterio præfecta, induta sanctæ professionis vestimentis monialibus *(adi disputata toto* § IV*)* servire Domino sedula intentione cordis maluit, quam ut seculi male blandientis illecebris irretita, astu diabolicæ fraudis, lapsum incurreret virtutum, ac sic demum infernale deveniret in barathrum. Providentia siquidem divinæ dispositionis illam ante mundi exordia servare disposuit et gratia sua præelegit.

*Responsorium quintum.*

Accinxit Sponsa Christi lumbos suos fortitudine et brachium suum roboravit, * Vigens et merito castitatis et operatione virtutis. ℣. Divinæ complacuit majestati grata persistens. Vigens et merito.

*Lectio* VI.

173 Eamdem ergo in sponsam sibi gratam et acceptabilem assumens, ad multorum exemplum et salutem æternæ felicitatis capiendam, splendore castitatis irradiavit. Quæ ipsius sponsi sui, Domini videlicet Jesu Christi, thalamum beneolentibus virtutum aspergens aromatibus, angelorum in supernis societatem promeruit : Sanctorum

A ctorumque civium tripudiis adscita, munda corde et corpore, facie ad faciem divinæ majestatis inenarrabiliter Deitatem conspicit : et humiliter ac digne petentibus in terra intercessionis sanctæ gratiam jugiter impertit.

*Responsorium sextum.*

Cœlestis sponsus sacratam Ragemfredem virginem gratia sua præelegit, in sponsam sibi acceptam clementer assumens, * Atque ad multorum exemplum castitatis splendore irradiavit. ℣. Decore sanctitatis insignitam Dominus omnium dilexit eam. Atque ad multorum. Gloria. Atque ad multorum.

*In tertio Nocturno Antiphona.*

*tertii Nocturni Antiphonæ*

174 In virginitatis Deo dicata proposito canticum novum gratanter cantabat Christo. *Psalm.* Cantate Domino canticum novum, cantate.

*Antiph.* Custodivit Dominus animam ejus et B de manu peccatoris liberavit eam : unde exultans in Deo, confiteri studuit memoriæ sanctificationis ejus. *Psalm.* Dominus regnavit, exultet terra.

*Antiph.* Choris sacrarum virginum juncta in conspectu Domini jubilando, dulcia canit cantica, alleluia. *Psalm.* Cantate Domino canticum novum.

℣. Elegit eam Deus et præelegit eam.

℟. In tabernaculo suo habitare facit eam.

*Lectio* VII.

*et Lectiones cum Responsoriis,*

175 Homilia sancti Gregorii Papæ, *in Evangelium* : Simile est regnum cœlorum decem virginibus; *ut in communi Virginum, cum duabus sequentibus Lectionibus.*

*Responsorium septimum.*

Filia lucis æternæ, beata Ragemfredis, deificum lumen cœlitus impetra tuis, * Quæ sanctam illuminasti Avam lumine mentis et corporis. ℣. Inter prudentes virgines accende tuis sponsales lampades. Quæ sanctam.

C

*Responsorium octavum.*

Cælestis gemma Ragemfredis, feliciter peracto cursu divinæ peregrinationis, * Hodie percipit, quem meruerat, fructum virginitatis. ℣. Inter spinas mundi ornata floribus cæli, exiens obviam sponso, accensa lampade cum oleo. Hodie percipit. Gloria. Hodie percipit.

*Post nonam Lectionem.* Te Deum laudamus.

AD LAUDES

*Et per horas Antiphonæ.*

*ad Laudes Antiphonæ*

176 Mirabilis Dominus in excelsis Ragemfredem virginem salvam fecit in regnum suum cœleste. *Psalm.* Dominus regnavit. *Cum reliquis. Antiph.* Introivit prudens Virgo in conspectu ejus in exultatione, ubi cum Sanctis exultans in hymnis confitetur illi. *Antiph.* Adepta est gaudia sempiterna, cooperante Christi gratia, et videt virtutem et gloriam ejus. *Antiph.* Benedictus Dominus, qui sanctam Ragemfredem benedixit benedictione spirituali, cum electis suis in cœlestibus. *Antiph.* Lætatur in rege suo et gloriosa refulget candidatis virginum choris conjuncta in ecclesia Sanctorum. AUCTORE J. G.

*Capitulum, ut in primis Vesperis.*

*Hymnus.*

*et Hymnus*

177 Caduca secli culmina
Calcavit atque noxia :
Virtutis arcem scandere
Curavit devotissime.
Sponso decoro gloriæ
Conjuncta nunc in æthere,
Cœlestibus mysteriis
Potitur jam cum angelis.
Hujus Beatæ munere
Deposcimus piissime,
Dimitte nobis omnibus
Delicta, quæ commisimus.
Ut post labores seculi
Vitæ fruamur gaudiis,
Quæ præparas fidelibus
Æternis in cubilibus.
Laus, honor, virtus, gloria E
Deo Patri, et Filio
Una cum Sancto Spiritu
In sempiterna secula. Amen.

℣. Diffusa est gratia labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

*Ad Benedictus Antiphona*

*ad Benedictus et ad minores Horas Antiphonæ*

178 Beata virgo Ragemfredis immarcessibilem æternæ vitæ coronam percipere meruit, quam præparavit Deus diligentibus se, alleluia.

*Ad Tertiam Antiphona.*

Introivit prudens. *Capit.* Fratres, qui gloriatur. *Resp. breve.* Specie tua et pulchritudine tua. *Ut in communi Virginum.*

*Ad Sextam Antiphona.*

Adepta est gaudia. *Capit.* Æmulor enim vos. *Resp. breve.* Adjuvabit eam Deus. *Ut in communi Virginum.*

*Ad Nonam Antiphona.* F

Lætatur in Rege suo. *Capit.* O quam pulchra est casta generatio. *Resp. breve.* Elegit eam Deus. *Ut in communi Virginum.*

*Ad Vesperas Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, et Hymnus, ut in primis Vesperis.* ℣. Diffusa est gratia.

*Ad Magnificat Antiphona.*

Æterno Regi Jesu Christo dilecta in astris, virgo sancta Ragemfredis apud ipsum pro nostris erratibus intercede.

*Et postea fit commemoratio S. Dionysii et Sociorum ejus martyrum.*

AUCTORE J. G.

## MISSA

### DE S. RAGEMFREDE.

*Introitus.*

*Missæ propriæ Introitus, Oratio, Epistola,*

179 Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Ragemfredis virginis, de cujus solemnitate gaudent angeli, et collaudant filium Dei. *Psalm.* Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

*Oratio.*

Omnipotens, sempiterne Deus, solemnitatis hodiernæ gaudia sereno vultu respice, et beatæ Ragemfredis merita humiliter prosequentes gratia tuæ pietatis clementer attolle : ut, cujus festa celebramus in terris, ejus interventu muniamur in cœlis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

B Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres : Qui gloriatur, in Domino glorietur. *Ut in communi Virginum in Missali Rom.*

*Graduale et Sequentia*

180 *Graduale.* Specie tua et pulchritudine tua : intende, prospere procede, et regna. ℣. Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, allel. ℣. Ecce prudens virgo migravit ad Christum, fulget inter choros virginum, sicut sol, in vita æterna.

*Sequentia.*

Virginis egregiæ Ragemfredis hodie celebret solemnia
Populus Dononii, plena quoque gaudii resonet ecclesia.
Clericorum turmula virginumque modula voce psallat eïa.
Et ex corde proferat, quod ore vociferat, concrepans melodia,
Aldebertus inclytus genuit hanc, genitus Francorum prosapia
C Et Regina genitrix hujus fuit alitrix lactis alimonia.
Hujus ergo Virginis, quisque sui criminis deferens contagia,
Accurate psallere tentet, atque promere virtutum magnalia.
Dum ætate floruit, carnem suam domuit mira parcimonia,
Caput orbis petiit, dum oratu rediit, turba secum prævia,
En præfecti filius illi fertur obvius, ductus insolentia;
Cujus pulchritudinem miratur, et virginem ignorantem talia
Mulcet et alloquitur, fovet et amplectitur, nec tamen evincitur ejus sanctimonia.

*recitantur,*

181 Aggreditur osculo semel, bis, ter, sedulo : sed vidente populo fiunt mirabilia.
Mentum hæret scapulæ, Christi vero famulæ subvenit clementia.
Sic peractis omnibus, potens In virtutibus, rediit ad propria.
Posthæc ut emarcuit, ægra lecto corruit, corpus terræ tribuit, spiritus in gloria
Fulget ante Dominum inter choros virginum et a D patre luminum vera sumit gaudia.
Ecce virgo nobilis cæca, miserabilis venit ad suffragia
Hujus sacræ virginis : illa statim luminis reddidit officia.
Imploranti clerico compilat hydropico ventris finitantia :
Et furantem triticum manifestat rusticum nolæ per indicia.
Adest mulierculæ sonus vocis querulæ, dicens : Lucis filia :
Miserere miseræ, mihi membra propere sanentur debilia.
Reparat artificis os et nervos pollicis obtruncatos ascia.
Post virtutes ceteras sacra muti reseras os egens facundia.
Eja virgo celebris, mortis ab illecebris transfer ad palatia
Summi Patris, Filii, nos, qui summi gaudii quærimus solatia.
Et qui tibi psallimus, veniamque petimus, voce cordis sedula.
Fac, cum Dei Filio victus ut edulio vescamur in secula. Amen. Alleluia. E

*Evangelium.*

182 Simile est regnum cælorum decem virginibus. *Ut in communi Virginum.*
*Et dicitur* Credo.

*Offertorium.*

Adducentur regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi.

*Secreta.*

Munera populi tui, quæsumus, Domine, acceptare digneris : et per ea, intercedente beata Ragemfrede virgine tua, famulantium tibi preces clementer exaudi. Per Dominum.

*Communio.*

Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus : media autem nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obviam Christo Domino.

*Postcommunio.*

Interveniat pro nobis, quæsumus Domine, sancta Ragemfredis suppliciter orando, quæ tibi grata semper exstitit et merito castitatis, et tuæ professione virtutis. Per Dominum.

183 *Ex laudato num.* 165 *Dononiensi Breviario, seu Officiis propriis peculiarium Sanctorum abbatialis ecclesiæ Dononiensis, ad normam Breviarii Romani conformatis, unde totum illud ecclesiasticum* S. Ragenfredis *Officium desumptum est, cetera, quæ ad rem nostram faciunt, recensere pergo. Quod ad recitatum Missæ officium attinet, notat pag.* 59 *ejus editor, eamdem Missam dici posse in Elevatione et Translatione sanctæ Ragenfredis, nimirum die* 2 *Septembris et* XI *Junii. Ad diem vero* IX *Octobris, qui Octavæ solennitatis præcipuæ secundus est, in eodem Dononiensi Breviario Officium de sanctis Dionysio et Sociis, in secundis vero Vesperis Officium de Octava, incipiendum a Capitulo cum commemoratione*

A *tione dictorum Sanctorum præscribitur, ac deinque ad diem* x *ritu semiduplici Officium de* S. Ragemfrede, *uti in ipso festo, præter tamen Lectiones primi Nocturni, quæ sunt ex Scriptura, ut vocant, occurrente, præterque secundi Nocturni Lectiones, ex Vita* S. Ragemfredis *seu memorata jam sæpe Legenda desumptas; quas, quod præter attributam ei peregrinationem Romanam et elogia quædam, omnibus fere sanctis Virginibus communia, nihil memoratu dignum contineant, prætermitti hic æque posse censui ac ceteras omnes per octavam, aliunde haustas, et cunctis virginibus facile adaptandas.*

*Cur abbatissarum Dononiensium catalogus hic edatur.*

184 *Ceterum, etsi quidem aut nihil aut parum ad ecclesiasticum Sanctæ cultum gloriamve ejus posthumam faciat, quo tempore quove ordine, quæ post* S. Ragenfredem *floruerunt, condito ab hac Dononiensi parthenoni abbatissæ præfuerint, harum tamen, tum quæ quoquo modo sanctæ Patronæ ac Fundatricis suæ cultum promoverunt, tum et ceterarum omnium, quæ ei in abbatiæ regimen successerunt, chronologicam, quam ut potui, digessi, seriem publici juris fa-*

B *cio, tum quod altera, quæ tomo* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 423 *edita fuit, multo accuratior pleniorque existat, utpote partim ex recensitis hocce Commentario documentis, partim ex Catalogo quodam Ms., mihi a laudato jam sæpius amplissimo Domino Muttio humanissime subministrato, deprompta ordinataque; tum etiam quod eam non paucis historiæ Belgicæ studiosis lectoribus tanto gratiorem fore, confidam, quo minus nota aut exspectata, quoque magis prænobilibus quibusdam Belgicæ familiis honorifica utilisque fore mihi videtur.*

*Dononiensem abbatiam gubernarunt S. Ragenfredis et B. Ava.*

185 S. Ragenfredis, *seu* Ragemfredis *B. Aldeberti et S. Reginæ, Ostrovandiæ comitum filia, Dononiensis parthenonis, ut Caroli Calvi diploma, a num.* 86 *Commentarii editum, et Balderi-*
*rus in Chronico Cameracensi et Atrebatensi lib.* 2 *cap.* 28 *testantur, fundatrix et abbatissa, de cujus regimine consulendus hic Commentarius, præsertim* § III *et seqq. Præfuit parthenoni ab anno circiter* 780 *usque ad annum circiter* 805. *Ex dictis* § III, IV *et* V.

B. Ava *videtur etiam annumeranda Dononiensibus abbatissis, utpote* quam S. Ragenfredis præ-
C *cessit in regimine, teste anonymo Dononiensi seculi* XI *scriptore, num.* 118 *Commentarii laudato, qui ex parthenonis authenticis documentis aut saltem ex probanda traditione rem hanc intelligere potuit; qua in re ei consentiunt Arlodius supra laudatus, Arturus a Monasterio in suo Gynæceo aliique. Hæc* genere nobilis, fide venerabilis, prædiorum abundantia et multarum opum affluentia spectabilis, (*adi Commentarii hujus numm.* 82 *et* 83) omnem sui juris supellectilem ad sepulcrum sanctæ Ragemfredis attribuens, Dononii ecclesiam sanctæ Mariæ virginis ampliari et multiplicis apparatus decore meliorari fecit. Beatas quoque reliquias ejusdem Ragemfredis in prædictam ecclesiam transferri curavit. *Hanc Daniël Papebrochius tom.* 3 *Aprilis pag.* 628, *seculo nono, aliquo usque provecto, piissime obiisse, recte statuit.*

*Ermentrudis et Fredesendis,*

186 Ermentrudis, *nobilis quidem genere, sed nobilior moribus et Regulæ disciplina, instauratoque partim, qui Normannorum furore anno* 880 *dirutus fuerat, parthenoni Dononiensi anno, uti videtur,* 1029 *præesse cœpit, primaque fuit abbatissa sanctimonialium Benedictina-*
*rum, quæ consilio Gerardi I, episcopi Cameracensis, et Leduwini, abbatis Vedastini, nec non opera et auctoritate Balduini,* Pulchro-barbi *dicti, canonicis suffectæ fuerunt. Ex dictis* § IV *et* VII. *Non videtur præfuisse cœnobio multum ultra initium anni* 1035. *Ex Commentarii hujus numm.* 109, 111 *et* 123. *Res ecclesiæ Dononiensis auxit secundo successu et puellas nobili procreatas genere educavit et erudivit in timore Domini. Ex num.* 106.

AUCTORE J. G.

Fredesendis *seu* Fredescendis, *ætate etiam junior,* sed grandæva moribus, ac indolis nobilissimæ, *ut anonymus Dononiensis ei cœvus narrat, Dononiensem locum, quem anno, uti videtur,* 1035 *regendum susceperat, in omnibus ad meliorem statum reduxit; Vitam S. Reginæ eique permixtam* S. Ragenfredis *Vitam describi præcepit, ac corpus Sanctæ nostræ, suæ ecclesiæ diu ante sublatum, Dononio restituit. Ex dictis* § I, § VII *et* VIII. *Fabricari jussit scrinium ex auro et argento, in quo debita veneratione recludi curavit* S. Ragenfredis *corpus, quod medio statuit loco inter S. Reginam et inter B. Avam. Ex* § E
VIII *num.* 118. *A nobilissima Flandriæ comitissa, nomine Adela, assumpta fuit ad regendam Messinensem prope Ipras abbatiam, sic tamen, ut Dononiensis parthenonis regimen non deposuerit. Ex Commentarii hujus numm.* 109 *et* 110. *Benedictini scriptores tomi* 5 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 342 Frisildem et Faisildem *vocant, asseruntque, vivere desiisse anno* 1075. *Quadraginta igitur annis abbatissæ munere functa fuerit.*

*Maria ac Berta.*

187 Maria, abbatissa venerabilis congregationis Beatæ Ragenfredis virginis, Dononiensis monasterii, *memoratur in diplomate Roberti, Atrebatensis episcopi, anno Christi* 1118 *edito, quod videsis num.* 129. *Si hæc proxime successerit Fredesendi, oportet, ut* 50 *circiter annos Dononiensi abbatiæ præfuerit; cujus rei alia inferius non absimilia exempla exstant.*

Berta, venerabilis abbatissa Dononiensis, *memoratur in charta, a Godescalco Atrebatensi episcopo anno* 1157 *data, qua hic loco canonicorum, qui præbendas in ecclesia Dononiensi possidebant, duos vicarios pro sua auctoritate episcopali substituit rogatu ejusdem Bertæ. Habes supra Chartam illam num.* 135 *et seq.*

F

*Helvidis, cui forte altera Helvidis successit.*

188 Helvidis, *abbatissæ Dononiensis seu* de Doneig, *annis* 1221 *et* 1223, *ut Dionysius Sammarthanus tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 423 *scribit, mentio fit, eique hac in re consonat Ms. Catalogus supra laudatus. At vero hic a Sammarthano in eo discrepat, quod Helvidem ab anno* 1188 *usque ad annum* 1223 *abbatiæ regimen tenuisse, statuat; Sammarthanus autem illam jam circa annum* 1185, *seu tribus ante annis jam sedisse scribat, suique asserti testem laudet Chartam Cisoniensem in bibliotheca Colbertina exstantem. Fortassis inter Helvidem, ad annos* 1222 *et* 1223 *memoratam, interque Bertam, anno* 1157 *Dononiense cœnobium moderantem, media fuerit Helvidis aliqua, quæ ab anno circiter* 1165 *usque ad* 1187 *abbatiæ regimen tenuerit, eademque sit, cujus in charta Cisoniensi circa annum* 1185 *mentio fit; quam exeunte anno* 1187 *vel ineunte anno* 1188 *defunctam, exceperit Helvidis altera, ad annos* 1222 *et* 1223 *memorata, quæ adeo hujus nominis secunda foret.*

189 Eusilia, *seu* Ensilia, *Dononiensis ecclesiæ abbatissa*

AUCTORE J. G.

*Ensilia, Helmidis, Maria, Isabella,*

*abbatissa et ejusdem loci conventus abbatiæ bona de Honepele et de Husen cum omnibus suis juribus ecclesiæ Xanthensi in Clivia anno* 1240 *vendunt. Ex charta, quam habes num.* 145. *Scribit Dionysius Sammarthanus, Eusiliam etiam reperiri anno* 1241 *in Tabulario Viconiensi. Familiæ ejus nomen fuisse* d'Enghien, *auctor est in citato catalogo Ms. consultissimus Dominus Morreau, Valentianensis causidicus, et hodieque Dononiensi abbatiæ a consiliis.*

Helwidis, *teste eodem Domino Morreau in suis Additionibus, cognomento* d'Estré, *Dononiensis abbatissa, mortua est anno* 1268.

Maria, *abbatissa Dononiensis, commemoratur ad annum* 1272. *Ex tomo* III *Galliæ Christianæ auctæ col.* 423 *et ex catalogo Ms. Muttiano.*

Isabella, *Dononiensis abbatissa, mortua die* IV *Decembris anno* 1313. *Ex Catalogo Muttiano, confecto partim ex Epitaphiis Dononiensibus, in unum collectis per Joannem de Pitpan de Montauban, Valentianensis urbis olim præpositum.*

*Irmesendis, Agnes, Magdalena,*

B

190 Ermesendis de Ligne, *abbatissa Dononiensis, mortua est Valentianis anno* 1316 *et sepulta in ecclesia Dominarum Bellomontensium vulgo* Dames de Beaumont. *Ex Catalogo Ms. Muttiano et Additionibus laudati Domini Morreau.*

Agnes de Lywerde, *abbatissa Dononiensis, mortua die S. Benedicto sacra seu* XXI *Martii anno* 1345. *Ex Catalogo Muttiano, citante librum Ms., cui Gallice titulus :* Le livre des Dames.

Maria d'Oysy, *Dononiensis abbatissa, mortua anno* 1365. *Ex Catalogo Muttiano.*

Magdalena, *alias* Margarita d'Aisne, *abbatissa fuit triginta tribus annis, mortuaque est die* VI *Decembris anno* 1398. *Additur in Muttiano catalogo, filiam fuisse Domini* Sausset, *Ballivi Hannoniæ, ut vocant. Fuit autem* Gerardus d'Aisne, *dictus* Sausset, *Hannoniæ ballivus annis* 1333 *et* 1336.

*Alix, Laurentia, Margarita, Isabella,*

191 Aelix *seu* Alix de Molembaix *abbatissa fuit* 26 *annis. Mortua est die Martis, sexta Maii anno* 1426. *Ex eodem Catalogo.*

Laurentia de Molembaix, *soror Alicis, ei successit. Defuncta est anno* 1427. *Ex eod. Catalogo.*

Margarita de Vaulx, *Dononiensis abbatissa, obiit anno* 1437. *Ex libro Ms., cui titulus :* Le Livre des Dames.

C

Isabella d'Ognies, *scholastica, ut vocant, seu junior sanctimonialis erat anno* 1401; *abbatissa autem fuit quadraginta annorum spatio; defuncta est anno* 1477. *Sororem habuit nomine Mariam* d'Ognies. *Ex eodem Catalogo Muttiano. Nescio, an ad eam, an vero ad sororem ejus, mox memorandam, referenda sint, quæ ex Arlodio num.* 158 *referuntur. Adisis dicta cit. loco.*

*Maria d'Ognies, Maria de Werquigneul, Joanna, Sancta,*

192 Maria d'Ognies, *abbatissa Dononiensis. Ex eodem Catalogo. Sub hac contigit Dononiensis ecclesiæ violatio et parthenonis direptio, quam in Ms. nostra collectione Cœnobiorum Artesiæ his verbis descriptam reperio :* In solemnitate natalis Domini anno 1478, cum sorores domicellæ Matutinas canerent, irrumpunt Franci templum Dononiense, domum deprædantur, multos captivos abduxerunt cum omni pecore.

Maria de Werquigneul, *filia Jacobi et Joannæ d'Ognies, mortua est anno* 1485, *cum tantum electa esset abbatissa. Ex libro Ms., cui titulus :* Livre des Dames *pag.* 46 *et* 72.

Joanna de Werquigneul *abbatiam Dononiensem rexit abbatissa quinquaginta et uno annis. Obiit die* III *Julii anno* 1536. *Ex eodem jam mox citato libro Ms. pag.* 47 *et* 72.

Sancta, *forte* Sancia, *de* Werquigneul *abbatissa fuit viginti annis. Defuncta est die* XXVII *Aprilis anno* 1553. *Ex eodem libro Ms., vulgo* Livre des Dames *pag.* 78.

193 Antonia *seu* Antonetta d'Esne *abbatiam Dononiensem rexit tribus annis. Obiit die* VIII *Martii anno* 1557. *Ex eodem jam cit. libro pag.* 71 *et* 82. *Ejus corpus incorruptum etiam erat anno* 1751, *cum sepeliretur abbatissa Maria de Lieres, infra memoranda. Ita Amplissimus Dominus Dionysius Mutte, ecclesiæ metropolitanæ Cameracensis decanus et vicarius generalis, qui id ex ipso amplissimo Domino de Lannoy Beaurepaire, ejusdem ecclesiæ canonico, dignoque fide teste, se intellexisse, testatur.*

Anna de la Fosse, *dicta* de Givenchi, *abbatissa fuit* 17 *annis. Obiit die* XVIII *Maii anno* 1573, *die festo Sanctissimæ Trinitatis. Ex citato libro, cui titulus :* Livre des Dames *pag.* 85.

Guislena, *alias* Guillielma de Nedoncel, *abbatissa fuit* 21 *annis. Defuncta est anno* 1595. *Ex eod. mox cit. libro pag.* 79 *et* 92.

Jacoba *seu* Jaquelina *de* Locquenghien *abbatissa fuit undecim annis. Decessit anno* 1606, *die tertia Octobris. Ex eod. lib. pag.* 86.

194 Michaëla de Habarq *abbatissa fuit* 26 *annis et sex hebdomadis. Obiit die* VII *Januarii anno* 1633, *ætatis suæ anno* 89. *Ex eodem lib. Ms. pag.* 104.

Anna Maria de Bauffremez, *uti laudatus Dominus Morreau scribit, abbatissa fuit Dononiensis. Obiit die... Januarii anno* 16... *Mirum est, certiora de hujus dominæ regimine temporeque emortuali præfato domino non potuisse innotescere.*

Joanna Maria de Bonmarchiet *de* la Bravelle *abbatissa fuit mense Februario anni* 1650, *obiitque die* XXVIII *Januarii anno* 1663, *ætatis suæ anno* 72. *Ex. lib. Ms. cui titulus :* Livre des Dames, *et ex Epitaphiis.*

Antonia *seu* Antonetta Isabella Maria de Nedonchel, *uti laudatus D. Morreau scribit, abbatissa Dononiensis fuit. Defuncta est die* XXIV *Junii anno* 1684. *Ex Epitaphiis in Catalogo Muttiano citatis.*

195 Joanna Maria Ernestina de la Hamaide, *mense Junio anni* 1689 *creata fuit abbatissa. Obiit die* V *Decembris anno* 1729, *ætatis suæ anno* 80. *Ex Catalogo Muttiano.*

Maria Carolina, *seu* Charlotta Omer de Lieres de saint Venant *successit præfatæ Dominæ Joannæ de la Hamaide, et obiit abbatissa die* XXIII *Maii anno* 1751. *Ex eod. Cat. Muttiano.*

Eleonora Amelia Josepha de Houchin *nominata fuit abbatissa die* XXI *Junii anno* 1751. *Defuncta est die secunda Augusti anno* 1752. *Ex eodem Catalogo.*

Maria Ernestina Anna du Chastel de Petrieu, *abbatissa mense septembri anno* 1771 *etiam feliciter Dononiensem Parthenonem gubernans, ac promovendi Patronæ suæ cultus studiosissima, multisque digna nominibus, ut suis diu læta intersit et sera ad cœlum redeat.*

DE

A AUCTORE C. S.

# DE S. AMORE CONFESSORE

CULTO IN MONASTERIO BELISIENSI IN TERRITORIO LEODIENSI

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### § I. S. Amoris apud Martyrologos memoria, cultus sacer, et Acta.

FORTE SEC. IX. *S. Amor, Belisiensis monasterii patronus,*

*Belisiæ, vernacule* Bilsen, *quod vetustissimum ducatus Lossensis in Hasbania Inferiori ac Leodiensi territorio ad Demeram fluvium oppidulum est, mediaque leuca extra ejusdem muros positi monasterii, vulgo* Munsterbilsen, B *Latine* Monasterium Belisiense, *dicti, ac duabus cum dimidia leucis Trajecto ad Mosam dissiti, notitia jam data est in Opere nostro ad diem* VIII *Julii in S. Landrada virgine, cui ejusdem monasterii primordia debentur; quædam tamen hic addenda sunt, Eo loci præter ecclesiam parochialem, beatæ Virgini Deiparæ sacram, altera est nobilium canonicarum Secularium (non Regularium, quale olim fuit, et in S. Landrada dictum est) et canonicorum collegio insignis, cui, quæ præest abbatissa ejusdem loci aliorumque temporali dominio gaudet. Hujus monasterii Belisiensis ecclesiæ primarius patronus est* S. Amor *confessor, de eaque loqui censendi sunt martyrologi, qui ipsum Belisiæ annuntiant, a quarum nonnullis diaconi, ab aliis etiam presbyteri titulo honoratur.*

*martyrologis aliquot,*

2 *Primum Martyrologiis, quæ quidem consului, mentionem ejus facit Calendarium monasterii Stabulensis, quod Marteneus et Durandus tom.* 6 *Amplissimæ collectionis scriptorum veterum vulgarunt,* et ab annis circiter septingentis, *ac proinde, seculo* XI *adolescente, scriptum esse* C *censuerunt, quoque ad hunc diem* VIII *Octobris sine loco sic habet*: S. Amoris confessoris. *Varia penes nos sunt Martyrologia Mss. sub nomine Bedæ; e quibus Leodiense S. Lamberti ad eumdem diem ita habet*: Item S. Amoris, presbyteri et confessoris. *Locum adjungunt alia Martyrologia; in his inter Auctaria Usuardina apud Sollerium nostrum codices Antverpiensis-Maximus, Ultrajectinus, Leydensis, Albergensis et Danicus eodem item die sic habent*: Belisiæ, depositio S. Amatoris (*alii* Amoris) confessoris. *Consonat Bruxellensis*: Belisiæ, depositio S. Amoris confessoris. *Breve ejus elogium additur in Usuardina editione Lubeco-Coloniensi hoc modo*: Belisiæ, depositio S. Amoris confessoris, qui de Aquitania nobilissimis parentibus ortus foris carnem torquebat intus angebat, jejuniis, vigiliis inhærebat assidue et precibus; ab ocioso sermone abstinebat et risu, multisque clarus miraculis in pace quievit.

*maxime recentioribus,*

3 *Eadem fere adoptavit Grevenus; at brevius Molanus, addito tamen presbyteratus ordine*: Item Belisiæ, *inquit*, depositio S. Amoris, presbyteri et confessoris. *Paulo plura de eo habet nostrum Ms. Florarium Sanctorum, versus finem seculi* XV *perfectum, hunc diem sic ordiens*: Belisiæ monasterio in territorio Lossensi depositio S. Amoris confessoris Christi, alumpni Trajectensis. Hic pergens quadam vice ad ecclesiam, nubem lucidam præviam habuit in modum columpnæ, quæ filios Israël dudum ad terram Promissionis perduxit, ita et hoc quoque Servum ad E ecclesiæ limina properanti * præcurrebat. Quem, dubium non est, perpetuæ salutis attigisse portum, cui Christus erat vivere et mori lucrum. Defunctum vero Deus miraculis dotavit et ditavit amplioribus, quam prius viventem fecerat. *Accedunt et recentiora Martyrologia, inter quæ Germanico, Canisii vulgo dicto, elogium* S. Amoris *supra relatum ex editione Lubeco-Coloniensi ad hunc pariter diem Germanice insertum est; Philippus vero Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui in Romano non sunt, secutus Molanum est.*

* properantem

*notus,*

4 *Castellanus quoque in suo Martyrologio Universali eumdem inter Galliæ Sanctos ita memorat*: Apud monasterium Belisiæ prope Tungros S. Amor diaconus. *Addo denique Andream Saussayum, qui in Martyrologio Gallicano ejusdem elogium a præmissis partim diversum, exhibet verbis, quæ huc transfero*: Ipso die (VIII *Octobris*) sancti Amoris diaconi et confessoris, qui ortu Aquitanus paternam domum, opes, affinesque Christi amore deserens, in Lotharingiam, ut absconditam hominibus, notam autem Domino, vitam ageret, se contulit. Sepulchrum S. Servatii visi- F tavit, hincque aliquando in solitudine degit, gratiarum, charismata ex divinis obsequiis et meditationibus hauriens. Sed subinde salutis proximorum cupidus, quietis sede relicta, circumquaque progressus est, sanctis prædicationibus et puræ conversationis exemplis advocans incolas hujus tractus ad frugem meliorem. Quibus suo munere dignis exercitationibus magno cum gratiæ cælestis incremento perfunctus, miraculis clarus in Belisiæ pago Hasbaniæ Christo charam reddidit animam. Ad cujus tumulum canonicarum collegium postea fundatum est, ubi hodie sicut specialis patronus præcipuo honore colitur. *Hoc, aliaque data elogia inferius discutiemus.*

*jam olim*

5 *De cultu huic Sancto, velut patrono a monasterii Belisiensis nobilibus canonicabus deferri solito, diserte consensit Bartholomæus Fisen in Floribus ecclesiæ Leodiensis, addens*, sacrum ejus corpus, in lucem e sepulchro editum, *in eadem ecclesia* præcipuis coli honoribus. *Confirmantur hæc omnia ex litteris, quas a R. P. Joanne Limpens, societatis nostræ presbytero, ac quondam Musei nostri erudito scriptore, Trajecto*

AUCTORE C. B.

*jecto ad Mosam accepi, in quibus ille sic loquitur:* Primarius ejus *(monasterii Belisiensis canonicarum ecclesiæ)* patronus est S. Amor, cujus festum ritu maxime solemni celebratur die VIII Octobris cum Octava; quo tempore ejus caput publicæ exponitur venerationi. .. Imago anno MDCXXIV depicta, quæ ibidem conspicitur, S. Amorem exhibet habitu diaconi indutum. *Cultum vero sacrum* S. Amori *Belisiæ impendi solitum ab elapsis jam retro pluribus seculis viguisse, non uno ex monumento discimus. Auctor Vitæ S. Evermari, in agro Tungrensi occisi, qui non serius (vide tom. I Maii Operis nostri pag. 120) seculo XII scripsit, sacras* S. Amoris *reliquias in summa siccitate publice et in solenni supplicatione fuisse delatas scribit, quo arenti terræ pluviam Deus daret:* Persistebat, *inquit*, populus in prece, perstabat in supplicatione pro compluenda ariditate terræ. Ut Deus populum suum ab instantis plagæ interitu liberaret, S. Servatius, finium suorum fidelissimus servator, exponitur; Monulphus et Gondulphus efferuntur; S. Amor *(certe non alius, quam Belisiensis)* vicinorum suorum dulcissimus amator, in publicum deportatur, ut pro
B compassione et miseratione eorum æstuanti terræ Deus compateretur et misereretur. *Mantelius vero inter diplomata Lossensia Regeneræ cujusdam chartam secundo loco recitat, seculi XI anno* quadragesimo, Indictione octava, imperante Henrico, Romanorum imperatore tertio, Richardo *(seu, ut alias scribitur, Rithardo)* Leodiensi episcopo, *data, qua illa sese tradidit* in ancillam S. Amori in Belisia, sub censu ceræ quatuor denariorum; ea conditione, ut omnis *(sua)* posteritas eundem solvat in festo S. Amoris etc. *Ex quibus cultus* S. Amoris *apud Belisienses canonicas antiquitatem quidem metiri utcumque possumus, at non ejus initium, quod forte, ut infra dicetur, ejusdem obitu paulo tantum recentius est, assignare.*

*cultus sacro*

6 *Præter hæc peculiare nihil de* S. Amoris *in nobili Belisiensi parthenone cultu sacro accepimus præter inspectionem corporis, cujus instrumenti, de ea facti, apographum hic exhibeo.* Testimoniales ex cista et feretro corporis S. Amoris. Anno a Nativitate Domini milles. quadringent. 57 ipso die Nativitatis B. Joīs Baptæ ad honorem Dei
C omnipotentis et S. Amoris, patroni Blisiensis, nos Cecilia de Palude abbatissa, Jan Welina de Lymes decanissa, Gertrudis de Herve; Maria Surlet, Elizabetha de Oerloe, Jutta de Kesselt, Jutta de Tille, Margarita Fynnock, ēn Elizabeth de Duffel, canonissæ; Gerardus Abroens, Joēs Heeckmans ēn Joēs Warker, canonici, Gerardus Boele, Walterus de Wilre et Henricus de Nedermoele, capellani dictæ ecclesiæ S. Amoris, licet minus digni, magna tamen devotione et multiplici affectione inclinati, diligenter visitavimus feretrum cum planetulis argenteis et deauratis aliisque gemmis et lapidibus pretiosis adornatum.

*honoratus fuit Belisiæ;*

7 Quo aperto, invenimus parvum ligneum elevatum scrineum, undique ungulis cupreis clausum, ac inde medio duobus locis zona alba de coreo cervi circumligatum, finesque ejus reperimus firmiter nodatos, ceraque alba impressos et sigillatos; et ad servandum sigillum illæsum fecimus scissuram in una parte zonæ prætactæ: verum illis omnibus ablatis, aperuimus scrineum illud ligneum, in quo denuo vidimus et invenimus pretiosa ossa sanctissimi corporis ejusdem patroni nostri Amoris, honorifice sindoni rubro * involuta, D quibus multum humiliter et devote per nos adoratis et visitatis, recludi fecimus, ut prius; scissuram vero illius zonæ sigillo dominæ abbatissæ et capituli ad tollendum posteris omne dubium ac suspicionem fecimus fideliter communiri ac singillari. *Hactenus schedula nostra nec plura; ex qua proinde nihil aliud habemus, quam medio seculo* XV S. Amoris *reliquias in monasterio Belisiensi pie servatas honoratasque fuisse.*

8 *Trajecti ad Mosam quoque, ubi vitam ali-* quam pr
*quamdiu duxit, cultum sacrum* S. Amor, *et sacellum nomini suo dicatum habuit: ita denuo in suis litteris nos docet R. P. Joannes Limpens.* Clerus, *inquit*, collegiatæ S. Servatii S. Amorem coluit Officio duplici cum Oratione et novem Lectionibus propriis, uti [constat] ex mihi exhibito Breviario, ad usum dictæ ecclesiæ impresso Coloniæ anno MDIII. Oratio propria est hæc: Concede, quæsumus, Domine, alacribus animis beati Amoris confessoris tui solemnia celebrare, cujus diversis virtutibus decorata vita complacuit. Prima Lectio incipit: Igitur beatus Amor ex Aquitania et parentibus nobilissimis progenitus etc. Neque hæc, E neque ceteræ Lectiones, quæ admodum breves sunt, quidquam continent, unde de ejus ætate etc aliquid erui possit. *Addit porro his Limpenus, Servatianæ ecclesiæ clerum ab annis centum et pluribus usum fuisse Breviario Romano, ab eoque tempore* S. Amorem *Officio ecclesiastico colere desiisse. Quod Limpeno exhibitum fuit collegiatæ S. Servatii ecclesiæ Breviarium, vel certe huic simile, etiam penes nos est, sed in fine mutilum; in quo eadem est de* S. Amore *Oratio, quæ supra: Lectiones item perbreves, adeo ut priorem tantum ejus Vitæ partem contineant, et, peregrinatione illius Romana, adventuque Trajectum (quod mireris) prætermissis, in ejusdem gestis in Aquitania, patria sua, velut ibi mortuus esset, desinant.*

9 *De sacello vero,* S. Amori *Trajecti ad Mosam* in vico *olim dicato, ita Limpenus:* Exhibitus et mihi publ. fuit a D. secretario capituli S. Servatii codex Ms., cui titulus: „ Registrum altarium seu beneficiorum „ implis et liberæ ecclesiæ S. Servatii Trajectensis „ quæ beneficia fol. I dicuntur „ collecta studio et „ opera Andreæ Bouwens Mosæ-Trajectini MDCXXVI.“ Folio 44 recensentur. „ Redditus altaris S. Amoris I „ in oppido Trajectēn, cujus rector est D. Ægidius „ Marquet. „ In margine notatur: „ Coll. dna de „ Munsterbilsen. „ Quo significatur ad loci hujus abbatissam pertinere jus patronatus istius beneficii. Neque jam exstat, *pergit Limpenus,* neque umquam exstitisse scitur altare S. Amoris in ecclesia collegiata S. Servatii: sed exstitit olim in foro olerum capella ecclesiæ isti subjecta, S. Amori consecrata, in qua et altare stetit eidem Sancto erectum. Non dubitatur, quin huic altari annexum fuerit beneficium, de quo dictus codex Ms. agit. Illud nunc obtinet R. D. Servatius Loyens. Civitas Trajectensis dividitur in quatuordecim vicos; qui ex hisce forum olerum et vicinas plateas complectitur, vocatur VICUS S. AMORIS, quod nomen a memorata Sancti capella retinuit.

10 *Servatas quoque eo in sacello usque ad* Trajec
*annum* 1651 S. Amoris *reliquias, sed collabente* memora
*tum sacello ac vetustate ruinam minitante, eas-*
*dem in S. Servatii ecclesia, dum de illis plenius*
*disponeretur,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *disponeretur, depositas fuisse, quod ea de re suis ad nos litteris R. P. Limpenus adjecit, docet Extractum e Resolutionibus capitularibus hisce conceptum verbis :* Extractum ex Resolutionibus capitularibus liberæ et imperialis ecclesiæ Sti Servatii Trajecti ad Mosam. Lunæ, quæ fuit 18 7bris 1651, adm Rndi ac nob : Dni Decanus et Caplum, quia capella Sti Amoris, in hoc oppido sita, propter vetustatem jam ab aliquot annis cœpit ita cadere et paulatim delabi, ut periculi vitandi causa tam turris, quam tectum capellæ ac etiam aliqua murorum altitudo debeat desumi, ordinarunt, quatenus sacræ reliquiæ in vitrea pixide existentes, ac etiam sanctæ reliquiæ pixidi plumbeæ inclusæ una cum adjacente testimonio in pergameneo descripto consecrationis dictæ capellæ et summi altaris de anno 1406 .... Augti *(quæ pixis plumbea cum suis reliquiis nunc fuit ex eodem altari desumpta )* simul reponantur in sacrario ecclesiæ Sti Servatii, saltem usque ad aliam ordinationem.

Per Extractum ut supra
J. P. Membrede secret.

B *et Tungris obtinuit,* 11 *Atque hæc quidem de* S. Amoris *cultu sacro Trajecti ad Mosam eidem exhibito accepimus : viguit hic etiam Tungris ; nam et in Tungrensi Breviario ( distat Tungrensis quondam civitas duobus circiter milliaribus, quot et circiter Trajectum, a monasterio Belisiensi ) anno* 1547 *typis edito, ejus Sancti Officium, ut confessoris, ritu duplici pariter legitur cum novem Lectionibus etiam propriis, et ex eadem* S. Amoris *Vita depromptis, quæ in ejusdem adventu in urbem Romanam terminantur. Orationem, quæ diversa est, hic adscribo :* Sancti Amoris, confessoris tui, Domine, votiva solemnia recensentes, tuam supplices deposcimus majestatem, ut, cujus misteria in laudem et honorem gerimus, ejusdem interveniente patrocinio, Beatis promissa gaudia contingamus. *Denique in variis etiam diœcesis Leodiensis, quæ habemus, Breviariis ejusdem Sancti commemorationem hoc eodem die in sacro Officio faciendam reperio.*

*sed non Amorbaci in Franconia.* 12 *Eodem pariter die Amorbaci in Francovia olim cultus fuit, nunc vero die* XVII *Augusti, velut primus ejusdem monasterii abbas colitur S. Amor vel Amator, quem aliqui ipsummet* S. Amorem *Belisiensem esse existimarunt.*

C *Sed diversum hunc ab illo fuisse, pluribus docuit eruditus Benedictinus Ignatius Groppius in Historia Amorbacensi, cujus argumenta Cuperus noster recensuit probavitque in Commentario historico-critico, quem ad diem* XVII *dicti mensis de eodem* S. Amore, *abbate Amorbacensi, edidit ; ad cujus proinde* §§ 1 *et* 2, *ne actum agam, lectorem remitto. Solum observo ex Vita* S. Amoris *Belisiensis, hic edenda, constaturum, quam recte ibidem num.* 28 *dixerit Cuperus :* Consuluimus plura manuscripta Legendæ Belisiensis exemplaria, quæ ad diem VIII Octobris in scriniis nostris reposita habemus. Sed re vera S. ille Amor Belisiensis numquam vocatur abbas, et nusquam dicitur in Franconia fuisse, vel ibidem fonti miram salubritatem precibus suis impetrasse, quæ omnia de S. Amore traduntur.

*Gemina apud nos est S. Amoris Vita ;* 13 *Tria sunt, de quibus Cuperus, Vitæ* S. Amoris *apographa ; quorum unum, quod Auberti Miræi olim fuit, ex Ms. Belisiensi ; alterum, quod etiam in Ms. Belfortii exstitisse notatur, ex Ms. Rubeæ-Vallis, quod* Hagiologium Brabantinorum *inscribitur ; tertium ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris ad diem* XXIV *Septembris notatur acceptum. Belisiense apographum nostrum, satis vitiose exscriptum atque luxatum, hujusmodi habet exordium :* Igitur B. Amor Aquitania ex patriæ suæ nobilissimis progenitus. S. Amoris *Vitam exordio simili in Lacensi diœcesis Trevirensis monasterio exstare, Majores nostros monuit P. Alexander Wiltheim anno* 1659. *Belisiensi paulo accuratius est apographum Rubeævallis ; satis cum illo congruit quantum ad cetera : sed Prologum exhibet, qui abest a Belisiensi et hoc habet exordium :* Cupientes aliquid scribere ad gloriam Dei nostri de B. Amore, viro Dei, sic auditorum desiderio satisfacere cupimus, ut juxta digestæ relationis modum veritati per omnia consulamus. *Ad Prologi calcem hæc verba occurrunt :* Ipsius *( S. Amoris )* itaque primo Vitam et actus perstringemus, ac dein ceterorum, qui in iisdem partibus *( Brabantinis scilicet )* claruerunt, Vitas successive ponemus, *Quæ non auctoris Vitæ* S. Amoris, *sed Rubeævallis hagiologi, Joannis Gillemanni, canonicorum Regularium S. Augustini in Rubea-valle supprioris, anno* 1487 *defuncti, verba videntur. Porro utrumque hoc apographum parergis digressionibusque parum necessariis et subinde ineptis inficitur ; quibus tertium, seu quod e Ms. Ultrajectinode promptum est, caret ; reliquis proin, licet tamen integram horum medullam atque substantiam complectatur, brevius.*

AUCTORE C. S.

E

14 *Ex memoratis mox Vitæ* S. Amoris *apographis nullum auctoris sui nomen exhibet : at opportune Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii in concinnato a se ad diem* VIII *Octobris* S. Amori *elogio ait :* Pauca tantum de eo exstant ; ut etiam ex Egeberto diacono *( cujus de* B. Amore *lucubrationem Ms. Leodii, Afflighemii ac alibi exstare, notat in margine )* constare potest, qui Vitam ejus conatus est colligere : *verum quis Egebertus ille, quave vixit ætate ? Et quæ* S. Amoris *est, quam scripsit, Vita ? Nisi fallor, idem est ac is, de quo Trithemius, abbas Spanheimensis, de scriptoribus ecclesiasticis pag.* 138 *et seq. ita scribit :* Eckebertus, clericus Leodiensis ecclesiæ, natione Teutonicus, in divinis Scripturis eleganter doctus, et in secularium litterarum disciplinis ad perfectum instructus, scripsit et metro et prosa nonnulla opuscula, quibus nomen ad posteritatis notitiam transmisit. E quibus exstat volumen, metro eleganti compositum, quod prænotavit : „ De Enigmatibus rustici canis lib. I „ De eadem re alius major lib. I. „ Claruit temporibus Henrici tertii *( obiit hic anno* 1055*)* anno Dominii MLX. *Habes itaque, quis fuerit verosimillime Egebertus, Vitæ* S. Amoris *e Molano auctor, et, qua is vixerit ætate. At quam scripsit* S. Amoris *Vitam ? Verbosioremne illam et inutilibus parergis deformem ? An carentem his breviorem ?*

*prolixior altera forte ab Egeberto sæculo* XI.

F

15 *Fateor equidem verbosiorem* S. Amoris *Vitam haud eam esse, quæ doctrinæ laudi, quam Trithemius Egeberto tribuit, respondere videatur nec tamen hanc illi abjudicandam reor. Nec enim profanæ tantum, sed sacræ etiam, ut Trithemius scribit, doctrinæ laude floruit : sacram autem in sua de* S. Amore *lucubratione qualicumque adhibere verosimiliter, ita exigente scriptionis argumento, maluerit, quam profanam ; quippe qui in referendis sacræ Scripturæ verbis, petitisque ex eodem fonte exemplis multus sit, etiam*

*conscripta,*

*supra*

AUCTORE C. S.

*supra, quam par est, uti edendam infra prolixiorem* S. Amoris *Vitam inspicienti manifestum erit. Contra autem Vita brevior ne unum quidem sacræ Scripturæ textum exhibet. Poëseos etiam laude Egebertus floruit : at ingenium poësi deditum Vitæ verbosioris auctor utcumque prodit, stilo soluto mutilos subinde versus inserens, quales hi sunt num.* 5. Tandem Romanas attigit arces, *et*; Dictis eum compellat amicis, *quod facere seculi* XI *scriptoribus etiam familiare fuit. Confirmor vero hac in opinione, verbosiorem nempe* S. Amoris *Vitam ab Egeberto scriptam fuisse, si Molani verba cum verbosioris* S. Amoris *Vitæ apographis conferam.* Ex quo ( *Egeberto, inquit Molanus* ) superioribus addatur, Virum sanctum ( *Amorem* ) elevatum esse per visionem Hildæ, uxoris Odulfi. *Expressa igitur mentio facta fuit Hildæ atque Odulfi in Egebertina* S. Amoris *Vita, a Molano laudata, et verbosiori infra edendæ, ut ea, quæ de* S. Amore *ex Egeberto Molanus refert, cum hac conferenti liquebit, saltem quantum ad rerum substantiam conformi. Hildæ vero ac Odulfi nomina in utroque fusioris* S. Amoris *Vitæ apographo nostro, licet paulo diversimode, exprimuntur : Hildæ autem nomen non*
B *legitur in breviori* S. Amoris *Vitæ apographo; ut Vita brevior ex prolixiori contracta, et recentioris cujusdam, quod num.* 18 *confirmabimus, qui Egeberti dicta, resectis parergis inutilibus, compendiose lectori suo exhibere voluerit, fœtus videatur.*

*duce scriptore antiquiore,*

16 *Egebertus quidem, seculis aliquot* S. Amore *posterior, in iis, quæ de* S. Amore *narrat, magnum per se pondus haud habet : at hæc passim non e suo, sed ex alterius, se antiquioris, penu deprompsit; quod plane Egebertus ipse num.* 7 *verbis hisce declarat* : Sunt autem, *inquit*, nonnulli, qui de eo vanas, ut credimus, agitant quæstiones, cur hic Dei Famulus, cum prior hoc libellus reticeat, in presbyterii honore colatur. *In apographo nostro Belisiensi pro vocabulo* Prior *legitur* Priorum : *sed res eodem recidit. Vixerit verisimiliter auctor ille Vitæ* S. Amoris *Egeberto antiquior seculo* IX *vel* X; *quod si* S. Amor, *quod equidem nobis ob infra dicenda haud omni verisimilitudine carere videtur, seculo* IX *obierit, neque contemnenda erunt, quæ ex*
C *illo de* S. Amore *Egebertus narrat. Nec antiquiori* S. Amoris *biographo vitio verti debet jejunus admodum de rebus illius gestis scribendi modus : quantum enim ex Actis colligi potest,* S. Amor *ignotus omnino hospes Trajectum advenit, vitamque duxit Deo magis, quam hominibus notam, nec forte annis multis post suum illuc adventum in vivis superstes egit : ut adeo res ab illo tum illic, tum alibi gestæ latere magnam partem facile potuerint, etiam scriptorem, sancto* Amori *ætate vel æqualem, vel supparem.*

*sed quæ ætatis, qua scripta fuit, nullam exhibet notam :*

17 *Ceterum nihil, unde verbosioris hujus* S. Amoris *biographi ætatem colligas, apographum nostrum Belisiense per se suppeditat: neque magis nos hic juvat apographum aliud, e Rubeæ-vallis codice acceptum, qua quidem hoc* S. Amoris *Vitam explanat. At in præfixo huic Prologo quædam occurrunt, ex quibus exhibitæ isthic post Prologum* S. Amoris *Vitæ auctor scripsisse seculo* IX, *et* S. Amori *suppar fuisse, nonnemini minus cauto videri posset. Sunt autem hæc in primis Prologi verba :* Qui ( *S. Amor)* fines Brabantiæ, quæ nuper Lotharingia vocata cognoscitur, sua sanctissima conversatione et solerti prædicatione fœcundavit : *quibus si addatur præfixus Prologo titulus* : Incipit Prologus in Vitam S. Amoris nuper Trajecti conversantis, *venire alicui in mentem posset, vixisse* S. Amorem *sub medium seculum nonum, quo Austrasia, mutato nomine, a Lothario seu imperatore, seu rege* Lotharii regnum, *seu, ut modo loquuntur,* Lotharingia *dici cœpit; nec diu post scripsisse* S. Amoris *biographum. At Prologum illum non auctoris Vitæ* S. Amoris, *sed Joannis Gillemanni, Rubeæ-vallis Hagiologii collectoris, videri, jam dixi num.* 13; *particulæ vero* Nuper, *quam scriptor idem adhibet, etiam ad longum tempus ex ejus mente extendenda significatio est.*

18 *Nihil pariter occurrit in Vita* S. Amoris *breviori seu Ultrajectina, unde tempus, quo hæc scripta fuit, definias : quamquam autem inutilibus illa parergis careat, magisque succincta sit verbosiore seu Egebertina* S. Amoris *Vita, nec tamen pauciores res ab illo gestas contineat, et proin majorem præ se ferre videri possit antiquitatem; cum tamen et ipsa nævo suo non careat, non solum* S. Amoris *Vita, quæ Egeberto prælu-*
*xit, sed Egebertina etiam, quod num.* 15 *monui, recentiorem ea de causa autumo, quod Belisiensis parthenonis originem attribuat Hildæ, comitis Odulfi uxori, sequentibus verbis* : Tunc illa hujus religionis *( elevationis seu translationis corporis* S. Amoris ) magistra seipsam cum monialibus et cum quadam dotis suæ villa sancti Amoris se mancipavit perpetuæ servituti. Cujus exemplum multæ aliæ secutæ, cœnobium, quod usque hodie permanet, dictum « Blisiam « Lodiensis diœcesis fundaverunt. *Si monialibus Belisiensibus se Hilda sociam junxerit, prius enimvero, quam se illis jungeret, monasterium illic erat, nec illud ipsa fundavit : quamquam una cum marito eidem parthenoni haud exigua præbuerit verosimiliter munificentiæ et benevolentiæ specimina, ut colligi ex iis potest, quæ de utroque conjuge lib.* 2 *Historiæ Lossensis pag.* 23 *Mantelius scribit :* Illud constat, *inquit*, dictum fuisse *( Odulfum* ) comitem de Los *( verene id de Odulfo dicatur, inquirere hic necesse non est)* cum uxore sua Hilda ex Trajecto *( hac de re infra agetur )* transtulisse Bilisiam S. Amorem diaconum, collegii Bilisiensis tutelarem, atque ibidem ambos obtinuisse sepulturam, ut quorum annua postridie S. Lamberti fiat memoria.

19 *At neque ex elevatione seu translatione corporis* S. Amoris *facta occasione visionis Hildæ oblatæ, neque ex ejus in parthenonem munificentia aut sepultura, quam eodem loci obtinuit, argui potest, ei primam asceterii Belisiensis deberi originem Imo vero, quotquot de prima collegii Belisiensis scripserunt origine, id a S. Landrada, e regia Francorum regum stirpe oriunda virgine, seculo* VII *fundatum aiunt, adstipulante illis Theodorico, abbate Trudonopolitano, seculo* XI, *annis paucis inchoato, cita functo, in Vita ejusdem regiæ virginis tom.* 3 *Julii Operis nostri ad diem* VIII *ejusdem mensis edita, in qua num.* 6 *et* 7 *ita de Belisiensi ecclesiæ per Landradam fundatione loquitur :* Stabat *( S. Landrada )* in medio noctis silentio incomitata et sine arbitris, et ultra omnem hanc luteam infirmitatem elevata libero mentis pede in odorem cœlestium unguentorum currebat, cum subito patefactis cœlis, comitante lumine

A ne, mirifici operis crux delabitur, et Landradæ, quæ jam mundo crucifixa erat, velut pro munere super contiguum lapidem deponitur. Sicut enim mollis cera impressam sigilli imaginem recipit et repræsentat, ita et durissimus lapis adhuc nobis ejusdem crucis totam impressionem integre demonstrat. Vox interim administratorii spiritus audita est, Accipe, Landrada, hoc ab immortali Sponso charitatis pignus. Ipse tibi crucis mittit sponsalia, qui in cruce moriens restaurat omnia. Amatoris tui (Christi) hæc sunt munera. Tali munimine hoc in loco deinceps non nocebunt spiritus immundi, fames, mortalitas, rerum inæqualitas, morbi et pestilentia.

*forte recentior.* 20 Virgo Dei, gavisa de munere, roborata de consolatione, oblita sexus et ætatis, in quamdam virilitatem accingitur; propriis manibus negotium, quod non potuerat, aggreditur. Vepres et spinas extirpare; humum sarrire; ecclesiam in honore et memoria Dei genitricis et perpetuæ virginis Mariæ conari fundare : propriis manibus lapides effodere et comportare, lineam ducere, fundamenta
B jacere, et in loco sibi destinatæ crucis, non alius, quam ipsa collocavit ipsum, quod adhuc perdurat, altare. Adfuit indefessæ laboratrici suæ manus Omnipotentis usque ad consummationem perfecti operis. Tunc vero Lambertum episcopum, postea Christi martyrem futurum, evocat, et pia commonitum familiaritate, qua se ab initio sanctæ animæ colligaverant, novæ suæ ecclesiæ consecrationem et reliquiarum impositionem ex voto impetrat. *Dein mox Theodoricus sociarum S. Landradæ sub hujus auspiciis ductuque in omni virtute progressum extollit; ut Landrada non modo Belisiensis ecclesiæ, sed ipsius etiam parthenonis auctor illi procul dubio credita fuerit, non Hilda. Error itaque est, quo Belisiensis fundatio Hildæ, quam seculo* IX *vixisse probabiliter, sequenti § dicemus, tribuitur; in quem, sicut nec Theodoricus abbas Trudonopolitanus, nec Vitæ prolixioris auctor impegit, ita verosimiliter cujusdam recentioris est, qui Egebertinam* S. Amoris *Vitam parergis*
C *suis sic purgarit, ut et ipse in errorem lapsus videatur, Egeberti dictis cupiens nonnihil vel de suo vel e recepta tum vulgo traditione adjicere. Groppius supra laudatus meminit Vitæ* S. Amoris, *Germano idiomate conscriptæ, anno* 1683 *primum editæ, in qua* S. Amoris *Belisiensis et Amorbacensis gesta confunduntur; sed hanc neque habemus, neque est, cur magnopere curemus.*

## § II. Ætas Sancti incerta : gesta ejus breviter perstricta.

*S. Amor* Ex *memoratis § superiore* S. Amoris, *Belisiæ culti, Actis, quæ de illo noscuntur, fere accepta sunt. Elogium ipsius ex Saussayo num.* 4 *jam recitavi : addo hic alterum ex Molano in Natalibus Sanctorum Belgii ad hunc diem, quod sic habet* : In Belisia monasterio depositio S. Amoris, diaconi et confessoris, qui natione Aquitanus fines Brabantiæ, quæ nuper Lotharingia vocata cognoscitur, sua sanctissima prædicatione et conversatione fœcundavit. Multo tempore ad sepulcrum S. Servatii Domino servivit, et tan-



dem post laudabilem et miraculis claram vitam quievit Belisiæ, ubi extra muros in canonicarum collegio, quod dicit * MUNSTER-BILSEN, præcipuo colitur honore, potissimum in natalitio die. Pauca tantum etc, *quæ supra num.* 14 *jam recitavi. Accipe etiam elogium, quod Fisenus mox laudatus ex Egeberto, ut notat, Molano ac Mss. in Floribus ecclesiæ Leodiensis pag.* 448 S. Amori *concinnavit.* AUCTORE C. S. * *l.* dicitur

22 *Ita habet* : Gente Aquitanus, diaconus gradu fuit. Hasbaniam multis laboribus excoluit, magnaque ex parte vindicavit ab impietate et vitiorum senticetis. Ad S. Servatii sepulcrum multis annis egit rerum divinarum contemplationi deditus. Belisiam denique migravit, ubi vitam duxit insigni integritate, editisque multis miraculis spectabilem, ac beato fine clausit; incertum, qua ætate, nisi quod B. Landradam præcessisse videatur, quæ circiter annum sexcentesimum nonagesimum tertium mortalitatem hanc deseruit. Nobilium enim canonicarum collegium, quod hac autore gloriatur, tutelarem veneratur S. Amorem. E Sacrum ejus corpus in lucem e sepulcro editum præcipuis colitur honoribus. *Eadem fere habet etiam in Historia ecclesiæ Leodiensis lib.* 4, *cap.* 10 *inter annos* 659 *et* 662, *præterquam quod hic eum Landrada juniorem vel synchronum facere videatur : postquam enim exstructi a Landrada monasterii meminit,* S. Amorem *Belisiam, loci religione sanctoque secessu captum, concessisse, ait verbis mox dandis num.* 24. *a nonnullis*

23 *Modo elogia ista cum nostris Vitæ illius apographis, superius memoratis, conferamus, et si quid ex illis de eodem Sancto statui possit, dispiciamus. Ab ætate illius incipiamus, cujus nullum, quod quidem certum sit, exstat in supradictis vitæ apographis indicium. Saussayus in elogio supra recensito ipsum S. Landrada tempore priorem esse, aut saltem ante hanc mortuum, minime dubie asseruit, dum* ad *ejusdem Sancti* tumulum canonicarum collegium postea fundatum ait, *cujus scilicet collegii fundatricem ipsam S. Landradam cum aliis omnibus, qui de ea egerunt, in eodem Martyrologio suo Gallicano ad diem* VIII *Julii, quo eadem colitur,* F *agnovit. In eamdem sententiam propendit Bartholomæus Fisen, num. præcedenti relatus, eo nixus argumento, quod fundatum a S. Landrada Belisiense canonicarum collegium* S. Amorem tutelarem suum veneratur. *sec.* VII *ante S. Landradam mortuus*

24 *Non dissentit idem scriptor in Historia Leodiensi loco paulo superius laudato, ubi, dubitanter tamen, hæc scripsit* : Loci *(Belisiensis)* religione sanctoque secessu captus est B Amor, qui gente Aquitanus... cum ad B. Servatii sepulcrum se recepisset, rerum divinarum contemplationi deditus Belisiam migravit sub hoc forsan tempus *(inter annos* 659 *et* 662, *ut habet in margine)* certi enim nihil compertum est. *Hæc si ita se habeant, non est* S. Amor *seculo* VII *junior, cum S. Landrada anno* 680 *vel* 690 *obierit ex dictis in Opere nostro ad diem* VIII *Julii. Non alia igitur ratione Fisenus, quantum ex ejus verbis apparet, pro* S. Amoris *ætate utcumque figenda nixus fuisse videtur, quam quod illustris iste parthenon illum ecclesiæ suæ Tutelarem veneretur; nec alia pariter usum Saussayum arbitror, dum ad illius tumulum fundatum* postea *fuisse canonicarum collegium dixit.* *haud satis fundate*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. S. asseritur.

25 *Verum ea ratio admodum debilis est; cum* S. Amoris *corpus diu post obitum S. Landradæ ad Belisiensem ecclesiam potuerit esse translatum, vel in ea elevatum, atque propterea ejusdem ecclesiæ Patronus cœpisse haberi, maxime quod eadem ecclesia præter sanctissimam Dei Genitricem nullum peculiarem Patronum a prima fundatione sua habuisse videatur. Certe Theodoricus, abbas Trudonopolitanus, cujus ætate seu seculo* XI *et* XII, *ut ex charta Regeneræ, se* in ancillam sancto Amori in Bilisia *dantis, anno* 1040 *scripta (vide Mantelium part.* 2 *Historiæ Lossensis pag.* 2 *et seqq.) liquet, Belisiensis ecclesiæ a* S. Amore *jam inde nomen obtinuerat, in Vita ejusdem S. Landradæ de Belisiensis ecclesiæ fundatione agens, nec de alio ejusdem Patrono meminit, nec de* S. Amoris *tumulo, eo loci prius existente, suspicari permittit. Theodorici verba num.* 19 *et seq. dedi, quibus Belisiensis ecclesia non super* S. Amoris *tumulo, de quo nulla ibi mentio, sed in saltu,* quem *(ut præmiserat)* a feritate inhabitantium beluarum BELUAM vocabant, *neque ex ejusdem Sancti reverentia, sed ex cœ*
B *lestibus crucis delapsæ vocisque angelicæ indiciis eo in loco erecta, nec denique laudati* S. Amoris *titulo, sed* in honore et memoria Dei Genitricis et perpetuæ virginis Mariæ *exstructa dedicataque fuisse perhibetur.*

*quidquid ejus Vitæ sive de gemina*

26 *Atque hæc quidem ex Vita S. Landradæ: contra vero Vitæ* S. Amoris *favent oppositæ opinioni; sed aliis difficultatibus implicantur. In Vita breviori legitur Sanctus mox ab obitu suo* tumulatus... in loco, qui dicitur HOLDIER, ubi basilica post in ejus honore constructa est, in qua multo ampliora exhibuit miracula, quam fecerat in hac vita. *Sed ibidem statim subditur, matronam quamdam, viciniæ rectoris, nomine Odulfi, conjugem, ter divinitus monitam,* ut S. Amorem a loco, in quo jacebat, subvectum apud se condigne reponeret; *eamque hisce monitis paruisse, translato corpore ejus* in locum, ubi usque hodie venerat, *lege*: veneratur, *seu colitur. Quin etiam verbis num.* 18 *transcriptis eadem matrona una cum aliis, sui imitatricibus, Belisiense fundasse monasterium dicitur; ut adeo secundum hanc* S. Amoris *Vitam alteram hic habuisse ecclesiam suo nomini sacram videatur, in qua prius sepul*
C *turam habuerit, quam in Belisiensem translatus fuerit.*

*sive de unica ecclesia,*

27 *In prolixioris Vitæ apographo nostro Rubeæ-vallis de prima ejusdem sepultura tacito loci nomine, pariter legitur*: Tumulatus in loco, ubi postmodum hodieque habetur basilica in ejus honore et laude constructa. *At alterum ejusdem longioris Vitæ apographum nostrum Belisiense, cetera consonans, pro* Basilica *habet* Belisia, tumulatus in loco, *inquiens*, ubi postmodum hodieque habetur Belisia, in ejus etiam honore et laude constructa. *Nec proinde tamen sacri corpori translationem, in breviori memoratam, penitus præterit; sed eadem ibi in fine mutila exstat, ut locus, ad quem translatio facta fuerit, non legatur, qui in apographo Rubeæ-vallis dicitur fuisse,* ubi usque hodie sancta ejus beneficia ad plenum exuberant, *nimirum Belisiæ: in neutro vero quidquam legere est de fundato Odulfi uxoris aliarumque, quæ hujus exemplum secutæ fuerint, munificentia operaque monasterio Belisiensi. Verum hæc omnia intricata sunt, confusionem sonant, ac propterea expendenda.*

28 *Locum primæ sepulturæ* S. Amoris *Ultrajectinum apographum nostrum* Holdier *fuisse ait, nomen hoc silentibus apographis aliis. Locus,* Holdier *nominatus, mihi plane ignotus est, nisi forte biographus Belisiam indicare voluerit, quam Theodoricus, supra relatus,* a feritate inhabitantium beluarum BELUAM vocatam fuisse, *asserit*; Beluam *vero, seu,* Belluam *idem biographus Belgice per* Holdier *reddere voluerit*; Hol *enim specum,* Dier *autem* animal *significat, ut* Holdier *animal seu feram in specu commorantem significet. Utut tamen sit, inter apographa convenit, in loco primæ sepulturæ illius ecclesiam postmodum constructam fuisse, quam Belisiense apographum* Belisiam, *Rubeæ-vallis* Basilicam *appellat. Convenit etiam inter eadem apographa de* S. Amoris *corpore eo ex loco ad Belisiensem ecclesiam translato opera uxoris Odulfi.*

29 *At enim cum istius primæ ecclesiæ, ad* S. Amoris *tumulum erectæ, in qua hic miraculis claruerit, nullam alibi mentionem, nullum vestigium invenerim, credere cogor, hanc commentitiam esse, nec Sanctum in alia ecclesia, quam in Belisiensi, postquam in hanc translatus vel in hac elevatus fuerat, miraculis fulsisse. Minus etiam admittere possum, quæ de fundato post translatum Sancti corpus cœnobio ibidem habet biographus in apographo breviori Ultrajectino, neque ea cohæret narratio, ut num.* 18 *dictum est; neque Hilda, seu Hulda Odulfi, seu Clodulfi uxor ex num.* 19 *et seq., uti et num.* 25 *dictum est pariter, Belisiensem dici potest fundasse ecclesiam. Quia tamen hujusmodi errores non rara ex rerum vere gestarum confusione nascuntur, si hic liceat divinare, fortasse istæ hoc similiter modo se habuerint.*

30 S. Amoris *corpus post S. Landradæ tempora, aut certe post conditam ab illa Belisiensem ecclesiam, in hac, ejusve communi cœmeterio primo fuerit in vulgari sepulcro tumulatum, ibidemque cœperit miraculis honorari. Tum vero Hilda vel Hulda, Odulfi aut Clodulfi, vicinæ regionis judicis uxor, divinitus monita, a sacris ejusdem loci virginibus impetraverit, ut illud e terra sublevatum honorifico in eadem ecclesia loco reponeretur. Deinde eadem matrona (si vera est apographi Ultrajectini seu brevioris narratio) post mariti obitum religione loci capta monialibus suis addiderit cum ingenti dote sociam, aliasque habuerit sui exempli imitatrices, quarum omnium munificentia Belisiense monasterium plurimum auctum dotatumque sit.*

31 *Si hæc ita se habeant, potuit brevior biographus* S. Amoris, *ab hujus rebus gestis non parum remotus, ex unica Belisiensi ecclesia duas perperam fecisse, ambas in loco tumuli S. Confessoris exstructas, primam scilicet ante, secundam vero, aut saltem adjectum ei monasterium post sacri corporis translationem. Potuit itaque prædictum primæ fundationis augmentum de ipsa prima fundatione inepte interpretari, ut proinde dixerit*: Cujus (*uxoris Odulfi*) exemplum multæ aliæ secutæ cœnobium, quod usque hodie permanet, dictum Blisiam... fundaverunt. *Id denique ex dictis certum est, S. Landradam primam Belisiensis ecclesiæ ac monasterii fundatricem esse; dumque hæc illa exstrueret, nec* S. Amoris *corpus eo loci quievisse, nec hujus cultum illam ullo modo habuisse præ oculis. Minime quoque verosimile apparet, eumdem* S. Amorem *tempore translationis corporis sui in dicata sibi ac*

A *ac super tumulo suo postmodum exstructa ecclesia, in qua miraculis coruscabat, jacuisse ; tum quod talis ecclesia ceteris omnibus ignota sit, tum quod sacri corporis ex tali loco translatio non facile permittenda fuisset, nec esset, cur fieret. Nunc ad propositum nostrum, cujus gratia hæc disputavimus, redeamus.*

*ut adeo hinc Sancti ætas certo definiri nequeat :*

32 *Manifestum igitur est, ætatem, qua* S. Amor *vixerit, ex illius sepultura, ecclesia, aut translatione non posse certo assignari : neque certi aliquid de personis, Odulfo nimirum, Hilda et Hucholdo, Hucboldo, seu Hucvoldo comite, in ejus Vita memoratis, dici posse. Id unum ex ejus Vita asserere tuto possumus,* S. Amorem *non esse seculo* VI *antiquiorem. Nam quod in tota illa Vita certius videtur, est ejusdem Sancti apud S. Servatii ecclesiam Trajecti ad Mosam pia commoratio, vel frequens ad eam accessus, quam S. Monulphus ejusdem sedis Trajectensis seculo* VI *episcopus exstruxit, ut videre licet in Opere nostro tom.* III *Maii, pag.* 217 *in eodem S. Servatio. Haud æque dici certo potest, an eodem seculo* VI, *vel quoto post* S. Amor *vixerit. Priorem tamen seculo* XI

B *esse, suadet asserta superius num.* 2 *a Marteneo ætas Calendarii monasterii Stabulensis, cui ille ad hunc diem inscriptus est ; suadet ætas scriptoris Vitæ prolixioris S. Evermari martyris, in qua de ejusdem Sancti confessoris corpore in supplicatione publica delato fit mentio ; suadet denique Regeneræ charta, de quibus vide numm.* 5 *et* 25 *supra.*

*non plane tamen*

33 *At nihilne pariter in* S. Amoris *Vita occurrit, unde, quo is saltem seculo vixerit, probabili saltem utcumque modo colligatur ? Ut quid in re obscura dubiaque sentiam, brevibus dicam, fateor, non omnino ab eo alienus sum, ut* S. Amorem *seculo* IX *vixisse, et post obitum eodem seculo corpus ejus in Belisiensi ecclesia e vulgari sepulcro in honoratiorem locum fuisse translatum. Sane,* S. Amorem *in ecclesia Belisiensi a S. Landrada ante fundata fuisse sepultum, vel juxta illam, nec alium habuisse sepulturæ locum, ex jam dictis verosimilius est. Addo ex Actis primo quidem, inter* S. Amoris *obitum et solemnem corporis ejus in Belisiensi ecclesia elevationem non multum temporis intercessisse ; dein vero,* S. Amori *synchronum fuisse Hucboldum comitem ; denique Odulfum Hildamque, quorum potissimum opera corporis ejus elevatio facta est, eidem aut synchronos, vel saltem fuisse ætate suppares ; ut adeo* S. Amoris *obitus ac elevatio eodem, quo hi floruerunt, seculo, id est, ex dicendis* IX, *saltem non absque veri specie videri possint contigisse.*

*partim ex Actis.*

34 *Primum* S. Amoris *Vita prolixior diserte affirmat : nam secundum hanc mox ab obitu suo* S. Amor *clarere prodigiis cœpit :* Juxta communem omnis carnis ritum, *inquit apographum Belisiense infra num.* 19, humi appositus, quibus tunc præcipue claruerit virtutum meritis, totum evolvere nedum nostræ, nec cujusquam est facultatis. Defunctum vero Deus eum miraculis ditavit multo amplioribus, quam prius viventem fecisset. S. Amoris *igitur obitum varia ab illo facta prodigia exceperunt proxime : nec diu post secuta est corporis ejus e vulgari sepulcro elevatio : sic enim habent Vitæ prolixioris apographa :* TEMPORE QUIDEM ALIQUANTULUM FLUXO, nolens piorum auctor Deus, terræ creditum diutius delituisse *(delitescere)* sacrum pignus, eum potius cum sanctis Confessoribus a terra sublevatum meritis coli tendebat honoribus. *Sic vero brevius seu Ultrajectinum apographum :* TEMPORE ALIQUANTO POST *(obitum* S. Amoris, *hunc que mox secula prodigia, de quibus proxime ante loquitur)* Dominus tertio quamdam matronam nobilis viri, nomine Odulfi, rectoris ipsius viciniæ, per visum monuit, ut S. Amorem, a loco, in quo jacebat, subvectum apud se condigne reponeret. *Non invito igitur, imo favente omnino* S. Amoris *biographo, unius seculi spatio ejusdem Sancti tam obitus, quam corporis ejus elevatio includitur : cur autem rem utramque seculo* IX *probabili utcumque modo affigi posse contendam, quæ de Hucboldo comite atque Odulfo mox dicam, aperient.*

AUCTORE C. S.

*partim ex personis Hucboldi,*

35 *Vita* S. Amoris *prolixior Hucboldi comitis num.* 9 *hujusmodi mentionem facit :* Contigit itaque bonæ memoriæ Viro (S. Amori, *Roma Trajectum ad Mosam petenti)* post susceptum cœlestis Janitoris consilium per Mediolanense territorium huc veniendo transisse. Ibi Hucboldum quendam comitem, secundis crastinis effluentem, febre tamen correptum exaudivit, quem medicorum manus nullo remedio curare potuit ; *sed, ut additur, a* S. Amore *febre dein liberatus fuit.* E *Prolixiori* S. Amoris *Vitæ consonat hic brevior. Fuit itaque Hucboldus ille comes Sancto nostro synchronus : verum quis ille et quo seculo vixit ? Alium Hucboldum, cui hic dicta quadrent, difficulter repertum iri, existimo, quam Hucpaldum, sub Ludovico II augusto, Lotharii filio, palatii per Italiam seculo nono comitem. Hujus mentio fit apud Muratorium tom.* 2, *parte* 2, *col.* 950 *in Ludovici charta, anno* 851 *aut sequenti Ticini data, his verbis :* Tunc prædictus Theodoricus veniens in ipsum palatium, ubi in judicio sedebat Hucpaldus, comes sacri palatii *etc. Idem anno* 852 *Rodingi Florentini episcopi chartæ, quæ Berta, ejusdem comitis filia, monasterii S. Andreæ præfecta est, subscripsit hoc modo :* Ego Huepoldus (*lege :* Hucpoldus) comes palatii pro mea largitate subscripsi. *Vide Ughellum Italiæ sacræ auctæ tom.* 3, *col.* 25 *et seq. Anno* 860 (*vide Mabillonium de re diplomatica charta* 93) *Placitum in ducatu Spoletino est habitum in gratiam Ludovici II contra Ildebertum, quod item* Hucpoldum comitem palatii *memorat. Verosimile itaque, Hucpoldum hunc, cum junior adhuc esset, a* S. Amore, *per territorium Mediolanense Trajectum ad Mosam eunte, sanitatem recepisse, forte* F *annis aliquot ante medium seculum* IX. *Accedet autem huic conjecturæ plusculum adhuc verisimilitudinis, si* Odulfum, *qui eodem seculo* IX S. Amoris *corpus elevandum curavit, inveniamus ; cum, ut* S. Amoris *obitus ab elevatione ejus corporis multum removeatur, ejusdem Vita non patiatur ex dictis.*

*et Odulfi,*

36 *Hunc vero Odulfum nobis sistit Mantelius in Historia Lossensi lib.* 2, *pag.* 23 *et seqq., ubi illum non modo cum conjuge sua Hilda in Belisiensi parthenone sepultum, ac utriusque memoriam annuam servari ait, sed etiam eumdem* Odulfum forte Lossensibus præfuisse ab anno DCCCL, si non multo prius. *Fueritne Odulfus Lossensis comes, ut Mantelius scribit, nihil curo : at vellem, ut monumentum certum, quo Odulfum illum sub medium seculum* IX *vixisse constaret, in medium adduxisset : sed undecumque id hauserit Mantelius, pro commento habere non ausim propterea, quod Odulfus in Belisiensi monasterio sepultus probabiliter idem videri possit, de quo Nithardus,*

AUCTORE C. S.

*Nithardus, seculi* IX *scriptor, gesta anno* 840 *aut seq. inter Ludovici Pii defuncti filios explanans, ita scribit :* Interea omnes inter Mosam, et Sequanam ad Karolum *(Calvum)* miserunt, mandantes, ut antequam a Lothario *(Caroli fratre)* præoccuparentur, veniret : adventum ejus se præstolaturos, promittentes. Quam ob rem cum perpaucis Karolus hoc iter accelerans ab Aquitania Carisiacum venit et a Carbonariis et infra ad se venientes benigne suscepit. Extra vero *(seu ultra silvam Carbonariam ad Mosam usque)* Herenfridus, Gislebertus, Bovo ac ceteri, ab Odulfo decepti, firmatam fidem negligentes defecerunt.

*in Actis memoratorum,*

37 *Carbonariam silvam Wendelinus de Natali solo legum Salicarum Binchio, Nivellam, Lovanium, Arschotum ac denique Diestemium usque extendit ; ita ut quidquid terrarum inter Diestemium et Trajectum ad Mosam jacet, extra silvam Carbonariam sit : et vero inter silvam hanc et Trajectum ad Mosam situm fuisse terræ tractum aliquem, ostendit Fulcuinus, anno* 990 *defunctus, de Gestis abbatum Lobiensium, Hungarorum in Gallias anni* 954 *irruptionem ita partim describens* : In hac acie *(Hungarorum)* Cono præ-
B dictus cum suis sequacibus militavit : sed ubi Trajectum ventum est, quam Mosa alluit, incertum, qua de causa, ab eis descivit. Hungri Hasbaniam ignibus et deprædatione agressi, Carbonariam petunt. *Quatuor igitur a Nithardo nominati magnates videntur fuisse totidem comites, qui inter Carbonariam Mosamque suos habebant comitatus : certe Gislebertus a Nithardo aliquanto post (si tamen utrobique illi de eodem Gisleberto sermo est) vocatur* Mansuariorum *comes. In pago autem Hasbaniensi et Mansuariensi seu Mansuariorum Robertus, Hasbaniæ comes, in charta sub annum* 746 *data apud Miræum Donationum Belgicarum cap.* 5, *collocat* Halen, Schaffen, Velpen *et* Meerhout : *e quibus locis* Schaffen, Meerhout *et* Halen *Diesthemium inter et Mosam sita sunt ; licet Diestemio multo propinquiora. Porro cum eodem tractu, qua ultra Diestemium ad Mosam itur, sita sit Belisia, interque memoratos comites Odulfus recenseatur, vero saltem simile utcumque iterum est, hunc in locis Belisiæ Mosæque vicinis comitis, seu* Rectoris ipsius viciniæ, *ut brevior de illo* S. Amoris *Vita loquitur, sub medium seculum* IX *gessisse*
C *munus, nec ab eo diversum, cujus apud se sepulti Belisienses canonicas memoriam annuam servare, Mantelius scribit.*

*cum seculo* IX *vixisse, vero absimile est.*

38 *Odulfus, Odulfi seu Audulfi (idem enim nomen est) Bajoariorum Caroli Magni et Ludovici Pii ætate præfecti, filius, memoratur in charta anni* 819 *a Meichelbeckio parte altera tom* 1 *Historiæ Frisingensis pag.* 198 *et seq. Lupus Ferrariensis item in variis Epistolis de Odulfo comite agit ; de filio vero Odulfi comitis Frotharius, episcopus Tullensis, apud Chesnium tom.* 2 *Scriptorum Galliæ pag.* 716, *Epist.* 6 *ad Sichardum : iidemne sint, ac Odulfus a Nithardo memoratus, an diversi ab illo, non inquiro : utut sit, et hi omnes seculo* IX *floruerunt. Porro Odulfum, cujus mentionem facit Nithardus, eumdem esse ac Odulfum, de quo* S. Amoris *biographus, ex conjectura tantum asserui, utcumque tamen, ut mihi videtur, probabili : nec enim fore existimo, ut seculum aliud reperiatur, in quo, quæ de* S. Amore, *Hucboldo comite, et Odulfo* S. Amoris *biographus refert, aptius combinentur, eaque de causa seculum* S. Amori *nonum initio hujus Commentarii, sed dubitanter, adscripsi ; si quis vero in tantis tenebris meliora et certiora attulerit, a jam dictis facile discedemus. Reliquum est, ut* S. Amoris *res gestas, ut paucæ sunt, quæ quidem ad posteritatis pervenere notitiam, ita etiam paucis perstringamus.*

39 *Eum patria Aquitanum, e nobilibus parentibus genitum, ac iter illius Romanum nec inficiari possum asserenti biographo, nec aliunde confirmare. Quod ad ejusdem conditionem attinet, vidimus supra e martyrologis Molanum in suo Usuardo aucto, huncque secutum Ferrarium* presbyteri *titulum ei adjungere, quo etiam titulo ornatur in Martyrologio Leodiensi S. Lamberti : contra eumdem Molanum in Natalibus Sanctorum Belgii, Saussayum ac Castellanum, quibus consentit Fisenus in Floribus ac in Historia ecclesiæ Leodiensis,* diaconi *dumtaxat gradum ei concedere. Diaconi etiam habitu* S. Amorem *indutum exhibet, quæ in sua Belisiensi ecclesia conspicitur, imago, anno* 1626 *depicta. Vidimus item ceteros, eosque antiquiores eumdem tantummodo* confessorem, *nullo præterea addito sacri Ordinis titulo, appellare. His posterioribus omnino consonant Officia ac Breviaria Trajectensia, Tungrensia et Leodiensia, supra memorata, nostra ipsius Vitæ apographa, e quibus Ultrajectense brevius de utroque titulo altum silet : alia vero sic loquuntur, ut eorum auctor (Egebertus, ut reor) presbyteratum illius asserere non ausit, quamvis indicet, eumdem suo tempore (seculo* XI) *velut presbyterum cultum fuisse. Verba dedi num.* 16. *Fidem abs illo in Hasbania prædicatam fuisse, scribit in Prologo Vitæ* S. Amoris *Hagiologus Rubeævallis, de quo num.* 13. *Nihil itaque certi, quod hac in re statuamus, nobis ad manum est.*

40 *Frequentem fuisse* S. Amorem *in adeundo Servatianam Trajecti ad Mosam ecclesiam luculente satis testatur ejus biographus : at, quot illic annos traduxerit, tacet : exacto vitæ cursu secundum Vitæ ejus apographa tumulatus est in loco, in quo postmodum ejus nomini dicata est basilica, quæ nulla alia fuisse scitur, quam parthenonis Belisiensis ecclesia, cujus hodieque patronus est. Hanc ejus honori non dicatam modo, sed et constructam biographus ejus, sive Egebertus, sive alius quiscumque, tradit : at non alia verosimiliter de causa, quam quod, quæ scribebat, ætate illa* S. Amoris *ecclesia passim audiret, quamvis verosimiliter sic fuerit appellata dumtaxat, ex quo ob frequentia miracula, monitumque cœleste effossa ejus ossa nobiliori loco fuere reposita, non vero, ex quo condi illa a S. Landrada cœpta est, ut in superioribus dictum est. Prodigia, quæ vivus mortuusque præstitit, et singulares, quibus potissimum enituit in vita virtutes, ejus Vitam evolventi patescent. Seculo* IX *obiisse ex dictis videtur, eodemque e vulgari sepulcro, in quo primitus conditus fuerat, in honoratiorem ecclesiæ Belisiensis locum translatus ; atque adeo non Trajecto Belisiam, quod nonnulli tradunt ; sed vel e vicino, vel ex uno in alterum ejusdem ecclesiæ locum.*

A

A. forte Egeberto.

# VITA

a

## Auctore, ut videtur, Egeberto *a*.

b

## *Ex Ms. Belisiensi, collato cum Ms. Rubeæ-vallis b.*

### PROLOGUS.

*Auctor vera se de S. Amore scripturum profitetur.*

Cupientes aliquid scribere ad gloriam Dei nostri de B. Amore, viro Dei, sic auditorum desiderio satisfacere cupimus, ut juxta digestæ relationis modum veritati per omnia consulamus: contemnendus quippe pincerna est, qui, dum B vini copiam jactat, fæcem quoque punienda temeritate propinat. Temerarius enim nihilominus narrator est, qui dum laudum præconiis alios extollere nititur, ipse mergi in falsitatis baratrum non veretur. Postquam itaque Dominus et Redemptor noster vineam suam, quam de Ægypto transtulit, secusque decursus sanguinis et aquam lateris sui transplantavit, veræque vitis propagines usque ad cælum extendit, Apostolis nimirum toto orbe diffusis, non destitit, neque desistit adhuc Ecclesia Christiana florere et quotidie novos fructus referre, non tamen in Israël, ubi passionis suæ torcular Christus calcavit solus, et de gentibus non erat vir secum, verum etiam in Idumæa, ubi extensum est calceamentum incarnationis ejus, et alienigenæ amici ejus facti sunt: hujus igitur vineæ usquequaque propagatæ unum ex palmitibus usque ad nos omnipotens Deus electum extendit, sanctum videlicet Amorem, emeritum confessorem, qui fines Brabantiæ, quæ nuper *c* Lotharingia vocata cognoscitur, sua sanctissima conversatione et solerti prædicatione fæcundavit. Ipsius itaque primo vitam et actus perstringemus, ac deinde ceterorum, qui in iisdem partibus claruerunt, vitas successive ponemus *d*.

C

### ANNOTATA.

a *Quis verosimiliter hic fuerit, quo floruerit seculo, vide num.* 14 *Commentarii prævii: num. vero sequenti, uti et* 18, *cur hanc potius* S. Amoris *Vitam, quam breviorem, huic infra subnectendam, scripsisse videatur.*

b Prologus *ille non reperitur in apographis nostris Ultrajectino et Belisiensi.*

c *Adverbium* Nuper *hic pro longo temporis spatio accipiendum videtur; quod subinde etiam apud probatos auctores factum reperitur.*

d *Ex his verbis colligi potest, Prologum hunc esse fœtum hagiologi Rubeæ-vallis, nimirum Joannis Gillemanni, anno* 1487 *defuncti. Vide Valerium Andream in Bibliotheca Belgica.*

# CAPUT I.

## *Sancti patria, peregrinatio Romana, adventus in Belgium, et aliqua prodigia.*

*S. Amor a teneris Deo vivere solitus*

Igitur B. Amor, Aquitania *a* et patriæ suæ nobilissimis *b* progenitus, ut primum fari potuit, et illud Christicolis notum Dei nomen audivit, quantum jam tunc ætatis infirmatis valuit. Deo eidem se attentius commodavit *c*. Hoc quidem apud se ingenuæ mentis confirmavit propositum; si in robur unquam, Deo provisore, evasisset virile, quod tunc plus minus *d* explesset, illa altera, mali magis patiens, ætas votis sanctius *e* concessisset *f*. Crevit itaque sanctus Puer, non tam membrorum mole, quam etiam sanctitate, uni tantum Deo volens esse cognitus, ut pravis semper hominibus fuisset occultus. Videt ergo (ut dicit Apostolus) in multis carnem E adversari spiritui, quam suo cupiens domare Factori, sese furabatur mundo, ut soli viveret Christo.

*a*
*b*
*c*
*d*
*e f*

*ac latere homines studens*

3 Clam siquidem cavit, ne, aut videns quis bonis suis actibus invidisset, aut, quod totis viribus recusabat, ad populares aures tulisset. Profecto sciebat, quod omnibus liquet, in hoc amplius terrena et *g* mens malorum confunditur, si quando ante suos actus in ullo hominum *h* virtus probitatis aperitur. Enimvero foris carnem torquebat cilicio, intus angebat jejunio, vigiliis assidue inhærebat et precibus. Nam, ne levibus quidem criminibus paululum quiddam aberrasset, quod ultra communem valentiam tendit, mirum in modum ociosi sermonis et risus abstinuit. Sed civitas *i* in monte posita celari non potuit, nisi tanto manifestius cunctis intuentibus emineret, quanto subjectis late vallibus caput altius extulisset. Litterarum quoque ultro se obtulit studiis, non ut Grammaticorum ferulis parere voluisset, nisi quod unicum ac solum fuit necessarium, Deum in divinis lectionibus didicisset.

*g*
*h*
*i*

*SS. Apostolorum limina*

4 In morem utique habuit, quod beatam audivit fecisse Mariam, quæ optimam præ sorore eligens partem, Auctoris sui pedes osculando et tergendo æternæ vitæ præmia diva promeruit. F Quippe cum beati Viri nec celebris *k* memoria ad totius regionis *l* partes, quam lata fuerat, permearet; atque rumorem populi metuens jam manifeste quoquam prodire non posset, anceps luctamen in consilio habuit, quomodo bonum opus, quod cœpit, homines lateret, et locus aptior ad hæc exequenda patuisset. Sane Vir Dei, se obligans voto, nocturnis instruitur monitis, ut, relicta suorum patria, S. Petri, Apostolicorum procerum principis, adeat limina, ibi supplicans, quo postmodum viandum sit, auditurus: sicque expergefactus, et de admonitione lætus angelica, ut primum viæ suæ habilem causam repperit, ubi est doctus, eo iter instituit.

*k*
*l*

*Romæ invisit, et a S. Petro*

5 Divina quippe præeunte clementia, cui se semper comitem in omnibus ire disposuit, emensis *m* diversorum locorum salebris, tandem Romanas attigit arces: ubi aliquot dies commoratus, a S. Petri limine non discedebat; sed

*m*

eum

A. forte Egeberto.

eum loci tutorem in præsidium rogans preces descendit in omnes, ut ad ejus interventum apud Deum, omnis clementiæ Principem, obtineret, quod in suis meritis nullatenus præsumpsisset: præsertim, quid de se æqui bonique, quod *n* Deus intendat, quove itum oporteat, scire ab eo diligentius elaborabat. Nocte vero quadam Viro Dei ante obseratas templi fores ad orationem devoluto, forte sopor membris obrepit, cum cæli Janitor, cui quondam Deus januas carceris clausas aperuit, in patentibus, ut Viro Dei, videbatur, astitit januis, et dictis eum compellat amicis.

*n*

*Trajectum ad Mosam ire jubetur,*

6 Vir Dei, digne quidem facis, tuis precibus, quod per te scire non poteras, a Deo voluisti quærendum esse misterium: sed ne vana *o* putes, certus tibi causarum en habeor nuncius. Nam noveris de te: emensis Alpium jugis, locum, cui Trajectum *p* vocabulum est, sospes accedes, ibique S. Servatii *q* meritis adjutus vitæ tuæ securus exiges ævum. Proinde autem non eminus ab eo loco habebis meritorum tu quoque pium, Domino jubente, sepulchrum *r*. Hæc summa est: ab

*o*

*p*

*q*

*r*

B istis ne te immutes præceptis, et tibi sic abeunti post Deum in omni loco non defuero in auxilio. Hoc dicto, sanctus Apostolus Domini disparuit subito, et ille, quo tenebatur, solutus est somno. Gratias autem imprimis agens Deo, acceptaque præsentis patroni in prosperum iter licentia, ignotas prius et exteras petiit regiones.

*qui utrum sacerdos fuerit,*

7 Sunt autem nonnulli, qui de eo vanas, ut credimus, agitant quæstiones, cur hic Dei Famulus, cum priorum hoc libellus reticeat, in presbiterii *s* honore colatur. Quomodo, inquam, cum in cælo nullo Sanctorum privetur consortio eum homines stulti quovis clericorum numero velint eximere? Nam Dominus in Euangelio: „ Qui re-„cipit, inquit, prophetam in nomine meo, mer-„cedem prophetæ accipet. „ Quanto enim hic eum quis magnifice in meritis extulerit, tanto ei credimus a Deo largius, pro quibus eum rogaverit, vicem misericordiæ impetrabit. Plerique nimirum (humanum est, quod dico) præcedunt alios gradu, qui postremi sunt merito.

*s*

*necne, haud constat.*

8 Quod mihi Dominus videtur designasse, ubi dicit, virum in latronibus incidisse, et in mor-

C tem fere sauciato, sacerdos et levita præteriit, et neuter misericordiam ullam impendit; sed illi est reservatus Samaritano videlicet, qui etsi in gradu esset posterior, in beneficiis tamen est inventus præstantior. Sed quicumque illi sint, post hæc porro admonemus, ut talium desinant, hoc uno contenti, apud Deum plurimum posse, cujus viderint quotidie virtutum merita chorus-care. Extremum quippe est, quod delinquit, qui eum, dum vixit, sacerdotis officio functum dicit: etsi non gradu, in quo uno omnes erramus, tamen merito fuit. Hoc ergo in Dei dispositione remisso, jam demum ad ea, quæ cœpimus, redeamus.

*Roma profectus in agro Mediolanensi dæmone obsessum liberat:*

9 Contigit itaque bonæ memoriæ Viro post susceptum cælestis Janitoris consilium per Mediolanense territorium huc veniendo transisse. Ibi Hucboldum *t* quendam comitem, secundis crastinis effluentem *u*, febre tamen correptum exaudivit, quem medicorum manus nullo remedio curare potuit. Quodque credendum facile est, eos æquales meriti non fuisse, cum ad sui simili-tudinem Dominus, qui quondam, discipulis

*t*

*u*

non valentibus, dæmonem ab homine possesso D prohibuit, hunc prædictum comitem potiori curandum reliquit. Qui in se agnita Viri Dei Virtute, eum bonis quamplurimis remunerare volens, Quanti, inquit, meorum desideras, absque dilatione optata feres. Atqui id te benigne rogito, ne te expertem facias nostris bonis. Cum ille, Prosint, ait, quæ mihi polliceris, consultius egenis; tu vero Deo potius, non homini, gratias refer; meum enim non est, ut pro istis merito me tuorum participem facias. Præterea eum secum posse retinere confidens, quia, quo tenderet, minus cautus didicit a Deo sancitum, ne alium, quam Trajectum quæreret, locum; et quia Deo repugnare non potuit, a Viro Dei huc adire volente, se multo cum gemitu sequestravit.

10 Igitur Dei Athleta institutum prosequens Trajectum iter, transmisso locorum et malorum hospitum diviso *x* periculo, vicum *y*, quem miro flagrabat affectu, adiit Trajectum. Ubi quemadmodum sanctissimæ vitæ tempus expleverit reliquum, qui stilo et paginæ possit committere totum, nusquam est gentium. Ecce, quod semper pluscu-lum cavit, nisi quantum, Deo provisore, obnu- E bere non potuit, omnibus ignotus ivit. Sciebat enim, quod quilibet minuit conscientiæ secretum, cum hic ostendendo factum, recipit famæ precium: de quibus etiam Dominus in fine mundi dicturus est: Quia in laude hominum fecistis opera vestra, amen dico vobis, nescio vos, et quia recepistis mercedem vestram. In his ergo viciis, in quibus se hominum genus implicare sæpe male assolet, se tuente graviter *, quidam eum religiosi, ut posteris aliquid memorandum relinquerent, observabant. Inde bonorum operum, quo minus aliquid *z*, quæ eisdem referentibus prolata sunt, habeatur.

11 Sanctus itaque Domini, ut nocturnus ei fue-rat mos, cum ad ecclesiam S. Servatii Davidica laude properaret, subita in cælo lux emicuit ingens, in quo miratus multum hausit cælum *aa*, scire volens, quid tantus protenderet ignis. Vidit enim manifesto lumine cælo insertum, quod Romæ prius deprehendit per somnium; ut, si rebus prius ostensis minus crederet, Dominus evidentiori indicio huc se eum direxisse, firmaret. Quod signum non invitus aspexit; tacitus tamen secum gaudens acrior in Dei servitio hæ- F sit, quo magis ad locum, quo cœperat, peraccessit *bb*. Quibus precibus et omnium virtutum gradibus se Deo devinctiorem exhibuerit, solus novit, qui bonorum operum nullum unquam immunem reliquit.

12 Aliud quoque pro eo cælitus factum est signum, non minori diligentia cum priore colendum: nam cum simili studio ecclesiam Dei adiret, ecce, eo eunte, de culminis sui umbra nubes lucida in morem igneæ columnæ, quæ plebem Domini olim, Moyse duce, prævia anteierat, ita et hunc Dei Servum ad locum usque ecclesiæ præcurrebat. O pulcherrimi operis indicium pulchrum! merito enim lucem quærens lucem ostendit, ut adhuc in præsenti positus laborum suorum merita resciret in futuro, quem tanto lucis Dominus præveniret exemplo. Mos utique, et is assiduus, ille, fuerat, ut, avulsis talarium soleis, memorabile cunctis celaret factum, pedibus tantum supra opertis, reliquam tamen partem nivi urendam destituebat,

et

A et frigori. Unde, quod sincere credimus, foris frigere non potuit, qui tantæ fidei intus ardore flagrabat.

*cæco item* 13 Præterea sancti Viri tempestate divina semper in rebus bene gestis vigilantior gratia toties circa eum sæpius eminebat, quotiens humanæ fragilitati acrius regnans, Deo se attente commendabat. Quid hic cernere est? Cum actuosæ noctis requie ante sacram domini ædem, more sanctissimi Moysi contra Amalech, non armis, sed precibus adversus hominis hostem durius dimicaret; cæcus affuit medius, quem quidem, nescitur, qua causa, egressum diabolus, magister doli, in via subruit, et cæci questibus Virum Dei precum suarum immemorem fecit. Sed ipse nequam in malum hominis erectus plus *cc* nesciendo consuluit, quam sibi *cc* describendo nocuisset. Cæcus quippe humi provolutus, et præ gravi casu multum mœrens, sic orsus est: *dd* Si sic *dd*: Miserum me! o omnium factor Deus, si sic mihi erat futurum. ut quid natus sum? Piget me enim vitæ meæ: nam sum vitæ hujus lucem exosus; quia, quibus me vivens exigam, luminibus careo. Unde quæso, ut id tua B pace fiat, Domine; hinc me de medio tollas.

*visum* 14 Cumque hujusmodi non sine multis lacrimis Deo suum animum effudisset, magnum pro viri questibus Amicus Domini dolorem animo percepit, accedensque eum a terra levavit. Quid me, inquit, homo ignave, tuis exanimas querelis, aut cur Deum tanto studio in tuam mortem excitas? Non enim justam causam habes querelæ, quia te solum istæ, quas causaris, non cinxerunt miseriæ. Deo, inquam, potius supplica, et, quæ circa te occulto ejus judicio fiunt, patienter tolera: sicut vero, cui hæc evenerint, solus non es, ita ad eum, cui imperare plus a Deo possis precari, jurgii tui causas abstinens, humilioribus eum precibus levius poteris emollire, quam tuis injuriis exasperare. Ipse enim expectat et revocat, sicut per Salomonem dicitur: Altissimus enim patiens redditor. Hinc ille ad Deum in vota pro eo succedens, O Domine, inquit, Jesu Christe, Redemptor hominum, exaudi me servum tuum, qui hoc olim de credentibus in te benigne referebas: Qui credit in me, quæ ego facio, et ipse faciet, et C majora horum faciet. In quo te oro, Domine mi; *ee* si quid hujus fuit, non meis assisto *ee* meritis; imo, quod rectius sit, totum hoc tuæ dedico sanctitati.

*facto crucis signo reddit.* 15 Hac oratione digesta, virtutem Domini in se concaluisse, sentiens, et Crucis facto, quod super omnia horrent phantasmata, signo, continuo lumen rediit oculis, quod insperatum cæco jam multo tempore defuit. Hoc sane percepto munere, egregie cum vita caro, Sanctum Domini, quocumque pedem ferebat, passim in aure omnium prædicabat: non enim, si voluit, reticere potuit; quia res ipsa, quod factum fuerat, indicavit. Ecce, quid hominis est, qui talia audiens Deo debitas pro milite non expediat laudes? Fas fuerit credere, digne rogantium animas posse curare; cum, quod facilius est, invalidorum membra procuret.

## ANNOTATA.

a *Galliæ pars, quæ primo quidem una et simplex fuit inter Pyrenæum, Garumnam et Oceanum; dein vero ad Ligerim usque prolata et in Aquitaniam* I *et* II *divisa: quarum primæ Biturigæ; alterius vero Burdegala metropoles erant. Quo vero Aquitaniæ loco natus fuerit* S. Amor, *nusquam reperi.* A. forte Egeberto.

b *Sic apographum nostrum Belisiense Melius, quam Rubeæ-vallis, quod habet* Bonis.

c *Rubeæ-vallis apographum*: Commendavit.

d *Rubeæ-vallis apographum habet*: Re minus.

e *Rubeæ vallis apographum habet*: Satius.

f *Rubeæ-vallis apographum*: Consensisset.

g *Deest in Rubeæ vallis apographo.*

h *Minus recte idem apographum*: In ullo homini.

i *Minus iterum recte idem*: Sanctitas.

k *Rubeæ-vallis apographum inepte habet*: Nec illecebris: *legendum forte* Nec incelebris.

l *Sic Rubeæ-vallis apographum*: *Belisiense male habet*: Religionis.

m *Minus recte idem*: Immensis.

n *Abundat.*

o *Apographum Rubeæ-vallis*: Vanas, *nimirum* preces.

p *Germaniæ inferioris oppidum ad Mosam fluvium.* E

q *Tungris sedem episcopalem transtulit Trajectum anno, quo etiam obiit,* 384, *ut in Opere nostro tom.* 3 *Maii pag.* 213 *et seq. videre est, ad diem* XIII *Maii eidem Sancto sacrum. Illic seculo* VI *S. Monulphus* templum magnum in ejus honorem construxit, *ut Gregorius Turonensis lib. de Gloria Confessorum cap.* 72 *apud Ruinartium testatur, quod frequenter adire* S. Amor *soluit.*

r *Non, ut apparet, Trajecti, sed Belisiæ, duabus tantum leucis cum dimidia Trajecto dissitæ: cum in Vita breviori sepultus dicatur in loco* Holdier, *quo nomine Belisia, olim* Belua *a ferarum inhabitatione dicta, significari videtur; et secundum Vitam ejus prolixiorem supra ejus tumulum constructa fuerit (seu potius ex infra dicendis ejus titulo insignita, post corporis ejus elevationem in ea factam) ecclesia, nempe Belisiensis, de qua id biographi dictum intelligendum videtur. Vide dicta Comment. prævv. num.* 29 *et infra Annotata ad cap.* 2 *lit.* g.

s *Fueritne sacerdos, ut his; an vero diaconus tantum, ut illis placet, plane incertum est.*

t *Apographum Rubeæ-vallis habet*: Hucvoldum. F *Quis fuerit hic Hucboldus ex verisimili saltem conjectura dixi num.* 35 *et hinc partim* S. Amorem *seculo* IX *vixisse eodem modo deduxi.*

v *Id est, ut opinor, cui felicia ibant tempora.*

x *Aptius apographum Rubeæ-vallis*: diverso.

y *Etiam oppidis quandoque id nominis tributum legitur: sed* urbem Trajectensem *dicit Gregorius Turonensis cap.* 5 *lib.* 2 *Historiæ Francicæ, qui seculo sexto floruit*

z *Locus corruptus: an legendum forte*: inde bonorum ejus aliquid etc: habetur?

aa *Forte* Hæsit secum *pro* Hausit cœlum.

bb *Hic sermo est de apparitione S. Petri, qua* S. Amorem, *cum hic Romæ esset, Trajectum adire jussit; ut hic num.* 6 *relatum est.*

cc *Hic nempe cæco, quem prostraverat dæmon.*

dd *Apographum Rubeæ-vallis* Assicso. *Legendum verosimiliter*: Adscribo.

CAPUT

A. forte Egeberto

## CAPUT II.

### *Alia ejusdem prodigia, obitus et translatio seu elevatio corporis.*

*Adiens nocte ecclesiam,*

Dum item hic præcipuus Dei Alumnus tempore, quo plurimum consuevit Dominum ad sua rogare præsidia, puero quodam lampadem præferente, ecclesiam peteret, bonorum omnium inimicus ex adverso constitit, et Viro Dei lumen extinxit; in quo uno hostis permissus offuit *a* : cordis tamen lumini obesse non potuit. Quid tamen ageret? Et via longior, et nox solito densior : consilium tandem incidit bonum, ad Dominum precibus convertit effugium. Adsis, inquit, mi Domine, devitare hoc malum, ne in me servum tuum inimicus habeat
B ullum jactandi judicium. Nec mora extitit, eo perseverante in prece, lucernam, quam non penitus extinctam ambigeret, ibi cælitus accensam luce clariori videres; sicque denuo perviam *b* sequens ad ecclesiam peraccessit, ubi ea mox, non manu hominis, sed sponte, defecit. Quidnam videtur hoc? An nihili pendenda sunt hæc? Arbitror enim, lucem, quæ ad certum locum duravit, a misterio aliquo non vacare : nam aliquod opus bonum inchoans non prius absistat, donec cælestem Jerusalem, id est, pacis visionem, quæ per ecclesiam figuratur, inveniat, quam qui semel invenit, deinceps omnem stultitiæ pestem illudit.

*a*

*b*

*lumen extinctum prodigiose recuperat,*

17 O invidiæ fomitem durum! Quam adversarii facies inimica, quam pestis æmula! Non ergo hic in Sancto Domini maliciæ suæ fraudes abstinuit, qui quondam beati abbatis, Benedicti videlicet, concepta invidia, tintinnabulum fregit *c* : quid mirum? A mundi primordio non quievit, et usque nunc non cessat, dum is omnino sit, quem illudat *d*. Sed in hoc omni sanctitate devoto funesti quid non reperiens, suamque operam per-
C dens, confusus sæpe abiit, quoties, ut eum attemptaret, adierit. Cæterum nos ingenio tenues, verborum inopes, ad tanti Viri laudes non sufficimus, sed neque is, si ab inferis emergeret, psaltes Homerus. Multa enim sunt, quæ de eo dici possent, si non negligentia scriptorum plurima præteriret : in illo tantum laudes sufficiant, cujus laus ab ejus ore numquam discessit, quique semper hoc solum studuit, quod Deo gratum novit.

*c*

*d*

*moriturque Belisiæ in vita virtutibus,*

18 Erat utique, quod suspectum non est, fide firmus, in eleëmosinis largus, in oratione [promptissimus] *e*. Quid meditamur meritorum dotes expedire? Hoc unum modo sufficiat dicere, quod in ara mentis offerendum unicum amat Deus, quotidie contriti cordis jugiter Domino obtulit munus; nisi enim ad breve aliquid naturæ vel invitus consuleret, somno scilicet aut cibo modico indulsisset, ab oratorio S. Servatii amotum alia causa raro eum quis reperisset. Sciebat ergo, quod, qui orat, cum Domino proximum exhibere, hoc pacto fieri maxime credidit, ubi nemo, nisi qui devotus non sit, laborem perdit. Quid dictis provehimur longius? Quem quæsisse summa sapientia fuit, Dominum sibi amicum invenit. Humanis enim rebus feliciter excessit octavo Idus Octobris, et tumulatus in loco, ubi postmodum hodieque habetur Belisia *f*, in ejus etiam honore et laude constructa *g*. Multi itaque de finitimis provinciarum locis fama sanctitatis S. Amoris ducti festivis eo die interfuere excubiis.

*e*

19 Certissime noverunt omnes, spiritum optatum salutis attigisse portum *h*, cui Christus erat vivere et mori lucrum *i*. Juxta communem qui-
D dem omnis carnis ritum humi appositus, quibus tunc præcipue clarueriat virtutum meritis, totum evolvere nedum nostræ nec cujusquam est facultatis : [defunctum vero Deus] *k* cum miraculis ditavit multo amplioribus, quam prius viventem fecisset; sed enim necessarium valde erat, ut, quod veluti cum peccatoribus conversatus minus egerat, expleret vel defunctus, innumera sane debilium quotidie frequentia ad sepulchrum beati viri Amoris pro quavis necessitate accelens, tum privata visu, tum auditu, atque febribus dolendo exitio æstuans, præeunte gratia Dei, Sancti subsidio domum incolumis rediit; cumque, fama
E sanctitatis comparata, nomen ac meritum ejus late celebraretur, plebs devota undique confluo locum sæpius solemnibus hostiis iteravit.

*f*

*g*

*h*

*i*

20 Tempore quidem aliquantulum fluxo *l*, nolens piorum Auctor Deus terræ creditum diutius delituisse sacrum pignus, eum potius cum sanctis confessoribus a terra sublatum meritis coli tendebat honoribus. Ad hanc vero rem peragendam quandam matronam, Huldam nomine, cujusdam viri nobilis Clodolphi conjugem *m*, a somno excitavit, et ut dextræ par fuit visioni tertio datur * monuisse. Bene, inquit, ac in tuæ salutis spem facis, si pudica mulier Virum Dei, Amorem scilicet, a loco, in quo nunc est, cum reverentia inde subvectum apud te benigne tractaveris. Virum namque suum Clodolphum *n* vocatum, et hujus viciniæ illis forte diebus rectorem volunt; cui soli fortunata mulier suum audebat committere secretum, ut, sicut divinæ dispensationis nutu unum fuerant inviolabile sortiti connubium, ita quoque hoc inter duos agitaretur consilium. Justa nimirum accidit conditione *o*, lex enim minus duobus non conseritur testibus et justi visio duobus creditur fidelibus. F Qui etenim conjuges fidissimi plerosque religiosos admittunt in consilio, ut tam felicibus cœptis multorum proborum non desit consensio.

*l*

*m*

*n*

*o*

21 Ibi cum protinus omnes pari affectione diem tempusque constituunt, fit sane apparatus in præjudicato die ingens, et turba collecta non modica, ut pergat sanctissimam inde accipere glebam *p*. Profecto inter agendum alii testes quoque fideles accedunt, quique etiam in augmentum lautioris fidei. sese sæpius eadem admonitione pulsatos addebant, ut hoc sacrum corpus humi abditum ne relinquant. Qui aderant, lætiores multum pro testibus instituunt, qui sarculis et ligonibus exhauriant humum, ut thesaurus absconditus multorum utilitati foret, qui defossus minus mortalibus profuisset. Sed eminus amota illa tellure, cum jam manus ad intus *q* tollendum sarcophagum injecissent, tanto se ad rem mirandam pondere fixit, ut nec moveri quidem de loco potuerit.

*p*

*q*

22 [Ibi omnes continuo mirari, quid Sancto Domini competeret, nescire; cum prædicta matrona,

A trona, divini præsaga consilii, sacrum illud corpus ferebat immune, et forsitan tanto vestium cultu a terra noluisse ascendere; ad cujus dictum quique creduli lineas se spoliant vestes, durioribus rursus accincti, calceamentisque destituti, sese item eisdem conatibus applicuerunt. Nam et legionis *r* hujus magistra vestes sibi et aurum collo demens, seipsam cum monialibus et quadam dotis suæ villa perpetuæ mancipat servituti. Post hæc ut crederes his placatum muneribus appositis denuo ad capulum manibus, Sanctus Domini miranda levitate conscendit. Perspicua in eo est amplius Petri illa sententia, ubi ait, Dominum superbis resistere, humilibus autem suam gratiam dare *s*.

*s loco donatur in ecclesia monasterii Belisiensis.*

23 Mirum in modum ab omni populo et clero canitur laus Deo : inde ingens ejus laus derivatur in Sancto : hincque consensu omnium usque ad locum, ubi usque hodie sancta ejus beneficia ad plenum exuberant, Domino præmonstrante, convertunt. Sufficiant ergo pauca de pluribus, quæ postmodum innumera virtutum suarum insignia consultius duximus referentibus fidem adhibere, quam non scribendo totum potuisse disserere, melius est enim in paucis prodesse, quam in multis fastidium irrogare. De cetero, quicumque hæc, quæ se vera tueantur, infideliter legerit, ipse peccabit. Forsitan autem obtrectator caveat sibi plus a Sancto Domini in ultionem justitiæ ostendet mali, quam nos lædendo inveniet boni *t* :] fidelis itaque paratum sibi, si non *u* frustrata sit nos nostra spes, habebit a Deo præmium, non qui legerit, sed quicumque crediderit, illinc vero omnium bonorum merces respiciat nos Deus et Sanctus suus, me, dico, scribentem, te legentem et omnem credentem, Jesus Chistus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

B

*t*

*u*

## ANNOTATA.

a *Ita apographum Rubeæ-vallis* : *male Belisiense* : Præmissus officio.

b *Ita rursus apographum Rubeæ-vallis* : *Belisiense habet* : Primam.

c *Gregorius magnus in Vita S. Benedicti cap.* C 1 *(vide. tom. 3 Martii pag. 271), narrat, Romanum monachum S. Benedicto, in specu Sublacensi degenti, soluisse panem demittere per funem, cui tintinnabulum, quod sonitu suo S. Benedictum, ut panis accipiendi causa specu egrederetur, admoneret, Romanus inseruerat* : Sed antiquus hostis, *inquit Gregorius,* unius caritati invidens, alterius refectioni : cum quadam die submitti panem conspiceret, jactavit lapidem et tintinnabulum fregit.

d *Apographum Belisiense habet* : Dum omnino non sit, quem illudat.

e *Vocem hanc, uncinis inclusam, ex apographo Rubeæ vallis supplevi.*

f Belisiensis *tum oppidi, tum canonicarum secularium collegii notitia data est initio Comment. prævii Ceterum apographum Rubeæ-vallis pro* Belisia *habet* Basilica.

g *Belisiensis collegii ecclesia, a S. Landrada seculo* VII *condita, Deiparæ Virgini, non* S. Amori *primum sacra fuisse videtur ex num.* 19 *et seq. Commentarii prævii ; et postmodum tantum in ejusdem patronum* S. Amor *electus quo verosimiliter factum est, ut* S. Amoris *biographus, seculi* XI, *ut apparet ex num.* 14 *et seqq., scriptor, eam ab origine huic dicatam fuisse, existimarit.*

A. forte Egeberto.

h *In apographo Rubeæ-vallis deest* spiritum : *sed ibi legitur* semper. *Utrobique locus corruptus videtur. An forte legendum* : Certissime noverunt omnes, spiritum ejus semper optatum salutis attigisse portum ?

i Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum. *Epist. Pauli ad Philip. cap.* 1 ℣. 21.

k *Perperam habet apographum Bolisiense* : Quibus vero defunctum multo eum miraculis, Deus ditavit *etc.*

l *Hinc colligi videtur utcumque posse, si* S. Amoris *biographo stare lubeat, non longum admodum inter obitum ejus et solemnem sacri corporis elevationem intercessisse temporis intervallum.*

m *Apographum Rubeæ-vallis vocat* Hildam.

n *Idem habet* Odolphum : *quis hic fuerit, quove seculo vixerit, nempe* IX, *ex verisimili conjectura dixi num.* 37 *Commentarii prævii.*

o *Sic legitur in apographo Rubeæ-vallis* : *Belisiense minus recte habet* : Conditorem. E

p *Puta* S. Amoris *reliquias.*

q *Apographum Rubeæ-vallis* Justi.

r *Lege* Religionis *seu elevationis corporis* S. Amoris.

s *Epist. Petri* 1 *cap.* 2 ℣. 5.

t *Uncinis inclusa desiderantur in apographo Belisiensi, et propterea mutuata hic sunt ex apographo Rubeæ-vallis.*

u *Particula* non *addita hic est ex eodem apographo Rubeæ-vallis.*

# VITA BREVIOR

## Auctore anonymo ignotæ fidei ac ætatis,

### *Ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris a.*

a

Sanctus Amor ex patria Aquitania *b* natus, F
cum ab ineunte ætate litterarum studiis deditus, carnem vigiliis, jejuniis, cilicio et orationibus assiduis edomaret, et ab omni risu et otiosis sermonibus abstineret, fama virtutum ejus totam illam regionem replevit. Qui cum rumorem populi fugere deliberaret, monetur in Somnis S. Petri Apostoli limina visitare ; ubi dum pervenisset, et a S. Petri limine orans non discederet, nocte quadam ante fores templi obseratas indormivit. Et ecce, S. Petrus ei apparens ipsum confortavit et monuit, qualiter Alpes transiens, in locum, qui Trajectum *c* dicitur, sepulchrum B. Servatii *d* peteret, atque ibidem vitæ suæ ævum transigeret ; quia non longe ab eodem loco habiturus erat, Deo volente, dignum sepulchrum.

*Ex Aquitania Romam, indeque Trajectum divinitus missus b*

c

d

2 Iter itaque arripiens ad ignotas sibi et exteras regiones, cum per Mediolanense territorium transiret, quemdem comitem nomine Hucboldum *e* febricitantem, quem medici nullo remedio curare poterant, oratione sanavit ; et

*sanato in via febricitante, ad S. Servatii tumulum sancte vivit ; e*

A. ANONYMO. cum per hoc comes eum retinere secum, pecuniamque multam sibi dare vellet, non acquievit Sanctus; sed hortatus est pecuniam dare pauperibus et egenis. Tandem perveniens ad optatum sibi Trajectum, quemadmodum sanctissimæ vitæ tempus expleverit reliquum, non est, qui paginæ possit aut stilo committere. Mos autem assiduus illi erat, ut avulsis talarium soleis, sanctum celaret factum, pedibus tamen supra opertis, plantis vero nudatis, nive et frigore cruciandis.

*nube lucida illustratur; excum illuminat,*

3 Quadam vice, ut nocturnus erat ei usus, cum ad ecclesiam S. Servatii psallens procederet, subito vidit in cælo manifesto lumine insertum, quod Romæ prius per somnium fuerat revelatum. Alio tempore cum simili studio nocte ad ecclesiam properaret, eo, de culminis sui exeunte umbra, nubes lucida in modum igneæ columnæ ipsum usque ad locum ecclesiæ præcucurrit. Nocte alia cum ante Domini ædem Sanctus oraret, cæcus quidam secus viam transiens in terram corruit : quo mortem invocante, et diei nativitatis suæ maledicente, accurrit Homo Dei, qui cæcum de impatientia redarguens, et ad humilitatem exhortans, ipsum, facto signo crucis super ejus oculos, reddidit clare videntem. Qui sic illuminatus, quid sibi fecerit Vir sanctus ubique in auribus omnium prædicabat.

B

*Lucernam suis precibus accendit, Sanctæque mortuus, solenniter sepelitur,*

4 Cum insuper nocte quadam, puero lampadem præferente, ecclesiam peteret, diabolus ignem extinxit. Quid sanctus ageret? Et via longior, et nox solito densior erat. Ad orationem tandem conversus lucernam divinitus accendi conspexit, sicque præviam denuo sequens ad ecclesiam peraccessit, ubi mox eadem lucerna, non manu hominis, nec flatu oris, sed sponte defecit. Ceterum omnia, quæ juxta sunt, agens, et ultra quam quilibet orator exprimere possit, sanctissime vivens, VIII Idus Octobris ad perpetuæ vitæ migravit Auctorem, tumulatur copiosa fidelium turba, qui fama sanctitatis ejus adducti convenerunt, in loco, qui dicitur HOLDIER *f*, ubi basilica post in ejus honore constructa est *g*, in qua multo ampliora exhibuit miracula, quam fecerat in hac vita.

*f*
*g*

C

*corpus ejus de terra*

5 Tempore aliquanto post Dominus tertio quandam matronam *h* nobilis viri, nomine Odulphi *i*, rectoris ipsius viciniæ per visum monuit, ut S. Amorem a loco, in quo jacebat, subvectum apud se *k* condigne reponeret. Cumque illa visionem marito narrasset, ambo de consilio religiosorum ad hoc faciendum diem constituunt, in quo non modica turba collecta fuit, inter quos quidam, sese pulsatos eadem admonitione, asserebant; et ut Sanctum de terra levarent, tellurem amoverunt; et cum jam manus ad levandum sarcophagum injecissent, illud D movere nullo modo potuerunt.

*h*
*i*
*k*

6 Et cum omnes stuperent, ignorantes, quid facerent, prædicta matrona divini præsaga consilii dixit, quod propter nimium pretiosum vestium cultum, quibus ipsa et alii erant induti, nollet Sanctus ab eis efferri. Tunc tam ipsa, quam ceteri, pretiosis se spoliant vestibus, et vilibus induuntur, atque calceamentis depositis, Sanctum Dei levant levitate miranda, quem omnis clerus et populus in locum, ubi usque hodie venerat *l*, cum laudibus transtulerunt. Tunc et illa hujus religionis magistra seipsam cum monialibus et cum quadam dotis suæ villa S. Amoris se mancipavit perpetuæ servituti : cujus exemplum multæ aliæ secutæ cœnobium, quod usque hodie permanet, dictum Belisiam, Leodiensis diœcesis, fundaverunt *m*.

## ANNOTATA.

a *Quamvis hæc* S. Amoris *Vita priori proxime hic excusa sit multo succinctior, et inutilibus careat parergis, illa tamen non antiquior, sed ejusdem compendium videtur ex dictis num.* 18 *et binis seqq. Comment. prævii.*

b *Vide supra annotata in cap.* 1 *Vitæ prolixioris litt.* a.

c *Vide litt.* p *ibidem.*

d *Vide lit.* q *ibid.*

e *Vide num.* 35 *Comment. prævii.*

f *Quid significet vox illa Belgica, ejusque cum antiqua Belisiæ nomenclatione affinitatem vide num.* 28 *Comment. prævii.*

g *In cujus honorem primum constructa fuerit, vide num.* 20 *Comment. præv. Cœperit forte* S. Amoris *vocari, ex quo hujus translatio seu elevatio contigit.*

h *Nempe Hildam, uxorem Odulfi, de quo litt. proxima.*

i *Vide de hoc dicta numm.* 36 *et seqq. Comment. præv.*

k *Id est, non quidem in ædibus suis; sed in vicina his monasterii Belisiensis ecclesia, ut, quæ sequuntur, indicant verba, quibus non in ædes privatas, sed in locum, ubi hodieque colitur,* S. Amor *translatus dicitur.*

l *Lege* Veneratur *seu* colitur.

m *Hæc secum pugnant; neque Hilda, sed* S. *Landrada Belisiense fundavit asceterium, ut in Comm. præv. dictum est : ditasse quidem Hilda illud legitur in Vita prolixiori et* S. Amori *se mancipasse; at non fundasse. Hinc vitæ Brevioris auctor incertæ quidem ætatis, sed vitæ prolixioris auctore, forte Egeberto, de quo vide num.* 14 *et seqq. Comment. præv., junior apparet.*

DE

A

AUCTORE J. G.

# DE S. BADILONE ABBATE

LUTOSÆ IN HANNONIA

## COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS

### § I. Loci notitia : Lutosani monasterii, cui Sanctus præfuit, primordia : Sancti ætas discussa : ejus ab homonymis distinctio et religiosa vita.

EXEUNTE SEC. IX, VEL INEUNTE X. *Extructum Lutosæ, teste Balderico, Cameracensi canonico,*

B *In eo veteris Brachanti tractu, qui hodierni comitatus Hannoniæ pars est, ac Scaldi, Haina Teneraque fluviis concluditur, visitur æquali fere Tornacum inter et Athum intervallo nudatum modo sua munitione oppidum, pari ac ceteræ ejusdem Hannoniæ comitatus urbes privilegio et civitatis prærogativa gaudens, cui* Lutosa *et* Lotusa *Latine, Belgice vero* Leuze *et* Leuse *nomen inditum est. Hunc antiquum admodum locum apostolicis S. Amandi, regionarii primum, deinde Trajectensis episcopi, sudoribus rigatum ac sacris decoratum laboribus fuisse, vetustissima perhibet fama, cui omnino suffragatur Cameracensis atque Atrebatensis Chronici auctor Baldericus ; non ille, contra ac Benedictini tom.* 9 *Galliæ Christ. auctæ col.* 998 *et seq., ac Lutosani tradunt, qui Noviomensis ac Tornacensis ecclesiæ episcopus anno* 1113, *obiit, quique ante ecclesiæ Taruanensis canonicus, et cantor, ac Noviomensis archidiaconus fuit ; sed qui Cameraci a juventute moratus, Cameracensis dein canonicus Gerardo I, Cameracensi antistiti, ante annum* 1052 *defuncto, perquam familiaris et a secretis fuit, primumque saltem sui Chronici librum ante ejusdem jam nunc laudati præsulis mortem* ex annalibus atque historiis patrum, Gestis regum, et ex chartis quoque in archivo ipsis ecclesiæ repertis *summa diligentia concinnavit. De quo qui plura volet, consulat is Boschium nostrum tom.* 2 *Augusti pag.* 670 *et tomum* 8 *Historiæ litterariæ Franciæ pag.* 402, *eaque, quæ in Commentario de S. Ragenfrede pag.* 301 *diputata fuerunt.*

C

*a S. Amando, tum episcopo regionario, monasterium.*

2 *Quid porro auctor ille eruditus fideque dignissimus ad rem nostram in litteras miserit, ex Chronici ejus libro* 2, *cap.* 43, *pag.* 263 *audiamus.* Est, *inquit*, monasterium quoque canonicorum in honore Apostolorum Petri et Pauli in vico, qui dicitur Lutosa, quod construxit Beatus Amandus : et est dives abbatia, ubi vir Dei venerabilis Baidilo *(ita Colvenerius ejus nomen expressit)* requiescit, qui corpus sanctæ Mariæ Magdalenæ de Hierusalem in Burgundiam in loco Vercelliaco attulisse fertur. *Singula hæc aliaque pauca aliunde hausta, quandoquidem Sancti Vita ex professo, ut aiunt, scripta non fuit, aut certe temporum iniquitate intercidit, sedulo hic discutere visum est. Ac primo quidem quod ad Lutosanum, cui* S. Badilo *seu* Baidilo *aliquando præfuit, monasterium attinet, illud Henschenius tom.* 1 *Febr. pag.* 831, *a S. Amando, regionario tunc episcopo, anno Christi* 632 *exstrui cœptum esse, suspicatur, nimirum postquam hic Vir sanctus Tornaci mortuum, patibulo detractum, ad cellam suam curavisset deferri, fusisque ad Deum precibus ad vitam revocasset ; cui sane opinioni plurimum favet Baudemundus, S. Amandi discipulus, asserens citato tomo Februarii pag.* 851, *num.* 14, *statim atque hoc miraculum longe lateque divulgatum est, incolas regionis illius,* E *ac proin et vicinos Tornaco Lutosanos, cursu celeri ad eum convenisse, et ut eos faceret Christianos, humiliter postulasse, tuncque destructis idolorum fanis, statim monasteria aut templa ab eodem fuisse constructa ; ex quorum numero exstitisse Lutosanum, idcirco facile creditu est, quod aptius, quam hoc, assignari tempus et occasio extructionis nequeat.*

*in quo ab eodem, non monachi Elnonenses,*

3 *Atque hinc non parum mihi displicet, nescio, quam antiqua Amandopolitanorum seu Elnonensium monachorum traditio, cujus R. A. D. Hubert, Lutosani capituli ad status Hannoniæ, ut vocant, deputatus, in missis ad me de* S. Badilone *notitiis mentionem fecit, quæque Elnonensium monachorum coloniam a S. Amando ad incolendum primitus Lutosanum monasterium evocatam fuisse adstruit. Etenim, cum Elnonensis cœnobii primordia non citius, quam anno Christi* 638 *figi queant, prout Henschenius noster cit. tom. Februarii pag.* 831, *num.* 81, *et Cointius in Annalibus eccles. Francorum tom.* 3 *pag.* 89 *ostendunt ; qui, quæso, fieri potuit, ut vel ab anno* 631 *ad conditum Lutosæ monasterium Elnonenses monachi, qui illud incolerent, a S. Amando evocati fuerint? At demus tantisper, annis aliquot serius Lutosanum canonicorum, quam* F *Elnonense cœnobitarum monasterium a Viro Apostolico conditum fuisse ; ne sic quidem credere licet, Elnonensium monachorum coloniam Lutosam a S. Amando directam fuisse, nisi hi a monastico instituto ad canonicum (quod tamen nemo sibi in animum facile inducet) mox convolasse dicantur, vel nisi Baldericus, monasterium* canonicorum *a S. Amando constructum asserens, turpiter falsus esse statuatur, quod et sine documentis bonæ notæ, quæ Balderici fidem elevent, admitti nullatenus debet.*

*sed canonici, quantumlibet contrarium ex Balderici verbis,*

4 *Nec est, quod citata num.* 2 *laudati chronographi verba sic quisquam exponenda contendat, ac si Balderici dumtaxat ætate Lutosanum monasterium canonicorum fuisset, cum tamen primitus exstitisset monachorum. Nam, cum auctor ille recitatis supra verbis proxime hæc de vicino Rotnacensi canonicorum collegio subdat :* In vico Rotnasce EST MONASTERIUM CANONICORUM a sancto QUOQUE Amando in honore EORUMDEM Apostolorum constructum; *hoc suo loquendi modo satis aperte*

AUCTORE J. G.

aperte indicat, paris conditionis primitus fuisse Lutosanum ac Rotnacense canonicorum monasterium, ac proin non magis Lutosanum a S. Amando episcopo constructum Benedictinis monachis fuisse, quam Rotnacense, quod Benedictini Galliæ Christianæ auctæ scriptores ne quidem inter cœnobia, Benedictinis affinitate conjuncta, annumerarunt. At, inquies, cum S. Amandus monasticam vitam aliquando egerit, non dubitandum videtur, quin monachos, ipse monachus; Benedictinos, Benedictinus, in locis a se erectis quovis tempore instituerit. Imo et Lutosanum monasterium a S. Ludgero, tamquam abbate, administratum fuisse, extra controversiam est; ac proin, cum et ipse aliquando monachus fuerit, haud dubie et illi ipsi, quibus abbas præfuit, Lutosani monachi fuerunt.

ex S. Amandi

5 Quod attinet ad S. Amandum, respondeo, eum, tametsi monasticam vitam prius egisset, tunc certe temporis, cum erigendis in Belgio sacris ædibus incumbebat, episcopum fuisse regionarium, atque adeo tam clericis seu canonicis,

B quam Benedictinis monachis eas incolendas tradere potuisse. Adhæc cum viro Apostolico, uti Cointius in Annal. eccles. Francorum tom. 2 pag. 835 num. 5 advertit, verbum Dei per Belgium disseminanti, clericorum seu canonicorum opera longe utilior, quam monachorum, cellas suas incolentium, futura esset, vel hinc verisimilius fit, canonicos seu clericos ab eo in partem apostolici laboris adscitos, atque ut recens conversos in fide confirmarent, aliosque ethnicos ex finitima regione conquisitos ad fidem adducerent, tunc constitutos Lutosæ fuisse, quam quidem monachos, vitæ solitariæ ex Instituto amantissimos. Denique cum nullus auctor, Balderico antiquior aut ei eruditione et diligentia comparandus, Benedictinos monachos Lutosæ a S. Amando collocatos fuisse, affirmet; judicet lector, an non Balderico adductisque a me rationibus potiori jure, quam quorumdam conjecturis inhærendum sit.

et S. Ludgeri gestis

6 Ceterum lubens quoque adversariis dabo, fuisse S. Ludgerum seu Luidgerum monasticæ vitæ disciplinis egregie imbutum, eoque etiam tempore quo in Casinensi cœnobio moras traxit, monachico vestitu fuisse usum; at hinc minime consequitur, ut cum ei Carolus Magnus, imperator et

C Francorum rex, monasterium S. Petri Lutosanum cum omnibus adjacentibus ecclesiis et villulis gubernandum dedit, ejusdem monasterii incolæ monachi Benedictini fuerint, nedum et ipse, utpote qui solemnem monasticæ vitæ professionem nunquam edidit, uti ipse fatetur Mabillonius Sæculo 4 Benedictino, parte 1 pag. 16. Sane. qui in Occidentali Saxonum parte constitutus pastor honestum ibi sub Regula canonica monasterium construxisse, legitur, (adi Vitam ejus tom. 8 Martii pag. 647 num. 20) quique, vel ipsa Lutosani Officii Lectio sexta perhibet, cucullam non portabat, sed sub habitu canonico monachorum perfecte vitam implebat, nulla satis verisimili ratione aut monachis accensendus est, aut non aliis, quam Benedictinis monachis, Lutosæ præfuisse, adstrui potest. Mitto referre plura, quæ ex Commentario Joannis Bollandi in Vitam S. Ludgeri cit. tom. 3 Martii pag. 641 huc congeri possent, quandoquidem jam nunc a me sufficiunt, ut ne exstructum a S. Amando Lutosæ canonicorum monasterium a primordiis suis Benedictino Ordini adjudicetur.

7 Quod autem Lutosani jam pridem, ac vel Officio ritus duplicis majoris præsertim ab anno 1765, quo RR. A. Domini Canonici Hubert et Flament os unum digiti S. Amandi a D. Stephano Bargibant, Elnonensi monacho, impetrarunt, eum quotannis, ut suum fundatorem, celebrent, sacrasque ejus Reliquias Capituli decanus in solemnioribus supplicationibus deferat; hæc enim vero eorum quidem insignem in S. Amandum pietatem gratissimumque animum satis comprobant; at hinc minime fit consectarium, ut, quemadmodum ex Elnonensi S. Amandi monasterio sacras ejus exuvias Lutosa accepit, ita et primos sui monasterii inquilinos colonosve ex eodem accepisse, dici possit, aut debeat. At vero, cum S. Badilo, Vezeliacensis in Burgundia ecclesiæ monachus, isque Benedictinus fuerit, ac Lutosæ abbatis munere functus sit, non abs re, eum monachis quoque, quibus canonici locum fecerint, Lutosæ præfuisse, crediderim. Quandonam autem hæc Lutosani canonicorum monasterii in monachorum abbatiam conversio statui possit, ex iis, quæ de Sancti nostri ætate jam nunc et § III disseram, colliget eruditus lector.

8 Quotquot de Sancto Abbate nostro, seu veteres seu recentiores, meminerunt, eum unanimi consensu Gerardo, seu Girardo, a Rossilione dicto, Provinciæ Burgundiæque comiti et Vezeliacensis in Burgundia cœnobii fundatori, coævum notissimumque affirmarunt. Ast vero inter ipsos illos auctores de seculo, quo Gerardus iste comes vixerit, nequaquam convenit. Sigebertus, vel quisquis periochæ, in codice Ms. Vallicellensi exstantis, auctor est, ad annum Christi 745 Gerardum illum memorat, ab eoque ad cœnobium Viceliacum, a se constructum, S. Mariæ Magdalenæ corpus ex Aquensi urbe delatum scribit. Joannes Iperius in Chronico S. Bertini tom. 3 Anecdotorum Martenei et Durandi col. 483 et col. 485 Gerardum illum Carolo Tuditi et Zachariæ Romano Pontifici synchronum itidem facit, eosque secuti sunt Guisius, exeuntis seculi XIV scriptor, Meyerus in Annalibus Rerum Flandricarum ad annum Christi 765, Molanus seu Natalium Sanctorum Belgii editor Louvius ad diem VIII Octobris, Buzelinus in Annalibus Gallo-flandriæ lib. 3 pag. 94, Ghinius in Sanctorum Canonicorum Natalibus fol. 73, Saussayus in Martyrologio Gallicano pag. 703, Dionysius Sammarthanus tom. 3 Galliæ Christianæ auctæ col. 75, ac denique, ut alios multos prætermittam, Joannes Baptista de Castillion, Brugensis deinde episcopus, in sua sacra Belgii Chronologia pag. 111.

9 Contra vero Miræus in Chronico Belgico ad annum 871, Menardus in suo Martyrologio Benedictino Lib. 2 Observationum pag. 716 et tomi quarti Galliæ Christianæ auctæ scriptores col. 466, Gerardum comitem unaque cum eo Badilonem nostrum nono dumtaxat seculo, eoque non parum provecto, floruisse statuunt. Si auctorum, qui a sex ferme seculis de Gerardo illo comite nostroque sancto Abbate meminerunt, sola auctoritate magnoque recentiorum, qui hosce secuti sunt, numero definienda foret hæc controversia, haud dubie ad seculum VIII ambo illi insignes viri retrahendi essent; verum, cum Sigebertus, dato etiam, ipsius Chronicon citato loco interpolatum non fuisse, nec non Iperius, Guisius aliique priore loco citati auctores multo nimis a Gerardi et Badilonis ætate remoti vixerint, ut sola sua assertione rei, quam referunt, fidem faciant; omnino standum est opposita Miræi, Menardi et scriptorum tomi quarti Galliæ Christianæ sententia, non quidem, quod horum major sit

A *sit quam ceterorum auctoritas, at quod indubiis authenticisque documentis firmari sententia hæc possit, uti jam nunc ostensum eo.*

*uti ex charta ejusdem Gerardi comitis*

10 *Exstat tom.* 3 *Spicilegii Lucæ Acherii primæ editionis pag.* 446 *Historia Vezeliacensis monasterii, auctore Hugone Pictavino, quatuor comprehensa libris, quorum primus monumenta authentica, quæ ad monasterii historiam faciunt, a pag.* 446 *usque ad pag.* 505 *longo ordine exhibet. Ac primo quidem loco refertur* Instrumentum seu Testamentum Geraldi * comitis, fundatoris monasteriorum... Pultariensis et Vizeliacensis, *in quo Gerardus* divinæ pietatis munere *(verba chartæ illius sunt)* apud gloriosam regalem mansuetudinem comitis honore sublimatus, ex communi voto et desiderio dilectissimæ conjugis ... Berthæ *inter alia hæc ad rem nostram profert*: Quoniam largitionibus piis dominorum et seniorum nostrorum, qui nos liberalissime honoribus et dignitatibus ampliaverunt, id est, imporator et senior noster clementissimus Ludovicus et gloriosa domina et regina Judith, filiusque ipsorum æque senior atque Dominus noster

* Gerardi

B rex Karolus plurima nobis possidenda accreverunt, justissime nobis visum est, ut eorum amore incitati locum etiam ipsum fundaremus, ubi pro gratis muneribus ipsorum esset in orationibus solemnis et jugis supplicatio et apud Deum continua pro salute ipsorum exoratio. Non immemores enim sumus eorum circa nos benevolentiæ, ipsorum, id est, domini senioris Ludovici Augusti, Judith dominæ et reginæ, Karoli, filii ipsorum, similiter domini et senioris, qui nunc superest regnans.

*Vezeliacensis cœnobii fundatoris, liquet,*

11 *Vixit adeo Gerardus comes, Pultariensis ac Vezeliacensis cœnobiorum fundator, sub Ludovico Pio, anno demum* 840 *defuncto, ac sub regina Judith, anno* 843 *e vivis erepta, eoque demum tempore testamentum illud edidit, quo Ludovici Pii et Judithæ filius, nomine Karolus, qui alius a Carolo Calvo esse nequit, in vivis etiam erat regnumque moderabatur, ac proin certissime inter annum* 843 *et annum* 877, *eidem Carolo Calvo emortualem. Longe igitur a vero aberrarunt, qui Gerardum comitem, Vezeliacensis cœnobii fundatorem, ante annum Christi* 740 *floruisse, scripserunt. Ex quibus etiam consectarium plane sit, ut et* S. Badilo, *quem illi coævum notissimumque omnes faciunt, non anno circi-*

C *ter* 740, *sed integro saltem seculo post itidem floruisse, dicendus sit. Modo in ipsum seculi non annum, quo Sanctus noster,* loci Viceliacensis frater *passim dictus, vitam illic egerit monasticam, quam fieri potest proxime, inquisivisse juverit.*

*imo non ante annum 878 ad Vezeliacenses*

12 *Id factum non esse ante ejusdem seculi annum* 43, *ex recitatis modo Testamenti Gerardi comitis verbis omnino evidens est, nec opus est, citatos jam a me num.* 8 *et tomo* 4 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 466 *scriptores, qui contrarium adstruunt, pluribus confutare. Imo vero* Badilonem *nostrum non ante annum Christi* 878 *Vezeliacensem monachum fuisse, vix non indubitatum censeo. Rem sic demonstro. Sive anno Christi* 862, *seu, ut Gerardi, Vezeliacensis cœnobii fundatoris, ad Nicolaum Papam verbis utar,* anno XXII regnante Carolo, *nimirum Calvo, monasterium illud jam tum fundatum fuerit; sive id cum Galliæ Christinæ auctæ scriptoribus tom.* 4, *col,* 466 *(minus tamen, uti mihi apparet, probabiliter) circa annum* 867 *factum statuas, id equidem ex ipsa Gerardi Charta tom.* 3 *Spicilegii laudati pag.* 448 *perspicuum est, cœnobium illud primitus fuisse* habitaculum ancillarum Dei, *seu monialium* sub institutione B. Benedicti viventium; *eas autem* sanctimoniales monachas *Vezeliacense cœnobium adhuc tenuisse anno Christi* 868, *diploma Caroli Calvi, quod tomo* 8 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 608 *habes, extra controversiam etiam ponit.*

AUCTORE J. G.

*transiisse dici potest;*

13 *Quin et non ante annum* 878 *Vezeliacensibus monialibus suffectos fuisse monachos, Joannes Papa VIII, anno* 872 *die* XIV *Decembris, ordinatus, in suo, quod anno* VI *Pontificatus sui edidit, diplomate manifestum reddit, dum cit. tom. Spicilegii pag.* 462 *ita loquitur*: Privilegium quoque a prædecessore nostro piæ memoriæ Papa Nicolao *(nempe hujus nominis I)* eidem monasterio collatum, nostra auctoritate confirmamus, excepto duntaxat, quod ipse SUB NOMINE ANCILLARUM DEI, quæ ibidem pro crebis infestationibus seculi NUNC ORDINABILITER MANERE NEQUEUNT, illud delegavit: nos vero aptioris utilitatis gratia SUB HABITU MONACHORUM esse congruenter decernimus. *Quæ cum ita sint, manifestum omnino faciunt,* E Badilonis *in Vezeliacensi cœnobio monachatum non ante annum Christi* 878, *quo moniales illic versari desierunt, plausibili aliqua ratione statui posse.*

*diversus proin fuit a Saxiacensi et Æduensi abbatibus et a Badilone comite,*

14 *Atque hæc paulo uberius disputata sunt, non tantum ut seculum, quo* S. Badilo *vixerit, indubitatum evadat, sed et ut Sanctus noster ab homonymis ejusdem fere temporis monachis perspicue distinguatur. Ex dictis quippe consequitur, ut* Venerabilis vir Dei Badilo, *qui sub Eudone, abbate Vezeliacensi, ac certe non citius, quam anno* 878, loci Viceliacensis frater *fuisse, passim legitur, diversus proin sit a Badilone illo, qui (vide Guichenonem pag.* 226 *et* 227 *in Probationibus Historiæ Sebusianæ) Saxiacensi S. Benedicti monasterio abbatis loco anno* 859 *præfuit; utque etiam alius sit a Badilone, Æduensis cœnobii S. Martini abbate, in diplomate Caroli Calvi tom.* 8 *Scriptorum Rer. Gallic. pag.* 668 *et tom.* 4 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 450 *ad annum* 877 *memorato, quique fortassis idem ille comes fuerit, a quo Æduense cœnobium instauratum fuit. Ast an ab eo Badilone, qui in Vita S. Hugonis, monachi Æduensis, ab anonymo seculo* XI *conscripta, Badilonis comitis prædictique cœnobii instauratoris, nepos fuisse scribitur, Sanctus noster diversus quoque dicendus* F *est, Respondeo, nullum mihi suppetere argumentum sat efficax, ut hunc a* S. Badilone *diversum facere ausim; ut contra non minus mihi, quam Mabillonio seculo* V *Benedictino parte* I, *pag.* 96, *propendeat animus, ut Badilonem, homonymi comitis nepotem, cum Sancto nostro eumdem credam.*

*non tamen, uti videtur, alius fuit a comitis hujus nepote,*

15 *Congruunt enim et nomen et ætas et susceptus in Burgundia monachatus, in divino cultu religiosa perfectio; nec quidquam, quo minus Sanctus noster idem cum illo esse, affirmetur, in speciem obest, quam quod Badilo, præfati comitis nepos, in Æduensi S. Martini cœnobio monachum induisse scribatur; noster vero dumtaxat* loci Viceliacensis frater *vocetur. Nihilominus tamen, cum* Badilonis *nostri in Æduensi cœnobio monachatus nullo negetur veteri documento; atque aliunde sat verisimile sit, monachos iltos, qui in Vezeliacensi monasterio monialibus substituti fuerunt, non aliunde, quam ex sat vicino Æduensi illo cœnobio, uti S. Hugonis biographus insinuat, evocatos fuisse, quid ni*

AUCTORE J. G.

*ni unus ex hisce fuerit* Badilo, *comitis præfati nepos, qui, mutata sede,* loci Viceliacensis, *ubi maxime inclaruit,* frater *dein nominari cœperit, idemque adeo cum* S. Badilone *sit. Quæ, si re ipsa, uti videntur, subsistant, fuerit Sanctus noster origine Aquitanus, natusque ex familia, non minus virtutibus, quam nobilitate rerumque opulentia illustri, si quidem de ea ex Badilonis comitis opibus moribusque judicium ferri debeat. Qualis porro quantusque vir fuerit ille comes, qualisque etiam cognominis ejus nepos, ex laudata S. Hugonis Vita intellexisse juverit.*

*qui patrui sui, viri piissimi,*

16 *De priore ita tomo* 2 *Aprilis pag.* 764 *num.* 7 *S. Hugonis biographus loquitur* : Erat quippe in ipsius regis *(Caroli Calvi)* palatio tunc temporis *(nempe sub annum* 870) comes quidam, Badillo nomine (*in Ms. codicibus, qui Mabillonio præluxerunt,* Badilo *passim vocatur*) qui veniens ab Aquitaniæ partibus, vir licet in sæculari vita positus, correctis tamen et religiosis moribus atque conversatione sacris viris per omnia similis. Extiterat enim opum gratia opu-
B lentissimus et auri et argenti ditissimus. Qui cernens regem *(Carolum Calvum)* nec non et reginam ( Chrodechildem *vocat alias passim* Richildem *dictam* ) in restaurandis ecclesiis Dei toto conamine inservire, zelo divino et ipse ductus, cœpit illorum in hac parte devotus ac pius æmulator existere; qui inter ceteras paganorum strages conspiciens apud civitatem Æduam egregii confessoris Christi Martini monasterium, olim a regina Brunichilde nimium excellenter atque honorifice constructum, tum tamen miserrime dirutum, atque omni supellectili nudatum atque dehonestatum, accedensque incunctanter isdem comes ad regem humiliter petiit, ut sibi ad restaurandum daretur præfatum monasterium. Dicebat enim spondens se in voto habere, ut post monasterii restaurationem se ipsum ibidem, relictis seculi curis honorumque solicitudinibus, Domino manciparet: quod denique postmodum, annuente Christo, rei probavit eventus.

*et spretis mundi illecebris inclyti, Sanctos mores*

17 *Et post multa ita biographus laudatus de eo pag.* 765 *num.* 9 *loqui pergit* : Postquam denique vir illustris Badillo, *(alias Badilo)* prout
C posse habuit, loci restaurationem exercuit, cœpit anxie perquirere viros sancta religione imbutos, qui in eadem domo Dei dignanter eidem servitutis officia persolverent. *Dein, cum monachos decem et octo religiosissimos, ad instauratum ab eo monasterium aliunde evocatos, ejusque consensu electum abbatem vita et moribus probatissimum fuisse, narrasset, subdit num.* x : His vero ita gestis, cœpit postmodum vir Dei Badillo *(Badilo comes)* de propria salute acrius solicitus esse, qualiter hujus seculi ambitiones et illecebras postponeret, semetque in monasterio tonsurare et monachum fore, disposuit.... Quod utique dum explesset, quantæ humilitatis, quantæque patientiæ atque obedientiæ extiterit, a nemine potest enarrari. *Hactenus S. Hugonis biographus, cujus verba idcirco adduxi, ut ex illis, qualis ejus nepos* Badilo, *quem ei in divino cultu non imparem testatur, tum ante monachatum, tum in ipsa Religiosa vita exstiterit, manifestius pateat.*

*in seculo et in vita monastica sectatus est.*

18 *At enim et ea quoque, quæ de Badilonis illius nepote, nostroque, uti videtur, Sancto narrat, ex ipso audire pergamus.* Habebat igitur idem Badillo *(Badilo comes, de quo jam egerat,)* nepotem sibi æquivocum, benignæ satis indolis; D quem etiam a secularibus negotiis abstrahens, in eodem monasterio secum divinæ servituti mancipavit. Et non minus quidem et ipse, secundus videlicet Badillo, in cultu divino devotus atque perfectus extitit. *Fecerit haud dubie perspecta junioris* Badilonis *virtus et in divino obsequio jam laudata perfectio, ut, cum tam vicina, quam remota monasteria, teste eodem biographo num.* 12, ad regimen sacrum ... de personis monachorum ejusdem monasterii *Æduensis sibi concedi postularent*, Badilo *ille anno Christi* 878 *vel subsequenti una forte cum Eudone ad Vezeliacense cœnobium transmissus fuerit, ut sub hoc abbate cum adscitis aliquot ejusdem Æduensis monasterii piissimis alumnis utilius, quam fieri a monialibus ob seculi infestationes poterat, divino cultui vitæque monasticæ officiis Vezeliaci vacaret.*

19 *Atque hæc de* S. Badilonis *ætate ejusque ab homonymis distinctione disputata sufficiant, ut ad celeberrimum, quod ei a non paucis tum antiquis tum recentioribus adscribitur, factum utcumque discutiendum modo progrediamur. Dixi autem* utcumque discutiendum, *propterea* B *quod rursus evolvendam definiendamque mihi non sumo intricatam illam agitatissimamque Provinciales inter et Vezeliacenses quæstionem, in eo sitam, num verum integrumque S. Mariæ Magdalenæ corpus ex Provincia Galliæ ad Vezeliacense in Burgundia cœnobium deportatum fuerit; num contra Provinciales ejus possessione hodieque merito glorientur; hanc enim Sollerius noster de ipso S. Mariæ Magdalenæ corpore quæstionem operose juxta ac erudite tom.* 5 *Julii a pag.* 207 *usque ad pag.* 216 *tractavit, nec quidquam urget, ut hic actum agam, præsertim cum ad institutum meum sufficiat ea discutere, quæ ad* S. Badilonem *tum proprie, tum et proxime spectant, nimirum num sat tuto credi possit, sacrum aliquod pignus, quod Vezeliacensibus multisque summis Pontificibus* sanctæ Mariæ Magdalenæ corpus *appellare placuit, ex Provincia Galliæ ad prædictum Vezeliacense cœnobium aliquando fuisse ab eo deportatum.*

## § II. An S. Badilo creditum P. S. Mariæ Magdalenæ corpus e Provincia Galliæ ad Vezeliacensem in Burgundia ecclesiam deportasse, et quo circiter anno id fecisse, dici queat.

*Laudatus supra Cameracensis Chronici auctor Baldericus, cum documenta, quæ sparsæ per Belgium de celebri illa translatione famæ indubiam fidem conciliare nata essent, nulla sibi præ-* Ex Balderico
*lucentia haberet, satius duxit, nihil de ea asseve-* num
*ranter edicere; tantumque illa, quæ suo tempore* lib. 3.
*in Belgio passim ferebantur, pro solita sua pru-* Gesta Ep.
*dentia in litteras misit, ita nempe de S. Badi-* Cam.
*lone lib.* 2, *cap.* 43 *loquens* : Qui corpus sanctæ Mariæ Magdalenæ de Hierusalem in Burgundiam in loco Vercelliaco attulisse fertur. *Num autem*

A *tem per priora verba Mariam, Lazari sororem, a vicino Hierosolymis castello, nomine Bethania, Hierosolymitanam vocare, atque ab Evangelica muliere peccatrice obiter quoque distinguere ex Græcorum Patrum opinione voluerit; an potius S. Mariæ Magdalenæ, nulla quæstionis illius, Græcos inter et Latinos agitatæ, habita ratione, sacrum corpus ex ipsa Hierosolymitana urbe ad Vezeliacensem ecclesiam a* S. Badilone *translatum fuisse, ex sparso apud Belgas rumore indicare intenderit, haud ita tutum est pro certo adstruere; imo vero haud satis liquido perspicitur, num anceps timidusque ejus loquendi modus in ipsam facti hujus substantiam, an ex adverso in unum ex adjunctis dumtaxat cadat, puta in locum ipsum, ex quo sacrum illud pignus ad Vezeliacense cœnobium delatum fuisset, aliis forsitan, iisque in Belgio compluribus, illud ex Hierosolymitana urbe; aliis contra, ac vel maxime Burgundionibus, illud e Provincia Galliæ eo deportatum fuisse contendentibus; ut propterea hanc litem defectu documentorum indecisam ipse reli-*

B *querit.*

*creditum S. M. Magdalenæ corpus, at bene ex Provincia, ut Ms. quoddam antiquissimum,*

21 *At qualiscumque ea de re fuerit Balderici existimatio, mihi quidem non videtur tanti momenti esse posse tam vaga ambiguaque ejus locutio, ut credi ob eam sat certo possit* Badilo *Hierosolymam aliquando profectus esse, indeque devexisse sacrum illud pignus, quo veluti S. Mariæ Magdalenæ corpore Vezeliacenses a multis seculis gloriati sunt. Ast vero an non saltem* Badilo *e Vezeliacensi cœnobio aliquando in Provinciam Galliæ commigrasse, indeque sacrum illud corpus ad suos transtulisse sat probabiliter dici possit? Respondeo, monumenta, quæ affirmanti sententiæ favent, non adeo esse contemnenda, quam quidem sibi persuadere volunt nonnulli, qui neganti Provincialium sententiæ usque adeo addicti sunt, ut* Badilonis *in Provinciam iter ejusque ad Vezeliacenses cum sacris Reliquiis reditum ad fabulas amandare velle videantur. Ac primo quidem* Ms. antiquissimum ecclesiæ Narbonensis, *quod ipsemet Provincialibus favens Natalis Alexander Dissert.* 17 *in Hist. Eccles. sæculi* I, *pag.* 184, *col.* 2 *commemorat, diserte, ipso fatente,* Baidilonem monachum sanctæ Mariæ Magdalenæ corpus Aquisextiis ex tumulo marmoreo clam eduxisse noctuque

C raptum Vezeliacum transtulisse, *refert. Verum, ut quod res est, dicam, cum nec laudatus auctor, nec quisquam alius, quem quidem legi,* antiquissimi illius Ms. *ætatem aut exeunti seculo* IX *aut saltem currenti* X *affigendam esse, probet, hoc uno testimonio, etsi Sigeberto Gemblacensi fors multo, uti insinuat laudatus Alexander, vetustiore, haud satis firmari arbitror oppositam Provincialibus sententiam, quandiu nempe aut sub finem seculi* IX *aut saltem sub medium sec.* X *auctorem ejus floruisse, mihi non constabit.*

*et Ms. Historia Translationis, certo ante annum 1037 scripta,*

22 *Ad alia igitur progredior. Exstat in insigni codice nostro, olim Valcellensi, signato P. Ms.* 157, *Translati ad Vezeliacense monasterium corporis S. Magdalenæ Historia, certo ante annum Incarnationis Domini* 1037, *uti ex subnexis ei miraculis colligitur, imo vel toto aut saltem medio ante hunc annum seculo composita, ut ex auctoris verbis, quibus se Sarracenos in Galliis vidisse scribit, conjici datur. Ita hæc se habent:* Interea Aquensem metropolitanam civitatem aggressa ipsamque capiens *(gens Sarracenorum)* universam suppellectilem illius diripuit, captivorum multitudinem inde educens; reliqua autem gladio et igne consumpta sunt. Virorum namque et mulierum quam plures vivos decoriabant, ut mos est Sarracenorum hominibus nostræ gentis facere, UT IMPSIMET POSTMODUM VIDIMUS. Cujus cladis cæde peracta, quam ut* credimus propter peccata illius terræ inhabitantium contigisse, in sua recesserunt. *Cum igitur Hugo, rex Italiæ et comes Provinciæ, Fraxinetum Castrum, in Provincia, teste Chronico Novaliciensi tom.* 8 *Script. Rer. Gall. pag.* 130 *in Annotatione citato, situm, firmissimumque Sarracenorum, unde et crebro per Provinciam prædabundi excurrebant, receptaculum, anno Christi* 942 *expugnarit, uti ibid. Sigebertus in Chronico aliique ad eumdem annum notant; ac rursus cum Conradus, Transjuranæ Burgundiæ et Provinciæ rex, uti tom.* 9 *Script. Rer. Gall. pag.* 6 *Ekkehardus Junior narrat, tam Sarracenos quam Hungaros anno* 950 turmatim circumdederit, fugæque locum non habentes, quos non occidit, captos Arelato vendiderit, *itaque Provinciam Sarracenorum tyrannide liberarit; consequens fit, ut Translationis laudatæ auctor, qui suæ gentis homines a Sarracenis decoriari* E *vidisse se, testatur, saltem ante annum Christi* 950, *ac vel ante seculi* IX *exitum, si cum Honorato Boucheo tom.* 1 *Historiæ Provinciæ pag.* 736 *eum illatæ tunc a Sarracenis Provinciæ cladis oculatum testem fuisse, admittamus, floruisse, dicendus sit.*

AUCTORE J. G.

* ut *abundat*

*et Sermo quidam, medio circiter sec.* X *pronunciatus, perhibent;*

23 *Huic porro scriptori, translatum a* Badilone *e Provincia sacrum aliquod pignus, uti latius infra narrabitur, asserenti, suffragatur partim, qui etiam in citato codice Ms. exstat, Sermo quidam, in festivitate S. Mariæ Magdalenæ Vezeliaci, uti videtur, pronunciatus eo tempore, quo Provincia Galliæ Sarracenorum violentia permaxime deserta erat. Verba ejus audi:* Monstratur adhuc... ecclesia... multis virtutibus... decorata, quamvis Sarracenorum violentia illud, in quo est regnum *(Arelatense seu Provinciæ,)* maneat permaxime desertum. *Ex quibus pronum est eruere, Sermonis hujus auctorem medio circiter seculo* X *floruisse, nec adeo, multum seu tempore, seu loco, remotum ab ea fuisse translatione, quam hortatu Eudonis, Vezeliacensis ab anno Christi* 878 *usque ad* 897 *abbatis, inchoatam peractamque feliciter ejusdem precibus fuisse, asserit. At, inquies, tametsi ex recitatis modo verbis probabile fiat, tam Historiæ Translationis, quam laudati Sermonis auctorem satis vicinum exstitisse temporibus, quibus sacrum illud corpus a* Badilone *ad Vezeliacenses deportatum fuerit, amborum tamen funditus corruere debet auctoritas ex eo, quod facta, quæ narrant, non satis commode suis diviserint temporibus, ille nimirum, dum in Historiæ suæ exordio seu Prologo* Ludovici regum piissimi, filiique ejus Caroli *Regnum* anno Passionis vel Resurrectionis Dominicæ plus minusve septingentesimo quadragesimo nono *illigavit, hic vero, dum Karlomannum, Francorum regem, prædicto Eudoni abbati et Algario, seu Adalgario, Augustodunensi ab anno* 875 *usque ad annum* 893 *antistiti, coævos fecit.*

F

*utpote quorum fides, resectis pavergis,*

24 *Quod ad priorem objecti hujus argumenti partem pertinet, non dissimulabo, me viam nullam invenisse, qua notas illas chronicas, imo et plerasque, quæ de Vezeliacensis cœnobii primordiis in citato etiam codice Valcellensi memorata exstant, cum veritate historica conciliari queant; ut proin vehementer suspicer, binos saltem illos articulos, qui restaurati a Gerardo comite Vezeliacen-*

*sis*

AUCTORE J. G.

*sis cœnobii, translatique eo corporis sacri Historiæ vice prologi præmissi reperiuntur, ab imperito quodam postea assutos fuisse, aut, si bini illi articuli eo quo in plerisque manu exaratis codicibus descripti exstant, modo a laudatæ Translationis Historiæ auctore profecti sint, fateri non vereor, eum in rebus gestis, se paululo antiquioribus, fuisse minime versatum. Ut autem articulos illos ab imperito quodam homine postea assutos, quam ab ipso Translationis Historiæ auctore profectos, credere malim, movet me ipsemet Operis titulus scriptorisque scopus, quorum ille hisce verbis exprimitur:* Quomodo corpus hujus sanctæ *(Mariæ Magdalenæ)* translatum sit ad Viceliacum cœnobium; *hic vero ita designatur:* Nunc ergo, largiente Domino, aggrediemur exponere, qualiter gleba corporis ejusdem sacratissimæ Mariæ Magdalenæ in locum, in quo hodieque veneratur, translata sit; *quibus sane verbis aperte satis excluduntur parerga illa, quæ circa Vezeliacensis cœnobii primordia duorumque Franciæ regum epocham lectori obtruduntur et quidem tam imperite atque importune, ut cum auctoris scopo non modo nullam connexionem habeant, at*

B *contra narrationem ejus plane interturbent, sic, ut, iis resectis, imo, et tertio ac partim quarto articulo itidem rescissis, multo liberius procliviusque fluat ejus narratio, quam si vel unum ex parergis illis ei innectatur, uti ex infra recitandis patescet.*

adversus unam

25 *Quod autem ad alteram objecti nobis argumenti partem attinet, haud video, qua ratione laudati Sermonis auctor carpi, nedum quasi studiose errasse aut turpiter confudisse tempora dici ex hoc capite queat, quod* Carolomanni Francorum regis *ætate Vezeliacenses monachos cum Adelelmo quodam milite, seu viro nobili, in Provinciam profectos fuisse scribat, quo scilicet inde sacrum illud corpus ad præfatum Eudonem, Vezeliacensem, ut vocat, archimandritam, transferendum curarent. Etenim, etsi medio seculo* VIII *Carolomannus, Pippini filius, floruerit, isque una cum Carolo fratre suo in regem unctus, vivente adhuc patre suo, Burgundiam, Provinciam aliasque regiones obtinuerit, uti tom.* 5 *Scriptor. Rer. Gallic. variis locis ostenditur, de hoc tamen Carolomanno sese non loqui,*

C *satis indicat Sermonis laudati auctor, sed contra de illo solo Francorum rege Carolomanno, qui Ludovici Balbi filius fuit et* ex patris sui regno anno 880 Burgundiam et Aquitaniam cum marchiis suis habuit, *uti tom.* 8 *Script. Rer. Gall. Annales Bertiniani pag.* 35 *ad eumdem annum testantur, quique adeo Eudoni, Vezeliacensi abbati, et Adalgario Augustodunensi episcopo, uti tom.* 4 *Galliæ Christ. auctæ col.* 367 *et seq. liquet, nec non et* Badiloni *nostro indubie coævus fuit.*

alteramque objectionem

26 *Urget magis adversus utriusque scriptoris fidem, quod prior* Badilonem quinquennali lustro, *seu quinque annorum spatio Aquis-sextiis, priusquam e Provincia sacrum illud corpus abstulerit, degisse; posterior vero, nulla* Badilonis *facta mentione, illud a Vezeliacensibus monachis et prædicto Adelelmo* celeriter *collectum, narret. Verum respondeo, ob diversam adjuncti unius relationem ipsam facti substantiam ad fabulas ablegandam non esse, præsertim si utriusque scriptoris narratio utcumque saltem conciliari queat. Et vero cum Sermonis auctor, etiam Vezeliacensium monachorum opera sacrum illud pignus e Provincia in Burgundiam delatum fuisse, narret, censendus minime est auctori Translationis contradixisse, qui* Badiloni, *Vezeliacensi monacho, rei exsecutionem nominatim adscripsit. Adhæc cum Sermonis auctor diserte profiteatur, se* brevi stilo *seu paucis verbis translationem illam complexurum esse, nil mirum esse debet, si* Badilonis *expresse non meminerit, sed eorum duntaxat, qui adipiscendi illius sacri pignoris consilium suggesserunt et Vezeliacensium monachorum opera ad id usi sunt. Ceterum, tametsi Sermonis auctor sacrum illud corpus* celeriter *collectum fuisse, referat, insinuat tamen etiam, missos ab Eudone abbate monachos ceterosque homines aliquandiu, audita Provinciæ devastatione, loco quodam substitisse,* tandemque *memores sententiæ cujusdam B. Gregorii confisosque Adalgarii et Eudonis precibus demandatum sibi opus exsecutos fuisse.*

27 *At sive interim* S. Badilo quinquennali spatio *Aquis-sextiis in Provincia commoratus fuisse; sive ex adverso (quod et mihi præplacet) multo celerius opus, sibi suisque sociis demandatum, ad effectum perduxisse statuatur, (qua de re et infra agetur) equidem ex Historiæ Translationis verbis, quibus auctor locum illum, unde sacrum* E *illud corpus dimovere tantisper nequiit* Badilo, *veluti in hujus facti memoriam* Coryletum Badilonis *deinceps vocatum fuisse, confidentissime testatur, abunde discimus, eum in transferendo e Provincia sacro aliquo corpore partes egisse primarias, aut certe translati illius pignoris administrum præcipuum non multis post rem gestam annis saltem in Burgundia passim fuisse creditum. Ipsam modo, at alienis incongruisque parergis, ex dictis num.* 24 *purgatam, Translationis illius Historiam, quatenus res, a* S. Badilone *tunc gestas, complectitur, aut cum eis connexionem habet, recitare instituo. Ita proxime post S. Magdalenæ Vitam incipit:* Nunc ergo, largiente Domino, aggrediemur exponere, qualiter gleba corporis ejusdem sacratissimæ Mariæ Magdalenæ ad locum, in quo hodieque veneratur, translata sit....

28 Contigit, ut egressa gens Sarracenorum ab Hispaniæ partibus depopulans exterminaret pene totam Aquitaniam ac maximam Provinciæ illius* partem, Ecclesias quoque ac monasteria igne cremata cum* ceteris rebus humanis ad solum usque deduxit. Interea Aquensem metropolitanam civitatem aggressi,* ipsamque capiens, universam suppellectilem illius diripuit, captivorum multitudinem inde educens; reliqua* autem gladio et igne consumpta* sunt. Virorum namque et mulierum quam plures vivos decoriabant, ut mos est Sarracenorum hominibus nostræ gentis facere, UT IPSIMET POSTMODUM VIDIMUS. Cujus cladis cæde peracta, quam ut* credimus propter peccata illius terræ inhabitantium contigisse, in sua recesserunt. *Hactenus laudatæ Translationis scriptor, exitiosam illam, uti videtur, Sarracenorum in Gallias irruptionem, anno* 731 *factam, indicans, qua Provincia, Burgundia, Aquitania, aliæque late provinciæ igne et ferro devastatæ fuerunt, quamque Bonifacius, Moguntiacensis episcopus, in Epistola* 19 *ad Ethelbaldum, Merciorum regem,* Provinciæ et Burgundionum populis contigisse *scribit propter adulteria et stupra sacrarum virginum ac Sodomitica flagitia: quibus iratus* Judex omnipotens, talium criminum ultrices pœnas per ignorantiam legis Dei et per Sarracenos venire et sævire permisit, *uti latius*

*Mabillonius*

A *Mabillonius Sæc.* 3 *Bened. parte* 1, *pag.* 525 *et pag.* 526 *narrat, quem, si lubet, consule. Nunc auctorem nostrum occasionem modumque translati e Provincia corporis,* S. Magdalenæ *crediti, narrantem audiamus.*

*quo pacto Badilo, Vezeliacensis monachus, in Provinciam missus,*

29 Compertum namque jam olim a multis longe lateque habebatur, quod beata Maria Magdalene, ut superius *(nimirum in Vita ejusdem Sanctæ)* digestum est, in præfata civitate Aquensi a S. pontifice Maximino sepulturæ tradita fuisset, ibidemque illius sacratissima ossa servarentur. (*adi ea de re disputata a Sollerio tom.* 5 *Julii pag.* 205 *et segg.)* Hac denique fama instigati tam comes Burgundiæ Gerardus, quam abbas Heudo prædicti monasterii Viceliacensis delegaverunt satis accurate ad civitatem Aquensem fratrem quemdam, cui nomen erat Badilo, ea scilicet devotione, ut, si, annuente Domino, in partibus illis aliquod pignus e corpore sacratissimæ Mariæ Magdalenæ repperire valeret, revertens ad illos deferret. Qui, arrepto itinere, fultus honesto famulorum comitatu tam prospere quam devote ad Aquensem pervenit civitatem. Quam cum intrasset, nichil ei omnino B in ea visum est apparuisse, nisi extremæ pestis et mortis imago. Cernensque prædictus Badilo tam immane Christianæ plebis justicium, cæpit edere gravissimos lacrimarum ex pietate singultus; tandemque memor devotionis sui itineris, curiose deambulabat quorsum investigans, si quempiam repperiret, qui eum ad indaginem desideratæ rei perduceret.

*ecclesiam invenerit in qua corpus S. M. Magdalenæ*
* *an* binos ?

30 Dum hoc siquidem ageret, occurrit ei videre circa majorem, quæ fuerat in civitate, ecclesiam in andronarum tuguriis victos * senes ætatis decrepitæ, præstolantes alicujus transeuntis adventum victus impendenti gratia. Hos cum vidisset, divertit ad illos, caute inquirens, ubinam locorum fuisset ecclesia, in qua corpus beatæ Mariæ Magdalenæ, a S. Maximino olim sepultum, fidelibus veneraretur; spondensque se ad hoc illuc devenisse non solum ad præsens transeunter adoraturum, verum etiam, in quantum valeret, sacris reædificandis inserviturum. Illi vero hæc audientes admodum læti, promiserunt, se illi cunctis fideliter parere, et, quæ vellet; ostendere. Dehinc oratione in brevi completa, invitat illos ad prandium, quoniam diutina videbat illos deficere inedia. Ac C sic utrique refocillati, surgentes a prandio perrexerunt, ut locum desideratum præfatus Badilo certius inviseret nutu eorumdem senum, qui pariter egredientes ostenderunt illi, veluti jam concivi domestico, mausoleum intra sacrarium principalis ecclesiæ honorificentissime editum, de quo fore non poterat dubium, quin cæleste servaret præmium.

*conditum fuisse credebatur.*
* *al.* Sculptura
* *al.* anaglifi
* *l.* lavit

31 Scriptura * denique mausolei ejusdem referebat, cujus corporis gleba intus servaretur. Erat enim per totam superficiem ipsius instar anaglifi * operis, qualiter illa gratissima Jesu Christi Domini Maria in domo quondam Symonis pedes illius suis lachrymis lavans * et capillis detersit, ac quomodo ejus caput omnium sacerrimum manibus suis perungens dulciter linivit. Similiter quoque iconia ejusdem Mariæ ubi Dominum interrogans ortolanum * putabat, et qualiter tenens pedes ipsius adorabat eum. In dextro quippe latere veluti cum ad sepulchrum Domini veniens aromata deferebat, angelica collocutione frui meruit, deinde vero ad Apostolos veniens, quæ viderat, nunciavit. Hæc omnia cernens Badilo, talium sedulus perscrutator, ultra quam profiteri poterat, lætabatur; arreptisque ligonibus et scopis, tam ipse, quam sui sequaces fragmenta carbonum et cineres a loco expulerunt, et prout valuerunt, ab omni spurcitia eumdem mundissimum fecerunt. Deinde altaribus restauratis, pannisque ex more circumpositis, interdum Missas celebraverunt.

* *l.* hortulanum

32 Post aliquot vero dierum * aliquanti indigenarum repedantes a captione Sarracenorum (*forte eadem, quam laudatus Boucheus tom.* 1 *pag.* 736 *anno circiter* 870 *contigisse, scribit)* ad patriam, eumdem Bodilonem paterno affectu sibi præpositum et in cunctis advocatum instituerunt. Ipse quoque concorditer agebat ad omnes, tam animarum, quam corporum, quæ profutura cernebat *. In reædificandis quoque utensilibus quibusque assiduus laborator existens universis complacebat; sicque quinquennali lustro * inibi degens, plurimarum facultatum copiam acquisivit. Quo tempore evoluto, cœpit Vir Deo devotus pertimescens intra se cogitare, ne forte more solito invidia grassante patriothicorum se mordente, seu Sarracenorum infestatione urgente, non foret commoda sibi diutius habitatio illius patriæ, revera, quod sibi magis expediebat, ob reversionem ad suos, qui eum miserant, acrius angebatur; rursusque oportunitatem capiendi pignera sacratissima, quæ toto optabat conamine, minime repperiebat. Constitutus vero in hujusmodi mentis luctamine, contulit se obnixius ad orationis confugium, Dei omnipotentis auxilium invocans, ipsamque Jesu Christi dilectricem atque ab eodem misericorditer dilectam Mariam, ut quod illis congruentius sibique salubrius expedire videretur, quantocius fieret *. Dehinc jejuniis et orationibus magis assiduus, quam frequens, cæleste præstolabatur auxilium.

AUCTORE J. G.

*et quo modo inde illud,*
* *supple* decersum

*supple* bona subministrans *vel simile quid.*
* *i. e.* quinquennali spatio

E

* *al.* facer

33 Tandem divinitus inspiratus, oportunitate reperta, nocte quadam accedens ad sibi optime notum mausoleum, pius violator a parte pedum effregit, et quæ intus habebantur, perspexit; cernensque corpus, cute integerrima superductum, manibus pectori impositis ex more jacens extensum, gaudio repletus est. Odor namque tantæ suavitatis exinde efferbuit, ut ne- F mo mortalium valeret effari. Quod nimirum satis juste contigit. Illius enim corpus, quæ Dominum corporatum aromatibus perungere meruit, odoratissimum omnium esse debuit. Hoc denique et beatus archipræsul Maximinus eam sepeliens intellexit, dum plurimis aromatibus illius corpus infecit. Interea nocte insecuta videbatur sibi aspicere se quandam religiosissimam, candidissimis vestibus indutam, satisque accurate a capite circum amiciebatur; cujus etiam vox eidem Badiloni talia intimabat, NE FORMIDES, inquiens, QUONIAM EUNDUM EST NOBIS UNA TECUM AD LOCUM A DEO PRÆDESTINATUM. Mane vero facto, hujusce oromate * fortificatus, suos secreto convocans indixit eis, ut sequenti nocte forent parati, qualiter repatriandi iter arriperent. Illi quoque hoc audientes oppido lætabantur. Ingruentis quippe noctis conticinio facto, ac præparatis utensilibus accessit ad sepulchrum, extrahens inde corpus, ut erat, sicut diximus, ex omni parte integerrimum, pannisque mundissimis involvens cum

*aperto prius in quo jacebat, mausoleo,*

* *i. e.* visu

AUCTORE J. G.

cetera suppellectili, quam apostare nitebatur, vehiculo imposuere.

*clam de nocte Nemausum primo, deinde sat prope Vezeliacum detulerit,*

34 Dehinc arripiens iter cum suis avidissime remeare temptabat ad propria; sicque veloci cursu properantes venerunt ad Nemausiam civitatem. Erat enim illis timoris causa permaxima, quoniam proceritas extensi corporis, quod, ut diximus, confectione aromatum, ut mos est, perdurabat solidum; idcirco non quibat parvo, seu angusto, abscondi locello. Communi autem consilio decernentes noctu in quandam ecclesiam diverterunt, orandi gratia commanentes; ibidemque longiora corporis ossa separantes reliquo corpori applicuerunt; ac sic, minori locello composito, iter, quod ceperant, expeditius peregerunt. Venientes universi sani et integro numero, usque infra miliarium Viceliacensis monasterii, unde profecti fuerant, ad locum, qui nunc usque CORILETUS BADILONIS nuncupatur, perveniunt. Quo in loco cœpit sanctissimum corpus tanto pondere deprimi, ut quamlibet plurimi accessissent, nullatenus inde ferre valerent. Stupebant namque brachia eo-
B rum, gressusque deficientes, quid agerent, ignorabant. Pro qua re ammiratione concepta, mittebant ad monasterium, qui nunciaret abbati fratribusque ceteris adventum ipsorum, nec non impedimentum itineris, quod repente acciderat illis.

*ac tandem in ipsam ecclesiam Vezeliacensem, deportarit.*

35 Qui statim gaudentes cum thuribulis thimiamate vaporantibus, cereisque accensis, præeuntibus crucibus, niveis vestibus induti occurrerunt illis, in prædicto loco invitis adhuc degentibus. Quo venientes cuncti sese humi prostraverunt, orantes omnipotentiam divinæ Majestatis, ipsamque amicissimam Jesu Christi Domini Mariam Magdalenam attentius obsecrantes, ut a loco illo deferri ad monasterium glebam sui corporis permitteret. Qui illico ab oratione surgentes, ut egredi temptaverunt, tanta agilitate perrexerunt nullum pene pondus sentientes, ut magis ipsi portari quam ut quidpiam ferrent, existimarent, ac cum summa exultatione tinnulis signorum perstrepentibus, melodiisque monachorum resonantibus, pluribus luminaribus accensis, in-
C tromittentes illud in ecclesiam, Genitricis Dei Mariæ sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli honori a principio consecratam, atque ibidem, uti decebat, honorifice XIV Kalend. Aprilis reposuerunt. *Hactenus laudatus Historiæ Translationis auctor, et apposite quidem ad institutum suum præfixumque sui Operis initio titulum, de quo vide dicta num.* 24. *Quapropter prolixam illam, quæ in prædicto codice Ms. Translationem illam excipit, parergorum miraculorumque farraginem, utpote a præstituto auctoris scopo alienam, atque ab alio quodam, multo uti videtur, ipso juniore profectam, hic prorsus missam facio, nonnulla in recitatam auctoris narrationem observaturus.*

*In recitatam auctoris Translationis narrationem*

36 *Ac præ ceteris vero, etsi, ut supra ostendi, Translationis auctor non serius, quam medio seculo* X, *scripsisse videatur, atque adeo translationi, quam enarrandam suscepit, satis vicinus vixerit, ut rei a* S. Badilone *gestæ substantiam satis credibilem reddat; non tanti tamen habenda videtur ejus auctoritas, ut ob hanc solam verum S. Mariæ Magdalenæ corpus reclamantibus non immerito Provincialibus certo eripiendum esse statuatur. Ad hoc enim necesse foret, ut in sepulcro illo, unde* S. Badilo *sacrum aliquod integrumque corpus extraxit, re ipsa tunc temporis B. Mariæ Magdalenæ corpus jacuisse, nec* D *antea inde, uti tamen Provinciales contendunt, alio translatum fuisse, certioribus argumentis demonstrasset. Quod cum non præstiterit, id unum num.* 21 *contendi, sat probabiliter dici posse* S. Badilonem *creditum S. Mariæ Magdalenæ corpus e Provincia Vezeliacum detulisse, sive interim sacrum illud pignus, quo Vezeliacenses gloriantur, re ipsa verum sincerumque ejusdem Sanctæ corpus sit, sive illud apud Sammaximinienses PP. Dominicanos in Provincia etiamnum requiescat; qua de re contentiosum funem trahere nolo, ac vel idcirco maxime, quod quæstio hæc aliæque ejusmodi ad institutum meum proxime non pertineant.*

37 *Utut sit, equidem ex Testimonio Caroli* [illegible] *regis, non alteri, ut ex Francorum regum serie* [illegible] *et ex jam dictis patet, quam Carolo Crasso vel Carolo Simplici adscribendo, illo nempe, quod anno Domini* MCCLXV *cum creditis S. Mariæ Magdalenæ Reliquiis subtus ecclesiæ Vezeliacensis magnum altare a duobus episcopis inventum fuit, indubitatum fit, senescente seculo* IX *fuisse reconditum Vezeliaci sacrum aliquod corpus, quod beatæ Mariæ Magdalenæ credebatur; idque ap-* E *prime congruit recitatæ Translationis verbis, quibus sacrum illud pignus a* Badilone, *binis illis regibus coævo, e Provincia eo delatum atque honorifice* XIV *Kalend. Aprilis repositum fuisse, asseritur. Testimonium illud litterasque Guidonis de Melloto, Autissiodorensis, et Petri Paneadensis episcoporum, eodem spectantes, habes tom.* 5 *Julii pag.* 209 *col.* 2, *numm.* 124, 125, *et* 126, *quos, si lubet, consule. Ceterum, si prædictæ Translationis auctor in relatis præsertim numm.* 32 *et* 33 *facti hujus adjunctis vulgi rumorem secutus non fuerit, aut si ipsemet rem veram mirabilibus pro suo genio non insperserit, oportet, ut etiam* Badiloni *nostro et Vezeliacensibus monachis ea insederit opinio, qua tum temporis passim licitum piumque credebatur, Sanctorum pignora, quæ quovis loco condita, at non satis magna in veneratione essent, quavis industria clanculum inde auferre, ad easque deportare ecclesias, in quibus celebriori cultu afficienda esse, spes foret. Qua in re Virum sanctum excusare, quam temere culpare malim.* F

38 *Modo in annum ipsum, quo* S. Badilo [illegible] *sacrum illud pignus Vezeliacum detulit, inquisivisse juverit. Cum ex dictis num.* 12 [illegible] S. Badilo *non ante annum* 878 *Vezeliaci monachus degerit, consequens fit, ut, si eum* quinquennali lustro, *seu annis quinque in Provincia commoratum esse, Translationis auctor recte scripserit, saltem non citius, quam anno* 883 *Vezeliacum cum sacris illis Reliquiis redux esse potuerit; contra vero, si verba libri* 4 *Historiæ Vezeliacensis tom.* 3 *Spicilegii Acherii primæ editionis pag.* 640 *audiamus, quibus nempe* Annus Verbi Domini incarnati millesimus, centesimus sexagesimus sextus, exceptionis sacri corporis B. Dilectricis Dei Mariæ Magdalenæ ducentesimus octogesimus sextus *esse asseritur, consectarium fit, ut saltem non serius, quam anno* 881 S. Badilo *sacrum illud pignus ad Vezeliacenses suos detulerit, utque adeo triennio ad summum in Provincia commorari potuerit. Ast utri potius sententiæ adhærendum? Respondeo, mihi tutius videri, si Vezeliacensis Historiæ auctori, accurate religioseque epochas eo loci referenti, in hoc fidem habeamus, quam quidem Translationis scriptori, qui annum, quo translatio contigit, exprimere neglexit, quique*

*singula*

A *singula ejusdem adjuncta non adeo perspecta habuisse videtur, ut par ei in omnibus adjungenda fides sit. Huc adde, quod Sermonis num.* 23 *laudati auctor, monachorum Vezeliacensium in Provinciam iter eorumque inde ad suos reditum non multis mensibus peractum fuisse, scribat; ut adeo et ex hoc capite fiat verisimilius, non usque ad annum* 883, *translationem illam, cujus præcipuus administer fuit* S. Balido, *esse differendam. An vero* S. Badilo *primo anno, quo Vezeliaci degere cœpit, num contra sub secundi dumtaxat finem aut tertii initium in Provinciam, quo inde sacras illas Reliquias deferret iisque Vezeliacensem jam monachis concessam ecclesiam ditaret, ab Eudone abbate missus fuerit, remque sibi demandatam prospere exsecutus fuerit, in medio relinquo, sat prope tempus, quo hæc* S. Badilonis *gesta statui possint, definiisse contentus.*

## § III. Sancti gesta in Belgio tempusque emortuale discutiuntur: ejus in sacris Fastis memoria: Reliquiarum translationes: ecclesiasticus Lutosæ cultus.

B

*S. Abbas, de cujus gestis monumenta vetera non exstant,*

*Quo anno* S. Badilo, *ex Vezeliacensi monacho abbas creatus, Lutosano monasterio indubie præesse cœperit, quid certo apud Belgas præclare gesserit, ac denique quandonam piissimam animam ad Superos transmiserit, frustra apud vulgatos auctores synchronos supparesque indagavi. Altissimo horum de hisce rebus silentio aliud anno* 1741 *die* 2 *Julii accessit malum, nimirum funestissimum ecclesiæ Lutosanæ incendium, quo duo illa volumina, quibus sub annum* 1300 *Joannes Dulebiecq, Lutosani capituli decanus, ecclesiæ suæ monumenta chartasque veteres collegerat, et unde saltem lux aliqua* S. Badilonis *gestis temporique emortuali*

C *affundi potuisset, voraci flamma absumpta fuere. Hanc quidem luctuosam admodum jacturam utcumque saltem, quantum ad* S. Badilonem *spectat, resarcire conatus est R. A. D. Hubert, Lutosani Canonicorum collegii ad status Hannoniæ jam pridem deputatus, cum eruditi Reverendique admodum Domini Dionysii Cambier, abbatiæ S. Martini Tornacensis præpositi, rogatu, quascumque ad illustrandam ecclesiæ suæ Patroni memoriam mihi utiles fore censuit, repertas notitias factasque a se observationes collegit mihique humanissime transmisit; at vero tametsi optimam viri voluntatem summamque diligentiam non possim non grato animo extollere, tamen, quod vehementer doleo, præter pauca quædam, ad Sancti ecclesiasticam venerationem spectantia documenta, suo inferius loco recensenda, nullum prorsus ab eo mihi suppeditari potuit sat bonæ notæ instrumentum, ex quo* S. Badilonis *emortuale tempus exacte definiretur, aut ejus in Belgio gesta mihi innotesceret.*

*recte traditur Lutosam venisse cum sociis anno circiter* 884,

40 *Ne tamen postrema vitæ ejus pars tempusque emortuale intacta prorsus prætermittantur, visum est, ea saltem, quæ ex antiqua fama Hymnoque* S. Badilonis *infra edendo, passim perhibentur, ad examen vocare, quidque de singulis probabilius existimandum mihi videatur,* AUCTORE J. G. *candide edicere, relicta ceteroqui erudito lectori aliter de iis sentiendi libertate. Si Communi Lutosanorum opinione verbisque laudati Hymni standum sit, sanctus Abbas cum sociis aliquot, haud dubie Benedictinis, qualis et ipse erat, e Vezeliacensi cœnobio in Burgundia, quo memoratum supra sacrum corpus antea detulerat, Lutosam venit eodemque ejusdem corporis partem insignem attulit, quæ multis seculis honorifice illic asservata fuit. Quod ad asserti hujus substantiam attinet, non video, qua ratione admitti hæc non possit, cum nihil contineat, quod alienum a vero sit, quodque ex adverso jam ante dictis ac porro de* S. Badilone *dicendis non apprime consonet. Quod autem ad facti epocham spectat, sane ex iis, quæ de Sancti nostri ætate factaque memorati sacri corporis translatione jam supra disputata sunt, dubitandum non est, quin saltem non citius, quam anno Christi* 881 *Lutosam missus fuerit abbas; imo vero, eum non multo prius in Belgium venisse ac Lutosanum monasterium gubernasse, arbitror, quam paulo pacatiore tempore, anno videlicet* 884, *quo et monasterium B. Mariæ Tronchiniense juxta Gandavum Balduini Calvi, Flandrorum comitis, cura*

E *rexædificari inque illud regulares monachi cum Joanne antistite reduci cœperunt, uti Meyerus ad eumdem annum* 884 *in Annalibus Flandriæ fol.* 14 *verso scribit.*

*minus tamen accurate asseritur, inde reversus esse ad porpria,*

41 *Profecto turbatum concussumque nimis abs Normannorum incursionibus ab anno* 880 *usque ad* 883 *nostrum Belgium fuit, quam ut sine coævo supparive teste* S. Badilo *eo intervallo e Burgundia illuc advenisse sacrisque Reliquiis, de quibus actum supra est, Lutosanum monasterium ditasse, affirmari debeat. Atque idcirco haud satis intelligo, qua ratione in laudato Hymno Sanctus noster tunc temporis, cum* Lutosam de Reliquiis partem tulit cum sociis, *mox* reversus ad propria *esse, asseratur. Etenim, cum ex dictis natione Aquitanus probabilius fuerit, atque etiam anno* 881 *in Vezeliacensi cœnobio degerit, qui, quæso, dici potest tunc* reversus ad propria *esse, qui ante ne pedem quidem in Belgium intulisse, apud antiquos legitur?* Apud antiquos, *inquam, quod minime Saussayum mo-*

F *ror, qui sine ullo teste* S. Badilonem *Lutosani loci regularem præfecturam gessisse narrat, priusquam a Gerardo Rossilonio, Burgundiæ comite, (quem Carolo Martello perperam quoque coævum facit) rogatus fuerit, ut ex Aquensi tractu S. Mariæ Magdalenæ Reliquias in Burgundiam afferret, uti pag.* 703 *Martyrologii ejus Gallicani legere est.*

*quocumque modo hæc verba exponantur,*

42 *Nec video quoque, qua ratione verba hæc :* Reversus ad propria, *diverso prorsus sensu exponantur, quasi vero Sanctus, delatis jam Lutosam memoratis Reliquiis, in Burgundiam aut in Aquitaniam, veluti* ad propria, *reversus fuerit. Quippe cum Lutosanæ ecclesiæ abbas tunc esset, ipsoque item Hymno testante,* vitam duxerit justitiæ, *quis sibi in animum inducat, eum commissi sibi monasterii curam mox alteri demandasse, nullaque sat verisimili cogente ratione, illuc, unde paulo ante venerat, rediisse, hincque iterum remeasse Lutosam, ubi tandem animam Creatori, corpus terræ redderet. Si in re admodum obscura divinare liceat, crediderim,* S. Badilonem, *Lutosano monasterio præfectum, mox, ut licuit, omnes veri abbatis parte coram explevisse, atque adeo, sin minus nativam*

*et*

AUCTORE J. G.

*et primigeniam, sinceram certe veroque consonam hanc hymni illius esse lectionem :* Lutosam de Reliquiis partem tulit cum sociis, CONVERSUS ad propria; *ut sensus sit, sanctum Abbatem, cum e Vezeliacensi in Burgundia cœnobio* ad proprium, *seu curæ suæ demandatum monasterium se convertit, eo etiam adduxisse socios quosdam Benedictinos, qui illud secum incolerent, unaque sacras detulisse Reliquias, quibus Lutosanam ecclesiam, damna fortassis non pauca a Normannis passam, ad pristinum splendorem revocaret.*

*nec dici potest, in ejus, velut ante defuncti, honorem,*

43 *Ex eadem jam fixa a me* S. Badilonis *in Belgium adventus epocha simulque ex recensito num.* x *Gerardi comitis Testamento consectarium quoque fit, ut saltem verosimilius emendandus quoque eo loco sit ecclesiæ Lutosanæ Hymnus, quo loco inter ecclesias, a laudato comite fundatas, Lutosanam ecclesiam* in honore Badilonis ope et rerum copia *dotatam ab eo, canit. Etenim, uti ex citato num.* x *manifestum est, jam tum comes ille, cum Ludovicus Pius in vivis etiam erat,* liberalissime honoribus et dignitatibus *ornatus fuerat; ac proin, si anno* 840, *qui Ludovico Pio emortualis fuit, vel triginta dumtaxat anni Gerardo comiti tribuantur, necesse fit, ut* in honore Badilonis, *qui, uti infra num.* 46 *dicetur, probabiliter non multo ante seculi* IX *exitum ac fors tantum ineunte* X *defunctus est, dotari ab illo comite non potuerit Lutosana ecclesia, quin hic nonagenarius eove major statuatur; quod postremum an sine antiquo vade fidem inventurum sit, vehementissime dubito. Quin imo tametsi revera Gerardus comes anno dumtaxat* 890 *vita functus esset, uti epitaphium aliquod, in Pulteriensi ecclesia haud ita pridem ei positum, perhibet; ne sic quidem* in honore S. Badilonis *Lutosana ecclesia a Gerardo comite dotata esse dici poterit, nisi abbatem nostrum jam ante annum* 890 *defunctum, Cœlitumque honoribus mox a suo obitu affectum fuisse, indubio aliquo testimonio probatum, aut certe plausibili aliqua ratione ostensum fuerit.*

*sed contra in ejus adhuc viventis gratiam*

44 *At forsan, non* in honore Badilonis, *jam ante, ut ex se verba sonant, sanctissime defuncti, sed, uti medio ævo haud raro loquebantur,* In amore Badilonis, *seu ex Gerardi comitis benevolo in eum etiam viventem affectu Lutosanam ecclesiam dotatam fuisse, Hymni auctor asserere voluerit? Si ita sit, ei minime refragor, cum fieri facile potuerit, ut Gerardus comes jam septuagenarius, seu anno octavo, ex quo Vienna Allobrogum, uti ad annum* 871 *Annales Bertiniani narrant, secesserat, Lutosanum monasterium, fiduciario verisimiliter modo ex seculi illius consuetudine a se possessum,* S. Badiloni *ob perspectas virtutes, nobilissimos natales sibive addictam acquirendo S. Mariæ Magdalenæ corpori indefessam operam, cum legitimi abbatis titulo, quantum in se erat, gubernandum destinarit, eoque intuitu illud bonorum suorum, in hodierno Hannoniæ comitatu sitorum, non exigua parte locupletarit.*

*a Gerardo comite dotata fuisse Lutosana ecclesia.*

45 *Ita certe auctor antiquæ cujusdam Gerardi comitis Vitæ, cujus fragmentum dumtaxat habeo, aliquando censuit, qui, si alicunde satis vicinus Gerardi temporibus vixisse, probari posset, opinionem hanc meam vix non indubiam redderet. Ejus verba audi :* Hic comes, dictus Gerardus, in suo dicto comitatu Nerviensi *(a Nerviis, qui Julii Cæsaris ætate ad dextram Scaldis ripam atque adeo et in hodierno Hannoniæ comitatu sedes habebant, sic dicto)* plures ecclesias construxit, ut puta abbatiam de Luthosa, in qua instituit abbatem S. Badilonem confessorem *etc. Verum enimvero, utut sit de scriptoris hujus ætate ac vel de ipso anno, quo Gerardus comes Lutosanæ ecclesiæ sese munificum præbuerit, equidem antiqua satis traditio constansque ab omni retro tempore Lutosanorum in Sanctum nostrum atque in Gerardum comitem gratus animus ac denique communis auctorum, qui* S. Badilonis *ac Lutosanæ ecclesiæ meminerunt, consensus non leve indicium præbent, reipsa aliquando in* S. Badilonis *gratiam ab eodem comite dotatam largissime fuisse ecclesiam illam, in qua, teste Balderico cit. lib.* 2, *cap.* 43, vir Dei venerabilis Badilo *seculo etiam* XI *quiescebat, et in qua hodieque sacræ ejus Reliquiæ insigni veneratione ecclesiastica, hocce præsertim die, quotannis afficiuntur.*

46 *Ceterum, tametsi, ut jam supra monui, emortualem Sancti annum diemque monumenta antiqua non exprimant, nec porro quidquam, unde alteruter saltem erui certo posset, nobis suppeditent; nihilominus tamen haud multum a vero eum abfore existimo, qui eo ipso die, quo præcipua Sancti solennitas Lutosæ agitur, hunc quoque ad Superos migrasse, dixerit; quandoquidem, licet Sancti quidam die alio, quam quo præcipue in ecclesia coluntur, vita functi fuerint, multo tamen frequentius ac vix non quotidianum est, ut dies, ecclesiasticæ Sanctorum venerationi dicatus, idem prorsus cum illo sit, quo et felicem animam cœlo inseruerunt; quod, cum nihil in contrarium militet, de* S. Badilonis *festo die non temere credi posse videtur. Ad annum autem ejus emortualem quod spectat; cum sine veteri documento sancti Abbatis regimen aut nimis breve, aut nimis diuturnum adstrui nequeat, illum vel exeunti seculo* IX *vel ineunti* X *interim innectendum censui, donec (quod Superi dent!) monumenta quædam prodeant, quæ nos certiora de emortuali ejus tempore edoceant. De virtutibus rebusque gestis, quibus Abbas noster in Belgio enituit, tacentibus, qui hactenus præ manibus versantur, antiquis scriptoribus, plura, quam quæ recitandus infra Hymnus refert, asserere nequeo; quamquam nullus dubito, quin eæ et multæ et insignes admodum fuerint, talesque, ut non immerito abhinc compluribus seculis pro vere Sancto ac venerabili Viro Dei habitus legitimoque cultu affectus fuerit, quo de ut pluribus agam, locus postulat.*

47 *A Fastis ecclesiasticis, in quibus Sancti memoria celebratur, initium duco.* S. Badilonem *hoc die* VIII *Octobris memorat in Natalibus Sanctorum Belgii Molanus, seu ex Molani schedis Petrus Louvius, editionis Lovaniensis anni* 1595 *fol.* 218 *verso ita scribens :* Eodem die (VIII *Octobris*) festum sancti Badilonis, de quo canitur Lutosæ : „Abbas hujus ecclesiæ vitam du„cens justitiæ quondam fuit Badilo.„ *Eum quoque Gazetus in suo Sanctorum, qui in Cameracensi diœcesi coluntur, Catalogo (adisis ejus Historiam ecclesiasticam Belgii pag.* 60) *ut vere Sanctum celebravit, imitatoresque habuit Constantinum Ghinium in SS. Canonicorum Natalibus fol.* 73 *et Saussayum in Martyrologio Gallicano pag.* 703, *qui ambo sat longum insuper* S. Badiloni *elogium texuerunt. Mirœus item in suis Fastis Belgicis et Burgundicis, Willotus in Martyrologio seu Hagiologio Belgico pag.* 99,

*Simon*

A *Simon de Peyronnet in Catalogo Sanctorum pag.* 29, *ac Menardus in suo Martyrologio Benedictino sanctum Abbatem nostrum ad hunc diem memorarunt, quorum postremus huic suæ annuntiationi :* Luthosæ in Belgio S. Badilonis abbatis, *ampliorem Sancti notitiam, veluti elogii loco, Observationum suarum lib.* 2, *pag.* 716 *subdidit, quam ego, utpote multo magis, quam bina superius indicata elogia, veritati consonam, præ hisce huc totam, ac veluti Sancti vitæ compendium, transfero.*

*a Menardo in Observationibus fusius,*

48 *Sic habet :* S. Badilo fuit monachus Vizeliacensis in Burgundia ; deinde abbas Luthosæ in territorio *(id est, diœcesi)* Cameracensi, in qua abbatia, quæ modo est canonicorum, vir Dei venerabilis Badilo requiescit, inquit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii *(imo rectius partim ex Balderici Chronico, partim ex Molani schedis, Petrus Louvius)* ubi subjungit *(nempe Natalium Sanctorum editor)* ipsum Badilonem missum fuisse ab Eudone abbate et Gerardo comite de Roussillon ad Aquensem civitatem, ut tolleret corpus sanctæ Mariæ Magdalenæ *(de quo vide*

B *dicta* § 2) et Vizeliacum transferret. S. Badilo floruisse videtur circa annum Domini octingentesimum septuagesimum nonum, quo in Franciam venit Joannes VIII, Pontifex maximus, qui ob incursiones Saracenorum Vizeliacense monasterium dedit monachis sancti Benedicti, alio translatis monialibus, in quarum gratiam hoc monasterium ædificatum erat sub Regula S. Benedicti a Gerardo de Rousillon, comite Nivernensi et Burgundiæ ; ut habetur in Fragmento veteri de fundatione cœnobii Vizeliacensis, quod refertur a doctissimo viro Andrea du Chesne in Notis ad Librum secundum Collationum S. Odonis, abbatis Cluniacensis. *Hactenus Menardus, a Molano, quem laudat, seu Petro Louvio, aliisque multis,* S. Badilonem *ad Caroli Martelli tempora, seu ad annum circiter* 739 *retrahentibus, rectissime discedens, uti ex iis, quæ de Gerardi comitis ætate exstructique ab eo Vezeliacensis cœnobii epocha superiori* § *disputata sunt, manifeste patet.*

*singulari autem modo a Castellano,*

49 *Hagiologis hisce adjungi merentur bini*

C *alii, Castellanus nempe et Philippus Brasseur ; ille, quod singularem prorsus Sancti nostri annuntiationem proferat, in quam nonnulla observanda sunt ; hic vero, quod paucis versibus et Sanctum celebret, et cœnobii ejus cultusque ecclesiastici historiam simul perstringat. Castellanum verbis hisce, sed Gallicis, in suo ad hunc diem Martyrologio loquentem sisto.* Lutosæ prope Athum in Hannonia, *inquit*, S. Badilonis, ejusdem loci abbatis, qui corpus S. Mariæ Bethanitidis Hierosolymis Vezeliacum in territorio Nivernensi attulit, *seculo nempe, uti ad marginem notatur,* XI. *Hæc modo obiter expendamus. Assignata jam mox memorati facti, seu potius Sancti obitus epocha, haud dubie solo typothetæ errore perperam expressa fuit positumque seculum* XI, *ubi auctor seculum* IX *expressum voluit. Id sane ex iis, quæ Castellanus tom.* 1 *Martyrologii Romani, Notis illustrati, pag.* 343 *de Maria Bethanitide scribit, pronum est eruere. Quod autem non* Mariæ Magdalenæ, *sed* Mariæ Bethanitidis *corpus Vezeliacum a* Badilone *allatum illic scribatur, id non item typothetæ incuriæ adscribendum est, sed ipsemet Castellano, qui consulto et cogitato hoc scripsit, ex ea nimirum, quam complectebatur, sententia, quæ Mariam Magdalenam a Maria Bethanitide plane diversam, hancque in Judæa, illam vero Ephesi defunctam. adstruit ; qua de opinione vide disputata a Sollerio nostro cit. tom.* 5 *Julii a pag.* 188 *usque ad* 203. *At, sive una eademque fuerit mulier, quæ Maria Magdalena, quæque Maria Bethanitis vocatur ; sive ex adverso diversæ fuerint ; tanti equidem ponderis mihi non est Castellani, aut qualiscumque sparsi in Belgio seculo* XI *rumoris auctoritas, ut* S. Badilonem, *prout et supra monui, Hierosolymam profectum esse, indeque Mariæ Bethanitidis, quod Castellanus contendit, sacrum corpus ad Vezeliacense cœnobium attulisse affirmari queat.*

AUCTORE J. G.

*et a Philippo Brasseur, cultum ejus simul illustrante, fusius quoque memoratur,*

50 *Nunc ad Philippum Brasseur, apposite magis ad institutum nostrum de Sancti gestis ac cultu loquentem, pergamus. Sic igitur ille in suo Panegyrico Sanctorum Hannoniæ pagg.* 58 *et* 59 :

Tornaco subeat veneranda Lutosa, beati
Numine clara Petri, sanctæ quoque Magdalenæ
Splendida Relliquiis, divo Badilone repertis :
Namque Saracenis in Aquense ruentibus arvum,
Aggestos inter lapides, lapidumque ruinas, E
Magdalis ignotum studuit reperire sepulchrum :
Neve per insidias corpus raperetur, idipsum
Mirificante Deo, Burgundis intulit oris ;
Immo Lutosanam cubitum transmisit in ædem
Is modo cum sancti Badilonis corpore, eodem.
Conditur in feretro, primate quod exstat in ara.
Forsitan at quæras hujus primordia fani ;
Ut paucis dicam, fundamina jecit Amandus ;
Induxit monachos Badilo, quibus ipsemet abbas
Præfuit, atque inibi, resoluta carne, quievit.
Temporis at lapsu monachis per bella fugatis,
Splendida cannonici successit concio cleri,
Quæ modo prætacti recolit stata festa Patroni,
Et corpus de more sacro per compita defert,
Lætaque commemorat prætacti encœnia fani, F
Magdalis a festo dum feria prima recurrit.

*Ejus Relliquiæ, quarum pars Vezeliacum*

51 *Hactenus laudatus Brasseur, haud dubie secutus Molanum, seu Petrum Louvium, Natalium Sanctorum Belgii ex Molani schedis, ut et supra monui, editorem, similia de Sancto nostro cit. fol.* 218 *et* 219 *referentem, hoc tamen excepto, quod S. Mariæ Magdalenæ Reliquias eodem feretro, quo* S. Badiloni, *repositas fuisse, Molanus non dicat, ipse tamen Brasseur id confidentius asserat, cum tamen sacræ illæ Reliquiæ anno* 1644, *quo opus ejus typis editum est, jam tum Bruxellas translatæ fuissent. Sed hæc obiter attigisse sufficiat. Ad sancti* Badilonis *cultum revertamur. Cum seculo* XIII *constans etiam fama vigeret, sanctum Abbatem, e Vezeliacensi cœnobio Lutosam missum, eo S. Mariæ Magdalenæ brachium detulisse ; visum est Vezeliacensibus, vice versa a Lutosanis canonicis (hi enim jam tum anno* 1071, *uti ex Gestis Pontif. Leodiensium tom.* 2 *pag.* 12 *colligitur, monachis suffecti fuerant) partem quoque Reliquiarum* S. Badilonis *exposcere, utque hæc sibi gratia non denegaretur, deprecatorem adhibere Godefridum, Cameracensem, in qua diœcesi Lutosa sita est, episcopum. Placuit Lutosanis æqua Vezeliacensium*

AUCTORE J. G.

*liacensium postulatio, ac proin Sancti nostri os unum, quod Miræus, Molanus aliique* Brachium S. Badilonis *vocarunt, Vezeliacensibus transmiserunt, uti ex litteris Ingonis, Lutosanæ ecclesiæ decani, e Vezeliacensi tabulario depromptis, abunde constat.*

*anno 1221 delata fuit, quæque illic in veneratione est,*

52 *En illas* : Universis Christi fidelibus, quibus præsentes litteras videre contigerit, Ingo decanus, totumque Lutosensis ecclesiæ capitulum et universus ejusdem loci conventus perpetuam in Domino salutem. Præsentium testimonio notum facimus universis, quod os illud, quod per venerabilem patrem, dominum nostrum, Godefridum, Dei gratia Cameracensem episcopum abbati et conventui Vizeliacensis ecclesiæ, ad instantiam ipsius et preces transmisimus, extat sine dubio de Reliquiis beati Baidilonis, quondam ecclesiæ nostræ abbatis, qui etiam venerandum corpus beatæ Mariæ Magdalenæ in ecclesia Vizeliacensi quondam dicitur attulisse. Nos ad majorem rei certitudinem fecimus os præfatum memorati confessoris in loco quodam mundo sub sigillo nostro firmiter intercludi, et præsentes litteras
B ejusdem sigilli impressione muniri. Actum in ecclesia Lutosensi anno Dominicæ Incarnationis MCCXXI Calend. Junii. *Hisce Lutosani capituli litterisunum addi ex laudatis Natalibus Sanctorum Belgii non abs re potest, nimirum : ad easdem* S. Badilonis *Reliquias eos potissimum, qui dæmone correpti erant, confluere olim solitos fuisse, indeque, patrocinante Sancto, rediisse suo malo divinitus curatos.*

*anno 1602 visitatæ fuerunt*

53 *Ceterum dum jam recitatas Lutosani capituli litteras cum documento visitationis feretri* S. Badilonis, *anno* 1602 *factæ, attentius confero, mirari satis nequeo, qui factum sit, ut authentica testimonia, ex quibus Ingo decanus transmissas ad Vezeliacenses monachos Reliquias de corpore* S. Badilonis *esse, asseveravit, nuspiam Lutosæ anno* 1602 *inventa fuerint, ac ne* ullæ *quidem* literæ attestatoriæ *(verba instrumenti illius sunt) in ipso feretro fuerint repertæ, sic ut sola Lutosanæ ecclesiæ traditione asseri posse videatur, reipsa* S. Badilonis *caput et ossa esse, quæ anno* 1602 *Cameracensis archiepiscopus Guilielmus de Berghes visitâvit, quæque anno* 1704 *e veteri feretro in magnificentius collocata fuerunt. At vero,*
C *cum nullo ex capite traditio hæc falsi argui possit, ut contra dubitandum non sit, quin Cameracensis archiepiscopus ac Lutosanæ ecclesiæ canonici in sacri corporis visitatione sufficientia veritatis indicia omnesque legitimæ traditionis notas perspexerint, quibus adeo ex prudentiæ regulis tuto fidere liceret ; profecto non parum injurius eruditissimo illi atque a vigilantia, pietate et vitæ sanctimonia commendatissimo Præsuli, nec non toti canonicorum Lutosensium capitulo fuerit, qui, num hodieque* S. Badilonis *lipsana Lutosæ quiescant, in dubium vocare ausit. Ipsas modo memoratæ visitationis litteras, ut mihi a laudato R. A. D. Hubert communicatæ fuerunt, integras accipe.*

*ab archiepiscopo Cameracensi*

54 *Sic ferunt* : Copia litterarum visitationis feretri Sti Badilonis per R. D. et illustrissimum archiepiscopum Cameracensem factæ anno MDCII, mensis Julii die x.

Decima mensis Julii anni MDCII illustri et Rēdissimus dn̄us Guilelmus de Berghes, archiepiscopus et dux Cameracensis, in visitatione, quam fecit, in hac ecclesia collegiata Stōrum Petri et Pauli Apostolorum de Luthosa, suæ diœcesis Cameracensis, aperiri jussit hoc feretrum, in D quo invenit saccum coriaceum, continentem, ut per traditionem pie creditur, ossa Cp̄ris Sti Badilonis, abbatis quondam hujus ecclesiæ, quæ erat olim Ordinis Sti Benedicti, *(adi dicta* § 1, *quæque Philippus Brasseur num.* 50 *de inductis Lutosam sub* S. Badilone *monachis Benedictinis tradit)* cum capite et plurimis ossibus in albo linteo involutis, absque tamen ullis litteris attestatoriis, in præsentia venerabilium virorum vicarii generalis Valeriani du Flos, archidiaconi Brabantiæ Petri Manar, Cameracensium canonicorum, Petri Denys, ejusdem ecclesiæ decani, et aliorum multorum presbyterorum assistentium, quæ quidem ossa in eodem sacco reverenter reposuit iisdem die, mense et anno, quibus supra actum in dicta ecclesia sub ejusdem archiepiscopi signatura et contrasigillo.

55 *Hanc reliquiarum* S. Badilonis *post seculum unum binosque elapsos annos secuta est earum ex veteri feretro, in quo jam pridem quieverant, in magnificentiorem decentioremque capsam translatio, de qua Acta, ut vocant, capitularia ecclesiæ Lutosanæ in hunc modum loquuntur* : Martis VII Octobris MDCCIV. Sancti B Badilonis primi abbatis *(intellige* Benedictini) hujus ecclesiæ sancti Petri Leuthosæ sacrum cpus de feretro veteri levatum in hoc magnificentiori et decentiori collocatum est a Dn̄o Jo̅e Valentino Plumling̅, seniore canonico, hac die præsentibus RR. Dn̄is canonicis subscriptis. Erat signatum J. V. Plumling̅, P. Delniste, Michel François Del'estrée, Anselmus Quanone Dominicanus Valencenensis fa. *Ita transmissum ad me hujus documenti apographum, cui si, uti enixe postularam, ipsius capsæ iconismus adjunctus fuisset, eum lubentissime ære exprimendum nostro dedissem calcographo, utpote minime indignum, qui hic ad Sancti gloriam lectorum oculis exhibeatur. Qualis porro hæc* S. Badilonis *lipsanotheca sit, ex sequentibus, paucis licet, utcumque intelliges.*

56 *Inauratis laminis æreis, in capsæ modum dispositis, quibus sacræ Reliquiæ concluduntur, varia adhærent ornamenta, ex argento affabre elaborata ; ad quatuor inferiores lipsanothecæ angulos totidem visuntur angelorum, Sancti decora repræsentantium, icones argenteæ, uno circiter pede altæ ; superiorem vero lipsanothecæ tabulam argenteæ tegunt areolæ, quibus superstructum non vulgari industria est quadratum ex eodem metallo opus, et huic demum insternitur* S. Badilonis, *mitra ceterisque abbatis insignibus decorati, herma, seu sancti statua, dimidia sui parte inferne trunca, non argentea magis materie pretiosisque lapidibus, quam forma et arte commendabilis. Atque hæc eadem est lipsanotheca, quæ anno* 1741 *voracibus flammis, quibus absumpta fuit Lutosana ecclesia, non sine singulari, uti apparet, Dei beneficio insignique* S. Badilonis *patrocinio, subtracta fuit unius D. canonici Hubert ancillulæ opera, cui tanta animi viriumque firmitas concessa est, ut ipsa sola lipsanothecam illam e sublimi loculamento, ubi reposita erat, supra sacrum divinæ hostiæ tabernaculum suis manibus demiserit, atque hinc alterius ope ex ardenti templo in tutiorem detulerit locum, ad hortum videlicet ecclesiæ decani, R. A. D. d'Aubrenne, uti in suis ad me missis notitiis laudatus supra R. A. D. Hubert disertis verbis affirmat.*

57 *Reliqua*

A 57 *Reliqua modo, quæ* S. Badilonis *in ecclesia Lutosana ecclesiasticam venerationem illustrare nata sunt, ex laudatis Notitiis recitare pergo. Die* VIII *Octobris Sancti solemnitas quotannis celebratur Officio duplici primæ classis cum octava, quæ et aliquoties ad dies quindecim prorogatur, quo sic adversus calamitates publicas, pestilentiam, grassantes contagione febres et animantium strages* S. Badilonis *patrocinium impetretur. Post primas diei festi Vesperas, graviori modulo decantari solitas, demissa e superiori loco ejus lipsanotheca, solemni supplicantium ordine ab ecclesiæ canonicis ad medium templi partem defertur, fideliumque, undique confluentium, veneration exponitur, phonascis decantantibus has precum formulas, seu Responsorium, ut vocant:*

Surge Badilo et nostras Christo preces aperi, vitam mundam qui duxisti; hic in terris seminasti, quod in cœlis meruisti *; transfer nos ad amœna paradisi. ℣. Tu requiem meruisti fine carentem adipisci. Transfer nos *etc.* Gloria Patri *etc. Collocatis jam in pegmate Sancti Reliquiis hanc phonasci Antiphonam concinunt*: O

B Badilo, abbas alme, speculum nostrum, lumen ecclesiæ, preces attende supplicum, ad te devote clamantium, ut nos tuos famulos tuis assiduis precibus jungas Cœlitibus; *ac dein decantatis hisce*: Ora pro nobis sancte Badilo, ut digni efficiamur promissionibus Christi, *Orationem hanc capituli decanus concinit*: Propitiare, quæsumus, Domine, famulis tuis per sancti Badilonis abbatis, qui in præsenti requiescit ecclesia, merita gloriosa, ut ejus pia intercessione ab omnibus semper, protegamur adversis. Per Christum etc.

58 *Olim, ut jam plus semel laudatus canonicus testatur, die* S. Badiloni *sacro solemne supplicantium canonicorum aliorumque clericorum agmen per totum oppidum incedebat, magno populorum concursu, insigni lætitia ac pietate, sanctique feretrum bini canonici suis humeris deportabant; verum ob exortam Lutosæ dynastam inter et ecclesiæ capitulum controversiam, quam hujus loci*

C *non est attingere, solemnis illa supplicatio nunc temporis circa ipsum dumtaxat templum instituitur, et* S. Badilonis *lipsanotheca a quatuor defertur canonicis, ac tandem octava festivitatis dies solemni intra veteris canonicorum monasterii claustra supplicatione instituta, hymnoque* Te Deum laudamus *concluditur. Nunc, quem supra num.* 40 *memoravi, Hymnum de* S. Badilone *accipe, ex quo, quæ jam a seculis aliquot Lutosæ viguerit de Sancti gestis traditio, non obscure intelliges. Ita sonat.*

Precor, sancte Spiritus,
Immitte donum cælitus
In me tuæ gratiæ,
Ut extollam Sanctum digne,
Cujus opus tam insigne
Fulget hic quotidie.
Non valet mens meditari,
Nec est digna lingua fari
Ipsius præconia.
In hoc festo clerus gaude,
Lauda virum, dignum laude,
Laudandum per omnia.
Abbas hujus ecclesiæ
Vitam ducens justitiæ
Quondam fuit Badilo.
De Maria Magdalena,
Quæ cœpit lacrymis plena
Christi pedes tergere,
Urbem Aquensem adiit,
Et reperit, quod petiit;
Remeans Vezeliacum,
Sanctum corpus secum vexit,
Ibi corpori detexit
Sacre Deus meritum.
Lutosam de Reliquiis
Partem tulit cum sociis
Reversus ad propria.
Ecclesias dux fundavit,
Inter quas et hanc dotavit
Ope et rerum copia
60 In honore Badilonis,
Qui fretus est mortis donis
Jacens in hac ecclesia.
Et nos Christo supplicemus,
Ut eidem congregemur
In cælesti curia. Amen.

*Plura, quæ de* S. Badilonis *cultu asseram, nuspiam inveni, nec supra jam dicta mihi aliud quidquam in laudatis Notitiis indicatum fuit, quam quod hodieque in Lutosana ecclesia pone chorum sacellum exstet, sub* S. Badilonis *nomine* F *Deo sacrum, cui et annexum est ecclesiasticum beneficium, in ejusdem Sancti honorem capitulo olim fundatum. Plura si præter spem ad notitiam meam pervenerint, more nostro ad tomi hujus calcem inter Addenda locum suum invenient.*

*Quo modo Lutosæ Sancti solemnitas*

* *l.* messuisti

*quibusve adhibitis precibus*

AUCTORE J. G.

*quotannis celebrari soleat, exponitur,*

E

*ceteraque, ad cultum ejus spectantia, referuntur.*

AUCTORE J. B.

# DE S. HUGONE CONFESSORE

## EQUITE HIEROSOLYMITANO

### GENUÆ IN LIGURIA

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

### De Sancti cultu et Actis

SUB ANNUM MCCXXX. *Sancti cultus*

*Sanctum* Hugonem *e Martyrologis Catalogo suo Generali Sanctorum inscripsit Ferrarius ad diem* VIII *Octobris his verbis* : Genuæ S. Ugonis, equitis Hierosolymitani : *tum in Annotatis addit* : Ejus corpus in ecclesia S. Joannis militiæ Hierosolymitanæ asservatur. Vixit ante annum MCCXXXIII, prout ex ejus Vita Ms. habetur, in qua tamen tempus, quo vixit, non exprimitur. *Castellanus vero eadem fere, quæ Ferrarius, de* Hugone *annuntiat, sed sacerdotem fuisse addit. De cultu sacro, Genuæ ei exhiberi solito, nobis liquet ex Kalendario Officiis propriis Genuensis ecclesiæ, D. Stephani Cardinalis Muratii jussu recognitis, ac iterum anno* 1640 *editis, præfixo, in quo festum* S. Hugonis *confessoris ritu duplici celebrandum ad hunc diem notatur. Subduntur Officiis propriis Lectiones Martyrologii de Sanctis Genuensibus, quæ ad diem laudatum ita de* S. Hugone *habent* : Genuæ depositio S. Ugonis confessoris ex Ordine equitum Hierosolymitanorum, qui apud ecclesiam S. Joannis pium hospitalitatis officium erga pauperes exercuit : de quo illud celebre traditur, quod velut alter Moyses ex petra aquam signo Crucis eduxeret : quæ, hodie etiam S. Ugonis nomine perenniter fluens, languores pellendi virtutem retinet. *Similia de* S. Hugone *scribit Bosius part.* 1 *lib.* 9 *pag.* 187 *Historiæ Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, anno* 1594 *Romæ typis editæ, ubi etiam addit, Vitam* S. Hugonis *de Othone, archiepiscopo Genuensi, jussu Gregorii IX, ac dein etiam a Laurentio Feo, Ordinis S. Dominici alumno, fuisse conscriptam.*

*et Acta.*

2 *De Laurentio Feo scribit Echardus tom,* 1 *Scriptorum Ordinis Prædicatorum pag.* 866 : Dicitur scripsisse *(nempe Italice)* Vitam S. Hugonis Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, commendatoris commendæ Genuensis, sanctitate per Italiam admodum clari. *Othonem vero Genuensem cathedram tenuisse ab anno* 1203 *usque ad annum* 1239, *scribit Ughellus tom.* IV *Italiæ sacræ auctæ coll.* 882 *et* 885. *Patriam habuisse Alexandriam Statelliorum tum in serie archiepiscoporum Genuensium, tum episcoporum Bobiensium col.* 934, *qua in margine Otho e Ghilina familia fuisse additur ex Ghilino in Annalibus Alexandrinis pag.* 14 : *Bosius vero cognomento fuisse* Fiesco, *infra in Synopsi Historica num.* 6 *scribit. Neque Fei, neque Othonis, archiepiscopi Genuensis, de* S. Hugone *scripta penes nos sunt, Libellum tamen habemus Italicum, cui titulus* : Icones beatorum et sanctorum sacræ Religionis S. Joannis Hierosolymitani, *a Bosio scriptum, Romæ prius excusum, et alteris typis, curante Francisco Truglio, Palermi anno* 1633 *recusum. Titulum in eo habet* S. Hugo *sibi proprium, continetque compendium eorum, quæ Otho Genuensis archiepiscopus, paulo post* Hugonis *mortem et diligentem inquisitionem de* S. Hugonis *sanctitate et prodigiis jussu Gregorii IX, summi Pontificis, in litteras misit. Præmittitur titulo* S. Hugonis *imago, qua habitu antiquo capellanorum, ut vocant, Ordinis* S. *Joannis Hierosolymitani indutus, et crucem octogonam, qualem equitibus Hierosolymitanis seculo* XII *Raymundus de Podio, primus Ordinis magister, præscripsisse dicitur a Bosio in Historia ejusdem Ordinis Romæ anno* 1594 *part.* 1, *lib.* 1 *pag.* 13, *in pallio gestans exhibetur. Caput ejus radiis cingitur. Bina insuper* S. Hugonis *prodigia icon exhibet; alterum, quo e saxo fontem elicuit; alterum, quo navem naufragii periculo liberavit. Quæ unde accepta, quamque antiqua secundum Bosium fuerit, vide infra ad calcem Synopsis Historicæ, quam ex Italico sermone Latinam fecimus. Eam porro sic xilographus noster imitatus est.*



A

# SYNOPSIS

## HISTORICA

## *Ex Italico Bosii apud Truglium.*

*S. Hugonis, commendatoris Genuensis.* *a*

Quo tempore multi ex equitibus et religiosis sacræ Religionis et illustrissimæ militiæ S. Joannis Hierosolymitani *a*, fortiter in Oriente dimicantes adversus infideles, in testimonium ac præmium sanguinis, quem pro Christi gloria, sanctæque fidei defensione intrepide ac copiose fundebant, purpureis coronis æternum coronabantur in cœlis, non deerant ex illis etiam in Occidente, qui, armis spiritualibus cum
B hostibus nostris invisibilibus et antiquis certantes, peracto feliciter peregrinationis et vitæ humanæ laborioso cursu, ad cœlestem patriam victores redeuntes, candidis, in castitatis et sanctimoniæ suæ præmium, coronis ornabantur in cælo. Inter quos cum sancta et digna imitatione vita, tum prodigiorum multitudine summopere per Italiam increbuit ejusdem Ordinis
*b* eques *b*, dictus Hugo, qui a Religione sua admo-
*c* tus Genuensi commendæ *c*, ita fidelem, diligentem, bonumque egit administratorem, ut, quæ acceperat, talenta non humo infoderit; sed iis tum in animæ, tum in corporis bonum accurate usus, adeo cumulatam Religioni suæ, proximo, et potissimum Deo reddiderit rationem, ut non satis habuerit infinita bonitas et misericordia illum æterno renumerari præmio, et sanctissime defunctum Sanctorum suorum numero adscribere; sed voluerit etiam, cum adhuc in terris ageret, multorum insignium stupendorumque prodigiorum prærogativa illustrare; maxime vero reddendo illum orbi æque fere admirabilem, atque Prophetam Moysen, Majestati divinæ adeo familiarem et acceptum.

*Otho, archiepiscopus Genuensis, scripsit Vitam.*

2 Quandoquidem, sicut, percutiente illo virga rupem, egressæ sunt aquæ, quibus populi Israëlitici restincta sitis fuit; ita gloriosus hic Sanctus crucis signo ex arido duroque saxo aquas,
C quales hodieque scaturiunt, eduxit maxime vivas limpidasque, non solum gustatu jucundas et delectabiles, sed multis etiam morbis salutares. Ita testatur Otho Fiesco *d*, archiepiscopus
*d* Genuensis, in Vita ejusdem Sancti, quam Gre-
*e* gorii Papæ IX *e*, tum moderantis Ecclesiam, jussu conscripsit, facta tum hujus prodigii, tum aliorum non paucorum ab eodem S. Hugone, seu vivo, seu mortuo, factorum mentione. Compendium Vitæ, e Latina in linguam nostram (Italicam) versæ, hujusmodi est: Erat S. Hugo corpore exiguo et macilento. Vestes tulit pelliceas, nudam carnem cilicio texit, et asseri incubuit in ima xenodochii parte versus mare. Hujusmodi exercitationibus occupabatur, egenis maxima charitate inserviens, necessaria subministrans, et summa demissione animi subinde etiam pedes lavans. Mortuos sepelivit. Xenodochii S. Joannis Hierosolymitani frater *f* erat, et Genuense moderatus est, ge-

*Ex Ital. Bosii.*

stans crucem foris in pectore, quam intus cordi insculpserat: cingulo ferreo carnem vinciebat. Utebatur per totius anni cursum cibis quadragesimalibus; et, ut durius corpus haberet, in Quadragesima nihil cocti sumebat. Quando recitabat Officium, fervorem magnum ostendebat, et, quando intererat sacro, visus sæpe est a terra sublevatus: ita ut, cum adhuc in vivis erat, omnibus in honore esset, et universe pro Sancto haberetur. Inter cetera sanctimoniæ ejus probæque vitæ argumenta atque indicia scribunt nonnulli potissimum sequentia.

*et miracula.*

3 Cum aliquando quædam mulierculæ ægrorum xenodochii pannos lavarent, et multum ob aquæ penuriam magnumque, qui tunc erat, æstum defatigarentur, et versaretur tum forte eo loci Vir sanctus, ipsum sunt deprecatæ, ut aquam suis a Deo precibus impetraret, ne illam tam procul tantoque incommodo ac labore petere cogerentur. Et ecce, o meritum sanctissimi Viri incredile et stupendum! Perinde ac Moyses oratione et virga aquam e rupe, ita oratione et crucis signo fontem e saxo elicuit Hugo adeo largum, ut non E
modo potui lotionique suffecerit. sed etiam hodieque perduret, dictus S. Hugonis. Aliud hoc loci addendum mihi apparet, quo mirabilis insignisque Dei Servi sanctimonia luculentius innotescat. Tanta tempestatis vi navis quædam in mari non procul ab ostio portus agitabatur, ut certo omnes existimarent fore, ut in terram impelleretur, et allideretur in scopulos, quod eo loco versaretur, in quo irrita essent nauclerorum ars solitumque subsidium. At, ecce, mare e turri xenodochii forte prospiciens Hugo, vidensque navem naufragio proximam, commiseratione maxima motus, ocius e turri descendit, et multas inter lacrymas singultusque in cœlum oculis, signum crucis navem versus formavit. Et subito cohibitus est ventorum, undarumque impetus, sedatoque mari, navis in portum salva et absque offensa appulsa est. Quod cum nautæ vidissent, qui se jam perditos autumabant, navi mox egressi, ad S. Joannis, infinitas acturi Deo gratias, quod e tam grandi sanctissimi illius Viri oratione et meritis periculo emersissent, perrexerunt.

*e qua breviter*

4 Nec silentio premendum est, quod de Viro illo vere sancto Nicolaus Pigliacaro scribit, qui quater ejus sanctitatem sese testatur exper- F
tum, aiens, se, ad convivium aliquando a B. Hugone invitatum, cum ad ejus ædes magna erga illum devotione impulsus, accessisset, et parata jam mensa esset, abiisse, ut aquam e fonte hauriret; sanctum vero Hugonem, cum uterque jam mensæ accumberet, ipseque bibere vellet, signum crucis aquæ impertiisse, seque vice, ut putabat, aquæ vinum bibisse exquisitissimum. Unde ultra modum Nicolaus obstupuit, intelligens, aquam, suis manibus e fonte allatam in vinum esse conversam. De quo tamen nimia non debet esse admiratio, cum dixerit Dominus: qui credit in me, opera, quæ ego facio, et ipse faciet. Retulit alias et conceptis verbis juravit idem Nicolaus, dominam quamdam, a dæmone obsessam, cum post S. Hugonis obitum ad sepulcrum ejus venisset, ibique fuisset usque ad horam Completorii commorata, sub occasum solis bufonem evomuisse aterrimum, qui fœtorem spargebat ultra mo-

Ex Ital. Bosii. dum modestum et pestilentem, quem, qui coram aderant, odorati, illusionem diaboli fuisse, autumabant. Sed dein experientia docuit, id meritis et precibus Sancti contigisse : exinde enim domina, evanescente sensim horrendo illo putidoque bufone ejusque fœtore, permansit libera.

nonnulla 5 Alius crurum pedumque nervos ita contractos habebat, ut progredi nullo modo posset, qui, ad sepulcrum S. Hugonis peregrinatus, nocte quinta liberum se sanumque deprehendit : quare reliquum vitæ suæ cursum xenodochii obsequio ex voto consecravit. Altera domina, cui Ortæ nomen erat, cum adhuc in vivis esset S. Hugo, apoplexia correpta et tantopere affecta fuit, ut, facta immobilis, lecto se propere non valeret. Hæc ad S. Hugonis defuncti sepulcrum deportari se jussit et sanitatem mox est consecuta, etsi per continuum sexennium, tamquam immobilis, lecto fuisset affixa. Unde in grati animi, devotionisque suæ testificationem dein S. Joannis habitum induit, et in numerum
B sanctimonialium, in xenodochio commorantium, recipi voluit, ibidemque vitæ reliquum in ægrorum obsequio transegit amore et charitate maxima. Testis illa, uti et altera domina, nomine Maria, oculata tum hujus, tum aliorum multorum S. Hugonis prodigiorum fuit. Eadem etiam asserunt cathedralis ecclesiæ Genuensis canonici duo, inter quos Reverendus dominus Guillielmus della Bama, aliique una cum illo in numerum fratrum istius xenodochii referri voluerunt. Adhæc Hugo di Sabezana, unus e fratribus, et Joanna, ejusdem xenodochii tonsoris uxor, testantur, vidisse se et observasse volucres S. Hugonis caput, cum preces Deo funderet, velut in supradicti Viri sanctitatis testimonium, circumvolantes.

narrantur. S. Hugonis cultus, 6 Quæ de S. Hugone diximus hactenus, Othonis Fiesco, archiepiscopi Genuensis, sedula inquisitione et indagatione verissima inventa sunt et approbata. Quippe inter plures alios canonici, etiam duo, qui Sancti ædes frequentare consueverant, et vix non omnibus ejus prodigiis interfuerant, jurejurando coram supradicto archiepiscopo omnia supradicta esse verissima affirmarunt. Et præterea singulatim asseruerunt, quemdam energumenum liberatum fuisse sola
C S. Hugonis præsentia. Simul ac enim ad eum accessit, elata voce exclamare cœpit : Noli me, Hugo, cruciari ulterius, hinc enim procul abire paratus sum; statimque energumenus liberatus fuit. Collecta sunt hæc breviter de S. Hugonis sanctitate et prodigiis archiepiscopi supradicti opera et jussu summi Pontificis anno Salutis nostræ MCCXXXIII. Obiit Hugo VIII Octobris *g*, ejusque corpus admodum reverenter in ecclesia S. Joannis Genuensis sepultum fuit, ibique magna veneratione conservatur. Celebratur festum ejus quotannis ingenti solemnitate die memorato, quo migravit ad Dominum. Caput ejus circumfertur in supplicatione per parœciam S. Joannis magno comitantium numero, maxime vero sodalium, qui ex pietate divino sese obsequio sub Sancti patrocinio manciparunt, et solemne sacrum ad ejus aram celebrari curant die supradicto, quo per totam diœcesim Genuensem recitatur ejusdem Sancti Officium, ut in Communi confessoris non Pontificis, diciturque oratio sequens. " Deus, qui dedisti servo tuo Ugoni in no-
" mine tuo signo crucis de durissimo saxo scatere
" fontem aquæ vivæ, dæmones effugare, et in-
" firmos curare; concede, quæsumus, ut cujus ex-
" equimur cultum, sentiamus effectum. Per Domi-
" num nostrum Jesum Christum, filium tuum
" etc. "

7 Veram ejusdem Sancti iconem e Melita ad me dono misit abhinc annis multis eminentissimus et reverendissimus Cardinalis frater Hugo de Loubenx Verdala, sacræ illius Religionis et illustrissimæ militiæ S. Joannis Hierosolymitani magnus magister, quamquam sibi carissima esset, et suo in cubiculo magna abs illo devotione servaretur; quippe quæ et antiqua erat, et ducta, ut indubie creditur, e naturali vivaque specie Sancti, sibi cognominis, suæque Religionis alumni : maluit tamen deliciis his spiritualibus devotoque carere solatio, ut eam ad me mitteret, æri incidendam, edendamque in suæ Religionis Historia, ut reipsa feci prima ejus parte, a me recens aucta et illustrata. Similis est iconi, vel potius eadem, quæ illa, quam supra videre est. Preces itaque pro nobis omnibusque fidelibus fundat, ut videre ipsum in cœlo mereamur, ibique cum illo et Sanctis omnibus æternum laudemus Dominum et Redemptorem nostrum Jesum Christum, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

## ANNOTATA.

a *Cœpit hic Ordo equestris seculo* XII *annis aliquot inchoato Hierosolymis, auctore quodam Gerardo : dein in insula Rhodo sedem præcipuam habuit, nunc autem Melitæ, a Carolo V imperatore sibi concessæ; unde et* equites Rhodii *dicti fuerunt et* Melitenses *hodieque nominantur.*

b *Id nominis non tantum nobilibus laïcis, sed etiam omnibus, qui istius Ordinis sunt, modo tribuitur. Vide dicenda ad lit.* f.

c *Ita vocantur Ordinis beneficia seu præfecturæ.*

d *Genuensem cathedram ab anno* 1203 *usque ad annum* 1239 *tenuit.*

e *Pontificatum gessit ab anno* 1227 *usque ad annum* 1241.

f *Raymundus de Podio, Magnus Ordinis S. Joannis Hierosolymitani magister, hunc in tres classes divisit : prima erat nobilium laïcorum quorum erat armis fidem et peregrinos defendere : altera erat sacerdotum seu capellanorum (e quorum numero* S. Hugo *fuit) quibus præcipue sacra in domestico templo obeunda erant ministeria. Tertia laïcorum non nobilium, quibus idem, quod nobilibus, incumbebat officium. Vide Historiæ Ordinum religiosorum tom.* 3 *pag.* 75.

g *Annum emortualem* Hugonis *nusquam determinatum inveni : quia tamen non diu post ejus obitum in ejus sanctitatem et prodigia facta est anno* 1233 *per archiepiscopum Genuensem inquisitio, obitum ejus anno circiter* 1230 *illigavi secutus Castellanum in Martyrologio Universali.*

DE

A

AUCTORE J. B.

# DE B. COMPAGNO CONF.

ORDINIS CAMALDULENSIS

PATAVII IN ITALIA

## SYLLOGE

### B. Compagni gesta, corporis incorrupti translationes.

ANNO MCCLXIV. *B. Compagnus, nobilis Patavinus,*

B *Galeatius Gatarus legum apud Patavinos seculo* XIV *doctor, in Chronico Patavino, Italico sermone conscripto, et a Muratorio suæ Scriptorum rerum Italicarum collectioni inserto, mox ab initio tom.* XVII *inter nobiles civitatis Patavinæ familias recenset Ongarellos, e quibus de quo agimus,* B. Compagnus, *ut Portanerus infra laudandus scribit, duxit originem. Floruit is seculo* XIII, *quo ex Ongarellorum familia prætoris Bellunensis munus* (la Podesta *Itali vocant*) *gessit Ongarellus de Ongarellis annis* 1227 *et* 1250; *item anno* 1279 *Gerardus de Ongarellis, quod lib.* 6 *de Felicitate Patavina cap.* 5 *Portenarus, et Georgius Pilonus in Catalogo Bellunensium prætorum Historiæ suæ Bellunensi præmisso scribunt: sed hi qua cognationis propinquitate* B. Compagnum, *anno* 1264 *e vivis ereptum, attigerint, nusquam declaratum inveni; ne quidem in Annalibus Ordinis Camaldulensis, e quo fuit, nuper typis Venetis editis, qui nusquam de ejus genere mentionem faciunt. Quis, qualisve fuerit, quid rerum gesserit, sive in seculo degens, sive Camaldulensium Ordini jam adscriptus, prius tamen, quam Porciliensi juxta Patavium monasterio præfectus fuit, æque nos latet. Satis igitur habebo si gesta ejus, ex quo Porciliensis abbas fuit, ducibus Johanne-Benedicto abbate et D. Anselmo Costadino presbyteris et monachis e Congregatione Camaldulensi, Ordinis*

C *ejusdem Annalium auctoribus, paucis perstringam, ac dein pauca pariter, quæ ad* B. Compagni *cultum sacrum pertinent, tum ex iisdem Annalistis tum aliunde proponam.*

*Porciliense monasterium Ordinis Camaldulensis,*

2 *Conditum fuit Porciliense monasterium sub Jordano, episcopo Patavino, in confinio Paduæ extra portam Porciliensem ad fluvium Medoacum in campo, quem condendo monasterio cessit Petrus de Bonicis, civis Patavinus ea lege, ut ejus ecclesia episcopo Paduano subesset, et canonicorum et ecclesiæ S. Thomæ de Arena in eum locum jura salva essent. Ecclesiæ porro Porciliensis, quæ S. Mariæ sacra est, anno* 1214 *fundamenta jacta fuisse leguntur in Appendice, Chronico monachi Patavini adjecta apud Muratorium tom.* VIII *Scriptorum rerum Italicarum col.* 736 *his verbis*: Ecclesia S. Mariæ de Porcia cœpta fuit anno Domini MCCXIV: *at cum Appendicis illius auctor annorum ordinem constanter observet, verbisque mox transcriptis proxime præmiserit ista*: Palatium magnum communis Paduæ cœptum fuit anno Domini MCCXVIII et completum fuit MCCXIX, *et iisdem proxime quoque subjecerit ista*: Castrum citadellæ cœptum fuit anno Domini MCCXX, anno 1214, *illic forte vitiose expresso, substituendus videtur annus* MCCXIX, *quo in Chronico Patavino alterius scriptoris anonymi, a Muratorio tom.* IV *Antiquitatum Italiæ edito, primum condi cœpta esse dicitur col.* 1129 *his verbis*: MCCXIX... Et incepta fuit ecclesia sanctæ Mariæ in Porcilia die XIII intrante novembri tempore episcopi Jordani, et Petrus de Bonicis dedit primum lapidem.

E

*anno* 1219 *conditum,*

3 *His confectum ea de re instrumentum, si pro die* XIII *Novembris legas* XIV, *consonat, quod in Appendice tom.* IV *Annalium Camaldulensium col.* 395 *ex authentico exemplari monasterii S. Michaëlis de Muriano Genuæ in hunc modum exhibetur.* In nomine Domini Dei eterni. Anno ejusdem Nativitatis MCCXIX, Indictione septima die XIV intrante Novembri Padue in episcopali capella coram Domino Floriano archipresbytero, Danisio, Henrico et Lafrancho canonicis Paduanis, Domno Jordano Priore S. Benedicti, domino Joachimo... capellano, domini Jordani Dei gratia episcopi Paduani, domino Jacobino, et Cavello et Leopardo judicibus de Padua et aliis. Dominus Jordanus Dei gratia Paduanus episcopus Petro de Bonicis dedit lapidem primarium ad ecclesiam Religionis ædificandam ad honorem sanctæ Mariæ Virginis in campo uno de terra jacente in confinio Padue in Porcilia prope flumen, quem ipse Petrus de Bonicis dedit præfato domino episcopo, ut constat in quodam publico instru-

F

mento per me Guarnerium notarium confecto, salvo quod subsit eadem episcopo Paduano tantummodo nullo medio, et salvo jure canonicorum Paduan. in decimis et ecclesiæ sancti Thome de Arena et aliarum ecclesiarum circumstantium in quartisiis, in parochiis et parochianis.

*primus rexit, ac multis bonis,*

4 Et si forte aliquando imposterum quæstio aliqua oriretur inter rectores ipsius ecclesie sancte Mariæ et canonice Paduane vel rectores dicte ecclesie sancti Thome, vel rectores aliarum ecclesiarum circumstantium de decimis sive quartisiis, seu parochiis et parochianis, idem dominus episcopus et successores ejus sine questione aliqua causam vel causas seu questiones illas libere valeat ad voluntatem suam et debeat deffinire. Et hæc omnia sic facta sunt et ordinata de voluntate et consensu ipsius Petri de Bonicis.

† Ego Guarnerius de Campo cruce sacri imperatoris F. notarius etc. scripsi.

*Primus monasterii Porciliensis Prior electus fuit* B. Compagnus, *unde virum non modo rerum agendarum*

AUCTORE J. B.

*agendarum peritia, sed vitæ etiam integritate insignem fuisse conjicias : huic muneri admotus, duplex monasterium virorum et mulierum condidit, quo scilicet utrique separatim habitabant* : Et insuper, *inquiunt ad annum* 1219 *Annalium Camaldulensium laudati supra scriptores,* ædificatis domibus et cultis vineis in eodem campo alteram congregationem instituit virorum simul et feminarum, cui nomen dabant tam conjugio adstricti quam soluti; viduati quoque et adolescentuli, quem cœtum tertiarium, ut vocant, appellare etiam nos possumus, *Tertiariis seu conversis Porciliensis monasterii* Compagnus *specialia quædam statuta condidit quæ ex charta possessionis traditæ domorum et hortorum anno* 1222 *in Annales suos laudati scriptores hoc modo intulerunt* : Quod tenerentur religiose et caste omnimode in vita et habitu vivere, et in eisdem domibus habitare; quod non deberent facere aliquod juramentum vel querimoniam coram judice de aliquo homine, nec deberent operari aliquam artem vel facere forum, vel mu-
B tuum, vel pignorationem terræ, seu blavæ, vel vini vel olei per se, nec in societate cum aliis sine licentia Prioris vel ejus successoris; quod deberent claudere supradictum campum ante et retro, et quod ipsi tenerentur unusquisque coram se defendere ripam fluminis ad voluntatem Prioris cum consilio majoris partis habitatorum ejusdem campi sanctæ Mariæ.

*tum spiritualibus,*

5 Item si de propria voluntate vellent recedere, non petita licentia Prioris, et admoniti, post octo dies reversi non fuerint, caderent ab omni jure et ususfructus ipsorum libere reverteretur ad Priorem sanctæ Mariæ. Item si, quod absit, aliquis vel aliqua habitantium super campum in fornicationem vel adulterium vel percussionem alterius, sive in aliquod famosum vel mortale peccatum ceciderit, et correctus vel correcta a Priore et ad voluntatem ipsius non steterit, et non se emendaverit, post primam et secundam correctionem ab omni jure suo decideret, et tunc ipse Prior posset et deberet ipsum vel ipsam expellere de supradicto campo sub pœna librarum decem denariorum Venetorum. *Dicta fuit hujusmodi congregatio* conventus Campese; *qui vero*
C *in eam admittebantur, diverso a seculari habitu induebantur, profitebanturque,* se velle vivere et mori in habitu Religionis ad ecclesiam S. Mariæ de Porcilia. *Hinc porro pronum est intelligere, quantopere Dei cultum et obsequium non modo in monachis et virginibus sacris, sed et in cujusvis status laïcis promovere* B. Compagnus *pro viribus studuerit.*

*tum temporalibus*

6 *Monasterii sui, quod annis quadraginta quinque moderatus est, curam adeo sedulam egit,* ut *(Camaldulensium Annalistarum verba sunt)* brevi intervallo a sui fundatione monasterium Porciliense illustre evaserit, et prima monachorum alborum domus post illam S. Benedicti in urbe Patavina. *Anno* 1222, *ut iidem scribunt, a Widone de Landriano, Patavino prætore Bethleëm judice et Alberto de Magnano, procuratoribus Patavinis, consentiente civitatis concilio, obtinuit rivum aquæ ad molendinas construendas; de quibus cum lis orta fuisset anno* 1224 *inter* Compagnum *et Priorem sancti Gregorii, Jordani, episcopi Patavini, arbitrio commissa est. Anno* 1228 *lis illi fuit cum capitulo Paduano ut liquet ex Gregorii IX litteris in Appendice tom.* IV *Annalium Camaldulensium pag.* 475 *relatis, quibus* Compagni causam *priori S. Benedicti et Corrariensi abbati delegavit. Anno* 1229 Compagnus *et Joannes rector ecclesiæ sancti Thomæ de Arena, litium quas habebant, arbitrum elegerunt magistrum Albertum de Monte-silicis et consensu Jacobi episcopi Patavini, qui in locum Jordani, anno* 1228 *e vivis ereptus, electus fuerat.*

7 *Generale capitulum in monasterium sanctæ Mariæ de Porcilia a Prioribus Ordinis S. Benedicti habitus albi diœcesis Paduanæ die* X Januarii *anni* 1239 *celebratum fuit, cujus pars magna fuit* B. Compagnus. *Constitutum in eo fuit, ut capitulum quotannis die Dominica post Ascensionem Domini celebraretur; ut Professionis et divini Officii, victus et vestitus, jejunii et laboris uniformitas servaretur; ut præses generalis congregationis. ne acephala esset, cum consensu episcopi Patavini peteretur, aliaque, quæ e re Ordinis tum temporis maxime esse existimata sunt; prout in hujus capituli constitutionibus, Appendici tom.* IV *Annalium Camaldulensium col.* 547 *et quatuor sequentibus insertis, videre est. Litteras alteras, quas cum Virginibus sacris sancti Marci de Porcilia habebat, Jacobi Prioris sanctæ Mariæ de Monte sanctæ Crucis, Galzignani, Prioris omnium Sanctorum, et Martini, Prioris S. Joannis de Verdaria, definitioni subjecit anno* 1245. *Beneficum monasterio suo expertus est anno* 1248 *Jacobum, Rolandini filium. et dein etiam Ymiciam, domini Azochi de sancto Zenone conjugem, qui in Porciliensi monasterio sepeliri voluerunt: ille quidem ut confectæ ea de re litteræ loquuntur,* de suis bonis pro anima sua reliquid * libras ducentas denariorum Venetorum et hoc in dispositione Prioris sancte Marie de Porcilia, et Prioris S. Augustini, qui nunc sunt vel per tempora fuerint; et sororis sue domine Palme, de quibus reliquid libras viginti quinque den. Venet. super sepulturam; *hæc vero libras centum, totidemque alias a* Compagno *in varias ecclesias distribuendas; qua de re instrumentum exstat in tabulario monasterii S. Michaëlis de Muriano, anno* 1251 *confectum.*

8 *Hæc eorum fere capita sunt, quæ ex Annalibus Camaldulensibus ad annos supradictos de* B. Compagni *rebus gestis colligi queunt. De ejus obitu vero ad annum* 1219, *quo Porciliense monasterium moderari cœpit, hæc leguntur:* Sanctitate clarus ad Deum transiit anno MCCXXIV Beatique titulum et cultum obtinuit prius in ecclesia Porciliensi deinde solo æquatis ecclesia et monasterio Porciliæ, in ecclesia S. Benedicti seu beati Antonii Peregrini, ad quam translatum fuit ejus corpus post initia seculi decimi sexti. *Et rursus tom.* V. *pag.* 68 *ad annum* 1264: Cœlum petiit præsenti anno Compagnus, primus Prior monasterii sanctæ Mariæ de Porcilia extra Patavinam urbem, post quadraginta quatuor regiminis annos, quibus locum mirifice auxit. Sanctissime vixit et præfuit, ejusdemque laudem brevi oratione complexus est Scardeonius. Ostenditur *(quotannis nimirum, ut sub annum* 1559 *scripsit Scardeonius lib.* 2 *classe* 6, *quo moniales Porcilienses in monasterio S. Benedicti adhuc morabantur)* ipsius sacrum corpus penitus incorruptum in templo sanctimonialium, quæ olim habitantes una cum monachis in Porcilia, nunc a nomine beati Antonii Peregrini Porciliensis oblati *(Vide dicta de illo tom.* I *Februarii*

A *arii pag.* 264 *num.* 6) in urbem translatæ appellantur moniales beati Antonii Peregrini. Post Porciliensis monasterii destructionem initiis seculi XVI utriusque sacra lipsana delata primum fuere ad ecclesiam urbanam S. Petri. Inde ad novum sacrarum virginum asceterium, legiturque ad urnam de beato Compagno hæc inscriptio: » Hic in hac » capsa jacent ossa domni Compagni sanctæ Mariæ » de Porcilia, qui obiit MCCLXII. » celebratur ejus natalitia dies Octavo Idus Octobris. De ipso agunt Fortunius, Ractius, Minius, Botta, Grandius, Buccellinus et veteres Sanctorum Catalogi præpositi Officiis Camaldulensibus. Funus sancti Viri curarunt tum monachi, tum moniales idem Porciliense monasterium incolentes, et originem suam ab ipso ducentes.

*destructo Porciliensi monasterio,*

9 *Gemina itaque corporis beati* Compagni, *uti et B. Antonii Peregrini facta translatio est: altera anno* 1509, *quo, Maximiliano cæsare Patavii obsidionem moliente, Porciliense monasterium destructum fuit, et monachi quidem Venetias ad Ordinis sui monasterium S. Michaëlis de Muriano se receperunt; Virgines vero*

B *sacræ aliquanto diutius in Porcilia remansere: quo temporis intervallo, ut Portenarus scribit, milites Porciliensem ecclesiam jam desertam ingressi BB. Antonii Peregrini et* Compagni *ablata inde corpora ad vicinas virginum ædes detulerunt; illæ autem, acceptis hisce corporibus, ad monasterium S. Benedicti sese contulere, ibique sacras illas exuvias deposuere. Altera vero anno* 1575, *de qua paulo post. Priori fidem faciunt confectæ ea de re litteræ publicæ anno* 1510, *quæ in Appendice tom. septimi Annalium Camaldulensium coll.* 285 *et* 286 *ita se habent*: In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo quingentesimo decimo, Indictione tertia decima, die vigesimo septimo Februarii, Padue in Parlatorio monasterii dominarum monialium sancti Petri *(alias S. Benedicti)* Padue, ubi de presenti habitant infrascripte domine moniales sancti Antonii-Pelegrini, seu sancte Marie de Porcilia ob demolitionem sui monasterii propter adventum inimicorum circa civitatem Padue.

*ad S. Benedicti Patavii*

C 10 Presentibus ven. domino presb. Hieronymo, rectore parochialis ecclesiæ S. Cantiani Padue et ibidem in etc et domino presb. Marco-Antonio capellano dominarum monialium sancti Petri Padue, et ibidem his testibus ad hec habitis, adhibitis et specialiter ad infrascripta rogatis, ubi convocati, et ut moris est, campanelle sonitu congregato capitulo ven. et religiosarum dominarum monialium beati Antonii-Pelegrini Padue, seu sancte Marie de Porcilia, in quo interfuerunt ven. et religiosa domina soror Christina de Padua, honorabilis abbatissa, domina soror Elisabeth de Padua Priorissa, soror Magdalena de Padua, soror Cecilia de Padua, soror Placita de Padua, soror Lucia de Padua, soror Laura de Padua, soror Candida de Venetiis, soror Seraffina de Venetiis, soror Agnesina de Padua, soror Justina de Feltro, soror Maria de Padua, soror Hieronyma de Padua, soror Thadea de Padua, soror Philippa de Padua, soror Benedicta de la Marcha, soror Polonia de Este, soror Petronilla de Padua, soror Eufrasia de Padua, et soror Bricita de Padua, omnes professe et vocem habentes in dicto capitulo et conventu, ac representantes totum et integrum capitulum, cum sint ultra duas partes, habito respectu ad tres partes prefatarum dictarum monialium vocem habentium in dicto capitulo, prout ipse dixerunt. AUCTORE J. B.

11 Quo quidem capitulo præfata domina abbatissa et moniales capitulariter, ut supra, congregate dixerunt et declaraverunt reverendo domino Ambrosio de Mediolano, abbati bene merito monasterii et conventus dominorum fratrum sancti Michaëlis de Muriano Venetiis, cui unitum et incorporatum fuit et est monasterium dominorum fratrum beati Antonii-pelegrini seu sancte Marie de Porcilia extra et prope muros Padue, presenti et acceptanti nomine dicti sui monasterii, corpus beati Antonii-Pelegrini, quod erat in archa conditum penes dicta duo monasteria extra et prope muros Porcilie Padue et communi inter dicta duo monasteria, fuit et est collocatum ad requisitionem prefatorum monasteriorum in ecclesia dominarum monialium sancti Petri Padue, ubi de presenti prefate domine moniales beati Antonii-Pelegrini resident et habitant ob ruinam et demolitionem dictorum duorum monasteriorum ob adventum exercitus E inimicorum circum circa civitatem Padue, et quod semper apud dicta duo monasteria fuerunt due claves arce corporis prefati beati Antonii-Pelegrini, videlicet una apud prefatos dominos fratres et altera apud ipsas dominas moniales, et inter dicta duo monasteria equaliter oblationes semper fuerunt divise in duas partes et dividentur, prout in preteritum factum fuit, donec aliter provisum fuerit. Preterea prefate domine moniales capitulariter, ut supra, congregate declaraverunt ipsi domino abbati, dicto nomine corpus don Compagni, quod erat in ecclesia dictorum dominorum fratrum beati Antonii-Pelegrini ante ruinam predictam, de presenti esse collocatum in ecclesia predicta sancti Petri Padue, super quibus omnibus et singulis ego Antonius de Conchellis rogatus fui publicum conficere documentum ad futurorum memoriam. *anno* 1509;

Ego Antonius de Conchellis, quondam egregii viri domini Francisci civis et habitatoris Padue etc publicus imperiali auctoritate notarius præmissis omnibus interfui, et rogatus ea bona fide scripsi, et in hanc presentem formam redegi, signo et no- F mine meis solitis in fidem appositis.

*et inde anno* 1575

12 *Altera corporum BB. Antonii et* Compagni *translatio contigit anno* 1575, *quo moniales olim Porcilienses, in novum, quod eis opera curisque Dauli Docti, Bernardini filii, conditum fuit, B. Antonii Peregrini monasterium migrarunt die, ut scribit Portenarus,* XXVII *Aprilis; quo eodem anno die* XXV *Martii translata ait supradicta corpora, instituta solenni supplicatione, comitantibus clero populoque universo, et antiquis suis e marmore sepulcris, supra columellas elevatis, imposita. Addita est, eodem Portenaro teste, hujusmodi tabula:* Hic sepultus est beatus Compagnus ex familia Ungarellium, qui fuit primus Prior sanctæ Mariæ de Purcilia olim extra muros urbis Paduæ. Obiit anno Salvatoris MCCLXIII Octava die Octobris. *Erronee, ut opinor, anno* 1263 *hic obiisse dicitur* B. Compagnus; *cum in inscriptione altera vetustiori, ipsi ejus urnæ insculpta, et num.* 8 *transcripta, et alibi passim anno* 1264 *obiisse legatur. Imo, si recte inscriptionem*

AUCTORE J. B.

*ptionem istam Portenarus expressit, inscriptio altera, quam Thomas de Minis recitat ex Augustino Fortunio, nec anno, ut ait,* 1509 *junior, e qua proinde desumpta videtur inscriptio a Portenaro relata, sic habet:* Hic in capsa jacent ossa vel corpus domini Compagni, primi Prioris sanctæ Mariæ de Porcilia: qui obiit anno MCCLXIV.

*ad monasterium B. Antonii Peregrini translatum fuit.*

13 *Ceterum annua incorrupti corporis ostensio, solennis ejusdem anno* 1575 *translatio, inscriptio, in qua Beatus dicitur, mox memorata, constans denique ipsorum Camaldulensium, qua eum ut Sanctum vel saltem ut Beatum coli aiunt, assertio, quamquam haud satis, in quo hic cultus situs sit, explicent, fecerunt, ut* B. Compagno *locum hic dandum in Actis nostris existimarim; esto solenni ritu in Sanctorum Beatorumve numerum non sit relatus, neque particulari gaudeat Officio ecclesiastico, quo sensu intelligendus videtur Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Generali ad diem* VIII *Octobris hæc annotans:* Ex Martyrologio monastico, in quo SANCTUS nominatur, cum neque in Sanctos relatus sit, neque Officio ecclesiastico colatur, neque antiquus admodum sit: *satis tamen antiquus est, ut decreto Urbani VIII de non colendis Sanctis et Beatis, quos tamquam tales non declaravit Sedes Apostolica, possit non comprehendi. Martyrologio Benedictino his verbis ad diem* VIII *Octobris inscripsit Menardus:* Patavii, depositio S. Compagni Prioris, cujus corpus, quod penitus incorruptum cernitur, quanti apud Deum sit meriti, ostendit. *Iisdem verbis utitur Wion lib.* 3 *Ligni vitæ ad hunc diem, uti et Philippus Dorgain in Kalendario Sanctorum et Sanctarum, qui Benedictinam Regulam sunt secuti: Bucelinus illi in Menologio Benedictino hoc adscribit elogium:* Patavii, depositio S. Compagni Prioris. Hic Camaldulense sanctissimum et perfectissimum sub Regula nostra institutum sectatus, ac Prior deinceps sanctæ Mariæ de Porcilia constitutus, tantis in virtutum stadio progressibus profecit, ut rarioris sanctitatis fama inclaruerit. Cujus vel a morte maxime meritum innotuit, cum ad hæc usque tempora sacrum ejus corpus penitus incorruptum cum stupore omnium intuentium ostenditur. Obiit Vir perfectissimus anno Christi MCCLXIV.

B E

# DE S. BIRGITTA VIDUA

## ROMÆ

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

## § I. Recensentur aliquot de S. Birgitta lucubrationes, sed quæ vel dubiæ sunt, vel nos latent.

ANNO MCCCLXXIII. *S. Birgittæ gesta*

*Quod cap.* 3. ℣. 8 *Joannes Evangelista ait:* Spiritus, ubi vult, spirat, *videre Pontifices summi, videre reges et principes orbis Catholicus vidit universus labente æræ Christianæ seculo* XIV, *quo ex horrido rigentique Aquilone* C *excitare* S. Birgittam *divinæ pietati placuit, quæ, Spiritu Dei afflata, salutarem supremi Judicis timorem inculcaret populis, et in generis humani Creatorem ac Redemptorem amoris ignem ubique accenderet. Sancta hæc Mulier, ut splendore natalium, virtutum excellentia, prodigiorum multitudine, ac singulari divini Numinis favore per omnem vitam celebris in primis fuit; ita ad sui laudem multorum ingenia calamosque, ex quo e vivis abiit, haud immerito provocavit. Sed utinam et superessent hodieque, et in promptu essent quæcumque olim de sancta hac Vidua, cujus modo Acta illustrare aggredimur, litterarum monumentis consignata fuerunt, neque majorum diligentia argueret socordiam posterorum!*

*paulo post ejus obitum*

2 *Vix dum ex hac mortali vita excesserat* S. Birgitta, *cum colligi undique ejus gesta, virtutes, et, quæ, seu viva, seu mortua, annis paucis plurima ediderat, prodigia summa cura studioque cœpere. Jam inde ab anno* 1379 *(mortua autem est* S. Birgitta, *ut suo loco ostendetur, anno* 1373) *S. Catharina, ejus filia, quæ anno* 1375 *Matris suæ canonizationem curatura Romam venerat, temporis perturbatione inde recedens, codicem ibidem reliquit, qui* S. Birgittæ *Vitam et miracula continebat, uti scribit in Vita S. Catharinæ Ulpho, auctor supparis ævi et monachus Vastenensis, apud nos tom.* 3 *Martii pag.* 516 *his verbis:* Igitur venerabilis domina Catharina, quinquennio pro prædicto negotio *(canonizationis matris suæ* Birgittæ) sic Romæ peracto in magnis et gravibus expensis, cum ei ob periculosum schisma, quod F imminebat, non esset spes, hujusmodi negotii tam ardui posse consequi finem debitum, ut decuit; saniori usa consilio prælatorum, Vitam et miracula sanctæ matris suæ Birgittæ conscripta, cum suis attestationibus sub pluribus publicis instrumentis authenticis et sigillis Cardinalium, Prælatorum, Dominorum et Dominarum in diversis Urbis et orbis partibus, omnibus veram fidem præstantibus, Romæ deposuit: dispositioni divinæ et providentiæ committens illud sanctum negotium in futurum.

3 *Atque hinc, uti et ex miraculis, quæ ab anno* 1375, *quo Romam e Suecia obiit S. Catharina, usque ad annum* 1389 *contigerunt, ut reor, coaluit volumen,* liber Attestationum *dictum, anno* 1390 *a Magno Petri, Israëlis,* S. Birgittæ *fratris, ex filio Petro nepote, Bonifacio IX, ad S. Petri Cathedram recens evecto, oblatum; de quo Laurentius Romanus, testis oculatus, in Descriptione ceremoniarum canonizationis* S. Birgittæ, *quam Belgice seu scriptam, seu traductam habemus, in hunc fere sensum scripsit: cum anno* 1389 *statuisset*

A *statuisset Urbanus VI, ut anno proximo jubileum celebraretur, eodem pariter ad Vastenense in Suecia cœnobium, quod* S. Birgitta *fundarat, litteras dedit, quibus Magnum Petri Romam quantocius evocavit, pollicitus, suam in canonizatione* S. Birgittæ *operam non defuturam, nescius nimirum, quam prope sibi vitæ finis immineret. His moti Vastenenses, Nicolaus Lincopiensis episcopus, Margareta Sueciæ regina, regnique senatores Magno Petri auctores fuere, ut quantocius Romanum iter arriperet.*

*in libro Attestationum*

4 *Profectus Vastena anno* 1390 *sub festum S. Michaëlis una cum Joanne Suenonis, qui in itinere obiit, et Andrea Olavi, ut scribit Thorirus in Diario Vastenensi ad annum* 1390, *Romam venit sub festum Domini natalitium, cum defuncto Urbano VI Bonifacius IX jam successisset. Huic itaque Magnus Petri supplices Margaretæ reginæ Sueciæ, regni senatorum et monasterii Vastenensis litteras obtulit, quibus benevole acceptis,* S. Birgittæ *causam cardinalibus aliquot, nempe Philippo Galliæ, Adamo Angliæ, uti et Barensi Pontifex examinandam dedit. Hi,*

B *re mature examinata, anno* 1391 *circa S. Laurentii festum Pontificem rogarunt, ut* S. Birgittam *Sanctorum albo adscriberet: respondit Pontifex, facturum sese, quod e re fore videretur. Eo deducta* S. Birgittæ *causa, Magnus Petri volumen geminum Pontifici obtulit, quorum alterum illius revelationes; alterum vero,* Liber Attestationum *nuncupatum, Vitam, genus, mores et miracula continebat. Jussit præterea Magnus, adhibita triginta amanuensium opera, postremi voluminis exemplaria sedecim pretio viginti nummorum aureorum* (ducatos *vocant*) *in singula quam celerrime conscribi, quæ cardinalibus totidem dono dedit. Ita fere Laurentius Romanus, rei gestæ, ut dixi, testis oculatus.*

*Bonifacio IX oblato anno 1390;*

5 *Laurentio Romano consonat fere Lælius, scriptor Suecicus seculi* XVI *in Speculo virginum, cui apud Joannem Gustavi in Genealogia Brahæa pag.* 37 *hæc verba tribuuntur*: Anno MCCCXC Urbanus VI (*obiit anno* 1389) Pontifex litteris mandavit Domino Magno Petri (qui erat D. Birgittæ nepos ac filius Domini Petri Israëlis) ut Romam veniret ad annum Jubilæum, ubi profectus, instructus magno thesauro et multis litteris commendatitiis, interim moritur Ur-

C banus, cui Bonifacius IX succedit, qui tribus Cardinalibus Acta et Scripta, seu, ut vulgo dicitur, Legendas Birgittinas evolvere ac bene examinare mandavit, in cujus gratiam Dominus Magnus tria exemplaria conscribi curavit. *Consonat, inquam, Laurentio fere Lælius: quamquam enim trium dumtaxat Vitæ* S. Birgittæ *exemplarium cardinalibus a Magno Petri oblatorum Lælius, ille sedecim meminerit; nulla tamen inter scriptorem utrumque est pugna; propterea quod Lælio de tribus exemplaribus, totidem cardinalibus num. superiore nominatis, ante institutum ab illis causæ Birgittinæ examen primum oblatis, sermo sit; Laurentio autem de ejusdem Vitæ exemplaribus, post absolutum trium cardinalium examen a Magno Petri oblatis cardinalibus ceteris, coram quibus Bonifacio IX Vitæ et miraculorum* S. Birgittæ *volumen obtulerat. Ceterum ejus Libri Attestationum in Diario Vastenensi ad annum* 1373 *mentionem facit Thorirus Andreæ. De Thoriro autem ipso in eodem Diario ad annum* 1406 *hæc leguntur*: Eodem anno infra Octavas Nativitatis B. Virginis secundario missus fuit de monasterio Vazstenensi versus Florentiam pro dilatatione Ordinis frater Thorirus Andreæ, qui huc usque prædicta conscripserat. *Juvat auctoris hujus,* S. Brigittæ *saltem supparis et Vastenensis monachi, ætatem annotasse, quod ejus auctoritate deinceps subinde utemur.*

AUCTORE J. B.

*sed hunc reperire nusquam licuit,*

6 *Verosimillimum quoque apparet, eumdem Attestationum Librum indicasse sub nomine* Legendæ S. Birgittæ *Petrum Alvastræ (Cisterciensium in Gothia Orientali cœnobium est) Priorem variis locis in suis Additionibus seu Declarationibus in Revelationes* S. Birgittæ; *ut et Alphonsum, Giennensem episcopum, in Prologo ad Librum cœlestis imperatoris, utrumque, ut infra dicemus,* S. Birgittæ *non modo æqualem, sed et intima familiaritate conjunctum. Optandum sane quam quod maxime, ut monumentum pretiosum adeo, si forte non plane perierit, lucem aliquando aspiciat: id ut alicunde erueret, varia Ordinis Birgittini monasteria nostris in regionibus sita sub seculi* XVII *finem perlustravit P. Joannes Michaël van der Ketten, Calcariensis Prior, ut ex Notitiis ejus ad Majores nostros missis, disco: at frustra hac in re fuit viri diligentia. Joannes Schefferus tom.* E 3 *Bibliothecæ Septemtrionalis varios scriptores Suecos, qui sub Magno Erici, Alberto, Margareta, Erico Pomerano, Christophoro, Carolo Canuto floruerunt, enumerat, hosque inter aliquot, qui de* S. Birgitta *scripserunt: at de Libro Attestationum ne verbum quidem facit.*

*ne Romæ quidem, ubi extitisse adhuc sec.* XVI *dicitur:*

7 *Num fortassis hic Romæ alicubi delitescit? Romæ quidem in domo seu xenodochio* S. Birgittæ *liber a libro Attestationum haud plane diversus seculo* XVI *adhuc extitisse legitur in Historia archiepiscoporum Upsalensium Joannis Magni, a fratre ejus Olao Magni Romæ edita, quorum uterque in prædicta domo aliquamdiu versatus est; ubi lib* 4 *de Birgero hæc annotata invenio:* Hic Birgerus cum coepiscopis suis et omnibus abbatibus regnorum Sueciæ et Gothiæ scripsit Urbano V, Gregorio XI et Urbano VI pro Canonizatione S. Birgittæ, prout in examine ejus inter Acta producta sub eorum sigillis Romæ in hospitali ejusdem S. Birgittæ poterit demonstrari. *Quo de examine hic sermo sit (iteratis enim vicibus causa* S. Birgittæ *examinata fuit) non liquet: si vero de examine ejusdem sub Bonifacio IX instituto hic agatur, verosimile* F *admodum fit, librum hunc, Romæ in xenodochio* S. Birgittæ *Olai et Joannis Magni, archiepiscopi Upsalensis, ætate servatum, similem fuisse exemplari, quod tribus cardinalibus examinatoribus Magnum Petri obtulisse, vidimus supra. Ut ut sit, vehementer suspicor, desiderari modo prædictum librum in Romano xenodochio: tum quod Burlamachium, qui* S. Birgittæ *Vitam anno* 1692 *Neapoli edidit, in hujusmodi librum inquirere neglexisse, haud sic verosimile, cujus nusquam meminit; tum quod Durantus, Feretranus in Italia episcopus, et Revelationum commentator Vitam abbreviatam, de qua infra,* S. Birgittæ *ediderit; et miracula* S. Birgittæ *ex codice monialium S. Laurentii de Panisperna Romæ lectori propinarit, codicem xenodochii* S. Birgittæ, *si ibi repertus fuissel, verosimiliter non neglecturus. Nos denique, scriptis ea de re Romam litteris, nihilo magis profecimus. Verum de libro Attestationum hæc satis.*

*scripserintne S. Birgittæ Vitam*

8 *Inter* S. Birgittæ *biographos a Scheffero supra laudato, Vastovio in Vite Aquilonari, aliisque*

AUCTORE J. B.

*que recenselur Nicolaus Hermannii, Lincopiensis in Suecia episcopus, cujus lucubratione, si quidem exstiterit umquam, aut supersit adhuc, eo careremus molestius, quo ab ætate, qua vixit, imo et familiaritate cum* S. Birgitta *de rebus ejus instructior fuit; uti colligi ex iis facile potest, quæ de illo Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi ad annum* 1301 *scribit:* Item in Profesto Inventionis sanctæ Crucis obiit venerabilis Pater Dn. Dn. Nicolaus Hermanni, episcopus Lincopensis, qui primus introduxit et benedixit (*anno* 1384) conventuales Vazstenenses ad observantiam vitæ regularis. Super quo faciendo, cum adhuc frequentabat scholas, existens pædagogus filiorum S. Birgittæ, fuit eidem S. Birgittæ divinitus revelatum. Hic fuit vir magnæ sanctitatis. Hic composuit historiam S. Birgittæ, quæ incipit: « Rosa rorans bo- « nitatem etc: « et plures alias Sanctorum historias.

*Nicolaus Lincopiensis*

9 *Verum verba, quibus initium historiæ* S. Birgittæ, *a Nicolao conscriptæ, hic dicitur concipi, hymnum potius seu canticum sonare videntur, quam enucleatam ac diffusam vitæ* S. Birgittæ *explanationem: unde hoc fortassis loco in improbanda est Erici Benzelii in suis ad Vastovium Annotatis opinio, nullam a Nicolao* S. Birgittæ *Vitam umquam prodiisse; sed hymnum dumtaxat, qui hodieque plus vice simplici in Bibliothecis Suecicis inter Mss reperiatur: nec alia de causa Nicolaum inter* S. Birgittæ *historiographos seu biographos a nonnullis fuisse relatum, quam quod non satis adverterint, scriptoribus Suecicis idem interdum valere* Historiam, *quod* Hymnus *seu* Cantus: *id vero et apud Germanos ea circiter ætate locum habuisse, ex Gobelino Persona Cosmodromii ætate* VI *intelligo, ubi ille cap.* 90 *sic de seipso:* Ipse *(Joannes XXIII, anno* 1410 *in Pontificem electus)* confirmavit, seu confirmari mandavit historiam seu cantum, quam vel quem ego anno præcedente de festo Visitationis Beatæ Mariæ Virginis feceram, qui cantus incipit: « Te- « cum principium etc. « *Imo vero Diarii Vastenensis auctorem Andream Thorium non reor facturum fuisse, ut compositum a Nicolao in laudem* S. Birgittæ *hymnum memoraret, fusiorem autem* S. Birgittæ *Vitam, si quam Nicolaus scripsisset, silentio præteriret.*

*et Alphonsus Giennensis, haud liquet:*

10 *Fortassis etiam Alphonsus, Giennensis, vulgo* Jaen, *sub regno Castellæ primum episcopus, ac dein eremita, qui* S. Birgittæ *in Italia degenti a sacris confessionibus fuit, et Hierosolymam peregrinanti comes, ejusdem sanctæ Mulieris Vitam scripserit: nam in Vita B. Claræ Pisanæ, a sanctimoniali coæva conscripta, apud nos tom.* 2 *Aprilis pag.* 510, *numero* 16 *hæc legere est:* Advenerat circa idem tempus Pisas Alphonsus episcopus, olim S. Brigittæ confessarius, qui Petro, Claræ patri, olim Hierosolymis familiariter notus, cum esset ab eodem humanissime exceptus, significavit ei Petrus, quid sibi circa filiam suam dilectissimam accidisset, oravitque, ut suadere eidem vellet, paternæ voluntati morem gerere. Suscepit in se libenter Alphonsus, quod rogabatur: sed puellam allocutus et constantem ejus fervorem expertus, ac summum uni Deo famulandi desiderium: non modo abducere eam a sancto proposito conatus non est, sed etiam ad ejus prosecutionem hortatus, proposito S. Brigittæ exemplo; quod ut ipsa cognosceret melius et imitaretur ardentius, vitæ ejus descriptam historiam eidem reliquit. Acceptavit gratanter donum et consilium Clara, exindeque erga Sanctam pientissime affecta, eam cœpit habere et colere specialem suam advocatam, multisque ab ea gratiis cumulata, prima instituit, ut de sanctæ Brigittæ vita atque virtutibus sermo Pisis publice haberetur; et in ejus monasterio usque hodie celebratur quotannis ipsius festum. *Quorsum Alphonsina hæc* S. Birgittæ *Vita evaserit, aut quibus latebris delitescat, si quando exstiterit, divinando non sum: at illius jacturam utcumque fortasse resarciunt, quæ de* S. Birgitta *alibi idem Alphonsus scripta reliquit, quorum suo tempore et loco habebitur mentio; ac fortassis* S. Birgittæ *Vitam quidem, sed ab alio scriptam, S. Claræ dederit evolvendam.*

11 *Alterius præterea Vitæ* S. Birgittæ *quamcumque notitiam seppeditat suppellex nostra litteraria, in qua Vitæ ejusdem Sanctæ fragmentum reperi hoc exordio:* Quemadmodum plurimorum sanctorum parentum merita sanctitatis in filiis elucescentis fuere semina, ita piorum progenitorum gratia magna conciliavit nostræ Sanctæ auxilia: *unde hæc conscripta fuerit, auctor ipse in calce Prologi satis prolixi in hunc modum edisserit:* Atque ut de fide earum rerum, quas commemorabo, securum præstem lectorem, noverit, me, quidquid attulero, ex processu canonizationis ejus accepisse, in quo non solum Vita, sed et ducenta fere miracula, testibus et jure jurando confirmata coram legatis Sedis Apostolicæ, tum a Gregorio XI, Pontifice maximo, ad Vitam et miracula inspicienda in Sueciam missis, tum aliis quatuor cardinalibus ad eadem Romæ discutienda ab Urbano V* nominatis. *Id si vere fideliterque abs illo est dictum, est, sane, cur Vita illa non parvi fiat: utinam modo integram haberemus: tria dumtaxat, eaque non admodum prolixa, prima capita fragmentum nostrum continet, præter Prologum, initio mutilum: neque unde Majoribus nostris illius copia facta fuerit, usquam, quod præter ipsorum morem est, annotatum invenit. Vidit id P. van der Ketten Calcariensis Prior, uti et* Birgittæ *Vitam quamdam Germanicam seu potius Flandricam, hancque illius compendium existimavit: neque, ut apparet, immerito: ita enim inter fragmentum nostrum et Vitæ illius Flandricæ exordium, ad nos a laudato Priore transmissum, convenit, ut verbo verbis passim pene respondeant.*

12 *Nec hic stetit P. van der Ketten labor: evoluta vita illa Germanica seu Belgica, si quid in ea singulare, quod passim alibi vel non haberetur omnino, vel non ad eumdem modum, occurrebat, diligenter id annotavit, ad nosque transmisit. Libellum illum Flandricum fide dignum censuit, vel propterea maxime, quod ex Vita Latina, de qua proxime egi, haustus sit: hæc autem, ut in Notitiis suis ad nos missis scribit, vel ea sit, quæ habebatur in libro Attestationum, vel certe maxime authentica. Nec ego vellim suam illi auctoritatem detrahere: non putem tamen illam in Libro Attestationum fuisse exaratam, aut primariam esse* S. Birgittæ *Vitam, unde profluxerunt ceteræ. Non primum; quod ex ipsomet Libro Attestationum, teste illius auctore in Prologo, velut fundamento surrexerit. Nec alterum, ob ea, quæ Alphonsus, Giennensis episcopus, de primaria* S. Birgittæ *Legenda, ut ex ambigo, loquens, scribit in Prologo Libri cœlestis Imperatoris ad reges cap.* 3. *Sunt autem hæc:* Immo quodam tempore, cum rex Suetiæ gravare vel-

let

A let subditos in toto regno magnis exactionibus, ut solveret quamdam pecuniæ quantitatem, in qua tenebatur creditoribus, tunc beata Birgitta dixit regi : Domine noli hoc facere, sed recipe duos filios meos, et pone eos obsides, donec solvere poteris, et non offendas Deum et subditos tuos. *Memorabili huic* S. Birgittæ *facto et amoris in patriam pleno, mox subdit Alphonsus :* Et hoc clarius habetur in Legenda Vitæ ejus. *Atqui hæc nec in Excerptis a P. van der Ketten e Vita illa Germanica, atque adeo, ut suspicari fas est, nec in Latina, unde illa profluxit; addo, nec alibi uspiam, quod sciam, legere est : quod non solum pro hac, sed etiam pro aliis, quas quidem habemus,* S. Birgittæ *Vitis, infra recensendis, observatum cupio.*

## § II. Præcipuæ S. Birgittæ Vitæ hactenus exstantes : quænam ex his a nobis edendæ : auctorum

B Sanctæ familiarium notitia.

*Birgero, Upsalensi archiepiscopo,*

Ea § *superiore monumenta attigimus, quorum quidem commendanda antiquitas est; sed quæ vel non existunt amplius, vel ita latent, ut ea nobis comparandi viam modumque ignoremus : accedo ad alia, quæ meliori, ut ita dicam, fato usa, vel typis edita sunt, vel manuscripta nostris versantur in manibus. Ac in primis quidem, ut de Museo nostro bene meritus est P. van der Ketten, variis, quas nobis olim misit, de* S. Birgitta *notitiis, ita illi gratus debemus sane amplissimas eo potissimum nomine, quod antiquam admodum* S. Birgittæ *Vitam, etiam, ut scribit, Ordini suo ignoratam, e tenebris feliciter erutam, cum majoribus nostris communicare voluerit. Scripta ea est paucis a* S. Birgittæ *obitu annis ab archiepiscopo Upsalensi Birgero Gregorii, dignissimaque, quæ lucem, qua hactenus caruit, tandem aspiciat.* Hujus quanta erat in sacris litteris divinisque et humaC nis legibus scientia, satis ostendunt ecclesiasticæ historiæ, quæ ab ejus fœcundissimo ingenio prodierunt, *inquit Joannes Magnus Gothus lib. 4 de Pontificibus Upsalensibus, decessoribus suis Upsalenses infulas gessit ab anno circiter* 1366, *usque ad annum* 1383, *quo obiit quinto Idus Martii, ex eodem Magno. Floruit itaque eadem, qua* S. Birgitta, *ætate, quæ, ut infra dicetur, haud procul Upsalia mundo data fuit. Porro fuisse Birgerum ex eorum præsulum Suecicorum numero, quibus, ut* S. Birgitta *in Sanctorum album referretur, maxime cordi fuit, ex jam dictis supra abunde liquet : nec proin ambigendum, quin pro dignitate muneris sui, pro doctrinæ excellentia, proque ea, qua ferebatur in* Birgittam, *veneratione, omni, quo par erat, studio incubuerit, ut res illius gestas penitius introspiceret, eaque dumtaxat litteris de ea mandaret, quæ probe cognita atque explorata habebat. Hinc Gudmarus Frederici, Joannes Giurderi, et Batismundus, monachi Vastenenses, qui anno* 1374 *et binis seqq.* Birgittæ *miracula Nicolai, Lincopiensis episcopi, jussu collegerunt, hæc omnia, quæ ipsi congesserant de* S. Birgittæ *miraculis, Birgeri, aliorumque Sueciæ præsulum, veluti pro-*



*batissimorum testium, auctoritate munierunt, ut in Miraculis, a* S. Birgitta *in Suecia patratis, infra edendis, num.* 5 *videre est,*

AUCTORE J. B.

14 *Conscriptam a tali viro* S. Birgittæ *Vitam et typis hactenus nondum, ut putamus, editam, facere non possumus, quin Operi nostro inseramus. At, inquiet non nemo, satisne certum est, Vitam illam, quam e tenebris in lucem protraxit P. van der Ketten, Birgerum Gregorii, archiepiscopum Upsalensem,* S. Birgittæ *æqualem, habuisse auctorem? Monebit porro una cum Erico Benzelio in Annotatis ad Vastovii Vitem Aquilonarem pag.* 70, *de Birgero in Chronico archiepiscoporum Upsalensium hæc tantummodo legi :* Dictavit Historiam S. Birgittæ, quæ incipit : „ Birgittæ matris inclytæ : „ *his vero verbis non enucleatam fusamque ejusdem Sanctæ Vitam, sed hymnum dumtaxat, more scriptoribus Suecis non inusitato, indicari. Audio, et hac quidem partim de causa superiore §, Nicolaum, Lincopiensem episcopum, hymnum dumtaxat de* S. Birgitta *probabiliter scripsisse, admisi. Aliud omnino est de* S. Birgittæ *Vita, a Birgero conscripta. Joannes Magnus Gothus, aut ejus frater* E *Olaus, non tantum* S. Birgittæ *Vitam a Birgero scriptam, ait, sed etiam verba, quibus illam exorsus est, nos docet, ita scribens :* Hic Birgerus archiepiscopus composuit Legendam sanctæ Birgittæ, in qua continentur hæc verba : „ Beata Birgitta, in regno Sueciæ oriunda, non solum juxta revelationem divinitus sibi factam „ ex sanctorum ibidem regum progenie, qui suis „ Sanctis promeruerunt meritis, ut magnificaret Dominus misericordiam suam cum illa, „ illustrem duxit progeniem, verum etiam de „ nobilibus devotisque progenitoribus et parentibus nata fuit : „ *quibus etiam Vita* S. Birgittæ, *a nobis Birgeri nomine edenda, incipit, Burei in Descriptione Sueciæ pag.* 306 *verba, quæ a jam transcriptis non differunt, non lubet repetere. Addo tamen Joannis Molleri verba in Hypomnematis, Joannis Schefferi Sueciæ litteratæ subnexis, verba pag.* 352. Scripta de Vita ipsius *( S. Birgittæ )* Birgero Gregorii, modo laudato, Nicolao Scheningensi, episcopo Lincopiensi, concinnata, atque a Scheffero nostro ( pag. 10 ) et Joh. Messenio ( in Chronico episcoporum Sueciæ c. 5 p. 44, c. 7 pag. 84 ) memorata haud dubie perierunt. *Si haud dubie perierint Birgeri de* S. Birgitta *scripta; haud dubie etiam exstiterunt.* F

*scripta*

15 *Et vero minime mirum est,* Birgittæ *Vitam a Birgero scriptam post adjectam jam pridem a Suecis religionem avitam et dissipata monasteria nusquam Benzelio in Suecia visam : vidit certe illam Joannes Magnus Gothus, aut frater illius Olaus, si hujus sint Additiones, Pontificum Upsalensium historiis subjectæ. Quid si ea fuerit ex eorum ecclesiæ Upsalensis, regnique Suecici antiquorum monumentorum numero, quæ Joannem Magnum Gothum, pessumeunte in Suecia fide Catholica, alia abstulisse aiunt? Sic enim de illo Mollerus in Hypomnematis pag.* 364. Quadriennio muneri huic præfuit unico *( archiepiscopali )* multaque interea temporis negotia magni momenti expedivit publica, donec anno MDXXVII, cum non solum reformationem ecclesiasticam *( ita loqui Acatholicis placet )* in comitiis regni decretam negligeret, sed et eidem reluctaretur, Gustavi regis, frustra in ipsum invecti, incurreret indignationem, ab eo-

*et hic edenda*

AUCTORE J. B.

que, ne Lutheranismi patronis ulteriori esset impedimento, in Poloniam ad nuptias Hedwigis, Sigismundi regis filiæ, sibi conciliandas, mitteretur legatus. Cum enim illuc, convasatis prius occulte rebus suis omnibus, chartisque simul ac monumentis historicis regni, et ecclesiæ Upsalensis vetustis, eodem anno MDXXVII.. se contulisset, in patriam numquam rediit, sed Romam ab initio profectus etc : *Unde, ut aliquanto post Mollerus addit*, Ad monumenta rerum Suedicarum, quæ e patria secum abstulerat, vetusta denuo conquirenda, et Suecis postliminio vindicanda, integro post obitum ejus seculo, anno MDCXLIX Jobus quidem Ludolphus, vir illustris, Christinæ augustæ jussu Romam commigravit, sed nihil horum offendere aut recuperare potuit.

*e veteri monasterii S. Mariæ ad Arborem apographo,*

16 *Verum, ut ut hæc sese habeant, non bibliothecæ tantummodo Suecicæ, sed Birgittinorum etiam monasteria per varias Europæ regiones sparsa, prius erant consulenda, quam Birgerus* S. Birgittæ *Vitam exarasse negaretur, aut hæc certo periisse diceretur : veri quippe speciem habere non poterat, antiquiores Ordinis Birgittini alu-*
B *mnos rerum, ad sanctam Matrem suam pertinentium, adeo fuisse negligentes, ut antiqua illius monumenta nusquam alibi, quam in Suecia curarint transcribi, seduloque conservarint. Contrarium docet* S. Birgittæ *Vita in monasterio* Mariæ ad Arborem, *vulgo* Marien-boom *dicto et in Clivia sito, a P. van der Ketten inventa, quam Birgeri fuisse, hæc Vitæ subjecta verba demonstrant* : Explicit beatæ Birgittæ Legenda matris nostræ nacione Swecie per reverendum dominum patrem Birgerum, archiepiscopum Upsalensem compilata ; *quæ quidem liquet, Birgeri non esse ; sed monachi Birgittini, qui ex vetustiori illam exemplari descripsit : magni tamen propterea ponderis esse non desinunt ; utpote auctoris, qui ista scripserit post mortem Birgeri annis circiter* 53, *quique adeo, quod de Birgero scripsit, vel ex vetustiori, quod præ manibus habuit, exemplari hauserit, vel ex primis ordinis sui patribus supparis saltem cum Birgero ætatis, acceperit : scribit enim P. van der Ketten, se in supradicto monasterio Revelationum* S. Birgittæ *volumen geminum invenisse, in quorum altero Birgeriana* S. Birgittæ *Vita ad calcem habebatur, omisso tamen anno, quo exaratum fuit ; ac alterum anno*
C 1441 *exaratum notabatur : cum vero, teste eodem patre, utrumque volumen eadem manu scriptum fuerit, parem fere utrique esse antiquitatem, verosimillimum est.*

*S. Birgittæ Vita vindicatur ;*

17 *Porro ne quemquam plus, quam par est, Benzelii auctoritas moveat, illud indictum præterire non lubet, eumdem in suis Annotatis in Vastovii Vitam Aquilonarem pag.* 58 *pari de causa, ob quam Birgero prolixiorem* S. Birgittæ *Vitam abrogat, S. Brynolpho quoque, Scarensi episcopo, Vitam S. Helenæ, Scodevæ in Suecia cultæ, abrogare, quam tamen ex codice Ms. cœnobii Bodecensis dedit tom.* 7 *Julii a pag.* 332, *et S. Brynolpho abunde vindicavit Petrus Boschius in Commentario prævio num.* 7 *et* 8, *ut utrobique parem Benzelius erroremadmisisse videatur. Nec in Belgio tantum, sed et in Italia etiam seculo* XV *S. Antonino, anno* 59 *ejusdem seculi defuncto, visa fuit, ut scriptam ab illo contractamque nonnihil part.* 3 *Chronicæ, Lugduni in Officina Junctarum et Pauli Guiltii anno* 1587 *impressæ, a pag.* 793 S. Birgittæ *Vitam cum Birgeriana comparanti minime, ut opinor, dubium erit ; adeo Antonini de* S. Birgitta *lucubratio Birgerianæ nostræ, quam Surianæ, quæ isthic laudatur in titulo, similior est. Maneat itaque asserta Birgero* S. Birgittæ *Vita, quamquam nec primariam illam* S. Birgittæ *Vitam esse, unde profluxerunt ceteræ, et a veteribus scriptoribus memoratam, ausim dicere, quod careat illo indicio, cujus num.* 12 *mentionem feci.*

18 *Præterea Vitæ* S. Birgittæ *compendium, quod præsens, ubi de ejus Canonizatione agetur, Commentarius exhibebit, a Bonifacio IX datum est in Bulla Canonizationis* S. Birgittæ, *anno Pontificatus sui secundo, Christi* 1391, *Romæ apud S. Petrum Nonis Octobris edita, quam tom.* 1 *Bullarii Pontificii pag.* 233, *apud Fontaninum in codice Canonizationum a pag.* 151, *et ante Revelationes* S. Birgittæ, *opera Simonis Hormann Birgittini Monachii in Bavaria anno* 1680 *una cum Consalvi Duranti in illas notis impressas videre est. Compendium vero istud procul dubio ex lib. Attestationum, de quo supra, seu ex ejusdem Sanctæ canonizationis processu excerptum est : ut adeo seu Pontificis auctoritatem, seu fontem, e quo prodiit, spectes, frustranea videri possit ejus qualiscumque commendatio, iis præsertim, quibus, quanta in hisce rebus accuratione uti Pontifices summi soleant, non ignotum est. Altera apud Hormannum, mox laudatum,* S. Birgittæ *Vita occurrit a pag.* 797, *quam* abbreviatam *dicunt. Hanc quidem, ut res feret, adhibebimus, non tamen edemus, eo quod partim ex libris Revelationum* S. Birgittæ, *partim ex ejusdem Vita, per Birgerum scripta, videatur esse composita : Quando, quove auctore, mihi non liquet. Tantumdem dico de* S. Birgittæ *Vita, quam ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris habemus. Prologi initium est* : Gloriosus Deus, qui dat virtutem et fortitudinem plebi suæ, rationabilem creaturam suam in Spiritu Sancto sibi feliciter unitam et effectam suæ divinitatis participem gratanter erigit in sublime etc. *Vitæ initium* : Beata Brigitta, nobilis progenie, sed nobilior moribus, potentes, et secundum seculi dignitatem progenitores excelsos habens etc ; *finis vero* : Et quia tamquam sydus excellens omnium virtutum ornamento, dum viveret, radiabat in terris, jam de mundo translatam non solum in monasterio prædicto Wastenensi, ubi corpus ejus requiescit, sed etiam in Roma et in aliis mundi partibus diversis miraculorum prodigiis et signis ipsam inter Sanctos suos mirificavit, et inter homines fama celebrem efficit et ostendit meritis gloriosam mirabilis in Sanctis suis Dominus noster Jesus Christus, cui est honor in secula seculorum. Amen *Quibus quidem a Birgeriana Vita hæc satis differre videtur : sed reliqua ita cum Birgeriana Vita congruunt, ut hujus compendium aliquod merito haberi possit, licet immutato subinde nonnihil rerum ordine : quapropter et hac excudenda abstinere est visum.*

19 *Vitam quoque* S. Birgittæ *edidit Surius ad diem* XXIII *Julii, quo illa Romæ obiit, sed pro more stilo adaptatam suo, eamque sinceram Baronius in suis ad Martyrologium Romanum Annotatis agnovit. At quænam Vita ea est, quam stilo suo edidit Surius ? Papebrochius noster tom.* 3 *Martii pag.* 514 *in Annotatis in Vitam S. Catharinæ,* Birgittæ *filiæ, ab Ulphone monacho, auctore suppari, scriptam, lit.* f *in hæc Ulphonis verba* : Tempore igitur suprascripto post mortem ejus *( S. Birgittæ )* et eodem anno ( 1373 ) translatio

A translatio inchoata, sed non absque prodigiis insignibus circa resolutionem carnis ab ossibus mirabiliter factam, nec non sine miraculis in via factis, est consummata, et ad monasterium Watzstenense translata, sicut alibi plenius est conscriptum, *sic annotat:* Videtur ea Vita indicari, quam Surius edidit stylo mutato et magis contracto. *Verum hic vel librum Attestationum, ut P. van der Ketten in suis Notitiis Mss. obiter indicat, vel aliud quodpiam de* S. Brigitta *scriptum designari propterea reor, quod illic Ulpho non de miraculis* S. Birgittæ *universim agat; sed de iis, quæ translationem reliquiarum* S. Birgittæ *sunt comitata: hæc autem Vita Suriana non nisi breviter ac generatim hunc perstringit in modum:* Anno autem proximo (1374) post multorum miraculorum coruscationem, et ossium ejus subitam, et ultra modum mirabilem purgationem et exsiccationem, ab Urbe Romana, multis in itinere editis miraculis, ad monasterium Vuasthenæ duodecimo Julii die cum ingenti populorum frequentia et gaudio per sanctam filiam ejus Catharinam translata est. *Quid ni*

B *potius igitur, miracula* S. Birgittæ, *de quibus infra num.* 25, *ubi de quinta miraculorum* S. Birgittæ *hic edendorum parte agetur, Ulphonis verba designent?*

*interpolasse videtur,*

20 *Mihi quidem* S. Birgittæ *Vita, quam Laurentius Surius, Carthusiensis Coloniæ Agrippinæ seculo* XVI *monachus, interpolavit, ea videtur esse, quam in Historia Sanctorum, ut vocant, Lovanii in Belgio nostro jam inde ab anno* 1485 *in domo Joannis de Westfalia a fol.* 142 *impressa, habemus, quamque proin seculo* XVI *verosimillime viderit Surius. Id ut patescat clarius, lubet utriusque exordium huc transcribere: sic incipit,* S. Birgittæ *Vita in dicta Historia:* Sancta Birgitta in regno Suetie oriunda, non tantum ex patre et matre nobilibus et coram Deo et mundo potentibus, verum etiam ex parentum progenitoribus excelsis, in justificationes Dei ferventer requirentibus, et peregrinationes ceterosque pios actus avidissime complentibus, illustrem duxit originem. Omnis siquidem ejus cognatio et generatio, sicut Thobye, in bona vita et conversatione permansit: ita ut accepti essent tam Deo, quam hominibus et omnibus habitantibus terram. Nam avus, proavus et atavus *etc.*

C 21 *Vide sis modo, quam parum ab his discrepet Suriana:* Sancta Birgitta in regno Suediæ orta, non tantum parentes habuit nobiles, et tum coram Deo, tum coram mundo potentes, verum avos, proavos et abavos excellentes, legem Dei ferventer inquirentes, et peregrinationes suscipientes, cæteraque pia opera avidissime exequentes. Omnis enim cognatio ejus et stirps, uti etiam beati Tobiæ, bonam vitam et sanctam conversationem sectata est: adeo ut tam Deo, quam hominibus, et cunctis habitantibus terram accepti et chari essent. Avus enim et proavus atque abavus *etc. Pari fere passu procedit Vitæ utriusque reliqua series ad finem usque: ut adeo Vitam* S. Birgittæ, *quam prædicta Historia exhibet, a Surio interpolatam, non immerito dixeris. Satis quidem illa videtur antiqua et accurata, sed a quo auctore conscripta sit, mihi non liquet. Si fusiorem* S. Birgittæ *Vitam a Nicolao, Lincopiensi episcopo, conscriptam fuisse constaret, tribui hæc illi fortassis posset. Sed, ut ut res sese habeat, eam, utpote jam typis editam, necesse non est visum hic recudere.*

*quod typis vulgata sit, hic non edetur:*

AUCTORE J. B. *contra dubitur alia,*

22 *Vitam quoque* S. Birgittæ *ex Attestationum Libro seu Actis et Processu Canonizationis* S. Birgittæ *concinnavit Bertholdus Romanus, Birgittini juxta Florentiam monasterii, cui* Paradisi *nomen est inditum, confessor generalis. Audi de illa P. van der Ketten in Notitiis Birgittinis ad nos missis:* Inveni, *inquit, sed locum, ubi invenit, non exprimit,* in antiquo libro, qui fuit aliquando monasterii Mariæ ad Aquas prope Sylvam ducis Ordinis nostri, Vitam S. Matris nostræ fuse scriptam, et in tres partes divisam, in quarum I auctor de acquisitis virtutibus sanctæ Matris nostræ agit. II de acquisitis gratiis: III de patratis post mortem miraculis. *Fontem vero, e quo Vitam* S. Birgittæ *concinnavit, auctor ipse detegit, ita Prologum exorsus:* Dum Actis seu processu canonizationis S. Matris nostræ Birgittæ curiose hinc inde perlegerem etc: *e quibus præterea patet, auctorem, qui nomen suum tacet, fuisse professione* Birgittinum. *Sed, ut nomen suum siluerit auctor, prodidit illud una cum anno et loco, quibus Vita illa descripta fuit, sequens monitum, codici a Patre van der Ketten* E *invento, ad calcem Vitæ* S. Birgittæ *subjectum. Ita habet eodem teste:* Sciat lector in Christo devotus, nec non sanctitatis virginis Mariæ et Dominæ Birgittæ zelator, quod primævus præscripti compilator Opusculi fuit Fr. Bertholdus de Roma, confessor generalis monasterii ejusdem Matris nostræ Birgittæ de Paradyso apud Florentiam, excopiataque fuit in monasterio (*subscripto, ut opinor*) ejusdem Ordinis anno Domini MCCCCLII, mense Decembri. Oremus pro invicem, ut salvemur. Actum ad Aquas Mariæ prope Buscum Ducis Leodiensis (*tunc quidem*) diœcesis.

*in Belgio olim descripta,*

23 *Vitæ hujus tandem nobis copia facta est ex monumentis monasterii S. Altonis in Bavaria, Patrum Birgittanorum id incolentium humanitate et beneficio, qui eam P. Crammer e Societate nostra sacerdoti dederunt, ut eam nobis (quod et fideliter et accurate hic præstitit) describendam curaret. Habet hæc ad calcem eadem, quæ modo ex Patris van der Ketten notitiis produximus, subjecta verba; ut adeo vel ipsum sit* S. Birgittæ *Vitæ Buscoducense apographum, vel dein hoc descripserit is, cujus ibi nomen hoc modo exprimitur:* Ora pro scriptore R. P. Bartholomæo Lau- F cieo Ord. S. Birgittæ in monasterio Sion Coloniæ professo sacerdote. *Verum in anno, quo exscripta fuerit hæc a Bertholdo adornata* S. Birgittæ *Vita, discrimen ingens occurrit: annum* 1452 *notavit P. van der Ketten in Notitiis: at annum* MCCCCII *habet apographum nostrum Bavaricum; uti et quidem ipsum Patrum Altomontensium, e quo illud desumptum est, apographum; cum eumdem annum* 1402 *conceptis verbis etiam signarit P. Jacobus Scheckh in suo de monasterio S. Altonis libello, anno* 1730 *typis Frisingensibus edito pag.* 57. *Error latet in apographo S. Altonis, in quo nota numeralis* L *omissa est: cum enim monasterium Mariæ ad Aquas frigidas prope Sylvam-ducis, ut tom.* 5 *col.* 411 *Galliæ Christianæ auctæ scriptores tradunt, concinente Joanne Francisco Foppens in Supplemento ad Opera diplomatica Miræi (tom.* 3 *pag.* 497) *fundatum dumtaxat fuerit anno* 1434, *manifestum fit, anno* 1402 S. Birgittæ *Vitam ibi exscribi non potuisse.*

24 *Neque ausim asserere, Bertholdum seculi*

XV

AUCTORE J. B *et a Bertoldo Romano exarata ;*

XV *principio in Florentino Paradisi monasterio confessoris generalis officio functum : nullam hujus rei Vastenense Chronicum mentionem facit. Anno* 1394 *de condendo prope Florentiam Paradisi monasterio serio agi est cœptum Magni Petri auspiciis, ita in laudato Chronico ad annum supradictum scribente Thoriro :* In die Apostolorum Philippi et Jacobi arripuit iter frater Magnus Petri versus Romam pro inchoando claustro Religionis S. Salvatoris prope Florentiam, in cujus comitiva fuerunt Ericus Gudhmundi presbyter, et Lucas, qui tunc laïcus erat, sed in Roma ordinatus est presbyter. *Obiit Magnus Petri Florentiæ in monasterio Paradisi anno* 1396, *eodem teste Thoriro. Quis defuncto successerit in Confessoris generalis officium, non edicit : verum ad annum* 1429 *scribit, Lucam, Magni Petri socium, monasterii Paradisi confessorem generalem eo anno excessisse e vita, cum a celebratis Vastenæ Ordinis comitiis rediret in Italiam : ita ut fortasse, nonnisi defuncto Luca monasterii Paradisi confessor generalis factus sit Bertholdus, Vitamque* S. Birgittæ *ex Actis*
B *canonizationis ejus confecerit inter annum* 1429 *et* 1452 *; quæ quidem conjectura firmatur ex eo, quod ab anno* 1403, *quo primum Paradisi monasterium rite consummatum fuit, illi Lucas præfuisse videatur. Sic enim scribit Thorirus ad annum* 1403 : Item priori anno (1402) circa festum Michaëlis duo fratres, frater Ericus et frater Thorirus, transierunt versus Romam pro aliquibus negotiis monasterium nostrum summe tangentibus. Quibus expeditis, dn. Ericus rediit et alter, videlicet frater Thorirus cum fratre Luca transivit Florentiam, ubi incœptum fuit monasterium prope civitatem in castro, quod dicitur Paradisus, pro informatione fratrum et sororum ibi instituendorum secundum Regulam sancti Salvatoris.

*quam sequentur S. Birgittæ Miracula.*

25 *Post has* S. Birgittæ *Vitas addemus ex Hormanno supra laudato Miracula* S. Birgittæ, *quæ viva mortuaque patravit, in varias partes divisa : earum prima octo miracula continet, quæ patrata fuerunt in Suecia : altera miracula aliquot, Bernardi archiepiscopi Neapolitani jussu anno* 1376 *collecta, ex antiquissimo codice, ut ait Hormann, descripta : tertia miracula aliquot Nolæ et Romæ ante et post mortem* S. Birgittæ
C *facta ex eodem codice : quarta miracula aliquot quæ comes de Nola,* S. Birgittæ, *dum viveret, familiaris, testimonio suo firmata ad Alphonsum, Giennensem episcopum, misit, : quinta miracula quædam, quæ sive in translatione corporis* S. Birgittæ *Roma in Sueciam anno* 1374, *sive in Suecia postmodum contigerunt, conscripta, ut apparet, ab aliquo, qui Sanctæ reliquias comitatus est : ita conjicio ex ejus verbis miraculo* 1. Cum de Bruma civitate pergentes hospitaremur in oppidulo quodam *etc : item miraculo* 2 : Cum diverteremus ad monasterium, quod vocatur Claravallis regni Poloniæ *etc : et miraculo* 3 : Cum adhuc essemus in mari inter Alamanniam et Sueciam *etc : sexta miracula aliquot alia in Polonia et Suecia facta, Nicolai Lincopiensis episcopi jussu a tribus monachis Vastenensibus scripta, quibus præmittitur brevis Sermo de* B. Birgitta, *descriptus ex eodem codice antiquissimo, monialium nimirum S. Laurentii in Panisperna Romæ, apud quas* S. Birgitta *sepulturæ tradita fuit. His denique postremis miraculis, ne tempus ignores, quo conscripta sunt, ad calcem subdun-*
*tur sequentia* : Expliciunt miracula beatæ Birgittæ D de Suetia, finita et scripta anno Domini MCCCLXXVIII in Octava S. Martini per manus Nicolai Misner, allias dicti Vyogeler, clerici Brandenburgensis diœcesis, tunc temporis in Roma existentis *etc : ex quibus intelligas, ea Romæ in chartas fuisse conjecta, cum de ejus canonizatione agebatur. Plura quidem miracula* S. Birgitta *patravit, quorum aliqua suo loco referemus : omnia enim referri vix posse putamus. Interim ex his, quæ dabuntur, quanti apud Deum meriti* S. Birgitta *sit, pronum erit unicuique perspicere.*

Oudinus Mathias.

26 *Reliquum est, ut de tribus maxime auctoribus, quorum testimonio non raro utemur, nonnulla disseram, eorumque notitiam lectori suggeram : sunt autem Mathias, canonicus Lincopiensis, qui Prologum in aliquot* S. Birgittæ *revelationes edidit ; Petrus, Alvastrensis in Suecia monasterii Prior ex Ordine Cisterciensi qui plerasque* S. Birgittæ *revelationes calamo exaravit, declarationibus illustravit, ac iis, quas* Extravagantes *dicunt, locupletavit, auxitque ; et Alfonsus, Giennensis primum episcopus, solitariam* E *dein vitam amplexus, qui, præter Vitam* S. Birgittæ, *in gratiam S. Catharinæ Pisanæ forte scriptam, de qua supra, Prologum scripsit in librum, cui titulus,* Liber cælestis Imperatoris ad reges *etc : cui Prologo aliquod Vitæ* S. Birgittæ *veluti compendium sparsim inseruit. Ex his Mathias in Suecia natus loco honesto, et litterarum pietatisque a teneris amans, adultior ad varias exterorum adiit academias, unde in patriam reduxob doctrinæ probitatisque laudem non modo Lincopiensibus canonicis adscribi meruit, sed conscius etiam fieri arcanorum, quæ Deus* S. Birgittæ *revelabat, dum illi a confessionibus fuit : multa de illo leguntur in libris Revelationum, quæ vide lib.* 1, *cap.* 3 *et* 52 ; *lib.* 5 *interrogatione ultima ; lib.* 6, *cap.* 75 *et* 89, *et alibi. Obiit Stockholmiæ anno* 1350, *sepultusque fuit in templo Dominicanorum.*

Lincopen. canonic.

27 *Ita fere Vastovius in Vite Aquilonia, nihil contradicente Benzelio in suis ad Vastovium Annotatis. Varia ingenii sui reliquit monumenta, quorum uni, teste Benzelio, in codice Ms. Bibliothecæ publicæ ( Upsaliensis, ut reor ) membranaceo, signato num.* 54, *manu veteri hæc præmittuntur :* Hic liber subscriptus, qui incipit „ Absolutio multum beneficium confert „ dicitur Copia exemplorum, quem fecit Magister Matthias, canonicus Lincopensis, et collegit. Hic venerabilis vir Matthias fuit primus confessor matris nostræ gloriosæ S. Birgittæ, quia vita et religione valde erat præclarus, et tempore suo Magistrorum omnium summus, qui plures libros fecit, scilicet Concordantias super totam Bibliam, quas habemus in Watzstena in tribus voluminibus magnæ quantitatis. Item unum librum, qui dicitur „ Homo conditus „. Item super Apocalypsin. Item tractatum de modis loquendi, et quamplures alios. *De ejus in Apocalypsin lucubratione item Diarium Vastenense ad annum* 1438 *his verbis :* Crastino S. Erici regis et martyris obiit Fr. Petrus Olavi .... Hic scripsit... expositionem super Apocalypsi magistri Matthiæ Lincopensis : *ex quibus liquet, quantopere hallucinetur Oudinus tom.* 3 *Scriptorum ecclesiasticorum col.* 1110 *et seq., Mathiam Lincopiensem cum Matthæo Cracoviensi, episcopo, ut scribit. Wormaciensi, anno* 1414 *defuncto.*

A *defuncto, confundens, Operaque Mathiæ attribuens, si expositionem in Apocalypsin demas, toto cœlo diversa.* Beatum *sua ætate vocatum, ejusque ædem insignem Deo dicatam et ossa se conspexisse Vastenis, ait Possevinus in* Apparatu sacro, *Ex quibus efficitur, non exigui momenti esse debere hujus viri in* S. Birgittæ *rebus auctoritatem, sive illius ætatem, rerumque a* S. Birgitta *gestarum notitiam, sive eruditionem, sive denique vitæ sanctimoniam, atque adeo veri amorem spectes. Quod qua de causa dictum sit, paulo post patebit. Venio nunc ad Petrum, Alvastræ Priorem.*

*quis Petrus,* 28 *Et hic* S. Birgittæ *familiaris fuit, teste Thoriro Andreæ in Diario Vastenensi ad annum* 1390, *ubi sic loquitur* : Item nono die mensis Aprilis in curia episcopali ad Vazsten moriebatur frater Petrus, Prior Alvastri, (*fallitur itaque Vastovius, cui sub annum* 1378 *mortuus est*) translator et conscriptor maximæ partis Revelationum divinitus ostensarum beatæ Birgittæ, et comes peregrinationis ejus ad sanctam Jerusalem : cujus corpus per episcopum Nicolaum Lyncopensem et Tydhemannum abbatem cum
B magno honore ad monasterium suum est translatum. S. Birgittæ *quoque a confessionibus fuisse (annis* 30, *teste Alphonso apud Raynaldum ad annum* 1379, *num.* 8) *ac libros octo Revelationum ejusdem e sermone Suecico in Latinum transtulisse, præterea cantum Birgittino* Ordini proprium cum Hymnis et Antiphonis *composuisse, Vastovius scribit in Vite Aquilonari : sed uti annum emortualem Petri Vastenensis monachi, et primi confessoris generalis cum anno emortuali Petri Olavi, Alvastrensis Prioris ex Ordine Cisterciensi, confudit perperam, ita falso cantus Birgittini auctorem, qui Petrus Vastenensis fuit, Petrum Alvastrensem ac Cisterciensem fecit : nam de Petro Vastenensi, non Alvastrensi, ita Thorirus in Diario Vastenensi ad annum* 1378 : In crastino Octavæ Nativitatis beatæ Mariæ Virginis obiit magister Petrus, primus confessor generalis in Vazstenom. Hic magister et confessor fuit S. Birgittæ permanens in virginitate per omne tempus vitæ suæ. Hic dictavit cantum sororum. *Illius (Petri nempe Alvastrensis) sunt Declarationes, Revelationum* S. Birgittæ *libris, ut supra dixi, hinc inde insertæ, uti et revelationes aliæ, quas,*
C *in unum volumen redactas,* Extravagantes *appellarunt : quod, qua ratione sit factum, ex Extravagantium Prologo accipe :* Postquam dominus Alphonsus quondam episcopus Giennensis (*non Senensis, ut Mollerus, ubi de* Birgitta, *scribit*) et postea eremita probatissimus ex præcepto Christi revelationes cœlestes, factas S. Birgittæ de regno Sueciæ, in libros distinxisset, dominus Petrus, Prior Alvastri, ipsarum Revelationum primus conscriptor (*quoad maximam partem*) aliquas alias revelationes extra libros originales prætermissas redegit seorsum in cædulas et sexternos. Quos in præsentia reverendi patris beatæ memoriæ domini Nicolai, tunc temporis episcopi Lincopensis, aliorumque plurimorum dominorum sæcularium et ecclesiasticorum tradidit fratribus primitivis in Vuazsten, affirmans in verbo veritatis, revelationes illas et plures alias, quas in suo monasterio Alvastri repositas habebat, B. Birgittæ divinitus revelatas, et per se ab ejus ore translatas fideliter et conscriptas. Quarum revelationum aliquæ propter convenientiam, quam habent ad revelationes, in libris originalibus contentas, tamquam declarationes earumdem et additiones, diligenti præhabita discussione, ipsis originalibus libris hinc inde pio conamine sunt insertæ. AUCTORE J. B.

29 *Illius etiam mentio fit apud Joannem Cardinalem de Turrecremata in Prologo ad Revelationes* S. Birgittæ *capitulo* 1, *lib. Revelationum Extravagantium capp.* 46, 48, 109. *Oudino, ubi de* S. Birgitta *illi sermo est, tam Petrus Alvastrensis Prior, quam Alphonsus episcopus modo simplices et creduli, fideque indigni sunt, ut qui revelationes* S. Birgittæ *facile nimis a Deo immissas crediderint; modo homines fraudulenti, ut qui revelationibus a se confictis, quo iis fidem auctoritatemque conciliarent,* S. Birgittæ *nomen affinxerint. Simplicem corde fuisse Petrum Alvastrensem, sed simul religiosissimum, etiam Mathias Lincopiensis canonicus ait in Prologo : at quid obsit ejus simplicitas, ut* S. Birgittæ *revelationes sincere fideliterque tradiderit, non video : hujusmodi notam etiam S. Catharinæ, filiæ* S. Birgittæ, *inurere poterat, quæ idem, quod Petrus, in Actis Canonizationis* S. Birgittæ *attestata legitur in Prologo Revelationum extravagantium. Verum de Revelationibus* S. Birgittæ E *suo loco dicetur : illud interim hic observo, mirum non esse Petrum Alvastrensem, Cisterciensem monachum, parum benigne, imo contemptim ab Oudino, Præmonstratensis Ordinis aliquando alumno, et dein transfuga, excipi, qui religiosum habitum et una cum hoc, quod multo pejus, etiam fidem exuit. Contra Petrus Henriquez in Menologio Cisterciensi ad diem* VI *Maii, Chalemotus, et Bucelinus* Beatum *vocant; ad quem diem in Opere nostro tom.* 2 *Maii hæc leguntur in Prætermissis :* Petrus Prior monasterii de Alvastra in Ostrogothia, qui Revelationes S. Birgittæ scripsit, refertur cum titulo Beati a Chrysostomo Henriquez, eumque secutis Chalemoto et Bucelino. De eo agi poterit ad Vitam S. Birgittæ VIII Octobris : *at cum, quæ de illo auctores laudati habent, ex Vastovio hausta sint, nec hic illive ullum cultus sacri, Petro Alvastrensi exhibiti, indicium argumentumve suppeditent, necesse non est hac de re disserere pluribus. Ad Alphonsum sermonem converto.* *Alvastrensis Prior;*

30 *Alphonsum in primis Joannes Cardinalis* *et Alphonsus,* *de Turrecremata in Defensorii Revelationum* S. Birgittæ *Prologo cap.* 1 *numerat inter viros eximios, qui* S. Birgittæ *Revelationes tum ea viva, tum post mortem ejus examinarunt, et Alphonsum quidem bis ad* S. Birgittæ *Revelationes examinandas a summis Pontificibus deputatum ait; primum a Gregorio XI anno* 1377 : *dein ab Urbano VI anno* 1379. *Familiarem fuisse.* S. Birgittæ, *eidemque in itineribus socium fuisse, colligitur ex lib.* 7 *Revelationum capp.* 16 *et* 31, *ex Revelatione inter Extravagantes* 48 *et seq.; ex litteris ad illum datis a comite de Nola, quas habes apud Hormannum pag.* 813. *Fragmentum itineris Hierosolymitani, ab Alphonso descripti, ex codice Ms. Bibliothecæ publicæ Upsaliensis edidit Benzelius post Chronicon Margaretæ Vastenensis abbatissæ, de quo postea. Revelationes* S. Birgittæ *abs illo in libros fuisse distinctos, jam diximus supra; uti et Libro ad reges etc. compositum marte suo Prologum præfixisse; editum ab Hormanno a pag.* 625. *Patrem habuit Ferdinandum Rodriguez patria Senensem matrem vero,* Martinez *dictam, patria Segoviensem; Giennensis episcopus renunciatus fuit post* F

AUCTORE J. B.

*post Andream sub annum* 1368, *ut scribit Martinus de Ximena de Episcopis Giennensibus pag.* 340 : *sed episcopatui brevi post renunciavit, ac Romam abiit, ubi cum* S. Birgitta *familiaritatem contraxit.*

*Giennensis episcopus, sæpe citandi.*

31 *Inter varia, quæ Romæ gessit, memorat Odoricus Raynaldus, scripto illum Commentario Urbani VI in summum Pontificem electionem defendisse, quem exhibet ad annum* 1379 *a num.* 8, *e quo intelligitur, quanto flagrarit studio, ut imminens ecclesiæ schisma, quantum penes se erat, averteret, et quam intimam cum* S. Birgitta *habuerit necessitudinem ; ut suo loco annotabimus. Id hic animadverto ita Alfonsum in prædicto Commentario de seipso loqui, ut non natione Italus, sed Hispanus fuisse videatur : nam apud Raynaldum cit. num.* 16 *de fratre Alfonso tertii Ordinis S. Francisci hæc habet :* Qui nunc est in regno nostro in Gallecia prope civitatem S. Jacobi de Compostella ; *quo modo post abdicatum Giennensem episcopatum locuturus fuisse non videtur, si Italus fuisset. Mortuus et sepultus est, referente eodem Ximena, secundum alios in*
B *monasterio S. Bartholomæi de Lupiano, secundum alios in sacello S. Jacobi de Guadalaxara : sed vel ipsa, quæ hic occurrit, contradictio facit, ut neutris sit assentiendum ; sed potius Lanceloto lib.* 2 *Historiæ Olivetanæ, ubi de monasterio Quartano Genuensi, cujus fundator Alphonsus plerisque creditur, eum illic sepultum asserenti, ubi etiam ejus tumulum et epitaphium exstare ait marmori inscriptum, his verbis :* Hic jacet reverendus pater dominus Alphonsus de Vadatera (*de Pecha, scribit Ximena)* natione Hispanus, qui, disperso patrimonio proprio propter Deum, relictoque episcopatu Geennense, ut pauper Christum pauperem sequeretur, eremiticam vitam duxit. Tandem Januam veniens eleëmosynis fidelium sub vocabulo B. Hieronymi hanc fundavit ecclesiam, quam regi obtinuit per venerabiles monachos M. Oliveti. Demumque migravit ad Dominum. Anno MCCCLXXXVIII, die 19 Augusti. *Atque hæc quidem hactenus de Mathia Lincopiensi, Petro Alvastrensi, ac Alphonso Giennensi primum episcopo, dein eremita, paulo fusius congerere libuit, ut liqueat, non perinde simplices,*
C *credulos, fideque indignos fuisse, ac Oudino asserere placuit, meque eorum testimonia deinceps. in iis maxime, quæ ad facta* S. Birgittæ *pure historica, et vitæ quotidianæ institutum attinent, quæque aliunde, quam ex ejusdem Revelationibus explorata habere potuerunt, justis sane de causis adhibiturum.*

D

## § III. S. Birgittæ natale solum : qui fuerint ipsi parentes, fratres et sorores ; item quæ generis nobilitas.

*Suecia, antiquum orbis Arctoi regnum,* dividitur, *teste Andrea Bureo in ejusdem Descriptione, typis Elzeverianis anno* 1631 *Lugduni Batavorum edita, pag.* 28 in Succiam, Gothiam, Finlandiam, Ingriam atque Esthoniam : Suecia rursum in Sueoniam proprie dictam et Norlandias distinguitur : Sueoniæ provinciæ sunt Uplandia, Vestmannia, Dalecarlia, Nericia et Sudermannia. *Sueciæ regno ortam esse* S. Birgittam, *adeo non modo ab ejus biographis, et Bonifacio IX in Bulla canonizationis ejus, sed et in aliis monumentis Suecicis testatum est, ut plane nesciam, qua veri specie aqud Wolfgangum Lazium de gentium aliquot* E *Peregrinationibus etc. lib.* 7, *de Boiis inscripto, pag.* 279 *Adolphi Palatini filia a nonnullis dicta sit. Nata porro est in ea Sueciæ, seu, ut pressius loquar, Sueoniæ parte, quæ Uplandiæ nomen invenit, in prædio paterno Finstada, haud procul Upsalia, civitate tunc archiepiscopali, et antiqua regum Suecicorum sede, quæ modo Stökholmiam translata est. Ita præ ceteris enucleate docet Margareta abbatissa Vastenensis in Chronico, quod quidem sermone patrio scripsit, sed Latine Benzelius reddidit, ita Margaretæ in hanc rem verba interpretatus :* Neque ignorari debet eam (S. Birgittæ *matrem*) cum nobilissimo marito suo in Uplandia domicilium habuisse, et quidem in prædio Finztada, non procul Upsalia, ibique eis natam esse S. Birgittam, liberosque ceteros. *Plura deinceps ex hoc Margaretæ, ut appellant, Chronico proferemus : quapropter Margaretæ hujus notitiam hic obiter a Benzelio juvenit exhibere.*

33 *Monialis Vastenensis consecrata fuit anno* 1540, *obiitque anno* 1486, *postquam annis quatuordecim abbatissæ munere perfuncta fuerat, ut* F *ad annos citatos in Diario Vastenensi videre est :* *nec dubium, quin, licet illa ab ætate* S. Birgittæ *sit paulo remotior, probæ tamen notæ monumentis, in monasterio Vastenensi servatis, usa fuerit : et, ut his caruisset, non deerant in Vastenensi cœnobio post ejus professionem utriusque sexus religiosi homines, qui illic sub finem seculi decimi quarti vel sequentis initium Birgittino instituto jam forte nomen dederant, a quibus proin dubiis in rebus instrui probe poterat : ut alios præteream, anno* 1446 *obiit Joannes Joannis natus sub annum* 1363, *officio diaconatus functus annis* 41 : *mortuus Ericus Joannis confessor generalis anno* 1447, *professionis suæ* 50 : *anno* 1458 *Christina Pædhersdotter, monialem illic professa ab anno* 1386 *circiter, cujusmodi exempla plura in Vastenensi Diario hinc inde occurrunt ; usam autem Margaretam fuisse antiquis cœnobii Vastenensis monumentis, nemo non suspicabitur, qui, quæ de* S. Birgittæ *genere illa scripsit, cum iis, quæ eadem de re Joannes Gustavi in Genealogia Brahæa pag.* 13 *edidit ex codice olim Vastenensi, nunc in Wisingsburgensi bibliotheca servato, contulerit : quæ enim illic de*

S.

A S. Birgittæ *genere conscripta leguntur, verbatim etiam, licet non continua serie, in Margaretæ lucubratione reperiuntur : miscuit tamen his, quæ in prædicto codice reperiuntur aliunde multa, nimirum, ut paulo ante dixi, verosimillime a monasterii Vastenensis seu monachis, seu sanctimonialibus senioribus accepta; quod ipsamet, dum ait, sese S. Matris suæ, et illius posterorum genus describere*, quantum ex hominibus veri amantibus constare *sibi* potuit, *lectorem monere videtur : ut partim ex libro illo Vastenensi, partim ex antiquiorum primorumque cœnobii Vastenensis incolarum relatu Margaretæ scriptum verosimiliter coaluerit; et non immerito dignum id esse, quod typorum ope publicam lucem aspiceret, Benzelius sit arbitratus. Nunc ad* S. Birgittam *redeo.*

*illustri* 34 *Illustri admodum in Suecia loco natam esse* S. Birgittam, *unâ omnium vox est : Birgerus, Upsalensis præsul, a generis claritudine* S. Birgittæ *Vitam ita exorsus* : Beata Birgitta in regno Sueciæ oriunda, non solum juxta revelationem sibi divinitus factam ex sanctorum ibi-
B dem regum progenie, qui suis sanctis promeruerunt meritis, ut magnificaret Dominus misericordiam suam cum illa, illustrem duxit originem, verum etiam de nobilibus devotisque progenitoribus et parentibus; *adstipulantes sibi hic habet Vitam* S. Birgittæ *jam inde ab anno* 1485 *Lovanii typis editam, et a Surio interpolatam; Vitam item ejus abbreviatam apud Hormannum pag.* 797; *Bullam Canonizationis Bonifacii IX; Alphonsum in Prologo ad Librum Cœlestis imperatoris ad reges cap.* 3, *aliosque, quos taceo. Pater illi ex Bulla canonizationis Birgerus fuit, cujus, suppresso tamen nomine haustam a majoribus pietatem ac virtutem Birgerus Upsalensis episcopus num.* 2 *egregie prædicat. A Birgero porro, ut vitam et sanguinem, ita et* Birgittæ *nomen traxisse videtur : licet enim* Brigitta *vel* Brigida *sæpius dicta sit,* Birgittam *tamen monumenta Suecica et Bonifacius IX in Bulla canonizationis constanter nuncupant :* Brigidæ *vero appellationem Bonifacius vulgi tantum, in hujusmodi rebus minus plerumque accurati, consuetudini adscribit :* quam, *inquit,* vulgares Brigidam appellant. *Et Martinus V in*
C *Bulla confirmatæ canonizationis* S. Birgittæ; quam vulgares Brigidam appellabant, prout appellant.

*pioque patre Birgero,* 35 *Margareta, Vastenensis abbatissa, in laudes Birgeri non minus, quam Upsalensis præsul, sese effundit, cujus etiam, quod peculiaria quædam de* S. Birgittæ *patre complectantur, verba accipe ex versione Benzelii :* Quæ *(de* S. Birgittæ *matre illi sermo est)* honoratissimo juncta marito Birgero, Petri filio, legifero Uplandiæ, viro optimo et religiosissimo, multorum templorum et monasteriorum fundatori et exstructori; nominatim vero monasterii Skoo *(quod virginum Cisterciensium ad lacum* Meler *fuit)* Romam, Hierosolymas multaque alia loca sacra more patris et majorum visitavit. De tanto religionis ardore Deus ipse testatus est. *Hæc apud Benzelium Margareta. Refertur præterea Birgerus*, S. Birgittæ *pater, a Scheffero inter illos, qui sub Birgero, Magni filio, Suecorum rege, Uplandicarum legum codicem emendarunt; exstatque in archivo regio autographa Birgeri regis ad Birgerum epistola, qua prædictarum legum emendationem ipsi præscribit, data Stockholmiæ anno* 1296 : *vocatur in ea* Legifer *seu supremus judex Tiundriæ, quæ una est ex tribus Uplandiæ, ut Sueci loquuntur, Folklandiis; ut adeo non genere modo et pietate, sed etiam civili eruditione insignem fuisse oporteat. Sed hæc de Birgero* S. Birgittæ *patre dixisse, sufficiat hactenus.*

AUCTORE J. B.

*matre vero, Birgero pietate non impari,* 36 *Uxorem Birgerus habuit pietatis laude sibi non imparem : optima hæc probissimaque mulier, uti eam Margareta abbatissa appellat, palam quidem ceterarum illustrium matronarum more ornata incedebat, sed pietatem clam pectore occultabat : unde contigit, ut, cum aliquando in monasterio Skoo, ut habet Vita* S. Birgittæ *abbreviata, versaretur monacha, splendidum matronæ corporis cultum intuita, illum in superbientis animi verterit argumentum. Sed nocte sequenti apparuit monachæ persona venerabilis, irato vultu in hunc modum eamdem increpans :* Cur detraxisti ancillæ meæ, dicendo ipsam superbam esse, quod non est verum? Ipsius namque de genere filiam unam faciam procedere, cum qua facta mea magna faciam in mundo, tantamque sibi gratiam infundam, quod gentes mirabuntur universæ. *In Vita* S. Birgittæ *abbreviata* E *apud Hormann pag.* 797 *et seq., cui consonat Birgerus infra num.* 3 *: sed paulo aliter Margareta; quoad vim et sententiam eadem referens; quippe quæ viro venerabili, qui monachæ apparuerat, hæc verba tribuat :* superbam esse famulam judicasti, falso prorsus, quippe filiam pariet, quacum concors mea voluntas erat. *Mortem, quam præscivit ac prædixit, ad Dei nutum paratissima subiit, ut num.* 5 *Birgerus scribit, et pariter legitur in Vita per Surium interpolata : quibus Margareta Vastenensis consentanea scribit :* Id datum fuit, *inquit illa,* integritati morum dominæ hujus, quod ex mundo hoc evocaretur, et correpta morbo mortem suam aliquot diebus, antequam moreretur, et præsciret et prædiceret : jamque maritus ejus et reliqui mœsti atque flentes adstabant, cum illa animo hilari; „ Cur fletis? Quod satis est, vixi; „ gaudendum potius, jam enim me honoratior „ Dominus avocat. „ Hoc effata, marito liberisque fausta quæque adprecabatur et beate obdormivit.

*cui nomen Ingeborgis,* 37 *Sed antequam hinc alio progrediamur, nodus hic occurrit geminus : quorum alter in eo situs est, tuleritne monacha, de qua supra, judicium istud temerarium de* S. Birgittæ *avia, an de* F *matre? Alter, dictane fuerit ejus mater proprio nomine* Sirgis, *seu* Sigridis, *an* Ingeborgis? *Quod ad primum attinet, fatendum quidem, id de* S. Birgittæ *avia, quam diserte exprimit, Vitæ abbreviatæ* S. Birgittæ *auctorem retulisse : at cum idem de* S. Birgittæ *matre retulerint Birgerus Upsalensis præsul, et Margareta Vastenensis abbatissa, his utique præ illo adhærendum existimo. Major difficultas apparet in altero : quippe* S. Birgittæ *matrem* Sigridem *manifesto appellat Bonifacius IX in Bulla canonizationis, cujus verba exhibeo :* Hæc nempe mulier gloriosa ex patre Birgero et matre Sigride, conjugibus, de nobilissima regia stirpe Catholicorum Suetiæ regum procedentibus, nec minus fide orthodoxa et animi constantia ac virtutibus, quam nobilitate claris, duxit originem. *Contra codex olim Vastenensis, dein vero Wisingsburgensis, et Margareta, Vastenensis abbatissa, aviam* S. Birgittæ *maternam* Sigridem, *matrem vero* Ingeborgem *diserte appellant, et exstat hodieque Upsaliæ in*

AUCTORE J. B.

*in choro S. Catharinæ templi cathedralis Birgeri Petri de Ulfasa,* S. Birgittæ *patris, epitaphium his verbis, teste Joanne Gustavi pag.* 27, *conceptum* : Hic jacet nobilis dominus Birgerus, Petri filius, Legifer Uplandiæ, orate pro nobis Christum, cujus uxor, domina Ingeburgis, cum filiis eorum, quorum animæ quiescant in pace. *Birgerum et Ingeburgem conjuges eodem loci sepultos fuisse, affirmat etiam codex Wisingburgensis : stili vero barbaries seculi* XIV *ruditate non abhorret.*

*non Sigris aut Sigridis fuit :*

38 *Benzelius item Vastovium, quod* S. Birgittæ *matrem* Sigridem *dixit, ita excipit col.* 66 : Plurimis communem errorem errat, cum Sigridem matrem fuisse beatæ Birgittæ scribit, cui tamen Ingeburgis nomen erat. Sigridis avia erat materna. Rem nunc notissimam fusius explicare nolo. Ipsum monumentum sepulchrale Birgeri patris in templo cathedrali hujus nostræ urbis, illi ætati suppar, et artificiosissime cœlatum, rei veritatem abunde docet. *Qua igitur via Bulla canonizationis cum Margareta et sepulcrali Birgeri inscriptione conciliabitur? Diceturne*, S. Birgittæ *matri utrumque, et Sigridis et Ingeburgis nomen fuisse? Aut duas Birgero fuisse uxores, quarum altera Sigridis, altera Ingeburgis fuerit nuncupata, et ex his duabus Sigris* S. Birgittæ *mater? Primum* Birgittæ *ætate rarissimum fuisse videtur, ut ex Diario Vastenensi liquet, ubi nullam forte reperies feminam, quæ præter prænomen unicum, addito patris nomine, aliud habeat : alterum, reclamante una cum codice Wisingsburgensi Margareta abbatissa, dixeris : utrumque vero sine idoneo teste. Ut, quod sentio, aperte loquar, reor in Bullam canonizationis per errorem Sigridis nomen irrepsisse. illius nimirum potissimum vitio, qui illam Pontificis nomine adornavit, eo forte deceptus ex capite, quod, cum in Processu Canonizationis nusquam Ingeburgis nomen haberetur, sicut nec apud Birgerum, nec in Vita a Surio interpolata, nec alibi, quod sciam, quam in citatis monumentis occurrit, occurreret tamen alicubi Sigridis nomen, hanc sive ex oscitantia, sive ex scripti, quod præ manibus habebat, dubio sensu, sive alia denique quacumque ex causa* S. Birgittæ *matrem existimarit, per errorem quidem, sed ad rei substantiam, seu* S. Birgittæ *canonizationem, quam Pontifex intendebat, nihil omnino facientem. Interim tamen corrigendi erunt recentiores plerique, qui, ex monumentorum citatorum ignoratione Bullam canonizationis tuto sequi se posse hac in re rati, Sigridem* S. Birgittæ *matrem fuisse dixerunt, numero plurimi.*

*Qui fuerint S. Birgittæ fratres et sorores,*

39 *Septem ex illo Birgeri et Ingeburgis conjugio procreati sunt liberi; mares tres, feminæ quatuor ; a Margareta abbatissa recensiti hoc ordine, Petrus, Benedictus, Israël, Ingridis, Margareta, Catharina et* S. Birgitta. *Totidem numerat codex Wisingsburgensis, et Israëlem legiferum Uplandiæ nominat : de filiabus vero Birgeri et Ingeburgis hæc habet præterea* : Num vero duæ priores filiæ elocatæ fuerint, non patet, tertia enim filia Domina Catharina, uxor * Domini Magni Gudmari, legiferi Westrogothiæ *(seu Occidentalis Gothiæ, quæ Gothiæ supra memoratæ pars est)* cujus de stemmate hac in regione adhuc non minima pars superstes. *At Joannes Peringskiöld in Geneologia* S. Birgittæ, *quam Ms. habemus, ait, Margaretam,* S. Birgittæ *sororem, nupsisse Nicolao Ingivaldi, Hammerstadensium seu Griphorum propagatori. De Petro, Benedicto, et Ingride plura non reperi. Notior multo est Israël Birgeri,* S. Birgittæ *frater. Laudat illum Birgerus archiepiscopus num.* 2 *velut pietatis paternæ æmulum : cum enim de patre dixit :* Ipse etiam omni die Veneris peccata sua consuevit humiliter confiteri, sæpissime proferens verba ista. Sic me die Veneris præparare volo ad Deum, ut quidquid ceteris diebus mihi dederit, fere æquanimiter sim paratus. Illud memorans Sapientis : Ne glorieris in crastinum differendo pœnitentiam, ignorans, quid superventura tibi pariet dies : *de filio subdit :* Quod simili modo filius suus omnibus diebus vitæ suæ fideliter servavit, corpus suum post confessionem secrete flagellis acerrimis verberando, ut in flagello paratus Christum flagellatum in suo glorificaret corpore, et cum viciis et concupiscentiis jugiter crucifigeret carnem suam. *Plura de illo Vastovius in Vite Aquilonia pag.* 83 *et binis seqq., ubi ejus elogium texit, cujus summa dumtaxat capita brevibus delibabo. Majorum suorum æmulus pietati virtutique ab ineunte ætate se dedit, adeo ut, cum per ætatem obeundis summis honoribus par esset et Nericiæ legifer seu præses proclamatus, vix tandem, ut ne id muneris abnueret, acquieverit. Cujus rei specimen illustrius edidit, cum oblatum sibi, profugo in Daniam rege Sueciæ Magno Smeek, regni sceptrum constantissime renuit. Tandem Rigæ in Livonia piissime obiit anno* 1348; *cujus corpus e Livonia in Sueciam delatum uxor ejus Ramfridis paterno sepulcro inferri jussit Upsaliæ. Verum sunt nonnulla in Vastovio hoc loci corrigenda, quod vera falsis permixta tradiderit.*

*de quibus aliqua*

40 *Verum quidem videtur, Israëlem præclarum aliquod munus, a Rege Sueciæ sibi oblatum, non nisi ægre admodum admisisse : qua de re hæc habentur cap.* 95 *libri* 6 *Revelationum* S. Birgittæ : Cum quidam nobilis magnus regni Suetiæ, qui Dominus Israël (frater S. Birgittæ, *ut additur in Declaratione capitis)* vocabatur, multis precibus ad dignitatem majorem regiminis regni vocaretur multoties a rege, et ille habens desiderium eundi contra paganos, et ibi in servitio Dei pro fide sancta moriendi, nullo modo ad suscipiendam dignitatem moveretur, *revelatum* S. Birgittæ *fuit, ut ibidem sequitur, fore, ut desiderio ejus fieret aliquando satis, et a Deo mandatum, ut id muneris divini honoris causa interim susciperet Israël. Consentit itaque Israël, ut legifer fieret, non Nericiæ, ut Vastovius, sed Uplandiæ, ut codex Wisingsburgensis habet et charta antiqua paulo post citanda. Dein eo capite de Israëlis obitu Vastovianæ relationi non absimilia sequuntur, nimirum hæc* : Sic vere postea omnia hæc evenerunt. Nam, transactis aliquibus annis, iste dominus exivit contra infideles, et venit in Alemaniam in civitatem Rigensem, ubi infirmatus est. Et sentiens mortem vicinam ascendit cum aliquibus in ecclesiam cathedralem, et ibi digito imaginis Beatissimæ Mariæ Virginis, quæ ibi in maxima reverentia colitur, impressit annulum prætiosum, et reliquit ibi, aperte dicens : Tu mihi Domina es, et semper fuisti dulcissima, super quo te testem invoco, ideo me et animam meam tuæ providentiæ et misericordiæ relinquo. Deinde, sumptis Sacramentis, devotissime mortuus est. *Sed Israëlis obitus, quem anno* 1363 *affigit Peringskiöld supra laudatus, anno equidem* 1340, *ut Vastovius scribit, accidisse non potuit : nam anno* 1349 *subscripsit chartæ Andreæ*

* *supple :* fuit

A *dreæ Eschilli, equitis aurati, in qua diserte dicitur Uplandiæ legifer, uti apud Joannem Gustavi in Genealogia Brahæa videre est. Monet etiam Benzelius in hunc Vastovii locum col.* 65 *ex Messenio (cujus opera hactenus non vidi) in Scondiæ Chronologia, et Analectis pag.* 200, *constare,* anno 1363 vixisse Israëlem, quo ad effugiendas molestias imperii, quod ei inscio et renitenti obtulerunt cives, Rigam Livoniæ secessit.

*hic observantur.* 41 *Præclarum et vetustate venerandum hodieque superest Upsaliæ in cathedrali templo marmori incisum Birgerianæ ex Ingeburgi familiæ sepulcrale monumentum, quod ad calcem Genealogiæ Brahææ figuris expressum exhibet Joannes Gustavi, nosque supra obiter attigimus. Depictam id habet hinc Birgeri, inde Ingeburgis imaginem: Birgeri dextero lateri appositæ sunt effigies contractiores trium filiorum hoc ordine, Petri, Benedicti, Israëlis, expressis singulorum nominibus : Ingeburgi similiter ex parte opposita adjunctæ sunt quatuor filiarum imagines minores, earumque nomina hoc item ordine : Ingridis,*

B *Margareta, Catharina, et* Birgitta, *quamvis haud satis accurate expressa : totum monumentum ambit inscriptio, de qua num.* 37; *sed paulo aliter concepta. Latus infimum, qua quidem Birgeri pedibus subjicitur, hæc verba præfert :* Hic jacet nobilis, *latus secundum* : dominus Birgerus, Petri filius, legifer Uplandiarum, *latus superius :* Orate pro nobis, ac ejus uxor, *quartum* : Domina Ingiburgis cum filiis eorum, quorum animæ; *latus denique infimum, qua parte Ingeburgis substernitur pedibus* : requiescant in pace. *Id vero antiquum admodum esse, et saltem ante annum* 1391 *fuisse confectum, vel ex eo colligi fas est, quod* S. Brigittæ, *eo anno in album sanctorum relatæ, imagini signum nullum, quo sanctitas ejus et cœlestis gloria indicetur, additum sit, certe post annum illum ab ipsius* Birgittæ *posteris aut gloriæ ejus studiosis alias non omittendum. Atque hæc quidem de* S. Birgittæ *parentibus, sororibus et fratre dicta sufficiant : nunc de ejus majoribus instituendus est sermo; ut non modo pateat, eam, quod jam vidimus, nobilissimo in Suecia loco natam, sed etiam e regio Suecicorum regum san-*

C *guine, quod pariter ejus biographi testantur, fuisse prognatam.*

*uti et qui fuerit* 42 *Ex quo Suercherus II seu Senior sub annum* 1139 *Sueciæ regnum adeptus est, eique successit S. Ericus, alternis vicibus modo penes Suercherianam, modo penes Ericianam, ita sanciente Carolo VII, Suercheri Senioris filio, Sueciæ imperium usque ad Waldemarum et Magnum Ladulas familiam fuit; in quibus tam Suercheriana, quam Ericiana nobilitas viguit : illa quidem ex eorum patre Birgero Ierl, regni Suecici administratore; hæc vero ex eorum matre Ingeburgi, Erici Balbi, S. Erici abnepotis, sine liberis defuncti, sorore, ut scribit Loccenius rerum Suecicarum lib.* 2 : *quo factum est, ut post Suercherum Seniorem et Carolum VII ejus filium interim, priusquam ad Waldemarum regnum Sueciæ devolutum fuit, Sueciæreges fuerint Suercherus, Caroli VII filius, et Suercheri hujus denique filius, Joannes I cognomento* Mitis; *ut apud Suecicos scriptores passim videre est. Jam vero* S. Birgitta *e Suercheri Senionis sanguine, et linea quidem paterna originem duxisse, sic ostenditur : pater illi fuit, ut diximus, Birgerus Petri; Birgero Petrus Andreæ, cognomento* a Mohammer : *Andreas denique a Mohammer, cognatione mascula attigit Suercherum Seniorem, Sueciæ regem; ita codex Wisingsburgensis his verbis :* Tertia filia *(Sigridis, aviæ* S. Brigittæ*)* Domina Ingeburgis, adsociata perillustri Domino Birgero Petri de Finstad, legifero Uplandiæ, cujus parens fuit Dominus Petrus Andreæ a Mohammer, agnatione mascula attingens regem Suercherum. *At linea materna pariter* S. Birgittam *a Suerchero sanguinem traxisse, ita deducitur. Suercherus (ex uxore* 2 *Sophia, Boleslai, Poloniæ regis, filia, ut vult Peringskiöld) præter Carolum VII, quem ex Ulvida Norvega forte genuit, filium procreavit Sunonem, cognomento* Syk. *Huic filia nata est ex uxore, nescio qua, Ingridis, dicta* Ylfwa, *Magno Minniskiöld nupta; quo ex conjugio natus Birgerus Ierl, Sueciæ dein gubernator, et Waldemari et Magni Sueciæ regum pater; ubi et Benedictus Magni : hujus porro uxor Sigridis, cognomento* Venusta *fuit; ex eaque suscepit Ingeborgem, quæ, Birgero Petri matrimonio collocata,* S. Birgittam *denique felici edidit partu.*

AUCTORE J. B.

43 *Leguntur, quæ modo dicta sunt, in Genealogia* S. Birgittæ *a Joanne Peringskiöld exarata, et Holmia ad nos missa anno* 1714 *ab illustri Domino Sparwenfeldt; uti et in Arbore Genealogica D. Israëlis Birgeri,* S. Birgittæ *fratris, a D. Barone Guldenstiern concinnata, et in monasterio Birgittino,* Sion *dicto, Coloniæ depicta; consonantibus Joanne Gustavi in Genealogia Brahæa pag.* 23, *et Benzelio, in Notis ad Margaretam abbatissam col.* 39 *hæc annotante de Benedicto, legifero Gothiæ Orientalis;* filius erat Magni Minniskiöld, et Ingridis Ylfwe, Suercheri Senioris, Sueciæ regis, ex filio Sunone neptis. *Quibus quidem viris, rerum patriarum peritis, contraire nolim; vellem tamen, ut monumenta antiqua indicassent, et ad manum nobis essent, quibus, quæ de Sunone, Suercheri filio, Ylfwaque, Magno Minniskiöld nupta, hic dixere, confirmare possem : cetera porro ex codice Wisingsburgensi et Margareta abbatissa, sat certa apparent. Sic ille ex versione e Suecico idiomate Joannis Gustavi :* Faciamus hic quoque mentionem familiæ Divæ Birgittæ, cujus eventus nobis certo constat : primo avus maternus S. Birgittæ fuit Dominus Benedictus legifer, frater gubernatoris regni Sueciæ Birgeri Ierl, qui ob vetustatem in matrimonio duxit uxorem se genere inferiorem, ideo indignantes tam frater, quam ceteri agnati, misit Birgerus Ierl, germano suo in contemptum mulieris tunicam bipartitam, cujus una pars erat holoserica, et altera ex vili panno, quam maritus Dominus Benedictus margaritis, ac auro exornari curavit, ut pretiosior videretur priore parte; cum vero frater aliique cognati Sigridis præsentem pulchritudinem et modestiam animi cognoverunt, tandem ad tale conjugium, tamquam fato peractum, consenserunt, in quo etiam singulari suavitate pie per aliquot annos vixerunt, et sic quatuor liberis susceptis (videlicet unico filio et tribus filiabus) Domina Sigridis, quam piissime vitam (*hoc satis integre e Suecico redditum non videtur*) cum morte mutavit, Holmiam funus transportatur, et honorifice in ecclesiam S. Claræ sepulchro traditur.

*ex regia Suecorum* E

F

44 Filia autem præfati Benedicti Ramburgis, uxor nobilis Erngislonis Plate, qui est sepultus in ecclesia Ostrogothiana, vulgo Swanshals dicta, ubi olim fuit curia sive sedes illo-

*familia*

 rum,

AUCTORE J. B.

rum, in cœnobio Risaburgensi sepeliebatur. Altera filia Domina Catharina, multas S. Birgittæ pias actiones magistro ac episcopo Petro Sca, quas tempore educationis suæ ab illa didicerat, revelavit. Tertia filia Domina Ingeburgis adsociata perillustri Domino Birgero Petri, *quibus subdit filios tres ac filias quatuor; e filiabus autem* S. Birgittam *quarto loco recenset. His verbatim sæpe consonat Margareta abbatissa, quamquam plura subinde interserat. Sic de Erngislone Plate agens, ac de Ramburgi ejus conjuge ait* : Morti vicinus vir hic nobilissimus professus est honestissimam uxorem suam adhuc æque illibatam esse virginem, atque fuerat quum primum in domum ejus deduceretur, quod publice constare, illa, quamdiu vixit, ægerrimo tulit animo. *Est etiam, in quo codici Wisingsburgensi Margareta adversetur. Nam secunda Benedicti legiferi filia, quæ illic Catharina est, a Margareta Ingridis dicitur.* Filia, *inquit*, dominæ Sigridis secunda erat Ingridis, quæ habitavit in Aspanaes, probitate et pietate insignis domina, cujus etiam custodiæ, matre mortua, commissa est
B dilecta mater nostra Birgitta. Atque hujus, adhuc puellæ, plurima et morum innocentiæ, et benignitatis divinæ documenta vidit memorata domina, præcipue, quomodo Beata Virgo Maria ei assideret, et vel acu pingentem, vel alia curantem negotia adjuvaret. *Hæc etiam de* S. Birgittæ *matertera quadam Birgerus narrat, sed nomen tacet : ut nesciam sane, utri adhærendum sit, codicine Wisingsburgensi, an Margaretæ.*

*erinnde*

45 *Lubet etiam regium* S. Birgittæ *genus aliunde confirmare : Magnus Ladulas, Sueciæ rex, de quo supra num.* 42, *tres filios habuit, Birgerum, successorem suum, Ericum, et Waldemarum : Birgero, e regni solio patriaque pulso, successor datus est dicti mox Erici filius Magnus, cognomento* Smeek, *id est, ut interpretatur Loccenius, blandis verbis promissisque lactatus. Huic* S. Birgitta, *cum adhuc versaretur in Suecia, ut suo loco videbimus, multa prædixit : sed hic sanctæ Mulieris et cognatæ suæ monita nihil pensi habuit : cognatæ, inquam, suæ; sic enim habet Margareta, de Birgero,* S. Birgittæ *filio, præter*
C *alia hæc scribens* : Cumque scrinium S. Birgittæ prima vice portaretur, ei Birgerus ipse cum aliis viris nobilibus humeros subdidit, quo item die pia perfusus lætitia in hæc verba prorupit : Nunc gaudens erectum caput efferam, qui quondam sæpius defixis in terram oculis stabam coram Domino meo Magno rege, quum identidem a me quæreret; Quid, quæso, de nobis cognata nostra, tua Mater, hac nocte somniavit?

*uti et Danorum, explicatur,*

46 *Quod si Benedicti Legiferi majores ex scriptorum Suecicorum mente persequamur,* S. Birgittam *ex Ingride, S. Canuti Daniæ regis et martyris, et Adelæ, filiæ Roberti Frisii, Flandriæ comitis, filia sanguinem etiam duxisse deprehendemus : Ingridis enim Folchoni, Sueonum nobilissimo maritoque suo, filios duos peperit (vide Loccenium rerum Suecicarum lib.* 1 *pag.* 34) *Benedictum,* Sinvils *dictum, et Canutum : ex Canuto (alibi tamen Benedicto id tribuitur) progenitus est Magnus Minniskiold, et ex hoc Benedictus legifer, avus* S. Birgittæ *maternus. Sed de regio* S. Birgittæ *stemmate atque ejus majoribus jam satis superque dictum existimo, etsi plura præsertim ex Peringskiöldi* S. Birgittæ *Genealogia his addi possent; et ne justo longius evagari*
D *cogar, ad* S. Birgittæ *natales progredior. Si quis tamen propria illustrissimæ illius familiæ insignia nosse desideret, sigillum patris ejus Birgeri exhibet Joannes Gustavi in Genealogia Brahæa ante Epistolam nuncupatoriam : ubi adverte duabus aquilinis alis, qua parte sibi earum apices imminent, rosam insertam, quæ in duobus sequentibus non habetur,* 2 *Sigillum fratris ejus Israëlis Petri in archivo regio repertum, et instrumento anni* 1349 *appensum pag.* 19. 3 *Birgeri Petri insignia, prout incisa sunt monumento ejus sepulcrali Upsaliæ, sub calcem libelli jam sæpius nominati.*

## § IV. Prodigiis variis illustratur ortus S. Birgittæ, sub initium seculi XIV natæ, multisque prærogativis ab ineunte ætate divinitus decoratæ.

E

*Tam singulari atque inusitata pietatis religionisque laude conspicuis orta parentibus et majoribus* S. Birgitta, *quam ab illis hausit, pietatem, vitæque sanctimoniam a teneris unguiculis ad extremam usque ætatem non modo integram illibatamque servavit, sed etiam auxit, adeo ut futura ejus sanctitas, etiam prius, quam vitæ hujus lucem aspiceret, portentis non dubiis divinitus fuerit subinde declarata. Ac primo quidem in hanc rem ita loquitur Birgerus num.* 3 *et seq.* Mater similiter hujus gloriosæ Dominæ nobilis extitit et devota, cujus pater, cum de semine regio esset natus, decorem domus Dei diligens, pluribus fundatis ecclesiis et monasteriis, ipsis juxta magnificentiam suam amplissimos redditus dotis nomine constituit et donavit. Cum autem quadam die uxor ejus, devocionem mentis occultans, ac secundum nobilitatem suam et consuetudinem nobilium incedens, ut omnis gloria ejus ab intus in fymbriis aureis soli Deo placeret, a quadam moniali quasi superba despiceretur; statim sequenti nocte, cum dicta monialis
F obdormivisset, apparuit ei persona mirabilis vultu, dicens : Cur dextraxisti ancillæ meæ, dicendo eam superbam esse, quod tamen non est verum; de ipsa enim unam Filiam faciam procedere, cum qua statuam pactum meum, tantam ei tribuendo gratiam, ut universæ nationes non sufficiant admirari. *Libuit hic Birgeri verba integre transcribere, quod res illa, quam supra num.* 37 *obiter attigi, discutienda hic veniat paulo accuratius. Satis quidem ex Birgeri, Margaretæ abbatissæ, supra num.* 36 *laudatæ, et auctoris Vitæ abbreviatæ* S. Birgittæ *unanimi assertione compertum est, divinitus, cum nondum nata esset, fuisse prædictum, fore, ut insignibus gratiæ cœlestis donis ornaretur : verum contigeritne id aviæ ipsius Sigridis, an matris Ingeburgis, superbiæ ob ornatum corporis a moniali Skoënsi seu Skoghensi immerito damnatæ, occasione, haud ita ob Margaretæ et auctoris Vitæ* S. Birgittæ *abbreviatæ hac in re discrepantiam liquet.*

48 *Verum Margaretæ Vitæ abbreviatæ auctor videtur hic posthabendus; tum quod illa de rebus, quas scribit, accuratius et cumulatius*

*videtur*

A *videatur fuisse instructa ; tum quod consentientem sibi habeat Birgerum, quem ille forte, aut alium quemvis auctorem, qui eodem, quo Birgerus, modo, id est, subobscuro, de* S. Birgittæ *matre hic scripserit, perperam intellexerit : ut res patescat clarius, verba Birgeri, num. proxime superiori recitata, quantum necesse est, repetamus.* Mater similiter *(* S. Birgittæ, *inquit )* nobilis extitit et devota, cujus pater *etc : Postrema hæc Birgeri verba,* cujus pater, *tam ad Patrem matris* S. Birgittæ, *seu avum hujus maternum, quam ad* S. Birgittæ *patrem, prima quidam fronte et per se considerata, referri valent : quo fit, ut cum paulo post ait,* cujus uxor *etc ; videri Birgerus possit tam de ejus avia, quam de matre sermonem hic instituere : cujus, aut alterius, eodem modo hic loquentis, auctoris verba, qui Vitam abbreviatam concinnavit, fuerit verosimiliter priori modo interpretatus.*

*non avia, et mere judicanti, prædicta fuit.*

49 *At Birgerum de Birgero* S. Birgittæ *patre, atque adeo de Ingeburgi* S. Birgittæ *matre mentionem facere, ex adjunctis personarum colligi potest : ait enim virum, de quo loquitur, ecclesiarum monasteriorumque fundatorem fuisse, quod*

B *quidem de Birgero,* S. Birgittæ *patre, non de avo ejus materno dictum fuisse, num.* 35 *vidimus supra. Præterea hæc a Birgero relata verba :* De ipsa enim faciam procedere unam filiam, cum qua statuam pactum meum, *quas proprie indicant, nisi* S. Birgittam *et matrem ejus Ingeburgem ? Ut Birgeri biographi mentem minus accurate explices, si pro* de ipsa *scribas* de ejus genere, *quod Vitæ abbreviatæ auctor facit. Ceterum quæret fortasse hic aliquis, quæ fuerit persona illa* mirabilis vultu, *seu, ut in Vita abbreviata legitur,* miræ pulchritudinis, *quæ monialis Skoghensis temeritatem verbis supra relatis increpuisse dicitur ? Hormann in Indice verbali ad vocem* Birgitta *censet, fuisse Beatissimam Virginem Mariam : at quisquis apparentis personæ verba perpenderit, mecum, ut opinor, sentiet, ea potius Christi esse, qui* S. Birgittam *deinceps in sponsam assumere dignatus est, et gratiæ, hominibus infusæ, dici debet fons et auctor, proprie dictus. Consonat utcumque Margareta abbatissa sic scribens :* Sed huic noctu postmodum apparuit vir venerabilis exprobrans judicii temeritatem dicen-

C do : Superbam esse famulam meam judicasti, falso prorsus : Filiam pariet, quacum concors mea voluntas erit.

*Mater gravida Filiæ causa*

50 *En alterum futuræ* S. Birgittæ *sanctitatis portentum, ante ejus nativitatem editum :* Nam cum adhuc in matris gestaretur utero, *inquit Birgerus*, contigit matrem in sinu maris pati naufragium, et cum multi promiscui sexus essent submersi, dux regni, videns ipsam in periculo constitutam, omnibus modis, quibus potuit, eam vivam ad litus perduxit : sed miro modo ipsa nocte astitit matri persona vestitu fulgenti, dicens. Salvata es propter bonum, quod habes in utero *(ex Dei scilicet arbitrio,* S. Birgittam *una cum matre ab interitu vindicare volentis, non ex* Brigittæ *meritis, quæ tum adhuc nulla erant : unde tamen nonnemini ea suspicio,* S. Brigittam *in utero matris gratiam, quam* sanctificantem *Theologi dicunt, accepisse, injecta est ; verum enimvero levi nimium de causa )* nutri illud cum caritate Dei, quia tibi a Deo specialiter est donatum. *Verbis pene iisdem eadem habes in Bulla Canonizationis infra edenda, in Vita* S. Birgittæ, *a Surio interpolata, quemadmodum et in Vita ejusdem abbreviata apud Hormann pag.* 798, *apud S. Antoninum, et alibi ; ut in portenti merito vocari in dubium nequeat. Margareta abbatissa paucis eadem refert, additque rei gestæ adjuncta unum atque alterum, alibi præterita : quare et illius verba huc transfero :* Contigit etiam, *inquit*, dominam hanc *( Ingeburgem )* cum sancta matre nostra Birgitta gravida esset, ad littora Oelandiæ naufragium facere, sed ope ducis illius qui Nycopiæ fame enectus est, non sine maximo labore et præsentissimo vitæ periculo, multis aqua demersis, liberari. Nocte subsecuta obversabatur species hominis fulgenti induti veste, sibique dicentis : „ Propter bonum illud, quod in „ utero geris, a mortis faucibus ereptam te scias, „ fac Dei amore imbuas, quod Deo acceptum re- „ ferre debes. „

auctore J. B.

*liberatur naufragio.*

51 *Ex his Margaretæ, abbatissæ Vastenensis, verbis discimus primo quidem, pro maris tractu Ingeburgis,* S. Birgittæ *mater, propter filiam, quam gestabat utero, fuerit ereptanaufragio ; tum cujus potissimum ope salva evaserit, quæ alibi nonnisi generatim indicata reperias. Est enim Oelandia Baltici maris insula amœna et fertilis, Gothiæ* E *Orientalis pars, Calmaria, Smallandiæ oppido maritimo, milliari tantum dimidio distans. Cum vero ducem, qui Ingeburgem naufragii periculo surripuit, deinceps Nicopiæ (Sudermanniæ, Sueonum provinciæ, emporium est ) fame enectum, Margareta asserat, abunde indicat, hunc fuisse Ericum, quem Birgeri regis fraude et impietate, nulla habita fraternæ necessitudinis ratione, una cum altero fratre Waldemaro arci Nicopiensi inclusum post tridui famem exstinctum, scriptores Suecici passim perhibent. Vide Loccenium rerum Suecicarum lib.* 2 *ad annum* 1317, *ubi et meritas parricidii pœnas luisse Birgerum, regno propterea pulsum scribit.*

*quæ, cur mari se commiserit, incertum.*

52 *Quæ fuerit maritimi hujus itineris ab Ingeburge suscepti ratio, quis terminus, mihi quidem divinare non lubet : at Burlamachius lib.* 1 *Vitæ Italicæ* S. Birgittæ *cap.* 1 *ait, Ingeburgem,* S. Birgittæ *matrem, maritum Birgerum, qui Compostellanam peregrinationem susceperat, imitatam, ad S. Brigidam, celebrem miraculis in Scotia virginem, una cum Henrico seu potius Erico, regni Sueciæ duce, iter devotionis causa instituisse; inde vero reducem prope patriam in naufragii periculum incurrisse. Laudat in margine Surium, et Bullam Canonizationis : verum, quod ad dicti itineris causam quidem ac terminum attinet, nihil illic, nec apud antiquiores, qui de* S. Birgitta *scripserunt, Burlamachii assertioni simile repertum iri existimo; ut adeo id pro mera scriptoris illius conjectura accipiendum videatur, haud magis fundata, quam altera ejusdem generis conjectura, quæ apud eumdem scriptorem ibidem occurrit, nimirum ex eadem Ingeburgis in S. Brigidam Scoticam pietate profectum esse, ut* S. Birgittæ Brigidæ *nomen impositum fuerit : verum Sanctam nostram a patre Birgero potius* Birgittæ *nomen sortitam esse, nec* Brigidam, *nisi a vulgo, parum passim in hujusmodi rebus accurato, dictam fuisse, jam ante ostensum est. Et hæc quidem* S. Birgittæ *ortum portenta præcessere.* F

*Hemmingo nativitas Birgittæ divinitus manifestatur,*

53 *Mox vero alterum Birgerus subdit num.* 4, *quod ea nata contigit, et in Bulla pariter Canonizationis refertur his verbis :* Cumque puella Birgitta de genetricis alvo in mundum recenter fuisset educta, sacerdos parochialis in ecclesia propinqua approbatæ vitæ et ætatis perfectæ, dum nocte orationi vacaret, nubem lucidam

AUCTORE J. B.

cidam, et in medio nubis virginem sedentem vidit, librum habentem in manu, sibique dicentem : « Nata est Birgero quædam filia, cujus « vox per totum mundum admirabilis audie« tur. » *Eadem habet Vita* S. Birgittæ *abbreviata apud Hormann pag.* 798, *addens curionem illum, deinde factum esse Aboënsem in Suecia episcopum. Petrus Alvastrensis nomen illius prodit (si Vastovio credimus) in Declaratione ad cap.* 125 *lib.* 4 *Revelationum* S. Birgittæ, *sic scribens* : De isto episcopo sunt plures revelationes in Vita dominæ Birgittæ (*in nostra aliisque non nisi hæc unica; si tamen hic illius mentio fit; atque adeo primaria* S. Birgittæ *Vita, alia ab iis, quæ hactenus notæ sunt, hic indicari videtur*) qui fuit dominus Hemingus episcopus Aboënsis, et amicus beatæ Virginis Mariæ.

*qui non fuit episcopus Aboënsis, de quo Vastovius.*

54 *Haud obscure quidem hic Petrus Alvastrensis Hemmingum, episcopum Aboënsem, nominat : at fieri non potest, ut Hemmingo huic cœlestis illa de* S. Birgitta *vox, quod Vastovius ait pag.* 89, *audita fuerit : istud porro ita confici : secundum Vastovium pag. citata, ut ei in syllabo Chronico Hemmingus non ante annum*
B 1367 *obiit, ætatis* 70. *Paulus vero Iwsten in Chronico episcoporum Aboënsium Ms., notante Benzelio col.* 66, *obiisse ait Hemmingum anno Domini* 1367 *episcopatus sui anno* 27 *vitæ vero suæ* 77; *itaque natus fuerit sub annum nonagesimum seculi decimi tertii; sub initium vero seculi sequentis, quo ad annum quintum nondum provecto procul dubio nata jam fuerat* S. Birgitta, *ut mox ostendetur, annum numerare dumtaxat potuit ætatis suæ circiter* 15. *Atqui is, qui cœlestem illam vocem excepit, vir erat* ætatis provectæ, *teste Birgero et Vita per Surium interpolata;* perfectæ ætatis, *teste Bulla canonizationis* curatus *seu pagi alicujus curio, teste Vita abbreviata. Alium itaque fuisse oportet, qui vocem illam audierit, nisi et Paulus Iwsten, et Vastovius ipse in assignanda Hemmingi ætate non parum fuerint hallucinati; quod miror a Benzelio non fuisse observatum. Res interim ipsa testibus satis idoneis firmata est, ut ex dictis liquet, ut credi prudenter possit, et absque nimiæ credulitatis nota : nec enim aliunde inusitatum scimus aliorum quoque Sanctorum natalitiis portenti aliquid divinitus intercessisse.*

C 55 *Quo loco nato sit* S. Birgitta, *diximus supra ex Margareta abbatissa Vastenensi, nempe in prædio paterno, nomine* Finstad *haud procul Upsalia, in Uplandia, Sueciæ provinciæ; verum quo anno? Pendet ea quæstio ab anno, quo e vivis excessit, et ætatis, qua in terris vixit, diuturnitate : de utroque non omnes eadem scribunt. Birgerus num.* 33 *mortuam scribit anno* 1372 *decimo Kal. mensis Augusti, seu die Julii* XXIII. *Birgerum secutus est S. Antoninus : at Vitæ abbreviatæ auctor, uti et Vitæ, per Surium interpolatæ. anno* 1373. *Chronologus, ut scribit Benzelius in Annotatis ad Vastovium col.* 69, *qui circa annum* 1415 *scripsit, in Collectione Monumentorum ecclesiasticorum Benzelii pag.* 81 *sic habet* : MCCCLXXIV mortua est beata Birgitta Romæ X Kalend. Augusti. *Rursus, eodem teste, auctor quidam anonymus in cod. Ms. bibliothecæ publicæ num.* 15, *anno* 1372 S. Birgittæ *obitum affixit rudibus his versibus :*

*Obiit anno,*

Post ortum Domini Christi regnantis ubique
Milleque trecentis et septuaginta duobus
Annis transactis, mundo discessit ab isto
Brigida de Swecia, magna virtute refulgens,

In festo Sancti quod contigit Apollinaris. D
Sed paucis foliis interjectis, *inquit Benzelius*, iidem versus repetuntur, et antiqua item manu, sed legum carminis nihil solliciti emendatum est : SEPTUAGINTA TRIBUS. *Verum his omnibus luculentius annum* S. Birgittæ *emortualem describit Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi ad annum* 1373, *adducto etiam in testimonium Processu canonizationis* S. Birgittæ, *seu Attestationum Libro, ut aperte liqueat, quosdam ejus ætate lapsos hac in re fuisse in errorem, quos ipse studiose refellit, ita scribens* : MCCCLXXIII in die beati Apollinaris martyris Romæ obiit sanctæ memoriæ venerabilis mater nostra beata Birgitta anno cycli solaris XXI (*lege* X) et erat B. littera Dominicalis, et ut habetur in Attestationibus; obiit in Sabbatho, cui contradicunt, qui putant eam transiisse anno MCCCLXXII. Et obiit anno ætatis suæ LXX.

56 *Annum etiam* 1373 *supremum fuisse* S. Birgittæ, *ait auctor Vitæ Germanicæ, seu, si malis, Belgicæ, de qua num.* XI, *teste P. van der Ketten in Notitiis : sed minime omnium audiendus Olaus Rosencrantzius, quem* S. Birgittæ *obitum ad annum usque* 1383 *differre in Epistola ad Thomam Bartholinum, affirmat Benzelius in* E *illustrato Annotatis a se Margaretæ Chronico pag.* 43. *Sane ad Olaum refellendum, ut alia deessent, satis essent unæ Bernardi, archiepiscopi Neapolitani, litteræ, datæ anno* 1376 *die* XXV *Augusti (vide illas apud Hormannum pag.* 804 *et seq.) quibus ille inquisitionem haberi jubet in miracula, quæ* S. Birgitta *Neapoli* tam in vita, quam post mortem *patravit. Ceterum, quod ad antiquos attinet, qui mortem* S. Birgittæ *anno* 1372, *vel* 1374, *vel anno denique* 1373 *illigarunt, non facile dixero, unde hæc illorum varietas inconstantiaque profluxerit : sed undecumque ea tandem sit orta, standum est anno* 1373, *a Thorirо Andreæ assignato, cui præter librum Attestationum, quem laudat, favet etiam dies Sabbati, quo cœlesti Sponso in cœlis sociata fuit* S. Birgitta, *quod anno quidem* 1373, *at non* 1372, *aut* 1374 *in diem* XXIII *Julii incidit. Favet etiam Alphonsus episcopus Giennensis in Fragmento itineris Hierosolymitani, quod ipse una cum* S. Birgitta *instituit; ex quo manifestum fit,* S. Birgittam *anno* 1372 *ultra diem* XXIII *Julii, quo obiisse illam consentiunt omnes, in vivis fuisse su-* F *perstitem.*

57 *Annus enim* 1372 *jam ad Martium prius productus erat, quam* S. Birgitta *Neapoli Hierosolymam navigatura in navem descenderit, ut apud Benzelium post Margaretæ Chronicum pag.* 28 *legere est : ita enim illic Alphonsus Giennensis episcopus, vel certe nonnemo ex* S. Birgittæ *eo in itinere comitibus scribit :* Anno Domini MCCCLXXII fecit S. Birgitta de regno Sweciæ hoc viagium ad sanctum Sepulchrum de Neapoli, prout infra sequitur : Die Jovis, XI Martii posuimus (*N. B.*) nos in navi, in portu in civitate Neapoli. Dominica in Passione, XIV die Martii exivit navis de portu prædicto, et incœpit viagium. *Potuitne* S. Birgitta, *quæ anno* 1372 *ad medium mensem Martium provecto primum mari se dedit, anno eodem, ultra* XXIII *Julii nondum provecto, Hierosolymis post actas ibidem aliquamdiu moras in Urbem redire, in eaque post infirmitatem annuam, qua partim mari, partim terra et Romæ affecta fuit, et vivis excedere? Sic enim Birgerus de supremo* S. Birgittæ *morbo scribit num.* 30 Postquam autem Romam rediit,

A rediit, gravi infirmitate per annum integrum detenta, quam tamen tam in mari, quam in terra inter labores et dolores pacientissime sustinuit, cœpit de die in diem gravioribus ægritudinibus aggravari: *quod quidem etiam legitur apud S. Antoninum, et in Vita* S. Birgittæ *a Surio interpolata. Præterea lib.* 7 *Revelationum cap.* 6 *anno* 1371 *mense Majo, die S. Urbani, id est,* XXV *ejusdem mensis Romæ existens adhuc* S. Birgitta *divinitus monita fuisse legitur, ut se ad iter Hierosolymitanum præpararet; non potuit igitur eodem anno mense Martio Neapoli sese mari committere. Dubium itaque non videtur, quin anno* 1373 *die* XXIII *Julii obierit* S. Birgitta, *quod quidem etiam recte scribit Hilarion a S. Antonio in Vita Italica S. Catharinæ,* Birgittæ *filiæ, anno* 1641 *Neapoli edita pag.* 225; *verum sibimet contrarius est, dum* S. Birgittam *die Veneris obiisse affirmat.*

*ætatis, ut apparet,* 71; *nata adeo anno* 1302 *aut seq.,*

B 58 *Quod autem ad annum ætatis* S. Birgittæ *supremum spectat, passim quidem hic fuisse dicitur annus vitæ ejus* 70. *Ita Thorirus Andreæ num.* 55 *laudatus et Vita abbreviata apud Hormann pag.* 801. *Petrus Alvastrensis Revelatione inter Extravagantes* 8 *scribit* S. Birgittam, *relicta Suecia, Romam venisse anno ætatis suæ* 42: *postquam autem patria excessit, vixisse annis* 28, *qui, additi annis* 42, *conficiunt summam annorum* 70. *Hoc modo* S. Birgittæ *annos numerasse videtur Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi, anno* 70 *ætatis suæ mortuam scribens; sed forte de anno* 70 *ætatis* S. Birgittæ *integre exacto, ac proin de anno ætatis ejus* 71 *currente est intelligendus: ut ut sit, manifesta sunt, iisque proinde adhærere hic malim, dum aliud aliunde æque clare ostendatur, Bullæ canonizationis verba, quibus, labente anno ætatis suæ* 71, *ad Superos evocata dicitur. En illa:* Et cum fuisset annum septuagesimum supergressa, adveniente jam termino *(vitæ)* prænunciato, vocata familia, quæ fieri oporteret, edixit etc: *Hisce ita constitutis, nata fuerit* S. Birgitta *annò Christi* 1302 *vel* 1303; *priore quidem, si, cum moreretur, annum suum* 71 *ultra menses sex et dies* 23 *jam protraxerat; sin vero minus mensibus sex et diebus* 23, *posteriore; ut falli Benzelium rear, dum in Annotatis ad Vastovii Vitem Aquilonarem col.* 67,

C S. Birgittam *natam scribit anno* 1304; *quod tamen verum esse potest, si anno ætatis suæ* 70 *currente illa obierit; at ultra annum* 70 *Vitam* S. Birgittæ *fuisse protractam, ex Bulla canonizationis jam dictum est.*

*multis ab incunte ætate*

59 *Ceterum* S. Birgitta, *cujus ortum non uno cœlesti prodigio illustratum vidimus, conceptam inde sanctitatis suæ spem, ut primum per ætatem licuit, egregie confirmavit: Birgerus primam ejus ætatem ad annum usque duo decimum brevibus a num.* 4 *usque ad num.* 10 *perstringit: mirum vero quantis jam tum supra ætatem virtutibus fulserit; laudat illam præcipue a corporis animique munditie, a sobrietate et modestia, a simplicitate et verecundia, ab humilitate et obedientia, a patientia et caritate, a studio orationis, et concupiscentiæ fuga, maxime vero ab ardentissimo in Christum patientem amore, cujus sine lacrymis meminisse vix poterat. Nec multo aliter, licet strictius ac generalius, Bonifacius Pontifex loquitur in Bulla canonizationis, ejus pueritiam in hunc modum laudans:* Procedens vero in annis, pueritiam mira devotione transegit, orationibus videlicet ac jejuniis, et alias numquam a bonis operibus otiosa. *Quæ quamquam in tenella adeo virgine admiratione dignissima sint, ita tamen ut fierit de* Birgitta, *in proclivi erat admodum ob multiplices favores, quibus divinitus fruebatur, et ad sanctimoniæ studium suavi quadam vi atque virtute impellebatur identidem. Toto pene primo vitæ suæ triennio elinguis obmutuit, sed qui linguas infantium facit disertas, inquit Birgerus, suffragante Bonifacio IX in Bulla canonizationis, ita linguæ, quæ divinæ voluntatis coram regibus, Pontificibus, et quocumque hominum genere aliquando esse interpres, impedimentum solvit, ut non balbutiendo ceterorum infantium more, sed velut ætate adulta expedito facilique sermone deinceps uteretur.* AUCTORE J. B.

*donis gratiisque,*

60 *Crescente vero* S. Birgittæ *ætate, creverunt pariter in illa divini favores. Nondum septennium expleverat ætatis, cum matre orbata est Ingeburge, cujus num.* XI *mentionem feci, ac Upsaliæ in choro S. Catharinæ in templo cathedrali monumentum sepulcrale extitisse, marmori incisum, pariter in superioribus dixi. Mortuam scribit Joannes Peringskiöld in Genealogia* S. Birgittæ *Ms. anno, ut videtur,* 1310, *quod Birgeri calculo congruit. Erat autem* Birgittæ *matertera,* E *teste Birgero biographo, prudentiæ laude insignis, cui* Birgittam *filiam Birgerus pater nutriendam commisit; nominabatur hæc Ingridis, et in Aspanaes domicilium habuit, si Margaretæ Vastenensi credimus; contra vero Catharina dicta fuit, si codici Wisinsgburgensi: ut ut sit, huic* S. Birgittæ *materteræ, seu Catharinæ seu Ingridi, accepta retulerunt Margareta et codicis mox citati auctor, quæ de* S. Birgitta *ex Birgero, ejus biographo, sequuntur.* Vidit ex opposito lecti sui altare, et dominam super illud vestibus fulgidis sedentem et habentem in manu sua coronam, quæ dixit „ Birgitta veni „ illa autem hæc audiens surrexit de lecto currens ad altare. Cui dixit Domina: „ Visne habere istam coronam? „ Illi vero annuenti imposuit coronam capiti suo, ita quod sensit, quasi circulum corone tegere caput suum. Rediens autem ad lectum visio illa disparuit, quam tamen numquam poterat oblivisci. *Dubium non videtur, quin sub illa dominæ, fulgidis indutæ vestibus, specie Beatissima Virgo Deipara, cui toto vitæ suæ cursu* S. Birgitta *tenerrime fuit addicta, adumbrata fuerit. Contigit ea res, quam etiam* F *iisdem fere verbis conceptam in Vita abbreviata legere licet, anno ætatis* S. Birgittæ *septimo. Non diu post, anno ætatis suæ decimo secundum Vitam ejus abbreviatam, simili modo Christum patientem amor, quo, quamdiu vixit, maxime exarsit, videtur sumpsisse principium.*

*divinitus acceptis,*

61 *Rem ita Birgerus refert:* Verum, quia necesse erat, ut aquila grandis ad alta provolans in arduis poneret nidum suum; ideo Virgo, Christo devota, cum quadam die in ecclesia de passione Christi audiret prædicari, ipsam devote scribens in tabulis cordis sui, statim nocte sequenti vidit Christum, quasi eadem hora crucifixum et dicentem: „ Taliter sum plagatus: „ illa vero putans hoc recenter factum esse, respondit in Spiritu Domino: „ O Domine, quis „ fecit tibi istud? „ Respondit Christus: „ Qui „ me contemnunt et negligunt caritatem meam. „ Tunc illa rediens ad seipsam tantum affecta fuit ab illa die ad passionem Christi, ut raro sine lacrymis ad memoriam reduceret mysteria passionis. *Quæ non modo in apographo nostro Vitæ* S. Birgitta

AUCTORE J. B.

Birgittæ, *a Birgero scriptæ, et in Vita abbreviata, sed et apud S. Antoninum, ac in Vita per Surium interpolata, ac anno* 1485 *Lovanii, ut ante monui, impressa legere est.*

*decorata*

62 *Biennio post cum puellari operi incumberet, nec id forte satis ipsi succederet, visam fuisse Beatissimam Virginem auxiliarem operam illi præstantem, jam diximus num.* 44 *adductis Margaretæ abbatissæ verbis, quibus tum Vita abbreviata, tum Birgerus apprime consonant. Ita hic:* Superveniente insuper anno ætatis suæ duodecimo, cum una dierum vas admirabile et opus Excelsi beata Birgitta cum puellis coevis operi plumario intenderet, et multum anxiaretur animo, quod opus suum ad votum facere nequiret, mentis oculos ad eum, qui sanctus est in omnibus operibus suis, attencius erigebat, et ecce matertera sua domum, in qua sedebat, ingressa, illo ordinante, cujus opera magna sunt et exquisita in omnes voluntates ejus, vidit virginem quamdam ignotam, contra sedentem sibi et facientem opus cum ea. Cumque ad introitum suum Virgo illa dispa- B ruisset, quæsivit, quæ illa esset puella, quæ sibi in faciendo opere consedisset; respondet Sponsa gratissima, neminem se vidisse. Sed quia matertera ita subtiliter opus factum invenit, ut cernentibus daretur intelligi, non opus tam teneræ ætatis esse, sed in oculis omnium mirabiliter a Domino factum fore; idcirco matertera sua opus prædictum inter reliquias suas fideliter reservavit. *Plura hujusmodi, quæ divinitus illi acciderunt, apud Birgerum et in Vita abbreviata occurrunt, quæ infra apud Birgerum, si voles, consultum ibis: sufficiunt enim ista, ut, qualis quantaque vel a primo ætatis suæ limite* Birgitta *fuerit, et quam Deo et cœlitibus grata, intelligas.*

## § V. S. Birgitta matrimonium init: liberos octo parit: marium notitia.

*Nupsit annorum circiter 14*

C Fleri vix poterat, *quin* S. Birgitta, *quæ præclare adeo vitam erat exorsa, non minus virtute et meritis coram Deo ac hominibus, quam ætate adolesceret. Annos pubertatis ingressa, cum nobili juvene, ut Birgerus scribit, nuptias iniit, non voluptatis, sed paternæ voluntatis causa. Erat is, ut Vitæ abbreviatæ auctor antiquus habet, annorum decem et octo; nomine vero Ulpho de Ulfahsa, ut Sueci scribunt.* Tandem, *inquit Bonifacius IX in Bulla canonizationis,* licet in statu virginali servire Domino totis desideriis affectaret (*Birgitta*) tamen per parentes (*intellige patrem et consanguineos: mater enim ex dictis jam obierat*) compulsa, quondam Ulphoni de Ulphasum, principi Nericiæ, nobilissimo quippe et Christianissimo juveni, in matrimonio desponsatur; *anno nimirum, ut habet Bulla canonizationis,* tertio decimo, *seu, ut codex Wisingsburgensis,* XIV ætatis anno. *Birgerus annum non expressit, sed annum duodecimum duntaxat innuit superasse* S. Birgittam, *cum matrimonio Ulphoni juncta est; Margareta vero abbatissa sic scribit:* Nubiles annos cum S. Birgitta attigerat (*quod æque de anno* 14 *ac* 13 *accipi potest*) pater eam matrimonio junxit domino Ulfoni Gudmari filio, viro nobilissimo, D optimo, piissimo, æqui justique observantissimo legifero Uplandiæ.

64 *Error quidem hic Margaretæ subrepsit,* Ulfoni Gudmari. *cum Ulfonem Gudmari Uplandiæ legiferum dixit: erat enim Uplandiæ legifer, ut paulo ante Margareta dixerat, Birgerus,* S. Birgittæ *pater: Ulfo vero non Uplandiæ, sed Nericiæ, quæ, ut Uplandia, Sueciæ propriæ dictæ provincia est, legifer: ex ea tamen intelligitur, qui sæpe Nericiæ princeps* Birgitta *audiat; nempe quod Ulfonis, Nericiæ non domini, nedum, ut aliqui tradiderunt, regis, sed supremi judicis uxor fuerit. Audi Bureum Suecum in Sueciæ Descriptione legiferorum munus universim explicantem:* Legiferi, *inquit lib.* 7, *pag.* 282, summæ quoque et authoritatis et potestatis apud Sueones Gothosque extiterunt: neque hodie quicquam eorumdem authoritati decessit, præterquam quod, regno jam hæreditario facto, non amplius, ut olim, regem designent. Novem autem sunt in regno Sueciæ legiferatus, seu legiferorum districtus, singulique suum peculiarem nomophylacem habent assignatum, quem super jure et justitia E in quibuslibet controversiis consulunt, quæ ab inferiori foro ad illos per appellationem devoluntur, et honorificum illis quotannis salarium contribuunt.

65 *Solebant autem, ut idem Bureus scribit,* Nericia ipsi provinciarum legiferi esse viri præcipuæ nobilitatis et dignitatis; *unde, uti et ex conjugis ejus* S. Birgitta *claris natalibus pronum est perspicere, Ulphonem a Birgero, Bonifacio IX, Margareta et Vitæ abbreviatæ auctore non immerito a generis nobilitate laudari: quod si quis et ejus progenitores utcumque nosse desideret, en illos ex fide Joannis Gustavi in Genealogia Brahea pag.* 24. *Ex Philippo, Ostrogothiæ duce, genitus est Canutus, regni Sueciæ senator; ex hoc Jonas Canuti, eques auratus: Jonæ porro filius fuit Gudmarus, ex quo procreatus est Ulpho, more Suecico a patre* Gudmari *dictus, eques auratus,* S. Birgittæ *maritus. Sed neque inanem ipsi a pietate laudem tribui, tum quæ de illo deinceps dicenda erunt, satis aperient, tum ipsemet statim ab inito cum* S. Birgitta *matrimonio luculente demostratum dedit. Pii quippe conjuges, inito matrimonio, ex timore Domini, priusquam procreandis liberis operam darent, biennio* F *circiter integro perpetuam continentiam consensu mutuo servaverunt, quo placituram Deo prolem postmodum gignerent, ut legere est in Vita* S. Birgittæ *abbreviata apud Hormann jam sæpe laudatum pag.* 798, *col.* 2. *Quod nec Bonifacius IX in Bulla canonizationis siluit, verbis supra adductis subdens:* Et cum insimul convenire deberent, quamquam idonei essent ad viriles amplexus, maritus videlicet in decimo octavo, et Sponsa in tertio decimo anno constituti, communi tamen voluntate Tobiam Juniorem et Saram Raguëlis imitati annum continuum et ultra a concubitu abstinuerunt, Deum humiliter deprecantes, ut, si conjungi foret expediens, in commixtione non peccarent, et Deus illis talem prolem concederet, quæ ad servitium ejus esset.

66 *Non inaudita fuerunt Ulphonis et* S. Birgittæ *vota: nam seu prolium numerum, seu earumdem vitam, perquam Christiane peractam, spectes, nihil reliqui piis conjugum desideriis factum esse fateberis:* Postea vero, *inquit auctor Vitæ*

ex quo liquet.

A *Vitæ abbreviatæ*, præmissa semper ad Deum oratione, quatenus ipsos in actu matrimonii servaret innoxios, prolemque sibi Deum non offensuram dare dignaretur, cum Dei timore et mentis puritate infantes promiscui sexus octo numero, futuros cœligenas, fructifere genuerunt. *Omnes* futuros cœligenas *dixit, quod omnes ob vitam pie probeque actam et peractam justis omnibus promissam a Deo mercedem consecutos, non dubitarit; non autem quod omnes, uti nonnulli affirmare videntur, in Sanctorum album, id quod uni S. Catharinæ, Ulphonis et* Birgittæ *filiæ, contigit, sint relati: quapropter etiam universim verbis mox relatis tantummodo addit*: Quorum cohabitatio et sequentibus Deo accepta fuisse dignoscitur et devota. Quoniam Dominus in generatione justa est. *Ceterum ex* S. Birgittæ *liberis quatuor mares, et totidem feminas idem auctor enumerat: e sexu nimirum masculo Carolum, Birgerum, Benedictum et Gudmarum: e femineo Meritam. Catharinam, Ingeburgim, et Cæciliam natu minimam.*

*seu mares, seu fœminas, peperit*

67 *Neque ab illo auctore dissentit, quantum ad numerum et nomina filiorum et filiarum, licet has alio recenseat ordine, codex Wisingsburgensis, cujus verba sunt* S. Birgitta autem XIV ætatis

B anno Dominum Ulphonem * Gudmari patris consensu pie maritata, cum quo quatuor filios et tot filias progenuit. Nimirum Carolum, Birgerum, Benedictum, qui minorennis obiit in Alvaster, Gudmarum, qui itidem infans mortuus. Masculas (lege FEMINEAS) vero Meretam *(idem apud Suecos valet id nomen, quod* Martha) dominam Ceciliam, divamque dominam Catharinam, et virginem Ingeburgem. *Codicem Wisingsburgensem, ut passim solet, sequitur Margareta abbatissa Vastenensis*: Octo, *ait*, his liberi nati sunt, filii quatuor Carolus, Birgerus, Benedictus, et Gudmarus; totidemque filiæ Mæretta, Cæcilia, sancta mater nostra Catharina, et Ingeborgis. *Eodem quoque ordine Ulphonis et* Birgittæ *liberos, quo codex Wisingsburgensis et Margareta, recensuit Joannes Peringskiöldius in Genealogia* S. Birgittæ: *sed turbato ætatis ordine, cum Vitæ abbreviatæ auctor Cæciliam filiarum natu minimam statuat.*

** l.* domino Ulphoni

*Caroli laudes, gestaque,*

C 68 *Juverit modo, his de* S. Birgittæ *liberis universim præmissis, ea, quæ ad singulos attinent, in medium adducere, cum filiorum laudem ac virtutem cum matris gloria conjunctam esse, atque in eamdem redundare necesse sit. Caroli laudes Vitæ abbreviatæ auctor ex libris Revelationum hinc inde excerpsit, et in pauca contraxit hoc modo*: Primus igitur filius eorum fuit dominus Carolus egregius miles. Qui primus et solus eatenus suam Deo dedicavit militiam, prout docetur in secundo lib. Revel. cap. 13. Propterea meruit salubrem illam militiæ spiritualis investituram, de qua habetur in 4 lib. Revel. cap. 74 per totum. Ipse denique cum sancta Matre sua peregrinando in via et proposito versus civitatem Jerusalem vitam suam pro recuperatione terræ Sanctæ paratus exponere, in civitate Neapoli XII die mensis Martii infirmatus obiit. Et in die Ascensionis domini proxime sequenti anima ejus cœlicas petiit mansiones. Sicut pulchre deducitur in 7 lib. Revel. cap. 13 et 14 per totum. *Ita ille de Carolo: at plura de illo Margareta abbatissa, et magis singularia tradit, quæ, quia alibi reperiri non existimo, ipsis ejus verbis lubet huc transcribere; sic igitur habet*: Ulterius monendum nobis est, Dn. Carolum Ulfonis et S. Birgittæ filium, Mærettæ fratrem natu proximum (*omnium igitur* S. Birgittæ *liberorum illa natu maxima fuit*) tres ordine habuisse uxores. Harum prima erat Catharina Gislonis filia, altera Goedha, natione Norvega; tertia rursus Catharina, Dn. Catilli Glysingii filia.

AUCTORE J. B.

*correcto obiter Papebrochio,*

69 *Sed hic Margaretæ narrationem tantisper interrumpere me jubet Goedha, secunda Caroli uxor, cujus cum in Vita S. Catharinæ Papebrochius noster mentionem reperisset sub nomine proprio* Gydha, *et appellativo* Dominæ Noricæ; *nec Margaretæ Chronicon vidisset, illam* Noricam *dictam a marito suo (Carolo)* Noriciæ *seu Nericiæ* principe, *scripsit tom.* 3 *Martii pag.* 507 *in Annotatis ad caput* I. *Vitæ S. Catharinæ, a se illustratæ lit.* b; *sed, ut ex Margareta hic liquet, vox* Norica *idem valet, quod Norvega, seu e Norvegia, confini Sueciæ regno, oriunda. Qui Goedha illa per S. Catharinam modestiæ sectatrix effecta fuerit, vide apud Papebrochium mox citatum. Ex hac vita decessit, existente Romæ* S. Birgitta, *quo monile aliquod pretiosum ad* S. Birgittam *mittendum testamento suo cavisse legitur in ejusdem Revelationibus. Sed, his obiter dictis,* E *Margaretam suam de Carolo narrationem prosequentem audiamus.*

*e Margaretæ abbatissæ*

70 *Sic pergit*: Erat Carolus hilaris valde atque festivi vir ingenii, Mariam tamen virginem (*Matris ea in re æmulus*) singulari coluit amore, et tanto quidem, ut sæpe profiteretur, malle se æternum cruciari, quam Virginem Deiparam vel tantillum a Deo amoveri, *seu, ut hæc interpretanda opinor, quam vel minimum gloriæ suæ, qua præ ceteris cœlitibus propius ad Deum accedit, detrimentum pati.* Aliquot annos cum S. Birgitta Romæ egisset, jussit Deus *(ita quidem censuit Margareta)* ut filios equestri habitu suo ornatos Pontifici sisteret, in splendoris ac magnificentiæ *(quæ non jactare, sed tegere consueverat* S. Birgitta) documentum, utque in posterum negotia a Deo sibi commissa (*id quidem paulo plus verisimilitudinis habet*) successus experirentur felicíores. Romam itaque veniunt Carolus et Birgerus. Aliquo post tempore ambobus comitata filiis Pontificem convenit S. Birgitta; et Birgerus quidem prolixa atque talari veste, solito cinctus baltheo, totusque adeo in decentissimum morem compositus incessit; Carolus vero equestri habi- F tu ornatus, sicut assolent, qui mundana hæc depereunt, baltheo argenteo, pugione... et torque pro more illorum temporum, tunicam etiam gestans, hermelinis consutam pellibus a summis ad ima, adeo ut, cum incederet, conspicerentur animalia illa vivis simillima quædam sursum, quædam deorsum cursitare, uniquicue auratum tintinnabulum de collo pendebat, et annulus aureus de ore prominebat. Summus Pontifex ut ambos conspexerat, Birgero dixit: „ Tu Matris es filius; „ Carolo autem: „ Tu vero seculi. „ Mox S. Birgitta, in genua ad pedes Pontificis provoluta, filiis suis peccatorum veniam precari cœpit. Tum Pontifex, baltheo Caroli tacto, ceteroque, quem gerebat, vestitu, „ Sufficiant, inquit, ponderosa „ hæc ornamenta ad pœnitendum pro pecca- „ tis. „ Cui iterum Birgitta: „ Absolvat eum tua „ Sanctitas a peccatis, baltheo equidem ipsa pri- „ vabo. „

*Chronico Vastenensi*

71 Jam notum sit oportet, secutos fuisse S. Birgittam ad sacrum sepulchrum abeuntem tres suos

AUCTORE J. B.

suos liberos Dn. Carolum, Dn. Birgerum, et beatam matrem nostram Catharinam: item vernas duos, et beatum magistrum Petrum (S. Birgittæ *œconomum et Vastenensis postea cœnobii confessorem, cujus Vitam et miracula frater Mathias Laurentii scripsit, teste Vastovio in Vite Aquilonari pag.* 140, *ubi et addit tentatam fuisse ejus canonizationem apud Leonem Papam X, sed non perfectam*) atque Petrum, Priorem monasterii Alvastra, ut octo *(ut hic numerus perficiatur, ceteris addendus est Alfonsus episcopus Giennensis, non Mathias, Lincopiensis canonicus, jam inde ab anno* 1350 *defunctus, ut perperam laudatus modo Vastovius facit)* admodum fuerint comites, atque revelavit Deus S. Birgittæ, omnes, excepto uno, reversuros. Neapolim, quæ Siculi regni pars est, cum venissent, et Johanna regina, S. Birgittæ amicissima, tum vidua, imperium administraret, filios suos S. Birgitta docuit, quo cultu reginam præsentes venerarentur more illius terræ, flexis nimirum genibus et pedum osculo.

B 72 Carolus cum ad reginam accedens proprius debitam exhibuisset reverentiam, labia quoque illius exosculabatur. Hac audacia ita commota est regina, ut tota in amorem ejus raperetur, et, abitu denegato, ei se nupturam confirmaret. S. Birgitta id fieri posse pernegabat, quandoquidem uxor filii domi adhuc in vivis esset, regina autem propositi tenax, se illud non curare, et voluntati suæ morem geri debere institit. Tum S. Birgitta devotissimis precibus suis divinam gratiam imploravit, quibus factum, ut Carolus letali corriperetur morbo et paucis post diebus moreretur. Illius obitum multis regina lachrymis prosecuta est, et justa persolvit nihilo minore apparatu, quam si maritus suus fuisset, ceu hæc omnia oculatus testis magister Petrus retulit. Die, qui Matthiæ Apostolo sacer est, in morbum incidit in urbe Neapoli, et quinto decimo die proxime sequenti ibiit, obique sepultus est, hinc die festo Ascensionis Domini ad cœlestem gloriam anima ejus evolavit, prout idem sanctus magister Petrus asseruit, S. Birgittæ divinitus fuisse revelatum. Vide lib. 7 Revel. cap. 13. *Hæc de Carolo Margareta; sed pauca hic annotanda.*

*potissimum referuntur,*

C 73 Birgitta, *ut ex Margareta liquet, Carolum filium amisit Neapoli, cum jam Hierosolymitanum iter inceperat: idem legitur in Diario Vastenensi ad annum* 1413, *ubi de morte Catharinæ, Catilli Glysingi filiæ, et tertiæ Caroli uxoris obitu scribens, continuator Diarii Vastenensis de Carolo primo ejus marito hæc habet*: Primus maritus suus fuit Dn. Carolus Ulffon, filius S. Birgittæ, qui in Neapoli regni Siciliæ mortuus est in via, dum transiret cum matre sua S. Birgitta ad terram Sanctam. *Unde efficitur primo quidem, Carolum Neapoli mortuum esse anno* 1372, *die* XII *Martii, cum eo anno die* XIV, *post sepultum verisimiliter Carolum, Neapoli* S. Birgittam *solvisse, ex Alfonsi Itinerario jam viderimus supra num.* 57. *Dein vero falli Vastovium in vite Aquilonari scribentem recte quidem pag.* 133, *Carolum Neapoli obiisse anno* 1372; *sed perperam pag.* 132. *post matris suæ in Italiam ab itinere Hierosolymitano reditum: verba, quibus id facit Vastovius, hæc sunt*: Carolus interea jam domi virtute et judicio (*fuit Nericiæ legifer seu judex*) multum animo versabat, qua ratione solidæ ætatis suæ reliquum collocaret, et quippiam Deo suoque genere dignum præstaret. Audierat a puero D frequenter Ecclesiæ sanctæ in Oriente a Turcis et Sarracenis oppressionem, legerat etiam multorum præclaras contra nefariam gentem expeditiones et heroïca facta, paucis insuper ante annis sanctissima Mater ejus religionis ergo loca illa multo cum labore inviserat, et de Christianorum inibi ærumnis nonnulla retulerat. Quamobrem etc.

*in quæ pauca*

74 *Sed hic error Vastovii sit: verum an suus etiam Margaretæ, Joannam tunc viduam fuisse, scribenti, error non est? Quidquid sit de Joannæ reginæ (quæ a conjugali incontinentia et philandria male subinde apud scriptores audit) in Carolum amore præpostero; hæc de Jacobo* III *Baleari in Historia regum Majoricensium, tom.* 3 *Junii præfixa, pag.* XC *lego*: Anno millesimo trecentesimo sexagesimo secundo Kalendis Maii hoc improviso supplicio (*neci destinabatur a Petro Aragonio*) se exemit: corrumpit claves, refringit claustra, custodes cædit et resumit libertatem. Sed quis rerum humanarum inconstantiam, variumque et mutabile ingenium satis mirari E possit? Quis in tranquillitate naufragium non metuat? Qui sanguine luiturus erat claritudinem generis, si biduo proximo in carcere fuisset, anno nondum circumacto, nuptias Joannæ reginæ paciscitur, quartus post Brunsuicensem, Hungarum et Tarentinum. *Et aliquanto post de eodem*: Inde paulatim vires absumi, et Jacobus ipse tædio affici, donec anno millesimo trecentesimo septuagesimo quinto Soriæ fato concederet. *Sed Margaretæ consonant Summontius lib.* 3, *et Giannettasius lib.* 25 *Historiæ Neapolitanæ, Jacobum anno* 1368 *defunctum; Joannam vero multis annis post* (*anno nimirum* 1376 *secundum Summontium*) *Ottoni Brunsvicensi nupsisse, scribentes. Pergo ad Birgerum, alterum* S. Birgittæ *et Ulphonis filium.*

observata

75 Birgerus, *inquit Margareta*, S. Birgittæ filius, duas in matrimonio uxores habuit; prior erat Benedicta Glysingi filia, quæ duos edidit filios Wlfonem Gudmarumque. Illa mortua, cum sancta Matre sua ad sacrum sepulchrum proficiscebatur, ubi equestres honores obtinuit. Postquam vero revertisset cum sorore S. Catharina, sanctæque Matris suæ ossa domum retu- F lisset, atque altera vice Romam abiisset soror, secundam uxorem duxit Mærittam, quæ an liberis maritum beaverit, non constat. Reversa domum soror, fratri id exprobavit, increpansque his verbis minata est: ideo quod, Deo invito, secundam duxisti uxorem, ambos filios amittes, quod etiam factum est. Etenim Ulfo, Ordini monachorum Vadstenensium associatus est, mortuus vero antequam conventus consecraretur. Gudmarus, filiorum alter, cum patre extra monasterium vixit, et non multo post heic Vadstenis mortuus. *Monasterii Vastenensis consecratio in Diario Vastenensi contigisse dicitur anno* 1430 *his verbis*: In crastino Sigfridi, scilicet quinta feria post Dominicam Septuagesimæ in præsentia regis et procerum regni, ac etiam episcopi Lincopensis dedicavit frater Johannes Haguini, archiëpiscopus Upsalensis, monasterium Vazstenense in honorem B. Mariæ Virginis et S. Birgittæ, sine consecratione altaris. *Verum Margaretæ hic sermo esse videtur, vel de prima introductione conventus anno* 1384 *facta, vel de introductione et benedictione conventuum Vastenensium ad observantiam regularem, ut*

Quid sit ex regula mitius.

A *ut Thorirus loquitur in Diario Vastenensi, anno* 1391 *a Nicolao episcopo facta; eodem enim anno Birgerus, Ulphonis monachi Vastenensis pater, et* S. Birgittæ *filius, mortuus et Vastenæ sepultus est, teste Thoriro Andreæ, cujus hæc verba :* Item *(anno* 1391 *moriebatur)* Dn. Byrgerus Ulfson *(seu Ulphonis filius)* filius S. Birgittæ, qui cum matre et sorore et aliis peregrinabatur ad terram Sanctam. Hic infirmabatur die sancti Bartholomæi, et tertia die sequenti moriebatur in castro Ringstadhaholm et in Vazsten est sepultus. *Mendose itaque in codice Wisingsburgensi legitur :* Hic Dominus Birgerus ut fidelis curator hujus monasterii moriendo sine prole in curia Ringstadholm, testamento omnia sua bona hæreditaria huic monasterio legavit, ubi quoque die Bartolomæi (*imo tertia die post tantum mortuus est)* anno MCCCXXXIX *(lege :* MCCCXCI) magna solennitate tumulatur;

*maxime de Birgero,*

76 *Diario Vastenensi, seu Thoriro Andreæ consonat Margareta, reliqua de Byrgero sic prætexens.* Nec reticendum nobis est, Birgerum ipsum omnibus monasterii curis præfuisse, ejus-

B que œconomum egisse, quod muneris ei, sanctæque Catharinæ divinitus injunctum, summa integritate administrabatur. Ille vero ut diutius vixit, ita quidquid in monasterii usus et commoda commutare et negotiari potuit, diligenter providebat, prout singula hæc in ditionum monasterii libro *(en Margaretam abbatissam primævos monasterii sui codices consulentem)* litteris consignata extant. Cumque scrinium S. Birgittæ prima vice portaretur, ei Birgerus ipse cum aliis viris nobilibus humeros subdidit, quo item die pia perfusus lætitia in hæc verba prorupit : Nunc gaudens *etc : ut num.* 45 *supra.* Eum postea ex hac terrena statione Deus evocavit anno MCCCXCI. Die S. Bartholomæi morbus eum occupavit in prædio Ringstadaholm, et triduo post mors secuta est. Corpus huc translatum honorifice, ut par erat, depositum. *Scrinium reliquiarum* S. Birgittæ *solemniter circumlatum fuit ex Diario Vastenensi anno* 1393 *per episcopos quatuor ; sed cum tunc in vivis non esset Birgerus, intelligenda est Margareta de receptione prima reliquiarum* S.

C Birgittæ *in Suecia, quæ contigit anno* 1374. *Reliquos duos* S. Birgittæ *filios Margareta paucis expedit in hunc modum :* Tertius S. Birgittæ filius Benedictus puer obiit, et Alvastræ sepultus. Quartus Gudmarus, puer item præmaturo fato abreptus, scholam frequentabat Stockholmensem.

*ad quem speciatia quædam monita*

77 *Optime sane Margareta Vastensis abbatissa, et post illam Benzelius, qui illius scripta typis publicis edidit, de posteritate meriti sunt : facere tamen non possum, quin unum alterumque hic aliunde adjungam, quorum alterum ad Birgerum, alterum ad Benedictum, utrumque autem ad* S. Birgittam *attinet. Primum Joanni Gustavi debemus, id est, institutiones quasdam et admonitiones, a* S. Birgitta *filio suo Birgero, Nericiæ legifero, Roma perscriptas, quas ob antiquitatem Joannes Gustavi Genealogiæ Braheæ inseruit; nos vero, qua luculentum maternæ in* S. Birgitta *de filiorum salute sollicitudinis testimonium continent, hic ad posterorum quoque memoriam lubentes ex illo transcribimus : Itaque ita habent illæ.* Salutem. Gloria, laus et honor sit nostro Jesu Christo, præsertim propter acerbam passionem in cruce pro peccatis nostris. *Pia hac inscriptione præmissa, en salutaria monita, quæ filio suo Birgero* S. Birgitta *impertit. Primum.* Mi amantissime fili, si desideras sinceram charitatem erga Creatorem et Redemptorem tuum, memor esto omni tempore suæ passionis, et quam sæpissime secundum monitum pastoris sacra Eucharistia pie utere. *Secundum.* Quonam sis in loco, memor esto pauperum, et, quod poteris, eos adjuva, quod Deus largissime recompensabit. *Tertium.* Operario libenter mercedem solve.

*auctore J. B.*

78 *Quartum.* In castigatione subditorum miserabilis esto. *Quintum,* Erga Deum, magistratum, proximumque sis fidelis. *Sextum.* Cum surrexeris, corpus et animam Deo commenda, implorando, ut omnes actiones tuas ac facta regat, et te facie pectoreque signo crucis nota, dicendo, Domine Jesu Christe Nazarene, Judæorum rex, miserere mei. *Septimum.* Sub concionibus memor esto potentiæ Dei et considera passionem Redemptoris, nec non peccata tua. *Octavum.* Accumbens mentem junge Deo, et fuge colloquia vitiosa. *Nonum.* Mensa discedens cave, ne sis sus, more impiorum etc. *Decimum.* Noli diabolum nominare. *Undecimum.* Loquendo et respondendo signo crucis te nota, adorando Dominum Jesum Christum, qui te sapiente loquela ornabit. *Duodecimum.* Antequam sententiam pronuncias, bene considerato actionum circumstantias et verba tua. *Tertium decimum.* Juste judica proximum tuum, et memento, fore propediem reddendam rationem omnium rerum. *Quartum decimum.* A proximo si injuria læsus, erga eum utere legibus communibus. *Quintum decimum.* In ira ne effervesceris * ad vindictam. Tandem ne sis impatiens, si non administretur tibi justitia et commenda animam tuam Domino Jesu Christo. Amen.

*S. Birgitta perscripsit,*

E

** l. effervescas*

79 *Alterum de Benedicto refert Birgerus num.* 23 *et Vitæ abbreviatæ auctor, Birgero consonans.* Tertium, *inquit hic,* genuerunt *(Ulpho et* S. Birgitta*)* filium, re et nomine Benedictum. Qui cum diu infirmaretur in monasterio Alvastra, devota Mater sua plorans de tam longa infirmitate ejus reputabat, hoc esse propter peccata parentum. Tunc apparens diabolus dixit ei : Quid

F tibi, Mulier, quod tantis aquis debilitas visum tuum et in vanum laboras? Numquid aquæ tuæ possunt ascendere in cœlum? Moxque affuit Christus dicens : Hujus pueri infirmitas non est ex stellis, nec propter peccata ejus, aut parentum, sed propter naturæ conditionem majoremque ejus coronam. Ideo si huc usque vocatus est BENEDICTUS, ammodo FILIUS AQUARUM ET ORATIONUM vocabitur, et finem faciam necessitati ejus. Die igitur quinta post hæc auditus fuit cantus suavissimus, quasi avium, inter parietem et lectum pueri, tunc quoque anima ejus a corpore est egressa. *Nunc quid de* S. Birgittæ *filiabus Margareta narret, videamus; ac primum quidem de Mæretta omnium natu maxima.*

*traditum fuerit.*

AUCTORE J. B

## § VI. Filiarum ejus, nepotumque notitia.

*Quæ fuerint* Mæretta, *inquit Margareta*, cum nubilis esset, a patre data est viro eximiæ auctoritatis Dn. Sivido Ribbingo. Erat is severi et impotentis animi, quin et ipe est latro ille, cujus mentio in Revelationibus, Doluit S. Birgitta, filia in impotentis viri potestatem venisse, et cœnaculum nuptiale ne ingredi quidem voluit; sed sola seorsum animo angebatur, eratque eodem tempore gravida Cæcilia sua, quæ in utero jacens sic matrem alloquebatur. Cave, me eneces, Mater dilectissima. Cui illa : Fœtus suavissime, vitam a Deo datam, neutiquam tibi adimam. Mox vestibus Birgitta ornatissimis induta introibat, omnesque hilariores reddebat convivas. *Subdit, Mærettam, mortuo Sivido Ribbingo, alteras cum Canuto Algothi iniisse nuptias, ac* B *diu dein habitasse in Norvegia, ubi Margaretæ, Haquini Norvegiæ regis uxori, ac Waldemari, Danorum regis filiæ, aulæ magistra fuit. Quæ vero de Mærettæ liberis abbatissa Vastenensis scribit, infra referam, ubi de* S. Birgittæ *nepotibus et neptibus agam.*

*S. Birgittæ* 81 *Interim de reliquis* S. Birgittæ *filiabus disserentem audiamus.* Filiarum S. Birgittæ secunda Cecilia in monasterium virginum Skeningensium (*Ordinis S. Dominici in Ostrogothia ab Ingride vidua, quam falso Vastovius pag.* 66 *a Martino V anno* 1418 *Sanctis adscriptam ait, fundatum, qua de re scribit Ericus Olavi pag.* 74 : Anno Domini MCCLXXXII mortua est Ingridis Scheningensis, quæ fundavit illic monasterium) non sua sponte detrusa est, cujus rei etiam meminit ipse Deus Revelationum lib. IV cap. LXXXI. Laurentio hæc, (*a fratre Carolo e monasterio educta, ut habet codex Wisingsburgensis, sed Vastenæ primum scriptus)* Johannis filio, in matrimonium data est (*extincto nimirum primo ejus marito, equite quodam aurato, ut iterum codex Wisingsburgensis habet)* medico experientissimo et in aula regis *(Magni, ejus opera ve-* C *neno liberati)* tum imperantis, qui etiam eam *(prædicto medico)* elocavit, frustra renitentibus consanguineis atque amicis sponsæ... Cecilia ad secundas (*imo tertias secundum codicem Wisingsburgensem)* nuptias transiens, juncta est nobilissimo viro Domino Benedicto, Philippi filio, quod matrimonium liberorum sterile erat. Post suprema autem mariti fata Vadstenis nostris domicilium fixit, monasterium ornans quamplurimis prædiis, ut abunde constat ex libro ditionum. Exacta innoxia integraque vita, mortalitatem exuere jussa est anno MCCCXCIX die S. Gregorii in Quadragesima.

*filix :* 82 Hæc sepulta est juxta fratrem suum Dn. Birgerum ex parte Aquilonari, *addit ad citatum annum Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi; ubi et illam filiarum* S. Birgittæ ultimo genitam *vocat, ut adeo ætatis ordinem inter illas, quod num.* 67 *observavi, servare non videatur abbatissa Vastenensis. Addit præterea Thorirus,* S. Birgittam *in hujus Cæciliæ partu Deiparæ virginis auxilium prodigiose expertam fuisse; quod fusius a Birgero num.* 13 *et in Vita abbreviata apud Hormann pag.* 800 *relatum vide.* Tertia *(Margaretæ abbatissæ iterum verba sunt)* sanctæ Birgittæ filia beata mater et Domina nostra S. D Catharina, cujus vitæ ratio et statuta omnibus sunt notissima. *Plura de illa hic dici possent; sed adisis ejus Acta, tom,* 3 *Martii a Papebrochio illustrata.* Quarta *(ait denique Margareta abbatissa)* filiarum Ingeborgis Risabergensi monasterio *(Ordinis Cisterciensis in Nericia, a Suerchero rege fundato)* indita, illic pie vixit, nunc in cœlesti gaudio exultat, crediturque sancta, ideo quod multa miracula ad ejus monumentum illis conspiciantur, qui illuc venientes auxilium implorant. *Mortua est,* S. Birgitta *Romæ existente, legitur lib. Revelationum Extravagantium cap.* 98.

83 S. Birgittæ *liberos hactenus ex Margareta* *quæ Mæretta filiaque* *potissimum ea de causa recensuimus, quod non-* *nulla* S. Birgittæ *gesta, alibi sæpe non descripta, narrationi suæ subinde immisceat : qua pariter de causa nunc de nepotibus et neptibus* S. Birgittæ, *ex eadem Margaretæ potissimum lucubratione in medium nonnulla adducam, quæ consulto hactenus prætermisi,* S. Birgittæ *posteris hic finem impositurus; ne, si longius progrediar, infinitus fiam, salvo tamen plurium illustrium familiarum* E *in Suecia alibive adhuc florentium, et ex* S. Birgittæ *sanguine ortum suum deducentium, jure. Carolum,* S. Birgittæ *filium, triplex iniisse conjugium, num.* 68 *vidimus; primum cum Catharina, Gislonis filia; alterum cum Goedha Norvega; tertium cum Catharina Catilli Glysingi filia. Sustuleritne ex prioribus conjugibus liberos, necne, non edicit Margareta : sed e tertia Ulfonem et Carolum genuit.* Ulfo juvenis et celebs fatis cessit, *inquit Margareta;* Carolus in schola atque academia litteris operam dedit, sacro ecclesiæ ministerio, ut divina quidem destinaverat voluntas, olim adhibendus : *sed cum ægre tulisset, matrem, defuncto Carolo Ulphonis, ad alias nuptias festinasse, et ipse ad conjugium animum appulit,* uxorem ducens Catharinam, filiam Algothi, Magni filii, ex qua filiam suscepit unicam, quam in memoriam Aviæ BIRGITTAM vocavit. *Mortuus est anno* 1398, *ad quem annum de eo ita Diarium Vastenense :* Item in die S. Lamberti, episcopi et martyris, obiit Karolus Karlsson, filius filii S. Birgittæ. Hic magnæ litteraturæ fuit magnæ reputationis in studio, qui reversus a studio post aliquos annos F accepit sibi uxorem, et per aliquod tempus in matrimonio laudabiliter vixit, et tandem mortuus et appositus est ad patruum suum Dn. Birgerum in monasterio Vazstenensi.

84 *De eodem quoque Wisingsburgensis codex :* *et Birger.* Adjunxit sibi consortio Catharinam, filiam domini Algothi Magni, ex qua unicam progenuit Birgittam, quæ septimo ætatis anno cœnobio Wretensi consecrata est, in cujus ut et in patris morte multa mirabilia facta sunt; ambo hic Wadstenis tumulati. *Quæ vero fuerint ista mirabilia, explicat Margareta in hunc modum.* Accidit, Carolum hunc aliquando Vadzstenas nostras petere, ceu frequenter solebat, et orationi vacare in sacello ligneo, quod heic erat, antequam templum exstrueretur. Tum apparuit ei S. Birgitta, clepsydram manu tenens, jamjam ad ultimum horæ momentum properantem, illique dicens : Videsne, Carole, hanc clepsydram? Cui ille, Video. Scin, quid sibi velit, quod ad defluxum jam vergat? Minime vero scio, inquit Carolus. Tum illa : Tantillum vitæ tuæ, nec quidquam amplius, quam quod cernis, superest, quod si divinæ paruisses voluntati et sacris

A sacris ordinibus initiari te passus fuisses, his enim destinabaris divino decreto, longissimam omnium nostræ familiæ vitam vixisses, et Lincopensis episcopus, columen et fulcrum sanctæ Ecclesiæ, constituendus fuisses. Tum ille, Domina mea, inquit, intercede pro me, emendabo vitam. Birgitta iterum : Sero nimis, effluxit hora, lata est sententia. Ille postmodum ad famulos conversus, an quidquam viderint audierintque, rogat. Negant, sibi quemquam vel visum vel auditum præter eum solum loquentem. Verum eodem temporis articulo multis sororum intra parietes monasterii et aliis foras sacellum totum flagrare visum est, et mox febri correptus, prædium suum Ulfasa repetiit, lectoque defixus, Sacramentis Ecclesiæ sumptis, obiit delatus huc postea et sepultus.

*posteri :* 85 Filia ejus Birgitta tum octo vel novem annos nata erat. Aliquo post tempore a matre ad Vretense monasterium mittitur ad discendum litteras, ibi lethali morbo laboranti sacerdos accitur, cui peccata confiteretur. Jamque abierat sacerdos, cum S. Birgitta præsens : Birgitta mea, inquit, confitere peccata, statim moriere. Reges-
B sit virgo, dilectissima Domina, modo confessa sum. Rursus S. Birgitta : Confitere etiam hoc, quod, cum mantellum et coronam gestatura eras, nocte proxime præcedente præ gaudio vix somnum capere potueris. Confestim illa revocari jubet sacerdotem, et quemadmodum S. Birgitta monuerat, confitetur. Posthæc capiebatur desiderio fragorum, quæ ministrantes ancillæ hac anni tempestate, id est, inter festum Natalitiorum Christi et Purificationis Beatæ Virginis, reperiri posse negabant. Tunc puella, Exeatis, inquit, in collem monasterio vicinum et discussa nive, quod satis est, invenietis, id mihi modo confirmavit sancta mater Birgitta. Illæ itaque protinus egressæ, opere ipso expertæ sunt, verum esse, quod puella dixerat, nec unquam antea constabat fraga illic crescere. Deinde fatis functa Vadstenas perlata, atque ad ceteram S. Birgittæ prolem tumulo suo est condita. *De Birgeri filiis Ulfone et Gudmaro dictum est supra num.* 75 *: Benedictus vero et Gudmarus, præmaturo fato rapti, nullos reliquerunt liberos.*

*item qui ex filiabus ejus,*
C 86 *De filiarum vero* S. Birgittæ, *Mærettæ et Cæciliæ liberis ita scribit Margareta :* Habuit Mæretta nostra ex Sivido Ribbingo filium unicum Petrum Ribbingum, qui *(Petrus)* postmodum uxorem duxit *(Christinam)* sororem Dn. Caroli de Tofta, filiam Dn. Ulfonis, Abiörni filii, Dn. Erengislonis Jarli ex sorore filiam, *(id est, filiam alterius Christinæ, quæ soror erat Erengislonis)* cui *(Erengisloni)* matrimonio juncta erat S. Birgittæ ex sorore *(Catharina)* filia *(Ingeburgis)* Petrus hic Ribbingus nullam ex hac conjuge sua Christina prolem suscepit. Ad sanctum sepulchrum profectus est, nec unquam reversus; in ipso enim itinere obiit. *Subobscuris Margaretæ verbis lucem addet uxoris Petri Ribbingi seu Christinæ schema genealogicum, quod Benzelius hujusmodi exhibet.*

SUNO, legifer Tiundahærade.

| | |
|---|---|
| ERENGISLO, comes Orchadensis, cujus uxor INGEBURGIS, Magni Gudmari et Catharinæ, sororis S. Birgittæ filia. | CHRISTINA, uxor ULPHONIS, ABIORNI filii. |

| | |
|---|---|
| CAROLUS de Tofra, cujus uxor HELENA filia Israëlis, fratris S. Birgittæ. | CHRISTINA, uxor PETRI RIBBINGI, filii Sividi Ribbingi et Mærettæ, filiæ S. Birgittæ. |

AUCTORE J. B.

87 *Ex altero vero conjugio, quod cum Canuto Algothi filio iniit, Mærettæ natæ sunt filiæ duæ Ingegerdis et Catharina : hanc in Norvegia nuptam (Jonæ, Hagtorni filio, secundum Benzelium et Messenium) scribit Margareta abbatissa : illam vero primam Vastenensis monasterii abbatissam consecratam; quo absque titulo hactenus id monasterium fuerat administratum. Concinit Thorirus in Diario Vastenensi ad annum* 1388 *ita scribens :* Item in ipso die S. Erici immediate sequente consecrata est prima abbatissa post introductionem conventus in Vazsten, et hæc fuit Ingegærdis Knutsdotter, *id est, Canuti filia. Gravis illi mota est lis de male administratis monasterii rebus, ut videre est in Protestatione fratrum et sororum ea de re Pontifici facta, et a Benzelio edita, et litteris Bonifacii IX,* E *quibus Petro Strengnensi episcopo causæ cognitionem commisit anno* 1402, *et Ingegerdem, si rea foret, ab officio removeri jussit. Editæ hæ sunt ad calcem Diarii Vastenensis. Cessit autem officio suo Ingegerdis anno* 1403, *ac nono post anno pie defuncta est, ut, quod ante peccarat, emendasse deinceps videatur. Ita de ea Diarium Vastenense ad annum* 1412, *quo obiit.* Eodem anno in nocte, quæ est inter festum Exaltationis S. Crucis et Octavas beatæ Mariæ Virginis obiit venerabilis soror Ingegiærdh Knutsdottir, neptis S. Birgittæ, quæ ad monasterium Vastenense venit eodem anno (1374) quo reliquiæ S. Birgittæ ibi venerunt, et ad mortem ibi remansit; vix tunc adhuc erat decem et octo annorum. Hæc fuit prima consecrata abbatissa in ordine Vazstenensi, in quo officio stetit per XVIII annos, et tandem ante mortem suam novem annis huic officio resignavit. Stans postea in bona humilitate servivit Deo ex toto corde. Steterat tunc in religione per XXXIX annos. cum defuncta est. Finem vitæ suæ secundum humanum judicium optimum habuit; nam per longum tempus antea semper infirma fuit, quamvis non semper decumbebat in F lecto; vehementissimum enim passa est capitis dolorem, et eo tempore attentissime confessa est omnia peccata sua; sed tandem decidens in lectum, omnibus devotissime sumptis Sacramentis, et ad extremum veniens tenuit crucifixum in brachiis, ultimam vocem dedit, exspirando : O Dulcissima Maria Mater Dei, adjuva nunc, et sic anima a corpore resoluta est, et sepulta est retro summum altare in gradibus. *Addit Margareta abbatissa, alterum Mærettæ filiam, Catharinam, Philippæ reginæ Sueciæ magistram aulæ fuisse, licet nec hoc munere, nec vitæ dein diu functam, et Vastenæ sepultam.* *Mæretta*

88 *Denique de Cæciliæ,* S. Birgittæ *filiæ, liberis hæc habet Margareta :* Tres *(sed duos tantum nominat)* iis *(Cæciliæ et Laurentio Joannis)* liberi erant, Birgitta, quæ sororibus monasterii nostri associata, virgo piissima, mortua ante consecrationem conventus. Catharina, uxor Stenonis, Stenonis filii, viri nobilissimi, duorum filiorum mater, Stenonis, Ulfonisque. Ceterum ambo hi, quin et ipsa mater, obierunt, Cæcilia adhuc vivente, et heic sepulti sunt. *Schema Genealogicum* *et Cæcilia.*

AUCTORE J. B.

*gicum denique Benzelius exhibet ex mente Margaretæ, in quo tamen nonnulla mutanda censuit et nonnulla addenda ; ut Sivido Ribbingo, præter filium, quem unicum illi fuisse ait Margareta, præterea Arvidum, quem memorat codex Wisingsburgensis. Schema porro Genealogicum Benzelii Chronico Margaretæ adaptatum, quod non facile hic excudi possit, vide apud ipsum post laudatum moæ Chronicum pag. 26 et seq.*

## § VII. Juncta matrimonio varias virtutes exercet, maritumque ad continentiam allicit.

*Matrimonio juncta, famæ suæ sollicita,*

*Qualis quantaque vel in ipso pueritiæ suæ exordio, statuque virgineo* Birgitta *fuerit, jam vidimus. Parentis jussu Ulfoni Nericiæ legifero, seu supremo judici matrimonio juncta non minor fuit : solet quidem matrimonii status*
B *Deum toto corde quærentibus impedimento esse multiplici, ut prima ad Cor. cap. 7 Paulus docet :* Et mulier innupta et virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi. *Sed altiores* S. Birgitta *egerat in virtute radices, quam ut ad Christianæ præfectionis culmen festinantis gressus hujusmodi impedimenta retardarent. Quippe, ut Ecclesiasticus ait cap.* 26 Fundamenta æterna supra petram solidam, et mandata Dei in corde mulieris sanctæ. *Ita omne vitæ suæ institutum actionesque in primis componebat, ut nulli de se sinistræ suspicioni, aut detractioni locum faceret; qua de causa etiam nec familiares adhibebat, nec utebatur ancillis, nisi quorum esset explorata probitas, ne quid ex illis, quibuscum agebat, sinistræ forte opinionis in se derivaretur :* Illa vero Deum habens præ oculis, *inquit Birgerus num.* 10, ita voluit bonam eligere vitam, ut etiam non negligeret bonam famam. Summe cavebat, ne quis de ea sinistra loqueretur, aut ne daret occasionem aliis sibi in vita vel moribus detrahendi. Levitates, loca et personas, quibus notari posset,
C fugit ut venenum ; considerans, quod facilius vicia uniuscujusque, quam virtutes intenduntur : nec quid boni quisque gesserit, agnoscitur, sed, si quid mali egerit, perscrutatur. Ancillas honestas et comites morigerosos secum habuit, qui sibi de conversatione bona possent testimonium perhibere, attendens, quod nulla res magis animos induit honestos, et in pravum inclinabiles revocat ad rationem, quam bonorum virorum conversacio. *Eadem fere S. Antoninus scribit part. 3 tit. 24, § 1 et auctor Vitæ per Surium interpolatæ.*

*otiique fugiens,*

90 *Probe gnara otium esse pulvinar diaboli, summa id semper cura vitavit :* Operi, *inquit Birgerus,* pro cultu divino et utilitati proximorum cum famulabus suis intenta fuit, ne ociosa comederet panem suum. *Paulo fusius atque distinctius Vita per Surium interpolata :* Et ne dyabolo temptandi occasionem preberet, ocium abhorruit et exercitiis bonis et beatis jugiter insistens, nunc operi manuum cum famulabus suis pro cultu divino et proximorum utilitate vacabat ; nunc Sanctorum Vitas et Bibliam, quam sibi in lingua Gothica scribi fecerat, relegebat ; nunc ecclesiarum limina frequentans D divinis officiis interesse gaudebat. *Otii fugam aliaque pia* S. Birgittæ *in matrimonio constitutæ opera et consuetudines paucis perstringit Bonifacius IX in Bulla canonizationis, inquiens :* cum interim devota Mulier nec jejunia, nec orationes, nec alia pia et solita opera præteriret. S. Birgittæ *rogatu Scripturam sacram sermone vernaculo seu Suecico verosimiliter reddidit Matthias, canonicus Lincopiensis, de quo vide num.* 26 *et seq.; is ipse nimirum, qui lib.* 1 *Revelationum in Declaratione cap.* 3 *dicitur* glossasse totam bibliam excellenter.

*animique mundique studium.*

91 *Conscientiæ quoque teneritudo in ea summa fuit : quamquam enim e divinis præceptis vitam accuratissime exigeret, frequens tamen, si quas forte animo contraxerat peccati labeculas, sacra exomologesi expiabat :* Confessiones quoque, quæ obstruunt os inferni, et portas aperiunt paradisi, continue frequentabat, *inquit Birgerus num.* XI, *addens paulo post, quanto id animi sensu et accuratione facere consueverit :* Unde et ipse confessor solebat dicere familiariter amicis suis : Hoc in domina Birgitta signum alicujus futuræ gratiæ est, quod ipsa ita levia peccata plangit, E sicut alii gravissima, et nihil in verbis suis dimittit aut moribus indiscussum. *Ulphoni,* S. Birgittæ *marito, singulis feriis sextis de peccatis confiteri in more positum fuisse, vidimus supra, conjugis nimirum suæ verosimillime tum hortatu, tum exemplo : nam et de illa in Bulla canonizationis scribit Bonifacius IX.* Et superstite marito, cum singulis sextis feriis confessa fuisset, post ejus transitum veram confessionem semel saltem in die cum magna contritione studuit iterare, tam amare levia, sicut alii gravissima, deplorans, et nihil de suis verbis, moribus, cogitationibus et actibus præteriens indiscussum.

*summam confessoris reverentiam et obedientiam*

92 *Insigni adhæc fuit in illos, qui sibi a confessionibus erant, veneratione et, quod caput est, obedientia.* Eligens sibi, *inquit Birgerus,* in confessorem magistrum quendam, pro salute animarum peritissimum et devotum, cui in omnibus avidius obedivit : *et Bonifacius IX in Bulla canonizationis paucis multa complectens :* Tenacem obedientiam prælatis, et suis superioribus et confessoribus observabat adeo, quod absque saltem confessoris licentia pene oculos at- F tollere non præsumeret. *In eamdem sententiam scribit Alphonsus, episcopus Giennensis, in Prologo ad Lib. cœlestis imp. etc : cap.* 3 *apud Hormann pag.* 628 : Alter vero pater spiritualis istius Dominæ erat quidam presbyter de Suetia, virgo etiam venerabilis et sanctissimæ vitæ, qui totam domum prædictæ Dominæ regebat et eam cum filia sua Grammaticam et cantum ex præcepto Christi docuit, et in via virtutum paternalibus correctionibus virtuose corrigendo direxit. Quibus patribus ipsa in tota vita sua in omnibus virtutibus ita humiliter obedivit, sicut verus monachus humilis obedire solet prælato suo. Propter quod ipsa in tantam humilitatem et obedientiam et perfectam mortificationem suæ propriæ voluntatis devenit, quod, quando ibat per indulgentias et sanctuaria, sociata semper cum prædicto presbytero, suo patre spirituali, non audebat elevare aspectum oculorum suorum de terra, nisi prius requisisset et obtinuisset ad hoc specialem licentiam ejusdem sui patris spiritualis. *Ita Alphonsus, Vitæ ejus in Italia post mariti mortem spectator. Si insignem Matronæ illustrissimæ humilitatem ac obedientiam exemplis*

A *exemplis aliquot illustratam cupias, adisis Bertholdum infra lib.* I *cap,* 4.

*exhibet.* 93 *Gesta quidem hæc fuisse apparent a morte Ulphonis, sed vel inde colligi satis potest, quantopere obedientiam, matrimonii etiam vinculo ligata coluerit, cum* tota vita sua *obedientiæ amantissimam fuisse, ex Alphonso supra laudato habeamus. Porro quinam fuerint* S. Birgittæ *a confessionibus, jam dixi numm.* 26 *et seqq. quos consule; ubi etiam plura de illis dicta reperies, nempe de Mathia, canonico Lincopiensi, et Petro Alvastrensi Priore. De Petro vero, Birgittino monacho et confessore Vastenensi, hæc addo ex Diario Vastenensi ad annum* 1408 : Isto anno cœpit Dn. Petrus (*mortuus anno* 1378) qui fuit magister et confessor S. Birgittæ, ac ipsius individuus sui itineris comes plusquam per xxx annos, coruscare miraculis, ita quod a festo ad vincula Petri usque ad finem illius anni contingebant plusquam xv miracula, quod probant signa et imagines super sepulchrum ejus in signum miraculi suspensa. Plura etiam alia miracula fecit Deus propter ipsum etiam cum pauperibus, qui non sufficiunt propter paupertaB tem aliquod signum de cera offerre; sed promittunt, se cottidie dicere unum Pater noster vel plura ad ipsius honorem, qui statim suæ petitionis celerem consequuntur effectum. Hæc omnia miracula alibi conscribuntur. *Sed ad* S. Birgittam *redeamus.*

*Sæpe Eucharistiam sumit,* 94 *Quoties Corpori et Sanguini Dominico communicare consueverit, silet quidem Birgerus; aperit autem in Bulla canonizationis Bonifacius IX :* Singulis quoque Dominicis diebus et solemnibus cum devotione et lacrymis sumpsit venerabile Christi corporis Sacramentum. *Bonifacio Alphonsus consonat in Prologo ad Lib. Cœlestis Imperatoris apud Hormann pag.* 628, *ubi, cum de* S. Birgitta, *jam vidua et Romæ versante, dixisset* : Omni etiam die ipsa confitebatur *(non semel modo, sed etiam)* bis vel ter, *ita pergit* : Et omni die Dominica ipsa et prædicta veneranda filia sua *(S. Catharina)* quæ secum laudabiliter vixit, et usque ad mortem in pœnitentia et castissima viduitate honestissime perseveravit, corpus Christi cum maxima devotione et humilitate sumebant. *Loquitur hic quidem Alphonsus de iis, quæ ipse a* S. Birgitta *fieri in Italia et alibi vidit, cum jam marito esset orbata : sed hinc rursum colligi prudenter potest,* S. Birgittam *non modo* C *viduam, sed maritatam etiam, quantum licuit, ad sacram Synaxim consuevisse frequenter accedere.*

*qua tamen ab ipso Christo fuisse refectam, nobis haud liquet.* 95 *In Vita* S. Birgittæ, *tabulis æneis Coloniæ excusa, tab.* 30 *exhibetur Christus, dum interim sacerdos Sacrum celebrat,* S. Birgittam *per se corpore suo Sacro-sancto reficiens, notaturque ad calcem tabulæ singularis hic favor* S. Birgittæ *sæpe fuisse collatus ex Vita ejusdem* S. Birgittæ. *Quæ sit laudata eo loci* S. Birgittæ *Vita, ignoro : at nec apud Bertholdum, nec in Vitis* S. Birgittæ *Birgeriana, Lovaniensi, Suriana, S. Antonini, nec in Ms. nostro Ultrajectino quidpiam hujusmodi inveni hactenus. Quo igitur fundamento hujusmodi assertio nititur? Iis, ni fallor, quæ lib.* 6 *Revelationum cap.* 42 *leguntur. Pars prima tituli hæc est :* Mater Dei laudando se de solicitudine, quam habuit placendi Deo, dicit, quod se non laudat, ut propriam laudem quærat, sed ut Deus ex hoc laudetur et honoretur, *Altera :* Et petit a Filio pro Sponsa *(S. Birgitta)* vestes cœlestes virtutum et cibum sacrum Corporis sui et spiritum ferventiorem. Quæ Filius concedit, si primo habeat Sponsa humilitatem et timorem et gratiarum actionem. *Haud equidem dubito, quin, si reipsa visio ista* S. Birgittæ *divinitus acciderit, matris suæ postulatis annuerit Christus; sed neque in titulo capitis, nec in ipso capite quidquam occurrit, unde illam, ut* Birgittam *sacro suo Corpore per se reficere vellet, a Christo postulasse, conficias : solito itaque uberiorem hic tantum Deiparam* S. Birgittæ *ex Eucharistia solito more ministranda sumendaque fructum petiisse, existimabo, nisi singularis iste favor testimonio antiquiore ac solidiore firmetur. Refert hunc quidem Burlamachius lib.* 3, *cap.* 7 *Vitæ Italicæ* S. Birgittæ : *at dicti sui præter Vitam* S. Birgittæ *imaginibus Coloniæ Agrippinæ expressam vadem nullum præbet.*

AUCTORE J. B.

*Orationi dedita* 96 *Postquam Birgerus S. Matronam nostram ab otii fuga, obedientia, vitæ puritate atque munditia animi, qua peccata vel minima citabat sollicitudine maxima, vel forte admissa, etsi levia, studiosissime pœnitentiæ Sacramento expiabat, commendavit impense; non minus illam a studio orationis, vitæque rigore laudare aggreE ditur :* Ne autem animum suum, *inquit,* circa familiaria tantum occuparet negocia, quin etiam in lege Domini posset jugiter meditari, cum Judith secretum cubiculum est ingressa, ubi, fluctuum mitigatis motibus, quasi in portum voluptatis deducta, lacrymis stratum conscientiæ suæ in tantum rigare consuevit, ut, absente marito, fere totis noctibus prudenter in orationibus non sine lacrymosis singultibus vigilaret, nec corpori suo a genuflectionibus et disciplinis secretis parcere voluit, ut corpus in servitutem redigeret disciplinæ. *Birgerum Antoninus verbatim hic fere describit. Nec multo aliter Vita* S. Birgittæ *Lovaniensis, seu per Surium interpolata :* Jejuniis quoque, vigiliis et orationibus frequenter intenta carnem spiritui subigebat, et a delicatioribus cibis occulte abstinebat *(quod et aliquanto post Birgerus ait)* ne a marito vel aliis notaretur. Semper vero de die ad corpus, et de nocte in lecto, viro absente, veste dura et aspera utebatur.

*specialem orandi modum edocetur a B. Virgine,* 97 *Contigit aliquando, ut* S. Birgittam, *dum ab hominum oculis remota de more orationi vacaret, desiderium incesserit, ut specialem orandi modum, cui deinceps constanter inhæreret, edoceretur : neque vero votis ejus defuit Deus :* F Beata enim Virgo, *inquit Birgerus,* scutum orationis ejus, tamquam advocata fidelis, ante Filium suum benedictum proferens, Ancillæ suæ desiderium celeri effectui mansipavit. * Nam quadam die beata Birgitta, mirum in modum mente in cœlestibus elevata, infusa est sibi oratio pulcherrima de Passione Christi, nec non de vita et laude beatissime Marie Virginis, matris ejus, quam ita memorialiter cordi curavit tradere, ut eam legeret omni die. *Exstant apud Hormann a pag,* 738 *orationes aliquot, quas* S. Birgittæ *a Deo revelatas volunt : illas quidem* S. Birgittæ *in usu fuisse, facile quidem admisero : fuerintne autem, ut fertur, a Deo ipsi speciali modo revelatæ, nec adeo certum est, nec a quovis privato homine, ut post latius dicetur, credi debet. Post has apud Hormann sequuntur orationes aliæ quindecim ab ipsa* S. Birgitta *compositæ; sed cum id factum dicatur ab obitu Ulphonis, alio de his loco agemus.*

* mancipavit

98 *Tum ex orationibus, a* S. Birgitta *recitari solitis,*

AUCTORE J. B. cui semper fuit

*solitis, tum ex variis revelationum locis liquet, maxima eam fuisse in Virginem Deiparam pietate et amore : unde et hæc illam singulari favore non semel dignata est : Birgerus num.* 13 S. Birgittam *difficile partu ejusdem Virginis ope aliquando levatam memorat; uti et Bonifacius IX in Bulla canonizationis, cujus ista sunt verba :* Et cum semper beatæ Virgini præcipue devota foret, ac, tempore procedente, pene partu periclitaretur et obstetrices ac mulieres astantes de vita illius desperarent, visa est quædam imperiosa, sed incognita, mulier, albis sericeis induta vestibus, intrare cubile, et assistere strato, et singula jacentis membra pertractare : mox cum talis mulier disparuisset, eadem Puerpera sine dolore partu integro exonerata remansit. *Quæ fuerit hæc* S. Birgittæ *filia, dictum est num.* 82 *ex Diario Vastenensi et Vita* S. Birgittæ *abbreviata, ubi nominatim exprimitur, nempe Cæcilia.*

perquam devota.

99 *Luculentum præterea* S. Birgittæ *in beatissimam Virginem amoris testimonium est lib.* 7 *Revelationum cap.* 1, *ubi hæc leguntur :* Cum esset in Roma B. Birgitta, sponsa Christi, et
B quadam vice vacaret orationi, cœpit cogitare de partu Virginis, et de illa summa bonitate Dei, qui talem Matrem purissimam sibi voluit eligere, tantum enim tunc cor ejus inflammabatur amore Virginis, quod dicat intra se : O Domina mea, regina cœli, in tantum gaudet cor meum ex eo, quod altissimus Deus te præelegit in matrem, et tantam dignitatem tibi conferre dignatus est, quod ego magis mihi eligerem in inferno æternaliter cruciari, quam quod tu uno minimo puncto de tanta excellenti gloria, et tua cœlesti dignitate careres; et sic amoris dulcedine inebriata stabat super se alienata a sensibus in quadam extasi mentalis contemplationis suspensa. *Et iterum Revelationum Extravagantium cap.* 63, *ubi beatissimam Dei parentem sic allocuta legitur :* Benedicta sis tu, o Maria, mater Dei, et benedictus sit idem Deus, tuus filius Jesus Christus, pro omni gaudio, quod mihi dederat ex eo, quod tu mater ejus es. Ipse idemque novit, quod Maria, filia Joachim, est mihi charior, quam liberi Ulphonis et Birgittæ. Et magis vellem, quod Birgitta, filia Birgeri, numquam fuisset nata, quam quod Ma-
C ria, filia Joachim, non esset progenita. Et levius eligerem, quod Birgitta esset in inferno, quam quod Maria, filia Joachim, non esset mater Dei in cœlo.

Liberorum

100 *Inde aliam Birgerus arripit laudandæ S. Matronæ materiem, curam nempe sollicitudinemque perpetuam, quam de liberorum suorum recta institutione, et salute perpetuo gessit. Et hujus quidem præclara specimina, unum alterumque memorata jam habes in superioribus : primum quidem num.* 72 *ex Margareta Vastenensi abbatissa, ubi hæc refert, maluisse* S. Birgittam *filii sui Caroli mortem precibus suis a Deo expetere, quam illum forte quidquam contra sacra matrimonii jura admittere : dein num.* 77 *et seqq., ubi salutaria ejus ad Birgerum filium rite Christianeque vivendi monita ex Joannis Gustavi Genealogia Brahæa transcripsi. Tertium num. seq. ubi* S. Birgittam, *si quid liberis suis adversi accideret, ne id ob sua peccata accidisset, timere solitam vidimus. Et vero non inanem hanc illi fuisse curam, liberorum ejus probitas,* § VI *obiter pescripta, maxime vero Catharinæ, ejus filiæ sanctitas, ab orbe Catholico universo agnita, declaravit. Birgerum hac de re audiamus :* Filios D quoque suos ac filias cum magna sollicitudine et summa diligentia educavit, quos, quasi aquila provocans ad volandum pullos suos et super eos volitans, unguibus correctionis et sane doctrine radiis solis justitie objecit, ordinans eis magistros, qui ipsos in fide eruditet *, *Unum e liberorum* S. Birgittæ *magistris nominatim prodit Diarium Vastenense ad anuum* 1391 *his verbis :* Item in profesto Inventionis sanctæ crucis obiit venerabilis pater et Dn. Dn. Nicolaus Hermanni, episcopus Lincopensis, qui primus introduxit et benedixit conventuales Vazstenenses ad observantiam vitæ regularis; super quo faciendo, cum adhuc frequentabat scholas, existens pædagogus filiorum S. Birgittæ, fuit eidem S. Birgittæ divinitus revelatum. Hic fuit vir magnæ sanctitatis. *Vitam ejus brevem Vastovius exhibet in Vite Aquilonari pag.* 138 *et seq., anno* 1608 *Upsaliæ edita : errat tamen, Hermannum Sanctorum albo in concilio Basileënsi adscriptum, inquiens.*

101 *Verbis supra citatis mox Birgerus specimen subjicit, unde, quanta* S. Birgittæ *fuerit cura, ne liberi sui Deum qua re offenderennt, colligas :* Unde, *inquit*, beatus Joannes Baptista E ei apparens dixit : Quia plorasti, quod filius tuus offendit me, non jejunans vigiliam meam, et malles eum servire mihi, quam regem esse, ideo juvabo eum, armabo armis meis; *qua de re vide lib.* 4 *Revelat. cap.* 74. *Alterum exhibet Petrus Alvastrensis Prior lib. Revelat. Extravag. cap.* 98 *his verbis* : Audiens Sponsa Christi, filiam suam Dominam Ingeburgem *(de qua num.* 82) sanctimonialem in monasterio Risaberg esse mortuam, exultans dixit : O Domine Jesu Christe, o amator meus, benedictus sis tu, quia vocasti eam, antequam mundus irretiret eam. Et statim ingrediens oratorium suum tantas lacrymas emisit et suspiria, quod a circumstantibus audiri potuit. Dicentibus illis, qui aderant, Ecce filiam suam plorat. Tunc autem Christus apparens ei dixit : Mulier quid ploras? Licet enim omnia sciam, tamen, te loquente, cognoscere volo. Respondit illa, O Domine, non ploro, quod filia mea mortua est, immo gaudeo, quia si diutius vixisset, majorem coram te habuisset reddere rationem. Sed ex hoc ploro, quia non instruxi eam secundum mandata tua. Et quia exempla superbiæ ei præbui, et remis- F sius correxi eam delinquentem : *quæ* S. Birgittæ *verba non tam ejus in recte instituendis liberis negligentiam, quam summam sollicitudinem arguunt.*

102 *Plæclarum quoque est, et huc facit, quod de ea Ulpho monachus in Vita S. Catharinæ tom.* 3 *Martii pag.* 511 *scribit :* Consuevit enim mater sua sanctissima B. Birgitta, juvenem et tenellam secum ad hospitalia ducere, ubi ipsa mater sua plagas et ulcera infirmorumque vulnera sine horrore manibus suis devote pertractavit, beneficia plurima et verba consolatoria eis conferendo : ostendens sibi adhuc juveni exemplum, qualiter similia pauperibus et infirmis facere deberet propter Deum in omni ætate ventura. Et si quando aliqui Matrem piam hujus venerabilis dominæ arguebant, pro eo quod teneras filias secum duceret ad domos pauperum et informorum, timentes eas aliqualiter posse infici fœtoribus infirmorum; respondit benigne eis dicens : quod ideo filias suas ad domos infirmorum duceret, ut addiscerent servire

Deo

A Deo in pauperibus et infirmis.

*tanto pauperibus benignior,*

103 *At quoniam pauperum infirmorumque jam facta mentio est, qua in illos charitate ac beneficentia fuerit, videamus.* Eleëmosynas quoque fecit largissimas, *inquit Birgerus num.* 12, deputatam habens domum pro pauperibus, quibus lavando eorum pedes, et eos vestiendo sæpissime serviebat. *Et ex Birgero S. Antoninus* : Eleëmosynas, quia multum sibi erat opulentiæ, faciebat largissimas, ut non averteret manum suam ab ullo paupere. Domum habebat pro egenis deputatam, quibus pedes eorum lavando et vestimenta præbendo sæpissime serviebat. *Vita ejus, quæ Surio præluxit* : Hæc infirmorum et pauperum felix et inclita mater elemosinas fecit largissimas, habens magnam domum pro pauperibus deputatam, et mulieres ipsorum continuis servitiis insistentes, quibus ipsa frequenter cum humilitate magna lavando et osculando pedes eorum ministrabat. *Bertholdus* : Nam, marito adhuc suo superstite, XII pauperes consuevit die qualibet propria in domo cibare, illis inserviens et necessaria subministrans.

B Et quinta feria, memor cœnæ Domini, lavit pedes eorum. De propria quoque facultate plura hospitalia in partibus suæ originis et specialiter unum in villa sua de Ulphason reparavit, pauperesque et infirmos in illis degentes pia, benigna, misericors et sedula ministratrix quasi omni die ministravit, eorumque ulcera absque horrore et fastidio attractando lavit, ligavit, fovitque. *Biographorum dicta Bonifacius IX in Bulla canonizationis egregie confirmat, inquiens*: Considerans *(Birgitta)* semitas domus suæ, ne panes comederet otiosa, manus suas aperuit inopibus, et palmas suas extendit ad pauperes, inexhaustæ enim charitatis officia erga egentes, infirmas et abjectas personas ob Dei reverentiam exercuit indefesse. Nam, dum etiam adhuc maritus superesset, die qualibet duodecim pauperes consuevit propria in domo cibare, illis inserviens et necessaria ministrans. Et quintis feriis, memor cœnæ Domini, propriis manibus lavit pedes eorum. De propria quoque facultate reparavit in partibus suæ originis *(id est, in Suecia)* multa hospitalia desolata, et pauperes et infirmos ibi degentes pia, benigna, misericors, et sedula ministratrix cum summa pie-

C tate visitavit. Ulcera eorum absque horrore vel fastidio attrectavit, lavit, circumligavit et fovit.

*quanto in se durior.*

104 *Quanto erat in proximum benignior, tanto contra in seipsam severior* : Et non solum eas, *inquit Bonifacius IX in Bulla canonizationis*, quas sancta mater jubet Ecclesia, vigilias, seu jejunia observabat, sed alia multa superaddebat, ut etiam ultra Ecclesiæ mandatum quater in hebdomada jejunaret, et similiter quater in hebdomada, conjuge nondum vita functo, et post obitum ejus continue usque ad paucos annos ante suum felicem transitum, solitis pannis induta, super tapeto, absque paleis, culcitra vel similibus ad terram vel pavimentum posito, corpus ab orationibus, abstinentiis, ac divino labore fessum, tenui et brevi somno recreabat. Singulis sextis feriis ob memoriam sacratissimæ Passionis Domini nostri Jesu Christi, pane dumtaxat et aqua contenta, jejunium non omisit, cum etiam multos alios dies ob diversorum Sanctorum reverentiam simili abstinentia pertransiret. Et sive jejunio abstineret, sive aliter discumberet, cum sobriissima foret, de mensa surgebat non saturata, sed refota : *Ulphonem maritum casto, ut par erat, amore complectebatur, salutis ejus non minus, quam liberorum sollicita : audi Birgerum biographum num.* 14 : Volens autem Sponsa Deo amabilis non solum liberos solerter educando diligere, verum etiam dilectionem ad virum ferventer extendere, ut, sicut erant duo in carne una, sic etiam essent unum in Christo per glutinum caritatis, velut turtur, qui semper idem canit, et semper idem diligit, maritum suum, in bellicis rebus strenuum, et in consilio regum peritissimum, ad Dei timorem et veneracionem solercius invitavit. Unde vir tam nobilis et strenuus tante uxoris saniori ductus consilio, addiscendo legere Horas beatissime Virginis Mariæ et diversis pietatis operibus insistendo Deo et beate Virgini in timore sancto servire studuit. Quidquid erat legis et justitiæ *(pro munere scilicet legiferi Nericiæ, quo fungebatur)* quidquid morum et honestæ vitæ curans efficaciter adimplere. Sicque de eis verificari videtur id proverbium Sapientis : Mulier fortis oblectat virum suum, et an- E nos vitæ sue pace implebit.

*Maritum ad continentiam ;*

105 *Eumdem quoque, ut primo circiter matrimonii biennio ad continentiam* S. Birgitta *induxit ; ita ad eamdem deinceps statis diebus servandam, et demum ad continentiam perpetuam allexit pertraxitque. Primum Vita per Surium interpolata his verbis explicat* : Postquam vero carne convenerant, semper in Quadragesima *(quod et Bertholdus scribit)* et in magnis festis et in omni feria sexta a carnali copula abstinebant, et tunc ipsa occulte dormiebat induta extra lectum in pavimento vel tabula in tapeto *Alterum Bonifacius IX in Bulla canonizationis* : Et cum etiam dicti jugales adhuc essent juventes et recentes, maritus, felicis uxoris sanctis monitionibus persuasus, cor enim viri spoliis non indigens, confisum in ea, reddidit ei bonum et non malum omnibus diebus vitæ suæ, ipsaque Mulier indixerunt sibi sponte invicem et perpetuam continentiam servaverunt. *Haud equidem dubium est, quin aliquando continentiæ pactum* Birgitta *Ulphoque inierint ; at quo tempore ? Bonifacius citatus post verba mox allata, ita pergit* : Et nihilominus conjuges devoti in Dei timore et amore proximi semper ferventiores limina F beati Jacobi Apostoli in Compostella communi voto peregre visitarunt, et ad propria reversi, cum deliberassent, ut liberius devotioni vacare possent, pro sexus diversitate diversa ingredi monasteria, dictus princeps in tali deliberatione quievit in Domino : *e quo narrandi modo apparet quidem, pios conjuges in perpetuam continentiam prius consensisse, quam iter Compostellanum aggressi fuerint : at contra Birgerus non nisi post narratum illorum iter Compostellanum et in patriam reditum perpetuæ ipsorum continentiæ pactum memorat.*

*priusquam Compostellam irent, adduxit,*

106 *Idem fit in Vita, quæ Surio præluxit interpolata, uti et in Sermone de* S. Birgitta, *præfixo Miraculis ejusdem in Polonia et Suecia factis et ante annum* 1378 *collectis, ubi apud Hormann pag.* 821 *hæc leguntur* : Quæ (*S. Birgitta*) a primis juventutis suæ annis jugo servitutis suæ (*Dei*) levissimo (*se*) subjecit. Ita quod cum marito suo devote visitaret Romam et Compostellam et multa alia loca, in quibus Sanctorum reliquiæ requiescunt rediensque ad patriam, ad continentiæ perfectionem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. B.

ctionem adduxit eumdem, ut multis annis simul sine exactione et redditione debiti conjugalis viverent, jam adhuc ligato matrimonio, sobrietatem vidualem victu et vestitu perferebat. *Verum cum multis annis sine actu conjugali simul vixisse hic dicantur* Birgitta *et Ulpho; hic vero non diu post suum in patriam reditum monachus effectus sit, ut seq.* § *dicetur, exindeque a* S. Birgitta *separatim vixerit, videntur pactum continentiæ ante initum Compostellanum iter inter sese Ulpho et* Birgitta *pepigisse, ut Bonifacius videtur asserere; post reditum vero suum in Sueciam monasticam vitam jam amplexuri renovasse; quod forte tantum indicare Birgerus aliique voluerunt. Suadent in rerum adjuncta, priscus castimoniæ in* S. Birgitta *amor, et liberi octo, quos pii conjuges jam procrearant, tum maxime Alphonsus Giennensis episcopus in Prologo ad Lib. cœlestis Imperatoris cap.* 3, *cujus liquida sunt hanc in rem verba* Quæ adhuc in conjugio vivens maritum suum ad continentiæ perfectionem adduxit. Ut multis annis sine carnis copula viverent, et sic ambo ad S. Jacobum de Galitio peregre profecti sunt in ma-
B gnis laboribus et expensis et cum devotione maxima. Et postea ad patriam suam regni Suetiæ redierunt. Ubi tunc prædictus maritus migravit ad Dominum. *Atque hæ quidem insigniores* S. Birgittæ *virtutes sunt, quibus statum suum conjugalem potissimum illustravit: superest, ut in gesta ejus reliqua, dum maritus ejus in vivis fuit, modo inquiramus: si vero quis plura desideret de ejus virtutibus speciatim nosse, ad manum habet Vitam* S. Birgittæ *a Bertholdo, eas latius explicante, scriptam, et infra edendam.*

## § VIII. Sueciæ regum, regnique salutis curam habet.

*Birgitta, facta magistra aulæ Blancæ reginæ Suecix,*

C *Etsi amplum vera virtus sibimet præmium sit, ea tamen illius subinde vis est et efficacia, ut vel invita, maxime si cum generis claritudine conjuncta sit, honoribus dignitatibusque cumuletur. Erat* S. Birgittæ *genus illustre et cum Magno, Sueciæ et Norvegiæ rege, cognatio; erat et virtus singularis, ut in superioribus dictum est. Quamquam adeo ita animo esset comparata, ut domi suæ et cum pauperibus, quam versari in aulis principum mallet, facere tamen non potuit, quin ad aulam Magni evocaretur. Duxerat is sub annum* 1335, *ut Loccenius scribit, in matrimonium Blancam, Joannis I, Namurcensis comitis, filiam, voluitque, ut ex omni matronarum Suecicarum numero* S. Birgitta *ageret ejus aulæ magistram. Colligitur id quidem ex cap.* 59 *Revelationum Extravagantium, ubi hæc habentur:* Tempore, quo B. Birgitta fuit magistra Blancæ, quondam reginæ Suetiæ, obtinuit ab ipsa unam capsam eburneam pulcherrimam, in qua multorum Sanctorum reliquiæ erant inclusæ: *verum quo anno, aut quamdiu id muneris gesserit, certo edicere nequeo. Burlamachius lib.* 1 *Vitæ* S. Birgittæ *cap.* 7 *illam Lincopia, quæ Ostrogothiæ civitas est, Stockholmiam, regiam Sueciæ urbem, nescio, unde id edoctus, concessisse ait: mihi sane verosimilius apparet,* S. Birgittam, *cum ad regis Magni, ut Blancæ magistram ageret, aulam arcessita fuit, in Nericia domicilium habuisse, verosimillime in prædio,* Ulfasa *nuncupato: nam et Nericiæ Ulpho, maritus ejus, erat legifer, et ab eo loco cognomentum de* Ulfasa *traxisse videtur; ibique habitasse* S. Birgitta *diserte legitur cap.* 53 *Revelationum Extravagantium.*

D 108 *Ex quo vero id muneris gessit (ab anno nimirum, quantum apparet,* 1335) *regi, reginæ, regnoque Sueciæ qua precibus ad Deum fusis, qua salutaribus monitis prodesse studuit; nec initio quidem sine fructu: Magnus enim, ut scribit Loccenius, dum Mathiæ Ketelmundi consiliis usus est, rempublicam recte administravit: sed, eo exstincto, sub annum trigesimum ætatis suæ, seu, ex Loccenii calculo sub annum* 1346 *in vitia palam solutus est. Partem vero quoque* S. Birgittam *in felicibus Magni Blancæque initiis habuisse, effici videtur in primis ex lib.* 8 *Revelationum cap.* 31, *ubi regem et reginam, in oratione constituta, velut solem et lunam primum fulgentes, sed dein omni splendore orbatos, vidisse narratur: vidisse ista Stockholmiæ dicitur, eorumque interpretationem accepisse annis undecim post, seu sub annum* 1346, *sub*
E *quem Magnus in vitia ruere ex Loccenio cœpit. Verba citati capitis ita se habent:* Transactis autem post hæc undecim annis (*totidem sunt ab anno* 1335 *usque ad annum* 1346) audivi vocem Christi dicentem mihi. Recordare, Sponsa, quod ostendi tibi (*pro incolumitate regis, reginæ et regni Sueciæ oranti*) in civitate Stockholmis de cœlo turbulento. Nunc autem exponam tibi, quid illa significant. Cœlum (*inquit*) quod ostendi tibi turbulentum, regnum istud Suetiæ est, nam regnum istud, quod quasi cœleste et quietum et justum esse deberet, jam turbine tribulationum agitatur, et iniquitatibus et exactionibus (*has forte deprecata est* S. Birgitta, *ut dictum est num* 12, *oblatis etiam filiis*) conculcatur. Nec mirum: nam rex et regina, qui tamquam sol et luna fulgebant, jam denigrati sunt sicut carbones, quia moribus et voluntate immutati sunt. *Agi porro hic de rege Sueciæ Magno, cognomento* Smeek, *seu* blanditiis delinito *(sic dicto, quod regis Daniæ Waldemari blanditiis deceptus, Scaniam a Suecis ad Danos transtulerit) et Blanca non solum ratio temporis, sed et quæ loco citato sequuntur, ostendunt. Sunt autem hæc:* Hominem namque de
F radice viperea elevaverunt, ut prosternant amicos et simplices meos... Sol vero pallescet, donec venerit sub coronam, quia noluit juste stare in corona. Et dicetur de eo, quod secundum splendorem ejus multiplicatæ sunt tenebræ ejus. *Quæ in Blancam et regem Magnum apprime cadunt.*

*Magnus regnique negligit;*

109 *Cum enim Magnum ob enormem et flagitiosissimam vitam, ut scribunt passim obscriptores Suecici, et rempublicam male administratam in grave suorum odium incidisset, regni proceres Ericum Magni filium in consortium imperii adsciverunt: quod cum ægre admodum Magnus et Blanca ferrent, Benedictus Algothus contra Ericum a Magno dux Sueciæ dictus est: sed hoc ab Erico in Scania interempto, adeo Magni et Blancæ in Ericum exarsit odium, ut ejus mater, conscio, ut aiunt, patre, Erico filio immani feritate veneno vitam eliserit. Atque ille quidem Algothus idem videtur, qui de radice viperea et a rege et regina elevatus dicitur verbis paulo ante citatis. At, inquies, hoc modo revelatio illa* Birgittæ *facta, de qua num.*

*superiore.*

A *superiore, sub annum* 1346, *contra ac diximus, contigisse non potuit; cum anno tantum* 1360 *Ericus rex Sueciæ dictus sit a proceribus, ac sub idem tempus Benedictus Algothus Sueciæ dux a rege Magno et uxore Blanca. Respondeo, verosimillime in laudata revelatione non agi de Algotho, ad Sueciæ ducis dignitatem evecto, sed de eodem ad præcipui regis Magni ministri munus admoto, jam tum forte, cum e vivis abierat Ketilmundus, de quo supra. Hoc enim munere jam ante functum fuisse Algothum, docet Loccenius citatus his verbis:* Pater impatiens socii filii, Benedictum Algothum nobilem, olim ministrum suum, Suediæ ducem constituit. *Quod porro de rege illo e solio deturbando ibidem innuitur, locum quoque in Magno habuit; cum anno* 1363 *publica Suecici senatus sententia regno privatus est, et misere post septem annorum carcerem tandem mari in Norvegia submersus periit. Alterum specimen, unde, qua fuerit in regem Sueciæ cura, occurrit lib.* 6 *Revelationum cap.* 26, *ubi, in oratione constituta, varia divinitus monita, regi intimanda nimi-*
B *rum, quod et procul dubio fecit, accepisse memoratur: verba huc facientia hæc sunt:* Ideo rex iste, pro quo tu oras, debet congregare viros spirituales, sapientes sapientia mea, et eos, qui spiritum meum habent, interroget, et inquirat diligenter secundum consilium eorum, quomodo murus Ecclesiæ meæ reædificetur in Christianis, et honor Deo exhibeatur Fides, recta refloreat, charitas divina ferveat, et passio mea in corde hominum imprimatur. Inquirat etiam, quomodo vasa domus meæ restituantur in pristinum statum, scilicet, ut clerici et religiosi, relicta superbia, resumant humilitatem. Innocentes diligant castitatem. Cupidi et mundiales abstineant a nimio mundi appetitu, ut lucere possint aliis. Laboret etiam fortiter et sapienter, ut mandata mea attentius diligantur. Congreget justos Christianos, ut cum eis diruta spiritualiter reædificet. *En modo etiam speci-*
*mina aliquot ex iisdem Revelationum libris excerpta, quibus patet, quanta in reginam Blancam, quæ illi præcipue commendata erat, sollicitudine fuerit.*

*nec minus* 110 *Lib.* 4 *Revelationum cap.* 4 *describitur*
C *lucta, quam in animo Blancæ reginæ (cur id de Blanca interpreter, paulo post exponam) excitabat hinc spiritus bonus, reginæ vitam Christianam ac humilem suadens; inde autem spiritus malus, eam, ad vitam mundanam vanamque pelliciens. Hanc* Birgitta *divinitus, ut quidem ibi narratur, edocta, audire etiam divinitus meruit salutaria monita, quæ vacillanti reginæ suggereret: sed, sive divinitus ista acceperit, sive non, equidem illa eadem aut illis similia reginæ dedisse* Birgittam, *negare non ausim. Sunt autem hæc:* Ergo quia Domina illa pulsatur (*ita loquentem Christum audire sibi visa* S. Birgitta) his cogitationibus, ideo admoneo (*illam per te*, Birgitta) de tribus. Primo, quod reducat ad memoriam ad qualem honorem est electa. Secundo, qualem charitatem Deus ei in conjugio suo ostenderat. Tertio, quam benigne in hac mortalitate est servata. Iterum cautam facio eam tribus. Primo, quod rationem redditura est Deo de omnibus bonis suis temporalibus, adhuc etiam de quolibet obolo, quomodo scilicet levatus est et erogatus. Secundo, quod tempus suum valde breve est, et nesciet, antequam cadat. Tertio, quod Deus non parcit plus dominæ, quam ancillæ. Ideo consulo ei tria. Primo pœnitere de commissis, emendare fructuose confessa, Deum diligere toto corde. Secundo consulo fugere rationabiliter pœnam purgatorii. Sicut enim, qui non diligit Deum toto corde, dignus est magno supplicio, sic, qui non emendat peccata (*id est, qui peccata sua rite detestatus, divinæ porro pro iisdem justitiæ quantum ad pœnas temporales satisfacere negligit*) cum potest, dignus est purgatorio. Tertio consulo dimittere amicos carnales ad tempus propter Deum, et venire ad locum, ubi compendium inter cœlum et mortem ad fugiendam pœnam purgatorii, quia ibi sunt indulgentiæ, quæ sunt elevationes et redemptiones animarum, quas sancti Pontifices dederunt, et Sancti Dei sanguine suo promeruerunt. AUCTORE J. B.

111 *Hæc de Blanca interpretatus sum, tum* *de Blancæ Sueciæ reginæ*
*quod initio capitis regina illa* S. Birgittæ *nota* (*qualis, si quæ alia, Blanca fuit*) *dicatur; tum quod in illam apprime cadant verba illa:* Quod tempus suum valde est breve, et nesciet, antequam E
cadat. *Blanca enim anno* 1363, *ut scribit Pontanus Rerum Danicarum lib.* 8, *in Haquini Norvegiæ regis et filii sui cum Margareta, Waldemari Daniæ regis filia, nuptiis extincta est, et quidem veneno, ut aiunt, ipsi propinato, ex quo præter alios etiam ipse Magnus rex vitæ periculum subiit. Quam tragœdiam tangit etiam codicis Wisingsburgensis auctor his verbis:* Altera S. Birgittæ filia Cecilia, cum invite in cœnobium Scheningiæ (*in Ostrogothia Ordinis S. Dominici*) trudebatur, a fratre Carolo educta, primo cuidam equiti aurato sociata, qui * veneno * *l.* quo
in nuptiis reginæ Margaretæ in Scania celebratis, exstinctus *, postea cuidam Laurentio Joannis, * *l.* exstincto
medico excellentissimo, a rege Magno præmii loco desponsatur, quod regem a prædicto veneno, ipsi quoque tum temporis adhibito, singulari cura liberasset. *Pontanus Hafniæ in Dania, non in Scania, Ostrogothiæ parte, id contigisse affirmat.*

112 *Blanca, cum variis intus in animo fluctuaret motibus, per* S. Birgittam *Dei consilia exploraverat: sed cum illa ex* S. Birgitta, *ut mox diximus, intellexisset, haud satis illi animi fuisse apparet, ut ea executioni, qua par* F
*erat, animi promptitudine atque constantia mandaret; quare illam iterato per* S. Birgittam *Deus monitam voluit, de vitæ suæ brevitate, de ratione gravissima reddenda extremi judicii die et infelici vitæ suæ catastrophe. Colliguntur hæc omnia ex cap.* 14 *lib.* 8, *ubi Christus inducitur* S. Birgittam *alloquens:* Regina illa, de qua prius dixeram tibi, consilium quæsivit a me per te, et, audito consilio, quod dedi ei, videtur sibi gravissimum. Et ideo modo dico ei, quod erat quædam regina tempore Heliæ Prophetæ, quæ dilexit quietem suam plus, quam me, et persequebatur verba veritatis, et credebat stare per prudentiam suam: ideo contigit, quod non solum contempta et despecta fuit ab omnibus, sicut prius honorata, sed etiam in morte sua tribulata fuit, *nimirum Jezabel, regis Sidoniorum filia, ut interpretatur Durantus:* Et propterea ego Deus, qui clarius video et scio futura, dico nunc isti reginæ, quod tempus suum breve est. Computus, quem redditura est in die judicii, gravis est. Et finis suus non sicut principium erit, nisi obedierit verbis meis. *sollicita fuisse*

AUCTORE J. B. *videtur :*

113 *Eodem porro libro, cap.* 10 *monita aliquot accepisse* S. Birgitta *dicitur a Beatissima Virgine, eidem verosimillime Blancæ impertienda ; quæ in hunc modum ibidem sonant* : Dic reginæ, quod ego Mater misericordiæ recepi eam tamquam nucleum in pomo corrosum, qui non erat pulcher ad videndum, sed amarus ad gustandum, et insipidus ad glutiendum. Verumtamen plantavi eam in terram longinquam *(Blanca, ut dixi, comitis Namurcensis filia erat, atque adeo hæc illi apprime conveniunt)* ut portaret fructum bonum. Ergo sicut arbores proferunt de se folia, flores et fructus, sic ipsa debet portare folia virtutum, scilicet audiendo libenter verba Dei, quæ utilia sunt animæ, et similia foliis arborum. Loquatur etiam illa, quæ honoris sunt Dei, et utilitatis proximorum, quia tunc ipsa portat pulchros flores. Diligat quoque Deum et proximum et tunc habet optimum fructum. Sed ipsa nunc loquitur libenter scurrilia, et ea, quibus acquirere potest mundi honorem et favorem, et ideo convertat se ad me, scilicet portando Filio meo auditu et locutione et opere charitatis
B fructum illum, qui ei dulcius sapit, hoc est, animam suam, quam præcordialiter desiderat possidere. *Rursus cap.* 12 *ibidem* S. Birgittam *eadem Virgo docet, quænam virtutes reginam maxime decent* : Ad reginam, *inquit*, pertinent humilitas animi, modestia operum, prudentia agendorum, compassio miserorum. *Sub finem vero capitis hæc leguntur* : Ergo quia regina ista, pro qua tu oras, per te quærit a me consilium, responde ei ex parte mea et dic ei : quod ipsa habet aliquas infusiones et suggestiones a duobus spiritibus, scilicet a bono et malo spiritu, quas ego indicabo tibi alia vice ; *quæ ex ante dictis de Blanca verosimillime sunt intelligenda. Neque porro dubium est, posita harum revelationum* S. Birgittæ *factarum veritate, quin illa, quidquid in mandatis divinitus accepit, summa fide ac libertate perfecerit,*

*sed Magnus,* 114 *Sed ut ad Magnum, Sueciæ regem, revertamur ; quamquam surdis plerumque auribus* S. Birgittæ *monita exciperet is, non destitit illa, ut divinitus jubebatur, regem sui muneris admonere, et proposita criminum enormitate, ad meliorem frugem, quantum id penes se erat, revocare. Luculentum huic rei testimonium perhibet, quod in hanc rem legitur Revelatione* 80 *inter Extravagantes, uti Deipara* S. Birgittam
C *hunc in modum fertur allocuta.* Ego sum, ad quam angelus dixit : Ave gratia plena. Et ideo exhibeo gratiam meam omnibus, eam in necessitate habere volentibus. Ego exhibeo adjutorium meum ad regimen regni, in quo tu nata es, contra inimicos Dei corporales et spirituales. Cujus inhabitatores admoneo laborare unanimiter, ut obtineant regem, qui regere velit incolas regni ad devota opera, et honestam conversationem. Quibus etiam notifico, quod divina justitia proponit separare regem, et totam generationem ejus a regimine regni istius, et alter natus in regno in regem electus est, qui regnaturus est secundum consilium amicorum Dei et utilitatem regni. Vos igitur quatuor faciatis secundum consilium meum, ut possitis vobis plures attrahere, habeatis istud consilium secrete cum amicis Dei, et absconditum ab inimicis ejus, ut honor Dei augeatur, et bona consuetudo renovetur, nec non et alienata a corona regno restituantur.

115 Vadat igitur unus vestrum vel plures ad *S. Birgitæ monita.* regem dicendo sibi : Nos habemus aliqua dicere vobis tangentia salutem animæ vestræ, quæ rogamus vos sub sigillo confessionis tenere. Additis etiam plura verba, ut expedire videtur, quorum sensus sit talis : Vos habetis pessimam famam in toto regno dicentem, vos habere et exercere naturalem commixtionem et turpitudinem cum masculis contra naturalem dispositionem. Quod verisimile videtur ex eo, quod plus diligitis quosdam viros contra Deum et animam propriam, quam propriam uxorem. Secundo dubitari potest, an habeatis fidem rectam, quia interdictus ab ecclesia audire Missam, intrastis nihilominus ecclesias, et audistis Missas. Tertio estis prædo coronæ, et bonorum regni. Quarto, quod estis proditor famulorum et subditorum vestrorum, qui fideliter serviebant vobis, et filio vestro, quos tradidistis voluntarie in manus inimici eorum pessimi cum tota terra Schaniæ, pro cujus malitia et fallacia, numquam eo vivente poterunt securari. Si decreveritis peccata ista emendare, et terras alie- E
natas revincere, serviemus vobis. Sin autem, committatis filio vestro sub juramento præstito, quod velit terras alienatas revincere, communitatem diligere, militibus suis fidelis existere, et omnia secundum leges patriæ juste et pie regere et gubernare

116 Attamen sciatis vos quatuor, quod Deus *minarur* providerat sibi alium regem in futurum, qui taliter provenire potest in publicum cum minori damno et periculo, quia potens est Dominus tam vitam junioris, quam senioris abbreviare vel aliter de regno expellere, omniaque secundum velle suum disponere, abbreviare, seu etiam protelare. Si vero ille obedire noluerit, tunc consulatis secrete aliquos de principibus et militibus regni, et cum inveneritis aliquos ad idem vobiscum benevolos et fideles ; dicatis eis in publico, quod prius dixistis regi in secreto, quod nulli hæretico servire volueritis, vel proditori : sed nec filio ejus, si decreverit esse paterni sceleris imitator. Quo facto, assumatis vobis unum in principem, qui ex parte coronæ regni præliari poterit prælia regni. Qui electus, si perfectus in bono fuerit, amicus meus erit. Sin autem, cito delebitur. Vos opponite pecunias et similia, ego addam cor virile, et audaciam, ut, qui sponte noluerit, invitus obedire compella- F
tur. Sin autem rex voluerit de regno recedere, caveatis, ne quis vestrum ipsius vestigia imitetur.

117 *Quamquam autem regis, de quo hic sermo est, nomen non exprimatur, de rege tamen Sueciæ, cognomento* Smeek, *intelligi ista debere non dubium est, non modo ob congruentiam temporis, sed quod et cetera adjuncta eidem apprime conveniant, ut ex jam de illo dictis partim colligi potest.* Magnus Smeeck, *inquit porro Bureus in Serie regum Sueciæ*, filius Erici, a Birgero fratre occisi, anno MCCCXIX. Nequicquam patrui *(ob crudelitatem nimirum regno ejecti)* vestigiis territus, contemtu sacrorum, portentis libidinum et efferata crudelitate, publici prædonis meruit elogium. *Inter causas vero, ob quas et ipse regno Sueciæ expulsus fuit, Loccenius ad calcem lib.* 2 *Historiæ Sueciæ, has refert* : Quod in impia, libidinosa et publicis moribus pestifera perseveraret vita, nec ad sanitatem redire vellet. Quod Scaniam Hallandiamque, tanta vi pecuniæ

A pecuniæ emptam, a corpore Suediæ iterum seperasset, et in alienas manus transtulisset. Quod injustis oneribus ac tributis regnum exhausisset. *De eodem denique Magno ait Ericus Olai, Upsalensis decanus, lib.* 4 *Suecorum Gothorumque Historiæ* : Fuit excommunicatus a Papa propter pecuniam levatam cameræ Apostolicæ, posito interdicto in regno, quam excommunicationem, ut desperatus, parvipendens, et divinis se damnabiliter ingerens, cum alii servarent interdictum, multis erat occasio scandali et erroris. *Scaniam Magnus tradidit Waldemaro anno* 1360, *anno vero* 1463 *a regno fuit amotus; ex quo tempus factæ revelationis, quam per suos in Sueciam in Italia tunc agens* Brigitta *miserit, utcumque colligitur.*

*temeritatis suæ* 118 *Sed et alias sæpe salutaribus monitis Magno præsto fuit, etsi nullo aut exiguo plerumque fructu : decreverat aliquando Magnus bellum Moscovitis inferre (intulit autem anno* 1348*)* quod cum sanctissime viduæ Birgittæ, tunc in Suetia clarescenti, compertum esset, *inquit Joannes Magni, archiepiscopus Upsalensis,*

B *Historiæ Gothorum Sueonumque lib.* 21 *capp.* 3 *et* 4, fideliter et ex divina revelatione eum admonere curavit, ut a suo exercitu eos milites amoveret, qui sibi alium belli finem, quam publicam Christianæ plebis pacem proposuisse viderentur, utpote qui magis rapinas, incendia et urbium direptiones, quam verum Dei cultum ad schismaticas gentes extendere curarent : quod maxime de Teutonica et Danica militia præmonuisse dicebat; eligeretque in eorum locum Sueones et Gothos, qui nihil aliud ab hostibus, quam licentiam male faciendi auferrent. Sed imprudens rex non solum hanc, verum etiam omnes alias revelationes a Deo inspiratas contemnens, colluviem ingentis atque inconditæ militiæ secum trahens, primo insultu magnam Moscoviæ partem victrice manu subjugavit, occupata eorum præcipua arce Pechense. Sed non deerat vaferrimis Moscovitis ingenium, quo hostium avaritiæ callidissimis promissis illuderent. Cum enim intelligerent, regem nimia auri fame laborare, tantum auri et argenti se quantocyus allaturos spondebant, quantum ipse et totus exercitus ejus vix optare potuisset.

C *graves* 119 Sed quid accidit? Credidit infelix rex perfidissimis schismaticis, qui prius credere noluit Birgittæ mulieri sanctissimæ. Confestim igitur suæ temeritatis pœnas luens, vidit infinitam Moscorum, Tartarorum et Lituanorum multitudinem advolare, non aurum, aut argentum, sed ferrum in aculeos sagittarum conversum afferre et mortem inferre paratam. Itaque cum ad extrema et pene inevitabilia pericula deductus esset, a solis Sueonibus, quos in postremo stipendio collocaverat, servatus evasit. Hi enim magno labore et non minore industria vicini fluminis meatum effodientes, regem (quamvis male meritum) a mille periculis non sine omnium admiratione eduxerunt. Qui vero in præsidio arcis remanserant, a Moscovitis crudelissimo mortis genere affecti trucidatique corruerunt. *Eadem fere scribit Ericus Upsalensis lib.* 4. *Finito bello gravior Sueciam clades afflixit : cum enim in pejus rex Magnus rueret indies, gravissima Sueciam pervagata pestis est, quam pariter* S. Birgitta *prædixerat, simulque docuerat, qui placari ac mitigari divina justitia posset, nimirum si superbiæ, gulæ et cupiditati, quæ tum potissimum vita Sueciæ dominabantur, humilitas, honestas in vestibus, in potationibus moderatio, cupiditatumque mundanarum succederet inhibitio. Pestis hujus revelatio ac prædicto innui videtur Revelatione inter Extravagantes* 74, *ubi Christus ita* S. Birgittam *alloquens inducitur.* Dixi tibi prius, quod ego volo visitare super militiam regni istius in gladio, lancea, et ira... Ecce surgere volo, non parcam juveni, nec seni, diviti et pauperi, justo et injusto, sed vadam cum aratro meo, et evertam stipulas et arbores, ita, ubi erant mille, vix remanebunt centum, et absque habitantibus erunt, domus... Verumtamen propter tria placari potest atque mitigari justitia mea etc. AUCTORE J. B.

120 *Huc etiam spectare videtur Revelatio* 76 *his verbis concepta* : Dic magistro tuo, ut non desistat clamare, et exaltare vocem suam, quia venio cito. Felices erunt, qui confugiunt ad veram humilitatem. *Item* 77. Arabo terram istam in judicio et tribulatione, donec inhabitantes addiscant petere misericordiam Dei : *qua de re Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi ad annum* 1350 *sic etiam scribit* : Fuit primus *(annus mox dictus)* jubileus Romæ, Clemente Papa præsidente. Eo tempore viguit in regno Sweciæ magna mortalitas, qua nemo majorem meminit exstitisse nec ante, nec post, quam diu ante prædixerat futuram beata Birgitta. Christus namque in quadam revelatione eam sic prædixit, dicens : „ Vadam per mundum cum aratro „ meo etc. „ *Risit hæc aliaque sanctissime Mulieris monita Magnus; unde Birgerum illius filium sugillare solitum fuisse refert Margareta, Vastenensis abbatissa, sæpe in superioribus laudata, hac interrogatione* : Quid, quæso, de nobis cognata nostra, Mater tua hac nocte somniavit? *Sed quanto tum suo, tum suorum malo hujusmodi, ut ille quidem dictitabat, somniis aures occluserit, eventus docuit, et fusius Sueci prodiderunt historici.* *pœnas dedit* E

## § IX. Recensentur nonnulla S. Birgittæ itinera, quæ pietatis causa instituit in Norvegiam, Galliam etc. F

*Iter ejus* *Cum jam aliquamdiu (neque enim compertum mihi est, quot annis apud Blancam id muneris gesserit) aulæ magistram egisset* S. Birgitta, *sive aulæ tumultuum pertæsa, ac tranquillioris vitæ desiderio, sive a Magno, ipsius monita jam fastidiente, dimissa, ad sua se recepit, sibi ac Deo liberius vacatura deinceps. Exemplum conjugis Ulfo imitatus videtur : nec dubium, quin piissimum conjugum par totum se Deo dederit, remotis jam pietatis suæ repagulis. Certe ex eo tempore, quo aulam Suecicam deseruerunt, varias peregrinationes sacras et laboriosas admodum, instituerunt : referuntur illæ summatim apud Simonem Hormann post Miracula* S. Birgittæ *pag.* 839 *ex Fragmento cujusdam antiquissimi codicis Revelationum.* S. Birgittæ, *Romæ in domibus ejusdem impressi : id vero sic habet*: Quantas vero et quam laboriosas sancta Birgitta ad diversa Sanctorum loca, quandoque comitante viro, fecerat peregrinationes, in libris suarum revelationum satis est expressum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. B.

sum. *Ex verbis illis*, quandoque comitante viro, *videri potest dicti Fragmenti auctor sacras* S. Birgittæ *peregrinationes duas in classes distinxisse, quarum prima eas sanctæ Matronæ peregrinationes complectatur, quas, marito comitante, suscepit; prius nimirum, quam hic Alvastræ se abdiderat et cum adhuc in Suecia commune habebant domicilium : alia vero, quas, marito jam vel defuncto, vel monasterium Alvastrense (ut post videbimus) ingresso, vel posteaquam Romam, Sueciam non amplius revisura, profecta est, ipsa instituit. De Prioribus hic nobis tantum sermo erit, de posterioribus suo loco acturis.*

*in Norvegiam*

122 *Priores itaque Fragmenti auctor ita describit :* De Aquilone cum marito ac magna comitiva utriusque sexus clericorum et laicorum aliquando pedestri, aliquando equestri vicissitudine ad sanctum Jacobum in Compostella et ad plura loca in Hispania, Italia, Francia, Germania, et Norvegia ivit, ubi, XXXVI dietis alias a patria transiens, sanctum Olavum regem et martyrem visitavit, et licet in tanto itinere equitaturam habuerit copiosam, tamen pedester frequentius, etiam in saxosis locis, quibus ea regio plena est, pro fatigando corpore ambulabat. Item ad Coloniam tres Reges et alios infinitos Martyres honorandos visitatura adivit. Item ad sanctam Mariam Magdalenam, sanctam Martham, et ad Taraschonam, rediensque Romam, ubi XXVIII annis manens etc. *Duæ hic saltem peregrinationes distinguendæ videntur, quarum una Compostellam, aliaque Hispaniæ, Galliæ, Italiæ et Germaniæ sive in itu sive in reditu loca devotionis ergo adierit; altera vero in Norvegiam S. Olavum regem illic honoratura discesserit; ut innuere quidem videntur ista Fragmenti laudati verba* : ubi XXXVI dietis alias a patria transiens : *verba porro postrema* rediensque Romam *secundum* S. Birgittæ *ad Urbem accessum importare videntur; ut adeo peregrinatione eadem, qua Compostellam adiit, etiam Urbem invisisse videatur. Atque hæc quidem de* S. Birgittæ *post suum forte et mariti ex aula recessum et ante postremum e patria discessum peregrinationibus universim observata sunto : nunc quid de singulis observarim, expono.*

B

*ad S. Olaum:*

123 *Et primo quidem, quod ad iter* S. Birgittæ *in Norvegiam spectat, licet illius neque Bulla canonizationis, nec Vitæ infra edendæ meminerint, non est tamen, cur, quin revera contigerit, dubitari merito queat : id enim non modo reipsa contigisse, sed et in eo singulari gratia divinitus fuisse affectam discimus ex proœmio Regulæ S. Salvatoris apud Hormann pag.* 696, *cujus hoc initium* : In dominio regis Norvegiæ, qui est ad Septentrionem omnium regum ultimus, ita quod ultra terras sui principatus nullus invenitur hominibus habitabilis locus, contigit dominæ Birgittæ, orationi intentius vacanti, quod viribus corporis quasi exinanitis, cœpit ejus anima ad videndum, audiendum, loquendum et sentiendum ea, quæ spiritualia sunt, omnibus suis viribus effici perfectissime vigorosa. Taliter itaque, quod sæpius rapta multa audivit in spiritu etc. *Cum autem* S. Birgitta *ad S. Olaum, Norvegiæ regem et martyrem, accessisse dicatur, nequaquam latet, quam Norvegiæ civitatem tunc adierit; nempe Nidrosiam, regni Norvegiæ urbem primariam,* Drontheim *seu* Trontheim *indigenis dictam, ubi uti sepulturam, ita et ecclesiam suo nomini dicatam, insignem, dum in Norvegia res Catholica stetit, cultum consecutus est, prout latius videre est apud majores nostros in Commentario, ad Vitam S. Regis et martyris prævio, tom.* 7 *Julii pag.* 87 *et seqq.*

C

D

124 *Testatissimum est* S. Birgittæ *iter, quo una cum marito suo Ulphone Compostellam e Suecia S. Jacobum, illuc toto orbe Catholico concurrentium frequentia tunc celebrem, veneratura adivit. Omnium instar sit Bonifacius Papa IX ita de eo loquens in Bulla canonizationis* S. Birgittæ : Et nihilominus, *inquit*, conjuges devoti, in Dei timore et amore proximi semper ferventiores, limina beati Jacobi Apostoli communi voto peregre visitarunt. *Et paulo infra* de S. Birgittæ *ad Urbem e peregrinatione Hierosolymitana reditu agens ita loquitur* : Ad Urbem quoque regressa, cum antea sive in sua patria et partibus circumstantibus, sive in Germania, sive in Galliis, sive in Hispania, sive in Italia, sive in aliis Cismarinis aut Ultramarinis partibus Sanctorum et Sanctarum corpora, seu memorandæ reliquiæ quiescerent, pauca admodum absque personali visitatione dictæ sanctæ Viduæ fuissent prætermissa, in eadem Urbe reliquum vitæ peregit. *In itinere Compostellano duo potissimum contigisse reperio* : *quorum unum Petrus de Alvastra refert in Annotatis ad cap.* 36, *lib.* 6 *Revelationum* : *nimirum, dum eam peregrinationem* Birgitta *institueret, a monacho quodam, ejus itineris socio, visum fuisse solem (Regem Magnum, de quo supra num.* 108 *et seqq.) tenebris involutum, contra vero* S. Birgittam, *cujus Magnus monita spreverat, septem coronis cinctam.*

E

*ad S. Jacobum.*

125 *Sic habent Petri verba* : Hic frater (*cujus mentio fit cap.* 36 *lib. Revelationum*) Dominam Birgittam ad S. Jacobum sequebatur, qui in spiritu vidit dominam Birgittam, quasi septem coronis coronatam, viditque solem totum denigratum, qui miratus audivit vocem clare dicentem : Sol iste obscuratus significat principem terræ vestræ, qui sicut sol fulserat, erit despectissimus per opprobium hominum, Mulierque ista, quam cernis, habebit spicam septiformis gratiæ Dei, quam significant septem coronæ, quas vidisti, et hoc erit tibi signum, quod tu sanaberis ab infirmitate ista, et reverteris ad tuos, et elevaberis ad altiorem gradum. Qui rediens factus est abbas proficiens de virtute in virtutem.

F

*verbi redire dirigendum rebus fere omittit;*

126 *Alterum, quod eo in itinere contigit, refert Birgerus num.* 15 *his verbis* : Ut autem se a vanitatibus mundi liberius expedirent (S. Birgitta *et maritus ejus Ulpho*) ac divino servicio corda sua strictius manciparent, sicut olim Abraham, de terra et cognatione sua ac domo propria exierunt, limina gloriosi Apostoli Jacobi in Compostella magnis laboribus et sumptibus visitantes. Peragratis igitur multorum Sanctorum locis, cum jam essent in reditu, vir Deo devotus in Atrabato cœpit graviter infirmari : invalescente autem infirmitate, Sponsa Dei in magna anxietate constituta, per sanctum Dionysium sic meruit consolari, Ego, *inquit*, sum Dionysius, qui a Roma veni ad has partes (*lib.* 4 *Revelationum cap.* 21 *dicitur a Paulo conversus, atque adeo populari errore, quo Dionysius Parisiensis idem creditur, qui Areopagita, de quo Act.* 17, S. Birgitta *fuerit imbuta*) prædicare verbum Dei. Nunc ergo, quia speciali devotione dilexeras me, ideo prædico tibi, quod Deus vult per te innotescere mundo et tu tradita

A dita es custodie mee; propterea juvabo te. Et hoc tibi signum, quod vir tuus ex hac infirmitate non morietur. Unde ipsa merito potuit dicere cum Propheta: Secundum multitudinem dolorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. Nec mirum, nam post aliquos vero dies ibidem, scilicet in Atrabato, vidit mirabilia quædam. Videlicet quomodo transitura esset Romam, et sanctam civitatem Jherusalem, et quomodo migratura esset de hoc seculo. Quæ omnia Deus omnipotens misericorditer adimplevit. Post longam vero ægritudinem convalescente viro, duce Domino, qui omnia disponit suaviter, ambo ad patriam incolumes sunt reversi. *Eadem fere leguntur Revelationum Extravag. cap.* 92: *verum quo tempore ista contigerunt?*

*non sub annum* 127 *Binetus in Vita Gallica* S. Birgittæ *cap.* 6 *de illius Atrebati commoratione refert ex Chronico, nescio quo, nobilem quemdam Suecum, Nericiæ principem, cum conjuge sua liberisque octo Compostella Atrebatum advenisse eo anno, quo Abbas Lætiensis fuit Atrebati constitutus;* B *omnes in platea Lombardorum hospitium habuisse; sed inde nobilem illum Suecum in civitatem ob morbum fuisse translatum, ac in domo cujusdam canonici divæ Virginis, domini Bazentini filii, decubuisse, ac ab Andrea Ghinio, Florentino, Atrebatensi tunc temporis episcopo, extrema unctione fuisse munitum. Andreas Ghini Malpigli ex Galliæ Christianæ auctæ scriptoribus tom.* 3. *coll.* 337 *et* 226 *factus est episcopus primum Atrebatensis anno* 1331, *inde vero translatus ad sedem Tornacensem anno* 1334 *die* XVII *Octobris. Porro ex iisdem scriptoribus tom. mox laudato col.* 125 *Oto de Senzelles, abbas Lætiensis, obiit anno* 1330; *cui suffectus Joannes de la Haye, monachus S. Gisleni, remotus ab officio fuit anno* 1331; *Joannem excepit Mauritius II, dictus* Paganus, in mense Novembri, *sed die Epiphaniæ sequentis ab officio pariter remotus, ut habet Chronicon Ms. nostrum Lætiense. Hunc denique secutus Sicardus de Cardillac Lætiensem abbatiam rexit usque ad annum* 1363. *Si itaque Chronicon a Bineto laudatum de* S. Birgitta *et Ulphone interpretari quis cupiat, necesse ex jam dictis erit, ut* S. Birgittam, *Compostellæ cum marito et liberis suis octo in patriam re-* C *deuntum, anno* 1331 *vel sequenti Atrebati mariti sui morbo retentam fuisse, contendat.*

1350; 128 *Verum hoc pacto Chronici illius fides, quod illi Vita S. Catharinæ,* S. Birgittæ *filiæ, ab Ulphone monacho Vastenensi et suppari conscripta, refragatur, non parum vacillabit: hoc enim teste (videsis tom.* 3 *Martii pag.* 505) *fuit S. Catharina ex octo* S. Birgittæ *liberis* ordine nascendi quarta: *neque tamen nisi sub annum* 1330 *nasci potuit: sive enim S. Catharina* 18 *fuerit annorum, quod num.* 9 *et* 10 *Ulpho monachus tradit, quinquennio post* Birgittæ *e patria anni* 1346 *discessum, et proin sub annum* 1350; *sive annorum fuerit circiter* 43 *moriente (anno* 1373) *Matre, ut partim ex num.* 9 *jam laudato, partim ex num.* 42, *ubi annis* 25 *Matri suæ, postquam ad eam Romæ commorantem profecta est, adhæsisse dicitur; natam fuisse necesse est non ante annum* 1330: *atque adeo fieri non potuit, ut* S. Birgitta *una cum marito et octo liberis anno* 1331 *vel sequenti fuerit Atrebati versata. Quod si anno circiter* 1330 *S. Catharinam, quarto inter* S. Birgittæ *liberos loco natam, mundo editam, prout fieri debere jam ostendimus, statuas, ad annum facile* 1335 *et ultra postremorum quatuor* S. Birgittæ *liberorum nativitas nos deducet, ante quem, quod supra dixit,* S. Birgitta *peregrinationem Compostellanam non instituerit: hanc enim continentiæ et quidem perpetuæ votum ab utroque conjuge emissum, ut mox ostendam, præcessit, atque adeo necesse pariter est, ut Compostellanum ipsorum iter fuerit omnium suorum liberorum nativitate posterius.* AUCTORE J. B.

*sed post emissum* 129 *Jam prius continentiæ voto* S. Birgittam *et Ulphonem fuisse obstrictos, quam iter Compostellanum susceperint, docet imprimis Bonifacius IX in Bulla Canonizationis* S. Birgittæ *verbis num.* 105 *supra relatis. Quid autem post eorum in patriam reditum contigit? Audi denuo Bonifacium:* Et ad propria reversi, *inquit,* cum deliberassent, ut liberius devotioni vacare possent, pro sexus diversitate diversa ingredi monasteria, dictus princeps in tali deliberatione quievit in Domino. *Itaque secundum Bonifacium Papam,* S. Birgitta *Ulfoque primo perpetuæ continentiæ votum emisere. dein itineri Compostellano sese dedere, e quo demum in patriam reduces monasteria ingredi* E *statuere, quod postremum prioris voti confirmatio fuit. Juverit hoc observasse propter ea, quæ ex* S. Birgittæ *Vita a Birgero archiepiscopo scripta, ex Vita ejusdem Lovanii anno* 1485 *impressa, et ex S. Antonino in contrarium, ut paulo post dicam, hic objici possent.*

*ab utroque conjuge* 130 *Bonifacio Papæ jam laudato apprime item consonat Alphonsus eremita in Prologo, num.* 106 *laudatus. Idem quoque tradit auctor Vitæ abbreviatæ, Alphonsum modo citatum laudans; qui, enumeratis singulis* S. Birgittæ *liberis, ita mox pergit:* At ubi præordinatam a Domino sibi propagationem prolis implessent, utrique sese continentiæ et castitati perpetuæ dedicarunt, ut patet in Prologo. Perfectisque fatigabilibus peregrinationibus, abstinentiis, vigiliis, disciplinis, cæterisque virtutum operibus, vir Deo beneplacens dominus Ulpho, maritus S. Birgittæ, in monasterio Alvastra exuviarum quietem et cum pietate dormitionem accipiens anno Domini MCCCXLIV, duodecima die mensis Februarii, optimam habet repositam gratiam. *E quibus liquere existimo,* S. Birgittam *itineri se Compostellano non dedisse, nisi posteaquam octo suos liberos peperisset, ac perpetuæ continentiæ vinculo se* F *una cum marito Ulfone vinxisset. Esto igitur, Birgerum,* S. Birgittæ *biographum in Vita ejusdem infra edenda, Vitam item Lovanii impressam, et S. Antoninum, de quibus num. superiore, votum continentiæ, a* S. Birgitta *emissum, itineri ejus Compostellano non præmittere, sed subjicere: propterea tamen laudatis modo auctoribus contraire censendi non sunt: cum ita interpretari illorum dicta liceat, ut non de castitatis voto primum emisso, sed per monasterium ingrediendi propositum, ut supra innui, confirmato, loquantur, ut ex ipsis Birgeri verbis abunde liquet.*

*perpetuæ continentiæ votum, * abundat* 131 *Ita loquitur:* Considerantes exemplum * quia omnis ponderatio non est digna continentis animæ mutuam inter se voverunt continenciam, statuentes intrare monasteria ad serviendum Deo viventi omnibus diebus vitæ suæ. *Vita anno* 1485 *Lovanii impressa sic habet:* Transactis aliquot diebus, convalescente viro, ad patriam suam *(Atrebato nimirum)* redierunt. Et ipsa Deo dilecta *(Birgitta)* maritum suum totaliter ad Deum sanctis ammonitionibus convertit et orationibus et exemplis ad caste viven-

dum

AUCTORE J. B.

dum eum induxit, qui facto voto intrandi religionem, liberis septem (*imo octo*) procreatis, servato hoc proposito, diu servata continentia, in monasterio Alvastra Ordinis Cisterciensis feliciter obdormivit. *Sic denique S. Antoninus:* Tandem viro sanitatem consecuto, reversi sunt ad proprias ædes. Verum quia non est digna ponderatio animæ continentis (ut ait Sapiens) gratiusque Deo, quod voto redditur, quam quod propria voluntate offertur, ideo simul votum continentiæ emiserunt, proponentes, ut id servarent efficacius, diversa monasteria ingredi. *Maneat itaque* S. Birgittæ *in Atrebatensem civitatem adventum a Bineto ad annum* 1331 *aut sequentem nimis propere fuisse collocatum. At, inquies, quo igitur anno Atrebatum venit? Respondeo, nihil mihi occurrisse uspiam, unde illum accurate liceat determinare: in ea tamen opinione versari me, ut ad annum circiter* 1339 *differri debeat: id cur existimem nunc aperio.*

*et inter annos* 1338

B

132 *Ex supra dictis habemus* S. Birgittam *et Ulfonem ex itinere Compostellano in patriam reduces mox in eo fuisse seu voto seu proposito, ut monasticam vitam amplecterentur: vero itaque simile non est,* S. Birgittam *ex itinere Compostellano reducem, ac sancto suo proposito exsequendo intentam, turbis aulicis sese miscuisse, ac Blancæ, Sueciæ reginæ, magistram aulæ egisse: porro id muneris* S. Birgitta *suscepisse videtur, cum Blanca regi Magno nupsit, id est, sub annum* 1335, *ut Loccenius lib.* 2 *Historiæ Sueciæ pag.* 69 *his verbis*: Ejusdem (*Mathiæ Ketelmundi, regni Sueciæ pro Magno gubernatoris*) consilio Blancam Gallicam comitis Namurcensis (*Joannis I*) filiam ex regio Valesiorum stirpe sibi matrimonio junxit, *ad annum* 1335 *videtur innuere, et planius tradit Torfæus Historiæ Norvegiæ parte* 4 *lib.* 9 *cap.* 3 *in hunc modum*: Anno, qui superiorem excepit, MCCCXXXV, rex Magnus procerum omnium Norvegiæ, qui summopere profectionem in Sueciam ad coronam et regnum accipiendum dissuadebant, consiliis insuper habitis, a Sueciæ proceribus diademate regio insignitur, jamque (secundum Sueciæ scriptores, circiter septemdecim, nostros vero, octodecim annos natus) Gallicam ex regio Valesiorum stemmate virgunculam, nomine BLANCAM sibi matrimonio junxit.

C

*Haud prius igitur, quam anno* 1335 S. Birgitta *apud Blancam aulæ magisterio perfuncta est. Jam vero cum nihil obstet, quo minus annis duobus aut tribus hoc munere functa dicatur, et aliunde anno* 1340 *in Suecia versatam fuisse reperiam, ut infra num.* 136 *apparebit; reliquum est, ut inter annos* 1338 *et* 1340 S. Birgitta *Compostellam migrasse dicatur: nec enim diu post illum annum iter istud differri potest, cui non multis annis superstes Ulpho fuit, anno* 1344 *defunctus, ut infra videbimus.*

*et* 1340.

133 *Sed iis, quæ de magisterio aulæ* S. Birgittæ *modo dixi, est plane contraria memorati sæpius P. van der Ketten, Calcariensis Prioris, Annotatio ex Revelationibus* S. Birgittæ, *anno* 1556 *Romæ impressis: ita ille*: Ex Revelationibus Romanis anno MDLVI. Hæc B. Birgitta MCCCXXVI fuit magistra reginæ Blanchiæ in Suecia, quæ habuit patrem Ludovicum, regem Franciæ postmodum sanctum, etc, matrem ejusdem nominis Blancam, filiam regis Hispaniæ, a quibus, scilicet rege Ludovico et Blanca, habuit capsam eburneam, Sanctorum reliquiis plenam, quibus (quasi thesauro Dei) cœlestis splendor honorem D exhibebat. *De reliquiis*, S. Birgittæ *a regina Blanca dono datis, agitur Revelationum extravagantium cap.* 59; *cujus priora verba, de reliquiis ipsis tractantia, transcripsi num.*107. *Reliqua, quæ ad earumdem insolitum splendorem spectant, sic habent*: Igitur casu accedente, capsa illa in loco minus decenti a servitoribus posita fuit, et oblita. Tunc beata Birgitta vidit in spiritu de illa capsa prodire lumen splendidum. Quæ admirata super hoc audivit vocem sic dicentem: Ecce thesaurus Dei, qui honoratur in cœlis, despicitur in terra, ideo transmigremus ad alia loca. Quod audiens Domina reponi fecit ipsam capsam honorifice in altari. *Dubium itaque non est, quin* S. Birgitta *hujusmodi sacrarum reliquiarum, quas inter nonnullæ erant S. Ludovici, Galliarum regis, a regina Blanca, cum hujus magistram aulæ ageret, thesaurum dono acceperit.*

134 *Sed pariter dubium non est, id anno* 1326 *non accidisse: qui enim contraxisse rex Magnus illo anno in Suecia matrimonium potuit cum Blanca, qui anno* 1335 *ætatis suæ annum decimum septimum aut decimum octavum dumtaxat agebat? Qui Patrem habere potuit Blanca, regina Sueciæ, S. Ludovicum Galliæ regem anno* 1270 *defunctum et* 1397 *a Bonifacio VIII Sanctorum albo adscriptum? Gemina quidem S. Ludovico filia fuit, nomine* Blanca; *sed quarum altera in infantia defuncta est; altera vero, Ferdinando Castellano nupsit; neutra Magno, Sueciæ regi. Uxorem porro habuit Margaritam Provinciæ comitis filiam. Blanca vero Alphonsi X Castellæ regis filia, S. Ludovici mater, non uxor fuit. Si verum quæritur, fuit Blanca, Magni regis Sueciæ uxor, filia Joannis I comitis Namurcensis, cujus uxor prima fuit Margareta Claramontana S. Ludovici neptis; altera Maria Artesiæ, et ipsa e Valesiorum stirpe prognata, e qua Joannes filia Blanca, Magni uxore, auctus fuit. Hæc igitur annotatio, ab Hormanno et Revelationum* S. Birgittæ *Nurembergensibus editoribus annis* 1516 *et* 1521 *merito omissa, morari hic nos non debet.*

quamvis non paret; E

135 *Ad hoc idem iter forte referri debet, quod supra num.* 122 *dictum est de itinere ejus Coloniensi ad tres Reges, ibidem præcipuo honore cultos. Neque enim, an eodem, quo Compostellam ivit* S. Birgitta *itinere, Coloniam quoque in itu redituve inviserit, an vero diverso, ex verbis supra transcriptis colligi liquido potest. Huc etiam forte spectat, quod Crusius Annalium Suevicorum lib.* 7 *parte* 2 *cap.* 5, *Halæ Sueviæ originem explicans, scribit his verbis*: Hinc nuncupata fuit Hala civitas SEPTEM PYRGORUM, seu BURGORUM vel HEPTAPYRGIUM, ZUN SIEBEN BURGEN. Horum præcipue unum cum atrio, propter S. Michaëlis ecclesiam situm, BERLEBERGA nominatur: in quo burgo vel arce, S. Birgitta Sueca, Romam petens circa annum 1363 Christi (*imo* 1346) divertisse perhibetur. Quæ curia, quoniam postea Beginarum, vel conversarum habitaculum fuit, NUNNENHOVE vocabulo dicta est: *licet hæc ad iter* S. Birgittæ *Romanum (perperam forte, sicut et ad annum* 1363, *ut postea dicetur) retulerit Crusius. Cetera, quamquam, quid* S. Birgittæ *in variis hisce peregrinationibus, pietatis et sacra Sanctorum exuvias honorandi causa susceptis, magnisque corporis laboribus atque molestiis institutis, acciderit, nusquam enucleate explicatum inverierim*

varietate loci F

A *invenerim, ex iis tamen, quæ de ejus itinere Norvegiano et Compostellano jam diximus, colligi satis potest, sanctam Matronam non modo Nidrosiæ et Atrebati, sed et alibi sæpe insignibus a Sanctis, quorum visitabat reliquias, favoribus, quod et postmodum ipsi in Italia et Hierosolymis suo loco videbimus contigisse, fuisse affectam.*

*afficitur gratiis.* 136 *Ita notat P. van der Ketten ex laudata sæpius Vita Ms. Germanica* S. Birgittæ, *hanc aliquando accessisse ad S. Botuidum, qui ipsi apparuerit, dixeritque, se illi gratiam audiendi videndique spiritualia promeruisse. Contigisse id videtur in Sudermannia secundo circiter ab urbe Stokholmia milliari, ubi illius exuviæ fuerunt tumulatæ ac nomini suo dicatum templum habet,* Botuid-kiorkia *a S. martyre nuncupatum, ut dictum est tom.* 6 *Julii a pag.* 635, *ubi de illo actum est. Idem refertur in Revelationibus Extravagantibus cap.* 72, *quod, quia annum exprimit, quo res contigit, atque inde,* S. Birgittæ *iter Compostellanum inter annum* 1338 *et* 1340 *figendum verosimiliter esse, ut supra num.* 132 *dixi, confirmatur, totum huc lubet transcribere:*

B *sic itaque habet* : Quarto anno ante mortem viri *(sic lego in utraque editione Norimbergensi annorum* 1517, 1521, *et in Coloniensi anni* 1628; *apud Hormann pag.* 780 *typothetæ vitio legitur* Vir) Sanctus quidam terræ Suetiæ, Botuidus nomine, apparuit dominæ Birgittæ quasi in quodam mentis excessu dicens : Ego tibi promerui cum aliis Sanctis istam gratiam Dei, scilicet audire et videre spiritualia et sentire, et spiritus Dei inflammabit animam tuam. *Migravit ex hac Vita Ulpho* S. Birgittæ *maritus anno* 1344. *Contigit id itaque anno* 1340, *et quidem ex* S. Birgittæ *Vita Germanica, existente illa prope Stokholmiam in Suecia; quod num.* 132 *dicebam.*

*Quos præter Ulphonem hujus itineris* 137 *Inter loca, quæ nominatim supra exprimuntur, quæque verosimiliter sive in itu sive in reditu itineris Compostellani adiit* S. Birgitta, *præter Compostellam, Romam, Atrebatum, Coloniam Agrippinam, occurrunt præterea Massilia, ubi S. Magdalena, et Tarascona, Galliæ Narbonensis, ut item Massilia, civitas, ubi S. Martha, Christi Servatoris nostri hospita, præcipuo tunc in honore habebantur. Alia pariter loca quamplurima, celebriorum Sanctorum exuviis ornata, ac propterea fidelium ad illa concursu frequentata, adiisse* S. Birgittam, *non dubium est : sed, cum de*

C *his nihil usquam nominatim dictum reperiamus, vel inviti de illis tacere cogimur. Pauca adjungimus de* S. Birgittæ *in itinere Compostellano sociis. Ulfonem,* S. Birgittæ *maritum, hujus itineris socium sese illi adjunxisse, ex superioribus satis liquet. Non defuisse illi copiosum seu clericorum religiosorumve, seu laicorum consortium, pariter ex dictis liquet. Contra vero,* S. Birgittam *in itinere Compostellano socium habuisse e liberis suis ullum, nusquam reperi, neque, id ut suspicemur, sinit plerorumque sub annum* 1338, *cui circiter iter istud illigavimus, tum temporis ætas; cum S. Catharina ordine nascendi quarta, ut ante diximus, tum temporis annum ætatis suæ octavum dumtaxat ageret.*

*habuerit socios, haud certo constat.* 138 *Burlamachius lib.* 1, *cap.* 9 *Vitæ* S. Birgittæ, *Petrum Alvastrensem, Ordinis Cisterciensis alumnum, hoc in itinere* S. Birgittæ *socium fuisse, ait; neque id vero omnino absimile est; quamquam nec certum. Is in Diario Vastenensi ad annum* 1390, *quo obiit,* S. Birgittam *in itinere Hierosolymitano quidem, de quo postea, comitatus dicitur; sed de Compostellano nulla ibidem fit mentio. Scio, ex Revelationibus Extravagantibus capp.* 48 *et* 109 *eum triginta saltem annis* S. Birgittæ *fuisse familiarem, ac scribendis ejus revelationibus occupatum : sed fieri hæc potuerunt, etiamsi itineris Compostellani, inter annum* 1338 *et* 1340 *instituti,* S. Birgittæ, *anno* 1373 *defunctæ, socius non fuisset; quamquam negare non ausim, eumdem, antequam* S. Birgittæ *revelationes scribere cœperat, Sanctæ nostræ familiarem fuisse, ac eam forte Compostellam fuisse comitatum. Idem, quod de Petro Alvastrensi Burlamachius ait, pari aut potiore jure dici videtur posse de Petro, primo monasterii Vastenensis generali confessore, anno* 1378 *defuncto, de quo præter dicta ex Diario Vastenensi num.* 28, *præterea scribit Vastovius in Vite Aquilonari pag.* 140. Ejus Vitam et Mirucula conscripsit probata fide frater Matthias Laurentii ordinis ejusdem *(hujus nominis monachus Vastenensis, et a pietate multum laudatus, mortuus legitur in Diario Vastenensi anno* 1486) vir ætate grandævus ac erga Deum pietate ac religione conspicuus; quam tamen E nondum videre potui. Supplicatum fuit pro canonizatione ipsius apud Leonem Papam X; sed, hæresi gliscente, nihil perfectum. *Hæc de Petro, confessore Generali Vastenensi, qui partim quoque ut in Revelationibus Extravagantibus* S. Birgittæ *cap.* 48 *diserte habetur, eas conscripsit, huc transcribere volui, ut videant nonnulli, quos viros veluti pessimæ protritæque fidei homines sugillent, dum* S. Birgittæ *revelationes pro credulorum, simplicium ac fabulatorum monachorum figmentis venditare ac irridere non erubescunt. Sed jam alio progrediamur.*

AUCTORE J. B.

## § X. Ulphone marito orbata in sponsam eligitur a Christo : mutat vitæ genus, hominumque, quod et alias fecit, contemnit opprobria.

*In patriam reversa* F *Reduces in patriam ab itinere Compostellano Ulpho et* S. Birgitta *nihil habuere antiquius, quam ut nuncupato a se religionem ingrediendi voto re ipsa facerent satis. Plusculum temporis* S. Birgitta, *quæ novæ Religioni condendæ a Deo destinata jam erat, eaque de re jam Atrebati nonnihil fortassis divinitus edocta erat, quod innuere videtur Birgerus* S. Birgittæ *biographus num.* 126 *laudatus, sibi sumpsit, quo de genere vitæ posthac instituendæ maturius deliberaret. At Ulpho, ut in patriam rediit, mox operi manum adjecisse videtur : Birgerus enim itineris Compostellani, votique religionem intrandi, ab utroque conjuge nuncupati, narrationi mox de Ulphone ista subjungit* : Unde, ordinatis rebus et bonis suis, vir magnæ devocionis et conversationis honeste; ut firmius in sancto perseverare posset proposito, in monasterio Alvastrensi annis aliquibus morabatur. Unde tandem in senectute bona transivit feliciter ex hac vita. *Alvastra, quo Ulpho sese abdidit, monasterium est Ordinis Cisterciensis, ut Vastovius in Notitia*

AUCTORE J. B.

*titia monasteriorum, quæ olim in Suecia et Gothia floruere, Operi suo, quod* Vitem Aquiloniam *inscripsit, præfixa, scribit, S. Mariæ sacrum et anno* 1150 *a Suerchero rege erectum : sed annum illi natalem* 1143 *assignat Carolus de Visch in Chronologia monasteriorum Ordinis Cisterciensis, Bibliothecæ suæ scriptorum ejusdem Ordinis subnexa pag.* 367, *ubi illud corrupte* Alnastrum *vocat. Ceterum addit Benzelius in Annotatis ad Vitem Aquiloniam pag.* 65, *monasterium istud nomen suum traxisse ab Alvilda, Suercheri Senioris uxore, ac hodieque ejus rudera in Gothia Orientali superesse.*

*privatur marito Ulphone,*

140 *Indueritne re ipsa Cisterciensem habitum ac professionem Ordinis emiserit Ulpho, dubium facere videntur in primis Bonifacii IX in Bulla Canonizationis* S. Birgittæ *hæc de Ulphone verba:* Dictus princeps in tali deliberatione *(ingrediendi monasterium)* quievit in Domino : *quæ sic videntur intelligi posse, ut Ulpho serium quidem habitus religiosi induendi habuerit propositum, sed in morte præventus exsequi non potuerit. Alphonsus in Prologo lib.* 8 *Revelationum cap.* 3 B *tantum ait, Ulphonem in Sueciam reducem, ibidem* migrasse in Domino, *nulla suscepti Cisterciensis habitus, editæve professionis facta mentione. Vitæ vero* S. Birgittæ *abbreviatæ auctor ait dumtaxat, Ulphonem in monasterio Alvastra exuviarum* quietem et cum pietate dormitionem *accepisse; quod fieri sane potuit, etsi nec habitum Cisterciensem suscepisset, nec ex ejusdem Ordinis institutis religiosam professionem emisisset. Nec ea de re plura leguntur apud Surium ad diem* XXIII *Julii, ubi de* S. Birgitta. *Ab Antonino vero* monasterium quoddam ingressus *tantum dicitur.*

*quem suis Cisterciensis*

141 *Hinc partim, ut opinor, partim vero ex annis, quo Ulphonem in Sueciam rediisse, ibidemque obiisse* (1343 *et* 1344) *statuit, Bailletus Henriquezium carpit ob Ulphonem Menologio Cisterciensi insertum, cum nempe e Bailleti sententia vita prius cesserit Ulpho, quam professionem emittere potuerit : Hippolytus vero Helyot in Historia Ordinum monasticorum tom.* 4 *pag.* 27 *ex iisdem causis censuit, Ulphonem quidem tyrocinii sui annum non complesse; emisisse tamen religiosæ professionis votum ob periculum mortis, quod et in Ordinibus ceteris* C *fieri solet. Verum quidem est, Ulphonem post suum in Sueciam reditum non admodum diu in vivis fuisse : at reditum illum, quem sub annum* 1340 *contigisse statuimus, ad annum* 1343 *differendum esse, ac Ulphoni, anno* 1344 *die* XII *Februarii defuncto, complendi tyrocinii spatium defuisse, a vero plane videtur alienum : cum Birgerus* S. Birgittæ *biographus, § hujus initio laudatus, ipsum a suo in Sueciam reditu in monasterio Alvastrensi* annis aliquibus moratum *fuisse, verbis disertis tradat : unde, quæ supra de tempore instituti a* S. Brigitta *Compostellani itineris illiusque in patriam reditus dixi, non parum confirmantur, liquetque ab Henriquezio aliisque Ulphonem non tam levi de causa, ac Bailletus innuit, Cisterciensium alumnorum numero fuisse adscriptum.*

*merito, ut apparet,*

142 *Quadriennio itaque circiter in monasterio Alvastrensi Ulpho versatus fuit, priusquam vitam exuit : annus certe et dies emortualis, nimirum Christi* 1344, *et dies* XII *Februarii, non dubius est, tum ex auctore Vitæ abbreviatæ* S. Birgittæ, *mox laudato, tum e Thoriro Andreæ, ita Chronicon Vastenense inchoante :* MCCCXLIV. XII Februarii obiit nobilis miles, Dn. Ulpho Gudmarsson, quondam maritus beatæ Birgittæ : *ut audiri* D *minime hic debeat auctor Catalogi illustrium sanctitate virorum sacri Cisterciensis Ordinis, qui Ulphonem (verba illius infra reperies) mortuum scribit anno circiter* 1358 *die* XXVI *Julii. Obiit porro Ulpho* in senectute bona *ex Birgeri verbis, meritis tamen, quam annis graviori : nam ex Bulla Canonizationis* S. Birgittæ, *quæ sub initium seculi decimi quarti nata est, octavum et decimum ætatis agebat Ulpho, cum decimum tertium ageret* S. Birgitta; *quare sub finem seculi decimi tertii in mundum prodiisse Ulphonem oportet. De virtutibus ejus, quibus in seculo fulsit, jam delibatum est aliquid num.* 104 *ex Birgero, ubi illum belli domique insignem regi patriæque operam navasse, satis quidem indicavit, sed uberius solidiusque a pietate in beatissimam Virginem, a timore Dei, a piorum operum frequentia, et ab amore justitiæ, vitæque honestate laudavit. Quantus vero illi vel in ipso adolescentiæ flore fuerit continentiæ conjugalis amor, tum maxime patuit, cum integro fere biennio, uti nolens matrimonii jure, tum suam, tum Conjugis pudicitiam illibatam voluit, neque umquam ad illam, ut in Bulla Canonizationis* S. Birgittæ *verbis di-* E *sertis Bonifacius IX testatur, nisi in timore Dei et posteritatis amore accessit. Nisi porro eximia pariter fuisset in Dei Sanctos veneratione, cum magno, ut credere par est, rei familiaris dispendio, gravibusque corporis ærumnis longinquam adeo eorum causa procul a patria amicisque profectionem haud suscepisset. Unde facile constat, in virtute illum piissimæ Conjugis, dum cum illa vixit, hortatu exemploque non parum profecisse.*

non ita vera Birgittæ adverbia.

143 *Ex vita porro ejus in seculo acta conjicere facile possumus, quam sanctis integrisque moribus fuerit, postquam nuntium seculo remisit, ac Alvastrensis cœnobii latebras aulæ patriæque suæ splendoribus prætulit : adeo ut apud Cistercienses scriptores aliquot etiam* Beati *titulum invenerit. Series virorum sanctitate illustrium Ordinis Cisterciensis, sed quoad annum diemque mortis ejus jam superius refutata, ita de illo habet* : B. Ulfo de Ulfaso, princeps Nericiæ; S. Birgittæ conjux, monachus Alvastræ in Suetia die vegesima sexta mense Julio circa annum MCCCLVIII. *Henriquezius in Menologio Cisterciensi ad diem item* XXVI *Julii* : Alvastræ in Suecia B. Ulpho de Ulphaso, princeps Nericiæ : qui in juventute F S. Birgittæ nupsit, et, adspirante spiritu Dei, matrimonium honestissime coluit, et tam Deo, quam hominibus charus, felices habuit progressus. Mirabili erga Deiparam ferebatur affectu, et spiritu fervens una cum uxore in Hispaniam profectus, limina S. Jacobi visitavit. In propria reversus habitum Cistertiensem in Alvastra induit, ibidemque, felici agone consummato, evolavit ad cœlos. Beatum *pariter vocat Sartorius in Cistercio bis tertio pag.* 452. *Quin et Ferrarius in Catalogo Sanctorum Generali ad diem* XII *Februarii illum hoc modo annuntiat* : In Suetia B. Ulphonis principis, viri S. Birgittæ. *Relatus quoque est a majoribus nostris ad diem* XII *Februarii inter Prætermissos, quod cultum sacrum publicumque illi numquam fuisse delatum, existimarunt, quod hodieque existimamus.*

liest qu'on pouvait en voir.

144 *Quin tamen Beatorum ordinibus admixtus sit, dubitare nos non sinit insignis viri virtus, quam denique etiam ex cap.* 56 *Revelationum Extravagantium hic propono, ubi a morte* S. Birgittæ *apparuisse, interrogantique, quid sibi ad salutem maxime profuisset, respondisse legitur*

A *gitur* : Sex sunt, quæ profuerunt mihi. Primum scilicet confessio mea, quam omni sexta feria, quando copiam habui, feci, habens firmum propositum imposterum me emendandi. Secundum est, quod sedens in judicio non judicavi amore pecuniæ seu favoris, sed omnia judicia mea examinavi diligenter, paratus errata corrigere et minus bene facta retractare. Tertium est, quod obedivi magistro meo, consulenti mihi, non commisceri, postquam partum intellexi vivificatum. Quartum est, quod cautus fui, quantum potui, ne per me vel meos pauperibus in hospitando essem ingratus, vel onerosus seu sumptuosus, omnem adhibens solicitudinem, ne contraherem debita, nisi prævideremm, unde solverentur. Quintum est abstinentia, quam assumpsi mihi in via peregrinationis ad sanctum Jacobum. Nam constitui in via non bibere per intervalla. Ideo per hanc abstinentiam deleta est illa longa sessio, quam habui in mensa et loquacitas et excessus. Et jam certus sum de salute mea, licet incertus sum de hora. Sextum est, quod commisi judicia mea illis, quos credebam justos, ut
B solverent debita mea. Et quia debitis implicari timebam, reassignavi vivus regi provincias suas, ne anima mea judicium Dei sustineret. *Quas sane viri coram Deo et hominibus integerrimi notas esse, et illius, qui jam pridem meritorum suorum præmium receperit, nemo inficias ibit. Sed hæc de Ulphone jam satis. Ad* S. Birgittam *itaque regredior.*

*Exin Birgitta Alvastram abit,*

145 *Quid illa post viri mortem? Viduitatem perpetuo coluit, bona sua filiis pauperibusque divisit, habitum mutavit, relictis ædibus, Alvastram concessit, auxit austeritatem vitæ.* Mortuo autem viro, *inquit Birgerus ejus biographus num.* 18, postquam Mulier sancta et pudorata compararet suum simul animum, numquam alteri se corporaliter conjunxit. Erat namque sicut altera Judith virtuti castitatis adjuncta, ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est vir ejus, sed semper solitarie habitans et in gemitibus perseverans in sanctæ viduitatis proposito, sicut sub cristallo clarissimo, ne a pulvere vane glorie macularetur, aut
C tactu laudis humanæ frangeretur, vite sue reliquias mundissime custodivit. *Alphonsus in Prologo ad Lib. cœlestis Imperatoris ad reges idem brevibus tradit* : Ipsa vero, tunc *(mortuo marito Ulphone)* accensa perfecto castitatis amore, totam Christo se totaliter tradidit. *Secessisse* S. Birgittam *a morte viri Alvastram, ut ibi vitam solitariam ageret, haud quidem aperte his verbis Birgerus ait; innuit tamen tacite, ut videtur, istis verbis* semper solitarie habitans, *sed paulo clarius num.* 20, *ubi dicitur jussa* stare in monasterio : *aliunde etiam de* S. Birgittæ *in Alvastra commoratione constat, cujus diserta mentio fit Revelationum Extravagantium cap.* 55 *his verbis* : Quidam monachus sanctæ vitæ *(Gerechinus)* ipsius monasterii Alvastra narravit cum lacrymis et juramento ipsi Priori Petro, quod quando domina Birgitta venit ibi ad residendum in eodem monasterio *(seu prope illud)* monachus admiratus est *etc.* : *quod et alibi non raro fit in iisdem* S. Birgittæ *Revelationibus. Tenuit hæc* S. Birgittæ *Alvastræ commoratio ab anno* 1344, *quo Ulpho mortuus est, usque ad annum* 1346, *quo Romam, in Sueciam non reditura, dum viveret, pervenit. Quid tum temporis gestum fuerit, infra dicetur.*

*Octobris Tomis IV.*

146 *Quod ad divisionem bonorum habitumque mutatum spectat, audi Birgerum num.* 20 : Cupiens ex hinc Sponsa Christi a cunctis mundi perturbationibus quiescere et in sinu Sponsi, sopitis terrenis cupiditatibus, dormire, statim post mortem viri distribuit omnia bona sua inter filios et pauperes, mutans habitum et vitam. *Auctor vero Vitæ abbreviatæ* S. Birgittæ *sic loquitur* : Quo protinus defuncto *(Ulphone)* ipsa prælecta Dei sancta Birgitta impendia, possessiones, amicos et propinquos pro modico reputans terrestres, cum Magdalena optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. *De austeritate vitæ, quam, defuncto marito, non mediocriter auxit, ita rursum Birgerus* : Et quia considerabat, quod perfecta quæque anima, in quo se jam diu exercuit facile non amittit, idcirco de pœnitentia, quam, vivente marito, occulte fecit, post ipsius mortem non contenta, in triginta *(totidem circiter marito, anno* 1344 *defuncto, superstes fuit, anno* 1373 *mortua)* lineis vestibus non utebatur, nisi in velaminibus capitis, sed, aspero induta cilicio, carnem, quæ concupiscit adversus spiritum, refrenabat. Ante lectum fecit poni unum E
thorale et cuscinulum sub capite, et sic ibi dormire solebat, habens super se vestem simplicem vel mantellum. Quæ, dum quærebatur, quomodo illic quiescere posset *(quod sane eo admiratione dignius erat, quo in Septemtrionalibus istis regionibus frigus regnat intensius)* in frigoribus intentissimis, quæ in partibus illis urgent, respondit dicens, Ego sentio intus in me tantum calorem ex divina gratia, quod frigus illud, quod exterius est, non me multum urget ad lectum molliorem; illo sine dubio spiritualis ignis calore succensa, de quo dicit eximius Prophetarum : Concaluit, inquit, cor meum intra me et in meditatione mea exardescet ignis.

*auctor* J. B. *bona dividit, vitæ*

*austeritatem*

147 *Huic non absimile est, quod de* S. Birgitta, *adeo divini amoris igne æstuante, ut frigoris externi expers videretur, legitur lib.* 6 *Revelationum cap.* 84 : *ita ibi* : Cum Sponsa in mediis frigoribus in regno Suetiæ venisset ad quamdam insulam navigando, et jam omnes dormirent, nolens inquietare aliquos, permansit ad diem in navi. Cumque famuli ultra modum paterentur de frigore, ipsa tantum calorem sentiebat, F
quod tangentes eam et videntes mirarentur. *Sed Birgerum de* S. Birgittæ, *jam viduæ, vitæ austeritate ita porro loquentem audiamus.* Tot eciam genuflexiones, inclinationes, et venias die ac nocte facere consuevit, quod mirum erat, tam teneram personam posse tantorum laborum pondera sustinere... Consuevit insuper diebus Veneris de ardente cereo stillas flammigeras super nudam carnem suam fundere, ita quod ex ipsis vulnera remanserunt. Quæ si aliquando per se ante alium diem Veneris aliquantulum sanarentur, tunc statim, immissis unguibus suis, ita in eis aravit, ut corpus suum non esset sine vulnerum passione. Et hoc fecit propter Passionem Jesu Christi; habens eciam nodosa ligamina circa corpus suum, quæ a se neque diebus neque noctibus separavit, attendens, quod numquam affectus noster ad desiderium eternorum perfecte accenditur, nisi cura carnis eciam in licitis et necessariis frequenter et fortiter repellatur. Omni feria sexta solebat propter Passionem Christi et amaritudinem fellei potus, sibi ante mortem propinati,

55 amarissimam

AUCTORE J. B. amarissimam quamdam herbam, quæ GENCIANA vocatur, in ore suo tenere. Hoc idem aliis diebus observans, quando aliquod verbum indiscussum proferebat.

*auget,* 148 *Bonifacius IX in Bulla Canonizationis* S. Birgittæ *non solum fere singula, quæ modo de illius, jam viduæ, aucta vitæ austeritate e Birgero dicta sunt, viderique possunt infra, sed his etiam addit nonnulla, quæ huc transfero : de jejunio, quod a morte mariti servavit, hæc ait :* Sed post mariti mortem... non solum eas, quas sancta mater jubet Ecclesia, vigilias seu jejunia observabat, sed alia multa superaddebat, ut etiam ultra Ecclesiæ mandatum quater in hebdomada jejunaret, et similiter quater in hebdomada, conjuge nondum vita functo. *Et paulo infra :* Singulis sextis feriis ob memoriam sacratissimæ Passionis Domini nostri Jesu Christi pane dumtaxat et aqua contenta jejunium non omisit, cum etiam multos alios dies ob diversorum Sanctorum reverentiam simili abstinentia pertransiret. Et sive jejunio abstineret, sive aliter discumberet; cum sobriissima foret, de mensa surgebat non saturata, sed refota. *De frequenti vero ejus confes-*
B *sione hæc habet :* Et superstite marito cum singulis sextis feriis confessa fuisset, post ejus transitum veram confessionem semel saltem in die cum magna contritione studuit iterare, tam amare levia, sicut alii gravissima, deplorans, et nihil de suis verbis, moribus, cogitationibus, et actibus præteriens indiscussum. *Plura de* S. Birgittæ *post viri sui mortem virtutum exercitiis tum apud Birgerum, tum apud Bonifacium et Bertholdum reperies. Videamus modo quid sanctæ Viduæ, eo biennio, quo Alvastræ morata est, acciderit.*

*fit Christi specialis sponsa,* 149 *Non diu distulit divina benignitas* S. Birgittæ, *tanto jam cœlestis amoris igne exæstuanti, amoris sui vices rependere : sed mox mortali sponso viduatam Deus ipse in singularem sibi sponsam adoptare dignatus est. Refert id Birgerus num.* 19 *sequentibus verbis* : Sed quia plerumque Christus corda perfectorum visitat, eisque benignitatis suæ suavitatem manifestat, ut per eos ad infirmiores postmodum veniat et descendat, transactis aliquibus diebus post mortem viri sui, cum Sponsa Dei, in cujus semper anhelavit desiderio et amore, de statu suo esset
C sollicita, rapta in spiritu, vidit nubem lucidam, et audivit de nube vocem, sicut quondam filii Israël audiverunt loquentem Dominum in monte Synai de nube, et dicentem sibi : Ego sum Deus tuus, qui tecum loqui volo : et territa illa, putansque illusionem esse, iterum audivit. Noli, inquit, timere, quia ego sum omnium conditor, non deceptor, non loquor propter te solum, sed propter salutem aliorum. Audi, quæ loquor et vade ad magistrum Mathyam, qui expertus est duorum spirituum discretionem, et dic ei ex parte mea, quia dico tibi, quod tu eris sponsa mea et canale meum, et audies et videbis spiritualia, et spiritus meus remanebit tecum usque ad mortem. *Ita Birgerus, e cujus verbis intelligitur,* S. Birgittam *non modo paulo post viri mortem in sponsam a Deo fuisse acceptam, sed singulariter etiam fuisse electam, quæ divinis revelationibus inspirationibusque instructa aliorum non modo salutem promoveret, sed ipsos etiam Pontifices ac principes Dei nomine officii sui admoneret.*

150 *Eadem iisdem pene verbis leguntur in Revelationibus Extravagantibus cap.* 47 *apud Hormann pag.* 769; *uti et in earumdem Revelationum editionibus Norembergensi tam anni* 1517 *quam* 1521, *Coloniensi et Monachiensi. Verum in his dicitur* S. Birgitta *a Christo in sponsam electa fuisse, non tantum* transactis aliquibus diebus post mortem viri sui, *ut Birgerus loquitur; sed* annis. *Quo pacto, cum biennio tantum circiter apud monasterium Alvastrense egerit ex Birgero num.* 24, *vel ultra id* S. Birgittæ *in sponsam Christi adoptatio differenda esset, vel hæc saltem, contra ac dictum est supra, paulo post Ulphonis mortem non contigisset. Standum tamen esse Birgeri verbis, reor, ac in citatis Revelationum* S. Birgittæ *editionibus annis dies substituendos propterea reor, tum quod in iisdem Revelationum editionibus Alphonsus in prologo scribat ad Lib. Cœlestis Imperatoris cap.* 3. Ubi *(in Suecia)* tunc prædictus maritus (S. Birgittæ *Ulpho)* migravit ad Dominum. Ipsa vero, tunc accensa perfecto castitatis amore, totam Christo se totaliter tradidit, qui eam ILLICO in sponsam suam benigne suis verbis amplectendo suscepit : *tum quod Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi ad*
E *annum* 1344, *quo obiit Ulpho, de* S. Birgitta *scribat :* Hoc etiam anno primum factæ sunt revelationes ad beatam Birgittam; *non quod ante nullas habuerit revelationes, sed quod, mortuo marito, et singulariter a Christo in sponsam adoptata, revelationes vel frequentius, vel clariorem tunc rerum divinitus ostensarum notitiam habere cœperit.* Et tunc, *inquit mox laudatus Alphonsus,* ipsa incepit habere clarius visiones divinas.

151 *Præterea Mathias in Prologo Revelationum ait,* S. Birgittam *mox ab obitu sui mariti bona sua abjecisse, ac propterea mirandis consolationibus gratiisque a Deo fuisse visitatam :* Cumque jam a lege viri soluta esset, *inquit,* bona sua hæredibus et pauperibus distribuens, et a mundi retinaculis se expediens, et Christum pauperem pauper sequens, nihil sibi nisi simplicissimum victum et vestitum contemptibilem retinebat. Propter quod et eam, quæ omnem mundi consolationem rejecerat, Christus mirandis consolationibus et gratiis visitabat; *quibus postremis verbis* S. Birgittæ *in Christi sponsam electio significari videtur. Statim etiam a divisione bonorum suorum, quæ verosimillime paulo post Ulphonis mortem contigit,* S. Birgittam *a Deo in sponsam fuisse electam, innui videtur lib.* 1 *Revelationum cap.* 2, F *ubi ita illam alloquens inducitur Christus :* Ego elegi te, et assumpsi te mihi in sponsam, ut ostendam tibi secreta mea, quia mihi sic placet. Tu etiam quodam jure facta es mea, cum in morte mariti tui voluntatem tuam in manus meas resignasti. Cum etiam, eo defuncto, cogitasti et rogasti, quomodo pauper pro me esse posses. Et voluisti omnia pro me relinquere et ideo de jure facta es mea. *Quæ cum* S. Birgitta *in Suecia post viri mortem, et antequam Romam abiret, peregisse dicatur, veneritque Romam anno* 1346, *verosimilius profecto est, vel solo rerum ordine spectato, contigisse hæc omnia paulo post Ulphonis mortem, seu aliquot post hanc diebus, ut* Birgerus *loquitur, quam annis aliquot, ut supra laudatæ Revelationum* S. Birgittæ *editiones habent.*

152 *Certe a vero abesse videtur, quod ex Ms.* S. Birgittæ

*a mariti morte*

S. Birgittæ *Vita Germanica notat P. van der Ketten in Notitiis, quas ad majores nostros misit, nempe revelationem illam de nube lucida,* S. Birgittæ *factam, accidisse anno* 1338; *quandoquidem hæc ex dictis certo contigerit Ulphonis obitu serius, quem anno dumtaxat* 1344 *vita functum fuisse, non dubium est. Denique ex Birgero num.* 20 *habemus,* S. Birgittam, *postquam a Deo jam in sponsam electa esset, superfuisse annis* 28; *quibus ex anno* 1373, S. Birgittæ *emortuali, subductis, ad annum saltem* 1345 *revolvemur; atque adeo ratio non est suspicandi, per errorem forte apud Birgerum legi* diebus *pro* annis. *Quis vero fuerit Mathias, supra laudatus, ad quem a Deo missam fuisse* S. Birgittam, *Birgerus refert, num.* 26 *et seq. hujus Commentarii satis explicui. Quid vero sibi velit discretio spirituum, quam a Birgero Mathias expertus dicitur, docet Petrus Alvastrensis his verbis Capitis* 3 *lib.* 1 *Revelationum:* Observa fidem rectam (*ita ibidem Christus* S. Birgittam *allocutus dicitur*) quam ille (*Mathias, de quo hic sermo*) te docebit, qui duorum spirituum conflictum, falsitatis scilicet et veritatis
B in se expertus, auxilio meo devicit; *sequentem Declarationem subjiciens:* Iste docturus Sponsam Christi fuit quidam sanctus vir, magister in Theologia, qui vocabatur magister Matthias de Suetia, canonicus Lincopen., qui glossavit totam bibliam excellenter. Et iste fuit tentatus a diabolo subtilissime de multis hæresibus contra fidem Catholicam, quas omnes devicit cum Christi adjutorio, nec a dæmone potuit superari.

*variaque specimina*

153 *Mutatum nobilissimæ feminæ vitæ genus habitusque, ut Bonifacii in Bulla Canonizationis verbis utar,* multum humilis et abjectus *multorum in illam dicteria, sannas, probraque concitavit: verum his nihil mota hominum loquacitatem generose contempsit. Audi Birgerum:* Cumque a nobilibus, vitam ejus insaniam æstimantibus, propter subitam mutationem et vilitatem habitus contemneretur, respondit: Nec propter vos incipio, nec propter vos dimitto. Statueram enim in corde meo tollerare verba. Orate, ut possim perseverare. Sciens, *nimirum inquit Birgerus,* quod sicut malam conscientiam non sanat laudantis præconium, sic bonam non vulnerat conviciantis obprobrium. *Hæc ge-*
C *neratim Birgerus, satis innuens,* S. Birgittæ, *cum, mutato vitæ genere, Alvastræ moraretur, nec levia, nec pauca fuisse toleranda opprobria. Et vero, cum non ita Alvastræ solitariam ageret vitam, quin identidem Dei jussu et ad aliorum salutem in publicum ipsi atque in ipsam aulam prodeundum esset, sanctissimæ Mulieri obtrectandi convitiandique occasio multiplex deesse non poterat. Singularia quædam facta, quod ad commendandam ejus patientiam atque constantiam non parum faciant, nec a Birgero aliisve* S. Birgittæ *biographis, saltem obviis, singulatim exponantur, in medium profero; unde et multa, et fortasse quidem his, quæ dicentur, acerbiora sustinuisse, conjici non omnino absurde poterit.*

*insignis patientiæ*

154 *Ita in primis in hanc rem P. van der Ketten in Excerptis e Vita* S. Birgittæ *Germanica, ejus cura adornatis et ad majores nostros transmissis:* Sciendum, quod tempore quodam factum sit post mortem sui mariti a domino nostro Jesu Christo ei mandari, ut ad regem Sueciæ (*Magnum*) pergeret. Tunc erat sollicita, quidnam sibi ibidem faciendum esset, aut quid dicendum, si ad eum veniret. Tunc responsum a Deo accepit: Cum veneris ante regem, tuum os aperias, et ego illud implebo, hoc est, ei infundam, quod loqueris. Tunc obediens, confortata in fide, pergebat ad regem. Ad quem cum accederet, divina ei verba statim inspirantur, quæ et regem et regni principes movebant, quia regem commonebat, eique prædicebat, quod ira Dei super illam terram ventura esset, nisi a defectibus quibusdam et peccatis declinaverint. Ita vas Dei electum Dei verba coram rege et principibus prædicabat. *Verum quid ei inde lucri accessit?* Quibus gestis, *ita Excerpta vitæ Germanicæ mox laudata prosequuntur,* quidam præcipuorum in eam murmurant, et libenter eam confudissent, nisi ejus genus (*regi ipsi cognatione junctam fuisse, jam diximus num.* 45) et prosapiam magnam suspexissent. Interim multo ludibrio eam habebant, jocantes et deridentes eam conviciabantur, et sagam compellabant, et defraudatricem et seductricem nominabant, ita ut ejus filii indignati, nujusmodi vindicari vellent. Sed ipsa (*en sanctæ* E *Mulieris patientiam et mansuetudinem*) suis liberis supplex facta rogabat eos, ut in eo nihil facerent, dicens: Deus mihi testis est, quod amore Christi similes contemptus et derisus malim pati, quam in meo capite regis coronam gestare.

AUCTORE J. B.

*aliarumque virtutum præbet,*

155 *Refert id etiam quantum ad substantiam Bertholdus infra num.* 42: *sequentibus vero, nimirum* 43, 44 *et* 45 *facta quædam jam relato non dissimilia narrat, quamquam fortasse non eo tempore, quo Alvastræ ab Ulphonis obitu* Birgitta *morabatur, eorum contigerint singula. Primum Stokholmiæ contigit, ubi nobilis quidam ob sana, quæ regi Magno dederat, at non ex illius re, consilia in transeuntem* Birgittam *aquam effudit e fenestra; quod probrum* Birgitta *non modo non ægre tulit; sed etiam apud Deum deprecari conata est. Alterum Arbogæ (Sueciæ oppidum est in Vestmannia) ubi acerbo scommate petita, hujus auctorem humili placidoque responso et placavit et aliorum vindictæ eripuit. Tertium coram rege Magno accidit, coram quo contumeliose trusa a quodam nobili, eodemque detractore suo, regi supplex facta, probri sibi illati veniam impetravit a rege quidem,* F *sed Ancillæ suæ injuriam paulo post vindicante Deo. Denique Alvastræ commorantem, ut miræ patientiæ, et austeritas, ita et perfectissimæ obedientiæ, aliarumque virtutum quamplurima dedisse non raro specimina, colligere ex iis pronum est, quæ de illa num.* 52 *infra Bertholdus refert.*

AUCTORE J. B

## § XI. S. Birgittæ revelationes, vernacule ab illa scriptæ, et Latine redditæ, non semel examinatæ approbatæque fuerunt.

*Revelationes suas*

*Quandoquidem jam eam vitæ* S. Birgittæ *partem attigimus, qua in sponsam a Christo electa frequentioribus a Deo honorari revelationibus cœpit, non abs re videtur hoc loco de his aliqua disserere. Quo pacto, et quando id contigerit, jam in superioribus dictum est num.* 149, *et seq., ubi de Christo in nube lucida* S. Birgittæ *apparente ex cap.* 47 *Revelat. Extravag., a Petro Alvastrensi scriptarum, verba fecimus, Verum id non semel dumtaxat, sed iterum ac tertio contigit, ut docet Joannes Cardinalis de Turrecremata in Prologo, cujus verba hæc sunt:* Pro quo notandum,
B quod Revelationes istæ duplici tempore inveniuntur examinatæ, vivente scilicet ipsa beata Birgitta; secundo post mortem ejus. In vita quidem; nam, cum ipsa levis non esset ad cito credendum revelationibus, cum primo hujusmodi revelationes inciperet habere et vidisset nubem lucidam, audissetque vocem quasi hominis dicentem: « Mulier, audi me » ipsa timens illudi ab angelo sathanæ mox confessorem adiit quemdam devotissimum et approbatissimæ vitæ virum magistrum Matthiam de Suetia, Sacræ Theologiæ professorem egregium, qui super totam Bibliam scripsit. Hic in talibus non ignarus ei jejunia et orationes indixit, et alia exercitia spiritualia, et confessione ejus audita, eam Sacramento corporis Christi communicavit.

*scribit vernaculè,*

157 Dumque talibus insistens similem iterum visionem haberet, ipsa denuo de consilio dicti magistri orationes et alia bona adauxit. Et tunc tertio similiter vidit nubem, et in nube similitudinem Christi, filii Dei. Et audivit vocem: » Mulier, audi me, ego sum Deus tuus, » qui tecum loqui volo, noli timere. Ego sum » omnium conditor, non deceptor. Non lo-
C » quor tecum propter te solam, sed propter salu- » tem aliorum. » *Duæ Christi e nube lucida allocutiones sponsæ suæ* Birgittæ *citato Revelationum Extravagatium capite indicantur his verbis:* Conterrita illa, ne forte hostis esset illusio, audivit iterum: » Noli timere etc. » *Tertia forte innuitur lib.* 1 *Revelationum cap.* 2, *ubi ad* Birgittam *Christus:* Ego elegi te et assumpsi te mihi in Sponsam, ut ostendam tibi secreta mea, quia mihi sic placet. » *Quamquam ibi nulla, saltem expressa, de nube lucida, e qua loquentem Christum audierit* S. Birgitta, *mentio fiat. Duplicis etiam dumtaxat apparitionis Christi, e nube lucida* S. Birgittam *alloquentis, mentionem facit Birgerus num.* 149 *laudatus, qui tamen addit,* S. Birgittam *in mandatis a Christo habuisse, ut hæc Mathiæ confessori suo exponeret:* Audi quæ loquor et vade ad Mathyam *etc. Quoniam autem revelationes divinæ non* Birgittæ *solius gratia, sed etiam aliorum, ut ex ante allatis liquet, salutem fiebant, congruum sane erat, ut etiam litteris, quo uberior esset earum apud plures fructus, mandarentur: scripsit itaque illas ipsamet* S. Birgitta, *sermone vernaculo seu*
D *Gothico, et quidem ita jubente Christo. Ut autem non Gothice doctorum modo, sed aliorum etiam, ad quos attinebant, manibus teri facilius possent, voluit præterea Christus, eas etiam Latinitate donari.*

158 *Id vero muneris Petro Alvastrensi polis-* *quas a Petro Alvastrensi simum injunctum fuit. Utrumque Alphonsus docet in Prologo, Libro cœlestis Imperatoris ad reges præfixo, cap.* 3 *apud Hormann pag.* 628 *col.* 2 *his verbis:* Et quia ipsa Domina Revelationes scribebat, ut præfertur, ex præcepto Christi in lingua sua Gothica, ideo ex eodem præcepto Christi iste Prior (*monachus et Prior postmodum Cisterciensis seu Petrus de Alvastra*) transtulit de illa lingua sua materna in Latinum omnes libros, et istum præsentem (*nempe Octavum, seu Librum Cœlestis Imperatoris ad reges*) eidem Dominæ divinitus revelatos. *Præceptum, Christi, quo Petrus Alvastrensis, tum temporis loci Supprior, ac dein Prior, revelationes* S. Birgittæ *factas Latinas facere jubebatur, refertur cap.* 48 *Revelationum Extravagantium, quas ipsemet compilavit; ubi initio quidem indicato sibi a* S. Birgitta *Christi præcepto haud satis prompte paruisse eaque de causa alapa di-* E *vinitus percussus, jacuisse ex ea semimortuus, ac denique sanitati iterum divinitus redditus fuisse legitur, cum se ad scribendas Latino sermone supra dictas revelationes paratum exhibuisset. Ex quo autem earumdem revelationum scriptioni seu versioni se dedit, qui a pueritia vehementissimo capitis dolore affligi consuerat, totis dein triginta, quibus* S. Birgittæ *adhæsit, annis permansit ab eo malo immunis, Ita de eo legitur Revelationum Extravagantium cap.* 109. *Obiit anno* 1390. Item nono die mensis Aprilis, *inquit ad illum annum auctor Chronici Vastenensis,* in curia episcopali ad Vazsten moriebatur frater Petrus, Prior Alvastri, translator et conscriptor maximæ partis Revelationum, divinitus ostensarum beatæ Birgittæ, et comes peregrinationis ejus ad sanctam Jerusalem.

159 *Dicitur* translator *et* conscriptor maximæ *« a Petro* partis Revelationum *etc: quia, licet ipse ple- Vastenensi Latine red- rasque, prout temporis successione fiebant, illas ditas, in litteras miserit, non tamen omnino omnes: suam enim etiam ea in re partem habuit alter Petrus, primus cœnobii Vastenensis confessor generalis, de quo cap.* 48 *Revelationum Extravagantium sub finem, postquam dictum ibi fuerat, Petrum, Priorem Alvastrensem, jam sanitati, qua divinitus ob non satis promptam eidem præcepto exhibitam obedientiam, privatus fuerat, restitutum factas* S. Birgittæ *Revelationes ex Christi præcepto scribere et in Latinum sermonem vertere cœpisse, ista mox verba adduntur:* Licet aliqua scripserit (*seu Latine reddiderit*) Petrus consocius, ejus (*Petrus Alvastrensis*) et confessor et scriptor ejus (*S. Birgittæ*) in dictis Revelationibus triginta annis, usque ad mortem ipsius dominæ Birgittæ. *Quas Petrus Alvastrensis, et Petrus confessor Vastenensis Latinitate donarant* S. Birgittæ *Revelationes, postmodum, superstite etiamnum in vivis* S. Birgitta, *traditæ sunt in manus, ex præcepto itidem divino, Alphonso Giennensi olim in Hispania episcopo, ut legitur in fine proxime citati capitis Revelationum Extravagantium his verbis:* Quas postea Christus ante mortem ipsius (*S. Birgittæ*) præcepit dari domino Alphonso Eremitæ Hispano, olim episcopo Giennen.

160 *Quem vero in finem traditæ Alphonso fuerint,*

*distinxit in libros Alphonsus Giennensis episcopus :*

*rint, explicatur cap. seq. seu* 49 *Revelationum Extravagantium hoc mode :* Nunc ego *(ita Christus* S. Birgittam *allocutus eo loci perhibetur* ut pluribus linguis conveniat, trade omnes libros Revelationum eorumdem verborum meorum episcopo meo eremitæ, qui conscribat et elucidet et Catholicum sensum spiritus mei teneat. *Ceterum Alphonsus traditas sibi Revelationes in libros octo distinxit ; Additiones vero et Declarationes, quæ in editis* S. Birgittæ *Revelationum libris subnexæ earum aliquibus visuntur, auctorem habent Petrum Alvastrensem, de quo supra, qui libris octo nonum, quem* Revelationum Extravagantium *dixerunt, postmodum adjecit ; quæ quidem in Prologo Revelationibus Extravagantibus præfixo his verbis exposita leguntur :* Postquam dominus Alphonsus, quondam episcopus Giennensis, et postea eremita probatissimus, ex præcepto Christi Revelationes cœlestes factas sanctæ Birgittæ de regno Suetiæ in libros distinxisset, dominus Petrus, Prior Alvastri, ipsarum revelationum primus conscriptor, aliquas revelationes extra libros originales prætermissas redegit seorsum in cœdulas et sexternos. Quas in præsentia reverendi patris beatæ memoriæ domini Nicolai, tunc temporis episcopi Lincopensis *(obiit anno* 1391) aliorumque plurimorum dominorum sæcularium et ecclesiasticorum tradidit fratribus primitivis monasterii Vuazsten., affirmans in verbo veritatis, revelationes illas et plures alias, quas in suo monasterio Alvastri repositas habebat, B. Birgittæ divinitus revelatas, et per se ab ore ejus translatas fideliter et conscriptas.

*quas autem Extravagantes dicunt ; collegit idem Petrus Alvastrensis.*

161 Quarum revelationum aliquæ propter convenientiam, quam habent ad revelationes in libris originalibus contentas, tamquam Declarationes earumdem et Additiones, diligenti præhabita discussione, ipsis originalibus libris hinc inde pio conamine sunt insertæ ; *nempe a monachis Vastenensibus, qui primam Revelationum* S. Birgittæ *editionem Lubecensem curarunt ; et quem modo laudavi, et mox laudabo ulterius Revelationum Extravagantium Prologum composuisse videntur. De Lubecensi editione ita Chronicon Vastenense ad annum* 1491 : In die SS. Cosmæ et Damiani transibant fratres Petrus Ingemari, sacerdos, et Gerardus, laïcus versus Lubeck ad faciendum imprimi libros cœlestes Revelationum S. C Birgittæ. Et post annum evolutum, impressis et perfectis octingentis voluminibus in papyro, et sedecim dumtaxat in pergameno, redierunt in monasterium suum anno Domini MCDLXXXXII circa festum S. Katharinæ virginis et martyris. *Ceterum, cur Revelationes libri ultimi* Extravagantes *dictæ sunt, ita Vastenenses monachi exponunt :* Reliquæ vero studiose in unum recollectæ volumen patebunt numero et ordine infrascriptis. Et quamvis Revelationes istæ ab aliquibus EXTRAVAGANTES nuncupentur, eo quod ipsis libris Originalibus Revelationum cœlestium a principio non junguntur, pie tamen ab eodem fonte sapientiæ Dei, quo et aliæ, unde accipimus omnes, creduntur veraciter emanasse : *quodque ad conciliandam his Extravagantibus fidem facit, addunt paulo infra* : Harum autem revelationum veritas ; quod divinitus revelatæ sint, in Attestationibus domini Prioris Petri, et B. Catharinæ, S. Birgittæ filiæ, pro canonizatione sæpe dictæ S. Birgittæ factis, pro majori parte evidenter patebit cuilibet ipsas Attestationes fideliter intuenti. *Ita monachi Vastenenses (saltem in editionibus Norimbergensibus annorum* 1516 *et* 1521 : *nam Lubecensem anni* 1491 *vel* 1492 *videre mihi non licuit) quos iis de rebus ex monumentis monasterii sui probe fuisse instructos, credere par est. Atque hæc quidem de Revelationum libris, in se spectatis, modoque, quo scripti translative fuerunt, dicta sint ; nunc qua sorte usi fuerint, et quam rigidum non semel de illis institutum sit examen, videamus.*

AUCTORE J. B.

*Sæpe fuere examinatæ, sive cum viveret,*

162 *Jam supra vidimus* § *hujus principio ex Joanne de Turrecremata, dein cardinali,* S. Birgittæ *revelationes, ipsa tum viva, tum mortua, ad examen fuisse revocatas ; ac primo quidem Mathiæ de Suetia judicio fuisse a* S. Birgitta, *sibi ipsi non fidente, subjectas : præter hunc autem et alii plures insignes viri, dum ipsa viveret, easdem sedulo discusserunt, discussasque suo calculo approbarunt* : Dum autem hujusmodi revelationes, *inquit Cardinalis de Turrecremata,* multiplicarentur, ipsa non contenta revelationes ipsas multis spiritualibus aliis viris in omni scientia peritissimis, et præcipue juxta mandatum Domini Deuteronom. 17 ỳ 8 præcipientis, ambigua judicia referri ad sacerdotes, prælatis Ecclesiæ majo- E ribus revelare curavit. Unde D. archiepiscopo Upsalensi *(fuit hic vel Birgerus, ejus biographus, vel Henricus, Birgeri successor, de quo vide Diarium Vastenense ad annum* 1408) et aliis tribus episcopis et abbati cuidam religiosissimo tunc Romæ existentibus, et domino Alphonso, olim episcopo Giennensi, humiliter et reverenter exposuit. Qui, super his matura deliberatione et tractatu habito, eas non a deceptore spiritu, sed a Spiritu sancto procedere concorditer concluserunt. Idem per multos alios viros eximios, harum revelationum examine accurato prælabito, judicatum est, ut ex multis locis colligitur, in quibus actus et vita ejus describuntur, a quibus brevitatis causa supersedere curavi. *Actibus, de quibus hic Joannes de Turrecremata, consonat Prologus in Regulam Servatoris, ubi hæc habentur :* Multa audivit in spiritu, seu in visione spirituali et intellectuali sibi spiritualiter enarrari, quæ postmodum archiepiscopo Upsalen. una cum aliis tribus episcopis et cuidam magistro devotissimo (*Matthiæ*) qui magnus theologus habebatur, atque uni abbati Deo devoto et valde religioso eadem persona (*S. Birgitta*) cum magna reverentia et timore Dei humiliter propalavit, timens illudi sub specie angeli lucis ab illusore F angelo tenebrarum, et hi omnes et multi amici Dei hæc audientes et super hoc mature et spiritualiter ad invicem conferentes, divinitus a spiritus sancti gratia omnia eidem personæ revelata fuisse comprobarunt. *Vide etiam hanc in rem Alphonsum ipsum in Prologo Libri cœlestis Imperatoris ad regis cap.* 3.

*sive post ejus obitum anno* 1377 *sub Gregorio XI,*

163 *Posteaquam vero e vivis* S. Birgitta *abiit, ac de ejus in Sanctorum album solenni relatione agi cœptum est, non minus accurate, quam dum viveret, revelationum ejus negotium discussum fuit. Audi iterum Joannem de Turrecremata* : Demum secundo post mortem datæ sunt hujusmodi revelationes *(quæ nimirum octo earum prioribus libris continentur)* examini, et tam sapientum virorum quam summorum Pontificum judicio approbatæ videntur. Pro quo notandum, quod anno Domini MCCCLXXVII post obitum B. Birgittæ revelationes cœlestes eidem divinitus factæ in pluribus voluminibus conscriptæ, ut sic commodius

AUCTORE J. B.

modius a pluribus et conspici et examinari possent, præsentatæ fuerunt sanctissimo Patri Domino Gregorio XI per manus venerabilium personarum D. Catharinæ, natæ B. Birgittæ, fratris Petri, prioris Alvastri, et domini Petri Olavi, confessoris præfatæ dominæ Birgittæ. *Gregorius autem, ut Joannes de Turrecremata fusius narrat, examinandas dedit Cardinali Montis Majoris, Cardinali de Agrisolio, et Cardinali de Luna. Præterea Martino de Salva, juris utriusque doctori et archiepiscopo Pampelonensi, item magistro sacri palatii ex Ordine S. Dominici, Joanni de Hispania, magistro sacræ Paginæ, et Alphonso, episcopo Giennensi, de quo sæpe superius : qui, facto examine revelationum supra dictarum, honorificentissimum de iisdem ad Gregorium XI testimonium retulerunt.* Quibus inspectis (S. Birgittæ *revelationibus, inquit Cardinalis de Turrecremata*) et cum omni diligentia sæpius transcursis, attenteque intellectis, cum nihil in eis reperiri potuit reprobum, aut suspectum, aut orthodoxæ nostræ fidei dissonum, vel
B adversum; sed totum, quidquid in eis continebatur, omni extitit veritate conspicuum, et sanctitate præclarum, plenum, perlucidum ac perfectum. *Hujusmodi fuit examinatorum de* S. Birgittæ *revelationibus, quæ octo earum primis libris comprehenduntur, sub Gregorio XI, quarto circiter post* S. Birgittæ *obitum anno judicium.*

*et anno seq. sub Urbano VI,*

164 *Accidit interim, ut Gregorius XI die* XXVIII *Martii anni* 1378 *Romæ ex hac vita decederet : ex quo factum est, ut negotium Canonizationis* S. Birgittæ, *atque adeo et ea, quæ ad ejusdem Sanctæ revelationes spectabant, ad exitum deduci nequiverint; ita ut anno* 1379 *sub Urbano VI, Gregorii successore, totum id negotium ab ovo fuerit iterato examinandum et pertractandum. Quod igitur sub Gregorio XI jam rite peractum fuerat, sic exigente rerum gravitate, sub Urbano VI repetitum fuit, id est, eædem, quæ supra personæ, S. Catharina et Petrus, Alvastri prior, ac præterea frater Andreæ (seu potius fortassis Andreas Olavi, de quo Chronicon Vastenense ad annum* 1390) *et Magnus Petri revelationes* S. Birgittæ *ejusdem Pontificis rursus examini obtu-*
C *lerunt; qui hanc provinciam Cardinalibus aliquot aliisque viris doctis demandavit, e quibus Cardinalis de Turrecremata recenset Corsiensem, de Anglia, de Ursinis, Januensem, et de Manupelle Cardinales : Urbevetanum episcopum, Joannem de Lignano, juris utriusque doctorem, Joannem de Basilea, magistrum in sacra pagina, Alphonsum, episcopum Giennensem, Augustinum de Roma Ordinis S. Augustini, in Theologia magistrum, Matthæum de Cracovia, dominum Ludovicum, utriusque juris licentiatum.* Qua quidem commissione, *inquit Joannes de Turrecremata,* ut præmittitur, facta, et diligenti examinatione earum per omnem modum, ut est superius expressum, per ipsos commissarios attentissime habita, et demum, ut fieri oportuit, ad aures domini Papæ relatione subsecuta, iterum ab ipso Urbano, sicut a Gregorio prædecessore suo, compertæ sunt esse authenticæ, atque veritate plenæ, et a Dei spiritu veraciter edoctæ; nec non ad utilitatem legentium seu audientium pro saluberrimo fidelium dogmate in sancta Ecclesia Dei in perpetuum cum devotione et reverentia studiosius observandæ.

165 *Hinc non exiguum in variis regionibus excitatum est Revelationum* S. Birgittæ *desiderium, adeo ut eas principes, respublicæ, civitates, veluti certatim, describi sibi curarint.* Quamobrem (*Cardinalis de Turrecremata verba iterum recito*) plures principes et nobiles Romam venientes, et alii, suos nuncios mittentes, pro libris Revelationum habendis, quos, postquam eos instanter petiverant, in propriis suis sumptibus cum exquisita diligentia scribi fecerunt. *Subdit dein Cardinalis supradictus, Episcopum Wormatiensem Revelationum* S. Birgittæ *descriptum exemplar detulisse ad imperatorem (præerat tum imperio Wenceslaus) fratrem Petrum de Arogonia ad regem Galliæ (Carolum V) nuncium reginæ Castellæ in Hispaniam, nuncium reginæ Cypri in Cyprum, nuncium reginæ Siciliæ Neapolim, nuncium studii Pragensis in Bohemiam; quibus adjungit fratrem Petrum de Burgundia Ordinis Minorum, nuncium Cruciferorum, Romanos, Januenses, Wratislavienses, ac plurimas alias civitates, regnorumque aliorum principes viros : atque hæc omnia in Registris Canonizationis* S. Birgittæ *scripta esse testatur.*

E

166 *Novum etiam pondus accessit* S. Birgittæ *Revelationum libris (octo nimirum primus, ut supra monui) anno* 1391 *a Bonifacio IX, qui in Bulla canonizationis* S. Birgittæ, *a Martino V dein confirmata, eos diserte his verbis laudavit :* Quibus quidem sanctis et absque intermissione continuatis operibus, hæc generosa Vidua per gratiam sancti Spiritus promeruit multis eorum cogitationes et affectiones intimas et gesta secretissima propalare et visiones ac revelationes varias videre et audire : ac spiritu prophetico multa prædicere, quorum nonnulla effectu completa fuerunt, prout hæc et alia in ejus Revelationum volumine plenissime describuntur. *Quin et ipse Deus* S. Birgittæ *revelationum patrocinium contra oblocutores earum, illa tum viva, tum mortua, subinde suscepit. Viva quidem, ut refertur lib.* 6 *Revelationum cap.* 90, *ubi religiosus quidam, qui sibi incredibile aiebat, Deum mysteria sua feminis magnificis, qualis nimirum* S. Birgitta *erat, revelare, in temeritatis suæ pœnam paralysi percussus ex hac vita ereptus dicitur. Alter item, qui coram rege Sueciæ* S. Birgittæ *Revelationum fidem imminuere conatus*
F *fuerat, a Christo,* S. Birgittæ *apparente, refutatus dicitur eodem libro cap.* 92. *Postquam vero ex hac vita abiit* S. Birgitta, *doctor quidam Lipsiensis in Misnia, Saxoniæ provincia, cum dixisset :* Nisi de nova hac hæresi librisque illius vetulæ (*ita* S. Birgittam *nominabat*) loqui desieris, tradam te ignibus comburendum, *sanusque cubitum ivisset, postero die morbo caduco periisse inventus est, ac fœde admodum computruisse. Religiosus quidam, cum ad eumdem fere modum de* S. Birgitta *ejusque revelationibus locutus fuisset, ad lectum se conferens e gradibus præceps datus vitam exuit. Tertius item religiosus in revelationes* S. Birgittæ *contumeliosus loquacitatem suam horrenda, dum vixit, lepra percussus luit. Referuntur hæc fusius in Miraculis* 6, 7 *et* 8, S. Birgittæ, *Vitæ ejus abbreviatæ proxime subnexis apud Hormann pag.* 802; *sed, unde hæc hausta fuerint, non edicit.*

167 *Sed et jam antea sub annum* 1373, *aut paulo postquam e vivis abierat* S. Birgitta, *in Angliam non modo delata fuisse, sed et doctorum in scholis Londinensibus et Oxoniensibus scriptis illustrata*

A *strata fuisse Revelationum ejus volumina ex Pitseo et Baleo discimus : prioris verba sunt ad annum* 1381, *ubi de Richardo Lauinghamo Carmelita, Oxonii S. Theologiæ professore, agit, ac inter illius scripta recenset,* Determinationes notabiles Oxonii et Londini publice lectas pro libro Revelationum S. Birgittæ, libros septem. Stupor et mirabilia audita sunt; *quibus verbis Mathias Prologum Revelationum incepit. Posterioris, ejusdem Richardi opera recensentis hæc centuria* 7 : In revelationes Brigittæ *(quam alibi sanctam Virginem Scoticam male facit)* lib. VII. Stupor et mirabilia audita sunt. *Pitseus item ad annum* 1373 *enumerans opera Thomæ Stubs ex Ordine PP. Prædicatorum recenset* In Revelationes S. Brigidæ librum unum, *cujus initium,* Beata et venerabilis domina. *Baleus vero centuria* 14, *cap.* XI, *quod de S. Brigida Scotica est, sic more suo petulanter scribit :* Hujus Dianæ *(Brigidæ Scoticæ, ut falso ait)* somnia seu, ut ipsi vocant, revelationes in scholis Oxoniensibus et in cathedris publicis magistralibus exposuerunt magni sua ætate doctores Thomas Stubbes, Dominicanus, Ricar-
B dus Lauynham Carmelita, et adhuc alii ejus generis multi circa annum Domini MCCCLXX.

## § XII. Oppugnatæ eædem in conciliis Constantiensi et Basilieënsi ab omni censura immunes evasere.

*Eædem in conciliis Constantiensi,*

At *quamquam sic satis Revelationum* S. Birgittæ *fides stabilita videretur, seculo tamen* XV *lis in illas mota fuit, sic tamen, ut illæsæ abierint. Ac primo quidem oppugnatas, sed frustra in concilio Constantiensi varii tradunt, e quibus Simon Hormann Antonium Cordubam lib.* X, *quæst.* XLIV *in* 4 *Prob. sextæ conclusionis de Revelat.* S. Birgittæ *ita loquentem citat :* Revelationes S. Birgittæ jam probatæ ac commendatæ sunt in Constantiensi concilio, et ab Urbano VI et Martino V et tandem ab Ecclesia modo prædicto : *Ambrosium*
C *item Catharinum lib.* 3 *de Immaculata B. Virginis Conceptione :* Quis ausit B. Birgittæ Revelationes, aut esse phantasticas, aut ab angelo sathanæ inspiratas objicere, quæ tamen in Constantiensi concilio, etiam in judicio contradictionis probatæ ac commendatæ fuerunt. *Eamdem quoque in rem Alphonsi Mendozæ, Augustiniani, in Quodlibet. quæst.* 5 *verba in medium adducit Hormann. Nihil apud Joannem de Turrecremata de oppugnatis* S. Birgittæ *revelationibus in concilio Constantiensi occurrit ; nihil in Actis ipsiusmet concilii apud Labbeum tom.* 12 *Conciliorum. In Diario quidem Vastenensi od annos* 1414 *et* 1416 *lego, Thorirum Andreæ pro confirmatione Ordinis sui, Joannem Hildebrandi et Joannem Haquini pro arduis negotiis sui pariter Ordinis Constantiense concilium adiisse : at nulla illic, saltem expressa, litis adversus* S. Birgittæ *Revelationum libros motæ, mentio est : istud tamen certum est, Martinum V anno* 1419, *ut infra videbimus, Bonifacii IX Bullam, qua hic Revelationum dictarum libros laudat, ad exitum perducto Constantiensi concilio, edita Bulla confirmasse Florentiæ. Sed clarum est ea de re Gersonis in Tractatu de Probatione Spirituum anno* 1415 *Constantiæ habito testimonium, ubi sic loquitur* : Qua super re nedum unum et ab uno, sed plures a diversis tractatus compositos invenimus, quos nunc habere manualiter fas esset, et diligenter inspicere, dum in hoc sacro concilio queritur tractari de canonizatione Sanctorum et examinatione doctrinarum suarum, præsertim unius, quæ BRIGITTA nominatur, assueta visionibus, quas nedum ab angelis, sed a Christo et Maria et Agnete et ceteris Sanctis familiaritate jugi, sicut Sponsus ad Sponsam loquitur, se asserit divinitus suscepisse.

*AUCTORE J. B.*

*et Basileënsi*

169 *Concilium Constantiense non diu post excepit eodem seculo Basileënse, in quo acriter de* S. Birgittæ *Revelationibus decertatum fuit : cujus rei Diarium Vastenense ita meminit ad annum* 1433 : Die S. Hyppolyti venit de concilio Basileënsi quædam stricta citatio, qua confessor et abbatissa citabantur ab ipsum concilium cum documentis super revelationibus B. Birgittæ et super indulgentiis festi S. Petri ad vincula. Die S. Cosmæ et Damiani exivit confessor, et cum eo fr. Acho *(Arosiensis postmodum episcopus)* ad concilium memoratum : *et ad annum* 1436. In crastino Joannis et Pauli rediit confessor de consilio Basileënsi, inexpeditis negotiis Ordinis nostri, sicut prius E fecerat. *Item ad annum* 1438 : Crastino S. Erici regis et martyris obiit Fr. Petrus Olavi... Hic scripsit... declarationes doctorum super articulis extractis de Revelationibus S. Birgittæ in concilio Basileënsi. *Quid hac in materia actum sit in concilio Basileënsi, exponit universim Joannes de Turrecremata in Epistola ad Christi fideles, nempe extractos fuisse ex libris Revelationum* S. Birgittæ *articulos,* quorum aliquos nonnulli tamquam erroneos in Basileënsi concilio improbare nitebantur. *Cum autem Joannes de Turrecremata unus esset ex iis, quos ad examinandos prædictos articulos idem concilium deputarat anno* 1435, *rogarunt eum Gervinus confessor Vastenensis, et Acho, ut, re diligenter inspecta, suam de controversia hac sententiam exponeret ac declararet : quorum desiderio parens scripsit elucubrationem, qua* S. Birgittæ *revelationes pro viribus defendit.*

*vehementer oppugnatæ*

170 *Exstat ejus Epistola, quam ea de re ad supradictos Gervinum et Achonem scripsit, apud Hormann in principio Revelationum* S. Birgittæ *ejus opera Monachii anno* 1680 *editarum, ubi sic scribit* : Elapsis quidem diebus, quibus quorumdam articulorum Revelationum S. Birgittæ, matris vestræ et institutricis vestri Ordinis, coram judice fidei et deputatis quibusdam magistris et doctoribus examinabatur materia, placuit charitati vestræ me multiplicatis precibus exhortari, ut vigilanti cura et accurato studio intendere vellem inter alios reverendos magistros, qui pari studio eidem operi intenti erant, ad videndum scilicet et examinandum, an præfati articuli, sicut per nonnullos æmulos vestros ut dicebatis, asserebatur, aliquid contra sacram Scripturam, aut sanctorum Doctorum doctrinam, aut quod bonos mores offenderet, continerent. *Ita hactenus Joannes de Turrecremata, tum palatii Apostoloci magister, breviter indicans, in quo rei tum cardo verteretur : dein aliqua tum de se, tum de rei magnitudine præfatus, ita prosequitur :* Animum placuit accommodare studio et videre juxta crediti mihi desuper ingenii vires, an præfati articuli, nobis præsentati, possent

AUCTORE J. B.

possent sustineri fidei Catholicæ veritate salva et absquè doctrinæ sanctorum Doctorum injuria, quid autem mihi visum sit, in subsequentibus juxta mei sensus tenuem capacitatem, et celeriter, ut vos ipsi scitis annotavi.

*ab omni censura immunes evaserunt,*

171 *Subjicitur dein apud Hormann aliosque Joannis de Turrecremata lucubratio, qua* S. Birgittæ *Revelationes fuse tuetur : sub finem vero suam de illis sententiam ita breviter declarat :* Plane omnes et singulos *(Revelationum* S. Birgittæ *articulos ab adversariis extractos propositosque concilio)* accurato satis studio juxta vires meas examinavi et nullum eorum, pie et modeste intellectum, reperiens sacræ scripturæ, aut sanctorum Patrum adversum sententiis, sed consonum et conformem satis reputo unumquemque, et omnes eos juxta eorum modestam et piam intelligentiam esse admittendos, et posse legi in Ecclesia sancta Dei eo modo, quo multorum aliorum Doctorum libri, et Sanctorum Historiæ et Legendæ licentiantur legi fidelibus. *Ita de* S. Birgittæ *Revelationibus, seu earum libris statuit Joannes de Turrecremata*
B *post accuratum examen ; cujus sententia plerisque examinatoribus ceteris atque ipsi Basileënsi concilio placuisse, necesse est, cum legi illæ, ac fidelium manibus teri post concilium Basileënse perinde ac ante illud permissæ sint, et hodieque pro probatis, quas inter nuper illas recensuit Benedictus XIV lib.* 3 *de Servorum Dei beatificatione et Beatorum canonizatione cap. ult. num.* 15, *habeantur.*

*iis patrocinantibus*

172 *Verum enimvero, si* S. Birgittæ *revelationes, ut mox dictum, tam in concilio Constantiensi, quam Basileënsi oppugnatæ ab omni tandem censura immunes evaserint, de suis adversariis non nisi post acre laboriosumque certamen triumpharunt, aliis auctoritate et precibus, aliis vero scriptis ac calamo acriter eas propugnantibus. Inter primos recenseri jure merito possunt Ericus, Sueciæ rex, et regni Daniæ episcopi et prælati, qui, ut intactæ illæsæque servarentur, datis ad concilium Basileënse commendatitiis litteris vehementer institerunt : Erici quidem litteræ apud Severinum Binium tom.* 4 *Conciliorum, anno* 1618 *Coloniæ Agrippinæ typis edito part.* 1 *pag.* 231 *(ubi lectæ notantur in generali congregatione die Veneris* XXVI *mensis Martii anni*
C 1435) *ita habent :* Reverendissimis in Christo patribus, ac dominis præstantissimis, honore præcipuo venerandis, pro concilio generali celebrando in Spiritu sancto Basileæ legitime congregatis, Ericus Dei gratia Sueciæ, Norvegiæ, Slavorum, Gothorumque rex et dux Pomeraniæ salutem et synceram nostri recommendationem.

*Erico Sueciæ rege,*

173 Reverendissimi patres et domini, regalis præeminentiæ requirit dignitas et officium, illudque præcipuum in sui pectoris armariolo jugiter versare debet, ut post divinæ cultum Majestatis modis et mediis, quibus poterit, in effectum producat, quod subjectus sibi populus pacis tranquillitate frui et gaudere valeat, et præsertim hi, qui, spretis curis et vanitatibus labentis seculi, Deo inhærere (cum sibi servire, regnare sit) totis desideriis inardescunt. Cujusmodi sunt utriusque sexus homines religiosi, et præsertim Ordo ille devotissimus B. Birgittæ, S. Salvatoris nuncupatus, qui in loco Wadzsten regni nostri Sueciæ, Dei dispensatione (ut pie creditur) laudabile sumpsit initium, et postmodum per diversas mundi partes in salutem multorum a via rectitudinis aberrantium commendabile susceperat incrementum. Ipsius D nempe B. Birgittæ sanctissima vita, virtutum preclara merita, nec non magnifica et stupenda, quæ gloriosus et mirabilis Deus in Sanctis suis per illam fecerat, et sine intermissione in his terræ finibus facit, opera mentes hominum ad credendum attrahunt, hunc Ordinem cum suis vivendi Regula et Constitutionibus a Deo speciaLiter processisse.

174 Apparet hoc idem de devota et irrepre- *scripsit ad concilium* hensibili vita personarum in eo degentium exemplis sanctimoniæ et doctrina saluberrima, quibus innumerabilis populus divinitus illustratus, latam et lubricam desinens viam, quæ ducit ad mortem, arctam cœlestis patriæ semitam ambulat confidenter. Sed heu ! venerandissimi patres et domini, accepimus nuper, quod dolenter referimus ; ex illius, non dubitamus, instinctu, cujus invidia mors introivit in orbem terrarum, surrepsisse videlicet in Ordine prædicto, nobis dilecto, periculosas quasdam scissuras et contentiones, ob quas generales confessores et aliæ dicti Ordinis personæ de monasteriis regnorum nostrorum ad reverendarum paternitatum vestrarum præsentiam, sacrosanctam scilicet generalem E Basileënsem synodum, sunt citati. Etiam (ut asseritur) ad respondendum nonnullis articulis, contra libros Revelationum sanctæ Dominæ patronæ nostræ conscriptos : qui Revelationum libri in salutem indubie multorum in via fidei et morum titubantium, hic et alibi sparsim per mundum publicati fuerant, et solemniter prædicati.

175 Quamobrem, revendissimi patres, vestra- *litteræ,* rum paternitatum et dominationum congregationem sacratissimam, universalem Ecclesiam repræsentantem, devotioribus et efficacioribus, quibus possumus, precibus aggredimur, instantius exorandam, quatenus ex parte Dei omnipotentis et ejus intuitu, cujus in hac parte vices geritis, nostrarumque ob devotarum precum instantiam, personarum et locorum sæpedicti Ordinis hujusmodi periculosas discordias ad Deo placentem concordiam revocare velitis, nec non obloquentium ora sic obstruere, quod stare et vivere deinceps poterunt in Dei servitio, suaque regulari observantia, sicut hactenus in monasteriis regnorum nostrorum laudabiliter steterant atque vixe- F rant sub dicta S. Salvatoris Regula secundum ipsius constitutionem primitivam. Insuper quod illa doctrina sanctissima Revelationum B. Birgittæ, sicut in præsens in Ecclesia Dei ad ipsius laudem et gloriam, ad purgationem criminum, bonorumque morum introductionem prædicatæ et publicatæ fuerant, sic et amodo publicari et prædicari valeant et teneri. Alioquin exinde sanabuntur * corda simplicium, scandali- * an sanabuntur ? zabuntur plurimi, et formidandum erit finaliter Christianæ fidei non modicum detrimentum. Spiritus ille veritatis, qui procedens de thalamo divinæ Majestatis, Apostolorum pectora invisibili gratia penetravit, dignetur illustrare corda vestra ad faciendum pacem et tranquillitatem in Ecclesia sua sancta. Datum in castro nostro Wordlingborg anno Domini 1434 tertia die mensis Julii nostro sub secreto etc.

176 *Iisdem annis ac diebus, quibus Erici re-* *et variis principibus* *gis, aliquot Daniæ episcoporum eadem de re ad Datur.* *concilium Basileënse tum scriptæ, tum prælectæ fuerunt litteræ, quæ apud laudatum Binium pag. sequenti sic se habent :* Reverendissimis in Christo

A sto patribus ac dominis præstantissimis, pro concilio celebrando in Spiritu sancto Basileæ legitime congregatis, Petrus Lundensis, Aslatus Nidrosiensis, Dei et Apostolicæ Sedis gratia archiepiscopi, Nassuo Othoniensis, Joannes Roskildensis, Joannes Hasloënsis, Siggo Scarensis, Andoënus Stauangrensis, Thomas Strengenensis, Hermannus Wibergensis, Petrus Hamarensis, Gerardus Binglauensis, et Severinus Farensis, eadem gratia ecclesiarum episcopi, cum omni humilitate et debita reverentia obsequia votisque ac mandatis vestris in omnibus devote ac fideliter obedire. Gratias agimus patri misericordiarum et Deo totius consolationis, qui senescentis mundi miseriis ineffabili sua misericordia, et miseris, ne in barathrum desperationis prolabantur, salutaribus remediis subvenit et succurrit. Hinc est, patres reverendissimi, quod Deus inter alia miserationis suæ opera magnifica et gloriosa, quæ ad laudem et gloriam nominis sui fieri voluit, in his ultimis finibus terræ pro consequenda remissione peccatorum, ad dirigendos pedes oberrantium in viam patriæ cœlestis, B. Birgittam de regno
B Sueciæ progenitam, quasi venam fontis vivi, sponsam suam et canale gratiæ suæ, tantis gratiarum aquis abundare fecit, et non solum regno prædicto, verum etiam quasi toti orbi terrarum per eam misericors Dominus, cujus misericordiæ non est numerus, salutis et gratiæ melliflua pocula dignatus est misericorditer propinare.

*qui item commendatitias*

177 Ex cujus quidem B. Birgittæ meritis et sanctitate primum in regno Sueciæ, videlicet Wadtzsteyn, Ordo ille præclarissimus, S. Salvatoris nuncupatus, inolevit ac gloriosum suscepit exordium. Deinde successu brevissimi temporis, et hoc satis miraculose, in diversis regnis et mundi partibus ex inflammatione utique Sancti Spiritus, regibus et dominis terrarum atque prælatis divinitus facta, plura sunt innovata et multiplicata monasteria, in quibus sororum et fratrum conventualium fervens et affectuosa viget devotio et vitæ regularis observantia secundum ordinem instituta perfectissime observatur, tam per continuas prædicationes, quam per divinæ Majestatis cultum et obsequium, videlicet Missarum solemnia et divinarum horarum jugiter
C psalmodiam. Unde quasi infiniti peccatores de die in diem divinitus inspirati convertuntur, conversique in brevi proficiunt, magna virtutum accumulantes incrementa et spirituales effecti, calcatis seculi curis, sentientes se corruptibile pondus cum mœrore portare, quibus nihil agere libeat, nisi solius Dei desiderio et amori jugiter inhærere. Unde, reverendissimi patres, nos una cum principibus et prælatis et magnatibus, militibus, et militaribus nobilibus, primis, ac proceribus regnorum pro quieto statu regnorum eorumdem in magno parlamento in castro et oppido Wordlingborg regni Daciæ congregati nunc accepimus, qualiter confessores totius Ordinis prælibati ad sacrosanctam synodum Basileënsem pro statu salubri, reformatione laudabili, ac incremento felici locorum ac personarum utriusque sexus in eodem Ordine sparsim per mundum degentium, sunt citati.

*ad Basileënse concilium*

178 Eapropter, patres et domini reverendissimi, dominationes vestras cum humili et devota subjectione aggredimur implorandas, quatenus si qua in hoc sacro concilio usque in presens literis, processibus, articulis, quæstionibus vel querelis contra dictum Ordinem, cujus privilegia, regulam, constitutiones seu instituta regularia, jam dudum per sacram Sedem Apostolicam approbata et confirmata, ac etiam contra libros Revelationum dictæ sanctæ Birgittæ dominæ divinitus (ut creditur) ostensarum, quomodolibet fuerint attentata, ob nostrarum petitionum humillimam instantiam faciatis revocari. Si qua vero in iisdem Revelationum libris examinanda discutienda fortasse videantur, tam caute et moderate reformationis sarculo cum lenitatis moderamine emendentur, ne piarum aurium in posterum offensiva fiant ea, quæ de his libris Revelationum coram populo, nedum in partibus istis et regnis, sed et alibi per mundum publice predicata fuerant in Christianæ fidei fulcimentum. Alioquin si (quod absit) ex hujusmodi controversiis, litibus et contentionibus sic (ut præmittitur) motis et attentatis, insurgeret aliqua Ordinis præfati diffamatio, vel a sui primitivi regularis status vigore discessio, E
ex tunc (prout verosimiliter formidamus) ubique et præsertim in partibus istis tam in clero, quam in populo fiet maxima confusio, et devotionis fidelium fervor ad Deum et ad illam Sanctam, quæ tot, tantis et tam manifestis claruerat miraculis et virtutum meritis, vertetur in torporem.

AUCTORE J. B.

*dedere litteras,*

179 Quod utique cedet in fidei Catholicæ turbationem et diminutionem, in scandalum multorum et Ecclesiæ, saltem in his orbis finibus sub hoc periculoso tempore non modicum detrimentum. De modo autem cohabitationis sororum et fratrum in monasteriis Ordinis prædictis, quæ situata sunt in regnis istis, quam alii quidam pacis æmuli et tranquillitatis calumniari conantur, nulla datur hic cuiquam Christi fidelium suspicionis occasio, quod eorum habitacula adeo firmis altisque muris et ædificiis distincta ac divisa sunt, prout fere nos omnes, præcipue autem, qui monasteriorum et locorum eorumdem visitatores sumus * quod secure et absque con- * *supple* testamur, *aut quid simile*
scientiarum scrupulo juxta primariam Ordinis institutionem, quam adeo pie credimus factam esse, sorores et fratres, sicut cohabitant, honeste et licite poterunt commorari. Valeat et in Deo pro- F
ficiat vestræ sanctissimæ devotionis venerabile collegium, a Deo cœlitus inspiratum, ab æterno prævisum et præordinatum, et jam in hoc occidui mundi ærumnoso tempore in Spiritu Sancto legitime congregatum. Datum in oppido Wordlingborg Roskildensis diœcesis anno Domini 1434 die 3 mensis Julii nostris sub secretis etc.

*doctorumque*

180 *Venio nunc ad eos, qui scriptis suis* S. Birgittæ *Revelationes adversus multiplices adversariorum impetus strenue propugnarunt : oblati fuere tum concilio Basileensi, tum alias curiæ Romanæ ex* S. Birgittæ *scriptis excerpti, tamquam hæretici nimirum aut calumniosi ex lib. quidem primo Revelationum articuli* 41, *ex libro secundo* 15. *ex tertio* 9, *ex quarto* 22, *ex quinto* 14, *ex sexto* 35, *ex septimo* 6, *ex octavo* 8 : *ex Regula vero* S. *Salvatoris articuli* 12 *anno* 1378, *ex Orationibus* S. Birgittæ 5, *ex sermone Angelico* 30, *et contra hujus denique Prologum objecti fuere articuli* 4. *Exstat Romæ apud PP. Birgittinos, ut ex litteris Roma ad nos*

AUCTORE J. B.

*scriptis, accepimus, insigne volumen, anno* 1596 *in monasterio S. Altonis in Bavaria descriptum, quod non solum articulos singulos, sed horum etiam defensiones, defensionumque auctores singillatim exhibet. Quod autem ad singulos articulos, horumque accusationes, atque defensiones attinet, de iis singillatim hic agere necesse non est visum tum ob prolixitatem argumenti, tam quia* S. Birgittæ *Revelationes, quidquid contra eas motum sæpe fuerit, ab omni censura immunes, ut dictum est, evaserunt.*

*virorum scriptis.*

181 *Quod vero ad Revelationum* S. Birgittæ *patronos attinet, versati sunt hoc in pulvere in primis Adam Cardinalis Angliæ, Godefridus de Ballaland, Anglus, Joannes de Basilea Ordinis Eremitarum S. Augustini et Doctor quidam Anglicus, qui quidem ante celebratum Consilium Basilieënse scripserunt. Adamus iste dictus fuit de* Eston, *Herefordiæ in Anglia natus, vir doctrina insignis ex Ordine S. Benedicti, et ex episcopo Londinensi, ut nonnullis placet, factus S. R. E. Cardinalis ab Urbano VI, a quo etiam unus ex examinatoribus Revelationum* S. Birgittæ *constitutus fuit anno* 1379. *Joanni de Basilea, viro doctrinæ et sanctitatis opinione celebri*; B *elogium scripsit Philippus Elsius pag.* 34 *Encomiastici Augustiniani. Qui vero concilii Basilieënsi tempore eas lucubrationibus suis tuendas susceperunt, hi fuere: R. P. Ludovicus de Pyracio (de quo vide Waddingum in Annalibus Minorum ad annos* 1378, 1379 *et alibi) S. Theologiæ doctor, minister provincialis S. Antonii in Italia, Joannes Roberti S. Theologiæ doctor, abbas Bonavallensis, et Joannes de Turrecremata. Tres item doctores Anglici, sed quorum nomina in dicto volumine non exprimuntur. Denique et Heymericus de Campo, Theologiam Lovanii professus annis* 15, *et S. Petri ibidem canonicus, de quo vide plura apud Joannem Franciscum Foppens in Bibliotheca Belgica.*

## § XIII. Quæ sit S. Birgittæ Revelationibus habenda fides: Oudini de iisdem dicta refutantur.

C *Extra dubium itaque positum est, ut ex dictis præcedenti § liquet,* S. Birgittæ *Revelationes (eas saltem quæ octo prioribus libris continentur) ad accuratum examen fuisse revocatas, et doctorum non modo hominum, sed Pontificum etiam et conciliorum approbationem retulisse: sed qualis ea fuerit, videamus. Qui* S. Birgittæ *Revelationes anno* 1377 *Gregorii XI jussu examinarunt, eas nihil reprobum (vide num.* 163) *aut suspectum, nihil orthodoxæ fidei dissonum continere, sed veritate conspicuas, sanctitate præclaras, plenas, perlucidas, perfectas, qui vero anno* 1379 *sub Urbano sexto; authenticas, veritate plenas et a Dei spiritu veraciter edoctas legentibus utiles, et in Ecclesia cum devotione et reverentia observandas censuerunt: Joannes de Turrecremata in concilio Basilieënsi, nihil eas S. Scripturæ aut SS. Patribus contrarium (vide num.* 170) *continere, legique posse in Ecclesia ad eum modum, quo et aliorum doctorum libri, et Sanctorum historiæ in eadem legi permittuntur, si pie nimirum et modeste intelligantur. Ab hujus vero sententia Pontifices et concilia, quæ eas approbarunt, non alieni sunt*: D *quandoquidem, ut Benedictus XIV de servorum Dei Beatif. etc. lib.* 2 *cap.* 32 *num* XI *docet, revelationum privatis personis factarum approbatio mera est, ut ad fidelium institutionem atque utilitatem edantur, instituto accurato earum examine, concessa facultas.*

*Ecclesia Catholica,*

*revelationes privatæ*

183 *Sed quoniam non desunt, ex acatholicis, qui universim privatas hujusmodi revelationes nimium vilipendunt, easque, maxime si a Pontificibus et Ecclesia approbentur, in detrimentum auctoritatis ecclesiæ cedere, divinis adversari Litteris, ac hæreticorum ad fidem Catholicam conversioni impedimentum afferre aiunt, non abs re erit nonnulla de revelationibus istis, earumque, quo apud Catholicos sunt, loco disserere, quo hujusmodi calumniæ diluantur. Oudinus, a fide apostata. seculo* XV *Commentarii de scriptoribus et scriptis ecclesiasticis tom.* 3 *col.* 1105, *ita in hanc rem scribit:* Imminuunt hujusmodi merces expositæ authoritatem sanctæ matris Ecclesiæ, nocent solidæ ac sacræ Paginæ, Orthodoxos risui exponunt et cachinnis, atque hæreticos seu errantes, ne ad Orthodoxiæ, quæ tales nænias E admittit, caules redeant, impediunt. *Ita ille: at cur revelationes istæ, si ab Ecclesia Catholica approbentur, ejusdem auctoritatem imminuant? Num quia hujusmodi revelationes tamquam certo divinas, eas approbando, definit? Num quia sic quandoque sit, ut, quod falsum est, tamquam verum, fidelibus propinet, et veluti fide divina credendum proponat? Atqui nihil horum facit Ecclesia: cum, ut jam diximus, eas legi, præmisso maturo accuratoque earum examine, tantum permittat, veluti ad fovendam pietatem fidelium utiles, et ad rectam eorumdem institutionem idoneas.*

*vera non approbat.*

184 *Non ignorat Ecclesia, in quibusdam revelationum privatarum libris, a se approbatis, falsa subinde reperiri, imo etiam quandoque contraria, secumque e diametro pugnantia, quorum proinde alterutrum a vero alienum esse, necesse sit: sed ea non ut vera proponit, sed legi tantum permittit, tamquam quæ probabilia sint, etsi fortasse falsa; vel saltem tamquam in fide aut moribus non periculosa. Neque exigit, ut ea, quæ dictis revelationibus continentur, fide credantur divina, sed humana tantum, ita ut, si idonea ratio suppetat, cum reverentia ab iis recedere fide-* F *libus ceteris, certe quibus illæ facta non sunt, aut ad quos non diriguntur, absque piaculo fas sit. Audi rursum Benedictum XIV Operis supra citati lib.* 3 *cap. ult. num.* 15: Porro lib. 2 cap. 32 num XI diximus, *inquit pontifex,* prædictis revelationibus, etsi approbatis, non debere, nec posse a nobis adhiberi assensum fidei Catholicæ, sed tantum fidei humanæ juxta regulas prudentiæ, juxta quas prædictæ revelationes sunt probabiles et pie credibiles. *Tum, subjectis aliquot doctorum Catholicorum eam in rem testimoniis, ita prosequitur:* Ex quibus proinde sequitur, posse aliquem, salva et integra fide Catholica, assensum revelationibus prædictis non præstare, et ab eis recedere, dummodo id fiat cum debita modestia, non sine ratione, et citra contemptum.

*ut non sibi divina credat.*

185 *Hinc Joannes de Turrecramata, licet Revelationum* S. Birgittæ *acerrimus in concilio Basilieënsi patronus, nefas sibi non existimavit, beatam Virginem, scripto ea de re, ut Echardus ait, tractatu, in peccato originali fuisse conceptam asserere, licet contrarium disertis verbis in* S. Birgittæ *Revelationum*

A *tionum libris loco non uno legisset. Hinc Baronius in annalibus ad annum* 604 *eorum opinionem, qui S. Gregorii precibus animam Trajani imperatoris ex inferis liberatam fuisse contendebant, quamvis lib.* 4 *Revelationum* S. Birgittæ *cap.* 13 *Christus dicatur eidem revelasse, Gregorii oratione* infidelem cæsarem elevatum fuisse ad altiorem gradum, *proscribere non est veritus. Idem aliis in argumentis citra reprehensionem fecerunt alii, quod in revelationibus, si substantiam spectes, divinis, et in ipso sanctarum mentium raptu contingere possit, ut hæ iis, quæ a Deo reipsa revelantur, quædam adjuncta ex proprio judicio, et ex præconceptis aliunde iisdem de rebus ideis superaddant, nec hæc ab iis, quæ Deus ipsis præcise revelat, sufficienter distinguant. Ita fieri potuit, ut, Christo orationis efficaciam* S. Birgittæ *ostendente, ipsi aliunde ex prius lectis auditisve naturaliter in mentem interim venerit Trajani animæ ab inferis ob S. Gregorii preces liberatæ historia, quam ipsa ab iis, quæ Christus ipsi præcise revelabat haud satis distinxerit; atque id quidem exemplis aliquot*

B *probatum apud nos habes tom.* 6 *Maii pag.* 246; *vel si lubet, consule Benedictum XIV lib.* 3 *supra citato cap. ult. num.* 17, *ubi illum Operis nostri locum citans ita scribit* : Bollandiani... probant. raptus posse esse supra naturam, et ipsa substantia divinos, sed in suis circumstantiis conformatos ad species naturaliter præconceptas, quæ a Deo relictæ sunt in eo statu, in quo erant, quandoquidem id nihil intererat ad finem sibi propositum. *Ita fieri potuit, ut apparentem sibi Atrebati S. Dionysium* S. Birgitta *et episcopum Parisiensem et simul Areopagitam fuisse, sibi de suo finxerit, sic nempe vel lectione librorum imbuta vel a magistris suis ex communi id temporis opinione edocta; unde similibus in rebus, modo aliunde solida in contrarium afferri ratio possit, salva Sanctis reverentia, etiam a revelationibus modo supradicto ab Ecclesia approbatis fas est recedere unicuique Catholico.*

*nil facit reprehensione dignum :*

186 *Cum itaque Ecclesia Sanctorum revelationes non ut certo divinas et de fide credendas approbet, sed tantum ut prudenter credibiles et fide humana, si nil obest, dignas habeat, ac earum discussionem eruditorum judicio industriæque relinquat, et quod majus etiam, ut ab iis recedant,*

C *ubi solida ac probabilis ratio est, permittat; quo, quæso, ex capite ipsa sibi, quod Oudinus ait, auctoritatem imminuit suam? Cur nænias (uti ipsi loqui pro sua in Ecclesiam modestia lubet) a Catholicis indiscriminatim admitti ait; quod ad summum locum habere dumtaxat potest in credulis quibusdam nimisque simplicibus, quibus non id acuminis est, ut veri et falsi, rei prudenter credibilis et non credibilis discrimen agnoscant? At quo tandem pacto revelationes Sanctorum, eo, quo dixi, modo approbatæ, divinis Litteris nocent, quod alterum Oudini effatum est scilicet? Nescitne Oudinus, primam ac præcipuam Sedis Apostolicæ in examinandis privatorum revelationibus curam in eo versari, ut quam diligentissime dispiciatur, nihilne in illis divinis Eloquiis contrarium habeatur? Nescitne, nullum omnino esse probe Catholicum, quin continuo paratus sit privatam revelationem qualemcumque repudiare ac abjicere, si quid in ea, divinis Litteris dissonum, latere constiterit? Scit quidem, sed se scire dissimulat. Monet denique (quamvis non monitoribus istis Ecclesia Catholica egeat) hæreticorum ad Ecclesiæ gremium, dum hujusmodi nænias seu fabulas et somnia, ut loquitur, in Ecclesia Catholica admitti probarique vident, reversionem impediri. Dixisset verius, hæreticorum conversioni viam obstruere pseudo-magistros illorum, qui pro fabulis et somniis venditant, quodcumque lubet, eaque a Catholicis promiscue ac sine delectu crisique admitti falso aiunt, atque ita sequacium suorum mentibus nebulas tenebrasque offundunt, ne sincera Catholicorum sensa, genuinam Ecclesiæ doctrinam ac prudentem agendi modum agnoscant, et amplectantur.*

AUCTORE J. B.

*S. vero Birgittæ revelationes*

187 *Atqui, inquies, Oudinus, saltem quas vulgo* S. Birgittæ *Revelationes appellant, huic sanctæ Mulieri fuisse affictas, et mera esse aut Petri Alvastrensi aut Alphonsi eremitæ commenta somniaque ostendit. Ita quidem Oudino loqui placuit; sed an solide vereque, nunc videbimus. Oudinus, qui prius in specimine Operis sui de scriptoribus ecclesiasticis libros Revelationum, de quibus hic loquitur,* S. Birgittæ *adscripserat, in posteriori suo de iisdem scriptoribus Opere tom.* 3 *col.* 1099, *quæ illic dixerat, retractans ita scribit* : Successu porro temporis agnovi; revelationes istas non esse opus S. Birgittæ, sed E vel Petri monachi Ordinis Cisterciensis Prioris de Alvastro abbatiæ hujus instituti in regno Sueciæ, vel Alphonsi, quondam episcopi Giennensis et postea eremitæ probatissimi, qui verbo has revelationes sub nomine sanctæ hujus Mulieris ad majorem illis procurandam authoritatem conscripserunt. *Atque hæc quidem verba satis manifesta apparent : si enim Petrus et Alphonsus Revelationes, quas vulgo* Birgittinas *vocant,* verbo *tantum sub nomine* S. Birgittæ *conscripserunt, nihil illæ ad* S. Birgittam, *velut earum auctorem attinent; sed* re ipsa *non erant nisi Petri Alphonsive figmenta.*

*non fuere monachorum somnia,*

188 *Verum num hæc verba sic accipi velit Oudinus, dubitare tantisper me faciunt, quæ de Petro Alvastrensi mox subjicit verba* : Omnes fere Revelationes divinitus (ut putavit) ipsi Birgittæ factas jussu (ut inquit) Christi Domini scriptis mandavit et in linguam Latinam transtulit. *Si enim Petrus eas in linguam Latinam tantummodo transtulerit; quid ni re Birgittinæ esse potuerint, Gothiceque scribi vel Petro dictari ab ipsamet* S. Birgitta? *Sed, nisi fallor, Oudinus, ut supra dixit, Petrum Alvastrensem verbo tantum* F *sub nomine* S. Birgittæ *ejusdem revelationes conscripsisse, ita etiam hic vult, Petrum Revelationum libros* verbo *tantum in Latinam linguam transtulisse; dixisse autem Petrum mendaciter, se illos in linguam Latinam transtulisse, ut sic fœtum proprium* S. Birgittæ *nomini supponere posset : declarant id satis Oudini verba de Petro iterum scribentis :* Idoneusne simplex *(neque jam simplex tantum, sed insigniter mendax)* atque ad omnia indiscriminatim credenda natus, qualis hic Petrus Alvastrensis fuit, ad obtrudenda sua somnia sub nomine S. Birgittæ?

*sive prioribus libris,*

189 *Quod citatis mox non verbis Oudinus generatim dixerat, nempe Revelationum,* Birgittinarum *vulgo dictarum, libros spurios esse et subdititios, re autem ipsa nihil aliud, quam Petri Alvastrensis (de octavo loquentem infra audiemus) somnia, ab Alphonso in libros distincta, nunc speciatim probatum it. Ac in primis quidem fixum hoc ratumque esse vult, Petrum Alvastrensem septem Priorum Revelationum librorum auctorem seu potius somniatorem fuisse.*

*Quid*

AUCTORE J. B.

*Quid ita? Consule, inquit, cap.* 48 *Revelationum Extravagantium, unde ex contextu ipso disces, primum scriptorem septem priorum librorum non alium fuisse, quam Petrum Alvastrensem. Atqui illic ego, Petrum Alvastrensem eos quidem transtulisse in sermonem Latinum lego; fuisse autem illorum auctorem ac inventorem non lego. Illic Deus dixisse legitur :* Audi igitur, tu frater, Petre, ista, et scribe in lingua Latina *(non quæ somniasti, sed)* verba, quæ ipsa (*S. Birgitta)* tibi ex parte mea dicit. *Num ab altero dicta seu dictata alium in sermonem vertere, eadem somniare est, propriique cerebri figmenta obtrudere? Et rursus paulo infra de Petro Deus* S. Birgittæ *mandasse dicitur, ut illi suo nomine diceret* : Aggredere et volve et revolve opus scripturarum verborum istorum et scribe. *Num denuo sermone vernaculo ab altero scripta Latine reddere idem dices, quod propria somnia sub alieno nomine venditare? At ista Petrus Alvastrensis mendaciter dixit, quo fraudem tegeret. Ita tu quidem, Oudine; sed qui probas? Cæcos enimvero fuisse oportet Sueciæ episcopos, qui*

B S. Birgittæ *Revelationes ipsa viva, nec ignorante, imo curante et flagitante, examinarunt, nec tamen simplicis monachi somnia in illis agnoverunt; cæcos omnes, qui revelationes* S. Birgittæ *sub Pontificibus Gregorio XI et Urbano VI; cæcos, qui in Constantiensi et Basileënsi conciliis Revelationum libros diligentissime discusserunt; cæcum Bonifacium IX, qui* S. Birgittam *non modo meruisse* visiones ac revelationes varias videre et audire, *ait in Bulla canonizationis, sed id etiam ex Revelationum libris, id est, ex Petri Alvastrensis somniis, si Oudinum audiamus, confirmat inquiens*, Prout hæc et alia in ejus (S. Birgittæ *nimirum*) Revelationum volumine plenissime describuntur.

*sive octavo,* 190 *Hæc de septem prioribus Revelationum* S. Birgittæ *libris Oudinus : de octavo ita scribit* : Itaque ex omni illa Revelationum congerie, quæ sub nomine S. Birgittæ prodiit, restat intactus liber octavus fol. 592 *(paulo ante editionem Antverpiensem citaverat)* Inscriptus : „ Octavus „ liber cælestis Imperatoris ad reges revelatus di- „ vinitus S. Brigittæ de regno Sueciæ : „ incipiens : „ Summus Imperator per Sponsam loquitur ad

C „ reges etc. „ At ex Prologo pag. 576, Epistola solitarii ad reges Domini Alphonsi quondam episcopi Giennensis et postea eremitæ probatissimi, quæ incipit : O serenissimi reges etc. patet spectare illum ad dictum Alphonsum Eremitam, qui sub nomine S. Brigittæ illum conscripsit, unde totum Opus consarcinatum est ex variis aliis Brigittinarum Revelationum libris, ad quos lector remittitur. *Sic habet : liber octavus partim ex septem prioribus Revelationum libris, partim ex revelationibus aliis, libris istis septem non comprehensis, consarcinatus fuit a Petro Alvastrensi, ut laudatus num.* 158 *Alphonsus scribit. At ejus certe substantiam* S. Birgittæ *esse, declarat idem Alphonsus sub initium dictæ Epistolæ, inquiens de* S. Birgitta : Quæ nunc vobis scribit præcepto Cælestis Imperatoris librum infrascriptum etc. *Ceterum Alphonsus* S. Birgittæ *familiaris admodum fuit, ad eumque revelationes suas et arcana referre solita erat, ut ipsemet testatur ejusdem Epist. cap.* 4 : Scias tamen, quod, prout ego indignus sæpe audivi ab ore ejus, semper in omnibus istis supradictis modis visionum maximam dulcedinem amoris et ineffabilis consolationis divinæ sentiebat in anima et mente sua : *ut adeo spuria a genuinis distinguere facile ipsi fuisset, si quid hujusmodi lib. octavo fuisset immixtum. Ipsum autem sua pro alienis venditasse ac* S. Birgittæ *supposuisse, suspicari viri probitas prohibet, qui passim probatissimus audit.*

D

191 *Venio nunc ad librum Revelationum Extravagantium : hunc Oudinus Petro Alvastrensi rursus adscribit, ab eoque sub specioso nomine* S. Birgittæ *conscriptum ait; iisdem de causis, ob quas illi septem priores libros adscripsit, quibus cum jam responsum sit, nihil hic jam dictis addere necesse est. Ad illius tamen commendationem juverit hic repetiisse, quæ Prologi Revelationum Extravagantium auctores, seu, ut apparet, monachi Vastenenses, qui* S. Birgittæ *Revelationum libros anno* 1492 *primum typis edi curarunt, de illo habent* : Harum autem Revelationum veritas, quod divinitus revelatæ sint, in Attestationibus domini Petri Prioris, et beatæ Catharinæ, S. Birgittæ filiæ, pro canonizatione sæpe dictæ S. Birgittæ factis, pro majori parte evidenter patescet cuilibet ipsas Attestationes fideliter intuenti. *Quid si Oudinum Petri Prioris Alvastrensis auctoritas non movit, movere certe debuerat S. Catharinæ testimonium, ne librum hunc Revelationum, magna saltem ex mox dictis sui parte S. Catharinæ auctoritate munitum, tam crude velut subditilium fœtum rejiceret ac vilipenderet velut monachi somnia. Ceterum quæ præsenti § disserui hactenus, non eo dicta sunt, quod omnia et singula, quæ dictis Revelationum libris continentur, certo* S. Birgittæ *divinitus ostensa aut revelata fuisse existimem, sed quod tamquam talia a Petro Alvastrensi et Alphonso Giennensi olim episcopo non imprudenter haberi potuerint, neque hi temere et crude adeo figmenta sua propria sub* S. Birgittæ *nomine fidelibus venditasse dicendi sint.*

E

192 *Videtur id Oudinus quodammodo agnovisse, cum de Revelationum libris universim, sed paulo mitius, in hæc verba concludit* : Itaque totum, quidquid huc usque sub nomine S. Brigittæ impressum extat, habet illud omne duos contemporaneos scriptores *(addi tertius poterat Petrus confessor)* Brigittæ intimos, qui scripta sua sub ejus nomine evulgarunt, homines, ut ita loquar, simplicissimos atque credulos, Petrum Priorem de Alvastro Cisterciensis instituti, et

F Alphonsum Hispanum eremitam, qui vel proprias, vel devotas potius sanctæ Brigittæ cogitationes ac meditationes stylo suo sub divinarum Revelationum titulo evulgarunt. *Fieri quidem potest, ut hinc inde libris Revelationum piæ* S. Birgittæ *meditationes pro visionibus revelationibusque divinis sint insertæ; at propterea id ad omnes passim et indiscriminatim, ut Oudinus facere videtur, non licet extendere, cum visiones revelationesque divinas non paucas habuisse illam, quæ Revelationum voluminibus insertæ sunt, testetur Bonifacius IX in Bulla canonizationis et infra in medium allaturi simus prædictiones ejus varias rerum futurarum, quas, nisi divinitus edocta, scire non poterat. Porro Oudinus, dum hic a Petro Alvastrensi et Alphonso pias* S. Birgittæ *meditationes evulgatas scribit, non ita id accipi vult, ut nihil libris Revelationum sit insertum, quod ad* S. Birgittam *nullo modo pertineat. Nam post verba proxime citata ita prosequitur* : Sane Revelationes istas *(dicere saltem debuerat aliquas)* non esse S. Brigittæ, luce meridiana clarius est ex illo unico, quod

plurima

A plurima contineant Romanæ Ecclesiæ injuriosa et adversa, licet S. Brigittam addictissimam Romanæ Ecclesiæ constet, in tantum, ut, Suecia relicta, Romam perrexerit ex pietate erga Sedem Apostolicam et Pontificiam, illicque cum omni familia ad mortem usque permanserit. Longe ergo remota erat ab illis injuriis et revelationibus Romanæ Ecclesiæ adversis propalandis, quas sub ejus nomine Petrus de Alvastro post mortem illius conscripsit. *Tum allatis quibusdam ex Revelationum Birgittinarum, quibus Episcopi, Prælati, clerici, imo et Romanus Pontifex acriter de vitiis quibusdam perstringuntur, textibus, ita concludit* : Credi ergo nullatenus potest, Revelationes istas esse a S. Birgitta conscriptas, sed ab alio sub ejus nomine, qui Romanæ Ecclesiæ infensissimus fuit.

*argumento uno,*

193 *Addictissima certe Ecclesiæ Romanæ, utpote probe Catholica, fuit : verum id non impedit, quo minus, Dei spiritu acta, quorumdam Ecclesiæ prælatorum et clericorum vitia, malamque muneris sui administrationem, a quibus neminem vel summa in terris Pontificia dignitas præstat immunem, acriter perstrinxerit absque eorum et Ecclesiæ Romanæ seu Catholicæ univer-*

B *sim spectatæ injuria : injuriosum quippe huic non est, imo nec privatis ejus membris, si reproba quædam illius membra, servato charitatis modo, suis de vitiis, præsertim publicis et passim notis, corripiantur, tum ut ipsa se emendent, tum ut ab eorum imitatione deterreantur ceteri, tum denique ut a communi Ecclesia divina ultio avertatur. Multo minus* S. Birgittæ *in Ecclesiam Romanam amor et reverentia impedire debuit, quo minus impendentia mala prænunciaret. Ferebatur etiam* S. Birgitta *erga patriam, reges, principesque seculares ea, qua par erat, reverentia : nec tamen horum vitia carpere, atque impendentium malorum calamitates ob oculos ponere prætermisit, ita jubente aut instigante spiritu Dei, apud quem nulla est personarum exceptio. Non oderant Dei populum, non reges suos, non sacerdotes antiqui Testamenti Prophetæ, quos tamen illorum vitia acerrime sæpe fuisse persecutos, atque impendentia illis mala frequenter prædixisse, notius est, quam ut multis hic ostendere necesse sit. Non est igitur, unde luce meridiana clarius sit, quod Oudino dicere placuit, Revela-*

C *tiones istas non fuisse* S. Birgittæ *factas, sed post mortem ejus primum a Petro Alvastrensi fuisse conscriptas seu confictas : esto, post mortem ejus vel a Petro Alvastrensi vel alio quovis in lucem publicam produci, in vulgusque spargi passim cœperint.*

*alteroque*

194 *Alterum denique Oudinus argumentum, Revelationes, quas* S. Birgittæ *dicunt, non esse ipsius, sed Petri Alvastrensis aliorumque, sic saltem, ut, si aliquæ earum* S. Birgittæ *sint adscribendæ, varias tamen a sese confictas illis miscuerit, ex eo cudit, quod caput* 55 *Revelationum Extravagantium non* S. Birgittæ, *sed Petri Alvastrensis manifeste videatur. Illud claritatis causa huc transcribo : titulus sic habet* : Narratio de excellenti merito sanctitatis B. Birgittæ, quam vidit et prædixit frater Gerechinus de monasterio Alvastri, vir magnæ sanctitatis. *Sequitur cap.* 55 *mox laudatum* : Quidam monachus sanctæ vitæ ipsius monasterii Alvastra narravit cum lachrymis et juramento ipsi Priori Petro, quod quando domina Birgitta venit ibi ad residendum in eodem monasterio, monachus admiratus est in corde suo, et zelo regulæ et sanctitatis dixit in corde suo : Cur ista Domina

AUCTORE J. B.

residet hic in monasterio monachorum contra regulam nostram inducens novam consuetudinem? Tunc idem frater in oratione raptus in quodam mentis excessu audivit quamdam vocem dicentem sibi : Hæc enim mulier est amica Dei, et ad hoc venit ad monasterium, ut sub monte isto flores colligat, de quibus omnes gentes etiam ultra mare et fines mundi recipient medicinam. Iste enim frater vocabatur Gerrechinus, qui fuit tantæ sanctitatis et vitæ, quod per quadraginta annos extra monasterium numquam exivit, sed diebus et noctibus vacans orationibus hanc gratiam singularem habuit a Deo, quod novem choros angelorum quasi continue videbat in oratione, et in elevatione Corporis Christi videbat Christum in specie poni.

*opponat,*

195 *Hunc Revelationum Extravagantium locum sic Oudinus excipit* : Idem denique *(ostendit, nempe Petrum Alvastrensem, non* S. Birgittam, *Revelationum Extravagantium esse auctorem)* caput LV, ubi narrat somnia quædam suorum monachorum Alvastrensium, unius potissimum, nescio cujusdam Gerrechini, visio- E narii hominis, de quo etiam loquitur idem Petrus de Alvastro Revelationum antecedentium lib. 4, cap. 121. *Recte animadvertit Oudinus, idque libenter illi damus, caput mox transcriptum* S. Birgittæ *non esse, seu substantiam seu verba consideres. Sed vel hinc deduci potest, Petro Alvastrensi, sui cerebri figmenta specioso* S. Birgittæ *nomine venditare non fuisse propositum : quamquam enim hoc loci Revelationum Extravagantium libro aliquid inserere de suo licitum putavit, quod a* S. Birgitta *non acceperat, sed tamen ad illam pertinebat; ita tamen hic locutus est, ut facile appareat, quæ dicto cap. narrat, ad* S. Birgittæ *visiones vel revelationes non pertinere : nam sicut in aliis Revelationum libris, quæ suo nomine scripsit, Declarationum Additionumque titulo distinxit, ita quæ narrat hoc loci,* S. Birgittæ *non esse, aperte satis innuit, cum* 55 *capiti non titulum Visionis, Revelationis, aut Colloquii Christi cum Sponsa, aut aliud quid hujusmodi, ut alias solet, præfixit. sed Narrationis de* S. Birgitta; *non ab ipsa* Birgitta *acceptæ, sed aliunde, a Gerechino scilicet, in illius capitis decursu disertissime tradit. Male igitur hinc arguitur mala Petri fides. Quod autem lib.* F *4, cap.* 121 *de* Birgitta *Petrus narrat, cui de Gerechino ibidem visio quædam oblata dicitur (de Additione Petri, isti capiti subnexa, non loquor) unde Oudinus habet, aut reipsa non contigisse, aut Petrum Alvastrensem e* S. Birgitta *non didicisse?*

*falso dictitans, eas non alio*

196 *Quamquam quæ de Oudini in libros Revelationum* S. Birgittæ *censura jam disserui, sufficere possent, facere tamen non possum, quin et alia ejus verba referam, quæ transcripto a se capiti* 48 *Revelationum Extravagantium proxime subjungit, iisque paucis respondeam.* Quæ ego, *inquit*, nullatenus transcripsi, ut quemquam ad risum moveam, dum tot Revelationum, quas firmissime multi simplices credunt, molem incompositam tam infirmo niti fundamento conspexerim. Nullus, opinor, homo gravis, nullus eruditus, qui non omnem hanc antepositam narrationem monachale somnium reputabit : quod Romani Pontifices in judiciis suis prudentes, in sententiis graves, numquam approbabunt. Idoneusne simplex monachus ad omnia indiscriminatim

AUCTORE J. B.

indiscriminatim credenda natus, qualis hic Petrus Alvastrensis fuit, ad obtrudenda sua somnia sub nomine S. Birgittæ? Neutiquam sane, neque hoc umquam veniet in mentem capitis sani et integri. Undenam habet Petrus Alvastrensis, ut ex præcepto Christi triginta per annos secutus sit quocumque S. Birgittam? Quibusnam probat authoritatibus vel argumentis, ea omnia, quæ ipse scripsit sub nomine S. Birgittæ, fuisse vel Birgittæ revelata, vel ab ipsa illi dictata? *Non simplices modo, sed eruditi etiam sanique et integri judicii homines* S. Birgittæ *Revelationes vel vere divinas, vel certe ut tales, nisi quid aliunde obstet, prudenter haberi posse censuerunt, quos inter non pauci veniunt, qui dictarum Revelationum libros sub Gregorio XI et Urbano VI, uti et in conciliis Constantiensi et Basileensi examinarunt.*

*niti fundamento, quam somniis.*

197 *Falsum porro est, totum ita sentientium fundamentum in Petri Alvastrensis cap.* 48 *Revelationum, ubi, quo Revelationum libri scripti sint modo, exponitur, dictis, seu monachali somnio, ut loqui Oudino lubet, situm esse; nam præterea post multiplicem eorum factam ab examinatoribus approbationem, eorumque discussionem in conciliis mox laudatis, salvi semper illæsique manserunt, imo, ut supra diximus, digni visi sunt Bonifacio IX, quos in Bulla Canonizationis* S. Birgittæ *laudaret. Quærenti autem Oudino (nam cetera nihil ad rem) unde Petrus Alvastrensis, eas revelationes divinitus* S. Birgittæ *factas fuisse, sciverit, respondeo, id illum, aliosque prudenter existimasse ex sanctitate* Birgittæ, *ex modo, quo istæ revelationes illi ostendebantur, earumque adjunctis, ex earum fine fructuque, aliisque indiciis, de quibus fuse tum Theologi, tum ascetici, qui similia ex instituto pertractant: illas denique Petrum ab ipsamet* S. Birgitta *accepisse, ipsi de se loquenti credendum esse, nisi, non dico simplicitatis, sed mendacii et imposturæ, quæ facile per tot revelationum ejus examina, quæ, tum ipsa in vivis adhuc agente, tum paucis ab illius obitu annis instituta fuerunt, detegi potuisset, efficaciter reus probetur, quod non facit Oudinus.*

## § XIV. Quod fuerit de eisdem Gregorii XI judicium.

*Gregorius XI, morti proximus,*

*Majoris utique longe ponderis, quam Oudini, foret Gregorii XI de* S. Birgittæ *revelationibus, si quidem de illo satis constaret, judicium. Docet Joannes Gerson de Examinatione doctrinarum, consideratione* 3, *cavendum iis, qui dati sunt in regimen et exemplum aliorum, ne leviter dictis suis factisve muliercularum miracula seu visiones insolitas approbent, ne liberior hinc fortiorque illis præbeatur fingendi occasio. Quod ut confirmet exemplo, ita prosequitur* : Experti pluries loquimur, et Gregorius XI testis fuit idoneus; sed tardus nimis: hic positus in extremis; habens in manibus Christi corpus, protestatus est coram omnibus, ut caverent ab hominibus, sive viris sive mulieribus, sub specie religionis loquentibus visiones capitis sui: quia per tales ipse seductus, dimisso suorum rationabili consilio, se traxerat et Ecclesiam ad discrimen schismatis imminentis; nisi misericors provideret Jesus: quod horrendus usque huc nimis heu patefecit eventus: *quibus, inquit Spondanus tom.* 1 *Annalium Ecclesiasticorum ad annum* 1378, *suasiones Petri Aragonii, et* Birgittæ *ac Catharinæ Senensis, qui nimirum Gregorio, ut Avenione Romam sedem Pontificiam reduceret, auctores fuere intelligere voluisse existimatur.*

199 *At Natalis Alexander, cæteroquin in summos Pontifices minus æquus, Gersonem refellere et ab impacta Gregorium et S. Catharinam Senensem, Ordinis sui monialem, calumnia vindicare nititur his rationibus* : Falsum esse *(quod Gerson refert, inquit Natalis)* probat 1 Auctoris coævi, qui Gregorii gesta scripsit, silentium, ejusdemque Pontificis de Catharinæ Senensis sanctitate existimatio, quæ etiamnum Florentiæ pro componendo Florentinorum dissidio ejus legatione fungebatur. 2 Quod ejus spiritum probasset, eamque prophetiæ dono a Deo auctam cognovisset, cum « illi votum suum « de petenda Urbe in occulto factum, et sibi « soli ac Deo notum, sese divinitus cognovisse « monstravit : « ut Pius II in Bulla Canonizationis ipsius testatur. 2 Quod nullus tunc schismatis metus subesset, cum Gregorius XI obiit, nec ex reductione sedis Pontificiæ Romam schisma contigerit, sed aliis de causis; et, Avenione manente, æque contingere potuisset. 4 Non visionibus dumtaxat credens sanctarum feminarum, sed gravissimis rationibus adductus, Romam profectus est prudentissimus Pontifex, ut præsentia sua pacem Italiæ redderet, ac Ecclesiæ Romanæ perduelles civitates ad obedientiam perduceret. Nec spe sua erat frustratus. Jam siquidem Bononienses ad ejus obsequium redierant, et Florentinos quantocyus redituros, spes erat.

*hujusmodi revelationis deceptus.*

200 *Gregorio Romæ defuncto, institere Romani, ne rursum Pontificia sedes Avenionem transferretur, ut Romanus, vel certe Italus Gregorio successor fieret. Ex Italis electus fuit archiepiscopus Barensis, dictus Urbanus VI; cujus asperitate offensi Galli Roma recesserunt, et electionem Urbani haud validam causati Robertum, Gebennensis comitis fratrem, in summum Pontificem elegerunt, qui sedem Avenione fixit. De rebus porro, quæ Gregorio, tum extremo morbo laborante, tum recens mortuo, acciderunt, qui illis interfuerant, multi multa et diversa pro diverso partium studio testati sunt; at ex iis, sive ab Urbano sive a Clemente staret, nullus fuit, qui ea, quæ de Gregorio, in mortis articulo constituta, Gerson refert, testatus umquam fuerit; quorum silentium, additum silentio auctoris Vitæ Gregorii, à Natali Alexandro laudati, hujus sententiæ nonnihil ponderis addit. Baluzius tamen in Annotatis ad Vitas Paparum Avenionensium col.* 1224 *verbis e Gersone supra transcriptis hæc subdit* : Consentanea sunt ista iis, quæ eumdem Gregorium morientem dixisse, refert in sua Depositione Hugo *(Gallus)* Cardinalis de Britannia. Afferam autem ipsa verba : « Primo ipse « dixit, quod quando Dominus Gregorius sen« sit, quod non poterat evadere, vocavit omnes « Cardinales, et exposuit eis, quod ipse habe« bat conscientiam, quare duxerat eos ad illas « partes (*Romam*) et posuerat Ecclesiam Dei « in periculo. Nam dicebatur, quod post eum « deberet assumi in Papam unus quidam malus « homo et diabolicus. « *Verum hic nulla Gregorii protestationis aut per feminas deceptionis mentio.*

*Ecclesiam adduxisse*

A 201 *Ratio, ob quam Gregorius Ecclesiam Dei se in periculum adduxisse existimavit, et conscientiæ stimulos ob translatos in Italiam Cardinales sese sensisse dixit, teste quidem Hugone de Britannia, Clementis partes secuto, fuit,* quod *(ut dicebatur)* post eum deberet assumi in Papam unus quidam malus homo et diabolicus. *Verba hæc Hugonis cum depositione Joannis de Cardalhaco, patriarchæ Alexandrini, comparemus tantisper exemplo Baluzii, quem Hugonis verba cum Joannis Gersonis narratione comparantem mox audivimus. Ita Joannes de Cardalhaco apud ipsum Baluzium paulo ante citatum col.* 1223. Item dixit, quod audiverat a quodam religioso Ordinis Minorum, qui est devotus homo et magister in Theologia et notabilior persona in illo Ordine de omnibus, quos ipse novit, quod viderat tempore Gregorii Papæ Romæ quadam die, qualiter ille G. miserat ad quandam devotam dominam; quod funderet preces pro illo et certificaret eum de certis dubiis, et postquam ille cappellanus Papæ recessit ab eo, quod accessit ille frater Minor ad loquendum cum illa do-
B mina, et ipsa dixerat sibi, quod quidam archiepiscopus, qui erat ibi in conspectu suo, ille deberet turbare mundum et Ecclesiam Dei, sed ad ultimum ipse bene castigaretur, et quod ipsa ostendit illi religioso illum archiepiscopum digito, et erat iste Barensis, *seu Urbanus, Gregorii dein proximus successor. Domina hæc forte fuit S. Catharina* S. Birgittæ *filia, quæ anno* 1377 *et seq., quo Gregorius obiit, canonizationis Matris suæ promovendæ causa Romæ agebat, multis ejus preces et consilia sibi expetentibus, ut legitur in ejus Vita tom.* 3 *Martii pag.* 514 *cap.* 6 *num.* 60. *Ut ut sit, si verba Hugonis, narrationi Gersonis utcumque consentanea, hujus dicta, ut Baluzius putavit, confirment, eodem jure contendi posset, Joannis Cardalhaci verba, Hugonis de Britannia verbis utcumque pariter consentanea, hujus pariter dicta confirmare; ita tamen, ut simul ostendant, Gregorium, non diu saltem ante morbum suum supremum, a credendis mulierum, præsertim Sanctarum, prædictionibus non fuisse alienum; qui alias utique tum dubia sua mulieri non fuisset propositurus.*

*in discrimen,*

202 *Ceterum, ut ad Natalem Alexandrum redeamus, ex vero is ait, schisma, quod post*
C *Gregorii mortem Ecclesiam diu concussit, non ex reductione sedis Pentificiæ Avenione Romam, sed aliis ex causis contigisse. Fatetur id ingenue Spondanus citatus, licet Gallus ipse, his verbis:* Ut non ex reductione Pontificatus in suam veram sedem schisma, quod secutum est, processisse dici possit; sed magis ex Gallorum ingluvie, sibi solis contra jus fasque eum retinere cupientibus, et Romanorum justo quidem, sed intemperantius procurato desiderio, ac denique ex intempestiva Urbani VI asperitate ac ferocitate. *Ut verum pariter esse, nullum Gregorio in extremis constituto schismatis metum fuisse, non ausim asserere: si enim diserte lego in Vita* 3 *Gregorii apud Baluzium col.* 480 Dominus Gregorius infirmatur et Romæ moritur die XXVII Martii anno Domini MCCCLXXVIII cum omnium multo dolore et mærore et vere dolore præsago futurorum malorum, longi videlicet schismatis, quod ex ipsius morte in Ecclesia Dei secutum est.

203 *Et vero potuit facile fieri, ut aliquid eorum, quæ, ipso vivo, Romæ contigerunt, et schismatis fuere præludia, rescierit; hæc autem auctor Vitæ primæ Gregorii ita describit*: Porro ut etiam clareant et videantur, quæ, dicto currente tempore, Romæ contigerunt, est hic inferendum, quod Romani seu eorum officiales et rectores, suo vocabulo BANDARENSES duodecim capita regionum nuncupati, coadunatis sibi aliis quampluribus tam civibus, quam foraneis natione Italicis, adhuc vivente Gregorio, tamen infirmante, deliberaverant, succedente obitu ipsius omnino sic operari et facere, quod a cetero in Roma vel saltem in partibus Italiæ curia resideret et remaneret. Quod se non posse obtinere æstimantes nisi per electionem in Papam alicujus Romani vel Italici, continuatis et iteratis vicibus sua fecerunt consilia, in quibus firmiter decreverunt cardinales efficaciter requirere et hortari, requisitosque et hortatos forte suis votis non acquiescentes viis et modis omnibus eis possibilibus compellere et arctare, ut eligerent in Papam aliquem, qui esset Romanus vel Italicus natione *etc.*

AUCTORE J. B. *quod Avenione*

*Romam sedem Apostolicam*

204 *Sane etiam captu difficile est, qua de causa seipsum de exposita a se periculo Dei Ecclesia per suum ex Avenione discessum culpasset: id enim eo minus vero apparet simile, quo justiores habuit sui discessus causas: has Vitæ ejus auctor* E *æqualis, ne minima quidem, prout necesse non erat, mentione facta revelationum visionumve, ipsi a sanctis seu viris seu feminis indicatarum, ita exponit:* Prædicta autem durante tempestate fuit per litteras et nuntios speciales insinuatum dicto Gregorio Papæ, quod si ipse personaliter veniret ad partes Italiæ, confestim prædicta omnia recuperaret *(defecerant ab obedientia Pontificis Florentinorum malitia et spe libertatis pleræque juris Pontificii in Italia civitates, ut ante idem auctor memorarat)* et alia quæcumque præmissa ad statum debitum reducerentur, cessarentque machinata et procurata et tractata ultra tam contra statum suum, quam Ecclesiæ memoratæ, quæ secundum relationes et considerationes plurium majora ac pejora prioribus existebant. Ipse vero volens circa ea providere, et ipsis posse tenus obviare, deliberavit se transferre ad partes Italiæ memoratas suosque gressus dirigere versus Romam, cum etiam Romani, sui optantes præsentiam, causa ipsum ad hoc alliciendi multa et magnalia promitterent, se facturos in sui favorem et honorem, quam primum ad ipsos declinaret. Qui sic dispo- F suit facere et ordinavit, quamvis contra consilium et deliberationem quasi totius collegii et amicorum suorum, nempe Gallorum, sedem Apostolicam in Italiam transferri non cupientium. *Nisi igitur urgentes omnino causas discessum suum e Gallia exigere existimasset, cur contra amicorum omnium, quorum amantissimus fuisse scitur, in Italiam abiisset? Hæ autem, ut ex dictis liquet, fuerunt potissimum magnifica Romanorum promissa, et rebellium civitatum recipiendarum spes pluribus litteris et nuntiis facta. Cur ergo non falsis Romanorum promissis, non Italiæ civitatum juri suo subjectarum et Florentinorum pertinacia deceptum se dixisset, sed ab iis tantum seu viris seu feminis, qui, ut id faceret, religionis specie, ut Gerson loquitur, allaborarant? Quippe qui illi non suaserant, nisi* quod, *ut Spondanus ait*, etiam absque ullis cœlestibus visionibus cordati quique suasissent.

AUCTORE J. B. *transtulerat;*

205 *At, inquies, Gregorius sub vitæ finem in Gallias redire stutuerat eo, quod* modicum et quasi nullum fructum fecisset, *ut testatur apud Baluzium col.* 1223 *Thomas de Petra, dixisse Urbanum VI, seu quod falsis sese prædictionibus delusum esse conspiceret. Verum id existimare Gregorius videtur non potuisse : etsi enim tum necdum omnes Italiæ civitates, ut Natalis ait, ad officium rediissent, redierant tamen Bononienses, et jam pacis cum Florentinis, præcipuis horum motuum auctoribus, ineundæ spes affulgebat, quæ mox ejus mortem secuta est. Neque tempus, quo pacanda erat omnino Italia, adeo accurate prædictum Gregorio fuerat, ut propterea Petrus Aragonius, aut* S. Birgitta, *aut S. Catharina Senensis visiones capitis sui pro divinis Revelationibus illi venditasse dici potuerint : unde recte Spondanus :* Sed si non, quæ promiserant, potuerunt statim effectum suum consequi, quis in secreta dispositionis et providentiæ divinæ penetraverit? *Non Gregorius, Pontifex pius æque ac prudens : sed verosimilius omnino cum Papebrochio nostro in Propylæo Maii, ubi de*
B *Gregorio, existimo, hujusmodi sermones non a Gregorio, sed a Gallis eorumque sequacibus, qui translatam e Galliis in Italiam sedem pontificiam ægre ferebant, habitos et Gregorio fuisse affictos, iisque Gersonem pro suo in patriam affectu facilem nimis præbuisse assensum. Atque hæc quidem Gersonis narrationem universim suspectam faciunt : nunc singulatim de* S. Birgitta *dicendum, ac ostendendum, illam ejusmodi verbis generalibus, tametsi a Gregorio, in extremis constituto, prolata fuisse ponantur, verosimillime non fuisse notatam.*

*et ut id fecisset,*

206 *Obiit Romæ* S. Brigitta *anno* 1373, *quo tempore Gregorius Avenione morabatur : biennio circiter post a Gregorio civitates Italiæ defecerunt :* Eodem tempore *(anno* 1375, *inquit auctor æqualis Vitæ primæ Gregorii apud Baluzium col.* 434) communitas Florentina contra dictum Gregorium Papam et Romanam Ecclesiam insurrexit, doloseque et malitiose operata est, quod fere omnes civitates et loca alia, quæ ad dictam Ecclesiam in Italia pertinebant, ei se confœderaverunt
C et colligaverunt; ut amodo, excusso a se quocumque alio superiori vel domino, in sua libertate viverent et permanerent; factoque vexillo, in quo solum magnis litteris erat descripta LILERTAS etc : Sicque factum est, quod quasi uno contextu sive impetu omnes civitates, locaque et castra dictæ Romanæ Ecclesiæ adversus eam spiritum rebellionis assumpserunt *etc : tenuit vero hæc rebellio, dum, facta brevi post obitum Gregorii cum Florentinis pace, suis juribus Ecclesia restituta fuit. Hanc porro civitatum defectionem Gregorio* S. Birgitta *prædixerat jam inde ab initio Pontificatus ejus, imo et fore prædixerat, ut, nisi præfixo tempore, quod non fecit, Romam Gregorius tenderet, frustra dein conaretur illas ad officium reducere.*

*id quidem de S. Birgitta,*

207 *Ita diserte legitur lib.* 4 *Revelationum cap.* 140, *cui titulus :* Sequitur secunda visio, quam portavit *(Avenionem)* Dominus comes de Nola eidem Papæ Gregorio XI. *Sub finem vero dicti capitis hæc habentur :* Item dic episcopo meo eremitæ, quod claudat istam litteram et sigillet eam et postea scribat in alia papyro copiam ejus et ostendat eam copiam apertam illi abbati nuntio Papæ et Nolano comiti, ut ipsi legant eam et sciant, quid continetur in illa. Postquam vero illi illam legerint, dimittat eis supradictam litteram clausam sigillatam, quam ipsi statim mittant Papæ Gregorio D sine mora, sed copiam illam apertam postquam legerint, non dimittat eis, sed volo, quod dilaceret, et rumpat eam coram oculis eorum in frusta, quia sicut littera, quæ est una, dilacerabitur in multa frusticula, sic nisi Papa tempore et anno venerit præfixo in Italiam (*distulit autem usque ad annum* 1377) terræ Ecclesiæ, quæ sub una ejus obedientia et subjectione modo eidem obediunt, dividentur in plures partes in manus inimicorum. Et firmissime scias, quod in augmentum tribulationis ipsius Papæ non solum ipse audiet, sed et videbit oculis suis esse vera, quæ dico, nec poterit cum tota manu potentiæ suæ reducere terras prædictas Ecclesiæ ad pristinum statum suæ obedientiæ et pacis. *Nec Gregorius hæc ignoravit, cui dein* Birgitta, *ut cap.* 143 *legitur, per Alphonsum, ex episcopo Giennensi eremitam, anno* 1373, *mense Julio, prædixit, fore,* nisi veniret in Italiam, ut perderet non solum temporalia, sed etiam spiritualia, et sentiret tribulationem cordis, quamdiu viveret.

*dicere pe-* 208 *Eadem Gobelinus Persona tradit verbis* *tuisse.* E *pene iisdem Cosmodromii ætate* VI *cap.* 73, *qui sub ista tempora in aula Pontificia hæsit, duo his addens ; primum, abbatem illum anonymum, fuisse Gerhardum, abbatem Majoris Monasterii Turonensis, postea cardinalem, tum temporis in Italiam missum a Gregorio, ut Ecclesiæ illic thesauros colligeret : alterum vero, Gregorium quidem in Italiam se postmodum transtulisse, sed rebelles Ecclesiæ terras non recuperasse. Prædixerat igitur, ut supra dicebam, ipsi Gregorio non modo civitatum Italicarum amissionem, sed et illas Gregorium non recuperaturum, nisi prompte Dei voluntati, quod facere distulit, obtemperaret : utrumque suo dolore expertus fuit ; qua ergo veri specie* S. Birgittam, *cum in articulo mortis constitutus vera illam prædixisse, suis ipse oculis videret, accusare, ut volunt, potuisset, quasi vanis sese promissis decepisset, et capitis sui visiones sub revelationum divinarum nomine venditasset? Præterea ipsius Gregorii jussu non diu ante suam mortem anno* 1377, *ut supra diximus,* S. Birgittæ *revelationes accurate legitimeque discussæ fuerant et approbatæ, atque adeo credibile minus est, ipsum in articulo mortis de* F S. Birgitta *tam abjecte aut sensisse aut locutum fuisse.*

*non vidit.* 209 *Denique nihil hujusmodi in concilio Constantiensi, cui Gerson interfuit ; nihil in Basileënsi adversus* S. Birgittæ *revelationes in medium fuisse allatum scitur : vel si fuerit, ut frivolum vel ut haud sufficienter probatum, fuerit a Patribus rejectum ; qui alioquin verosimiliter, ut* S. Birgittæ *revelationes post acrem earum oppugnationem salvæ integræque consisterent, non fuissent tam facile permissuri. Absit ergo, ut Gersonis narrationi fidem habeamus, vel certe, ut hujusmodi umquam censura* S. Birgittam *a Gregorio XI notatam fuisse credamus. Atque hæc quidem de* S. Birgittæ *revelationibus universim dicta sufficiant, ut eas pro merito et citra imprudentiæ notam valeat quisque æstimare, atque dispicere, quanti apud Catholicos sint ponderis, et quo loco habere illas ipse possit. Illas singulatim proferre atque discutere operosum nimis fore arbitror et lectori haud gratum ; cujus proinde industriæ atque examini illas relinquo ; nonnullas tamen, ut subinde jam feci, singulatim deinceps attingam, si quando id rerum, quæ tractabuntur, argumenta postulare videbuntur.*

A

## § XV. Regulam Ordinis S. Salvatoris, Christo, ut pie creditur, dictante, S. Birgitta conscribit : an illa omni ex parte talis fuerit, qualis hodieque est.

*S. Birgitta accipit*

*Eo temporis spatio, quo* S. Birgitta *Alvastri post Ulphonis mariti obitum consedit, seu ab anno* 1344, *ut supra vidimus, usque ad annum* 1346, *ut videbitur infra, non frequentioribus modo ac illustrioribus seu visionibus, seu revelationibus, in specialem a Christo sponsam jam electa, honorari divinitus cœpit, verum etiam, quæ vitam religiosam jam ante meditata fuerat, condendo novo in ecclesia Ordini instrui et informari. Non unus hic favor fuit, quo tum a*
B *Deo affecta fuit : intellexit enim tum etiam e Christo, velle se in ecclesia sua ipsius* Birgittæ *ministerio novam vineam seu novæ Religionis Institutum condere, ut latius videre est apud Hormann. pag.* 697 *et sequenti, capp.* 2 *et* 3 *Regulæ Salvatoris præmissis. Quamquam Ordo ille serius, ut suo loco dicetur, fuerit institutus, ipso tamen anno* 1344 *vel uno e binis sequentibus futuri ordinis Regulas* in Suecia, *ut quidem habet Prologi titulus apud Hormann mox laudatum, verbotenus ab ipso Christo, ut volunt, edocta est.*

*Regulam S. Salvatoris*

211 *Ceterum Regulam illam* S. Salvatoris *dictam volunt, quod ab ipso Christo tradita fuerit, et peculiari quidem modo aliquo, non eo, quo ceterarum passim Religionum fundatores, post multas preces, jejunia, meditationes aliaque pietatis officia, et studia Spiritus Sancti numine afflati, Regulas suas labore proprio conscripserunt: sed verbotenus, nihil ad illas e proprio suo sensu conferente* Birgitta. *Ita legitur apud Hormann cap.* 30 *Regulæ Salvatoris pag.* 710, *col.* 2. *ubi inter alia Christus de hac Regula* S. Birgittæ *dixisse dicitur* : Ita et modo dico, hanc Regulam ex nullius hominis sensu dictatam fuisse, quam in spiritu audisti, per Papam confirmari
C debere, sicut alias Regulas, quæ ex humano sensu prius cõmpositæ fuerant, eodem Spiritu inspirante. *Hic discrimen habes inter Regulam S. Salvatoris, aliarumque Religionum Regulas, si modum, quo fuerunt conditæ, spectes. Qui vero* S. Birgittæ *Regula S. Salvatoris, nihil ad illam e proprio sensu conferente sancta Vidua etiam verbotenus dictata fuerit, exponitur ibidem col.* 1 *cap.* 29 *in hunc modum* : Deus omnium rerum creator benedicto ore suo omnia istius Regulæ verba tam mirabiliter et in tam brevi tempore mihi *(Birgittæ)* indignæ personæ retulit, quod alicui homini hoc non sufficio enarrare. Nec quidem possibile est alicui sine similitudine corporali comprehendere, qualiter in brevissima hora tot verba proferri possent, aut capi.

*a Christo*

212 *Sic igitur non gestam* S. Birgitta, *petito a rebus corporeis exemplo, quatenus potuit, pergit exponere :* Unde sicut si in aliquo vase res pretiosæ multæ et diversæ haberentur, quæ, dum de ipso vase insimul effunderentur,



tunc ab aliquo hoc vidente in uno momento unaquæque res ab alia discerneretur, tanto etiam tempore res illæ coram eo morarentur, ut unamquamque per se in sinum suum colligere posset : simili modo statim, quando Jesus Christus, qui apparuit mihi, sua benedicta labia aperuit et loqui cœpit, confestim in brevissima hora omnes articuli istius Regulæ, cum omnibus verbis, quæ in eis continentur, coram me erant, non quasi in aliqua charta conscripta, sed quali modo hoc fuit, ille solus novit, a quo tam mirabiliter audiebantur. Ex cujus mirifica virtute comprehendi potuerunt, et unumquodque ab altero a sensu meo discerni. Tanto denique tempore in illa visione morabar, donec omnia collegi in memoriæ meæ sinu, cooperante Christi gratia. *Habes modum, quo Christus Regulam Salvatoris, id est, si sic se habuerint omnia, vere suam,* S. Birgittæ *dictarit : accipe etiam, qui in litteras missa seu conscripta dein fuerit : ita pergit* Birgitta ; Post hanc autem visionem tanto erat cor meum fervore et jubilo impletum, quod non posset in illud plus intra-
re, si deberem amplius vivere, sed rumpere- E
tur præ gaudio. Sicut vesica vento aliquo nimis plena, sic utique cor meum erat per aliquos dies, donec omnes Regulæ articulos et verba, quæ in eis continentur, cuidam viro religioso, amico Dei, enarravi, qui omnia quam citius conscripsit. Quibus plene conscriptis, cor et corpus meum in naturalem dispositionem senserunt paulatim se redire.

AUCTORE J. B.

*dictatum, Pontificia tamen censuræ obnoxiam :*

213 *Imo tantum abest, ut Regulæ* Salvatoris *dictæ sanctæ viduæ de suo quidquam vel addere vel detrahere fas fuerit, ut id etiam illi Christus disertis verbis interdixerit : sic enim in eadem Regula apud Hormann pag.* 768 *col* 2 *cap,* 45 *Revelationum Extravagantium, Dei Filius illam allocutus legitur :* Dic illi (*Petro Alvastrensi*) quod scribat Regulam, a spiritu meo dictatam, sed cave diligenter, ne de spiritu tuo aut minuas aut addas, nisi ea, quæ tibi a me dicuntur. *Quispiam tamen fortasse mirabitur, quod* S. Birgittæ *non licuit, licuisse Petro, mox memorato, de quo Christus Revelationum Extravagantium cap.* 2 *dixisse legitur* : Cur frater ignorat ponenda et construenda ? Nonne ego ostendi sibi per te, quod famulus meus Benedictus habuit corpus suum quasi saccum, et qualis esse debeat habitus Benedicti ? Ideo propter infirmorum imbecillitatem ponat ipse utilia et necessaria, sed F
nulla superflua, et tollerandum erit. *Latior addendi aliquid S. Salvatoris Regulæ Petro facultas conceditur, dummodo id, quod addere vellet, ex approbatis aliorum Sanctorum Patrum institutis haustum esset, Revelationum Extravagantium cap.* 45 *his verbis* : Si vero scriptor aliquid de Regulis Patrum addiderit, ubi materiæ congruere viderit, et attractum spiritus mei solitum sibi adesse senserit, non est mihi ingratum, nam Benedictus et Franciscus et alii Patres more apum de Patribus suis multa constituerunt, et gratum est mihi, quia spiritum meum habuerunt. *Denique tam quæ Petrus a Christo* S. Birgittæ *dictatis addere vellet, quam quæ Christus dictavit, sedi Pontificiæ offerri probarique debuerunt, quod ex cap.* 30 *Regulæ Christus non venerit legem solvere, sed adimplere, atque adeo* Birgittam, *ipsiusque Ordinem, etsi Regulam ab ipsomet Christo dictatam accepisset, non secus tamen, ac ceterarum Religionum*

AUCTORE J. B.

*fundatores eorumque Ordines, Pontificiæ potestati subjectos esse voluerit.*

*fuerine eo modo dictata,*

214 *Atque ita quidem intelligi potest, quomodo Regula S. Salvatoris, aliqua saltem ex parte et certo quodam modo Petri, nempe Alvastrensis prioris, judicio, etiamsi quoad reliqua a semet ipso esset dictata, a Christo relinqui potuerit; maxime vero, qui penes sedem Pontificiam fuerit eam approbare, vel etiam in nonnullis mutationem illi adferre, quod et reipsa factum fuisse videbitur infra. At, sciscitabitur hic aliquis, quid de Regula S. Salvatoris a Christo dictata censendum? Hæccine vel integra, vel maximam saltem sui partem a Christo ipso et verbotenus profecta esse censenda est? Ita quidem legitur non modo locis, ex ipsa Regula Salvatoris et Revelationum Extravagantium capitibus supra citatis, sed etiam lib.* 4 *Revelationum cap* 127, *ubi Christi nomine* S. Birgitta *Urbanum Papam (V) ita jussa est alloqui* : Vade et dic ei ex parte mea... Ego obtuli tibi Regulam Religionis, quæ fundari et incipi debet in loco Vuatzsteno in Suecia, quæ de ore meo processit. *Et lib.* VII *cap.* 51 *imperatorem Carolum Bohemum ita Chri-*

B *stus alloquitur* : Scias etiam tu, qui imperium tenes, quod ego omnium Conditor dictavi unam Regulam monialium ad honorem amantissimæ Virginis, Matris meæ, et dedi illam isti Mulieri, quæ scribit tibi. Perlege igitur eam, et conare cum summo Pontifice, ut dicta Regula, ore meo proprio dictata, per eum, qui in mundo vicarius meus est, etiam apud homines approbetur, quam ego Deus coram exercitu meo cælesti approbavi.

*plane certum non est, credi*

215 *Hæc vero Pontifici Urbano V renunciasse ipsammet* S. Birgittam, *cum confirmari Regulam S. Salvatoris ab eo petiit, ex Urbani VI Bulla infra ostendam; ut proin non dubitaverit ipsa* S. Birgitta, *quin Salvatoris Regula sibi a Christo, exceptis forte paucis, e Petro Priore additis, dictata fuerit. Idem Alphonsus, Giennensis olim episcopus, censuit, qui in Prologo Cœlestis Imperatoris ad reges cap.* 4 *ita in hanc rem scribit* : Et tali modo habuit, quasi in momento totum librum quæstionum, qui est quintus liber in numero inter libros cælestis voluminis, et Regulam etiam Salvatoris monialium ei revelatam. *Sic et Salvatoris Regulam* revelatam a Deo *appellat ca-*

C *nonicus Bonnensis, qui Vitam* 2 *Urbani V scripsit, apud Pagium tom.* 1 *Vitarum Pontificum Avenionensium col.* 412, *ubi de* Birgittæ *ad Urbanum accessu agit. Verum Bonifacius IX in Bulla Canonizationis consulto, ut apparet, silere ea de re voluit, ita de Vastenensibus religiosis loquens :* Qui tam moniales, quam fratres certas Constitutiones, per ipsam beatam Viduam editas, et postea per sedem Apostolicam approbatas, observare tenentur. *Monasterii Vastenensis Constitutiones a* S. Birgitta *editas quidem affirmat, sed a Christone dictatæ sint, non attingit.*

*tamen pie potest*

216 *Urbanus VI in Bulla* : His, quæ pro divini cultus augmento, *anno* 1 *Pontificatus sui data, ait, Constitutiones quasdam a* S. Birgitta *dum viveret,* ex revelatione divina *factas et ordinatas; sed addit* ; ut creditur : *quibus verbis, etsi Constitutiones illas a Christo dictatas fuisse, non definiat, satis tamen, ut supra dicebam, tamquam tales a* S. Birgitta *Urbano V fuisse oblatas, vel sibi certe a S. Catharina,* Birgittæ *filia, ad cujus preces Bullam istam concessit, videtur innuere. Præterea in Synopsi approbationis et confirmationis etc. Ordinis S. Salvatoris editioni Revelationum Birgittinarum Coloniensi* D *præmissa* § 2 *hæc Martini V ex Bulla, quam* mare Anglicanum *Birgittini vocant, verba citantur* : Ad Regulam et Constitutiones B. Birgittæ cœlitus, ut pie credendum est, revelatas *etc : Anno* 1417 *archiepiscopi et episcopi Sueciæ communi nomine ad concilium Constantiense litteras dedere (vid. Diarium Vastenense a Benzenio anno* 1721 *Upsaliæ editum pag.* 200 *et seq.) quibus Brynulfi, episcopi Scarensis et Ingridis monialis canonizationem commendabant : in his autem regulares Constitutiones* S. Birgittæ sub nomine et vocabulo REGULÆ S. SALVATORIS a Dn. nostro Jesu Christo beatæ Brigidæ divinitus revelatæ *dicuntur : sed addunt pariter Sueciæ præsules,* ut pie credimus. *Quamquam igitur haud omnino indubitatum appareat, Regulas Birgittinarum, seu* S. Salvatoris *dictas a Christo* S. Birgittæ *modo singulari, supra exposito, fuisse dictatas, præstat tamen tales, saltem quantum ad potiorem sui partem fuisse, cum dictis Pontificibus, Sueciæque presulibus pie credere, quam eas tales fuisse præfracte temereque inficiari, forte non absque aliqua* SS. Birgittæ *et Catharinæ injuria,* E

sed illa

217 *Exstat Regula Salvatoris, editis Revelationum* S. Birgittæ, *quorum non semel meminimus, libris inserta cum hoc titulo* : Regula S. Salvatoris, data divinitus ab ore Jesu Christi devotæ sponsæ suæ S. Birgittæ de regno Suetiæ. *At talisne revera fuit omni ex parte Regula a Christo* S. Birgittæ, *ut pie creditur, dictata, et Urbano V ab ipsamet* S. Birgitta *(ut suo loco videbitur) oblata, qualis in laudatis Revelationum* S. Birgittæ *librorum editionibus exhibetur? Est, cur oppositum videri possit : nam postquam scriptas a se Regulas* S. Birgitta *Urbano obtulerat, et approbationem earum qualemcumque obtinuerat, variæ in illis dein factæ videntur immutationes, sive a Petro Priore, sive a Romanis illarum examinatoribus, quas, approbatas tamen a summis Pontificibus Regulæ S. Salvatoris, servato titulo paulo ante transcripto, modo insertas legimus. Juverit hac in re audire loquentem ipsum Urbanum V de monasterio Vastenensi in Bulla supra cit., qua dicti monasterii erectionem approbat secundum* S. Birgittæ *vota et postulata. Sic autem loquitur Urbanus V.* Sane oblata nobis pro parte dilectæ in Christo filiæ, nobilis mulieris Birgittæ, relictæ quondam Ulphonis de Ulphason, F militis, viduæ, Lyncopensis diœces. petitio continebat, quod ipsa, pio et zelanti affectu, terrena in cœlestia, et transitoria in æterna felici commercio commutare * ad honorem et sub vocabulo beatæ Mariæ Virginis gloriosæ, de bonis sibi a Deo collatis in oppido Watzstenoni præfatæ diœces. unum monasterium, divina sibi adspirante gratia, sub spe licentiæ, a Sede Apostolica obtinendæ, sumptuoso utique opere jam inceptum (pro sexaginta monialium seu sororum, illarum abbatissa in hujusmodi sexagenario computato * numero, quæ Majestati divinæ ac Virgini antedictæ sub regulari habitu, perpetuum et devotum sinceris mundisque mentibus, castisque corporibus exhibere habeant famulatum) ad consummationis seu perfectionis finem deducere cupit. *En monasterium unum, quod pro sacris virginibus condere inceperat* S. Birgitta : *sed et in hujus gratiam aliud virorum, et quidem separatum a priori, condere decreverat.*

* supplevi lens

* computo

218 *Sic enim prosequitur Urbanus V.* Et aliud

*non omni ex parte* liud separatum ab illo, in eodem oppido pro decem septem fratrum (computato in dicto numero ipsorum Priore, qui eis in spiritualibus tantum præsit) per quos abbatissa monialesque prædictæ, quæ pro tempore fuerint, possint divinorum auditionis, salutiferæ prædicationis, et eruditionis pabulo refici, et in spiritualium necessitatum suarum casibus seu articulis adjuvari: ac pro octo Conversorum habentium dictis Fratribus deservire, usibus et separatis habitationibus fundare intendi, atque construere, et pro personarum in iisdem monasteriis pro tempore degentium sustentatione congrua, et aliorum incumbentium eis supportatione onerum sufficientem dotem etiam assignare, ac utrumque ipsorum monasteriorum, regularesque personas in utrolibet ipsorum pro tempore degentes Ordinis S. Augustini esse intendit, et personas ipsas secundum regularia ipsius Ordinis vivere instituta. *Itaque ex Urbani verbis colligi videtur*, S. Birgittam *post revelatam sibi (ut hic ponimus) oblatamque Pontifici Regulam duo diversa monasteria, et quidem separata, alte-*
B *rum monialium, virorum alterum condere voluisse; quorum alterum, nempe monialium, jam inceptum erat; alterum vero, virorum scilicet, nondum etiam inchoatum: et quidem ita separata, ut non modo diversis locis essent collocanda, etsi verisimiliter haud multum distantibus, sed etiam utrique de diversis campanilibus, ecclesiis, cœmeteriis aliisque ad monasteria plane diversa necessariis ædificiis prospiciendum foret.*

*fortassis eadem fuit,* 219 *Ita rursum ex Urbani V verbis, quibus ea in re archiepiscopum Upsalensem, et Strengensem ac Vexionensem commissarios constituit, videtur colligi. Sic habent*: Nos itaque ipsius *(Birgittæ)* supplicationibus inclinati fraternitati vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum, si, in quo est, ut præmittitur, dicti monasterii monialium fabrica jam incepta, nec non in quo dictum monasterium fratrum fundari et construi per dictam Birgittam intenditur, loca ad hæc vobis videantur apta et congrua ac honesta, attentis circumstantiis universis, quæ circa hæc attendendæ fuerint (super quibus concientias vestras oneramus) dictaque
C loca ad ipsius Birgittæ personam pertineant, vel per eam justo titulo acquirantur, vos, dote sufficiente pro dictis sustentatione personarum et supportatione onerum præfatorum, ad vestrum, vel duorum, vel unius vestrum discretum arbitrium primitus assignata, eidem Birgittæ, monialium, jam, ut præfertur, incœptum perficiendi. Fratrum vero, monasteria prædicta fundandi et construendi cum ecclesiis, campanilibus, campanis, cœmiteriis et aliis necessariis officinis, ita quod utrumque monasterium cum suis ædificiis ab altero sit discretum, plenam et liberam licentiam largiamini, et omnimodam potestatem.

*qua in libris* 220 *Itaque Urbani V Bulla docet*, S. Birgittam *anno* 1370, *quo Regulam suam Christo dictante jam diu scripserat, probarique ab eodem Pontifice petierat, ut ex eadem Bulla non obscure eruitur, propositum sibi habuisse, duplex monasterium in eodem oppido Vastenensi feminarum unum, virorum alterum, condere, quæ non loco tantum, sed etiam ecclesia, cœmeterio, ceterisque ædificiis essent diversa. At si Regulam S Salvatoris, prout modo variis in libris Revelationum* S. Birgittæ *typis edita exstat, consulamus, Christus ipsi non monasteria duo condere, sed unum tantum, sub duplici tamen claustro, quorum unum moniales, alterum viros contineret, præceperit, atque unam eamdemque ecclesiam utrisque communem, ita ut pars superior feminarum, inferior virorum, contra ac in Bulla Urbani est expressum, usui cedere debuerit: nam in Regula S. Salvatoris, dictis libris inserta, monasterii Vastenensis mentio frequenter fit quidem, sed unius tantum, non duorum, secus ac sit in Bulla Urbani V. Ubi vero habitationis Fratrum mentio fit, hæc non monasterium, sed* curia *appellatur, quemadmodum fit cap.* 12; *e quo etiam perspicuum est, voluisse Christum, ut una eademque ecclesia, modo jam dicto, tam feminarum, quam virorum usui cederet.*

AUCTORE J. B.

*revelationum* 221 *Capitis* XII *titulus est*: Christus determinat hic numerum monialium et sacerdotum et diaconorum ac etiam conversorum, servientium dicto conventui *(non conventibus)* et ordinat habitationem eorum, et chorum, ubi se- E
dere et stare debeant tam mares, quam feminæ. *Tum proxime hæc sequuntur*: Sorores erunt sexaginta, quæ clericos habebunt, qui quotidie de tempore Missam et Officium, quod habetur in ecclesiis cathedralibus illarum terrarum, in quibus hujusmodi monasteria sunt, decantabunt. Ipsi quidem a monasterio sororum sunt omnino exclusi, unam per se habentes curiam, in qua habitabunt, et de curia introitum in ecclesiam et chorum inferiorem habebunt. Chorus vero sororum erit superius sub tecto. Ita tamen, quod Sacramenta videre et Officium audiri valeant. *Num binas Regulas, et sibi contrarias Christus* Birgittæ *dictavit*; Birgitta *vero Urbano probandas obtulit? Neque alteri præterea Pontifici Regulam aliam sibi a Christo revelatam obtulisse scitur: illud vero nemo, ut opinor, dixerit; reliquum ergo est, ut Regula Salvatoris, quæ modo in impressis Revelationum* S. Birgittæ *voluminibus visitur, a Regula Salvatoris, quam unicam Urbano V per se* S. Birgitta *probandam obtulit, hac in re diversa esse videatur.*

*modo legitur,* 222 *Neque vero in hac dumtaxat re Constitutiones* S. Birgittæ, *quas ipsa Urbano V obtulit, sed et in variis aliis mutationem deinceps passæ videntur. Urbanum V oblatas sibi a* S. Birgitta *Constitutiones Bullæ suæ aut inseruisse, aut subnexuisse, docent hæc inserta Bullæ verba*: Salvis Constitutionibus omnibus infrascriptis. *Has editionis Coloniensis Revelationum* S. Birgittæ *editor, ubi de Fundatione Ordinis S. Salvatoris agit, et Bullam Urbani V exhibet, verosimiliter ob prolixitatem omisit, nec mihi cum Constitutionibus,* S. Birgittæ *Revelationum voluminibus insertis, conferre licuit. Vidit illas auctor libelli de Fundatione seu institutione solida monasteriorum simplicium S. Salvatoris,* S. Birgittæ *vulgo dicti etc anno* 1677 *Duaci apud Mariam Serrurier typis in lucem editi, qui cap.* I, *pag.* 4 *et binis seqq. præter discrimen, cujus paulo ante mentionem feci, alia etiam exhibet, citatis, unde hausta sunt, fontibus, inter Regulam a* S. Birgitta *Urbano V oblatam, quam* primam *vocat, et ejusdem Sanctæ Regulam libris Revelationum insertam ab Urbano VI deinde approbatam, quam* secundam *nominat, descrimina: en illa ipsis auctoris sui verbis expressa.*

223 Primo

auctore J. B. est allata

223 Primo regula *(ab Urbano V approbata)* seu prima ubique exprimit duo monasteria formalia, unum monialium, alterum virorum separatum ab illo, in eodem oppido Wastenensi cum suis particularibus et propriis ecclesiis, campanilibus, cœmeteriis, hortis etc: secunda vero non exprimit nisi unicum monasterium, illudque monialium, et unicam ecclesiam: residentiam vero fratrum facit contiguam omnino ecclesiæ et monasterio monialium, et nominat illam CURIAM FRATRUM. *Probata hæc paulo ante habes : citat vero auctor illa Bullar. fol.* 183 *per totam illam Bullam. Item fol.* 7. 10. 16. Vers. 18. 21. Secundo, *inquit,* prima superiorem fratrum vocat PRIOREM, secunda nominat CONFESSOREM GENERALEM. Prima vult, ipsum de triennio in triennium a conventu suo eligi, et ab abbatissa confirmari. Secunda vult, tam abbatissam, quam confessorem ab omnibus monialibus et fratribus simul eligi, et ab episcopo loci confirmari: tam autem illa, quam ille sunt perpetui in suis officiis ex privilegiis Apostolicis a Religione de post obtentis; Regula secunda nihil disponente
B de duratione prædictorum officiorum. Bull. fol. 188. Vers. 18 et 100. Tertio prima Regula disponit, quod tam fratres, quam sorores debeant facere annum probationis ante professionem in habitu regulari et intra monasterium. Secunda vero e contra disponit, quod per annum, et quidem non tantum extra monasterium, sed etiam in habitu sæculari debeat probari eorum et earum constantia, et, quod, anno hujusmodi finito, in die suæ vestitionis debeat emittere professionem, renuntiantibus prius tam conventu, quam professionem anno probationis in aliis religionibus observari solito. Bullar. fol. II. Vers. 12. 185.

*hic exempla*

224 Quarto jejunia tam fratrum, quam monialium in utraque Regula plurimum inter se differunt. Bullar. fol. 10. Vers. 187. 188 Vers. Quinto prima quoad cæteras observantias Ordinis, quæ non sunt in illa specificatæ, vult, ut utrumque monasterium vivat secundum instituta regularia Ordinis S. Augustini. Secunda vero ordinat, ut alia necessaria ad observantiam regularem, quæ non sunt in dicta secunda Regula contenta, assumantur ex Regulis seu observantiis Ordinis SS. Benedicti, vel Bernardi.
C Bull. fol. 27. 183 et 183 Vers. Sexto prima statuit, quod moniales, antequam admittantur ad habitum religionis, debeant attigisse annum ætatis decimum octavum. Fratres vero illum antea explevisse. Secunda vero vult, ut moniales ante annum decimum octavum non recipiantur, et fratres ante vigesimum quintum. Bullar. fol. 24 185. Vers. et 188. Septimo prima indicit clausuram monialibus, fratribus vero minime, relinquens illos in observantia Ordinis S. Augustini, qui clausuram non servat: immo disponit, quod temporalia administrentur per religiosos a priore et conventu fratrum eligendos, et ab abbatissa, quæ præsidet in temporalibus utrique conventui, approbandos. Secunda vero indicit clausuram non tantum monialibus, sed etiam fratribus. Bullar. fol. 183 et 183. Vers. 185 et 189. Vers.

*videntur suadere ;*

225 *Quæ si sic se habeant; ut abs dicti libelli auctore sese habere dicuntur, non uno sane ex capite differre videtur Regula Salvatoris a* S. Birgitta *Urbano V oblata, et a Christo, ut pie creditur, revelata ab ea, quæ supradictis editisque in lucem Revelationum voluminibus inserta con-* D
*spicitur, etsi et hæc in præfixo sibi titulo a Christo revelata dicatur, ea forte de causa, quod, cum alia pleraque in ea relicta sint, quæ in Regula a* S. Birgitta *Urbano V oblata et Christo revelata continebantur, earum editores, pari utramque titulo exornare, fas sibi esse putaverint. Minus tamen sic probandum esset, iis articulis etiam seorsim qui postmodum quidem legitima auctoritate fuissent immutati, sed propterea a Deo revelati non fuissent, ea præfixa insertave legi verba, quibus et ipsi a Christo revelati indicantur. Exempli causa capite supra citato hæc:* Christus determinat hic numerum monialium *etc. Capite* 22*:* Christus disponit hic de ætate, quam debeant habere moniales *etc. si vera sunt, quæ supra discrimine primo et sexto ea de re dicta sunt, et sic de reliquis.*

*mutatio pro, ut quæ nihil, legitime facta est.*

226 *Si porro quæratur, quibus in opinione mutatæ Regulæ auctoribus, et quo tempore in Regula S. Salvatoris* S. Birgittæ *revelata, ab eaque Urbano V oblata, sit facta mutatio; contigerit illa verosimillime post* S. Birgittæ *obitum, Petro Alvastrensi auctore, eo nimirum temporis spatio, quod ab obitu* S. Birgittæ *usque ad* E
*approbatam ab Urbano VI anno* 1379, *ut post dicetur, Regulam effluxit : nam Petro quidem divinitus fuisse concessum, ut, quæ ad rem facere existimaret, Regulæ adderet, jam vidimus supra: atque hinc fortassis arbitratus fuerit, penes se quoque esse, aliquam hinc inde revelatis a Deo* S. Birgittæ *Constitutionibus, justis tamen de causis et ab Apostolica sede approbandis, immutatione afferre. Sic loco duplicis ecclesiæ etc. unicam tam feminis, quam viris propriam, substituere sibi licitum putarit, ne faciendi sumptus excrescerent nimium. In partem etiam factarum in Regula Salvatoris mutationum fortasse venerint, qui ad illam examinandam ab Urbano VI deputati fuerunt, quique illas saltem suo calculo approbarunt. Nihil hac in re certo pronunciare velim: quamquam enim probabile existimem, non facile passuram fuisse* S. Birgittam, *ut se viva et vidente Regula a Christo sibi revelata mutaretur, et creditu difficile videatur, aliam ab ea Urbano V fuisse oblatam Regulam, ac illam, quam a Christo acceperat; fieri tamen potuit, ut licite a Petro Alvastrensi fiere posse crediderit mutationes aliquas, quas* F
*Urbanus V probarit, sed dein sustulerit Urbanus VI. Fieri etiam potuit, ut Christus* Birgittæ *Regulam ita revelarit, ut aliquot ejus articulos non plane determinarit, sed Pontifici determinandos reliquerit; E. C. ut Vastenæ vel duo monasteria conderet plane diversa, vel unum, sic tamen, ut septis claustrisque a viris fœminæ separarentur: quo pacto tam Regula Urbano V, quam Regula Urbano VI oblata a Christo revelata dici potest.*

## § XVI. E Suecia Romam migrat.

*Christi jussu*

Posteaquam *biennio aut eo etiam amplius* S. Birgitta, *marito privata, sed a Christo in sponsam accepta, tenuem quidem victu et vestitu, cœlestibus tamen meditationibus suavem, favoribusque divinis cumulatam vitam Alvastri duxerat, ac jam instituendi a se Ordinis Regulam, a Christo, ut*

A *ut volunt, dictatam, et in litteras a Petro Alvastrensi missam acceperat, Romam divino mandato properare jussa est. Sic enim Revelationum Extravagantium cap.* 8 *Christus* Birgittam *Alvastri morantem alloquens inducitur* : Vade Romam et manebis ibi, donec videas Papam et imperatorem, et illis loqueris ex parte mea verba, quæ tibi dicturus sum. *Addit mox Petrus Alvastrensis* : Venit igitur Sponsa Christi Romam anno ætatis suæ XLII (*Christi* 1346) *uti diserte legitur in Vita ejus abbreviata apud Hormann pag.* 801 *col.* 1. Et ad præceptum ivit Romam anno Domini MCCCXLVI. *Et in Diario Vastenensi ad eumdem annum* : Beata Birgitta ibat Romam juxta præceptum Christi. *Birgerus quoque*, S. Birgittæ *biographus itineris hujus Romani, Christi præcepto ab illa instituti, his verbis meminit* : Transactis fere duobus annis, postquam Sponsa Dei venit ad monasterium (*Alvastrense*) præcepit ei Christus laborem peregrinationis assumere, familiariter ita dicens : Vade Romam, ibi platee strate sunt auro et rubricate sanguine Sanctorum, ubi propter indulgentias, quas promeruerunt sancti Pontifices orationibus suis, compendium est ad cœ-

B lum.

*Romam* 228 *Haud minus diserte, divino mandato id itineris a* S. Birgitta *fuisse susceptum, testatur Bonifacius IX in Bulla canonizationis* : Sancta autem Vidua, *inquit*, quæ ab ineuntis ætatis principio Deo dicata fuerat, ut jejuniis et orationibus indefesse vacaret, soluto conjugio et sui juris effecta, quasi navis institoris de longe portans panem suum, a Spiritu sancto prænonita, egrediens de terra et cognatione sua ad almam Urbem... perrexit. *Denique Romam abiisse* S. Birgittam, *posteaquam Regula S. Salvatoris descripta jam erat, legitur cap.* 41 *Revelationum Extravag. in hunc modum* : Christus filius Dei loquitur. Jam Regula descripta est, jam flores ejus appositi, et colores ordinati, vade nunc ad locum, ubi visura es Papam et imperatorem. Nam hæc Regula procedet quasi lumen et lucerna, et coarctabit se, ut proficiat, donec tertius fructus ostendet se, qui conteret aristas et purum granum recondet in horreum suum : *e quibus verbis etiam intelligitur*, S. Birgittam *non modo Romam petere divinitus jussam, conscripta jam Regula, sed jam tum etiam didicisse e Christo,*

C *fore ut hæc a Pontifice probaretur, et uberes suo tempore fructus procrearet. Finis autem itineris fuit, ut partim ex jam allatis, partim ex dicendis palam fiet, ut Regulæ suæ, et Ordinis approbationem promoveret, ut indulgentias, quarum ingens copia Romæ esset, lucraretur; ut proximorum saluti, ac totius Ecclesiæ bono pro viribus insudaret, dum Pontifices, reges, principes, et cujusvis generis homines muneris sui, sic Deo mandante, libere simul et fortiter admoneret.*

*forte cum aliquot* 229 *Romam porro petentem comitati, vel eo postmodum illam secuti videntur in primis Petrus Alvastrensis et Petrus Olavi, primus dein Vastenensis confessor : ita enim videtur innuere Alphonsus in Prologo libri* 8 *Revelationum cap.* 3 *sequentibus verbis* : Et sic ad Romam peregrinando (*Birgitta*) devenit ad standum ibi in vita pœnitentiæ et ad visitandum humiliter limina Apostolorum et reliquias aliorum Sanctorum, donec Christus ei aliud præcepit, habens semper secum alios duos seniores antiquos, et maturos, virtuosos ac virgines et expertos patres spirituales, qui usque ad mortem eam secuti sunt. *Petrus Olavi non modo* S. Birgittæ *a confessionibus fuisse, sed et plus quam triginta annis individuus itinerum ejus comes fuisse legitur in Diario Vastenensi ad annum* 1408 : *idem apud* S. Birgittam *egit, cum matrem quinquennio ante Romam profectam, S. Catharina invisit, ut tom.* 3 *Martii pag.* 507 *Ulpho, S. Catharinæ biographus scribit : idem denique anno* 1350, *quo Jubileum celebratum fuit, ibidem peregrinorum confessiones excepit ex cap.* 71, *illique subnexa Additione lib.* 6 *Revelationum. Tertius forte* S. Birgittæ *in itinere Romano comes fuit Magnus Petri, alter post Petrum mox dictum Vastenensis confessor generalis et canonizationis* S. Birgittæ *sedulus promotor, de quo ad annum* 1396, *quo obiit, Diarium Vastenense* : Hic primo uxoratus fuit, deinde veniens Romam cum S. Birgitta, adhuc ipsa vivente, ibi per plures annos stetit, quam etiam ad terram Sanctam secutus est. *His forte addendus præterea est Gudmarus Frederici, presbyter, qui in Diario Vastenensi ad annum* 1389 S. Birgittæ *capellanus fuisse dicitur, eamque Roma Hierosolymam secutus; etsi nulla isthic itineris Romani, abs illo una cum* S. Birgitta *instituti, mentio fiat.*

AUCTORE J. B.

E

*comitibus,* 230 *Dominæ cujusdam Sueciæ, quæ* S. Birgittam *pariter Romam euntem comitata et Mediolani defuncta est, meminit, sed suppresso ejus nomine, Petrus Alvastrensis Revelationum Extravagantium cap.* 101, *de qua hujusmodi narrat historiam* : Domina quædam de Suetia sequens beatam Birgittam ad Romam, timensque inconstantiam mariti sui, rogavit beatam Birgittam, quod Deum pro marito suo oraret. Cui oranti Christus apparens dixit ei : Ite, ne moveamini ab itinere et proposito sancto, ego enim abbreviabo isti mulieri iter. Ego præparabo corpus, ut, cum saccus exhanstus fuerit, anima impleatur dulcedine, maritus vero habebit desiderium suum. Igitur cum venissent Mediolanum, Domina ista infirmata obiit in pace. Qua sepulta, Domina Birgitta orando rapta fuit in spiritu, et audivit diabolum conquerentem super anima illius, quia non adjudicabatur sibi. Cui Christus tunc dixit : Vade. Si tu purgasti eam, affligendo saccum (*seu corpus ejus*) jam ego animam, quæ intus jacebat, possidebo et honorabo. *Gobelinus Persona Cosmodromii ætate* 6, *cap.* 72 *S. Catharinam Matrem* F Birgittam *comitatam ait, ac cum illa Romam venisse, sedente Avenione Clemente VI.* Hujus temporibus, *ait*, claruit Romæ fœmina quædam Brigida, a vulgo BRIGITTA nominata, quæ de regno Sueciæ post mortem viri sui, cujusdam principis regni illius, cum filia sua Romam venerat peregrinationis causa et ibi vitam cœlibem duxit : *sed errat Gobelinus, etsi scriptor synchronus; nullos enim matrem suam hoc itinere liberos fuisse comitatos, mox dicenda aperient : Catharina vero tempore Clementis VI Romam venit, sed a matris suæ* Birgittæ *in Urbem adventu* elapsis fere quinque annis, *vel saltem tribus, ut in ejus Vita Ulpho monachus et scriptor synchronus testatur loco supra laudato.* Birgittæ *Burlamachius lib.* 2 *cap.* 1 *hoc in itinere socium addit Birgerum filium : at hic Matrem invisit Romæ, cum hæc isthic morata fuisset jam annis aliquot, ut colligitur ex Margaretæ abbatissæ Vastenensis verbis, quæ num.* 70 *recitavi.*

231 *Quam*

AUCTORE J. B. *relicta patria cognatisque;*

231 *Quam arduum fuerit hujusmodi præceptum, ut nimirum marito suo privata, relicta cognatione sua et patria, ac amantissimis potissimum liberis, ex eximio, quo in hos ferebatur, amore, metiri licet : hæc tamen Dei voluntati post habuit, paruitque generoso animo Christi ita jubentis præcepto, quamquam vim aliquam, id ut faceret, inferre illam sibi debuisse, satis colligatur ex Revelationum Extravagantium cap.* 95, *ubi hæc* : Contigit semel in monasterio Alvastri, quod animus beatæ Birgittæ, cum itura esset Romam, accendebatur ad amorem filiorum suorum, compatiens relinquere eos, quasi orbatos consolatione materna. Timens etiam, quod post ejus recessum audacius offenderent Deum in aliquo, quia juvenes erant, divites et potentes. *Sed hunc erga filios amorem amori Christi posthabere didicit : en quo pacto* : Et tunc vidit in visione *(ita habent reliqua citati cap. verba)* unam ollam positam super ignem, et quemdam puerum sufflantem prunas, ut olla accenderetur, cui dixit beata Birgitta. Cur tantum inflare conaris, ut succendatur olla? Respondit puer : Ut B amor filiorum tuorum magis accendatur, et inflammetur in te. Beata Birgitta respondit : Quis *(inquit)* tu es? Cui ille : Ego, inquit, sum negotiator. Tunc ipsa intelligens, amorem aliquem inordinatum in corde suo existere ad filios, statim correxit se, ut nihil præponeret amori Christi.

*cui sese postmodum junxit*

232 *Paruit itaque Christi præcepto* S. Birgitta, *ac relicto, quidquid sibi in Suecia carum erat, Romanum iter arripuit; et jam effluxerat quinquennium circiter, ex quo Romæ habitans liberorum suorum neminem viderat, quamvis adesse sibi optaret* S. Birgitta, *qui sibi in arduis familiæ suæ negotiis adjumento esset et solatio : tum tandem, id est, sub annum* 1350 *Christus illi promisit, adfuturam illi e Suecia personam, quæ esset e votis ejus; venitque in Italiam, Matrem bona mariti sui venia invisura, S. Catharina ejus filia, comitata Domino Gorstago Thunasson, rei bellicæ in Suecia præfecto et duabus dominabus Suecicis : hausta sunt hæc omnia ex Ulphone, monacho Vastenensi et scriptore Vitæ S. Catharinæ tom.* 3 *Martii pag.* 507 C *numm.* 9, 10 *et* 11 *Vitæ ejusdem Catharinæ : hujus in Urbem adventum idem Ulpho ita describit num.* 12 *et seq.* Transito mari cum difficultate magna, his supradictis comitata, per terras Alemanniæ et Italiæ in mense Augusto Romam pervenit. Eo denique tempore et Deo digna mater ejus B. Birgitta apud Bononiam in monasterio Sarpensi (*forte Farfensi*) ad correctionem abbatis et conventus ejusdem loci, ex præcepto Christi aliquamdiu moram traxit, cum venerabili patre suo spirituali Domino Petro Olavi et paucis aliis de familia.

*Catharina filia, migrat;*

233 Domina vero Catharina cum sua comitiva quærebat Matrem suam in Roma per continuos octo dies, multum anxia, quia, quo divertisset, scire non poterat. Interea Dominus Petrus, confessor B. Birgittæ, quosdam mirabiles motus et instinctus quarumdum affectionum in anima persensit, in tantum eum agitantes Romam transire, quod pro eorum vehementia dormire seu comedere non posset, donec arriperet iter versus Romam; qui a B. Birgitta, quamvis invite dimissus, celeriter ad Urbem pervenit, et in ecclesia S. Petri dominæ Catharinæ et comitivæ ejus occurrens, excepit eos cum gaudio magno; cognoscens vero, quia Dominus acceleravit iter ejus propter consolationem D eorum. Sequenti vero die ad visendum dominam Birgittam una cum domino Petro ad monasterium prædictum repedarunt. Suscepti reverenter ab abbate loci illius propter devotionem dominæ Birgittæ, cujus exhortationibus sanctis ad meliorem vitam jam conversus fuerat, per aliquot dies ibi insimul steterunt. Sed ad consilium B. Birgittæ iterato Romam venientes, multum humiliter per stationes et limina Sanctorum peregrinationes suas compleverunt. *Eo acceptior* S. Birgittæ *Catharinæ filiæ suæ adventes accidere debuit, quo hæc matri erat virtute similior : at paucæ vixdum effluxerant hebdomadæ, ut Ulpho narrare pergit, cum reditum ad maritum in Sueciam Catharina meditabatur : ægre id admodum* S. Birgittam *habebat : quare ad preces conversa a Christo audivit e voluntate sua esse, ut apud Matrem Catharina remaneret, mansitque deinceps, cum etiam paulo post maritum suum in Suecia diem suum obiisse, intellexisset. Si itaque aliquamdiu durum* S. Birgittæ *fuit liberorum suorum aspectu consortioque carere, dolorem illum divina pietas, cum sibi placuit, mitigare non præ-* E *termisit. Sed ad* Birgittam, *e patria sua discedentem, redeamus.*

234 *Scribit Burlamachius num.* 230 *citatus* S. Birgittam, *e Suecia abeuntem, monasterii Vastenensis regimini admovisse Elizabetham comitis Holsatiæ sororem, quam jam tum in suo contubernio habuerit : secutus est Burlamachius ducem infidum, Albertum Krantzium lib.* x *Saxoniæ cap.* 13 *ita loquentem* : Birgitta quoque insignis sanctitatis fœmina, quæ memoriam suam Romæ fertur in ecclesia S. Pauli reliquisse, reversa in Sueciam, patriam suam, extruxit suis sumptibus monasterium Wasteen (erat enim magno genere militari nata) ibique in sancta conversatione degens, hoc tempore (*sub Bonifacio IX, anno tantum* 1389 *ad pontificatum evecto*) subvolavit ad Christum, miraculis clarescens : jam tunc Elisabeth sororem comitum Holsatiæ, sacram virginem, in contubernio habens, quam pro se reliquit loci gubernatricem. *Quasi vero* S. Birgitta, *cum anno* 1346 *Sueciam reliquisset, eo umquam redierit postea, ac non Romæ, sed Wastenæ obierit, ac monasterium istud jam tum, cum Romam peteret, exstiterit,* F *quæ omnia a vero prorsus aliena esse, ex postmodum dicendis manifestum evadet. Verosimilius est, quod de adito a* S. Birgitta, *Romam abeunte, anno* 1345 *seu sequenti Scarensi oppido Burlamachius tradit.*

*nondum ex dito Vastenæ monasterio.*

235 *Etenim lib.* 6 *Revelationum cap.* 31 *fertur* S. Birgitta *cujusdam animam in cœlum instar sideris fulgidi avolantem conspexisse, de quo in Declaratione Petrus Alvastrensis hæc subdit :* In fine hujus revelationis habetur de fratre Algoto, priore Scarensi (*Scara sedes episcopalis fuit in Gothia, Sueciæ provincia*) et magistro in Theologia, qui tribus annis cœcus et laborans calculo fine quievit beato, *anno nempe* 1345, *ut scribunt Hueberus in Menologio, Arturus in Martyrologio ad* IX *Augusti, Waddingus in Annalibus Franciscanis ad eumdem annum numm.* 6 *et* 7. Nam B. Birgitta orante pro eo, ut sanaretur, audivit in spiritu responsum : Ipsa est stella fulgida, non expedit, ut sanitate corporis denigretur anima. Jam enim certavit, et consummavit et nihil restat, nisi ut coronetur. Et hoc erit tibi signum, quod ab ista hora alleviabuntur dolores carnis et anima tota inflammabitur

*An eodem itinere*

A flammabitur charitate mea. *Quamquam autem annus mortis Algoti cum anno inchoati a* S. Birgitta *Romani itineris satis congruat, eamque Scaræ egisse, moriente Algoto, Petrus Alvastrensis testetur, haud tamen mihi certum est, id anno* 1345 *seu inchoati itineris Romani contigisse; eo quod suspicio aliqua subsit, non alia de causa annum mortis Algoti signari anno* 1345 *a scriptoribus Franciscanis, quam quod illam,* Birgitta *in itinere Romano jam constituta, ex conjectura putarint accidisse; licet hac de re nihil occurrat in Revelatione citata; nec aliunde forte annum emortualem Algoti notum habuerint : quod si diem ejus emortualem nono Augusti Hueberus et Arturus affixerint, fecerint id fortasse tantum pro arbitrio.*

*Scaram,* 236 *Accedit, plus vice simplici* S. Birgittam *Scaræ fuisse, si anno* 1345 *mense Augusto ibidem agens Algoti animam in cœlum evectam viderit : nec enim verosimile fit,* S. Birgittam, *inchoato jam itinere, Scaræ vel a mense Februario ad mensem Augustum usque, vel contra ab Augusto ad Februarium substitisse : jam vero eam mense Februario aliquando Scaræ fuisse, liquet*

B *ex Revelationibus Extravagantibus cap.* 108, *ubi hæc leguntur* : Accidit, quod, cum in die Purificationis beata Birgitta esset in Ecclesia Scarensi *etc : ut adeo, si sæpius Scaræ fuerit, hinc etiam incertum fiat, qua vice et anno Algoti animam in cœlum rapi viderit. Ceterum hoc loco dicitur* Birgitta *in ecclesia Scarensi vidisse B. Virginem et virum quemdam vestibus episcopalibus indutum, cujus illic corpus, licet pro viri meritis haud satis decore, sepultum erat : de quo S. Virgo Maria fertur lib.* 2 *Revelationum cap.* 30 *Filium sic allocuta* : Nunc, autem anima ejus tecum est in gloria, vas autem instrumenti ejus depressum est, et in humiliori loco jacet, quam decet. Ideo, Fili mi, da corpori ejus altiorem elevationem, honora illud, quod te pro modulo suo honoravit. Eleva illud, quod te labore suo, quo potuit, elevavit. *Respondisse autem Filius* : Benedicta sis tu, quæ nihil relinquis intactum, quod ad amicos tuos pertinet. Non decet, Mater, ut vides, quod lupis detur cibus optimus. Non convenit, ut Saphirus *etc. Vir ille, qui vestibus pontificalibus hic apparuisse dicitur, fuit Brynulphus, Scarensis episcopus, sub annum* 1316

C *defunctus, cujus, ut ex verbis lib.* 2 *Revelationum cap.* 30 *proxime citatis colligi potest, ossa in honoratiorem locum olim transferenda, divinitus edocta est. Contigit autem id anno a* S. Birgittæ *obitu centesimo decimo nono, Christi* 1492, *ad quem ita Diarium Vastenense* : In crastino Assumptionis B. Virginis Mariæ facta fuit translatio reliquiarum B. Brynolfi, quondam episcopi Scarensis, ad locum decentiorem in eadem ecclesia Scarensi auctoritate Domini Innocentii Papæ VIII. *Pro hujus canonizatione institerunt Sueciæ episcopi per litteras, num.* 216 *memoratas, anno* 1417, *die* 1 *Martii ad Patres concilii Constantiensis datas, etsi tamen propterea in Catalogum Sanctorum solemni Pontificis decreto hactenus non sit relatus. Hæc vero adducere hoc loco volui, primum quidem in specimen aliquod,* S. Birgittæ *futura aliquando fuisse revelata, quæ postmodum eventu ipso probata fuerunt; tum quod hæc anno* 1345, *cum iter Romanum, de quo hic agimus, incepit, fortasse contigerint, atque adeo, cum nec alteri anno affigi certo possint, hoc loco quodammodo commemoranda fuerint.*

AUCTORE J. B.

237 *Quam viam tenuerit* S. Birgitta, *cum Romam petiit, quas peragrarit regiones, quæ oppida civitatesve inviserit, plane incompertum est. Per Germaniam tamen et Galliam iter instituisse videtur. Sane cum Romam peteret, hospitatam fuisse Halæ Suevicæ, est fama, ut dictum est num.* 135 : *Coloniæ item Agrippinæ aliquando fuisse versatam, ex Fragmento de itineribus seu peregrinationibus* S. Birgittæ *apud Hormann pag.* 819 *habetur, ubi diserte legitur* : Item ad Coloniam tres Reges et alios infinitos martyres honorandos visitatura adivit : *quod quamvis ad reditum ejus ex Hispania in Sueciam, superstite adhuc Ulphone marito ejus, quo tempore etiam Atrebati eam fuisse, ex superioribus liquet, revocare quis posset, opinari tamen malim, si non bis Coloniam adierit, id illam fecisse, cum, in Sueciam, dum viveret, non reditura, Romam petiit, propterea quod in documentis de* S. Birgitta *ad majores nostros transmissis reperiatur scriptum quoddam a* S. Birgitta, *uti ibi notatur, ad Coloniensem quemdam canonicum Roma transmissum Colo-* E *niam, quo hæc dicto canonico præcepta quædam, e quibus vitam pie digneque instituat, observanda proponit, et inter cetera sic ait* : Deinde, amice dilecte, oportet, quod nocturna tempora ad Dei honorem ordines discrete : ego enim attendi, quod campanæ vestræ satis statute temporibus pulsantur. *Cum igitur hoc* S. Birgittæ *ad canonicum Majoris ecclesiæ Coloniensis missum videatur, cum jam Romæ sedem illa fixerat, in eoque Coloniæ se fuisse testetur, verosimile fit, id non diu ante suum ad Urbem accessum contigisse, eoque scripto sanctam Viduam, jam proximorum saluti operosius, quam cum juncta marito erat, ex Christi præcepto incumbentem, hospiti forte suo in grati animi testimonium salutaria hæc monita suggessisse.*

*Atrebatum, Coloniam.*

*Genuam,* 238 *Creditur etiam* S. Birgitta *Genuæ in Liguria aliquando substitisse, ac ibidem Petri confessoris sui morbo aliquamdiu fuisse detenta : creditur item ad quartum lapidis a monasterio Quartano jactum existere domicilium, quod* S. Birgitta *incoluerit, uti tradit Lancelottus Historiæ Olivetanæ lib.* 2 *cap.* 15. *Similia scribit Augustinus Justinianus Annalium Genuen-* F *sium lib.* 6 *ad annum* 1518 : *sed id, cum mortua fuerit anno* 1373 S. Birgitta, *Romamque pervenerit anno* 1346, *sero nimis accidisse, ait, non diu ante annum* 1377. *Hos citans Burlamachius in Vita* S. Birgittæ *lib.* 2 *cap.* 2, *hujus in prædicto domicilio commorationem affigit anno* 1345 *vel* 1346, *quo* S. Birgitta *Romam venit; recte quidem* S. Birgittæ *ad urbem Januensem accessum non tantopere differens, quanto illum Justinianus distulit; hoc tamen de ipso sanctæ Viduæ ad Januensem urbem accessu, aut de anno, quo contigerit, nihilo certior : cum accessum quidem non hauserit nisi ex populari fama, in annum vero et diem, quo is contigerit, frustra se inquisivisse Justinianus ipse testetur, nec quidquam afferat Burlamachius, quo, quod de anno accessus* S. Birgittæ *ad Genuenses dixit, confirmet. Neque certius est, quod Burlamachius mox citatus addit,* S. Birgittam *Genua eodem anno Mediolanum abiisse, S. Ambrosii reliquias veneraturam. Mediolani quidem* S. Birgittam *aliquando fuisse commoratam, atque ibidem ipsi quoque S. Ambrosii*

*Genuam,*

*binas*

AUCTORE J. B.

*binas apparitiones, de quibus lib. 3 Revelationum capp. 5, et 6, factas esse, verosimillimum est; at id anno prædicto contigisse, non nisi ex conjectura, probabili tamen, affirmandum videtur.*

*et Mediolanum adierit.*

239 *Conqueritur cap. 6 mox laudato S. Ambrosius* S. Birgittæ *de Mediolanensi archiepiscopo, quod mundi, quam Ecclesiæ amantior esset, ac divinam illi, ni se emendet, ultionem prædicit: dubium non est, quin sibi divinitus ostensa archiepiscopo aperuerit, quo mores suos corrigeret, et animæ saluti tempestive prospiceret: sed nihil apud hominem valuit, ambitione obduratum sensuumque caligine excœcatum. Præfuit ab anno* 1342 *usque ad annum* 1355 *Joannes II Vicecomes, quem, licet multa præclara præstitisse, scribat Saxius tom. 2 de archiepiscopis Mediolanensibus pag.* 793, *fatetur tamen ab omni labe haud fuisse immunem.* Hinc, *inquit pag.* 803, dilucide patet, quam falso, nec sine aliqua imprudentiæ nota, Galesinius in Tabula Mediola-
B nensium Antistitum adnotatum reliquerit, Joannem hunc Vicecomitem « bellica potius laude, quam ec-« clesiasticæ disciplinæ nomine fuisse illustrem : « cum bella quidem gesserit, utpote in Republica Mediolanensi princeps ac dominus, cujus quieti conservandæ opus illi erat gladium exerere; sed minime pastorali muneri suo defuerit, ut hactenus adnotavimus. Ambitione tamen non modica amplificandi imperii sui inflatum ac contaminatum eum fuisse, fateri candide cogimur, cum plures sparsim per Italiam urbes per vim sibi subjugaverit, et anno MCCCL ipsam etiam Bononiam, quæ summo Pontifici tunc parebat, invaserit; *qua de causa urbem Mediolanensem et Vicecomitum terras omnes Clementem VI interdicto subjecisse addit Saxius. Cum itaque ea, quæ de archiepiscopo Mediolanensi ibidem existens* Birgitta *divinitus didicit, Joanni Vicecomiti non male quadrent, ipsa vero, postquam Romam venit, aut numquam, aut raro ut paulo post dicetur, inde exierit, sub annum* 1346 *Mediolani illam fuisse versatam, ac archiepiscopi mores, licet frustra, ut Burlamachius ait, reprehendisse, aliquando evadit probabilius, Sed qui Romæ a* S. Birgitta, *cum illuc advenit,*
C *factitatum sit, jam videamus.*

## § XVII. Reipublicæ Christianæ bono incumbit, variis prædictionibus claret, et pro statuenda retinendaque Romæ summi Pontificis cathedra sedulo laborat.

*Romæ ob revelationes*

*Quæ cum in Suecia, patria sua, adhuc ageret sancta* Birgitta *cum morum sanctitate, tum divinarum revelationum frequentia apud plerosque bonos ingens sibi nomen comparārat, posteaquam Romam anno* 1346 *venit, ex iisdem capitibus per Italiam maxime non famæ minus ac celebritatis obtinuit. Hic tamen de revelationibus divinis ipsi factis, non universis; quod prolixiorem, quam par esset, sermonem exigeret, sed de iis dumtaxat agam, quas ad summos Pontifices Clementem VI, Urbanum V, qui Regulam S. Salvatoris anno* 1370, *ut suo* D
*loco dicemus, confirmavit, et Gregorium XI fertur divino direxisse mandato. Cursim tantum de ceteris ex Revelationum. Extravag. seu extra ordinem relatarum cap.* 8 *hæc transcribo, fusius tamen ex parte examinanda inferius. Sic itaque ibidem legitur:* Venit igitur Sponsa Christi Romam anno ætatis suæ XLII, et mansit ibi juxta divinum præceptum XV annis, antequam venerit Papa, videlicet Urbanus V et imperator Carolus Boëmus. Quibus obtulit revelationes pro reformatione Ecclesiæ (*de quibus hic maxime sermo erit*) et Regulam. In illis siquidem XV annis, quibus mansit Romæ, ante adventum summi Pontificis et imperatoris habuit multas revelationes de statu Urbis, in quibus arguēbat Dominus noster Jesus Christus excessus et peccata inhabitantium Urbem cum gravi commination vindictæ.

*multorum incurrit odia;*

241 *Revelationes, de quibus verba postrema mox citata, videri possunt in libris revelationum, quibus passim insertæ sunt: has* S. Birgitta, *prout a Christo in mandatis habebat, ad quos pertinebant, aperuit, etsi in multorum hinc odia, et* E
*frequentia ipsius etiam vitæ discrimina incurreret, quæ tamen singulari Dei, sanctissimæque Matris ejus septa præsidio evasit incolumis, ut cap. mox citato Petrus Alvastrensis pergit exponere.* Quæ, *inquit ille*, revelationes ad notitiam inhabitantium Romanam Urbem deductæ feralis odii contra beatam Birgittam fomentum ministrabant. Unde quidam eorum minabantur eam vivam incendere. Alii eam erroneam et Pythonissam blasphemabant, ipsa vero beata Birgitta patiens sufferebat minas et opprobria eorum. Sed timebat, quod familia sua, et alii de cognatis et amicis ejus (*qui vel constanter Romæ apud illam erant, vel eam subinde visitatum veniebant e Suecia*) Romæ secum stantes his tribulationibus et opprobriis scandalizati deficerent. Deliberavitque ad tempus cedere furori malignantium, nec præsumebat alicubi divertere sine speciali præcepto Christi. Quia per XXVIII annos, postquam recessit a patria sua, nunquam ad aliquas civitates; seu provincias, aut alia loca Sanctorum divertebat sine imperio Christi. Unde beatæ Birgittæ in orationibus suis responsum divinum super his præstolanti dixit Chris-
F tus : « Tu desideras scire voluntatem meam, an debeas hic Romæ remanere, ubi plurimi invidentes tibi machinantur in mortem tuam, vel cedere eorum malitiæ ad tempus. Respondeo tibi, quod, quando me habes, nullum timere debes *etc. Subdit dein,* S. Birgittæ *pariter pollicitam esse sanctissimam Virginem, se illi auxilio futuram, eaque ex causa deinceps institutum in* S. Birgittæ *familia fuisse, ut Hymnus* : Ave maris stella *cantaretur indies, eumque morem in Ordinem S. Salvatoris inde migrasse. His de revelationibus* S. Birgittæ *in Italia degenti factis minusque celebribus observatis, ad eas, quæ ad summos Pontifices spectant, nunc accedo.*

*Clementem VI, ut fi-mum erat,*

242 *Misera prorsus sub Clemente VI erat reipublicæ Christianæ facies: crebræ erant et atroces Turcarum in Christianos incursiones: multæ item Italiæ cum ex Pontificum Romanorum Avenione degentium absentia, tum a Ludovico Bavaro calamitates: atrox quoque inter Philippum Galliæ et Eduardum Angliæ reges bellum exarserat: sed sic constitutis rei Christianæ rebus,* S. Birgittæ *præcepit Christus, ut suo nomine Pontificem, Clementem scilicet VI, officii sui admoneret; ac primo*

A *mo quidem, ut pacem inter Galliæ et Angliæ reges componendam curaret; dein, ut sedem Pontificiam e Gallia reduceret in Italiam et annum jubileum fidelibus annuntiaret; denique, ut vitam propriam et sua peccata emendaret, nisi vindictam divinam mallet experiri; quæ verbotenus lib.* 6 *cap.* 93 *ita exprimuntur.* Filius loquitur ad Sponsam : Scribe ex parte mea Papæ Clementi hæc verba : Ego exaltavi te, et ascendere te feci super omnes gradus honoris. Surge igitur ad faciendum pacem inter reges Franciæ et Angliæ, qui sunt periculosæ bestiæ, animarum proditores. Veni deinde in Italiam et prædica ibi verbum et annum salutis et dilectionis divinæ, et vide plateas stratas Sanctorum meorum sanguine, et dabo tibi mercedem illam, quæ non finietur. Attende etiam ad tempora priora, in quibus audacter ad iram provocasti me et silui. In quibus fecisti, quæ voluisti, et non debuisti, et ego quasi non judicans patiens fui, quia tempus meum nunc appropinquat et exquiram a te negligentiam et audaciam temporis tui. Et sicut per omnes gradus ascendere te feci, sic descendes spiritualiter

B per alios gradus, quos experieris veraciter in anima et corpore, nisi obedieris verbis meis, et silebit lingua tua magniloqua, et nomen tuum, quod vocasti in terris, in oblivione et opprobrio erit in conspectu meo et Sanctorum meorum.

*Galliæ et Angliæ reges* 243 Exquiram etiam a te, quam indigne, permissione tamen mea, ad omnes gradus ascendisti, quod melius ego Deus scio, quam tua negligens conscientia recordatur. Quæram quoque a te, quantum in formatione pacis regum tepuisti, et quantum in aliam partem declinasti. Insuper non erit in oblivione, qualiter cupiditas et ambitio in Ecclesia tempore tuo floruit et aucta est, et quod multa reformare et emendare potuisti. Sed tu amator carnis noluisti : surge igitur, antequam novissima hora tua appropinquans veniat, et negligentias priorum temporum penultimo tempore zelando extingue. Si autem dubitas, cujus spiritus verba ista sint; ecce, regnum et Persona nota sunt, in quibus stupor et mirabilia facta sunt. Justitia enim et misericordia, de quibus loquor, appropinquant ubique terrarum. Conscientia quoque tua rationabile dicit esse illud, quod moneo, et charitativum esse,

B quod suadeo, et nisi patientia mea servasset te, jam profundius ultra alios prædecessores tuos descendisses. Ergo inquire in libro conscientiæ tuæ, et vide, si veritatem loquor. *Ita habent Revelationes* S. Birgittæ *loco citato, in quem observanda nonnulla hic veniunt.*

*ad pacem reduceret,* 244 *Quod ad pacem inter Galliæ et Angliæ reges componendam attinet, etsi forte non semper æque studiose ac sedulo, ut supra innuitur, pro viribus tamen alias plerumque incubuit; qua de re Vitæ ejus primæ apud Baluzium auctor ita loquitur :* Hic summus Pontifex toto tempore suo valde fuit intentus ad procurandum statum pacificum et tranquillum suorum omnium subditorum, præsertim regum et principum ac aliorum potentum, ex quorum discordiis inferiores habent commoveri et turbari. Quod satis demonstravit in quasi assidua missione legatorum et nunciorum suorum, de qua supra sæpe fecimus mentionem. *Clementem præterea concessisse Romanis, id per nuntios petentibus, ut annus Jubileus, qui ex Bonifacii decreto centesimo quolibet anno recurrebat, deinceps anno quo-*



*libet quinquagesimo celebraretur, idem auctor ait. Qua de causa anno* 1349, XV *Kal. Septembris Jubileum anno sequenti celebrandum dato diplomate, quod apud Raynaldum exstat ad annum prædictum num.* XI *promulgavit. Romam vero, vel in Italiam sedem numquam transtulit : unde huic* S. Birgittæ *revelationi fidem sibi adjiciendam, non videtur umquam existimasse.* AUCTORE J. B.

245 *Perstringitur hic denique Clemens, quasi carni et sanguini nimium indulsisset : sano ab hoc illum vitio non præstant immunem, qui vel maxime laudant : audi auctorem Vitæ ejus primæ, qui, licet Clementi minime infensus, ita tamen hanc in rem scribis :* Quam pie igitur sperandum, ipsum jam misericordiam consecutum, vel consecuturum in futurum, si, humana fragilitate ipsum ad hoc impellente, in eo aliquid culpabile extiterit ratione eorum, quæ sequuntur. Suos enim fratres, nepotes, consanguineos, propinquos, compatriotas et servitores valde dilexit. Plurimos namque ex eis, qui tempore suæ promotionis erant in statu ecclesiastico, aut demum esse voluerunt, in magnis prælaturis et dignitatibus sublimavit, multos vero inferioribus beneficiis fere ubique terrarum existentibus collocavit. Et quamquam inter eos fuerint multi idonei et sufficientes, quia tamen quandoque ipsos prætulit ceteris magis aut æque sufficientibus, alios vero sic passim et indistincte et quasi ubique collocavit, fortassis aliquid ultra debitum caro et sanguis sibi revelasse censentur. De laïcis, et præsertim de domo sua paterna prodeuntibus, quid dicendum? Suo enim tempore suoque favore ac propter eum multas divitias, magnos redditus, plurima dominia, honores et status sublimes sunt multimode consecuti; fueruntque per affinitates confœderati cum multis et magnis. *vitiaque nonnulla* E

246 *De Clemente VI videtur etiam intelligendum caput* 96 *libri* 6 *Revelationum, cui titulus :* Dum Romæ comburerentur Campanæ ecclesiæ S. Petri, Christus dicit Sponsæ, quod non miretur, quia aliquando elementa ostendunt signa eventuum futurorum, sic illæ campanæ ostendunt propinquam mortem cujusdam Pontificis, cui gravi instat judicium, nisi cito ad Deum convertatur. *Scribit enim Matthæus Villani, qui tum in Italia vivebat, Historiarum lib.* 3, *cap.* 42, *anno* 1352, *die* 2 *Decembris (quatriduo post obiit Clemens) fulmen campanas ecclesiæ S. Petri percussisse et liquefecisse; quod, etsi fabulam sapere videatur, compertum tamen habere se ait ex multorum, qui viderunt, claris certisque testimoniis. Porro laudato supra Revelationum* S. Birgittæ *loco arguitur Clemens de nimio pompæ et magnificentiæ studio, de quo Petrus de Herenthals, Prior Floreffiensis, in Vita quinta Clementis VI apud Baluzium ait* : Ipse sumptuosissimum tenuit statum et multum pomposum ac secularem, ut audivi et pro parte cognovi. *Plura in ejusdem Pontificis dedecus et ignominiam congerit Matthæus Villani Paulo ante citatus cap.* 43. *Sed ea sors fuit Pontificum Avenione degentium, ut subinde a Gallicis scriptoribus cumulatius laudati fuerint, contra acerbius perstricti a scriptoribus Italis. Ego hæc non attuli, ut Pontificis Clementis, qui certe multa etiam præclare fecit, nomini notam inuram; sed ne quis facile nimium Revelationes* S. Birgittæ *falsitatis arguat et condemnet, aliorum judicio reliquens ea, quæ contra Clemen-* *corrigerat,* F

AUCTORE J. B.

*tem hunc scripta apud citatos modo auctores, et alibi reperiuntur, Ut ut sit, Clemens VI* Finaliter infirmitate gravatus *(verbis utor scriptoris Vitæ primæ ejusdem Pontificis apud Baluzium col.* 266) humilis, pœnitens de commissis, devoteque receptis ecclesiasticis Sacramentis in veritate et sinceritate fidei ac unitate sanctæ matris Ecclesiæ spiritum Domini commendavit anno Domino MCCCLII, die sexta mensis Decembris.

*monet ex revelatione habita, cum adhuc*

247 *Porro curasse* S. Birgittam, *ut descripta num.* 242 *et seq. revelatio in Clementis VI notitiam perveniret, testatur Gobelinus Persona Cosmodromii ætate* VI *cap.* 72. Unde primo anno, *inquit*, hujus Papæ Clementis ipsa scripsit sibi, quod hujusmodi visionem habuit, quod ipse Papa deberet se de Avinione Romam transferre, ut universalem Ecclesiam posset reformare. et etiam, quod deberet denunciare annum Jubilæum; sed Papa Romam venire non curavit, annum tamen Jubilæum, maxime ad instantiam Romanorum de centesimo anno ad quinquagesimum annum reduxit. *Recte is quidem ait* S. Birgittam *visionem suam ad Clementem VI*
B *perscripsisse: sed qui, ut supra vidimus num.* 230, *falsus fuit in eo; quod S. Catharinam una cum* S. Birgitta *Romam venisse autumarit; falli quoque facile potuerit, dum ait,* S. Birgittam *factam sibi revelationem vel visionem Clementi scripsisse seu significari curasse anno ejusdem Pontificis primo, qui fuit* 1342; *hoc anno autem nondum obierat Ulpho maritus ejus, anno tantum* 1344 *ex dictis supra defunctus: post hujus vero dumtaxat obitum* S. Birgittam *frequentiores clarioresque revelationes seu visiones habere cœpisse, supra pariter dictum est. Prius tamen illam habuit, quam e Suecia Romam iverit; atque adeo verisimillime inter annum* 1344 *et* 1346, *cum Alvastri etiamnum moraretur.*

*esset in Suecia,*

248 *Testatur enim Alphonsus, Giennensis olim episcopus, apud Odoricum Raynaldum ad annum* 1370 *in Commentario, quem pro Urbani VI electione anno* 1378 *aut seq. exaravit,* S. Birgittæ *factam esse* existenti in eodem regno, *nimirum Sueciæ, et ante annos triginta, scilicet ante annum Jubilei (Christi* 1350*) quæ verba ad annum* 1348, *seu potius, cum eo anno jam Suecia excessisset* S. Birgitta, *si paulo latius sumantur, ad annum circiter* 1346. *quo tempore maxime bellum inter Galliæ et Angliæ reges fervebat, deducunt. Alfonsi verba, tum quod illis jam dicta*
C *partim confirmentur, tum quod de iis* S. Birgittæ *revelationibus, de quibus hic sermo est, singularia quædam, quæ non reperias alibi, complectantur, lubet hic integra ex Raynaldo jam citato describre. Alfonsus itaque, postquam præmisit, scire se, Urbanum VI verum legitimumque esse Pontificem triplici via, nempe via Spiritus Sancti et notitiæ voluntatis Dei, via facti, et via juris canonici, ita viam primam orditur exponere*: Et primo per viam notitiæ voluntatis Dei; quod ante XXX annos, scilicet ante annum Jubilei (1350) clare revelatum fuit a Christo beatæ Birgittæ, principissæ de regno Sueciæ, existenti in eodem regno in oratione, de cujus dominæ canonizatione nunc, et a tempore Gregorii XI hic (*Romæ*) in curia agitur, cui Christus, loquens præcipiendo dixit, quod ipsa scriberet ex parte ipsius Dei Papæ Clementi, qui tunc vivebat et in Avinione degebat, quod ipse faceret pacem inter reges Franciæ et Angliæ, et quod veniret ad Romam et teneret hic curiam et reformaret totam universalem Ec- D
clesiam in pristinum statum et sanctorum Patrum primævorum, et quod tunc prædicaret et annuntiaret gentibus annum Jubilei.

*Innocentii oblatum promissi.*

249 Alioquin, quod ipse Dominus procederet contra eum cum terribili judicio et divina justitia. Quæ quidem Christi revelatio habetur in VI libro cœlesti, beatæ Birgittæ divinitus revelato, LXIII cap. Copiam autem dictorum librorum habet dominus meus achiepiscopus Hispalensis et habetur in monasterio Anayago, et fratris et domini mei, fratris Petri de Ordine S. Hieronymi. Quam revelationem dicta sancta Domina misit eidem Papæ Clementi dicto tempore, cum domino Henrico episcopo Habuensi, et cum quodam sancto viro Petro, priore Alvastri Ordinis Cisterciensis, qui nunc est hic cum filia dictæ dominæ Birgittæ in curia: qui prior fuit confessor beatæ Birgittæ triginta annis. Qui quidem Papa Clemens propter illam revelationem noluit venire Romam, et sic voluntati Dei inobediens factus est. Et post modicum tempus habuit dicta Domina aliam divinam revelationem (*anno ut diximus*, 1352) a Christo contra eumdem Papam, quæ habetur (*vide num.* 246) in
VI libro cœlesti XCVI cap. *Sublato e vivis Cle-* E
*mente VI anno* 1352 *mense Decembri, eodem anno et mense in locum ejus electus est Innocentius VI, tenuitque Pontificatum usque ad annum* 1362, *quo obiit Avenione mense Decembri, pro quo quidem revelationem habuisse* S. Birgittam, *Alphonsus ait, verum quid ea continuerit, et an ad Innocentium missa fuerit, nec ne, non edicit. Videtur hæc ea, quæ lib.* 4 *Revelationum cap.* 136 *his verbis concipitur*: Filius loquitur ad Sponsam dicens: Iste Papa Innocentius est de ære meliori, quam antecessor ejus, et materia apta ad recipiendum colores optimos, sed malitia hominum exigit, ut citius tollatur de medio, cui voluntas sua bona reputabitur in coronam et gloriæ augmentationem. Verumtamen si verba mea librorum tibi data audiret, fieret melior, et qui deferrent ad eum, sublimius coronarentur. *Forte ad Innocentium perferendam non curarit, quod id in mandatis a Christo non habuerit, secus ac videmus habuisse de revelatione, quam ad Clementem VI per episcopum Habuensem misit.*

*Urbani V.*

250 *Innocentii successor Urbanus V a Petro* F
*Aragonio, ut scribit Alphonsus, Dei voluntatem, ut Romam se conferret, ibique ad mortem usque permaneret, edoctus, eo se contulit et pervenit anno* 1367 *die* XVI *Octobris; ut scribit auctor Vitæ ejus primæ apud Baluzium col.* 380. *Verum, inquit Alphonsus*, Transactis aliquibus annis statim ille hostis antiquus, qui suggessit protoplastis, quod de ligno vitæ eis divinitus vetito ederent, et contra divinam obedientiam facerent suggessit etiam callide suis rationibus coloratis eidem Urbano, quod de Italia et Roma recederet, et ad Avinionem omnimode se transferret et sic præcepto Dei omnino inobediens fieret. Quibus coloratis suggestionibus, ut Adam et Eva, ipse Papa credens, statim præparavit se ad recessum de Italia. *Quo tempore et quibus de causis, quas coloratas Alphonsus concat, dilucide exponit auctor primæ ejusdem Pontificis Vitæ apud Baluzium col.* 390 *et seq. ita scribens*: Adveniente insuper tempore æstivo anno prædicto (1370) idem Urbanus recedens de Urbe, vadensque ad Montem Flasconis, declinavit Viterbium; ubi primum palam et publice

A blice manifestavit se velle redire de proximo ad civitatem Avenionensem, et, ut omnes curiales ad hoc se disponerent, ferias indixit a principio mensis Junii tunc instantis usque ad principium mensis Octobris postea sequentis. Et ad hoc faciendum dixit se esse motum, inclinatum præcipue et indictum pro eo, quod videbat ab una parte regionem illam pro tunc esse satis in pacifico et tranquillo statu, et si quid fortassis esset dissensionis, illud sperabat breviter et ante discessum suum per tractatum, aut alias debite terminari.

*in Galliam redeunti,*

251 Ab alia vero audiebat mala, quæ continue fiebant et majora fieri sperabantur occasione guerræ noviter suscitatæ et exortæ inter reges Franciæ et Angliæ memoratos; quibus ut obviare posset, multum inerat menti suæ, eratque intentionis suæ, Domino favente, circa hujusmodi guerræ sedationem totis viribus laborare et intendere, etiam in propria (*supple: persona*) ad dictos reges accedendo hac de causa, ubi alias se non posse proficere reperiret. *Subdit dein, Urbanum die* XXIV *Septembris fuisse Avenione receptum. Audiamus nunc Al-*

B *phonsum* S. Birgittæ *hac in re gesta narrantem: sic pergit:* Sed tunc Dominus volens, quod supra, quod scilicet ipse Papa non recederet, sed in Roma vel Italia usque ad mortem omnimode permaneret, et ibi statum Ecclesiæ reformaret, tunc statim dignatus per beatam Virginem revelare hoc expresse supradictæ beatæ Birgittæ, tunc viventi et in Roma degenti. Quam quidem revelationem ipsa portavit ad Montem Flasconem, ubi dominus Papa tunc erat, et ibi eamdem coram me detexit domino Cardinali Bellifortis, qui postea fuit Papa Gregorius, ut ipse illam in scriptis secretissime traderet dicto domino Urbano. Sed idem tunc Cardinalis Bellifortis, dominus meus familiarissimus, non fuit ausus hoc facere.

*mortem prædicit:*

252 Propter quod ipsa Domina ex divino præcepto eidem Papæ Urbano præsentavit sua propria manu (*non itaque per Alphonsum, aut Nicolaum, comitem Nolanum, ut alibi legitur*) dictam revelationem de manu mea scriptam; in qua continebatur, quod voluntas Dei erat, quod ipse de Italia non recederet, sed in Roma vel in Italia usque ad mortem permaneret; alioquin quod si ad Avinionem rediret, statim moreretur

C et redderet rationem coram Deo etc. Sed ipse Urbanus tunc voluntati Dei non acquievit, nec dictæ revelationi obedivit: sed statim de Monteflascone ad Avinionem recessit: ubi post paucos dies statim juxta divinam revelationem mortaliter ægrotavit. Et tunc recordatus præcepti Dei in dicta revelatione sibi facti, et dolens de inobedientia sua compunctus est, et tunc fecit votum redire in Italiam et Romam, si ab illa infirmitate evaderet; et in eodem proposito mortuus est. Hæc autem omnia publica et notoria sunt in curia, et bene hoc scit dominus meus archiepiscopus Hispalensis. *Scribit Pagius junior in Breviario Gestorum Pontificum Romanorum tom.* 4, *pag.* 200 *ex Ægidio Viterbiensi apud Victorellum in Notis ad Ciaconium, eo consilio Italia Urbanum excessisse, ut rediret, nisi eum mors præoccupasset: sed quocumque tandem consilio Italia excesserit, videtur equidem secuta brevi ejus mors, et a* S. Birgitta, *quod nemo negat, seu per alios, seu potius ab ipsamet illi prædicta, sufficienter ostendere, Deo id forte ob periculum, ne Avenione iterum subsistere cogeretur, probatum gratumque non fuisse. Revelatio, quam Urbano* Birgitta *misit, exstat lib.* 4 *Revelationum cap.* 138: *verba, quibus illi mors, si Avenionem rediret, significata fuit, hæc sunt:* Si contigerit ipsum redire ad terras, ubi electus fuit Papa, ipse habebit in brevi tempore unam percussionem sive unam alapam, quod dentes sui stringentur seu stridebunt. Visus caligabit etc.

AUCTORE J. B

253 *In Urbani V locum Avenione eodem anno, sive hodierno annum numerandi more, anno* 1370 *die* XXX *Decembris electus ibidem fuit Petrus Rogerii, Guilielmi comitis Bellifortis filius, dictus Gregorius XI, ad quem quoque varias revelationes misit* S. Birgitta: Mortuo autem Urbano V, *inquit Alphonsus*, statim mirabili providentia divina Cardinalis Bellifortis prædictus, qui solus in collegio prædictum secretum revelationis sciebat et in scriptis habebat, in Papam assumptus est: et tunc statim præfata Domina sancta orante in Roma habuit aliam revelationem divinam per Matrem Dei sibi loquentem pro eodem Gregorio, in qua continebatur, quod voluntas Dei erat, quod statim ipse veniret Romam cum humilitate E et pastorali charitate, et hic reformaret universalem Ecclesiam et perseveraret usque ad mortem etc. Quam revelationem statim ipsa Domina misit (*per Latinum de Ursinis, ut habet titulus cap.* 139, *lib.* 4) suo more roboratam eidem Papæ Gregorio, scriptam de manu mea. *Non solum autem Gregorio significavit velle Deum, ut Romæ sedem figeret, libro Revelationum et capite proxime citatis, sed etiam, ut illic perpetuo remuneret, alias fore, ut morte præoccuparetur, verbis seqq. ejusdem cap.*: Quasi dicat, quod si etiam venerit Romam et prædicta non fecerit, tunc abbreviabitur ejus vita, nec proderunt ei medici, nec revertetur ad Avenionem, ubi possit ei proficere aër natalis patriæ, sed potius morietur; *quod quidem Gregorio reditum in patriam meditanti reipsa contigisse diximus § superiore. Unde Gregorium in articulo mortis constitutum dicere potuisse, sese a* S. Birgitta *fuisse deceptum, ac male se in Italiam sedem Pontificiam transtulisse, minus verosimile esse, putamus.*

*Gregorium XI.*

*ut Avenione Romam rediret, monuit non semel,*

254 *Gregorius* S. Birgittæ *revelationi mox dictæ ad se primum missæ fidem certam non adhibuit*: Sed ipse Papa (*pergit Alphonsus*) postquam illam recepit, non faciliter ei credidit; F sed præfatam Dominam per suum nuncium super hoc requisivit. Cui oranti iterum Virgo Maria loquens apparuit, et pro eodem Papa divinum responsum dedit, et ad veniendum Romam dictum (*seu certum*) terminum illi præfixit, adjiciens, quod si hoc non faceret, damna intolerabilia, tam in se, quam in terris temporaliter sibi subjectis rigorose sentiret. Quam revelationem statim ipsa misit (*per comitem Nolanum*) eidem Papæ Gregorio scriptam de manu mea et sua propria manu et nomine roboratam. *Terminus præfixus, de quo Alphonsus hic agit, lib.* 4, *cap.* 140, *proximus nempe mensis Martius vel Aprilis, anni, ut apparet,* 1371. Sed ipse dominus (*verba iterum sunt Alphonsi*) postquam eam recepit, adhuc iterum in Avenione cum carne et sanguine, id est, cum suis parentibus, et carnalibus pigritando permansit, quia carnalis et animalis homo secundum Apostolum non percipit ea, quæ Dei sunt. Et iterum misit Dominum comitem de Nola (*per*

AUCTORE J. B. *(per quem hanc revelationem Pontifici miserat)* ad Neapolim ad præfatam dominam beatam Birgittam, ad requirendam eam super eadem materia, et misit per me idem Papa Gregorius, ut statim ad Avenionem accederem, ut super ipsa materia cum eo latius conferrem.

*idque e voluntate Dei esse,*

255 *Paruit Pontificis desiderio* S. Birgitta, *atque iterum orationi se dedit :* Orante igitur, *inquit Alphonsus*, super hoc dicta Domina in Neapoli, quando redibamus de Jerusalem, Christus apparuit et loquebatur eidem verba terribilia pro eodem Papa Gregorio, dicens, in effectu, quod ipse statim ad Romam cum intentione ibi permanendi veniret cum charitate et humilitate, consiliarios malos a se abjiceret, et viros spirituales sibi consiliares assumeret, terras Ecclesiæ temporaliter sibi subjectas pie, non extorquendo pecunias regeret, et de Romana curia certa vitia radicitus extirparet, eamque et omnes status universalis Ecclesiæ reformaret etc. Quæ si non faceret, comminabatur Christus ei terribili judicio et justitia furoris sui. Quam revelationem ego portavi ad Avinionem roboratam nomine proprio prædictæ dominæ
B S. Brigittæ, inclusam in sua litera clausa, et præsentavi eam ex parte Christi et ipsius dominæ Brigittæ eidem Papæ Gregorio in ponte de Sorga in magno secreto etc. *Exstat hæc revelatio lib.* 4 *Revelationum cap.* 142. *Capite denique* 143 *sequitur altera eaque postrema a* S. Birgitta *ad Pontificem missa anno et mense, quibus ipsa obiit, de qua Alphonsus :* Post hæc dum ibi Avinione tunc essem cum domino Papa Gregorio, tunc adhuc ipse per literas iterum misit ad Romam ad requirendum dictam dominam sanctam Brigittam super eadem materia secretissime Ipsa vero iterum aliud responsum divinum obtinuit a Christo, quod responsum eidem Papæ et mihi ad Avenionem velociter destinavit navi, et statim ipse Gregorius Papa me ad Italiam misit, et de adventu suo ad Romam pigro modo et indebito, non spiritualiter, sed carnaliter ordinavit; *quippe qui Romam tandem non venit nisi anno* 1377, *mense januario.*

*ut vere erat:*

256 *Revelationes has, quas summis Pontificibus obtulit, vere fuisse divinas, non capitis ejus visiones, rerum probavit eventus, qui humana industria præsciri non poterat : rerum*
C *autem, quæ, licet humano modo præsciri non possent, prædictæ tamen fuerunt, eventu indicium certius vix ullum est propulati aDeo futuri: ex quibus porro fit, ut Gregorii e Gallia in Italiam migratio e divina voluntate facta omnino credenda videatur, nec audiendus auctor Vitæ secundæ Gregorii ex eorum, qui Pontificem in Galliis retinere volebant, sensu de Gregorii in Italiam discessu ita scribens :* Anno Nativitatis prædictæ MCCCLXX sexto, die Sabbati intitulata die XIII mensis Septembris, dictus dominus Gregorius Papa undecimus recessit ab Avinione causa eundi Romam. Et dum in palatio vellet ascendere equum, equus vix permisit ipsum ascendere; et quando fuit in villa juxta macellum ex toto recusavit ipsum portare, et ipsum oportuit ibi descendere et ascendere alium equum. Et propter hoc et multa alia pericula, quæ postea evenerunt in mari, cogitatum et dictum fuit a multis, quod contra voluntatem Dei ibat Romam; *quod quam levi de causa cogitatum dictumque sit, nemo non videt. Baluzius interim hunc Gregorii locum commentans col.* 1222 *Urbanum VI, quod Gregorium contra voluntatem Dei Avenionem Roma recedere* D *voluisse ac propterea in propria sede decessisse dixerat; his verbis inurbane et irreverenter convenit :* Sed ego heic te interrogo, Urbane. Si propterea Gregorius XI inpropria sepe decessit, quia Avenionem redire volebat contra velle Dei, cur Urbanus V, quem tu ais, privatum fuisse vita, quia ab Urbe recesserat contra velle Dei, in propria sede non decessit? *Sed lectori hic fucum Baluzius facit : non enim credidit ille Urbanum, ut hoc serio ex illo quæreret, Dei consiliarium fuisse, aut vias ejus investigare potuisse. Interrogo enim et ego, ut nugas nugis rependam, auctorem Vitæ secundæ Gregorii, cujus hoc loci patronum agit Baluzius, cur, si, quem primo in Italiam abiens Gregorius conscendit, equus sibi insidentem Gregorium, quod contra Dei voluntatem Avenione discederet, non tulerit, tulerit secundus?*

257 *Colligi ex hactenus dictis potest, quanto studio* S. Birgitta, *quantum quidem penes se fuit, Ecclesiæ bono et principum Catholicorum paci allaborarit, Quamobrem honorificam illius mentionem facere voluit Bonifacius IX in litteris suis quas vide apud Acherium tom.* 6 *Spicilegii* E *pag.* 49) *anno* 1391 *Kalendis Martii ad universos Christi fideles datis contra Clementen VII Antipapam Avenionensem.* Quam quidem, *inquit,* reductionem (*Pontificiæ Sedis Romam*) ex ipsa dispositione (*divina, ut præmiserat*) procedere, ille sui temporis Hispaniæ decus Petrus infans Arragoniæ, vir regiæ stirpis, religiosus grandævus et vitæ probabilis per seipsum, et Brigida de Suecia, piæ memoriæ, ut in suo libro testatur, per confessorem suum Priorem ecclesiæ Lincopensis, Johanni Franciæ et Edouardo Angliæ illustribus tunc regibus, tempore Clementis Papæ VI, predecssoris nostri, accepimus nuntiasse, ammonitione subjuncta ex parte Altissimi, quod quilibet Christianorum regum eidem reductioni assisteret, alioquin contra facienti prosperitas non adesset, prout despicientem Franciæ in bello captum, et obedientem Angliæ reges eosdem felices exitus illico comprobarunt. *Non modo operam dedit sedulam, ut sedes Pontificia Romam reduceretur, ac pax inter Angliæ et Galliæ reges iniretur, ut ex citatis revelationum locis, aliisque videre est; sed etiam exorto* F *inter Gregorium XI et Bernabovem Mediolanensem anno* 1372 *republicæ Catholicæ funesto bello, Pontifici suasit, ut pacem potius, quam bellum cum animarum periculo faceret, ut lib.* 4 *Revelationum cap.* 143 *legitur. Scripsit etiam ad Carolum regis Bohemiæ filium, ab anno* 1355 *sub Innocentio VI in Romanum imperatorem Romæ coronatum, ut collapsas ea tempestate in imperio quas enumerat, virtutes restitueret, vitiaque his opposita tum maxime vigentia exstirparet, qua de re adi, si lubet, lib.* 4 *Revelationum cap.* 45. *Atque hæc quidem omnia in hunc* § *congerere visum est, quamvis diversis gesta fuerint annis, ob argumenti affinitatem; ad alia* S. Birgittæ *gesta, quæ ejus in Italiam adventum seu annum* 1346 *intervallo temporis non longo secuta sunt, jam regressuri.*

§ XVIII.

## § XVIII. Invisitur Romæ a filia sua S. Catharina, variorumque saluti studet.

*Anno 1350 pene cogitur*

*Cum anno* 1346 *Romam ex dictis* S. Birgitta *una cum comitibus suis, de quibus vide* § XVI *supra, venit, domum honestam et sibi alendæque familiæ suæ congruam conduxit : sita ea erat in regione Urbis* XII, di Parione *vulgo dicta, in proximo ecclesiæ S. Laurentii in Damaso. Ita enim Petrus Alvastrensis Revelationum Extravagantium cap.* 107. Cum sancta Birgitta habitaret Romæ in domo Cardinalatus juxta ecclesiam S. Laurentii in Damaso per quatuor annos, vicarius Cardinalis dixit ei, quod infra unum mensem recedens cum familia sua aliam domum sibi inquireret. *Anno igitur* 1350, *quinto habitationis*

B *suæ Romanæ jam inchoato, ea domo cedere jussa est, quo S. Catharinam Romam matris visendæ causa advenisse, infra ostendam : sane recens S. Catharinam tum Romam advenisse, videntur utcumque indicare, quæ sequuntur* : Ipsa (Birgitta, *inquit Petrus Alvastrensis)* hoc audiens tristabatur nimis, eo quod habebat secum filiam pulchram, juvenem et nobilem et intuentium oculis desiderabilem. *Hoc in metu cum esset* S. Birgitta *non habuit, quo confugeret, nisi ad Christum sponsum suum; qui eam jussit Romam mense integro perlustrare, quo alteram domum sibi quæreret : jamque mensis integer, biduo minus, effluxerat, quem magno quidem, sed irrito in conquirenda domo labore transegerat.*

*quas conduxerat, ædes relinquere,*

259 *Paratis igitur sarcinulis, publica peregrinorum hospitia adire meditabatur; quod tamen priusquam faceret, denuo ad Sponsum intensissimis precibus conversa, audire meruit, bono animo esset, fore quamprimum, ut lætiora perciperet : nec mora :* Illico quidam nuncius pulsavit ad ostium domus portans litteras domini domus, in qua consolabatur eam, scribens ei, quod non recederet de domo, sed firmaret se et habitaret in eadem stabilis in omni pace et quiete. *S. Lau-*

C *rentii in Damaso titulum gessit ab anno* 1342 *usque ad annum* 1363 *Hugo Rogerii, Papæ Clementis VI frater, cognomento* Monstrius : *hic itaque* S. Birgittæ *in domo sua Cardinalitia, quam Romæ juxta Ecclesiam tituli sui, seu S. Laurentii in Damaso habebat. secure permanendi, misso; de quo supra, eidem nuncio, facultatem fecit; cum ipse Roma absens vel Avenione in curia fraterna, vel alibi forte in Galliis degeret. Hugoni quidem Felix Contelorius in Elencho S. R. E. Cardinalium ab anno* 1294 *usque ad annum* 1430, *pag.* 76 sancti Stephani in Damaso *titulum tribuit; at* S. Laurentii in Damaso *titulus legitur apud Baluzium in Vita tertia Clementis VI tomo* 1 *Vitarum pag.* 286 *Paparum Avenionensium et tomo* 2 *titulo* 163 *in Charta Joannis, Galliæ regis, anni* 1351, *uti et titulo* 172 *in charta executorum testamenti ejusdem Hugonis anni* 1364.

*et a S Catharina,*

260 *Hæc contigisse, dixi supra, eodem anno, quo Catharina,* S. Birgittæ *filia, Romam venit, seu anno* 1350. *Sane ex verbis Ulphonis monachi in Vita S. Catharinæ num.* 9 *tom.* 3 *Martii pag.* 507 *ita loquentis* : Elapsis itaque fere quinque annis, postquam B. Birgitta a patria sua Romam venerat *(venit autem eo ex dictis anno* 1346*)* tanto cœpit domina Catharina fervere desiderio ad Romam peregrinari, quod præ suspiriis *etc. : id consequi videtur : at negotium facessit idem Ulpho num.* 42 *et hæc scribens :* Cum staret *(S. Catharina)* Romæ viginti quinque annis cum matre sua, omni reverentia nominanda S. Birgitta *etc. : Si enim annis* 25 *Romæ morata est S. Catharina cum matre sua, anno* 1373 *defuncta, jam inde ab anno* 1348 *Romæ Catharina versata fuerit; quod cum prioribus Ulphonis verbis haud satis cohæret, ut adeo loco alterutro Ulphonem aut erronee aut saltem minus accurate locutum fuisse, necesse sit. Bailletus in Vita S. Catharinæ ad diem* XXIV *Martii illam Romam venisse ait anno* 1348 *mense Augusto, quinquennio tamen postquam eodem venerat* S. Birgitta : *verum ab anno* 1346 *usque ad annum* 1348, *quinquennium numerari qui potest? In vita autem* S. Birgittæ *ad diem* VIII *Octobris, S. Catharinam matri suæ Romam eunti comitem fuisse, scribit : atque adeo secum ipse pugnat Bailletus, nisi geminam S. Catharinæ profectionem Romanam affinxerit. Multo minus cum verbis Ulphonis monachi et anno* 1346, *quo Romam venisse* S. Birgittam *diserte affirmat Vitæ ejus Abbreviatæ auctor, componi potest Benzelii ex Chronologia Scondiæ Messenii hausta assertio, e qua, ut in Vastovium notat Benzelius pag.* 71, *Romam iverit S. Catharina anno demum* 1355.

AUCTORE J. B.

E

*filia sua, eodem invisitur,*

261 *Papebrochius tom, Martii citato tum in Commentario ad Vitam S. Catharinæ prævio, tum in suis ad illam Annotatis rem indecisam reliquit : et sane rem plane dubiam Ulpho monachus facit, verbis usus, ut apparet, contrariis invicem : revocari tamen ad concordiam videntur utcumque posse, si dicatur Ulpho, annos* XXV, *quibus posteriore loco* S. Birgittæ *comitem adhæsisse Catharinam ait, ab anno* 1350 *usque ad annum* 1374 *numerasse, relatis nimirum in illum numerum tam anno* 1350, *quo Catharina e Suecia Romam abierit, quam anno* 1374, *quo una cum matris suæ exuviis in Sueciam rediit, qua de re paulo post verba citata sermo Ulphoni est : hoc enim pacto, si S. Catharinam e Suecia discessisse ponas mense E. C. Aprili vel Maio anni* F 1350, *indeque annos numeres usque ad anni* 1374 *mensem Julium, quo infra Octavam SS. Petri et Pauli Vastenam rediit, ad annum* 25 *jam inchoatum attinges. Atque hæc quidem verborum Ulphonis interpretatio verisimilior mihi apparet, quam si pro quinquennio triennium altero (vide num. superiorem) loco legendum dixeris. E duobus itaque annis, quorum alterutro Romam venerit S. Catharina, matrem invisura, nimirum* 1348 *et* 1350, *magis mihi posterior placet, qui id etiam singulare habet, ut infinitam prope hominum multitudinem Romam evocarit ob celebratum tunc primum anni quinquagesimi Jubileum, quo hujus lucrandi spe Gorstagus Thunasson, rei militaris apud Suecos præfectus* (Marschalkum *Ulpho nominat*) *et aliæ binæ e Suecia nobiles dominæ allecti, una cum S. Catharina profecti fortassis fuerunt. Hunc autem, quam vero videri mihi similiorem, jam dixi, opinionem ex S. Catharinæ ad matrem accessus, quem ex Ulphone jam jam describam, adjunctis, confirmabo, emendato, prout licebit, altero Ulphonis loco.*

*ut scribit Ulpho,*

262 *Scribit Ulpho, S. Catharinam, anno, ut dixi, circiter quinto a discessu Matris suæ, superato*

AUCTORE J. B.

*perato mari, et peragrata Allemania et Italiæ parte Romam pervenisse mense Augusto : sed ibi Matrem, utpote inde absentem, frustra quæsivisse : incidisse tamen forte fortuna post dies octo in Petrum Olavi, matris suæ confessorem, ac postridie una cum illo Matrem adiisse, quæ tum peregre profecta erat.* Eo denique tempore, *ait Ulpho monachus in Vita S. Catharinæ num.* 12, sancta et Deo digna mater ejus B. Birgitta apud Bononiam in monasterio Sarpensi, ad correctionem abbatis et conventus ejusdem loci, ex præcepto Christi aliquamdiu moram traxit, cum venerabili patre suo spirituali domino Petro Olavi (*qui interim Romam redierat*) et paucis aliis de familia sua. *Et paulo post num.* 13. Sequenti vero die *(nono post suum in Urbem adventum)* ad visendum dominam Birgittam, una cum domino Petro ad monasterium prædictum repedarunt. Suscepti reverenter ab abbate loci illius, propter devotionem dominæ Birgittæ, cujus exhortationibus sanctis ad meliorem vitam jam conversus fuerat, per aliquot dies ibi insimul steterunt, *dum Romam inde* S. Birgittæ *consilio una omnes redierunt. Hujusmodi est Ulphonis, Vastenensis monachi, de S. Catharina ad* S. Birgittam *matrem suam accessu narratio.*

B

*apud quem pro Sarpensi monasterio*

263 *Sed mendi hic aliquid cubare jam pridem advertit Papebrochius in Annotatis ad Vitam S. Catharinæ. Ecquod enim tandem illud est Sarpense apud Bononiam vel in Bononiensi territorio monasterium, cujus nominis nullum aut exstare illic modo, aut exstitisse olim scitur? In Vita ejusdem Sanctæ ab Hormann edita cap.* 5 *vocatur* Parpense, *uti et in Vita ejus typis anno* 1485 *Lovanii edita. Surius ad diem* XXIV *Martii, forte quod hujusmodi monasterium ignoraret, solummodo ait S. Catharinam Matrem suam invenisse Bononiæ, operam illic dantem, ut abbatem quemdam ejusque fratres ad bonam frugem reduceret, quo fere etiam modo Bailletus loquitur : Papebrochii vero in hunc Vitæ Catharinæ locum hæc Annotatio est :* Ignotum nomen (*monasterium nempe Sarpense*) omnibus Italis et Bononiensibus scriptoribus, quos quidem licuit perscrutari : admodum autem vereor, ne corruptum sit, et quamvis Parma totius Mutinensis comitatus districtu a Bononiensi dirimatur territorio, haud tamen adeo magna est locorum distantia, ut illius ævi (*seculi* XV) scriptor in Suecia attendere ad eam potuerit (*mallem dicere : non attendere ad eam nequierit*) ideoque suspicor legi hoc loco debere « Par- « mensi. »

C

*ob varias,*

264 *Quod Papebrochius veritus est, ne scilicet monasterii, in quo Matrem Catharina invenit, corruptum sit nomen, vereor et ego summopere : potuisse vero Ulphonem, hominem Suecum seculi* XV, *in assignando istius monasterii situ errare, mihi quoque verosimillimum est : at pro* Sarpensi, *aut, si velis,* Parpensi, *legendum esse* Parmensi, *ut Papebrochius suspicatur, minus arridet, malimque substituere* Farfensi, *quod monasterium et in Italia situm est, et* S. Birgittæ *tempore erat non incelebre; ut, si Ulphonis verba transcribentium ipsius de Vita S. Catharinæ lucubrationem vitio non sint corrupta, ipsemet etiam Ulpho in unius aut alterius litterulæ errorem facile potuerit incidere. Sed non ob hoc solum pro* Sarpensi *aut* Parpensi *monasterio, aut* Parmensi *denique legendum reor* Farfensi. *Abbas enim, ad cujus emendationem Ulpho scribit,* S. Brigittam, *Christo jubente, Roma egressam, videtur idem ipse, cui* S. Birgitta *sequentem ex Dei nomine revelationem exhibuisse scribitur a Petro Alvastrensi Revelat. Extravag. cap.* 105. *Titulus cap. mox citati sic habet :* Verba Christi, quæ retulit S. Birgitta abbati de Farfa, ut se corrigeret. *Hæc autem sic ibi describuntur :* Christus loquitur : Tu, domine abbas, deberes esse speculum religiosorum, sed tu es caput meretricum; hoc patet in filiis, pro quibus es infamatus. Tu deberes esse exemplum pauperum,, et distributor indigentium, sed ostendis, te esse de eleëmosyna magnum dominum. Hoc patet, quia magis inhabitabas castra, quam claustrum. Tu deberes esse doctor et mater fratrum tuorum, et factus es vitricus et noverca. Tu ludis in delitiis et in pompa, illi autem afflicti murmurant tota die. Ideo nisi te correxeris, te deponam de castris et cum minimis fratribus non habebis consortium, nec ad patriam tuam, ut credis, redibis, nec patriam meam introibis. *Addit Petrus Alvastrensis :* Et sic omnia evenerunt.

D

265 *Item abbas idem videtur esse, de quo Revelationum Extravag. cap.* 97. Christus præcipit Sponsæ suæ ire a Roma ad Castrum Novum abbatiæ Farfa dicens : Vade, quia camera pro te parata est. Cumque venisset ibi cum domino Petro confessore suo, et familia sua, tunc a fratribus illius monasterii cum maxima difficultate obtinuit ad inhabitandum unum vile tugurium, allegantibus non esse consuetudinem eis cum mulieribus cohabitare. Tunc Christus apparens ei dixit : Hæc est camera salutis, in qua promereri poteris et addiscere sublimia. Ut sicut prius inhabitabas domos altas et pulchras, sic nunc experiri poteris, qualia Sancti mei in speluncis habitantes patiebantur. Quæ adimplevit præcepta Christi ac eis obedivit. *Dubium non videtur, quin utroque hoc capite de eodem* S. Birgittæ *ad Farfense monasterium, Ord. S. Benedicti, in agro Sabinensi et ducatu Spoletino ad fluvium Farfarum situm et quadraginta circiter passuum millibus ab Urbe distans, a quo haud procul abest Castrum Novum ad idem monasterium pertinens, accessu agatur. Si vero utroque capite dicta cum verbis Ulphonis conferre libuerit, non pauca occurrunt adjuncta, quibus utrobique tum a Petro Alvastrensi, tum ab Ulphone agi de eodem Farsensi monasterio, colligatur.*

*hic addenda.*

E

F

266 *Nam primo idem utrobique monasterium memorari suadet, ut dixi, nominum affinitas maxime, et unius aut alterius litterulæ error vel in Ulphonem, hominem Suecicum et rerum Italicarum minus fortasse peritum, vel in eos, qui non satis caute lucubrationem Ulphonis descripserunt, cadere facile potuit. Dein* S. Birgitta *accedens ad monasterium, de quo Ulpho, comites habuit Petrum Confessorem suum et paucos de familia, quod etiam de* S. Birgitta *ad Farfense monasterium accedente Petrus Alvastrensis tradit. Tertio eodem Petro teste,* S. Birgitta *monasterium Farfense, vel Castrum Novum accedens principio minus humane a monachis excepta fuit, ut vix in vili tugurio tum morari ipsi per monachos licuerit : at hoc ipsum innuere videtur Ulpho sequentibus verbis* : Suscepti *(S. Catharina scilicet ejusque comites)* reverenter propter devotionem dominæ Birgittæ, cujus exhortationibus sanctis ad meliorem vitam jam conversus fuerat; *ita ut innuere his verbis videatur Ulpho* S. Birgittam,

*rationes*

A S. Birgittam, *principio abbati minus notam, minus etiam humane; sed post, perspecta ejus sanctitate, abs abbate humanius habitam fuisse.*

*legendum videtur* 267 *Quarto videtur significare Ulpho, Petrum confessorem postridie, quam S. Catharinæ in templo S. Petri Romæ occurrerat, una cum eadem reditum ad monasterium, in quo* S. Birgitta *versabatur, non inchoasse tantum, sed et perfecisse; ita ut monasterium istud, de quo Ulpho, haud longius, quam unius diei itinere ab Urbe dissitum fuisse videatur: verba Ulphonis hæc sunt:* Sequenti vero die ad visendum dominam Birgittam una cum domino Petro ad prædictum monasterium repedarunt, *seu redierunt, non redire cœperunt: sequuntur autem proxime verba paulo ante relata:* suscepti reverenter *etc: Atqui Farfense monasterium ex Baudrando* 13 *(in alia editione* 20*) tantum circiter milliaribus Italicis Roma distat; atque adeo ne unius quidem diei itinere: contra vero Bononia* 192, *atque adeo quot uno die peragrari nequeunt. Vero igitur simile fit, monasterium illud ab Ulphone apud Bononiam per errorem fuisse collocatum; si quidem hic error impe-*

B *rito alicui Ulphonis interpolatori adscribi non debeat. Denique ipse auctor Chronici Farfensis tom.* 2 *part.* 2 *Scriptorum rerum Italicarum inserti, et ultra seculum* XII *non extensi, opus suum inscripsit* Chronicon Pharphense, *ex qua voce, omissa aspiratione, scriptum fuisse* Parpense, *ut apud Hormann legitur, verosimillimum apparet.*

*Farfensi.* 268 *Et his quidem de causis universim atque conjunctim consideratis, in citato Ulphonis loco reponendum* Farfense *pro* Sarpensi, *aut* Parmensi *monasterio inducor, ut credam. Restat, ut his positis, opinionem, quæ S. Catharinam Romam venisse anno potius* 1350, *quam* 1348 *statuit, confirmari hinc, quod supra pollicitus fui, ostendam. Id vero sic brevibus præsto. Cum Matrem in Farfensi ex dictis monasterio S. Catharina invisit, præerat monasterio abbas aliquis, a quo honorifice fuit excepta: id vero locum habere non potuit anno* 1348; *potuit autem anno* 1350. *Sic enim lego tom.* 2 *Scriptorum rerum Italicarum parte* 2 *pag.* 298 *in Indice abbatum Farfensium ad annum* 1332. Johannes IV abbas LXIV præfuit annos VIII et, eo mortuo, constitutus fuit administrator abbatiæ Arnoldus, monachus Cluniacensis, qui præfuit annos XV. Cujus tempore, anno

C scilicet MCCCXLVIII, monasterium Farfense miserabiliter collapsum spiritualiter et temporaliter fuit, sicut legitur in quodam instrumento petitionis per monachos Farfenses factæ Johanni abbati Sublacensi. *Igitur nullus erat abbas in Farfensi monasterio anno* 1348. *Erat autem anno* 1350, *ad quem annum in eodem Indice seu Catalogo sequitur:* MCCCL Arnoldus abbas LXV ex administratore factus abbas præfuit annos V. *En abbatem, de quo Petrus Alvastrensis cap.* 105, *et quem exterum Farfensibus fuisse, indicat his verbis:* Nec ad patriam tuam, ut credis, redibis.

*Sueco absolutionem peccatorum procurat, quam negarat* 269 *Eodem anno* 1350, *quo innumera hominum multitudo Romam venit Jubilei lucrandi causa, contigit, ut Petrus* S. Birgittæ *confessor a Vicario Pontificis ad excipiendas Suecorum confessiones, collata omni, quam poterat illi conferre vicarius absolvendi potestate, deputaretur. Accidit autem, ut in ea hominum multitudine Suecus quidam peccata Petro confiteretur, sed adeo gravia atque enormia, ut illorum absolutionem reo impertiri noluerit Petrus: reus vero, ut legitur in Declaratione capitis* 71 *libri* 6 *Revelationum,* accessit ad dominam Birgittam, conquerendo, quod clericus ille nollet eum per beneficium absolutionis juvare. *Miserta hominis* Birgitta se prostravit in oratione interpellando pro supradicto clerico et pro illo scelesto peccatore. Et in eodem puncto audivit vocem Patris de cœlis dicentem: Dic clerico ex parte mea, diligenter expediat omnes venientes ad eum ex lingua et natione sua, injungendo eis pœnitentiam secundum gratiam sibi collatam, et secundum dictamen suæ rectæ rationis, et secundum quod ipse pœnitens portare potest, et absolvat secure, donec aliquis talis peccator venerit, de quo eum præmonere facio, dicendo: Istum noli absolvere. Caveat tamen sibi pro censuris Ecclesiæ manifestis et notoriis criminibus, quæ judicari debent publice ab Ecclesiæ prælatis.

*auctore J. B.*

*Petrus Olavi, anno 1350 Suecorum Roma confessarius* 270 *Hæc Petrus Alvastrensis, quem Declarationum Additionumque* S. Birgittæ *Revelationibus subnexarum auctorem diximus, non de seipso, ut vult Vastovius in Vite Aquilonia, scribit, sed de Petro Olavi* S. Birgittæ *confessore generali, ut dictum est num.* 229. *Vicarius autem Pontificis, Clementis VI, Avenione sedentis, qui Petro Suecorum confessiones anno Jubilei* 1350 *Romæ excipiendi munus injunxit, idem videtur ac ille, de quo Revelationum Extravag. cap.* 102 *hæc leguntur:* Cum quidam episcopus Urbevetanensis, tunc pro domino Clemente Papa in alma Urbe vicarius existens, aliquas revelationes B. Birgittæ divinitus revelatas haberet, nec multum ad illas attenderet; tunc B. Birgittæ oranti Christus apparuit his verbis dicens: Audi Birgitta, quia voluntas mea est, futura hominum aliqua tibi esse revelata. Ideo scias, quod iste episcopus numquam habebit illud, quod temporaliter totis viribus et affectibus sui cordis desiderat, imo illa, quæ congregavit, derelinquentur ab ipso et morietur in loco non suo.

*a vicario Papæ constitutus; nec minus* 271 Et accidet ei sicut cani, quem cum homo vult decipere, primo ungit ferrum carne pingui, quod canis devorare volens strangulatur a ferro. Sic diabolus ostendit isti episcopo delectabilia mundi esse suavia in corde et omnia, quæ habet, decere statum suum. Ideo nihil relinquere proposuit pro anima sua de jocalibus suis, donec morte arctatus relinquet omnia sine fructu. F
Expecta igitur et videbis omnia ista, quæ tibi dixi. Post paucos dies episcopus ivit Avinionem, ubi vitam finivit et thesauros reliquit invitus. *Ughellus tom.* 1 *Italiæ sacræ auctæ col.* 1474 *Pontii Perroti episcopi Urbevetani et Pontificis in Urbe vicarii, qui anno* 1349 *jubilei portam sanctam aperuerit, meminit, sed ubi gentium, aut quo anno e vita discesserit, non exponit. Matthæus vero Villanius tom.* 14 *Scriptorum rerum Italicarum lib.* 1 *Historiæ sui temporis cap.* 29 *hunc Pontium Perrotum appellat virum honestum et magnæ auctoritatis, cui anno* 1349 *Clementem VI facultatem fecisse addit contrahendi moram temporis, quo peregrinis in Urbe, ut jubilei gratiam consequerentur, ex præscripto Pontificis permanendum erat. Vero itaque admodum simile est, a Pontio Perroto anno* 1350 *Suecorum confessionibus audiendis destinatum fuisse Petrum,* S. Birgittæ *confessorem; cum vero Pontio in episcopatu successerit secundum Ughellum Joannes*

*anno*

AUCTORE J. B.

*anno* 1359, *verosimile fit, Pontium sub eumdem annum obiisse Avenione, atque adeo sub eumdem annum quoque ejus mortem* S. Birgittæ *fuisse revelatam. Porro ex iis, quæ de* S. Birgitta *num.* 269 *dicta sunt, colligere licet, quanta in proximi salutem, maxime popularium suorum Romam adventantium, cura studioque incubuerit. Haud minus equidem de filiæ suæ Catharinæ in virtute progressu et salute tum verbis, tum exemplo sollicitam fuisse, patet ex Vita Catharinæ, per Ulphonem monachum scripta et apud nos tom.* 3 *Martii a pag.* 505 *recusa, e qua hanc in rem, silente passim de rebus, a* S. Birgitta *hoc tempore Romæ gestis, ejus biographo Birgero, nonnulla hic delibabo. Fusius quidem ea de re Ulpho agit, sed pauca, quæ ex eo proferam, ut de reliquis conjici possit, suffectura existimo : sic itaque Ulpho in Vita S. Catharinæ num.* 21 *et seq.* Ipsa ergo venerabilis domina, cum marito esset viduata, morte intercedente, et staret Romæ cum matre sua S. Birgitta, cœpit vivere tamquam in monasterio sub cu-

B ra Matris suæ, quam novit spiritu Dei illustratam, et divinarum virtutum charismatis decoratam. Præceptorem vero habuit magistrum Petrum confessorem Matris, cujus monitis, doctrinis et salutaribus consiliis totaliter, tamquam vera obediens se humiliter conformabat. Matris vero suæ vitam et mores, tamquam speculum sine macula semper est intuita, cupiens mores actusque suos dirigere ad exemplum ejus et eam sanctis pœnitentiæ exercitiis imitari.

*de salute* 272 Ex ea namque certis temporibus silentium observare didicit, sciens, quod silentii virtus confert pacem cordis cultumque justitiæ, et inter proximos pacem nutrit atque custodit. Nam nisi homo valde diligenter ori suo costodiam adhibeat, gratuita bona, quæ habet, cito dissipabit, et in multa mala corruet. Rationabilia vero et pauca verba interrogata respondebat, sed ædificatoria de voluntate Dei et præceptis tractantia. Omnibus, maxime pauperibus et peregrinis, familiariter et humiliter loquebatur, observans illud Sapientis : Omnis narratio tua sit de præceptis Altissimi. Unde, cum staret Romæ, pauperes et peregrinos dulciter confovebat, plurimos de patria adventantes, non tantum eleëmosynis, sed

C dulci et familiari colloquio recreabat : exhortans eos ad patientiam et amorem Christi : sæpius inculcans eis, quod continuam recordationem amarissimæ Passionis Christi et mandatorum Dei observantiam specialiter haberent. De uno mentionem facio, quem tunc peregrinum pauperem pluries vocavit in cameram suam, Euangelium sibi relegens et Vitas Sanctorum et mandata Dei explicans, ad vitanda septem mortalia peccata summopere invitabat. Hic quidem cum ea ad patriam rediens, in monasterio Watzstena frater conversus bonam militiam Christi militans, multa laudabilia de ejus sanctitate fratribus recitare consuevit. *Hæc inter annum* 1350 *et* 1352 *contigisse videntur : anno enim* 1350 *annos nata erat octodesim, ut Ulpho scribit num.* 10 : *postquam autem, quæ proxime hic de S. Catharina ex numm.* 21 *et* 22 *recitata sunt, scripsit, de eadem mox ita loqui pergit num. seq.* : Cum autem hæc laudabilis domina Catharina staret Romæ, vivente matre sua Birgitta, licet juvenis esset, ut puta viginti annorum etc.

*S. Catharinæ* 273 *Rursum audi Ulphonem numm.* 34 *et* 35. Consuevit etiam mater sua sanctissima B. Birgitta juvenem et tenellam secum ad hospitalia D ducere, ubi ipso Mater sua plagas et ulcera infirmorumque vulnera sine horrore manibus suis devote pertractavit, beneficia plurima et verba consolatoria eis conferendo : ostendens sibi adhuc juveni exemplum, qualiter similia pauperibus et infirmis facere deberet propter Deum in omni ætate ventura. Et si quando aliqui Matrem piam hujus venerabilis dominæ arguebant pro eo, quod teneras filias secum duceret ad domos pauperum et infirmorum, timentes, eas aliqualiter posse infici fœtoribus infirmorum, respondit benigne eis dicens, quod ideo filias suas ad domos infirmorum duceret, ut addiscerent servire Deo in pauperibus et infirmis. Unde satis credibile est de hac venerabili domina, S. Birgittæ filia, quod, accrescente ætate, secum crevit infirmorum et personarum pauperum miseratio, eas sedulo visitando, verba consolatoria exhibendo, et eorum inopias piis eleëmosynis relevando, sanctæ Matris suæ vestigia in his, prout potuit, devote imitando.

E *liberorumque in Suecia alendorum mihi cura est.*

274 Verba autem matris S. Birgittæ, quæ audierat, et opera pietatis, quæ in Matre viderat, cor ejus pietate transfixerant ita, quod erat pauperum inopiæ toto corde valde compatiens et dolentibus in sermone condolens et operibus subveniens beneficia largiter impendendo. Nam ipsa quoque Matre sua super durum pavimentum dormiente, ex pia filiali compassione de nocte secreto surrexit, ponens sub costis et renibus caputium suum, duritiam pavimenti temperando... Felix igitur Mater, quæ mundo talem filiam propagavit, imo multo felicior, quia eam suis sanctis exemplis et sanctimonia vitæ Christo omnium Deo spiritualiter generavit, et ejus sancto servitio adaptavit. *Plura his addi possent ex Revelationum libris, quibus singularis* S. Birgittæ, *Romæ existentis, erga filiam Catharinam cura studiaque illustrari possent; sed hisce supersedeo, quod de iis ex jam dictis judicium ferre cuilibet sit pronum. Sed neque absentes in Suecia liberos ad virtutis culturam exstimulare pia et sollicita Mater prætermisit : testantur id Institutiones et Admonitiones, quas* S. Birgitta *ad filium Birgerum Roma perscripsit, quas habes supra num.* 77 *et seq. Verum quo anno has* S. Birgitta *scripserit, me equidem latet : earum tamen hic memini propter eam, quam habent cum superioribus affinitatem.* F

## § XIX. Quem tenuerit Romæ S. Birgitta vivendi modum : iter ejus Assisium.

*Linguam Latinam discit.*

*Quem vitæ modum et quam austerum* S. Birgitta *Romæ tenuerit, partim ex jam dictis superiore intelligi potest, partim Birgerus ejus biographus tradit : hic num.* 24 *sic habet* : Egressa igitur de patria crebis consolationibus meruit relevari : nam præceptum sibi fuit assuesci scolis Grammaticalibus, ubi beata Agnes ad obediendum et informandum data sibi fuit solacium et magistra. Tantum autem profecit in brevi, quod scivit ex parte intelligere et proferre sermonem *nimirum Latinum. S. Agnetem* Birgittæ *datam fuisse in magistram, cujus in agendis consilia sequentur, refertur etiam lib. Revelationum Extravag. cap.* 63

*his*

A *his verbis* : Sta ergo stabilis et obedi Agneti in consiliis, quæ dat tibi in spirituali visione : *de studio autem a* S. Birgittæ *linguæ Latinæ addiscendæ adhibendo monet eam B. Virgo lib.* 6 *cap.* 105, *ubi hæc illi quidem, ut loca sancta Romæ visitet, permittit; sed ita, ut Grammaticæ studium propterea non deserat.* Verumtamen, *inquit ibi,* Filia, non dimittas propter hæc scholas tuas in Grammatica, nec patris spiritualis tui sanctam obedientiam. *Quo denique Linguæ Latinæ præceptore usa fuerit, explicat Alphonsus Giennensis episcopus in Epistola ad reges lib.* 8 *Revelationum præfixa cap.* 3. Alter vero, *inquit,* pater spiritualis istius Dominæ erat quidam Presbyter de Suetia, virgo etiam venerabilis et sanctissimæ vitæ, qui totam domum prædictæ Dominæ regebat, et eam cum filia sua Grammaticam et cantum ex præcepto Christi docuit, *nimirum Petrus, Vastenensis postea confessor : nam de Petro Alvastrensi egerat paulo ante Alphonsus.*

*ac ecclesias visitans,*

276 *Non eo dumtaxat tempore, quo linguæ Latinæ præcepta discebat, Romanas ecclesias, quod numero superiore innui, pia Vidua sedulo*

B *visitare consuevit, sed et omni eo tempore, quo Romæ versata est.* Visitabat namque, *inquit Birgerus num.* 25, cum omni devotione et assiduitate loca Sanctorum cum labore sibi satis magno : hoc semper observans, quod non libenter in via cum aliquo loqueretur, nisi forte interrogata, et tunc paucissimis verbis loquenti sibi respondebat. *Illam etiam a sedulitate in frequentandis Romanis ecclesiis laudat Alphonsus, Giennensis episcopus, in Epistola paulo ante laudata inquiens* : Et sic ad Romam peregrinando devenit, ad standum ibi in vita pœnitentiæ, et ad visitandum humiliter limina Apostolorum, et reliquias aliorum Sanctorum; *uti et Bonifacius IX in Bulla Canonizationis* : Romæ insuper degens non rigorem frigoris, non æstivos calores, non impedimenta viæ lutosæ, non pluviarum aut nivium seu grandinum asperitates curans, stationes per Ecclesiam ordinatas, variasque alias sanctas ecclesias, licet eques pro suis facultatibus ire potuisset, tamen supra extenuati corporis vires enitens, peditans visitavit quacumque die. *Addit Alphonsus, id illam ea fecisse modestia, ut non modo neminem per viam alloqueretur,*

C *ut ex Birgero mox narravi, sed etiam, ut nec oculos attollere, nisi obtenta confessarii, qui ei tunc comes adhærebat, venia, auderet, quod ad commendandam summam ejus obedientiam facit.* Propter quod ipsa, *inquit,* in tantam humilitatem et obedientiam et perfectam mortificationem suæ voluntatis devenit, quod, quando ibat per Indulgentias et sanctuaria, sociata semper cum prædicto presbytero *(Petro, Vastenensi postmodum confessore)* suo patre spirituali, non audebat elevare aspectum oculorum suorum de terra, nisi prius requisisset et obtinuisset ad hoc specialem licentiam ejusden sui patris spiritualis.

*cœlestibus favoribus*

277 *Verum non sine divinarum consolationum visionumque fructu impensus* S. Birgitta *visitandis ecclesiis, honorandisque Sanctorum reliquiis labor fuit. Specimina varia hinc inde Revelationum libris inserta sunt : en ex iis aliqua : Lib.* 7 *Revelationum cap.* 2 *dicitur, cum esset in templo S. Mariæ Majoris festo Virginis Purificatæ, vidisse in spiritu rapta honores, quos ea die in cœlis spiritus Angelici B. Virgini ob doloris gladium a Simeone prædictum exhibebant : Lib.* 6 *cap.* 104 *dicitur, cum monasterium S. Pauli extra muros adiisset, atque ibi e S. Annæ reliquiis dono accepisset, a S. Anna sibi apparente audiisse* : Reliquiæ vero meæ, quasque habes, erunt diligentibus in solatium, donec Deo placuerit eas altius honorare in resurrectione novissima. *Eodem lib. cap.* 108 *dicitur illi apud sepulcrum S. Stephani (situm est in Ecclesia S. Laurentii in agro Verano juxta viam Tiburtinam) oranti S. Stephanus apparuisse, ac peregrinationem Hierosolymitanam prædixisse. Hujusmodi et alia nonnulla ex Revelationum libris, quæ in Ecclesiis S. Mariæ Majoris, S. Petri etc. contigerint, refert Burlamachius in Vita* S. Birgittæ *lib.* 2 *cap.* 2. *De Crucifixo* S. Birgittæ *in Ecclesia S. Pauli loquto vide Durantum de Visionibus cap.* 10. *Divinitus etiam cœcitate percussus fuit comes quidam, qui S. Catharinam, una cum Matre sua ad lucrandas indulgentias in templo S. Laurentii extra muros egressam, vi rapere constituerat; sed visum iterum ad* SS. Birgittæ *et Catharinæ preces obtinuit, qui id coram Urbano V (sedit ab anno* 1362 *usque ad annum* 1370) *fassus fuit. Vide Ulphonem in Vita S. Catharinæ tom.* 3 E *Martii pag.* 509 *et seq. num.* 25 *et binis seq.*

*sæpe honoratur,*

278 *Prænonita tamen erat* S. Birgitta *a S. Catharina de instante periculo : sed illa, utpote a Deo edocta, tutum fore iter, quo constituerat, spreto periculo, animose perrexit. Non raro, quod sibi in publicum prodeuntibus a petulantium procaciumque hominum insultibus, ut innuit Ulpho num,* 23 *et* 24 *Vitæ mox citatæ, timerent, habebant : propterea tamen ab ecclesiarum visitatione non abstinuere, vel a Deo, ut in casu sub finem num. superioris relato, contigit, vel a Deipara Virgine ad illam aut monitæ aut animatæ : nam et hoc postremum subinde accidisse, discimus e lib.* 6 *cap.* 105, *ubi Deipara* S. Birgittam *sic allocuta dicitur* : Cur sic turbaris, Filia? Respondit illa : Quia non visito loca ista sancta, quæ sunt in Roma. Et Mater. Permittitur, inquit, tibi visitare loca ista cum humilitate et devota reverentia, quia in hac Roma majores sunt indulgentiæ, quam homines credere possunt, quas Sancti Dei glorioso sanguine suo et precibus a Filio meo impetrare promeruerunt. *Contigisse id sub initium adventus* S. Birgittæ *Romam, cum linguæ Latinæ præceptis perdiscendis insudabat, ostendunt postrema citati capitis verba.* Verumtamen, F Filia, non dimittas propter hæc scholas tuas in Grammatica, nec patris spiritualis tui sanctam obedientiam.

*visa interdum etiam*

279 *Denique quanta pietate, animique in Deum defixi ardore hujusmodi sacra loca obire* S. Birgitta *consueverit, colligi facile potest ex schedula Nicolai de Ursinis, comitis Nolani, qui* S. Birgittæ *familiaritate usus fuit, ad Alphonsum, Giennensem olim episcopum, missa, in qua hac de re ille testatur sequentia apud Hormann pag.* 814. Cum magis notis referre intenderem, quod proferendum fuit ultimo loco describo. Nonne memor es, pater, quod dum existentibus nobis pariter in Perusia et etiam in Tuderto de hac alma Domina miranda narrabas, et præcipue de eo, quod tibi retulerat Joannes de Pornacio, ob Christi amorem pauper, quod quadam die, si bene recolo, a te et a me ipse adjuratus, astrictus causa obedientiæ protulit, quod, aliquibus tunc annis elapsis, dum Lateranensem ecclesiam visitaret, apud Coliseum

AUCTORE J. B.

AUCTORE J. B.

liseum obviam habuit Dominam prælibatam, quam intuens splendidissimi radii circumquaque caput ejus et corpus per modum, quo a sole procedunt, cum bene intueretur, exibant, efficacius in ipsa respiciens et figens gressus, non quod solum hæc visio perduraret, imo elevata a terra, ipsam vehi, non meare, perspexit, a quo autem videre non potuit. Post eam etiam intuens, æque radii a capitis tergo fulgebant, et ne esset de visione dubius, iterum permisit Dominus illud idem ipsum videre. Nam cum Domina ipsa esset in via, qua a S. Maria Majori ad sanctam Crucem in Jerusalem itur, obvius fuit ei ipse Joannes, qui radiantem vidit eam, ut supra.

*elevari in aëre.*

280 *Contigisse et sæpe alias, ut* S. Birgitta *in aërem elevata apparuerit, testatur Bonifacius IX, ad comitis Nolani mox recitatum testimonium etiam verosimiliter respiciens, in Bulla Canonizationis ita de* S. Birgitta *loquens.* Fuit quoque hæc admirabilis vidua, dum orationi et contemplationi vacaret, per plerasque devotas personas elevata a terra per hominis mensuram vel circiter
B cum splendida et radiante facie sæpe visa. *Factum idem, quod supra comes Nolanus primo loco retulit, describere videtur etiam Birgerus num.* 28. *Est enim substantia illius eadem, congruitque locus, qui comiti Nolano Coliseum est, Birgero vero inter Campum Floræ et S. Joannis (Lateranensis) ecclesiam, quos Coliseum interjacet. Similiter* S. Birgittam, *cum adhuc in patria esset in monasterio Alvastrensi, in sublime elevatam conspectam fuisse, habet Additio ad cap.* 55 *Revelationum Extravagantium.* Item frater Gerrechinus vidit semel in dicto monasterio Alvastra dominam Birgittam elevatam in aërem et de ore ejus flumen egrediens. Et tunc, ipso orante, audivit in spiritu dicentem sic : Hæc est mulier, quæ a finibus terræ veniens propinabit innumerabilibus gentibus sapientiam.

*Peccata sua et aliorum*

281 *Birgerus de* S. Birgitta, *Romæ commorante, agens, postquam illam a modestia, a verborum parsimonia et cautela, a frequenti etiam ob leviores culpas confessione et pœnitentia num.* 25 *commendavit, dein binas, quibus a Deo ornata fuit, prærogativas singulares refert; alteram, qua, si forte verbo peccabat, diffuso mox*
C *per os amarore quodam, delicti admonebatur: alteram, qua, si forte alius cum illa colloquens verbis Deum offenderet, etiam id ex ingenti quodam ita loquentis fœtore intelligeret.* Quando vero, *inquit*, aliquid loquebatur, quod esset offensa Dei, statim sentiebat in ore suo amaritudinem maximam quasi sulphuris, sciens, se in hoc Deum offendisse, et reducens ad memoriam illud verbum ad aquas salutaris confessionis cucurrit ocius, sicut cervus *etc*, Similiter si aliquis loquebatur ei aliqua verba viciosa vel dolosa, quæ Deum offenderent, statim sensit in naribus fetorem horribilem sulphuris, quem vix poterat tolerare, hoc habens pro signo, quod Deus erat offensus in verbis illius personæ, de cujus ore procedebat ignis et sulphur immundæ locutionis ad nares Sponsæ Dei, quibus Spiritus Domini morabatur.

*sensu percipit.*

282 *Hujusmodi factum aliquod narrat Petrus Alvastrensis Revelationum Extravagantium cap.* 81 *sequentibus verbis* : Hoc magnum de Spiritus Sancti gratia habuit Sponsa Christi, quod, quoties approximabant ei homines, pleni spiritu immundo et superbo, statim sensit tantum fœtorem, et in ore tam amarum habuit sapo- D
rem, quod vix ferre posset. Unde quidam plenus peccatis, cum consedisset ei, quæsivit dicens ei : Quid est de spiritu, quem diceris habere, utrum est a te, aut ab aliquo alio, aut forte a dæmone? Sed illa vix ferre valens fœtorem ejus ait : Fœtidum habes habitatorem et fœtida sunt, quæ procedunt de ore tuo. Pœnitentiam igitur age, ne tibi superveniat ultio Dei. Qui nimis iratus recedens; cum autem se sopori dedisset, audivit dæmonum voces innumerabilium dicentium : Trahamus istum ad loca porcorum, quia spernit monita salutis; qui, rediens ad seipsum, correxit ex gratia Dei vitam suam criminosam. Et postea odor bonus, fœtore sublato, reversus est. *Lib. item* 6 *Revelationum cap.* 87 *hæc leguntur* : Quodam die cum Sponsa consedisset cuidam episcopo et aliis nobilioribus, sensit tunc fœtorem abominabilem quasi de putredine squamarum piscium, et, mirantibus dominis, quod sentiret ipsa sola fœtorem et non alii, statim ingressus est in domum unus homo, qui excommunicatus erat, sed propter potentiam suam non curabat de vinculo excommunicationis *etc : Verum id forte, in Suecia exsistente* Birgitta, *contigerit : additur enim ad calcem citati capitis* : Ideo rex laboret, ut tales E
puniantur, ne participatione eorum plures maculentur.

*Quam fuit perfecta*

283 *Inde Birgerus ad* S. Birgittæ *obedientiam et spontaneam paupertatem pergit* : Tanta ei inerat obedientia, quod in nulla volebat esse sine præceptore, cujus præceptis salutaribus studuit in omnibus obedire. *Ex eodem capite illam ita laudat Bonifacius IX in Bulla Canonizationis* : Tenacem obedientiam prælatis et suis superioribus et confessoribus observabat, adeo quod absque saltem confessoris licentia pene oculos attollere non præsumeret. *Similia his habet Alphonsus in Epistola ad reges cap.* 3, *cujus verba dedi num.* 277. *Neque immerito* S. Birgitta *propter obedientiam extollitur, cujus virtutis laudem ipsi deberi ostendit abunde vel ipsa ejus e patria Romam peregrinatio, jussu Dei suscepta, et tota ejus vitæ pars, quam Romæ transegit, utpote quæ illic degens fidelissime quæcumque sibi a Deo præcipiebantur, nullo habito personarum discrimine, adimpleverit, ut partim ex jam dictis colligi, partim in Revelationum libris passim est videre: nec Roma umquam, nisi a Deo* F
*monita, ut legitur lib. Revelat. Extravag. cap.* 8, *pedem extulerit, imo nec ad visitandas quidem ecclesias Romanas egredi solita fuerit, nisi consulto prius Deo, ut colligi potest ex Ulphone in Vita S. Catharinæ num.* 25, *ubi de Catharina, Matris suæ sedula imitatrice, ait, eam ad Indulgentias lucrandas extra muros Urbis non exivisse*, nisi divino præmunita fuisset oraculo *et ab illa* per revelationem divinam assecurata. *Denique, quæ jam ætate provecta Roma Hierosolymam itinere arduo sane et longo, ut Deo pareret, tendere non dubitarit. Quanta vero erga animæ suæ præceptores obedientia fuerit, specimen unum alterumve peculiare, si lubet, vide lib. Revelationum Extravagantium capp.* 60 *et* 61.

*obedientia*

284 *Quamquam autem, quæ dictis capp. referuntur, non Romæ, sed in Alvastrensi monasterio contigisse videantur (ita habent Notitiæ Mss. ad decessores nostros a P. van der Ketten e Vita* S. Birgittæ *Germanica seu Belgica missæ) indicare tamen hic illa licuit, ut conjicere hinc lector possit, qualis quantaque fuerit* S. Birgittæ *non*

A *non modo Romæ exsistentis, sed et per omnem vitam obedientia. Insigne est obedientiæ specimen, quod in Notitiis mox laudatis legitur, quodque propterea, ipsis, quibus in Notitiis concipitur, verbis, huc transcribo: ita se habet*: Cum jam S. domina Birgitta habitaret ante monasterium Alvastro in secundo anno in morbum incidit. Et doctores ei dicebant, quod absque usu balneorum sanari non posset; quod intelligens valde contristatur: nam proposuerat hujusmodi sibi cavere et omnino ab iis abstinere, adeoque balnea recusabat. Quod audiens magister Matthias ad eam dicebat verba hæc: Præcipio tibi in virtute S. obedientiæ, ut præcepto medicorum pareas: nam cogit necessitas, ut adhuc alii per te salutem consequantur. Tunc ipsa respondens ait: O chare pater, quod si simpliciter uno verbo mihi id mandasses, tuam voluntatem fecissem, et nunc tanto diligentius hoc exequar, cum mihi illud in virtute S. Obedientiæ præceperis: nam supra modum gaudeo, quod aliquem habeam, cui obediam; quia propter obedientiam parata sum omnia relinquere, quæ mihi prohibentur, et facere, quæ mihi præcipiuntur, quantumcumque mihi id arduum
B esset propter eum, qui suo Patri obedivit ad mortem.

*et paupertatis voluntarix*

285 *De spontanea vero* S. Birgittæ *paupertate ita universim loquitur Birgerus*: Paupertas voluntaria in tantum sibi placuit, quod omnia, quæ in possessione sua habebat, ad manus alterius traderet dispensanda. De quibus quotiens aliquid pro se vel aliis habere voluit, humillime petivit sibi dari in nomine Jesu Christi, ac si numquam petita hujusmodi possedisset. Utilitatem personarum secum existentium proprie præponebat, nam propriam celans indigentiam rogabat aliis ministrari necessaria, quibus ipsa plus ceteris indigebat, ut proximum pure diligeret propter Deum. S. Birgittam, *quæ ad usum sibi necessaria erant, ab aliis tamquam aliena petere soluisse, deduci etiam potest ex cap.* 65 *Revelationum Extravagantium, ubi Christus, præscribens illi et familiæ suæ certum quotidianum vivendi modum, inter alia præcepisse legitur*: Panes, qui vobis apponuntur, comedatis. Et si plures, quam apponuntur, egueritis, petatis in nomine meo a magistro. Et eadem lex sit in potu, quæ est de pane. *Romæ vero pecuniæ indigentia subinde pressam fuisse, colligitur ex cap.* 46, *lib.* 6
C *Revelat., ubi beata Virgo interroganti* Birgittæ, Numquid mutuatam pecuniam accipere debeo in fide mea ad aliquod tempus certum? *illa respondisse legitur*: Si certa es, quod præfixo tempore solvere poteris, mutuum recipe, sin autem, dimitte. Melius enim est tibi uno die carere cibo, quam fidem tuam exponere pro incerto. *Quam vero tenui fuerit supellectili, liquet ex his verbis* S. Birgittæ *ibidem paulo ante præmissis.* Vestes habemus, quibus utimur nocte et die, vasaque pauca pro mensa nostra, sacerdos vero habet libros suos, et pro Missa habemus calicem et ornamenta.

*studiosa,*

286 *Meminit etiam Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi ad annum* 1405 *penuriæ, qua subinde pressa fuit* S. Birgitta, *cum Romæ esset; ubi de Petro sartore, uno e primis fratribus laïcis Vastenensis monasterii, eo anno illic defuncto, hæc scribit*: Iste semel venit Romam, adhuc vivente S. Birgitta et ibi morante, cum proposito peregrinandi ad Terram Sanctam. Et quia S. Birgitta tunc necessitata fuit de pecunia, rogabat eum, ut pecuniam, quam tum secum habebat, sibi concederet et rediret ad patriam, ut ibi de amicis S. Birgittæ resumeret eamdem pecuniam. Quod ipse protinus fecit, et reversus est in Sueciam, et, ibi resumpta dicta pecunia, perfecit dictam peregrinationem in S. Jerusalem. *Videsis etiam, quæ Ulpho monachus in Vita S. Catharinæ de hujus, Matrisque suæ non mediocri paupertate num.* 37 *et seq. refert; quorum priore ait, S. Catharinam etiam in nobilium Romanarum feminarum consortio e variis laciniis consutas manicas gestare non erubuisse, quæ tamen non absque prodigio ejus comitibus velut admodum pretiosæ purpuraque splendentes apparebant.*

AUCTORE J. B.

*adductis, exemplis,*

287 *Sequenti vero num. Ulpho contigisse refert, ut S. Catharina ægra Romæ decumberet, ejusque alloquium nobilis quidam Romanus peteret.* Hæc audiens, *inquit Ulpho*, familia earum intra se erubuit, quod tantus dominus deberet videre eam in tam paupere lecto decumbere. Jacebat nempe super stratum stramineum, unum cussinulum habens sub capite, cooperta desuper antiquo et emendato mantello *seu palliolo: sed rursum omnia prorsus magnifice instructa apparuisse, ita ut præ admiratione famulis diceret*: E
Dominæ istæ apud omnes pauperes reputantur, unde frequenter mutuo sumunt pecuniam pro necessariis emendis: melius esset, quod tanti pretii purpuram et apparatum illum nobilem, quem in domo earum vidimus, pro necessariis distraherent, quam quod egestate et penuria alimentorum et vestium premerentur. *Num. denique* 39 *ait, S. Catharinam veste vili cinericii coloris, vetusta et refarta, indui consuevisse, quali fere etiam usam esse* S. Birgittam, *Bonifacius IX in Bulla Canonizationis infra danda affirmat.*

*ostenditur.*

288 *Ejusdem voluntariæ paupertatis amor cum magna animi demissione conjunctus impulit* S. Birgittam, *ut, contempto generis sui splendore, ipsis pauperibus ad stipem accipiendam sese promiscue jungeret, in eorumque reficiendis laceris indumentis operam suam collocaret, quod iterum his verbis citatus mox Pontifex testatur*: Admirabilis et spectatæ humilitatis extitit, ita ut nonnumquam cum pauperibus peregrinis incognita simul sedens apud monasterium S. Laurentii in Panisperna de Urbe Ordinis S. Claræ eleëmosynam reciperet et osculaturetur cum gratiarum actione. Et frequenter propriis manibus et ob Dei reverentiam reparabat pauperum vestimenta. *Ut* F
*sane merito ob spontaneæ paupertatis studium a Birgero hic* S. Birgitta *laudetur: pluribus quidem, ut ex ipsius revelationum voluminibus patet, tum Romæ, tum alibi virtutibus effulsit, sed de iis solis, quas Birgerus ejus biographus breviter tradit, hic paulo, quam ille uberius agere visum est, ne, si de omnibus omnino agendum esset, justo amplius prolixi simus. Ad alia, quæ Romæ gessit, modo Birgerum sequens progredior.*

*Roma, a S. Francisco invitata,*

289 Deinde, *inquit ille*, aliquibus evolutis annis *(a suo, ut apparet, Romam adventu)* præceptum fuit Sponse Dei ire Sicyliam et Neapolim sub hiis verbis: Permittitur tibi, inquit Filius, visitare loca sancta in Sycilia *(seu potius regno Neapolitano, quod tunc Joannæ, Siciliæ etiam reginæ, parebat)* quia illic sunt multorum corpora, qui dilexerunt me toto corde, inter quos præcipuus est Thomas Apostolus meus, ubi cum perveneris, ostensurus sum tibi aliqua secreta: *ita brevibus Birgerus de itineribus*

AUCTORE J. B.

*bus sacris a* S. Birgitta *Romæ morante institutis, antequam peregrinationem Hierosolymitanam suscepit: sed varia diversaque ejusdem itinera confuse indigitans, quæ proinde hic paulo fusius veniunt aliunde illustranda. Ac primo quidem, ne quid hic repetam de itinere ejus, ad Farfensem abbatiam anno* 1350 *(ut vidimus supra) verosimilius instituto, a S. Francisco invitata Assisium aliquando accessit; post annum quidem* 1350, *cum, ut mox videbitur, filia sua Catharina comite, eo accesserit; etsi, quod annum illum accurate determinem, in promptu non habeam. Assisiense hoc* S. Birgittæ *iter refertur lib.* 7 *Revelationum cap.* 3 *in hunc modum:* In festo S. Francisci in sua ecclesia Romæ in Transtiberim apparuit S. Franciscus eidem Sponsæ Christi, dicens ei: Veni in cameram meam ad comedendum et bibendum mecum.

*Assisium tendens*

290 Quod ipsa audiens statim paravit se ad iter, ut visitaret eum in Assisio, ubi dum per quinque dies moram duxisset, proponens tunc Romam redire, intravit ecclesiam, ut se et suos S. Francisco commendaret. Cui tunc ipse apparuit dicens:

B Bene veneris, invitavi enim te in cameram meam, ut mecum comederes et biberes. Scito tamen, quod hæc domus non est camera, quam ego dixi tibi, sed camera mea est vera obedientia, quam ego semper retinui, ita quod numquam sustinui esse sine præceptore: *reliquis verbis cibum et potum, ad quos* S. Birgittam *invitarat, S. Franciscus ibidem ita explicat, ut cibum suum fuisse interpretetur proximi a seculi vanitate ad Dei obsequium conversionem, potum vero, quod e proximi ad Deum conversione percipiebat, gaudium, ad quæ similiter pro viribus imitanda* S. Birgittam *deinde invitat animatque. Præterea, si Petro Alvastrensi Revelat. Extrav. cap.* 90 *fides habenda est, cum esset* S. Birgitta *in ecclesia PP. Franciscanorum, dubii aliquid de veritate Indulgentiarum (haud dubie Portiunculanarum) eo quod nullas eas esse, e quibusdam audierat, passa est: sed Christus omnem ei ea de re scrupulum exemit his verbis:* Cui petenti *(S. Francisco)* ex charitate, ego, qui sum ipsa veritas, dedi signum *(qui id contigerit, vide tom.* 2 *Octob. pag.* 885 *et seqq.)* scilicet quod omnes, qui venirent ad locum suum vacui, implerentur benedictione mea, et solverentur a peccatis suis.

C

*cum filia Catharina*

291 *Itineris hujus etiam meminit Ulpho in Vita S. Catharinæ tom.* 3 *Martii pag* 510, *num.* 28: Accidit autem, S. Franciscum apparuisse in visione B. Birgittæ, invitantem eam ad visendum cameram suam. Quæ cum statim tamquam devota S. Francisco obediens, se disponeret ad pergendum in Assisium ad ecclesiam ejusdem Sancti, quæ dicitur de Portiuncula, præceptum fuit ei a Christo, quod domina Catharina eam sequeretur, quia desiderio magno illuc peregrinari affectabat: *e cujus verbis, S. Catharinam Matri suæ hoc in itinere comitem fuisse, idque post annum* 1350 *contigisse, quod supra dicebam, efficitur, nisi forte id eodem, quo Romam S. Catharina venit, id est, anno* 1350 *contigisset. Adjuncta itineris illius quædam Ulpho num. citato et seq. refert, e quibus patet, quam singulari* S. Birgitta *ejusque filia Catharina, reliquaque familia eo in itinere usæ sint Dei præsidio. Quippe, cum a via aberrassent, et inclinata jam dies esset, vix in vilem tabernam exceptæ sunt, in quam aliquanto post latronum manus ingressa est. Hi, S. Catharinæ pulchritudinem conspicati, pudicitiæ ejus labem inferre parabant;* D *verbis enim parum honestis jam meditata prodebant.*

*latronum manus prohibet divina.*

292 *At cum jam latrones media circiter nocte in eo essent, ut meditata perficerent, præsens affuit ad preces conversis Deus, ingensque subito insonuit armorum fragor, quo perculsi latrones, male sibi conscii, ocius sese dedere in fugam, nec eo ea nocte redire ausi sunt: verum postridie viam, quæ Assisium ducebat, frequentes obsederunt:* Birgitta *autem ejusque comites per medios latrones, protegente suos Deo, a nemine ipsorum, clara licet luce, visi, Assisium salvi et incolumes pervenerunt, ut fusius Ulpho narrat. Hoc porro iter, plane aliud esse ab iis, de quibus mox dicetur, docent Ulphonis; quibus narrationi suæ finem imponit, verba: sunt autem hæc:* Sicque evaserunt manus eorum in nomine Domini, perficientes peregrinationem ad limina S. Francisci, ubi consolationibus divinis plurimum recreatæ, cum gaudio magno Dei laudantes magnalia, Romam redierunt.

## § XX. Iter item Neapolitanum. E

*Altero itinere*

*Aliud fuit* S. Birgittæ, *cum Romæ moraretur, Dei jussu majoris viæ moræque per regnum Neapolitanum iter, quod instituit ad visitandas præcipuorum in illo Sanctorum basilicas, eorumque sacras exuvias honorandas, cujus Birgerus, verbis num.* 290 *citatus, meminit. His auditis, territa, ut subdit Birgerus, nonnihil* S. Birgitta *(utpote cui et ætas jam esset provecta fractaque, et ad instituendum hujusmodi iter parum subsidii) a Christo, nec opes, nec vires necessarias sibi defuturas, intellexit.* Et vere, *inquit Birgerus,* sic erat: nam, quamdiu in Neapoli traxit moram, domina regina Siciliæ *(Joanna)* et alii nobiles regni ipsam xeniis et donariis plurimum honoraverunt. *Quod vero ad* S. Birgittæ *illic gesta attinet, ait Birgerus, omnium illam se illic virtutum exemplar præbuisse, civitatis et cujusvis generis hominum peccata libere æque atque intrepide inspectatam esse, revelationes divinas de populo Neapolitano factas publice proposuisse, visitatis Sanctorum reliquiis, ac tandem, collecto ex itinere illo divite animarum fructu, Romam denuo rediisse. Hæc* F *universim Birgerus de itinere* S. Birgittæ *Neapolitano, quæ paulo enucleatius modo explicare aggredior.*

*S. Andream Amalphit.*

294 *Ac primo quidem nonnullis ex iis, quæ e Birgero audivimus, lux aliqua accedit ex cap.* 107 *lib.* 6 *Revelationum, ubi Birgeri dicta quædam, si substantiam spectes, etiam referuntur: id autem sic habet:* Filius loquitur Sponsæ dicens: Aquila videt ab alto, quis velit nocere pullis suis, et prævenit volatu defendendo eos. Sic ego prævideo vobis salubriora, ideo dico, expectate; et iterum dico, ite, sed quia tunc tempus est, ite ad civitatem Amalphiæ ad Apostolum meum Andream. Cujus corpus fuit templum, meum, ornatum omni virtute. Ideo factum est ibi depositorium fidelium et adjutorium peccatorum. Nam qui fideli mente ibi veniunt ad ipsum, non solum exonerantur peccatis, sed abundabunt consolatione æterna. Nec mirum: nam ipse non erubuit crucem meam, sed portavit hilariter; et ideo non erubesco audire et suscipere eos, pro quibus ipse orat, quia voluntas suo est voluntas mea: cum vero fueritis

A fueritis apud eum, redite statim Neapolim ad Natale meum : *e quibus verbis colligi posse videtur* S. Birgittam *primo adiisse Neapolim, deinde Amalphiam ad visitandas S. Andreæ reliquias, ac inde rursus revertisse Neapolim. Reliqua citati capitis verba, quibus Birgeri dicta de* S. Birgittæ *suscipiendi itineris timore, divinaque tunc illi facta consolatione confirmantur, hæc sunt* : Respondit Sponsa:O Domine, tempus nostrum transit, et ætas et infirmitas appropinquant, et subsidium temporale minoratur. Cui Dominus : et reformator. Ego sum etiam in necessitatibus adjutor.... Ego.... inspirabo cordibus diligentium me, ut benefaciant desiderantibus me etc.

*S. Bartholomæum Beneventi,*

295 *Porro eo itinere* S. Birgitta *non modo Neapolim et Amalphiam, sed Beneventum etiam, Ortonam, Montem Garganum Manfredoniam, Barium, Salernum adiit. Beneventum quidem, ubi S. Bartholomæus præcipuo honore colitur, adiisse discimus ex Declaratione subnexa capiti* 125 B *lib.* 4, *ubi* S. Birgittæ *consiliis obtemperans episcopus aliquis ex illius comitibus, cum Beneventi una cum* S. Birgitta *esset, calculi morbo liberatus dicitur.* Primum animal, *(ita sonant Declarationis verba)* id est, primus episcopus ex nobilitate superbiens, conversus est ex verbis Spiritus Sancti, qui veniens Romam et dominam Birgittam secutus usque ad Neapolim, cum essent in Benevento, gravissime passus est de calculo. Cui ægrotanti Spiritus S. dixit per dominam, Regi Israël infirmo præceptum fuit, ut apponeret cathaplasma super vulnus suum. Sic faciat iste, assumat veram charitatem in animo ad Deum, quæ est medicamentum optimum et statim sentiet sanitatem. Quo audito, vovit, et mente et carne convaluit. *Additur ibidem* : De isto episcopo habetur III lib. *(Revelationum)* capitul. XII. *Hic autem Vexionensis in Suecia episcopus fuisse dicitur, cujus sedis episcopus, nomine Thomas, occurrit in Diario Vastenensi ad annum* 1405, *ubi monasterii Vastenensis ædificationi adfuisse dicitur,* Donec dna Katharina et alii cum reliquiis beatæ Birgittæ tunc de- C functæ a Roma ad Vazstenas pervenerunt, *anno nimirum* 1374, *ut adeo verosimillime Thomas hic idem sit, ac episcopus ille Vexionensis, qui* S. Birgittam *Roma Neapolim secutus, Beneventi,* S. Birgittæ *consiliis calculi morbo liberatus fuit.*

*S. Thomam*

296 *Ortona littoralis Aprutii Citerioris in regno Neapolitano civitas est, et templum S. Thomæ Apostolo, cujus reliquiis id gaudet, dicatum habet : Martyrologium Romanum ad diem* III *Julii de S. Thomæ reliquiis sic habet :* Edessæ in Mesopotamia translatio S. Thomæ Apostoli ex India : cujus reliquiæ Ortonam postea translatæ sunt, *anno nimirum* 1258 *die* VI *Septembris, ut ex Ortonensi monumento, quod recitat, tomo* 6 *Italiæ sacræ auctæ col.* 774 *et seq. tradit Ughellus. Has quoque* S. Birgittam *veneratam fuisse, discimus ex cap.* 4 *lib.* 7 *Revelationum, ubi sic illam Christus allocutus dicitur* : Propterea scire te volo pro certissimo, quod in isto loco est thesaurus meus electissimus, scilicet reliquiæ sancti Thomæ Apostoli mei, quæ in nullo loco sunt ita multæ, sicut in isto altari *(Beatæ Virginis)* incorruptæ et indivisæ. *Quid vero* S. Birgittæ *Ortonæ contigerit, accipe ex Additione citato mox capiti subnexa.* Cum domina Birgitta ivisset Ortonam, contigit eam cum sociis suis tota nocte stare sub diu * in frigore et pluvia magna. Tunc circa auroram dixit Christus : Propter tria advenit tribulatio hominibus, aut ad majorem humilitatem, sicut rex David tribulabatur, aut ad majorem timorem et cautelam, sicut Sara, uxor Abrahæ, quæ a rege sublata fuit; aut ad consolationem hominis et honorem.

AUCTORE J. B.

* sub dio

297 Sic et vobis contigit. Ego enim instigavi animis occurrentium vobis, non procedere amplius illo die, sed noluistis credere, ideo passi estis, quod habuistis. Ideo ingrediemini nunc civitatem et famulus meus Thomas dabit vobis, quod concupiscitis. Item de eodem, *sed altera, ut ex dicendis apparebit, vice* : Apparuit Christus in Ortona dicens. Dixi tibi prius, quod S. Thomas Apostolus meus erat thesaurus meus. Hoc uti que verum est... Tunc etiam apparuit S. Thomas dicens : Jam diu de te desideratum thesaurum dabo tibi. Et in eodem momento, nullo tangente, de ipsa capsa reliquiarum S. Thomæ prodiit unum frusticulum unius ossis beati Thomæ, quod recipiens Domina cum gaudio reverenter reservavit. *Quidquid sit de apparitionibus hic relatis, partem equi-* E *dem reliquiarum S. Thomæ hoc modo* S. Birgittæ *obtigisse, affirmat etiam Bonifacius IX in Bulla Canonizationis inquiens :* Cum autem spectabilis hæc vidua de longa peregrinatione ad Ortonam Teatinæ diœcesis terram, in qua beatissimi Thomæ Apostoli reliquiarum pars magna servatur, vice secunda supervenisset; fuerat enim antea longe per visionem sibi revelatum, quod secunda vice sui adventus ad ipsam terram, devotum ejus desiderium impleretur, et dum stans reliquias devotione solita visitaret, idem Apostolus devotæ Viduæ apparens dixit : « dabitur tibi « diu desideratum. » Et mox, nemine tangente vel alias impellente, de capsa reliquiarum quoddam frustulum unius ossis dicti Apostoli suapte Viduæ expectantis prosiliit ad manus, quod illa cum gaudio ac devotione recipiens, summa veneratione servavit. *Hæc Pontifex : at quæ fuerit longa, cujus meminit,* S. Birgittæ *peregrinatio, an, qua de nunc agimus, Neapolitana, an Hierosolymitana, de qua postea, mihi non liquet.*

*Ortonæ,*

298 *Situs quoque est in eodem regno Mons Garganus in Apulia, S. Michaëlis aliorumque* F *sanctorum angelorum cultu jam olim celeberrimus, ut fuse videre est tom.*8 *Septembris. Fas sibi non existimavit* S. Birgitta *locum adeo celebrem insalutatum præterire : quo cum accessisset, non sine dolore, locum illum non apud exteros solum, sed et apud indigenas in minori, quam par erat ac olim haberi consueverat, veneratione esse, animadvertit : mota itaque incolarum calamitate et cœcitate pro eorum peccatis et conversione ad Deum preces fudit : sed a Deo id responsi accepisse fertur lib.* 4 *Revelationum cap.* 131. Assueti sunt sordibus et nisi verberibus non erudiuntur, et utinam in disciplina se cognoscant et resipiscant. *Hic cum pietati suæ fecisset satis, Manfredoniam Apuliæ pariter urbem, a monte Gargano haud procul remotam, concessit, Barium inde transitura : verum cum Manfredoniam e monte Gargano accessit, in episcopo Vexionensi, comite suo, de quo supra, insigne miraculum edidit : id ita describitur lib.* 3 *Revelationum cap.* 12. Cum domina Birgitta descendisset de monte Gargano ad civitatem Mafredoniam in regno Apuliæ, idem episcopus existens

*S. Michaëlem in monte gargano unde recedens*

AUCTORE J. B. existens in comitiva Dominæ, casu accidente in Monte, cecidit de equo ita graviter, quod duæ costæ fractæ sunt. Qui de mane cum Domina profectura esset ad S. Nicolaum de Baro, vocavit eam ad se dicens : O Domina, gravissimum est mihi hic sine vestra præsentia manere. Et onerosum est etiam vobis, moram trahere propter me, maxime propter incursantes istos homines.

*prodigium patrat,* 299 Rogo, inquit, vos per amorem Jesu Christi, ut rogetis Deum pro me et tangite latus doloris mei. Spero enim per tactum manus vestræ dolorem meum mitigari; quæ præ compassione resoluta in lachrymas ait : O Domine mi, ego reputor, quod non sum, nam ego sum peccatrix maxima in conspectu Dei. Verumtamen omnes rogemus Deum, et ipse respondebit fidei vestræ, Facta itaque oratione, cum surrexisset, tetigit latus episcopi dicens, Sanet te Dominus Jesus Christus. Et statim dolor discessit, et surgens episcopus secutus est Dominam per totam viam
B usque dum rediret Romam. *Ita se habuit* S. Birgittæ *iter Neapolitanum hactenus : at priusquam* S. Birgittam *Manfredonia Barium euntem prosequamur obiter hic observare juverit pauca, e quibus tempus, sub quod iter Neapolitanum instituit, utcumque saltem eruatur ac determinetur. Ex dictis paulo ante habemus, episcopum Vexionensem, peracto itinere Neapolitano, una cum* S. Birgitta *Romam rediisse. Porro de eodem episcopo verbis ex Declaratione lib. 3 cap. 12 Revelationum subnexa proxime recitatis hæc præmittuntur :* Hic fuit episcopus Vexionensis, qui, cum esset Romæ et multum de suo reditu angustiaretur, auditum est in spiritu : Dic, inquit, episcopo, quod mora sua utilior est, quam acceleratio hi quoque, qui de comitiva sua præcesserunt, subsequentur eum. Ideo, cum ad patriam redierit, verba mea inveniet vera. Sic itaque omnia evenerunt. Nam rediens invenit regem captum et totum regnum turbatum *etc. : Itaque episcopus ille, peracto jam una cum* S. Birgitta *itinere Neapolitano, Roma in Sueciam abiit sub annum* 1365, *quo rex Magnus, ut scribunt Loccenius et Torfæus, ab Alberto, duce Megapolensi, bello captus fuit,*
C *ac proin sub idem fere tempus iter Neapolitanum institutum jam fuisse videtur.*

*S. Nicolaum* 300 *Manfredonia Barium accessit, S. Nicolai, episcopi Myrensis, illuc translatas olim reliquias veneratura :* Barii quoque in Apulia, *inquit ea de re Martyrologium Romanum ad diem* IX *Maii,* translatio S. Nicolai, episcopi ex Myra civitate Lyciæ. *Addit Baronius ex Sigeberto et Joannis archidiaconi ad Ursionem Barensem episcopum rei gestæ Historia, id contigisse anno* 1087 : *Ughellus vero tom.* 7 *Italiæ sacræ auctæ a col.* 608 *Urbani II diploma exhibet, datum Barii anno* 1089 *die* IX *Octobris, quod ita incipit :* Quia nostris temporibus ecclesiam, quam Deo auctore regis, frater charissime *(Heliam, Barensem archiepiscopum, alloquitur Pontifex)* Barensem quæ CANUSINA dicitur *(nimirum ob translatam Canusio sedem episcopalem)* omnipotens Deus beati confessoris sui Nicolai corpore visitare dignatus fuit etc.: *ubi et col* 607 *Ughellus brevem hanc translationis historiam refert* : Cæterum maxima Ursonis gloria est, quod, eo præsule, sanctissimi episcopi Nicolai Myrensis pars ossium Barii advecta est. Annus vertebatur Incarnati Verbi MLXXXVII Victore III pontifice, cum sexaginta viri, quorum maxima pars Barenses erant, mercatores apud Myram Lyciæ urbem applicuissent, a Turcis paulo ante captam et pene funditus dirutam paucosque tum ex Christi fidelibus, tum ex clericis viros sacrarum rerum in cathedrali custodes reperissent, ipsis invitis, partem ossium Nicolai Magni Myrensis abstulerunt, Bariumque in patriam retulerunt. *Illas vero dein in condita S. Nicolai ecclesia collocatas fuisse, subdit Ughellus, et perenni, ægrisque salubri liquore fluere.* D *Barii*

301 *Porro cum Barium* S. Birgitta *pervenit, nihil prius habuit, quam ut ad S. Nicolai ædes accederet, eumque solita devotione et pietate veneraretur : quo factum est, ut ipsa eo loci more pariter solito cœlesti consolatione recrearetur : nam, ut legitur lib. 6 Revelationum cap.* 103. Cum visitaret Sponsa reliquias sancti Nicolai in Baro ad sepulchrum ejus, cœpit cogitare de illo liquore olei, manante de corpore ejus. Et tunc rapta extra se in spiritu vidit quamdam personam, oleo unctam et fragrantissime odo- E
rantem, quæ dixit ei : Ego sum Nicolaus episcopus, qui appareo tibi in tali specie, sicut dispositus eram in anima, dum vivebam. Nam omnia membra mea ita habilitata et flexibilia erant ad servitium Dei, sicut res uncta, quæ flexibilis est ad opus possidentis, et ideo laus exultationis semper erat in anima mea et in ore meo prædicatio divina et in opere patientia, propter virtutes humilitatis et castitatis, quas præcipue dilexi. Sed nunc quia in mundo multorum ossa arida sunt ab humore divino, ideo dant sonum vanitatis et stridorem ex collisione mutua, et inhabilia sunt ad fructificandum fructum justitiæ et abominabilia Deo ad intuendum. Tu vero scias, quod sicut rosa profert odorem et uva dulcedinem, sic Deus corpori meo emanandi oleum singularem dedit benedictionem quia ipse non solum honorat electos suos in cœlis, sed et lætificat et exaltat in terris, ut plures ædificentur et participentur de gratia eis data.

*veneratus non sine incommodo accelit.*

302 *Quantas vero molestias iter hoc Neapolitanum* S. Birgittæ *ejusque comitibus procrearit, colligi ex iis potest, quæ illis apud Barium* F
*contigerunt. Perpetuo enim peregrinationis labore, rerum necessariarum penuria, et assidua jejunandi consuetudine ita illis vires fractæ erant, ut non pauci ex illis, cum Barium accederent, cœperint corporis ægritudine corripi: sed misericors Deus eo tempore (adventus nimirum)* S. Birgittæ, *quæ ipsum in necessitate constituta, et suorum calamitatibus mota consuluerat, apparens, ut omnibus, quæ sibi offerrentur, etiam carnibus, uterentur, indulsit. Ita Petrus Alvastrensis Revelationum Extravag. cap.* 99 *his verbis* : Cum beata Birgitta iret de Roma ad sepulchrum S. Andreæ Apostoli in regno Ciciliæ propter infirmitates varias transire non poterat nisi in civitate Bari. Cumque esset tempus Adventus Domini, quo ipsa solita erat jejunare et in societate ejus erant plures infirmi, et in via illa non inveniebantur pisces, rogavit Deum, ut eis compateretur, ne Deum offenderent, aut scandalizarent proximum in comedendo, aut infirmi deficerent jejunando. Tunc Christus apparens dixit : Pisces sunt multum frigidi, et tempus non est multum calidum, via difficilis et petrosa et vos infirmi. Ideo, quæ inveniuntur, comedite, ego enim super

A per omnia vota sum. Et quæ sunt ad honorem Dei et moderatam sustentationem carnis non imputabuntur ad peccatum.

*Salerni S. Matthæum visit,*

303 *Bario discedentem* S. Birgittam *Burlamachius mox Salernum, Picentinorum civitatem, deducit, ibique S. Matthæi apparitione honestatam scribit ex Additione ad cap.* 129 *lib.* 4 *Revelationum: at eo loci non Salernum, sed Malpham (Melphim vel Melphiam, exiguam in Lucania civitatem, inter Barium et Salernum fere mediam interpretor) notatam invenio. Sic habet Additio citata*: Hæc sequens revelatio facta fuit in Malpha, ubi quiescit S. Matthæus. *Verba hæc*, ubi quiescit S. Matthæus, *non Melphim, sed Salernum, quo jam olim S. Matthæi reliquias fuisse sub annum* 954 *translatas, ac celebri admodum cultu honoratas, videre licet tom.* 6 *Septembris pag.* 210 *et aliquot seqq., plane designant. Quamquam enim S. Matthæi reliquiæ variis fuerint dispersæ locis, ejus tamen corpus, seu, si mavis, potiorem reliquiarum ejus partem Melphiæ* S. Birgittæ *ætate quievisse, aut fidelium eo*

B *concurrentium visitatione increbuisse, nusquam inveni: ut adeo Malphæ seu Melphiæ Salernum recte substituisse Burlamachium, omnino existimem. Porro, quidquid sit de loco, quo S. Matthæi* Birgittæ *apparitio facta est, fertur in Additione citata S. Evangelista* Birgittæ *vitæ suæ institutum, scripti a se Evangelii modum, et qua in cœlis gloria frueretur, aperuisse, quæ loco citato, qui volet, consulere potest.*

*et Amalphia,*

304 *Hinc denique, ut num.* 294 *dixi, Amalphiam S. Andream Apostolum veneratura concessit ac tandem sub festum Christi Natale Neapolim rediit: est autem Amalphia Picentinorum civitas, in veteris Lucaniæ, seu principatus Citerioris, finibus sita juxta Tyrrhenum mare milliaribus triginta Neapoli distans, ut habet Ughellus tom.* 7 *Italiæ sacræ auctæ col.* 183. Princeps civitatis protector, *inquit idem Ughellus col.* 187, sanctus Andreas Apostolus est, cujus nominis nobilissimæ architecturæ cathedrale templum ab Amalphitanis dedicatum est pulcherrimum a Petro Capuano presbytero card. civeque Amalphitano, corpore ejusdem Apostoli exornatum, quod e Constantinopoli, dum illac Apostolicæ Sedis legatus ageret, ab ecclesia S. Andreæ Amalphitanorum Amalphim delatum et cum summo honore (*anno*

C 1208 *die* VIII *Maii*) conditum fuit. Jacent sacrata illa ossa in inferiori templi crypta et altari decentissime regioque cultu a Catholicis regibus Philippo secundo tertiove exornata, qui devotione excitati per suos regni proreges locum decorarunt. *Translationis historiam ex ipso archetypo cathedralis archivii Ughellus exhibet col.* 206 *et tribus seqq. Ceterum* S. Birgittæ, *Amalphiæ exsistenti, præter Revelationem, de qua num. citato, accidisse quidquam præterea, nusquam reperi. Videamus itaque, quæ tandem Neapoli, unde Romam rediit, gesserit.*

*Neapolim rediens,*

305 *Burlamachius integro cap.* 26 *lib.* 2 *Vitæ* S. Birgittæ *hujus Neapoli gesta describit, ac primo quidem illam secum Neapolim duxisse scribit S. Catharinam et Birgerum, liberos suos, Petrum Olavi, confessorum suum, Magnum Capellanum, Alphonsum Giennensem episcopum, alterum item episcopum Suecum, nempe Vexionensem, et pias aliquot matronas. S. Catharina fida semper et perpetua, ex quo Romam venit, Matri comes fuit; unde et una cum illa Neapolitanum iter instituisse ac Neapoli moratam fuisse verosimillimum fit; idem de Petro Olavi et Magno censendum videtur. Quod autem ad episcopum Vexionensem attinet, ex jam dictis non dubium est, quin* S. Birgittam *Neapolim sit comitatus, et cum illa Romam redierit. Alphonsum Giennensem episcopum* S. Birgittæ *Neapoli comitem fuisse, eo nempe itinere quo de nunc agimus, non perinde mihi certum. Laudat quidem Burlamachius hic ipsum Alphonsum id de se asserentem apud Raynaldum ad annum* 1379 *num.* 10. *Verum illic Alphonso de itinere* S. Birgittæ *Neapolitano, de quo nunc agimus, sermo nequaquam est, sed Hierosolymitano, quod serius contigit, et in cujus reditu Neapoli cum* S. Birgitta *versatus est: sic enim loquitur num.* 10. Oranteigitur super hoc dicta Domina (*Birgitta*) in Neapoli, quando redibamus de Jerusalem etc. *Similiter dubium mihi apparet, num Birgerus hujus itineris socius fuerit; qui quidem una cum Carolo fratre Romam venisse dicitur sub annum* 1365 *in Vita* S. Birgittæ *Lovaniensi et Matrem Hierosolymam comitatus in Vita illius Abbreviata: sed nusquam, quod sciam, præsens iter Neapolitanum una cum illa instituisse. Birgerum item una cum frare Carolo et Matre Pontificem Urbanum V Romæ convenisse sub annum* 1367, *colligitur ex Chronico Margaretæ abbatissæ num.* 70 *citato: sed nec hinc dicti itineris socium fuisse, effici certo potest, maxime cum Burlamachius, unde id hauserit, non edicat. Sed auctorem hunc* S. Birgittæ *Neapoli gesta explicantem nunc audiamus.*

AUCTOR J. B.

E

*S. Annæ reliquiis,*

306 *Mox, inquit, ut Neapolim* S. Birgitta *accessit, urbem suæ sanctitatis fama implevit, oblataque sibi certatim nobilium virorum hospitia præ animi demissione recusavit, maluitque ad publicum xenodochium una cum suis divertere; quod equidem nec a* S. Birgittæ *moribus, nec a Neapolitanorum, a quibus variis honoratam muneribus Birgerus scribit, de* S. Birgitta *existimatione alienum est, et Neapolitanorum traditione utcumque confirmatur. Fama quippe apud illos est,* S. Birgittam *olim hospitatam fuisse apud se in xenodochio S. Mariæ de Advocata, ecclesiæ S. Joannis ad Mare contiguo, ubi Christi Crucifixi imago, prodigiis clara, ante quam preces fundere* S. Birgitta *soluerit, parieti appicta conspicitur, ut ex tabellis, ibi affixis, affirmant Carolus de Lellis in Supplemento Neapoleos sacræ pag.* 444 *et Josephus de Magistris in Additionibus ad lib.* 1. *Status ecclesiæ Neapolitanæ pag.* 414. *Refert dein Burlamachius* S. Birgittam, *cum more solito ecclesias visitaret ac monialium Franciscanarum S. Crucis ecclesiam adiisset, unam ex illis a Deo motam intus in animo fuisse, ut e capillis S. Mariæ illi donaret, quod pariter Petrus Alvastrensis narrat Revelat. Extravag. cap.* 94 *hoc modo*: Cum S. Birgitta in civitate Neapoli per aliquod tempus moraretur, misit pro ea soror quædam, Clara nomine, in monasterio monialium ad sanctam Crucem et dixit ad eam: Habeo (inquit) reliquias de capillis Matris Dei, datas mihi per reginam Sanctam (*Sanctiam Roberti regis Siciliæ uxorem*) quas nunc tibi dabo, quia mihi inspiratum est divinitus, ut tibi eas committam. Et hoc tibi signum erit, quod vera loquor, quia cito moriar; et veniam ad Dominum meum, quem super omnia diligit anima mea. His autem dictis, paucis diebus supervixit, et, perceptis Sacramentis Ecclesiæ, emisit spiritum. Igitur cum beata Birgitta dubitaret,

F

AUCTORE J. B.

ret, utrum capilli essent de capillis Virginis Mariæ, vel non, tunc in oratione apparuit ei eadem Mater Dei dicens: Sicut verum est et creditur, quod ego de Anna et Joachim nata sum, sic verum est, quod isti capilli creverunt in capite meo. *Waddingus in Annales Minorum factum hoc intulit ad annum* 1359: *verum cum Claræ illius alibi, quam loco mox adducto, vestigium existere nullum dicat, nihil hinc certi pro anno, quo id contigerit, haberi potest.*

*variisque ditatur*

307 *Hinc Burlamachius ad fructus animarum, quos* S. Birgitta *sive virtutum suarum exemplis, sive salutaribus monitis, sive libera peccatorum increpatione Neapoli collegit, quosque sane non exiguos fuisse, admodum credibile est, progreditur. Occurrunt in ejus Revelationum libris specimina aliquot, e quibus aliquos* S. Birgittæ, *illic morantis, opera ad meliorem frugem conversos liquet. Occurrunt, inquam, hujus rei specimina aliquot, sed verosimiliter e multis, quæ litterarum monumentis tradita non fuerunt, pauca. Hæc vero post Burlamachium brevibus commemoro. Libro* 7 *Revelationum cap.* 5 *mentio Elziarii, filii comitissæ de Ariano, qui, cum tunc*
B *juvenis adhuc esset ac* S. Birgittæ *precibus se commendasset, ab ea salutaria, ibidem fusius descripta, ad quæ vitam rite institueret, non modo instituta atque præcepta accepit, sed etiam cordis sui arcana, et quædam, quæ ipsi progressu temporis acciderent, ex ipsa audivit. Quo factum est, ut ad meliora sese converterit: ita enim legitur in Additione citato capiti subnexa*: Cum domina Birgitta staret Neapoli, revelata sunt ei secretissima cordis Elciarii, postea Cardinalis, et quædam ad ipsum mirabilia futura. Quibus auditis, ille stupefactus conversus est ad meliora. *Fuit hic Elziarius, seu, uti ipsum tom.* 6 *Italiæ sacræ auctæ Ughellus vocat, Eleazarus de Sobrano, Guilielmi Ariani comitis et Franciscæ de Celano filius, S. Elziarii, anno* 1369 *ab Urbano V Sanctorum numero inserti, nepos, ad Teatinam in Aprutio Cathedram promotus anno* 1373, *anno vero* 1378 *ab Urbano VI Romana purpura donatus, qua licet dein a Clemente VII privatus fuerit, virum tamen fuisse vitæ innocuæ et moribus integrum omnium illius ævi scriptorum testimonio, monet Oldoinus, ubi de Urbani VI Pontificatu. Huic forte* S. Birgitta *episcopum et*
C *cardinalitiam dignitatem prædixit; qui, dum vixit,* S. Birgittæ *memoriam in pretio et veneratione habuisse videtur, reque ipsa id abunde probatum dedit, cum ejusdem mortuæ canonizationi diligenter incubuit.*

*animarum fructibus:*

308 *Elziario Burlamachius jungit Gomecium* (Gometium de Hispania ducatus Spoletini *vocat Bertholdus num* 29) *cui* S. Birgitta *aulam Joannæ reginæ deserere suaserit, vitamque in melius ex certis, quæ illi proposuit, præceptis commutare. Qualia vero hæc fuerint, explicat Additio post caput* XI *libri* VII *Revelationum, ubi Dei Mater* S. Birgittam *pro Gomecio preces fundentem sic fertur allocuta*: Consule ei facere justitiam, ubicumque poterit. Et si sciret, se habere male acquisita bona, restituere non tardet. Caveat etiam insolita gravamina imponere subditis suis. Sitque contentus de his, quæ habet, quia sufficiunt ei, si moderate et discrete dispenset ea. Fugiat quoque sicut venenum mulieres præter uxorem propriam, et non producat exercitum contra aliquem, neque personaliter intersit, nisi omnino sciverit, se habere justitiam et bellum sit justum. Studeat insuper frequentare confessiones, et frequentius sumere Corpus D
Christi, certisque in die temporibus exoccupare se ad recordandum passionem Christi et vulnera ejus. *Verum, contra ac Burlamachius scribit, nulla hic aulæ deserendæ fit mentio; quamquam id forte fecerit Gomecius, cum apud Summontium tom.* 2 *Historiæ Neapolitanæ ad lib.* 3 *calcem præcipuos Joannæ reginæ ministros nominatim enumeratos inveniam, nec ullus eos inter Gomecius compareat; itemque id suadeat pium modestumque, quod deinceps tenuit, vivendi genus, de quo consule Bertholdum mox laudatum in Vita* S. Birgittæ, *infra edenda.*

*vana conatu in gratiam reginæ*

309 *His multa subjungit Burlamachius, quæ in gratiam Joannæ Siciliæ reginæ* S. Birgitta *præstitit; sed iis multa immiscet, quæ non in hoc Neapolitano itinere, sed in eo, quod serius Roma Hierosolymam suscepit, vel in reditu contigerunt, ac propterea in alium locum a nobis differenda sunt. Proxime citato e revelationibus loco,* S. Birgitta *Joannæ suasisse dicitur, ne Antonium quemdam Carletum ad altiora munera proveheret, ac prædixisse, id si faceret, non*
E *prospere successurum: verba Christi* S. Birgittam *alloquentis ibi describuntur hujusmodi*: Dic regina, quod permittat istum stare in ordine suo. Si ascenderit ad majora, erit in dispendium animæ ejus, nec ipse, nec amici ejus lætabuntur de ascensu suo: *verum* Birgittæ *consilio Joanna paruisse non videtur, cum addatur*: Sic omnia evenerunt. *Maximo tamen apud Joannam reginam loco fuisse* S. Birgittam, *tum ex dicendis infra apparebit, tum ex Epistola, quam ad S. Catharinam,* S. Birgittæ *filiam, post illius mortem perscripsit, quamque Benzelius post Margaretæ Chronicon ex codice Ms. Bibliothecæ publicæ Upsalensis typis commisit, his verbis conceptam.* Magnifica et venerabilis domina. Post salutem significamus vobis, quod gratia Dei prospera solita sanitate potimur, de vobis semper desiderantes audire læta nova. Insuper quum possumus aliqua referre super miraculis sanctæ memoriæ dominæ Birgidæ matris vestræ, illud cum maxima complacentia recitamus. Hinc etiam, ægrotante ad mortem spectabili juvene Guilhelmo marchione Montisferrati, consanguineo nostro, et de ejus vita medicis totaliter dubitantibus, illum vovimus dictæ, sanctæ memoriæ, Matri vestræ, cujus intercessionibus Christus evidenter sua pietate reduxit
F dictum juvenem ad pristinam sanitatem et sospes est, ut prius. Quod nos a verissimo testificamus et testificari parati sunt circa XXX personas.

*et ægro de sanitatem:*

310 *Atque hoc quidem* S. Birgittæ, *e vivis sublatæ, beneficium fuit: accipe nunc aliud ex ejus vita Lovaniensi, verbis paululum immutatis a Surio quoque ad diem* XXIII *Julii relatum, quod viva et Neapoli degens præstitit.* Quidam puer circiter decem annorum, nomine Esau, nepos magni Senescalli reginæ Siciliæ, commorantis in Neapoli in curia prædictæ reginæ, fuit in Ethyca infirmitate consumptus et exsiccatus in tantum, quod a medicis de ipsius vita desperaretur in toto. Mater vero ipsius, nomine LAPA, duxit eum ad dominam Birgittam, rogans eam suppliciter, ut tangeret prædictum puerum, vel saltem signum crucis ei imprimeret. Quæ tunc illico prædictum puerum tetigit et statim convaluit. *Summontius lib.* 3 *Historiæ Neapolitanæ pag.* 470 *et binis seqq. inter præcipuos Joannæ I reginæ Siciliæ proceres binos Senescallos seu hospitii regii præfectos memorat, Robertum de Cabani*

A *Cabani hujusque in illo munere ab anno* 1345 *successorem Nicolaum Acciaiolum Florentinum, a Matthæo Villani, illius temporis scriptore, non raro memoratum; cujus* S. Birgitta *nepotem fertur incolumitate donasse.*

*anno autem mortem prædicit.*

311 *Tanto vero magis id credo, quanto id verisimilius facit, quod tom.* 13 *scriptorum rerum Italicarum col.* 1228 *et seq. Palmerius, qui sub annum* 1453, *ut Muratorius ait, ex monumentis se antiquioribus et Adoardi Acciajoli scripsit, posteris de* S. Birgitta, *quæ Nicolao mortem prædixit, tradidit. Sic autem Palmerius habet* : Prænarrata fortuna functus *(Nicolaus)* mortem suam certo nuntio præcognovit. Brigida devotissima Christi mulier et in regno Suetiæ Neritiæ princeps, ac jam tunc vita et miraculis clara, Romam peregre venerat. Inde Neapolim profecta, ab Jacoba, Nicolai Acciajoli sorore, continentia vitæ vel reputata muliere hospitio recipitur : apud quam cum dies aliquot mansisset *(haud igitur semper nobiliorum hospitia fugit)* dicitur illam evocasse, prædixisse-

B que, Nicolaum fratrem propediem procul dubio moriturum. Percussit illico mulieris animum timor, et Nicolai domum una profectæ illum apud reginam, bona, ut apparebat, valetudine, res magnas tractantem invenerunt. Jacoba soror tunc consolata, tamquam falsum Brigida cecinisset, existimabat : Nicolaus postridie in morbum incidens, apostemate, uti creditur, quarto die superatus interiit. Obiit autem Neapoli anno ætatis sexto et quinquagesimo VI Idus Novembris, Salutis nostræ anno millesimo tercentesimo sexagesimo sexto. *Opportune annum Nicolao supremum Palmerius indicat, ex quo iter Neapolitanum sub annum* 1365 Birgittam *suscepisse colligitur. Præcipuis, quæ ad hoc Neapolitanum iter spectant, jam expeditis, suppletisque aliunde a Birgero, ejus biographo, omissis, rerum series ad eumdem nos jam revocaret, nisi et alia quædam* S. Birgittæ *gesta, a Birgero pariter silentio pressa, prius memoranda superessent, de quibus propterea prius agere visum est* § *seq., quam ad illum redeamus.*

## § XXI Regulam S. Salvatoris, et

C monasterii Vastenensis erectionem ab Urbano V approbari curat : an item instituerit Ornem militarem.

*Romam Neapoli redux,*

*Romam ex itinere Neapolitano redux* S. Birgitta, *quantum quidem conjectura assequi licet, ad obtinendam a summo Pontifice Regulæ S. Salvatoris approbationem labores suos curasque intendit : paratam quidem illam habuisse jam tum, cum e Suecia Romam se contulit, eo numquam, dum viveret, reditura, vidimus supra* § 15. *Verum cum insigni esset in Deiparam Virginem pietate, hujus monumentum aliquod in religioso, quem meditabatur, Ordine perennaturum transmittere ad posteros desiderabat : fecit tandem ejus desiderio Deus satis, cum jam annis aliquot a suo e patria secessu Romæ transegisset, dictan-*



*do illi angeli ministerio tractatum quemdam de Excellentia Virginis, quem* Sermonem *vocant* Angelicum, *et Revelationum libris a pag.* 713 *Hormann subjunxit, divisim ad Matutinum per hebdomadæ ferias recitandum : res ita contigisse legitur in Prologo Sermonis Angelici.* Cum B. Birgitta, principissa Neritiæ de regno Suetiæ, per plures annos habitaret in Roma in domo Cardinalatus, quæ est contigua Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso, tunc ipsa ignorante, quales lectiones deberent legi in monasterio suo *(nondum condito)* quod Christus constitui præceperat in Suetia, cujus Regulam ipsemet dictaverat ad honorem Matris suæ, illico, ipsa B. Birgitta orante et super hoc dubitante, apparuit Christus, dicens ei : Ego mittam tibi angelum meum, qui lecturam, in Matutinis legendam per moniales in monasterio tuo ad honorem Virginis Matris meæ, tibi revelabit, et ipse eam tibi dictabit, et tu scribe illam, prout ipse dixerit tibi.

AUCTORE J. B.

313 Igitur B. Birgitta habens cameram, cu- *et post dijus fenestra ad altare majus respiciebat; unde ctatum sibi* Corpus Christi quotidie videre poterat, præparabat se quotidie in eadem camera ad scribendum cum pugillari et carta et penna in ma- E nibus, postquam Horas et orationes suas legebat, et sic parata angelum Domini expectabat. Qui veniens ponebat se prope eam a latere ejus et stabat erectus honestissime, habens semper faciem cum reverenti gestu respicientem versus altare, ubi corpus Christi reconditum erat. Et sic stans dictam lecturam, id est, infrascriptas lectiones, legendas in Matutinis sororum in dicto monasterio, quæ tractant de excellentissima excellentia ab æterno B. Mariæ Virginis, ipse dictabat distincte et ordinate in lingua materna B. Birgittæ. Et ipsa illas quotidie devotissime scribebat ab ore angeli et patri suo spirituali *Petro Alvastrensi, qui illas, uti et Regulas Latinas fecit)* quotidie illa, quæ ipsa die scripserat, humiliter ostendebat. Sed contingebat aliquibus diebus, quod angelus non veniebat ad dictandum. Et illa die interrogata a suo patre spirituali de scriptura illius diei, si quam scripserat, tunc illa respondebat humiliter dicens : Pater, hodie nihil scripsi, quia expectavi diu angelum Domini, qui dictaret, ut ego scriberem, et ipse non venit. Et tali modo ab ore angeli iste infra- F scriptus Sermo Angelicus (*sic dictus, quia ab angelo dictatus*) de Excellentia Virginis dictatus et conscriptus fuit. Et etiam divisus fuit ab angelo per Lectiones ad Legendum in Matutinis sororum per hebdomadam per totum anni circulum, ut infra sequitur.

*Sermonem Angelicum,*

314 *Ita Petrus Alvastrensis, cujus non modo Prologum, sed etiam ipsum Sermonem Angelicum olim fuisse speciatim oppugnatum, dixi num.* 180. *Rei vero hujus substantiam Alphonsus Giennensis in Prologo lib. Cœlestis Imperatoris ad reges cap.* 4 *confirmat his verbis* : Aliquando etiam angelum corporis oculis ipsa videbat, qui ex Dei præcepto eo sermonem pulcherrimum et satis prolixum paulatim et seriose dictabat, et ipso dictante, in eodem instanti ipsa scribebat, et sic fuit scriptus per intervalla temporum ille excellentissimus Sermo de Excellentia B. Mariæ Virginis, qui dividitur per Lectiones, quæ debent per hebdomadam legi a monialibus in Matutinis in dicta Religione monialium Regulæ Salvatoris. *Ita Alphonsus*, S. Birgittæ, *dum hæc*

AUCTORE J. B.

*in vivis ageret, familiarissimus : at, sciscitabitur non nemo, quænam his fides adhibenda est ? Certe non major, quam ejusdem Alphonsi aliorumque testimonio, cum Regulam S. Salvatoris* S. Birgittæ *a Christo dictatam aiunt : quo non obstante, summi Pontifices, et Sueciæ præsules, ut num.* 216 *vidimus, cum de Regula S. Salvatoris a Christo dictata agunt, dubitandi formulis,* ut pie creditur, ut fertur *etc, uti solent : atque adeo nec hic relata de Sermone Angelico, seu ab angelo dictato fidem exigunt omnino certam et indubitatam. Idem quoque de variis, quas item Sanctæ revelatas perhibent, orationibus dicendum credimus.*

*ex Christi præcepto*

315 *Ordinatis itaque rite omnibus, quæ ad Regulam et Religionis a se instituendæ institutum spectabant, in mandatis a Christo accepit, ut quo illius confirmationem a Pontifice impetraret, omnem, quam posset, operam adhiberet : sic enim legitur in Regula S. Salvatoris apud Hormann cap.* 30 : Ite et modo dico *(sic Christus ibi* Birgittam *alloquitur)* hanc Regulam ex nullius hominis sensu dictatam fuisse, quam in spiritu au- B disti per Papam confirmari debere, sicut alias Regulas, quæ ex humano sensu prius compositæ fuerant, eodem spiritu inspirante... Admittat insuper Papa, ut in loco, qui tibi Regulam audienti demonstratus est, monasterium construatur, ibi enim primum hæc Regula inchoanda est. Similiter etiam licentiam det sororibus cantandi quotidie Horas Matris meæ, quæ eodem spiritu, quo et Regula, sunt completæ. *Et rursum cap. seq.* Labora igitur tu et cooperare, quantum poteris, ego autem perficiam, dum mihi placuerit. *In eamdem quoque rem jussa est, ut refertur lib.* 8 *Revelationum cap.* 51, *scribere ad imperatorem, nempe Carolum Bohemum hujus nominis IV, inter cetera his verbis* : Scias etiam tu, qui imperium tenes, quod ego omnium conditor dictavi unam Regulam monialium ad honorem amantissimæ Virginis Matris meæ et dedi illam isti Mulieri, quæ scribit tibi. Perlege igitur eam et conare cum summo Pontifice, ut dicta Regula, ore meo proprio dictata, per eum, qui in mundo vicarius meus est, etiam apud homines approbetur, quam ego Deus coram exercitu meo cœlesti approbavi. *Alteram quoque ad eumdem imperatorem* S. Birgitta *dedit epistolam, qua eum ad erigendas virtutes tunc maxime ja-* C *centes, et evellenda his contraria vitia adhortatur ; de qua vide num.* 257.

*de approbanda Ordinis sui Regula*

316 *Neque vero* Birgittæ *in perficiendis Christi mandatis studium et diligentia defuit : cujus rei specimen retulimus supra num.* 70 *et seqq. ex Margareta abbatissa Vastenensi, ubi Pontificem una cum filiis Carolo et Birgero adiisse legitur, quo illius animum ad conficienda quædam, quæ meditabatur, negotia sibi redderet paratiorem. Quænam hæc fuerint* S. Birgittæ *a Deo commissa negotia, pro quorum feliciore successu Romam Carolum et Birgerum filios arcessivit, haud quidem expressit Margareta : verum si rei gestæ locum et tempus consideres, non absimile vero fiet,* S. Birgittam *id eo fecisse consilio, ut ad confirmandam S. Salvatoris Regulam Ordinemque sensim Pontificis animum redderet promptiorem. Quod vero ad locum rei gestæ pertinet, videtur is, si Margaretæ verba eo, quem præ se ferunt, sensu accipiendo sint, Roma fuisse ; nec enim Roma umquam Avenionem per se adiisse, ut illic Pontificem alloqueretur, uspiam, quod quidem sciam, legitur : porro ex loco rei gestæ, si quidem Roma fuerit, tempus etiam, quo gesta est, non absque verisimilitudine aliqua* D *eruetur : cum enim Urbanus V, ut in ejus Vita apud Baluzium legitur, relicta Avenione, Romam, sedem suam ibi fixurus, venerit anno* 1367 *ac triennio circiter post, ut mox videbimus, S. Salvatoris Regulam* S. Birgittæ *rogatu Pontifica auctoritate approbarit, verosimile admodum fit,* S. Birgittæ *et filiorum ejus Caroli atque Birgeri ad Pontificem accessum haud diu post hujus Romam adventum contigisse. Quæ si ita sese habuerint, Carolum* S. Birgittæ *filium, matrem suam bis saltem Romæ invisisse necesse est : ac primo anno* 1365 *sine Birgero, ut apparet ex* S. Birgittæ *Vita Lovanii impressa et ex Surio* § XXIV. *Sic enim in illa, nulla Birgeri mentione facta, legitur* : Dum Dominus Karolus miles filius Birgittæ Romam venisset de Suecia circa annos Domini MCCCLXV intravit domum, ubi Mater residebat. Hic dum in solarium ingrederetur, egressa est Mater ejus benigna cameram suam, et cernens prædictum dominum Karolum in corpore male dispositum, tetigit pectus ejus proferens aliqua verba deprecativa. Quibus prolatis, subito ipse evomuit per os ejus maximam copiam san- E guinis in tantum, quod nullo modo potuit Matri sue loqui, et convaluit. *Iterum vero sub annum* 1367 *ex Margareta, Vastenensi abbatissa, jam citata.*

*egit cum Urbano V*

317 *Haud diu post reductam in Urbem anno* 1367 *Pontificiam sedem ab Urbano V* S. Birgitta, *quæ e Suecia anno* 1345 *aut sequenti proficiscens jam inde a Christo audiverat, ut legitur cap.* 8 *Revelationum Extravagantium, fore, ut Romæ Pontificem et imperatorem videret, cum utroque Romæ egit tum de iis, quæ ad Ecclesiæ emendationem statumque, tum de iis, quæ ad Regulam S. Salvatoris et instituendum a se Ordinem pertinebant : quoniam vero citato Extravagantium capite* S. Birgitta *Romæ mansisse dicitur annis quindecim, donec ibi videret Pontificem et imperatorem, totidemque ab anno* 1346, *quo e Suecia Romam venit, ad annum usque* 1361 *numerantur, hinc verosimillime, qui libellum Duaci edidit anno* 1677 *de Institutione monasteriorum simplicium S. Salvatoris, in hanc rem ita scripsit cap.* I Anno MCCCLXI Romæ præsentavit *(Birgitta)* Urbano V et Carolo Bohemo imperatori juxta Christi mandatum quasdam revelationes pro reformatione Ecclesiæ et prædictam Regulam seu F Constitutiones, ad confirmationem illarum a Papa obtinendam, mediante etiam favore imperatoris : quæ tamen pro tunc non fuerunt confirmatæ. *At mendum vel in verbis cap.* 8 *Extravag. Revelat. cubat, vel quod magis arbitror, aliunde, quam ab anno* 1346, *quo Romam venit, anni isti* 15 *numerandi sunt.*

*ad ann. ad annum 1367.*

318 *Etenim si ab anno* 1346, *quo Romam venit* Birgitta, *numerentur, Romam Urbanus venisset anno* 1361 *quam proxime : at eo Urbanus non venit ante annum* 1367, *nec ante sequentem ibi una cum Pontifice Carolus fuit. Opinor itaque verba illa* : Et mansit (Birgitta *Romæ)* juxta præceptum divinum annis XV, antequam veniret Papa, videlicet Urbanus V, et imperator Carolus Boëmus, *ita esse accipienda, ut significent,* Birgittam *exspectasse Romæ Urbanum annos* 15 *ab eo tempore, quo Urbanum fore pontificem præsciverat, usque ad tempus, quo hic S. Salvatoris Ordinem et Regulam approbavit, seu ab anno circiter* 1355 *usque ad annum* 1370 *numerandos. Certe sic annos illos* 15 *ipsamet* Birgitta *numerasse videtur apud comitem Nolanum*

A *num in Epistola ad Alfonsum, Giennensem olim episcopum : sic ea de re ille* : Cum sancta Domina prælibata ad Montem Flasconem pergeret *(anno* 1370) ubi sanctæ memoriæ Urbanus V cum sua curia residebat pro obtinenda confirmatione cujusdam suæ Regulæ... dixit (*Urbano*) se gratiam habituram, cum a XV annis ipsum Antistitem exspectasset in Urbe, quo tempore ipse Papa erat abbas cujusdam parvi monasterii (*factus est abbas S. Germani Autissiodorensis anno* 1355 *secundum Sammarthanos*) et de ipsius promotione ad Apostolicam Sedem nullatenus speraretur. *Sicut igitur hic annis* XV, *quibus* Birgitta *Urbani V in Urbem adventum dicitur expectasse, annumeratur tempus, quo Romæ ab anno* 1367 *usque ad annum* 1370 *moratus fuit Urbanus, ita et annis* 15 *loco Revelationum supra luudato memoratis annumerandum apparet, servato etiam utrobique eodem numerandi principio, ut ut aliud verba, sensu obvio intellecta, indicare videantur.*

*et anno* 1368 319 *Rectius itaque ea de re sic loquitur Birgerus num.* 24 : Stabis autem in Roma *(quot annis non exprimit)* donec summum Pontificem et imperato-

B rem ibi videbis, quod etiam contigit anno Domini MCCCLXVII, et ambobus per eam revelationes super reformatione status Ecclesiæ mittebantur. *Rectius item Chronicon Vastenense ad eumdem annum :* Beata Birgitta loquebatur Romæ tam Papæ, quam imperatori. *Verum tam Birgeri, quam Chronici Vastenensis verba ita intelligenda videntur, ut anno quidem* 1367 *Pontificem Urbanum V, sequenti vero imperatorem Carolum IV Romæ* S. Birgitta *convenerit, vel utrobique anno* 1367 *substituendus sit annus* 1368 : *hoc enim posteriori anno primum Carolus IV cum Urbano V Romæ versalus est : sic enim utriusque congressum et Caroli IV Romæ moram describit auctor Vitæ secundæ Urbani V apud Baluzium col.* 408 *et seq.*

*cum imperatore Carolo Bohemo.* 320 Die nona Octobris *(anni* 1368*)* rediturus ad Urbem *(Urbanus V)* recessit de Monte Flascone et intravit Viterbium, ubi imperator, exiens de civitate Senensi, venit ad Papam die XVII dicti mensis et sequenti die iter arripiens præcessit Papam ad Urbem, cum gaudio et honore re-

C ceptus per Romanos. Die Sabbati vicesima prima dicti mensis dominus Papa venit Romam, quem idem imperator vice stratoris adextravit a porta Collina, quæ est prope castrum S. Angeli, usque ad basilicam S. Petri, pedestris eundo et tenendo frenum equi. Deinde descendendo dominus Papa, idem imperator ipsum deduxit usque ad altare, mansitque in Urbe infra canonicam habitando, expectans adventum dominæ imperatricis uxoris suæ, quæ venit Romam die XXIX dicti mensis cum decenti comitiva. Et die prima Novembris, domino Papa celebrante in altari S. Petri, dominus Ostiensis cardinalis inunxit eam, et idem dominus Papa imposuit diadema, ac comitantibus eam duobus episcopis cardinalibus, post prandium ad Lateranum coronata perrexit in lætitia gentis, quæ eam sequebatur. Et Dominus imperator eodem die fecit milites. In die S. Clementis *(*XXIII *Novembris)* domina imperatrix recessit de Urbe. *Abierat autem jam ante Roma Carolus* satis cito, *inquit auctor Vitæ primæ Urbani, post coronationem uxoris suæ Elizabethæ; ut adeo imperatorem* S. Brigitta *inter diem* XXI *Octobris et* I *Novembris anni* 1368 *Romæ convenisse videatur.*

AUCTORE J. B. *licet tunc quidem frustra :* 321 *Sed, quidquid tum egerit* S. Birgitta, *Ordinis quidem sui et Regulæ confirmationem seu approbationem non obtinuit : Lib.* 4 *Revelationum cap.* 137 *Revelatio legitur, quam inter annum* 1368 *et* 1370 *obtulisse Pontifici videtur : agit illa de approbanda S. Salvatoris Regula, concipiturque his verbis :* Filius Dei loquitur ad Sponsam. Qui habet glomerationem filorum, in qua est aurum optimum, non desinit filare, donec invenerit aurum. Quo invento, utitur possessor ad honorem et commodum suum. Sic iste Papa Urbanus aurum est ductile ad bona, sed solicitudinibus mundi vallatus est. Ideo vade et dic ei ex parte mea. Tempus tuum breve est, surge et attende, quomodo animæ tibi commissæ salventur. Ego obtuli tibi Regulam Religionis, quæ fundari et incipi debet in loco Vuatzsteno in Suetia, quæ de ore meo processit. Nunc autem volo, ut non solum authoritate tua confirmetur, sed et benedictione tua, qui vicarius meus es in terris, roboretur. Ego dictavi eam et dotavi spirituali dote, scilicet concedendo Indulgentias, quæ sunt in Ecclesia S. Petri ad vincula in Roma. Tu ergo approba coram hominibus, quod coram exer- E citu meo cœlesti est sancitum. Si autem quæris signum, quod ego hæc loquor, hoc jam ostendi tibi, quia quando primum audisti verba mea, anima tua in adventu nuncii mei spiritualiter fuit consolata. Si autem quæris ulterius signum, dabitur tibi, sed non sicut Jonæ Prophetæ. Tu autem, Sponsa mea, cui dictam gratiam feci, si non poteris habere litteram et gratiam Papæ et sigillum super concessione dictæ Indulgentiæ, nisi præcedente pecunia, sufficit tibi gratia mea. Ego enim approbabo et confirmabo verbum meum et omnes sancti erunt mihi testes. Mater mea erit tibi sigillum. Pater meus confirmator, et Spiritus meus advenientium ad monasterium tuum consolator.

*sed anno* 1370 322 *Tandem anno* 1370 S. Birgitta *Urbanum V in Monte Flascone agentem feliciori successu, quam ante, adiit, ab eodemque Regulæ atque Instituti sui approbationem obtinuit, ut testatur auctor Vitæ secundæ Urbani apud Baluzium col.* 412. De mense Julii, *inquit,* eodem anno *(*1370*)* fuit [apud] Sedem Apostolicam domina Brigida de regno Suetiæ, petens confirmari Regulam sibi revelatam a Deo, secundum quam F volebat vivere moniales et fratres in monasterio, a se fundato in dicto regno in loco de Ventena *(lege Vastena)* et obtinuit, quod secundum Regulam S. Augustini viverent. Hæc Domina de pueritia revelationes divinas habuit, et claruit in vita et post mortem. *Consonat Thorirus Andreæ, ita ad annum* 1370 *scribens in Chronico Vastenensi* : Beata Birgitta accepit confirmationem Constitutionum regularium ab Urbano quinto, quas sibi præsentavit. *Consalvus Durantus, episcopus Feretranus, qui in Notis ad cap.* 49 *lib.* 4 *Revelationum Regulam S, Salvatoris ab Urbano V approbatam fuisse scripserat, dein ad calcem Præfationis ad Regulam S. Salvatoris, se aliosque corrigens, ait, Urbanum V quidem approbasse seu confirmasse S. Salvatoris Religionem seu Ordinem, sed Regulam ab Urbano VI fuisse confirmatam, quod ex Urbani VI Bulla, quam subjicit, deducit. Verum ab Urbano V* Regulam *S. Salvatoris, seu* Constitutiones *fuisse approbatas certo saltem quodam modo, liquet tum ex Chronico Vastenensi mox laudato, tum ex Bulla Urbani V, mox exhibenda, qua Constitutionum,*

AUCTORE J. B.

*tutionum, a* S. Birgitta *sibi oblatarum, diserte meminit; ut adeo emendatione illa, quæ in editione Coloniensi Revelationum* S. Birgittæ *anni* 1628 *non reperitur, omnino opus haud fuerit : esto, Regulas seu Constitutiones illas dein recognitas probatasque fuisse.*

*voti compos facta est per Urbanum,*

323 *Porro Urbani V Bulla mox citatæ revelationum* S. Birgittæ *editioni initio voluminis inserta sub titulo* : Ordinis S. Birgittæ fundatio, *ita habet* : Urbanus episcopus, servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus archiepiscopo Upsalensi, et Strengensi ac Vexionensi episcopis, salutem et Apostolicam benedictionem. His, quæ divini cultus augmentum, sacræ religionis studium et spiritualem fidelium profectum conspiciunt animarum, Apostolicum favorem libenter impendimus, easque benevola opis ac operis diligentia promovemus. Sane oblata nobis pro parte dilectæ in Christo filiæ, nobilis mulieris Birgittæ, relictæ quondam Ulphonis de Ulphason, militis, viduæ Lincopensis diœc. petitio continebat, quod ipsa pio et zelanti affectu, terrena in cœlestia, et transitoria in æterna, felici commercio commutare * ad honorem et sub vocabulo beatæ Mariæ Dei Genitricis, Virginis gloriosæ, de bonis sibi a Deo collatis in oppido Watzstenoni præfatæ diœces. unum monasterium, divina sibi aspirante gratia, sub spe licentiæ a Sede Apostolica obtinendæ, sumptuoso utique opere jam inceptum (pro sexaginta monialium seu sororum, illarum abbatissa in hujusmodi sexagenario computato * numero, quæ Majestati divinæ ac Virgini antedictæ sub regulari habitu perpetuum et devotum sinceris mundisque mentibus castisque corporibus exhibere habeant famulatum) ad consummationis seu perfectionis finem deducere cupit.

* *supple :* volens

B

* computata

*qui bulla hic exhibita*

324 Et aliud, separatum ab illo, in eodem oppido pro decem septem fratrum (computato in dicto numero ipsorum Priore, qui eis in spiritualibus tantum præsit) per quos abbatissa monialesque prædictæ, quæ pro tempore fuerint, possint divinorum auditionis, salutiferæ prædicationis et eruditionis pabulo refici, et in spiritualium necessitatum suarum casibus seu articulis adjuvari : ac pro octo conversorum, habentium dictis fratribus deservire, usibus, et separatis habitationibus fundare intendit, atque construere : et pro personarum in iisdem monasteriis pro tempore degentium sustentatione congrua et aliorum incumbentium eis supportatione onerum sufficientem dotem etiam assignare, ac utrumque ipsorum monasteriorum, regularesque personas in utrolibet ipsorum pro tempore degentes, Ordinis S. Augustini esse intendit, et personas ipsas secundum regularia ipsius Ordinis vivere instituta. Et ut ipsa mortalis conjugis destituta consortio, immortali ac incorrupta concepit et peperit, se totaliter dedicando, ei libaminis sacrificium offerat gratioris, infra dictarum monialium numerum (*quod tamen re ipsa non contigit*) proponit vitam ducere regularem. Affectat quoque prædicti Ordinis regularia instituta præfata, per certas Constitutiones utriusque dictorum monasteriorum (*nota, hæc pro iis, quæ num.* 218 *dicta sunt*) personis regularibus assignare, per eas (prout secundum sexuum distinctiones earum statibus competet perpetuis temporibus observandas.

C

325 Quare pro parte ipsius Birgittæ fuit nobis humiliter supplicatum, ut suis in hac parte votis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque ipsius supplicationibus inclinati Fraternitati vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel duo, vel unus vestrum, si, in quo est, ut præmittitur, dicti monasterii monialium fabrica jam incepta, nec non in quo dictum monasterium Fratrum fundari et construi per dictam Birgittam intenditur, loca ad hæc vobis videantur apta et congrua ac honesta, attentis circumstantiis universis, quæ circa hæc attendendæ fuerint (super quibus conscientias vestras oneramus) dictaque loca ad ipsius Birgittæ personam pertinent, vel per eam juste titulo acquirantur, vos, dote sufficiente pro dictis sustentatione personarum, et supportatione onerum præfatorum, ad vestrum vel duorum, aut unius vestrum discretum arbitrium primitus assignata eidem Birgittæ, monialium, jam, ut præfertur, inœptum perficiendi : fratrum vero monasteria prædicta fundandi et construendi cum ecclesiis, campanilibus, campanis, cœmiteriis et aliis necessariis officinis, ita quod utrumque monasteriorum cum suis ædificiis ab altero sit discretum, plenam et liberam licentiam largiamini, et omnimodam potestatem. Hac autem prima vice, vos, aut duo, vel unus vestrum ad loca et in locis fratrum et sororum prædictorum personas honestas et alias idoneas eligatis, instituatis atque ponatis, et ad instructionem ac informationem hujusmodi primarum monialium seu sororum monasterii antedicti abbatissam idoneam scientia, moribus, et ætate, et exemplaris vitæ, de Ordine alio, paris vel arctioris observantiæ (cum in regno Suetiæ, ut asseritur, nullum monasterium sororum dicti Ordinis sancti Augustini existat) dictum alium suum Ordinem expresse professam, quæ antedicti monasterii monialium seu sororum earumdem ingressum, regularia instituta prædicti Ordinis, et subsequentes (*N. B.*) Constitutiones hujusmodi, sic prædicto, eligatis, assumatis et præficiatis.

*approbatur eam fundationem,*

E

326 Cui quidem abbatissæ hac prima vice, ut præmittitur, assumendæ, post constructionem et inhabitationem dicti monasterii monialium licere volumus, quod ad monasterium ipsum et ejus regimen, de quocunque alio monasterio paris, vel arctioris observantiæ, ut præfertur, transire valeat, cujuscunque superioris licentia minime requisita. Ipso monasterio post hanc primam vicem in dispositione juris communis, juxta præfata regularia instituta dicti Ordinis (salvis Constitutionibus omnibus infrascriptis) de cætero remansuro. Concedendo fratribus et monialibus dictorum monasteriorum, auctoritate præfata, ut omnibus gratiis, privilegiis, libertatibus et immunitatibus competentibus monasteriis et personis regularibus Ordinis antedicti (salvo jure diœcesani) plene et libere gaudeant, et etiam potiantur; ac institutiones prædictas tamquam Ordini et institutis præfatis consonas, seu eis aut eorum alicui minime repugnantes, prout ex certorum examinatorum, ad hæc per nos deputatorum relatu percepimus, eisdem monasteriis, et utriusque ipsorum regularibus tam præsentibus, quam futuris assignare personis, easque confirmare auctoritate procuretis eadem. Contradictores

*quam erectionem monasterii Vadstenensis*

F

A ctores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dictarum autem Constitutionum talis est continentia in effectu, videlicet etc. Datum apud Montem Flasconem Nonis Augusti, Pontificatus nostri anno octavo, *seu anno* 1370, *die* v *Augusti, cum Avenionem redire Urbanus cœpit, ac mortem imminentem illi* S. Birgitta *prædixit, quod ea de causa hic observatum velim, ut pateat,* S. Birgittam *neque ulla personarum dignitate, neque beneficiorum seu percipiendorum spe, seu perceptorum memoria avocari ab implendis, quæ divinitus in mandatis acceperat, potuisse. Porro Regulam S. Salvatoris, ab Urbano V approbatam, Gregorius XI anno* 1377 *ex Diario Vastenensi, et Urbanus VI anno* 1379, *cujus Bulla præfigitur Revelationibus* S. Birgittæ *anno* 1628 *Coloniæ Agrippinæ editis, confirmarunt. Monasterii vero Vastenensis hanc notitiam habe.*

*in Suecia siti.* 327 *Qua Gothiam Orientalem ab Occidentali dividit lacus,* Vether *indigenis dictus, visitur Vastena, oppidum Sueciæ, arce et condito illic a* S. Birgitta *monasterio fundatoque S. Salvatoris*
B *Ordine olim celebre. Olaus Magnus lib.* 2 *cap.* 19, *quod de famosis Gothorum lacubus est, de lacu Vether ita scribit* : Est præterea lacus alius Vether dictus, adeo claras et perspicuas aquas habens, licet virenti colori conformes, ut obolus in profundo situ videri possit. Super hunc lacum est insigne monasterium divæ Brigittæ, alias Brigidæ et filiæ ejus S. Catharinæ, utriusque opulentia et devotione fundatum et dotatum. *Monasterium vero Vastenense, quod Olaus* insigne *dixit, Urbanus V* sumptuosum *vocat in Bulla paulo ante recitata; idemque Messenius his versibus, etsi paulo liberalius, celebravit :*

Mira quidem pictura tibi; mage mira sed ipse
Suggeret aspectus, lector amice, domus.
Par decus eximiæ non conspecturus in orbe
Structuræ : multus convena testis erit.
Sive peragrentur, quæ climata cernit Iberus,
Ausoniæve domus, tecta vel ampla Vari.
Gloria Watzsteniis tribuetur tanta Colossis,
C Cedat ut hæc nulli celsa decore domus.

*quod non prius.* 328 *Insigne hoc opus jam inde ab anno* 1370 *aliquatenus* S. Birgittæ, *licet absentis, cura fuisse provectum ex Bulla Urbani V satis intelligitur : nec dubium, quin illius structuram* S. Birgitta, *cum adhuc in Suecia esset, meditata fuerit partemque bonorum suorum illi addixerit : verum quo primum anno condi cœpit? Bailletus in Vitis Sanctorum ad diem* VIII *Octobris de* S. Birgitta *agens in hanc rem ita scribit* : Cum suis adhuc bonis (*verba ejus Gallica Latine reddo*) gauderet, et superstite forte adhuc conjuge, Wastenæ pro monialibus monasterium fundasset : sategit, ut id ingrederentur numero sexaginta, quibus Constitutiones præscripsit, quas sibi Dei spiritu dictatas existimabat. Easdem etiam monachis XXV secundum sancti Augustini Regulam viventibus proposuit. Libenter admissæ fuerunt, atque hæc origo fuit Ordinis monastici, qui dein dictus fuit S. Salvatoris seu S. Birgittæ, et a Sede Apostolica una cum Constitutionibus approbatus. *Itaque ex Bailleti opinione* S. Birgitta *non modo Vastenense cœnobium, cum adhuc in Suecia esset, fundarat* : AUCTORE J. B.
*sed in id etiam moniales* 60, *monachos vero* 25 *prius introduxerat, quam Ordinis sui Constitutiones Sedis Apostolicæ approbationem tulissent : quod utrumque a vero alienum est. Postremum falsi convincit bulla Urbani V, ex qua liquet,* S. Birgittam *ab Urbano V petiisse, non ut factam jam* 60 *monialium, et* 25 *monachorum in monasterium Vastenense, tunc tantum pro monialibus, nondum vero pro monachis inchoatum, introductionem ratam haberet, sed ut sibi ad illam, opere, incepto tantum hactenus, ad finem, quantum necesse esset, perducto, facultatem concederet.*

*quam anno circiter* 1369 329 *Alterum vero, nimirum Vastenense monasterium jam inde ab eo tempore quo* S. Birgitta *adhuc in patria morabatur, seu ante annum* 1346 *fuisse fundatum, falsi pariter convincitur ex Diario Vastenensi, ex quo sub annum dumtaxat* 1369 *dictum monasterium condi cœpisse colligitur, quod ita ostendo : primus monasterium Vastenense ædificare cœpit Joannes Petri, quinquennio circiter, antequam* S. Birgittæ *reliquiæ Roma in Sueciam per S. Catharinam* E *delatæ fuerunt : ita enim de eo legitur in Chronico Vastenensi ad annum* 1405, *quo obiit* : Iste frater *(Jowan Petharson seu Joannes Petri)* sicut dixi *(ad annum* 1401, *quo ejus uxor mortua est)* primo incœpit ædificare monasterium in castro Vazstena, tunc temporis desolato et sine habitatore existente, secundum præceptum beatæ Birgittæ. Nam, ut audivi ab ore ejus, cum idem Jowan Petharson Romæ esset cum beata Birgitta, adhuc in humanis degente, dixit ad eum Domina Birgitta : Mi chare Johannes, cum redieris ad Sueciam, accede ad castrum Vazstena, et ædificatis domibus necessariis, ibi permaneas, quousque ad te venero *(fixum enim* S. Birgittæ *erat, ut Urbanus in Bulla supra recitata num.* 324 *ait, vitam illic monasticam agere)* Deo duce : nam ibi debet monasterium fieri. Cui ille : Domina mea, ego uxoratus sum et filios habeo, monachus fieri non possum.

*condi cœptum* 330 Et illa : Accipias uxorem tuam tecum ad Vazstena, ego autem volo parvulos tuos ad me recipere et de eis providere. Et accedas ad Dn. Nicolaum, episcopum Lincopensem, qui dabit tibi litteras super illum locum confectas, et ipse adstabit tibi in omnibus ex parte mea. Ipse vero Jowan Petharson F rediens ad Sueciam cœpit ædificare viriliter et ferventer Vazsten. annis quinque, cui adstabat Thomas episcopus Vexionensis, qui ibi secum etiam continue residebat, donec Dna Katharina et alii cum reliquiis beatæ Birgittæ, tunc defunctæ, a Roma ad Vazstenas venerunt. *Ad annum autem* 1401 *hic Joannes Petri Vastenæ in loco, quo* S. Birgittæ *monasterium condendum erat,* ante se nihil... nec quidem unam stipulam structuræ *præter trium domorum lapidearum dirutos muros dicitur invenisse. Atqui ex eodem Diario* S. Birgittæ *exuviæ Vastenæ depositæ fuerunt anno* 1374, *mense Julio : hinc vero ordine retrogrado annos quinque integros numerando ad anni* 1369 *mensem Julium pervenies; quo adeo verisimiliter anno monasterium Vastenense condi cœptum est : ut adeo procul a vero absit, jam inde ab anno* 1345 *aut etiam citius id fuisse fundatum aut a religiosis inhabitatum. Quamquam autem, ut dictum est,* S. Birgitta *in animo habuerit Vastenæ vitam monachicam ducere, numquam tamen, dum vixit, ut*

AUCTORE J. B.

*ut reliqua ejus vitæ series ostendet, monasterium Vastenense vidit : totam tamen illius delineationem animo habuit, docente Christo, probe perspectam, ut fuse legitur capp.* 28, 29, 31, 34, 38 *Revelationum Extravag.*

*fuisse videtur,*

331 *Porro etsi anno dumtaxat* 1369 *verosimillime condi ex dictis monasterium Vastenense cœperit, nondum tamen e vivis, quantum quidem apparet,* S. Birgitta *abierat, cum sub qualicumque saltem religiosæ communitatis specie tum a viris tum a feminis incoli cœpit : quippe evoluto vix anno a morte ejus uno, cum anno* 1374 *S. Catharina Matris suæ reliquias ad Vastenense monasterium transtulit, id jam tum fratres et sorores aliquot inhabitabant, quæ S. Catharinam ingentis lætitiæ significatione exceperunt, ut ait Ulpho sæpe laudatus in ejus Vita tom.* 3 *Martii pag.* 513 *his verbis* : Perveniens tandem *(S. Catharina)* ad monasterium Watzstenense feria quarta infra Octavas Petri et Pauli cum ingenti gaudio a tota congregatione sororum et fratrum suscipitur. *Sub qualicumque, inquam, saltem religiosæ communitatis specie : quippe anno tantum* 1377, *quo ex Diario Vastenensi Gregorius XI Urbani V*
B *Bullam confirmavit, idem ille Pontifex Henrico archiepiscopo Upsalensi, Nicolao Lincopiensi, et Tordoni Strengensi episcopis commisit, ut Ordinem S. Salvatoris in monasterio Vastenensi reipsa riteque instituerent, quod hi anno* 1380 *perfecerunt, ut legitur in Fundatione ejusdem Ordinis, libris Revelationum* S. Birgittæ *Coloniæ anno* 1628 *editis, præmissa puncto* 2. *Anno vero* 1384 *solemnis fratrum sororumque in idem monasterium coram episcopis supradictis introductio primum contigit, ita ad dictum annum notante Thoriro in Diario Vastenensi.* Item die S. Severini episcopi, cujus festum tunc cadebat in Dominica, primo introductus fuit conventus sororum ad tenendum Constitutiones S. Birgittæ in Vazstenon, præsentibus venerabilibus patribus et dominis videlicet Henrico archiepiscopo Upsalensi et Thordone episcopo Strængianensi, cum institutore Dn. Nicolao episcopo Lincopensi... Et sequenti die, sive feria secunda introducti sunt fratres in curiam suam. *Anno denique tantum* 1388 *abbatissæ Vastenensis munere prima omnium fungi cœpit Ingegerdis,* S. Birgittæ *ex filia Mæretta seu Martha, hujusque marito Canuto Algothi, neptis, ut partim*
C *in Vastenensi Diario ad dictum annum, partim in Margaretæ, Vastenensis abbatissa, Chronico videre est.*

*adjuvante Alberto,*

332 *Quamquam vero* Birgitta *monasterio condendo, e Suecia proficiscens, dotem reliquisset, voluit tamen Albertus, Sueciæ rex, qui Magno, a proceribus regni ejecto, anno* 1363 *successerat, sive quod illa haud visa sufficiens esset, sive ut monasterio esset prospectum uberius, symbolam quoque suam, indicta regni incolis certa pensione, quotannis solvenda, in id conferre ; ut liquet e diplomate, quod ejus nomine Albertus ejus pater, dux Magnopolensis, anno* 1367, *cum de condendo monasterio Vastenensi agebatur, dedit, Benzelius vero ex Bibliotheca publica Upsalensi descriptum exhibet his verbis :* Albertus Dei gratia dux Magnopolensis et comes Siverinensis nobilibus, honorabilibus et discretis viris, universis et singulis clericis et laïcis dyocœsin Lincopensem inhabitantibus salutem et favorem. Cum filius noster dominus rex Albertus et deliberato consilio et consensu et unanimi tam dominorum prælatorum, quam aliorum consiliariorum suorum et potiorum regni sui, duo edicta fecerit, unum quidem gene- D
rale, videlicet per universas regni dyocœses, et aliud particulare, per solam videlicet diocœsin Lincopensem, ex quorum edictorum voluntaria susceptione possit infallibiliter Deus ad propitiationem hujus tribulati regni converti, et mater ejus benedicta Virgo Maria, hujusmodi oblationis obsequio mitigata, pro salute omnium in hoc regno degentium apud filium suum misericordiam et benignitatem advocare.

*Suecie rex.*

333 Primum videlicet, quod propter singulas personas utriusque sexus, sicut in litteris regiis exprimitur, unus denarius valens dimidium Lubec : denarii, pro instauratione unius monasterii in Watzstenum, in honorem beatæ Mariæ Virginis et ampliationem divini cultus, annis singulis perpetuis futuris temporibus solveretur : secundum, quod tertia pars decimarum pauperum pro sustentatione canonicorum residentium apud ecclesiam Lincopensem, plus ceteris ecclesiis regni cathedralibus in bonis suis et personarum in ea degentium prægravatam pariter et afflictam, per totam diocœsin debitis temporibus inferretur, ac canonicis et cle- E
ricis residentibus apud dictam ecclesiam Lyncopensem fideliter traderetur : licet plerique vestrum, ut dicitur, ad pravorum hominum suggestionem, et quidam ex pravitate propria difficiles, ne dicam rebelles, sed valde voluntarios *(lege* : involuntarios) se ostendunt. Ea propter universitatem vestram hortamur in Domino et rogamus salubrius consulentes, quatenus ad prædicti denarii et dictarum decimarum exhibitionem, sicut modum et formam in litteris regiis accepistis, consideratis propriis necessitatibus, infra instans festum Paschæ et deinceps cum fidelitate et benevolentia vos reddatis obeditores et filios efficaces, ne forsan ab excelso cœlorum Domino, et ejus ministro domino rege vestro ad id faciendum digna animadversione cogamini, quod alias potius cum gratitudine fecissetis. Datum Stockholm A. Dni MCCCIX septimo, feria quinta post Dominicam INVOCAVIT. *Hæc de Ordine S. Salvatoris, de Regula, et de primo ejus monasterio Vastenensi a* S. Birgitta *condito.*

*Ordinem militarem non videtur instituisse S. Birgitta.*

334 *At etiam non pauci perhibent, ut scribunt Hermantius et Helyotus in Historiis Ordinum, ab eadem institutum fuisse in Suecia Ordinem militarem, approbatum ab Urbano V. Sane lib.* 4 *Revelationum cap.* 7, *et lib.* 8 *cap.* 32 *atque* F
*alibi non pauca legere est de quibusdam equitibus, ac inter alia ipsam etiam formulam, qua sese Ecclesiæ et proximo devoverent. Institutum hunc volunt sub annum* 1366, *et large dotatum; sed brevi post* S. Birgittæ *obitum desiisse : iisdem autem fere legibus fuisse obstrictum, quibus Ordo equitum Melitensium, ac vexillum prætulisse in bello, cujus altera facies crucem cæruleam octogonam, Melitensi non absimilem, sed e qua pendebat lingua ignea, tamquam symbolum sui in Deum et proximum amoris : altera vero coronas tres in area cærulea (quæ regni nimirum Suecici insignia erant) depictas habebat. Verum Ordo hic non videtur umquam exstitisse, nec in Revelationibus* S. Birgittæ *mentio fit Ordinis cujusdam militaris, ab ea instituti ; sed cujusvis Ordinis militaris universim et ceremoniæ, quæ in illis memorantur, earum fere similes sunt, quæ tum passim in aliis regionibus, cum forte eques aliquis creabatur, observabantur, inquit Helyotus ;*

A *lyotus ; cujus sane opinio ex perenni et communi* S. Birgittæ *biographum, nec non Bonifacii IX. qui tamen institutum ab ea S. Salvatoris Ordinem in Bulla Canonizationis memorare non omisit, silentio non parum confirmatur.*

## § XXII. Dei jussu Hierosolymam profecta, in Cyprum appellitur. Quid rerum istic gesserit.

*Sub vitæ finem divino monitu*

*Venio nunc ad postremum* S. Birgittæ *iter, sed prioribus ætate jam provectæ, et viribus vitæ austeritate exhaustæ non minus arduum, quod solita tamen Sponsi sui præceptis parendi alacritate animique magnitudine suscepit Hierosolymam versus.* Currentibus tamen, *inquit Birgerus ejus biographus,* multorum annorum spa-
B ciis Unigenitus Dei sponsæ sue dilecte in Jherusalem ire præcipiens, sic alloqui dignabatur : Ego sum quasi aquila *etc* : *Et Bonifacius IX in Bulla Canonizationis* :Jerosolymam deinde perrexit, et loca singula, in quibus redemptor noster Jesus Christus annunciatus, natus, educatus, baptizatus, conversatus, mirabilia operatus, illusus, crucifixus et sepultus fuit, et ad cælos ascendit, insigni devotione et venerabunda conspexit. *Haud inexpectata fuit* S. Birgittæ *ea peregrinatio; quippe quam ei et Beata Virgo prædixerat, et Christus ipse, ut ad illam se pararet prius edixerat. Primum legitur lib.* 7 *Revelationum cap.* 1, *ubi Deipara* S. Birgittam *sic dicitur allocuta :* Ideo annuntio tibi, quod tu ibis in sanctam civitatem Jerusalem peregrinando, quando placuerit Filio meo, et inde ibis ad Berthleëm, ibique ostendam tibi in loco proprio totum modum, qualiter ego peperi. *Alterum legitur cap,* 6 *ejusdem libri, ubi hæc habentur* : Cum Sponsa Christi esset in Roma continue residens, et quodam die orando staret in elevatione mentali, tunc Christus apparuit ei sic dicens : Parate vos jam ad perigrinandum in Jerusalem, ad visitandum sepulchrum meum, et alia loca sancta, quæ ibi sunt, et recedis de Roma, cum ego dixero vobis.

*Hierosolymam abiens*

C 336 *Annum et diem, quo hæc Christi* S. Birgittæ *apparitio contigit, docet titulus citato Capiti præfixus, nimirum die S. Urbani, Papæ et Martyris, seu* XXV *Maii anni* 1371, *cum jam annos aliquot a peregrinatione Neapolitana reduæ in Urbe exegisset. Idem denique iter et S. Stephanus* S. Birgittæ *Romæ prædixisse fertur lib.* 6 *Revelationum cap.* 108 *his verbis* : Venies adhuc in Jerusalem ad locum passionis meæ. *Porro* S. Birgitta, *quæ, nisi jussa, nusquam sese loco movere consueverat, ex quo Christi supradictis anno et die voluntatem audierat, Romæ expectandum sibi censuit, dum, ut iter aggrederetur, a Christo moneretur, quod anno* 1372, *ut ex dicendis apparebit, contigit. Sic illam Christus tum allocutus dicitur lib.* 7 *Revelat. cap.* 9 : Ite jam et recedite de Roma ad Jerusalem. *Perculit ea vox, teste Birgero, aliquantulum* Birgittam, *quæ se tanto itineri ob senium provectum et infirmum imparem putabat : verum verbis mox citatis subjunxit Christus :* Quid causaris de ætate ? Ego sum naturæ conditor, ego possum infirmare et roborare naturam, sicut mihi placet, ego ero vobiscum, ego dirigam viam vestram, ego ducam et reducam vos ad Romam, et procurabo vobis necessaria sufficientius, quam umquam habuistis prius. *Ita fere etiam Birgerus num.* 29 *loquitur, si substantiam vimque verborum utrimque consideres.*

AUCTORE J. B.

*cum comitibus aliquot,*

337 *His animata* S. Birgitta *iter Hierosolymitanum arripere minime distulit : quos sibi comites adjunxerit, tacet Birgerus : apud Surium* § 19 *recensentur S. Catharina, Petrus confessarius, et Magnus,* S. Birgittæ *capellanus ; quibus ex* § 24 *addi debet et Carolus* S. Birgittæ *filius, quem Romam venisse, vidimus supra. Margareta, Vastenensis abbatissa,* S. Birgittæ, *Hierosolymam abeuntis, comites sic enumerat* : Jam notum sit oportet, sequutos fuisse S. Birgittam ad sacrum sepulchrum abeuntem tres suos liberos Dn. Carolum. Dn. Birgerum, et beatam matrem nostram Catharinam, item vernas duos, et beatum magistrum Petrum, atque Petrum, Priorem monasterii Alvastra, ut octo admodum fuerint comites, atque revelavit Deus sanctæ Birgittæ E omnes, uno excepto, reversuros *Si comitibus octo hic memoratis* S. Birgittam *non annumeret Margareta, deerit hic ex eorum numero unus, nimirum Alphonsus, Giennensis antea episcopus, quem* S. Birgittam *comitatum fuisse, saltem in reditu Hierosolymitano de seipso testantem audivimus supra num.* 305, *atque in itu etiam eidem comitem fuisse videbimus infra. Testatur porro id etiam Nicolaus de Ursinis, comes Nolanus, in Epistola ad ipsum Alphonsum data apud Hormann.* 831, *ubi inquit* : Cum enim eadem Domina proposuisset sepulchrum Domini visitare, ut perrexit Neapolim, cum qua etiam tu, Pater, ivisti, ego illic eodem tempore cum convenirem ipsam *etc : Roma abeuntem Latinus de Ursinis, e nobilioribus Urbis familiis oriundus, honoris gratia longe deduxit, ut scribitur in* S. Birgittæ *Vita Suriana num.* 19 *et in Vita ejusdem Lovanii typis edita ; ex quo, quanto in honore ac veneratione Romæ fuerit, conjicere licet.*

*adit Neapolim, ubi filium*

338 *Roma Neapolim denuo adiisse, ut inde Hierosolymam navigaret, ex verbis comitis Nolani mox recitatis, manifestum est; quibus et Margareta abbatissa consentit. Huc autem cum pervenit, more suo multa præclare gessit : præsciverat, uti jam supra ex Margareta* F *relatum est, se comitesque suos omnes Romam, uno excepto, redituros. Erat is Carolus ipsius* Birgittæ *filius, qui, cum Neapolim pervenisset una cum Matre, in morbum incidit, ex eoque brevi post obiit. Rem gestam repeto ex Margaretæ abbatissæ Chronico :* Neapolim, quæ Siculi regni pars est, cum venissent, et Johanna regina, sanctæ Birgittæ amicissima, tum vidua imperium administraret, filios suos S. Birgitta docuit, quo cultu reginam præsentes venerarentur more illius terræ, flexis nimirum genibus et pedum osculo. Carolus, cum ad reginam accedens proprius debitam exhibuisset reverentiam, labia quoque illius exosculabatur. Hac audacia ita commota est regina, ut tota in amorem ejus raperetur, et, abitu denegato, se ei nupturam, confirmaret. S. Birgitta id fieri posse pernegabat, quandoquidem uxor filii domi adhuc in vivis esset : regina autem propositi tenax se illud non curare, et voluntati suæ morem geri debere institit. Tum sancta Birgitta devotissimis

AUCTORE J. B.

devotissimis precibus suis divinam gratiam imploravit, quibus factum, ut Carolus letali corriperetur morbo et paucis post diebus moreretur.

*Carolum amittit,*

339 Illius obitum multis regina lachrymis prosecuta est et justa persolvit nihilo minore apparatu, quam si maritus fuisset, ceu hæc omnia oculatus testis magister Petrus retulit. Die, qui Matthiæ Apostolo sacer (XXIV *Februarii*) in morbum incidit in urbe Neapoli, et quinto decimo die proxime sequenti obiit, ibique sepultus est, hinc die festo Ascensionis Domini ad cœlestem gloriam anima ejus evolavit, prout idem sanctus magister Petrus asseruit, S. Birgittæ divinitus revelatum fuisse. *Factum hoc a Joannæ I Siciliæ reginæ moribus forte alienum non est, quæ, quamquam patronis suis, qui eam ab impudicitiæ labe immunem fuisse contendant, non careat, multis tamen istius vitii saltem suspecta est. Non videtur tamen, quod Margareta ait, anno* 1372, *quo Neapoli Carolus, Birgittæ filius, obiit, vidua fuisse : nam Jacobum Aragonium, Majoricarum titulo tenus regem, tertium*
B *maritum suum, quem anno* 1363 *sibi matrimonio copulavit, ad annum* 1374 *vitam protraxisse testatur auctor Vitæ primæ Gregorii XI apud Baluzium col.* 433. Eodem anno, *inquit*, Jacobus, rex Majoricarum, accersitis sibi plurimis armigeris, intravit regnum Arragonum, causa recuperandi regnum et terras, quæ fuerant patris sui et quas jure hereditario ad se pertinere prætendebat. Sed nequaquam prævalere potuit. Immo ipso ibidem absque prole vita functo, sui commilitones satis inanes et vacui ad propria retrocedere sunt compulsi. *Ab hoc vero Gregorii XI Vitæ auctore aut nihil aut parum certe dissonat Joannes Samblancatus, in brevi regum Majoricensium Historia, tom.* 3 *Junii operis nostri præfixa, Jacobum hunc, rerum adversarum tædio affectum, anno millesimo trecentesimo septuagesimo quinto Soriæ fato concessisse, scribens. Giannetasius tamen tom.* 2 *Historiæ Neapolitanæ seq.* 128 *et seq. anno* 1368 *Jacobi mortem innectit ac dein annis aliquot Joannam viduam fuisse, ait. Ut ut sit, si illam, Caroli nuptias appetiisse, licet hujus uxorem in vivis adhuc esse*
C *sciret, vere scribat Margareta abbatissa Vastenensis, quid ni etiam appetierit Caroli nuptias, marito suo Jacobo adhuc in vivis quidem superstite, sed peregre bella gerente. Verum alio sermonem convertamus.*

*cujus dein animam in cœlum ferri vidit,*

340 *Margaretæ quantum ad Caroli mortem consonat auctor Vitæ abbrevialæ, sic eam describens* : Ipse denique cum sancta Matre sua peregrinando in via et proposito versus sanctam civitatem Jerusalem, vitam suam pro recuperatione Terræ Sanctæ paratus exponere, in civitate Neapoli XII die Mensis Martii infirmatus obiit. *Quod autem de ejus anima die festo Ascensionis Domini in cœlum sublata Margareta refert, non modo idem auctor etiam his verbis refert* : Et in die Ascensionis Domini proxime sequenti cælicas petiit mansiones, *sed etiam tota rei gestæ series lib.* 7 *Revelationum cap.* 13 *prolixe exponitur. Notatu digna sunt verba Virginis Deiparæ ad* S. Birgittam *sub initium capitis* : Ego steti prope eumdem filium tuum Carolum, paulo antequam emisit spiritum, ut carnalem amorem non sic in memoria haberet, quod propter eum aliquid Deo contrarium cogitaret, vel loqueretur, nec aliqua Deo placentia vellet omittere. Neque illa, quæ possent esse quomodo libet divinæ voluntati contraria, vellet perficeret ad suæ D animæ nocumentum ; *quibus innuitur fortassis, B. Virginem eam Carolo gratiam imperasse, ne quid illiciti opere animove admitteret, ad quod alioquin ex Joannæ reginæ verbis allici potuisset. Ad hæc* S. Birgittæ *oblatam fuisse visionem, qua animam Caroli in cœlum ferri vidit circa festum Ascensionis, ex titulo capitis mox citati habetur, ubi quidem visio illa initium cepisse statim a Caroli morte, sed perseverasse dicitur, donec S. Sepulcri Hierosolymis ecclesiam* S. Birgitta *ingressa est. Licet autem in titulo cap.* 14, *ubi de primo ingressu* S. Birgittæ *in dictam ecclesiam agitur, dies nullus exprimatur ; in titulo tamen cap. sequentis seu* 15 *mentio fit visionis alterius, die Veneris post Ascensionem Domini ipsi ibidem oblatæ.*

*et moritu. fortiter tuit.*

341 *Quanta autem animi fortitudine* S. Birgitta *Caroli mortem tulerit, disces ex ejus Vita anno* 1485 *Lovanii edita, quæ, ut diximus, Surio præluxit, et ea de re hæc habet* : Ipsa igitur longe post exeunte de Roma versus Jherusalem, prædixit, sed unum perditura * de comitiva sua sibi clarissimum *, quod et factum est. Nam cum venisset Neapolim, filius iste dominus Karolus, miles egregius, infirmari cepit ; qua infirmitate obiit, Et licet ipsa Domina ibidem esset præsens, cum ipse spiritum emisit, non tamen movebat se de loco, nec voces querulosas, nec lacrimas effudit. Sed cum maxima patientia et reverentia gratias Deo referebat. Et licet Domina regina et multi principes regni Neapolis et tota civitas tam domini, quam domine sociarent se ei cum planctu magno ad sepulchrum (*quod secundum Ughellum tom.* 6 *col.* 133 *Italiæ sacræ auctæ in cathedrali templo obtinuit*) deducentes, numquam tamen ipsa plorabat, sed cum gratiarum actione recommendabat Deo animam ejus. De quo tam regina, quam omnes alii admirabantur quam maxime propter hujus venerabilis principissæ maximam constantiam. *Porro cum ex dictis* S. Birgitta, *inchoato jam itinere Hierosolymitano, Neapoli egerit mensibus Februario et Martio et anno* 1371 *mense Maio (vide num.* 336*) ut ad hoc iter sese pararet a Christo fuerit monita ; necesse est, ut hoc iter, vel ad finem vergente anno* 1371, *vel* 1372 *inchoato, aggredi cœperit, Neapolimque pervenerit : re-* F *liquum vero itineris, Neapoli nimirum Hierosolymam, hoc postremo perfecerit. Unde, cum anno* 1371 S. Birgitta *Hierosolymam ivisse* juxta præceptum Christi *dicitur, id vel de tempore, quo id mandatum accepit, vel quo iter illud inchoavit, incipiendum videtur. Neapoli vero anno* 1372 *Hierosolymam solvisse probabitur infra ex Alphonso, Giennensi episcopo, postquam aliquot* S. Birgittæ, *Hierosolymam euntis, Neapoli gesta recensuerimus.*

*perditura charissimum*

*salutaris monita dat regina*

342 *Lib.* 7 *Revelationum, postquam cap.* 9 *relatum fuit Christi præceptum, quo ire Hierosolymam* S. Birgitta *jussa est, cap.* XI *revelationis cujusdam initium ponitur, quæ illi in civitate Neapolitana in titulo capitis ostensa dicitur : postrema autem, quæ ibi leguntur verba, hæc sunt* : Audi, quid regina mihi fecerat, ego permisi eam exaltari in regnum etc : *reliqua autem revelationis series, plane supprimitur : sed ex adjunctis variis, nimirum qualitate reginæ, ejusdem cum* S. Birgitta *familiaritate, tempore locoque factæ revelationis admodum apparet probabile, de Joanna Siciliæ regina sermonem illic esse, illiusque animæ statum* Birgittam *ea revelatione didicisse,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *didicisse, atque adeo non defuisse muneri suo* Birgittam, *quin pro delictorum qualitate reginam reprehenderit, qua par erat charitate ac reverentia, mediaque illi ad eorum fugam emendationemque accommodata suggesserit. Sane Additionum ad* S. Birgittæ *revelationes auctor verbis mox citatis consilia non pauca subjungit, quæ reginæ, de qua illic sermo est,* S. Birgitta *Christi, ut ait, mandato exposuit, nimirum, ut vitæ noxas omnes confessione pura elueret, tum in conjugio, tum in regni administratione patrata sedulo revolveret, debita solveret, male parta restitueret, oneribus populum levaret, consiliariis justis ac probis judicia committeret, aliaque hujusmodi multa, quæ tum ad ipsius privatam salutem, tum ad reipublicæ bonum ac incolumitatem pertinebant, et plerumque talia, qualia* S. Birgitta *reginæ Joannæ dedisse, verosimillimum est. His tamen subinde miscentur nonnulla, quæ tacite Joannæ nomini labem non levem afflare sunt nata: quorum reane fuerit Joanna, necne, aliorum examini judicioque relinquo. Addit his denique laudatæ Additionis auctor, quæ supra de Gomecio et Carleto num.*

B 308 *et seq. post Burlamachium retuli; sed quæ potius ad moram, quam anno* 1372 *Neapoli traxit, sunt referenda, quam ad prius ejus iter Neapolitanum, cum hoc libro* 7 *rerum gestarum ordo accuratius, quam alibi servari videatur,*

*et loci archiepiscopo:*

343 *Prosequenti lib.* 7 *Revelationum seriem cap. proxime seq. seu* 12 *mentio occurrit Bernardi, archiepiscopi Neapolitani, qui* S. Birgittæ *orationibus sese commendarit, eique animi sui dubia aperuerit, rogans, ut consiliis suis esse sibi præsto vellet. Paruit pio præsulis desiderio* S. Birgitta, *cumque pro eo Dominum oraret, e Christo, quæ præsuli nomine suo monita consiliaque suggereret, audire meruit: monuit autem eum, ut curaret ad sacros ordines tum per se, tum per alios sub se constitutos episcopos promoveri neminem, nisi vita et moribus ad id munerisidoneum: tum ut crebro, statisque temporibus cum iis, quibus animarum cura commissa esset, tam de ipsorum, quam commissi illis gregis salute conferret, et cleri sui vitia pro viribus emendaret; ipse vero familiam suam aleret modeste, clericos, qui actionum suarum testes essent, haberet*

C *paucos, qui vero divinis Officiis vacarent, aut aliis docendo instruendoque prodessent, quot vellet; ut in familiarum vitam moresque sedulo inquireret, eorum peccata paterne corrigeret, singulosque ad Dei amorem incitaret: ut a superfluis sibi caveret, ac in omni re sua modestiam ac parcitatem sequeretur: omnium denique peccata vel per suos, vel, si opus esset, per se, quantum quidem penes ipsum esset, corrigeret et emendaret, quæ citato cap. latius deducta videre est. Sciscitatus etiam* S. Birgittam *fuerat, num igne piaculari quorumdam defunctorum animæ detinerentur, et quo illis pacto succurrendum censeret: Respondit illa:* Quod omni die unius anni pro eis duas Missas celebrari faciatis, et duos pauperes omni die pascatis, et omni septimana unum florenum in moneta curate pauperibus erogare.

*a dæmone turpiter vexatam liberat,*

344 *Fuit hic Bernardus,* de Ruthena *dictus, alterius Bernardi, Bosqueti nimirum, in sede Neapolitana successor a die* 2 *Octobris anni* 1368, *ut scribit e libro consistoriali Urbani Papæ V Bartholomæus Chioccarellus de archiepiscopis Neapolitanis pag.* 235. *Ipse vero Bernardus,*



*salutaribus sese* S. Birgittæ *consiliis fuisse adjutum, in edito instrumento publico anni* 1376 *die* XXV *Augusti (quod videsis infra inter Miracula* S. Birgittæ *Neapoli edita) testatum triennio post ejus mortem his verbis voluit:* Quæ vivens in civitate nostra Neapolitana, nonnulla salubria consilia nobis et populo Neapolitano contulit, et pro nobis Deum sæpius interpellavit, et ad ejus preces nonnulla mala cessaverunt: *plura de Bernardo, cæterisque hic abs illo memoratis dabuntur infra, ubi de* S. Birgittæ *in Italiam reditu agetur. Bonifacius IX in Bulla Canonizationis (infra danda) testatur,* S. Birgittæ, *Neapoli degentis, ope et consilio mulierem quamdam Nolanam, Pictiolellam nomine, a dæmone incubo fuisse liberatam: id vero, cum Neapoli Hierosolymam itura moraretur, contigisse, liquet ex Schedula comitis Nolani (apud Hormann pag.* 813 *et seq.) ubi eamdem rem referens ait, illam contigisse Neapoli,* Cum... eadem Domina proposuisset sepulchrum Domini visitare. *Alterum hoc loco* S. Birgittæ *factum, quod inter Miracula ab ea Neapoli edita locum quartum occupat, prædictio est, qua Mariæ, uxori* E *Alphonsi Hispani, dum hæc una cum illa Hierosolymam proficiscebatur, prædixit fore, ut numquam filiam suam, quod, contra ac* Birgitta *suaserat, monacha fieri noluerat, matrimonio junctam visura esset; ut paucis post diebus, mortua Mariæ filia, probavit eventus. Atque hæc quidem sunt, quæ a* S. Birgitta *Roma Hierosolymam abeunte Neapoli gesta comperi: quamquam vix dubitem, quin tunc ibi plura admiranda et præclara patrarit, quæ vel posteris tradita non fuerint, vel certe me hactenus latent.* Birgittam *Neapoli in Cyprum navigantem adeo nunc sequor.*

*Neapoli in Cyprum*

345 *Terrestri igitur itinere in maritimum commutato, Neapoli sociis aliquot aucta, in Cyprum, Asiæ in mari Mediterraneo insulam, a Palæstina non longo admodum aquarum spatio divisam, navigavit: dixi:* Sociis aliquot aucta: *nam comitem illi Neapoli accessisse Mariam, Alphonsi Hispani uxorem, mox dictum est. Accessit etiamsi forte illic anonymus ille, de quo infra in Miraculis, quæ Neapoli edidit* S. Birgitta, *mentio fit. Unde et prudens suspicio nasci potest, plures alias pias honestasque sexus utriusque* F *personas* S. Birgittam *Neapoli Hierosolymam comitari voluisse. Quod ad ejusdem in Cyprum navigationem attinet, hujus Diarium Benzelius edidit, de quo in suis ad Margaretæ Chronicon Annotatis hæc scribit:* Præcipua itineris Hierosolymitani momenta, postquam Neapoli navem conscendisset anno 1372, indicat vetus Annotatio Alphonsi, Giennensis episcopi, comitum unius *(quæ non frustra aut gratis a viro erudito dicta arbitror)* quam ex codice Ms. bibliothecæ publicæ (*Upsalensis in Suecia*) n: o 86 Q. to heic pag. 28 editam voluimus. *Operæ igitur pretium erit breve hoc et antiquum itineris, a* S. Birgitta *Hierosolymam instituti, monumentum, ab ejus socio Alphonso conscriptum, prout illud Benzelius edidit, huc transcribere: sic autem habet.*

*navigat*

346 Anno Domini CIↃ CCCLXXII fecit S. Birgitta de regno Sweciæ hoc viagium ad sanctum sepulchrum de Neapoli, prout infra sequitur. Die Jovis XI die Martii posuimus nos *(en itineris socium)* in navi, in portu in civitate Neapoli. Dominica in Passione XIV die Mar-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. B.

tii exivit navis de portu prædicto, et incœpit viagium. Feria sexta, XIX die dicti mensis applicuimus ad Mecinam, et stetimus ibi usque ad Parasceven. Die Parasceves, XXVI die ejusdem mensis recessit navis de Mecina versus Cyprum. Die Martis penultima die Martii applicuimus ad insulam Cephaloniæ cum magna tempestate. Die Jovis, prima die Aprilis recessit navis inde, hora quasi Completorii. Die Dominica, quæ erat quarta dies Aprilis, erravimus iter in mari et ambulavimus errantes die ac nocte. Et die Lunæ sequenti invenimus nos errantes in gulfo Turquiæ prope quamdam insulam Græcorum, quæ subest magistro de Rhodis Ordinis militaris S. Joannis, quæ quidem insula vocatur LANGO. Die Jovis, VIII die Aprilis hora vespertina eximus inde, et ambulavimus navigando, et applicuimus die Lunæ ad quandam civitatem Cypri, quæ vocatur BAFA. Eadem die hora mediæ noctis habuimus bonum ventum et ambulavimus sequenti die, videlicet Martis, et applicuimus ad civitatem Famagustam.

B 347 *Dixi supra ex Alfonso (vel certe, si quis*
anno 1372, *alius hæc scripserit, ex aliquo ejusdem itineris socio) confirmandum*, S. Birgittam *iter Hierosolymitanum instituisse anno* 1372, *licet in Diario Vastenensi annus notetur* 1371. *Alphonsus vero annum* 1372 *non modo diserte expressit, sed illum etiam characteres chronici, ab illo allati, manifeste designant: sic eo anno dies Parasceves incidisse dicitur in* XXVI *Martii: ex quo fit, ut Pascha tunc inciderit in* XXVIII *Martii, quod anno* 1372 *congruit: ceterarum vero notarum chronicarum, illic expressarum, ut examinanti patebit, par ratio est. Reliqua Alfonsi narratio pluribus illustrari non debet; nisi de locis hic memoratis quis forte pauca desideret. Mecina, seu potius Messana, quo* S. Birgitta *primum appulsa est, Siciliæ portus est Rhegio fere oppositus, unde in Orientem transfretantium frequens trajectio est. Cephalonia, ad quam deinde pervenit, maris Jonici insula est, mare Siculum ab Occasu habens, ab Oriente Clarentiam, Moreæ oppidum. Lango, alias Cos, insula est Minoris Asiæ, ea archipelagi parte sita, qua* mare Myrtoum *dicitur; in qua urbecula insulæ cognominis visitur: Capta fuit ea insula a militibus Rhodiis anno* 1314, *ut legitur in eorum Historia, anno*
C 1629 *cura Baudoini Lutetiæ Parisiorum edita pag.* 61. *Bafa Cypri locus est versus Occidentalem insulæ istius partem eo loci, vel non procul inde sitam, ut aiunt, ubi antiqua Paphos fuit. Qua denique Orientem spectat Cyprus, Famagusta ad maris littus occurrit, præcipua totius insulæ post Nicosiam civitas, unde per mare Syriacum in Syriam et Terram Sanctam trajectus patet.*

ubi regina 348 *Notior erat* S. Birgittæ *tum generis claritudo, tum sanctitatis fama, quam ut in Cypro, quo die* XIII *vel* XIV *Aprilis anni* 1372 *appulsa fuerat ex dictis, latere posset: itaque ut Neapoli a regina Joanna, ita et hic a regina Eleonora seu Leonora in consilium sæpe fuit adhibita. Verum ut* Birgittæ *illic gesta clarius percipiantur, juverit, quo tum loco res Cypriæ essent, paucis exponere. Floruerant hæc sub Petro Luzignano, Cypri rege hujus nominis I, quantum numquam antea. At illo per summum scelus fratrum suorum Joannis et Jacobi (ut quidem Folieta scribit lib.* 8 *Historiæ Genuensis) machinationibus nefariorumque quorumdam hominum opera nuper e vivis sublato, regnum Cypri ad filium ejus Petrum seu Petri-* D
*num, ob ætatem regendo imparem, devolutum est. Itaque regni administratio Eleonoræ, Petri junioris patrui, et Jacobi, alterius item ejusdem regis patrui, arbitrio cuncta gerebat. Erat autem Eleonora, non ducis Mediolanensis, ut Burlamachius lib.* 2 *Vitæ Italicæ* S. Birgittæ *cap.* 23, *sed Petri Aragonii, qui, seculo relicto, inter Ordinis S. Francisci alumnos claruit, filia, ut Waddingus in Annalibus Minorum ad annum* 1358 *num.* 3 *scribit ex Oddone Perusino in Speculo cap.* 2, *cujus hæc verba recitat:* Reliquit (*Petrus Aragonius Minorita*) post se filios Alphonsum Deniæ et Ripacurtiæ comitem, Villenæ Marchionem et comitem stabuli regni Castellæ et primum Gandiæ ducem, qui, mortuo Martino rege absque hæredibus, justo titulo prætendit sibi deberi regni successionem; Joannem Montanorum de Pratis comitem, baronem status Entencii, seneschallum et præfectum domus regiæ inter Catalanos; Jacobum primum Dertusæ, mox Valentiæ episcopum, demum S. R. E. Cardinalem, et Leonoram, filiam unicam, regi- E
nam desponsatam Petro de Lusignano, comiti Tripolis Syrie, primogenito Hugonis, regis Cypri, et in regno successori. *Gregorius quoque XI Eleonoram filiam Petri Aragonii dicit in Epistola ad hunc data, quam exhibet Waddingus ad annum* 1373 *num.* 7. *Barnabæ vicecomitis Mediolanensis filia nupta fuit Petrino seu Petro II, primi filio, quod Burlamachio hic errandi occasionem dedit. Sed id obiter notasse sufficiat.*

in rebus turbidis. 349 *Magna erat ea tempestate in Cypro Venetorum et Januensium mercaturæ causa illic versantium multitudo; Cyprii more solenni Petrinum regio diademate insignire parabant, et tum Venetos, tum Januenses ad id sacrum invitarant: hinc de honoratiore loco funesta primum Genuensibus, dein vero Cypriis, inter utrosque nata est altercatio: cum enim Petrinus patruorum suorum suasu Venetis primas addixisset, Januenses die postero armati ingressi sunt regiam, ut locum, quo exclusi per regem fuerant, armis vindicarent: ratus rex id in sui perniciem fieri, Januenses illos jussit e summo ædium fastigio præcipites dari, ceteros vero per regnum dispersos inquiri et morti tradi. Hinc Januenses sub initium anni* 1373 *Cyprum hostiliter ingressi Cy-* F
*priorum agris vastitatem intulerunt, Paphi Nicosiæque suburbia igni tradiderunt, ac tandem sexto Idus Octobris (eo ipso die, inquit Ubertus Folieta lib.* 8 *Historiæ Genuensium, quo superiore anno cædes Genuensium facta est) Famagustam ceperunt et totum insuper insulam brevi post in suam potestatem redegerunt. Hæc Cypri erat anno* 1372 *et seq. facies. Videamus modo, quid rerum in suo illuc accessu* Birgitta *gesserit: quæ enim in reditu suo illic egit, suo loco dicenda reservabimus.*

qua consilia. 350 *Vix ullum hic hominum genus fuit, cui prodesse non studuerit: ut ab illustrioribus exordiar, tanti Eleonora, Cypri regina,* S. Birgittæ *sanctitatem fecit, ut non modo ejus consilia de rebus publicis exquisierit, sed etiam intima sui animi ei patefecisse videatur: Eleonora marito suo privata, quo se tandem verteret, rediretne in patriam, an alterum regni thorique socium admitteret, ignara,* S. Birgittam, *quid sibi faciendum esset, consuluit: illa vero, consulto precibus Deo, reginæ utrumque dissuasit. Ita col-*

*ligitur*

A *ligitur ex lib.* 7 *Revelationum cap.* 16, *ubi illam Christus sic allocutus dicitur* : Consule reginæ, quod non redeat ad patriam suam, quia non expedit, sed stet loco, quo posita est, serviendo Deo toto corde. Secundo, quod non nubat recipiendo secundum maritum, quia acceptius est Deo plorare commissa, et supplere pœnitentia tempus inutiliter expensum. *Suasit autem eidem reginæ* Birgitta, *ut suorum studeret concordiæ; mariti sui necis vindictam Deo relinqueret; iis consiliariis regendum filium committeret, a quibus Deum timere, juste regere, et miseris compati disceret: ut fugeret adulationem, vestes minus honestas abjiceret, aliaque præclara multa, ibi fusius enarrata, quibus sibi suisque prodesset ac Deo placeret.*

*qua monitionibus*

351 *Consulta ab eadem regina de coronatione Petrini filii sui in regem Cyri, de qua versante in Cypro* Birgitta, *ut supra vidimus, agebatur, eam quidem non videtur improbasse, sed tamen, quantum inde ejus humeris onus immineret, et quam raro tunc contingeret, ut suo officio reges probe fungerentur, magna animi li-*
B *bertate exposuit.* Magnum onus est, *inquiebat,* esse regem et magnus honor, sed maximus fructus. Condecet ergo regem esse maturum, prudentem et justum et laboriosum et amatorem, utilitatis proximorum plus, quam propriæ voluntatis. Ideo antiquitus bene regebantur regna, quando talis eligebatur in regem, qui et voluit et scivit et potuit regere juste. Nunc regna non sunt regna, sed puerilia et deliramenta et latrocinia, quia sicut latro inquirit modos et tempora, quomodo insidietur, ut obtineat lucra, ne notetur, sic nunc inquirunt reges adinventiones, quomodo generatio eorum elevetur, quomodo pecuniæ imbursentur, quomodo subditi sapienter onerentur, qui et libentius faciunt justitiam, ut obtineant bonum temporale : sed non diligunt justitiam, ut mercedem obtineant sempiternam.

*prodesse*

352 Ideo Sapiens sapienter dixit : Væ regno, cujus rex puer est, qui delicate vivens, et delicatos habens assentatores, de profectu communitatis nihil angustiatur. Verum quia puer hic non portabit iniquitatem patris, ideo, si proficere voluerit et implere dignitatem nominis regalis,
C obediat verbis meis, quæ de Cypro prædixi, et non imitetur mores prædecessorum suorum, deponatque levitates pueri, et inducat viam regiam, habendo assistentes tales, qui timeant, et qui non plus diligunt munera ejus, quam animam et honorem ejus. Qui odiunt adulationes, et qui veritatem dicere et sequi et arguere non formidant. Alioquin nec puer lætabitur de populo, nec populus in electo. *Quo fructu audita fuerit* S. Birgitta, *nescio; verum haud admodum lætum fuisse Petri II regimen, ex iis, quæ de illo Folieta scribit, percipi satis potest* : *Occupatam quidem a Genuensibus anno* 1373 *Cyprum Petrus recepit, sed ea lege, ut* 40 *aureorum nummorum millia annui tributi nomine Genuensibus penderet in certos annos; ac Genuensium præterea Famagusta esse pergeret, quam dein, frustra quoque illam obsidente aliquando cum Venetis Petro, annis fere centum tenuerunt. Obiit Petrus circa annum* 1384 *absque liberis, eique mortuo, Jacobus, Petri II patruus, Genuæ tunc obses, successit, sed pariter cum certæ pensionis Genuensi populo quotannis pendendæ onere.*

353 *Non minus libere regis patruum monuit de commissis, ac de infelici morte, quæ ipsum maneret, nisi se emendaret : de quo hæc citato supra lib.* 7 *cap.* 16 *leguntur* : De duce, qui conscius erat mortis fratris sui, Christus loquitur. Hic audacter dilatat superbiam suam, gloriatur de incontinentia sua, nec attendit, quid fecerit in proximum suum. Ideo nisi se humiliaverit, faciam juxta commune proverbium : Non levius plorat, qui post flet, quam qui plorat ante. Nam non leviorem, mortem habebit, quam frater, imo amariorem, nisi cito se emendet. *Non vana fuit* S. Birgittæ *vaticinatio : nam, ut scribit Henricus Giblet in Opere Italico, quod de re Luzignana inscripsit, lib.* 8 *ad annum* 1375, *reginæ Eleonoræ jussu in mariti sui cædis ultionem multis confossus vulneribus misere periit Joannes, de quo hic sermo est : Jacobus enim, alter regis Petri occisi frater, quem fraternæ cædis immunem fuisse laudatus scriptor ait, Cypri rex factus est anno* 1384, *vitamque et regnum naturali morte amisit anno* 1398.

AUCTORE J. B. *et regis patruum*

354 *Quo regis patruum ad vitæ emendationem impelleret efficacius, visum quoque est* Birgittæ *ea de re illius confessarium convenire; itaque hunc monet tum officii sui, tum status in-* E *felicis, in quo ille versaretur; ac proin efficacem tollendi mali viam iniret. In irritum abiit hic* S. Birgittæ *labor : ille principis viri mores vel indolem partim laudat; delicta vero partim purgat ac extenuat, quod abs illis abstinere difficillimum illi esset. Doluit* S. Birgitta *turpis confessarii in obeundo officio ignavia, ac verosimillime etiam pro eo Dominum deprecata, audire a Christo meruit, quænam tantam ignaviam merces maneret, ut, ea audita, timore saltem salutari impulsus, officio suo faceret satis. Audiisse autem citato sæpius cap. a Christo dicitur* : Quid tibi dixit frater ille? Nonne quia dux bonus est, et melius vivere non potest, excusans incontinentiam ejus. Tales non sunt confessores, sed deceptores, qui vadunt tamquam oves simplices : sed verius sunt vulpes et adulatores. Tales sunt amici illi, qui vident et proponunt hominibus assumpsiones et dejectiones propter modicum temporale. Ideo si iste frater sedisset in conventu, minus peccasset, et minus obtinuisset supplicium et majorem coronam. Nunc autem non effugiet manum increpantis et tribulantis.

*ad frugem reducere*

F

355 *Denique, cum grassantia passim Famagustæ delicta, ac depravatos civium mores suis ipsa oculis vidisset, impendentem urbi cladem, de qua supra, divinitus edocta prædixit. Sic enim legitur iterum in citato sæpius cap.* 16. Hæc civitas *(Famagusta, ut legitur in titulo)* est Gomorra ardens igne luxuriæ et superfluitatis et ambitionis. Ideo ruent structuræ ejus et desolabitur et minuetur et habitatores ejus migrabunt et præ dolore et tribulatione ingemiscent et deficient et nominabitur confusio ejus in multis terris, quia iratus sum eis. *Quam autem divinitus didicerat in Famagusta cladem, anno* 1372 *die* VIII *Octobris in reditu Hierosolymitano publicasse dicitur in titulo cap.* 19; *quod ea de causa hic annotatum cupio, ut pateat, hanc* S. Birgittam *et didicisse, et publice prius prædixisse, quam non modo a Januensibus inferretur Famagustanis, sed prius etiam, quam Januensium cædes, quæ belli et cladis semen fuit, contigisset. Cædes enim illa, ut supra ex Folieta vidimus, anno* 1372 *contigit eodem die, quo anno sequenti capta est a Januensibus Famagusta, nimirum die X Octobris. Utrobique porro tam cap.* 16, *quam* 19 *de illata anno*

*una cum reliquis incolis conata est,*

AUCTORE J. B.

*no* 1373 *Famagustæ a Januensibus clade sermonem esse, declarat Alphonsus, Giennensis episcopus, præfixo capiti* 23, *lib.* 8 *Revelationum, ubi cap.* 19, *lib.* 8 *citat, hujusmodi titulo :* Revelatio secunda facta in Jerusalem. Et Christus præcipit per Sponsam dicto regi Cypri, quod statim publicarent eam toti regno sine mora, ut se emendarent. Et quia non fecerunt, ideo in proximo destructi sunt per Januenses terribiliter

*etsi fructu non magno,*

356 *Ceterum apud Cyprios plus venerationis, quam fidei aut fructus invenit : fuisse illam in veneratione, tum ex sua cum Eleonora regina familiaritate, tum e summa, qua primarios regni proceres corripuit, libertate, tum etiam ex eo colligitur, quod, ut refertur in titulo cap.* 17, *Eleonora regina* S. Birgittæ, *et Cypro Hierosolymam transituræ, precibus regis regnique salutem commendatam voluerit. Fructum vero eamdem percepisse exiguum, ac fidem non admodum magnam comminationibus suis passim invenisse, quæ proxime secutæ sunt regni Cyprii calamitates satis ostenderunt. Atque id fortassis in causa fuit, cur illic moram haud diuturnam traxerit, sed* B *brevi post adventum suum in Terram sanctam trajecerit. Cum enim, ut ante ex Alphonso, Giennensi episcopo, dixi, Famagustam advenerit die* XIII *vel* XIV *Aprilis anni* 1372, *eodemque anno* VIII *Octobris ex num.* 355 *eodem Hierosolymis rediisset post exactos in Terra sancta ex Fragmento antiquo Peregrinationum apud Hormann pag.* 839 *menses quatuor cum dimidio, vix ac ne vix quidem usque ad diem* XXIV *Maii illic subsistere potuit : immo ne ad sextum quidem Maii diem, cum ex auctore Vitæ abbreviatæ et cap.* 13, *lib.* 7 *Revelationum* S. Birgitta *Hierosolymis sepulcrum Domini, forte altero adventus sui die, inviserit festo Ascensionis Domini, quod eo anno in diem* VI *Maii incidebat. Unde Burlamachium refellas, qui* S. Birgittam, *lib.* 2 *ejus Vitæ cap.* 23 *scribit in Terram sanctam excendisse mense Augusto, et quidem post coronationem Petri II, Cypri regis, ut vult, quæ tamen die* VIII *Octobris, reduce jam in Cyprum* S. Birgitta, *nondum erat peracta.*

## C § XXIII. E Cypro navigat in Palæstinam, inde in Cyprum ac Neapolim redit.

*E Cypro solvens*

*Itaque ex proxime dictis* S. Birgitta, *ne mense quidem integro apud Cyprios exacto, seu ob exiguum, quem ex depravata tunc gente colligebat, fructum, seu ob ingens sacra Palæstinæ loca lustrandi desiderium e Cypro solvit. Abituræ e Cypro consultum fuerat, ut, mutatis vestibus ac denigrata facie, Hierosolymam iret, sic nimirum Saracenorum proterviam injuriasque facilius vitatura : at illa, Sponsi sui promissis freta, satis sibi in eo præsidii esse existimavit, ut, misso hujusmodi consilio, se suosque infidelium oculis sine probri periculo posset objicere. Ita videlicet a Christo in mandatis acceperat, ut rursum lib.* 7 *Revelationum cap.* 16 *refertur hunc in modum :* Christus loquitur : Quid consuluit tibi, nonne deformare vestes et denigrare facies? Numquid ego Deus, qui præcipio tibi, ne sim sicut ille, qui ignorat futura, aut sicut impotens, qui omnia formidat? Nequaquam. Sed ego sum ipsa sapientia, ipsa potentia, qui et omnia præscio et D omnia possum. Ideo tenete modum consuetum in vestibus et facie, et voluntatem meam mihi dimittite. Ego enim, qui servavi Saram a manibus captivantium, servabo et vos in mari et terra, et, sicut expedit vobis, providebo vobis. *E Cypro in Syriam et Palæstinam nonnisi* 60 *milliarium distantia est, teste Baudrando : Hierosolyma vero a littore maris Syriaci non abest nisi circiter* 40 *passuum millibus, ut adeo brevi huc pervenire* S. Birgitta *potuerit, nec forte quidquam brevi hoc temporis intervallo, quod ab ejus e Cypro discessu usque ad adventum ejus Hierosolymam fluxit, memoratu dignum acciderit. Sin autem, id equidem nusquam, quod quidem sciam, est proditum litteris.*

*Joppen pervenit,*

358 *Cypro tamen egressa Joppen versus cursum direxit : est autem Joppe Palæstinæ oppidum portusque in littore maris Mediterranei situs, paulo minus, quam* 35 *milliaribus, inquit Baudrandus, Hierosolymis distans ; recentiori vero nomine* Jaffa *nunc dicitur ; quo priusquam appulsa fuit, naufragii periculum subiit, ei tum maris tempestate exciti minas, tum res suas in mare projici animo vultuque immoto conspexit ;* ut E *P. vander Ketten sæpe laudatus in suo, quod de Ms. Vita* S. Birgittæ *Germanica dedit, specimine his verbis scribit :* Cum jam mari velificarent Jerosolymam, aliquando turbines et procellæ suborïuntur, ita ut multi metuerent et indolerent. Sed ipsa semper patiens erat et ejusdem boni animi. Venientibus eis in portum Japha sive Joppen, biremis, in qua erat, disrumpitur, omnesque, qui in ea erant, contristantur et lachrymantur. Ipsa vero, quamvis si videret ibi in magno metu vitæ suæ positam et sua bona in mare ejici, patiens erat absque ulla cordis commotione, et orantem Deus consolabatur in revelatione quadam, in qua ei dicebatur, ut non timeret : nam in eo naufragio nemo vitam suam amitteret. Et hæc verba statim insinuabat filiæ suæ Catharinæ, eamque solabatur, ut non formidaret.

*et dein Hierosolymam.*

359 *Cum vero Hierosolymam venit, ut agere plerumque, nisi consulto prius Deo, e cujus nutu tota pendebat, nihil solebat, dubiaque hæreret, quo potissimum loco hospitium sibi deligeret, Sponsum ea de re de more consuluit. Adire poterat monasterium Montis Sion, quod PP. Minoritæ* F *administrabant, excipiendis loca sacra visitantibus peregrinis destinatum. Adire item xenodochium publicum, ubi iisdem Christianæ charitatis officiis frui foverique poterat. Hoc postremum apparens ei Deipara, ut adiret, suasit : sic enim legitur lib.* 7 *Revelat. cap.* 17 : Mater loquitur. In isto loco Montis Sion sunt duo genera hominum. Alii diligunt Deum toto corde. Alii volunt habere Deum, sed mundus dulcior est eis, quam Deus, et ideo ne scandalizentur boni et ne detur occasio tepidis, et futuris exemplum, ideo melius est residere in loco peregrinis deputato, *seu xenodochio publico :* Filius enim meus providebit vobis de omnibus, sicut sibi placet. *Hoc itaque adiit* S. Birgitta, *ibique cum comitibus suis mensibus quatuor morari propterea jussa est, ut colligitur ex verbis mox re-citatis, quod illic pluribus exemplo et ædificationi esse posset, quam in Monte Sion, ubi pars incolarum, quæ Deum toto corde diligebat,* S. Birgittæ *exemplis haud perinde indigebat ; pars vero in Dei amore tepidior suis forte comitibus exemplo non satis bono fuisset. Libentissimo*

*porro*

A *porro animo Deiparæ paruisse* S. Birgittam, *non dubium est, quam et Neapoli publicas hujusmodi excipiendis peregrinis et pauperibus ædes nobilium palatiis prætulisse fama est, ut in superioribus vidimus; et Romæ in ejusmodi æde vitam finire voluisse, suo loco ostendemus inferius.*

*ubi mox sacra loca visitans,*

360 *Ex quo Hierosolymam venit* S. Birgitta, *longas certe moras non traxit, quin sacra illic loca summa in Christum pietate inviserit. Si autem a teneris unguibus tenerrimo in Christum patientem amore fuerit; si amor ille assidua Passionis ejus recordatione continua pariter ceperit jam tot volventibus annis incrementa; si denique vix non per omnem vitæ cursum affici singularibus a Deo favoribus soluerit, quanto animi sensu loca, quæ dilectissimus sibi Sponsus suis pedibus pressit, prædicationibus suis purgavit, sudoribus rigavit, coram inspexerit, et quibus jam ad vitæ terminum appropinquans a Deo affecta fuerit favoribus, vel cogitatione assequi, vel explicare difficillimum est. Quædam tamen, ne postrema ejus gesta jejune adeo prætereamus, maxime ex Revelationum lib. 7 huc in medium lubet adducere. Postero fortassis adventus sui Hie-*

B *rosolymam die, quo festum Ascensionis Domini celebrabatur, seu die* VI *Maii, nihil prius habuit, quam ut ecclesiam sepulcri Domini visitaret: quam ejus animo pietatem et venerationem locus hic sacer inspirarit, me non monente, ex dictis collige. Quem vero hic fructum tum sibi, tum aliis collegerit, quo favore a Deo affecta jam tum fuerit, disce ex cap.* 14, *lib.* 7 *proxime citati. Id ita habet*: Filius loquebatur Sponsæ: Quando intrastis templum meum, dedicatum sanguine meo, sic mundati estis ab omnibus peccatis vestris, sicut si tunc levati essetis de fonte baptismatis. Et propter labores et devotionem vestram aliquæ animæ consanguineorum vestrorum, quæ erant in purgatorio (*e quarum numero erat anima filii ejus Caroli, nuper Neapoli defuncti, ex dictis*) hodie liberatæ sunt et intraverunt in cœlum in gloria mea. Nam omnes, qui veniunt ad locum istum cum voluntate perfecta se emendandi juxta meliorem conscientiam suam, nec volentes recidivare in priora peccata, his omnia peccata priora totaliter dimittuntur, et augetur eis gratia proficiendi.

C

*variissa Christo visionibus*

361 *Acceptissima enimvero* S. Birgittæ *hæc auditu fuerunt: ut vel hinc impensos sacro huic itineri labores cumulate compensatos existimare potuerit: verum haud hic stetit Christi in Sponsam favor: sequenti enim feria* 6, *qua ecclesiam S. Sepulcri iterato adiit, oranti illic in sacello montis Calvariæ totam suæ Passionis seriem spectandam exhibuit. Novi equidem quædam Passionis Christi adjuncta cap.* 15 *memorari, quæ neque extra dubium sunt posita, neque apud omnes in confesso sunt. Sic, ut nonnullis placet, prius Messias cruci affixus est, quam una cum illa in sublime erectus fuit*: Birgitta *autem Christum, per gradus aliquot ad crucem, jam erectam, progressum, eidem affixum fuisse, sublatisque dein gradibus, ex ea pependisse existimavit. Rursus sunt, qui opinentur, Christum tribus dumtaxat clavis manibus pedibusque transfixum fuisse; at* S. Birgitta *quatuor clavos enumerat, duos, quibus manus, tum dextera, tum sinistra; duos item, quibus pedes, quorum sinister dextero erat impositus, transfixi fuerint. Sunt item, qui credant, Christo latus sinistrum lancea apertum fuisse; id autem in dextero peractum fuisse,* Birgitta *affirmavit. Verum si hæc aliaque hujusmodi a vero fortasse devient, ita de hujusmodi Passionis Christi adjunctis* S. Birgitta *non ex revelatione divina, sed ex præconceptis ideis, quas impedire, dum visio fieret, Deus non debuit, judicarit. Ceterum cum revelationes hujusmodi fidem certam de rebus aliunde ambiguis ex dictis* § 13 *non faciant, ut fusius has controversias aliasque ejusdem generis, quæ per revelationum libros sparguntur, hoc loco discutiamus, necesse non est. Qui vero fusius hæc pertractata videre voluerit; legat Durantum in suis ad Revelationum libros Annotatis, et Sacrarum Paginarum interpretes.*

AUCTORE J. B.

*divinisque affecta favoribus,*

362 *Porro, quo tempore Christi Passionis seriem* S. Birgitta *vidit, eodem quoque Christum de principibus, de Ecclesiæ præsulibus, de quolibet hominum genere, quod Passionis suæ nimium immemores viverent, amice sibi conquerentem audivit: sic enim legitur cap. proxime seq. seu* 16: Loquebatur post Christus in eadem hora eidem Sponsæ suæ B. Birgittæ dicens: Hæc enim, quæ vidisti nunc et alia, quæ ego sustinui, principes mundi non attendunt, nec etiam loca considerant, in quibus ego natus sum et passus, E quia ipsi similes sunt homini, habenti locum designatum pro bestiis et feris indomitis, in quem dimittens canes venaticos delectatur in aspiciendo cursum canum et ferarum. Sic per simile principes terræ et prælati ecclesiarum et omnes status mundi avidius et libentius aspiciunt delectamenta terrena, quam mortem et passionem meam et vulnera mea. Ideo mittam eis adhuc per te verba mea, qui nisi mutaverint corda sua, et ea converterint ad me, condemnabuntur eum illis, qui partiti sunt vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. *Dum vero* S. Birgitta *hujusmodi favoribus divinis frequenter fruitur, proximi sui, et eorum maxime, qui ejus sese precibus commendarant, non est oblita. Fecerat vero id, ut supra vidimus, Eleonora, Cypri regina, de filii sui Petri regis, adhuc juvenis, ac totius regni Cyprii salute sollicita. Stetit* Birgitta *promissis, sed etiam his amplius præstitit: non enim preces modo ad Deum pro rege ejusque regno fudit, sed etiam eum exoravit, sibi ut ostendere vellet, quidnam facto opus esset, ut cum regno rex salvus incolumisque consisteret.* F

*de rebus futuris*

363 *Suggessit itaque Deus* S. Birgittæ *consilia numero sex, quibus Cyprii obtemperarent, si salvi esse vellent, præcepitque, ut ea in Cyprum ad regem et Joannem Antiochiæ principem, regnique administratorem, privato tamen nomine perscriberet. Exstant vero illa, ut a* S. Birgitta *e Palæstina transmissa fuerint lib.* 7 *Revelat. cap.* 18. *Ego, quæ illic fusius exposita videre est, in pauca contraham. Regi Petro et Joanni principi Antiochiæ suasit in primis, ut per Pœnitentiæ Sacramentum Deo reconciliati, ac, sacratissima Eucharistia rite suscepta, mutuæ charitatis vinculo uniti, in administrando regno honorem divinum ac populi sui utilitatem quærerent; quomodocumque occisi Petri I reos ob reverentiam Passionis et mortis Christi in gratiam reciperent; cum ecclesiasticis tam regularibus, quam secularibus agerent de restituenda antiqua sanctaque vivendi ratione; curarent etiam, ut quicumque ex ordine militari essent, vera et sincera confessione a peccatis expiati sacro corporis Christi epulo reficerentur, ac deinceps non solum ipsi, sed universi etiam regni incolæ vitam ducerent statui*

AUCTORE J. B.

*tui suo et disciplinæ Ecclesiasticæ congruam; denique satageret, ut, quibus animarum cura incumbit, gravibus publicisque delictis obnoxios efficaciter monendo, increpando, docendo studeant emendare: quod si non successerit, in malis pervicaces ad superioris ordinis præsules deferant, ab his denique, ipsorum principum, ubi opus fuerit, auxilio adjutis, ad officium censuris ecclesiasticis compellendos. Profutura sane hæc erant Cypriis consilia, modo quam erant salutaria, tam promptum animum ad ea exsequenda homines miseri vitiisque corrupti attulissent; verum aliter longe sese res habuit.*

*instruitur,* 364 *Alteris vicibus* S. Birgitta *in Cyprum epistolam misit, qua non jam consilia tantum proposuit, sed gravissimas etiam minas Cypriis, nisi resipiscerent, intentavit et impendentem divinam ipsis vindictam non obscure prædixit his Christi verbis lib. 7 Revelationum cap.* 19: Propterea, populo Cypri, annuncio tibi, quod si tu nolueris te corrigere et emendare, tunc ego generationem tuam et progeniem ita delebo in regno Cypri, quod nec pauperi parcam nec di-
B viti; ita etiam delebo generationem tuam, quod in brevi tempore ita labetur memoria tua a cordibus hominum, ac si numquam fuissetis nati in hoc mundo. *Vera prædixisse* S. Birgittam *eventus docuit: nam non modo anno proxime sequenti Cyprus Genuensium armis, ut diximus, fuit occupata, sed etiam anno* 1426, *capto rege, in potestatem Soldani Ægypti venit, ac demum post varias sortis vices sub annum* 1571 *infelici Turcarum servitute fuit involuta. Non Cypri modo, sed et universi Græcorum seu Orientis imperii, excidium, nisi sese Romano Catholico Pontifici et Ecclesiæ jungerent, non minus manifeste prædixit: verba, quibus id fecit, iterum accipe ex eodem cap. huc transcripta*: Sciant etiam Græci, quod eorum imperium et regna sive dominia numquam stabunt secura, neque in pace tranquilla, sed inimicis suis semper subjecti erunt, a quibus semper sustinebunt gravissima damna et miserias diuturnas, donec ipsi cum vera humilitate et charitate Ecclesiæ et fidei Romanæ se devote subjecerint, ejusdem ecclesiæ sacris constitutionibus et ritibus se totaliter conformando. *Et sane ita sese res habuit: sensim enim magis magisque invalescentibus Turcarum armis,*
C *cœpit Græcorum imperium in exitium ruere, dum illud, capta anno* 1453 *Constantinopoli, omnino eversum orbis Catholicus vidit et ingemuit. Porro misit hanc revelationem* S. Birgitta *Hierosolymis in Cyprum ad regem Petrum II et Joannem, Antiochiæ principem, regnique gubernatorem, quo eam universo regno publicarent: verum cum junior adhuc esset rex, nec rebus per se gerendis par; Joannes vero Antiochiæ Princeps non plenam illi fidem adhiberet, factum id minime fuit. Quare* S. Birgitta *in Cyprum redux die* VIII *Octobris Famagustæ coram regina, rege, principe Antiochiæ ac toto consilio regio id per seipsam præstitit, ut legitur in titulo Capitis citati.*

*uti et de quibusdam mysteriis a B. Virgine.* 365 *His a Christo visionibus recreata* S. Birgitta, *sæpius etiam a Deipara Virgine similibus prærogativis affecta fuisse legitur; quod illi Dei Mater futurum prædixerat jam inde ab anno circiter* 1358: *sic enim habet cap.* 1 *lib. 7 Revelat.* Ideo annuncio tibi *(Maria* Birgittæ*)* quod tu ibis in sanctam civitatem Jerusalem peregrinando, quando placuerit Filio meo, et inde ibis ad Bethleëm, ibique ostendam tibi in loco D proprio totum modum, qualiter ego peperi. *Venit in Bethlehem* S. Birgitta *anno* 1372, *a revelatione mox transcripta anno decimo quinto, ut habet ejusdem lib. cap.* 21 *titulus; loco autem temporeque jam dictis, quæ sibi Deipara pollicita fuerat, re ipsa impleta vidit: quæ qui sese habuerint, ac insuper alia quædam, spectantia ad redemptionis humanæ mysteria,* S. Birgittæ *in Bethlehem pariter oblata, lib. 7 capp.* 21, 22, 23, 24 *et forte etiam* 25 *fuse habes explicatum. Denique, cum jam de reditu cogitaret, mense Septembri die Nativitatis B. Mariæ Virginis cap.* 26 *fertur adiisse vallem Josaphat, ibique, cum sepulcrum Deiparæ veneraretur, ex ea, sibi apparente, audisse.* Ego, postquam Filius meus ascendit ad cœlos, vixi in mundo per quindecim annos et tanto tempore plus, quantum est de festo Ascensionis ejusdem Filii mei usque ad mortem meam. Et tunc mortua jacui in isto sepulchro per quindecim dies. Deinde fui assumpta in cœlum cum infinito honore et gaudio. *Monet hic Durantus in Annotatis, fortasse non* quindecim dies, *sed* aliquantis diebus *legendum esse,* E *eo quod ita habeat Sermo de Virginis excellentia (alias* angelicus *dictus) cap.* 21. *Sed, ut ut hoc se habeat, mortuane fuerit B. Virgo Hierosolymis, et in valle Josaphat sepulta; quamdiu Filio superstes in terris vixerit; quo demum die fuerit in cœlum corpore assumpta, plane dubium est, meminitque Benedictus XIV de Festis B. Mariæ Virginis cap.* 122 *alterius visionis, S. Elizabethæ, diœcesis Trebiensis, anno* 1165 *defunctæ secundum quam revixerit B. Virgo die post obitum quadragesimo. Plura vide apud Pontificem modo laudatum. Itaque et visio ipsa hic relata apocrypha vel dubia est.*

In Cyprum 366 *Anno* 1372 *ad mensem Septembrem jam provecto postquam suæ in Deum ejusque Matrem pietati in locis sacris Terræ Sanctæ fecisset satis de reditu in Italiam cogitare cœpit, ex num. superiori; eodemque, cum die Octava Octobris ex num.* 364 *Famagustam redierit, reipsa reditum suum in Italiam inchoasse, verosimile est. Quid porro Famagustæ e terra Sancta redux rerum gesserit, jam dictum ibidem pariter est. Referri huc forsan potest et debet, quod cap.* 23 *lib.* 2 *Vitæ* S. Birgittæ *Burlamachius refert;* S. Birgittam *Petro Aragonio, qui quædam animi sui dubia de servanda in Ordine S. Francisci pau-* F *pertate illi proposuerat, oblatam sibi ea de re revelationem aperuisse. Nam dubium non est, quin hic Burlamachius Petro Aragonio applicet, quod de quodam Franciscano anonymo legitur cap.* 20 *lib.* 7 *Revelationum, quod Burlamachius ipse in margine citat. Cum igitur, ut in titulo citati capitis habetur, revelationem illam Hierosolymis habuerit, non prius videtur illam cum Petro Aragonio communicasse, quam Hierosolymis in Cyprum rediisset, si re ipsa res illa eo, quo Burlamachius narrat, modo contigerit: id vero pro certo habere non ausim: tum quod Petri Aragonii nomen in Revelationum loco citato non exprimatur, tum quod nesciam, quo teste aut vade, anonymum hunc esse Petrum Aragonium, Burlamachius dixerit. Verum id fortasse ex eo conjecerit, quod anno* 1371 *a Gregorio XI in Cyprum ad reginam Eleonoram (filiam ejus, ut dixi) missus fuerit, ibique adhuc versatus fuerit anno* 1373, *ut ex instrumentis a Waddingo in Annalibus ad dictos annos ea de re allatis*

A *tis liquet. Si ita sese res habet, plusculum certe tribuerit* S. Birgittæ *revelationibus Petrus Aragonius, quam regni Cyprii proceres et ministri. Pro* Petro Aragonio *Surius habet* Antonium de Aragonia, *uti et Vita* S. Birgittæ *Lovaniensis : at Bertholdus* Martinum, *qui eam e Cypro in Palæstinam comitatus fuerit, occurritque hujus nominis Guardianus in Bethlehem apud Waddingum in Annalibus ad annum* 1375. *Cetera, si quæ præterea in Cyprum Hierosolymis redux egerit* S. Birgitta, *in obscuro sunt : quare illam e Cypro Neapolim navigantem sequamur, ac quid ibidem postremo egerit, videamus.*

*et dein Neapolim redit,* 367 *Rediit Neapolim sub finem anni* 1372 *vel certe sub initium anni* 1373; *cum die* VIII *Octobris anni* 1372 *in Cyprum rediisse illam viderimus supra et ex mox dicendis Neapoli fuerit die S. Polycarpi seu* XXVI *Januarii anni proxime sequentis. Huc autem redux geminam illam revelationem habuit de reditu Gregorii XI Romam, alteram die* XXVI *Januarii, alteram mense Februario, ut legitur in titulis capp.* 191 *et* 192 *lib.* 4 *Revelationum, atque adeo anno* 1373 : *quarum postremam ad Gregorium XI per Alphonsum, Giennensem olim episcopum, Avenionem misit, ut ex ipso Alphonso retulimus* § 17 *num.* 255, *ubi hac de re plura disserui. Non minus de populi Neapolitani emendatione et salute sollicita tum quoque fuit : rogaverant illam tum Joanna regina, tum Bernardus archiepiscopus, ut pro Neapolitanorum salute preces ad Deum funderet : precanti vero Christus apparuit, grassantia per civitatem maxime vitia, modumque, quo, si divinam vellent effugere vindictam, emendari deberent, exposuit. Retulit oblatam sibi visionem seu revelationem Bernardo archiepiscopo, qui rite examinatam publice in ecclesia promulgari in populum jussit.*

B

*ubi populi vitia, tum publica,* 368 *Ita partim legitur in titulo cap.* 27 *lib.* 8 *Revelationum, quod prædictam revelationem integram exhibet; partim vero testatur Alphonsus, Giennensis episcopus, rei gestæ testis oculatus, cap.* 6 *Prologi, quem scripsit in lib. cœlestis Imperatoris ad reges.* Et licet, *inquit,* etiam iterum in Neapoli in præsentia domini Bernardi archiepiscopi et trium magistrorum in Theologia et aliorum plurium militum et peritorum virorum, me teste, ista gratia *(revelationum)* immo quædam revelatio, quam tunc ipsa Domina eis præsentavit per unum dictorum magistrorum, ex præcepto dominæ reginæ et archiepiscopi coram toto populo civitatis, ad hoc vocato specialiter, fuerit in ecclesia cathedrali publicata et solemniter prædicata ; nihilominus tamen ad majorem abundantiam et ut mordacibus detractoribus et calumniatoribus silentium imponatur *etc. Petitarum a* S. Birgitta *precum causa fuisse videtur lues inguinaria, quæ tum Neapoli grassabatur : ut ex auctore æquali Chiocarellus in Opere, quod de archiepiscopis Neapolitanis inscripsit, his verbis refert pag.* 238. Habet Guilielmus Moramaldus, nobilis Neapolitanus, qui Roberti regis ac Joannæ reginæ, ejus neptis, ætate vixit, in ejus brevi Chronico de regno Neapolitano, quod manuscriptum apud nos servatur, Neapolim advenisse Brigittam Suevam, matronam valde piam, e sancto sepulchro reducem et ejusdem reginæ atque aliorum præcipuis (*hic lege* precibus) Dominum exorasse, ut pestilentia glandulæ mortiferæ, quæ tunc anno 1373 Neapoli grassabatur, atque per annum perduraverat, aliquod remedium Deus revelasset, eidemque Brigittæ fuisse revelatum, quod, si Neapolitani a precibus *(hic lege* præcipuis*)* peccatis abstinerent, quibus erant irretiti, superbia nempe, avaritia et luxuria, Deus suam gratiam eis elargiretur, et pestis extingueretur : sin autem ; morbus in tantum augeretur, ut pauci superstites remanerent, et sic rei exitus probavit ; illis enim non resipiscentibus, crevit. Hæc Maramaldus.

C

AUCTORE J. B.

*tum privata* 369 *Præter mox memorata, vigebant et alia quædam, exceptis iis, quæ publica non erant, apud Neapolitanos vitia, de quorum pariter emendatione Deus admonitos illos cum comminatione vindictæ, si in peccatis his permanerent, facta tamen spe veniæ, si ad frugem redirent per* S. Birgittam *voluit, at non prius denuo id* S. Birgitta *est exsecuta, quam Bernardo, archiepiscopo Neapolitano, quæ sibi ea de re divinitus ostensa essent, exhibuisset. Invaluerat apud Neapolitanos ingens adeo in mancipiorum utriusque sexus, quæ seu emptione seu alia via sibi comparaverant, procuranda salute socordia, ut perituraram rerum lucro ex illis percipiendo unice intenti, studium interim nullum operamque in eo ponerent, ut vel ad fidem Christi converterentur, vel, si Christo forte per Baptismum nomen dedissent, congrua Christianæ legis notitia imbuerentur, vel denique ad illius normam vitam moresque componerent ; unde fiebat, ut gravissimis sæpe peccatis Deus offenderetur. Quin et eo ventum erat inhumanitatis, luxuriæ et avaritiæ, ut sequioris sexus mancipia non hominum, sed pecudum more haberent, iisque vel ad libidinem propriam vel ad alienam turpissime abuterentur, prout lib.* 7 *cap.* 28 *fusius videre est. Erant et qui maleficos, divinatores, et incantatrices alerent, qui futura ex illis quærerent, qui eorum opera in morbis depellendis uterentur, ac hujusmodi alia quamplura ab iisdem exposcerent : quos* S. Birgitta *ad saniora reducere consilia studuit, posita illis ob oculos hinc divina Justitia ad ultionem parata ; illinc misericordia, vindictam, si resipiscerent, inhibitura, reosque in gratiam receptura.*

D

E

*corrigere studet.* 370 *Confirmat hæc omnia S. Antoninus* § 3 *Vitæ* S. Birgittæ *ita loquens* : Ibi *(Neapoli)* longo tempore persistens, ut speculum sine macula cunctis se virtutum exhibebat exemplum, orationi et contemplationi maxime mancipata. Revelatione quoque sibi facta super populo prædictæ civitatis, præsente archiepiscopo et sapientibus aliis Theologis nec non et prudentibus laïcis et clericis plurimis, enumerans peccata civitatis, et scelera annuncians absque metu aliquo arguebat ad modum Samaritani vinum et oleum infundens vulneribus sauciati, prout a cœlesti medico fuerat erudita, salutaria exhibens remedia. *Verum de tempore, quo hæc gesta sunt, nimirum in reditu Hierosolymitano, ut quidem dixi, videri posset S. Antoninus a me dissentire : cum enim mox addat ;* Demum ad Urbem est reversa. *Et post pauca suam de* S. Birgittæ *gestis narrationem ita prosequatur* : Post aliquot annos edocta est a Spiritu, ut Terræ Sanctæ loca visitaret ; *videri posset asserere, hæc omnia priori Neapolitano itinere, priusquam in Terram Sanctam iret* Birgitta, *contigisse. Sed Viro sancto, quantum mihi apparet,* S. Birgittæ *Neapoli gesta brevibus tantum et summatim, non observato temporis ordine, delibare proposi tum*

F

AUCTORE J. B.

*tum fuit, quamvis alia aliis temporibus ab illa ibidem gesta non ignoraret. Reliqua, quæ porro Neapoli ex itinere Hierosolymitano redux egit, expediamus.*

*Quædam alia S. Birgittæ*

371 *Longiusculam et tunc Neapoli moram traxisse* S. Birgittam, *ex schedula comitis Nolani intelligo, ubi sic habet* : Ex auditu aliud referam, quod etiam credo verum, postquam Domina supradicta de sepulchro Domini rediit, et suus Pater spiritualis pariter cum eadem. Et ut nosti melius [apud] Neapolim diu stetit. *Unde,* S. Birgittam, *otiosos utique dies agere non solitam, multa tum et præclara gessisse, etsi litteris forte ea mandata non fuerint, non temere, ut opinor, fas est colligere. Quædam Burlamachius refert lib. 2 cap. 25 præter jam dicta. Alterum quidem, mercatorem quemdam Florentinum, sed Neapolitanæ civitatis incolam, cum ad Salernitanas nundinas accessisset, ibique ex amici litteris fratrem suum e morbo in extremis versari, intellexisset, Deum rogasse, ut, si ea sanctitate esset* S. Birgitta, *in vivis tum adhuc agens, qua esse passim ferebatur, frater suus ejus pre-*
B *cibus ac meritis convalesceret, atque ita licet absentem voti compotem factum esse. Hausit rem Burlamachius ex Bernardi archiepiscopi Neapolitani Mandato; atque adeo de ægri illius sanatione nullum mihi dubium est : at, cum illic tantum dicatur contigisse res illa, cum adhuc in vivis esset* S. Birgitta, *unde, eam in reditu* S. Birgittæ *Hierosolymitano potius, quam in itu, vel in anteriore ejus, quod per regni Neapolitani civitates instituit, itinere contigisse, confecerit Burlamachius fateor me ignorare.*

*tunc temporis ibidem gesta*

372 *Alterum, quod præterea hoc loco e comitis Nolani schedula seu ad Alphonsum Giennensem episcopum Epistola hausit, hoc loco Burlamachius refert, nimirum de muliere Nolana* Piscolella *nomine, per* S. Birgittam *a dæmone incubo liberata, qua de re supra mentionem feci, cum de discessu* S. Birgittæ *in terram Sanctam egi. Et vero, miraculum istud eo, quo dixi, tempore, non vero, cum Hierosolymis Neapolim* S. Birgitta *rediit, contigisse, e comitis Nolani verbis manifestum fit ; quippe qui conceptis verbis affirmet, id accidisse,* Cum eadem Domina proposuisset sepulchrum Domini visitari. *Ceterum idem Nolanus comes aliud narrat, quod a* S. Birgitta
C *Neapolim e Terra Sancta reduce gestum est. Ait enim, Robertum filium, cum,* S. Birgittam *e Terra Sancta eo rediisse, intellexisset, eam salutandi gratia accessisse, et cum forte inter colloquendum de Urbano sexto (sed error est in Pontificis nomine apud Hormann, ut mox dicam) Avenione absenti, sermo incidisset, eamdem prædixisse Roberto :* Roberte, sis certus, quod ipsum Romanum Pontificem videbis in Roma.

*narratur.*

373 *Robertum vero ait, cum dein Pontificem in Urbem deduceret, eidem dixisse* : Nunc vero cognosco, quod domina Birgitta protulit mihi verum, et non solum, quod vos in Urbe videam, sed etiam vos conduco : *verum, cum illic sermo sit de Pontifice Romono, qui Sedem Pontificiam Romam Avenione reduxit, hæc non de Urbano VI videntur intelligenda, sed de Gregorio XI, de quo id diserte narrat Bertholdus de Roma num.* 113. *Contigit id anno* 1377, *cum ab eo tempore, quo id prædixerat* S. Birgitta, *usque ad prædictionis impletionem circiter annos quinque effluxisse, comes Nolanus affirmet. Denique quam cauta, prudens, et sollicita fuerit, ne quidquam præter*
D *Dei voluntatem admitteret, vel in rebus maxime innocuis, insigni, cum Neapolim e Terra Sancta rediisset, specimine docuit : quamquam enim ad faciendos sumptus itineri necessarios haud ample illi prospectum esset, certam tamen pecuniæ summam, ad se Neapoli morantem a regina quadam (verosimillime a Joanna Siciliæ, vel forte ab Eleonora Cypri regina) sponte transmissam, non prius accipere voluit, quam Deo, quem consuluerat, id non displicere intellexisset, ut Petrus Alvastrensis Revelat. Extravag. cap.* 110 *memorat. Atque hæc quidem de* S. Birgittæ, *cum e Terra Sancta Romam rediret, Neapoli gestis dicta sufficere arbitror : certe his plura, quæ in medium afferrem, non inveni.*

## § XXIV. Romam ægra revertitur, de instanti morte præmonetur, quam ibidem pie obit.

E *Romam rev.*

*Anno tandem* 1373, *ultra mensem Februarium provecto, Neapoli Romam discessit laboriosæ vitæ finem ibidem inventura. Jam mensibus aliquot tot tantisque terra marique exhaustis laboribus accesserat stomachi debilitas febrisque maligna :* Postquam autem Romam rediit, gravi infirmitate, *inquit Birgerus num.* 30, per annum integrum detenta, quam tamen tam in mari, quam in terra inter labores et dolores pacientissime sustinuit, cœpit de die in diem gravioribus ægritudinibus aggravari. *Verba hæc apud Birgerum, aut similia alibi fortasse inventa, non recte Bailletus aliique nonnulli interpretati sunt, cum* S. Birgittam, *ab itinere Hierosolymitano reducem, in Urbe anno integro ægritudine affectam fuisse, dixerunt : quo pacto illam e vivis anno* 1374 *abiisse, quod tamen haud ita esse, infra ostendam, necesse esset. At vel ipse Birgerus,* S. Birgittam *terra marique stomachi debilitatem et febrim passam, aiens, annum illum, quo utrumque malum perduravit, non ab ejus Romam adventu, sed aliquanto prius, et ab eo saltem tempore, quo e Terra Sancta in Italiam*
F *navigabat, inchoandum esse, satis superque declaravit. Id verum est,* S. Birgittæ *morbum, ex quo Romam venit, sensum invaluisse magis ac magis, dum eam tandem mense Julio ad extrema deduxit.*

*redit.*

375 *Immo vero conflictari eo malo* S. Birgitta *cœpit, cum adhuc in Terra Sancta visitandis locis sacris detinebatur : manifesta sunt in hanc rem Vitæ* S. Brigittæ *anno* 1485 *Lovanii typis editæ, uti et Surii, cui hæc præluxit, verba : sic habent illa* : Antequam autem a Jherosolymis iter arriperet, cepit febris et stomachi infirmitate gravari, quam in mari et in terra inter labores et dolores suos per annum integrum patientissime sustinuit. Cum igitur Romam rediisset, hiis egritudinibus gravius cepit infirmari in tantum, quod in hac infirmitate mortua fuerit. *Eadem fere sunt Surii verba : ut adeo non sit, cur nos hic Bailletus moretur diutius. Verum non ea fuit morbi, etsi non mediocriter incommodi, vis, ut invictum ac plane virilem* S. Birgittæ *animum eo infregerit, ut illa vel solitis pietatis exercitiis, vel ipsis etiam urbanitatis officiis defuerit :*

*non*

A *non solitis pietatis exercitiis : nam hoc tempore contigisse videtur, quod de ea loca sacra Romæ circumeunte, ac juxta Colizeum in sublime elata retuli num.* 279. *Non ipsis etiam urbanitatis officiis, ut ex sequenti facto apparebit.*

*ubi aliorum* 376 *Roma abeuntem honoris et reverentiæ causa Latinus de Ursinis intervallo satis longo, ut supra videmus, deduxerat : Romam reduæ* Birgitta *Latino urbanitatis vices reddere voluit : itaque adiit ipsa Latini ædes salutandi illius causa : verum, quod nec prodigio caruerit hic* S. Birgittæ *ad Latinum accessus, juverit hunc ex Vita ejus Lovaniensis, cui iterum Surius consonat, huc transcribere : En verba* : Cum Domina Birgitta de Roma versus Jherusalem iret, dominus Latinus de Ursinis duxit eam extra Urbem per longum spacium propter magnam devotionem et affectum, quem ad eam gerebat. Rediens ergo de Jherusalem ad Romam Birgitta ivit cum confessore suo Domino Petro ad domum prædicti domini Latini. Cum ergo ipsa intrasset domum ejus, tenebat manum ad nasum, nil dicens. Requirenti Latino a confessore suo, quid hoc significaret, quod sic manum

B teneret ad nasum, nichil sibi loquendo, confessor respondit : Te non ita bene dispositum in mente tua invenit, sicut dimisit. Qui miratus dixit : Quid feci ego? Verum tamen est, quia habui contentionem cum quibusdam vasallis meis.

*arcana* 377 *Non absimile factum est, quod ibidem proxime sequitur, atque huc refero, ut pateat, tum quanto in honore* S. Birgitta *apud primarii ordinis viros fuerit, tum quam frequens illi fuerit cordium arcana rimari et inspicere, dum in vivis fuit. Sic ergo id habet* : Cum etiam ipsa domina Birgitta cum filia sua domina Katherina, ac domino Magno ejus capellano esset in domo Domini Jordani de Marino in Roma, præsente uxore Domini Jordani, quam Birgitta voluit visitare, ipsa Birgitta tantum fœtorem sentiebat ex actibus suis, quod vix poterat sustinere. De quo dominus Magnus multum mirabatur. Interrogavit a domino Petro confessore ejus, quid hoc significaret. Cui ille : Hoc scias pro certo, quod quandocumque aliqua persona existens in peccato mortali, stat coram ea, aut loquitur verba dolosa, vel quæ sunt offensiva Dei,

C ipsa statim sentit fœtorem sulphuris. *Eumdem* S. Birgittæ *spiritum, arcana cordis eorum, qui cum illa versarentur, introspicientem, suo bono expertus est Geometius (seu forte Gometius) de quo ex Vita* S. Birgittæ *Germanica hæc ad majores nostros misit P. van der Ketten, Calcariensis Prior* : Cum jam Jerosolyma Romam reversa [esset,] in dies singulos morbus ejus invalescit. Quod audiens D. de Spoleto, dictus D. Geometus, eidem devotus, cum sua conjuge et liberis suis Romam proficiscitur, ut S. fœminam venerarentur, seque in ejus preces commendarent.

*cognoscit et boni publici curam gerit :* 378 Qui, cum Romæ esset, quadam die eam cum filia domina Catharina et ejus filio Domino Birgero et ejus confessario invitat ad epulum. Et ibi clam loquebatur dominus cum ea de rebus secretis consilii ergo, quas aperire non audebat. Tunc ipsa in spiritu sciebat et revelabat ei cogitationes cordis secretas, quas habebat. Unde admirabatur dominus, et ipsa dabat ei consilia tam in rebus, quas in se secretas servarat, quam in aliis, quas manifestarat. Exinde majorem amorem et fiduciam, quam prius, erga eam habebat. *Ut non immerito Bonifacius IX in Bulla Canonizationis ejus dixerit :* Quibus quidem sanctis et absque intermissione continuatis operibus hæc generosa Vidua per gratiam sancti Spiritus promeruit multis eorum cogitationes et affectiones intimas et gesta secretissima propalare. *Similia plura colligere fas esset, sed hic tantum de postremis gestis ejus sermonem instituo. Quæ vero privatorum commodo et saluti in hunc modum jam proxime moritura studebat, non minus communi totius Ecclesiæ bono consultum voluit : quare anno* 1373, *ad mensem Julium, quo obiit, provecto, postremam revelationem Gregorio XI scripsit, per Alphonsum Giennensem episcopum, Avenione tunc morantem, illi tradendam; qua Pontificem de ineunda cum Bernabove Mediolanensi vicecomite pace, et reducenda in Italiam pontificia sede serio monuit, uti videre est lib.* 4 *Rev. cap.* 143. *Gesta vicecomitum Mediolanensium adversus ecclesiam sub Gregorio XI, et quidem anno* 1373, *videsis tom.* 16 *scriptorum rerum Italicarum apud Annalium Mediolanensium ab anno* 1230 *usque ad annum* 1402 *deductorum scriptorem anonymum, maxime cap.* 135, *quod est* : De Guerra Dominorum Vicecomitum cum Ecclesia Romana et cum comite Sabaudiæ. *Romam vero Sedem Gregorius transtulit anno, ut vidimus supra,* 1377, *quadriennio a* S. Birgittæ *obitu.*

AUCTOR J.B.

E

*brevi morituræ Christus apparet,*

379 *Rebus interim, quamvis corpore afflicta, alienis sic intenta, ac vitæ termino appropinquans, consuetis etiam consolationibus divinis, quo magis ejus in amore Sponsi constantia probaretur, tantisper destituta est : at ille Sponsam suam diu isthoc in mœrore versari non sivit.* Sed quia tempus resolutionis suæ instabat, *inquit Birgerus num.* 31, aliquibus diebus ante diem obitus sui apparuit ei Dominus noster Jesus Christus ante altare, quod erat in camera sua, ei blanda facie se ostendens dixit. Ego feceram tibi, sicut sponsus solet facere, qui abscondit se a sponsa, ut ardencius desideretur. Sic ego non visitavi te consolationibus isto tempore, quia tempus probationis tuæ erat. Ideo nunc probata procede et para te. Quia nunc est tempus, et sicut promiseram, ante altare meum in monacham vestieris, et consecraberis non solum sponsa mea, sed etiam monacha et mater in Watz-

F steno. *E quibus Birgeri verbis colliges,* S. Birgittam, *ut ut ad monasticam vitam habitumque in Vastenensi monasterio suscipienda, dum viveret vidua, aspiraverit, numquam tamen aut vitam monasticam solemniter professam, aut monastico habitu fuisse indutam. Quæ modo recitavi ex Birgero, leguntur etiam iisdem fere verbis revelatione* 31 *lib.* 7 *et in Vita ejus Lovaniensi, in qua præterea conceptis verbis dicitur* S. Birgitta *pingi solere, Birgittinarum monialium habitu induta, non quod reipsa eum gesserit, sed quod in voto illum habuerit, ac spirituali quodam modo eo moriens a Christo donata fuerit.*

*non tamen jam monachæ,*

380 *En verba :* Ex hiis verbis patet, quod Birgitta non fuit monachaliter vestita in hac vita, nec habitu illius regule induta, quam instituit. Sed in transitu ejus de hoc seculo induebatur tali veste religiosa et insensibili a Christo, Sponso suo, sicut ei promisit in revelationibus, sibi ab eo factis. Hinc est, quod imago Birgittæ communiter tamquam monacha so-

AUCTORE J. B.

let depingi. Et licet non fuit monacha in vita sua, petiit tamen tali veste ornari, qua nunc vestiuntur moniales de Ordine suo. Quam post vitæ terminum adepta est in regno cœlorum. *Unde, ne quidem in habitu Birgittinarum monialium, contra ac Bailletus ait, fuisse sepultam, efficitur. Sed numquid* S. Birgitta *tertium S. Francisci Ordinem professa est, illiusque habitu sepeliri voluit? Sic enim Hueberus in Menologio Franciscano ad diem* XXIII *Julii* : Romæ in Latio anno MCCCLXXIII S. Birgitta vidua tertio Ordini S. Francisci debetur... Romam reversa beatæ vitæ suæ cursum explevit, et, ut vera Seraphici P. Francisci filia, voluit, jussitque in ecclesiam S. Laurentii de Panis Perna (quod est nobile monasterium Ordinis S. Claræ) deportari atque humari. *Nec aliter Arturus a monasterio in Gynæceo sacro ad eumdem diem* : Item Romæ transitus S. Birgittæ viduæ, ex tertio Ordine Minorum: *addens in Annotatis eam Ordinem, suo nomine insignitum, fundasse, in quo et ipsa professionem emisit; quod postremum ex jam dictis falsi convincitur. Dandum his scriptoribus est,* S. Birgittam *in ecclesia monialium Clarissarum*
B *S. Laurentii de Panisperna Romæ mortales suas exuvias terræ mandari jussisse, idque reipsa contigisse : at illam tertii Ordinis S. Francisci fuisse, nec ex ejus apud Clarissas sepultura consequitur, nec ullo id antiquo aut idoneo teste tradiderunt.*

*uti et B. Virgo,*

381 *Noluit etiam Virgo Deipara, ut, quæ omni vitæ suæ cursu nomini suo addictissima fuerat,* S. Birgitta *absque singulari solatio ac benevolentiæ in illam suæ testimonio ex hac vita discederet. Itaque, narrante Petro Alvastrensi Revelationum Extravagantium cap.* 67, Paulo ante mortem beatæ Birgittæ Virgo Maria apparuit ei, dicens : Si fœmina, quando est infirma, parit, omnes filii ejus, quos parit, infirmantur, Sed tu paries filios fortes et sanos et Deo devotos et sanaberis melius, quam umquam prius fueras, et non morieris, sed venies ad locum tibi tibi præparatum. Nam sanctus Franciscus diu fuit infirmus, et tamen tunc fecit fructum et velle Dei. Sed postea sanatus est, et fecit, et facit majora, quam infirmus. Sed quærere potes, quare tantum prolongatur infirmitas tua et consumitur natura et fortitudo tua? Respondeo
C quod Filius meus et ego diligimus te. Nonne recordaris, quod Filius meus dixit tibi (*vide num.* 360) in Jerusalem, quod peccata tua fuerunt dimissa tibi, quando ingressa fuisti templum sanctum sepulchri ejus, quasi tunc a baptismo levata esses. Sed non dixit, tibi, quod nihil pati deberes, quamdiu vivis in mundo. Ideo voluntas Dei est, ut charitas hominis respondeat charitati Dei. Et quo negligentiæ præteritæ per patientiam et infirmitatem diluantur. Reminiscere etiam, me dixisse tibi multoties, quod verba Filii mei et mea spiritualiter et corporaliter intelligi possunt, sicut dixi in civitate Stralesundis *(Pomeraniæ oppidum est in ora maris Baltici)* quod si ante perfectionem divinorum verborum contentorum in libris cœlestibus (*seu revelationum*) quæ tibi divinitus data sunt, vocata fueris de mundo, quod tunc propter voluntatem tuam bonam reputaberis monacha in Vuatzstena et eris particeps omnium a Deo tibi promissorum.

*a quibus de instante obita monita*

382 *Dixerat B. Virgo non morituram* S. Birgittam : *sed simul monuerat, verba sua dupliciter posse intelligi; spiritualiter et corporaliter*
D *Quæ vero jam dixerat, de morte spirituali intelligenda esse, ac morte corporea brevi obituram, sub idem tempus denuo* S. Birgittæ *apparens B. Virgo, ut cap. seq. Petrus narrat, die nempe* VI *ante abitum, seu die* XVIII *Julii anni* 1373, *his verbis declaravit.* Quid dicunt medici, nonne quod morieris? Vere, Filia, ipsi non attendunt, quid est mori. Nam ille moritur, qui separatur a Deo, qui obduratus in peccato non evomit immunditiam peccatorum per confessionem. Ille etiam mortuus est, qui non credit in Deum, nec diligit creatorem suum. Sed ille vivit et non moritur, qui semper timet Deum, qui frequenti confessione purgat peccata sua, qui desiderat pervenire ad Deum suum. Verum quia Deus naturarum loquitur tecum, qui etiam contra naturam disponit, et tenet vitam tuam, ideo in medicamentis non est salus, nec vita. Sic nec etiam necesse est tibi jam inniti medicamini. quia modicum tempus modico indiget cibo. *Brevi morituram etiam Christus prædixerat : nam verbis num.* 379 *citatis Birgerus mox ista subjungit* : Verumptamen scito, quod corpus tuum deponas hic in Roma, donec venerit in locum sibi paratum.
E Quia placet Deo parcere tibi a laboribus et voluntatem tuam recipere pro effectu. *Addidit etiam personas, quas morienti* Birgittæ *assistere volebat, aliaque multa, quæ, ut legitur ad calcem lib.* 7 *revelationum, scriptis commissa non fuerunt.*

*pie moritur*

383 Post ista vero audita. *pergit Birgerus,* subjunxit Dominus dicens : In mane diei quintæ (XXIII *Julii*) sumptis Sacramentis, convoca singillatim omnes, quos superius ordinavi, et dicas eis facienda, et sic inter verba et manus eorum venies ad monasterium tuum, id est, gaudium meum, et corpus tuum locabitur in Watzsteno. Deinde, appropinquante die quinta, in ipsa aurora iterum apparuit ei, consolando eam. Dicta vero Missa et Sacramentis perceptis, inter manus personarum prædictarum emisit spiritum. *Ita Birgerus : Bonifacius vero IX in Bulla Canonizationis* S. Birgittæ, *revelationes superiores, quas paulo ante mortem habuisse illam dixi, tacite quodammodo confirmans, alia quædam mortis* S. Birgittæ *adjuncta recenset a Birgero intacta : qua de re et Pontificis laudati verba accipe. Sic habet* : Quinta vero
F præcedente die prænunciavit suæ vitæ finem (*quem nimirum Deo revelante didicerat*) adesse. Adveniente jam termino prænunciato, vocata familia, quæ fieri oporteret, edixit. At demum, Birgero filio et Catharina filia tunc superstitibus accersitis, et multis commonitis, ut super omnia in Dei timore, et amore proxime, et sanctis perseverarent operibus, ultima Confessione debite facta, sumpto Viatico, et extrema unctione delibuta, cum usque ad flatus emissionem sua memoria integra perdurasset, dum Missa coram se celebraretur, post adoratum corpus Christi, oculis elevatis ad cœlum dicens : « In manus tuas, Domine, commendo spiri- « tum meum, » vocanti bene meritam animam reddidit Creatori.

*in Panisper na.*

384 *De loco, quo* S. Birgitta *ex hac vita migravit, non convenit inter omnes : Waddingus in Annalibus Minorum ad annum* 1318 *num.* 42, *in monasterio S Laurentii de Panisperna, quod in monte Viminali situm monialium Clarissarum jam tunc erat, obiisse contendit.* Ecclesia, *inquit,* valde celebris est, tum ex indicta statione feria quinta post Dominicam primam Quadragesimæ, tum, uti dixi, ex S. Laurentii nomine

A nomine et martyrio, tum ex conversatione, morte et sepultura S. Birgittæ Suevæ, cujus sepulchrum pulchre ornavit Stephana Sabella, ejusdem ædis alumna, structo desuper eleganti sacello. *Tum vero addit Waddingus :* Nescio qua de causa vel fundamento dicant aliqui, diem obiisse in ædibus suis, in quibus nunc extructum templum Divæ ipsi sacrum ad forum Farnesianum, et cubiculum pone ecclesiam ipsum esse denuncient, in quo vitæ terminum posuit. *Idem Papebrochio, quod Waddingo, visum est tom.* 3 *Martii in Annotatis in cap.* 5 *Vitæ S. Catharinæ Suecæ litt. D addens, adhuc monstrari cubicula*, in quibus putatur olim fuisse hospitale, veteri monasterio adjunctum, et ipsa Sancta extremum spiritum exhalasse, odore sanctæ paupertatis allecta, ut eo se moribunda conferret. *Ita illi. At in Annotatis sæpe laudati P. van der Ketten, Prioris Calcariensis, ea de re gemina potissimum de causa dubitari video : harum altera est, quod in Vita Germanica* S. Birgitta *obiisse dicatur in sua domo (dein in ecclesiam et Suecorum hospitale seu xenodochium conversa) quam ei donaverat Matrona quædam*
B *Romana, nomine* Francisca ; *altera est, quod in* S. Birgittæ *Vitis passim* S. Birgittæ *defunctæ corpus ad monasterium S. Claræ seu potius Clarissarum delatum fuisse legatur, quod argumento esse videtur, eam alibi saltem animam Conditori suo reddidisse.*

*Clarissarum monasterio.*

385 *At neutra ratio* S. Birgittam *in ædibus suis ad forum Farnesianum sitis, obiisse evincit : haud enim in primis satis certum mihi apparet, ædes illas a Francisca, nobili matrona Romana,* S. Birgittæ *in vivis superstiti fuisse dono datas. Instrumentum donationis domus illius edidit Hormann post revelationes* S. Birgittæ *pag.* 858 *et duab. seqq. Verum id annum præfert* 1383 *neque eo Francisca, Jacobi Papazuri de Papazuris vidua, dictas ædes* S. Birgittæ, *sed Catharinæ ejus filiæ, seu potius monasterio Vastenensi, (Catharina quippe jam inde ab anno* 1381 *e vivis abierat) dono dedit. Dices fortasse, instrumentum istud annis aliquot post donationem factam dumtaxat fuisse confectum, cum solemniter fuit acceptata, eoque domus donationem, olim factam* S. Birgittæ, *confirmari : at, præterquam quod nulla donationis alterius mentio ibidem fiat, scrupulum movent verba ista instrumento inser-*
C *ta* : unum palatium magnum ipsius dominæ Franciscæ, et in quo ipsa nunc inhabitat et hactenus inhabitavit ; *quæ quidem, domum illam a Francisca ad annum usque* 1383 *possessam et aliquamdiu prius inhabitatam fuisse, videntur innuere : unde erroris, statim solidius refutandi, Vitam* S. Birgittæ *Germanicam suspectam hic habeo. Nec efficacior altera ratio est. Fuerit enim, uti reipsa fuit,* S. Birgittæ *defunctæ corpus ad Clarissarum monasterium seu ecclesiam deportatum. Quid ni id de translatione ejus e vicino xenodochio ad ipsummet Clarissarum monasterium seu, si mavis, ecclesiam translatione intelligi queat ? Ut ut sit, pro monasterio Clarissarum aperte militat in Bulla infra exhibenda Bonifacius IX, in qua* S. Birgittæ *in monasterio Clarissarum et conversationem, et mortem, et sepulturam explicatissime tradit : verba ejus huc facientia interim accipe. Sic habent :* In qua (*Ecclesia S. Laurentii in Panisperna*) beata Brigida aliquibus diebus, dum vitam ageret in humanis, devote permansit, ac debitum naturæ persolvit, et ejus corpus sepultum exstitit.

AUCTORE J. B.

386 *Annum mortis* S. Birgittæ *signavit* 1372 *scriptor noster, qui Birgeri de Vita ejus lucubrationem descripsit ; uti et hunc secutum Bertholdus ; sed sive id describentis errore, sive diverso forte, quem Birgerus adhibuerit, anni computandi modo, sive alia quacumque ex causa acciderit, esto, eumdem annum etiam S. Antoninus signarit ; mortuam tamen esse anno* 1373, *non modo communis est auctorum opinio, sed id etiam ex serie itineris Hierosolymitani supra exposita conficitur : accedunt auctor Vitæ ejus abbreviatæ, Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi, addens eam mortuam in Sabbatho, currente littera Dominicali B, quod anno* 1373 *congruit, ac de industria redarguens eos, qui eam anno* 1372 *e vivis abiisse, jam tum, cum ista scribebat, id est, non serius, quam anno* 1406, *dicebant. Idem affirmant monachi Vastenenses, qui anno* 1492 *Lubecæ Vitam* S. Birgittæ *una cum Revelationibus typis edi curarunt apud Benzelium in Annotatis in Vastovii Vitem Aquiloniam col.* 67, *uti et Vita anno* 1485 *typis Lovaniensibus edita. Mi-* E
*nus moror etiam illos, qui anno* 1374 *vita functam scripserunt. Quod vero ad annum ætatis ejus pertinet, quo obiit, alii eam anno* 70, *alii* 71 *ex hac vita migrasse aiunt : cum vero Bonifacius IX eam annum septuagesimum supergressam dicat, nec ab eo levi de causa recedere fas sit, anno ætatis suæ septuagesimo completo, septuagesimo vero primo, forte non diu inchoato, vivendi finem fecisse videtur. De die emortuali nulla est controversia, quem in diem S. Apollinari sacrum seu* XXIII *Julii incidisse, omnibus in confesso est.*

*anno ætatis* 71 *die* XXIII.

387 *Jusserat moritura honorum fugax Vidua, verita populi concursum, ut clam ac sine pompa, noctu in monasterio Panispernæ sepeliretur, ut legitur in Vita ejus Germanica, quæ tamen ad sermonem Belgicum longe propius accedit. At longe aliter evenit, ac illa optarat.* Extemplo enim, *inquit Bonifacius in Bulla Canonizationis*, de transitu hujus Viduæ venerandæ magna fit fama per Urbem, concurrit frequens populus cum summa devotione ac reverentia sacrum videre corpus, Deum unanimiter glorificans et collaudans ad monasterium S. Laurentii supradictum, ubi se indicarat (*lege* : judicarat) sepeliri : *Sic enim Bonifacii verbis usus Marianus Florentinus* F
*lib.* 5 *cap.* 2 *Chronicorum Ordinis Minorum habet apud Hormann post Prologum Magistri Matthiæ.* Funus in longe majori populi frequentia defertur et præ nimia multitudine usque ad biduum apte non potuit sepeliri, quod tamen cum eximia Dei laude fuit humatum. *Itaque die* XXIV *et* XXV *tanta ad ejus funus populi Romani multitudo continuo accurrit, ut biduo isto sepeliri commode non potuerit : die etenim* XXVI *Julii corpus ejus capsa lignea sigillis munita, et monumento marmoreo inclusum sepultum fuisse legitur ad calcem Vitæ ejus abbreviatæ ; curantibus nimirum, ut addit Vita ejus Germanica, Birgero, S. Catharina ejus liberis, et Petro ejus confessario. Capsam vero ligneam sigillis suis obsignasse ibidem dicuntur Birgerus, Latinus de Ursinis, aliique quamplures conspicui e nobilitate Romana viri.*

*sepulta vero ibidem die* XXVI *Julii magno populi concursu*

388 *Interea vero Deus frequentibus prodi-*

*nec sine prodigiis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. B.

*giis Famulæ suæ sanctitatem identidem declarabat. Eadem, qua obiit, hora, teste Birgero, a personis vestibus albis indutis, seu angelorum ministerio visa est in cœlum ferri. Nondum funus terræ mandatum erat, cum mulier quædam Agnes Contessa in ecclesiam S. Laurentii de Panisperna accurrit, zonam suam manui* S. Birgittæ *admovit, admotam collo circumdedit, ac tumore gutturis crassissimo, quem a nativitate gesserat, liberata est, Francisca de Sabellis, dicti monasterii alumna,* S. Birgittæ, *dum viveret, familiaris, soror forte vel consanguinea Stephanæ Sabellæ, quam* S. Birgittæ *sepulcro elegans sacellum superstruxisse, Waddingus supra memoravit, a biennio stomacho laborans, ac lecto plerumque affixa, aliena ope adjuta ad* S. Birgittæ *feretrum pervenit, totaque illic nocte morata, id unum sibi* S. Birgittæ *meritis precibusque concedi postulabat, ut eo convalesceret, ut una cum monialibus reliquis divinis saltem interesse posset officiis. Postridie vero mane non modo, quod postulabat, sed et integram sanitatem est consecuta. Bina hæc miracula, ad* S. Birgittæ *feretrum facta, adeo fuere*
B *testata, ut ea Bullæ Canonizationis inserere non dubitarit Bonifacius IX, ut infra videri potest, e multis nimirum pauca dumtaxat memorans ex iis, quæ sub hæc tempora Romæ contigerunt: nam in Bulla ejus anni* 1391, *S. Laurentii in Panisperna monialibus concessa, verbis quibus* S. Birgittam *apud illas mortuam et sepultam dixit, et num.* 385 *supra relatis, proxime subjungit:* Et in qua postmodum plurimis miraculis claruit: *e quibus multa ante initium Septembris anni* 1373, *cum reliquiarum ejus, ut mox videbimus, translatio cœpta est, contigisse ex Vita* S. Birgittæ *Lovaniensi colligitur, ubi hæc leguntur:* Et anno immediate sequenti post multorum miraculorum choruscationem et ossium ejus subitam et supra modum mirabilem purgationem et exsiccationem ab Urbe Romana refulgentibus miraculis in via ad prædictum monasterium Watzstena... translata est: *quibus verbis miracula multa, Romæ ante cœptam corporis* S. Birgittæ *in Sueciam translationem facta, ab iis, quæ dein in via acciderunt, manifesto secernuntur. Deserit hic nos Birgerus; quare, quæ de corporis* S. Birgittæ *translatione § proxime*
C *sequenti passim dicentur, aliunde mutuabimus, hoc interim lectorem hic monentes, reliqua ad* S. Birgittam *pertinentia, a Birgero fuisse omissa non quod ea ignorarit, suspectave habuerit, sed quod alibi jam tum fuse conscripta essent.* Reliqua, *inquit,* vero Vitæ ejus una cum miraculis et revelationibus, quæ sibi Dominus ostendere dignabatur, quæ hic causa brevitatis omittuntur, alibi sunt conscripta.

D

## § XXV. Ossa ejus transferuntur in Sueciam : multis illic prodigiis claret : canonizationi Matris suæ incumbit S. Catharina filia, et Regulæ S. Salvatoris confirmationem impetrat ab Urbano VI.

*Priusquam e vivis abiret* S. Birgitta, *sepeliri* Roma sum ejus
*quidem apud monialès S. Laurentii in Panisperna voluit; verum præterea, prout ipsamet a Christo erat monita, S. Catharinæ et Birgero, ut corpus suum ad monasterium Vastenense deportaretur, in mandatis dedit, ut, ubi viva Deo famulari morique expetierat, saltem quiesceret mortua. Effluxerant jam ab obitu ejus hebdomadæ circiter quinque, cum de transferendo ejus* E
*in Sueciam corpore S. Catharina, reliquique* S. Birgittæ *familiares serio agitare consilia cœperunt. Venerat interea, ut legitur in Vita* S. Birgittæ *Germanica, Avenione Romam Alphonsus, Giennensis episcopus, eumque de modo, quo translatio facienda esset, consultum voluerunt. Cum autem existimarent, tantillo temporis spatio nondum plane computruisse aut in cineres redactam corporis carnem, visum est, carnem ab ossibus dividere, et pretiosis, quibus ab ea fœtorem arcerent, aromatibus conditam, transferre in Sueciam. Mittitur itaque Magnus,* S. Birgittæ *nuper defunctæ sacellanus, una cum artis anatomicæ peritis, aliisque idoneis testibus ad monasterium Clarissarum: parantur instrumenta, reseratur sepulchrum: at ecce, nihil uspiam in sepulcro carnis apparet: nec reperiunt quidquam præter ossa et linteamina, undique integra, nitida, et suavi odore spirantia non sine stupore spectantium.* His peractis, *aiunt missa ad majores nostros e Vita Germanica Annotata,* sacra ossa assumunt, eaque in capulo cum pretiosis aromatibus recludunt. Deinde se præparat dominus Birgerus, ejus filius, et domina Catharina, F
ejus filia, cum confessariis totaque sua familia, ac Roma exeunt, ut nobilia ossa transferant in Sueciam.

390 *Prodigii hujus meminere etiam, sed brevibus dumtaxat verbis Birgerus* S. Birgittæ *biographus auctor Vitæ ejus abbreviatæ, Vita Lovaniensibus typis edita, et ex illa Surius. Quæ porro translationem hanc comitata sunt adjuncta dabit Ulpho, S. Catharinæ biographus: sic itaque habet ille tom.* 3 *Martii cap.* 5 *Vitæ S. Catharinæ, paucis hinc inde Annotatis hic illustrandus:* Mortis igitur debito matris suæ S. Birgittæ Romæ soluto, et corpore sepulturæ tradito secundum ejusdem voluntatis ordinationem in monasterio Panisperna; hæc venerabilis domina Catharina, sicut se exhibuerat Matri viventi fidelissimam cooperatricem in negotiorum, a Christo sibi commissorum, promotione: sic etiam defunctæ secundum voluntatis Christi ordinationem in omnibus exhibet executricem. Christus enim revelaverat Matri, ut corpus Romæ deponeret, et postea ad Sueciam transferretur, quod ipsa sollicite exequitur cum confessoribus S.

a S. Catharina filia

A S. Birgittæ, quinque hebdomadarum *(et dimidiæ secundum Vitam Germanicam)* spatio peracto. Tempore igitur suprascripto post mortem ejus et in eodem anno translatio inchoata, sed non absque prodigiis insignibus circa resolutionem carnis ab ossibus mirabiliter factam, nec non sine miraculis, in via factis, et consummata, et ad monasterium Watzstenense translata, sicut alibi plenius est conscriptum.

*in Sueciam* 391 *Opinatus est hoc loco Papebrochius, Ulphonem verbis illis*, sicut alibi plenius est conscriptum, *digitum intendisse in eam* Birgittæ *Vitam, quæ Surio præluxit : verum de Miraculis in via factis neque Surius, neque, quæ ei præluxit,* S. Birgittæ *Vita, anno nimirum* 1485 *Lovanii et biennio ante, ut in codice nostro annotatum invenio, etiam Coloniæ, Agrippinæ typis edita, nominatim meminerunt : ut adeo hic Ulpho vel libros Attestationum, vel miracula hinc forte transcripta et infra edenda, potius intelleexisse mihi videatur. Porro si quis Miracula nonnulla desideret, quæ, dum* S. Birgittæ *reliquiæ in Sueciam transferrentur, per viam hinc inde ac-*

B *ciderunt referentur, illa infra in Appendice de Miraculis. Unum hic Ulpho memorat, estque hujusmodi :* Deinde exivit civitatem Dantzick *(S. Catharina)* intrans navem cum sacris reliquiis et familia ad Sueciam navigando. Cumque navigasset ad portum Sueciæ minime præcogitatum, stella duce et sole clarius splendente in meridie, pervenerunt et postea applicuerunt ad portum Ostrogothiæ Sudhercopensem, omnibus suis salvis.

*anno 1374 delata,* 392 *Dantiscum pervenit,* Itinere, ut videtur, per Carnioliam, Stiriam, Austriam, Moraviam, Poloniam, Prussiam instituto. Inter Prussiam autem et Pomeraniæ confinia ad ostium Vistulæ Dantiscum est, emporium celebre, *inquit hoc loco in Annotatis S. Catharinæ vitam Papebrochius, cui loca in Appendice, mox memorata, expressa favent, ut ibidem in Annotatis ostendam. Porro idem S. Catharinæ Dantisco Wastenam iter ibidem hoc modo describit :* Per mare Balthicum inter Oetlandiam et Gotlandiam insulas cursum tenentibus nonnulli occurrunt portus, imprimis Westervicum, ab inde sursum per XXX circiter millia passuum sinus sive alveus, in cujus extremitate mediterraneus

C portus est, SUDERCOPING dictus ex oppositione ad Nordkoping civitatem supra Mothalam. Ex Sudercopia autem Lincopiam p. millia 40, totidemque Lincopia Wastenam supersunt, recto ab ortu in Occasum itinere, eoque terrestri. *His a Papebrochio dictis addo ex eadem Appendice, infra danda, mensem et diem, quo S. Catharina una cum Matris suæ reliquiis, enavigato mari Balthico, Sudercopiam atque adeo in regnum Sueciæ primum fuit appulsa, nempe die SS. Petro et Paulo Apostolis sacro, seu die* XXIX *Junii anno* 1374. *Quid porro Sudercopia Vastenam terrestri itinere* S. Birgittæ *reliquiis acciderit, omissis aliis, quæ narrationi suæ subindeinterserit Ulpho, audiamus.*

*occurrente magno populi numero,* 393 Cognito, *inquit*, ejus adventu diu desiderato, occurrunt ei *(Catharinæ)* ex omnibus partibus Ostrogothiæ innumera multitudo virorum ac mulierum, nobilium ac plebeiorum, clericorum ac religiosorum, eam et sacras reliquias beatæ Matris Birgittæ... cum devotione præcipua et gaudio non modico usque ad monasterium Watzstenense perducentes.... Nec prætereundum arbitror, quanta reverentia et devotione domina Catharina veniens in Lincopiam cum sacris reliquiis sit accepta a venerabili antistite Lincopensi Domino Nicolao sanctæ memoriæ. Exivit enim obviam ei cum clericis et religiosis cum solemni processione, subsequente populo civitatis. Pulsantur signa campanarum, organa resonant, vox jubilationis cum cantico resultat in clero, benedicitur Deus Deorum in Sion, cui Sanctos suos glorificat in terris, et inter cleri hymnos S. Birgittæ reliquiæ, dum inde Vastenam deferrentur, collocantur. *Obiit Nicolaus episcopus anno* 1391, *fueratque olim filiorum* S. Birgittæ *pædagogus; quo tempore ei hæc prædixit, fore, ut primus introduceret ac benedicteret monasterii Vastenensis a se condendi incolas, ut Diarium Vastenense ad annum prædictum refert. Porro non sine sanctitatis opinione obiit, ac de illius canonizatione actum fuit quidem in consilio Basileënsi anno* 1417, *ut liquet ex Epistola supplici archiepiscoporum et episcoporum Sueciæ apud Benzelium post Chronicon Vastenense pag.* 200 *et seqq.; verum ea desiderato effectu caruit, ut perperam illum Vastovius pag.* E 139 *a concilio illo Sanctorum Catalogo adscriptum asserat.* Addit, *inquit Papebrochius citatus,* Vastovius, eumdem scripsisse Vitas SS. Ansgarii et Birgittæ, quas necdum vidimus: *Sed Vita illa non fuit forte, nisi hymnus quidam in honorem* S. Birgittæ *compositus, cujus initium in Diario Vastenensi ad annum* 1391 *assignatur hujusmodi,* Rosa rorans bonitatem *ex dictis num.* 9. *Sed ad Ulphonem revertor.*

*Vastenæ die* IV *aut* V *Julii* 394 Perveniens tandem, *inquit*, ad monasterium Watzstenense feria quarta infra Octavas Petri et Pauli, cum ingenti gaudio a tota congregatione sororum et fratrum suscipitur; *ac deinceps in recensendis S. Catharinæ gestis et laudibus totus est. Itaque, cum anno* 1374 *littera Dominicalis fuerit* A, *secundum Ulphonem susceptæ fuerint in monasterio Vastenensi* S. Birgittæ *exuviæ die* V *Julii; qui* Dies translationis S. Birgittæ *vocatur in Bulla Bonifacii IX, qua visitantibus eo die Vastenæ* S. Brigittæ *sepulchrum septem annorum totidemque quadragenarum indulgentiam anno* 1391 *concessit, quamque Durantus a Waddingo sibi e Registro Vaticano subministratam Revelationum libris præfixit : unde assignatus ab Ulphone dies non mediocriter confirmatur. At Vastenam* S. Birgittæ *reliquias* F *feria tertia infra Octavam Apostolorum Petri et Pauli seu die* IV *Julii translatas fuisse, scribunt Birgerus,* S. Birgittæ *biographus, Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi, collectores Miraculorum a* S. Birgitta *anno* 1374 *patratorum, eodemque in chartas conjectorum, de quibus infra, et auctor Vitæ* S. Birgittæ *abbreviatæ. Surius in Vita S. Catharinæ feria quarta intra eamdem Octavam, at in Vita* S. Birgittæ *diei* XII *Julii, quod etiam auctor Vitæ Lovaniensis facit, translationem illam innectit.*

*deponuntur.* 395 *Hilarion a S. Antonio in Vita Italica S. Catharinæ pag.* 255 *die tertio Julii, quem quartum octavæ Apostolorum Petri et Pauli interpretatur S. Catharinam Vastenam cum reliquiis* S. Birgittæ *advenisse statuit : verum hic, uti recte observat Papebrochius, haud consequenter loquitur; cum enim festum Apostolorum Petri et Pauli in diem* XXIX *Junii incidat, dies quarta eorumdem Octavæ ex ordine ecclesiastico fuit secunda, non tertia, ut Hilarion ait, Julii. Sed, hoc misso, auctores reliquos, si fieri possit, ad*

AUCTORE J B

AUCTORE J. B.

*ad concordiam revocemus, quorum alii, ut vidimus, die quarto Julii, alii quinto, alii denique duodecimo* S. Birgittæ *reliquiarum translationem Vastenæ factam assignarunt. Sic ego, salvo aliter sentientium judicio, rem sese habuisse existimo : die* IV *Julii ex itinere Romano una cum reliquiis Matris in monasterium Vastenense S. Catharina advenerit, in eoque* S. Birgittæ *reliquias deposuerit, quem, adventus nimirum S. Catharinæ in monasterium Vastenense, Birgerus, Thorirus Andreæ, Miraculorum* S. Birgittæ *collectores, et Vitæ abbreviatæ auctor designare voluerint. Postero die seu quinto Julii.* S. Birgittæ *reliquiæ e monasterio in ecclesiam congrua pompa delatæ fuerint, ibique per octiduum populo undique ad illas magno numero concurrenti, spectandæ permanserint ; ac demum die* XII *Julii tota illa translatio ritu solemniore conclusa fuerit, depositis tum demum decenti loco* S. Birgittæ *reliquiis : e quibus diem* V, *cui translationis festum affixum fuit, memorarint Ulpho et Bonifacius IX; diem vero* XII *Julii scriptores reliqui, qui in finem ac terminum solemnitatis illius mentem calamumque intenderunt.*

B

376 *Porro non omnes* S. Birgittæ *reliquiæ in Sueciam avectæ fuerunt, earumque nonnullæ certe, quamquam quænam hæ fuerint, haud satis concorditer apud Ordinis Minorum scriptores mox citandos explicatum inveniam, apud moniales S. Laurentii in Panisperna remanserunt : Bonifacius enim IX in Bulla anno* 1391 *Nonis Octobris monialibus data, verbis num.* 385 *transcriptis, proxime subdit de ecclesia S. Laurentii agens,* in qua..... multæ ex ejus *(S. Birgittæ)* reliquiis devotissime venerantur. *Unde nescio qui verum esse queat, quod in Martyrologio Franciscano in Annotatis in diem* XXIII *Julii scribit Arturus, translato in Sueciam* S. Birgittæ *corpore, apud moniales S. Laurentii nihil ex eo remansisse, nisi alteram ex illius scapulis. Alterius e* Birgittæ *scapulis quæ ibidem post deportatas in Sueciam illius reliquias permanserit, meminit etiam Fraciscus Gonzaga, Ordinis Minorum minister Generalis in Provincia Romana, Monasterio* 2, *uti et Hueberus in Menologio Franciscano ad diem* XXIII *Julii. At in excerptis lib.* 5, *cap.* 2 *Chronicorum Ordinis Minorum a Mariano Florentino descriptum apud Hormann tantum* Medietas ossium S. Bisgittæ *in Sueciam*

C

*translata legitur : Waddingus autem, qui servatum penes se Romæ Mariani Florentini Chronicon procul dubio vidit legitque, præter alias* S. Birgittæ *reliquias brachium ejus sinistrum apud Clarissas S. Laurentii servari, et a fidelibus in veneratione haberi, ait : ita ille in Annalibus Minorum ad annum* 1318, *num.* 43 : Translato sanctissimæ Fœminæ corpore ad monasterium sanctissimi Salvatoris de Watzsteno Lincopen. diœcesis, quod ipsa de suis facultatibus construxerat, remansit penes has Clarissas brachium sinistrum cum aliis ejusdem exuviis, quas digno cultu venerantur fideles. *Consonat Waddingo Octavius Pancirolius in Eccles.* 48, *regionis* 2 *Urbis Romanæ : sed rursum ab utroque dissonat fragmentum codicis, e quo Peregrinationes* S. Birgittæ *excerptæ sunt apud Hormann pag* 839, *in quo ejus brachium dexterum S. Laurentii Clarissis relictum legitur.*

*et mox prodigiis claret,*

397 *Ceterum frequentibus admodum miraculis non modo per viam, dum in Sueciam ad Vastenense monasterium deferebantur, ut supra dictum est, sed maxime in Suecia, ex quo Vastenæ depositæ fuerunt, longe lateque increbuit : hæc* D *Nicolai, Lincopensis episcopi, jussu in chartas diligenter relata fuerunt a Gudmaro Frederici, Joanne Giurderi et Batismundo, monasterii Vastenensis presbyteris, ducto exordio ab iis, quæ eodem anno, quo Vastenæ* S. Birgittæ *fuerunt ossa deposita, Christi* 1374 *contigerunt; e quibus sex testimoniis debitis firmata infra in Appendice de Miraculis* S. Birgittæ *videre est. Sed et præter hæc plura alia, licet minus accurate principio descripta, iidem presbyteri collegerunt, quæ in libellum redacta S. Catharinæ, Romam anno sequenti e Suecia proficiscenti, tradiderunt. Sic enim ipsimet loquuntur* : Nos Gudhmarus Frederici, Joannes Giurderi, et Batismundus, licet indigni, presbyteri in monasterio Vuatsteno Lincopen. diœc. prædicti regni Sueciæ commorantes; diligentiam, quam potuimus, apposuimus ad conscribendum in hoc volumine *(duo quippe conscripserunt)* cum testibus et personarum et locorum, in quibus habitabant, nominibus aliqua miracula, per quæ virtuosus Deus glorificat Famulam suam. *Hæc illi de miraculis* S. Birgittæ *recusis universim.* E

*reliqua eorum parte Romæ,*

398 *Quod vero ad sex miracula accuratius et alia item multa, minus accurate principio prius descripta et in libellum, quem S. Catharinæ tradiderint, redacta, pertinet, sic loqui de his pergunt :* Collegimus etiam prius aliqua in unum alium libellum, quem reverenda domina Catharina, venerabilis et sanctæ memoriæ dominæ Birgittæ filia, tulit secum *(anno, ut videbimus* 1375*)* ad Sedem Apostolicam, sigillatum sigillis venerabilium patrum ac dominorum, qui in fine ipsius nominantur, et ex miraculis, quæ scripta sunt in illo libello, scripsimus sex in principio præsentis voluminis cum personarum testium et locorum, in quibus habitant, nominibus. Facta sunt autem illa sex miracula non longe a monasterio Vuatzsteno, et idcirco ad ea testes et nomina faciliter reperire potuimus. Alia vero pleraque facta sunt in remotis partibus, et ideo testes ad hæc inquirere sine difficultate non valuimus. Verumtamen tam illa, quam ista in veritate facta scimus, et vidimus personas, cum quibus facta sunt. Licet primo per negligentiam testes vel nomina illi apponere omisimus. *Ingenue igitur laudati mox Vastenenses presbyteri suam in describendis* S. Birgittæ *Miraculis nonnullis, quæ S. Catharinæ tradiderint, negligentiam confitentur : sed, quænam ea fuerint, non edicunt. Videamus tamen, num assequi id licet.* F

*quorum nonnulla minus accurate*

*in chartas relata fuerunt*

399 S. Birgittæ *miracula, in quæ hic inquirimus, pleraque facta sunt ex dictis, in remotis a monasterio Vastenensi partibus, et in libellum conjecta sine testium et personarum, quibus acciderunt, nominibus : præterea unus ex eorum collectoribus fuit Gudmarus Frederici, quem ex Diario Vastenensi ad annum* 1389 S. Birgittæ *reliquias Roma in Sueciam comitatum fuisse, scimus. Adde, quamquam part.* 6 *Miraculorum* S. Birgittæ *hic titulus præfigatur,* De quibusdam miraculis ab ea editis in regno Poloniæ et Suetiæ, *nullum tamen ibidem, quod in Polonia contigerit, miraculum recenseri. Denique non modo partis* VI, *sed etiam* V, *imo reliquiarum omnium (dempta prima) miracula desumpta esse ex eodem codice Ms. monialium S. Laurentii in Panisperna, qui, si autographus sit, jam inde ab anno* 1378 *fuerit exaratus, ut in calce Miraculorum*

A *raculorum* S. Birgittæ *videre est. Jam vero, quæ ex eodem codice* S. Birgittæ *miracula* 51 *parte* 5 *referuntur, pleraque extra diœcesim saltem Lincopiensem, in qua Vastena, contigerunt: pleraque item, imo omnia testibus et personarum nominibus carent; ut ea consulenti patescet. Illorum autem scriptorem fuisse ex iis nonnemi-nem, qui S. Catharinam reliquias Matris in Sueciam deportantem comitatus fuerit (quod proin saltem Gudmaro Frederici apprime quadrat) statim a principio partis* 5 *liquet, ubi tribus primis miraculis hujusmodi initium est* : Cum de Bruma civitate pergentes hospitaremur in oppidulo quodam *etc;* Cum diverteremus ad monasterium, quod vocatur CLARAVALLIS *etc;* Cum adhuc essemus in mari inter Alemanniam et Sueciam *etc. Denique monasterium Claravallis ibidem conceptis verbis dicitur esse regni Poloniæ: ex quibus non immerito suspicari posse mihi videor, miracula, parte* 5 *relata, esse eadem ac illa, quæ minus accurate conscripta, et una cum sex aliis anni* 1374, *sed accuratius scriptis, in libellum redacta ac S. Catharinæ tradita fuisse, affirmant laudati Presbyteri Vastenenses.*

B

*ante Pascha anni* 1375.

400 *Quod si ita se habet, oportet omnia dicta miracula ante anni* 1375 *hebdomadam Paschalem evenisse: hac enim S. Catharina, ita volentibus ob* Birgittæ *miraculorum multitudinem et sanctimoniæ famam Alberto rege, episcopis, clero, proceribusque regni Sueciæ, Romam rediit, quo matrem in Album Sanctorum rite referri curaret. Ita Ulpho cap.* 6 *Vitæ S. Catharinæ tom.* 3 *Martii pag.* 514. Factum est igitur, *inquit,* postquam venerabilis domina Catharina sanctas reliquias S. Matris suæ B. Birgittæ de Roma ad Sueciam transtulisset in monasterium Watzstenense, cœperunt ibidem multis coruscare miraculis. Et fama sanctitatis B. Birgittæ ubique in orbem divulgata, multi de diversis partibus Watzstenum venerunt... Quorum miraculorum gloria rex et prælati, proceresque regni et clerus succensi, decreverunt cum unanimi totius congregationis ejusdemque monasterii consensu, ut domina Catharina iterato ad Romam transiret pro negotio canonizationis matris suæ S. Birgittæ. Sequenti igitur anno, postquam repositum est corpus sanctæ matris

B Birgittæ in monasterio Watzstenensi in hebdomada Paschæ *(inciderat id eo anno diem* XXII *Aprilis)* omnibus sumptibus pro tam arduo negotio paratis, et jam in crastino profectura esset, familiaribus suis dixit, *etc* : *Diarium etiam Vastenense hoc anno (*1375*) S. Catharinam* Exiisse primo pro negotio canonizationis *notat, at non dicit Romam. Et sane, ut recte animadvertit Papebrochius, quæri potest, cur, S. Catharinam Romam destinatam fuisse, Ulpho scripserit; cum Avenione tum Pontifex moraretur, nec inde Romam translata fuerit sedes Pontificia ante anni* 1377 *principium? Respondet Papebrochius, lento eam itinere e Suecia Italiam fortasse petiisse, aut authentica miraculorum, quæ variis in locis, dum matris suæ reliquiæ nuper in Sueciam deducerentur, patrata fuerant, sibi testimonia compararet, ac diuturnam per Italiam, unde præcipua petenda erat maternæ sanctitatis documenta, moram traxisse, tandemque Romam pervenisse anno circitur prius, quam eo Pontifex Urbanus (imo Gregorius XI) adveniret.*

AUCTORE J. B. *et a S. Catharina*

401 *Probabiliter hæc a Papebrochio dicta esse suadet negotii, hujusmodi documenta plane exigentis, qualitas, et Ulpho ipse serius Catharinam in Urbem pervenisse forsan innuere voluit, paulo post in hunc modum scribens* : Tandem, Deo duce et salvis rebus, venit iterato Romam. *Non absurde tamen etiam dici posset, eam citius, quam Papebrochius opinatur, Romam advenisse, ibidemque instrumenta necessaria Matris suæ canonizationi collegisse, ac inde, ubi res exigebat, in alias Italiæ partes interdum excurrisse, ut eam Roma Neapolim, et hinc rursum Romam,* Expeditis negotiis... et miraculorum conscriptionibus S. Matris suæ Birgittæ, *aliquando petiisse, postquam Gregorius Romam venerat, scribit Ulpho cap. seq. Addi denique posset, Catharinam e matre sua, venturum Gregorium Romam præscivisse, ac propterea ejus adventum Romæ exspectare voluisse. Quod enim Roberto Nicolai comitis Nolani filio de Gregorio XI, ut num.* 373 *dixi* S. Birgitta *prædixerat, id quoque filiæ suæ carissimæ prædixisse, admodum credibile est. Ut ut sit, cum Romæ sedere cœpit Gregorius,* E *matris suæ canonizatione sedulo operam dare constituit :* Ubi, *inquit Ulpho,* proposito negotio canonizationis, miraculis S. Birgittæ, regis Suetiæ, dominorum et prælatorum regni humilibus et devotis *(quibus e Suecia discedens munita fuerat)* petitionibus omnes curiales Papæ tam cardinales, quam ceteri, qui S. Birgittæ in vita existenti semper devoti et fautores eam specialiter foverant, ad promovendum hoc negotium sanctum sunt pariter inclinati.

*primum Gregorio XI anno* 1377

402 *His fulta præsidiis, anno* 1377 *Vitam, Miracula et Revelationes Matris suæ obtulit Gregorio XI, ut, his rite examinatis, Sanctorum eam Albo adscriberet : qua in re comites adjutoresque habuit Petrum Priorem Alvastri, et Petrum Olavi. Cardinalibus aliquot doctisque hominibus (quos* § XI *num.* 163, *ubi de* S. Birgittæ *revelationum examinibus egi, enumeratos habes ex Joannis de Turrecremata Prologo) rem totam accurate examinandam commisit : ex his Joannes de Hispania, inquit Joannes mox laudatus,* Fecit coram ipso Papa Gregorio in consistorio generali, præsente collegio cardinalium et universo clero curiæ Romanæ, primam propositionem super canonizatione B. Birgittæ. *Fluxerat quidem hactenus S. Catharinæ e voto negotium : sed secundum rerum ejus cursum stitit Gregorii XI mors, quæ incidit in diem* XXVII *Martii anni* 1378. *Gregorio successit eodem anno Bartholomæus, Barensis archiepiscopus, dictus Urbanus VI, cujus animum prius aucupari ac devincire studuit, quam in summum Pontificem eligeretur, monitu nimirum Alphonsi Giennensis episcopi, ad quem forte is præviderat fore, ut pontificio dignitas devolveretur, ut refert Papebrochius fusius in Annotatis ad cap.* 7 *Vitæ S. Catharinæ lit.* b *ex ipso Alphonso apud Odoricum Rainaldum ad annum* 1377 *num.* 10. F

*et dein Urbano VI anno* 1379 *oblata.*

403 *Postquam autem Pontificiam cathedram Urbanus VI ascenderat, eadem tela ab initio retexi debuit : eadem ergo iterum anno* 1379, *quæ Gregorio XI oblata, eoque jubente, examinata fuerant, documenta obtulit Urbano VI S. Catharina, una cum Petro Alvastrensi Priore, Fratre Andreæ (seu Andrea Olavi) et Magno Petri, confessore generali monasterii Vastenensis : novis examinatoribus (quos iterum num.* 164 *ex Joanne de Turrecremata recensui) ab Urbano*

AUCTORE J. B.

*Urbano constitutis, res iterum tota ad trutinam revocata est. Examinatorum judicia* S. Birgittæ *canonizationi non minus sub Urbano favebant, quam ante sub Gregorio XI faverant, et ex examinatoribus quidem, ut iterum Joannes de Turrecremata, ex quo hæc fere singula excerpta sunt, scribit, episcopus Urbevetanus (Nicolaus de Merciariis)* Fecit propositionem secundam super canonizatione dominæ B. Birgittæ, præsente Papa Urbano in consistorio publico. *Sed optatum rursus rei finem impediit tetrum schisma Ecclesiæ tunc recens ortum, his Urbano VI, illis Roberto, Gebennensis comitis fratri, a nonnullis cardinalibus Urbani loco in Pontificem summum electo (quem Clementem VII dixere) adhærentibus. Neque spes erat fore, ut pax Ecclesiæ brevi redderetur.* Igitur venerabilis domina Catharina, quinquennio pro prædicto negotio sic Romæ (*vel in Romanis partibus*) peracto in magnis et gravibus expensis, cum ei ob periculosum schisma, quod imminebat, non esset spes, hujusmodi negotii tam ardui posse consequi finem debitum, ut decuit, saniori usa consilio
B prælatorum, Vitam et Miracula sanctæ matris suæ Birgittæ conscripta, cum suis attestationibus sub plurimis publicis instrumentis authenticis et sigillis cardinalium, prælatorum, dominorum, et dominarum in diversis Urbis et orbis partibus, omnibus veram fidem præstantibus, Romæ deposuit : dispositioni divinæ et providentiæ committens sanctum illud negotium in futurum.

*licet autem S. Catharina speratam Matris suæ canonizationem non obtinuerit,*

404 *Licet autem Matris canonizationem eo, quo sperarat, perducere nequierit, amplos tamen eo itinere Ordini Birgittino fructus attulit, obtenta, qui quidem legitur in Diario Vastenensi, Regulæ Birgittinæ, ab Urbano V jam, ut vidimus, approbatæ, gemina confirmatione ; altera a Gregorio XI, de qua ad annum* 1377 *Diarium Vastenense* : Domina Katharina excepit a Gregorio XI confirmationem super Bulla Urbani quinti ; *altera ab Urbano VI, de qua idem Diarium ad annum* 1379 : Anno eodem, tertio die Decembris excepit ab Urbano VI confirmationem super Regula Salvatoris per modum Constitutionis. *Hæc ex editione Coloniensi anni* 1628 *Revelationum* S. Birgittæ *ita habet* : Urbanus
C VI episc. servus servorum Dei. ad perpetuam rei memoriam. His, quæ pro divini cultus augmento et religionis propagatione provide ordinantur et statuuntur, libenter præstamus assensum : et eis, ut illibata consistant, et firmius observentur, cum id a nobis humiliter exposcitur, apostolici muniminis adjicimus firmitatem. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectæ in Christo filiæ, nobilis mulieris Catharinæ, natæ quondam Ulphonis, domini loci de Ulphason, Lincopensis diœcesis, petitio continebat, quod olim, quondam Birgitta ipsius Catharinæ mater (quæ, dum vixit, in spiritu humilitatis laudabilem vitam duxit) monasterium S. Mariæ de Watzsteno, Ordinis S. Augustini, dictæ diœcesis, sub vocabulo sancti Salvatoris, de bonis, sibi a Deo collatis, de licentia fœlicis recordationis Urbani Papæ V, prædecessoris nostri, fundavit et construi fecit, ac sufficienter dotavit.

*obtinuit tamen*

405 Et quod eadem Birgitta, dum vixit, quasdam constitutiones circa modum vivendi et regularem observantiam tenendi in eodem monasterio ex revelatione divina (ut creditur) fecit et ordinavit, quodque postmodum, dicta Birgitta functa, pro parte ipsius Catharinæ humiliter supplicato piæ memoriæ Gregorio Papæ XI, prædecessori nostro, ut dictas constitutiones approbare, et fundationem, constructionem et dotationem hujusmodi confirmare de speciali gratia dignaretur, idem prædecessor quibusdam prælatis apud Sedem Apostolicam constitutis commisit, ut prædictas constitutiones examinarent, et de fundatione, constructione et dotatione hujusmodi se plenarie informarent, et ea, quæ per informationem hujusmodi invenirent, eidem prædecessori referrent, et subsequenter, antequam in hujusmodi approbationis vel confirmationis negotio procederetur ulterius, dicto Gregorio prædecessore (sicut Domino placuit) ab hac luce subtracto, nobisque, divina favente clementia, ad apicem summi Apostolatus assumptis, pro parte dictæ Catharinæ extitit humiliter supplicatum, ut fundationem, constructionem ac dotationem præfatas confirmare, et constitutiones hujusmodi approbare auctoritate Apostolica de speciali Dei gratia dignaremur. D

406 Nos igitur dilecto filio nostro Elziario tt. S. Balbinæ presbytero cardinali commisimus oraculo vivæ vocis, ut se de hujusmodi fundatione, constructione et dotatione informaret, ac dictas constitutiones diligenter examinaret, et si inveniret dictum monasterium canonice fundatum, constructum et sufficienter dotatum, ac dictas constitutiones justas ac rationabiles fore, et fundationem, constructionem et dotationem hujusmodi auctoritate nostra ratificaret et approbaret, et prædictas constitutiones declararet esse justas et rationabiles. Idemque cardinalis, super præmissis debita informatione recepta, et habito super hoc concilio cum nonnullis aliis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus et aliis prælatis ac magistris in S. Theologia et decretorum doctoribus, fundationem, constructionem et dotationem hujusmodi ratificavit, approbavit, ac declaravit præfatas constitutiones fore justas et rationabiles, et nihil in eis contineri, quod obviet canonicis institutis, prout in quibusdam patentibus litteris, inde confectis, ipsius cardinalis sigillo munitis, prædictas constitutiones de verbo ad verbum continentibus (quarum quidem litterarum tenorem præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus) plenius continetur. *Regulæ S. Salvatoris* E F

407 Quare pro parte dictæ Catharinæ nobis humiliter fuit supplicatum, ut hujusmodi approbationem et ratificationem ac declarationem ejusdem cardinalis Elziarii auctoritate Apostolica et ex certa scientia ac de speciali gratia confirmare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicatione inclinati, approbationem, ratificationem ac declarationem prædictas, per eumdem cardinalem, ut præfertur, factas : ac omnia et singula in dictis literis contenta, rata, habentes et grata, illa auctoritate Apostolica et ex certa scientia confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Tenor vero dictarum literarum talis est : Elziarius miseratione divina tt. sanctæ Balbinæ presbyter cardinalis abbatissæ, pro tempore existenti, ac universis et singulis sororibus et fratribus ac servitoribus aliis monasterii sanctæ Mariæ de Watzsteno, sub Regula S. Augustini et vocabulo S. Salvatoris, Lincopensis diœcesis salutem in Domino sempiternam. Cum obliviosa vetustas etc. Tenor autem dictarum con- *Confirmationem*

A constitutionum talis est : Hæ sunt constitutiones, quas sanctæ memoriæ domina Birgitta de regno Suetiæ statuit et ordinavit etc. Datum Romæ in Transtyberim apud sanctam Ceciliam, sub anno dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo nono, tertio Decembris, pontificatus sanctissimi domini nostri Urbani VI anno primo.

*ab Urbano VI.* 408 Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum ejus Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam in Trans-Tyberim 3 Nonas Decembris pontificatus nostri anno primo. *Pauca hic observo : primum est, annum* 1379, *ad Decembrem jam provectum, non congruere cum anno Urbani VI primo : cum enim anni vulgaris* 1378 *die* XVIII *Aprilis in Pontificem coronatus Urbanus fuerit, confirmata fuit abs illo S. Salvatoris Regula non anno pontificatus sui* I, *sed secundo. Al-*
B *terum est, ex Urbani diplomate num.* 405 *manifesto evinci, S. Catharinam petiisse quidem constitutionum Birgittinarum a Gregorio XI confirmationem; sed ultra earum examen, vivo Gregorio, non fuisse processum. Unde de vivæ vocis oraculo, quo is eas confirmarit, videtur intelligendus Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi scribens, constitutionum Birgittinarum confirmationem a Gregorio XI per S. Catharinam fuisse reipsa impetratam. Tertium est, fuisse quidem* S. Birgittæ *constitutiones ab Urbano VI confirmatas, sed forte non absque mutatione aliqua, qua de re vide* § 15.

## § XXVI. Bonifacius IX S. Birgittam in Sanctorum numerum refert.

*Interruptum* Redux *in Sueciam Catharina non diu vitam protraxit : anno enim* 1381 *pridie Annuntiationis, seu* XXIV *Martii, ut Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi scribit, ex hac vita migra-*
C *vit, cum Roma exisset anno superiore; ut Ulpho scribit, et Vastenam reduæ advenisset in Octava Apostolorum Petri et Pauli. Eodem anno quo obiit Catharina, die* XXVIII *Aprilis Urbanus VI ad Nicolaum, Licopiensem episcopum, litteras dedit, quibus spem faciebat fore, ut, licet variis Ecclesia agitaretur ob schisma motibus, se tamen pontifice, ad optatum perduci exitum* S. Birgittæ *canonizatio posset. Urbani litteræ, a Benzelio ex autographo transcriptæ ac Diario Vastenensi pag.* 191 *et seq. subnexæ, ita habent :* Venerabili fratri Nicolao, episcopo Lincopensi. Urbanus episcopus, servus servorum Dei, fratri Nicolao, episcopo Lincopensi, salutem et Apostolicam benedictionem. In conspectu divinæ Majestatis, hujusque sacratissimæ Sedis, cui, licet immeriti, sola Dei dispositione præsidemus, crescit per dies singulos fides tua et zelus devotionis, quem ad sacrosanctam Ecclesiam, fidemque Catholicam geris, est sicut ac... us super fundamentum inconcussæ constantiæ stabilitus. Ita fac, venerabilis frater, et in fidei stabilitate persistas, ac a schismaticorum (*Clementem non agnoscebat*



*Suecia*) et hæreticorum mortiferis suggestionibus et fallacibus blanditiis te custodi, quin imo pro Dei dictæque fidei ac nostra reverentia, ipsos eorumque sequaces persequaris, tamquam Christianitatis publicos et perditissimos inimicos, circa * quoque captionem et detentionem eorundem, tamquam a nobis justo judicio damnatorum. Si qui forsan partes illas audeant pervagari, diligentem sollicitudinem et sollicitam diligentiam studeas adhibere, proinde præter retributionis præmia, et humanæ laudis præconia, nostram et dictæ Sedis benedictionem et gratiam uberius adepturus. *Hactenus Pontifex de Clementis fautoribus, et Wicleffo illius temporis hæretico Anglo, ejusque sequacibus, ut videtur : mox autem de* S. Birgittæ *canonizatione ista subjiciens :* Ceterum super facto canonizationis reverendæ memoriæ Brigidæ de Swetia et aliorum, super quibus tua fraternitas nobis scripsit, erimus favorabiles, quantum natura negotii patietur. Datum Romæ apud sanctum Petrum III Kalendis Maii, Pontificatus nostri anno quarto, *Christi* 1381. *Sequitur paulo inferius :* Gundisalvus.

AUCTORE J. B.

* an cura ?

E

*canonizationis negotium* 410 *Quid porro ab anno* 1381 *usque ad annum* 1389 *in negotio canonizationis* S. Birgittæ *actum sit, nusquam reperi : parum id interea fuisse promotum, suadent varia ab Urbano identidem suscepta ab anno* 1383 *usque ad annum* 1388 *per Italiam itinera. At anno* 1389 *Urbanum, cum jam Romam rediisset et plus otii nactus esset, exsequendæ* S. Brigittæ *canonizationi serio animum adjecisse, disco ex quadam* S. Birgittæ *canonizationis descriptione, auctore Laurentio Romano teste oculato, in linguam Belgicam, nescio a quo, versa, et ad majores nostros missa a sæpius laudato Michaële van der Ketten, Priore Calcariensi, cujus etiam exemplar Latinum Romæ apud PP. Birgittinos servari intelligo ex litteris ea de re Roma datis. Ex ea itaque delibo sequentia. Quo anno Urbanus, datis per orbem encyclicis litteris, annum* 1390 *Jubileum fore edixit* (*dedit autem litteras encyclicas, proximi jubilei nuncias, anno* 1389, *mense Aprili, teste Gobelino in Cosmodromio ætate* 6 *pag.* 268) *eodem quoque Vastenense monasterium litteris monuit, ut Magnus Petri, dicti monasterii confessor, ocius Romam accederet, cum* S. Birgittæ, *canonizationem tandem exsequi ac consummare statuisset. Paruit Magnus Pontificis litteris; et* F *Margaretæ reginæ, Sueciæ regnum recens adeptæ, Nicolai, Lincopiensis episcopi, regnique procerum hortationibus et consiliis, iter Romanum iterato suscepit sub diem* XXIX *Septembris anni* 1390, *S. Michaëli sacrum. Laurentio Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi consonans ita ad annum mox dictum scribit :* Item in profesto S. Michaëlis arripuerunt iter suum fratres Magnus Petri confessor, fratres Dn. Johannes Suenonis (*obiit hic in itinere*) Dn. Andreas Olavi versus Romam pro canonizatione S. Birgittæ.

*resumitur,* 411 *Romam Magnus venit (ut pergit Laurentius Romanus) anno Jubilei jam pene exspirante, circa festum Nativitatis Domini, ubi Bonifacium* IX (*obierat Urbanus anno* 1389 *die* XV *Novembris*) *Petri cathedram occupantem invenit. Porro benevole a Bonifacio exceptus, Magaretæ reginæ, senatorum Suecicorum, et monasterii Vastenensis litteras, ceteraque, quæ ad* Birgittæ *canonizationem pertinebant, documenta*

AUCTORE J. B.

*produxit obtulitque Pontifici. Horum examen commisit Bonifacius cardinalibus Philippo Franciæ, Adamo Angliæ, et Barensi, aliisque viris doctis et eruditis. Anno* 1391 *sub festum S. Laurentii, cum imperata fecissent cardinales, una omnes, magno nobilium Romanorum, maxime eorum, qui* S. Birgittæ *olim familiaritate usi fuerant, stipati numero Pontificem supplices adierunt, et, ut* S. Birgittæ *canonizationem ad finem perduceret, obtestati sunt. Respondit Pontifex, id sibi in animo esse, modo fieri rite posset. Tum Magnus coram cardinalibus geminum volumen obtulit, quorum alterum* S. Birgittæ *revelationes, alterum,* Liber Attestationum *dictum, genus, vitam, et tum vivæ, tum mortuæ miracula continebat. Libri Attestationum exemplar habere desiderabant cardinales; quare sedecim illius exemplaria, totidem cardinalibus danda, quam citissime conscribi curavit, donavitque.*

*et perficit Bonifacius IX anno 1391, edita bulla;*

412 *Jussit dein Pontifex cardinales Franciæ, Angliæ et Barensem, ut litteras suis sigillis munitas exararent, easque celebriorum aliquot in Urbe ecclesiarum valvis per octiduum affixas,* B *publice spectandas legendasque exponerent: indicabant autem decrevisse Pontificem, in Sanctorum album* S. Birgittam *adscribere; quod, si cui justis de causis id minus probaretur, has post octiduum libere proponeret. Convenere statuto die in ædes cardinalis Franciæ plurimi cardinales, episcopi, prælati nobilesque Romani; verum nullus, qui* S. Birgittæ *canonizationi sese opponeret, comparuit, exceptis tantum duobus, quorum alter cum dedecore jussus est cardinalis ædibus excedere, alter clam inde sese proripuit. Re ad Pontificem delata, statuit negotio ultimam tandem manum adjicere, admovitque reipsa die* VII *Octobris anni* 1391 *edita hujusmodi Bulla.*

*Utolim Deus inquit in eo Bonifacius, pro salute hominum Filium,*

413 Bonifacius episcopus, servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, et patriarchalium, metropolitanarum, et cathedralium ecclesiarum capitulis ubilibet constitutis salutem et Apostolicam benedictionem. Ab origine mundi post primi parentis lapsum, cum eam ob rem universum genus humanum æternæ morti tene- C retur obnoxium, cunctipotens, et misericors Deus ex alto prospiciens, ne in totum perderet hominem, quem creaverat, sed suæ divinitatis faceret esse participem, cum primos ex spiratione sancti Spiritus afflatos Prophetas adventus Filii sui in carnem sub typicis ænigmatibus ac divinis revelationibus nuncios præmisisset, eumdem unicum Filium suum ante sæcula genitum, adveniente plenitudine temporis, in uterum prælectæ Virginis matris, quæ imperscrutabili sancti Spiritus obumbratione, Angelo nunciante, concepit, de proprio sinu transmisit, qui ex eadem Virgine natus, et progressus in tempus, cœpit facere et docere, omnibusque monstrare, qualiter sacri baptismatis fonte renatis de æterna morte via pateret ad vitam, et coadunatis discipulis, ne quis fidelis, hujus transitoriæ et fugitivæ vitæ molestias vel tædia, seu temporalis acerbæ necis pœnas pro æternæ adeptione vitæ perhorreret, sese hostiam immaculatam, consummato debito cursu in ara crucis, morte cruenta obtulit Deo Patri, et militantem Ecclesiam fuso pretioso sanguine fundavit, consecravit, et æternaliter stabilivit.

414 Tandem vero de mundo transiturus ad *Apostolos.* Patrem, principi Apostolorum Petro cœlesti clavigero in suam suorumque successorum summorum Pontificum personam collatis clavibus, ligandi videlicet, et solvendi tradita potestate, supremum pontificium, specialem curam sui gregis, et regimen universale commisit, pollicitus nihilominus, Ecclesiam in æternum se non deserturum eamdem. Ad cujus uberem utilitatem divisiones gratiarum per Spiritum sanctum tribuit suis fidelibus. Nam secundum Apostolum unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii sermo scientiæ secundum eumdem spiritum; alii fides in eodem spiritu; alii gratia sanitatum in uno spiritu; alii operatio virtutum; alii prophetia; alii discretio spirituum; alii genera linguarum; alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis, prout vult. Quamque militantem Ecclesiam Pater luminum sustulit in eodem Spiritu sancto, structura admirabiii preciosorum lapidum mira varietate decoram, ipso summo angulari lapide Christo E Jesu, quos elegit ante mundi constitutionem, conformes fieri imaginis ejusdem Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, in quo eos gratificavit, donans charismata meliora, qui suo exemplo viam ostenderent excellentiorem.

415 Hinc igitur Apostoli sancti prodiere per *martyres, doctores et confessores.* universum orbem, genus humanum, quod sub peccati jugo tenebatur, ad vitam et salutem excitantes, et cum firmissima constantia prædicantes verbum Dei, ut „ iu omnem terram exi- „ ret sonus eorum, et in fines orbis terræ ver- „ ba eorum. „ Splendidi quoque martyres fidei loricam induti, et inconcussæ stabilitatis baltheo succincti, laverunt stolas suas in sanguine innocentis Agni, et imitati candidato exercitu Christum Jesum, ad structuram supernæ Hierusalem, hoc est triumphantis Ecclesiæ, cum gloriosa victoria palmas gestantes in manibus, sese vivos lapides addiderunt, exemplum venerabile, et æternam, dignamque memoriam militanti Ecclesiæ relinquentes. Progressi sunt et Doctores lucidissimi, qui pseudo-christianis falsisque prophetis, superstitiosas et varias opiniones in vera fide Catholica adducere, ipsamque fidem F subvertere satagentibus, se opponentes, talium confutatis erroribus, miro eloquio et solidis ac rectis sententiis, operante sancto Spiritu, ipsam fidem, et militantem Ecclesiam illustrarunt, quibus eadem Ecclesia communita progreditur, „ quasi aurora consurgens, pulchra, ut „ luna, electa, ut sol, terribilis, ut castro- „ rum acies ordinata. „ Sequuntur et lympidi confessores, ornati gemmis, et virtutibus coruscantes, Domino rationem de talentis creditis reposcenti, cum se assidua et vigili sanctarum operationum exercuerunt mercatura, utpote fideles et boni servi, multiplicatum de suis laboribus fructum afferunt, ac donum reponunt in arcam.

416 Etiam anachoretæ, et solitudinis acerri- *anachoretæ et virgines misit in mundum;* mi sectatores, blandientis et captiosi, sed venenosi mundi vana spectacula fugientes, ut securi ad patriam pervenirent, latibula petierunt, et antris abditi, parvo et rudi victu scaturientis aquæ, et levi potu carnem propriam macerantes, et satanæ stimulos reprimentes, paliastro

A liastro vel tegmine hirto amicti, ut plurimum nudis pedibus et squalida humo, aut stramineo cubili fessa membra somno refoventes, in sacra contemplatione et supernæ Majestatis laude vacantes, demum ex hac lacrymarum valle, et miseriarum acervo ad Dei præsentiam evocati, immarcessibilibus deliciis potiuntur. Adsunt et virgines nitidæ, mundo corpore et corde sincero mentem sanctam, sponteneam, et oleum secum suis deferentes in vasis : venienti sponso obviam exeunt, eique desponsantur, qui est præ filiis hominum speciosus. Devotæ autem et convenientes viduæ, et aliæ sexus utriusque personæ, piis sanctisque operibus semper intentæ, se ante Dei tribunal cum plenis manipulis repræsentant, et cum sanctis Angelis canunt gloriam in altissimis Deo, et in terra pacem bonæ voluntatis hominibus deprecantur. Hæc omnia profecto ille idem spiritus, de quo supra, operatur ministerio multiformiter admirando : et secundum sanctam promissionem, Christus Jesus hanc vineam suam, militantem Ecclesiam, post ejus admirabilem ascensionem talibus cultoribus
B et cultricibus usque in diem hodiernum visitavit, fovit, defensavit, firmavit, juvit et auxit, et per sui gratiam sic in futurum faciet temporibus successivis.

*sic demum et S. Birgittam,*

417 Novissimis vero diebus, ut etiam ab Aquilone aliquid boni esset, ille cœlestis agricola eamdem vineam suo de more visitans, mulierem fortem procul et de ultimis finibus suum secum precium deferentem, ad hujusmodi vineæ culturam adduxit inesse, beatam scilicet viduam Birgittam, quam vulgares Brigidam appellant, tam sacro superius descripto cœtui merito sociandam, seu verius sociatam. Cujus, propter quod præsentem operam nobis damus, ut originem, vitam, mores et merita, nec non miracula, quæ in præmium sanctitatis ejus benedictus Deus mundo monstrare dignatus est, nec de tam celebri muliere ætas præsens maneat ignara, et surda posteritas famam ingratam accusare vel prætendere possit, summotenus percurramus, de multis pauca admodum, eaque non prætereunda silentio excerpsimus, vestræque caritati harum serie volumus intimari.

*cujus genus, statum virginem,*

418 Hæc nempe mulier gloriosa ex patre Birgero, et matre Sigride conjugibus, de nobilissima regia stirpe catholicorum Sueciæ regum,
C procedentibus, nec minus fide orthodoxa et animi constantia ac virtutibus, quam nobilitate claris, duxit originem. Quæ quidem mater, dum eam gestaret in utero, maris in quodam sinu passa naufragium, cum multos promiscui sexus in eodem naufragio procella absorbuisset, sana pervenit in litus, et nocte sequenti in visione adstitit sibi persona, admirando vestitu refulgens, et ne viduæ tam venerandæ sine prænuncio foret adventus, dixit : « Salvata es propter bo-
» num, quod habes in utero. Ideo nutri illud
» cum caritate Dei, quia tibi a Deo donatum
» est. » Cumque puella Birgitta de genitricis alvo in mundum recenter fuisset educta, sacerdos parochialis in ecclesia propinqua approbatæ vitæ et ætatis perfectæ, dum nocte orationi vacaret, nubem lucidam, et in medio nubis virginem sedentem vidit, librum habentem in manu, sibique dicentem : « Nata est Birgero quædam fi-
» lia, cujus vox per mundum admirabilis audie-
» tur. » Nata ergo puella usque ad finem trien-
nii quasi elinguis visa est; sed mox contra naturalem decursum non balbutiendo, infantium more, fari gestientium, quæ audierint, sed completa et formata verba de auditis per eam loquebatur et visis. Procedens vero in annis, pueritiam mira devotione transegit, orationibus videlicet ac jejuniis, et alias numquam a bonis operibus ociosa. AUCTORE J. B

*et conjugalem*

419 Tandem, licet in statu virginali servire Domino totis desideriis affectaret, tamen per parentes compulsa, quondam Ulfoni de Ulphasum, principi Nericiæ nobilissimo, quippe et christianissimo juveni in matrimonium desponsatur. Et cum insimul convenire deberent, quamquam idonei essent ad viriles amplexus, maritus videlicet in decimo octavo, et Sponsa in tertio decimo anno constituti, communi tamen voluntate, Tobiam juniorem, et Saram Raguëlis imitati, annum continuum et ultra a concubitu abstinuerunt, Deum humiliter deprecantes, ut, si conjugi foret expediens, in commixtione non peccarent, et Deus illis talem prolem concederet, quæ ad servitium ejus esset. Simul postea convenerunt in timore ac tremore, non libidini, sed posteritati vacantes, E
cum interim devota mulier nec jejunia, nec orationes, nec alia pia et solita opera præteriret. Et cum semper beatæ Virgini præcipue devota foret, ac tempore procedente pene partu periclitaretur, et obstetrices ac mulieres adstantes de vita illius desperarent, visa est quædam imperiosa, sed incognita mulier, albis sericeis induta vestibus, intrare cubile et assistere strato, et singula jacentis membra pertractare. Mox cum talis mulier disparuisset, eadem Puerpera sine dolore partu integro exonerata remansit.

*paucis expedit :*

420 Et cum etiam dicti jugales adhuc essent juvenes et recentes, maritus felicis uxoris sanctis monitionibus persuasus (« cor enim viri spo-
» liis non indigens, confisum in ea, reddidit ei
» bonum et non malum omnibus diebus vitæ
» suæ ») ipsaque mulier, indixerunt sibi sponte invicem, et perpetuam continentiam servaverunt. Et nihilominus conjuges devoti, in Dei timore et amore proximi semper ferventiores, limina beati Jacobi Apostoli in Compostella communi voto peregre visitarunt. Et ad propria reversi, cum deliberassent, ut liberius devotioni vacare possent, pro sexus diversitate F
diversa ingredi monasteria, dictus princeps in tali deliberatione quievit in Domino. Sancta autem Vidua, quæ ab ineuntis ætatis principio Deo dicata fuerat, ut jejuniis et orationibus indefesse vacaret, soluto conjugio et sui juris effecta, « quasi navis institoris de longe portans
» panem suum, » a Spiritu sancto præmonita
» egrediens de terra et cognatione sua, » ad almam Urbem, ac Hierosolymam deinde perrexit, et loca singula, in quibus Redemptor noster Jesus Christus annunciatus, natus, educatus, baptizatus, conversatus, mirabilia operatus, illusus, crucifixus et sepultus fuit, et ad cœlos ascendit, insigni devotione et venerabunda conspexit. Ad Urbem quoque regressa, cum antea sive in sua patria et partibus circumstantibus; sive in Germania, sive in Galliis, sive in Hispania, sive in Italia, sive in aliis cismarinis, aut ultramarinis partibus Sanctorum ac Sanctarum corpora, seu memorandæ reliquiæ quiescerent, pauca admodum absque personali

AUCTORE J. B.

sonali visitatione dictæ sanctæ Viduæ fuissent prætermissa, in eadem Urbe reliquum vitæ peregit.

*sed fusius ejusdem, jam viduæ factæ,*

421 Sed post mariti mortem ob reverentiam sanctæ Trinitatis ad nudam carnem quamdam chordam de cannabe cum plerisque nodis detulit stricte ligatam, et similiter circa singulas tibias subtus genua singulas chordas similiter connodatas, etiam tempore infirmitatis, nec pannis lineis, præterquam in capite usa, vestes hispidas circa carnem, superius vero non secundum personæ conditionem, sed multum humiles et abjectas. Et non solum eas, quas sancta mater jubet Ecclesia, vigilias seu jejunia observabat, sed alia multa superaddebat, ut etiam ultra Ecclesiæ mandatum quater in hebdomada jejunaret, et similiter quater in hebdomada, conjuge nondum vita functo, et post obitum ejus continue usque ad paucos annos ante suum felicem transitum solitis pannis induta, super tapeto absque paleis, culcitra vel similibus, ad terram vel pavimentum posito, corpus ab orationibus, abB stinentiis ac divino labore fessum tenui brevi somno recreabat. Singulis sextis feriis ob memoriam sacratissimæ passionis Domini nostri Jesu Christi pane dumtaxat et aqua contenta, jejunium non omisit, cum etiam multos alios dies ob diversorum Sanctorum reverentiam simili abstinentia pertransiret, et sive jejunio abstineret, sive aliter discumberet, cum sobriissima foret, de mensa surgebat non saturata, sed refota, eisdem quoque sextis feriis de candelis cereis accensis stillas candentes et ignitas eliquabat super nudam carnem, ita ut adustæ cicatrices continue remanerent, et Gentianam, amarissimam herbam, seu radicem ejus retinebat in ore.

*vitæ rigorem, humilitatem, pietatis*

422 Romæ insuper degens non rigorem frigoris, non æstivos calores, non impedimenta viæ lutosæ, non pluviarum, aut nivium seu grandinum asperitates curans, stationes per Ecclesiam ordinatas, variasque alias sanctas Ecclesias, licet eques pro suis facultatibus ire potuisset, tamen supra extenuati corporis vires enitens, peditans visitavit quacumque die. Tot namque longis genuflectionibus usa fuit, ut genua ejus rigerent C in duritiem, ut ita dixerimus, camelorum. Admirabilis et spectatæ humilitatis extitit, ita ut nonnumquam cum pauperibus peregrinis incognita simul sedens apud monasterium sancti Laurentii in Panisperna in Urbe, ordinis sanctæ Claræ, eleëmosynam reciperet, et oscularetur cum gratiarum actione, et frequenter propriis manibus, et ob Dei reverentiam reparabat pauperum vestimenta. Tenacem obedientiam prælatis et suis superioribus et confessoribus observabat adeo, quod absque saltem confessoris licentia pene oculos attollere non præsumeret. Et superstite marito, cum singulis sextis feriis confessa fuisset, post ejus transitum veram confessionem semel saltem in die cum magna contritione studuit iterare, tam amare levia, sicut alii gravissima, deplorans, et nihil de suis verbis, moribus, cogitationibus et actibus præteriens indiscussum.

*in Deum hominesque officia*

423 Verbi Dei prædicationibus, quas viri probati facerent, assidua aderat et intenta. Singulis quoque diebus Dominicis et solemnibus cum devotione et lacrymis sumpsit venerabile Christi corporis Sacramentum. Considerans „ se„ mitas domus suæ, ne panes comederet otiosa, „ manus suas aperuit inopibus, et palmas suas „ extendit ad pauperes „ inexhaustæ enim caritatis D officia erga egentes, infirmas et abjectas personas ob Dei reverentiam exercuit indefesse. Nam, dum etiam adhuc maritus superesset, die qualibet duodecim pauperes consuevit propria in domo cibare, illis inserviens et necessaria ministrans; et quintis feriis, memor cœnæ Domini, propriis manibus lavit pedes eorum. De propria quoque facultate reparavit in partibus suæ originis multa hospitalia desolato et pauperes et infirmos ibi degentes pia, benigna, misericors et sedula ministratrix cum summa pietate visitavit. Ulcera eorum absque horrore vel fastidio attrectavit, lavit, circumligavit et fovit. In loco etiam de Watzsteno Lincopensis diœcesis de suis facultatibus unum venerabile monasterium canonice construi fecit pro sexaginta monialibus sub clausura viventibus, et viginti quinque fratribus Ordinis sancti Augustini, SANCTI SALVATORIS nuncupati, qui tam moniales, quam fratres certas constitutiones, per ipsam beatam Viduam editas, et postea per Sedem Apostolicam approbatas observare tenentur, sufficienti dote nihilominus assignata.

E *aliasque virtutes,*

424 Admirabilis patientia viguit in ea, ut infirmitates proprii corporis, injurias illatas, mariti, et Caroli filii mortem, et adversa reliqua toleraret patientissime, sine murmure, sine querela, semper in cunctis cum humilitate submissa Dominum benedicens. In fide semper constantior; præstantior spe, vera caritate ardentior; justitiam summe dilexit et æquitatem. Stimulos carnis, et varias illecebras, pravitatem et arrogantiam, pompam et inanem gloriam magnanima curiositate contempsit. De singulari continentia et modestia sua satis est superius recitatum. Sed quis inveniretur illa prudentior, cum, optima discretione ab ætate primæva usque ad horam ultimam, quantum sinebat humana fragilitas, cuncta secernens, non „ dixit bo„ num malum, neque malum bonum; nec po„ suit lucem tenebras, nec tenebras ipsam lu„ cem. „

*quibus ad mortem usque floruit, prædicat.*

425 Quibus quidem sanctis, et absque intermissione continuatis operibus hæc generosa Vidua per gratiam sancti spiritus promeruit multis eorum cogitationes et affectiones intimas, et F gesta secretissima propalare et visiones ac revelationes varias videre, et audire, ac spiritu prophetico multa prædicare, quorum nonnulla effectu completa fuere, prout hæc et alia in ejus Revelationum volumine plenissime describuntur. Quinta vero præcedente die pronunciavit suæ finem adesse. Et cum fuisset annum septuagesimum supergressa, adveniente jam termino prænunciato, vocata familia, quæ fieri oporteret, edixit, ac demum Birgero filio, et Catharina filia, tunc superstitibus, accersitis et de multis commonitis, ut super omnia in Dei timore et amore proximi, ac sanctis perseverarent operibus, ultima confessione debite facta, sumpto viatico, et extrema unctione delibuta, cum usque ad flatus emissionem sua memoria integra perdurasset, dum Missa coram se celebraretur, post adoratum corpus Christi, oculis elevatis ad cœlum, dicens « In manus tuas „ Domine, commendo spiritum meum „ vocanti benemeritam animam reddidit Creatori. Extemplo de transitu hujus Viduæ venerandæ magna fit fama per Urbem, concurrit frequens populus cum summa devotione ac reverentia sacrum videre corpus, Deum unanimiter glorificans

A rificans et collaudans, ad monasterium sancti Laurentii supradictum. ubi se indicarat [sepeliri] funus in longe majori populi frequentia defertur, et præ nimia multitudine usque ad biduum apte non potuit sepeliri, quod tamen cum eximia Dei laude fuit humatum.

*Dein prodigia aliquot,*

426 Dum autem celebris hæc Vidua Neapoli degeret, Nolanensis quædam mulier Pictiolella nomine, quæ violentum mali spiritus, in humanam se imaginem transformantis, patiebatur accubitum, cui nec fortium vigiliæ aut excubiæ obsistere potuerant, cum ad Viduam sanctam accessisset, eam super tali materia et expedienti remedio consultura, mox Vidua præcellens et secreta mulieris prævidens, quæsivit a muliere, an secum aliquid arte magica compilatum, vel quid tale deferret. Cum illa respondisset, quod non, egregia Vidua subjecit: „ Quære in capillis seu tricis tuis, et contra- „ rium invenies. „ Confusa et recordata mulier, quod certum breve cum characteribus et incantamine propriis habebat in crinibus, suum fuit errorem sponte fassa. Insignis autem Vidua injunxit et suasit illi, ut devote confiteretur, et

B veraciter pœniteret et communicaret, ac etiam jejunaret, quod et fecit; ac meritis et precibus memoratæ Viduæ, numquam similem accubitum passa fuit.

*quæ ipsa seu viva,*

427 Cum autem spectabilis hæc Vidua de longa peregrinatione ad Ortonam Teatinæ diœcesis terram, in qua beatissimi Thomæ Apostoli reliquiarum pars magna servatur, vice secunda supervenisset; fuerat enim antea longe per visionem sibi revelatum, quod secunda vice sui adventus ad ipsam terram, devotum ejus desiderium impleretur: et dum stans, reliquias devotione solita visitaret, idem Apostolus devotæ Viduæ apparens, dixit „ Dabitur tibi diu desi- „ deratum; „ et mox, nemine tangente vel alias impellente, de capsa reliquiarum quoddam frustulum unius ossis dicti Apostoli suapte Viduæ expectantis prosiliit ad manus, quod illa cum gaudio ac devotione recipiens, summa veneratione servavit. Fuit quoque hæc admirabilis Vidua, dum orationi et contemplationi vacaret, per plerasque devotas personas elevata a terra per hominis mensuram, vel circiter, cum splendida et

C radiante facie sæpe visa.

*seu mortua.*

428 Funus nondum erat traditum sepulturæ, cum mulier quædam, Agnes de Contessa nomine in Urbe commorans, quæ a nativitate guttur habebat grossissimum ac deforme, cum aliis venerandum cucurrit ad funus, et cum propria zona manus sanctæ jacentis Birgittæ cum devotione tangi fecisset, zonam eamdem simili devotione circumduxit ad collum, et paulo post guttur detumuit, et ad conformitatem debitam divino miraculo fuit redactum. Verum Francisca de Sabellis dicti monasterii sancti Laurentii monialis, quæ biennio debilitatem et adversam stomachi valetudinem passa, fere semper lecto decubuerat infirma, et honorandæ Viduæ familiaris fuerat, dum adhuc insepultum corpus intra claustra servaretur, cum gravi labore de lecto surrexit, tam longam infirmitatem patiens, et adjuta pervenit ad feretrum, et secus illud jacuit tota nocte, nec Deum desiit cum devotione et instantia deprecari, quod meritis et precibus Viduæ, cujus corpus aderat, tam molesta, tamque diutina valetudine in tantum saltem alleviaretur, quod cum reliquis monialibus divinis officiis interesse, et per claustrum, cum expediret, adjuta per neminem ire posset, et mane facto, reperit, se circa proprii sanitatem corporis efficacius remedium, quam deprecata fuerat, impetrasse.

AUCTORE J. B.

*contigerunt, enumerat:*

429 Verum, ut Deus benedictus hujus dilectæ Viduæ mundo magna merita demonstraret contigit, ut Elsebysnara, mulier dictæ Lincopensis diœcesis, cum infantulum mortuum peperisset, summo dolore plena, ac tandem ad se reversa, Deum prece humili exoraret, quod meritis Viduæ sanctæ visitaret, extemplo infantulus vitam susciperet, et emisso voto, quod cum infantulo, si ad vitam veniret, et imagine cerea sepulcrum Viduæ sanctæ visitaret extemplo infantulus calescere et palpitare cœpit, vitamque plene suscepit. Mulier vero plena devotione atque gaudio votum implevit emissum. Sed quid pluribus immoramur, cum Deus omnipotens hujus almæ Viduæ meritis surdis aures aperuerit, mutis linguæ officium solverit, tremulis paralyticis solidatem præbuerit, curvis erectionem, contractis et invalidis liberum beneficium gradiendi, cœcis visum, mulieribus partu periclitantibus liberationem, morbis alias incurabilibus sanitatem, naufragos et aquis vehemen- E tibus laborantes perduxerit ad salutis portum? Et, si ea, quæ Deus benedictus Viduæ sæpedictæ meritis tam illa superstite, quam post ejus resolutionem felicem, mirabilia præter et super vires naturæ fuit operatus, nec desinit operari, vellemus per singula recensere, nos aliis diversis implicitos, longa valde in tali recitatione prolixitas detineret. Possunt tamen fideles, avidi talia gesta pernoscere, librum, in quo fi deliter annotantur, perquirere curiose. Vota autem apud monasterium in Watzsteno supradictum, ad quod venerabile corpus hujus benedictæ Viduæ translatum fuit, persoluta, et appositæ imagines ac statuæ magnum testimonium perhibent veritati.

*quibus de causis eam*

430 Et quoniam per sancti Spiritus operationem hæc Vidua pervigil per excellentia merita in Dei Patris gloria collocata, militantem propemodum illustrat Ecclesiam, nosque gustamus et videmus, quia bona fuit et est negociatio ejus, et propterea in nocte supervenientis temporalis mortis ejus, virtutum et meritorum lucerna non debet extingui, est enim non sub modio, E sed super candelabrum posita, et per Domini universam domum inextinguibile lumen affert; quin potius filii sanctæ matris Ecclesiæ surgant, et beatissimam prædicent, eique dent de fructu manuum suarum, laudentque eam in portis matris Ecclesiæ opera ejus; nos, qui pro injuncto ministerii pastoralis officio sumus sapientibus et insipitientibus debitores, per ea, quæ tam de felicis recordationis Gregorii XI et Urbani VI Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quam mandato nostro super his habita sunt, de veritate præmissorum per testes idoneos, et alias probationes legitimas certius informati, eisque veris compertis, et pro parte carrissimæ in Christo filiæ nostræ Margaritæ, Reginæ Sueciæ illustris; ac prælatorum filiorum, populi officialium almæ Urbis ac dilectarum in Christo filiarum sancti Laurentii, et de Watzsteno monasteriorum prædictorum abbatissarum, conventuum sæpius et cum instantia requisiti, in nomine Domini, ut jam tandem Viduam ejus celeberrimam benedicentes benedicamus, et super ea effloreat sanctificatio

AUCTORE J. B.

ctificatio nostra, ad honorem Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti, et exaltationem orthodoxæ fidei, et Christianæ religionis augmentum, necnon ad sedationem schismatis, ac fidei et Ecclesiæ unionem, auctoritate ipsius Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus sancti, ac beatorum Apostolorum Petri supradicti et Pauli, atque nostra, de fratrum nostrorum consilio, et assensu omnium prælatorum in Romana curia consistentium, decernimus, declaramus, definimus, pronunciamus, bonæ memoriæ beatam Birgittam, alias Brigidam supra sæpius nominatam, Sanctam esse et tamquam Sanctam ab universali Ecclesia venerari, ac Sanctorum catalogo adscrbi debere, et ipsam nunc adscribimus de præsenti.

*Sanctorum Catalogo*

431 Struentes, ut ab universali Ecclesia anno quolibet in die, qua illam post devictum triumphatumque mundum in perpetuas æternitates præsens vita parturiit, videlicet decimo Kalendas Augusti festum ipsius et Officium sicut pro una Sancta non virgine nec martyre devote et solemniter celebretur : Et ut ad venerabile sepulcrum ipsius ardentius et effluentius

B Christi fidelium confluat multitudo, et ejusdem Sanctæ celebrius colatur festivitas, et ejus nomen crebrius recolatur, auctoritate prædicta omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui sepulcrum ejus hujusmodi apud ipsum monasterium in Watzsteno in ejusdem festo, necnon quinto Kalendas Junii, quo videlicet die hujusmodi corpus venerandum apud ipsum monasterium translatum fuit, et sub ad præsens occurentibus diebus dovote visitaverint, annuatim singulis videlicet eorumdem dierum diebus, quibus dictum sepulcrum visitaverint, ut præfertur, septem annos et totitem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misesicorditer relaxamus.

*solemniter adscribit.*

432 Quocirca universitatem vestram monemus requirimus, et hortamur attente, vobis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, et ad æternorum præmiorum augmentum districtius injungentes, quatenus præsentes nostra solemniter publicantes, festum hujusmodi venerabilis Sanctæ cum solemnitate debita celebretis et faciatis etiam celebrari, omnipotentem Deum, a

C quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, totis cordis affectibus humiliter deprecantes, ut ejusdem Sanctæ precibus et meritis exoratus, det servis suis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandatis suis dedita, et hostium sublata formidine, tempora nostra sint sua protectione tranquilla, nobisque concedat, ut post peractum nostræ villicationis ministerium una cum credito nobis grege mereamur ad simpiterna gaudia pervenire. Datum Romæ apud sanctum Petrumnonis Octobris, Pontificatus nostri anno secundo. *Ita Bonifacius apud Hormann, demptis aliquot mendis, quæ ex codice Canonizationum Fontanini emendavi.*

D

## § XXVII. Ritus factæ canonizationis ex Amelio, teste oculato : indulgentiæ ejusdem occasione datæ : canonizationis S. Birgittæ et Regulæ S. Salvatoris per Martinum V confirmatio.

*Ex oculato teste.*

*Ex iis, quæ hactenus in negotio canonizationis* S. Birgittæ *gesta fuisse diximus, liquet id sæpius ad incudem fuisse revocatum, nec nisi cum summa cautela in eo processisse Pontifices; cautelæ vero par fuit canonizationis solennitas, quam præter Laurentium Romanum, et Thorirum Andreæ in Diaro Vastenensi ad annum* 1391, *descripsit Petrus Amelius apud Mabillonium tom.* 2 *Musei Italici pag* 535; *unde iltam, tum quod ab auctore, qui eam suis oculis hausit, ac partem etiam in ea habuit, scripta sit; tum quod ritus fere iidem hodieque observari in hujusmodi negotiis soleant, huc transcribere visum est. Sic itaque Petrus Amelius* : Sequitur canonizatio S. Brigidæ. Anno Domini MCCCLXXXXI et die Sabbati, VII mensis Octobris, pontificatus domini Bonifaci IX anno secundo, facta fuit canonizatio beatæ Brigidæ in magna capella sacri palatii Romæ prope sanctum Petrum, in qua talis modus fuit observatus. Primo die Veneris patriarcha Gradensis, confessor et referendarius dicti domini, ex præcepto Sanctitatis suæ consistorium generale maadavit, item canonizationem S. Brigidæ, ut omnes deberent venire ad ipsam solemnitatem. Item campanæ omnium ecclesiarum deberent pulsari hora Completorii et crastina die hora tertiarum etiam mandavit. Item parata fuit capella circumquaque de pannis et sternata (*strata*) frondibus de Verta (*viridi et odorifera fronde*) Magister folariæ fecit. Item circumquaque per totam capellam fuerunt tortitiæ seu brandones, quilibet de undecim libris ceræ : fuerunt in summa LXXXVI. Modum dictarum candelarum et ordidinem brandonum inveni.

B

F

*quo ritu Bonifacius IX*

434 Item in die Sabbati de mane dominus Papa audivit magnam Missam de Spiritu sancto in camera sua. Item post magnam Missam venit ad magnam capellam, eum comitantibus omnibus cardinalibus et nobilibus Romanis cum pluviali rubeo consistoriali et mitra de perlis consistoriali; et facta reverentia aliquali ante altare, ascendit ad aliam cathedram longe ab altari paratam : et ibi recepit omnes cardinales et prælatos ad reverentiam cum cappis laneis more solito. Qua reverentia finita, accessit ad aliam cathedram cum scabello paratam ante medium altaris, appodians se ad altare, versa facie ad populum : et duo diaconi antiquiores sedebant ante pedes ejus in scabellis, aliis etiam cardinalibus sedentibus in locis suis cum cappis laneis : et facto silentio et luminaribus accensis, Papa sedendo mitram in capite, fecit collationem et sermonem suum sub isto themate : „ Vi- „ duam ejus benedicam, et florebit super ipsam „ sanctificatio mea. „ Completo sermone et facta admonitione, ut omnes deberent Deum rogare, quod non permitteret eum errare; prote

statione

A statione etiam facta, quod ipse non intendebat facere contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam, surgens de sede, deposita mitra, incœpit cantando " Veni, creator Spiritus " et flexis genibus stetit sine mitra usque ad versiculum tertium, et semper stetit ibidem pedes, tamdiu donec cantores cantaverunt dictum hymnum. Quo finito, sine versiculo dixit: " Dominus vo- " biscum " et orationem, " Deus qui corda fide- " lium " quam finivit " Per Christum Dominum " nostrum. " Sed reassumpta mitra, ibidem sedendo pronunciavit, beatam Brigidam fore sanctam, et adscribendam in Catalogo Sanctorum, ut est in libro Secretorum Papalium domini Clementis Papæ VI, qua pronunciata, ore proprio concessit Indulgentiam ista die et in sequenti visitantibus ecclesiam sancti Petri et sancti Laurentii in Panisperna, et qui interfuerint in divino Officio isto illam Indulgentiam Jubilei, et multas alias in terris.

*retulerit* 435 Post hoc procuratores dictæ Sanctæ petierunt publica instrumenta de hoc: et Papa etiam de potestate sua jam dicta . . . et tunc omnes car-
B dinales et prælati receperunt paramenta alba, episcopi pluvialia, presbyteri planetas, diaconi tunicellas et dalmaticas, et iterum venerunt ad reverentiam Papæ. Post hoc desposito pluviali rubeo recepit chirotecas preciosas et anulum ponticalem, et pluviale album preciosum cum mitra solemni: et deposita mitra, incœpit cantando " Te Deum laudamus " et tunc data sunt duo magna tortitia de cera alba, quælibet de octo libris ceræ, et cuilibet cardinali ac patriarchæ de VII libris ceræ aliæ non albæ, et omnibus prælatis de duabus libris, et alliis clericis et cantoribus, auditoribus et nobilibus et aliis de una libra ceræ: et tunc incœpta fuit processio, et omnes tenebant faculas suas accensas in manibus, quilibet in ordine suo: et duo patriachæ ibant cum cardinalibus, item dominus Papa subtus pallium, sed milites portabant extra pallium tortitia Papæ accensa, et sic ivimus per totam capellam usque ad aliam capellam, et reversi fuimus processionaliter ad magnam capellam, et dominus summus Pontifex ascendit ad cathedram ante medium altaris, ubi fecerat sermonem suum prius: et stando diaconus a dextris dixit cantando
C " Ora pro nobis beata Brigida Alleluia; " et Papa dixit: " Dominus vobiscum et aliam Orationem de beata Brigida, et, cantato per cantores " Benedicamus Domino " diaconus a sinistris dixit " Confiteor " et Papa dedit benedictionem more solito. Et prior Episcoporum cardinalium pronunciavit Indulgentias, et sic quilibet repatriavit cum candela sua; et omnes alias candelas de altari et tortitia de capella camerarius fecit recipi pro Papa . . . per sex cardinales, qui deberent omnes esse sacristæ. Primus erat dominus de Alençonio Philippus: secundus de Anglia, dominus Adam: alter Reatinus. Ista die Papa non potuit dicere magnam Missam de Sancta, causa infirmitatis, sicut debebat: sed in crastinum celebravit, ubi istum ordinem tenuit.

*S. Birgittam* 436 Dominica ergo die, VIII Octobris, bono mane, post parvam Missam, dominus Papa indutus cum pluviali et mitra cum perlis consistoriali, descendit ad ecclesiam sancti Petri cum omnibus cardinalibus, duobus patriarchis, **desideratur aliquid* Constantinopolitano scilicet * et cum prælatis et toto clero: et in porta ecclesiæ venerunt illi obviam omnes canonici sancti Petri cum cruce, pluvialibus, pavilione et campana processionaliter, cantando " Te Deum laudamus " duxerunt eum ad Majus altare, et facta aliquali oratione ante altare, recessit ad cathedram, ubi consueverunt Romani præsules induere se, et sedendo cardinales et omnes prælati venerunt ad reverentiam, et ipse voluit, quod cantaretur Tertia. Missa fuit de sancta Brigida cum commemoratione de Dominica. Tunc primo ego incœpi de mandato sedere inter cardinales episcopos. Processit Missa ordine suo. Item post Evangelium diaconus a sinistris dixit " Confiteor " et dicto " Credo in unum Deum " et post Offertorium Papa sedebat super bassam cathedram cum scabello ante regias ferreas Papæ, ubi lectum fuit Evangelium, versa facie ad sedem, in qua fuit indutus. Tunc Domini commissarii tres cardinales de canonizatione istius Sanctæ exierunt de sacristia sancti Petri cum oblationibus suis. Primo dominus de Francia cum duobus magnis tortitiis accensis, coopertis de auro, obtulit osculando pedem et manum: secundo dominus Anglicanus cum duobus panibus coopertis, cum tobaleis et armis et scudetis sanctæ Bri- E
gidæ, et trium Cardinalium commissariorum; et osculatus est pedem et manum Papæ: tertio dominus Barensis cum duobus magnis bacilibus de vino et malvatico, quæ vocantur Romæ scyphi deaurati, et cum armis et scudetis Dominæ et Cardinalium prædictorum; et osculatus est pedem et manum Papæ.

*in numerum Sanctorum,* 437 Ultimo venerunt quinque procuratores istius Sanctæ cum advocato et quilibet obtulit unam magnam candelam de una libra ceræ albæ, modicum laboratam cum rosis et floribus, viridis, alba et rubea. Item unum parvum canistrellum, totum depictum de colore viridi, in quo fuerunt duæ columbæ albæ et duæ turtures. Item nota, quod canonici in processione debuerunt habuisse grossas candelas de cera in manibus ab istis exsecutoribus: et quia non habuerunt, Papa fuit turbatus. Item fuerunt in ista Missa super regias ferreas et super columnas lapideas prope regias prædictas circa LXXX tortitiæ accensæ, et VII in elevatione Coporis Christi. Poterant esse quælibet de quatuor libris ceræ. Nec Papa, nec cardinales, nec aliquis candelam ha- F
buit in ista Missa, nec fuit sermo. Item nota, quod, completa Missa, dominus Pontifex, indutus prout fuerat in Missa, et omnes cardinales et prælati induti sacris vestibus, prout fuerunt in Missa, cum mitris iverunt ad fenestras prope campanile in loco deambulatorio, ubi Romani Antistites consueverunt dare populo Indulgentiam: et ibi Papa dedit de vera Indulgentia illa die, sicut in Jubileo ob reverentiam Brigidæ, et in sancto Petro, et in sancto Laurentio in Panisperna, ubi sancta Brigida dicta fuit sepulta: et quicumque visitasset dictas duas ecclesias sancti Petri et sancti Laurentii VII vicibus per totum præsentem mensem, haberet Indulgentiam Jubilei.

*exponitur.* 438 Item nota, quod de cera ecclesiæ S. Petri accensa canonici voluerunt habere: sed camerarius totam recepit, quod Papa, nec ipsi, nec acolythi, nec cantores habuerunt. Item nota, quod quilibet cantor habuit tres ducatos ab exsecutoribus. Item dicti exsecutores miserunt unam pintolam de auro Papæ valoris c ducatorum

AUCTORE J. B.

AUCTORE J. B.

catorun et unum vitulum, XXIIII capones, XXIIII pullos, XXIII columbos, duo barilia de vino. Item nota, quod fuerunt Vesperæ præcedentes, nec sequentes. Item nota, quod ista die, licet fuerit Missa de sancta Brigida, tota die fecimus de Dominica, nec fecimus Commemorationem in Vesperis, nec Matutinis de ipsa Sancta. Item nota, quod omnes Cardinales induti sacris vestibus associaverunt Papam usque ad cameram. Ista die nullus cardinalis comedit cum Papa, nisi solum prælati domus et cantores. Item nota, quod tota capella debet esse intus et extra parata pannis. Item in altari debent esse sex candelæ, quælibet de una libra cum dimidia : item super cancellum capellæ sex tortitia, quælibet de VIII libris ceræ. Item extra regiam seu capellam ponantur ligna perforata in muro circumquaque ad tenendum tortitia, quantum capella est : et in quolibet ligno erunt sex tortitia, quælibet de quatuor libris ceræ. Item in fine capellæ ex opposito altaris illud idem. Item de aliis parvis candelis de uncia vel media, aut pro libra ponantur XX habentia per mu-
B rum et distribuantur laïcis et clericis.

*Indulgentiæ tunc concessæ*

439 *Hæc Petrus Amelius de canonizatione* S. Birgittæ : *brevius eadem refert Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi : Laurentius Romanus nonnulla etiam de ea memorat, a Petro Amelio omissa, sed momenti non sunt hujusmodi, ut necessario memoranda sint ; neque minutias aliquot moror, in quibus a Petro Amelio forte dissentit. Peracta ex dictis est* S. Birgittæ *canonizatio in capella sacri palatii prope sanctum Petrum. Pleræque Sanctorum canonizationes, morantibus Romæ Pontificibus, in ecclesia Vaticana fieri consueverunt : sed hanc Bonifacius IX illic non celebravit ægritudinis causa, quæ tamen, quo minus de* S. Birgitta *ad cancionem diceret, non impedivit, Fecit eadem Pontificis male affecta valetudo, ne eo die solennem de more Missam celebraret : postridie tamem tum Vaticanam basilicam adire, tum sacris ibi solenni ritu operari voluit, ne quid ad splendorem solennitatis deesse videretur. Concedendarum indulgentiarum iis diebus, quibus canonizationes Sanctorum peragebantur, mos, ab Honorio III seculo* XIII *inchoatus, sensim amplior evasit, ut Honorii,*
C *Gregorii IX, Innocentii IV, Clementis IV, Calixti III, Sixti IV exemplis Papebrochius Dissertationum* XX *de Solennium Canonizationum initiis atque progressibus in Propylæo Maii pag.* 173 *et seq. ostendit*, ac denique, *inquit*, Hadrianus VI in Canonizatione S. Bennonis, anno MDXXIII soleunitati ejus præsentibus Indulgentiam plenariam dedit. *At longe citius id factum saltem aliquando fuisse, liquet ex indulgentia Jubilei, procul dubio plenaria, hic a Bonifacio IX in canonizatione* S. Birgittæ *concessa. Oblationem vero turturum et columbarum sustulit Benedictus XIII, eamque* fieri noluit, *inquit Justus Fontaninus in Notis ad Canonizationem* S. Birgittæ, in solemni canonizatione octo Sanctorum, quam habuit in Basilica Vaticana sub finem elapsi anni MDCCXXVI et initio hujus anni MDCCXXVII. *Admisit tamen rursus Clemens XII, ut scribit Benedictus XIV de Serv. Dei Beatif. et Beator. Canoniz. lib.* I *cap.* 36 *num.* 35,

*pro die* XXIII *Julii, et* VII *Octobris ;*

440 *Ceterum Bonifacius diem, quo* Birgittam *Sanctorum albo inscripsit, insignem etiam esse voluit indulgentiis, perpetuo duraturis, septem annorum ac totidem quadragenarum, quas ecclesiam S. Laurentii in Panisperna die* XXIII *Julii, quo* S. Birgitta *obiit; item die* VII *Octobris,* D *quo in Sanctorum numerum relata est, vel uno ex octo, mox dictos Julii et Octobris dies proxime sequentibus, rite visitantibus concessit. Bulla ea de re data et ex Registro Vaticano a Waddingo extracta sic habet :* Bonifacius etc : Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem etc. Splendor parternæ gloriæ etc. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii monialium S. Laurentii in Panisperna de Urbe Ordinis S. Claræ, in quo B. Birgitta aliquibus diebus, dum vitam ageret in humanis, devote permansit, ac debitum naturæ persolvit, et ejus corpus sepultum extitit, et in quo postmodum plurimis miraculis claruit, et multæ ex ejus reliquiis devotissime venerantur a Christi fidelibus, congruis honoribus frequentetur et ut fideles ipsi eo devotius devotionis causa confluant ad eamdem, quo ex hoc majus animarum commodum et salutem se speraverint adipisci, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in festivitate B. Birgittæ, videlicet X Kalendas Augusti, et in die canonizationis de ea per nos E in præsenti die factæ, et per octo dies festivitatem, ac diem canonizationis hujusmodi immediate sequentibus visitaverint, annuatim pro singulis festivitatis et canonizationis, ac octo dierum prædictorum diebus, quibus dictam ecclesiam devote visitaverint, annuatim, ut præfertur, septem annos et septem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Dat. Romæ apud S. Petrum Nonas Octobris anno secundo.

*item pro* XXVIII *Maii ob reliquias Romæ a Suecia translatas,*

441 *Quin et ad diem* XXVIII *Maii eamdem gratiam extensam voluit sequentibus litteris ex eodem Registro a Waddingo, ut Durantus refert, transcriptis :* Bonifacius *etc* ( *fere ut supra* ) omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui tam dictam ecclesiam in festivitate ipsius S. Birgittæ, videlicet X Kal. Aug. et in die Canonizat. ejusdem de ea per nos in præsenti die factæ devote visitaverint, annuatim illam indulgentiam, videlicet septem annos et totidem quadragenas singulis festivitatibus et canoniz. prædictorum* die- * *an* prædictis ? bus concedimus, quam sepulchrum ejusdem S. Birgittæ apud monasterium monialium in Vuatzsteno Ordinis S. Augustini, Lincopen. diœcesi, F ad quod ipsum corpus a dicta ecclesia ipsius monasterii S. Laurentii translatum extitit in dicta festivitate et in die ipsius translatione, videlicet V Kal. Junii visitantibus hodie duximus concedendam. Datum Romæ apud sanctum Petrum Nonas Octobris anno secundo. *Dixi* fere ut supra : *nam in hac bulla ne verbo quidem fit mentio habitationis* S. Birgittæ *apud moniales Clarissas in monasterio S. Laurentii, aut mortis, quam apud easdem subierit, sed unice sepulturæ ejus, quam ibi certo obtinuit. Vide quæ hac de re dicta sunt num.* 384 *et seq. Ceterum ex posterioris Bullæ serie, septem annorum. totidemque quadragenarum monasterio S. Laurentii in Panisperna ea concessas Indulgentias, ad monasterium quoque Vastenense in Suecia fuisse extensas eadem Bulla pro die festivitatis* S. Birgittæ, *seu* XXIII *Julii ; item pro die Translationis ejus seu* XXIII *Maii, me tacente, apparet; quod Bonifacius XI in Bulla Canonizationis (vide num.* 431) *supra repetit.*

*quæ tamen die non vidit concipsa.*

442 *At negotium facessunt verba Bonifacii, quibus* S. Birgittæ *translationem ex Urbe ad Vastenense monasterium (nec enim aliam novi, de qua hic Bonifacio sermo esse possit ) peractam ait* XXVIII *Maii*

A *Maii*. Nec non V Kal. Junii, *inquit in Bulla Canonizationis*, quo videlicet die hujusmodi corpus venerandum apud ipsum monasterium translatum fuit. *Festum Translationis* S. Birgittæ *in monasterio Vastenensi eo die celebratum fuisse, ex ejusdem monasterii Diario ad annos* 1404, 1413, 1492 *colligere quidem fas est, eoque signatur in Martyrologiis seu Kalendariis citatis apud nos ad diem* XXVIII *Maii in Prætermissis: at illo ipso die peractam fuisse, neque cum Ulphone, S. Catharinæ biographo suppari, neque cum Birgero*, S. Birgittæ *biographo æquali, neque cum auctore Vitæ Abbreviatæ* S. Birgittæ, *neque cum Thoriro Andreæ in Diario Vastenensi, nec denique cum iis, quibus miracula* S. Birgittæ *in Suecia patrata, priusquam Sanctis adscriberetur, colligendi et in libellum redigendi onus fuit impositum, componi potest: quandoquidem hi omnes, die quarta vel quinta Julii id accidisse, testentur, et inter postremo loco citatos fuerit Gudhmarus Frederici, ex eorum numero unus, qui Roma in Sueciam* S. Birgittæ *corpus seu reliquias transportarunt, qui præter*

B *diem quartum Julii, cui* S. Birgittæ *corporis in Vastenensi monasterio collocationem affigit, etiam diem exprimit, quo primum in Sueciam pervenit, die scilicet* XXIX *Junii, SS. Apostolis Petro et Paulo sacra. Cogor itaque ob tam multiplicia et luculenta a Bullæ verbis, modo relatis, dissentientium scriptorum testimonia credere, vel erronee factæ translationis diem fuisse suggestum Pontifici, vel, cum huic (fortasse ne Octavæ Apostolorum SS. Petri et Pauli celebritatem minueret) visum fuisset die* XXVIII *Maii* S. Birgittæ *translationis agi memoriam, id ita interpretatum esse, cui conficiendæ Canonizationis Bullæ cura demandata fuit, quasi ea die memorata translatio contigisset; vel denique vitiosum hac ex parte Cherubino, Fontanio, et Duranto Bonifacii Bullæ exemplar obtigisse.*

*Prodigia aliquot tunc etiam facta.*

443 *Ceterum* S. Birgittæ *canonizationem a Bonifacio factam Deus approbasse videtur, editis ipsomet, quo in Sanctorum relata est numerum, tempore non paucis miraculis, de quibus Thorirus Andreæ in Diario Vastenensi ad annum* 1391: Item tempore canonizationis facta fuerunt multa miracula, de quibus pauca pono ad præsens, quia alibi plura sunt conscripta: *verum hæc ad manus*

C *nostras non pervenerunt: bina igitur accipe, quæ pro multis illis Thoriri verbis refero*. Ipso die Canonizationis fuit quædam mulier illuminata, quæ alium oculum amiserat per XX annos et alium per VII. Item quidam cardinalis existens in medio inimicorum Dei et Sanctæ matris Ecclesiæ tempore noctis, quia de die non audebat transire, perdidit viam et omnes, qui secum erant in comitiva, separati sunt unus ab alio, et propter timorem, quem habebant de metu inimicorum, nullus ausus est vocare alium. Tandem invocabant auxilium S. Birgittæ, facientes ei votum speciale. Mox quædam facula valde magna apparuit inter eos, quæ accedebat eos, donec essent in recta via, et dum omnes insimul convenerunt et se mutuo cognoscerent, atque etiam scirent, quo deberent transire, facula ulterius non comparuit. *Et hæc quidem recte* S. Birgittæ *meritis Thorirus adscripsit: verum quod de comite Armeniacensi mox subdit, quam in eo partem* S. Birgitta *habuerit, haud satis perspicio.*

444 *Sic autem habet:* Item tempore, quo Dn. Papa firmiter statuerat canonizare B. Birgittam, devictus est comes Armeniaci et in ipso bello mortuus, qui ex parte antipapæ *(Clementis VII, a quo Galli stabant)* intravit Italiam cum exercitu magno ita subtiliter in astutia sua, quod nullus potuit scire, antequam jam occupaverat magnam partem terræ. Illi autem, per quos devictus est, non fuerunt nisi quingenti armati. Multa alia contingebant tunc, quæ hic brevitatis causa omitto. *Si Poggio, qui Bonifacio IX ab Epistolis fuit, lib.* 3 *Historiæ Florentinæ habenda fides est, evocatus a Florentinis e Gallia Narbonensi in Italiam comes Armeniacus cum duodecim equitum peditumque millibus, superatis Alpibus, Alexandriam Statelliorum usque progressus est, quam urbem dum, non exspectatis Florentinorum copiis, temere pedestri acie oppugnat, undique a Vermio, Galeatii Mediolanensis Vicecomitis duce, ex ea magno equitum numero in Gallos improviso erumpente, circumfusus, trium horarum certamine superatus captusque fuit anno* 1391 *die* XXX *Julii, ut scribit Corius, et in urbem deductus brevi interiit. Ripamontius Historiæ Mediolanensis parte altera, lib.* 10 *mille Mediolanenses decem Gallorum millia hoc prælio vicisse,* E *ait. Addit ille, comitem Armeniacensem ex nonnullorum opinione a Carolo VI, Galliarum rege, clam in Italiam missum, tum ut Mediolanum, cui jam tum immineret, sibi subjiceret; tum ut Bonifacio IX infesta omnia efficeret: atque huc respexisse videtur Thorirus, verbis mox citatis innuens, Pontificem Bonifacium IX, quod tum temporis* S. Birgittam *Sanctorum albo inserere (quod jam fecerat) statuisset, eo periculo,, veluti per prodigium, liberatum fuisse. Verum, ut ut ista sese habuerint, videtur hic Thorirus conjecturis plusculum, quam par erat, indulsisse.*

AUCTORE J. B. *quibus annumerari non debet comitis Armeniaci cædes,*

445 *Quamquam, ut ex dictis liquet, cautissime in negotio canonizationis* S. Birgittæ *processum fuisset, quia tamen Bonifacio IX, qui extremam illi manum admoverat, tamquam vero Pontifici orbis Catholicus universus non adhærebat, voluere Sueciæ maxime, regnorumque vicinorum populi, ut, quo de sanctitate* S. Birgittæ *omnibus constaret uberius, in Concilio Constantiensi, tum denique a Martino V, vero et indubitato Pontifice, ejusdem rursum canonizatio confirmaretur. Anno itaque* 1414 *Sueciæ, Daniæ ac Norvegiæ in* F *Concilio Canstantiensi oratores institerunt, ut denuo facta a Bonifacio IX* S. Birgittæ *canonizatio confirmaretur: præstitit vero id Joannes* XXIII *solenni admodum ritu, etsi non deessent (inter quos Gerson fuit, qui, cum de confirmanda* S. Birgittæ *canonizatione ageretur, tractatum de Probatione spirituum exaravit) quibus tam frequens Sanctorum canonizatio non probabatur.* Anno Domini MCCCCXV in die *(at pridie secundum Trithemium in Chronico Sponheimensi)* Purificationis B. Mariæ Virginis ad instantiam oratorum regnorum Suediæ, Daciæ et Norvegiæ, Johannes Papa canonizavit S. Birgittam, et benedixit luminaria. Interfuerunt quatuor patriarchæ, cardinales XXIX (*in Actis Concilii numquam simul plures viginti memorari, observat Pagius in Breviario gestorum Pontificum Romanorum pag.* 387) archiepiscopi XLVII, episcopi CLX, secularium vero principum, comitum, baronum ac nobilium multitudo, *inquit Nauclerus Generatione* 48 *a Christo nato.*

*Joannes* XXIII *S. Birgittæ canonizationem confirmavit,*

446 *Tandem vero etiam anno* 1419 *Marti-*

AUCTORE J. B. *et iterum anno* 1419

*nus V, cum jam diuturnum Ecclesiæ schisma exstinctum, nec ullum de vero Pontifice dubium esset, e Concilio Constantiensi reduæ* S. Birgittæ *canonizationem confirmavit edita hac Bulla*: Matinus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Excellentum principum, Deo præsertim et Romanæ Ecclesiæ devotorum, desideriis libenter annuimus, illaque, præcipue cum ad orthodoxæ fidei consolidationem, Christi fidelium conscientiarum serenationem, aliasque ad Christianæ religionis augmentum cedere dignoscuntur, favoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem quondam Bonifacius nonus in sua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, nuncupatus, de origine, vita et moribus, aliisque multiplicibus piis et sanctis ac virtuosis operibus, nec non miraculis præsertim tunc expressis, quæ Deus benedictus in præmium sanctitatis B. viduæ Birgittæ, quam vulgares BRIGIDAM appellabant, prout appellant, tam illa superstite, quam post ejus resolutionem felicem, præter et supra vires naturæ operari et mundo monstrare dignatus fuerat, nec operari desierat, per ea, quæ tam de felic. record. Gre-
B gorii Papæ XI prædecessoris nostri, et quondam Urbani VI in eadem obedientia, in qua ipsi Bonifacio immediate præcesserant, nominati, quam suo mandato super his per testes idoneos et alias probationes legitimas habita fuerunt, certius informatus.

*Martinus V,*

447 Et pro parte recolendæ memoriæ Margarithæ, reginæ Suetiæ, ac prælatorum et procerum regni ejus, nec non dilectorum filiorum populi et officialium almæ Urbis ac aliorum plurimorum Christi fidelium sæpius et cum instantia requisitus ud honorem Dei omnipotentis Patris, Filii, et Spiritus sancti. Et ad exaltionem orthodoxæ fidei et Christianæ religionis augmentum. Nec non hujusmodi ad sedationem detestabilis schismatis tunc vigentis, ac fidei et Ecclesiæ unionem auctoritate ipsius Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli, atque sua, de fratrum suorum concilio et assensu, omniumque prælatorum in sua curia consistentium decrevit, declaravit, diffinivit, sive pronunciavit, præfatam Birgittam sanctam esse et tamquam sanctam ab universali Ecclesia venerari, ac Sanctorum Ca-
C thalogo ascribi debere, et ascripsit, statuens, ut ab universali Ecclesia anno quolibet in die, qua illam post devictum triumphatumque mundum in perpetuas æternitates præsens vita parturiit, videlicet x Kal. Augusti festum ipsius et Officium sicut pro una Sancta non virgine nec martyre devote et solemniter celebraretar. Et ut ad venerabile sepulchrum ejus ardentius et affluentius Christi fidelium confluueret multitudo, et ejusdem Sanctæ celebrius coleretur festivitas et ejus nomen celebrius recoleretur, auctoritate prædicta omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui hujusmodi ejus sepulchrum apud monasterium in Vuatzsteno Ordinis S. Augustini, S. SALVATORIS nuncupati, Lincopen. diœcesis, per dictam Birgittam fundatum, in ejusdem festo, nec non quinto Kal. Junii, quo videlicet die venerandum ipsius Birgittæ corpus apud ipsum monasterium translatum fuit, et sub tunc occurrentibus diebus devote visitaverint, ut præfertur, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxavit, prout in litteris dicti Bonifacii desuper confectis, quarum tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius conti- D
netur.

*regnum &c.*

448 Quare pro parte charissimi in Christo filii nostri Erici regis Suetiæ illustris, asserentis, se ad hoc singularem gerere devotionis affectum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum præfatum detestabile schisma jam per Dei clementiam sedatum extstat, dictaque S. Birgitta in præfato, unde originem traxit, et aliis circumvicinis regnis et partibus, et præcipue et communius præ cæteris partibus in divini nominis laudem veneratur et colitur, et devotio habeatur ad eamdem, ad majorem dictæ Christianæ religionis augmentationem, bonarumque mentium et conscientiarum serenationem puriorem, decretum, delarationem, deffinitionem, sive pronunciationem, nec non ascriptionem, et relaxationem prædicta, et alia in dictis litteris contenta auctoritate Apostolica ratificare et approbare, et Apostolico munimine roborare, ac defectus, si qui in eis forsan intervenerint, supplere de benignitate Apostolica dignaremur.

*Suecie reg.*

449 Nos igitur ipsius regis præclaræ ejus devotionis et sinceritatis affectibus, quibus erga Deum et nos, ac Romanam Ecclesiam clarere dignoscitur, diligenter consideratis, in hac parte supplicationibus inclinati, decretum, declarationem, deffinitionem, seu pronunciationem, necnon ascriptionem, et relaxationem, ac alia in dictis litteris contenta hujusmodi rata habentes et grata, ea auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia approbamus et etiam confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Tenor vero dictarum litterarum anteponitur, et est talis: Bonifacius episcopus, servus servorum Dei etc. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei; et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Florentiæ Kalend. Julii, Pontificatus nostri anno secundo. *Electus et consecratus fuit Martinus V in Concilio Constantiensi anno* 1417 *mense Novembri: data est igitur Bulla hæc anno* 1419. *Ericus rex, ad cujus preces Mar-* E
*tinus V* S. Birgittæ *canonizationem confirmavit, Margaretæ Sueciæ, Daniæ et Norvegiæ reginæ consanguineus fuit, anno* 1396 *in trium regnorum societatem, ea curante, adscitus, quæ, defuncta anno* 1412 *Margareta, tenuit solus usque ad annum* 1439, *quo in Pomeraniam secessit, privatusque reliquum vitæ cursum peregit.* F

*de Vastenens monasterio*

450 *Beneficus in Vastenense monasterium fuit, et jam inde ab anno* 1413, *se monasterii illius res promoturum proviribus spoponderat: ad quem annum ita de illo in Diario Vastenensi legitur*: In profesto S. Erici venit rex Ericus ad Vazstenas primitus, postquam adeptus est plenariam gubernationem istorum trium regnorum et venit cum magna devotione: nam pedestris venit de Skæningia usque ibi et ostendit tam sororibus, quam fratribus magnam familiaritatem et promisit, se completurum ædificationem ecclesiæ Vazstenensis. Insuper etiam promisit, quod ædificaret unum monasterium de novo in Lalandia de Ordine S. Birgittæ, cujus tamen primam fundationem fecerat Dna. regina Margareta ante
obitum

A obitum suum, et ob hoc petiit à Dn. confessore et fratribus, ut posset intrare monasterium fratrum ad accipiendum exemplum et formam, quomodo illud monasterium in Lalandia esset construendum. Qui difficulter admissus, solus intravit cum Dn. Petro archiepiscopo Lundensi, et sic, aliquibus locis ibi inspectis, exivit cum magna consolatione, promittens, se diligere locum illum, quantum posset, et promovere; *ut reipsa ostendit datis ad Pontificem Martinum V litteris, quibus, ut vidimus, canonizationis* S. Birgittæ, *a Bonifacio IX factæ, confirmationem petiit et obtinuit. Uxor vero ejus Philippa, Henrici IV, Angliæ regis filia, monialis, superstite marito, effecta, in monasterio Vastenensi diem supremum obiit et sepulta est anno* 1430, *Ordinis Birgittini patrona insignis.*

*etiam alias bene merito:*

451 *Erici Sueciæ regis cum Philippa, Angliæ regis filia, nuptiæ instituti Birgittini in Angliam propagandi occasionem præbuisse videntur; hinc vero ulterius accidit, ut Ordinis illius constitutiones ab eodem Martino V, indubitato*

B *Pontifice, confirmarentur:* Istis *enim, ut legitur in Diario Vastenensi ad annum* 1406, nuptiis celebratis, venit Vazstenas Dn. Henricus Rawinzwart nobilis miles de Anglia, qui, convocato conventu, asserebat, se velle fundare in Anglia unum monasterium de Regula S. Salvatoris, et dedit fratribus litteras suas *(exhibet illas Benzelius pag.* 194 *et binis seqq.)* super locum hujusmodi, et dotem, petens, ut duo fratres mitterentur in Angliam pro constructione istiusmodi monasterii, quod et fratres cum exsultatione intima annuerunt. *Anno vero* 1414 Henricus V, *Angliæ rex, Philippæ frater, inquit Thomas Walsinghanus,* cœpit fundare tria monasteria religiosorum juxta prædium suum, quod Schene *(in agro Surregiensi)* vulgariter appelatur, unum de Ordine monachorum Chartusiensium. Aliud monachorum, qui Celestini vocantur... Tertium Brigittinorum, qui S. Augustini Regulam profitentur, quæ cum aliis adjectis cerimoniis vocatur ab eis Regula Salvatoris, *videlicet monasterium Sion in agro Midlesexiano prope Brentfordiam ad sinistram Tamisis ripam fundavit, eique primam præfecit abbatissam Matildem Neuton, ut tom.* 2 *Monastici Anglicani col.* 360 *et seqq. in charta fundationi ejusdem*

C *monasterii videre est.*

*Regulæ autem Birgittinæ Henricus V. Angliæ rex.*

452 *Approbarat quidem* S. Birgittæ *constitutiones Urbanus V, uti et Urbanus VI: quorum prior non dubius Pontifex fuit: at quia, ut apparet Birgittinæ constitutiones ab Urbano V approbatæ ab indubio, et universim agnito hactenus solenniter confirmatæ non erant Pontifice, petiit a Martino V Henricus; ut Birgittinas Constitutiones, eo, quo eas approbarat Urbanus VI modo, sua quoque auctoritate firmarel, Fecit id Martinus V sequenti diplomate anno* 1419. Martinus V Episc. servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Excellentum principum, Deo præsertim et Romanæ Ecclesiæ devotorum, desideriis libenter annuimus, illaque (præcipue cum ad Orthodoxæ fidei augmentum et sacræ religionis propagationem cedere dignoscuntur) dum a nobis petitur, favoribus prosequimur opportunis. Sane cum charissimus in Christo filius noster Henricus, rex Angliæ illustris, sicut asserit, ad Ordinem S. Augustini, sancti Salvatoris nuncupatum, sub Regula et secundum constitutiones seu instituta S. Birgittæ, alias Brigidæ nominatæ, institutum et fundatum, singularis gerat devotionis affectum: et unum jam inchoaverit, et nonulla allia ejusdem ordinis monasteria et loca, sub Regula et secundum constitutiones seu instituta prædicta, Deo sibi propitio, intendat et proponat fundare et dotare.

*auctore J. B.*

*confirmationem ab eodem Pontifice impetravit.*

453 Et cum etiam Regula sive constitutiones sive instituta prædicta: nec non fundatio, constructio et dotatio monasterii de Watzsteno Lincopensis diœces., quod primum et principale, et per præfatam Birgittam, sive Brigidam, sub Regula et secundum, constitutiones per instituta hujusmodi, fundatum constructum et dotatum extitit auctoritate quondam Urbani VI in sua obedientia, dequa partes ipsæ tunc fuerant, nominati, approbata et confirmata tunc fuerint, prout in ipsius Urbani litteris, desuper confectis, plenius continetur, Pro parte ejusdem regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut prædictam Regulam, constitutiones et instituta, nec non litteras ipsius Urbani, ac omnia et singula in iis contenta, de E novo, ad ipsius regis conscientiæ majorem serenationem, auctoritate Apostolica confirmare, et defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ipsius regis pium et laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Regulam, constitutiones, seu instituta, prædicta ac omnia et singula alia in prædictis litteris, quarum tenorem præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, contenta, auctoritate Apostolica prædicta, tenore præsentium ex certa scientia confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. *Urbani litteras vide supra a num* 404; *post quas recitatas ita prosequitur Martinus V.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, communicationis*, et suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit etc. Dat. Florentiæ 7 Iduum Aprilis Pontificatus nostri anno secundo.

* an communitionis?

## § XXVIII. De cultu sacro et reliquiis S. Birgittæ. F

*S. Birgittæ cultus a Bonifacio IX, Succisque*

Postquam *solenni ritu a Bonifacio IX* S. Birgitta *in Sanctorum numerum anno* 1391 *relata fuerat, triplici festo quotannis illius memoria in Vastenensi monasterio celebrata fuit: nimirum festum Translationis ejus die* xxiii *Maii, festum ejus Natale die* xxiii *Julii, festum Canonizationis per Octavam die* vii *Octobris. Primi quidem mentio fit in Diario Vastenensi ad annum* 1404, *alterius ad* 1516, *tertii ad annum* 1396 *et alibi sparsim. Consecratum nomini suo altare, quod indulgentiis Bonifacius IX decoravit, habuit Vastenæ jam inde ab anno* 1392, *de quo in Fundatione Ordinis* S. Birgittæ, *præfixa revelationibus ejusdem Coloniæ Agrippinæ anno* 1628 *impressis, ita lego puncto* 5: Bonifacius IX, Pontifex Maximus, visitantibus altare S. Birgittæ in monasterio de Watzsteno sæpe dicto, ipso die dedicationis hujusmodi altaris duos annos totidemque

AUCTORE J. B

totidemque quadragenas de iujunctis relaxavit pœnitentiis. Sub dato Romæ apud S. Petrum VIII Calend. Aprilis, Pontificatus sui anno tertio. *Anno sequenti insigni prorsus pompa* S. Birgittæ *reliquiæ in eodem monasterio exaltatæ fuerunt, teste Thoriro Andreæ ad annum* 1393, *solemnitatem ita describente :* Item Dominica Trinitatis, quæ cadebat in crastino Petronillæ virginis et Kalendis Junii ordinatus fuit in Vazsteno venerabilis pater et dn. dn. Kanutus Boëtii episcopus Lincopensis per reverendos patres et dominos Henricum, archiepiscopum Upsalensem, Benonem Arosiensem, et Hemmingum Vænionensem. Et eodem die per eosdem episcopos, præsente etiam dn. Torstano, episcopo Skarensi, facta fuit et celebrata solemnitas exaltationis et ostensionis reliquiarum totius corporis *(dempta tamen parte illius non exigua, quæ in Italia permansit)* S. Birgittæ, matris nostræ gloriosæ, quæ a vulgo SKRINLEGNING dicitur.

*præsulibus promotus ;* B

455 Affuerunt etiam canonici, præpositi et alii clerici, milites, militares, dominæ, nobiles, senes, virgines, et juvenes et tanta multitudo diversorum statuum, clericorum et laïcorum de omnibus patribus, istorum præcipue trium regnorum (*Sueciæ, Daniæ et Norvegiæ*) quanta insimul in partibus istis unquam visa fuit, nec ab istis incolis major et solemnior processio visa est, quam tunc fuit facta, et tunc quatuor episcopi portaverunt scrinium S. Birgittæ cum reliquiis in ecclesiam et prosuerunt super summum altare in choro fratrum, benedicentes et glorificantes Deum in Sancta sua, cui sit laus et honor in secula. Amen. *Tertio post anno, Christi* 1396, *Sueciæ præsules concilium provinciale Arboghe celebrarunt, et diem* VII *Octobris,* S. Birgittæ *sacrum, tota Suecia solennem esse sanxerunt. De dicto concilio ita rursum Thorirus Andreæ ad annum mox dictum :* In Dominica, qua cantatur Lætare, in concilio provinciali statutum est per prælatos, scilicet Henricum archiepiscopum Upsalensem, et Kanutum Lincopensem, et Torstanum Skarensem, et Thordonem Strængianensem, et Nicolaum Arosiensem, et Hemmingum Vexionensem episcopum, festum B. Birgittæ solemniter agi septimo die Octobris, et esse festum terræ, *seu totius regni. Statuta concilii edidit Benzelius ad calcem Diarii Vastenensis pag.* 188 *et seqq. ; ex quibus præterea liquet,* S. Birgittam *jam tum in peculiarem regni Sueciæ patronam fuisse adscitam : verba concilii huc spectantia sic habent :* Item festum S. Birgittæ, patronæ nostræ, septima die mensis Octobris solemniter celebretur. C

*Missa antiqua* VII *Octobris*

456 *Exstat penes nos Missale votivum Suecicum pro presbyteris tam secularibus, quam religiosis cujuscumque diœcesis et Ordinis sub initium typographiæ excusum, sed sine loco et anno impressionis, in quo festum* S. Birgittæ *tamquam solenne notatur die* VII *Octobris, et Missa ejus propria hujusmodi legitur : Introitus :* Gaudeamus omnes in Domino etc. *Oratio :* Deus, qui Ecclesiam tuam per beatam Birgittam sacris illuminare dignatus es consiliis et doctrinis, concede propitius, ut, quæ nostris purgandis excessibus clementer revelasti, devotis mentibus exequamur. P D. *Epistola :* Optavi et datus est michi sensus etc. *Graduale :* Propter veritatem et mansuetudinem etc. *Sequentia :* Surgit mundi vergente vespere, velut stella micans ethere, Birgitta vas gratie, rosaque mundiciæ. Stans fortis in amoris sedere, scandit Christum decenter capere cordis in hospicio, dulci desiderio. Nil dulce querens, nil amabile carni, mundo vel vane glorie. Christi sub gremio cor humile requiescit; hostis caput contrivit fortiter, dum in bono succrescens jugiter, Christo sponso frui feliciter inardescit. Sponsam Sponsus frequenter instruit, novam vite normam instituit, ut sic in sponsa, prout congruit, delectetur. Grato fruens amore properat, jugum Sponsi ferre desiderat, libens et prona, quod statuerat, profitetur. In celis sua conversatio, miro placens virtutum radio, Dei Sanctorum colloquio recreatur. Tandem vite completo stadio, mundi transfertur de naufragio, et in summo celi consortio coronatur. Sis Birgitta nobis propicia ; mira de te clarent prodigia, plebsque læta Dei magnalia confitetur. O Maria Dulce præsidium, fac Birgittæ per patrocinium, ut optatum in celis bravium nobis detur. Amen. D

457 *Evangelium :* Nemo accendit lucernam etc. *Offertorium :* Diffusa est gratia etc. *Secreta :* Hostias tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes : ut easdem, beate Birgitte interveniente suffragio, et placatus suscipias et ad salutem nostram provenire concedas. P Dn̄m. *Communio :* Diffusa est gratia etc. *Postcommunio :* Quæsumus, omnipotens Deus, ut celestia Sacramenta, que sumpsimus, intercedente beata Birgitta, reatus nostros purificent, et recte vivendi nobis operentur effectum. P Dn̄m. *Hæc Missa forte in Suecia lecta fuit, ex quo* S. Birgitta *aut in Catalogum Sanctorum relata fuit, aut ex quo festum ejus in concilio Arboghensi per totam Sueciam solenni ritu celebrari jussum est, anno, ut jam diximus,* 1396 : *dignam itaque censui, cujus ob antiquitatem hic facerem mentionem. Redeo ad favores, quibus festos* S. Birgittæ *dies Pontifices sunt prosecuti.* Idem (*scilicet Bonifacius IX*) permisit omnibus et singulis Ordinis hujus (*Birgittini*) personis, infra et extra monasterium existentibus, utriusque sexus eligere in festo Canonizationis S. Birgittæ annuatim, semel vero in mortis articulo confessorem de patribus et fratribus ejusdem Ordinis quemcumque, qui eis corde contritis et confessis plenam omnium peccatorum remissionem, in sinceritate fidei, unitate S. Romanæ Ecclesiæ et obedientia ac devotione S. Sedis Apostolicæ pro tunc et in futuro existentis auctoritate Apostolica impertiatur. *Ita rursum legitur in Fundatione Ordinis supra citata. Initium litterarum Apostolicarum est :* Etsi ex debito *etc. Datæ sunt* IV *Non. Junii Romæ apud S. Petrum anno Bonifacii IX duodecimo, Christi* 1401. *in ejus tumulum dies ultima ; dies ejus festi* E F

458 *Inocentius VII litteris Romæ datis apud S. Petrum* IV *Idus Martii anno Pontificatus sui primo, Christi* 1405, *quarum initium :* Licet is, de cujus munere venit *etc, præcipuis, Domini et beatæ Mariæ festivitatibus, aliisque, quas inter numeratur dies natalis* S. Birgittæ, *seu dies* XXIII *Julii, et per earum Octavas concessit quotannis indulgentiarum annos quinque et totidem quadragenas monasterii Vastenensis ecclesiam visitantibus. Ex Alexandri V litteris, anno Pontificatus sui primo, Christi* 1409 *datis, intelligitur,* S. Birgittam *Vastenæ eo anno sacellum suo nomini dicatum et indulgentiis ab eo Pontifice ditatum habuisse : hæ ita sonant :* Alexander V episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus etc : Cupientes igitur, ut capella S. Birgittæ, sita juxta monasterium Watzstena Lincopensis *notis officii favoribus, ab ipsi dem tum*

A copensis diœcesis congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur etc : omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui in festo Assumptionis B. M. V. et ejusdem S. Birgittæ eandem capellam devote visitaverint annuatim, et ibidem manus porrexerint adjutrices, singulis videlicet hujusmodi festivitatum diebus tres annos et totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus etc. Datum Pisis XIV Cal. Septembris Pontificatus nostri anno primo. *Eodem anno Alexander V in concilio Pisano Nonis Julii Pontificiam coronam acceperat. Sacellum porro, de quo Alexander, videtur etiam* S. Birgittæ *prodigiis claruisse.*

*Vastenæ sacellum.*

459 *Idem enim reor ac illud, de quo Thorirus ad annum* 1406, *ubi episcopum quemdam,* Robertum *nomine, Roma in Scotiam a Pontifice (Innocentio VII) missum et divertentem in Sueciam, meritis* S. Birgittæ *naufragio eruptum scribit.* Narrabat *(Robertus monachis Vastenensibus, inquit Thorirus Andreæ, qui ista audire ex ore narrantis potuit)* quoddam miraculum, quod secum Deus fecerat per merita S. Birgittæ. Ipso enim, in die S. Clementis, existente in mari, inter Pruciam B et Sueciam suborta est tanta tempestas in mari, quod omnes de vita desperabant et frequenter cogitabant nautæ merces ejicere in mare; sed ipso prohibente dixit : commendemus nos, fratres, auxilio S. Birgittæ et faciamus ei votum, quod ipsius limina visitemus, quantocius venerimus ad portum Sweorum. Omnibus autem hoc voventibus et promittentibus, ipse non vigilans, neque dormiens, sed quasi in spiritu raptus, vidit, se esse in quadam capella, ubi quidam sacerdos in summo altari celebravit Missam, et ad dextram altaris vidit unam personam, viduali habitu indutam cum mantello nigro et tunica grisea et albo peplo in capite et retro eam stabant fratres et sorores orantes. Ipse autem, accepta candela ardenti, venit ad altare ascendendo per aliquot gradus et fixit candelam in cornu altaris, et sic recessit, et continuo in se reversus vidit omnem illam tempestatem sedatam, et glorificabat Deum et gloriosam Sponsam suam, qui per ipsam talia operari dignatus est. Tandem veniens ad Vazstena et intrans capellam, reperit eam in eadem forma, qualem viderat in mari, et, sic magis certificatus de visio- C ne, sciebat, se propter merita S. Birgittæ fuisse liberatum. *De indulgentiis, quas pro Suecia festis* S. Birgittæ *diebus concessit Bonifacius IX, consule Bullas ejus § superiore transcriptas. Sufficiunt autem hæc, ut opinor, ut pateat, quanta sollicitudine Pontifices,* S. Birgittæ *cultum in Suecia promovendum curarint.*

*Fertur etiam Birgitta a Christo accepisse quasdam indulgentias;*

460 *At quoniam indulgentiarum Pontificiarum jam facta mentio est, admonet me locus hic, ut de indulgentiis S. Petri ad Vincula, quas Christus* Birgittæ *concesserit, sermonem modo instituam. Ad eum fere modum, quo S. Francisco pro ecclesia Portiunculæ Christus concessisse traditur indulgentias plenarias, ita et* S. Birgittæ *pro ecclesia Vazstenensi concessisse eum nonnulli volunt easdem indulgentias, quæ ecclesiæ S. Petri ad Vincula, dum* S. Birgitta *viveret, concessæ erant. Simile quid innuitur Revelationum Extravagantium cap.* 24, *ubi Christus de Vastena ita loquens inducitur :* Et sicut in hoc loco fuerat pœnarum locus, et gravamen terræ, sic nunc colligentur ad locum istum illi, qui postulabunt misericordiam et indulgentiam vivis et defunctis et placabunt me pro statu regni. *At luculentius multo res ea explicatur lib.* 4 *Revelationum cap.* 137; *cui titulus :* Revelatio tangens Papam Urbanum (*V*) quam habuit Sponsa Christi in Roma super confirmatione Regulæ Salvatoris, et super Indulgentiis sancti Petri ad Vincula, a Christo concessis monasterio beatæ Virginis in Watzsteno. *In decursu vero capitis nunc Pontificem, nunc* Birgittam *Christus alloquitur : Pontificem quidem sic :* Ego dictavi eam (*Regulam Salvatoris*) et dotavi spirituali dote, scilicet concedendo indulgentias, quæ sunt in ecclesia sancti Petri ad Vincula in Roma. Tu ergo approba coram hominibus, quod coram exercitu meo cœlesti est sancitum. *Ita vero* Birgittam : Tu autem, Sponsa mea, si non poteris habere literam et gratiam Papæ et sigillum super concessione dictæ indulgentiæ, nisi præcedente pecunia, sufficit tibi gratia mea. Ego enim approbabo et confirmabo verbum meum et omnes Sancti erunt mihi testes. Mater mea erit tibi sigillum. Pater meus confirmator, et spiritus meus advenientium ad monasterium tuum consolator.

AUCTORE J. B.

461 *Inficiari quidem nolim* S. Birgittam *a Christo in mandatis habuisse, ut Urbano V Constitutiones suas approbandas offerret; at præceptum ei pariter fuisse, ut indulgentiam ecclesiæ S. Petri, quam a Christo impetrarat, a Pontifice præterea approbandam curaret, eo nimirum modo, quo res hic peracta refertur, ut, quod sentio, palam et aperte edicam, res est, quam non possum non habere suspectam. Quis enim facile sibi inducat in animum, dixisse Christum* Birgittæ, *indulgentias, quas illi concessisset, ratas validasque fore, etiamsi eas Pontifex, quem adire ea de causa jubebatur, auctoritate sua munire noluisset, ut verbis num. superiore recitatis videtur innui? Novi equidem, quod de S. Francisco aiunt, eum nempe, cum necdum Pontificias super indulgentia Portiunculana litteras accepisset, Honorio III Pontifici dixisse :* Si opus Dei est (*de indulgentia Portiunculana loquebatur*) ipse suum opus habeat manifestare. De hujusmodi ego nolo aliud instrumentum, sed tantum sit charta B. Virgo Maria, notarius sit Christus, angeli sint testes : *Sed præmiserat :* Tantum sufficit mihi verbum tuum; *ad quem modum respondere S. Franciscus potuit, postquam ab Honorio, quod petebat, vivæ vocis oraculo impetraverat. Nec Urbanus Vistas indulgentias umquam* S. Birgittæ *aut concessisse aut confirmasse videtur. In literis equidem, quibus* S. Birgittæ *Regulas confirmavit (vide num.* 326) *Birgittinis eas solummodo dedit indulgentias, quæ Ordini S. Augustini, cujus Regulas profitentur, jam ante concessæ fuerant; nec ullam indulgentiarum ecclesiæ S. Petri ad Vincula Romæ, cum ecclesia Vastenensi communicatarum, mentionem fecit. Num aliis id litteris præstitit? Non opinor : alioquin enim Fundatio Ordinis, editioni revelationum* S. Birgittæ *Coloniensi præmissa, illarum verbo saltem, quod non facit, meminisset.*

*sed id non videtur* E

462 *Adhæc cur Gregorius XI, Urbani V successor, in litteris, quibus ecclesiam Vastenensem in festo S. Petri ad Vincula visitantibus indulgentias concessit, non modo divinitus illas* S. Birgittæ *datas, aut ab Urbano approbatas fuisse, non innuit, sed eas, ut mox videbimus, ad tres annos et totidem quadragenas restrinxit, cum Romæ in Ecclesia S. Petri longe uberiores, et ampliores essent? Cur Urbanus VI in litteris, quibus ecclesiam Vastenensem dicto die visitantibus*

F

*satis firmum*

*omnes*

AUCTORE J. B.

*omnes indulgentias, quas eodem die Romæ in ecclesia S. Petri ad Vincula promereri fideles poterant, sine restrictione concessit, nullam fecit concessionis divinæ, qua eas jam ante* S. Birgitta *obtinuisset, mentionem; contra vero solitam hominum ad monasterium Vastenense eo die devotionis causa confluentium multitudinem, et miraculorum eo die frequentiam, quibus ad extendendas dictas indulgentias motus fuerit, memoravit? Quibus apud animum pensitatis, suspicari cœpi (merito, an immerito prudens lector judicet) caput* 137 *libri* 4 *Revelationum* S. Birgittæ *sincerum saltem omni ex parte haud esse, et ab aliquo, quiscumque is fuerit, fuisse interpolatum aut auctum, qui Indulgentiæ Portiunculanæ, S. Francisco concessæ, historiam imitari voluerit. Sed ut, quæ jam dixi uberius confirmentur, et ut, quæ de indulgentiis S. Petri ad Vincula, ecclesiæ Vastenensi concessis, merito credi possint, constet; probatiora eam in rem monumenta videamus.*

*ut ex Gregorii XI,*

463 *Gregorium XI, Urbani V successorem proximum, trium annorum et totidem quadragenarum indulgentias ecclesiam Vastenensem,*

B *a* S. Birgitta *fundatam, die festo S. Petri ad Vincula, seu die* 1 *Augusti visitantibus concessisse, ut num. superiore dixi, testantur ejus ea de re litteræ, quas ex Fundatione Ordinis* S. Birgittæ. *jam crebro laudata, huc transcribo : sic habent;* Gregorius XI episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Dum præcelsa meritorum insignia. Cupientes igitur ut ecclesia monasterii S. Mariæ in Watzst. Ordinis S. Augustini Lincopensis diœcesis, quod quondam Birgitta principissa Nericiæ de novo canonice fundavit et construi fecit, a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles eo ferventius causa devotionis ad eandem ecclesiam confluant *(locus hic sane aptissimus fuisset, indulgentiæ, a Christo concessæ, si ab eo profecta fuisset, mentionem faciendi)* quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint sese refertos, de omnipentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui in festo beati Petri ad Vincula præfa-

C tam ecclesiam devote visitaverint, annuatim tres annos et tres quadragenas de injunctis pœnitentiis relaxamus, etc. Datum Romæ apud S. Petrum Cal. Febr. Pontificatus nostri anno primo; *Christi* 1371, *quo Romæ* S. Birgitta *adhuc versabatur. Cum igitur ait Pontifex* quondam principissa Nericiæ, *id non ita accipiendum est, quasi de* S. Birgitta *jam tum defuncta, dictum sit, sed de fundato jam tum per illam Vastenensi monasterio; vel serius (post annum* 1373 *ad* XXIII *Julii, quo illa obiit, provectum) quam anno* 1 *Pontificatus litteras illas dedisse Gregorius dicendus est. Ceterum litterarum Gregorii exordium haud integre quidem, ut patet, hic expressum est : si autem, quæ in citata Fundatione Ordinis* S. Birgittæ *litterarum Pontificiarum verba supprimuntur, indulgentiæ pro ecclesia Vastenensi in festo S. Petri ad Vincula* S. Birgittæ *a Christo concessæ mentionem, quod tamen non reor, forte faciant, qualia illa sint edoceri cupio, et Gregorii pro ea testimonium lubens amplectar.*

464 *Progredior ad Urbani VI Bullam, qua hunc Pontificem, omnes, quas festo S. Petri ad Vincula Romæ in ejusdem nominis ecclesia promereri fideles tum temporis poterant, liberalius, quam Gregorius XI, decessor ejus, fecerat, ecclesiæ Vastenensis monasterii, nulla tamen indulgentiæ a Christo* S. Birgittæ *concessæ mentione injecta, sed ad augendam populi dicto die eo concurrentis devotionem, indulgentias concessisse, pariter dixi. Sic habet :* Urbanus VI episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam etc. Cupientes itaque ut ecclesia monasterii in castro Watzst. Lincopensis diœcesis, quod per dilectam in Christo filiam, nobilem mulierem Catharinam, quondam Ulphonis de Ulphaso militis natam, dictæ diœcesis et quondam Birgittam ejus matrem ad honorem et sub vocabulo ejusdem B. Mariæ de bonis suis de novo fundatum et copiose dotatum dicitur, et in qua quidem etiam corpus dictæ Birgittæ requiescit, et in qua omnipotens Deus, præsertim in festo S. Petri ad Vincula, in quo ad ipsam ecclesiam numerosa multitudo fidelium regni Suetiæ et aliarum nationum causa devotionis peregre annuatim, ut asseritur, confluit, multa signa ostendit et miracula operatur, congruis honoribus frequentetur : et ut Christi fi- E deles devotionis causa eo lubentius ad ipsam ecclesiam confluant, quo etc. De omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui in dicto festo præfatam ecclesiam devote visitaverint, annuatim omnes et singulas indulgentias et remissiones peccatorum ac relaxationes injunctarum pœnitentiarum, quas quicumque Romani Pontifices, prædecessores nostri, ecclesiam S. Petri ad Vincula de Urbe, in eodem festo annuatim visitantibus indulserunt, sive indulgentiæ, remissiones et relaxationes hujusmodi (quas haberi volumus præsentibus pro expressis) in perpetuum, sive ad certum tempus concessæ fuerint, modo, forma et ad tempus, quibus per eosdem Pontifices concessæ existunt, auctoritate Apostolica misericorditer concedimus per præsentes. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere etc. Dat. Tybur. 3 Cal. Aug. Pontificatus nostri anno 1, Christi 1378.

*et Urbani VI bulla*

*eruitur :*

465 *Vides, Urbanum VI ob solam tum hominum in festo S. Petri ecclesiam visitantium, tum miraculorum ea die ibi fieri solitorum multitudinem dictas indulgentias concessisse, quas, cum non explicet Pontifex, accipe authenticam anni* 1380 *earumdem declarationem :* In nomine Domini Amen. Ista venerabilis ecclesia (*S. Petri ad Vincula Romæ)* fuit ædificata a principio per Octavianum imperatorem, et prima die Augusti fuit consecrata per sanctissimum patrem et dominum Pelagium, et in prædicta die quicumque devote ad prædictam ecclesiam accesserint confitentibus et vere pœnitentibus et confessis posuit et concessit remissionem omnium peccatorum et absolutionem *(sonat hæc indulgentias plenarias)* et quolibet die sunt in dicta ecclesia quingenti anni de indulgentia. In Quadragesima vero et Dominicis et festivitatibus duplicantur et etiam a prima die Augusti et per totam Octavam prædictus Papa Pelagius posuit et concessit, quicumque ad prædictam ecclesiam devote accesserit, remissioncm medietatis omnium peccatorum. Quibus siquidem Cartabellis et antiquissima Legenda ipsius venerabilis ecclesiæ hujusmodi indulgentiarum

A gentiarum, sic exemplatis, ut præmittitur, asseruerunt et affirmaverunt dicti Capitulum et canonici dictæ ecclesiæ in præsentia mei notarii et testium subscriptorum tanquam veris et veridicis fidem plenariam per populum Christianum fore adhibendam, et adhiberi debere; ipsique canonici et Capitulum eis tanquam veris et veridicis ac antiquissimis in ecclesia dicta uterentur, asserentes, populum Christianum quasi ex omni mundi parte in prædicto festo S. Petri ad Vincula ad dictam concurrere indulgentiam, et in tali devotione persistere. Et hoc etiam publicum et notorium in dicta Urbe et in partibus convicinis.

*sed a Pontificibus indulgentiæ S. Petri ad vincula Romæ.*

466 Super quibus idem Dominus Magnus (*verosimiliter Petri, qui* S. Birgittæ *canonizationi sedulo allaboravit*) a me notario publico infrascripto publicum sibi petiit instrumentum fieri, sigillo dicti Capituli sigillatum. Acta fuerunt hæc Romæ in ecclesia prædicta S. Petri ad Vincula sub anno Domini MCCCLXXX, Indictione III, die vicesima secunda mensis Martii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, B domini Urbani divina providentia Papæ sexti anno secundo, præsentibus venerabilibus et discretis viris DD. Nicol. de Calientis Bacto, Joanne de Aperinis, Joanne Petri Vitonis etc. prædictæ ecclesiæ canonicis. Et ego Hector Vrowin de Hussen, clericus traject. diœce. publicus auctorit. Apostolica notarius præmissis sic actis et concessis per dictos dominos Capitulum et canonicos et omnibus aliis et singulis, dum, ut præmittitur, sic agerentur et fierent, una cum nominatis testibus præsens etc. interfui, eaque sic fieri vidi et audivi et in notam recepi *etc. Erit fortasse, qui dicat, Pelagii ætate, seu seculo sexto nondum indulgentias plenarias consuevisse concedi: sed esto, indulgentias istas haud adeo reipsa fuisse antiquas: quemcunque earum seu juris seu facti defectum posteriores Pontifices supplere potuerunt, et saltem longe erant uberiores, quam indulgentia Vastenensi ecclesiæ a Gregorio XI concessa. Romæ, ut ex instrumenti verbis efficitur, celebratum fuit per Octavam festum S. Petri ad Vincula, quo pariter modo Vastenæ fuisse celebratum, colligitur ex Diaro Vastenensi ad annum* 1405, *ubi ejus mentio fit. Mota adversus has indul-* C *gentias difficultas aliqua fuit in concilio Basileensi; de qua in Diario Vastenensi ad annum* 1433 *hæc leguntur:* Die S. Hyppoliti venit de concilio Basilleënsi quædam stricta citatio, qua confessor et abatissa citabantur ad ipsum concilium cum documentis super revelationibus B. Birgittæ et super indulgentiis festi S. Petri ad Vincula.

*ad Vastenense monasterium extensæ fuerunt, uti et Portiunculanæ.*

467 *Quis citationis hujus exitus fuerit, non edicit laudatum Diarium: salvas tamen evasisse, perinde ac* S. Birgittæ *revelationes, dictas indulgentias, propterea autumo, quod Jacobus Upsaliensis archiepiscopus autographas Urbani VI de illis litteras vidisse se dicat in litteris, quibus anno* 1490 *die* XXIX *Martii Ordinis Birgittini plerasque indulgentias Innocentii VIII jussu ac nomine confirmavit: has Benzelius exhibet a pag.* 205: *prædictarum autem indulgentiarum nominatim his verbis Jacobus meminit*: Et postmodum *(productis coram me)* aliis litteris Apostolicarum indulgentiarum ad instar ecclesiæ S. Petri ad Vincula de Urbe, præfato Ordini concessarum, vera bulla divæ memoriæ Urbani VI bullatis etc. *Non hic stetit Pontificum in ecclesiam Vastenensem liberalitas: nam præter indulgentias* § 27 *memoratas, quas illi Bonifacius XI concessit, collatæ quoque in eamden fuere indulgentiæ plenariæ, quales Honorius ecclesiæ Portiunculanæ concessit a primis vesperis Calendarum mensis Augusti usque ad Vesperas sequentis diei, quas anno* 408 *Vastenæ* primum promulgatas *et numeroso fidelium concursu celebratas lego in Diario Vastenensi*: Die Annuntiationis *(inquit, qui Thoriro Andreæ in conscribendo Diario Vastenensi successit)* B. Virginis, qui cadebat ipsa Dominica mediæ Quadragesimæ primitus in monasterio nostro Vazstena pronunciatæ et celebratæ fuerunt indulgentiæ, videlicet remissio omnium peccatorum, sicut in Assisio datæ leguntur B. Francisco. Et venit illo tempore congregatio populorum copiosa. Laus et honor et gloria Deo omnipotenti, et sanctissimæ suæ Matri Virgini Mariæ, et B. Birgittæ in secula seculorum. Amen. *Concesserat easdem indulgentias pro eodem die ecclesiæ S. Salvatoris monasterii Birgittini, in suburbio Gedanensi seu Dantiscano conditi, Bonifacius XI jam inde ab anno* 1398, *ut ex ejus litteris, in Fundatione Ordi-* E *nis* S. Birgittæ *sæpius citata puncto* V *relatis perspicuum est: quando vero, aut a quo Pontifice primum monasterio pariter Vastenensi impertitæ fuerint, nusquam inveni. Ceterum his aliisque gratiis cumulatam Vastenensem ecclesiam, et continua, quæ illius fundatrix* Birgitta *operata est in ea prodigia, hujus cultum et celebritatem summopere auxisse, non est, quod quempiam moneam.*

*S. Birgittæ cultus Vastenæ auctus:*

468 *Adhæc augendo* S. Birgittæ *cultui monasterii Vastenensis ascetæ non segniter incubuerunt. Sub annum enim* 1403, *ut scribit infra laudandus illustris Baro Sparwenfeldius ad majores nostros, magnificum ex argento inaurato scrinium, quo* S. Birgittæ *exuviæ conderentur, Stokholmiæ fabricandum curarunt: que de, ut opinor, sequentia Diarii Vastenenensis ad annum* 1412 *verba intelligenda sunt:* In profesto S. Petri ad Vincula, hoc est, in die S. Helenæ, qui tunc cadebat in Dominica, venit scrineum S. Birgittæ ad monasterium Vazstenense, portatum de Stockholmis, ubi fabricatum fuit per dominum Thorirum Benksson, militem, qui præfuerat illi operi. Inchoavit tamen illud opus frater suus dominus Steno Benedicti, miles; sed mox ab incœpto ab hac vita sublatus est. Et quod ipse complere non potuit, prædictus frater suus dominus Thuro usque ad finem perduxit. In quo quidem scrineo fuit F quadragenta XXIX marchæ *(argenti)* puri, una uncia minus. *Anno autem* 1430 *monasterium suum, S. Mariæ hactenus sacrum,* S. Birgittæ *pariter dicatum voluere. Audi rursus Diarium Vastenense ad prædictum annum*: In crastino Sigfridi, scilicet quinta feria post Dominicam Septuagesimæ in præsentia regis et procerum regni, ac etiam episcopi Lincopensis dedicavit frater Johannes Haquini *(fuerat monachus Vastenensis)* archiepiscopus Upsalensis (*consecratus anno* 1422) monasterium Vasztenense in honorem B. Mariæ Virginis et S. Birgittæ sine consecratione altaris. *Quanto vero in honore ibidem habita fuerit apud summæ etiam conditionis homines, vel ex eo conjicere fas est, quod ejus illic reliquias Sueciæ reges et reginæ veneraturi sæpe venerint, ut anno* 1403 *Margareta, Sueciæ regina; anno* 1415 *Philippa, Erici regis uxor, quæ ibidem etiam in choro S. Annæ a se constructo sepeliri voluit: annis*

AUCTORE J. B.

auctore J. B.

*annis* 1442 *et* 1446 *Christophorus rex Sueciæ, et* 1448 *Carolus, qui etiam filiam suam* Birgittam *in monialem Birgittinam consecrandam eo deduxit anno* 1455, *ut in loci Diaio sparsim videre est.*

*festa ejusdem a martyrologis*

469 *Ex tribus supra memoratis* S. Birgittæ *festivitatibus alia Martyrologia plures, alia pauciores signant. Usuardi editio Lubeco-Coloniensis anni* 1490, *Grevenus et Molanus ad solum diem* VII *Octobris, quo inter Sanctos relata est* S. Birgittæ *meminerunt: Florarium nostrum Ms.' senescente seculo decimo quinto confectum, Translationem ejus affigit diei* XXVIII *Maii; diem natalem* XXIII *Julii; præterit autem diem canonizationis. Contra Galesinius indictum præterit diem translationis: dies autem natalem et canonizationis, hunc ad* VII *Octobris, illum ad* XVIII *Julii assignat. Ferrarius* Birgittæ *ad diem* XXVIII *Maii, quo translatum ejus corpus credidit, et ad diem* VII *Octobris, quo Sanctis adscripta est, meminit. At Martyrologium Germanicum anni* 1573, *et Martyrologium,* Canisii *vulgo dictum, singula ex tribus memoratis festis ad dies pariter memoratos notant. Variæ, quæ penes nos sunt*

B *Martyrologii Romani editiones, anno* 1631 *antiquiores,* S. Birgittæ *dumtaxat ad diem* XXIII *Julii meminerunt: quod autem eo anno (ab Urbano VIII anno* 1630 *prius recognitum) typis Plantinianis Antverpiæ prodiit, ad diem* VIII *Octobris tantum ita habet:* Sanctæ Birgittæ, viduæ, quæ post multas Sanctorum locorum peregrinationes, divino afflata spiritu, Romæ quievit decimo Kalendas Augusti: pridie vero hujus diei corpus ejus translatum fuit: *prout hodieque Romanum Martyrologium habet.*

*memorata,*

470 *Sed Martyrologium Romanum, his antiquius, et anno* 1584 *Gregorii XIII jussu editum, ad diem* XXXIII *Julii* S. Birgittæ *sic annunciat:* Romæ sanctæ Birgittæ viduæ, quæ post multas sanctorum locorum peregrinationes, divino afflata spiritu, ibidem sanctitate clara decessit e vita, cujus corpus postea in Suetiam translatum fuit. *Videtur itaque* S. Birgittæ *festum sub Urbano VIII a die* XXIII *Julii ad diem* VIII *Octobris in Martyrologio Romano fuisse transpositum. Quod vero sub eodem Urbano pariter addi cœptum esse videtur, nimirum die* VII *Octobris* S. Birgittæ *exuvias in Sueciam deportatas fuisse; cum Roma egressam S. Catharinam*

C *matris suæ exuvias Wastenæ sequentis anni mense Julio die* IV *vel* V *deposuisse, viderimus supra, a vero alineum apparet: ita ut dies translationis cum die canonizationis, quem* VII *Octobris fuisse, ex ipsa ea de re Bonifacii bulla* § 26 *transcripta liquet, perperam hic confundi videatur. Ceterum cum* S. Birgittæ *in Romanis Martyrologiis, editis a Belino et Munerato annis* 1521 *et* 1536 *nulla* S. Birgittæ *occurrat mentio, est, unde suspicari liceat, hanc sub Gregorio XIII Martyrologio Romano, nisi forte Romana Martyrologia, hoc Pontifice antiquiora, aliud doceant, primum fuisse inscriptam.*

*quorum uni modo ritus duplex per Ecclesiam universam decretus est, principum*

471 *Soluit* S. Birgittæ *festum Romæ celebrari olim ritu semiduplici, qui ad diem* VIII *Octobris præscribitur in Missalibus Romanis annorum* 1629, 1634 *et* 1660; *uti et in Directoriis Romanis annorum* 1685, 1695 *et aliquot sequentium, quæ apud nos sunt: at in hodierno Missali Romano ritu duplici celebrandum notatur, ex quo id ut fieret indulsit Innocentius XIII cujus ea de re hoc anni* 1724 *decretum exstat:*

Porrectis nuper sa: me: Innocentio PP. XIII D litteris Cæsar. Majestat. Caroli VI Romanorum electi imperatoris, et Elisabethæ imperatricis, nec non serenissimi Poloniæ regis, nonnullorum Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium, pluriumque Archiepisoporum, Episcoporum, ac Principum, quibus non minus pie, quam enixe supplicatum fuit, ut officium S. Birgittæ, quod in universali Ecclesia sub ritu duplici recitatur, in posterum ad Ecclesiam Universalem sub ritu duplici extendere dignaretur, illisque ad Sac: Rituum Congregationem remissis, in eaque novissime per eminentissimum et reverendissimum D. Cardinalem Ptolomæum relatis, Sacra eadem Congregatio, instante P. Jacobo Schechk Priore Generali Ordinis S. Birgittæ in Bavaria, Reverendissimoque Prospero de Lambertinis, Archiepiscopo Theodosiæ, Fidei Promotore, etiam audito, censuit, ut singulis annis die 8 Octobris ab omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas Canonicas tenentur, Officium prædictum sub ritu duplici recitari, et Missa respective celebrari possit. Si sanctissimo D. N. visum fuerit. Die 26 Augusti 1724. E

Et facta per me secretarium Sanctissimo D. N. de prædictis relatione, Sanctitas sua benigne annuit: Die 2 Septembris ejusdem anni 1724,

F. Card. Paulutius Præf.

Loco † sigilli

Nicolaus Maria Tedeschi Archiepiscopus Apamenus Sac. Rit. Congreg. Secr.

*præmittuntur variorum recentiorum testimonia: Officium novum*

472 *Memoratus in Innocentii diplomate P. Jacobus Schcekh, Ordinis S. Salvatoris seu* S. Birgittæ *Prior et confessor generaliis in suo libello de Templo et monasterio S. Altonis in Bavaria Superiore, anno* 1730 *edito, pag.* 58 *quosdam e principibus viris, qui pro elevando ritu Officii* S. Birgittæ *per universam Ecclesiam litteras scripsere, recenset: Magnum videlicet Hetruriæ ducem; Eystadiensem, Spirensem, Passaviensem Frisingensem, Monasteriensem et Constantiensem, episcopos; Salisburgensem, Pragensem, Viennensem, et Florentinum, archiepiscopos. Cum porro Innocentius, Officium* S. Birgittæ *in* F *pluribus etiam regnis fuisse ritu duplici recitatum, ait, id de regnis Septemtrionalibus ac maxime de regno Sueciæ dictum accipe. Anno* 1616 *sacra rituum Congregatio, ut novum* S. Birgittæ *Officium cum octavis, ut olim recitari in Suecia consueverat, recitaretur etiam in Polonia tum a Suecis, tum a Polonis, concessit ad regis Sigismundi preces, cujus tunc erant Poloniæ et Succiæ regna.*

*in ejus honorem per Ecclesiam*

473 *Prodiit id typis Plantinianis anno* 1651 *inter cetera Patronorum regni Suecici Officia propria ad diem* VIII *Octobris. Lectiones secundi Nocturni habet easdem, quas modo ad diem eumdem exhibet Breviarium Romanum. Propria illi sunt in primis Hymnus in Vesperis hujusmodi:*

Hora consurgit aurea,
Lux absque nube rutilat,
Regna gaudent ætherea,
Mundus applaudens jubilat.
Nam decor regni Sueciæ,
Birgitta clari germinis,
Clara jam videt facie.

Splendorem

Splendorem veri luminis.
Ex fructuosa vinea
Virga processit gracilis,
In ætate virginea
Pulchræ Rebeccæ similis.
Spicas virtutum colligit
Ruth post terga metentium,
Quarum se granis reficit
Intra terram viventium.
Amatrix innocentiæ
Castum ducens jejunium,
Cor dedit sapientiæ,
Vanum postponens gaudium.
Jesu, nostra redemptio
Fac nos in regnis cœlicis
Hujus patronæ merito
Sanctorum frui gaudiis. Amen.

*a Suecis Polonisque*

474 *Antiphona ad Magnificat in primis Vesperis sic habet* : Birgitta, Christi famula, fidelis in officio, tu felix Anna vidua, templi vacans servitio, Rachel amore fervida, Jacob placens consortio, salus ægrotis placida, devotis consolatio, splendens justorum semita, mœstorum recreatio, fiat per tua merita grata nostra devotio; quæ reseras abscondita, nos offer lucis radio. *Oratio eadem est, quæ in Breviario Romano. Tertii Nocturni Lectio petitur ex Evangelio Matthæi cap.* XI : In illo tempore respondens Jesu dixit : Confiteor tibi Pater, Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis et reliqua : *Sequitur pars homiliæ sancti Hilarii episcopi in idem Evangelium. Responsorium Lectionis septimæ tale est* : O facies Moysaica, solis coruscans radiis, sanctitate magnifica, magnis clarens prodigiis, in requie pacifica Sponsi fruens encæniis. *Versus* : O femina mirifica, continuis lætifica servos tuos præsidiis. In requie. *Responsorium Lectionis octavæ* : O Canalem mundissimum, per quem de cœli cardine fluit, ut ros, eloquium ignitum sancto flumine, mentes inflammans hominum interiori lumine. *Versus* : Ora, Birgitta, Dominum, ut nos post vitæ terminum cœlorum locet agmine. Mentes. Gloria Patri. Mentes.

*resitandum:*

475 *Hymnus ad laudes* :

Cœli perornat gaudia,
Causam præstat lætitiæ
Birgitta rosa fulgida,
Pax et decus Ostgothiæ.
Beata pauper spiritu,
Palmas extendens pauperi,
Læto vultus intuitu
Manum porrexit inopi.
Soluto matrimonio,
Postquam vir mundo moritur,
Devoti cordis osculo
Christum sponsum amplectitur.
Sponsus dilectam suscitat,
Veni, vocans, ad Libanum :
Surgit amica, properat,
Regalem petens thalamum.
Montes petit aromatum
Hæc affluens deliciis,
Donis plena charismatum
Vitam servat a vitiis.
Jesu, nostra redemptio,
Fac nos in regnis cœlicis
Hujus patronæ merito
Sanctorum frui gaudiis. Amen.

*Antiphona ad Benedictus* : Corona Sponsa præ-

dita, præsentata per Virginem, plebem devotam visita, tuam rege progeniem, umbram mortis illumina, noctis aufer caliginem, pedes nostros justifica in pacis pulchritudinem. *In secundis Vesperis Antiphona ad Magnificat* : Vale suavis musica, demulcens aures principum : tu Gedeonis buccina, castra deterrens hostium : tu dulcis tympanistria, corda movens fidelium : converte mater inclyta luctum in nostrum gaudium.

AUCTORE J. B.

476 *De cultu sacro, quem* Birgittæ *sanctitati haud immerito Ecclesia exhibet, jam satis dictum existimo : lubet itaque, priusquam Commentario huic finem imponam, pauca quoque de ejusdem reliquiis, quæ hinc inde memorata inveni, lectori hic exhibere. In monasterio Panispernæ Romæ, ubi primum tumulata fuit, reliquiarum* S. Birgittæ *partem remansisse; alterum vero Roma anno* 1374 *in Sueciam transportatam, et in monasterio Vastenensi fuisse depositam in superioribus dictum est. Hic in honore semper habitæ fuerunt, donec in Suecia Catholica avitaque religio floruit : hinc pariter per varias orbis Catholici regiones fuere dispersæ. Peculiaria quædam hisce de rebus anno* 1714 *illustris Baro de Sparwenfeldt ad majores nostros prescripsit, quorum hæc fere sunt præcipua capita, hausta, ut scribit, ex archivis Suecicis, et libris Mss. Vastenensibus.* S. Birgittæ *ossa anno* 1374 *primum Vastenæ terræ mandata, datis prius ab Alberto rege, episcopis et regni Sueciæ senatoribus e civitate Orebroensi anno* 1379 *die* XVIII *Januarii ad Urbanum Pontificem litteris, e priori loco per Albertum regem eruta fuerunt anno* 1381 *et scrinio honoris causa inclusa, testibus, inquit, litteris reginæ Margaretæ ad Urbanum Papam, et Vastenensis abbatissæ et conventus ad Bonifacium Papam, quas exhibet Registrum chartaceum pag.* 53.

*Reliquiarum ejus*

*e monasterio Vastenensi*

477 *Diarium Vastenense, seu Thorirus Andreæ ad annum* 1381 *obitum S. Catharinæ,* Birgittæ *filiæ, unice memorat, nec alibi reliquiarum* S. Birgittæ, *regis Alberti opera in scrinium honoris causa illatarum, mentionem facit, nisi ad annum* 1393, *quo cum jam in vivis esse desiisset, Birgerus,* S. Birgittæ *filius, quem matris suæ reliquiarum in scrinium illationi adstitisse, scripsit Margareta Vastenensis abbatissa : hujus verba num.* 76 *commentarii hujus de prima reliquiarum* S. Birgittæ *in monasterium Vastenense receptione, anno* 1374 *facta, interpretanda putavi, nescius tum eorum, quæ anno* 1381 *de Sanctæ reliquiis per Albertum facta fuerant : itaque ex Sparwenfeldio commissum errorem corriges, et anno* 1374 *annum potius* 1381 *substitues, quo adhuc vixisse Birgerum, liquet ex Diario Vastenensi ad annum* 1391, *qui Birgero supremus fuit : sed modo Sparwenfeldium porro audiamus. Insigni prorsus pompa* S. Birgittæ, *in numerum Sanctorum jam ante relatæ, reliquias fuisse anno* 1393 *die* XXVIII *Maii Vastenæ circumlatas, ait, qua de re quoque actum est supra num.* 454 *et seq. Decennio vero post scrinium magnificum ex argento inaurato continendis* S. Birgittæ *reliquiis fabrefactum fuit, de quo vide dicta num.* 468 : *id porro, ut addit Sparwenfeldius, anno* 1575 *Joannes, Sueciæ rex, ut ex eo, sic exigente necessitate, moneta cuderetur, auferri, sed sexennio post alterum fieri prorsus simile jussit.*

*in varia loca dispersio,*

478 *Ex quo autem propagari Ordo Birgittinus cœpit, quaquaversum quoque* S. Birgittæ *re-*

AUCTORE J. B

*liquiarum portiones variæ e Vastenensi monasterio demigrarunt, certantibus novorum monasteriorum incolis, ut ne omni fundatricis suæ sacro pignore carerent : ex* Birgittæ *reliquiis obtinuisse aliquid scribit, monasterium Vallis gratiæ in Finlandia, anno* 1441 *fundatum, Houfogense (forte Huswuto prope Aslogam, de quo Diarium Vastenense ad annum* 1448) *Muncalivense in Norvegia, Marienbodense et Marienstadense in Dania, aliaque in Anglia, Flandria, Bavaria, Magnipoli, Pommerania, Prussia, Russia, Lithuania, Polonia, et Paradisi monasterium in Tuscia. Lincopiæ in Suecia servatum fuit os brachii et articulus digiti in ecclesia cathedrali. Ex iisdem obtinuerunt Rudolphus, Saxoniæ et Luneburgi dux, comes et elector Palatinus, qui sacellum* S. Birgittæ *sacrum in territorio Brandeburgensi condi jussit, in quo, quas, scriptis anno* 1402 *litteris, obtinuerat,* S. Birgittæ *reliquias collocavit; Nurembergenses anno* 1407, *Brandeburgicus episcopus Henricus, Henricus item Angliæ rex etc. : quorum litteras autographas in archivis Suecicis servari Sparwenfeldius*
B *affirmat. His idem addit sanctimoniales Gedanenses, Jacobum (Palladinum) archiepiscopum Florentinum, Benedictinos Moguntinos etc.*

*et varia*

479 *Regis Sigismundi tempore, sub principe Carolo IX devastato Vastenensi monasterio, expulsisque anno* 1595 *monachis, Magnus Abraham Upsaliensis dictus archiepiscopus, Vastenenses reliquias omnes sustulit, quæ omnes tumultuarie et clam, ne eas unquam Catholici invenirent, in cœmeterio Vastenensi defossæ fuerunt. Sigismundus ante pugnam, quam anno* 1598 *cum Carolo IX prope Lincopiam iniit, Vastenam miserat, qui defossas humi reliquias perquirerent, sed frustra. Anno autem* 1599 *Carolus IX, jam rex Sueciæ factus, inquiri in reliquias* SS. Birgittæ, *Catharinæ et Ingridis in cœmeterio Vastenensi jussit, inventasque clam omnibus, ne quisquam eas erueret, in castro Vastenensi occultari præcepit. Verum non in eo solum castro, sed et alibi ea, ut apparet, tempestate,* S. Birgittæ *reliquias defossas fuisse, necesse est : nam, ut in iisdem litteris narrare Sparwenfeldius pergit, agricola solum exercens prope Lincopiam anno* 1678 *seu aratro seu ligone in*
C *quodam consulis Lincopiensis fundo cimelia quædam ex argento fabrefacta detexit : quædam liquefecit faber argentarius; quædam vero integra conservata fuerunt.*

*in Suecia sors :*

480 *In hic vero, quæ integre servata sunt, fuere brachia duo argentea, auro oblita, hierotheca (servando Corpori Domini sacrosancto destinata) pulcherrima, calix, patena, et exigua ex argento deaurato S. Catharinæ statua; quæ omnia pretio sibi comparasse Carolum XI anno* 168... *servarique ait in castro et ædibus regiis : e binis autem brachiis argenteis alterum os S. Æschili, alterum os brachii* S. Birgittæ *continebat, prout eorum inscriptiones indicabant : postremum hoc, naturalem magnitudinem exæquans, tibiam minorem et os brachii* S. Birgittæ *per puram densamque crystallum conspiciendas continebat : inscriptio vero, quantum eam præ characterum difficultate legere Sparwenfeldius potuit, ita sese fere habebat* : Mistica Birgittæ tua perfer arista tristes; Birgittæ lacertus nos ducat et iste; pro nobis ora Birgitta patrona de insuper vita : *e quibus sane verbis sensum exprimere, qui paulo tolerabilis sit, perquam difficile est. Addit denique, in eodem argenteo brachio in-* D *clusum esse articulum digiti præter reliquias jam memoratas. Atque hæc quidem de* S. Birgittæ *in Suecia reliquiis docere nos non est gravatus, quod non sine grati animi testificatione dictum sit, illustris baro de Sparwenfeldt : serventurne hodieque omnes istæ in Suecia* S. Birgittæ *reliquiæ, dicendo non sum.*

481 *Nulla porro apud Sparwenfeldium capitis* S. Birgittæ *mentio est : caput ejus, vel certe aliquot ejusdem ossa servari, ac cultu sacro honorari in ecclesia vici Courson, in Burgundia siti, et sex leucis Autissiodoro distantis, docuit nos P. Gabriël Brotier, edito nuper, notis illustrato, continuatoque Tacito orbi litterario notus, et eorum, quæ ad nos hac de re perscripsit, testis oculatus. Collocatæ sunt, inquit,* S. Birgittæ *reliquiæ in supradicta ecclesia parœciali ad cornu Evangelii, et in theca, ferreis clathris septa, inclusæ. Subtus vero nigro marmori, sed verbis Gallicis concepta, hujusmodi inscriptio legitur :* Conditur hac theca caput S. Birgittæ (*Gallice* S. Brigitte) viduæ e regum Suecicorum sanguine, in Galliam die duodecimo Augusti anni MDCLIII opera E domini de la Thuilerie, equitis et comitis de Courson, regis ad Sueciæ reginam (*Christinam*) legati extraordinarii deportatum, eidemque a supradicta regina secundum episcopatus Autissiodorensis monumenta dono datum. *Inscriptionem hanc, prout verbis Gallicis concepta erat, ipsemet, quem supra nominavi, Gabriël Brotier descripsit, simulque nos monuit castri, vicique* Courson *dominium penes familiam domini de la Thuilerie haud amplius esse.*

482 *Lancellotus lib.* 2 *Historiæ Olivetanæ, in monasterio Quàrtano prope Genuam servari æreum vasculum scribit, continens membraneum involucrum, cui charactere antiquo hæc verba inscripta sunt :* Digitus S. Brigidæ habitus ab episcopo Alfonso, hujus monasterii fundatore, *et sanctæ Viduæ familiari. Masinius in sua Bononia perlustrata ad diem* VIII *Octobris meminit reliquiarum in S. Stephani servatarum, verum quales eæ sint, non exponit. Gelenius de Coloniæ Agrippinensis Magnitudine lib.* 3 *Syntagmate* 75 *pag.* 587 *Thesauro sacro Virginum conventualium tertiæ Regulæ S. Francisci adscribit reliquias aliquas* S. Birgittæ. *Rayssius scribit pag.* 199 S. Birgittæ *chlamydem servari Brugis* F *in S. Donatiani cathedrali ecclesia, ac os unum Rutiliæ pag.* 456. *Ex Miraculis* S. Birgittæ, *Neapoli factis et infra edendis constat, portionem ejusdem reliquiarum non diu post ejus obitum habuisse Antonium de Carlecto, sanctæ Viduæ olim familiarem : Beyerlinck in Theatro vitæ humanæ ad vocem,* Reliquiæ, *inter cimelia sacra ecclesiæ S. Mariæ de Sapientia Neapoli* S. Birgittæ *reliquias numerat.*

A

# VITA

a S. BIRGITTÆ *a*,

## *Auctore Birgero, archiepiscopo Upsalensi b.*

### PROLOGUS.

*Auctor S. Birgittam secundum triplicem statum generatim prædicat:* c

Ecce descripsi eam tibi tripliciter *c*. Tripliciter sol exurens montes, et radios igneos exsufflans, alma mater est Ecclesia, quæ sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, illius virtute, cujus oculi multo plus lucidiores sunt super solem, montes in circuitu ejus, piæ videlicet adoptionis suæ filios super altitudinem terræ B ad dulcedinem patriæ cœlestis elevatos, tribus ordinibus seu statibus, virginum scilicet, continencium et conjugatorum, quasi triplici funiculo, qui difficile rumpitur, pulchrificat et decorat. Quibus corda et corpora fidelium, igne sancti Spiritus exusta, in camino castitatis, et continentiæ decoquuntur. Hi sunt tres ordines lapidum politorum, quibus Salomon pacificus Christus Jesus sanctificium suum in terra, quam fundavit in secula, pulcherrime decoravit. Isti sunt tres greges, qui in militante Ecclesia juxta puteum aquarum vivencium aquis sapientiæ salutaris velut in abysso multa dulciter adaquantur. Hee sunt tres propagines in una vite, qui est Christus, crescentes paulatim in gemmas geminæ caritatis. Hee sunt gemmæ pretiosissime, quibus veri David dyadema regium perornatur. Hæc sunt tria, quæ secundum Salomonis sententiam bene gradiuntur. Dum sacræ Virgines et Vidue sancte, nec non castum amantes conjugium, spretis concupiscentiis carnis, de virtute in virtutem gradatim incedunt, donec finaliter videant regnum Dei. Non solum enim Virgines, C et continentes, verum etiam Conjugati per fidem sanctam, et operationem bonam placentes Deo ad æternam merentur beatitudinem pervenire. Inter alia autem sancte matris Ecclesie membra fuit venerabilis domina beata Birgitta, sponsa electa et filia gratissima Jesu Christi, que etiam altera sacra tria sata simile commiscuit. Per hunc triplicem statum ne illius dominici seminis fructum tricesimum, sexagesimum scilicet et centesimum iis tribus statibus debitum perderet in se nobiliter representans. Propter quod congrue mater Ecclesia ipsam describit tripliciter commendandam. Hæc est namque, que ingressu Virginalis excellentie delectabilis, quæ in progressu conjugalis pudicitie venerabilis, et in progressu vidualis continencie fuit immobiliter perseverans. Hæc in statu incipiencium graciosa, in statu proficientium fructuosa, et in statu perseverancium describitur gloriosa. Ista est mulier a Salvatore in Euangelio descripta, quæ acceptum fermentum abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum; cum ardentissimo desiderio in Deum totaliter succensa, dilectionem, quæ in mente nostra recondita, tam diu fervere debet, et crescere, donec totam mentem in sui perfectionem commutet, in tribus præceptis dominicis tenuit absconditam, Dominum Deum suum ex toto corde, ex tota anima, et tota mente ferventissime doligendo. Hæc est, quæ post diem tercium præsentis seculi Jordanem transiens, ad possidendam terram cum hiis, qui vocati sunt, ut eterne hereditatis promissionem accipiant, per tres portas, quæ sunt fides, spes et caritas, ad interius atrium celestis Jherusalem congaudens introivit. De ipsius igitur vita, virtutum odoribus plena, secundum præscriptum ordinem, nec non de fide dignis miraculis, quæ Sponsus cœlestis ad Sponsæ suæ sanctitatis evidenciam operari dignatus est, simplici stilo, et utinam legentibus non ingrato, aliqua scribere curavimus ad honorem et gloriam Salvatoris *d*. d

A Birgero.

### ANNOTATA.

a *Erutam e tenebris ad nos misit P. Michaël van der Ketten Ordinis Birgittini, Prior Calcariensis in Clivia, qui eam ex apographo, circa* E *medium seculum decimum sextum exarato, transcribi curavit.*

b *Sedem Upsalensem tenuit ab anno circiter* 1366 *usque ad annum* 1383 : *æqualis itaque fuit* S. Birgittæ, *non procul Upsalia natæ; atque adeo credi debet fuisse de* S. Birgittæ *rebus probe instructus. Est, qui putet, Birgerum hymnum dumtaxat in ejus laudem, conscripsisse, non fusiorem ejusdem Vitam : sed hunc numm.* 15 *et* 16 *Commentarii refutatum habes.*

c *Textus hic, e lib. Proverb. cap.* 22 *v.* 20 *transcriptus, et Birgeri Prologo* additus est *a P. Dominico Valck, olim monasterii Marienboomensis sacerdote, ut habent Notitiæ, quas olim ad Majores nostros misit P. van der Ketten.*

d *Sequuntur in apographo nostro verba hæc :* Explicit Prologus. Incipit Legenda de B. Birgitta per reverendum patrem D. Birgerum archiepiscopum Upsalensem compilata.

## CAPUT I.

F

### *Status S. Birgittæ virgineus.*

*S. Birgitta e majoribus* a b c

Beata Birgitta *a*, in Regno Swecie oriunda *b*, non solum juxta revelationem, divinitus sibi factam, ex Sanctorum ibidem Regum progenie *c*. qui suis sanctis promeruerunt meritis, ut magnificaret Dominus misericordiam suam cum illa, illustrem duxit originem, verum etiam de nobilibus devotisque progenitoribus et parentibus *d*. Omnis siquidem ejus cognatio, et generatio, sicut Tobiæ, in bona vita, et sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo, quam hominibus, et omnibus habitantibus terram. Nam avus, proavus, et attavus patris sui, exemplo Abrahæ et aliorum antiquorum patrum, qui peregrinabantur a Deo in hoc mundo, quamvis essent divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in Domino domibus suis, Sacramenta tamen Passionis Dominicæ ad memoriam reducentes, peregrinationem suam usque id civitatem sanctam Jerusalem et alia loca, quæ Christus Jesus sua d

A. Birgero. sua corporali mirificavit præsentia, non sine magnis laboribus feliciter perduxerunt. Quorum Dominus introitum et exitum misericorditer custodivit.

*pietate et regio sanguine conspicuis.*

2 Horum vestigiis pater ejus inhærens, multa loca Sanctorum scilicet beati Jacobi *e*, et alia citra mare meridianum *f* devotissime visitavit. Paratus ulterius ire ad terram Sanctam, nisi Apostolicæ Sedis consilium ex rationabilibus causis obstetisset. Ipse etiam omni die Veneris peccata sua consuevit humiliter confiteri. Sæpissime proferens verba ista. Sic me die Veneris præparare volo ad Deum, ut quicquid ceteris diebus mihi dederit, ferre æquanimiter sim paratus. Illud memorans Sapientis : Ne glorieris, in crastinum differendo penitenciam, ignorans, quid superventura pariet tibi dies. Quod simili modo filius suus *g* omnibus diebus vite sue fideliter servavit, corpus suum post confessionem secrete flagellis acerrimis verberando, ut in flagello paratus Christum flagellatum in suo glorificaret corpore, et cum viciis et concupiscenciis jugiter crucifigeret carnem suam. Mater similiter hujus gloriosæ Dominæ nobilis extitit, et devota. Cujus pater *h*, cum de semine regio esset natus, decorem domus Dei diligens pluribus fundatis Ecclesiis et monasteriis *i*, ipsis juxta magnificentiam suam amplissimos redditus dotis nomine constituit et donavit.

*e* *f* *g* B *h* *i*

*non absque prodigiis*

3 Cum autem quadam die uxor *k* ejus devocionem mentis occultans, ac secundum nobilitatem suam, et consuetudinem nobilium incedens, ut omnis gloria ejus ab intus in fymbrys aureis : soli Deo placeret, a quadam moniali quasi superba despiceretur. Statim sequenti nocte cum dicta monialis obdormivisset, apparuit ei persona *l* mirabilis vultu, dicens : Cur detraxisti ancillæ meæ, dicendo eam superbam esse, quod tamen non est verum; de ipsa enim unam filiam faciam procedere, cum qua statuam pactum meum, tantam ei tribuendo gratiam, ut universæ naciones non sufficiant admirari. O inscrutabilis Sapientia Dei, qui humilitatem ancillæ suæ clementer respexit, et tam in ea, quam in Filia implere voluit, quæ olim suis fidelibus promiserat per Prophetam : Feriam, inquiens, vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fidelis *m*. Non miretur ergo quispiam fidelium, C si justorum radix ad tantam profecit gloriam, ut tantam Sanctam futuris temporibus produceret. Quæ se quasi malus in montis vertice ad arcem erigeret sanctitatis. Egressus namque Sponsæ Dei fuit quasi diluculum divinitus præparatus.

*k* *l* *m*

*nata,*

4 Nam cum adhuc in matris gestaretur utero, contigit matrem in quodam sinu maris *n* pati naufragium, et cum multi promiscui sexus essent submersi, dux regni *o* videns ipsam in periculo constitutam. omnibus modis, quibus potuit, eam vivam ad litus perduxit : sed miro modo ipsa nocte astitit matri persona vestitu fulgenti, dicens : Salvata es propter bonum, quod habes in utero, nutri illud cum caritate Dei; quia tibi a Deo specialiter est donatum. Felix mater, quæ dono nobilissime prolis, sicut beatus Paulus, a profundo pelagi liberatur. Nata vero puella, sacerdos quidam parochialis *p* viciniorum Ecclesiæ, vitæ approbatæ et ætatis provecte *q* vidit inter orationes suas nocte nubem lucidam, et in nube sedentem virginem, habentem librum in manu sua. Cui admiranti vox quædam ei respondens ait, Nata est Birgero filia, cujus vox audietur per mundum futurum : namque erat, ut per eam, secuti per Moysen, in nube dominus populo suo loqueretur. Et vox ejus, tanquam vox aquarum multarum et tonitrui magni, terræ finibus audietur. Cum autem ætate et gratia proficeret, fere per triennium quasi elinguis obmutuit, et os suum non aperuit ad loquendum : in fine vero triennium * adeo plene usum obtinuit loquendi, quod jam non more loqueretur infantium, sed contra tantæ ætatis naturam perfectissime resonaret. O miranda divinæ sapientiæ dispensatio! quæ os aperit mutorum, et linguas infancium facit disertas, ut ex ore infancium et lactencium perficiat sibi laudem.

*n* *o* *p* *q*

D * triennii

*facta sepulcrali in tumba coronatur:*

5 Interea pia mater ejus omnibus operibus virtuosis, et eleëmosynis, sicut altera Tabita, plena, graviter ægrotavit. Quæ aliquibus diebus ante obitum suum præscivit et prædixit. Cum itaque jam egressura esset de corpore, et animo revolveret, quod spes, quæ diu differtur, affligit, animam, virum suum et alios de transitu suo dolentes, viriliter sic affatur : Quid doletis. Sufficit huc usque vixisse; gaudendum est autem, quod jam ad potenciorem Dominum sum vocata. Sicque valedicens omnibus in Domino requievit *r*. Mortua igitur matre. Virgo Dei amabilis matertere suæ *s*, magne prudentie domine et devote, a patre traditur nutrienda. Cumque septimum jam attigisset annum, ut ex jocundis principiis jocondior rei expectaretur eventus. Vidit ex opposito lecti sui altare, et dominam super illud vestibus fulgidis sedentem, et habentem in manu sua coronam, que dixit : Birgitta veni : illa autem hoc audiens surrexit de lecto, currens ad altare. Cui dixit domina : Vis ne habere istam coronam? Illi vero annuenti imposuit coronam capiti suo, ita quod sensit, quasi circulum corone tegere caput suum; rediens autem ad lectum, visio illa disparuit, quam tamen nunquam poterat oblivisci, nec mirum; signum enim fuit, quod altare fieret holocausti, in quo ignis divine caritatis semper arderet. Et Sponsus suus Christus sibi coronam immarcessibilem, et incontaminatam in cœlestibus conservaret.

E *r* *s*

*decennis vero ergo Christus patientem mire affic-*

6 Post hæc circa decimum etatis sue annum, velut lilium mundissimum, tocius honestatis candorem continens, et a mortalitatis radice ad cœlestem pulchritudinem consurgens, mundiciam cordis et corporis quasi thesaurum absconditum custodivit, similis in hoc Sare, Rachaëlis filiæ, que dicebat : Tu scis, Domine, quod nunquam concupivi virum, et mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia, nunquam eum ludentibus miscui me, neque cum hiis, qui in levitate ambulant, participem me præbui. Habundavit in ea tocius forma virtutis, sobrietas cum modestia, simplicitas cum verecundia, humilitas cum obedientia, speciositas in conscientia, hylaritas in paciencia et caritas indefessa. Propter hec ergo et hiis similia Sponsa Dei, quasi inauris aurea, et margarita fulgens omnium oculis graciosa ab omnibus amabatur. Verum, quia necesse erat, ut aquila grandis ad alta provolans in arduis poneret nidum suum; ideo virgo Christo devota, cum quadam die in ecclesia de Passione Christi audiret prædicari, ipsam devote scribens in tabulis cordis sui, statim nocte sequenti vidit Christum, quasi eadem hora crucifixum, et dicentem : Taliter sum plagatus. Illa vero putans, hoc recenter

*tur,* F

A ter factum esse, respondit in spiritu Domino : O Domine, quis fecit tibi illud? Respondit Christus : Qui me contemnunt et negligunt caritatem meam. Tunc illa rediens ad seipsam tantum affecta fuit ab illa die ad Passionem Christi, ut raro sine lacrymis ad memoriam reduceret mysteria Passionis. Dulce etenim sibi erat cogitare de Sponsi vulneribus, ut aliquando in fletibus et mens accensa compungeretur, et inter lacrymas sublevata, Angelorum cibo, vera videlicet sapientia, quanto dulcius, tanto avidius pasceretur.

*ac biennio post visitatur a B. Virgine, t*

7 Superveniente insuper anno ætatis suæ duodecimo, cum una dierum vas admirabile et opus excelsi beata Birgitta, cum puellis coevis operi plumario *t* intenderet et multum anxiaretur animo, quod opus suum ad votum facere nequiret, mentis oculos ad eum, qui sanctus est in omnibus operibus suis, attencius erigebat, et ecce matertera sua domum, in qua sedebat, ingressa, illo ordinante, cujus opera magna sunt, et exquisita in omnes voluntates ejus; vidit virginem quandam ignotam contra sedenB tem sibi, et facientem opus cum ea. Cumque ad introitum suum virgo illa disparuisset, quesivit, quæ illa esset puella, quæ sibi in faciendo opere consedisset. Respondet Sponsa gratissima, neminem se vidisse. Sed quia matertera ita subtiliter opus factum invenit, ut cernentibus daretur intelligi, non opus tam tenere etatis esse; sed in oculis omnium mirabiliter a Domino factum fore; idcirco matertera sua opus prædictum inter reliquias suas fideliter reservavit.

*noctu orationi intenta divinitus defenditur a plagis.*

8 Considerans post hæc Puella illustris, quod si oratio pura et casta fuerit, celos penetrans vacua non redibit. Nocte quadam, aliis puellis dormientibus, ut in silencio et spe Domino secrecius serviret, ac in frigore et nuditate affligeret corpus suum, nuda de lecto exiliens ante lectum crucifixum cum lacrymis adoravit. Quod matertera, cubiculum virginum latenter ingressa, ultra modum admirans, et levitatem Virginis

** afferri*

esse credens, jussit auferri * virgam, cujus metu adolescentulam corrigeret viam suam, quam cum matertera supra dorsum Virginis cepisset extendere, adeo in minuta frusta extitit commiC nuta, quod ipsa vehementer admirata, dixit : Quid fecisti, Birgitta? Nunquid docuerunt te mulieres aliquas fallaces orationes? Respondit cum lacrymis dicens : Non, Domina mea, surrexi de lecto, ut laudarem eum, qui me semper solet adjuvare. Cui matertera : Quis, inquit, est ille? Virgo ait : Crucifixus, quem nuper vidi. Ex illa autem die cepit eam matertera arcius diligere, et fervencius venerari, intelligens, ipsam talia non ab homine neque secundum hominem, sed a Christo, qui docet hominem scientiam, celitus didicisse.

*et frustra terretur a dæmone.*

9 Non longe post cum Virgo nobilis quadam vice luderet cum puellis, dyabolus, qui semper primordia bona et rudimenta virtutum in ipso ortu festinat extinguere, sciens, quod, ea fundata, non possit subvertere, Virgini apparet, quasi habens centum manus et pedes et in omnibus difformissimus, terrens eam, quæ perterrita cucurrit ad lectum suum, crucifixo humiliter se commendans. Ubi iterum dyabolus ei apparens dixit : Nihil possum facere, nisi permiserit crucifixus. O fidelis Dominus in omnibus verbis suis, qui non paciebatur eam tentari supra id, quod potuit; sed fecit cum temptacione etiam proventum, ut posset in ætate tam tenera sustinere. Quod post aliquos annos matertera audiens præcepit ei, ut visa silencio tegeret, et in Domino Deo suo spem suam poneret, Christum super omnia diligendo; sciens, quod vita nostra in hac peregritione non potest esse sine temptacione, ut sibi quisque innotescit nisi temptatus, nec potest coronari, nisi vicerit, nec vincere, nisi certaverit, nec certare nisi temptaciones habuerit inimici.

AUCTORE BIRGERO.

## ANNOTATA.

a *Sic a Bergero, patre suo, dicta fuit vero nomine; quamquam et* Brigitta, *et* Brigida, *minus tamen accurate, haud raro appellata inveniatur.*

b *Sueciæ universæ pars est : Sueonia : in hac rursum sitæ sunt Vestmannia, Dalecarlia, Nericia, Sudermannia, et Uplandia, in qua postrema mundo data est* S. Birgitta, *in prædio pater-* E *no Finstada, non procul Upsalia, civitate olim archiepiscopali et regum Suecicorum sede, dissito.*

c *De regio ejus genere fuse disserui* § III *Commentarii prævii, quem consule.*

d *Patrem habuit* Birgerum *nomine, Petri filium, Uplandiæ legiferum, seu judicem, non tamen dominum et stricti nominis principem : matrem Ingeborgem, seu Ingeburgem; quam* Sigridem, *aviam* S. Birgittæ *maternam cum ejus matre, ut apparet, confundentes, perperam multi appellarunt. Videsis hac de re dicta numm.* 37 *et* 38 *Comment. præv.*

e *Nimirum Compostellæ in Gallecia, Hispaniæ regno, jam olim fidelium, eo devotionis causa peregrinari solitorum, frequenti concursu celebris.*

f *Intellige loca præcipua; in quibus Sancti præ ceteris celebres maxime coluntur, et a fidelibus visitari solent, per Galliam, Italiam, Germaniam sparsa, quæ Sueciam inter et mare Mediterraneum sita sunt.*

g *Nomine* Israël, *de quo plura sunt dicta numm.* 39 *et* 40 *Commentarii prævii; uti et* F *de Ceteris* S. Birgittæ *fratribus et sororibus, Petro, Benedicto, Ingride, Margareta et Catharina.*

h *Nempe* Birgittæ, *seu Birgerus.*

i *Ex his unum nominatim exprimit in Chronico Margareta, abbatissa Vastenensis, num.* 35 *Comment. præv. laudata, scilicet monasterium Skoo, quod virginum Cisterciensium fuit ad Sueciæ lacum,* Meler *dictum.*

k *Ingeborgis seu Ingeburgis, de qua hic ad lit.* d.

l *Quæ, non B. Virgo, sed Christus potius fuisse videtur ex Margareta abbatissa, num* 49 *Comment. præv. laudata.*

m *Isaiæ cap.* 55, ℣. 3 : *sed legitur isthic* : Misericordias David fideles.

n *Ad littora Oelandiæ, maris Baltici insulæ, non procul Calmaria, Smalandiæ oppido.*

o *Ericus, frater Birgeri, regis Sueciæ, a quo dein Nicopiæ in Sudermannia fame enectus fuit.*

p *Alibi is fuisse legitur Hemmingus, factus dein episcopus Aboënsis : fuerintne plures hujus nominis Aboënses episcopi, frustra indagavi : sed falli Vastovium reor, dum hunc Hemmingum, Aboënsem*

A. Birgero. *Aboënsem episcopum, demortuum sub annum* 1367, *ætatis* 70 *scribit. Vide lit. proxime seq.*

q *Cum nata fuit* Birgitta, *seu seculi* XIV *initio, Hemmingus, de quo Vastovius, agere tantum potuit annum ætatis circiter* XV, *ut num.* 54 *Comm. præv. dictum est : huic itaque hæc Birgeri verba quadrare non possunt.*

r *Anno* 1510, *ut censet Joannes Peringskiöld in Ms.* S. Birgittæ *Genealogia.*

s *Margareta abbatissa Vastenensis illam nuncupat* Ingridem : *alibi legitur :* Catharina, *altera* S. Birgittæ *matertera, ut num.* 60 *Comment. præv. dictum est.*

t Plumarium opus dicitur, quod ad modum plumarum texitur et variegatur, *inquit Cangius in Glossario Gallice* Ouvrage à ramage; *citatque hunc Chronici Farfensis apud Muratorium Scriptt. Rer. Ital. tom.* 2, *part.* 2, *col* 469 *locum* : In Silva-plana, ubi fuit antiquitus congregatio ancillarum, quæ opere plumario ornamenta ecclesiæ laborabant; *quod ipsum tunc forte* S. Birgitta *faciebat.*

## CAPUT II.

B

### *Status S. Birgittæ conjugalis.*

*Marito sociata*

Animadvertens exinde pater ejus, quod Virgo tam spectabilis et moribus elegans veluti altera Hester genus suum altius posset extollere, et quasi fons parvus in fluvium maximum crescens in aquas plurimas redundare. Ipsam cuidam viro *a*, juveni nobili prudenti et diviti *b*, desponsavit. Qui non sicut illi, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se et a sua mente excludant, sed in timore Dei, qui malum consuevit expellere, inter se matrimonium contraxerunt, et contractum honestissime servaverunt. Erat namque in eorum conjugio puritas intencionis, inseparabilitas affectionis, et sanctitas conversacionis, castificantes animas suas in obvia caritate. Illa vero Deum habens præ oculis ita voluit bonam eligere vitam, ut etiam non negligeret bonam famam. Summe cavebat, ne quis C de ea sinistra loqueretur, aut ne daret occasionem aliis, sibi in vita vel moribus detrahendi. Levitates, loca et personas, quibus notari posset, fugit, ut venenum. Considerans, quod facilius vicia uniuscujusque, quam virtutes intenduntur. Nec, quid boni quisque gesserit, agnoscitur, sed, si quid mali egerit, perscrutatur. Ancillas honestas, et comites morigerosos secum habuit, qui sibi de conversacione bona possent testimonium perhibere. Attendens, quod nulla res magis animos induit honestos et in pravum inclinabiles revocat ad rationem, quam bonorum virorum conversatio.

*piis operibus puritati conscientiæ, solitudini,*

11 Operi pro cultu divino et utilitate proximorum cum famulabus suis intenta fuit, ne ociosa comederet panem suum. Confessiones quoque, quæ obstruunt os inferni et portas aperiunt paradisi, continue frequentabat. Eligens sibi in confessorem magistrum quendam *c* pro salute animarum peritissimum, et devotum, cui in omnibus avidius obedivit; sciens, quod verba sapientum sunt sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi; quæ per magistrorum consilium data sunt. Unde et ipse confessor solebat dicere familiariter amicis suis. Hoc in dna Birgitta signum alicujus futuræ gratiæ est, quod D ipsa ita levia peccata plangit, sicut alii gravissima, et nihil in verbis suis dimittit aut moribus indiscussum. Ne autem animum suum circa familiaria tantum occuparet negocia, quin etiam in lege Domini posset jugiter meditari, cum Judith secretum cubiculum est ingressa, ubi fluctuum mitigatis motibus, quasi in portum voluptatis deducta, lacrymis stratum conscientiæ suæ in tantum rigare consuevit, ut, absente marito, fere totis noctibus prudenter in orationibus non sine lacrymosis singultibus vigilaret, nec corpori suo a genuflexionibus et disciplinis secretis parcere voluit, ut corpus in servitutem redigeret disciplinæ.

*orationi, jejuniis, pauperum solatio et Scripturæ sacræ impendit.*

12 Unde cum semel in gemitibus laborans instanter ad Dominum oraret, ut aliquis conveniens modus orandi sibi infunderetur, per quem Deo et beatæ Virgini posset cotidie sedulum officium exhibere. Beata Virgo scutum orationis ejus tanquam advocata fidelis ante Filium suum benedictum proferens, Ancillæ suæ desiderium celeri effectui mansipavit. Nam quadam die, beata Birgitta mirum in modum mente in cœlestibus elevata, infusa est sibi oratio pulcherrima de passione Christi, nec non de vita et laude beatissimæ Mariæ Virginis Matris ejus, quam ita memorialiter cordi curavit tradere, ut eam postea legeret omni die : in cujus signum beata Virgo non longe post apparuit sibi dicens : Ego promerui tibi illam orationem; ideo hanc leges *d*. Jejuniis, quæ mentem sublevant, carnem spiritui subjiciunt, concupiscencieque nebulas dissipant et repellunt; instanter quoties potuit, insistebat. A culcioribus cibis et potibus occulte abstinens, ne a marito aut ab aliis notaretur. Elemosynas quoque fecit largissimas, deputatam habens domum pro pauperibus, quibus lavando eorum pedes, et eos vestiendo sæpissime serviebat. Sciens, quod bona est oratio cum jejunio et elemosyna magis, quam thesauros auri cumulare. Sermones virorum approbatorum libenter audiebat, gestaque Sanctorum, et Bibliam, quam sibi in lingua materna scribi fecerat *e*, continue relegebat; attendens, quod cera impressionem recipit ex sigillo, ita hujus vitæ mortalitas ab exemplo.

F

*Adest in partu laboranti B. Virgo; f*

13 Cum quodam tempore Domina venerabilis periclitaretur in partu *f*, ita quod de vita ipsius desperaretur, et ipsa in uberibus consolationis beatæ Virginis ex intimo cordis affectu fiducialibus figerat anchoram spei suæ, statim in nocte, vigilantibus mulieribus et videntibus, persona quædam serico albo induta, subito visa est ingredi ad eam, quæ stans ante lectum singula corporis jacentis membra manibus pertractabat. Omnibus igitur, qui aderant, admirantibus, et ipsa, quæ apparuerat, disparente persona, absque omni difficultate protulit partum suum. Nec alicui vertatur in dubium, quin persona prædicta Virgo fuit Maria, sicut ipsa eidem beatæ declaravit postea dicens. Quando, inquit, difficultatem habuisti in partu, ego Maria ad te ingressa sum : ideo ingrata es, si non diligis me, labora igitur, ut filii tui sint etiam mei. O miranda Virginis humilitas, quæ neminem despicit, et nullum in necessitatibus derelinquit! Felix mulier, quæ reginam cœlorum habere meruit obstetricem; sed feliciores filii, quos merito matris in filios adoptionis eligere voluit Mater Dei!

14 Filios

A 14 Filios quoque suos *g* et filias *h* cum magna sollicitudine et summa diligentia educavit, quos, quasi aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans, unguibus correctionis et sane doctrine radiis solis justitiæ objecit, ordinans eis magistros *i*, qui ipsos in fide et moribus erudirent. Secuta in hoc consilium sapientis. Filii, inquit, si tibi fuerint, erudi illos et curva eos flectendo ad bonum a puericia eorum, et * filiæ tibi sint, serva corpus illarum et non ostendas hilarem faciem tuam ante illas *k*. Consurgensque diluculo, sicut Job, holocausta devote orationis non sine ploratu et fletibus pro singulis offerebat. Unde beatus Joannes Baptista ei apparens dixit : Quia plorasti, quod filius tuus *l* offendit me, non jejunans vigiliam meam, et malles eum servire mihi, quam regem esse, ideo ego juvabo eum, et armabo armis meis. Volens autem Sponsa Deo amabilis non solum liberos solerter educando *m* diligere, verum etiam dilectionem ad virum ferventer extendere, ut, sicut erant duo in carne una, sic etiam essent unum in Christo per glutinum caB ritatis; velut turtur, qui semper idem canit, et semper idem diligit, maritum suum, in bellicis rebus strenuum, et in consilio regum peritissimum, ad Dei timorem et veneracionem solercius invitavit. Unde vir tam nobilis et strenuus, tante uxoris saniori ductus consilio, addiscendo legere Horas beatissimæ Virginis Mariæ et diversis pietatis operibus insistendo Deo et beate Virgini in timore sancto servire studuit, quicquid erat legis et justitiæ, quicquid morum et honestæ vitæ curans efficaciter adimplere. Sicque de eis verificari videtur id proverbium Sapientis: Mulier fortis oblectat virum suum, et annos vite sue pace implebit *n*.

15 Ut autem se a vanitatibus mundi liberius expedirent, ac divino servicio corda sua strictius manciparent, sicut olim Abraham, de terra et cognatione sua ac domo propria exierunt *o*, limina gloriosi Apostoli Jacobi in Compostella *p*, in magnis laboribus et sumptibus visitantes. Peragratis igitur multorum Sanctorum locis *q*, cum jam essent in reditu, Vir Deo devotus in Atrabato *r* cepit graviter infirmari *s* : invalescente autem infirmitate, Sponsa Dei in magna anxietate constituta per sanctum C Dyonisium sic meruit consolari. Ego, inquit, sum Dyonisius *t*, qui a Roma veni ad has partes prædicare Verbum Dei *u*. Nunc ergo, quia speciali devocione dilexeras me, ideo prædico tibi, quod Deus vult per te innotescere mundo. Et tu tradita es custodie mee, propterea juvabo te. Et hoc tibi signum, quod vir tuus ex hac infirmitate non morietur. Unde ipsa merito potuit dicere cum Propheta: Secundum multitudinem dolorum in corde meo consolaciones tuæ lætificaverunt animam meam.

16 Nec mirum : nam post aliquos vero dies ibidem, scilicet in Atrabato, vidit mirabilia quædam, videlicet quomodo transitura esset Romam, et sanctam civitatem Jherusalem, et quomodo migratura esset de hoc sæculo. Quæ omnia Deus omnipotens misericorditer adimplevit. Post longam vero ægritudinem convalescente viro, duce Domino, qui omnia disposuit suaviter, ambo ad patriam incolumes sunt reversi. Unde impletur in eis, quod dicit Sapiens: Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, et ossa illius impinguabit *x*. Considerantes exemplum, quia omnis ponderatio non est digna continentis animæ, mutuam inter se voverunt continenciam *y* statuentes intrare monasteria ad serviendum Deo viventi omnibus diebus vitæ suæ. Unde ordinatis rebus et bonis suis, vir magnæ devocionis, et conversationis honeste, ut firmius in sancto perseverare posset proposito, in monasterio Alvastrensi *z* annis aliquibus morabatur *aa* Unde tandem in senectute bona transivit feliciter ex hoc mundo *bb*.

17 Ipsa autem Deo et hominibus dilecta diligenter attendens, quod, sicut naturaliter ille, qui est in profundo putei circa meridiem videt stellam, ubi ille, qui stat in superficie terræ in lumine, nullam videt stellam, sic spiritualiter, qui in profundo virtutum ponitur circa Christum, qui est mediator Dei et hominum, clarius intuetur celestia, quam qui mentem figit in ardorem lasciviæ hujus mundi, ad profundissimam humilitatis et innocentiæ foveam se projecit, ut altitudinem celestis dulcedinis posset subtilius contemplari. Unde tertio anno ante mortem viri sui humillima Virgo Maria apparuit *cc* ei dicens : Ego sum Regina miserorum. Ego tibi ostendere volo, qualis Filius meus E erat in humanitate sua, et qualis, quando patiebatur in cruce. Et hoc erit tibi signum, quia venies ad loca, in quibus ego corporaliter conversabar, et ibi videbis spiritualibus oculis tuis Filium meum. O miranda pietas, cum ancilla Filii familiariter loquitur Mater Dei, ut de plenitudine ejus accipiant universi! Anno eciam quarto ante obitum viri *dd* Sanctus quidam in Regno Zweciæ nomine Botuidus *ee* apparuit Sponsæ Dei quasi in quodam mentis excessu proferens ista verba : Ego tibi promerui cum aliis Sanctis gratiam Dei scil. audire et videre spiritualia et sentire spiritum Dei; et spiritus Dei inflammabit animam tuam. Nec mirum, quia omne cor, quod Spiritus sancti tangit gratia et mansuetudinis lenitate tranquillum et zelo justitiæ fit accensum.

*filiorum et mariti salutem curat;* *g* *h* *i* * *supple* : si *k* *l* *m* *peregre abit ex pietate;* *o* *p* *r* *s* *t* *u* *vivo adhuc marito, monasterium ingredi statuit,* A. Birgero. *y* *z* *aa* *bb* *tum etiam cœlestibus visionibus subinde recreata.* *cc* *dd* *ee*

## ANNOTATA.

a *Ulfoni, Gudmari filio.*

b *Annorum decem et octo adolescenti; cum ipsa annorum esset circiter tredecim: genus suum ducebat ille e Philippo, Ostrogothiæ in Suecia duce,* F *ut dictum est num.* 65 *Comment. prævii: legifer idem fuit Nericiæ, quæ Sueciæ proprie dictæ provincia est: cujusmodi vero fuerit legiferi munus in Suecia, ibidem num.* 64 *dictum est. Porro ab isto mariti sui Ulphonis munere* Birgitta Nericiæ princeps *non raro legitur appellata.*

c *Mathiam, canonicum Lincopiensem, virum pium et eruditum, anno* 1350 *Stokholmiæ defunctum, de quo plura num.* 26 *Comment. prævi.*

d *Orationes has, quas a B. Virgine* S. Birgittæ *revelatas volunt, vide apud Hormann a pag.* 738. *De earum revelatione, divinitus facta, non aliter censendum videtur, quam de ceteris revelationibus universim, de quibus vide dicta* § 13 *Comment. prævi.*

e *Verosimiliter a Mathia, de quo hic ad lit.* c.

f *Cæciliæ, filiæ suæ ultimo genitæ, ut habet Vita* S. Birgittæ *abbreviata pag.* 800; *sed secundo eam loco recensent codex Wisingsburgensis, et Margareta abbatissa in Chronico.*

g *Filii*

A. Birgero.

g *Filii ejus et Birgeri fuere Carolus, Birgerus, Benedictus et Gudmarus.*

h *Filiæ vero Meretta, Cæcilia, S. Catharina et Ingeburgis. De S. Catharina actum est in Opere nostro tom.* 3 *Martii ad diem* XXIV *ejusdem mensis. De reliquis hujus fratribus et sororibus in Commentario prævio egi* §§ 5 *et* 6 : *ex quibus etiam habes, falli Bailletum, cum ait, Carolum et Birgerum mortuos fuisse, cum ad bellum sacrum in Palæstinam irent.*

i *Ex his fuit Nicolaus Hermanni, episcopus Lincopiensis, ex Diario Vastenensi ad annum* 1391, *quo obiit.*

k *Sic fere Ecclesiastici cap.* 6 ℣. 25 *et* 26.

l *Carolus. Vide lib.* 4 *Revelationum* S. Birgittæ *cap.* 74.

m *Quantam gesserit liberorum suorum salutis curam, docent specimina numm.* 100 *et seqq. Comment. prævii memorata.*

n *Ita Ecclesiastici cap.* 26 ℣. 2 ; *sed pro* Sue *legitur* : Illius.

o *Cum prius consensu mutuo continentiæ voto se conjux uterque obstrinxisset, ut dictum est in*
B *Comment. præv. num.* 106, *Quod vero ad tempus, quo id iter fuit institutum, attinet, ex dictis num.* 123 *ad annum circiter* 1340 *referendum apparet.*

p *Vide dicta in Annotatis in cap.* 1, *lit.* e.

q *Hinc collige, pios conjuges sive in itu, sive in reditu aliorum quoque Sanctorum, saltem insigniorum, hinc inde templa adiisse, cœlitumque ibique terrenas reliquias debito fuisse honore prosecutos.*

r *Belgii civitas est sub metropoli Remensi episcopalis ad Scarpam fluvium in Artesia, cujus etiam caput est.*

s *Vide num.* 127 *Comm. præv.*

t *Primus, ut creditur, Parisiensis episcopus, et martyr, de quo agetur in Opere nostro fusius ad diem sequentem, quem sibi sacrum habet.*

u *Consonat his Usuardus in Martyrologio ad diem* IX *Octobris :* Apud Parisium, *inquit*, natalis sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Rustici presbiteri, et Eleutherii diaconi ; qui beatus episcopus, a Pontifice Romano in Gallias prædicandi gratia directus, præfatam urbem devenit, ubi per aliquot annos commissum sibi opus ardenter prosequens, tandem a præfecto Fescen-
C nino una cum sociis gladio animadversus martyrium complevit.

x *Ecclesiastici cap.* 26 ℣. 16.

y *Seu potius initum jam ante pactum continentiæ innovarunt, ac deinceps separatim vivere, et monasterium ingredi decreverunt,*

z *Ordinis Cisterciensis, a Suerchero rege anno* 1150, *ut scribit Benzelius in Notitia monasteriorum, quæ olim in Suecia ac Gothia floruerunt, fundato.*

aa *Satis igitur diu ; ut professionem in eo Ordine emittere potuerit post absolutum etiam consuetum alias tirocinium. Vide dicta num.* 141 *Comment. præv.*

bb *Anno* 1344, *die* 12 *Februarii, sub annum ætatis quinquagesimum ; quippe qui* S. Birgittæ, *anno ætatis suæ* 71, *Christi* 1373 *defunctæ, matrimonio conjunctus fuerit anno ætatis suæ* 18, *conjugis vero suæ* 13 *aut* 14.

cc *Sub annum* 1340. *Simile quid* S. Birgittæ *revelatum legitur initio lib.* 7 *Revelationum apud Hormann pag.* 577 ; *sed serius.*

dd *Adeoque anno* 1339 *aut sequenti.*

ee S. Botuidi *martyris in Suecia Acta illustrata* D
*sunt in Opere nostro ad diem* XXVIII *Julii tom.* 6 *ejusdem mensis a pag.* 635.

## CAPUT III.

### *S. Birgittæ viduitas et obitus.*

Mortuo autem viro *a*, postquam Mulier sancta et pudorata compararet suum simul animum, numquam alteri se corporaliter conjunxit. Erat namque, sicut altera Judith, virtuti castitatis adjuncta ita, ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est vir ejus, sed semper solitarie habitans et in gemitibus perseverans in sanctæ viduitatis proposito, sicut sub cristallo clarissimo, ne a pulvere vane glorie macularetur, aut tactu laudis humanæ frangeretur, vite sue reliquias mundissime custodivit. Fuit enim officiosa ad proximum, affectuosa ad Deum et secundum præceptum Apostoli quasi vere vidua : que desolata E
erat, speravit in Domino, instans obsecrationibus et orationibus nocte et die.

Conjuge mortuo, suis Deo vivens. a

19 Sed quia plerumque Christus corda perfectorum visitat, eisque benignitatis suæ suavitatem manifestat, ut per eos ad infirmiores postmodum veniat et descendat. Transactis aliquibus diebus post mortem viri *b*, cum Sponsa Dei, in cujus semper anhelavit desiderio et amore, de statu suo esset sollicita, rapta in spiritu vidit nubem lucidam, et audivit de nube vocem, sicut quondam filii Israël audiverunt loquentem Dominum in monte Synai de nube, et dicentem sibi : Ego sum Deus tuus, qui tecum loqui volo ; et territa illa putansque illusionem esse, iterum audivit : Noli, inquit, timere, quia ego sum omnium Conditor, non deceptor ; non loquor propter te solum, sed propter salutem aliorum. Audi, quæ loquor et vade ad Magistrum Mathyam *c* ; Qui expertus est duorum spirituum discretionem *d*, et dic ei ex parte mea, quia dico tibi, quod tu eris Sponsa mea et canale meum, et audies et videbis spiritualia ; et spiritus meus remanebit te- F
cum usque ad mortem. O miranda Sponsæ felicitas, quæ æquiparari meruit Prophete Isaie, cui dictum est : Spiritus meus, qui est in te, et verba, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo *e*.

Dominum videre loquentem audit. b

c

d

e

20 Hoc autem speciale habuit Sponsa Dei, abdicatio- quod in viginti octo annis, ex quo cepit habere spiritum Dei *f*, nunquam profecta aut morata est nisi secundum infusionem spiritus divinitus sibi factam. Unde in principio revelationum sibi factarum statim fuit ei præceptum obedire magistro cuidam in Theologia *g*, et stare in monasterio *h*, quod ipsa cum omni subjectione et obedientia studuit adimplere. Quo enim majori caritate in eum ardebat, quem mente concupivit, eo timidius ei se subjecit, et amplius verebatur, ne Sponsus aliquid in ea inveniret, propter quod eam a suis amplexibus removeret. Cupiens ex hinc Sponsa Christi a cunctis mundi perturbationibus quiescere, et in sinu Sponsi, sopitis terrenis cupiditatibus, dormire ; statim post mortem viri distribuit omnia bona sua inter filios et pauperes, mutans habi-

tionis quæ bonis. f

g

h

tum

A tum et vitam, fecissetque majora, nisi obstetisset, quod præceptum fuit sibi peregrinari ad Romam et alia loca sancta.

*nec hominum mota dicteriis,*

21 Cumque a nobilibus, vitam ejus insaniam æstimantibus, propter subitam mutationem et vilitatem habitus contemneretur, respondit : Nec propter vos incipio, nec propter vos dimitto. Statueram enim in corde meo tollerare verba : orate, ut possim perseverare. Sciens, quod sicut malam conscientiam non sanat laudantis præconium, sic bonam non vulnerat conviciantis obprobrium. Et quia considerabat, quod perfecta quæque anima, in quo se jam diu exercuit, facile non amittit; idcirco de pœnitentia, quam, vivente marito, occulte fecit, post ipsius mortem

*i* non contenta, in triginta annis *i* lineis vestibus non utebatur, nisi in velaminibus capitis; sed, aspero induta cilicio, carnem, quæ concupiscit adversus spiritum, refrenabat. Ante lectum fecit

*k l* poni unum thorale *k* et cuscinulum *l* sub capite, et sic ibi dormire solebat habens super se vestem simplicem, vel mantellum. Quæ dum quærebatur, quomodo illic quiescere posset in frigo-

B ribus intentissimis, quæ in partibus illis urgent, respondit dicens : Ego sentio intus in me tantum calorem ex divina gratia, quod frigus illud, quod exterius est, non me multum urget ad lectum molliorem, illo sine dubio spiritualis caloris igne succensa, de quo dicit eximius Prophetarum. Concaluit, inquit, cor meum intra me et in me-

*m* ditatione mea exardescet ignis *m*.

*dure admodum semet habet. n*

22 Tot eciam genuflectiones, inclinationes, et venias *n* die ac nocte facere consuevit, quod mirum erat, tam teneram personam posse tantorum laborum pondera sustinere. Sciebat namque, quod, dum carnalis vita corrigitur et usque ad abstinencie et orationis studium a proficientibus pervenitur, quasi in altari jam caro incenditur, ut jam in conspectu omnipotentis Dei sacrificium redoleat, unde prius culpa displicebat. Consuevit insuper in diebus Veneris de ardente cereo stillas flammigeras super nudam carnem suam fundere, ita quod ex ipsis vulnera remanserunt. Quæ si aliquando per se ante alium diem Veneris aliquantulum sanarentur, tunc statim, immissis unguibus suis, ita in eis aravit, ut corpus suum

C non esset sine vulnerum passione. Et hoc fecit propter passionem Jesu Christi, habens eciam nodosa ligamina circa corpus suum, quæ a se neque diebus, neque noctibus separavit; attendens, quod nunquam affectus noster ad desiderium eternorum perfecte accenditur, nisi cura carnis eciam in licitis et necessariis frequenter et fortiter repellatur. Omni sexta feria solebat propter passionem Christi, et amaritudinem fellei potus, sibi ante mortem proprinati, amarissimam quan-

*o* dam herbam, que GENCIANA *o* vocatur, in ore suo tenere. Hoc idem aliis diebus observans, quando aliquod verbum indiscussum proferebat. Et quia, spreta pulchritudine mundialis læticie, cor ejus ardenter inebriatum fuit amaritudine mortis Christi, bene potuit dicere cum illa nobili vidua Noëmii : Non vocetis me, inquit, pulchram; sed amaram, quia valde amaritudine replevit me Omnipotens *p*.

*p*

*Solatur eam in morte filii Deus, q*

23 Cum semel beata Birgitta missa fuisset per præceptum spiritus ad dominum Regem Magnum *q* de Swecia et reverteretur ad monasterium, invenit filium suum, quem infirmum diu reliquerat, jam in extremis agentem, et plo-



rans multum de tam longinqua infirmitate ejus reputabat, hoc accidisse pro peccatis parentum. Tunc dyabolus apparens dixit ei : Quid tibi, Mulier, quod tantis aquis debilitas visum tuum et in vanum laboras? Nunquid aquæ tuæ possunt ascendere in cœlum? Tunc eadem hora Christus in forma humanitatis apparens dixit : Hujus pueri infirmitas non ex stellis, nec propter peccata ejus, sed propter naturæ conditionem, et majorem ejus coronam. Ideo, si huc usque vocatus est BENEDICTUS, jam filius aquarum et orationum vocabitur, et faciam finem necessitati ejus. Post ista die quinto auditus est cantus suavissimus, quasi avium, inter lectum pueri et parietem, et ecce tunc anima pueri egressa est, et dixit spiritus : Ecce, quid faciunt lacrymæ, jam filius aquarum transit ad quietem : ideo dyabolo odiose sunt lacryme bonorum, quæ procedunt ex divina caritate. O lacryma humilis, tua est potentia, tuum est regnum, amicorum tuorum accusatoribus silencium imponis, magis crucias dyabolum, quam pœna infernalis, vincis invincibilem, ligas omnipotentem, inclinas Filium Virginis ad pietatem. A. BIRGERO. E

*ex cujus præcepto*

24 Sed quia magnum virtutis principium est, ut discat paulatim exercitatus animus visibilia et hæc transitoria primum commutare, ut postmodum possit derelinquere cum effectu; transactis fere duobus annis, postquam Sponsa Dei venit ad monasterium *r*, præcepit *s* ei Christus laborem peregrinationis assumere, familiariter ita dicens : Vade Romam; ibi platee strate sunt auro et rubricate sanguine Sanctorum; ubi propter indulgentias, quas promeruerunt sancti Pontifices orationibus suis, compendium est ad celum. Stabis autem in Roma, donec summum Pontificem et imperatorem ibi videbis *t*; quod etiam contigit anno dni MCCCLXVII et ambobus per eam revelationes super reformatione status Ecclesie mittebantur. Quo audito, Sponsa Dei, sicut verus obediens, mandatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi et sic se totam intus colligit, ut mandatum peragat imperantis. Egressa igitur de patria crebis consolationibus meruit relevari : nam præceptum sibi fuit, assuesci scolis gramaticalibus, ubi beata Agnes ad

*r s*

*t*

obediendum et informandum data sibi fuit sola- F cium et magistra. Tantum autem profecit in brevi, quod scivit ex parte intelligere et proferre sermonem. Docuit namque eam, sicut alteram reginam Saba, pacificus Salomon Christus sapientiam, quæ trahitur de occultis.

*Romam abit, u*

25 Veniens tandem Romam *u*, quasi formica, non habens ducem, neque præceptorem neque principem, nisi solum Deum, sibi præparavit æstate cibum, et congregavit in messe præsentis vitæ, quod futuris temporibus gustaret in læticia sempiterna. Visitabat namque cum omni devotione et assiduitate loca Sanctorum, cum labore sibi satis magno; hoc semper observans, quod non libenter in via cum aliquo loqueretur, nisi forte interrogata, et tunc paucissimis verbis loquenti sibi respondebat. Si vero aliquando verbum aliquod indiscussum proferebat, tenaci studuit commendare memoriæ, donec de hoc confiteretur, et penitencie se subjiceret salutari : oculos suos, ne mors per fenestras ascenderet, ita continebat, ut facies hominum rarissime inspiceret et si contigit, eam alicujus faciem su-

A. BIRGERO.

bito respicere, non recessit a memoria ejus tam levis culpa, donec pro ea foret per pœnitentiam satisfactum. Quando vero aliquid loquebatur, quod esset offensa Dei, statim sentiebat in ore suo amaritudinem maximam, quasi sulphuris, sciens, se in hoc Deum offendisse, et reducens ad memoriam illud verbum ad aquas salutaris confessionis cucurrit cicius, sicut cervus, attendens, quod absque confessione justus judicatur ingratus, et peccator mortuus reputatur. Similiter si aliquis loquebatur et aliqua verba viciosa vel dolosa, quæ Deum offenderent, statim sentit in naribus fetorem horribilem sulphuris, quem vix poterat tolerare. Hoc habens pro signo, quod Deus erat offensus in verbis illius personæ, de cujus ore procedebat ignis et sulphur immundæ locutionis ad nares Sponsæ Dei, quibus spiritus domini morabatur.

*ac dein etiam in regnum Neapolitanum,* *x*

26 Tanta ei inerat obedientia, quod in nullo loco volebat esse sine præceptore, cujus præceptis salutaribus studuit in omnibus obedire *x*. Sola etenim obedientia virtus est, quæ menti
B virtutes ceteras inserit, insertasque fideliter refovet et custodit. Paupertas voluntaria in tantum sibi placuit, quod omnia, quæ id possessione sua habebet ad manus alterius traderet dispensanda. De quibus quotiens aliquid pro se vel aliis habere voluit, humillime petivit sibi dari in nomine Jesu Christi, ac si nunquam petita hujusmodi possedisset. Utilitatem personarum secum existentium proprie præponebat, nam propriam celans indigentiam rogabat aliis ministrari necessaria, quibus ipsa plus ceteris indigebat, ut proximum pure diligeret propter Deum. Deinde aliquibus evolutis annis præceptum fuit Sponse Dei ire Sicyliam *y*, et Neapolim sub hiis *y*
verbis : Permittitur tibi, inquit Filius, visitare loca sancta in Sycilia, quia illic sunt multorum corpora, qui dilexerunt me toto corde, inter quos *z*
præcipuus est Thomas apostolus meus *z*, ubi cum perveneris, ostensurus sum tibi aliqua secreta. Cumque illa perturbaretur, ne forte deficerent corporalia in via, respondit Filius. Qui possidet pratum, non parcit pro equo suo laboranti. Sic ego Dominus omnium amicis meis providebo, ubi illorum deficit providentia, et excito
C animas aliorum ad benefaciendum eis. Et vere sic erat; nam quam diu in Neapoli traxit moram, domina Regina Syciliæ *aa* et alii nobiles *aa*
regni ipsam xeniis et donariis plurimum honoraverunt. Quod totum illius dignabatur operari clementia, qui fideli Abrahæ mirabiliter providit de victima holocausti, et corvis, ac mulieri viduæ præcepit, ut Helÿam pascerent carnibus et panibus recreando.

*ubi publica peccata emendare conata est,* *bb*

27 Visitatis igitur in regno Syciliæ *bb* secundum præceptum Domini Sanctorum locis, in Neapoli longo tempore moram faciens, velut speculum sine macula virtutum eximium se omnibus exhibebat, et quasi spina pungens peccata hominum detestata, impios verbis et exemplis ad viam veritatis intrepide ducebat. Unde revelationem sibi factam super populo ejusdem
*cc* civitatis, præsente archiepiscopo *cc* et sapientibus Theologis aliisque prudentibus tam clercis, quam laïcis, enarrans peccata civitatis absque metu quolibet arguebat. Et exemplo Samaritani vinum infundentis cum oleo vulneribus sauciati, prout a cœlesti medio in sancta sibi revelatione didicerat, salutaria eis dabat consilia, quibus ipsa peccatorum vulnera curarentur. Hiis gestis insignis Sponsa Dei, ut columba, pro Noë D
de archa emissa, et ramum olive virentibus foliis in ore suo deferens, ad eum vespere reversa, apisque melliflua, collectis floribus, alvearium suum honeste repetens ad urbem Romanam cum gaudio rediens a Dei laudibus non cessavit.

*Romanum reducit, vias est reducere facit in veritatem sive.*

28 Sed caritatem diligens, omnes honore præveniens, fide fervens, spe gaudens, in tribulatione patiens, orationibus instans, peregrinis sua large communicans, comtemplacioni vacans, limina Sanctorum visitans cum paupercula vidua in gazophilacium Sponsi cœlestis plura prioribus offerebat. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, tantam eis Dominus contulit gratiam, ut splendorem et pulchritudinem, quam in ea ampliaverat, manifestaret oculis devotorum. Unde vir quidam valde nobilis et fide dignus *dd* coram Domino abbate de Perusio, domini nostri summi Pontificis in partibus illis summo legato, præsentibus magnificis dominis, videlicet duce de Spoleto, comite de Nola, episcopo de Spoleto, et multis aliis venerabilibus viris tam clericis, quam laïcis, testificatus est, se, dum Romæ causa peregrinationis existeret, bea- E
tam Birgittam inter sanctum Johannem, et Campum florum obviam habuisse, seque eam tantum in sublime elevatam vidisse, quod pedes ejus super capita concomitantium cernebantur, faciesque ejus in tantum splendida, quod quasi solares radii de ipsa in cœlum ascendebant. Decuit nimirum Sponsam Dei tanquam alterum prophetam Ezechiëlem, inter terram et celum a spiritu elevari, et in ea repleri, quod de Jherusalem per Tobyam dictum fuit; Luce, inquit, fulgida splendebis, et omnes fines terræ adorabunt te.

*Tandem Ecclesiam* *ee*

29 Currentibus tandem multorum annorum spaciis, Unigenitus Dei Sponsæ sue dilecte in Jherusalem ire *ee* præcipiens sic alloqui dignabatur. Ego sum quasi aquila, quæ prævidens in aëre volentes nocere pullis, prævenit volatu, ne noceant : sic ego prævideo tempora et vias et viarum difficultates et amicorum dispositiones. Ideo dico vobis quinque, state et expectate; nunc ite et properate. Ergo quia jam tempus est, ite nunc ad loca prius ostensa, ubi vas fuit mundum et non mundum, ubi agnus fuit tonsus et F
non tonsus, ubi leo rugit et non rugit, ubi serpens videbatur, et non videbatur, ubi volavit aquila in locum, unde nunquam recessit. Cumque illa conquereretur de infirmitate et ætate, responsum est ei : Quis est naturæ conditor ? Nunquid non ego ? Ite, ego augebo fortitudinem. Ego providebo de via, ego ducam et reducam in locum istum. O quam suavis est, Domine, Spiritus tuus, qui dulcedinem tuam in Sponsa demonstrare voluisti, quique olim patriarchæ Jacob in Mesopotamiam proficiscenti promisisti dicens : Ego ero custos tuus, quocunque perrexeris, et reducam te in terram hanc, nec dimittam, donec complevero universa, quæ dixi. O beata Mulier, quæ implevit desiderium suum ex ipsis, videns, cum esset Jerosolymis, de statu regnorum, de nativitate et passione Christi, nec non vocacione gentium; audiens quoque Sponsum sibi mirabilia revelantem. Verba, inquit Dominus, mea audiri et annunciari debent; postea venient opera et signa; ideo scito, quod multi nondum nati sunt; qui verba mea suaviter recepturi sunt.

*a Christo se jussa, ubi Romam reddit,*

30 Præterea sicut dictam est in Euangelio meo, Beati, qui audiunt verba Dei, sic dico nunc,

A nunc, Beati, qui nunc audiunt verba mea et perficiunt ea opere. Verumptamen scito, quod post obitum tuum plures recipient verba mea et cum suavitate sequentur ea. Quia non sicut flos casurus, sed sicut fructus permanens in æternum. O fructus super omnia benedictus Christus Jesus, qui Sponse sue familiariter loqui voluit, sicut aliquando discipulis inquiens dixit : Celum et terra *ff* transibunt, verba autem mea non transibunt *ff*. O quam magnam multitudinem dulcedinis tuæ abscondisti, Domine, Sponse tuæ, quæ omnia loca, in quibus pro peccatoribus clementer passus es, devotissime visitans et quasi columba in foraminibus petre nidificans, suavitatem sanctissimorum vulnerum tuorum tanto fervencius, quanto divinis intus illustrabatur visitacionibus, meruit suaviter degustare. Postquam autem Romam rediit *gg*, gravi infirmitate per annum integrum detenta, quam tamen tam in mari, quam in terra inter labores et dolores pacientissime sustinuit, cepit de die in diem gravioribus ægritudinibus aggravari.

*mortem, quam illi*

31 Sed quia tempus resolutionis suæ instabat, aliquibus diebus ante diem obitus sui apparuit B ei Dominus noster Jesus Christus ante altare, quod erat in camera sua, et blanda facie se ostendens dixit. Ego feceram tibi, sicut sponsus solet facere, qui abscondit se a Sponsa, ut ardencius desideretur, sic ego non visitavi te consolationibus isto tempore, quia tempus probationis tuæ erat; ideo nunc probata procede et para te, quia nunc est tempus, ut, sicut promiseram, ante altare meum in monacham vestiaris et consecraberis *hh*, et *hh* amodo reputaberis non solum Sponsa mea, sed *ii* etiam monacha et mater in Watzsteno *ii*. Verumptamen scito, quod corpus tuum deponas hic in Roma *kk*, donec venerit in locum sibi para- *kk* tum *ll*. quia placet Deo parcere tibi a laboribus *ll* et voluntatem tuam recipere pro effectu. Hiis igitur dictis et multis aliis, mencionem fecit et ordinacionem aliquarum personarum secum existencium, quas ante mortem coram Deo astare vidisse se, dicebat. Post ista vero audita subjunxit Dominus dicens : In mane diei quintæ, sumptis Sacramentis, convoca singillatim omnes, quos superius ordinavi, et dicas eis facienda et sic inter verba C et manus eorum venies ad monasterium tuum in gaudium meum, et corpus tuum locabitur in Watzsteno.

*Christus prædixerat,*

32 Deinde appropinquante die quinta in ipsa aurora iterum apparuit ei consolando eam. Dicta vero Missa et Sacramentis perceptis, inter manus personarum prædictarum emisit spiritum. O inenarrabilis increatæ Sapientiæ clementia, quæ præoccupat, qui se concupiscunt, ut illis prior hylariter se ostendat. O Sponsæ singularis gloria! quam Sponsus in misericordia et fide sibi sponsans verbis dulcissimis consolatur. Felix sponsa, in qua probatio fidei operatur pacienciam et quæ probata vocatur et allicitur ad coronam. Felix, quæ multiplici dotata privilegio non ab humano ore, sed a futurorum bonorum Pontifice consecratur. Felix, cujus non per Prophetam, sicut Ezechye, aut aliam mediam personam, sed per veritatem, quæ Christus est, obitus revelatur. Felix, quæ in senectute bona, sicut altera Sara, infra gloriosissimum peregrinationis suæ locum, velut Debbora ad radicem Bethel, secundum quod sibi prædictum fuerat, honorifice sepelitur. Felix, quæ post labores et varias tribulaciones in pulchritudine pacis in requie residet opulenta. Felix, quæ testamentum electis suis disposuit, et post hujus mundi tristitiam feliciter intravit in gaudium Domini Dei sui. Felix, quæ cibo spirituali recreata in fortitudine cibi illius, sicut Helyas, ad montem Dei Oreb in celeste rosarium ascendere digna fuit; ubi cum Sponso inter celestes cohortes gaudet sine fine. Felix, cujus transitus gloriosis indiciis est ostensus. Nam quidam vite venerabilis vidit lectum parari, et in sublime ferri a personis vestibus albis vestitis. Cui miranti responsum est : Persona, quam in lecto vides, hæc est Sponsa Dei in mundo comtempta, quæ nunc transit a morte in vitam æternam. Et eadem hora carne soluta est. A. Birgero.

33 Dignum plane fuit, ut Sponse, quæ in lectulo consciencie Sponsum, quem diligebat ardenter, quæsivit, illud Ezechiëlis vaticinium impleretur. Sedisti, inquit, in lecto pulcherrimo et mensa ornata est ante te. Et ut Sponso, in sua dulcedine gustato, Sponsa non esuriat, neque sitiat in æternum. Reliqua vero vitæ ejus una cum miraculis et revelationibus, quæ sibi Deus ostendere dignabatur, quæ hic causa brevitatis omittuntur, alibi sunt conscripta. Obiit autem anno MCCCLXXII, x Kalendas mensis Augusti, videlicet ipso die beati Apollinaris martiris *mm*. Et E anno immediate sequenti post multorum miraculorum coruscationem ac ossium ejus subitam et supra modum mirabilem purgationem ab Urbe Romana non sine magnorum refulgencia miraculorum, quæ in via facta sunt, ad prædictum monasterium Watzstena quarta die mensis Julii, scil. feria tertia infra octavas Apostolorum Petri et Pauli *nn* cum ingenti populorum multitudine et *nn* gaudio, sicut sol, qui oritur et occidit, ad locumque suum revertitur, est translata. Ubi miris signis et variis miraculis eam venerandam declarat et mirificat Dominus noster Jesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen *oo*. *obiit anno* 1372 *die* 25 *Julii* *mm* *oo*

## ANNOTATA.

a *Ulphone, anno, ut in Annotatis in cap. proxime præcedens dictum est,* 1344, *die* 12 *Februarii.*

b *Revelatione inter Extravagantes* 47 *apud Hormann pag.* 769 *legitur* : Transactis aliqui- F bus annis post mortem mariti. *Retinenda videtur lectio Birgeriana ob dicenda paulo infra ad lit.* f.

c *Vide Annotata in cap.* 2 *ad lit.* c.

d *Seu* conflictum falsitatis et veritatis, *ut legitur lib.* 1 *Revelationum cap.* 3; *cui subjicitur hujusmodi Declaratio* : Iste docturus Sponsam Christi fuit quidam sanctus vir, magister in Theologia, qui vocabatur magister Matthias de Suetia, canonicus Lincopen, qui glossavit totam Bibliam excellenter. Et iste fuit tentatus a diabolo subtilissime de multis hæresibus contra fidem Catholicam, quas omnes devicit cum Christi adjutorio, nec a dæmone potuit superari, ut in Legenda Vitæ S. Birgittæ clarius continetur. *Postrema hæc verba Vitam* S. Birgittæ *primigeniam, quæ latet, indicare videntur.*

e *Isaiæ cap.* 59 ℣. 21.

f *Seu ex quo* Birgitta, *a Christo in Sponsam peculiari modo electa, frequentiores ac clariores habere cœpit revelationes. Porro cum* Birgitta *ultimum iter instituerit, ut post videbitur, anno* 1372, *postquam in Sponsam a Christo electa est annis* 28; *his ex* 1372 *ablatis, relinquetur annus*

A. Birgero. *annus Ulphonis emortualis* 1344, *quo electio contigit; proinde recte hic ad lit.* b *dictum esse videtur, recte legi apud Birgerum* Aliquibus diebus *pro* Aliquibus annis, *prout habetur in editis* S. Birgittæ *Revelationibus.*

g *Mathiæ, Lincopiensi canonico, de quo paulo supra ad lit.* c *et* d.

h *Alvastrensi, de quo vide Annotata in cap.* 2 *ad lit.* z.

i *Anni* 30, *vel a die* 12 *Februarii anni* 1344, *quo obiit Ulpho, computati, ad annum saltem* 1373, *quo* Birgittam *obiisse, dixi num.* 57 *Commentarii prævii, necessario nos deducunt.*

k *Seu* Toral.

l *Seu* Pulvinar.

m *Psalm.* 38 ℣. 4.

n *Idem significat hæc vox, quod præcedentes.*

o *De hac ita Plinius lib.* 25, *cap.* 7 *naturalis Historiæ :* Gentianam invenit Gentius rex Illyricorum, ubique nascentem, in Illyrico tamen præstantissimam, folio fraxini : sed magnitudine lactucæ, caule tenero pollicis crassitudine, cavo et inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus Subalpinis plurima.

B p *Sic fere lib. Ruth cap.* 1 ℣. 20.

q *Cognomento* Smeck, *id est, blanditiis delinitum. Sueciæ rex factus est anno* 1319. *Uxorem habuit Blancam, comitis Namurcensis filiam, cujus aulæ magistra fuit aliquando* Birgitta, *regis consanguinea, cui salutaria monita, etsi fructu haud magno, sæpe suggessit. Vide Comment. prær.* § 8 *et num.* 45 *Regno privatus anno* 1363 *post diuturnum carcerem tandem perit in Norvegia undis submersus anno* 1374.

r *Alvastrense, de quo supra in Annotatis in cap.* 2 *ad lit.* z.

f *Anno, ut apparet,* 1345.

t *Urbanus V Romam, Sedem illic fixurus, Avenione venit anno* 1367 *die* 16 *Octobris : Carolus IV imperator Viterbio profectus Romam venit* 1368 *die* XXI *mensis Octobris, una cum Urbano. Vide etiam lit. proxime seq.*

u *Anno ætatis suæ* 42, *ut legitur Revelat.* 8 *Extravag., et in Vita abbreviata, Christi* 1346 : *verum annum ætatis saltem* 43 *tunc ingressa videtur* S. Birgitta : *solent enim scriptores veteres annos dumtaxat* S. Birgittæ *completos passim numerare : unde etiam factum opinor, ut Vitæ abbreviatæ auctor, aliique illam mortuam scripserint anno ætatis* 70; *quem tamen, teste Bonifacio in Bulla canonizationis, fuit supergressa. Loco Revelationum mox citato legitur :* Venit igitur Sponsa Christi Romam anno ætatis XXXXII et mansit ibi juxta divinum præceptum XV annis, antequam veniret Papa, videlicet Urbanus V et imperator Carolus Boëmus; quibus obtulit revelationes pro reformatione Ecclesiæ, et Regulam. *At ab anno* 1346 *usque ad annum* 1367 *aut* 1368 *anni sunt* 21 *aut* 22. *Latet in iis verbis error, vel anni illi ab anno circiter* 1355 *usque ad annum* 1370, *quo Roma ad Pontificem Urbanum V, in Monte-flascone versantem, egressa eidem mortem, si in Galliam rediret, brevi seculturam prædixit, Regulamque suam probandam obtulit, numerandi videntur ob dicta num.* 318 *Commentarii prævii.*

C x *Ea quoque in confessarios fuisse observantia et veneratione Bonifacius IX testatur in Bulla Canonizationis, ut absque eorum licentia pene oculos attollere non auderet.* Illis in omnibus virtutibus ita humiliter obedivit, sicut verus monachus humilis obedire solet prælato suo, *inquit Alphonsus in Prologo Lib. Cœlestis Imp. etc : cap.* 3. *Ipsas etiam, quas habuit, Revelationes doctorum piorumque virorum judicio, qua par erat, reverentia subjectas voluit, ut ait Joannes de Turrecremata in Prologo capitulo* 1. D

y *In insulam Siciliam, seu proprie dictam, non videtur ivisse* S. Birgitta : *sed hic nomine* Siciliæ *venit regnum Neapolitanum, quod, ut et Sicilia, eidem reginæ, nempe Joannæ, ea tempestate parebat.*

z *Ortonæ in Neapolitano regno, ubi et ejus reliquiæ servantur, præcipue cultus. Plura alia in regno eodem loca, Sanctorum reliquiis celebria, quæ tum adiit* S. Birgitta, *hujusque eo in itinere gesta fusius tractata vide* § 20 *Commentarii prævii, sub cujus etiam calcem iter hoc anno* 1365 *contigisse, vel tum certe* S. Birgittam *Neapoli fuisse versatam, ostendimus.*

aa *Joanna, de qua vide dicta Commentarii prævii num.* 71 *et* 3 *seqq.* E

bb *Seu in regno Neapolitano. Vide lit.* z *paulo supra.*

cc *Petro archiepiscopo Neapolitano anno* 1365 *ad sedem Ebredunensem in Delfinatu translato, ut scribit Chioccarellus de Archiepiscopis Neapolitanis, substitutus fuit Bernardus de Bosqueto, Gallus, canonicus Burdegalensis, tenuitque illam sedem usque ad annum* 1368. *Bernardi hujus, aut decessoris forte partim tempore* S. Birgitta *Montem Garganum, Barium, Ortonam, Amalphiam, et Salernum adiit, quod ad ejus successorem, Bernardum alterum, Chioccarellus refert; sed eadem loca* S. Birgitta *alteris vicibus visitasse legitur apud Hormann pag.* 839.

dd Joannes de Pornacio *vocatur is a Nicolao de Ursinis, cujus paulo post Birgerus mentionem facit, in suis ad Alphonsum, Giennensem episcopum, de miraculis quibusdam* S. Birgittæ *litteris, infra edendis.*

ee *Primum a Christo, ut ad iter Hierosolymitanum sese pararet monita fuit anno* 1371 *die S. Urbani, Papæ et martyris, seu die* XXV *Maii, ex titulo præfixo cap.* 6 *lib.* 7 *Revelationum. Anno sequenti die* 14 *Martii Neapolitano portu egressa est, ex Fragmento itineris Hierosolymitani ab* F *Alphonso descripti. Hierosolymam pervenit ante diem Veneris post Ascensionem Domini, seu ante diem* 22 *Maii, ex titulo præfixo cap.* 15 *lib.* 7 *Revelationum. Mansit illic mensibus* 4 *cum dimidio. Vide Hormann pag.* 839.

ff *Marci cap.* 13 ℣. 31.

gg Birgitta *in festo Nativitatis B. Mariæ, seu die* 8 *Septembris (anni* 1372) *adhuc morabatur Hierosolymæ, sed inde reditum jam tum parabat, ex titulo præfixo cap.* 26 *lib.* 7 *Revelationum. Die* 8 *Octobris Famagustæ in Cypro fuit, ex titulo præfixo cap.* 19 *libri Revelationum mox citati. Inde profecta Neapolim venit, uti Alphonsus, Giennensis olim episcopus, scribit apud Raynaldum ad annum* 1379 *num.* 10; *hinc vero anno* 1373 *(ut Chioccarellus de archiepiscopis Neapolitanis pag.* 238 *ex Maramaldi, nobilis Neapolitani, qui tempore Roberti regis, hujusque neptis Joannæ reginæ vixit, Chronico Ms. de regno Neapolitano refert) Romam tandem anno eodem ægra pervenit.*

hh *In votis quidem habuit* Birgitta, *ut monacha fieret et monachali veste indueretur : re-*

*ipsa*

A. Bertholdo.

# VITA ALTERA

## *Ex apographo monasterii S. Altonis in Bavaria,*

## Auctore Bertholdo *a*, Ordinis S. Salvatoris monacho. a

### PROLOGUS.

Dum in Actis seu Processu Canonizationis sanctæ matris Birgittæ curiose hinc inde perlegerem, multaque memoriæ digna inibi ivenirem, ægre tuli, fateor, quod talia et tam multa honorem Dei et Famulæ suæ exaltationem concernentia, nec non animarum salutem cognita non mediocriter promoventia, illic quodam modo tenerentur deperdita. Indignum quoque duxi, quod de sanctissima Domina, nimirum *b* propter multorum secretorum inspirationem, et singularem virtutum adornationem Sponsam suam Christus vocare decreverat, cum qua nihilominus gratiæ suæ pactum statuit, adeo quod ex hac beatam illam dicant omnes generationes, tam breviter vitæ ejus Legenda sit condita : respectu tamen copiosæ materiæ hanc non dubium est esse brevissimam. Sed et dominus Bonifacius Papa IX in litteris suis *c*, quas de hujus sanctæ canonizatione descripsit, vitam ejus, licet eleganter, valde tamen, prout scripta illa exigunt, perstrinxit breviter. *Operis suscepti causa* E b c

2 Quamobrem anhelamus quodammodo novam illius retexere Legendam; sed nequaquam audemus, quia sermone atque scientia imperitus, decrevi tandem, accepto a superiore consilio, quæcunque viderentur etiam in prædicta Legenda deficere, studiose perquirere, atque materiis distincta in unum colligere; quod et feci : nam in tribus libris, distinctis nihilominus uniuscujusque libri capitibus, ea divisi *d* : quorum primus de acquisitis virtutibus; secundus vero de acceptis gratiis, tertius autem de miraculis post mortem ipsius exhibitis et approbatis intitulatur, et quoniam scientia eloquentiaque, ut dixi, non suppetunt, quibus vel scripturas fulcire, vel eloquia decorare, quæ narro, potuissem; aliorum dicta et scripta *e*, utpote melius digesta; huic Opusculo censui inserenda. Si quis vero plura forte, quam necesse fuit, instituisse culpaverit; et inde meum volumen nimis excreverit, noverit, quod oportuit me plura recidere, dum copiosæ materiæ studui utcunque satisfacere. Perinde quidquid frivolum, quidquid ineptum, si quid minus bene dictum in eo repertum fuerit, meæ hoc parvitati cum venia adscribatur, nec ad præsumptionem, etiamsi placeret hoc opus, hicque labor imputetur, quin potius, si verum est, et fas est dicere, quantalecunque * ad Matrem sanctissimam devotioni deputetur. Sciendum est autem, quod nonnunquam, etsi rara pro materiæ plenitudine, ex his, quæ in prætexata Legenda enarrantur, quædam hic repetuntur. Unde et post illam videtur in hanc esse scribendum. *et partitio.* d F e f g h * *an* qualicunque?

A *ipsa tamen monacha numquam fuit, et veste, modesta quidem vilique, sed non monachica, usa fuit : hinc tamen factum est, ut monachia veste induta exhiberi in picturis cœperit. Audi, quæ ea de re leguntur in ejus Vita, anno* 1485 *Lovanii edita* : In mane quinti diei (*ita illic Christus* Birgittam *alloquens inducitur*) convoca singulatim, quos tibi intimavi, eis facienda imponendo et sic monasterium tuum accedas, id est, gaudium meum, et corpus tuum in Watzstena locabitur. *Post quæ ibidem ista sequuntur* : Ex hiis verbis patet, quod Birgitta non fuit monachaliter vestita in hac vita, nec habitum illius Regulæ induta, quam instituit : sed in transitu ejus de hoc seculo induebatur tali veste religiosa et insensibili a Christo, Sponso suo, sicut ei promisit in Revelationibus suis. Hinc est, quod ymago Birgittæ communiter tamquam monacha solet depingi. Et licet non fuit monacha in vita, petiit tamen tali veste ornari, qua nunc vestiuntur moniales de Ordine suo, quam post vite sue terminum secundum Dei promissum (*spirituali quodam modo*) adepta est in regno cœlorum.

B ii Vastena, *Ostrogothiæ, in Suecia provinciæ, oppidum est ad lacum,* Veter *dictum, in diœcesi Lincopiensi, in quo primum Birgittini Ordinis monasterium* S. Birgittæ, *sed absentis, opibus curisque constructum fuit; de quo vide plura in Comment. prævio numm.* 327 *et seqq.*

kk *Apud moniales in Panisperna.*

ll *Anno* 1374 *translatum ejus corpus fuit in Sueciam per S. Catharinam ejus filiam, et Vastenæ collocatum die quarto Julii secundum Thorirum in Diario Vastenensi : at die sequenti secundum Ulphonem, S. Catharinæ biographum, tom.* 3 *Martii pag.* 53.

mm *De die quidem, quo obiit, inter omnes convenit, at non de anno. Obiisse anno* 1373, *dedita opera scribit Thorrius Andreæ in Diario Vastenensi; cui consonat auctor Vitæ abbreviatæ. Idem ex iis consequens est, quæ de tempore instituti a* S. Birgitta *Hierosolymitani itineris leguntur sive in libris Revelationum, sive in Fragmento ejusdem itineris ab Alphonso descripti. His adde Maramaldum Neapolitanum, de quo paulo ante ad litt. gg.* S. Birgittæ *corpus anno* 1374 *Vastenæ depositum fuisse, omnes (qui de translatione ista agunt) scribunt, incepta transla-*

C *tione ejus, ut Ulpho mox laudatus scribit,* eodem anno, *quo mortua est. Quin et ex ipsis Birgeri verbis, annos vitæ* 30 *post mariti obitum* S. Birgittæ *tribuentis (vide num.* 21 *et Annotata in hunc locum ad lit.* i) *conficitur, eam anno* 1373 *adhuc fuisse in vivis : unde eam hoc anno defunctam fuisse omnino arbitror, undecumque sit ortum, ut anno uno Birgeri calculus a reliquorum mox citatorum calculo deficiat non modo hic, sed et num.* 24, *ubi* Birgittam *Pontificem et imperatorem Romæ allocutam ait anno* 1367; *cum tamen non hoc anno, sed* 1368 *Romam Carolus veneril, uti in eum locum annotavi supra. Consule præterea Comment. præv. numm.* 57 *et* 386.

nn *Vide hic dicta ad litt.* ll.

oo *Sequuntur proxime in apographo nostro verba hæc* : Explicit beatæ Birgittæ Legenda, matris nostræ, nacione Swecie per reverendum dominum patrem Birgerum archiepiscopum Upsalensem compilata. *Hæc autem, quam edidimus,* S. Birgittæ *Vita descripta nobis fuit ex codice, circa medium seculi* xv *exarato. Vide dicta Commen-*

*præv. num.* 16.

A. Bertholdo.

ANNOTATA.

a *Quam hic vides* S. Birgittæ *Vitam, typis, ut reor, nondum editam hactenus a Bertholdo, monasterii Paradisi prope Florentiam in Tuscia Ordinis S. Salvatoris confessore, conscriptam, transcribi nobis curavimus ex exemplari monasterii S. Altonis in Bavaria : hoc porro non serius anno* 1452 *descriptum verosimiliter fuit ex altero antiquiore exemplari in monasterio ejusdem Ordinis, S. Mariæ* ad aquas frigidas *nuncupato, et olim in Belgio nostro prope Sylvam ducis sito : unde colligi potest, illius auctorem Bertholdum ab ætate* S. Birgittæ, *anno* 73 *seculi* XIV *defunctæ, non admodum fuisse remotum. Adi Comment. prævv. num.* 22 *et binis seqq.*

b *Videtur desiderari hic relativum* Quam, *aut hujusmodi quidpiam.*

c *Seu in Bulla canonizationis* S. Birgittæ, *data anno* 1391, *die* 7 *Octobris, quam integram a pag.* 468 *Comment. prævio insertam habes.*

d *Libros* I *et* 3 *in capita* XI, *secundum in* 6 : *nos* I *in* 5, *secundum in* 3, *tertium in* 4 *divisimus.*

B e *Præter Processum canonizationis, in principio Prologi laudatum, Bullam canonizationis, et antiquam* S. Birgittæ *Legendam consuluit Bertholdus etiam libros Revelationum, et Alphonsum, Giennensem olim episcopum, ut in decursu hujus Vitæ apparebit.*

# LIBER I

## CAPUT I

### *De profunda ipsius humilitate, et immenso amore ad Deum.*

*S. Birgitta eo coram hominibus*

De humilitate itaque hujus egregiæ cælestis Regis Sponsæ, quasi de vero et stabilito ejus machinæ spiritualis fundamento, primitus dicendum est, quatenus ordinem, quem ipsa perficiendo servavit, dum charitatis apicem, culmenque virtutum recte per humilitatem attigit, virtutes ipsas C nos quoque reserando teneamus. Ab illa siquidem bona cuncta procedunt; quemadmodum econtra, mala cuncta a superbia originem habere dicuntur. Scriptum est enim, Omnis peccati initium superbia
a *a*. Fuit ergo beata Birgitta humilitatis præcipuæ, illam gestans interius in mente, et insinuans ore, ac exhibens in operatione. Nam licet nobilissima
b foret principissa *b*, utpote de regali stirpe progeni-
c ta *c*, tam humilis attamen, tamque vilis erat, quod non erubescebat pauperum lavare pedes, visitare hospitalia, infirmos perquirere, languentia membra contrectare; ulcera abluere, fovere et ligare. Vestimenta insuper ancillarum suarum, famulorumque et aliarum personarum sæpius resarciebat, et, quod mirum valde est, dum aliquando
d visitaret monasterium S. Laurentii Panispernæ *d* Romæ, tempore, quo panes et eleëmosynæ pauperibus erogabantur, inter cæteras pauperculas peregri-
e nas agapen *e* postulantes se collocabat, magna cum humilitate incognita sedens, et acceptam agapem
f cum gratiarum actione deosculans *f*. Redarguta nihilominus juste vel injuste a confessore suo et spirituali patre *g*, vel ab alio quoquam domestico confestim flectendo genua veniam postulabat. Quin imo, si quamcumque offensam inferre se quoquo modo alicui contigisset, aut certe intulisse præsumpsisset, genu similiter flexo, cum magna humilitate relaxationem postulabat.

4 Semel, bis, et tertio nonnunquam in die ob ni- *et Deo magis humilis.*
miam humilitatem confessionem faciebat : et omnibus diebus Dominicis et magnis Sanctorum festivitatibus velut infirma et medicina indigens sanctissimum Christi Corpus, animarum anthidotum salutiferum, devotissime recipiebat. Item etsi tanto gratiarum munere prædita esset, quod vix humana credulitas hoc queat admittere; peccatricem tamen vilissimam, nec non ad omnia indignissimam se reputabat. Verum cum præceptum illi a Christo fuisset, quod sanctæ religionis Regulam, quam sanctissimo ore suo ipse sibi revelando dictavit *h*, summo faceret Pontifici præsentari per eum confirmandam *i*; mandanti respondit : O dignissime mi Domine Jesu Christe, ego indigna persona inter tuos fideles servitores sum sicut minima formica inter fortes camelos, qui magnas sarcinas portant E ad Domini sui commodum et honorem; et quomodo poterit Papa credere, quod tu omnium Deus et dominus cum tali formica talia digneris facere? sed et in secundo divinarum Revelationum libro cap. 18, cum hanc gratiam videndi, audiendi, et sentiendi spiritualiter Sponsus sibi commemorasset, ait : O Domine mi, et fili Virginis! quare dignatus es tam vilem Viduam hospitari, quæ sum pauper in omnibus operibus bonis; et modica in conscientiæ intellectu et consumpta in omni peccato longanimitate temporis.

5 Item in sexto libro cap. 52. O Rex, inquit, *quanto gratiis ejusdem clarior.*
omnis gratiæ, et infusor omnis sapientiæ; omniumque virtutum largitor : cur me, quæ corpus consumpsi in peccatis, recipis ad tale opus tuum? Ego sum quippe quasi asinus insipiens, et defectuosa in virtutibus. Noli etiam, dulcissime Domine Jesu Christe, propter hoc irasci, quia sic te interrogavi; nihil enim mirandum est de te, quoniam facere potes, quidquid volueris. De me autem totaliter; quoniam in multis te offendi, et parum emendavi. Non solum autem de tantis gratiis, quemadmodum Dominus Alphonsus, olim Giennensis episco- F
pus, tunc autem eremita *k* nec non Sanctarum k
Revelationum devotus scriba in Epistola ad reges *l* l
astruit, non superbiebat : imo gravius de hac sibi superesse judicium metuebat. Ait enim; Latere quidem ipsa, et thesaurum istum abscondere divinarum Revelationum ob humilitatis custodiam maluisset : sed Christus eam imperio verborum suorum pluries astrinxit ad scribendum et loquendum verba sua divina intrepide summis Pontificibus, imperatoribus, et regibus, et aliis gentibus, ut ex istis divinis verbis, scilicet Libri præsentis et cælestis Libri ad Reges, homines peccatores ad Deum se converterent, boni autem et justi in melius proficerent : ut patet clare in septimo libro cap. 27 et in sexto cap. 5 cum multis similibus, et in isto præsenti Libro cælestis Imperatoris ad reges in multis Capitulis. Hæc ille.

6 Tentata est aliquado Sponsa Christi a dia- *demonis insidiæ sperni, monachi autem opprobria libens audit.*
bolo de inani gloria, suggerebat enim sibi, quod nobilis esset genere et Deo multum dilecta, quæ in oratione sua mentis in excessu suspensa tentanti se sathanæ respondebat : O maledicte diabole,

A bole, tu propter tuam superbiam cecidisti, ego vero quare superbire debeam; cum non sit melior reginæ caro, quam ancillæ, sed totum vile et terra? Quare non humiliabo me, cum non minimam quidem cogitationem bonam a me habere possem, nisi Dominus miserit mihi illam? Tunc Christus apparens ei dixit: Humilitas est scala, qua ad Deum cor ascendit de terra. Eo tempore, quo Mulier in Alvastro monasterio morabatur, frater Paulus ejusdem monachus quadam vice illi detrahebat dicens, eam non habere sanum cerebrum, sed esse phantasticam. Cumque humillima Dei Famula hujusmodi verba a referentibus audisset, respondit: Benedictus sit frater ille, qui bene me et mea novit vitia: verum enim dicit, sani me non esse capitis, quia non utique sane usque modo sensi, cum plus, quam Deum meum, mundum dilexi, nunc autem, et deinceps sic nihil ut Deum diligere cupio, nullique nisi Deo placere peropto, spero me bonum et sanum cerebrum habituram, quo Domino placeam, et mundo displicam; sed rogate fratrem illum, ut oret pro
B me.

*nihil ad suam, n*

7 Prædicante quoque magistro Mathia, Lyncopensi canonico *n*, qui Famulæ Dei in Swetia confessor extitit, et de virtutibus ejus et gratiis sibi a Deo gratis datis quædam tam imitabilia, quam commendabilia tangente, sermone finito, humilitatis amica ad eundem accessit, ac dixit: Precor vos, Pater, per nomen Jesu Christi, ut nil de me vestris in sermonibus de cetero inseratis: quid enim ego sum? Nonnisi formica in conspectu Dei. Et si aliquis magnus dominus vilem suum cursorem ad amicum mittit, quis laudandus est nisi dominus? Hoc autem ideo dicebat, quod si cælestibus interim pro communi omnium utilitate imbueretur sacramentis, non ipsa ex eo, sed solus Deus prædicandus esset et laudandus. Cui ille, Non mireris, inquit, Filia, quia viri etiam et mulieres exemplares efferendi sunt, ut cæteri ædificentur. Et Sancta, Adhuc, inquit, navis mea in fluctibus est, ideo oratione indigeo. Principium enim rei videmus, sed finis est laudandus.

C

*sed omnia ad Dei laudem referre solita, o*

8 Inter cetera Nolanus comes *o* de Birgitta adjuratus hoc refert, quod, cum aliquando de revelationibus sibi cælitus factis familiariter cum ea conferret, istiusmodi habens humilitatis exemplum, ut magno cum timore et verecundia quadam referebat; Non reputetis, aiebat, amoris effectus verba divina propter vilitatem meam, quia ego sum uti cursor abjectus, qui, cum præclari principis litteras portat magna continentes negotia, in nulla tamen domini sui litteras inficit vel corrumpit, nec earum continentia ex eo immutatur: novit ille, qui omnia novit; quique etiam dixit, ut dicerem, quod nihil ex me verbis ipsius addo vel minuo. Item frater Angelus de Hispania presbyter et eremita de
P Monte Corvo *p*, Quare sic prophetas? eam requisivit: cui dixit: Ego sum quasi cursor Domini sui litteras bajulans, et ideo non meis meritis, sed Dei beneficiis est ascribendum, quod hujuscemodi dico vel revelo, cumque vellet ille sibi, prout decebat, reverentiam exhibere, ut vere humilis reluctando dicebat: Non cursor, sed mittens eum dominus laudandus est. Quocirca suscipe et lauda Deum omnipotentem. Præterea dominus Alphonsus, de quo supra *q*, refert de ea, quod si quandoque a quocunque pro quacunque necessitate devote quærebatur; in hæc quasi semper verba prorumpebat: Ego quidem peccatrix et indigna sum pro vobis orare, sed rogate vos Deum, ut det mihi gratiam et ego libenter desuper cogitabo, et Deus fortassis, qui in altis habitat; et humilia respicit in cœlo et in terra, humilitati vestræ condescens * obaudiet mea demerita non attendens.

A. Berthold.

* condescendens

9 Demum cum hujus ærumnosæ vitæ finis appropinquasset, ut hominum plausum, populique concursum humiliter devitaret, in sancto Laurentio Panispernæ de nocte corpusculum suum sepeliri mandavit. Verum, quia fugientem se mundi gloria velut umbra insequitur, devotione populi, atque frequentia corpus terræ commendari prohibente, duobus diebus jacuit insepultum. Nec mirum, si inanem gloriam toto annixu fugavit, cum in Prologo Regulæ Sponsum Christum de humilitate et virtutibus se monentem audierit, atque dicentem: Tu, quæ debes palmites portare, debes esse fortis et stabilis ad portandum, parata atque vigilans ad recipien- E
dum, ne diabolus decipiat te; ideo sta firmiter, et dilige me toto corde: fuge omnem superbiam et assume omnem humilitatem. Serva os tuum, et omnia membra tua ad honorem meum: obedi, sicut tibi præceperam: discute omni hora conscientiam tuam, quantum excedis. et quomodo consurges ad me statim, si cadas: non cures mundi honores, nec ejus amicos, quia, cum me habueris, omnia dulcescent tibi, et cum tu me perfecte dilexeris, omnia præter me, quæ mundi sunt, amara fient tibi quasi venenum.

*ut plausum populi fugeret, noctu sepeliri voluit.*

10 Diligebat revera hæc devotissima Mulier Dominum suum ac Sponsum præclarissimum Jesum Christum ex toto corde suo, et ex tota anima sua, et ex omnibus viribus suis, et plus omni mente sua, plus quam omnia, et plus quam semetipsam; et præ amoris magnitudine divinæ offensionis impatiens, dum vel dicto vel facto eundem Sponsum a quopiam vilipendi percipiebat, quietari vix poterat; et quia divini amoris igne succensa ardebat desiderio, in ejus se totam obsequio perfecte mancipavit, de se sibi ipsi * reservando: nolebatque ad horam ab eodem * *supple* nihil
Sponso suo separari, illum in ore per devotam F
orationem, in mente per jugem meditationem, et in corde per sinceram habens dilectionem. Si quidem de eo loquebatur dulcius, meditabatur suavius, et mentis in arcano præcordialiter amplexando jucundius fruebatur. Quia enim amoris Dei incendio incunctanter æstuabat, amor quamcumque merebatur visionem; visio fruitionem: ipsa namque velut flamma sursum tendens mentis in excessu sæpenumero acta desideratissimis illum Sponsum vicissim conspiciebat obtutibus; dum in ejus lumine lumen vidit, a quo nimirum divinorum pabulo eloquiorum jugiter ac dulciter pascebatur.

*In Christum summo,*

11 Unde in capitulo 77 libri quarti dicit: O Domine Deus meus! O quam dulcia sunt oris tui verba! Videtur vere mihi, quoties verba spiritus tui audio, quasi anima mea illa in se glutiat cum quodam sentimento ineffabilis dulcedinis, sicut suavissimum cibum, qui cadit in cor corporis mei cum magno gaudio et ineffabili consolatione. Mirabile tamen hoc esse videtur: quia dum verba tua audio, tunc utrumque efficior, scilicet satiata et famelica: propter

*quod non une*

A. Bertholdo. propter hoc autem satiata, quia tunc nihil aliud mihi libet nisi illa. Propter hoc famelica, quia semper augetur appetitus meus ad illa. Mellifluis itaque Sponsi Christi, quin imo super mel et favum dulcioribus, refocillata colloquiis: utpote quæ cum Psalmista dicere poterat; Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, et sic per Sanctos suos etc. Demum sibi constituta, eructavit cor ejus verbum bonum, verbum salutiferum cunctis in posterum ad æternam pacem et salutem profuturum.

*specimine ostendit,* 12 Prædicabat Christi Evangelium omni creaturæ, quod qui crediderit et tenuerit, salvus erit. Plane quod sentit latius, ipsa indicabit evidentius in ea et per eam ignis divini amoris et flamma æternæ charitatis accensa apparebit. Ipsam ergo interrogemus; ipsa de se loquitur, nempe cum de confirmanda Regula, ut superius dictum est, mandatum accepisset, inter cetera mandanti respondit: Ex gratia tua voluntatem habeo faciendi voluntatem, tuam, quamdiu vixero: te testante, tu scis,
B quod possibile esset, quod majus gaudium, majorque consolatio ex hoc tibi proveniret, quod ego quoad corpus meum omnes infirmitates, scandala, dolores, paupertatem, et omnes tribulationes, et adhuc in ipsa anima mea æterna supplicia sustinerem: istas adversitates potius amplecterer,
* quoad quam utramque ad * corpus et animam æternam felicitatem, ad hoc ut consolatio tua major esset. O Domine Deus! qui me creasti et pretioso sanguine redemisti, si in istis tribus fide, spe et charitate defectum aliquem habere me videris; propter magnam misericordiam tuam tu eum supplere digneris. Tu es in intimo cordis mei sanguine: quamvis indigna persona sim visitatione et consolatione benedicti Spiritus tui, tutelæ tamen tuæ magnæ potentiæ me totaliter committo; ut, quomodocumque tibi placuerit, mecum facias.

*ferebatur amore,* 13 Item in XIII capitulo libri septimi multiplicem Dei bonitatem attollens inquit: O æterna veritas et incomprehensibilis, ut ipse Deus et Domine Jesu Christi; tu omnes cogitationes bonas cordibus infundis, orationesque et lacrymas. Tu occultas tua gloriosa dona, conferens
C pro eis æternaliter præmia gloriosa. Sit ergo tibi honor et servitium et gratiarum actio de omnibus, quæ creasti. O dulcissime Domine Deus meus, tu es mihi charissimus et vere charior, quam corpus et anima mea. In quinto etiam libro LXIV capitulo apparenti sibi post tentationem Sponso; O, inquit, Domine Jesu Christe, regratior tibi pro omnibus et specialiter pro tribus, primo, quod vestis animam meam, infundendo scilicet pœnitentiam et contritionem, qua omne diluitur peccatum, quantumcumque grave. Secundo cibas animam meam infundendo charitatem tuam et memoriam passionis tuæ, qua anima quasi cibo optimo delectatur. Tertio consolaris omnes invocantes, te in tribulatione; ergo Domine miserere mei, et adjuva fidem meam, quamvis enim digna sim tradi illusionibus diabolicis, credo tamen, quod sine permissione tua ipse nihil potest, nec permissio tua est sine consolatione. Sed etiam in sexto libro cap. XVII diabolus, cur eam in sua non reciperet protestate, a Dei requisitus Genitrice, respondit: Non, inquiens, hoc possum, quia duplicem sanguinem in uno vase commixtum ego non possum separare, et dividere, quia sanguis charitatis Dei est mixtus sanguini charitatis cordis ejus. Neque enim mentitus est ille, qui dixit; Qui adhæret Domino unus spiritus est cum eo *r*. Amor quippe transfert amantem in amatum. D

14 Ceterum ut alterius ad alterum, Sponsi scilicet ad Sponsam et e converso, zelus innotescat, id, quod, cap. XXXIV lib. primo scriptum est, referam: colloquenti etenim Domino cum Sponsa sua, apparenti tunc diabolo dixit Dominus: Tu fuisti creatus a me, et vidisti omnem justitiam in me, responde mihi, si nova ista Sponsa est legitime mea, et cum approbata justitia: permitto enim te videre cor ejus, et intelligere, ut scias, quid respondeas mihi. Nunquid ipsa diligit aliquid sicut me, aut velet aliquid cambii recipere pro me? Cui dæmon respondit: Nihil diligit sicut te, et, antequam te careret, omne supplicium magis pateretur, si dares ei virtutem patientiæ: ego video quasi quoddam ardens vinculum descendere de te in eam, quod sic alligat cor ejus, ut nihil aliud cogitet vel diligat, sicut te. Et iterum in undecimo capite ejusdem libri ait Christus: Dilige me toto corde, quia ego dilexi te. F

15 Conjunx Sponsæ Christi, dum in extremis ageret, annulum, quem gerebat digito, impressit uxori, rogans, ut eo animæ suæ devotius ac sollicitius memoriam haberet, quo memoriale penes se retineret; sed cum pauci pertransiissent dies ab eo, quem maritus *s* extremum clauserat *t*, annulum a se Dei Dilectrix abjecit. Quibusdam viris dicentibus sibi, non magnum judicium dilectionis existere tale tanti conjugis præsagium a se charitatis ejecisse, respondit: Quando virum meum humo tradidi, omnem cum eo carnalem amorem inhumandum decrevi, ut, quamvis illum sicut cor meum dilexerim, nollem tamen cum uno denario contra velle Dei vitam ipsius redimere. Sed quando annulum meum in manu mea habui, erat mihi oneri, quando illum inspiciendo priorum dilectionum recordabar. Quocirca, ut animus meus in solius Dei ascendat amorem, volo carere annulo ac viro meo, et me Deo committo.

16 Postquam vero generosa vidua complicis sui testamentum persolvit, cum ingenti spiritus fervore paravit se, ut Romam (juxta quod desuper jussa fuerat) læta pro voto, festina præ gaudio pergeret *u*; patria quoque, filiis *x*, parentibusque relictis, totam se ibidem in Dei servitium manciparet. Interim vero animus ejus ex filiorum compassione parumper fluctuare cœpit, quod eos desolatos atque materna consolatione orbatos relinqueret. Verebatur insuper, ne post ipsius recessum ad offendendum Deum audacius frœna laxarent, eo quod juvenes essent, divites, potentes et nobiles. Istiusmodi itaque altercationibus in ejus se animo versantibus, vidit in visione ollam unam igni superpositam, et puerum desuper insufflantem, quatenus olla ferveret, cui dixit: Cur tantum sufflans ollam conaris ignire? Ut amor, inquit, filiorum in te magis ac magis accendatur, et inflammetur. Et ait: Quis es tu? Ego, inquit, negotiator sum: intelligens autem immoderatum adeo in corde suo erga filios vigere amorem, invariabiliter se ad horam correxit, ut nihil jam præter divinum amorem, præponeret; nil sibi de cætero liberet, nisi quod Creatori suo gratum fore cognosceret. O quot fuderit ex tunc quotidie lacrymas, quot fecit eleëmosynas, ne quos genuerat, omnium offen-

derent

A derent Creatorem! Jam enim naturalis in ea amor erat extinctus, et in spiritualem penitus conversus amorem.

*diligere videretur. y*

17 Testatur denique Prior de Alvastro *y* confessor ipsius, quod tantam ad Deum charitatem possideret, prout ex confessionibus sibi constare fatebatur, quod valde mirabile erat: unde meminit, se vice quadam de suo illam charitatis, internæque devotionis ardore curiosius explorasse; audivit vero, quod ipsa tantum in oratione fervorem atque devotionem experiebatur, quod diebus, ac noctibus a cibo et potu abstinuisset, nisi defectum corporalem incurrere et proverbium etiam: Qui facit, quod nullus, mirantur omnes, subire timuisset.

## ANNOTATA.

a *Ecclesiastici cap.* 10 ℣. 15.

b *Nempe Nericiæ, quæ Sueciæ provincia est, legiferi uxor, non tamen stricti nominis princeps aut domina. Vide num.* 64 *et seq. Comment. prævii.*

B c *De regio ejus stemmate, item de ejus natali solo, parentibus, fratribus et sororibus consule* § 3 *Comment. prævii.*

d *Virginum Clarissarum, in quo sepeliri etiam voluit.*

e *seu* Eleëmosynam.

f *Idem quoque testatur Bonifacius IX in Bulla Canonizationis.*

g *Forte Petro, Vastenensi confessore, qui illi a confessionibus fuit, vel Petro Alvastrensi, aut Alphonso, episcopo Giennensi.*

h Ut creditur, *inquit Bonifacius IX in Bulla num.* 216 *Comment. præv. laudata: Martinus V*, ut pie credendum est; *nec aliter Sueciæ episcopi in litteris, anno* 1417 *ad concilium Constantiense datis, loquuntur, ut iterum num. mox laudato dictum est.*

i *Obtulit Regulam Urbano V, qui eam approbavit anno* 1370: *confirmarunt Gregorius XI anno* 1377, *teste Thoriro Andreæ in Diario Vastenensi, et Urbanus VI anno* 1379.

k *Vide de eo dicta num.* 30 *et seq. Comment. prævii.*

C l *Edita est apud Hormann ante lib.* 8 *Revelationum* S. Birgittæ.

m *Ordinis Cisterciensis in Suecia.*

n *De Mathia vide plura numm.* 26 *et* 27 *Comment. præv.*

o *Verosimiliter Nicolaus de Ursinis, cujus exstat Epistola ad Alphonsum, Giennensem olim episcopum, de quibusdam* S. Birgittæ *prodigiis apud Hormann pag.* 813 *et seq. Nola Campaniæ Felicis civitas est in regno Neapolitano.*

p *Aliunde mihi notus non est presbyter ille eremita.*

q *Vide supra lit.* k.

r *Paulus Epist.* 1 *ad Cor. cap.* 6 ℣. 17.

f *Ulpho, Gudmari filius, Nericiæ legifer defunctus anno* 1344, *de quo plura reperies* 6 *prioribus numm.* § x *in Comment. prævio.*

t *Duodecimo Februarii anni mox dicti.*

u *Romam venit anno* 1346.

x *De ejus liberis posterisque pluribus egi* §§ 5 *et* 6 *Comment. prævii.*

y *Vide dicta de eo numm.* 28 *et* 29 *Comment. præv.*

A. Bertholdo.

# CAPUT II.

## *De præcordiali ejus devotione ad Virginem Mariam: de zelo honoris divini et studio salutis animarum.*

*Deiparæ Virgini quoque*

Quanta vero Dei Genitrici Mariæ afficiebatur devotione, quis digne sufficiat enarrare, cum illam in intimis vehens præcordibus humile sibi servitium exhibebat, totamque se in ejus amorem transformabat? In ea siquidem velut in portu tutissimo totius spei suæ anchoram defixerat: nolens ab ea viva vel mortua separari. Illam utique commemorando reviviscebat spiritus ejus, cor exultabat in gaudio, mens in jubilo, anima tota cælestibus jucundabatur desideriis. Divinis ejus affectus epulis pascebatur; illius denique honorem sibi ipsi præponebat, illamque ipsa medulitus diligebat. Et ne videar sub incognito et quasi opinando fari, quæ astruo, ad ipsam, de qua dissero, me converto: ipsius ignitum vehementer eloquium coram profero; quo e nostra vivificabuntur dicta, et illius præcordia in amore Virginis luce clarius videbuntur flammantia. E

*mirum in modum*

19 Sane in primo capite libri septimi dicitur, quod, cum esset Romæ beata Birgitta, Sponsa Christi, et quadam vice orationi vacaret etc. usque in finem, quam promissionem Virgo benedicta post annos XVI adimplevit: quando scilicet beatæ Birgittæ ad Terram Sanctam proficiscenti *a*, cum Bethlehem venisset, Christi Nativitatem seriose monstravit. Item alibi inquit Sponsa Christi: Benedicta sis tu, Maria Mater Dei, et benedictus sit idem filius tuus Jesus Christus præ omni gaudio, quod mihi dederat ex eo, quod tu mater ejus es; ipse idemque novit, quod Maria Filia Joachim est mihi charior, quam liberi Ulphonis et Birgittæ. Et magis vellem, quod Birgitta, filia Birgeri, nunquam fuisset nata, quam Maria Filia Joachim non esset progenita; et levius eligerem, quod Birgitta esset in inferno, quam quod Maria Filia Joachim non esset Mater Dei in cælo, cui respondit benedicta Virgo: Filia, scias pro certo, quod illa Maria Filia Joachim erit tibi utilior, quam tu Birgitta filia Birgerii es. Et eadem Filia Joachimi, quæ est Mater Dei, vult esse pro Matre liberis Ulphonis et Birgittæ. Patet ulterius pii amoris affectus ex eo videlicet, quod in monte Calvariæ beata Birgitta personaliter consistens et passionis Christi seriem intuens, ex compassione Matris dignissimæ, doloris acutissimi gladio transfixæ, pariter vulnerabatur, cujus utique passionis ordinem scribens in XV cap. libri septimi post multa sic ait: Cumque ego repleta dolore respicerem crudelitatem eorum, vidi tunc ejus Matrem mæstissimam in terra jacentem, et quasi trementem, et semimortuam *b*, quam consolabantur Joannes et aliæ sorores ejus; quæ tunc stabant non longe a cruce ad ejus partem dexteram. Dolor ergo novus compassionis illius sanctissimæ Matris in tantum transfixit me, quod cor meum pertransibat quidam gladius acutus importabilis amaritudinis. F

*b*

A. Berthol-do. *fuit addicta:*

20 Porro si ex abundantia cordis os loquitur; vim intimi amoris verba produnt miræ devotionis: nam in libro tertio capite XXIX illam devote et pulchre salutans, Benedicta sis tu, inquit, o Maria Mater Dei, templum Salomonis. Respondit Mater: Benedictus sit Deus, qui cordi tuo etc. Item in quarto libro cap. XVIII. O dulcis Maria, inquit Sponsa, benedicta sis æterna benedictione etc. Denique in eodem libro capit. XIX sic dicit: O dulcis Maria, pulchritudo nova etc. Quantum etiam intime eam dilexit, luculenter patet in illis duabus
*c* pulchris et prolixis orationibus *c*, quæ in fine scribi consueverunt, in quarum altera Virgo beatissima de sua conceptione et infantia, et de omnibus virtuosis actibus et laboribus, ac magnis doloribus totius vitæ suæ, nec non de sanctissima morte et assumptione sua pulchre atque devote laudatur, in reliqua vero cuncta corporis membra, nec non virtuosi ejus corporales actus congruis laudibus singulariter describuntur, et efferuntur.

B *ex zelo salutis proximi*

21 Quia enim pudicitiæ Mater cælestem illum Sponsum inexhausta charitate diligebat, honorem illius, quibus poterat modis, promovere satagebat, et quia pro animarum redemptione eumdem Sponsum sanguinem suum fudisse cognoverat, idcirco animarum salutem ardentissime sitiebat; qua de causa devotissimis orationibus et inenarrabilibus gemitibus pro salute proximorum anxia nimis omnium jugiter interpellabat Redemptorem, et missis epistolis verba, quæ os Domini locutum
* *supple:* mandatum ad eam fuerat, omnibus juxta ejusdem * intimabat: nam ad summos Pontifices *d*, imperatores,
*d e f* reges *e*, reginasque *f*, episcopos et alios ecclesiæ prælatos, principes quoque et judices terræ, nec
*g* non ad religiosas, secularesque personas *g* cujuscumque dignitatis, status, conditionis, seu ætatis existerent; ad regna quoque vel communitates scribens nunc iram Dei intime comminabatur, nunc præcavebat, nunc arguebat, obsecrabat vel increpabat in omni patientia et doctrina, ut non sit, qui se abscondat a calore ejus, vice in hoc fungens Psalmographi dicentis: Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, tu scisti. Justitiam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare
*h* tuum dixi *h*. Non parcebat labori, non sumptibus,
C quia verus amor de difficultate non causatur, contra vero has detractiones, derisiones non verebatur, sed nec ipsam mortem cunctis viventibus odiosam expavescebat, quin Dei beneplacitum perficeret, et a gehennæ cruciatibus proximorum animas pro viribus liberaret.

*summæ etiam auctoritatis viros*

22 Audierat enim vocem Sponsi sui dicentis; Cum vos oderint homines, et persecuti fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me, gaudete in illa die et exultate, ecce
*i* enim merces vestra copiosa est in cælis *i*. Et iterum: Nolite timere eos, qui occidunt corpus,
*k* animam autem non possunt occidere *k*, unde in
*l* monte Flascone *l* domino Urbano Papæ V *m* revelationem quandam sibi a Dei Genitrice factam,
*m* in qua sub mortis comminatione futurique judicii districtione prælibato Pontifici inhibetur, ne de Roma vel Italia recedendo Avenionem repedaret, personaliter præsentavit, talia tanto Domino nil verita insinuando. Successori insuper Gregorio XI divinis nonnullis destinatis oraculis mandabatur, quod infra certum tempus in illis expressum Romam vel Italiam cum sua remigrans curia, omni cum humilitate, pastoralique charitate inibi D usque ad mortem permaneret, moxque post suum adventum Sponsam Christi, sanctam scilicet Ecclesiam, omnesque ecclesiasticos status excoleret, et reformare inciperet, nec non ad pristinum statum totius decoris perfectæque virtutis atque recolendæ sanctitatis Patrum antiquorum pro posse reduceret; vitia quoque de curia evellendo, mores corrigendo, consiliariosque permutando: alioquin animadversionis divinæ sententiam nondum in anima, sed in corpore et in bonis temporalibus irrefragabiliter sævientem exciperet. Quarum profecto revelationum *n* Dominus Latinus de Ursinis unam, dominus Nicolaus comes Nolanus alteram, tertiam vero terribilem valde Dominus referebat Alphonsus: prætextu namque Conditoris neminem pertimescebat, nullius faciem cognoscebat, nullum denique viventium Authori vitæ præponebat.

23 Unde, cum quadam die in ecclesia sanctæ *officii ea* Mariæ de Alvastro *o* juxta altare se recepisset, et revelationem quandam ad milites corrigendos E *p* mentali theoria subacta Regi Christo percunctanti se intenderet, confessor ipsius accessit, regem, Magnum nomine, qui tunc regnabat, ad eam venisse contestans, sed, cum nullum præberet responsum ei, tetigit eam manu, cumque nec sic suscitanti annueret, deprehendit, eam divinis tunc vacare colloquiis: contemplatione tandem finita, et a confessore et a rege, quam ob rem vocata tacuisset requisita; Bene, inquit, audivi vocem percunctantis, sed sermo tunc colloquentis mihi potens erat, et metuendus. In eodem quoque Suetiæ regno, marito jam suo vita functo, regem, Christo imperante, adiit, quem postquam una cum magnatibus regni ex indultis sibi revelationibus salubri commonitione præcavisset, virgam furoris Domini super eos extendendam, nisi de quibusdam flagitiis in illis condignam in posterum pœnitentiam agerent, minabatur.

24 Qua in re plerique illorum mordaci illam *intrepide.* dente corrodentes, cum alias in eam surgere metu territi, et revera magnatorum tenti, magnorum ipsius consanguineorum, nullatenus auderent, oblocutionibus atque maledictis impetebant. Sed maledictiones omnes, detractionesve atque derisiones surda patiens aure pro persequentibus, et se calumniantibus Sponsum sic facientem et dicentem imitando exorabat. Nunc p autem ex eis plurimi, qui sibi ante detrahebant, qui tribulationes omnes illas, ac terribilia Dei judicia, quæ prænuntiaverat, ad punctum venisse conspiciunt, humilem ipsius patientiam recensentes mira cum devotione ad sepulchrum eam requirunt; et loca, in quibus sciunt, quod steterunt pedes ejus, deosculantur, ac si de ea vaticinium illud verificari debuisset: Venient ad te, qui detrahebant tibi etc. Dicunt autem: Væ, væ, qui sanctæ Mulieris prædicationibus confidere renuimus: væ, qui judicia Dei parvi pendimus: væ nobis iterum, atque iterum, qui piæ Matris monita superbo corde contempsimus, quo mala cuncta, quæ patimur, exinde merito excepimus, et vere credimus, quod virtus illius almi corporis ad partes reducti pacem nobis secum vexerit, cum innumeris dudum pressuris oppressi fuerimus; sed venerunt nobis omnia bona pariter cum illa, et invariabilis honestas per manus illius, et lætati sumus in omnibus, quoniam

antecesserunt

A antecesserunt nos ipsius dignissima merita.

*divinitusque instructa* 25 In regno quoque Cypri coram rege tunc vivente et ejus matre domina Eleonora regina, Antiochiæ principe, domino scilicet Jacheto, regis patruo, cum multis aliis regni nobilibus, regiisque consiliariis coram stantibus, quandam ex parte visam publicavit revelationem, in qua supradicti omnes cum universo populo de quorundam in ea contentorum emendatione facinorum monebantur : alioquin suum contra eos potentissimus Dominus citissime atque certissime accingeret gladium. Quæ quidem revelatio in septimo libro cap. XVIII continetur *q*. Præterea in civitate Neapolitana magnæ comminationis et terroris Christi verba ad se facta, nonnulla quædam secreta minas continentia, clam reginæ contribuit; sed et quædam alia Dei verba super populum ejusdem civitatis, assumpto domino Bernardo archiepiscopo Neapolitano, fratre Nicolao Mesquim Ordinis prædicatorum Sacræ Theologiæ magistro, qui postmodum cardinalis fuit *r*, fratre Francisco Defulano Ordinis Eremitarum S. Augustini, eoque B in Theologia magistro cum quibusdam nobilioribus civitatis militibus convocatis, per semetipsam magnanimis, intrepida et æmulatrix Dei Famula constanter coram publicavit : et habentur hæ duæ Revelationes lib. VII, cap. XXVIII. Ex quibus omnibus et his similibus etsi capi, ligari, cruciari, trucidari, probabiliter titubare potuisset, velut tamen Christi Apostola Dei que Prophetissa cum fiducia et fortitudine mandatum Dei exequebatur, et opportuna verba non præcognita, sed in illa hora juxta Evangelium sibi data, cum staret ante reges et præsides inconcusse loquebatur.

*commonuit:* 26 Ad regem namque Suetiæ, eumque cum suis contribulibus monere, in spiritu ire jussa fuit quadam vice, cumque causaretur, se nescire, quid in sermone proferret, audivit : Cum veneris, inquit, ad eos, aperi os tuum, et ego implebo illud; ad regem proinde perveniens, cum non cogitasset, quomodo, aut quid loqueretur, divina tunc verba fuerunt sibi infusa, non solum quæ ad regem pertinebant, verum etiam, quæ de futuris plurima concernebant. Ex divino quoque imperio cuidam abbati *f* magnæ authoritatis quasi supplicando dixit : Tu, domine Abba, deberes esse speculum Religiosorum, sed tu es caput meretricum; patet hoc in filiis, pro qui- C bus infamaris. Tu pauperum exemplum et distributor indigentium esse tenereris, sed ostendis, te esse de eleëmosyna magnum dominum : hoc patet, quia magis inhabitas castrum, quam claustrum. Tu deberes esse doctor et mater fratrum tuorum, sed factus es vitricus et noverca : tu ludis in deliciis et pompa, illi autem afflicti murmurant tota die, ideo nisi correxeris te, deponam te de castris, et cum minimis fratribus non habebis consortium, nec ad patriam tuam, ut credis, redibis.

*Suecie regem ab exigendis vectigalibus, oblatis filiis avocavit,* 27 Cum rex Suetiæ ad quandam pecuniæ quantitatem solvendam arctaretur, Non immunis ab ira Dei eris, si hoc feceris, ait illi inclita Mater; sed duos, quos habeo, filios magis accipe, eosque, donec solvere poteris, pone obsides, nec offendas Deum tuum. Tunc ipso die Christus eidem loquebatur dicens : Propter charitatem unius hominis quoque salvatum est regnum, sic propter unius adinventionem et gravamina perdita sunt aliqua regna, sicut exemplum tibi dico de quodam rege : ille enim rex plus confidebat in pecunia, a populo et transeuntibus sub fraude et simulatione justitiæ exacta, quam in me; ideo vitam perdidit, et regnum reliquit in tribulatione, et adinventiones suæ pravæ ductæ sunt ab aliis successoribus in consuetudinem, et quasi in legem, sed si rex confidit in me Deo suo, et communitas regni petitur in auxilium in charitate, tunc ego salvare potens sum, et citius propter charitatem reducere ad pacem. Ideo rex, si prosperare desideret, teneat promissionem suam mecum, et veritatem cum communitate regni, teneatque promissionem suam mecum, et caveat præcipue, ne novas ibi adinventiones et tributa et subtilitates inducat. In difficultatibus vero sequatur consilium timentium Deum, non cupidorum; quia melius est, adversa quædam mundi tolerare, quam scienter contra me et animam suam peccare. A. BERTHOLDO.

*ad vitam honestam meretrices,* 28 Sciendum autem est, quod in humili Ancilla Christi nonnulli scandalizabantur, nonnulli vero plurimum ædificabantur, et, audita ea, multa faciebant : fuit enim cum Paulo Christi bonus odor; aliis odor mortis in mortem, aliis E odor vitæ in vitam, prout dicitur 2 ad Corynth. XI. Nam et plerasque meretrices vel Romæ vel alibi suis sanctis persuasionibus de suo inhonesto lupanaris loco exemit; et castitatis intuitu, ne peccatores reverterentur ad vomitum, in suo proprio hospitio per aliquot tempus habitare secum faciens instruebat, quemadmodum pœnitentiam facerent, et viam spiritus recte incederent. Si quas vero spirituali studio minus idoneas conspiceret, connubio tradens sufficienti dote vallabat, quatenus in statu matrimoniali laudabiliter viverent, et ob victus parcimoniam pro status sui congruentia non ruerent.

*ad pium vitæ genus virum nobilem, t* 29 Dominus Gometius de Hispania ducatus Spoletani *t*, mediante domino Alphonso, quondam Gyennensi episcopo, beatæ Birgittæ humiliter supplicavit, quatenus pro se orare dignaretur : scire quippe ambiebat, quo in statu magis placere potuisset? Sanctæ itaque Famulæ beneplacitum Dei per orationem in hoc exquirenti ab ea, quæ omnium salutem æmulatur, revelatio facta est, qua de statu et forma vivendi juxta ipsius qualitatem ad plenum informabatur. Hanc revelationem cum vir gaudens Perusii *u* suscepisset, sicut, præfato domino Alphonso præsente, testatus est, repentino cor * ejus timore Dei transfixo, in alium virum exinde commutatus est adeo, quod de ipso vere dici poterat : Hæc mutatio dexteræ Excelsi : nam ex tunc et deinceps diebus Veneris pane * nigro, Sabbatis albo, ceteris vero diebus gryseo induebatur colore. Porro secretas faciebat pœnitentias, vigilias et orationes, abstinentiis quoque non minimis carnem suam macerabat, sed et pauperum pedes qualibet hebdomada bis personaliter lavando, largas nihilominus eleëmosynarum benedictiones eisdem impendebat. Habebat etiam spirituales patres, fratrem scilicet Coribium de Hispania Ordinis Minorum et Andream de Luca eremitam in Monte Spoletano, Magistram vero suam, cujus ope normam vitæ ex alto susceperat, cujusve devotionis auspicio indultam sibi ab ea parvam crucem jugiter deferebat ad collum, nonnisi Matris nomine recensebat. F u * corde * panno

*ad sanctius viros* 30 Prior Provincialis regnorum Suetiæ, Daciæ

A. Berthol-do. ociæ, et Norwegiæ de Ordine Prædicatorum, assertor verbi Sponsi Christi famam ubique diffusam attraxit de loco, quo tunc erat, ad regnum usque Suetiæ, ubi sancta degebat Fœmina concitus veniebat : si quidem illius adminiculo, quemadmodum se et sibi subjectos in viam spiritus haberet dirigere, nosse peroptabat. A qua cælesti traditione usque adeo imbutus est, quod pristino ambitioso multumque pretioso rejecto habitu, vilis et abjecti panni tegumentum assumpserit, et hoc ipsum in commisso sibi grege perfecit : nec non quam plura alia ad emendationem cedentia salubriter effecit.

*religiosos adduxit, x*

31 Simile quoddam operatus est Spiritus Dei per fistulam suam, sanctam videlicet Birgittam, in fratre Martino de Arragonia *x* Ordinis Minorum, qui, cum Cypri reginæ secretarius esset, et cum alma Vidua in multo labore et ærumna Jerusalem venisset, pro se Deum orari humiliter supplicavit, quatenus viam et modum, quibus sibi melius placere posset, offenderet, et voluntatem B suam bonam, beneplacentem et perfectam ipsa sibi reseraret. Beatæ igitur Birgittæ super hoc oranti Christus apparuit et pulchra nimis revelatione sibi (quæ sub XXI cap., VII libri contexitur) exhibita, qualiter devotissimus Christi servus Franciscus sacco indutus spiritu religionis Regulam cuderit, et qualiter primitivos fratres sanctissimæ suæ conversationis imitatores habuerit, et quomodo diabolus Ordinem interea dejecerit, et qualiter demum supplicium vel gloria ipsius Ordinis professoribus repromittatur, patefecit. Hanc profecto revelationem cum de manu sanctæ Viduæ prænominatus frater suscepisset, et demum Famagustam *y* (ubi libros et vasa argentea pecuniasque et jocalia cum suis ceteris ornamentis recondita possidebat) advenisset, dispersit omnia, et dedit pauperibus, Franciscum pauperculum pauper ipse imitatus est in observantia sanctæ Regulæ exemplum factus ceteris fratribus.

*y*

*aliisque*

32 Frater quidam conversus monasterii de Alvastro sanctæ vitæ tribus annis infirmabatur. Inquire in Additionibus post caput XXX, lib. VI. Venit aliquando Famula Dei ad episcopum quendam probatæ vitæ et devotionis, dominum videlicet Hemyngum Aboënsem episcopum *z*, etc. Require ibi. Item cum vice quadam consederet in convivio eidem episcopo, et sibi delicatis cibis appositis ipsa uteretur in honorem Dei judica-C batur ad episcopo, cur habens donum tanti spiritus a delicatis cibis non abstineret? Tunc ipsa nihil sciens de talibus cogitationibus, circiter vero audivit in spiritu : Dic episcopo : Ego, qui pastorem implevi spiritu meo, nunquid propter jejunia sua? Ego sum, qui feci conjugatos prophetas, qui hoc non promeruerunt. Ego jussi prophetæ, ut adulteram reciperet in coujugem, nunquid obedivit ipse? Ego loquebar Job ita bene in felicitatibus suis, sicut quando sedit in sterquilinio, ideoque ego sum mirabilis, facio sine præcedentibus meritis omnia, quæ mihi placent.

*z*

*diversi generis hominibus*

33 Episcopus igitur hæc audiens, se ipsum recognoscens, turbatus animo rogavit pro se orari. Tunc tertio apparens Mater Dei dixit : Dic episcopo : Quoniam omnes prædicationes suas inchoare solet a laude mea, et quia per judicium suum te judicabat in mensa, etiam quia illud judicium charitatis et non invidiæ erat, ideo charitas meretur consolari; dic ergo ei, quod ego volo ei esse in matrem, et ejus ani- D mam præsentare Deo, et ego nunc exponam ei, quod ipse est animal septimum de animalibus prioribus tibi ostensis, et quod ipse verba Dei coram regibus et Pontificibus portabit, quemadmodum etiam cap. XCVII, libri VI scribitur. Quidam magnus dominus, qui die confessus non fuerat, etc. usque in finem. In sexto quoque libro cap. LXXVIII dicitur, quod, hospitante Famula Dei ac pernoctante prope civitatem Lodosiam *aa* in quadam domo, ubi diabolus aperte loquebatur, et dabat responsa etc., usque in finem.

*aa*

*plurimum profuit.*

34 Itaque quam plurimi ob sanctitatis de gratiarum sibi a Sponso Christo concessarum dotationem, fama duce, ad eam undique confluentes pro se orari, vel, si quod dubium forsitan mente versabant, celitus enodari per eam postulabant. Quibus humiliter annuens aliquot dies, et si spirituales personæ erant, ipsa interdum die, elevatis primitus ad cælum manibus, et humilibus, quæ cælum penetrant, precibus prius fusis, scistitantibus se divina præbebat responsa : E nam, ut de aliis taceam, dominus Urbanus V per suum eam confessorem adiit, et quatenus de nonnullis conscientiæ suæ dubiis Deum interpellaret, requisivit; et si quod cæleste oraculum ob id perciperet, quantocius innotesceret. Pari modo Gregorius XI *bb* arcana quædam dubia mente *bb* pertractans misit ad eam, cui saltem rogando præcipiebat, quod de et super hujusmodi dubiis secretorum cognitorem Dominum postularet, sibi nihilominus, quod in spiritu audiisset, intimando, quod et fecit. Præterea domina Joanna, regina Siciliæ, et dominus Bernardus, Neapolitanus antistes, sigillatim de quibusdam eam articulis consuluerunt, pro quibus divinas obtinuit revelationes, quæ in septimo libro scribuntur *cc*. *cc* Sed et Cypri regina Eleonora Famulam Dei, cum illuc adventasset, ut pro se et filio suo, ac toto regno apud Regem regum intercederet, supplex requisivit : quod dum faceret, divina præcepta, quæ in septimo Revelationum libro continentur, accepit *dd*, ac certe de hujusmodi revelationibus *dd* ad requisitionem quam plurimorum sibi factis cælestes libri ubertim respersi inveniuntur. Postremo dominus Alphonsus sæpe dictus asserit se, quam pluries, dum perplexa mente in con- F scientia turbaretur, meruisse per eam cælitus declarari.

## ANNOTATA.

a *In Terram Sanctam profecta est anno* 1372 : *contigit id adeo sub annum* 1356.

b *Hoc Virginis deliquium plures negant eruditi.*

c *Exstant apud Hormann a pag.* 738. *Dicuntur autem divinitus* S. Birgittæ *revelatæ, qua de re haud aliter sentiendum, quam de ipsismet ejus revelationibus.*

d *Revelationes ejus ad Urbanum V, et Gregorium XI vide lib.* 4 *Revelationum.*

e *Liber octavus Revelationum ad imperatores, reges etc. universim scriptus est. Ad Carolum IV est revelatio inter Extravagantes. Multa prædixit Magno, Sueciæ regi, ut dictum est* § 8 *Commentarii prævii.*

f *Blancam Sueciæ, Joannam regni Neapolitani, Eleonoram Cypri reginas. De Blanca vide* § 8 *Comment. prævii; de Joanna* §§ 5, 20 *et* 23; *de Eleonora vero* §§ 22 *et* 23.

g *Liquent*

A g *Liquent hæc ex variis Revelationum libris.*
h *Psalmo* 39, ℣. 10 *et* XI.
i *Ita fere Matt.* 5, ℣. XI *et* XII.
k *Matt.* 10, ℣. 28.
l *Italiæ civitate in ditione ecclesiastica ad lacum Vulsinium.*
m *Dictus fuit* Guilielmus Grimoardi *ante Pontificatum, quem Avenione, Galliæ civitate archiepiscopali in Provincia ad Rhodanum fluvium, obtinuerat anno* 1362. *Sedem Pontificiam reduxit Romam anno* 1367. *Sed anno* 1370 Adveniente, *inquit auctor Vitæ ejus primæ apud Baluzium in Vitis Pontificum Avenionensium col.* 390 *et seqq.*, insuper tempore æstivo idem Urbanus recedens de Urbe, vadensque ad Montemflasconis declinavit Viterbium, ubi primum palam et publice manifestavit, se velle redire ad civitatem Avenionensem. *Mense Julio ejusdem anni Monte-flasconis existens approbavit Regulam S. Salvatoris a* S. Birgitta *sibi oblatam, quo pariter tempore ei prædixit hæc (vide lib.* 4 *Revelat. cap.* 138) *fore, ut brevi moreretur, si rediret in Gallias, quod, eodem anno nondum elapso, reipsa contigit.*
n *Revelationes illas habes libro mox citato,*
B *capp.* 139 *et seq.*
o *Vide lit.* m *supra in Annotatis ad cap.* I.
p Ad milites corrigendos, *inquit Bertholdus : unde quidem efficitur,* S. Birgittam *Ordinum militarium, sua ætate exsistentium, emendationis salutisque fuisse sollicitam : neutiquam autem, militarem Ordinem, quod nonnulli aiunt, abs illa aut in Suecia, aut alibi gentium unquam institutum. Vide dicta* 334 *Comment. prævii.*
q *Vide* § 22 *et* 23 *Comment. prævii.*
r *Anno* 1378 *sub Urbano VI.*
s *Videtur fuisse hic abbas Farfensis, ut dictum est Comment. prævii. num.* 264 *et* 3 *seqq.*
t Spoletum *civitas est ditionis ecclesiasticæ in Umbria ad Tessinum amnem.*
u Perusia *ditionis item Pontificiæ civitas est in eadem Umbria.*
x *Guardianus dein Bethleëmitanus ex Waddingo in Annalibus Minorum ad annum* 1375, *num.* 4.
y *Insulæ Cypri civitatem in Orientali ora, cujus calamitates* S. Birgitta *prædixit.*
z *Aboa Sueciæ olim civitas sub archiepiscopo*
C *Upsalensi : de Hemmingo vero, ejus loci episcopo, vide dicta num.* 53 *et seq. Commentarii prævii.*
aa *In Vestro-Gothia, Sueciæ provincia, portum.*
bb *De Revelationibus his Pontificibus a* S. Birgitta *oblatis vide Comment. prævii* § 17.
cc *De gestis* S. Birgittæ *Neapoli vide* §§ 20 *et* 23 *Comment. prævii.*
dd *De iis vero, quæ in Cypro gessit, vide* §§ 22 *et seqq.*

A. Bertholdo.

## CAPUT III.

### *De operibus pietatis et patientia in adversis.*

*Pauperum* Fervebat equidem Sponsa Christi charitate divina, qua proximo non solum beate vivere anxie procurabat, verum etiam præsentis hujus ærumnosæ vitæ subdita nunc opera in eam exercendo, studiose impendebat, et viscerosæ charitatis brachiis filios amplexans compassionis eos atque internæ affectionis sinu dulciter confovebat. Considerans semitas domus suæ, ne panem comederet otiosa, manus suas aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Ut enim verbis Bonifacii *a* utar, inexhaustæ charitatis officia erga *a*
egentes, infirmas, miserabilesque personas propter amorem Creatoris exercuit indefesse. Nam, marito adhuc suo superstite, duodecim pauperes consuevit die qualibet propria in domo cibare, illis inserviens E
et necessaria subministrans. Et quinta seria memor cœnæ Domini lavit pedes eorum, de propria quoque facultate plura hospitalia in partibus suæ originis et specialiter unum in villa sua de Ulphason *b* reparavit, pauperesque et infirmos in illis degen- *b*
tes pia, benigna, misericors et sedula ministratrix, quasi omni die ministravit, eorumque ulcera absque horrore et fastidio attractando lavit, ligavit, fovitque.

*curam maximam* 36 Sed et suas secum filias *c* deducendo, sicut aquila provocans ad volandum pullos suos et super *c*
eos volitans, verbo atque exemplo idipsum facere docebat. Quibusdam vero se redarguentibus, quod tales ac tantas puellas, facie pulchras, prosapia illustres, ætate tenellas illic conveniret, ubi præ languoribus, languidorumque fœtoribus facile commaculari possent, amore fervens charitatis, prudenter, constanterque aiebat : Quid mihi molesti estis, quid pro meis zelatis filiabus, in sua juventute meas a me discere natas, qualiter Deo et pauperibus devote deserviant? Quia non potest, qui Deo famulatur, illorum contaminari languoribus, quibus propter Deum fideliter deservit. F
Multos insuper pauperes annuatim vestiebat. Plerasque etiam tam religiosas, quam sæculares personas in diversis regni partibus suis eleëmosynis copiosius relevabat. Virgines denique quam plurimas sublevans, alias viris, alias vero Deo suo spirituali connubio copulabat, istas nihilominus et illas sufficienter dotando, et, ut breviter dicam, omnibus afflictis, pauperibus et captivis, orphanis et pupillis exhibuit se quasi matrem.

*habuit, d* 37 Romam deinde veniens *d*, licet peregrina esset, et ob nimiam partium distantiam penuriis quoque exposita, copiosam quippe secum habens familiam, largas pauperibus impendit eleëmosynas, largiores autem dudum impendisset, nisi patris sui spiritualis arbitrio retenta fuisset; et ut Deo liberius vacare, Sponsumque suum pauper ipsa imitari posset, ærarium suum præceptori commisit, viro utique prudenti, maturo, multumque spirituali *e*, cui to- *e*
tius domus suæ regimine derelicto, velut una

ex

A. Bertholdo. * sive

ex ancillis, aut quævis alia paupercula sui * pro se sive pro aliis subveniendis et alendis, ac si non ipsius quæque essent, sed illius, cum timore et tremore vitæ necessaria humiliter postulabat. Et si quoque petita negabantur, omni cum mititate repulsam accipiebat. Interdum vero suboleta * ferens calceamenta, nova cæteris procurabat. Romæ siquidem, ut dictum est, commorando puellam quandam facultate inopem, sed venustate decoram et exinde vel animæ vel corporis perditioni propinquam, honorifice nuptui tradidit, dotavitque sufficienter.

* obsoleta

*non sine propriæ etiam egestatis periculo;* *f*

38 Cum adhuc quadam vice esset prope Lodosiam *f* in regno Suetiæ, unus de familia inops et pauper, qui desponsatæ filiæ nuptias facere disponebat, sed multa compressus inopia non valebat, accurrens rogavit sibi inferri : quæ dispensatore domus suæ accersito quantam in promptu haberet pecuniam, inquisivit. Computata vero numismatum quantitate, Da, inquit, pauperi huic partem tertiam, quatenus filia ipsius consolata oret pro nobis. Ingredientes vero civitatem, catervam ad januam invenit hospitii, quibus, ut erat misericors, miB serata jussit agapem impertiri : respondens autem villicus ejus dixit : Nullo modo sufficere ad solvendam in hospitio pecuniam, quam habebat, nisi reciperet ab alio mutuatam, adjiciens : Quomodo tam largiter vestras effunditis pecunias? Magnæ quippe perfectionis est sua indigentibus erogare, et pro se ab aliis mutuum recipere vel mendicare. Ad quem illa : Demus, inquit, cum habemus, quia benignus, largus est nobis Dator, cum indigemus; istis enim pauperibus ego servata sum, quia aliud solatium non habent, ego autem in necessitatibus meis relinquo me voluntati Dei.

*sed nec Deo vicissim*

39 Audientibus eis Missam in ecclesia, voce desuper lapsa, audivit : Filia mea est sicut illa, quæ tam ferventer ad Sponsum vocantem properat, quæ patrem, matremque et omnia, quæ habet, obliviscitur, donec, quem quærit, inveniat; quid ergo facturus est Sponsus? mittet utique servos, et omnia, quæ Sponsæ sunt, post eam venire faciet. Sic propter tuam charitatem tibi tuisque providemus; nam sicut charitas me in C Virginis uterum ineffabiliter introduxit, sic charitas hominis introduxit Deum in animam ejus. Ideo præparemus vestes, antequam veniat Puer, ordinemus, antequam veniat habitator, seminemus fructum, ut gaudeamus in messem. Hinc est, quod Zelatrix Dei et proximi egestatem sæpius incurrebat, et cum suis pedissequis penuriam patiens aliorum ope relevari indigebat. Verum, cum de illo felici itinere Hierosolymitano Romam repedaret *g*, regina Joanna certam sibi pecuniæ quantitatem in Neapolitana civitate in subsidium ex compassione transmisit. Dubitanti vero ex scrupulo conscientiæ, utrum tale munus deberet admittere, Christus apparens sibi dixit : O fatua! Nunquid pro amicitia reddenda est inimicitia, aut pro bono reddendum est malum, aut in frigido vase reponenda est nix, ut plus frigescat? Ideo dico, quod quamvis regina ex frigido corde tibi dedit, quod obtulit, tamen cum charitate et reverentia suscipiendum est a te, et orandum pro ea, ut ad divinum calorem valeat pervenire : quia scriptum est, aliorum abundantia suppleat pauperum defectus, et nulla bona opera coram Deo erunt in oblivione.

*g*

40 Item cum semel in peregrinatione, propriis pecuniis expositis, præ inopia anxiaretur pro familia, ille potius amore sua largiendo alienis indigebit, oranti dixit : Quamvis mundus meus sit, et omnibus omnia dare possim, tamen, quod offertur ex cordis charitate, acceptius est mihi, et ego etiam libentius ea exigo, quæ proprie mea sunt. Nunc autem, quod bona vestra expenditis hilariter pro honore meo, ideo tempore necessitatis vestræ debetis accipere de meo. Fac ergo, dic archiepiscopo *h* istius civitatis sic : Sicut omnes ecclesiæ meæ sunt, ita omnes eleëmosynæ meæ sunt : da mihi ergo in amicis meis de his, quæ mea sunt, quia licet acceptum sit mihi erigere muros ecclesiarum; æque tamen in hac parte acceptum est mihi juvare indigentes amicos meos, qui meo amore bona sua exposuerunt. Recordare ergo, quod Eliam ad pauperem viduam destinavi, quem prius per corvos paveram : non quod eo tempore alii vidua ditiores non erant, vel quia sine vidua prophetam, qui XL diebus impastus sustinuerat, absque alimoniis sustentare non poteram, sed hoc feci, quia de charitate viduæ volui experimentum sumere, quam ego, scrutans E corda et renes Deus, bene noveram, sed ut aliis fieret manifesta. Tu ergo, qui Pater es et dominus Viduæ, benefac viduis de meis, quæ quamvis ego sine te possum omnia, et tu sine me nihil, volo tamen iterum charitatem tuam in eis contemplari.

*defuit ipsius curæ.*

*h*

41 Scriptum est in Evangelio, quia semen, quod cecidit in terram bonam, ortum fecit fructum centuplum, et quali modo hoc factum sit, ibidem declaratur, cum dicitur : Et fructum afferunt in patientia. Semen est Verbum Dei (hic Prophetissæ mirabiliter electæ multipliciter factum) quod in hanc terram nostram per gratiam cadens, radices quidem misit per humilitatem, crevit, ac se dilatavit per charitatem, et demum in patientia fructum suum dedit, quia nimirum in patientia possidebit animam suam. Siquidem quieta et pacifica sine querela vivens, ad omnes patiens erat, et quamvis famulantium sibi defectus, ut fieri assolet, inconcussa toleraret, debito tamen modo et tempore cum discretione atque modestia excessus corrigendo, nequaquam Deum suum a quoquam F eorum notabiliter offendi sinebat. Quanta nempe fortitudine animi mala cuncta Deum jugiter laudando exceperit, Bonifacius Papa prædictus in suis Epistolis innotescit, cum dicit : Admirabilis patientia viguit in ea, ut infirmitates proprii corporis, injurias illatas, mariti et Caroli filii mortem *i*, et adversa quæque toleraret patientissime sine murmure, sine querela semper in cunctis cum humilitate submississima Deum benedicens. Sed ne leviter vel frustra Pastor Ecclesiæ Sponsam illius, qui est Pastor bonus et verus, quique animam suam posuit pro ovibus suis, de patientiæ præconio extulisse videatur, cuncta, quæ dixit, manifestissimis libet declarare impassibilitatis * exemplis.

*Mira patientia*

*i*

* *i.e.* summæ patientiæ

42 Porro ut ab injuriarum toleratione exordiar, dum Magnus rex Suetiæ *k*, qui a juventute sua devotus extitit, et inter homines laudabiliter vixit, ut opinionis ipsius rumorem hauserit, ad se autem plures vocans in his, quæ Dei erant, suis libenter innitebatur consiliis. Quamobrem plerique regni satrapæ invidebant ei, sortilegam ipsam, seductricemque aulam * acclamando

*calumnias*

*k*

* aulæ

A acclamando minabantur. His autem liberi auditis contra profanos illos detractores insurgere voluerunt, nisi quod flexo illa genu deprecando dicebat : Nihil, obsecro, mei filii, moliamini in eos; testem etenim invoco Deum, quod patior * quibusvis maledicorum oblocutionibus, derisionibusque attrectari, quam regis vel reginæ diademate, quoad vixero, decorari : sinite illos, cæci sunt, et duces cæcorum.

* *supple :* magis

43 In civitate Stockholmis *l* regni Suetiæ miles quidam de nobilibus, comes nuncupatus, cum vidisset regem Magnum sanctis ipsius monitis ad meliorem vitam fore conversurum, nec ab illo se sicut heri et nudius tertius fuisse susceptum, nimio succensus furore, dum quandam beata Birgitta transiret viam, utique angustam, aquam super eam fudit de fenestra; sed ipsa patientissime ferens injuriam, Magistri illius memor, qui pro persequentibus et calumniantibus dixit esse orandum, in hæc prorumpit verba : Dignum et justum est, ut ego talia perferam; veruntamen parcat illi Deus, et non reddat illi in futuro seculo. Oranti vero ipsa die Christus dixit : Quia miles ille, qui tibi injuriam fecit, super te aquam B fundendo sanguinem sitit, terram desiderat, audacter contra me loquitur : ideo caveat sibi, ne in sanguine moriatur. Quod cum germanus beatæ Birgittæ *m* illi retulisset, Ad somnia, inquit, ego non attendo. Deus est misericors et nullum damnat. Pauco vero elapso tempore, sanguine fluente de naribus, in suo sanguine juxta verbum Domini vitam finivit.

*injuriasque* *l*

*m*

44 In civitate Arbuga *n* regni prætaxati alius quidam miles admodum potens et apud regem insigniter pollens, cum non auderet generosæ Viduæ personaliter obloqui, alium substituit, qui delictum oris sui sermone labiorum suorum adimpleret : consedente itaque illa quibusdam magnatibus in mensa, profanus ille ingrediens, et se ebrium simulans dixit : O Domina, nimis somnias, nimis vigilas, expedit tibi plus bibere, et plus dormire. Nunquam reliquit Deus religiosas personas, et cum superbis loquitur : scilicet vanum est verbis tuis fidem attribuere. Hujusmodi verbis concitati, qui aderant, de contumelioso viro vindictam capere satagebant.

*non raro* *n*

C Tunc illa sanctum imitata Davidem, cum a Semei malediceretur, Sinite illum, inquit; Deus enim misit eum; ego quidem, cum in tota vita mea propriam quæsierim laudem, et Deum meum blasphemaverim, cur modo non audiam justitiam *o* meam? Veritatem enim locutus est. His et hujusmodi verbis non parvipendendis suos pacavit æmulatores, et ab ultricibus manibus suum eripuit contemptorem; compunctus autem in his verbis homo occultam coram omnibus detexit veritatem.

*o*

45 Item in eodem regno alius quidam satis strenuus, regio, quod exequebatur, destitutus officio, quod nimis communitatem opprimebat, cum omnipotentis Dei Famulæ non modicum detraxisset, eo quod tale regi consilium dederat, quatenus sui regni terras, civitatesque peragrando procuraret justitiam, dicens, quod propter justitiæ defectum regnum fuerat afflictum; nec mali in eam aliquid attentare, quam detrahendo diffamare, præsumeret; die quadam, cum regi una cum multis aliis nobilioribus et magnatibus quodam in castro illa assisteret, simulans hic a circumstantibus se quasi compressum, tam valide in eam impegit, quod nisi aliorum manibus suffulta fuisset, in terram forsitan corruisset. Hoc autem rex intuens, et malitiam facti in homine cognoscens acriter eum increpare cœpit. Tunc imitanda Mulier bonitatis memor, flexis coram rege poplitibus, veniam injuriatori suo impetravit, et, ut melius potuit, sacrilegum excusavit, qui quidem miles iratus descendens de castro post triginta dies mortuus est, confitens aperte, in dominam Birgittam peccasse.

*sibi illatas,*

A. Bertholdo.

46 Quam vero æquanimiter, imo et hilariter suorum decessum liberorum pertulerit, sequentia demonstrabunt. Nam dum ad sanctum iret Sepulchrum, dominus Carolus major filius, sibique magis dilectus, in Neapolitana civitate quievit in pace *p*. Quo moriente, cum animæ recommendationem clerici legerent, ipsa proprius assistens nec de loco surrexit, nec lacrymas fudit, nec, ut moris est, gestus ullos dolorum fecit. Quin potius, elevatis ad cælum manibus, benedicebat Deum ex corde, regratiando ei, et suæ se voluntati totaliter conformando. Demum etsi regina Joanna cum plerisque nobilissimis, regni quoque proceres cum tota fere civitate dolentes, et flentes, comitarentur eandem, funus ad E ecclesiam sanctæ Crucis monialium *q* sequentes, siccis tunc oculis perseverans, talia secum, omnibus stupentibus, verba mussitabat : Vade, vade, fili, mi, peregrine a Deo, et a me matre tua benedicte, vade, inquam, ad eum, qui te vocavit, et pretioso sanguine suo redemit. Et, quemadmodum dominus Elzearius S. Sabinæ presbiter cardinalis *r* testando asseruit, qui hoc ipsum, quod adjicio, sua illustri domina, domina Francisca comittissa de Anguana *s* referente, didicerat; cum ipsa ejus genitrix beatam Birgittam in exequiis filii quasi mentis in excessu suspensam conspiceret, interrogavit : Si multum de extincto filio doleret? Cui illa : Si certissime, inquit, scirem; quod filius meus universo orbi dominari deberet, equidem nollem, quod ad istius miserabilis vitæ calamitatem iterato rediret.

*filiorum suorum Caroli*

*p*

*q*

*r*

*s*

47 Ingeburgis sanctimonialis *t*, filia sanctissimæ Matris, una dierum mortua nuntiabatur; tunc ipsa exhilarata nimis multoque repleta gaudio, O, inquit, mi Domine Jesu Christe! O amor meus! benedictus sis tu, quia vocasti eam, antequam ærumnosi hujus mundi laqueis irretiretur; surgensque protinus, oratorium ingressa *, ubi in lacrymas resoluta, gemitibus atque suspiriis insistebat : ab his quoque, qui foris erant, audiebatur : dicebant autem, Ecce filiam deplorat. Cui Christus apparens dixit : Mulier, quid ploras? Licet enim omnia sciam, tamen, te loquente, cognoscam. Quæ respondit : O Domine, non ploro, quia filia mea mortua est, imo gaudeo; quia si diutius vixisset, majorem coram te rationem reddere habuisset : sed hinc mei luctus causa gignitur, quia juxta mandata tua eam non instruxi et quia exempla superbiæ sibi præbui, et remissius illam delinquentem correxi. Cui Christus, Omnis, inquit, Mater, quæ ex eo plorat, quod filia sua offendit Deum, et juxta meliorem conscientiam suam instruxerit eam, illa est vere mater; veræ, inquam, charitatis et lacrymarum mater; et filia ejus est filia Dei propter matrem. Illa vero mater, quæ gaudet, quod filia ejus secundum mundum se gerere novit, de moribus ejus non curans, dummodo exaltari a mundo et honorari *, illa non est vera mater,

*et Ingeburgis mortem,* *t*

* est

* *supple :* eam videat

A. Bertholdo. ter, sed noverca. Ideo propter charitatem et bonam voluntatem tuam filia tua transiet per compendium ad coronam gloriæ.

*morbos,* 48 Et quid de proprii corporis angustiis eloquar, cum libenter in suis infirmitatibus cum Apostolo gloriaretur, ut virtus Christi in ea habitaret? Nam virtus in infirmitate perficitur. Præter hoc quoque, cum adhuc in sancta civitate Jerusalem *u* degeret, febrium et stomachi cœpit valetudine grandi infirmari, de qua et Romæ post annum defuncta est *x*: In qua quidem valetudine sive navigans, sive terræ applicans tam patienter se habebat, quod verbum aliquod querulosum ab ea nunquam auditum est. Quin imo Redemptorem omnium ac suum præclarissimum Sponsum, quia suarum pœnarum eam participem fecerat, cum gratiarum actione semper et ubique collaudabat. Et, si quando in mari adhuc fluctuanti cibaria ac quævis necessaria deesse videbantur, dolentibus cæteris, et sibi referentibus respondebat: Nequaquam contristemini, quia tanta ac tot bona a Deo recepi, quod si omnia B corporis mei membra contererentur, etiam non esset condolendum: sed nec sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Non enim surda aure acceperat, quod quendam Sanctum referentem audierat, qui in VI lib. Revelationum cap. XVI sic loquebatur Sponsæ dicens: Si pro qualibet hora, qua in mundo vixi, unam mortem pro Deo sustinuissem, si semper iterum revixissem, nunquam per hoc plene possem regratiari Deo pro charitate sua, quia laus ejus nunquam recedit ab ore meo, gaudium nunquam exit ab anima mea, gloria et honor nunquam fraudatur a visu meo, exultatio nunquam abest ab auditu meo.

*rerum suarum jactu-ram, y* 49 Denique adversitates ceteras patientissime tulit: etenim cum in monasterio S. Mariæ de Alvastro adhuc moram traheret *y*, occurrit ei quadam die, qui diceret: Domina, magnum nuper damnum incurristi; nam ea bona, quæ in villa de Fundia *z* possidebas, combusta sunt, multumque de blado et utensilibus perdidisti. Tunc illa, non gravatam, sed exoneratam se sentiens, absque ulla respondit tristitia: Benedictus sit Deus, qui me juste remunerat; ego C quippe donis Dei abusa sum, nec debitas pro eis gratias hactenus Largitori rependi, neque pro animabus bona illa prius possidentium ferventer oravi; ideo sit ei omnis honor et gloria, qui me de hoc liberavit. Requisita vero a fatre Petro magistro suo *aa*, quemadmodum se interius in animo haberet, incunctanter respondit: Dolor est modo propter mundialia ista cogitare; nam toto corde cogito et desidero esse pauper, et si Deo placere possem, etiam pro ipsius amore mendicare vellem: nam veniet dies, quo invita quoque cuncta dimittam: ideo magni meriti est illa derelinquere, quæ adhuc delectat habere.

*et naufragii periculum patienti, gratoque in Deum animo tulit. bb* 50 Contigit eam in peregrinatione transmarina in portu quodam Jerosolymis proximo pati naufragium; nam galea, in qua erat, rumpebatur, et aqua replebatur: quocirca dominus Alphonsus *bb* eam de sentina galeæ fecit educi, et in parva puppi, ut non periret, festinato illam recipi. Et cum omnes promiscui sexus, qui in eadem galea fuerant, miserabiles fletus, ejulatusque facerent, suavis tota atque pacifica ipsa perseverans, absque ulla rerum suarum in mari submersarum et perditarum mentis turbatione ad littus salva pervenit. Sed nec quis- D quam eorum, qui secum in galea erant, meritis ipsius et precibus, sancto hoc sibi revelante spiritu, submersus est. Dixerat enim ei: Ne timeas, quia nullus de galea hac in isto morietur naufragio. Quod verbum illico natæ suæ, Dominæ scilicet Catharinæ, solatiando manifestavit: ait enim dominus Alphonsus, quod, ab interitu liberata, exhilarata non modicum, ad cælum manus levans ex intimis medullis Deo gratias referebat; requisita autem ab eo, quare sic faceret, aut qualis in ejus mente se tunc cogitatus versaret? Respondit: Quantum, o fili, regratiari Deo teneor, qui me dignam fecit pro ipsius amore aliquid mali perpeti! Ideo nunc gratias refero sibi, quod tribulationem istam nobis permisit fieri.

## ANNOTATA.

a *Ita fere Bonifacius in Bulla Canonizationis. Vide num.* 423 *Comment. prævii.*

b *Sita forte in Nericia, cujus Ulpho, maritus ejus, legifer erat.* E

c *Vide de his dicta* § 6 *Comment. prævii.*

d *Eo venit anno* 1346.

e *Petro. Vastenensi dein confessori.*

f *Vide Annotata in cap.* 2 *litt.* aa.

g *De itinere Hierosolymitano vide dicta* §§ 22 *et binis seqq. Commentarii prævii. Roma discessit anno* 1372, *quo etiam. aut sub principium seq. eodem rediit.*

h *Bernardo.*

i *Obiit Ulpho maritus ejus anno* 1344 *die* 12 *Februarii in monasterio Alvastrensi factus monachus, verosimiliter Cisterciensis, ex num.* 140 *et seqq. Carolus, ejus filius, obiit Neapoli anno* 1372, *cum una cum matre Hierosolymam tenderet, ac proin non in bello sacro, ut aiunt nonnulli. Vide de illo dicta Comment. præv. num.* 68 *et aliquot seqq.*

k S. Birgittæ *consanguineus, de quo plura* § 8 *Comment. præv.*

l *Uplandiæ, Sueciæque caput, et regum Suecicorum modo sedes est.*

m *Fratres* Birgittæ *habuit Petrum, Benedictum et Israëlem, de quibus vide num.* 39 *Comment. prævii.* F

n *Situm id oppidum est in Vestmannia, Sueciæ provincia.*

o *Seu quod de se digne dici præ humilitate credebat.*

p *Anno* 1372, *ut dictum est hic lit.* i.

q *S. Francisci, quarum quidem monasterium (nam ecclesia jam ante exstabat) anno* 1338 *a Sancia regina Siciliæ condi cœptum est, sed anno* 1443 *conversum in usum Minoritarum, qui ex ærario regio alebantur*: Nunc vero, *inquit Waddingus ad annum* 1338 *num.* 22, illud inhabitat numerosa multitudo fratrum strictioris observantiæ, qui ex ostiaria mendicitate quotidie sibi victum acquirunt.

r *Cognomento* de Sabrano, *Guilielmi, S. Elzearii (de quo in Opere nostro ad diem* 27 *Septembris actum est) Ariani in Apulia comitis, fratris et heredis filius, a* S. Birgitta, *ut lib.* 7 *Revelationum cap.* 5 *videre est, ad sanctiorem vitam traductus. Cardinalium cœtui adscriptus fuit ab Urbano VI anno* 1378: *idem Urbani VI jussu* S. Birgittæ *Constitutiones examinavit et approbavit, ut liquet ex Urbani Bulla*: His, quæ pro divini cultus augmento etc., *data anno* 1379, *tertio*

A *tertio die Decembris : verum in hac Cardinalis presbyter* S. Balbinæ, *non Sabinæ, vocatus, uti et ab Ughello tom.* 6 *Italiæ sacræ, ubi de episcopis Teatinis col* 746, *a Contelorio et ab Oldoino.*

f Francisca de Celano *vocatur ab Ughello mox laudato.*

t *In Risabergensi monasterio Ordinis Cisterciensis in Nericia : vide* § 6 *Comment, prævii, ubi etiam de reliquis* S. Birgittæ *filiabus, Meretta, Cæcilia, et S. Catharina est actum.*

u *Vide dicta lit. g hic.*

x *Anno* 1373 *die* 23 *Julii. Videsis supra Annotata in cap.* 3 *Vitæ* S. Birgittæ *a Birgero, Upsalensi archiepiscopo, scriptæ, litt.* mm.

y *Inter annum* 1344 *et* 1346.

z *Hæc villa aliunde mihi haud nota est.*

aa *Petro, Vastenensi confessore, de quo supra.*

bb *Giennensis primum episcopus, dein eremita.*

## CAPUT IV.

B

### *De obedientia ejus erga Patres spirituales, modo spiritualiter vivendi, et peregrinationibus sacris.*

*E directorum suorum a*

Spiritualibus suis patribus *a* tam humiliter detulit, tam officiose servivit, tam prompte obedivit, tamque perfecte propriam a se voluntatem abdicavit, quod vix admittit credulitas; quod non solum domum egredi sine licentia, vel quidquam aliud quamvis minimum facere * præsumebat; imo, quod mirum valde est, sanctuaria Romæ visitans, nec oculos quidem de terra levare, seu quemquam respicere præsumebat. Cum enim ad stationes Romæ cæterasque pergeret devotiones, demisso capite incedebat, ne, si in exterioribus sensus occuparentur corporis, ab interiori mens custodia cohibeatur. Visiones quippe divinas et revelationes, quas habebat, cogitationes, inspirationes, tentationes spiritualibus

C patribus referebat : illud tenens, illud respuens, illud quoque semper prospiciens, quod ipsi præcipiebant, prohibebant, et consulebant. Habebat duos seniores, maturos, virgines, atque expertos patres spirituales, qui usque ad ipsius obitum eam secuti sunt, quorum unus monachus et Prior Cistertiensis religiosissimus erat; alter vero presbiter quidam sæcularis de Suetia venerabilis et sanctissimæ vitæ, dominus Petrus nuncupatus *b*, qui omnem beatæ Birgittæ domum regebat, ipsam cum filia Grammaticam et cantum, Christo jubente, docebat et in virtutum via paternalibus correptionibus virtuose educando utrasque edocebat. Silentium insuper, orationes et temporum ordinationes primarias, et vigilias cunctaque alia de consilio et licentia patrum observabat et faciebat; eorum nihilominus jussionibus quantumcunque arduis, propriæ voluntati contrariis, illico et sponte et semper obtemperando.

*jussu nutuque,*

52 Unde, cum adhuc in partibus suæ originis resideret, in monasterio Alvastri gravem incurrit infirmitatem adeo, quod nullo modo curari eam posse, medici assererent, nisi balneorum uteretur adminiculo; quod, ut audivit, ægre tulit, tum quia abstinere a talibus jam statuerat, tum quia, sublato conjuge, inconveniens sibi dissolvi delitiis judicaret. At vero magister Mathias *c*, tunc confessor suus et pater, hoc audito, dixit: In virtute tibi sanctæ obedientiæ præcipio, quod, quidquid a medicis consultum tibi fuerit, incunctanter facias, ut et tu corporis sanitate læteris, et per te cæteri animarum salutem consequantur. Cui illa, O mi Pater! inquit, si simpliciter mihi, fac, dixisses; fecissem utique, quanto magis, quia authoritate tanta jubendo mandasti : num in anima mea summe gaudeo, quod vestri obedientiam sine remorsu conscientiæ habeo pro obedientia; quippe cuncta quantumvis difficilia admittere, insuper et mortem subire parata sum.

A. Bertholdo.

*c*

53 Die autem secunda post hoc oranti sibi Christus apparuit, dixitque : Scias, quod illi, qui videbantur spirituales in veteri lege, vocabantur Pharisæi, qui habebant tria : lavabant autem se jugiter, ut viderentur mundi; jejunabant, et orabant in aperto, ut vocarentur sancti; docebant et præcipiebant multa, quæ ipsi minime faciebant : sed modicum profuit eis apud E Deum, quia intentio eorum erat corrupta et anima immunda. Ergo sicut non profuit animæ lotio carnis sine munditia conscientiæ, sic nec obest animæ mundæ lotio carnis, dummodo fiat ex compassione et absque delectatione. Ideo plus placuit, mihi, quod obedisti magistro tuo contra velle tuum, quam si tuam secuta fuisses voluntatem contra præceptum ejus. Nam multi electorum meorum fuerunt, qui non carnales medicinas habuerunt, et placuerunt mihi : alii vero secundum dispositionem temporum et locorum ac infirmitatum diversarum adhibuerunt sibi medicamenta, nec propterea displicuerunt mihi; ideo obedientia illa, quæ nihil habet de propria voluntate, plus mihi placet, quam sacrificium magnum.

*etiam ob hoc a Christo laudata,*

54 Item cum sobrietatis amore et pœnitentiæ zelo, nec non illius amarissimi potus patientis Christi contemplatione extra horam bibere recusaret; accidit quadam vice, tantam eam sitim perferre, quod vix posset verba formare : hoc agnito, supradictus magister jussit eam potum sumere; et, quanquam non modicum sibi difficile contra F priorem venire consuetudinem videretur, tamen absque mora paternæ parens jussioni audivit in spiritu; Quid times mutare vitam? Nunquid bonorum tuorum egeo, aut meritis tuis cœlum intrabis? Obedias ergo magistro tuo; ipse enim expertus est conflictum duorum spirituum, scilicet veritatis et illusionis. Nam, etiamsi decies comederes et biberes in die propter obedientiam, tibi non imputabitur.

*tota pependit*

55 Refert Prior de Alvastro, quod dum ipse quadam die librum, qui « Speculum virginum » prænotatur, in quo peregrinus monachus cum Theodora virgine de omnibus disputat virtutibus, coram illa legeret, se vidente, beata Birgitta in spiritu rapta, ad se autem conversa, dixit : Audivi nunc in spiritu vocem mihi dicentem : quod virginitas meretur coronam, viduitas appropinquetur Deo, conjugium non excludat a cælo, et obedientia omnes introducit ad gloriam. Præfert etiam Maria virtutem obedientiæ lib. IV Revelationum cap. XXVI sub exemplo duorum hominum, dicens ad Birgittam : Ecce, si videris duos homines, alius est sub obedientia, alius in

*ex amore obedientiæ.*

A. Berthol-do. libera potestate : si ille, qui liber est, jejunet, simplicem habebit mercedem : sed si is, qui sub obedientia est, comedat illa die carnes secundum instituta Regulæ suæ, et propter obedientiam, attamen libentius jejunaret, si non obsisteret, obedientia, iste habebit duplicem mercedem, unam propter obedientiam, aliam propter dilationem desiderii sui, et non impletionem suæ voluntatis.

*Tum in Suecia,* 56 Ut ea, quæ sunt cæsaris cæsari, et quæ sunt Dei Deo, juxta verbum Evangelicum Christi Discipula redderet, quod similiter Salomon dicit : Omnia tempus habent sub sole *d*. Taliter enim ordinarie Creatori suo famulose * cognovi. Etenim postquam suæ originis partibus vale fecisset, conjuge de medio sublato, omnia reliquit temporalia, et omnem pompam seculi a se penitus abdicavit in monasterio S. Mariæ de Alvastro (ubi suum inhumaverat complicem *e)* humili in veste Deo deserviens die qualibet per veram cordis contritionem et humilem oris confessionem peccata sua diluebat; et si forte aliquod verbum asperum vel inane contra aliquem B de familia dixisset, extemplo illud confitendo emendabat, non semel duntaxat, sed pluries; in nocte ad orandum surgebat, et in galli cantu ex toto, et donec Prima esset decantata, in ecclesia consistebat. Cum vero præ frigoris intensitate adibat æstuarium, partem Psalterii recitabat, quam diu inibi morabatur. Dein ad ecclesiam remeans usque ad prandium moram traxit orando, horasque canonicas audiendo. Post prandium vero orationem repetens operi manuum pro cultu divino sedula, devotaque insistebat : nec opus aliud, quam pium quoque, exercebat. In vigiliis ad ecclesiam repedabat, domum sero reversura, ubi, cæna sumpta, si sumenda erat, negotiisque expeditis, legebat Completorium, nemini usque ad mane verbum faciendo.

*d*

* *an* : famulatam esse cognovi ?

*e*

*tum Romæ f* 57 Postquam autem Romam deveniret *f*, tali eam modo vixisse, perlego. In mane siquidem post vigilias, orationesque nocturnas, antequam domum egrederetur, contrito et humiliato corde (quod Deus non despicit) Confessionem devotissime faciebat; et in aurora domum egressa, visitabat sanctuaria : circa horam nonam, quia C similiter corporeæ necessitati annuere oportebat, domum reversura *; reversa ergo consedebat ad mensam, normam illam, quam sibi constituerat, observando : fecerat quippe ordinationem quandam sanctam, sub qua viveret, et in mensa staret; quam semper præ oculis habens coram se poni faciebat, si in cibo, potu, locutioneve quovis modo eam transgredi contigisset. Terque omni vice Redemptoris sui passionem memorabat in mensa : in principio scilicet, antequam cibum sumeret, in medio et in fine. Quod revera etsi confessores ipsius secretius noscerent, quorundam tamen exteriorum editione signorum, uti complosis manibus, respiratione, in cælum sublatis oculis, palmas sursum attollendo, et his similibus liquido perpendebant. Nonnunquam vero interim mens ipsius in tantum cælestium contemplatione levabatur, quod, quamvis ibidem corporaliter degeret, et sensibus tamen corporis rapta, nihil ex his, quæ tunc ibi agebantur, donec ad se rediret, penitus advertebat.

* *an* revertebatur ?

58 Silentium præterea, dum cibum sumeret, sollicite observabat, magisque intenta erat lectioni animam saginanti, quam escæ corpus reficienti. Cæterum de mensa surgens, cameram vel capellam introibat per spatium aliquod oratura : deinde vero usque ad Vesperas in aliquo pio opere corporaliter se exercebat : post vero ibat ad S. Petrum vel aliquam stationem : unde rediens, si jejunii dies non erat, dicebat primo Completorium, cæterasque orationes persolvebat, tunc demum cænatura. Si vero jejunium agebat, collatione facta cum confessoribus et filia *g*, orationes suas et laudes Deo decantabat : quibus finitis, in camera cum filia se recipiens omni custodia usque in diem alium silentium observabat. In die quoque sequenti ante prandium per quatuor horas silentium continuando vacabat orationibus, post prandium nihilominus, una duntaxat excepta hora, quam ad loquendum consolatoria, et honesta verba familiæ condescendendo deputaverat, diem integrum in silentio transigebat.

*certum stabilemque vitæ modum tenuit,*

*g*

59 Tam multas, tamque longinquas devotione calens Christi Sponsa peregrinationes fecerat, quod bene merito in admirationem vertat audientes. Nam cum marito suo adhuc superstite, E quem sanctis non parum oblectabat monitis et exemplis; cum aliquibus etiam aliis sibi familiaribus clericis atque laicis devotionis causa ecclesiam S. Jacobi in Galitia *h* devote visitavit *i*, Coloniamque sacras trium Magorum visere reliquas *k* adiit, nec non ad Aquisgranum, ubi B. V. Mariæ reliquiæ *l* conduntur, visitavit. Præterea corpus S. Mariæ Magdalenæ, quod in S. Maximino *m* venerabiliter asservatur. Item reliquias S. Marthæ, quæ in Terascona *n* condita sunt. Item corpora Apostolorum Thomæ et Andreæ, quæ infra limites regni Siciliæ *o* plebs fidelis digna veneratur honorificentia. Ecclesiam quoque S. Nicolai de Baro *p*, et S. Angeli de monte Gargano *q*. Corpora insuper eximiorum Doctorum Ambrosii et Augustini *r* nullatenus censuit invisa præterire. Sed et B. Francisci limina, cum multos ad equitandum equos habere potuisset, propriis innixa gressibus de Roma transiens usque ad Assisium *s*, humilem Deo et Sanctis ejus exhibendo famulatum, cum non modico adiit labore. De hoc vide lib. VII cap. III.

*variasque interdum*

*h*

*i*

*k*

*l*

*m*

*n*

*o*

*p*

*q*

*r*

*s*

60 Ex magna quoque, qua ad sanctum Olavum regem *t* devotione afficiebatur, cum adhuc in Suetia foret, ad Norwegiæ regnum per dietas XXX, quanquam et pro nunc plures utique haberet equos, quos ascendere potuisset, F per pedes deambulavit, ut illius sanctissimum corpus adoraret. Romam vero incolens, quamdiu ibidem moram traxit, quantumlibet intensi vigerent calores et frigora, pluviæque essent, et viæ lutosæ, stationes et sanctuaria peditando indefesse requirebat : ex quo adeo interdum vexabatur, quod pene deficere videbatur; unde si quandoque a locorum devotorum frequentia quomodolibet impedita devotioni suæ satisfacere minime potuisset, non sine ingenti hoc mentis angore ferebat. Hinc est, quod in VI libro Mater Dei sibi loquebatur dicens : Cur sic turbaris, filia? Respondit illa : Quia, Domina, non visito loca ista, quæ sunt in Roma : Et Mater; Permittitur tibi, inquit, visitare loca ista cum humilitate et devotione reverenter : quia in hac Roma majores sunt indulgentiæ, quam homines credere possint, quas Sancti Dei glorioso sanguine suo et precibus a Filio meo impetrare meruerunt

*peregrinationes sacras*

*t*

A meruerunt. Veruntamen, Filia, non dimittas propter hoc scholas tuas in Grammatica, nec patris tui spiritualis sanctam obedientiam.

*instituit* 61 Tandem, cum senex esset, et prævie multis incommodis, excessivisque laboribus corporis viribus destituta, Jerosolymam ex præcepto Christi perrexit; sancta nimirum loca illa, in quibus idem perdulcissimus Sponsus suus Christus nasci, versari et pati voluit, et mori, visere anhelans, duxitque secum natos suos strenuos milites, dominum

* qui Carolum, quem *, ut supra dixi, in accessu de-

*u x* cessit *u* et dominum Birgerum *x* cum Domina Catharina ac confessoribus nec non cum multis aliis se comitantibus. Quam vero gratum sit Deo, hominibusque proficuum loca sancta visitare, sanctorumque reliquias honoribus attollere, satis ex eo patet, quod Jerusalem Sponsæ adventanti Christus loquebatur dicens: Quando intrastis templum meum dedicatum sanguine meo, sic mundati estis ab omnibus peccatis vestris, ac si tunc levati essetis de fonte Baptismatis, et propter

B labores et devotionem vestram aliquæ animæ consanguineorum vestrorum hodie liberatæ sunt, et intraverunt cælum in gloriam meam. Nam omnes, qui veniunt ad locum istum voluntate perfecta se emendandi juxta meliorem conscientiam suam, non voluntatem habentes recidivare in propria peccata; his omnia peccata præterita dimittuntur, et augetur eis gratia perficiendi.

*ex singulari, qua in Sanctos,* 62 Item in IX cap. libri VII loquitur dicens; Dicere tibi volo de alio thesauro, qui nondum est in cælis, sed est vobiscum in terris: hic thesaurus sunt reliquiæ et corpora amicorum meorum Sanctorum, sive putrida sunt, sive recentia, et si reversa sint in cinerem, ac in pulverem, sive non, ipsa, sunt certissime thesaurus meus. Sed quærere poteris: cum loquitur Scriptura: Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum; quomodo ergo est cor meum cum thesauro isto et cum reliquiis Sanctorum? Respondeo tibi: Summa mea dilectio est omnibus visitantibus loca Sanctorum meorum, et honorantibus reliquias, eorum scilicet, qui miraculis glorificati sunt, et a summis Pontificibus canonizati retribuere æterna præmia secundum voluntatem et fidem et labores visitantium ea; ideo cor meum est

C cum thesauro meo. E contra vero non parum Deo displicet, cum iste thesaurus sibi charissimus minus a nobis attenditur, et honoratur. Quod patet ex hoc: nam, cum die Purificationis Ma-

*y* riæ Virginis devota Mulier in ecclesia Scarensi *y* existeret; odorem tunc suavissimum insolitum hausit: admirata ergo, et in excessu mentis facta, totius decoris Virginem Matrem Dei cum viro miræ pulchritudinis, pontificalibus ornamentis decorato, domino scilicet Brinolpho quondam Scarensi episcopo conspiciebat. Cui Virgo dixit: Scias, Filia, quod iste episcopus honoravit me in vita sua, et honorem opere confirmavit; cujus vita, quam acceptabilis fuerit Deo, odor, quem sensisti, demonstrat. Nunc autem anima ejus est in conspectu Dei, tamen corpus ejus jacet hic in terra sine honore, et sic ista margarita mihi dilecta locata est inter porcos.

*eorumque reliquias* 63 Item cum adhuc esset magistra dominæ

*z* Blanchæ *z*, reginæ Suetiæ, capsulam eburneam pulcherrimam, in qua multæ Sanctorum reliquiæ claudebantur, obtinuit, inter quas pretiosi corporis S. Ludovici *aa* quidpiam, quod de Fran-

*aa* cia secum regina portarat, miscebatur: casu ergo accidente, capsula in loco minus decenti a servitoribus posita fuit, et oblita. Tunc beata Birgitta vidit in spiritu de supradicto vase splendidum lumen prodire, et admirata, vocem sic dicentem audivit: Ecce! Thesaurus Dei, qui honoratur in cælis, despicitur in terris; ideo transmigremus ad alia loca: quod ipsa audiens et pœnitens in altari illud decenter collocari fecit. Cum peregrinationis causa esset in Orchone * in regno Neapolitano, apparuit ipsi S. Tho- * Ortona

mas Apostolus, cujus reliquiæ ibi sunt, dicens: Revertere iterum huc, et ego tuum adimplebo desiderium. Cum ergo secunda vice illuc reverteretur, rursus B. Apostolus adveniens dixit: Diu desideratum tibi dabo; et absque cunctatione, nemine tangente, aut alias impellente, frusticulum ossis Apostoli Christi de capsula reliquiarum ad manus sanctæ prosiliit Mulieris, quod illa gaudenter, suscipiens reverenter quoque studuit conservare. Aderant tunc namque dominus Thomas, Vexionensis episcopus *bb*, *bb* cum multis aliis, istius sunt testes miraculi.

E

64 Fuit in civitate Neapolitana in monaste- *ferebatur veneratione et amore.* rio monialium, quod S. Crucis dicitur, soror quædam, Clara nomine, sanctæ, ut dicebatur, vitæ; quæ de capillis Virginis Mariæ, ut aiebat, a Regina Sancia *cc* hac impetrarat conditione, *cc* ut nulli personæ, nisi per quam certissime sciret honorandas, sanctissimas impertiretur reliquias. Cum ergo B. Maria * ad eandem civitatem ve- * *l.* Birgitta

niret, prænominata Christi famula ad se illam vocari fecit, et tradens ei thesaurum pretiosum dixit: Propter Deum rogo te, ut illum recommandatum habeas, et, sicut decet, venereris, quia, ut tibi eundem assignarem, edocta sum. Custodi ergo et conserva diligenter tibi depositum, quod tibi hodie commendo, et hoc erit tibi signum, quod hæc loquar; quia cito moriar, et veniam ad illum Dominum meum, quem super omnia dilexit, et diligit anima. Paucis post hoc supervivens diebus quadam die, cum adhuc esset incolumis, Ecclesiæ Sacramenta sibi petiit ministrari, quibus munita universæ viam carnis est ingressa. Cum vero de veritate rei beata Birgitta anxiaretur, illa, quæ veritatem noverat, apparuit ei dixitque: Quemadmodum creditur, et verum est, quod

F de Joachim et Anna ego nata sum, ita verum est, quod meo in capite crines isti creverunt. Hæc Maria, et ita nimirum spiritualis cujusdam affinitatis ratio exigebat, ut Matris pignus Sponsæ Filii committeretur.

A. Bertholdo.

## ANNOTATA.

a *Petro, Vastenensi dein confessori, Alphonso Giennensi olim episcopo, et Petro Alvastrensi, quibus familiaribus potissimum usa est.*

b *Vide mox dicta ad lit.* a.

c *De quo numm.* 26 *et* 27 *Comment. prævii.*

d *Ecclesiastæ* 3 ỳ. 1, *qui liber a plerisque Salomoni adscribitur.*

e *Anno* 1344, *quo obiit maritus ejus Ulpho, ut dictum non semel fuit.*

f *Anno, ut item dictum est sæpe,* 1346.

g *S. Catharina.*

h *Nimirum Compostellæ.*

i *De hoc aliisque hic memoratis* S. Birgittæ *itineribus*

A. Bertholdo. *itineribus vide dicta in Commentario prævio: de Compostellano, Norvegiano etc;* § 9: *de Neapolitano* § 20; *de Assisiensi* § 19.

k *Dicuntur illoram corpora ex Oriente Constantinopolim, inde Mediolanum ac tandem Coloniam seculo* XII *translata Frederici Ænobarbi tempore.*

l *Inter reliquias septennio quolibet Aquisgrani populo ostendi solitas numeratur indusium B. Mariæ Virginis, quod a Carolo Magno illic depositum ferunt.*

m *Oppidum est Galliæ in Provincia: de reliquiis vero S. Mariæ Magdalenæ, eo loci servatis, vide tom.* v *Junii pagg.* 215 *et* 222.

n Tarasco *in eadem provincia est, et præcipuo illic in honore est S. Martha, Christi hospita, de qua vide dicta in Opere nostro ad diem* 29 *Julii, quem sibi sacrum habet.*

o S. Andreæ *Amalphiæ, S. Thomæ vero Ortonæ: uterque locus in regno Neapolitano situs est. Vide Comment. præv. numm.* 294, 296, *et* 297.

p *Vide num.* 200 *et et seq.*

B q *In Apulia. Vide num.* 298 *Comment. prævii.*

r *Quiescit S. Ambrosii corpus Mediolani in sui nominis basilica; S. Augustini reliquiæ præcipuæ Ticini in Insubria. Vide dicta in Opere nostro ad diem* 28 *Augusti.*

f *De S. Fransico prolixe tractatum est in Opepere nostro ad diem* 4 *Octobris. De hac* S. Birgittæ *peregrinatione actum est numm.* 289 *et tribus seqq. Comment. prævii. Assisium est civitas Umbriæ.*

t *Nidrosiæ (vulgo* Dronthein *) in Norvegia præcipue cultum: dies* 29 *Julii illi sacer est, ad quem in Opus nostrum illatus est. Vide num.* 123 *Comment. prævii.*

u *Anno* 1372 *Neapoli.*

x *Alterum suum filium.*

y Scara *sita est in Vestrogothia, Succiæ provincia*

z *Joannis I, comitis Namurcensis filiæ, Regi Sueciæ Magno nuptæ; cujus magistra aulæ* S. Birgitta *aliquando fuit. Vide plura* § 8 *Commentarii prævii.*

aa *Galliarum regis, cujus gesta fuse illustrata*

C *apud nos habes ad diem* 25 *Augusti.*

bb Vexio *civitas Smalandiæ est in Suecia.*

cc *Vide Annotata in cap.* 3 *lit* q.

## CAPUT V.

### *De pudicitia et castitate ejus, jejuniis et pœnitentiis.*

*Castitatem perpetuo coluit;*

Quanquam B. Birgitta conjugio fuerat astricta, semper tamen castissimam, pudicissimamque fuisse, magisque continentiam, quam carnalem copulam dilexisse, probatur. Nam, quemadmodum filiæ suæ Catharinæ referre consueverat, antequam nuberet, in sancta virginitate Deo cunctis * vitæ suæ quam maxime deservire cupiebat, maluissetque, ut aiebat, mortem subire, quam matrimonium: dum vero desponsaretur viro, licet eleganti, non libens, sed renitens, parentibus tamen demum consentiebat. Desponsata ergo magnifico viro domino Ulphoni de Ulphon, Principi *a* Nericiæ, circiter biennium amplexum differentes orabant jugiter, ut, si convenire deberent, talem prolem gignerent, quæ numquam Deum offenderet, sed sibi indefesse serviret; consummatoque matrimonio, omni vice, qua in id ipsum redire debuissent, orationem præmittentes, postulabant obnixius, ne peccare eos contingeret, sed fructum bonum Deo gratum de se producerent: in Quadragesima autem conjunctionem devitantes, maritus quidem in lecto, ipsa vero super tapetum bancho *b* superpositum decumbebat. Testimonium sibi perhibet Dominus Alphonsus, quod adeo in gestibus erat morigerata et honesta, quod bene conjici poterat, innatam sibi fore castitatis virtutem: etenim nec aspectum oculorum erigebat a terra, verum cum magna pudicitia et gravitate, uno et unico viro suo vita functo, nemini alii de cetero voluit copulari, sed casto fidelique amore suum amplectens Creatorem, ac diligens, illique se totam penitus impendens, eumdem Deum ac Dominum suum et filium Virginis Jesum Christum sponsum merebatur accipere.

D

*a*

*b*

E

*quare a Christo*

66 Hinc est, quod in primo Revelationum libro, XXXVIII cap. Pater loquitur ad Filium dicens: Ecce fili, hanc novam Sponsam assigno tibi etc. Hinc etiam in secundo capite ejusdem libri dicit Sponsus ad Sponsam: Ego elegi te, et assumpsi te mihi in Sponsam, ut ostendam tibi secreta mea, quia mihi sic placet. Tu etiam quodam jure facta es mea, cum in morte mariti tui voluntatem tuam in manus meas assignasti; cum etiam, eo defuncto, cogitasti et rogasti, quomodo pauper pro me esse posses, et voluisti omnia pro me relinquere: et ideo jure facta es mea, et oportuit me pro tanta charitate tibi providere; propterea assumo te mihi in Sponsam et in meam propriam delectationem, qualem Deum decet habere cum anima casta. Hæc ibi. Hinc insuper velut acceptam Sponsam ornari atque ad nuptias præparari eam decet: cum in loco supra notato immediate loquitur ad eandem dicens: Ad Sponsam igitur pertinet paratam esse, quando Sponsus voluerit nuptias facere, ut sit ornata decenter et munda.

F

*in Sponsam fuit accepta,*

67 Tunc bene mundaris, si cogitatio tua semper sit circa peccata tua, quomodo te in Baptismo de peccato Adæ mundavi, quoties in peccata lapsam te supportavi et sustinui: debet etiam Sponsa habere signa Sponsi sui in pectore, hoc est, attendere beneficia et opera, quæ pro te feci, scilicet, quod nobiliter te creavi tibi dando corpus et animam, quam nobiliter te ditavi dando sanitatem et temporalia; quam dulciter te ad gratiam reduxi, cum pro te mortuus fui et hæreditatem amissam tibi restitui, habere volueris. Sponsa debet etiam facere voluntatem Sponsi, quæ est voluntas mea, nisi quod velit deligere me super omnia, et nihil velle aliud, nisi me. Hinc est etiam, quod provido, fidelique servo suo custodiendam, alendamque eamdem Sponsam suam cælestis Sponsus tradit. Loquitur enim angelus ad Christum in cap. XVI, VI libri: Laus sit tibi, Domine mi, ab omni exercitu tuo pro omni dilectione; tu assignasti custodiæ meæ hanc Sponsam hic stantem. Ecce ipsam tibi iterum reassigno etc. Hinc quoque spirituales ex ea filios procreandos repromittit, cum

** supple: diebus*

A cum in primo libro cap. xx eidem inquit, inter cætera dicens : Eris enim fructifera semine spirituali multis profutura etc.

*et a Deipara*

68 Rursum Virgo Mater Dei paulo ante ipsius Sponsæ obitum loquebatur sibi dicens : Si fœmina infirma parit, omnes filii ejus, quos parit, infirmantur : sed tu paries filios sanos ac fortes et Deo devotos, et ideo sanaberis melius, quam unquam prius fueras, et non morieris ; sed vives, et venies ad locum tibi promissum et paratum. Nam S. Franciscus diu fuit infirmus, attamen tunc fecit fructum, et velle Dei, sed postea sanatus fuit, et facit majora, quam infirmus. Sed quærere potes, quare tantum infirmitas tua prolongatur, naturaque ac fortitudo consumitur? Respondeo tibi, quod Filius meus dixit tibi in Jerusalem, quod peccata tua dimissa fuerant tibi, quando templum sancti ipsius sepulchri ingrediebaris, ac si tunc de Baptismo levareris ; sed non dixit tibi, quod nihil pati deberes, quamdiu in hac vita vives. Ideo voluntas Dei est, ut charitas hominis respondeat charitati Dei, et quod neglectum per

B pœnitentiam diluatur. Reminiscere insuper, me sæpius dixisse tibi, quod Filii mei meaque verba spiritualiter ac corporaliter possint intelligi, quem-

*e* admodum in Stralesondis *c* dixi tibi : quod si ante verborum istorum perfectionem vocata fueris de mundo, propter voluntatem tamen bonam monacha censeberis, nec non cunctorum tibi promissorum particeps eris. Hæc Maria cap. LXVII Revelat. Extravag.

*in nurum,*

69 Hoc verbum ex eo forsitan dicitur, quia, prout in fine brevis ipsius Legendæ continetur, a Sponso suo sibi fuerat promissum, quatenus in monacham ante ipsius Sponsi altare vestienda, consecrandaque fuerat. Item sex diebus ante felicem suum transitum loquebatur illa, quæ supra, dicens : Quid dicunt medici? Nonne, quod morieris? Vere filia ipsi non attendunt, quid est mori : nam ille moritur, qui separatur a Deo, qui obduratur in peccato, qui immunditias peccatorum per confessionem non evomit ; ille etiam mortuus est, qui non credit Deum, nec diligit Creatorem suum, sed ille vivit, et non moritur, qui semper timet Deum, qui confitendo peccata sua purgat, qui

C ad Deum suum toto annixu suo pervenire desiderat. Verum quia Deus naturarum loquitur tecum, qui etiam contra naturam disponit, et tenet vitam tuam, ideo in medicamentis non est salus, nec vita, sed nec etiam necesse est inniti medicinis, quia modicum tempus modico indiget cibo. Denique alma Christi Mater Sponsam Filii sui, nurum suam censuit appellandam, ut habes VI libro, cap. LXXXVIII, dicens : Sicut Filius meus imposuit tibi nomen novæ Sponsæ suæ, sic ego voco te nunc Nurum Filii mei ; nam sicut pater et mater senescentes et quiescentes imponunt nurui onus, et dicunt ei ea, quæ sunt facienda in domo ; sic Deus et ego in cordibus hominum senes et frigidi a charitate eorum, indicare volumus amicis nostris in mundo per te voluntatem nostram.

*et ab utroque familiariter habita.*

70 Tanti proinde, tamque venusti Sponsi, quamvis castissimi, amore Sponsa languens, floribus fulcita virtutum, malisque stipata virtuosorum actuum suorum, nutu oculorum eundem ad se advolare faciebat, in cujus amplexus ruens, et oris sui osculo osculari se deposcens ineffabilibus cum eo delectationibus jucundata, vere dicere poterat : Delectationes in dextera tua usque in finem. Quali nempe oblectamento pudicitiæ mater castitatisque alumna, cum excellentissimo atque castissimo suo cælesti Sponso, specioso forma præ filiis hominum, frequentissime fruebatur in cap. XXXII, lib. primi poteris invenire ; ubi Christus sciscitatur ab ea inquiens : Dic mihi tertio, utrum tibi placet delectatio carnis, quam prius habuisti ; an delectatio Spiritus, quam nunc habes? Et illa respondit : Pudor est in corde meo cogitare de illa carnis delectatione priori, et est mihi nunc quasi venenum, et eo nunc amarior, quo prius eam dilexi ferventius. Mallem enim mori, quam unquam in illam redire, et nulla est comparatio hujus spiritualis delectationis ad illam. Tentata est aliquando Sponsa Christi de cogitationibus immundis, cui Virgo Maria apparens dixit : Diabolus est sicut explorator immundus, quærens accusare et impedire bonos ; ideo tu conare, et ora, quandocunque tenteris, quia desiderium bonum et conatus imputabitur tibi pro oratione, et si sordida advenientia non poteris rejicere a mente tua, illi conatus reputabuntur tibi ad coronam, dum non consenseris in illis E sordidis cogitationibus et sint contra voluntatem tuam. A. BERTHOLDO.

*Duro admodum*

71 Macerabat jugiter Dei Famula multisque modis carnem suam, et spiritui servire cogebat, castigans cum Apostolo corpus suum et in servitutem redigens, ne, dum aliis prædicasset, sive alios informasset, ipsa reproba efficeretur. Qua in re vigiliis, jejuniis et disciplinis, aliisque pœnitentiis, et carnis afflictionibus insistens Deo exhibebat corpus suum hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile nihilominus obsequium suum ; quemadmodum Bonifacius Papa IX in suis epistolis brevibus admodum explicans verbis. Post mariti, inquit, mortem ob reverentiam SS. Trinitatis ad nudam carnem quandam *d* F cordam de canape *d* cum plerisque nodis detulit stricte ligatam. Et similiter circa singulas tybias subtus genua singulas cordas similiter connodatas etiam tempore infirmitatis detulit : nec pannis lineis, præterquam in capite, usa est. Vestes hyspidas circa carnem, superius vero non secundum personæ conditionem ; sed multum humiles et abjectas deportavit, et non solum eas, quas S. mater jubet Ecclesia, vigilias seu jejunia observabat ; sed alia multa superaddebat, ut etiam ultra Ecclesiæ mandatum quater in hobdomada jejunaret, et similiter, conjuge nondum vita functo, et post obitum ejus continue usque ad paucos annos ante suum felicem transitum solitis pannis induta super tapeto, absque paleis, culcitra vel similibus ad terram vel pavimentum posito, corpus ab orationibus et abstinentiis ac labore divino fessum tenui et brevi somno recreabat.

*d*

*usa est*

72 Singulis quoque sextis feriis beatissima Sponsa Christi ob memoriam sacratissimæ passionis Domini nostri Jesu Christi pane duntaxat et aqua contenta jejunium non omisit. Cum etiam multos alios dies ob diversorum Sanctorum reverentiam simili abstinentia pertransiret, et sive jejunio abstineret, sive aliter discumberet, cum sobriissima erat, de mensa surgebat, non saturata, sed refecta. Eisdem quoque sextis feriis de candelis cereis accensis stillas candentes et ignitas eliquabat super nudam carnem, ita ut adustæ cicatrices continue remanerent, et gentianam *e* amarissimam herbam seu radicem ejus retinebat

*e*

A. Bertholdo. retinebat in ore. Romæ insuper degens non rigorem frigoris, non æstivos calores, non impedimenta viæ lutosæ, non pluviarum, aut nivium seu grandinum asperitates curans, stationes per singulas ecclesias ordinatas, variasque alias sanctas ecclesias visitans, licet eques pro suis facultatibus ire potuisset, tamen supra extenuati corporis vires enitens, peditans visitavit. Omni die tot tamque longis genuflectionibus usa fuit, ut genua ejus rigerent in duritiem, ut ita dixerim, camelorum. Hucusque Bonifacius *f*.

*f vitæ genere,* 73 Verum ut hoc, quod de jejunio et abstinentia dictum est, plenius disseratur; sciendum est, quod per totum anni circulum (ut etiam præfatum est) in sextis feriis in pane et aqua jejunabat. Item vigilias gloriosæ Virginis Matris Dei, Sanctissimæ Trinitatis, Corporis Christi, SS. Angelorum, Octavam sanctorum omnium Apostolorum, sancti Joannis Baptistæ, Joannis ante Portam Latinam, Laurentii, Vincentii, Clementis, Dionysii, Sebastiani, Olavi regis Norwegiæ, sanctorum confessorum Nicolai, Benedicti, Francisci, Sigfridi, sanctarum Virginum Catharinæ, Agnetis, Margarethæ, Cæciliæ et Aga-
B thæ, ac etiam Magdalenæ pari jejunio peragebat. Cum marito quoque discumbens, lautioribus ferculis caute sepositis, utebatur grossioribus *g*, et, quod
*g* adhuc magis est, magnæque virtutis et continentiæ præconium, timens interdum redargui ab eodem suo complice, qui panis et aquæ jejunium aspernabatur, sedens quidem cum ipso ad mensam, argenteum vas desuper cum coopertorio clausum, ubi clam puram aquam detinebat, secum habens, fingebat se eisdem vesci, quibus et ille; sed revera pane duntaxat, et aqua tunc reficiebatur.

*adeo ut ejus hac in re* 74 Fugiebat namque summopere jactantiam et singularitatem pro posse devitabat, singulorum quoque moribus humiliter coæquando; unde si quando cum magnatibus sedere eam contigisset, de singulis ferculis frusticulum ori suo applicuit, simulans se de omnibus comedere, cum ab omnibus fere abstineret. Tam fervens spiritu erat, quod non frigus, non calorem, non quasvis corporis molestias
C seu incommoda verebatur, quo minus conceptum animi vigorem exequeretur. Quapropter a confessoribus nonnunquam et spiritualibus, imo et cælo etiam correpta monebatur de nimiis pœnitentiis, excessivisque laboribus. Unde in VI libro, cap. XCI scriptum est, quod, cum Sponsa ipsa esset nimis de jejuniis et vigiliis, ac aliis in capite et corpore defectuosa adeo, quod divinorum verborum minus capax fieret, Christus dixit ei: Vade et da corpori moderata necessaria; quia sic placet mihi, ut caro habeat moderata necessaria et anima non impediatur a spiritualibus propter ejus defectum.

*fervor non semel fuerit reprimendus.* 75 In IV vero libro Agnes loquitur ad Birgittam dicens: Filia, sta stabilis et non retrocedas, quia serpens mordens jacet ante talos: nec etiam plus debito procedas, quia cuspis lanceæ acutæ ante te stat, a qua si plus justo processeris, vulneraberis. Quemadmodum etiam in VI lib., cap. XVII in Additione scriptum est, tentata fuit alio tempore Christi Sponsa de gastrimargia graviter in tantum, etc, Item cum similiter, vivente marito, lectum suum per quendam carpentarium solemnius, et curiosius solito in domo sua in villa de Ulphon parari fecisset; tunc quasi ab una manu tam valenter in capite percussa fuit, quod vix movere se poterat præ dolore. Ducta ad aliam partem audivit quasi de pa- D
riete vocem dicentem sibi sic: Ego non stabam, sed pendebam in cruce; nec caput meum habuit reclinatorium, et tu tibi tantam curiositatem quæris, et quietem. His ergo auditis, amare commissam deflens culpam illico curata est, et postea, cum, potuit, in straminibus potius et pelle ursina dormiebat, quam in lecto etc. Nota diligenter et fac similiter.

ANNOTATA.

a *Seu potius* legifero, *de quo apud Suecos munere vide dicta num.* 64 *et seq. Commentarii prævii.*

b *Seu* Scamno.

c *Pomeraniæ oppido.*

d *Alias* Cannabe.

e *Vide Annotata in cap.* 3 *Vitæ* S. Birgittæ, *a Birgero scriptæ lit.* o.

f *Vide num.* 421 *et seq. Comment. prævii.*

g Crassioribus.

# LIBER II E

## *De acceptis gratiis et divinis charismatibus.*

### PROŒMIUM

*Birgittam Deus variis gratiis decoravit hoc libro describendis.* Deus benedictus, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, Sanctos suos, ab æterno electos, multis in hoc mundo decorando miraculis insigniter consuevit demonstrare insignes, ut, quorum merita sibi soli cuncta cernenti videbantur, prodentibus signis, etiam hominibus, quales essent, innotesceret; quatenus, quorum mirabantur signorum excellentiam, sectarentur fidem, imitarentur propositum, virtutemque operum consequerentur: unde Deus in Sanctis suis F
non solum appareret mirabilis, verum etiam fieret laudabilis. Hinc est, quod * B. Birgittam ob amo- * *supple:* cum
rem excessivum et singularem virtutum prærogativam Sponsam suam Christus vocare decrevisset, quam plurimis carismatum privilegiis sublimare eam voluit, ut ex manifestis donorum præconiis, latentium quoque virtutum insignia conjecturari debuissent, et antequam * per virtutem mentis soli * *an* et quæ ante?
Deo cognita erat, per gratiam ipsius Dei largientis etiam hominibus fieret manifesta. Ac vero, quia visionum revelationumque cælestium privilegio mirabiliter decorata fuit, quo plerorumque arcana sæpe numero proderentur, divina Providentia egit, ut ipsius quoque excelsa præconia visionibus ac revelationibus panderentur. Nam, ut de aliis taceam, quæ vel ante vel post suum dignissimum ortum apparuerunt, quæque in recensita Legenda commemorantur, ad ea tantum me converto, quæ deinde contigerunt, quæ, quia cunctorum suorum præsagia sunt donorum, in hoc secundo libro, qui de acceptis gratiis prænotatur, primo loco tractantur.

CAPUT

A

# CAPUT I.

## *De Visionibus et Revelationibus, quas plerœque piæ * de ea habuerunt, et gratia ejus sanitatum.*

* *supple* : personæ

*Variis, quanta futura esset*

Fuit itaque conversus quidam, Gerbinus *a* nomine, in regno Suetiæ in monasterio Alvastri Cistersiensis Ordinis *b*, qui in quadraginta annis monasterium suum numquam est egressus : sed diebus ac noctibus orationibus vacans, hanc promeruit gratiam, quod novem choros Angelorum in oratione quasi quotidie vidit, et in elevatione corporis Christi, Christum in specie puerili crebro conspexit : hic frater, cum beata Birgitta venisset ad monasterium *c* et resideret ibi, B adjurans in corde suo dixit ; Cur ista Domina sedet hic in monasterio monachorum, contra Regulam nostram inducens novam consuetudinem ? Tunc raptus in quodam excessu mentis audivit vocem clare sibi dicentem : Noli admirari : hæc est amica Dei et ad hoc venit, ut sub monte isto flores colligat, de quibus multi etiam ultra mare et usque ad fines mundi recipiant medicinam. Rursum idem frater vidit eam elevatam de terra, et de ore ejus quasi flumen egrediens, et tunc audivit in spiritu : Hæc est Mulier, quæ a finibus terræ veniens propinabit gentibus sapientiam, et hoc erit tibi signum, quod ipsa de ore Dei dictura est tibi finem vitæ tuæ, et exultabis in verbis et adventu ejus et complebitur citius desiderium tuum, ne videas mala, quæ dicturus est Dominus super domum istam.

*a*

*b*

*c*

*S. Birgitta, d*

*e*

*f*

C

*g*

78 Prior præfati monasterii *d* confessor B. Birgittæ in confessione ab ea se audivisse asseruit, quod tamen et a domino Thoma, Vexionensi *e* episcopo, et a domino Sigismundo, Strengenensi *f* episcopo acceperat, quod scilicet monialis sanctæ vitæ in ipsa Strengensi diœcesi in monasterio Montis sancti, etiam Cisterciensis Ordinis in regno Suetiæ *g*, Catharina nomine fuerat, quæ hanc a Deo gratiam obtinuerat, quod Virgo Maria, apparens ei, inter multa, quæ sibi loquebatur, hoc quoque dixit : Monstrabo tibi, inquit, me esse Matrem Dei, et præsentabo te Filio meo : hæc itaque domina, cum familiaritate cum B. Birgittæ loqueretur, inquit ad eam : Attende, o domina Birgitta, quia non ad jactantiam tuam, nec ad meam hoc dissero laudem, sed ad Dei tantum honorem respectum habens, audivi enim in oratione mea vocem mihi taliter dicentem : Scito, quod adhuc dicetur : Felix Birgitta, quæ etsi modo contemnitur in terris, honorabitur in cœlis, et, qui sunt nascituri, prædicabunt nomen ejus. Ideo esto constans, quia sine dubio, sicut audivi, ita perficietur.

*revelatum fuit : h*

79 In mense primo, quo B. Birgitta pervenit *h* ad monasterium S. Mariæ de Alvastra, apparuit ei in oratione quædam Domina mortua, sibi notissima, dicens : Tibi dabitur intelligentia spiritualium : ideo humilia te in omnibus, et ut certius scias, quod hæc loquar, triplex tibi dabo signum : Primum, quod pro mea pertinacia conscientiæ graviter sum purgata. Secundum, quod vir meus, qui modo non est vir meus, quærit alteri contra Deum conjungi, quod tam sibi, quam posteris cadet in tribulationem. Tertium est, quod tu transibis mare et in loco glorioso, scilicet Romæ, morieris *i*. Apparuit ei eadem secundo dicens : Ego indicare tibi volo de statu meo, quia sic placet Deo, ut quemadmodum dileximus nos invicem viventes in carne, ita modo diligamus in spiritu. Egoper similitudinem loquendo quasi in spisso vitro sum posita, valens quidem audire, sed nondum ad optata venire. Sic ego intelligere et desiderare et sperare possum illa æterna et desideratissima gaudia, sed nondum perveni ad plenum, donec, ad velle Dei vitrum sit gracilius et subtilius, et hoc est, quia duo me in mundo gravabant, videlicet viæ * facilitas, et quod de his, quæ habebam, minus contentabar, semper affectans habere plura. Quare inducas eos, qui amici mei erant, ut calices, quibus pretiosissimus ille Redemptoris nostri sanguis pro omnium redemptione et salute effusus E est, sanctificentur, fieri faciant, et pro me Deo offerant. Secundo per annum ab his, qui Dei sunt amici, memoria mei fiat; hujusmodi quippe suffragiis haud dubium ab ista citius eripiar pœna. Rursum prælibatam Dominam in visione videns audivit ab ea; Quod concupivi jam habeo : tradita enim sunt oblivioni priora tormenta, et amor jam perfectus est. Tu vero esto obediens, quia in societatem magnorum ventura es.

A. Bertwol-do.

*i*

* *an* vitæ

80 Item quædam Domina de regno Suetiæ de civitate Scocolynensi *k*, cum esset in peregrinatione prope S. Jacobum in Gallicia in quadam ecclesia vidit Crucifixum in pariete depictum, quem diligenter cum devotione atque compassione intuens, vocem sibi dicentem audivit; Ubicunque videris istam imaginem, ibi manebis, ibique morieris : igitur ad patriam rediens, domi aliquamdiu permansit; dein versus Romam iter accipiens, cum civitatem Montis Flasconis *l* introisset, in domo cujusdam dominæ similem ei, quam in Hispania prius viderat, perspexit imaginem, quæ ad eam taliter loquebatur : Hic ingredieris et permanebis : ego vero istius domus dominæ animum inclinabo, ut tradat tibi in ea F mansionem. Recepta igitur ibidem in reclusione permansit, multisque lacrymis, jejuniis et orationibus perseverans, vitam duxit exemplarem atque miraculosam; demum, ut ipsamet B. Birgittæ ac domino Petro, ejus confessori, narravit, vidit aliquando in somnis columnam, supra quam multæ turbæ circumstantes aspiciebant et mirabantur : de ore autem ipsius quasi ros exibat, rosæque albæ et rubræ, quarum odore homines lætabantur. Expergefacta vero sequenti nocte vocem sibi dicentem audivit : Quam vidisti, est domina Birgitta, Romæ existens, domina tua, quæ afferet vinum de longinquis partibus cum rosis mixtum et dabit sitientibus peregrinis.

*alteri tamquam columnæ insistens, k*

81 Ræchmundus, Prior de Ordine Prædicatorum, difficulter hanc gratiam Revelationum divinarum credens, vidit dormiens, ignem de cælo in beatam Birgittam descendentem : admirans itaque, atque de somno evigilans et illusionem putans, iterum obdormivit, viditque tunc, quod ignis ille de ore prædictæ Dominæ egrediens,

*alteri tamquam coronis 7 ornata,*

A. Berthol-do. egrediens, multum circumstantes inflammabat; sed et vocem, Quis ignem istum, ut non egrediatur, prohibere poterit? resonantem audivit : Ego enim ipsa Potentia divina ad Orientem et Occidentem, ad Aquilonem et Austrum emittam illum. Post hoc autem Prior præfatus, confirmator et defensor indultæ gratiæ Christi Famulæ sanctorumque verborum confirmator * exstitit et devotus. Schweningo monachus, qui abbas Warnensis Ordinis Cisterciensis *m* postea fuit factus, ad S. Jacobum electam a Deo Peregrinam comitando, graviter in via infirmatus est, qui, ex se ad horam raptus, vidit æterni Regis Sponsam quasi septem coronis coronatam, viditque solem totum denigratum : qui miratus a quodam pulcherrimo, sibi assistente, hujuscemodi audivit verba : Ecce mirabile est, quod dico : sol iste magnus, qui est princeps istius regni Suetiæ, qui sicut sol fulserat, obscurabitur, et erit despectissimus, opprobriumque hominum. Sed mulier ista Birgitta habebit spiritum septiformis gratiæ Dei, quam significant septem coronæ, B quas vidisti, et hoc erit tibi signum, quod tu sanaberis ab ista infirmitate, et reverteris ad tuos, ad altioremque gradum elevaberis. Qui postea rediens factus est abbas, proficiens de virtute in virtutem, multa devotione convaluit.

* abundat

*m*

*interdum ut in aëre n*

82 Fuit quidam frater Joannes de Pormaton *n*, prout multorum testabatur opinio, spiritualis utique multumque devotus : hic sub jurejurando testificatus est, quod, dum scilicet in ecclesia S. Joannis Lateranensis in Roma reverteretur, prope Coliseum *o* vidit ancillam Christi ad dictam ecclesiam quamplurimis sociatam, commeantem in aëre, quasi cubitis duobus elevatam, et quasi navi super aquam firmo gressu aëra fulcantem : perterritus homo, timens, ne forsitan falleretur in visu, attente per aliquod spatium in eam defixis oculis, volitantem prorsus cum stupore intuebatur. Item secundo, dum Missarum solemnia in majori altari prænominatæ ecclesiæ celebrarentur, decantata Epistola, vidit eam, ut prius, e terra subactam, * in sublimi gradientem. Rursum tertio idem ipse de ecclesia S. Crucis *p* properantem, et tunc faciem ejus, velut sole radiantem, a longe intuebatur; de quo non C modica admiratione permotus, ne oculorum acies in hac fortassis visione oberraret, præstolabatur eam diligentius intuendo, semper tamen micantem faciem adeo, quod præ fulgoris magnitudine in eam intendere nequiret, conspiciebat. Cumque sanctissima Mulier, cunctisque admiranda paululum pertransiisset, conversus frater Joannes, et ad eam intuitum reflectens, velut solares radios post tergum ipsius procedere et versus cælum ascendere vidisse se, fatebatur.

*o*

* *an* sublatam ?

*p*

*elevata visa fuit, absentique apparuit.*

83 Denique frater Angelus de Hispania, presbyter et eremita de Monte Cervo testatur, quod, cum esset Romæ in una camera cum fratre Andrea de Luca, beata Birgitta, quæ in eadem domo erat, per quendam suum nepotem vocari eum fecit : tunc ipse cum licentia fratris Andreæ ivit ad illam, et dum per scapham * descenderet; visum sibi fuerat, quod altioris solito staturæ existeret felix Vidua : nesciebat autem utrum in aëra suspensa esset, vel non. Videbatur quoque sibi, quod quasi splendor quidam de ipsius facie refulgeret, quo ipsam minime cognoscere poterat, donec illa secum sermonem finierat : tunc vero fulgor evanuit, et in consueta corporis statura Sponsa Christi apparuit. D Cum adhuc viveret Famula Dei, dominus Abuensis *q* episcopus in Francia et Anglia divina legatione fungebatur : cumque præfatorum reges regnorum ad Dei verba suscipienda, quæ eorundem regnorum guerram tangunt, quæque in IV libro Revelationum in aliquibus capitulis continentur, minus benevolos intueretur, turbatus in corde, non parvo mentis suæ mœrore interea conficiebatur, cui obdormienti B. Birgitta apparuit dicens : Cur turbaris? Redibis ad patriam prospere, et faciens fructum animarum. Sed scito, quod nondum finietur plaga eorum, ad quos missus es, quia indurata sunt corda eorum contra Deum, et turbabuntur adhuc, donec humilientur.

*an* scalam?

*q*

*Cum adhuc viveret,*

84 Quemadmodum Christus in mundo corporaliter degens, dum verbis doctrinæ animarum salutem ardentissime procurasset, ad sananda interdum corpora se mystice transferebat, ut per hoc, quod visibiliter operatur exterius, animarum se medicum comprobaret interius : sic Sponsæ Christi accidit : etenim cum inimica, ut ita dixerim, verba, valetudinibus animarum salubriter E medentia, charitate magna occidenti jam mundo per eam Christus edidisset; corpora nihilominus variis languoribus infecta pristinæ saluti voluit restituere per eandem, ut, dum ex facto miraculo et in corpore patrato dextera in ea pateret Excelsi, quia ipse erat, qui per illam loquebatur ad sanandas animas fidelium, ab omnibus posset credi. Itaque domina Catharina, uxor quondam domini Nicolai militis, adjurata fatebatur, quod ipsius filius parvulus, Carolus nomine, in tenera tunc ætate constitutus vehementer atque continue per annos duos morbum patiebatur epilecticum; ex quo ipsa anxia nimis ac tristis B. Birgittæ, tunc Romæ degenti, humiliter scribendo supplicavit, quod pro filio suo Dominum exorare dignaretur. Cui illa scribendo respondit, quod de infirmitate filii turbari vel tristari amplius non deberet, pro certo sciens, quod ulterius illi nocitura non esset, et ita factum est : nam ipsa hora, qua Romæ litera pingebatur, sicut in veritate compertum est, sanabatur puer in patria.

*geminam epilepsim,*

*r*

85 Romæ vero sanctuaria peragrans pauperculam nomine Dyoretur, de regno Norwegiæ ante portas ecclesiæ S. Praxedis *r* solam seminecem jacentem reperit quadam vice; hanc intuens, miserata calamitatis ipsius, ad hospitale F S. Antonii, quod non longe aberat, personaliter deferre tentavit; sed non prævalens sola, a domino Magno, capellano suo, juvari se annuit, sicque ad hospitale illam ambo pariter detulerunt. Postea vero domum suam eam venire faciens, agnito, quod morbo laboraret supradicto, oravit ad Dominum, traditoque sibi de proprio Pater pro tuitionis munusculo, confestim ab illa ægritudine liberata fuit; adeo quod nequaquam amplius, qousque vixit, eam invasit.

*febrem hecticam,*

*s*

*t u*

86 In civitate Neapolitana puer, nomine Esau, filius domini Manets de Pedemonte, nepos Domini Nicolai de Acciolis *s* de Florentia *t*, quondam reginæ *u* Siciliæ magni seneschalli, decem circiter habens annos, infirmus valde ex ectica valetudine, consumptus et desiccatus in corpore in tantum, quod a medicis omnimode desperebatur, per dominam Lapam, ipsius pueri matrem S. Birgittæ præsentabatur : supplicabat

A supplicabat enim obnixius mater pro filio Sponsæ Christi, quatenus suis meritis et intercessionibus infirmanti puero subveniret: cujus illa corpus hujusmodi contrectans, signaculum tandem S. Crucis super ipsius signavit ventrem; quo protinus infirmus convalescens perfectæ sanitati restitutus est.

*ventris fluxum,* 87 Item Romæ puer septem annorum, GENALUS nomine, filius illustris viri domini Latini de Ursinis, qui cum uxore sua domina Soritia singulari devotione atque familiaritate recolendæ Viduæ jungebatur, fluxum ventris cum acutissimis continuis febribus incurrerat, quem per dies plurimos passus, a medicis derelictus, nequaquam evasurus putabatur. Audiens vero hoc pueri mater, commota sunt viscera ejus super filium suum, et mittens festinanter magna cum devotione Christi Famulam adoravit: dicebat enim intra se: Venerit tantum et tetigerit filium meum, salvus erit. Quid plura? Venit Mulier sancta domum, cameramque ingreditur, omnes ejicit, seque protinus in orationem ponit: demum ad puerum, lectulo decumbentem B pergens mantelli sui fimbriam posuit super eum, faciemque suam pueri faciei conglutinans, parva mora super eundem incubuit: surgens vero dixit infantulo: Dormi, fili, dormi; et matre vocata, quam primitus cum omnibus egredi jusserat; non, inquit, moritur puer; sed dormit, et abiit. Puer autem a sommo post paululum excitatus, pannis, quibus indui solitus erat, petitis et acceptis, sanus surrexit e lectulo, moxque domum egressus cum suis, ludebat cœtaneis.

*mentis* 88 Dominus Robertus, olim canonicus S. Joannis majoris in Neapoli, postmodum vero monachus Cisterciensis, ex indiscreta, ut putabatur, abstinentia demens effectus, precibus S. Mulieris fuit tandem perfecte curatus, de quo per Revelationem S. Birgittæ Christus loquebatur dicens: Unus homo ad excolendum agrum vel vineam conductus erat, in qua non paucis diebus exsudare eum oportebat: ipse vero aviditate pecuniæ totum volens lucrari una die propter nimium laborem infirmatus est: quo campus ille vel vinea pro majori parte linquebatur incultus; quare ipse amplius C laborare non potuit, sicque perdidit salarium, et opus remansit imperfectum. Talis fuit iste Robertus, pro quo tu oras, qui et ab hac infirmitate liberabitur.

*deliria,* 89 Videtur hic continuandum, quod in Florentina civitate de quodam notario delirante constat esse factum: hic quippe in tantam devenerat insaniam, quod ferreis ligabatur catenis, ne furens quemquam invadere contigisset. Cumque lucida interdum intervalla haberet, dolebat amarissime, et de humano desperans auxilio litteras suas Sponsæ Christi, Romæ degenti, quibus apud Deum pro se intercedere precabatur, destinavit. Post hoc vidit in somnis gloriosissimum Joannem, quem præcipuo amore dilexit, cum quadam venerabili sibi assistente atque dicente: Hæc Mulier de longinquis est partibus, quæ pro te Romæ interpellat: gratias ergo age Deo, quia sanaberis cito, qui sursum scribens gestæ rei ordinem Interventrici suæ gratias agendo referebat.

*costas fractas,* 90 Præterea visitante se loca sancta in regno Siciliæ, cum de monte Gariano *x* ad civitatem Manfridornam *y* descendisset, magister Thomas, episcopus Vexionensis *z*, suarum comes

*x*
*y*
*z*

peregrinationum, casu accidente, sic graviter de equo cecidit, quod duæ ipsius costæ frangerentur, qui, de mane accita ad se Christi Sponsa, ad S. Nicolaum de Barro *aa* profectura, O inquit, Domina! est mihi gravissimum sine vestra præsentia, mihi gratissima, hic remanere, et vobis non minus grave arbitror, hic nostri causa subsistere: rogo ergo vos per amatorem vestrum Jesum Christum, quod eidem pro me precibus piis fusis, sanctissima manu vestra meum latus in ipsius nomine attrectetis. Tunc pia Mater, obortis præ compassione lacrymis, inquit; O Domine; ego reputor, quod non sum digna: sum enim peccatrix et indigna coram Deo; veruntamen omnes pariter Deum rogemus, ut ipse vestræ fidei satisfaciat. Orans ergo et surgens latus episcopi tetigit dicens: Sanet te Dominus Jesus Christus. Vix verba finierat, cum tumor evanuit, dolor abscessit, sanusque surrexit, cœptum iter gaudens prosequendo. A. BERTHOL-DO.

*aa*

*lateris,* 91 In Italia in castro Sermonete *bb*, quod est comitis Fundorum *cc*, Catharina de Flandria, Sponsæ Christi ancilla, gravibus febribus, et sinistri punctura lateris in tantum premebatur, quod E de ejus vita modicum sperabatur: videns ergo domina Catharina, B. Birgittæ filia, non licere sic, infirmante derelicta, abire, eamque inibi pro multis, et magnis expensis, nonnullisque incommodis sinistrum valde præstolari, Matrem deprecata est, quatenus pro ancillæ sanitate Dominum exoraret; quod cum a domino Petro, confessore ejus, etiam præciperetur, extemplo ad patris jussionem in modum Crucis in terram prostrata, applicato ad terram ore, quantisper oravit: surgens autem ancillam vocavit ex nomine, quæ protinus sana prosiliens, omnibus admirantibus, equitavit cum cæteris.

*bb*
*cc*

*capitisque dolores,* 92 Dum dominus Latinus de Ursinis, quem paulo supra commemoravi, magnis quadam vice febribus æstuaret, B. Birgitta ad visitandum eum veniens, susurrando ad aurem ejus amicabiliter dixit: Confortare, quia non vult Deus, quod tu modo moriaris. Dum quodam tempore generosa vidua Resgotiam iret *dd*, dominus Magnus, capellanus, qui se comitabatur, prope Lodosam *ee* cum venisset, in capite graviter infirmari cœpit in tantum, quod F nullo modo poterat equitare; mane autem facto, cum cœptum iter Mater sancta prosequi decrevisset, eo quod propter defectum victualium, et locum minus tutum anxiaretur de mora; sacerdos hoc audiens, vocari ad se illam fecit, et dixit: Ne, quæso, Domina, hic inter bestias me desolatum derelinquas: rogo ergo manum vestram capiti meo superimponite, et spero, me vestris orationibus fore sanandum. Confessore ejus itaque annuente, caput tetigit confessoris * dicens: O mi benignissime Jesu, sana eum, ad quod verbum surrexit infirmus, et robustior quam unquam prius fuerat, affectus, equum ascendebat.

*dd*
*ee*

* capellani

*etiam in Petro Alvastrensi.* 93 Eo etiam tempore, quo Sponsa Christi adhuc in monasterio Alvastro residebat *ff*, in ipso primordio Christus apparuit sibi dicens: Dic ex parte mea fratri Petro suppriori, quod ego similis sum Domino, cujus Filii in duro cippo captivi tenebantur, qui misit legatos suos, ut filii sui liberarentur et præcaverent, ne in manus inimicorum suorum inciderent, quos putabant amicos: sic ego Deus multos habeo fi-

*ff*

A. Bertholdo.

lios inter Christianos, qui gravissimis diaboli laqueis captivantur, ideo ex charitate mitto eis verba mea, quæ per unam fœminam loquor. Audi ergo tu, frater Petre, illam; et scribe in lingua Latina omnia verba, quæ ipsa tibi ex parte mea dicet, et dabo tibi pro qualibet littera non aurum, vel argentum, sed thesaurum, qui non veterascet. His auditis, frater Petrus inducias ad deliberandum cœpit: onus tandem rejicere ex humilitate disponebat, partim se ad tantum opus indignum æstimans, partim vero de illusione diaboli aliqualiter titubans. Cum ergo hæc secum agerentur; divinitus in ecclesia quodam sero percussus, statim cecidit quasi mortuus: omnium namque spirituum atque corporalium virium actu sublato, intellectum tantum sanum habebat. Monachi itaque sic in terra prostratum reperientes ad cellam deferendo super stratum suum eundem declinaverunt, ubi per magnum noctis spatium semivivus jacebat.

B *Revelationum suarum scriptore, sanavit.*

94 Denique dispensatione divina talis se menti suæ cogitatio intulit: Fortassis, inquit, hoc patior, quia divinæ jussioni parere formidavi, et ait: O Domine Deus! Si hæc est causa, parce mihi, quia ecce paratus sum obedire tibi. Consensu itaque facto in corde, sine ulla mora curatus est, et vadens ad dominam Birgittam paratum se ad omnia offerebat: qui et sacrarum revelationum scriptor et B. Birgittæ venerandus confessor (sicut in principio hujus libri dictum est) effici merebatur. Item loquitur Christus eidem de eodem: Ego percussi eum; quia nolebat obedire, et postea sanavi eum; quia ego sum medicus ille, qui sanavi Tobiam et regem Israël: Dic ergo illi: Aggredere, et volve et revolve opus scripturarum verborum meorum, et scribe, quia dabo magistrum Mathiam, magistrum in lege mea, quæ tu scribes ab ore istius Mulieris, unde potentes humiliabuntur, et sapientes obmutescent: scias pro certissimo, quod tale opus facere volo per verba mea; nec credas a maligno spiritu hæc verba procedere, quæ Mulier ista tibi locuta est; quia ea, quæ dico, operibus comprobabo. Rursus cum hic idem vehementem capitis dolorem a sua pueritia pateretur, orante pro se Famula Dei, omnimodam recepit sanitatem. Orans enim illa audivit, Vade, dic fratri Petro, quia a dolore capitis liberatus est. Scribat ergo audacter libros verborum meorum tibi revelatorum, quia ipse habebit adjutores.

C

## ANNOTATA.

a *Lib.* 4 *Revelationum cap.* 121 *vocatur* Gerechinus.

b *Vide lit.* q *in Annotatis in cap.* 1 *lib.* 1.

c *Sub annum* 1345.

d *Petrus, de quo sæpe alibi.*

e *Vide litt.* bb *in Annotatis in cap.* 4 *lib.* 1.

f Stregnesia *episcopalis sedes est in Sudermannia, Sueciæ provincia.*

g *Hujus monasterii nec in Chronologia, nec in Indice monasteriorum Ordinis Cisterciensis meminit Carolus de Visch, nisi forte sit monasterium* Saba, *alias* Julita, *quod in diœcesi Stregnesiensi collocat.*

h *Anno, ut apparet,* 1344 *vel seq.*

i *Obiit anno* 1373.

k *Corrupte scripta videtur hæc vox: forte indicatur Skeningia, Sueciæ in Ostrogothia oppidum, aut Stockholmia.* D

l *Civitas est in Patrimonio S. Petri.*

m Varnhemium *in diœcesi Scarensi et Visigothia situm anno* 1148 *condi cœptum est a Suerchero, Sueciæ rege, secundum Catalogum Genealogicum abbatiarum Ordinis Cisterciensis Ms.*

n De Pornacio *legitur in Schedula Nicolai comitis Nolani ad Alphonsum, Giennensem olim episcopum, apud Hormann pag.* 814.

o Coliseum *situm est inter montes Cœlium, Palatinum et Esquilinum.*

p *Ecclesia illa collocatur ordine* 13 *inter ecclesias Regionis secundæ apud Pancirolum in Opere de Thesauris absconditis urbis Romæ, quam hic verosimiliter intelligendam puto.*

q Aboënsis civitas *in Finlandia sita est. Quis porro fuerit nominatim episcopus,* S. Birgittæ *ad Franciæ et Angliæ reges legatus, me latet.*

r *In capite Saburræ ad montem Esquilinum.* E

s *Idem, cujus mortem* S. Birgitta *prædixit, cum anno* 1366 *Neapoli versaretur, ut dictum est num.* 311 *Commentarii prævii.*

t *In Tuscia.*

u *Joannæ, quæ ipsum ad hoc munus evexit, ut scribit etiam Summontius lib.* 3 *Historiæ Neapolitanæ, pag* 471, *post obitum Roberti de Cabani, anno* 1345 *defuncti.*

x *Lege* Gargano: *situs est in Apulia.*

y *Lege:* Manfredoniam, *Apuliæ oppidum.*

z *In Suecia.*

aa Barium *archiepiscopalis in Apulia civitas est.*

bb *Campaniæ Romanæ.*

cc Fundi *urbs episcopalis Latii.*

dd *Legendum suspicor* in Vestrogothiam iret, *in qua est* Ludosia *paulo post memorata. Nullum locum, qui* Resgotia *dicatur, in Suecia reperi.*

ee *Vide litt.* dd *hic.*

ff *Sub annum* 1345.

## CAPUT II.

F

### *De oppressis a Dæmone per eam liberatis; de sulphuris, quem in offensa Dei sentiebat, odore, et dono revelationum, sibi factarum.*

*Mulierem a dæmone incubo*

Non modicam adversus superbientes dæmones acceperat humilis Christi Sponsa potestatem: hoc siquidem munere suam Sponsus ditarat Sponsam, ut, tradita sibi calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici potestate, nihil prorsus noceret eis, pro quibus ipsa orare decrevisset. Unde in civitate Nolana in Campaniæ provincia mulier fuit Pretiolella *a* nomine, ætate provecta, sed nequaquam formosa, quæ a dæmonio incubo diu vexabatur: nam, cum sopori se traderet, et somnus eam invaderet, vir fortis et magnus omni fere nocte irruebat in eam, ipsamque

A que viribus opprimens actu coibat; ita quod signa omnia, quæ in hac vili materia post factum remanerent, apparebant; eratque semper ille spiritus secundum mulieris judicium tangibilis : ipsum vero minime cognoscere poterat : cum semper ante concubitum lumen extinguere consueverat. Cœpit mulier de aliquibus vicinis suspicari, quibus per veridicas attestationes et multimodas excusationes, etiam juramento vallatas, calumniam referentibus *, cœpit mulier fortius ostia firmare, vicinasque vocare matronas, ut secum de nocte consisterent, prohiberentque violentiam, et cognoscerent illatorem, quibus pariter vigilantibus, cum eas somnus opprimeret, accedebat ut prius, et in actu vocare non poterat dormientes; porro existimans muliebrem sexum ad sui defensam non esse idoneum, generum suum, juvenem magnanimum, vocavit in domum, et cum sua invicem filia decumbebat.

* an Refellentibus ?

*miserum in modum*

96 Vir itaque somno fortiter reluctans, mulieres fortiter vigilare cogebat : ita quod noctem B totam transigebat insomnem; sed spiritus nequam, ut omnibus se fortiorem ostenderet, cum strepitu intrabat domum, extinguebat lumen, omnibusque terrorem et soporem inducebat, ipsisque sic ad terram prostratis, miseram mulierem solito more opprimebat. Cœpit ex hoc mulier advertere immundi spiritus fore negotium, quæ ad Deum se convertens pluries confessa, dominici corporis sumpsit Sacramentum; nec tamen malignus spiritus a vexatione cessavit. Convertit se exinde mulier quorundam suggestione ad magicas artes, ferendo caracteres, et cuncta, quæ sibi fallaces arioli suggerebant, faciendo : sed et breve quoddam cum caracteribus, a presbytero sibi Raymundo exhibitum, capillorum comis involvebat, quibus maleficiis ut infelix mulier adhæreret, et per consequens æternam damnationem incurreret, versutus coluber rarius ex tunc vexare eam cœpit; sed nequaquam tamen ab omnimoda vexatione destitit, quo minus anxia mulier effecta magnificum virum dominum Nicolaum, comitem Nolanum, benevolum, adiit cum lacrymis et singultu, casum suæ miseriæ seriosius illi retexendo, sperans, forte per ipsum remedium salutis posse sibi conferri.

C *infestatam,*

97 Miratus ille de obscœnitate tantæ turpitudinis, cum domino Alphonso eremita, qui forte tunc Nolæ erat, putavit conferendum : de cujus sano consilio Neapolim (ubi tunc B. Birgitta degebat) mulierem destinavit, consilium et auxilium ab illa pariter suscepturam. Audiens vero Famula Dei, quod factum fuerat, petiit a muliere, si quid ad magicam pertinens artem penes se retineret; respondit, se nihil tale habere; tunc illa spiritu sancto plena, Non est, ait, ut dicis; sed crinibus tenes, quod non licet habere Christianis. Stupefacta mulier veritatem protinus confessa est : fascinium, quo fascinata fuit, abjiciendo. Denique mandavit illi confessiones iterato cum vera cordis contritione facere, Eucharistiam cum ferventi devotione die sequenti sumere, jejunium et orationem, quibus omne dæmoniorum genus ejicitur, interim celebrare. Hæc illa faciente, et Famula Dei pro se orante, diabolus totaliter fugatus est et ab infestatione cessavit.

*aliosque vel a dæmone,*

98 Item, quemadmodum in IV libro cap. LXXX scribitur, quædam mulier a dæmonio vexabatur, cujus venter sic intumuit, ut quasi paritura esset subito, etc : Vide ibidem. In Scarensi diœcesi *b* prope castrum prius quædam mulier trium annorum filium, sicut in LXXXI cap. supradicti libri continetur, sanctæ Birgittæ præsentavit, qui nullo modo quietari poterat, nisi, quando aqua frigida aspergebatur etc : Vide ibidem. Dæmoniacus quidam in Ostrogotia *c*, de cujus nomine Prior Alvastri, qui hoc miraculum recitat, non recordabatur, præsentibus domino Thoma, episcopo Vexionensi, et magistro Mathia, S. Theologiæ professore, canonico Lyncopensi, pluribusque aliis, cum hic ipse Prior verba Christi B. Birgittæ revelata, et in XXXIV capite VI libri contenta, super eum recitaret, illico purgatus est. Eodem modo duo arreptitii in regno Suetiæ, cernentibus atque mirantibus prælibatis sacerdotibus, mundati sunt. Invasit aliquando diabolus cursorem B. Birgittæ, qui, fingens se una dierum literas habere, ingrediebatur ad eam, et evaginato mucrone voluit interficere : hic per dies aliquos terribiles faciens gestus, tandem, orante pro se Domina sua, dimissus est. Hospitante semel B. Birgit- E ta in provincia Oplandiæ *d*, muliercula quædam a dæmonio obsessa præsentabatur; cum jam orationem primum super eam faciens, et vitali signo demum faciem muniens, dæmonium fugit *.

A. Bætholdo.

*b*

*c*

*d*

* fugavit *vel ab ejus*

99 Refert Prior, prout in confessione a fratre Nicolao, monacho suo, acceperat, quod tantam famem idem Nicolaus annis multis, tentante se sathana, fuerat passus, quod in nocte Natalis Domini usque ad primam Missam sustinere non poterat : hic fusis lacrymis Famulam Dei pro se orare precabatur : cumque specialem pro eo orationem fecisset, frater obdormiens in hora, qua tertia celebrabatur Missa, vidit mulierem labia sibi et linguam contingentem, quæ ait ad eum : Ecce sanus es, surge : qui evigilans, nunquam de cetero talem patiebatur molestiam. Sane Prior et ipse notaverunt horam, et illam veraciter invenerunt, qua Matrem pudicitiæ pro eo supplicasse compererunt. Item Prior meminit, accepisse ab ancilla quadam dominæ Birgittæ, quæ affinitatis causa a viro suo per episcopum fuerat publice separata, propter quod cum ipsa mulier nimis amaricaretur, et quietari non posset; contigit, quod B. Birgitta dialo- F gum Evangeliorum coram se legi faceret : Tunc mulier, generosæ Viduæ vestigiis se prosternens, misereri sibi flagitabat, suam illi tentationem detegendo : porro compassione cordis hæc intrinsecus tacta, flexo coram Deo poplite, omnes, qui aderant, pro illa orare precabatur. Surgentibus vero ab oratione, cum interim lector in Dialogo legeret, mulier quasi dormitans vidit, dum B. Birgitta genua flectebat, quasi æthiopem de medio mamillarum suarum cum detestabili prodire fœtore; quem fœtorem evigilans quoque hauriebat.

*tentationibus*

100 Religiosus quidam annis duodecim de sanctissimo Christi corporis Sacramento tentatus, excellentissimum quoque Mariæ nomen absque sordida cogitatione blasphemiæ recensere non poterat; unde ab Angelica salutatione diu abstinuerat : ad Sponsam ergo Christi lacrymans accessit, et pro se Deum orare postulavit, qui sic liberatus est, ut raro postea sine magna lætitia sanctissimæ Mariæ nomen vel audiret vel proferret, tamque suave corpus Christi sibi effectum est, ut quietari non posset illo die, quo Missam non celebraret. Hic idem diu habuit desiderium

A. BERTHOLDO. siderium sancta loca in Jerusalem visitare, sed propter obedientiam et professionem non est permissus, qui, cum esset in extremis, raptus est, et omnia loca illa in spiritu vidit, sicut et hi, qui corporaliter viderunt, et cum illorum locorum dispositionem his, qui prius visitaverant, enarasset, exultans in Domino sublatus est.

*liberavit.* 101 Meretrix quædam per B. Birgittam ad Deum conversa sequebatur magistrum, quæ in tantum a maligno spiritu quandoque tentabatur, quod vicibus iteratis de lecto illam detrahens, oculos quoque ipsius visibiliter comprimebat. Sane mulier de hoc impatiens, mortem quoque ex hoc contingere sibi pertimescens, ad vomitum peccati revertens cogitabat, dicens : Melius est mihi temporaliter vivere, quam violentam mortem incurrere : B. autem Birgitta per Spiritum sanctum hæc sciens, in præsentia sui confessoris, nonnullorumque aliorum contra diabolum, qui illam puniebat, dixit : Recede, o maledicte diabole, quia satis illam mulierem contristi. Tunc mulier quasi obmutescens per aliquod temporis spatium in terram defixit obtu-
B tus, et postea se erigens dixit ad Sponsam : Benedicta tu Domina, vere etenim diabolum egredientem in vilissima forma videbam; et ex illa hora a dæmone liberata nec cogitationes sordidas ex tunc patiebatur, nec impatientia frangebatur.

*Non raro admissam Dei offensam* 102 Experimento didicimus, quod fœtore aliquo infectus fœtentem alium de facili non attendit : si quis vero mundus fuerit, malum odorem in altero quam cito deprehendit; sic B. Birgittæ contingebat, quæ, cum ab omni vitiorum labe, in quantum fas est dicere, perfecte munda esset; si quando dolosa verba aliqua vel criminosa audisset, vel si quis in mortali peccato existens, stetisset coram ea, tantum sulphuris fœtorem confestim hauriebat, quod vix poterat tolerare : unde, cum esset in Famagusta *e*, frater Simon de Ordine Prædicatorum, Antiochiæ principis, patrui regis Cypri confessor et magnus theologus et astrologus, multa sciens, et se ipsum nesciens, ad Famulam Dei venit, et sub ovina specie vulpinam tenens astutiam de gratia istarum revelationum divinarum sagaciter cum ea loquens scrutabatur veritatem : cumque
C ambo pariter confabularentur, tanto Mater sancta quasi fœtore sulphuris replebatur, quod benepoterant omnes, qui aderant, non modicum ipsam ex gestu fatigatam, advertere. Unde et vale sibi illo faciente, e vestigio ad nares manus applicuit, fœtoris vehementiam declinando.

*e*

*sive ab aliis, sive a se ex odoratu* 103 Simili modo Romæ sibi contingebat, cum ad uxorem domini Jordani de Marino visitationis causa perrexisset; nam tantum in gestu illius et moribus fœtorem hausit, quod non modicum in tolerando cruciabatur; quam ob rem dominus Magnus *f* et domina Catharina admirantes, quid esset in ea, a domino Petro confessore sciscitabantur; a quo de veritate clarificati siluerunt. In LXXXVII cap. libri VI Revelationum legimus, quod quadam die, cum Sponsa Christi cuidam episcopo et aliis nobilibus consedisset, sensit tunc etc : Vide ibidem. Cæterum si interdum verbum ab aliquo, Deo exosum, ipsa retulisset, non parvam in gutture et lingua amaritudinem repente sentiens, offendisse se Deum, certius advertebat, et recolens verbum illud, mora sublata, cum ingenti dolore et lacrymarum effusione confitendo emendabat.

*f*

Rediens nempe de partibus Orientis per dies aliquot apud reginam Siciliæ *g* in civitate Aversa *h* morabatur : ubi Antonius de Carbeto; campsor, civis Neapolitanus, notus reginæ ac multum familiaris ad honores anhelans et divitias, rogavit eam, qualiter reginæ suggereret, quatenus de officio quodam de aduana *i*, tunc vacante, benigne sibi consentiret.

*g*

*h*

*i*

*gustuvecognovit.* 104 Annuit Sponsa Christi improvide, nulla habita deliberatione, nulla oratione præmissa, nullaque patris spiritualis facta requisitione; sed extemplo amarissimum sulphuris saporem in ore et in gutture sentiebat; de quo stupens orare cœpit, ut puta, quæ ne Deum offendisset, licet in quo, nesciret, contremiscens titubare cœpit. Cui Christus visus oppositum ei, quod Antonio spoponderet, imperavit, quod scilicet reginæ persuaderet, quatenus de illo officio Antonio non provideret : ipsi quoque Antonio diceret, ne illius officii beneficium requireret : alioquin si ad votum in non modicum animæ suæ detrimentum, ac temporalium cederet bonorum. Denique B. Birgitta de loco recessit, et Antonius, E
quod concupivit, post annos circiter sex consecutus, recepto post modicum per commissarium reginæ computo de officii ministratione in magna, pecuniæ quantitate debitor est inventus, ex quo omnibus, quæ habebat in sua potestate, distractis, veluti mendicus et vagus effectus est.

*Claruit etiam* 105 Inter cetera Spiritus sancti charismata, Sponsæ Christi pro ornatu atque decore a Sponso indulta, excellentissimo videndi, audiendique spirituali dono ditata fuit : nam tot et tanta secreta cœlestia, et occulta mysteria, a mundi sapientibus abscondita, fideli Famulæ suæ Rex cælestis revelare dignatus est, ut humanæ fidei temeritas vix queat admittere, cum nunc in propria Deus Pater persona, nunc suum Unigenitum, nunc per Unigeniti dignissimam Genitricem, interdum vero per Angelos aut Sanctos eidem apparendo vel loquendo infinitas, ut sic dixerim, revelationes ministrabant sibi, de quibus nimirum revelationibus VII libri cælestes, et octavus, qui dicitur ad Reges, Sermone angelico, cum multis extravagantibus Revelationibus demptis, compilati sunt. F

*Revelationum dono.* 106 In quibus etiam Revelationibus sacræ nonnumquam exponuntur Scripturæ, solvuntur quæstiones, dubia enodantur, manifestantur abscondita, et futura multa prænuntiantur et quemadmodum primo libro tactum est, tam summi Pontifices cum cæteris ecclesiæ prælatis, ac religiosis et clericis, quam etiam reges cum principibus et magnatibus, militibus, virgines et viduæ cum conjugatis singulariter vel specialiter, cum comitatibus, et regnis docentur et informantur, increpantur et obsecrantur, de instantibus quoque periculis et Dei judiciis salubriter terrentur, ita ut pene dignitas, aut gradus, status vel ecclesiasticus, aut sæcularis non sit, qui vel quæ specialem et sibi competentem revelationem, revelationesque non accipiat : cum et hæretici, Judæi quoque, et pagani ab hoc munere non sint immunes. Sed et animæ in purgatorio existentes acerbissimasque inferni pœnas luentes suffragiorum beneficia eisdem revelationibus consequuntur.

*quarum nonnulla* 107 Quis enim non miretur? Quis Dominum in Sanctis suis non veneretur, qui sciat magna mirabilia solus? Quis, inquam, Dei, et hominum

A num Medriatricem hanc et legis divinæ latricem summis non extollat laudibus, et ex præcordiis digna non resonet præconia, debitorem se sibi pro incremento salutis humiliter confitendo, et misericordiam hanc magnam senescenti mundo per eam exhibitam affectuose amplectendo? Nam ut cum pace omnium (qui alterius non invident, sed congaudent sanctitati, imo Dei bonitati) id dixerim, a sæculo non est auditum, quod cujuspiam alterius oculos atque aures Deus sic aperuerit, sicut humillimæ Ancillæ suæ : fuit enim singulariter a Sponso suo hac prærogativa dotata; cui in secundo libro Revelationum cap. XVIII ab eodem sic dicitur : Tria mirabilia feci tecum etc : Vide ibi. Item in sexto libro cap. III dicitur : Ego, inquit Christus, facio sicut Rex etc : Vide ibidem. Si autem miraris, quod loquor, quare tanta gratia huic mulieri fuit indulta, audi quid miranti sibi in cap. XV, 2 libri Christus responderit. Miraris, inquit Christus ad Sponsam, quare talia loquor et tanta concedo tibi etc : Vide ibi. Si vero mu-
B scitas, cur de humiliori, sanctiorive statu personam ad tantum opus non elegerit; respondet tibi Christus in eodem libro 2 cap. XVI ubi dicit: Mirantur multi, cur loquor tecum, et non cum aliis etc : Vide ibidem.

*laudantur ex revelationum libris.*

108 Cæterum si hæsitas, an a bono Spiritu, an a malo sint habita; docet te Christus, qui hæsitantem Sponsam in primo libro cap. IV increpando sic dicit : Quare timuisti de verbis meis etc. Vide ibi. Item in IV lib, cap. XIV inquit Christus Sponsæ : Cur times et sollicitaris ex eo, quod diabolus etc. Vide ibidem. Scribens præterea S. Mater vicario domini Papæ Romæ degen-
* *alias* : 78 ti, prout in LXXVII * libri IV poteris reperire, taliter est exorsa : Vestræ honorandæ Paternitati etc : Demum eadem verba in quamplurimis etiam aliis revelationibus invenies, si placet, quo Spiritum veritatis a spiritu secernas falsitatis. Denique si illud te movet, quod non ita cito, non ita fideliter divina hæc oracula a cunctis recipiuntur; aut certe, quia plura in eis prophetice dicta diutius differuntur; quamquam plura meo judicio constet jam esse completa; quid ipse, qui omnia moderatur, et novit, hac in re loquitur, ausculta. In libro siquidem primo cap. LII. Vir-
C go virginum Filium suum alloquitur dicens : Benedictus sis tu, Fili mi, et Deus meus etc. Et rursum flos florum Virgo Maria in secundo libro cap. XIX, circa finem loquitur ad Filium dicens : Benedictus sis tu, Fili mi, qui es, et qui eras. Similiter nec illud prætereundum est, quod in VI libro cap. C scribitur : Timebat namque, ut ibidem dicitur, Sponsa, ne forte verba divinitus ei revelata infirmarentur et calumniarentur ab omnibus etc. Vide ibi. Plures etiam alias revelationes invenies ad hanc materiam pertinentes.

ANNOTATA.

a Piscolella *legitur apud Hormann pag.* 813 *in Epistola Nicolai comitis Nolani ad Alphonsum Giennensem olim episcopum : in Bulla Canonizationis* Pictiolella.

b *De Scara vide dicta ad lit.* y *in Annotatis in cap.* 4 *lib.* 1.

c *Sueciæ provincia.*

d *Legendum verosimiliter* : Uplandia.

e *Episcopali in Cypro urbe.* A. BERTHOLDO.

f *Confessor dein Vastenensis, qui canonizationi* S. Birgittæ *sedulo allaboravit.*

g *Joannam.*

h *Campaniæ in regno Neapolitano.*

i *Ita fere vocantur ædes, quæ recipiendis mercibus, earumque transvectionis vectigalibus et tributis destinantur.*

# CAPUT III.

## *De spiritu Prophetiæ.*

Si cuncta, quæ prophetico spiritu Prophetissa nostra magna vidit, dixit, scripsit, in hoc complecti vellem capite, et debitum scribendi modum excederem, et lectori fastidium, mihique laborem non modicum haud dubium præpararem, cum tanta de præteritis atque præsentibus occultis, nunc de futuris vaticinando reseravit, antra quoque cordium, quorum Deus scrutator est, nonnunquam detegendo. Quanta si essent in unum glomerata, unum per se non parvum efficerent volumen; etenim ut de cæteris, quæ ad reges, ad regna, civitates et loca, privatasque personas pertinent, taceam; de ipso quoque militantis ecclesiæ statu, utpote de schismate, quod paulo ante ipsius Sanctæ obitum sub Urbano V ortum est *a*, atque de sanctæ Ecclesiæ omnimoda reformatione multa prædixit; quemadmodum in multis capitulis librorum cælestium legentibus apparebit. Unde Bonifacius Papa, cum pleraque ipsius merita vitæ in suis retulisset Epistolis, adjunxit : Quibus quidem sanctis absque intermissione continuatis operibus hæc generosa vidua per gratiam Sancti Spiritus promeruit, multis eorum cogitationes et affectiones intimas et gesta secretissima propalare, ac visiones et revelationes varias videre et audire, ac spiritu prophetico multa prædicere, quorum nonnulla effectu completa fuere, prout hæc et alia in ejus Revelationum volumine plenissime describuntur. *Multa prædixit;* E *a*

110 Sed quoniam ab initio istius Operis intentio mihi fuit fragmenta colligere, ne perirent, paucis admodum ex his, quæ in VII libris continentur, præmissis prophetiis, ad eas, quas in Attestationibus reperi, festinando *. In quarto ergo libro cap. V Petrus Apostolus, quædam B. Birgittæ de statu Urbis præterito insinuans ac de futuro nonnulla præsignans adventum quoque summi Pontificis ad eandem Urbem, qui tunc temporis in Avenione, Galliarum urbe, residebat, et per annos plurimos cum sua curia inibi moram traxerat, prædicens, inquit, Insuper dico tibi, quod civitas ista Roma, civitas erat pugilum, ejus plateæ stratæ auro et argento, nunc autem lapides ejus saphyrei versi sunt in lutum. Habitatores ejus paucissimi, quorum dexter oculus erutus est, dextera manus abscissa, bufonesque et viperæ habitant cum eis, præ quorum veneno animalia mitia non audent apparere; nec pisces mei elevare caput, ideo adhuc in eam congregabuntur pisces, si non ita multi, ut olim, erunt tamen æque dulces et audaces, in tantum quod *de statu Urbis scilicet,* F * infestino.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. Bertholdo. quod ex eorum collusione descendent bufones et ranæ et serpentes mutabuntur in agnos et leones eruntut columbæ ad fenestras suas. Item addit : Dico tibi amplius, quod in diebus audietur : Vivat vicarius Petri, et videbis eum oculis tuis, fodiam enim montem delitiarum etc : descendent sedentes in eo : quia autem benevole noluerunt descendere, venient compulsi contra spem omnium, quia exaltari vult Deus cum misericordia et veritate etc. Hæc ibi.

*de Urbani V* 111 Sicque factum est : nam dominus Urbanus Papa V de Avenione cum sua curia Romam veniens *c* in ea residere cœpit, quo necdum civitatem ingresso in S. Maria majori Sponsæ Christi oratione vacanti revelatio illa facta est, quæ incipit : Uni personæ videbatur, quasi quod esset in magno choro etc : Quære in IV libro cap. XLIX. Denique annis quindecim antequam iste Pontifex Romanus veniret *d*, de ipsius adventu ipsa certificata fuerat, et prædixerat, quemadmodum Domino Cardinali de S. Petro *e*, qui ecclesiæ S. Petri Romæ tunc canonicus erat, et quam pluribus aliis personis innotuerat. Præterea commoranti adhuc Famulæ Dei in monasterio Alvastræ in Suetia Christus mandaverat dicens : Vade Romam, ubi plateæ stratæ sunt auro et rubricatæ Sanctorum sanguine, ubi compendium et brevior via est ad cœlum propter indulgentias, quas summi Pontifices et cæteri Sancti Dei glorioso sanguine suo et precibus promeruerunt : stabis autem ibi donec Papam et Imperatorem *f* ibidem videbis, quibus et mea verba annunciabis.

*Cæsaris Caroli Bohemi,* 112 Quam ob rem deridebatur a multis, nequaquam verisimile esse, Pastorem ecclesiæ imperatoremque tunc temporis insimul tunc Romam venire, asseverantibus : sed et præsentem se fuisse, domina Catharina, sanctissimæ Matris filia, testatur, quæ parens sua illo in tempore, quo Imperator Carolus Romæ erat, summo Pontifici Urbano V in palatio Apostolico reverenter exhibuit, atque supradicta omnia humiliter enarravit : aderat autem tunc præfatus Cardinalis S. Petri episcopus Avenionensis *g* et dominus Reynaldus de Ursinis *h* attestantes, quod ante plures annos amborum, scilicet Papæ et imperatoris, una prænuntiavit adventum. Quam ob causam mitiori devotione et reverentia ad eandem affi ciebantur; sed, cum, antiquo serpente suadente, Avenionem præfatus Pontifex regredi proposuisset, alia tunc de eo facta est revelatio, quam devota Christi Famula in Monte Flascone eidem præsentavit *i*, quæ quidem revelatio in ea parte, qua prophetica est, hic recitanda est. In fine quippe illius Revelationis Mater Dei sic inquit : Modo volo aliquid loqui super isto Papa, qui nominatur Urbanus, propter pacem meam etc : Vide ulterius.

*k et Gregorii XI in illam adventu,* 113 Urbano autem V vita functo *k*, Gregorio ejus successori quatuor revelationibus valde comminatoriis jussum fuit, quatenus ad Urbem cum sua curia properaret. Quartam autem, quia de ea mittenda præceptum non acceperat, Sponsa retentavit; quam velut propheticam, quia eundem pontificem ad Urbem omnimode venturum præscivit, censui hic esse scribendam. Oranti quippe B. Birgittæ pro Pontifice supradicto in festo S. Polycapi in Neapoli civitate, cum de sacro Jesu Christi repedaret Sepulchro, ipse Jesus visus dixit : Attende, Filia, ad verba, quæ loquor : scias enim, quod iste Papa Gergorius similis est paralitico etc. Vide. Hinc est, quod in eadem civitate Neapolitana consistens Roberto, Nolani comitis primogenito, sæpius ad se venienti, semel dixit : Roberte, scias et firmiter teneas, quod dominus Gregorius Papa, qui iterum Avenione degit, Romam venturus, est, et oculus tuus conspiciet illum. Transactis vero circiter quinque annis, Papa venit, et, dum de monasterio sancti Pauli *l* equitaret (verborum S. Birgittæ non immemor) ut ingrederetur Urbem, dominus Robertus ad eum dextrandum deputatus, verborum S. Birgittæ non immemor, ad Præsulem se convertens, inquit: Nunc vere cognosco, quod sancta illa mulier Birgitta verum mihi vaticinium dixerat; etenim non tantum, o Pater beatissime, juxta verbum suum vos in Urbe video, quin imo personaliter sanctitatem vestram reduco *m*.

*de secuto schismate.* 114 Animadverto vero, quam luculenter schisma, quod successoris istius tempore in Ecclesia ortum est *n*, præsignaverat, videamus : scribit enim vicario domini Papæ, ut in cap. LXXVIII, libri quarti continetur, in hæc verba : Vestræ venerandæ Paternitati ego Vidua quædam etc. Vide ibidem. Item alibi *o* Sponsus ait ad Sponsam : Scito, inquit, quod tanta tonitrua et fulgura venient in Ecclesiam meam, multis videntibus, qui nunc vivunt, quod multi optabunt mortem, et mors fugiet ab eis. Item nuntius Papæ quibusdam præmissis adjecit : Est etiam utilissimum, habere et petere patientiam, quia in diebus multorum, qui nunc vivunt, sol dimidiabitur, stellæ confundentur, sapientia infatuabitur, humiles in terra ingemiscent, audaces prævalebunt; et subdit : Hoc sapientum est intelligere et interpretari, qui aspor sciunt deplanare, et futura providete *p*.

*pace et augmento Ecclesiæ:* 115 De melioratione vero status Ecclesiæ nec non paganorum ad fidem vocatione multæ et satis prolixæ revelationes habentur; sed compendii causa duæ tantum brevissimæ hic describuntur. Ait enim Mulier sancta in VI libro, cap. LXXIV : Vide in Roma a palatio Papæ prope sanctum Petrum usque ad castrum S. Angeli et a castro usque ad domum S. Spiritus, et usque ad ecclesiam S. Petri, quasi quod esset una planities, et ipsam planitiem circuibat fortissimus murus, diversaque habitacula erant circa ipsum murum; tunc audivi vocem dicentem : Papa ille, qui Sponsam suam ea dilectione diligit, qua ego et amici mei dileximus eam, possidebit hunc locum cum assessoribus suis, ut liberius et quietius advocare possit consiliarios suos. Item in eodem libro cap. LXXXIII, Scias, inquit Christus, quod adhuc tanta erit devotio in paganis, quod Christiani erunt quasi eorum servi, et complebuntur Scripturæ, quod populus non intelligens glorificabit me, et ædificabuntur deserta, et cantabunt omnes : Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, et honor omnibus Sanctis ejus etc.

*Cypriis, ni peccata corrigerent,* 116 Nobilis vir dominus Carolus Maroselli, civis Januensis, coram testibus retulit, et juramento firmavit, quod, dum de anno MCCCLXXI *q* esset Famagustæ in insula Cypri, B. Birgitta cum suis comitibus ad S. Jerusalem loca vadens, inde pertransiit, et in Nicosiam *r*, se sequente, pervenit, ubi, Sponso Christi et regina cum principe, qui tunc regebat, cum aliis baronibus ibidem existentibus convocatis, exposita adventus sui causa, videlicet quemadmodum ad S. Sepulchrum iens, illuc applicuisset, monuit

A nuit omnes ex parte Dei, quod de quibusdam abominabilibus et horrendis peccatis, quæ in regno illo diu viguerant, et adhuc vigebant, se abstineret: adjiciens, quod, ni condignam emendam facerent, divina ultio super ipsos et regnum quantocius desæviret; dixitque, quod, si vellent, humilibus precibus pro eis et pro eorum correctione Deum exoraret. His auditis, quidam assistentes triumphabant, humilem Christi Famulam deridentes: nonnulli vero, quibus sanior sensus erat, reverenter eam pro se orare precabantur.

*imminentem* *s* 117 Eodem vero anno de mense Augusti, ut sibi videbatur, rediens de S. Sepulchro *s* Ancilla Christi reginam, et omnes principes et barones regni iterato convocari fecit, eisque, ipso teste præsente, narravit, qualiter in monte Calvariæ, dum esset ad Sepulchrum Domini, pro regno Cypri deprecans, Christus dixit: Ut quid, Filio, pro regnicolis illis tantum oras? Scias, te in vanum laborare; nam emendam quidem promittent, sed non facient. Quare dicas eis ex parte mea, quod, nisi vias suas pessimas correxerint, B de eorum sceleribus vindictam quantocius sumam; et inter cæteros eorum excessus necem quoque serenissimi principis domini Petri, olim *t* regis Cypri, quem necaverant *t*, eis improperavit. Adhuc quidam eorum, qui convenerant, debacchantes ridebant, præsertim frater Simon Ordinis Prædicatorum; qui amentem illam acclamando * deridebat trufabat * asserens, non minimam fatuitatem esse, fidem talibus adhibere. Hic est frater Simon ille principis patrui regis confessor, ad cujus præsentiam Mulier sancta fœtorem tantum sentiebat.

*Dei ultionem,* 118 Deinde anno, quo supra, decima die mensis Octobris, cum adhuc venerabilis Domina illic moram traheret, in coronatione præfati regis gravis dissensio inter Cypros et Januenses orta est adeo, quod non parva Januensium multitudo trucidaretur *u*. Quidam vero letaliter sunt *u* vulnerati; inter quos dominus Petrus Marosillo, * sica ipsius testis consors, cum una dagha * quatuor percussus ictibus, pene spiritum exhalavit. Huic de sua sanitate, medicis desperantibus, diffidenti in spiritu prophetiæ Mater sancta dominum destinavit Alphonsum dicens: Ne dubites, Petre, quia de his vulneribus nequaquam morieris, sed C aderit tibi gratia Christi: qui sanatus gratias sibi referens infinitas; qui paulatim convalescens perfecte incolumitati restitutus est. Misit præterea Sponsa Christi dominum Alphonsum ad reginam, regnique magnates dicens eis ex parte Dei: Jamjam incipiunt divinæ ultiones, et gladius Dei acutissimus contra vos jam incipit exeri, cujus rei causa seditio ista facta est. Nam, quedmadmodum testis ipse vidisse se, perhibebat, parvo decurso tempore, Januenses in manu forti et brachio extento Famagustam obsidentes debellaverunt, ceperuntque regem et quamplurimos.

*quam a Christo* 119 De regno vero alii captivati sunt, alii sauciati, nonnulli etiam in occisione gladii mortui: sed et, quod dictu nefas est, proprias uxores plerique eorum pro vitæ alimoniis etiam meretricum stipendiariis tradiderunt. Vidit insuper testis iste aliquos de regno nobiles, et potentes Januæ postmodum eleëmosynam postulando mendicare; quibus ipse quoque manum porrexit adjutricem. Vidit denique dominum principem in regem coronatum carceribus man-

cipari, et per aliquem de Januensibus in camera, et in loco, ubi prælibati quondam domini Petri regis adhuc sanguis recens apparebat, gladio trucidari *x*; et multa alia circa eandem materiam vidisse se fatebatur; quibus Prophetissæ nostræ vaticinium procul dubio verificabatur, Prophetiam itaque de regno Cypri cum consiliis et increpationibus ac comminationibus ad eos factis in VI et VII Revelationum libris in pluribus capitulis invenies. De Famagusta Christus loquitur: Hæc civitas est Gomorra ardens igne luxuriæ et superfluitatis, et ambitionis, ideo ruent structuræ ejus et desolabitur et imminuetur, et habitatores ejus migrabunt, et præ dolore et tribulatione ingemiscent, et deficient, et nominabitur confusio ejus in multis terris, quia iratus sum eis. A. Bertholdo. *x*

120 De duce vero, qui conscius fuit mortis *didicerat;* fratris sui *y*, loquitur Christus: Hic audacter dilatat superbiam suam, gloriatur et de incontinentia sua nec attendit, quid fecerit in proximum suum: ideo, nisi se humiliaverit, faciam juxta commune proverbium: Non levius plorat, qui post, quam qui plorat ante: quia non E leviorem mortem habebit, quam frater; imo amariorem, nisi cito se emendet. Rursum de confessore ducis Christus inquit ad Sponsam: Quid tibi dixit frater ille? Nonne, quia dux bonus est, et melius vivere non potest, excusans incontinentiam ejus? Tales non sunt confessores, sed deceptores; quia vadunt tanquam simplices, sed verius sunt vulpes et adulatores. Tales sunt amici illi, qui vident et proponunt hominibus assumptiones et detentiones propter modicum temporale. Ideo si stetisset iste frater in conventu, minimum obtinuisset supplicium, et majorem coronam; nunc autem non effugiet manum increpantis et tribulantis. *y*

121 Maria, uxor Alphonsi Hispani, habitans *uti et privatorum sæpe* Neapolim, ad sancta Hierosolymitana loca cum *obitum,* S. Fœmina properaret, pro quadam sua filia ipsam de consilio requisivit. Cui dixit, quod in monasterio S. Crucis vel S. Claræ Neapoli illam offerret. Rediens itaque domum, quod a S. Vidua rursum acceperat, complici suo ac natæ disseruit: resistentibus autem illis et contradicentibus, tandem B. Birgittæ dissensum eorum eadem mulier reportavit. Tunc sancta Deo plena; Tu, inquit, filiam tuam nunquam videbis F nuptam, et sic factum est. Nam post paucos dies ab hujus mundi illecebris erepta est. Item, cum se ad dicta loca sancta visitanda Romæ præparaverat, confessoribus suis, quasi ex ore Dei prædixit, quod uno duntaxat, qui sibi charissimus erat, excepto fratre, atque * redire omnes * *abundat* deberent incolumes, sicut factum est: nam dominus Carolus, filius ejus *z*, sibique magis dilectus, *z* ut in primo libro hujus cap. VI * dictum * *Hic autem* est, Neapoli in accessu Romæ *aa* mortuus est. *tertio, num.* Exeunti Sponsæ Christi et oranti, quadam vice *46* revelatum fuit, quod magister Matthias de regno *aa* Suetiæ, primo confessor ipsius, in patria sua illo tunc die carne solutus migravit ad Christum *bb*: audierat siquidem vocem sic dicentem: *bb* O felix tu magister Mathia pro corona, quam * * quæ tibi in cælis est fabricata: veni ergo ad sapientiam, quæ nunquam finietur; et probata est hujus rei veritas ex eo, quod Prior de Alvastro, qui morti illius interfuerat, diem et horam obitus annotavit. Similiter et dominus Petrus *cc* *cc* cum ea Romæ existens revelationis diem scripto

A. Bertholdo. pto mandavit. Veniente itaque Priore *dd* de Suetia, et decessum illius referente, collatione ad invicem facta, eundem diem ambos designasse, repererunt.

*dd*

*aliaque prædixit: ee* 122 Obitus quoque consodalis *ee* filiæ suæ dominæ Catharinæ, qui regis Suetiæ consanguineus erat, Romæ sibi revelabatur: in sancto enim Parasceves die filiam advocans, secum tunc Romæ degentem, inquit: Noveris, filia, quod maritus tuus in partibus * de hac miserabili vita sublatus est. Elige ergo tibi de duobus alterum, aut per matrimonium iterum mortali homini conjungi, aut per viduitatis sanctæ propositum Christo spiritualiter copulari. Præceptum quidem in spiritu sibi fuerat, quod eam tentare deberet, quia juvenis erat, speciosa nimis, dives, nobilis, et potens in regno suo: optione ergo sibi data, maluit in sancta castitate una cum matre Deo famulari, quam illecebris carnis inquinari. Dum itaque Romæ pariter spiritu ferventes, Domino servientes, ambæ permanerent, ante castrum S. Angeli ad S. Petrum euntes, transitum simul, et sæpe

* *adde:* Sueciæ

B faciebant. Quadam igitur die plerique Romani juvenes de castro descendentes sequebantur eas, miram faciei illius dominæ, scilicet Catharinæ, venustatem contemplantes, verba quoque juvenilia, ut moris est insolentium juvenum, ructuantes: tunc inquit filia: Quid, Mater, faciemus? me enim insequuntur: ego quippe nollem quoquo modo verecundiam aliquam perpeti. Cui illa: Ne dubites, filia, quia nullam molestiam patieris, et, fusis ad Deum precibus, audivit hujusmodi verba: De longinquo venient, qui huic castro dominabuntur, et de existentibus nunc in eo nullus eodem habitabit, quod et accidit: nam Britones illud postmodum possederunt, et exinde a Romanis vastatum est *ff*.

*ff*

*non raro etiam,* 123 Quidam filius Belial, quendam puerulum Judæum furatus, ad sanctuaria Romæ lucri causa infirmum deportavit; hos cum Famula secus Lateranensem ecclesiam reperisset mendicantes, facti illius conscia, utpote a Spiritu Sancto edocta, exhorruit facinus, et hominem illum acriter increpans dixit: Quomodo tu Judæum istum retines? Hic procul dubio Judæus est, furtimque illum sustulisti. Tunc ille stupore, pavoreque confectus, fugam cœpit arripere: sed ab his,

C qui ad spectaculum concurrerant detentus, veritatem omnibus audientibus fatebatur. Sacerdos quidam, ab incantatrice de carnis incontinentia fascinatus, rogavit dominam Birgittam pro se orare, quæ rapta in spiritu audivit: Miraris, filia, quare diabolus dominatur in homine; hoc facit inconstantia voluntatis hominum. Lib. VI cap. III in Additionibus. Item in eodem VI libro cap. LXXVI ait Christus: Scito, quod inhabitator hujus duplici vitio laboret etc. Ibidem.

*qux occulta prorsus erant; gg* 124 Quodam mane dominus Aquinus, Suecorum regis junior frater *gg*, dux valde mundo deditus, extra castrum Baghoven Sponsæ Christi obviavit, et dixit: Eritne pluvia vel seremum? An filii tui reges erunt, et nos privabimur? Cui illa: Si non melius, inquit, correxeritis vitam vestram, nec mater lætabitur in vobis, nec non * longa erit memoria vestra: ideo humiliamini sub potenti manu Dei, ut propitietur ipse peccatis vestris, quia multa sunt: hic ex verbis dominæ Birgittæ mitior factus, non diu vivens, decessit sine generatione, sicut audierat. Cum ex divina jussione Mulier sancta Abrahæ exemplo, relicta terra propria, Romam venire D decrevisset, nobilis quædam domina, Embergis nomine, uxor domini Nicolai de Anes, illam sequi disponebat: cui maritus, etsi assensum præbere videretur, quantum tamen poterat, alterum dissuadebat: cum itaque ad iter venisset, rogavit B. Birgittam, ut oraret Dominum, quatenus mariti sui animum ad meliora mutaret: oranti ergo Sponsus dixit: Ite secure, nec moveamini ab itinere et sancto proposito etc.

* *abundat*

125 Tempore, quo Sedes Apostolica erat in *ipsaque* Francia, dominus Pontius, Urbevetanus episcopus, pro Papa Clemente in alma Urbe vicarius erat; hic quasdam revelationes B. Birgittæ habebat, sed pro cordis sui tepiditate etc. In monasterio Alvastræ loquebatur Christus Sponsæ suæ de quadam virgine, Helena nomine, quæ virginitatem suam Domino vovere disponebat, sic dicens: Attende et scias, quod virgo ista etc: Vide in Additionibus. Et, quamquam abscondita cordium latebrasque tenebrarum desuper ipsam illuminatam perlustrasse, supradictum est, superest, ut, aliquibus in medium E collatis exemplis, verum esse, patefiat. Unde sciendum, quod dominus Franciscus, olim Fermepolitanus episcopus *hh*, nunc vero cum de- *hh* poneret, eremita, tactis sacrosanctis Evangeliis, dixit, quod, cum B. Birgitta in civitate Neapolitana infirmaretur, pro nonnullis animæ suæ secretis ad eam accessit, spiritualiterque consulendam, cui miranti, multumque stupenti secretissimas cogitationes suas, quas nemini unquam detexerat prius, ipsa patefecit.

126 Item postquam devota Mulier, de trans- *mentium arcana* marinis partibus reversa, almam Urbem repetierat, dominus Gometius de Hispania, de quo in primo libro hujus fit mentio *; hoc audito, de * *supra num.* ducatu Romam adiit, uxorem et filios ad hoc, 29. ut de sancta Muliere notitiam caperent, et illius se orationibus commendarent, secum ducens. Rome ego in palatio ad S. Petrum vir magnificus cum sua familia degens, B. Birgittam ac natos ejus cum confessore et tota familia, ut secum et cum suis una cibum in charitate sumeret, quadam die obnixius precabatur. Quibus annuentibus et ad eam properantibus, vir præfatus secretas in mente cogitationes habens atque per- F plexitates, Christi Sponsam secretius alloquebatur, consilium accepturus: sed, cum plura haberet conscientiæ dubia, quædam reticuit, nonnullis propalatis: at Mulier sancta, secretorum conscia, occulta detexit, et per divinas revelationes responsa ac opportunum consilium ad omnia dedit. Quo viso, vir Deo devotus ferventiori ex tunc ad illam devotione afficiebatur.

*detexit,* 127 Præterea dominus Carolus, filius S. Birgittæ, in partibus suæ originis ad Matrem die quadam accedebat, quem illa amara simulatione redarguens: Vade, inquit, et mortale illud, quod commisisti, peccatum, celeriter confitere; negavit primo juvenis, sed Matre iterum atque iterum ser monem confirmante et dicente: Scio, certa sum, mortale delictum te perpetrasse; tandem aliquando confessus est. Denique in Urbe domina Margaritha Pauli Barthæ de regione Arenula, dum compar ipsius a quibusdam occisus fuisset, et inter consanguineos et affines peremptі et peremptores lis magna et execranda suscitata, timens, ne filii, quos ex trucidato viro superstites habebat, ex eadem lite periculum aliquod

A liquod incurrerent, et, quod marito destituta fuerat, natorum solatio privaretur; cum autem nullam viam concordiæ invenire potuisset, ad Famulam Dei gemebunda accessit, et, antequam cordis sui cogitatum aperiret, ab illa præventa sui causam adventus valde mirans audivit, cum nec per se, nec per alium quempiam de hac re verbum eidem fecisset; dixit autem ei : Vade : quia cras ante horam tertiam solidam cum inimicis pacem habebis, et sic factum est : nam, illucescente crastino, utriusque partis consanguinei convenientes ante oculos Margaretæ mutuam inter se pacem statuerunt.

## ANNOTATA.

a *Schisma ecclesiæ ortum est post mortem Gregorii XI, qui Urbano V successit; at anno* 1370 *Urbanus Avenione sedem fixit : an hujus Roma Avenionem discessum, velut schismatis, quod dein secutum est, semen et occasionem consideravit Bertholdus, eaque de causa ab anno* 1370 *schisma quodammodo inchoatum fuisse existimavit?*

B b *Vide num.* 425 *Comment. prævii.*

c *Anno* 1367, *die* 16 *Octobris.*

d *Quindecim anni illi ab anno circiter* 1355 *usque ad annum* 1370, *quo Urbanus V* S. Birgittæ *Regulam approbavit, numerandi sunt. Vide Comment. præv. num.* 317 *et seq.*

e *Vide paulo inferius lit. g.*

f *Carolum Bohemum.*

g *Anglicus Grimoardi, Urbani V frater, anno* 1366 *ex episcopo Avenionensi factus cardinalis S. Petri ad Vincula et Lateranensis ecclesiæ archipresbyter.*

h *Hujus nominis cardinalem creavit Clemens VI anno* 1350, *defunctum anno* 1374 : *sed nobilis Romani, cui idem nomen fuit, meminit Baluzius in Annotatis in Vitas Pontificum Avenionensium col.* 1464. *Floruit Rainaldus hic Gregorii XI tempore, idemque hic forte designatur.*

i *Anno* 1370, *mense Julio.*

k *Anno mox dicto.*

l *Inter Tiberim et viam Ostiensem.*

m *Rediit Romam Gregorius anno* 1377 : *idem*
C *porro legitur in Scedula Nicolai, comitis Nolani, apud Hormann pag.* 814. *Sed perperam ibi legitur Urbanus VI pro Gregorio XI.*

n *Electis anno* 1378 *binis Pontificibus, Urbano VI Romæ mense Aprili; Clemente vero VII Fundis mense Septembri, qui Avenione resedit.*

o *Lib.* 6 *cap.* 110.

p *Lib.* 3 *cap.* 10 *in Additione.*

q *Imo potius anno* 1372.

r *Civitas olim fuit archiepiscopalis in insula Cypro, in qua sita etiam est Famagusta, a Bertholdo paulo ante memorata.*

f *Medio mense Aprili Famagustam venit; Hierosolymis vero versata est mense Maio ex numm.* 346 *et* 356 *Comment. prævii : ex Fragmento autem peregrinationum* S. Birgittæ *apud Hormann mansit illic mensibus quatuor cum dimidio, atque adeo ad mensem Septembrem usque; nisi mensibus* 4 *cum dimidio substituendi sint menses tres cum dimidio. At lib.* 7 *Revelationum in titulo capitis* 26 *legitur Hierosolymis adhuc fuisse die Nativitatis B. Mariæ Virginis, seu die* 8 *Septembris.*

t *Anno* 1368.

u *Vide dicta num.* 349 *Comment. prævii.*

x *Videtur hic indicari Joannes, Petri regis occisi frater, Eleënoræ reginæ jussu occisus anno* 1375 : *at ille Cyprii regni coronam haud gessit.* A. Bertholdo.

y *Eodem, de quo proxime.*

z *Vide lit.* i *in Annotatis in cap.* 3 *lib.* 1.

aa *Imo* Hierosolymæ.

bb *Anno* 1350, *ut scribit Vastovius in Vite Aquilonia.*

cc *Vastenensis dein confessor.*

dd *Alvastrensi Petro.*

ee Egardus *dictus Ulphoni, S. Catharinæ biographo : sed, inquit Benzelius in Annotatis in Vastovii Vitem Aquiloniam pag.* 71, Messenio dictus Gerhardus a Kern.

ff *Contigerunt ista Gregorii XI et Urbani VI temporibus :* Dum hæc in Italia geruntur, *inquit Leonardus Aretinus lib.* 8 *Historiarum Florentinarum,* Gregorius Pontifex Romanus, audita Bononiæ defectione, quo ruentem Ecclesiæ statum repararet, sex millia equitum et quatuor millia peditum Britonum, ferocissimarum gentium, per Galliam scripta, in Italiam misit, cumque iis legatum a latere, quem Gebennensem appellabant; *anno* E *nimirum* 1375, *ut legitur in Vita prima Gregorii apud Baluzium col.* 434 *et seqq. : Urbani vero VI tempore Silvester Budeus cum duobus millibus Britonum Castrum S. Angeli pro Clemente VII (Gebennensi mox memorato) occupavit, ut scribit Lobineau lib.* 12 *Historiæ Britanniæ Minoris ad annum* 1379 *pag.* 427; *illud vero dein Romanos post obsidionem fere annuam recepisse, et, licet non omnino, diruisse, scribit Theodoricus Niemius lib.* 1 *de Schismate cap.* 20, *addens, id a Bonifacio IX fuisse instauratum.*

gg *Erici, Magni et Blancæ Sueciæ regum, ut apparet, filii : etsi enim Ericus in Sueciæ regum Serie locum haud habeat; eum tamen regni proceres, veriti, ne ejus pater Magnus regnum pessumdaret, in consortium adsciverunt imperii, ut Loccenius narrat ad annum* 1360. *Sed et Magnus ipse jam inde ab anno* 1344 *Haconem, seu Haquinum filium natu minimum Norvegiæ, natu autem majorem Ericum, Sueciæ regem post fata sua destinaverat, dato Bagahusiæ diplomate, quod Torfæus exhibet; ac propterea Bertholdus Haquinum* Suecorum regis *(nempe designati)* fratrem F *appellasse, existimo.*

hh *Num recte hic sit ea sedes episcopalis expressa, multum dubito : nec mihi notus est Franciscus e Fermepolitano episcopo factus eremita*

# LIBER III.

## *De miraculis post ipsius obitum exhibitis et probatis.*

### PROŒMIUM.

*S. Birgittæ miracula quædam, ab ejus morte facta, auctor enarranda suscipit.*

Quemadmodum in brevi Legenda Vitæ ipsius recensetur, anno millesimo trecentesimo septuagesimo secundo in crastino sanctæ Mariæ Magdalenæ sanctissima Mater nostra Romæ obiit *a*; et* cum illa optimam partem possideret in cælis, cujus vestigia per contemplationis quietem secuta fuit in terris: corpus autem ejus propter pressuram populi Romani pro devotione ad illud confluentis per dies duos

* ut

70 sepeliri

A. Bertholdo. sepeliri non potuit : circa mortem autem mandavit suis, ut post mortem, levato corpore, ad patriam ossa reportarentur. Post mensem igitur levatum est corpus de terra in arca, et, ne fœteret, monialium pars major nares suas claudendo fugerunt in hortum. Hi vero, qui de familia sua erant, verba ejus nullatenus inania, sed veracia existimantes, arca fiducialiter aperta, præter naturam communem et omnium existimationem corpus ejus mirabiliter purgatum invenerunt ita, quod sola ossa absque omni fœtore remanserunt; et, quod mirabilius est, nigra quædam pars conglobata, sicut thus redolens aut myrrha loco viscerum vel intestinorum
b apparebat. In ipsa autem translatione *b* et post tanta in Urbe Roma et in aliis mundi partibus, præsertimque in regno Suetiæ miracula ad ostentationem meritorum suæ prædilectæ Sponsæ operari dignatus est Sponsus, quod vix lingua narrare vel calamus sufficiat exarare. Et de multis pauca in hoc tertio libello sunt collecta. Unde de mortuis suscitatis, quasi de præstantiori miraculo primum in-
c nectitur capitulum *c*.

B

ANNOTATA.

a *Imo anno* 1373, *die* 23 *Julii*.

b *Ossa ejus, anno* 1373 *mense Septembri ex Urbe in Sueciam deportari cœpta, Vastenæ deposita fuerunt anno* 1374, *mense Julio, relicto Romæ in monasterio Panispernæ brachio*.

c *Capitulo* 1 *junximus hic* 2 *de cœcis, et* 3 *de surdis et mutis curatis*.

## CAPUT I.

### *De mortuis suscitatis, cœcis, surdis et mutis curatis.*

*A mortis saltem periculo*

Apud ecclesiam Horbi *a*, diœcesis Upsalensis quidam dezlavus *b*, mendax tyrannus, Petrum quendam nomine apprehendit, imputans sibi, quod famulus suus quendam vulnerasset rusticum, ob
C quam causam dicebat ipsum esse bannitum *c*, et, ille, famulum suum pro se respondere, nihilque sibi imputari debere, respondit. Tyrannus autem apprehenso eo, cum ad sexcentum marcas taliare *d*, tres demum ferri petivit lescas *e* : sed duo curati ibidem existentes, ut periculum suum, sicut posset, redimeret, consuluerunt : quam ob causam vas unum ferri tyranno obtulit : tyrannus vero despectum in hoc fuisse se arbitratus, ad torturas illum poni jussit : perterritus autem homo Deo, et B. Birgittæ votum vovit, quod, si ejus meritis liberaretur, locum de Wasteno, ubi ipsius sanctum corpus requiescit, annuatim per decennium visitaret, dimidiumque ceræ talentum *f* pro munere offerret. Facto itaque voto, cum nulla evasisset tormenta, ad furcas tandem forti chamo *g* suspensus est : timebat enim profanus ille, quod et accidit, ne, si evaderet, contra eum querelam proponeret.

*suspensum liberat,*

130 A meridie igitur usque ad solis occasum in patibulo suspensus pependit, et tunc unus illorum Deo odibilium videns ocreas, corporis quoque ornamenta satis bona, voluisset sibi tulisse, sed puer XIII annorum adstans clamavit, dicens : Vide, quid facias, mulierem enim in albis usque ad pectus cri-
nes habentem, hominemque illum sustentantem D ibi video; et homo, Utinam, inquit, sancta illa Mulier, cujus reliquiæ ad terram istam nuper translatæ sunt, cujus etiam per tres annos coquus fui, hominem istum juvare vellet ad salutem : ob reverentiam ergo illius præscindam cordam, vestes et ornamenta corporis dimittam; quod et fecit, eumque ibi jacere permisit. Jacens ergo usque ad noctem penitus exanimis et sine spiritu tandem post longum tempus respiravit, aperuitque oculos, et spiritus omnes parumper recuperavit. Manus tamen ambas adhuc ante pectus ligatas fortiter habebat. Denique viribus utcunque recuperatis, retraxit se infra blada *h*, verens, ne crudelissimæ bestiæ se *h* forsitan redeuntes occiderent. Cumque funiculum disrumpere dentibus niteretur, mox ut illud ori applicuit, velut filum comminutum est. Surgens ergo inde ad locum, ubi prius captus fuerat, et ad sacerdotes nocte ipsa devenit; propositisque coram rege queremoniis, tyrannus cum suis satellitibus hanc ob rem extra regnum bannitus est *i*. *i*

*variisque k*

131 In parochia Fialanebro Arosiensis *k* diœcesis infans quidam sex septimanarum per dies XII infirmatus, tandem ab omnibus per unius horæ E spacium mortuus judicatus est : cujus parentes B. Birgittæ præsidium cum lacrymis postulantes, revixit illico, et parentes ejus, qui pro illo voverant cum oblationibus Wastenam perrexerunt. Rusticus quidam Dyngestinæ incola a parentibus uxoris, quod eam exosam haberet, pluries fuerat redarguitus; afflixerat quippe illam nonnunquam acriter verberibus. Nocte ergo quadam, cum sana cum eo dormitum iret, morte subitanea juxta eundem jacens præventa fuit. Mane autem facto, uxorem vir extinctam penes se reperiens, Deum ac B. Birgittam obortis lacrymarum singultibus in secreto loco suppliciter exorabat, ut ipse, mortis uxoris innocens, immunis illius consanguineos evadere potuisset. Consanguinei vero et vicini ad tantæ tristitiæ spectaculum concurrentes, et auctorem eum existimantes funus ad feretrum posuerunt amarissime condolendo.

*Suecix locis*

132 Dum autem vir pro vita uxoris, et, ut expers sinistræ opinionis fieret, orationi procumberet; vitæ restituta mulier viva voce sororem suam his verbis alloquebatur : Soror mea, ad quid huc F venisti? Et circumspiciens circumstantes de ipsorum causa adventus interrogabat, qui dicebant, morte se ejus percepta venisse; tunc illa; Laus et glòria sit Omnipotenti Deo et sanctissimæ Birgittæ, cujus precibus merui pristinæ vitæ ad tempus restitui. Vir autem suus redivivam uxorem audiens celeri cursu venit ad eam, flexoque genu, obnixius precabatur, ut, omnibus audientibus, an ipse sui obitus causa extitisset, enarraret; respondit, non, sed secundum voluntatem Dei hoc factum est, ut immensa Christi charitas, qua Sponsam suam Birgittam amplecti dignatus est, in me reveletur, cujus interventionibus de hac etiam * brevi disjungi *supple: vita* debeam : et vocato ad se sacerdote, facta confessione, Eucharistia et extrema unctione perceptis, ut vera Christiana spiritum in manus Domini commendavit, conjuge suo ab omni malæ opinionis opprobrio immuni præservato.

*varios*

133 Quidam in parochia Folberæ, Arosiensis diœcesis, uxore mane surgente pro necessario opere agendo, cum duobus filiis parvulis quiescebat in lecto; qui filii ululatum horribilem emittentes, subito mortui sunt : quorum membra

membra ita livida, livoreque tumentia effecta sunt, ac si verberibus fuissent affecta. Quos videns miserabilis genitor cum lacrymarum profluvio tulit in stupam ex eorum casu nimium dolens, et absque modo pavens, ne quasi interfector ipse ab aliquibus putaretur. Mater vero infantum plenam in sanctam Fœminam habens fiduciam, quod miraculorum per eam patratorum crebro famam attraxerat, venit pro altero dicens: O reverenda Domina, si reddideris mihi istum vivum, portabo eum ad locum tuum in Wastenam cum oblationibus; cujus spiritus cœpit confestim in corpus paulatim introire, quemadmodum ex decedentibus solet paulatim recedere. Tunc mater nimis exhilarata in gratiarum actionem prorumpens dixit: jam vado ad parochialem ecclesiam, Missamque in honorem Famulæ suæ cantare faciam: deinde tribus vel quatuor elapsis horis, potiorem in animo mulier concipiens fidem, O, inquit, gloriosa Domina! scio, quod potens es apud Altissimum, et hunc exanimem jacentem etiam restitue; qui protinus illo ordine, quo et prior, suscitatus est: igitur in Carnisprivio hæc mulier pluribus comitata vicinis, ista secum testantibus, Watstenam venit, et dictos infantulos coram populosa multitudine demonstravit.

*l abipsa morte*

134 Mulier quædam in Skaningia *l* peperit infantem, in ultimo spiritu constitutum, qui et incunctanter extinctus est, unde gravissimis mater attacta doloribus, præsertim, quod sacri unda baptismatis irrenatus discesserit, cum omnibus se circumstantibus cœpit gloriosam Viduam lacrymose expetere, ut proles sua tam diu sibi restitueretur, quamdiu ex fonte Baptismatis levaretur. Quo facto, non absque cunctorum admiratione et congratulatione ad vitam infans restauratus est: aliquibus vero revolutis hebdomadibus, cum infantulo vivo et incolumi Watzstenam mater gradiens infinitas Deo et B. Birgittæ gratiarum actiones referebat, imaginem infantis argenteam pro indulto sibi beneficio offerendo. Per tres horas et ultra puer quidam defunctus, rigidus jacebat et frigidus; cumque jam omnes fierent, votum vovit mater sanctæ Birgittæ, quod, si puer revivisceret non solum ejus limina visitaret, sed et perpetuum sibi aliter corde deserviret. Quo emisso voto, brevique interjecto spatio, surrexit puer ad vitam, quem mater Watzstenam ducens plurimorum fide dignorum testimonio ita factum ostendit. Consimilis gratia de altero fertur puero, qui longiori temporis spatio ad unius fere cereæ faculæ combustionem exanimis perseverans, invocata cum voto Ancilla Christi surrexit a mortuis.

*ad vitam revocat.*

135 Margarita de oppido Eckne Arosiensis diœcesis mortuum peperit infantem, totaliterque denigratum, cujus lingua extra labia extendebatur, cunctis, qui aderant, quod quasi niger carbo in ejus ore haberetur, existimantibus: qui et phantasma magis, quam homo putabatur: hæc ut votum vovit ad Watzstenam, et infans revixit, et in omnibus membris colorem et formam decentem recuperavit. Inghenaldi uxor *m* de oppido Nybile, Strengenensis *m* diœcesis, cum ingenti labore atque dolore exanimem infantulum enixa est, pro cujus vivificatione parentes, cum per integrum et naturalem diem defunctus jacuisset, egregiæ Sponsæ Christi fecerunt votum; in quem protinus a fonte vitæ vitalis spiritus ingressus est. Duorum annorum puella, Margarita nomine, filia Laurentii Massa de oppido Petharphyeto, Strengensis diœcesis *n*, supra se incaute lectisterniis positis, subito suffocata est, et mortua: rediens vero mater hora tertia filiam extinctam reperit, membris rigidam, et incurvabilem; pro restitutione ergo filiæ venerabilem dominam Birgittam invocabat, non desistens a prece, donec filiam ante solis occasum redivivam acceperit, Wazstenam delatam multis inibi ostentabat.

A. Bertholdo. *n*

136 Rursum puella trium annorum, Catharina nomine, filia Nicolai de oppido Gnotoso Strengoniensis Diœcesis casu in stagnum cadens suffocata est, et per integras novem horas a plerisque quæsita minime inveniebatur. Quod ut Mater audivit, surrexit illico et ad stagnum currens, flexis genibus, cum filia se Wazstenam peregre profecturam, devovit, si eandem vivam S. Birgittæ meritis recuperare posset. Quo facto, cadaver in loco, ubi prius sagenis multisque aliis instrumentis fuerat diutius perquisitum, super aquas jacere perspexit: quod ad litus delato, aqua, quæ in submersione influxerat, effluente, matreque obsecrationibus perseveranter instante, puella amissæ vitæ usum recuperavit. In Urbe Roma quædam domina apud S. Mariam de Minerva, cum plures filios retro tempore mortuos peperisset, extinctum infantulum etiam ista vice parturiit; huic mater ejus dixit: Fac votum, filia B. Birgittæ, cujus meritis Deus illum forsitan suscitabit. Et illa, Quomodo, inquit, mater, fieri potest, quod dicis, cum sit mortuus? Invocata ergo sancta Fœmina, mox puerulus oculos aperuit, et matris ubera suxit. Item in oppido dicto Skaningen *o* Lyncopensis diœcesis mulier quædam, nomine Elisabetha, filiam mortuam pariens S. Birgittæ pro filiæ restauratione se devovit, et extemplo, quæ decesserat, ad vitam rediit. Mulier autem promissa exsolvens redivivam filiam cum argentea imagine in Watzsteno præsentavit.

*quod et Romæ facit,*

137 Duo cæci, quorum unus a nativitate, alter vero octo annis cæcus fuerat, in Watzsteno S. Petri ad Vincula *, quia scilicet propter Indulgentias populosa illuc multitudo hominum concurrebat, cernentibus, qui aderant, multumque stupentibus, videndi usum acceperunt. Item vir quidam et una mulier, similiter cæci, eodem tempore ibidem illuminati sunt. In oppido Rickhem *p* regni Norwegiæ puellæ XII annorum filiæ Ysæ viduæ, pellicula super oculos rubea et multum spissa crescebat, a qua nihilominus per annum integrum est penitus cæcata; sed cum nullis medicorum artibus illi subveniri posset, vovit se mater una cum filia reliquiarum S. Birgittæ locum in Watzsteno visitare. Mirum etenim dictu; nam, pellicula, veluti cera a facie ignis, continuo evanescente, clarus puellæ visus restitutus est. Petrus valde senex et pauper homo de oppido Mos Schrenensis diœcesis *q* altera manu dolose debilitatus, et cæcus per tres annos pro sanitate recuperanda almæ Viduæ reliquias visitaturus spopondit, prout potuit capiens iter, cumque pervenisset, meritis illius, quam invocaverat, divina sibi assistente gratia, integram utriusque membri recepit sanitatem.

*excos*

* *supple:* festo

*p*

*q*

138 Margaretha, filia Laurentii, fœmina XX annos ætatis habens, Arosiensis diœcesis, biennio corporali lumine destituta pro ipsius recuperatione Watzstenam iter arripiens misericordia Dei præventa in ipso quoque itinere clarum visum recuperavit. Crispina vidua de oppido

*non pauces,*

Estrarirbi

A. Bertholdo. Estrarirbi Lyncopensis diœcesis *r*, in sinistro oculo decem, et in dextero tribus annis percussa, in festo ad Vincula S. Petri utriusque luminaris beneficium in supradicto monasterio, cernentibus multis, accepit. Ex adverso infortunio curatus parochialis Aboënsis diœcesis *f*, Olaus nomine, excæcatus, annos circiter tres cæcus permansit; qui pro visus sui reparatione, nec non pro venerabilis Sanctæ veneratione ter se suum monasterium aditurum, repromittens, limpidum extemplo visum consecutus, in festo Petri ad Vincula pro prima vice votum exsolvens coram domino Joanne Aboënsi episcopo, quod factum fuit, testificabatur, qui nimirum episcopus clericis suis in synodo miraculum tam grande publicavit.

*mutos; surdam,* 139 Eo in tempore, quo reliquiæ Sponsæ Christi de Urbe ad Watzstenam portabantur, accidit, quod, cum quadam nocte copiosa multitudo, quæ reliquias sequebatur, in quodam magno prato sub tentoriis requiesceret; puer quidam mutus
B IX ætatis habens annos propter pluviam sub feretro reliquiarum ponebatur, ubi, personis attestantibus fide dignis, loquendi usum, quem non petierat, accipere merebatur. Nicolaus pistor a nativitate mutus et in XL anno constitutus, istorum miraculorum fama percepta, gratia adipiscendi loquelam Watzstenam profectus est, qui, soluta in itinere lingua, ad votum exauditus cum gaudio ad propria remeavit. Mulier quibusdam annis surda pro Sancta honoranda, et pro sensuum integritate recuperanda votum vovit, ad locum de Watzsteno se debere proficisci, quo facto, surditate detersa, quod poposcerat accepit, et votum suum deinde perfecit.

*et claudos sanat,* 140 Crispina vidua de oppido Harnolieuga Lundensis diœcesis *t* regni Daciæ VII annorum filium habuit, Olavum nomine, a nativitate claudum et mutum, quem mater cum alia filia Helena per X dietas in humeris Watzstenum deportatum, in vigilia Pentecostes illic applicuerunt. Ubi puer eodem die plena ad ambulandum et loquendum fortitudine præditus ambulabat, et in conspectu omnium exiliebat. Dominus Magnus, qui fuit de familia B. Birgittæ *u*, vir utique fide dignus,
C testatus est, quod, cum esset in monasterio Watzsteno personaliter constitutus, vidit adolescentulum quendam de Vesgotia *x* civitate Echarensi annorum quindecim, qui a nativitate mutus fuerat, ante reliquias beatæ Birgittæ præsentari, qui mox loquelam adeptus domino Katilmundo confessionem suorum fecit peccatorum.

ANNOTATA.

a *Notus est hic locus in mappis Geographicis: sed alia deinceps loca occurrent, quæ vel in Mappis Geographicis non signantur, vel forte non existunt amplius; vel nomina mutarunt, vel admodum vitiose expressa sunt: quare illa tacite præteribo, vel ideo, quod de eorum situ utcumque judicium, ex adjectis passim, in quibus sita fuerunt, diœcesibus, ferri queat.*

b *Vox illa barbara latronem, vel hominem crudelem et sævum significare videtur.*

c *Mulctæ pecuniariæ obnoxium.*

d *An* Taliaret, *seu exigeret?*

e *Certum ferri pondus seu quantitatem.*

f *Certam ceræ massam.*

g *Videtur vox illa deducta a Græca χάμος Latine,* Frenum. D

h *Vox illa quodvis grani genus significat.*

i *In exsilium pulsus; nimirum sub Alberto Sueciæ rege anno* 1374. *Vide infra Appendicem Miraculorum* S. Birgittæ *part.* 6.

k *Alias* Westeraas *in Westmannia.*

l *Passim scribitur* Skeningia, *estque civitas Sueciæ episcopalis in Ostrogothia.*

m Strengnesia *est civitas episcopalis in Sudermannia.*

n *Eadem est diœcesis, quæ mox memorata, uti et quæ proxime sequitur num. seq.*

o *Vide lit.* l *hic.*

p *Id oppidum frustra quæsivi.*

q *An* Skeningiensis, *vel* Strengnesiensis?

r *In Ostrogothia.*

s *In Finlandia.*

t Lundinum, *Scaniæ civitas est, quæ regis Sueciæ Magni tempore in Danorum dominium transierat.*

u *Ex Israële,* S. Birgittæ *fratre, Petrus; e Petro Magnus, de quo hic sermo, natus fuit. Vide num.* 5 *Comment. prævv.*

x *Sueciæ provincia.* E

## CAPUT II.

### *De paraliticis curatis, liberatis a morbo caduco, et curatis ab aliis diversis infirmitatibus.*

Dominus Nicolaus, curatus ecclesiæ parochialis *Idem facit* Schwanchalensis diœcesis Lyncopensis *a* paralisi dissolutus, tempore Quadragesimali pro recuperanda sanitate, prout potuit, Watzstenam venit: qui adeo in paucis convaluit diebus, quod sancto die Paschæ, et aliis quamplurimis diebus Missas celebravit, et de cetero ecclesiam suam incolumis gubernavit. Quidam quoque pedibus et manibus contractus, fere omnibus notus ibidem sanatus est. Nobilis quidam, Raginaldus nomine, paraliticus F effectus est, ita quod nullius membri dexteræ partis usum haberet, et loquendi amisisset emolumentum: ex quo uxor ejus, sacerdosque curatus, cum ipse personaliter non posset, pro eo voverunt, quod B. Birgittæ limina visitaret, oblaturus pro quolibet articulo naturalis sui officii usu carente marcam unam ceræ, si ad pristinam salutem reparari contigisset: voto itaque emisso, mirum in modum absque cunctatione sensit, se paulatim sanari et infra paucos dies per pedes Watzstenam adiens, votum suum lætabundus exsolvit.

142 In regno Norwegiæ civitate et diœcesi *paralyticis* Traudiensi *b* Margarita quædam erat paralitica et muta, totiusque corporis viribus inconsolabiliter destituta, quasi truncus inutilis jugiter in grabato jacens: huic dormienti domina quædam habitu venerando visa fuit dicens: Ego sum Birgitta de Watzsteno, jamque de tua te incurabili infirmitate curabo; tu vero sanata reddes vices, ad meum locum veniens indultum tibi in secreto beneficium propalabis: et, hoc dicto, morbidos artus quasi quodam unguento linivit: ex-

pergefacta

A pergefacta mulier omnium membrorum sentiebat incolumitate potiri, loquela, cunctaque corporis fortitudine sibi plenarie restitutis. Hæc Watzstenum veniens coram multis omnia enarravit; cujus quædam membra, præcipue in dextera parte carnositate fere carentia, pestem, quæ eadem depasta fuerat, satis liquido præferebant. Rursum in eodem regno quædam paupercula mulier
e Osloënsis diœcesis *c* annis quinque jacuit paralitica adeo, quod nec spiritum habuerit, nec in aliquo corporis membro robur possedit ad plenum: notis ergo suis Famulæ Dei pro illa voventibus eam, perfecte e vestigio convaluit, quæ ad monasterium Watzstenense via aspera multumque prolixa gaudenter accessit.

*et epilepticis.* 143 Quidam de Arosia *d* IX annis epylepticus
d fuerat, et quasi omni die trina vice ex illo patiebatur morbo: itaque ad reliquias S. Birgittæ genitore pro eo vovente, incunctanter sanatus est. Item in eadem diœcesi mulier quædam XIV annorum filiam habens, quæ a quinto nativitatis suæ anno morbo epylepticо tam graviter laborabat, quod tredecim vicibus in terram cadens, et spu-
B mans die quolibet naturali miserabiliter affligebatur; vovit, quod una cum filia sanctæ Birgittæ reliquias visitaret, si suis meritis a tanta eam miseria liberaret. Quæ et, omni mora penitus sublata, optatæ saluti restitui merebatur. Parvulus puer, Laurentius nomine, filius domini de Columna de Urbe, viri utique illustrissimi, morbo laborabat supradicto: cui dum semel casus contigisset, et terribiles faciens gestus alicujus energumeni ad instar totus torquetur, domina Lætitia, avia pueri, ad quandam suam nurum de tunica Sponsæ Christi aliquid habentem, quam cito perrexit, parvulumque frustum inde præscindens, frontem pueri ægrotantis ex eo tangi fecit; ad cujus tactum puer, confestim quietatus a morbo totaliter sanatus est, et liber ab inde perseverans. Item cum Maria infantula, filia Stephanæ, nutricis Oddi, parvuli filii prætaxati Domini Agapiti, simili modo torqueretur immaniter, domina Catharina, uxor domini Agapiti, cum præfati panni frusticulo infirmantem puellam pari modo, parique devotione tangi fecit, quæ a tali ægritudine protinus ac penitus liberata
C omnibus admiranda videbatur.

*Plures item* 144 Quemadmodum Papa Bonifacius refert, dum adhuc S. Birgittæ funus, in ecclesia S. Laurentii de Panisperna Romæ superstes, et inhumatum
e haberetur, mulier quædam Agnes de Concisa *e*, quæ a nativitate guttur habebat deforme atque grossissimum, cum aliis venerandum cucurrit ad funus, et, cum propria zona manus sanctæ jacentis Birgittæ cum devotione tangi fecisset, zonam eamdem simili devotione circumduxit ad collum, et paulo post guttur detumuit, et ad conformitatem debitam miraculo divino fuit redactum: verum Francisca de Sabellis, dicti monasterii
f S. Laurentii *f* monialis, quæ biennio debilitatem et adversam stomachi valetudinem passa, fere semper lecto decumbens, et honorandæ Viduæ familiaris fuerat, dum adhuc insepultum corpus infra claustrum servaretur, cum gravi labore de lecto surrexit, tam longam patiens infirmitatem, et adjuta pervenit ad feretrum, et secus illud jacuit tota nocte: nec, dum jaceret, Deum desiit cum devotione et instantia deprecari, quatenus meritis et precibus Viduæ, cujus corpus aderat, a tam molesta tamque diutina valetudine in tantum saltem alleviaretur, quod cum reliquis monialibus divinis interesse posset. Et mane facto, recepit integram sanitatem, ut optavit. A. Berthol-do.

145 In civitate Neapolitana Palmerius trapezyta *diversi generis*
g infirmatus ad mortem, uxorem habebat ad sanctam Viduam (quam superstitem visitare consueverat) singularem devotionem habentem. Hæc videns complicem suum lethali morbo laborantem B. Birgittæ spopondit, quod, si ejus suffragiis ægrotus evaderet, in S. Maria de Carmelo, ubi imago ipsius depicta venerabatur, Missas dici, cereos offerri, lampades quoque incendi faceret. Voto ergo facto, vir, qui quasi in extremis laborabat, B. Birgittam super se prostratam incumbentem in visione vidit: de qua nimirum visione admodum confortatus dixit: Ego sanus sum, quia beata Birgitta me sanavit; et sanus continuo inventus est. Præsentem se fuisse asserit dominus Magnus presbyter, cum quidam puer quatuor circiter annorum, Jacobus nomine, nepos dominæ Delphinæ, Romæ cum febre continua fluxum ventris potissime patiebatur: et quia plerique tunc parvuli ex istiusmodi influentia deperibant, admodum de illius pueri interitu timebatur. Unde E
tam prædicta domina Delphina, quam pueri incessanter flebant: denique domina Delphina vovit, quod, si dominæ Birgittæ meritis puer evaderet, signo crucis insignito mantello, quemadmodum fratres laïci in religione illius induuntur, vestire eum faceret, et de reliquiis ipsius quidpiam ad collum pueri ligari faceret. His sic gestis, puer repente convaluit, et sanitatem pristinam perfecte recuperavit.

146 Puer quidam, nepos dominæ Angelæ, *morbos,*
uxoris Lelli Petri, de Urbe, de regione Columnæ pessimum circa lumbos ulcus habens in mortis discrimine positus est, eoque exterriti medici nullum adhibuere remedium: tunc memorata domina vestimentorum S. Birgittæ particulam, quam semper devote servaverat, acceptam super ulcus pueri in serico ligavit, ipsius sancta merita devotius interpellando. Mane facto, ita puer inventus est sanus, quod nec vestigium quidem perpessæ infirmitatis appareret. Similiter nepos * supradictæ * *l.* filia
Angelæ glandulam quandam cum vehementi febri patiebatur, quam medici incidendam di- F
xerunt; mater autem infirmi *, suprascripti mira- * *l.* infirmæ
culi recordata, mente Christi Famulam adiens seque et filiam toto illi animo recommendans, præfatum panniculum a domina Angela petitum desuper glandulam per noctem posuit et ligavit: in crastino autem medici secturi venientes puellam totaliter liberatam, febremque cum peste penitus fugatam invenerunt.

147 Præterea cum alius nepos sæpe dictæ dominæ *S. Birgittæ*
Angelæ, filius Francisci Barii de Capociis, Romani civis, trium circiter annorum horrendum apostema cum acutis febribus pateretur in spatula, plurimasque medici adhibuissent medicinas et nihil profecissent, sed venturo die incisionis ferro uti decrevissent, domina Angela fide plena particulam illam panni super emplastrum magna cum devotione invexit, postulans tumefactam illam suis suffragiis eatenus mortificari, quatenus sectionis acerbitatem tenellus puer nullatenus degustaret, quod si fieret, memoriam illius faceret depingi, et illud miraculum ad ejus laudem publice prædicari: sequenti ergo die, cum ad incidendum morbum chirurgi * e loco illum evanuisse repererunt, et * *supple:* venissent.
multa

A. Bertholdo. multa putredine posteriora petiisse; puer autem sospes et lætus de lecto consurgens, ludentes pueros requirebat.

*meritis* 148 Item Romæ prope S. Eustachium domina Francisci, uxor Petri Pauli Vellivi, in dextera manu morbum, qui, Noli me tangere, dicitur, habens, tumoremque unius nucis grossitudinem præ se ferentem ab exteriori parte manus perpessa est; hæc, requisitis medicis, quare pestis incurabilis erat, repulsam accepit: qua in re ad B. Birgittam se conferens ereptionem precabatur, et confessa sacerdoti particulam vestimentorum illius, quam interpellaverat, desuper colligavit, et votum fecit; altera autem die, evanescente ægritudine, sospitem se prorsus ac penitus incolumem invenit. Jacobella de Colanidio de Urbe parochiæ S. Eustacii filium peperit, qui infra septem dies taliter infirmatus est, quod nec una quidem vice matris ubera suxit, quasi mortuus jacens, frigidus ac contractus, ita quod de vita ejus spes omnis deperierat. Avia vero ejus, S. Birgittæ fama comperta, inquit ad filiam: Oremus, et ad ipsius sepulchrum
B faciamus peregrinationem, cui illa: Quomodo, inquit, possibile est, o mater charissima, quod eum nobis restituet, cum magis mortuus, quam vivus censendus sit. Denique avia sciens, quod omnia possibilia sint credenti, devovit illum cum facula cerea ad ipsius sepulchrum se delaturam, si de ejusdem convalescentia suis meritis faceret se gavisuram. Nec mora: revixit quodammodo puer, et, apertis oculis, parentis mammas exquirens de faucibus mortis liberatus est, et vivit, et vocatur Andreas. Scripta sunt hæc de ore matris.

*ab ægris h* 149 In castro S. Angeli *h* Tyburtinensis diœcesis Elpena quædam Mulier, oculis dumtaxat exceptis, membris ceteris destituta, dolores intolerabiles tam in capite, quam in mammillis, quam etiam in omnibus artubus patiebatur incessanter, et erat quasi morti proxima. Audiens vero famam miraculorum istius, quam Deus tantum mirificaverat, intime se illi recommendans ad ipsius sepulchrum votum fecit, paululumque dormitare cœpit. Tunc domina quædam aspectu veneranda, ad cujus fimbrias cerea pendebat imago, apparens sibi dixit: Quid vis mulier? Respondit illa: Quæ es
C tu Domina? Et ait: Birgitta sum de Suetia; at illa: O Domina, inquit, mea reverenda et sancta, tu vides, qualem infirmitatem et dolores patior: supplico ergo tibi, ut me sanes: quod si feceris, locum sepulturæ tuæ Romæ visitabo, imaginem ceream, luminaria et oblationem portabo; et illa: Certe, filia, bono hoc opere petisti, quia sicut in omnibus aliis membris ita et in oculis patereris: * *abundat* nisi enim * divinum auxilium, me mediante, implorasses, et dixit: Volo ergo te sanare, et, signo crucis facto, digito illius caput tangendo, a tanta ægritudine mulier continuo immunis evigilavit.

*depulsus, i* 150 Item in eadem diœcesi in castro Cæciliano *i* Petrucius Neciæ infirmabatur ad mortem, nec erat spes de vita ipsius. Hoc audiens Lucia Bartholomæi, Joannis Antonii de Castro S. Angeli, infirmum adiit, ut certam tritici quantitatem sibi debitam, antequam moreretur, si posset, recuperaret, et videns illum in extremis agentem, modicum quid de veste S. Birgittæ, quam habebat, accepit, languentia infirmi membra cum illa tangendo: mira res! Corpore, nullo temporis interveniente spatio, æger prosiliit e lecto, et re-
D sedit ad ignem, quia frigus erat. Sic dicta Lucia ore suo proprio coram tribus testibus enarravit. Domina Cilena, uxor præclarissimi viri domini Joannis de Columna de Urbe, cum juramento de se ipsa firmavit, quod, cum talem infirmitatem pateretur in gutture, quod a medicis derelicta esset dicentibus, de tali peste nullatenus nec per manus Dei ipsam fore revasuram: non enim poterat os ad comedendum aperire; cum qua potuit instantia atque devotione ad B. Birgittam se convertit, hoc illi stipulando, quod, si de tanto mortis discrimine sua prece raperetur, coronam de perlis, propriis excultam manibus, in loco sepulturæ sibi præsentaret, Missam quoque celebrare faceret, quam flexo et nudo poplite devote audiret. Voto itaque facto, obdormivit quantisper, videbaturque sibi, quod quasi quædam humana manus pellem sui gutturis traheret; quæ cum aliquali dolore expergefacta, sanie multa fluente, apostema fractum reperit, et mortis periculum evasit.

*vidit Italia.* 151 Apud S. Mariam rotundam cocculus Joannis Cymini, Romanus civis, tanta ægritudine laborabat, quod de vita ejus medici penitus desperarent, E siquidem in extremis agens dies quinque sine loquela transegerat, confessione non facta, nec communione sumpta: videns hoc avuncula sua, domina scilicet Francisca Papazura, modicum de linteamine, quod Sponsæ Christi fuerat, secum bajulans perrexit ad ægrotum, et facto ad sepulcrum voto, cum eodem panniculo seminecem in facie et corpore contrectavit, et vocans illum ex nomine tertio respondentem audivit: angelicam quoque salutationem, omnibus illum audientibus, legere fecit. Inde vero cum necdum plena loquela potiretur, fratrem Angelum de Ordine Humiliatorem precabatur, ut Legendam S. Birgittæ apportaret, et languidum ex ea contingeret. Quod ut factum est, et spiritum mentis perfecte recepit, et loqui expedite potuit, factaque confessione, sacrosanctam Eucharistiam sumpsit, plene omni sanitati postera die restitutus.

## ANNOTATA.

a *Vide lit.* r *in Annotatis in cap. præcedens.*

b Thrandensem *vocat Torfæus, vernacule* Dronthem: *dicitur etiam* Nidrosia. *Episcopos ejus et archiepiscopos exhibet Torfæus Historiæ Norvegiæ lib.* 2, *cap.* 19, *part.* 1. F

c Osloa *sive* Asloa *sedes fuit episcopalis Norvegiæ, Nidrosiensi suffraganea, sita non longe a mari ad sinum homonymum.*

d *Vide lit.* k *in Annotatis in cap. præcedens.*

e *Alibi legitur:* De Concessa, *et* Contessa.

f *Clarissarum Romæ.*

g *Id est*, Nummularius. *Alibi dicitur* Mercator pannorum.

h *Situm hoc castrum est in Campania Romana ad Anienem fluvium.*

i Cæcilianum *notatum invenio in Mappa Geographica Tusciæ Suburbicariæ Blaeviana, sed multo propinquius Prænesti, quam Tyburi.*

CAPUT

A

## CAPUT III.

### *De vexatis a diabolo, periclitantibus in partu, et naufragantibus.*

*Patrocinium ejus*

Puer septennis novem vicibus die quolibet a nefando spiritu torquebatur: qui, facto a matre voto, et Watzstenam cum oblationibus ab ea deportatus, non sine omnium admiratione a sævo tortore liberatus est. Christina, uxor Laurentii campanarii ecclesiæ Kiill diœcesis Strengensis *a* obsessa a dæmone et totius corporis privata valetudine, spiritusque rationalis in parte amisso lumine, per XVI annos continuos videlicet afflicta jacuit in grabato. Audivit etiam ab eodem dæmone verba horribilia, didendo inter alia ver-

*a*

B ba ad eam: Jam volo cor tuum extrahere de corpore tuo, teque turpissima morte condemnabo. Post apparuit ei quædam pulchra Persona in visione dans ei consilium, quatenus peregrinando visitaret monasterium S. Birgittæ in Watzsteno, ut ab immundo spiritu purgaretur: evigilans autem invenit se saniore intelligentia potiri, quam ante: deinde percipiens, multos peregrinos locum in Watzsteno visitaturos ad festum nativitatis B. M. V., præparavit se et ipsa, ut eundem locum visitaret, et, si ire non posset, sicut utique tunc competenter non valuit, saltem per manus et pedes reptando illuc properaret. Postquam igitur iter arripuerat, statim a dæmonio liberata fuit, et antequam Watzstenam veniret, sanitati pristinæ

*vexate*

*b*

tam in ratione, quam in corpore plene restituta fuit.

153 Quidam Olavus agricultor diœcesis Arosiensis *b* gravissimo languore circa Carnisprivium afflictus per tres continuos dies vidit XII dæmones teterrimos in habitu usque ad nates decurtato, calceis rostratis secundum turpissimam consuetudinem aliquorum modernorum juxta se

C corisantes et dicentes: Si vis consentire nobis, ditabimus divitiis; sin autem nolueris, te turpissima morte condemnabimus, teque nobiscum ad tartara perducemus. Quibus ille respondit: Consentiam Deo meo, et illi reverendæ Famulæ sive dominæ Birgittæ, cui votum peregrinationis emiseram, in quam tota fiducia spero, quod virtute divina me de minarum vestrarum terroribus eripiet. Illam enim omnibus diebus vitæ meæ, in quibus potero, honorabo; finitis autem illis tribus diebus, horribilis illa visio dæmonum disparuit, et ille statim, pristina sanitate percepta, perfecit humiliter votum suum. Mulier quædam, Catharina nomine, de diœcesi Strengensi hora Completorii in Carnisprivio revertens a convivio, in quo cum aliis choreas minus honeste duxerat, in platea, priusquam venit in domum, a diabolo arrepta est, et ita crudeliter percussa, quod a planta pedis usque ad verticem in omnibus membris esset livida: sensu, loquela, visu, auditu, totiusque corporis perdita valetudine, noctem illam in maxima peregit miseria: circa diluculum autem vocati sunt ad eam duo honorabiles presbyteri, qui cum aliis amicis ejus votum peregrinationis ad Watzstenam ob reverentiam S. Birgittæ et ob sanationem miserabiliter afflictæ mulieris emiserunt: cui eadem hora spiritus et robur corporis non sine admiratione adstantium est restitutus. A. Bertuol do.

154 In eadem diœcesi fuit puella adolescens, quam secunda die Paschæ invasit diabolus, et per integrum mensem bis vel ter in quolibet die crudelissime vexavit eandem, ita quod venter ejus videbatur se erigere: ejus dolori dominus suus compatiens fecit votum pro ea gloriosæ dominæ Birgittæ; quo facto, statim discessit diabolus ab ea, sibique ulterius nihil nocuit. Alius etiam, Petrus nomine, Lyncopensis diœcesis invasus est a diabolo, a quo per sex annos est crudelissime vexatus: hic feria tertia antecedenter ad Vincula Petri veniens ad Watzstenam ab inhabitante se dæmone solito gravius arripitur, et amarius vexatur; prostratus enim in terra extra capellam, et jacens in dorso et erectis oculis in cælum nil videbat, manus et pedes in modum crucis extendebat, his terræ firmiter adhærendo: hujus stomachus aliquoties in tantum intumuit, quod supra pectus usque ad mentum se videbatur erigere, ac si magnum quid corporeum curreret in visceribus ejus.

*vel obsessi*

E

155 Interdum autem in tantum immergebabatur, ac si viscera non haberet: palpitando pectus movebatur, ut velut a vento pulsatum sit, ut ossibus non rigesceret, multoties totum corpus in medio tantum erigebatur, ut plena ulna erat interdum inter terram et dorsum ejus, capite tum et pedibus terræ firmiter adhærens, sicque stetit multoties firmiter quasi latro supra rotam patibuli incurvatus, hujusmodi etenim miseria in conspectu multorum affligebatur feria III, IV, V, VI, et sabbato. Nocte vero media inter Sabbatum et Dominicam apparuit ei alter dæmon in specie magni canis, et tangens cum pede pectus dæmoniaci dixit humana voce: Exi hinc, socie charissime, alioquin in brevi maximum scandalum patieris. Quo dicto, exiit dæmon per os dæmoniaci, quasi serpens magnus et horribilis, et post pauca factus ut hircus cum magno impetu præcipitavit se in profundum stagnum monasterio adjacens. Eo autem tempore in Watzsteno aderat dominus Archiepiscopus Upsalensis prætactus.

*a dæmone,*

F

156 In castro Polimary Balensis diœcesis *c* mulier quædam gravissimis pressa doloribus, eo quod partu præventa parere non posset, clamoribus et ejulatibus insistebat: cui dominus Franciscus, olim Fermepolitanus episcopus, tunc vero eremita, supra memoratus accurrens tanti doloris causam percontabatur; et agnito, quod periclitaretur in partu, de capillis S. Birgittæ supponi fecit, et illo instanti abortivum, quem gestabat, enixa a mortis discrimine liberata fuit. Cum reliquiæ S. Birgittæ in Sueciam portabantur, portitores, ut Missam audirent ad monasterium, quod Clarevallis regni Poloniæ dicitur *d*, diverterunt; quædam mulier illis in locis in pariendo diu patiebatur, sed confestim, ut sanctissimum corpus domum illius ingrediebatur, cum multa facilitate protulit partum suum. Item quædam mulier IX diebus periclitabatur in partu; quæ multa vovit, ac multis Sanctis se devovit, sed, cum nihil omnino proficeret, tandem aliquando quibusdam, quæ intererant, mulieribus pro se voventibus, quod ipsa cum omni domo sua domum S. Birgittæ visitaret, mox ad horam tanta facilitate parturiit, quanta nunquam antea potuerat, cum tamen octo jam infantulos parturiisset.

*uti et periclitantes in partu experiuntur;*

*c*

*d*

A. Bertholdo. turiisset.

157 Quidam navigio ad nundinas sancti Batwini *e* in superiore parte Suetiæ transeuntes, gravissima tempestate oborta, nimis facti sunt anxii, quoniam ex procellarum impulsibus navis increpuit, et acquis replebatur; qui quasi nihil aliud, quam submersionem exspectantes, B. Birgittæ devote implorabant auxilium, et mox quasi manu quadam navis levata a procella in terram jactata est, qui tandem unum puerum deficere cognoscentes, flexis genibus, rursus pietatis Matrem humiliter acclamabant, et statim procella surgens puerum vivum atque illæsum ad terram propellebat; hi omnes ad Watzstenam venientes et Christi gloriam, qui per suam Famulam tot et tanta mirabilia operari dignabatur, collaudantes, cum gaudio fratribus ista referebant.

158 Quidam de Lyncopia, Aquisgrani juxta votum peregrinatione peracta, in mari constituti, ad propria revertebantur: navi vero, in qua erant, reluctante, ignis fulminis in summi- B tate mali protinus incendebatur: qui periculum mortis evadere diffidentes, positis genibus, Dei et Famulæ suæ auxilium cum lacrymarum profluvio postulabant, omnes viva voce clamantes et dicentes, reliquias ejus in Watzsteno se visitaturos, si petitionum suarum celerem consequerentur effectum. Hoc facto, quasi per unius manum fulminis incendio in mari jactato, de tanto periculo liberati, dum ad portum desideratum applicuissent, Watzstenam velociter perrexerunt Deo et B. Birgittæ laudem et gloriam referentes.

159 Abbas de monasterio Jullita *f* in hæc verba litteras ad Watzstenam direxit: Reverendo viro domino Petro Priori Alvastri in Watzsteno existenti in Domino salutem. Abscondere cœpi, quod experior non abscondendum esse, videlicet, quod illa gloriosa domina Birgitta magna, dum invocata fuerit in aquarum periculis, auxiliatrix adest miraculis etc: Nam in stagno Maleer prope passagium Olghsund navim ascendi transiturus Strengenas, extensoque velo sub illo vehementissimo flatu, qui circa festum B. Martini fuit, in scopulo quodam læsa est navis; fracto autem gubernaculo, et rupta navi, velum C deponere volebamus, sed non potuimus, ipso flatu instrumenta veli frangente, sicque navis velocissime currens in alium lapidem impegit et fortius rupta est. Tandem velum trahere non valentes in tanto periculo Missam: Salve sancta Parens etc: in honorem gloriosæ Birgittæ vovimus dicendam, et tantum protinus relevamen accepimus, quod nec minima gutta aquæ percipiebatur navim intrare; pueri autem, priusquam navis rumpebatur, ad unam leucam pluries exhauserunt aquam; quia navis propter vetustatem porosa erat.

160 Rupturæ vero tam amplæ, quod non erat in potestate nostra navi auxilium ferre: ipsis itaque rupturis ab invasione aquæ miraculose exemptis, etiam pori, qui ante aquam receperunt, tanto deferentes facto, quieverunt: veruntamen aqua rupturis illidens inconsuetum sonum dedit, mira reluctante potentia: in operatione* tantæ reluctantiæ ostendit se talis actio minoris esse potentiæ. A terra utique remote eramus sub isto facto longe ad dimidiam leucam, sed navis firmata, aquam mox cœpit sorbere: post ejus reparationem pueri laboraverunt in exhauriendo aquam de navi juxta civitatem Strengensem, et D demum prosequebantur viam versus civitatem Stockholmis *g*, ubi navis eadem penitus est destructa, illæsis tamen famulis et rebus nostris. Hæc autem facta sunt non invocantis merito, sed dignitate invocatæ. Quid ergo tantæ auxiliatrici rependemus? Scimus enim pro certo, quod ipsa gloriosa Birgitta re et nomine veraciter existit bona, eam invocantibus gloriosum juvamen tribuens. Taceant adversarii, valete in Christo: scriptum in crastino Vincentii Martyris.

161 Decem viri cum puero parvo sedebant ad piscandum super glaciem in stagno magno monasterio Watzstenensi adjacenti, quod talis est consuetudinis, quod, dum appropinquat tempus resolutionis glaciei, vehementissimo strepitu incipit ebullire et commoveri a profundo, et magna violentia rumpere ponendo parvas rimas, quæ sunt in glacie, has in modico temporis spatio faciens valde latas, licet glacies in densitate habuerit plusquam unam ulnam: et tunc, juvante superius impetu ventorum, dividitur tota glacies in grossa frusticula, et tunc multi existentes super illam gla- E ciem multoties submerguntur. Sed licet istud * videatur, hoc tamen omnis circumjacens regio attestatur. Sex ergo ex dictis viris commotionem a profundo audientes, et stagni consuetudinem præscientes, cursu velocissimo ad littus properabant, relictis piscibus, quos prendiderant, cæterisque rebus suis. Alii vero quatuor cum puero suo, volentes sua secum tollere, substiterunt, donec viderent aperturam inter se et socios suos tam amplam effectam, quod possibile * erat eis venire post illos.

162 Unde ex horribili collisione et glaciei commotione usque ad mortem turbati, cum nihil exspectarent, nisi submersionem subitam, levaverunt oculos suos versus Watzstenam, gloriosam dominam Birgittam sibi humiliter invocantes: quo facto, mirum in modum pars glaciei, in qua illi stabant, periculossime in ictu oculi contra violentiam ventorum conjunxit se ad partem illam, quæ adjacebat littori, in qua sine periculo stabant eorum socii, permittens eos ad locum securitatis accedere. Jamque illis in securitate stantibus, glacies tanta facilitate disjuncta est, quanta fuerat conjuncta: dictus vero puer properans post eos, sed persaltare non valens cum tanta F facilitate, quanta illi, cum disjungeretur glacies, prosiliit in aquam, quod videntes prædicti x viri ipsum in nullo juvare valentes, pro ipsius liberatione B. Birgittam flexis genibus implorabant: quo facto, mox substituta quasi sibi manu cujusdam ex aqua est levatus. Illi ergo omnes, quibus dictum miraculum factum est, circa Annunciationem Domini venientes ad monasterium Watzstenense, et lacrymantes præ gaudio auxilium sibi mirabiliter et misericorditer præstitum pluribus intimabant.

163 Thorberch mulier de villa et parochia Kyarlunda Osloënsis diœcesis regni Norwegiæ *h* circa Annunciationem Domini cum marito suo super glaciem valde fragilem et porosam ibat, qua subito defiente, in profundum ambo ferebantur: sed, cum mergi cœpissent, clamavit mulier, O S. Birgitta, salva me: quæ statim quasi manu levata est super glaciem, quæ ita gracilis erat, quod sub pedibus ejus postmodum sæpius frangebatur; licet ipsa non mergeretur. Ad ipsam vero * se pertingente, ex magno tunc imminente vento glacies tota resoluta est. Hæc tertia die post Pentecosten Watzstenam veniens indultam sibi

*per undas*

*navigantes f*

*naufragii;*

* *al.* comparatione

*e*

*alii*

*g*

*aut per glaciem euntes*

* *supple*, mirum

* *l.* impossibile

*submersionis periculo*

F

*eripiuntur. h*

* *supple:* terram

A sibi gratiam constanter atque gratanter fatebatur.

ANNOTATA.

a *Vide lit.* o *in Annotatis in cap.* I, *lib.* 3.

b *Vide lit.* m *ibidem.*

c *Nec castrum id novi, nec diœcesim, nisi hæc forte sit Basileënsis in Helvetia.*

d Claramvallem *in Polonia non inveni ; sed* Claramtumbam, *Ordinis Cisterciensis monasterium prope Cracoviam.*

e *Seu* S. Botuidi : *colitur et sepultus fuit secundo milliari Stokholmia Sudermanniam versus. Locum habet in Opere nostro ad diem* 23 *Julii.*

f *In diœcesi Strengnesiensi et in villa* Saba *dicta, Ordinis Cisterciensis.*

g *Regum Sueciæ sedes est.*

h *Vide lit.* c *in Annotatis in cap. præcedens.*

B

## CAPUT IV.

### *De mirabilibus circa translationem reliquiarum occurentibus et de blasphemantibus et detrahentibus sibi.*

*Sensus subito perdito reddit,*

Cum dominus Birgerus et domina Catharina, filii S. Birgittæ, cum confessoribus et tota familia repatriarent, felicissimæ Matris reliquias secum ferentes, et ipsis in marchiam Anchonitanam venientibus, et ibidem in civitate quadam sero quodam habitantibus, una ex ancillis dominæ Catharinæ, nomine Maria, repente in terram cecidit, quasi mortua, perdita loquela cæterisque corporis sensibus alienatis, oculos namque transversos velut cadaver supina jacens retinebat. Hoc viso, domina Catharina ad tam subitum pavendum infortunium non parum stupens, confessores Matris advocari fecit, ut, quid facto opus esset, consulerent. Accersiti vero confessores nullum habebant, quod in medium proferrent, adminiculum. Mane ergo facto, sano illa consilio usa, de capillis et ossibus Matris recepit, et accedens ad infirmam, quæ in eodem statu, ut apparuit, fuit, tetigit eam ex iisdem : primum quidem oculos contingens, et continuo ad debitum nempe statum revertebatur. Deinde vero ore, naribus ac facie attactis, surrexit mulier illico sana, et equitavit, et pertingens Watzstenam monialis ibidem effecta est.

C

*reliquias suas in Sueciam transferentes terra,*

*a*

165 Post hoc venientes in Alimaniam in civitatem, quæ dicitur Bruxia, audierunt, quod in castro Skaclivo *a* multi latrones erant, viatores deprædantes, qui quidem latrones horum adventum præscientes se præparaverunt ad eos capiendos ; cum autem hi castro appropinquarent, viderunt descendentes, ex utraque parte viæ, quam tenere oportebat, collocantes *, balistis ad sagittandum paratis, lacertisque ad vulnerandum vibratis : hoc videntes pacifici et inermes peregrini timuerunt valde et Deo et sanctæ Matri se commendantes a tanto periculo erui suis meritis postulabant. Mirum certe stupendumque miraculum : appropinquantes enim prædonibus, et transeuntes, obcæcatis eis, per medium illorum ibant. In sero vero ad hospitium, quo isti devenerunt, mercatores supervenientes referebant, quomodo in latrunculos illos ipsi impegissent, et illis referentibus didicissent, qualiter peregrinos quosdam divites præstolabantur et quia, pertranseuntibus peregrinis, excæcati fuerunt, strepitum quidem pedum audientes, neminem tamen videntes. Tunc ipsa nocte cuidam de societate illa quasi sol fulgens apparens dixit : Vidistine armatos illos hodie multos requirentes ? Qui ait : Vidi, domina. Et illa : Ego, inquit, excæcavi eos, ne vobis nocerent, nec impedirent viam vestram, quemadmodum proponebant.

* *supple :* se

A. Bertuoldo.

*marique miro modo tutatur,*

*b*

166 Deinde præfatis translatoribus in navi inter Alimaniam et Suetiam cum eisdem reliquiis iter agentibus, et ad quem portum *b* propter bellorum pericula, partibus illis tunc ingruenda, applicarent dubitantibus, contigit parumper post meridiem, quod candidissima in cælo stella apparuit, quam primo et ante omnes puer octennis innocens atque infirmus aspexit. Sed cum omnes interea clare illam intuerentur, mirabantur, quod, sole splendide radiante, stellam in cælo videre possent, quæ usque ad portum quendam minime præcogitatum eos præcedens disparuit. Tunc sequenti nocte cuidam eorum, qui reliquias ferebant, in visione dictum est : Stella, quam vidistis heri navem præcedentem, et portum vobis ostendentem, Birgittam significat, cujus fama quasi stella paulatim procedet, donec sicut sol illuminet totum mundum.

E

*ab hostibus captum liberat, infirmam sanat,*

*c*

167 Initium vero signorum ejus in terra Suetiæ hoc fuit : contigit anno Domini MCCCLXXIII *c* Feria tertia Pentecostes, quod nobilis quidam, Haquinus nomine, captus est ab inimicis ; strictissime ligatus, ductus est ad mare, ut portaretur ad terram Alimaniam, ubi possent securius ab eo extorquere magnam summam pecuniæ : stans ergo in littore audivit, quod reliquiæ B. Birgittæ, quæ transferebantur, pausandi gratia non longe a loco illo consisterent ; illam in sui auxilium invocavit, ut a patria non abduceretur ; et statim armati de quodam castro supervenerunt, prohibentes, ne abduceretur a patria, sed imponerent sibi statim certam pecuniam, si justitia dictaret solvendam : quod et factum est. Illi tamen, qui eum juvabant in nullo sibi attinebant, sed hucusque partem hostium foverant ; qui, liber dimissus, dum reverteretur ad propria, occurrit translatoribus reliquiarum, et sequebatur eos usque dum osa illa locata sint in Watzstenis VI Non. Julii, narrans gratiam secum factam. Postea vero per regem et principes libertati restitutus est, ita quod captivatoribus nihil solverit. Domina quædam nobilissima tanto languore opprimebatur, ut in loco * jacens quoties se vertere vellet, per trabem funibus vel alio hujusmodi se adminiculo relevaret ; hæc audiens Sponsæ Christi reliquias, dum portarentur, advenisse, tentans ire pedibus, quantumcumque male haberet, surrexit, ut iret, et tanta ivit facilitate, ut nec solitam sentiret infirmitatem, nec requireret adjuvantem. Quæ postea easdem reliquias in Watzsteno alacriter visitans, immensas Deo et Famulæ suæ gratias referebat.

F

* an lecto ?

A. Berthol-do. *Deo conciliat sacrilegam,*

168 Contigit etiam, quod quædam mulier perverso amore ad aliquem affecta, cum sancto die Paschæ communicasset, sacrosanctam Eucharistiam de ore suo recipiens, ligavit in vitta, ut in potum commixtam illi, quem male concupierat, tribueret ad bibendum, tali eum modo ad illicitos amplexus existimans alliciendum: sed cum nihil profecisset, communicavit iterum, Christi Corpus, ut prius, panniculo involvendo, et cum ad potum illud iterum applicare vellet, disparuit repente, nullis reliquiis apparentibus. Quam ob rem infelix mulier nec Christi Corpus videre, nec unum Pater noster ex tunc in ecclesia legere potuit x annis, quanquam extra ecclesiam posset aliqualiter orare: cumque in tali scelere nimis diu perstitisset, nemini suum facinus ausa confiteri, tandem Matris nostræ reliquias repatriasse intelligens, facto ad illas peregrinationis voto, confestim, ut pallium, reliquiis suppositum, attigit, in lachrymas resoluta resurgens, omne malum confessa est: facta autem confessione, et dominicum corpus videre, et in ecclesia ad orandum consistere potuit absque tædio laudans et benedicens
B Deum.

*veteremque peccatorem,*

169 Quidam etiam XL annis numquam confessus fuit, qui, audita fama beatæ Birgittæ, ivit ad confessionem, et dixit se nihil peccasse: cui frater, Nec ego te absolvo: Secundo rediit, sed, ut prius, confiteri erubuit: tunc volens surgere et recedere, vidit diabolum in forma teterrima, a cujus visu volens fugere cecidit in terram quasi mortuus, nihil loquens, sed tacens quasi per dimidiam horam: postea vidit Dominam pulcherrimam in vestibus deauratis dicentem: O homo male es infirmus: et ille; Vere ita est; Cui illa: Vade ad reliquias sanctæ Birgittæ, ibi medicina est: Ego enim, quæ loquor tibi, sum Mater misericordiæ. Surgens ille, confessus est omnia peccata sua, quæ, a juventute fecerat, et gratias egit Deo

*brachium male affectum sanat.*
*d*

170 Mulier quædam prope Alvastrum *d*, pauper in peculio, sed dives vita pura, continue x annis in sinistro brachio gravissimum dolorem est perpessa; quæ invocavit dominam Birgittam, et quadam nocte vidit eam in habitu, quo pluries viderat eam, dum esset vivens in Alvastro, quæ dixit sibi; Tu rogas me pro sanitate, roga potius Deum, qui omnia potest, et ego rogabo tecum et certa
C sum, quod exaudiet nos. Quo dicto, statim sensit se ab omni dolore liberam. Paulo post, cum dicta mulier quadam nocte pro pace regni oraret, iterum apparuit ei beata Birgitta in habitu supradicto dicens: Propter peccata populi, diu impunita, Deus extenderat super regnum virgam suam; sed ecce nunc misericordia aperta est omnibus se humiliantibus: veruntamen quia pauci sunt adhuc, super induratis gravis immittitur afflictio iræ Dei.

*Divinitus non raro*

171 Cum primum ad regnum Suetiæ cum sanctissimo corpore ventum fuerat, quidam nobilis, aperte blasphemans dominam Birgittam, tanta furia areptus est, ut videret multitudinem dæmonum, et intrans quandam ecclesiam inclusit se ibi, et corpus suum cum virgis et baculis percutiebat; caput autem proprium cum lapidibus miserabiliter vulnerabat. Quod percipientes amici sui, per fenestras ecclesiæ caute intraverunt, et eum ad hospitium suum traxerunt importune: ille autem digitos eorum dentibus mordens, clamavit: Vos maledicti latrones, ita male locuti estis, sicut et ego de domina Birgitta, et ita digni estis dæmonum societate, D
sicut ego. Tandem ad sensum rediens vovit, se visitaturum reliquias ejus in Watzsteno. Cumque cogitaret prius ire versus Aquisgranum, quia hoc prius voverat, arripitur, et gravius solito a dæmonibus vexatur: cumque paululum respirasset, proposuit ire in Watzstenam; qui arripiens iter, primo vix ire potuit ad locum destinatum, sed egressus a civitate Sudercopensi paulatim confortatus est, ita quod nudis pedibusvenerit ad locum et tanta facilitate peregit iter, acsi infirmus non fuisset.

*puniti fuere.*

172 Quædam mulier frivola reputans, quæ de Christi Sponsa dicebantur, et quædam inconvenientia ore evomens, perdidit sensum: rediens ergo vir suus domum, et insensatam uxorem intuens, causa tandem cognita, cum uxore beatæ Birgittæ limina in Watzsteno visitare devovit; et, modico interjecto spatio, restituta sensui votum ambo pariter impleverunt. Item vir quidam blasphemans eandem, ita subito a Deo correptus est, quod crus ipsius extemplo frangeretur, quod et uni moniali ipsam blasphemanti dicitur simi- E
liter contigisse. Quidam etiam alius verba, quæ Spiritus Dei per fistulam suam loquebatur, ausus est blasphemare, qui tanta illico ægritudine arreptus est, quod nec ad dexteram se movere poterat, nec ad sinistram: tanto insuper pruritu ac tædio afficiebatur, quod proprias manus in semetipsum ad extinguendum se injicere vellet. Cui Persona reverenti habitu in somnis apparens dixit: Extende linguam et curaberis; ego enim sum illa, cui maledixisti, et exhibens homo linguam, unctionem quandam recipiebat, qui evigilans a tentatione quoque liberatus est.

*qui ipsi detrahere*

173 Pyno, nobilis homo de castro, sito juxta civitatem Carabo Strengenensis diœcesis honorandam Fœminam deridens, altero oculo ipso facto privatus est, qui post dimidium annum de blasphemia pœnitens, et votum peregrinationis ad eam emittens, atque perficiens, gaudebat, se amissi oculi lumen recepisse. In civitate Orabo *e* Jacobus aurifaber Sponsæ Christi maledicens, paralisi dissolutus est, quod * per *qua
tres dies et noctes atrociter afflictus, vovit, se illius reliquias in Watzsteno visitare; qui mox usu firmaque stabilitate membrorum percepta, quod voverat, adimplevit. Curatus ecclesiæ Vynghlii Strengoniensis diœcesis, Nicolaus nuncupatus, gratiam Sancti Spiritus super humilem et mansuetam, timoratamque Fœminam requievisse, credere renitens oblocutionibus illius famam denigrare satagebat: quod faciens dolore in dextero brachio adeo est percussus quod tribus diebus acriter afflictus, nec comedere potuit, nec dormire, ac quietis aliquid remedium invenire. Denique intelligens, ob injuriam venerabili Viduæ irrogatam totaliter se correptum, pœnituit, vovens, se intimo corde nullatenus illi de cetero derogare, sed, in quibus posset, digna reverentia honorare: hoc voto emisso, redditam sibi pristinam cum gratiarum actione sanitatem sentiebat.

*non sunt veriti,*

174 Gertrudis quædam fœmina, eam deridere præsumens, tam vehementi capitis dolore ac tumefactione corporis percussa est, quod per tres dies ac noctes nec videre potuit, nec loqui: hæc postea prædictam pœnitentiam agens et votum peregrinationis emittens sanata est. Sanctimonialis quædam, Margitrita nomine, de claustro Rysaberch Strengenensis diœcesis *f* blasphemare *f*

A sphemare et deridere sanctam Mulierem præsumebat, quæ e vestigio divino percussa judicio sensum perdidit et loquelam : cumque in tali miseria dies quinque peregisset, aliqui pro ea stipulati sunt, quod illi *, cui convitiando illuserat, reverende visitaret. Sequenti vero die amissam recuperans sanitatem, et quod alii pro ea pacti fuerant, observans, gratiam secum factam humiliter recognovit. Frater Benedictus de Ordine Prædicatorum, venerandam deridens Dominam, amens tribus diebus efficiebatur; hic, facto ad eam, cui detraxerat, pro se peregrinationis voto, pristinam sanitatem recuperabat.

* illam

*et quidam ea de causa*

175 Item frater Joannes de Ordine Minorum, verbis minus decentibus gratiam B. Birgittæ a Deo gratis datam expugnans, morbo epilectico statim cecidit, et visu, auditu, loquela, motu, omnique rationali sensu perdito, per tres dies et noctes, quasi truncus inutilis jacuit : cujus miseriæ dominus Arwidus presbyter, cum duabus discretis matronis compatiens, votum peregrinationis pro eo ad Watzstenam fecerunt, qui eadem hora sanus exurgens libenB ter se velle, quod pro eo polliciti fuerant, adimplere fatebatur. Consimiliter, cum ipsa adhuc in humanis ageret, ob eandem gratiam cælestium revelationum sibi factam pluries molestabatur et eidem detrahebatur, quemadmodum claret ex sexto libro earundem Revelationum cap. xc, ubi dicitur, quod magistro Mathia, de quo supra, loquente cum quodam religioso magnæ auctoritatis et familiaritatis de ista gratia visionum cælestium divinitus data Sponsæ, respondit ille religiosus, non est credibile, nec concordat Scripturæ, quod Deus recessit a continentibus, et abdicantibus mundum et ostendat secreta sua magnificis fœminis. Magistro vero plura allegante super hoc, ille non consensit : cum autem Sponsa audisset ista, et videns magistrum turbatum, posuit se ad orationem, et tunc rapta in spiritu audivit Christum sic dicentem : Multorum est ista periculosa infirmitas *, ideo non eis dandum, ne gravius infirmentur. Ego autem sum medicina infirmorum, et veritas errantium. Sed iste religiosus loquax non desiderat medicinam, quia stercus scientiæ vanitatis est in corde ejus, et ideo ei unam alapam daC bo cum manu mea, et audietur ab omnibus, quod ego sum Deus non loquax, sed efficax et metuendus. Hic idem religiosus post hanc tribulationem humiliatus est, et paraliticus factus mortuus est.

* *supple* : quod de antidoto infirmantur :

*a Christo reprehensi,*

176 Item in xcii cap. libri præscripti dicitur, quod, præsente Sponsa, quidam monachus portavit librum Vitæ spirituum * coram consiliariis, et rege Suetiæ legens in eo, quod multi ex sanctis Patribus fuerint delusi ex abstinentia nimia et indiscretione, et ideo dixit, se timere, ne forte Sponsa similiter illuderetur. Cumque post hoc ipsa staret orandó, audivit Christum dicentem sibi : Quid dixit monachus iste? Quia multi sanctorum fuerunt delusi : vere iste saccus verborum dixit, sicut voluit, sed non sicut debuit : nam nulli amici mei delusi sunt, qui me dilexerunt sapienter, sed qui superbientes de abstinentia et justitia sua, præferebant se aliis et nolentes obedire humilibus, hi delusi sunt, et quia iste monachus peroravit librum Sanctorum contra me, quorum ipse imitator non est, ideo ego perorabo librum justitiæ meæ contra eum; et qui in sapientia sua laudatur, veniet coram sapientia mea, et tunc videbit in conscientia sua, quod vera sapientia non est in verbis sublimibus, sed in conscientia pura et humilitate vera.

* *l.* Patrum

A. Bertholdo.

*Epilogus auctoris,*

177 Cedat ergo temeritas dubitantium; accedat spes desperantium, et obtrectantium lingua recedat; nullius oculus nequam sit, quia Dominus bonus est. An non licet sibi facere, quod vult, qui nemini facit injuriam? Quia enim Deus magnus voluit, ideo spiritu intelligentiæ replevit eam, et ipsa quasi imbres emisit eloquia sapientiæ suæ. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in æternum non delebitur memoria ejus. Eia nunc Mater alma, vitæ norma, canalis Spiritus Sancti, Sponsa Christi dilecta, quam Dominus elegit, prælegit, et in tabernaculo suo habitare eam fecit; eia, inquam, Sponsa Christi, veni et accipe coronam, quam Sponsus tuus tibi præparavit in æternum : pro cujus amore cor tuum quasi aquam fudisti, et cum angelis in Paradisum introisti : pro cujus, inquam, amore regnum mundi et omnem ornatum ejus contempsisti : quem vidisti, quem amasti, in quem credidisti, quem toto corde dilexisti : dic et tu cum beatissima Virgine Maria, cu- E jus humilis es pedissequa, Respexit Deus humilitatem Ancillæ : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus. De cetero mihi nemo molestus sit, ego enim jam Sponsi mei Jesu Christi regis æterni excelsa præconia, præcelsaque amoris insignia in corde meo, et in capite meo porto. Ut quid ergo, o vos detractores, molesti estis huic Mulieri, inquit, Christus : bonum enim opus operata est in me.

*et quis hic fuerit, declaratur.*

178 Sciat lector in Christo devotus, nec non beatarum Virginis et dominæ Birgittæ zelator, quod primævus præscripti compilator Opusculi fuit frater Bertholdus de Roma confessor generalis monasterii ejusdem Matris nostræ Birgittæ de Paradiso apud Florentiam, excopiatusque fuit in monasterio ejusdem Ordinis anno MCCCCII *g* mensis Decembris die secunda. Oremus pro invicem, ut salvemur. Actum ad Aquas Mariæ prope Buscumducis Leodiensis diœcesis. Ora pro scriptore R. P. Bartholomæo Laucico Ord. S. Birgittæ in monasterio Sion Coloniæ professo sacerdote.

*g*

F

## ANNOTATA.

a *Infra part.* 6 *Miraculorum* S. Birgittæ *pro* Bruxia *legitur* Bruma, *et* Castro Skaclivo *legitur* Ekarslahof. Bruxia *seu* Bruma *videtur esse* Brina *seu* Brinnum *oppidum Moraviæ, ex dicendis in Annotatis in partem* 6 *Miraculorum mox memoratam : at castrum* Skaclivum *aut* Ekarslahof *in Moraviæ mappis Geographicis non inveni.*

b *Appulsi fuerunt ad portum Sudhercopensem in Ostrogothia secundum Ulphonem in Vita S. Catharinæ tom.* 3 *Martii, pag.* 513.

c *Imo anno* 1374.

d *Monasterium Ordinis Cisterciensis in Suetia ad lacum* Vether.

e *Idem oppidum est, quod* Carabo *paulo ante dicitur, in Nericia situm : Sueci dicunt* Orebro.

f *Ordinis Cisterciensis, in quo Ingeburgis,* S. Birgittæ *filia, monialis obiit.*

g *Imo ex num.* 23 *Comment. prævii anno, ut apparet,* 1452.

A. ANONYMO.

# APPENDIX

## DE MIRACULIS S. BIRGITTÆ.

## PARS I.

### Auctore Anonymo,

### *Miracula octo in Suecia patrata.*

*Opem suam implorantibus*

Duo viri tamquam piratæ injuste in Arosia *a* captivati, catenis et vinculis per mensem crudeliter tenebantur. Qui, cum vovissent, se reliquias et monasterium sanctæ Birgittæ in Wazstenis visitaturos, si ipsos juvare dignaretur, statim ad nudæ manus tactum sine quocumque instrumento alio extrinseco ab eis totaliter omnium vincula deciderunt. Cumque timore custodum carcerem observantium non auderent egressum per ostium attentare, terram manibus velut cinerem effodientes, sub carcere secum trahentes vincula ferrea, in medio custodum, Deo se protegente, in plateam securius conscenderunt, votum suum emissum, effectui mancipando. Quidam de Gothlandia *b* circa festum Nativitatis Domini naufragantes, in quemdam maris scopulum navi conquassata delati sunt, ubi per unam septimanam famem, et frigus patientes, sortem miserunt, quis eorum, ut aliis esca fieret, necaretur. Per sortem vero deprehensus cum lacrymis S. Birgittæ subsidium precabatur, ad visitandum suum monasterium in Watzstenis se adstringens; moxque miraculose grande frustum carnis in littore invenerunt, quo devorato, tranquillitateque suborta, cum parva cymba per longa maris devia ad frequentiam hominum pervenerunt. Ille vero, quem sors occidendum monstraverat, in via implendi voti sui captivatus, ferroque et cippo duriter afflictus, iterato sanctæ Birgittæ auxilium invocavit, moxque cunctis ultro ab eo cadentibus vinculis, iter inceptum continuare cœpit: cui, cum in via numerosi lupi terrorem incuterent, vibrata catena, qua ligatus fuerat, singuli diffugerunt.

*variis modis subvenit:*

2 Decem viri circa festum Omnium Sanctorum nocturno tempore in mari velificantes in quoddam promontorium impegerunt, ubi navi onusta ima petente, ipsi quantocius promontorium subreptantes, per novem dies continue absque cibo et potu frigescentes inibi jacuerunt. Tandem voventes se visitare reliquias sanctæ Birgittæ in Watzstenis, nona die per quosdam insulares ad securitatem deducti sunt. Quatuor viri de Hollandia *c* circa festum Nativitatis Domini versus Alemanniam navigaturi a piratis tenti sunt. Et, intromissis ad eos quatuor nequam de navi piratarum, cœperunt eos tyrannice molestare; villani autem illi vim vi repellere cœperunt, et, gratia Dei prævalentes, omnes illos quatuor piratas a se in mare ejecerunt. Quod cæteri piratæ videntes ad eos venire festinabant: villani itaque, eo quod nisi octo ulnarum spatio, vel quasi, ab eis distabant, humano ingenio destituti, votum peregrinationis ad reliquias sanctæ Birgittæ in Watzstenis, ut evaderent, emiserunt. Mira res! Subito navis piratarum immobilis quasi fixa undis adhæsit, donec illi prospero navigio ab eorum aspectibus avulsi sunt. In regno Suetiæ in diœcesi Stengen. *d* parochia Malma puer novem annorum cum sorore sua sex annorum cum dimidio imperio parentum boves ad pascua silvestria minabat. Ubi puella præ nemorum densitate aberrante, puer solus reversus est. Parentes igitur primo cum vicinis suis, deinde cum tota parochia, tandem cum populo trium circumjacentium parochiarum perditam filiam per sex dies requirentes in vanum laboraverunt: postea per tres dies quoddam * fluvium, si forte, ex quo in terris non est inventa, submersam reciperent, scrutabantur, sed labore vacuo. Demum reliquias S. Birgittæ in Watzstenis se, pro receptione filiæ perditæ voventes cum offertoriis visitare, nona die perditionis ejus in ortu solis ante fores ipsam incolumem receperunt.

* quemdem

3 In civitate Liptzig *e* quidam pictor magister, Henricus nomine, inter doctores de sanctitate B. Birgittæ, et ejus libris cælestium revelationum multa loqui solebat præ amore, quo ad ipsam afficiebatur. Tunc semel unus doctorum sibi cum indignatione inquit: Nisi de hac nova hæresi, librisque illius vetulæ loqui desieris, tradam te ignibus comburendum, quod et facere proposuit, citarique eum fecit, ut sequenti die mane coram magistris compareret. Pictor itaque dictus quemdam clericum, beatæ Birgittæ devotum, Waltherum nomine, pro saniori in hac re consilio requisivit: timebat enim vitæ suæ. Qui ipsum confortans suasit, ut erga Deum et sanctam Birgittam devotioni insisteret, nihil de ipsorum suffragio dubitando. Ipseque sacerdos cum alio magistro Joanne Torto ejusdem erga sanctam Birgittam devotionis viro libenter vellet pro ipso Dominum deprecari, quod et factum est. Mane autem facto, coram collegio tremula mente comparuit, examen durum sustinens, ut convictus tamquam hæreticus puniretur. Sed precibus sanctæ Birgittæ, pro qua certabat, spiritu sancto imbutus laicus ille simplex, et sine litteris, magnalia Dei tam efficaciter proponebat, ut adversarii sui spiritui, qui in ipso loquebatur, resistere non valebant. Unde, nec longe postea, Deus ultionum dominus hujus disturbii excitatori vindictam retribuit principali. Nam lectum suum sanus ingrediens, morbo caduco nocte percussus interiit, tanto quoque fœtore, et horrore cadaver suum illico computruit, ut nemo illi appropinquare audebat, et ad tactum manuum carnes frustatim ab ossibus solvebantur. Tandem cloacarii appretiati miserum corpus ejus in tumulum asportabant; affirmantes, quod, si præscivissent tanti fœtoris in ipso abundantiam, etsi pretium eis duplicassent, ipsum minime attrectassent.

*at male de ea loquentes*

*Dei vindictam sentiunt.*

4 Aliquamdiu post prædicta quidam doctor de Ordine Fratrum Minorum iturus versus Stolpæ *f* ad amicos suos, prænominatum dominum Waltherum in comitem acquisivit, qui, cum de sancta Birgitta et ejus divinis revelationibus in via magnifica loqueretur, doctor ille sanam doctrinam non sustinens, Desine, inquit, loqui de vetula illa, et suis frivolis superstitionibus, ac nova hæresi. Cumque in Stolpæ intrassent post usum

A usum balnei, et cum amicis suis jucundo celebrato convivio, ad lectum pergens, et in alto gradu consistens, divina percussione præcipitatus protinus expiravit. Quidam magnæ litteraturæ de Ordine Prædicatorum contra revelationes sanctæ Birgittæ succensus * ita, ut manifeste diceret ipsos comburendos *, religionis ejus personas lulardos *g*, et beguttas *h* appellando: cui alius magister quidam sæcularis obtulit libros sanctæ Birgittæ Revelationum cælestium, ut eos legendo ad meliora mutaretur. Sed salubre consilium aspernanti, subjunxit: Timeo, quod Dominus Jesus se, et suam Sanctam in vos ultione divina vindicabit, eo quod tam pertinaciter hanc Sanctam impugnatis. Et cum hoc separati sunt, statimque manus Domini in ipsum sæviebat, tantaque lepra corpus suum magis ac magis infecit, ut nullus fratrum conventus illius secum comedere, bibere aut conversari audebat, seu aliquod servitium impendere, donec viam carnis transiit universæ, Deus sit ei propitius. Quam periculosum est S. Birgittæ detrahere, aut revelationibus cælitus sibi factis ausu temerario contraire, patet ex supradictis, et XC et XCII cap. sexto lib. Revel. quomodo divina justitia viriliter retribuit facientibus superbiam; a qua nos protegat Deus trinus et unus. Amen.

* *supple*: est
* ipsas comburendas *g h*

B

ANNOTATA.

a *Ne sæpius eorumdem locorum situs sit repetendus, septem Sueciæ episcopatuum notitias hic conjungo. Sunt autem hi: Upsaliensis, idemque archiepiscopalis in Uplandia, Linkopiensis in Ostrogothia, Scarensis in Vestrogothia, Strengnesiensis in Sudermannia, Arosiensis in Westmannia, Vexionensis in Smalandia, et Aboënsis in Finlandia.*

b *Sueciæ parte, in Ostrogothiam et Vestrogothiam, seu Gothiam Orientalem et Occidentalem divisa.*

c *Lege*: Hallandia, *quæ est Gothiæ Orientalis pars.*

d *Vide lit.* a *hic.*

e Lipsia, *in Misnia, Saxoniæ Superioris provincia.*

C f *Pomeraniæ oppidum est ad fluvium homonymum.*

g *Hæreticorum genus fuit, seculo* XIV *in Germania Belgioque exortum.*

h *Item hæreticorum genus, in synodo Coloniensi anno* 1306 *et in concilio Viennensi anno* 1311 *cœpto, et a Joanne XXII rursus damnatum.*

# PARS II.

## *Miracula aliquot Bernardi, archiepiscopi Neapolitani, jussu a Jacobo Orlando collecta.*

*Bernardus a*
*ep. Neapolitanus*
*a*

In nomine Domini. Amen. Anno a Nativitate Domini MCCCLXXVI, regnante serenissima domina, domina nostra Joanna *a*, Dei gratia regina Jerusalem, et Siciliæ, ducatus Apuliæ, principatus Capuæ, Provinciæ, et Fortil. ac Pedemontis comitissa. Regnorum vero ipsius anno tertio, quarto *b* Februarii amen *c*, die XX mensis Octob., XV Indicti. Neap. Nos Jacobus de Orlando de Neapoli per provincias Terræ Laboris, ac comitatus Molii, ac principatus Citra publicus reginali auctoritate notarius, et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, præsenti scripto publico declaramus, notum facimus et testamur, quod veniens ad nostram præsentiam Carolus de Frisono de Neapoli ostendit et præsentavit nobis quasdam litteras reverendiss. in Christo patris domini Dei gratia archiepiscopi Neapolitani in carta de papiro scriptas, ejus magno archiepiscopali sigillo sigillatas, omni vitio et suspicione carentes, quas vidimus, legimus et inspeximus diligenter et erant per omnia continentes subsequentia.

A. Jacobo de Orlando *b c*

6 Bernardus, Dei gratia archiepiscop. Neapolitanus, dilecto filio judici Carolo de Neapoli salutem in Domino Jesu Christo. Cum bona, quæ nobis Deus sui gratia elargitur, minime celare, immo propalare debeamus, alias merito de ingratitudine possemus reprehendi. Quapropter Magister noster Jesus Christus dicit de leprosis decem curatis, quod unus alienigena tantum ad regratiandum ad eum reversus fuerat, novem tamen ubi sunt? Et in Psal.: Venite, et audite et narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Et angelus Raphaël dixit Tobiæ: Opera Dei revelare, et confiteri honorificum est. Et cum in istis temporibus ultimus hujus sæculi mali Dominus nobis licet indignis contulerit lucernam, et eam posuerit super candelabrum, videlicet beatam Birgittam de Suetia de gente regali exortam, quam illustravit innocentia multis virtutibus, et cui multa secreta revelavit; quæ vivens in civitate nostra Neapolitana, nonnulla salubria consilia nobis et populo Neapolitano contulit, et pro nobis Deum sæpius interpellavit, et ad ejus preces nonnulla mala cessaverunt. Et post ejus mortem, sicut in vita ad ejus preces Dominus noster in nostra civitate multa miracula fecit, quæ non debent silentio tradi, sed potius ad laudem Dei divulgari et publicari. Idcirco tibi, qui devotus eras ejusdem Dominæ in vita, tenore præsentium committimus, ut omnia et singula miracula, quæ dicta Domina tam in vita, quam post mortem a Domino nostro Jesu Christo fieri procuravit in nostra civitate, diligenter scribas, sic et taliter, quod mera veritas, quam reperire poteris, describatur, ut omnes et singuli videntes ejus mirifica opera ad laudem se conferant, et in eorum necessitatibus ad beatam Birgittam devotius recurrant. Datum Neapoli in nostro archiepiscopali palatio die XXV Augusti, XIIII Indict. Bernardus, Dei gratia archiepiscopus Neapolitanus, qui propria manu me subscribo et sigillo Pontificali sigillari feci.

*S. Birgittæ miracula varia Neapoli facta*

E

F

7 Quarum quidem litterarum vigore et auctoritate præfatus Carolus nos requisivit, et rogavit attente nostrum super hoc officium implorando, ut una secum per civitatem Neapolitanam ad suprascriptas personas accedere deberemus, ad audiendum ab eis vivæ vocis oraculo miracula, quæ in eis Deus meritis beatæ Birgittæ operatus est. Nos vero requisitioni hujusmodi devote parentes, maxime quod negotium mirabile, et pium erat, et officium nostrum, quod est publicum, non possumus alicui denegare, subscriptis diebus mense Octobris et Novembris, una cum eo personaliter accessimus per dictam

*colligi jussit, quibus illa*

A. Jacobo de Orlando.

dictam civitatem Neapolitanam ad subscriptas personas, quas personaliter invenimus, quæ coram nobis interrogatæ fuerant, si Deus miracula aliqua meritis beatæ Birgittæ eis, seu alicui alteri operari dignatus est, qui responderunt vivæ vocis oraculo, prout infra particulariter continetur, videlicet dicto die xx dicto mense Octobris, domina Catharina, uxor domini
d Pauli de Morinis de Janua *d* habitatrix Neapoli interrogata dixit, et suo sacramento firmavit, quod quidam suus nepos, filius cujusdam filiæ suæ, fuit graviter infirmatus, ex qua siquidem infirmitate potius sperabatur de morte, quam de vita. Ipsaque audiens famam beatæ Birgittæ undique diffusam, votum fecit eidem, quod dignaretur suæ sanctitatis merito impetrare gratiam sanitatis ejusdem sui nepotis, quod statim veniret ad ecclesiam S. Mariæ de Carmelo, ubi imago sua depicta erat, et Missam dici faceret, et ibidem candelas offerret. Qui puer mane inventus est sanus sine ullo periculo personali, et dicta domina Catharina votum reddidit, quod promisit.

B *vario morborum genere laborantibus,*

8 Deinde quidam alius puer annorum II, filius cujusdam sui cognati, quem ipsa tenuit in domo sua, et diligebat ut filium, similiter graviter infirmatus est, ex qua infirmitate dubitabat dicta Catharina de morte ipsius, et fiduciam habens in Deo et in beata Birgitta, votum vovit eidem pro sanitate ipsius ire ad dictam ecclesiam, et Missam ibi dici facere ut supra. Qui puer subito inventus est sanus, et ipsa votum reddidit, sicut
e promisit. Thecla, uxor Odi Favi de Pisis *e*, habitatrix Neapoli interrogata dixit, et suo sacramento firmavit, quod noviter quidam suus filius dicti Odi fuerat graviter infirmatus, ex qua infirmitate potius dubitabat de morte, quam de vita, et ipsa audiens famam dictæ beatæ Birgittæ undique diffusam votum vovit eidem, quod dignaretur sua sanctitate gratiam impetrare sanitatis ejusdem filii sui, qui statim veniret ad dictam ecclesiam sanctæ Mariæ de Carmelo, ubi sua imago depicta erat, et Missam ibidem dici faceret, candelasque ibidem offerret. Qui puer statim inventus est sanus sine ullo periculo personali, et dicta Thecla votum reddidit, quod promisit. Eliana de Cibo, soror domini Villani Cibo de Janua, habitatrix
C Neapoli, interrogata dixit, et suo sacramento firmavit, quod Luchinus frater ejus veniens cum
f quodam navigio de Damasco *f* per mare infirmatus est, et cum applicuisset Neapolim, infirmitas ipsa aggravavit eum: itaque dubitans soror de morte dicti sui fratris, dixit eidem fratri suo, quod deberet se vovere dictæ B. Birgittæ, quia fama sanctitatis suæ undique diffusa est. Qui sperans B. Birgittæ meritis consequi sanitatem, votum vovit eidem, quod depingi faceret suam figuram, ubi melius ei videbitur pro fama dictæ Dominæ. Qui postquam votum vovit, subito dixit eidem suæ sorori: Ego bene sentio, et auxilium recepi meritis B. Birgittæ, qui subito sanus factus detulit imaginem B. Birgittæ ad civitatem Januæ, ut eam ibi depingi faceret.

*ut dolore dentium,*

9 Maria uxor Alphonsi Hispani habitatrix Neapoli dixit, et suo sacramento firmavit, quod, vivente dicta domina Birgitta, dum ipsa iret cum ea ad visitandum sepulchrum Domini nostri Jesu
g Christi *g*, petiit ab ea consilia pro quadam filia sua, quid agere deberet de ipsa, quæ dixit eidem pluries, quod deberet eam monachare in ecclesia D sanctæ Crucis, vel in monasterio sanctæ Claræ de Neapoli. Quæ rediens Neapolim dixit viro suo prædicto, ut prædictam eorum filiam monachare deberent. Quo renuente, ac etiam dicta filia nolente, retulit dicta Maria dictæ B. Birgittæ verba, et intentionem dictorum mariti et filiæ. Quæ respondit eidem: Tu nunquam dictam tuam filiam nuptam videbis, quod et factum est. Nam post paucos dies ab hujus mundi illecebris fuit erepta. Asseruit insuper, quod post mortem ipsius B. Birgittæ dictus vir ejus Alphonsus fuit graviter infirmus, quæ dolens de sui prædicti viri infirmitate vovit eidem B. Birgittæ pro sanitate dicti sui viri depingi faciendi imaginem ipsius in ecclesia sancti Eligii de Neapoli, qui subito sanus inventus est, dictaque Maria votum promissum adimplevit. Luchina, uxor Adoardi de Mari de Janua, habitatrix dictæ civitatis Neapolis interrogata dixit, et sacramento firmavit, quod noviter ipsa patiens intollerabilem dolorem dentium, ex quo dormire, et comedere bono modo non poterat; ipsaque E audiens sanctitatis famam dictæ B. Birgittæ, habens devotionem ad eam, votum vovit eidem, quod dignaretur ob suam sanctitatem impetrare sanitatem, et cessationem doloris dentium dictorum, quod statim iret ad dictam ecclesiam sanctæ Mariæ de Carmelo, ubi Missam dici faceret pro sua reverentia, et honore, quæ dixit, quod statim, facto dicto voto, dolor prædictus cessavit, et sana inventa est, votumque reddidit, quod promisit.

*febri,*

10 Domina Heliana interrogata iterum dixit, et suo sacramento firmavit, quod nuper existens in domo sua Rogerius Samignanus de Janua, graviter febricitando infirmatus est, qui ad petitionem, et suasionem ipsius Helianæ votum vovit eidem B. Birgittæ, et statim a dicta infirmitate liberatus fuit. Palmerius mercator pannorum interrogatus dixit, et suo sacramento firmavit, quod ipse existens infirmus gravi infirmitate, de qua potius sperabatur de morte, quam de vita, uxor ejus dubitans de morte ipsius, habens maximam devotionem ad dictam B. Birgittam, quod tempore, quo ipsa B. Birgitta vivebat in mundo, cum ipsa frequentabat assidue, et post dormitionem ipsius majorem ha- F buit in ea devotionem, votum vovit eidem de Missis dicendis, cereis fiendis, et lampadibus accendendis in sancta Maria de Carmelo, ubi imago dictæ B. Birgittæ depicta erat, quod, si gratiam impetraret de sanitate eidem viro suo, votum redderet eidem: et subito dictus vir ejus, qui quasi laborabat in extremis, vidit per visionem dictam B. Birgittam ponentem se extensam super corpus suum, de qua visione nimium confortatus, excitatus, tamquam si dormivisset, et dixit: Ego sanus sum, quia B. Birgitta me sanavit; et sic fuit pro certo, quod statim sanus inventus fuit, et dicta ejus uxor votum reddidit, quod promisit.

*glandula h*

11 Laurentius de Florentia *h* habitator Neapoli interrogatus dixit, et suo sacramento firmavit, quod, mortua dicta beata Birgitta, magnam habuit devotionem ad eam, quia pro certis negotiis sibi commissis accessit ad nundinas civitatis Salerni *i*, et moram trahendo ibidem, *i*
litteram unam recepit ab Angelo de Lacemniis de Benis mercatore Neapoli commorante inter alia

A alia continentem, quod frater suus graviter infirmaretur infirmitate illa, quæ dicitur Glandula, ex qua potius de morte, quam de vita sperabatur, et si desideraret ipsum vivum videre, antequam moriatur, statim veniat Neapolim, quod ita phreneticus ille erat. Qui inter se dixit: Me dolente, quo ibo? Ipse forsitan, antequam vadam, morietur. Nam infirmitas erat ad mortem: tamen confidens in bonitate Dei, et meritis beatæ Birgittæ, quæ vivebat adhuc, supplicavit divinæ bonitati, et rogavit mentaliter dictam beatam Birgittam cum devotione, et lacrymis, quod dignaretur succurrere, et sanitatem impetrare pro fratre suo prædicto; et subito dictus frater, qui a tempore, quo infirmatus fuerat, nondum dormierat, et phreneticus erat, vidit illa nocte visionem hanc, quod ipse existens in quodam loco, ubi aqua decurrebat non modica vidit beatam Birgittam a dextero latere dictæ aquæ morantem, quæ dixit eidem: Veni huc, et transeas ad me ab alio latere aquæ, ubi tu moraris. Qui respondit, Domina non possum, quia infirmus sum, et glandula, quam habeo
*k* in gamba *k*, me impedit, quæ dixit: Omninò
B veni huc. Qui videbatur se ire illuc, ab alio latere dictæ aquæ ad ipsam Dominam transivit. Qui evigilans quasi à sommo dixit, se esse sanum, quia ipsa Domina eum sanavit. Omnes vero expectantes finem ipsius, credentes ex ira se dixisse, quasi territi, reperientes esse sanum, subsequenter Deo, et B. Brigittæ laudes reddiderunt. Quod Laurentius asseruit hæc acta fuisse
*l* de mense Septembris, XIII Ind., XXII ejusd. mens. *l*.

*excitate, pedumque dolore, * an.* Avum?

12 Marinus de Alexandro de Neapoli aurifex interrogatus dixit, et suo sacramento firmavit, quod ipse habuit delavum * suum graviter infirmum infirmitate, quæ dicitur Glandula, seu inguinaria, qui fuit a medicis desperatus; et deinde habuit filium suum graviter infirmantem quadam alia infirmitate, de qua potius sperabat mortem, quam vitam. Qui confidens in Domino, et meritis Beatæ Birgittæ, quod multam dum ipsa viveret in mundo, pro ea laboravit in eo, quod potuit, supplicavit eidem. quod dignaretur pro ipsis scilicet filio, et delavo sanitatis gratiam impetrare, quæ exaudiens supplicantis preces, amborum sanitatis gratiam
C impetravit. Candolus mercator, Neapoli commorans, interrogatus dixit, et suo sacramento firmavit: quod ipse subito habuit dolorem eximium in digito pedis, qui habens devotionem, et fidem ad beatam Birgittam, votum vovit eidem, quod dignaretur gratiam impetrare a Domino, quod dolor ille cesset, quia statim eam depingi faceret in quadam ecclesia Sancti Gregorii Majoris de Neapoli, qui statim sentiit se sanatum. Thomassinus Speciarius de Ni-
*m* tia *m*, habitator Neapoli, interrogatus dixit, se scire, quod quidam devotus beatæ Birgittæ quadam vice accessit ad visitandum sepulchrum Domini cum B. Birgitta, et cum secunda vice pergeret ad visitandum sacrum locum prædictum, essetque in itinere, subito per tres dies lumen oculorum amisit, qui plenus mœstitia votum vovit subito eidem beatæ Birgittæ dicens; Domina mea, in te est tota mea spes, supplico, ut mihi oculorum lumen restituas, et subito gratiam accepit, et lumen oculorum recuperavit.

*et corporis*

13 Joannes Provincialis, familiaris domini cancellarii regni Siciliæ, interrogatus dixit, et suo sacramento firmavit, quod existens ipse in civitate Neapoli aliquibus diebus fuit infirmus, et habens devotionem ad beatam Birgittam, votum vovit eidem pro sanitate recuperanda dicens; quod ibo ad S. Mariam de Carmelo, ubi imago tua depicta est, et ibi Missam dici faciam pro tua reverentia, et honore: qui dixit, quod sanus subito est inventus, et votum reddidit, quod promisit. Domina Ceccha Bochaplanula de Neapoli interrogata dixit, et suo sacramento firmavit, quod quædam soror sua graviter infirmata ad tantam delibitatem corporis devenit, quod dubitabatur de subitanea morte ipsius; quæ una cum matre sua rogavit, et supplicavit beatæ Birgittæ, ut dignaretur impetrare convalescentiam dictæ suæ sororis, ut Corpus Domini valeret recipere, ne sic sine Sacramento Eucharistiæ decederet: quibus precibus cum devotione factis, statim illa convaluit, et sacrum Corpus Dominicum recepit, Marcus Clavicterius de Neapoli de Platea Salariæ civitatis ejusdem interrogatus dixit, et suo sacramento firmavit, quod nuper quædam Lellena de Lando uxor sua fuit longa et gravi infirmitate cor- E
porali per spatium duorum annorum, et plus a Domino visitata; existens sic infirma accessit ad domum matris suæ, abstulit furtive eidem viro suo nonnulla bona mobilia; et detulit illa ad domum dictæ suæ matris. De quibus rebus ablatis dictus Marcus vir ejus erat in magno dolore, nesciens modum capere dicta bona recuperandi: subito dicta uxor ejus existens quasi in ultimis loquelam perdidit, qua de causa dolor additus fuit dolori dicti sui viri. Ipse autem nesciens, quid ageret, divina gratia eum inspirante, recursum habuit ad refugium singulare: audiens famam dictæ B. Birgittæ, quæ undique effundebatur, statim vovit eidem B. Birgittæ, et dixit: Supplico tibi, Domina, quatenus digneris mihi, et uxori meæ gratiam facere, ut, anteaquam moriatur, habeat loquelam et notitiam bonam, et quod veniat ad domum meam cum rebus, quas mihi abstulit, quod nudus veniam me fustando, sive verberando usque ad ecclesiam Sanctæ Mariæ de Carmelo, ubi imago tua depicta est, et alia promisit, et vovit.

*debilitate subvenit,*

14 Et existens dicta uxor sua sic cum loquela perdita in domo matris suæ prædictæ; ipse F
vir ejus accessit ad eam videndam habens magnum dolorem de rebus perditis sibi ablatis. Et dum esset in domo prædicta, cœpit ipse aliqua verba dicere; statim mirabiliter dicta ejus uxor, quæ loquelam amiserat, locuta est, vocans eum, et dicens, Marce vir, et domine mi. Et ipse confortatus est eam, et dixit, quod ipse voverat eam B. Birgittæ. Quæ respondit: Ipsa Domina confortata est me, quod una mulier fuit mecum, et credo, quod ipsa fuit, quæ tenebat manum in stomacho meo, et aliis partibus corporis mei, meque non modicum confortavit. Et statim dixit viro suo. Ego volo venire ad domum tuam, et sic stimulabat matrem suam, volens ire ad domum dicti viri sui, quod et factum est. Dictusque vir ejus fecit eam juvare, et ipsa cepit res, quas abstulerat dicto viro suo de domo sua, et portavit in domo sua sibique illa restituit, quæ deinde confortata convaluit, dictusque vir ejus adimplevit votum promissum solemniter B. Birgittæ. Et demum post aliquos dies mulier ipsa recidivavit, et venerunt sibi assellationes, *n*, ex quibus gravata *n*
infirmitate

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. JACOBO DE ORLANDO. firmitate mortua est, et ab hoc mundo recessit.

*mutuæ* 15 Die octavo mensis Novembris d. xv Indict. domina Lancilla Moronul *o* de Neap. Soror domini Andrilli Moronul de Neap. militis, interrogata dixit, et suo sacramento firmavit, quod dum olim inter ipsum militem cum sua cognatione ex una parte, ac nonnullos alios nobiles civitatis Neap., qui dicuntur de Constantio *p* ex altera, orta fuisset lis, seu briga mortalis, ex qua nonnulli ex utraque parte interempti fuerunt; præfatusque dominus Andrillus nullum ad Deum habendo respectum, diabolo instigante, determinasset in sua mente vendere omnia bona sua stabilia ad hoc, ut possit de dictis suis æmulis sanguine satiari, curiaque reginalis in futurum non haberet, nec posset de bonis ipsius quocumque casu accipere, vel habere; et ut asseruit et publicata fama fuit, pro pace fienda inter eos interposuerunt se sanctæ memoriæ dominus summus Pontifex Papa Urbanus *q*, domina nostra regina Joanna, et dominus rex Ungariæ *r*, nihilque proinde facere potuerunt. Ex quo ipse dominus Andrillus cum B suis sequacibus de mandato dominæ D. reginæ incarcerati pro ipsa pace fienda, nihil tamen boni propterea executioni demandatum fuit. Operante tandem divina gratia, volens ipse Deus in suis Sanctis laudari et glorificari specialiter in præfata B. Birgitta, subito miles ipse fuit gravi infirmitate et periculosa gravatus, illa scilicet, quæ Glandula appelatur, non unam, sed plures in suo corpore habens, ex qua, ut dixit, fuit ab omnibus medicis desperatus.

*inter familias nobiles* 16 Ipse autem inspiratus à Domino voluit saluti suæ animæ providere; incepit, et perfecit suum ultimum testamentum, ut dixit. Et subito ecce venit quidam religiosus ad eum dicens ei, quod omnino, si salvari desiderat, pacem faciat cum suis inimicis. Ipse audierat famam dictæ B. Birgittæ, desiderabat aliquid de suis reliquiis pro sua sanitate habere. Quod sciens quidam nomine Antonius de Carlecto *s*, qui beatæ Birgittæ, dum vixit in mundo, familiarissimus fuit, ei detulit unam crucem parvulam, quæ fuit dictæ B. Birgittæ, cum aliis reliC quiis corporis ipsius, qui devote cum desiderio recepit eas, tangens illis se in certis partibus corporis sui, et se eidem Dominæ recommendans, et petens adjutorium ab ea. Et ecce subito cepit eum tempestas et angustia valida corporalis, et ipse vociferavit cunctis audientibus de domo sua dicens, Damnatus sum in inferno, damnatus sum; multoties id replicavit. Ex quo multi territi sunt, et expectabant ipsius exitum, ut sibi visum fuit, qui nec dormiebat, nec vigilabat. Ecce venit quidam ad eum, et, ut credidit, dæmon fuit, dicens, Tu damnatus es quia tuum testamentum voluntarie non fecisti, sed coactus. Et subito, ut dixit et credidit, dicta B. Birgitta dicens ei: Ne dubites, quia ego te juvabo, ex quo ipse confortationem recepit. Ecce iterum ille tentator affuit, qui dixit ei. Tu damnatus est, quia ore dicendo, et non corde pepercisti inimicis tuis. Et ipsa Domina adjutorium præbuit eidem dicens. Ne dubites, et ne desperes, dic, et confitearis ore et corde, Ego eis peperci: quod sic factum fuit, ut apparuit successive de pace secuta.

17 Tentator ille se videns ita victum et confusum, ampliùs ibi non apparuit. Et ipse iterum vociferavit dicens: Non sum damnatus; non sum damnatus; multoties replicans illud, ac dixit, Domina Birgitta sancta est; quod verbum multoties replicavit. Deinde ipse ad se reversus vocavit suos omnes consanguineos et amicos, narrans eis cuncta, quæ viderat et audiverat, et credens mori dixit, Parcam pro peccatorum meorum remissione, volo, quod fiat pax inter nos, et illos de Constantio firma et valida, ore, corde, et opere, et accedatis ad eos vos omnes, et firmam faciatis pacem cum illis. Qui statim accesserunt, et illi de Constantio hoc scientes è converso statim venerunt obviam illis, qui unanimiter pacem, et corcordiam firmaverunt. Et venientes unanimiter ad dictum Andrillum cum planctu, et gaudio magno firmantes * pacem illam, operante Domino nostro Jesu Christo, meritis, ut creditur, dictæ beatæ Birgittæ, qui cum Patre et spiritu sancto vivit, et regnat in sæcula sæculorum Amen. Deinde miles ipse sanitatem corporalem recipiens depingi fecit imaginem dictæ B. Birgittæ in ecclesia S. Mariæ de Carmelo de Neapoli, cujus meritis, ut creditur, hæc omnia facta fuerunt. E

*exstinxit odia,*

* *an firmarunt?*

18 Eodem die retulit prænominatus Carolus, et suo sacramento firmavit, se audivisse a magistro Lisolo balistario de Neapoli, procuratore monasterii S. Claræ de Neapoli, quod nuper Philippella Lanzlenga de Neap. uxor ejus, dum suum filium parvulum lactaret, subito in vigilia Ascensionis Domini nostri Jesu Christi cœpit eum * febris gravissima molestare per spa- * *eam*
tium mensis unius et medii, quem * semper dictum * *quo*
suum filium lactabat, eo quod puer ipse mammillas alterius mulieris nullo modo sugere volebat. Sicque dictus magister Lisolus dubitabat tam de morte ipsius conjugis suæ, quam de filii, quia deficiente matre oportebat et filium mori, qui, ut dictum est, alias mammillas nolebat aliqualiter sugere. Divina tamen gratia ei inspirante, audiens famam, et sanctitatem ipsius B. Brigittæ, votum vovit eidem flexis genibus, ut dignaretur gratiam impetrare, ut dicta ejus uxor valeat a dicta, qua tenebatur, infirmitate liberari, et dictus ejus filius ex hujusmodi infirmitate similiter non pereat, promittens, fieri facere statuam unam muliebrem de cera cum P filio in brachiis stantem, eamque ponere ante figuram ipsius beatæ Birgittæ, quæ depicta erat in dicta ecclesia S. Mariæ de Carmelo, quod et factum est.

*et lactantem cum filio*

19 Nam infra dies quatuor post dictum votum dicta uxor sua fuit a dicta infirmitate, qua tenebatur, penitus liberata, febrisque eam dimisit, et bene convaluit, dictusque Lisolus votum factum per eum solemniter adimplevit. Quibus quidem personis prædicta miracula coram nobis narrantibus, et dicentibus, sicut supra particulariter continetur, præfatus Carolus volens, ut in præmissis fides plenaria adhibeatur, nos rogavit, et requisivit, attente nostrum super hoc officium implorando, ut de præmissis publicum instrumentum facere deberemus ad certitudinem omnium, quorum, vel cujus præmissa scire interesset, vel scire voluerint, ut si, et quando opus esset, fieri valeat exinde plena fides. Nos vero requisitioni hujusmodi devote parentes, maxime quod officium nostrum, quod est publicum, non possumus alicui denegare, ad

*matrem mori ei eripuit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A ad rogatum, et requisitionem dicti Caroli de præmissis factum est præsens publicum instrumentum per manus mei notarii supradicti, signo meo solito signato sub omnibus mei, qui supra judicis, et nostrorum subscriptorum testium sigillis roboratum. Quod scripsi ego præfatus Matthæus, ut supra, publicus notarius, quia præmissis omnibus rogatus interfui, ipsumque meo signo signavi, ac abrasi, et emendavi superius, ubi legitur « Bernardus » ac ubi legitur » miracu- « lo » et ubi legitur » subscriptis diebus mensis « Octobris, et Novembris. » Item ubi legitur » suo « sacramento firmavit » ubi legitur « applicuisse » ac ubi legitur « beatam » Item ubi legitur « do- « minusque vir ejus » ac ubi legitur » dictæ xv In- « dict. domina Linnella Moronul. » Item ubi legitur « nec posse » et ubi legitur « sibi visum fuit » nec non ubi legitur « eodem die » non vitio, quod scribendo carnaliter erravi, nec abrasi similiter, et emendavi denuo super, ubi legitur « Suetia » ut soror morante in te est. « In quadam ubi legitur de crinule » et ubi legitur « non abrasi » quod non vitio; sed scribendo erravi, quod pro autentico, et legitimo, et firmissimo habeatur, et valeat.

B Ego Jacobus de Orlando de Neap. qui supra judex ad contenta subscripsi.

Ego Reynaldus Crucialma de Neapoli testis subscripsi.

Ego abbas Petrus Curzulus de Neapoli electus testis subscripsi.

Ego Joannellus Macerdonus de Neapoli testis subscripsi.

Ego Joannes Speciarius de Neapoli testis subscripsi.

ANNOTATA.

a *Regnum adiit anno* 1342.

b *Ex anno, quo regnare cœpit Joanna, mox memorato, et anno* 1376, *collige legendum esse:* Regnorum vero ipsius trigesimo quarto.

c *Binæ istæ voces*, Februarii Amen, *nihil significationis hic habent: perperam ergo huc intrusæ sunt.*

d *Seu Genuæ, in Liguria nata, vel inde oriunda.*

e *Civitate archiepiscopali in Hetruria.*

f *In Syria.*

g *Anno* 1372.

C h *In Hetruria.*

i *In regno Neapolitano archiepiscopalis.*

k *Id est*, Crure.

l *Anno* 1375.

m *Forte* Nicia *seu* Nicæa, *Provinciæ oppido in Gallia.*

n Exonerationes ventris.

o *Non videtur recte expressum hujus familiæ nomen. Andrillum enim Morinimum* (de Mormili *Italice habet Ughellus in Opere mox laudando, Italice reddito*) *qui seculo* 14 *inter Neapolitanos viros nobiles floruerit præter alios ejusdem familiæ viros pag.* 194 *memoratum inventio in Vindiciis Neapolitanæ nobilitatis, quæ Latino sermone a Carolo Borrello exaratæ, typis Neapolitanis editæ prodierunt anno* 1653.

p *De* Constantiis (*Italice* Costanzi) *vide Borrellum proxime citatum pag.* 180.

q *Hujus nominis V.*

r *Ludovicus Hungariæ rex regnum Neapolitanum ingressus est anno* 1342, *ut vindictam sumeret de morte Andreæ, Joannæ marito et fratri suo, illata.*



f *Hujus mentio fit in Vita* S. Birgittæ *Bertholdiana num.* 103. A. Jacobo de Orlando.

# PARS III

## Auctore Anonymo

## *Miracula aliquot Nolæ et Romæ facta.*

Agnes de Concessa habitans in Roma prope montem Jordani *a* habens a nativitate grossissimum guttur, ivit ad funus B. Birgittæ, antequam sepeliretur, et cum zona sua fecit tangi manus B. Birgittæ, et ligavit ad collum et detumuit, et sanata est. Domina Silena uxor quondam Cancellarii Urbis, qui vocabatur de Monte nigro, habens ulcus in utero * ita quod non poterat os aperire ad comedendum, nec medici eam curare poterant, facto voto ad B. Birgittam, sanata est, et obtulit coronam de perlis *b* ad sepulchrum ejus ad ecclesiam S. Laurentii in Panisperna. Domina Joanna, uxor Petrutii Jacovelli de Turrinata, in regione Regulæ prope domum Cardinalis de Ursinis, quæ * cadens de scala privata fuit brachio quasi disjuncto a junctura debita, et in somnis per visionem a B. Birgitta sanata est, quæ unum brachium de cera statim portavit ad appendendum super sepulchrum ejus coram imagine sua. Domina Paula, quondam uxor domini Joannis de S. Eustachio, fuit infirma de capite, et desperata de vita a medecis; vovit se ad B. Birgittam; tertia die sanata est; ivit ad sepulchrum ejus. Item præfata domina Paula gravabatur a quodam nobili in bonis suis, et fecit votum dominæ Birgittæ, quæ in somno apparuit privigno suo Silo, et ab illo gravamine liberata est, et similem gratiam habuit sæpius, quando ab aliis gravabatur. Domina Silena mater præfatæ dominæ Paulæ infirmabatur de febre et punctura, id est, dolore lateris, quæ derelicta a medicis, et judicata pro mortua a magistro Francisco della Fara, et ab aliis medicis, et * preces prædictæ filiæ suæ, quæ voverat B. Birgittæ, per eamdem liberata est a periculo mortis, cum tamen jam esset quasi mortua.

*Aliquos S. Birgittæ a*

* *an* gutture

*b*

E

* *abundat*

* *an* ad

F

21 Domina Francisca, uxor Petri Pauli Velleni prope S. Eustachium, patiebatur in manu dextera infirmitatem, quæ dicitur: Noli me tangere, et habebat super manum inflationem magnitudinis unius nucis *c*: quæ requisivit medicos qui desperaverunt eam de sanitate, et dixerunt, eam incurabilem esse, nec voluerunt de ea curare: propter quod dicta domina recurrens ad B. Birgittam confessa est, et oravit ad eam, et ligavit super manum fructiculum vestis dominæ Birgittæ, et fecit votum, et alia die sanatam se invenit. Soror Francisca de Sabellis monialis in monasterio S. Laurentii in Panisperna, ubi domina Birgitta sepulta fuit, erat infirma de stomacho tam graviter, quod duobus annis in infirmaria in lecto ægrotando jacebat, nec quasi umquam surgebat de lecto, nisi quando se præparabat ad comedendum, et magnam devotionem habebat, et amicitiam cum præfata domina Birgitta, quando vivebat. Unde contigit, quod tempore mortis ejusdem beatæ Birgittæ, cum propter multitudinem, et concur-

*miracula,*

A. ANONYMO. sum populi funus ejus in dicto monasterio intus infra ambitum claustri monialium intromitteretur usque ad diem sequentem, quo sepeliri debebat, tunc dicta soror Francisca per totam noctem illam juxta beatum funus prædictæ suæ Amicæ, ut fidelis amica devotissime pernoctavit, sedendo super pavimentum marmoreum in orationibus, et singultibus devotionis, nolens petere a præfata amica sua B. Birgitta, quod a Deo impetraret totalem sanitatem pro ea; sed quod impetraret pro ea tantam sanitatem, et valetudinem corporis, quod posset ire ad ecclesiam ad divinum officium, et aliquando per monasterium hinc inde. Cujus precibus, et fide devota nec sedendo in marmoribus per unam noctem aliquam sensit læsionem, et accepit gratiam prædictam a B. Birgitta plenissime. Hæc omnia scripta sunt ab ore ipsius sororis.

*quæ Romæ* 22 In regione Columnæ, in parochia sanctæ Mariæ in Carrerio, domina Angela Lelli Petri Stephani habebat nepotem suum puerum, filium Cecchi Lelli, cum pessimo vulnere inter lumbos, et erat in maximo periculo mortis, et, requisi- B tis medicis, non adhibebatur remedium. Quæ recepit panniculum de vestibus B. Birgittæ, et ligavit eum super vulnus: mane autem facto, invenit sanum puerum, nec cicatricem invenit. Ceccholus Joannis Cimini in parochia S. Mariæ Rotundæ infirmabatur graviter tali modo, quod de vita a medicis desparatus est, et stetit tribus diebus sine loquela agens in extremis, nec confessionem, nec communionem acceperat. Audiens autem hæc avuncula sua domina Francisca Papazzura accepit de linteamine, quod fuerat dominæ Birgittæ, frusticulum, et ivit ad infirmum et facto voto ad sepulchrum dominæ Birgittæ, tetigit cum panniculo dictum semimortuum in facie et in corpore, et vocans eum, ipse statim respondit tribus vicibus, et fecit eum dicere Ave Maria coram astantibus. Postea vero cum adhuc plenam loquelam, et intellectum dictus ægrotus non haberet, domina prædicta rogavit fratrem Anselmum, qui portasset Legendam vitæ dominæ Birgittæ, ut cum ea tangeret infirmum. Quo tacto, loquelam plenam, et intellectum recuperavit infirmus, et statim confessionem, et communionem accepit, et sanatus est et vivit.

C 23 In regione Columnæ quidam puer, nomine *patrata fuerunt,* Antonius, filius Burii Capocii de Capociis de Urbe. superveniente sibi subito dolore in spatula, graviter infirmari cœpit et febricitari, adeo quod jacens in lectulo per seipsum moveri non poterat, sed alterius ministerio movebatur et regebatur, quem dolorem subsecutus est tumor in spatula. Quo sic crescente et rubescente, videbatur medicorum judicio secundum exteriorem apparentiam, quod ibi esset apostema profundissimum generatum, quod eo usque sub medicorum cura perductum est unctionibus et emplastris, ut determinaretur per medicos, in crastino incidi ferro debere. Hoc autem cum intelligeret avia ejus matrona domina Angela, uxor Lelli Petri Stephani de Urbe, commotis omnibus pro compassione visceribus ejus super futuro dolore ac imminenti periculo dicti nes potis, humano remedio desperato, convertit se toto corde ac mentis affectu ad B. Birgittam et ad B. Antonium, et maxime ad B. Birgittam, in cujus morte pro nimia devotione ipsius per ministerium famulæ suæ tum furtim, tum violenter habere procuraverat aliquantulum de vestimentis ejus, quod sibi cum devotione maxima D retinebat. Hæc autem domina Angela videns, sibi et dicto nepoti suo imminere tantum periculum, humiliter devovit se ad dictos Sanctos, et maxime ad beatam Birgittam, ut dignaretur suis meritis et oratione impetrare salutem, et liberationem dicti sui nepotis ab apostemate supradicto, ita ut incisionem ferro factam non sentiret; et ipsa facere deberet depingi figuram ejusdem B. Birgittæ, et ad ipsius laudem hoc miraculum facere prædicari. Et, hoc voto emisso, cepit illud modicum de vestimentis B. Birgittæ, quod habebat, et posuit ipsum super tumefactionem illius apostematis, quod ibi stare permisit per totam noctem.

24 In crastino vero advenientibus medicis, *enarrantur.* ut, sicut prius decreverant, inciderent apostema ipsum, inventum est ibi nihil penitus apparere de apostemate supradicto, sed ipsum apostema cum omni dolore prorsus abiisse, adeo ut puer ipse, admirantibus medicis et cunctis tunc astantibus, surgeret a lecto et peteret a parentibus velle ire ad ludendum cum pueris sibi coætaneis, ut solebat: quod videntes medici, E et tunc alii, qui astabant, deputaverunt hoc divino miraculo factum propter merita dictæ B. Birgittæ, in cujus devotione cœperunt omnes tunc in antea ferventius animari, et accendi. Post hæc filia dominæ præfatæ D. Angelæ nepotis *cum pateretur glandulam, et febricitaret *obundat* fortiter, et eo usque perventum esset, ut a medicis deliberaretur, glandulam ipsam ferro incidi, propterea mater ejus ex compassione filiæ recordata est miraculi supradicti, et mente recurrens ad beatam Birgittam recommendavit eam. Domina Catharina *d* uxor quondam domini Ca- *d* roli militis *e*, deposuit cum juramento, quod *e* filius suus Carolus nomine *f*, cum esset in te- *f* nera ætate constitutus morbum caducum patiebatur vehementer, et continue per duos annos, super quo ipsa mater plurimum anxia et tristis scripsit dominæ Birgittæ tunc Romæ commoranti, et supplicabat humiliter, quod pro parvulo suo Deum orasset. Tandem eadem domina Birgitta rescripsit et, quod super infirmitate illa amplius tristari, vel turbari non deberet, quod ulterius sibi nocitura non esset. Et hoc dicta Catharina suo juramento asseruit esse a Deo, quod F ipsa hora, qua littera scripta fuerat Romæ, eadem hora puer in Suetia omnino fuit ab illa infirmitate liberatus et sanus factus et adhuc perseverat in sanitate sua. Teste de isto miraculo, etc. Require in illa magna carta sigillata sigillis episcoporum, quæ ad Ananiam *g* venit de *g* Suetia *h*. *h*

## ANNOTATA.

a *In regione vulgo* Di Ponte.

b De margaritis *seu* de unionibus.

c *Videtur hic indicari species aliqua ulceris.*

d *Catilli Glysingii filia, Caroli*, S. Birgittæ *filii, uxor tertia.*

e *Filii* S. Birgittæ, *ut mox dixi.*

f *De quo vide dicta num.* 83 *Comment. prævii.*

g *Civitatem episcopalem in Campania Romana.*

h *Quamquam nullum ex his miraculis Nolæ contigerit, retinere tamen titulum volui, quem illis præfixit Hormann; qui Nolani miraculi nomine id intellexit, quod proxime sequitur part.* 4. *factum quidem in muliere Nolana, sed Neapoli.*

PARS

A

# PARS IV.

## *Miracula aliquot ex Nicolai Ursini, comitis Nolani, epistola ad Alphonsum Giennensem olim episcopum.*

*Feminam Nolanam,*

Reverende Pater, in die, et in ecclesia beati Joannis ante Portam Latinam, cum Deus

* utrique

uterque * nostrum permiserit illuc pergi *,

* pergere

et de sanctæ memoriæ domina Birgitta habere colloquium, a me tua paternitas quæsivit, si ex familiari notitia, quam ipsius Dominæ habueramus, recordabar aliquod percepisse miraculum, cum summus Antistes velit de ipsius Dominæ vita, et gestis, et si per eam Deus aliquod pro-

B digium demonstravit, habere testimonium fide dignum, ut, si reperiret, prout plurimorum fama testatur, Sanctarum adscribat Cathalogo fœminarum; moxque ad reminiscentiam me reducens ad memoriam redierunt tria de eadem Domina valde miranda, et, ut ita dicam verius, prophetica et stupenda. Quorum unum, si verum fateor, tu, qui interrogator, pater, es testis. Cum enim eadem Domina proposuisset sepulchrum Domini visitare, ut perrexit Neapolim, cum qua etiam tu, pater, ivisti, ego illic eodem tempore cum convenirem ipsam, teque viderem, humilitati tuæ placuit pergere mecum Nolam *a*, et Sanctorum ecclesias, et tumulos Felicis *b* episcopi et martyris, et præsulis Paulini confessoris *c* visitare. Cumque in æde pariter loqueremur de licitis, meæ memoriæ affuit terribile quoddam, quod in eadem mea civitate Nolana tunc immundus spiritus exercebat, quod ad tuæ paternitatis reducam memoriam, et per ordinem enarrabo.

*a*

*b*

*c*

*a dæmone*

26 Mulier quædam vidua, Pizcolella nomine, uxor quondam epizobi meæ curiæ servientis, bonæ famæ, ætatis provectæ, nequaquam formosa, per hunc modum immundus spiritus quasi omni

C nocte eam agitabat : cum opprimebatur a somno, repente vir quidam fortis, et magnus irruebat in ipsam, eamque opprimens virili actu coibat. Itaque signa omnia, quæ in hac vili materia post factum remanent, apparebant. Eratque spiritus ille tangibilis secundum judicium mulieris, sed eum minime cognoscere poterat, cum lumen semper ante coitum extingueret. Cœpit mulier de aliquibus vicinis plurimum suspicari, loquebatur ipsa, interponebat amicos, ut cessaret a sua molestia, et actu illicito : de quo ipsa credebat; per attestationes veridicas, et excusationes multas juramento vallatas se quilibet excusabat. Cœpit mulier fortius firmare ostia, vicinas vocare matronas, ut de nocte secum assisterent, et prohiberent violentiam, et cognosce-

* an cognoscerent ?

re * illatorem. Quibus pariter vigilantibus, cum somnus eas opprimeret, accidebat ut prius. Ipsa enim credens, muliebrem sexum non esse ad sui defensam idoneum, generum juvenem aptum, advocavit in domum, et cum filia invicem decumbebat. Vir somno fortius resistebat, et mulieres etiam cogebat vigilare, ita quod noctem quodammodo totam transibant insomnem. Et ut spiritus nequam se ostenderet omnibus fortiorem, cum strepitu intrabat in domum, extinguebat lumen, in omnibus inducebat terrorem etiam et soporem, quibus lecto humi prostratis, coibat ex solito.

A. Niccolao Ursino.

27 Cœpit mulier cognoscere immundi spiritus esse negotium, se convertit ad Deum, pluries fuit confessa, recepit etiam Corpus Christi; nec ob hoc sathanas destitit eam vexare, et quia mulieres, quod cupiunt, de facili credunt, ad aliquorum suggestionem se convertit ad incantationes, et magis patiebatur, portabat characteres, et faciebat alia, quæ suggerebant ei fallaciter arioli, et inter alios presbyter quidam nomine Raymundus de Castro Lauri Nolan. Diœces., qui in vetita arte illa dicebatur expertus, et tribuit quoddam breve characteribus figuratum, quod inter comas capillorum mulieris stricte ligavit. Et ut efficeretur credula, et per consequens damnaretur, cœpit spiritus rarius eam vexare, sed nequaquam extitit, ut mulier optabat. Et quoniam mulier ipsa diu fuerat mihi honesta familiaritate conjuncta, credens me sapientiorem esse, quam sim, detexit cum lacrymis, et sin- E gultu casus suæ miseriæ detestando. Fui territus, et admiratus; quid consilii, quid auxilii exhibere non valens, cum paternitate tua, quæ Nolam tunc aderat, contuli de novitate sceleris. et miseria mulieris.

*fœde vexatam,*

28 Super hoc, si memineris, fuit sermo pro- *liberat* lixus, tandem ad hospitium meum, ubi eras, accersiri feci illico mulierem : retulit, ut prædixi. Consuluisti, et optime, quod Neapolim pergeret, et prælibatæ dominæ Brigittæ suffragia peteret, Tuncque ad eam cum pater esset reversus, mulier præfata cum lacrymis dominæ sanctæ detegit factum suum, ut mihi postea retulit. Primo ipsa Domina sancta ab ea petiit, si super se habebat aliquod arte magica compilatum? Negavit ex toto. Respondit Domina, quæ divina gratia multa sciebat, Nequaquam est ita : sed inter capillos habes, quæ non licet Christiano portare. Stupefacta mulier confessa est mendacium protulisse. Abjecit fascinum. Mandavit ei ut confiteretur, et veraciter pœniteret, ac mane sequenti reciperet Corpus Christi. Domina sancta indixit jejunium, oravit ad Deum. Audita missa, et communione recepta, ulterius minime fuit illa mulier vexata, de quo gratias egit Deo, et fuit F Nolæ reversa cum gaudio, quæ Neapolim accesserat cum mœrore. Si in presentia Dominæ sæpe dictæ aliquod plus gestum extitit, quod mulier nescivit forte referre, tua paternitas scire debet, potestque addere, ut, tua conscientia testante, videbitur.

29 Enarro aliud, cujus ego ipse sum testis; cum sancta Domina prælibata ad Montem-Flasconem *d* pergeret, ubi sanctæ memoriæ Urbanus Papa V cum sua curia residebat, pro obtinenda confirmatione cujusdam suæ Regulæ *e*, seu formæ vivendi in quodam monasterio in partibus Suetiæ per ipsam Dominam tunc inchoato *f*, meque oratorem misisset ad Papam pro audientia obtinenda, qua habita, ad Antistitem perreximus pariter, ipsaque supplicavit humiliter, pro quo dixit subjungens, se gratiam habituram, cum a quindecim annis ipsum Antistitem expectasset in Urbe, quo tempore ipse Papa erat abbas cujusdam monasterii parvi *g*, et de ipsius promotione ad Apostolicam Sedem nullatenus sperabatur. Hoc quidem propheticum magnum fuit, quod dixisset post factum :

*Pontificis in Urbem reditum prædicit,*

*d*

*e*

*f*

*g*

nam

A. Nicolao Ursino.

nam ab ore ejus nullum procedebat mendacium in conspectu Christi Vicarii, et tantæ jactantiæ non commisisset peccatum. Ex auditu aliud referam, quod etiam credo verum : postquam Domina supradicta de Sepulchro Domini rediit, et suus pater spiritualis pariter cum eadem, et, ut nosti melius, Neapolim diu stetit, Robertus primogenitus meus cœpit ipsam Dominam familiariter visitare, et habens cum ipsa colloquium
h de domino nostro Urbano VI *h* Papa præsente,
* ipsa qui in Avenione degebat, ipse * ei dicere hahuit : Roberte, sis certus, quod ipsum Romanum Pontificem videbis in Roma, verbis immemor non existens, quia credulus fuit: transierunt anni circiter quinque, et, ut nosti, Papa venit ad Urbem *i*, et dum ad monasterii sancti Pauli *k* equitaret, ut ingrederetur Romam *l*, dictus Robertus primus deputatus, ut Papam visitaret, recordatus verborum Dominæ antedictæ et se vertens ad Præsulem ait : Nunc vere cognosco, quod domina Birgitta protulit mihi verum, et non solum, quod vos in Urbe videam, sed etiam vos
B conduco. Sic hoc protulit dictus Robertus summo Antistiti.

*et in sublime elevata apparet.*

30 Cum magis notis referre intenderem, quod proferendum fuit, ultimo loco describo. Nonne memor es, pater, quod, dum existentibus nobis pariter in Perusia *m* et etiam in Tuderto *n*, de hac alma Domina miranda narrabas, et præcipue de eo, quod tibi retulerat Joannes de Pornacio ob Christi amorem pauper, quod quadam die, si bene recolo, a te et a me ipse adjuratus, astrictus causa obedientiæ protulit, quod, aliquibus tunc annis elapsis, dum Lateranensem ecclesiam visitaret apud Coliseum *o*, obviam habuit Dominam prælibatam, quam intuens splendidissimi radii circumquaque caput ejus et corpus per modum, quo a sole procedunt, cum bene intueretur, exibant, efficacius in ipsa respiciens, et figens gressus, non quod solum hæc visio perduraret, immo elevata a terra ipsam vehi, non meare, perspexit, a quo autem videre non potuit. Post eam etiam intuens, æque radii a capitis tergo fulgebant, et, ne esset de visione dubius, iterum permisit Dominus illud idem ipsum videre, nam, cum Domina ipsa esset in via, qua a sancta Maria Majori ad Sanctam Crucem in
C Jerusalem itur, obvius fuit ei ipse Joannes, qui radiantem vidit eam ut supra.

Suprascripta, quæ ego Nicolaus de Ursinis ore protuli, ad fidem manu propria hæc subscripsi.

ANNOTATA.

a *Civitatem episcopalem in Campania Felici.*
b *Inscribitur Martyrologio Romano ad diem* 15 *Novembris.*
c *Colitur Nolæ* 22 *Junii.*
d *In patrimonio S. Petri.*
e *Anno* 1370, *mense Julio.*
f *Vastenensi.*
g *S. Germani Autissiodorensis in Gallia.*
h *Imo Gregorio XI.*
i *Anno* 1377, *mense Januario.*
k *Extra muros Romæ inter viam Ostiensem et Tyberim.*
l *Idem de Gregorio XI legitur in Vita ejus prima apud Baluzium col.* 438 *his verbis* : Demum abinde *(Corneto)* discedens navigando intravit fauces Tyberis et die XVII mensis Januarii anni Domini MCCCLXXVII ingressus est Romam equitando de S. Paulo, ubi ad terram de navigio descenderat, usque ad S. Petrum. D
m *Civitate episcopali Italiæ in Umbria.*
n *Altera civitate episcopali in eadem Umbria.*
o *In regione Urbis, vulgo dicta* Di Campitelli.

# PARS V.

## Auctoribus monachis Vastenensibus.

### *Alia quædam miracula in Suecia facta.*

*Reliquias suas in Sueciam transferentes adversus latrones*

Cum de Bruma *a* civitate pergentes hospitaremur in oppidulo quodam, aliqui, sub specie peregrinorum explorantes nos, indicaverunt his, qui fuerant in castro Ekarslahof *b*, quorum quidam more suo latrocinia exercentes, exierunt summo mane cum optimis equis, paratis balistis. Et cum ipsi essent in summitate montis, nos vero in descensu, transierunt prope nos quasi ad jactum lapidis, et pertranseuntes nos ad oppidum vicinissimum, ut melius viderent nos, antequam veniremus ad loca tutiora. Cumque sequenti die homines armati venissent sequentes currus suos, quæsierunt ab eis, ubinam essent peregrini illi divites cum equis multis, et saccis oneratis auro transeuntes? Responderunt illi : Transierunt, inquiunt, et jam sunt in securitate. Qui admirantes et confusi redierunt ad castrum. Tunc ipsa nocte revelatum est cuidam per dictam beatam Birgittam, quæ dixit : Vidistis illos multos armatos equites hodie? Et ipse ait : Vidi, Domina. Cui respondit : Ego, inquit, virtute Dei excæcavi eos, ut non nocerent vobis, nec impedirent viam vestram, sicut proponebant.

*a*
*b*

*et belli pericula tutatur,*

32 Cum diverteremus ad monasterium, quod vocatur Claravallis *c*, regni Poloniæ causa audiendi Missas, mulier, quæ diu laborabat in partu mox ut reliquiæ beatæ Birgittæ domum mulieris ingressæ sunt, peperit et ab omni periculo liberata est. Cum adhuc essemus in mari F inter Alemanniam et Suetiam, dubitantes propter bellorum pericula eidem regno Suetiæ undique ingruentium, ad quem portum applicaremus *d*, tum modicum post meridiem apparuit stella quasi candidissima e cœlo, quam primum vidit quidam puer octo annorum, innocens et infirmus, et postea omnes in navi, cunctis admirantibus et dicentibus, se numquam hora diei, sole claro, splendentem vidisse stellam, quæ usque ad portum non præcognita * navem * præcognitum præcedebat, et sic disparuit. Tunc nocte sequenti cuidam de nostris dictum est : Stella, quam heri vidisti navem præcedentem et portum vobis ostendentem, est dilecta sponsa Christi Birgitta, cujus fama, quasi stella, paulatim præcedet, donec sicut sol illuminet totum mundum. Quidam infirmitate lateris fere XX annis firmissime laborabat, qui etiam beatam Birgittam corporali visu Romæ viderat. Hic, audito, quod jam defuncta esset, rogavit eam, ut suis precibus ipsius angustiæ subveniret. Quo facto, homo subito curatus est, et coram multis recognovit

*c*

*d*

A gnovit et publicavit gratiam sibi factam.

*sacrilegam,* 33 Quidam in noctibus frequenter vexabatur a diabolo, ita quod multoties extraheretur a lecto; in sui auxilium hic beatam Birgittam invocabat, promittens, omni die ad honorem ipsius legere decies Pater noster, qui a vexatione, qua diu dolorose afflictus est, ipsius meritis est salvatus. Fœmina quædam cum communicasset die Paschæ, recepit de ore suo Corpus Christi, et ligavit in vitta sua, ut daret ad liberandum * hoc cuidam viro, quem male concupivit, ita ut eundem, sic æstimans, ad amplexus illicitos alliceret; et, cum nihil proficeret, accepit secundario Corpus Christi, et sicut prius in vitta sua reposuit, ut applicaret illud ad opus nepharium, quod illico disparuit, ita quod de eodem quidem nullæ reliquiæ remanerent. Post hæc fœmina illa in decem annis numquam vidit Corpus Domini in ecclesia, nec umquam, quando erat in ecclesia, legere poterat unum Pater noster. Sed extra ecclesiam aliqualiter legere potuit. Quæ taliter stetit in peccato suo multo tempore, nulli ausa suum

* *an* libandum?

B facinus confiteri. Hæc cum audisset, reliquias beatæ Birgittæ venisse in partes Suetiæ, rogavit humiliter, ut sui misereri dignaretur, et voto peregrinationis ad dictas reliquias completo, mox ut tetigit pallium illis reliquiis suppositum, resoluta est in lacrymis, et consurgens confessa est omne malum suum. Facta vero confessione, et videre potuit Corpus Christi, et persistere in ecclesia sine tædio ad orandum.

*et veterem peccatorem ad pœnitentiam adduxit, sensibus,* 34 Quidam in XL annis nunquam confessus est, qui, audita fama dominæ Birgittæ, veniens ad confessionem coram religioso dixit, se nihil peccasse. Cui frater: Nec ego te absolvo. Ille igitur secundo venit, et dixit, se nihil egisse mali. Tunc volens surgere vidit diabolum in figura teterrima, a cujus visu volens fugere, cecidit in terram quasi mortuus, nihil loquens, sed tacens quasi per dimidiam horam. Postea vidit Dominam pulcherrimam, vestibus deauratis indutam, dicentem sibi: O homo male infirmus es. Et ille: Vere ita est. Cui Domina: Vade ad reliquias Birgittæ meæ, ibi medicina est. Ego enim, quæ loquor tibi, sum Mater misericordiæ. Surgens igitur homo omnia peccata sua confessus est, quæ a juventute sua operatus est,

C gratias agens Deo et precibus dominæ Birgittæ se commendans. Mulier quædam reputans vana et frivola, quæ de domina Birgitta dicebantur, et quædam inconvenientia ore evomens perdidit sensum. Rediens igitur vir suus domum, et audiens, eam extra sensum, vovit se et cum uxore sua reliquias dominæ Birgittæ visitare; et, modico intervallo interjecto, curata est mulier, et ambo votum suum magna devotione impleverunt. Quadam nocte cum multitudo maxima, quæ reliquias sequebatur, in quodam magno prato requiesceret in tentoriis, puer quidam mutus novem annorum propter pluviam ponebatur sub feretro reliquiarum, ubi usum loquendi recepit, personis testantibus fide dignis.

*visu, manuum pedumque, linguæ usu destitutos, et graviter* 35 Quidam multum sæcularis in spiritu vidit beatam Birgittam, dicentem sibi: Sequere me: ego tibi monstrabo viam: qui evigilans compunctus est. Duo cæci, quorum unus a nativitate, alter per octo annos cum cæcus fuisset, videntibus omnibus, qui aderant, sanati sunt in monasterio Vuatzsteno in festo S. Petri ad Vincula. Quidam contractis manibus et pedibus et a multis notus ibidem eodem die sanatus est. Filius cujusdam de civitate Arosien. *e* novem diebus sic erat, quod mamillas matris sugere non poterat, qui, cum jam morti proximus esset, exeunte matre præ tristitia, illi, qui intus erant, voverunt votum dominæ Birgittæ. Quo facto, puer statim convaluit, et matris ubera sugens portatus fuit Vuatsten per VII dietas. Quidam de Arosien. civitate novem annis epilepticus fuerat, et quasi omni die ter passus fuerat. Pater ejus pro eo votum vovit ad dictas reliquias et sanatus est. Vir quidam cæcus et una mulier etiam in Vuatzsteno illuminati sunt eo tempore. Mutus etiam quidam eo tempore loquendi officium, quod diu amiserat, recuperavit. Vir quidam sæcularis et nobilis ab inimicis lancea perforatus, ita quod ferrum lanceæ et magna pars ligni per pectus intravit, et per spondile dorsi exiens magnum frusticulum de pulmone secum extraxit; hic jam, cum ab inimicis insequeretur, cogitabat secum: Si verum est, quod audio de beata Birgitta, promitto, me limina ejus visiturum, vitam meam correcturum, et vestes humiles portaturum, et statim ascendens equum evasit, et infra quatuordecim septimanas contra E spem omnium mirabiliter sanatus, et de Vesgocia usque Vuatzstenum pedester ivit, et reliquias suas visitavit.

AA. MONN. VASTENENSIBUS.] *e*

*vulneratos sanat, naufragium depellit, jactæ* 36 Alius erat nobilis vulneratus, qui nullo modo per medicum longo tempore poterat curari: nam, quando curatus videbatur, iterum vulnera aperiebantur et putruerunt. Hic votum vovit ad dictas reliquias, et infra paucos dies plene et perfecte sanatus est. Quidam navigio transeuntes ad nundinas S. Botvidi *f* in superiori Suetiæ parte, adveniente gravissima tempestate, jactati sunt, ita ut nimis ex procellarum impulsibus navis crepuit, et aqua implebatur. Qui quasi nihil aliud, quam submersionem expectantes dominæ Birgittæ devote implorabant auxilium, et mox quasi quadam manu navis levata est, et quadam procella in terram jactata, qui tandem cognoscentes se unum puerum periisse *, flexis genibus eamdem dominam Birgittam humiliter exclamabant, et statim una procella puerum jactavit sanum et illæsum. Et hi, qui in navi fuerunt, ad monasterium Vuatzstenum venire properabant, laudantes Christi gloriam, qui per eamdem dominam tot et tanta miracula operari dignatus est, nobis F cum gaudio talia referentes. Vir quidam in parochia Uretum *g* blasphemans dominam Birgittam, ita et adeo subito correptus est, ut crura ipsius continuo frangerentur. Cuidam etiam moniali ipsam blasphemanti eodem modo accidit.

*f*

* perdidisse

*g*

*in eam blasphemiæ puniuntur hydropicum, mutam, a dæmone obsessam, et ægram curat:* 37 Hydropicus quidam de superioribus partibus Suetiæ, cujus pedes et manus in tantum tumuerunt, ut secundus Job videretur, hic votum vovit, ut vigiliam dominæ Birgittæ, si sciret diem obitus sui, jejunaret, et tanta facilitate curatus est, ut omnes mirarenter. Quidam blasphemando verba Dei, quæ spiritus Dei loquebatur ad dominam Birgittam, arreptus est subito tanta infirmitate, quod se nec ad dexteram, nec ad sinistram movere poterat, et tanto tædio affectus est, ut etiam sibi immittere vellet manum propriam ad extinguendam vitam. Cui persona reverendo habitu apparens dixit: Extende linguam et curaberis. Ego enim sum illa, quam blasphemasti; et extendens homo linguam, recepit quamdam unctionem, qui evigilans curatus est, et ab illa infirmitate et a tentatione liberatus. Muta quædam mulier veniens ad dictas reliquias usum loquendi recepit et ad propria remeavit

AA. MONN. VASTENSIBUS,

remeavit cum gaudio. Mulier arrepta a dæm et intolerabiliter vexata, verbaque inepta proferens, populi multitudine præsente, est curata. Domina quædam nobilissima constricta erat tanta infirmitate, ut, quoties se vertere vellet, per trabem funibus se, aut alio adjutorio relevaret, quæ audiens, reliquias advenisse, et tentans ire pedibus, quantumcumque male haberet, surrexit, ut iret, et tanta felicitate ivit, quod nec sensit solitam infirmitatem, nec adjutorium requirebat, quæ posteo easdem reliquias in Vuatzsteno alacriter visitabat.

*reum suspendio, equum fluxu sanguinis e naribus, pauperem tibia contracta, semimortuam,*

38 Quidam in parochia Salia Arosien. diœc. bis suspensus votum fecit dominæ Birgittæ et in secundo suspendio ejus meritis est liberatus. De naribus caballi cujusdam familiaris Enakenborth fluxit sanguis continue pluribus diebus ita, quod non fuit spes de vita sua, cujus possessor vovit in honorem beatæ Birgittæ formam capitis equini de cera; quo facto, statim cessavit fluxus sanguinis, et equus perfecte curatus est, et possessor votum complevit. Vir quidam pauper in Vesgocia *h*, cum inscinderet carpenta, incaute cum securi fidit genu suum, et, licet a medi- B cis vulnus consolidatum esset, tibia tamen miserabiliter contracta remansit : qui audiens famam dominæ Birgittæ vovit, quod visitaret ejus reliquias cum oblatione pecuniæ, quam habebat, et hoc non perfecit. Vovit iterum oblationem ceræ, nec hoc perfecit. Vovit se in Vuatzsteno per octo dies in honorem ejus laboraturum, si suis meritis sanaretur, et statim sine omni dolore nocte sequenti tibiam extendit, et perfecte se sanatum invenit, et ad Vuatzstenum veniens devote votum suum complevit. Uxor Alani Joannis, Benedicta nomine, in tantum infirma, quod, omnibus membris jam mortuis, in solo pectore ad vitales spiritus palpitaretur; vovit, prout potuit, quod dominam Birgittam cum oblatione sua, si Deus sibi suis meritis vitam concederet, visitaret. Quo facto, statim sensit vitales spiritus paulatim ad singula membra redire, sicut eos prius ab ipsius membris paulatim senserat discessisse.

*h*

*et epilepticam morbo liberat, puero vitam reddit, et naufragos servat :*

39 Mulier quædam in Salaa Arosien. diœc. habens filiam quatuordecim annorum, quæ a quarto nativitatis suæ anno morbo epileptico tam graviter laborabat, quod tredecim vicibus in terram cadens et spumans miserabiliter affligebatur die quolibet, vovit pro filia, quod una C secum dominam Birgittam peregre visitaret, si suis meritis sanaretur, et statim sine mora est filia ejus sanata, et tam mater, quam filia Vuatzsteno venientes devotissime votum suum perfecerunt. In parochia Fialansbro Arosien. diœc. infans quidam septem septimanarum per duodecim dies infirmatus, tandem ab omnibus est mortuus per unius horæ spatium judicatus, cujus parentes cum lachrymis dominæ Birgittæ auxilium pro infante mortuo implorabant; et statim infans revixit, et parentes cum suis oblationibus Vuatzstenum, sicut voverant, pervenerunt. Cum jam in autumno plures naves periclitarentur apud Malotranda, apparuit domina Birgitta cuidam in una illarum navium dicens sibi : Vis evadere periculum mortis? Et ille : O Domina libentissime. Tunc illa : Promitte, quod limina mea in Vuatzsteno visitabis. Et ille : Promitto. Quo facto, omnes de illa navi ad terram salvi venerunt, quamvis navis in partes minutissimas frangeretur, et omnes de aliis navibus mergerentur. Sed quod iste ingratus, quod voverat, perficere distulisset, iterum D apparuit sibi Domina dicens : Miser, non consideras gravissimam tentationem, quam pateris. Ille namque in quinque annis præcedentibus nunquam potuit nominare istud nomen MARIA. Et dixit ei domina Birgitta : Ab ista tentatione nunquam liberaberis, donec in Vuatzsteno mea limina visitabis. Quod ille statim cum magna devotione perficiens et a tentatione liberatus est, et benedictum nomen Mariæ clare et absolute nominans atque laudans.

*diutinum brachii dolorem tollit, navis incendium extinguit,*

40 Mulier quædam prope Alvastrum *i* monasterium Ordinis Cistercien. pauper in peculio, sed dives vita pura decem annis cum dimidio continue in dextero brachio dolorem gravissimum est perpessa, quæ invocans dominam Birgittam vidit eam in habitu et dispositione, sicut eam prius pluries viderat in dicto monasterio Alvastro, dum ibi moram fecerat adhuc vivens, quæ dixit sibi : Tu rogas me pro recuperanda sanitate. Roges potius Deum, qui hoc et omnia potest. Libenter juvabo te rogando tecum, et certa sum, quod Deus exaudiet nos. Et, hoc dicto, mulier ab omni dolore liberata est. Et modicum post, cum dicta mulier quadam nocte pro pace E et reformatione status regni Suetiæ devote Dominum exoraret, iterum apparuit ei domina Birgitta in habitu et dispositione, quibus supra, dicens ei : Propter multa gravia peccata in hoc regno impunita Deus extendet super regnum virgam suam : et ecce misericordia aperta est omnibus se humiliantibus, qui pauci sunt. Adhuc superest induratis gravis afflictio iræ Dei. Quidam de Lincopen. civitate *k*, ex *k* Aquisgrano *l* sua peregrinatione secundum vo- *l* tum peracta, in mari constituti ad propria revertendi spem habuerunt. Navim, in qua erant, inter procellas reluctantem ignis fulminis in summitate mali protinus incendebat. Qui periculum mortis evadere diffidentes genibus flexis auxilium Dei et B. Birgittæ cum lacrymarum suspiriis implorabant omnes in navi una voce voventes, reliquias suas in Vuatzsteno visitaturos, si petitionum suarum celerem consequerentur effectum. Hoc facto, quasi per manum alicujus fuit fulminis incendium in mare projectum. Illi de tanto periculo liberati, dum ad portum desideratum applicuissent, ad Vuatzstenum devo- F tionis causa transierunt dominæ Birgittæ. tamquam benemeritæ, laudem et gloriam referendo.

*binos mortuos,*

41 Mulier quædam in partu laborans tantum gravamen perpessa fuit, ut infans in utero matris moriebatur, pro qua votum factum erat, ut, sanitate sibi reddita, statim ad Vuatzstenum vaderet : facto vero voto, mulier ad se rediens peperit, et infans revixit. Restitutus quidam, in parochia Singuntun Arosien. diœc. *m* commo- *m* rans, qui a parentibus uxoris suæ sæpius arguebatur (nam dixerunt, eam ab eo exosam haberi et suspectam; verum fuit, quod eam jugiter verberibus afflixit) nocte quadam, cum sana eum eo dormitum ivisset, morte subitanea juxta eum jacens exspiravit. Mane autem facto, ipse uxorem suam defunctam inveniens, Deum et dominam Birgittam cum magnis lacrymarum singultibus in loco secreto suppliciter exorabat, ut ipse suæ mortis innocens ab uxoris suæ parentibus posset evadere sine damno. Parentes vero ejus et vicini ad tantæ tristitiæ spectaculum occurentes et credentes, eum esse auctorem suæ necis, funus ad feretrum posuerunt, mortem ejus amarissime dolentes. Dum autem

vir

A vir pro vita ejus, et ut expers sinistræ suspicationis fieri posset, in orationibus suis procubuit. Ipsa vitæ restituta, modicum se erigens, sororem suam viva voce sic affata fuit : Soror mea, ad quid venisti huc? Et se circumspiciens, a plurimis amicis suis circumstantibus causam adventus eorum interrogavit. Illi vero asserebant, morte ejus percepta, se venisse. At illa, oculis in cœlum elevatis, sic dicitur respondisse : Laus et gloria sit omnipotenti Deo et gloriosæ dominæ Birgittæ, cujus precibus pristinæ vitæ ad tempus merui restitui. Vir autem suus, ipsam audiens vivam, celeri gradu accessit ad eam, flexis genibus humiliter deprecans, ut ipsa, parentibus suis audientibus, palam insinuaret, si ipse mortis suæ causa extitisset.

*ad vitam revocat; puer pustulis, mulier incontinentia laborans,*

42 At illa negavit dicens : Non, sed secundum voluntatem Dei hoc factum est, ut ostenderetur immensa Christi charitas, qua sponsam suam Birgittam amplecti dignatus est, cujus interventionibus in brevi de hac valle miseriæ disjungi debeam; et statim sibi sacerdotem vocari petiit propter Deum. Quo veniente et facta confessione, perceptaque Eucharistia et extrema Unctione, ut vera Christiana, suum spiritum in
B manus Domini commendavit, marito suo a sinistræ suspicationis opprobrio liberato, et pluribus præsens miraculum audientibus, Deum pro sua magna gratia laudaverunt, et dominæ Birgittæ limina se visitaturos, cum magna devotione promiserunt. Puer quidam pustularum patiens infirmitatem, jam extremum spiritum agere videbatur, pro quo mater et parentes voverunt, visitare locum Vuazstenum cum oblationibus, et statim puer convalens sanatus est. Domina quædam, vitio incontinentiæ laborans, quadam nocte rapta in spiritu vidit diabolum in figura horribili dicentem : Numquid tu credis, quod homo in terris peccata dimittit? Mihi utique data es et tecum descendam in infernum. Dominæ utique illi ultra modum turbatæ apparuit persona miræ pulchritudinis dicens : Dic diabolo, Misericordia Dei omnibus aperta est, ideo adjutorio Dei nolo peccare amplius, propterea nil tibi mecum est. Quo dicto, diabolus clamans dixit : Væ mihi, quia utique perdo jus meum, et jam incipit augeri
C invidia mea et miseria mea. Evigilans itaque domina vidit in visu personam mire fulgentem sicut prius, quæ dixit : Ego sum Birgitta, quæ de Roma veni. Confortare et esto stabilis. Ego enim, quod sic placet Deo, adjuvabo te in tentationibus tuis futuris.

*graviter læsus, puer obsessus, in aquam lapsus;*

43 Quidam nobilis fugiens inimicos suos transfixus est in pectore ita, ut de vita ejus desperaretur, quod non minimum exibat de sanguine vulneris. Transactis aliquibus diebus, votum vovit ad Vuatzstenum, et statim cœpit sanguis fluere de vulnere et paucis diebus sine medicamento sanatus est. Quidam puer septennis novem vicibus arreptus est die quolibet a dæmonio, quem mater vovit ad Vuatzstenum cum oblationibus, et veniens non sine admiratione omnium est curatus. Vir quidam in superioribus partibus Suetiæ, attædiatus de vita, multis vicibus tentabat seipsum strangulare, cujus uxor vovit eum ad Vuatzstenum cum oblatione. Igitur eodem die, quo tentabat ire, ut adimpleret votum suum, percusslt se in tibia securi, de qua infirmitate decubuit aliquibus septimanis; cumque jam mulier surrexissit, ut adaquaret gregem suum, in glacie cecidit in aperturam, quæ aperta fuerat pro adaquando grege, et ibi in aqua jacuit quasi per horas quatuor, donec uxor et filius et plures eum extraxerunt ab aqua, qui portatus ad domum nihil omnino recepit de aqua in corpus suum, nec infirmatus est, nisi quod frigus de glacie et hyeme patiebatur : dixit enim, quod Domina quædam posuit super eum mantellum suum dicens : Ego te juvabo, donec venies ad locum meum Vuatzstenum. Igitur vir ille implevit, quod promisit.

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

*mortui item aliquot*

44 Quidam in parochia Felkare Arosien. dicec., surgente mane uxore sua pro opere necessario agendo, requiescebat in lecto cum duobus filiis parvulis, qui ululatum horribilem subito emittentes mortui sunt, quorum membra ita livida, livoreque tumentia effecta sunt, acsi baculis læsa essent : quod videns patér lacrymis, singultibus in stubam *n* portavit, et eorum morte nimium anxiatus, ultra modum etiam pavidus, et * quasi interfector eorum ab aliquibus suspicaretur : mater vero puerorum plenam in dominam Birgittam habens fiduciam, eo quod audierat crebro famam miraculorum ejus, vovit pro altero dicens : O Domina reverenda, si reddideris mihi istum vivum, portabo eum ad locum E
tuum Vuatzstenum cum oblationibus; cujus spiritus statim cœpit in corpus paulatim intrare, sicut solet die mortis appropinquantis paulatim recedere. Unde mater exhilarata dixit : Laus omnipotenti Deo et tibi, o domina Birgitta. Jam vadam ad parochialem ecclesiam, faciamque in honore Dei cantare Missam. Postquam *, transactis fere tribus vel quatuor horis, mulier majorem concipiens fiduciam dixit : O Domina gloriosa, scio, quia potens es apud Altissimum, et istum adhuc jacentem mortuum reddere mihi vivum, sicut reddidisti alium. Qui statim eo modo, quo prior, vivificatus est. Hæc mulier cum multis vicinis suis circumstantibus in Carnisprivio venit Vuatzstenum, ostendens ibi dictos pueros coram multitudine populosa.

*n*

* ne

* postea

*ejus opem experiuntur : crus male affectum, et dolorem capitis sanat :*

45 Mulier quædam ex Ekmgia civitate Lincopen. peperit infantem in ultimo spiritu constitutum, qui et statim mortuus est. Unde mulier antedicta, nimio dolore afflicta, maxime quia infans sine baptismo decessit, cœpit cum omnibus F
circumstantibus se dominam Birgittam lacrymose rogare, ut proles sua tamdiu vitæ redderetur, quamdiu baptizaretur. Quo facto, non sine admiratione et congratulatione omnium circumstantium revixit infans et baptizatus est. Hæc mulier, aliquibus septimanis transactis, veniens Vuatzstenum et portans secum dictum infantem vivum et incolumem, omnipotentem Deum et B. Birgittam collaudavit pro gratia sibi facta, similitudinem infantis argenteam offerendo. Mulier quædam, fracto crure, dolorem vehementissimum passa est per dimidium annum : hæc in sui auxilium dominam Birgittam invocabat, et statim nocte sequenti, crure integro sanato, ab omni dolore liberata est, et, facto mane, surgens sana de filis lini, quæ secum habebat, paratam telam parvam texendo paravit, et pedibus suis expedite ambulans venit Vuatzstenum, et eamdem telam devote offerens, cum magna gratiarum actione sanationem suam publice recognovit. Civis quidam de civitate Stocholmen., habens vermem in aure, dolorem capitis gravissimum passus est per unum mensem : hic tandem

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

dem audiens, qualiter multi in suis miseriis per dominam Birgittam fulcirentur, vovit peregrinando videre ossa sua in Vuatzsteno collocata, et statim, excusso verme, aliquantulum sensit remedium, et veniens ad dictum locum Vuatzstenum coram confessore confessus est, se omnino tunc esse curatum, Deum in sua Famula magnifice collaudando.

*submergendum servat,*

46 Quidam equitans super glaciem, cum appropinquaret ex improviso juxta flumen propinquum, decidit, fracta glacie, in aquam cum equo, quem dum unda et cursus fluvii vehementer traheret, nec glaciem apprehendere valeret, venit ei in mentem vovere se ad limina dominæ Birgittæ et vitam suam correcturum, et, mirum dictu, statim equus traxit se ad partem glaciei et ita faciliter ascendit cum equo contra spem omnium, ac si manus hominum ipsum levassent. Illæsus igitur veniens ad terram, cum iter arripuisset ad domum dominæ Birgittæ, ipsa nocte apparuit ei Domina quædam habitu reverendo dicens : Cogitas venire ad domum meam, nihil proderit animæ tuæ, nisi corium, quo circumligata fuit lingua tua, solveris pura confessione. Qui ex verbis istis compunctus venit, et cum lacrymis totam vitam juventutis suæ confessus est. Nam quoddam horribile peccatum perpetraverat, quod statuit in corde suo nulli se aperire, antequam sciret, se moriturum. Attamen frequenter de aliis peccatis confitebatur, concludens isto modo confessionem : Peto, inquit, absolutionem de omnibus, quæ dixi, et etiam de his, quæ non dixi. Cum vero hoc peccatum diu celatum aperuisset, sensit mirabiliter se alleviatum : antea quippe tamquam gravissimo onere constrictus erat.

B

*amentem sui compotem facit, e partu laboranti adest, et mortuis denuo vitam reddit.*

47 Quidam in amentiam raptus est ita, ut omnino perdiderat sensum; cumque in oppido extra ecclesiam Lincopen. die nocteque gravaretur, et vix a multis teneri posset, dicens, quemdam hominem teterrimum stare ante se montem* ad sequendum eum, et multa inepta loquebatur. Famulus itaque istius vovit, ut, si dominus suus sensum obtineret, non solum visitaret domum dominæ Birgittæ, sed perpetuo ei cum suo domino se serviturum. Insuper quousque posset,

* monentem

C

inducere velle eum ad ejus amorem et honorem. Et sequenti nocte bene convaluit dicens : Multa loca pertransieram, multas personas teterrimas videram, sed inter alias vidi dominam Birgittam cum duobus comitantibus se loquentem. Facito, inquit, quod servus tuus promisit pro te, et proderit tibi super omnes thesauros. Qui complens votum, non solum in sensibus, sed et in anima est emundatus, abnegans omnes impietates et consuetudines vanas. Mulier de More Lincopen. diœc., cum novem diebus periclitaretur in partu, quæ* vovit multa et multa, sed nihil omnino profecit. Tandem voverunt multæ feminæ circumstantes, quod ipsa cum omni domo sua visitaret domum beatæ Birgittæ, et mox ad horam peperit tanta felicitate, quæ cum octo prius peperisset infantulos, nunquam tanta facilitate et levitate et columitate prius pariebat. Puer quidam mortuus plus, quam ad tres horas rigidus et frigidus jacebat. Cumque jam omnes flerent, mater votum vovit dominæ Birgittæ, quod, si puer revivisceret, non solum visitaret limina ejus, sed et ei perpetuo deserviret. Et statim, modico intervallo facto, puer, surrexit vivus. Quo facto, venit mater cum puero Vuatzstenum, et

* *abundat*

testimonio multorum fide dignorum ita factum esse, ostenderunt. Item consimilis gratia de alio puero narratur, qui longiori spatio temporum quasi ad succensionem unius magnæ candelæ jacens mortuus, facto voto ad dominam Birgittam, surrexit vivus.

D

ANNOTATA.

a Brinnum *seu* Bruna *Moraviæ oppidum hic indicari videtur, cum mox num. proxime seq. sistantur lectori* S. Birgittæ *exuviæ, in Sueciam transferendæ, primum in Polonia, dein vero in mari inter Alemanniam et Sueciam.*

b *Vide Annotata in cap.* 3, *lib.* 3 *Vitæ S. Catharinæ. a Bertholdo scriptæ, lit.* i.

c *Vide Annotata ibidem lit.* d.

d *Vide ibid. lit.* k.

e *Vide lit.* a *in Annotatis in part.* 1 *Miraculorum* S. Birgittæ.

f *Colitur secundo ab urbe Stockolmiensi milliari Sudermanniam versus.*

g *Pro hoc et similibus, quæ deinceps occurrent, locis minus notis vide Annotata in cap.* 1 *lib.* 3 *Vitæ* S. Birgittæ, *a Bertholdo scriptæ,* E *lit.* c.

h *Seu* Gothia Occidentali, *Sueciæ regione.*

i *Ad lacum* Vether *in Suecia.*

k *Vide lit.* a *in Annotatis in part.* 1.

l *Oppidum Germaniæ in circulo Westphaliæ.*

m *Vide lit.* a *in Annotatis in part.* 1.

n Hypocaustum.

# PARS VI.

## Auctoribus monachis Vastenensisibus.

## CAPUT I.

### *Miracula aliquot anno* MCCCLXXIV *patrata.*

F

*Præmisso*

Benedictus ergo Deus, et Pater Domini nostri Jesus Christi, pater misericordiarum et totius consolationis, qui miserabilis in famulis; etiam jam mundo senescente; fide vero bonis operibus approbata, fere ad occasum mundo tendente, in finem diligendo suos charitatem suam ostendere dignatus est, quique per placita sibi merita venerabilis Brigittæ de Suetia hæc supradicta miracula, et multa alia, quæ, ne legentes afficerent tædio, non sunt scripta omnia in libro hoc, operari dignatus est. Et [ob] hoc scripta sunt, ut credatis, quomodo hæc erat vera Dei famula, quam tam hujusmodi signis non immerito admirandis dignificaverat et quotidie dignificat, omni nationi, quæ sub cœlo est, digne colendam exhibet, quæ a primis juventutis suæ annis jugo servitutis suæ levissimo se subjecit : ita quod cum marito suo devote visitaret Romam, et Compostellam *a*, et multa alia loca, in quibus Sanctorum reliquiæ requiescunt, rediensque ad patriam ad continentiæ perfectionem adduxit eumdem, ut multis annis simul

*a*

A simul sine exactione, et redditione dibiti conjugalis viverent, jam adhuc ligata matrimonio, sobrietatem vidualem victu et vestitu præferebat, devotioque cordis ejus et orationum instantia magna in ea futuræ resignationis et gratiæ perfectionem præmonstrabant.

*revelationum,* 49 Cumque jam a lege viri soluta esset, bona sua hæredibus et pauperibus distribuens, et a mundi delectationibus et patriæ retinaculis parentumque solatiis se expediens, et ex jussu Christi ad Romam iter arripiens *b*, ipsum pauperem pauper sequens, nihil sibi nisi simplicissimum victum et vestitum a generis sui nobilitate *c* contemptibilem retinebat. Propter quod et ea, quæ omnem mundi consolationem abjecerat, mirandis consolationibus, gratiis et revelationibus est divinitus illustrata, sicut in libris Revelationum sibi cœlitus ostensarum lucidissime continetur. In quibus omnibus non suam, sed Dei gloriam quærens, latere quidem ob humilitatis custodiam maluisset, nisi quantum ad proximorum salutem prospexisset, et ideo Spiritus vel Christi potius sibi insuper apparitiones confessori suo *a* adhuc in corpore viventi, et B omnibus his, verum testimonium perhibentibus (scimus enim, et vere credimus, quia verum est testimonium ejus) manifestare jussa est, cui in spiritualibus humiliter obediens, omnia sibi divinitus ostensa non sine devotionis lacrymis revelavit. In quibus, inquam, Revelationibus ostenditur incomprehensibilis et inexcogitabilis Christi Dei et hominis pietatis charitativa dignatio.

*S. Birgittæ* 50 Atque hinc omnes propter preces et merita Matris misericordiæ Virginis Mariæ, Sanctorumque suorum ab æstu peccatorum et ad postulandum misericordiam placidissime convocantur. Unde Dominus, cui est proprium misereri semper et parcere, in his Revelationibus suam omnipotentiam suæ divinitatis in sublimitate maximæ miserationis indicat, ut inexcusabiles sint omnes, operante divino judicio, qui misericordiam tam leniter, tamque dulciter exhibitam contempserint: numquid non excusabiliter dignus est justitia divini judicii fieri *, qui tam dulcibus verbis et operibus, quam hujus apparitionis seriem continere * oblatam sibi contemnit admonitionem et respuit miserationem? Quapropter præparent omnes animos, et expandant voluntatum suarum C sinus, ut mensura misericordiæ bona, scilicet super meritum confecta, super speratum congitata, super desiderium et omnem cogitationem superfluens per mediatricem matrem Dei et hominis a Filio suo fonte omnis pietatis infundatur: nec suspicio ulla fallacis spiritus mentibus ista legentium obrepat: non enim credendum est, quod spiritus malignus vere justos decipiat, vel peccatores in melius convertat, vel charitatem, quam non habet, cordibus frigidis infundere queat, vel in aliquo gloriam Dei, cui invidet, promoveat.

** abundat*

** supple: videt, aut quid simile*

*factarum,* 51 Sicut enim impossibile est, quod spiritus veritatis loquatur mendacium, vel a justitia quemquam avertat, vel superbiam, vel invidiam cordibus sibi subditis inspiret, vel omnipotentis Dei contemptum adducat, et spiritui falsitatis oppositum * horum malorum propter inolitam ei malignitatem et nequitiam omnino sunt interdicta, et si forte quis hoc, vel aliquid horum bonorum spiritui maligno possibilia esse ad faciendum contendat; consequens est, quod opposito horum spiritui maligno, et sanato possibilia esse contendat, et veniat mendabilis *e* error, ut mala Deo et bona diabolo tribuantur, et justorum princeps et rectorum credatur diabolus; impiorum vero structor et investigator * Deus esse blasphemetur. Si quis autem Revelationibus, quæ a Jesu Christo et amantissima matre sua Maria Virgine sint misericorditer ostensæ, credere nequiverit vel noluerit, operibus ipsis credat. Ipsa enim opera testimonium perhibent, de cujus spiritu locuta sit vivens in corpore, quæ carne soluta tantis miraculis quotidie succurendo illustratur. Incredibile enim, imo impossibile esset, quod Deus secretorum cognitor, hanc tam mirabiliter dignificaret mortuam, si tanta, quæ in Revelationibus continentur, contra scientem omnia adinventione propria fingere præsumpsisset.

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

** an oppositа?*

** an instigator?*

*e*

*et miraculorum ejus encomio,* 52 Hæc autem miracula, quæ in hoc parvo volumine continentur, in quibus non est attendenda Latinitas, ruditas, nuditas, vel simplicitas, sed propter Dilectam sibi mirabiliter operantem amantissima charitas, immensa bonitas et suavissima benignitas; non solum nota sunt E venerabilibus patribus et dominis, videlicet domino Brigero archiepiscopo Upsalen. *f*, domino Thomæ episcopo Vexionen. *g*, domino Nicolao episcopo Scaren., domino Matthiæ, episcopo Arosiens. *h*, dominis canonicis Capituli Lincop., inclytis baronibus domino Amiglislom comiti Urknoënsi, Boëtio Joannis capitaneo Silanden., dominis Benedicto et Carolo consiliariis et militibus illustris regis Suetiæ, qui ad firmiorem evidentiam eadem vera et fide digna sigillorum appensione approbarunt; verum etiam toti fere communitati Suecorum regni antedicti, * pro recuperanda tam animæ, quam corporis sanitate ad dictum locum Vuastenum, ubi ossa ejusdem Dominæ quiescunt, catervatim quotidie confluunt, quæ per eam fiunt signorum magnalia cernere cupientes. Ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, cui est honor et gloria cum imperiali potentia per infinita sæcula sæculorum. Amen.

*f*

*g*

*h*

** supple: qui*

*adhæc litteris* 53 Benedictus Deus et pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum et totius consolationis, qui ad ædificationem et consolationem suorum in primis temporibus per servos F suos Prophetas fecit magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero, salutemque magnam in medio terræ, dum in Judæa tantum notus esset. Intrante vero tempore miserationis gentium, dedit hominibus scientiam Altissimus honorari in mirabilibus suis, in his curans, mitigabat doleres per mundi climata circumquaque, cum in omnem terram sonus prædicationis Apostolorum * procederet, manus suas extendens tunc in sufficientia ad sanitates et signa et prodigia fieri pro nomine sancti filii sui Jesu, quæ Suetia Borealis regio audita percipiens, suave jugum Domini sponte suscepit, evulsisque spinis perfidiæ et tribulis idololatriæ, ut vinea fructifera fructus justitiæ germinaret. Et hæc vinea, de tenebrosis idololatrantium Ægyptiorum ergastulis prælucente lumine, gratia Dei, translata, ejusque dextera firmis fidei radicibus plantata, nec non sedulis cœlestium dogmatum imbribus per doctores Catholicos *i* irrigata, licet aliquoties, raro tamen miraculorum in signis ad uberiorem virtutem perfectam fuisse dignoscitur illustrata.

*i*

AA. MONN. VASTENENSIBUS. *consignanda*

54 Unde in illa nonnulli devotis cupiebant affectibus hujusmodi calefieri, et ad amorem divinum ferventius accendi, ne Aquilo ille, a quo panditur omne malum super habitatores terræ, aliquos imbecilles ejus palmites gelu perfidiæ posset exurere, seu radices ejus extirpare. Quorum desideriis Dominator virtutum, qui cum tranquillitate judicat, et magna reverentia disponit omnia, benigniter accurrens ineffabili sua sapientia ad nos habitantes in his extremis terræ finibus, regno videlicet Sueciæ prædicto, attingendo invenit magni pretii mulierem, videlicet venerabilem et sanctæ memoriæ dominam Birgittam, virtutum armis contra vitia valde fortem, ut in illo libro de Vita ipsius plenius declaratur, et sibi revelando secreta cœlestia Sponsam suam et filiam suam creberrime nominatur *, ut in Libris Revelationum sibi viventi in corpore cœlitus ostensorum aptius edocetur. Et ne humanæ conditionis infirmitas nimis tarda ad credendum redderetur, quod Christus in cælo residens, loqui fœminæ in hac mortalitate degenti dignaretur, non cessat ejusdem Dei et
B Domini nostri Jesu Christi magnifica gloria Sponsam suam in omnibus circumquaque regnis magnificis, ut infra dicetur, miraculorum prodigiis illustrare, sic pie satisfaciens oculis suis videre mirabilia fieri affectantium; nec non evidenter ostendes, hanc se intime dilexisse, crebrisque et charitativis locutionibus consolatoriis, nec non admirandis revelationibus lætificasse viventem in corpore, ad cujus nominis invocationem in carne mortua, tam innumera signorum magnalia quotidie dignaretur ostendere.

* nominat

*Vastenenses monachi*

55 Quæ si omnia publicarentur, unius scriptoris, licet velocissimi sedulitas ea colligere et conscribere non valeret. Igitur ad hoc, ut a pueris devotis magnificentiæ divinæ laudabile nomen eo ferventius exaltetur, et agnoscat omne sæculum, quanta gloria Deus dignificat in Sanctis suis prædictam famulam suam Dominam Birgittam a primo tempore, quo ab Urbe
k Romana ossa sua translata sunt *k*, ex præcepto venerabilis in Christo patris domini Nicolai divina miseratione episcopi Lincopen. per patentem litteram ipsius sigillo roboratam, nos
l Gudmarus Frederici *l*, Joannes Giurderi, et Batismundus, licet indigni, presbyteri in mo-
C nasterio Vuatsteno Lincopen. diœc. prædicti regni Suetiæ commorantes, diligentiam, quam potuimus, apposuimus ad scribendum in hoc volumine, cum testibus et personarum et locorum, in quibus habitabant, nominibus aliqua miracula, per quæ virtuosus Deus glorificat Famulam suam: sed nequaquam omnia, sed multa valde stupenda referuntur nobis. Collegimus etiam prius aliqua miracula in unum alium libellum, quem reverenda domina Catharina, venerabilis et sanctæ memoriæ dominæ Birgittæ filia, tulit secum ad Sedem Apostolicam, sigillatum sigillis venerabilium patrum ac dominorum, qui in fine ipsius nominantur, et ex miraculis, quæ scripta sunt in libello, scripsimus sex in principio voluminis cum personarum, testium et locorum, in quibus habitant, nominibus. Facta autem sunt illa sex miracula non longe a monasterio Vuatzseno, et idcirco ad ea testes et nomina faciliter reperire potuimus.

*se accingunt.* *m*

56 Alia vero pleraque *m* facta sunt in remotis partibus et ideo testes ad hæc inquirere sine difficultate non valuimus; nec * in his sex propter appositionem nominum testium et locorum necessario compulsi sumus dictiones aliquas prætermittere; verumtamen tam illa, quam ista in veritate facta scimus, et vidimus personas, cum quibus facta sunt; licet primo per negligentiam testes vel nomina illi * apponere omisimus. Vere etiam credimus, multa per eam facta miracula, quæ nusquam referuntur ad nos, quod patet per multos huc peregrinantium, et ceram in diversis formis suspendentium, qui ita veniunt atque recedunt, qui nobis penitus nihil loquuntur. Sciendum est insuper, quod multi sunt in partibus istis cognomina non habentes: hujusmodi ergo de oppidis, in quibus habitant, nominamus, Item notandum, quod veniunt aliqui non recordantes præcise dicere nobis diem, quo infirmitas eorum inceperit, aut finierit. Diem ergo et annum, quo ad nos veniunt, ponimus, hoc ex plerisque perpendentes, quod statim, finita passione, iter arripiunt, quorum aliqui hoc valde debiles attentant, et ad locum ipsum Vuatzstenum pervenientes gaudent se per venerabilis dominæ Birgittæ merita perfectæ curationis antidotum in itinere E
prægustasse. Initium ergo signorum, per eam in partibus istis factorum, hoc est.

* an nec non

* an illis?

*Ejus ope captus ab hostibus liberatur,* n

57 Contigit anno MCCCLXXIV feria tertia Pentecostes, quod quidam nobilis, Fadheresse nomine, de oppido Sodhrbii, parochiæ Jeroptompta Lincopen. diœc. *n* ab hostibus suis capitur, et strictissime ligatus a domo sua plus quam XXX milliaria usque ad litus maris adducitur. Nave itaque parata, qua ad Alemanniam ulterius traduceretur, ut ibi liberius tantam argenti summam, quantam vellent, ab eo per pœnas extorquere possent; stans itaque vir ille in litore, doloribus undequaque circumseptus, audivit, quod illi qui transtulerunt reliquias dominæ Birgittæ a Roma, pausandi gratia constiterent non longe a loco, quo ille staret. Illam ergo in sui auxilium, ut saltem in patria sua remeare posset, altis suspiriis invocabat. Et statim armati de propinquo castro Brimi plures et fortiores captivatoribus suis venerunt, et prohibuerunt, ne adduceretur in regionem alteram, sed imponeretur sibi ibi certa summa pecuniæ pro captivitate solvenda, si justitia sic dictaret, quod et factum est, et ille liber ad patriam dimissus est. F
Illi tamen, qui juvabant eum, in nullo sibi attinebant, sed huc usque venerant propter inimicos ejus. Ille vero, dum reverteretur ad propria, venit ad illos, qui transtulerant ossa dominæ Birgittæ, et sequebatur eos, usque dum collocassent ea in monasterio suo Vuatzsteno, quo collocata sunt quarto Nonas Julii *o* anni o
prædicti, narrans gratiam factam. Postmodum per reges et proceres liber datus est, ita quod captivatoribus suis obolum postea non solverit. Testes sunt nobiles viri Haquinus Tampe de oppido Ludhigistadl parrochia Sydstad Lincopen. diœc.

*furiis actus*

58 Nobilis quidam Hanus similter nomine in civitate Sadhr. Lincopen. diœc. aperte blasphemans laude dignam Birgittam, ubi primum venimus ad regnum Suetiæ in festo Apostolorum Petri et Pauli anni prædicti *p*, tanta furia arreptus est, quod non solum vidit multitudinem dæmonum, sed currens ad quamdam arborem et se exspolians vestibus, flectensque genua coram arbore se vehementissime flagellavit; et qui solebat ante dicere, Quid mihi de illa Vetula

A tula et de reliquiis suis, et si haberem unum equum valentem XL marcas, de illa nihil penitus curarem; postquam se flagellasset, invenit unam equam miseram et super eam sedens equitavit ad ecclesiam S. Laurentii Sudhricopen
q *q*,* ibique dimittens equam intravit ecclesiam, claudensque ostium super se solum cum virgis et baculis totum corpus suum et caput miserabiliter vulneravit. Quod percipientes amici sui veniebant, et pulsabant ad ostium, ut eis aperiret. Ipso vero negante, ipsi tamen per aliquas fenestras ecclesiæ intraverunt. Quod ipse videns, quasi pro sævis hostibus cum baculis, quibus se prius percusserat, se defendit, quem ipsi per astuta consilia capientes ad hospitium suum importune traxerunt.

*mentis tranquillitati redditur.* 59 Ille autem ex dementia sua digitos dentibus mordens, improperans eis et clamans, Vos maledicti latrones et tyranni ita male locuti estis de illa beata domina Birgitta, sicut et ego; ita digni estis maledictione et dæmonum societate, sicut ego. Qui suam et eorum nequitiam detegens, tandem rediit ad sensum suum et vo-
B tum vovit visere reliquias sanctas. Cumque venisset in mentem prius ire ad limina Aquisgrani
r *r*, quia prius hoc voverat, et non impleverat, statim iterum arripitur, et gravius more solito multitudine dæmonum vexatur, et cum aliquantulum respiraret, habito consilio cum quodam viro discreto, promisit, ut monasterium Vuatzstenum visitaret. Qui arripiens iter primo, quasi mole quadam depressus vix ire potuit; sed egressus civitatem in maxima humilitate, pauperrimo habitu, nudis pedibus, per longas duas dietas venit ad locum destinatum, et tanta facilitate iter suum peregit, ac si infirmus non fuisset, Deo gratias referens, oblationem suam humiliter offerebat. Testes sunt honorabiles viri dominus Laurentius, curatus ecclesiæ prædictæ sancti Laurentii, et frater suus dominus Tostus, vicecuratus ecclesiæ S. Trinitatis in civitate prædicta.

*paralysis subita,* 60 Nobilis quidam Regualdus, Inolisson nomine, de oppido Idhmg, Parochiæ Naselta Strangen. diœc. *s* paraliticus effectus fuit, ita quod
s nullius membri dexteræ partis usum haberet, et loquendi, videndi, audiendi officium amisisset.
C Quod videntes uxor ejus et sacerdos curatus ibidem dominus Joannes, et sibi plurimum condolentes, voverunt pro ipso, cum ipsemet non posset, quod ipse visitaret reliquias dominæ Birgittæ in Watzsteno, oblaturus pro quolibet articulo, usu officii sui naturalis carente, unam marcam ceræ. Quo facto, mirum in modum paulatim sensit se sanari; qui circa Nativitatem beatæ Virginis veniebat Watzstenum humiliter implens votum suum. Testes sunt Joannes prædictus, pater Styrbertus abbas monasterii Viletæ ejusdem diœc. et Laurentius de oppido Thiorby ejusdem parrochiæ.

*et naufragium* 61 Honorabilis pater Stibernus abbas de mo-
t nasterio Juleta Strengien. diœc. *t* ad Watzstenum direxit litteras in hæc verba: Reverendo viro
u domino Petro, Priori Alvastri *u*, in Vuatzsteno existenti in Domino salutem. Abscondere cœpi, quod experior non abscondendum esse, videlicet quod Domina illa gloriosa, domina Birgitta magna, dum invocata fuerit, in aquarum periculis auxiliatrix erat. Nam in Stagno Ma-
x leer *x* propo passagium Ologasund navem ascen-
y di transiturus versus Strengines *y*, extensoque velo sub illo vehementi flatu, qui erat circa festum B. Martini, scopulo quodam læsa est navis; fracto autem gubernaculo et rupta navi, velum deponere volebamus, sed non potuimus, flatu instrumenta veli stringente; sicque navis velocissime currens fortius rupta est. Tandem velum trahere volentes in tanto periculo Missam, Salve, sancta Parens, in honorem gloriosæ Birgittæ dicendam vovimus, et tantum protinus relevamen accepimus, quod nec minima gutta aquæ percipiebatur navem intrare. Pueri autem et famuli, priusquam navis rumpebatur, ad unam leucam pluries exhauserunt aquam, quia navis propter vetustatem porosa erat, rupturæ vero tam amplæ fuerunt, quod non erat in manu nostra auxilium ferre. AA. MONN. VASTENENSIBUS.

*depellitur,* 62 Ipsis itaque ab invasione aquæ mirabiliter exemptis, etiam, pori, qui ante receperunt aquam, tanto deferentes facto quieverunt. Verumtamen aqua, rupturis alludens, inconsuetum sonum dedit, mira reluctante potentia, quippe in comparatione tantæ resistentiæ ostendit, se in tali actione minoris esse potentiæ et virtutis. A terra utique remoti eramus sub isto facto ad longam dimidiam leucam, et navis postmodum remis ad E terram ducta et in portu firmata, aqua mox cœpit absorbere. Post hujus reparationem famuli se habuerunt in exhauriendo aquam de navi, sicut ante fractionem: me autem descendente de navi Strengenes, et famuli persequebantur viam versus civitatem Stocholmiensem *z*, ubi eadem
z navis penitus est destructa, illæsis tamen famulis et rebus nostris. Hæc itaque facta sunt non invocantis merito, sed invocati nominis dignitate. Et quid igitur tantæ auxiliatrici rependemus? Scimus pro certo, quod ipsa re vera et nomine veraciter extitit bona, invocantibus reis juvamen tribuens. Taceant adversarii. Valete in Christo semper. Scriptum in crastino B. Vincentii meritis gloriosi. Testes sunt dominus Soal monachus, et sacerdos monasterii Rinna in terra Gothlandiæ *aa* Berocampæ Laurentii Benedicti, Joannes Petri nobiscum
aa in navi periclitantes. Ista quatuor miracula posita sunt in primo libro, et duo de illis, videlicet de domino Nicolao de Suuenthals, et de piscatoribus sequuntur.

*oculus restituitur, et alter paralyticus sanatur.* 63 Item circa festum S. Nicolai episcopi nobi-
bb lis quidam primo nomine de castro sito juxta civitatem Orobro *bb* Strengien. diœc. deridens Dei Famulam altero oculo subito privatus est.
F Qui post dimidium annum de blasphemia pœnitens, et votum peregrinationis ad eam emittens atque perficiens se, gaudebat amissam præteriti oculi claritatem recuperasse. Testes sunt Hermannus sculra et Villabargh cum ceteris ejusdem castri castrensibus. Eodem tempore Jacobus aurifaber, civis dictæ civitatis Orobro, etiam blasphemans Dei Famulam paralisi dissolutus est, qua per tres dies et tres noctes miserabiliter afflictus est, vovit se peregre visere, quam deriserat, qui mox usu firmaque stabilitate membrorum percepta, quod voverat, adimplevit. Testes sunt concives et amici sui Aquinus et Joannes.

## ANNOTATA.

a *De itinere ejus Compostellano vide dicta* § 9 *Comment. prævv.*

b *Anno* 1346.

c *De hac consule* § 3 *Comment. prævii*

d *A confessionibus illi fuere Matthias, canonicus Lincopiensis in Suecia, Petrus Alvastrensis,*

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

*sis, et alter item Petrus, Vastenensis dein confessor generalis.*

e *An a voce* Mendum *hoc Adjectivum hic deducitur ?*

f *Qui vitam* S. Birgittæ, *primo loco supra excusam, conscripsit.*

g *Hic adstitisse continuo traditur ædificationi monasterii Vastenensis usque ad annum* 1374 *in hujus loci Diario ad annum* 1405.

h *Harum in Suecia diœcesium notitiam dedi in Annotatis in part.* I *Miraculorum lit.* a.

i *S. Anscharii, archiepiscopi Hamburgensis, Danorum et Suecorum seculo* IX *Apostoli, Vitam habes in Opere nostro tom.* I *Februarii ad diem* IV *ejusdem mensis : de Suecorum vero conversione agitur* § IX *Comment. prævii pag.* 401.

k *Cœpta est ea translatio anno* 1373, *mense Septembri ; perfecta vero sequenti mense Julio.*

l *Fuit e comitibus* S. Birgittæ *Hierosolymam peregrinantis, uti et S. Catharinæ, ejus filiæ, matris suæ reliquias in Sueciam deportantis, ex Diario Vastenensi ad annum* 1389, *quo obiit.*

m *Videntur hic indicari miracula part.* 5 *supra relata. Vide num.* 399 *Comment. prævii.*

B n *Videsis lit.* a *in Annotatis in part.* I *Miraculorum supra.*

o *Die* IV *Julii.*

p *Id est, anni* 1374.

q *Id est, ut opinor* Sudhercopensis ; *de Sudhercopensi autem Sueciæ portu vide Annotata in cap.* 3, *lib.* 3 *vitæ* S. Birgittæ *lit.* k.

r *Vide Annotata in part.* 5 *Miraculorum* S. Birgittæ *lit.* k.

f *Vide ibid.*

t *Vide Annotata in cap.* 3 *lib.* 3 *vitæ* S. Birgitæ, *a Bertholdo scriptæ lit.* f.

u *Monasterii Ordinis Cisterciensis ad locum* Vethcr.

x *In Gothia Orientali.*

y Strengnesiam.

z *Regum Sueciæ modo sedem.*

aa *Sueciæ Orientalis pars est.*

bb *In Nericia sitam.*

## CAPUT II.

C *Miracula, anno* MCCCLXXV *facta.*

*Amens, mutus, languidus,* a

Item anno sequenti, vedelicet anno Domini MCCCLXXV, Benedictus, monachus Ordinis Prædicatorum de claustro suo in civitate Strengien. *a* consistens apud ecclesiam Ekiolistadh ejusdem diœc. deridens laudabilem Dominam, amens omnino effectus est per tres dies et noctes circa Epiphaniam Domini ; qui, facto ad eum peregrinationis voto, quam deriserat, visitare, vivacitatem sensuum pristinam est adeptus. Testes sunt honorabiles viri et dominus curatus ecclesiæ Ekiolistadh, dominus Honichinus curatus ecclesiæ Ekgeby ejusdem diœc. Item circa Epiphaniam Domini Nicolaus pistor quadraginta fere annorum de oppido Uthebgrh parochiæ Hunnita in vallibus Arosien. diœc. *b* a nativitate mutus, audita fama miraculorum, per quæ omnipotens Deus mirificat Famulam suam, gratia adipiscendi usum loquelæ peregrinando cœpit visere locum Watzstenum, soluto D in itinere linguæ ligamine, perfecto loquendi præditus officio, ad propria cum gaudio reversus, est, peregrinatione sua fideliter consummata. Testes sunt Nicolaus et Laurentius agricultores in oppido prædicto. Petrus sartor de Kausbethorp. parochiæ Kustha Srengien. diœc. per novem hebdomadas languore gravissimo laborans, novem ultimis diebus perdito sensu atque loquela, nihil omnino comedere potuit. Tandem ad sensum rediens, fecit votum peregrinationis ad monasterium Watzstenum, quod, illico plena sanitate recepta, circa Octavam Epiphaniæ humiliter adimplevit. Testes sunt Holinger de oppido Gutamu, Joannes de oppido Frolimbda ejusdem parochiæ.

*epilepticus, e partu laborans et paralyticus sanantur,*

65 Item circa Purificationem B. Virginis Joannes monachus de Ordine Minorum claustro sito in civitate Orbuga *c* Arosien. diœc. verbis minus decentibus blasphemans gratiam reverendæ Dominæ nostræ factam, morbo ephiletico * subito cecidit, et visu, auditu, loquela, motu, omnique sensu rationabili perdito, per tres dies et noctes jacuit quasi truncus inutilis, cujus miseriæ Dominus Arvidus ecclesiæ prædictæ curatus, E et discretæ matronæ ejusdem civitatis Catharina et Margarita compatientes, fecerunt votum peregrinationis pro eo Famulæ Dei, qui eadem hora surgens sanus, fatebatur, se libenter velle, quod pro eo voverant, adimplere. Testes prædicti sunt. Ryatilborg, uxor Gymari, de oppido Unidhalbagh parochiæ Hunnita Arosien. diœc. per tres dies et noctes periculosissime laboravit, ita quod mulieres secum existentes de vita ipsius penitus desperarent. Adveniens post curatus ecclesiæ Arnardus pro audienda ab ea confessione, sibi consuluit Famulæ Dei votum peregrinationis emittere. Quo facto, infantem peperit incolumem circa festum Purificationis B. Virginis votum fideliter adimplendo. Testes sunt dominus Arnoldus prædictus, Catharina et Ignefridis, convicinæ suæ. Dominus Nicolaus curatus ecclesiæ Suuashal Lincopen, diœc. paralisi dissolutus pro sui sanatione dominam Birgittam devote flagitavit, et tempore Quadragesimæ, prout potuit, venit Watzstenum pro salute recuperanda, ubi in paucis diebus tantum convaluit, quod in sancto die Paschæ, nobis et aliis pluribus videntibus, Missas in monasterio celebravit, et, hoc est, Nono F Kal. Augusti anni instantis *d* suam ecclesiam sanus regit. Testes sunt honorabiles viri Tiko curatus ecclesiæ Vadhrstadha, et dominus Andreas curatus parochialis ecclesiæ Arrestadha, et dominus Tyrgillus de domo S. Spiritus Skamigen.

* epileptico *c*

*submersionis periculo*

66 Decem viri cum puero parvo sedebant ad piscandum super glaciem in stagno magno, monasterio Waszstenensi adjacenti, ubi talis est consuetudo, quod, dum appropinquat tempus resolutionis glaciei, vehementissimo strepitu incipit ebullire et commovere a profundo et magna violentia rumpere primo parvas rimas, quæ sunt in glacie, has in modico spatio faciens valde latas, licet glacies in densitate habuerit plus, quam ulnam. Et tunc, superius adjuvante impetu ventorum, dividitur tota glacies in grossa frusticula, et tunc multi existentes super ipsam multoties submerguntur. Et, licet istud videatur mirabile ad credendum, hoc tamen omnis circumjacens regio attestatus. Sex vero de decem dictis viris commotionem a profundo audientes,

A dientes, et stagni consuetudinem non ignorantes, cursu velocissimo properabant ad littus, relictis piscibus omnibus, quos prendiderant, cæterisque rebus suis. Alii vero quatuor, videlicet Symdomquisebargh parochiæ Watzstenensis Lincopen., diœc. Kar, et Emiregus in Vastesthadu parochiæ Orabargh ejusdem diœc. et Dalpho in oppido, et parochianus ejusdem diœc. cum puero volentes sua secum tollere sustinuerunt modicum, et, cum jam præparabant se ad discedendum, viderunt inter se et socios suos aperturam tam amplam effectam, quod impossibile erat eis venire post ipsos, unde ex horribili collisione et commotione glaciei usque ad mortem turbati, cum nihil expectarent, nisi submersionem subitam, levaverunt oculos versus Watzstenum, dominam Birgittam sibi in auxilium humiliter invocantes.

*plures eximuntur,*

67 Quo facto, mirum in modum pars glaciei, in quo illi stabant periculosissime, in ictu oculi contra violentiam ventorum conjunxit se ad illam partem, quæ adjacebat littori, in qua sine periculo stabant illorum socii, permittentes eos ad locum

B securum accedere. Jamque illis in securitate stantibus, glacies tanta facilitate disjuncta est, quanta conjuncta. Dictus vero puer properans post eos, sed saltare non valens tanta velocitate, quanta illi, cum disjungeretur glacies, persiliit in aqua. Quod videntes hi decem viri, et ipsum in nullo juvare valentes, pro ipsius liberatione dominam Birgittam flexis genibus implorabant, qui mox, constituta sibi manu cujusdam, ex aqua levatus est. Illi omnes, cum quibus miraculum factum est, circa Annunciationem Domini venientes ad Watzstenum et lacrymantes præ gaudio, auxilium sibi mirabiliter et misericorditer præstitum pluribus intimabant. Testes sunt Suenon Arnabagh, Aquinus Kuntz de oppido Subii parochiæ Ortaton Lincopen diœc.

*brachii dolor tollitur, amens mentis,*

68 Dominus Nicolaus curatus ecclesiæ Unighby Strangen. diœc. credere nolens oblocutionibus, honorandam dominam Birgittam blasphemabat. Quod faciens dolore gravissimo in dextero brachio percussus est, quod per tres dies ita intolerabiliter affligebatur, quod nec comedere, sive dormire, aut

C aliquid quietis remedium invenire potuit. Tandem intelligens, se propter ingratitudinem erga Famulam Dei factam correctum, pœnituit vovens se intimo corde sibi non derogare de cætero, sed, in quibus possit, digna reverentia honorare. Quo facto, sanitatem pristinam sibi redditam sentiebat. Testes sunt honorabiles domini Henechinus Ekby ecclesiæ curatus, et Orlandus curatus ecclesiæ Arabarg ejusdem diœc. Eadem diœc. atque parochia Agbordus de oppido Giamsge per novem dies insensatus est, pro quo uxor et amici votum peregrinationis ad Waszstenum firmiter emiserunt. Qui statim, sensu rationabili sibi reddito, circa Annuntiationem Domini votum per se factum devota alacritate complevit, adjungens, quod Vigiliæ Famulæ Dei, dum statueretur, jejunaret, et unam Missam ob reverentiam ejus quolibet anno dici faciet. Testes sunt Arnardus suus, Ignemarius, et Karaldus de oppido Ulda ejusdem parochiæ.

*mortui vitæ redduntur, et carcere detenta liberatur ;*

69 Margarita de oppido Olkne parochia Biornas Kogh Arosien. diœc. peperit infantem mortuum et totaliter denigratum, cunctis credentibus, quod in lingua ejus niger carbo teneret, qui et magis phantasma, quam homo putabatur. Hæc votum vovit ad Watzstenum, et infans revixit, et colorem et formam decentem in omnibus membris recuperavit. Testes sunt Ingridis et Helena obstetrices et convincinæ suæ Agnes de oppido Vualsoni ejusdem diœc. et parochiæ infantem vivum sensit in utero suo, quem postea mortuum intellexit per sex septimanas, et, mirum dictu, testificantibus mulieribus, fide dignis, Margarita et Lucia, quæ frequentius ei aderant, uno palmo effecta est gracilior sive tenerior, quam fuerat ante, dum infans sentiebatur vivus. Facto igitur voto ad limina B. Birgittæ, mulier peperit infantem vivum, portans eum ad Watzstenum post partum ejus quatuordecim septimanis. Testes sunt mulieres prædictæ, convicinæ suæ. Pistrix quædam, Ramburgis nomine, de civitate Arosien. furti rea deprehenditur et carcere ligatur, ut postmodum ad mortem judici tradita condemnaretur. Hæc pro sui liberatione dominam Birgittam invocabat, vovens, se Watzsteno laboraturam per annum, et post pusillum soluta, Watzstenum veniens paulo post Pentecosten complet sedulo votum suum. Testes sunt Joannes cum cæteris per eam coctum panem quotidie comedentibus.

AA. MCNN. VASTENENSIBUS.

E

*paralytica si mul et muta e*

70 Mulier quædam, Margarita nomine, de civitate et diœcesi Troudenen. *e* in regno Norvegiæ paralitica, muta, totius corporis viribus inconsolabiliter destituta, quasi truncus inutilis, quotidie jacebat in grabato. Huic dormienti apparuit Domina quædam reverendo habitu dicens: Ego sum Birgitta de Watzsteno, jamque curabo te de infirmitate tua, et tu sanata venies ad locum meum, tibi gratiam factam publice confessura. Hoc dicto, quasi unguento medicaminis tetigit membra dolentia. Evigilans autem mulier invenit se omnibus membris sanatam, loquela omnique corporis fortitudine plenarie restituta. Hæc Watzstenum veniens coram presbyteris, ibi existentibus et multis aliis hæc enarravit, ejusque membra præcipue in dextera parte carnositate fere carentia satis liquide monstrant pellem, quæ deposita fuerat, ad ambulandum tamen et laborandum robore corporis viguit vigorosa. Testes sunt nobiles viri, dominus Petrus Porse miles de Notaby, parochiæ Lohmand, Lincopen, diœc., et Joannes Petri de Vestraby, parochiæ Vardahanas ejusdem diœcesis.

F

*gravi dolore affectus et surda sanantur ;*

71 Folquinus de oppido Mordanhuegh, parochiæ Hinnita Arosien. diœc. gravissimo dolore per tres dies afflictus ad Watzstenum contra suarum virium facultatem et amicorum consilium iter, prout potuit arripuit, ubi se gaudebat recuperasse pristinam sanitatem. Testes sunt dominus Arnolfus curatus ecclesiæ prædictæ, et Petrus de oppido Oppeby ejusdem parochiæ. Ingeborch, uxor Olmgeri de oppido Gotaubi parochiæ Panchaby Strangien. diœc., omnino surda per tres annos, facto voto ad Watzstenum ob reverentiam dominæ Birgittæ, et auditus recuperationem, peregrinationis voto surditate detersa, recepit auditum, in Nativitate B. Virginis perficiens votum suum. Testes sunt Joannes de oppido Menghmniston, et Suuono Surabonen. de oppido Solberghm. ejusdem parochiæ.

*a dæmone obsessa,*

72 Christina, uxor Laurentii campanarii ecclesiæ Kyl Strangien. diœc., obsessa a dæmone et totius corporis privata valetudine, sensusque rationabilis in parte perdito regimine, per xv annos continuos afflicte jacuit in grabato, frequenter ab inhabitante se dæmone audiens horribilia verba et abominabilia, dicente inter alia: Jam extraham cor tuum de corpore tuo, teque morte turpissima condemnabo. Huic in somnis apparuit persona quædam venerando habitu consulens sibi, quod pro mundatione ab immundo spiritu, sensus atque vigoris corporei restitutione monasterium venerabilis dominæ Birgittæ

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

gittæ visitaret peregre. Hæc evigilans sensit se ratione vivaciore solito præditam, et cognito, quod multi tunc instabat proxime festum Nativitatis beatæ Virginis quæ reptando manibus et pedibus, cum aliter non posset, cum aliis iter arripuit. Quæ mox a diabolo liberata, antequam ad locum ipsum pervenisset, integræ sanitatis beneficio tam sensus, quam corporis gaudebat intime. Hæc audientes vix credimus, quod mulier tam diu debilitata, et crudeliter vexata, tam cito fortificaretur et mundaretur. Adjuravimus ergo Dominum Gregorium ecclesiæ prædictæ curatum venientem ad Vuatzstenum, ut nobis hujus rei plenam diceret veritatem, qui ita gestam esse eam, asseruit constanter fidei juramento. Hic igitur hujus miraculi testis est cum Petro, et Sturborno parochianis suis de oppido B Hamarby.

*et fœdo ulcere laborans curantur.*

*f*

73 Christianæ uxori Gingolphi de oppido Staffatra parochiæ Vist. Lincopen. diœc. *f* natum est ulcus sub inguine, crescebatque vehementissime intumescendo per octo septimanas, quibus finitis, cœpit ulcus in parte media molle fieri atque disrumpi, a qua parte cecidit in terram frusticulum carneum, simile nigro muri admodum magno. Sicque fecit ulcus aperturam per septem hebdomadas, quod quidquid illa comedebat aut bibebat in his septem septimanis per aperturam ulceris effluebat. Comedebat enim cæpam frequenter inter alia, quæ talis exivit de vulnere, qualiter deglutivit eam. Et cum jam non esset possibile remedium artis medicinalis apponere, mulier illa præ dolore viribus deficiens, facta confessione perceptisque Sacramentis Ecclesiæ, in ultimo spiritu constituta pro restauratione sanitatis incurabilium curatricem dominam Birgittam intimo corde invocabat, vovens, se visere locum suum. Vix votum de labiis cordis ejus egressum est, apertura ulceris C conglutinari cœpit atque sanari; illa vero grabato gratanter exurgens paravit se ad perficiendum, quod voverat, et in Epiphania Domini *g* Vuatzstenum veniens ista cum juramento et multis testibus, stans juxta ambonem, et ille, qui illo die faciebat sermonem ad populum, firmiter affirmabant. Hujus tamen verbis contradixerunt aliqui, dicentes, esse impossibile, quod deberet per secessum demitti, per talem partem corporis, nisi disrupta essent viscera : quæ si disrupta essent, probaretur iterum impossibile, quod mulier tamdiu vixisset, his disruptis; salvo, quod quidquid Deus facere voluerit creaturæ, sit possibile creatori. Ut sciremus ergo hujus rei veritatem, audivimus dominum Carolum curatum ecclesiæ prædictæ, Vist, qui vera fide asserebat, rem ita gestam fuisse, seque ministrasse sibi in infirmitate positæ Sacramenta Ecclesiæ, et signis probasse evidentissimis veritatem omnium prædictorum. Hujus rei testis est cum fide dignis viris dominus Ehorinus Chorali in ecclesia cathedrali Lincopen. diœc. parochus; cui mulier hæc eadem confessa est, et maritus suus Gingulpho prædictus Fridhstano, et Tyrgillus de prædicto oppido Staffatra.

*g*

D

ANNOTATA.

a *Vide lit.* a *in Annotatis in part.* I *supra.*

b *Vide ibid.*

c Arbogha *oppidum est Sueciæ in Westmannia.*

d *Nimirum* 1376, *quo ista scribebat : legendum videtur* ; et HODIE, hoc est, nono Kal. Augusti, ecclesiam sanus regit.

e *Vulgo* Dronthem *seu Nidrosia.*

f *Vide lit.* a *in Annotatis in part.* I *Mirac.*

g *Anni sequentis, seu* 1376.

## CAPUT III.

### *Miracula quædam anno* MCCCLXXVI *facta.*

*Ejusdem item ope infans vitæ redditur, alter mortis periculo eripitur.*

Uxor Ingevaldi de oppido Inbile, parochia Karclinge Strengien. diœc. circa Octavam Epiphaniæ Domini cum labore et dolore maximo infantem mortuum enixa est; pro cujus vivificatione parentes, postquam per integrum diem naturalem exstitisset mortuus, fecerunt votum Famulæ Dei, E in quem protinus a fonte vitæ vitalis spiritus ingressus est. Testes sunt Ragualdus, Nicolaus de oppido prædicto. Boëtius duorum annorum filius Petri coloni ex parochia Clastadha prope Watzstenum Lincopen. diœc. quarta die post Conversionem S. Pauli deglutivit magnum frustum cuspidis ferri, quod gutturi ejus ita firmiter est infixum, quod nec sursum, nec deorsum movere potuit; quod tamen mater sua, Margarita nomine, longiori digito tangere potuit, sed extrahere non valuit; cernensque autem, infantem proximo moriturum, portavit eum in capella jam circumvolutis oculis spirare * volentem, et pro ea dominam Birgittam humiliter invocabat: qua orante, ferrum disparuit, et infans cœpit maternas mammillas sugere vultu læto. Testes sunt Olavaus et Joannes columni * in prædicto oppido.

* an exspirare?

* an coloni

*a dæmone obsessa,*

75 Fuit in oppido Bro parochia Husaby Lincopen. diœc. quidam rusticus dives, Copper nomine, habens filiam nomine Christinam, quæ a primis annis infantiæ magnas infestationes in somnis per- F pessa est a diabolo, et hæc volens dicere parentibus, non potuit os aperire. Hoc tamen ex signis aliquibus perpendentes invocaverunt incantatricem quamdam, quæ fecit artes suas super eam, et pejus habuit, quia postea vidit eum in teterrimis formis diversorum animalium se terrentium, videlicet equorum, luporum, canum, serpentium et hujusmodi. Deinde transacto tempore aliquo, quidam incantator fecit super eam incantationes, et ligavit res aliquas circa collum ejus, et pejus habuit. Quia tunc apparuit, ut puer teterrimus XII annorum, et percutiebat eam sine misericordia, eo quod plenus esset invidia. Et cum vellent super eam plura maleficia facere, cœpit fortiter exclamare, dicens, se eo gravius puniri, quo plura facerent. Præterea cum facta esset annorum nubilium, viro tradita est legitime circa festum S. Martini. Post hæc autem tertia die venit ad eam diobolus vehementer iratus, et percussit eam ita valenter, quod cecidit in terram, et connexuit ambo genua sua, quæ ita inseparabiliter cohærebant, ac si clavo ferreo confixa forent, nemine

A mine ea ab invicem separare valente, jacensque quasi truncus inutilis, non valens movere nec manum, nec pedem, nec aliud membrorum, sed nec linguam ad expedite loquendum, submisse tamen loquebatur, difficulter aliquo intelligente, quid diceret. Odorem non sensit, nisi pessimum.

*ac misere* 76 Postea circa festum S. Catharinæ visu oculorum privata, ita quod nihil omnino videret nisi diabolum, et circa eum unum oculum, et omne, quod erat cum eo, in illo oculo hæc videbat, hic eam tam acriter vexabat, commovebat, et collidebat ad parietes, ubi jacebat, vel sedebat. trahebat eam per crines, et membratim discerpebat, ut omnes videntes eam mirarentur, quomodo vel una hora tantas pœnas vivens pati posset : O insensata peccatorum obstinata duritia! Ut a malis resipiscas, intellige, quanta malitia puniet animam, in qua servi sce-

** abundat* lerum enormitate plene prævalent, et * cum tanto furore affligit corpus, in cujus anima dominium non possidet. Deinde anno sequenti, anno

B Domini MCCCLXXVI post octavam Epiphaniæ maritus suus cum amicis suis paravit se, ut transferret eam, et cum iter arriperent, cucurrit cum eis diabolus cum habitu ovalium modernorum, et cadens in quadam lubrica glacie flere cœpit: quod videns illa dixit sequentibus se, quod flerent. At illi ridere cœperunt. Ille vero surgens arripuit unum per pedes, et collidebat ad glaciem : alterum vero percussit in dentes cum instrumento, quo minabat jumenta, ita quod sanguis effluerat, et dolentibus illis dixit : Pro tempore vos risistis, jam et ego rideo. Et quocumque portaretur sive in ecclesia, sive alicubi, semper sequebatur eam diabolus affligendo. Portata autem in cathedrali ecclesia Lincopen. reliquit eam extra cœmeterium, invasitque ab ecclesia redenutem statim nequiter pertractando. Cum jam venisset Vuatzstenum, jacuit in vehiculo, quo illuc translata est, confluentibus multis de habitatoribus loci, et aliis ad videndum, et in conspectu omnium astantium arripuit eam diabolus per pedes elevans in sublime, et fecit horribiliter cadere in vehiculum.

*vexata,* 77 Post hæc marito cum alio forti viro portante eam in aliam parvam capellam, solito ponderosior effecta est. Postquam autem collo-

C cassent eam in quodam loco in capella, arripuit eam diabolus per pedes, volens extrahere eam, frendens horribiliter, quod fere rumpebatur cor ejus, videns eum, præ timore. Maritus autem ejus attraxit sibi eam tenens per caput, sed retinere non valuit. Sequenti vero die, quæ erat dies Sabbati, congregatis omnibus in loco illo cantare scientibus, post Nonam et Completorium cantavimus *a* ad expellendum ab ea malignum spiritum hymnum « Veni Creator Spi-

*a* « ritus etc. : « ter cantado versum illum « Hostem repellas longius » Ave Maris stella matutina « et Antiphonam pro reliquiis. Et sic cantatum est Dominica, feria II, III, IV et V : interea eam vexabat, et collidebat ad parietem, circa quem stabat, ita horribiliter, quod fere movebatur et tremuit tota capella, ut in fletum excitarentur plurimi hoc videntes, et testificatæ sunt mulieres eam tangentes, sentire, aliquod corporeum ita moveri in visceribus ejus, ac si foret vicina partui. Unde et dixit ad eam diabolus, qui loquebatur secum. Non ego tibi facio multa sed ille, qui habitat in te, est tibi multo molestior, te gravius affligendo.

73 Quadam autem die positum est caput dominæ Birgittæ *b* super caput ejus, et ligata est super pectus ejus crux argentea parvula, quam domina Birgitta posuerat in sepulchro Domini in Jerusalem, et osculabatur manum ejusdem senis presbyteri. Quo facto, venit ad eam totus furibundus diabolus dicens : Jam multa tecum faciunt, posuerunt clavam, quæ mihi est pessima super caput tuum, vel quare oscularis manum illius senis pessime fœtentem, extendensque manum suam dixit : Osculare manum meam, quod illa negante, cœpit quasi blandis verbis, velut amicam, rogare eam, quod a se abjiceret stipulam illam, quam gerebat in pectore, dicens, se præ vehementia fœtoris pes-

AA. MONS. VASTENENSIBUS. *semel* *b*

** an quem?* simi quod * redderet sibi, non posse commorari. Inter hæc et rogabat eam blandis verbis, ut a capella secum rediret, dicens, se præ anxietate intolerabili non posse audire illum vehementem clamorem, qui resonabat ibi. Quinta autem feria, dum intravimus ad cantandum, cessavit a vexatione ejus, et recedens extra capellam clamabat, Væ, væ, quia jam nihil ma- E

li possim tibi facere. Et licet dimisisset eam, jacuit tamen sicut persona, paralisi pessima dissoluta. Sequenti vero die, quæ erat dies Conversionis S. Pauli, dum in Matutinis cantabatur « Te Deum laudamus « restituta est sibi loquela. Laudabat et illa Deum, dum thurificabantur imagines, sensit naturalem thuris odorem, et dum elevabatur Corpus Christi in prima Missa, recepit visum, clare videns hostiam in manu sacerdotis. Quod cum diceret circumstantibus, repleta est capella clamore alta voce laudantium Jesum Christum, et adhuc de loco, quo jacuit, erigere se non valuit. Finita autem Missa, accessit ad eam dominus Petrus, quondam venerabilis dominæ Birgittæ confessor *c*, et *c* statim surrexit et stetit erecta super pedes suos. Quo facto, convocatis omnibus, cantare scientibus, cantavimus « Te Deum laudamus « et sequentiam « Gaude, Virgo, Mater Christi « et Antiphonam pro reliquiis, cum Collecta « San-

« cta Maria mater etc. « Et, his finitis, cœpit ire offerens oblationem suam ad altare; ibatque postmodum libere, quo volebat; peractisque ibi posthæc decem diebus, gaudens ad propria remeavit; et tertia die, postquam domum suam ingressa est, ut prius a dæmone iterum arrepta est, totiusque corporis valetudine privata; le- F

vius tamen, ut ipsamet fatebatur, quam prius vexata.

*ac iterum ab eodem liberatur,* 79 Deinde in Dominica mediæ Quadragesimæ ad locum prædictum translata profesto Annuntiationis B. Virginis visus et omnium membrorum debita et vigorosa recuperabat officia, decedente ab ea dæmone, et expuente in faciem ejus atque dicente, dum prope esset, ut portaretur in capellam : Jam vilissima facta es, recedamque a te, et eligam pulchriorem. O Domine Jesu, secretorum cognitor, tu scis causam, quare ista secundo percussa est, et nos vidimus pro accepta gratia minus regratiari tibi, quam deberet. Nonne ergo propter ingratitudinem maligno spiritui iterum affligenda tradita est, et typum gerit ad benignitatis tuæ accepta beneficia ignaviter ingratorum? Hujus miraculi testes sunt reverendi patres et domini, videlicet Laurentius, canonicus Lincopen. diœc., dominus Sohaurus Esgeri, ibidem præbendatus, frater Olavus, Prior claustri Fratrum Prædicatorum in civitate Arosien., qui die prædicto, videlicet Annunciatione

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

Annunciatione B. Virginis viderunt eam expedite ambulantem et pristinæ sanitati restitutam integre, et dominus Bero, curatus parochialis dictæ ecclesiæ Hersinæ Lincopen. diœc., qui viderunt eam male habentem et prout *, si velint hodie, hoc est, die S. Laurenti, inspicere bene sanam.

* *supple* : omnes possunt *vel quid simile.*

*fugantur oculorum dolor dæmonumque præstigiæ,*

80 Catharina, uxor Joannis campanarii ecclesiæ Bro Arosien. diœc. vehementissimum oculorum dolorem passa est per longum tempus, pro cujus sanatione maritus suus diversis Sanctis votum faciens, et nihil proficiens, fecit tandem votum Famulæ Dei : qua mox, evanescente dolore, recepit clarum visum; pro qua in Purificatione B. Virginis votum impletum est. Testes sunt dominus Joannes ecclesiæ prædictæ curatus, Nicolaus Thidericus de oppido Biergha *d* ejusdem parochiæ. Olavus agricultor de oppido Gritta parochiæ Biornastgoh Arosien. diœc., gravissimo dolore circa Carnisprivium afflictus pes tres dies continuos, audivit duodecim dæmones teterrimos in habitu usque ad nates decurtato calceis rostratis, et capuciis in summitate exacutis secundum turpissimam consuetudinem aultorum * modernorum juxta se corrizantes atque dicentes, Si vis consentire nobis, ditabimus te divitiis; sin autem nolueris, morte turpissima condemnabimus te nobiscum et usque ad tartara deducemus. Quibus ille semper respondit : Consentiam Deo meo et illi reverendæ famulæ suæ D. Birgittæ, cui votum peregrinationis emiseram, in quam tota fiducia spero, quod in virtute Dei de minarum vestrarum terroribus eripiet : illam enim in omnibus diebus vitæ meæ, in quibus potero, honorabo. Finitis autem his tribus diebus, horribilis dæmonum visio disparuit, et ille statim, pristina sanitate percepta, perfecit humiliter votum suum. Testes sunt honorabiles viri, dominus Carolus, curatus ecclesiæ prædictæ, et dominus Joannes, frater ejus secum tunc existens, qui viderunt eum ægrum, et sanatum audierunt ista asserentem.

d

B

* *an* aulonum *seu* tibicinum ?

*sensus perditi restituuntur,*

81 Burgensis quædam, Catharina nomine, in civitate et parochia Orabro *e* Strengien. diœc. hora Completorii in Carnisprivio revertens a convivio, quo eam ad auleas * choreas non nimis honestas sui duxerant, in platea, priusquam venit ad domum suam, a diabolo arrepta est, et ita crudeliter percussa, quod a planta pedis usque ad verticem in omnibus membris esset quasi livida, sensu, loquela, visu, auditu, totiusque corporis perdita valetudine, noctem illam maxima peregit miseria : circa diluculum autem vocati sunt ad eam duo honorandi presbyteri in dicta civitate Orabro tunc existentes, videlicet dominus Erlandus, curatus parochiæ ecclesiæ Asaborgh, et dominus Gregorius curatus parochiali ecclesiæ Kyl, qui cum aliis amicis ejus votum peregrinationis ad Vuatzstenum ob reverentiam Famulæ Dei et conservationem afflictæ mulieris miserant : cui eadem hora sensus et robur corporis est * non sine admiratione circumstantium restituta. Testes sunt prædicti presbyteri et Jacobus pistor Orabroens.

e

* *an* ad tibiæ sonos institutos ?

C

* sunt

*infantium submersio impeditur,*

82 Contigit in cæna Domini in oppido Orabro parochiæ Hardhberga Lincopen. diœc., filium Catharinæ viduæ, Tyrgillum nomine, et filiam ejus Helenam casu incauto de ponte quodam parvo cadere in torrentem impetuosum, in quo torrente sunt multa molendina, dicto oppido attinentia, et hora erat quasi sexta : cernens vero mulier se liberis orbatam, spem consolationis suæ viduitatis periisse, dolorosis singultibus dominam Birgittam invocabat, ut illa venerabilis Vidua, quæ diu ante mortem mariti, illo consentiente, castitatem servare voverat, laudabiliter vixerat et jam cœlesti Sponso inseparabiliter conjuncta vere creditur, desolatæ et miseræ viduæ succurrere dignaretur, vovens ad Vuatzstenum peregre cum parvulis profecturam, si vivos eos de gurgitibus aquarum recipere posset. Deinde extergens lacrymas ab oculis vidit eos amplius cursu impetuosissimo raptos per loca trium molendinorum, et puerum per pedem in prærupto cujusdam magni lapidis detineri, et puellam alii obstaculo adhæsisse, ita tamen, quod aquæ decurrentis inundatio super eos effluueret, licet videri poterant, et quia pro valida torrentis impetuositate navem non esset possibile ad eos attingere, convocabat multam vicinorum turbam qui parabant multa instrumenta quibus succurrere possent, et pertingentes ad eos circa horam vespertinam, invenerunt eos vivos, illæsos et incolumes, ac si in loco florido quievissent, excepto, quod ex omni parte fluvii cursu erant madefacti. Hæc mulier in Dominica " Quasi modo geniti *f* " votum suum perficiens, ista cum gratiarum actionibus publice confessa est. Testes sunt honorabiles viri, dominus Tydemannus, vice-curatus ecclesiæ S. Laurentii in civitate Lincopen., et Tyrgillus vice consul et civis ejusdem civitatis.

D

E

f

*e latronis manibus*

g

83 Duæ mulieres, videlicet Catharina uxor Godhsens, et Benedicta vidua, parochia et civitate, quæ dicitur Aaos *g* Lunden. diœc. regni Daciæ, peracto in Vuatzsteno voto suo, in Cœna Domini revertebantur ad propria, quæ, dum irent per magnam sylvam non longe ab ecclesia Ubrichstada Lincopen. diœc., a quodam latrone magnæ crudelitatis et fortitudinis præventæ sunt, qui minabat eas lancea sua a solis ortu usque ad occasum per dumos arctos, asperos, atque densissimos plus quam ad duas leucas ad quemdam profundum puteum, longe satis a conversatione hominum positum, volens eas præcipitare in ipsum, et in aqua subito suffocatas deprivare eas pecuniis et rebus, quas habebant, reputans, ne alia, forte posset aufugere, dum alteram lancea percuteret. Cumque appropinquaret ad puteum, dixit eis latro, Intrate cito et submergimini, alioquin perfodiam vos cum lancea. Illæ vero videntes se in januis mortis positas, voverunt, se festine reversuras ad reliquias D. Birgittæ, si merito ipsius crudelitatem latronis vivæ possent evadere. Vix votum de labiis earum egressum est; quod appropinquarunt eis duæ aliæ mulieres de propinquo oppido, errantes in eremo, quas videns latro, ac timens, plures esse in comitiva earum, arripuit de his, quas prius insecutus fuerat, unum sacculum, in quo erant pecuniæ, et aliæ res illarum, illisque dimissis, intravit latibula sylvarum. Indigenæ vero mulieres, cognita causa adventus alienigenarum mulierum, dixerunt, se divina providentia sic errasse, et ad illarum auxilium missas fuisse; quia non putabant, ad illam densissimam eremum solis bestiis inviam * in multis annis aliquem hominem appropinquasse.

F

g

• perviam

*binæ mulieres eripiuntur,*

84 Post hæc alienigenæ, ductæ consilio indigenarum, venerunt ad præfectum provinciæ Ignemundum Sterrlynth, habitantem in Stensiit non longe a sylva, in qua latro morabatur, narrantes ei, quid eis acciderat, et rogabant eum, inquirere latronem illum armata manu, ut, illo capto,

A capto, possent recipere res suas, quas eis abstulerat. Quibus repondit præfectus : Bene scio, latronem illum latitasse in illa sylva, multosque expoliasse per sex annos, et multoties requisitus per multos armatos capi non potuit, quia diabolus, cui servit, ita procaptat et custodit eum, quod tota provincia congregata ad capiendum ipsum, hunc apprehendere non valebat, et licet jam inquiratur, scio tamen, quod non invenitur, nisi tradiderit illum nobis venerabilis illa Domina, cujus peregrinas ausus est spoliare. In illam enim confidens, mittam famulos meos ad ea loca, in quibus latere dicitur. Qui missi invenerunt eum in primo latibulo, quo cœperunt inquirere, duoque irruentes in eum tenere non valebant, donec tertius adveniens latenter abscidit ei pedem alterum; et sic captus restituit prædictis mulieribus res suas. Postea vero in patibulo prout male meruit, est suspensus. Et illæ mulieres postea Dominica prima post Pascha reversæ sunt in Vuatzsteno, et cum gratiarum actionibus ista narrabant. Testes sunt venera-

B biles viri dominus et frater Sueno de monasterio

*h* Novævallis *h* tunc existens apud ecclesiam prædictam Bricstadh, qui direxit litteram ad Vuatzstenum ista testificantem, et predictus Ignemundus, cujus famuli latronem illum in suspendio condemnaverunt.

*laborans dolore capitis, sensibus destituta,*

85 Caput et collum Margaritæ de oppido Tyngasta parochiæ Athanaas Strengien. diœc. ex vehementissimo dolore in tantum intumescebant, quod ejus oculi et nares inspici non valerent; cui per amicos per * se facto voto Famulæ Dei, restituta est circa festum SS. Philippi et Jacobi sanitas repentina. Testes sunt Thomas Ignemundus, et Henricus de oppido prædicto, qui sibi præsentes erant, infirmitate durante. Sanctimonialis quædam, Margarita nomine, de claustro Bisabergh *i* Strengien. diœc., consistens extra castrum apud ecclesiam Viby ejusdem diœc. blasphemando deridere venerabilem D. Birgittam ausa est; quæ statim vindicta Dei percussa sensum perdidit et loquelam. Cumque in hujusmodi miseria quinque dies miserabiliter peregisset, dominus Nicolaus curatus ecclesiæ prædictæ Viby, et Fr. Benedictus Nicolai de Castro

* pro

*i*

C Strengien. votum peregrinationis ad Vuatzstenum pro ea fecerunt, et sequenti die, videlicet feria quarta ante Dominicam Palmarum plene convaluit; in Dominica ante Ascensionem Domini devote per se factum votum perficiens, secumque gratiam factam humiliter recognoscens. Testes sunt, qui pro ea votum emiserunt, et dominus Joannes, curatus ecclesiæ Ledhoborgh Straren.

*k* *k* diœc., et Thorinus Joannis de Covolodhun. parochiæ Urmarbyt qui tunc in Vuatzsteno existentes audiverunt, eam secum gratiam factam, confitentem.

*alter item dolore capitis laborans, graviterque cæsus curatur;*

86 Gertrudis, clavigera Nicolai curati ecclesiæ Romba Strengien diœc. deridere præsumens venerabilem D. Birgittam subito tam vehementi inflatione et dolore capitis est percussa, quod per tres dies et noctes nec videre, nec loqui potuit. His finitis, pœnituit de facta blasphemia, voto peregrinationis, quod in Ascensione Domini complevit, emisso, integre est sanata. Testes sunt viri fide digni, videlicet dominus Nicolaus prædictus, et frater Benedictus de Ordine Prædicatorum claustri Strengien. Harcaldus famulus nobilis viri Henechini Molteka de Ulfasa, parochiæ Ekby Lincopen. diœc, ab adversariis suis tam graviter cum fustibus percussus est, quod cecidit in terram et jacuit per tres dies quasi mortuus; non movens manum, nec pedem : deinde ad sensum rediens, et in omnibus membris suis dolorem gravissimum sentiens, pro alleviatione et recuperatione sanitatis divam Birgittam invocabat, vovens, se peregre visere locum suum, et eadem hora surgens sanus circa Ascensionem Domini complevit cum gratiarum actionibus votum suum. Testes sunt dominus Laurentius, vice-curatus in Rabyn Lincopen, diœc. et Folquinus Officialis nobilis viri Gerardi Suakenborgh de Eneby parochiæ Naas ejusdem diœc., qui audiebant eum, ita cum juramento firmiter affirmantem.

AA. MONS. VASTENANSIBUS.

87 Helena, filia Evæ nominis rustici * de oppido Sokmadal parr. Vedherstadb Linccopen. diœc. per decem hebdomadas gravissimo dolore laborabat, et novem ultimis diebus muta penitus effecta est, comedere aut bibere quidquam non valebat; unde pater de vita desperans fecit votum pro ea D. Birgittæ, et statim cœpit convalescere, plenaque sanitate recepta in

*muta loquitur, cæca videt,*

* *lege:* et Jo-annis, rustici,

E Ascensione Domini, quod pro filia pater voverat, adimplevit. Testes sunt dominus Ciko, curatus ecclesiæ prædictæ, et Joannes rusticus in oppido prædicto. Contigit in oppido Nikhem, parochia Vorghsla diœc. Dryganes regni Norvegiæ, quod Thorunæ, filiæ Ysæ viduæ, crescebat pellicula rubea et valde spissa super oculos, a qua omnino cœcata est per annum integrum, quæ nullis medicorum artibus removeri potuit. Quod cernens mater vovit, se cum filia pergere ad Famulam Dei, et mox pellicula illa, quasi cera, a facie ignis evanescente, puellæ restituitur clarus visus. Hæc mulier cum filia ista nobis in Ascensione Domini enarrabat. Testes sunt Thorlalior, et Samundir, rustici in oppido prædicto Sokmadal.

*captivus*

88 Nobilis quidam Gotherinus, Gaste nomine, de civitate, parroch. et diœc. Osloen *l* regni Norvegiæ circa Dominicam Palmarum, jubente domino suo rege Aquino, capitur, et in Akesborgh in carcere tenebroso cum uno famulo suo includitur, et cippo ligneo catenisque ferreis strictissime vinculatur. Hic, cum tanta miseria multis diebus affligeretur, tandem D. Bir-

*l*

F gittam pro sui liberatione invocabat. Post hæc evolutis aliquibus diebus, per quemdam amicum suum lima sibi in die S. Joannis Baptistæ latenter allata est. Qui cœpit, quantum potuit, lignum et ferrum disrumpere, et famulus primo solutus murum cum ossibus, de quibus carnes comederant, frangere. Et ecce miraculorum maximum, murus firmissimus, qui non cedebat grandissimis machinarum jactibus et ictibus, coctis fragilibus ossibus frangebatur. Jam die tertia postquam limam acceperat, oriente sole, vincula et tantum spatii in muro rupta sunt, quod liberi de castro recesserunt. Quod videns quidam nunciavit in castro et surgentes cum lanceis et balistis XL viri exhibant post eos; quos videns famulus currendo velociter evasit.

*evadit carcerem,*

89 Nobilis vero prædictus, quia strictissime ligatus fuerat, currere non potuit; sed posuit se juxta quemdam lapidem non longius a castro, quantum sit jactus lapidis, fiduciam habens in D. Birgittam, qaam prius invocaverat. Inimici vero ejus, dum primo exirent de castro, clare viderunt eum juxta lapidem sedentem, sed appropinquantes ei, videre eum non potuerunt,

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

omnia alia circa se clare videntes, sic discurrentes per gyrum a solis ortu usque ad meridiem, ut ipsemet multis fide dignis viris audientibus cum juramento affirmabat. Ita prope appropinquabant ei, quod plus quam decem vicibus eum tangere manu possent, et stantes juxta eum loquebantur ad invicem : Hic vidimus eum sedentem, sed non hic recedentem ; forsitan ergo terra aperuit os suum et deglutivit eum. Et cum jam hora prandendi præteriisset. casso labore in castrum reversi sunt. Ille vero, prout potuit, fugam arripuit, dolore tunc, quem de vinculis acceperat, aliquantulum mitigato. Hic in Ascensione Domini Vuatzstenum veniens ista confessus est. Testes sunt nobiles viri Ornio et Guthornius, qui cum aliis requirebant eum, et honorabiles domini Laurentius, præbendatus Lincopen. diœc., et Thronus, ibidem in Vuatzsteno hoc tempore existentes.

*sanantur pede saucius, flammis ustus,* * *i. e.* digitum

90 Laborator quidam nomine Throcto de oppido Sundista, par. Usby Upsalen. diœc. incaute abscidit sibi pedicam *, ita quod pendebat cum pelle, qui multis diebus gravi dolore afflictus, eo quod pedica pedis congrue
B combinari arte medicinæ non potuit, nec, quod omnino abscinderetur, sustinere non valuit : fecit tandem votum Famulæ Dei, et statim in Ascensione Domini Vuatztenum veniens confessus est, et gaudebat se totius pedis sanitatem recepisse. Testes sunt Joannes et Jacobus agricultores in oppido prædicto. Filius parvulus Joannis in Sorby parochiæ Ninkathorp Arosien. diœc. ex casu incauto cecidit in ignem, qui sic horribiliter in facie et pectore, manibus et brachiis adustus est, quod jam non speciem humanam, sed carbonum prætendere videbatur.

* patentes

Unde præsentes * nimium dolore afflicti, eo quod puer septennium non compleverat, illique etiam præter alia, quæ patiebantur incommoda, proxime pro morte filii erant astringendi, qui eadem hora moriturus credebatur ; pater intimo corde pro vita et sanctione filii votum emisit, se peregre visere Famulam Dei. Et paucis dibus plenam recuperavit sanitatem, ut pater ejus in Ascensione Domini confessus est. Testes sunt D. Laurentius, vice-curatus ecclesiæ prædictæ, et Aquinus in Sandistam ejusdem parochiæ.

C *a dæmone obsessa, cæca,*

91 Dominus Gregorius, curatus ecclesiæ Kyl Strengien, diœc. ad laborandum in sua curia habens puellam adolescentem, Ingrisdim nomine, quam secunda die Paschæ invasit diabolus, et per integrum mensem bis vel ter in quolibet die crudelissime vexavit ita, quod venter ejus supra pectus usque ad faciem ejus videretur se erigere ; cujus dolori dominus suus compatiens fecit votum pro ea, et statim discessit ab ea diabolus, sibi ulterius nihil nocens, et idem Dominus Gregorius infra Octavam Ascensionis Domini ista nobis retulit bona fide. Testes sunt Petrus et Stirbernus in Amarybi ejusdem parochiæ. Cæcilia quatuor annorum filia Martini Ockicta in oppido Mam, parochiæ Niobirbyo Lincopen. diœc. longo tempore gravi dolore et languore macerata, et tandem visu oculorum per quinque hebdomadas privata est. Pro sanitate recuperanda versus Vuatzstenum a matre sua, Catharina nomine, ducta est ; quæ in itinere, antequam ad locum ipsum perveniret, oculorum totiusque corporis se sanitatem gaudebat integram recepisse. Testes sunt dominus Petrus, curatus ecclesiæ Aa, et D. Andreas, vicarius ecclesiæ Unimarby Lincopen. diœc., qui infra Octa- D
vam Ascensionis in Vuatzsteno existentes una nobiscum viderunt puellam, sospitem corpore, oculorumque claro lumine redimitam.

*mutus simul et claudus : servatur*

92 Christina, vidua de oppido et parochia Arnobonga Lundunen. diœc. regui Daciæ, habuit filium septem annorum, Olavum nomine, à nativitate claudum et mutum ; quem mater cum alia fœmina, Helena nomine, in humeris suis portabat per longas duas dietas ad Vuatzstenum, venientes illuc in vigilia Pentecostes, ubi puer eodem die plena fortitudine ad ambulandum et loquendum præditus est. Testes sunt nobiles viri Joannes Broderhrsem de civitate Subdhu Capen. diœc., Hannus Volt, Hennechinius Grevensmolla, cives Skarmigen, qui rem gestam a matre pueri audierunt, et eum expedite ambulantem oculis prospexerunt. Holinstanus, decem annorum filius Petri Fut de oppido Bruta, parochiæ Ringarium Lincopen. diœc. in insulis maris cum aliis multis stetit super glaciem fragilem ad piscandum pisces, et subito venit ventus vehemens, circumquaque disrumpens gla- E
ciem, quod videntes, qui seniores erant, properabant ad littus, puer vero, sibi præcavere nesciens, remansit quousque glacies in frusta soluta est.

*puer submersioni proximus.*

93 Unde puer territus alta voce incessanter clamare cepit : O S. Birgitta, adjuva me. Vento autem indesinenter flante, glacies in tam minutas partes dissoluta est, quod puer a patre et aliis novem viris in littore stantibus non visus est super glaciem, sed super solam stare aquam. Et sic stetit per quatuor vel quinque horas, et, urgente semper flatu, longe satis elongabatur a littore, patre et aliis videntibus auxilium dare non valentibus, eo quod naves non habebant. Puer vero non cessabat invocare dominam Birgittam, cujus procul dubio meritis divina providentia, cui cura est de omnibus, providerat, quod Acaneridus de oppido Bro, et Marbum de Vaginar prædictæ parochiæ pro negotiis suis navigantes appropinquabant ei et considerantes particulam glaciei, super quam steterat, fere omnem in aquam resolutum, ceperunt eum in navem suam. Illi igitur hujus rei testes sunt cum Banka de opido Grevianas ejusdem parochiæ, qui hoc videns stetit in littore, et pater pueri, qui in die Pentecostes ista nobis per ordinem enarravit. F

## ANNOTATA.

a *Monachi Vastenensis, ejusque, qui rei gestæ interfuit, verba sunt.*

b *Modo ejus saltem pars servatur in vico* Courson.

c *Vastenensis Confessor generalis.*

d *Forte hic indicatur* Birca, *Suecorum regum antiqua sedes, jam destructa, quæ sita fuit inter Telgam et Sigdunam.*

e *In Nericia.*

f *Prima post Pascha, seu* in Albis.

g Aahus *in Scania duobus milliaribus a Christianostadio, in confiniis Scaniæ et Blekingiæ sito.*

h *Ordinis Cisterciensis in Gotlandia, diœcesis Lincopensis.*

i *Vide lit.* f *in cap.* 4 *lib.* 3 *Vitæ* S. Birgittæ, *a Bertholdo scriptæ.*

k *Legendum verosimillime* Scarensis.

l *Vide Annotata in Bertholdum lib.* 3, *cap.* 2, *litt.* c.

A

## CAPUT IV.

### *Alia item miracula anno* MCCCLXXVI *facta.*

*Ipsa denique languidæ, paralitica,* *a*

Margarita, octo annorum filia Hilchyvasti de oppido Ranstadha parochiæ Eniby Lincopen. diœc. *a* ex languore gravissimo per novem dies nihil comedens muta jacuit : pater vero pro filia votum Famulæ Dei faciens in paucis diebus plenam recuperavit sanitatem, et nobis in die Pentecostes confessus est. Testes sunt Hithuniastus Rugennius, et Thomas agricultores in oppido prædicto. Petrus valde sennex, pauper homo de oppido Moo in parochia Sildanzdh Striparen. diœc. *b* altera manu *b* dolorose debilitatus et cœcus per tres annos, pro recuperanda sanitate vovit, se peregre visere B reliquias dominæ Birgittæ, prout potuit, carpens iter. Qui, cum appropinquaret ad locum Vuatzstenum, ob merita Famulæ Dei divina gratia integram recuperavit sanitatem. Testes sunt Coko Diathakii de civitate Ludhrcopen. Lincopen. diœc. et Joannes de oppido et parochia Mothala, qui secunda die Pentecostes audierunt eum cum multis aliis, secum gratiam factam publicare. Gumildis paupercula de oppido Salbierga, parochia Rimalmida Osloën. diœc. *c* *c* regni Norvegiæ, jacuit paralitica per quinque annos, ita quod nec sensum, nec in aliquo corporis membro habuit robur plenum. Noti igitur sui fecerunt votum pro ea Famulæ Dei, quæ mox ita perfecte convaluit, quæ ad monasterium Vuatzstenum per viam asperam et valde longam ire potuit, illuc feria tertia Pentecostes perveniens ista nobis cum alia muliere, Thoron nomine, de eodem oppido juramento testificata est. Testes sunt honorabiles viri, videlicet dominus Aquinus, coralis ecclesiæ cathedralis Lincopen., dominus Carolus, curatus parochialis ecclesiæ ejusdem diœc, qui tunc in Vuatzsteno existentes hanc mulierem suis oculis perspexerunt.

C 95 Chorborgh de villa et parochia Byarlnuda *submergendæ,* Osboën. *d* diœc. regni Norvegiæ, circa Annunciationem B. Virginis cum marito suo ibat *d* super glaciem valde fragilem et perrosam, qui, subito rupta glacie, ambo pariter ferebantur in profondum. Et cum cœpissent mergi, clamavit mulier; O sancta Birgitta, salva me, statimque quasi quadam manu levata est super glaciem, quæ tam fragilis erat, quod multoties sub pedibus postea frangebatur, illa tamen non demergebatur : veniente vero illa ad ripam, fere tota glacies ex magno etiam imminente vento disrupta et in elementalem speciem resoluta. Hæc tertia die post Pentecosten Vuatzstenum veniens, testes secum de terra sua non habuit, quia nemo mortalium vidit, quomodo secum factum est, et quod sic secum factam gratiam gratanter et constanter confitebatur, testes sunt honorabiles viri, dominus Tyrgillus de domo S. Spiritus Skaingen. Lincopen. diœc., dominus Olavus, curatus ecclesiæ Hedhæ ejusdem diœc., qui cum multis aliis audierunt eam veraciter hæc dicentem.

96 Sigridis, quatuor annorum filia campanarii ecclesiæ Hersemæ Lincopen. diœc. circa Nativitatem Domini paralisi tam dolorose dissoluta est, quod manus et pes dexteræ partis ipsius erant ad palpandum quasi tela, sed nec ossa in illis esse cernebantur. Cumque sic jacuisset per sex hebdomadas, factum est votum pro ea Famulæ Dei. Quo facto, pristinam illico recuperavit sanitatem; quam parentes ejus ostenderunt nobis in Dominica Trinitatis secundum suam ætatem in omnibus membris vigorosam. Testes sunt honorabiles viri, dominus Nicolaus, curatus ecclesiæ Suanshalis Lincopen. diœc., qui vidit eam in Vuatzsteno die prædicto sanam, dominus Joannes, vice-curatus ecclesiæ prædictæ Hersemæ, et Petrus Honason ibidem, qui viderunt eam debilem et postea sanatam. Margarita viginti annorum filia Laurentii Frendæ de oppido et parochia Nordibiergh Arosien. diœc. cæca per duos annos, pro recuperatione visus peregre abiit monasterium Vuatzstenum, quæ in itinere visu claro prædita, ut nobis in Dominica infra Octavam Corporis Christi cum testibus subsequentibus confessa est, videlicet Simone Huring et patre suo prædicto, et nobili vidua Hena de prædictis oppido et parochia. E

AA. MONN. VASTENENSIBUS. *paralyticæ item alteri, cæcæ,*

97 Nicolaus Skuame, Petrus Ruth, et Andreas Gale de oppido Langaue, parochiæ S. Olavi in civitate Vitarefa, in qua sita est cathedralis ecclesia, ubi habent dominium Christi milites confines paganis *e*, pro piscibus capiendis mare, *e* in cujus littore habitant, ingressi sunt. Qui ex contrario vento castro, quod dicitur Cabbris, in terra paganorum appropinquare compulsi sunt. Quos videntes ac comprehendentes duodecim de paganis traxerunt ad littus, et spoliatis omnibus rebus suis, excepta una sola tunica, quam cuilibet reliquerunt, ligabant eis manus ad tergum et ingentem lapidem ad collum cujuslibet, volentes eos præcipitare in mare. Et cum agerentur hæc, illi, quos perterruit imminentis in proximo mortis angustia, non cessabant in adjutorium sibi dominam Birgittam invocare : quam quanto ferventius invocabant, tanto vehementius percutiebantur, et strictius ligabantur a paganis dicentibus : Non est, qui de manibus nostris vos vivos eripiat. His itaque F gestis, posuerunt illos tres in propriam navem illorum et extraxerunt secum longe a littore ad spaciositatem maris, ubi putabatur esse profunditas decem ulnarum, et ejecerunt primo Andream Galam, qui mox cum lapide ligato sibi ad collum descendebat ad profundum quasi lapis, quo perveniens, Dei virtute rupta fune, quæ ita fortis erat, quod bene tenuisset decem homines pendentes ad stipitem, remanente lapide, relevatus est in ictu oculi super aquas, et ligatis ad tergum adhuc manibus jacuit super aquam quasi super firmam humum.

*captis ab hostibus.*

98 Quod videntes pagani et nova crudelitate *mortisque periculo* sævientes, cœperunt illum fustibus velle percutere et interficere et quantumcumque nitebantur percutere eum, solam semper concutiebant aquam; ad illum autem verbera pertingere non valebant. Attendentes iterum, se stulto consumi labore, timere cœperunt ac dicere mutuo : Ecce adjuvat eos illa, quam invocant. Dimittamus ergo eos, ne et nos involvat vindicta, quia potens est illa, quæ privat aquis vim suam et stupere facit manus nostras, dignam nobis

AA. MONN. VASTENENSIBUS.

nobis reddere talionem. His dictis, solvebant eos duos, quos nondum ejecerant, illumque, qui jacuit super aquam cum blandis verbis traxerunt ad se, et solventes eum, in propria navi positos liberos recedere permiserunt. Hæc autem gesta sunt in Vigilia Paschæ circa horam vespertinam, et licet jam, qui dimissi erant, sine periculo non fuerunt, quia stante mari circumquaque quieto, effugere non valebant. Unde timebant usque ad mortem, ne ab aliis paganis caperentur.

*expositis,*

99 His dictis miraculum miraculo additur: nam, ut dictum est, mari undique stante quieto ita quod nec pluvia levissima moveretur, in illo tempore veniens quasi torrens impetuosus sub navi illorum, quo fortiter sine remis et velo navim trahentes, ad tenebras venerunt ad amicos per tantum maris spatium, quantum in terra decem leucarum vocamus. Isti viri in Dominica infra Octavam Corporis Christi venerunt Vuatzstenum, ista cum juramento et verbis constantis fidei firmiter asserentes, et ex verberibus, a paganis acceptis, cicatrices in suis corB poribus ostendentes. Hos sequebatur quartus de oppido eorum, qui vocatur Joannes Lafrenzsmo, hæc cum eis vera fide testificans, quod audierunt multi, ex quibus testes ponimus nobiles et fide dignos varios * Simonem Siga de oppido Ovistborgh parochiæ Vuatzsten., et Alvardum Barga de Ulfasom, parochiæ Ekby, et dominum Thyrgillum ex domo S. Spiritus Okmgie Lincopen. diœc., et Thorinum Vassa de Vuatzsteno

* viros

*graviter percusso, f*

100 Joannes, agricultor de oppido Veskeruik, parochiæ Heboherand. Upsalen. diœc. *f* tempore Carnisprivii pugione in interioribus ita periculose percussus est per medium, quod spiculum putabatur omnia viscera ejus penetrare atque disrumpere, qui statim cecidit, quasi mortuus jacens per integram hebdomadam, ita quod nemo videntium eum pro certo scire potuerit, utrum vivus fuerat vel mortuus, nisi quantum perpendi potuit ex hoc, quod non computruit et fœtuit, sicut cadaver exanime, qui per amicos suos Famulæ Dei facto voto, surgens cœpit de die in diem convalescere et per viam longissimam infra Octavam Corporis Christi Vuatzc stenum veniens ista cum gentiarum actionibus enarravit, cicatrices punctionis paratus ostendere, eas cernere volentibus, quomodo pugio intravit per unam partem corporis et exivit per aliam. Illum sequebantur duo de prædicta parochia Eboherard, qui videbantur esse fide digni, videlicet Igneraldus de oppido Indk, Riquidus de Rono hæc secum juramento veræ fidei confitentes.

*læso in inguine, hujusque filix exex, g*

101 Chindolphus de oppido Nosarith, parochia Quilla Oslon. *g* diœc. regni Norvegiæ de equo cadens incaute offendebat ita graviter genitalia sua, quod in frusta minuta frangerentur, pelle tamen integra permanente: unde dolore circumseptus intolerabili, nullo medicorum remedium sibi ferre valente, per annum integrum continue jacuit in grabato, se de illo nisi alterius adminiculo movere non valens, et cum jam inceperat putrescere et sic horribiliter fœtere, quod nemo sibi cohabitare potuit; vovit, se peregre visere monasterium Vuatzstenum ob reverentiam Famulæ Dei dominæ Birgittæ, si suis meritis sanaretur: illico remedium non aliud accipiens, quam, prout potuit, carpsit iter, et infra Octavam Corporis Christi ad nos veniens, gaudebat se sanitatem integram recepisse, volens se nobis D ad oculum ostendere, qualiter dilaceratus fuerat et corruptus. Hunc sequebatur filia sua, Ubergh nomine, quam asserebat per decem hebdomadas fuisse cœcam, et, voto peregrinationis facto, illuminatam. Testes secum de terra sua non habuit, nisi filiam suam, et hujus facti conscios dicebant nobiles viros Gutdhormam, legiferum de oppido Thrual, Nicolaum de oppido Slasdstadhum ejusdem diœc. et parochiæ.

*amenti, viscerum dolore vexatæ, cæco, h*

102 Filia Gosthani, Katilburgis nomine, decem annorum de oppido Kalvasatr, parochiæ Varringe Schiaren. *h* diœc. in Vigilia Paschæ demens penitus facta est, semetipsam, et circa se dolorose discerpens, multa mala et inconvenientia patiebatur. Pro qua parentes quinto die Paschæ votum fecerant; quam mox, facto voto, plenum sensum recuperasse, nobis in festo Apostolorum Petri et Pauli Vuatzstenum venientes, cum illa confessi sunt fidei juramento. Hos sequebantur duo de parochia prædicta, videlicet Algotus de oppido Lathacorp, Laurentius in Hynaas ista cum eis firmiter asserentes. Christina uxor Mi- E chaëlis de oppido Lappali parochiæ Pantarsharadh Alioen. *i* diœc. in ultimis ad illam plagam Christianorum finibus *k* corrosiones viscerum acerrimas perpessa est per tres annos: itaque frequenter cadens in terram eodem momento putabat se morituram. Hæc diversis Sanctis pro alleviatione doloris sui votum faciens et nihil proficiens, tandem dominam Birgittam humiliter invocabat, vovens, se quolibet anno visere locum Vuatzstenum, si suis meritis sanaretur. Quæ post paucos dies, pleno recepto remedio, infra Octavam Apostolorum Petri et Pauli ad nos veniens, rem ita gestam, cum gratiarum actionibus enarrabat. Hanc sequebatur maritus suus, et alter, Silvester nomine, de prædicto oppido, hæc cum ea constanter testificantes, qui Silvester testificabatur, se fuisse cæcum per tres annos, et, Famulæ Dei facto voto peregrinationis, illuminatum, quod secum constanter testificatur Michaël prædictus, et uxor sua Christina prædicta.

*i*

*k*

*equi mortui domino,*

103 Equus Petri Sessoni de oppido Apullaby Hagabroga Lincopen. diœc. in itinere constituti in Norvegiæ regno longe a domo sua quasi decem dietas, ita claudicare cœpit, quod quarto F pede terram tangere vix potuit. Et cum sic invitus traheretur, cecidit mortuus circa horam vespertinam, ad quem possessor reversus circa solis occasum, et movens membra ejus in eo rigida et frigida, recedensque ab eo dedit cuidam potestatem, ut decoriaret et haberet pellem ejus. Mane autem hora prima rediens invenit eum nondum decoriatum. Hic homo habitans prope Vuatzstenum audierat crebro narrari mirabilia facta per honorabilem dominam Birgittam: totam igitur fiduciam in ea ponens dicebat: O reverenda Domina, redde mihi vivum equum meum, et dum ad propria rediero, offeram similitudinem equi de cera. Et hæc dicens pro dolore, eo quod alium equum secum non haberet, jactavit se ad dormiendum juxta eum. Et ecce adhuc miraculum: nam equus, qui ante pessime claudicaverat, jam minime claudicabat. Hic homo Dominica post Trinitatem rediens ad domum suam cum equo prædicto bene sano, et postea ad Vuatzstenum vera fide confessus est, et solvebat fideliter votum suum. Testes sunt fide digni viri Nicolaus Sauskalasse, Petrossomhanus Fandike, cives civitatis

A vitatis et parochiæ Skamungen. Lincop. diœc. cum aliis plus quam centum, qui secum erant in itinere.

*laborantibus morbo caduco, et naufragii periculo,*

104 Quidam de nobiliori Sualnorgne, Fulquinus Melisson nomine de Sualnatholm, parochia Haergh Lincopen. diœc. circa Inventionem sanctæ Crucis navigio tendens ad Alemaniam quodam die descendens de navi cum aliis multis intravit insulam quandam, ubi post pauca cum aliis cursitare cœpit, quod cum faceret vivaciori modo, quo potuit, cœpit cœlum velut amens inspicere et quasi morbo caduco in terram subito cadens ut epilepticus, aut a dæmone arreptus, spumam horribilem evomere, quod antea nusquam deprehensus est facere; unde cæteri territi stabant stupefacti. Inter quos erat quidam consanguineus et dilectus socius, Ingebaldus Jorson nomine, qui Famulæ Dei venerabili dominæ Birgittæ pro eo fecit votum in hunc modum, quod ambo nudis pedibus irent ad
B Vuatzstenum ab illa parte terræ Suecorum, ad quam possent revertentes peracto negotio, pro quo tunc tendebant, primo pertingere, si jam, illa intercedente, sanus surgeret, et in hujusmodi morbo de cætero non caderet. Quo facto, satis graviter afflictus surrexit, navem cum cæteris ascendens. Qua elongata, seu longe a littore, gravissima tempestas oritur, et navis, fracto et amisso gubernaculo, periculose jactabatur. Unde hi duo prædicti votum iterum emiserunt, et sic illæsi, tantum maris spatium, quantum in terra vocamus XXXIV leu-
*l* cas, navigabant, postea revertentes ad propria applicabant ad civitatem Calmanens *l* regni Suetiæ, quæ distat a Vuatzsteno ad triginta longas leucas, et ab illa civitate per viam montuosam nimis et asperam nudis pedibus ambulantes, ad locum prædictum cum multis famulis suis pervenerunt, et, quod cum eis venerabilis Domina fecerat, confitentes. Testes sunt nobiles viri Petrus Parse, miles de Cesta, parochiæ Banison Lincopen. diœc., Joannes Petarson de oppido Vlabolstadh, parochiæ Skarbind ejusdem diœc., qui viderunt eos in Vuatzsteno nudis pedibus in-
C cedentes.

*puellæ in silvis erranti, m*

105 Helena septem annorum filia Laurentii Thorissom de oppido Karlaby *m*, parochia Patranschedh Aboën. diœc., feria secunda post Pentecostes intravit eremum densissimam sui patris oppidum circumjacentem, in qua sine cibo huc, illucque discurrens per decem dies errabat cum ferocissimis bestiis, videlicet ursis, lupis, diversique generis serpentibus, et cum hujusmodi, per maximæ multitudinis abundantiam inibi habitantibus, conversando et noctibus accubando, quam pater cum multa vicinorum turba diu requirens et neminem inveniens, desiit tam casso labore atque supervacuo fatigatus. Posthæc transactis aliquibus diebus, fecit votum peregrinationis cum filia prædicta, si eam vivam invenire posset; et sequenti die, erat feria quarta sequentis hebdomadæ, puella tenera invenit nuncium in eremo discurrentem separatum a grege et hunc sequens decima die ab hac, qua recessit, reversa est in domum patris sui; quæsitaque, quomodo tam diu sine cibo vivere potuit, respondit his diebus, antequam appropinquaret ad oppidum, esuriem non sensisse. O reverenda Domina verum periclitantium refugium, jam in veritate comperi, quod sint tibi vera misericordiæ viscera, quia te præsciens invocandam, etiam priusquam invocareris, teneram puellam, ne devoraretur a bestiis, aut fame deficeret, defendisti. Hic homo cum filia et multa vicinorum turba XVII Kal. Augusti veniens ista confessus est nobis veræ fidei juramento. Quod testificabatur videlicet Veroslukar de oppido Lamarshabr, et Firmieparter de oppido Asinundaby, Veroleon de oppido Lapallax ejusdem diœc. et parochiæ.

AA. MONS VASTERENSIS.

*saucio cerebri vulnere,*

106 Item nocte præcedente diem, quo venerabilis dominæ Birgittæ ossa primo in Vuatzsteno collocata sunt, Petrus de oppido Vylothorp. parochiæ Haghabyhegha Lincopen. diœc. ab adversario ita in capite valenter percutitur, quod fere tota testa capitis sui in frusta confracta est. Hic præ vehementia doloris reputans, se illico moriturum, pro servanda vita venerabilem dominam Birgittam invocabat, et mox aliquantulum respiramen accipiens, arte medicinali inniti tentabat, sed quia per ea ossa disrupta conglutinari non possent. Noti sunt * tria ossa tantæ magnitudinis † cum minoribus, et multis aliis ad modum pisarum, quæ non numerata sunt, de capite ejus extraxerunt. Quo facto, cœpit cutis se contrahere et cooperire ce- E
rebrum, et homo de die in diem convalescere, qui hodierna die familiam suam pleno vigore sensus et corporis regit, corrigit et dispensat. Testes sunt Magnus de oppido Skestadha, et Nicolaus Liomson de oppido Eslebey ejusdem parochiæ. Hic homo diu secum factam gratiam occultavit, quam tamen nobis in die sanctæ Margaritæ cum præscriptis testibus publicavit.

* *legendum forte* medici

*mortuæ in aqua, cæcæ*

107 Asta vidua de oppido et parochia Osmala Osloën. diœc. circa festum omnium Sanctorum ivit per pontem, sub quo erat torrens satis impetuosus, portans in humeris suis filiam suam teneram, Extridim nomine, titubanteque matre, incaute lapsa est filia in torrentem, ejusque cursu rapidissimo applicata est sub rota molendini stantis in proximo: quod videns dolorosa mater, flere cœpit ac dicere: O venerabilis domina Birgitta redde mihi vivam filiam meam, et ego cum gratiarum actionibus portabo eam ad monasterium tuum. Deinde huc, illucque circa ripam discurrens, vidit eam tandem inter duos lapides in aqua subter capite detineri, ita F
quod pedes ejus interdum super aquas elevabantur, et aliquoties submergebantur. Sicque detenta est quasi per tres horas, donec advenit quidam fortis homo, qui commotus lacrymis desolatæ viduæ, puellam, cunctis fere membris ejus corporis confractis, omnino mortuam cum difficultate et periculo maximo de torrentis flumine extrahebat. Misera vero mater non desistebat a prece, donec filia viva surrexit, et membrorum integram recepit sanitatem. Hæc mulier cum filia in festo S. Petri ad Vincula ista in audientia venerabilium et fide dignorum virorum, videlicet domini Laurentii, canonici Lincopen., et domini Petri Persa militis de oppido Vocaby, parochiæ Lemaridh ejusdem diœc., et Thorri Bassa de oppido Venabodh parochiæ Urnaby prædictæ diœc., et multorum aliorum verbis constantis fidei fatebantur. Christina vidua de oppido Ostrarirby, parochiæ Risby Lincopen. diœc. in sinistro oculo cœca per decem annos et in dextero oculo per tres annos in festo S. Petri ad Vincula visum in Vuatzsteno recepit, videntibus honorabilibus viris, videlicet domino Laurentio canonico Lincopen. et domino Tyrgillo de domo S. Spiritus Erknigiæ ejusdem diœc.

108 Anno Domini MCCCLXXIV hoc subsequens miraculum

AA. MONN. VASTENENSIBUS. miraculum factum est, et ille, cui contingebat, coram episcopo Lincopen. *n* et quibusdam suis canonicis cathedralis ecclesiæ propria in persona comparuit, dicens, quod Sactaus Heyndank tyrannus apprehendit constitutum apud ecclesiam Horby Upsalen. diœc. et imputavit sibi, quod famulus suus vulnerasset quemdam rusticum, et ob hoc dicebat, ipsum exbanditum esse. Iste vero respondit, famulum suum respondere debere pro facto suo et nihil sibi imputari. Tyrannus statim apprehendit eum, et voluit eum taliasse *o* ad sexcentas marchas, deinde petivit tres lescas *p* ferri. Tandem duo curati, qui præsentes erant, consuluerunt eidem Petro, ut redimeret periculum suum, ut posset. Et ob hoc ille obtulit illi unum vas ferri, propter quam oblationem idem tyrannus reputans, se despectum, statim fecit eum ad torturas poni et ad quæstiones. Propter quod iste, timore ductus, vovit Deo et dominæ Birgittæ, quod, si orationibus suis salvari posset, visitare deberet locum Vuatzstenum in honorem beatæ Birgittæ semel quolibet anno infra decem annos, et offerre dimidium talentum, et ad faciendum illud votum induxit eum unus de familiaribus tyranni.

*suspensoque* 109 Quo facto, apposuerunt et constrinxerunt tybias ejus truncis fortibus, qui statim frangebantur, quotquot apposuerunt. Deinde constrinxerunt caput ejus cum chamo, adeo quod sanguis defluxit de naribus et ore; nihil tamen pecuniæ extorquere potuerunt ab eo. Deinde tulerunt eum et suspenderunt eum ad furcas cum corda forti, quia de justitia timuerunt procedere contra illos, si superveniens quis conquereretur, sicut et postea fuit factum per regem Suetiæ. Et ibi pendebat a meridie usque ad occasum solis; et tunc unus illorum videns ocreas ejus bonas et ornamenta corporis voluit sibi tulisse : et puer quidam, qui adstitit, clamabat, dicens : Noli tollere quidquam, quia video ibi mulierem albis vestibus indutam cum crinibus usque ad pectus, quæ hominem sustentat : ad quod idem, qui tollere voluit, dixit : Utinam illa sancta Domina, cujus reliquiæ translatæ sunt ad terram istam noviter, cujus etiam cocus fui per tres annos, velit hominem hunc juvare ad salutem : saltem ob reverentiam illius cordam succidam suspensionis, ac vestes et ornamenta corporis sibi dimittam. Et, hoc dicto, præcidit cordam et dimisit hominem ibi jacere. Qui ibidem jacuit usque ad noctem totaliter exanimis et sine sensu. Tandem post longum tempus respiravit, et oculos aperuit, et sensus suos aliqualiter recuperavit, sic quod intelligere potuit factum, et quid sibi contigerat. Manus tamen ambas fortiter ligatas habebat ante pectus cum corda de corio facta.

*beneficam sese præbet.* 110 Et sic resumptis aliqualiter viribus, traxit se, sicut potuit, infra blada, quæ prope stabant, timens, quod redirent et interficerent eum. Et nitebatur cum dentibus, si posset, cordam rumpere, et statim, quando applicuit ad dentes, rumpebatur corda sicut filum parvum. Et surrexit inde et venit iterum ad locum proprium. Et sacerdotes ipsa nocte, ubi primum captus fuit, factum istud publice postea coram rege et consiliariis regni Suetiæ proposuerunt, et petunt sibi justitiam fieri super eodem tyranno et suis complicibus, ita quod omnes fuerunt exbanditi extra regnum. Et idem Seclaus publice factum istud coram rege et consiliariis regni confitebatur per omnia, sicut superius scriptum est. Et hoc in præsentia nostra examinavimus per examinationem ipsius suspensi et confirmabant proceres regni cum juramento duo, scilicet prædictus Fikko de Bosen, miles, capitaneus castri Kalmarneum, et dominus Carolus de Toptum, miles, legif. Suecorum, ambo consiliarii regni. Et ultra hoc fatebatur idem dominus Fikko sub juramento, quod ipse audivit a quatuor viris et examinasse verba prædicti pueri dicentis et jurantis coram ipsis, quod vere vidit mulierem cum albis vestibus astantem et sustentantem hominem suspensum. Et quando hoc vidit, erat puer annorum quatuordecim. Suspensus vocabatur Petrus Nicolai, civis Sthocalinensis. Testes scripti sunt in magna littera sigillata, quæ noviter venit de Suetia. Expliciunt miracula beatæ Birgittæ de Suetia, finita et scripta anno MCCCLXXVIII in Octava S. Martini per manus Nicolai Misner, alias dicti Vyogeler, clerici Brandenburgensis diœc., tunc temporis in Roma existentis etc.

## ANNOTATA.

a *Vide Annotata in partem* 1 *Miraculorum* S. Birgittæ *lit.* a.

b *Videtur diœcesis ista hic male expressa.*

c *Vide Annotata in Bertholdum lib.* 3, *cap.* 2, *lit.* c.

d *Lege :* Osloënsis.

e *Vel hæc de Viburgo, Careliæ (quæ ea tempestate partim penes Russos, partim penes Suecos erat) civitate episcopali, Rigensis in Livonia archiepiscopatus suffraganea, lingua Finnonica forte* Viturefa *dicta, vel de Rigensi, Oseliensi, aut Revaliensi episcopatu intelligenda sunt : hæ enim sedes omnes ad mare Balticum sitæ sunt in Livonia, Russorum dominio contermina, et Ordini militari Teutonico tunc magna ex parte subjecta.*

f *Vide Annotata in part.* 1 *Miraculorum* S. Birgittæ *lit.* a.

g *Lege* : Osloënsis.

h *Legendum verosimillime* Scarensis, *de qua diœcesi vide lit.* a *in Annotatis in* 1 *part. Miraculorum* S. Birgittæ.

i *Legendum forte* Aboënsis; *vide lit.* a *mox citatam.*

k *Erat enim Finlandia Russorum, tunc paganorum, dominio contermina.*

l *Intellige* Calmariam *seu* Calmarniam *in Smalandia.*

m *Hujus nominis locum reperi in Cajania, Finlaudiæ provincia, ad sinum Bothnicum.*

n *Nicolao, de quo supra num.* 55.

o *Vide dicta in Bertholdum lib.* 3 *c.* 1 *lit.* d.

p *Vide ibi lit.* e.

A D

# DIES NONA OCTOBRIS

SANCTI QUI SEPTIMO IDUS OCTOBRIS COLUNTUR.

Sanctus Abraham patriarcha in Palæstina.

S. Dionysius Areopagita episc. M. Athenis in Græcia.

S. Demetrius episcopus conf. Alexandriæ in Ægypto.

S. Dionysius episcopus, S. Rusticus presbyter, B S. Eleutherius diaconus — MM. Parisiis in Francia.

S. Domninus seu Donninus M. Burgi S. Domnini in ducatu Parmensi.

S. Atticus, S. Luddulus seu Lugdulus, S. Septimus, S. Julius — Martyres.

S. Marcellus seu Marcellinus, S. Geminus seu Genuinus, S. Nuvius seu Nivius, C S. Primina — MM. Romæ.

S. Baractalis martyr Spoleti in Umbria.

S. Publia abbatissa Antiochiæ in Syria.

SS. Andronicus et Athanasia monn. conff. in Ægypto.

S. Savinus seu Sabinus mon. conf. in Levitania.

S. Domninus conf. apud Tifernum Tiberinum in Umbria.

S. Arnoaldus episc. conf. Metis in Belgica I.

S. Gislenus conf. Ursidongi, nunc Gislenopoli, in Hannonia.

SS. Lambertus et Bellerius conff., S. Gisleni discipuli, Ursidongi, E nunc Gislenopoli, in Hannonia culti.

S. Geminus conf. forte Ordinis S. Benedicti in oppido S. Gemini in Umbria.

S. Deusdedit abbas Casini in regno Neapolitano.

S. Petrus Galata mon. conf. Constantinopoli.

S. Olla virgo apud Cameracum in Belgica II.

BB. Nidgarius et Adalbero epp. conff. Augustæ Vindelicorum.

B. Guntherus conf. Ordinis S. Benedicti Breunoviæ in Bohemia. F

B. Gosvinus seu Goswinus abbas in monasterio Aquicinctino in diœcesi Atrebatensi.

B. Joannes Lobedavius conf. Ordinis S. Francisci Culmzæ in Prussia.

A D

## PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

Sancti Juventinus *seu* Jubentinus *et* Maximus martyres *hodie a Ferrario in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, annunciantur. Idem etiam a Galesinio in Martyrologio, per eum concinnato, fit. Verum de binis illis sanctis Martyribus, sub Juliano Apostata passis, cum Martyrologio Romano pluribusque aliis fastis sacris jam egimus ad diem* xxv Januarii.

S. Rodosindi *episcopi, qui a nonnullis* Rudesindus *aut etiam paulo aliter vocatur, Canonizationem hodie in Fastis sacris, quos Ordinis sui Sanctis celebrandis adornarunt, commemorant Benedictini hagiologi Dorgainus, Menardus, Wisnus, et Bucelinus, illumque, qui in generali Sanctorum, Martyrologio Romano non inscriptorum, Catalogo sancti illius*
C *Antistitis Canonizationem hodie pariter consignat, idem etiam facit; meritone, an immerito, colliges ex iis, quæ dicta apud nos sunt ad diem, quo de sancto illo Dumiensi episcopo jam actum,* i Martii.

S. Abrahæ *eremitæ natalis, addito prolixo elogio, hodie occurrit in Florario nostro Ms.; verum de Sancto illo cum Martyrologio Romano jam egimus ad diem* xvi Martii.

S. Mathillam *in Menologio Scotico hodie signat Camerarius, Cum addat,* Induit sanctam Brigiddam, *dubitandum non videtur, quin designet S. Macalleum episcopum, a quo S. Brigida virgo Scotica, ad* i *Februarii diem apud nos jam data, velum accepit; verum de sancto isthoc antistite, qui, quemadmodum Operis nostri tomo I Februarii, pag.* 136 *est videre,* Machilla *etiam appellatus invenitur, actum apud nos jam est ad diem, quo in Ms. monasterii Tamlactensis Martyrologio, itemque in Casselensi Kalendario et in Festilogio Maguiriano celebratur,* xxv Aprilis.

S. Richarii *confessoris translationem Grevenus ac varia Usuardina apud Sollerium Auctaria*
B *hodie commemorant. De* S. Richario, *Centulensi in Gallia abbate, sermonem esse, ex occurrentibus ac inter Centulensi et Ambianensi Auctariis intelligitur. Pro translatione natalem signat Auctarium Altempsianum; verum hic in Martyrologio Romano pluribusque aliis Fastis sacris memoratur ad diem, quo proinde de sancto illo abbate ejusdemque translatione actum apud nos jam est,* xxvi Aprilis.

S. Jacobus Alphæi *hodie in Magnis Græcorum Menæis excusis celebratur, uti etiam in pluribus aliis Fastis sacris, quemadmodum in Opere nostro videre licet ad diem, quo de illo jam egimus,* i Maii.

In civitate Vienna multorum Martyrum *hodie legitur in sola adjuncta Adonis Martyrologio Appendice. Viennam Allobrogum, non Austriæ, designari existimo. Verum quorum memoratur martyrum manipulus? Lugdunensiumne, qui Antonino Vero Romani imperii habenas tenente, anno* 177 *Lugduni Segusianorum passi sunt, quique, quod Vienna Lugdunum ad martyrium ducti fuerint Viennæque etiam veneratione singulari quotannis hodie colantur, cultive olim fuerint, in civitate isthac ab Appendicis laudatæ auctore ponuntur? Quod si res, quam nobis elucidari, fuerit gratissimum, ita fortassis habeat, adeundum est Opus nostrum ad diem, quo de sanctis illis quadraginta octo celeberrimis Martyribus, Photino nempe episcopo ac sociis quadraginta septem jam actum,* 2 Junii.

S. Dorotheus *Tyri episcopus hodie a Galesinio et Castellano celebratur, uti etiam a Græcis in Menologio Sirletiano et Menæis excusis; verum de Sancto illo actum apud nos jam est ad diem* v Junii.

S. Afræ martyris natalem *Hieronymiana apud Florentinium apographa, quibus etiam Florarium nostrum Ms. consonat,* In provincia Creta, civitate Augusta, *hodie annuntiant; verum eam hodie pariter,* In provincia Rhe- E
tha civitate Augusta, *Adonis apud Rosweydum Appendix emendatius consignat, uti in Opere nostro videre est ad diem, quo de sancta illa Martyre, Augustæ Vindelicorum passa Romanoque Martyrologio tum inscripta, jam egimus,* v Augusti.

S. Austregildem, *S. Lupi matrem, Castellanus aliique hodie annuntiant; verum de sancta illa ac illustri Matrona in Opere nostro actum jam est ad diem, quo sancti ejus filii Acta illustravimus,* i Septembris.

S. Diodori *natalem Laodiceæ in Phrygia hodie signant Hieronymiana apud Florentinium Apographa. Sancti ejusdem Martyris, qui in uno ex hisce, Corbeiensi videlicet,* Theodulus *haud parva nominis mutatione vocatur, adjecta ad Adonis Martyrologium Appendix hodie quoque meminit, uti etiam in Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Catalogo generali Ferrarius, in suis præterea, quas huic subjungit, Annotationibus Tabulas Græcorum citans, atque ab hisce in Menologio de* F
Diodoro *agi, affirmans. Verum in nullis prorsus Græcorum prelo hactenus vulgatis atque a me visis seu tabulis seu Menologiis* Diodorus *ad hunc diem commemoratur. Quare oportet, ut Ferrarius vel de tabulis dumtaxat Mss., Menologioque item dumtaxat Ms. loquatur, vel ut in memorato a se Menologio, non hodie, sed alio die a Græcis de* S. Diodoro *agi velit. S. Diodorus martyr cum adjuncto sibi socio S. Didymo, pariter martyre, ad undecimam aut præcedentem Septembris diem in pluribus Græcorum fastis sacris celebratur. Ac ad posteriorem quidem e binis illis Septembris diebus in Menologio Sirletiano, Menæisque nostris Mss., e Bibliothecæ Ambrosianæ codice V. n.* 393 *excerptis, id fit; ad priorem autem in Menologio Basiliano magnisque Græcorum Menæis excusis. Adhæc in Menæis nostris Mss. aliis, quæ ex altero Bibliothecæ Ambrosianæ codice, signato F. N. n.* 103, *desumpta notantur, hodie quoque S. Diodorus martyr cum adjuncto sibi martyre Didymo commemoratur. Quid si ergo Ferrarius ultima hæc similiave Menæa Mss. per Græcorum tabulas, loco supra cit. a se laudatas,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A laudatas, intellexerit, atque ad alterutrum e dictis Septembris diebus, dum de Diodoro a Græcis in Menologio agi, ibidem asseruit, respexerit? Ut ut sit, Diodorum equidem et Didymum, in Mss. bibliothecæ Ambrosianæ Menæis proxime laudatis hodie commemoratos, a Diodoro et Didymo, qui ad undecimam aut præcedentem Septembris diem in supra dictis Græcorum Menologiis Menæisque excusis celebrantur, distinctos seu diversos non esse, existimo. Etenim tam in elogio, quo illi hodie, quam in elogio, quo hi ad alterutrum e dictis Septembris diebus ibidem exornantur, una eademque martyrii palæstra assignatur Laodicea, hoc solo parvi momenti interveniente discrimine, quod in hodierno elogio, contra ac in alio fit, nulla apponatur nota, qua Laodicea, SS. Diodori ac Didymi palæstra, a civitatibus homonymis distinguatur. Adhæc Diodorus et Didymus, tam qui hodie, quam qui ad præfatos binos Septembris dies in laudatis Græcorum fastis celebrantur, eadem omnino phrasi Græca ad ultimum usque spiritum, dum martyrio coronarentur, Deo gratias egisse in elo-
B giis, sibi adornatis, asseruntur, nec quidquam in hisce occurrit, quod Diodorum ac Didymum, in Mss. bibliothecæ Ambrosianæ Menæis hodie signatos, a Diodoro et Didymo, qui in fastis Græcorum aliis supra laudatis Septembri affiguntur, distinguere compellat. Nullam quidem hi ignis, quo Diodorus ac Didymus tandem exusti in Menæis Ambrosianis hodie narrantur, mentionem instituunt; verum Diodorum ac Didymum, quos memorant, expirasse, aiunt, in tormentis; quæ inter cum esse potuerit ignis incendium, cum dictis Ambrosianis Menæis haud pugnant. Accedit, in sacris Græcorum Fastis unum eumdemque Sanctum, qui ad diversos dies recurrit, elogiis subinde, non parum invicem discrepantibus, condecorari. S. Pelagia, virgo martyr Antiochena, quæ ad IX Junii diem in Magnis Græcorum Menæis excusis celebratur, seque ipsam ne libidini corpus exponens pudicitiam perderet peccatoque consentiret, occidisse, in elogio, illi adornato, narratur, ad VIII Octo-
C bris diem in iisdem Menæis recurrit, nullaque prorsus violentæ, qua occubuit, necis mentione in elogio facta, fundens ad Deum preces, ne mililibus traderetur, immaculatum Creatori suo spiritum tradidisse asseritur. Atque ita quidem, Diodorum martyrem, qui in Menæis Mss., e bibliothecæ Ambrosianæ codice supra laudato excerptis, hodie cum Didymo recolitur, a Diodoro martyre, qui ad undecimam aut præcedentem Septembris diem in pluribus aliis Græcorum Fastis sacris supra recensitis cum Didymo etiam celebratur, distinctum seu diversum non esse, indubitatum ex omnibus jam dictis apparet; verum an hodiernus ille Diodorus, ac proin ob jam adducta etiam hic, qui Septembri illigatus est, a Diodoro, ad hunc diem, ut jam supra docui, Hieronymianis apud Florentinium apographis, adjectæque ad Adonis Martyrologium Appendici inscripto, diversus seu distinctus pariter non est? Ita equidem mihi verosimilius apparet: etenim et Diodorus, qui in binis hisce Fastis sacris exstat, et Diodorus, qui in Mss. bibliothecæ Ambrosianæ Menæis, proxime iterum memoratis, occurrit, ad unum eumdem-



que hodiernum diem celebratur, nec aliud D quidquam alicunde se offert, quod alterum ab altero certo distinguendum, suadere sit natum. Diodorus quidem, Hieronymianis apographis Adonianæque Appendici hodie insertus, solus ibidem absque ullo socio comparet; Diodorus autem, in Menæis Ambrosianis hodie memoratus, cum Didymo, socio martyre, conjungitur: verum, cum Diodorus, ubicumque cum Didymo in Fastis sacris supra laudatis memoratur, primo loco recenseatur, fuerit fortassis aut dignitate aut nominis saltem celebritate Didymo præstantior. Atque hinc factum esse potest, ut, qui Martyrologium, sub S. Hieronymi nomine circumferri solitum, concinnavit, Diodorum dumtaxat, non autem etiam Didymum, cognitum habuerit, hunc-que idcirco cum illo haud annuntiarit. Accedit, non raro evenire, ut Sancti, qui in uno alterove aut etiam pluribus hagiologiis cum sociis sibi adjunctis celebrantur, soli etiam absque sociis in aliis signentur. Ut e plurimis, quibus res hæc confirmari posset, exemplis unum saltem adducam in medium, S. Dionysius, patriarcha Alexandrinus, tertia Octo- E bris die cum adjunctis sibi sociis Fausto, Caio, Petro et Paulo in Menologio Sirletiano, aliisque nonnullis Fastis sacris, uti Operis nostri tom. 2 Octobris pag. 9 videre licet, celebratur; in Martyrologio autem Romano hodierno, uti et in Romano Parvo seu Veteri solus absque sociis ad XVII Novembris diem recolitur. Ex eo itaque, quod Diodorus, Hieronymianis apographis Adonianæque Appendici hodie inscriptus, solus ibidem absque ullo sibi socio adjuncto compareat, consectarium neutiquam est, ut is a Diodoro, qui hodie in Menæis Ambrosianis cum Didymo conjungitur, sit diversus. Nec id etiam certo consequitur ex eo, quod Diodorus, Hieronymianis apographis hodie insertus, diserte in hisce Laodiceæ, quæ in Phrygia sita est, signetur; Diodorus autem, in Menæis Ambrosianis Mss. hodie relatus, qui cum Diodoro, ad undecimam aut præcedentem Septembris diem Menæis excusis, Menologio Sirletiano aliisque pluribus Græcorum Fastis sacris inscripto, unus idemque ex supra dictis est, expresse in hisce F Laodiceæ, quæ in Syria sita est, attribuatur. Quid si enim, qui primus in Fastos Græcorum sacros Diodorum intulit, cum sanctum hunc Martyrem Laodiceæ absque addito, civitatem Laodicenam, quæ significaretur, determinante, martyrio coronatum fuisse, comperisset, idcirco eum Laodiceæ Syriæ, quod hanc præ reliquis civitatibus homonymis nosceret, collocarit, itaque aberrantem posteriores deinde Græcorum hagiologi sint secuti? Sane, quod id minus appareat incredibile, faciunt Mss. bibliothecæ Ambrosianæ Menæa, supra jam sæpius laudata, in quibus ad hunc diem Diodorus Laodiceæ passus signatur, nulla omnino nota adjecta, e qua, Syriæne, an Phrygiæ Laodicea designetur, intelligas. Ut ut sit, cum equidem facile seu in Hieronymianis apographis seu in sacris Græcorum Fastis, utpote et his et illis loco non uno existentibus mendosis, quantum ad regionem, cui Laodiceam, Diodori palæstram, adscribunt, erratum esse queat, enimvero ob regionis, in qua hanc locant, diversitatem Diodorum, Hiero-

A *nymianis apographis hodie insertum, a Diodoro, Menæis Ambrosianis hodie pariter inserti ac proin ob dicta a Diodoro, ad undecimam aut præcedentem Septembris diem in pluribus Græcorum Fastis sacris celebrato, certo esse diversum, pronuntiare non ausim, maxime cum nihil etiam sat solidi, quo ad hoc faciendum inducar, aliunde hactenus occurrat. Donec itaque hoc fiat, de* Diodoro *Hieronymiano in Opere nostro separatim agendum non reor, lectoremque proinde tam pro eo, quam pro* Diodoro, *Menæis Ambrosianis hodie inscripto, remitto ad diem, quo de Didymo simul, ac Diodoro, a Diodoro Ambrosiano ex dictis haud distincto, apud nos jam actum,*

XI Septembris.

S. Gerulphi martyris adventus *seu reliquiarum e pago Merendra Trunchinium prope Gandavum translatio hodie recurrit in Additionibus Mss. Cartusiæ Bruxellensis ad Usuardum Greveni, Verum de illa aliisque, ad eumdem sanctum Martyrem spectantibus, apud nos jam actum* XXI Septembris.

B S. Matthæi Euangelistæ et Apostoli *memoria hodie occurrit in Calendario Æthiopico et Coptico apud Jobum Ludolfum; verum de Sancto illo cum Martyrologio Romano jam egimus ad diem*

XXI Septembris.

S. Michaël archangelus *apud Jobum Ludolfum in Calendario Æthiopico et Coptico hodie signatur; verum de illo, aliisque simul angelis actum apud nos jam est ad diem*

XXIX Septembris.

S. Libariam *virginem martyrem hoc die habet Ms., quod Sororum Regularium lacus S. Mariæ juxta Leydam olim fuit, Martyrologium; verum de hac sancta virgine ac martyre jam egimus ad diem, quo in nonnullis Fastis sacris excusis, nostroque etiam Florario Ms. celebratur,* VIII Octobris.

S. Petri martyris in civitate Hispali *hodie legitur in Hagenoyensi Usuardi apud Sollerium Auctario; verum de eo actum jam est ad diem*

VIII Octobris.

Alelmum, *qui ex monacho Beccensi in Normannia secundus abbas Aquicinctinus in Belhio exstiterit, in Martyrologio Benedictino Menardus hodie commemorat Ac illum quidem, quem anno* 1088 *obiisse, lib* 2 *Observationum affirmat, miraculis post obitum claruisse, ibidem etiam scribit; verum de cultu silet, non secus ac Raissius ad quintum, quo* Alelmum *recolit, Septembris diem facit.*

C Alphani, *Salernitani archiepiscopi memoriam hac die, qua anno* 1085 *obiisse narratur, Castellanus in Martyrologio suo universali Salerni consignat. Cum addat, scriptis eum non minus, quam pietate solida celebrem esse, manifestum fit, a martyrologo isto sermonem institui, non de Alphano secundo, sed de primo, nominis hujus Salernitano archiepiscopo, quem plura edidisse ingenii sui monumenta, Petrus diaconus lib. de viris cœnobii Cassinensis illustribus testatur. Porro* Alphanum *hunc* Sancti *etiam titulo Ughellus tom.* 7 *Italiæ sacræ in Archiepiscopis Salernitanis exornat, relatumque ferri inter Sanctos, affirmat. Verum, præterquam quod eum dumtaxat* Venerabilem *Castellanus appellet, nihil omnino, quod cultum illius ecclesiasticum utcumque prodat, vel in ecclesiæ Salernitanæ, quæ penes nos exstant, Officiis propriis, vel in monumentis aliis, quæ* D *quidem videre obtigit, occurrit.*

Bonnolus episcopus Metensis *apud Saussayum in Martyrologio Gallicano hodie occurrit, uti etiam apud Ferrarium in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt. Citat quidem hic in Annotatis suis posterior hic hagiologus ecclesiæ Metensis Tabulas ac Kalendaria; verum, num ex his de* Bonnoli *seu, ut ab aliis vocatur,* Donnoli *cultu constet, non edicit; cum autem nec Martyrologium Parisiense, anno* 1727 *excusum, nec in Martyrologio suo Universali Castellanus, Sanctos omnes, qui in Galliis uspiam coluntur, diligentissime alioquin recensere solitus,* Bonnoli *seu* Donnoli *meminerit, hunc ego Metensem episcopum Operi nostro inter Sanctos non prius intexam, quam de publico ac legitimo ejus cultu, de quo mihi hactenus non constat, apprime fuero edoctus.*

Catullæ matronæ *res gestas a die* XXXI *Martii, quo ea a Greveno in Molani Auctario aliisque aliquot recentioribus hagiologis memoratur, Majores nostri huc remisere discutiendas una cum Actis S. Dionysii: ac infra quidem in Commen-* E *tario de hoc Sancto res gestas, quæ* Catullæ *attribuuntur, discutiemus; verum cum matrona isthæc ex Hilduini sublestæ fidei Areopagiticis similisve farinæ scriptis primitus videatur deprompta, cultuque ecclesiastico destituta a nullis etiam Martyrologis classicis seu antiquis recenseatur, Operi nostro inter Sanctos intexenda non est, etsi interim, quæ in Dionysii sociorumque martyrum gratiam gessisse narratur, re etiam vera gessisset.*

SS. Dionysius archidiaconus Remensis et Socii ejus *hodie signantur in Usuardo Greveni. In Florario nostro Ms., in quo præterea* Martyrum *titulo condecorantur, idem etiam fit. Verum quis* Dionysius *ille, cui etiam Socii martyres adduntur? In Breviario Remensi, penes nos exstanti, quod anno* 1630 *notatur excusum, quodque S. Dionysium Areopagitam cum S. Dionysio Parisiensi, episcopo martyre, confundit, non alius hodie Dionysius, quam hic posterior, colendus proponitur. Adhæc* Dionysius, *Remensis archidiaconus, qui cum Sociis mortem pro Christo aliquando oppetieret, nec* F *ex Remensis, nec ex aliarum quarumcumque ecclesiarum seu libris ecclesiasticis seu monumentis aliis innotescit. Existimo itaque,* Dionysium, *qui in binis Fastis sacris supra laudatis hodie memoratur, perperam in hisce* archidiaconi Remensis *titulo insigniri, perperamque item, veluti a Dionysio Parisiensi, hodie cum Sociis Martyribus apud nos dando, diversum proponi, adhibitis etiam duabus annuntiationibus diversis, quarum altera hic, altera ille commemoratur.*

Elizabetham de Wans, *sanctimonialem Aquiriensem, cum* Beatæ *titulo simul et elogio sat prolixo Raissius in suo ad Molani natales Sanctorum Belgii Auctario hodie consignat, hucque illam a die* 1 *Julii, quo a pluribus hagiologis laudatur, majores nostri, quod cultum ejus ecclesiasticum publicum probare non possent, remiserunt. Futurum scilicet putarunt, ut aliquid fortassis, quo de illa simul et de Sybilla de Gagis infra memoranda hodie agi posset, temporis lapsu suggereretur; verum, cum id hactenus factum non sit,* Elisabethæ *non magis*

*quam*

A *quam Sybillæ, locus inter Sanctos in Opere nostro debetur.*

Gerardum, *monasterii Novæ-vallis in Suecia abbatem, in Menologio Cisterciensi hodie commemorat Chrysostomus Henriquez, uti etiam in Ordinis Cisterciensis Sanctorum, Beatorum ac Servorum Dei Catalogo Sigismundus Alberti, in Sanctorum, Beatorum et illustrium virorum Ordinis Cisterciensis Serie Chalemotus, ac denique in Ordinis Cisterciensis Beatorum ac Venerabilium Elencho, Originum Monasticarum lib.* 5, *cap.* 15 *inserto, Aubertus Miræus. Atque hi quidem hagiologi, quorum duo priores* Gerardum *Novæ-vallis, haud sat tamen fundate, uti ex Manrique, ubi hic de illustri illo Ordinis sui viro, fas est colligere, fundatorem etiam faciunt, unanimi consensu omnes* Gerardum *illum, Trajecti ad Mosam natum, annoque circiter* 1190, *ut Manrique notat, in Clara-Valle vita functum,* Beati *etiam titulo condecorant; verum nihil omnino afferunt, quod cultum ejus ecclesiasticum utcumque probet.*

S. Ghislerius *confessor in Martyrologio Belini,*

B *et ex hoc, ut videtur, acceptus in posterioribus, quæ anno* 1573 *et anno* 1583 *prodierunt, Usuardini per Molanum Martyrologii editionibus hodie occurrit; verum is Sanctus, qui* Giliberti *etiam ac* Gilleni *nomine in Florentino Usuardi apud Sollerium Auctario hodie designatur, cum* S. Ghisleno, *ad hunc diem dando, unus idemque, ut mihi equidem apparet, certo est.*

Hermannus *conversus Aquiriæ in Brabantia Ordinis Cisterciensis hodie Raissii ad Molani Natales Sanctorum Belgii Auctario cum titulo* Beati *exstat inscriptus; verum eum ad diem quartam Martii, qua a pluribus hagiologis recolitur, inter Prætermissos jam retulimus, et sane non immerito, cum cultu ecclesiastico gavisus umquam fuisse non inveniatur.*

Hierotheum *a* IV *Octobris die, qua is plerisque Græcorum Fastis sacris hodiernoque etiam Martyrologio Romano inscribitur, huc remisimus. Ita faciendum duximus, quia, quid de Sancto illo, seu vero seu, ut nonnullis placet, dumtaxat fictitio, statuendum esset, præsertim dependebat a judicio, quod hodie, maturo*

C *instituto examine, de Operibus, sub Dionysii Areopagitæ nomine circumferri solitis, esset ferendum. Itaque et ipsamet isthæc Opera, et lucubratiunculas varias, tam pro vindicandis, quam pro abjudicandis Dionysio iisdem Operibus elaboratas, sedulo discussi; verum etsi argumenta, quæ pro opinione, dicta Opera Dionysio attribuente, militare comperi, enervia prorsus haud sint, neutiquam tamen, Opera eadem hunc Atheniensem primum antistitem habere auctorem, certum efficiunt: quod cum ita habeat, an* Hierotheus, *utpote dumtaxat e scriptis illis, a posterioris ævi auctore fortassis confictis Dionysioque perperam adscriptis, a martyrologis primitus acceptus, fictitius totus non sit, dubium esse atque incertum, necesse est, hactenusque proinde Operi nostro intexi inter Sanctos non potest; poterit autem postea in hujus Supplemento, si ea forte interea rationum momenta fuerint reperta, quæ certam omnino atque indubitatam reddant opinionem eorum, qui, præfata Opera a Dionysio Areopagita vere esse elucubrata,* D *contendunt.*

Joannem Jacobum, *Fuliensem monachum, Henriquezius ac Chalemotus, Ordinis Cisterciensis hagiologi, hodie commemorant, elogioque sat prolixo exornant: verum illum, quem prior anno* 1621, *posterior anno* 1626 *obiisse notat, nec Sanctis, nec Beatis Sedes Apostolica hactenus adscripsit.*

Jolenda pœnitens, *sanctimonialis Aquiriensis altera, hodie etiam a Raissio in laudato Auctario cum elogio refertur: titulo tamen* Beatæ *ei non adjuncto; et merito quidem, cum cultu ecclesiastico careat.*

Julianus et Sylvanus, *qui, quemadmodum in hodie edendis S. Savini Levitanici Actis narratur, divina providentia, ut huic, in eremo adversa valetudine laboranti, ministrarent, a Fronimio abbate missi fuerunt, hodie in Martyrologio Gallicano memorantur a Saussayo, poteruntque in Opere nostro inter Sanctos loco opportuno dari, cum constiterit de legitimo eorum cultu, centum amplius annis Urbani VIII decretum, anno* 1625 *de Sanctorum veneratione emissum,* E *prægresso.*

Larciam martyrem, *hujusque filium* Visbium confessorem, *hodie in Martyrologio Gallicano Saussayus commemorat: ac* Larcia *quidem, cum prius ipsamet maritum Lisbium, Christi fidem amplexum, violatæ numinum religionis accusasset, visis deinde, quæ in Dionysii sociorumque martyrum nece patrata fuerint, miraculis, palam sese, si recte notet, Christianam professa, martyrio fuerit affecta;* Visbius *autem, qui, ut aiunt, conspectum a se parentis sui, Dionysiique ac sociorum martyrum agonem litteris mandavit, diu adhuc vitam Christianam exegerit, tandemque ad felix suorum in cœlis parentum consortium migrarit. Verum præterquam quod hæc omnia ex admodum suspectis, ne dicam fabulosis prorsus, Hilduini Areopagiticis aliisve scriptis similibus a Saussayo sint accepta,* Larcia *et* Visbius *in nullis certe Fastis sacris antiquis memoran-* F *tur, nec uspiam cultu ecclesiastico vel gaudent, vel umquam fuisse gavisi reperiuntur.*

Limenii, *Vercellensis episcopi, hodie in Catalogo generali Sanctorum meminit Ferrarius. Ughellus tom.* 4 *Italiæ sacræ editionis anni* 1719, *col.* 761 Sancti *etiam titulo illum condecorat, quod in Episcopis Vercellensibus pag.* 107 *Ferrerius, Vercellensis et ipse episcopus, ac in Historia chronologica pag.* 135 *Franciscus Augustinus ab Ecclesia pariter faciunt. Verum ne in Litaniis quidem, quæ ecclesiæ Vercellensis Officiis propriis, anno* 1581 *excusis penesque nos extantibus, subduntur, uspiam* Limenii *mentio fit, nec alibi ecclesiastici, qui ei quapiam in æde sacra deferatur, cultus indicium reperio. Itaque a* Limenio *operi nostro inter Sanctos intexendo abstinens brevissimum, quo a Ferrerio jam laudato ornatur, elogium huc transcribo. Sic habet:* Sanctus Limenius Græcus, episcopus Vercellensis, in S. Eusebii *(Vercellensis nempe episcopi)* locum suffectus, S. Ambrosii in concilio Aquileiensi anno Domini CCCLXXXI celebrato comes (*adi tom.* 2 *Concil. col.* 978 *Labbeum*) adfuit.

Loth *hodie cum Abrahamo in binis Græcorum Fastis sacris, Menologio scilicet Sirletiano et magnis Menæis excusis, conjungitur; in hodierno*

A *erno autem Martyrologio Romano solus Abraham notatur: quod cum ita sit, eosque e Veteri Testamento Sanctos, qui in Martyrologio Romano non sunt, Operi nostro intexere haud soleamus, solum etiam Abrahamum hodie damus, lectoremque pro* Loth *ad sacram Scripturam hujusque interpretes remittimus.*

Lubius martyr *in Martyrologio Germanico,* Canisii *vulgo dicto, hodie signatur. Cum Parisiis a Dionysio ad Christum fuisse conversus asseratur, alius indubie non est, quam Lisbius, a Saussayo, veluti ecclesiæ Parisiensis, qui Baptismate a S. Dionysio ablutus fuerit, protomartyr, ad* IV *Octobris diem relatus. Ac nos quidem tunc in Prætermissis, de illo forte hodie loquendi futurum locum, ediximus; verum, cum ex Hilduini sublestæ admodum (vide infra dandum de S. Dionysio Commentarium) fidei Areopagiticis notæve haud melioris scriptis primitus sit depromptus, nec cultum ecclesiasticum seu nominis sui in Mrll. antiquis descriptione, seu alio quovis modo umquam obtinuisse comperiatur, locum certe inter Sanctos Lisbio seu* Lubio *in Opere nostro dare non possumus.*

B Item sanctæ Mammeæ, reginæ martyris, matris Alexandri imperatoris, quæ, apud eum Christiani nominis accusata et interfecta, ad martyrii coronam perrexit. *Ita hodie in Gynæceo sacro Arturus a Monasterio, in Annotatis, quæ subdit, citans etiam Petrum de Natalibus, qui, Alexandrum imperatorem, cum* Mammeam *seu potius* Mamæam, *matrem suam, Christianam esse, intellexisset, necari illam jussisse, in suo Sanctorum Catalogo, lib.* XI, *cap.* 24 *diserte tradit. Verum* Mamæa *nec pro fide, nec Alexandri imperatoris, filii sui, jussu occubuit, uti palam est ex iis, quæ Tillemontius Historiæ Imperatorum tom.* 3, *pag.* 209 *et seq. in medium adducit. Adhæc nullis prorsus Fastis sacris antiquis* Mamæa *exstat inserta; et sane non immerito: etsi enim Christiana quidem (adi tom. cit. pagg.* 158, 159 *et* 475 *eumdem Tillemontium) verosimillime exstiterit, id tamen omnino certum non est.*

Martyrum plurimorum turbam, *qui, signis, quæ Dionysii ac sociorum martyrum funera illustrarint, conspectis, ad Christum conversi pro fide illico occubuerint, hodie etiam Saussayus*

C *commemorat; verum hæc ejus annuntiatio ex Hilduini sublestæ fidei Areopagiticis est deprompta, abestque, hoc saltem die, ab omnibus prorsus aliis Fastis sacris.*

Odonem, *e S. Martini Tornacensis primo post hujus instaurationem abbate Cameracensem episcopum, hodie in Natalibus Sanctorum Belgii Molanus atque in Fastis Belgicis ac Burgundicis Miræus referunt. Idem etiam in Menologio Benedictino Bucelinus facit. Ac ex iis quidem, quæ de Antistite isto tradunt, virtute illum ac sanctimonia effulsisse liquet; verum cultu ecclesiastico aut gaudere aut olim fuisse gavisum, nec affirmant, nec ego alibi notatum invenio.*

Osbertum episcopum *hodie Dumblani cum* Beati *titulo in Menologio Scotico Dempsterus annuntiat, eumque in Catalogo generali Sanctorum sequitur Ferrarius. Verum nullus prorsus episcopus, nomine* Osbertus, *vel in Martyrologio Anglicano, vel a Camerario de Pietate Scotorum, vel denique in nostris seu Hiberniæ seu Scotiæ Sanctorum Catalogis Mss. commemoratur. Ferrarius quidem præter jam laudatum Dempsteri Menologium in Annotatis* D *etiam citat Breviarium Scoticum. Verum, cum nec ullus in nostro Ms. Breviarii Aberdonensis apographo* Osbertus *locum habeat, quod aut quale illud sit, quod laudat, Breviarium Scoticum, ignoramus, certioraque proinde, ut de* Osberto *agamus, documenta requirimus, etsi interim, illum anno* 1231, *Rhetorices, Poëseos, Philosophiæ, Theologiæ, magisque adhuc sanctitatis laude conspicuum, e vivis excessisse, Dempsterus etiam addat.*

Petrus confessor
Joannes Pennalverius
Nicolaus a Coslicio
Antonius Lopetius
Maria a Velasco
} *ex Ordine S. Francisci*

*hodie cum præfixo singulis* Beati *titulo recensentur ab Arturo in Martyrologio Franciscano; verum nec hic cultum illorum probat, nec Hueberus titulum istum ulli eorumdem attribuit in Menologio, ubi ita etiam hoc ipso die memorat*

Joannem Baptistam *Anglum, Londini pro fide occisum et* E

Jacobam Auskircherin, *pientissimam e tertio Ordine S. Francisci sororem.*

Robertus *Lincolniensis episcopus,* Gros-Thead, *Latine* Capito *cognominatus, in Martyrologio Anglicano, e quo et a Ferrario in Catalogo generali Sanctorum recensetur, hodie occurrit. Ac eum quidem in elogio, quod suppeditat, Martyrologii dicti auctor Wilsonus præcipue commendat a vitæ sanctitate simul atque doctrina. Idem etiam ante ipsum in Historia Anglicana ad annum* 1253, *quo* Roberti *obitus evenit, jam fecerat seu ipsemet Matthæus Parisius, seu scriptæ ab hoc Historiæ Anglicanæ continuator, uti etiam lib.* 2 *de Eventibus Angliæ Henricus Knyghton, Leicestrensis canonicus. Verum* Robertus, *cum quid aliquando in mandatis, quod injustum rationique dissonum existimabat, a summo Pontifice Innocentio IV accepisset, mordacissimam simul ac felle a capite ad calcem plenam scripsisse refertur epistolam, in qua, omni prorsus moderatione abjecta ac modestia, vehementissime, uti monumentum illud apud Parisium* F *prodit, in curiam Romanam atque ipsummet Innocentium fuerit invectus, iis etiam usus loquendi formulis, quæ, quamvis etiam forsan, quod hic indagare non lubet, nec Papa ea in re culpa omni vacarit, nec incorrupti tum fuerint curiæ Romanæ mores, excusari tamen neutiquam queunt. Adhæc in sinistris, quæ adversus Innocentium conceperat, animi sui sensis, uti apud eumdem Parisium loco cit. narratur, ad supremum usque spiritum perstitit, eaque etiam tum, cum animam fere jam ageret, est effatus, quæ a veneratione, supremo Christi in terris vicario debita, eique certe a Sanctis deferri ab omni retro ævo solita, penitus abhorrent. In dubium quidem, an et hoc et quod de Roberto, etiam alias in Innocentium IV acerrime invecto, in Parisii Historia, ut supra dictum, narratur, ab ipsomet Parisio, an ab hujus interpolatore, qui et epistolam supra laudatam* Roberto *affinxerit, sit profectum, revocari forsan non immerito potest, quod Parisii Historia locis multis, ad invidiam Pontifici Romano conflandam aptis, corrupta, a viris orthodoxis simul ac eruditis credatur; verum quidquid sit seu de re ista,*

*seu*

A *seu etiam de miraculis, quibus* Robertus *et vivus et mortuus effulsisse præterea narratur, canonicos equidem Londoniensis S. Pauli ecclesiæ, cum* Robertum *Sanctorum albo adscribi, data anno* 1307 *ad Clementem V Papam epistola, quam Angliæ sacræ part.* 2, *pag.* 343 *et seq. ex autographo Whartonus recitat, postulassent, voti factos esse compotes: haud invenio. Quod cum ita sit, facere non possum, ut* Roberto *locum inter Sanctos in Opere nostro concedam, maxime cum nec cultus ecclesiasticus publicus ac legitimus ei aliquando uspiam fuisse delatus videatur.*

Sybillæ de Gages, *aliis* de Gagis, *sacri corporis elevationem hodie Aquiriæ, quod, quemadmodum Operis nostri tom.* 3 *Junii, pag.* 231 *e Miræo jam docuimus, sanctimonialium Cisterciensium quarto circiter a Bruxellis milliari monasterium est, Rayssius in suo ad Molani Natales Sanctorum Belgii Auctario consignat. Hunc porro hagiologum Henriquez ac Chalemotus in contextis a sese Ordinis Cisterciensis Beatorum ac Sanctorum Fastis sacris secuti deinde sunt, uti etiam in Menologio Benedi-*

B *ctino Bucelinus, in Leodiensis ecclesiæ Floribus Fisenus, et in sacro, quo sanctas cujuscumque Ordinis mulieres complexus est, Gynæceo Arturus du Monstier seu a Monasterio. Atque hi quidem omnes, non secus ac Rayssius,* Beatæ *etiam titulo* Sybillam *condecorant; adhæc, sacrum ejus corpus sub seculi* XVII *initium, Namurcensi episcopo, ad cujus diœcesim tum Aquiria jam pridem spectabat, approbante, elevatum, atque eodem viva voce, ut* Sybilla, *tamquam Beata, ab omnibus coleretur, concessum etiam tunc fuisse, vel in elogio,* Sybillæ *a sese adornato, vel in Annotatis, elogio subjectis, plerique affirmant. Atque ex hac, ni fallar, episcopi Namurcensis confessione, assertaque insuper corporis elevatione publicum ac legitimum* Sybillæ *cultum Majoris nostri intulerint, eamque idcirco Operi nostro hodie intexendam, ad* I *Julii diem quodammodo promiserint, ita ibidem in Prætermissis, ubi de Elisabetha Wansia, sanctimoniali Aquiriensi altera, supra jam memorata, sub finem scribentes:* Poterit .... Elisabetha *(Wansia scilicet)* cum Sybilla conjungi ad dictum diem

C IX Octobris. *Verum anne cultus, qui* Sybillæ *sub seculi* XVII *initium e Namurcensis episcopi concessione fuit delatus, legitimus reipsa exstiterit, maxime est dubium. Ita autumo, quod beatificandi seu beatorum honores cuiquam decernendi potestas nullo amplius modo penes episcopos tum fuisse videatur, uti quisque facile intelliget ex iis, quæ Benedictus XIV de Servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione lib.* I, *cap.* X *et seq. in medium adducit. Adhæc, etsi etiam potestas illa penes episcopos tum adhuc exstitisset, legitimeque adeo, et* Sybillam, *ut Beatam coli, et corpus ejus elevari, Namurcensis antistes permisisset, modo tamen post Urbani VIII decretum, anno* 1625 *die* XIII *Martii emissum, Beatorum honores* Sybillæ *deferre, eamve venerari ut Beatam haud licet, ni forte ante mox dictum decretum centum amplius annis (alio enim ex capite excipi contra illud pro* Sybilla *certo haud potest) factum id jam fuerit, quemadmodum ex iis, quæ in Opere cit. lib.* 2, *cap.* XI *et* 17 *Benedictus XIV mox laudatus affert, luculentissime patescit; anne autem a tempore immemorabili seu illo, quod centum amplius annis præfatum Urbani VIII decretum præcesserit, cultu ecclesiastico publico gavisa fuerit* Sybilla, *nuspiam aperte edicunt seu hagiologi supra laudati seu scriptores alii, quidquam de illa memoriæ produnt. Hinc Prætermissis accensere* Sybillam *jam pene statueram; attamen, cum adhuc, num forsan monumenta, tam antiquo cultui ejus publico probando idonea, in Aquiriensi parthenone inveniri possent, dubius utcumque hærerem, ipsemet eo, ut in rem totam diligentius inquirerem, me contuli. Ac primo quidem cultus publici satis antiqui, qui* Sybillæ *ante annum* 1625 *fuerit delatus, nullum omnino seu in templo seu in aliis abbatiæ locis indicium reperi; petii autem, an nulla penitus monumenta litteraria in monasterio de illa exstarent. Abbatissa, Eleonora de Harveng, quæ me juxta ac socios binos, e collegio nostro Bruxellensi mihi adjunctos, humanissime excepit, pari etiam humanitate e parthenonis sui*

E *archivo nonnulla protulit, mecumque, ut per otium ea examinare liceret, Antverpiam asportanda dedit. Illa inter principem locum tenent epistolæ duæ, quarum altera Franciscus Buisseret, Namurcensis episcopus, cum* Sybillæ *corpus in templo Aquiriensi anno* 1610, *die* 28 *Junii fuisset inventum, Guilielmo Mieulx, decano Gemblacensi, ut in inventionem illam adjunctaque eamdem comitata inquireret, anno eodem die* 26 *Augusti in mandatis dedit, altera hic eorum, quæ facta inquisitione comperit, Namurcensem antistitem prædictum certiorem fecit. Hisce porro præter aliam adhuc hujus epistolam, datumque a Gerardo de Villers, medicinæ doctore ac Lovanii professore, testimonium, quæ duo monumenta infra etiam memoranda venient, quæpiam accedit* Sybillæ *Vita, a Reverendo domino Gerardo Clement, qui monasterii Aquiriensis, cum* Sybillæ *corpus fuit inventum, director in spiritualibus seu confessarius exstitit, conscripta. Atque hæc quidem seu monumenta seu documenta omnia, si unum postremum, nonnulla ab auctoris ætate remotiora*

F *complectens, exceperis, integram in omnibus fidem merentur; verum nihil prorsus suppeditant, quod publicum* Sybillæ *cultum, qui anno* 1625 *per unum amplius seculum jam obtinuerit, utcumque evincat. Imo in laudata decani Gemblacensis ad episcopum Namurcensem epistola inter cetera verbis Gallicis, Latine a me redditis, sequentia fere quantum ad substantiam occurrunt. His locus (quo nempe in templo Aquiriensi* Sybillæ *tumulus ante annum* 1610 *exstabat) erat obscurus, parumque proinde ex se gratus; in aliqua tamen veneratione atque honore ob* Sybillæ *tumulum habebatur: imo circum hunc religiosæ aliquot obire pietatis quæpiam exercitia solebant, tum quod bonam de* Sybillæ *sanctitate opinionem concepissent, tum quod illam intima familiaritate cum S. Lutgarde fuisse conjunctam invicem assererent; ex his autem* Sybillam *cultu dumtaxat privato in Aquiriensi parthenone ante annum* 1610 *fuisse gavisam, indubitatum apparet, Omnibus itaque, seu quæ scriptores, publica jam luce donati, seu quæ jam laudata monumenta Aquiriensia Mss., quæ*

A de Sybilla commemorant, sedulo discussis, in Opere nostro illam Sanctis annumerandam, haud reor. Quod cum ita sit, nec plura hoc loco de eadem proferri, est necesse; attamen cum a pluribus, tum in anno, quo Sybillæ corpus de terra fuit eductum, tum in adjunctis aliis, eventum hunc vel comitatis vel secutis erratum esse, e præfatis integræ fidei, quæ de corpore Sybillæ e terra extracto postque etiam elevato potissimum tractant, Aquiriensis parthenonis monumentis Mss. patescat, lubet lectori præcipua, quæ sparsim in hisce asseruntur, compendio hic exhibere, ut ita, isthoc cum aliorum narratione collato, admissi abs hisce errores facile cuique innotescant. Rem ipsam aggredior. In septemtrionali templi Aquiriensis parte, quæ reliquis templi ejusdem partibus multo erat depressior, monumentum, duobus circiter pedibus supra terram eminens, olim exstabat. In hoc, ut constans traditio juxta ac inscriptio, lapidi marmoreo, qui monumenti summitatem obtegebat, incisa, fidem faciebat, sepulta jacebat Sybilla de Gages, Aquiriensis,
B dum viveret, Sanctimonialis, anno ut dicta inscriptio, licet majorem partem præ vetustate exesa, etiam prodebat, 1250 e terris ad superos translata. Anno porro 1610, tribus amplius seculis a Sybillæ obitu jam elapsis, evenit, ut Ludovica de Blaton, Aquiriensis abbatissa, quo monasterii sui templum redderet ornatius, depressiorem hujus partem, qua, ut jam dictum, Sybillæ tumulus exstabat, ceterarum partium pavimento terra aggesta voluerit æquari. Verum cum id, ni simul altius sub humo Sybillæ sepulchrum deprimeretur, fieri non posset, itaque esset futurum, ut scrutari deinceps num quidquam in hoc e Sybillæ ossibus adhuc superesset, difficilius efficeretur, hac occasione utendum existimavit, ut in id, prout fieri nonnulli, sanctitatis fama, qua Sybilla gaudebat, impulsi, jam dudum desiderarant, sedulo inquireret. Variis itaque, ut rem aggrediantur, operariis dicto anno, XXVIII Junii die, collatis antea cum domino Gerardo Clement, monasterii sui confessore, consiliis, obtentoque Alnensis, qui immediatus virginum Aquiriensium in
C spiritualibus pater est, abbatis assensu injungit; illi autem, marmoreo, qui tumulum ex dictis tegebat, lapide amoto, terraque ad septem vel octo pedes effossa, sarcophagum seu loculum integrum inveniunt. Hoc viso, abbatissa aliique, qui adstabant, omnes hærent attoniti, lætitiaque simul et quadam veneratione correpti rem ad episcopum Namurcensem, ut, quod hic in illa præscriberet, exsecutioni deinde mandarent, deferre, cœptoque interea abstinere decernunt. Verum, cum post horam circiter et mediam aqua e fonte, qui in ipsa sepulcri fossa surgebat, tanta in id copia prorumperet, ut uno ad minimum pede supra loculum exstaret, hunc e terra, majori id exigente bono, extrahunt; quod cum factum fuisset, dissoluti præ vetustate loculi asseres in frusta mox concidunt, solo assere inferiori excepto, cui incubabat dormientis in modum compositum Sybillæ corpus, carne quidem omnino exutum, ita tamen integrum, ut ossa ossibus adhuc essent conjuncta, ipsumque etiam caput adhæreret collo. Porro ossa suavissimum a se spargebant odorem, uti etiam ipse, in quo hæc jacebant, asser, singulaque D asserum confractorum frusta. Audi, qui Gerardus de Villers, medicinæ doctor, de ossibus nominatim, cum hæc tribus circiter, postquam e terra fuissent extracta, hebdomadis in monasterio Aquiriensi coram vidisset, in testimonio, supra laudato eaque de re tunc dato, loquatur. Quandoquidem, inquit, æquissimum sit, veritatis exhibere testimonium, hinc est, quod ego infrascriptus tester et affirmem, me, XXIII Julii MLCX venisse ad abbatiam beatæ Mariæ de Aquiria, Ordinis Cisterciensis, Namurcensis diœcesis, ibidemque exhumata reperisse ossa nonnæ Sibillæ de Gagis gratum spirantia odorem, ante annos trecentos sexaginta aut circiter (uti mihi affirmatum fuit) ibidem sepultæ, imo et asserem ipsum, qua parte dicta ossa tetigit, quasi immunem a corruptione: hinc est, quod, sive conservationem ipsorum ossium et ipsius asseris post tantum spatium annorum, sive ipsum odorem considerem, pro vero cogar affirmare, totum id judicio meo esse supra naturam, neque hoc ulla ratione naturaliter fieri posse; in E cujus rei testimonium hæc subtus scripsi et signavi his die, mense ac anno, supra. Ita est, Gerardus de Villers med. doctor ac Lovanii professor. Hactenus ille, qui et duorum digitorum suorum extremitati, dum iis Sybillæ sub mento cervicem tetigisset, suavissimum diu inhæsisse odorem, addere, haud immerito, uti jam sæpius laudata decani Gemblacensis epistola fidem facit, testimonio suo jam recitato potuisset. Hoc porro una cum eorum, quæ in corporis Sybillæ inventione acciderant, narratione ad Franciscum Buisseret, Namurcensem tunc temporis episcopum, perlato, mox hic Guilielmo Mieulx, Gemblacensi decano, ut in omnia ac singula, quæ eventum illum comitata fuerant, inquireret, ipso anno 1610, die 26 Augusti per epistolam supra memoratam injungit. Atque is quidem anno eodem, die 20 ac 21 Septembris accurate ac sedulo in Aquiriensi parthenone demandata sibi provincia perfunctus fusiori oratione omnia, quæ, diligenti instituto examine compererat compendioque fere jam exhibui, ad Namurcensem episcopum mox perscripsit; hic vero, accepta, qua id ille faciebat, epi- F stola, mox Nivigella, ubi tunc post collatos mense Septembri ordines sacros morabatur, Aquiriam pedes, quo etiam ipsemet in rem diligenter inquireret, sese contulit. Porro cum ibidem ante Sybillæ feretrum de multis præsentes interrogaret, sermoque de suavissimo odore, quem Sybillæ ossa emittere dicebantur, forte incidisset, inde cum veritate diceretur, experiri ipsemet odoratu suo volens, caput versus ossa inclinavit, modicoque post tempore nihil sese percipere odoris, asseruit: cum autem, qui aderat, Nivigellensis prætor, gratissimum sese odorem jamjam naribus hausisse, reposuisset, mox præsul flexis genibus prolixius oravit, cumque tandem ab oratione surrexisset, viva voce, ut Sybilla ab omnibus veluti beata, honoraretur, concessit; rectene, an secus, ex jam supra dictis statues. Ut ut interim habuerit, factæ hujus a Namurcensi antistite concessionis fama mox late dispersa, plurimi undique diversi sexus ac conditionis homines, quorum etiam nonnulli, e Sybillæ

loculo

A *loculo quasi per exhalationem quamdam suavissimum ad nares suas odorem deferri, summa cum admiratione, dicuntur experti, ad Aquiriense templum, ut* Sybillam *veluti beatam venerentur, concurrunt; ut autem adventantium quotidie devotio etiam augeretur, de honoratiori, quo* Sybillæ *reliquiæ reponerentur loco est cogitatum, utque hæ, ne illarum, quæ summæ charitatis juxta ac necessitudinis vinculo (adi apud nos tom. 3 Junii pag. 250 S. Lutgardis, Sanctimonialis Aquiriensis, Vitam) conjunctæ in hoc mundo vixerant, ossa diutius sejuncta manerent, prope S Lutgardis reliquias collocarentur, est visum. Atque hæ quidem, ibi loco decenter jam parato, ab Henrico de Velpen, Alnensi abbate supra laudato, post Missam de sanctissima Trinitate solemniter celebratam, anno* 1610, *die nona Octobris, magna hominum multitudine adstante, depositæ fuerunt, compositis etiam a domino Gerardo Clement, parthenonis Aquiriensis confessore, sequentibus hisce in rei gestæ memoriam versiculis:*

B Lux nona Octobris toto radiabat in orbe,
Abbas Henricus sapientis quando Sibillæ
Ossa pio populi applausu pompaque locavit;

*Fons autem eo loco, quo diutissime conditum jacuerat* Sybillæ *corpus, exortus, tempore eodem reclusus, puteique in modum, quo pietati eorum, qui sanitatis recuperandæ spe aquas ex eo hausturi Aquiriam quotidie adveniunt, satisfieri posset facilius, efformatus fuit mutatione tamen in loco haud diu admodum post facta, uti apparet ex iis, quæ Raissius in suo ad Molani Natales Sanctorum Belgii Auctario, anno* 1626 *Duaci excuso, fol.* 209 *verso de* Sybillæ *fonte simul et sepulcro memoriæ prodit. Porro jam relatam ossium* Sybillæ *elevationem seu eorundem loco honoratiori per abbatem Alnensem depositionem, annuente Namurcensi episcopo, factam esse, apparet ex altera, cujus supra etiam memini, episcopi Namurcensis epistola, anno* 1611, *die* XV *Martii ad dominum Gerardum Clement, monasterii Aquiriensis confessorem, data; ait enim in hac ille, haud raro sese cum vicariis*
C *suis aliisque eruditis theologis examinasse, num amplius aliquid, quam præstitisset, in sacrarum* Sybillæ *reliquiarum honorem posset efficere; id autem, quod in harum honorem tum præstiterat, aliud esse nihil videtur, quam facta, ut honoratiori loco deponerentur, facultas. Nec hoc tantum, quod jam dixi, ex illa Namurcensis episcopi epistola habemus, verum etiam nondum tunc ullum miraculum, quod indubie pro tali esset reputandum, ad* Sybillæ *invocationem patratum fuisse. Is enim antistes in eadem epistola etiam ait, sese absque Sedis Apostolicæ assensu nihil amplius in sacrarum* Sybillæ *reliquiarum honorem posse præstare, nisi prius ad ejus invocationem indubitatum acciderit miraculum, quod, cum rite examinatum fuerit atque discussum, pro tali etiam habeatur ac declaretur. Et vero variarum a morbis sanationum, quæ,* Sybillæ, *corpore primum invento atque e terra extracto, ad illius invocationem evenisse in supra laudata Guilielmi Mieulx, decani Gemblacensis, ad episcopum Namurcensem epistola narrantur, nulla omnino est, quæ conditiones omnes habeat, quas, ut inter veri nominis miracula recenseri certo posset, Benedictus XIV de servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione lib.* 4, *part.* 1, *cap.* 8, *num.* 2 *requirit. Verum, quidquid sit de miraculis, seu quæ ad* Sybillæ *invocationem fuisse patrata, seu quæ etiam iis, qui fontis, eo ipso loco, quo trecentis amplius annis sepulta illa jacuerat, exorti, lymphas hauserant, obvenisse in aliis etiam Parthenonis Aquiriensis monumentis Mss., penes me ad tempus exstantibus, narrantur, ea equidem sanctitatis fama anno* 1660 *adhuc esse perrexit* Sybilla, *ut pro ecclesia de Gages, in quo comitatus Hannoniensis pago nata creditur atque educata, reliquiæ ejus ardentissime fuerint postulatæ. Ita e tribus mecum etiam in Aquiriensi parthenone communicatis epistolis, quarum una ad hujus tum abbatissam fuit conscripta, intelligo, uti etiam ab hac, quo postulantium votis faceret satis, alterum* Sybillæ *brachium fuisse donatum; verum anne, ut id publicæ populi venerationi posset exponi, Cameracensis archiepiscopus, in cujus diœcesi sita est præfata* E *ecclesia, permittere tunc temporis voluerit, nuspiam notatum invenio, nec operosius examinandum putavi. Præfatum interim brachium si id forsan, memorato archiepiscopo (quod tamen, cum hic Urbani VIII decretum, supra plus semel memoratum, verosimillime habuerit perspectum, haud facile crediderim) facultatem largiente, venerationi publicæ in dicta ecclesia reipsa umquam fuerit expositum, honore illo ibidem hodieque affici, haud reor. Ea sedet sententia, quod* Sybillæ *reliquiæ ne quidem in Aquiriensi ecclesia, in qua tamen olim, ut jam docui, e loco humiliori ad sublimiorem magna solemnitate translatæ fuerunt publice modo populo honorandæ soleant exponi, uti ex ipsamet supra plus semel laudata Aquiriensi abbatissa aliisque, cum Aquiriæ existerem, audivi. Ac rectissime quidem ab honore illo* Sybillæ *in dicta ecclesia deferendo hodie abstinetur; verum cum Dei servis talibus, qualis ex ante dictis est* Sybilla, *erigere in ecclesiis vel aras vel statuas, Urbani VIII decreto, supra sæpissime laudato vetitum etiam sit, ei ibidem recentiori memoria et sta-* F *tuam in altari principe erectam, et aram, sub qua pleraque ejusdem ossa in capsa modo exstant recondita, ad sinistrum templi latus exstructam esse, summa cum admiratione spectavi. Et vero ipsamet abbatissa, prout mihi declarare fuit dignata, factum improbat, nec id cuiquam, qui, quod jam toties laudavi, Urbani VIII decretum servatum volet, facile probandum existimo. Hæc interim præcipue e monumentis Mss., mecum Aquiriæ communicatis, iisque etiam, quæ ibidem ipsemet vidi, disseruisse de* Sybilla *jam contentus curiosum lectorem, qui alia forsan de illa adhuc scire avet, ad duos Operis nostri tomos, tertium scilicet Junii, ubi de S. Ludgarde, et primum Julii pag.* 6, *ubi de Elisabetha de Wans, remitto.*

Corbeia monasterio depositio Theodori abbatis *hodie occurrit in Martyrologii, quod S. Hieronymi nomine circumfertur, Corbeiensi majori apud Florentinium Apographo. Hinc verosimillime similive e fonte profluxit*

A *xit* Theodori, *nudo ejus nomini adjuncto dumtaxat* Sancti titulo, *annuntiatio, hodie pariter in Usuardo Greveni, Germanicoque Canisii vulgo dicto Martyrologio signata. Verum, cum in Corbeiæ seu Novæ seu Antiquæ abbatum catalogis nullus omnino, qui* Theodorus *fuerit vocatus, inveniatur, quis* Theodorus *ille, qui modo* abbatis, *modo* Sancti *dumtaxat titulo in Fastis sacris mox laudatis annuntiatur? In Martyrologio Corbeiensi breviori, quod inter contracta Hieronymiana apographa Sollerius noster loco quinto edidit, ad hunc diem legitur* : Corbeiæ monasterio, depositio Theodefridi abbatis. *Adhæc in ipso etiam Corbeiensi majori, prout id in editionis Parisiensis anni* 1723 *Spicilegio Acheriano, tom.* 2 *pag.* 1 *et seqq. exstat, Hieronymiano apographo eadem prorsus, si modicum dumtaxat, quo* Theofridi *pro* Theodefridi *exaratur, discrimen excipias, annuntiatio hodie comparet; ut certe in Corbeiensi majori Hieronymiano apud Florentinium apographo, binisque aliis Fastis sacris supra laudatis* Theodori *pro* Theodefridi *seu* Theofridi

B *perperam ponatur. Ut id evidentius patescat, addo adhuc, quæ huc facientia Mabillonius Seculo* 2 *Benedictino* in Theodefridi *hic memorati elogio historico, a pag.* 1039 *usque ad pag.* 1042 *excurrente, num.* 7 *suppeditat. Sic itaque ibidem habet* : In veterrimo Corbeiensi Martyrologio ab annis amplius septingentis exarato, quod libro Pastorali Gregorii M. præmittitur, sic Theodefridus laudatur VII Idus Octob. Corbeia monasterio depositio Theodefridi abbatis. *Porro is scriptor* Theofridum *seu* Theodefridum, *quem Corbeiensi in diœcesi Ambianensi asceterio, seculo* VII *a S. Bathilde Francorum regina filioque ejus Chlothario exstructo, primum præfuisse abbatem, episcopumque, et quidem Ambianensem, postea esse factum, in dicto elogio docet,* Beati *etiam titulo ibidem insignit; verum etiamsi id faciat, Sanctorumque præterea Indici, quem præfato secundo Benedictino seculo præmittit,* Theodefridum *inscribat, proxime tamen post datam a sese, quam jam recitavi, et veterrimo Corbeiensi Martyrologio* Theodefridi *annuntiationem ingenue fatetur, nullam hujus in ecclesiasticis monasterii Corbeiensis Officiis*

C *memoriam factam umquam fuisse. Atque hac quidem in re Mabillonio assentiendum, apparet, imo vero præterea credendum, nullo etiam alio cultus ecclesiastici genere* Theodefridum *seu Corbeiæ seu alibi fuisse umquam affectum. Ea sedet sententia, tum quod nullum uspiam qualiscumque etiam cultus ei delati indicium invenire hactenus licuerit, tum quod ne ipsi quidem Benedictini hagiologi, Dorgainus, Wionus, Menardus, Bucelinus, in sacris, quos ad Ordinis sui Sanctos universos celebrandos concinnarunt, Fastis* Theodefridum *uspiam commemorent, hicque nihilominus, ut Mabillonius loco supra cit. ac Wionus lib.* 2 *de Ligno Vitæ cap.* 37 *aliique ut plurimum affirmant, e sacro S. Benedicti Ordine exstiterit. Accedit,* Theofridum *a Castellano, diligentissime, quæ ad Sanctorum cultum spectant, scrutato,* Venerabilis *dumtaxat titulo in Martyrologio universali condecorari. Etsi itaque* Theofridus *seu* Theofredus *et a Mabillonio* Beati, *et in binis Fastis sacris supra citatis* Sancti *titulo afficiatur, expresseque etiam Sanctis a Saussayo ad* XXVI *Januarii* D *diem, quo de illo hic in Mrl. suo Gallicano etiam agit, accenseatur, facere tamen non possumus, ut primo illi Corbeiensi abbati locum inter Sanctos in Opere nostro concedamus.*

S. Victorina *seu* Victoria martyr, *cujus sacra lipsana in collegio nostro Mechliniensi, e cryptis Romanis eo delata, exstant, in Gynæceo sacro Arturi a Monasterio hodie signatur; verum Sanctos Sanctasque hujusmodi breviter dumtaxat inter Prætermissos in Opere nostro commemorare ut plurimum solemus.*

S. Gereon *cum aliis compluribus martyribus anonymis in Gellonensi apud Acherium Martyrologio, alioque, quod Notkerum habet auctorem, Coloniæ Agrippinæ hodie commemoratur In tribus diversis apud Sollerium Hieronymianis apographis, Richenoviensi videlicet, Augustano ac Labbeano, idem etiam fit. In aliis quidem plerisque Hieronymianis item apographis, quæ apud Sollerium, Florentinium atque Acherium exstant, soli martyres anonymi,* Gereonis *nomine omisso, signantur; verum dubitandum non est, quin tam in his, quam in illis sermo sit de eodem* S. Gereone *sociisque ejus* E *martyribus anonymis, de quibus cum Usuardo aliisque martyrologis non paucis agendum apud nos est ad diem, quo Mrl. Romano exstant inserti,* X Octobris.

S. Ludovicus Bertrandus *hodie quidem in Mrl. Rom. signatur; attamen, ne hic tomus in nimiam molem excrescat, de Sancto illo dumtaxat agemus ad diem, quo in aliis Fastis sacris memoratur, colique, annuente Sede Apostolica, potest,* X Octobris.

SS. Eusebi, Eradi, Dionysii, Septimæ, Secundæ et Salsæ *memoriam hodie in Africa consignat Martyrologium Epternacense, iisque insuper incerti loci Martyres novemdecim,* Caitum *videlicet,* Quintisum, Septiminum, Venustum, Beatum, Secundum, Donatum, Serenam, Crescentium, Taracum, Andronicum, Nicetam, Vitalem, Firminam, Eraclum, Cassium, Eusebium, Florentium *et* Jocundum *quorum* 15 *priores alibi, alibique itidem* 4 *posteriores pro fide occubuerunt, adjungit; sed Martyres isti dandi sunt ad diem, quo in aliis Hieronymianis codicibus aut partim aut omnes recensentur,* X Octobris;

Taracum *tamen et* Andronicum, *hodie etiam,* F *sed cum adjuncto* Probo, *in Lucensi ac Corbeiensi apud Florentinium Hieronymianis apographis annuntiatos, excipias; qui, quod cum* Tharaco *et* Andronico, *ad diem* XI *Octobris in Mrl. Rom. una itidem cum adjuncto* Probo *signatis, indubie iidem sint, dari debent ad dictum diem* XI Octobris.

S. Nicasius ep. et M. *notatur in Usuardino apud Sollerium Matriculæ Cartusiæ Ultrajectinæ Auctario, eique præter socium, cujus nomen perperam exaratum videtur, socius alter* Quirinus *adjungitur; hinc autem liquet, designari* Nicasium, *Mrl. Rom. cum* S. Quirino *inscriptum ad diem, quo proinde ambobus hisce Sanctis in Opere nostro locus erit* XI Octobris.

Colmanni Martyris venerabilium ossium translatio in Austria *hodie signatur a Dempstero in Menologio Scotico; nos de Sancto isto cum Mrl. Romano agemus die* XIII Octobris.

S. Hedwigem *in suo Diario Historico hodie consignat Joannes Schmidius hæreticus; verum sancta illa Poloniæ dux Martyrologio Romano exstat*

A *exstat inscripta ad diem* xv Octobris.

SS. Martyrum Maurorum cum aliis cccxxx depositio Coloniæ Agrippinæ *hodie in Eptenacensi, quod S. Gereonem sociosque Martyres pridie ibidem commemoravit, Hieronymiano apographo signatur; verum de sanctis illis Martyribus agemus ad diem, quo in pluribus aliis Hieronymianis Codicibus, Beda, Adone, Usuardo atque ipso Martyrologio Romano hodierno reperiuntur,* xv Octobris.

Ad fanum S. Andreæ Turgoti episcopi consecratio *hodie legitur in Dempsteri Menologio; verum, si* Turgotus *in Opere nostro locum sibi fortassis Sanctos inter exigat, dari poterit ad diem, quo ipse in eodem Menologio celebratur,* xxiii Octobris.

S. Aidanus (quem Vita S. Cormaci facere videtur Colmani filium) colitur ix Octobris in ecclesia de Cluain-Eocuille in regione Corann, et in ecclesia de Seanbhotha in regione Kiselach. *Ita in Appendice, Vitæ S. Colmani, Duacensis in Hibernia episcopi, subjecta, ad tertiam Februarii diem pag.* 248 *Colganus. In*

B *Vita S. Cormaci seu Corbmaci, quam laudat, quamque pag.* 751 *et quatuor seqq. exhibet,* Aidanum *monasterio cuidam, Lageniæ seu Lugniæ, provinciæ Hibernicæ, adjecto, præfuisse, cap.* 16 *indicatur; quod cum ita sit, nec ullus, nomine* Aidanus, *qui ibidem monasterii cujuspiam seu præfectus seu abbas exstiterit, in Sanctorum Hibernorum Catalogis tum excusis, tum Mss., penes nos magno numero exstantibus, occurrat, distinctiorem ac certiorem tam de* Aidano, *quam de cultu, locis a Colgano assignatis ei delato, notitiam requirimus; quod si autem hanc nacti temporis lapsu forsan fuerimus, agi de illo poterit vel in Operis Supplemento, vel ad diem, ad quem majores nostri a die tertia Februarii Colmanum jam remiserunt,* xxvii Octobris. D

S. Victor episcopus *Virodunensis hodie a Ferrario in Catalago generali, et a Saussayo in Supplemento ad Martyrologium Gallicanum memoratur. Sub Clodoveo I, Francorum rege, claruisse illum, ambo innuunt; quod cum ita sit, tuncque temporis S. Vitonus, qui* Videnus *etiam ac* Victo *appellatus reperitur, Virodunensem ecclesiam moderatus sit, hunc abs illis designari autumo, maxime cum in episcopornm Virodunensium Catalogis nullus omnino, nomine* Victor, *qui ecclesiæ Virodunensi aliquando præfuerit, occurrat facileque e nomine* Victonis *natum esse per corruptionem nomen* Victoris *queat. Res prorsus indubitata apparet; verum nos cum Castellano aliisque de* S. Victore *seu potius* Vitono, *Virodunensi episcopo, agemus ad diem, quo etiam in ecclesia Virodunensi, uti hujus penes* E *nos exstans Breviarium fidem facit, quotannis colitur,* ix Novembris.

S. Lucii *regis et confessoris Curiæ in Rhethia translatio a Ferrario in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, hodie notatur, ejusdemque Sancti mentio etiam fit a Galesinio; verum de sancto illo rege cum Martyrologio Romano agemus ad diem, quo in hoc natalis illius signatur,* iii Decembris.

# DE S. ABRAHAM PATRIARCHA

## IN PALÆSTINA

### COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS

J. G.

§ I. Rei tractandæ dignitas et methodus : Sancti pater consanguineique
C status controversiæ de ejus anno natali : hic anno patris ejus centesimo F
trigesimo innectendus esse ostenditur.

*Exponitur rei tractandæ dignitas et methodus.*

*Quam non mediocris, quam non otiosa res sit, sanctissimi Patriarchæ gesta ex verbis Moysis ceterisque sacris fontibus eruere ac per ordinem illustrare, satis superque intelligi datur ex magno illo Mediolanensium antistite Ambrosio, qui, tametsi moralem dumtaxat simplicemque Tractatum de illius gestis, uti lib,* 1 De Abraham *cap.* 1 *fere loquitur, in lucem edere constituisset, hoc tamen institutum suum* non mediocre negotium *appellare non dubitavit, imo contra tanti momenti esse asseruit, ut* non perfunctorium *minimeve* otiosum *deberet videri, si* scrupulosius quoque versaret *ejusdem Patriarchæ* vestigia. *Cujus quidem rei triplicem hanc S. Ambrosio probatam lego fuisse causam, nempe quod* Abrahamum *Dominus Deus locupleti benedictionis suæ dote donaverit, ut ejus gratia provocaret ceteros, institutio corrigeret; quod Moyses quoque eum nobis imitandum descripserit, ut corda hominum, in vitium labentia, hujus Viri contuitu, velut e quodam terreno busto resuscitaret; ac denique, quod talis tantusque vir fuerit* Abraham, *ut eum votis suis Philosophia æquare non potuerit, minusque etiam sit, quod illa finxit, quam quod ipse gessit. Faciunt enimvero recensitæ ex Ambrosii Opere rationes, ut multo minus præposterum minusque a re alienum videri possit, si et nos in hocce Commentario critico-historico operosius subinde de nonnullis tanti viri gestis ipsisque etiam ejus natalibus disseramus, quo sic vel evidentius illustretur veritas, vel impactæ Viro sancto calumniæ magis magisque coërceantur, imo et subvertantur radicitus. Quod vero ad ea attinet* Abrahami *gesta, de quibus*

AUCTORE J. G.

*aut nulla aut levior tantum inter eruditos agitatur controversia, in his referendis breviores erimus, nec alias sanctorum Patrum, historicorum atque interpretum commentationes Mosaicæ narrationi adjungemus, quam quæ et concisæ sint et literali sacrorum codicum sensui rectæque rationi ac denique lectoris instructioni magis conformes visæ fuerint. Nunc rem ipsam aggrediamur, ducto a Viri sancti natalibus exordio.*

*De Abrami, cujus consanguinei et patria assignantur,*

2 *Quo patre natus sit* Abram, *quem* Abraham *divinitus dictum fuisse, suo loco videbimus, quos fratres, quodve natale solum habuerit, Pentateuchi Scriptor, de cujus fide dubitare nefas est, cap.* XI *Geneseos aperte satis memoriæ prodidit, ut de his omnibus prudens dubium moveri nequeat. Et patrem quidem ejus fuisse Tharam, fratres vero Nachorem et Aranum, diserte testatur cit. cap.* ℣. 26 *ita loquens* : Vixitque Thare septuaginta annis, et genuit Abram, et Na-
B chor, et Aran, *ac rursus* ℣: 27: Hæ sunt generationes Thare : Thare genuit Abram, Nachor, et Aran; *cum vero postremum hunc* in terra nativitatis suæ in Ur Chaldæorum *ante patrem suum obiisse,* ℣. 28 *subdat, ac* ℣. 31 *rursusque cap.* 15 ℣. 7 Abramum *de* Ur Chaldæorum. *veluti de terra sua patria, egressum scribat, idem, quod Arano fratri, natale solum* Abramo, *fuisse, huncque in* Ur Chaldæorum *et natum et educatum fuisse, luce clarius demonstrat. Fuit adeo Sanctus noster gente Chaldæus, familia vero Nachoris Senioris, ex progenie Sem orti, nepos, Nachoris Junioris et Arani frater, patruus autem Loti, utpote Scriptura teste Genes. cap.* XI ℣. 27, *ab Arano geniti, ac probabilius quoque Sarai, uxoris dein suæ, per Aranum patruus, qua de re infra sermo erit.*

*natali anno variæ sunt eruditorum opiniones, ex verbis Moysis,*

3 *Nunc discutienda venit perplexa admodum circa* Abrami *ortum quæstio, in eo nimirum sita, sitne ejus natalis in terris annus septuagesimo parentis sui Tharæ anno, num vero centesimo trigesimo illigandus. Habet utraque sententia, uti inferius patebit, varia, quibus propugnetur, rationum momenta, suosque nacta est patronos a sacra eruditione plurimum commendandos, quos in suo Prolegomeno Geneseos, pag.* 473 *et seq. longo ordine recenset R. P. Wilhelmus*
C *Smits, Ordinis Minorum Recollect., eruditis in Scripturam sacram lucubrationibus haud mediocriter clarus, quem, tametsi in hoc argumento mihi adversantem, totius controversiæ originem ac difficultatem propriis verbis exponentem sisto. Ita ergo ille cit. Prolegomeno, num.* 103, *pag.* 472 : Si solus, *inquit,* hac in re superesset nobis locus Genes. XI, 26, « Vixit Thare septuaginta « annis, et genuit Abram, et Nachor, et Aran; « ne hæsitaremus quidem, Sanctum Patriarcham anno patris sui LXX mortalem hanc lucem aspexisse. Cum enim Moyses, ut fere supra *(nempe de Sem, filio Noë apud ipsum num.* 74*)* ratiocinabamur, assignet annum determinatum aliorum patriarcharum natalibus; quomodo illum, de Abrahamo agens, plane neglexisset, ac loco illius ænigma, prorsus simile illi, de quo num. cit. diximus, lectori suo obtrusisset, quo offuscaretur magis, quam illustraretu? De ABRAHAMO, inquam, agens; de patriarcharum maximo, dignissimo : de ABRAHAMO, cui prima et illustrissima, eaque sæpius repetita de Messia facta est promissio; cujus gesta cæteris latius Sacer Scriptor prosequitur, et quem solum directe attingit, ubi Nachoris (*Junioris nempe*) D et Arani indirecte dumtaxat reminiscitur, eorumque acta, ob id tantum, ut elucidaretur Abrahæ et posterorum ejus historia, perstringit.

*et S. Stephani narratione,*

3 Verum *(ita prosequitur laudatus auctor)* quemadmodum in re, apud Moysen clarissima, tenebras offundunt supra LXX *(nempe interpretes, Cainanum Juniorem inter Arphaxad et Sale interserentes)* et S. Lucæ Euangelium; ita et hic pariter; ut, dum de Moyse ad S. Stephanum transieris, jam statim caliges. Expendamus, *inquit,* sancti Protomartyris verba, quæ Act. VII, 2 et seqq., dum in concilio staret, ad Judæos protulit : « Viri fratres, « inquit « et « patres audite. Deus gloriæ apparuit patri no- « stro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, « priusquam moraretur in Charan, ℣. 3; et di- « xit ad illum : Exi de terra et de cognatione « tua, et veni in terram, quam monstravero « tibi ℣. 4. Tunc exiit de terra Chaldæorum, et « habitavit in Charan. Et inde, postquam mor- « tuus est pater ejus (*μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν « γὴν ταύτην*) transtulit illum in terram istam, « in qua nunc vos habitatis. ℣ 5. Et non de- E « dit illi hæreditatem in ea nec passum pe- « dis : sed repromisit dare illi eam in posses- « sionem, et semini ejus post ipsum, cum non « haberet filium. « *Post quæ ita Smitius pergit*: Advertе hic dumtaxat, juxta S. Stephanum, Abrahamum de Haran in Chanaan profectum esse post mortem patris, qui vixit in toto annis CCV Gen. XI, 32. At ibid. c. XII, 4 constat. Abrahamum de Haran proficiscentem, egisse annum ætatis LXXV. Igitur post mortem patris Abraham erat annorum LXXV; quibus subductis ab annis CCV, quos in toto vixisse patrem diximus, restabunt CXXX pro anno Abrahæ natali.

*uti ex S. Hieronymo Smitius observat, ortæ:*

5 *Tum adducit S. Hieronymi de eadem difficultate verba, quæ Operum ejus tom.* 2 *editionis anni* 1699 *col.* 518 *ita habent* : Indissolubilis nascitur quæstio *(nimirum ex verbis Moysis Genes. cap.* XI ℣. 26, *et cap.* XII ℣. 4 *secum collatis* :) Si enim Thara, pater Abrahæ, quum adhuc esset in regione Chaldæa, septuaginta annorum, genuit Abram; et postea in Charram *(seu* Haran) ducentesimo quinto ætatis suæ anno mortuus est; quomodo nunc post mortem Tharæ, Abram exiens de Charra, septuaginta F quinque annorum fuisse, memoratur : quum, *ut subdit S. Hieronymus*, a nativitate Abræ usque ad mortem patris ejus centum triginta quinque fuisse anni doceantur. Habes nunc, *inquit rursus laudatus Smitius*, præsentis controversiæ originem et difficultatem, quæ, ut in istiusmodi obscuris solet, præter varias alias, hic signanter duas opiniones perperit, admodum disparatas. Altera verbis Moysaïcis strictius inhærens, Abrahamum anno ætatis Tharæ septuagesimo natum asserit; cum iisque, quæ S. Stephanus protulit, conciliare nititur. Altera, vice versa, potissimum Sancti Protomartyris verbis ducta, natales Abrahæ anno patris CXXX definit; idque Moysen satis designasse credunt. * *Hactenus Smi-* * *l.* credit
*tius, qui et priorem sententiam cit. Prolegomeno a num.* 188 *non modo pro viribus propugnat, sed etiam, quod plerique alii edicere ausi non sunt, tam sibi certam pronunciat, ut* ea vix quidquam certius arbitretur.

6 *At vero, salva eruditi viri ejusque sequacium pace, ego contra, utut opinionem illam probabilem esse, non negem; alteram tamen multo*

*quarum verisimiliorem nobis est, quæ eum anno patris sui 130 innectit,*

*to probabiliorem esse, contendo, non tam obfirmate quidem, ut vice versa vix quidquam hac certius esse, contendam, at satis confidenter, ut vix dubitem, quin hanc firmioribus, quam priorem, argumentis rationibusque niti, eruditi complures assensuri sint. En modo quid mihi in hac controversia fundamenti instar ac veluti pro indubia regula sit : si quando sacrorum Codicum testimonia in speciem sibi adversentur, ea inter se non collidenda, sed concilianda sunt, atque ita quidem, ut unum, idque non dilucidum, revocandum sit ad plura et a diversis scriptoribus, inspirante Numine, prolata, eaque sat clara testimonia; non vero hæc ad illud. Censeo itaque, hæc Moysis verba Genes. cap.* XI ℣. 26 : Vixitque Thare septuaginta annis, et genuit Abram, et Nachor et Aran, *ad alia Moysis verba, Genes. cap.* 12 ℣. 4 *exstantia, ad eaque pariter, quæ Act. cap.* 7 *in hanc rem leguntur, revocanda esse, eoque exponenda sensu, quem bina hæc testimonia præ se ferunt, ac vel propterea quoque, quod Moyses cap.* 12, ℣. 4, *et Stephanus Act. cap.* 7 ℣. 2, 3 *et* 4, *de solo* Abramo *specialem di-*
B *sertumque sermonem habeant, Moyses vero cit. cap.* XI ℣. 26 *non nisi mixtim cum fratribus ejus obiterque de* Abramo *meminerit, et eo quidem modo, ut potius ipsum tempus, quo Thare liberis operam dedit, pro suo more indicare, quam singulorum aut unius filiorum ejus natalem annum exprimere voluisse, censendus sit. Igitur, cum litteralis obviusque sensus verborum Moysis Genes. cap.* 12 ℣. 4, *et Stephani Act.* 7 ℣. 2, 3 *et* 4 *præ se ferat,* Abramum *post mortem Tharæ, anno ætatis ducentesimo quinto defuncti, annos dumtaxat numerasse septuaginta quinque, ex binis hisce testimoniis natalis* Abrami *annus anno patris ejus centesimo trigesimo, non vero septuagesimo innectendus est.*

*tum ob verba Moysis Genes. cap.* 12, *tum ob narrationem S. Stephani,*

7 *Neque adversus sententiam hanc multum militat dissentientium argumentum, quo S. Stephanum cit. cap.* 7 *Act. oratoris, Moyses vero Genes. cap.* XI *historici partes egisse, ac proinde in re historica potius verbis Moyses cit. cap.* XI, *quam verbis S. Stephani inhærendum esse, contendunt. Etenim, si Moyses cit. cap.* XI ℣. 26 *historici partes egerit, atque adeo stilo plano et intelligibili locutus fuisse censeri debeat, haud dubie, quidquid dissimulent adversarii, histori-*
C *ci partes etiam egit cap.* 12 ℣. 4, *ubi, post narratum cap.* XI *Tharæ, cum ducentorum quinque annorum esset, obitum,* Abrami *filii ejus secessionem ex Haran septuagesimo quinto ætatis ejusdem* Abrami *anno illigat, ita loquens :* Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran, *atque adeo et hic quoque stilo plano et intelligibili locutus fuisse, ac natale* Abrami *tempus indicasse censendus est, quandoquidem intelligi nequit, quo pacto* Abram *anno patris sui ducentesimo quinto septuaginta quinque annos dumtaxat numerarit, nisi patris sui anno centesimo trigesimo in lucem editus fuerit. Cum ergo, uti adversarii statuunt, verbis Moysis, ut qui historici partes egit, standum omnino sit, quidni verbis ejus, cap.* 12 ℣. 4 *conscriptis, æque ac ejusdem verbis, cap.* XI ℣. 26 *prolatis, inhærere nobis liceat? Imo vero cur non potius Mosaicæ narrationi cap.* 12 *inhæreamus, utpote S. Stephani narratione testimonioque, ipsorumque etiam Judæorum pontificum, judicum seniorumque consensu comprobatæ ac stabilitæ?*

AUCTORE J. G. *cui fides habenda esse demonstratur:*

8 *Quod enim adversarii regerunt, S. Stephanum oratoris partes egisse, id profecto aut nihil, aut certe parum ad rem facit, cum profanum oratorem inter et sacrum ingens sit discrepantia, præsertim si hic talis sit, qualis Stephanus fuit, cujus nempe ore Spiritus sanctus, quo is plenus erat, loquebatur, cujus sapientiæ resistere non poterant Judæorum pontifices virique omnium doctissimi, quique redarguere Oratorem non neglexissent, si vel tantillum in instituta narratione a genuino Moysis sensu aut ab exactissima veritate aberrasset. Adde, quod, etiamsi Acta Apostolorum ad Genesim exigenda essent, ut vult Abramus Bucholcerus in sua Isagoge chronologica, non vero Genesis ad Acta, hinc tamen consequens non foret, ut, neglectis prorsus Geneseos verbis cap.* 12 ℣. 4, *aliisque, de quibus postea agendum erit, sacris testimoniis, ad solum unicumque capitis* XI *versum* 26 *examinanda necessario essent. Etenim lignum, ut adversarii loquuntur, ad normam exigendum, non contra normam ad lignum exigendam esse, lubens eis concedo; at non video, cur in designando* Abrami *anno natali normæ instar haberi debeat tex-* E *tus, quo tres ex Thara geniti filii mistim confuseque nominantur, uti fit cit.* ℣. 26; *illa vero verba cap.* 12, *quibus de solius* Abrami *post mortem patris ætate specialis disertaque mentio fit, non secus ac S. Stephani eodem pertinentia verba rudis instar incompositique ligni habenda sint.*

*nec sententiam hanc evertit argumentum Smitii,*

9 *At, inquies, per hæc Genes. cap.* XI ℣. 26 *verba :* Vixitque Thare septuaginta annis et genuit Abram, Nachor, et Aran *intendit Moyses præcise natalem annum denotare* Abrami, *cujus genealogiam texit, sicuti, dum cap.* 5, ℣. 31 *dicit :* Noë vero, cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Japheth, *præcise annum, quo natus est Sem, denotare intendit; ut adeo potius ex præfato cap.* XI, ℣. 26, *quam ex sequenti Geneseos capite verbisque Stephani natale tempus* Abrami *definiendum sit. Sed ipsummet præ ceteris Smitium laudatum, suam ex Bellarmino de Sacramento Matrimonii cap.* 28, *col. mihi* 1854, *sententiam stabilire conantem, audiamus :* Recte, *inquit,* Bellarminus de Sacram. Matrimonii cap. XXVIII : Scriptura in Genesi semper indicat tempus nativitatis eorum, quorum texit genealogiam, ut sciamus ætatem F mundi, aliis prætermissis, qui ad istam chronologiam non pertinent. Ita videmus, Scripturam Genes. IV prodidisse, quoto anno ætatis Adæ natus sit Seth, per quem texitur chronologia, non autem quoto anno ejusdem Adæ natus sit Abel vel Caïn : et Genes. V dicitur Noë, cum quingentorum esset annorum, genuisse Sem, Cham et Japhet, ubi notatur præcise annus, quo natus est Sem, quia per illum deducitur chronologia : et in reliquis idem observare licet. Cum ergo solus Abraham ex filiis Thare sit is, cujus explicatur genealogia, et per quem texitur chronologia, necesse est dicere, illo anno *(nempe septuagesimo patris sui)* natum esse, alios autem antea.

*quod hic discutitur*

10 *Sistamus hic paulum et singula expendamus. Ac primo quidem, si laudatum Smitium num* 108 *pag.* 476 *disserentem audiamus,* Abrami *fratres* antea *seu ante ipsum nati fuerunt, atque adeo ex his Smitii verbis, fuit* Abram *suorum fratrum natu minimus, utpote ex ejusdem sententia in lucem editus anno patris sui septuagesimo,*

AUCTORE J. G

*septuagesimo, cum alii fratres ante hunc patris sui annum geniti essent; et tamen, quod mirari satis non possum, idem ille Smitius in suis ad Genes. cap.* XI ℣. 26 *annotationibus,* Abramum, *quem anno patris sui septuagesimo natum rursus statuit, filiorum Tharæ natu-maximum his verbis facit* : Nos Abramum PRIMOGENITUM statuimus, atque dicto anno septuagesimo patris sui natum. *Conciliet antilogiam hanc, qui potis est; ego me, ut conciliem, viam aliam non invenisse fateor, quam ut Bellarmini verba quæ Smitius ipsa Characterum forma indiscriminatim sua fecit, re tamen verum non omnia sua facere voluisse dicatur. Sed ad propositi a Smitio argumenti vim discutiendam veniamus. Haud inficior, natalem Sethi annum designatum a Moyse fuisse, omissos vero Abelis et Caïni natales; fateor quoque, designatum contra a Moyse fuisse tum Sem, filii Noë, tum* Abrami, *filii Tharæ, natale tempus, idque factum etiam esse, quia hi directe ad venturi Messiæ genealogiam spectabant; imo et Moysen a scopo suo aberraturum fuisse admittam, si patriarcharum, quorum genealogiam texit, ac potissimum Patriarchæ nostri natale tempus omnino neglexisset. Hæc, inquam, omnia lubens ad*

B *versariis concedo.*

*ac refellitur*

11 *At, quæso, num propterea consequens fit, ut non alio loco, quam Genes. cap.* 5, ℣. 31 *natales Sem, nec alio, quam cap.* XI ℣. 26, *natales* Abrami *expresserit vel exprimere potuerit? Aut num dicendus erit Moyses patriarcharum Sem et* Abrami *natale tempus plane neglexisse, nisi iis ipsis locis, quos pro suo arbitrio adversarii præscribunt, illud exactissime definiisset? Ita quidem ipsi volunt, at, quam non jure merito, jam ostensum eo. Ponamus tantisper, aut numquam a Moyse binos versus citatos conscriptos fuisse, aut eos, quocumque fingere velis modo lapsuve temporum, e Genesi excidisse; nonne aliunde ex propriis item Moysis verbis utriusque natale tempus erui posset? Procul dubio certe. Nam, ut id paucis de Semo evictum dem, cum Moyses Genes. cap.* 7 ℣. 6 *diserte scribat, diluvium contigisse, cum Noë, pater Semi,* sexcentorum annorum *esset, rursusque cap.* XI ℣. X *testetur, Semum fuisse centum annorum* biennio post diluvium; *haud multum arithmeticæ artis peritus esse*

C *quis debet, ut ex verbis Mosaïcis conficiat, natum esse Semum anno patris sui quingentesimo secundo, si τὸ* post diluvium, *uti passim admittitur, exactum a fine diluvii tempus designet.*

*ex ipso libro Geneseos*

12 *Id ipsum nunc de natali* Abrami *tempore demonstro. Si* Abram, *cum post mortem Tharæ, teste Genes. cap.* XI ℣. *ultimo, anno ætatis* ducentesimo quinto *defuncti, ex urbe Haran in terram Chanaan egrederetur,* septuaginta quinque annorum *fuit, uti Genes. cap.* 12 ℣. 4 *diserte testatur Moyses, apertissime ex hisce duobus textibus consequitur, ut anno centesimo trigesimo patris sui mundo editus sit, cum post mortem patris, anno ætatis ducentesimo quinto defuncti, non plures, quam septuaginta quinque annos numerarit* Abramus, *qui anni, si aliis centum triginta addantur, integram vitæ Tharæ seriem, seu annos* 205 *exactissime conficiunt. Gratis itaque adstruunt adversarii, non alio loco, quam Genes. cap.* 5 ℣. 31, *natale tempus Semi,* Abrami *vero non alio, quam cap.* XI ℣. 26, *a Moyse indicatum fuisse; atque adeo non minus infunda-*

D *te contendunt, natale utriusque tempus a Moyse prorsus neglectum dici debere, nisi ambo illi versus, ubi Noë tres filios, ac Thare totidem genuisse narratur, sic intelligantur, ut qui primo loco utrobique recenseatur, eodem illo anno, quo liberi pater operam dedisse memoratur, re vera genitus fuerit.*

*et auctoritate ac rationibus S. Augustini:*

13 *Et sane non eo sensu, quo volunt adversarii, Geneseos cap.* XI, ℣. 26 *necessario intelligendum esse, etiam manifeste satis indicavit S. Augustinus, quæst. in* 25 *in Genes. edit. anni* 1689 *tom.* 3, *col.* 384 *his verbis citatum versum commentans* : Scriptura, quæ dixit : « Cum esset « Tharra annorum septuaginta, genuit Abraham « et Nachor et Arran, « non utique hoc intelligi voluit, quia eodem anno septuagesimo ætatis suæ omnes tres genuit; sed ex quo anno generare cœpit (*abstrahendo nimirum, a quo determinato filio)* eum annum commemoravit Scriptura. Fieri autem potest, (*salvo utique genuino verborum sensu*) ut posterior sit generatus Abraham, sed merito excellentiæ, qua in Scriptura valde commendatur, prior fuerit nominatus : *id autem alibi in sacris Litteris plus semel etiam fieri, hisce verbis Sanctus Doctor declarat* : Sicut propheta priorem nominavit minorem, « Jacob dilexi, Esaü autem odio habui : « et in Paralipomenon, cum sit quartus nascendi F ordine Judas, prior est commemoratus, a quo Judaïcæ genti nomen est propter tribum regiam. *Itaque, judice Augustino, verba illa Genes. cap.* XI, ℣. 26, negative, *ut scholæ loquuntur, exponi possunt, ut sensus sit : cum alii patriarchæ postdiluviani, puta Arphaxad, Sale, Heber ceterique Tharæ progenitores sub annum ætatis suæ trigesimum liberos procreassent, Tharam ipsum non ante vitæ suæ septuagesimum annum filios genuisse, singulari tunc temporis exemplo, quod proin speciali memoria hoc loco dignum censuerit Moyses, servans sibi sequenti capite opportuniorem locum, quo, cum seorsum a fratribus agendum de* Abramo *esset, natale ejus tempus non obscure indicaret.*

*et in hac sententia nihil Moyse indigni,*

14 *Non est igitur, cur in hac sententia Moysen inutile prorsus ænigma nobis obtrusisse, aut inconstantiæ, vel in profano scriptore minime laudabilis, arguendum esse, tam confidenter adversarii quidam reponant. Etenim, si nec utile ænigma nobis obtrusisse, dici possit Moyses, nec merito argui inconstantiæ, cum in fine capitis* 4 *Genes. nullo addito chronologico charactere, ex Adamo Seth, ex hoc vero Enos genitum enarrat,* F *sequenti vero capite* ℣. 3 *et* 6 *utriusque natale tempus definit; cur inutiliter obscurus aut inconstans propterea dicendus foret, quod Genes. cap.* XI ℣, 26 *tres filios Tharæ, e quibus paternum maternumque genus Israëlitarum natio traxit, nominatim, at non expresso singulorum natali anno, recenseat,* Abrami *vero natale tempus sequenti capite* ℣. 4, *quo nempe seorsum de eo agit, sat manifeste assignet? Profecto innumeræ occurrunt in sacris Litteris sententiæ, quæ prius obscurius prolatæ, deinde opportuno loco lucem accipiunt; ex quibus tamen nemo scriptores sacros inutiliter obscuros aut inconstantes jure merito appellet. Accedit, nuspiam edixisse Moysen, quod tamen adversarii volunt, hoc sibi perpetuo consilium sedisse, ut in enumerandis patriarcharum filiis solius eorum ætatis, non autem etiam dignitatis, rationem haberet; ac proin haud satis videtur, cur veluti neglecti officii argui deberet Pentateuchi scriptor, cum dignitatem* Abrami *potius, quam minorem ejus ætatem respiciens, primo loco illum cit.* ℣. 26 *recensuit.*

*nihil duri,*

15 At dices, *uti apud Gasparem Sanctium in Commentariis*

A *Commentariis in Actus Apostolorum pag.* 142 *adversarii arguunt*, durum videri, ut, cum in generationibus aliis in toto illo cap. XI, quoto quisque parentis anno fuerit natus, expressum sit aperte, obscurius id in Abrahami ortu notari. *Verum cum eodem Sanctio ad objecta illa respondeo*, non esse necessarium, eodem semper modo narrationis ordinem texi: neque esse id in Scriptura perpetuum, maxime cum institutus narrationis cursus aut interrumpitur, aut finitur. Exemplum, *inquit*, cape ex Genes. V, ubi, cum omnes generationes ab Adamo usque ad Noë eodem ordine essent descriptæ, ubi ventum est ad Noë, id est, ad postremum, narrationis ordo mutatus est; tum quia non idem dicendi modus, tum quia non unus, ut in aliis, sed tres filii nominatim dicuntur generati. Sic etiam, quia ordo a Noë usque ductus cessat in Thare, mutata est in eo describendæ generationis ratio, *sic tamen, ut paulo post utriusque patriarchæ, Sem nempe et* Abrami, *natale tempus Scriptura definiat, uti superius num.* XI *et* 12 *ostendimus.*

B *nihil alieni a sacra chronologia,*

16 *Nunc aliud nobis hic adversantium argumentum audiamus*: Nisi, *inquiunt*, dixerimus, Scripturam sacram signanter expressisse tempus nativitatis Abrami illis verbis: » Vixitque Tha- » re septuaginta annis, et genuit Abram et Na- » chor et Aran, » sicuti præcisum expresserat tempus nativitatis singulorum primæ ac secundæ mundi ætatis patrum, qui ipsum Abram præcesserant, perturbari sacram illorum temporum chronologiam, necesse omnino fit. *Ita ipsi apud Torniellum in Annalibus sacris Veteris Testamenti tom.* I, *pag.* 252, *num.* 3. *At veteri huic objectioni vetus hæc sit apud eumdem Torniellum responsio*: Responderi potest, *inquit ille cit. num.* 3, Scripturam sacram non modo in his, quæ ad chronologiam pertinent, sed etiam in his, quæ ad historiam ipsam, et item ad doctrinam moralem aut spiritualem spectant, non semper dilucide omnia exprimere, sed aliqua interdum subobscure, prout Spiritui sancto visum est, tradere consuevisse, ut vel sic ad veritatem curiosius avidiusque indagandam ingenia magis provocarentur. *Ac mox, adductis in medium paucis pro multis, quibus responsum suum firmet, sanctorum Patrum testimoniis, ita objecta cetera diluit:*

C Quod attinet ad sacram chronologiam, de qua nunc agimus, frequenter deinceps palam fiet, *quod et diffiteri non possunt, qui seu Judicum seu Regum libros aliosve commentati sunt,* quam multa sint in sacro Eloquio (*nempe uno alterove loco*) obscure tradita, et vix aliquo modo insinuata, ut propterea non, nisi multo labore ac diligenti textuum discussione, accurataque eorumdem collatione, disquiri ac dilucidari possint.

*nihil perturbati,*

17 Non igitur dicendum est, sacram perturbari chronologiam, aut incertam reddi, si concesserimus, Scripturam non expressisse annum ortus Abrami, quemadmodum ceterorum patrum, qui ipsum præcesserant: satis enim est, quod ex his, quæ ipsa tradit (*nempe Genes. cap.* 12) ille evidenter nobis innotescere possit, sicuti in principio hujus tractatus jam ostensum est, *uti et a nobis num.* 6 *et* 12. Posset etiam dici (*subdit Torniellus, idque adversus citatum Smitium non parum facit*) Scripturam sacram intendisse quidem Abrami pariter genealogiam chronologiamque ab orbis initio deducere, sed genealogiam imprimis, chronologiam vero non æque principaliter. Scimus enim et aliorum excellentium hominum, puta Esdræ, Judith, Mardochæi et demum ipsius Christi genealogias honoris causa esse traditas; chronologias autem non item. Quare si tempora ortus nostri Redemptoris Scriptura sacra non nisi obscure admodum indicavit; quid miramur, si præcisum nativitatis Abrami annum non expressit, *illo videlicet determinato loco, quo mixtim et confuse de* Abramo *ejusque fratribus egit, eumque dumtaxat ex sequenti capite* ỳ. 4 *colligendum reliquit. Quocumque igitur modo atque ubicumque Scriptura* Abramum *anno patris sui centesimo trigesimo, seu ante hujus mortem septuagesimo quinto natum indicet, nihil hinc detrimenti patitur ordinanda a diluvio ad usque* Abrami *ortum ejusve vocationem chronologia mundi, uti consideranti patebit.*

AUCTORE J. G.

*nihil quantum ad Abrami ex Haran*

18 *Atque ita quidem præcipuo, quo Smitius nititur, argumento, aliisque huic affinibus satis occursum a me esse arbitror, ut dubitem, num, qui æqua lance rationum adductarum momenta expenderit, assensurus laudato Smitio sit asserenti, ad rem totam adversus nos conficiendam* E *primum illud suum argumentum omnino sufficere, tantumque etiam robur habere, ut vix quidquam sua sententia existimari certius possit. Alterum nunc, quo jam sæpe memoratus scriptor suam firmare nititur sententiam, argumentum expendamus. Ita ille cit. Prolegomeno Genes. num.* III, *pag.* 478: Incertum, *inquit*, relinquitur ex verbis Stephani, quemadmodum ea ab adversariis sumuntur, num Abraham anno CXXX patris, an vero serius natus sit. Idem relinquitur ex narratione mortis Tharæ apud Moysen. Stat cum proprietate sermonis, Abraham, LXXV annis natum, exiisse et a Deo translatum esse in aliam terram, post mortem patris, licet etiam plures anni ab eadem morte intercesserint. Non sequitur: Petrus duxit uxorem post mortem patris; ergo immediate a morte patris. Quo autem plures anni intercesserint, eo serius natum Abrahamum, illo in systemate necesse est. *Hæc Smitius.*

*profectionis epocham incerti a nobis asseri, ostenditur;* F

19 *Cui ego repono: Se mortem Tharæ, veluti notam egressus* Abrami *ex Haran, tum a Moyse, tum a Stephano, sensu obvio indicatum, agnoscere velimus, si* Abrami *in exsequendis Dei mandatis celeritatem et omnis moræ impatientem obedientiam, toties in sacris commendatam Litteris consideremus, dubium non relinqui, quin eodem anno, quo defunctus est Thare,* Abraham *ex Haran alio secesserit, cum nempe, parenti suo persolutis justis, nihil jam eum a promptissima divini mandati exsecutione retrahere posset. Neque vero multum Smitio favet scholasticum illud argumentum a nuptiis Petri exempli gratia deductum; etsi enim in rigori logico, ut aiunt, nullisque rei spectatis adjunctis, necessario consequens non sit, ut Petrus, qui* post mortem patris *uxorem duxisse scribitur, hanc* immediate a morte patris *duxisse, duci debeat, quia scilicet particula illa* post *aliquam temporis latitudinem ex sese patitur; attamen, si aliunde perspectus habeatur promptissimus Petri animus ad exsequenda post patris mortem ea omnia, ad quæ seu ex propria promissione seu legitimo præcepto alia ve ratione adstrictus fuerit, nec ulla procrastinandæ exsecutionis causa intercessisse noscatur; quis est, qui mox, ut hujusmodi hominem* post mortem patris *duxisse uxorem audierit, non eum primo, quo licuit, tempore, seu eodem anno, id fecisse, credat?*

AUCTORE J. G.

*credat? Itaque nisi* Abrami *promptissimæ in Deum pietati et eximiæ in primis obedientiæ detrahere non parum velimus, necesse est, ut, sublatis per mortem Tharæ prosequendi itineris impedimentis, quam primum eo, quo se vocari a Deo norat, sese illum contulisse, fateamur.*

*nec adversus illam ex facto verbisque Abrami,*

20 *Sed ne confutandis ejusmodi scholasticis tricis diutius inhæreamus, lubet modo, an desumptum ex Genes. cap.* 17, ℣. 17 *argumentum adversariorum sententiam satis stabiliat, adductis ipsismet Smitii verbis, examinare.* Si Abraham, *inquit ille cit. Proleg. num.* 110, natus sit anno patris sui CXXX, nullus Genes. XVII, 17 stupori et admirationi Abrahæ fuisset locus. « Putasne centenario nascetur filius, et Sara « nonagenaria pariet? » Exemplum sane recens habuisset in patre, quem centenario longe majorem generandi virtute præditum cognovisset. *Ac mox, ne sibi ab adversariis regeri possit, non mirari* Abraham, *si sibi centenario nasceretur filius, sed si centenario ex uxore nonagenaria, eaque antea sterili, nasceretur, observat laudatus scriptor*, textum adductum bimembrem esse, atque indicare Abrahami stuporem
B non tantum circa uxoris, sed et circa propriam grandævitatem versatum esse et rem illam comparative ad Abraham fuisse illo tempore insolitam, *Ita ille: verum respondeo,* Abrahamum, *tametsi se anno patris sui contesimo trigesimo natum fuisse, optime sciret, rationem tamen non unam habuisse mirandi, si sibi jam centenario et ex Sara nonagenaria nasceretur proles.*

*ex se centenario et ex Sara prolem nascituram esse, virantis,*

21 *Ac primo quidem compertum habebat, se ex Agar, secundaria sua uxore, et omni dubio procul fœcunda, post procreatum ex ea Ismaelem, ab anno ætatis suæ* 86, *seu toto deinceps tredecim annorum spatio nullam suscitasse prolem; atque adeo, cum jam centenarius esset, mirari jure meritissimo poterat, si tunc rursus generaret prolem, ex Sara præsertim, quæ, teste Genes. cap.* 18 *v.* XI *narratur, desierant fieri muliebria, quæque propterea rei conjugali, seu, ut Scriptura loquitur,* voluptati, *nempe connubiali, utpote tam multis annis infructuosæ, omnino renuntiarat. Adhæc, tametsi Sara vel* 50 *annis*
C *junior fuisset, imo et ex se prorsus fœcunda, nihilominus tamen, cum* Abrahamo *jam centenario, ut Apostolus ad Romanos* 4, *v.* 19 *et ad Hebræos* XI, *v.* 12 *tradit,* emortuum *esset corpus ac proin generandæ proli impar, summam mirandi causam habere potuit* Abraham, *dum sibi centenario nasciturum ex Sara prolem esse, audivit, utut a suo patre, multo magis vegeto robustoque sene, ab anno ejus septuagesimo ad usque centesimum trigesimum tres filios procreatos esse, novisset.*

*quidquam evinci potest.*

22 *Denique, cum apprime perspectum esset, quo remotius a diluvio nascebantur homines, eo breviore debilioreque senectute uti, et sic quidem, ut, cum Sem, sexcentis vixisset annis et Arphaxadum fere centenarius genuisset,* Abrahami *tamen avus Nachor non ultra centum et quinquaginta annos protraxisset vitam, nec, ut prolem gigneret, ultra vigesimum nonum ætatis annum exspectasset; habebat sane* Abraham, *cur sibi, a diluvii temporibus magis, quam Nachor, remoto, et centenario insuper, nasciturum etiam prolem desperaret; atque adeo, tametsi unicum in suo patre Thare contrarium vidisset* D *exemplum, mirari jure merito potuit, si patri suo potius, quam avo ceterisque passim sui temporis viris non vulgari beneficio similis evaderet, procreata in tam provecta ætate et ex sterili quidem conjuge, prole mascula, cui se multis modis benedicturum esse, Dominus Deus promittebat. Judicet nunc eruditus lector, an, quæ supra produximus, adversantium nobis argumenta id re ipsa ponderis habeant, ut animum præjudicata opinione non laborantem in eam inclinent, imo vix non necessario abripiant partem, quæ* Abramum *anno patris sui septuagesimo natum esse, tam præfidenter statuit, ut vix quidquam eo certius, haberi possit. Nunc, quibus nos oppositam magis stabilire nitimur sententiam, rationes æquo animo expendat lector.*

## § II. Stabilitur magis sententia nostra, et dissentientium varia effugia præcluduntur. E

*Contra vim argumenti, quo nostra stabilitur sententia.*

*Tria istæc, ut obiter supra ex oblata occasione insinuavi, divinarum Litterarum auctoritate explorata nobis sunt, ac proin extra controversiam posita: Nimirum, Tharam,* Abrami *patrem, non ante ætatis suæ annum* 205 *in Haran esse mortuum, prout Genes. cap.* XI *aperte asserit Moyses, ubi, cum Tharam ejusque filios usque Haran venisse atque* ibi *habitasse,* ℣, 31 *dixisset, mox sequenti* ℣ *subdit:* Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, et mortuus est in Haran. *Alterum est,* Abramum *ex Haran egressum esse in terram Chanaan, uti Genes. cap.* 12, ℣. 4, 5 *et* 6 *manifeste refertur:* Septuaginta quinque annorum erat Abram, CUM EGREDERETUR DE HARAN, tulitque Sarai uxorem suam et Lot, filium fratris sui, universamque substantiam, quam possederant, et animas, QUAS FECERANT IN HARAN: ET EGRESSI SUNT, UT IRENT IN TERRAM CHANAAN. Cumque venissent IN EAM etc. *Quibus addenda S. Stephani verba Act.* 7 ℣. 4: ET INDE *(nempe ex Haran)* postquam mortuus est pater F ejus, transtulit illum *(Dominus Abramum)* in terram istam, in qua nunc vos *(Judæos alloquitur Stephanus)* habitatis. *Tertium est, quod et mox recitata verba liquido testantur,* Abramum *in suo ex Haran egressu institutoque ad terram Chanaan itinere, fuisse annorum præcise* septuaginta quinque. *Igitur, cum egressus fuerit* Abramus *ex Haran post sui patris mortem, ætatem ipse habens annorum* 75; *cumque et pater ejus non minus, quam annis* 205 *vixerit; manifeste consequens fit, ut,* 75 *annis, qui* Abrami, *ex Charan egredientis, ætatem constituunt, detractis, supersint* 130 *anni vitæ Tharæ, quorum anno postremo natalis* Abrami *innecti debeat.*

*inter varia effugia nihil adversarios juvat Samaritanus textus,*

24 *Quid ad argumentum hoc adversarii, qui* Abramum *anno patris sui* 70 *mundo editam statuunt? Mirum est, in quam varias se convertant formas, ut tenebras huic ratiocinationi offundant, quamque dissimiles, quibus nodum hunc solvant, adhibeant cuneos. Alii quippe in eo dissolvendo, tamquam re conclamata, nihil definiunt, aut nihil, quod in manifestam Sancti Spiritus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *ritus injuriam non cedat, in medium producunt. Horum disertus testis est Smitius supra laudatus Proleg. Genes. num.* 112 *et* 115, *quem de hisce curiosus lector adeat. Alii Stephanum, quem tamen plenum Spiritu Sancto, et cujus sapientiæ Judæorum principes resistere non potuisse, sacri codices testantur, nihilominus aut memoria lapsum, aut profani ineptique declamatoris instar, ænigmatice minusque proprie locutum fuisse, adstruere non verentur; quos ego indignatione potius, quam seria confutatione dignos censeo, nec aliud de iis in rem nostram observo, quam deductum a nobis ex Stephani et Moysis testimoniis argumentum, vel ipso adversariorum judicio inexpugnabile esse, utpote cujus robur, non alio, quam modo isto absurdissimo, eludere se posse desperant. Alii denique, ut ejusdem argumenti pondere sese expediant, Hebraïcum textum, atque adeo et ei hic consonas Septuaginta interpretum versionem et Vulgatam Latinam, ut authenticam approbatam, ad Samaritanum textum, qui vitæ Tharæ annos* 145 *dumtaxat tribuit, refingendas reformandasque esse, adstruunt; et, quod*

B *nonnullos mecum miraturos arbitror, fatente ipsomet Smitio cit. Proleg. num.* 112, id certo sibi probatur potius, quam Moysis textum Genes. XI ỿ. 24 *(imo ỿ.* 26) cum adversariis in suspenso relinquere.

*qui certe pro indubia norma Hebraici, Græci et Latini haberi nequit,*

25 *Hicne igitur, ne versui* 26 *lucem addi ex* ỿ. 4 *sequentis capitis, fatendum sit, Samaritanus textus, cujus* mendositates (*verbis Smitii utor*) corruptiones, errores, contextus originalis mutilationes, *aliaque vitia ipse Smitius Proleg. Pentateuchi a num.* 133 *ex professo enumerat atque ob oculos ponit, habendus erit pro norma, ad quam originalem Hebræum textum, Septuaginta versionem, Vulgatam quoque et Concilii Tridentini decreto probatam editionem conferas, et hocce loco restituas? Videant ipsi, qui accuratiore, quam illa sit, norma non utuntur, aut normam modo hanc, modo istam pro libidine adhibent, ne opus cudant sibi male cohærens, quodque facilitate pari, qua exstructum est, dissolvi etiam possit. At enim, si laudatum Smitium cit. num.* 112 *audiamus, non plures, quam* 145 *annos* Abrami *patri tribuunt* præter alios Bochartus ad calcem suæ Geographiæ sacræ pag. 863, et novissime Whistonus in Conatu Textum Hebraï-

C cum restituendi, qui et ad Philonem de Somniis et ad Josephum lib. I Antiq. cap. 7 provocat. *Verum, quid tum? An, etiamsi assertiones hæ veræ essent, standum potius esset Samaritano, quam veteri Hebræo eoque genuino textu? Minime gentium, opinor. Sic itaque senserit, per me licet, Bochartus ad calcem Geographiæ sacræ pag.* 863, *apud quem tamen in editione, qua utor, Cadomi anno* 1651, *sub ejus, ut ita dicam, oculis facta, ne verbum quidem unum huc spectans citato loco, aut alibi invenire potui; sentiat ita etiam Whistonus provocetque ad Philonem de Somniis et ad Josephum lib.* I *Antiq. cap.* 7, *quid id nostra refert, etiamsi uterque antiquus scriptor a Whistono laudatus revera id, quod ipsis Whistonus tribuit, suis scriptis inseruisset?*

*et cui etiam neutiquam hic adstipulantur Philo et Josephus;*

26 *At vel id ipsum alienum a veritate est, si quidem antiquioribus Operum Philonis ac Josephi editionibus fides sit. In editione Operum Philonis, Græce et Latine ex Sigismundi Gelenii interpretatione Coloniæ Allobrogum anno* 1613 *vulgata, a pag.* 440 *usque ad pag.* 467 *librum de Somniis invenio, et de eodem argumento alterum a pag.* 857 *usque ad* 888; *verum ad quem ex hisce libris Whistonus provocet, non indicat Smitius, nedum sat prope locum, qui huc faciat, definit. Investiganti mihi locum, ubi ita, ut laudatus a Smitio Whistonus vult, Philo Judæus scripsisset, nullus plane occurrit, qui Whistono faveat; at contra hæc se mihi pag.* 445 *obtulerunt Philonis verba, quæ potius nostram confirmant sententiam:* Λέγεται γὰρ ὅτι Αβραὰμ ἦν ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ Χαρράν· *id est:* Legitur enim Abraham natus esse annos LXXV, quando ex Charran *(seu Haran)* exivit, *mortuo nempe, ut Philo subdit, patre ejus Thara, de cujus vitæ spatio ad annos* 145 *contracto ne verbum quidem unum subdit. Tantum etiam abest, ut Josephus cit. cap.* 7 *libri* I *Antig. ad annos* 145 *vitam Tharæ contrahat, ut contra disertissimis verbis sub finem ejusdem capitis eum annos* 205 *vixisse, affirmet.* Ὅπου δὲ Θάρρον τελευτήσαντα Σάπτουσιν, ἔτη βιώσαντα πέντε καὶ διακόσια: *seu:* Ubi *(de Haran sermo est)* etiam Thare defunctum sepelierunt, cum vixisset annis ducentis quinque. *Atque ita*

E *legunt, quotquot nancisci potui, Josephi editiones, quas sollicite hac de re consului. In vanum igitur ad Philonem et Josephum adversarii provocant, ut versum ultimum capitis* XI *Geneseos, quo Thare annos ducentos quinque vixisse asseritur, ad Samaritanum textum, qui vitam ejus annis solum centum quadraginta quinque circumscribit, revocandum ac refingendum esse, evincere queant.*

*nec prodest adversariis adstruere geminam Abrami*

27 *Ceterum et hic obiter observatum velim, ipsos adversarios, dum ejusmodi rimas, quibus evadant, ubicumque quærunt, vel sic invitos ostendere, Pentateuchi auctorem Genes.* 12, ỿ. 4, *et Stephanum Act.* 7 *non ænigmatice aut improprie, sed dilucide proprieque annum vitæ* Abrami *septuagesimum quintum, quo is ex Haran discessit, cum postremo seu ducentesimo quinto anno Tharæ connexuisse, quod et nos tum hic, tum supra contendimus. Verum, quia sententiæ illi, quæ ad Samaritanum textum refingi debere Hebraïcum, adstruit, non tam obfirmate adhæret Smitius, quin ad alias, quibus difficultatem, ex citatis num.* 23 *textibus exortam, rite expediri posse, credit, mox sese convertat expositiones illas etiam audire et expendere, operæ pre-*

F *tium erit, transmissis videlicet iis omnibus, quæ cit. Proleg. num.* 112 *prænotanda Smitius præscribit, utpote quæ nihil adversus nos facere, ex dictis num.* 8 *sat manifestum est. Si Smitium num.* 113 *et duobus seqq. loquentem audiamus, non displicet, neque immerito suos patronos nacta est opinio illa, quæ* Abramum *duabus vicibus de Haran exiisse, affirmat; primo quidem, vivente adhuc patre, dum per annos* 60, *ut hujus sententiæ patronis definire lubet, in Chananæa peregrinatus est; ac secundo, dum causa morientis Tharæ ex Chananæa in Haran profectus, inde iterum post justa patri persoluta aditamque hæreditatem regressus est in Chananæam; ac mox illi de priori exitu Moysen, de posteriori Stephanum intelligendum esse, decernunt, ita nimirum sublatam omnem difficultatem existimantes.*

*ex urbe Haran in Chananæam profectionem, Scripturis non nixam;*

28 *At sciscitari liceat, ex quo fonte hauserint adversarii,* Abrami *discessum ex Haran, quem cap.* 12 *v.* 4 *memorat Moyses, ab eo, quem alludens ad Moysen Stephanus Act.* 7 *refert, omnino diversum esse, et sic quidem, ut inter utrumque*

AUCTORE J. G.

AUCTORE J. G.

*trumque sexaginta annorum intervallum necessario statuendum sit? Enimvero hic rursus hæret ipsis aqua, nec ullum, quo duplicem illum discessum probent, Scripturæ sacræ testimonium inveniunt. Quid? Quod tantum absit, ut asserto duplici discessui Scriptura sacra alicubi suffragetur, ut contra, si varia Geneseos testimonia expendantur, tot ex illo duplici itinere absurda ac vero minime similia consequantur, ut principium, unde hæc profluunt, non minus quam ipsa, a vero alienum esse, diffiteri non valeas. Etenim, si* Abram, *in sententia adversariorum anno patris sui* 70 *natus, atque adeo post mortem patris annos ipse numerans centum triginta quinque, ex Chanaan profectus fuerit in Haran, justa patri persoluturus aditurusque hæreditatem; cur tunc Isaaco suo, jam annis* 35 *nato, de uxore non providit? Satius certe fuisset, ut tunc vel Rebeccam filio suo adduxisset, vel Isaacum viæ suæ comitem sumpsisset, jungendum eodem tempore Rebeccæ, quam ut post annos pauculos, quinque scilicet, non sine magnis impendiis eo servum suum propterea ablegasset. Horum tamen neutrum tunc fecisse legitur providus ille sollicitusque de Isaaco Pater; quod qua ratione sat vero simili exponi in adversariorum sententia possit, haud facile dictu est.*

B

*sed potius non uno ex capite contrariam,*

29 *Adhæc si* Abrahamus *ex Chananitide, quo primum eum ante medium seculum secessisse, adversarii volunt, occasione mortis Tharæ regressus sit in Haran, cur quinquennio post* Abrahami *œconomus de rebus domini sui, de ejus opulentia, de suscepto ex Sara filio, quæ res non potuissent non in Haran notissimæ esse, nihilominus tamen, tamquam de novis plane incognitisque rebus, sermonem habuit, uti videre est Genes. cap.* 24, *a* ℣. 35. *Ac rursus, cur nuntiatum est* Abrahæ *cap.* 22 ℣. 20, *Nachori, fratri suo, natos fuisse filios, eosque ex primaria uxore numero octo, quos inter erat Bathuel, jam tum fere nubilis Rebeccæ pater, si ipse* Abraham, *ex Chananitide, ut adversarii volunt, reversus aliquando in Haran, eos coram videre omniaque hæc perspicere potuit? Postremo, si* Abraham, *teste Apostolo ad Hebræos cap.* XI, obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem (*qui utique terra Chanaan fuit*) et exiit, nesciens, quo iret, *ac propterea* fide demoratus est in terra repromissionis, tamquam in aliena, *atque ita quidem obfirmate, uti Apostolus indicat* ℣. 15, *ut terræ ipsius, de qua exierat, ne amplius quidem* Abramus *meminerit, cum tamen revertendi tempus haberet; si insuper, urgente fame, de qua vide Genes. cap.* 12 *a* ℣. X, *Ægyptum potius, nec sine vitæ discrimine, adire, quam ad suos reverti voluit; si demum, ut Genes. cap.* 24 *narratur, pius Pater sollicite cavit, ne dilectus sibi Isaac, eo, unde ipse (*Abramus *scilicet) discesserat, aliquando reverteretur; qua, obsecro, veri specie Virum sanctum, ex quo semel ex Haran, Deo jubente, cum suis omnibus emigrarat, eo post sexaginta annos reversum esse, sine ullo sacro vade aut teste affirmari potest?*

C

*cujus quidem adstruendæ occasionem dedit S. Augustinus,*

30 *Scio quidem, S. Augustinum Quæst.* 25 *in Genesim, et lib.* 16 *de Civitate Dei cap.* 15 *nonnullis duplicem illam* Abrahami *profectionem adstruendi occasionem dedisse; verum, præterquam quod S. Chrysostomus Homilia* 31 *in Genesim, editionis Parisiensis anni* 1721 *tom.* 4 *pag.* 308, *diserte affirmet,* Abramum *non antea ex Charan secessisse, quam cum mortuus esset Thare, pater ejus atque adeo alteram illam, ab adversariis adstructam peregrinationem, plane rejiciat; notandum sedulo est, S. Augustinum priori loco non tam asserendo, quam viam solvendæ difficultatis inquirendo, disputasse, ac nullo modo minus, quam confidenter, geminum illud* Abrahami *iter in Chananæam adstruxisse; ut contra difficultatem illam rectius solvi posse, existimet, si* Abrahamus *filiorum Tharæ natu minimus statuatur, seu saltem non eo anno, quo Thare liberis operam dare cœpit, at potius eo temporis intervallo natus, quod septuagesimum Tharæ annum inter et centesimum trigesimum primum intercessit; ut adeo ex hoc Augustini loco nihil præsidii adversariis suppetat. Quod vero ad ejusdem Doctoris verba lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 15 *attinet, ea quidem, uti jacent, pro adversariis magis, quam priora, faciunt; at iis opponi rursus potest laudata Chrysostomi auctoritas, et præter hanc brevis istæc in Augustini argumentationem, seu potius conjecturam, observatio.*

D

31 *Non magis firma validaque censeri potest Augustini hac in re auctoritas, quam ipsa capitis* 7 *Act., qua ille nititur, versio: cum ergo, uti fateri debet Smitius, omnesque linguæ Græcæ bene periti consentiunt, hic versus Act.* 7: κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε, *non nisi admodum improprie ab interprete, quo usus est Augustinus, expositus fuerit hocce modo:* Et inde, postquam mortuus est pater ejus COLLOCAVIT eum (*Abrahamum Deus*) in terra hac, in qua nunc vos habitatis *quandoquidem vox illa* μετῴκισεν *per* τὸ transtulit, *aut per* τὸ migrare *seu* sedem mutare fecit, *non vero per* τὸ fixe collocavit *vertenda est; consectarium fit, ut exigui ponderis sit depromptum ex his Augustini verbis argumentum. Imo vero, etiamsi adversariis, quod nullo tamen jure dandum est, liberaliter gratisque demus, hoc verbum* μετοικίζειν *de se indifferens esse, ut tam significet* stabiliter collocare, *quam simpliciter* transferre, *aut* præcipere, ut quis sedem mutet, *aut* alio migret; *tamen priori sensu intelligi nequaquam potest, si S. Stephani verba subsequentia cum prioribus istis conferantur, Quippe, cum S. Stephanus subdat,* Abrahamum, *postquam exivisset ex Charan et translatus esset in Chananitidem, nondum habuisse filium; necesse fit, si, quod adversarii volunt,* τὸ μετῴκισεν *stabilem* Abrahami *in Chananitide habitationem agrique et speluncæ in ea terra possessionem, Genes. cap.* 23 *memoratam hoc loco denotet, ut Isaac, qui, teste Genesi cap.* 23, *moriente matre, annos* 37 *numerabat, non nisi post mortem matris in lucem editus fuerit; quo nihil absurdius dici potest. Evidens igitur est non posse hic Stephanum intelligi de fixa* Abrahami *habitatione seu collocatione in Hebron, ubi is nempe non ante uxoris mortem agrum et speluncam emit, et utriusque possessionem adiit, uti Genes. cap.* 23, ℣. 2 *et seqq. liquido patet.*

*sed ex non satis accurata Græci textu Act. Apost. interpretatione.*

E

F

32 *Ruit adeo nullo Scripturæ testimonio nixa, imo non uno ex capite ei contraria, asserta ab adversariis* Abrami *ante mortem Tharæ in Chananitidem profectio, ruitque itidem expositio illa, qua S. Stephani verba in alienum a Moysaïca narratione sensum adversarii detorquent, ut nempe aliam a Moyse, aliam a Stephano* Abrami *ex Haran translationem seu profectionem in Chananitidem memorari, persuadeant. Restant examinandæ duæ expositiones, quarum subsidio adversarii depromptum a nobis ex verbis Moysis et*

*Aliud Smitii refugium, ex recepta, ut vult,*

A *et Stephani argumentum elevare nituntur. Unam, cui Smitius Proleg. Genes. num.* 115 Se plane acquiescere *fatetur, hisce verbis exponit.* Notamus, *inquit,* ex S. Hieronymo, esse « Consuetudinis Scripturarum, ut opinionem mul- « torum si narret historicus, quomodo illo tempore ab omnibus credebatur « *etc.*, quamquam res ipsa se vere ita non haberet. Si id, *subdit Smitius,* Salva scripturæ veritate, de ipso hagiographo dici queat, quanto magis de quolibet alio, etiam illuminatissimo, quem loquentem introducit? Ergo sine piaculo, dicere possumus, S. Stephanum juxta opinionem, tunc temporis apud Judæos, maxime Hellenistas, qui illum accusabant Act. VI ℣. IX et seqq. obtinentem, aut quam a magistris suis hauserat, ea protulisse. Et vero hos tale quid de Abrahami exitu credidisse, Philo, ætati S. Stephani suppar, aperte testatur supra, *apud Smitium nempe num.* 105, *ubi hæc ejus ex Libro de Migratione* Abrahæ *verba recitat* : Neminem latere potest, qui Legibus *(seu Libris Mosaïcis)* studium

B adhibuerit, quod Abraham primum quidem e Chaldæorum terra veniens habitavit in Charan : ibi vero defuncto ipsius patre, ex ea quoque profectus est. *Tum ita concludit laudatus Smitius :* Lapsus vero aut erroris minime insimulari possumus, si illa, quæ propositi nostri sunt, per sententias probabiles, a magistris traditas, exequimur et confirmamus. *Hactenus ipse.*

*temporibus S. Stephani opinione desumptum,*

33 *Verum enimvero discutere liceat, ecquid tandem intelligi possit per τὸ* Tale quid, *quod Smitius tunc temporis a Judæis, maxime Hellenistis, creditum, asserit. An forte creditum tunc temporis,* Abrami *patrem anno ætatis suæ* 145 *obiisse, atque adeo* Abramum, *cum post patris sui mortem anno* 75 *ætatis suæ Haran profectus sit natum fuisse anno patris sui septuagesimo? At tantum abest, ut Judæi, et maxime Hellenistæ,* Abrami *patrem annis dumtaxat* 145 *in vivis degisse, tunc temporis persuasum habuerint, ut contra tum Hebræus textus, tum* LXX *Interpretum versio ipsis notissima receptissimaque oppositum ostendant, quibus et consentiunt Josephus lib.* I *Antiq. Judaic. cap.* 7, *(de Philone infra dicam) ceterique veteres, qui vitam Tharæ ad ducentos quinque annos protrahunt. An*

C *per τὸ* Tale quid *indicare voluit Smitius, duplicem* Abrahami *in Chananitidem profectionem, ut veram, a Judæis et maxime Hellenistis habitam fuisse? Ast id quo teste, quove monumento fide digno probabitur? Id enim ex Philonis, quæ Smitius laudat, verbis, extundi minime potest; cum iis nuspiam vel levissime insinuet Philo,* Abramum, *postquam ex Charan migrasset in Chananitidem, annos scilicet* 75 *natus, ad priorem illum locum ullo tempore reversum fuisse, quod sane non fuisset omissurus Philo in suo de Migratione* Abrahami *libro, si id suo tempore fuisset passim creditum.*

*nihil ei prodesse monstratur :*

34 *At fortassis per τὸ* Tale quid *id solum Smitius indicare voluit, receptam passim Stephani tempore fuisse sententiam illam, quæ* Abramum *non anno patris ejus septuagesimo, sed centesimo trigesimo, seu ejusdem Tharæ mortem septuagesimo quinto natum statuit. Sit ita, per me licet. Ergo vel hinc consequens fit, natalem* Abrami *annum, videlicet annum vitæ patris ejus trigesimum supra centesimum, tam dilucide indicatum a Moyse fuisse, ut etiam tunc temporis nullam de eo dubium esset, nec vel unus ex*



*legis peritis inveniretur, qui Stephano, hæc confidentissime asserenti, obstrepere ausus sit, quod sane apertissimæ veritatis convincens indicium est. Itaque, nisi quis antiquam sententiam qualemcumque, ac singillatim illam Stephani propterea falsi arguere velit, quod eam Synagoga constanter tenuerit, quodque sacer et Sancto Spiritu repletus Orator in Judæorum concilio manifeste eamdem asseruerit, necesse is habet, ut evidentes afferat rationes, quibus falsitatem ejus demonstret; atque ubi id evicerit, tunc demum Stephanum, quo se suis auditoribus commodaret, sententiam, non re ipsa veram, sed pro vera vulgo habitam, in Judæorum concilio, protulisse, adstruere cum Smitio poterit. At, quodcumque tandem sit illud* Tale quid, *quod designare citatus auctor Proleg. num.* 115 *voluit, mihi quidem tanti momenti esse non videtur recitata superius ejusdem ratiocinatio, ut ei, quod tamen ipse vult, merito acquiescere liceat.* AUCTOR J. G.

*neque adhibita ab eo verborum S. Stephani expositio,*

35 *Ad alteram ejus expositionem pergo, qua* congrue, ut ei semper visum fuit, nodus ille *(nempe depromptum supra ex Genes.* 12 *et Act.* 7 *argumentum)* dissolvitur. *Hisce eam verbis cit. Proleg. num* 116 *proponit.* Dicamus, non E innui a Stephano terram Chanaan universim; sed eam partem dumtaxat, quam Judæi, dum ista Levita Christi proferebat, solam fere, ut suam, inhabitabant : aut, si velis, in qua Judæi Hierosolymitani, quas alloquitur, degebant. Respicitur igitur Abrahami habitatio in Mambre, et quidem, ait Drusius, postquam empto (prope Hebron in meditullio Tribus Judæ) agro, Genes. XXIII, ℣. IV et seqq. firmam sedem ibi fixit. Erat tunc Abraham 173 *(imo* CXXXVII) annorum; agebat enim tunc Sara, decennio junior, annum ætatis CXXVII ibid. ℣. I. Dictæ summæ 173 *(imo* CXXXVII) si annos LXX patris, dum nascebatur Sanctus Patriarcha, addideris, provenient anni CCVII, qui totum vitæ patris cursum dimetiuntur, ita ut adhuc duo post patris mortem supersint. *Ita rursus laudatus jam sæpe Smitius, in eo dumtaxat a Ludovico de Dieu, apud Usserium laudato, discrepans, quod, cum hic solummodo dixisset,* non videri innui *verbis Stephani* terram Chanaan universim, sed speciatim determinari eam partem, quæ Tribui F Judæ cesserat, *hoc ipse non subtimide, sed omnino confidender affirmateque asserat, quodque id* plane innui *affirmet* emphatica locutione, *quam Græcum exhibet hocce modo* : Εἰς τὴν γῆν ταύτην, IN TERRAM, *ut ipse exponit,* HANC IPSAM. Suffecisset profecto, *inquit ibidem,* Εἰς τὴν γῆν, IN TERRAM, si de tota terræ illius latitudine, et prout olim a Judæis inhibitata et patrum peregrinationibus nobilitata fuit, intelligi voluisse. *Demum, post nonnulla, quæ infra expendentur, ita num.* 18 *loquitur Smitius* : Dicimus igitur, translationem, de qua Stephanus, si spectetur terminus A QUO, *(qui est Haran)* vivente adhuc patre, et Abraha agente annum LXXV, factam; secus, si spectetur terminus AD QUEM, quo ipsa translatio completur.

*quæ contraria vel historicæ veritati,*

36 *Num hæc omnia Smitii effata veritate nitantur, non abs re erit nunc inquirere. Ac primo quidem,* Abramum, *postquam reversus ex Ægypto in Bethel esset, moto dein tabernaculo suo,* HABITASSE juxta convallem Mambre, quæ est IN HEBRON, *testatur Moyses Genes. cap.* 13 ℣. *ultimo; id autem factum esse vel ipso anno, migrationem* Abrami *ex Charan proxime subsequente,*

AUCTORE J. G.

*vel saltem antequam* Abramus *Agari jungeretur, ipsemet Smitius cit. Proleg. num.* 126 *statuit, et eatenus rectissime. Quæro nunc, an hanc* Abrami in Mambre habitationem *a S. Stephano designatam voluerit. Si affirmet, consectarium fit, ut non modo* Abramus, *vivente adhuc patre, ex Haran in Chananitidem profectus fuerit, sed et insuper, eo vivente, imo* 50 *saltem annis ante ejus obitum fixam sedem illic habuerit ; quod omnino repugnat Stephano,* Abramum *tunc demum,* postquam mortuus esset pater ejus, *in terram istam, quam Stephani tempore Judæi incolebant, translatum a Deo fuisse, asserenti. Si autem non de tempore, quo primum* Abram *habitavit in Hebron, sed de alio intelligi Stephanum oportere, contendat, de illo scilicet, quo post diutinam in Bersabee commorationem, ab Ephron agrum et speluncam emit, ubi mortuæ in Hebron uxoris corpus sepeliret ; fateor quidem, hinc consequens non fieri, ut ante mortem Tharæ* Abramus *a Deo translatus in Chanaan, dicendus in ea sententia sit; at quæro, quibus verbis seu Moyses, seu fidissimus ejus interpres Stephanus*
B *utcumque saltem innuerit, tunc demum* Abramum *ex Haran in Chananitidem a Deo fuisse* eductum *seu* translatum, *vel, ut Smitii verbis utar, tunc demum* translationem *ejus* completam *fuisse, cum anno post suum in Chananitidem ex Haran adventum sexagesimo secundo uxori suæ sepulcrum emit.*

*vel sanæ rationi,* 37 *Novi quidem, et Smitio lubens do, in omni de uno in alterum locum translatione reperiri terminos,* a quo *et* ad quem *in scholis nominatos; ast non video, quid præsidii ex scholasticis istis tricis Smitianæ sententiæ accedat. Nec enim sepulcri, quo quis uxorem suam condat, legitima emptio sic in idea* translationis *involvitur, ut nemo de una in alteram regionem* complete eductus *seu* translatus *dici possit, quin suæ uxori sepulcrum emerit. Eccur igitur* Abramus *non ante in Chananæam translatus dici posset, quam agrum, quem possideret, speluncamque, ubi mortuam uxorem conderet ab Ephrone coëmisset? Profecto necdum* Abramus *agrum speluncamque emerat, cum annos numeraret* 75 *; et tamen Genes.* 12, ϒ. 4 *et* 5 egressus *ex Haran et in terram Chanaan* venisse *asseritur; ac rursus ipse* Abra-
C ham *Genes.* 20 ϒ 13 *se a Deo de domo patris* eductum *in Chanaan profitetur, priusquam de uxoris morte vel de emendo ei in Hebron sepulcro cogitasset. Adhæc, ipso Smitio in Proleg. Pentateuchi num.* 217 *pag.* 125 *fatente, probabilius est,* Abramum *tunc* sedem suam in Bersabee retinuisse, *cum Isaacum, quem habitatione, a paterna disjuncta, nuspiam usum esse, legimus, etiam post Saræ mortem in terra Australi, nempe in Bersabee, vel certe in loco, haud procul a puteo* Viventis et Videntis *sito, habitasse, ex Genes. cap.* 24 ϒ 62, *compertum sit.*

*vel etiam S. Stephani proposito non congruere, probatur,* 38 *Quod vero ad verba S. Stephani, a Smitio jactata, pertinet, litigare cum eo nolo, an voces hæ :* εἰς τὴν γῆν ταύτην *(quas tamen Smitii antesignanus Ludovicus de Dieu non aliter, quam vulgata præfert, vertendas censuit) per Latinas hasce* in terram hanc ipsam, *uti ipse vult, vertendæ sint, aut an saltem sat recte vertantur; hanc, inquam, grammaticalem litem, quæ versione* 70 *Interpretum Deuteronomii cap. ultimo* ϒ. 4 *aliisque locis seu sacris seu profanis decidi adversus Smitium posset, movere nequaquam volo, atque unum hoc quæro, cum Stephanus nec Tribum Juda, nec Mambre aut Hebron nominatim expresserit, quonam indicio ex centenis Chananitidis seu urbibus seu locis et* D *terris, quas Judæi tempore Stephani incolebant, sepulcralem Saræ agrum prope Hebron potius, quam ceteras regionis terras, etiam in iis partibus, quæ Tribus Juda et Simeon postea dictæ sunt, sitas, et diutina* Abrami *habitatione inclitas, indubie, aut saltem perspicue satis S. Stephanus designasse adstrui possit? Non utique hisce vocibus* Εἰς τὴν γῆν ταύτην *; cum hæ non magis Mambre vel singularem aliquem in Tribu Juda locum, quam Græca Deuteronomii versio capite ultimo* ϒ. 4, *ex se designent. Sed neque subsequentibus Stephani verbis aut speciatim Tribum Juda aut agrum prope Hebron denotatum fuisse, reponi potest ; cum tunc temporis qui de genere sacerdotali erant, non solum Tribum Juda, sed alias etiam Tribus, quam pridem ante* Abrahamo *divinitus promissas posterisque ejus concessas, sparsim inhabitarent. Imo vero cum S. Stephanus, in Synedrio constitutus, potissimum ad universæ gentis Judaicæ sacerdotes primoresque, atque ad eos quoque, qui de Synagoga Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, atque a Cilicia et Asia erant (Act.* 6) *sermonem*
E *haberet, non abs re vel idcirco censendus est, iisdem illis verbis, quibus* Abrahæ, *communis omnium Judæorum patris, translationem a Deo factam, memorat, potius universam terram Chanaan, ei a Deo promissam, designasse, quam quidem, ut adversarii volunt, singillatim urbem Hebron aut solam Tribum Juda.*

*ei quidquam magis favet,* 37 *Postremo, ut manifestius pateat, hanc adversariorum expositionem non firmius, quam alias jam ante refutatas, subsistere, neque adeo ex S. Stephani verbis* Abramum *tunc demum, cum sepulcralem Saræ agrum emisset, ex Haran in Chanaan translatum posse statui, nonnulla ex jam dictis revolvere novoque modo proponere visum est : En illum : Quo ordine res gestæ in Scripturis narrantur, ac præsertim locis variis sibi parallelis, ut fit Geneseos cap.* 12 *a* ϒ. 4, *cap.* 15 *a* ϒ. 3, *cap.* 17 *a* ϒ. 8, *Josue cap.* 24 ϒ. 3 *et* 4, *et Act. cap.* 7 *a* ϒ. 4, *eo etiam ordine, nisi aliunde ex clariori textu contrarium pateat, reipsa contigisse dicendæ sunt ; nec adversus obvium simplicemque narrationis ordinem apponendæ sunt scholasticæ quædam distinctiones, aut potius cavillationes, tam sacris scriptoribus quam pro-* F *fanis eruditis inusitatæ meritoque aspernandæ. Igitur, cum* Abrami *ex Haran in Chananæam translatio promissioni de tradenda Chananitide, tum scilicet,* cum non haberet filium, *seu, ut textus Græcus ad litteram habet,* non existente ei nato, *divinitus factæ, non solum a S. Stephano præmittatur, sed et a Moyse itidem et a Josue* Abrami *in Chananæam migratio memoratæ promissioni atque ortui Isaaci pure simpliciterque citatis locis anteponantur ; consequens fit, ut ante sepulcralis agri emptionem, agente tunc Isaaco annum trigesimum septimum, imo et sat dudum ante natale hujus tempus completa fuerit* Abrami *ex Haran, de qua hic quæstio est, in Chananæam translatio migratione ; atque adeo, cum clariora in contrarium non afferantur Sacræ Scripturæ testimonia, consectarium quoque fit, ut corruat adversariorum expositio, quæ tunc demum* Abrami *translationem ex Haran in Chanaan suo, ut ipsi loquuntur, termino* ad quem *completam adstruit, cum post* 60 *fere annorum in terra Chanaan habitationem ibi mortua uxore sepulcralem agrum coëmit.*

40 *Nec juvat adversarios effugium illud, quo*

AUCTORE J. G.

quam alia quædam arbitraria interpretatio.

A *quo conjunctionem* cum, *quæ tempus denotat, in adversativam* quamvis, *verbumque* repromisit, *quod rei gestæ determinatum tempus indicat, in τὸ* pollicitus esset *nulla certi temporis designatione, mutari posse, contendunt. Quippe, tametsi sic alibi forsitan sat probabiliter inverti posse Scripturæ verba, adversariis daremus, hic tamen tam dissona ab obvio verborum sensu expositio sine gravissima seu alterius sacri textus seu plurimorum Patrum interpretumque auctoritate admitti nequaquam debet, ne rerum omnium, quas Scriptura narrat, gestarum ordo pessumdetur, et pro uniuscujusque arbitrio susque deque vertatur. Atque hæc de natali* Abrami *anno disputata sufficiant. Nunc aliam controversiam, quæ ad ejus quoque natales atque adolescentiam attinet, discutere aggredior.*

## § III. An Thare, pater Abrami, aliquando fuerit idololatra, et an etiam ipse Abram ?

B

Prænonendus lector, etiamsi Thare et Abram idololatræ aliquando fuissent,

*Non una etiam de hac quæstione, haud secus ac de præcedente, virorum gravium eruditorumque sententia est; nec sane abs re, cum in utramque partem produci in medium possint ipsa etiam Sacræ Scripturæ verba, Sanctorum patrum effata, veterumque historicorum testimonia minime contemnenda. Porro non unicam hic agitari controversiam, sed duplicem, alteram nempe de Thara,* Abrami *patre, alteram de ipso* Abramo, *perspicue satis ex ipso hujus § titulo patet, nec id moneri pluribus opus est. Ast erunt fortassis non pauci, (et de nonnullis expertus loquor) quos minime frustra præmonere, imo et edocuero, non esse inter hanc quæstionem et Catholicorum de visibilis Ecclesiæ indefectibilitate doctrinam tam necessariam arctamque connexionem, ut, etiamsi ad tempus aliquod non modo Thare, sed et ipse junior* Abram *alienis diis aliquando servisse diceretur, hinc necesse foret consequi, ut ante Messiæ adventum tempus aliquod*

C *fluxerit, cum nemo esset, qui vel sacrificiis aliove religioso ritu verum Deum adoraret, seu veram in Deum verum fidem publice profiteretur. Etenim, admissa tantisper opinione illa, quæ labente post diluvium seculo tertio solum Tharam, sequenti vero et Tharam et* Abramum *alienis diis serviisse statuit, haud sane difficile erit, eodem illo tempore veri Dei cultores assignare, penes quos proin vera in Deum fides permansisse dicenda sit.*

propterea tamen veteris Testamenti ecclesiam,

42 *Et talis quidem omnino fuit Noë,* vir justus et perfectus in generationibus suis, *qui* cum Deo ambulavit, *uti Genes. cap.* 6 *asseritur, quique in illa etiam sententia, quæ Cainanum Juniorem inter Arphaxadum et Sale medium ponit, cum Thara nonaginta octo annis convixit. Talis procul dubio fuit prophetica patris sui benedictione commendatus Sem, qui non modo annis aliquot* Abrami *patri Tharæ superstes fuit, sed ad ea usque tempora vitam protraxit, quibus jam pridem fidelis* Abraham *constitutus erat omnium fidelium pater, nactusque fuerat Isaacum, cui se Dominus benedicturum spoponderat. Tales denique fuerunt Arphaxad, Sale, et Heber, quorum prior non paucis annis cum Thare, in vivis fuit, alii vero cum ipso* Abraham, *etiam centenario majore convixerunt, quos sine ullo, non dicam certo ac evidenti, sed ne tantillum probabili argumento idololatriæ condemnare, temerarium ac ridiculum foret. Cum igitur eorum singuli numerosam habuerint familiam, cujus saltem pars magna, ut fieri alias solet, sui parentis dominive fidem sectata fuerit, manifestum fit, non exiguum tunc temporis fuisse eorum numerum, qui tum ipsius naturæ tum divinæ gratiæ lumine majestatem supremi Numinis agnoscentes, vel divina judicia in generali terrarum eluvione linguarumque confusione aut per se experti aut a parentibus dominisve edocti, Deum verum constanti pietate adorarint.*

etiam admissa 70 Interpretum chronologia,

43 *Quod si quis, omnia hæc, ut ut Hebræi Latinique vulgati textus chronotaxi conformia, in ea tamen, quam* 70 *Interpretes texunt, locum minime habere posse, contendat; respondeo, ex hac quidem, utpote in qua plures etiam, quam mille anni inter diluvium et* Abramum *medii statuuntur, necessarii consequens fieri, ut Tharæ ejusque filio neque Noë, neque Sem, neque Sale et Heber possint synchroni statui; verum, præterquam* E *quod standum potius sit chronotaxi, quam primævus textus Hebraïcus et Vulgata tradunt, quamque nunc passim omnes sequuntur; non desunt rationes aliæ, quibus, medio illo tempore, quod inter diluvium et* Abrami *vocationem interfluxit, veri Dei fidem cultumque apud aliquos saltem permansisse, ostendi queat. Quippe, tametsi ad tempus istud, uti S. Augustinus lib.* 16 *de Civitate Dei cap.* x *insinuat, hæc Psalmi* 13, ℣. 3 *verba spectarent :* Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, *et hæc item Psalmi* 52 ℣. 3 : Deus de cœlo prospexit super filios hominum : ut videat, si est intelligens aut requirens Deum; *hinc tamen in chronotaxi* 70 *Interpretum, quam sequitur S. Augustinus, evinci neutiquam posset, defuisse tunc omnino homines, qui verum Deum agnoscerent rituque adorarent vere religioso; quandoquidem etiam tunc Dei populum seu divino Numini addictam plebem, utpote quam impii devorare nitebantur, una cum incredulis exstitisse, ex eodem Psalmo* 13 ℣. 7 *consequens fit, uti et ex* ℣. 9, *quo generationem justam,* F *cujus spes erat Dominus, idem Propheta commemorat.*

veris fidelibus et justis

44 *Fuerint adeo tunc temporis ex filiis Cham contemptores Dei, fuerintque etiam alii, qui, ut Augustini verbis fere utar,* secundum hominem, non secundum Deum *vitam agerent; num propterea universum genus hominum non tantum a recta morum regula, sed et simul a veri Dei agnitione cultuque descivisse, consequens fit? Aut num credibile est, idololatria, quam ipsa naturalis ratio respuit, sic cunctos homines infatuatos fuisse, ut ne ii quidem, in quorum familia non poterat non frequens esse judiciorum Dei divinæque Majestatis memoria, verum Numen amplius agnoscerent? Denique, cum eo tempore, quo* Abram *in Chananitidem ingressus est, etiam veri Dei cultores exstiterint, puta Melchisedech, rex Salem et sacerdos Dei altissimi, ipseque etiam Abimelech, rex Geraræ,* (*Genes. cap.* 14 *et cap.* 20) *quorum prior,* Abramo *ætate multo major, posterior ferme æqualis fuisse videtur; necesse fit, ut, nisi præter veri speciem eos tum primum cum suo populo famulitioque ad veri Numinis cultum conversos atque ex idololatris genitos quis dicat, etiam in ipsa terra Chanaan*

*atque*

AUCTORE J. G.

*atque ante* Abrami *ortum fideles aliqui fuerint, qui ab avita religione nequaquam desciverant, aut saltem, ut S. Ephræm Syrus in Genesim tom.* I *Operum Syriace et Latine Romæ edito pag.* 160 *dicit, qui* inter gentes a pietate remotas pii veri Dei cultores *erant.*

*orbatam aliquando fuisse, minime dicendum fore.*

45 *Quin imo ipsemet Augustinus citato loco de Civit. Dei aperte definit,* numquam terris defuisse utrumque, *improborum nempe et proborum, atque adeo et fidelium,* genus, *quantumvis postremi a Sem, filio Noë, usque ad* Abrami *ævum nominatim in Scripturis a vera fide ac pietate non commendentur; et cap.* XI *num.* 2 *suam ea de re sententiam aperte exponit, ita loquens :* Etiamsi *(in libro Genesis)* non evidenter *(nempe sicut prioribus hujus libri capitibus de Abele, et Noë)* expressum est, fuisse aliquod pium genus hominum, quando ab impiis Babylonia condebatur, *(imo etiam et deinceps)* non ad hoc valuit hæc obscuritas, ut quærentis fraudaretur, sed potius ut exerceretur intentio. *Censet itaque sanctus Doctor, quod et naturalis ratio dictat, tametsi et corrumpi mores et invalescere tunc temporis* B *cœpissent superstitiones, non sic tamen seu vitia seu superstitiones ubique invaluisse, quin et veri fideles aliqui, imo et justi probique homines simul exstiterint; quod quidem in Hebræi et Latini textus vulgati chronotaxi evidens est, et vel in ipsa, quam* 70 *Interpretes texuerunt, chronologia, uti jam ostendimus, vocari in dubium non potest. Hisce præmissis, in viam redeo, et num* Abrami *pater idololatra aliquamdiu fuerit, discutere exordior.*

*Licet Thare ex libro Judith, et verbis Philonis*

46 *Ac primo quidem* Abrami *patrem numquam idolis serviisse, imo contra patrum suorum, puta Saruch et Nachoris Senioris (quorum tempore idololatriæ initium statuit Epiphanius) falsos deos noluisse sequi, ac proin, spretis cæremoniis patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, unum Deum cœli coluisse, jussumque propterea a Deo esse cum* Abramo *de Chaldæa exire et habitare in Charan, totidem iisdemque fere verbis in sua ad Holofernem, militiæ Assyriorum principem, oratione insinuare videtur Achior, Ammonitarum dux, protestans cap.* 5 *lib. Judith,* v. 5, *dicturum se in ea nihil, quod alienum a vero esset. Atque hinc S. Augustinus lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 13 *in fine pro* C *pietate Tharæ ita concludit :* Unde manifestum est, domum Tharæ persecutionem passam fuisse a Chaldæis pro vera pietate, qua unus et verus ab eis colebatur Deus. *Adhæc Philo Judæus in suo de Somniis libro, pag. mihi* 445 *et seqq., Tharam, ut virum bonum virtutisque amantem, depingit, licet tamen non æque, ac Jacob, perfectum, qui virtutem numeris omnibus absolutam comprehenderat. At, si Thare idolorum cultor fuisset, nihil minus, quam typum hominis virtutum cupidi avidique, gerere potuisset, quandoquidem vera in Deum fides virtutum omnium radix et fundamentum est : consequens igitur esse videtur, ut Thare sincerus veri Dei cultor exstiterit.*

*ac S. Augustini immunis idololatria fuisse, dici posset ;*

47 *Demum cit. lib. de Civit. Dei toto cap.* 12 *et* 13 *Augustinus mirum in modum pietatem domus Tharæ commendat. Verba, quibus id facit, priusquam recitem, lectorem rursus præmonitum velim, eum loqui secundum* 70 *Interpretum chronologiam, in qua piissimus Sem cœvus Tharæ statui non potest, ac denique non sic Augustinum, dum unam Tharæ domum a Dei cultu laudat, intelligendum esse, ac si extra illam nemo fidelis fuisset, quandoquidem ex jam supra* D *dictis oppositum manifeste liquet. Nunc ejus verba audi :* Una, *inquit cap.* 12, Tharæ domus erat, de quo natus est Abraham, in qua unius veri Dei cultus, et, quantum credibile est, in qua jam sola etiam Hebræa lingua remanserat. *Et paulo post :* Sicut per aqnarum diluvium una domus Noë remanserat ad reparandum genus humanum, sic in diluvio multarum superstitionum per universum mundum una remanserat domus Tharæ, in qua custodita est plantatio civitatis Dei. *Et rursus cap.* 13 *rationem investigans, cur Scriptura non commemorarit Nachorem,* Abrami *fratrem, dum Genes.* XI *narrat, Tharam cum* Abramo *et Lot et Sara edictum fuisse de terra Chaldæorum, illud idcirco verisimiliter factum fuisse censet, quod Nachor a* PATERNA *et* fraterna pietate desciverat, et superstitioni adhæserat Chaldæorum, et postea inde, sive pœnitendo, sive persecutionem passus, quod suspectus haberetur, et ipse emigravit. *Quæ sane omnia ejusmodi sunt, ut Thare integer vitæ scelerisque idololatriæ purus semper fuisse non immerito dicendus videatur.* E

*tamen, si verba Josue, Flavii Josephi,*

48 *Ex adverso autem, si cum Achioris, Ammonitarum ducis, narratione pauca quidem ipsius Josue Israëlitarum post Moysen ducis, sed perspicua, verba expendantur; si cum Philonis libro de Somniis ejusdem de Abrahamo liber, ac Flavii Josephi de Antiquit. Judaïcis liber primus, cum Augustino denique ipsemet Augustinus, Ephræm Syrus, Epiphanius, Chrysostomus, aliique attente conferantur, vix dubitandi locus superest, quin Thare, uti ex dicendis patebit, aliquando idolis servierit; ut proin tum Achioris, tum Philonis et Augustini num.* 36 *et* 47 *indicata testimonia, quæ eum veri Dei adoratorem faciunt, non de toto ejus vitæ spatio accipienda sint, sed de eo dumtaxat tempore, ex quo natus fuit* Abram, *vel, ut nonnulli censent, ex quo ipsius* Abrami *opera ab idolorum cultu retractus fuit, verique Dei cognitione illustratus, falsos Chaldeorum deos adorare deinceps renuit. Ipsa nunc Josue, aliorumque tum veterum historicorum, tum sanctorum Patrum testimonia, quæ, Tharam idolis aliquando serviisse, ostendunt, in medium sistamus. In ea, quam Josue sub vitæ suæ finem ad majores natu, principes, judices et magistros omnium tribuum Israël, et uni-* F *versum denique populum habuit, gravissima oratione, qua beneficia, a Deo in Israëlitas collata, commemorat, quaque eos deinceps ab inanium deorum cultu perpetuum deterrere conatur, hæc cap.* 24, *v.* 2 *ad rem nostram habet :* Hæc dicit Dominus Deus Israël : Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, et Nachor : servieruntque diis alienis. *Fuit ergo aliquando tempus, cum Thare diis alienis serviret; quandoquidem non minus Josue, eum serviisse diis alienis, quam trans fluvium, Euphratem nempe, habitasse, affirmat; nec adeo unum magis, quam alterum, negari de eo potest.*

*ac vel ipsius S. Augustini accurate expendantur ;*

49 *Neque est, cur ea, quæ conjunxit Josue, sic quisquam sejungat, ut habitatio trans fluvium ad omnes Hebræorum majores ad ipsumque etiam Thare spectet; cultus vero idolorum, non ad ipsum Tharam, sed ad hujus majores, nempe Nachorem et Saruch, referendus sit; nam expositionem hujusmodi minime patitur obvius verborum sensus; nec ullus est alicujus notæ interpres, qui, quo Tharam idololatria immunem faceret,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *ret, in tam alienum sensum verba Josue detorsisse inveniatur. Quin imo vel ipse Augustinus, dum cit. cap.* 12 *unius veri Dei cultum in domo Tharæ remansisse tradit, non minus Tharam in Mesopotamia, quam Dei populum in Ægypto aliquando diis serviisse alienis, apertissime fatetur. Ita enim post ea, quæ num.* 47 *recitavimus, verba loquitur* : Quamvis et IPSE (*Thare*) sicut jam manifestior Dei populus in Ægypto, ita in Mesopotamia serviisse diis alienis, Jesu Nave (*seu Josue*) narrante, referatur. *Et quamquam Operum S. Augustini editio, Parisiis studio Benedictinorum anno* 1685 *vulgata, tom.* 7, *col.* 428 *loco vocis* ipse, *quæ ipsum Tharam designet, vocem* ipsa *adhibeat, quæ non tam ad Thare, quam ad domum ejus referri debet, mihi quidem vix ambigendum videtur, quin lectio antiquorum codicum Mss., ad quos vetustissimæ Operis de Civitate Dei editiones exactæ fuerunt, eaque etiam, quam insignis noster Ms. codex Pergamenus præfert, eorum codicum, qui Benedictinis præluxerunt, lectioni hoc certe loco anteponenda sit, ac vel idcirco in primis, quod editionum antiquissimarum nostrique codicis Ms, le-*

B *ctio conformior sit ipsis Josue verbis, quibus non universam domum Tharæ, sed illum ipsummet diis alienis serviisse, affirmat.*

*idolis aliquo tempore servivit,*

50 *Itaque, uti ex verbis S. Augustini liquet, idolis aliquando servivit Thare; imo, si velis etiam partem magnam domesticorum ejus ad sui domini exemplum alienis diis aliquandiu litasse, non repugnabo, sic tamen, ut in altera eorum parte unius veri Dei cultus interim remanserit, quemadmodum etiam factum est eo tempore, quo manifestiorem Dei populum in Ægypto serviisse alienis diis, Augustinus dicit, nimirum, uti apud Salianum in Annalibus Ecclesiasticis Veteris Testamenti ad annum mundi* 2508 *videre est, manente interim veri Dei cultu apud Moysen, Josue, omnesque filios Levi, uti in vituli aurei adoratione factum fuisse, ex cap.* 32 *Exodi* ℣. 26 *aliisque manifestum est. Demum, ut institutæ ab Augustino comparationi insistamus, quemadmodum ea Israëlitici populi pars, quæ in Ægypto ac rursus in solitudine montis Sinaï idolis servierat, conversa dein fuit ad veri Dei cultum, ita et ipse Thare parsque illa domus, quæ eum in idolorum cultu secuta fuerit, vel ipsius*

C Abrami *opera, vel quovis alio modo ad veri Dei cultum conversi, sic deinceps renuerunt sequi alienos deos Chaldæorum, ut propterea etiam persecutionem ab iis passi fuerint, eaque etiam occasione ex Chaldæa in Haran migraverit Thare una cum tota sua familia, solo excepto Nachore, qui postea tantum se familiæ suæ in Haran junxit. Hic ergo locum habet illud S. Augustini effatum;* Distingue tempora, et intelliges Scripturam; *quandoquidem isto pacto facile conciliantur Achioris et Josue verba, utpote quæ non idem, sed plane diversum vitæ Tharæ tempus respiciunt; parique modo evanescit, quæ S. Augustini verbis inesse videri potest, manifestissima antilogia.*

*ut alio loco ipse Philo innuit, et Fla. Josephus*

51 *Quod vero ad Philonis librum de Somniis attinet, quo is Tharam virtutis cupidum avidumque facit, consequens quidem, si recte Philo scripsit, hinc fit, ut, quo tempore Thare cum* Abram *in Charam venit, eo etiam veri Dei cognitione imbutus virtutisque vere avidus fuerit; at minime consectarium est, ut nullo ante tempore Chaldæorum superstitionibus addictus fuerit, ac neque ex profana eorum opinione mundum ipsum existimaverit Deum, et creaturam sic fecerit creatori similem; quæ duo ipse Philo lib. de Abrahamo, pag. mihi* 282, *sat perspicue indicat. Quin imo cum laudatus jam scriptor, eo usque ibidem progrediatur, (rectene an secus, infra discutiemus) ut ipsum* Abrahamum huic innutritum dogmati et per tempus longum Chaldaico imbutum delirio, *dicere non vereatur, vel hisce etiam verbis aperte declarat, eum, a quo nutritus fuit* Abramus, *videlicet Thare, a Chaldæorum superstitionibus impiisque deliriis aliquandiu non fuisse immunem. Idipsum de Thara insinuat Fl. Josephus, lib.* 1 *Antiq. Judaic, cap.* 8 Abrami *prudentiam veramque fidem ita quantum ad substantiam, sed Græce, commendans* : Virtute prudentiæ major aliis fuit, et opinionem (*falsam illam supra memoratam*) quam de Deo tunc cuncti (*Chaldæi*) habebant, innovare et immutare prævaluit. Primus itaque præsumpsit pronuntiare, Deum creatorem unum esse cunctorum; reliqua vero ad felicitatem tendentia per præceptum prænentis singula quæque dari, et non propria virtute subsistere, confessus est. *Hactenus Josephus, ex quo etiam colligere licet, quam non immerito Thare solidis sui Filii rationibus* E *de Chaldæi dogmatis impietate probe instructus et ad veri Dei fidem ejus opera conversus fuisse dicatur.*

AUCTORE J. G.

*variique SS. Patres affirmant.*

52 *Imo, si habenda fides sit iis, quæ S. Ephræm Syrus in Genesim pag.* 156 *et* 157, *tom.* 1 *Operum, Romæ anno* 1737 *excusorum, ex sui temporis fama tradidit, non tantum idola aliquando coluit Thare, sed et eorum cultui tam vehementer addictus fuit, ut salutaribus* Abrami *monitis, quibus a superstitione illa avocabatur, aurem minime benignam initio præbuerit. Quid? Quod S. Epiphanius lib.* 1 *Panarii, seu adversus* 80 *hæreses cap.* 6, *editionis a Petavio adornatæ pag.* 8, *ipsum Tharam simulacrorum artificem faciat ac propterea quod figlina arte Deum, velut æmulo quodam opposito, provocare cœpisset, dignam factis, suis mercedem reportasse, tradat, quando nimirum etiam ipse filii sui (Arani) jactura vicissim quodammodo provocatus est. Consentit hisce S. Joannes Chrysostomus serm.* 9 *in Genesim pag.* 695, *tom.* 4 *edit. Paris. anno* 1721, *more suo ita diserte de* Abrami *parentibus, deque eo ipso loquens* : Parentes Abrahæ num justi fuerunt? Num placuerunt Deo?.... An non F impii erant et idololatræ et plusquam barbari? Scio et ego, ac propterea laudo Justum (*Abramum*) quod tales parentes habens, talis ipse factus sit. Etenim valde rarum et admirabile est, ex agresti radice dulcem fructum produci. *Et post nonnulla ita concludit* : Hæc autem dixi, ut ne turberis, dilecte, cum audis, Abraham impium patrem habuisse. *Similia cum Theodoreto, Cyrensi episcopo, in Quæstionibus in Jesum filium Nave pag.* 73 *edit. Coloniensis anni* 1573, *auctores alii doctrina et sanctitate illustres scribunt, quorum verba hic recitare superfluum existimo.*

*Non tamen ipse Abram idololatra unquam fuit*

53 *Verum, inquies, quemadmodum Chrysostomus Tharam,* Abrami *patrem,* ἀσεβῆ *seu* impium *vocat, ita et S. Paulus ad Romanos cap.* 4, ℣. 5 *ipsum pariter* Abramum ἀσεβῆ *seu* impium *compellare videtur, dum credidisse in eum, qui* justificat impium. *cit.* ℣. *affirmat. Nonne igitur et ipse* Abramus *aliquando idolis serviisse dicendus erit? Respondeo, tametsi pro opinione, quæ id affirmat, ac deprompto ex his Pauli verbis argumento nititur, non pauci a Bonfrerio in cap.*

AUCTORE J. G.

*cap.* 12 *Genes. pag.* 183 *scriptores laudentur, ut Hebræi Rabbini, Philo lib. de Abraham, Augustinus lib.* x *de Civit. Dei cap. ultimo, Cyrillus tom.* 3 *contra Julianum lib.* 3 *in fine, Genebrardus in Chronographia. Andreas Masius et Serarius in Josue, imo rursus e SS. Patribus Clemens Recognitionum lib.* 1, *et Ephræm Syrus serm.* 2 *De Pœnitentia, quos ipse Bonfrerius* forte verius sentire, *existimat; nihilominus tamen non sat firma seu ex divinis Codicibus, seu ex antiquis scriptoribus produci testimonia, ut* Abraham, *omnium credentium pater, aliquo tempore Chaldæorum impia superstitione inquinatus fuisse probabilius dici debeat, aut etiam possit. Et pro hac quidem nostra sententia nonnulli etiam militant scriptores, ut Abulensis, Pererius, Delrio, Carthusianus, Cornelius a Lapide aliique; eamque in Annal. Eccles. Veteris Testamenti tom.* 1 *a pag.* 388 *propugnat Jacobus Salianus, laudans et ipse pro se Josephum, Suidam, Augustinum, Chrysostomum et ipsum pariter ab adversariis citatum Genebrardum.*

B 54 *Sed, quibus sacris testimoniis* Abramum *idolis serviisse, adversarii contendant, nunc audire et examinare, erit operæ pretium. Ac præ ceteris quidem eadem illa verba Josue, quibus nos Tharam idololatram aliquando fuisse, probavimus, in medium ipsi producunt, ut ex iis* Abramum *pariter idololatram quandoque fuisse, probent. Quam vero evincens etiam circa Tharæ Filium hoc sibi testimonium videatur, aperte ostendit Andreas Masius in suo Commentario in caput ultimum Josue pag.* 332 *ita loquens* : Nominatim *(inter majores Israëlitarum, qui trans flumen coluerunt deos alienigenas)* ponitur ante oculos Thara et ejus duo filii Abraham atque Nahor, quia ex his universa Israëlis stirps est prognata. Nam a Nahore maternum genus ducitur per Rebeccam, Lyam, Rahaëlem. Neque enim eos audire possum, qui magno conatu Abrahamum ab hoc turpissimo scelere vindicare, nescio, quibus argutiis, student. Quasi vero non tanto illustrior sit Dei gratia, qua illum est complexus, quanto ipse fuit sceleratior, minusque tanto dignus favore. *Ita ille. At salva, quæ hominis eruditi manibus debetur, reverentia, scisciari liceat, an non potius ipse, nescio, quibus argutiis* Abrahamo *hoc turpissimum scelus affricare*
C *ex præconcepta opinione conatus fuerit. Etenim, si hæc sacræ Scripturæ verba* : Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, et Nachor : servieruntque diis alienis *sensu obvio accipiantur, non profecto* Abramum, *sed patrem ejus Tharam, et Nachorem alienis diis serviisse, denotant; atque adeo hic erit, adhibita Latina terminatione, verborum sensus* : Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio Thara pater Abrahami, et Nachorus : servieruntque diis alienis; *quæ sane diversissima sunt ab his* : Thara, Abrahamus, et Nachorus; *quorum tamen omnium nomina in recto casu efferre debuisset Josue, si non modo Tharam et Nachorem, sed etiam* Abramum *idololatram declarare voluisset. Jam vero tantum abest, ut nomen* Abraham *in recto casu protulerit, ut contra tam Nachoris, quam* Abrahami *nomen ex Hebraico ac Græco textu genitivo casu ipse Masius pag.* 110 *et* 111 *efferat; tametsi, quantum ad Nachorem spectat, minus recte, ne alias haud satis proprie plurali numero usus fuisse Josue dicatur.*

*adversarii evincunt,*

55 *Ex præmissis itaque verbis, quibus Thara,* Abrami *pater, et Nachor, ejusdem scilicet* Abrami *frater, alienis diis in Chaldæa serviisse asse-* D *runtur, non magis de idololatria convincitur* Abram, *quam ex historica Librorum Regum narratione, qua Josiæ majores, puta Achaz, Manasses et ipse Amon, Josiæ pater, idololatria infecti fuisse asseruntur, necesse sit consequi, ut patris sui majorumque exemplo ipse etiam Josias idolis sacrificarit. Neque vero verba Josue ejus vemens eo spectant, ut deorum alienorum cultoribus* Abramum *adnumeret; sed id unum Josue intendit, ut inter Israëlitarum parentes nonnullos exstitisse idololatras, ostendat, e quorum numero ne ipsum quidem* Abrami *patrem fratremque excludit, at contra nominatim ac præ ceteris, veluti exempli gratia, designat, quod ex Tharæ filio* Abraham *o paternum genus, ex Nachore vero per Rebeccam ejus neptem, et Liam ac Rachaëlem proneptes, maternum genus Israëlitæ duxerint. Non ergo* Abramus *sui causa, sed propter patrem fratremque suum cit. ℣. obiter commemoratur, ideoque non in recto uti laudatus Salianus tom.* 1, *pag.* 389 *etiam observat, sed in obliquo,* sicut ille Simon, pater Alexandri et Rufi, (*Marci* 15, ℣ 21( quos ridiculum, *in-* E *quit,* esset dicere etiam ipsos tulisse crucem post Jesum. *Quod autem Josue cit. ℣. plurali numero usus sit, inquiens:* SERVIERUNT diis alienis, *id fecit, non propter* Abramum, *sed ob Tharam, et Nachorem, hujus filium, qui (vide Augustinum lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 13) *superstitioni Chaldæorum aliquando adhæsit, ac propterea, uti ex Genes. cap.* XI ℣ 31 *et Lib. Judith cap.* 5 ℣. 9 *eruitur, una cum Thara et* Abramo *in Haran non secessit.*

*neque hoc ex verbis Josue*

*sed nec ex dictis Apostoli,*

56 *Aliud nunc adversariorum argumentum in examen vocemus. S. Paulus, inquiunt, Epistola ad Romanos cap.* 4 *de* Abrami *justificatione gratuita agens ℣.* 5 *fidem facit, illum credidisse in eum,* qui justificat impium (*Græce ἀσεβῆ*) *eique reputatam fidem ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei : cum igitur impietas sit idolorum servitus, sicut pietas in Deum est verus ejus cultus;* Abramum *idololatram prius fuisse, quam a Deo vocaretur, satis aperte innuit S. Paulus. Accedit, inquiunt, sic tanto majorem apparere Dei bonitatem et misericordiam, atque gratuitam magni Patriarchæ vocationem tanto elucere clarius, si ex idololatria ad veram fidem, divina adjuvante gratia, pervenerit. Ita illi : quibus cum Saliano pag.* 389 *respondeo, argumentum hoc vim magnam non habere, nam si* F *ex verbis illis Apostoli elici possit,* Abramum *ante vocationem fuisse impium idololatram, pari jure ac modo eliciam ego ex sequentibus Apostoli verbis, fuisse eum tunc mortuum, imo plane nihil fuisse, cum ℣.* 17 *etiam dicatur credidisse ei,* qui vivificat mortuos et vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt. Deinde, *inquit Salianus,* satis patet, quam inepta sit consecutio; Abraham credidit ei, qui justificat impios; ergo fuit impius. Sic enim probabitur, eum fuisse angelum; credidit enim in eum, qui glorificat angelos. Denique τὸ impius non solum idololatram significat, sed quemcumque etiam peccatorem; et opponitur justo et innocenti, *uti profecto manifestum est ex Genes. cap.* 18, ℣. 23 *et* 25, *Psalm.* 1 *et* 50, *et sæpe alibi in Scripturis. Neque vero, cum* Abramum *ab idololatria vendicamus, propterea minorem facimus divinam in eum misericordiam, minusve gratuitam ejus vocationem; quandoquidem non minor dici debet divina in eum bonitas, quod in medio nationis pravæ, atque ex patre, aliquando idololatra, natus, nullo suo merito prælectus, speciali*

A *ciali divinæ gratiæ lumine a tenera ætate illustratus conservatusque sine crimine dein fuerit, quam si in idololatriæ, scelerumque, quæ ab illa invehuntur, voraginem prolapsus, ab eaque divina miseratione traductus fuisset.*

*neque ex verbis Isaiæ,*

57 *En modo argumentum aliud, quo adversarii* Abrami *idololatriam evincere nituntur. Isaias cap.* 43 ℣, 26 *et* 27 *Deum Israëlitico populo ita loquentem inducit :* Reduc me in memoriam, et judicemur simul; narra si quid habes, ut justificeris. Pater tuus primus peccavit, et interpretes tui prævaricati sunt in me. *Cum igitur, inquiunt illi, citatis verbis* Pater tuus primus peccavit *non designetur Adamus, utpote non Israëlitarum dumtaxat, sed et totius humani generis parens, consequens fit, ut verba illa ad* Abramum, *Israëlitici populi parentem, referenda sint; qui, cum in sententia nostra, uti infra etiam ostendetur, nullo modo peccarit, dum Genes. cap.* 15 *a Domino exquisivit, unde scire posset, se possessurum terram Chanaan; sed neque peccarit, dum Genes. cap.* 12 *et* 20 *Saram uxorem suam esse tacuit; consectarium esse, censent, ut hæc Isaiæ verba de* Abrami *idololatria*

B *intelligenda sint, vel ut is alio quovis peccato deliquisse ostendatur. Verum enimvero sciscitari liceat, quonam ex capite adversarii non alium, quam Patriarcham nostrum, citatis verbis intelligi posse, tam confidenter adstruant; Sane, si versionem* 70 *Interpretum consulamus, si subsequentia Isaiæ verba cum jam citatis connectamus, manifestum erit, non de* Abramo, *sed de impiis Israëlitarum principibus, regibusve scelestis Prophetam loqui. Ita enim citata versio habet :* Οἱ πατέρες ὑμῶν πρῶτοι, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμέ, καὶ ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἁγιά μου. PATRES VESTRI PRIMI ET PRINCIPES VESTRI inique egerunt in me, et contaminaverunt principes sancta mea; *quæ profecto in* Abramum, *Fidelium patrem, non cadunt, uti et ex subsequenti* ℣. *satis patet, ubi hæc leguntur :* Et contaminavi principes sanctos (*seu sanctuarii,*) dedi ad internecionem Jacob, et Israël in blasphemiam; *hæc enim certo certius* Abramum *non spectant, utpote cujus causa Deus nuspiam minatus est, perditurum se Jacob et Israël.*

C *etiam, ut extant in Vulgata, id probari potest.*

58 *At erunt fortassis, qui Vulgatæ verbis, ut alibi nos facimus, ita etiam hic insistendum, velint. Agedum insistamus, et pressissime quidem. Ast an propterea quod Isaias, ad gentem suam Dei nomine loquens,* patrem primum peccasse *dicit,* Abramum *continuo designasse et idololatram fecisse dici potest? Mihi quidem consideranti ejusdem prophetæ verba, quibus cap.* 41 ℣. 8 Abrahamum *vocat* amicum Dei, *et cap.* 51 ℣. 2, *quibus gentem suam* attendere *jubet* ad Abraham patrem suum, quia *(Deus)* unum vocavit eum, et benedixit ei, et multiplicavit eum, *dubium non videtur, quin Propheta omnino alium ab* Abrahamo *Israëliticæ gentis patrem peccati reum designaverit. Ita existimo, quod Isaias Patriarcham nostrum proprio ubique nomine nec sine elogio compellare soleat, quodque nullum plane indicium cit. cap.* 43 *præbeat, unde verba illa* pater tuus primus peccavit, *ad* Abramum *potius, quam ad Adamum, etiam Israëliticæ gentis patrem, et vere* primum, *referri possint, ut contra, si hæc verba cum* ℣. 28 *connectantur, de* Abramo, *ut præc. num. monui, intelligi nequaquam possint. Videamus nunc, an, qui ab adversariis laudantur, antiqui scriptores vel tantæ auctoritatis sint, vel id genus testimonia ediderint, ut ex iis majori jure quam ex objectis supra Scripturæ locis,* Abrami, *de qua hic controvertitur, idololatria affirmari queat.*

AUCTORE J. G.

## § IV. An Philonis et Rabbinorum Judæorum, ac denique non paucorum SS. Patrum auctoritate Abrami idololatria solide probetur?

*Philonis de Abrami idololatria opinio*

*Qui* Abramum *aliquandiu idololatram fuisse, contendunt, non modo ad illa, quæ jam refutavimus, argumenta, sed ad Philonem, scriptorem Judæum, Apostolis coævum, atque ad Rabbinos mox provocant, horumque testimonio, utpote hac in re sibi minime suspecto, non immerito standum censent. Fatendum sane, tum* E *Philonem, tum Rabbinos illos, quos citant adversarii, in ea fuisse sententia, quæ* Abramum *Chaldæorum delirio aliquando, imo non brevi temporis spatio imbutum fuisse, atque adeo et idololatram exstitisse, adstruit. Verum, uti dicenda aperient, fatendum minime, tanti momenti hic esse eorum judicium, ut fidem extorqueat, ac sancti Patriarchæ idololatriam sat certam reddat. Priusquam hoc ostendam; juverit Philonis et Rabbinorum testimonia indicasse. Ita ille lib. de* Abrahamo, *quem et* Vitam Sapientis per doctrinam perfecti, *seu* de Legibus non scriptis *nuncupavit, pag.* 282 *editionis Sigismundi Gelenii, qua utor* : Dictæ migrationes *(Abræ ex Chaldæa in Haran, et inde in Chanaan)* juxta seriem Scripturæ, viri sapientis fuerint : sed juxta leges allegoriæ, animæ virtutis studiosæ verum Deum quærentis. Nam Chaldæi cum primis exercitati siderali scientia, omnia tribuentes stellarum motibus, a quibus credebant dispensari mundi potentias, quæ constant ex numeris eorumque proportionibus, VENERABANTUR ISTAS RES VISIBILES, non percipientes invisibilia et intelligibilia, scrutantes illarum tantum ordinem F atque ita e solis, lunæ, stellarum erraticarum fixarumque circuitibus et anni in quatuor tempora distincti vicibus, consensuque rerum cælestium ac terrestrium, MUNDUM IPSUM EXISTIMABANT ESSE DEUM, profana opinione creaturam facientes creatori similem.

*et Rabbinorum quorundam consensus*

60 Huic INNUTRITUS DOGMATI ET PER TEMPUS LONGUM CHALDAICO IMBUTUS DELIRIO, tamquam post altum somnum aperto mentis oculo, postquam puram lucem pro densis tenebris cœpit intueri, secutus ejus splendorem, animadvertit quod prius non viderat, præesse mundo quendam aurigam gubernatoremque, qui operis sui saluti provideat. *Hactenus Philo. qui hisce affinia seqq. pagg. subdit; quibus et consentiunt Rabbini in Talmud, ubi de Avoda Zarah disserunt, et,* Abramum *stellas adorasse, ait Rambam lib.* 1 *Halacah* 4, *cap.* 1 *et lib.* 3 *Halacah,* 1, *cap.* 8, *et Rabbi Godolias in Schalscheleth fol.* 8. *Verum enimvero, cum Philo, quam est in rimandis rerum quarumlibet mysticis significationibus assiduus, quamque verbis copiosus moralibusque sententiis locuples, non tam sit in scrutando*

AUCTORE J. G.

*scrutando explanandoque litterali Scripturæ sensu diligens, nedum in recensendis historicis factis æque accuratus, ut contra, teste Photio,* non raro peccarit ideis transmutandis, cæterisque etiam a Judaica secta alienis describendis, *imo et alias in rebus historicis falsa scripserit non pauca, uti Stiltingus noster in Commentario in Vitam S. Moysis Prophetæ tom.* 2 *Septembris pag.* 7 *advertit, variisque locis demonstrat; nequaquam in hac quæstione historica maximeque controversa tanti ponderis esse possunt ejus toto illo libro parænetice potius ac symbolice, quam historice aperteque disserentis verba, ut non tantum circa veri Dei notitiam aliquando* Abramus *errasse, sed et religioso cultu sidera aut idola adorasse, sat tuto dici queat.*

*non satis probant, Abramum fuisse idololatram:*

61 *His binæ accedunt rationes, ob quas Philonis de hac controversia sententiæ adhærendum minus sit: altera, quod Philo talia tradens nulla ex sacris Litteris profanisve antiquis libris testimonia in medium producat; altera, quod Josephus, in recensendis Hebræorum gestis Philone accuratior, aliique Historici infra laudandi, vel omnino siluerint de prætensa illa* Abrami *idololatria, vel ejusmodi etiam testimonia scriptis mandarint, ex quibus majore jure colligas,* Abramum, *etiam cum in Chaldæa degeret, fuisse semper justi verique tenacem, nec* umquam aut solem aut lunam aut aliam quampiam universi partem pro Deo coluisse, *uti Eusebius lib.* 1 *Demonstrationis Evangelicæ cap.* 5 *diserte tradit. Quod vero ad Rabbinorum, Philoni consentientium, auctoritatem attinet, ea hic nos morari non debet; cum nemo ignoret, quam fabulosa ac ridicula passim effutierint insulsi illi in suum Talmud commentatores, quamque adeo nulla ejusmodi scriptorum habenda sit ratio, præsertim, dum, uti hic fit, nullis fidei satis probatæ monumentis nituntur.*

*neque id docuit S. Ephræm Syrus, cum verba, ab adversariis*

62 *Hisce ergo missis, convertamur ad Sanctos Ecclesiæ Patres, quorum auctoritate,* Abramum *aliquando idololatram fuisse, evincere nituntur adversarii. Ac inter hos quidem luculentum hujus rei testem esse volunt S. Ephræmum Syrum, seculi* IV *pium eruditumque scriptorem, citantque secundum ejus Sermonem de Pœnitentia, cujus initium ipsis est* Discamus, o peccatores, *in quo, prout, curante Gerardo Vossio, Coloniæ Agrippinæ anno* 1603 *editus fuit, pag.* 149 *hæc verba leguntur;* Quod si non audieris vel intellexeris de improbis actionibus et intumescentibus malis eorum, qui postea ad Christum conversi sunt, illos ego tibi enarrabo : ut et illos, quos ab errore dæmonum curavit Deus, imitari discas. Abraham primum GENTILIS erat et Chaldæus. Latro quoque de se ipso operibus suis perhibet testimonium. Quin et magnus Moses cædem quoque patravit. Paulus antea homo persecutor et hostis fuit. *Igitur, inquiunt illi, judice Ephræm Syro, non magis* Abram *a gentilium et Chaldæorum erroribus immunis aliquando fuit, quam ab aliis criminibus ceteri, qui ab eo dein, ut pœnitentiæ exempla efficacissima, proponuntur. Verum pro responso fit, cum in accuratissima Græco-Latina editione Operum S. Ephræm, Romæ peracta anno* 1746 *quæ cura et studio eruditissimi Assemani ad Mss. codices Vaticanos aliosque castigata et aucta quidem fuit, memorata verba a Sermone illo secundo de Pœnitentia prorsus absint, uti videre est pag.* 81 *tomi tertii, Græce et Latine impressi; non immerito vel hinc dubium oriri, an illa Ephræmi genuina verba sint.*

*ipsa tributa, revera illius non esse ostendantur,*

63 *Imo vero, si, quæ de Moyse, tamquam homicidii crimine reo, in illo Sermone exstant, cum iis, quæ S. Ephræm in Exodum tom.* I *Syriace et Latine edito pag.* 199 *de Moyse ait, attente conferantur, vix supererit dubium, quin præfata Sermonis verba re vera ipsius non sint. Qui enim, nisi Ephræmum sibi turpiter contradixisse statuamus, Moysen homicidii reum agere, deque eo pœnitentiam hunc egisse, pronuntiare potuit, qui Moysen legitima regis potestate etiam supra Ægyptios præfectos constitutum fuisse principem, ac sontes ultimo etiam supplicio afficere potuisse, in suo in Exodum Commentario eadem pag,* 199 *affirmat, subdens item, eum non antea in crudelissimum hominem Ægyptium, manus intulisse, quam is, a se sæpe monitus increpitusque, sapere numquam didicerat. Quibus sane verbis nequaquam Moysen injusti homicidii reum facit, nec proin pœnitentiam de eo agere debuisse, significat; ut adeo Ephræmi verba dici merito non possint, quæ in præfati Sermonis Vossiana editione non minus* Abramum *gentilem, quam Moysen stricte dictum homicidam, deque tam gravi crimine utrumque pœnitentem statuunt.*

*S. Cyrillus quoque neutiquam idololatriæ*

64 *Expendamus nunc, an, uti adstruunt adversarii, S. Cyrillus Alexandrinus lib.* 4 *contra Julianum sub finem,* Abramum *idololatram fecerit. Verba, quibus id contendi posset, non alia ego inveni, quam hæc tom.* 6 *Operum ejus edit. Parisiensis anni* 1638 *pag.* 110 : Itaque etiam e medio errantium ereptus *(Abram)* et ad veræ Dei cognitionis lucem vocatus est; *et illa, quibus paulo post* Abrahamum vocatum *dixit* a multitudinis deorum errore ad ejus, qui re est et veritate, Dei notitiam. *Verumenimvero, si S. Cyrilli, quæ hisce præmittuntur, quæque etiam subduntur, verba expendamus, manifestum fiet, eum nihil aliud citatis verbis indicasse, quam* Abramum *singulari Dei beneficio præservatum ab idololatria, deindeque e medio errantium, quibus nunquam consenserat, evocatum in terram Chanaan fuisse, ubi manifestiori, quam ante, veri Dei cognitione illustratus fuit. Etenim, postquam Cyrillus ex communi fama retulisset, Belum, elati supercilii hominem, exstitisse primum, qui divinitatis nomen sibi ab obnoxiis cepit, eique ab Assyriis vicinisque gentibus sacra fieri cœpta, ac continuata sub Nino, Beli filio, quo* terræ Assyriorum regnum obtinente, vixit divinus Abraham; *mox de hoc subdit :* Assyriorum autem fœdus abominabatur et Dei lædi gloriam ægro animo ferebat. *Ac deinde, cum, in cuncta regione Assyriorum fuisse idolorum cultores, dixisset, de* Abramo, *alludens ad verba Oseæ cap.* 9 *sic loquitur :* Sed, ut jam dixi, in solitudine uva, et ut in ficu scopus præcox, divinus Abraham raptus est, *scilicet idololatrarum malitia aliquando mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius, prout tum ultimis hisce verbis, tum alibi satis perspicue S. Cyrillus indicat.*

*eum arguit,*

65 *Ut autem pateat, quam immerito ab adversariis citetur laudatus S. Alexandrinus præsul, subdo ejusdem consona jam nunc a me dictis verba; quæ lib.* 1 *contra Julianum pag.* 10 *exstant :* Nino igitur Assyriorum regnum tenente, Europo Sicyoniorum, natum aiunt beatum Abraham, virum omnium rerum scientem ac peritum

peritum, idque omni studio maxime prævertendum insinuantem, oportere veritatem nosse, et quisnam sit universi opifex atque dominus; rejiciebat itaque quam longissime et missas faciebat Assyriorum circa deorum multitudinem errantium opiniones, cognitionemque veritatis sibi ad omnem felicitatem abunde suffecturam ratus, Deo acceptissimus fuit; *ac rurus pag.* 18, *nullo uspiam facto indicio, quo, se quovis alio tempore aliter sensisse, innuat, de* Abrahamo *ita pergit*: Deum igitur unum, uti modo (*ibid. pag.* 17) docebam, certo sciebat existentem divinus Abraham eique soli purum ac sincerum cultum exhibebat. Ubi vero progressu temporis exeruit sese animus ad profectum eorum, quæ recte jam apud se conceperat, tunc certe multo efficacius de divinitate loqui adortus est. *Nihil igitur ex S. Cyrilli libris contra Julianum adversarii habent, unde* Abramum *idololatriæ aliquando reum faciant.*

*nedum id probat liber quidam sub S. Cyrilli nomine editus.*

66 *Neque id evincunt verba auctoris libri* XI *in Genesim, qui Parisiis anno* 1572 *sub nomine S. Cyrilli editus fuit; nam quiscumque demum illius auctor sit, non propterea, quod pag.* 58 Abrahamum moribus institutisque gentilium educatum *asserat, idololatram continuo facit; cum, uti ex adjunctis patet, de moribus politicis civilibusque gentilium institutis, non vero de idololatrarum impiis superstitionibus agat; si enim hasce secutus fuisset* Abramus, *quo pacto potuisset auctor ille asserere, eum suæ, cum in præputio adhuc esset ac moribus institutisque gentilium educaretur, veræ in Deum fidei signum et sigillum, circumcisionem deinde accepisse? Postremo, tametsi* Abramum *superstitiosis gentilium moribus institutisque educatum asseruisset, quod tamen ejus verba minime declarant, tanta non est incerti hujus scriptoris auctoritas, nullo præsertim seu sacræ Scripturæ, seu antiquioris et fide digni auctoris testimonio fulta, ut* Abramum *idolis aliquando litasse, sat certam fidem faciat.*

*Nec S. Augustinus Abramum idololatram*

67 *Laudatur et ab adversariis S. Augustinus, lib.* X *de Civitate Dei cap.* 32 *de Patriarcha nostro ita loquens*: Qui fuit quidem gente Chaldæus, sed ut talia promissa reciperet (*nempe* in Semine *tuo* benedicentur omnes gentes) et ex illo propagaretur semen dispositum per angelos in manu Mediatoris (*Christi*) in quo esset ista liberandæ animæ universalis via, hoc est, omnibus gentibus data, jussus est discedere de terra sua et de cognatione sua et de domo patris sui. Tunc ipse primitus a Chaldæorum superstitionibus liberatus, unum verum Deum sequendo coluit, cui hæc promittenti fideliter credidit. *Ex quibus verbis sic argui ab adversariis solet: Si tunc* primitus *a Chaldæorum superstitionibus* liberatus *fuerit* Abram, *unumque verum Deum sequendo coluit, quando memorata promissio divina ipsi facta est; consequens sit, ut, saltem ad usque annum vitæ* 75, *Chaldæorum superstitionibus seu idololatria irretitus fuerit* Abramus, *utque adeo et idololatra aliquando fuerit. At respondeo, S. Augustinum cit. cap, ex professo, ut, aiunt, non agere quæstionem illam, fueritne* Abramus *aliquando idololatra, necne; sed unice demonstrare velle, liberandæ animæ seu æternum salvandæ universalem viam esse Mediatoris gratiam, divinumque de ea oraculum* Abrahæ *quoque innotuisse, ac tantam in eo invenisse fidem, ut is divinæ voci, qua de terra sua, ubi Chaldæorum superstitiones prævaluerant, et et de cognatione sua ac de domo patris sui in terram, sibi monstrandam, evocabatur, sine mora obsecutus sit, atque ita sese a Chaldæis supestitiosis loco et habitatione segregando, vocantemque Deum sequendo, singulari plane exemplo eximioque modo verum Deum coluerit.*

AUCTORE J. G.

*fecisse dici potest;*

68 *Cum ergo Augustinus, tunc eum primitus* a Chaldæorum superstitionibus liberatum, verumquo Deum sequendo coluisse, *scripsit, non eum prius Chaldæorum idololatria infectum, significare intendit, sed ex adverso, eum tunc primitus a Chaldæorum, popularium suorum, superstitionibus, ne iis infici aliquando contingeret, aliave de causa divino jussu longe avocatum fuisse, egregiumque religiosi animi specimen tunc edidisse, asserit, cum nempe promittenti Deo* Abramus *fideliter credidit, seque, quo vellet Deus, e patria sua abduci, subjectissime sivit. Et sane, nisi hoc modo, de quo etiam adi infra num.* 91 *et* 92, *recitata verba exponantur, ut ab idololatria immunis semper statuatur* Abramus *non facile intellectu erit, qua ratione* in domo Thare, de quo natus est Abraham, unius veri Dei cultum remansisse, *lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 12 *affirmare S. Doctor quiverit. Qui enim in illa remansisse dici posset, si non Thare modo, sed et nobilissima ejus familiæ pars,* Abramus, *idolis aliquando servisset? Ac rursus, qui in domo Tharæ dici posset* custodita *fuisse* plantatio civitatis Dei, *atque in ipso* Abraham *manifeste patuisse* procursus civitatis Dei, *uti S. Augustinus cit. cap.* 12 *affirmat, si, ut adversarii volunt, Augustinus* Abramum *idololatram cit. lib.* X *facere voluerit. Denique cum sanctus Doctor Pelagio*, Abramum *inter eos*, qui non modo NON PECCASSE, verum etiam juste vixisse referuntur, *nominatim commemoranti, cumque Abeli, Henocho, aliisque sanctis, de idololatria minime suspectis, parem statuenti, non aliud responsum det lib. de Natura et Gratia num.* 42 *et seqq., quam quod Abeli, Henocho aliisque ibi enumeratis Sanctis omnino convenit, hoc ipso, quod* Abrahamum *de eorum numero non excipiat, non minus hunc, quam illos, idololatria immunem fecisse, censeri debet.*

*neque ex Libro Recognitionum,*

69 *Nunc de antiquo scriptore libri* I *Recognitionem, cujus auctoritate adversarii* Abramum *idololatriæ arguunt, nonnulla disseramus. Non esse libros Recognitionum, sub S. Clementis nomine editos, genuinum hujus sancti Pontificis opus, sed viri cujusdam, philologi magis, quam theologi, et in excogitandis connectendisque confictis narrationibus plane rudis, fœtum esse, ex Cotelerio tom.* I *SS. Patrum, qui Apostolicis temporibus floruerunt, pag.* 484 *abunde constat. Vixerit autem iste, quod controvertere nolo, seculo Christiano secundo, fueritque etiam vir satis disertus; non propterea tamen, quod* Abramum arte Astrologum *aut* in ignorantia *aliquando* versatum *fuisse, dixerit, habenda ei fides erit, si verbis istis idololatram facere intenderit. At vehementer dubito, num vel hæc scribentis talia mens fuerit, quandoquidem subdit, eum ejusmodi fuisse astrologum, qui* ab initio, ceteris omnibus errantibus,... ex ratione et ordine stellarum agnocere potuit conditorem ejusque providentia intellexit cuncta moderari, *uti cit. tom. pag.* 495 *legere est. Dum autem mox addit*; Unde et angelus adsistens ei (*Abramo*) per visionem plenius eum de his, quæ sentire cœpit, edocuit, *insinuat quidem,*

AUCTORE J. G.

*quidem, fuisse antea tempus aliquod, quo* Abramus *rerum divinarum scientia minus imbutus erat, et quo in* ignorantia versatus *fuisse, certo modo dici potuit; at talem fuisse ejus ignorantiam, ut ne verum quidem Deum agnoverit, aut pro eo adorarit idola, tantum abest, ut scriptor ille affirmet, ut potius oppositum tradidisse videatur.*

*aut ex verbis S. Gregorii Nysseni,*

70 *Atque ita quidem adversariis, apud Bonfrerium citatis, qui pro tuenda sua opinione ad Ephræmum, Cyrillum, Augustinum et auctorem libri Recognitionum, tamquam ad fidos testes, provocant, nihil subsidii ex his sibi suppetere, abunde ostensum reor. Sed quoniam alii quidam ejusdem opinionis patroni eam quoque SS. Gregorii Nysseni, Chrysostomi et Ambrosii auctoritate fulcire nituntur, visum est, ea itidem, quæ ipse adducunt, testimonia expendere, quo sic manifestius pateat, non fuisse olim communem Ecclesiæ sanctorumque Patrum sententiam, quæ* Abramum *idololatram aliquando exstitisse, affirmat. Nyssenum igitur, quem in Oratione de S. Basilio suæ sententiæ patrocinatum esse, adversarii volunt, ante alios consulamus. Is in cit.*
B *Oratione, tom.* 2 *Operum, Parisiis anno* 1615 *editorum, pag.* 913, *commendans divinam Providentiam, quæ curationis expertem non sinit esse mortalium morbum, quæque diversis temporibus diversos mundo largitur eximiæ virtutis viros, hos inter, veluti illustria ejusdem Providentiæ documenta, nominatim recenset* Abrahamum, *Samuëlem, Heliam, Joannem Baptistam, Paulum, ipsumque fratrem suum, Basilium Magnum; tum de* Abrahamo *inter alia hæc ad rem, quam agimus, verba profert, quæ adversarii avide sibi arripiunt :* Quasi via fidei, quæ est in eum, qui revera Deus est, posteris extitit, cum ipse, relicto patrio errore,... dux ad eam fidem fuisset. *Ex quibus ipsi,* Abramum, *antequam* patrium errorem reliquisset, *idololatram fuisse, consectarium censent.*

*quorum expositio datur,*

71 *Verum, si adducta Nysseni verba cum antecedentibus, uti infra fiet, connectantur, nec tam Græcæ Latinæque vocis strictissima grammaticalis significatio, quam tota Sermonis series sensusque spectetur,* Abraham *non* idololatriam, *qua imbutus aliquando fuisset,* reliquisse, *sed potius errorem philosophicum, suis popularibus communem, invicto animo* contempsisse *ac* declinasse,
C *ex eodem illo Sermone consequens erit. Nam alludens, ut videtur, Nyssenus ad Apostoli verba ad Rom.* 1 v. 20, Invisibilia enim ipsius (*Dei*) a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, *sic eum contemplandis siderum motibus animum applicuisse, dicit, ut* quasi scala usus ejusmodi disciplina (*astronomica*) investigarit illum, qui per res, quæ videntur, intelligitur, ac quasi via fidei, quæ est in eum, qui revera Deus est, posteris extiterit, cum ipse, relicto (*seu ut sensus verborum innuit,* declinato *seu* spreto) patrio errore, atque ea, quæ sensuum instrumentis esse dicitur cum ea quæ apparet in astris, creatura, cognatione, dux ad eam fidem fuisset. *Quæ quidem non video satis apte a Nysseno dici potuisse, si is* Abramum *credidisset hujus aliquando fuisse sententiæ quæ supremam aliquam virtutem sideribus præsidere negabat, mundumque ipsum pro Deo habebat ac superstitioso cultu venerabatur.*

72 *Venio nunc ad Chrysostomum, cujus auctoritate* Abramum *idololatram facere adversarii nituntur, hæc Homiliæ sextæ de Pœnitentia, quam eidem Chrysostomo adscribunt, verba adducentes :* Infidelitate peccavit Abraham. *At ponamus tantisper, quod tamen falsum esse, infra ostendemus, Homiliam hanc, quæ ita incipit :* Ecce nobis hodie, *genuinum Constantinopolitani Antistitis Opus esse, ne sic quidem consectarium erit, ut* Abramus *idolis aliquando servisse dicendus sit; cum præter idololatriam aliæ etiam sint, ut nemo theologus ignorat, infidelitatis species; ut adeo a genere infidelitatis ad determinatam hujus speciem, idololatriam nempe, nulla sit, quam adversarii quidam eliciunt, philosophica consecutio. Porro Homiliam hanc, quam videsis tom.* 5 *edit. Basileënsis pag.* 870, *S. Chrysostomo adscribi non posse, ac proin cujuslibet infidelitatis notam perperam* Abramo *inuri, patet vel ex ipsa assertionis, cui citata verba inserunt, absurditate, quæ in peritissimum illum sacræ Scripturæ interpretem minime quadrat. Etenim, dum Genes. cap.* 15 *fideli jam procul dubio justoque* Abrahæ *Deus prædicit, peregrinum fore semen ejus in terra non sua, affligendumque quadringentis annis, ac reversurum in terram Chanaan generatione quarta, non aliam tantæ dilationis causam, quam istanc, commemorat, quod* E necdum completæ *essent* iniquitates Amorrhæorum; *contra vero citatæ Homiliæ auctor causam hanc, diversam plane Deique verbis oppositam, comminiscitur, quod* infidelitate sanctus peccasset Abraham et propterea pœnam non effugerit a Deo, ut serviret semen ejus annis quadringentis. *Quæ ratio quam sit contraria illi, quam S. Chrysostomus, insistens suo more Scripturæ verbis, Homilia sua* 37 *in cap,* 15 *Genesis suppeditat, nemini non manifestum fiet, qui oculos in hanc conjecerit.*

*sed nec ex Homilia quadam, S. Chrysostomo*

*perperam tributa, Abramus idololatriæ argui potest,*

73 *Quid? Quod sanctus Doctor locis plurimis, et, ut unum pro multis exemplum adducam, Homilia* 32 *in cap.* 12 *Genes. num.* 4 Abrami, *etiam in Chaldæa existentis, fidem commendet, eumque,* quasi luminare quoddam latens et absconditum in Chaldæorum terra, illinc *a Deo evocatum asserit,* ut eos, qui in tenebris errorum sedebant, *puta Palæstinos passim et Ægyptios,* ad veritatis viam introduceret; *ut adeo, nisi S. Chrysostomum sibi turpiter contradixisse statuas, illius non sit Homilia, sed potius scioli cujusdam Græculi, qui* Abrahamum *infidelitate peccasse, ac proin semen ejus quadringentis annis dira servitute afflictum fuisse, somniavit. Postremo in accuratissima Operum S. Chrysostomi editione Parisiensi anni* 1718 *Homilia illa sexta de Pœnitentia, quam adversarii laudant, inter genuinas S. Chrysostomi Homilias de Pœnitentia locum prorsus nullum habet, sed alia plane ab illa discrepans reperitur; quod non alia de causa factum fuit, quam quod Homilia* Ecce nobis *ut minimum suspecta, imo potius aperte spuria habenda sit.* F

*neque id satis evincit S. Ambrosii auctoritas.*

74 *Quod vero ad S. Ambrosium attinet, fateor, eum in Psalmum* 118 *sermone* 17, *num.* 6, *aliisque etiam locis eum in modum disseruisse, ut dubium vix sit, quin nonnullis Chaldæorum erroribus* Abramum *aliquando implicitum fuisse, censuerit. Verum enimvero, tametsi S. Ambrosius, ductus auctoritate Philonis Judæi, quem et in sectanda rerum fere omnium mystica seu allegorica significatione passim sequitur,* Abramum *Chaldæorum impietate aliquando pollutum fuisse, existimasset; non tamen in hac re historica illius majus, quam Philonis ducis sui, auctoritas pondus habet, ac vel idcirco etiam, quod nulla quo-*

*que*

A *que quibus suam stabiliret opinionem, testimonia ex sacris Litteris adduxerit, nec ullum laudarit antiquum scriptorem, qui* Abrami *gesta ex historiæ criticesve legibus recensens, eum aliquando idololatram fecerit. Denique etiamsi præter Philonem et S. Ambrosium unus alterve insuper e sanctis Patribus Ambrosio consensisse ostenderetur; non propterea tamen solo eorum judicio sat firme adversariorum opinio stabiliretur, neque idcirco communis sanctorum Patrum sententia dici ullo modo posset. Nunc discussis nubilis, quibus nostræ sententiæ veritas obscurari poterat, eam in aprico statuamus.*

## § V. Abramum idololatriæ purum semper fuisse, variis argumentis testimoniisque ostenditur.

*Ex alissimo sacræ Scripturæ*

E*St id librorum tum veteris tum novæ legis scriptoribus familiare, imo, ut ita dicam, perpetuum, ut virorum pietate illustrium, quos*
B *memorant, non virtutes modo præclaraque eorum gesta ob oculos ponant, sed et eorum, si qui fuerunt, graviores casus vel peccata publice commissa, veluti ex professo diserte enarrent. Ita in Novi Testamenti libris, ut alia mittam exempla, Pauli probra, Thomæ incredulitatem, sancti latronis scelera, Petri trinum negationem, Matthæi peccata; et in veteris legis codicibus Davidis cum Bethsabee adulterium, secutumque Uriæ homicidium, Moysis ad Aquam contradictionis diffidentiam, Aaronis nimiam in conficiendo vitulo aureo obsequentiam, quorumdam filiorum Jacob peccatum, idololatriam Tharæ, ebrietatem Noe aliorumque delicta, neutiquam in sacris voluminibus dissimulari cernimus. Cujus rei hanc Bellarminus de Officio principis in Vita S. Joseph Patriarchæ aptissimam rationem reddit, quod veridica et liberrima Spiritus sancti vox fit, quodque Spiritus sanctus in Scripturis suis neque aduletur improbis, neque justis peccantibus parcat, et ubique tam bona, quam mala opera detegat, ut S. Gregorius in principio libri 2 Moralium*
C *docet. Atque hinc, cum Scriptura peccata filiorum Jacob in medium protulerit, ut incestum Ruben, crudelitatem Simeonis et Levi, fornicationem Judæ, et odium filiorum Jacob adversus innocentem fratrem Joseph, nec tamen grave aliquod delictum a Joseph admissum narret, rectissime laudatus Bellarminus colligit, eique omnino consentit Benedictus XIV PP. tom. 3 de Canoniz. Sanctorum cap.* 39 *num.* 4, ab eo (*Patriarcha Joseph*) non fuisse ullum peccatum (*grave nempe*) commissum, quandoquidem sacra Scriptura nullum ejus peccatum commemorat.

*de prætensa Abrami idolatria silentio,*

76 *Sed quorsum ista, inquies, quave ratione hæc ad argumentum, quod hic tractatur, attinet? Respondeo, hæc ideo a me in antecessum disputata atque ob oculos posita fuisse, ut pari modo, numquam ab* Abramo, *idololatriæ crimen admissum fuisse, evincam. Etenim, cum Scriptura sacra, uti supra num.* 54 *ostensum fuit, inter idololatras Israëlitici populi majores non recenseat* Abramum, *nec eum paterni erroris participem statuat; non minus hic gravissimo idololatriæ crimine immunis haberi debet, quam ipse Joseph a fornicationis alteriusve fraterni delicti suspicione vindicandus sit. Quin imo quod ex sacrorum codicum de* Abrami *idololatria silentio conficitur, argumentum non uno ex capite pro illius potius, quam pro Josephi innocentia militat. Etenim, præterquam quod in illis longissime frequentior si* Abrahami, *quam Josephi, mentio, atque adeo magis mirum videri debeat eorum de illius idololatria quam de hujus fornicatione similive crimine, si uterque reus fuisset, altissimum silentium; occurrunt tum in Veteris tum in Novi Testamenti libris loci complures, quibus, si revera in idololatriam aliquando prolapsus, indeque divina gratia retractus postea fuisset* Abramus, *tam memorabilis facti mentio non omitti potuisse videatur.*

AUCTORE J. G.

*ex silentio item Prophetarum, Judæorum idololatriam corripientium,*

77 *Ac primo quidem omnino mirum videri debet, cur ex tot prophetis, qui Israëlitas, in idololatriam frequenter lapsos, ad veri Dei cultum delictique rationibus adducere conatisunt, nemo unus reperiatur, qui ipsis ante oculos posuerit communis sui omnium patris exemplum, adhortatusque eos sit, ut, qui deos alienos vel militiam cœli adorando, secuti fuerant* Abramum *errantem, sequerentur etiam et pœnitentem, verique Dei culti dein constantissime devotum: quod iis sane, qui patre* Abrahamo *tantopere* E *gloriabantur, non potuisset non esse potentissimum ad detestandas impias superstitiones incitamentum, exemplumque non minus efficax, quo ad constantem perpetuumque supremi Numinis cultum deinceps impellerentur. Adhæc, quamquam in Israëlitica gente non defuerint homines, ingenio ad excusandas, ut Scriptura loquitur, excusationes in peccatis versatili et perarguto pollentes; nusquam tamen ipsi, cum ob præstitum aliquandiu alienis diis cultum seu a prophetis seu ab aliis viris piis acerrime objurgarentur, culpam suam communis Parentis sui exemplo excusare, illove se vel tantillum tueri, in animum induxisse leguntur.*

*ac Judæorum confitentium peccata majorum suorum,*

78 *His adde, quod in Actis fœderis, Esdræ et Nehemiæ opera a Judæorum principibus, sacerdotibus et Levitis cum Deo icti et obsignati, quo ii, uti legere est Esdræ lib.* 2 *cap.* 9 *v.* 2, confitebantur peccata sua et iniquitates patrum suorum, *et ita quidem singillatim, ut patrum suorum in deserto superbiam, et idololatriam, aliaque dein in ipsa terra Chanaan admissa flagitia non prætermittant, nulla tamen de* Abrami *in idololatriam lapsu mentio fiat; ut contra, cum v.* 7 Abramum *a Deo electum, eductumque* de igne, *de quo infra agetur,* Chaldæorum, *ac v.* 8 cor ejus fuisse coram Deo inventum fidele, *asserant, non obscure eum ab omni idololatriæ suspicione vindicent. Quæ sane, ut alia mittam ex Veteri Testamento exempla, non leve indicium præbent, non fuisse unquam Sanctum fidelium Patrem turpissimo idololatriæ crimine pollutum, uti etiam Pererius in cap.* XI *Genesis disp.* 17, *pag. mihi* 430, *adductis ex Novo pariter Testamento exemplis, in hunc modum contendit:* Et vero, *inquit*, si aliquando fuisset Abraham impia falsorum deorum superstitione obstrictus et contaminatus, et fuisset ex ea per Dei gratiam extractus; ejus rei tam memorabilis et tam insignis ad commendationem divinæ misericordiæ erga peccatores exemplum et documentum non fuisset tacitum in sacris litteris.

79 Usus in primis fuisset eo exemplo Paulus in

AUCTORE J. G. imo et S. Pauli de Abrahamo disserentis,

in Epistola ad Romanos, cum illud disputat: „Omnes peccaverunt et egent gloria Dei: justi„ficati gratis per gratiam ipsius.» Et quemadmodum exemplo Abrahæ argumentatur Paulus, hominem non haberi justum apud Deum ex propriis ipsius operibus, sed per gratiam Dei gratuito condonantis peccata, hominemque in suam gratiam et amicitiam recipientis, ita ejusdem Abrahæ usus esset exemplo ad demonstrandam inenarrabilem Dei benignitatem, qui ex impio faciat justum, ex hoste amicum, ex mancipio diaboli filium Dei. Et, cum paulo post disputet: „Ubi autem abundavit delictum, super„abundavit gratia,„ ad id vel comprobandum vel illustrandum, hujusmodi exemplum Abrahæ mirifice accommodatum fuisset. Denique, ficut ipse fatetur ingenue et præ se fert, se contumeliosum, blasphemum et persecutorem ecclesiæ Christi fuisse, sed misericordiam esse consecutum a Deo, ut per ipsum Deus inæstimabiles bonitatis et clementiæ suæ erga peccatores divitias ostenderet: ita quoque tam illustri exemplo Abrahæ id ipsum confir- B masset.

atque ex verbis Christi Abramus idolatriæ purus statui debet:

80 *Hactenus laudatus Pererius; cujus argumentis, nescio, an non et aliud ex Evangelii Joannis capite* 8 *adjungi merito queat. In eo enim Christus adhortans Judæos, ut se verum Dei filium crederent, agnoscerent veritatem, patremque communem* Abraham, *quo verbis tantopere gloriabantur, factis suis imitarentur, ita v.* 39 *eos alloquitur*: Si filii Abrahæ sitis opera Abrahæ facite, *qui nempe, ut a.* 56 *subditur*, exultavit, ut videret diem *Christi*, *ac* vidit et gavisus est: *quæ quidem tam absolute ac sine ulla inter* Abrahæ *opera distinctione dicta non videntur illa ratione cum illa sententia cohærere, quæ Judæorum patrem sat longe temporis spatio non modo non agnovisse, quod super omnes homines signatum est, lumen vultus Domini, sed et, sectando impium idolorum cultum, gravia non secus, ac quæ ipsi tum Judæi meditabantur, crimina perpetrasse, contendit. Neque vero ex solo sacrorum Codicum de* Abrami *in impias superstitiones lapsu constanti silentio eum idololatriæ criminis purum statuimus, sed et non paucis aliis Scripturæ sacræ veterumque scriptorum testimoniis sententia hæc nostra stabiliri potest.* C

idque auctoris Libri

81 *Ac primo quidem auctorem libri Sapientiæ, quem divinitus afflatum fuisse, nemo Catholicus negat, in rem nostram disserentem audiamus. Hic auctor sacer, propheta simul et doctor, ostensurus cap.* x *primorum Patriarcharum exemplis, divinam Sapientiam in servandis tuendisque hominibus elucere, ab Adamo, quem divina sapientia a* delicto suo eductum *fuisse, v.* 2 *testatur, progreditur ad Noë, virum justum, quem, cum aqua diluvii deleret terram, eadem divina Sapientia servatum, v.* 4 *affirmat, ac mox, priusquam justi Lot, a pereuntium Pentapolitarum excidio liberati, v.* 6 *exemplum proponat, in hunc modum v.* 5 *de eadem Sapientia loquitur*: Hæc et in consensu nequitiæ cum se nationes contulissent, scivit Justum et conservavit sine querela Deo, et in filii misericordiæ fortem custodivit: *quæ verba non de alio Justo, quam de* Abrahamo, *intelligenda esse, tam sacri scriptoris scopus, ordoque, quem in enumerandis patriarchis servat, tum* Abrahami, *tot tantisque præceteris divinæ Sapientiæ Bonitatisque documentis illustrati, præstantia, tum denique ipse sacer contextus demonstrat, ac tam perspicue quidem, ut ipsemet Calmetus in hunc locum, tametsi alibi* Abramum *idololatram aliquando fuisse, contendat, de eo tamen cit. cap. Sapientiæ sermonem esse, non inficiatus sit, rectissime nimirum censens, postremis versus ejusdem verbis nimis perspicue mirandam* Abrahami *fortitudinem ad immolandum filium suum designatam fuisse, quam ut negari possit.* D

Sapientiæ testimonio.

82 *Igitur, cum Scriptura ex eorum numero, qui* in consensu nequitiæ se contulerunt, *seu post tentatam turris Babel exstructionem in idololatriam aliaque peccata prolapsi sunt, manifestissime excipiat* Abramum, *utpote quem divina Sapientia* scivit, *seu, ut Græca habent, quem* invenit justum et conservavit sine quarela Deo; *quid est, quo minus, invalescente idololatria, hujus nequitiæ immunem illum et semper veri Dei cultorem fuisse, credamus, præsertim cum auctor libri Sapientiæ, qui paulo ante Adamum* a delicto suo eductum *fuisse, retulerat, simile nihil de* Abramo *narret, at contra sine ulla temporis distinctione eum, ut mox dixi,* justum et sine querela, *deficientibus passim aliis, inventum a Deo conservatumque, diserte scribat. Nec video, cur,* E *ut contendit Calmetus, generalia hæc Scripturæ verba ad illud vitæ* Abrami *spatium, quo evocatus a Deo fuit; nam, cum sacer scriptor* Abramum *pari modo* justum *ac* sine querela Deo conservatum *vocet, quo S. Lucas Joannis Baptistæ parentet cap.* 1 *a.* 6 Justos *et* incedentes... sine querela *vocat, consequens sit, ut* Abramus *æque, ac ipsi, sine ulla temporis exceptione* Justus *et* sine querela Deo conservatus *fuisse statuatur, utque adeo verus Dei cultor, nihilque minus, quam insanus idololatra aliquando fuerit.*

quod et ex S. Paulo firmatur,

83 *Atque ita quidem memoratum capitis* x *Sapientiæ versum intelligendum esse, erudite ostendit Laurentius de A Ponte tom.* 2 *Commentt. in Sapientiam Salomonis a pag.* 140, *adductis etiam variis rationibus, ut Abramum nullo modo in idololatriam lapsum, sed sine ulla querela Deo conservatum fuisse, evincat, quarum unam huc transcripsisse non pigebit.* Quia, *inquit,* cum ipse sit pater fidei et credentium juxta Apostolum ad Rom. cap. IV, A. XII; credentium, inquam, non solum Judæorum sed gentilium; „Ut sit pater,„ inquit „Apostolus, omnium credentium per præputium: F „ut reputetur et illis ad justitiam, et sit pater cir„cumcisionis, non iis tantum, qui sunt ex circum„cisione: sed et iis, qui sectantur vestigia fidei;» ac si diceret, inquit sanctus pater Remigius hic, aliis „verbis: Non illis tantum Judæis est Abraham „pater, vel reputatur fides Abraham ad justifica„tionem, qui descenderunt a progenie illius, post„quam Circumcisionem accepit; sed et iis gentibus, „qui imitantur exempla fidei, quæ est in præputio „patris nostri Abrahæ.„ Ergo quomodo idololatra, qui pater fidei etiam dicitur gentilium? Dissonum quippe a ratione videtur, ut pater futurus veræ fidei omnium gentilium, ipse infidelis prius ac cum illis gentilis [*fuerit*:] rationabilius ergo dicetur, nunquam sanctum Parentem a vera fide descivisse semperque verum Dei tenuisse cultum.

et auctoris Libri Ecclesiastici,

84 *Id ipsum etiam innuit Jesus, filius Sirach, dum Ecclesiastici cap.* 44 *viros gloriosos parentesque suos virtute insignes laudans,* Abramum *Henocho et Noë observatione legis Excelsi parem, imo superiorem in gloria facit, eumque, haud secus atque ipsos, placuisse Deo, justumque inventum fuisse, scribit. Hæc enim de priori vitæ ejus spatio, quo necdum is in carne sua stare*

A *re fecerat testamentum, intelligi oportere, non obscure Ecclesiasticus indicat, ita loquens* ℣. 20 *et* 21 : Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria : qui CONSERVAVIT LEGEM EXCELSI, et fuit in testamento cum illo. In carne ejus stare fecit testamentum et in tentatione inventus est fidelis. *Quibus sane verbis non minus ab* Abramo, *quam a Noë et Henoch, perpetuis Dei cultoribus, turpissimum idololatriæ scelus removisse sacer Scriptor dicendus est, ac vel idcirco etiam, quod eum e falsorum deorum superstitionibus divina gratia extractum aliquando fuisse, nuspiam dicat, id alioquin, uti ex cap.* 47, ℣. 13 *colligere, est, aperte commemoraturus, si, quemadmodum aliquando David, ita etiam* Abramus *in grave aliquod crimen prolapsus fuisset, atque, uti Davidis, ita pariter* Abrami, peccata Dominus purgasset. *Hisce bina nunc subdo non minus certe dilucida testimonia, quæ, quamvis deprompta non sint ex libris, quos sacra Tridentina synodus pro canonicis habuit, non exigui tamen in hac re historica ponderis esse debent, utpote profecta ab auctoribus admodum antiquis, quos nonnulli e*

B *sanctis Patribus, etiam velut sacros, laudarunt; ut proin parem certe, ac quilibet antiquus rerumque Judaïcarum peritus scriptor, imo etiam multo majorem fidem mereantur.*

*tum et Oratione Manassis regis*

85 *Exordior ab insigni illa Manassæ, regis Juda, Babylone in vinculis detenti, ac peccatorum suorum veniam deprecantis, Oratione, quam vetustissimus auctor, eidem regi forte cœvus, scriptis mandavit. In hac ita Deum alloquitur pœnitens rex* : Tu igitur, Domine Deus justorum, non posuisti pœnitentiam justis, Abraham et Isaac et Jacob, iis, QUI TIBI NON PECCAVERUNT : sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem, quoniam peccavi super numerum arenæ maris, *videlicet adorando* omnem militiam cœli *et colendo idola, uti lib.* 4 *Regum cap.* 21 *narratur. Cum ergo Oratione illa non inducatur Manasses idololatriam, a se exercitam, exemplo* Abrami, *aliquando etiam idololatræ, excusans, ut contra inter justos, qui numquam pœnitentia eguerunt,* Abramus *præ ceteris illic commendetur; nemo est, qui non videat, ab Orationis illius auctore ac verisimilius a tota cum eo antiqua Judæorum synagoga* Abramum *habitum fuisse, ut idololatriæ*

C *crimine omni vitæ suæ spatio immunem, tantaque divino munere præditum justitia, ut de admisso graviori aliquo peccato pœnitentiam agere necesse non habuerit.*

*et verbis Libri 4 Esdræ,*

86 *Alterum nunc habe ejusmodi testimonium ex lib.* 4 *Esdræ cap.* 3. *In eo Esdras, relato Adæ lapsu, ex quo in eum posterosque omnes inducta mors fuit,* ℣. 8 *et* XI *asserit, eo ipso tempore, quo gentes omnes ambulabant in voluntate sua Deique præcepta spernebant,* derelictum unum ex his fuisse *(Noë scilicet cum domo sua) et ex eo prodiisse justos omnes, qui post diluvium exstiterunt; ac dein a* ℣. 12 *subdit, sic itidem eo ipso tempore, quo gentes cœpissent iterato impietatem facere coram Deo, electum* ex his *fuisse* Abramum, quem dilexit Deus, *cui et voluntatem suam demonstravit et testamentum disposuit æternum. Itaque, cum hic auctor* Abramum, *ingravescente inter gentes impietate, a Deo* electum dilectumque *eodem modo fuisse asserat, quo modo Noë ante diluvium* derelictus *seu inventus fuerat justus; consectarium ex hoc testimonio fit, ut non magis post diluvium* Abramus, *quam ante illud Noë, gravi aliquo crimine, nedum idololatria pollutus fuerit. Atque ita quoque vel ipsi, quos Eusebius lib.* 9 *Præparationis Evangelicæ a cap.* 16 *laudat, antiquissimi gentilium scriptores de* Abramo *sensisse videntur dum eum non modo a siderum ac idolorum cultu alienum, sed et ut virum summa sapientia, morum integritate ac singulari pietatis studio constanter præditum, passim depingunt, eumque suis virtutibus* divinam gratiam *seu amicitiam sibi* conciliasse, *narrant.*

AUCTORE J. G.

*ac denique veterum scriptorum, quorum verba*

87 *At nonnulla quoque eorum testimonia, quo scriptorum, quos laudant adversarii, auctoritati auctoritas, eaque melioris notæ, opponatur, huc ex parte transcribamus. Laudatus a Flavio Josepho lib.* 1 *Antiq. Judaïcarum cap.* 8 *Berosus de* Abramo *his verbis apud eum loquitur* : Post diluvium autem decima ætate (*nempe secundum chronologiam illam, quam etiam* 70 *Interpretes secuti sunt*) apud Chaldæos ERAT QUIDAM JUSTITIÆ CULTOR vir magnus, et sideralis scientiæ peritus. *Ex Eupolemo vero Polyhistor Alexander, apud Eusebium cit. lib. cap.* 17 *laudatus, in hunc modum de* Abramo *scribit* : Idem (*Eupolemus*) ætate decima Camarinæ, quæ Babiloniæ civitas est quamque Urien (*alias* Ur Chaldæorum) nonnulli vocant, Græci Chaldæopolim interpretantur, Abraamum natum esse tradit, qui cum nobilitate ac SAPIENTIA OMNIBUS ANTEIVERIT, tum vero astrologiam pariter et Chaldaïcam (*nempe rerum cælestium scientiam*) invenerit, et SINGULARI STUDIO PIETATIS DIVINAM SIBI GRATIAM CONCILIARIT. Hunc porro divino jussu, collocato rerum suarum in Phœnicia domicilio, solis lunæque conversiones ac reliqua id genus omnia Phœnices docuisse; quæ res summe gratiosum eum apud regem effecerit. E

*hic recensentur,*

88 *Melo quoque, tametsi adversus Judæos Opus integrum ediderit,* Abramum *tamen* sapientiæ laude *insignem fuisse, apud Eusebium cit. lib. cap.* 19 *testatur, nullo prorsus addito indicio, ex quo, Sapientem illum eo unquam insaniæ devenisse, ut creaturis pro Creatore divinos honores impenderet, conjicere queas. Quid? Quod illis omnibus etiam antiquior Orpheus, ab Eusebio lib.* 13 *Præparationis Evangelicæ pag. mihi* 665 *laudatus, non obscure omnem idololatriæ labem ab* Abramo *removeat, dum ab eo, ex solis siderumque motu, genitorem rectoremque orbis* F *Deum agnitum fuisse, scribit, ita inter cætera, ex Latina Francisci Vigeri versione, canens :*

Ergo age, carpe viam; solum, interituque carentem
Suspiciens Genitorem orbis. Quem talibus ecce
Prisca virum nobis olim monimenta loquuntur.
Unus, et ex sese Deus est, idem omnia condit,
Ac mundi late partes se fundit in omnes.
Mortales fugit ille oculos, animoque videtur....
Unus eum imperio mortalia fata regentem
NOSSE ALIQUIS POTUIT CHALDÆO A SANGUINE CRETUS :
Norat enim, qua magnus iter sol flectat in orbem
etc.

*ac singillatim Flavii Josephi auctoritate confirmatur,*

89 *Audiamus modo, quid de Israëliticæ gentis Patre Flavius Josephus lib.* 1 *Antiq. Judaïcarum cap.* 8 *memoriæ prodiderit.* Cum (*Abramus*)

AUCTORE J. G

*mus )* jam esset annorum LXXV, monitus oraculo *( veri Dei )* Chaldæam terram mutavit Chananæa, quam et ipse habitavit et posteris reliquit : vir sapiens ex æquo et eloquens et in conjectando sagax. Cumque ob virtutem eximiam *( inter Chaldæos etiamnum degens )* sapiens esset præ cæteris habitus, ausus est vulgo receptam de Deo persuasionem convellere, et in melius vertere. Ergo primus omnium clara voce prædicavit, unum esse Deum rerum universitatis conditorem; de cætero, si quid ad felicitatem conferat, non nostris nobis viribus, sed illius valuntate contingere; .... quapropter huic uni *( Deo )* honorem deberi, huic gratias agi oportere. Quam ob rem cum Chaldæi Mesopotamitæque cæteri contra se insurgerent, consilium migrandi cepit, et voluntate ac favore Dei fretus terram Chananæam tenuit ; ubi sedibus positis Deo struxit aram et hostias mactavit. *Teste igitur Josepho, tantum abest, ut* Abramus *aliquando alienis diis litarit, ut contra simul ac per ætatem ac sapientiam licuit, receptam vulgo idololatriam convellere, indigenisque unius veri Dei fidem religiosumque cultum suadere fidentissime cœperit; quæ, nescio, an aggredi ausus fuisset, si ipse æque, ac contribules sui, idolorum cultui fuisset addictus.*

B

*consentientibus Eusebio, lib. Præparationis Evangelicæ*

90 *Nec præfatos modo auctores gentiles, Rerumque Judaïcarum scriptorem Josephum, sed et, præter sanctos ecclesiæ Patres, quos* § IV *nobis, si Ambrosium excipias, non adversari, at potius favere ostendimus, alios quoque ætate et eruditione præstantes viros huic sententiæ adstipulantes habemus, quorum, ne longior sim, tria dumtaxat subjiciam testimonia. Et Eusebius in primis, enumerans lib.* 7 *Præparationis Evangelicæ cap.* 8 *viros illos, quos Deus præcipuo amore, ob summam eorum pietatem morumque integritatem, complexus est, postquam de Enos, Henocho, Noë et Melchisedecho verba fecerat, de* Abrahamo *ita pag.* 309 *prosequitur :* Atque hoc in numero *( nempe eorum, qui* unius a natura inditæ rationis legumque scripto nullo comprehensarum ductu et rectam virtutis viam feliciter tenuerunt etc... ad vitam singulari cum sapientia tum religione cultuque divino transvolarunt ) Abraamus etiam ille, quem generis *( Israëlitici )* principem universi prædicant, jure a nobis meritoque censeatur. Hujus enim justitia divinorum

C

quoque oraculorum testimonio commendatur... et tanta ejus profecto, si cujusquam alterius, integritas atque religio, eadem qua superiorum illorum *( Enos nempe ceterorumque )* prædicatione celebratur. *Quibus sane verbis dilucide Eusebius testatur,* Abramum *non minus, quam Enos, Henochum et Noë, fuisse omni vitæ suæ spatio veri Dei cultorem, tantamque ejus quantam priorum illorum patriarcharum, semper fuisse integritatem atque religionem, ac pari prædicatione celebrandam,*

*et rursus Libro Demonstrationis Evangelicæ,*

91 *Id ipsum, uti ante innui, dissertissimis verbis alibi confirmat laudatus Eusebius, nimirum lib.* I *Demonstrationis Evangelicæ cap.* 5, *pag.* 9, *ubi de ratione novi Testamenti disputans, quam recte ait ita oportuisse institui,* ut omnibus gentibus ad vitam prodesse posset, ut ne prorsus ullo modo, ullave ratione, qui hoc vitæ institutum ingredi vellent, impedirentur; neque aut regionis, aut generis, aut loci, aut alterius cujuspiam rei omnino causa, possent excusari, *mox ad rem nostram hæc subdit* : Talis porro et lex et vita plane exstitit ea, quæ a Sal- D
vatore nostro Jesu Christo instituta est, qua prisca illa et ipso Mose antiquior instauratur religio, ad cujus normam et Abraham et ejus majores *( puta Heber, Sale, Sem, Noë, atque antediluviani patriarchæ )* vixisse, facile demonstrantur. Quod si velis Christianorum vivendi rationem, atque eam, quam Christus per omnes gentes disseminavit, religionem, cum eo et religionis et justitiæ instituto comparare, et contendere, quo et Abraham et Abrahæ similes usos, divinæ Litteræ prædicant, facile unum atque idem agnosces. Siquidem illi a multorum deorum cultu atque errore recedentes, et ab ea, quæ simulacris addicta erat, superstitione avertentes seipsos, mentis oculos super omnem, quæcumque oculis cerni possit, naturam substulerunt : NEQUE VERO ILLI AUT SOLEM AUT LUNAM AUT ALIAM QUAMPIAM UNIVERSI PARTEM PRO DEO UNQUAM COLUERE : sed ad unum supremum, ipsum utique altissimum cæli et terræ opificem se ipsos attollere non dubitarunt.

*S. Joanne Chrysostomo* E

92 *Hactenus Eusebius postremo hoc loquendi modo perspicue demonstrans, quo sensu intelligenda sint, tum quæ ipse alibi, tum quæ sancti Patres num.* 64 *et seqq. de* Abramo *scripserint verba, quibus eum a simulacrorum cultu recessisse indeque evocatum a Deo fuisse, tradunt; videlicet, non quod ex idololatria, cui prius addictus fuisset, retractus ad veri Dei cultum fuerit, sed quod supremi Numinis gratia et naturali lumine illustratus, dum plerique sui temporis homines creaturam pro Deo habebant, ipse verum Deum agnoverit coluerit que, atque ita a simulacrorum cultu recesserit, patriumque reliquerit errorem, seu, ut Augustinus loquitur,* a Chaldæorum superstitionibus liberatus *fuerit. Recensitis supra Eusebii verbis consona tradit S. Joannes Chrysostomus Homil.* 36 *in caput* 14 *Genes. tom.* 4 *editionis Parisiens. col.* 362 *et seq. ita de* Abramo *disserens* : Attendite itaque, obsecro, quomodo AB INITIO postquam indole sua et insita naturæ nostræ scientia bene usus est, nullum externum sortitus doctorem, sed et ab infidelibus parentibus educatus divina apparitione potitus est. Nam, QUIA PRIMA ÆTATE NON SEQUUTUS EST ERROREM PATERNUM, sed pietatem erga Numen exhibuit, ideo supernam visitationem statim obtinuit, cum adhuc in Chaldæa F
esset.

*et Suida in Historicis.*

93 *Denique his affinia tradit Suidas in Historicis, seu in Lexico, verbo* Abraam, *ubi et dictorum suorum vadem facit Philonem libro, qui* ΒΙΟΣ ΠΟΛΙΤΙΚΟΥ *seu* Vita viri civilis *inscribitur. Fatendum tamen, in omnibus, quas quidem vidi, hujus libri editionibus, nullum prorsus verbum huc spectans repertum a me fuisse. Verum, sive Suidas interpolatum Philonis Opus præ oculis habuerit; sive revera Philo, quæ de* Abrami *idololatria ante scripserat, postmodum retractarit, eaque lucubratio demum excideri t; equidem eo saltem conducit Suidæ testimonium, ut manifeste pateat, quam sit scriptorum pene omnium ætatum judicio probata ac stabilita nostra sententia, quamque adeo probabilior opposita dicenda sit. En modo ipsa Suidæ verba ex editione anni* 1619 *pag.* 24 : Hoc autem, *inquit*, quod ego dico, et Philo Hebraicus philosophus in Viri civilis Vita suo testimonio confirmabit..... Testabitur autem, imagi-

num

A num *(imo* idolorum, *ut vox Græca sonat)* cultum cœpisse a Serucho, et viguisse usque ad tempora Tharæ, patris Abrahami, qui Abrahamus NATUS QUATUORDECIM ANNOS, ET DEI COGNITIONE DECORATUS AC ILLUSTRATUS, suum patrem admonuit his verbis : Quid seducis homines, ob lucrum perniciosum, hoc est ob imagines? (*imo* idola.) Non est alius Deus, nisi ille, qui in cælis est et regnat, qui etiam universum mundum fabricavit. *Quibus et alia adjungit Suidas, unde* Abramum *nullo unquam tempore idolis serviisse, at contra acerrimum, quantum in se erat, iis indixisse bellum, testatur.*

## § VI. Abramus uxorem ducit, quæ vera ejus soror fuisse non probatur

B

*Abramus uxorem ducit,*

Cum jam id ætatis esset pius veri Dei Famulus, ut pro recepto tunc more liberis operam daret, suadente, aut certe consentiente patre Thara, uxorem duxit decennio se juniorem virginem, sibi consanguineam, egregiaque forma conspicuam, quæ divini Numinis jussu postmodum vocata est Sara. *Hæc partim sacræ Litteræ Genes. cap.* XI ℣. 29 *et cap.* 17 ℣. 15 *et* 17 *diserte tradunt, partimque suadent solita* Abrami *in Deum pietas et digna tam sancto Filio in patrem reverentia. At magna rursus inter sacræ Scripturæ interpretes de hoc* Abrami *conjugio controversia est, aliis, Saram fuisse filiam Tharæ stricte dictam, seu ab eo proxime, ex diversa tamen ab* Abræ *matre, uxore genitam; aliis contra, non nisi per Aranem ex Thare ortam, seu non Tharæ filiam, sed neptem fuisse, contendentibus. Imo sunt, qui Saram nec Tharæ, nec Aranis, nec Nachoris, sed, nescio, cujus* Abrami *fratris filiam fuisse, volunt; alii vero, qui, quidquid sit de proprio ac naturali patre ejusdem Saræ, eam filiam Tharæ adoptivam, atque ita* Abræ *sororem faciunt. Verum cum utraque postrema opinio obscuris incertisque conjecturis tantummodo nitatur, visum est in utraque confulanda operam*
C *non perdere; at potius studiosis, atque, quod id ad veram aliquot Scripturæ sacræ locorum, scriptorumque veterum intelligentiam conducit, penitius examinare, utra ex duabus prioribus probabilior, atque adeo amplectenda videatur sententia, illane, quæ* Abramum *sui patris filiam, ex alia tamen matre natam, uxorem duxisse, adstruit; num potius ea, quæ eum, non nisi sui fratris Aranis filiam, seu neptem, ut vulgo vocant, duxisse uxorem, contendit.*

*quæ ejus soror, stricte dicta, fuisse.*

95 *Priorem ex his cum Clerico, Calmeto aliisque aliquot recentioribus tuetur jam sæpe laudatus Wilhelmus Smitius in suo Prolegomeno Geneseos, citatque num.* 119 *Clementem Alexandrinum lib.* 2 *Stromatum sub finem, S. Hieronymum lib. Quæstionum Hebraïcarum in caput* 20 *Geneseos ac denique Lippomanum in Catena, Cajetanum ad Genes.* XI *et* 20, *nec non Dominicum Sotum lib.* 2 *de Just. et Jure; ac mox num.* 120 *opinionem, quæ Saram a Thara proxime progenitam adstruit, altera probabiliorem reddere hocce ratiocinio conatur.* Videntur, *inquit,* id verba Gen. XX, 12 : ALIAS AUTEM ET VERE SOROR MEA EST, FILIA PATRIS MEI, ET NON FILIA MATRIS MEÆ, aperte innuere; neque clarioribus uti poterat Abraham, ut illum consanguinitatis gradum se inter et Saram designaret. Hinc S. Hieronymus in locum cit. in QQ. alteram rejiciens sententiam, « Magis sonat, » inquit, « quod « Sara soror Abrahæ fuerit, » atque addit : « In « excusationem ejus dicimus, necdum illo tempore « tales nuptias Lege prohibitas. » Se loqui VERE, nude, aperte, sine ambage, absque equivoco ullo, protestatur Abraham, dum eam sororem ac filiam patris asserit. Quid rei est, ut nos istud per ambages explicemus; nec simpliciter, ut sonant, Viri sancti verbis assentiamur? *Hactenus Smitius mox ex eodem Calmeto, quem potissimum hic ducem sequitur, hæc subdens* : Hujusmodi connubia eo tempore apud Hebræos vetita fuisse aut irrita, nulla lego docemur.

AUCTORE J. G.

96 *Atque hæc sunt Achillea, quibus hæc opinio propugnari solet, arma; quæ tamen an non occulto aliquo vitio laborent, aut saltem an non soliditate armis adversantium cedant, dijudicandum æquis arbitris relinquo. Et vero, dum* E *sacræ Scripturæ verba ejusmodi occurrunt, ut geminos, imo plures etiam sensus litterales diversos pati videantur, tunc nulla ex parte melius certiusque, quam vel ex divini scriptoris scopo, vel ex illius, quem loquentem sistit, proposito, rerumque ac temporum adjunctis, genuinum eorum sensum erui posse, non inficiabitur, arbitror, quisquis est in sacrarum Litterarum studio vel mediocriter versatus. Dispiciamur igitur, in quo rerum satatu, quove ex fine verba illa* Alias autem et vere soror mea est *protulerit* Abrahamus, *de uxore sua sermonem cum Abimelecho habens. Scriptura teste, Vir Sanctus uxori suæ persuaserat, ut in omni loco, ad quem simul ingrederentur, diceret ea se ejus sororem; reque ipsa Sara Geraram, Abimelechi regiam urbem, ingressa, maritum suum vocaverat* fratrem, *ipse vero eam vicissim compellarat* sororem : *factum inde, ut captus Saræ pulchritudine Abimelech eam sibi uxorem tolli juberet, propter* Abrahami *et Saræ verba minime suspicatus, eam, quæ illius* soror *dicebatur, eidem simul uxorem esse posse. At rei veritatem edoctus in somnis, nec levi plaga ob sublatam* Abrahamo *uxorem affectas, nihil prius habuit, quam ut cum eo, veluti de aperto mendacio, expostularet. Itaque, cum vicissim nihil prius haberet* F *sanctus Vir, quam ut hanc labem a se removeret, ostenderetque, se, dum Saram* sororem *dixit, nequaquam fuisse metitum, expostulanti regi ita cap.* 20 ℣. 12 *respondet*: Alias autem et vere soror mea est; *quæ verba in eo rerum statu ita sonant, ac si diceret*: *Alias autem et absque mendacio affirmare potui, eam mihi sororem esse, cum nimirum illa non remotiori consanguinitatis gradu me attingat, quam ipse Lot, quem recepto more et ex usu gentis nostræ* fratrem *quoque* vere, *seu absque mendacio, compellato.*

*ex verbis Abrami Genes. cap.* 20

97 *Et hic quidem solus videtur fuisse* Abrahami *regi respondentis scopus, ac proin adversium* vere *ab eo adhibitum potius fuit, ut suorum ante Saræ raptum dictorum veritatem manifestam redderet, quam ut significatum eo vellet, se* vere, nude, aperte, sine ambage, et absque æquivoco ullo *protestari, uxorem suam* immediate, *ut aiunt, ex Thara patre suo, licet non ex eadem matre, fuisse progenitam. Neque vero expositioni huic obstant subsequentia hæc*

*non satis probatur;*

Abra-

auctore J. G.

brahami *de uxore verba* : Filia patris mei et non filia matris meæ; *quippe, uti in Glossis litteralibus in Genesim cap.* 20 *recte advertit Martinus Delrio, vocum harum sensus est,* esse illam sibi sanguine paterno, non materno junctam, ab eodem Thare, ut se FILIUM, sic illam FILIAM vocatam : et vicissim a Sara patrem Abrahæ, PATREM, sed matrem Abrahæ non vocatam MATREM. Q. D. Est patruelis mea, non matruelis. *Ac mox laudatus auctor assertionem suam in hunc modum probat* : Tum, quia Hebræis receptum, ut nomine BEN ET BATH pro omnibus descendentibus in recta linea uterentur, sicut et Germani Belgæ et Galli vocant AVOS, MAGNOS aut BONOS PATRES, GRAND PERE, GROOTE vel BESTE VADER ; tum quia cap. XI ỳ. 31 Sara vocatur NURUS THARÆ ; tum denique, quia licita erant conjugia in secundo gradu collateralium, non vero in primo, ne ex altero quidem parente. *Ita ille, Augustinum testem laudans lib.* 22 *contra Faustum cap.* 35. *Cum igitur, uti ex jam dictis facile est colligere, particulæ* Et vere *non sint cum sequenti vocabulo*
B soror *connectendæ, at contra cum præcedentibus* Abrahami *verbis, ut sensus sit* : Et vere dixi, *seu* Et minime mentitus sum; *non, uti prima facie videri potest, tantum revera ponderis habet laudati Smitii argumentum, num.* 95 *recitatum, ut communiore historicorum veterum Sanctorumque Patrum sententia, quæ Saram Arani filiam et* Abrahami *patruelem statuit, opinionem ejus probabiliorem reddat.*

*neque id evincitur ex Clemente Alexandrino,*

98 *Videamus nunc, an, qui a Smitio laudantur suæ opinionis patroni, vel sola sua auctoritate, vel adductis a se rationibus plus virium eidem opinioni tribuant. Ac primo quidem laudatus a Smitio Clemens Alexandrinus, tametsi sub finem libri* 2 *Stromatum* Abrahamum *ita de* Sara *loquentem inducat* : Mihi soror est ex patre, sed non ex matre, fuit autem mihi quoque in uxorem ; *nequaquam tamen verbis istis Saram ex ipso Thare genitam affirmare intendit, sed id unum hoc loco agit, ut in contrahendis nuptiis consanguinitatis rationem habendam esse, præclaro aliquo exemplo comprobet, utque cognationem antiquissimum esse conjugii impedimentum, ostendat; atque hinc* Abramum *numquam cum Sara inituram nuptias fuisse, asserit,*
C *si illa ex eadem, qua* Abramus, *fuisset matre progenita. Porro, licet citato loco ex* Abrahæ *facto verbisque id unum contendat,* eas, quæ ex EADEM MATRE natæ sunt, non esse ducendas uxores; *alibi tamen, nempe lib.* 6 *Stromatum editionis anni* 1616 *pag.* 478 *non obscure indicat, eam pariter, quæ* ex eodem patre nata est, *non esse ducendam uxorem, dum conjugem illam, quæ, susceptis prius liberis, conjugali jure cum marito abstinere decrevit,* ei judicari, *seu habendam esse, affirmat,* tamquam quæ sit EODEM PATRE nata, *utpote cum qua itidem nulla est habenda carnalis conjunctio. Et paulo post pag.* 479 *Saram quidem ab* Abrahamo *aliquando* sororem *fuisse nominatam, scribit,* non ex eadem matre et nec quidem ex eodem patre genitam, *uti hæc ejus verba* : ἀλλ' οὔτε ὁμομητρίαν οὐδέπω καὶ ὁμοπατρίαν *aperte testantur. Igitur ex Clemente Alexandrino, ut qui lib.* 2 *Stromatum non satis dilucide pleneque de* Abrami *cum Sara consanguinitatis gradu loquitur, non nisi tenue, imo contra, cum alio loco utrique diversos parentes assignet, nullum, prorsus subsidium adversariis suppetit.*

99 *Neque vero meliori jure S. Hieronymum,* D
*Genes. caput* 20 ỳ. 12 *commentantem, suæ opi-* *nedum ex*
*nionis patronum adversarii probant. Quippe,* *S. Hieronymo,*
*cum eo ipso loco, quo adversariis favere videtur, diserte etiam dicat, Saram fuisse filiam Aranis, qui* Abrahæ *frater erat, ac rursus, commentas versum* 29 *capitis* XI *Geneseos, asseveranter tradat,* Aranem, filium Thare, fratrem Abraham et Nachor, duas filias genuisse, Melcham et Sarai, cognomento Jescan, δυώνυμον, e quibus Melcham accepit uxorem Nachor, et Sarai Abraham; *vel ex his consequens sit, ut saltem ambiguum sit S. Hieronymi, in Genesim scribentis, de hac quæstione judicium. Ex adverso autem, cum, de perpetua B. Mariæ virginitate contra Helvidium disputans, disertissime tom.* 4, *part.* 2, *col.* 140 *testetur, Saram fuisse fratris* Abrahami, *seu Aranis filiam, addatque, non commissurum unquam fuisse Virum justum, ut sui patris filiam uxorem sumeret, propterea quod ejusmodi conjugium, propagato jam humano genere, pro opprobrio ac peccato habendum videatur; consectarium hinc fit, ut vel perperam hic* E
*Heldivium redarguerit S. Hieronymus, vel diversis locis sibi contradixerit, vel, si neutrum admittere liceat, ut ejus, in caput* 20 *Genes. scribentis, posteriora verba, quibus tantopere adversarii nituntur, hypothetice potius, quam absolute exponi debeant, talisque adeo sit verborum illorum sensus, ac cum præcedentibus verbis nexus, ac si S. Doctor ita disseret : Si eo loco Geneseos Hebraïci textus sono magis, quam jam bis a me ante exposito sensui, et* Abrahami *loquentis scopo, inhærendum esse, quis velit, atque ita* Abrahamum *sororem suam duxisse uxorem contendat, nos, ad alias Geneseos difficultates explanandas properantes, contentiosum funem cum eo non trahemus, ast huic in* Abrahami *excusationem respondebimus, necdum illo tempore, si, quod contenditur, verum esset, tales nuptias lege, scripta nempe, prohibitas fuisse, cum illicitis nuptiis Virum justum operam dedisse, nefas sit suspicari.*

*neque adducetis tum a Lippomano,*

100 *Quod autem ad recentiorum Scripturæ sacræ interpretum Theologorumque auctoritatem attinet, eam non majoris in re historica ponderis esse, quam quidem sint allatæ ab ipsis rationes, notius est, quam ut probari debeat. Illas ergo examinemus. Lippomano judice fol.* 240 *verso Catenæ in Genesim,* Nisi dixerimus, *fuisse Saram* F
*vere sororem* Abrahæ, multas difficultates inextricabiles incidemus, in quibus tam Judæi, quam nostri, laborant plurimum et multa confingere coguntur non admodum verisimilia. *At bona verba, quæso. Quænam illæ tandem sunt* inextricabiles difficultates, *aut quænam illa vero absimilia, quæ oppositæ sententiæ patroni confingere coguntur? Horum saltem unum producere debuisset Lippomanus, quo fidem dictis suis faceret; quod tamen nec ipsum, nec eorum quemquam, qui ipsi consentiunt, præstitisse, video ; imo contra vix ipsi utcumque plausibilem rationem fingere valent, cur Abimelech, si fratres sororibus non uterinis matrimonio tum jungi potuerint, audita, Saram* Abrahæ *sororem esse, illico judicavit, eam uxorem ejus esse non posse; aut, si* Abrahæ *verba, quibus adversarii nituntur, de stricte dicta sorore, ut ut non uterina, intellexerit, quamobrem idem rex non statim ei hæc aut similia responderit : Enimvero singularis tu homo es,* Abraham, *qui timorem Dei in hoc loco, seu apud nos non esse, existimasti,*

*qui*

A *qui ducendo sororem conjugem facere veritus non es, quæ nos attentare, nefas ducimus.*

*tum a Cajetano,*

101 *Neque vero, quod laudatus num.* 95 *Cajetanus ex verbis Thamar, filiæ Davidis,* 2 *Reg.* 13. ỳ. 12 *contendit, nimirum, non modo ante legem Mosaïcam,* quin et ipsa lege *obtineri potuisse, ut frater sororem non uterinam duceret, id probari ullo modo potest, quandoquidem Liber Leviticus cap.* 20 ỳ. 17, *ubi ejusmodi conjugia ex se detestanda mortisque supplicio digna declarantur, contrarium omnino ostendit. Et sane ex hisce Thamaris, ab Amnone fratre opprimi formidantis, verbis*: Noli, frater mi,... facere stultitiam hanc;... quin potius loquere ad regem, et non negabit me tibi, *aliud nihil elici potest, quam hanc, vel inopinata facinoris immanitate perturbatam, nesciisse, quæ diceret; vel si regem, ut vulgo aiunt, omnia posse, nec Leviticı lege teneri censuerit, egregie falsam in eo fuisse; vel denique, si promptiore, præ mulierum vulgo, animi præsentia prædita fuerit, non alia mente verba illa protulisse, quam ut imminens sibi probrum amoveret, dum ille, spe falsa ductus,* B *effrænatæ cupiditatis impetum tantisper cohiberet, aditurus regem, a quo ex legis, ejusmodi connubium prohibentis, præscripto repulsam accepturum esse, noverat. Nequaquam igitur hæc juvant, ut ipsis* Abrahæ *temporibus licitas fuisse fratrem inter et sororem nuptias, demonstretur, nedum ut* Abraham *reipsa sororem suam sibi connubio junxisse, ostendatur; quod tamen Lippomanus et Cajetanus propugnant.*

*etiam in Genesim scribente, tum a Dominico Soto rationibus,*

102 *Porro cum præcipuum ultimi hujus scriptoris adversus nos ratiocinium a laudati supra Smitii argumento quantum ad substantiam non differat, illud hic loci repetere ac refutare necesse non est, ne jam ante num.* 97 *actum agam. Addit quidem laudatus Cajetanus pag.* 87 *in cap.* 20 *Genes.*: Sicut MATRIS nomine (Abraham *Abimelecho loquens*) utitur proprie, ita et PATRIS; *verum aut satis ego video, qua ratione suam hanc assertionem probet, aut cur potius Genes. cap.* 20 ỳ. 12, *quam cap.* 2 *Lucæ* ỳ. 48 *nomen* matris *et* patris *proprie et eodem omnino sensu adhibitum fuisse, dicendum sit. Si potuit Maria S. Josephum ex recepto usu* Jesu patrem *vocare quidni et* Abraham *ex recepto usu Tharam* uxoris suæ patrem *dicere potuit, qui* C *tamen re vera ejus avus erat? Adhæc quonam argumento probabitur, Hebraïcam vocem* Bath, *Latine* filiam, *de qua hic unice quæstio esse debet, non sumi alio prorsus modo, ubi* Abraham *Saram* sui patris filiam *dicit, quam ubi* matris suæ filiam *esse negat? Et vero* Abrahamum *hac voce* Bath *diverso modo cit.* ỳ. *usum fuisse, huncque etiam diversum modum ab Abimelech satis intellectum fuisse, ex iis, quæ supra num.* 100 *diximus, pronum est eruere. Cajetanum hic sequens Dominicus Soto, volensque de suo etiam penu argumentum depromere, quo sanctum Patriarcham nostrum sorori suæ, ut ut non uterinæ, conjugio junctum fuisse, probabilius ostendat, mirum in modum hallucinatur, ita loquens lib.* 1 *de Just. et Jure quæst.* 3, *art.* 8, *fol.* 42 *verso*: FILIA enim PATRIS durum est pro eo usurpare quod NEPTIS AVI MEI.

*quarum postrema vim prorsus nullam habet.*

103 *Quasi vero eorum, qui per τὸ* filia patris mei *cit.* ỳ. 12 *ab* Abrahamo sui patris neptem *designatam fuisse, contendunt, vel unus aliquis tam imperitus fuisset, ut Seniorem Nachorem,* Abrami *avum, cum ejus patre Thara confuderit, ac Saram non proxime ex Arane, sed ex eodem Nachore, hujusve filio, progenitam fuisse, asseruerit. Si autem Dominico Soto durum videtur, orbatam suo patre puellam, avi sui, qui ei loco patris est,* filiam *aliquando dictam apud Hebræos fuisse, non poterit non ei esse durissimum, non raro in Scripturis sacris sub* patris *aut* matris *nomine commemorari, qui tamen eorum, quorum* patres *aut* matres *vocantur avi vel aviæ dumtaxat, imo e majoribus tantum exstiterunt. Durissimum ergo ei sit, Jesum Christum* filium Abraham, *ac* filium David, *et hunc utrumque* Christi patrem *vocari; durissimum rursus ei sit, Elizabetham dici de* filiabus Aaron; *atque, ut e veteri quoque Testamento exempla aliquot producam, durissimum ei sit, Jairem Numerorum cap.* 32 ỳ. 41 filium Manasse *dici, qui hujus abnepos ex matre, teste lib.* 1 *Paralip. cap.* 2 ỳ. 21, *dumtaxat fuit, tum et Baltassarem Danielis cap.* 5 Nabuchodonosoris filium *vocari, qui hujus nepos solum erat, tum denique, Maacham, quæ regis Asa avia fuerat, quæque hunc* E *matris loco educaverat, ut Thare patris loco Saram, hanc, inquam, lib.* 3 *Reg. cap.* 15 *plus semel* matrem Asæ *compellari. Quod si hæc ei dura non videantur, eccur, quæso, adeo ei durum erit,* filiam *Tharæ vocari eam, quæ ejus neptis, seu filii ejus proles erat?*

AUCTORE J. G.

*Imo, licet dissentiat Smitius, connubia fratrum*

104 *Reliquum nunc est, ut num ea, quæ Smitius cit. Prolegomeno pag.* 485 *sub finem producit, ut fratris cum sorore non uterina matrimonium nec vetitum nec irritum fuisse, atque adeo ab* Abramo *iniri potuisse, demonstret re ipsa subsistant, singillatim, ut rei gravitas exigit, examinemus. Verba ejus hæc sunt*: Hujusmodi enim connubia eo tempore apud Hebræos vetita fuisse aut irrita, nulla lege docemur; e contra liquet, antiquitus apud alios populos, recte institutos, ea licita fuisse et permissa. Id de Atheniensibus refert Philo lib. De specialibus legibus. „ Atheniensis Solon „ inquit „ permisit ex eodem patre sorores ducere, ex „ eadem matre vetuit. „ Eumdem morem Phœnicibus tribuit Archilles (*imo Achilles*) Tatius lib. 1. „ Ægyptiis statutum esse, ut præter com- „ munem aliorum hominum morem cum sororı- „ bus matrimonium ineatur, „ testis est Diodorus lib. 1. De Jove sic loquitur Lucianus lib. de Sacrificiis: „ Junonem sororem duxit, idque juxta Assy- „ riorum et Persarum mores. „ Plura apud Clericum, Calmetum et alios *Ita Smitius. Rem modo aggrediamur.* F

*cum sororibus lege naturæ extra summam necessitatem veritu,*

105 *Ac primo quidem non diffiteor, vivente* Abramo, *necdum illam legem scripto latam fuisse, qua, uti Levitici cap.* 20 ỳ. 17 *fit, fratris cum sorore sua conjugium, sive hæc dumtaxat ejusdem patris, diversæ vero matris, sive ejusdem matris, diversi vero patris filia sit,* nefarium, *iniquum et publico mortis supplicio dignum declaratur, severissimeque a Deo prohibetur. At vero, tametsi lex illa corporeis tabulis commissa non exstaret, nihilominus tamen exstabat hominum mentibus inscripta naturalis verecundiæ lex, indecoram omnem vitæ rationem vetans, prohibensque adeo extra inevitabilem propagandi humani generis necessitatem, qualis quidem mundi exordio, at* Abrami *tempore non erat, ne quii ei, quacum tam propinquo strictoque nexu in alterutro saltem parente unitus est, ut quasi idem reputetur, connubiali insuper connectatur*

AUCTORE J. G.

*vinculo.* Si enim, *inquit Augustinus lib.* 15 *de Civit. Dei cap.* 16, iniquum est, aviditate possidendi transgredi limitem agrorum, quanto est iniquius, libidine concumbendi subvertere limitem morum? *Quem nempe ipsa verecundiæ naturalis lex gentiumque recte institutarum consuetudo tam aperte ante oculos statuit, ut etiam impii deorum multorum falsorumque cultores eum agnoscant, et, cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit, sic illud aversentur, quasi numquam licere potuerit. Ita fere ibidem S. Doctor, multo plura erudite disputans, ut ante latam Levitici cap.* 18 *et* 20 *divinam legem fraterna quælibet conjugia illicita, seu nefaria fuisse, probet. Qua de re consulat etiam curiosus lector S. Chrysostomum Homil.* 34 *in Epist.* 1 *ad Corinth. tom.* x *novæ editionis pag.* 315, *S. Thomam in Supplem. q.* 54, *a.* 3, *in Conclusione, et Grotium de Jure belli et pacis lib.* 2, *cap.* 5, *num.* 13.

*ab antiquis sapientibusque scriptoribus, et nominatim a Philone,*

106 *Quod attinet ad citatos supra a Smitio auctores, quorum testimonio apud populos recte institutos id genus conjugia licita fuisse, contendit, lectorem præmonitum velim, eos ad unum omnes, si forte Achilles Tatius, mihi non visus,* B *in obscœnissimo, teste Photio in Biblioth. col.* 206, *abominandoque suo Opere excipiatur, vel eo ipso loco ubi de istiusmodi nuptiis agunt, vel certe in sui Operis decursu eas manifeste improbasse, ac sic comparatos animo fuisse, ut vel eas gentes, apud quas hoc genus conjugia in usu erant, pro corruptis depravatisque in hac re haberent, vel leges, quibus hæc tolerabantur,* perversas *vocarent, vel denique ea ipsa conjugia, veluti illicita et a republica bene constituta maxime aliena, improbarent. Ut id manifestum cuilibet fiat, Philonis libro de Specialibus Legibus, quem primo loco Smitius pro se laudat, integrum textum primo etiam loco, Latine scilicet versum, ob oculos pono. Ita ille, pag. mihi* 601 *et* 602 : Deinceps præcipitur, ne sororem quidem esse ducendam; honestum sane præceptum et aptum continentiæ; quamvis Atheniensis Solon hoc observat in uterinis tantum germanis, eodem patre prognatis relinquit liberum; contra Lacedæmoniorum legislator uterinis non interdicit connubio, sed solis eodem patre genitis; *cujusmodi tamen conjugia, uti mox patebit, etiam Philo improbat. Sed cetera prosequentem audiamus.*

C

*cujus verba recitantur, improbata,*

107 At Ægyptius, *inquit*, ridens utriusque (*Solonis et Lycurgi*) simplicitatem et semiperfecta placita, laxavit libidinem, et auxit in corporibus animisque insanabile malum intemperantiæ, permissa licentia ducendi sorores, sive per alterutrum parentem, sive per utrumque cognatas, majores pariter et minores æqualesve, ne gemellis quidem exceptis, quas natura ipso natali sejunxit, intemperantia vero societate copulavit insociabili et male comparata junctura. *Tum mox subdit Philo, quæ huc maxime faciunt.* Quas leges (*Atheniensium, Lacedæmoniorum et Ægyptiorum*) abominatus Moyses sanctissimus (*imo ipse Deus Moysi legem dictans*) UT ALIENISSIMAS A BENE CONSTITUTA REPUBLICA, et INCITANTES AD OMNEM TURPITUDINEM, modis omnibus prohibuit congressum cum sororibus, sive utrumque sive alterum dumtaxat parentem communem habentibus. Quid enim opus est deturpare pudoris pulchritudinem, et virgines, ne erubescant, assuefacere? Quorsum autem attinet obstare, quo minus affinitates jungantur cum aliis, et intra demesticorum parietum angustias rem honestissimam concludere? *Hactenus Philo, qui et alias adducit rationes, unde fraterna conjugia a recta ratione beneque constituta republica aliena esse, perspicias.* D

*a Diodoro Siculo pro perversis habita,*

108 *Ita quoque censuit Diodorus Siculus, vel ipso, quem laudat Smitius, loco. Nam, etsi Ægyptiis usitatum cum sororibus matrimonium fuisse, scribat, addit tamen pag.* 13, *id fieri* præter communem aliorum hominum morem, *nec magis ejusmodi conjugia rectæ rationi beneque constitutæ reipublicæ consona esse tradit, quam quidem Isidis Osiridisque, unde hæc ortum duxerunt, nefandas nuptias, earumque occasione exortum apud Ægyptios perversum morem, quo plus potestatis et honoris sit penes reginam, quam regem, quoque in tabulis dotalitiis inter privatos imperium feminæ in virum assignetur, hi vero uxoribus per omnia se obtemperaturos esse, profiteri teneantur, uti mox verbotenus fere idem auctor subdit. Ut hisce unum pro pluribus exemplum etiam addam, non magis auctor ille fraterna conjugia sanæ rationi beneque ordinatæ civitati congrua judicat, quam occasione Isidis Orisidisque natum apud Ægyptios morem adorandi bruta animalia, puta feles, canes, lupos aliasque etiam res, quarum nomina prodere pudor vetat. Videat, cui ad id animus est, Diodori narrationem eodem lib.* 1 *pag.* 74, 76 *ac* 70 *et in editione Stephani a pag.* 52, *et hinc dijudicet, an inter gentes honestis moribus imbutas censeri tunc debuerint Ægyptii, atque an ex eorum prava consuetudine et detestata sapientibus licentia fraternas nuptias rectæ rationi conformes, jureque naturæ extra necessitatem licitas esse, sat solide probari queat.* E

*ab ipso Luciano, velut ridicula et impia, rejecta, nec apud Parsas*

109 *Quod vero ad Lucianum, a Smitio quoque laudatum, spectat, scribit quidem ille auctor Sermone de Sacrificiis, fol. mihi* 56 *verso, a Jove complures uxores fuisse ductas, ac* postremo loco Junonem germanam, idque juxta Persarum et Assyriorum institutum; *at vel hoc ipsum Lucianus improbat, idque toto illo Sermone agit, ut, qui de Jove aliisque diis similia credunt, eos non nisi impia ridiculaque de iis credere, luce clarius demonstret. Hunc porro Persarum morem, imo vero abusum, multis seculis* Abramo *juniorem esse, neque ulla seu naturali* F *seu positiva lege fuisse tunc permissum, testis luculentus minimeque hic suspectus est Herodotus in Thalia lib.* 3, *num.* 31 *pag. mihi* 173, *ubi sic loquitur* : Quum antehac Persæ sorores in matrimonium accipere nequaquam consuevissent, Cambyses unius sororum amore captus, cupidusque deinde ducendi illam uxorem, quum propter rei insolentiam laboraret efficere, accersit eos, qui regii judices nominantur : sunt autem delecti e Persis viri, suntque perpetui, nisi delicti alicujus comperti fuerint. Isti apud Persas jus dicunt, et legum patriarum sunt interpretes, et ad eos omnia referuntur. Hos Cambyses percontatur, num qua lex sit, qua sinat volentem cum sorore contrahere matrimonium. Judices et juste et ingenue respondentes, NEGANT ULLAM SE INVENIRE LEGEM, QUÆ SINAT FRATRI NUBERE SOROREM; quamdam tamen invenire legem, qua liceat regi Persarum facere, quidquid libeat. Ita nec legem abrogarunt metu Cambysis : et NE LEGEM TUENTES, ipsi perirent, aliam invenerunt adjutricem ejus, qui sororem in matrimonium ducere vellet.

110 *Profecto*

AUCTORE J. G.

A *antiquitus usitata,*

110 *Profecto si antiquitus ac vel a temporibus* Abrami *apud Persas, aliasve Orientales gentes honestis moribus imbutas, usitata aliquando fuissent ejusmodi fratres inter et sorores conjugia, id certe scivissent Persarum sapientissimi, nec prætermisissent, antiquum Orientalium morem, pro lege, quæ tales nuptias sinit, obtendere, quo sic et regi placerent, mortisque discrimen a se amoverent longius. Tantum igitur abest, ut ex auctorum, quos laudat Smitius, testimonio id, quod contendit, manifestum fiat, ut contra ii ipsimet auctores, quibus addi possent Plutarchus, veteres Romani, aliique bene morati populi, ejusmodi nuptias pro illicitis, ac recte constitutæ hominum societati consuetudinique contrariis, imo et pro impiis Deoque invisis habuerint, uti apud Grotium de Jure belli et pacis lib. 2, cap. 5, num. 13, cujus verba inferius partim transcribam, omnino videre est. Adhæc tametsi, multis post* Abrami *cum Sara conjugium transactis seculis, apud Orientales gentes in usum deductæ fuissent fratrum cum sororibus non uterinis nuptiæ, nihil hinc tamen pro temporibus*

B Abrami *evinci posset. Etenim, si tunc in usu, ut ut rarissimo. Ægyptiis, Chananæis aliisve Orientalibus id genus conjugia fuissent, cur pius prudensque Vir, ut Saram uxorem celet, hocque pacto vitam suam in tuto collocet, eam* sororem *vocavit? An forte Pharaonem, Ægypti regem, et Abimelech, regem Geraræ, tam simplices aut tam obesæ naris homines credidit, ut, quod apud se Chaldæosque usitatum aliquando, nossent, id de se peregrino et advena suspicari non auderent, aut ne olfacere quidem possent?*

*neque respectu Abrahæ verisimilia esse, probantur;*

111 *Imo vero an non ex adverso, si tum temporis licita credebantur, aut usitata quandoque erant fratrum cum sororibus qualibuscumque connubia, omnino anceps et sibi prorsus periculosum tutandæ vitæ consilium inisset* Abraham, *vocando Saram* Sororem, *quæ ex usu gentis una uxor esse potuisset, quamque adeo, cum ejus amoribus accensos principes, minime rudes in conjiciendis investigandisque ejusmodi rebus fore, animo præsumeret, vel ipso adventus sui die primo daturam raptui suæque neci occasionem esse, ignorare minime poterat? Quid? Quod,*

C *tantisper dato, jam tum vivente* Abramo *apud Orientales initas quandoque fuisse inter fratrem et sororem non uterinam nuptias, non propterea tamen consequens fieret, ut* Abramus, *vir sanctissimus, ejusmodi nuptias etiam contraxerit, quæ post propagatum genus humanum, non tunc primum, cum Levitici cap.* 20 *lex data est, illicitæ factæ sunt, sed generatim extra humani generis propagandi extremam necessitatem illicitæ, imo nefariæ et iniquæ eadem lege declarantur, uti et Levitici cap.* 18, *ubi a ℣.* 25 *tum hujuscemodi conjugia, ℣.* 9 *et* XI *memorata, tum alii incesti istiusmodi concubitus inter scelera,* abominationes *et* execrationes *a Deo recensentur.*

*ipsequeGrotius, quem pro se Smitus, sed abs re, laudavit,*

112 *Audiri ea de re meretur laudatus supra Hugo Grotius, ac vel idcirco etiam, ut dispiciat lector, an eum Smitius cit. num.* 120 *suæ sententiæ patronum jure merito fecerit, Ita loquitur Vir eruditissimus cit. lib.* 2 *de Jure belli et pacis cap.* 5, *num.* 13, *pag. mihi* 133 : Hebræi veteres, non spernendi hac in parte juris divini interpretes, et, qui omnia eorum legit summoque judicio digessit, Moses Maimonides, aiunt, earum legum, quæ capite Leviti-

ci XVIII de matrimoniis (*adi in rem nostram v.* 9 *et ℣.* XI) sunt proditæ, causas esse duas : priorem naturalem quamdam verecundiam, quæ non sinat ortus auctores cum sua sobole, aut in se ipsis, aut etiam per personas sanguine aut nuptiali sanguinis commixtione proxime cohærentes misceri : alteram vero ne quarumdam personarum convictus, nimis quotidianus atque inobservatus, stupris et adulteriis occasionem daret, si amores tales nuptiis possent conglutinari. *Atqui has duas causas nemo non videt etiam inter fratrem et sororem non uterinam quammaxime locum habere; consectarium itaque fit, ut vel* Abramus *non duxerit sororem stricte dictam, vel, si duxerit, ut contra naturæ legem egerit, quod nullus certe aut Christianus aut Judæus admittet*

*sententia nostra, adductis variis argumentis,*

113 *Sed Grotium erudite disserentem prosequamur :* Has autem leges *(de quibus proxime egerat)* et NE FRATRES SORORIBUS MISCERENTUR censent datas Hebræi simul cum lege de Deo colendo, jure dicendo, non fundendo sanguine, non colendis diis falsis, non rapienda re aliena : sed ita ut leges conjugales vim suam non exsererent, nisi post multiplicatum jam satis E humanum genus, quod ipso initio sine fratrum et sororum nuptiis contingere nequivit. Neque referre putant, quod id a Mose suo loco narratum non sit : quia satis habuit, hoc in lege ipsa tacite indicasse, cum gentes extraneas eo nomine damnat. *Dein paulo post hæc Michaelis Ephesii ad quintum Nicomachiorum de fratrum sororumque connubio verba transcribit :* Fratrem cum sorore concumbere, ab initio res media erat : at, *(cessante nimirum necessitate)* lege adversus tales concubitus posita, jam multum refert, observetur lex, necne. *Tum ita pergit Grotius :* Diodorus Siculus *(idem ille, de quo num.* 108 *egimus)* vocat κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων COMMUNEM HOMIMUM MOREM, ne fratres sororibus jungantur, a quo Ægyptios eximit, Dion Prusæensis barbaros. Seneca scripserat : „ Matri- „ monia deorum jungimus et NE PIE QUIDEM, fra- „ trum scilicet et sororum. „ Plato de Legibus octavo talia conjugia vocat μηδαμῶς ὅσια, καὶ θεομισῆ MINIME PIA, SED DEO INVISA.

*quamplurimum patrocinatus est.*

114 Quæ omnia, *inquit*, ostendunt veterem famam de lege divina adversus id genus conjugia, unde et vocem NEFAS de talibus usurpari F videmus. OMNES autem FRATRES et SORORES comprehendi lex ipsa indicat, tam AGNATOS quam COGNATOS ejus gradus, sive foris sive domi natos atque educatos comprehendens. *Hactenus Grotius, qui cum veterum Hebræorum sententiam approbet, non tantum quorumcumque fratrum cum quibuscumque sororibus conjugia naturali verecundiæ lege ac recta ratione prohibita, sed et antediluviano tempore, non urgente amplius propagandi humani generis necessitate, ac postdiluviano item Levitici cap.* 18 *divina lege velita, seu potius, illicita solenni ritu declarata, censuisse, dicendus est, contra tamen ac Smitius cit. Proleg. sui num.* 20 *contendit. Atque hæc jam disputata sufficiant, tum ut ne* Abramus *sui patris filiam stricte dictam, seu veram sororem sibi conjugem sumpsisse, certo credatur, tum ut id genus conjugia, etiam* Abrami *temporibus, pro illicitis habita fuisse, manifestum fiat.*

§ VII.

AUCTORE J. G.

## § VII. Abrami uxor probabilius fratris ejus, Arani nempe, filia fuit. Inquiritur, an Abramus cum Arano a Chaldæis in ignem conjectus, indeque prodigiose eductus fuerit.

*Abrami uxorem fuisse filiam fratris ejus,*

Tametsi, *ut jam ostendimus, eo tempore, quo* Abramus *in vivis erat, imo et multo ante, diversi sexus liberos, iisdem parentibus, aut ex alterutro dumtaxat natos, conjugio necti, non licebat; fratrum tamen aliorumque longinquioris gradus consanguineorum liberos nulla lege, nulla potestate prohibita consuetudo nectebat, prout S. Augustinus lib.* 22 *contra Faustum Manichæum cap.* 35, *tom.* 8 *editionis anni* B 1694, *col.* 382 *verbotenus fere tradit, omnesque eruditi consentiunt. Potuit ergo* Abramus *sine ulla noxa sui fratris filiam, vel aliam quamcumque ejusdem gradus feminam uxorem ducere. Ast num revera Sarai, quam* Abramus *sibi uxorem adscivit, sui fratris, et Arani quidem, filia fuerit, haud parum, ut ante monui, inter eruditos controvertitur. Probabilior tamen mihi videtur sententia affirmans, utpote quæ Scripturæ sacræ conformior est et veterum scriptorum testimoniis firmius stabilita. Ac primo quidem, licet Moyses cap.* XI *Genes. diserte non ediderit, Sancti nostri uxorem ejus fratris filiam fuisse: id tamen nuspiam negat, neque quidquam suppeditat, unde hæc fratris* Abrami *proles fuisse merito negetur. Imo potius, dum cit. cap.* ỳ. 29 Abramum *et Nachorem uxores duxisse, narrat, moxque, Nachorem sui fratris Arani filiam sumpsisse, subdit,* Abramum *quoque, cujus conjugium illic commemorat, sui fratris filiam itidem duxisse, insinuare videtur. Verba sacra, quæ huc spectant, audi ex Genes. cap.* XI. ỳ. 27 : Thare genuit Abram, Nachor, et Aran. Porro Aran genuit Lot. *Et* ỳ. 29 : Duxerunt autem Abram et C Nachor uxores : nomen uxoris Abram Sarai : et nomen uxoris Nachor, Melcha, filia Aran, patris Melchæ et patris Jeschæ.

*nomine Arani, innuit Moyses,*

116 *Adhæc cum Sarai procul omni dubio Mariti sui consanguinea fuerit, ac talis quidem, ut ex recepto tunc more* Sororis *nomine compellari posset, consectarium fit, ut, cum ex dictis vera ejus soror non fuerit, vel alterutrius* Abrami *fratris, vel ignoti cujuspiam consanguinei ejus proles fuisse, adstruatur. Itaque, cum postremum hoc veri speciem non habeat, ac ne levissima quidem auctoritate nitatur, residuum nihil est, quam ut Sarai vel Nachoris, vel Arani filia dicatur; ac proin, cum itidem verisimile non sit, uxorem* Abræ *fuisse Nachoris,* Abrami *fratris, filiam, nihil demum restat, quam ut alterius ejus fratris, Aranis nempe, filia statuatur. Et vero, cum Moyses Genes. cap.* XI, ỳ. 29 *ita loquatur :* Duxerunt autem Abram et Nachor uxores, *haud abs re hinc colligitur, non prius Nachorem, quam* Abramum, *fuisse conjugio nexum, ac proin Sanctum nostrum Nachoris filiam uxorem ducere nequiisse. Contra vero, dum non tantum* ỳ. 27 *ex Arano,* Abrami *fratre, Lotum fuisse antea genitum, sed et* ỳ. 29 *duas filias itidem progenitas scribit, quarum una, nomine* D *Melcha, Nachori nupsit; nihil sane obest, quo minus* Abrami *uxor etiam proles Arani fuerit, ut contra nihil non suadeat, tam hanc Arani filiam suo patruo* Abramo, *quam alteram, nomine Melcham, suo patruo Nachori, connubio fuisse junctam.*

*affirmat Fl. Josephus,*

117 *Ut autem liqueat, quam antiqua, quamque recepta istæc sit sententia, nonnulla veterum testimonia in medium producere visum est. Ac primo quidem Fl. Josephus, plus semel supra laudatus, qui sine gravi in contrarium ratione, nec ignorantiæ, nec fictionis, nec mendacii arguendus est, lib.* 1 *Antiquitatum suæ gentis cap.* 7 *sub finem in hunc modum scribit :* Abrahamus autem fratres habuit Nachorem et Aranem. Ex his Aranes, relicto filio Loto, et filiabus Sara et Melcha, in regione Chaldæorum est mortuus in urbe, quæ URA CHALDÆORUM vocatur, et sepulchrum ejus nunc usque ostenditur : neptes vero ex fratre duxerunt conjuges, Melcham Nachores, Saram Abrahamus; *et cap.* 8 : Abrahamus vero Lotum, Aranis fratris sui filium, SARÆ CONJUGIS SUÆ FRATREM, adoptavit, quod germano careret; E *ac denique cap.* 12 *de* Abrahæ *facto, cap.* 20 *Genes. relato, mentionem faciens, ita habet :* Hæc locuto *(Abimelecho)* Abrahamus nec omnino fictam consanguinitatem aiebat : esse enim *(Saram)* FRATRIS FILIAM, *nimirum Aranis, ut supra cap.* 7 *aperte edixit.*

*tradit S. Augustinus,*

118 *Josepho consentit S. Augustinus lib.* 16 *de Civitate Dei cap.* 19 *ita scribens :* Deinde ædificato ibi *(in Sichem)* altari, et invocato Deo, Abraham profectus est inde, et habitavit in eremo, atque inde ire in Ægyptum famis necessitate compulsus est. Ubi uxorem suam dixit SORÓREM, nihil mentitus. Erat enim et hoc, quia propinqua erat sanguine : sicut etiam Lot EADEM PROPINQUITATE, cum fratris ejus esset filius, frater ejus est dictus. *Censuit itaque sanctus Doctor, quemadmodum Lot* frater Abrahæ *dictus fuit,* Abraham *ejus esset patruus, ita et Saram* Abrahæ sororem *dictam fuisse, cum pariter ejus patruus esset sanctus Patriarcha, eaque illius dumtaxat propinqua, seu fratris filia esset. Ex quibus, quod hic obiter monuisse juverit, cuilibet haud difficile erit intelligere, in quam alienum a mente S. Augustini sensum Calmetus in Genesim pag.* 447 *quædam verba* F *ejus detorserit, quibus nempe sanctus Doctor contra Faustum disputans ait, justum esse, ut in ea re, quam noverat* Abraham, *nos autem non novimus, Patriarchæ potius credamus loquenti, quod scil., nempe Saram sibi ex patre consanguineam, seu more Hebraïco sororem esse, quam Manichæo criminanti, quod nescit, ac contendenti, Saram non fuisse* Abrahamo *consanguineam, ac proin hunc fuisse mentitum. Ubi sane, ut verba ejus cit. tomo* 8 *col.* 382 *expendenti patebit, ne verbo uno indicat, se credere, fuisse Saram* Abrami *sororem stricte dictam, idque ab* Abramo *aperte significatum fuisse.*

*insinuatque S. Chrysostomus;*

119 *Neque S. Augustinus tantum, sed et, tametsi aliter quidam existimant, in nostram sententiam pariter ivit S. Chrysostomus Hom.* 45 *in Genes., dum exponens illa verba* Soror mea est ex patre *etc ita scribit tom.* 4 *novæ edit. pag.* 462 : Quia *(Saram)* eumdem patrem vocat, inquit *(Abraham)* quem et ego, ideo et Sororem ipsam vocavi, ne igitur condemnetis me; *nimirum non quia Sara naturalis filia Tharæ erat, sed quia eum Hebraïco more, mortuo præsertim patre*

A *patre Arano, nomine* patris *compellabat, ideo et suæ gentis more* Abramus *ipsam vocavit* sororem; *neque sic mendacium ab eo dictum fuit, nec adeo mendacii condemnandus* Abraham. *Quæ Chrysostomi opinio recensitæ S. Augustini sententiæ omnino congruit. Nec est sane, cur propterea, quod Moyses de Sarai, jam* Abramo *nupta, loquens, hanc non appellarit* filiam Aranis, *sed tantum* nurum Thare, uxoremque Abrahæ *dixerit, hanc idcirco Aranis filiam fuisse, negemus; nam, si quid roboris hoc argumentum habet, id certe contra adversarios nostros potius, quam contra nos habere debet; cum simili ratione adversus eos reponi a nobis possit, Saram non fuisse filiam Tharæ, quandoquidem, si talis fuisset, propter majorem, quæ avum inter et neptem, quam inter socerum et nurum, intercedit necessitudo sanguinisque connexio, Saram potius* filiam *aut* neptem Tharæ, *quam ejus* nurum *appellasset. Sed de hoc satis.*

*imo, cum communius credatur Sara diversa non esse a Jescha,*

120 *Dispiciamus modo, an non et alia ratione* Abrami *uxorem Arani filiam probabilius fuisse, ostendi queat. Si Jescha, teste Moyse Genes. cap.* XI, ℣ 29, *Arani filia, binominis fuerit, eademque, quæ Sarai; necesse omnino fiet,*

B *ut* Abrami *conjux ex Arano genita fuerit. Cum ergo non modo Hebræorum in Seder-Olam, S. Ephræm Syri in Genesim tom.* I *Operum pag.* 156, *S. Hieronymi lib. Quæst. Hebraïcarum in cap.* XI *Genes., S. Augustini de Civitate Dei lib.* 16. *cap.* 12, *aliorumque eruditorum auctoritate, sed solidis etiam rationibus probabilius omnino sit, memoratam Jescham binominem eamdemque cum Sarai fuisse; consequens est, ut et* Abrami *conjugem Aranis filiam fuisse, probabilius quoque fiat. Audi pro ceteris S. Hieronymum et S. Augustinum, quorum ille cit. loco ita loquitur:* Aran filius Thare, frater Abraham et Nachor, duas filias genuit, Melcham, et Sarai cognomento Jescan, δυώνυμον; e quibus Melcham accepit uxorem Nachor, et Sarai Abraham; *Augustinus vero citato pariter loco in hunc modum:* Iste Aran pater Melchæ fuit et pater Jescæ, quæ Jesca creditur ipsa esse etiam Sara, uxor Abrahæ. *Et sane non absre creditam fuisse eamdem, nonnullæ rationes suadent. Quorsum enim Moyses, qui vel virorum, ex quibus linea recta originem non traxit Hebraïcus populus, genealogiam ipsumque eorum nomen silentio præterire solet, tam disertam, uti cit.* ℣ 29 *facit, hujus*

C *mulieris mentionem in ejusdem populi genealogica descriptione ingessisset, nisi ex illa Israeliticus populus maternam traxisset originem? Proinde cum Jescha hæc nec Tharæ, nec Nachoris, nedum Aranis uxor fuerit, uti omnes fatentur, consequens fit, ut, si ad maternam, uti vix dubitari potest, Israelitici populi genealogiam spectet,* Abramo, *qui ex tribus Tharæ liberis solus superest, matrimonio juncta fuerit, atque adeo, cum Aran duas duntaxat filias unumque filium habuisse legatur, ut Jescha illa eadem sit cum Sarai,* Abrami *uxore.*

*Arani filia, uti etiam Moyses innuisse ostenditur,*

121 *Adhæc, si tantisper ponamus, diversam a Sarai esse Jescham, quid, quæso, causæ excogitabimus, cur Moyses potius Jeschæ, ignotæ cæteroqui mulieris, nihilque ex adversariorum sententia ad sui populi stirpem attinentis, genus proavosque sollicite descripserit, quam uno saltem verbo indicarit stirpem genusve Saræ, personæ longe dignioris, quæ non minus, quam* Abraham, *Israelitici populi vera parens erat? Quodsi ex adverso Jescham illam eamdem cum Sara faciamus, evanescit ultro difficultas illa, proditque se statim ratio, cur Moyses Jeschæ avum, patrem, patruosque tam sollicite recensuerit, ac denique cur non minori diligentia diversa, quæ diverso tempore Sara gesserit, nomina posterorum memoriæ commendarit, nimirum apud id dignitas matris electi a Deo populi exigeret, quodque non parum Israeliticæ gentis interesset, tam matris suæ, quam Patris sui hujusque nepotis Jacob diversa nomina comperta habere. Quapropter eam Moyses primo sub* Jeschæ *nomine Genes. cap.* XI, ℣ 29 *designarit, quod a tenera ætate pulchritudine fuisset* conspicua, *uti Hebræi* Jeschæ *etymon exponunt, et Genes. cap.* 12 ℣ XI, 12 *et* 14 *consonat; ac dein ejus, jam* Abramo *nuptæ, nomen* Sarai, *Latine* princeps mea ℣ 30 *expresserit, quod ipsa domus* Abræ *mater-familias esset; tum denique inditum ei Dei jussu nomen* Sara *seu absolute* princeps, *quod nempe omnium gentium futura princeps esset, cap.* 17 ℣ 15 *ac sæpe alibi celebraverit. Ut ut hæc habeant, equidem si Hebraïcum* Jeschæ *etymon spectetur, hocque nomen Hebræorum more ex ipsa re puellæ inditum credatur, nulli ex Tharæ posteris mulieri aptius, quam Saræ, speciosissimæ feminæ, attribui potest.*

E *probabilior saltem haberi debet sententia nostra, quam quidem opposita.*

122 *Ex his dijudicet æquus lector, an sententia nostra, quæ* Abramum *sui fratris Arani filiam, usitato tunc, uti ex Nachoris cum Melcha conjugio patet, apud Hebræos more, uxorem duxisse, atque adeo eamdem cum Sarai Jescham esse, statuit, non sit adversariorum, Saram* Abrami *veram sororem facientium, opinione probabilior, quodque ex his consectarium est, an non etiam ex hoc capite multo verisimilius fiat,* Abramum *non fuisse filiorum Tharæ primogenitum, nec anno patris sui septuagesimo natum, quandoquidem si Aran eo junior statuatur, necesse fit, ut idem ille Aran, nondum decennis puer' filiam suam, utpote* Abramo *decennio tantum juniorem, genuisse itidem statuatur; quod nemo sane sibi in animum inducet. Sed de* Abrami *in Chaldæa natalibus conjugioque jam nunc dicta superiusque disputata sufficiant. Reliquum nunc est, ut, priusquam Virum sanctum e terra sua in alienam Dei jussu proficiscentem prosequimur, quæstionem quoque illam tractemus, quæ ex Genes. cap.* XI, ℣ 28, *ubi tamen expressa* Abrami *mentio non fit, suam traxit originem.*

F *Abramum cum Arano fratre igni traditum a Chaldæis*

123 *In eo scilicet controversiæ totius cardo vertitur, num* Abramus *cum Arano, quod ignem more Chaldæorum adorare noluerit, conjectus abs illis fuerit in ignem, indeque salvus et incolumis divino beneficio ereptus. Prodigii hujus adstruendi ansam præbuit diversa citati mox versus lectio, cum pro eo, quod legitur in Vulgata:* Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum in terra nativitatis suæ in Ur Chaldæorum, *in Hebræo habeatur:* In Ur Chesdim, *quod per τὸ* In igne *seu* In incendio Chaldæorum, *uti Hieronymus Lib. Quæst. Hebraïc. in Genes. col.* 517 *scribit, verti etiam potest. Accessit orta ex hujusce lectionis occasione Hebræorum traditio, eodem Hieronymo teste col.* 518, *ita ferens, ut* egressus sit Thara cum filiis suis de igne Chaldæorum, etc... Abram Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei sit auxilio liberatus, *cum tamen Aran,* Abrami *frater,* ignem *pariter* nolens adorare, igne consumptus sit, *uti col.* 517 *ex Hebræorum narratione, quam S. Hieronymus non improbasse dici posset, verbotenus ferme refertur. Hisce alia a nonnullis*

AUCTORE J. G.

AUCTORE J. G.

*nullis, ut narrationi huic fides concilietur, argumenta adjiciuntur, quæ suum inferius locum invenient.*

*solumque inde divinitus liberatum fuisse,*

124 *Verumtamen ea mihi sedet sententia, Hebraïcam illam relationem, ut ut primo fronte vario firmata præsidio videatur, neutiquam pro vera admittendam esse. Etenim, uti Salianus in Annalibus Eccles. veteris Testamenti ad annum mundi* 2086 *num.* 3 *bene advertit,* minime probabile est, in utroque fratre (Abramo *nempe et Arane*) tantum fuisse fidei et charitatis in Deum, ut pro ipso ambo in ignem se mitti permitterent, et tamen eorum alterum (*ut illa narratio adstruit*) Deus in igne perire pateretur in gravissimum piorum atque impiorum scandalum. *Adhæc, cum, uti laudatus auctor ibidem etiam observat, Rerum Judaïcarum scriptor Josephus, nimirum lib.* 1 *Antiquit. cap.* 7, *Aranem in urbe, quæ* Ura Chaldæorum *vocatur, mortuum esse, ejusque sepulcrum ad suum usque tempus ostensum fuisse, testetur, nec quidquam tamen memoret, unde eum incendio exustum, aut violento modo occisum fuisse, conjicias, ut contra naturali morte ante patrem suum obiisse, insi-*
B *nuet; quis non videt, illam Hebræorum narrationem, si tamen jam tunc sparsa fuit, eruditis receptam non fuisse, nec majori in pretio fuisse habitam, quam populares quaslibet narratiunculas, quas eruditi historiographi ne levi quidem mentione dignantur.*

*haud satis ostenditur ex cap.* XI *Genes.;*

125 *Nec est, cur factum illud a Moyse cap.* XI *Genes.* ℣. 28 *aut* ℣. 31 *indicatum satis fuisse, dicatur, ac proin ejus testimonio satis esse stabilitum; quippe, licet hæ voces Hebraïcæ* Ur Chesdim, *si seorsum spectentur, tam* Ignem Chaldæorum, *quam* Uram, Chaldæorum urbem, *denotare ex sese queant; tamen in eis, de quibus agitur, Geneseos versibus tam manifeste proprium Chaldæorum urbis nomen, quam vox subsequens* Chanaan *regionem Syriæ, et vox* Haran, *Mesopotamiæ urbem, designat. Et vero nisi quis vocem* Chanaan *appellative, ut vocant, exponere per* negotiatorem *aut* humilem, *vocemque* Haran *seu* Charran *per* foramina *vel* iram, *uti appellative sumpta apud Hebræos sonant, interpretari itidem hoc loco malit; quod profecto perquam esset ridiculum, necesse is habet, ut tam*
C Ur Chesdim, *quam* Chanaan, *et* Haran *propria locorum nomina esse, fateatur. Adhæc, si* Ur Chesdim *seu* Ur Chaldæorum, *contra ac Josue cap. 24, septuaginta Interpretes, Josephus aliique hoc exponunt, citato Genes.* ℣ 31, *non pro Chaldææ, aut Mesopotamiæ, latiori sensu acceptæ, loco, sed pro* Igne *aut* incendio, *uti adversarii volunt, accipiendum sit, eccur, obsecro,* Abramo *in Chaldæorum* ignem *aut* incendium *projecto non binos addunt comites, Lotum nempe et Sarai, quos æque ac* Abramum, *de* Ur Chesdim *Thara eduxisse eodem* ℣ 31 *legitur?*

*cum illic per Ur Chaldæorum non ignis supplicium, sed regio designetur,*

126 *Quod si nec Lot, nec Sarai, eorum judicio, in Chaldæorum ignem injecti fuerint, cur ex eo versu* Abramum *in Chaldæorum ignem injectum adstruunt? Dicamus potius, quod res est. Cum Moyses cit.* ℣ *ita loquitur*: Tulit itaque Thare Abram filium suum, et Lot filium Aran, filium filii sui, et Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui, et eduxit eos de Ur Chaldæorum (*Hebraïce* Ur Chesdim) ut irent in terram Chanaan, veneruntque usque Haran et habitaverunt ibi, *tantum abest, ut singulare aliquod Dei omnipotentis prodigium strenuumve Famuli Dei pro fide certamen enarrare volue-*
D *rit, ut ex adverso solos assignaverit terminos, unde et quo sese Thara cum familiæ suæ parte longe maxima contulerit, quod ad intelligendam vocationis* Abrami *historiam scitu necessarium erat. Argumento huic alia quoque, quæ in rem nostram Pererius in Genesim lib.* 16, *Disput.* 15 *scite congessit, hoc loco adjungere vel idcirco non abs re erit, quod ratiocinationis, a nobis supra adhibitæ, eo major vis sit, quo plures adducuntur scriptores, qui, si revera* Abram *conjectus religionis causa in ignem, indeque divinitus extractus fuisset, illud opportuno loco, ubi nempe de præstantia fidei* Abrahæ *agunt, commemorare non neglexissent, cum tamen, uti jam mox patebit, altissimum ubique de eo servarint silentium.*

*ac de pretenso prodigio siluerint sacri scriptores,*

127 *Ita igitur citata Disputatione Pererius*: Auctor quoque libri Ecclesiastici *cap.* 45 laudes Abrahæ prædicans, hoc factum ejus *(de quo hic quæstio est)* summa dignum prædicatione, non prætermisisset. Nec vero B. Paulus id reticuisset in Epistola ad Hebræos cap. XI, ubi magnis laudibus effert magnitudinem et devotionem fidei Abrahæ, quod divinis jussis obtemperans, derelicto natali solo, in extraneam sibi atque ignotam venisset terram Chanaan: quod
E contra spem in spem credens ex sterili uxore præter omnem naturæ cursum et ordinem filium procreasset: quod denique, Deo filii cædem imperante, immolare eum paratissimus fuerit. Cum igitur, si Abram propter unius veri Dei confessionem et prædicationem vivus flammis uri non recusasset, in hoc maxime ejus præstantia fidei enituisset, non id profecto Paulus in præteritis dereliquisset, sed, ut maxima dignum admiratione et commendatione, ante omnia celebrasset. Quid? Quod Josephus in primo libro Antiquitatum, quæ insignia erant ad laudem Abrahæ, non tantum ex sacris, verum etiam profanis scriptoribus carpens et colligens, nullum de hoc Abrahæ facto verbum fecit. Nam neque vir rerum Judaïcarum peritissimus istud ignorasse credendus est; nec, si non ignoravit, (cum esset in primis memorandum) prætermittere voluisse. Philo quoque nullam hujus rei mentionem fecit, qui tamen duos libros de Abraham edidit, virtutes et facta ejus diligenter exponens.

*ipseque, contra ac contendunt adversarii, liber* 2 *Esdræ,*

128 *At erit forte, qui reponat, insigne illud, quo de hic agitur, prodigium indicatum satis ab Esdra fuisse Lib.* 2, *cap.* 9, *ubi Levitas quosdam ita Deum orantes* ℣. 7. *inducit*: Tu ipse, F
Domine Deus, qui elegisti Abram et eduxisti eum DE IGNE CHALDÆORUM *etc. Verum respondeo, cum in cit.* ℣. 7 *primævo textu legatur* Ur Chesdim *quod S. Stephanus, Spiritu Sancto plenus, Act.* 7 *non de* Chaldæorum igne, *sed de* terra Chaldæorum *interpretatus est, quodque* 70 *Interpretes* de regione Chaldæorum, *Græce* ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων, *Josephus vero lib.* 1 *Antiq. cap.* 7 *de urbe Chaldæorum; nomine* Ur, *intellexerunt, horum potius versioni, quam levitarum illorum opinioni* (*si tamen hæc opinio adscribi eis possit*) *inhærendum esse, quandoquidem illorum multo major, quam quorumdam Levitarum, auctoritas est. Dixi jam nunc*: Si tamen hæc opinio adscribi eis possit, *propterea quod, dato etiam,* τὸ Ur Chesdim *appellative, ut aiunt, adhibitum ab illis fuisse, quod tamen neutiquam admittendum videtur, non idcirco magis hinc consectarium fieret, ut Levitæ illi* Abramum *in ignem conjectum, indeque singulari prodigio salvum et incolumem eductum fuisse, crediderint*

129

A *cujus verba aliter, quam de ignis supplicio, exponi possunt*

129 *Nam, ut laudatus Pererius in cap.* XI *Genes. pag. mihi* 423 *bene advertit, persæpe in sacris Litteris* Ignis *ponitur pro* tribulatione, *ut in Psalmis:* Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas: *et alio loco*: Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium; *et apud Hieremiam in Lamentationibus cap.* 1: De excelso misit ignem suum in ossibus meis et erudivit me. *Hoc ergo sensu* Abramus, *ob veri Dei cultum a Chaldæis gravem passus persecutionem, eamque ob causam divinitus a Chaldæa evocatus, de* Igne Chaldæorum *eductus fuisse dici a Levitis illis vere potuit, tametsi a Chaldæis in ardentem rogum non fuerit conjectus indeque extractus, non sine summo prodigio, uti adversarii contendunt. Atque hæc quidem jam data orationis Levitarum expositio et pugnantes in speciem Vulgatæ nostræ textus conciliat, et iis, quæ Josephus lib.* 1 *Antiq. cap.* 7, *ac S Augustinus lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 13 *de illata à Chaldæis domui Tharæ persecutione perhibuerunt, non modo non contraria est, ut potius iis lucem non exiguam superaddat. Deinde ita etiam illa Levitarum verba, appellative,*

B *ut volunt, sumpta, exponi possunt, ut per* Ignem Chaldæorum, *unde eductus fuerit* Abramus, *ipsa Chaldæorum idololatria (ab iis enim ignis pro Deo colebatur) designata fuerit, sitque adeo eorum sensus, fuisse* Abramum, *Deo duce, e medio idololatriæ Chaldæorum in terram aliam, ei aliquando concedendam, eductum, quod inter singularia Dei beneficia, suis patribus collata, merito recensere Levitæ potuerunt.*

*Neque jactatum illud prodigium cap.*15 *Gen.*

130 *Nunc argumentum aliud, quod ex hisce verbis:* Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum, *adversarii nostri deducunt, in examen vocemus. Præfatis hisce Genes. cap.* 15 *v.* 7 *divinis ad* Abramum *verbis voluit Deus, inquiunt illi, significare, translationem illam* Abræ *ex Ur Chaldæorum fuisse in primis mirabilem, ac summi beneficii loco habendam: cum vero, aiunt iidem, eduxisse illum ex terra Chaldæorum in terram Chanaan, non admodum mirabile nec adeo insigne beneficium sit; consequens*

C *esse, arguunt, ut verbis illis non aliud beneficium singulare, quam quo divinitus ex incendio Chaldæorum eductus fuerit, significatum a Deo sit. Verum, uti Pererius supra laudatus rectissime rursus advertit cit. Disput.* 15, *num.* 239. *pag.* 423 *alia profecto est, quam quidem adversarii volunt, verborum Dei sententia.* Nam, *inquit*, ut excitaret atque firmaret Deus in animo Abrahæ fidem fiduciamque ejus promissionis, quam tunc ei dabat de innumerabili multiplicatione posteritatis ejus, et de possessione terræ Chanaan, in qua tunc Abraham versabatur, renovare voluit in eo memoriam ejus promissionis, cum jussit proficisci eum ex Mesopotamia in terram Chanaan. Sic enim ei locutus est, ut narrat Moses cap. 12: «Egredere de terra tua et de cognatio-«ne tua et de domo patris tui, et veni in terram, «quam monstravero tibi: faciamque te in gentem «magnam, et benedicam tibi, et magnificabo «nomen tuum, erisque benedictus: Benedicam «benedicentibus tibi: maledicam maledicentibus «tibi, atque in te benedicentur universæ cogna-«tiones terræ.» Hæc Deus tunc dixit, et promisit Abrahæ.

131 Hujus igitur primæ Dei promissionis commemoratione voluit ipse firmare animum Abrahæ, ut sine ulla dubitatione fore crederet ac speraret quod ei promittebat. Ergo sententia illorum Dei verborum hæc est: Ego, qui nunc tibi promitto possessionem terræ Chanaan et multiplicationem posteritatis, sum ille ipse Deus, qui te ex ex Mesopotamia *(nempe latius dicta)* transmigrare jussi in terram Chanaan, et hæc tibi tam magnifica promissa tunc primum dedi, ut omnino certus esse debeas de hujusmodi promissis sæpius a me datis atque confirmatis. *Neve hæc Pererii expositio aut omnino nova gratisve excogitata dici queat, lubet S. Joannem Chrysostomum Homilia* 37 *in Genesim tom.* 4 *Operum col.* 373 *de iisdem Dei verbis disserentem sistere.* Vide, *inquit*, quomodo Deus *(dicens ad* Abraham: Ego sum Deus, qui eduxi te *etc)* se humanæ infirmitati attemperet, quomodo fidem illius corroborare velit, eique persuadere, ut de iis, quæ promissa fuerant, minime dubitet: quasi diceret: Memor esto, me a domo tua te evocavisse. Certe, quæ a Domino dicuntur, consona sunt beati Stephani dictis, qui et de domo et de Chaldæa Domini præcepto evocatum eum dicit, *non vero, ut volunt adversarii, eductum divinitus de igne, in quem conjectus fuisset.*

AUCTORE J. G. *indicatum fuit, prout recitato Pererii argumento*

E *et auctoritate S. Joannis Chrysostomi ostenditur;*

132 *Et post pauca ita pergit sanctus Chrysostomus*: Itaque in mentem ei revocat *(Deus)* hoc loco, quantam ab initio ejus curam gesserit, declarans ei, se, ut eum ad magna proveheret, et tot illi bona polliceretur et impleret, tantum itineris conficere jussisse. «Ego sum Deus, «qui eduxi te de regione Chaldæorum, ut da-«rem tibi terram hanc, ut in hereditatem possi-«deres eam.» Num te absque causa illinc evocavi? Num frustra et in vanum te illinc eduxi? Propterea ego præcepi, ut te in Palæstinam conferres et relicta paterna domo venires in terram hanc, ut in hereditatem eam possideres. Cogitans igitur quanta fruaris mea providentia, EX EO TEMPORE, QUO CHALDÆAM RELIQUISTI,... et quomodo clarus sic ac per meum subsidium et curam quotidie clarior evadas, dictis meis confide. *Hactènus S. Chrysostomus, qui dum eo præsertim tempore, quo Chaldæam* Abramus *jam reliquerat, supremi Numinis providam curam in eo eluxisse asserit, nulla prorsus de ignis supplicio, unde antea divinitus ereptus fuisset, ingesta mentione, vel sic etiam perspicue indicat, factum illud ab Hebræis aliquot jactatum, sibi alienum a vero* F *videri, nec alium verborum Dei cap.* 15 *Genes. sensum esse, quam qui supra a nobis ex Pererio relatus fuit.*

*nec denique ex dato Abrahæ Martyris titulo,*

133 *Nec favet adversariis Chrysostomus Oratione* 8 *adversus Judæos tom.* 1 *operum novæ editionis pag.* 686, *ubi* Abramum *appellat* Martyrem; *quippe hunc non alio sensu, quam quo Noë, Isaac et Jacob* martyres *vocat, Patriarcham nostrum* martyrem *facit, nimirum, non quod pro divini Numinis nomine aut honore morti traditus fuerit, aut ea passus tormenta, quæ ex se mortem inferre nata erant, sed quod sic adhæserit Deo, ut potius optaret mortem cum pietate, quam cum illa impietate conservationem vitæ. Denique, tametsi adversariis omnino daremus, non eo modo ac sensu, quo Pererius vult, sed recensione eximii alicujus beneficii voluisse Deum Genes. cap.* 15 Abrami *animum firmare, ut divinis promissis plenissimam fidem adjungeret, eique propterea in memoriam revocasse translationem ex Ur Chaldæorum divinitus factam; non propterea consectarium*

AUCTORE J. G.

*ctarium foret, ut* Abramus *a Chaldæis conjectus in ignem indeque singulari prodigio ereptus a Deo fuerit, quandoquidem absque hoc prodigio singulare satis beneficium ei erat, eductum fuisse de medio iniquitatum et de Chaldæorum idololatria, ut hereditate terram Chanaan possidendam acciperet; sed nec translatio illa, quæ Dei,* Abramo *apparentis, speciali mandato facta fuerat, propterea minus divinitus facta esse dicenda foret, quod* Abramus *igneo Chaldæorum supplicio non fuisset a Deo ereptus.*

*neque ex verbis S. Hieronymi satis solide probatur.*

134 *Restat modo, ut in S. Hieronymi verba, quibus memoratam Hebræorum narrationem* veram *esse, tradit, nonnulla observemus. Et inter alia quidem, notandum est, S. Hieronymum Questiones suas Hebraïcas in Genesim tunc temporis scripsisse, cum nëdum esset in Sacris litteris ex omni parte exercitatus, ac non modo sexdecim post annis cum librum Geneseos Latine verteret, priorem suam in Quæstionibus Hebraïcis opinionem non probasse, at contra tam.* ℣. 28 *cap.* XI *Genes., quam* ℣. 31 Ur Chesdim *interpretatum fuisse per* Ur Chaldæorum, *in-*
B *qua* terra nativitatis suæ *mortuum Aranem scribit, cujus sepulchrum suo etiam tempore ostensum fuisse, Josephus lib.* I *Antiq. scribit, et ex eo ipsemet Hieronymus Lib. de Situ et Nominibus locorum Hebræorum tum.* 2 *Novæ edit. Operum col.* 491. *Adhæc si Hieronymus illam Hebræorum traditionem, quam prius, nempe col.* 517, *ut* fabulam, *aut certe ut narratiunculam vulgo sparsam habuerat, paulo post, nimirum col.* 518, *in iisdem Quæstionibus Hebraïcis pro vera haberi posse, adstruxit, non nisi admodum invitus, timidusque tale suffragium tulit, paratus ceteroquin opinionem mutare, si quæstionis, quam tum tractabat, solvendæ alia eaque aptior via se aperiret. Nimirum, cum sanctus Scriptor* Abramum *anno patris sui septuagesimo natum fuisse, tunc existimaret, legeretque tamen Genes.* 14 A. 4 Septuaginta quinque annorum fuisse Abram, cum egrederetur de Haran; *necesse habuit, epocham aliquam, a natali* Abrahæ *diversam, unde illi* 75 *anni computari possent, alicunde quærere; cumque alia ei in hac de* Abrami *natali anno opinione non superesset explanandæ difficultatis via, quam illa, qua annos illos ab insigni*
C *aliquo* Abrami *facto computare posset, difficultate pressus, narrationem illam, quæ istiusmodi factum suppeditabat, tantisper arripuit, addens tamen, per se licere, ut, qui aliam afferret difficultatis solutionem, hæc a se dicta improbaret; sicque sat dilucide indicavit, talem sibi visam non esse eam Hebræorum narrationem, ut ei sat toto haberi fides posset.*

D

## § VIII. Prima Abrami vocatio divinitus facta in Chaldæa : Abrami exitus ex Ur Chaldæorum : varia huc spectantia.

*Abramus divinitus evocatur ex Ur Chaldæorum,*

*Jam attigerat* Abramus *septuagesimum, ut plerisque placet, suæ vitæ annum, modo prosperis, modo adversis rebus, ut se passim habent humana, exercitatus, uxorem nempe nactus in primis speciosam, seque moribus ac pietate dignam, at quæ sterilitatis suæ certiora indies documenta dabat; ex alia item parte jam tum retracto, ut ex verbis Achioris Lib. Judith cap.* 5 ℣. 7 *verisimilius est, ad veri Dei cultum patre suo non mediocriter lætatus, ob immaturam vero fratris sui Arani mortem dolore confectus; denique, ut alia mittam popularibus suis idololatris ob veri Dei cultum odiosus, supremo vero Numini probisque familiaribus eamdem ob rem summopere dilectus. In tali ergo rerum statu versabatur in Chaldæa* Abramus, *cum Deus, seu Dei locum tenens angelus, in ea gloria ac majestate, quæ gravi denunciatione percellendum confirmare posset, se ei conspicuum præbuit hactenusque inaudito præcepto injunxit, ut terram suam, Ur nempe Chaldæorum, quæ Mesopotamiæ, latiori sensu acceptæ, urbs erat, idololatrasque, qui se seu consanguinitate seu affinitate contingerent, fratremque, ac patrem ipsum, si manere hi in Chaldæa vellent, desereret; si secum abire inde mallent, viæ comites non respueret, veniretque in terram, sibi pro divino beneplacito indicandam.*

*et cum Thara patre suo, uxore sua, et Loto proficiscitur in Haran,*

136 *Ita fere rem totam concipere possumus ex iis, quæ Moyses Genes. cap.* XI *sub finem, et S. Stephanus Act. cap.* 7 *de divina* Abrami *vocatione deque ejus e Chaldæa exitu memoriæ prodiderunt, hic nempe, dum in celebri illa ad Judaïcum populum oratione profectionis* Abræ *causam exponens, in hunc modum a* ℣. 2 *disserit:* Viri fratres et patres audite: Deus gloriæ appa- F
ruit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, et dixit ad illum: Exi de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram, quam monstravero tibi; *ille vero, dum ejusdem profectionis modum enarrans, in Genes. cap.* XI ℣. 31 *loquitur*: Tulit itaque Thare (*ut qui totius familiæ pater et caput erat*) Abram filium suum, et Lot filium Aran, filium filii sui, et Sarai nurum suam, uxorem Abram, filii sui, et eduxit eos de Ur Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan. *Vocanti Deo statim paruisse* Abramum, *dubitare nos non sinit S. Stephanus, mox post relatum Dei præceptum adjiciens,* Tunc *eum exiisse* de terra Chaldæorum, *et habitasse* in Charan, *eadem scilicet illa Mesopotamiæ, stricte dictæ, urbe, quam Moyses cit. cap.* XI Haran *vocat, dum,* Abramum *non incomitatum e Chaldæa exisse, referens, de Thara, ipsoque* Abramo, *itemque Lot et Sarai hæc subdit*: Venerunt usque Haran et habitaverunt ibi.

137 *Hanc porro* Abrami *habitationem in Haran*

*ubi usque ad mortem patris sui habitat.*

*ran durasse usque ad annum ætatis ejus septuagesimum quintum, quo demum is post patris sui obitum cum Sarai uxore, et Lot, sui fratris filio, inde egressus est versus terram Chanaan, ex Moysis et Stephani narratione dilucide intelligitur. Verba prioris Genes. cap.* 12 *℣.* 4 *et* 5 *audi :* Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai uxorem suam, et Lot filium fratris sui, universamque substantiam', quam possederant, et animas, quas fecerant in Haran : et egressi sunt, ut irent in terram Chanaan. *Audi et S. Stephani verba Act. cap.* 7, *℣.* 4 : Et inde, *(nempe ex Charan seu Haran)* postquam mortuus est pater ejus, transtulit illum *(Dominus Abramum)* in terram istam, in qua nunc vos habitatis. *Verum, priusquam huc ex Haran proficiscentem* Abramum *longius prosequamur, subsistere nos tantisper cogunt nonnulla, quæ circa divinam ejus vocationem exitumque e Chaldæa in controversiam adduci possunt et ampliori indigent commentatione.*

B *Vocatio illa per Dei angelum, sub visibili specie,*

138 *Et ante alia quidem, cum Moyses, divinam hanc vocationem referens, Deum, seu Dei vicarium angelum,* Abramo *tunc apparuisse, nuspiam testetur, non abs re institui quæstio potest, an sola interiore voce, qua ejus mens afficiebatur,* Abramus *a Deo vocatus fuerit jussusque e Chaldæa excedere; an contra sub visibili spectabilique forma Deus, seu Dei locum tenens angelus (hunc enim Dei nomine hic intelligimus)* Abramo *apparuerit, externaque etiam voce præceptum de relinquenda Chaldæa ei manifestarit. Si apparitionum, sub visibili seu spectabili forma in veteri Testamento factarum, chronologicam seriem, quam lib.* 3 *de Servorum Dei beatificatione etc. cap.* 50 *num.* 2 *eruditissimus Cardinalis de Lambertinis texuit, attentius consideremus, necesse erit fateri, vel laudatum jam nunc scriptorem in recensendis chronologico ordine ejusmodi apparitionibus hallucinatum fuisse, vel Dei angelum sub visibili specie non apparuisse* Abramo, *nisi tunc primum, cum jam viginti quatuor annis habitasset in terra Chanaan. Si enim, ut scribit eminentissimus auctor, apparitionum hujusmodi ordine prima sit, quæ primis nostris parentibus; secunda, quæ Caïn; tertia, quæ Noë; quarta, quæ Agari Genes. cap.* 16 *facta est; quinta vero, quæ* Abrahamo; *consectarium hinc omnino fit, ut tunc tantum se Deus* Abræ *conspicuum de-*

C *derit, cum hic esset centenarius, jussusque fuerit nomen* Abram *in* Abraham *mutare, uti Genes. cap.* 27 *narratur.*

*ut ut refragari videatur Em. de Lambertinis, ei apparentem,*

139 *Verum, quidquid sit de eruditissimi scriptoris ea de re assertione, existimo, ex hisce S. Stephani verbis :* Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, et dixit ad illum *etc. Sat dilucide hæc duo confici : alterum; visibili quadam in gloria ac majestate Deum* Abræ *illic apparuisse : alterum; non interiori tantum voce ejus mentem, sed et corporis aures externa voce perculisse, qua eum de terra sua exire jussit. Ita, præter alios, S. Chrysostomus Hom.* 31 *in Genes. tom.* 4 *pag.* 308 *Deum, cum imperavit Abræ, ut ex Chaldæorum terra migraret, illi visum fuisse, scribit, eique simul externa voce locutum insinuat, quod postremum laudatus eminenentissimus Cardinalis num.* 2 *aperte fatetur. Nec, quia Moyses Genes. cap.* XI *ad alia properans, tam hæc, quam cetera hujus apparitionis adjuncta, non enarrarit, propterea S. Ste-*



*phani perspicua narratio minorem fidem meretur, aut verba ejus alio, quam quem præ se ferunt, accipienda sensu sunt, ac certissime quidem nequaquam illo, quo non Deum, seu Dei vicarium angelum, sed patriarcham Sem* Abræ *se conspicuum dedisse et Dei jussu locutum fuisse, sectarius quidam contendit.* AUCTORE J. G.

140 *Est et de regione, in qua hæc apparitio facta est, non una Scripturæ sacræ interpretum sententia; fuitque inter eos, qui terram, unde Deus* Abramum *exire primum jussit, non Chaldæam, seu Ur, hujus regionis urbem, sed civitatem Haran esse, atque in hac postrema urbe eum natum atque educatum contenderet. Verum, cum sit certo certius,* Abramum *natum esse in Chaldæa, indeque venisse primum in Haran, hinc vero profectum esse in Chanaan, refutandæ huic opinioni, quam et ipse auctor postea deseruit, insistere, operæ pretium non est. Diversam quoque ab ea, quam hujus § initio secuti sumus, opinionem tuetur S. Augustinus lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 15 *asseritque, non in Chaldæa, sed in Mesopotamia strictius dicta, Deum* Abræ *ap-* E *paruisse ac locutum esse, nimirum cum jam una cum patre exiisset a Chaldæis, necdum tamen pervenisset in Haran. Quia vero adversus hanc sententiam opponi poterant hæc Dei ad* Abramum *verba :* Exi de terra tua *etc., in hunc modum cit. capite de iis disserit :* Quod autem jam in Mesopotamia constituto, hoc est jam egresso de terra Chaldæorum, dicit Deus, " Exi de " terra tua et de cognatione tua et de domo pa- " tris tui, " non ut corpus inde ejiceret, quod jam fecerat, sed ut animum avelleret, dicitur. Non enim exierat inde animo, si spe redeundi et desiderio tenebatur, quæ spes et desiderium, Deo jubente ac juvante, et illo obediente, fuerat amputandum. *facta fuit, non in Mesopotamia stricte dicta,*

141 *Verum, quod salva sancti Doctoris reverentia dictum sit, haud satis recte verborum S. Stephani, quibus sententiam suam superstruit, genuinum sensum percepit. Nec enim sanctus Levita utens Act. cap.* 7 *℣.* 2 Mesopotamiæ *vocabulo, Mesopotamiam illam, quæ diversa a Chaldæa regio est, designare voluit, sed totum illum terrarum tractum, Tigrim inter et Euphratem situm, qui Mesopotamiam Syriæ, Hebraïce* Paddan Aram, *Chaldæam aliasque minores regiones complectebatur, idque ex ipsis S. Stephani verbis dilucide eruitur. Etenim, cum retulisset, Deum apparuisse* Abræ, cum esset in F Mesopotamia, *eique præcepisse, ut exiret* de terra sua, *mox, ut hoc præceptum ab eo impletum fuisse, ostendat, hæc subdit :* Tunc exiit *(Abram)* de terra CHALDÆORUM ; *quod sane verum non esset, nisi* Mesopotamiæ *vocabulo* terram Chaldæorum, *natale solum* Abræ, *S. Stephanus comprehendisset; quemadmodum et Josephus lib.* 1 *Antiq. cap.* 8 *aliique cum eo illam comprehendunt. Hoc igitur, utpote genuino, S. Stephani sensu admisso, evanescit omnis eum inter et Moysem apparens repugnantia, idque etiam commodi inde exoritur, ut ad duram illam, nec satis probabilem, interpretationem necesse non sit confugere, qua istæc Geneseos verba :* Exi de terra tua *etc., non de corporali egressu, ut tamen littera sonat, sed de spirituali quodam, haud satis* Abræ *honorifico exitu, apud Augustinum exponuntur. Fixum itaque certumque maneat, quod ante diximus,* Abramo, *in ipsa adhuc Chaldæa existenti, apparuisse Deum, eique præcepisse, ut inde exi-* *sed in Chaldæa, seu Mesopotamia latiori sensu accepta.*

AUCTORE J. G.

*ret veniretque in terram, quam ei monstraret Deus, quemadmodum et S. Stephanus eodem Act. cap. enarrat.*

*unde versus terram Chanaan,*

142 *At alia rursus ex verbis Moysis et Stephani una collatis exoritur difficultas; nimirum, cum Moyses Genes. cap.* XI ℣. 31 *dicat, Thare,* Abramum, *Lot, et Sarai exivisse de Ur Chaldæorum,* ut irent in terram Chanaan; *Stephanus vero dumtaxat referat, evocatum fuisse* Abram *in terram, sibi divinitus dein monstrandam, non immerito quis ambigat, an* Abræ, *in Chaldæa adhuc existenti, terram Chanaan, in quam eundum illi esset, nominatim expresserit Deus, an contra, nullo instituendi itineris termino nominatim designato, solummodo e Chaldæa excedere jusserit. Torniellus in Annalibus sacris ad annum mundi* 2113 *num.* 3 *pag.* 279 *probabilius esse censet,* jam ante, quam exirent de Ur Chaldæorum, revelasse Deum ipsi Abramo et Abram patri suo Thare, ut irent in terram Chanaan. *Ita etiam cum eo existimant eruditi quidam Scripturæ sacræ interpretes, tum quod non videantur iter suum* in terram Chanaan, *uti cap.* XI *Moyses scribit, directuri fuisse, nisi hic viæ*
B *terminus a Deo fuisset indicatus; tum etiam quod* Abram, *nisi regionis, ad quam sibi eundum erat, nomen situmque a Deo intellexisset, incertus fuisset, sibine versus Orientem aliasve mundi plagas potius, quam versus Occidentem proficiscendum esset.*

*necdum tamen nominatim sibi indicatam,*

143 *Nihilominus tamen cum Pererio tom.* 3 *in Genes., Comment. in cap.* 12 *num.* 7, *pag. mihi* 5, *aliisque pluribus existimo, Deum, cum hoc mandatum dedit* Abræ, *ei nomen terræ Chanaan non indicasse. Ut ita sentiam, facit Apostolus Paulus cap.* XI *ad Hebræos* ℣. 8 *his verbis* Abrami *fidem cæcamque commendans divinæ voci obedientiam* : Fide, qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem : et exiit, nesciens quo iret. *Atqui, si jam tum Deus, cum ei primum apparuit, terram Chanaan nominatim expressisset, certissime scivisset* Abram *locum*, quo iret; *nec esset, cur ex hoc capite cæca* Abræ *obedientia tantopere ab Apostolo commendaretur; consectarium igitur fit, ut terra Chanaan, ad quam Dei ductu venturus*
C *aliquando erat, si ex Chaldæa secedere festinanti nondum designata a Deo fuerit, eoque titulo Viri sancti fides promptaque ad quælibet Dei mandata exequenda animi alacritas evaserit illustrior, magisque adeo digna, quæ posteris imitanda proponeretur. Adhæc, si Deus,* Abramo *primum apparens, ei dixisset* : Veni in terram Chanaan, *uti dixisse volunt adversarii, cur id, utpote et brevius et expressius et ad historicæ narrationis naturam accomodatius, S. Stephanus non expressit; imo contra vagam illam longioremque simul phrasim adhibuit* : Veni in terram, quam monstravero tibi?

*non sine valde singularis obedientiæ documento secessit,*

144 *Ego quidem non aliam ob causam postremo modo locutum fuisse arbitror, quam quod Deus, Viri justi obedientiam ab initio exercere volens, non illico regionem certam, ad quam ei eumdum esset, designarit, quemadmodum et S. Chrysostomus suo more erudite disserteque asserit cit. Homil.* 31 *in Genesim pag.* 308 *ita inter alia scribens* : Considera, quomodo ab initio exercetur Justus, (*Abram*) ut præeligat non apparentia præ apparentibus, et futura præ iis, quæ in manibus sunt. Neque enim vulgare et parvum aliquid erat id, quod ei, ut faceret, præcipiebat Deus; nempe ut terram relinqueret, quam inhabitarat tanto tempore, et omnem D cognationem et totam patris domum, IRETQUE NESCIENS ET IGNORANS QUORSUM. Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum vellet, sed mandato indefinito pium Patriarcham exercuit. VENI enim, inquit, IN TERRAM, QUAM MONSTRAVERO TIBI. *Et post pauca pag.* 309 *subdit* : Quem non turbarent verba ista? Neque locum, neque regionem certam ei designat, sed indefinito præcepto mentem explorat Justi. Nam si quis alius, et e vulgo fuisset is, qui mandatum accepit, dixisset utique : Esto, præcipis, ut relinquam terram, quam inhabito, cognationem, domum paternam : quare non etiam locum declaras, in quem me proficisci jubes, ut certiorem me reddas, quantum sit iter agendum... At Justus nihil horum vel dixit, vel cogitavit : sed respiciens ad magnitudinem eorum, quæ imperata erant, iis, quæ in manibus habebat, incerta præfe-
rebat.

*tametsi nonnulla argumenta, quibus hic satis fit,* E

145 *Quod autem scribat Moyses Genes.* XI, *exivisse ex Ur Chaldæorum* Abramum *et Thare,* ut irent in terram Chanaan, *id profecto sententiæ nostræ non multum officit; cum voces illæ per anticipationem a sacro Scriptore adhibitæ videantur, ut sensus earum sit, eos in terram, quæ, uti postea revelatum a Deo est, reipsa erat terra Chanaan, suum iter direxisse, tametsi tamen eam sub particulari seu determinata terræ Chanaan notione necdum animo conceptam haberent. Illis igitur verbis voluerit tantummodo Moyses indicare itineris eorum terminum, seu finem a Deo intentum, nondum tamen ipsis viatoribus, cum primum migrarent, nominetenus explora-
tum. Nec mirum videri debet, Moysen hoc loco anticipatione usum fuisse, cum hæc ad majorem narrationis ejus brevitatem perspicuitatemque multum conduceret, eoque pacto non cogeretur uti longiori illa vocum phrasi, qua eos ivisse diceret in terram, quam se Deus* Abræ *monstraturum promiserat, quæ, ut postea patuit, non fuit alia, quam ipsa terra Chanaan. At, inquies, si* Abram, *si itineri accingens, nomen loci, quo evocabatur, nescivit, cur potius versus Chanaan, quam versus Orientales Septemtrionalesve plagas iter*
F *ingressus fuit?*

*jam tum ei terram Chanaan indicatam fuisse, suadere videantur,*

146 *Respondeo, factum id fuisse vel ex eo, quod Deus eum evocans in terram, postmodum expresse indicandam, solam ei viam, cui insistendum erat, aperte tunc manifestarit; vel ex eo, quod insolito quodam interiori instinctu, aliove divino indicio motus fuerit* Abram, *ut viæ, ad Occidentem ducenti potius, quam oppositis quibuscumque viis, sese committeret, divinæque circa se voluntati subserviret. Proximum nunc est, ut reliqua hujus peregrinationis adjuncta non nihil illustremus, ac vel idcirco etiam, quod nonnulla etiam ex iis sint, quæ sua difficultate non carent. Ac primo, quandoquidem* Abram *a Deo jussus fuit non modo exire de terra sua, sed et de cognatione sua et de domo patris sui, scisci-
tabitur quispiam, qua ratione dici possit hoc Dei præceptum implevisse, qui una cum patre et sui fratris filio Lot, ipsoque, ut videtur, paternæ domus famulitio in Haran venit, indeque, uti Moyses cap.* 12 *Genes. scribit, non discessit, nisi martuo Thara, natus ipse annis* 75, *ut adeo quinquennium ferme illic cum patre transegerit.*

147 *Ad hæc pro responso sit,* Abramum, *divino lumine illustratum, præcipientis Dei voluntatem*

*et, licet etiam patrem suum habuerit itineris comitem,*

*luntatem apprime cognitam habuisse; cum autem probe intelligeret, non injunctum sibi divinitus fuisse, ut consanguineos, qui secum ex idololatrarum consortio recedere cuperent, seu verbis seu factis a se arceret, at eo vim præcepti divini spectare, ut nullius rei desiderio, nec amore patriæ, cognationis paternæque domus se ab instituendo itinere impediri aut retardari sineret, vel ex hoc ipso, quod sic etiam comparatus fuerit animo, reque ipsa de Ur Chaldæorum exiverit, præceptum Dei re vera numerisque omnibus implevisse, dicendus est, nec propterea minus integra perfectaque ejus obedientia censeri potest, quod Thare ac Lot cum suo famulitio ei e Chaldæa abeunti sese viæ comites junxerint, ipseque dein, jam extra Chaldæam constitutus, una cum eis in Haran, teste S. Stephano, habitarit. Ut enim id faceret, justissimæ aderant rationes, tum ut fesso de via patri respirandi otium daret, tum ut ducentenario seni solatio foret ac præsidio, ac denique ut mortuo justa persolveret; quæ sane omnia ingenui piissimique in parentem amoris testimonia neutiquam sibi a Deo vetita*

B *esse, cognoscebat. Neque vero hæc* Abrami *in Haran mora eum tarditatis aut cunctationis in exsequendo primo præcepto utcunque arguit, sed promptissimam potius, uti Salianus loco supra cit. num.* 3 *advertit, obedientiam ejus probat, utpote qui jussus exire e Chaldæa, exiit; subsistere in Haran, substitit; proficisci in Chanaan, profectus est, prout ex jam dictis ac porro dicendis manifestius patebit.*

*a Moyse non immerito veluti profectionis ducem, memoratum;*

148 *At alia rursus ex supra dictis exoritur difficultas, cur nempe Moyses, si* Abram *divino præcepto impulsus hujus itineris auctor fuerit, sibique adhærere volentem patrem viæ socium admiserit, non ipsi* Abramo, *sed Tharæ, patri ejus, discessum ex Chaldæa adscripserit, ita videlicet Genes. cap.* XI ℣. 31 *scribens*: Tulit itaque Thare Abram filium suum et Lot filium Aran, filium filii sui, et Sarai nurum suam, uxorem Abram filii, sui et eduxit eos de Ur Chaldæorum? *Quidquid alii ea de re sentiant, existimo ego, ita Moysen cit. capite locutum esse, propterea quod, cum* Abramo *filio suo Thara e Chaldæa sponte sua excesserit, vel captus amore filii, cujus consortio solatioque carere nolebat, vel ita animo comparatus, ut, etiamsi Filius e Chaldæa evocatus divinitus non fuisset, eum tamen ipse cum*

C *cæteris domesticis inde educeret, tum ut fugeret impietatem et idololatriam Chaldæorum, uti cap.* 5 *libri Judith Achior, Ammonitarum dux, insinuat, tum ut se familiamque suam subduceret odio et persecutioni Chaldæorum, quemadmodum et ejusdem capitis textus Græcus, narrans Thare et* Abram *per Chaldæos a facie deorum suorum ejectos fuisse, itidem indicat, et S. Augustinus lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 13 *disertissime tradit. At quacumque demum de causa e Chaldæa Thare cum* Abramo *excessisse dicatur, excessit certe cum eo, ejusque adeo auspiciis et ductui, utpote totius familiæ patris ac principis, Moyses decorum servans egressionem illam non immerito adscripsit, sic tamen, ut divinam* Abræ *vocationem ejus e Chaldæa profectionis præcipuam causam fuisse, non inficietur, ut contra* Abramum *ob divinam vocationem ex Chaldæa exivisse, diserte alibi affirmet.*

*quam Abrami insignem obedientiam Philo*

149 *Nunc, explanatis primæ vocationis* Abræ *ejusque e Chaldæa profectionis adjunctis, haud abs re erit, coronidis loco adjungere Philonis verba, quibus factum hoc in universum illustrans mirum in modum* Abrami *alacrem divinæ voci obedientiam commendat. Ita igitur libro, quem* de Vita Sapientis per doctrinam perfecti, seu de Abrahamo *inscripsit, editionis anni* 1613 *pag.* 281 *loquitur*: Oraculo perculsus (*Abram*) quo jubebatur migrare, deserta patria, cognatione, paternaque familia, haud secus, quam si e peregrinatione domum redire jussus esset, iter acceleravit in regionem exteram, rem factam se habere putans, si mandatum exequeretur celeriter. Quis alius putas, tam constans fuisset ac pertinax, * ut non flecteretur affectu cognationis et patriæ, quarum innatum et coalitum est cuique desiderium, magis, aut certe non minus, quam membra corporis. Testes sunt legislatores, qui secundam ab extrema capitali pœna atrocissimorum criminum convictis statuerunt exilium: profecto non secundam, quantum equidem vere judicare possum, sed aliquanto graviorem: si quidem mors calamitatum finis est, exilium vero non finis, sed novorum malorum initium, dum, evitata una sensu carente, innumeræ mortes sentiuntur. Alii negotiationis augendæque rei familiaris causa navigant, alii legationis: nonnulli amore visendi E regiones exteras, aut eruditionis parandæ, ad peregrinationem tracti lucri cupidine, aut juvandæ patriæ temporibus difficilibus, aut cognoscendi, quæ prius nesciverant, delectandi et adjuvandi animi gratia. Quantum enim cæci cedunt videntibus, tantum præstant peregrinati numquam egressis patriam.

AUCTORE J. G.

* *l.* immotus

*mirifice laudavit.*

150 *Post quæ sic pergit*: Omnes tamen ad patrium solum properabundi, videre id et salutare gestiunt, complecti familiares, frui gentilium et amicorum mutuo conspectu longe jucundissimo: adeo ut aliquoties remorantibus se negotiis, propter quæ reliquerunt domesticos, abrumpant ea, non ferentes gratissimarum necessitudinum desiderium. At hic Noster cum exiguo vel pene nullo comitatu, quam primum jussus est, demigravit, animo prius in novam coloniam profectus, quam corpore, mortalium rerum desiderio cedente amori cœlestium. Seposita igitur cura popularium, tribulium, familiarium, amicorum, cognatorum paterno maternoque sanguine, ad hæc patriæ, morum consuetorum, simul educatorum et vitæ sociorum, quæ singula magnam vim habent ad retrahendum a proposito, libero expeditoque conatu quamprimum potest, demigrat, primum e Chaldæa, regione F illo tempore admodum fortunata, in Carrensem agrum: deinde non multo post hinc quoque in locum alium, de quo dicturi sumus. *Hactenus Philo, cujus sequentia verba, utpote quæ ad moralem seu allegoricam horum intelligentiam atque ad* Abrami *ex Haran in Chananitidem discessum pertinent, hoc loco transmitto, et ad alia* Abrami *gesta progredior, id tamen obiter monito lectore, non tam presse Philonis verbis tum jam transcriptis, tum deinceps transcribendis inhærendum esse, ut, quando in rerum historicarum adjunctis apprime non consonant indubitatæ aut saltem melioris notæ documentis solidisque rationibus, Philoni potius, quam illis, fides adjungatur.*

§ IX.

AUCTORE J. G.

## § IX. Divina Abrami vocatio, Genes. cap. XII relata, diversa est a jam ante memorata : promissio, Abramo eodem cap. XII facta, multis nominibus amplissima fuit : Ejus profectio versus terram Chanaan : hujus epocha.

*Divina vocatio Abrami cap. 12 Genes. relata, differt a priore,*

Haud paucos, *arbitror, subibit mirari, eccur præcedenti* § *divinam* Abrami *vocationem, in Ur Chaldæorum factam, ejusque præcipua adjuncta singillatim exponens, verborum Dei, quibus Moyses cap.* 12 *Genes.* ℣. 1, 2 *et* 3 *eum evocatum narrat, nullam prorsus mentionem fecerim, cum tamen complures sacræ Scripturæ interpretes verba hæc :* Dixit autem Dominus ad Abram : Egredere de terra tua... Faciamque te in gentem magnam *etc. ad vocationem illam spectare, asserant, imo tam necessario ad illam referenda esse, doceant, ut propterea jam mox citata verba ab obvio suo et communi sensu in alienum transferre, ac verbum* dixit *per verbum* dixerat *exponere non formident. Quæ me causa impulit, ut eorum vestigiis non insisterem, at contra postmodum dumtaxat de iis verbis agam, hæc est, quod illa, quam Moyses cit. cap,* 12 *refert, divina* Abrami *vocatio, ab ea, quam in Ur Chaldæorum, seu* priusquam *(Abramus)* moraretur in Charan, *factam esse, S. Stephanus Act. cap.* 7 *scribit, omnino diversa esse mihi videatur; quodque non satis urgentem videam rationem, cur istæc* Abrami *vocatio, quam Moyses post relatam cap.* XI *Tharæ mortem cit. cap.* 12 *a* ℣. 1 *narrare instituit, per hysterologiam ibi posita esse dicenda sit. Quam autem non temere ab illorum sacræ Scripturæ interpretum sententia recedam, palam, ni fallor, facient jam nunc in medium producendæ rationes.*

*tum loco, tum tempore, scilicet anno Abrami* 75.

152 *Ac prima quidem hæc est, quod vocatio* Abræ, *a S. Stephano Act. cap.* 7 ℣. 2 *relata, de qua nos supra egimus, loco differat ab ea, quam Moyses Genes. cap.* 12 ℣. 1 *et* 4 *seqq. recenset. Prior enim, teste Stephano, facta est* Abræ, priusquam moraretur in Charan, *atque adeo, uti* § *superiore ostensum est, in ipsa urbe Ur Chaldæorum; illa vero, quam refert Moyses cap.* 12 *Genes.* ℣. 1 *et* 4 *seqq., nequaquam in Ur Chaldæorum facta esse, asseritur; ut contra, cum eam Moyses post Tharæ in urbe Haran obitum collocet, ac statim post vocationis hujus narrationem* ℣. 4 *subdat :* Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus et ivit cum eo Lot, *nimirum* ex Haran, *uti eodem* ℣. *insinuat his verbis :* Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran; *non obscure hoc loquendi modo indicat idem sacer scriptor, hanc, de qua agit, in ipsa Urbe Haran vocationem* Abræ *contigisse. Accedit et altera ratio, quod nempe, ut vel ex jam dictis utcumque colligi potest, vocatio* Abræ *a Stephano relata, tempore etiam differat ab ea, quam citato cap.* 12 *Genes. Moyses enarrat. Illa enim, utpote facta* priusquam Abram moraretur in Charan, *contigit, in vivis adhuc existente Thare, quocum nempe, teste Moyse Genes. cap.* XI ℣. 31, Abram *venit in Haran; illa contra, quam cap.* 12 *a* ℣. 1 *Moyses recenset, facta narratur, cum Thare ducentesimo quinto ætatis suæ anno mortuus esset, uti cap.* XI ℣. *ultimo idem divinus scriptor testatur, ac S. Stephanus satis aperte cap.* 7 *Act.* ℣. 4 *prodit his verbis :* Et inde (*ex Charan*) postquam mortuus esset pater ejus (*Abræ*) transtulit illum (*Deus, vocatione nempe et imperio*) in terram istam, *nimirum Chanaan, in qua Judæi tum habitabant.*

*tum itineris, ex vocatione subsecuti, comitibus,*

153 *Adhæc, si ad profectionis* Abræ, *divino mandato, seu, ut verbis Moysis utar,* sicut præceperat ei Dominus, *institutæ, comites animum advertamus, et hos reperiemus esse diversos. In priore proficiscenti divino jussu ex Ur Chaldæorum* Abræ *viæ comites adjunguntur Thare, pater ejus, Lot, et Sarai, et, quod notatu dignum est, non tam* Abramum, *quam ejus patrem Tharam, profectionis hujus auctorem Moyses facit Genes. cap.* XI ℣. 31 *ita loquens :* Tulit itaque Thare Abram... et Lot... et Saraï *etc.; in altera vero, qua* Abram *ex Haran in terram Chanaan secedit,* sicut præceperat ei Dominus, *nuspiam comparet Thare, quodque notari hic pariter meretur, non alium, quam solum* Abramum *hujus ex divino mandato susceptæ peregrinationis auctorem facit Moyses, ita cap.* 12 ℣. 4 *et* 5 *loquens :* Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai uxorem suam, et Lot, filium fratris sui, universamque substantiam, quam possederant, et animas, quas fecerant in Haran (*id est mancipia, quæ sibi comparaverant, aut forte servos clientesque, quos ad veri Dei cultum convertendo lucrifecerant Deo)* et egressi sunt, ut irent in terram Chanaan.

*tum aliis etiam adjunctis,*

154 *Adde, quod tam Moyses Genes. cap.* XI ℣. 31, *quam Stephanus Act. cap.* 7, ℣. 2 *et* 3, *referentes* Abræ *ex Ur Chaldæorum discessionem in Haran, ne verbo quidem uno de ulla promissione divina, quæ ei prævie facta fuisset, mentionem ingerant, cum tamen divinæ illi vocationi, quam Moyses post mortem Tharæ in Haran collocat, promissionem divinam, eamque ex omni parte amplissimam, adjunctam fuisse, disertissimis verbis idem divinus scriptor testetur. Denique, cum Moyses eodem cap.* 12 *Genes.* ℣. 4 *de* Abramo, *cum Sarai et Lot ex Haran secedente conceptis verbis dicat :* Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus *etc., oportet, ut exeundi de Haran divinum præceptum ibidem pariter ei datum fuisse statuatur, cum in Ur Chaldæorum nequeat intelligi datum fuisse præceptum egrediendi de Haran, quam urbem fortasse in rerum natura existere, tum temporis ignorabat, aut saltem in quam hactenus pedem non intulerat; ut adeo tam sit altera vocatio ab altera diversa, quam sit profectio ex Ur in Haran diversa ab illa, quæ ex Haran in terram Chananæam facta fuit.*

*uti S. Chrysostomus quoque tradit;*

155 *Audiatur hic rursus S. Chrysostomus Homilia* 36 *in Genesim tom.* 4, *pag.* 362 *et* 363 *ita in rem nostram loquens :* Quia prima ætate (*Abram*) non sequutus est errorem paternum, sed pietatem erga Numen exhibuit, ideo supernam visitationem statim obtinuit, cum adhuc in Chaldæa esset : et hoc nobis beatus Stephanus exponit manifestius, sic dicens : « Deus gloriæ visus est patri nostro Abraham, cum adhuc esset « in

A « in Mesopotamia, priusquam habitaret in Char- « ran. » Vidisti, quomodo eum INDE visio amoverit? Verisimile enim est, eum cum sedula in Deum pietate parentibus quoque reverentiam exhibuisse : tantoque amore patrem sibi conciliavisse, ut inde ad relinquendam amore filii patriam suam et ad inhabitandam alienam motus sit. At diligenter vide, obsecro, quomodo et hæc, quæ a Deo fuit ob priorem virtutem ejus visitatio iterum clariorem ejus virtutem reddiderit. Elegit enim PATERNAM REGIONEM RELINQUERE et alienam inhabitare, ut præceptum Dei perficeret : et paratus erat etiam absque cognatis, ut mihi videtur, peregrinationem suscipere : sed, ut dixi, Viri virtus et insignis erga parentes pietas effecit, ut pater comes fieret itineris. Deinde, cum pervenissent in Charran, illic tabernaculum fixerunt. Et postquam morte functus est Tharra; hoc enim patri ejus nomen erat, iterum præceptum est ei a Deo, ut exiret inde. « Egredere « enim, « inquit, « de terra tua et cognatione « tua, et veni in terram, quam monstravero « tibi. « *Hactenus magnus ille et doctrina non minus, quam sanctitate, illustris Antistes Constantinopolitanus.*

B 156 *Sed enimvero, inquies, relatis cap.* 12 v. 1 *Genesis verbis jubetur* Abram *egredi* de terra sua et de domo patris sui; *ac proin, cum urbs Haran non fuerit natale ejus solum, nec dici videatur posse* Abram *tunc exisse* de domo patris sui, *utpote jam inde ex nostra sententi in Haran defuncti, necesse fit, ut illa capitis* 12 *Genes. verba* : Dixit autem Dominus ad Abram : Egredere de terra tua *etc. per historologiam illic a Moyse relata dicantur, utque adeo illud verbum* dixit *per τὸ* dixerat *exponendum sit. Verum respondeo, tametsi urbs Haran natale solum* Abræ *non fuerit; nihilominus tamen urbem hanc per voces illas* : Egredere de terra tua *designatam fuisse, tum ob fixum illic aliquandiu Tharæ, patris* Abræ, *domicilium, tum ob ipsius* Abræ *stabilem, cujus Achior lib. Judith cap.* 5, ℣ 9, *et S. Stephanus Act. cap,* 7, ℣. 4 *meminere, habitationem, tum* ob substantiam, *ut Moyses Genes. cap.* 12, ℣. 5 *loquitur, quam illic pleno jure possidebat, puta agros, pascua, pecora, armenta, servos vernaculos emptitiosque, aliaque ejusmodi bona; ob quæ* Abramum *urbem Haran pro fixa*

C *sede seu* terra sua *non immerito habere potuisse, nemo non videt.*

157 *Et sane, non tunc tantum, cum ante secundam sui vocationem, in Haran degeret, sed multo etiam post, quam inde divino jussu exivisset, ita animo comparatum fuisse* Abramum, *ut urbem illam* pro terra sua *haberet, luculente patet ex cap.* 24 *Genes., ubi, dum Eliezerum, œconomum suum, in eam urbem missurus erat, his verbis eum allocutus esse* v, 4 *narratur* : sed AD TERRAM ET COGNATIONEM MEAM proficiscaris et inde accipias uxorem filio meo Isaac; *atque ita pariter sui Domini sensa intellexit ac dein declaravit Eliezer, dum in sua ad Labanum et Bathuëlem oratione, qua legationis suæ causam exponit, in hunc modum illius mandatum a* v. 37 *recenset* : Et adjuravit me Dominus meus, dicens : Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito : sed AD DOMUM PATRIS MEI perges etc. *Ex quibus verbis, cum nemo melior, quam ipsemet* Abram, *sui sensus interpres, ac præter eum, fidelissimus intimusque ejus œconomus haberi queat, perspicuum fit,* Abramum *hanc urbem pro* terra sua, *fixamque tunc in ea fratris sui Nachoris familiam pro* domo patris sui *habuisse, eoque sensu, quo* Abram *hanc urbem* terram suam, *familiamque Nachoris* domum patris sui *intelligebat, intelligenda pariter esse Dei verba, quibus urbem hanc familiamque fratris sui relinquere jussus fuit.*

AUCTORE J G

158 *At, repones, num dici potest,* Abram *exiisse de* domo patris, *qui jam ante mortem obierat? Sed, quid ni, quæso? An non tunc, cum* Abram *senex admodum esset, natusque sibi centenario filius Isaac quadraginta annos jam haberet, jam satis diu mortuus erat Thare pater ejus? Imo vero certissime quidem; nihilominus tamen an non cit. cap.* 24, ℣. 38, Abramus *œconomum suum* ad domum patris sui *in urbe Nachor seu Haran mittit, ut inde filio suæ accipiat uxorem? An non, cum Isaac Rebeccam duceret, jam ante mortua erat Sara mater ejus? Et indubie omnino; audi tamen quid de eo Moyses eodem cap.* ℣. 67 *narret* : Qui *(Isaac)* introduxit eam IN TABERNACULUM SARÆ MATRIS SUÆ, et accepit eam uxorem, et in tantum E dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris ejus (*Isaaci*) acciderat, temperaret. *An non denique, ut aliarum hujusmodi locutionum exempla mittam, jam pridem ante Juditham mortuus erat Manasses maritus ejus? et indubitate rursum; et tamen lib. Judith cap.* 16 ℣. 28 *vidua hæc mansisse narratur* IN DOMO VIRI SUI annos centum quinque, *seu usque ad ætatis suæ annum centesimum quintum, quo ipsa demum obiit. Non est igitur, cur ob illas voces Genes. cap.* 12 Egredere de terra tua *neganda sit facta esse in Haran divina* Abræ *vocatio, aut cur ob illas* : de domo patris tui, *tunc tantum facta statui debeat, cum pater ejus in vivis adhuc esset, vel priusquam* Abram *exisset de Ur et moraretur in Haran.*

159 *Nec assertam a nobis secundam hanc* Abræ *vocationem evertit S. Stephanus Act. cap.* 7, ℣. 3, *iisdem fere verbis exponens vocationem* Abræ, *in Ur Chaldæorum factam, quibus eam, quam nos in Haran contigisse, et a priori diversam asserimus, capite* 12 *Genes. Moyses exponit. Etenim, dum S. Stephanus asserit,* Abramo *in Ur existenti, seu priusquam moraretur in Charan, dicta a Deo hæc verba fuisse* : Exi de terra tua et de cognatione tua, et veni F in terram, quam monstravero tibi, *nequaquam propterea inficiatur, eadem fere ipsa, quæ Moyses Genes. cap.* 12 *refert, divina verba, nempe* : Egredere de terra tua et de cognatione tua et domo patris tui, et veni in terram, quam monstrabo tibi, *tum etiam prolata fuisse, cum Deus* Abramum *ex Haran evocavit, hicque inde egressus est,* sicut præceperat ei Dominus, *uti eodem cap.* ℣. 4 *asseritur. Fateor, si voces tum Hebraïcæ, tum Græcæ, tum Latinæ, quibus in sacris Codicibus hoc Dei mandatum exprimitur, ejusmodi essent, ut dumtaxat natalem terram* Abræ *designare possent, tunc recitata tum ex Moyse tum ex Stephano verba ad solam in Ur factam divinam vocationem necessario referenda fore; at, cum universim tam terram omnem, quæ quolibet titulo* terra Abræ *dici poterat, quam natalem ejus, aperte designent; necesse non video, cur propterea, præsertim ubi tam multæ in contrarium rationes militent,* Abramum *divinitus in Haran vocatum, indeque novo Dei præcepto*

*neque contrarium indicant verba Genes. cap.* 12 v 1.

*cum Abramus urbem Haran pro terra sua*

*et pro domo patris sui ipsemet habuerit,*

*eademque verba, tam in Haran, quam in Ur, divinitus ei dici potuerint.*

AUCTORE J. G.

*cepto egressum inficiemur, aut geminam ejus, quam tot argumentis probavimus, vocationem, in unam confundamus.*

*Hujus vocationis occasio.*

160 *Maneat itaque in suo obvio ac genuino sensu, quæ initio capitis* 12 *Genes. exstat Moysaïca sententia, sitque adeo verbum* dixit *sine ulla hysterologia illius narrationis exordium, quam nunc illustrare aggredior, et ex qua, uti infra patebit, rerum, a sancto Patriarcha dein gestarum, ordo seu chronotaxis firmo nexu dependet. Jam ergo patri suo Tharæ, quem, post quinquennalem circiter in urbe Haran habitationem, in fide, spe et charitate venturi Messiæ animam Deo inter piissimi sui Filii manus reddidisse, credibile est, pro recepto tunc more justa pie persolverat* Abram, *aditaque una cum fratre Nachore, quam in Haran reliquerat pater, amplissima hereditate, ad urbem hanc, cum terram aliam sibi necdum Deus monstrasset, sese a Deo in Ur Chaldæorum vocatum fuisse, non uno titulo sibi inducere poterat in animum; cum ei, propterea tamen ulteriorem divini Numinis circa se suaque voluntatem sedulo exquirere non desinenti, ac sæpenumero fortasse in corde dicenti:* B Domine, quid me vis facere? *vice altera Dominus, seu Dei locum tenens angelus, sese manifestavit, vel in simili gloria ac majestate, qua se in Ur Chaldæorum conspicuum ei dederat, vel eo certe modo, ut, quin reipsa sibi Deus adesset secumque loqueretur, ambigere* Abram *nequiret.*

*adjunctaque ei divina promissio, multis nominibus*

161 *Quale vero tunc ad eum factum sit verbum Domini, sacer Scriptor initio capitis* 12 *Geneseos verbis jam nunc recitandis, eademque opera obiter a nobis illustrandis, in hunc modum enarrat:* Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere, *seu, ut Hebraïce est,* vade *aut* egredere tibi, *non jam, ut ante, paterno, sed proprio tui ipsius ductu,* de terra tua, *seu de stabilita jam in Haran paterna sede, quæ hereditario jure tua est,* et de cognatione tua, *fratris nempe Nachoris jam eo advecti, familia,* et de domo patris tui, *quam inhabitas,* et veni in terram, quam monstrabo tibi, *cum mihi ita visum fuerit. Hanc autem noveris, fore alacris tuæ minimeque curiosæ obedientiæ mercedem, quam non petenti tibi ultro defero:* Faciam... te in gentem magnam, *non carnalem tantum, æquandam numero stellis cæli* C *et arenis maris, claritate vero et gloria ceteris omnibus gentibus, sed et spiritualem, adoptandam in Dei populum, cujus adeo et ego Deus ero, quamque ego, magnus Dominus, magnificabo et honorificabo præ ceteris populis;* Et benedicam tibi, *bonorum omnium tum temporalium tum spiritualium affluentia, ac dignitate, corporis incolumitate et vita longæva,* et magnificabo nomen tuum, *ea fama et gloria nominisque celebritate, quæ toto terrarum orbe in perpetuum propagetur, quæ et fidei tuæ, religionis, pietatis, et obedientiæ præstantia pleno ore ab omnibus laudetur,* erisque benedictus, *seu, ut in Hebræo est,* et sis benedictio, *non utcumque tantum et ex parte felix, sed ita cumulatus bonis omnibus, ut ipsa quodammodo* benedictio *vocari possis.*

*amplissima, recensetur,*

162 *Neque hic stetit supremi Numinis largitas. Audi ex Moyse promissa etiam ampliora:* Benedicam benedicentibus tibi, *futurus in tui gratiam amicus ac beneficus amicis tuis; contra vero* maledicam maledicentibus tibi, *futurus et inimicus eorum, eosque pro meritis mulctaturus, ut adeo iidem mihi, qui tibi, futuri sint amici aut inimici. Postremo, quod est bonorum omnium, quæ tibi nunc promitto, longe summum ac præstantissimum,* in te, *seu in semine tuo* benedicentur universæ cognationes terræ, *nimirum, uti ad Ephesios cap.* 1, ℣. 3 *Apostolus Paulus loquitur,* omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo, *per quem* in gentibus benedictio Abrahæ fieret..., ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem, *quemadmodum et ad Galatas cap.* 3 ℣. 14 *idem Apostolus exponit. Hæc cum Vir piissimus divinoque lumine illustratus intellexisset, mox alterum sui ad exequenda Dei mandata promptissimi studii documentum dedit, atque, quam primum fieri potuit, omnibus, quæ ad iter opus erant, recte dispositis,* egressus est... (*ex Haran videlicet, uti Moyses eodem* ℣. 4 *asseril, latiusque ostensum supra a nobis est*) sicut præceperat ei Dominus, *ac præter individuam ejus vitæ comitem carissimamque uxorem Sarai,* ivit cum eo Lot, *cum nempe* septuaginta quinque annorum *esset* Abramus, *Sarai vero, ejus uxor, sexaginta quinque, utpote decennio marito suo junior, ac Lot, uti sat verisimile est, annos vitæ numeraret sexaginta* E *sex.*

*exponiturque ipsa Abrami profectio versus terram Chanaan.*

663 *Ut ut hoc prostremum se habeat,* Tulit, *certe* Abram (℣. 5) Sarai uxorem suam, et Lot filium fratris sui, universamque substantiam, quam possederant, *puta pecora, armenta, argentum et aurum, aliaque bona mobilia,* et animas, quas fecerant in Haran, *nempe ancillas, servos vernaculos emptitiosque non exiguo numero, uti ex cap.* 14 *Genes.* ℣. 14 *colligitur, vernasque ex illis natos, quos sibi acquisierant* Abram *et Lot, forte clientes etiam inferiorisque sortis homines, quos ad veri Dei cultum traductos suæ familiæ adstrinxerant,* et egressi sunt ut irent in terram Chanaan, *non quidem jam tum sibi a Deo monstratam, aut nominetenus expressam, quasi vero jam tunc* Abram, *itineris dux, hanc illam esse scivisset regionem, quam sibi monstraturum Deus promisserat, quamque a Deo accepturus aliquando erat in hereditatem; sed sic institit viæ, in Chanaan ducenti, ut, quemadmodum Apostolus ad Hebræos cap.* XI ℣. 8 *fere loquitur,* obediret in locum exire, *quem quidem accepturus erat in hereditatem,* nesciret tamen quo iret, *quisve nominatim ille locus esset; quod* F *et Moyses per particulam* ut, *non quatenus causam et intentionem* Abræ, *sed quatenus rei eventum denotat, hoc loco adhibitam, verbis supra recitatis expressisse videtur. Sed de divina* Abræ *in urbe Haran vocatione, amplissimaque ei tum facta promissione jam nunc disputata sufficere arbitror, ut, sitne nostra, an adversariorum, de ea re sententia Scripturæ sacræ rectæque rationi magis consona, dijudicare quilibet facile possit, præsertim, ubi etiam evicero, nihil quod ad chronotaxim attinet, assertum supra fuisse, quod cum divinis Codicibus aut optime non cohæreat, aut non conciliari cum illis facillime possit.*

*Redditur ratio, cur inter vocationem, factam in Ur, et aliam in Haran, anno ejus 75,*

164 *Et vero, quamquam nec Moyses, nec Stephanus, nec quisquam alius sacer Scriptor ipsum annum, quod* Abrami *in Ur Chaldæorum vocatio facta sit, expresse determinarit, ac proin pro indubitato nequeat asseri, eam anno ejus septuagesimo contigisse; nonnulla tamen suppeditant iidem sacri auctores, ex quibus merito colligamus, inter secessionem* Abrami *ex Charan seu Haran,*

*anno*

A *anno ejus septuagesimo quinto factam, interque ejus in Ur Chaldæorum vocationem non breve temporis intervallum debere medium statui. Ast an propterea quinquennale circiter? Respondeo, cum tam ex Moyse cap.* IX *Genes.* ℣. 31, *quam ex S. Stephano Act. cap.* 7, ℣. 4 *indubitatum sit*, Abramum *medio illo tempore* habitasse *in Haran, hoc est, firmum illic domicilium habuisse; ex Moyse autem cap.* 12 *Genes.* ℣. 5 *etiam manifestum sit, eum in ipsa urbe Haran non exiguam substantiam acquisivisse, puta pecora, agros, pascua, servos, ancillas, conceptos illic natosque ex iis filios filiasque, seu* animas, *ut loquitur idem scriptor,* quas fecerant in Haran; *omnino, uti ante diximus, verisimile fit,* Abrami *moram in Haran, seu fixam ejus illic habitationem ad quinque circiter annos protractam fuisse; præsertim si simul advertamus animum, urbem Haran ab* Abramo *pro* terra sua *et veluti altera patria fuisse habitam, cujus rei aptior non videtur reddi posse ratio, quam quod notabili tempore, quale est advenæ in eadem urbe quinquennalis habitatio, in Haran sedem fixisset, eoque interim temporis spatio et famulitium*

B *ejus ceteraque ejus bona non mediocriter accrevissent.*

*quinquennium intercessisse, supra dictum sit;*

165 *Scio quidem, S. Augustinum lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 16 *variosque Scripturæ interpretes uni eidemque anno* Abræ *septuagesimo quinto ejus primam vocationem, adventum in Haran, indeque discessionem in Chanaan illigasse, eo nempe consilio, ut spatium, quod inter promissionem divinam,* Abræ *factam, et latam Legem interjectum scribit Apostolus, assignare exacte ipsi possent; verum, cum et in nostra sententia, quæ multo probabilius, non in Ur Chaldæorum, sed in Haran, primam illam promissionem statuit, æque accurate illud temporis spatium, uti infra patebit, assignari queat, nihil causæ invenio, cur a jam stabilita sententia recedam, aut cur etiam contra Achioris Lib. Judith cap.* 5 *testimonium, quo, ut* 70 *Interpretes habent,* ἡμέρας πολλάς *seu* multos dies *in Haran habitasse* Abramum, *testatur, mihi inducam in animum, unius anni curriculo, uti adversarii contendunt, vocatum in Ur fuisse* Abramum, *inde cum patre exisse, venisse in Charan, illic sedem statuisse, multam acquisisse substantiam, a famulis ejus procreatos illic*

C *sat multos liberos, Tharam ibi mortuum, ejusque funere expleto,* Abramum *totam suam familiam, omniaque bona sua mobilia collegisse, et demum in terram Chanaan fuisse ingressum. Cum igitur tantum absit, ut Scriptura sacra ac sana ratio tam varia facta, et quorum non pauca sat amplum temporis spatium ex se requirunt, in unum annum congerere cogant, ut ex adverso hæc annorum aliquot spatio contigisse, suadeant, aliunde autem pro quinquennali tempore, inter* Abrami *in Ur vocationem ejusque in terram Chanaan adventum medio, non modo Hebræorum, quam Genebrardus refert, communis traditio, sed et eruditorum Scripturæ sacræ interpretum sententia, solidis, uti videtur, rationibus nixa, militet, pluribus assertionem nostram probare supersedeo, et ad aliam quæstionem chronologicam, et multo quidem, quam sit præcedens, majoris momenti, illustrandam, gradum facio.*

*hanc autem vocationem promissionemque divinam non statui ab Eusebio*

165 *Eruditis sat multis, iisque non vulgaris famæ, hæc sedet sententia,* Abrami *vocationem, jam nunc memoratam, ejusque exitum ex Haran, non anno ætatis ejus septuagesimo quinto ad finem vergenti, sed anno ejus septuagesimo sexto, paucis mensibus, ut nonnullis placet, sat multis vero mensibus, ut alii volunt, inchoato, innectenda esse, atque adeo verba Moysis, quibus* Abramum *de Haran egredientem* septuaginta quinque annorum *fuisse, scribit, intelligenda esse de totidem annis completis, ut* Abram, *non septuagesimo quinto ætatis suæ anno, sed septuagesimo sexto, jussus sit a Deo exire de Haran, indeque non nisi tunc re ipsa exiverit, sicut præceperat ei Dominus. Opinionis hujus auctorem faciunt Eusebium Salianus in Annal. Eccles. V. T. ad annum mundi* 2114, *num.* 1, *et, uti ipse ibidem tradit, Marianus Scotus, Joannes Lucidus, aliique, quos hic recensere non vacat. Verum, quod ad Eusebii Chronicon attinet, vel ego oculis captus sum, vel Eusebiani Chronici editiones, et, quos, præter Vallicellensem olim Ms. codicem insignem, consului, manuscripti codices ad unum omnes mendosi sunt; vel falluntur ipsimet Salianus, ceterique, ab eo laudati, imo et citatus jam sæpe a nobis Wilhelmus Smitius in suo Prolegomeno Exodi pag.* XXIX *num.* 31, *dum ad* anni Abrahami septuagesimi sexti exordium primum annum repromissionis Dei ad Abraham *ab Eusebio signatum asserunt.* E

*ad annum Abrami, ut quidam volunt, septuagesimum sextum,*

167 *Quo certius controversia hæc decidi continuo possit, videat peritus lector sat notam ejusdem Chronici editionem, ab Arnaldo Pontaco, episcopo Vazatensi, ex* 28 *Mss. Gallicis, Italicis et Hispanicis, octo vetustis editionibus, aliisque documentis adornatam, aut, si hæc ad manum non sit, consulat ejusdem Chronici editionem, cura Josephi Scaligeri anno* 1606 *Lugduni Batavorum factam, pag.* 10 *et pag.* 60, *ipsumque Eusebii Græce editum Chronicon pag.* 19 *ac pag.* 78; *et, ubi citatis locis ab hoc auctore ad annum* Abrami *septuagesimum sextum nihil de eo notatum viderit, contra vero vocationem divinam, de qua quæstio, connecti ab eo conspexerit cum* divino adloquio et ea repromissione, quæ, *ut proxime Eusebius præmittit,* ad eum facta est *anno ejus ætatis septuagesimo quinto, a quo* usque ad... egressum gentis Hebræorum ex Ægypto supputantur anni CCCCXXX, quorum meminit Paulus.... et ipse quoque in Exodo Moyses *etc. tunc æquum ferat judicium, num ego fallar, qui sententiam illam Eusebio abjudico, an* F *illi contra jam memorati auctores, qui hanc illi adscribunt. At, inquies, ubique apud Eusebium annus Hebræorum octogesimus quintus signatur ut* decimus repromissionis *seu* ἐπαγγελίας: *Ita res habet. At tantum abest, ut, quod vult Salianus, hinc fiat manifestum, anno* Abræ *septuagesimo sexto illigandum ejus esse exitum de Charan; ut potius contrarium inde eruatur.*

*nec id ex alio loco evinci ostenditur;*

168 *Ponamus enim, quod ex dicendis infra patebit, Deum* Abræ, *in Haran existenti, præceptum inde exeundi amplissimasque promissiones supra memoratas declarasse bimestri circiter spatio, antequam compleret* Abram *ætatis suæ annum septuagesimum quintum; hujus autem facti epocham figamus primam diem mensis Tisri seu septimi,* primi *postea dicti, qui nostris Septembri et Octobri ex parte respondet; sic annus primus repromissionis, seu* ἐπαγγελίας *a prima die mensis Tisri in cursu erit usque ad primam diem ejusdem mensis anni sequentis seu septuagesimi sexti, constabitque partim ex undecimo duodecimoque mense anni* Abræ *septuagesimi quinti et decem primis mensibus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. G.

*mensibus anni ejus septuagesimi sexti, et sic deinceps fluent ceteri anni usque ad mensem undecimum anni octogesimi quinti* Abræ; *ac proin cum mense undecimo anni* Abræ *octogesimi quinti concurret annus decimus repromissionis, ei in Haran factæ, uti calculos hosce expendenti patescet.*

*imo contra huic nostræ sententiæ narrationem Moysis*

169 *Quam recte hæc mea sententia cum rerum ab* Abramo *deinde gestarum chronotaxi cohæreat, lubet ex ipso libro Geneseos jam demonstrare. Teste Moyse Genes. cap.* 16 ŷ. 16, Octoginta et sex annorum erat Abram, quando PEPERIT ei Agar Ismaëlem; *hanc autem ancillam suam non accepit uxorem, nisi* post annos decem, quam habitare cœpe t in terra Chanaan *ibid.* ŷ. 3. *Igitur inter vocationem* Abræ, *in Haran factam, et inter ortum Ismaëlis, qui contigit,* cum octoginta et sex annorum erat Abram, *certissime intercesserunt primo menses novem, quibus Ismaël a matre gestatus fuit in utero, secundo integrum decennium habitationis præviæ in Chanaan, tertio unus insuper alterve mensis, qui inter vocationem ejus in Haran et adventum in terram Chanaan probabiliter medius fuit. Exsurgunt igitur anni de-*

B *cem et menses decem undecimve utcumque completi, qui inter vocationem* Abræ *et Ismaelis ortum indubie intercesserunt. Retrogrado ordine ab anno* Abrami *octogesimo sexto, nonnullis minus hebdomadis, completo, hosce deducamus ad ejus annum septuagesimum quintum, uno alterove minus mense completum, exactissimo calculo prodibunt undecim anni completi, quos inter ortum Ismaelis anno* Abræ 86, *et hujus vocationem, in Haran anno septuagesimo quinto factam, medios statuere videtur Moyses; eoque pacto necesse non erit, ut, ubi Moyses, et ex eo Eusebius aliique, nascente Ismaele,* Abramum 86 *annorum faciunt, eum tu jam tunc* 87 *inchoasse dicas, aut ubi eum,* cum egrederetur de Haran, septuaginta quinque annorum *fuisse, asserunt, jam ejus septuagesimum sextum annum in cursu fuisse, statuere pariter cogaris.*

*variis locis apprime congruere,*

170 *Et sane, præterquam quod communius dicatur quis* septuaginta quinque annorum *esse, qui totidem annos uno alterove minus mense vixit, quam qui septuaginta quinque annos aliquandiu jam complevit ac sextum supra septuagesimum agit, manifeste ostendit Moyses cap.* 17, *se, cum ali-*

C *quem, puta* Abramum LXXV annorum *fuisse, dicit, annos illos ex omni parte completos non numerare, nec adeo egressum* Abræ *ex Haran cum ejus anno* 76 *esse connectendum. Etenim citato capite* ŷ. 17 *agens de circumcisione* Abrahæ *in hunc modum loquitur* ŷ. 24: Abraham nonaginta et novem erat annorum, quando circumcidit carnem præputii sui, *nimirum mox ut ei hoc a Deo injunctum erat. Si et hos velis, eodem modo, quo ceteros contendis, completos esse, habes tibi contradicentem Moysen eodem cap.* ŷ. 1, *ubi ita loquitur*: postquam vero nonaginta et novem annorum esse COEPERAT, apparuit ei Dominus, *qui nempe in signum initi cum* Abrahamo *fœderis circumcisionem præcepit, quam et obedientissimus* Abraham *illico executioni mandavit. Habes et contradicentem Josephum lib.* I *Antiq. Judaic. cap.* XI, *ubi* Abramum *tunc tantum, cum ei Deus apparuit carnemque circumcidi jussit,* nonagesimum nonum ætatis annum attigisse, *memorat. Ac denique, ut mittam Chronicon Alexandrinum pag.* 125, *habes contradicentem Eusebium in Chronico, ubi anno* Abrahæ 99 *Sodomam et Gomorram succensas scribit, quod, ut videre est Genes. cap.* 17 *et cap.* 19, *dumtaxat contigit post* Abrahami *circumcisionem. Si autem illos* 99 *annos, ne Moysi,* D *Josepho et Eusebio contradicas, non omni sui parte, longe tamen maxima, completos admittis, cur non et alios septuaginta quinque aut octoginta sex supra relatos, quos simili loquendi modo sacer Scriptor expressit, quique, qua parte incompleti sunt, cum excurrente ultra completos annos mensium numero connexi, annos conficiunt solidos?*

*nec caput 17 Genes. refragari, probatur.*

171 *Nec refert, quod se* Abramus centenarium *Genes. cap.* 17, ŷ. 17 *vocet; cum et pari receptoque modo septuagenarius aut octogenarius senex dicatur, qui ab initio anni sui septuagesimi aut octogesimi uno tantum alterove mense abest. Ut vero evidentius etiam pateat,* Abramum, *cum se* centenarium *vocavit, non egisse annum ætatis nonagesimum nonum jam inde completum, seu tunc necdum inchoasse annum centesimum, audi rursus Moysen Genes. cap.* 21 ŷ. 5 *testantem, tunc esse natum Isaac,* cum (*pater ejus*) centum esset annorum; hac quippe ætate patris natus est Isaac. *Cum igitur inter apparitionem divinam, cap.* 17 *Genes. memoratam, interque ortum Isaaci intercedat primo tempus illud, quod se* Abraham *cir-* E *cumcidit vulnusque curavit, secundo, quo in* Australem *plagam profectus,* habitavit inter Cades et Sur et peregrinatus est in Geraris; *tertio, quo Sara, necdum utique uterum gestans, pro* Abrahæ *sorore habita est, et, postquam jussu regis sublata fuisset, Viro suo reddita est intacta; ac quarto demum, quo conceptam ex* Abraha *prolem gestavit in utero, novem nempe vel decem mensibus; necesse omnino fit, ut vel Isaac, contra ac Moyses cit.* ŷ. 5, *et Eusebius in Chron. testatur, centesimo anno patris sui natus non fuerit, vel ut* Abraham, *cum se centenarium cap.* 17 *recepto more vocavit, nondum tunc inchoasset centesimum suæ ætatis annum, sed tantum egerit nonagesimum nonum, mensibus decem circiter provectum. Atque hæc de* Abrami *divina in Haran vocatione, factaque ei promissione, nec non utriusque epocha uberius disputare visum est, ut gressu dein magis firmo et expedito cetera, quæ cum his connexa sunt, prosequi mecum curiosus lector queat.*

## § X. De annis CCCXXX, qui inter divinam promissionem, Abramo factam, exitumque ejus posterorum ex Ægypto intercesserint: tempus horum habitationis in Ægypto definitur; variæ celebris versus cap. 12 Exodi Lectiones. F

*Proponitur status duplicis quæstionis difficillimæ.*

Vocationem *divinam, quæ* Abramum *ex Ur Chaldæorum excivit, ab ea, quæ ei, in Haran existenti, facta est, quæque adjunctam habuit Euangelici fœderis promissionem, omnino esse diversam, jam satis, arbitror, manifeste ostendi, ut ad celebrem illam quæstionem, ex vocationis ejus Israelitarumque ex Ægypto egressus epocha ortam, unde tertiæ mundi ætatis initium et finis definiri debet, jam progredi nobis liceat. Rem hanc non parvi momenti esse, perquam sol-*

A *sollicite monuit S. Hieronymus lib. 2 Comment. in Epistolam S. Pauli ad Galatas, tom. 4 novissimæ editionis col. 262; quam vero itidem difficilis sit, idem ille sacrarum Litterarum peritissimus interpres mox palam facit, cum ait,* a multis esse quæsitam, *dubitare tamen se,* an ab aliquo inventa sit. *Nec immerito sane; quippe, si de tertia illa mundi ætate, seu de temporis spatio, quod inter divinam promissionem,* Abræ *factam, interque latam in monte Sina Legem effluxit, Apostolum disserentem audiamus, illud ad quadringentos et triginta annos ex dictis ejus contrahi necessario debet. Ita enim in Epistola ad Galatas cap. 3 ℣. 16 et 17 loquitur:* Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus.... Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo: quæ post quadringentos et triginta annos facta est Lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.

*circa annos 430, quos inter promissionem, Abramo factam,*

173 *Quippe, uti Cornelius a Lapide in hunc locum observat, tantumdem verba Apostoli valent, ac si ita dissereret:* Si, ut dixi ℣. 15, hominis testamentum et pactum nemo irritare audet aut potest: multo ergo minus testamentum,
B id est, pactum Dei cum Abrahamo initum IN CHRISTUM (ut addunt Græca) id est, DE CHRISTO, omnes gentes benedicturo, irritare potuit lex longe posterior, utpote quæ demum post CCCCXXX annos ab hac promissione data est in Sina. *Nec longius, quam 430 annorum, spatium inter eamdem promissionem divinam subsecutumque* Abrahami *ex Haran egressum, interque exitum filiorum Israël de Ægypto ipse etiam Moyses statuit, Genes. 15 a ℣. 13 referens,* Abramo *divinitus fuisse prædictum, fore ut semen ejus (quo nomine Isaac, anno 25 post promissionem, in Haran factam, natus, hujusque posteri intelligi debent) peregrinum esset in terra non sua quadringentis annis, et ex illa post servitutem afflictionemque cum magna substantia reverteretur generatione quarta in terram Chanaan, sibi a Deo concedendam in hereditatem sempiternam.*

*et inter Israëlitarum exitum ex Ægypto*

174 *Verum, dum meridianam firmissimamque lucem nos hic intueri credimus, idem ille Moyses, quo extendente manum in cœlum, tenebræ factæ sunt horribiles, ac tam densæ, ut palpari possent, (Exodi cap.* X *℣. 22) mox nebulam obducere densissimam, lucemque omnem depellere videtur, ita cap. 12 Exodi ℣. 40 scribens:* Habitatio autem filiorum Israël, qua
C manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum. *Etenim, si, uti Hebræorum codicum, qui S. Hieronymo ad manum fuerunt, et Vulgatæ nostræ ac Chaldaïcæ Paraphrasis verba sonant, quadringentis et triginta annis filii Israël manserint in Ægypto, et quinquagesimo die ab eorum exitu promulgata Lex sit; cum ab ingressu Jacob in eam regionem usque ad factam* Abramo *promissionem divinam computari etiam debeant anni omnino ducenti quindecim, descensum illum in Ægyptum prægressi, videlicet a promissione jam mox memorata usque ad ortum Isaac anni viginti quinque, Genes. cap. 21 ℣. 5; a nativitate Isaac usque ad ortum Jacob sexaginta, Genes. cap. 25 ℣. 26; a nativitate Jacob usque ad descensum ipsius in Ægyptum cum sua familia anni centum et triginta, Genes. cap. 47 ℣. 9; iidem illi anni 215, juncti annis 430, de quibus Moyses cit. cap. 12 Exodi loquitur, summam conficiunt sexcentorum et quadraginta quinque annorum, atque adeo multo plurium, quam ab Apostolo et ab ipso Moyse alibi designatos vidimus.*

AUCTORE J. G.

175 *Et hæ quidem densissimæ tenebræ sunt,* *Scriptura sacra medios intercessisse, tradit: ac de priore quæstione*
*quas ubi accedente aliunde divini verbi luce discusseris, alia sat obscura nubes subsequitur. Quippe, cum Apostolus cit. cap. 3 ad Galatas non tantum de illa promissione divina, qua in semine* Abrahæ *benedicendæ erant omnes cognationes terræ, sed ei quodam* testamento confirmato a Deo *disertam mentionem faciat, nequaquam statim perspicuum facit, an a promissione,* Abramo *in Haran facta, de qua superiore § actum est, an de alia, ei centenario facta, de qua Genes. cap. 17, an denique de tertia, quæ ei, ut Genes. cap. 22 refertur, post immolatum filii sui Isaaci loco arietem facta est, deducendum sit initium illorum quadringentorum et triginta annorum, quos usque ad Legem datam in monte Sina inde excurrisse, idem Apostolus scribit. Ut hisce lucem afferrent et sacrorum Codicum sartam simul tectamque servarent auctoritatem, mirum est, quam varii sacræ Scripturæ interpretes varios intenderint conatus; quos ego, quia enumerare necesse non est, silentio hic prætereo, missisque* E
*cunctis ambagibus, meam de difficili hac quæstione sententiam aperio, aliam lubens amplexurus, si qua melior a quovis prodierit.*

*ita statuitur: Licet Moyses cap. 12 Exodi* v. 40 *soli Israëlitarum in Ægypto habitationi*
176 *Sic igitur statuo: Tametsi verba Exodi cap.* 12 ℣. 40, *si nude, prout jacent, et in rigore Logico sumuntur, solam filiorum, ac posterorum patriarchæ Jacob habitationem in Ægypto ad usque quadringentos et triginta annos protrahere videantur; non propterea tamen plures, quam totidem annos debere medios poni inter annum* Abræ *septuagesimum quintum,* 215 *annis mansionem illam prægressum, interque latam in monte Sina Legem post exitum filiorum Israël de Ægypto: ac rursus: Licet Apostolus ad Galatas cap.* 3 ℣. 17 *etiam a* Testamento confirmato a Deo *videri possit computare eosdem illos* 430 *annos, nihilominus ab eodem illo anno* Abræ *septuagesimo quinto, seu a prima promissione divina, ipsi in Haran facta, non vero ab hujus postmodum facta confirmatione, desumendum esse eorum, quos memorat, quadringentorum et triginta annorum, seu æræ* Abrahami *exordium. A stabilienda priore assertione, quod altera multo difficilior sit, quodque ex priore hæc dependeat, initium duco, alteram sequenti §, ne alias hic prolixior esset, suis testimoniis firmaturus, mox ubi de variis celebrem illum versum cum ceteris Scripturæ verbis conciliandi modis pro rei gravitate disputatum fuerit.* F

*430 annos assignasse videri possit, tamen non plures annos inter factam diu ante*
177 *Cum eodem Spiritu veritatis dictante, conscripta sint tam novi, quam veteris Testamenti volumina, fieri nequit, ut horum scriptores re ipsa sibi contrarii sint, aut ut in alterutros vel negligentiæ vel erroris suspicio cadat. Dum ergo a se invicem dissidere videntur, non colligenda inter se, sed concilianda sunt, uti etiam supra num. 6 docui, opposita in speciem testimonia, ea nimirum ratione, ut, dum textus unus pluribus refragari videtur, non hi ad illum, si cetera nempe, ut in scholis loquuntur, sint paria, sed ex adverso unus ille ad plures exigi et per eos exponi debeat, pari fere modo, quo civiles leges, sibi in speciem oppositæ, a juris peritis, et dissona prima fronte probatorum historiographorum dicta ab eruditis criticis in concordiam adduci vel exponi solent. Itaque, cum so-*

AUCTORE J. C.

*lus sit capitis* 12 *Exodi versus supra citatus, qui, si verba magis, ut jacent, quam latentem in iis sensum consideremus, soli filiorum Israël habitationi in Ægypto* 430 *annos tribuat, quique adeo inter promissionem* Abræ *divinitus factam, Legisque in monte Sina promulgationem sexcentorum et quadraginta quinque annorum, ut, num.* 174 *ostendi, intervallum ponat; ex adverso autem non tantum Apostolus ad Galatas, sed et ipse Moyses Genes. cap.* 15 *ac variis locis Libri Exodi, itemque S. Stephanus Act. cap.* 7 *aut aperte affirment, aut saltem non obscure innuant, inter præfatam promissionem divinam exitumque Israëlitarum de Ægypto, latamque adeo quinquagesimo post die Legem, quatuor dumtaxat secula annosque non certe plures, quam triginta, intercessisse medios; ex jam posita regula, quam et sana ratio dictat et prudens critica fulcit, consectarium omnino fit, ut ad tam multa tamque dilucida testimonia, tamquam ad veram significationis suæ normam, exigendus sit unicus ille libri Exodi textus, cum iisque, meliori, quo fieri poterit, modo adducendus in concordiam.*

*Abrami vocationem, interque Israëlitarum de Ægypto exitum, S. Paulus recte comparat,*

B 178 *At, quia varia illa, quæ jam paucis perstrinxi, sacræ Scripturæ testimonia quibusdam non adeo decretoria fortassis videbuntur, haud abs re erit, ea utcumque illustrasse, priusquam citatum Exodi versum ad illa, veluti ad genuinam normam, expendere et latentem in eo sensum indicare aut certe investigare aggrediamur. Redeo igitur ad laudatam num.* 172 *S. Pauli ad Galatas Epistolam. Ac primo quidem fuisse hujus auctorem, etiam antequam ad Christum converteretur, rerum Hebraïcarum peritissimum legisque admodum peritum, extra omnem controversiam est. Adhæc, quod caput est, theopneustia seu Spiritu sancto, afflatum, nihil non in veritate locutum, nulloque, quod ineptum vel falsum esset, argumento usum fuisse, vocare nemo in dubium potest. Cum ergo citata Epistola ad Galatas, uti in eam S. Hieronymus col.* 262 *advertit, docere Apostolus intendat,* non posse per Legem, quæ postea data est, repromissiones, quæ ante factæ sunt ad Abraham, destrui, et posteriora prioribus præjudicare; quum repromissiones ad Abraham ante quadringentos triginta annos datæ sint, quod benedicerentur in illo universæ

C nationes; Legis autem observatio, quod qui fecisset eam, viveret in ea, post quadringentos triginta annos Moysi data sit in monte Sina; *consequens fit, ut, si sola mansio filiorum Israël in Ægypto fuerit* 430 *annorum, atque adeo inter promissionem illam, et Legis promulgationem anni* 645 *intercesserint, iners, enerve, imo et plane falsum sit illud, quod Apostolus a quadringentis illis et triginta dumtaxat annis desumit, argumentum.*

*nec plures etiam computandi sunt si cum S. Augustino*

179 *Alio igitur sensu, quam quem citatus capitis* 12 *versus* 40 *prima fronte præfert, necessario intelligendus est. Id quoque omnino persuadet, de qua superius paucis egimus, facta* Abrahæ *divina promissio. Etenim, uti S. Augustinus Quæst. in Exodum lib.* 2, *quæst.* 47, *num.* 6, *col.* 436 *observat, cum dicit Deus* Abramo *Genes. cap.* 15 ℣. 13: „ Sciendo scias, quia peregri-„ num erit semen tuum in terra non propria et in „ servitutem redigent eos, et nocebunt illis qua-„ dringentos annos, „ non sic accipiendum est, tamquam in illa durissima servitute quadringentos annos Dei populus fuerit: sed quia scriptum est: „ In Isaac vocabitur tibi semen, „ ex anno nativitatis Isaac usque ad annum egressionis ex Ægypto computantur anni quadrin- D genti quinque. Cum ergo de quadringentis triginta (*annis*) detraxeris viginti quinque, qui sunt a promissione usque ad natum Isaac, non mirum est, si quadringentos et quinque annos summa solida quadringentos voluit appellare Scriptura, quæ solet tempora ita nuncupare, ut, quod de summa perfectioris numeri paululum excrescit, aut infra est, non computetur.

*verborum Moyses verus sensus,*

180 Non itaque quod ait: „ In servitutem „ redigent et eos nocebunt illis (*seu, uti Vulgata nostra habet:* Subjicient eos servituti et affligent) ad quadringentos annos referendum est, tamquam per tot annos eos habuerint in servitute: sed referendi sunt quadringenti anni ad id, quod dictum est: „ Peregrinum erit semen „ tuum in terra non propria (*seu* non sua) quia sive in terra Chanaan, sive in Ægypto, peregrinum erat illud semen, antequam hereditatem sumerent terram ex promissione Dei, quod factum est postea quam ex Ægypto liberati sunt: ut hyperbaton hic intelligatur, et ordo verborum sit, „ Scieñdo scias, quia E „ peregrinum erit semen tuum in terra non pro-„ pria quadringentis annis; „ illud autem interpositum intelligatur: „ Et in servitutem redigent „ eos et nocebunt illis, „ ita ut ad quadringentos annos ista interpositio non pertineat. In extrema enim parte annorum summæ hujus, hoc est, post mortem Joseph, factum est, ut in Ægypto populus Dei duram perageret servitutem. *Hactenus S. Augustinus, et apposite prorsus ad sensum narrationis Mosaïcæ, qua descensus Jacob, nepotis* Abrahæ, *in Ægyptum, posterorum ejus illic servitus et ex eadem regione exitus recensentur.*

*et spatium servitutis Israëlitarum in Ægypto,*

181 *Quippe, uti loco citato num.* 3 *sanctus Doctor etiam advertit, anni servitutis Israëlitarum in Ægypto computari dumtaxat possunt a morte Joseph,* illo enim vivo, non solum ibi non servierunt, verum etiam regnaverunt *Israëlitæ. Cum igitur ab eo tempore, quo, teste Moyse cap.* 1 *Exodi* ℣. 8, Surrexit... rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph *usque ad exitum filiorum Israël de Ægypto vix centum anni, ut Bonfrerius in caput* 1 *Exodi ostendit, imo vix nonaginta, uti ex cap.* 7 *Act.* ℣. 20 *intelligere datur, medii intercesserint; consequens* F *omnino fit, ut prædicti quadringinti anni, de quibus hic quæstio, non ad solam seminis* Abrahæ *servitutem Ægyptiacam, sed maxima ex parte ad peregrinationem Isaaci et Jacobi, eorumque posterorum in terra non sua habitationem referendi sint, sitque adeo prædictionis divinæ, cap.* 15 *Genes. relatæ, verus ac genuinus sensus, quem Augustinus supra recensuit, quique Apostoli verbis ad Galatas plenissime consonat.*

*ac filiorum Israël genealogicæ tabulæ*

182 *Et sane tantum abest, ut a morte Joseph, qui ab anno ætatis suæ trigesimo (vide Genes. cap.* 41 ℣. 46*) usque ad centesimum decimum (vide Genes. cap.* 50 ℣. 25*) Ægypti prorex fuit et vix non rerum summa potitus est, usque ad exitum filiorum Israël de Ægypto quadringenti ac triginta anni effluxerint; ut contra ab ipso descensu Jacob in Ægyptum, quem anno ætatis ejus centesimo trigesimo Genes. cap.* 47 ℣. 9 *Moyses innectit, non plures, quam ducenti quindecim anni elapsi fuerint, nimirum a præfato descensu usque ad mortem Josephi anni* 71, *inde ad usque nativitatem Moysis anni* 64, *ac demum a nativitate Moysis usque ad exitum Israelitarum de Ægypto anni* 80, *atque adeo universim* 215 *anni, uti Usserius pag.* 171 *Chronologiæ*

A 171 *Chronologiæ sacræ ex Genes. cap.* 50 ℣. 22 *et Exodi cap.* 7 ℣. 7 *recte ostendit. Hisce accedunt argumenta non pauca, quæ ex tabulis genealogicis a Moyse lib. Genesis et Exodi descriptis, desumi possunt, quorum unum tantum, speciminis loco, hic ex laudato Usserio subtexam. Caath, filius Levi, cum avo suo Jacobo descendit in Ægyptum, uti ex Genes. cap.* 46 ℣. 11 *manifestum est. Hujus vitæ anni fuerunt* 133, *prout ex cap.* 6 *Exodi* ℣. 18 *indubium pariter fit. Amram, filius Caathi, annos vixit* 137, *teste Moyse cap.* 6 *Exodi* ℣. 20; *Moyses, filius Amrami, octoginta erat annorum, quando cum fratre Aaron Pharaonem adiit, ut educeret filios Israël de Ægypto, Exodi cap.* 7 ℣. 7.

*attento animo expendantur ;*

183 *Hi omnes anni, simul juncti,* 350 *dumtaxat annorum summam conficiunt, ex qua sat multi demendi sunt, ac præ ceteris illi, quos Caath post ortum filii sui Amrami vixit; secundo illi, quos Amaram post Moysis ortum egit (nec enim sine antiquo teste credibile est, eos tam provecta ætate genuisse, aut saltem non genuisse, nisi ultimo vitæ suæ anno;) tertio demendi pariter sunt*

B *anni, quos Caath numerabat descendens in Ægyptum, ne alias iidem annis bis numerentur. Statuamus modo, hosce omnes annos summam conficere centum triginta quinque; nimirum viginti quinque jam transactæ ætatis Caathi, dum in Ægyptum una cum suo patre Levi et avo Jacobo descendit; nonaginta circiter, quibus Caath, anno ætatis suæ quadragesimo tertio masculo prole auctus, partim cum Amram filio suo, partim cum Moyse, nepote suo, vixerit; et viginti circiter quibus post Caathi mortem Amram solus cum suo filio Moyse in vivis fuerit; prior illa trecentorum et quinquaginta annorum summa contrahenda ex dictis erit ad ducentos dumtaxat et quindecim annos, eritque adeo constans mansio Jacobi et filiorum ac nepotum ejus in Ægypto, non annorum quadringentorum triginta, sed ducentorum ac quindecim; servitus vero et afflictio eorum, utpote non inchoata nisi sat diu, uti ostendit Bonfrerius in caput* 1 *Exodi, post centesimum decimum annum Josephi, proregis Ægypti, vix integrum seculum tenuerit, nedum* 430 *annos.*

C *neque etiam plures annos Act. cap.* 7 *S. Stephanus medios statuit ;*

184 *Cetera hujusmodi argumenta, quæ genealogicæ series, libris Genesis et Exodi expressæ, suppeditant, videat curiosus lector apud Usserium in Chronologia Sacra a pag.* 124 *et apud Sanctium in caput* 7 *Act. Apost. a pag.* 145, *adeatque etiam laudatum Bonfrerium in caput I Exodi pag.* 344 *erudite de persecutionis Ægyptiacæ duratione disputantem. Reliquum nunc est, ut et S. Stephani verba Act.* 7 *nonnihil dilucidemus. Sanctissimus ille et Spiritu divino plenus orator cit. cap.* 7 *de* Seminis Abrahæ *tum peregrinatione tum servitute ex instituto agens, ac propterea in computum non deducens illud* 25 *annorum spatium, quod Isaaci, filii* Abrahæ *ortum præcessit, pari modo, quo Deus Genes. cap.* 15 *futuræ peregrinationi ac servituti* seminis Abrahæ *quadringentos annos numero rotundo assignat, ipse quoque totidem, ut fidelissimus verbi Dei interpres, utrique simul adscribit, ac vix non iisdem, quibus Moyses cit. cap.* 15 *Genes., verbis et apicibus utitur. Verba audi Act.* 7 *a* ℣. 6 : Locutus est autem ei *(Abramo)* Deus : Quia erit semen ejus accola in terra aliena, et servituti eos subjicient, et male tractabunt eos annis quadringentis : Et gentem cui servierint, judicabo ego, dixit Dominus. Et post hæc exibunt et servient mihi in loco isto, *videlicet in terra Chanaan,* Abramo *divinitus promissa.*

AUCTORE J. G.

185 *Cum igitur verba hæc (Adi S. Augustinum num.* 179 *et* 180) *non secus ac illa capitis* 15 *Geneseos, ita intelligi debeant, ut non majus, quam quadringentorum ac quinque annorum intervallum, inter vaticinium illud et exitum de servitute Ægyptiaca patiantur, evidens fit, a descensu Jacob in Ægyptum usque ad jam mox memoratum exitum non posse mĕdios statui annos quadringentos et triginta, ac multo minus totidem annos posse adscribi soli Israëlitarum servituti et affectioni Ægyptiacæ, quos tamen huic adscribere coguntur ii, qui verba sacra ad Grammaticæ ac Dialecticæ potius præscripta, quam ad receptum sacris scriptoribus usum eorumdemque intentum finem, exigere atque expendere volunt. Pluribus supersedeo, quæ tum ex Veteri, tum ex Novo Testamento hic congeri et urgeri possent, argumentis, quæque inter factam* Abramo *ante ortum Isaaci promissionem divinam, interque latam in monte Sina Legem, non longius, quam quadringentorum ac triginta annorum spatium effluxisse, plenissime persuadeant, simulque adeo evin-* E *cant, sensu alio, quam, quem primo aspectu præ se fert, celebrem illum cap.* 12 *Exodi versum* 40 *exponi oportere, quo cum recitatis jam testimoniis adduci in concordiam queat. Id priusquam sequenti § tentemus, non abs re erit, de varia ejusdem versus in sacris Codicibus lectione nonnulla præmisisse.*

*ut adeo celebris versus* 40 *capitis* 12 *Exodi,*

186 *Cum Hebræi casibus careant, atque adeo pronomen Hebraïcum, respondens Latino relativo* qui, *ambiguæ sit relationis; hinc versus ille non uno ab omnibus modo Latine redditus fuit. In Vulgata hodierna ita, ut ante monuimus, habet :* Habitatio autem filiorum Israël, QUA manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum ; *contra vero Hebraïcum textum ita vertit S. Hieronymus tom.* 1 *Operum edit. anni* 1693, *col.* 76 : Habitatio autem filiorum Israël, QUI manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum; *atque ita etiam Biblia Polyglotta, Antverpiensia regia, et Jayana Parisiensia legunt : quo postremo sensu, qui et apta est Hebræi textus interpretatio, non determina-* F *tur chronographia, qua soli Israëlitarum in Ægypto habitationi* 430 *anni tribuantur, sed tantum exprimitur prosographia seu descriptio illius populi, Israëlitici nempe, cujus universa* παροικήσις, *seu peregrinatio usque ad* 430 *annos pervenit. Septuaginta vero Interpretes, uti liquet ex antiquissimo illo codice Ms., ad quem Sixtina editio exacta fuit, memoratum versum ita verterunt, ut non tam verbum e verbo, quam sensum e sensu expresserim, addentes claritatis ergo has voces :* καὶ ἐν γῇ Χαναάν; *ut adeo ex versione Græca ita citatus Exodi versus sonet :* Habitatio autem filiorum Israël, quam habitaverunt in terra Ægypto et in terra Chanaan, anni quadringinti triginta.

*cujus variæ lectiones interpretationesque*

187 *Multo plura superaddit Samaritanus textus, et ea quidem, quæ, si S. Hieronymi, Orientalium idiomatum peritissimi doctoris, tempore, multoque prius pro genuinis verbis Moysis recepta, aut in Samaritanis Hebræisve codicibus alicujus notæ exarata fuissent, nullam plane, aut certe exiguam de illo textu disputandi materiem liquissent; quandoquidem, admisso semel, uti ab Hieronymo aliisque fit, hasce Apostoli voces* Testamentum confirmatum a Deo *aliud non significare,*

*hic recensentur, expositione indigeat, ut cum aliis testimoniis sacris concilietur.*

AUCTORE J. G.

*ficare, quam pactum a Deo primum initum cum* Abramo *de benedicendis in ejus semine omnibus cognationibus terræ, ne umbra quidem difficultatis ex ea parte supererit, ut Samaritanus textus cum reliquis supra adductis testimoniis concilietur, uti ex dictis dicendisque manifestum est. Ipsum nunc audi Samaritanum textum, seu potius primigenii textus Hebraïci glossema, ita ad litteram Latine sonans :* Commoratio autem filiorum Israël ET PATRUM EORUM, quam habitaverunt IN TERRA CHANAAN et in terra Ægypti, fuit quadringentorum et triginta annorum. *Sed de variantibus hujus textus lectionibus jam satis. Ad ipsum modo investigandum Hebraïci, uti Hieronymi temporibus multoque ante legebatur, textus Vulgatæque nostræ sensum progredior, quo cum jam sæpe citatis sacrorum Codicum testimoniis concilietur, ac salva interim incolumisque maneat tum Hebræi textus, tum Vulgatæ nostræ auctoritas, quam recentiores quidam hocce loco mendi seu erroris arguentes temere nimis, meo quidem judicio, convellere ausi sunt.*

B

## § XI. Celebris de Patriarchæ posteris versus libri Exodi, etiam in eo non admisso mendo, exponitur. Testamenti, a S. Paulo memorati, epocha anno Abrami 75 innectitur.

*In celebri illo versu idiotismus quidam,*

*Inter varios modos, quibus famosus ille versus cum cæteris divinorum Codicum testimoniis, salva sacri Scriptoris sinceritate, conciliari posse videtur, primus se mihi offert magisque arridet ille, quo Hebraïcus quidam idiotismus citato loco cubare statuitur, cujus idiotismi ea natura seu energia est, ut plus indicet, quam verba ipsa primo auditu sonent, ita ut, dum nominatim posteris facta quædam adscribit, horum tamen majores, qui in hisce partem habuere aliquam, hinc neutiquam excludendos significet. Atque ita, dum*

C *Moyses cit.* ŷ. *habitationem* filiorum Israël in Ægypto quadringentorum triginta annorum *fuisse, narrat, habitationem patrum eorum, et* Abrahami *præsertim, hinc minime excludere voluisse, nec re ipsa verbis suis exclusisse, censendus erit. Ne autem idiotismus ille a me gratis excogitatus fictitiusque dici queat, visum est, per varios Libros sacros paulo latius excurrere, quo duo hæc manifesta fiant : alterum; non modo vaticinia seu promissiones, sed et ipsa facta historica idiotismo simili proavis adscribi, in quibus tamen ipsi posteri partem habuere aliquam, imo et subinde potissimam; alterum; eadem seu promissa seu facta vice versa adscribi posteris, in quibus tamen hi per se ipsi, seu in sua persona, ut vulgo aiunt, partem habuere nullam, sed tantum in uno e majoribus suis vel in suæ gentis capite, cui vel facta est promissio, vel a quo res aliqua incepta magnaque ex parte continuata fuit.*

*cujus exempla*

189 *Factumne id sit ob arctissimum necessitudinis vinculum, quod majores inter et posteros intercedit, an ob aliam quacumque specialem causam, ipsis sacris Scriptoribus notam, non opus est hic inquirere. Satis ad rem nostram est, utriusque idiotismi exempla produxisse. Ut a priori incipiam, ita plus semel in libro Genesis, narratur Deus* Abrahæ, *Isaaco et Jacobo dixisse :* TIBI dabo terram hanc, *Chanaan nempe, in hereditatem perpetuam, seu, uti David Psalmo* 104, ŷ XI *narrat,* TIBI dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis vestræ; *cum tamen Patriarchæ illi peregrini et accolæ semper fuerint in terra ista, tantumque in eorum posteris completa fuerit promissio divina, uti Libro Josue videre est. Sic rursus Genes. cap.* 12, ŷ. 3 *dicit Deus* Abramo : In TE benedicentur universæ cognationes terræ; *quæ tamen promissio, uti satis patet, in Christo, filio* Abrahæ *intelligenda est completa re ipsa fuisse. Mitto plures ejusmodi idiotismos, quod pauci illi ad firmandam priorem assertionem abunde sufficiant. Ad alteram progredior, quæ propius ad rem, quam agimus, attinet.* D

*complura, quæque huc maxime faciunt*

190 *Ac primo quidem Deuteronomii cap.* 26 *jubetur populus Israëliticus* in perpetuum *coram sacerdote, qui* fuerit in diebus illis, *profiteri, sibique ipsi ea facta adscribere, quæ majoribus suis in Ægypto contigerunt : verba habe :* Et loqueris in conspectu Domini.... Afflixerunt NOS Ægyptii et persecuti sunt imponentes onera gravissima : et CLAMAVIMUS ad Dominum Deum... Et eduxit NOS de Ægypto in manu forti... Et E tradidit NOBIS terram lacte et melle fluentem. Et idcirco NUNC offero primitias frugum terræ, quam Dominus dedit MIHI. *Ita quoque auctor Libri Judicum cap.* X, ŷ. XI *et* 12 *Deum inducit sic Israëlitis loquentem, ut præsentibus tribuat facta illa, in quibus eorum dumtaxat majores partem habuerunt. Verba sacra audi :* Quibus locutus est Dominus : Numquid non Ægyptii et Amorrhæi filiique Ammon et Philistiim, Sidonii quoque et Amalec et Chanaan oppresserunt vos, et CLAMASTIS ad me, et erui vos de manu eorum? *Et iterum lib.* I *Reg. cap.* 12 ŷ. XI *Samuël in sua ad populum Israël gravissima adhortatione, qua et suam in reipublicæ Hebraïcæ administratione integritatem probat, ita loquitur :* Et misit Dominus Jerobaal, et Badan, et Jephte, et Samuël, et eruit vos de manu inimicorum VESTRORUM per circuitum, et HABITASTIS confidenter; *quæ profecto non in solis Israëlitis, quos Samuël alloquebatur, sed et in eorum majoribus locum habuerunt.* F

*ex S. Scriptura proponuntur,*

191 *Sic itidem propheta Osee cap.* 12, ŷ. 4 *Sermonem, quem angelus cum patriarcha Jacob habuit in Bethel (vide Genes. cap.* 28*) sibi suisque popularibus tribuit, ita loquens :* In Bethel invenit eum, et ibi locutus est NOBISCUM. *Ita rursus propheta Amos cap.* 5, ŷ. 25 *Israëlitis secum viventibus ea adscribit, in quibus hi nullam, patres vero eorum, octingentis circiter annis prius defuncti, partem habuerunt omnem. Verba ejus hæc sunt :* Numquid hostias et sacrificium OBTULISTIS mihi in deserto quadraginta annis, domus Israël? *Denique Achior, Ammonitarum dux, Holofernem edocens, quis ille esset populus, qui adversus eum montana obsideret, affirmat cap.* 5 *Libri Judith,* EOS noluisse sequi deos patrum suorum; *secundo* EOS unum Deum cœli coluisse, qui et præcepit EIS, ut exirent inde, *e Chaldæa nempe; tertio* EOS, *urgente fame,* in Ægyptum descendisse; *cum tamen in his omnibus Israëlitæ, qui adversus Holofernem montium concluserant itinera, nullam omnino partem haberent, nisi solo suæ gentis capite et patriarcha* Abraham, *deindeque in Jacob.*

192 *Quæ cum ita sint, quidni pariter citatum Exodi versum* 40 *per ejusmodi idiotismum, seu*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cubare ostenditur, atque ita cum aliis versus ille conciliatur;*

*seu per familiarem satis Hebræis scriptoribus loquendi formulam, num.* 188 *indicatam, explicemus, sic ut per* filios Israël, *quorum habitatio seu peregrinatio in Ægypto* 430 *annorum fuisse asseritur, non soli Jacobi posteri, seu in terra Chanaan, seu in Ægypto nati, illic designati a Moyse fuerint, sed eorum etiam majores, Jacob nempe, Isaac et* Abraham, *quorum hic eodem, uti videtur, anno, quo venerat in Chanaan, descendit in Ægyptum, ut* peregrinatur ibi, *Genes. cap.* 12, ℣. x; *ubi et Isaac, nisi aliter jussisset Deus, peregrinari etiam statuerat, Genes. cap.* 26, ℣. 2; *et quo denique ipse Jacob exortæ in Chanaan famis causa sese cum tota sua familia contulit, ubi hæc in immensum crevit usque ad annum a memorato Jacobi descensu, ducentesimum decimum quintum. Et sane ipsemet ille famosus Exodi versus speciale fundamentum præbet, ut sub nomine* filiorum Israël *etiam majores eorum designati intelligantur, quandoquidem, uti nemo diffiteri potest, excludi ab illo nomine citato* ℣. *neutiquam potest ipse Jacob, utpote qui hujus in Ægyptum profectionis princeps et dux fuit. Quod si hic excludi nequeat, cur excludendus* Abramus, *totius populi caput, qui et ipse in Ægyptum, teste Moyse Genes. cap.* 12 ℣. x, *descendit,* ut ibi peregrinaretur, *et quem Isaïas cap.* 52 ℣. 4 *sub totius populi nomine designasse videtur, ita loquens* : In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi?

*licet qualemcumque hujus versus expositionem argumento*

193 *Adversus omnem hujuscemodi, licet petitam ex ipsa textus natura multisque sacræ Scripturæ idiotismis stabilitam explanationem, vehementer exsurgunt Houbigantius, et qui eum hic sequitur, laudatus supra Smitius, asserentes ambo, sub nomine* filiorum Israël *intelligi hic non posse patriarchas seu illorum majores. Houbigantium de hac re apud laudatum Smitium num.* 45 *Prolegomeni Exodi pag.* XXXVIII *ita fere loquentem audi* : In ea interpretatione, *inquit, quæ qualicumque modo sub nomine* filiorum Israël *patriarchas seu majores eorum comprehendit,* inest cum aperta ludificatione argumentatio falsa et fere puerilis. *Enimvero sat multa uno jactu tela? Si impulsu primo hæc fiant, quis, nisi ista imbellia sint, reliquos impetus sustinere poterit? Sed non est, cur animus contrahatur. Videamus, quam graviter, seu, ut rectius loquar, quam nullo modo et in speciem tantum Houbigantii tela adversarios feriant.* Quippe, *inquit cit. loco,* norunt omnes, in omni propositione affirmante subjectum et attributum esse ejusdem, ut aiunt, comprehensionis, nec latius patere subjectum, quam ipsum attributum. (*Audiant hæc Dialectici, et sublimem in modum de sacrarum Litterarum idiotismis ac de genuino sensu disserere hinc discant!*) Cum igitur (*verba ejusdem sunt*) hujus propositionis : « Filii Israël « in Ægypto habitaverunt, « subjectum sit « Filii Israël, « attributum « In Ægypto habitave- « runt, « liquet, non alios filios Israël, *nempe cit.* ℣. 40, intelligi, quam eos ipsos, qui in Ægypto habitavere : et quomodo ab Ægypto excluditur Chanaan, ita etiam abs illis filiis Israël, qui in Ægypto habitaverunt, excludi eorum filiorum parentes, qui in Chanaan peregrinati **fuerant.**

*quodam, sed vitioso,*

194 *Hactenus ille : cui ego, si Dialecticorum more contendere luberet, mox reponerem, bellam illam argutationem falso, ut aiunt, niti supposito, idque ipsum, quod precipue in controversia est, Houbigantium non probare, sed quasi jam ante probatum satis esset, temere ac gratis assumere : unde consequens fit, ut tota corruat. Ostendat ergo prius Houbigantius, hasce voces* Filii Israël *tam stricte atque in eo Dialecticæ rigore a sacro historiographo Moyse adhibitas fuisse ad designandos solos Jacobi seu Israëlis posteros, ut ne ipse quidem Jacob seu Israël comprehendi illis possit. Cum autem ex dictis ipsemet eorum, qui in Ægyptum descenderunt, dux et antesignanus Jacob, quique annis* 17, *velut eorum caput in Ægypto cum eis habitavit, excludi ab Ægyptiaca habitatione nequeat, fateatur necesse est, nullius roboris esse desumptum ex Dialecticis tricis argumentum.*

AUCTORE J. G.

*et ex quo absurda*

195 *Ceterum, quam sit ridiculum et sacrorum Codicum dignitati contrarium, ad contentiosæ Dialecticæ præscripta hagiographorum seu Veteris seu Novi testamenti verba exigere, ipsis fere Houbigantii verbis simili in re jam nunc ostendo : Norunt omnes (vide supra Houbigantii argumentum) id omni propositione affirmante subjectum et attributum esse ejusdem, ut aiunt, comprehensionis, nec latius patere subjectum, quam ipsum prædicatum. Cum igitur hujus propositionis, libro Judith prolatæ* : Hebræi, qui præpararunt se ad resistendum Holoferni, noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum, ut jussi sunt inde exire, *cum, inquam, hujus propositionis subjectum sit* Hebræi, qui prepararunt se ad resistendum Holoferni; *attributum vero* : Noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum, et jussi sunt inde exire *etc., liquet, non alios Hebræos Libro Judith intelligi, quam eos ipsos, qui noluerunt servire diis alienis in Chaldæa, quique jussi fuerunt inde exire; et, quomodo a Chaldæa excluditur Chanaan et urbs Bethulia, ita etiam ab illis Hebræis, qui prepararunt se ad resistendum Holoferni, excludi debent eorum parentes. Igitur, si Houbigantii ratiocinatio subsistat, sensus assertionis, libro Judith memoratæ, erit, Hebræos illos, qui Holoferni resistere conati sunt, ipsissimos illos esse, qui mille et trecentis annis ante in Chaldæa habitarunt et inde exire jussi sunt. Quod cum Houbigantius neutiquam admissurus sit, eccur nos effatum ejus, unde hæc consecutio emanat, pro vero admittamus?*

*multa consequuntur, Houbigantius respuat,*

196 *Adhæc, si quis in exponendis citatis num.* 190 *et* 191 *textibus potius ad Houbigantii principium, quam ad assertum a nobis idiotismum recurrendum velit, fateatur is necesse est, prophetam Osee, cui in diebus Ezechiæ factum est verbum Domini, æqualem fuisse (vide ejus verba num.* 191) *patriarchæ Jacob, et huic æque, ac Jacobo, locutum in Bethel fuisse angelum, ac rursus Israëlitas, quos alloquebatur Amos cit. cap.* 5, ℣. 25, *eosdem fuisse, qui octingentis annis ante in deserto* 40 *annorum spatio degerant; et, ut alia mittam, quæ ex recitatis num.* 190 *textibus pari forma erui possunt, argumenta, Judæos, qui, vivente Christo, ceterosque, qui deinde usque ad Evangelii promulgationem festo Pentecostes primitias frugum secundum legem Deuteron. cap.* 26 *obtulerunt, vel ex præcepto divino mentios fuisse, dum in suæ confessionis formula dixerunt:* Afflixerunt NOS Ægypti.... eduxit NOS (*Deus*) de Ægypto; *etc; vel, si mentiti non fuerint, uti certe neutiquam mentiti sunt, eos adeo, nempe ex principiis Houbigantii, ipsissimos illos fuisse, qui bis mille circiter annis, ac multo etiam ante,*

*educti*

AUCTORE J. G.

*educti ex Ægypto fuerunt missique in possessionem terræ Chanaan. En quo abducat nimia illa argutia ac singularis illa in exponendis sacris Codicibus subtilitas, qua potior Dialecticæ captiosæ, quam sat communium Scripturæ sacræ idiotismorum ratio habetur.*

*Explicantur nonnulla, quæ adversus expositionem*

197 *Dicamus ergo potius, cit. libro Exodi, utpote quo universi populi Hebraïci annales continuantur, per τό* filios Israël *integram gentem Hebræam seu electum Dei populum, tam in capite, quam in membris designatum a Moyse fuisse, eodem nempe, vel certe pari idiotismo, quo in jam productis textibus designati fuerunt non solum Christi, Osee prophetæ, Moysis aliorumque hagiographorum tempore viventes Israelitæ, sed et eorum majores, quatenus hi cum illis unam eamdemque constituebant gentem, quorum adeo gesta, utpote ad universum populum spectantia, posteris adscripta fuerint. At enim, inquiet aliquis, cum* Abram *in Ægyptum famis causa profectus, anno nempe ante exitum posterorum suorum quadragentesimo trigesimo, non dudum illic manserit, sed paulo post reversus sit in terram Chanaan; Isaacus vero in Ægyptum quidem ire*
B *meditatus fuerit, re tamen ipsa eo non iverit, ne toti quidem Hebræo populo, seu tam in capite, quam in membris, spectato, habitatio seu peregrinatio 430 annorum in Ægypto adscribi merito potest. Ad hæc respondeo, in rigore quidem Dialectico dici non posse, Hebræum populum totidem annis in Ægypto continue habitasse; at nihilominus a Moyse, qui ratiocinatorem aut calculatorem scrupulosum, sed historiographum agit, non immerito habitationi, seu peregrinationi Hebræorum in Ægypto, 430 annos tribui.*

*memorati versus, a nobis datam,*

198 *Ita existimo, tum quia hisce annis initium fecit in Ægypto* Abramus, *qui, teste Moyse Gen. cap.* 12, ℣ x *eo descendit,* ut ibi peregrinaretur; *tum quia etiam Isaac sui Patris exemplo, veluti pro suæ peregrinationis terra Ægyptum aliquando habuit, tum quia non interrupta per 215 annos habitatio Jacobi et posterorum ejus Ægyptiacæ peregrinationi finem imposuit. Adhæc, præterquam quod ex annis peregrinationis trium patriarcharum in terra Chanaan detrahendi sint anni illi, quos Jacob in Mesopo-*
C *tamia apud avunculum suum egit, quibus fit, ut a descensu* Abræ *in Ægyptum usque ad posterorum exitum multis annis diutius in Ægypto, quam in terra Chanaan, Hebræa gens degerit; aliæ etiam suppetunt rationes, cur Ægypto potius, quam terræ Chanaan, totius peregrinationis tempus adscribi potuerit. Primo quidem, illa patriarcharum in terra Chanaan peregrinatio, in censum etiam adductis eorum servis horumque filiis, præ posterorum in Ægypto degentium peregrinatione, paucissimorum dumtaxat hominum fuit, minusque in oculos incurrit, (de qua vide Psalm. 104. ℣. 12 et 13) cum tamen ex adverso Ægyptiaca mansio innumeram hominum multitudinem complexa atque apud omnes celebratissima fuerit.*

*opponi possunt;*

199 *Deinde vero, uti Pererius in caput 12 Exodi disput. 19, num. 116 observat, Ægyptiaca habitatio posterorum* Abrahæ, *Isaaci et Jacob tribus rebus insignita mirum in modum et nobilitata fuit, nempe Josephi per octoginta annos imperio Ægyptiaco, magnaque eo temporis spatio Hebræorum prosperitate, eo autem sat diu defuncto perinsigni et admiranda multiplicatione, ut ut interim laboriosissima premerentur servitute; ac denique liberatione eorum atque exitu ex Ægypto, tot tantisque prodigiis in primis memoran-*
*do. Hisce addamus, moris esse Scripturarum,* D
*prout ex cap. ultimo Libri judith* ℣. 28 *et ex* 70 *Interpretum versione cap.* XI *Genes.* ℣. *ultimo patet, ut ei loco, ubi annorum numerus aliquis completus fuit, licet tamen transactus ibi totus non fuerit, totus tamen adscribatur. Ex quibus omnibus manifestum fit, Moysen recepto Hebræis more suæ gentis peregrinationi Ægyptiacæ potius, quam Chananææ, illud 430 annorum spatium jure merito attribuisse. Præterjam traditum celebris illius versus cum aliis sacræ Scripturæ testimoniis conciliandi modum, alius quoque suppetit, quo, habita antecedentium Moysis verborum ratione, versus ille cum præfatis testimoniis adduci quoque in concordiam possit, vel in ipsa etiam hypothesi, gratis tantisper admissa, quæ cit.* ℣. 40 *per has voces* Filii Israël *non alios, quam Jacobi posteros, designari, tradit.*

*assignaturque modus alius,*

200 *En illum. Eodem cap.* 12 *Exodi* ℣. 25 *Pen-*
*tateuchi auctor Moyses ex præcepto divino ad Israëlitas ita locutus fuerat :* Cumque introïeritis terram, quam Dominus daturus est vobis, UT POLLICITUS EST (Abrahamo *nempe Genes. cap.* 12 ℣. 7 *et dein alias)* observabitis ceremonias istas, *paulo*
E *ante scilicet præscriptas ad esum agni Paschalis ceteraque, redeunte quotannis Paschali tempore, observanda. Quorsum, obsecro, paulo ante, quam Israëlitæ de Ægypto versus terram Chanaan profecturi essent, in memoriam eis Moyses revocat divinas promissiones, illamque adeo maxime celebrem omniumque primam pollicitationem, quam Deus* Abramo, *jam primum terram Chanaan ingresso, apparens fecerat, Genes. cap.* 12, ℣. 7 *dicens :* Semini tuo dabo terram hanc, *nisi ut Israëlitæ divino ductu auxilioque, utpote sibi promisso, multo magis, quam humana opera, se e servitute educendos esse, agnoscerent, suamque in Deo Patrum suorum fiduciam firmissime locarent? Dum ergo eodem cap.* 12 *Exodi, mox ut dixerat profectos fuisse filios Israël de Ramesse in Socoth, et ab ipsis Ægyptiis exire compulsos fuisse* ℣. 40 *hæc subdit :* Habitatio autem filiorum Israël, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum; *non abs re censeri potest, verbis istis innuere voluisse, jam re ipsa impleri cœptam eo exitu fuisse divinam pollicitationem paulo ante memoratam, quæ aliarum omnium, quarum cap.* 3 *et* 6 *Exodi, et per-* F
*sæpe in libro Genes. mentio fit, veluti princeps et antesignana fuit.*

*quo versus ille celebris recte exponi queat,*

201 *Hujus adeo celeberrimi versus hic sensus erit : habitationem, qua Israëlitæ manserunt in Ægypto, finem seu complementum fuisse illorum* 430 *annorum, qui secundum factam* Abramo *cap.* 12 *et* 15 *Genesis promissionem divinam, suæque genti celebratissimam, decurisse prius debuerant, quam ipsius posteri de sua servitute et afflictione egressuri essent versus terram Chanaan, quam stato tempore occuparent in hereditatem perpetuam. Ellipsi ergo in cit.* ℣. 40 *utitur Moyses, at tali, ut id, quod reticet, cum aliunde satis apertum esset, facile subintelligi seu mente suppleri possit, quæque adeo non magis Moysen ineptum, absurdum aut nugatorium reddere potest, quam frequentes alibi ellipses harum auctores ineptos aut frivolos faciunt. Et huic quidem expositioni, qua Egyptiacæ Israëlitarum habitatio 430 annorum, quos Deus* Abramo *præsignificarat, veluti finis ac complementum, cit.* ℣. *designata fuisse, statuitur, suffragantur, quantum ad substantiam, Grotius, Cajetanus, a Lapide, viri sane inprimis eruditi, quos, si lubet, lector adeat.*

202 *quod*

A 202 *Quod si quis neutram citati versus expositionem a me datam, nec aliam quamvis, apud insigniores sacræ Scripturæ interpretes obviam, admittere velit, propterea, quod in eodem illo versu, uti S. Hieronymi tempore, ac multo ante legebatur, mendum cubuisse, pro indubitato habeat; ego contentiosum funem cum eo non traham; ast tunc demum mendum erroremque vetustum in eo ỳ. admittam, cum manifeste probatum videro, Samaritanis potius, quam Judæis concredita a Deo fuisse sacra eloquia, majorem istorum in describendo Pentateucho accurationem, quam sacerdotum Judæorum diligentiam fuisse; nec non Samaritanos codices, tantopere nunc jactatos, re ipsa antiquiores esse Hebræis Samaritanisque codicibus, quos S. Hieronymus consuluit, in quibus nempe prætensus ille primigenius Moysis textus, num.* 187 *sub finem recitatus, nuspiam ab eo inventus fuit; seu, uti apertius eloquar, tunc demum credam, in cit. ỳ. non idiotismum Hebraïcum aut Ellipsim, sed mendum et errorem cubare, cum demonstratum videro, nostri temporis magistros in Israël, qui vel*

B *vulgaribus usi sunt præceptoribus, vel qui commodis perdiscendi sacras linguas subsidiis caruerunt, linguarum sacrarum peritia et optimæ notæ codicum usu doctori eruditissimo Hieronymo peritisque, quos nactus est, magistris, aut palmam eripere, aut saltem hanc eis deferre neutiquam debere.*

*etiam in eo non admisso mendo quodam, contra ac quidam recentiores volunt.*

*Testamentum a Deo confirmatum, de quo*

203 *Venio nunc ad difficultatem aliam, quæ ex ipsis S. Pauli ad Galatas verbis exsurgit. Si contra S. Gregorii Magni effatum ad Donati regulas, ad Porphyrianæ Isagogæ placita, vel ad fori contentiosi formulas Apostoli verba, num.* 172 *transcripta exigenda forent, consectarium omnino esset, ut* 430 *anni quos* a Testamento confirmato a Deo *usque ad Legem in monte Sina latam excurrisse, scribit, computari ab anno* Abrami *septuagesimo quinto nequaquam possent, utpote quo primum ei Deus promisit fore, ut in semine ejus benedicerentur omnes cognationes terræ. Verum enimvero in ea, de qua agimus S. Pauli Epistola Donati regulæ et quæ hisce superstruuntur Porphyrianæ Isagogæ placita ac fori contentiosi formulæ locum neutiquam habent; quippe nihil aliud S. Paulus cap.* 3 ỳ. 17 *per hasce primigenias voces* διαθήκην προκεκυρωμένην ἀπὸ τοῦ Θεοῦ

C *exprimere voluit, quam quod, uti advertit S. Hieronymus in hunc locum, Hebræo sermone* Berith, *Latino* pactum *vocatur,* illud *nempe* gratuitum, *uti Usserius in Chronologia sacra pag.* 131 *notat,* quod cum Abrahamo Deus primum iniit, atque ineundo sancivit, ratumque et authenticum effecit, subsequentibus ejusdem repetitionibus nihil amplioris authoritatis primævæ promissioni adjicientibus.

*S. Paulus agit, diversum non est a divino pacto, Gen. cap.* 12 *memorato,*

204 *Neve id gratis assertum videatur, audiamus Cornelium a Lapide, in eumdem illum versum pag.* 454 *ex antiquorum sententia ita scribentem :* Hic et alibi, *inquit,* hæc tria, scilicet Hebræum Berit (*seu* Berith) Græcum διαθήκη et Latine Testamentum idem sunt, significantque quodvis pactum. Hoc enim adæquate in Scriptura significat Hebræum Berit (*seu* Berith) quod septuaginta vertunt διαθήκη scilicet, ut idem sit, quod συνθήκη. Ita Hieron. Chrysost. Theophyl. Œcumen. Idem ex Aristophane et Demosthene ostendit Budæus. S. Augustinus tamen proprie capit hic Testamentum Dei : « Quia, » inquit, « quod mors testatoris valet ad confirman-

« dum testamentum, hoc incommutabilitas pro- « missionis Dei valet ad firmandam suam pro- « missionem. » *Quæ postrema sententiæ nostræ nihil officiunt. Et sane non de promissionibus seu pactis, Geneseos, cap.* 13 *a* ỳ. 15, *cap.* 15 *a* ỳ. 4, *et cap.* 17 *a* ỳ. 2 *memoratis, sese eo loco agere, ipsemet Apostolus satis palam facit, dum præcedenti versu illam diserte indicat promissionem divinam, secundum quam in semine* Abrahæ, qui est Christus, *benedicendæ erant universæ gentes seu cognationes terræ, de qua nempe eodem capite* ỳ. 8 *et* 14 *locutus fuerat, quæque adeo omnino diversa est a posterioribus promissis, citato Geneseos cap.* 13 *a* ỳ. 15, *cap.* 15 *a* ỳ. 4, *et cap.* 17 *a* ỳ. 2, *Sancto nostro divinitus factis, utpote in quibus nullum de benedicendis in semine* Abrahæ *cunctis gentibus reperire verbum est.*

AUCTORE J. G.

*neque illius Testamenti epocha a facto incerti temporis,*

205 *Fateor quidem, promissionem, de qua hic sermo est, iteratam a Deo fuisse, statim atque* Abram *hærentem inter vepres arietem obtulisset holocaustum pro filio suo Isaac, imo vero eam ejusmodi verbis a Moyse descriptam fuisse, ut ad hanc potius, quam ad eam, quæ cap.* 12 *Genes. refertur, Apostolus respexisse videri posset : ita enim. cit. cap.* 22 *a* ỳ. 16 *angelus Domini loquitur :* Per memetipsum juravi, dicit Dominus : quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me : Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, et velut arenam, quæ est in littore maris : possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ, *Verum, tametsi pactum, a Deo cum* Abra *Genes. cap.* 12 *initum, revera tunc* confirmatum *fuerit, ab ea tamen fœderis confirmatione dici nequit Apostolus illos* 430 *dinumerasse; quandoquidem incertum omnino est tempus illud, quo Isaac, filium suum, immolare* Abraham *jussus fuit, asserentibus aliis, id factum esse anno* Abrahæ *centesimo decimo, aliis centesimo decimo quinto, aliis centesimo vigesimo quinto, aliis denique centesimo trigesimo tertio, vel sexto.*

E

*cap.* 22 *Gen. relato, repeti potest, sed contra*

206 *Consectarium igitur fit, ut vel Apostolus ab incerto initio æram exordiens, imperitus in hoc scribendi genere fuisse dici debeat, quod vel suspicari nefas est; vel, ut non tempus plane ignotum, sed contra expresse in Scripturis divinis signatum, omnibusque notissimum, quale est ætatis* Abræ *annus septuagesimus quintus, prima Dei promissione celeberrimus, pro statutæ a se aræ Abrahamiticæ exordio certo ac fixo adhibuerit; utque adeo ab illo pacto, quod tunc Deus primum cum* Abramo *iniit de benedicendis in ipso universis cognationibus terræ, quodque ineundo sancivit, annos illos computes, quos inde usque ad latam in monte Sina Legem excurrisse, affirmat. Adhæc, si ab illa fœderis confirmatione, Genes. cap.* 22 ỳ. 18 *memorata, quæ inter annum* Abrahæ *centesimum decimum quintum et centesimum trigesimum septimum statuenda videtur, usque ad Legem in monte Sina latam designati ab Apostolo quadringenti triginta anni dinumerandi essent; consequens pariter foret, ut semen* Abrahæ *non modo quadringentis quinque, seu neglecto exiguo numero,* quadringentis annis, *uti tamen Gen. cap.* 15 ỳ. 13 *asseritur, peregrinum fuerit in terra non sua, sed annis omnino quadringentis et viginti quinque, imo quadringentis*

F

*et*

AUCTORE J. G.

*et triginta sex annis, si illa fœderis confirmatio anno* Abrahæ *centesimo et trigesimo sexto facta statuatur. Quid? Quod, computatis ab illa confirmatione* 430 *annis, necesse omnino fiat, vix non ex omni parte susque deque verti fixam a Moyse ab ortu* Abræ *usque ad Legem latam Chronotaxim, omnemque intercludi viam, qua adducta a num.* 177 *sacræ Scripturæ testimonia cum verbis Apostoli ita intellectis conciliari queant.*

*ex pacto certi temporis, nempe anno 75 Abrami facto, desumi cum antiquis debet.*

207 *Recte igitur Josephus lib.* 2 *Antiq. Judaic. cap.* 6 *ab ingressu* Abræ *in terram Chanaan, atque adeo et a subsecuta mox divina apparitione ac promissione Evangelica* 440 *annorum, de quibus hic agitur, exordium sumit, ita loquens de Hebræis* : Reliquerunt autem Ægyptum mense Xanthico, luna decima quinta, anno quadringentesimo trigesimo, postquam Abraham pater noster in Chananæam venit. *Quibus, quod hic obiter notatum velim, minime obesse debet, quod in ejusdem libri cap.* 5 *librarii mendum cubat, quo scilicet pro numerali nota Græca o, quæ ducentos sonat, irrepsit nota* v, *quæ quadragintos annos Ægyptiacæ servituti perperam tribuit. Consentit Josepho*
B *Eusebius in Chronicorum libro priore pag. mihi* x, *ita loquens :* Quum esset LXXV annorum *(Abram)* divino dignus habetur alloquio et ea repromissione, quæ ad eum facta est : a quo tempore usque ad regressum gentis Hebræorum ex Ægypto supputantur anni CCCCXXX, quorum meminit, Paulus ita dicens : « Testamentum confirmatum a Domino « quæ post quadragintos et triginta, annos facta « est lex, non infirmat ad evacuandam promissionem. » *Hisce consona repetit in Chronicorum lib. posteriore ad primum annum repromissionis Dei ad* Abraham *cujus initium, quidquid alii secus contendant, statuit anno ejus septuagesimo quinto, non vero sexto, uti supra num.* 167 *docuimus. Unum hisce pro reliquis omnibus addo S. Augustini lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 24 *num.* 3 *non minus disertum testimonium, his verbis conceptum :* Computantur.... ab anno septuagesimo et quinto Abrahæ, quando ad eum facta est prima promissio, usque ad exitum Israël ad Ægypto quadringenti et triginta anni, quorum Apostolus ita meminit : « Hoc autem dico, » inquit, « testamentum confirmatum
C « a Deo quæ post quadringentos et triginta facta « est lex, non infirmat ad evacuandam promissionem. » *Sed de perdifficili illa quæstione ad institutum nostrum jam dicta sufficiant. Ad* Abrami *gesta modo redeamus.*

## § XII. Abrami adventus in terram Chanaan : ejus illic peregrinatio : profectio versus Ægyptum : adhibitum ab eo, ne in Ægypto occidatur, consilium.

*Abramus ex Haran, de cujus situ,*

Abramum, *cum annum ageret septuagesimum quintum bimestri spatio minus circiter completum, ex Haran divino oraculo evocatum fuisse, cumque uxore sua Sarai, et Lot sui fratris filio, omnique tum suo tum ejus famulitio universaque substantia sese contulisse versus terram Chanaan, ex verbis Moysis Genes. cap.* 12 *a* ℣. 4 *et ex dictis* § IX *a num.* 162 *indubitatum apparet. Eum autem in terram Chanaan etiam pervenire facile potuisse, priusquam idem ille annus ex omni parte elapsus esset, jam nunc dicenda aperient. Si urbs Haran, unde Vir obedientissimus discessit versus Chananitidem, cum S. Hieronymo lib. de Situ locorum Hebraïcorum tom.* 2 *Oper. col.* 427, *statuatur esse illa Mesopotamiæ civitas,* quæ usque hodie Charra dicitur, ubi Romanus est cæsus exercitus et Crassus dux captus, *quæque, uti videre est in mappa geographica a D. d'Anville, regio geographo, ceteris accuratius digesta tom.* 2 *Orientis Christiani ad col.* 669, *trecentis circiter milliaribus Romanis, seu septuaginta quinque leucis Belgicis a terra Chanaan distat ; potuit* Abram, *si duas quotidie leucas Belgicas cum media confecerit unius mensis spatio in Chanaan advenire, atque adeo currente adhuc anno ætatis suæ septuagesimo quinto.* D

*hic agitur, in terram Chanaan pervenit,*

209 *Quod si cum Frederico Spanhemio, quem Cellarius part.* 2 *Orbis antiqui pag.* 445 *laudat Haranem, utpote ex Genes. cap.* XI ℣. 31 *in itinere, quod e Chaldæa in Chanaan ducit, sitam* E *urbem, in terra magis australi, nempe plus quam quadraginta millibus passuum infra Carras, supra tamen latitudinem Nicephorii urbis collocare lubet ; ut est tanto angustius urbem hanc inter et Chananitidem terrarum intervallum, ita et eo brevius temporis spatium impendere debuit* Abraham, *ut terram Chanaan teneret. Ut ut sit de vero situ urbis Haran, quam tamen nolim cum paucis recentioribus Palmyræ, aut in Cœles Syriæ plane vicino Chananitidi tractu collocare ; nihil equidem ex locorum intervallo, uti ex dictis patet, contrarium occurrit, quo minus, currente adhuc anno ætatis suæ septuagesimo quinto sanctus Viator in terram Chanaan advenerit.*

*non occupato prius, contra ac Nicolaus*

210 *Verum ex alio capite emergit difficultas aliqua, videlicet ex verbis Nicolai Damasceni, antiqui scriptoris, quem Josephus lib.* 1 *Antiq. Judaïcarum cap.* 8 *laudat. Ex hoc verba illius audi* : Abrahamus regnavit apud Damascum advena, ut qui cum suo exercitu venerat e regione supra Babylonem sita, quæ Chaldæorum dicitur : nec ita multo post hinc quoque migrans cum suo populo, sedem transtulit in terram tunc F Chananæam, nunc Judæam nominatam : ejusque posteritas ibi crevit in immensum numerum, quorum res alibi sum narraturus. Abrahami vero nomen *(hæc Josephi, Nicolai dicta commentantis, verba esse arbitror)* etiam nunc est apud Damascenos celebre, et vicus ostenditur, quem vocant Abrahami domicilium. *Cum igitur, ex quo semel* Abram *ingressus est Chananitidem, inde numquam sedem suam Damascum transtulisse dici queat, necesse sit, ut, si recte scripserit Nicolaus Damascenus, uno saltem alterove mense in ea urbe manserit* Abram, *dum ex Haran illac in Chananæam profectus est.*

*Damascenus tradit, in urbe Damasco*

211 *Fateor, cum non satis constet,* Abramum *eamdem tenuisse viam, dum ex Haran in Chananæam venit, quam postea tenuit Jacob ex avunculi sui domo in Chanaan revertens ; dici sat probabiliter posse, illum per Damasci fines ipsamque urbem iter tunc fecisse, illicque uno alterove die etiam fuisse moratum, forte ut de via fessam familiam recrearet ; hincque etiam factum, ut apud Damascenos celebre deinceps ejus nomen manserit ; adhæc, cum haud ita multo post*

A *post* Abram *trecentos decem et octo vernaculos ad bellum expeditos, quibus quatuor regum exercitum victorem fudit, habuisse legatur, non diffiteor, utcumque vera scripsisse Damascenum Nicolaum, dum turbam hanc nomine* exercitus *donavit; at, cum hujus turbæ dominum ducemque* Abramum, *aliquandiu Damasci regnasse, asserit, non possum non ab eo hic discentire. His, ut alias non recenseam, potissimum ducor rationibus. Abhorret a veri specie, hominem advenam seu vi, seu precario regnum illud accepisse, acceptum autem non ita multo post reliquisse, et dein urgente fame, in Ægyptum potius, non sine vitæ suæ periculo præsentissimo, esse profectum, quam repetiisse Damascum, ubi summa rerum potitus esset, et potiri rursus facile potuisset, ubi et non sine aliquo quidem ob exortam in Syria famem incommodo vitam degisset, at procul a suæ vitæ discrimine, aliisque multo majoribus incommodis, quibus se subjicere in Ægyptum tendens cogebatur.*

*regno, quod dein deseruisset;*

212 *Adhæc, si quando* Abram *Damasci regnasset, cur facti adeo illustris neque Moyses neque ulli Scriptores sacri meminerunt, cum* et regnasse, *uti Salianus supra sæpe laudatus ad annum* Abræ 76 *num.* 9 *recte advertit,* et sponte regnum, obeundæ peregrinationis, divinitus mandatæ, causa reliquisse, magnam veræ commandationis segetem subministret, *quam sacri Scriptores, qui minoris momenti res ab eo gestas commemorant, neglecturi fuisse non videntur. Denique, cum Nicolaus ille nimium quantum a temporibus* Abrami *remotus vixerit, utpote, teste Suida,* familiaris Herodis, Judæorum regis, et Augusti Cæsaris, *nec se antiquiorem testem aut vadem adducat, tanta non est ejus in re tam singulari auctoritas, ut fidem mereatur, præsertim dum ei Scriptura sacra non modo non favet, sed et non uno ex capite repugnat. Similia quidem etiam tradit Justinus lib.* 36 *Epitomæ Histor. Pompeii Trogi, pag. mihi* 309 *et* 311 *asserens, non* Abramum *tantum, sed et Israhelem seu Jacobum, ipsumque Moysen, quem Josephi proregis Ægypti filium perperam facit, Damasci reges fuisse; sed omnia hæc commentitia, seu tam vera esse de* Abramo, *quam de Jacobo et Moyse, imperitus sit, qui dubitet.*

C *perambulans autem terram Chanaan ex Dei angelo sibi apparente, se ad hanc determinate*

213 *Cum jam Viator obedientissimus, necdum plane elapso, ut credibile omnino ex dictis est, anno ætatis suæ septuagesimo quinto, in terram Chanaan pedem primum intulisset, nullo illic loco ad dies multos substitit, sed contra, uti Genes. cap.* 12 ℣. 6 *narratur,* pertransivit terram, *seu, uti expressius habent* LXX *Interpretes,* perambulavit terram *in longitudinem ipsius, id est, a tractu Septemtrionali, puta ab urbe Emath, aut ab huic vicina, postea dicta* Dan, *Australem versus, usque ad confinia Sichem, seu usque ad convallem illustrem, qua parte loco Sichem vicina est, quæ regio tunc a Chananæo, hoc est, ab uno ex undecim populis a Chanaan, Noe nepote, oriundis, incolebatur, quemadmodum his verbis Moyses cit. cap.* 12, ℣. 6 *scribit:* Pertransivit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad convallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra. *Illic tum paululum moranti* Abramo *apparuit Dominus, seu Dei locum tenens angelus, dicens ei:* Semini tuo dabo terram hanc *Genes. cap.* 12 ℣. 7. *Ex quibus verbis demum intellexit Vir sanctus, terram Chanaan, in qua jam erat, eam ipsam esse, ad quam ex Ur Chaldæorum ac dein ex Haran evocatus a Deo fuerat, seu quam ei Dominus pro suo beneplacito monstraturum se, pollicitus fuerat.*

AUCTORE J. G.

*divinitus vocatum prius fuisse, intelligit, ejusque possessionem*

214 *Igitur in tanti beneficii agnitionem, in acceptatæ possessionis, a posteris ineundæ, indicium, Deoque aliquando consecrandæ regionis monumentum* ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, *uti partim Genes. cap.* 12 ℣. 7 *legitur, partimque Salianus noster, hunc locum commentans, ad annum mundi* 2114, *ætatis vero* Abræ *septuagesimum sextum, num.* 13 *rectissime observat. Verba ejus, quæ apparitionem hanc erectique altaris occasionem dilucidant, haud pigebit huc transcribere.* Multum, *inquit cit. num. pag.* 408, jam terrarum erat emensus Abraham, ex quo erat egressus ex Charan, et inter Chananæos peregrinabatur sine lare, sine solo, sine domicilio; cum eum Dominus consolari volens, tertia ipsum apparitione dignatur; prima enim in Chaldæa fuit, ad jubendam migrationem e patria, altera in Mesopotamia ad eandem redintegrandam post mortem patris; *(vide a nobis dicta a num.* 151) tertia ad eum in suscepta peregrinatione consolandum. Prima nudam habuit jussionem exeundi, ut eam retulit S. Stephanus Act. E cap. 7; altera *(præter præceptum exeundi de Haran)* promissiones multiplices habuit, sed universe atque in genere; tertia particularem habet promissionem terræ hujus, in qua peregrinabatur, de qua, tanquam universæ terræ Dominus, pro arbitrio et potestate disponit; in prima Dominum se Abrahæ demonstrabat, in altera parentem, in tertia posteritatis ejus magnificum muneratorem.

*aliquando ineundam acceptat, aramque Deo erigit,*

215 Eam autem regionem Patriarcha sanctissimus nomine posterorum suorum ita acceptat, ut jam tum, quasi in possessionem mitteretur, altare erigat, quod sit insigne monimentum grati in Deum animi, simulque acceptatæ et acquisitæ possessionis indicium, denique consecratæ vero Deo regionis argumentum. Hæc est terra, quam se ei monstraturum promiserat, nunc liberalior factis, quam promissis, spondet, se ejus dominium ipsius posteritati traditurum. *Hactenus ille partim secutus S. Chrysostomum Homil.* 32 *in cap.* 12 *Genes., partim Pererium nostrum, in idem caput erudite disserentem Disput.* 2, *num.* 71, *quos lector curiosus, si lubet, adeat. An autem tunc super erectum a se altare hostias Deo immolarit* F Abram *publicasque preces fuderit, dubitari utcumque posset, quod Moyses cit.* ℣. 7 *non addat, eum ibi invocasse nomen Domini; verum, si ad versum sequentem, quo de alio altari ab* Abra *erecto meminit, animum advertamus, non ægre nobis persuadebitur,* Abramum, *sicut a se erectum secundo loco altare, de quo infra, Dei nomine insignivit, ac super illud* nomen Domini invocavit *(quod Scripturæ phrasi Deo mactare hostias publicumque cultum exercere est) ita idem illud, dum primum Deo aram in Chananæa posuit, nequaquam prætermittere voluisse; ut adeo quod Moyses* ℣. 8 *addit de* invocato nomine Domini, *sit potius prioris versus expositio, qua, quid sit Deo altare ædificare, palam facit, quam omissi prius ab* Abramo *sacrificii indicium.*

*nimirum in convalle illustri*

216 *Ceterum, cum non parum intersit lectoris, accuratius scire, quis ille fuerit Chananææ locus, ubi primum aliquandiu substitit* Abram, *veroque Deo aram exstruxit, mox ubi de tradenda posteris suis terra Chanaan facta ei est promissio; non*

AUCTORE J. G.

*nullam et nos hic moram faciemus. Chananitidem ab Aquilonari ad Australem plagam seu in longitudinem trajicientibus medio fere itinere et pari propemodum inter Mare Occidentale et Jordanem fluvium spatio occurrit mons, dictus postea* mons Ephraïm, *duo habens juga, quorum alteri nomen* Garizim, *alteri nomen* Hebal *inditum fuisse, quidam contendunt. Ut ut sit de hisce nominibus, in hoc monte, seu, ut alii volunt, ad radices ejus, ab Hemor Hevæo ædificata urbs fuit, quæ ex nomine filii ejus, de quo vide cap.* 34 *Genes.* ℣. 2, Sichem *nuncupata fuit, et cui dein* Salem, Sichima, Sichar, *nec non* Neapolis *ac* Naploza *nomina adhæserunt. Huic loco finitima est* convallis illustris, *merito sic dicta, uti Bonfrerius in cap.* 12 *Genes.* ℣. 6 *observat, propter suam amœnitatem et longitudinem, de qua ita S. Hieronymus lib. de Situ et Nominibus locorum Hebraïcorum tom.* 2 *col.* 394: AULON (non Græcum, ut quidam putant, sed Hebræum vocabulum est) appellatur.... vallis grandis atque campestris, in immensam longitudinem

B se extendens, quæ circumdatur ex utraque parte montibus, sibi invicem succedentibus et cohærentibus, qui incipientes a Libano et ultra usque ad desertum Pharan perveniunt. Suntque in ipso Aulone, id est, Valle Campestri (*Hebraïce* Elon More *vocatur*) urbes nobiles, Scythopolis, Tyberias stagnumque propter eam; sed et Jericho, Mare Mortuum et regiones in circuitu, per quas medius Jordanis fluit, oriens de fontibus Paneadis et in Mare Mortuum interiens.

*haud procul a Sichem;*

217 *Ad clariorem hujus vocis* Elon More *notitiam hæc subdit laudatus Bonfrerius pag.* 184: Hinc etiam intelligas, cur Hieronymus Deuteronomii cap. XI ℣. 30, cum in Hebræo habeatur juxta ELON MORE, ipse verterit, „ quæ est „ juxta vallem tendentem et intrantem procul, „ hoc est, juxta vallem in longum protensam, quibus verbis non alia, quam Aulon vallis periphrasticōs indicatur. *In ea itaque hujus vallis, latissime protensæ, parte, quæ locum,* Sichem *postea dictum, attingebat, et prope consitum excelsis quercubus locum, (ita enim Hebraïcum* Elon more *ex* LXX *Interpretibus exponi etiam potest)*

C Abramo *se conspicuum dedit Dei locum tenens angelus, totamque regionem, a Chanaanis posteris tunc habitatam, in cujus fere meditullio tum versabatur, semini ejus seu posteris concessum iri, pollicitus est. Postequam pius Viator locum illum, ubi hæc facta fuerant, erecta supremo Numini ara consecrasset, eximiæque religionis officia cumulate Deo exhibuisset, non dudum illic quievit, uti cit. cap* 12 ℣. 8 *Moyses insinuat, et ex eo credit S. Chrysostomus Homil.* 32 *in cap.* 12 *Genes.*

*unde transit versus Bethel, ubi etiam Deo altare erigit,*

218 Inde *ergo* transgrediens (*semper Austrum versus*) ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, *venit, ac* tetendit ibi tabernaculum suum, ab Occidente habens Bethel, et ab Oriente Hai, *ubi et alterum a se erectum altare Dei nomine insignivit hostiasque in eo Deo obtulit, uti hisce verbis indicare videtur Moyses*: Ædificavit quoque ibi altare Domino et invocavit nomen ejus *jam tum, uti S. Chrysostomus cit. Homil. observat, opere complens, quod Apostolus Epist.* I *ad Timotheum cap.* 2 ℣. 8 *monuit, in omni loco levandas esse puras manus, agendasque de acceptis a Deo beneficiis gratias. Est autem Bethel, teste S. Hieronymo cit. libro de situ locorum Hebraïcorum col.* 410, vicus in duodecimo ab Ælia D (*alias Hierosolyma*) lapide, ad dexteram euntibus Neapolim, quæ primum Luza, id est Amygdalon, vocabatur: et cecidit in sortem tribus Benjamin juxta Betham et Gai (*alias Hai*) quam expugnavit Jesus (*alias Josue*) rege illius interfecto. *Hai vero, seu, uti S. Hieronymus cit. lib. col.* 447 *etiam scribit,* Gai *urbs, teste Masio super Josue cap.* 7 ℣. 2 *et cap.* 8 ℣. XI, *bis mille et quingentis circiter passibus a Bethele abest, parique adeo spatio vicinior, quam Bethel, Jordani est; cum ex adverso Bethel Mediterraneo mari, quod Occidentalem Chananitidis regionem alluit, pari quoque intervallo propior, quam Hai, sit; ut adeo, licet verbis discrepent, sensu tamen omnino conveniant cum Vulgata nostra Hebræi Græcique codices, qui loco hujus*: Ab Occidente habens Bethel, *ita efferunt*: A mari habens Bethel, *quæ obiter annotasse, fortasse non paucis proderit.*

*et tantisper moratur;*

219 *Ad hunc montem, medium, ut diximus, inter Luzam, seu Bethel, et inter Gai, seu Hai, aliquantulo diutius, quam in ceteris Chananææ locis* Abramum *substitisse, satis probabiliter existimat Salianus supra laudatus, num.* 16 E *pag.* 409, *hac nempe ductus ratione, quod Genes. cap.* 12 ℣. 8 *expressa fiat mentio de fixo tabernaculo, cum certum sit, in reliquis quoque locis eum posuisse tentorium, at exiguo dumtaxat temporis spatio, nec proin speciali commemoratione digno. Sunt, qui Virum sanctum hoc loco non modo publico ritu Deum coluisse, sed et incolis verum Deum prædicasse volunt, eoque sensu hæc verba sacra* Et invocavit nomen Domini *intelligenda ac vertenda etiam esse, existimant. At ego cum Saliano vellem, ut id, quo sat tuto affirmari posset, multo majus solidiusque vel in Hebraïco vel in Græco textu fundamentum haberet. Quod enim S. Chrysostomus Homil.* 32 *in Genes. num.* 4 *pag.* 321 *tom.* 4 *scribit, providisse Dominum, ut* Abram *non solum Palæstinam incolentibus* esset doctor, *sed et iis, qui in Ægypto erant, id certum non reddit, eum verbis æque, atque exemplis verum Deum idololatris prædicasse; quamquam tam illud, quam hoc, utpote pietati ejus omnino consentaneum, a veri specie non abhorreat.*

*hinc progreditur versus Ægyptum,*

220 *At cur, inquies, diutius illic* Abram *non substitit, utpote nactus sat amœnum locum et sibi suisque satis commodum? Aut cur, uti* ℣. 9 E *scribit Moyses,* Perrexit Abram vadens et ultra progrediens ad Meridiem, *vel, uti* LXX *habent, cur* castrametatus est in deserto, *puta Maon vel Sin, quod utrumque in Australi Chananææ tractu situm est? Hujus itineris causam non fuisse, quod Torniellus in Annalibus sacris ad annum mundi* 2114 *num.* 6 *allegat, divinum aliquod imperium, quo* Abram *jussus fuisset* Surgere et perambulare terram in longitudine et latitudine sua, *vel ex eo luculente patet, quod ejusmodi mandatum non ante ei Deus dederit, quam cum jam cessasset fames in Chanaan et ipse eo ex Ægypto jam redux esset, uti caput* 13 *Genes. perlegenti patescet. Malim igitur credere,* Abramum *ex loco, inter Bethel et Hai medio, versus Meridiem semper progressum fuisse, partim divino instinctu, partim humano consilio; et divino quidem instinctu, ut alicunde occurrente transmigrandi de loco in locum necessitate, ejus in Deum fides constantiaque in adversis magis indies eluceret, posterique ejus, quod imitarentur, vitæ perfectionis exemplum haberent*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *haberent, ac denique ut tam Australibus, quam Septemtrionalibus Chananææ incolis bene vivendi documenta daret; humano vero ipsius* Abræ *consilio, ut, cum metuendum esset, ne propter sævientem tunc aëris intemperiem multo parcius solito frumentum aliæque fruges in Chananæa excrescerent, hincque oriretur illic fames, ipse interim ad Austrum magis magisque progrediendo, propior indies fieret Ægypto; a frugum ubertate celebratissimæ regioni, in eamque, si sua suorumque salus id exigeret, sese conferre et a fame tum se, tum suæ peregrinationis comites tueri posset.*

*ut evitet famem in terra Chanaan;*

221 *Ut ut hæc se habeant, quam prudens* Aram *prævidere certe potuit, ac rei ipsa, uti mihi quidem apparet, prævidit, mox subsecuta est fames in Chanaan, et talis quidem, quæ humanam industriam cum ea colluctantem superaret, orta, si Philoni lib. de* Abraham *pag. mihi* 284 *fides est, modo ex insolitis squaloribus, modo ex nimiis imbribus, qui, uti ex ejus verbis colligere est, non anno tantum septuagesimo sexto* Abræ *jam inchoato, sed et non parum ante, seu anno saltem præcedente, aut sementem in*

B *Syria prohibuerant, aut enatas terræ fruges, antequam maturescerent, longe maximam partem consumpserat.* Facta est autem, *inquit Moyses* ŷ. x, fames in terra, *Chanaan nimirum; quam cum etiam ante mensem Nisan, nostro Martio et Aprili partim respondentem, quo tempore, uti ex Levitici cap.* 23 ŷ. 5 *et* x *colligere est, fruges nonnullæ in Palæstina alias maturæ esse solent, jam tum experiretur* Abram, *non sine gravi domesticorum pecorumque suorum detrimento, cerneretque insuper, exiguam rursus aut potius nullam colligendi novos fructus spem superesse, quibus præcedens annonæ caritas utcumque levari posset, in Ægyptum, fertilem admodum regionem, a qua haud multum tunc aberat, proficisci decrevit, sola nempe famis, quæ, teste Moyse* ŷ. x, prævaluerat, *necessitate adactus, non vero eo etiam consilio, contra ac Josephus lib.* 1 *Antiq. Judaic. cap.* 9 *perperam contendit,* ut sententiam sacerdotum *(Ægyptiorum)* de divinitate cognosceret, secuturus ilorum opinionem, si modo melior esset, aut ipse rectiora eis commonstraturus.

C 222 *Sed, dum jam maxime ad Ægyptiacam peregrinationem se suosque accingit, non modico mentis angore metuque premitur Justus, ac tanto quidem vehementius, quanto proprius ad Ægyptum accedit, deque Ægyptiorum moribus indies certior redditur. Quippe, cum multo major tunc, quam modo sit, hominum vivacitas ac corporum vigor esset, nec ullum sua uxor Sarai aut puerorum gestatione aut lactatione, liberiorive vivendi licentia nativi succi detrimentum passa esset, erat ea anno ætatis suæ sexagesimo quinto tam vegeto adhuc corpore tamque eleganti venustate prædita, ut Ægyptios, in amorem mulierum projectos, ad sui amorem etiam invita alliceret. Timendum propterea erat* Abramo, *ne, si Ægyptum adiret, seque Sarai maritum proderet, Ægyptii sibi mortem inferrent, itaque per mortem suam sublato mariti metu, sua conjuge, ut scorto, fœde uterentur. Ex adverso autem prævalens in dies in Chananæa fames ingressum in Ægyptum non tam suadebat, quam extorquebat, ut vel cum sua familia in terra Chanaan fame pereundum sibi esset, vel hinc esset abeundum in Ægyptum. In eo rerum discrimine quid Vir sanctus egerit, ex ipso Moyse Ge-*

*antequam tamen Ægyptum ingrediatur, consilium cum uxore init,*

*nes. cap.* 12 *a* ŷ. xi *audiamus:* Cumque prope esset (*Abram*) ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai uxori suæ: Novi, quod pulchra sis mulier: et quod, cum viderint te Ægyptii, dicturi sunt: Uxor ipsius est: et interficient me, et te reservabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, et vivat anima mea, ob gratiam tui..

AUCTORE J. G.

*quod varii varie reprehenderunt,*

223 *Hactenus sacer Scriptor, qui et hoc* Abrami *consilium rectissime ei successisse, eodem capite subdit. Verum, priusquam eo et nos deveniamus, examinandæ hic sunt variorum de hoc* Abrami *consilio sententiæ. et diluendæ, quibus eum propterea afficiunt, calumniæ. Sunt, qui Virum sanctum non modo mentiri in ea re statuisse, sed et ad mentiendum uxorem induxisse, volunt. Alii, eo longius progredientes, eum conjugis pudicitiam prodere decrevisse et in ejus contumeliam adulterio serviisse, asserunt. Atque ita quidem non soli Manichæi senserunt, aut certissime eorum propugnator acerrimus Faustus, sed et ipse Origenes, Quid? Quod SS. Chrysostomus et Ambrosius ita de illo facto locuti fuerint, ut, si nuda eorum verba spectentur, dici ambo possent ea in re Manichæis et Origeni consensisse. Nihilominus* E *tamen assero,* Abramum, *cum se* fratrem *Sarai vocare decrevit, nec statuisse mentiri; neque, cum ei persuasit, ut se* sororem *suam disceret, ad mendacium induxisse, nec denique in miseranda illa necessitate quidquam ab eo decretum factumve fuisse, quod, salva Dei lege, decerni fierive non potuerit.*

*quodque nihilominus mendacii*

224 *Ac primo quidem* Abramus *nec mentiri voluisse, nec ad mentiendum uxorem suam induxisse, dici merito potest, nisi vel ipse sciens volensque falsum quid protulerit, aut contra mentem quidquam asseruerit, vel nisi, ut tale quid sua uxor faceret, ei auctor fuerit. Cum vero se more patrio* fratrem *Sarai vocare statuendo, ipsamque, ut se pariter* sororem *suam vocaret, inducendo, nihil prorsus proferre decreverit, aut ei proferendum suaserit, quod a vero alienum esset, uti in simili casu Genes. cap.* 20, ŷ. 12 *ipse testatur his verbis:* Alias autem et vere soror mea est, *q. d: Ex patris mei sanguine procreatam vere voco* sororem; *ubi sane potius credendum est* Abramo *loquenti, quod scit, quam Manichæis aliisque criminantibus, quod nesciunt; consequens fit, ut a mendacio ex utroque capite* F *immunis dici debeat, non secus atque, dum Lot, pari sanguinis nexu sibi junctum, Genes. cap.* 13 ŷ. 8 fratrem *vocavit; neque est, cur magis ipse ea in re accusandus mendacii sit, quam Tobias cap.* 8, ŷ. 9, *ipsique Euangelistæ, qui consanguinitate conjunctos* fratrum *aut* sororum *nomine compellarunt. Fateor, si ex sacris Codicibus aliove indubiæ fidei documento constaret,* Abramum *ita animo comparatum fuisse, ut interrogatus, num Sarai uxor sua esset, eam conjugem negaret; aut, si pari auctoritate constaret, eum ab hac exegisse, ut interrogantibus, num uxor ipsius esset, uxorem sese negaret; tum certe a mendacio eum excusandum non fore, utpote qui non mere veritatem occultare, sed falsum proferre, fixum animo habuisset.*

*culpa vacare,*

225 *At, cum, teste Scriptura, id tantum dicere voluerit ac re ipsa dixerit, quod verum erat, simulque etiam aliud, quod verum erat, justissima de causa reticere decreverit; non fuit in his* Abræ *verbis veritatis abnegatio aut falsi affirmatio, sed mera veritatis, sibi alias, si panderetur, nocituræ, occultatio, seu mera reticentia*

AUCTORE J. G.

*tia, qualis fere ea est quæ lib.* 1 *Reg. cap.* 16 *refertur : ac proin, quandoquidem, uti omnes fatentur, nequaquam mentitus est Samuël, dum se* ad immolandum Domino *in Bethlehem venisse affirmavit, cum tamen etiam, ac præcipue quidem, eo Dei jussu venisset, ut unum ex filiis Isaï, quem ei Deus monstraret, regem Israël inungeret; pari ratione* Abram, *id, quod verum erat, partim propalare, partim celare statuendo, mendacii argui non potest, nec magis adeo dici ad mendacium induxisse uxorem, quam Deus ipse ad illud induxerit Samuëlem, cum eum mittens in Bethlehem, alterum, quod verum erat, manifestandum; alterum, quod itidem verum erat, at sine gravi periculo propalari non poterat, reticendum injunxit. Quemadmodum igitur non ad simulationem, sed ad prudentiam pertinuit, Samuëlem sui in Bethlehem adventus causam veram, sed non solam nec præcipuam manifestasse, ita quoque non ad mendacium, sed ad prudentiam pertinere dicendum est,* Abramum *veram cum Sarai consanguinitatem suam patefecisse, nec tamen omnem, nedum præcipuam, quæ se inter et illam erat, conjunctionem palam esse profes-*
B *sum.*

*et ab adulterio attentato*

226 *At, inquiet alius, quamvis in eo casu nec mentiri decrevisse* Abram, *nec ad mendacium uxorem induxisse dici possit, quandoquidem veritatem suo tempore et loco tacere, non tantum sine vitio, sed etiam cum laude licitum est; tamen, cum Sarai uxorem suam esse, Ægyptios latere voluerit; dicendus est et voluisse eis ansam dare credendi eam liberam, atque adeo, etiam se invito, abs rege Ægyptiorum uxorem expeti ac duci posse. Igitur Ægyptios fallere intendit, et, quod caput est, si re ipsa, uti timendum ipsi erat, a rege ad nuptias cogeretur, cum hæ fuissent verum adulterium, saltem in uxoris suæ contumeliam adulterio serviisse dicendus erit. Verum respondeo* Abrami *consilium eo non spectasse, seu eum positive, ut scholæ loquuntur, non intendisse, Ægyptios inducere in errorem, eorumve regem ad ineundas cum Sarai nuptias allicere; sed solum præcavere voluisse, ne ab Ægyptiis ipse occideretur, seque occiso, Sarai ab alienigenis captiva retineretur, aut scorti dein haberetur vice. Justis igitur de causis mere permissive, ut vulgo loquimur, se ad errorem illum habuit, in*
C *quem sua Ægyptios inconsiderantia cæcusve animi impetus induceret.*

*ac lenocinio immune,*

227 *Adhæc non tantum non optavit* Abram, *ut Ægyptiorum oculis Sarai placeret, sed id ne fieret, vehementissime timuit; tantumque abfuit, ut eam ad ineundas cum Ægyptiis nuptias aut eorum libidini consentiendum induxerit; ut contra uxorem castam, castoque corde sibi cohærentem in servandæ conjugalis fidei proposito, quibus potuit, rationibus confirmasse, divinumque quo intacta maneret, auxilium præsidiumque, implorasse omnino censendus sit, ni alias eum reluctantibus sacris Litteris et maritum socordem hominemque impium, nihilque minus, quam Dei amicum, dicere cogamur. Juverit S. Augustinum lib.* 22 *contra Faustum Manichæum cap.* 33 *tom.* 8 *Operum edit.* 1694 *col.* 381 *et seq. de hoc* Abrami *consilio disputantem audire.* Hoc, *inquit,* Abrahæ factum lenocinio simile videtur, sed non valentibus ex illius æternæ legis lumine a peccatis recte facta discernere : quibus et constantia pertinacia videri potest, virtus fiduciæ vitium putari audaciæ, et quæcumque similiter objiciuntur quasi non recte agentibus, a non recte cernentibus. Neque enim Abraham D
flagitio consensit uxoris, ejusque vendidit adulterium; sed sicut illa famulam suam non libidini mariti permisit, sed officio generandi ultro intulit, nequaquam turbato ordine naturali, ubi ejus potestas erat, jubens potius obedienti, quam cedens concupiscenti, sic et ipse conjugem castam, et casto corde sibi cohærentem, de cujus animo, ubi pudicitiæ virtus habitabat, nullo modo dubitabat, tacuit uxorem, dixit sororem, ne, se occiso, ab aliegenis atque impiis captiva possideretur, certus de Deo suo, quod nihil eam turpe ac flagitiosum perpeti sineret. Nec eum fides ac spes fefellit.

*nec non ab avaritiæ labe plane remotum fuisse ostenditur,*

238 *Absit ergo, ut ea* Abrami *verba* Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, et vivat anima mea ob gratiam tui, *ita intelligamus, quasi iis uxori suadere voluerit, ut nuptiis aliis consentiret, aut Ægyptiorum libidini obsecundaret, non modo ut in vivis ipse servaretur, sed et ab Ægyptiis honorificis ditaretur muneribus; cum hujusmodi expositionem nec patiatur litteralis verborum sensus, nec piissimi Viri consilium, id unum satagentis, ne*
E *ab Ægyptiis occidatur, seque interfecto pudoris sui damna uxor sentiat. Qui enim, uti narratur Genes. cap.* 14 ℣. 23, *justissime acquisitis spoliis ditari noluit, nec ex iis a filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ quidquam accipere; ille certe, ut ab Ægyptiis donaretur muneribus, charissimæ conjugis pudicitiam prostituere voluisse, nulla veri specie censeri potest. Quæ cum ita sint, nullius plane ponderis esse potest Origenis Homil.* 6 *in Genesim assertio, nulla plane subnixa ratione, qua,* Abrahamum *in simili casu, de quo postea, non solum mentitum esse regi, sed et pudicitiam conjugis prodidisse, adstruit. De Fausti vero Manichæi hujusmodi calumniis ab Augustino plenissime obtritis contusisque nihil hic attinet dicere.*

*tametsi duo SS. Patres contrarium dixisse videantur,*

229 *Sed quid de SS. Chrysostomi et Ambrosii verbis, quibus hic lib.* 1 *de* Abraham *cap.* 2 *Saram* mentitam esse germanitatem; *ille vero Homil.* 32 *in Genes.* famulam *egisse,* Abramum *vero mortis metu* in adulterium uxoris consensisse *et* quasi serviisse adulterio in mulieris contumeliam *scribit? Respondeo, cum vox Græca* δρᾶμα, *qua Chrysostomus utitur, non semper* mendacium, *aut, ut vulgo sumitur,* fabulam *denotet, sed quando-*
F *que rem quamlibet verissimam, arte tamen et industria adornatam; ipsum vero verbum* mentiri *apud Ambrosium pro verbo* prætendere *aut* obtendere germanitatem *adhibitum videatur; ex hisce loquendi modis pro certo confici non potest, eos aut* Abramum *aut Sarai mendacii arguere voluisse, præsertim, si perpendamus, eos hoc idem factum laudibus paulo post esse prosecutos, quod facturos fuisse, si stricte dicto mendacio obnoxium credidissent, minime veri simile est. Idem plane de altero S. Chrysostomi dicto sentiendum est; ut proin aliud innuere non voluerit, quam id ab* Abramo *factum fuisse, propter quod quilibet alius, qui de suæ uxoris virtute constantiaque deque affuturo speciali Dei auxilio non tam certus, quam* Abram, *esset, merito in suspicionem venire posset præstiti in uxoris adulterium consensus, imo et ministerii. Utcumque hæc habeant, potior sane in hac re habenda est S. Augustini auctoritas, nostraque ei consona sententia, utpote Scripturis sacris conformior solidisque munita rationibus.*

230 *Reliquum nunc est, ut alteram, quam sanctus*

aliique etiam id Abrami factum

*sanctus Doctor sibi objicit eademque opera expedit difficultatem, ex cit. lib.* 22 *contra Faustum cap.* 36 *ob oculos ponamus.* Dicet aliquis, *inquit col.* 383, cur non potius ita de Deo præsumpsit Abraham, ut fateri non timeret uxorem? Neque enim Deus ab illo mortem non poterat repellere, quam timebat, eumque cum conjuge sua ob ab omni pernicie in illa peregrinatione tutari, ut nec uxor ejus, quamvis esset pulcherrima, appeteretur ab aliquo, nec propter illam ipse necaretur. Poterat sane hoc efficere Deus: quis ita demens sit, ut hoc neget? Sed, si interrogatus Abraham, illam feminam indicaret uxorem, duas res tuendas committeret Deo et suam vitam et conjugis pudicitiam. Pertinet autem ad sanam doctrinam, quando habet, quod faciat homo, non tentare Dominum Deum suum. *Et post desumpta ex sacris Litteris varia testimonia exemplaque, quibus assertionem hanc firmissime stabilit, ita concludit:* Proinde, cum inter ignotos propter excellentissimam pulchritudinem Saræ et ejus pudicitia et mariti vita esset in dubio, nec utrumque tueri posset
C Abraham, verumtamen unum horum posset, id est vitam; ne Deum suum tentaret, fecit, quod autem non potuit: quod *(nempe per se impedire, ne Sarai uxorem suam Ægyptii appeterent, et uxorem ducerent)* illi *(nempe Deo)* commissit. Qui ergo se homiuem occultare non valuit, maritum se occultavit, ne occideretur; uxorem Deo credidit, ne polluueretur. *Hactenus S. Augustinus.*

aliunde peccati arguant

231 *Et sane, si, uti ex S. Hieronymo lib. de Quæstionibus Hebraïcis, col.* 518 *satis probabile est, Ægyptiis æque ac Persis, mos fuerit, ut ad regis thalamum nulla introduceretur femina, quæ non prius sex mensibus uncta oleo myrtino totidemque etiam mensibus pigmentis variis usa fuisset; merito confidere poterat* Abram, *futurum, ut, si fors regio jussu abduceretur Sarai, dein assumenda in Ægypti regis uxorem, labente illo anno opportunum aliquod affulgeret tempus quo, sin minus humana arte et industria, certe speciali aliquo Dei auxilio uxorem reciperet intactam, uti et eventus ostendit. Facessat igitur Rivetus, dum Exercitatione* 73 *in cap.* 12 *Genes. pag.* 350 *in his quidem rectum fuisse* Abrami *finem, fatetur, at eum tamen in via aberrasse,*
C *contendit, nec posse de diffidentiæ culpa humanaque fragilitate purgari. At, quid ita, quæso? Quia nempe Riveto pag.* 349 *judice, cum* Abram non metueret vitæ suæ, nisi propter uxorem, a Deo petiisset *(id est, petere potius debuisset)* ut hominum oculos a pulchritudine Sarai concupiscenda averteret, tum certe, causa sublata, effectus etiam fuisset sublatus. *Quasi vero id non fuisset tentare Deum, ut omnium Ægyptiorum, in quorum conspectum veniret Sarai, divinitus occluderet vel offuscaret oculos, eorumque desideria refrænaret, ac proin tot patraret miracula, quot forent Ægyptii, quibus eam vel in itinere vel in sua apud Ægyptios mora obviam dari contingeret. Fecit igitur* Abram *in tanto rerum discrimine, quod fieri et sana ratio et prudentia suadebat, nec est, cur eum vel tantilli peccati in eo reum fuisse, pronunciemus. De his plura qui cupit, adeat Pererium, in caput* 12 *Genes. Disput.* 5, *num.* 102 *et seqq. erudite de facto hoc more suo disputantem.*

AUCTORE J. G.

## § XIII. Sancti ingressus in Ægyptum: uxorem, sibi sublatam, recipit intactam: ejus reditus in terram Chanaan: promittitur ei divinitus terra Chanaan.

Sanctus, Ægyptum ingressus,

JAm *eum in modum sua* Abram *instruxerat consilia, ut, cum prævalentis in Chananitide famis causa in Ægyptum, ne alias se suosque in manifestum interitum objiceret, descendere cogeretur, ipse sibi ab Ægyptiis uxoris causa imminens vitæ periculum, quantum fieri a se salva Dei lege poterat, provide arceret. Confisus igitur fore, ut humanis, quibus utendum censuerat, adminiculis potens benignumque Numen aspiraret, cum Sarai uxore sua, et Lot, fratris sui filio, universaque familia substantiaque sub initium mensis Nisam Ægyptum ingreditur, ad eam nempe, uti conjicere licet, regionis partem fru-* E *menti feracissimam, qua Nilus per ostium Pelusiacum in mare Mediterraneum aquas suas exonerat. Non poterat non ingressus ille, utpote hominum, fors numquam ante conspectorum, genere singularis, et servorum pecorumque multitudine plane insolens, Ægyptiaci vulgi primum moxque regionis præfectorum oculos admirationemque in se convertere, et ea in primis mulier, quæ dignitate et pulchritudine ceteris præcellebat.*

mox uxorem suam sibi tolli videt,

233 *Ab his igitur Ægyptiis rei tam insolitæ fama, quæ et alias majora vero perferre solet, ad principes aulicosque Pharaonis regis, alio nomine* Apophis *etiam dicti, actutum perducitur; qui, et novitate facti exciti suisque oculis mox ipsi turbam hujusque dominam conspicati, regi omnia deferunt, mulieris pulchritudinem supra modum extollunt, atque, ut de Ægyptiis aulicis, regi adulari, libidini ejus subservire et voluptatibus lenocinari studentibus, sat tuto credi potest, eum inpellunt, ut contra omne hospitii jus etiam invitam tolli, inque aulam regiam per-*
F *duci mulierem jubeat. Sed rursus Scriptorem sacrum de his audiamus. Ita ille cap.* 12 *Genes.* ỳ. 14 *et seq.*: Cum itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem (*Sarai*) quod esset pulchra nimis. Et nuntiaverunt principes Pharaoni, et laudaverunt eam apud illum: et sublata est mulier in domum Pharaonis. *Dum illa in gynæceo regio Ægyptiarum more ad ineundas postmodum cum rege nuptias molliter ac delicate excolitur, nullam non videntur Ægyptii contulisse curam, ut, qui futuræ uxoris regiæ frater habebatur, commodam honorificamque vitam apud se ageret, multisque augeretur bonis; quæ omnia verbis hisce non obscure Moyses indicavit:* Abram vero bene usi sunt propter illam: fueruntque ei oves ot boves et asini et servi, et famulæ, et asinæ et cameli.

dumque ipse, licet honorifice exceptus, de ejus raptu dolet,

234 *Verum hæc ipsa, quæ tam Sarai, quam* Abramo, *ab Ægyptiis præstabantur obsequia, non modo utriusque angorem animi non levabant, sed et contra acerbioribus indies ita accumulabant curis, ut, nisi ambo sibi Deum in tempore*

AUCTORE J. G.

*pore affuturum, confidissent jam tum a regis libidine defendendæ vindicandæque conjugalis pudicitiæ nulla humanitus superesse via videretur. At Deus, qui conjugalis pudicitiæ, quam vir tueri nequit, tutor ac vindex esse solet, quique se prædixerat afflicturum esse eos, qui* Abramum *affligerent, seu, ut Scripturæ verbis utar, maledicturum se maledicentibus* Abræ, *utrique conjugi difficillimo illo tempore validissimum attulit auxilium, quo infamiam omneque dedecus ab eis averteret.* Flagellavit *enim* Dominus Pharaodem plagis maximis et domum ejus propter Sarai uxorem Abram, *uti Genes, cap.* 12, ℣. 17 *narratur. Quænam autem nominatim illæ fuerint plagæ, quibus Deus, tum ut injuriam a suis arceret, tum ut nimis in Venerem propensum Ægyptiorum animum castigaret, non Pharaonem tantum, sed et domum ejus afflixit, tacente Moyse, quis reddere indubitatum potest? Alii pestem, alii seditiones, alii in viris molestissimum feminis fluxum gravi mixtum cruciatu, alii in feminis acerbissimos irritosque partus dolores, alii alia cruciatuum genera excogitarunt.*

B *Ægyptiique, ob sublatam ei uxorem, divinitus castigantur,*

235 *At quæcumque singillatim illæ fuerint, tales mihi plagæ fuisse videntur, quibus Deus per eadem, per quæ peccarant Ægyptii, eos torqueret, ita ut amorum voluptatumque obliti et rex ipse et ejus libidini assensi aulici longe diversas jam agitarent curas, nec de laxandis cupidini frænis jam cogitarent, sed de hoc uno essent solliciti, quo pacto e cruciatibus, quibus affligebantur, evadere possent. Philoni, ex quo partim hæc desumpta sunt, consentit S. Chrysostomus Homil. jam sæpe citata pag.* 326, *ubi et, cur non solus Pharao correptus a Deo fuerit, rationem simul suppeditat.* Vidistis, *inquit*, eos *(Pharaonis aulicos)* lenonum agere officium in regis gratiam, auferendo Justi uxorem? Quapropter non ipse solus, sed et omnes domestici ejus pœnæ fuerunt participes, ut discerent, se non in peregrinum simpliciter furorem suum exercuisse, neque in hominem e medio vulgo, sed in virum carissimum Deo, qui tanta illum cura dignaretur. Et idcirco acerbissima pœna concutiens ejus mentem abduxit a nefario flagitio, coërcuit ab irrationabili impetu, cohibuit incontinentem mentem, alligavit concupiscentiam indomitam, refrænavit furoris insaniam.

C *uxorem recipit intactam,*

236 *Coërcitus hisce plagis Pharao, earumque causam vel a sacerdotibus Ægyptiis, vel ab ipsa Sarai, vel divinitus in somnis edoctus, certiorque una redditus, eam, quam prius* Abræ *dumtaxat sororem existimarat, uxorem simulesse; nihil habuit prius, quam ut Maritum ad se accerseret, eamque a stupri contumelia præservatam ei restitueret. Nonnihil tamen animo commotus, ut* Abram *in conspectum venit, his eum compellavit verbis* : Quidnam est hoc, quod fecisti mihi? Quare non indicasti, quod uxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce conjux tua, accipe eam et vade. *Quæ sic, judice S. Chrysostomo cit. Homil. pag.* 327, *intelligenda fere sunt, quasi diceret rex : Quid fecisti mihi* Abram? *Deum inimicum mihi reddidisti, iram ejus super me induxisti, pœnæ obnoxium me reddidisti, fecisti, ut pœnam lueret tota domus mea eorum, quæ in te admissa sunt. Ego, quam sororem tuam putabam, mihi tolli jussi, accipiendam in thalami consortem; at nunc,* D *quia non sororem dumtaxat, sed et vere conjugem tibi esse, novi, qualem accepi, talem tibi reddo. Accipe ergo illam, nulla a me injuria affectam, et recede cum tuis omnibus ab aula mea procul. His dictis, ut* Abram *facti sui rationem redderet, faceretque palam, cur Sarai vocasset sororem, uxorem vero tacuisset, rex non tulisse videtur; sed mox Ægyptiis in mandatis dedit, ut ex aula discedenti Dei amico, ac denique ex Ægypto profecturo nemo molestus foret, neve quis ei aut cuiquam e familiaribus ejus vim etiam levissimam inferret.*

*et ex regia urbe deductus aliquo tempore in Ægypto subsistit,*

237 *Hoc autem regis mandatum ab Ægyptiis continuo executioni mandatum fuisse, sat clare indicat Moyses, dum* ℣. 20, *postquam dixisset,* præcepisse Pharaonem super Abram viris, *seu, uti* LXX *Interpretes habent,* præcepisse viris de Abraham, *subdit hæc* : Et deduxerunt eum et uxorem illius, et omnia, quæ habebat. *Atque hinc facile erroris convincitur Artapanus, dum in sua Rerum Judaïcarum Historia, ab Eusebio lib.* 9 *Præparationis Euangelicæ cap.* 18 *laudata,* Abramum viginti con- E tinentes annos ibidem (*in Ægypto*) egisse, et in Syriam denuo remigrasse, *scribit; nec ab errore hic immunis videtur laudatus pariter ab Eusebio cap.* 17 *Eupolemus, afferens,* Abramum *apud Heliopolim Ægyptiorum sacerdotum consuetudine plurimum usum fuisse, eoque magistro nulla ipsos, nec non Astrologiam, quæque ad illam pertinent, omnia didicisse. Nam, tametsi Pharaonem in illa aut alia ei vicina urbe tunc versatum fuisse, ad eamque Sarai fuisse jussu regis deductam, gratis omnino daretur; non patitur tamen Mosaïca narratio, ut post acceptam conjugem tanto temporis spatio in Ægypto mansisse dicatur* Abram, *quantum necesse est, ut Astronomiæ homines ignaros scientiam illam edocere potuerit. Id autem tunc ab eo factum fuisse, cum dies noctesque ob raptam, at necdum redditam conjugem, in summa sollicitudine maximisque curis traduceret, verisimile nequaquam est.*

*non tamen ad complures annos, ut quidam volunt*

238 *Quapropter ne Josepho quidem fides habenda hic est, sine antiquo teste asserenti lib.* 1 *Rer. Judaic. cap.* 9, *post redditam* Abramo *uxorem factam illi abs rege potestatem esse, congrediendi cum præstantissimo quoque Ægyptiorum ac do-* F *ctissimo, atque tum ob dissertationes, quibus eorum opiniones et ritus vanissimos esse, ostendit, tum etiam ob communicatam eis numerorum et siderum scientiam magno fuisse habitum in pretio. Hæc enim omnia, ut facta dici aliqua veri specie possint, multo etiam longius, quam quo* Abram, *recepta uxore, in Ægypto versatus est, temporis spatium exigere, cuilibet consideranti facile manifestum fiet. Neque vero hanc Josephi opinionem firmat communis sententia, quæ hujusmodi disciplinas ab Hebræis, qui Chaldæi origine erant, ad Ægyptios fuisse profectas, inde ad Græcos pervenisse, asserit; cum hinc nequaquam consequens fiat, ab* Abramo *potius, exiguo tantum tempore apud Ægyptios commorato, quam a patriarcha Joseph, quem Pharao alius dominum domus suæ et principem possessionis suæ constituit,* ut erudiret principes ejus sicut semetipsum, *diciplinis ejusmodi imbutos fuisse Ægyptios, uti per se quoque patet: quamquam tamen propterea negare nolim,* Abramum *Ægyptiis æque, ac Palæstinis, pietatis suæ aliarumque virtutum*

A *tum splendore plurimum profuisse, imo et, cum se obtulit occasio, verbis quoque monstrasse viam, qua ex errorum tenebris ad veritatis lumen perducerentur.*

*hinc post unius ferme anni commorationem*

239 *At, inquiet aliquis, si verum sit, quod nos ex Mosaïca narratione contendimus,* Abramum *tam exiguo, puta novem aut decem tantum mensium spatio in Ægypto peregrinatum fuisse, consequens fit, ut, cum is de Ægypto, teste Moyse cap.* 13 *Genes.* ℣. 1, *ascendi ad Australem Chananitidis plagam, aut præter veri speciem cessaverit jam tum in Chananæa fames, aut is eidem discrimini se suoque imprudens objecerit, ob quod in Ægyptum ante ire compulsus fuit. Verum respondeo, alienum a vero dici non debere, quod non raro temporibus nostris contigisse vidimus, magnæ nimirum frugum inopiæ ex imbrium frequentia aut nimio solis ardore uno anno exortæ, mox vitali aëris temperie succedente, succedere etiam frugum omnium in fertili ex se terra affluentiam; ac proin, cum forlasse vel eodem ipso anno, quo in Ægyptum* Abram *descendit, non vilis fuerit serotinarum frugum copia, spes-*

B *que maxima etiam affulserit fore, ut uberrima esset hordei, frumenti ceterorumque terræ fructuum messis, subsequentis anni mense Nisan, aut paulo post colligenda; leviori tantum, aut vix ulli periculo se suosque pius Viator exposuerit, dum necdum elapso a sua in Ægyptum profectione anno integro in Chananæam remigravit. Adhæc vix, aut ne vix quidem, dubitandum videtur, quin Pharao, quo* Abrami *Deum sibi iratum placaret, non exiguam ei dari jusserit inter alia munera frumenti aliorumque cibariorum copiam, aut certe non prohibuerit, quo minus is, qui suo jussu ab aula procul, ac dein ex Ægypto emigraturus erat, proprio auro et argento cibaria coëmeret eaque camelis et asinis suis imposita secum in Chananitidem transferret.*

*auctior famulitio et divitiis revertitur in Chananitidem,*

240 *Auctior igitur famulitio, cujus pars non infima fuisse videtur Agar, infra memoranda ancilla Ægyptia, nec non auro, argento, gregibusqueet armentis locupletior factus, ascendit* Abram *de Ægypto versus Australem Chananææ plagam, uxorem suam Sarai, et omnia, quæ tum in Ægyptum intulerat, tum quæ illic regio favore acquisierat, secum deducens ipsumque etiam fratris sui filium Lot, uti cap.* 13 *Genes.* v. 1 *et* 2 *Moyses his verbis enarrat.* Ascendit ergo Abram de Ægy-

C pto, ipse et uxor ejus, et omnia, quæ habebat, et Lot cum eo, ad Australem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri et argenti, seu, *uti* LXX *verterunt,* dives valde pecoribus et argento et auro. *Et, quamquam Moyses, utpote Hebrææ gentis historiam ex instituto conscribens, nullam hic fecerit de uxore Loti, Moabitarum et Ammonitarum avia, mentionem; credibile tamen omnino est, una cum marito suo Lot mulierem illam in Ægyptum descendisse, indeque, abeunte* Abramo, *pariter cum eo esse profectam, verisimiliter jam ante una alterave infantula auctam, quæ etiam causa esse potuerit, cur illa, quæ et alias non adeo formosa fuerit, ab Ægyptiorum libidine multo minus, quam Sarai, aut plane nihil timendum sibi haberet. Sed hæc obiter de uxore Loti dicta sufficiant, utpote quæ ad* Abrami *historiam non tam prope attingit. Missis igitur, quæ de argumento hoc moveri possent, quæstionibus, santi Viatoris nostri in Chananæa iter ac præclara ejusdem gesta prosequamur.*

AUCTORE J. G.

*nimirum ad locum, medium inter Bethel et Hai,*

241 *De eo ita Moyses cit. cap.* 13 *Genes.* ℣. 3 *et* 4 *loquitur :* Reversusque est (Abram *nempe*) per iter, quo venerat, a Meridie in Bethel, usque ad locum, ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel et Hai : in loco altaris, quod fecerat prius, et invocavit ibi nomen Domini, *jam multis antea seculis, uti S. Chrysostomus Homil.* 33 *in Genes. pag.* 333 *observat, Davidicum illud implens* : Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. *Porro* Abramum *eodem illo loco, post exhibita solidæ pietatis suæ documenta, de quibus vide dicta num.* 215 *et* 218, *mensibus aliquot substitisse, suadet, quæ a Moyse mox subjicitur, Loti ab* Abramo *secedentis historia. Etenim non est sat veri simile, statim atque, utriusque pastores inter Bethel et Hai tabernacula sua fixerant, suaque singuli pecora armentaque ad pascua deduxerant, exortam inter illos esse contentionem, aut, si nonnullo tempore post, jam pastu minui cæpto, exorta quædam sit, illico ad* Abramum *et Lot fuisse delatam, aut antequam illa ingravesceret, omnisque spes diuturnioris illic commorationis evanuisset, illatam ab* Abramo *de sejungenda familia sermonem fuisse, statimque* E *eum fuisse executioni mandatum. Quapropter non prius, quam anno septuagesimo septimo* Abræ, *jam mensibus aliquot inchoato, alterius ab altera familia sejunctio statuenda videtur, quam cit. cap.* 13 ℣. 5 *et* 7 *seqq. sacer Scriptor recenset.*

*ubi post menses aliquot a Loto segregatur,*

242 *Verba ejus hæc sunt* : Sed et Lot, qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, et armenta et tabernacula. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul : erat quippe substantia eorum multa, et nequibant habitare communiter. Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Lot. Eo autem tempore Chananæus et Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit autem Abram ad Lot : Ne, quæso, sit jurgium inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos : fratres enim sumus. Ecce universa terra coram te est : Recede a me, obsecro : Si tu ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo : si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Elevatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Jordanis, quæ universa irrigabatur, antequam subverteret Dominus Sodomam et Gomorrham, sicut paradisus Domini, et sicut Ægyptus venientibus in Segor. Eligitque sibi Lot F regionem circa Jordanem, et recessit ab Oriente : divisique sunt alterutrum a fratre suo. Abram habitavit in terra Chanaan : Lot vero moratus est in oppidis, quæ erant circa Jordanem, et habitavit in Sodomis.

*in quod factum nonnulla*

243 *Hactenus Moyses, in cujus narrationem nonnulla etiam annotasse juverit. Ac primo quidem, cum ait sacer Scriptor,* Abramum *et Lot nequivisse* habitare communiter, *non sic illud intelligendum est, quasi vero utrique commuia prius fuissent, at tunc diutius esse communia nequiverint pecora ceteraque bona, aut ipsi ne tantillo quidem tempore inter Bethel et Hai una degere potuissent; sed sic illud exponi debet, ut uterque propria sibi habuerit pecora, proprium-que famulitium; cumque hæc admodum ampla et copiosa essent, eoque tempore potiorem illius regionis partem occuparent duo populi, ex Chanaan oriundi, Chananæus nempe et Pherezæus, hinc factum fuerit, ut, crescentibus indies gregibus et armentis, quibus latiora pascua opus erant,*

AUCTORE J. G

*erant, eaque occasione exorta inter* Abræ *et Loti pastores rixa, utraque illa tum ampla numerosaque familia, stabilem illic sedem ponere non potuerit, ut proin altera ab altera loco fuerit sejungenda. At sciscitabitur aliquis, quandoquidem Deus, teste S. Stephano Act. cap.* 7 ỳ. 5, Abramo *non dedit hereditatem in terra Chanaan, nec passum pedis, qua ratione dicere is potuit Loto : Elige quamcumque terram inhabitandam, ego diversam tenebo? Respondeo eum Bonfrerio, verborum* Abræ *sensum esse, ut Lot, non tamquam terræ possessor aut dominus, inhabitandam terræ partem seligeret, (hujus enim dominium penes Chananæum et Pherezæum populum erat) sed tamquam merus conductor; quasi diceret: si tu pascua et agros, ad dexteram tuam sitos, ab indigenis pretio conducere amas, ego ad sinistrum sitos mihi elocandos curabo, ne alias, si ambo arctiori hoc loco consistere pergamus, jurgium tandem etiam inter me et te exoriatur.*

*hic observantur.*

244 *Denique, cum Lot sibi elegerit regionem circa Jordanem sitam, quæ, teste Moyse, qua* B *parte ex reliqua Chananitide in Segor venitur, et ulterius deinceps ad hujus fluvii ripam proceditur, universa ante Pentapolis interitum irrigabatur, secut paradisus Domini, aut sicut Ægyptus Nilo, in septem alveos et ostia diviso ; quæri non immerito potest, quo modo Lot dici possit* ỳ. XI recessisse ab Oriente? *Ad hoc rursus respondet Bonfrerius in hunc modum :* Recessit, *inquit*, ab Oriente, non quod iverit ad partem Occidentaliorem, Pentapolis enim æque vel magis Orientalis erat, quam locus, in quo erat Abraham; sed quod locus, in quo agebat Abraham, magis directe versus Orientem respiciebatur a Palæstina, cum Pentapolis, etsi absolute æque Orientalis, respectu tamen ejusdem Palæstinæ non respiceretur versus Orientem directe, sed at latus et versus angulum meridiei. *At nonne Lot alia etiam ratione dici posset* recessisse ab Oriente, *licet major pars Pentapoleos ad Orientem protensior, quam medius inter Bethel et Hai locus sit? Mihi quidem id dici omnino posse videtur, si Moyses, uti sat veri simile est asserens Lotum* recessisse ab Oriente, *respexerit ad* C *profectionis ejus terminum, qui urbs Sodoma erat, quæque, uti ex accuratiore Chananææ tabula geographica, tomo* 2 *Operum S. Hieronymi innexa, perspicuum fit, quinque circiter unius horæ milliaribus magis ad Occidentem vergit, quam locus, ubi* Abram *summa æquitate animi, miranda liberalitate, ac singulari servandæ pacis studio Lotum, sui fratris filium, eligendæ melioris, ut ei videretur, terræ arbitrum constituit.*

*Deinde Abramo divinitus promittitur terra Chanaan,*

245 *Ceterum ob tam eximiam sancti Viatoris nostri humilitatem, lenitatem egregiam, ceterasque ejus, quæ in ea sejunctione eluxere, virtutes factum esse, non immerito asserit S. Chrysostomus Homil.* 34 *in Genesim, ut sibi* Abram *ampliorem cælitus conciliarit benevolentiam, utque a Deo majora assecutus sit præmia, quale est divina apparitio factaque de tradenda copiosæ ejus posteritati terra Chanaan promissio, quæ Genes. cap.* 13 *a* ỳ. 14 *in hunc modum refertur :* Dixiqtue Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Lot : Leva oculos tuos, et vide a loco, in quo nunc es, ad Aquilonem et Meridiem, ad Orientem et Occidentem. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum. Faciamque semen tuum sicut pulverem terræ : si quis potest hominum numerare D pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. Surge et perambula terram in longitudine et in latitudine sua : quia tibi daturus sum eam. *Ita rursus Pentateuchi auctor. Sed quoniam nonnulla ex his verba quæstionem habent nec levem, nec hoc loco dissimulandam, hic denuo nobis sistendum tantisper est. Etenim non est dubium, quin Deus, cum hac visione et promissis* Abramum *recreavit, totam, quanta est, terram Chanaan se ejus posteris daturum esse, significare voluerit. Quid ergo, inquies, sibi volunt hæc verba* ỳ. 15 Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo? *Num ex loco, ubi erat tunc* Abram, *illas etiam, quæ ultra altiores montes et in vallibus sitæ erant, regiones Chananææ conspicere oculis potuit? Aut num in imagine aliqua tota ipsi terra graphice expressa fuit?*

*quam tunc integram suis oculis non perspexisse,*

246 *Ita quidem nonnulli sentire videntur; at verba sacra nequaquam nos vel ad prodigium vel ad visionem imaginariam recurrere compellunt; cum ad hoc, ut tota terra Chanaan ei promissa dici possit, necessum minime sit, totam illam singulisque ex partibus fuisse tunc corporis oculis perlustratam, sufficiatque omnino, ut Deus* Abræ E *promiserit eam totam, quam videbat, at non eam solam, sed et undique a quator orbis cardinibus ulteriorem, quam, ut suis erat circumscripta limitibus, mente apprehenderet* Abramus. *At, uti jam supra num.* 243 *dictum etiam fuit, ne pedis quidem vestigium* Abram *in ea terra umquam possedit sibi gratis datum. Quid ergo eodem* ỳ. 15 *dicitur :* Tibi dabo et semini tuo? *Num igitur Deus in exsequendis promissis infidelis? Absit enimvero, absit! Etenim particula Hebraïca* vaf *eique respondens Latina* et *hoc loco copulativa non est, ut passim loquimur, sed exegetica, sensusque istorum verborum hic est:* Dabo tibi, ID EST, semini tuo, omnem terram, quam conspicis. *Si quis tamen præfracte velit, non alio modo, quam copulativo,* τὸ et *esse exponendum; ne sic quidem consequens fiet, Deum suis promissis non stetisse ; quandoquidem præfati commatis sensus erit, promissum* Abræ *fuisse jus ad rem, quale revera ipse habuit ad terram Chanaan, posteris vero jus in re, quale eos habuisse sub regimine Josue, ac præsertim sub Davide et Salomone, inficiari nemo potest.* F

*nec per se ipse, sed in suis posteris possedisse, ostenditur, ubi tunc prope Hebron*

247 *Denique cum intuitu* Abræ *posteris ejus promissa concessaque sit Chananæa regio, potuit et ad eum; tamquam ad gentis Israeliticæ caput et originem, imo et potissimam factæ promissionis causam, ea promissio referri, atque adeo etiam ipsi promissa dici, quæ ejus gratia promissa concessaque posteris fuit terræ possessio* usque in sempiternum, *seu in logissimum tempus, dummodo hi suo fungerentur officio, seque filios* Abrahæ *non verbis dumtaxat, sed et factis, exhiberent. Postremo et hic quæri potest, qua ratione* Abram *divinis verbis accuratissime morem semper gessisse dicatur, qui, postquam* ỳ. 17 *ei Deus dixisset:* Surge, *seu eja age,* et perambula terram in longitudine et in latitudine sua, *tabernaculum quidem suum inde movit, ubi eum Dominus alloquio dignatus fuerat, at paulo post, uti* ỳ. *seq. narratur,* Habitavit juxta convallem Mambre, quæ est in Hebron, *ubi et pro more suo* altare Domino ædificavit?

*habitare cœpit ac Deo altare ædificavit.*

248 *Ad hoc pro responso sit, verba illa* Surge et perambula *non per modum præcepti seu imperii, sed concessæ facultatis seu invitationis adinstar, divinitus prolata fuisse, ut, si luberet, ex conspectu*

A *conspectu magnitudinis terræ promissæ magnam animi voluptatem solidumque in sua peregrinatione solatium hauriret, uti consentiunt Tostatus et Pererius, quibus non parum favet S. Chrysostomus Homil.* 34 *in Genes. tom.* 4 *Operum col.* 345, *quem adisis. Ceterum notandum hic, convallem illam Mambre, a viro quodam Amorrhæo ita dictam, atque uti ex versione* LXX *Interpretum colligitur, quercubus partim consitam, non in ipsa urbe Hebron, utpote monti imposita, sed in hujus urbis vicinia seu territorio sitam esse, et undecim circiter horæ milliaribus Meridiem versus et Africum, uti in supra laudata mappa geographica videre est, distare a loco, inter Bethel et Hai medio, quem eodem ætatis suæ anno septuagesimo septimo ab* Abramo *relictum credimus.*

## § XIV. Abramus cum Mambre hujusque fratribus fœdus init: Lotum a Chodorlahomore, Pentapolitarum victore, captum, fuso prius hujus exercitu, incolumem recipit.

B

*Abramus, inito cum Mambre hujusque fratribus fœdere,*

*Quamquam ex nutu Dei semper pendens S. Viator paratissimus esset, quocumque evocaretur, eo se vel incomitatum vel cum suis omnibus conferre; tamen, mox ut juxta convallem Mambre advenit, sedem illic solito diuturniorem figere statuisse videtur. Quamobrem, cum more suo aram ibi vero Numini erexisset, divinumque sibi suisque præsidium mactatis victimis efflagitasset, humana non spernens adminicula, fœdus pepigit, uti Genes. cap.* 14 ℣. 13 *Moyses refert, cum præpotentibus hujus regionis dominis, nempe Mambre, a quo vallis illa nomen gerebat, illiusque fratribus Escol et Aner, viris, uti apparet, a comitate ac probitate non mediocriter commendandis. Illud autem societatis fœdus, quo alter ab alterius familia bonisque injuriam omnem propulsare seque invicem tueri decrevisse videtur, non fuisse inutiliter sancitum, post annos plus minus septem ostendit memorabilis in primis eventus, a Moyse cap.* 14 *Genes. relatus, in quo, quod hic in antecessum dicere liceat,* Abrami *in adoriendis exigua manu ingentibus hostium copiis magnitudo animi, in iisdem debellandis fortitudo, in profligandis, nullo suorum damno, summa felicitas et in spoliis juste partis dividendis privatæ utilitatis suæ contemptus admirabilis eluxit, omnium deinceps seculorem prædicatione celebrandæ virtutes. Eventum illum, Moysis exemplo, cujus verba obiter etiam illustrabo, ab exordio recensere lubet.*

C

*et Pentapoleos regibus*

250 *Pentapoleos reges seu dynastæ, nimirum Bara rex Sodomorum, Bersa rex Gomorrhæ, Sennaab rex Adamæ, Semeber rex Seboim, et rex Balæ, quæ urbs alio nomine* Segor *dicitur, duodecim ante annis servierant Chodorlahomori, Elamitarum regi, qui, ut nonnullis placet, vel ipse supremus Assyriorum, tunc late dominantium, monarcha erat, vel, uti mihi præplacet, sub Assyriorum dominatore Ninya vectigalis ipsi princeps erat, regia tamen apud Elamitas suos, ab Elam filio Sem, sic vocatos, dignitate inclytus, reique bellicæ Assyriorum gentibusque subactis summa cum potestate præfectus, cujusmodi reges sub Assyriis quondam exstitisse, ex lib.* 4 *Reg. cap.* 24 *et Isaïa cap.* X ℣. 9 *manifestum est. Cum huic principi Pentapolitæ servitutis suæ anno tertiodecimo vel tributum pendere vel impositum sibi jugum diutius ferre detrectassent, ille refragantes vi redacturus in ordinem, in expeditionis suæ partem evocavit Amraphel regem Sennaar, seu Babylonis, uti Bonfrerius aliique censent, Arioch regem Ponti, fortasse Cappadocii, haud ita procul, uti apud Cellarium tom.* 2 *orbis Antiqui tab.* 1 *videre est, ab Euphrate siti, vel, uti in Hebræo est,* regem Elasar, *quam regionem quidam* Thalassar *ad fontem Tigris esse volunt, et Thadal regem Gentium, seu non uni alicui nationi sed variis undique collectis profugis præpositum.*

AUCTORE J. G.

*a Chodorlahomore, vicinarum gentium domitore,*

251 *Igitur quartodecimo anno, ex quo Pentapolis in servitutem adducta fuerat, secundo vero ab ejus defectione, Chodorlahomor tresque jam mox memorati reges, confecto sat longo itinere, in terram Chanaan pervenere, percusseruntque Raphaim, giganteæ magnitudinis homines, sibi fors etiam rebelles aut Pentapolitis addictos, qui in Astaroth-Carnaim, ad Orientem stagni Genesareth quinque circiter ab eodem stagno horæ milliaribus dissito loco, habitabant, moxque debellarunt* Zusim cum eis, *seu, ut quidam volunt, alios gigantes* Zomzommim *dictos, qui in Cham seu Ham, regione postea* Ammonitarum *dicta, degebant; tum pari clade affecerunt Emim, similes iis gigantibus, qui erant de stirpe Enacim, quorum sedes erat in Save Cariathaim, in* Moabitica *dein regione dicta, et fere ex adverso Pentapoleos ad Orientem sita; inde versus Austrum semper progredientes Chorræos in montibus Seir seu post dictæ* Idumææ Australis *degentes usque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine, pariter percusserunt. Hinc, ne quas a tergo aut a latere gentes sibi æque, ac jam devictas, rebelles suspectasve relinquerent, venerunt victores ad locum, cui* Fontis Misphat *seu* Cades *nomen postea adhæsit, omnique regioni, quæ Amalecitis aliquando cessit, intulere vastitatem, indeque reversi ipsos demum Amorrhæos, qui habitabant in Asasonthamar, alio nomine* Engaddi *vocata, juxta Mare Mortuum sita, felicitate simili profligarunt.*

E

F

*devictis fugatisque,*

252 *Hoc pacto deletis, qui ab Austro et Oriente Pentapolitas cingebant, populis, jam in ipsum fere Pentapoleos meditullium pervaserant, ipsos hujus regionis dynastas, quorum causa præcipue suscepta erat bellica expeditio, non inferiore vi aggressuri; cum rex Sodomorum quatuorque alii fœderati Pentapolis reges, suis demum egressi urbibus, tandem aliquando convenerunt in Vallem Sylvestrem, seu Siddim, quæ nunc est Mare Mortuum, eoque loco adversus aggressores suam direxerunt aciem, freti loco, sperantesque fore, ut hostes, hujus minus gnaros, in bituminis puteos, qui magno illic numero erant, stratagemate aliquo allicerent, itaque, quos virtute superare se posse desperabant, (homines enim Pentapolitæ erant luxuriæ et deliciis magis, quam armis assueti) arte saltem ac dolo vincerent. At cum res ipsis esset cum hostibus, non minus cautis, quam virtute bellica præstantibus, omnino aliter, quam sperarant Pentapolitæ, ipsis præ-*

AUCTORE J. G.

*lium cessit. Quippe cum Assyrii opportuno loco in eos unum alterumve impetum fecissent, sensere se homines effeminati mollesque sustinendo impares, moxque turbata ruptaque acie, reges Sodomæ et Gomorrhæ, ceteri fœderati dynastæ militesque terga verterunt, quique vel hostilem gladium vel bituminis puteos evaserunt, turpissima fuga ad montana prolapsi sunt.*

*audiens, Lotum a victore exercitu captum fuisse,*

253 *Prostrata Pentapolitana acie, non diu fugacibus tergis institere Assyrii, at continuo ad prædas conversi sunt, tuleruntque* omnem substantiam Sodomorum et Gomorrhæ, et universa, quæ ad cibum pertinent; ... nec non et Lot et substantiam ejus, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis, *non quod, ut Josephus lib.* 1 *Rer. Judaïc. cap.* x, *vult, Sodomitis in auxilium venisset, sed quod in urbe illa sedem fixisset;* et abierunt *victores Boream versus, dextram, uti videtur, Jordanis ripam legentes. Hæc cum ab uno, ut credibile est, e domesticis Loti, qui cladem evaserat, eodem vel sequenti die nuntiata essent* Abramo *Hebræo, qui juxta convallem Mambre, decem aut duodecim horæ milliaribus a pugnæ seu cladis loco sitam, habitabat, confestim ille, ut ex hostium manibus insontem Lotum ipsiusque familiam eriperet, trecentos decem et octo de servis vernaculis suis ad certamen magis expeditos selegit; cumque humana media, quæ ad manum erant, non spernenda judicaret, in auxilium sibi adscivit Mambre, Escol et Aner, terræ illius, ubi sedem posuerat, dominos, fœdere jam ante sibi junctos, horumque adeo et ad bellum aptos subditos, quos sat simile vero est eo etiam lubentius se* Abramo *junxisse, quod etiam suæ gentis homines amicosque et consanguineos, in Asasonthamar ab Assyriis captos, hoc pacto e servitute retrahendi spes major affulgeret.*

*mox hostiles copias aggreditur, iisque fugatis, Lotum recipit.*

254 *Ergo, qua fieri potuit, celeritate abeuntes victores secutus* Abram *cum suis sociorumque bellatoribus, eos attigit prope Jordanis fontem illum, cui* Dan *nomen est, quinta, si Josepho cap.* XI *credimus, nocte quam ex convalle Mambre profectus erat. Non hic rursus, tametsi firma in Deum fide suarum copiarum defectum supplendum censeret et a Deo exercituum potissimum victoriam expectaret, bellicam neglexit prudentiam; sed divisis sociis, derepente noctis tempore, cum mersi sopore vel ebrietate gravati hostes essent nec ad resistendum parati, in eos varia ex parte irruit. Cum itaque hostilia castra tam improviso impetu clamoribus, ordinum turbatione cædibusque undique miscerentur, nec, quo modo irrumpentibus resisterent, in promptu sibi esset, nihil prius habuere exteri reges militesque, quam ut, castris partisque antea spoliis relictis, præcipiti fuga saluti suæ consulerent; quod ut Victor sensit, continuo, ut fieri potuit, nonnullis, qui tantisper hostilia castra partaque ac recuperata spolia servarent, subsistere jussis, cum reliquis ipse fugientes persecutus est usque Hoba seu Choba, quæ villa ad lævam Damasci sita est, ac demum, jam sat procul ex Chananitide ejectis hostibus, reversus ad capta castra est, unde* reduxit omnem substantiam, *nempe pecuniam, aurum, argentum, greges armentaque,* et Lot fratrem suum *(id est, fratris sui filium)* cum substantia illius, mulieres quoque et populum *Pentapolitanum, quem in servitutem hostes abduxerant.*

*Nonnulla in Moysaicam*

255 *Longior sim, si singula, quæ in Moysaïcam hujus belli narrationem partamque tam singulari modo victoriam erudite a variis observata exstant, vel cursim hic enumerem vel paucissimis verbis ipse retexam. Hæc, qui cupit, apud veteris Testamenti Annalium conditores sacrosque interpretes legat. Non possum tamen, quin pauca quædam, quæ vel ipsum* Abramum *proxime attingunt, vel difficultatibus obnoxia sunt, non nihil illustrem. Ac primo quidem sciscitari quis potest, cur Moyses, cit. cap.* 14 *Genes.* ℣. 13 *referens,* Abramo *nunciatam fuisse Loti captivitatem, additum præter morem eo loco voluerit* Hebræi *nomen, ita nimirum loquens:* Et ecce unus, qui evaserat *(cladem nempe Pentapolitarum)* nuntiavit Abram Hebræo; *ac rursus, quæ hujus nominis origo sit. Quod ad priorem attinet quæstionem, respondet Wilhelmus Smitius in suis ad hunc locum notis, id haud dubie a Moyse factum esse,* ut nominis istius gentilis, quod Abrahæ posteris semper adhæsit, antiquitatem edoceret. *Verum, si conjecturis hic locus sit, an non etiam, imo an non veri similius* Hebræi *nomen additum a Moyse fuerit, propterea quod, cum* Abram *inter Amorrhæos sibi fœderatos degeret, necesse, aut saltem ex re esse, crediderit, cautionem aliquam adhibere, ne quis cum cum Amorrhæis Hebrææ gentis caput, fixam tunc quodammodo sedem inter eos habens, confundere ullo modo posset; seu, quia conveniens censuit, ut, qui tam gloriosæ, quam mox enarrat, expeditionis auctor fuit, non solo nomine proprio, sed et patronymico suo compellaretur, quo tam insignis facti honorem non stirpi Chanaan, sed posteris Sem benedicti a Domino, adscribendum esse, lectores suos edoceret.*

*hujus facti adjunctorumque narrationem*

256 *Quod vero ad alteram spectat quæstionem, tametsi sat multi, iique eruditione præstantissimi scriptores a voce Hebræa* Habar, *quæ Latine* transivit *sonat,* Abramum *dictum fuisse* Hebræum *velint, utpote qui e regione, trans fluvium Euphratem sita, in terram Chanaan advenit, cui sententiæ etiam favent* LXX *Interpretes, dum hoc loco reddunt τῷ περάτῃ, id est,* transitori *seu* trajectori; *probabilior tamen mihi videtur Josephi lib.* 1 *Ant. Jud. cap.* 7, *Augustini lib.* 2 *Retractationum cap.* 14 *et lib.* 16 *de civit. Dei cap.* 3 *et* XI, *aliorumque complurium sententia, asserentium,* Abramum *dictum esse* Hebræum *ab Heber, qui quintus a Sem in progenitorum serie reperitur, a quo et* Abram *recta linea originem ducebat. Nec leve profecto, quo id probetur, videri debet illud argumentum, quo S. Angustinus lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 3, *num.* 2 *utitur. Illic enim dilucidans illa Geneseos cap.* X ℣. 21 *verba, quibus Sem* omnium filiorum Heber *pater asseritur, ita ait:* Non sane istum Heber genuit Sem: sed ab illo quintus in progenitorum serie reperitur. Sem quippe inter alios filios genuit Arphaxat, Arphaxat genuit Cainan, Cainan genuit Sala, Sala genuit Heber. Non utique frustra ipse primus est nominatus in progenie veniente de Sem et prælatus etiam filiis, cum sit quintus nepos; nisi, quia verum est, quod traditur, ex illo Hebræos esse cognominatos, tamquam Heberæos.

*atque in commemorati illic Hebræi nominis originem,*

257 *Dein post pauca, quibus aliam esse posse opinionem dicit, quæ tamen minime probanda est, ita prosequitur:* Sed nimirum hoc verum est, quod ex Heber Heberæi appellati sunt, ac deinde, una detracta littera, Hebræi, *quo nomine Moyses* Abramum *cap.* 14 ℣. 13 *donat. Concludit ex his Pererius Disput.* 2 *in cap.* 14 *Genes. num.* 31 *in hunc modum:* Ergo Moses appellans Sem patrem filiorum Heber, dicere quiddam voluit ad laudem Sem, et ad declarandam

randam dignitatis ejus excellentiam perquam insigne ; videlicet, quod Sem pater fuerit populi Dei, et tot tantorumque virorum, qui in eo populo claruerunt ; qui non solum filii, id est, posteri fuerunt Heber, verum ab ipso etiam nominati sunt Hebræi et eorum lingua Hebræa dicta est. *Unde et cum eodem Pererio concludendum ulterius apparet, cum origo et ratio appellationis Hebrææ linguæ, atque gentis eadem fuisse videatur ; tam* Abramum *ejusque posteros, qui ab eo per Jacob genus duxerunt, quam ipsam linguam, ab Heber in cujus familia istæc permansit,* Hebræi *nomen accepisse. Adde cum Eugubino et Pererio, Hebraïcum nomen* Hibri , *quod Latine* Hebræum *sonat, per Iod Hebraïcum in ultima syllaba proferri, ac proin , utpote habens terminationem, nominibus patronymicis propriam, gentile seu patronymicum potius , quam appellativum censeri debere.*

*uti et in percussum ab Abramo cum Amorrhæis*

258 *Supersunt binæ , multo majoris, quam præcedentes sint, momenti difficultates, quarum prima in eo versatur, an* Abram *sanciendo cum Amorrhæis supra nominatis fœdus non graviter in Dei legem impegerit, quandoquidem Exodi cap.* 34 ℣. 15 *districte a Deo vetitum legimus, ne Hebræi pactum cum Amorrhæis aliisque terræ Chanaan incolis inirent, variisque insuper sacræ Scripturæ locis divinitus reprehenduntur, qui cum idololatris exterisve gentibus societatem sanxerant. Verum, si factum* Abræ *attentius consideremus, atque ad tempus, quo illa Exodi lex lata est, animum advertamus, ne leviter quidem illa in re peccasse* Abram *dici poterit. Etenim, præterquam quod nullo ex capite constet, Amorrhæos illos principes idololatria infectos fuisse, cum quadringentis et ultra anni, antequam completæ essent Amorrhæorum ceterorumque Chananæorum iniquitates, non nulli inter eos exstiterint veri Dei cultores, quales Melchisedech, sacerdos Dei altissimi, Abimelech, rex Geraræ, qualesque adeo et ipsi esse potuerint ; in hypothesi etiam, gratis tamen admissa, fuisse Mambre ejusque binos fratres a veri Dei cultu alienos, potuit tamen* Abram , *requirente id sua familiæque suæ incolumitate, licite et ex jure naturæ cum iis mere politicum fœdus inire, quod nempe suæ suorumque religioni damnum aliquod inferre, aut idololatriam propagare minime natum erat.*

*fœdus, quod vetitum ei non fuisse, probatur, hic observantur*

259 *Imo vero, cum Deus ei quasi necessitatem quamdam imposuisset transmigrandi ab uno in alium Chananitidis locum, atque adeo modo in his, modo in aliis hujus regionis oppidis vicisve degere* Abramus *necesse haberet, vix abstinere is potuit, quin Chananæorum societatem politicam aut ipse requireret, aut fœdus ultro requirentibus sese facilem præberet, ut hoc pacto se suosque ab hostibus tueretur , omnemque procul a familia sua injuriam arceret. Neque hoc* Abrami *factum divina lege, Exodi cap.* 34 ℣. 15 *promulgata, vetitum fuisse dici potest, utpote quæ non juris naturæ, sed positiva fuit, quæque quadringentis demum et amplius annis post sancitum ab* Abramo *cum Mambre ejusque fratribus fœdus, ejus posteros dumtaxat adstrinxit, cum nempe jam completæ essent Amorrhæorum iniquitates, ipsique jam Deo exosi divinoque interdicto subjecti essent. Quod autem subinde in Scripturis increpentur Israëlitæ ob inita cum infidelibus fœdera, in speciem aut re ipsa mere politica, id factum fuisse post latam cit. cap. Exodi legem, atque etiam ob animi vitium, vel ob perversionis periculum, quod ejusmodi pactis conventis suberat, nemo vocabit in dubium, qui sacra volumina attente pervolverit.*

AUCTORE J. G.

*ostenditurque, Abramo itidem licuisse victorem exercitum*

260 *Venio nunc ad quæstionem alteram, qua, an* Abram *legitime Chodorlahomori ejusque fœderatis bellum intulerit, non immerito dubitari posse videtur ; ac primo quidem idcirco, quod* Abram *in Chananitide ne vestigium quidem pedis, ut homo privatus, nedum regnum aut civitatem aliquam, ut supremus dominus, possideret ; dein quia ipsé a regibus illis nullam acceperat injuriam ; ac denique quia, tametsi Lotum injuste ab iis abductum statuamus, nihilominus tamen non prius* Abram *omnia tentavit, quam eos bello lacessiverit. Verum enimvero non obstant ea, quo minus legitime* Abram *eos hostiliter agressus esse, imo et de improviso eos oppressisse dicatur. Etenim, uti dubitandum non videtur, tam ipse* Abram, *quam Mambre hujusque fratres, summam in suos potestatem habebat, atque adeo non minus ei, quam his, sicut ad tuendam plebem sibi creditam, ita ad exercendam jurisdictionem, si vis occurreret, jus competebat belli gerendi, præsertim adversus eos principes, quibus nec ipse nec illi suberant. Adhæc, tametsi tantisper* Abram *putatur ea destitutus fuisse auctoritate, quæ, ut quis alteri proprio nomine bellum inferat, requiri jam solet ; tamen, cum ab iis, qui in convalle Mambre tunc rerum patiebantur, quique neminem se superiorem agnoscebant, in legitimum societatis fœdus receptus esset, ab iisque etiam, ut* princeps Dei, *Genes.* 23 ℣. 6, *seu ut vir summus, agnosceretur ; eorum certe nomine, consensu et auxilio exterorum principum vim vi repellere injuriamque propulsare ei omnino licitum fuit.*

*armis et quidem etiam de improviso aggredi ;*

261 *At nullam principes illi exteri injuriam ipsimet* Abræ *intulerant. Ita est : at* fratri *ejus, seu fratris filio, ei conjunctissimo, gravissimam, rapiendo omnia bona ejus, eumque in captivitatem abducendo, intulerant ; unde hanc propulsare omnia ei jura permittebant, ne alias non repellendo injuriam a socio et a proximo quidem suo consanguineo, cum id penes se esset, tam foret ipse in vitio, quam illi, qui injuriam intulerant, Nec erat hic* Abræ *expostulandi cum exteris principibus locus, cum nulla spes affulgeret, eo modo injuriam posse resarciri, periculum ex adverso præsens esset, ne, si diutius exspectaretur, periret ablata recuperandi occasio ; potuit igitur* Abram *sine prævia expostulatione bellive denuntiatione violenter erepta repetere, eumque in finem talibus uti mediis, puta improvisa nocturnaque irruptione in eorum castra, aliove stratagemate, quæ tam in bello solemni, quam non solemni, licita esse, nemo sanus diffitetur. Respexerit fortasse etiam Vir prius et a Deo illustratus ad ea, quæ Salomon Proverb.* 24 *dein in litteras misit ℣.* XI *et seq. :* Erue eos, qui ducuntur ad mortem : et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Si dixeris : Vires non suppetunt : qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua ; *uti et re ipsa factum esse, bellicæ hujus expeditionis, non sine singulari, ut credere licet, divino instinctu ab* Abramo *susceptæ, felicissimus demonstravit eventus.*

*cujus facti epocha ut cumque determinatur.*

262 *Ceterum, quo anno* Abræ *hæc facta statui debeant, non una est veterum recentiorumque sententia. Bellum hoc in Chronico Alexandrino sub annum ejus septuagesimum quartum refertur ; at omnino perperam, quandoquidem tunc*

AUCTORE J G

*tunc* Abram *necdum e Chaldæa in Chananæam primum advenisset, uti omnino manifestum est. Alii vel eodem mense vel certe anno, quo divisus est ab* Abramo *Lotus, hoc ipsum statuunt; sed nimium præpropere, uti plerisque videtur. Epiphanius contra in Panario Hæresi* 55 *editionis Petavianæ pag.* 472 *sub* Abrami *octogesimum octavum vel nonagesimum plus minus ætatis annum, Melchidechi occursum, de quo infra, atque adeo et bellum ipsum, de quo hic, contigisse vult; verum justo serius; quandoquidem eo ætatis suæ anno* Abram *jam biennio ante* Agarem *uxorem duxerat, ex eaque Ismaëlem susceperat, quæ res, uti ex Mosaïcæ narrationis ordine aperte colligitur, non ante illud bellum, sed sat diu post contigit. Sunt, qui* Abramum *velint, jam tum circumcisum fuisse, cum ei e prælio redeunti Melchisedech occurrit; at id memoriæ lapsu scriptum apparet; quandoquidem circumcisionis præceptum* Abramo *datum non fuit, nisi anno nonagesimo nono, uti Genes. cap.* 17 *perspicue traditur. Quo igitur anno, inquies, id tu bellum statuas? Respondeo, istud ex dictis medio illi tempori innecti debere, quod inter* Abræ *septua-*
B *gesimum septimum interque octogesimum sextum annum effluxit, ac sat probabiliter anno* Abræ *ineunti octogesimo quinto; quamquam, ut verum fatear, nihil admodum obstet, quo minus cum Saliano id anno* Abræ *octogesimo innectatur. Nunc, quæ hocce insigne prælium consecuta sint, sejuncto §, ut rei gravitas exigit, duce Moyse, prosequamur.*

## § XV. Sancti ab hostium strage reditus: Melchisedechi, sacerdotis Dei, occursus: datæ huic ab Abramo decimæ: panis et vini oblatio a Melchisedecho facta: varia huc spectantia.

C

*Redeunti ab hostium strage Abramo Melchisedech sacerdotali ritu benedicit.*

*Revertenti a strage Chodorlahomoris, et spolia hostium, ac corrasam ab his ex devictis ante populis prædam opulentam, populumque Pentapolitanum secum ducenti Victori,* In valle Save, quæ est vallis regis, *quæque ab urbe Salem, seu probabilius, uti infra ostendam, Ierusalem, haud procul abfuisse videtur, gratulabundus obviam venit rex Sodomorum, idem ille cujus a Chodorlahomore cæsus fuerat exercitus, vel, si reipsa, ut quidam volunt, ibi iste prælio occubuit, (quod tamen vix credo) ejusdem Sodomorum regis filius, hereditario jure paternum regnum adeptus. At non rex Sodomorum dumtaxat cum suis aliquot egressus est in occursum* Abrami, *sed et Melchisedech, rex Salem seu Ierusalem; cumque is publicus esset Dei altissimi seu veri Dei sacerdos, atque adeo, teste Apostolo ad Hebræos cap.* 8 ℣. 3, ad offerendum *(Deo nempe)* munera et hostias constitutus, *non primum usualia quævis alimenta, quibus* Abrami *sociorumque corpora reficeret, sed, uti verba sacra significant, panem et vinum stricte dictum protulit, Deoque, quem obtentæ victoriæ largitorem agnoscebat, ritu sacerdotali consecravit; tum Victori benedixit, seu bene precatus est, voventis in modum dicens:* Benedictus Abram Deo D
excelso, qui creavit cœlum et terram: et benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. *Quasi diceret: Benedictus sis, o* Abram, *a Deo excelso, qui creavit cœlum et terrram, et ab eo bonis omnibus cumuleris: et laudetur idem excelsus Deus, gratiæque solemnes ei agantur, cujus præsidio et ope tam potentes hostes devicisti et profligasti.*

*cui Sanctus decimas ex omnibus tribuit.*

264 *Litantem vero Numini, sibique altissimi Dei nomine bene precantem sacerdotem, mox pius Victor, ut sacrum veri Dei ministrum, agnovit, utque more suo ipse vicissim debitas Deo pro parta de hostibus victoria gratias exhiberet, simulque se Melchisedecho, a quo religiose juxta ac honorifice exceptus fuerat, gratum probaret, ex iis, quæ hostibus eripuerat, spoliis, et in quæ nec fœderati sui nec Pentapolitæ jus aliquod sibi arrogare poterant, non nulla, vel sacro ejus ministerio Deo pariter consecranda, vel in usum sacerdotalem cessura, munificentissime obtulit, uti ex his verbis Moysis Genes. cap.* 14 ℣. 20: Et dedit ei decimas ex omnibus, *et ex illis Apostoli ad Hebræos cap.* 7 ℣. 1 *et* 2: Hic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui E
obviavit Abrahæ regresso a cæde regum, et benedixit ei: cui et decimas omnium divisit Abraham, *apertissime colligitur. Accedunt* LXX *Interpretes, apud quos in codice Romano et regio ita expresse legitur:* Dedit ei *(nempe Melchisedecho)* Abram decimam ex omnibus, *quibus et consentit Josephus lib.* 1 *Antiq. Jud. cap.* XI, *ubi, cum dixisset, Melchisedechum* Deo, cujus favore victoria contigerat, debitos hymnos, ut sua pietate dignum erat, cecinisse, *mox subit hæc:* Abrahamus contra de manubiis decimas ei dono dedit, *Philo quoque lib. de Congressu quærendæ eruditionis gratia pag. mihi* 342, Abramum *ob victoriam, quam favente Deo assecutus fuerat, gratitudinis ergo Numini supremo, in persona nempe sacri ejus ministri, decimas obtulisse, testatur.*

*ac Sodomorum regi receptos ejus subditos, horumque bona*

265 *Hanc Victoris magnanimitatem munificentiamque ut vidit Sodomorum rex, spem maximam concepit fore, ut ereptos sibi a Chodorlahomore, at per* Abramum *e captivitate retractos, subditos suos recuperare precibus posset; quapropter, hos sibi a Victore concedi, enixe postu-* F
*lavit, hisque contentus, ut reliqua, tum sua, tum subditorum bona* Abramus *retineret, lubentissime consensit, lucro summo apponens, vel hos sibi recuperasse,* Da mihi animas, *inquiens, id est homines, mihi quondam subditos,* cetera tolle tibi. *At, qui non lucri aut prædæ cupidine, sed filii fratris sui e servitute injusta retrahendi gratia bellum istud susceperat, ne quidem exiguum quidquam ex omnibus, quæ Sodomitarum fuerant, bonis in usum commodumve suum convertere voluit, idque jure jurando, levata pro recepto tunc more in cœlum manu, diserte professus est, ita loquens:* Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli et terræ, quod a filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abram. *Quæ nec superbe ab* Abramo *dicta nec abs re jure jurando firmata esse censeri debent; sed eo prolata fine, ut, se non desiderio prædæ victores reges aggressum esse, indicaret, uti Bonfrerius recte advertit; idcirco autem jure jurando asserta, ut se serio ac sincere loqui ostenderet, utque veri Dei, cujus nomen invocabat, summam majestatem declararet*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *clararet, falsorum vero Deorum inanitatem redargueret, prout Pererius num.* 85 *in caput* 14 *Genes. scite etiam notavit.*

*recuperata, paucis tamen merito exceptis, largitur,*

266 *Bina tamen fuerunt ex recuperatis Pentapolitarum bonis, quæ suo jure jurando* Abram *comprehensa minime voluit, ea scilicet, quæ tum a vernaculis suis, tum a belli sociis Aner, Escol et Mambre horumque subditis in cibum usurpata fuerant; eaque insuper, quorum hi partem sibi exigere belli jure aut recepta consuetudine poterant. Nec enim æquum erat, ut, quæ a militibus, in commodum etiam Pentapolitarum cum hoste congressis, in alimenta absumpta fuerant, ea ab iis resarcirentur; nec æquitati consonum fuisset, ut liberalissimam suam munificentiam fœderatis suis pro lege habendam esse,* Abramus *præscriberet; imo, uti laudatus Bonfrerius partim advertit, cum hi* Abræ *non subessent, sed sponte et sola amicitiæ lege eum comitati fuissent, non poterat eos, vel absentes forte, invitos, sua spoliorum ex hoste recuperatorum portione, utpote vel stipendii loco aliove justo titulo debita, vel tantilla in re privare, prout consideranti omnino liquet. Hinc postquam Sodomorum regi, se quid-*

B *quam ex Pentapolitarum bonis sibi accepturum esse, negasset, mox* Abram *subdit* : Exceptis his, quæ comederunt juvenes, et partibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Escol et Mambre : isti accipient partes suas. *Et hisce quidem verbis sacer Scriptor Geneseos caput* 14 *confectique ab* Abramo *belli narrationem suam concludit, statimque ad celebrem illam visionem divinitus* Abræ *oblatam progreditur, qua Deus ei prolem copiosamque posteritatem promisit, quæque huic obventura essent, prænunciavit.*

*Discutiuntur hujus faeti adjuncta, et primo qui dem locus,*

267 *Verum, quia nonnulla, quæ in jam contexta a nobis ipsius partim Moysis verbis narratione occurrunt in controversiam adduci solent, sistendum hic paulisper est, donec illa, ut res feret, vel dilucidata vel stabilita a nobis fuerint. Sunt autem illa præ ceteris tria hæc, situs vallis Save, in qua rex Sodomorum et Melchisedech* Abramo *de prælio revertenti occurrerunt; ejusdem Melchisedechi regia, et sacerdotalis præsertim, dignitas, solemni sacrificio exercita; ac denique spoliorum divisio, ex iisque facta ab* Abramo *decimæ partis oblatio. A controversia prima, licet aliis minoris momenti sit, exordium duco, ne Mosaïcæ narrationis ordinem invertam. Bonfrerio*

C *teste, existimarunt quidam hanc* vallem Save, quæ est vallis regis, *diversam non esse a Save Cariathaim, ubi gigantes Emim a Chodorlahomore ejusque asseclis debellatos fuisse, ejusdem capitis* 14 ℣. 5 *Moyses asserit.* ¶ *Verum opinio hæc debili, ac nullo potius, nititur fundamento. Cum enim cis Jordanem Melchisedech habitarit, nec de transmisso ab eo hoc flumine ullibi fiat mentio, ac denique hæc Save Chariathaim, utpote in regione, dein* Moabitica *dicta, et trans Jordanem sita,* Abramo *a cæde quatuor regum revertenti in via non occurreret; abhorret prorsus a vero, hic loci a Melchicedecho regeque Sodomorum occursum* Abræ *fuisse.*

*nempe vallis Save,*

268 *S. Hieronymus illam* vallem Save, quæ est vallis regis, *longam illam vallem esse, censet, quæ cis Jordanem jacet, quæque* Aulon *vocatur, de qua vide dicta num.* 216. *At cum hæc, uti cit. num. videre est, nimis ampla et in longum protensa sit, hoc solo nomine* Aulon *locus ille, ubi ilum victori obviam est, non sat prope determinatur. Malim igitur ex* LXX *Interpretum versione, in qua post τὸ* in valle Save *ita legitur :* Hic erat campus regis Melchisedech, *vallem hanc versus Boream non procul ab urbe Salem statuere; quam urbem non esse Salim Sichimorum, prope Belhsan seu Scythopolim; sed eamdem esse cum Ierosolyma,* Jebus *et* Salem *etiam dicta, auctores antiqui tum sacri, tum profani, ipseque etiam S. Hieronymus, licet contrarium aliquando senserit, magno consensu affirmant, quos, si lubet, vide nominatim laudatos a Bonfrerio in hunc locum pag.* 192, *col.* 2.

AUCTORE J. G.

*quæ prope Jerusalem sita fuisse, ostenditur;*

269 *Nec refert, quod Hieronymus in Epistola Critica ad Euangelium presbyterum tom.* 2 *Operum col.* 573 *scribat, in urbe Salim juxta Scythopolim ostensum suo etiam tempore fuisse palatium Melchisedech, seu hujus potius ruinas; cum hanc indigenarum traditionem simpliciter ipse recenseat, non vero approbet, ut contra penes lectorem relinquat de fide testium, quos laudavit, judicium ferre. Adhæc quandoquidem, uti lib. Judic. cap.* 9 *legitur, urbs illa funditus subversa fuit, atque ita quidem, ut sat in ea dispergeretur; multo videtur veri similius, parietinas, quæ Hieronymi tempore visebantur, potius palatii, ibi postea ab Jeroboamo exstructi, dein etiam subversi, reliquias fuisse, quam ruinas palatii, quod ibi Melchisedech exstruxisset* E *olim, ut illa fert qualiscumque indigenarum traditio, cui Josephus et plerique eruditi nullam fidem jure merito adjungunt. Sed de loco, ubi de cæde regum revertens* Abram *honorifice a duobus regibus exceptus fuit, hæc disputata sufficiant. Redeo ad Melchisedechum, non ut omnia singulaque, quæ de eo adduci in controversiam solent, aut operose discutiam aut plane dilucidem, (hæc enim ad universi libri Geneseos interpretes aut veteris Testamenti Annalium scriptores spectant) sed ut ea dumtaxat, quæ cum* Abrami *historia propius connexa sunt, paucisque a me supra indicata fuere. nequaquam vero absona esse, demonstrem.*

*dein Melchisedechi dignitas, quæ non regia solum*

270 *Non hic igitur lector a me exspectet, ut eorum a capite ad calcem commemorem refellamque deliramenta, qui Melchisedechum fuisse virtutem aliquam cælestem, Christo superiorem, aut ipsum Spiritum Sanctum, aut Filium Dei, aut angelum humana specie spectabilem, aut hominem quidem, sed ab Henocho, vel a Cham, filio Noë, non diversum somniarunt. Sed neque etiam hujus loci est, multis probare, Melchisedechum, cujus pater et genealogia in Scripturis silentio* F *involvitur, eumdem cum Sem esse non posse, cujus nempe pater et avi proavique nominatim in sacris voluminibus recensentur. Hæc omnia, inquam, missa facio, fuisseque Melchisedechum verum hominem, et genere quidem Chananæum, divina tamen gratia veri Dei cultorem, pro certo et abunde SS. Patrum auctoritate solidisque rationibus passim obviis probato et explorato habeo. At, num pius ille urbis Salem rex seu dynasta, cujus ipsum nomen Hebraïce* regem justitiæ *sonat, simul etiam proprie dictus veri Dei sacerdos fuerit, atque supremo Numini, cujus præsidio hostes in manibus* Abræ *erant, sacrificium panis et vini obtulerit, id enimvero est, quod huc maxime spectat, quodque omnino intactum hic prætermitti nequit.*

*sed et sacerdotalis fuisse demonstratur;*

271 *Quod ad sacerdotalem Melchisedechi dignitatem attinet, fatendum quidem, est, Hebraïcam vocem* cohen, *qua Moyses Genes. cap.* 14, ℣. 18 *usus est, non ubique in sacris Litteris ministerium ecclesiasticum, at quandoque universim, seu in genere; insignis alicujus honoris aut dignitatis*

AUCTORE J. G.

*dignitatis gradum denotare; quo postremo sensu lib. 2 Reg. cap. 8 ℣. 18 filii Davidis* Cohanim *vocantur, quos manifestum est, utpote cum non fuerint de tribu Levi, stricte dictos sacerdotes non fuisse. Nihilominus tamen, vel ii ipsi, qui nihil intentatum liquere, ut oblatum a Melchisedecho panis et vini sacrificium inficiari possent, uno ore affirmans, cit. loco Genes. Hebræam vocem* Cohen, *uti et plerumque alibi, sacerdotem proprie dictum significare, pressi auctoritate non tantum Moysis, sed et Davidis Psalmo* 109 *℣.* 4 *et Apostoli Pauli ad Hebræos cap.* 7, *℣.* 1. *Et sane, nisi quis Moysen ineptum battologum cit. Geneseos loco egisse, impiissime dicat, necesse habet fateri, eum, quem statim ante* regem *vocavit, mox non facturum esse, nescio, qua profana et multo minori quidem, quam regia sit, dignitate spectabilem. Adhæc quid facias huic voci* Heljon, *seu* Dei altissimi, *nisi eum vere Dei veri sacerdotem statuas? Et rursus, cur David cit. Psalmo Dominum suum, seu Dei Filium* sacerdotem *vocasset* secundum ordinem Melchisedech, *si hic sacerdos non fuisset; aut quo jure quave veri specie dixisset Apostolus cit. loco :* Hic enim
B Melchisedech, rex salem, sacerdos Dei summi, qui obviavit Abrahæ regresso a cæde regum et benedixit ei : cui et decimas omnium divisit Abraham, *nisi illum non regia tantum, sed et præcipue sacerdotali dignitate insignitum fuisse, pro indubitato habuisset?*

*et facta ab eo oblatio, quæ verum sacrificium fuisse*

272 *At, inquiunt heterodoxi recentiores, præsertim Calvini asseclæ, tametsi Melchisedechum veri Dei sacerdotem fuisse, certissimum foret; continuo tamen ex his verbis Moysis* Proferens panem et vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei *etc, consequens non fieret, ut panem et vinum Deo sacrificarit in gratiarum actionem de relata ab* Abramo *ex communi quodammodo Chananæorum hoste victoria. Quid ita? Quia nempe, ut ipsi adstruunt, Hebraïcum verbum* hotsi, *quod Moyses adhibet, non idem illic significat, quod* obtulit *seu* immolavit, *sed quod* protulit, eduxit, deprompsit, venire *aut* prodire fecit. *Addunt, pro particula causali* enim, *quæ in Vulgata legitur, in Hebræo codice legi* vau, *quæ per τὸ et vel* autem *subinde recte vertitur : unde, ipsi nempe judicibus, verborum Moysis alius non est sensus, quam Melchise-*
C *dechum, qui rex et sacerdos erat, esculenta quædam ac poculenta protulisse, aut potius proferri jussisse, quibus* Abramum *ejusque vernaculos de prælio revertentes basilice recreavit. Ita fere illi. At vero siccine, qui nullum in Ecclesia Christi Eucharisticum sacrificium superesse volunt, ipsosque veteris Testamenti prophetas totamque Christi Ecclesiam mendacii aut erroris arguere, quam pseudo-doctores suos deserere malunt, ipsum incruenti sacrificii typum figuramque abolere nitantur? Eo quidem jam a primi pseudomagistri sui temporibus nervos omnes intenderunt; at quam misere, quamque infeliciter, jam nunc dicenda aperient.*

*adversus quosdam heterodoxos*

273 *Equidem non diffitebor, verbum Hebraïcum* Hoth, *ipsumque, quod, servato eodem sensu, Vulgata adhibet participium* proferens, *ex natura sua, seu ex communi vocis potestate, æque profanæ, ac sacræ oblationi aptari posse; at, quod adversarii confidentissime asserunt, nego ego ac pernego, illud* Hotsi *aliam hoc loco, quam profanæ oblationis, notionem, præ se non ferre. Et vero, cum de alicujus vocis Hebraïcæ significatione agitatur quæstio, id mihi, si ipsi* D *sapiant, largiri debent adversarii, multorum, præsertim, si hi non antiqui tantum, sed et eruditi simul sint et vim etiam latentem peregrini idiomatis per se calluerint, aut ex peritis cognoscere in promptu habuerint, multo potiorem esse debere, quam paucorum recentiorumque, qui iis subsidiis destituti fuerunt, de vera vocis in subjecto versu notione sententiam. Atqui indubitatum est, veteres omnes, quotquot Melchisedechi ejusque sacerdotii meminerunt, illud verbum Hebraïcum* Hotsi *per Græcum* ἐξήνεγκεν *et Latinum* protulit, *vel hisce affinia, prout hæc sacrum sacerdotalemque actum denotant, miro consensu exposuisse, uti ex recitatis longo ordine apud Natalem Alexandrum in Hist. V. T. Dissert.* 3 *de Melchisedecho propositione* 4, *et apud Smitium tom.* 2 *parte* 1 *in Genesim a pag.* CLXIII *omnino manifeste invicteque demonstratur. Igitur, nisi heterodoxi communem Ecclesiæ sanctorumque Patrum consensum venerandamque antiquitatem omnem convellere, seque antiquis omnibus Hebræi sermonis peritiores atque in sacrorum Codicum eruendo vero sensu magis exercitatos oculatosque mentiri velint, necesse habent fateri, cit.* ℣. *Geneseos verbum* Hotsi *oblationis sacræ, quam* E *ex vocis potestate habere indubie potest, hanc re ipsa significationem hoc loco habere, atque adeo non profanam panis et vini, per synecdochen, ut ipsi perperam quoque contendunt, pro quibusvis obsoniis sumpti, sed* panis et vini *stricte dicti, uti hæc verba sonant, eamque omnino sacram, seu sacerdotalem oblationem designatam a Moyse fuisse.*

*argumentis variis,*

274 *Adhæc, non ex ipso verbo secundum se spectato, sed cum præmissis ac consequentibus collato, seu ex adjunctorum consideratione veram ejus significationem eruendam definiendamque esse, nemo, qui vel vernaculi sui idiomatis peritus sit, vocare in dubium potest. Atque ita, ut uno alterove exemplo rem nostram illustrem, nun verbum Hebraïcum* hebi, *quod significat* venire facere, *aut* proferri facere, *quodque adeo tam profanæ, quam sacræ prolationi aptari ex se potest, Levitici cap.* 2 *℣.* 8, *cap.* 4 *℣.* 23 *et* 32 *itemque* 2 *Paralip. cap.* 29 *℣.* 21 *in sacra potius, quam profana, significatione intelligi debeat, num item variis locis Hebraïca verba* higgisch, *et* hikrib, *quæ affinis cum* hebi *et* hotsi *notionis sunt, sacrificalem po-* F *tius, quam profanum actum denotent, ex contextus serie decidendum est. Necesse igitur est, ut quicumque sani cerebri est, ex eadem norma verum præfati verbi* Hotsi *sensum eruendum ac definiendum esse, largiatur. Atqui tota verborum series Genes cap.* 14 *℣.* 18 *et* 2 *seqq., omnino exigit; ut de sacra seu sacerdotali prolatione verbum* Hotsi *intelligatur; consequens igitur est, ut Melchisedech non* Abramo *necessitatis gratia obsonia quædam profana, quibus hic minime indigebat, sed vero Deo, cujus sacerdos erat, stricte dictum panem et vinum religioso quodam ritu obtulisse dicendus sit.*

*et ipsa Scriptura sacra petitis,*

275 *Et vero nisi ad sacrificium ordinata fuerit illa panis et veni prolatio, aut nisi hæc sacerdotalis fuerit, cur illic expressa* sacerdotis Dei altissimi *mentio fit. Aut cur particula Hebraïca* vau *sacerdotio Melchisedechi præmittitur, quæ, nisi eo loco causalis sit ac per* enim *similemve particulam reddatur, omnino ineptam appositionem constituet, quæque nullo exemplo comprobari queat, quandoquidem accentus* Soph pasouk,

*qui*

A *qui post verba illa* sacerdos Dei altissimi *ponitur, ac proin pro suo munere sententiam absolvit, omnino vetat, ne τὸ* sacerdos *cum sola benedictione ŷ. sequenti memorata, connectatur, uti venerabilis Dei servus Robertus Cardinalis Bellarminus tom.* 3 *Controv. Lib.* 1 *de Missa cap.* 6, *edit. anni* 1601 *ab ipso recognitæ col.* 951, *et cum eo Wilhelmus Smitius scite observat. Præterea, si mere profana, seu laïcalis, ut vocant, hæc Melchisedechi oblatio dicatur, oportet, ut hanc sacerdotio ejus extrinsecam fuisse, atque ad regiam munificentiam, non ad sacerdotale officium pertinuisse, heterodoxi fateantur. Quod si ita est, qua ratione David Psalmo* 109 *ŷ.* 4 *ab actu mere profano diversum ab Aaronico sacerdotii Melchisedechi ordinem repetere potuit, ita de Christo in persona Æterni Patris loquens :* Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech?

*probatur* 276 *Etenim, uti omnibus in confesso est, sacerdotium ad oblationem sacram necessario et ex natura sua ordinatur, et, Sacrificio specie mutato, ipsum sacerdotium variari, necessum est.*

B *Consectarium igitur fit, ut illa panis et vini oblatio, Genes. cap.* 14 *ŷ.* 18 *relata, in quam David digitum intendit, non profana, sed sacerdotalis fuerit, indeque inter Aaronicum et Melchisedechianum sacerdotium repetendum sit discrimen, quod ille primario sanguinem carnesque mundorum animalium, hic vero primario panem et vinum supremo Numini consecraret. Confirmat assertionem nostram laudatus jam mox Venerabilis Dei Servus cit. lib. col.* 950 *sequenti hoc ratiocinio* : Cum Scriptura, *inquit*, tot in locis describat nobis sacerdotium Melchisedech, ut distinctum ab Aaronico, et ut simillimum sacerdotio Christi, debuit profecto alicubi tradere, quale fuerit sacrificium Melchisedech. Siquidem ad sacrificium ordinatur sacerdotium, et sacrificio ignorato, necesse est etiam, sacerdotium ignorari. Nusquam autem mentio fit sacrificii, quod obtulerit Melchisedech, nisi hoc loco *(Genes. cap.* 14 *ŷ.* 18;) oportet igitur per panem et vinum, non profanos cibos, sed sanctificatos et Deo prius oblatos intelligere.

*ipsisque a Vasquezio, quidquid alii qui contradicant, allatis rationibus*

C 277 *Hisce addere visum est geminas e pluribus, quas Vasquezius in eadem rem affert, rationibus, ac vel idcirco etiam, ut hinc perspicuum cuilibet fiat, eum in subjecta materie heterodoxis nequaquam consensisse; patealque adeo et eorum nequitia, qui, ut habeant, in quo Jesuitas quovis titulo traducant, eorum dicta vel misere divellunt vel fœde adulterant. Hanc igitur ille tom.* 1 *Commentar. in tertiam partem S. Thomæ, Antverpiæ anno* 1621 *edito, pag.* 677 *cap.* 3 *assertionem ponit* : In oblatione panis et vini assimilatum fuisse Christi sacrificium sacerdotio Melchisedech, contra hæreticos nostri temporis ostenditur. *Ac dein, inter varias rationes, quibus assertionem suam stabiliat, hanc secundo loco producit* : Si Melchisedech vellet milites Abrahami, revertentes e prælio, solum reficere, Melchisedech non tantum proferret panem et vinum illis, qui ita onusti spoliis *(inter quæ nempe erant universa ad cibum Sodomitarum et Gomorrhæorum ante destinata)* atque gloriose admodum e prælio revertebantur, sed alios etiam pretiosiores cibos *(addo et alterius generis dona)* illis offerret, præsertim cum tam ingens beneficium tota regio ab eis accepisset. *Ita vere eruditus Vasquezius.*

AUCTOR J. G. *non parum stabilitur,*

278 *Tum statim tertio loco, ut ostendat, prolationem illam panis et vini non mere civilem, sed sacram fuisse, hanc tradit* : Tertio cum introducatur Melchisedech, tamquam propria manu dans panem militibus et eos benediciens, sicut etiam propria manu illos benedixit : dixit enim Scriptura : « Proferens panem et vinum, erat « enim sacerdos Dei altissimi, benedixit « etc. Ubi denotatur simul protulisse et proferendo benedixisse, colligi videtur, panem illum et vinum fuisse consecratum in sacrificium, et ita propria manu ab ipso sacerdote fuisse distributum; alioqui cum rex ille esset, non propria manu, sed per famulos illum distribueret. *Hactenus ille, contendens nimirum, Melchisedechum non tantum panem et vinum Deo obtulisse, sed et* Abramo *ejusque vernaculis militibus sanctificatum illum panem præbuisse, ut eo epulo sacro reficerentur, et* epularentur coram Domino Deo suo, *qualia fere Eucharistica Sacrificia Genes. cap.* 31 *ŷ.* 54, *Deuteron. cap.* 27 *ŷ.* 7 *et alibi Hebræis usitata fuisse, legimus. Plura de Melchisedechi sacerdotio Sacrificioque videat curiosus lector apud Bellarminum et Vasquezium citt. locis, apud Natalem Alexandrum* E *Histor. Eccles. veteris Testamenti Dissert.* 3 *a pag.* 206, *et apud Wilhelmum Smitium part.* 1 *tom.* 2 *in Genesim Dissert.* 9, *ubi et catalogum Alphabeticum auctorum, qui singulari cura operam suam Melchisedecho litarunt, a pag.* LXXXIX *exaratum inveniet, quos et si lubet, perlegat.*

*ac denique facta spoliorum partitio*

279 *Ad tertiam modo progredior difficultatem, quæ circa spoliorum divisionem factamque Melchisedecho ex iis, quæ* Abramo *obtigerunt, decimæ partis oblationem versatur. Vel enim, inquit non nemo, bellum illud ex parte Assyriorum, qui Pentapolitas invaserunt, justum erat, vel injustum. Si justum, quo jure potuit eos* Abram *hostiliter aggredi partisque spoliis privare, imo et ipsis ea, quæ ex sua patria detulerant, bona eripere? Si injustum, ergo spolia illa, injuste Pentapolitis erepta, restituenda prioribus dominis erant, nec penes* Abramum *erat, ex iis partem decernere fœderatis suis. Ad hanc difficultatem, quam sibi pari fere modo Bonfrerius in Genesim pag.* 194 *proposuerat, cum eodem respondeo, causam belli esse nobis plane ignotam, bellum tamen potuisse utriumque esse justum, et consequenter* Abramum *jure societatis et amicitiæ, ac certe auctoritate Amorrhæorum principum potuisse illos persequi, præsertim ut injuste* F *abductum Lotum cum familia e captivitate retraheret, eumque adeo et sibi et sociis spolia aliaque etiam bona acquirere potuisse, quæ jam pleno jure facta erant hostium.*

*horumque decimarum oblatio dilucidatur.*

280 *Si vero bellum fuit injustum ex parte regum invadentium, non potuit quidem* Abram, *ipsis Pentapolitanis invitis, suis sociis spolia ex illorum bonis assignare, idque ipsum non fecisse, supra ostendimus; sed potuit tamen, ipsis aut jure suo cedentibus, aut in sumptuum factorum, industriæ, reique in sui favorem bene gestæ compensationem, bonorum suorum parte cedere obligatis, spoliorum partem fœderatis congruam debitamve assignare; aut saltem præscribere eis non debuit, ut ea, quæ stipendii loco aliove justo titulo exigere poterant, Pentapolitis redderent suamque liberalitatem imitarentur. Nec de decima bonorum parte Melchisedecho oblata gravis quæstio esse potest, si perpendamus, ut ante dictum est,* Abramum *jus habuisse aggrediendi Assyrios, ereptaque*

AUCTORE J. G.

*ereptaque propria eorum bona sibi acquisivisse, ac proinde sine alicujus injuria de iis pro arbitrio disponendi potestatem habuisse amplissimam.*

## § XVI. Abrami animus divinitus firmatur : promittitur ei merces magna et posteritas numerosa : eximia Abrami fides : fœdus a Deo initum cum Abramo.

*Apparens Abramo angelus Dei metum omnem ei adimit,*

*Post debellatos igitur quatuor illos reges eo, quo superius ostensum est, modo partamque plane mirabilem de iisdem victoriam, qua et eorum vinculis ereptus fuit captivus Lot, quamque et honorifica Melchisedechi excepit gratulatio oblatumque Deo panis et vini sacrificium, ac denique post oblatas eidem Melchisedecho ejus sacerdotii intuitu manubiarum decimas spretam-*

B *que generoso animo, quam Sodomorum rex ultro concesserat, opulentissimam prædam, post hæc, inquam, omnia, seu, uti Moysis cap.* 15 *Genes.* ℣. 1 *verbis utar,* His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens : Noli timere Abram, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. *Enimvero oportet, ut non levis aliquis metus Victoris animum incesserit, quem Dominus seu Dei locum tenens angelus seseque conspiciendum ei præbens, recitatis verbis depellere voluerit. At, inquies, quæ potuit* Abramo *post tam insignem de hostibus victoriam timendi esse causa? Hanc, fateor, Moyses citato loco non exprimit; verum quid si* Abram, *ut erat rerum humanarum scientissimus, non securam existimarit victoriam, ubi armatus hostis adhuc supersit facileque vires restaurare queat? Quidsi adeo formidarit, ne reges illi, acceptæ cladis dolore pudoreve commoti, bellum adversus sese majoribus instaurarent copiis? Potuit certe in eum, ut ut alioquin constantem virum, hic metus cadere, et, quin reipsa ceciderit, vix dubium videtur.*

*amplamque pollicetur mercedem,*

C 282 *Opportune itaque ei cælitus occurrit consolatio, qua se Deus* protectorem *ejus, seu, ut Hebræa habent,* clypeum *adversus inimicos esse, deincepsque fore, pollicetur; ut adeo fidentissime jam dicere ipse posset :* Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? *At vero, quia nec serus est ad remunerandum Dominus, ut contra, cum expedit, athletam suum statim et veluti e vestigio sequens beneficiis cumulet, novoque ita vigore roboret, subdit mox Dominus, sese ipsum* Abramo *pro rebus bene gestis mercedem magnam nimis seu mercede humana, quam repudiarat, longe majorem fore; quæ verba, etsi intelligi etiam eo sensu queant, quasi vero polliceretur Deus, sese ipsum fore* Abramo *cumulatissimam mercedem, æterna beatitudine in cælis possidendam; alio tamen sensu, seu de obtinenda in terris mercede ab* Abramo *intellecta fuisse, ipsemet satis indicat, ita* ℣. 2 *loquens :* Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis : et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. *Quasi diceret : De tua quidem, o Domine Deus, protectione securus sum, ut qui non semel eam sim expertus, nec de grandi aliqua mercede, mihi in terris a te concedenda, ambigo, at cum filium, qui eorum, quæ promittis, heres esse possit, non habeam, simque adeo, ut humana* D *omnia ferunt indicia, sine liberis moriturus, liceat mihi, qua decet reverentia animique submissione sciscitari, quid illud nominatim sit, quod amplissimæ hujus mercedis rationem habere queat, ut et tanti boni Damascum Eliezer procuratoris seu œconomi mei filium, domi meæ natum, quem mihi adoptare cogito, heredem scribam, tuaque adeo in ipso compleantur promissa.*

*imo et prolem*

283 *Hunc autem esse verborum* Abræ *sensum, non obscure indicat ejusdem capitis versus* 3, *ita sonans :* Additque Abram, mihi autem non dedisti semen, et ecce vernaculus meus heres meus erit. *Tantum igitur abest, ut hæc* Abrami *oratio cum lucta aliqua, humanaque infirmitate, ac denique, ut Calvinianus quidam non eruditus vult, cum diffidentiæ tentatione non satis excusabili, conjuncta fuerit; ut potius transcriptis modo verbis suam* Abramus *divinæ voluntati obsequentiam insigni documento comprobarit, certus nimirum de implendo aliquando mercedis seminisque benedicti promissione divina, at de modo, quo hæc fieret, num per filium, quem præter omnem spem humanam gigneret, num per aliquem, quem sibi adoptaret, solummodo dubius sollicitusque. Verum enimvero non diu* E *suspensum* Abræ *animum tenuit Deus, seu Dei locum tenens angelus,* statimque, *teste Moyse eodem cap.* ℣. 5, sermo Domini factus est ad eum, dicens : Non erit hic *(nempe Damascus Eliezer)* heres tuus : Sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis heredem. *Quibus verbis Dominus, qui per intervalla ac gradatim in majus meliusque promissiones suas augendo,* Abrami *fidem fiduciamque exerceri augerique cupiebat, anxietatem omnem depulit, promissa illi prole mascula ex lumbis ejus, seu ex ipso procreanda, quam bonorum omnium heredem haberet.*

*posteritatemque numerosissimam,*

284 *Porro hæc mutua Dei et* Abrami *colloquia in ipso hujus tabernaculo vel conclavi aliquo fuisse habita, et tunc quidem, cum nox ingrueret, intelligi datur ex sequentibus verbis :* Eduxitque eum foras, et ait illi : Suspice cœlum et numera stellas, si potes. *Ceterum cum verbis hisce mox subdit Deus* Sic erit semen tuum, *non modo carnalem ei posteritatem, jam nunc ante promissam, confirmat, sed et tam numerosam ei* F *pollicetur, ut stellarum, tum quæ primo obtutu distincte percipi, tum quæ ob suam parvitatem maximamve a terra distantiam non nisi confuse, quibuslibet etiam adhibitis subsidiis, videri queunt, immensum prope numerum exæquatura ipsa sit; quod et re vera in* Abrami *posteris non spiritualibus tantum sensuque mystico, sed et in carnalibus sensuque historico ac litterali impletum aliquando fuisse, Deuteron. cap.* 1 ℣. x *et cap.* x ℣. 22 *aliisque locis compluribus sacri Codices ostendunt. Ast vero, tametsi tunc, cum hæc facta ei est promissio, parum ipsi verisimile videri posset, se prolem esse generaturum, utpote qui, teste Moyse Genes. cap.* 16 ℣. 1, *junctus esset uxori septuagenariæ et hactenus sterili; tamen, uti idem sacer Scriptor cit. cap.* 15 ℣. 6 *tradit,* credidit Abram Deo, *et hic quoque, ut Apostolus cap.* 4 *ad Romanos loquitur,* contra spem, *naturæ scilicet,* in spem, *seu rem separatam gratiæ* credidit, in repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo : plenissime sciens; quia quæcumque promisit, potens est et facere.

285 *Itaque non solum credidit* Abram, *vera fore Dei promissa sibi data; sed etiam, uti Pererius*

*cui promissioni fidem Abramus adjungit firmissimam,*

*rius observat, innixus est Deo, ac se totum projecit in eum, certissime sperans, adimpleturum eum, quæcumque promiserat, atque adeo confisus, fore, ut et prole numerosissima ditaretur, utque in se, seu in semine suo, benedicerentur universæ cognationes terræ. Tam promptæ alacrisque fidei tamque insignis in Deum observantiæ fiduciæque documentum, divina juvante gratia editum, mirifice Deo placuit* et reputatum est illi *(Abramo)* ad justitiam, *qua is, teste Apostolo ad Hebræos cap.* XI ỳ. 8, *jam antea fidelis, justus, Deoque, uti et supra vidimus, gratus, nunc tanto fidei incremento justior gratiorque Deo effectus est. Ut autem hanc sibi acceptissimam* Abrami *fidem benignus Deus corroboret confirmetque, protinus, uti Chrysostomus Homil.* 37 *in Genes. pag.* 373 *et seq. verba sacra exponit,* in mentem ei revocat hoc loco, quantam ab initio ejus curam gesserit, declarans ei, se, ut eum ad majora proveheret, et tot illi bona polliceretur et impleret, tantum itineris *(ex Ur nempe Chaldæorum in terram Chanaan)* conficere jussisse. *Ipsamet divina verba audiamus* ỳ. 7 : Dixitque ad

B eum : Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam, *in tuis nempe posteris, ut cap.* 12 ỳ. 7 *dictum erat. Atque hisce quidem verbis non significari,* Abramum *de Chaldæorum incendio, sed ex quodam Chaldææ loco,* Ur *nominato, divinitus eductum fuisse, satis, arbitror,* § VII *ostensum est, ut hujus hic obiter dumtaxat meminisse, sufficiat.*

*attamen exsequendæ promissionis*

286 *At enimvero videri mirum potest,* Abramum, *ab eximia in Deum fide tantopere commendatum, mox ut ei Deus suam de tradenda Chananitide promissionem iteravit, hisce verbis fuisse usum* : Domine Deus, unde scire possum, quod possessurus sim eam? *An fors non cognovit* Abram, *id sibi Deum promisisse? At id dici vetat divino oraculo commendata ejus fides, quæ sine rei promissæ cognitione elici nequit. Num dubitavit, an, quæ pollicitus erat Deus, præstare re ipsa posset? At id Apostoli recitatis verbis e diametro repugnat. Num igitur hæsitavit, an sua vellet Deus promissa exsequi? Sed hoc pacto Dei benignitatem veracitatemque in dubium vocasset, quod vel suspicari de* Abramo *nefas est. Quid itaque dicemus causæ fuisse, cur, si in nullo*

C *horum hæsitarit, in hunc tamen modum locutus Deo fuerit* Domine Deus, unde scire possum, quod possessurus sim eam? *Seu, uti* LXX *Interpretum versio habet,* Dominator Domine Deus, secundum quid sciam, quod hæreditabo eam?

*modum, ordinem tempusque edoceri, postulat,*

287 *Respondeo, cum* Abram *de promissione Dei certus quidem esset, nec tamen modum, ordinem tempusque implendæ promissionis esset edoctus, fecit duplex illa, qua tum de sua tum de posterorum futura sorte afficiebatur, sollicitudo, ut complendæ aliquando pollicitationis divinæ indicium divinitus sibi ante dari postularet, ex quo perspectum fieret, quo pacto quove tempore adeunda esset ipsa terræ Chanaan possessio, sibi ante generatim tantum promissa; ut adeo* Abram, *qui Deo majora jam proxime pollicito promptissime crediderat, jam nunc minora promittenti ne tantillum quidem diffisus fuerit, at contra hæc sibi dumtaxat manifestari divinitus, postularit, quæ promissi exsecutionem præcessura erant, non absimili modo, quo Petrus, Jacobus, Joannes et Andreas Apostoli, audita Christi prædictione de adventu suo atque Hierosolymitani templi futuro excidio, adimplendi vaticinii indicium tempusque inquisierunt, ut Matthæi cap.* 24 *et Marci cap.* 13 *legere est. Audiri hic meretur Theodoretus in Quæstionibus in Genesim pag. mihi* 18, *ita versum* 8 *capitis* 15 *ad rem nostram commentans* : Istud IN QUO COGNOSCAM HOC non diffidentis est, sed modum possidendi scire desiderantis. Quum enim videret (Abram *nempe*) multa hominum millia Palæstinam incolentium, discere volebat, quo pacto dominium illius terræ accepturus esset, num jure belli, an sine armis : et an viventibus illis, an expulsis aut prorsus ejectis.

AUCTORE J. G.

*nec illicite, uti Theodoretus*

288 *Tum in hunc modum pergit* : Hac de causa sacrificio *(de quo nos infra latius agemus)* finito, Deus omnium inquit : « Cogno- « scens cognosces, quod semen tuum incola erit « in terra aliena et non sua : et servituti subjicient « eos, et affligent illos atque humiliabunt qua- « dringentos annos. Gentem vero, cui servierint, « judicabo ego : postea vero egredientur huc cum « sarcinis multis. Tu vero decedes ad patres suos « in pace sepultus in senectute bona. Quarta au- « tem generatione revertentur huc. Nondum E « enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum « usque nunc. » Ex responsione divina formam interrogationis, *seu verborum* Abrami, *Deum interrogantis, sensum* cognoscere licet, *uti laudatus auctor rectissime observat, atque hisce verbis ostendit* : Nam postquam dixit : « In quo « cognoscam, quod possessurus sim eam; » didicit, quantum temporis incolæ futuri essent, et quam misere tractandi, et quanta tandem providentia Dei excipiendi, tum supplicio sumendo de his, qui illis bellum inferre vellent, tum eorum bonis fruendo; et quod Abraham nulla horum experientia accepta, in pace e vita discessurus esset.

*rectissime ostendit.*

289 Didicit quoque rationem dilationis, ne quis suspicaretur, ob numerosam incolarum multitudinem Dominum Deum non potuisse illis tradere Dominium illius terræ. Dixit autem sic : « Nondum adimpleta sunt peccata Amorrhæo- « rum usque nunc. » Nondum, inquit, exitio digna perpetrarunt. Non decet autem ante peccatum ex præscientia pœnam infligere. Quod autem illis temporibus essent viri pii, constat ex Melchisedec et Abimelech, et his, qui incolebant terram Hebron. Illi enim Patriarcham F magnopere venerati sunt. Audiuntur itaque clamantes : « Rex es tu a Deo apud nos. In electis « monumentis nostris sepeli mortuum tuum. » *Hactenus Theodoretus. Cum igitur* Abram, *non ut incredulus, sed ut pius pater futuris filiis providens, sensu jam mox indicato hisce ad Deum verbis usus sit* Domine Deus, unde scire possum, quod possessurus sim eam; *non moratus Dominus, etiam aliquid ultra id, quod optabat animus fidelis, nec petere tamen audebat, sponte obtulit ei, sanciendum nempe cum* Abramo *fœdus, idque solemni ritu adhibitoque certorum animalium sacrificio, quæ et ipsa futurum posterorum statum conditionemque non obscure indicarent.*

*In usum fœderis, a Deo sanciendi, Abramus victimas parat,*

290 *Verba sacra rursus audiamus* : Et respondens Dominus : Sume, inquit, mihi, *id est, tum in usum fœderis, quod tecum solenni ritu pacisci volo, tum ut per ista adumbrem tuis posteris obventura,* vaccam triennem, et capram trimam et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam. *Jubenti Deo morem gerere festinavit*

AUCTORE J. G.

*stinavit* Abram, qui tollens universa hæc, divisit ea per medium, *seu a capite ad caudam, fidit* et utrasque partes contra se altrinsecus posuit, *id est, partem alteram alteri obversam posuit, relicto tamen, quo transire facile inter partes utrasque posset, sufficienti intervallo, ex Chaldæorum nempe aliorumque Orientalium more, quibus solenne erat* juramenta stabilire transeundo per medias divisiones, *quod et Hebræis dein usitatum fuisse, testatur Jeremias cap.* 34 ỳ. 18. *Cur autem aves non itidem diviserit* Abram, *sed eas integras, prius tamen occisas, fortassis super utramque occisi arietis partem collocarit, id enimvero idcirco factum dici plausibiliter potest, quod hæ non ad fœdus, quod dissectæ victimæ divisione sanciri solebat, sed ad sacrificium spectarent. His itaque peractis,* descenderunt, *ut Moyses* ỳ. XI *scribit,* volucres super cadavera, et abigebat eas Abram, *seu, ut* LXX *Interpretum versio Latine sonat,* Descenderunt... volucres supra corpora et divisiones eorum : et sedit cum eis Abram, *nimirum non cum avibus, sed cum occisorum animalium corporibus, cavens nempe, ne aves carnivoræ more suo ad ea advolarent eaque vel fœdarent aut*

B *laniarent.*

*non tamen eadem nocte, sed subsequenti die, ante solis occasum,*

291 *At modo sciscitabitur forte quisquam, tum an ea ipsa nocte, qua Deus* Abramum *stellas cæli suspicere jussit, præfata illa animalium divisio, ceteraque hanc subsecuta contigerint, tum præsertim, quo sensu animalia illa rerum* Abrami *posteris obventurarum symbola dici possint. Quod ad primum attinet, respondeo, ejusdem noctis partem, quæ memoratum supra* Abrami *cum Deo colloquium excepit, totumque sequentem diem ad usque solis occasum impensum ab eo fuisse, ut ex divino jussu animalia illa adduceret, jugularet, videret, divisas partes altrinsecus collocaret, iisque inhiantes carnivoras volucres abigeret. Etenim, cum* ỳ. 12 *Moyses subdat, hisce peractis soporem irruisse super* Abram, cum sol occumberet, *seu* circa solis occasus, *uti* LXX *Interpretes significant, nequit ulla ratione intelligi, quo pacto ea, quæ ut peragantur nonnullam temporis moram requirunt, eadem illa nocte ac vel maxime circa solis occasum, peracta fuerint, quæ nonnisi post oblatam noctis tempore et lucentibus jam tum stellis divinam visionem subsecutumque colloquium*

C *parari Deus jussit. Et huic quidem opinioni omnino favet, quod Moyses soporem, cum sol occumberet, irruisse super* Abram, *diserte dicat, utpote iis obrepere natum, qui præcedentem noctem ejusve maximam partem pervigilem traduxerunt, totiusque subsequentis diei labore fessi admodum considerent.*

*quæ victimarum, ejus posteris obventurarum symbola fuerunt,*

292 *Quod vero ad alterum quæsitum pertinet, respondeo, nullum mihi videri verisimiliorem sensum, quo animalia illa rerum,* Abrami *posteris obventurarum, symbola dici queant, quam illum ipsum, quem in Glossis suis litteralibus in Genes. caput* 15 *Martinus Del Rio tradit, quemque divina verba* ỳ. 13 *et* 3 *seqq. non parum stabiliunt. Laudati Del Rio verba habe* : Quadrupedia hæc, *inquit*, parantur pro fœdere et sacrificio : aves pro sacrificio tantum : cuncta vero simul significant statum et conditionem futuram posterorum. Juvenca indomita significat primam generationem, qua Israëlitæ in Ægypto libere et delicate egerunt. Capram secundam generationem, cui jam Ægyptii aliquid servitutis imponebant et sic aliquem ex iis fructum percipiebant. Aries, qui quantus quantus est, domino suo utilis est, denotat tertiæ generationis tempus, quo ibidem duram et iniquam Hebræi servitu- D tem servierunt ; Volucres duæ tempus, quo anno quadringentesimo ex Ægypto se proripuerunt; turtur tempus mansionis querulæ in diserto; Columba, sociale animal, tempus, quo in promissionis terra domicilia fixerunt ; dissectio quadrupedum afflictiones varias, quas in Ægypto pertulerunt; aves integræ finem harum afflictionum ; volucrum volatus ad cadavera Ægyptios et Amalecitas, Israëli proficiscenti molestos; Abram has abigens Dei providentiam suos defendentem.

*auditque ex Dei angelo suæ posteritatis.*

293 *Ipsa modo divina verba, huic expositioni consona, ex Vulgata nostra audiamus.* Dictumque est ad eum : scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, et subjicient eos servituti, et affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui serviturі sunt, ego judicabo : et post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta revertentur huc : necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus. *Et hæc quidem verba* Abramo *dicta fuisse, cum nempe præcedentis noctis subsecutique diei labore fessus sub solis occasum sopori* E *cessit, magnoque horrore ac tenebroso correptus fuit, testis est sacer Scriptor eodem capite* ỳ. 12 *et seqq. Huic autem corporeorum sensuum sopori accessisse ecstasim, in qua* Abrami *mens, divino afflata spiritu, sibi tunc a Deo dicta plenissime perceperit intellexeritque, præter* LXX *Interpretum, qui, super eum ecstasim cecidisse, diserte scribunt, gravissimam sane auctoritatem, ipsamet quoque persuadet sana ratio, ne alioquin Dei locum tenens angelus in vacuum ei locutus aëremque verberasse dicatur.*

*quadringentorum annorum spatio, futuram sortem,*

294 *Mitto hic prolixam illam, quæ de assignatis supra* quadringentis annis *deque* quarta generatione *sæpissime agitata est, controversiam a capite ad calcem retexere, quod hæc, qua parte cum* Abrami *gestis horumve chronotaxi connexa est, jam ante, §§ nempe* X *et* XI, *discussa fuerit, reliqua vero ad institutum meum proxime non pertineat. Paucis ergo obiterque monuisse hic sufficiat,* quadringentos *illos* annos *numero rotundo, pro* 405 *ab ortu Isaaci computandis, ỳ.* 13 *signatos esse; ac, ne alioquin bis idem eodem isto sermone a Deo* F *prænunciatum dicatur, per* quartam generationem *probabilius non quatuor secula, seu numero rotundo* 400 *annos ab ortu Isaaci elapsuros, sed quaternarium* Abrami *posterorum, in Ægypto genealogia serie sibi succedentium, numerum designari; ut sensus sit : Cum ab ingressu in terram servitutis quarta computabitur generatio, tunc* Abrami *posteros inde esse reversuros, ut terram occupent sibi nunc divinitus promissam.*

*ac divinum fœdus, serum initum solenni tunc ritu*

295 *Cum hæc ceteraque* Abrami *posteris obventura revelasset ei in ecstasi Deus, jamque interim sol occubuisset,* facta est, *teste Moyse* ỳ. 18, caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumans, et lampas ignis transiens inter divisiones illas, *seu victimarum partes altrinsecus, ut supra vidimus, collocatas. Fueritne hæc caligo vera et realis, an imaginaria tantum, pro incerto habet Bonfrerius in hunc locum; eo tamen propendet, ut tum caliginem illam, tum subsequentem fumantis clibani lampadisque igneæ visionem in ecstasi tantum mereque in nocturna dormientis imagine repræsentatam fuisse, credat. At ego contra verius existimo, non minus fumantem clibanum lampademque igneam ab* Abramo, *discusso*

*per*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *per clibani fumum ignisque fulgorem somno, corporeis oculis conspecta fuisse, quam ipsis corporeis auribus percepta fuerint illa verba, quibus illo die post solis occasum cum eo Deus fœdus pepigit, dicens:* Semini tuo dabo terram hanc a fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum Euphraten, *nec enim sat simile vero mihi est, tam solenne tantique momenti fœdus sine mutuo utriusque contrahentis solenni itidem simultaneoque inter animalium dissectorum transitu ac sine deliberato* Abrami *assensu verbisque hunc exprimentibus percussum fuisse. Dicere autem, angelum in figura ignitæ lampadis inter divisiones illas re ipsa transiisse, vereque recitata verba protulisse;* Abramum *vero tunc alte dormientem sibi tantum transire visum, re ipsa tamen nec pedem movisse loco, nec verbum unum, quo suum fœderi assensum testaretur, portulisse, nescio, an non hariolari sit, idemque, ac deficientibus usitato contrahendi ritu liberoque* Abrami *assensu, mancum fœdus seu potius nullum adstruere.*

*Sacrificioque firmat; de cujus fœderis sensu,*

B 296 *Ceterum, tametsi Moyses, consumptas igne victimas perfectumque adeo sacrificium fuisse, taceat; tamen, cum eo ex natura sua illa tenderent, ac sine sacrificio victimarumque absumptione non censerentur firmari fœdera; quin vel ardente illa face seu lampade, vel ab ipso vigili* Abramo *apposito igne accensæ absumptæque fuerint illæ victimæ, vix dubitandum est. Nunc, quo sensu divina hujus fœderis verba* Semini tuo dabo terram hanc a fluvio Ægypti usque ad flumen magnum Euphraten, *ceteraque* ℣. 19, 20 *et* 21 *comprehensa, intelligi debeant, sedulo inquiramus. Sunt, qui per* fluvium Ægypti, *quem Deus terræ promissæ Australem terminum figit, Nilum fluvium, utpote qui antonomastice* Ægypti fluvius *dici solet, indicatum a Deo censent. Verum, cum Hebræi numquam Ægypti bonam partem, Arabiam item, Madianitidem aliasque regiones, Nilum inter et terram Chanaan sitas, sua sub ditione tenuerint; necesse fit, ut, nisi reluctante sana ratione, Deum in describendis terræ promissæ terminis hyperbolice prorsus locutum esse, dicamus, alius certe a Nilo fluvius designatus hoc loco fuerit. At, quis ille? Respondeo, hunc esse Sichor fluvium, alibi in sacris litteris* torrentem Ægypti *dictum, qui non derivatus a Nilo,*

C *ut quidam volunt, sed haud procul a Mabsara in Idumæa, quæ* Gabalene *dicitur, ortus, juxta Rhinocoruram urbem Mari Magno seu Mediterraneo influit, atque, uti libro Josue cap.* 15 ℣. 4, 3 *Reg. cap.* 8 ℣. 65 *et* 2 *Paralip. cap.* 7 ℣. 8 *indicatur, Ægyptii juris ditiones a Chananitide disterminat, quique fors idcirco quoque Ægypti fluvius dictus sit; nisi hoc ei nomen inditum velis, quod solis Ægyptiis utroque suo latere seu utraque sui parte subesset.*

*natura ac complemento*

297 *Ad Orientalem modo partimque Borealem promissæ terræ limitem progredior, Euphratem nempe, atonomastice* Fluvium magnum *vel etiam nude* Flumen *dictum, de quo non levis hic moveri posset quæstio, quam tamen paucis perstringere visum est. In eo igitur difficultatis cardo vertitur, num divina promissio de tradenda* Abrami *posteris terra Chanaan a fluvio Ægypti supra memorato usque ad Euphratem, dici debeat partim fuisse absoluta, partim conditionata, ideoque quod Hebræi conditione non steterint, numquam ex toto adimpleta; an contra promissio illa simpliciter absoluta suoque tempore exitum effectumque habuisse dicenda sit. Priorem sententiam propugnarunt S. Hieronymus in sua Epistola ad Dardanum tom.* 2 *edit. anni* 1699 *col.* 609, *et in Commentario suo in Ezechiëlem tom.* 3 *col.* 832, *item Andreas Masius in Josue cap.* 1, *Serarius aliique, argumento non uno minimeque contemnendo nixi, uti citatis locis videre est. Ex adverso posteriorem sententiam amplexi sunt S. Augustinus in suis Quæstionibus in Josue tom.* 3 *edit. anni* 1689 *parte* 1, *col.* 589 *et seqq., Cajetanus, Pererius aliique magni nominis viri, quorum mihi præferenda videtur sententia, ac vel idcirco, quod Geneseos cap.* 15 *versus* 18, *de quo hic sermo est, nullam præ se ferat vocem, quæ tacitam aliquam conditionem innuat, quodque conditio hæc, si tantisper admitteretur, non unicam promissionis partem, at totam illam, quanta est, afficere deberet; ex quo consectarium fieret, ut* Abrami *fides solido niti fundamento nequierit, nisi Deus, quod tamen fecisse non legitur, eum de posterorum in pietatis studio perseverantia, utpote conditione, sine qua promissio adimplenda non erat, omnino reddidisset certiorem.*

AUCTORE J. G.

*nonnulla hic discutiuntur.*

298 *At, inquies, quo tempore, quove modo absoluta illa Dei promissio suum sortita est effectum? Respondeo, id factum esse sub Salomone,* E *cum nempe* Abrami *posteri non modo terram Chanaan a Dan usque Bersabee, seu ab introitu Emath ad usque Torrentem Ægypti, tamquam hereditatem propriam pacifice inhabitarunt, sed et imperio suo subditas vectigalesque habuerunt regiones, citra Euphratem sitas earumque principes, uti textus Hebraïcus lib.* 3 *Reg. cap.* 4 ℣. 21 *his verbis ostendit:* Dominabatur *itaque* Salomon super universa regna a fluvio *(Euphrate nempe)* usque ad terram Philistiim et ad limitem Ægypti, et ferebant munera serviebantque Salomoni cunctis diebus vitæ ejus; *quibus et omnino consonat Lib. 2 Paralip. cap.* 9 ℣. 26 *de Salomone ita diserte loquens:* Exercuit etiam potestatem super cunctos reges a flumine Euphrate usque ad terram Philistinorum et usque ad terminos Ægypti, *seu, ut versio* LXX *Interpretum sonat,* Et fuit dux ommium regum a Flumine et usque ad terram alienigenarum et usque ad fines Ægypti. *Quid? Quod et eodem lib.* 3 *Reg. cap.* 4 ℣. 24 *Salomom* omnem regionem a Thaphsa, *quæ a Thapsaco, urbe ad Euphratem sita, diversa non videtur,* usque ad Gazam obtinuisse F *asseratur. Quæ sane sufficere videntur, ut* Abrami *posteri dominationem suam ad Euphratem usque extendisse, ac Cinæos, Cenezæos, Cedmonæos, Hethæos, Pheresæos Raphaim, Amorrhæos, Chananæos, Gergesæos et Jebusæos, Chananitidis incolas vicinosque aliquot suo subditos imperio habuisse dici possint; ut adeo facta* Abræ *promissio et absoluta et suo tempore adimpleta fuerit, tametsi illud Hebræorum imperium admodum breve fuerit, uti ex Libris* 3 *et* 4 *Regum aliisque divinis Scriptis abunde liquet.*

AUCTORE J. G.

## § XVII. Consilio Sarai, uxoris suæ, Abramus Agarem ancillam sibi uxorem adsciscit secundariam: hanc e domo sua a Sarai deinde dimitti sinit: impactæ Abramo ob conjugium istud calumniæ diluuntur: nascitur ei ex Agare filius Ismaël.

*Suadente Sarai, uxore sua, Abramus*

*Quemadmodum minime dubitandum videtur, quin* Abram *de facta sibi jam memorata pollicitatione divina initoque cum Deo fœdere uxorem suam Sarai mox certiorem fecerit, ita credibile omnino est, eam primo in spem venisse, fore, ut*
B *amplissimæ clarissimæque gentis tam ipsa genuina mater, quam* Abram *verus pater fieret. Verum cum aliquandiu post, imo forte, (si nempe promissio illa anno* 81 Abrami, *ut quidam volunt, innectenda sit) etiam quadriennio abhinc elapso, non minus, quam ante, sterilem sese experiretur, jamque divinæ promissionis effectum, non per se, utpote nominetenus ea non comprehensam, sed per aliam quamdam se multo juniorem vegetamque mulierem, præstandum sibi persuaderet, hanc, sive Dei monitu, uti Josephus asserit, sive ex naturali aliquo in conjugem suum affectu, augendi liberis Viri sui rationem iniit, ut Agarem, ancillam suam, in Ægyptiaca peregrinatione acquisitam, sui loco substitueret uxorem, ea lege, ut, quem ipsa ex* Abramo *pareret, suus censeretur filius. Et hæc quidem Moyses cap.* 16 *Gen. non obscure indicat, ita loquens:* Igitur Sarai, uxor Abram, non genuerat liberos: sed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar, dixit marito suo: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: Ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios.

C *procreandæ prolis causa*

300 *Hactenus sacer Scriptor orationem Sarai paucis verbis perstringens, quam Philo lib. de* Abraham *pag. mihi* 300 *et seq. satis recte exponit, ita loquens:* Cum (*Sarai*) prole careret, quippe sterilis, verita, ne tam chara Deo domus ideo deserta fieret, sic maritum allocuta est: Jamdudum una vivimus in charitate mutua; sed quæ præcipua conjugii nostri causa fuit, propter quam natura virum copulavit mulieri, desunt nobis liberi; imo, ne in posterum quidem spes ulla est reliqua propter ætatem meam jam vergentem: non est æquum, ut te quoque tangant meæ sterilitatis incommoda. Licet tibi salva nostra charitate patrem fieri. Absit enim a me zelotypia, quando a te abest bruta concupiscentia, necessitati naturæ satisfacturo. Quamobrem non differam novam nuptam ornare, quæ, quod mihi deest, suppleat. Quod si res pro voto successerit, tui nativi liberi mei adoptivi erunt; et, ut absit omnis zelotypiæ suspicio, meam, si libet, duc famulam, corpore servam, sed ingenio liberali ac generoso fœminam, jamdudum mihi expertam examinatamque ex quo primum ædes meas intravit, genere quidem Ægyptiam, sed Hebræam religione. Est nobis ampla possessio, et opes majores, quam pro præsenti sorte: jam enim ne locupletissimis quidem indigenis cedimus, et adhuc hærede caremus, quamvis parare hunc liceat, modo monitis meis pareas. D

*Agarem ancillam sibi sumit uxorem secundariam, eamque dein insolescentem*

301 *Talia enixe deprecanti uxori* Abramus, *tametsi polygamiam, tunc temporis non prohibitam, neutiquam appeteret, acquievit tandem, uti textus sacer mox subdit:* Cumque ille acquiesceret deprecanti, tulit (*Sarai nempe*) Agar Ægyptiam ancillam suam, post annos decem quam habitare cœperant in terra Chanaan: et dedit eam viro suo uxorem, *secundariam nempe, seu usurariam, quæ maritum ditaret prole, non quæ pari secum dignitate certaret. Cum hac, non ex libidine, sed ex prolis potiundæ desiderio, congressus* Abram, *eam haud multo prius fœcundam expertus est, quam sua felicitate plus æquo gloriantem, imo et fastu tumidam ex sua uxore intellexerit. Ita enim* ℣. 4 *Moyses:* At illa (*Agar*) concepisse se videns, despexit dominam suam, *fidens haud dubie, se jam ipsa Sarai gratiorem* Abræ *fore, ac, vel ea renitente, liberta-* E *te, nec non ipso matris-familias donandam titulo. Orta hinc primariæ conjugis cum* Abramo *expostulatio, quam sacer Scriptor hisce verbis refert:* Dixitque Sarai ad Abram; inique agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns, quod conceperit, despectui me habet. Judicet Dominus inter me et te, *seu, uti in Hebræo est,* Injuria mea supra te est, *sic, ut non ad me magis, quam ad te ipsum, mihi sanguine conjugioque junctum, hic ille ancillæ contemptus pertineat, quæ non sine insigni beneficio de quasillo ad thalami tui consortium a me traducta, mox ut se gravidam sensit, me, velut promisso semine indignam, contempsit et deridiculo habuit; quod num æquum sit abs te dissimulari, judicandum Deo relinquo, qui delinquentem, aut me, aut te plectet.*

*a Sarai e domo sua dimitti sinit.*

302 *Quid ad hæc Vir justus æquusque conjux?* Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, utere ea, ut libet, *seu, ut Hebraïce est,* fac illi, quod bonum est in oculis tuis, *justoque modo ancillam tuam, nimium insolescentem, pro tua auctoritate coërce. Quæ ad subsecutam Hagaris,* F *a sua domina coercitæ, ad desertum fugam, agnitique erroris emendationem, ac demum ad angeli de nascituri ex ea filii conditione prædictionem et Agaris in domum* Abrami *reversionem pertinent, hæc, utpote ad* Abrami *gesta nihil attinentia, hic non prosequar, ea tantummodo discussurus, quæ circa jam memoratum Viri justi factum in controversiam veniunt. Ac præ ceteris quidem acerbius in Virum sanctum invectus hic est Faustus Manichæus, eumque duplicis criminis reum peragere voluit, insanæ nimirum habendæ prolis cupidinis, ex qua cum pellice volutatus fuerit, et infidelitatis, ex qua, quod jam sibi de Sarai promiserat Deus, sibi obventurum non crediderit. At, quam temere, quantaque calumniandi libidine insanus Faustus ad objiciendum duplex hoc* Abramo *crimen insilluerit, non minus dilucide quam copiose S. Augustinus lib.* 22 *Contra Faustum cap.* 30 *et seqq tom.* 8 *edit. anni* 1694 *a col.* 380 *ostendit, cujus ratiocinationem integram illic, si vult, consulat studiosus lector.*

*Istud autem Abrami conjugium, adductis S. Augustini rationibus*

303 *Suffecerit jam ante a me dictis pressiora quædam ejusdem sancti Doctoris argumenta adjungere, quibus impacta* Abramo *crimina diluantur. Ita igitur lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 25

A 25 *de* Abramo *loquitur* : Usus est ea (*Agare nempe uxore secundaria seu usuraria*) ad generandam prolem, non ad explendam libidinem ; nec insultans, sed potius obediens conjugi, quæ suæ sterilitatis credidit esse solatium, si fœcundum ancillæ uterum, quoniam natura non poterat, voluntate faceret suum.... Nulla est hic cupido lasciviæ, nulla nequitiæ turpitudo. Ab uxore causa prolis ancilla marito traditur, a marito causa prolis accipitur : ab utroque non culpæ luxus, sed naturæ fructus exquiritur. Denique cum ancilla gravida, domina sterili, superbiret, et hoc Sara suspicione muliebri Viro potius imputaret, etiam ibi demonstravit Abraham, non se amatorem servum, sed liberum fuisse genitorem et in Agar Saræ conjugi pudicitiam custodisse ; nec voluptatem suam, sed voluntatem illius implevisse ; accepisse, nec petiisse ; accessisse, nec hæsisse ; seminasse, nec amasse. Ait enim : « Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea, quo- « modo tibi placuerit. » O virum viriliter utentem feminis, conjuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter.

*a libidinis vitio immune fuisse.*

B 304 *Non insana igitur habendæ prolis libidine flagravit* Abram *lupiterve cum pellice voluptatus est ; at contra, cum ex se nasciturum prolem, divinitus intellexisset, nec tamen ex qua muliere, certo cognosceret, licito tunc, uti infra ostendetur, connubio honeste usus est, ac naturæ ordinem servans, nihil humano concubitu egit, nisi ut, quam sibi ex usuraria conjuge promissam tunc suspicabatur, exoptata proles nasceretur. Quod enim Faustus hanc ei jam tum ex Sarai promissam adstruit, id profecto inane est apertissimeque falsum. Quippe si sacros Codices inspiciamus, non ante promissum* Abræ *ex Sara filium, videbimus, quam postquam is nonaginta et novem annorum esse cœperat, uti Genes. cap.* 17 *manifestis verbis asseritur : ac proin, cum circa id, quod demum tredecim post annis sibi revelatum fuit, infidelitate tunc delinquere* Abram *non potuerit ; evidens fit, Faustum Manichæum aut* falsum esse imprudenter, fefelisse impudenter, *uti Augustinus cit. lib.* 22 *col.* 381 *rectissime de eo pronuntiat.*

*et polygamiam, tametsi contradicat Calvinus.*

C 305 *Manichæum hunc seculo sexto decimo, quidquid reclament Calvinianæ sectæ scriptores, partim secutus est hagiomastix Joannes Calvinus, in suo nempe Genesim Commentario edit. Genevensis anni* 1564, *pag.* 123, *ubi verbis Gallicis ita* Abramum *carpsit* : Quamvis polygamia, id est, plures ducendi uxores licentia tunc satis frequens esset, numquam tamen in libera hominum voluntate positum fuit, legem illam, qua duo mutuo juncti sunt, abolere aut infringere. Nequit ergo Abram in eo excusari, quod insano perversoque uxoris suæ consilio morem gesserit ; atque, quem admodum præcipitantia Sarai vitiosa fuit, ita Abrami facilitas reprehensione digna est. Uterque igitur in fide claudicavit, non quantum ad substantiam, at in medio modoque, quo proles a Deo exspectari debet. *Num hæc ex puro fonte ipsisque sacris Scripturis, ut Calviniani jactant, hagiomachus magister hauserit, operæ pretium erit modo investigare, aspersasque* Abrami *sanctitati labes eluere.*

*tunc temporis non pro hibitam fuisse,*

306 *Equidem Calvino lubens concedo, auctorem naturæ Deum, cum in exordio mundi matrimonium conderet, illud unum inter virum unamque mulierem instituisse ; ita ut pro sua libidine legem illam seu conjugii institutum abolere vel infringendo abrogare nequaquam hominibus concessum fuerit ; verum, cum idem auctor naturæ Deus non modo quodcumque in polygamia secundario matrimonii fini obest, ipsumque tam peccati quam scandali periculum pro sua Sapientia tollere, sed et usum mariti corporis, quem per priorem contractum una mulier acquisivit, communem alteri per subsequentem contractum fieri, pro suo in res omnes creatas supremo dominio justisque de causis permittere, itaque mariti jus ob ampliorem sobolis propagationem amplificare possit ; consequens fit, ut, cum reipsa Deum postdiluviano tempore usque ad Christi tempora hæc fecisse, sacri Codices ostendant, non Faustus dumtaxat, sed et Calvinus quoque vel imprudenter falsus fuerit, aut fefellerit impudenter hoc* Abræ *factum uxorisque ejus consilium tam atro carbone notavit.*

AUCTORE J. G.

*depromptis ex sacra Scriptura*

307 *Et vero polygamiam, seu unius viri cum duabus aut pluribus feminis connubialem nexum tum temporis extra noxam fuisse, seu reipsa modo supra indicato maritorum jus fuisse ampliatum, ita ex Scripturis demonstro. Cum postdiluviano tempore, quod Mosaïcæ legis promulgationem præcessit, ea omnia, quæ ad conjunctiones contractusque matrimoniales nec non ad disciplinam moralem civilemque attinent, multo magis laxa, soluta liberaque fuerint, quam dein sub ipsa lege Mosaïca, utpote quæ, uti libris Exodi, Levitici, Numerorum et Deuteronomii videre est, eadem illa omnia non una coarctatione restrinxit ; consectarium fit, ut, cum post Mosaïcæ legis promulgationem polygamia Hebræis permissa fuerit, ea multo magis ante latam legem Mosaïcam extra noxam fuerit ; ac vel idcirco imprimis, quod moventes causæ, ob quas a tempore Moysis ad usque Evangelii promulgationem concessa fuerit, nimirum humani generis ac fidelis præsertim populi incrementum, divinique cultus propagatio, multo plures urgentioresque fuerint vivente* Abramo, *eoque liberis necdum ditato, quam tunc, cum in immensum fere accreverant* Abrami *posteri terramque Chanaan suo tenebant imperio, uti Davidis et Salomonis tempore factum legimus.*

E

*argumentis exemplisque*

308 *Si igitur sub lege Moysaïca David, qui, teste lib.* 3 *Reg. cap.* 15, fecit rectum in oculis Domini, et non declinavit ab omnibus, quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Hethæi, *si, inquam, Vir ille secundum cor Dei, quique in lege Domini meditabatur die ac nocte, multas simul uxores innocue habuerit, ipsasque* F *Saülis uxores, ut Propheta Nathan lib.* 2 *Reg. cap.* 12 ℣. 8 *indicat, Dei permissu ac concessu in sinu suo habere potuerit ; ac denique, ut alia mittam exempla, si in ea re carpendus tantum fuerit Salomon, quod paucis uxoribus non contentus, immodice earum multitudinem auxerit etiamque alienigenas adamarit ; profecto multo majori jure* Abram, *qui, ecclesiastico teste cap.* 44 ℣. 20, *conservavit legem Excelsi et cui non est similis inventus in gloria, absque peccato ancillam suam ducere uxorem potuit, unice habendæ prolis gratia, uti supra ostensum est ; ut proin nec ejus cum Agare conjugium reprehensione dignum, nec Sarai de eo consilium insanum perversumque fuerit, contra ac Calvinus effutiit.*

*ipsiusque Moysis in Deuteronomio verbis,*

309 *En modo aliud, quod eodem faciat, petitum ex sacris Litteris argumentum. Deuteronomii cap.* 21 ℣. 15 *et segq. ita Moyses statuit* : Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, et alteram odiosam, genuerintque ex eo liberos *(exemplum habes in Lia, Rachele, Bala et Zelpha :*

AUCTORE J. G.

*pha, uxoribus patriarchæ Jacob)* et fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos dividere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum et præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque ei de his, quæ habuerit, cuncta duplicia : Iste est enim principium liberorum ejus et huic debentur primogenita. *Quibus verbis tantum abest, ut Moyses polygamiam, veluti crimen, juri naturæ absoluto contrarium, damnet, ut contra, velut licitam suoque tempore honestam, recenseat, ac natos ex duabus unius viri uxoribus liberos, ut legitimo susceptos matrimonio, paternorumque bonorum heredes habeat, talesque habendos esse, præcipiat. Nec est profecto, cur quis, sermonem ibi esse dicat de viro, qui successive, ut vocant, seu, mortua priore uxore, alteram duxerit; nam, cum Moyses priori loco recenseat uxorem dilectam ac veluti ante aliam ductam; nequit intelligi, quo pacto filius odiosæ seu minus dilectæ ætate major esse potuerit filio dilectæ, si odiosam vir ille tantum duxisset, priore mortua, relictisque jam tum ex ea liberis. Contra vero hæc intellectu plana sunt, si simul*

B *uxores duas illi viro, uti etiam verborum sensus litteralis præ se ferl, tribuamus, quarum quæ prima erat, sterilis aliquamdiu manserit, dum ex adverso secunda quamprimum maritum suum legitima prole ditarit, quæ proin, ut principium liberorum ejus, primogeniti jure gaudere debeat.*

*ac communi Judæorum praxi,*

310 *Quid? Quod non laïcis tantum, sed et ipsis sacerdotibus polygamiam sub Mosaïca lege permissam fuisse, S. Hieronymus, rerum Hebraïcarum scientissimus, testetur in sua ad Oceanum Epistola, quam tom.* 4 *Editionis anni* 1706 *habes col.* 645 *et seqq, ubi hæc apostoli verba* unius uxoris virum *exponens, ita col.* 649 *loquitur :* Ex Judæis erat Apostolus. Prima Christi ecclesia de Israël reliquiis congregabatur. Sciebat lege concessum, et exemplo patriarcharum ac Moysi familiare populo noverat in multis uxoribus liberos spargere : ipsis quoque sacerdotibus hujus licentiæ patebat arbitrium. Præcepit ergo, ne eamdem licentiam ecclesiæ sibi vendicent sacerdotes : ne bina pariter et trina conjugia sortiantur ; sed ut

C singulas uno tempore uxores habeant. *Licuit igitur a fortiori Hebræorum patriarchæ* Abræ, *vivente Sarai, ancillam suam ducere uxorem, tum ab allegatam num.* 307 *rationem, tum quod, uti S. Augustinus observat, si naturam consulas, non lasciviendi, sed gignendi causa id* Abram *fecerit : si morem, quod illo tempore atque in illis terris id factitaretur; si præceptum, quod nulla lege, saltem scripta aut pro tunc obligante, id prohibitum esset.*

*denique ratione non una demonstratur.*

311 *Et sane, si illud* Abrami *cum Agare conjugium pro adulterio damnatisve nuptiis habendum fuisset, haud facile quis mente assequetur, cur nato ex hisce eisdem nuptiis filio Ismaëli se Deus benefacturum promiserit ob eam ipsam rationem, quod ex Agare semen* Abrahæ *esset; sic enim Genes. cap.* 21, ŷ. 13 *Deus dixit :* Sed et filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. *Num ergo Deus tam liberali manu Ismaëli propter* Abram *benefacere voluisset, si is in eo generando sese adulterio aliove contra jus naturæ flagitio obstrinxisset? Id equidem de æquissimo Numine credere fas non est; ac proin non damnato concubitu execratove satu, sed licito tunc conjugio ex* Abramo *et Agare natum esse Ismaëlem, asserendum omnino est. Denique, quandoquidem* Abrami *cum Agare* D *conjugium diversæ rationis non fuit ab illo, quod postea patriarcha Jacob cum Bala et Zelpha utriusque conjugis suæ ancillis iniit; consequens fit, ut, cum hoc legitimum fuerit, natique ex ancillis filii pro legitimis Jacobi filiis habiti fuerint, atque adeo hereditario jure partem suam in terra promissa, non secus ac filii Liæ, habuerunt, legitimum quoque atque honestum dici debeat Patriarchæ nostri cum Agare conjugium; ut adeo ea in re nihil quidquam ab eo, aut ab uxore Sarai admissum fuerit, quod reprehensione dignum sit, nedum quod ulla veri specie infidelitatis nomine traduci queat.*

*Neque conjugium istud ex concubinæ nomine, quo Agar compellatur,*

312 *Restat modo, ut, quæ aliunde, quam ex Fausti Manichæi et Calvini criminationibus adversus hoc* Abrami *factum desumi urgerique possunt, argumenta nonnulla ex ordine proponamus unaque confutemus. Ac primo quidem ita argui contra illud potest : Gen. cap.* 25, ŷ. 6 *tam Agar, quam Cethura, quæ dein, uti infra patebit,* Abrahamo *juncta fuit,* concubina *vocatur, illaque, ut talis, cum filio suo Ismaële ab ipso ejecta domo est, uti Gen. cap.* 21 *a* ŷ. x *narratur. Itaque, cum concubina non sit vera legi-* E *timaque uxor, consequens fit, ut* Abrami *cum ea conjunctio non legitimum fuerit matrimonium, sed verum adulterium. Adde, quod S. Leo Magnus in sua ad Rusticum, Narbonensem episcopum, Epistola tom.* 1 *Operum ejus Edit. anni* 1675, *pag.* 408, *distinguens mulierem liberam ab ancilla, veramque uxorem a concubina, exemplum Saræ et Agaris adhibeat, illius, ut liberæ et uxoris legitimæ; hujus, ut ancillæ et concubinæ. Denique ipse etiam S. Ambrosius, lib.* 1 *de* Abraham *cap.* 4 *de hac* Abrami *cum Agare conjunctione loquens,* adulterii *nomine eam compellat. Verum enimvero, quod ad* concubinæ *vocabulum attinet, respondeo, nullius ponderis esse ductam ex Gen. cap.* 25 *cit. rationem, cum Agar Gen. cap.* 16, ŷ. 3 *diserte* Abrami uxor *vocetur, nec minus vera ejus conjux fuerit, quam Bala Jacobi, quæ tamen Gen, cap.* 85, ŷ. 22 concubina *ejus etiam vocatur, quemadmodum et viri Levitæ. cap.* 19 *Judicum memorati, uxor, cui quoque* concubinæ *nomen* ŷ. 24 *et* 25 *inditum legitur.* F

*utpote quod hic uxorem legitimam, sed secundariam denotat,*

313 *Sciendum itaque est,* concubinæ *vocabulum in citatis Scripturæ locis non designare pellicem mulieremve solutam ac corruptam, quam quis domi suæ vel alibi detinet pro carnali illicitoque commercio consuetudinario, uti Canonistæ loquuntur, sed uxorem veram legitimamque, ritu tamen minus solemni, quam quæ matrona materque familias dici solet, in conjugem acceptam, ac sine ordinariis, quæ matrifamilias aut uxori primariæ competunt, privilegiis favoribusque ductam, ut sunt æqualis cum viro societas in victu et familiæ administratione, jus filiorum ex ea natorum ad æqualem cum filiis matris familias seu uxoris primariæ ineundam hereditatem. Atque id ipsum non obscure indicavit Moyses Genes. cap.* 25 ŷ. 5 *et* 6 *ita loquens :* Deditque Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac *(utpote uxoris primariæ matrisque familias filio)* filiis autem concubinarum *(Agaris nempe et Cethuræ, utpote matrisfamilias dignitate privilegiisque non gaudentium)* largitus est munera, et separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam Orientalem. *Quod autem Genes. cap.* 21 ŷ. 12 *divino monitu e domo sua Agarem cum Ismaële dimiserit, id profecto non*

A *non factum alia de causa est, quam quod ita ostendi vellet Deus, non per Ismaëlem, ut ut ab* Abramo *primo loco ligitime genitum, sed per Isaacum, primariæ uxoris filium, etsi Ismaële natu minorem, nomen seminis* Abrahæ *propagandum esse, ex eoque oriturum Messiam et benedictionem gentium, uti* ỳ. 12 *et* 13 *indicatur. Qua quidem in re nec Agari, nec Ismaëli ullam ab* Abramo *factam fuisse injuriam, hic obiter monuisse sufficiet : non Agari, nam, uti nunc Ecclesia justis de causis nonnumquam conjuges a toro contubernioque segregat, ita tunc* Abram *Dei monitu Agarem, manente conjugii vinculo, quantum ad torum dumtaxat, a se segregavit; non Ismaëli quoque, cum curam filii, quam ejus vice, teste Scriptura Genes. cap.* 17 ỳ. 20 *et cap.* 21 ỳ. 13 *et* 18, *Deus susceperat, intermittere* Abram *potuerit. Sed plura de hoc postea.*

*nec ex dictis S. Leonis*

314 *Redeo ad objecta SS. Leonis et Ambrosii testimonia. Et quidem quod ad prioris dicta pertinet, respondeo, illum nuspiam* Abrami *cum Agare nexum nefarium dixisse habendumve pro adulterio, tantumque citatæ epistolæ*

B *cap.* 4 *ex professo ostendere velle, non esse novæ legis prebytero vel diacono licitum,* filiam suam virginem illi viro in conjugium dare, qui jam habebat conjunctam mulierem, ex qua filios etiam susceperat. *Quæ sane ad damnandum* Abrami *cum Agare conjugium neutiquam vel a longe spectant. Nec refert, quod, ut nuptiarum fœdera inter ingenuum ancillamque ineunda non esse, probet, memoratam supra comparationem adducat. Nam citato responso, aliunde sat obscuro nec satis elaborato, vel id unum probare intendit, illud Agaris conjugium, si ad perfectam ac primævam matrimonii in Paradiso instituti rationem exigatur, esse aliqua sui parte minus perfectum; vel, si alia sit ejus mens sensusque, dicere non vereor, eum exemplo conjugii Agaris ad id, quod volebat, probandum, minime idoneo accommodatoque usumesse, hocque epistolæ ejus caput seu responsum quartum in earum Responsionum habendum esse numero, quæ, uti initio epistolæ S. Leo indicat, modum diligentiæ videbantur excedere, et longa potius tractatione studioso quese inter et Rusticum episcopum colloquio, quam statim atque unius epistolæ subsidio pro rei gravitate discuti solideque stabiliri potuerunt.*

C *verbisque S. Ambrosii.*

315 *Quod vero S Ambrosius cit. loco hocce* Abrami *cum Agare conjugium* adulterium *vocet, licet tunc* nondum interdictum, *id omnino diffiteri nequeo; ast observari cum novissimis Operum ejus editoribus cupio, cum* adulterii *nomine nihil aliud intellexisse, quam polygamiam, eaque usum verbi duritie, ut efficacius catechumenos quosdam, qui ante suam ad fidem conversionem polygami fuerant,absterreret deinceps a pellicatu. Et vero, cum sanctus Doctor mox subdat, Deum in paradiso, licet conjugium laudaverit,* non adulterium damnasse, *multusque sit in defendendo hocce* Abrami *facto; necesse fit, ut vel Ambrosium, cum stricti nominis adulterium jure naturæ divinoque cavendum esse, alibi doceat, secum hic pugnasse, statuamus, quod profecto sine gravissima tanti viri injuria fieri nequit, vel ut de eo dumtaxat conjugali nexu locutum fateamur, qui post diluvium ad usque Evangelicum tempus ob generis humani fidelisque præsertim populi raritatem indultus a Deo fuit, uti supra a num.* 307 *ostensum est, et S. Joannes Chrysostomus Homil.* 56 *in Genesim diserte etiam hisce verbis pag.* 542 *confirmat* : Tunc enim, quia principia erant, permissum fuit cum duabus vel tribus vel pluribus uxoribus misceri, ut humanum genus propagaretur. Nunc vero, quia per Dei gratiam humanum genus valde multiplicatum est, virtus quoque incrementum accepit : adveniens enim Christus et virtutem in hominibus plantans, angolosque, ut ita dicam, ex hominibus faciens, omnem illam veterem consuetudinem abolevit.

AUCTOR J. G.

*nedum exemplo antediluvianorum,*

316 *At enim adversus assertionem nostram non nemo in hunc modum adhuc arguet : Polygamiam non fuisse primis mundi temporibus licitam, satis argumento esse debet, quod ante* Abram *nemo proborum ac piorum virorum ea usus fuerit. Accedit, polygamiam,remoto Dei concessu indultuque, seu sine divina, ut nonnulli in scholis loquuntur, dispensatione nequaquam bonam licitamque esse; nec tamen uspiam in sacris Litteris de divina illa concessione indulgentiave ante legem Mosaïcam disertam inveniri mentionem; unde consequens fit, ut* Abram, *sin minus aperta improbitate, saltem judicii errore non satis excusabili deliquerit, dum vivente Sarai uxore, alteram in torum suum admisit. Ad hæc pro responso sit primo,* E *nequequam certo ac liquido, uti Pererius in Genes. cap.* 16 *observat, ex sacris Litteris vel aliunde cognosci posse, num Seth, Enos aliique usque ad* Abramum *justi piique viri plures simul uxores habuerint, necne; quandoquidem Moyses non omnia ejus temporis gesta scribenda suscepit, nec tam singillatim ea ipsa, quæ commemorat, prosecutus est, ut, quæ non scripsit, ea non fuisse facta, affirmari queat.* Sed esto, *inquit Pererius in cap.* 16 *Gen.*, non habuerint illi multas uxores : fuit tamen præcipua quædam et justa causa, cur eas habuerit Abram : quippe futurus erat pater populi Dei, in quo uno omnium terræ gentium Veri Dei fides et cultus propagandus erat et usque ad Messiæ adventum custodiendus. Eidem quoque singulariter a Deo innumerabilis multiplicatio posteritatis in multas gentes et reges promissa fuerat.

*utpote satis dubio, exiguique momenti,*

317 *Igitur, tametsi verum esset, antediluviano tempore prohibitam fuisse, de qua quæstio est, polygamiam, seu necdum ab auctore naturæ Deo mariti jus fuisse ampliatum, nec aliter humani corporis potestatem alteri a Deo permissam, quam per vinculum indissolubile unius cum una; hinc tamen minime consequeretur, ut postdiluviano tempore, quo summa erat piorum hominum* F *paucitas, eoque præsertim, quo Deus* Abramum *multarum gentium patrem constituit, permissa a Deo non sit polygamia, at contra ita prohibita semper fuerit, ut* Abram, *dum, vivente Sarai, Agarem duxit, ex eo pietatis fideique gradu, quo eum passim sacri Codices statuunt, decidisse propterea dicendus sit. Nunc ad subsequens adversariorum argumentum respondeo,polygamiam quidem, remoto Dei concessu indultuque, seu sine divina dispensatione nequaquam bonam licitamque dici posse, imo et non invitus fateor, ex Scripturis certo statui non posse tempus, quo primum Deus polygamiam permiserit, seu pro suo in res creatas supremo dominio mariti jus ita ampliarit, ut hic sui corporis usum pluribus concederet uxoribus, eo, quo supra dictum est, modo.*

*nec ex incerto concessæ dispensationis divinæ tempore illicitum fuisse evincitur,*

318 *Verum, sive, id factum fuerit ante diluvium, sive, ut probabilior fert sententia, statim post diluvium, cum nempe Deus Genes. cap.* 9 ỳ. 1 benedixit Noë et filiis ejus, et dixit ad eos : Crescite et multiplicamini et replete terram,

AUCTORE J. G.

ram, *tuncque simul, vel per exteriorem aliquam revelationem, vel per interiorem solum inspirationem eos docuerit, moderatæ polygamiæ usum, usque ad id temporis nemini fortasse aut paucissimis concessum, deinceps eis posterisque licitum fore; equidem, cum Sarai, prudens certe piaque mulier, polygamiam sine religione et dubitatione aliqua, atque non ut rem novam, sed ut jam pridem usitatam, ac divinæ promissioni omnino consonam,* Abramo *proposuerit suaseritque, cumque et ipse* Abram, *vir justus, ac pudicitiæ conjugalis cultor exactissimus, sine ulla, uti apparet, mentis anxietate scrupulove uxoris monitis, licet non statim ob ipsam uxoris reverentiam, parendum judicarit; vix dubitandum videtur, quin ea, quam postdiluvianis patribus, ad fidelis populi divinique cultus propagationem, usitatam videmus, ducendi simul duas pluresve uxores facultas multo altius, quam ab* Abrami *temporibus, exordium sumpserit, jamque tum pridem polygamia abiisset in consuetudinem, piorum omnium judicio inculpatam, cum* Abramus *deprecanti uxori acquievit, et Agarem ancil-*

B *lam, a Sarai uxorem sibi datam, intuitu potiundæ prolis sibi divinitus promissæ in suum thalamum admisit, nimirum postquam annos decem habitare cœperat in terra Chanaan, annisque jam plurimis sterilitatem Sarai esset expertus.*

*imo contra rationem etiam non una*

319 *Mitto recensere id genus alia, quæ passim apud Theologos et Canonistas adversus polygamiam reperiuntur, et in istud, de quo quæstio est,* Abrami *factum intorqueri possent, argumenta, quandoquidem ea ex jam dictis facile repelli possunt, aut certe hocce sequenti dilemmate omnino infirmari. Vel postdiluvianis patribus, puta* Abramo, *Jacobo, Davidi cæterisque viris piis lex illa, polygamiam pro suo tempore prohibens, nota fuit, aut ignota. Si nota, ergo contra conscientiam ipsi peccarunt; cumque ad mortem usque polygamiæ status ipsis displicuisse non videatur, aut certe de acta ab iis ob polygamiam pœnitentia non constet, consectarium fit, ut, quos sacri Codices a pietate, justitia bonisque moribus commendant, ii contra infamandi sint, utque etiam sine acta de peccatis gravissimis pœnitentia pateat ad cœlum via, quæ duo sacris Litteris rectæ-*

C *que rationi omnino refragantur, nec ullatenus admitti possunt.*

*Polygamiam tunc noxa vacasse, ostenditur.*

320 *Si contra ignota ipsis fuerit lex illa, eosque adeo non obstrinxerit, ergo adversus eam delinquere non potuerunt, cum, ubi non est lex obstringens, peccatum non sit. Nam licet opponi possit, talem legem tunc exstitisse, vereque obstrinxisse, at eos hanc ignorasse, id vero conciliari nequaquam potest cum frequenti illa, qua fruebantur, familiaritate Dei, qui certe dilectos suos famulos non sivisset toto vitæ suæ spatio in summa legis tanti momenti ignorantia versari: sed neque credibile est, permissurum fuisse Deum, ut, cum Judæis, teste Josepho Antiq. Histor. lib.* 17 *cap.* 1, *mos patrius esset, eodem tempore plures simul uxores habere, hunc morem nec missi ad populum prophetæ, qui ei annuntiarent peccata, nec sacerdotes sancti, qui de levioribus culpis eum objurgarunt, ne uno quidem verbulo improbassent, ut contra perpetuo suo approbasse viderentur silentio, in tanta præsertim sic peccantium, si peccatum tunc fuisset, multitudine et frequentia. Sed de hoc* Abrami *cum Agare conjugio jam satis, ut ad natum ex eo filium inditumque ab eo nomen, ac denique ad facti hujus epocham nunc progrediar; quæ omnia eodem* D *Gen. cap.* 16 v. 15 *et* 16 *energice ita Moyses expressit* : Peperitque Agar (*jam emendata nempe reversaque in Mariti familiam*) Abræ filium : qui vocavit nomen ejus Ismaël. Octoginta et sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismaëlem.

*Quædam in ortum Ismaëlis observantur.*

321 *Circa hæc tamen observandum est primo, non statim atque e solitudine angelico monitu ad herilem domum regressa est Agar, sed post elapsos menses aliquot, natum ex ea* Abramo *esse filium, cui is nomen* Ismaël, *quod* auditionem Dei *sonat, mox indidit. At enim, inquies, cit. cap.* 16 *Genes.* v. XI *Angelus Domini non* Abræ, *sed Agari injunxerat, ut nasciturі ex ea filii nomen vocaret* Ismaël. *Ita omnino est; verum cum apud Hebræos antiqui moris esset, ut pater filio nomen imponeret, quod et ex Evangelio Matthæi cap.* 1 v. 21 *et Lucæ cap.* 1 v. 62 *et* 63, *confirmari potest, idcirco* Abramus *quoque pro jure paterno nomen filio suo indidit; cumque haud dubie Agar ipse nomen, quo ex angeli præcepto vocandus suus esset filius, indicasset, noluit Vir justus divinæque voluntati semper obsequentissimus aliud ei nomen impone-* E *re, quam quod indicatum ab angelo fuerat, reique gestæ memoriam servare natum erat. Notandum secundo est, Ismaëlis natalem, quidquid in contrarium nonnulli sentiant, non anno ætatis* Abræ *octogesimo septimo jam inchoato, sed, ut supra a num.* 169 *ostendimus, ipsaque Scripturæ verba innuant, anno ejus octogesimo sexto, ad exitum fere perducto, innectendum esse, cum fieri alias nequeat, ut Ismaël* tredecim annos *jam implevisset, cum* Abram *nonaginta et novem annorem* esse cœperat, *uti Genes.* 17 v. 1 *et* 24 *narratur latiusque infra exponetur.*

## § XVIII. Factæ Abramo promissiones confirmantur : ejus nominis Abram in Abraham mutatio : præcepta ei in fœderis sanciti signum circumcisio : varia ad hanc spectantia discutiuntur. F

*Abramo* 99 *annum agenti apparet Dominus.*

Jam annis, *uti ex supra dictis num.* 241 *et* 248 *colligitur, viginti circiter habitaverat* Abram juxta convallem Mambre, quæ est in Hebron, *ibique, dum more suo in altari a se erecto eximiæ pietatis suæ officia supremo Numini frequens exhiberet, pro Ismaëlis sui, quem promissi sibi divinitus filii et heredis loco habebat, exoptata incolumitate non raro supplices ad cœlum manus tetenderat; cum ei, jam ætatis suæ annum agenti nonagesimum nonum, seu, ut Genes. cap.* 17, v. 1 *Moyses loquitur,* postquam nonaginta et novem annorum esse cœperat, *sese Dominus visibili specie rursus conspiciendum præbuit eumque in modum locutus est* : Ego Deus omnipotens : ambula coram me et esto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me et te, et multiplicabo te vehementer nimis. *Q. D* : *Ego, qui tibi loquor, Deus omnipotens sum, seu, ut Hebraïce* el schaddai *sonat,* Deus fortis *sum,* mihi sufficiens, nulliusque indigens : *Tu vero me semper intuere præsentem, ac virtutum omnium*

A *um officia omnesque probitatis imple numeros; et ego fœdus, tecum ante initum, ratum habebo atque executioni dabo, sic ut innumerabili posteritate ac veluti in immensum te aucturus aliquando sim.*

*eique, ex reverentia in faciem procumbenti, facias promissiones iterat*

323 *Nec plura præfatus fuerat Dominus,* cum cecidit Abram pronus in faciem, videns *nempe, uti Chrysostomus Homil.* 39 *in Genes. pag.* 398 *observat,* tantam Dei indulgentiam et erga famulum suum curam obstupescens, animoque versans et naturam suam et bonitatem immensamque virtutem Dei; CECIDIT, inquit, IN FACIEM SUAM, gratum animum hoc modo declarans. Non solum enim non tunc fuit arrogantior, neque superbiebat propter favorem Dei, quem experiebatur, sed et multo magis humiliabatur. ET CECIDIT, inquit, IN FACIEM. Ita enim gratus animus, quanto majori fruitur fiducia, tanto majorem Deo reverentiam exhibet. CECIDIT enim, inquit, IN FACIEM SUAM. Et quia post tantam fiduciam Justus seipsum et naturæ suæ imbecillitatem considerans, neque oculos attollere audebat, sed in

B faciem pronus multam declarabat reverentiam: vide iterum boni Dei ineffabilem benignitatem. *Ita Chrysostomus, hunc eumdem capitis* 17 *versum tertium commentans, cui mox subdit divina verba, quæ eodem Geneseos cap.* 17 ℣. 4 *ac duobus sequentibus in Vulgata hocce modo leguntur:* Dixitque ei Deus: Ego sum, et pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram; sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. Faciamque te crescere vehementissime, et ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur.

*ac nomen Abram mutat in Abraham pactumque init,*

324 *Hactenus divini hujus ad* Abramum *sermonis, promissionisque initium, cujus hic sensus est: Ego idem ille Deus omnipotens sum, qui fœdus tecum initum in præsentia confirmo, efficiamque, ut ex te, tam secundum carnem, quam secundum spiritum, multæ oriantur gentes; quapropter ut rei tam insigni nomen tuum consentiat, non amplius* Abram, *seu* pater excelsus, *sed boni ominis causa* Abraham, *seu* pater excelsus multitudinis *vocaberis, quia re ipsa patrem multarum gentium constitui te ego, qui re-*

C *rum omnium Dominus Deusque omnipotens sum. Te igitur, etsi uno dumtaxat ex Agare filio hactenus auctum, ac, si naturam consideres, alteri generandæ proli imparem, vehementissime tamen crescere faciam, ita ut ex te non gens modo una, sed plures, ut jam nunc promisi, exque inclytæ orituræ, quin et reges præpotentes ex te egressuri sint. Mox* ℣. 7 *et* 8 *reliqua Deus promissa pandit et pacti cum* Abrahamo *statuendi modum, ceteraque adjuncta prosequitur hisce verbis:* Et statuam pactum meum inter me et te, et inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: ut sim Deus tuus et seminis tui post te. Daboque tibi et semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum.

*non Abrahamum tantum, sed et ejus posteros spectans,*

325 *Quæ quidem sic intelligenda sunt, ac si diceret Deus: Non itaque pactum illud te solum,* ℣ Abraham, *spectabit, sed et posteros tuos, nec brevi tantum, sed longissimo temporis spatio, eritque stato tempore secundum omnes sui partes implendum, si modo sim Deus tuus et posterorum tuorum post te ab iisque studiose colar. Et tibi ergo et illis terram, in qua nunc peregrinus*



*degis, omnem, inquam, terram Chanaan possidendam tradam, ita ut tu jus ad illam, ipsi jus in ea, ipsamque terræ possessionem habeant, ac demum tam speciali cura tuos posteros complectar, ut, licet mortalium omnium Deus sim, ob beneficiorum, eis a me conferendorum, magnitudinem frequentiamque speciali titulo* Deus eorum *passim vocandus sim. Tam multa tamque insignia beneficia pollicitus* Abrahamo *Deus, mox conditionem, sub qua intelligi promissa hæc debebant, ei exposuit, seu, uti* ℣. 9 *Moyses scribit,* Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, et semen tuum post te in generationibus suis; *ut sensus sit, magnifica illa promissa certa dumtaxat lege effectum suum sortitura esse, si nempe tam ipse* Abraham, *quam posteri hujus, fœderis secum initi memores, divinæ voluntati morem gererent, eaque, quæ sibi divinitus præscripta fuerant, aut deinceps injungerentur, ipsumque adeo designandum initi fœderis signum accurate servarent.*

AUCTORE J. G.

*cujus signum statuit circumcisionem,*

326 *Cum autem Vir Deo obsequentissimus ad excipienda servandaque omnia, a quibus fœderis hujus exsecutionem pendere vellet Deus, promptissimum sese exhiberet, diceretque haud dubie* E *in corde suo:* Loquere Domine, quia audit servus tuus; *continuo Dominus, volens nasciturus ex* Abraham *una cum ipso peculiarem suum populum facere, simulque, uti Chrysostomus cit. Homil. pag.* 400 *observat, præcavere, ne cum gentibus illis, apud quas olim diversaturi, aut quarum hereditatem occupaturi erant, aliquando commiscerentur, his verbis circumcisionem, signi gratia ac pro constanti pacti initi sigillo, Viro justo præcepit, dicens* ℣. x: Hoc est pactum meum (*metonymice nempe sumptum pro pacti signo*) quod observabitis inter me et vos, et semen tuum post te: circumcidetur ex vobis omne masculinum. *Et hæc quidem summa legis est, quæ* ℣. *subsequenti per partis corporis, in qua circumcisio facienda erat, finisque intenti indicationem apertius explicatur.* Et circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me et vos, *quo nempe, uti supra insinuatum est, constare possit vos esse populum mihi fœderatum, segregatum a ceteris gentibus, quæ Deo vero non serviunt, nec eum habent in patrem, a quo hereditatem accipiant, uti Salianus tom.* 1 *Annal. V. T. pag.* 446 *observat, subdens, eo spectare divina illa effata:* Eritis mihi in peculium de cunctis populis; Populus F sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram, *aliaque ejusmodi, quæ in sacris Codicibus obvia sunt.*

*quod signum Bonfrerius vario ex capite scite explicat,*

327 *Consonant in re Saliano eruditissimi sacrarum Litterarum interpretes, atque in primis Bonfrerius, citatum* ℣. x *partemque versus* xi *priori versui affinem exponens, quem suis verbis loquentem sistere non abs re erit. Ita igitur ipse:* Fuit autem circumcisio non hujus tantummodo fœderis (*supra memorati*) signum, illud nimirum in memoriam Judæis revocans, sed etiam, quod ex priore consequebatur, signum, quo ab aliis distinguerentur nationibus, ne quando paternam nobilitatem conjugiorum aut morum permixtione macularent. Fuit item signum justitiæ fidei, quam acceperat Abraham in præputio, seu cum adhuc præputiatus esset, ut docet Apostolus ad Rom. iv. Fuit præterea signum peccati originalis contracti, quandoquidem cir-

AUCTORE J.G.

cumcisio in ea parte fieret, in qua maxime cernerentur effectus peccati originalis, hoc est, in qua concupiscentia maxime se exerit. Fuit denique figura et signum allegoricum Baptismi a Christo instituendi, et morale resectionis omnium malarum cupiditatum. *Sed hæc de circumcisione, quatenus multimodam apud Theologos signi rationem habet, hic recensuisse, nobis sufficiat, qui critico-historicum in Vitam* Abrahæ *Commentarium, non Theologicum de Veteris Testamenti Sacramentis Tractatum, scribendum suscepimus.*

*Circumcisionem autem ab Ægyptiis prius, quam ab Hebræis adhibitam fuisse, perperam*

328 *Ad alia igitur minusve trita, quæque multo proprius, quam scholasticæ quædam disputationes, ad* Abrahami *historiam faciunt, discutienda progredimur. Ac præ ceteris quidem, priusquam de supra dictæ legis adjunctis,* ℣. 12 *et seqq. expressis, disseramus, duo hic investiganda sunt : alterum, num circumcisionis ritus, quem Deus* Abrahæ *præscripsit, tunc omnino in orbe novus anteave inusitatus dici debeat, an contra prius adhibitus Ægyptiis, uti post Celsum Epicureum, qui, teste Origene lib.* I, *num.* 22 : Ægyptiis maluit fidem adjungere, quam Moysi, *Joannes Marshamus, Joannes Clericus et novissime nostri temporis impiissimus pseudohistoricus operose contenderunt; alterum vero, cur præter* Abrahamum *solos masculos, eosque in præputio præ alia corporis parte circumcidi, Deus jusserit. Ad primum quod attinet, favere certe videntur sententiæ Celsi ejusque sequacium nonnulla veterum historicorum gentilium testimonia; at num ea tantæ auctoritatis sint, ut iis merito adjungi fides possit, facile ex jam dicendis lector statuet. A Sanchuniatonis in Phœnicum Theologia dictis, quæ citatus Marshamus primo loco adduxit, exordium ego quoque sumo. Ita apud Eusebium lib.* I *Præparationis Evangelicæ pag. mihi* 38, *illa se habent* : Τὰ αἰδοῖα περιτέμνεται ταυτὸ ποιῆσαι καὶ τοὺς ἀμ' αὐτῷ συμμαχοὺς καταναγκάσας; *id est* : Tum sibi ipse (*Saturnus nempe, quem* Abrahamo *multo antiquiorem Marshamus facit*) verenda præscindit, sociosque omnes ad simile factum per vim adigit. *Non igitur, judice Marshamo, inusitatus erat circumcidendi ritus, cum* Abrahamo *Deus circumcisionem præscripsit.*

*ex Sanchuniatonis verbis quidam contendunt,*

329 *Verum enimvero, præterquam quod ipsemet Eusebius traditam a Sanchuniatone Phœnicum Theologiam aversis perpetuo oculis fugiendam edicat ac priscorum insaniam pag.* 42 *appellet, tantum abest, ut scriptori isti, de quo mox plura, qualemcumque fidem hic haberi posse, asserat; ut contra lib.* I *pag.* 309 *et seq. oppositum omnino doceat. Verba ejus audi :* Abraamus igitur ille... post eos, quibus sacræ Litteræ suffragantur, Numinis divini conspectus, legitimum sub extremam senectutem filium suscepturus, CUM OMNIUM SESE PRIMUS, UTI JUSSUS DIVINA VOCE FUERAT, CIRCUMCIDIT, tum idem posteris ipse suis faciendum præcepit. *Et vero, tametsi Sanchuniaton larvatus fucatusque auctor non esset, seu a Porphyrio, ut sacrorum Veteris Testamenti librorum auctoritati invidiam crearet, impudenter suppositus, quod sane non absre viri eruditissimi contendunt; equidem, cum, si umquam auctor ille exstiterit, multis seculis* Abrahamo, *ac ipso Moyse recentior statui debeat, variisque locis, quod et diffiteri Marshamus nequit, turpissime ineptiat, quin et* Abrahamum *cum Jacob seu Israële, ejus ex filio nepote, turpissimo errore confundat; ineptus omnino sit, qui ex tam futili testimonio circumcisionis ritum* Abrahamo *antiquiorem contendere ausit. Nunc laudata a Marshamo Herodoti testimonia audiamus, si forte hæc melius, quam Sanchuniatoni adscripta verba opinionem ejus exoticam firmare queant.* D

*neque minus infundate ex Herodoto,*

330 *Ita primo citatus Herodotus in sua Euterpe, seu lib.* 2 *cap.* 36, *pag. mihi* 103, *in rem nostram loquitur* : Virilia alii talia relinquunt, qualia natura sunt, præter eos, qui ab istis (*Ægyptiis nempe*) didicerunt : Ægyptii circumcidunt. *Et rursus cap.* 91, *pag.* 121 : Græcanicis institutis uti recusant (*Ægyptii*) et, ut semel dicam, nullorum hominum aliorum institutis uti volunt. *Denique cap.* 104, *pag.* 127 *ex eo probare nititur, Colchos oriundos esse ab Ægyptiis, quod essent circumcisi. Illius ratiocinationem brevitatis causa Latine dumtaxat recito.* Nam Colchi, *inquit,* videntur Ægyptii esse : quod ipse prius notum, quam ex aliis auditum refero. Cujus rei quum mihi cupido incessisset, ut utrosque percontarer, magis Colchi reminiscebantur Ægyptiorum, quam Ægyptii Colchorum. Dicebant autem Ægyptii, se opinari, Colchos e Sesostris esse exercitu. Ipse autem ex hoc conjecturam capiebam, quod atro colore sunt et crispo capillo, (tametsi hoc pro nihilo putari posset, quum et alii sint hujuscemodi) sed quod isti præcipue. Præterea, quod soli omnium hominum Colchi et Ægyptii et Æthiopes ab initio statim pudenda circumcidunt. Nam et Phœnices et Syrii, qui sunt in Palæstina, didicisse id ab Ægyptiis, et ipsi confitentur. Syrii vero, qui fluvium Thermodontem et Parthenium accolunt, et horum contermini Macrones a Colchis se nuper didicisse, aiunt. Hi enim ex hominibus soli sunt, qui circumciduntur : et in hoc faciendo agnoscuntur Ægyptii esse. Ægyptii vero atque Æthiopes, non queo dicere utri ab utris didicerint; nam videtur esse perantiquum. Sed quod ex Ægypto, quum illic commercium haberent, didicerint, magnum mihi fit hoc testimonium, quod hi Phœnices qui cum Græcis commercium habent, non amplius circa virilia imitantur Ægyptios, nec eorum, qui nascuntur, virilia circumcidunt. E

*utpote qui multo junior Moyse fuit, nec in his rebus satis accuratus,*

331 *Hactenus Herodotus, quem olympiadis nonagesimæ primæ anno quarto, seu, uti ex Labbei computo eruitur, anno post obitum Moysis* 1057 *floruisse, Dupinius in sua Bibliotheca universali Historicorum pag.* 105 *observat. Neque vero ætate tantum decem et ultra seculis inferior Moyse Herodotus est, sed et fide et auctoritate, etiamsi Moyses, divino certe lumine illustratus, tantisper, ut scriptor mere humanus, consideretur. Etenim, uti Josephus contra Apionem lib.* I, *pag. mihi* 1034 *et seq. scripsit, sicut* Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum vero Timæus, Timæum, qui post illum fuere; *ita* Herodotum cuncti; *in iis nempe narrationibus, quæ Judæorum gentis historiam utcumque spectant, quod sane de Moyse nemo cordatus aut sanæ mentis homo dixerit. Confirmat hæc idem Fl. Josephus ita pag.* 1039 *loquens*: Manethon, genere vir Ægyptius, Græca disciplina eruditus,.... paternæ religionis historiam ex sacris (sicuti ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit Herodotum in Ægyptiacis ignoratione mentitum. *Non est adeo, cur miremur, Herodotum adeo parum sibi hic constitisse, ut, postquam cit. cap.* 36, *Ægyptios aliorum hominum institutis uti numquam voluisse, scripserat, cap.* 104 *tamen in dubium revocet, an veteres Ægyptii* F

A *ptii ab Æthipiobus circumcisionem non didicerint, horumque adeo institutis uti non voluerint.*

*nec sat dilucide locutus fuit,*

332 *Adhæc, cum Herodotus asserit, solos omnium hominum Colchos et Ægyptios et Æthiopes* ab initio statim, *Græce* ἀπ' ἀρχῆς pudenda circumcidere, *vel voces illas* ἀπ' ἀρχῆς *ita intelligit, ut sensus sit, eo, quo ipse scribebat, tempore apud gentes illas pueros statim ab ortu suo circumcisos fuisse; vel circumcisionem a Colchis et Ægyptiis et Æthiopibus, statim atque illi in gentes distinctas coaluerunt, seu statim a gentium illarum ortu fuisse in usum deductam. Si primum Herodotus voluit; nequaquam hinc consequens fit, ut usitatus Herodoti tempore pueros mox ab eorum ortu circumcidendi ritus apud Ægyptios prius, quam apud Hebræos invaluerit, utque hi ab Ægyptiis hunc morem didicisse asserendi sint. Imo vero, si Ægyptios, antiqui moris sui tenaces, aliorum hominum institutis uti noluisse, Herodoto concedamus, at simul tamen in Ægyptiorum mores, quales aliquot ante et post Christum seculis exstiterunt, conjiciamus oculos; evidens fiet, apud eos, non omnes plane masculos, nedum recens natos, sed tan-*

B *tum paulo grandiores pueros, adolescentes, virosque circumcisos fuisse, qui aut Geometriæ, aut Astronomiæ, aut Astrologiæ Geneseosque, qua nihil divinius putabant, secretis, aut sacerdotum, aruspicum vel quorumlibet sacrorum ministerio, hieroglyphicisque litteris destinabantur, iisque operam dare cupiebant, uti ex facto Pythagoræ philosophi, de quo Clemens Alexandrinus lib.* 1 *Stromatum, pag. mihi* 143, *et ex Origene in Epistolam ad Roman. tom.* 4 *edit. anni* 1759 *pag.* 495 *conficitur, ut adeo nulla rursus hic adversus altiorem apud Hebræos, quam apud Ægyptios, circumcisionis antiquitatem Herodoti auctoritas sit.*

*et cui etiam refragantur Moyses aliique*

333 *Quod si vero apud Colchos, Ægyptios Æthiopesque, statim atque in gentem coaluerint, invaluisse quoque circumcisionem. velit, fidem quoque nullam meretur, nisi monumentum antiquum, quod tamen non facit, in medium producat. Cum enim Herodotus a temporibus, quibus Ægyptii specialem populum constituere cœperunt: plus mille et quingentis annis remotus vi-*

C *xerit; quis ei sine antiquo vade aut teste factum adeo antiquum ac singulare asserenti habere fidem prudens possit; præsertim cum non tantum Artapanus ab Eusebio laudatus lib.* 9 *de Præpar. Evang. cap.* 27, *pag.* 433, *Æthiopes circumcisionis ritum a Moyse accepisse, affirmet, sed vel maxime, cum Moyses Herodoto et Artapano multis seculis antiquior, manifeste innuat, eo fine a Deo institutam, atque* Abrahæ *ejusque posteris præscriptam circumcisionem fuisse, ut hocce signo a ceteris totius orbis, quæ tunc erant, nationibus* Abrahamidæ *distinguerentur; quod sane frustra fecisset Deus, si jam tum, ut ex Herodoto adversarii contendunt, circumcisio Ægyptiis, Æthiopibus et Colchis communis fuisset. Quo etiam hæc Josephi lib.* 1 *Antiq. Judaic. cap.* XI *verba spectant:* Προσέταξε δὲ (ὁ Θεὸς) τὸ ἀπ' αὐτοῦ γενος, βουλόμενος μένειν τοῖς ἄλλοις μὴ συμφε. ρόμενον, περιτέμνεσθαι τὰ αἰδοῖα, καὶ τοῦτο ποιεῖν] ὀγ- δόῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὸ γεννηθῆναι. Jussit etiam (*Deus*) genus ipsius, (*Abrahæ*) VOLENS ILLUD MANERE CETERIS NATIONIBUS NON PERMIXTUM, pudenda circumcidi, idque octavo die nativitatis.

334 *Denique, ut aliorum veterum testimonia mittam, ipsemet Tacitus, idcirco circumcisionem a Judæis adhibitam fuisse, consentit, ut diversitate noscerentur, ita nempe tom.* 3 *editionis, a Gabriele Brotier nuper adornatæ pag.* 299 *loquens:* Circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur; *in quæ verba eruditus editor ita recte scribit:* Minime sentiebat Tacitus Judæos circumcisionem ab Ægyptiis accepisse. Quod postea nonnullis eruditis viris placuit; *at nempe immerito, ut ex dictis dicendisque patebit. Atque hæc quidem a me nunc disputata, tametsi ceteros errores ab Herodoto ea in re admissos, atque a Natale Alexandro in Histor. eccles. Veteris Testamenti Dissertat.* 6 *pag.* 223 *singillatim confutatos, huc in medium non adducam, abunde palam faciunt, quam parum, imo potius quam nihil subsidii ex Herodoti sibi male cohærentibus certeque ad veritatis trutinam non exactis verbis Marshami ejusque sequacium sententiæ accedat. Nec vero, felicius suam citatus Marshamus opinionem isto Diodori Siculi testimonio stabilire nisus est, quo is ex Ægyptiorum relatione lib.* 1 *Bibliothecæ suæ historicæ pag. mihi* 24, *Colchos et Judæos, Arabibus et Syris interjectos, ex Ægypto deductos, seu ex Ægyptiis oriundos esse narrat,* ideoque per antiquam traditionem in usu his gentibus esse *refert,* ut pueros apud se natos E ritu ab Ægyptiis derivato circumcidant, *quemadmodum et Troglodytæ, de quibus lib.* 3 *pag.* 165 *sermonem habet.*

AUCTORE J. G *antiqui scriptores, idem illud adstrui potest,*

335 *Etenim, præterquam quod hic etiam scriptor ethnicus compluribus seculis recentior Moyse sit, utpote partim Julio Cæsari, partim C. Octavio Augusto imperatori synchronus, testatur ipsemet lib.* 1, *pag. mihi* 25, multa ambitiose magis, quam vere, sibi ipsis Ægyptios tribuere, quæ nec firmis demonstrationum argumentis, nec idoneorum testimoniis auctorum subnitantur, *e quorum numero nuspiam excipit altiorem illam* Abrahami *temporibus, quam ei quidam affingunt, circumcisonis apud Ægyptios antiquitatem. Et vero, licet tantisper gratis demus, Diodorum Siculum circumcisonis ritum apud Ægyptios antiquiorem, quam apud Hebræos, asserere voluisse, quod hi nempe aliquando ex* Ægypto deducti *fuerint; hinc nihil aliud consectarium fieret, quam ipsum quoque Diodorum Siculum ex eadem auctorum classe esse,* F *qui, uti Josephus lib.* 1 *contra Apionem, pag. mihi* 1051, *scribit, vel* veritate antiquarum rerum *(Hebraïcarum)* frustrati *fuerunt, vel* volentes Ægyptiis gratificari, veritatem corrumpere tentavere, et neque adventum in Ægyptum nostrorum *(Hebræorum)* progenitorum, sicut contigit, sunt confessi, nec rursus egressum cum veritate dixere. *Ut ut de Diodoro hic statuas, potiorem certe fidem hac in re meretur Theodotus, auctor itidem ethnicus, ab Alexandro Polyhistore et Flavio Josepho laudatus, qui et Diodoro Siculo multo antiquior, rebusque, quas memorat, loco vicinior exstitit.*

*neque id evincit Diodori Siculi auctoritas,*

336 *Ipse igitur apud Eusebium lib.* 9 *de Præparat. Evangel. cap.* 22, *postquam pag.* 427 *narrasset, expetitas a Sichemo Dinæ nuptias, priusquam Sichimorum incolæ universi et circumcisionem et ritus Abrahamiticos accepissent, negatas a Jacobo fuisse; mox pag.* 428 *de circumcisionis origine quatuor versus Græcos pangit, qui ita Latine sonant:*

*qua certe potiora hic sunt Theodoti, ipso antiquioris, testimonium*

Qui magnum patriis Abraamum eduxit ab oris,
Cælitus hunc tota jussit cum stirpe recurvo

Glande

AUCTORE J. G.

Glande sub extrema præputia demere ferro.
Paruit, atque Dei verbis immotus inhæsit.

*Quid plures hic memorem auctores antiquos fideque dignissimos, qui circumcisionis originem non ab Ægyptiis, sed a Deo seu ex divina institutione ab* Abrahamo *arcessunt, cum ipsemet Christus Dominus, æterna veritas, Joannis cap.* 7 ℣. 22 *ejus exordium disertissime hisce verbis assignet :* Moyses dedit vobis circumcisionem (non quia ex Moyse est, SED EX PATRIBUS) *quos inter Ægyptios numerare velle, idem atque insanire est. Quid? Nonne et divinus ille veritatis æternæ præco, magnus Agostolus Paulus, in sua ad Romanos Espistola cap.* 4 ℣. 12 Abrahamum *disertissime etiam* patrem circumcisionis. *seu præceptæ a Dei circumcisionis apud homines auctorem atque institutorem vocavit?*

*et depromptum ex Moysaïca narratione argumentum,*

337 *Demum nonne et Moyses, Genes. cap.* 17 *referens divina verba num.* 326 *recitata, manifestum facit, non eo sine* Abrahamo *ejusque posteris præceptam divinitus fuisse circumcisionem, ut cum aliis gentibus, puta Ægyptiis, Æthiopibus Colchisve communis esset, at contra ut esset signum (sit verbo venia) characteristicum*
B *fœderis, quod cum solo* Abrahamo *solisque posteris Deus pepigerat, exclusis ceteris istius orbis nationibus, quibus nempe tum temporis circumcisionis ritus non tantum non usitatus, sed ne cognitus quidem erat; quod et abunde patet ex ipsis Sichimitis, Palæstinæ incolis, qui tempore dumtaxat Jacobi,* Abrahami *ex Isaac nepotis, circumcisionem admiserunt, ejusque acerbitatem gravissimaque incommoda prorsus ignorasse videntur, uti ex Genes. cap.* 34 *pronum est intelligere. Facessat igitur cum suis nullius hic auctoritatis testibus Joannes Marshamus, Celsiani erroris instaurator, ipseque etiam cum futili illa ratiocinatione Joannes Clericus, qua parum credibile quibusdam videri dicit, circumcisionis ritum, adeo incommodum, neque ad bonos mores conferentem, a Deo Opt. Max. fuisse institutum. Nam vel idcirco, quod ritus ille, ex natura sua ad bonos mores nihil conferens, cæteroquin incommodus admodum molestusque esset, nihilque in se haberet, quo* Abrahamum, *jam annis fere centum natum, humanitus allicere pos-*
C *set; asserendum omnino est, hominem illum vere sapientem Deoque familiarem, non humano aliquo consilio, nedum imbecilli Ægyptiorum æmulatione, ast solo Dei mandato adduci potuisse, ut inusitatum apud Hebræos adeove singularem ritum in se suosque, prout Genes. cap.* 17 *a* ℣. 22 *narratur, tam prompto animo susciperet.*

*ac denique verba Origenis, de Hebræorum aliarumque gentium circumcisione disserentis.*

338 *Quandonam porro quorumve opera apud Ægyptios circumcisio obtinere cœperit, an paucissimis seculis post* Abrahami *mortem operaque Ismaëlitarum vel Arabum, qui Patriarcham nostrum sui generis auctorem agnoscunt; an vero sub egressum filiorum Israël ex Ægypto, ob opinionem nempe de angelo quodam incircumcisis quibuslibet infesto, quo de vide Origenem lib.* 5 *contra Celsum pag.* 614 *et seq., ab Ægyptiis fortasse haud secus ac Hebræis tunc palam receptam, an demum ea Salomonis dumtaxat ætate, aulicorum reginæ Sabæ occasione, imo serius etiam ad Ægyptios profluxerit, quos tamen omnes non obstringebat; hæc omnia aliaque ejusmodi aliis disputanda ac decidenda relinquo, et laudati Origenis verbis, in quæ nonnulla simul observabo, quæstioni huic finem impono. Ita ille tom.* 1, *lib.* D
5 *contra Celsum num.* 47 *pag.* 613 : Ad circumcisionem quod spectat, non eadem ejus usurpandæ causa est apud Judæos, quæ apud Ægyptios et Colchos. *Apud Judæos enim ex præscripto legis in omnes solosque masculos octavo die circumcisio exercebatur; apud Ægyptios vero nec ex certæ legis mandato, sed nec in cunctis plane masculis, neque octavo die, ast etiam, uti infra videbimus, in feminis ipsis locum habuit.* Ex quo efficitur, non eamdem esse circumcisionem, *nedum et originem.* Quemadmodum enim ex eo, quod quis eadem ratione sacra facit, non eum sequitur eidem sacra facere, aut eidem offerre preces, qui eadem in precibus postulat; sic, etiamsi quis circumcidatur, minime consequens est, ejus circumcisionem ab alterius circumcisione non discrepare. Diversum enim propositum, diversa lex, diversum circumcidentis consilium faciunt, ut diversa sit circumcisio, *non quantum ad solam praxim, sed et ad ipsam institutionem atque originem. Et post pauca ita concludit :* Ut igitur Judæi de circumcisione glorientur, certe illam ostendent aliam esse, non solum a Colchorum et Ægyptiorum, sed etiam ab Ismaëlitarum Arabum circumcisione, E
quamvis Ismaël ab ipsorum patriarcha Abrahamo ortum duxerit et cum illo circumcisus fuerit.

*Cur vero so lis masculis injuncta fuerit circumcisio, non ea vera est ratio,*

339 *Quod vero ad alterius quæsiti num.* 328 *priorem partem attinet, fuere quidam, qui, cur non etiam feminis Abrahamiticis, sed solis masculis, injuncta fuerit circumcisio, curiosius scrutati sunt hujusque rei rationem hanc produxerunt, quod in feminis nihil ullo tempore sit, quod circumcidi queat. Ast hæc jam memoratæ exceptionis vera ratio esse nequit. Nam in Orientalibus regionibus innumeras fere mulieres, vel necessitate cogente, vel movente ad id falsa religione, reipsa circumcisas, vel, uti Strabo infra citandus loquitur, excisas olim fuisse, hodieque etiam plurimas circumcidi, testantur auctores multi fide dignissimi, e quibus aliquot saltem, ne ipse met paradoxa vel falsa loqui videar, in medium producam. Ac primo quidem rei hujus testis luculentus est Strabo, lib.* 17 *Rerum Geographicarum, pag. mihi* 951, *de sui temporis Ægyptiis ita loquens :* Καί τοῦτο δὲ τῶν ζηλουμένων μάλιστα παρ᾽ αὐτοῖς, τὸ πάντα τρέφειν τὰ γεννώμενα παιδία καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν, *id est :* Ii id ma- F
xime student, ut genitos quosque infantes alant, eosdem etiam circumcidant, FEMINAS VERO EXCIDANT, *nempe,* κατὰ τὴν κλειτοριδα, *uti peritiores anatomici loquuntur. Neque Strabonis tantum ætate, sed et seculo* IV *etiam mos circumcidendi feminas in Ægypto obtinebat, uti sanctissimus Ecclesiæ doctor Ambrosius Lib.* 2 *de* Abraham *cap.* XI *col.* 348 *scribit.* Denique, *inquit,* Ægyptii quartodecimo anno circumcidunt mares, et feminæ apud eos eodem anno circumcidi feruntur; quod ab eo videlicet anno incipiat flagrare passio virilis, et feminarum menstrua sumant exordia.

*quam quidam ex structura muliebris corporis repetunt, sed alii*

340 *Sane præstantes duo illi veteres medici Paulus Ægineta lib.* 6 *de Re Medica cap.* 70 *editionis Henrici Stephani col.* 581 *et Ætius Tetrab. lib.* 4, *Serm.* 4 *cap.* 103 *col.* 834 *non tantum mulierum, præsertim Orientalium, circumcisionem testantur, sed et modum, quo in iis* ἡ κλειτορὶς, *ipsis* ἡ νύμφη *dicta, excindi sine gravi admodum periculo possit et quandoque in nonnullis, cogente*

A *cogente natura, præscindi debeat, sat multis verbis dilucideque exponunt, quorum hic ita pergit cit. col.* 834 : Quapropter Ægyptiis visum est, ut antequam exuberet (ἡ κλειτορις) amputetur, tunc præcipue cum nubiles virgines sunt elocandæ. *Ceterum hanc circumcidendarum mulierum consuetudinem apud Ægyptios, Persas, Cophtos quoque in Æthiopia, licet Christi nomen professos, aliasque Orientales nationes lapsu temporis non excidisse, testantur Bellonius lib.* 3 *Observ. cap.* 28, *Leo Africanus lib.* 8 *et ex Monumentis historicis Benedicti de Maillet, Galliarum regis ad Æthiopum regem legati, abbas Le Mascrier in Descriptione Ægypti, quæ typis prodiit Parisiis anno* 1735, *Epistola decima pag.* 71 * *referens, anno* 1689 *Cophtam virginem nuptiis destinatam, a sponso suo viro nobili, repulsam idcirco fuisse, quod necdum subiisset usitatam suo sexui circumcisionem. Igitur cur solis masculis Abrahamiticis circumcisionem Deus præscripserit, alia, quam quæ nonnullis evidens visa est, quærenda est ratio. At quæ tandem?*

B *Respondeo ego, uti ad quæsitum istiusmodi Cajetanus respondit, solam Dei libertatem hujus esse rationem sufficientem, posse tamen aliquas non improbabiles assignari ; ac primo quidem illas, quas laudatus supra S. Ambrosius, præfatum Genes. versum commentans, cit. col. expressit.*

*prorsus diversæ sunt quæ hic recensentur,*

341 *Illas adeo audiamus :* Legis autem Lator æternæ (*Deus*) signaculum circumcisionis carnalis in solis maribus exigit, eo quod ad mixtionis usum vir muliere vehementior sit ; et ideo ipsius impetum infringere voluit circumcisionis signaculo. Vel quia viri licito se errare credunt, si solo se abstineant adulterio : meretricios autem usus tamquam legi naturæ suppetere putant ; cum præter conjugium nec viro liceat nec feminæ misceri alteri. *Hisce non minus plausibiles fortasse videbuntur rationes aliæ, nimirum, quod Deus, quem nihil, quod futurum est, latere potest, prævidens,* Abrahami *posteros masculos nimium quantum præ feminis pronos fore, ut cum alienigenis commiscerentur, uti ex facto Salomonis et præsertim ex libro* 1 *Esdræ cap. ultimo colligitur, idcirco masculis tantum circumcisionem præscripserit, ut illis hæc adversus indomitum naturæ corruptæ impetum frænum quoddam esset vivumque simul memoriale, quo, ne umquam cum feminis extraneis nuptias contra-*

C *herent, perpetuo admonerentur, ut contra, suæ gentis mulieribus contenti, Patriarchæ sui semen impermixtum servarent, quo divina promissa in eis compleri possent. Vel denique, quod, cum viris activum, ut loquuntur, generationis ac propagationis hominum principium insit, atque ex* Abrahami *stirpe non per feminas, sed per mares, perpetua serie Messiam Deus statuisset aliquando nasci, qui et* filius Abrahæ *vocari inque suo corpore notam filii* Abrahæ *gestare non detrectaret, idcirco circumcisionem, quod initi cum* Abrahamo *fœderis signum esse volebat, solis quoque viris, utpote etiam mulierum familiarumque capitibus præcipuoque electi populi sui sexui, perpetuam pro veteri lege Deus esse sanxerit.*

*unde etiam intelligitur, cur in virili parte fieri præcepta fuerit.*

342 *Atque hinc sponte se prodit responsio ad alteram quæstionis partem, num.* 328 *propositam, quam tamen responsionem ipsis Cajetani supra citati verbis recensere lubet.* Quare autem, *inquit in caput* 17 *Gen. pag.* 76, Deus elegerit hoc signum et IN TALI MEMBRO, sola Dei libertas ratio sufficiens est. Accommodationes tamen multæ afferri possunt. Præcipua tamen ratio est, quod carnaliter Messias ex genere Abrahæ producendus erat : nisi enim hujus mysterii ratio habita fuisset, quilibet character, seu quævis nota in quacumque corporis parte suffecisset ad distinguendum et distinctum servandum Abraham et genus ejus ab aliis nationibus mundi. *Ita ille. Fortassis etiam præscripta divinitus Hebræis fuit præfati membri circumcisio in remedium et detestationem turpitudinis et obscænæ idololatriæ, quæ ab Ægyptiis ortum habuit, et deinde per alias gentes prava æmulatione propagata est, qua nempe phallis et ithyphallis, de quibus Hamerus in Genesim fol.* 93 *adeundus, infamis honor habebatur.*

AUCTORE J. G.

*Demum hujus de circumcisione legis obligatio*

343 *Ad ipsa modo legis hujus adjuncta revertamur. Pergit itaque hisce verbis Dominus* ℣. 12 *et duobus seqq.* : Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris : tam vernaculus, quam emptitius circumcidetur, et quicumque non fuerit de stirpe vestra : eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus, cujus præ- E putii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo : quia pactum meum irritum fecit. *Ex quibus et circumcisionis infantibus impertiendæ tempus, et hominum, quos circumcisionis lex constringebat, varias conditiones seu qualitates, et intentatas ejus transgressoribus minas definitas habemus. Non igitur, salva hac lege, in nonum ab ortu infantis diem, nedum diutius, sine justa causa, puta sine gravi circumcidendi infantis infirmitate, vel itineris faciendi necessitate, circumcisionem ejus differre aut* Abrahamo *aut ejus posteris licuit ; at nec etiam ob solitam recens natorum debilitatem præfixum a Deo circumcisioni tempus ullo prætextu antevertere ipsis fas fuit, ne quidem imminentis puero mortis causa, cum parvuli ante hunc octavum diem, sicut et feminæ et gentiles, cæremoniis legis naturæ sibi rite applicatis salvari potuerint, uti Pererius pag.* 295 *et Delrio in cap.* 17 *Genes. pag.* 263 *observant.*

*Hebræos abstringens, aliaque eo spectantia hic paucis perstringuntur.*

344 *Neque vero ingenui dumtaxat* Abrahami *ejusque posterorum pueri, ad quos hoc fœdus spectabat, sed et servi eorum, tum vernaculi seu domi nati, tum emptitii seu pecunia comparati, ac denique ad unum omnes, qui ex alia, quam stirpe Abrahamitica, nati, puta alienigenæ* F *mercenarii, in ejus aut posterorum familiam adsciscerentur, circumcidi hancque initi fœderis notam in carne sua gestare tenebantur ; quod ni facerent, scirent se, ex intentata comminatione divina, de populo suo delendos esse, ut qui, pacti initi conditionem violando, pactum ipsum violaverint, ac proin quoscumque ex eis adultos, ipsosque, cum adolevissent, infantes, mortis pœna, uti interpretes non pauci ex variis Scripturæ locis exponunt, a judice damnandos, certeque non annumerandos populo illi, quem tam magnificæ* Abrahamo *factæ promissiones spectabant, et quarum adeo participes fieri ipsi nequirent. Plura qui de circumcisionis lege nosse volet, adeat is Bonfrerium in cap.* 17 *Genes., vel Pererium in idem caput diligenter copioseque disserentem ; ego ad institutum a Domino cum* Abraham *sermonem ad eaque, quæ hunc mox subsecuta sunt, me converto.*

§ XIX.

AUCTORE J. G.

## § XIX. Sancto ex Sarai conjuge, quam Saram vocare divinitus jubetur, prænunciatur Isaaci ortus : ejus, audito hoc nuntio, risus : circumcisionis præceptum ab Abrahamo exsecutioni mandatum : hujus epocha.

*Abraham sibi Sarai, nunc jussu divinitus vocari Sara, nascituri filii*

*Constituta in hunc modum circumcisionis lege, non distulit divina Bonitas ad præcepti illius duritiem emolliendam, ingentem gaudii materiem Viro obedientissimo subministrare. Cum enim Scrutator cordium Deus cerneret, nihil* Abrahamo *accidere in terris jucundius gratiusque posse, quam ut ex Sarai, uxore dilectissima, ex* B *insperato filius tandem nasceretur, in quo magnificæ illæ jam ante factæ promissiones complendæ forent, mox Viro sancto, qui haud dubie, ut suum observandæ circumcisionis legis studium ostenderet, jam sese aliquantulum, ac vel forte etiam in pedes erexerat, in hunc modum locutus est :* Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, *(id est* Dominam meam ; ) sed Saram, *(id est* multitudinis dominam ) *ut nempe insigni, quod ei Deus conferre parabat, beneficio ipsum ejus nomen quoque congrueret. Ut autem* Abraham *existimare posset, beneficium hoc ad progeniem, ex illa nascituram, referendum esse, ex qua progenie illa uxor sua* multitudinis domina *seu* multarum gentium *genuina* mater *aliquando evaderet, subdit Deus, quæ Moyses eodem cap.* 17 *Gen.* ℣. 16 *refert, verba istæc :* Et benedicam ei, *Saræ nempe,* et ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, et reges populorum orientur ex eo.

*nuntium admirabundus excipit, eumque Isaac vocare jubetur.*

346 *Tam inopinata promissione perculsus, rursus cecidit* Abraham in faciem suam, et, *præ summo gaudio tantique beneficii admiratione, non vero, uti infra ostendemus, ex vitiosa incredulitate aut diffidentia,* risit, dicens in corde suo : Putasne centenario nascetur filius ? Et Sa- C ra nonagenaria pariet ? *Quasi diceret : Tantane igitur me manet felicitas, ut mihi centenario ex nonagenaria uxore nascitura sit proles, et talis quidem, qualem jam nunc mihi promitti audivi ? Pro Domine Deus ! De tua quidem potestate aut de promissionis tuæ veritate minime ambigo ; ast an non forte ego fallor, mihique nimis blandior, cum hæc tua verba, quæ forte sensu tantum mystico a me vis intelligi, ego contra litterali nimium sensu intelligo ? Ut ut sit, o Domine, mihi summi beneficii loco erit, si meus ille* Ismaël vivat coram te, *si gratus ille tibi sit seque tuo favore præsidioque non indignum præstet, quod et enixissime exopto ;* utinam *ergo* Ismaël vivat coram te ! *Quid ad hæc tam pia* Abrahami *sensa votaque responderit Deus,* ℣. 19 *et duobus seqq. ita Moyses exponit :* Et ait Deus ad Abraham : Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen ejus Isaac, et constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, et semini ejus post eum. Super Ismaël quoque exaudivi te. Ecce, benedicam ei, et augebo et multiplicabo eum valde : duodecim duces generabit, et faciam illum in gentem magnam. Pactum vero meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. D

*eo nimirum modo, qui hic exponitur.*

347 *Nunc paucis recitata verba illustremus. Cum* ℣. 19 *ait Deus ad* Abraham : Sara uxor tua pariet tibi filium, *seu, ut Hebraice expressius et significantius est ;* Vere *vel* profecto, Sara pariet tibi filium, *confirmat Deus, quæ* ℣. 16 *de Sara promiserat, ostenditque* Abrahæ, *verba hæc :* Ex illa tibi dabo filium, *non mystice, aut parabolice, sed litterali obvioque sensu intelligenda esse, vereque adeo ex illa, ut ut jam effœta sterilique antea muliere, ex qua, spectato naturæ cursu, minime exspectanda proles erat, sublatis naturæ impedimentis, nasciturum stato tempore esse filium, quem nomine* Isaac, *quod* risum *sonat, vocari præcipit, non quod Sara postea riserit, nec quod, uti vult Clericus, promissa Dei* Abraham *risisset, sed quod ad tam lætum nuntium tantique beneficii novitatem reverenter prostratus in faciem suam, summo cum gaudio hilarique risu divina excepisset promissa.* E *Cum vero mox subdidisset Deus, fore, ut constitueret pactum suum Isaaco in fœdus sempiternum et semini ejus post eum, indeque* Abraham, *ut amor plena solliciti timoris res est, timere posset, ne Ismaël, translatis ab eo in Isaacum divinis benedictionibus, ex votis suis vel diu non viveret vel non prosperaret, continuo spondet ei Deus, Ismaëlem quoque divini favoris, ut optaverat* Abraham, *participem fore, habiturumque numerosissimam sobolem, in duodecim tribus populosissimas dividendam, quibus totidem præerunt ex eadem stirpe principes, uti reipsa factum esse in Ismaëlitarum seu Arabum duodecim phylarchiis, testes sunt Strabo aliique scriptores. Verumtamen, quod ad pactum a Deo cum* Abrahamo *initum spectat, repetit confirmatque Deus, illud non in Ismaële ejusve posteris, sed in Isaaco, quem Sara sequenti anno paritura erat, in ejusque posteris suo esse tempore adimplendum.*

*nec sine piis animi sensibus ; tametsi quidam*

348 *His itaque, quæ Moyses cit. cap.* ℣. 1 *et seqq. retulit, prolatis a Deo verbis, seu, uti idem sacer Scriptor* ℣. 22 *ait,* cumque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abraham, *speciesque, sub qua Dei locum tenens angelus latuerat, altiora sensim petens, videri tandem* Abrahamo *desiit. Quam dulces, quam pii ex tam magnificis promissis tunc Viro sancto* F *exorti fuerint sensus, haud facile quis mente assequetur, nedum verbis exprimet. Ex ipsius tamen mox subsecuto facto intelligimus, ardentissimum Deo parendi desiderium non infimum inter eos locum habuisse, indeque effectum esse, ut, tametsi Deus exsequendo circumcisionis præcepto tempus non præstituerat, ipse tamen illud sine mora implere studuerit reque etiam ipsa statim implerit. quemadmodum* ℣. 23 *et seqq. refertur. Verum priusquam eo progrediamur, postulat locus, ut datam supra num.* 346 *fidem liberemus, Virumque justum, dum in corde suo risit ac recensita* ℣. 17 *verba protulit, ab omni incredulitatis irreverentiæque vitio vindicemus. Qui eum hic ejusmodi defectus reum agere volunt, ita fere, uti Pererius notat, argumentantur : Non credidisse* Abrahamum, *uti oportebat, divinæ promissioni, aperte videntur ostendere ipsamet versus* 17 *verba. Id enim, inquiunt, significat illud :* Et risit, dicens in corde suo : Putasne centenario nascetur filius ? *Quasi promissum illud Dei, non modo non*

A *non esset credibile, verum tamquam joculare quiddam et risu magis, quam fide dignum, accipiendum esset.*

*illum in hoc facto incredulitatis*

349 *Subdunt autem, illud vehementius declarari hisce* Abrahami *verbis* : Utinam Ismaël vivat coram te ; *quod ipsorum judicio perinde est, ac si diceret ; Satis voto meo superque fuerit, si, quem dedisti mihi Ismaëlem, eum serves fortunesque : nam ex Sara prolem, quia nullo modo sperare possum, nec opto nec peto. Ne autem* Abrahami *censores videantur temere verba ejus præfato sensu exposuisse, in suæ causæ patrocinium vocant citatam num.* 72 *Homiliam sextam de Pœnitentia, quam Chrysostomo adjudicant, ubi sub finem ejus auctor ita loquitur* : Permisit Deus, viros justos, proprium penes arbitrium humanis erroribus incurvari : non ipse quidem ad peccandum eos impellens. sed arbitrio quemque suo permittens, sinensque secundum proprium nutum ambulare. Sic itaque infidelitate sanctus peccavit Abraham ; et propterea pœnam non effugit a Deo, ut serviret ejus semen quadringentis annis. *Huic testimonio adjungunt S. Hieronymi verba lib.* 3 *Dialogi adversus Pelagianos,*

B *quæ tom.* 4 *editionis anni* 1706 *parte* 2, *col.* 541 *ita se habent* : Quamvis aliquis patriarcha sit, quamvis propheta, quamvis Apostolus, dicitur eis a Domino Salvatore : « Si vos cum sitis « mali, scitis bona dare filiis vestris : quanto « magis Pater vester, qui in cœlis est, dabit bo« na petentibus se ? »

*et irreverentis in Deum risus arguant,*

350 Denique et Abraham, cui dictum est : « Esto sine querela et sine macula, » conscientia fragilitatis suæ cecidit pronus in terram. Quumque loquutus esset ei Deus : « Sarai uxor « tua non vocabitur ultra Sarai ; sed Sara erit « nomen ejus : et dabo tibi ex ea filium, et « benedicam ei, et erit in gentes, et reges gen« tium ex ipso erunt, » statim infertur : « Ce« cidit Abraham in faciem suam, risitque et di« xit in mente sua : Si centenario nascetur fi« lius, et si Sara nonaginta annorum pariet? Di« xitque Abraham ad Deum : Ismaël vivat in « conspectu tuo. Cui respondit Deus : Etiam. Ec« ce Sara uxor tua pariet tibi filium, et vocabis « nomen ejus Isaac » et reliqua. Certe audierat a Deo : « Ego sum Deus tuus, placeto in con« spectu meo, et esto sine macula ; » quare non

C credidit quod Deus repromisit, sed risit in corde, putans se celare Deum, et aperte ridere non audens ? Denique causas incredulitatis exponens dicit in corde suo ; Quomodo potest fieri, ut centenarius de nonagenaria uxore pariat filium? « Vivat » inquit, « Ismaël in conspectu tuo, » quem semel dedisti. Difficilia non quæro, contentus sum beneficio, quod accepi. Quem occulta responsione arguens Deus, ait : Etiam. « Et est sensus : Fiet, quod existimas non futurum. Sara uxor tua pariet tibi filium : et antequam ista concipiat, prius quam ille nascatur, puero nomen imponam. Ex errore enim tuo, quo risisti tacitus, filius tuus Isaac, risus nomen accipiet. *Quo quid clarius, inquiunt illi, dici in subjecta materia potest ?*

*quibus auctoritas Apostoli fidem illius dilucide demonstrans,*

351 *Verumenimvero, cum tam adductæ jam mox ab adversariis verborum* Abrahæ *interpretationi, quam binis modo recitatis testimoniis disertius S. Pauli testimonium refragetur, quo nempe is in sua ad Romanos Epistola cap.* 4 Abrahami *in hoc facto egregiam fidem laudat, eumque* ℣. 19 *et* 20 non infirmatum fide *fuisse*, nec considerasse corpus suum emortuum, .... et emortuam vulvam Saræ... *nec* in repromissione... Dei..., hæsitasse diffidentia, *affirmat ; profecto consectarium fit, ut, quæ cum hoc S. Pauli oraculo conciliari nequit verborum* Abrahæ *interpretatio, non secus ac eidem oraculo dissona testimonia omnem illico vim amittant. Nec est, cur quis opponat, divinum hoc fidei* Abrahæ *elogium non ad hoc, quo de quæstio hic est, factum spectare, sed ad eam fidem, quam is habuit multis ante annis promittenti Deo multiplicationem seminis ejus instar stellarum, de qua et scriptum est illud :* Credidit Abram Deo et reputatum est illi ad justitiam : *Nam, cum S. Paulus cit. cap.* ℣. 19 *expresse dicat*, Abrahamum *tunc* fere centum annorum *fuisse, cum egregium illud, quod laudat, fidei suæ specimen dedit, aperte ostendit, se de facto* Abrahæ, *cap.* 17 *Genes. relato, sermonem habere, ac proin, cum asserat,* Abrahamum *tunc non fuisse infirmatum fide nec diffidentia hæsitasse, palam quoque facit, risum illum verbaque illa* Putasne centenario nascetur filius *nequaquam fuisse hominis Deo increduli aut diffidentis, nedum irridentis divina promissa, contra ac adversarii contendunt.*

AUCTORE J. G.

E

*et ratio non una merito opponitur, contra quas nihil prorsus evincunt*

352 *Adhæc, præterquam quod verisimile non sit, Deum tali puero, quocum pactum suum statuere decreverat, a vitiosa patris subsannatione impositurum nomen fuisse, addi cum Pererio potest, non videri, cur, si* Abrahæ *risus verbaque supra relata ex incredulitate diffidentiave processissent, non ipse, æque ac Sara uxor, increpitus a Deo fuerit, aut cur non itidem reprehensus fuerit, ac Zacharias, qui non credens angelo, generationem filii ex sterili uxore similiter nuncianti, ob id non solum reprehensione correptus, sed et loquelæ usu privatus fuit. Quod autem ad laudata ab adversariis testimonia attinet, respondeo, ut jam ante num.* 72 *ostendi, primum ex eis non S. Chrysostomo, sed, nescio cui, haud satis perito scriptori tribuendum esse, nec solide quidquam ex eo adversus egregiam* Abrahami *fidem evinci posse. Tantumdem, salva, quæ S. Hieronymo debetur, reverentia, de secundo testimonio pronunciare non vereor, cum ipsemet lib.* 1 *Dialogi adversus Pelagianos col.* 505 *de* Abrahamo *et Sara ita locutus sit :* Non ex eo, quod risere, diffidentiæ condemnantur, sed ex eo quod postea crediderunt, justitiæ palmam

F acceperunt, *ut adeo, quæ S. Hieronymus lib.* 3 *ejusdem Dialogi adversus promptam* Abrahæ *fidem retulit, ut disputantis potius, quam asserentis, verba spectari queant.*

*adducta ab adversariis testimonia, utpote etiam S. Ambrosii*

353 *At vero demus, S. Hieronymum de hoc* Abrahami *facto sequius existimasse, nec quidquam in eo, unde ejus fidem extolleret, invenisse sibi visum esse ; profecto non hinc consequens fieret, ut illius potius, quam S. Pauli verbis multorumque Sanctorum Patrum testimoniis hic nobis standum ; ex quibus pauca hæc pro multis sunto ; et primo quidem illud S. Ambrosii, lib.* 1 *de* Abraham *cap.* 4 *col.* 294 *ita de hoc facto loquentis :* Quod autem promisso ex ea *(Sara)* filio, risit Abraham non incredulitatis, sed exultationis indicium fuit. Denique procidit in faciem, qui adoravit et credidit, et adjecit : « Si mihi cen« tum annorum nescetur filius, et si Sara nona« ginta annorum pariet. Et dixit : Ismaël hic vi« vat in conspectu tuo. » Non est incredulus in promissis, nec avarus in votis. Hoc est, non dubito, quod facias, ut et centum annorum seni dones

AUCTORE J. G

dones filium, et naturæ auctor naturæ metas relaxes. *Audi et Augustinum, in Quæstionibus in Genesim tom.* 3, *parte* 1 *col.* 388, *in Geneseos cap.* 18 ℣. 13, *quo Sara risisse narratur, disserentem* : Quæritur, *inquit,* quare istam *( Saram )* redarguat Dominus, cum et Abraham riserit, nisi quia illius risus admirationis et lætitiæ fuit, Saræ autem dubitationis; et ab illo hoc dijudicari potuit, qui corda hominum novit.

*et S. Augustini auctoritati contraria ; nedum obsunt jam ante a nobis dicta.*

354 *Et rursum tom.* 7 *lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 26 *col.* 439 : Risus Abrahæ exsultatio est gratulantis, non irrisio diffidentis. Verba quoque ejus illa in animo suo. « Si mihi centum annos habenti nascetur filius, et si Sarra annorum nonaginta pariet, » non sunt dubitantis sed admirantis. *Ast, inquies, non ipsi num.* 346 *nonnullam in* Abrahamo *hæsitationem diffidentiamque admisimus, cum eum ita loquentem stitimus :* Ast an non forte ego fallor *etc., quæ videsis. Verum respondeo, nos hisce verbis positivam aliquam in eo hæsitationem adstruere non voluisse, nedum talem, quæ sufficientem verborum Dei promittentis declarationem aut subsecuta aut comitata est, quæque adeo fidei contraria fuisset, sed* B *obortam cum summa lætitia et admiratione curiositatem, sollicitudinemve aliquam, an nempe intentus a Deo verborum promissionis sensus re ipsa talis esset, qualem esse,* Abraham *optabat sibique blandiebatur; quæ sane prævia curiositas, seu sollicitudo, perfectioni subsequentis actus fidei de objecto, tunc solum sufficienter revelato, nequaquam officit, neque* Abrahamum *aliquandiu imbecillem fide aut erga Deum irreverentem fuisse, vel tantillum arguit.*

*Præceptam sibi suisque circumcisionem Abrahamus*

355 *Hisce modo expeditis, ad insigne obedientiæ* Abrahami *documentum progredior, quod verbis his* ℣. 23 *et seqq. sacer Scriptor enarrat :* Tulit autem Abraham Ismaël filium suum, et omnes vernaculos domus suæ : universosque, quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ : et circumcidit carnem præputii eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta et novem erat annorum, quando circumcidit carnem præputii sui. Et Ismaël filius tredecim annos impleverat tempore circumcisionis suæ. Eodem die circumcisus est Abraham et Ismael filius ejus. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quam emptitii C et alienigenæ, pariter circumcisi sunt. *Hactenus Moyses, verbis illis caput decimum septimum Geneseos concludens, circa quæ nonnulla hic discutienda supersunt.*

*eodem die ex nostrate computandi dies more*

356 *Et de die quidem, quo suos omnes masculini sexus domesticos seque ipse* Abraham *circumciderit, moveri hæc quæstio potest, an etiam ex nostræ patriæ computandi more eadem die seu luce, an vero eodem dumtaxat die, Hebraico more, seu ab una ad alteram vesperam computato, divina illa apparitio et subsecuta circumcisio statuenda sit. Posteriorem hanc sententiam tuetur Joannes Clericus, ac per hæc verba Moysis* in ipsa die *diem posterum ex nostro dies computandi more intelligi debere, contendit; verum mihi multo verisimilius est, divinam apparitionem inter et circumcisionis initium non integram noctem, imo nec notabilem noctis partem fluxisse mediam, ac proin non* postridie *apparitionis, sed eadem die seu luce tam apparitionem, quam circumcisionem peractam fuisse. Etenim, cum Moyses non tantum* in ipsa die *apparitionis universos* Abrahæ *domesticos circumcisos affirmet, sed et* statim in ipsa die *id effectum ab* Abrahamo, *diserte narret; hocce loquendi modo,* D *noctem integram ac vel notabilem ejus partem, quam Clericus citatus mediam statuit, omnino excludere se voluisse, ostendit, ac vel ex eo etiam, quod sub vesperam vel noctis tempore apparitionem divinam subsecutumque cum* Abrahamo *sermonem contigisse, nullo plane indicio innuat.*

*executione mandat,*

357 *Ego igitur, ita rem totam sese habuisse, opinor : Cum* Abraham *haud dubie pro more suo ad Dominum Deum suum de luce vigilaret, ac jam forte matutinum in erecto a se altari sacrificium Deo obtulisset, ecce Angelus Domini se ei, nihil tale opinanti, conspiciendum præbet, et in eo, de quo sat fuse supra egimus, sermone circumcisionem, tamquam perpetuum initi cum eo fœderis signum stabilemque conditionem, tam ei, quam domesticis masculis, posterisque omnibus præscribit. Hanc Vir sanctus legem conditionemque ultro lubensque accipit, nec mora; mox ut ex oculis suis Dei locum tenens angelus evanuit, Ismaëlem filium domesticosque omnes in unum locum cogit, legem sibi a Deo traditam initique pacti conditionem omnibus promulgat; cumque eos ad unum omnes, non secus atque ipse erat,* E *ad Dei nutum intentissimos experiretur, nihil prius habet, quam ut divina jussa in eis necnon in se ipso e vestigio exequatur, seu, uti Moyses fere loquitur, carnem præputii eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus, circumcidat, idemque in suo corpore exsequatur. Quæ omnia an non multo majorem veri speciem, quam Clerici narratio, præ se ferant, lectori judicandum relinquo.*

*et propria quidem, uti videtur, manu,*

358 *Num autem* Abrahamus *Ismaëlem, domesticos omnes seque ipse propria sua manu, an vero suo tantum imperio ac per designatos ad id a se ministros periliores circumciderit, pari nempe fere modo, quo Josue (de quo videsis librum Josue cap.* 5 ℣. 3*) filios Ismaël in colle Præputiorum circumcidisse videtur, non omnes consentiunt eruditi interpretes; cum tamen, si rem totam mature expendamus, nihil obstare videatur, quo minus hæc Vir sanctus eadem die seu luce per se ipse exsequi potuerit, solamque vulneris obducendi curam ministris aliquot reliquerit, nihil causæ video, cur Vulgatæ nostræ, quibus et textus Hebraïcus et septuaginta Interpretum versio et Chaldaïca Paraphrasis consonant, expressa* ℣. 23 *et* 24 *verba alio, quam prorsus litterali obvioque sensu, intelligi debeant, unusque adeo* Abraham *circumcisionis, a Deo sibi suisque præscriptæ, minister exstitisse statuatur.* F

*non anno, ut vult Salianus, centesimo vitæ suæ,*

359 *Redit jam suo loco, quæ ante obiter ex occasione mota fuit, controversia de ætate* Abrahæ, *seu determinato ætatis anno, quo suscepta ab eo est circumcisio. Salianus supra sæpe laudatus, ut alios multos ei consentientes præteream hanc anno* Abrahæ *centesimo illigat, suamque hisce verbis sententiam ad annum mundi* 2138 *num.* 2 *stabilire nititur.* Videmur, *inquit,* repugnare Scripturæ dicenti, hæc contigisse « Postquam « Abraham nonaginta et novem annorum esse « cœperat. » Verum hac Phrasi nihil nobis repugnat Scriptura, nisi velimus eam secum pugnare, quæ mox Abrahamum centenarium vocat, quod proprie et exacte loquendo, non nisi illi convenit, qui nonaginta novem annos expleverit, et centesimum sit ingressus; exacte autem hic loqui Scripturam in numeris patet, cum non rotundos, ut vocant, numeros per decades persequatur, sed fractos per unitates infra decades; id

A id est, non articulos solum numerorum, sed digitos etiam subtilius recenset; hinc est, quod paulo ante octoginta sex annos retulit, et hoc loco nonaginta novem; et infra tredecim.

*sed nonagesimo nono*

360 *Ita ille, contendens nempe, hæc sacri Scriptoris verba:* Postquam Abraham nonaginta et novem annorum esse cœperat, *de totidem* Abrahami *annis, omni sui parte expletis, imo ad dies aliquot anni ejus centesimi excretis, necessario intelligenda esse. Verum enimvero quam exiguo, imo nullo fundamento id Salianus ejusque sequaces adstruant, in hunc modum ostendo. Dum Scriptura sacra Genes. cap.* 7 ℣. 6 *de Noë ita loquitur:* Eratque SEXCENTORUM ANNORUM, quando diluvii aquæ inundaverunt super terram, *ac rursus, ut alia mittam exempla, dum de puero Joas lib.* 4 *Reg. cap.* XI ℣. 21 *ita refert:* SEPTEMQUE ANNORUM ERAT JOAS, cum regnare cœpisset, *tantum abest, ut annos Noë sexcentos, septemque annos regis Joas tunc ex omni sui parte completos, seu diebus aliquot an-*

B *ni sexcentesimi primi vitæ Noë, aut anni octavi Joas ampliatos fuisse, indicet; ut contra Gen. cap.* 7 ℣. XI *currente adhuc* anno sexcentesimo vitæ Noë *ruptos omnes fontes abyssi magnæ et cataractas cœli apertas, ac cit. lib.* 4 *Reg. cap.* XI ℣. 4 *in cursu quoque existente* anno septimo *Joas, eum per Jöida constitutum regem fuisse, diserte tradat. Quæ cum inficiari nequeant adversarii, fateantur quoque necesse est, per hæc sacræ Scripturæ verba* Postquam *(Abraham)* NONAGINTA ET NOVEM ANNORUM ESSE CÆPERAT, apparuit ei Dominus *etc, non annos* Abrahæ *nonaginta novem completos, nedum centesimum ejus annum jam inchoatum designari.*

*adhuc currente, quid quid hic*

361 *Et vero, nisi adversarii, Moysen dedita opera, ut obscurus esset, a communi receptoque loquendi more in designandis factorum epochis recessisse, dicant, haud satis ego capio, qua ratione ipsi per hæc ejus verba* Postquam nonaginta et novem annorum ESSE CÆPERAT, *non currentem* Abrahæ *annum nonagesimum nonum, sed centesimum inchoatum, a Moyse designatum fuisse, contendere queant. Quod autem hæc* Abrahami *verba* Putasne centenario nascetur filius? Et Sara nonagenaria pariet? *nequaquam pugnent cum statuta a nobis epocha, anno nempe* Abrahæ *nonagesimo nono, necdum omni ex par-*

C *te completo, vel hinc, quidquid obstrepant adversarii, sat luculente patet, quod, dato tantisper, voluisse* Abrahamum *in suo cum Dei angelo sermone chronographum agere scrupulosum, (quod tamen veri simile prorsus non est) nondum tamen ex citatis ejus verbis consequens fieret, ut divina illa apparitio paulo post anni ejus centesimi initium figi deberet, quandoquidem illa* Abrahæ *verba, durante apparitione divina prolata, non ad tempus promissionis sibi factæ, et, quod amplius est, non ad promissi filii in materno utero conceptum, sed ad subsecuturum post novem a conceptu menses ejusdem filii ortum, seu Saræ partum respiciunt, quæ in nostra quoque sententia, et, uti Moyses cap.* 21 ℣. 5 *narrat, revera contigerunt,* cum *(Patriarcha noster)* centum esset annorum.

*idem Salianus contradicat,*

362 *Sed cetera modo Saliani ejusque sequacium argumenta audiamus.* Dicitur, *inquit cit. loco,* circumcisus Ismaël, cum tredecim annos implevisset; atqui non potuit implesse tredecim annos, nisi pater nonaginta novem implevisset, cum primus illius concurrat cum octogesimo septimo patris sui, ut supra diximus. Deinde, qui aliter sentiunt, non videntur animadvertere, magnum esse discrimen inter INCIPERE NONAGINTA NOVEM ANNOS, et INCIPERE ESSE NONAGINTA NOVEM ANNORUM, prior enim phrasis ultimum annum inchoatum, posterior absolutum ponit. Denique nullam vim facere voluit divus Hieronymus in verbo CÆPERAT, cum in Hebræo tantum habeatur.: „ Et fuit Abraham filius nonaginta an- „ norum et novem annorum, „ sive, ut habet Tigurina apud Vatablum, „ cum Abraham na- „ tus jam esset annos nonaginta novem: „ Cui Græca et Chaldæa consentiunt. Postremo, si Isaac anno nonagesimo nono patris sui genitus est, ergo centesimus Abrahæ erit primus Isaaci, et centesimus primus patris erit secundus filii et ita deinceps, quod est contra communem Chronologorum dispositionem. *Tandem post pauca ita fere concludit: Cum Scriptura eo ipso loco, quo promittitur Isaacus, eum sequenti anno nasciturum dicat; ergo natus est Isaac anno patris centesimo primo circiter inchoante; atque ita centesimus primus* Abrahæ *est primus Isaaci.*

AUCTORE J. G.

E *cujus argumentis*

363 *Sed et hæc quoque expendamus. Quod ad Ismaëlis, dum circumcisus est, annum tertium decimum attinet, respondeo, hunc annum non minus in nostra, quam in adversariorum sententia posse completum ostendi, ex eo nimirum, quod, uti supra ostendimus, natus ille sit anno patris sui octogesimo sexto, decem vel undecim mensibus provecto, circumcisio autem facta sit, cum annus* Abrahæ *nonagesimus nonus in cursu quidem adhuc esset, at tamen ad finem vergeret, minusque, quam gemino, aut uno mense integro, ab exitu abesset. Quæ hisce Salianus subdit, leviora sunt, quam ut multis confutentur. Suffecerit ergo reposuisse, allegatum ab eo duarum phrasium discrimen inter dialecticas cavillationes locum habere posse, at non inter historicas phrases usitatosque in Scriptura sacra loquendi modos, quæ, ut exemplo uno dicta confirmem, multo majore jure censenda esset, annum regis Joas septimum adhuc currentem indicasse, si dixisset:* Postquam Joas septem annorum ESSE CÆPERAT, *quam dum simpliciter ita loquitur:* SEPTEMQUE ANNORUM ERAT Joas, cum regnare cœpisset.

F *hic omnino fit satis.*

364 *Nec est, cur dicat Salianus, S. Hieronymum vim nullam facere voluisse in verbo* cœperat, *cum in Hebræo tantum habeatur:* Et fuit Abraham filius nonaginta annorum et novem annorum; *nam, si quid hic valeat hæc ejus ratio, valebit etiam in eo, quod ipse de Ismaëlis ætate conficit, argumento, qui similiter* filius tredecim annorum *in Hebræo vocatur, ex qua phrasi, si sibi Salianus constet, consectarium facere non potest, ut tredecim Ismaëlis anni pro omnino completis haberi debeant. Vel utroque igitur Vulgatæ loco hic standum est, vel solida assignanda est ratio, cur potius de Ismaële τὸ* impleverat *cap.* 17 ℣. 25, *quam de* Abrahamo τὸ cœperat ℣. 1, *in sensu obvio intelligendum sit. Denique, quod ad Saliani conclusionem spectat, respondeo, hanc, ut vulgo loquuntur, falso niti supposito, nec nos Isaacum anno patris sui nonagesimo nono natum statuere, ast contra tunc mere ab angelo promissum, nec certe antea natum, quam* Abraham *centesimum vitæ suæ annum jam octo circiter aut pluribus mensibus inchoasset. Quæ quidem ordinandæ chronotaxis ra-*

AUCTORE J. G.

*tio Scripturæ verbis, et Eusebii aliorumque Chronicis, quæ Isaaci ortum anno patris centesimo illigant, multo conformior, quam illa est, quæ inchoato jam* Abrahæ *anno centesimo primo uxoris ejus partum filiive Isaaci ortum innectit.*

## § XX. Abrahamus tres angelos sub viatorum forma latentes hospitio excipit : ab uno ex his de nascituro sibi intra annum filio, ac de instanti Pentapolis pernicie certior fit : hanc deprecari nititur.

*Abraham tres viatores quos angelos esse, tunc ignorabat,*

*Jam ab inditæ sibi circumcisionis vulnere convaluerat* Abraham *atque in ostio tabernaculi sui, quod jam pridem in convalle Mambre fixerat, meridiano sedebat tempore, viatorum explorans adventum solliciteque prospiciens, ne*
B *qui illac transirent, erga quos non prius hospitalitatis exercuisset officium; cum ecce Dominus, non ipse filius Dei, contra ac quidam contenderunt, sed Dei locum tenens angelus sese ei subito conspiciendum dedit, sic tamen, ut non statim aut ipsum, viatoris specie velatum, aut binos comites sub eadem forma latentes angelos* Abrahamus *ut tales agnoverit. Hos ergo ut primum vidit Vir sanctus, ratus, peregrinos juvenes esse, festinat illis occurrere, et inflexo ad terram corpore, comiter eos salutat, mox illum, qui præ aliis honoratior videbatur, impense rogat, ut, si qua sibi apud eum est gratia, ne suum sic tentorium prætereat, jussurum se afferri aquam, qua lassitudinis refocillandæ pulverisque abstergendi gratia eorum omnium pedes laventur, dum sub vicinæ arboris umbra quiescunt, sine mora paratum iri prandium, quo refecti, iter suum prosequantur; haud dubie ita singulari Dei providentia factum esse dictitans, ut ea hora iter illac haberent, qua hospitalitatis suæ participes effici suaque vicissim præsentia suum hospitem beare possent. Illi, comitate hominis adeo benevoli se lubenter usuros, respondent, ac sub arbore, tentorio vicina, conquiescunt.*

C *hospitio convivioque*

366 *Tam conspicuorum hospitum obsequentia lætus* Abraham, *dum hi sibi sinunt lavari pedes, ipse in tabernaculum ad Saram convolat, eique, ut ex farinæ selectissimæ satis, seu mensuris tribus, ad hospitum prandium, vel etiam, si cuperent, ad eorum viaticum, subcinericios panes, in obtecta nempe chytropode subjectis ac superjectis prunis calidisque cineribus, deproperet, sollicite injungit. Ipse interea temporis citato gressu ad proximum armentum se confert, vitulum inde tenerrimum optimumque desumpturus, quem peritissimus e suis famulus coquat. Paratam, quam potuit fieri citissime, vitulinam, addito butyro et lacte, hospitibus apponit, stans ipse prandii eorum tempore humanitatis et officii gratia, imo quasi eorum famulus, summoque sibi honori ducens, quod præsentibus, quos tamen necdum Dei angelos norat, vice servi ministraret ac solaretur itineris eorum laborem, uti fere S. Chrysostomus Homil.* 41 *in Genesim pag.* 420 *loquitur. Sed ipsa, ut æquum est, sacri Historiographi verba modo etiam audiamus.*

367 *Ita igitur Moyses Genes. cap.* 18 ℣. 1 *et* 7 *seqq.* : Apparuit autem ei *(Abrahamo nempe)* Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum : quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, et adoravit in terram (*civili nempe adoratione seu honore eos prosequens.*) Et dixit : Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum : sed afferam pauxillum aquæ, et lavate pedes vestros, et requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, et confortate cor vestrum, postea transibitis : idcirco enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt : Fac, ut locutus es. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei : Accelera, tria sata similæ commisce et fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum, deditque puero : qui festinavit et coxit illum. Tulit quoque butyrum et lac, et vitulum, quem coxerat (*suo nimirum imperio servique opera,*) et posuit coram eis : ipse vero stabat juxta eos sub arbore. *Hactenus sacer Scriptor.* *in Valle Mambre capit,*

E *et de nascituro ex Sara intra annum filio*

368 *Illi igitur, finito prandio, non quo revera cibos in assumpti corporis substantiam converterant, sed tantum comedisse visi erant, jam vicem sui Hospitis benignitati relaturi, officioso verbo vultuque hilari, abs illo, ubi Sara uxor sit, scisciantur. Respondenti* Abrahamo, *eam prope in tabernaculo adesse, mox angelus, qui ceteris spectabilior erat, se intra annum hoc ipso tempore ad eum reversurum spondet, tuncque Saram habituram esse filium. Nil poterat Viro sancto ejusque conjugi gratius blandiusque promitti; at illa, tum quod forte de postrema suo Viro facta promissione necdum esset reddita certior, tum maxime quod suos hospites pro urbanis festivisque hominibus, minime vero pro divinis nuntiis haberet, occulto risu hæc angeli verba excepit, apud se dicens : Egone, modo tam vetula, quæ jam pridem maritali complexu abstinui, nunc rursus cum viro adeo grandævo voluptati operam dabo? Et credam, ex hac nostra conjunctione nasciturum ex me filium, postquam tam diu mihi menstrua fluere desierunt? Hæc profecto risu potius quam prudenti fide digna sunt.*

F *occultoque Saræ risu, ob quem illa reprehenditur,*

369 *Jurasset Sara, hæc sui animi sensa occultumque risum suis hospitibus prorsus latere, at errorem mox dedocta fuit, cum angelum, qui primarias Dei vices agere videbatur, ita marito suo loquentem audivit : Quare risit Sara, seque intra annum parituram non credit? Eum quidquam est, quod divinam superet potentiam? Tu rectius, o* Abraham, *dictis fidem habere perge, et ego sancte polliceor confirmoque, reversurum me ad te hoc eodem tempore ex condicto esse, tuncque Saram habituram esse filium. Hæc audiens Sara seque deprehensam videns, non potuit non verecundia et timore affici, præsertim cum, uti videtur, a marito suo evocata, in hospitum conspectum venisset, et quamdam supra humanam vultus majestatem in iis intueri sibi visa esset; turbata igitur animo, negavit se risisse, rata se ita tegere id posse, cujus jam eam pudebat; at hoc illius mendaciunculum paucis redarguit angelus, seque ejus intima penetrasse et occulta novisse, non obscure ostendit. Denique, confirmata, uti credibile est, in fide Sara, de mensa surgit cum binis sociis, aclisque de exhibito hospitalitatis officio*

A *officio gratiis, Sodomam versus cum suis iter converbit.*

*divinitus redditur certior,*

370 *Habe rursus, quæ huc spectant, ipsamet Moysis verba a* ℣. 9 *usque ad* 16 : Cumque comedissent *(divini nuncii,)* dixerunt ad eum : Ubi est Sara uxor tua? Ille respondit : Ecce, in tabernaculo est. Cui dixit : Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite, et habebit filium Sara uxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes prævectæque ætatis, et desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occulte dicens : Postquam consenui, et dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abraham : Quare risit Sara, dicens : Num vere paritura sum anus? Numquid Deo quidquam est difficile? Juxta condictum revertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, et habebit Sara filium. Negavit Sara, dicens : Non risi : timore perterrita. Dominus autem : Non est, inquit, ita : sed risisti. Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos suos contra Sodomam : et Abraham simul gradiebatur, deducens eos.

B *dein abeuntes hospites aliquandiu comitatus*

371 *Crediderim, non tam ex mera urbanitate abeuntes hospites comitatum fuisse, quam debiti eis, quos angelos humana specie velatos jam norat, persolvendi honoris studio, imo et ex iis quidquam, quod vel sibi vel posteris suis utile foret, discendi desiderio. Ut ut sit, equidem rei jam mox referendæ series satis dilucide ostendit, non sine Dei, omnia provide disponentis, nutu contigisse, ut se iis* Abraham *aliquantulum adjunxerit comitem. Etenim non multos admodum passus jam simul processerant, cum idem ille angelus, qui primarias Dei vices agere videbatur, haud dubium audiente Viro sancto, ac forte non ad solos angelos viæ comites, sed et ad ipsum dirigens sermonem suum, ita loqui cœpit :* Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum : cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, et benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? Scio enim, quod præcepturus sit filiis suis et domui suæ post se, ut custodiant viam Domini et faciant judicium et justitiam : ut adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus est ad eum.

C *ex uno horum intelligit Pentapolitarum nequitiam*

372 *Quæ perinde se habent, acsi diceret angelus : Num æquum est, ut singulari amico Dei, jam inde multo altiorum Dei consiliorum conscio, non aperiam ego illud, quod exsecuturus modo sum? Num, inquam, fas est, ut notandum Dei judicium in* Abrahami *vicinia exerceam clam ipso, qui destinatus a Deo est, ut si numerosissimæ potentissimæque gentis pater, ex quo Messias, omnis benedictionis auctor et origo, stato tempore ortum ducet? Num denique illud non indicabo homini, quem novi non solum eximie pium religiosumque erga Deum esse, sed et summam bene instituendæ familiæ curam gerere solliciteque daturum operam, ut et domestici et posteri veræ justitiæ officia in Deum proximumque exerceant, quo sic impleantur quæcumque et divinitus promissa fuerunt? Audiat ergo et intelligat* Abraham, *quæ et suis narret, ut supremum Numen semper timere discant* : Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam, et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.

373 *Et hac quidem antropopathia indicavit angelus, summam fuisse Sodomæorum et Gomorrhæorum præ ceteris Pentapolitis infamiam, talemque, ut, si huic par esset nequitia, dissimulari hæc diutius a Deo nequiret, nec diutius protelari vindicta; quapropter in campestrem Pentapoleos regionem descensurum se mox esse, ut, an nequitiæ eorum gravitas eo usque, uti fama ferebat, processerit, reque vera ad cumulum pervenerit, dispicere per se ipse queat; atque adeo, si ita est, justissima in eos animadversione utatur. Non ambigendum videtur, quin* Abraham, *Dei angelum, qui cordis intima se nosse ostenderat, publica Pentapolitarum notissimaque crimina satis quoque perspecta habuisse, probe intellexerit, eumque adeo eo fine de Sodomæorum ac Gomorrhæorum nequitia quasi dubitantis in modum et mutuatis a judicum mortalium more dictionibus locutum sibi fuisse, quam ut faceret palam, quam tardo sæpe gradu divina ira ad peccatorum vindictam procedat, ac quam terribili contra supplicii gravitate diuturnam compenset patientiam. Cum ergo Vir pius, hoc audito Dei consilio, binos cerneret angelos Sodomam versus se convertere, nec dubitaret, eos divini judicii, ni ipse supplicium deprecari posset, exsecutores fore, propius ad eum, quem ex signis primarium Dei ministrum norat, venerabundus accessit, utque in Loti, sui fratris filii, et aliorum aliquot, quos ibidem degere putabat, justorum gratiam, multitudini parceret, impense rogitare orsus est.*

AUCTORE J. G.

*lisque imminens excidium,*

E

374 *Sed hæc rursus ipsamque primam* Abrahami *orationem ex ipso Moyse intelligamus. Ita ille eod. cap* 18. Converteruntque se inde *(duo angeli)* et abierunt Sodomam : Abraham vero adhuc stabat coram Domino. Et appropinquans ait : Numquid perdes justum cum impio? Si fuerint quinquaginta justi in civitate, peribunt simul? Et non parces loco illi propter quinquaginta justos, si fuerint in eo? Absit a te, ut rem hanc facias, et occidas justum cum impio, fiatque justus sicut impius, non est hoc tuum : qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc. *Insinuat igitur* Abraham, *credere se, divinum de perdendis Sodomæis decretum absolutum non esse, eosque inter posse viros aliquot justos præter Lot ejusque familiares inveniri, in quorum gratiam justitiæ rigorem moderari Deus adhuc vellet; hinc de divina justitia et æquitate, quæ pios æque ac impios non plectit, in bonitate sentiens, submisse sciscitatur, an non Deus, si quinquaginta justi intra civitatem existerent, toti loco parciturus esset. Quid ad hanc Viri sancti postulationem responderit Dominus seu Dei locum tenens angelus, his verbis Moyses enarrat :* Dixitque Dominus ad eum : Si invenero Sodomis quinquaginta justos in medio civitatis, dimittam omni loco propter eos.

*quod propositis reverenter.*

F

375 *Tum* Abraham, *qui jam deprecatoris officio fungi cœperat, veniam porro agendæ Sodomæorum causæ supplex petiit, et, uti S. Chrysostomus Hom.* 42 *in Genesim pag.* 429 *exponit,* arrepta fiducia et agnita clementia Dei, iterum aliam petitionem attulit, *ita* ℣. 27 *et* 28 *loquens :* Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis. Quid si minus quinquaginta justis, quinque fuerint? Delebis propter quadraginta quinque universam urbem? *Hoc est, judice eodem Chrysostomo, ac si* Abraham *diceret :* Ne putes, Domine, me ignorare me ipsum, et transgredi mensuram et tanta uti fiducia. Scio enim, me terram esse et cinerem:

*divinæ clementiæ documentis*

AUCTORE J. G.

rem : sed, sicut hoc scio, et manifeste scio, ita neque illud ignoro, copiosam esse tuæ clementiæ magnitudinem, et te divitem esse bonitate velleque omnes homines salvos fieri. Nam quos ex nihilo produxisti, quomodo factos perderes, nisi magna esset peccatorum copia ? idcirco iterum oro et precor : « Si pauciores quinquaginta inventi fuerint, et quadraginta quinque fuerint in civitate justi, num salvabis civitatem? » *Ad quæ mox Dominus ait.* ℣ 28 *respondit :* Non delebo, si invenero ibi quadraginta quinque, *justos nempe, indicans simul tamen, non tot in Sodomis repertum iri.*

*modisque omnibus*

376 *Hac Dei familiaritate allectus* Abraham, *ac velut audacior factus, rursus a proposito prius numero quinquagenario descendit, speransque fore, ut saltem quadraginta justi in Sodomis inveniri possent; iterum hocce modo* ℣ 29 *sciscitatus est :* Sin autem quadraginta ibi inventi fuerint, quid facies? *At, cum angelus, se urbem propter quadraginta justos non percussurum, responderet, rursusque, ne tot quidem illic inveniri, indicaret, haud dubium videtur, quin hocce tristi*

B *nuncio graviter perculsus afflictusque* Abraham *fuerit; verumtamen, cum pari semper vicinos suos ab interitu eripiendi desiderio ferretur, et copiosam divinæ clementiæ magnitudinem ob oculos habere pergeret, ausus est e quadragenario numero decadem integram resecare, atque in triginta justorum gratiam totius loci conservationem postulare, præmissa tamen oratione, qua iram Dei deprecari suæque importunitatis veniam obtinere posset.* Ne, quæso, inquit, indigneris, Domine, si loquar : Quid si ibi inventi fuerint triginta? *Respondente angelo, se propter triginta justos urbi parciturum, mox* Abraham *alteram decadem detraxit, atque in gratiam viginti justorum urbis incolumitatem postulavit, pari semper animi demissione, parique fiducia.* Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum. Quid si ibi inventi fuerint viginti?

*deprecari conatus,*

377 *Cum rursus hisce precibus annueret angelus, seque propter viginti justos non interfecturum Sodomæos esse, polliceretur, miratus* Abraham *tantam Dei indulgentiam clementiamque, at aliunde veritus, ne tandem Dei in se iram moveret, se pertinacius pro perditissima urbe deprecari pergeret, modum quæsivit invenitque, quo*

C *sine angeli offensa postremum pro Sodomæis supplex fieret.* Obsecro, *inquit,* ne irascaris, Domine, si loquar adhuc semel : Quid si inventi fuerint ibi decem? *Ad quæ angelus, in decem justorum gratiam non perituram esse urbem, reposuit, ita* ℣. 32 *loquens :* Non delebo propter decem, *at simul tantam esse loci corruptionem, ostendit, ut ex tot incolarum millibus ne decem quidem inveniri possent, qui boni justique essent. Hoc igitur dato responso decretorio, ex* Abrahæ *oculis evanuit Dei angelus, ipse vero ad tentorium rediit, seu, ut Moyses* ℣. *ultimo ait,* abiitque Dominus, posquam cessavit loqui ad Abraham : et ille reversus est in locum suum, *haud dubie summam Dei clementiam, quæ quinque urbium totque hominum scelera decem dumtaxat inculpatis pensare satis habuisset, admirans, at simul non mediocriter dolens, tot inter homines ne decem quidem justos posse inveniri, ac propterea de jamjam seculturo Pentapoleos excidio, nequaquam dubitans.*

*postero die executioni mandari,*

378 *Nec vero* Abrahami *metum fefellit eventus. Nam cum eodem die vespertino tempore duo ex illis, quos hospitio exceperat, angeli ingressi Sodomam, nocte apud Lotum divertissent,* D *postridieque summo mane benignum hospitem suum cum conjuge binisque filiabus inde eduxissent, mox, teste Moyse cap.* 19 *Genes.* ℣ 24 *et* 25, Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino de cœlo, *seu, uti Hebraïce sonat,* a se ipso, *id est, vi propria nullis intervenientibus causis naturalibus,* et subvertit civitates has, *nimirum una cum urbibus Adama et Seboïm, uti ex Deuteron. cap.* 29 ℣. 23 *aliisque sacræ Scripturæ locis constat,* et omnem circa regionem, *excepta tamen urbe Segor, cui in gratiam Loti parcitum fuit, nec non* universos habitatores urbium et cuncta terræ virentia *consumpsit. Atque hujus quidem extremi supplicii testis quoque oculatus fuit* Abraham, *cum mane ad locum, ubi pridie steterat cum Domino, progressus, teste rursus sacro Scriptore* ℣. 28, intuitus est Sodomam et Gomorrham, et universam terram regionis illius : viditque ascendentem favillam de terra, quasi fornacis fumum.

*ex superiori quodam loco suis oculis cernit.*

379 *Neque huic narrationi obstat, quod, teste Adrichomio, convallis Mambre, ubi* Abraham *tentorium fixerat, septem circiter leucarum horariarum spatio ab Asphaltite lacu absit; quippe non ex ipsa convalle Mambre, sed ex loco,* E ubi steterat prius cum Domino, *qui locus, uti ex angeli verbo* descendam ℣. 21 *capitis* 18 *constat, elatior Pentapoli eique vicinior erat, Sodomam et Gomorrham ascendentemque de terra favillam intuitus fuisse, a Moyse asseritur. Qua in re ego nihil video intellectu difficile esse, præsertim, si, non in ipso loco, ubi nunc Mare mortuum, seu lacus Asphaltites est, sed ad hujus ripam Occidentalem, convalli Mambre propiorem, infames illæ urbes exstiterint, uti ex S. Hieronymo lib. de situ et nominibus locorum Hebraïcorum et ex adductis a Calmeto testimoniis ad cap.* 19 *Gen. pag.* 428, *aliisque recentioribus non obscure ostenditur. Paulo majorem prima fronte difficultatem præ se fert versus* 29 *capitis* 19, *quo Moyses, cum mox ante de* Abrahamo *dixisset* Intuitus est Sodomam ... viditque ascendentem favillam de terra, *ita continuo loquitur :* Cum ENIM subverteret Deus civitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberavit Lot de subversione urbium, in quibus habitaverat. *At, si Bonfrerium hic audiamus differentem, protinus illa evanescet difficultas.*

F

*id tamen suis precibus consecutus, ut Lot*

380 *Ita igitur ille pag.* 216 : In Hebræo, *inquit,* est, quomodo et septuaginta et Chaldæus reddiderunt, ET FACTUM EST IN SUBVERTENDO, *vel* CUM SUBVERTERET. etc. Ex quo satis patet, illud ENIM in nostro textu non habere vim causalem, sed idem valere, quod PORRO vel AUTEM, ut alias sæpe; neque reddi hic rationem immediate præcedentium, sed ad summum remotiorum, quid scilicet Deum moverit ad liberandum Lot. Etsi enim Lot etiam ob justitiam liberatus sit, nihil tamen vetat, etiam alteram hanc fuisse causam, et utramque a Deo fuisse intentam, quamquam alterutra per se fuerit sufficiens, etsi forte nec tanta fuerit justitia Lot, ut mereretur liberari, nisi accessisset Abrahæ merita, ut indicat Augustinus Quæst. in Genesim q. 45 : nam et multa indicant in hac historia, Lot non admodum fuisse perfectum. Addo etiam, satis patere, illud CUM SUBVERTERET non capi hic secundum propriam illius temporis significationem, sed cum ampliatione aliqua : Lot enim prius fuit liberatus, quam subversio ista contingeret. Itaque CUM SUBVERTERE

A TERET significat vel CUM JAMJAM SUBVERSURUS ESSET, sive SUB TEMPUS SUBVERSIONIS, vel CUM DECREVISSET SUBVERTERE.

*e Pentapolis incendio eductus cum suis fuerit,*

381 *Hactenus Bonfrerius, rectissime laudans S. Augustinum, qui loco cit. ita loquitur* : Commendat Scriptura *(nempe eodem ℣. 29)* meritis magis Abrahæ liberatum esse Loth, ut intelligamus, justum Loth dictum secundum quemdam modum, maxime quod unum verum Deum colebat, et propter comparationem scelerum Sodomorum, inter quos vivens ad vitam similem non potuit inclinari. *Vellem tamen, ut et Bonfrerius aliique, qui hunc locum commentati sunt, S. Joannis Chrysostomi verba Homil. 44 in Gen. huc quoque adduxissent, ut, quam in Loti e Sodomorum incendio liberatione partem habuerit* Abraham, *evidentius pateret. Illa igitur in medium profero* : Operæ pretium, *inquit pag.* 448, nunc fuerit, intermissæ seriei insistere, et pauca vestræ caritati loqui, ut iterum videatis caritatem et commiserationem Patriarchæ, et Dei in illum benevolentiam. Nam ubi orto sole justus Lot in Segor servatus est, qui autem Sodomis erant, pœnam luerunt; Patriarcha simul et illorum interitum miserans, quem propter
B suum peccatum sustinuerunt, et de justo valde sollicitus, mane veniens spectabat, quæ ibi facta fuerant.

*uti S. Chrysostomus etiam tradit,*

382 *Tum, adductis ex versione 70 Interpretum versibus* 27 *et* 28, *ita pergit* : In eo, inquit, loco, in quo colloquutus est cum Domino, et pro Sodomitis rogavit, videbat terribilis illius pœnæ vestigia, et de justo (*Lot nempe)* discere aliquid volebat. Is enim Sanctorum mos est, ut plurimum affectu moveantur et compatiantur. Et, ut doceat nos divina Scriptura, Spiritus gratiam statim ipsi hujus rei notitiam concessisse, et Justum (*Abrahamum nimirum*) cura, quam pro Lot gerebat, liberasse, inquit : « Cum contere-
« ret Dominus civitates regionis illius, recorda-
« tus est Deus Abrahæ, et emisit Lot e media
« subversione. « Quid est, « Recordatus est Deus
« Abrahæ? « Hoc est petitionis, quam fecit, dicens : « Ne simul perdas justum cum impio. «
Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem Patriarchæ justus servatus est, et non propter ju-
C stitiam? Ita certe, etiam propter orationem Patriarchæ : quando enim, quod ex nobis est, simul afferimus, ipsa etiam intercessio Sanctorum plurimum nobis confert. Quod si et ipsi negligentes fuerimus et spem in illis solis nostræ salutis collocaverimus, nihil amplius nobis prodest, non quod minus valeant justi, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos prodimus. *Ita S. Chrysostomus, indicans ad Loti e Sodomis liberationem plurimum contulisse non solum* Abrahami *merita, sed vel maxime, quam pro ejus incolumitate fudit, pia sollicitudine plenam ferventissimamque orationem.*

*tametsi Moyses hoc diserte non commemorarit.*

383 *At, inquies, nuspiam Moyses tradit,* Abrahamum *pro Loti liberatione Deo supplicasse. Quo ergo fundamento hæc ejus precibus adscribitur? Respondeo, etsi Moyses, cap.* 18 *Genes. referens* Abrahami *ad Deum supplicationem, expressam Loti mentionem non fecerit, eum tamen citatis verbis* Numquid perdes justum cum impio, *et illis item* Recordatus Abrahæ liberavit Lot, *non obscure indicare, partem sane non minimam in sui patrui precibus Lotum habuisse, iisque partim acceptum referre debuisse, quod angelorum opera e subvertenda urbe salvus et incolumis deductus fuerit. Cur autem Moyses in referenda* Abrahami *oratione disertam non fecerit Loti mentionem, non improbabilis hæc partim ex Pererio reddi ratio potest, nimirum, quod non putarit Moyses, visum iri ita magnum et memorabile,* Abrahamum *supplicasse Deo nominatim pro Lot, homine scilicet magna secum necessitudine conjuncto, sibique propter longinquæ peregrinationis societatem diuturnumque contubernium carissimo, quam pro innumeris fere illis, qui Pentapolim inhabitabant, maximopere fuisse sollicitum, nihilque in sua ad Deum oratione prætermisisse, quo eorum perniciem deprecari posset; quod ut est altero multo majus præstantiusque, ita et ad commendationem pietatis et caritatis* Abrahæ, *et ad eruditionem atque imitationem posterorum, hoc præ altero, singillatim diserteque memoriæ ac litteris mandare sacer Scriptor voluerit. Cetera, quæ ad Pentapolis excidium, Lotique ac uxoris ejus filiarumque historiam spectant, utpote ab instituto meo aliena, hic prorsus missa facio, et ad Geneseos caput* 20, *quod* Abrahami *e convalle Mambre in Gerara peregrinationem gestaque hanc mox consecuta complectitur, jam gradum facio.*

AUCTORE J. G.

E

## § XXI. Abrahamus peregrinatur in Geraris : hujus itineris occasio et epocha discutitur. Abrahamus Saram conjugem, jussu Abimelechi sublatam, recipit intactam, eumque suis precibus morbo liberat.

*In urbem Gararitican, cujus situs hic exponitur,*

*De urbe Gerara, in quam* Abrahamus, *teste Moyse cap.* 20 *Gen. ℣.* 1, *cum uxore Sara post Pentapoleos excidium secessit, ita Cellarius tom.* 2 *Notitiæ Orbis antiqui pag.* 359 *erudite scripsit*: Circa Bersaben etiam Gerar fuit sive Gerara. Genes. cap. x, ℣. xix terminus Chananææ una cum Gaza Meridianus statuitur : quod clare LXX Interpretes expresserunt. Sita erat inter Cades et Sur, notas solitudines, quarum illa Ægyptum F spectat, hæc Arabiam Petræam, Genes. xx, ℣. 1. Hieronymus cum Eusebio suo præclare : « Gera-
« ra, ex cujus nomine nunc Geraritica vocatur
« regio trans Daromam, procul ab Eleutheropoli
« viginti millibus et quinque ad Meridiem. Erat
« autem olim terminus Chananæorum ad Austra-
« lem plagam, et Civitas metropolis Palæstinæ «
[ id est, Philistææ. ] « Scriptura commemorat,
« fuisse eam inter Cades et Sur, hoc est, inter
« duas solitudines, quarum una Ægypto jungitur,
« ad quam populus trans fretum Rubri maris
« pervenit : altera vero Cades usque ad Sara-
« cenorum eremum extenditur. « METROPOLIM dixit, quia Abimelecho Philistæo regiam sedem præbuit : quamvis et extra Philistæam videatur sita fuisse, quia inter Sur et Cades solitudines : tunc vero in Philistæorum potestate. Posteriori tempore videtur regis Æthiopum, id est, Australium Arabum fuisse, quia Asa, rex Judæ, victo illo rege, omnia circa Geraram vastasse dicitur 2 Paralip. XIV, ℣. 14. Samaritanus interpres Genes. XX ℣. 2, cap. XXVI, 1 et VI vertit ASCALONEM; et Targum Hierosolymitanum Genes. XX, ℣. 2 ARAD :

AUCTORE J. G.

ARAD : quarum neutra convenit cum situ inter Sur et Cades.

*Abrahamus ex convalle Mambre secedit, non ob rationes*

385 *Et de situ quidem Geraræ urbis cognominisque regionis satis consentiunt eruditi, nec eum plane intactum reliquit Moyses, dum Gen. cap.* 20 ỳ. 1 *ita retulit :* Profectus inde (*ex convalle Mambre et vicinia Hebron*) Abraham in terram australem, habitavit inter Cades et Sur, et peregrinatus est in Geraris, *seu, uti ex* LXX *Interpretum versione Latine est*, et movit Abraam illinc ad Austrum; et habitavit inter Cades et inter Sur et habitavit in Geraris; *at non item de susceptæ peregrinationis illius causa occasioneve inter auctores convenit; imo sunt, qui* Abrahæ *ex convalle Mambre in regionem Geraritícam profectionem non post Pentapolis excidium, nedum ulla hujus occasione, sed multis ante annis contigisse volunt; de quibus ordine suo jam disseremus. Quod ad auctorum de mutatæ ab* Abrahamo *sedis causa occasioneve varias attinet sententias; ea quidem mihi omnino frigida, ne quid pejus dicam, videtur, quæ Virum sanctum ideo ex convalle Mambre discessisse tradit, quod, subversa jam regione Sodomitica, hospitalitatis* B *exercendæ, cujus avidissimus erat, omnis ei defutura jam videretur occasio. Quasi vero ex regionibus, quæ tribubus Juda, Simeonis, Benjamin, Dan aliisque postea cesserunt, non æque post Pentapolis subversionem, atque ante illam, per montana Hebron ac convallem Mambre iter facere quam plurimi potuerint, quos* Abraham *haud secus atque alios antea, hospitio excipere quivisset ?*

*a quibusdam recentioribus allegatus,*

386 *Haud ita aliena a vero est Benedicti Pererii, sæpius laudati, opinio, quæ famem aliquam, in convalle Mambre vicinaque regione ortam,* Abrahamo *causam inde abeundi dedisse adstruit, ac versum* 1 *capitis* 26 *Geneseos, quo de sterilitate in diebus* Abrahæ *mentio fit, sic exponit, ut sterilitas hæc ab ea fame, quæ Virum sanctum in Ægyptum ire compulit, diversa dici possit. At, cum Pererius sterilitatis illius, cap.* 26 *memoratæ, a fame cap.* 12 ỳ. x *relata differentiam non satis probet; nec ullo evincat argumento, Isaacum, orta dein fame, ad regem Palæstinorum in Gerara non alia de causa profectum esse, quam quod id simili de causa* Abrahamus *ante fecisset, quæ tamen, ut suam stabiliret opinionem, sat solide probanda ipsi erant; ego* C *eam opinionem in medio relinquo et eruditi lectoris judicio committo. Ab his plane diversam tuetur Salianus in Annal. Eccles. Vet. Testamenti, ita ad annum mundi* 2138 *num.* 85, *pag.* 465 *loquens* : Ego sane crediderim, non aliam illi (*Abrahamo*) migrationis causam fuisse e loco, in quo et gloria et divitiis et benevolentia ac fœdere incolarum florebat, quam divinam jussionem, quæ illius virtutem exercere et peregre vitam ducere volebat, quod non obscure significat Chrysostomus, cum *nempe, ut ipse quidem putat, ita* ait : « Eum aliquando in Bethel fi- « gere tabernacula, aliquando autem apud quer- « cum Mambre, aliquando in Ægyptum descen- « dere, nunc autem in Geraris tabernacula col- « locare, et omnia facile sustinere, ut gratitu- « dinem erga benefactorem, et obedientiam « erga Dominum suum per omnia manifeste de- « claret. »

*utpote quæ non satis solidæ videntur,*

387 Cum ergo, *inquit rursus Salianus*, tota Patriarchæ peregrinatio ab exitu de Ur Chaldæorum usque ad mortem ex Dei nutu et directione pependerit, etiam hanc oportet illi adscribere, qui primum illi dixit : « Exi de terra tua. » Præsertim D cum hæc commoratio in Geraris diuturnior futura esset; volebat autem Dominus non solum merita ejus augere, sed diversis populis sancti Viri virtutem et pietatem in veri Dei cultu in exemplum proponere. *Verum enimvero, etsi quidem non sine Dei nutu ac dispositione e convalle Mambre in Gerariticam regionem* Abrahamus *migrarit, seque lubens divinæ Providentiæ quibuscumque in rebus submiserit, quod et nos ultro fatemur et propugnamus; consectarium tamen inde non fit, ut mere ob divinam jussionem, uti Salianus adstruit, non vero ob naturalem aliquam causam, a divina Providentia in eumdem finem directam, e convalle Mambre in Gerariticam regionem profectus fuerit; quandoquidem nulla prorsus de speciali illa jussione divina in sacris Litteris mentio exstat, nec sine sacri auctoris testimonio aut gravissima ratione hæc adstrui debet.*

*sed probabilius ob infectum tunc in Pentapolis vicinia aërem.*

388 *Malim igitur ego credere*, Abrahamum, *Deo sic omnia sine novo prodigio ordinante, idcirco procul a Pentapoleos vicinia cum suis secessisse, quod hominibus æque ac pecoribus nexius fœtor pestilensque halitus, partim ex sulphureo igneoque imbre, partim ex combustis Pentapolis* E *ædificiis, arboribus, plantis, incensisque bituminis puteis exortus, longe lateque, ac per ipsam convallem Mambre sese diffuderit, et circumjacentes plagas non paucis diebus inficere perrexerit. Etenim, cum, teste Adrichomio pag.* 53, *Lacus Asphaltites* etiamnum, *ut ipse de suo tempore loquitur, in camini infernalis modum perpetuis exæstuet vaporibus, eorumque halitu littora et montes utrimque ad quinque milliaria sterilia squaleant; non dubitandum est, quin, ardente jam Pentapoli dusque post sumante, multo latius sese pestilens ille halitus per aëra diffuderit ac convallis Mambre agros prataque, quibus* Abrahami *familia gregesque ad victum indigebant, suo contagio vitiarit; ut adeo donec lapsu temporis pristino aëri in convalle illa salubritas redderetur, alio secedendum* Abrahamo *fuerit, quæ sane opinio nihil habet genuinis Chrysostomi verbis contrarium, utpote quæ a supra recitatis non uno loco discrepant, prout Homiliam ejus* 45 *in Genes. pag.* 457 *legenti manifestum fiet.*

*Illam autem Abrahami Geraritícam peregrinationem*

389 *Pergo nunc ad alteram, quæ circa hujus profectionis epocham versatur, disceptationem, cujus nempe cardo in eo vertitur, an* Abraham, *uti citatus supra Joannes Clericus in suo in Genesim Commentario pag.* 143 *cum nonnullis censet, non aliquanto post, quam ex Ægypto redux esset, e tractu Hebroni vicino in Gerara abierit, puta anno ætatis suæ plus minus septuagesimo octavo; an contra, ut communis fert sententia, Patriarchæ nostri peregrinatio Geraritica suo ordine a Moyse narrata fuerit, seu an tunc demum Vir sanctus in Australem illam Palæstinæ regionem profectus sit, cum jam deleta esset, si urbeculam Segor excipias, universa Pentapolis, ipseque annum ætatis nonagesimum nonum completurus esset, aut jam a diebus aliquot inchoasset centesimum. Rationes, quibus suam Clericus opinionem stabilire nititur, ex ipsomet audiamus. Cum in sua Paraphrasi pag.* 142, Abrahamum *diu ante habitum cum angelo de Dei justitia sermonem et Loti e Sodomis liberationem, ex facto Abimelechi regis Geraræ Supremi Numinis æquitatem cognoscere potuisse, affirmasset, seq. pagina ad ỳ.* 2 *capitis* 20 *de abducta ab eodem rege Sara ita loqui pergit* : Videtur hoc evenisse, postquam Abrahamus

A Abrahamus ex Ægypto redierat, quamquam annus indicari nequit.

*paulo post ejus reditum ex Ægypto contigisse, contendit quidem*

390 *Ac mox ita pergit :* Interea cavendum, ne credamus, hæc suo ordine narrari : nam postquam Deus Isaacum Saræ promisit cap. 18, intercessit dumtaxat annus ab eo promisso ad ejus partum, quo non potuit Sara in regiam Abimelech duci, et sat diu ibi commorari, ut ostendimus ad vers. XVII, quin gravidam eam esse, agnoscerent. Nec credibile etiam est, Saram gravidam dicturam fuisse, Abrahamum fratrem suum esse, aut celaturam, se viro esse conjunctam; ne jam dicam, nonagenariam mulierem tantas formæ præteritæ, ut juvenes amore incenderet, vix potuisse servare reliquias. *Hactenus ille. At vero haud satis ego perspicio, adeo urgentes has esse rationes, ut factum hoc ad juniorem Saræ ætatem retrahi debeat, utque Moyses narrationis suæ ordinem omnino intervertisse, eaque, quæ ex temporum serie capiti* 13 *vel* 14 *Geneseos subjicienda erant, facileque etiam locis illis narrari poterant, vel ex supina negligentia, vel, nescio, quo præpostero consilio, alieno prorsus loco retulisse dicendus sit, uti ex Clerici sententia, si nempe vera sit, omnino fit consequens. At bene habet, quod hæc infirmis admodum nitatur argumentis.*

B

*Joannes Clericus, sed non satis rationibus*

391 *Quod enim asserit scriptor ille, annum dumtaxat unum inter promissionem nasciturI Isaaci ejusque ortum intercessisse medium, id et nos cum S. Scriptura ultro fatemur; at, quod idem adstruit, non potuisse Saram eo tempore in regiam Abimelechi duci, nec ibi, donec regis ejusque uxoris atque ancillarum morbi causa innotesceret, commorari, quin gravida ipsa agnosceretur, in vero est, quod plane inficiamur. Ponamus enim cum Procopio, Saram, decurso trium mensium post promissam sobolem spatio, Isaacum concepisse, natumque adeo hunc esse, dum* Abraham *paucis diebus a complendo ætatis suæ anno centesimo aberat, seu, ut Moyses cap.* 21 ℣. 5 *loquitur,* cum centum esset annorum, *nempe vix non complementorum, uti sane omnia hæc Scripturæ verbis cohærent; profecto facile intellectu erit, quo pacto Sara, exeunte anno mariti nonagesimo nono, vel etiam, si velis, ad dies aliquot inchoato centesimo, ex convalle Mambre quatriduo circiter post nasciturI intra annum filii promissionem cum Marito suo proficisci cœperit, ac paucis post diebus in Gerariticam regionem, quatuordecim tantum horarum intinere, teste Adrichomio, a convalle Mambre distantem, una cum familia pervenerit; ac denique qui jussa regis mox in aulam abducta bimestri etiam spatio illic versari sub specioso favoris* Abrahæ *nomine potuerit, quin tamen maritata esse ullo indicio agnosceretur.*

C

*et argumentis suis*

392 *Nec est profecto, cur longius bimestri spatium admittatur, ut Abimelech se connubiali commercio inhabilem sentiret, uxorque ejus atque ancillæ aut coeundi, aut, quæ partui vicinæ erant, pariendi difficultate acerbissima constrictas sese experirentur; cum malum hoc, uti rem consideranti patebit, vel unius alteriusve hebdomadæ decursu dignosci facile quiverit. Quod ergo ait J. Clericus :* Nec credibile etiam est, Saram gravidam dicturam fuisse, Abrahamum fratrem suum esse, aut celaturam, se viro esse conjunctam, *id ego lubens admitto, si Sara tum reipsa gravida fuisset, ac vel maxime, si jam ei ex fœtu venter intumescere cœpisset; at utrumque hoc pari facilitate multoque majori jure ego nego, quam quo Clericus adstruit, addoque, ne tunc quidem potuisse Saram Isaacum concepisse, nisi, quod gratis admitti nequit, ultra novem decemve menses eum gestasset in utero. Quid? Quod iterum Moyses* ℣. 1 *cap.* 21 *tunc tantum Saram a Domino visitatam et ex* Abrahamo *concepisse, dicat, cum ab Abimelecho ei reddita fuisset intacta.*

AUCTORE J. G.

*id evincit,*

393 *At, inquit adversarius, difficile creditu est, nonagenariam mulierem tantas formæ præteritæ, ut juvenes amore incenderet, servare potuisse reliquias. Respondeo, si nostris temporibus, quibus passim mulierum decor vigorque ultra quadraginta quinque annos non extenditur, antiqua illa tempora metiamur, id creditu difficile fore, præsertim si id sine scriptoris gravissimi testimonio adstrueretur; at, si mulieres postdiluviano illo tempore et eo diutius fere centum et triginta annos vixisse, advertamus, non inviti gravissimo divinoque Scriptori credemus, eum Saræ nonagenariæ fuisse oris vigorem, eum carnium habitum, eamque lineamentorum pulchritudinem, ut virum jam ætate firmatum (nam juvenem tunc* E *fuisse Abimelechum, neutiquam apparet) in sui amorem allicere etiamnum posset. Profecto miror, hæc abs Clerico adversus communiorem sententiam serio* prolata *fuisse, postquam ipsemet, in caput* 12 *Geneseos scribens, eandem sibi difficultatem objecit, moxque pag.* 100 *solvit.*

*quorum unum ipsemet alibi*

394 *Ipsum audi Clericum :* Cum Abrahamus eo tempore, quo Chananitidem ingressus est, LXXV annos natus,... Sara autem... decennio tantum junior esset; quando in Ægyptum ivere, minimum LXV annos nata erat, qua ætate non solent mulieres forma ita excellere, ut virorum libidinem excitare queant. Verum, ut diutius eo tempore vivebant, ætate provecti non modo vires constabant, sed etiam vigor ille oris et carnium habitus, in quibus præter lineamenta sita est pulchritudo, integri erant. Propterea etiam Græcorum poëtæ, qui norant, primus sæculis longiorem fuisse hominum vitam, suam Helenam, quam rapuerat Theseus, tertia post generatione infausta forma bellum Græcis et Troianis creasse, fingunt. Sunt quoque mulieres, *inquit ibi laudatus scriptor,* aliis diutius formosæ, quales, quæ non multos peperere liberos, et delicatius vixere; Sara autem nondum peperat, nec dubium, quin hominis divitis et uxoris F amantis conjux studiose semper cuticulam curasset. Itaque mirum non est, si inter eas fuit Sara, ut utar verbis Platonis de Colophonia Archæanassa :

Ὧν καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ἕζετο ὁριμὺς ἔρως.

Quarum etiam in rugis sedit acerbus amor.

*at non satis modeste,*

395 *Ita Clericus, quamvis pro rei gravitate jocosius, quam decebat, loquutus, tamen difficultati, quam dein pag.* 143 *proponit, ipsemet facit satis. Quid? Quod ipse etiam nostri seculi impiissimus pseudo-philosophohistoricus apperte fassus sit, haud ita pridem inventam in Galliis esse famosam mulierculam, quæ, ut ut ante duxisset vitam multarum libidinum maculis infamem, ea tamen, cum sexagenaria jam esset, venustate fuerit, ut non vulgarium virorum amores in se converteret; de qua vide Supplementum ad Philosophiam Historiæ, anno* 1769 *Gallice editum, pag.* 190. *Cur igitur (parcat lector, quod veri demonstrandi gratia, tam profanum exemplum cum sacro componam) cur igitur, inquam, id ipsum aut Clericus*

AUCTORE J. G.

*cus aut citatus pseudohistoriographus de Sara nonagenaria neget, quæ tum temporis quadraginta circiter annis a supremo suo die aberat, quæque, præterquam quod frugalem libidinumque expertem vitam egisset, tentata morbis fuisse non legitur, nec aut infantum lactationibus vel partus doloribus vexata fuerat, nec ea experta mulierum incommoda, quæ venustati earum summopere officiunt.*

*modestius autem, et alio modo, Salianus solvit.*

396 *Sed Clerico tantisper demus, non adeo formosam fuisse Saram nonagenariam, ut eam solius pulchritudinis causa uxorem habere rex Geraræ voluerit: nondum hinc consequens fieret, ut* Abrahami *cum Sara in Gerariticam regionem profectio, hujusque in aulam regiam sublatio annis plus minus viginti duobus ante Sodomæ excidium statui deberet; cum alias etiam ob causas hanc sibi rex uxorem desiderare potuerit, uti Salianus ad annum mundi* 2138 *num.* 90 *his verbis docet :* Solent enim principes ambire matrimonia, quibus potentiores fiant, cum alioqui non desint eis mulieres, pulchritudine præstantes in regnis suis. Itaque nulla hoc loco fit B mentio pulchritudinis Saræ, quæ tamen in Ægyptiaca illa peregrinatione celebratur. Optavit Saram Abimelech, ut matronam venerabilem, ut regendæ familiæ peritam, quam credidit utique viduam : eam enim ætas suspicionem merito dare potuit; denique ut forma præditam, quæ præteritam pulchritudinem (*magna tamen etiamnum sui parte, uti ego arbitror, superstitem*) facile testaretur : sed, quod caput erat, Abrahæ sororem optavit, ut Abrahamum haberet fratrem, id est, commilitonem in bello, si res tulisset, eximium bellatorem; in pace consiliarium, antiqua probitate et prudentia virum; in rerum penuria cognatum, cujus essent opes minime contemnendæ; denique qui in prosperis et adversis rebus præsidio esset et ornamento.

*In hac peregrinatione, quæ sub annum* 400 *Abrahami statuenda esse ostenditur,*

397 *Quid plura? Nonne Moyses per hæc capitis* 20 *verba* : Profectus INDE Abraham, *eum ex vicino Hebroni tractu seu convalle Mambre postrema* Abrahami *sede a se designata, tunc in Gerara abivisse, satis manifeste indicavit? Et indubie quidem, fatente ipsomet Clerico in Paraphrasi sua ad ŷ.* 1, *pag.* 142. *Igitur vel* C Abrahamum *in convalle Mambre bis tabernaculum jam tum fixisse, illudque itidem bis alio illinc movisse, probare Clericus debet, vel, cum, salva Scriptura narratione, id probare nequeat; fateatur necesse est, Virum sanctum ex convalle Mambre, ubi certissime, cum nonaginta novem annorum esse cœperat, etiamnum habitavit, non ante profectum esse in Gerara, quam in eadem convalle angelos, excidendæ Pentapolis nuncios, jam excepisset hospitio, posteroque die vidisset ascendentem favillam de terra Pentapolis, quasi fornacis fumum, uti Moyses cap.* 18 ŷ. 1 *et seqq. et cap.* 19 ŷ. 28 *narrat; ut proin non extra ordinem, uti Clericus contendit, sed proprio suo nativoque loco, hæc, quam nunc illustrare aggredior, historia abs Moyse narrata fuerit, sitque adeo magna sui parte ineunti* Abrahæ *anno centesimo innectenda.*

*Vir sanctus Saram, quam sororem suam versus vocaverat, sibi tollit*

398 *Hac itaque ætate ac probabilius ob rationem num.* 388 *prolatam, relicta* Abraham *convalle Mambre, ad Gerariticam regionem post dies paucos cum sua familia accessit, ibique, qua parte terra hæc inter solitudines Cades et Sur media est, habitare seu peregrinari animo destinavit; cumque non abs re dubitaret Vir sanctus, tum an timor Dei, seu veri Numinis legumque divinarum reverentia in loco isto vigeret, tum an* D *non Geraritæ sibi homini peregrino mortem, quo sic uxore sua, præstantissima muliere, potirentur, serius ocius machinaturi essent, idem illud, quod sibi quondam in Ægypto optime successerat, consilium cum illa iniit, ut hæc a se* soror, *ipse vero ab ea* frater *illic vocaretur, nec ulla de contractis a se nuptiis injiceretur mentio. Bona igitur, ut Salianus pag.* 365 *ad cit. annum mundi num.* 88 *censet, regis Geraræ venia cum suis omnibus Gerariticos fines penetravit, moxque vel ab ipso rege vel saltem ab aulicis, quid ad eum præclara illa mulier, sui itineris comes, attineret, interrogatus sororem suam profiteri necesse habuit, seu, ut ipsis verbis Moysis utar,* Dixitque de Sara uxore sua : Soror mea est *Cum autem hanc Abimelech aut propriis oculis curiosius contemplatus esset, aut saltem facta sibi abs aulicis formæ ejus dotumque descriptione mirifice fuisset delectatus, nihil prius habuit, quam ut quosdam de suis optimates mitteret, qui laudatam* Abrahæ *sororem in regiam suam abducerent, sibi aliquando ex more patrio ducendam uxorem.* Misit ergo Abimelech rex Geraræ, *ut Moyses* ŷ. 2 *ait,* et tulit eam.

E *videt, jussu nempe Abimelechi, a quo dein in somnis monito*

399 *At, priusquam hanc id regium thalamum adsciscendi tempus adventaret, suam Deus, uti S. Chrysostomus Hom.* 45 *in Genes. pag.* 460 *fere loquitur, declaravit providentiam, qua et Justum illustriorem reddidit et Saram ab injuria, regem vero a peccato liberavit. Etenim, præterquam quod Abimelech, uxor ejus ancillæque, uti ex eodem cap.,* ŷ. 17 *intelligi datur insolito quodam morbo genitalia sua præpediri, mox senserint,* Venit... Deus, *teste eodem sacro Scriptore* ŷ. 3, ad Abimelech per somnium nocte, et ait illi : En morieris propter mulierem, quam tulisti : habet enim virum. *Agnovit protinus sui suarumque incommodi causam Abimelech, et quamque ex disertissimo Moysis testimonio* non tetigerat eam, *non exiguo tamen ob intentatam sibi divinitus illius gratia præmaturam mortem correptus metu est, hincque, ut vir erat minime malus, et factum suum excusare et imminens sibi exitium deprecari hisce orsus est verbis :* Domine, num gentem ignorantem et justam interficies? Nonne ipse (Abraham *nempe*) dixit mihi : Soror mea est : et ipsa ait : Frater meus est? In F simplicitate cordis mei, et munditia manuum mearum feci hoc.

*divinitusque correpto*

400 *Atque hæc quidem verba, interprete S. Chrysostomo in cit. Homilia pag.* 460, *perinde se habent, ac si diceret* : Numquid sciens,... uxorem ejus esse, hoc feci? Numquid injuria peregrinum afficere volens? Numquid ut uxorem ejus auferens? Ut sororem eam accepturus hoc egi, ratus hoc nomine et hunc et illam honorari... Mene justi officio functum perdes?... Nonne... et ipse (*Abraham*) hoc mihi dixit (*nempe* Soror mea est) et ipsa adstipulata est dictis ejus?... Non ut iniquam rem facturus, sed ut legitimam et licitam irreprehensibilemque feci, *ut Sara mihi uxor aliquando obtingeret. Quid ad hæc Dominus responderit, bis verbis* ŷ 6 *exponit Moyses* : Dixitque ad eum Deus : Et ego scio, quod simplici corde feceris : et ideo custodivi te ne peccares in me, et non dimisi ut tangeres eam. *Id est, scio quidem, etsi Saram, id non libenter patientem, et auctoritate tua potius, quam voluntario consensu tractam, in aulam tuam abduxeris, noluisse tamen te hoc pacto uxorem viro eripere, atque ideo, ne*

A *ne inscius committeres rem in se non justam, te eo, quod sentis, malo præpedivi, fecique, ut ne imprudens violati alieni tori reus evaderes ; sed nunc monitus, age,* redde viro suo uxorem, quia propheta est, *mihique in primis carus et familiaris* : et orabit pro te, et vives, *pristinamque consequeris valetudinem* : Si autem nolueris reddere, scito, quod morte morieris tu, et omnia, quæ tua sunt, *seu, uti laudatus jam sæpe S. Chrysostomus pag.* 461 *hæc exponit,* non solum tu inobedientiæ pœnam lues, sed et omnia tua propter te mors perdet.

*accersitus in aulam Abrahamus,*

401 *Habito igitur terrifico hocce somnio, quo, quid a se fieri vellet Deus, perspicue rex intellexit, quam fieri potuit citissime, atque, ut Moyses* ℣. 8 *tradit,* Statim... de nocte consurgens Abimelech, vocavit omnes servos suos (*liberæ sortis aulicos etiam intellige :*) et locutus est universa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde, *utpote quos audita per quietem intentatæque minæ etiam spectabant, deque rerum summa, ni rex divinis jussis obtemperaret, merito anxios tenebant. Quid cum servis seu optimatibus suis rex statuerit,*

B *hoc loco non edixit Moyses, at ex consequenti narrationis ejus serie intelligi datur, decretum ab iis fuisse, ut quamprimum in aulam arcesseretur* Abraham, *eique non solum restitueretur uxor, sed et, si se raptu conjugis offensum ostenderet, ei funditus fieret satis, atque ita quidem, ut gratiam ab eo inirent, haberentque eum apud Deum patronum et omnis tam irrogatæ quam irrogandæ pœnæ efficacissimum deprecatorem. Judicavit tamen Abimelech, nonnulla se expostulatione cum* Abrahamo *prius uti posse, qua nimirum ipsi significaret, dissimulatione Saræ uxoris tantum non factum fuisse, ut adulterii pœnas immeriti luerent.*

*habitisque ultro,*

402 *Verba regis ex cit. Genes. capite rursus audi :* Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, et dixit ei : Quid fecisti nobis? Quid peccavimus in te, quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande? *Hoc videlicet nomine adulterium designans, quod, etsi materiale tantum, ut vocant, fuisset, parum aberat, ut a se committeretur, ac se totumque populum exposuisset supplicio. Profecto* quæ non debuisti

C facere, fecisti nobis. Rursumque expostulans, ait : Quid vidisti, ut hoc faceres? *Hoc est, quid causæ habuisti, quæ te ad id faciendum induxerit? Ad quæ* Abraham *sui consilii rationem seu dissimulandæ uxoris causam redditurus, ita reverenter Abimelecho respondit* ℣. XI, 12 *et* 13 : Cogitavi mecum, dicens : Forsitan non est timor Dei in loco isto : et interficient me propter uxorem meam : alias autem et vere soror mea est, filia patris mei, et non filia matris meæ, et duxi eam in uxorem. Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam : Hanc misericordiam facies mecum : in omni loco, ad quem ingrediemur, dices, quod frater tuus sim.

*citroque verbis,*

403 *Quasi diceret : cum essem incertus, an saltem plerique hujus loci homines ita supremum Numen revererentur, ut nec viris uxores rapere, nec sacro sanctum conjugii jus violare, nec speciosæ mulieris causa peregrino homini mortem machinari auderent, hac justissima usus sum cautione, ut, ne propter Saram occiderer, eam mihi uxorem esse, nemini vestrum indicarem; dum autem veritatem hanc vobis occului, et Saram*



*dumtaxat* sororem *vocavi, in eo neutiquam mentitum me esse, scitote, quandoquidem vere dixi, sororem meam esse, quæ per Aranem, fratrem meum, mei patris Thare filia* (*Hebraïce* bath) *est, licet non filia meæ matris sit; atque hoc titulo non minus vere* sororem *antea vocavi, quam nunc eam uxorem profiteor. Id autem non a paucis diebus, (adi* § XII) *sed jam pridem ex quo Chaldæam reliqui, me inter et illam convenit, ut, ubicumque nobis compertum non esset, posse me tuto maritum ejus dici, illa me* fratris, *ego illam* sororis *nomine compellarem ; qua in re, uti satis perspicitis, nihil omnino, quod veritati atque prudentiæ humanæ consonum non sit, decretum a me patratumque fuit.* AUCTORE J. G.

404 *His* Abrahami *rationibus nihil habens Abimelech quod reponeret, cupiensque ejus gratiam patrociniumque demereri, quo hic et Dei minas averteret et grave illud, quo tum ipse, tum suæ aulæ mulieres laborabant, malum protinus depelleret,* tulit... oves et boves, et servos et ancillas, et dedit Abraham : reddiditque illi Saram uxorem suam *intactam nempe, ut* ℣. 4 *dictum est;* Et ait : Terra coram vobis est, ubicumque tibi placuerit, habita. *Inde conversa* E *ad Saram oratione, adjecta non sine sale ironia, ita loqui perrexit* : Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, *seu, quem tu* fratrem *vocasti, marito tuo,* hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, et quocumque perrexeris : mementoque te deprehensam. *Hactenus Abimelechi apud Moysen* ℣. 15 *et seq. oratio, circa quam nonnulla prius investiganda sunt, quam ad redditam ei ejusque aulæ mulieribus pristinam sanitatem progrediamur. Ac primo quidem hic quæri potest, an, quos Abimelech* ℣. 16 *memorat, mille argenteos, hos velut prædictorum munerum æstimationem ac pretium, uti Cajetanus pag.* 87 *vult, an contra ovibus et bobus servisque et ancillis supra memoratis mille adjecerit argenteos, ut Martinus Delrio, Benedictus Pererius aliique censent.* *intactam recipit, una cum muneribus*

405 *Respondeo, posteriorem hanc opinionem mihi præplacere, non tantum quod versioni* LXX *Interpretum, in qua χίλια διδραχμα seu* mille didrachmæ, *Alexandrinæ nempe, diserte accensentur, conformior sit, sed et quod in Hebræo codice non sit inusitatum, ut, quod præcedente loco singillatim expressum non est, id subseqnente loco, quo* F *ejusdem facti mentio occurrit, diserte adjiciatur, quemadmodum ex ipsius capitis vigesimi versu* 2 *cum* ℣. 5, *et ex versu* 3 *cum* ℣. 17 *collatis evidens fit. Adde, quod Mosaïca narratio, etiam, ut in Vulgata exstat, memorata supra animalia* Abrahamo *in proprium commodum, argenteos vero mille in usum Saræ ei ab Abimelecho donatos fuisse, non obscure insinuet. At, quinam hi argentei fuere, quisve horum valor? Ad hæc pro responso sit,* argenteorum *nomine hic, haud secus ac Geneseos cap.* 37 ℣. 28, *et lib.* 2 *Paral.* I ℣. 17, *siclos intelligi argenteos; horum autem valorem florenis Brabanticis* 1679, *seu Hollandicæ pecuniæ, pro æstimatione purissimi argenti, fere æquiparari quingentis, ut vocant, ducatonibus. Plura de his qui volet, adeat laudatos Delrio, Salianum, Bonfrerium, Clericum aliosque hunc Geneseos capitis* 20 *locum commentantes, ac varios in primis, quos hi adducunt, auctores antiquos recentioresque, qui materiam hanc laboriosissime prosecuti sunt.* *aliquot, de quibus,*

406 *Nunc ad Abimelechi* ℣. 16 *verborum*

AUCTORE J. G. *uti et de verborum Abimelechi sensu.*

*sensum veniamus. Eorum, prout Bonfrerius recte advertit, ut mira ubique est obscuritas, ita et ingens interpretationum varietas est. Cum tamen ex omnibus nulla plausibilior appareat, quam quæ ab eo ipso pag.* 219 *Commentarii sui in Genes. tradita est, hanc propriis ejus verbis hic recito.* Omnibus igitur, *inquit*, consideratis, hic mihi videtur totius sententiæ esse sensus : Hos argenteos tibi dono, ut habeas, unde velamen emas, si desit, et memineris vultum et oculos tuos velare apud eos, qui tecum familiarius versantur, ne adspectu tuo moveantur, neque apud hos tantum, sed et apud quoslibet quocumque terrarum perrexeris, mementoque te in simulatione deprehensam, ut semper vera sine ambage loquaris, nec eum fratrem tuum dicas, qui maritus sit, ne quis hac occasione adulterium meditetur. *Huc spectant, quæ Pineda in Salomonis Prov. lib.* 5, *cap.* 3, *num.* x *tradit, nimirum solitas Hebræas virgines nudo esse capite (qui mos hodieque a degentibus Pragæ aliisque in urbibus innuptis Judæis servari asseritur) at nuptas vel desponsatas seu matrimonio destinatas velis ac theristris usas; hinc reprehendi hic Saram, quod suo mo-*
B *re incedendi simulaverit se necdum nuptam, atque adeo multis et erroris et adulterii occasionem præbere potuisset; quod non improbabile esse, Bonfrerius existimat.*

*ac de morbi genere, quo Abrahami precibus liberatus fuit, hic disseritur.*

407 *Ut ut hæc se habeant, finito Abimelechi sermone, quo non exasperare sui deprecatoris animum, sed suam ab adulterio alienam voluntatem modis omnibus demonstrare nitebatur, oravit pro eo Deum* Abrahamus, *statimque Dominus volens Justum per omnia reddere illustriorem, uti jam sæpe laudatus Chrysostomus pag.* 464 *notat, precibus Patriarchæ salutem regis et omnium, quæ in domo illius erant, donavit; ut jam Abimelech, qua parte vir erat, se curatum, uxorque ejus ac ancillæ matricis angustiis doloribusque liberatas, ac congressui, imo et partui, quæcumque huic vicinæ erant, sese habiles denuo evadere, non sine admiratione sentirent. Atque hunc esse arbitror genuinum sensum verborum Moysis, quibus caput* 20 *Geneseos in hunc modum concludit :* Orante autem Abraham, sanavit Deus Abimelech et uxorem, ancillasque ejus, et pepererunt : concluserat enim Dominus omnem
C vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ. *Nam, etsi evidens sit, muliebrem pœnam Abimelecho non convenire, consequens tamen hinc non fit, ut is alio nullo, qua parte vir erat, morbo incommodove affectus fuerit, quo demum, uti Moyses* ℣. 17 *asserit,* Abrahami *precibus liberatus ac sanatus fuerit. Esset hic Viri sancti ab impactis ei a debacchante Calvino variis calumniis vindicandi locus; verum cum ea omnia, quæ hoc loco hagiomastix ille adversus eum Saramque effutiit, ejusdem furfuris sint cum illis, quæ* § XII, *num.* 231 *circa medium, et* § XVII. *num.* 305 *et* 306 *discussimus ac confutavimus; eo curiosum lectorem, ne celeroqui prolixior hic sim, remittendum duxi, ut eo ocius ad inusitatam in domo* Abrahæ *multisque expetitam votis lætitiam progrediar.*

D

## § XXII. Abraham natum sibi ex Sara filium vocat Isaac eumque circumcidit : Agarem cum Ismaële e domo sua dimittit : fœdus init cum Abimelech.

*Abrahamus filium, sibi ex Sara natum,*

*Cum jam* Abrahamus, *reddita sibi ab Abimelech uxore sua intacta, aptissimum commorationi locum ex facta sibi abs rege facultate in Geraritica terra elegisset, unaque cum suis divinam erga se benevolentiam celebraret; adfuit protinus expectatus mirabilium Dei operum dies, quo Sara, ut ut nonagenaria, ex Viro sancto, jam anni sui centesimi mensem secundum circiter explente, prolem, tamdiu tantopereque exoptatam, natura stupente, utero concepit, eam post menses novem, seu, elabente ab angelica prædictione anno primo editura in lucem. Hæc nos* E *Moyses docet, in hunc modum cap.* 21 *Gen.* ℣. 1 *et* 2 *loquens :* Visitavit autem Dominus Saram, sicut promiserat, et implevit, quæ locutus est. Concepitque et peperit filium in senectute sua, tempore, quo prædixerat ei Deus, *dum nempe* Abraham *angelos tres, ut supra ostendimus, in convalle Mambre etiamnum degens, hospitio exceperat. An autem hæc Moysis verba* Visitavit autem Dominus Saram *ita intelligenda sint, ut non tantum Dominus ei præter omnem naturæ cursum largiendo fœcunditatem speciali modo benedixerit, sed et insuper eodem, quo ipsa ex* Abraham *prolem jam conceperat, aut conceptura erat, tempore, Dei angelus illam inviserit, filiique conceptionem annunciarit, id ego aliis operose disputandum relinquo. Utrumvis de Sara statuatur, illud saltem vix non indubitatum videtur, eumdem Dei angelum, qui præcedente anno, se hoc eodem tempore ad* Abrahamum, *cum prole auctus foret, reversurum spoponderat, reipsa ei tametsi hoc Moyses cap.* 21 *diserte non edicat, etiam sub corporea specie se præbuisse conspiciendum, ac fors de nato ei filio, ut amici amicis solent, fuisse gratulatum.* F

*nomine Isaac donat eumque circumcidit,*

409 *Quam multis variisque tunc Patriarcha incesserit lætitiis, facilius intellectu quam dictu est. At, quantumcumque tum ipsius, tum et Saræ totiusque familiæ gaudium fuisse statuatur non minor eo fuit Patriarchæ alacritas, ut, quæ sibi Deus circa hunc benedictionis filium præceperat, ad amussim ipse expleret. Igitur ex divino præcepto, cap.* 17 *Gen.* ℣. 19 *memorato,* vocavit... Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac, *quod* risum *significare et collati a Deo beneficii rerumque ante gestarum conservandæ memoriæ aptissimum ex se fuisse, superius quoque observavimus; quia vero Deus eodem cap.* 17, ℣. x, *masculos omnes ex semine* Abrahæ *circumcidi, idque die a nativitate eorum octavo, ut ibidem* ℣. 12 *traditur, fieri jusserat, aliud rursus perfectissimæ suæ obedientiæ documentum Vir sanctus dedit,* et, *teste Moyse cit. cap.* 21 ℣. 4, circumcidit eum *(Isaacum)* octavo die, sicut præceperat ei Deus. *Ne autem dubitandi nobis ausam relinqueret sacer Scriptor, quo ætatis* Abrahæ *anno et natus et a patre circumcisus sit Isaac, mox v.* 5 *conceptis*

A *conceptis verbis utrumque contigisse affirmat*, cum *( Abraham )* centum esset annorum, *vix non, ut plus semel jam diximus, completorum*; hac quippe ætate patris, *ut subdit*, natus est Isaac; *non igitur, ut Saliano aliisque placet, anno patris ejus centesimo primo, seu cum is annorum centum præcise completorum esse desierat.*

*Ixtante plurimum de filii ortu grandæva matre*

410 *Quid porro sancti Patriarchæ conjux, nato Isaaco, egerit, æquum est, ut non intactum prætereamus. Hæc ergo præter communes naturæ leges se tam provecta ætate felicem cernens matrem benedicti a Deo filii, in rerum omnium auctoris naturæque Domini laudes erupit, suavissimoque animi sensu exclamavit* : Risum fecit mihi Deus : quicumque audierit, corridebit mihi : *et rursum :* Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei jam seni ? *Hoc est : Ridendi ac vel exsultandi materiam amplissimam mihi præbuit Deus, cum me, vetulam mulierem, prole ditavit ; hoc prodigium quicumque audierit, obstupescet, nec quisquam, qui me non oderit, de tam insigni in me Domini beneficentia non mihi gratulari, non*

B *sua meis gaudia sociare poterit. Nec abs re sane, cum tam singulare illud sit Dei beneficium, ut nemo unus sibi in mentem induxerit, fore, ut aliquando hujusmodi nuncius* Abrahamo *vere deferretur, nonagenariam Saram non modo Viro suo, jam centenario seni, peperisse filium, sed et tanta lactis copia divinitus donatam, ut propriis eum uberibus nutriat.*

*et merito mirante, natum esse filium ex Abrahamo.*

411 *At sciscitabitur aliquis, cum* Abraham *deinde, et quidem cum esset centenario multo major, plures, uti ex cap.* 25 *Geneseos constat, ex Cetura filios procrearit, quid causæ habuerit Sara, ut sibi nonagenariæ anteaque sterili natum esse filium, admirans, senectutis* Abrahæ *simul meminerit, quasi mirum quoque fuisset, eum jam centenarium procreandis liberis aptum exstitisse, qui diu etiam post idoneus permansit. Ad hæc respondeo, Saram prorsus ignorasse, ac ne scire quidem potuisse, fore ut post suum obitum aliam Vir suus uxorem duceret, ex eaque filios procrearet : imo vero, tametsi hoc certo certius eventurum novisset, an, quia hoc vehementer mirandum fuisset, idcirco mirum ei videri*

C *nequiit, ex* Abrahamo, *qui certe ab annis tredecim nullam ex Agare prolem suscitarat, jam totidem annis provectiore, filium sese genuisse, præsertim cum, teste Apostolo ad Romanos cap.* 4 ℣. 19, *non sibi tantum, sed et Marito suo* emortuum corpus *paulo ante fuisse, compertum haberet. Qua quidem in re Patriarchæ uxori, et S. Pauli, uti ad litteram sonat, testimonio, quam aliorum, respectivam tantum, ut loquuntur,* Abrahami *ex Sara generandi impotentiam admittentium, expositioni adhærere malim.*

*utpote cujus corpus, uti, ex Apostolo ex S. Chrysostomo,*

412 *Quidquid ergo secus sentiant primarii quidam sacrarum Litterarum interpretes, existimo tamen ; etiam ex parte* Abrahæ *mirabilem exstitisse Isaaci procreationem, eique etiam singulari Dei beneficio usque adeo innovatam fuisse juventutem redditumque vieto corpori vigorem, ut rursus procreandis filiis par evaderet. Atque ita quidem citata Apostoli ad Rom. verba præter alios intellexerunt SS. Joannes Chrysostomus et Thomas Aquinas, in hunc locum scribentes, dum nempe illi tom.* 9, *pag.* 504 *recensens singillatim impedimenta naturæ, quæ divinæ promissionis exsecutioni obstare videbantur, inter illa diserte computat* emortuum Abrahami corpus, *quod secundum fuisse impedimentum dicit, ac dein seorsum ab illo,* emortuam vulvam Saræ, *quod tertium quartumque impedimentum statuit; S. Thomas vero, dum caput* 4 *Epistolæ ad Romanos commentans, ita, pag. mihi* 19, *disputat* : Ponit *( Apostolus )* difficultates, ex quibus ostenditur fides ejus *( Abrahami )* non fuisse infirma. Et primo quidem ex parte ipsius Abrahæ, cum dicit, NON CONSIDERAVIT scilicet ad discredendum promissionem, CORPUS SUUM EMORTUUM, scilicet, quia jam mortificata erat in eo vis generativa propter senectutem.

AUCTORS J. G.

413 *Atque hæc mox sanctus Doctor hisce verbis confirmat* : Dicunt ergo quidam, quod mortua erat in eo vis generativa quantum ad hoc, quod ex muliere antiqua generaret, non quantum ad hoc, quod generaret filium ex juvencula..... Sed melius dicendum videtur, quod Arahæ miraculose restituta erat vis generandi, et quantum ad Saram, et quantum ad omnes mulieres. *Neque vero abs re ita sensit S. Thomas, cum τό* emortuum Mariti corpus *plus certe aliquid denotet, quam* respectivam uxoris impotentiam sterilitatemve, *quod tamen adversarii contendunt.* E *Quid enim? Dicemusne,* corpus *juvenis aut viri, ceteroqui generando ex sese apti,* emortuum *esse, propterea quod vetulæ sterilive feminæ connubio junctus sit? Ergo, nisi Apostolum quam maxime improprie locutum eo loco fuisse, adversarii admittant, necesse habent fateri, non modo ex parte Saræ, sed et ex* Abrahami, *mirabilem prorsus fuisse Isaaci ortum. Haud diffiteor tamen, hunc respectu Saræ non uno ex capite fuisse mirabiliorem, tum quod ipsa, ut Pererius in hoc Gen. caput pag.* 429 *scite notat, quodammodo senior Viro suo et morti propior erat, tum quod sterilis semper, et sanguine menstruo jam pridem destituta fuerat. Dixi autem cum eodem Pererio* Quodammodo senior, *propterea quod, etsi tunc illa nonagenaria, et* Abraham *centenarius esset, in sexu tamen muliebri ætas illa, quantum ad generationem attinet, provectior videatur, quam quidem in virili sexu centenaria. Sed de hoc satis. Ad* Abrahami *gesta redeamus.*

*et ex S. Thoma probatur, generationi impar antea fuerat.*

414 *Haud dubium, quin, crescente Isaaco, simul creverit* Abrahami *gaudium paternaque itidem cura, ut una cum materno lacte virtutum semina puer hauriret ; quod quidem postremum nemo mirabitur, qui antiquorum Hebræorum pueros non ante aliquem rationis usum, seu non ante annum ætatis quintum a matris vel nutricis lacte depelli solitos fuisse, norit. Cum ergo jam quintus Isaaci volveretur annus, fecit* Abraham *pro usitato tunc more* grande convivium, *quo et communi lætitia pueri incrementum et comedendi solidioris cibi potestatem una cum amicis celebravit. At patris lætitiam non parum minuit subsecutus Ismaëlis cum Isaaco ludus, adeo videlicet insolens ac protervus, ut eum Apostolus Paulus ad Galatas cap.* 4, ℣. 29 persecutionem *vocare non dubitarit. Unde factum, ut Sara, quæ Isaacum suum identidem ab ancillæ filio contemptim ac malitiose tractari, aut, quantum ad Patris hereditatem aliquando adeundam attinebat, contumeliose ab eodem postponi, ægerrime ferebat, Maritum suum convenerit, et Ismaëlem hujusque matrem e familia domoque sua expelli postularit, his scilicet, teste Moyse Gen. cap.* 21, ℣. x, *verbis usa,* Ejice ancillam hanc et filium ejus : non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac.

*Postea Abrahamus, depulso a lacte Isaaco,* F

AUCTORE J. G.

*rogatu Saræ Agarem cum Ismaële*

415 *Non poterat non id grave et onerosum Patriarchæ accidere, tum quod Agarem et Ismaëlem diligebat non mediocriter, ac vel idcirco etiam, quod prima fronte alienum a paterna charitate videbatur, naturalem legitimumque filium, quem, uti Pererius fere notat, et alere et educare debuisset, paterna domo expellere, paternaque cura, institutione atque gubernatione abdicare; tum denique, quod Agarem, veram conjugem, toro suoque privare contubernio, et, quam sustentare tuerique debuisset, in qualecumque perdendæ pudicitiæ aut vitæ discrimen objicere, ingens flagitium videri poterat. Verumtamen, ubi postulata Saræ, non ex inconsulta muliebri iracundia, sed ex singulari rerum omnium Domini instinctu profecta fuisse, in somnis didicit, nec quidquam malorum, quæ alias timenda fuissent, aut Ismaëli aut Agari obventurum esse, at contra ancillæ filium in gentem magnam divinitus conservatum iri, intellexit, mox sua iteranti postulata Saræ morem gerere decrevit, et maritalem paternumque superans affectum, Agarem, quam justis de causis tantisper a Viri sui contubernio*
C *sejungi Deus volebat, una cum Ismaële filio, futuro aliquando numerosæ gentis patre, ab Isaaco, per quem solum sui seminis nomen propagandum intellexerat, segregare instituit, suam omnem de reliquo projiciens in Deum sollicitudinem, cujus nempe infinitæ bonitatis documenta expertus ante fuerat tum multa, tum maxime singularia. Tradidit ergo Agari panem et utrem atque imposuitque scapulæ ejus, filiumque Ismaëlem, plus certe annis sexdecim natum, ejusdem curæ commisit.*

*e domo sua dimittit, uti Moyses refert,*

416 *Sed de his, quæ jam nunc binis superioribus numeris utcumque illustravimus, ipsum rursus Scriptorem sacrum Gen. cap.* 21 *a o.* 8 *loquentem audiamus:* Crevit igitur puer (*inquit Moyses de Isaaco*) et ablactatus est, fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus. Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc, et filium ejus: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Dure accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui (*Abrahamo nempe*) dixit Deus: Non tibi
D videatur asperum super puero, et super ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus: quia in Isaac vocabitur tibi semen, sed et filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Surrexit itaque Abraham mane, et tollens panem et utrem aquæ, imposuit scapulæ ejus, tradiditque puerum, et dimisit eam. *Hactenus narratio Moysaïca, quæ, etsi ob jam ante a nobis dicta quibusdam satis plana dilucidaque videri possit, aliis tamen, eam penitius introspicientibus, non abs re satis ardua obscuraque videbitur, ut hujus explanandæ dilucidandæve gratia tantisper hic moram faciamus.*

*cujus narratio vario*

417 *Et primo quidem, cum, teste S. Stephano Act.* 7 *o.* 5 Abrahamo *Deus nihil hereditatis, nec passum quidem pedis in Chananitide dederit, ut contra Vir sanctus, teste Apostolo ad Hebræos cap.* XI ℣. 9, demoratus *sit* in terra repromissionis, tamquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac; *non de nihilo quæri potest, quænam illa sit* Abrahami *hereditas, quam ante Isaaci ortum Ismaëli filio pius Parens integram destinarat, quamque nunc Sara a solo Isaaco stato tempore adiri voluit. Ad hæc pro responso sit,* Abrahamum *quidem bona nulla stabilia, non ur-*

*bes aut pagos, uti Pererius Disp.* 1 *in caput* 21 D
*Gen. fere scribit, non agros aut prædia, non silvas aut memora, non palatia aut domos in terra Chanaan a Deo hereditario jure accepisse; eum tamen, etiam tunc, cum in Chananitide, tamquam in aliena terra moraretur habitaretque in tabernaculis, auro, argento, multiplici pretiosaque supellectili, gregum armentorumque copia, ingenti servorum, ancillarum operariorumque multitudine egregie instructum fuisse, deque postremis hisce bonis, aliisque Marito suo dein obventuris, quæ jure merito* Abrahami hereditas *vocari possunt, cit. cap.* 21 ℣. x *egisse Saram, cum diceret Viro suo:* Ejice ancillam hanc (*Agarem*) et filium ejus (*Ismaëlem:*) non enim erit HERES filius ancillæ eum filio meo Isaac.

*ex capite*

418 *Est et alia in jam recitata Moysaïca narratione difficultas, in eo nimirum, uti S. Augustinus in Quæstionibus in Genesim, quæstione* 51, *tom.* 3 *novæ edit. part.* 1, *col.* 390 *observat, posita, eccur, dicente Conjugi suo Sara* Ejice ancillam et filium ejus *etc, contristatus fuerit* Abraham, *et postulata uxoris* dure, *uti Vulgata nostra loquitur*, acceperit, cum ista *Saræ postulatio* prophetia fuerit, quam utique ma- E
gis debuit nosse ipse, quam Sara? Sed intelligendum est, (*verba S. Augustini sunt*) vel ex revelatione hoc dixisse Saram, quia prius illi fuerat revelatum; illum vero, quem de hac postea Dominus instruit, paterno affectu pro filio fuisse commotum; vel ambos prius nescisse, quidnam illud esset, et per Saram nesciente hoc prophetice (*vide Apostolum ad Galatas cap.* 4 *a* ℣. 24) dictum esse, cum illa mota esset muliebri animo propter ancillæ superbiam. *Huic S. Augustini responso aliud laudatus Pererius pag.* 435 *addit, nimirum,* non semper ipsis Prophetis præsto esse spiritum prophetiæ, ut vel ipsi quotiescumque volunt prophetare, vel aliorum dicta, sint prophetiæ necne, certo nosse ac dijudicare possint, *uti Scripturæ sacræ interpretes Theologique passim tradunt. Adhæc dici non immerito potest,* Abrahamum *tunc minime censuisse, factis jam ante de Isaaco promissionibus contrarium fore, si cum Agare Ismaël domi suæ maneret, salvo utriusque jure; quæ certe existimatio, priusquam, quid facto opus esset, revelarat Deus, omni culpa vacavit.* F

*hic explanatur,*

419 *Tertia denique circa viaticum, abituræ Agari ab* Abrahamo *datum, versatur, de qua Tostatum inter et Cajetanum minime convenit. Censuit nimirum iste, folio mihi* 278, Abrahamum *nihil aliud dedisse recedenti Agari, quam panem et aquæ utrem, uti Gen. cap.* 21 *v.* 14 *expressum est, idque factum fuisse, ut compleret voluntatem Saræ, propterea quod ei dixisset Deus:* Omnia quæ dixerit tibi Sara audi vocem ejus: *Sara autem, judice Tostato, noluit quidquam aliud præter panem et aquam tunc Agari concedi.* Sed postea, *inquit idem scriptor,* Abraham dedit Ismaheli multa bona, ut patet Genes. cap. 25, ℣. 6, et non solum tunc, sed etiam immediate postquam recessit Agar a domo Abrahæ, quia satis propinqui erant, cum habitaret Ismahel in solitudine Pharan, et Abraham tunc apud terminum terræ promissionis in latere Australi. *Cajetanus contra, appellatione* panis *et* vini *cit.* ℣. 14, *omnia ad victum spectantia intelligenda esse, ac de his, imo et de jumentis famulisque copiose prudenterque ab* Abrahamo *provisum Agari fuisse, non una ratione plausibili evincere nititur. Ast utri potius opinioni assentiendum?*

A *dum? Mihi quidem, ut verum fatear, posterior non improbabilis videtur, præplacet tamen prior, quæ Tostati est, propterea quod hæc et litterali verborum sensui conformior, et antiquitate, utpote etiam a Theodoreto propugnata, præstantior sit, quodque, dummodo recte intelligitur, nihil complectatur, unde* Abrahamum *nimiæ parcitatis aut duritiæ merito arguas; nec enim præscire potuit* Abrahamus, *Agarem aberraturam a via, aut defecturam ei esse aquam, priusquam ad destinatum perveniret locum, ubi ipsi de omnibus ad vitam necessariis utilibusque prospectum iri, norat. Sed de hoc* Abrahami *facto, a ℣.* x *usque ad* 14 *relato, jam nunc dicta sufficiant.*

*Sanctus ab Abimelech convenitur*

420 *Quæ autem sacer Scriptor eodem cap.* 21 *a ℣.* 15 *usque ad ℣.* 21 *commemorat, hic missa propterea facio, quod ad Ismaëlis ejusque matris, non vero ad* Abrahami *historiam proxime spectant. Itaque ad ejusdem capitis versum* 22 *et sequentes transeo, ubi Moyses in hunc modum loquitur :* Eodem tempore dixit Abimelech, et Phicol, princeps exercitus ejus ad Abraham : Deus tecum est in universis, quæ agis. Jura er-
B go per Deum; ne noceas mihi et posteris meis, stirpique meæ *(seu, ut Hebraïce est,* ne noceas mihi, et filio meo et nepoti meo :) sed juxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi, et terræ in qua versatus es advena. Dixitque Abraham : ego jurabo. *Nimirum non uno didicerat experimento memoratus jam nunc Gerarensis princeps, quantæ essent* Abrahami *opes, quanta felicitas, quam præstans ejus esset sapientia et virtus, quantique adeo sua interesset, veram cum eo amicitiam fœdusque stabilire. Ergo stipatus sui exercitus duce, nomine Phicol,* Abrahamum *amice convenit, atque ita fere adventus sui causam consiliaque sua ei aperit : Ex quo tempore in regno meo versaris, o* Abraham, *cœpta tua omnia a Deo prosperari, comperi; ad te propterea hoc die accessi percussurus, si lubet, fœdus, postuloque, ut, quemadmodum ego te benigne intra ditionis meæ fines excepi, tibique, ubicumque velles, morari ac greges tuos pascere permisi, nulla in re tibi umquam adversatus, ita et tu, invocato veri Dei nomine, mihi promittas fore, ut mihi, posterisque meis stirpique meæ, seu* mihi,
C *ut Hebraïce est,* filioque *meo* ac nepoti *minime noceas, si quando illis superstes vixeris, sicque a te mecum meisque agatur, uti tecum a nobis actum jam fuit.*

*ejusque rogatu fœdus cum eo init*

421 *Quid ad hæc similiave Vir sanctus et æquitatis ac pacis amantissimus? Paratum quidem ineundo fœderi se esse juraturumque respondit, at prius non posse se illatam sibi suisque injuriam dissimulare, non vindictæ expetendæ, sed offensionis perpetuum præcavendæ causa. Ac mox putei, quem ipse fodi curarat, usum sibi suisque ab Abimelechi servis vi ereptum fuisse, conquæstus est. Quo audito, cum Gerarensis princeps, id, se minime conscio, gestum, atque e vestigio facturum se conquerenti satis esse, dixisset, illico tulit* Abraham *oves et boves aliquot, regique honoris causa, aut in promissionis suæ tesseram donavit, ac fœdus, prout postularat Abimelech, cum eo percussit. Hæc nos divinus Scriptor cit. cap. a ℣.* 25 *docet, ita loquens :* Et increpavit *(Abrahamus scilicet)* Abimelech propter puteum aquæ, quem vi abstulerant servi ejus. Responditque Abimelech : Nescivi, quis fecerit hanc rem : Sed et tu non indicasti mihi, et ego non audivi præter hodie. Tulit itaque Abraham oves et boves, et dedit Abimelech : percusseruntque ambo fœdus, *servatis haud dubie solennitatibus in publico quolibet fœdere antiquitus adhiberi solitis, nimirum ut occiderentur aliqua animalia, fors jam nunc memorata eoque fine ab* Abrahamo *adducta, utque inter divisiones transiretur utrimque, prout* § XVI *num.* 290 *a nobis jam dictum est.*

AUCTORE J. G.

*de non offendendo alterutro,*

422 *Ceterum ut quorumdam pseudo-criticorum argutiolis occurratur, duo hic observanda sunt. Alterum est, memoratum jam nunc fœdus, etiamsi Abimelech, quod tamen ex dictis minime vero simile est, a supremi Numinis cultu alienus tunc statueretur, licite tamen ab* Abrahamo *initum fuisse, quandoquidem mera stipulatio fuit de non offendendo alterutro, quæ a nemine postulanti suo proximo cujuscumque is Religionis sit, denegari debet. Atque id quoque probavit laudatus ante Grotius, lib.* 2 *de Jure belli et pacis cap.* 15, *quod* De federibus ac sponsionibus *inscripsit, num.* 8 *et* 9 *in hunc modum loquens* : De federibus frequens est quæstio, licitene ineantur cum his, qui a vera religione alieni sunt : quæ res in jure naturæ dubitationem non habet. Nam id jus ita omnibus homi- E
nibus commune est, ut Religionis discrimen non admittat. Sed de jure divino quæritur, ex quo hanc quæstionem tractant non Theologi tantum *(puta S. Thomas, S. Antoninus, Cajetanus, Toletus, Molina, Malderus,)* sed et jurisconsultorum nonnulli, inter quos Oldradus et Decianus. *Ac mox de jure divino disputans, ita statuit* : Fedus non nocendi causa cum alienis a Religione contrahere ante Moysis legem licuit. Exemplum est in federe Jacobi cum Lobade : ut jam de Abimelecho nihil dicam, quando non satis constat, cum fuisse idololatram. Neque id lex per Mosem data mutavit. Exemplo sint. Ægyptii, haud dubie tunc idololatriæ. Hos tamen aversari vetantur Hebræi. Excipiendi sunt populi septem, divina sententia damnati, cujus sententiæ exsecutores erant delegati Israëlitæ. Nam his in idololatria perstantibus et imperium detrectantibus parcere vetantur.

*quo fœdere tamen obstricti non fuerunt Abrahami posteri,*

423 *Alterum vero est, præfatum fœdus, tametsi Joannes Clericus in sua Paraphrasi cap.* 21 *Genesis etiam* Abrahami *posteros generatim spectasse asserat, re tamen vera eos omnes minime obstrinxisse, ac multo minus eos, qui terram Chanaan, sibi a Deo datam, postea occuparunt. Quippe, si* F
*ipsa fœderis verba, prout exstant in Vulgata, considerentur, non pactus est* Abraham *pro suis posteris, sed de suo tantum facto cavit, ne aut Abimelecho, aut posteris ejus, aut stirpi ejus noceret. Imo vero, cum sciret Vir sanctus, suos aliquando posteros etiam Geraritica regione polituros esse, pacisci pro suis posteris cum Abimelecho nequaquam potuit. Si autem ejusdem fœderis verba, uti in Hebræo textu exstant, considerentur, in quo nempe ita Abimelechus loquitur* Jura ergo per Deum, ne noceas mihi, et filio meo, et nepoti meo, *pactum illud ne ipsum quidem* Abrahamum *obstrinxisset, si is Abimelechi nepoti superstes vixisset; ac proin multo minus obstringere potuit ejus posteros, qui mortuis jam dudum etiam tertiis Abimelechi successoribus, Geraritica terra potiti sunt. Procul igitur ab* Abrahamo *ejusque remotis nepotibus perjurii labes in regionis illius occupatione fuit.*

*deindeque cum eo pacisci tur de aquarum puteo,*

424 *A memorato jam nunc pacto, quo, ne quis alteri noceret, conventum erat, transit Patriarcha ad pactionem aliam, quæ aquarum puteum, suo jussu effossum, sibique ab Abimelechi servis*

AUCTORE J. G.

servis vi ablatum, singillatim spectabat; qua de re eodem cap. 21 a ℣. 28 ita meminit sacer Scriptor : Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech : Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille : Septem, inquit, agnas accipies de manu mea : ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee : quia ibi uterque juravit. Et inierunt fœdus pro puteo juramenti. *Hactenus Moyses. Ast, scisitaberis, tantine ergo momenti erat aquarum puteus, ut* Abrahamus *propterea cum Abimelecho pactionem iniret, eamque jure jurando utrimque firmari postularit, aut certe permiserit? Imo vero, ut erat puteus ille in regione ex se perquam arida et siticulosa, summi prorsus momenti erat, cum alias non sine labore plurimo incommodisque maximis* Abrahami *greges, armenta, ipsique horum custodes adaquari potuissent. Non abs re igitur Patriarcha Abimelecho septem agnas obtulit, ut eos rex de manu ejus acceptando, hocce ritu, veluti documento publico,*

B *agnosceret, jureque jurando profiteretur, fossum hunc ab eo fuisse puteum, liberumque adeo ei hujus fore usum minimeque in posterum controversi juris.*

*quibus peractis, in Gerarensi regione.*

425 *Cum ergo pactionem illam ipse pariter jure jurando firmasset* Abraham, *Abimelech, jam re confecta, inde surrexit cum Phicol, exercitus sui duce, reversusque cum eo ac suo satellitio est in Geraram, regionis Philistinorum urbem, ubi regiam sedem tenebat;* Abrahamus *vero, cum jam sibi ex pactis conventis liberum tutumque esset in Gerarensi regione et in Bersabee, seu prope juramenti puteum tabernacula, quam diu vellet, figere, nemus illic plantavit, in eoque, vel saltem non procul ab eo, erecta pro sua pietate ara, nomen Domini Dei æterni solenni ritu invocavit, multoque tempore, veluti peregrinus semper et advena, moratus ibidem est. Sed de his rursus audiatur Moyses cit. cap.* 21 ℣. 33 *et* 34 : Surrexit autem Abimelech, et Phicol, princeps exercitus ejus reversique sunt in terram Palæstinorum. Abraham vero plantavit nemus in Bersabee, et invocavit ibi nomen Domini Dei æterni. Et fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis, *seu, ut Septuaginta verterunt,*

C Et plantavit Abraam agrum super puteum juramenti : et invocavit ibi nomen Domini, Deus æternus. Habitavit autem Abraam in terra Philistiim dies multos.

*ubi et nemus sine ullo peccato*

426 *Porro, tametsi paulo diversa hæc a Vulgata nostra sit septuaginta Interpretum versio, minime tamen hæc impedit, quo minus* Abraham *grandiores arbores in luci modum, seu* nemus plantasse *asseratur, eo nimirum fine, ut tentorium juxta figeret, uti antea illud ad arbores tetendisse cap.* 18 *Genes.* ℣. 4 *et* 8 *legitur, vel etiam, uti Pererius pag.* 440 *fere censet, non commodioris solum amœniorisque habitationis gratia, sed et ut esset locus divino cultui sacratus : quo ipse ad sacrificandum Deo, et ut divinis laudibus celebrandis, rebusque divinis meditandis quieto atque intento animo assidue operam dare posset, frequenter secederet; seu, uti Cajetanus exponit, ut esset quasi oratorium et templum, ad colendum Deum, tam ipsi* Abrahæ, *quam domesticis ejus aliisque sociis verum Deum colentibus. Favet sane huic exspositioni Hebræorum veterum traditio, nihilque non admodum probabile complectitur. Vellem tamen, ut quam pie hæc ab Hebræis tradita et in Targo Hierosolymitano asserta sunt,* D *tam essent venerandæ antiquitatis auctoritatis-testimoniis comprobata, quo scilicet major tutiorque fides iis adjungeretur.*

*plantasse ostenditur,*

427 *At, inquies, cum vix quidquam severius a Deo prohibitum fuerit Israëlitis, quam ne lucos arboresve quaslibet plantarent prope altare Domini Dei sui, verine speciem habet, id factum a piissimo Patriarcha fuisse, quod ejus posteris divinitus vetitum fuit? Respondeo, cum plantare nemus, in eoque rerum omnium Conditorem adorare, neutiquam jure naturæ prohibitum sit, ut contra ex natura sua admodum sit laudabile, id sane ab* Abrahamo *sine ulla noxa, imo summa cum laude, fieri potuisse, tum quod necdum tunc lata esset lex Deuteronomii cap.* 16 ℣. 21, *Israëlitis illud prohibens, tum quod ratio nulla, ob quam Deuteron. cap.* 16 *lex illa lata fuerit, respectu* Abrahami *locum habuerit. Quippe alienus prorsus ab idololatria omnique superstitione erat sanctus Partriarcha, et sub umbriferis arboribus, non alium, nisi verum Deum, tametsi ab aliis oppositum æternumque vidisset fieri, adorare umquam voluisset. Adhæc timendum minime erat, ne ipse aliquam nemoribus lucisve* E *divinitatem idololatrarum exemplo affingeret, cum eorum umbra tantummodo uteretur, ut se suosque sub dio versantes adversus solis ardores defenderet, commodiusque, imo et decentius, dum necdum erecta Deo essent templa, vacare sacris posset. Ex adverso autem proni erant in idololatriam gentiliumque superstitionem Israëlitæ sub Moyse viventes; proni itidem erant, ut ex idololatrarum opinione ipsis lucis nemoribusque divinitatem tribuerent, horumque more ipsas arbores diis falsis dicatos una cum idolis religioso cultu afficerent; quæ in causa fuerunt, cur Deus positivo, ut vocant Theologi, præcepto Israëlitis per Moysen caverit prohibueritque, ut deinceps lucos consererent, eosque contra eo dumtaxat loco solennibus sacris vacare jusserit, qui Moysi divinitus designatus fuerat.*

*annis sat multis degit,*

428 *Ceterum, dum Moyses cit. ℣.* 34 *ait,* Abrahamum *fuisse colonum terræ Philistinorum* diebus multis, *id non ita intelligi oportet, ac si dumtaxat hebdomadis aliquot paucisque annis illic Patriarcha degisset; sed, uti idiotismus Hebraïcus ipsaque gestorum* Abrahæ *chronotaxis ostendit, sat longum tempus recitatis vocibus in-* F *dicatum a Moyse fuit. Si enim divinus Scriptor etiam tempus illud, quo Sanctus ante Isaaci ortum in Geraritica regione moratus est, atque adeo et illud, quod inter ejus ortum, et memoratum cum Abimelecho fœdus intercessit, citato ℣.* 34 *etiam comprehenderit, prout re ipsa comprehendisse videtur, vel sic designati a Moyse* dies multi *ad sex circiter annos protrahere necesse erit. Ut ut tamen id se habeat, equidem procul omni dubio in censum venire debent anni illi, quibus ad id ætatis pervenit Isaac, ut, cum ad Montem Visionis Deo immolandus a Patre duceretur, ligna holocausti facile portare quiverit; ac denique computandum erit hoc temporis spatium, quod a Monte Visionis reversus in Bersabee* Abrahamus *ibidem transegit, uti ex infra dicendis latius patebit. Nunc ad factum Patriarchæ nostri omnibus seculis perquam maxime admirandum cum Pentateuchi auctore progredior.*

A

## § XXIII. Abraham, divinitus jussus filium suum Isaacum Deo immolare, mandatum exsequi parat : at perficere divinitus prohibetur. Hujus facti præstantia contra pseudo-criticos ostenditur.

*Abraham, divina voce e cælo vocatus*

*Cum post ea, quæ § superiori in Geraritica regione facta vidimus, Isaacus sub sollicita pia*que Abrahami *et Saræ cura usque adeo bonis moribus, virtutibus annisque crevisset, ut inquilinis domesticisque pietatis exemplum, grandævis parentibus delicium ac solatium, ex divinis vero promissis spes gentis Abrahamiticæ certa optimaque esset, placuit Deo, rerum omnium domino,*
B *ad gloriam suam suique Amici virtutem omnibus gentibus manifestandam, eximiam Patriarchæ fidem atque obedientiam, ejusdem Isaaci occasione, mandato exercere omnium sane gravissimo difficillimoque ; de quo Moyses cap.* 22 *Genes.* ŷ. 1 *ita loqui orditur.* Quæ *(nempe jam supra memorata)* postquam gesta sunt, *ac potissimum quidem, posteaquam* Abraham *in Isaac sibi vocandum esse semen, in eoque suam esse constituendam familiam, divinitus intellexisset,* tentavit Deus Abraham, *non, ut fidei obedientiæque ejus excellentiam cognosceret, (hanc enim omnituens Deus ab æterno perspectam habuerat) sed ut Amici virtutem acueret, perficeret, coronaret. Nomine igitur proprio, et ingeminato quidem, eum Deus, seu Dei vicarius angelus compellavit, seu, uti divinus Historiographus narrat,* Dixit ad eum : Abraham, Abraham. *Agnovit illico Vir sanctus divinam vocem, statimque vocanti Deo respondit* adsum, *nimirum excipiendis exsequendisque supremi Numinis imperiis usquequaque paratissimus.*

*jussusque Isaacum,*

430 *Tum Dei angelus, teste Moyse* v. 2, *sic jussa divina ei denunciavit :* Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visionis : atque ibi offeres eum in holocaustum
C super unum montium, quem monstravero tibi. *Enimvero quot hic profert Dei angelus verba, tot fere infert paterno pectori vulnera, ac totidem ponit exsequendo præcepto obstacula longe gravissima. Ac primum quidem eorum, uti Pererius in cap.* 22 *Genes. Disp.* 4 *recte advertit, illud est :* Filium tuum : *hujus enim commemoratio ex se nata erat ab ejusmodi mandato adimplendo vel omnino revocare aut certe vehementer retardare paternum* Abrahami *animum, quandoquidem* filii *recordatio arctissimum necessitudinis vinculum et flagrantissimum amoris incendium parentibus esse solet, quo fit, ut præoptent patres, mori se potius, quam filios, et se filiis superstites esse, acerbissime doleant. Alterum est illud :* Unigenitum : *nimirum matris suæ Saræ, et quantum ad promissiones divinas, quæ in solo Isaaco, quasi in unico* Abrahami *filio, inplendæ erant, ex his videlicet divinis verbis Genes. cap.* 21, ŷ. 12, In Isaac vocabitur tibi semen. *Tertium est illud :* Quem diligis, *seu, uti Hebraice est,* quem dilexisti, *perpetuo scilicet amore, ac multis sane de causis,* AUCTORE J G
*quod esset is ingenio et moribus optimis et suavissimis ; quod parentum esset reverentissimus ; quod genitus in provecta eorum senectute, nec sine ingenti potentiæ Dei et singularis benevolentiæ perillustri testimonio ; quodque per illum numerosissima clarissimaque promissa a Deo esset posteritas.*

*dilectissimum suum filium,*

431 *Quartum vero est illud :* Isaac. *Etenim singularem quamdam et vehementem excitat amoris flagrantiam audire proprium nomen ejus, qui eximie uniceque diligitur, eoque adeo acerbior est ejus amittendi metus, amissique dolor, quo ardentior in eum amor est. Nomen sane* Isaac *risum gaudiumque significabat ; ast hoc Dei præcepto omnia Parentis gaudia, et præterita, et præsentia, et deinde speranda, obrui ac penitus deleri videbantur, uti laudatus Pererius ibidem notat. Sed quoniam hic audiri præ ceteris meretur Origenes, ejus Homiliæ in Genesim octavæ verba ex tomo* 2 *edit. Operum Parisensis anno* 1733 *pag.* 81 *huc transcribo :* Non sufficerat, *inquit,* dixisse FILIUM, sed adjicitur et CHARISSIMUM. Esto et hoc ; quid adhuc additur et QUEM DILIGIS ? Sed vide tentationis pondus E
Charis et dulcibus appellationibus iterum ac sæpe repetitis, paterni suscitantur affectus, ut, amoris evigilante memoria, ad immolandum filium paterna dextera retardaretur, et adversus fidem animi tota carnis militia repugnaret, additur tentationis tempore : « Accipe, » inquit, ergo » filium tuum charissimum, quem diligis » Isaac- » Esto Domine, quia commemoras de filio patrem, addis et CHARISSIMUM, quem præcipis jugulari. Sufficiat hoc ad supplicium patris. Addis rursum, et QUEM DILIGIS. Sint et in hoc Parenti triplicata supplicia. Quid opus est adhuc, ut commemores et ISAAC ?... Ut recordaretur Abraham, quia dixeras ad eum, quod » in ISAAC vocabitur tibi semen, » et quod in ISAAC erunt tibi repromissiones. Fit et commemoratio nominis, ut et promissionum, quæ sub hoc nomine factæ sunt, desperatio subeat. Sed hæc omnia, quia tentabat Deus Abraham, *modo scilicet eo, quem num.* 429 *assignavimus.*

*in monte alio quo, sibi ostendendo,*

432 *Nunc quintum cum eodem Origene expendamus : sic ille ibidem :* Quid post hæc ? F
» Vade, » inquit, » in terram excelsam in unum » ex montibus, quem tibi ostendero, et ibi » eum offeres holocaustum. » Intuemini per singula, quomodo fiunt tentationis augmenta. » Va- » de in terram excelsam. » Numquid non potuerat duci prius Abraham cum puero ad illam terram excelsam, et imponi prius in montem, quemcumque delegerat Dominus, et ibi ad eum dici, ut offerret filium ? Sed prius ei dicitur, quia offerre debeat filium suum, et tunc jubetur ire in terram excelsam, et ascendere in montem. Quo hoc spectat ? Ut, dum ambulat, dum iter agit, per totam viam cogitationibus discerpatur, ut, hinc perurgente præcepto, hinc vero unici affectu obluctante, crucietur. Propterea ergo etiam via injungitur, etiam montis ascensio, ut in his omnibus spatium certaminis accipiat affectus et fides, amor Dei et amor carnis, præsentium gratia et exspectatio futurorum. Mittitur ergo in terram excelsam, et non sufficit Patriarchæ tantum opus Domino peracturo terra excelsa, sed et montem jubetur ascendere, scilicet ut fide elatus terrena derelinquat,

derelinquat, et ad superna conscendat. *Hactenus Origenes. Reliqua modo, quæ ad ostendendam divini hujus præcepti difficultatem conferunt, ex Pererio jam sæpe laudato recenseamus.*

*auctore J. G.*

*in holocaustam manu propia immolare,*

433 *Ex memoratis supra obstaculis quintum ei mihi vero sextum est illud* : Offeres, *de quo ita ipse scribit* : Non dixit *(Deus nempe, seu Dei angelus :)* Dabis eum aliis immolandum, sed tu ipse duces eum ad immolandum : tu immolationis ejus testis et spectator eris : tu manibus tuis eum trucidabis et cremabis. *Quod autem jam laudato scriptori sextum est, hoc ego, utpote a Moyse cit. versu non expressum, hic prætermitto, atque ad septimum transeo, nimirum ad illud* : in holocaustum. *Quippe istiusmodi sacrificium singulari quodam atque incredibili dolore* Abrahami *animum perurere debuit, uti recte vir eruditus illic observat. Cujus quidem doloris ratio mihi hæc videtur fnisse præcipua, quod nulla sacrificii species sit, in qua hostia oblata tot modis conficeretur, utpote quæ primo jugulanda, dein scindenda in partes, ac tandem igne consumenda esset. Et quamquam ad supremum Creatoris omnium dominium contestandum id ab*

B Abrahamo *fieri Deus vellet, non poterat tamen non accidere ei durissimum, ut post cruentatum sanguine gladium, tam dilecti filii corpus propriis Pater manibus inponeret rogo, atque eo usque igne absumeret, ut præter paucum vilemque cinerem ex charissimo illo Isaaco nihil maneret reliqui.*

*illico divino mandato*

434 *Quid ergo ad tam ardui, tam gravis, tamque singularis præcepti denunciationem Patriarcha noster?* Non deliberat, *inquit Origenes cit. Homilia,* non detrectat, non communicat cum ullo homine consilium, *imo in tam luctuoso negotio ne hiscit quidem, non turbatur animo, uti S. Chrysostomus Homil. 47 pag. 474 observat, non confunditur mente, non destituitur consilio ad tam stupendum præceptum, non cogitat, non ratiocinatur secum, quo pacto fieri possit, ut, occiso Isaaco, impleantur divinæ promissiones, radice exsecta, rami pullulent, succisa arbore, fructus proveniant, arefacto fonte, scaturiant fluvii; at totus in celerem præcepti exsecutionem fertur; de nocte consurgit tacitus, sternit asinum suum, juvenes e domesticis suis duos, charissimumque Isaacum*

C *suum vocat, itinerisque illico instituendi comites esse jubet, ligna ad holocaustum adhibenda concidit, nec mora, ad eum properat locum, quem ei præceperat, seu designarat Deus. Ne hæc, quam sint singularia, tam videantur cuipiam esse incredibilia, ipsummet divinum Scriptorem loquentem sisto.* Igitur Abraham *(verba Moysis sunt* v. 3 *cap.* 22 *Genes.)* de nocte consurgens, stravit asinum suum : ducens secum duos juvenes, et Isaac filium suum : cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem præceperat ei Deus.

*sibi satis perspecto parere studet.*

435 *Neque vero hæc* Abrahami *in exsequendo Dei mandato celeritas, sedulitas alacritasque vel tantillum imprudentiæ admistum habuit. Etenim, cum probe sciret Vir sanctus, penes Deum esse supremum absolutissimumque in vitam mortemque hominum dominium, nec ei esse difficile, mortem ipsam, etiamsi a se præcepta non fuisset, in multo amplius optabiliusque bonum ejus, qui moritur, momento unico convertere; vel hoc ipso, quod præceptum illud re ipsa a Deo profectum fuisse, liquido cognorit, atque adeo de præcepti æquitate sibi fuerit persuasum, non imprudenter, at contra prudentissime egit, dum* D *æquissimi Numinis voluntati obtemperavit, divinumque mandatum, qua fieri poterat, alacritate explere studuit. Nec enim dubitandum ullo modo est, quin, cum Dei angelus vigilanti* Abrahæ *conspicuum se dedit, Divinaque jussa denunciavit, tanta Deus ejus animum luminis copia perfuderit illustraritque, tantaque sui oraculi evidentia confirmarit, ut de neutro dubitare utcumque posset, imo certius compertum haberet, illud Dei esse oraculum præceptumque, quam Saræ uxoris aut Isaaci filii verba esse, quæ ex utriusque ore proferri suis auribus audiret. Solet quippe Deus, uti apud Theologos omnes in confesso est, eorum, quibus mysteria sua patefacit, sic mentem illustrare, sic voluntatem afficere, sic eos de fide et veritate suæ revelationis certiores facere, ut, ipsum esse ejus revelationis auctorem, agnoscant, firmissime judicent et sine ulla dubitatione credant, uti laudatus jam sæpissime Pererius Disp. 5 in cap. 22 Genes. num. 26 scitissime observat. Nunc* Abrahamum *iter suum ad montem Visionis prosequentem videamus.*

436 *Aberat Geraritica regio, ubi tunc versabatur Vir sanctus, a terra Visionis, ad quam properabat, trium dierum itinere, seu, uti videre est in mappa geographica tom. 2 Operum S. Hieronymi columnæ 505 præfixa, distabat urbs Gerara a monte Moria, seu Hierosolymitani dein ædificati templi sede, ac propinquo ei Calvariæ monte, milliaribus unius horæ, quidquid contrarium asserat Tostatus, omnino viginti tribus, Bersabee autem milliaribus unius horæ omnino quindecim; cum igitur die tertio jam iter ageret Patriarcha, vidit procul terram, Hebraïce* Moria, *Græce* καταφανεν, *seu* lucidam, *vel, ut Symmachus vertit,* τῆς ὀπτασίας, *seu* Visionis *dictam, hancque interiori monitu divinoque indicatu, cujus exemplum habes 1 Reg. cap.* 9 v. 17, *protinus cognovit esse locum illum, immolando Isaaco destinatum. Igitur binos e domesticis suis juvenes, quos itineris comites assumpserat, consistere, nec eo, ubi tunc erant, abire loco jubet, se cum Isaaco suo ad conspectum eminus locum properaturum, postque exhibitam hic supremo Numini adorationem ad suos se reversurum, promittens. De his ita Moyses* v. 4 *et* 5 *loquitur* : Die autem tertio, elevatis oculis, vidit F *(Abraham)* locum procul : Dixitque ad pueros suos : exspectate hic cum asino : ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.

E *suisque servis die tertio subsistere jussu sc cum Isaaco*

437 *Porro cum notatu etiam dignissima sint, quæ de hisce* Abrahami *verbis laudatus Origenes cit. Homilia scripsit, illa quoque huc de verbo ad verbum transfero. Ita iste pag.* 82 *Patriarcham nostrum alloquens* : Dic mihi, Abraham, verum dicis ad pueros, quod adores, et redeas cum infante *(seu filio Isaac,)* an fallis? Si verum dicis, ergo non facies eum holocaustum. Si fallis tantum Patriarcham non decet fallere. Quid enim animi in te indicat sermo hic? Verum, inquit, dico, et holocaustum offero puerum. Idcirco enim ligna mecum porto, et cum ipso redeo ad vos. Credo enim, et fides mea hæc est, « quod et a mortuis suscitare eum potens « est Deus. « *Non igitur illi, quibus Melchior Canus lib. 2 de locis Theologicis cap. 4 se* vehementer assentiri *scribit, sat recte censuerunt,* Abrahamum ea ratione fuisse mentitum, quod contra mentem dissimulandi causa locutus est,

*reversurum esse, sine ullo mendacio spondet*

pro

A prophetasse autem, quia dixit verum, quod tunc scilicet ignorabat. *Quasi vero non modo idem, quod postea Caïphæ* Abrahamo *hic accidisset, sed et pejus aliquid; cum Caïphas* (*vide Euangelium Joannis cap.* XI ỳ. 50) *contra mentem minime locutus fuerit, quod tamen factum a sanctissimo Patriarcha esse, innuere non veretur Canus. Facessat igitur temeraria istæc opinio, cum non ea dumtaxat ratione, quam Origenes suggerit, sed et aliis modis, quos apud Peverium Disp. sexta in caput* 22 *Genes. videsis, de mendacio hic excusari* Abrahamus *possit, imo et debeat. Itaque narrationem Mosaïcam recensere pergo.*

*ac mox ligna holocausti Isaaco deferenda tradit, eum coque*

438 *Posteaquam igitur, uti num.* 436 *ex* ỳ. 5 *cap.* 22 *Genes. retulimus,* Abrahamus *binos famulos suos eo loci subsistere tantisper jussisset,* tulit, *teste Moyse a* ỳ. 6, ligna holocausti, et imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis, fili? Ecce, inquit: B ignis et ligna: ubi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter. *Sunt in hac Moysis narratione institutoque Patrem inter et filium dialogismo quamplurima sane, quæ ad fortitudinem constantiamque Patriarchæ nostri commendandam maximopere faciunt. Quis enim pater nisi pissimus* Abraham, *sine gemitu, sine lacrymis, sed ore vultuque sereno, intrepido corpore, invicto animo, sui filii humeris imposuisset ligna ad holocaustum ipsius bajuli præparata? Quis filium consumptionis propriæ instrumentis onustum sine singultibus intueri quivisset? Quis pater propriis manibus gladium ignemque arripere, arreptumque sat procul deferre siccis oculis sustinuisset? Hæc tamen fecit magnus ille Patriarcha, et vel in ea re majus aliquid illustriusque gessit, quam quod antiquitas et profana philosophia unquam finxerit.*

*in via colloquutus non sine mira animi fortitudine,*

439 *Quod si quis ad memorantum jam nunc dialogismum mentem advertat, is certe non poterit non cum Chrysostomo Hom.* 47 *in Gen. cap.* 22 *quam maxime mirari, quo modo* Abrahamus *recitata jam nunc sui filii verba auribus ferre, quo modo ei ad hæc respondere potuerit, quo pacto non fuerit confusus mente, qua fortitudine* C *id, quod futurum erat, occultare filio quiverit, ac tam generoso spiritu sciscitanti de holocausti victima filio responderit,* Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. *Quippe, uti S. Ambrosius lib.* 1 *de* Abraham *cap.* 8, *col. mihi* 306, *in hanc rem notat,* Pulsatur pietatis vocabulis patrius affectus, et fluctibus quibusdam hinc atque hinc tunditur. Filius vocat PATREM: Pater dicit, FILI; ut ipso verborum sono se recognoscat pater... Hæc nomina vitæ solent operari gratiam, non ministrium necis: hæc vocabula incitare ad pietatem, non ad mortem solent. *Et post pauca incredibilem* Abrahami *animi magnitudinem constantiamque ex hisce ejus verbis* Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi, *hoc modo commendat*: Inflexibilis a studio devotionis minister vocare filium frequenter non timet; ita erat intentionis soliditate fundatus: et hoc se meliorem patrem putabat, hoc sibi in perenne mansurum judicabat filium; si eum immolaret Deo. *Plura de his qui cupit, consulat is SS. Patres obviosque sacræ Scripturæ interpretes, hunc locum egrie illus-*



*trantes; ego a remoto holocausti apparatu ad proximum, atque ad ipsum holocaustum cum Moyse progredior.*

AUCTORE J. G.

*jam consistens in ipso sacrificii loco præceptum Dei ei exponit,*

440 *Nunc tandem tertio itineris sui die Pater filiusque* pariter, *uti Moyses loquitur, eousque processerant, ut locum ipsum* Abrahamo *a Deo ostensum, ambo tenerent, essetque nunc manus admovenda operi. Ergo intrepidus sibique semper constans Pater ex cespite saxisque aliquot, alicunde in monte coacervatis, altare ædificat, lignaque, quibus imponenda erat dilectissima victima, componit, vel ipsa fortassis ad id Isaaci utens opera, qui hactenus, uti conjicere licet, quænam holocausto destinata esset hostia, omnino nescierat. Ast vero id diutius filium suum celare Patriarcha nequivit. Itaque, priusquam Isaacum ligaret, eumque in altare super lignorum struem poneret, necesse habuit, divinum oraculum præceptumque ei manifestare, et, si Flavio Josepho lib.* 1 *Antiquit. Jud. cap.* 14 *fides sit, sic illum est affatus:* Fili, mille votis te expeditum, postquam in hanc vitam venisti, summa cura ac sollicitudine educavi, ni- E hil beatius existimans, quam si te virum videre daretur, et tandem heredem meæ ditionis (*seu bonorum omnium*) relinquere. Sed quoniam Deo visum est, ut te susciperem, ac nunc rursum, ut te amittam, fer generose hoc sacrificium. Cedo enim Deo, qui a nobis hunc honorem reposcit pro perpetuo favore, quo nos belli ac pacis tempore est prosecutus. Nunc lege naturæ natus cum sis ut moriaris, non vulgarem habebis vitæ exitum, sed a proprio patre Patri universorum Deo sacrifico ritu oblatus, ipso, ut credere par est, indignum te censente, qui aut morbo, aut bello, aut alia quapiam humana calamitate de vita decedas.

*eum consentientem ponit super altare*

441 *Hactenus Josephus, ex quo cetera, quæ* Abrahamo *tribuit, verba, non transcribo, quod nonnulla eorum haud satis Apostoli testimonio ad Hebræos cap.* XI ỳ. 19 *congruere videantur. Verum enimvero, ut ut sit de illo sermone, quem sancto Patriarchæ Josephus adscribit, equidem omnino credibile est, extremum illum actum quo Isaacus a Patre ligandus, altari imponendus Deoque immolandus erat, non sine mutua sermocinatione, cohortatione et consolatione peractum fuisse. Neque adeo abhorret animus, ut credam laudato Josepho, Isaacum, haud quaquam a tanto parente degenerem, libenter hæc verba* F *accepisse, professumque se minime dignum, qui unquam natus esset, si tam Dei, quam Patris decreto reluctans, non alacriter se præberet utriusque placitis. Manus itaque pedesque Isaac charissimo Parenti suo alligandos ex ritu sacrificii ultro præbet, seque, ut lethalem ictum super altare recipiat, volens lubensque componit, de veritate oraculi nihil dubitans, idque unum sui Patris exemplo satagens, ut divinæ obsequeretur voluntati. Hæc nos Moyses partim expresse docet, partim non obscure nobis insinuat, ita* ỳ. 9 *loquens.* Et venerunt (Abraham *scilicet et Isaac*) ad locum, quem ostenderat ei (*Abrahamo nempe*) Deus, in quo ædificavit (*Patriarcha noster*) altare, et desuper ligna composuit: cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.

442 *Jam nunc religiosus Parens suique ipsius ac naturæ victor manum extenderat arripueratque gladium, quo dilectissimum filium suum*

AUCTORE J. G.

*atque immolare parat, at sistere divinitus jubetur.*

*supremo Numini immolaret; cum ecce ex insperato eadem divina vox, cui jam pridem ipse assuetus erat, ingeminato* Abrahæ *nomine, eum a filii cæde omnique damno abstinere jubet, satis esse prædicans, tam arduum ingensque insignis in Deum fidei obedientiæque documentum ab eo editum esse, ut ex divino jussu ne quidem carissimo Isaaco parciturus fuisset, si opus perfici voluisset Deus. Sed hæc ipsummet rursus Moysen a* ℣ XI *enarrantem audiamus:* Extenditque (*Abraham*) manum et arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de cœlo clamavit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognovi, quod times Deum, et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. *Quæ verba, judice S. Chrysostomo Homil.* 47 *in Genes., pag. mihi* 477, *ita sonant, ac si Angelus nomine Dei diceret:* Non hoc præcepi, ut opus perficiatur, neque volo, ut occidatur filius tuus: sed ut obedientia tua manifesta sit omnibus. Igitur ne feceris ei quidquam. Contentus sum voluntate tua, et ex hac te corono et prædico. Nunc enim cognovi, quia times Deum tu.

B

*Abrahami in hoc facto fides ac fortitudo manifestata, divinitusque commendata,*

443 *Porro in postremis hisce verbis* nunc cognovi *etc. antropopatheiam esse, nec adeo quidquam aliud hæc significare, quam, illam ipsam* Abrahami *fidem obedientiamque, infinita Dei scientia ab æterno cognitam, nunc externo insignique documento manifestatam ab eo esse, docent passim Theologi, sacræ Scripturæ interpretes sanctique Patres, quorum unum pro multis hic loquentem sisto.* Vide, *inquit in hunc locum laudatus Chrysostomus,* quomodo humiliter se nostræ infirmitati hoc verbo *Deus*) attemperat. Quid igitur? Ignorabatne ante hoc Justi virtutem, et nunc cognovit omnium Dominus? Non hoc, inquit, significat, quod nunc ipse cognoverit. Sed quid dicere vult? Nunc, inquit, omnibus declarasti, quomodo sincero timore Deum colas. Nam ego noveram famulum meum: quæ autem nunc a te facta sunt, doctrinæ materia sunt, tam præsentibus, quam futuris Notum enim fecisti nunc omnibus, te timere Deum, et curare, ut mandate ejus opere impleas: " Et non

C

" pepercisti filio tuo dilecto propter me. " Illi, qui tam dilectus est, quem tam ardenter amas, non pepercisti propter me, propter mandatum et jussum meum: sed prætulisti mandatum meum filio tuo; proinde et filium tuum accipe. Propter hoc enim pollicitus sum fore, ut semen tuum extenderetur: redimitus ergo obedientiæ tuæ corona, abi. Ego enim voluntatem coronare soleo et propter mentem præmia largiri.

*sua præstantia, quidquid aliqui reluctentur, omnia prorsus*

444 *Atque hæc quidem fuit feralis istius apparatus sacrificiique, jamjam in filio a Patre peragendi, lætissima catastrophe, remunerante Deo, uti Philo Lib. de* Abrahamo *etiam advertit, Patriarchæ pietatem, et certante cum Amico mutuis officiis, de quibus sequenti § plura dicemus, ubi hic adversus antiquos recentioresque hujus facti calumniatores non pauca ex eodem Philone retulero, quibus ejusdem præstantia luce clarius demonstretur.* Facinus hoc, *inquit, pag. mihi* 293, quamvis effectu caruit, nihilominus pro integro absolutoque, non modo in sacris refertur voluminibus, sed et in lectorum insculptum est mentibus. Verum malitiosis calumniatoribus nostra damnare potius, quam laudare solitis *(id de nostri temporis pseudophilosophis quoque dictum puta)* hoc imperatum opus *(seu illud* Abrahæ *factum)* non videbatur tam magnum et mirificum, quam nobis videtur. Aiunt enim, et alios multos suis affectibus devinctos et amantes liberorum, immolandos exhibuisse filios, vel pro incolumitate patriæ, vel ut averterent bella, siccitates, inundationes, pestilentias; alias item domesticæ, quantumvis falsæ, religionis gratia. Græcorum certe clarissimos, non solum privatos cives, sed et reges, non magna ratione ex se natorum habita, his mactatis maximas delevisse hostium copias primo impetu, sociorum vero servasse maximos exercitus.

D

*ineo genere facta, a profanis celebrata, superat,*

445 Barbaras quoque gentes, *aiunt iidem,* per multas ætates litasse mactatis filiis, cujus sceleris etiam sacrosanctum Mosen meminisse, dum accusans eos, ut pollutos, ait: Filios et filias diis suis adolent. Indorum quoque Gymnosophistas et hodie *(de Philonis tempore hoc intellige)* sub initium senectutis, morbi longi et incurabilis, prius, quam invalescat, accenso rogo, se ipsos exurere, quamvis possent ad tempus fortasse diuturnum resistere. Imo et mulierculas E eorum, defunctis maritis, in rogos eorum, cum gaudio se mittere, atque ita vivas concremari cum adamatis cadaveribus. Harum, inquiunt, merito mireris audaciam, quæ mortem contemnunt tantopere, ut ad eam, tamquam ad immortalitatem, cursu contendant. Istum vero *(Abrahamum)* laudare quorsum attinet, quasi novum aliquot facinus agressum, quod non semel fando auditum est de privatis civibus, de regibus, de integris gentibus. *Hactenus, ex invidorum ac facti hujus calumniatorum mente loquens Judæus Philo, cujus ad hanc eorum infectationem, atque ad alia id genus argumenta, ex profanis historiis Poetarumque figmentis adversus hujus facti* Abrahami *excellentiam hausta, non minus elegans, quam solida responsio hic sane in primis locum meretur.*

*uti ratione non una*

446 Qui liberos mactant, *inquit ibidem pag.* 294, partim ex more id faciunt, ut fertur de nonnullis barbaris, partim quia magna mala et adversus humanam opem contumacia a suis civitatibus aliter arcere nequeunt. Ex his quidam inviti suos exhibent, coacti a potentioribus. Alii compulsi metu hominum, alii cupidine gloriæ F famæque, in præsens gloriæ, famæ vero ad posteros. Ergo qui ex more mactant, nihil magnum videntur facere. Nam inveterata consuetudo plerumque tantum potest, quantum natura, ita ut gravissima quæque reddat toleratu facilia, omnia terrore semoto. Qui vero cedunt timori, laudem nullam merentur. Laudentur enim facta voluntaria, involuntaria referuntur ad necessitatem rerum, aut casuum, aut temporum. Quod si quis amore gloriæ vel filium prodit vel filiam, vituperio magis, quam laude dignus est, morte charissimorum parans sibi honorem, quem etiamsi antea habuisset pro incolumitate filiorum abjicere debuerat. Proinde considerandum est, an ille aliqua modo dicta necessitate coactus sit mactare filium, vel more, vel honore, vel timore. *At vero, uti ibidem Philo, de* Abrahamo *loquens, subdit,* mos certe immolandi liberos, nec Babylone, nec in Mesopotamia, nec a Chaldæeis receptus est, apud quos educatus, magnam vitæ partem cum eis exegit, ne quis putet præ assuetudine leviorem visam mali ejus imaginationem.

447 Sed neque metus ullus imminebat ab hominibus

*a Philone adducta et hic recensita*

hominibus, neque oraculi jussum quisquam norat alius. Nulla publica premebat calamitas, cui morte probatissimi filii remedium quæreret. At laudis apud vulgum parandæ cupidine ad hoc facinus concitatus est. At quæ laus captabatur in solitudine, ubi nemo erat applausurus, data opera longe a tergo relictis etiam duobus famulis, ne se coram testibus ostentare videretur. Quapropter obturato infreni ore moderentur accusatores suam invidiam, nec lacerent honesta vita defunctos, quos potius prædicare deberent cum aliis. Siquidem apud omnes, qui recte sapiant, nihil honestius habetur, nihil optabilius, quam Deo parere; quod hic *(Abraham)* in primis studuit, ita ut nullum umquam mandatum negligeret, quantumvis refertum molestiis et ignominiis, atque etiam laboribus et doloribus. Quamobrem et id, quod oraculo jussus est de filio, fortiter constanterque pertulit. Deinde, cum nulla consuetudo esset in ea regione, sicut fortasse apud quosdam, immolandi liberos, ipse primus auctor futurus erat novi et inusitati exempli, quod mihi videtur nemo laturus fuisse,
B etiamsi ferreum aut adamantinum haberet animum. Cum natura enim, ut quidam ait, pugnare est difficile. Pater erat factus unici hujus (*ex Sara nempe*) legitimi filii, quem mox singulari amore prosequebatur supra modum vulgaris benevolentiæ, imo etiam fama celebratæ.

*dilucide ostenditur.*

448 Aderat et aliud vehemens amoris incitamentum, quod in senecta ei puer natus fuerat. Nam sero natos impotentius parentes adamant, vel quia diu desideratos, vel quia nullam prolem sperant postea, natura jam effæta, quippe quæ extremum attigit terminum. Siquidem e numerosa sobole unum quempiam offerre Deo, tamquam liberorum primitias, nihil mirandum fuerit, cum præsto sit e superstitibus haud mediocre solatium et doloris ob mactatum concepti remedium. Cum vero unicus dilectus offertur, res est sermone nullo explicabilis, nullum respectum habens consuetudinis domesticæ, sed tota prona ad pietatis officium, eximia sane et vix cuiquam alteri tentata. Nam alii, tametsi pro salute patriarum aut exercituum concedunt suos mactandos, tamen aut domi manent interea, aut
B procul absistunt ab altaribus, aut, si contingat, eos sacris interesse, avertunt oculos, ne spectare quidem sustinentes vel alienum necis ministerium. Hic vero (*Abraham*) tamquam sacerdos, ipse pater amantissimus, aggreditur mactationem egregii filii, quem fortassis etiam sacrificio ritu membratim concisurus erat adolendum altaris ignibus. Adeo caverat, ne pietate erga filium distraheretur a pietate Deo debita, et totum, quantus erat, animum sanctitati devoverat, parum curans cognatum sanguinem. Quid horum, quæ diximus, cum ceteris commune est? Quid non eximium, quod nulla possit æquari facundia? *Hactenus Philo. Plura in hanc rem videat curiosus lector studiose collecta digestaque a Natale Alexandro in Histor. Eccles. Veteris Testamenti Dissert.* 8 de Abrahami *sacrificio, qua adversus Marshamum erudite probat, hoc Patriarchæ nostri factum nullo prævio Ægyptiorum vel gentium aliarum exemplo obscurari posse. Ego modo ad ea, quæ vel proxime insigne hoc* Abrahami *factum subsecuta sunt, vel cum eo connexionem habent, sequenti* § *accedo.*

AUCTORE J. G.

## § XXIV. Abrahamus loco filii sui Isaaci arietem Deo immolat: amplissimæ promissiones divinæ ei illustri modo confirmantur: reversus in Bersabee redditur certior de natis suo fratri liberis.

*Cum Abrahamus arietem,*

*Jam* Abrahamus, *Isaaco parcere angelico jussus oraculo, ab incepto destiterat, atque haud dubii exutum protinus vinculis tenerrimo illum osculo complexus fuerat, cum eum non levis cura incessit, quo pacto scilicet, subtracta jam sibi victima, rerum omnium Domino holocaustum, uti animo statuerat, oblaturus in eo monte esset. Ast sollicitudinem illam exemit ei Benignissimus Deus. Quippe inventus est post tergum religiosi Viri sejunctus a grege aries, inter vepres cornicus hærens, sicque iis implicatus, ut effugere nequaquam valeret; quem conspicatus* Abraham, *haud dubitavit eum in eodem illo altari, in quo Isaacum suum, ni aliter Deus jussisset, immolaturus fuerat, supremo Numini holocaustum offerre. Non poterat non tam singulare divinæ Providentiæ documentum religiosam Patriarchæ mentem suavissimo gratissimoque sensu afficere; quapropter, uti alias divinæ erga se benignitatis memoriam, indito ipsis locis, ubi hanc expertus fuerat, congruenti nomine, immortalem apud posteros reddere assuetus erat, ita monti illi, ex re divinitus peracta nomen imposuit novum, nimirum Hebraice* Jehova-jireh, *quod Latine secundum Vulgatam est,* Dominus videt, *vel, ut verti etiam potest,* Dominus providebit. E

*in monte Visionis repertum,*

450 *De his rursus ipsummet Scriptorem sacrum loquentem sisto, nonnulla in ejus narrationem, quo hæc manifestior planiorque fiat, mox subjecturus. Sic ille cit. cap.* 22 *Genes. v.* 13 *et* 14: Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellavitque nomen loci illius: Dominus videt. Unde usque F
hodie dicitur: In monte Dominus videbit. *Ac primo quidem mihi dubitandum non videtur, quin* Abrahamus *oblatum sibi in deserto loco arietem, velut de manu Dei, cujus sunt omnia, acceperit, quemadmodum et postea Elias lib.* 3 *Reg.* 17 *v.* 4 *et* 6 *allatas sibi a corvo in deserto carnes accepit, non inquirens, unde essent allatæ. Aut, si quis, eum de privato legitimoque arietis domino cogitasse, ac nihilominus illum Deo obtulisse, velit; huic ego respondere non vereor, nihil ea in re peccatum a Viro sancto fuisse, cum re deperdita sic ad holocaustum usus sit, ut paratus ceteroqui esse, legitimo ejus domino, si fors compareret, etiam melioris notæ arietem reddere, omneque damnum, si quod ei intulisset, abunde resarcire. Ut ut sit, equidem ambigendum minime est, quin Vir sanctus peculiari instinctu divino ea in re motus fuerit, et ne quidem ad transversum, ut aiunt, unguem, a recta conscientia discesserit.*

451 *Adhæc notari cum* Pererio *meretur, illud* pro filio *sensu triplici, eoque ad rem plane apposito,*

AUCTORE J. G. *loco filii sui Isaaci Deo immolasset,*

*to, exponi posse, nimirum primo* : Abrahamus *arietem obtulit holocaustum, quemadmodum ipse filium suum immolare voluerat, scilicet quantum ad affectum effectumque. Deinde* pro filio, *id est, in locum filii, quem Deus antea immolari jusserat, quemque immolasset ipse, nisi postea id fieri Deus vetuisset. Adhæc* pro filio, *id est, pro liberatione filii* : *agens nempe gratias Deo, quod filium morte liberasset, ejus vice arietem substituendo, simulque Deum orans, ut ejus arietis immolationem perinde acciperet, quasi ei filium suum immolasset. Ita fere Pererius. Denique observant hic Ambrosius et Joannes Chrysostomus, variique alii SS. Patres, hæc omnia, quæ jam ex Moyse relata sunt, figuram fuisse mysterii redemptionis humanæ, eoque etiam spectare hæc Christi ad Judæos verba apud Joannem cap.* 8 ℣. 56 Abraham, pater vester, exultavit, ut videret diem meum : vidit et gravisus est. *Nempe, uti S. Chrysostomus hom.* 47 *in Genes. pag.* 478 *scribit,* vidit per figuram, per umbram. Sicut enim hic ovis oblata est pro Isaac, ita et rationalis agnus oblatus est pro mundo. *Et paulo post, ut mysterium redemptionis humanæ in*

B *illo* Abrahami *facto præfiguratum fuisse, ostendat, ita loqui pergit* : Unigenitus illic, et unigenitus hic : dilectus illic et germanus, dilectus et hic ac germanus... a Patre ille in holocaustum offerebatur, et hunc Pater tradidit. *Imo vero non per figuram dumtaxat et umbram, sed et per expressam revelationem divinam, demonstratam Viro sancto fuisse humani generis per venturum Messiam redemptionem, ipsemet Christus Dominus cit.* ℣. 56 *non obscure indicat, disertissimeque affirmat Ambrosius lib.* 1 *de* Abrahamo *cap.* 8, *quem, si lubet, consule.*

*amplissimæ divinitus ei fiunt promissiones*

452 *Mitto hic, quæ de varia citati versus* 14 *lectione aut interpretatione Latina, deque exorto ex hisce* Abrahami *verbis apud Hebræos adagio erudite a variis disputata sunt, quandoquidem hæc ad Patriarchæ nostri historiam, quam illustrandam suscepimus, non ita prope attinent. Pergo igitur ex Moyse recensere, quæ vel durante, vel peracto jam mox arietis holocausto, divinitus ei dicta fuerunt. Teste Moyse a* ℣. 15, *ad* 19, vocavit autem Angelus Domini Abraham secundo de cœlo, dicens : Per memetipsum juravi, dicit

C Dominus : Quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me : Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, et velut arenam, quæ est in littore maris : possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. *Hactenus Mosaïca narratio, quam cum Apostolus Paulus in sua ad Hebræos Epistola cap.* 6 *a* ℣. 13 *mirifice illustret, facere non possum, quin hujus verba huc transferam.* Abrahæ, *inquit,* promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per semetipsum, dicens : Nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens *(Abraham)* adeptus est repromissionem. Homines enim per majorem sui jurant : et omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem, est juramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum : ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.

453 *Atque ex his quidem Apostoli verbis et* D *formulam jurisjurandi, a Moyse subintellectam, nimirum hanc* Nisi benedicens benedicam *etc., (de qua vide Cornelium a Lapide in hunc locum) et rationem adjecti promisso divino jurisjurandi diserte expressam habemus. Juverit nunc claritatis ergo S. Joannem Chrysostomum recitata num.* 452 *verba exponentem audisse. Sic ille Homil.* 47 *in Genes., pag. mihi* 479 : Considera obsecro, *inquit,* clementiam Domini. « Non peper- « cisti filio tuo dilecto propter me. » Attamen vivum ipsum reducit. Non eventum respicias, dilecte, sed voluntatem et mentem disce, qua sine ullo ratiocinio mandata implebat. Quantum enim ad voluntatem attinet, cruentaverat dextram Patriarcha, et per cervicem pueri immiserat gladium, perfectumque obtulerat sacrificium : idcirco Dominus, quasi sacrificio re ipsa consummato, laudat Justum et dicit : « Non pepercisti filio « tuo dilecto propter me. » Tu quidem non pepercisti propter meum mandatum, ego autem peperci propter tuam obedientiam. Propter hanc tuam obedientiam te remunerans « Benedicam te « et multiplicans multiplicabo te. » Vide cumulatam benedictionem : hoc est, amplius multipli- E cabo semen tuum. Hic enim, qui per voluntatem tuam occisus est, in tantam multitudinem propagabit semen tuum, ut stellis et arenæ adæquandum sit, « et omnes gentes in semine tuo « benedicendæ sint, eo quod audisti vocem meam. » Hæc omnia, inquit, tibi in obedientiæ tantæ mercedem aderunt.

*et jure juramento confirmantur,*

*quarum præcipuam de congruo meruisse dici potest.*

454 *Sed quoniam inter promissa divina,* Abrahamo *jurejurando confirmata, longe summum præstantissimumque illud est de nascituro ex ejus semine Messia, seu, prout S. Zacharias Lucæ cap.* 1 ℣. 73 *loquitur,* jusjurandum *illud,* quod juravit *(Deus nempe)* ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, *non abs re erit, paucis hic investigasse, an istud alacri sua obedientia, non sine divinæ gratiæ auxilio præstita, piissimus Patriarcha meruisse dici possit. Negant heterodoxi illi, qui piis justorum operibus, etiam cum divina gratia peractis, omnem meriti rationem abjudicant. Verumenimvero affirmare ego non vereor,* Abrahamum *per egregium illud factum suum de congruo, ut Theologi loquuntur, meruisse, ut divino jurejurando confirmata fuerit præstantissima illa promissio, a Moyse cit.* ℣. 18, *a* F *S. Paulo ad Galatas cap.,* 3 ℣. 16, *et alibi in Scripturis sacris memorata, qua in semine* Abrahæ, *seu in Christo, benedicendæ erant omnes gentes terræ. Et sane, si quis mente non præoccupata considerarit cit.* ℣. 16 *Hebraïcam particulam causalem* ki, *Latinæ* quia, *et* ℣. 18. *Hebraïcum illud* ekeb ascher, *quod Latine sonat* eo quod, *vertique etiam sic potest* In mercedem ejus, *scilicet obedientiæ; næ ille, nisi genuinum vocum omnium sensum in alienum pro cujuslibet libidine detorqueri posse, fateatur, ambigere non poterit, quin propter Patriarchæ nostri obedientiam, tamquam causam meritoriam dispositivam, divino jurejurando firmata, imo et ante ex hujus prævisione facta fuerit promissio illa, qua Dei Filius, humanam carnem prorsus gratuito sumpturus, non ex alia, quam ex* Abrahami *stirpe, eam assumpturus esset. De his qui plura cupit, adeat Theologos Polemicosque de supernaturali merito disputantes; ego ad binas alias quæstiones, ad huncce Commentarium critico-historicum attinentes, progredior.*

455

AUCTORE J. G.

*Promissiones autem illas, quantum ad substantiam, non novas,*

A 455 *Earum prima in eo versatur, an quatuor promissa divina, cit. cap.* 22 *Genes.* ŷ. 17 *et* 18 *commemorata, quantum ad substantiam antiqua, sed confirmata; an contra omnino nova, seu jam primum* Abrahæ *facta esse dicenda sint. Quod ad primam illam spectat promissionem* Benedicam tibi ŷ. 17; *indubitatum est, eam* Abrahamo *jam dudum ante factam fuisse, uti cap.* 12 *Geneseos* ŷ. 2 *et* § IX *videre est. Ad secundam quod attinet* Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli et velut arenam, quæ est in littore maris, *eodem* ŷ. 17; *hanc itidem jam ante* Abrahamo *factam legimus Genes. cap.* 13 ŷ. 16, *ubi ita Deus illum alloquitur:* Faciamque semen tuum sicut pulverem terræ: si quis potest hominum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit; *et cap.* 15 A. ŷ Suspice cælum et numera stellas, si potes... Sic erit semen tuum, *ac demum cap.* 17 ŷ. 6 Faciamque te crescere vehementissime, et ponam te in gentibus regesque ex te egredientur, *quod et cap.* 18 ŷ. 18 *repetitum legitur. Idem omnino de tertia hac promissione cit.* ŷ. 17 *cap.* 22
B *Genes. relata,* Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum *dicendum est, quandoquidem Genes. cap.* 13 ŷ. 14 *et* 15 *ita Deus* Abrahamo *locutus fuerat:* Vide a loco, in quo nunc es, ad Aquilonem et Meridiem, ad Orientem et Occidentem. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo, *et rursus cap.* 15 *a* ŷ. 18 Semini tuo dabo terram hanc a fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum Euphraten, Cinæos, et Cenezæos, Cedmonæos etc.

*licet quidam oppositum pugnacissime tueatur,*

456 *Verum quod ad quartam eamque præstantissimam attinet promissionem* Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ; *hanc Paulus Burgensis in Additione quinta super caput* 22 *Genes. omnino novam, seu numquam ante* Abrahamo *factam fuisse, pugnacissime tuetur: ast, uti jam patebit, haud satis feliciter. Etenim jam ante pollicitus fuerat* Abrahamo *Deus, in ejus semine benedicendas esse omnes gentes terræ, nimirum Gen. cap.* 12 ŷ. 3 *ita loquens:* In te benedicentur universæ cognationes terræ, *et cap.* 18 ŷ. 17 *et* 18 *sic inquiens:* Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum: Cum futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, et benedicendæ sint in
C illo omnes nationes terræ. *Quippe, cum in postremis hisce textibus idem omnino significet τὸ* in te *et τὸ* in illo, *quod* in semine tuo, *vel* in semine ejus, *uti ex cap.* 13 *Genes. v.* 15, *et ex eo etiam colligitur, quod alias falsa esset prolata Geneseos cap.* 12 ŷ. 3 *et cap.* 18 ŷ. 18 *divina sententia; vel hinc liquido satis patet, factam* Abrahamo *cap.* 22 *Genes.* ŷ. 18 *promissionem omnino novam dici non posse. Quod autem Burgensis adstruit, hanc unam jurejurando confirmatam promissionem a S. Paulo ad Galatas cap.* 3 *indicatam fuisse; in eo, ut supra* § XI *num.* 206 *ostendimus, atque uti ex adjecta annorum computatione liquet, hallucinatus fuit auctor ille, uti et, dum aliud verbum Hebraïcum Genes. cap.* 12 ŷ. 3, *aliud cap.* 22 ŷ. 18 *adhibitum a Moyse, adstruit, cum tamen utrobique verbum Hebraïcum* Barach, *quod* benedicere *sonat, reperiatur, sola discrepans Hebraïca conjugatione, ut Grammatici loquuntur.*

*sed tantum novo illustrique modo confirmatas fuisse, ostenditur,*

457 *Neque vero, divinam promissionem cit. cap.* 22 *Genes.* ŷ. 18 *omnino novam esse, ex eo capite Burgensis recte contendit, quod hæc sola, ut ipsi placet, divino jurejurando confirmata fuerit, aliæ non item. Nam, uti cuilibet in recitatam num.* 452 *Mosaïcam narrationem ordinemque divinorum verborum oculos conjicienti mox manifestum fiet, jusjurandum Dei non postremam hanc solam, sed et tres alias promissiones divinas, supra memoratas, antecedit, easque ad unam omnes complectitur; ut adeo non sola promissio de benedictione omnium gentium in semine.* Abrahæ, *sed etiam tres aliæ divino jurejurando firmatæ fuerint. Ex quibus omnibus consectarium fit, renovatas seu iteratas cit. cap.* 22 *Genes. fuisse promissiones divinas, jam ante* Abrahamo *factas, non vero una alterave auctas. At enim, inquies, si promissa divina,* Abrahamo *post exhibitam summam animi fortitudinem singularemque obedientiam facta, nihil amplius præstantiusve quantum ad substantiam contineant, quam quæ jam ante ei fuerant facta, ecquid ergo plus præmii jam ei datur? Respondeo, in eo amplioris præmii rationem consistere, quod factæ antea promissiones nunc novo modo eoque illustriore dentur, quodque Deus interposito juramento (vide Apostoli verba num.* 452*) abundantius* Abrahamo *ejusque heredibus immobilitatem sui consilii ostenderit, ut tam ipse, quam*
E *hi in sua peregrinatione fortissimum haberent solatium; ac denique, quod hic manifestissime declaret Dei angelus, ob meritum fidei et obedientiæ* Abrahami *divino jurejurando firmatum id esse, quod antea promissione simplici, et, quantum ad causam dispositivam, num.* 454 *memoratam, attinet, non explicata, nude prænunciatum fuerat.*

*hujus vero facti epocha*

458 *Nunc ad alteram e binis quæstionibus, num.* 454 *indicatis, accedo. Hæc circa annum* Abrahæ, *cui memorabile illud holocaustum innecti debeat, versatur, indeque ortum duxit, quod nec Moyses cit. cap.* 22 *Geneseos, nec S. Paulus ad Hebræos cap.* XI *de* Abrahamo *scribens, nec quisquam alius sacer auctor aut Patris, filium immolaturi, aut victimæ immolandæ ætatem diserte expresserit. Hinc factum est, ut alii, quemadmodum jam ante num.* 205 *dixi, anno* Abrahæ *centesimo decimo, alii centesimo decimo quinto, alii centesimo vigesimo quinto, alii alio ejus anno id contigisse, adstruxerint. Id certum in hac re est, Isaacum, qui, ut* § XXII *ostendimus, anno Patris sui centesimo natus est, jam id*
F *ætatis tunc fuisse, ut non mediocrem lignorum fascem concremandæ victimæ necessarium suis humeris in montem excelsum ferre potuerit. Unde colligere datur, Isaacum tunc decennem aut duodennem puerum non fuisse. Adhæc si ad narrationis Mosaïcæ,* Abrahami *reditum in Bersabee ejusdemque illic habitationem ante obitum Saræ referentis, seriem advertamus animum, vix non indubitatum fiet, egregium illud facinus contigisse, viva etiam Sara; atque adeo, cum hæc nonagenaria pepererit Isaacum, mortuaque sit anno ætatis suæ, ut infra dicetur, centesimo vigesimo septimo, non posse hujus facti epocham ultra annum Isaaci trigesimum septimum differri.*

*non anno Isaaci duodecimo,*

459 *Scio quidem, Hebræos aliquot, eosque non vulgaris notæ, Isaaco tunc temporis haud plures, quam duodecim, annos tribuisse, atque adeo factum illud anno* Abrahæ *centesimo duodecimo illigasse, his nempe ductos rationibus, quod Isaacus Genes. cap.* 22 ŷ. 5 puer *vocetur, quodque sibi vincula ad necem injecta passurus non fuisset, si ad resistendum vires suppetiissent, ni alias, si se sponte obtulerit,* Abrahamum *meritis superasse, dicatur: quod ipsis absurdum videtur. At enim vero nihil prorsus rationes illæ evincunt. Nam et Benjamin Genes. cap.* 43 ŷ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. G.

8 *et* 9 puer *vocatur, qui haud dubie annum ætatis vigesimum attigerat, et lib.* 2 *Reg. cap.* 2 ℣. 14 *milites, robore præstantes, vocantur* pueri, *ac denique, ut alia mittam exempla, eodem lib. cap.* 18, ℣. 5 *et* 12 *Absalom* puer *appellatur, qui tamen cap.* 17 ℣. 25 vir *dicitur, quique jam ante, quam insurgeret contra Davidem patrem suum, tres filios unamque filiam genuerat, uti ibidem* ℣. 27 *legere est. Cum igitur in sacris Litteris nomen* pueri *in universum opponatur seni, comprehendatque etiam adolescentiam et juventutem, nihil prorsus subsidii Hebræis illis ad demonstrandam juniorem Isaaci ætatem illud confert. Dein, vt ad alteram Hebræorum rationem respondeam, iis ego lubentissime do, imo et ipse propugno, Isaacum se sponte vinciri permisisse; ast unde constat, sic eum plus, quam Patrem suum, meruisse apud Deum, majoremque filii, quam Patris, fuisse in Deum fidem obedientiamque?*

*tametsi Hebræis aliquot variis rationibus id contendant,*

460 *Imo vero, uti Pererius jam sæpe laudatus, disput.* 15 *in caput* 22 *Gen. pluribus ostendit,* Abrahami *factum circa illam filii immolationem majoris virtutis, amplioris meriti ac laudis fuit.* B *Nam primo* Abraham *plus diligebat vitam filii sui Isaac, quam suam, et quam ipse Isaac propriam vitam diligeret, idcirco nempe, quod esset unigenitus ex dilectissima uxore, quod sui amantissimus maximeque reverens, quod in senectute non sine miraculo genitus, quod moribus innocentissimus sanctissimusque esset, quodque in ejus unius vita omnes Dei promissiones sibi datæ niterentur. Deinde* Abrahamus *acerbitatem illius casus melius ponderavit, quam Isaac: totum enim triduum cogitatione atrocissimi casus cruciatus fuit. Adhæc habuisse creditur maximas circa fidem tentationes. Præterea horrendum magis* Abrahæ *fuit, et ab eo paternus affectus sensusque vehementius refugit, filium necare propriis manibus, quam Isaaco futurum erat, occidi. Is enim uno ictu jugulatus, quasi puncto temporis mortem hausisset:* Abraham *vero triplicato dolore, lenteque discruciatus esset, primo filium jugulando, tum sacrifico ritu membratim concidendo, ac demum igne eum concremando, nullis tam dilecti filii reliquiis præter exiguum cinerem remanentibus. Ita fere ille; unde sat manifeste patet, nullius quoque ponderis esse recitatam supra Hebræorum istorum rationem, ex qua* C *Isaacum decennem aut duodennem dumtaxat tunc temporis fuisse, adstruunt.*

*nec anno ejus 36, sed anno circiter 25 statuenda videtur,*

461 *An ergo, inquies, amplectenda potius est opposita Judæorum aliquot in suo Chronico Majore, seu in Seder-Olam Rabba, sententia, quæ Isaacum,* quando ligatus est super altare, egisse annum XXXVI, *ac proin id anno* Abrahæ *centesimo trigesimo sexto contigisse, affirmat? Respondeo, tametsi sententia hæc narrationi Moysaïcæ dictisque num.* 458 *tam directe non repugnet, quin conciliari utcumque queat; eam tamen haud satis probabilem videri, tum quod auctoritas citati Chronici, præsertim, ut jam mox videbimus, repugnante Flavio Josepho, per se sola sufficiens non sit, ut fidem sat certam tutamve faciat; tum quod Moyses,* Abrahamum, *cum Isaaco reversum in Bersabee,* ibi habitasse, *deindeque nunciam a Nachore fratre suo accepisse, a* ℣. 19 *enarrans, indeque eum in Hebron migrasse, cap.* 23 *subdens, multo longius, quam unius anni, spatium inter celebre illud holocaustum interque mortem Saræ, quæ anno* Abrahæ *centesimo trigesimo septimo, et Isaaci trigesimo septimo contigit, designasse videatur. Malim igitur mediam inter* D *extremas sententiam sequi, illam nempe, quæ factum illud plane singulare anno Isaaci vigesimo quinto, ac Patris ejus centesimo vigesimo quinto innectit; tum quod in ea nihil occurrat, quod Moysaïcæ narrationi vel tantillum refragetur, tum quod peritissimus Rerum Judaïcarum scriptor Josephus lib.* 1 *cap.* 14 *pag. mihi* 23 *disertissimis verbis illud contigisse affirmet, cum Isaacus* vigesimum quintum annum agebat. *Fatendum tamen, ne hanc quidem sententiam, etsi aliis probabiliorem, pro certa haberi posse; ac proin, uti supra num.* 206 *dictum fuit, ab eo anno deductum ab Apostolo non fuisse æræ Abrahamiticæ, seu* 430 *annorum peregrinationis Hebræorum exordium. His, ut fieri licuit, expeditis, ad Moysen redeo.*

*Peracto sacrificio Abraham reversus domum, natos esse suo fratri liberos,*

462 *Sic igitur ille, quæ post lætissimam holocausti catastrophen facta sunt, cit. cap.* 22 *a* ℣. 19 *usque ad capitis ejusdem finem enarrat:* Reversus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, et habitavit ibi. His ita gestis, nuntiatum est Abrahæ, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitum, et Buz fratrem ejus, et Camuel E patrem Syrorum, et Cased, et Azau, Pheldas quoque et Jedlaph, ac Bathuel, de quo nata est Rebecca: Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abrahæ. Concubina vero illius, nomine Roma (*Hebraïce* Reuma, *ejus nempe secundaria uxor*) peperit Tabee, et Gaham, et Tahas, et Maacha. *Quæ ne quis frustra a Moyse hic commemorata esse, arbitretur, nonnihil modo illustrabo. Ac primo quidem non abs re subdidit sacer Scriptor,* Abrahamum, *postquam ad famulos suos, quos procul a monte Visionis, uti num.* 436 *dictum est, consistere jusserat, reversus esset, una cum iis ac suo cum Isaaco profectum esse in Bersabee, unde venerat, ut ne locus, ubi Patriarcha ante eximium istud factum degerat, et ubi dein aliquandiu, Deo, ut Josephus eodem cap.* 14 *scribit, omnes ejus conatus prosperante, habitare perrexit, incertus posteris foret. Idcirco autem recensuit Moyses progenitas a Nachore ex Melcha proles, ut ne genus futuræ Isaaci uxoris, atque adeo et maternum Israëlitarum genus incognitum esset.*

F

*intelligit, ea verisimiliter occasione, quæ hic refertur,*

463 *Reliquum nunc est, ut, qua occasione* Abrahamus *de genitis fratri suo Nachori filiis per nuncium redditus sit certior, ex probabili saltem conjectura, hic exponamus. Censet Rupertus in caput* 22 *Gen., nuntiatum de Nachoris liberis fuisse sanctissimo Patriarchæ, nolenti accipere filio suo Isaaco uxorem de filiabus Chananæorum, inter quos habitabat, et sollicito, unde sibi nurus esset speranda, digna filio suo; atque hanc sollicitudinem seu occasionem idoneam esse existimat, cur id illi nunciatum esse, hoc loco sancta narret Scriptura. Ast unde hæc Nachori, in Mesopotamiæ urbe Haran degenti, tunc temporis innotuerunt? Existimat Salianus ad annum mundi* 2164, Abrahæ *vero* 126, *num.* 1, *pag.* 488, Abrahamum *post liberatum a morte Isaacum, et spes suas divinitus, etiam jurejurando firmatas, lætitia exsultantem, consanguineos, qui erant in Mesopotamia, gaudii sui participes facere voluisse, et ad eos primum certos nuncios misisse sub anni ætatis ejus* 125 *finem; sub anni autem ejus* 126 *initia Nachorem vice versa nuncios de rebus suis, atque adeo et de nata ex uno filiorum suorum prole, Rebecca nomine, ad fratrem suum*

A *suum* Abrahamum *misisse, idem auctor censet, sed, pro sua modestia, ex conjectura tantum; quæ tamen an non ceteris omnibus, quæ ea de re fieri possunt, probabilior sit, dijudicandum lectori relinquo.*

*unde et confirmatur assertus superius natalis annus Abrahæ.*

464 *Ceterum coronidis loco cum Torniello et Saliano jam laudato hic observatum velim, ex Mosaïca narratione, num.* 462 *recitata, non parum confirmari nostram de anno natali* Abrahæ *deque emortuali Tharæ patris ejus tempore sententiam. Etenim ex verbis Moysis manifeste colligitur.* Abrahamo, *ex quo discesserat ex Haran, nimirum ante quinquaginta circiter annos, nullum cum Nachore ejusque familia fuisse commercium. Atqui credibile non est,* Abrahamum, *si, vivo etiam patre, ex Haran discessisset,* 50 *circiter annorum spatio nulla exhibiturum fuisse specialia amoris reverentiæque specimina grandævo seni charissimoque parenti, qui et Filii auxilio non parum indigere poterat, quique et ejus incitatus amore, terram patriam reliquerat, ac longam susceperat peregrinationem. Consectarium igitur fit, ut jam ante, quam discederet Sanctus noster ex Haran, nempe anno ætatis suæ*
B *septuagesimo quinto, mortem illic obiisset Thare. Nec enim alias concipi potest, eccur eo aliquoties non commigrasset* Abraham, *aut quo pacto is ignorasset, quid sui fratris familiæ incrementi accessisset, si eam, quanta erat, dum suum patrem inviseret, plus semel coram intuitus fuisset.*

## § XXV. Sanctus defunctam in Hebron uxorem Saram plangit: eam sepelit in spelunca duplici, quam ab Ephron emerat probata pecunia: varia de hac sepulcri emptione.

*Abrahamus uxorem Saram in Hebron defunctam,*

Abrahamus, *peracto, de quo supra egimus, in monte Moria sacrificio, cum charissimo Isaaco binisque itineris comitibus incolumis reversus ad Saram erat, atque ab eo tempore, uti ex Flavio Josepho libro* 1 *Antiquitatum Judaïc. cap.* 14 *intelligi potest, beatam admodum tranquillam-*
C *que vitam Patriarcha noster in Bersabee cum suis degerat, Deo scilicet sanctæ hujus familiæ conatus omnes mirum in modum prosperante, cum visum illi est, incertum, qua de causa, quove determinato post istud sacrificium anno,* e terra Palæstinorum, *ubi, teste Moyse Genes. cap.* 21 ŷ. 34 diebus multis, *seu annis non paucis* colonus *fuerat, sua in civitatem Arbee, quæ est Hebron, tabernacula totamque transferre familiam. Ast illum hic loci anno ætatis suæ centesimo trigesimo septimo acerbus admodum excepit casus. Hic quippe vivendi finem fecit dilectissima conjux Sara, anno ætatis suæ centesimo vigesimo septimo, seu anno trigesimo septimo, ex quo Maritum suum exoptata tamdiu prole mascula ditasset, prout Moyses partim citatis jam ante locis, partim cap.* 23 *Geneseos testatur* ŷ. 1 *et* 2 *ita loquens:* Vixit autem Sara centum viginti septem annis. Et mortua est in civitate Arbee, quæ est Hebron, in terra Chanaan, *seu in ea Chanan itidis parte, quam Hethæi tunc incolebant.*

466 *Atque hæc satis plana quidem: sed quid sibi vult eodem* ŷ. 2 *divinus scriptor, in hunc modum pergens:* Venitque Abraham, ut plangeret, et fleret eam? *Verumne igitur est, quod quidam Hebræi dixerunt,* Abrahamum ab immolatione venisse, *et in reditu reperisse mortuam Saram, examinatam nuncio immolationis? Minime vero, tum quod* Abrahamum, *peracto in terra Visionis holocausto, reversum esse in Bersabee ibique habitasse, cit. supra cap.* 22 *Genes.* ŷ 19 *diserte testetur Moyses, tum quod eo tempore Sara non in civitate Arbee, sed in Bersabee, habitaret; tum denique quod haud satis simile veri sit, ei quidpiam eorum, quæ in monte Moria divino jussu gerenda erant, patefactum fuisse. Num igitur* Abrahami *uxor eum e Bersabee in Hebronem ire meditantem diebus aliquot eo præcesserit, illucque pervenire nequierit Patriarcha, nisi postquam Saram ex contracto in itinere morbo morte sublatam intellexit? Id quidem a vero non abhorret; ast simul veterum testimonio destitutum est. Mihi similius vero est,* Abrahamum venisse *e proprio suo tabernaculo, jam in Hebron fixo, progressumque funebri ritu, tunc temporis usitato, ad aliud tabernaculum, ubi mor-* E *tuæ uxoris corpus depositum jacebat, ut hic oratione lugubri planctuque solenni nec non virtutum defunctæ publica prædicatione justa persolveret uxori, de quibus plura videat curiosus lector apud Pererium in caput* 23 *Genesis a num.* x, *et apud Salianum in Annal. ad annum mundi* 2175 *a num.* 3, *uti et apud Wilhelmum Smitium in idem cap. Geneseos scribentem.*

AUCTOR J. G. *ritu funebri plangit,*

467 *At forsitan subibit animum mirari, ecquid illud sit, quod idem iste Patriarcha, qui suum immolaturus unigenitum, sua sibi vita cariorem, nullas fudit lacrimas, gemitum nullum edidit, nec ulla ex corde tam gravi vulnere saucio traxit suspiria, totusque immolationi filii intentus fuit, nunc contra ob uxoris mortem ita tenero molliqueanimo fuerit, ut in lacrymas resolutus et in planctum effusus sit, jamque in alium virum mutatus videatur. Unde, scisitaberis, tanta ejusdem hominis, tam diverse affecto animo, diversitas?* Nimirum, *uti Pererius in caput* 23 *Genes. num.* 9 *scite respondet,* illic respectus et contemplatio divinæ majestatis et voluntatis, sumumque studium obtemperandi cælestibus præceptis omnes exclusit lacrymas, coercuit gemitus, cohibuit suspiria, omnemque paterni vel animi vel doloris sensum oppressit. At vero hic F conjugalis caritatis respectus et amissio uxoris, cum qua diutissime et concordissime vixerat, et quam sui amantissimam ac reverentissimam semper expertus fuerat, justum sane mœrorem, doloremque in animo ejus excitavit. Nempe homo erat, nec, quod humanum est, a se alienum putavit. Tristitia namque et dolor luctusque ob conjunctissimarum et carissimarum personarum interitum humani sunt et naturales affectus: quos, si ratio eis moderetur, nemo jure culpare possit; *quod etiam ex sacris verbis Ecclesiastici cap.* 48 ŷ. 16 *et ex Historia profana verbis Antonini Pii imperatoris erudite idem auctor ostendit.*

*non sine æquo justoque mœrore,*

468 *Expleto hocce funeris officio, volens piissimus Patriarcha demortuæ uxoris corpus loco apto honorificoque sepelire, cum apud Hethæos nihildum agri aut fundi possideret, convenit filios Heth, seu Hethæum populum, eo consilio, ut ab Ephron Hethæo, filio Seor, speluncam duplicem, quam*

*cupiensque eam loco honorifico sepelire, ab Hethæis*

AUCTORE J. G.

*quam is in extrema parte agri sui possidebat, legitimo emptionis contractu sibi comparet, in eaque defunctam conjugem recondere pro suo jure possit. Principio tamen non totam consilii sui seriem Hethæorum primoribus aperit, sed singulari modestia animique demissione, advenam se et peregrinum apud eos esse, præfatus, enixe rogat, ut jus sepulchri, seu locum aliquem, in quo uxorem suam sepeliat, sibi non denegent. Illi, ut erant admodum humani, et* Abrahamo, *quem, ut Dei principem virumque summum, venerabantur, in primis addicti, postulantis votis protinus assentiuntur ultroque offerunt sepulchra sua, etiam selectissima honorificentissimaque, ut in quolibet eorum ipse pro arbitrio suo demortuam uxorem recondat. Hæc nos Moyses non obscure docet cit cap.* 23 ℣. 3 *et tribus seqq. ita loquens:* Cumque surexisset *(Abraham nempe)* ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens: Advena sum et peregrinus apud vos: date mihi jus sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum. Responderunt filii Heth, dicentes: Audi nos, domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum: nullusque te prohibere poterit, B quin in monumento ejus sepelias mortuum tuum.

*ac nominatim ab Ephrone speluncam duplicem*

469 *Audito tam humano responso, Vir sanctus acturus Hethæis gratias, de loco, quo sederat, surgit, inflexoque corpore Hethæorum primores populumque salutat, moxque desiderium suum apertius eis pandit, nimirum non tam se cupere, ut in quolibet eorum sepulchro mortuam uxorem sepelire ex mera eorum benevolentia sibi liceat, quam ut speluncam duplicem, ab Ephrone, filio Seor, in extrema agri sui parte pleno dominio possessam, obtinere, persoluto ipsi justo pretio, queat, utque in ejus possessionem ad sepulchralem usum legitimo mittatur ritu; proin demisse se ipsis supplicare, adjutores sibi esse velint in exorando Ephrone, ut speluncam duplicem justo solitoque pretio sibi publice vendat. Is Ephron opportune, uti nonnullis placet, inter populares sedebat, at non agnitus haud dubie ab* Abrahamo. *Ergo hic coram omnibus, qui in Hethæi populi conventu secum erant, seu ad portam civitatis, ubi jus dici solebat, de more convenerant,* Abrahamo, C *quem beneficio sibi obstringere cupiebat, apertis, sed humanis admodum verbis edicit, se ejus pecunia non indigere, ac non tantum ei speluncam, cui uxoris cadaver inferre possit, sed et agrum integrum lubentissime donare. Contra vero Vir sanctus, salutatis iterum Hethæis, reponit, ea se conditione admissurum oblata, ut de manu sua justum agri speluncæque pretium Ephron admittat.*

*oblato pretio postulat obtinetque, uti Moyses*

470 *Ad quæ rursus Ephron, postulatam terram quadringentis siclis argenti valere, inquit, nec tamen sibi tanti id esse, ut magni fieret munus; sed, cum liquido perspiceret, ratum fixumque* Abrahamo *esse, oblatum agrum ac speluncam non admittere, nisi traditio prius justo utriusque pretio, di se, quo ei gratificaretur, accepturum esse. Hæc cum audisset pius Patriarcha, cui nihil magis cordi erat, quam neminem suo fraudare, nullius impendio ditescere, at contra æquitatem exactissimam in contractibus servare, actutum profert quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ, atque in eodem ipso Hethæorum conventu Ephroni appendit persolvitque; itaque agrum arboribus circumdatum ac speluncam duplicem sibi comparat, testantibus Hethæorum primoribus, ceterisque, qui portam civitatis illius intrabant publicoque assistebant concessui. Quo peracto, demortuam uxorem usitato ritu funebri in spelunca illa Vir sanctus sepelit, haud dubie funus comitantibus Hethæis, a quibus et confirmatus et stabili jure ita firmatus est initus* Abrahamum *inter et Ephronem emptionis-venditionis contractus, ut nulla subsecuturo tempore moveri de eo posset controversia. Ipsa nunc, quibus factum hoc Genes. cap.* 23 *narratur, Mosaïca verba subjicio, nonnullas de iis disquisitiones mox subditurus. Sic igitur Moyses cit. cap. a* ℣. 7 *loquitur:* Surrexit Abraham et adoravit populum terræ, filios videlicet Heth: Dixitque ad eos: Si placet animæ vestræ, ut sepeliam mortuum meum, audite me, et intercedite pro me apud Ephron filium Seor: Ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. D

*verbis hic recitatis narrat;* E

471 Responditque Ephron ad Abraham, cunctis audientibus, qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens: Nequaquam ita fiat, Domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor: Agrum trado tibi, et speluncam, quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum. Adoravit Abraham coram populo terræ. Et locutus est ad Ephron, circumstante plebe: Quæso, ut audias me: Dabo pecuniam pro agro: suscipe eam, et sic sepeliam mortuum meum in eo. Responditque Ephron: Domine mi, audi me: Terra, quam postulas, quadringentis siclis argenti valet: istud est pretium inter me et te: Sed quantum est hoc? Sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre, tam ipse, quam spelunca, et omnes arbores ejus in cunctis terminis ejus per circuitum, Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, et cunctis, qui intrabant portam civitatis illius. Atque ita sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre, F hæc est Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager, et antrum, quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti a filiis Heth.

*in qua sepulchri emptione ab Abrahamo*

472 *Hactenus narratio Mosaïca, circa quam moveri primo hæc controversia potest, licitumne fuerit* Abrahæ *jus sepulturæ ab Ephrone emere, imo et cum quodammodo compellere, ut pecuniam pro sepulchrali loco seu spelunca duplici ipsoque, in quo hæc sita erat, agro acciperet. Si enim, uti S. Hieronymus lib. Quæstion. Hebraïc. col.* 527 *vult,* occulte reprehensus *fuerit Ephron idirco, quod* memorias vendiderit mortuorum, *quodque sepulchri pretium, licet invitus, susceperit; qua ratione omni culpa hic absolvi poterit* Abraham, *qui ultro et gratis oblatum sepulchri locum admittere noluit, nihilque non egit, ut Ephron integrum ejusdem pretium de manu sua acciperet, itaque verum emptionis-venditionis contractum de jure sepulturæ secum iniret. Sin autem ea in re excusandus omnino sit* Abraham, *qua ratione reprehendi ullatenus meritus est Ephron? Ad hæc varii varias adferunt responsiones, quibus, ne prolixior sim, hic supersedeo, sicque de hac controversia statuo: cum nullo ex capite*

A *capite constet, imo nec probabile sit, apud Hethæos sepulchra fuisse vere sacra, aut agrum illum ad sepulturam mortuorum rite consecratum fuisse, nedum ob consecrationem pluris emptum venditumve; non minus omni culpa simoniæ immunis fuit Ephron, vendendo speluncam duplicem, quam ipse* Abraham, *eam emendo; ac proin summa cum reverentia ab eorum recedo opinione, qui Ephronem ea in re reprehensione dignum fuisse, existimarunt.*

*nihil peccatum fuisse demonstratur,*

473 *Et vero quonam ex capite adstrui posset, locum illum fuisse sacrum? An quod in eo sepultus fuerit omnium mortalium parens Adam? Ast id ex capite* 14 *libri Josue minime probatur; quin imo Adamum in monte Calvariæ sepultum fuisse, longe communior SS. Patrum sententia tenet. Adhæc, semotis legibus positivis Ecclesiæ et Ecclesiastica sepulchrorum consecratione, quæ sane temporibus* Abrahami *non viguerunt, non magis sacer est homo mortuus, quam vivus, nec magis sacra domus est, quam homo etiam justus incolit, quam sepulcrum, quo recondituri defunctus. Præterea, si idolorum, templum*

B *juste emere vendereque quilibet possit, quia idolum nihil est, teste S. Paulo Epist.* 1 *ad Corinth. cap.* 8, ℣. 4, *nec vere sacri sunt idololatrarum ritus, quidni et* Abraham *emere sepulchrum potuerit, spretis ejuscemodi ritibus? Quod si ille emere hoc titulo potuit, eccur non et Ephron ei vendere? Ac denique, etiamsi locus ille vere sacer fuisse tantisper statuatur, ne sic quidem aut Ephron, aut* Abraham *simoniæ argui posset, nisi aut ille ultra justum agri pretium religionis causa quidquam exegisse, aut hic concessisse probetur; quod cum probari nequeat, evidens fit, quandoquidem leges positivæ, quæ locum sacrum per se et directe vendi prohibent, tunc necdum latæ eant, nec Ephronem nec* Abrahamum *merito reprehendi posse, dum nempe, postquam humanitate et comitate inter se certassent, alter rei suæ, quam alienabat, pretium admisit, alter, ut rem emptam legitime possideret,* quadragintos siclos argenti probatæ monetæ publicæ *appendit, itaque justum mercis pretium persolvit.*

*uti etiam, expensos ab eo ad illam emptionem 400 siclos*

474 *Transeo nunc ad quæstionem alteram, quæ circa ipsum venditi agri ac speluncæ duplicis pretium a nonnullis eruditis movetur, asserentibus scilicet, Hebraïca hæc Moysis verba* ℣.

C 16 : Secel *(seu* Schekel) ceseph ghober lesocher *minus commode ab Hieronymo versa fuisse per Latina hæc* Siclos argenti probatæ monetæ publicæ, *prout et in Vulgata nostra leguntur, cum re ipsa, ut ipsi quidem contendunt, aliud nihil significent, quam* siclos argenti transeuntis ad mercatorem, *seu* laminas, *ut iidem volunt,* argenteas, sicli pondere appensas, *non tamen charactere ullo, qui monetæ publicæ index esset, insignitas; atque hinc affirmare non verentur, S. Hieronymum* juxta ævi sui usum, *quo nempe nulla erat pecunia commerciis apta, quæ non publicæ auctoritatis indice signata esset, rem veterem, seu* Abrahami *tempore usitatam, minus accurate interpretatum fuisse. Rationes autem, ob quas Hieronymi versionem hic reprehendant, aut saltem minus probent, trinas hasce apud illos expressas invenio; quod Hebraïca vox* Schekel *primario cujusdam ponderis nomen sit, cum radix illius* Schakal *nulla alia, quam* appendendi, librandi, ponderandi, *aut quæ huic omnino affinis est, notione gaudeat; deinde quod consuetudo Hebræorum* appendendi *argentum in statera etiam usque ad captivitatem Babylonicam perdurarit, ac denique, quod, si* Abrahami *ætate argenti signati usus invaluisset, id minime latere potuisset vicinas gentes, unde statim praxis ea, in commerciis facillima, per totum terrarum orbem fuisset propagata; nec certe Romani et Græci nummis procusis tam diu caruissent. Ita fere illi.*

AUCTORE J. G.

*non genus ponderis, sed nummos proprie dictos fuisse.*

475 *Ast ego, salva, quæ ipsis debetur, reverentia, rationes hasce haud satis validas urgentesque existimo, ut ab Hieronymi sententia seu Vulgatæ nostræ lectione, quæ monetam publica auctoritate percussam probatamque indicat, vel tantillum etiam recedam. Ac primo quidem cum J. B. Villalpando S. J. tom.* 3 *Apparatus urbis ac templi Hierosolymitani parte* 2, *lib.* 2, *disp.* 4, *cap.* 24 *pag.* 386 *observandum est, tametsi siclus pondus fuerit, et primæva sui institutione ponderum norma et ratio, nihil tamen prohibere, quo minus illud idem pondus aliquando cuderetur, atque in nummi formam redactum, sicut rerum omnium, quæ pondere expendebantur, communis erat mensura, sic etiam tum earumdem, tum etiam reliquarum et æstimator esset et pretium. Et id quidem in ve-* E *tustis siclis, quos laudatus Villalpandus pag.* 380, *et Erasmus Frœlich S. J. ad calcem Annalium regum et rerum Syriæ tab.* 18 *exhibet, ac certe Machabæorum ætate locum habuisse, nemo, arbitror, vocabit in dubium. At enim non tunc dumtaxat, sed et multo ante exstitisse siclos, qui nummi genus erant, auctor est Flavius Josephus lib.* 3 *Antiquit. Judaïc. cap.* 9, *pag. mihi* 88, *ubi, cum testatus esset, Moysen, absoluto tabernaculo, Aaroni fratri suo Dei jussu sacerdotis munus contulisse, ita loqui de eo pergit :* Post hæc convocato populo imperavit, ut rursum contribuerent viritim dimidium siclum. *Ac mox, ne dubium esse possit, an de solo argenti rudis pondere, an contra de argenteo nummo signato intelligenda hæc sint, mox subdit* siclum *esse* NUMMI genus apud Hebræos.

*ut ut contrarium quidam ex vocis etymo*

476 *Neque vero Fl. Josephi,* siclos nummi genus *Mosaïca ætate adstruentis, auctoritatem fidemque evertit allegata vocis* Schekel *Hebraïca radix, aut ipsa Hebræorum consuetudo appendendi in statera argentum, de quibus laudatus plus semel Wilhelmus Smitius in suo Prolegomeno Pentateuchi § 2, num.* 415 *et seqq. disserit. Etenim, si in re nostra ex solo vocis etymo* F *Hebraïco legitimum formari possit argumentum, pari modo ex Latinarum vocum, non dico, etymo, sed vel apertissima significatione demonstraverim ego, florentissimis reipublicæ Romanæ primorumque imperatorum temporibus nullum exstitisse argentum cusum, nullum, seu aureum, seu argenteum, nummum signatum, quandoquidem tunc usitatæ voces* tributum pendere, vectigalia pensitate, expensa, impendia, libripendes, *aliæque ejusmodi voces* appendendi, librandi *et* ponderandi *notione gaudent. Imo ex Latinis hisce* suscipere æs alienum, æs alienum facere, in ære meo esse *aliisque id genus phrasibus pari ratione probaverim, aliud nullum metallum, quam merum æs, quod* Regulare et Coronarium *Plinius vocat, publica auctoritate signatum unquam sub Romanis fuisse, proindeque aurifices ac monetales peritissimos mirum in modum suis oculis deludi, dum aureos argenteosve nummos et Cæsarum effigie signatos se videre credunt, qui tamen, si nempe allata ab adversariis ratio*

AUCTORE J. G.

*aliquid roboris habeat, nihil, nisi laminæ et meri ponderis genus ac rude æs Regulare, vel Coronarium esse possunt.*

*et ex Hebræorum consuetudine appendendæ pecuniæ*

477 *Quod autem ad Hebræorum consuetudinem appendendi nummos attinet, quam laudatus Smitius cit. §, pag.* 286 *ad captivitatem Babylonicam usque perdurasse, contendit, lubens ego ei largior, Hebræos in agitandis commerciis nummos ponderare solitos passim fuisse. At num hinc consequens fit, nullum sub priscis illis Hebræis exstitisse nummum signatum, nullamque pecuniam probatæ monetæ publicæ? Profecto, si istiusmodi consecutio valeat, pari ratione evincetur, hodiernos nummos aureos, quos* quadruplos, Albertinos, Guineos, ducatos *vulgo appellant, meri ponderis genus esse, nec ullo insignitos charactere publico quandoquidem hos appendere in statera solent mercatores aliique, qui sua strenue negotia curant. Adhæc, si quadringenti sicli, ab* Abrahamo *Ephroni Hethæo dati, aliique, de quibus frequens est in Scripturis mentio, nihil aliud fuerint, quam laminæ argenteæ, nullo monetæ aut nummi charactere insignitæ, sed solo sicli pondere appensæ, cur laminas illas*
B *non* pondera, *sed* nummos *passim adversarii vocant? Aut cur laudatus Smitius recitata Moysis verba ita Belgice vertit* vier hondert sikelen zilvers, GEKEURDE GANGBAERE MUNTE? *Cur item recentior interpres aliquis Gallus, quem fors Smitius hic secutus est, sic itidem vertit* quatre cent sicles d'argent en BONNE MONNOYE et recue de tout le monde? *Enimvero, si energicas hasce et rei nummariæ quam maxime proprias voces adhibere ad designandum meri ponderis genus ipsis liceat, quibus tandem utentur vocibus, ut nummos hujusce seculi, puta dictos vulgo* Coronas Francicas, *veram pecuniam esse, significent?*

*evincere nituntur, quorum argumentis*

478 *Demum, ut manifeste pateat, apud Hebræos ante captivitatem Babylonicam in usu fuisse nummos, qui non ad pondus, sed* ad numerum, *quod pecuniæ signatæ proprium est, expendebantur, quique certam sui valoris notam præ se ferebant, visum est, pauca pro multis testimonia e sacris Codicibus huc adferre. Lib.* IV *Reg. cap.* 12 ℣. X *ita legitur :* Cumque viderent *(nempe Hebræi sacerdotes sub Joiada pontifice et rege Joas viventes)* nimiam pecuniam esse in Gazophylacio, ascendebat scriba regis et pontifex,
C *(hic illum, ut inspectorem, sibi adesse, volebat, ne qua suspicione aspergeretur* (effundebantque et NUMERABANT PECUNIAM, quæ inveniebatur in domo Domini, *et ℣. seq. :* Et dabant eam JUXTA NUMERUM atque mensuram in manu eorum, qui præerant cæmentariis *etc. Rursus eodem lib. cap.* 22 ℣. 7 *legitur Josias rex præcepisse, ut lignariis et cæmentariis, ad instaurandum templum Domini adhibitis, necessaria ad id pecunia suppeditaretur, quam ipsi in potestate et fide haberent, expresse tamen edicit, ut* non supputetur eis argentum. *Ut quid, obsecro, Josias rex fidelibus famulis* supputari *argentum vetat, si alias priscis temporibus non* supputari, *sed dumtaxat in statera appendi solitum fuisset? Ut quid etiam scriba regis Joas Pontifexque Joiada* numerarunt *pecuniam, eamque* juxta numerum *dederunt operariis, si signata pecunia non fuerit, sed, uti adversarii volunt, merum ponderis genus, quod propterea appendendum prius in statera fuisset? Plura, quæ huc spectant, eaque etiam jam memoratis antiquiora testimonia, atque ex ipso Hebraïco Græcove textu hausta confirmataque videat curiosus lector in Dissertatione critica de Numismatibus Hebraïcis, quam R. P. Souciet S. J. anno* 1715 *Parisiis edidit.* D

*hic satis fit.*

479 *Et his quidem nequaquam officiunt recitatæ sub num.* 474 *finem rationes. Etenim, quibus tandem, quod adversarii volunt, conficietur tabulis, argenti signati seu pecuniæ usum Madianitas Ismaëlitasque, Hebræorum utique vicinos, omnino latuisse, atque adeo non* argenteos, *nummos scilicet, sed rudes argenti laminas, seu, ut aliqui definire amant, exacta ad sicli pondus frusta argenti fuisse, quibus tamen, uti Gen. cap.* 37 *videre est, tamquam vera pecunia, a suis mercibus plane distincta, patriarcham Joseph a fratribus hujus emerunt? Hanc autem praxim, in commerciis facillimam, per totum terrarum orbem propagatam statim non fuisse, mirum non est, cum primitus nulla ab Hebræis vicinisque gentibus cum Europæis agitata fuerint commercia, nec alteri ad alteros commearint. Et vero praxis illa ante regum Israël tempora propagari ad Romanos nullo modo poterat, utpote qui in rerum natura non fuerunt ante annum Oziæ, regis Juda, quinquagesimum primum, quo certe* E *tempore jam pridem apud Hebræos* pecunia numerari *et* juxta numerum distribui *cœperat, ut adeo ex hac parte invalidum omnino sit adversariorum argumentum. Nihilo vehementius urget illud, quod a numismatum usu apud Græcos deducunt. Nam tantum abest, ut Græci diu admodum procusis nummis caruerint, ut contra jam ab ipsis temporibus Moysis excusa numismata habuerint, quandoquidem Erichtonius, teste Eusebio in Chronico, Aaroni coævus,* Athenienses et Lyciis numismata excudit, *ut refert Julius Pollux in suo Onomastico lib.* 9, *cap.* 6. *Quæ cum ita sint, quidni apud Hebræos, utpote a quibus bonæ artes scientiæque ad Ægyptios, deindeque ad Græcos penetrarunt, multo ante Machabæorum, imo et ante Moysis tempora excusos nummos invaluisse, ac denique, uti S. Epiphanius lib. de Mensuris et Ponderibus pag.* 183 *tradit;* Abrahamum argentei nummi figuram in Chananæam importasse, *hujusque adeo usum* Abrahami *ætate illic viguisse, credamus?*

*Recitatæ Moysis narrationi*

480 *Reliquum est, ut agitatissimam quæstionem, ex recitatis supra verbis Moysis Gen. cap.* 23 *dictisque S. Stephani Act. cap.* 7 ℣. 16 *exortam, quantum scilicet ad nostrum institutum spectat, nunc itidem discutiamus. Si Moysaïcæ narratio-* F *ni presse, uti omnino decet, inhæreamus, dubium non est, quin* Abraham *ab Ephrone, filio Seor, speluncam duplicem, respicientem Mambre, quadringentis siclis emerit, testante idipsum nepote ejus Jacobo hisce ad filios suos verbis Gen. cap.* 49 ℣. 29 *et* 30 *:* Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi, contra Mambre,... quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hetheo in possessionem sepulchri. *Idem illud confirmat rursus Moyses Gen. cap.* 50, ℣. 12 *et* 13 *ita de filiis patriarchæ Jacob scribens :* Fecerunt ergo filii Jacob, sicut præceperat eis *:* et portantes eum in terram Chanaan sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ad Ephron Hethæo contra faciem Mambre. *Contra vero, si S. Stephanum Act.* 7, ℣. 16 *ad Judæorum primores verba facientem audiamus,* Abrahamus *pretio argenti* a filiis Hemor, filii Sichem, *sepulchrum emit, nempe prope* Sichem *urbem, ubi duodecim patriarchæ sepulti fuerunt. Rursus autem Gen. cap.*

AUCTORE J. G.

A *cap.* 33, ℣. 18 *et* 19 *non* Abrahamus, *sed Jacob partem agri, in Sichimis siti, a* filiis Hemor, patris Sichem, *centum agnis emisse narratur.*

*non contradicit oratio S. Stephani Act. cap. 7.*

481 *An ergo S. Stephanus ita, ut jam audivimus, loquens, memoria lapsus fuit, aut non tam ex sua sententia fideque historica, quam ex falsa vulgi opinione disseruit? Aut nonne potius in Vulgata nostra admittendum hic loci mendum est? Ita quidem nonnulli, qui ubivis solvendis nodis facilem sibi cuneum adesse voluerunt, pronuntiare et quasi de tripode definire veriti non sunt; ast (uti ante in re simili ostendi) haud satis reverenter nec fundamento utcumque solido. Ergone, ut Stephanus cum Moyse adducatur in concordiam, reducere oportebit* Mambren *in* Sichem, *unaque* Ephronem, filium Seor, *confundere cum uno* ex filiis Hemor filii Sichem? *At neque hæc solvendi nodi satis apta est ratio. Num itaque cum Gaspare Sanctio, caput 7 Act.* ℣. 16 *commentante pag.* 152, *sub memorato illic nomine* Abraham *intelligendus erit Jacob*, Abrahami *nepos, sic ut τὸ* Abraham *cit.* ℣. 16 *Act. in obliquo casu positum sit ac patronymice sumptum, vel etiam, ut sit quidem in recto casu ad-*

B *hibitum, patronymici tamen vim habeat? Ita auctor ille statuit, contenditque adeo, hujusce expositionis adminiculo sine offensione currere cetera, quæ S. Stephanus cit.* ℣. 16 *de sepulchri emptione narrat, cum, uti pag.* 157 *subdit, S. Stephanus dumtaxat dixerit τοῦ Συχέμ, cui subaudiri potest tam* filius, *quam* pater. *Ast num hæc omnia satis feliciter adstruxerit Sanctius, tu, lector judica.*

*cum non sit certum, eamdem sepulchri emptionem a S. Stephano indicatam fuisse*

482 *Sed enim operæ pretium erit inquirere, an non et modo alio, eoque magis simplici, dissolvi ille nodus queat. Scriptores fere omnes, qui* ℣. 16 *capitis* 7 *Act. commentati sunt, veluti certum indubitatumque sibi sumpsisse videntur, S. Stephanum non aliam indicare voluisse sepulchri emptionem, quam quæ Geneseos cap.* 23 *descripta a Moyse fuit. Verum enimvero probatum demonstratumve a nullo eorum est, eum reapse in hanc emptionem digitum intendisse; neque profecto satis perspicio, quibus rationibus id, si voluissent, evincere ipsi potuissent. Etenim nuspiam pollicetur sanctus Orator, nihil se dicturum, quod non diserte expressum narratumque in Pentateucho aliisve sacris Codicibus sit. Et sane, quæ*

C *nuspiam in Pentateucho aliisque sacris Voluminibus reperiuntur, ipsa nempe divina verba, quibus* Abram, *priusquam moraretur in Charan, evocatus a Deo est, hæc ipse in sua ad Judæos celebri oratione recensuit, uti superius §§* VIII *et* IX *ostendimus. Si igitur Stephanus alia divinæ vocationis* Abræ *adjuncta, quam quæ diserte exposita a Moyse fuerant, in sua ista Oratione commemoravit, quidni diversam quoque sepulchri emptionem, ab* Abrahamo *aliquando factam, nec tamen uspiam diserte a Moyse expressam, cit.* ℣. 16 *indicasse dici queat; hanc scilicet divina revelatione vel ex monumentis fide dignis, aut certe pari modo edoctus, quo divina ad* Abramum *in Ur Chaldæorum verba explorata habuit?*

*ut contra, si diversa emptionis adjuncta considerentur, diversam*

483 *Imo vero, si tam Stephani, quam Moysis verba, uti in Vulgata exstant, sensu obvio et litterali sumantur, quod in quibusvis libris historicis, nisi gravissima obstet ratio, fieri semper debet; consectarium erit, ut sepulchri emptio, memorata a S. Stephano, diversa prorsus statui debeat ab illa, quam Moyses scriptis mandavit. Quippe in hac emptione sepulchri, seu speluncæ duplicis et agri, occurrit venditor* Ephron *Hethæus,* filius Seor; *in emptione autem a S. Stephano memorata, non unus, sed plures occurrunt venditores, iique non filii Seor, sed* filii Hemor, *filii Sichem, qui certe a Sichem Hevæo, qui Dinam Jacobi filiam rapuit, omnino diversus est. Adhæc sepulcrum, cujus emptio a Moyse cit. cap.* 23 *refertur, situm fuit prope* Hebron; *illud autem, de quo S. Stephanus, situm erat* in Sichimis, *qui locus ab altero quindecim circiter horæ milliaribus distat. Denique si utriusque venditionis emptionisque adjuncta omnia, servato obvio ac litterali verborum sensu, accurate expendantur, tam altera ab altera emptio diversa videbitur, quam sit Abrahamitica emptio speluncæ duplicis omnino alia ab emptione partis agri in Sichimis, ubi Jacob sua fixerat tabernacula, quamque agri partem a filiis Hemor centum agnis, uti Gen. cap.* 33 *a o.* 18 *videre est, sibi comparavit.*

*diversi sepulchri emptionem designasse S. Stephanus videatur,*

484 *In hac igitur sententia nostra emit* Abrahamus *ab Ephrone Hethæo, filio Seor, speluncam duplicem vicinumque agrum, respicientem Mambre, quadringentis siclis probatæ monetæ publicæ, uti disertissime testatur Moyses Gen. cap.* 23; *et, præter speluncam duplicem agrumque, emit quoque sepulchrum in Sichimis a filiis Hemor, fi-* E *lii Sichem, illius nempe, qui non gente Hevæus, qualis, teste Onoyse Gen. cap.* 34 ℣. 2, *Sichem, Dinæ raptor, erat, sed gente Chananæus fuit, prout nempe vox illa peculiarem populum, a Chanaan oriundum et a ceteris aliis populis Chananiticis distinctum, significat, de quo vide Bonfrerium, in caput* 12 *Gen.* ℣. 6 *erudite scribentem. Postea vero quam* Abrahamus, *uti S. Stephanus narrat, a filiis Hemor ac nepotibus Sichemi Senioris, seu Chananæi, sepulchrum in Sichem emisset, reversus ex Mesopotamia patriarcha Jacob, teste Moyse cap.* 33 *Gen.* ℣. 18 *et seqq., partem agri Sichimitici, in qua fixerat aliquandiu tabernacula, a filiis Hemor Hevæi, patris Sichemi Junioris, centum agnis emit; atque ita quidem* Abrahamum *imitatus ex parte est, dum, sicut hic in Hebron sepulchrali loco vicinum agrum adjunxit, ita ipse sepulchro, jam ante ab eodem* Abraha *in Sichimis empto, vicinum adjunxit agrum, seu agri partem, legitimo emptionis contractu sibi comparatam.*

*tametsi emptionis a S. Stephano memoratæ epocha incerta sit.*

485 *At, sciscitaberis, quandonam* Abrahamus *sepulchrum illud in Sichem emit, in quo, uti S. Stephanus narrat, duodecim patriarchæ, filii Jacob, post mortem positi tandem fuerunt? Respondeo, cum Moyses hujus sepulchri emptionem tacitam prætermiserit, nec S. Stephanus in celebri sua* F *ad Judæos Oratione chronographum egerit, hujus emptionis epocham assignari exactissime non posse, imo neque eam, ut rei gestæ fides adjungatur, ita assignari debere. Enimvero nonne et alia facta, in Novi Testamenti libris memorata, indubitata prorsus certissimaque haberi debent, tametsi accurate eorum epocha assignari nequeat? Et indubie quidem, qualia sunt, ut pluribus superdeam, quæ in Epistola Catholica B. Judæ Thaddæi* ℣. 9 *de altercatione ob Moysis corpus orta, ac* ℣. 14 *de prophetia Enoch, et Epist.* 2 *B. Petri cap.* 2, ℣. 5 *de Justitiæ prædicatione a Noë facta, ac denique, quæ in Epistola Pauli ad Hebræos cap.* XI ℣. 34 *et seqq. de quibusdam viris virtute fidei inclytis enarrantur. Cum igitur facta illa, ut ut suis epochis diserte non signata, imo et magna ex parte in Veteris Testamenti libris non expressa, fidem tamen plenissimam idcirco mereantur, quod a viris Spiritu sancto plenis tradita fuerint; quidni pariter S. Stephano credamus,*

AUCTORE J. G.

*credamus, disertis verbis asserenti, emptum ab* Abrahamo *fuisse sepulchrum in Sichem, hujusque venditores fuisse filios Hemor filii Sichem, tametsi nullo ex capite liqueat, an emptio illa facta sit, dum* Abraham, *ingressus terram Chanaan, prope Sichem ædificavit altare Domino, ibique aliquandiu moratus est; an vero multo post, seu sub vitæ suæ finem; qua de re disputare supervacaneum foret.*

## § XXVI. Abraham Isaaco suo provisurus de uxore, suæ domus œconomum jurejurando prius obstrictum, ut de cognatione herili uxorem ei quærat, in Mesopotamiam mittit. Hujus legationis felix successus.

B

*Abrahamus, degens rursus in terra Australi*

TAmetsi Abraham *apud Hethæos, Hebronis incolas, summa in existimatione esset, ab iisque, ut supra vidimus, velut* princeps Dei *haberetur; haud multis tamen annis, postquam demortuæ uxori justa persolvisset, hic loci substitit. Certe, cum triennio post Saræ obitum Isaacus uxorem duceret, in terra Australi, seu in Bersabee, uti ex Gen. cap.* 24, ℣. 62 *colligitur,* Abrahami *tentoria fixa erant, atque illic quoque, nisi vehementer fallar, ea contigerunt, quæ Moyses cit. cap.* 24 *Genes.* ℣. 1 *et octo seqq. Isaaci nuptias enarraturus, singillatim de Sancto nostro præmittenda censuit. Hisce ex instituto nostro præ rebus ceteris, quæ ipsas Isaaci nuptias attinent, paulo uberius inhærere, æquum erit. Itaque Scriptorem sacrum ante alios cit. cap. loquentem audiamus:* Erat autem Abraham, *inquit,* senex, dierumque multorum: et Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad servum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te per Dominum Deum cæli et terræ, ut non accipias uxorem filio meo de
C filialibus Chananæorum, inter quos habito: sed ad terram et cognationem meam proficiscaris, et inde accipias uxorem filio meo Isaac. *Hactenus Moysaïcæ narrationis exordium, de quo nonnulla discutienda veniunt.*

*triennio post mortem Saræ*

487 *Ac primo quidem, cum Moyses,* Abrahamum *tunc fuisse senem* multorumque dierum, ℣. 1 *solummodo edicat, ipsum vero annum, quo sanctus Patriarcha de danda Isaaco suo uxore serio cogitavit egitque, diserte ibidem non signet, non una de hujus facti epocha eruditorum est opinio. Hos inter Lippomanus censuit,* Abrahamum *tunc fuisse annorum centum et triginta septem, ac sui filii conjugio supervixisse triginta octo annos: unde omnino consequens foret, ut, quæ cit. cap.* 24 *Gen. narrantur, mox ab obitu Saræ contigisse dicenda essent. Verum cum cap.* 25 *Gen.* ℣. 20 *diserte affirmet Moyses, Isaacum,* cum QUADRAGINTA ESSET ANNORUM, duxisse uxorem Rebeccam, filiam Bathuëlis Syri de Mesopotamia, sororem Laban; *dubium esse non potest, quin inter obitum Saræ, qui ætatis ejus anno centesimo vigesimo septimo, seu Isaaci trigesimo septimo,* Abrahami *vero centesimo trigesimo septimo ex jam ante dictis certo contigit, interque Isaaci* D *conjugium tres fere anni intercesserint; ut adeo non* 38 *annos, uti Lippomanus vult, sed solum* 35 Abrahamus *sui filii conjugio supervixisse potuerit, utque illius cum œconomo suo de accipienda Isaaco suo uxore, sermo, et œconomi ejusdem in Mesopotamiam legatio, ac demum ejus e Mesopotamia in Chananitidem cum Isaaci sponsa reditus eidem anno* Abrahæ *centesimo quadragesimo, seu quadragesimo Isaaci, inneclanda etiam sint, nisi quis præter omnem veri speciem, ad istiusmodi negotia, quæ bimestri spatio perfici facile poterant, integrum fere triennium impensum fuisse, adstruere malit.*

*suo filio provisurus de uxore,*

488 *Neque vero adversus sententiam nostram quidquam facit, quod grandævus* Abraham *haud dubie nihil magis expetierit, quam ut ex Isaaco, filio suo, quam cito fieri posset, nepotes cerneret: nam, si quid hæc ratio contra nos evincit, evincet itidem, Isaaci conjugium diu ante Saræ mortem, seu multo ante annum Isaaci trigesimum septimum statuendum fore; quod profecto, salva sacrorum Codicum auctoritate, nemo* E *unus admittet. Fateor quidem cum Saliano in Annal. Eccles. V. T. ad annum mundi* 2178 *num.* 2, *hujus conjugii tarditatem, saltem prima fronte, admiratione non carere; at cum eodem etiam crediderim, Patriarcham ea in re divinam exspectasse monitionem,* ut promissum divinitus semen peculiari Dei providentia et administratione dispensaretur, *nec antea Virum sanctum, ut suo filio de uxore prospiceret, divinitus fuisse monitum, quam cum jam nubilis esset ea, quam illi destinarat Deus. Ut ut id sit, equidem cum* Abrahamo *ratum fixumque esset, nullam ex filiabus Chanaan, ob indicandas infra rationes, uxorem filio dare, velletque adeo ex puellis sibi consanguineis in Mesopotamia degentibus unam aliquam ipsi adsciscere, necesse habuit Isaaci nuptias tam diu differre, donec Bathuëlis hujusve fratrum filiæ, ac nominatim Rebecca, de cujus ortu ac ætate post reductum e terra Visionis Isaacum certior fuerat redditus, jam satis adolevissent, ut collocari in matrimonium sine vitæ aut valetudinis discrimine possent. Denique, sive rationes jam nunc allegatæ, sive quævis aliæ* Abrahamum *moverint, ut ad usque annum Isaaci quadragesimum nuptias ejus differret, verissimum semper ex Moysis testimonio erit, Isaacum* F *eo dumtaxat anno uxorem duxisse, minimeque recedendum esse a fixa sub numeri* 487 *calcem chronotaxi nostra.*

*domus suæ œconomum in Mesopotamiam mittere parat,*

489 *At quæres, eccur* Abrahamus *conciliandis suo filio nuptiis ministrum adhibuerit eumque seniorem suæ domus famulum, ac dein, quorsum ab eo jusjurandum, et ritu quidem adeo singulari præstandum, exegerit, ut ne scilicet ex Chananæis virginibus uxorem Isaaco acciperet, sed contra ex familia Nachoris, in Mesopotamia tunc etiam degente, ei accerseret uxorem. Ad primum horum pro responso sit,* Abrahamum *ipsum vel ob solam vergentem ætatem, ut alias non recenseam rationes, in Mesopotamiam ire nec potuisse, nec, etiamsi commode illuc ire potuisset, id eo consilio facere, ipsus dignitati fuisse consentaneum. Cum autem neque ex re esset, dilectissimum Isaacum viarum periculis propterea committere, ejusque quotidiana privari consuetudine; nihil profecto in eo rerum statu convenientius fuit, quam ut* Abrahamus *suo nomine legatum aliquem in Mesopotamiam mitteret, qui Isaaco, haud dubie ea de re prius a suo Patre consulto,*

A *consulto, atque consentienti, desideratam conjugem adduceret. Quoniam vero ad tanti momenti negotium perficiendum nemo aptior videri poterat, quam suæ domus œconomus, cujus nempe fides, prudentia, industria diligentiaque longissimi temporis usu spectatæ exploratæque erant, idcirco hunc præ ceteris sapienti plane consilio Patriarcha delegit, ut ex consanguineis in Mesopotomia degentibus destinatam Isaaco conjugem acciperet, salvamque et incolumem perduceret in Chananæam.*

*prius tamen jusjurandum ab eo exigit, omnino licite,*

490 *Sed enim, si servi illius fides, prudentia, industria diligentiaque perspectæ omnino* Abrahæ *fuerint, nonne in vanum Patriarcha eum adjuravit* per Dominum, Deum cæli et terræ, *seu jusjurandum ab eo exegit? Minime vero. Etenim, cum gravissimum multis nominibus esset negotium, quod sanctus Pater-familias suo œconomo committebat, atque adeo cum sua plurimum interesset, illud ex sua voluntate ad amussim executioni mandari; potuit sane, utpote legitimam in servum suum potestatem habens, et causa impulsus gravissima, per Dominum Deum cæli et*
B *terræ, quem et ipse famulus agnoscebat adorabatque, eum adjurare, se jusjurandum invocato Dei nomine ab eo exigere, ut is eo adstrictus religionis vinculo nihil imprudens attentaret, nec per incuriam humanam culpabilemve ignorantiam quidquam omitteret, quod æquissimis sanctisque votis suis perfectissime non conveniret. Quod ergo nonnulli ex Origene insinuant indecens esse, ut viri perfecti jusjurandum ab aliis exigant, id contra illos tantum intorqueri potest, quibus in eos ipsos, a quibus jusjurandum postulant, legitima ac veluti suprema potestas non est, quandoquidem, ubi hæc adest, justaque intercedit ratio, tam ad divini Nominis honorem cedit jusjurandum exigere, quam illud præstare, uti exemplis sat multis, ac nominatim iis, quæ lib. 4 Regum cap. XI de Joiada, Lib. 1 Esdræ cap. X de ipso Esdræ, et lib. 2 Esdræ cap. ultimo de Nehemia referuntur, satis superque liquet.*

*et quidem ritu valde singulari,*

491 *Quo autem proposito* Abrahamus *ritum adeo singularem adhiberi, seu œconomum suum, dum juraturus esset; manum femori suo supponere jusserit, variant plurimum eruditorum sententiæ, quarum præcipuas laudatus jam sæpe Pererius recensuit Disput. 1 in Caput 24 Genes. pag. 530 et seqq., quas illic, si vult, curiosus*
C *lector videat. Mihi ex hisce omnibus, imo et ex ceteris, quas apud recentiores videre licuit, probabilissima videtur ea, quæ, uti citatus Pererius fere scribit, memoratio ritu seu jurisjurandi cæremonia adumbratum ac significatum a Viro sancto fuisse asserit mysterium generationis Messiæ, ex femore, id est, ex stirpe et genere* Abrahæ *propagandi, ipsumque* Abrahamum *eo signo profiteri et contestari voluisse firmissimam fidem, quam habebat de Messia generando ex semine suo, secundum illam sibi a Deo datam promissionem* Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ; *sic ut intellexerit piissimus Patriarcha, tale semen, in quo benedicendæ et beatificandæ essent omnes gentes, non solum fore hominem, sed simul etiam Deum, jusseritque, quod id significaret, servum suum supponere manum femori suo, designans carnem, quam ex ipso sumpturus erat Messias, simulque ipse adjurarit eum per Dominum cæli et terræ, indicans, ita eum fore hominem, ut simul etiam esset vere Deus.*

AUCTORE J. G.

492 *Ista nunc Sanctorum Patrum testimonia, quibus ea nititur opinio, audisse ex re erit. Et Hieronymus quidem citatum Geneseos locum commentans, lib. Quæst. Hebraïc, col. 527 ita scribit:* Tradunt Hebræi, quod *(Abraham nempe)* in sanctificatione ejus, hoc est, in circumcisione juraverit. Nos autem dicimus, jurasse eum in semine Abrahæ, hoc est in Christo, qui ex illo nasciturus erat juxta Euangelistam Mathæum loquentem: „ Liber generationis Jesu Christi „ filii David filii Abraam. „ *Et rursus tom. 4 lib. 1 contra Jovinianum col. 153:* Abraham adjurat servum in femore suo, hoc est, in Christo, qui de ejus erat semine nasciturus, ut filio suo Isaac alienigenam non adducat uxorem. *Et iterum tom. 2, in Epistola sua ad Principiam virginem col. 685 et seq. ita inquit:* Quod autem femur significet opera nuptiarum, his breviter exemplis doceberis. Abraham mittens ad uxorem quærendam filio suo Isaac, dicit majori domus suæ: „ Pone manum tuam super fe- „ more meo „ *(lege* sub femore meo, *)* „ et ad- „ jurabo te per Dominum Deum cæli. „ Non dubium, quin per eum, qui de ejus semine erat nasciturus. *Hisce consona audi ex S. Ambro-* E *sio Lib. 1 de* Abraham *cap. 9 col. mihi 309:* Inventus est de servulis senior, tamen qui ad uxorem providendam domino juniori eligeretur, et constrictus ut juraret, mitteret manum sub femur Domini sui. Per femur generationem intelligimus: generatio autem Abrahæ Christus est. Unde Apostolus ait: „ Abrahæ dictæ sunt pro- „ missiones et semini ejus. Non dicit, Et semi- „ nibus, quasi in multis: sed sicut in uno, Et se- „ mine tuo, quod est Christus; „ ostendens per ipsum nobis sanctum sacramentum, per ipsum tutum auxilium fore.

*uti SS. Patres communiter docent, adumbraret ac profiteretur,*

493 *Atque ita quoque censuit S. Augustinus in suis Quæstionibus in Genes. tom. 3 parte 1, col. 393, in hunc modum loquens:* Quod Abraham jubet puero suo, ut manum suam ponat sub ejus femore, et sic eum adjurat per Dominum Deum cæli, et Dominum terræ, solet imperitos movere: non adtendentes, magnam istam de Christo extitisse prophetiam, quod ipse Dominus Deus cæli et Dominus terræ in ea carne venturus esset, quæ de illo femore propagata est. *Et lib. 16 de Civit. Dei cap. 33 postquam dixisset, Isaacum, cum quadraginta esset annorum, Rebeccam duxisse uxorem,* centesimo F scilicit quadragesimo anno vitæ patris sui, triennio post mortem matris suæ, *prout et nos num. 487 ostendimus, ita pergit:* Ut autem *(Isaacus)* illam duceret, quando ab ejus patre in Mesopotamiam servus missus est, quid aliud demonstratum est, cum eidem servo dixit Abraham, „ Pone manum tuam sub femore meo, et ad- „ jurabo te per Dominum Deum cæli et Domi- „ num terræ, ut non sumas filio meo Isaac „ uxorem de filiabus Chananæorum, „ nisi Dominum Deum cæli et Dominum terræ in carne, quæ ex illo femore trahebatur, fuisse venturum? Numquid hæc parva sunt prænunciatæ indicia veritatis, quam compleri videmus in Christo? *Mitto cetera SS. Patrum testimonia, cum jam recensita instar plurimorum, imo omnium, esse queant.*

494 *Equidem non diffiteor, communi huic SS. Patrum sententiæ minime suffragari S. Chrysostomum, dum Homil. 48 in Genes. pag. 483, ritum hunc potius ex recepto tunc antiquiorum more,*

AUCTORE J. G.

*more, quam designandi arcani Mysterii causa, adhibitum ab* Abrahamo *fuisse, indicat, nixus haud dubie narratione quadam Flavii Josephi, qui libro* I *Antiquitatum Judaïcarum cap.* 16 *de hoc facto agens, modum, quo Hæbræi sese invicem juramento obstringere solerent, ita describit:* Subditis alter alteri manibus sub femora, Deum ita testem invocant eorum, quæ destinaverant. *Verumenimvero liceat, salva utriusque scriptoris auctoritate, nonnulla in hanc assertionem observare. Si nos, seu ritus supra indicatus, veteribus re vera receptus fuerit, atque idcirco solum* Abrahamus *servum suum manum femori supponere jusserit, eccur nec Abimelech, rex Geraræ, dum fœdus et amicitiam cum* Abrahamo *jurejurando firmaret, uti supra num.* 424 *retulimus, manum femori* Abrahæ *supposuisse, neque hic idem Abimelecho fecisse legitur? Cur neque Genes. cap.* 26 *ritus ille ab Isaaco et Abimelecho, aut saltem ab alterutro observatus fuit, cum* juraverunt sibi mutuo? *Cur nec a Jacob,* Abrahami *nepote, servatus fuit, dum Genes. cap.* 31 ℣. 53, per timoren patris sui Isaac *juravit, non*
B *nociturum se socero suo Labano? Ac denique cur citatis ad numeri* 490 *calcem variis scripturæ locis ne levissima quidem hujuscemodi ritus ingeritur mentio? Hæc cum ita sint, quidni plerisque SS. Patribus assentiamur, ritum hunc* Abrahamo *primum peculiarem fuisse, adhibitumque in hoc negotio ab illo esse ea intentione, ut fidem suam de nascituro ex suo semine per Isaacum Messia, Deo vero ac vero homine, solenni modo profiteretur?*

*ab eodem œconomo, licet mysterii ignaro, præstandum,*

495 *Porro, tametsi grande illud mysterium generationis Messiæ arcanum maxime, omnibusque id temporis, præter admodum paucos Dei vates, Deoque carissimos et familiarissimos viros, opertum esset, atque adeo verisimiliter Sancti nostri œconomum lateret; tamen, uti laudatus Pererius cit. Disp.* 1 *in caput* 24 *Genes. num.* 16 *fere loquitur, nihil prorsus aut absurdi aut inepti aut incongrui hic factum ab* Abrahamo *est, dum adjuraturus servum suum, eum manum femori supponere jussit ipseque eo ritu arcanum illud mysterium adumbrare intendit.* Satis enim erat, *inquit idem auctor,* servum nosse, et credere, et colere id, per quod adjurabatur, Deum dico
C cæli et terræ Dominum: de intellectu autem interiori et abdito illius cæremoniæ ponendi manum sub femore, nequaquam curiose ac sollicite requirendum ab eo erat, persuasum nempe certumque habenti, nihil a Domino suo non sapienter ac religiose fieri. Nam multa præcipi a Deo religiose observanda iis, qui earum rerum mysticas significationes ignorant, clarissimum nobis argumentum certamque fidem facit lex Mosis, secundum quam multa Hebræis præscripta sunt colenda et observanda, quæ Christi Domini et Ecclesiæ ejus umbram et figuram gerebant, et ad ea præfigurandum principaliter instituta erant: quorum tamen mysteriorum cognitio et paucissimis illius populi, nec, nisi per singularem quamdam Dei revelationem, contigit.

*modo scilicet, uti hic exponitur, minime indecenti,*

496 *Ita ille, de præfati ritus substantia intentoque ab* Abrahamo *fine pro more suo erudite disputans. Quibus, ne quid disquisitioni huic desit, adjungi merentur, quæ de ejusdem ritus modo Salianus in Annalibus Ecclesiasticis Veteris Testamenti ad annum mundi* 2178, *num.* 6 *scite observavit, ita scribens:* Sicut autem, *inquit,* in nominatione fœmoris modesta locutio est, qualis illa, „ Non auferetur sceptrum de D „ Juda et dux de fœmore ejus, „ et, „ Omnes „ animæ eorum, qui egressi sunt de fœmore Ja- „ cob, septuaginta, „ ita modestam fuisse actionem, par est credere, quicquid falaces Judæi comminiscantur; neque sedisse Abrahamum arbitror super famuli manum, sed ea potius stanti, aut sedenti Abrahæ fœmur, *et quidem veste contectum,* leviter attigisse aut eam etiam admovisse duntaxat; sicut qui honoris causa manum admovent ori proprio vel alterius genibus, aut jurando pectori, neque os plane tangunt, neque pectus aut genua, sed admovent tantum manum ad eas corporis partes et tactum significant potius, quam faciunt.

*cique sollicite prohibet, ne Isaaco accipiat uxorem de filiabus Chanaan,*

497 *Superest, ut quamobrem sanctus Patriarcha tam sollicite caverit, ne ex filiabus Chanaan Isaaco suo uxor daretur, nunc itidem inquiramus. Alii hujus rei causam esse contendunt vigentem tunc idololatriam impietatemque Chananæorum; ast, uti ex jam ante dictis satis apparet, id malum omnium eo tempore non fuit; nec puto, adeo difficile futurum fuisse, inter Abimelechi regis Geraræ aut Ephronis Hethæi consanguineas subditasve virginem aliquam invenire, quæ* E *et verum Deum coleret et honestis moribus imbuta esset, aut certe, quæ in divinum cultum non consensisset, si prius educationis vitio aliove defectu ab eo fuisset aliena. Alii legem divinam adstruunt, qua scilicet inhibita Hebræis fuissent cum Chananæis connubia; ast frustra; cum ejusmodi lex quatuor ferme seculis post id temporis lata sit per Moysen, qua proinde obstringi* Abraham *et Isaac neutiquam potuerunt. Alii denique alias allegant rationes, alias aliis probabiliores; ast mihi divitati ab* Abrahamo *Chananæarum cum Isaaco conjugii veriores imo et præcipuæ rationes fuisse videntur hæ, tum quod earum genus ob Chami in patrem suum Noë nimium irreverentis maledictionem vilius ignobiliusque censuerit, quam ut cum genere suo, toties divinitus benedicto, per Isaaci nuptias indeque orituros liberos in gentem unam amplissimam nobilissimamque aliquando coalesceret; tum quod Vir prudens committendum non existimarit, ut Isaacus affinitates cum illis contraheret, quos ejus posterorum opera ex interdicto divino expellendos exterminandosque esse, jam pridem didicerat.* F

*sed contra ex cognatione sua, quod œconomus se facturum esse, jurat,*

498 *Cum autem hæ aliæque ejusmodi rationes nullum in Nachoris posteritate locum haberent, ut quæ ex adverso etiam consecuta fuerat in communi suo parente Sem benedictionem divinam, quæque et bene morata et veri Dei cognitione, uti ex eodem cap.* ℣. 18 *et* 3 *seqq.*, ℣. 31 *et seqq. et* ℣. 50 *aliisque colligitur, imbuta erat, meritissimo jure* Abrahamus *suæ domui œconomum sacramenti religione obstringere voluit, ne de filiabus Chanaan Isaaco uxorem acciperet, ut contra ad terram et cognationem suam in Haram proficisceretur, deducturus inde Isaaco suo destinatam uxorem, quemamodum cit. cap. Gen.* ℣. 3 *et* 4 *Moyses enarrat. Quid ad circumscriptum adeo Patriarchæ mandatum exactamque sacramenti religionem fidelis prudensque œconomus responderit, et quo tandem pacto ad exsequenda Heri sui jussa præstito jurejurando, suam addixerit operam, ex ipso rursus Moyse intellexisse juverit. Sic ergo ille* ℣. 5 *et* 4 *seqq. suam prosequitur narrationem:* Respondit servus: si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, numquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es? Dixitque Abraham: Cave nequando reducas filium

A lium meum illuc. Dominus Deus cæli, qui tulit me de domo patris mei et de terra nativitatis meæ, qui locutus est mihi. et juravit mihi, dicens : Semini tuo dabo terram hanc : ipse mittet angelum suum coram te, et accipies inde uxorem filio meo : sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis juramento : filium meum tantum ne reducas illuc. Posuit ergo servus manum sub femore Abraham domini sui, et juravit illi super sermone hoc.

*uti S. Chrysostomus verba Moysis commentans*

499 *Huc usque Mosaïca narratio, quam ipsis Chrysostomi verbis illustratam recensuisse non pigebit. Sic igitur ille Homil.* 48 *in Genesim pag.* 483 : Videamus autem nunc, *inquit,* et servi *(cui nempe* Abrahamus *mandatum illud dedit)* probitatem, quomodo Heri pietatem imitatus sit. Nam postquam vidit, tam serio Justum sibi præcipere, dicit ei : « Si non voluerit mulier venire mecum, « vis filium tuum in terram, unde existi, indu- « cam? » Ut ne, inquit, si difficultas aliqua incidat, transgrediar mandata tua, rogo, quid oportebit me observare : et num placet tibi, ut illuc abeat Isaac et, accepta sponsa, redeat, si non voluerit, ut mandasti, venire mecum? Quid
B igitur Justus? Denegat hoc, et dicit : « Attende « tibi : ne educas filium meum illuc. » Non erit tibi hac re opus. Qui enim mihi hoc pollicitus est, et promisit semen ita multiplicandum, etiam curabit, hoc ut prospere succedat. « Ne « igitur « abducas illuc filium meum. « *Ac mox in hæc Patriarchæ verba* Dominus Deus cæli et Deus terræ, *ita observat :* Vide, quomodo superius servum adjurans, ipsum de omnium Conditore instituit : et nunc precaturus iterum, eadem verba dicit : per omnia servum docens, ut fiducia in eum plenus iter arripiat, et de bono rei exitu bene speret. Docet enim, quantam olim ab initio benevolentiam Dei invenerit, et eum, qui a domo paterna se evocaverit, et usque ad hoc tempus ita gubernaverit, jamque in tam provecta senecta Isaac dederit, prospera etiam, quæ adhuc restabant, facturum esse.

*pluribus ostendit.*

500 *Tum recitatis ceteris Patriarchæ verbis, quæ eodem capite Geneseos* ỳ. 7 *exstant, mox ita* Abrahamum *loquentem inducit :* Ille *(Deus nempe)* qui tantam erga me declaravit benignitatem et curam, « Ipse mittet angelum suum ante te, « et inde accipies filio meo uxorem. » Confidens.... abi : certus enim sum, eum, qui tantis me be-
C neficiis hactenus prosequutus est, prioribus etiam illud additurum et missurum angelum suum ante te. Ipse.... viam tibi præparabit in omnibus, uxoremque tibi notam faciet, ut, accepta ea, huc redeas. Quod si contingat, quod absit, ut reluctetur uxor venire huc, alienus eris a maledictione juramenti. Tantum filium meum illuc ne abducas. Nullum enim mihi dubium est, quin Dominus secunda tibi faciat omnia. Declarans, quantum divinæ potentiæ fidat, prohibet servum, ne filium illo inducat. *Cum ergo in hunc modum, uti S. Chrysostomus notat, sua* Abrahamus *consilia jussaque fideli famulo aperuisset, eique hoc pacto omnem perjurii scrupulum anxiamque sollicitudinem exemisset, mox eum sibi obsequentem expertus est, seu, uti Moyses* ỳ. 9 *ait,* Posuit.... servus manum sub femore Abraham domini sui, et juravit illi super sermone hoc, *nimirum, ut Isaaco non acciperet uxorem, nisi ex Heri sui cognatione in Mesopotamia, et ut ne, si illa hinc in Chanaan venire nollet, eo ipse* reducere *Isaacum quovis tempore conaretur, aut hunc eo iturum, sponderet.*

AUCTORE J. G.

501 *At, inquies, cum Isaac in terra Chanaan natus sit, nec inde unquam pedem extulisse legatur, qua ratione quove sensu* Abrahamus *eum* reduci *in Mesopotamiam vetuit? Respondet jam sæpe laudatus Smitius tom.* 2 *parte* I *in Genesim pag.* 268, *fuisse ibidem (in Mesopotamia nempe) Isaacum* in lumbis parentum, *ac statim ita loqui pergit :* Quia familiæ interdum instar víri unius habentur, cui, quæ singulis evenerunt, tribuuntur, Isaac REDUCTUS diceretur, unde Abraham venerat. *Nimirum censuit hoc loco vir eruditus, id ipsum, quod nos* § XI *num.* 188 *et seqq. de idiotismo Hebraïco contendimus, neutiquam alienum a vero esse, atque adeo Libris sacris, etiam historicis, nonnumquam aliquid nominatim posteris adscribi, in quo tamen hi partem nullam, nisi in suis majoribus, habuere. Itaque, si potuisset Isaac in Mesopotamiam* reductus *dici, quod illic antea in lumbis Patris fuisset, quidni et Israëlitæ* 430 *annis in Ægypto commorati fuisse dici possent, qui totidem ante annis in* Abrahæ *lumbis illic versati, atque ipsimet postea diu admodum peregrinati fuerant? Sed hæc ex oblata occasione breviter perstricta* E *sunto. Nunc ad ipsam præcepti supra memorati exsecutionem progredior, non quod hæc, tota, quanta est, historica ad res gestas* Abrahami *proxime spectat, sed ut hinc manifestum fiat, quam non vana fuerit Viri Sancti fiducia, liqueatque adeo, quousque benignus Deus ejus precibus annuerit omniaque ita disposuerit, uti fieri tum ipse, tum servus ejus optarat.*

*Isaaci, quem Pater in Mesopotamiam reduci vetuerat, nuptias conciliaturus*

*fidus œconomus ex Domini sui mandato abit in Mesopotamiam,*

502 *En adeo genuinam rei totius ipsisque verbis Moysis a* ỳ. X *contextam narrationem :* Tulitque *(Abrahami servus)* decem camelos de grege domini sui, et abiit, ex omnibus bonis ejus portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor. Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum juxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit : Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, et fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquæ, et filiæ habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui ego dixero : Inclina hydriam tuam, ut bibam : et illa responderit : Bibe, quin et camelis tuis dabo potum : ipsa est, quam præparasti F servo tuo Isaac : et per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum domino meo. Necdum intra se verba compleverat, et ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuël, filii Melchæ uxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua : puella decora nimis, virgoque pulcherrima et incognita viro : descenderat autem ad fontem, et impleverat hydriam, ac revertebatur. Occurritque ei servus, et ait : Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. Quæ respondit : Bibe domine mi, celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, et dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adjecit : Quin et camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum ut hauriret aquam, et haustam omnibus camelis dedit.

503 Ipse autem contemplabatur eam tacitus, scire volens, utrum prosperum iter suum fecisset Dominus, an non. Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes

AUCTORE J. G

pendentes siclos duos, et armillas totidem pondo siclorum decem. Dixitque ad eam : Cujus es filia? Indica mihi : est in domo patris tui locus ad manendum? Quæ respondit : Filia sum Bathuëlis, filii Melchæ, quem peperit ipsi Nachor. Et addidit dicens : Palearum quoque et fœni plurimum est apud nos, et locus spatiosus ad manendum. Inclinavit se homo, et adoravit Dominum, dicens : Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam et veritatem suam a domino meo, et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaque puella, et nunciavit in domum matris suæ omnia, quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, ubi erat fons. Cumque vidisset inaures et armillas in manibus sororis suæ et audisset cuncta verba referentis : Hæc locutus est mihi homo : venit ad virum, qui stabat juxta camelos, et prope fontem aquæ : Dixitque ad eum : Ingredere, benedicte Domini : Cur foris stas? Præparavi domum et locum camelis. Et introduxit eum in hospitium : ac destravit camelos, deditque paleas et fœnum, et aquam ad lavandos pedes ejus, et virorum, qui venerant cum eo. B

*destinatam Isaaco sponsam, eamque*

504 Et appositus est in conspectu ejus panis. Qui ait : Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei : Loquere. At ille : Servus, inquit, Abraham sum : Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est : et dedit ei oves et boves, argentum et aurum, servos et ancillas, camelos et asinos. Et peperit Sara, uxor domini mei, filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia, quæ habuerat *(id est, omnium facultatum heredem scripsit.)* Et adjuravit me dominus meus, dicens : Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum; in quorum terra habito : sed ad domum patris mei perges, et de cognatione mea accipies uxorem filio meo : Ego vero respondi domino meo : Quid si noluerit venire mecum mulier? Dominus, ait, in cujus conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, et diriget viam tuam : accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea, et de domo patris mei. Innocens eris a maledictione mea, cum veneris ad propinquos meos, et non dederint tibi. C

*a fratribus et matre pro Isaaco*

505 Veni ergo hodie ad fontem aquæ, et dixi : Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam, in qua nunc ambulo, Ecce sto juxta puteum aquæ, et virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit a me : Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum ex hydria tua : Et dixerit mihi : Et tu bibe, et camelis tuis hauriam : Ipsa est mulier, quam præparavit Dominus filio domini mei. Dumque hæc tacitus mecum volverem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula : descenditque ad fontem, et hausit aquam. Et aio ad eam : Da mihi paululum bibere. Quæ festinans deposuit hydriam de humero, et dixit mihi : Et tu bibe, et camelis tuis tribuam potum. Bibi, et adaquavit camelos. Interrogavique eam, et dixi : Cujus es filia? Quæ respondit : Filia Bathuëlis sum, filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem ejus, et armillas posui in manibus ejus. Pronusque adoravi Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam fratris domini mei filio ejus. Quamobrem si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo, indicate mihi : sin autem aliud placet, et hoc dicite mihi, ut vadam ad dextram, sive ad sinistram. D

*obtinet atque in terram Chanaan*

506 Responderuntque Laban et Bathuël : A Domino egressus est sermo : non possumus extra placitum ejus quidquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est, tolle eam, et proficiscere, et sit uxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adoravit in terram Dominum. Prolatisque vasis argenteis, et aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque ejus, et matri dona obtulit. Inito convivio, vescentes pariter et bibentes manserunt ibi. Surgens autem mane, locutus est puer : Dimittite me, ut vadam ad dominum meum. Responderuntque fratres ejus et mater : Maneat puella saltem decem dies apud nos, et postea proficiscetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam : dimittite me, ut pergam ad dominum meum. Et dixerunt : Vocemus puellam, et quæramus ipsius voluntatem. Cumque vocata venisset, sciscitati sunt : Vis ire cum homine isto? Quæ ait : Vadam. E

*sospitem eidem addue*

507 Dimiserunt ergo eam et nutricem illius, servumque Abraham et comites ejus, imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes : Soror nostra es : crescas in mille millia, et possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca, et puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt virum : qui festinus revertebatur ad dominum suum. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, quæ ducit ad puteum, cujus nomen est Viventis et Videntis : habitabat enim in terra Australi : Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata jam die : cumque elevasset oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de camelo, et ait ad puerum : Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei : Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium, operuit se. Servus autem cuncta, quæ gesserat, narravit Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, et accepit eam uxorem, et in tantum dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris ejus acciderat, temperaret. *Atque hic quidem fuit votorum* Abrahæ *successus paternæque ejus curæ ac firmæ in Deum fiduciæ lætissimus fructus, de quo summus divino Numini gratias eum mox egisse, tametsi Moyses recitatis jam nunc verbis non subdat, dubitare tamen nos minime sinit antiqua Patriarchæ pietas, et grati animi de acceptis beneficiis Deo semper exhibendi ferventissima constantissimaque voluntas.* F

A

## § XXVII. Abraham Ceturam ducit uxorem: hujus conjugii adjuncta discutiuntur: nati ex eo filii: hos, uti et Ismaëlem, muneribus donatos Abrahamus separat ab Isaaco, jam duobus filiis aucto: Sancti obitus et sepultura.

*Abraham duxit uxorem secundariam, defuncta jam Sara*

*Effluxerat a morte Saræ, prout ex jam dictis infraque dicendis videre est, triennium circiter, a nuptiis vero Isaaci cum Rebecca trimestre plus minus spatium, cum Patriarcha noster, qui, tametsi defunctæ uxoris domicilium suppellectilemque omnem Isaaci sponsæ, utpote* B *novæ, seu in Saræ locum suffectæ matri-familias, tradidisset, aliam tamen conjugem sibi adsciscendi animum non mutaverat, re ipsa uxorem duxit, nomine* Ceturam, *non quidem quæ ejusdem ordinis ac dignitatis cum defuncta jam uxore Sara esset, sed quæ legitimæ conjugis nomine et re gaudens Virum suum liberis, si sic placitum Deo esset, augeret, senectutis ejus singularem haberet rationem, familiæque curam susciperet. Hæc nos Moyses non obscure docet, partim, dum relatis Isaaci nuptiis proxime subnectit conjugii* Abrahami *cum Cetura narrationem, ita cap.* 25 *Genes.* ŷ. 1 *loquens*: Abraham vero aliam duxit uxorem nomine Ceturam, *sicque illud brevi temporis intervallo memoratis jam mox ante Isaaci nuptiis successisse, significans; partim, dum eodem cap.* ŷ. 6 *tam Ceturæ, quam Agaris progeniem* filios concubinarum, *id est, non conjugis alicujus primariæ, sed uxorum usurariarum filios, legitimos tamen, compellat, eo ceteroquin nomine illos non appellaturus, si* Abrahamus *Ceturam magis, quam Agarem, tamquam dominam matremque familiæ, connubiali vinculo sibi adjunxisset.*

C *tametsi, nonnulli quorum rationes hic recitantur,*

509 *Sed quoniam nunc a me dicta non uni dubitationi, sive rei gestæ asserta epocha, sive res ipsa cum adjunctis suis consideretur, obnoxia sunt, haud alienum ab instituto meo fore arbitror, si difficultates omnes variasque nobis hic adversantium rationes expendero eademque opera iis fecero satis. Ab epocha memorati conjugii exordium duco. Laudatus jam sæpe Smitius, postquam in suo Prolegomeno Genes. pag.* 492 *et pag.* 496 *hocce* Abrahami *conjugium paulo post Isaaci nuptias fixisset, atque in suis ad caput* 25 *Genesis Notis ita primum fuisset locutus,* Si narrationis ordinem hic sequamur, consequens est, Abrahamum has nuptias iniisse, Isaaco jam Rebeccæ conjuncto, dum esset annorum CXL, *mox in hunc modum eodem tom.* 2 *Genes. parte* 2, *pag.* 282 *loqui pergit*: Credunt tamen nonnulli, Moysen hic, ut alias sæpe, hysterologia usum, atque hoc cum Cetura connubium dudum ante, et vivente adhuc Sara, initum; ut sensus sit: Abra- „ham vero aliam duxerat „ etc. *Et, ut videas, eum a postrema istac opinione minime fuisse alienum, diligenter satis ac nervose adducit rationes omnes, quibus hæc stabiliri sententia possit,*

*Illum rursus audi*: Sic sane, *inquit,* non multiplicantur miracula. Appellatur etiam Cetura ABRAHÆ CONCUBINA lib. I Paral. I ŷ. XXXII. Viventi igitur Saræ videtur addita. Imo statim infra ŷ. VI de concubinis ejusdem numero plurali sermo est: quasi eodem tempore cum Agar et Cetura vixerit; aut potius quasi Ceturam duxerit, postquam dimisit Agar. Tandem filios concubinarum, quod ibidem dicitur, jam dudum ante separatos fuisse, non obscure indicat Eliëzer cap. præcend. ŷ. XXXVI. Sed neque omnia sua dedisset Abraham Isaaco, si adhuc alias ineundi nuptias intentionis fuisset.

AUCTORE J. G.

*et singillatim confutantur,*

510 *Verumenimvero nequaquam ego perspicio, adductas hasce a Smitio rationes satis esse urgentes, ut* Abrahami *cum Cetura connubium dudum ante Isaaci nuptias et, vivente adhuc Sara, initum fuisse asseratur. Etenim, cum* Abrahamo *jam fere centenario renovata divinitus fuisset, velut aquilæ, juventus sua, redditusque corpori vigor; eccur multiplicanda hic forent miracula, ut* Abraham *triginta quinque plus minus ante mortem suam annis ex juvencula uxore liberos aliquot procreare valuisset? Profecto, si* E *hodiernis temporibus, quibus vita hominum robustiorum septuaginta aut octoginta annis circumscribitur, viri senes uno alterove ante obitum anno ex vegeta junioreque femina prolem quandoque procreent ac certissime quidem absque ullo prorsus miraculo, quidni id fieri itidem ab* Abrahamo *potuit, cum triginta a suo e vivis excessu abesset annis? Neque vero ex* concubinæ *nomine, quo Cetura appellatur, extundi quidquam in adversantium nobis præsidium potest, quandoquidem manifestum est, vocem illam in sacris Veteris Testamenti libris, ac nominatim designatis modo locis, solummodo significare uxorem, legitime quidem, sive vivente, sive defuncta primaria, ductam, at quæ ordinariis, quæ matri-familias seu uxori primariæ competunt, privilegiis favoribusque non gaudet, uti supra num.* 313 *ostendimus, satisque ex libro Judicum cap.* 19 *intelligi datur, quo scilicet Levitæ uxor* concubina *vocatur, tametsi hæc ab illo, altera vivente conjuge primaria, ducta fuisse nuspiam memoretur.*

*id ante Saræ mortem contigisse, contendant,*

511 *At, concubinarum* Abrahami *filios ante Isaaci nuptias sejunctos ab Isaaco fuisse, Eliëzer cit. cap.* ŷ. 36 *indicat. Quid ita? Obsecro. An quia is cit. versu* Abrahamum omnia, quæ F habuerat, *Isaaco* dedisse, *retulit? Sed si hæc ejus verba ita intelligas, ac si jam tum Patriarcha se bonorum omnium dominio, usufructu ac possessione exuisset, quid tandem servabis ei reliqui, quod dein, seu Genes. cap.* 25 ŷ. 5 *Isaaco ejusque ex Agare et Cetura fratribus dare quiverit, cum tamen Moyses diserte illic ita loquatur*: Dedit Abraham cuncta, quæ POSSEDERAT, Isaac: filiis autem concubinarum largitus est munera,... dum adhuc ipse viveret, *seu dum sensibus quidem et mente etiamnum integris uteretur, at parum a vitæ suæ termino abesset, uti sacer Scriptor sequenti* ŷ. 7 *et* 8 *insinuat. Quæ cum ita sint, aliud nihil ex verbis Eliëzer cit. cap.* 24 ŷ. 36 *erui posse videtur, quam Isaacum, priusquam uxorem duceret, constitutum ab* Abrahamo *fuisse ejuscemodi bonorum, quæ tunc hereditaria censebatur, legitimum a patris sui obitu dominum, seu heredem, attamen permanente interim penes testatorem, dum viveret, bonorum omnium dominio ac possessione. Ex qui-*

AUCTORE J. G.

*bus profecto consequi non potest, ut jam dudum ante Isaaci nuptias* Abrahamus *Ceturam duxerit, imo et jam grandævos ex ea habuerit filios, quos nonnullis ditatos muneribus ab Isaaco suo separasset. Atque hinc quoque fluit ad recensitas a Smitio ad numeri* 589 *calcem rationis responsio, facileque intelligitur, quo pacto* Abrahamus *iterum uxorem ducere, sed secundariam dumtaxat, eamque ac communes liberos honeste alere ac deinde congruenti singulorum collocationi post mortem suam ex perceptis ante bonorum suorum fructibus abunde prospicere quiverit.*

*quorum opinioni refragari non una*

512 *En modo quæ nobis argumento sunt, ut Patriarchæ nostri cum Cetura conjugium post Saræ mortem initum fuisse, cum laudato jam sæpe Pererio existimemus. Si* Abraham, *vivente etiamnum Sara, Ceturam uxorem duxerit, vel id sua sponte, vel suasu et impulsu Saræ fecit. Atqui non est credibile, eumdem illum* Abraham, *qui, cum nullam prorsus haberet prolem, essetque* 50 *annis junior, impellendus, imo quasi cogendus a Sara fuit, ut Agarem uxorem duceret usurariam, generatis jam duobus filiis Isaaco et Ismaële, ducturum sua sponte viva Sara fuisse uxorem secundariam, præsertim cum jam exemplo Agaris (de quo vide* § XVII *et* § XXII*) edoctus esset, nonnulla sibi incommoda offendiculaque ex geminata conjuge timenda fore; sed neque simile vero est, eamdem illam Saram, quæ ne conjugium quidem cum Agare Viro suo suasisset, nisi quia ipsa tum temporis omni prole et spe generandæ prolis destituta erat, quæque illam postea e mariti sui domo bis expelli curavit, non est, inquam, simile vero, eamdem illam Saram inducturam Virum suum fuisse, ut alteram deinde sumeret uxorem usurariam. Igitur censendus est* Abraham *Ceturam non duxisse uxorem, nisi postquam jam defuncta esset Sara, nihilque prorsus incommodi offendiculique ex hoc tertio ejus conjugio metuendum esset.*

*ratio, nostræ autem sententiæ patrocinari ostenditur.*

513 *Adhæc huic nostræ sententiæ omnino patrocinatur ordo narrationis Mosaicæ, quæ conjugium illud non nisi post mortem Saræ et Isaaci nuptias memorat: esse autem eum ordinem rectum, et cum ordine rei gestæ congruentem, existimare convenit, dum nihil est, quod nos contra sentire cogat, seu, uti laudatus jam sæpe Pererius etiam notat, existimandum semper est, Historiographos sacros res gestas recto ordine narrare, nisi cum manifesta ratio contrariam sententiam nobis persuadet. Atqui, quemadmodum jam supra ostendimus, nulla prorsus affertur manifesta ratio, ob quam* Abrahami *cum Cetura conjugium ante Saræ mortem initum fuisse, dicendum sit. Consectarium ergo fit, ut illud post Saræ mortem et Isaaci nuptias, seu eo ordine, quo a sacro Historiographo refertur, re ipsa contigisse, statuatur. Adstipulatur vetustiorem Patrum, qui de hujus conjugii epocha egerunt, nota satis receptaque passim sententia, a qua sane sine gravi in contrarium ratione minime recedendum recentioribus est, ac præsertim quidem, dum sic ab eorum auctoritate, eoque recederetur consilio, ut divinus aliquis Historiographus hysterologiæ argui, seu res gestas præpostero ordine enarrasse, dici posset.*

*Hujus ineundi conjugii ratione mysticæ,*

514 *Atque hæc de hujus conjugii tempore. De re autem ipsa duo præsertim examinanda veniunt; alterum, quæ causa hujus connubii; alterum, quæ fuerit* Abrahami *sponsa. Quod ad primum attinet, de eo S. Augustinus Quæstione* 70 *in Genes. tom.* 3 *Operum parte* 1 *col.* 395 *ita disserit:* Hoc factum Abrahæ quod post mortem Saræ de Cethura filios procreavit, non sic accipiendum est, quasi humana consuetudine et cogitatione tantummodo substituendæ numerosioris prolis hoc factum sit. Sic enim possent accipere homines etiam quod de Agar factum est, nisi Apostolus admoneret, illa facta fuisse prophetice, ut in utrisque personis mulierum earumque filiorum duo testamenta ad futurorum prænuntiationem allegorica significatio figuraret. Unde in isto quoque Abrahæ facto aliquid tale quærendum est. *Hisce consona tradit lib.* 16 *de Civit. Dei cap.* 34 *sic loquens*: Quid autem sibi vult, quod Abraham post mortem Sarræ Cethuram duxit uxorem? Ubi absit, ut incontinentiam suspicemur, præsertim in illa jam ætate, et in illa fidei sanctitate. An adhuc procreandi filii quærebantur, cum jam Deo promittente tanta multiplicatio filiorum ex Isaac per stellas cæli et arenam terræ fide probatissima teneretur? Sed profecto, si Agar et Ismaël, doctore Apostolo, significaverunt carnales veteris Testamenti, cur non etiam Cethura et filii ejus significent carnales, qui se ad Testamentum novum existimant pertinere?

*seu allegorice, nec non quædam naturales seu historicæ,*

515 *Dein post nonnulla, quibus suam hanc assertionem seu sensus mystici allegoricique expositionem stabilire nititur, sic pergit*: Neque enim video, cur etiam Cethura post uxoris *(nempe Saræ)* mortem ducta, nisi propter hoc mysterium, dicta sit concubina. Sed quisquis hæc non vult in istis significationibus accipere, non calumnietur Abrahæ. Quid si enim et hoc provisum est contra hæreticos, futuros secundarum adversarios nuptiarum, ut in ipso Patre multarum gentium post obitum conjugis iterum conjugari demonstraretur non esse peccatum? *Censet igitur Augustinus, potissimam iniit ea ætate ab* Abrahamo *conjugii causam fuisse magnum quoddam mysterium, eo conjugio præfigurandum, ac propterea divino instinctu motum fuisse Patriarcham, ut post Saræ mortem Ceturam uxorem duceret. Verumenimvero, etsi negare non ausim, mysticam illam et allegoricam causam ineundi cum Cetura conjugii præcipuam fuisse, eamque etiam esse, quam Spiritus sanctus nos potissimum scrutari et considerare voluerit, haud scio tamen, an non et plausibiles illius causæ naturales seu historicæ assignari queant. Quidsi ergo* Abraham, *non æstu libidinis, quod de sanctissimo Sene suspicari nefas est, sed amore prolis numerosioris et habendi senectutis suæ subsidii desiderio Ceturam duxerit, quo sic nempe non modo etiam extra Dei populum, Chananitidis heredem, ex suo semine multiplicarentur populi, factaque sibi Genes. cap.* 17 ℣. 6 *promissio de gentibus regibusque ex se orituris cumulatius impleretur, sed et quo ipse, dum in vivis esset, haberet individuam vitæ sociam, quæ familiam suam administraret fideliter, seque grandævum senem foveret, et quibus posset, omnibus sublevaret modis?*

*item novæ Abrahami uxoris nomen,*

516 *At quænam qualisque nova hæc ejus uxor fuit? Si auctori Quæstionum Hebraicarum in Libros Paralipomenon, quem quidam, S. Hieronymum esse, perperam putarunt, in hacce materia credendum sit, Cetura minime diversa est ab Agare, ancilla Ægyptia, de qua superius actum est. Si autem ipsum Hieronymum lib. Quæstionum in Genesim col.* 529 *audiamus, incertum est, an Cetura, mutato nomine, eadem cum Agare, num ab hac diversa sit-* Cetura, *inquit,* Hebræo

A Hebræo sermone COPULATA interpretatur, aut JUNCTA. Quam ob caussam suspicantur Hebræi, mutato nomine eamdem esse Agar, quæ, Sara mortua, de concubina transierit in uxorem. Et videtur decrepiti jam Abrahæ excusari ætas: ne Senex post mortem uxoris suæ vetulæ novis arguatur nuptiis lascivisse. Nos, quod incertum est, relinquentes, hoc dicimus: quod de Cetura nati filii Abraam... occupaverint Τρωγλοδύτην et Arabiam. *Verum, cum adducta jam ratio haud satis solide subsistat, quandoquidem novum illud conjugium non lasciviam arguit, sed potius* Abrahami *solitam divino instinctui obedientiam senilemque prudentiam ostendit, cumque etiam aliunde rationes minime contemnendæ obstent, quo minus Cetura eadem cum Agare fuisse dicatur, eccur, quæso, a communi sententia, quæ alteram ab altera diversam statuit, hic recedamus?*

*ejus diversitas ab Agare,*

517 *Et vero, dum Hebraïcus textus ita ad verbum loquitur*: Et ADDIDIT Abraham et accepit uxorem, cujus nomen erat Cetura, *indicat satis tam emphatica dictione non vetus aliquod matrimonium innovatum, sed novum prorsus conjugium prioribus additum fuisse. Adhæc, uti Cajetanus in hunc locum pag.* 99 *observat, citato versu explicatur non cognomen, sed* nomen *mulieris* Cetura; *et hoc eodem capite nominatur Agar suo nomine Agar, atque, quod amplius est, clare subjungitur,* Abraham *habuisse non unam tantum, sed multas concubinas. Ita fere ille. Quamquam autem in Vulgata non legatur τὸ* Et addidit, *attamen cum in ea dicatur* Abraham *duxisse* aliam *uxorem nomine* Ceturam, *vel ex ipsa Vulgata conficitur, ductam a* Abrahamo *post Saræ obitum uxorem diversam a prioribus esse, nec minus adeo diversas esse feminas Saram, Agarem, et Ceturam, quam ipsa earum diversa sint nomina. Ceterum, cum Agar,* Abrahamo *certe ante anni ejus octogesimi sexti exitum nubens, probabilius viginti saltem annos nota esset, consequens fit, ut, si anno ætatis* Abrahæ *centesimo quadragesimo in ejus thalamum recepta sit, tunc ipsa fere octogenaria fuerit; ut adeo hæc citra prodigium sex filios ea ætate gignere non valuerit, utque proinde alia prorsus a Cetura, tot filiorum matre, statuenda sit, quæ postrema haud dubie, cum Patriarchæ nostro nuberet, integra vegetaque ætate etiamnum florebat.*

*ejusdem genus, probabiliter non Chananæum*

518 *Porro hanc gente Chananæam fuisse, existimant nonnulli, nihil omnino hac ratione deterriti, quod* Abraham *usque adeo abhorruerit a conjugiis mulierum Chananæarum, ut uxorem ex filiabus Chanaan suo filio adscisci severissime caverit. Respondent enim, postremum hoc factum esse propter electionem populi Dei, ut totus descenderet de stirpe* Abrahæ, *nec misceretur cum gentibus idololatris; quoniam vero totus Dei populus propagandus erat per Isaac, si is uxorem duxisset ex gente Chananæa, populus utique Dei, eorum judicio, idololatris Chananæis naturali cognatione arctaque necessitudine devinctus et permixtus fuisset. At vero, inquiunt,* Abrahamus *ducendo uxorem Ceturam, non intendebat augere populum Dei; sciebat enim promissiones et benedictiones Dei, ad senem suum pertinentes, in solo Isaac et posteris ejus complendas esse; atque adeo, cum alii omnes filii* Abrahæ, *præter unum Isaac, extra populum Dei et electum illud semen* Abrahæ *censerentur, nihil plane referebat, an uxorem acciperet* Abraham *ex Chananæis, an ex qualibet alia gente. Ita fere illi. Sed, cum Scriptura sacra Ceturam gente Chananæam fuisse, nuspiam insinuet, malim ego credere, fuisse filiam aut neptem ancillæ cujusdam, e Chaldæa vel Mesopotamia ab* Abrahamo *quondam adductæ, eamque ob naturæ gratiæque dotes præ ceteris electam fuisse uxorem,* ut recte Abrahæ senectutem fovere, ejus familiam administrare, et in ea Dei cultum, *uti Salianus ad annum mundi* 2179 *num.* 6 *scribit,* conservare atque amplificare studeret, *simulque Virum augeret liberis, ex quibus gentes et reges aliquando essent orituri.*

AUCTORE J G

519 *Nunc, quotnam* Abrahamus *liberos quantoque temporis spatio ex hac tertia sua conjuge susceperit, ex verbis Moysis definire aggredior. Ac primo quidem, ut fidem facit sacer Historiographus Genes. cap.* 25 ℣. 2, *indubitatum est, Ceturam peperisse* Abrahæ *sex filios, nimirum* Zamran et Jecsan, et Madan et Madian, et Jesboc et Sue, *quorum posteros recensere, mei instituti non est. Quod autem ad istorum natale tempus attinet, mihi vero saltem proximum videtur, sex illos* Abrahæ *et Ceturæ filios inter annum Patris sui centesimum quadragesimum, interque annum centesimum quinquagesimum quintum* E *mundo editos fuisse. Ut ita censeam, movet me Moyses* ℣. 6, *dum haud secus de filiis Ceturæ, quam de filio Agaris, in hunc modum scribit:* Filiis autem concubinarum, *seu quæ primariæ uxoris dignitate affectæ non fuerant,* largitus est *(Abraham nempe)* munera et separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam Orientalem. *Etenim, cum sat credibile non sit, eorum quempiam, priusquam jam grandior esset ac per se ipse res suas gerere posset, ab æquissimo amantissimoque Patre longe sejunctum a fraterno paternoque habitaculo fuisse, consectarium est, ut, quandoquidem hoc ex jam dictis non serius, quam anno* Abrahæ *centesimo septuagesimo quinto statui potest, nemo unus eorum serius, quam anno Patris sui centesimo quinquagesimo quinto natus fuerit, ne alioqui* Abrahamus *filiorum suorum curam et institutionem ante ætatis eorum annum vigesimum abjecisse contra omnem veri speciem dicendus sit.*

*filii illius horumque natale tempus,*

520 *Ex his autem jam nunc disputatis simulque ex* ℣. 26, *ubi Isaac, cum ei primo unicoque Rebeccæ partu duo nascerentur parvuli, sexagenarius fuisse narratur, manifeste colligitur,* Abrahami *de felici Ceturæ partu sat frequens gaudium doloris non nihil admistum habuisse, ex eo videlicet* F *capite, quod Isaaco suo, ex quo numerosam progeniem exspectabat, ne unam quidem exoriri prolem cerneret, dum interim mirum in modum multiplicarentur ancillæ filii. Nihilominus tamen cum Saliano ad annum mundi* 2180 *existimo, non sic pium Patriarcham suæ nurus sterilitatem doluisse, quin simul fideliter constanterque speraret, non visurum se mortem, donec videret progeniem Isaaci, per quem divinæ promissiones a se transfunderentur in posteros Chananitidis possessores. Et vero spem non fefellit eventus. Quippe, cum Isaacus jam annis circiter novemdecim deprecatus esset Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis, uti* ℣. 21 *sacer Scriptor fere loquitur, enixissimas ejus preces exaudivit Dominus, ipsaque Patriarchæ nostri excessit vota, concessa nimirum Isaaco ætatis ejus anno sexagesimo, ipsius vero* Abrahæ *anno centesimo sexagesimo, gemina prole mascula, de cujus utriusque ortu et moribus adeat lector, si cupit, citatum caput* 25 *Genes.* ℣. 22 *et sequentibus.*

*ac denique epocha, qua Abraham post natam Isaaco geminam prolem*

521 *Neque vero jam nunc dictis obesse debet, quod Flavius Josephus lib.* I *Antiquitatum Judaïcarum*

AUCTORE C. B. *concubinarum filios ab Isaaco,*

*daïcarum cap.* 18, defuncto Abrahamo, uxorem Isaci gessisse uterum, *scribat, cum evidens sit, parachronismum hic loci cubare, quandoquidem ipsemet cap.* 17, Abrahamum *annos* CLXXV *vixisse, asserit; atque adeo, cum Isaacus centum dumtaxat annis suo patre junior fuerit, annoque ætatis suæ sexagesimo, teste Moyse cap.* 25 *Genes.* ℣. 26, *gemina prole auctus ex Rebecca sit, consectarium omnino fit, ut, vivente etiamnum* Abrahamo, *imo annis quindecim ante hujus obitum statuenda sint, quæ citatus auctor initio ejusdem capitis* 18 *de Isaaci filiis enarrat. Quandonam autem, seu, quo determinato anno Patriarcha noster uxorum secundariarum filiis largitus sit munera, eosque ab Isaaco sejunctos ablegarit versus Orientem, seu ad regiones magis, quam Chananæa, ad solis ortum vergentes, edici pro certo nequit. Salianus hæc ad annum* Abrahæ *centesimum sexagesimum tertium collocat, non adeo confidenter tamen, quin ad annum alium hæc referri posse, insinuet. Mihi multo veri similius est, senos Cetura filios una cum Ismaële non antea muneribus,* B *unde honeste vivere possent, donatos ab* Abrahamo *et longe ab Isaaci domicilio sejunctos fuisse, quam dum grandævus Patriarcha suæ finem peregrinationis appropinquare et ultimæ voluntatis suæ declarandæ atque exsequendæ tempus adesse, cognovisset, quod quidem ineunti anno ejus centesimo septuagesimo quinto, qui et ei emortualis fuit, innectendum videtur.*

*in paternæ hereditatis possessionem prius misso,*

522 *At quamobrem, inquies,* Abrahamus *tunc Isaaco* dedit cuncta, quæ POSSEDERAT, *ipsumque in bonorum omnium, quorum jam pridem heredem eum constituerat, possessionem misit? Ac rursus qua de causa reliquos suos filios ex terra Chanaan amovit, puta in eas ipsas regiones, quibus postea Madianitidis, Idumææ, et Arabiæ Felicis nomina adhæserunt? Ad primum quod attinet, respondeo, voluisse prudentissimum Patrem-familias omnem invidiæ, turbarum rixarumque occasionem præscindere, ac sedulo prospicere, ut ne quis e concubinarum filiis post obitum suum cum Isaaco de concessa huic hereditate amplissima contendere auderet, utpote quæ ab ipso, vivo etiam patre, imo et eodem ita statuente, solenni ritu fuisset adita legitimeque vindicata. Quod ad quæsitum alterum spectat, re-*C *spondeo, præter recensitas a Saliano rationes, aliam etiam adferri posse, nimirum, cum ex divinis promissionibus* Abrahamus *certo sciret, post quadringentos circiter ab ortu Isaaci anno Chananitidem ab ejusdem Isaaci posteris occupandam esse, necesse habuit reliquos suos filios in illas regiones haud dubie tunc vacuas amandare, ut hoc pacto præcaveret, ne eorum posteri una cum electo Dei populo Chananitidem, huic divinitus promissam, tenerent, quod sane contra ordinationem divinam fuisset, aut ne alias una cum Chananæis, si inter hos illi sedes fixissent, exterminandi forent, quod profecto inhumanum et atrox nimium futurum erat. Voluit autem* Abraham *prudentissimum hoc consilium suum, se etiam vivo, executioni mandari, quo sic de omnium filiorum sorte et incolumitate securus, quandocumque Deo visum esset, e vivis excederet.*

*separaverit muneribusque satislargis donarit, hic indicantur.*

523 *Restat, ut de adita ab Isaaco hereditate deque muneribus ab* Abrahamo *ceteris suis filiis concessis nonnulla partim cum Saliano hic observemus. Cum* Abraham *Genes. cap.* 25 ℣. 5 *et* 6 *dicitur Isaaco dedisse* cuncta, quæ posse-derat, *filiis vero concubinarum* largitus *esse* mu-nera, *hæc ita intelligenda sunt, ut dilectissimæ* D *Saræ, primariæ uxoris, filio cesserint bona omnia immobilia, ut sepulchrum in Hebron cum circumposito agro, puteus Bersabee cum nemore, sepulchrum item in Sichimis, de quo vide dicta a num.* 480; *deinde vero bonorum mobilium, auri, argenti, ovium, boum, camelorum, asinorum, servorum et ancillarum amplissima pars, quæque saltem æqualis illi esset, quam possidebat Patriarcha, dum Isaacum heredem suum primo constitueret; contra vero ut Ismaëli et sex Cetu-ræ filiis dumtaxat cesserint præsentes pecuniæ, aurum, argentum, vestes, tabernacula, et pecora nonnulla, quæ a tempore addictæ Isaaco hereditatis divina benignitate acquisierat, et unde hi honestissime commodissimeque se suosque sustentarent. Profecto, tametsi bona hæc cit.* ℣. 6 *sub solo* munerum *nomine veniant, dubitandum tamen neutiquam videtur, quin tam opulento Patriarcha et amantissimo filiorum patre minime indigna fuerint, atque ampla satis, ut ab alio quovis concessa parente hereditatis nomen fuissent meritura. Nunc tandem ad peregrinationis* Abrahæ *finem cum sacro Pentateuchi auctore pro-* E *gredior.*

*Abrahamus in pace et senectute bona defunctus*

524 *Sic igitur ille cit. cap.* 25 ℣. 7 *et* 8: Fuerint autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, et plenus dierum: congregatusque est ad populum suum. *Ita nempe impletum est illud, quod Genes. cap.* 15 ℣. 15 *ante annos fere nonaginta* Abrahamo *prædixerat Deus his verbis:* Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. *Vere enim senectus bona fuit, quæ annos vitæ centum septuaginta quinque sine malis senectutis ordinariis complexa est, quæque, uti Pererius in hunc Genes. cap.* 25 *locum fere scribit, perfectam quamdam in sermonibus, sententiis, consiliis, moribus, studiis et actionibus maturitatem habuit, et propter existimationem virtutis, prudentiæ doctrinæque honorabilis et veneranda, maximam apud omnes fidem auctoritatemque promerita est. Juverit, Torniellum recitata Moysis verba nervose juxta ac dilucide commentantem audire pag.* 325 *et* 326 *Annal. sacr.*: Anno vitæ suæ *inquit,* centesimo septuagesimo quinto prope expleto, ut colligitur Genesis cap. XXV, vers. F VII et sequentibus, Abraham plenus dierum, quos sane non otiose, neque incassum, sed plurimis sanctissimisque operibus atque exemplis refertos traduxerat: in ætate non præpropera, sed matura et provecta: in senectute non sibi suisque molesta ac morosa, sed pacata, quieta, ac venerabili: non ulla doloris morbive violentia, sed per naturalem resolutionem sensim ac leniter, ne dicam quodammodo jucunde deficiens, mortuus est.

*anno vitæ 175, secundum animam ad cœtum Sanctorum patrum transit,*

525 *Porro notandum hic adversus pseudo-philosophos nostri temporis est, hæc Moysis verba* congregatusque est ad populum suum *non de Patriarchæ nostri corpore (hoc enim non in suorum patrum aut popularium, sed in empto a se quondam sepulchro conditum fuit) verum de ejus anima intelligi debere, ita nimirum ut hæc corpore egressa sit et aggregata cœtui sui similium, puta Adæ, Abelis, Seth, Enos, Noë aliorumque justorum, qui ante ipsum in Dei gratia decesserant atque in Sanctorum limbo Redemptorem mundi exspectabant, a quo ad cœlestia regna, devicta morte, aliquando perducerentur. Denique quo fixa jam ante a nobis gestorum* Abrahæ *chronotaxis*

A *notaxis manifestior firmiorque evadat, hic observatum velim, ipsummet Salianum ejusque sequaces, qui Moysis verba Genes. cap.* 12 ℣. 4, *cap.* 17 ℣. 1, *cap.* 21 ℣. 5 *de annis prorsus completis, imo et ad dies aut hebdomadas aliquot excretis, exponenda esse, omnino volunt, nihilominus nobiscum admittere, emortualem* Abrahæ *annum non centesimum septuagesimum sextum ætatis ejus jam inchoatum, sed etiamnum currentem ætatis ejus septuagesimum quintum supra centesimum esse, uti idem Salianus pag.* 509 *diserte in hunc modum scribit.* Adest centesimus Abrahamiticæ peregrinationis et divinæ promissionis annus et ejusdem vitæ centesimus septuagesimus quintus, et ultimus. *Si ergo, consentiente cum suis laudato auctore, hæc Moysis verba* Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni *totidem annos ex omni sui parte completos non designent, eccur alia ejusdem Moysis verba, puta hæc* Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Haran *de annis omnino solidis, absolutis et completis intelligenda forent?*

*secundum corpus sepelitur in Hebron ab Isaaco et Ismaële.*

B 526 *Reliquum est, ut, quæ cit. cap.* 25 ℣. 9 *et* x *de* Abrahami *sepultura narrantur, hic pariter recenseamus:* Et sepelierunt eum (Abrahamum *nempe, prope Bersabee, ubi degere perrexerat, defunctum*) Isaac et Ismaël filii sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron, filii Seor Hethæi, e regione Mambre, quem emerat a filiis Heth: ibi sepultus est ipse, et Sara uxor ejus. *Itaque quam de uxore sua susceperat* Abrahamus *curam, eamdem de eo filii ejus Isaac et Ismaël susceperunt; nec dubitandum, quin hi Parenti optimo justa cumulatissime persolverint. Etsi enim aliquando non bene inter eos convenisset, nihilominus vix aut ne vix quidem ambigi potest, quin sollicitus Pater saltem aliquandiu ante obitum suum alteri alterum conciliarit, ut jam ancillæ filius non inviderit filio liberæ, et summa tranquillitas ac concordia in* Abrahami *domo familiaque vigeret, cum ipse spiritum Creatori suo reddidit et congregatus est ad populum suum. Num autem etiam Ceturæ filii morienti Patri adstiterint ejusque funus curarint, uti Salianus ad annum mundi* 2213 *num.* 13 *existimat; an contra*

C *hi, in remotiores terras, vivo etiam patre, profecti, nec tempestive in Bersabee reverti, nec Patris funus, cum in Hebronis viciniam inde deferretur, comitari potuerint, disputandum aliis relinquo, quandoquidem controversia hæc, ob Moysis aliorumque æqualis fidei auctorum silentium ac militantes in utramque partem rationes definiri citra omne dubium nequit.*

*Cur quædam narratiunculæ de Abrahamo sparsæ hic neglectæ sint*

527 *Atque hæc de ortu, gestis et obitu* S. Abrahæ *disputata, ac, prout res tulit, e divinis scriptoribus, antiquis historiographis, sanctis Patribus, eruditisque sacrarum Litterarum interpretibus erута, sufficere arbitror, ut ad singularem ejusdem sancti Patriarchæ memoriam ac venerationem progrediamur, neglectis nimirum, uti omnino merentur, innumeris fere narratiunculis, quæ de conscriptis, si Superis placet, ab eo Libris, ut Apocalypsi quadam, Tractatu de idololatria, Psalmis, Precibus Matutinis, libro vel Tractatu de Somniis etc, de Hebraïcæ item linguæ ejusque literarum nec non Syriorum Chaldæorumque characterum inventione, de erectis ab eo instauratisve templis, patratisque ad comprobandam humanorum corporum resurrectionem miraculis, aliisque ejuscemodi factis vel Rabbinorum vel Musulmanorum aut quorumvis imperitorum opera in chartas conjectæ fuerunt, nullamque hodie apud cordatos homines inventuræ sunt fidem. De his, cui ad id animus est, adeundi sunt Petrus Lambesius in Prodromo Historiæ Literariæ lib.* 1 *cap.* 6, *Scipio Sgambatus libro* 2 *Archivorum veteris Testamenti tit.* 2 *a pag.* 190 *et Augustinus Calmet in Dictionario Biblico, verbo* Abraham, *editionis Latinæ, Augustæ Vindelicorum anno* 1738 *adornatæ, pag.* 16 *et sequentibus.*

AUCTORE J. G.

## § XXVIII. Antiqua Sancti memoria et veneratio: ejus corporis sec. XII per Canonicos Regulares inventio: Reliquiæ sub ejus nomine asservatæ.

*Sancti memoria celebris fuit ante legem Evangelicam,*

Memoriam *sancti Patriarchæ nostri non mediocriter commendavit Jesus, filius Sirach, dum cap.* 44 *Ecclesiastici enumerans viros gloriosos suæque gentis majores, virtute inclytos, prudentia insignes, quorum nomen viveret in generationem et generationem, quorum sapientiam narrarent populi et laudem nunciaret ecclesia, hos inter in primis, nec vulgari elogio, ℣.* 20 *et seqq. Patriarcham nostrum recenset:* Abraham, *inquit,* magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria: qui conservavit legem Excelsi, et fuit in testamento cum illo. In carne ejus stare fecit testamentum, et in tentatione inventus est fidelis. Ideo jurejurando dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulum, et ut stellas exaltare semen ejus, et hæreditare illos a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos terræ. Et in Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem ejus. *Egregiæ autem Hebræorum in suum Patrem venerationi parem fuisse fiduciam, hæ similesque Deum precandi formulæ, antiquis Hebræis usitatæ,* Recordare, Domine, servi tui Abraham, Deus Abraham, miserere, *ac denique, ut multis aliis supersedeam, ipsa hæc Judæorum sensa apud Matthæum cap.* 3 ℣. 9 patrem habemus Abraham *manifeste demonstrant.* E F

*in ipsis legis Evangelicæ primordiis;*

529 *Neque vero minus honorifica in ipsa Evangelicæ legis prædicatione Fidelium Patris memoria exstitit, uti ex crebra ejus in Evangeliis mentione, atque ex parabola, seu potius parabolicis adjunctis contexta historia, quam Lucæ cap.* 16 *a ℣.* 19 *de mendico in sinum* Abrahæ *deportato, deque homine divite,* Abrahami *præsidium auxiliumque postulante, Christus Dominus retulit, abunde colligitur. Existimationem Patriarchæ nostri conceptamque venerationem non parum auxit ac propagavit Apostolus gentium, dum ad Romanos, ad Galatas et Hebræos scribens, singularem ejus fidem, obedientiam ac sanctitatem summopere extulit; ut mirum esse non debeat, tantæ virtutis Virum et ab Hebræis scriptoribus, et ab exteris quoque, tum gentilibus, tum fidelibus, ac præsertim a summis Ecclesiæ Christianæ patribus quasi certatim ingenti laudum præconio celebratum fuisse. Quid? Quod ipse imperator Alexander Severus vel ex matris suæ, Christianæ Religionis mysteriis initiatæ, vel ex Judæorum aut Christianorum relatione compertam* Abrahami *gloriam admiratus, inter divos lararii sui illum haud secus, ac Christum collocarit, prout Ælius Lampridius in Alexandro Severo, pag. mihi* 930, *ex auctore coævo refert. Quod an imperator ille Christianorum* Abrahamum *venerantium æmulatione,*

AUCTORE J. G.

*tione, num sua sponte, ac ritu superstitioso fecerit, definire non ausim.*

*tempore item imp. Constantini Magni, qui in loco,*

530 *Ut ut postremum hoc se habeat, equidem ex Sozomeno lib.* 2 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 4 *discimus, antiquitus, ac certe usque ad annum Christi circiter* 326 *in more positum fuisse, ut ad Convallem Mambre, seu ad locum,* Terebinthum *postea dictum, ubi* Abraham *Dei angelos excepe-rat, æstivo tempore quotannis convenirent ex Palæstina, Phœnice et Arabia Judæi simul et Christiani ac Gentiles, partim commercii, partim religionis causa, utque singuli suo more festivitatem celebrarent. Verum, cum Constantinus Magnus, locum illum sanctissimum et* Abrahami *memoria celeberrimum a Gentilibus ac superstitiosis hominibus vario ritu impio inquinari, audisset, mox scripta ad Macarium, Hierosolymorum episcopum aliosque antistites epistola præcepit, ut Gentilium ara, quæ prius illic steterat, eversa, statuisque, quas cultu divino perperam Gentiles affecerant, incendio consumptis,* ecclesiam ibidem designarent, vetustati loci et sanctitati convenien-
B tem, darentque operam, ut in posterum locus ille a libamentis et sacrificiis *(nempe Gentilium)* vacuus esset; adeo ut nihil aliud, quam veri Dei cultus juxta Ecclesiæ leges ibi celebraretur. *Quibus sane verbis aperte satis designat Sozomenus, non interdictum a Constantino Magno fuisse pium illum religiosumque morem, quo secundum Ecclesiæ leges Christiani Deum in Sanctis suis colere et ob beneficia impetranda a Deo per Jesum Christum Redemptorem mundi, ad Amicorum ejus orationes, opem auxiliumque confugere solerent.*

*Abrahami memoria venerando, ecclesiam extrui curavit,*

531 *Meminit porro erectæ hujus ecclesiæ, præter Eusebium lib.* 3 *de vita Constantini, Nicephorus Callistus Eccles. Histor. lib.* 8, *pag.* 597 *et* 598, *ubi de annua illa celebritate, populorumque ad Convallem Mambre conventu, dispari tamen proposito nec æque religioso ritu, hæc tradit:* Et conventus celebritasque ea grata fuerat omnibus: Judæis quidem, quod patriarcham generisque sui principem jactarent Abrahamum: Gentilibus vero, propter angelorum in eum locum adventum: Christianis porro, quod Deo dilecto illi *(Abrahamo)* id prædictum fuerat, quod multis postea sæculis de virgine futurum fuerat. Qua
C re Constantinus cognita, *nimirum quosdam, uti ante idem Nicephorus narrarat, eo loci* veteres ethnicæ superstitionis aras construxisse, ethnicis sacrificiis istic operatos esse, vinum libasse *etc,* Episcopis Palæstinis vitio vertebat,... quod sic tam Sanctum locum despexissent. Itaque episcopis Phœniciæ mandavit, ut ex ipsis fundamentis aræ everterentur, simulachra igne comburerentur, ac templum ibi tantæ antiquitatis nomini conveniens extrueretur, in quo divinum Numen ecclesiæ recepto ritu coleretur, locusque de cetero a contaminatione omni liber esset.... Atque imperata hæc ad rem collata legitimum consequuta sunt exitum, *haud dubie una cum erecta Divino Numini ecclesia permanente legitimo Amici Dei et sanctissimi Patriarchæ cultu.*

*cui postea ac cessit monasterium.*

532 *Quandonam autem huic ab Helena Constantini Magni matre, sed hortatu filii, erectæ ecclesiæ accesserit monasterium, a Quaresmio tom.* 2 *Elucidationis Terræ sanctæ pag.* 773 *memoratum, nuspiam memoriæ proditum inveni. At satis antiquum illud esse, vel hinc conjicio, quod ejus exordia Bonifacium Stephanium, Stagni Rac-*
*cusini episcopum, laudatumque Quaresmium,* D *ambos sacrarum Terræ sanctæ ædium indagatores diligentissimos, fugerint. Postremum hunc cit. pag. loquentem audi:* In loco hujus speluncæ *(duplicis nempe, uti* Abraham *et Sara, deindeque Isaac et Rebecca, ac denique Jacob et Lia sepulti fuerunt)* reddita Ecclesiæ pace, fuit ab Helena, Magni Constantini pia matre, ecclesia ædificata ad honorem insignium illorum virorum et mulierum, juxta quam erat monasterium pro illius cultoribus, inquit Bonifacius... Totius ædificii structura mirabilis est, ex maximis quadratis dolatisque marmoribus constructa. Ecclesia pulchra et sufficientis magnitudinis: in ejus dextera ingressus parte tres sunt capellæ, sub quibus esse sepulchra Abrahæ, Saræ, Isaaci et Rebeccæ, Jacobi et Liæ, asseritur. Ingressus in ecclesiam Christianis communiter est interdictus, ad sepulchra vero etiam ipsis Mauris.... Ecclesia ista, etsi facta sit spelunca latronum, immundorum videlicet Turcarum habitatio; ab eisdem tamen ob sanctorum Patriarcharum memoriam et honorem in magna veneratione habetur; ad quam ex diversis partibus ideo veniunt, et ob illam Hebron est unum E ex præcipuis Turcarum sanctuariis, sive memorabilibus locis, ad quæ ipsi pietatis ergo peregrinantur: et plures ducunt filios ad circumcidendum.

*In Hebronensis ecclesiæ, quæ ab auctore fide digno*

533 *Ne quid vero lector desideret, quo sepulchralis sancti Patriarchæ locus exhibitaque ei antiquitus veneratio illustrari magis magisque possit, ex Tractatu quodam Ms., anno* 1671 *Papebrochio nostro ex bibliotheca cœnobii S. Martini Tornacensis submisso, et hactenus, quod sciam, inedito, nonnulla huc transcribere visum est. Tractatus ille* De inventione sanctorum Patriarcharum Abraham, Isaac et Jacob *inscriptus, quique nihilominus prolixam satis narrationem de inventione corporis Josephi, Ægypti proregis, complectitur, auctorem habet Canonicum, uti apparet, Regularem Hebronensis ecclesiæ, qui, quæ de* Abrahamo, *Isaac et Jacob refert, ab Arnulpho et Odone Canonicis Regularibus, corporis* S. Abrahæ *seculo* XII *inventoribus, sese didicisse, affirmat, atque adeo fide dignus censeri potest. Sic igitur ille, priusquam inventionem corporum* SS. Abrahæ, *Isaac et Jacob enarrare incipiat, impositam eorum sepulchro ecclesiam pag.* 2 *apographi nostri describit:* Venerandus ille locus, in quo F Sanctorum *(supra dictorum)* corpora requiescunt, quantæ auctoritatis quantæque reverentiæ et excellentiæ apud veteres fuerit, ipsius ædificii fabrica testatur. Circumcludit enim eum murus altus et fortis aspectuque mirabilis ex magnis quadratis atque impolitis lapidibus, miro modo compositus. Hujus * intrinsecus XVIII cubitos altitudinis, XLIX latitudinis; pavimentum etiam cernitur, intus scilicet, ex magnis quadratis lapidibus pulchre et laudabiliter constructum, adeo solidum et forte, ut quælibet magna fabrica super illud fundari queat.

* *supple:* mensura æquat *vel simile quid.*

*hic describitur, subterraneo loco,*

534 Durities vero lapidum utriusque edificii omne genus marmoris excedit; totum autem opus ita compaginatum et in se connexum est, ut minimus, qui interest, lapis sine laboriosa gravedine tolli non possit. Continentur preterea intus sex pyramides, in honore SS. Patriarcharum Abraham, Isaac et Jacob et uxorum eorum fabricatæ, sibique alternatim oppositæ, id est, pyramides virorum contra pyramides feminarum

narum uniuscujusque contra comparem suam scilicet. Quæ sub nomine S. Abrahæ et beatæ Saræ dicuntur, in medio sunt; quæ S. Isaac et Rebeccæ, ad plagam Orientalem; illæ quidem, quæ Jacob et Liæ nomine vocantur, ad Occidentalem. Spelunca vero duplex sub pyramide sancti Abrahæ in profundum sita est, a pavimento habens cubitos ferme quatuordecim. Hujus tam mirandi operis constructores, quidam Esaü et Jacob autumant, sed periculosum est valde affirmare, quod ex veritate nescitur. Hoc unum profecto scimus, quod ob reverentiam Sanctorum factum fuerit. *Hactenus Hebronensis Canonicus Regularis, qui tandem post prolixam narrationem, quæ ad rem nostram nihil facit, SS. Patriarcharum* Abrahæ, *Isaaci et Jacobi in descripto jam nunc loco inventionem pag.* 9 *stilo minime fucoso enarrare instituit.*

*anno* 21 *regni Francorum Hierosolymitani, seu anno Christi* 1119

535 Anno igitur, *inquit*, XXI regni Francorum, *inchoati nempe mense Julio anni* 1099, *quo Hierosolyma per Francos capta, fuit,* preerat Cariatharbe, *seu Hebronensi ecclesiæ*, quidam piæ memoriæ, nomine Raynerus, Prior Latinorum primus, virtute venerabilis et per cuncta laudabilis, et propter Deum tantum despectus, ut, quamvis super alios fungi prelatione putaretur, sibi tamen subditorum minister esse videbatur, pium scilicet imitatus Magistrum, qui dixit : Non veni ministrari, sed ministrare. Nonnulli itaque confluebant ad eum, sub ejus magisterio Domino servire cupientes, inter quos erant Odo et Arnulphus, Domini sacerdotes, quorum narratione didici, quod narro. Hii tres predicti, videlicet Prior et duo prenominati viri orationibus nocturnisque vigiliis præ ceteris insistebant et lachymosis suspiriis sese jugiter affligentes exorabant Dominum omnipotentem, quatinus eis concederet, quod retro tot et tantis gemitibus negaverat. Tandem exaudivit eos Deus, et, quod ab eo postulaverant, dedit.

*satis singulari casu detegi cœpto,*

536 *Tum post breve parergon ita pergit laudatus auctor* : Quadam vero die in mense Junio, sicut mos est Regularium Canonicis post meridiem in lectulis suis quiescentibus, quidam ejusdem ecclesiæ, frater, arte scriba, estivum devitans calorem intravit ecclesiam, et juxta pyramidem, quæ sancti Isaac nomine dicitur, super pavimentum accubuit. Ibi autem inter duos lapides pavimenti quædam rimula erat, de qua tenuis ventus et suavis, frigidus tamen, per subterraneum meatum egrediebatur; ideoque ille in loco illo accubuerat, ut a vento refrigeraretur. Dum ergo ibi esset et auram de subtus procedentem aperto sinu exciperet, cœpit per rimulam illam intus minutos lapides quasi ludens jacere, quos audiens in profundum cadere, ibi cisternam vel antrum aliquod esse, arbitratus est, et assumens virgulam quamdam ligavit in summitate ejus filum longum et forte, et in capite fili plumbatam parvam, et intromittens mensus est cubitos undecim in profundum. Prior tunc forte aberat, quibusdam enim negotiis impeditus erat Jerosolymam. Expergefactis a somno fratribus et Hora Nona decantata, narravit frater ille quod invenerat; quod illi audientes, duplicis speluncæ introitum esse suspicati sunt. Exspectantibus * duobus aut tribus diebus Deumque assidue orantes, ut laborem suum in bonum dirigeret, interim, quæ necessaria ad secandos lapides, erat, ferramenta paraverunt; duri quippe erant et fere omni ferro invincibiles.

* *lege* exspectantes

AUCTORE J. G.

*et post multas preces,*

537 Evoluto itaque bidui aut tridui spatio, communi omnium fratrum consilio et Tribuni assensu, qui eodem tempore ibidem principabatur, nomine Baldoini *(is fortasse Baldoinus de Rames, fuit, de quo mentio fit apud Willermum Tyrensem archiepiscopum ad annum Christi* 1120, *lib.* 12 *Historiæ cap.* 13) illum laboriosum opus in nomine sanctæ Trinitatis, satis tamen timide arripuerunt. Timebant enim, ne propter peccata sua nollet eos cælorum Dominus et orbis juvare. Ideoque magis ac magis sese affligebant, sacerdotes Missarum solemnia celebrando, alii clerici Psalteria legendo, laici quoque nichilo minus universæ creaturæ Dominatorum orando, ut iniquitatibus suis propitiaretur, et eorum supplicationibus placatus, quod inceperant, secundum preces suas ad effectum perducere dignaretur. Sed, qui secabant, dum in secando per plures dies intima fatigatione gravarentur, tandem sectis sublatisque lapidibus, apparuit os speluncæ et introitus. Quo aperto, ut erant omnes ardenti desiderio, intrare unanimiter volebant. Sed quia locus ille simul omnes capere non posset, voluerunt, ut jam memoratus Odo, qui senior omnibus videbatur, et prior post Priorem ejusdem loci canonicus fuerat, primus omnium introiret, dignum judicantes, ut, si sors attulisset, ab antiquiore et eorum secundum ætatem patre multarum gentium Patres invenirentur.

*post varios labores*

538 Quod ille gratanter suscipiens ab eis cum fune submissus est, qui pervium, quo ulterius posset ingredi, iter non inveniens, ut eum foras traherent, clamavit. Illo vero abstracto, sequenti die Arnulphum submiserunt, et, dato ei lumine *(caliginosus quippe erat locus)* cœpit intus se mirari, quid hoc esse potuisset. Videbat enim utrumque parietem ita unitum, ut de uno lapide factum putares, et totum illud opus muro superiori consimile. Jam, quid ageret, nesciebat, et animi dolore incredibili vexabatur, præsertim cum ei nullus pateret aditus. Tandem resumpto animo, ut erat vir gnarus, accepto martello ferreo utrumque percutere, si vacuum aliquid audiret. Percutiens autem illum, qui ad Occidentem respicit, parietem, audivit sonum quasi concavum deintus resonantem. Tunc aliquantulum spe recuperata, jussit submitti, qui lapidem magnum, quo subterraneum iter claudebatur, tollerent, quibus submissis, vix per quatuor dierum spatium potuerunt eum movere. Sublato demum lapide, apparuit quasi conductus aquæ magnus, siccus tamen. Hujus altitudinis * cubitos XI, et XVII longitudinis, et unum latitudinis. Quem intrantes et diligentius intuentes, sed nichil prorsus invenientes, mirabantur opus et gravi dolore afficiebantur. Mira res, uterque murus a dextra et leva parte ex quadratis politisque lapidibus est compositus et superiori æquipollens.

* *supple :* mensura æquabat *vel simile quid.*

*multosque conatus*

539 Igitur, qui præsentes aderant, plus animi languore, quam corporis dolore deficiebant. Sed Arnulphus, cujus mens Sanctorum reliquias inveniendi jam quasi conscia erat, accepto, ut supra, martello, cœpit huc illucque percutere, si forte audiret, quod superius audierat. Trans se sono concavitatis audito, hortatus est qui secum erant, quatinus ibi laborare deberent, alium, quem

AUCTORE J. G.

quem tollerent, lapidem ostendens. Cumque, ut eum quoque amoverent, per alios quatuor dies desudarent, aspicientes per foramen, quod fecerant, viderunt domunculam in modum basilicæ opere admirabili et rotundo fabricatam, homines ferme triginta capientem, quod desuper unus lapis continuus claudit. Qua visa, præ nimia lætitia flentes Deo gloriam dederunt; sed intrare minime præsumpserunt. Putabant enim, ibi Sanctorum esse reliquias; ideoque donec a Jerosolymis prælatus eorum rediret, exspectaverunt. Quo regresso, ei, quæ freta fuerant, intimaverunt. O quanta cordis exultatione repletus est, audito, quod volebat, sed, quia principio rei gestæ non interfuerat, se miserum clamabat.

*feliciter tandem aperto*

540 Eadem itaque die accersito fratrum consilio statuerunt, ut ipsa die, omnibus a somno post Nonam excitatis, ingrederentur illuc, et diligenter inquisito, si quid ibi esset, scirent quid postea facere deberent, et factum est ita. Statuta namque hora venientes ad locum, amotoque ab ostio inventæ basilicæ lapide, intraverC runt; sed, quod putabant, minime repererunt. Unde quam plurimum stupefacti mansiunculam illam mirabantur. Miranda quippe est, cum aliqua talis aut vix aut numquam, presertim sub terra, possit inveniri. Illi vero, qui cum Priore illic * ingressi fuerant, sed et ipse Prior dum consideraret, si alicubi duplicis speluncæ aditum possent agnoscere, reversus Arnulphus ad ostium basilicæ, et studiosius intuens, in ipsius aditu non magnum lapidem animadvertit in saxo nativo in modum cunei insertum, quem amoveri jussit; quo amoto, speluncæ tam desideratæ ingressus apparuit. Tunc omnes cum lachrymis gratias Deo egerunt ipsum deprecantes, ut eis, quod intus erat, revelare dignaretur, similes facti mulieri sapienti, quæ, perdita dragma, accendit lucernam, domum evertit, et quærit diligenter, donec inveniat illam....

** lege illuc*

*inventum fuit una cum Reliquiis patriarcharum Jacob*

541 Aperta igitur spelunca, septimo Kallend. Julii Prior sub nomine obedientiæ et primo Arnulpho injunxit, ut ipse, qui plus laboraverat, intraret, sicque laborem suum ad finem usque perduceret. Nec mora, acceptis ille cereis in manibus, signo sanctæ Crucis se muniens altissima voce Kyrie eleyson cantando, non tamen sine C timore, ingressus est, et secum cogitans, ne forte Baldoinus, ejusdem loci defensor, illic thesaurum auri aut argenti esse, suspicaretur, hortatus est Priorem, ut eum commoneret secum illuc intrare, et deprecatus est eum, cujus precibus ille acquiescens intravit, sed timore correptus statim exiit. Arnulphus vero quærens circuibat speluncam, si ossa Sanctorum inveniret, et in illa hora nichil invenit, nisi terram, quasi sanguine aspersam, et reversus renuntiavit his, qui eum foris exspectabant. Quod illi audientes omnes exierunt foras tristitia magna repleti. Sequenti autem die Prior Arnulphum admonuit, ut iterum speluncam ingrederetur, et cum summa diligentia terram fodiens circumquaque inquireret. Ille vero magistri sui jussa exequens, assumpto in manu baculo, introivit, cumque cum baculo terram foderet, ossa sancti Jacob invenit, et nesciens adhuc, cujus essent, ea in unum conglobavit.

*et Isaac corpus S. Abrahæ,*

542 Dein ultra progrediens et diligentius intuens vidit ad caput sancti Jacob speluncæ alterius ostium, in qua beatorum Abraham et Ysaac ossa erant, sed tamen clausum, quod cum D aperuisset, intuitus caveam et ingressus in eam repperit in ejusdem fundo corpus sancti Abrahæ patriarchæ signatum, et ad pedes ejus ossa beati Ysaac filii sui. Non enim, sicut nonnulli autumant, omnes in una spelunca conditi fuerunt, sed in interiore Abraham et Ysaac, in exteriore vero Jacob. Arnulphus vero, qui hunc summum et incomparabilem thesaurum repperat, egressus de spelunca nuntiavit Priori et fratribus, se horum Patriarcharum reliquias invenisse. At illi, quod tamdiu cum summo desiderio exspectaverant, audientes in ymnis et canticis laudantes glorificaverunt Deum. Accipiens autem Arnulphus aquam et vinum lavit sacrarum reliquiarum ossa, posuitque unicujusque Patris reliquias singillatim super singulas tabulas ligneas. Tunc Prior, omnibus egressis, diligenter introitum signavit, ne aliquis sine sui licentia ingrederetur...

*idque simul cum illis solenniter fidelibus Hebronensis Prior ostendit.*

543 His ita gestis, profectus est Prior Jerusalem, inventionem Sanctorum sanctæ recordationis Guarmundo patriarchæ, qui tunc temporis *(uti etiam videre est tomo* 3 *Orientis Christiani col.* 1248*)* illic preerat, manifestaturus, eumque ut ad sublimanda Patriarcharum corpora Cariatarbe veniret, deprecaturus. Quid multa? Se venturum, benigno animo promisit, sed non bono usus consilio, eum, cui se venturum promiserat, fefellit. Videns itaque Prior, se a Patriarcha esse delusum, presente magna multitudine populi, qui de Jerusalem et de vicinis civitatibus ad solempnitatem Sanctorum convenerat, pridie Nonas Octobris, clericis vocibus altisonis modulantibus, et Te Deum laudamus decantantibus, cum decenti honorificentia pretiosas sanctorum Patriarcharum reliquias protulit, claustroque pompatice lustrato, desiderantibus populis ad videndum ostendit. Benedictus Domine Deus, qui abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis! O quanta fuit omnium exultatio, quantus præ nimia letitia fletus, dum illa beata ossa, quod numquam genti alii licuit, deosculantur. Omnibus igitur rite peractis, omnes se Beatorum Patriarcharum patrociniis commendantes, ad propria cum gaudio remearunt. E

*Circa hujus facti epochum*

544 *Huic Canonici Hebronensis narratio consonat quantum ad substantiam Mahumetanus scriptor Ben-Schohnah, cognomento* princeps doctorum *ac* magister Musulmanorum *dictus qui, uti eruditus dominus D' Herbelot de Molainville in sua Bibliotheca Orientali verbo* Schohnah *indicat, satis accuratam rerum in Palæstina vicinisque regionibus gestarum Historiam ab Hegiræ anno* 1 *usque ad annum* 806, *seu usque ad annum Christi* 1403 *perductam, conscripsit. Hic ergo Mahumetanus auctor apud laudatum D' Herbelot pag.* 16, *ad Hegiræ annum* 513, *seu Jesu Christi annum* 1119, *sub Calipha Mosterasched, decimo nono ex Familia Abassidarum principe,* Abrahami *sepulchralem locum, nempe speluncam duplicem, ubi prædicti Patriarchæ et Isaaci ac Jacobi corpora sepulta fuerant, apertum fuisse, memoriæ prodit, ac mox, eorumdem Sanctorum corpora inventa fuisse admodum integra, nec non repertos ibi complures lychnos aureos argenteosque, ac demum singula hæc ab ingenti hominum numero conspecta fuisse, affirmat. Quæ postrema si auctor ille ex vero tradidit, haud scio, an non hæc sacra donaria multis ante seculis, ac fors vel ante subactam a Persis anno Christi* 614 *Palæstinam* F

A *læstinam ingentemque Christianorum stragem, in sacrum illum locum illata a Catholicis fuerint, ut vel divini favoris,* S. Abrahami *patrocinio sibi impensi, mnemosyna, vel suæ in Sanctum illum pietatis perpetua documenta forent.*

*assertumque ab anonymo Hebronensi aliud adjunctum,*

545 *Ut ut hæc se habeant, equidem ex Hebronensis Canonici Regularis et jam laudati Ben-Schohnadi narratione consectarium fit, ut Usuardinum codicis Florentini auctarium, quod ad diem* VI *Octobris* SS. Abrahæ, *Isaaci et Jacobi corpora anno Christi* 1120 *inventa a Canonicis Hebronensibus fuisse, adstruit, anno uno a vera hujus facti epocha aberrarit; quod sane quilibet ultro creditu rus est, qui codicis illius ætatem seculo* XV *superiorem non videri, asserenti Sollerio nostro crediderit. Adhæc ex recitatis num.* 543 *Canonici Hebronensis verbis non obscure eruitur, Hebronensi ecclesiæ, cum in ea* S. Abrahæ *reliquiæ inventæ sunt, necdum præfuisse episcopum, sed tantum Canonici Ordinis Priorem; quod et ex verbis Willermi Tyrensis archiepiscopi lib.* 20 *Historiæ num.* 3, *et ex Jacobo de Vitriaco S. R. Ecclesiæ, Cardinali, cap.* 57 *Historiæ Orientalis satis superque demonstratur. Scriptorem pri-*

B *mum loquentem audi ad annum Christi* 1167 : Eodem anno nihil pene memoria dignum in regno accidit, nisi quod circa quadragesimale tempus duæ ecclesiæ in regno susceptis episcopis ordinatæ sunt : quarum altera ab ingressu Latinorum in terram Promissionis Latinum non habuerat Pontificem, videlicet Petracensis ; ... altera vero, Ebronensis videlicet, ut dicitur, numquam ; sed tempore Græcorum Prioratus fuerat. Sed ... intuitu servorum Dei, quorum memoria in benedictione est, Abraham videlicet, Isaac et Jacob eadem tunc dignitate (*episcopali nempe*) primum meruit insigniri. *Audi et Scriptorem secundum* : Similiter Ebronensis ecclesia, quæ prius fuerat Prioratus, propter loci dignitatem... et propter reverentiam Servorum Dei (*Abrahæ nempe, Isaac et Jacob*) ad episcopalem sublimata est dignitatem ; *cui dominum Rainaldum, Fucherii, piæ recordationis patriarchæ Hierosolymitani, nepotem, de quo vide tom.* 3 *Orientis Christiani, col.*. 1269, *præfectum fuisse, laudatus supra Tyrius testatur.*

C *ac denique circa Reliquias, sub Abrahæ Patriarchæ nomine*

546 *Denique ex recitatis num.* 534 *et* 542 *testimoniis manifestum fit, servatas in Europa sub* Abrahami *Patriarchæ nomine Reliquias hocce solo titulo, quod viginti circiter ante Messiæ adventum seculis* Abrahamus *e vivis excesserit, nequaquam pro spuriis fictitiisque habendas esse ; cum ex adverso, quandoquidem de ejus sepulchri corporisque inventione constat, ut genuinæ Fidelium Patris Reliquiæ, jure merito servari solitisque Ecclesiæ Catholicæ honoribus affici possint, si eas ex sepulchrali* Abrahæ *loco, jam supra descripto, per Hebronensis ecclesiæ antistites aliosve prælatos extractas rite fuisse, instrumenta authentica fideque digna testentur. Num autem ejusmodi testimoniis munitæ fuerint omnes singulæque Reliquiæ, quæ jam pridem variis in locis, puta Romæ in ecclesia S. Mariæ supra Minervam, Salerni in ecclesia Metropolitana, in Cephalœdensi Siciliæ ecclesia, Pragæ in Cathedrali, Aquisgrani in cœnobio sanctimonialium Cisterciensium* Porceto *dicto, Antverpiæ item ac Mechliniæ alibique sub* S. Abrahæ Patriarchæ *nomine asservatæ fuerunt, id enimvero iis solis tutum est definire, quibus primæva authenticaque harum Reliquiarum testimonia videre et pervolvere licuit.*

547 *Interim edicere non vereor, omnino suspectas, ne quid pejus dicam, mihi esse eas, ut nonnulli volunt,* Abrahami *reliquias quæ una cum arietis, quem pius Patriarcha Isaaci loco holocaustum Deo obtulit, suppositiis exuviis, aut cum particula lapidis, in quo immolare Isaacum voluit, in Europam allatæ illicque asservatæ olim a quibusdam fuerunt ; cum certum sit, oblatum holocausti ritu arietem omnino consumptum igne fuisse, nec ullo modo sit veri simile, aut arietis illius, etiamsi is absumptus igne non fuisse tantisper ponatur, particulas aliquas, aut prædicti lapidis fragmenta quædam ab* Abrahamo *in Bersabee delata fuisse ab eoque transmissa ad posteros, a quibus tandem, singulari prorsus casu post triginta circiter secula peregrinis quibusdam Europæis tradita fuissent, cum hi e Syria remearent in patriam. Si qui hodieque, quod minime arbitror, aut arietis illius exuviis aut hujuscemodi* Abrahæ *monumentis glorientur, iis ego auctor sum, ut venerabilis Guiberti abbatis librum tertium,* de pigneribus Sanctorum *inscriptum, pervolvant ; et fallar sane plurimum, nisi se justæ credulitatis æquitatem ea in re excessisse, assensuri sint. Reliqua modo, quæ ad* S. E Abrahæ *venerationem faciunt, commemorare aggredior.*

AUCTORE J. G. *in Europa asservatas, nonnulla hic observantur.*

## § XXIX. Sancti Patriarchæ in sacris Fastis annuntiatio : legitimus ejus cultus in Ecclesia etiam Latina : Officium proprium et Missa.

*S. Abraham annuntiatur non modo in sacris Fastis Orientalibus ut Græcis,*

*Præter Græcorum Menologium Sirletianum, quod S. Patriarcham* Abrahamum *die* IX *Octobris una cum Loth annuntiat, eum Magna Græcorum Menæa excusa eodem die itidem cum Loth, ac dein die* XIII *Decembris, seu potius die Dominica Adventus secunda vel tertia seorsum a Loth, conjunctim vero cum Isaaco et Jacobo celebrant, addita hocce postremo loco singulari satis observatione, quam, utpote ad illustrandum* F *Sancti cultum non mediocriter conducentem, ex Ms. Raderi versione Menæorum Latina hic recensere visum est. Ita hæc habet :* Hunc (*Abrahamum nempe*) tamquam Christi progenitorem divini Patres nostri et doctores memoria dignum rati, nobis quoque hanc tradiderunt, non longo multorum dierum intervallo a Natali Domini Jesu Christi peragendam, et hoc fortasse ex S. Spiritus instinctu, non imprudenter sane statuerunt, et quodammodo signatum reliquerunt. Nam, cum clementissimus noster et salutis nostræ amantissimus Servator ex singulari gratia ipsum (et ex ipso natos) progenitorem suum habere dignatus sit, æquum existimarunt, ut non procul ab ipsius, qui se nobis in humanitate hominem ostendit et exhibuit, Natali solennes memoriæ ferias Abrahami, velut auctoris et progenitoris ipsius Christi, die Dominica celebraremus.

*Copticis, Habessinis altisque,*

549 *Alio prorsus die, nempe* XXVIII *mensis Baune, qui nostri mensis Junii diei* XXII *respondet, Fasti Coptici et Habessini Sanctum Credentium Patrem, Isaacum, filium ejus, ac nepotem*

AUCTORE J. G.

*Jacobum annuntiant, eorumque Sanctorum cultum quolibet mense eodem die* XXVIII *solemnissimum apud Æthiopes esse, fidem faciunt. Memoratur quoque* S. Abraham *patriarcha die* IX *mensis Tuba, seu* IV *Januarii inter festa Christianorum Ægyptiorum, a Calcasendio Mahumetano posteritati transmissa, quæ Seldenus lib. de Synedriis veterum Hebræorum a pag.* 348 *recenset, ac rursus die* XXVIII *mensis Musre, seu* XXI *Augusti* S. Abrahæ *et Isaaci festum indicatur. Denique apud eumdem Seldenum pag.* 394 *ad diem* VI *Februarii ejusdem S. Patriarchæ memoria ac festum occurrit. Laudatis initio numeri* 548 *Græcorum Menæis ac Menologio, quantum ad diem cultus e Fastis Orientalibus solum consentire reperi Kalendarium festorum propriorum ecclesiæ Hierosolymitanæ, quod Waddingus in Annalibus Minorum ad annum Christi* 1342 *num.* 48 *exhibet, quodque Patriarchæ nostri festum die* IX *Octobris ritu Latinorum duplici jam tum celebrari illic solitum fuisse, indicat, uti exhisce ejusdem Kalendarii verbis patet:* Octobris... IX S. Abrahæ Patriarchæ Confessoris duplex.

B

*sed et in Occidentalibus ut Mrl. Romano parvo aliisque vetustis,*

550 *In celebranda S. Patriarchæ nostri memoria non segniores Orientalibus fuere Christiani Occidentales, uti ex jam nunc dicendis manifestum fiet. Ac primo quidem* Abrahæ patriarchæ *meminit ad diem* XI *Octobris Vetus Romanum Martyrologium et genuinus Usuardus, in quem Sollerius ita pag.* 588 *scribit:* Antiquorum veteris Testamenti Patriarcharum fœcundiorem segetem subministrat auctor Romani Parvi, ex quo hoc die Abraham, sequenti a pluribus Loth; aliis diebus alii accepti sunt. Ado illius verba descripsit, et ex ipso eadem habent Usuardus et Notkerus. *Adhæc de* Abrahamo *nostro ita Wandelbertus ad hunc diem cecinit*:

Exemplum fidei, parendi et norma salubris,
Excelsi patris primum cognomine dictus,
Gentibus inde pater cælesti sorte vocatus
Septenas Abraham sancit retinetque beatus.

*Consonant Veteri Romano aliisque vetustis Martyrologiis, quantum ad diem* IX *Octobris, Adoniani Martyrologii tres codices sat bonæ notæ a Dominico Georgio pag.* 521 *laudati, hoc solo a ceteris discrepantes, quod hocce die* Abrahami

C

*obitu signent, hoc scilicet modo*: Obitus Abrahæ patriarchæ.

*tum et in Romano hodierno cum annotatione Baronii,*

551 *Denique Martyrologium Romanum hodiernum eodem die* IX *Octobris ita Patriarchæ nostri meminit*: Eodem die memoria S. Abrahæ Patriarchæ et omnium credentium patris. *In quæ ita adnotavit Baronius*: Agunt de eodem hoc die, *uti jam nunc ostendimus,* tum Latini, tum Græci, qui addunt et Loth. De Abraham, qui merito dictus est Pater credentium, præter ea, quæ locupletissime de eo scribuntur in divinis Scripturis, agunt Josephus de Antiq., Philo Judæus, et alii Hebræorum, Latinorum et Græcorum, quos omnes singillatim recensere et longum et molestum est. De locis Abrahæ memoriis nobilibus ædificiorum illustratis, ut de quercu Mambre, cellula Saræ, incunabulis Isaac et loco sacrificii, ubi eumdem Isaac filium voluit immolare, agunt Sozom. Hist. lib. 2, cap. III; Hieron. in Epitaphio Paulæ Epist. XXVII, et Beda de Locis sanctis; *quos, ubi ad institutum nostrum faciebant, supra citatos inveniet lector, aut ceteroqui hic prætermissos, facile, si vult, alibi consulere poterit. Mitto quoque nostri Florarii Ms. ad hunc eumdem diem annuntiationem subjunctumque elogium, tum ne prolixior in Martyrologiis recensendis sim, tum quod elogium illud, utpote haud satis veritati consonum, hic nemo desideraturus sit,*

D

*invocaturque in antiquis aliquot Canonibus Missæ, in Litaniis pro moribundis,*

552 *Non possum tamen, quin etiam Fastorum Ecclesiæ Latinæ annuntiationibus aliqua saltem adjungam exhibiti in ea jam pridem* S. Abrahamo *cultus testimonia, ac vel idcirco etiam, ut sic redarguantur heterodoxi quidam, qui Sanctos veteris Testamenti in Ecclesia Catholica, ac præsertim in Occidentali, invocari negant. Vetustissimus codex bibliothecæ Fuldensis, cujus nempe* initium, *uti Wicelius in suis* Exercitamentis synceræ pietatis *anno* 1555 *editis, testatur,* præ vetustate legi non potuit, *inter varia, ad Ecclesiæ Catholicæ liturgiam pertinentia, antiquum exhibet Missæ Canonem, in quo post commemorationem* : Memento etiam Domine eorum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, *hæc verba sequuntur*: Cum omnibus in toto mundo offerentibus sacrificium spiritale Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto sanctis ac venerabilibus sacerdotibus ... et pro rememorando gradu athletico venerabilium Patriarcharum, Prophetarum,

E

UT PRO NOBIS DOMINUM DEUM NOSTRUM EXORARE DIGNENTUR, Abelis, Seth, Enos, Enoch, Noë, Melchisedech, ABRAHÆ *etc. Adhæc S. Cyrillus Hierosolymitanus, describens sacram synaxim Catechesi mystagogica quinta, affirmat pag.* 539, *sacerdotem memoriam in ea facere, primum SS. Patriarcharum, quos inter insignem certe omnium fidelium Pater locum tenet, deinde Prophetarum, Apostolorum et Martyrum,* ut Deus orationibus illorum et deprecationibus suscipiat preces nostras. *Quid? Quod et* Abrahami *patrocinium nominatim imploretur in Missa seu Canone universali Æthiopum, hac nempe formula*: O Domine libera populum tuum ... custodi eos in recta fide ... per preces patrum nostrorum SS. Patriarcharum Abraham, Isaac et Jacob, *uti videre est tom.* 6 *Biblioth. Patrum edita Parisiis anno* 1610 *col.* 65. *Denique, ut aliis supersedeam, in Litaniis illis, quibus anima corpore egressura Creatori suo commendatur, nominatim quoque invocatur* S. Abraham, *prout omnibus notissimum est.*

*imo et quibusdam locis Officii et Missæ cultu jam pridem honoratus fuit,*

553 *Quamquam autem ob rationes, a Benedicto PP. XIV libro* 4 *de Servorum Dei Beatificatione et beatorum Canonizatione parte* 2 *cap.* 29 *allegatas, Veteris Testamenti Sancti non soleant in Ecclesia Occidentali universim affici speciali cultu Officii et Missæ, non obfuit tamen hæc consuetudo, quo minus Sanctus Patriarcha particulari officio in locis sat multis honoratus fuerit, uti constat, tum ex Breviario et Missali Ordinis Fratrum B. Mariæ de monte Carmelo, jam nunc infra partim describendis, tum ex antiquis Missalibus Ordinis S. Joannis Hierosol., Ultrajectinæ in Belgio ac Moguntinæ in Germania ecclesiæ, tum et ex Cæremoniali Fontisebraldi, quod anno* 1461, *auctoritate Guilielmi, Parisiensis episcopi, delegati a Pio PP. II ad visitandum, et reformandum dictum monasterium et ordinem, confectum fuit, et in quo Officium* S. Abrahæ *Patriarchæ reperitur. Id ipsum quoque manifestum fit ex Breviario Congregationis Oratorii Domini Jesu, quod vigore facultatis obtentæ a Paulo PP. V per Cardinalem de Berulle, ac prævio tantæ rei examine in comitiis generalibus, nec non de expressa Ordinariorum licentia digestum ordinatumque fuit, et in quo Officium cum Missa de* S. Abrahamo *Patriarcha ad diem*

F

A *diem* XII *Octobris, aliis vero diebus alia de Sanctis Veteris Testamenti Officia recitanda præscribuntur. De his adeat curiosus lector laudatum Benedictum PP. XIV. cit. loco, num.* 13 *et nostri Operis tomum* 7 *Maji pag.* 668.

*prout vetus Breviarium RR. PP. Carmelitarum, ex quo Capitulum*

554 *En modo, tametsi ex omni parte haud satis accuratum sit, SS. patriarcharum* Abraham *Isaac et Jacob* IX *Lectionum Officium, quemadmodum exstat in veteri Breviario RR. Patrum Carmelitarum, anno Christi* 1480 *typis edito, et in eorumdem Patrum bibliotheca Antverpiæ servato.*

## *Ad Vesperas Capitulum.*

Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera: qui autem de ancilla, secundum carnem natus est: qui vero de libera, secundum repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta.

℟. Dum staret Abraham ad radicem Mambre, vidit tres pueros descendentes:

Tres vidit et unum adoravit.

℣. Tunc quippe vidit Abraham diem Domini, cum

B in figura summæ Trinitatis tres angelos hospitio suscepit.

Tres vidit.

*Hymnus.*

*Hymnus ad Vesperas,*

555 Annue, Christe, seculorum domine,
Nobis per hujus tibi cara merita,
Ut, qui te coram graviter deliquimus,
Hujus solvamur gloriosis precibus.
Salva, Redemptor, plasma tuum nobile,
Signatum sancto vultus tui lumine,
Ne lacerari sinas fraude demonum,
Propter quos mortis exsolvisti precium.
Dole, captivos esse tuos famulos,
Absolve reos, compeditos erige,
Et quos cruore redimisti proprio,
Rex bone, tecum fac gaudere perpetim.
Sit tibi, Jhesu, benedicte Domine,
Gloria, virtus, honor et imperium
Una cum Patre sanctoque paraclito,
Cum quibus regnas Deus ante secula. Amen.

*Versiculus, Antiphona, Oratio,*

556 ℣. Letamini in Domino et exultate justi.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

C *Ad Magnificat.*

*Antiph.* Fulgebunt justi, *ut in communi tunc Officio plurimorum Confessorum.*

*Oratio.*

Deus qui nos voluisti exemplis Patriarcharum tuorum Abraham, Ysaac et Jacob erudiri; da nobis, ipsis intercedentibus, eorum documenta in omnibus sequi; quatenus illorum meritis mereamur pervenire, quo illi gratia tua se pervenisse le tantur Per Dominum.

*Ad Matutinum Invitatorium.*

*nec non Hymnus ad Matutinum,*

557 Regem Patriarcharum Dominum venite adoremus.

*Hymnus.*

Ecclesiarum principes,
Belli triumphales duces,
Celestis aule milites,
Et vera mundi lumina,
Devota Sanctorum fides,
Invicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mundi triumphat principem. AUCTORE J. G.
In his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exultat in his Filius,
Celum replevit gaudiis.
Te nunc, Redemptor, quesumus,
Ut ipsorum consortio
Jungas precantes servulos
In sempiterna secula. Amen.

558 *In primo Nocturno.*

*primi Nocturni Antiphonæ, Lectio prima ac Responsorium,*

*Antiph.* Secus decursus aquarum etc., *ut de Martyribus. Psalm.* Beatus vir etc.

*Antiph.* Tamquam aurum etc. *Psalm.* Quare fremuerunt *etc.*

*Antiph.* Sapientiam Sanctorum narrant populi et laudem eorum pronunciat Ecclesia Sanctorum. *Psalm.* Domine, quid multiplicati *etc.*

℣. Letamini *etc.*

*Lectio prima.*

Hec sunt generationes Thare. Thare genuit Abraham, Nachor et Aram. Porro Aram genuit Loth, mortuusque est Aram ante Thare E patrem suum in terra nativitatis sue, in Hur Caldeorum. Duxerunt autem Abraham et Nachor uxores. Nomen uxoris Abraham Saray, et nomen uxoris Nachor dicta est Melcha, filia Aram, patris Melchæ et patris Jeschæ. Tu autem *etc.*

*Responsorium.*

Locutus est Dominus ad Abraham dicens: Egredere de terra et de cognatione tua, et veni in terram, quam monstravero tibi. Et faciam te crescere in gentem magnam. ℣. Benedicens benedicam tibi et multiplicabo te. Et

559 *Lectio secunda.*

*item secunda cum Responsorio*

Erat autem Saray sterilis, nec habebat liberos. Tulit itaque Thare Abraham filium suum, et Loth, filium Aram filii sui, et Saray, nurum suam, uxorem Abraham filii sui, et eduxit eos de Hur Caldæorum, ut irent in terram Chanaan. Venerunt itaque usque Aran, et habitaverunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, et mortuus est in Aran. Tu autem *etc.* F

*Resp.* Dum staret Abraham ad radicem Mambre, vidit tres pueros descendentes per viam. Tres vidit, et unum adoravit. ℣. Tunc quippe vidit Abraham diem Domini, cum in figura summe trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Tres *etc.*

560 *Lectio tertia.*

*ac tertia cum Responsorio,*

Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstravero tibi: faciamque te crescere in gentem magnam. Benediceus benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi; atque in te benedicentur universe cognationes terre. Egressus est itaque Abraham, sicut preceperat ei Deus, et ivit cum eo Loth. Tu autem *etc.*

*Resp.* Temptavit Deus Abraham, et dixit ad eum: Tolle filium tuum, quem diligis, Ysaac,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. G.

Ysaac, et offeres illum ibi in holocaustum Super unum montium, quem monstravero tibi. o. Immola Deo Sacrificium laudis et redde Altissimo vota tua. Super *etc.*

*secundi quoque Nocturni Antiphonæ ac Lectio quarta cum Responsorio*

561 *In secundo Nocturno.*

*Antiph.* Dabo Sanctis meis locum nominatum in regno patris mei, dicit Dominus. *Psalm.* Domine, quis habitabit *etc.*

*Antiph.* Sanctis, qui in terra sunt ejus, mirificavit omnes voluntates meas inter illos. *Ps.* Conserva me, Domine.

*Antiph.* Sancti, qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquile, volabunt et non deficient. *Psalm.* Domini est terra. ℣. Exultent Justi *etc.*

*Lectio quarta.*

Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Aran. Tulitque Saray uxorem
B suam, et Loth filium fratris sui, universamque substantiam, quam possederat, et animas, quas fecerat in Aran, et egressi sunt ut irent in terram Chanaan. Cumque venissent in eam, pertransiit Abraham terram usque ad locum Sychem, et usque ad convallem illustrem. Chananæus autem tunc erat in terra. Tu autem *etc.*

*Resp.* Angelus Domini vocavit Abraham dicens: Ne extendas manum tuam super puerum, eo quod timeas Dominum. ℣. Cumque extendisset manum, ut immolaret filium, ecce angelus Domini de celo clamavit dicens: Ne.

*quinta itidem*

562 *Lectio quinta.*

Temptavit Deus Abraham, et dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Assum. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Ysaac, et vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgens stravit asinum suum ducens secum duos juvenes et Ysaac filium suum. Tu autem *etc.*

*Resp.* Deus Domini mei Abraham, Dirige vias meas, ut cum salute revertar in domum
C Domini mei. ℣. Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei, Deus, qui pascis me a juventute mea. Dirige.

*ac sexta,*

563 *Lectio sexta.*

Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem præceperat ei Deus. Die autem tertio elevatis oculis vidit locum procul, dixitque ad pueros suos: Exspectate hic cum asino; ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. Tulitque ligna holocausti, et imposuit super Ysaac filium suum. Ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Tu autem *etc.*

*Resp.* Veni hodie ad fontem aque et oravi Dominum, dicens: Domine Deus Abraham, tu prosperum fecisti desiderium meum. ℣. Igitur puella, cui dixero: Da michi aquam de ydria tua ut bibam, at illa dixerit: Bibe Domine, nam et camelis tuis potum tribuam, ipsa est enim, quam præparavit Dominus filio domini mei. Domine *etc.*

D *nec non tertii Nocturni Antiphonæ cum Lectione Evangelica,*

564 *In tertio Nocturno.*

*Antiph.* Letamini in Domino, et exultate justi et gloriamini omnes recti corde. *Psalm.* Beati, quorum *etc.*

*Antiph.* Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum. *Psalm.* Exultate justi.

*Antiph.* Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. *Psalm.* Omnes gentes. Versic. Justi autem.

*Evangelium.* Cum introisset Jhesus Capharnaum *etc.*

*Resp.* Dum exiret Jacob de terra sua, vidit gloriam Dei et ait: Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei et porta celi. ℣. Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam.

*octavæ*

565 *Lectio octava.*

Cumque duo pergerent simul, dixit Ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis et ligna, ubi est victi-
E ma holocausti? Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, veneruntque ad locum, quem ostenderat ei Deus, in quo edificavit altare, et desuper ligna composuit. Tu autem *etc.*

*Resp.* Oravit Jacob et dixit: Domine, qui dixisti michi: Revertere in terram nativitatis tue, Erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo. ℣. Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei, Domine, qui pascis me a juventute mea. Erue.

*et nona,*

566 *Lectio nona.*

Cumque colligasset Ysaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum, extenditque manum et arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce angelus Domini de celo clamavit dicens: Abraham Abraham. Qui respondit Assum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facies illi quidquam. Nunc cognovi, quod timeas Dominum
F et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem, inter vepres herentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio, appellavitque nomen loci illius: Dominus videt. Unde usque hodie dicitur: In monte Dominus videbit.

*Resp.* Concede nobis Domine, quesumus, veniam delictorum, et intercedentibus Sanctis, quorum hodie solempnia celebramus, Talem nobis tribue devotionem, ut ad eorum pervenire mereamur societatem. ℣. Adjuvent nos eorum merita, quos propria impediunt scelera; excuset intercessio, accusat quos actio, et qui eis tribuisti celestis palmam triumphi, nobis veniam non deneges peccati. Talem *etc.*

*Te Deum laudamus* etc.

℣. Exultabunt Sancti.

*uti et Antiphonæ et Hymnus ad Laudes,*

567 *In Laudibus.*

*Antiph.* Justorum anime. *Psalm.* Dominus regnavit.

*Antiph.* Cum Palma.

*Antiph.* Corpora Sanctorum.

*Antiph.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *Antiph.* Spiritus et anime.
*Antiph.* Exultabunt Sancti.
*Capitulum* Scriptum est.

*Hymnus.*

Vos, seculi justi judices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.
Qui celum verbo clauditis,
Serasque ejus solvitis,
Nos a peccatis omnibus
Solvite jussu, quæsumus.
Quorum precepto subditur
Salus et languor omnium,
Sanate egros moribus,
Nos reddentes virtutibus.
Ut, cum Judex advenerit
Christus in fine seculi,
Nos sempiterni gaudii
Faciat esse compotes.
Deo Patri sit gloria.

*Versic.* Mirabilis Deus *etc.*

B 568 *Ad Benedictus.*

*aliæque Officii partes hic exhibentur, manifeste ostendit,*

*Antiph.* Abraham, pater vester, exultavit, ut videret diem meum, vidit et gavisus est.
*Oratio,* ut supra.
Ad Horas Antiphone de Laudibus. Capitulum, Responsoria, Versiculi, ut plurimorum Confessorum, cum Oratione, ut supra.

*Ad Vesperas.*

*Antiph.* Justorum autem anime. *Psalm.* Dixit Dominus *etc,*
*Capitulum* Fulgebunt Justi.

*Hymnus.*

Exultet celum laudibus
Resultet terra gaudiis,
* gloriam Patriarcharum gloria *
Sacra canunt solempnia.
Vos secli justi judices etc, *ut supra.*

*Vers.* Letamini in Domino.

*Ad Magnificat.*

*Antiph.* Pater Abraham, miserere mei, et mitte
* intingat Lazarum, ut intinguat * extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam.
*Oratio,* ut supra.

C 569 *Ecclesiastico huic de* SS. Abraham, *Isaac et Jacob Officio, a R. P. Bonifacio a S. Antonio, Bibliothecæ RR. Patrum Carmelitarum Conventus Antverpiensis præfecto, summa humanitate mihi communicato, haud abs re erit unam pro ceteris subnectere Missam propriam, a Religiosis ejusdem Ordinis quotannis olim festo die horum Patriarcharum celebrari solitam, quemadmodum ea exstat insigni prædictæ bibliothecæ codice manu scripto pergameno, artificiosissime in Anglia elaborato circa seculum* XIV, *cui, si ortographiæ in nonnullis vocibus et pauca exigui momenti discrimina demas, omnino consonat excusum Venetiis anno* 1509 *servatumque in eadem bibliotheca* Ordinale Missarum *(ita enim liber hic inscribitur)* Fratrum sacri Ordinis gloriosissime Dei Genitricis semperque Virginis Marie de Monte Carmelo extractum et excerptum de approbato usu Dominici sepulchri sancte Hierosolymitane ecclesie. *Sic autem Missa illa habet:*

*ac luculente etiam demonstrat antiquum Missale eorumdem Patrum,*

*Introitus.*

Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Patriarcharum, de quorum solempnitate gaudent angeli, et collaudant filium Dei. *Psalm.* Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria.
*Gloria in Excelsis.*

AUCTORE J. G.

*Oratio.*

Deus, qui nos voluisti exemplis Patriarcharum tuorum Abraham, Ysaac et Jacob erudiri: da nobis, ipsis intercedentibus, eorum documenta in omnibus sequi: quatinus illorum meritis mereamur pervenire, quo illi gratia tua se pervenisse letantur. Per Dominum.

570 *Lectio Libri Sapientiæ.*

*ex quo Missa Patriarcharum Abrahæ,*

Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria; *etc., ut Ecclesiastici cap.* 44 *usque ad finem ejusdem capitis.*

*Graduale.*

Timete Dominum omnes Sancti ejus, quoniam nichil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem E
Dominum non deficient omni bono. Alleluia. Alleluia. ℣. Judicabunt Sancti nationes, et dominabuntur populis, et regnabit illorum rex in perpetuum. Alleluia.

*Evangelium secundum Matthæum*

In illo tempore: Cum introisset Jesus Capharnaum, *etc ut Matth. cap.* 8 *usque ad* ℣. 14.

571 *Offertorium.*

*Isaac et Jacob hic recensetur.*

Precatus est Moyses in conspectu Dei sui et dixit: Precatus est Moyses in conspectu Dei sui et dixit: Quare, Domine, irasceris in populo tuo? Parce ire animi tui: momento Abraham, Ysaac et Jacob, quibus jurasti dare terram fluentem lac et mel, et placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.

*Secreta.*

Sanctificationis omnium sanctificator Deus oblata et offerentes Sacrificium ob merita Sanctorum Patri- F
archarum tuorum, Abraham, Ysaac et Jacob sanctifica; offerentibusque concede sic oblata sumere sanctificata, ut per hanc perceptionem sint tibi accepta. Per Dominum.

*Communio.*

Justorum anime in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

*Postcommunio.*

Perceptio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi commemoratione sanctorum Patriarcharum Abraham, Ysaac et Jacob optineat, ut sit sumentibus ad remissionem peccatorum, et ad consequendam celestis vite perpetuitatem. Per eumdem Dominum.

DE

AUCTORE C. B.

# DE S. DIONYSIO AREOPAGITA

## EPISCOPO MARTYRE

### ATHENIS IN GRÆCIA

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. Qua occasione et quando Hilduinus Areopagitica, in quibus S. Dionysium Areopagitam cum Parisiensi confudit, adornarit; qua fide id præstiterit, et quæ Acta antiquiora sibi prælucentia habuerit.

VEROSIMILIUS SUB ADRIANO IMPERATORE. *Hilduiniana Dionysii Acta, quæ primo loco hic discutienda,*

*Ut ab ipso statim Commentarii hujus initio, quam merito* S. Dionysium Areopagitam, *Atheniensem episcopum ac martyrem, qui in Martyrologio Romano hodierno aliisque nonnullis Fastis sacris cum Rustico et Eleutherio, veluti suis in martyrio sociis, hodie conjungitur, abs hisce hic sejungam, unicuique pateret, sane perquam libenter, sanctum illum antistitem a S. Dionysio, Parisiensi episcopo ac martyre, qui Rusticum et Eleutherium in martyrio socios habuit, diversum esse seu distinctum jam nunc ostenderem. Verum quo id infra commodius juxta ac validius præstem, expedire arbitror, ut Acta Dionysiana omnia aut eorumdem saltem præcipua, quæ* S. Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi confundunt eove conducunt, prius recenseam ac potissimum, quo quæque in pretio habenda sint, lectorem edoceam. At vero, cum illa, seu Græce seu Latine conscripta, multiplicia sint ac varia, a quibusnam potius exordiar? Haud esse, quæ Hilduinus, Sandionysianus in Francia seculo nono abbas, concinnavit, reliquis omnibus antiquiora, ex infra dicendis evadet perspicuum. Verum, etsi id ita sit, ac proin ab Actis, quæ contextis ab Hilduino præierint, initium, spectato ordine chronico, foret ducendum, abs hisce tamen*

C *postremis facere id lubet, quod, cum e lucubrationibus omnibus, quæ utrumque dictum Dionysium confundunt, aliæ equidem contexta ab Hilduino recentiores sint, aliæ vero tales saltem aut videantur, aut videri non nemini queant, commodissime simul atque ordinate a Dionysianis Hilduini Actis ad quæcumque alia, in quibus, uti in hisce, ambo Dionysii confunduntur, discutienda sermo possit deduci.*

*Ludovico Pio imperatore per epistolam,*

2 *Ad rem ipsam veniamus. Annus agebatur seculi noni quartus supra trigesimum, cum Ludovicus imperator, cognomento* Pius, *qui anno proxime antecedenti, Lothario, Pipino et Ludovico filiis rebellantibus, exauctoratus fuerat, Lothario natu majori, qui eum detinebat captivum, a duobus aliis, Pipino scilicet et Ludovico, modo indigno, quo a Lothario habebatur pater, tandem ad arma commotis, fugam arripere compulso, in libertatem pristinamque etiam auctoritatem, uti annalistæ aliique rerum Francicarum scriptores memoriæ passim produnt, fuit assertus. Porro imperator felicem illam rerum suarum conversionem, quæ ei, dum in Sandionysiano Franciæ monasterio, mutatis subinde captivitatis locis, custodiebatur, obvenerat, S. Dionysio, singulari illius asceterii patrono nominatim referebat acceptam, hincque illius Sospitatoris sui gloriam promovere desiderans Hilduino, Sandionysiano tunc abbati, in mandatis dedit, ut quæcumque de S. Dionysio, Parisiensi antistite, quem ipse, non secus ac Hilduinus, cum* S. Dionysio Areopagita *unum atque eumdem faciebat, studio impigro seu e libris, abs hoc, ut putabat, conscriptis, seu ex aliis vel Græce vel Latine exaratis codicibus monumentisve haberet comperta undequaque colligeret, compendioseque, quo, sublevato lectionis tædio, facile ab omnibus cum utilitate ac fructu legi noscique possent, stylo uniformi atque æquali exponeret. Ita ex ipsa ad Hilduinum Ludovici imperatoris, ea id præcipientis, docemur epistola, quæ apud Surium, Coloniæ Agrippinæ anno* 1618 *(hac legendarii seu hagiologi hujus editione, quod lectori hic studiose annotatum velim, in Commentarii hujus decursu semper utor) typis recusum, Hilduini ad imperatorem Ludovicum rescripto, subjectisque et huic et ejusdem Hilduini ad cunctos ecclesiæ Catholicæ filios epistolæ Dionysianis Actis hodie præfigitur. Audi, qui is princeps in monumento illo num.* 3 *Hilduinum alloquatur.*

*cujus pars hic recitatur.*

3 Sed et nos, *inquit*, multis ac frequentibus largitionibus beneficia ejus *(S. Dionysii)* sumus experti, præcipue tamen in humanæ varietatis eventu, quo Dei, ut semper fatendum est, justo judicio in virga eruditionis suæ visitati et baculo speciosæ misericordiæ ejus ante præscriptum altare per merita et solatium domini ac piissimi patris nostri Dionysii virtute divina reerecti et restituti sumus, cingulumque militare judicio atque authoritate episcopali resumpsimus, et usque ad præsens ipsius gratioso adjutorio sustentamur. Idcirco, venerabilis custos ac cultor ipsius provisoris et adjutoris nostri domini Dionysii, monere te volumus, ut, quicquid de ejus notitia ex Græcorum historiis per interpretationem sumptum vel quod ex libris ab eo patrio sermone conscriptis, et authoritatis nostræ jussione ac tuo sagaci studio interpretumque sudore in nostram linguam explicatis, huic negotio inseri fuerit congruum, quodque etiam in Latinis codicibus jam inde habes inventum, adjunctis eis, quæ in libello ejus Passionis continentur,

A tinentur, nec non et illis, quæ in tomis vel chartis vetustissimis armarii Parisiacæ ecclesiæ, sacræ videlicet sedis suæ, prolatis inveneras, et obtutibus nostræ serenitatis ostenderas, secundum quod rerum, causarum etiam et temporum convenientiam noveris, in corpus unum redigas, atque uniformem textum exinde componas, quatenus devotis compendiosius valeant innotesci et fastidiosis minusve capacibus, vel studiosis lectionis possit tædium sublevari, pariterque omnibus ædificationis utilitas provideri.

*imperante, anno 835 fuere conscripta,*

4 *Ita hactenus Ludovicus imperator; hoc autem illius seu monito seu præcepto Hilduinus, qui insuper, ut Dionysii gesta laudesque prosequeretur, stimulo haud indigebat, impulsus operi illico manum admovit, sanctique, illius martyris diversis e monumentis Acta collegit, compendioseque, ac sat prolixe tamen, a se exposita ad eumdem imperatorem transmisit, addito etiam, quod supra memoravi, rescripto seu responsoria ad illum epistola. Porro Ludovici epistola, Hilduini ad hanc rescriptum alteraque item, quam eodem circiter, quo id, tempore scriptam puto, ejusdem Hilduini ad cunctos sanctæ catholicæ*

B *matris Ecclesiæ filios epistola una cum lucubratione, qua, quod sibi jussum ab imperatore fuerat, scriptor is fecit, recepto loquendi modo* Areopagitica *vocantur, eodemque ordine, quo hic modo recensita a me sunt, hodie apud Surium exstant vulgata. At vero, sciscitabere, quo anno circiter Hilduinus tria dicta Scripta acnominatim lucubrationem, qua Dionysii martyrium ac gesta est complexus, concinnavit? Epistola, qua, ut sancti illius martyris Acta litteris commendaret, Ludovicus imperator præcepit, certe annum, uti ex supra dictis liquet,* 834 *scripta non est; imo vero, cum princeps ille, sese a restituta sibi, quod, ut dictum, anno* 834 *evenit, auctoritate pristina ad illud usque tempus, quo jussit Dionysii Acta conscribi,* gratioso *sancti hujus martyris* adjutorio sustentatum *fuisse, in dicta epistola (adi, quæ proxime recitavi, hujus verba) asseveret, itaque, temporis aliquod spatium inter restitutam sibi auctoritatem, scriptamque eamdem epistolam intercessisse, innuat, fuerit ea fortassis haud ante annum* 835 *conscripta. Quæ cum ita sint, statimque Hilduinus, uti ipsemet*

C *in dicto Rescripto num.* 2 *satis indicat, a delata ista ad se epistola Dionysii Acta collegerit ac descripserit, lucubrationem, qua id fecit, certe non ante annum* 834, *verosimillimeque anno, proxime hunc secuto, adornarit; ut certe, cum nihil etiam, vel illam, vel binas supra dictas, quarum alteram ad Ludovicum imperatorem, alteram ad cunctos Ecclesiæ catholicæ filios Hilduinus dedit, epistolas anno* 836 *exaratas nondum fuisse, suadeat, scriptoris hujus Areopagitica nec citius quam anno* 834, *nec serius quam anno* 836, *ac proin anno circiter* 835 *fuerint conscripta.*

*ac quamvis adeo, spectata, qua exarata sunt ætate, magni pretii non sint,*

5 *Atque ita tempus, quo concinnari ea contigerit, sat prope determinatum habemus; nunc quo in pretio ex auctoris seu ætate, seu sinceritate ac fide sint habenda, inquirendum. Ac primo quidem cum is, utpote seculi noni, ut jam declaratum, scriptor, a rebus, quas de Dionysio memoriæ in iis prodit, quingentis amplius annis, etsi etiam sanctum hunc non citius quam seculi quarti initio martyrium subiis se statuerimus, remotus vixerit, cui illas, quæso, sola sua auctoritate certas atque indubitatas efficiat? Quod autem ad sinceritatem, qua usus sit, spectat, malæ in antiquis tum monumentis, tum auctoribus citandis fidei a Launoyo in variis, quæ contra Areopagitica contexuit, Opusculis insimulatur. Verum, etsi quidem nec Hilduino apologiam scribere, nec opinionem, qua is Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem facit, amplecti sit animus, hic tamen, an merito a Launoyo abbatis illius candor seu sinceritas labefactetur, discutiendum censeo, quod ab hac partim dependeant tum alia non pauca, tum maxime, quæ de Passionis Dionysianæ ab Hilduino conscriptæ genesi seu fontibus, e quibus præcipue lucubratio isthæc promanarit, hic in antecessum disserere constitui; quo scilicet, quam fidem singuli atque adeo, hisce etiam spectatis, præfata Passio, hujusque auctor mereantur, patescat. Launoyus, quem et alii sunt secuti, in suo de Hilduini Areopagiticis Judicio capita diversa quinque, ex auctoribus seu monumentis adhuc exstantibus repetita, adducit; in quibus cum falsitas seu mala Hilduini fides apertissime, ut contendit, se prodat, scriptoris hujus in aliis pariter, quæ ex auctoribus seu monumentis non exstantibus repetuntur, vacillare sinceritatem* E *seu fidem, concludit, cum mendaci nec vera dicenti credatur. Ut ordinem, quo a Launoyo proponuntur, observem, abs illo, quod primum apud hunc est, duco initium.*

AUCTORE C. B.

*eorum tamen auctor in Luca seu Apostolorum*

6 *Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 3 *sic habet*: Genere siquidem eum *(S. Dionysium nempe)* nobilissimum, S. Philosophiæ magisterio insignem apud Athenas claruisse, et aliarum historiarum, et Actuum Apostolorum testimonio secula prisca seu instantia cognoverunt: *Lucæ autem, Actuum Apostolorum auctori, egregie ab Hilduino hic imponi, Launoyus in suo de scriptoris hujus Areopagiticis Judicio num.* 5 *contendit. Ita animo comparatus est, quod in Actibus Apostolorum Lucas de* Dionysii *nec genere generisve nobilitate, nec Philosophiæ magisterio loquatur, imo nihil omnino tradat, ex quo vel alterutrum, vel utrumque legitime colligatur. Et vero in Actibus Apostolorum hæc dumtaxat, quæ ad* Dionysium *spectant, cap.* 17 *leguntur:* Quidam vero viri et *(Paulo)* adhærentes crediderunt, in quibus et Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alii cum eis; *ubi certe disertis seu ex-* F *pressis verbis* Dionysii *nec genus generisve nobilitas, nec Philosophiæ magisterium commemoratur. Verum nihilne etiam in sacro illo textu cubat, unde saltem Hilduinus,* Dionysii *et generis nobilitatem et Philosophiæ magisterium priscis seculis ex Actibus Apostolorum innotuisse, colligere seu merito opinari potuerit? Id sane ego cum Launoyo asseverare non ausim. Quid si enim ex* Areopagitæ *seu dignitate seu titulo, qui in dicto textu a Luca* Dionysio *tribuitur, priscis seculis et nobile hujus genus et Philosophiæ magisterium fuisse compertum, Hilduinus existimarit?*

*Actibus,*

7 *Certe, cum apud Athenienses, uti ex Isocrate in Oratione Areopagitica, S. Maximo in Præfatione ad* S. Dionysium, *Budæo in Pandectas, Sigonio de Republica Atheniensium aliisque non paucis scriptoribus palam est, in Areopagitarum seu Areopagi judicum numerum non nisi, qui simul et generis nobilitate et Sapientiæ seu Philosophiæ laude essent illustres, adsciscerent, ita haud infundate existimare potuit, reque etiam ipsa existimasse videtur. Ea etiam quantum ad hoc*

AUCTORE C. B. *hoc postremum sedet sententia, quod Hilduinus alioquin iis, qui, quod nullo negotio, passim intra manus exstantibus Apostolorum Actibus fieri potuisset, mendacii eum ac imposturæ, uti postea Launoyus fecit, ex iisdem Actibus accusassent, os occludere nequisset, rationeque nulla, virum honoratum ac prudentem, qualis Hilduinus fuit, periculo adeo manifesto famam suam fuisse objecturum, verosimile apparet. Atque ita primum intentatæ Hilduino a Launoyo accusationis caput evanescit; ad bina alia, quæ id proxime excipiunt, jam progredior. Mulierem, nomine* Damarim, *a S. Paulo Apostolo, uti in Actibus Apostolorum cap.* 17 *refertur, cum* Dionysio Areopagita *Athenis conversam, Hilduinus hujus* uxorem *in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 3 *appellat; cum autem pro opinione, ex qua id facit, Actus Apostolorum ac S. Ambrosium citet, Launoyus perperam id abs illo fieri contendit, hincque secundum ac tertium suæ contra eumdem accusationis caput repetit. Verum, etsi quidem cum* Dionysio Areopagita *Damarim connubio fuisse conjunctam, Actus*

B *Apostolorum nuspiam aperte edicant, Hilduino tamen ratio omnis haud defuit, cur in hisce illud, uti etiam omnem seu totam, quod Launoyus pariter carpit,* Dionysii *domum fuisse conversam, sat clare indicari, existimaret. Liquido id patescet ex iis, quæ, dum infra de* Dionysii Areopagitæ *genere ac conditione tractabo, in medium adducam.*

*S. Ambrosio* 8 *Quod modo ad Ambrosium, ab Hilduino pariter in causa jam dicta citatum, pertinet, Damarim quidem abs hoc* Dionysii Areopagitæ uxorem, *contra ac Hilduinus ait, in epistola ad Vercellenses non vocari, Launoyus affirmat, addens etiam, epistolam illam suspectæ fidei a pluribus haberi. Verum in Parisiensi anni* 1690 *Operum S. Ambrosii editione genuinis sancti hujus Mediolanensis antistitis epistolis accensetur, ibidemque tom.* 2, *col.* 1028, *num.* 22 *diserte habet:* Dionysius Areopagites cum Damari uxore sua aliisque multis credidit: *Benedictini autem monachi, qui editionem illam curarunt,* Ita omnes edit. ac plures Mss., excepta Rom. edit. ubi habetur „ muliere sua, „ *habere seu legere, in Anno-*

C *tationibus subjectis observant, adduntque, paucis interpositis, alibi insuper Damarim ab Ambrosio vocari* Dionysii Areopagitæ uxorem. *Quid si ergo, cum Damaris* Dionysii Areopagitæ uxor *in pluribus, ut docent, Mss. Operum S. Ambrosii codicibus appelletur, talis etiam codex Hilduino præluxerit? Id certe vero neutiquam apparet absimile, uti nec ex ipsis, quemadmodum infra dicenda ostendent, Apostolorum Actibus, et Damarim* Dionysii Areopagitæ *extitisse uxorem et hunc cum illa domoque sua tota ab Apostolo Paulo esse conversum, a scriptore illo re etiam ipsa fuisse existimatum; ut enimvero e secundo ac tertio non magis quam ex primo accusationis a Launoyo contra Hilduinum adductæ capite mala hujus fides evincatur: num id forsan quarto conficiatur, modo examinemus.*

*Christi Domini actione* 9 *Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* XI *hunc loquitur in modum:* Quoniam non ibi *(in Passione* S. Dionysii) scribitur, eum episcopum a B. Clemente consecratum, sed apostolum totius Galliæ fuisse ordinatum: de qua ordinatione Apostolatus, nisi ad alia se inventio nostra dirigeret, et ex Apostolorum Actibus et ipsius Domini actione auctoritatis exemplum sufficienter his scriptis possemus D inferre: *Hæc autem Hilduini verba Launoyus in suo de Areopagiticis Judicio num.* 8 *ita excipit:* At neque in Actibus Apostolorum, neque in Euangeliis, quibus actiones Christi continentur, traditur, Areopagitam a Clemente consecratum Galliæ totius Apostolum. *Ita enimvero res habet; quod hic Launoyus ait, nec in Apostolorum Actibus, nec in Euangelio uspiam traditur: verum quid tum? Nec id in iis tradi, loco a Launoyo citato Hilduinus asserit. Ibidem enim, sese ordinationis, qua* Dionysius *totius Galliæ Apostolus consecratus fuerit, exemplum posse et ex Apostolorum Actibus et ex ipsius Domini actione afferre, dumtaxat innuit; non autem in hisce ipsammet, qua Dignysius fuerit totius Galliæ consecratus Apostolus, ordinationem tradi, etiam affirmat. Eademne forsan sunt et res et rei exemplum, ut, ubicumque hoc, etiam illa seu tradatur seu reperiatur? Id sane nemo in animum umquam induxerit, nisi qui simul, res duas, quarum altera alteri assimilatur, unam esse posse atque eamdem, crediderit.*

*Eusebiique Ecclesiastica.* 10 *Launoyus itaque, quod contra Hilduinum vult, nec ex quarto jam exposito accusationis contra eum capite confecit: id autem per illum* E *quinto saltem, quod e citata ab Hilduino Eusebii Historia repetitur, capite præstari, videri quidem primo aspectu, non tamen, re penitius expensa, potest. Ut, quod dico ac porro dicendum hoc loco est, luculentius intelligatur, Hilduini iterum, quæ huc spectant, verba præmitto. Sic itaque in sua ad cunctos Ecclesiæ catholicæ filios Epistola num.* 2 *scriptor ille profatur:* Abjecta denique omni ambiguitate, quod iste ipse Dionysius, cujus hic gesta scribuntur, non sit Areopagites et Athenarum episcopus, quid quisque dixerit, veluti de autumatione Gregorii Turonensis episcopi, et subreptione Bedæ sancti presbyteri atque aliorum quorumque, sine auctoritate jactatur. Qui curiosius hoc scire voluerit, ut de multis quædam designemus ex nomine, Eusebii Cæsareensis Historiam, et Aristarchi Græcorum chronographi ad Onesiphorum primicerium epistolam, et Visbii conscriptionem perquirat et relegat. *Launoyus, hisce pariter Hilduini verbis in suo de Areopagiticis Judicio* F *num.* 9 *recitatis, mox binos textus, ex Historiæ Eusebianæ lib.* 3, *cap.* 4, *et lib.* 4, *cap.* 22 *depromptos, quorum neutro* Dionysius Areopagita *et Dionysius Parisiensis pro uno atque eodem habentur, recenset, ac tum Dionysium Parisiensem eumdem esse cum* Areopagita, *in Eusebii Historia reperiri nusquam, concludit, et sane, cum in hac, ut præmiserat, duobus dumtaxat dictis locis* Dionysii Areopagitæ *mentio occurrat, non immerito. Verum illud uspiam reperiri in Eusebii Historia, Hilduinus verbis, quæ proxime ex illo huc transcripsi, haud affirmat.*

*e qua, Dionysium Areopagitam cum Parisiensi* 11 *Quid enim? Cum sequentia hæc verba,* Qui curiosius hoc scire voluerit, . . . . Eusebii Cæsareensis Historiam et Aristarchi . . . epistolam et Visbii conscriptionem perquirat et relegat, *præmissis aliis nonnullis subnectat, certe quidem ad Eusebii Historiam lectorem remittit, idque, ut ei, quod proxime præmisit et ad quod proinde refertur pronomen* hoc, *probatum ex eadem det. Verum quidnam, ad quod proinde pronomen istud refertur, proxime præmisit seu verbis prægressis asseruit? Anne, uti existimasse Launoyum necesse est, Dionysium Parisiensem eumdem*

A *dem esse cum* Areopagita? *Minime enimvero. Age, ut res clarius patescat, paulo accuratius verba, quæ, quod præmisit, continent, expendamus. Sic habent:* Abjecta denique omni ambiguitate, quod iste ipse Dionysius, cujus hic gesta scribuntur, non sit Areopagites et Athenarum episcopus, quid quisque dixerit, veluti de autumatione Gregorii Turonensis episcopi et subreptione Bedæ sancti presbyteri atque aliorum quorumque, sine auctoritate jactatur; *paulo autem dilucidius (subobscure enim iis loquitur Hilduinus) exposita hunc sensum efficiunt:* Omni denique, an iste ipse Dionysius, cujus hic gesta scribuntur, sit Areopagita et Atheniensis episcopus, dubitatione abjecta, *seu quod eodem recidit,* cum omnis denique, an iste ipse Dionysius, cujus hic gesta scribuntur, sit Areopagita et Atheniensis episcopus, dubitatio sit abjecta seu depulsa, quidcumque *contra opinionem, quæ Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem facit,* quislibet seu de Gregorii Turonensis opinione seu de Bedæ atque aliorum quorumcumque subreptione dixerit, sine auctoritate

B jactatur.

*esse eumdem* 12 *Duo itaque Hilduini, de quibus hic, verbis asseruntur, alterum est, omnem denique, an Dionysius Parisiensis sit* Areopagita *et Atheniensis episcopus, dubitationem esse depulsam; alterum vero, quodcumque contra opinionem, quæ Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem facit, seu de Gregorii Turonensis opinione, seu de Bedæ atque aliorum quorumcumque subreptione dicatur, sine auctoritate seu scriptoris vetustioris testimonio jactari. Ac primum quidem ab eo, quod, ut Launoyus vult, in Eusebii Historia reperiri ab Hilduino asseritur, diversum quantum ad substantiam non est. Verum cum solum postremum pronomini supra dicto seu sequentibus hisce.* Qui curiosius hoc scire voluerit,... Eusebii Cæsareensis Historiam... perquirat et relegat, *quæ illud complectuntur, verbis proxime præmittatur, et hæc et istud ad idem illud postremum dumtaxat referuntur, Hilduinusque proinde iisdem verbis, unde abs eo, Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *secundum Eusebii Historiam esse eumdem, loco supra cit., contra ac Launoyus putavit, non asseverari liquet, lectores*

B *ad Eusebianam historiam unice remittit, ut illis ex hac, quodcumque contra opinionem, quæ Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem facit, seu de Grogorii Turonensis opinione, seu de Bedæ aliorumque subreptione dicatur, sine auctoritate seu fundamento, quod fidem faciat, jactari ostendat.*

*probare non intendit, Historia citandis* 13 *Sane ea in re id solum sibi propositum habuisse Hilduinum, hunc insuper monstro in modum. Erant scriptoris hujus ætate, qui opinantibus, Dionysium Parisiensem esse eumdem cum* Areopagita, *Gregorium Turonensem et Bedem opponebant. Etenim cum prior quidem, Dionysium Decii tempore seu post annum Christi* 250 *in Gallias primum venisse, sibi omnino, ut lib.* 1 *Historiæ Francorum cap.* 30 *manifestat, persuasum habuerit; posterior vero,* Dionysium Areopagitam *exstitisse Corinthiorum episcopum, in suo in Actus Apostolorum Commentario (adi Hilduini ad Ludovicum imperatorem Rescriptum num.* 8) *litteris commendarit, Parisiensem martyrem Dionysium, quod certe ultra seculi secundi initium* Dionysius Areopagita *vitam non protraxisset, Dionysiusque Corinthiorum episcopus in ipsamet urbe Corinthiaca diem extremum in pace clausisset, eumdem esse cum* Areopagita *non posse, et ex Gregorii Turonensis opinione, et ex dicta Bedæ scriptione seu assertione arguebant. Hilduinus itaque ut neque ex hac, quam in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 9 *pro errore seu, ut loquitur,* subreptione *non immerito habet, neque ex Gregorii Turonensis opinione recte illos ita argutari, evictum det, ad Eusebii Historiam, Aristarchi ad Onesiphorum epistolam Visbiique conscriptionem remittit; et recte quidem, cum et in Aristarchi ad Onesiphorum epistola et in Eusebii Historia* Dionysius Areopagita, *non Corinthiorum, sed Athenensium fuisse episcopus diserte tradatur, isque secundum Visbii conscriptionem, uti saltem ex infra dicendis Hilduino visum est, Parisiis martyr sub Domitiano variis tormentis occubuerit.*

AUCTORE C. B.

*perperam a Launoyo, utut etiam scriptoribus, quod non habent,*

14 *Atque ita vel e solo, quem sibi Hilduinus præfixum habuit, scopo liquet, a scriptore illo ad Eusebii Historiam, veluti in qua, Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *esse eumdem, reperiatur, lectorem loco cit. non remitti. Quod cum sic habeat, ac proin Eusebio, quod hic non asseruit, Hilduinus haud adscribat, non magis in postremo quam in quocumque alio e Launoyi quinque, quæ ex auctoribus seu monumentis adhuc exstantibus petuntur, accusationis contra Hilduinum capitibus mala hujus fides se prodit. Atque hinc jam consectarium fit, ut ex iisdem quinque capitibus Hilduini sinceritatem seu fidem in aliis, quæ ex auctoribus seu monumentis non exstantibus petuntur, ancipitem ac suspectam reddi seu etiam vacillare, Launoyus perperam contendat. Hilduinus quidem monumentis horumve auctoribus, aliisque a se laudatis, modoque non exstantibus scriptoribus; quæ ipse forte ne cogitarunt quidem, subinde fortassis adscribit, quia scilicet ea illos dicere voluisse, vel e præconcepta, qua Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem fecit, opinione, vel ex aliis, quæ animum ejus occuparant, præjudiciis firmissime existimavit.*

E

*subinde attribuat, malæ fidei accusatur,*

15 *Sic quia putavit, idem esse, a Clemente Papa in Gallias Dionysium missum fuisse, atque* Areopagitam *esse, e superstite adhuc hymno, qui Fortunato Pictaviensi (rectene, an secus, infra in dicendis de Dionysio Parisiensi discutiam) a nonnullis adscribitur, opinionis, quæ Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem facit, Fortunatum in suo ad Ludovicum imperatorem rescripto patronum facit, hymnum scilicet præfatum, utut in hoc Dionysius dumtaxat, non addito ei* Areopagitæ *titulo, in Gallias a Clemente Papa missus fuisse dicatur, de* Dionysio Areopagita *interpretatus. Verum simili etiam modo, ut scriptorum anteriorum verba scriptores subsecuti alii (adi ad annum* 884 *num.* 14 *et ad annum* 508, *num.* XI *et seqq. Pagium in Criticis) interpretati perperam sint, itaque illis, quæ non scripserant, attribuerint, subinde esse factum, reperitur; nec propterea tamen illi malæ in citandis auctoribus documentisve fidei insimulantur, necque adeo insimulari Hilduinus debet. Ad hoc enim requireretur, ut vel auctoribus monumentisque, quæ in iis nec reperiri nec indicari nosset, attribuisse, vel ipsemet, quæ laudat, monumenta finxisse posset convinci; nihil autem, quo alterutrum admisisse dicatur, in medium uspiam adducit. Res ex iis, quæ de auctoribus monumentisque, abs illo citatis, singillatim dicturus modo sum, dilucidius patescet. Ab an-*

F

AUCTORE C. B.

*tiquissimo, quem laudat, Passionis Dionysianæ libello, seu S. Dionysii Actis, quod de hisce adhuc § præsenti agere statuerim, duco initium.*

*nec hanc illi notam ex antiquissimo*

16 *In suo ad Ludovicum imperatorem rescripto num.* 5 *de* Dionysio Areopagita *ita memorat* : Quomodo caput proprium angelico ductu, cælestis militiæ in celebratione exequiarum honoratus obsequio, ad locum, ubi nunc requiescit, detulerit, et quo ordine a Catulla, quadam matrefamilias, sit sepultus, libellus antiquissimus Passionis ejusdem explanat ; *quod autem de facta a* Dionysio *capitis proprii gestatione verbis hisce traditur, in antiquissimo, quem pro facto isto disertissime Hilduinus hic laudat, passionis* Dionysii *libello non legi, in suo editionis anni* 1660 *(qua, quod hic lectori sedulo notatum velim, deinceps semper utar) de Areopagiticis Judicio pag.* 77 *Launoyus affirmat, eo scilicet prolapsus, quod Passionis Dionysianæ libellum, a Francisco Bosqueto ad codicum Mss. quinque fidem recensitum annoque* 1636 *in Historiarum ecclesiæ Gallicanæ part.* 2 *pag.* 68 *et seq. Parisiis excusum, in quo de illa*
B *capitis gestatione nihil traditur, cum Dionysianæ Passionis libello, quem Hilduinus laudat, eumdem putarit. Verum quid si Passionis Dionysianæ libellus, quem Hilduinus laudat, a Passione Dionysiana, per Bosquetum publici juris facta, longe sit diversus ?*

*Passionis Dionysii libello*

17 Dionysii *Passionem, ab hac sane multum diversam hisque inchoatam verbis,* Post beatam et gloriosam resurrectionem Domini nostri, qua verum Dei templum, Judaïca impietate resolutum, divina Potentia in triduo suscitavit, *codices nostri Mss. tres, OMs.* 19, *PMs.* 155, *et QMs.* 6 *signati, exhibent, triaque insuper alia ejusdem penes nos exstant exemplaria, quorum unum e Ms. Audomaropolitano, alterum e Ms. Divitaugiensi, ac tertium denique e Ms. Fuldensi desumptum notatur ; hanc autem Passionem, quam e codice QMs.* 6 *edituri ob rationem infra allegandam sumus, aut certe haud multum absimilem, esse, puto illam ipsam, quam Hilduinus verbis mox recitatis laudat atque* antiquissimum Passionis Dionysii libellum *appellat. Cum dicta quidem Latina, cujus tot exemplaria habemus* Dionysii *Passione in substantia simul et in plerisque adjunctis congruit Græca* Dionysii *Passio per*
C *Methodium seu potius, uti infra ostendam, per Metrodorum conscripta, atque a Lansselio primum ac dein etiam a Corderio una cum adjuncta Lansselii interpretatione Latina tom.* 2 *Operum* Dionysii Areopagitæ *anno* 1634 *vulgata. Verum hæc ipsa etiam e Latina illa, quam, ut dixi, ab Hilduino loco cit. laudari reor,* Dionysii *Passione, aliave saltem, quæ huic fuerit haud multum dissimilis, verosimiliter promanarit. Quæ infra dicentur de Actis* Dionysii *Græcis, quæ Hilduino pariter præluxerint, palam id efficient ; nunc non, quam Bosquetus edidit, sed quam dixi, Pasionem aliamve haud multum absimilem ab Hilduino loco cit. laudari, ostendendum.*

*esse inurendam,*

18 *Cum Hilduinus auctoribus monumentisque a se citatis nihil omnino, quod in iis non tegatur, eruive saltem ex iisdem non possit, in supra relatis, ut jam ostendi, quinque accusationis capitibus adscribat, ex iisque proinde Launoyus in quibuscumque aliis fidem omnem scriptori isti abrogandam perperam contendat, æquum videtur rationique prorsus consonum, ut, cum monumentum quodpiam pro se Hilduinus laudat, is non aliud, si detur, quam in quo, quod ei attribuit, reperitur, laudare censeatur, nisi for-* D *san sit, cur mala, de qua num.* 14 *et seq., interpretatione usus putetur. Quod cum ita sit, factaque a Dionysio capitis proprii abscissi gestatio, quam Passioni Dionysianæ, loco cit. a se laudatæ, attributi, in Dionysiana Passione, cujus, ut jam docui, sex penes nos exemplaria exstant, at non item in alia, quam Bosquetus vulgavit, commemoretur, non hanc, sed illam aut saltem haud multum absimilem abs illo ibidem, ubi sinistram, de qua mox, interpretationem intervenire nihil suadet, laudari est discendum. Hinc porro jam consequitur, ut Hilduinus certe ex eo, quod in antiquissimo Dionysii Passionis libello illam capitis gestationem commemorari asseveret, malæ in hoc citando fidei accusari non possit.*

*simulque, quænam per hu-c antiquiora, quæ Hilduino*

19 *At vero Hilduinus (adi num.* 16 *ejus verba in libello Passionis, quem laudat, non tantum gestationem capitis, sed et ductum angelicum, quo hæc facta sit, militiamque cælestem, qua in exsequiis suis honoratus Dionysius fuerit, recenseri, indicat ; in Passione autem, quam tres nostri codices supra memorati totidemque Mss. exhibent, hæc dumtaxat, quæ eo spectant, legun-* E *tur :* Ad declaranda Martyris et sacerdotis primi merita gloriosa, ut, per quem salutifer primo cœperat fructus oriri, eo amplius gloriæ ipsius pateret triumphus, gloriosissimi se Dionysii et pontificis venerandi sanctum exanime cadaver erexit, beataque manu caput, a corpore abscissum, lictoris ense truncatum, pendulum cœpit brachiis vectitare, atque ab illo montis cacumine duobus fere milibus firmis gressibus apportavit, novo et prius inaudito miraculo, examine corpus viventis currere more, et hominem jam mortuum firmis incedere plantis ; *ubi cum nulla vel ductus angelici vel militiæ cœlestis mentio occurrat, passionem supra dictam, e qua verba isthæc sunt deprompta, ab Hilduino loco supra cit. non laudari, nonnemo fortassis et quidem utcumque, ut videri potest, merito, contendet.*

*præluxerint,*

20 *Verum, etsi quidem Passio illa, prout in exemplaribus sex, quæ partim codices nostri tres supra recensiti, partim Mss. totidem alia suppeditant, penes nos exstat, ab Hilduino verosimillime loco prædicto non laudetur, nihil tamen obstat, quo minus a præfato scriptore laudari, credatur, prout inveniebatur in exemplaribus aliis,* F *quæ ei præluxerint, quæque, quamvis quidem in adjunctis nonnullis ab exstantibus penes nos sex exemplaribus fuerint diversa, hisce tamen et in substantia, et in adjunctis præcipuis consona exstiterint. Quam verum id sit, luculentius adhuc ex jam nunc dicendis evadet. Hilduinus apud Surium in descripta a sese* Dionysii *sociorumque Martyrum Passione num.* 32 *de facta a* S. Dionysio *jam exanimi capitis proprii gestatione hunc loquitur in modum :* Ad declaranda sancti Martyris et Galliarum primi sacerdotis *(Dionysii nimirum)* merita gloriosa, ut, ubi salutifer primo cœperat fructus oriri, eo amplius gloriæ ipsius pateret triumphus, maximus cunctos assistentes horror invasit, ac lux ineffabilis cunctis resplenduit ; et beatissimi Dionysii se cadaver erexit, sanctaque manu caput, a corpore dolabra lictoris truncatum, angelico ductu gressum regente et luce cælesti circumfulgente, pendulis cœpit brachiis vectitare. Et facta est comes multitudo cælestis exercitus exanimi ejus corpori, caput proprium ab ipso monte, ubi fuerat decollatus, per duo fere milliaria deportanti

A tanti usque ad locum, in quo nunc Dei dispositione, et sua electione requiescit humatum, sine cessatione hymnis dulcisonis Deum laudans.

*Dionysiana Acta debeant*

21 *Hunc modo Passionis, ab Hilduino scriptæ, locum cum proxime huc transcripto Passionis, quam pluribus, ut dictum, exemplaribus expressam habemus, loco confer, huncque cum illo, si non quantum ad adjuncta omnia, saltem quantum ad substantiam, verbaque ipsa non pauca, quibus hæc exponitur, in præfata capitis gestatione narranda congruere, agnosces, idemque quantum ad plures alios ambarum istarum Passionum locos, unius cum altera, maxime a loco, quo Dionysii ad Clementem Papam accessus refertur, collatione facta, obtinere comperies; ut enimvero vel hinc pateat, Dionysii, quam dixi, Passionem ab Hilduino loco supra cit. laudari, si non, prout in sex nostris Mss. exemplaribus extat, saltem prout is scriptor illam seu in uno seu in pluribus exemplaribus aliis, quæ a nostris quantum ad substantiam adjunctaque præcipua haud multum differrent, expressam invenit. Ut id propensius credam, etiam facit alter Hilduini*

B *locus, quo is scriptor, de Passione antiqua, quam sibi prælucentem habuit quamque adeo loco supra cit. laudat, in suo ad Ludovicum imperatorem rescripto num.* XI *loquens, ita scribit :* Quod autem dicunt in Passione istius beati Dionysii scriptum haberi, quia eum sanctus Clemens episcopum ordinaverit, Galliasque miserit, procul dubio sciant, quod aut prædictam Passionem ex veris et emendatioribus exemplaribus non susceperunt, aut scriptorum vitio depravatam legerunt, quoniam non ibi scribitur, eum episcopum a beato Clemente consecratum, sed Apostolum totius Galliæ fuisse ordinatum.

*verosimiliter intelligi, ostenditur.*

22 *Hilduini itaque ætate, uti his ex verbis colligere fas est, Passionis Dionysianæ, qua is scriptor ad Areopagitica sua concinnanda usus est, diversa invicem dissonantia, quorum alia quidem, at non item alia, Dionysium a S. Clemente Papa episcopum fuisse ordinatum notarint, exemplaria existiterint; cum autem id ipsum e sex Dionysianæ, quam, ut jam plus semel monui, cum Passione, ab Hilduino adhibita locoque supra cit. laudata, esse eamdem aut certe haud admodum absimilem, opinor, Pas-*

C *sionis exemplaribus penes nos exstantibus duo quidem, at non item reliqua, pariter notent seu commemorent, hoc iterum, quam merito ita opiner, ac quisque opinari queat, argumento est. In Passione quidem, ab Hilduino adhibita ac supra laudata, Dionysium totius Galliæ fuisse ordinatum Apostolum, verbis proxime recitatis etiam traditur, idque in Passione, cujus sex exstant penes nos exemplaria, memoriæ proditum nuspiam invenitur; verum etsi res ita habeat, in illa tamen, Dionysium ad Occidentales Europæ plagas, ubi et Gallia sita est, a S. Clemente Papa, ut ibidem Evangelium prædicaret, missum fuisse, disertis verbis refertur. Quid si ergo Hilduinus, quod de Dionysii Galliæ totius Apostolatu, in Passione a se visa memorato, tradit, in litteras dumtaxat miserit, quod hunc saltem e prælucente sibi Passione, utut expresse in hac non notatum, vel colligendum vel colligi saltem posse existimarit? Id enimvero ab omni prorsus verosimilitudine haud abhorret; quod si tamen secus sit, Hilduinoque forsan Passionis Dionysianæ, quod Dionysii totius Galliæ Apostolatum disertis atque expressis verbis notarit, exemplar prælucerit, hoc equidem a Passione, cujus sex habemus apographa, haud admodum quantum ad substantiam adjunctaque præcipua fuisse diversum, ex aliis supra dictis verosimillimum, ac prope etiam certe apparet.*

AUCTORE C. B.

## § II. Qua ætate ac fide jam memorata, quæ Hilduino præluxerunt, S. Dionysii Acta polleant. exponitur, ac aliorum duorum, quæ ei præluxerunt pariter, scriptorum notitia, unius etiam fragmento transcripto, suppeditatur.

*Acta Dionysiana, § prægresso memorata, quæ Hilduini*

*Antiquiora S. Dionysii Acta, § prægresso memorata, quæ, ut ibidem docui, vel ipsamet, vel alia, hisce haud multum dissimilia, Hilduinus sibi prælucentia verosimillime habuerit, longissimo temporis spatio a Dionysii martyrio jam elapso fuisse conscripta, ipsemet eorum auctor anonymus luculentissime prodit, ita sub finem seu num.* 17 *et seq. scribens :* Eorum *(Dionysii ac sociorum martyrum)* vobis seriem passionis præsumpsimus intimare, non ex nostri ingenii capacitate aut proprii sensus industria, sed quod veterum fidelium nobis relatione patuit, et quod ex parte in quibusdam paginulis veteranis, pauca, ut potuimus, longo spatio interlita, didicimus. Nam, sicut majorem cognovimus colloquio peritorum, timentium Deum et studio sanctæ caritatis ardentium, multa de beatorum virorum præclaro certamine ad laudem Christi et gloriam Martyrum ob memoriam posterorum sacris studuerunt indere cartis; sed subripiente negligentia et antiqui procurante hostis invidia, flammarum incendio feruntur esse consumpta. *Atque ita certe, S. Dionysii Acta, quorum hæc verba pars sunt, diu admodum post Sancti ejusdem Passionem seu martyrium scripta esse, generatim innotescit; verum nonne tempus,* F *quo id factum sit, propius etiam determinari potest? Nihil quidem, quo id fiat, in ipsis Actis comperio; attamen hæc ego ante scripta ab Hilduino Areopagitica, seu ante annum ex dictis* 835, *et quidem medio circiter seculo octavo, seu nec diu post, nec diu ante hanc epocham, concinnata existimo.*

E

*Areopagiticis anteriora sunt, nec diu post seculum*

24 *Cur ea sedeat sententia, expono. Ac primo quidem præterquam quod Hilduini Areopagiticis, uti hæc cum illis conferenti patescet, longe simpliciora, unde Acta alia aliis ætate præstare, passim æstimatur, contractioraque sint, Dionysio titulum* Areopagitæ, *contra ac Hilduini Areopagitica aliaque omniaque hisce posteriora Acta faciunt, nuspiam attribuunt. Adhæc iisdem, aut certe haud multum absimilibus Hilduinus, ut supra docui, ad sua Areopagitica contexenda verosimillime est usus. Quæ cum ita habeant, sane ante hæc seu ante annum* 835 *concinnata esse, vix non certum apparet. En modo, cur in medio circiter seculo octavo seu nec diu ante, nec diu post hanc epocham factum opiner, Anno* 754 *Stephanus II Papa Roma in Galliam venit, cumque ibidem in Sandionysiano, ubi hospitabatur, monasterio*

AUCTORE C. B.

*monasterio in morbum adeo gravem, ut de salute ejus ab omnibus, atque ab ipsis etiam medicis desperaretur, fuisset collapsus, sanitati pristinæ a S. Dionysio sibi apparente prodigiose est restitutus : cum autem deinde Romam esset reversus, in sancti Sospitatoris sui honorem construere ibidem cœpit monasterium, quod postea, qui in demortui interea locum successerat, Paulus primus, frater ejus, ad umbilicum perduxit, monachisque Græcis inhabitandum dedit, prout ille ante obitum, quo nimirum ædes Dionysio, natione, ut putabatur, Græco sacræ, ministros etiam seu inquilinos Græcos nancisceretur, præscripserat.*

*quo, quæ Dionysium Parisiensem cum Areopagita eumdem sacii,*

25 *Ita fere quantum ad substantiam Hilduinus apud Surium proxime post epistolam, qua, sanitatem sibi a Dionysio prodigiose restitutam fuisse, Stephanus Papa est testatus, memoriæ prodit. Launoyus quidem, nec in S. Dionysii honorem monasterium Romæ a Stephano Papa condi cœptum, nec in eo e fine, quem dixi, monachos Græcos a Paulo successore constitutos fuisse, Discussionis, qua datam ad Dissertationem de duobus Dionysiis Responsionem refutavit, cap.* 18 *contendit; verum in S. Dionysii honorem a Stephano Papa Romæ ecclesiam saltem condi fuisse*
B *cœptam, monasteriumque, huic postea adjunctum, Græcis monachis e fine, quem dixi, datum fuisse, haud prorsus improbabile apparet. Utut interim res hæc, de qua infra adhuc, cum de patratis a Dionysio Parisiensi miraculis tractabo, recursurus est sermo, sese habeat, nonnullos equidem, qui, S. Dionysium Parisiensem esse Græcum seu Atheniensem atque eumdem cum* Areopagita, *opinati sint, jam inde a Stephani secundi Paulique primi ætate seu medio circiter seculo octavo extitisse, vel ex eo verosimile potest videri, quod opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, Pontificum illorum posterior (adi ad annum* 758 *Pagium in Criticis) missis a sese anno illo ad Pipinum, Francorum regem, libris adjunxerit idque idcirco fecisse videatur, quod ita rem gratam Gallis nonnullis, utpote a quibus illorum Auctorem seu* Dionysium Areopagitam *pro Parisiensi episcopo ac Apostolo suo haberi noscebat, facturum sese existimarit, uti postea pariter, qui eadem* Dionysii Areopagitæ *nomine insignita Opera*
C *ad Ludovicum Pium Imperatorem anno* 827 *misit, Michaël Balbus, Orientis imperator, eodem ex capite existimasse videtur.*

*primum est exorta opinio,*

26 *Adhæc, qui anno circiter* 806 *natus perhibetur, Hincmarus, Remensis archiepiscopus, in adolescentia, uti ipsemet in sua ad Carolum Calvum epistola, Hilduini Areopagiticis apud Surium subnexa, testatur, e* quaterniunculis valde contritis, *B. Sanctini Vitam, quæ* S. Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem facit, in nova membrana descripsit; etsi autem membranæ seu chartæ e loci, quo asservantur, sive humiditate sive edaci qualitate alia multo etiam breviori quam septingentorum aut sexcentorum annorum spatio penitus fere corrodi, seu ita, ut lectu difficillimæ evadant, deleri queant, ac proin Chifletius de Uno Dionysio pag.* 77 *vetustatem tantam dictis quaterniunculis, quod deleti pene essent atque exesi, perperam attribuat, hosce tamen, cum ab Hincmaro in nova membrana descripti fuere, seu anno circiter* 825 *præ se saltem quinquaginta aut etiam sexaginta annorum ætatem tulisse, sat verosimile ea ex causa apparet. Quod cum ita sit, consectarium fit, ut opinio, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem facit, jam inde a seculo octavo medio circiter, quod hic primo probare intendi, locum obtinere verosimillime inceperit.* D

*medium circiter octavum,*

27 *Ut autem ad id, quod caput est, jam veniam, Dionysiana Acta, in quorum ætatem hic inquirendum, eodem etiam tempore seu ab ipso statim, quo opinio illa est exorta, initio vel certe haud dudum post litteris fuisse mandata, existimo, tum quod eamdem auctor illorum anonymus sequatur, tum quod more illorum, qui, quam dubiam controversiæque obnoxiam norunt, opinionem novam primum amplectuntur, subtimide dumtaxat id facere videatur. Etsi enim S. Dionysium, quem a Clemente Papa ad annuntiandum Gallis Evangelium missum tradit, Athenis a S. Apostolo Paulo ad fidem Christianam fuisse conversum, memoriæ prodat, eum tamen* Areopagitæ *titulo nuspiam aperte distinguit; quod alii tamen scriptores, seculo octavo medio, qualis Actorum S. Sanctini, quorum supra memini, auctor anonymus fuisse videtur, haud multo etiam posteriores, facere non dubitarunt. Atque ita Acta, quorum scriptionis epocham investigamus, verosimiliter haud diu post seculum octavum medium fuisse contexta, jam habemus.*

*nec diu etiam ante videntur fuisse conscripta.*

28 *Ea autem verosimiliter nec diu etiam ante idem tempus fuisse conscripta, vel ex eo apparet, quod S. Dionysium, Parisiensem episcopum ac martyrem, Athenis fuisse ad fidem a S.* E *Apostolo Paulo conversum, commemorent, nec id tamen in ullo scripto alio, quod brevi etiam dumtaxat ante seculum octavum medium certo concinnatum sit, memoriæ proditum inveniatur. Adhæc S. Dionysii, Parisiensis episcopi, sociorumque Martyrum Passio, quam Bosquetus anno* 1636 *Historiam ecclesiæ Gallicanæ part.* 2 *vulgavit, seculo septimo senescente aut etiam dumtaxat octavo paululum provecto videtur fuisse conscripta, uti infra in Commentario, lucubrationi isti prævio, docebo; Acta autem,* Dionysio Areopagitæ *afficta, quorum scriptionis epocha hic determinanda; e Passione illa, hisce multo contractiori, promanasse, imo quamdam veluti ejusdem paraphrasim dumtaxat esse, phrases sententiæque non paucæ iisdem fere verbis in ambabus illis lucubrationibus conceptæ, ostendunt. Quod cum ita sit, Dionysiana Acta,* Areopagitæ *afficta, quorum ætatem hic indagavimus, uti non diu post, sic nec diu etiam ante seculum octavum me-* E *dium fuisse exarata, ex omnibus jam dictis sat verosimile apparet.*

*Hinc ab ætate sua exiguam sibi fidem adjungunt.*

29 *Porro ut ad fidem, quam Acta illa mereantur, jam veniam, hanc sane generatim in iis, quæ de Dionysio memorant, esse perquam exiguam, vel ex eo liquet, quod, cum non citius, quam seculo circiter octavo medio, ut dictum, sint conscripta, annoque circiter* 120 *mortem pro Christo* Dionysius Areopagita *subierit, non prius quam sex amplius ab hujus martyrio seculis elapsis, anonymus illorum auctor floruerit; hujus autem ac proin eorumdem Actorum speciatim etiam seu fides seu auctoritas elevatur e ratione, qua unice, ut apparet, inductus, S. Dionysium Parisiensem episcopum, cum* S. Dionysio, *qui Athenis a S. Paulo Apostolo ad fidem Christianam fuit conversus, eumdem facit. Paulo clarius hoc ultimum exponamus. Is ex Actis, a Bosqueto vulgatis, quæ, ut jam monui, præ oculis habuit, S. Dionysium Parisiensem a S. Clemente Papa (neque enim cum Bosqueto in illis,* Qui, ut ferunt, a successoribus Apostolorum, *sed, quemadmodum infra ostendam,* Qui, tradente sancto Clemente, Petri Apostoli successore, *legendum*

*app aret*

A *apparet) in Gallias missum fuisse, in animum induxerat; cum autem, eo tempore, quo Romæ S. Petri cathedram S. Clemens occupavit,* S. Dionysium, *qui Athenis a S. Paulo Apostolo fuit conversus, floruisse, aliunde haberet compertum, hinc, posteriorem hunc* Dionysium *cum Dionysio, a Clemente Papa in Gallias, ut putabat, misso, unum esse atque eumdem, indubitanter, re etiam litteris commendata, conclusit. Verum quam absona ac vitiosa sit hæc argumentandi methodus, nemo non perspiciet, qui, quo tempore Romæ Clemens sedit, non unum tantum, sed plures Dionysios, a* Dionysio *Athenis converso distinctos, florere potuisse atque ab illo S. Petri successore in Gallias mitti, considerarit. Alia insuper ad ejusdem auctoris anonymi seu scriptorum abs illo Actorum fidem auctoritatemque imminuendam possent hoc loco adduci; verum quam parva hæc sit, jam satis probatum reor, iisque proinde missis, ad bina modo monumenta alia, ab Hilduino etiam, uti ipsemet in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto testatur, ad* S. Dionysii *Passionem concinnandam adhibita, sermonem conver-*

B *to.*

*Duo, quorum notitia hic datur,*

30 *Alterum est Aristarchi Græcorum chronographi ad Onesiphorum primicerium Epistola, alterum Visbii conscriptio. Ambo videntur conficta. Infra rem probaturus, nunc, qui factam putem, expono. Opinione, quæ* S. Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi confundit, magis magisque post seculum octavum medium apud Gallos, ac præcipue, ut apparet, apud gentis hujus monachos invalescente, inventi temporis lapsu fuerunt, qui, cum Dionysium suum variis tormentis pro fide, patrato etiam post mortem insigni miraculo, occubuisse, Romamque, relicto Atheniensi episcopatu, venisse arbitrarentur, nec tamen, qua ratione hoc factum ac quæ qualiaque tormenta illa et miraculum fuissent, seu in Actis, a Bosqueto vulgatis, seu in aliis, in quorum scriptionis epocham jam inquisitum, commemorari cernerent, hunc Actorum illorum, ut putabant, defectum supplendum judicarunt. Hunc in finem commentis etiam, quo, quam de Dionysio suo,* Areopagita *simul et Parisiensi, aliisque nonnullis ad hunc spectantibus, alte imbiberant, opinionem magis firmarent, haud parcendum*

B *rati documenta varia, eo conducentia, sub ementitis scriptorum nominibus confinxerunt. Hæc inter epistola, Græce scripta atque a scriptore Gallo, quo fraus tegeretur facilius, Aristarcho Græcorum Chonographo attributa, qua hic præter alia nonnulla* Dionysii Areopagitæ *natales, doctrinam, vivendi rationem, prædicationem, Romamque, subrogato sibi Athenis episcopo, adventum Onesiphore primicerio, id sciscitato, ex ordine narrarit, haud infimum locum tenet, uti nec Visbii conscriptio, qua hic et insigne post mortem Dionysii miraculum, et tolerata ab eo ante tormenta omnia, quorum etiam testis oculatus fingitur, explanarit.*

*documenta alia, utut ex dicendis ficti-tia.*

31 *Ambo porro isthæc documenta, omnino ex dicendis fictitia, ab ipsomet Hilduino fuisse conficta, aut ab eo saltem veluti exstantia, quæ nuspiam tamen exstarent, falso fuisse citata, Launoyus, suspicari sese, in suo de Hilduini Areopagiticis judicio loco non uno indicat. Verum hæc illius suspicio haud æqua videtur; cum enim, uti infra docebo, integra Visbii conscriptio, uti etiam haud modicum Aristarchi ad Onesiphorum epistolæ fragmentum hodieque reperiatur, bina isthæc documenta fictitia jam inde etiam ab Hilduini, qui ea laudat, ætate fuisse reperta, verosimillimum, imo vix non indubitatum, apparet; conficta autem ab ipsomet Hilduino non fuisse, vel ex eo recte arguas, quod hic Aristarchi quidem epistolam a sese e Græcorum fontibus haustam; Visbii autem conscriptionem in tomo satis superque abdito fuisse inventam, in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto affirmet, hacque in re scriptor ille, utpote qui malæ, ut supra ostendi, in monumentis scriptoribusque citandis fidei haud convincatur, mendacii fraudisve insimulari merito non queat. Sane, ut adhuc apertius meam modo promam sententiam, tantum abest, ut doli mendaciive Hilduinum hic habeam suspectum, ut contra ipsummet aliorum artibus autumem deceptum.*

AUCTORE C. B.

*Hilduinus, impostorum arte deceptus, pro genuinis habuit,*

32 *Qui res facta esse queat, factaque etiam verosimiliter sit, accipito. Hilduinus, monumenta omnia ac proin nominatim etiam bina supra memorata fictitia, quibus ad S. Dionysii Passionem contexendam usus est,* abdita et negligenter relicta *a sese fuisse reperta, in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num. 7 asseverat. Hinc* E *porro suspicari, imo etiam, ut mihi equidem apparet, opinari fas est, impostores, qui monumenta illa confinxerant, eadem etiam, monumentis aliis genuinis a sese transcriptis admixta, locis quibusdam abditis, quæ tamen et subinde scrutanda, et vesustatis speciem brevi etiam temporis spatio inclusis sibi seu chartaceis seu membranaceis documentis allatura, nossent, eo unice seposuisse consilio, ut post inventa invalescenti de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi, aliisque nonnullis ad hunc spectantibus opinioni, cui roborandæ fuerant conficta, putatitia sua antiquitate pondus adjicerent; ita autem factum esse, ut, cum deinde, quod futurum, impostores præviderant, ac forte etiam, ut fieret, curarant, re ipsa fuissent detecta, Hilduinoque tradita, scriptori huic, e præjudiciis, animo conceptis, in opinionem, quæ* S. Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem facit aliaque nonnulla de hoc adstruit, jam antea nimium etiam propenso, facile antiquitatis, quam præferebant, specie fucum fecerint, atque ab eo, non secus ac monumenta genuina et sincera, fuerint laudata, contexendæque Dionysii Passioni adhibita. At vero, sciscitabitur forsan modo nonnemo, bina monumenta* F *illa, quæ, ut dictum, pro genuinis Hilduinus habuit, spuria esse ac fictitia, qui probas? Ut id præstem commodius, de ambobus singillatim expedit tractari. Ab Aristarchi ad Onesiphorum epistola, quod ante Visbii conscriptionem ab Hilduino etiam memoretur, exordior.*

*unumque ex his, Aristarchi nemse epistolam, cujus Fragmentum,*

33 *In codice nostro Q Ms. 6, nostroque item, quod e S. Audomari codice desumptum notatur, manuscripto sermo habetur, in SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii festivitate ad Sandionysianos in Francia, ut apparet, monachos a Sandionysiano item, ut apparet, monacho recitatus; Sermo autem supra a me jam memoratum Epistolæ, de qua hic, Fragmentum complectitur, ei ab auctore seu sacro præcone, utut sane perquam inepte, intextum. Id, quod typis nondum fuit vulgatum, et tamen vel lectum, spuriam illam esse ac fictitiam, lectori prodit, integrum huc in antecessum, vel idcirco transcribo, nonnulla deinde, quæ hoc magis reddant perspicuum, § seq adducturus postquam insuper præsenti quæpiam de adhibita illa ab Hilduino epistola præmisero. His itaque in codice*

Q

AUCTORE C. B.

*Q Ms. 6 verbis concipitur*: In Dei nomine Eugyppius Aristarcus Honosiforo primicerio salutem. Apices vestræ caritatis Anatholio deferente suscepimus, in quibus insertum legitur, uti quantum nostræ memoriæ vel priscorum vetusta traditione recordatus fuerim, de variis dogmatibus vel sectarum varietate Atheniensium, seu de situ vel compositione urbis Athenarum vobis rescribere studio litterali curarem, et inter cætera in scriptis vestris repperimus quatinus vobis brevi stilo perstrinxissem, quæ in ipsa civitate Atheniensium temporibus Apostolorum gesta sunt. Quomodo Paulo Apostolo ibidem supervenienti per inanes philosophias et fallaces rerum machinationes restiterunt.

*urbis Atheniensis*

34 Immo etiam appetistis a nobis, ut de Symmacho et Apollinare Chronopagita necnon et de Dionysio Areopagita, qui auditores Pauli Apostoli temporibus apud Athenas claruerunt, quid de illis scirem vel quali prosapia Atheniensium, quaque de stirpe orti sint, vobis luculenter exprimerem: quod ita secundum imbecillitatem ingenii nostri per transacta retro tempora traditione vetustatis, B sicut audire potuimus, vobis per Anatholium filium et Agigerulum vestrum direximus. Athenæ civitas est in confinio Thraciæ et Lacedæmoniorum posita, situ terrarum montuosa, Jonici maris faucibus interclusa Ægeum pelagus sinistra parte contingit, urbs inclita et antiqua, terrarum fertilitate opulenta, fandi et eloquentiæ nutrix, philosophorum et sapientium genitrix, artium variarum et divitiarum opulentia præ ceteris urbibus pollebat. Istæc posita est in Attica provincia, ubi Cecrops et Menander reges gentium claruerunt, ubi Apollo et Hypocras et Aristoteles nati sunt, qui toto orbe in ipsis temporibus sapientiæ floribus fulserunt. In hac magnopere urbe tempore Cecropis et Menandri regum simulacrorum cultus et idolorum superstitiosa religio primitus reperta emicuit. Quinque etenim regionibus dispertita describitur.

*ac quinque ejus regionum descriptionem,*

35 Prima regio est, quæ Ægeum mare respicit, mons supereminens urbi, ubi Saturni et Priapi aurea simulacra variis colebantur illusionibus; quam regionem, Chronopagum Græci, Saturnum vocant. Secunda regio Athenarum est, quæ respicit contra Thraciam, ubi Terebintus miræ ma- C gnitudinis inerat, et ubi Fauni, agrestis hominis, simulacrum a pastoribus diebus constitutis colebatur. Tertia regio urbis Athenarum est, quæ respicit portum Neptuni, ubi simulacrum Dianæ et Neptuni Ægei colebatur; quem locum Possedonpagin appellant; Græci enim Neptunum Possedon dicunt. Quarta regio Atheniensis urbis est, ubi idolum Martis et Herculis simulacrum colebatur, quod est in colle Tritoniæ mons in medio urbis positus *, ubi concursus totius urbis, luna renascente, veniebat ad colendum scilicet Martem et Herculem, quos deos illi fortissimos adorabant; quem locum Græci Areopagum vocant. Aris enim Græce Mars latine dicitur. Quinta regio urbis Atheniensis est, quæ respicit ad portam Schæam, ubi idolum et simulacrum Mercurii positum est; qui locus Ermipagus nominatur; ermis enim Græce Mercurius dicitur.

* *Hilduinus* Tritonii montis, in medio urbis positi.

*factamque ibidem ad Christum a S. Paulo Apollinis cujusdam,*

36 Hæc urbs maris terræque, silvarum et montium, fluminum et virectarum opulentia præ ceteris urbibus Græciæ nobilissima floruit, et quæ tunc urbibus cæteris præferebatur, modo gentium impetu oppressa et intercepta deprimitur. Apollo dictus est Apollinis cujusdam nobilissimi Atheniensium principis prosapia derivatus, cujus D pater Nicolaus vir magni ingenii litterarum studio pollens, civis et inclitus Argolicæ artis magister, cujus filius Apollo, dum inter philosophorum scholas clarus haberetur et autenticas bibliothecas revolveret, dum deditus erat philosophiæ et vanis superstitionibus ritu paganorum, audivit Paulum Apostolum nova et inaudita antea dogmata prædicantem, qui, dum ei resistere non valeret, invenit veram esse doctrinam, quam Paulus apud Athenienses docuit. Relinquens vanas superstitiones gentium, provolutus pedibus Apostoli, deprecatus est, ut ei veram doctrinam et viam salutis ostenderet, seseque Christi, non Saturni, proferebat esse discipulum.

*ac S. Dionysii Areopagitæ, dum hic prius*

37 His ita gestis, cum quodam die Paulus Areopagum venisset, beatum Dionysium interrogare cœpit quid coleret aut quibus numinibus in tam spatioso et venerabili loco inserviret; cui ait Dionysius: deos, quos coluerunt patres nostri, quorum virtute et sollertia mater terra continetur, hos colimus et adoramus, aras, quas vides, Martis et Herculis, Mercurii et Priapi nomine et honore sacratæ sunt. Dum vero Paulus singula altaria et E simulacra falsorum deorum perlustrasset, inter ceteras aras repperit altare unum, in quo erat titulus desuper scriptus Ignoto * et conversus Paulus ad eos interrogavit illos: Quis est ille Deus ignotus? Cui respondit inter ceteros Dionysius: Quia adhuc non est ipse Deus demonstratus inter deos, sed est incognitus nobis et venturo seculo futurus, et ipse est Deus, qui regnaturus est in cælo et in terra, et regnum ipsius non accipiet finem.

* *Hilduinus* ignoto Deo.

*cum Apostolo colloquium*

38 Interrogans Paulus ait: Quid vobis videtur? Homo erit, an spiritus deorum? Respondentes dixerunt, quia et verus Deus et verus homo, et ipse renovaturus est mundum, sed adhuc incognitus est hominibus, quia apud Deum in cælo conversatio ejus est. Paulus dixit. Illum Deum prædico vobis, quem incognitum usque nunc habuistis. Natus est de virgine, sedet ad dexteram Patris, verus Deus, verus homo, per quem omnia facta sunt. Notus in Judæa Deus et magnum in Israël et sanctum nomen ejus; quem incognitum usque nunc habuistis, modo cognoscite, quia ipse est Deus solus et præter illum non est alius deus, qui nos de morte reduxit ad vitam, qui cælum F et terram, homines et angelos in unitate regni sui conjunxit, qui vivificat et mortificat, qui claudit et nemo aperit, qui aperit et nemo claudit.

*habuisset, patratumque*

39 Hæc et alia plurima Paulo prædicante, cum per singula templa prædicaret, Christum Dei filium esse, Dionysius veram doctrinam et dogma salutis audiens et nihil esse idola, quibus serviebat, et dæmonia magis quam deos esse, recognoscens, Spiritum Sanctum et verba vitæ in Pauli doctrina evidenter sentiens, divina gratia instigatus ad Paulum se convertens expetivit ab eo, ut pro illo divinam misericordiam deprecaretur et ejus discipulus esse mereretur. Cumque die altero iter ageret Paulus, cæcus quidam, oculorum luce privatus, Pauli se postulat virtute sanari.

*ab eo miraculum*

40 Mox ergo sanctus Apostolus, Domini et Magistri sui Jesu imitator effectus, crucem ejus diu clausis oculis imposuit dicens: Christus, videlicet Dominus et Magister noster, qui oculis lutum imposuit cæci nati et lumen illico accipere meruit, ipse tuis oculis potentia sua lumen restituat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A restituat. Mirum in modum et lucem accipere meruit sine lumine natus et his eum verbis statim adorsus est dicens : Vade ad Dionysium et dic ei, quia Paulus servus Jesu Christi ad te me misit, ut memor sponsionis tuæ ad eum venire non pigriteris, et Baptismum salutis accipiens ab omnibus absolvi possis nexibus delictorum. Mox is, qui lumen receperat, obedientiæ pede verba jubentis implevit et ad Dionysium properans Pauli ei verba per ordinem nuntiavit.

*vidisset, conversionem exponens,*

40 Sed electus jam domini Dionysius, ut cæcum respexit firmis luminibus palpitantem, his eum verbis allocutus est dicens : Tune es ille, quem cæcum natum cuncti cognoverant affines? Cui ille respondit : Ego nempe sum, qui cæcus natus, usque nunc lux mihi vitæ est negata præsentis; sed ipse Paulus, qui te ad se venire mandavit, invocata Jesu Christi et Magistri sui virtute sanitatis mihi lumen indulsit. Qui protinus surgens ad beati properat mandantis monita Pauli. Quid diutius morer? Confestim credidit et sacri Baptismatis unda respersus, abnegatis erroribus paganorum, ejus se tradidit magisteriis imbuendum, ac deinde, Paulo jubente, Christi
B Evangelium prædicavit.

*adscribenda quæ hic indicantur, adhibuit.*

41 *Hoc modo epistolæ Aristarchi Fragmentum confer cum conscripta ab Hilduino Dionysii Passione, videbisque, quæ in hac a num.* 2 *(quæ enim num.* 1 *habet, ex Actis, in quorum ætatem ac pretium jam inquisitum, videntur accepta) usque ad num.* 9 *occurrunt, fere dumtaxat esse Fragmenti ejusdem paraphrasim, ut enimvero, cum documentis, a sese ad Passionem illam concinnandam adhibitis, Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 3 *accenseat Aristarchi epistolam, dubitandum non videatur, quin ex hac deprompserit quidquid ibidem, id est, in Passione prædicta a num.* 2 *usque ad num.* 9 *de civitatis Atheniensis situ, Dionysii prosapia, conversione ac prædicatione memoriæ prodit; cum autem, quæ in eadem Passione a num.* 9 *usque ad num.* 18 *de Dionysii doctrina, vivendi ratione, ætate, ordinatione, Romamque, subrogato sibi Athenis episcopo, adventu commemorat, in præfata etiam, uti Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 3 *testatur, Aristarchi epistola traderentur, dubitandum pariter non videtur, quin ex hac præcipue (Græca enim, quæ infra memo-*
C *rabo, Acta usui ex dicendis verosimiliter etiam fuerint) illa omnia hauserit. Atque ita quantum et ubi Hilduinus adhibuerit Aristarchi epistolam, jam satis, ut animo intenderam, edocui; fictitiam hanc esse ac spuriam, visuri modo sumus.*

AUCTORE C. B.

## § III. Aristarchi epistolam, uti et Visbii conscriptionem, quæ recitatur, fictitiam esse, monstratur, ac quibusnam ex aliis Latinis fontibus Hilduinus insuper hauserit, exponitur.

*Aristarchi epistolam, ex auctore, cui tribuitur, tempore, quo scripta est,*

*Quæ Fragmenti proxime recitati (adi num.* 33*) initio suppeditantur,* e vetusta priscorum traditione *seu, uti ibidem num. seq. legitur,* e vetustatis per transacta retro tempora traditione *scriptam fuisse Aristarchi epistolam, apertissime produnt. Quod cum ita sit, oportet, ut is Græcorum, quemadmodum Hilduinus notat, chronographus, cui attribuitur, diu dumtaxat post* Dionysii Areopagitæ, *de quo tractat, ætatem,* E *ac verosimiliter quidem non prius quam aliquot etiam post hanc seculis elapsis, floruerit. Verum cum nullus prorsus nominis illius seu chronographus seu etiam historicus, qui tum in vivis fuerit, nedum* Dionysii *meminerit, apud scriptores memoretur, vel ex hoc capite, Aristarchum seu Eugyppium Aristarchum chronographum, qui quam hic memoramus, epistolam scripserit, e solo impostoris cerebro natum, eamque adeo spuriam esse ac fictitiam, suspicari subit. Hanc porro suspicionem auget ipsummet, quo scripta seu potius conficta est, tempus. Cum enim id ex dictis* Dionysii Areopagitæ *ætate aliquot etiam seculis posterius verosimiliter sit, nihil omnino impedit, quo minus removendum credatur usque ad epocham, supra a me assignatam, seu ad seculum usque octavum medium, post quod una cum opinione, quæ Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem facit, orti etiam sunt, qui, quo hanc confirmarent probabilioremque efficerent, nihil non tentandum judicarunt, ut figmentis etiam, quo hunc suum consequerentur, indulsisse haud immerito queant existimari.*

*locoque, quo fuit reperta, fictitiam esse, concluditur,*

43 *Adhæc epistola illa, non tantum Græce, sed etiam, uti apparet, et in Græcia et ad virum Græcum, in ecclesiæ Orientalis partibus versantem, ab Aristarcho, modo, genuina foret, fuerit conscripta. Verum, si ita habeat, qui factum, ut, non in Græcia seu Orientali ecclesia, sed in Dionysiano Franciæ monasterio, et quidem dumtaxat in* abditis admodum hujus tomis, *Hilduini ætate, uti ipsemet hic scriptor in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto, aliisque ad cunctos Ecclesiæ Catholicæ filios litteris testatur, fuerit reperta? Id enimvero, si in Græcia ab homine Græco et scripta et ad hominem etiam Græcum missa fuisset, haud facile futurum fuisse videtur, pondusque proinde haud exiguum hinc accedit opinioni, qua, ut supra indicavi, in aninum induco, sub ementito Aristarchi nomine fuisse in Gallia confictam abs impostore Gallo, linguæ Græcæ perito, a quo et loco abdito occultata eo fuerit consilio, ut postmodum inventa proque antiquo monumento habita fidem conciliaret iis, quæ ipse hac arte de Dionysio, ac præcipue quidem, Athenis Romam hunc venisse, credi volebat. Porro, quo eamdem Aristarchi epistolam*
F

AUCTORE C. B.

*epistolam spuriam probarem ac fictitiam, alia adhuc argumenta, ac unum imprimis a Symmacho et Apollinare Chronopagita, apud nullos prorsus scriptores alios, seu Græcos seu Latinos, notis, et tamen secundum illam Athenis, et quidem ante* Dionysium Areopagitam, *ad Christi fidem a Paulo Apostolo conversis, repetitum, proferre possem in medium; verum, cum jam allata satis rem, ut apparet, conficiant, ad Visbii conscriptionem modo progredior.*

*nec Visbii conscriptionem,*

44 *Atque hanc primum, ut ut a Morino de Sacris Ordinationibus part.* 2 *cap.* 4, *num.* 4 *publici juris jam factam, integram huc e Ms. nostro, quod a Morini editione aliquantulum differt, ac e codice vetusto, distinctiori tamen hujus notione haud addita, desumptum notatur, in antecessum transcribo, tum quod prolixa admodum non sit, tum quod ita, cum dicendorum seu causa seu occasione consuli debebit, lectori in promptu sit futura. Ea itaque scriptio, quam fidei professionem extremæve voluntatis declarationem non inepte etiam fortassis appellaris, sic habet:* Quapropter ego Visbius, Lisbii filius, * Christum Jesum, quem nobis prædicavit Dionysius Jonicus, qui appellatur Macarius, Deum esse de Spiritu Sancto ex digna Maria, quæ nunquam fuit aliter nisi virgo, conceptum; et hominem sine ulla macula natum, et passum ac mortuum pro hominum salvamento; qui resurrexit, et in cœlo ad dexteram sui Patris, qui est Deus similiter vivus, sedens in omni loco est, usque dum veniet ab judicium, quando incipiet illud regnum, quod non habet finem. Dono illi et tibi bonus Minister ejus Masso presbytero schopos omne postliminium meum cum illo, quod est in Urbanio hujus.

* *supple:* prositeor

B

*quæ integra*

45 Illi respuo, quod Dionysius Macarius a patre meo comparavit ad domum baptismalem faciendam, quia dicebat, Deum Jesum in locato natum, et de ejus pretio captivorum sepulturam comparatam; et remansit mihi de matre mea Larcia, quæ prodidit patrem meum a Macario Dionysio christianum Fescennino Sisinnio; et post nimias torturas, catastas, et catenas, et militum terniones, et bestias mansuefactas, et clibana extincta cum videret in carcere Glaucini Macarium Dionysium Dominicas celebrantem, lumen, quod tale non vidit, homo, super omnes, qui per illum crediderunt, in fragendo pane Jesum Dominum cum multitudine Albatorum illi dedisse, et audisse dicentem: Accipe hoc, care, munus, quod mox complebo tibi una cum Patre meo, quoniam mecum est maxima merces tua, et omnibus, qui audierint te, salus in regno meo. Nunc facies fortiter, et memoria tua erit in laude; dilectio autem et benignitas, quam habes, semper pro quibuscunque petierit, impetrabit. Et sic cum cæsa cervice vidisset caput suum illum cum luce grandi portare, clamavit, se esse Christianam, et occisa est. Ego namque Romam ductus, Domitiano ejus pilato * per tres cæsares militavi.

C

**pro* ejus pilato *Surius* evespillato *huc transcribitur, melioris notæ*

46 Nunc quia mihi promittis, si ita desero, et Jesu Deo milito cum Dionysio Macario, et justificatis Rustico et Eleutherio, et patre et matre, et omnibus, qui diligentes Jesum mortui sun, illud regnum ab eo, ubi mori non debeo, sed gloriam semper habere, et reges, quibus militavi, in pœnis videre cum illis, qui non credunt; et sic totum credo, et trado omnia mea ad victum illis, qui sic esse credunt, et me alienum facio de hoc mundo, et trado me Jesu Deo, et nomen meum ad fontem baptismalem dono. Ego Visbius Jesum Christum cum Patre et et Spiritu Sancto unum Deum credo, et mundum et diaboli voluntatem abjicio. *Morinus, qui, sese hanc, quam, ut duxi, vulgavit, Visbii conscriptionem seu narrationem in Sacramentario, a clarissimo viro Vion, Erovallii domino, accepto Hilduinoque ætate aut æquali aut etiam majori, invenisse, fuerat præfatus, integræ jam transcriptæ mox subjungit:* En fons limpidissimus, e quo rivulos historiæ suæ derivat Hilduinus! En thesaurus ille retroactis seculis absconditus, qui tandem Hilduino *(vide hujus, quæ huc spectant, in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 5 *verba)* diligentissime conquirenti divino nutu revelatus est!

D

*partum esse, et stylo, tempori, quo scripta est, minime congruo, patescit;*

47 *Ita scilicet is scriptor per ironiam, aliis adhuc, quæ mox subdit, quæque brevitatis causa omitto, verbis continuatam, Visbii conscriptioni aculeum infigit, simulque Hilduino, hanc, veluti fœtum legitimum, admittenti, illudit; et sane non immerito. Cum enim Visbius, Romam sese, SS. Dionysio ac sociis Martyribus sub Domitiano pro fide necatis, ductum fuisse, ibidemque sub tribus imperatoribus, Domitiani evespillati, id est, a vespillonibus exportati seu mortui, proximis successoribus, militasse, in sua narratione, huc jam transcripta, perspicue tradat, necesse est, ut partim seculo* 1 *senescente, partim* 2 *ineunte floruerit. Verum quis scriptorem, qui tam parum ab Augusti ævo remotus vixerit, stylo, ut facit, tam barbaro, tam horrido, tam ab omni pura Latinitate alieno usurum fuisse, in animum inducat? Sane, qui id fecerit, nihil prorsus sermone Latino tam inconditum, tam infans, tam hiulcum, tam mendosum inveniet, quod primo etiam æræ Christianæ seculo scriptum, haud facile crediderit. Nonnullis itaque aliis, quæ contra Aristarchi Epistolam supra attuli, quæque pleraque, uti hanc, ita etiam Visbii Conscriptionem spuriam ac fictitiam ostendunt, etiam omissis, talem certe esse hanc, abunde liquet vel e solo auctoris personati stylo, qui, cum ævo, quo vixisse sese, simulat, minime ex jam dictis conveniat, diu post primum litteris commendatam fuisse, luculentissime prodit.*

E

F

*spuriamque nihilominus lucubrationem illam, certe ante annum,*

48 *Ac eum quidem fœtum spurium una cum furfuris haud multum absimilis partu tunc primum, cum seculum octavum media sui parte jam esset elapsum, impostoris seu unius seu plurium fraude enatum, supra idcirco docui, quod tum nonnulli, ut inauditis antea, quæ de Dionysio suo credi exoptabant, fidem tandem aliquando facerent, fabulis comminiscendis, scriptisque fictitiis adornandis operam navasse credantur. Verum cum pro epocha illa narrationi Visbii assignanda particularis insuper, quæ ad definiendam epistolæ Aristarchi ætatem haud conducit, ratio, quæpiam militet, lubet et hanc lectori hic exhibere. Visbius, seu, qui* Visbii *nomen sibi imposuit, fabulator scriptionis suæ fictitiæ initio Dionysium appellat* Ionicum; *etsi autem soli quidem, qui in Ionia, Asiæ Minoris regione, nati sunt,* Iones *seu* Ionici *hodie vocentur, Athenienses tamen, priusquam hoc suum nomen a Minerva, Græce* Ἀθηνᾶ, *traxissent,* Iones *seu* Ionici, *Stephano de Urbibus ad vocabulum* Ionia *teste, nuncupati fuerunt, iidemque olim, ut Strabo lib.* 14 *memoriæ prodit, Athenienses et Iones exstitere. Quid si ergo scriptor, Visbii nomen mentiens, compertum id habuerit, Parisiensiumque*

A *Parisiensiumque, de quo agit, episcopum ac martyrem Dionysium, ut Atheniensem eum fuisse, designaret,* Ionicum *antiquato Atheniensium nomine appellarit? Hoc enimvero in eum unice finem, cum nec alius potior assignari queat, nec Dionysium, Parisiensem episcopum, in Ionia, Asiæ Minoris regione, natum esse, memoriæ proditum uspiam inveniatur, factum abs illo fuisse, vero admodum simile, imo vix non indubitatum apparet.*

*uti hic probatur, 750 non confictam, pro legitimo fœtu Hilduinus habuit,*

49 *Jam vero, cum res sic habeat, nullusque reperiatur scriptor, qui ante seculum octavum, media sui parte jam elapsum, Dionysium, Parisiensem episcopum ac martyrem, nativitate Atheniensem fecerit, consectarium fit, ut, sicuti Acta edenda, quæ, eumdem Dionysium a S. Paulo apostolo Athenis fuisse conversum, tradunt, verosimiliter ante seculum octavum medium, quod a nullo temporis anterioris scriptore memoriæ id prodatur, concinnata non fuisse, jam supra, et quidem, ut apparet, haud immerito, statui, ita etiam eadem ex causa, Visbii narrationem verosimiliter haud citius, et quidem non nisi, quod et de Aristarchi (adi num. 30) Epistola intelligendum, post S. Dionysii, quæ edemus, Acta, fuisse ador-*

B *natam seu potius conflctam, non immerito hic possim statuere, quod et re etiam ipsa proinde nunc statui. At vero spurium isthoc ac commentitium monumentum, utut tam sero post Dionysii ætatem ab impostore, qui Dionysio sociisque Martyribus sese æqualem fingere non erubuit, turpiter ac legitimo scriptoris fidei optimæ fœtu Hilduinus habuit, atque ad Dionysii Passionem, uti in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num. 5 patefacit, contexendam etiam adhibuit; ut autem merito id a se factum, probet, Visbii Conscriptioni adstipulari, ait, antiquos Missales libros, aut, si mavis, duas contentas in hisce de SS. Dionysio ac sociis Martyribus Missas, quas jam inde a vicino Passioni tempore compositas fuisse statuit.*

*eamdemque una cum duabus, quas laudat, Missis antiquis,*

50 *Ita scilicet faciendum duxit, quod secundum ritum antiquum in Galliis, ritu Romano ibidem nondum introducto, usurpari a pluribus seculis solitum, ordinatæ essent, isque ritus antiquus, uti ex Innocentii I, Gelasii I, ac tandem etiam, qui anno 604 obiit, Gregorii item I, Romanorum Pontificum, ad Galliarum antistites de abrogando in Galliis veteri Missarum ordine Romanoque in-*

C *troducendo litteris, posteriorumque ad hasce responsis in suo mox iterum laudato ad Ludovicum imperatorem Rescripto num. 6 contendit, diu ante ætatem suam seu jam inde a seculo saltem sexto sequentisve initio abrogatos fuisset, seu adhiberi apud Gallos desiisset. Verum demus tantisper, duas de SS. Dionysio sociisque Martyribus Missas, ab Hilduino laudatas, tam fuisse, quam hic scriptor vult, antiquas, imo statim ab illorum martyrio esse compositas, qui, quæso, hoc etiam dato, Visbii Conscriptioni adstipulari magnopere potuerint? Inter alia, quæ hæc complectitur, Christi Domini apparitio, Dionysio in carcere paulo ante martyrium oblata, simulque insigne, quo post hoc manibus propriis caput amputatum Sanctus ille gestarit, miraculum occurrunt. Hæcne forsan, aliaque, quæ pariter Visbii Conscriptio suppeditat, quæque, si vera forent, utcumque hanc commendarent, in duabus ab Hilduino laudatis Missis antiquis etiam memorantur? Id quidem hic scriptor loco supra cit. primo innuere videtur; verum, quæ deinde,*



*et quidem mox, subjungit, contrarium ostendunt.*

AUCTORE C. B.

51 *Audi, qui ibidem loquatur.* In quibus, *inquit,* voluminibus *(antiquis scilicet Gallicanis Missalibus)* habentur duæ Missæ, quæ sic inter celebrandum ad provocandam divinæ Miserationis clementiam et corda populi ad devotionis studium excitanda tormenta Martyris *(Dionysii)* Sociorumque ejus succincte commemorant, sicut et reliquæ Missæ ibidem scriptæ aliorum apostolorum vel martyrum, quorum Passiones habentur, notissime decantant. Quarum Missarum cantus, sensus et verba adeo passionis eorumdem, quam vobis misimus, seriei concordare videntur, ut nulli sit dubium, a teste illorum martyrii agones eorum fuisse descriptos, et ex ipsa veraci historia memoriam tormentorum suorum in præfatis precibus fuisse mandatam. *Ita hic Hilduinus, quid de Dionysio sociisque Martyribus duæ a se laudatæ Missæ antiquæ suppeditarint, satis dilucide exponit: quod cum ita sit, hasque tormenta, quibus Sancti illi fuerunt affecti, succincte commemorasse, dumtaxat asseveret, nec ullam rei alterius, veluti quam pariter de iisdem Sanctis commemorarint, mentionem faciat, vel solo suo silentio declarat, easdem duas Missas* E *haud etiam commemorasse alia ac nominatim, quæ de oblata Dionysio in carcere Christi Domini apparitione, gestatoque abs illo post martyrium capite in Visbii Conscriptione seu potius figmento narrantur. Et vero, etsi quidem quandoque in Missis Gallicanis antiquis integra etiam Martyrum Acta, ac proin, non tantum, quæ passi essent, tormenta, sed et res omnes aliæ, ad eos spectantes, recitarentur, rarissimum tamen id erat, ac plerumque in Martyrum Missis, uti e tribus Missalibus antiquis, a Mabillonio de Liturgia Gallicana lib. 3 vulgatis, facile comperies, sola fere tolerata ab iis tormenta commemorabantur, et quidem generalibus dumtaxat, quæ nec palæstram, nec diem, nec annum martyrii determinarent, locutionibus seu phrasibus expressa.*

*etsi hæ illi nec in iis, quæ hic proponuntur,*

52 *Omnibus itaque sedulo expensis, duas, quas Hilduinus laudat, Missas Gallicanas antiquas Visbii narrationi in solis, quibus Dionysium sociosque Martyres affectos notat, tormentis potuisse adstipulari, sat certum apparet. At vero ne quidem ea in re, nedum in aliis, quæ in Visbii Conscriptione etiam narrantur, huic adstipulari grandeve pondus adjicere potuerint, si* F *tantæ, quantæ illas fuisse, Hilduino tantisper dedimus, antiquitatis non fuerunt; esse autem, an tantæ antiquitatis vere fuerint, merito dubitandum, modo etiam, ut, quod jam dixi, fiat perspicuum, ostendo. Liturgia Gallicana antiqua seu ritus ordove missam celebrandi antiquus, substituta ei seculo octavo senescente, liturgia Romana, usurpari in Galliis, uti apud omnes modo in confesso est, sub Caroli Magni principatu primum desiit; hinc autem consectarium est, ut tam diu certe ante Hilduini ætatem, quamdiu hic statuit, in regno illo abrogata haud fuerit, ac proin, ut vel is scriptor, quod e trium supra memoratorum Romanorum Pontificum, Innocentii nempe, Gelasii ac ambobus hisce posterioris Gregorii, epistolis, datisque ad hasce Galliarum antistitum responsoriis colligi non poterat, perperam collegerit, vel ut monumenta isthæc suppositia fuerint ac spuria. Utrum interim, quod hic indagare nihil attinet, statuendum sit, e tempore equidem jam designato, quo Liturgia Gallicana antiqua abrogata in Galliis primum fuit,*

*nec in ipsis etiam, quibus Dionysius affectus fuerit, tormentis,*

AUCTORE C. B.

perspicue consequitur, ut ex eo, quod ad hanc duæ supra laudatæ de SS. Dionysio sociisque Martyribus Missæ essent exactæ, tantum hisce, quantam jam diximus, antiquitatem Hilduinus perperam tribuerit.

*tempore, quo scriptæ fuerunt, ob ea, quæ hic*

53 Cum enim antiquus, quo ordinatæ erant, ritus in Galliis, ut dictum, adhiberi non nisi seculo octavo jam senescente desierit, quid ni factum esse queat, ut primum seculo octavo medio circiter ac proin multo serius, quam Hilduinus statuat, fuerint compositæ? Ait quidem etiam hic scriptor, Missales libros, in quibus continebantur, adeo fuisse antiquos, ut nimia pene vetustate consumpti essent; verum cum libri hujusmodi e quotidiano ac continuo fere, quo in ecclesiis adhibentur, usu facile intra spatium haud admodum etiam longum terantur, fieri potest, ut libri Missales, qui nimia pene vetustate consumpti Hilduino visi sunt, ab octoginta aut etiam dumtaxat a septuaginta annis fuissent conscripti. Adhæc, arte typographica nondum inventa, in libris Missalibus, manu tum exarandis, folia nonnulla vacua solebant relinqui, seu Missis, seu precibus quibuscumque, quæ forsan temporis lapsu conderentur, novis capiendis destinata. Quid si ergo Missales libri, in quibus B duas supra laudatas de SS. Dionysio Sociisque martyribus Missas Hilduinus invenit, admodum quidem antiqui, hæ vero multo recentiores, ac ne citius quidem, quam post seculum octavum medium compositæ, illis etiam tum primum fuerint inscriptæ? Sane, cum nihil obstet, quo minus res ita fieri potuerit, haud immerito in dubium, num ita etiam vere sit facta, revocari potest.

*adducuntur incerto, firmandis magnum pondus adjicere queant,*

54 Nec est, quod reponas, ambigi vix posse, quin, cum Dionysius Sociique martyres jam inde verosimiliter a quinto ac forte etiam quarto Ecclesiæ seculo celeberrimum in Galliis cultum nacti fuerint, Missæ etiam de illis, quæ antiquissimæ essent, ac forsan etiam jam inde a seculo quarto compositæ, ibidem Hilduini ætate fuerint repertæ: utut enim id tantisper dederimus, tales tamen, quæ Hilduino præluxerunt, certo fuisse, non constat. Adhæc Mabillonius lib. 3 Liturgiæ Gallicanæ tria exhibet, ut jam supra innui, Missalia Gallicana antiqua, quorum primum seculo octavo ineunte, duo reliqua citius scripta fuisse, libri ejusdem initio docet; in nullo autem ex his, ac ne C quidem in omnium recentiori, seu primo recitanda de SS. Dionysio sociisque Martyribus Missa proponitur; ut vel hinc dubitare fas sit, an ante inchoatum seculum octavum, imo etiam an ante hoc jam multum provectum, Missæ ullæ, de SS. Dionysio sociique Martyribus compositæ, in Galliis fuerint repertæ. Jam vero, cum id ita sit, hincque adeo atque ex aliis jam dictis, an duæ ab Hilduino laudatæ seculo etiam octavo medio posteriores non sint, revocari in dubium haud immerito queat, hæ sane ne in tormentis quidem, quibus SS. Dionysium sociosque Martyres fuisse affectos, Visbii Conscriptio tradit, huic adstipulari grandeve pondus adjicere potuerunt.

*ad ea tamen explananda adhibuit;*

55 Verum, etsi res ita habeat, magnique adeo faciendæ non essent, eas tamen Hilduinus, non tantum veluti Visbii Conscriptioni adstipulantes laudavit, sed etiam una cum hac ad diversa tormentorum genera, quibus SS. Dionysium sociosque Martyres cruciatos, scribit, exponenda ita adhibuit, ut, quidquid de argumento isto memoriæ prodit, id totum fere ex iisdem Visbiique Conscriptione, suis tamen subinde, D quas verosimiles putavit, conjecturis intersertis, verosimillime deprompserit. Ea sedet sententia, quod, quamvis quidem Dionysius sociique Martyres, abscissis cervicibus, pro Christo occubuisse in Actis tum Græcis, tum Latinis memorentur, tormenta tamen, quæ ante id genus necis passi sunt, nec in iisdem Actis, nec in quibuscumque scriptis aliis singillatim exponantur.

*ita nihilominus, ut usui etiam forsan fuerint Acta edenda,*

56 Attamen, cum in Dionysianis Actis, a Bosqueto vulgatis, supraque jam pluries laudatis, sequentia hæc verba Terrore subjecto, multisque afflicti injuriis et suppliciis, verberibus macerati, Christianos se esse testantur, visoque percutientis ictu, Domini ac Dei nostri se famulos magna confessionis voce pronunciant, de SS. Dionysio sociisque Martyribus legantur, Acta illa Hilduino in describendis, quæ hi ante necem subierint, tormentis qualicumque etiam usui fortassis fuerint, uti etiam alia, quæ, ut jam monui, prævio huic Commentario subjicientur, quæque, quin Dionysius sociique Martyres multis pro fide tormentis excruciati fuerint, dubitandum non esse, sub finem innuunt. Certe una cum his valdeve similibus Bosquetiana Dionysii Acta, imo etiam alia, quæ et ab hisce et ab illis E haud parum in adjunctis differrent, Hilduino etiam præluxisse, credere me facit ipsemet hic auctor, in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num. XI sic scribens: Nos plures codicellos (exemplaria) exinde (Passionis S. Dionysii) vidimus, qui in quibusdam sensu videbantur concordare, sed litteratura dissonare; in quibusdam autem nec sensu, nec orationis tenore poterant sociari.

*quorum exemplaria varia, multum invicem dissonantia.*

57 Accedit, quæ in concinnata ab Hilduino Passione, Actisque, seu Bosquetianis seu a nobis edendis, narrantur, invicem subinde, si non in substantia, in adjunctis saltem notatu admodum dignis, tantopere discrepare, ut Hilduinum, nisi Acta etiam, quæ et a Bosquetianis et ab hic edendis multum differrent, aut horum saltem exemplaria, quæ ab exemplaribus penes nos exstantibus haud parum essent diversa, præ oculis habuerit, interdum et conjecturis longissime quæsitis, imo vix, ac ne vix quidem tolerandis, indulsisse, et conclusiones, ægerrime ex iis, quæ legisset, eruendas, formasse, sit necssse; hoc autem, etsi etiam Hilduinus (adi, quæ num. 14 et seq. F disserui) auctores subinde e præjudicatis suis opinionibus minus fortassis recte interpretatus sit, eaque etiam, quæ in scriptis antiquioribus (adi, quæ num. 6 et sequentibus dicta sunt) subobscure dumtaxat contenta reperit, lectori quodammodo, veluti aperte in hisce tradita, proponat, adstruendum non videtur, si modo, quæ nec in Actis mox dictis, nec in quibuscumque aliis seu jam memoratis seu infra memorandis scriptis continentur, litterisque tamen ab eo mandantur, aliunde, quam e conjecturis conclusionibusque hujusmodi, depromi potuerint, reque etiam deprompta, haud immerito, uti hic, maxime ob Hilduini verba proxime recitata, fit, æstimari queant. Porro, ut, quod præsenti § proposui, jam absolvam, Hilduinus documentis, quæ ad Dionysii Passionem concinnandam adhibuit, duos etiam Hymnos, quorum alter ab Eugenio, Toletano episcopo, alter a Venantio Fortunato fuerit compositus, in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto accenset.

58 Prior Dionysium Areopagitam cum Parisiensi

*una cum aliis adhuc hic recensitis præ oculis habuit.*

A *risiensi apertissime confundit: posterior autem, hunc a Clemente Papa in Gallias missum fuisse, haud obscure indicat. Verum, cum quidem* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi neutiquam confundat, institutum nostrum exigit, ut de eo, non hic, sed infra in dando de Dionysio Parisiensi Commentario tractemus: quod autem ad Hymnum, qui ab Eugenio, Toletano episcopo, fuerit compositus, jam spectat, spurium illum esse ac suppositititium, pro indubitato est habendum, uti infra, quod fieri id ibidem, quam hic, queat commodius argumento non uno probabo, cum de duobus Dionysiis, Areopagita et Parisiensi, invicem distinguendis sermonem instituam. Atque hæc sunt, quæ de Latinorum fontibus, e quibus Hilduinum hausisse, vel de ipsius hujus scriptoris dictis, vel aliunde liquet, dicenda hic habebam. Ceterum, quod hic monendum adhuc restat, iis etiam Aristarchi ad Onesiphorum epistolam, utut Græce, si Hilduino hic fides sit, primitus conscriptam, accensui, quod, non a viro natione Græco, sed a Gallo, qui Græce nosset, atque ad Ecclesiam Latinam spectaret, exarata ac conficta verosimillime fuerit, uti ex iis, quæ*

B *supra disserui, haud difficulter quisque perspiciet. Ad documenta Græca, quæ Hilduino etiam præluxisse videntur, nunc accedamus.*

## § IV. Neutram a Græcis Dionysii Passionibus, quarum alterum Chiffletius, alterum Lansselius et Corderius vulgarunt, S. Methodio adscribendam, ambasque e Latinis fontibus promanasse.

*Passio, quam Lansselius ac Corderius vulgarunt,*

*Dionysianam quampiam seu Vitam seu Passionem a S. Methodio, Patriarcha Constantinopolitano, Græco idiomate fuisse contextam, indubitatum est e duabus a Surio ad Areopagiticorum calcem hodie vulgatis Epistolis, quarum alteram anno, uti e Chronicis, quibus in fine munitur, notis liquet,* 876 *Anastasius Bibliothecarius, alteram haud diu post Hincmarus, Re-*

C *mensis archiepiscopus, ad Carolum Calvum imperatorem, anno dein* 877 *vita functum, scripsit. Utriusque, quæ rem plane evincunt, verba huc transcribo. In priori, a Chiffletio in Dissertatione de uno Dionysio etiam recitata, sequentia isthæc sub initium Anastasius suppeditat.* Passionem, *cujus, ut post ait,* textum beatus Methodius, *urbis Constantinopolitanæ Pontificio, ut loquitur, functus,* edidit, sancti hieromartyris Dionysii, quondam Areopagitæ, postque Athenarum antistitis... etiam inter diversos languores positus, arrepto interpretandi certamine, Latino eloquio tradidi; *in posteriori vero, epistolis etiam, ab Hincmaro ad Carolum Calvum scriptis, a Flodoardo lib.* 3 *Historiæ Remensis, cap.* 18 *sub finem annumerata, exhibet initio Hincmarus ista* : Lecta beati Dionysii passione, a Methodio, Constantinopolim Roma directo, Græce dictata et ab Anastasio, utriusque linguæ perito et undecumque doctissimo, sanctæ Sedis Apostolicæ bibliothecario, Latine conscripta, sicut in Præfatione sua (*epistola ad Carolum Calvum jam dicta*) narrat, recognovi his, quæ ibi scripta sunt, ea, quæ in adolescentia legeram, consonare. *Verum quænam est illa, quam verbis hisce Anastasius et Hincmarus memorant, S. Dionysii Passio, a S. Methodio, Patriarcha Constantinopolitano, Græce conscripta? Esse illam ipsam, quam primo Parisiis anno* 1615 *Lansselius, ac deinde Antverpiæ anno* 1634 *Corderius, ambo Societatis Jesu sacerdotes, una cum Operibus, sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solitis, vulgarunt, nonnulli existimant; verum perperam omnino, uti, quæ subdo, evincunt.*

*auctore C. B.*

60 *Cum Dionysii Passio, a Methodio Græce contexta, omni dubio procul cum Hincmaro, statim atque ab Anastasio in linguam Latinam fuisset conversa, aut certe haud diu post, uti modo allegata suadent, fuerit communicata, haud dubie is scriptor, quænam ea esset ac quid complecteretur, apprime habuerit perspectum; ita autem de eadem, a se jam perlecta, verbis mox ex parte recitatis, loquitur:* Recognovi his, quæ ibi (*in Dionysii Passione, a Methodio Græce adornata Latineque ab Anastasio reddita*) scripta sunt, ea, quæ in adolescentia legeram, consonare, videlicet per quos ac qualiter gesta martyrii beati Dionysii Sociorumque ejus ad Romanorum cognitionem, indeque ad notitiam Græcorum pervenerint. *Fuerit itaque, uti ex his Hincmari verbis nemo non eruet,* Per quos ac qualiter gesta martyrii beati Dionysii Sociorumque ejus ad Romanorum cognitionem indeque ad notitiam Græcorum pervenerint, *in Dionysiana, quam Græce Methodius scripsit Latineque Anastasius reddidit, Passione expressum; quod cum sic habeat, nec id ullo modo in supra dicta, quam Lansselius ac Corderius edidere, Passione uspiam exprimatur, fit vel hinc, non esse hanc Dionysii sociorumque Martyrum Passionem, a Methodio Græce scriptam Latinitateque ab Anastasio donatam, certum omnino atque indubitatum.*

*S. Methodium haud habet auctorem,*

E

61 *Hinc porro consectarium jam fit, ut, cum illud in Dionysiana Passione altera, quam, veluti a Methodio Græce scriptam Latineque ab Anastasio redditam, Chiffletius in sua de uno Dionysio Dissertatione exhibet, nuspiam pariter ullo modo exprimatur, omni dubio procul nec ista sit Dionysii sociorumque Martyrum Passio, a Methodio Græce contexta Latinitateque ab Anastasio donata, perperamque adeo pro hac a Chiffletio ibidem obtrudatur. At vero, inquit de* F *Dionysiana, quam vulgavit, Passione Dissertationis cit. pag.* 47 *hic scriptor,* Dubitare non licet, quin hæc ipsa sit Passio S. Dionysii, a Methodio conscripta, id affirmante ejus interprete Anastasio, ac subinde Hincmaro, Remensi archiepiscopo, cujus ad Carolum Calvum epistolas recensens Flodoardus libro 3 Historiæ ecclesiæ Remensis cap. 18, « Item, » inquit, « de Passione « S. Dionysii, a Methodio Constantinopolitano « Græce dictata et ab Anastasio, Romanæ Sedis « bibliothecario, Latine conscripta, et de vita vel « actibus beati Sanctini, et quid in his invenerit de « commemoratione S. Dionysii. « *Sane, quin Dionysiana Passio, quam Anastasius simul et Hincmarus, recitatis scilicet num.* 59 *verbis, pro Methodii fœtu habuere, Methodii reipsa fuerit, dubitare nec fas est, nec porro velim; ast unde, quæso, de Passione, quam vulgavit, sermonem ibidem esse binis illis scriptoribus, Chiffletius vel perspectum habuit vel collegit?*

*uti nec altera, a Chiffletio,*

62 *Præcipue, ni fallar, ex eo, quod, quam supra laudavi, Anastasii ad Carolum Calvum epistolam*

*qui, cur contrarium*

AUCTORE C. B.

*epistolam Passioni, quam edidit, Prologi seu Præfationis loco in visis sibi, quæ utramque complectebantur, manuscriptis exemplaribus invenerit præfixam. Verum hinc, quod putavit confícere haud potuit. Subinde enim fit, ut, quæ ad idem argumentum spectant, serie non interrupta, quasi ad eumdem etiam auctorem spectarent, in libris ac maxime manuscriptis codicibus exarata reperiantur, etsi interim auctores habeant omnino diversos. Rei hujus exemplum, cui similia haud pauca aliunde etiam possent adduci, in ipsa, de qua hic agimus, materia codex noster P Ms.* 159 *opportune suppeditat; in hoc enim, quæcumque in Bosquetiana Dionysii Passione, per anonymum scripta, ab initio usque ad hæc sequentia,* Igitur post Domini nostri Jesu Christi salutiferam Passionem, *verba occurrunt, Prologi seu Præfationis loco Hilduini Areopagiticis serie non interrupta præmittuntur, etsi interim alium hæc, alium illa auctorem citra omnem controversiam habeat. Ast, inquiet forsan non nemo, ipsemet titulus, quem Dionysiana a Chifletio edita Passio præfert, Methodium hujus auctorem facit. Fateor, sic habet verum quid si illum is ipsus scriptor lucubrationi isti a præjudicata,* B *qua Methodio eam adscribendam putabat, opinione præfixerit? Id sane abs illo non factum, neutiquam constat; sed esto etiam, singula tria, in quibus Chiffletius, uti ipsemet Dissertationis supra dictæ pag.* 5, *ait vulgatam a sese Dionysii Passionem reperit, manuscripta bonæ notæ exemplaria titulum memoratum prætulerint, nec hinc eam Methodio recte vindices.*

*senserit, exponitur, in lucem emissa,*

63 *Quid ni enim factum esse queat, ut, qui trium illorum exemplarium (neque enim omnia ejusdem ætatis reor) antiquius descripsit, leviusculis dumtaxat ratiunculis inductus expressam in hoc Dionysii Passionem Methodio tribuendam judicarit, ideoque titulum præfatum exarato a se exemplari perperam præfigens exemplo suo nihilominus, ut duo reliqua eodem postea fuerint munita, effecerit? Enimvero, quo minus id hoc modo fieri potuisse credatur, nihil prorsus officit, ac proin vulgatæ a Chiffletio Passionis titulus, etsi etiam singulis hujus dictis tribus exemplaribus fuisset præfixus, Methodio illam contra formatum e supra relatis Hincmari verbis, quod eamdem sancto isti Constantinopolitano patriar-*C *chæ abjudicandam invicte probat, argumentum vindicare nulla ratione potest, nedum reipsa vindicat. Quod cum ita sit, certeque quam Chiffletius edidit, Dionysii Passio a Methodio ex jam dictis scripta non sit, Baronius ac Vossius, periisse modo, quæ Methodium habuit auctorem, Dionysii Passionem, verosimillime haud immerito scripserint, certeque adeo hac in re Pagius scriptorum illorum priorem, quod, ut putabat, Methodiana Dionysii Passio a Chiffletio esset edita, haud recte in Criticis ad annum* 876 *num.* 12 *carpserit.*

*tam hæc autem, quam illa, quæ Metrodoro attribuendo,*

64 *Verum a quo, quam Chiffletius edidit et a quo item alteram, quam Lansselius ac Corderius vulgarunt, Dionysii Passionem statuemus fuisse conscriptam? Cum prior unice Methodio reperiatur attributa, nec hunc tamen, ut jam probatum, habeat auctorem, a quonam fuerit contexta, prorsus in obscuro est; quod autem ad posteriorem, seu illam, quam Lansselius ac Corderius vulgarunt, spectat, titulus, quem apud ambos hosce editores præfert, per Methodium, vel, ut alii volunt, per Metrodorum concinnatam esse, indicat : cum autem Methodium, uti ex supra dictis liquet, auctorem non habeat, nec* D *quidquam, quo minus Metrodoro possit attribui, impediat, fuerit verosimillime abs hoc reipsa conscripta, etsi interim nominis hujus auctor, a quo promanasse queat, nec scriptorum seu antiquis seu novis Catalogis insertus, nec aliis quibuscumque litterarum monumentis consignatus reperiatur, ac proin non nisi imperfecta, imo prope nulla illius suppetat notitia. Verum quiscumque demum sit, tam is equidem, quam qui Passionem, a Chiffletio editam, adornavit, Gallorum seu Romanorum, aut certe, qui ex hisce ipsimet haussissent, Græcorum recentiorum scripta ante oculos habuerit. Unde enim alioquin discere potuisset, quæ de Dionysii obitu seu transitu memoriæ prodit, de quo, ut Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 10 *ait,* Græci scriptores, (*de antiquis loquitur*) nihil omnino, *quod* eis penitus propter terrarum longinquitatem eventus ille fuerit incognitus, *litteris mandarunt?*

*ex Actis Latinis, uti hic,*

65 *Hacne forsan in re falsus fuerit Hilduinus? Id hic examinare ad institutum nostrum haud spectat; verum utcumque habeat, ea equidem, e quibus, Passionis Græce, a Chiffletio editæ, auctori Passionem Latinam præluxisse, haud* E *immerito colligas, ipsemet hic scriptor suppeditat. Etenim, quo Eusebium, et Dionysianæ, quam, ut ait, ante oculos habuit, Passionis auctorem, quorum alter decimo tertio, alter decimo quarto Neronis anno SS. Petri et Pauli martyrium innexuit, in concordiam adducat, priorem e Græcorum, posteriorem e Latinorum annos computandi more esse locutum adstruit; eo autem in finem dictum recursurus fuisse non videtur, nisi pro auctore Latino (Eusebium enim pro Græco indubie habuerit) Passionis sibi prælucentis, quæ proinde sermone Latino fuerit contexta, scriptorem habuisset. Verum, sciscitabere, quænam illa fuit, quæ editæ a Chiffletio Passionis Græcæ auctori præluxit, sermone Latino exarata Passio? Uti hæc, ita etiam illa, quam Lansselius ac Corderius vulgarunt, SS. Apostolorum Petri et Pauli martyrium decimo quarto Neronis anno affixit, earumque insuper lucubrationum prior cum posteriore, uti et cum Latinis, quæ* § 1 *et* 2 *discussimus, quæque, ut ibidem monuimus, Commentario huic subdemus,* S. Dionysii *Actis, in adjunctis non paucis atque in ipsa etiam substantia ubique fere consonat : quod cum ita sit, am-* F *bas ex iisdem hisce vel certe haud multum absimilibus Actis Latinis fuisse concinnatas, sat verosimile apparet : ac Chiffletianæ quidem Passionis auctor ita lucubrationem hanc suam scripsit, ut Latina illa Acta paraphrastice, uti apparet, reddiderit, observationibusque, de penu sua depromptis, plurimum auxerit.*

*ac maxime quidem quantum ad posteriorem*

66 *Quod autem ad Metrodorum seu vulgatæ a Lansselio et Corderio Passionis Græcæ auctorem spectat, ita hic interpretis functus est, officio, ut eadem Latina Acta, nullis propemodum vel certe dumtaxat paucis mutationibus additionibusve factis, accurate ut plurimum expresserit. Et vero Acta præfata cum scripta ab auctore illo Passione ad amussim fere ubique adeo conveniunt, ut certe vel hanc ex illis, vel illa ex hac per interpretationem promanasse, omnino sit necesse. Ac ego quidem idcirco, utrum statuendum foret, initio hæsitavi; verum diversis, quibus ambæ lucubrationes istæ constant, sententiis, locutionibusque etiam, quibus harum singulæ concipiuntur, sedulo expensis, Latina, de quibus hic,* Dionysio

A sio Areopagitæ *afficta Acta, non e Græca Metrodori lucubratione, sed hanc ex illis, adhibita a scriptore illo Græco, qui Latine adeo etiam noverit, interpretatione, profluxisse, deprehendi: qua autem potissimum ratione eo pertigerim, expono. Sequentia hæc verba.* Matrona quædam, Catulla nomine, quæ, licet paganorum adhuc erroribus teneretur addicta, converti tamen ad fidem Christi per exempla Martyrum se desiderare et mente monstrabat et opere, *in Latinis, quæ edemus, Actis num.* 14 *occurrunt; obvio autem ac naturali, quem animo offerunt, sensu spectato, iis auctor matronam, de qua agit, gentilium adhuc erroribus fuisse implicitam, recte affirmat, nec nisi parum apte, gentilium adhuc terroribus seu metu fuisse correptam, asseruisset.*

*argumento uno* 67 *Quapropter, cum eo nihilominus loco, qui proxime recitatis Actorum Latinorum verbis in concinnata a Metrodoro Dionysiana Passione respondet, matronam eamdem gentilium metu fuisse correptam, scriptor hic tradat. id enimvero argumento est, ei præluxisse Acta præfata Latina, in quibus, quod difficiliori, quam ut commode ac*
B *emendate legi possent, charactere scripta essent, vocabulum* terroribus *pro vocabulo* erroribus, *parvo dumtaxat unius literulæ discrimine inter utrumque intercedente, perperam legerit. Porro argumenti vis ex eo augetur, quod is, qui Acta prædicta Latina contexuit, vocabulum Græcum* φόβος, *quo ad metum significandum Metrodorus Passionis a se scriptæ loco cit. utitur, nullo certe modo, si hanc ad lucubrationem suam concinnandam adhibuisset, Latine per vocabulum* error *interpretaturus, ac proin nec matronam, de qua agit, gentilium adhuc erroribus fuisse correptam, scripturus fuisset. Adhæc ut Actorum Latinorum auctor vocabulum* error, *ita etiam Metrodorus vocabulum* φόβος *plurali Numero effert; cum autem ille quidem apte, hic vero inepte, ut consideranti fiet perspicuum, id faciat, hinc iterum, Acta Latina, quæ etiam quantum ad pluralem, quo utuntur, numerum exprimere voluerit, ei præluxisse, haud prorsus immerito arguas.*

*alteroque item,* 68 *Verum, ut adhuc clarius res patescat, en eam alio præterea modo firmatam. Latina, quæ, ut supra jam monui, e codice nostro Fuldensi*
C *QMS.* 6 *edituri sumus, S. Dionysii sociorumque Martyrum Acta num.* 15 *sic habent*: Fidelibus suis *(matrona Catulla)* archana sui pectoris reseravit, ut subtracta preciosa corpora Martyrum beatorum in secto procul ab urbe memorata lapide in agello, quem segeti paraverat affuturum, latenter absconderent; qui jussa complentes, festinanter, quod eis præceptum fuerat, exequuntur; *in binis eorumdem Actorum exemplaribus, quorum alterum habemus e Ms. Audomaropolitano acceptum, alterum codex noster PMS.* 155 *suppeditat, loco vocis* secto, *quæ una ex jam recitatis est, legitur vox* sexto, *et recte quidem, quantum opinor; præterquam enim quod lectioni isti etiam Dionysiana Passio, ab Hilduino conscripta, num.* 34 *congruat, Martyrum corpora sexto ab urbe Parisiensi lapide seu milliari in agello, sementi parato, occultari jussa fuisse, reque etiam ipsa fuisse occultata seu sepulta. Actorum auctor significare verosimillime, ne dicam indubie, voluerit, maxime cum Bosquetiana etiam, quæ, ut supra docui, ei præluxere, S. Dionysii sociorumque Martyrum Acta, eodem ab urbe Parisiensi spatio seu* in sexto, *ut pariter loquuntur, ab ea* lapide, *factum id esse, notent. At vero, ut ad rem modo veniam, Metrodorus seu vulgatæ a Lansselio et Corderio Passionis Dionysianæ auctor, non loci, quo Martyrum corpora occultata seu sepulta fuerint, ab urbe Parisiensi distantiam assignat, sed* in saxo, quod in agello, ad sementem parato, situm esset, ἐν τῇ πέτρᾳ, τῇ εἰς μικρὸν κειμένῃ πεδίον, τὸ ἑτοιμασθὲν εἰς σπορὰν, *condita fuisse, dumtaxat tradit.*

OCTOBR. C. B.

69 *Quod cum ita sit, nequit sane ex hoc scriptore hausisse Actorum Latinorum auctor, quæ de loci, quo eadem corpora occultata seu sepulta fuerint, ab urbe Parisiensi distantia memoriæ prodit; contra autem ex hujus lucubratione illum, quæ de dictorum corporum loculo seu saxo, in quo fuerint sepulta, scribit, haurire potuisse, reque etiam ipsa, quod huc potissimum spectat, verosimillime hausisse, jam nunc subdenda ostendent. Nominibus, ablativo casu elatis, quæ locorum distantiam significant, præpositionem* in *præfigere syntaxeos exactæ leges non permittunt. Quapropter cum ista præpositio in supra laudato, quod codex noster Fuldensis exibet, Actorum Latinorum exemplari (adi, quæ proxime recitavi, hujus verba) nomini* lapis, *adjunctoque huic, non* E *numero ordinali* sextus, *sed Participis* sectus, *ablativo casu elatis, præfigatur, est sane, cur vocabulis iis, non loci, quo Martyrum corpora fuerint sepulta, ab urbe Parisiensi distantiam, sed sectum excisumve lapidem seu saxum, in quo veluti in loculo fuerint sepulta; designari, existimetur. Quid si erga Metrodoro Actorum Latinorum, quod Fuldensi nostro esset simile, exemplar præluxerit? Id enimvero reipsa factum, eumque proinde, quæ de Martyrum corporibus, in saxo, quod in agello, ad sementem parato, situm esset, occultatis seu sepultis scribit, e documento hujusmodi hausisse, verosimillimum, imo vero probe etiam certum, apparet. Ita autumo, tum quod alioquin, quo e fonte ea hauserit, edici haud queat; tum quod, vocabulo* lapis, *non tantum viæ mensuram seu milliare, sed etiam, et quidem primario, saxum significante, facillime factum esse queat, ut dicto vocabulo posteriorem hanc significationem, utpote cui id ex jam dictis prosit potius, quam obsit, in tali Actorum Latinorum exemplari inesse existimarit, in eaque etiam idcirco idem vocabulum loco cit. usurparit. En itaque, quod de Græca Metrodori* F *lucubratione a Latinis Commentario huic subdendis Actis per interpretationem deprompta autumo, alio adhuc, ut facere statueram, argumento jam roboratum; ac id quidem tam validum apparet, ut ei, quo illam opinionem meam adhuc magis stabiliam, nihil amplius addendum rear.*

et adjuncto.

70 *Verum, inquies, Metrodori lucubratio seu Græca, quam Lansselius ac Corderius vulgarunt, S. Dionysii sociorumque Martyrum Passio a Latinis illis Actis in nonnullis etiam, quæ notari digna sunt, adjunctis haud parum differt. Hac enim, Philippum quemdam, Hispaniæ episcopum, cum, ut narrant,* Dionysius *Romam ad Clementem Papam Athenis venit, missusque ab hoc ad Occidentis partes fuit, diem extremum in regione illa clausisse, num.* 4 *memorant; contra autem, eumdem Philippum tunc primum in Hispaniam a Clemente missum fuisse, elaborata a Metrodoro Passio notat. Adhæc, cum Dionysii fama ex annuntiato Evangelio longe lateque per Gallias fuisset dispersa, hanc etiam tum ad Domitiani imperatoris aures fuisse delatam*

*iis etiam, quæ in contrarium facere videntur,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

*tam, Acta Latina edenda dumtaxat tradunt; tunc autem etiam, de quo hæc ne verbum quidem, a Dominitiano Dionysium ad palatium imperiale arcessitum fuisse, Metrodori lucubratio prodit. Fateor; hæc in binis illis capitibus, aliisque insuper minoris momenti nonnullis a Latinis, quæ edemus, Actis subinde dissonat; verum quid tum?*

*solutis, probatur, verosimillime fuit contexta*

71 *Horum exemplaria, quæ invicem in adjunctis discreparent, non pauca olim, uti e supra dictis liquet, fuere inventa; ac ipsa etiam quæ, ut ante monui, penes nos exstant, sex exemplaria, etsi quidem ab initio usque ad locum, quo de Dionysii sociorumque Martyrum corporibus furto sublatis clanculumque sepultis agitur, ubique fere sat recte consonent, inde tamen ad finem usque haud parum ab exemplari, quod codex noster PMS.* 155 *exhibet, quinque exemplaria reliqua dissonant ac in eo inprimis, quod hæc quidem ab ipsismet, qui a Dionysio sociisque Martyribus ad Christum fuerant conversi, Christianis ecclesiam supra horum corpora fuisse exstructam, dilucide tradant; illud vero, a Chri-*

B *stianis aliis, qui serius vixere, rem hanc factam, haud obscure indicet. Quid si ergo, uti quantum ad hoc a dicto exemplari quinque alia exemplaria differunt, ita etiam quoddam olim, a quo exemplacia alia tum quantum ad Philippum, in Hispanias primum, cum Romam Dionysius venit, a Clemente missum tum quantum a Dionysium, ad Domitiani palatium arcessitum, differrent, exemplar exstiterit, idque in binis hisce capitibus Metrodorus expresserit? Nihil sane, quo minus et hoc et illud fieri potuisse credatur, repugnat, reque etiam ipsa factum, ex eo insuper verosimile potest videri, quod Latinorum, quæ edemus, Actorum exemplaria varia plurimum invicem in adjunctis discrepantia, non tantum olim fuerint reperta, atque hodie adhuc reperiantur, verum etiam cum Metrodoro, utut homine Græco, communicari, uti § seq. dicenda aperient, nullo negotio potuerint. Etsi itaque in duobus jam memoratis capitibus a Latinis, quæ edemus, Actis contexta a Metrodoro Græca Dionysii Passio dissonet, hæc tamen ex illis, ac proin, uti e jam supra dictis consequitur, etiam altera, quam Chifletius edidit, verosimillime est concinnata.*

C

## § V. Diversorum, ac nominatim eorum, quæ jam recensita, Actorum Græcorum ætas ac fides: cur nec hæc, nec Hilduiniana, et tamen, quæ § 1 memorata, Latina edenda, et qui cuncta, quæ ad Dionysium spectant, tractanda.

*Passio, quæ Metrodorum habet auctorem, ante, annum* 835.

*Latina, quæ edemus, Dionysii sociorumque Martyrum Acta inter annum* 750 *et annum* 800, *uti, quæ supra de eorum ætate diximus, commonstrant, fuere conscripta; quod cum ita habeat, atque, ut jam docui, ex iisdem Actis Metrodori lucubratio promanarit, necesse est, ut hæc sane ante tempus, quod inter utrumque annum proxime dictum intercessit, non fuerit elaborata: verum ipsone id tempore illo intermedio, an serius est factum? Metrodorus, etsi quidem Athenis a Paulo Apostolo Dionysium, Pa-* D *risiensem episcopum, fuisse conversum, scribat, eum tamen, contra ac scriptores tum Græci, tum Latini, qui post scripta Hilduini Areopagitica seu post annum* 835 *floruerunt, facere solent,* Areopagitæ *titulo nuspiam distinguit; quod cum ita sit, nec Acta Latina, quæ ei præluxere, tituloque illo, ut supra jam monui, Dionysium non distinguunt, pure ac simpliciter, nulla etiam uspiam nominis cujuspiam, argumento, quod tractabat, congrui, adjectione adhibita, interpretatus sit, lucubrationem suam ante scripta ab Hilduino Areopagitica seu ante annum* 835 *verosimiliter adornarit. Adhæc Tarasius, Constantinopolitanus ab anno* 784 *usque ad annum* 806 *patriarcha, sollicite per legatos suos, num* S. Dionysius, *primus Athenarum episcopus, qui, subragato sibi Athenis episcopo, Romam sese contulisset, in Gallias inde missus gloriosoque deinde martyrio ibidem fuisset consummatus, inquiri jussit.*

*imo etiam verosimiliter*

73 *Ita in suo ad Ludovicum imperatorem Re-* *scripto testatur Hilduinus, fidemque ea in re, ut-* *pote a qua haud multum ætate remotus vixerit, integram atque indubitatam mereri videtur, ma-* E *xime cum inquisitio illa vel in ipsis Galliis, nata-* *li Hilduini solo, vel, ut Chiffletius in sua de Uno Dionysio Dissertatione pag.* 72 *existimat, apud Hadrianum I Papam Romæ, unde facile ad Gallos rei notitia pervenire potuit, a Tarasii legatis instituta verosimiliter fuerit, idque, ut apparet, haud diu admodum post annum* 784. *Porro cum in rem dictam inquiri, et quidem sollicite, Tarasius jusserit, necesse est, ut certe, num quod de* Dionysio *primo Atheniensi episcopo, Romam profecto martyrii que deinde palmam in Galliis adepto, audierat, veritati esset consonum, dubitarit, et quidem non ob rationes qualescumque, sed ob tales etiam, quæ solidæ ei visæ fuerint; hæ autem, quantum opinor, e Gallorum de Dionysio Commentariis, Græceque ex his Sancti ejusdem per scriptores Græcos concinnatis, in quibus Atheniensis illius antistitis in Gallias missionem, toleratumque ibidem pro fide martyrium commemorari Tarasius noscebat, seu Vitis seu Passionibus verosimilius (neque enim, quem potius fontem habuerint, facile assignes) fuerint enatæ. Jam vero, cum Tarasius in rem dictam verosimiliter haud statim tunc, cum dubitare de ea cœpisset, inquiri jusserit, verosimiliter jam ab anno* F *circiter* 780 *ac forsan etiam citius fuerint et Commentarii, quos memoravi, cum Græcis communicati, et Græce ex iis seu Vitæ seu Passiones, quales dixi, conscriptæ.*

*tam hac quam altera, a Chifletio vulgata,*

74 *Ac nominatim quidem lucubrationibus hujusmodi tum scriptis (plures enim, quæ modo perierint, fortassis etiam exstiterint) binas supra memoratas, quarum alteram, ut docui Chifletius, alteram Lansselius ac dein etiam Corderius vulgarunt, accensendas opinor; posteriorem quidem ob ea, quæ, nonnullis præmissis, infra sum dicturus; priorem vero, quod anonymus hujus auctor hoc modo sub initium apum Chiffletium loquatur:* Dionysii beati Passio inventa est; Dionysii beati certamen, fratres, revelatum est; Dionysii desiderati et ab omnibus occultati sanctissimus finis illuxit; *quibus verbis cum summum suum, uti hæc consideranti patescet, de Dionysii Passione recens inventa gaudium profiteatur, lucubrationem, in qua id facit, mox tunc, cum Passionem, quam memorat, inveniri contigisset, indubie adornarit, ac proin, cum hæc omni dubio procul non alia, quam ipsa illa Latina,*

A *na, quam, ut num.* 65 *docui, sibi prælucentem habuit, Dionysii Passio exstiterit, tum statim, cum hanc habere incepit compertam. Verum quandonam id factum, seu, quod eodem recidit, quandonam primum Galli cum Græcis Latine conscriptos, qui Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *confundebant, eove conducebant, Commentarios communicarunt? Anno* 757, *uti ad hunc apud Cointium num.* 10, *et apud Pagium in Criticis num.* 6 *et* 7 *videre licet, Constantinus Copronymus, imperator Constantinopolitanus, munera ad Pipinum, regem Francorum, misit, fuitque de stabilienda inter duos illos principes amicitia per legatos, ultro citroque missos, tractatum.*

*jam inde, uti hic*

75 *Idem Constantinus Copronymus præter jam dictam, alteramque, qua filiam Pipini Giselam in matrimonium filio suo petiit, alias adhuc ad eumdem Francorum regem legationes misit, ac celeberrimam quidem anno* 764, *de qua ad hunc num.* 4 *et seqq. Pagius in Criticis, ibidem etiam docens, legationem ad Constantinum a Pipino pariter missam tunc fuisse. Anno* 781 *(adi ad hunc num.* 3 *in Criticis eumdem Pagium) Irene imperatrix ad Carolum Magnum legationem misit, qua*

B *hujus filiam natu majorem filio suo Constantino in matrimonium postulavit. Plurimum itaque commercii, quod aliis insuper æque certis indiciis non paucis, apud historicos ac annalistas passim obviis, haud difficulter posset probari, ab anno* 757 *ad annum usque* 781 *Græcos inter et Francos seu Gallos intercessit; ut sane hi cum illis Acta Latina seu hoc idiomate haud dudum, ut* § 2 *docui, post seculum octavum medium seu annum* 750 *conscriptos, qui* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem faciebant, aut hunc saltem a Paulo Apostolo Athenis fuisse ad fidem conversum, adstruebant, Commentarios communicare facillime tunc potuerint.*

*probatur, ab anno circiter* 780 *fuit adornata;*

76 *Quod cum sic habeat, re etiam ipsa id tum factum, vel ex eo verosimillimum apparet, quod Galli,* § 3 *a me memorati, qui alte a se imbibitam de uno Dionysio, Parisiensi simul et* Areopagita, *opinionem propagare seu aliis instillare conatu omni ac nisu indubie studuerint, aptam adeo id Commentariis seu Actis Latinis præfatis faciendi occasionem neglecturi fuisse neutiquam videantur. Jam vero cum e supra dictis*

C *vulgatæ a Chiffletio Passionis Græcæ auctor mox tunc, cum Passionem Latinam seu hoc idiomate exaratos Gallorum Commentarios, qui* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem faciebant eove conducebant, habuit compertos, adornandæ isti lucubrationi suæ manum admoverit, fuerit hæc verosimillime jam ab anno circiter* 780 *ac forsan etiam citius contexta. Hinc porro jam consequitur, ut verosimiliter tum circiter etiam Græca altera, quam supra memoravi, Dionysii Passio a Metrodoro fuerit conscripta; cum enim tam hæc, quam illa, ex iisdem, ut supra docui, Actis Latinis promanarit, nec altera alterius mentionem uspiam faciat, eodem circiter tempore ambæ verosimiliter fuerint contextæ. Atque ita modo, quam lucubrationes istæ ætatem habeant, sat prope definii; nunc quanti æstimandæ sint, subjungo.*

*neutra autem, cum ea quæ pro altera adducas,*

77 *Etsi quidem diu, imo, uti e jam allatis pronum est colligere, quinquaginta amplius annis ante scripta ab Hilduino Areopagitica seu ante annum* 835 *fuerint elaboratæ, vel ex eo tamen, quod, quemadmodum supra docui, e Latinis fidei quam maxime sublestæ Actis promanarint, exiguo dumtaxat in pretio merentur haberi, nihilque, quod memoriæ produnt, certum atque indubitatum sola sua auctoritate queunt efficere. At vero, inquies, Metrodorus sub lucubrationis suæ finem ita loquitur:* Neque enim a nostris moribus habuimus, aut a nostra prænotione, sed ex veteri narratione a nobis perfectum est; quæque pauca a certa firmaque antiquitate et a longis temporibus audivimus, ea, ut potuimus, litteris mandamus, non expositionem ex nobis ipsis ac temere aggressi, sed ut magnorum doctorum rerum gestarum narrationes habuimus, veriti Deum; *hisce autem verbis, sese, quæ in lucubratione sua memoriæ prodit, e narratione vetusta firmaque antiquitate hausisse, haud obscure indicat. Fateor, sic habet; verum quid tum? Hincne forsan consectarium sit, ut Metrodorus saltem, utpote qui, quæ scribit, e vetustis ac certis monumentis hauserit, fidem integram sibi adjungat?*

AUCTORE C. B,

*nihil etiam in hujus favorem*

78 *Minime vero: cum enim lucubrationem suam e Latinis, quæ edemus, Actis aut certe haud multum absimilibus concinnarit, quid si hæc, quæ, quemadmodum supra docui, magno haberi in pretio non merentur, illa ipsa fuerint* E *certæ ac firmæ, ut perperam putarit, antiquitatis monumenta, e quibus, quæ in litteras misit, deprompserit? Quod si id, ut potest, fortassis displiceat, aliud certe ad objectionem factam, quod subdo, responsum displicere non poterit. Cum laudata Acta Latina in linguam Græcam, uti e supra dictis colliges, Metrodorus converterit, interpretis, quo functus est, officium facit, ut per* veterem narrationem, certamque ac firmam antiquitatem *e quibus, quæ memorat, sese accepisse, ait, non alios intellexisse fontes sit censendus, quam e quibus se hausisse, anonymus eorumdem Latinorum Actorum auctor affirmat eo loco, qui proxime recitatis Metrodori verbis respondet. Audi proin, qui ille ibidem seu num.* 17 *et seq. loquatur.*

*evincant, fidem integram meretur;*

79 Ut hebetes, *inquit*, et indigni eorum (*S. Dionysii ac sociorum Martyrum*) vobis seriem passionis præsumpsimus intimare, non ex nostri ingenii capacitate aut proprii sensus industria, sed quod veterum fidelium nobis relatione patuit, et quæ ex parte in quibusdam paginulis veteranis pauca, ut potuimus, longe F spatio interlita didicimus. Nam, sicut majorum cognovimus colloquio peritorum, timentium Deum et studio sanctæ caritatis ardentium, multa de beatorum virorum præclaro certamine ... ob memoriam posterorum sacris studuerunt indere cartis, sed ... flammarum incendio feruntur esse consumpta. *Quæ itaque anonymus Latinorum, de quibus hic, Actorum Auctor memoriæ in hisce prodit, partim ex antiquiorum seu seniorum relatione, partim e scriptis quibusdam vetustis, uti verbis recitatis ait, deprompsit, hosque adeo adornatæ ab illo scriptionis fontes duos Metrodorus per* veterem narrationem certamque ac firmam antiquitatem *intellexisse est censendus. Jam vero, cum Acta illa Latina, etiamsi et e seniorum relatione et e scriptis quibusdam antiquis hausta, fidem certam atque indubitatam, ut* § 2 *docui, minime mereantur, quis duorum illorum fontium intuitu Metrodoriana, quæ ex iisdem Actis Latinis per interpretationem promanavit, lucubrationi potius, quam ex hisce, ut dictum, pariter derivatæ Chifflet-*

*iani*

AUCTORE C. B.

*tiani anonymi scriptioni, valorem hujusmodi ac pretium adscribat? Nemo sane, nisi qui, quod in re non sit, educi ex ea posse, existimarit.*

*nec est, cur vel Nicephorus vel Metaphrastes.*

80 *Porro, ut alio sermonem jam convertam, nihil etiam suppetit, quod majoris facere suadeat vel duas, quas, Græce a Nicephoro Callisto et Simeone Metaphraste conscriptas, Græce etiam una cum interpretatione Latina editis a se Antverpiæ anno* 1634 Dionysii Areopagitæ, *ut nonnulli volunt, Operibus Corderius adjunxit, S. Dionysii Vitas, vel Græcum, quod dictis Operibus Græce et Latine, Cassinate monacho Basilio Millanio interprete, Corderius pariter adjecit, encomium, eidem sancto Dionysio a Michaële syngelo, seu, ut alii scribunt, syncello, presbytero Hierosolymitano, adornatum. Etenim et Nicephorus Callistus, et Simeon Methaphrastes, qui* S. Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi confundunt, diu post varia, quæ idem faciebant, Gallorum cum Græcis communicata documenta, ac, quemadmodum inter omnes convenit, post ipsa etiam scripta ab Hilduino Areopagitica flo-*
B *ruerunt; cum autem, Dionysium, postquam gladio martyrium jam finiisset, amputatum sibi caput manibus propriis, quod et dicta Areopagitica tradunt, gestasse, ambo commemorent, sua verosimillime, imo indubie, vel ex hisce sublestæ omnino, ut infra dicam, fidei scriptis, vel ex similis furfuris anterioribus Latinis aliis seu, qui e Latinis nati essent, Græcis fontibus hauserint; ac ego quidem, cum Sanctorum Vitæ martyrumque Passiones. a Metaphraste conscriptæ, a Græcis olim plurimum usurpari soluerint, tribusque ampliusseculis post scriptoris hujus ætatem Nicephorus floruerit, sua hunc ex ipsomet Metaphraste deprompsisse, sat vero simile autumo; huic autem, nisi quæ forsan e proprio suo genio scripserit, Dionysianam, quæ a supra memoratis non nihil differret, Passionem præluxisse, vel ex eo suspicor, quod, non tantum, ut illæ, Dionysium caput suum, cum id jam recisum illi fuisset, aliquandiu manibus gestasse, sed et in mulieris, nomine* Catullæ, *sinum deposuisse, tradat.*

*vel etiam Syncellus majori in pretio habeatur ;*

81 *Ut ut sit, magni equidem in iis, quæ de Dionysio memoriæ produnt, Metaphrastem et Nicephorum faciendos non esse, satis superque e jam dictis liquet: quod autem ad Syncellum, qui,* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem pariter faciens, hunc a Paulo Apostolo ad fidem fuisse conversum, martyrioque deinde in Galliis coronatum, tradit, nunc spectat, etsi quidem verosimiliter (jam inde enim ab anno* 830 *floruisse narratur) ante scripta ab Hilduino Areopagitica seu annum* 835, *verosimillime tamen, non ante Gallorum Commentarios seu Latina cum Græcis communicata Acta, Græceque ex hisce ab anno circiter, ut supra docui,* 780 *ac forsan etiam citius concinnatas S. Dionysii Vitas seu Passiones, suum de eodem hoc Sancto encomium adornarit. Quod cum ita habeat, ac vix, quin illas ipsas aut certe hujusmodi lucubrationes ante oculos habuerit, dubitari queat, verosimillime, quæ de Dionysio commemorat, e luculentis dumtaxat fontibus seu nullius fere, uti e supra dictis colligere pronum est, valoris monumentis deprompserit, ac proin nec ipse magno in pretio videtur habendus. Dispiciat nunc studiosus lector, an permulti illi, de quibus in sua de Methodiorum scriptis Diatriba num.* 38 *Leo Allatius, Methodii ac Syncelli auctoritate ad Apostolorum tempora Dionysium, Parisiorum patronum, merito referant, ac cum* Dionysio Areopagita *faciant eumdem; quod ad me* D *pertinet, id sane eruditorum nemini, re penitius inspecta, probatum iri, puto.*

*qui posterior, quamvis quidem studio a veritate non declinarit.*

82 *Præterquam enim quod ex dictis Dionysiana sublestæ, ut docui, fidei Passio, a Lansselio ac Corderio edita, ne Methodium quidem, contra ac Allatius putavit, habeat auctorem, et is et Syncellus, non e scriptoribus antiquis Græcis, sed vel e jam sæpius memoratis Latinis nullius fere, aut certe, ut supra ostendi, exigui admodum pretii Actis, vel e Græcis quidem scriptoribus, sed qui recentiores essent, atque ipsimet e Latinis adulterinæ notæ monumentis haussissent, sua de Dionysio narrata acceperunt, uti facile est perspicere tum e jam dictis ac mox infra de Methodio dicendis, tum vel maxime ex eo, quod ne unus quidem scriptor Græcus, qui vel paulo ante annum* 780, *nedum jam inde ab ævo haud multum a Dionysii ætate remoto, floruisse certo sciatur,* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio, Parisiorum patrono, eumdem faciat, aut etiam, hunc a S. Paulo Apostolo, quod e jam dictis Syncellus ac, teste Hincmaro mox laudando, Methodius scripsere, ad fidem fuisse conversum martyrioque deinde in Galliis coro-* E *natum, memoriæ prodat. Absit sane, ut, Syncellum, nedum Methodium, virum sanctitate illustrem hocque nomine Operi nostro ad diem, quo in Latinorum æque ac Græcorum Fastis sacris celebratur,* XIV *Junii jam insertum, confictas a se vel ab aliis de Dionysio hujusque ac sociorum martyrio et rebus gestis historias ex humani, quem ambierint, favoris studio pro sinceris ac genuinis venditasse, veritatemque adeo prodidisse, affirmem.*

*nimia tamen credulitate peccavit, eademque etiam vitio Methodius,*

83 *Ast quid, quæso, magni piaculi admittam, si ambos illos, qui a vitæ morumque probitate plurimum commendatur, scriptores aliquantulum magis, quam par esset, in credendis sublestæ fidei narrationibus faciles fuisse, in animum induxero ac porro affirmaro? Nonne Joannes Damascenus, aliique non pauci aut paris aut certe haud multo minoris sanctitatis scriptores passim audiunt nimium creduli, hacque etiam de causa a viris non paucis eruditis juxta ac piis, qui crisim etiam dumtaxat modestam minimeque severam exercent, hodie carpuntur? Et vero Syncellum credulitate nimia laborasse, vel ex eo liquet, quod, quemadmodum e jam dictis facile erues, vel* F *Latinis adulterinæ notæ monumentis, vel Græcis, qui ex hisce hausissent, scriptoribus recentioribus fidem adhibuerit, suumque hisce de Dionysio sociisque Martyribus encomium accommodarit; quod autem ad Methodium spectat, etsi quidem non iisdem, quibus Syncellus, similis tamen, aut adhuc deterioris notæ scriptis credidit. Res e jam nunc dicendis patescet. In elucubrata a sese Dionysii Passione memoriæ ea Methodius prodidit, quibus consona Hincmarus, Remensis archiepiscopus, in adolescentia sua legerat. Ita ipsemet hic scriptor, cum Methodii lucubrationem, Latinitate ab Anastasio bibliothecario donatam, legisset, in sua ad Carolum Calvum epistola, certe e supra dictis non serius, quam anno* 877, *conscripta, est testatus. Verba ejus eo spectantia, ut ut supra jam data, iterum huc transcribo.* Recognovi, *inquit,* his, quæ ibi (*in Dionysii nempe Passione, Græce a Methodio scripta, Latineque ab Anastasio reddita*) scripta sunt, ea, quæ in adolescentia legeram, consonare; videlicet per quos et qualiter gesta martyrii beati Dionysii Sociorumque ejus ad Romanorum cognitionem

A tionem indeque ad notitiam Græcorum pervenerint.

*quod, quæ e laudata ab Hincmaro, qui ea adolescens legerat*

84 *Per quos itaque ac qualiter seu qua ratione ad Romanorum cognitionem indeque ad Græcorum notitiam S. Dionysii Sociorumque Martyrum passio pervenerit, Hincmarus adhuc adolescens legerat, illisque duobus capitibus consonare ea, quæ in Methodiana Dionysii Vita seu Passione scripta erant, jam senex, seu cum dictam ad Carolum Calvum epistolam dedit, invenit. Verum ubi Hincmarus, quæ memorat, in adolescentia legerat? In S. Sanctini, ut post verba, proxime recitata, declarat, Vita, a Wandelmaro abbate in quaterniunculis valde contritis inventa, ac, quemadmodum supra docui, haud diu admodum post seculum octavum medium verosimillime conscripta; hæc autem, quæ prout ad calcem dictæ Hincmari epistolæ exhibetur, ad Carolum Calvum una cum hac missa fuit, post Dionysii quem statim ab initio* Areopagitam *diserte appellat, vitæ seriem, ad illud usque tempus, quo ad martyrium is fuit quæsitus, concise ac breviter expositam, sequentia isthæc, ad præsens ar-*

B *gumentum spectantia, verba suppeditat.* Quos *(misso scilicet a Domitiano ad Dionysium comprehendendum lictores)* cum beatus Dionysius ad fines Parisiorum appropinquare comperit, Sanctinum et Antoninum ad se accersivit: quibus præcepit ut sermones et agones ipsius sollerter intenderent, et memoriæ commendarent: ac quibus tormentorum generibus per passionum supplicia corporis vitam finiret conspicientes, Romanæ Sedis Pontifici, et fidelibus, quos tunc ibidem invenerint, (quia unde in orbem Christianorum persecutio procedebat, illic ardentius conflagrabat) per ordinem nunciare quantocius studerent: eosque obnixi deposcerent, ut Atheniensium civibus ea nota facerent: quatenus et ipsi, Domino pro cursu laborum ejus expleto gratias agerent, et erga cultum ejus devoti fierent.

*S. Sanctini Vita*

85 Consummato siquidem beato Dionysio per martyrii palmam, Sanctinus et Antoninus, sicut eis præceptum fuerat, Romam iter aggredi maturaverunt: et venientes in Italiam, Antoninus valida febre correptus est. In cujus obsequiis per aliquot dies Sanctinus immoratus, consilio ac con-

C sensu ejusdem Antonini, ne præceptio beati Dionysii quacunque occasione impediretur, peragere cœptum iter disposuit: et sufficienter xeniis ac honestis linteis principi domus, in qua jacebat Antoninus, commissis, petiit et per Dominum obtestatus est eum, ut, si Antoninus convalesceret, exinde illi abundantissime ministraret: si vero vita decederet, honestissime sepeliret: et sic iter quod cœperat, peragendum arripuit. Et cum beatus Sanctinus fines Romanorum jam contigit, Antoninus vita decessit. Quem princeps domus, retentis omnibus, quæ sibi in obsequiis ejus commendata fuerant, stabuli sui, in quo animalia ejus manebant, axes levavit, et in fossam, ubi stercora et urinæ animalium defluebant, projecti, et desuper axes remisit. Quæ mox omnia Sanctinus per Spiritum sanctum cognovit, et cum maxima festinatione reversus ad domum, in qua Antoninum jacentem dimiserat, flens et dolens pervenit, et principem domus interrogavit: ubi est, inquiens, Antoninus frater meus carissimus? Is autem fictis gemitibus ac suspiriis, simulata mœstitia, mortuus est, inquit, et sicut mihi commisisti, ipsum honestissime sepelivi. Cui Sanctinus; mentiris, inquit, fili diaboli. In sterquilinium projecisti eum, virum sanctum et justum: et nunc veni mecum ad stabuli locum, in quem projecisti eum.

AUCTORE C. B.

86 Is autem, timore perculsus, non est ausus reniti, quin cum eo veniret ad locum, ubi eum projecerat. Et levantes inde axes, Sanctinus cum lacrymis clamavit voce magna, dicens: Antonine frater, in nomine Domini nostri Jesu Christi, pro cujus nomine et amore passus est pretiosus martyr Dionysius, surge et perficiamus simul obedientiam, quam idem pater et magister noster communiter nobis præcepit. Et statim Antoninus, stercore obvolutus surrexit: quem Sanctinus, de stabuli fossa extraxit, et diligentissime lavit, et mundis ac honestis vestibus induit: sicque offerentes Deo sacrificium laudis, Eucharistiæ corporis et sanguinis Christi participati sunt: et accipientes cibum confortati sunt, et iter cœptum aggredientes, Romam, auxiliante Domino; pervenerunt. Et jam beato Clemente martyrio coronato, in eadem Sede sanctum Anacletum, natione Græcum de Athenis, qui fuerat a beato Petro Apostolo presbyter ordinatus, consecratum E Pontificem invenerunt. Cui per omnia, sicut beatus Dionysius eis præceperat, actus et martyrii ejus ordinem narraverunt. Perfectoque negotio, ad civitatem Meldensium reversi, ubi sanctæ prædicationi ac piis operibus insistentes, Sanctinus plenus fide et virtutibus, ac bonis operibus, ad cœlestia regna transivit. Cui Antoninus in Episcopatu successit, et per plures annos in sancto officio degens, cum multiplici bonorum operum fructu et animarum lucro migravit ad Dominum.

*hic exhibentur,*

*commentitiaque prorsus sunt,*

87 *En per quos ac qualiter seu qua ratione secundum ea, quæ Hincmarus, adhuc adolescens, in Vita S. Sanctini legerat, ad Romanorum cognitionem indeque ad Græcorum notitiam S. Dionysii sociorumque Martyrum Passio pervenerit. Verum quis, quæso, artis criticæ adeo parum hodieque sit peritus, ut illam, qua id factum sit, rationem pro fabulosa prorsus ac commentitia non habeat? Quod ad me pertinet, vel totam, qua exponitur, narrationem jam datam, vel nullam umquam sola sua seu lectione seu expositione confutatam existimo. Quid enim? Dionysium,* F *martyrio proximum, Sanctino et Antonino, quæ in ea memorantur, dedisse in mandatis, id enimvero, uti a primorum Christianorum moribus quam maxime abhorret, ita omni prorsus veritatis specie destituitur. Adhæc quod de Antonino, in itinere Romam versus febri correpto, e vivis isthac sublato, in sterquilinium conjecto ac deinde a S. Sanctino, cui absenti, quæ de illo gesta fuerant, Spiritus Sanctus revelarat, ad vitam revocato, in dicta narratione etiam refertur, adeo absonum, adeo absurdum, adeo insulsum primo etiam intuitu apparet, ut vix uspiam aliud occurrat, quod anilis commenti speciem apertius præferat. Atque hæc vel sola, aliis etiam non paucis, quæ eodem conducentia possent afferri, silentio præteritis, narrationem, de qua hic, ac proin ea etiam exposita. qua ad Romanorum cognitionem indeque ad Græcorum notitiam S. Dionysii martyrium pervenerit, rationem fide omnino indignam, nec nisi pro puro ac puto figmento habendam, ostendunt.*

88 *Jam vero, cum res ita habeat, fueritque quantum ad rationem istam, teste e jam dictis*

AUCTORE C. B. *pro veris ac genuinis habuerit, laboravit, cumque sublestæ,*

*Hincmaro, Vitæ S. Sanctini seu num.* 84 *et binis seqq. jam datæ ex hac narrationi consona S. Dionysii Passio, a Methodio conscripta, consectarium fit, ut hic scriptor is fuerit, qui, quæ fabulosa prorsus essent ac commentitia, pro veris ac genuinis facile etiam admittere potuerit, ac proin ut non minus, quam Syncellus, credulitate nimia laborarit. Nec hoc tantum jam explanatus Methodii cum S. Sanctini Vita seu cum fictitia, quam ex hac jam dedi, narratione consensus nos docet, verum etiam anteriora, seu Latina, seu, quæ e Latinis fontibus promanassent, Græca S. Dionysii Acta, a Methodio (talia enim huic, uti e supra dictis, simulque ex eo, quod non nisi post Gallorum de Dionysio Commentarios, cum Græcis communicatos, imo non nisi, uti infra docebo, post seculum nonum aliquamdiu jam inchoatum scriptioni manum admoverit, facile colliges, verosimillime præluxerint) ad lucubrationem suam concinnandam adhibita, sublestæ exstitisse fidei; etsi enim, uti ex omnibus supra jam dictis eruere pronum est, et ab ante memoratis Latinis, quæ*
B *Metrodoro et Chiffletiano anonymo præluxere, Actis et ab elaboratis pariter per hos lucubrationibus Græcis distincta seu diversa indubie fuerint, fabulosam tamen, quam supra e S. Sanctini apud Hincmarum Vita jam recitavi, narrationem fuerint verosimillime etiam complexa.*

*quæ adhibuit Acta fidei fuerint, lucubratio ejus*

89 *Atque hoc postremum, seu fabulosam, quam dixi, narrationem in Actis, a Methodio adhibitis, contentam fuisse, hæcque insuper seculo octavo medio aliquantulum exstitisse posteriora, mihi sane verosimillimum apparet; ultimum quidem, quod fabulosa illa ac commentitia narratio ab anonymo Vitæ S. Sanctini, quæ, ut supra docui, post seculum octavum medium fuit conscripta, auctore primum litteris commendata, ex eaque dumtaxat deinde a scriptore altero in Latina Dionysii Acta illata verosimillime fuerit; primum vero partim hanc ipsam ob causam, partim etiam quod, cum S. Sanctini Vita, in qua, ut dictum, narratio illa primum fuit signata, cum Græcis, ut apparet, communicata numquam fuerit, ad verum quam proxime accessurus is videatur, qui, hanc vel e Latinis, vel certe e Græcis, quæ e Latinis promanassent, Dionysii Actis Me-*
C *thodium hausisse, adstruxerit. Utut sit, cum illa equidem seu Latina seu Græca Dionysii Acta, ad quæ, ut dictum, Sancti hujus Passionem Methodius verosimillime exegit, sublestæ, ut jam docui, fidei fuerint, consequens est, ut lucubratio illa, etsi modo, contra ac e supra dictis factum est, non periisset, magno tamen in pretio haud esset habenda, nec multum adeo iis, qui* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem faciunt aliave eo spectantia adstruunt, suffragari posset.*

*utut etiam ante annum 822 elaborata et e variis, quæ Anastasius*

90 *Nec refert, ab iis, qui duos Dionysios negant, Methodium tunc, cum Romæ apud Paschalem Papam Nicephori, patriarchæ Constantinopolitani, apocrisiarium ageret, stylo historico S. Dionysii res gesta esse prosecutum, lucubrationemque, qua id fecit, Romæ abs illo fuisse relictam, apud Leonem Allatium in scripta ab hoc de Methodiorum scriptis Diatriba num.* 40 *contendi; etsi enim hac in re illis, quod scripta a Methodio Dionysii Passio, cum Caroli Calvi jussu diu fuisset quæsita, Romæ tandem, uti apud Surium in sua ad hunc imperatorem epistola Anastasius Bibliothecarius testatur, fuerit reperta, assentiendum, ut mihi equidem apparet, verosimillime sit, ac proin Sanctus ille Constantino-* D
*politanus patriarcha inter annum* 810 *et annum* 822 *(tunc enim, uti, quæ de eo apud nos ad diem* XIV *Junii dicta, ostendunt, Romæ apocrisiarium egerit) suam de Dionysio lucubrationem verosimillime elaborarit, consectarium hinc tantum fit, ut, quæ in hac memoriæ prodit, ex Hilduini Areopagiticis, anno demum* 835 *circiter scriptis, non acceperit; at non item, ut quæcumque apud scriptores antiquiores Græcos prolixius de Dionysio exposita repererat, in compendium, ut volunt, retulerit seu scripta epitome contraxerit. Anastasius quidem, qui Dionysii Passionem, a Methodio scriptam, Latine vertit,* pauca *hunc* de multis præcedentibus scriptis excerpsisse, *in sua mox iterum laudata ad Carolum Calvum epistola nos docet; verum* multa illa præcedentia, *quæ commemorat,* scripta *a Græcis antiquioribus fuisse concinnata, non edidit.*

*laudat, scriptis composita, magno in pretio haberi haud meretur.*

91 *Fuerunt, ut supra docui, jam dudum ante annum* 822 *a Gallis, imbibitam a se de uno Dionysio, Parisiensi simul et* Areopagita, *opinionem propagare omni nisu studentibus, commentarii hunc in finem confecti seu Acta Latino idiomate conscripta atque etiam cum Græcis communicata. Quapropter, cum Commentarios seu Acta hujusmodi, et quidem plura, Methodius, dum Romæ ex dictis inter annum* 810 *et annum* 822 *versaretur, verosimillime, ut facile potuit, ita etiam reipsa præ manibus habuerit,* multa illa, *e quibus Dionysii Passionem, a Sancto illo tunc scriptam, compendio esse compositam, Anastasius in præfata epistola indicat,* præcedentia scripta *verosimillime haud alia fuerint, quam vel, quæ a Gallis Latine essent conscripta, mox laudata, vel quæ ex hisce promanassent, Græce idiomate, nisi forsan et hæc et illa Methodio præluxisse malis, a scriptoribus Græcis exarata. Jam vero, cum res ita habeat, omniaque illa seu Græco seu Latino sermone expressa monumenta magni facienda e supra dictis haud fuerint, Methodius fidem certam atque indubitatam, quam, ut docui, vel e solis, in quibus, de qua supra, fabulosa ac commentitia e S. Sanctini Vita primitus accepta narratio reperiebatur, Dionysii Actis adhibitis amisit, neutiquam sane vel e tempore, quo scripsit, vel e documentis, quæ, teste Anastasio, ad scribendum adhibuit, iterum sibi adjungere seu* F
*recuperare potest; ut proinde maneat, contextam ab illo lucubrationem seu S. Dionysii Passionem, etsi adhuc exstare, magno in pretio, ut jam supra statui, haud habendam, iisque adeo, qui Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *confundunt, haud magnopere etiam suffragaturam.*

*Hanc nihilominus, uti et haud melioris notæ supra memoratas*

92 *Verum qualiscumque tandem fuerit illa, quam Methodius conscripsit, S. Dionysii Passio, Hilduinus equidem tam hanc, quam supra memoratas haud melioris ex dictis notæ binas alias, quarum alteram Chiffletius, alteram Lansselius ac Corderius vulgarunt, ad lucubrationem, qua Dionysii gesta martyriumque est complexus, concinnandam verosimiliter adhibuit. Id quidem is scriptor nuspiam aperte edicit; verum in sua ad cunctos sanctæ Catholicæ matris Ecclesiæ filios num.* 1 *sic scribit :* Visum est mihi, etiam in hac parte quiddam sudoris impendere, ut notitiam de ordine conversionis et prædicationis atque adventus Romam, seu triumphalis martyrii beatissimi Dionysii, quæ maxime Græcorum continetur historiis et quasi sepulta antiquorum scriniis apud Latinos non modica portione

A tione servabatur obtecta, in lucem .... reducerem; *quibus verbis cum nomen* Historia *plurali numero efferat, non unam tantum, sed plures etiam Græcorum historias, id est, breviusculas, ut verosimillimum apparet, de Dionysio a Græcis scriptas lucubrationes, seu (neque enim Græcorum generis alterius historiæ, quæ hic ab Hilduino relata maxima ex parte contineant, notæ sunt) Sancti ejusdem Græco sermone exaratas Passiones sibi ante oculos fuisse, sat clare indicat; cum autem, quam memorat, de Dionysio notitia apud Latinos, ut ait,* non modica portione *servata obtecta, maximamque partem in Græcorum Historiis seu Græco idiomate exaratis S. Dionysii Passionibus fuerit contenta, tales lucubrationes verosimiliter non tantum ante oculos habuerit, sed et ad dictam notitiam in scripta a se Dionysii Passione lectori exhibendam adhibuerit.*

*Dionysii Passiones, spuriaque,*

93 *Ac ego quidem, cum Hilduinus, nihil Græcos scriptores (antiquos scilicet, neque enim alias, quod memorat, verum esset) de* Dionysii Areopagitæ *obitu, quod hujus transitus propter terrarum distantiam penitus illis fuerit incognitus litteris mandasse, factamque Dionysii a B. Clemente Papa in Gallias missionem* in Latinorum paginis *commemorari, in suo ad Ludovicum imperatorem rescripto affirmet, duo hæc seu S. Dionysii in Gallias missionem ac obitum seu martyrium omniaque eo spectantia, quæ in Areopagiticis suis memoriæ prodit, e Latinorum scriptis, ac nominatim quidem e Latinis, quæ edemus, aut saltem haud multum absimilibus Actis, maximeque e supra memorata Visbii conscriptione, cui et Missæ duæ Hymnique item duo, § 3 memorati, addi queunt, illum hausisse, in animum induco; pleraque vero, quæ de Dionysii Romam adventu omnibusque hunc prægressis commemorat, accepisse fere vel ex Aristarchi ad Onesiphorum epistola, vel e Græcorum historiis seu supra memoratis aliisque similibus (neque enim, quo et plures aliæ ei præluxisse credantur, quidquam obstat) Græce exaratis Dionysii Passionibus, quarum tamen nullum vel subobscuro etiam dumtaxat indicio uspiam designat, forte quod e Latino, quem sibi prælucentem habuit, Passionis Dionysianæ libello seu et Latinis, quæ edemus, Actis concinnatas esse, observarit, hincque illas designando nihil sese momenti ad suas de Dionysio narrationes adjecturum, existimarit.*

*quæ supra recensui, scripta ad Areopagitica concinnanda Hilduinus adhibuit*

94 *Nec illa tantum, sed alia adhuc, quæ nullo pariter indicio designat, scripta Hilduinus sibi prælucentia habuit ac fortassis etiam ad suam de Dionysio lucubrationem elaborandam adhibuit. Audi, qui in suo ad Ludovicum imperatorem rescripto num. 7 loquatur.* Et, *inquit,* hæc, *de Dionysio nempe scripta,* quæ habemus, ut exorata priorum nostrorum venia dicamus, abdita et negligenter relicta reperimus; et alia, necdum prolata, quia non adhuc sunt ad liquidum enucleata, nos possidere lætamur. *Ita ille; verum qualiacumque, quæ in lucem prolata seu passim cum aliis, dum Arcopogitica sua scriberet, communicata nondum fuisse, Hilduinus hic innuit, scripta illa fuerint, ea equidem, quæ etiam fortassis, ut jam dixi, scriptor is adhibuerit, characteris haud melioris, quantum reor, exstiterint, quam supra memorata, id est, quam Visbii conscriptio, quam Aristarchi ad Onesiphorum epistola, quam Latina, quæ edemus, S. Dionysii Acta, ac tandem etiam quam alia, quæ ex hisce promanarunt, Græca seu a Methodio seu a Metradoro Chiffletianoque anonymo conscripta; quæ omnia cum vel fictitia vel certe sublestæ admodum, ut supra docui, fidei sint, iisque nihilominus fere omnia, quæ in Dionysianis Actis a se contextis memoriæ prodit, Hilduinus superstruat, merito enimvero, scriptorem hunc, etsi quidem, quæ scribit, veritati consona bona fide crediderit, testimonia tamen, quæ, ut dictis suis fidem conciliet, allegat, vel e scriptis apocryphis, vel certe fini isti minime idoneis accepisse, Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom. 4 pag. 611 pronuntiant.*

AUCTORE C. B.

*Isthæc idcirco non edentur, uti nec ulla*

95 *Atque ita modo de Hilduinianis Dionysii Actis, lutulentisque, e quibus hæc promanarunt, fontibus satis superque, quantum reor, est actum; nunc omnia, quæ eo spectant ac in medium huc usque allata sunt, studiosus lector æqua lance expendat, nec dubito, quin futurum sit, ut litterarium illum Hilduini fœtum contemnendum nullove in pretio habendum censeat; quod ad me pertinet, eum, ego reor, nec ipsi de uno Dionysio, Parisiensi simul et* Areopagita, *opinioni, cui tamen roborandæ fuit productus, patrocinari pondusve ullum posse adjicere. Quid plura? Lucubrationem hujusmodi, cujus totum prope argumentum vel e commentitiis vel e nullius fere fidei monumentis est acceptum, indignam prorsus censeo, ut locum in Opere nostro obtineat. Huic quidem spuria etiam ac nullius pretii Sanctorum Acta, ut vel lecta, quam parvi fieri mereantur, ipsamet prodant, subinde inserimus; verum id dumtaxat facimus, cum vel typorum beneficio vulgata nondum sunt, vel, si vulgata quidem sint, paucorum tamen dumtaxat in manibus versari noscuntur; Hilduiniana autem S. Dionysii Acta non tantum apud Maternum Cholinum, præmissa eis Matthæi Galeni Præfatione, Coloniæ Agrippinæ anno* 1563, *ac deinde iteratis anno* 1565 *typis Parisiis fuere in lucem emissa; verum etiam in amplissimam, quæ in bibliothecis passim reperitur, Actorum collectionem, a Surio curatam, exstant illata; ut pariter in Opus nostrum, quo et legi queant et vel lecta sublestam suam fidem ipsamet prodant, inferri minime debeant.*

*Acta Græca cur autem supra memorata Latina edenda,*

96 *Hinc etiam fit, ut nec ulla e Græcis, quæ et ipsa, utpote e fabulosis Actis Latinis deprompta, sublestæ, ut jam docui, fidei sunt, Dionysii Actis supra jam recensitis atque a Chiffletiano anonymo, Metrodoro, ac Metraphaste contextis, ad Commentarii hujus calcem, cum vel apud Chiffletium vel apud Corderium, a quibus edita sunt, legi possint, edenda existimarim, uti nec a Syncello adornatum, quod a Corderio pariter, ut supra docui, in lucem est emissum, Dionysii encomium. At vero, cum Acta Latina, § 1 alibique jam sæpius memorata, quæ, quemadmodum § 2 docui, sublestæ etiam ac nullius fere fidei sunt, typis hactenus nuspiam fuerint excusa, huic ea Commentario, uti me facturum, § 1 jam monui, subjungam, non tantum ut lecta, quam sint parvi facienda, ipsamet manifestent, verum etiam ut, cum a lectore et cum contextis ab Hilduino Actis, et cum scripta a Metrodoro sermone Græco Passione fuerint collata, vel ita ambobus hisce scriptoribus illa præluxisse, ac totum etiam propemodum scribendi argumentum eorum posteriori suppeditasse, evadat perspicuum, sicque, non Latina, quæ edemus, Acta e Metrodorianis Græco idiomate conscriptis, sed, quod § VI docui, hæc ex illis promanasse, unusquisque, qui ambas hasce lucubrationes sese inter conferre*

AUCTORE C. B. et quo ordine, quæ ad Dionysium

*conferre gravatus haud fuerit, dilucide perspiciat.*

67 *Porro, ut quod e præsentis § argumento adhuc restat, expediam, in dictis, quæ Commentario huic subjecturus sum, Latinis Actis S. Dionysius, quem Parisiensem episcopum faciunt, Athenis a S. Paulo Apostolo, quod de* S. Dionysio Areopagita *sacræ Paginæ referunt, conversus fuisse num.* 3 *narratur; sic autem, duobus Dionysiis, utut dumtaxat (adi num.* 27*) subtimide, confusis, tam quæ ad Dionysium Parisiensem, quam quæ ad* Areopagitam *spectant, uni eidemque Dionysio, qui* Areopagita *simul et Parisiensis fuerit episcopus, et ibi et aliis locis attribuuntur. Quod cum ita habeat, nec nisi, quæ ad* Dionysium Areopagitam *spectant, discutienda illustrandaque hic veniant, non omnia, quæ in iisdem Actis de Dionysio, Parisiensi simul et* Areopagita, *memoriæ prodita inveniuntur, sed ea dumtaxat, quæ a scriptoribus etiam, ambos Dionysios non confundentibus, litteris mandata ac* Dionysio Areopagitæ *adscripta inveniuntur, in prævio hoc Commentario discutiam usitatoque apud nos, ubi opus fuerit, more illustrabo, reliquis, ut examinetur ac porro dilucidentur, ad*

B *Commentarium, Actis S. Dionysii, Parisiensis episcopi, præmittendum, remissis. Sic quia, tum quæ de capite, a S. Dionysio, cum huic amputatum illud jam fuisset, portato, tum etiam de Sancti ejusdem ac sociorum Martyrum corporibus, muliere quadam adhuc ethnica, nomine* Catulla, *curante, furto sublatis sextoque ab urbe Pariensi lapide seu milliari terræ mandatis in subdendis Commentario huic Actis narrantur, haud etiam ab iis, qui a Dionysio Parisiensi* Areopagitam *distinguunt, litteris commendata huicque attributa reperiuntur, minime in hoc Commentario examinanda discutiendave arripiam. At vero, sciscitabitur forsan modo non nemo; an iis etiam dumtaxat, quæ et in Actis edendis memoriæ prodita, et a scriptoribus, qui Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *non confundunt, posteriori huic Sancto adscripta inveniuntur, examinandis debiteque, cum id visum fuerit congruum, illustrandis operam navabis?*

*spectant, cuncta tractanda sint, declaratur.*

98 *Neutiquam enimvero, sed iis etiam, quæ, quamvis, non in Actis, sed alibi tantummodo memorentur, spectare tamen ad* S. Dionysium Areopagitam *comperero. Attamen cum ea, quæ de Operibus,* S. Dionysio Areopagitæ *per plures auctores adscriptis, sacrisque hujus Sancti nostri lipsanis scripta*

C *inveniuntur ad eumque proinde spectant, seorsum a reliquis omnibus, quæ in prævio hocce commentario discutienda venient, commodius, ut apparet, queant tractari, Actis edendis, in quibus ne verbo quidem memorantur, appendices duas subjungam, quarum altera de Sancti nostri reliquiis, altera de Operibus, nomine ejus circumferri solitis, eique etiam reipsa per nonnullos, maxime olim, adscriptis, tractabo. Ceterum etsi quidem, quæ de duobus Dionysiis,* Areopagita *et Parisiensi, invicem distinguendis disputanda occurrunt, tam ad unum, quam ad alterum e binis illis Sanctis spectent, in hoc tamen de* Areopagita *Commentario, eorumne, qui hunc cum Dionysio Parisiensi confundunt, an contra eorum, qui alterum ab altero distinguunt, opinione sit standum, examinabo, quod modo de* Dionysio Areopagita, *et non nisi post de Parisiensi simacturus, lectoremque, antequam etiam, quæ de alterutro horum Sanctorum narrantur, discutere aggrediar, alterum ab altero distinguendum, edoceri, conveniat; cum autem, ut id, statim atque potest,*

*efficiatur, præstare etiam videatur, omnibus modo ac singulis, quæ sub* Dionysii Areopagitæ *Actorum Passionumve nomine veniunt, lucubrationibus discussis, pretioque, in quo quæque habendæ videantur, determinato, § proxime sequenti satis prolixum, quo de* Dionysio Areopagita *a Parisiensi distinguendo disserere, validioraque, quæ eo conducunt, argumenta proferre decrevi, tractatum exordior, huic postea reliqua, quæ ad* Dionysium Areopagitam *spectant, hocque in Commentario examinanda elucidandaque jam monui, subjuncturus.*

D

## § VI. Quanam ac quali sorte opinio, quæ Dionysium Areopagitam cum Parisiensi eumdem facit, pluribus seculis sit usa; qui seculo proxime elapso, cum diu obtinuisset, valide oppugnari cœpta ac tandem ab eruditis fere omnibus fuerit deserta.

E

*Opinio, quæ duos Dionysios confundit, haud diu, postquam obtinuisset,*

*Opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio, Parisiensi antistite ac martyre, eumdem facit, ante scripta ab Hilduino Areopagitica seu ante annum* 835 *nonnullorum animos jam occupasse, nemo ibit inficias, qui, quæ hactenus disserui, attento animo evolverit. Imo vero eamdem opinionem jam inde etiam a seculo octavo circiter medio obtinere incepisse, litterisque insuper a Gallis, apud quos erat exorta, haud diu admodum post fuisse commendatam, suadet vel sola, utpote in qua ab auctore, Gallicano, ut dubitandum non videtur, monacho, Dionysius, Parisiorum apostolus,* Areopagita *exstitisse diserte tradatur, num.* 26 *atque alibi adhuc laudata S. Sanctini Vita, ab Hincmaro, Remensi archiepiscopo, cum adolescens adhuc esset, lecta, ac e supra dictis anno circiter* 700 *aut* 770 *conscripta. Hilduinus quidem in sua ad cunctos Ecclesiæ Catholicæ filios Epistola num.* 2 *ait:* Ceterum neminem sani capitis hæc minus acceptare putamus, quia anteriori tempore repetita non fuerant, cum liquido noscat, quod is, qui creavit omnia simul, noluit revelari cuncta, vel

F cunctis simul; *verum hæc scriptoris illius verba nec de opinione, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem facit, nec de aliis quibuscumque abs illo de Dionysio memoriæ proditis, veluti hæc tempore anteriori repetita seu litteris mandata non fuerint, debent intelligi, sed de adhibitis ab eodem, quæ in lucem antea protracta ac laudata non fuerint, monumentis antiquis. Liquet id vel ex eo, quod verbis mox recitatis isthæc proxime præmittat:* Verba itaque a veracibus de eo (*Dionysio nempe*) scripta, et simpliciter in unum collecta, et, si nostræ imperitiæ fuerint indignati, ad veterum monumenta recurrant, quia nos, non nostra, nec nova cudimus, sed antiquorum antiqua dicta de antiquis admodum tomis eruimus, et, veritatis sinceritate servata, paginis manifestoribus indimus.

*litteris etiam a Gallis fuit mandata, longeque*

100 *Nec id tantum, quod jam dixi, ex his verbis liquet; verum etiam ab Hilduino asseverari, sese omnia, quæ de Dionysio scribit, ac proin etiam, quæ de unico Dionysio,* Areopagita *simul*

A *simul et Parisiensi, memorat, e monumentis antiquioribus hausisse. Et vero nominatim quantum ad hoc postremum rem ita habere, aut saltem Hilduinum, contra ac nonnulli adstruxerunt, opinionis, quæ ambos Dionysios,* Areopagitam *scilicet et Parisiensem, confundit, primum inventorem non esse, iterum vel e sola S. Sanctini Vita, sæpius jam laudata, diuque, uti e supra dictis patet, ante Hilduini ætatem scripta, palam est, utpote in qua* S. Dionysius Areopagita *cum Parisiensi apertissime confundatur, seu quod eodem recidit, hi duo Dionysii pro uno atque eodem habeantur. Porro nec litteris tantum ea opinio, cum primum obtinere cœpisset, a Gallis fuit commendata; verum etiam (modo enim, quam fortunam eadem deinceps habuerit, exponere aggredior) haud diu admodum a dicto seculo* VIII *medio, nationis illius, ut apparet, monachis, qui inter Galliarum Apostolos* Dionysium Areopagitam, *celeberrimum illum, ac in sacris Litteris memoratum S. Pauli Apostoli discipulum, numerari, genti suæ valde honorificum existimabant, potissimum a gentibus, longe lateque disseminata ac propagata*

B *ac occasione, quam supra exposui, cum ipsis, qui et eam adoptarunt, Græcis communicata, non paucos ante scripta etiam ab Hilduino Areopagitica seu ante annum circiter* 835 *patronos fuit adepta.*

*ac late tum disseminata, a plurimis etiam*

101 *Quam verum id sit, fas est colligere tum e Tarasii, Constantinopolitani ab anno* 784 *ad annum usque* 806 *patriarchæ, facto, qui, num* Dionysius, *primus Atheniensium episcopus, Romam, subrogato sibi Athenis episcopo, adiisset, martyrioque deinde in Galliis coronatus fuisset, sollicite per legatos suos, Hilduino, cui hac in re, ut supra docui, credendum, in Areopagiticis teste, inquiri jussit, remque ita habere edoctus opinionem, quæ illum Sanctum nostrum cum Dionysio Parisiensi confundit, propense, ut apparet, concessit; tum etiam e supra laudatis binis Dionysii Vitis seu Passionibus, a Metrodoro et Chiffletiano anonymo (alteram, a Methodio contextam, in argumenti partem, quod perierit, non adduco) certo ante annum, uti ex ante ea de re allegatis liquet,* 820 *conscriptis, quæ, quamvis quidem* Dionysium Areopagitam *et Parisiensem in unum aperte non conflent, eo tamen conducentia, seu posteriorem hunc Sanctum a S.*

C *Paulo Apostolo Athenis fuisse conversum, Romam hinc primum, ac deinde in Gallias, ubi et martyrium subierit, S. Clementis Papæ jussu migrasse, memoriæ produnt. Adhæc Adrianus I, qui ab anno* 772 *ad annum usque* 795 *Romanam S. Petri Cathedram occupavit, libros,* S. Dionysio Areopagitæ *a pluribus adscriptos, Fulrado, Sandionysiano in Francia abbati, donavit, ut Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib.* 31, *num.* 42 *testatur, eosdemque libros seu Opera anno* 827 *Michaël Balbus, Orientis imperator, ad Ludovicum Pium, Occidentis imperatorem, dono etiam misit; cum autem id et Adrianus et Michaël, ut ita iis, quos munere illo honorabant, gratificarentur, indubie fecerit, prior quidem, a Fulrado, posterior vero, a Ludovico Dionysium Parisiensem et* Areopagitam *pro uno atque eodem haberi, verosimillime existimarit.*

*fuit adoptata, haud ita tamen, quin etiam tunc,*

102 *Et vero Fulradum quidem re etiam ipsa pro uno atque eodem ambos Dionysios habuisse, vel ex eo præterea apparet, quod e Sandionysianis monachis exstiterit, hique verosimiliter jam tum Dionysium, monasterii sui patronum, cum* Areopagita *fecerint eumdem; quod autem ad Ludovicum Pium imperatorem pertinet, se in eadem etiam opinione fuisse, ipsemet is princeps prodit,* AUCTORE B. C.
*utpote in supra memorata Epistola, qua Hilduino, ut S. Dionysii gesta conscriberet, in mandatis dedit, Dionysio Parisiensi Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine insigniri solent, haud obscure adscribens, aliaque insuper, quæ idem suadere nata sunt, suppeditans, uti, qui illam apud Surium inspexerit, haud difficulter comperiet. Porro ex eo, quod imperator præfatus Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *eumdem existimarit, neutiquam mihi dubitandum apparet, quin tum etiam eidem opinioni, maxime post scripta ab Hilduino Areopagitica, Galli magno numero adhæserint. Verum, etsi id ita sit, defuisse tamen tunc etiam atque antea non videntur, qui hisce contradixerint, duosque Dionysios,* Areopagitam *scilicet et Parisiensem, invicem distinguendos, contenderint, eorumve saltem, qui contrarium adstruerent, opinionem silentio suo, cum loquendi de ea daretur occasio, improbarint. Anonymus Gestorum Dagoberti regis auctor, Sandionysianus in Francia monachus, a Chesnio tom.* 1 *Scriptorum Historiæ Francorum editus, vel anno circiter* 750, *vel, quemadmodum (adi Historiæ* E
*Franciæ Scriptores tom.* 4, *pag.* 163 *et seq.) aliis placet, anno circiter* 780 *aut adhuc paulo serius floruit; is autem, etsi fuse historiam inventionis corporum SS. Dionysii et sociorum ejus describat, ecclesiam magnificentissimam a Dagoberto rege sanctis Martyribus ædificatam commemoret, anathemata a rege appensa minutatim enumeret ac tandem monasterii Dionysiani fundationem amplissimosque ei a rege Dagoberto collatos reditus late prosequatur, nuspiam tamen Dionysii, qui* Areopagita *simul et Parisiensis episcopus fuerit, mentionem facit.*

*cum Areopagitica sua, uti horum binit,*

103 *Ac Morinus quidem, qui, anno circiter* 750 *anonymum illum, aniles etiam fabulas stylo suo ornare solitum, floruisse. existimavit, e dicto illius de Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, silentio, nondum tunc, cum scriberet, vel levissimam rumusculi de Dionysio, qui* Areopagita *ac Parisiensis simul fuisset episcopus, auram Dionysianos monachos agrumve Parisiensem afflasse, haud prorsus inepte De sacris ordinationibus part.* 2, *cap.* 3, *num.* 1 *concludit; verum cum, laudatum auctorem anonymum haud citius quam anno circiter* 780 *scripsisse,* F
*verosimilius putem, eum ego, utut ab anilibus fabulis admittendis minime alienum, de Dionysio tamen,* Areopagita *simul et antistite Parisiensi, non meminisse reor, quod, quamvis quidem, cum scriberet, jam esset, quæ ambos hosce Sanctos in unum conflat, exorta opinio, probanda tamen hæc illi neutiquam sit visa. Res quidem certa non est; verum Hilduini equidem ac Ludovici Pii ætate seu cum horum prior Areopagitica sua scriberet, exstitisse etiam, qui opinioni, duos Dionysios,* Areopagitam *et Parisiensem, confundenti, contradixerint, indubitatum apparet. Liquet id enim ex ipsismet Hilduini Areopagiticis, utpote in quibus hic scriptor eos, qui* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi confundentium opinioni contradicere, oppositamque tueri audebant, refellere conetur. Textus duos, eo præcipue spectantes, quorum alterum num.* 8 *et seq., alterum num.* 13 *et binis seqq, in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto suppeditat, huc, si non integros, quod prolixiores sint, ex parte saltem transcribo.*

*qui huc transcribuntur, textus*

104 *Prior sic habet* : Ceterum super garrulitate levitatis eorum mirando deficimus, qui contendentes,

AUCTORE C. B.

contendentes, hunc Dionysium Areopagiten esse non posse, ad munimentum sui hæc, quæ sequuntur, inaniter contrahunt : venerabilem videlicet et sanctum Bedam presbyterum, dixisse in tractatu Apostolorum Actuum, Areopagiten Dionysium, non Athenarum, sed Corinthiorum fuisse episcopum, addentes, eundem inibi diem obisse; et quoniam libellus Passionis istius testetur, hunc a Clemente Pontifice Romano episcopum ordinatum, et in has Galliarum partes fuisse transmissum; quia etiam Passiones diversorum sanctorum Martyrum, sub variis imperatoribus interfectorum, contineant, eosdem cum hoc sanctissimo Viro has partes adiisse, quod ipse sensatorum manifeste refellit auditus. Et quod Gregorius Turonensis, sicut in Passione sancti Saturnini legisse se dixerat, sub autumatione memoret, istum ipsum tempore persecutionis Decii sub beato Sixto cum aliis sex episcopis, quorum Vitæ vel Passiones nequaquam ejus dictis in ratione temporum consonant, in has regiones fuisse directum. Ecce omnis minus scientium sibi ipsi discordans authoritas, cui velut
B ex superfluo propter satisfactionem insipientium respondemus, cum veram ex hoc sancto Pontifice et martyre narrationem veracium historiarum præ manibus habeamus, primo quidem petentes, ut in hoc jure contentiosi ab albugine contracta arrogantiæ ex usurpata sapientia, qua videri se scioli volunt, oculos tergant, quo perspicacia perspicaciter, et vera fideliter relegant, et, si non nisi unum oculum aperuerunt, quando legerent, quod per subreptionem venerabilis Beda presbyter in præfato Opere secus, quam debuit, dixerat, ubi idem se reprehendit, et reprehensorum suorum vocem prævenieus retractationem scripsit, scrobem, in qua oculus alter esse debuerat, aperiant.

*manifestant, Hilduinus conscriberet contradictum a nonnullis fuerit;*

105 *Posterior vero his verbis concipitur* : Tantis igitur et tam manifestis testimoniorum assertionibus de hoc sanctissimo et antiquissimo Patre ad liquidum elucubratam et propalatam omnibus scire volentibus veritatem, et ita nescire volentibus ingestam certissimam rationem, ut, etiamsi velint, quod ex illo verum est, ignorare non possint; cesset, quod idem Areopagites non sit Dionysius, exitiabilis et profana nimis contentio; quia qui famam martyris derogare aliquo modo gestit, veritati sine dubio, cui te-
C stimonium perhibens, tanta transfretando maria, in tam longinquam regionem exulari, et pro ea pati sic acerbissime sustulit, detrahere cæca fronte et imbecilli virtute contendit. Nam, ut vere impius et pervicax judicandus erit, qui post tot ratas sententias opinioni suæ hinc aliquid animo perverso tractandum reliquerit, ita quisquis post veritatem repertam quiddam ex hoc ulterius dubitaverit, quoniam ex studio mendacium quærit, comes et discipulus ejus, qui ab initio mendax et pater mendacii extitit, non immerito rectorum decreto erit. *Ita hactenus Hilduinus, qui cum, ut dixi, verbis datis eos, qui duos Dionysios*, Areopagitam *et Parisiensem, distinguendos asserebant, refellere seu confutare conetur, imo etiam id contendentes, argumentis, quibus utebantur, in medium adductis, acerrime, quod et verbis aliis, textui postremo recitato subjectis, facit, perstringat, impensumque abs illis pro sua stabilienda opinione conatum*, veluti exitiabilem et profanam nimis contentionem, *traducat, enimvero sua ac proin etiam Ludovici Pii ætate, seu saltem cum Areopagitica sua scriberet, fuisse, qui duos Dionysios in unum* D
*constantibus contradixerint, oppositamque insuper in opinionem abierint, luculentissime prodit.*

106 *Nec porro deinceps, etsi et Areopagiticis* *quod et toto adhuc, uti ex tum vivente qui*
*suis, et summa, qua pollebat, auctoritate suam de uno Dionysio*, Areopagita *simul et Parisiensi, opinionem non paucis amplectendam curarit, non ita tamen hanc, utut etiam plerisque saltem adminiculantibus Sandionysianis monachis, promovere ac propagare apud omnes potuit, quin toto, quo haud diu admodum post scripta Areopagitica vivere desiit, seculo* IX *adhuc superfuerint, qui eidem haud adhærentes in contrariam partem abierint, ambosque Dionysios*, Areopagitam *scilicet et Parisiensem episcopum, invicem distinxerint. Ado, qui anno* 860 *e monacho Benedictino creatus est Viennensis in Gallia archiepiscopus, in Martyrologio suo, quod, quemadmodum Sollerius noster in sua ad Usuardum Præfatione e Mabillonio num.* 131 *docet, sub annum* 858, *priusquam ad cathedram illam eveheretur, aut forte paulo etiam citius contexuit, duos Dionysios, alterum tertio, alterum nono mensis Octobris die, celebrat. Ac de priori quidem, quem* Areopagitæ *titulo distinguit, ad* E
*dictum tertium Octobris diem ita scribit* : Natalis sancti Dionysii Areopagitæ, qui ab Apostolo Paulo instructus credidit Christo, et primus apud Athenas ab eodem Apostolo episcopus est ordinatus, et sub Hadriano principe post clarissimam confessionem fidei, post gravissima tormentorum genera glorioso martyrio coronatur, ut Aristides Atheniensis, vir fide sapientiaque mirabilis, testis est in Opere, quod de Christiana religione composuit. Hoc Opus apud Athenienses summo honore colitur, et inter antiquorum monimenta clarissimum tenetur, ut peritiores Græci affirmant; *de posteriori vero, quem Parisiis seu, ut ait,* apud Parisium *martyrio coronatum memorat, ad diem Octobris* IX *sequentia hæc verba suppeditat* : Septimo Idus Octobris apud Parisium natalis sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Eleutherii presbyteri, et Rustici diaconi : qui beatus episcopus a pontifice Romano ad Gallias directus, ut prædicationis operam populis, a fide Christi alienis, exhiberet, tandem Parisiorum civitatem devenit, et per aliquot annos sanctum opus fideliter et ardenter executus, a præfecto Fescennino Sisinnio comprehensus, et cum eo
sanctus presbyter Eleutherius et Rusticus diaco- F
nus gladio animadversi martyrium compleverunt.

*duos Dionysios distinguit, Adone,*

107 *En itaque seculi* IX *scriptorum unum, qui, quamvis etiam Hilduini Areopagitica, utpote Sandionysiano hoc abbate ætate posterior, comperta habere potuerit, verosimillimeque etiam legerit, stabilitæ tamen in illis de uno Dionysio*, Areopagita *simul et Parisiensi episcopo, opinioni neutiquam adhæsit, sed contra invicem binos hosce Sanctos distingui, existimavit, uti ex iis, quæ infra pro opinione de duobus Dionysiis adducam, magis patescet. Aiunt quidem, qui duos Dionysios non admittunt, unum eumdemque ab Adone bis commemorari; ast id perperam illos, quo petitum contra opinionem suam e sancto illo martyrologo argumentum eludant, comminisci, infra ostendam, cum responsurus sum ad ea, quæ amplectendæ a nobis ac porro probandæ de duobus Dionysiis,* Areopagita *et Parisiensi, invicem distinguendis reque ipsa distinctis, opinioni queunt opponi. Nunc, quod de opinione contraria ab Hilduino quidem seculo* IX *plurimum propagata, nec tamen ab omnibus tunc admissa, imo*

A *imo contra a non paucis rejecta certeve in dubium revocata, asserui, probare pergo. Carolus Calvus imperator anno* 875 *in S. Dionysii Passionem, a Methodio patriarcha Constantinopolitano Græce conscriptam, inquiri jussit, cumque diu illa multumque frustra fuisset quæsita, Romæ tandem in cœnobiorum maximo fuit inventa; tunc autem Anastasius Bibliothecarius, qui hæc nos in sua supra plus semel jam laudata ad imperatorem illum epistola docet, Græcam istam Methodii lucubrationem in sermonem Latinum convertit, atque ad eumdem imperatorem misit.*

*hicque recitatis Anastasii bibliothecarii,*

108 *In ea porro sequentia isthæc, quæ ad præsens nostrum institutum faciunt, quæque una cum aliquot aliis id, quod jam dixi, probantibus, transcribo, subministrat verba :* Passionem sancti ieromartyris Dionysii, quondam Areopagitæ, postque Athenarum antistitis, quam Romæ legi, cum puer essem, quamque a Constantinopolitanis legatis audieram secundum jussionem vestram diu quæsitam, tandemque in maximo cœnobiorum, Romæ sitorum, repertam, etiam inter diversos languores positus, arrepto interpretandi certamine, Latino eloquio tradidi,
B quantum potui, auxiliante Deo; etsi non ex toto verbum e verbo, sensum tamen penitus hauriens. Cesset ergo jam quorumdam opinio perhibentium, non esse Areopagitem Dionysium eum, qui apud Parisium corpore ac virtutibus redolet, cum hoc et Græcorum quoque stylus cum Latina lingua concordans testetur et prædicet : in qua profecto natus est, et in qua celsa Scripta sua contexuisse probatur; *Ita hactenus laudatus scriptor, qui, quamquam quidem* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem faciat, hisce tamen verbis apertissime sane, uti nemo non fatebitur, declarat, tum adhuc, cum dictam epistolam scriberet, seu anno, ut supra monui,* 876 *exstitisse nonnullos, qui* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi diversum esse, contenderent.*

*quidquid contra ex Hincmaro possit argui, verbis*

109 *Hincmarus quidem, Remensis archiepiscopus, in epistola, quam haud diu e supra dictis, postquam, quæ jam memorata est, ab Anastasio fuisset exarata, ad Carolum Calvum imperatorem, addito ei quaterniunculorum de Vita*
C *S. Sanctini, supra jam sæpius memorata, exemplari, pariter dedit, hunc loquitur in modum :* Propterea exemplar eorum *(Actorum videlicet S. Sanctini)* quod mihi retinui, vestro devoto et bono studio offerendum putavi, ut, si quæ sunt illorum reliquiæ, qui negabant, dominum et patrem nostrum, patronum vestrum, Dionysium esse Areopagitem, a beato Paulo Apostolo baptizatum et Atheniensium ordinatum episcopum, et in Gallias a beato Clemente directum, ex his, quæ Græca testificatio, et sanctæ Sedis Romanæ attestatio, et Gallicana intimat contestatio, ratum et in hac causa, quod longe ante nos dictum est, recognoscant; quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem; *quibus verbis cum sese dumtaxat, an tum, cum dictam epistolam scriberet, illorum adhuc, qui* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem negassent, reliquiæ superessent, dubitare insinuet, fuerit fortassis nonnemo, qui sibi in animum inducat, et Anastasium minus accurate locutum, et tum, cum hic et Hincmarus dictas suas ad Carolum Calvum imperatorem darent epistolas, aut nullos prorsus, aut certe non nisi paucos admodum, qui* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinxerit, in Galliis exstitisse. Verum, si res ita tum habuerit, ut quid Carolus Calvus in Dionysii Passionem, a Methodio patriarcha exaratam, tam sollicite, ut Anastasius in sua ad imperatorem illum epistola verbis mox recitatis prodit, nec Hincmarus diffitetur, inquiri paulo ante jusserat?*

AUCTORE C. B.

*testimoniisque aliunde*

110 *Ex eo verosimillime id princeps ille fecerit, quod, cum a nonnullis* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem præfracte negari, intelligeret, hincque, an illis, an contra aliis qui contrarium sentirent, adhærendum foret, dubius hæreret, conscriptam a Methodio, viro sanctissimo, Passionem, quo ex hac, utram dissidentium partem amplecteretur, dispiceret, consulere voluerit, maxime quod in ea forsan scripta esse audivisset, e quibus omne ea de re dubium posset deponi. Jam vero cum res ita habeat, hæc sane argumento est, tum adhuc, cum suas ad Carolum Calvum epistolas Anastasius et Hincmarus scriberent, in Galliis exstitisse nonnullos, qui non tantum, an unus idemque cum* Dionysio Areopagita *esset Dionysius Parisiensis, dubitarint, verum etiam duos hosce Sanctos invi-* E *cem distinguendos contenderint; ut forsan Hincmarus de iis, qui* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem nagabant, dubitantis potius, quam affirmantis in modum loqui voluerit, ne quid, quo utcumque in suo de re dubio confirmari imperator posset, suppeditaret. Ut ut sit, Usuardus, qui, quemadmodum Sollerius noster in sua ad hunc Præfatione num.* 160 *docet, Martyrologium suum sub idem tempus seu anno circiter* 875 *contexuit, ac jam sæpius laudato Carolo Calvo imperatori inscripsit, tertio Octobris die* Dionysium, *post gravissima tormentorum genera, teste, ut ait, Aristide, martyrio coronatum, ac deinde nono mensis ejusdem die Dionysium, cum sociis martyribus, Eleutherio et Rustico, passum commemorat; ita autem, uti infra in argumentis, quæ pro stabilienda de duobus Dionysiis opinione adducam, monstrabo* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi non secus ac Ado, distinguit; ut vel hinc haud immerito arguas, tum adhuc, cum Anastasius et Hincmarus suas, de quibus supra, ad Carolum Calvum scriberent epistolas, seu anno* 876 *in Galliis exstitisse, qui saltem, binos illos Sanctos invicem distinguendos, existimarint.* F

*petitis probatur,*

111 *Nec tum tantum, sed et nonnihil serius hanc adhuc placuisse nonnullis opinionem, pari seu potius eodem argumentandi modo non inepte colligas e Benedictina monasterii S. Galli monacho Notkero, Balbulo, aut, si mavis e contexto abs hoc Martyrologio, nisi forsan is, nihil omnino de duobus Dionysiis, seu distinguendis seu non distinguendis, cogitans, in re, de qua hic, Adonis dumtaxat, ut sæpe alias, vestigia presserit. Etenim Martyrologus ille, qui isthanc lucubrationem suam sub Formosi Papæ, uti ipsemet ad* VII *Kalendas Maii asserit, Pontificatu, ac proin inter annum* 890 *et annum* 897 *(spatio enim inter duos hosce annos medio Romanam S. Petri cathedram Formosus occupavit) in monasterio Sangallensi composuit, tertia Octobris die* Dionysium, *quem* Areopagitam *diserte appellat, ac deinde nono mensis ejusdem die Dionysium, cui Eleutherium et Rusticum in martyrio socios adjungit, in concinnato a se Martyrologio pariter commemorat. Verum quid hic Usuardi*

*et*

AUCTORE C. B.

*et Notheri, quæ dumtaxat, opinionem de duobus Dionysiis seculo nono multum provecto adhuc obtinuisse, monstrare nata sunt, testimonia adduco, dum aliud, quod, illam insuper tum fuisse acriter propugnatam, evincit, in promptu est? Monachus anonymus, qui duobus miraculorum S. Dionysii libris anno circiter (adi Sæculum 3 Benedictinum part. 2 pag. 342 num. 20) 877 tertium adjunxit, non pauca in sua ante hunc Præfatione, quo eos, qui Dionysium Parisiensem pro* Areopagita *habere nollent, redarguat, in medium adducit, itaque etiam illos in lucubrationis suæ serie perstringit:* Increduli autem, dum extinguere volunt nomen Dionysii Atheniensis et Areopagitæ, habeantur non solum altera pars Fescennini Sisinnii, interfectoris ejus; verum etiam propter odium et invidiam, qua servitoribus illius derogare convincuntur, spiculo beati Joannis perfodiantur dicentis: Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est; *quis autem scriptorem illum seu ita loquturum, seu quæ, ut dixi, in lucubratione sua facit, facturum fuisse, existimet, nisi tunc, cum scriberet, fuissent, qui* Dionysium Areo-
B pagitam *cum Parisiensi eumdem facientibus contradixissent, opinionemque contrariam præfracte sustinuissent?*

*seculo IX labente est factum, deinceps tamen illa opinio.*

112 *Atque ita, quin verosimillime toto adhuc, qui Dionysium Parisiensem ab* Areopagita *distinxere ac porro distinguendum contendere, seculo nono exstiterint, dubitaturum non putem, qui, quæ jam de re hac disputata sunt, utcumque expenderit. Ast num deinceps seculis insequentibus reperti pariter fuere, qui tum certe longe lateque disseminatæ ac a plerisque, ut apparet, admissæ de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi episcopo, opinioni contradicere contrariamque sustinere sint ausi? Fuisse enimvero subinde, qui, num vere* S. Dionysius Areopagita *cum Dionysio Parisiensi unus esset atque idem, seculo nono jam elapso dubii adhuc atque ancipites hæserint, imo, re etiam ipsa alterum ab altero esse distinctum, existimarint, mihi sat verosimile, ne dicam, omnino certum atque indubitatum, apparet; verum fuisse etiam semper, qui hanc opinionem suam publice contra eos, qui contrariam amplecterentur, seu scribendo, seu disputando tueri sint ausi, ad veritatis speciem haud*
C *æque prope reor accedere. Cur ita quantum ad primum animo comparatus sim, expono. Launoyus in sua Responsionis, a Milleto ad Sirmondi de duobus Dionysiis Dissertationem factæ, Discussione cap.* 19, *variis e seculo, ut ait, septimo, octavo et nono variarum ecclesiarum ac monasteriorum Martyrologiis, quæ, quod alio die* Dionysium Areopagitam, *alio Parisiensem episcopum et martyrem homonymum annuntient, hunc ab illo distinguere videntur, in medium adductis, varia etiam, in quibus idem, ut apparet, fit, e decimo aliisque quinque subsequentibus seculis variarum ecclesiarum Martyrologia recenset; hinc autem scriptor ille, et ecclesias et monasteria: quibus illa usui fuere Martyrologia,* utriusque Dionysii distinctionem publico usu assertioneque confirmasse, *concludit; rectene, an secus, dispiciamus.*

*etsi etiam subinde opinionis contrariæ de duobus Dionysiis*

113 *Milletus in sua ad Sirmondi de duobus Dionysiis Dissertationem Responsione, laudata omnia Martyrologia pro uno ac solo, utpote, quod, statim atque seculo nono fuisset compositum, in ecclesiis fere omnibus lectitari soluerit, Usuardi Martyrologio esse habenda, contendit; verum etsi quidem, ei hac in re assentiendum, quantum* D *ad omnia et singula illa Martyrologia haud videatur, Launoyo tamen etiam, qui ecclesias omnes monasteriaque omnia, in quibus prælegi soluere præfata Martyrologia, utriusque Dionysii distinctionem assertione sua confirmasse, opinionique adeo de duobus Dionysiis,* Areopagita *uno, Parisiensi altero, adhæsisse vult, assentiri haud possum. Quid ni enim factum esse queat, ut Martyrologia, a Launoyo loco cit. recensita, in quibus, ut contendit, duo Dionysii apertissime invicem distinguuntur, in enumeratis ab eodem scriptore locis sacris fuerint prælecta, nec tamen hæc omnia et singula Dionysium unum ab altero distinguendum putarint? Martyrologium Romanum hodiernum, in quo* Dionysius Areopagita *cum Parisiensi citra omnem controversiam confunditur, in omnibus propemodum ecclesiis ac monasteriis solet prælegi, nec tamen hæc omnia loca sacra seu qui ad ea spectant,* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio Parisiensi unum esse atque eumdem, arbitrantur, uti nemo non fatebitur. Neutiquam itaque e laudatis per Launoyum, de quibus interim sermonem, infra adhuc faciendum, videsis, seculi* 10 E *et quinque sequentium Martyrologiis consectarium est, ut tum, quæ* S. Dionysium Areopagitam *a Parisiensi diversum statuit, opinio ab omnibus fere ecclesiis, uti is scriptor velle videtur, fuerit recepta. Verum, etsi id ita sit, opinioque contraria, quæ* S. Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem facit, plurimorum animos tunc occupasse, temporisque lapsu magis ac magis semper invaluisse videatur, tunc tamen etiam non defuisse subinde, qui opinionem de duobus Dionysiis fuerint sectati, sat verosimile vel ex iisdem Martyrologiis apparet, quod scilicet horum saltem quædam habeant auctores, qui, non Martyrologi anterioris exemplo, sed existimatione, qua, instituto rei examine,* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinctum putavere, alio hunc, alio illum die annuntiarint.*

*nonnulli adhuc sectatores exstiterint,*

114 *Certe seculo saltem decimo, imo et undecimo ac duodecimo ex omnium animis nondum fuisse eamdem opinionem depulsam, argumento sunt Fulbertus, Carnotensis ab anno* 996 *usque ad annum* 1007 *episcopus, et Abelardus, Sandionysianus seculo duodecimo monachus, scriptis suis clarissimus, quorum prior S. Dionysium, Parisiensem episcopum, S. Piatonis, quem* F *sub Maximiano martyrium subiisse docet, socium facit; posterior vero, quod S. Dionysium, monasterii Sandionysiani patronum, eumdem non esse cum* Areopagita, *asseruisset, a Sandionysianis monachis horumque abbate, quos inter, et ipse a singulari prorsus ac turpi, qui occasione Heloïssæ ei obvenerat, casu monachus factus, vivebat, pessime est habitus, uti tum in ejus Vita, anno* 1720 *a Gervasio typis Parisiensibus vulgata, tum alibi memoriæ proditum ac porro probatum invenitur. Adhæc Innocentius III, qui ab anno* 1198 *ad annum usque* 1217 *Ecclesiæ Catholicæ Pontifex præfuit, in Bulla ab ipsismet Sandionysianis monachis producta, quam ad monachos Sandionysianos, cum ad hosce S. Dionysii (Corinthiine, an alterius, infra discutiemus) allatas e Græcia reliquias mitteret, anno* 1215 *dedit, hunc loquitur in modum:* Utrum gloriosus martyr et pontifex Dionysius, cujus venerabile corpus in vestra requiescit ecclesia, sit ille censendus; qui Areopagita vocatur, ab Apostolo Paulo conversus, diversæ sunt sententiæ diversorum. Quidam namque

latentur

A fatentur, Dionysium Areopagitam in Græcia fuisse mortuum et sepultum, aliumque Dionysium extitisse, qui fidem Christi Francorum populis prædicavit. Alii vero asserunt, illum post mortem beati Pauli venisse Romam et a sancto Clemente Papa in Galliam destinatum, aliumque fuisse, qui mortuus est in Græcia et sepultus; utrumque tamen egregium in Opere et sermone præclarum.

*apud plerosque, seculi maxime 14 et 15, neminecontradicente,*

115 *Hæc Innocentius III Papa; ut partim hinc, partim ex aliis jam dictis indubitatum evadat, nonnullos adhuc, qui* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi diversum esse, existimarint, seculo decimo binisque proxime sequentibus, imo et seculo tertio decimo, extitisse. Verum anne tunc etiam, qui opinionem illam publice seu scribendo seu disputando propugnare sint conati, extiterint, haud æque, ut jam supra indicavi, est certum; neque vero id facere, tutum satis ac securum ubique fuisset, uti, quod mox de Abelardo narravi, ostendit. Ita scilicet tum opinio, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio, Parisiensi episcopo ac martyre unum esse atque*

B *eumdem adstruit, apud plerosque, maxime monachos, invaluerat, ut, qui palam ei contraire Hilduinive Areopagitica impugnare auderet, pro homine, qui Sanctissimo Galliarum patrono, ipsique adeo huic regno vellet detractum, haberetur. Crevit porro temporis lapsu, iis potissimum, qui Hilduini Areopagitica corruptaque S. Martialis Lemovicensis, Austremonii Arvernensis, Saturnini Tolosani, Luciani Bellovacensis Eugeniique martyris Acta præfracte tuebantur, agentibus, eadem de uno Dionysio* Areopagita *simul et Parisiensi, opinio, ita ut scriptores omnes qui seculo quarto decimo et seq. de Dionysio, Parisiensi episcopo ac martyre, tractarunt, manibus pedibusque, ni rem reliquerint intractam, in opinionem, quæ hunc cum* Areopagita *eumdem facit, concesserint. Bellinus quidem in Martyrologio, quod seculo quinto decimo senescente condidit, tertio Octobris die Dionysium, martyrio, teste Aristide, coronatum, nono vero mensis ejusdem Dionysium, episcopum et martyrem Parisiensem, celebrat, itaque hunc ab illo distinguere videtur.*

*scriptores obtinuit; seculo vero 16 senescente, in dubium revocata, eoque deinde,*

116 *Verum an id fecerit Usuardi dumtaxat, quem præ oculis habuit, exemplo, an vero quod, re sedulo examinata atque ad veritatis trutinam expensa,* Dionysium Areopagitam *a Dionysio, Parisiensi episcopo et martyre, diversum*

C *putarit, dubium apparet atque incertum; ut proinde Martyrologus ille haud faciat, ut quod de opinione, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio Parisiensi eumdem facit, a scriptoribus etiam seculi decimi quinti admissa, asserui, veritati minus congruat. Porro non tantum, ut jam dixi, seculo quarto decimo et sequenti celeberrima illa de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, opinio apud scriptores passim obtinuit, verum etiam, jam inchoato seculo sexto decimo, plurimorum animis firmissime adhuc inhæsit. At vero, hoc eodem seculo jam senescente, revocari iterum in dubium cœpit, quemadmodum me docet, qui tum floruit opinionique de uno Dionysio adhæsit, Cardinalis Baronius, ita in suis ad Martyrologium Romanum Annotationibus hodie scribens:* Sat scio, eam quæstionem de Dionysio, Parisiorum episcopo, sitne censendus ille idem, qui ex Areopago ad Christi fidem, ac inde ad Atheniensis ecclesiæ regimem assumptus fuit, jam ante



annos septingentos agitatam ac definitam, a non- AUCTORE C. B.
nullis iterum deduci in controversiam; quibuscum in Annal. Eccles. prolixior est mihi disputatio. *Hæc ille; ac quæstio quidem de Dionysio, unusne sit, an duplex, quam ante annos septingentos definitam fuisse, hic ait, a memorato per scriptorem illum tempore, aliis pro uno, aliis pro duplici Dionysio stantibus, controverti perrexit, donec tandem a Jacobo Sirmondo, Societatis nostræ sacerdote, pluribusque deinde aliis, hunc secutis, eo successu opinio de uno Dionysio fuit impugnata, ut, quamvis etiam, qui Opusculis, hunc in finem per illos conscriptis, Opuscula alia opponerent, minime tum defuerint, illius tamen primum apud non paucos vacillare fides, ac deinde temporis lapsu passim omnibus displicere inceperit.*

*quod, qua occasione factum,*

117 *Hinc porro res eo devenit, ut hodie non nisi pauci admodum inveniantur, qui vel* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio, Parisiensi episcopo ac martyre, eumdem faciant, vel etiam opinionem, quæ alterum ab altero distinguit, revocent in dubium. Qui res facta sit, expono. Launoyus in variorum, quæ de duobus Dionysiis, Atheniensi et Parisiensi, elaborarat, Opusculorum collectione, anno* 1660 E
*Parisiis excusa, mox ita, paucis dumtaxat præmissis, lectori præfatur*: Annus... agebatur millesimus sexcentesimus vigesimus nonus, cum vir clarissimus Jacobus Sirmondus antiqua Galliæ Concilia edidit, et in tomos tres distribuit. In altero refert Ludovici Pii ad Hilduinum epistolam, qua jubet Imperator, ut ille vitam sancti Dionysii conscribat. Sirmondus in suis ad hunc tomum observationibus hæc de argumento epistolæ tradit. „ Præmitti solet Hilduini Abbatis „ sancti Dionysii Areopagiticis. Hujus enim epi- „ stolæ mandato Hilduinus Areopagitica sua scri- „ psit, primusque omnium Dionysium Parisien- „ sem eundem cum Dionysio Areopagita Epi- „ scopo Atheniensium esse docuit, cum ab omni- „ bus antea distinguerentur; adeo ut in antiquis, „ nunc etiam omnium Ecclesiarum Galliæ Mar- „ tyrologiis alius dies natali Dionysii Athenien- „ sis adsignetur v Nonas Octobris, alius natali „ Dionysii Parisiensis VII Idus ejusdem mensis: „ atque hoc ipsum utriusque natalis discrimen „ observet etiam in Martyrologio suo Usuardus, „ qui paullo ante Hilduinum, Carolo Magno re- „ gnante, in ipsa Parisiorum urbe scribebat in F
„ monasterio sancti Germani, ubi et vetusta ejus „ operis, quæ rei fidem faciant, exemplaria ser- „ vantur.

*Launoyi verbis hic recitatis*

118 „ Gallorum autem de Dionysio suo sen- „ tentiam ignorasse vel dissimulasse Usuardum „ quis credat? Joannes denique Erigena, seu „ Scotus ejus ævi scriptor in epistola ad Carolum „ Calvum, quam Latinæ Græcorum Dionysii ope- „ rum versioni suæ præfixit, ad hanc Hilduini „ de unico Dionysio novam tum sententiam allu- „ dens, non veterum, sed moderni, hoc est, „ sui temporis hominum assertionem fuisse, „ ait. Tam multa porro et tam aperta sunt, „ quæ Dionysium Parisiensem ab Atheniensi di- „ stinguant, ut mirum sit reperi aliquos, qui in „ tanta luce nihil videant. Reclamant tamen, et „ ut duos Dionysios in unum redigant, vehemen- „ ter contendunt, nec contra rem discuti, aut in „ quæstionem vocari patiuntur, quasi Parisiensium „ parum intersit providere, ut quam Apostolo „ suo gratiam debent, eam alieno ne tribuant, „ aut in Ecclesia levis sit injuria, cum duos san-

auctore C. B. „ ctitate præstantes episcopos habeant, alterum „ detrahere. „ Hæc observatio displicuit nonnullis dignitate magis, quam eruditione primariis, quos homines perverse religiosi commoverant. Ut illorum studiis satisfieret, chartæ folium ubi erat observatio, recusum est, atque ex eo sublatum, quod displicuerat. Hæc agendi ratio neminem latuit, in cognitionem omnium devenit. Exinde contigit, ut curiosi emptores antiqua Galliæ concilia comparare sibi noluerint nisi chartæ Folium, cujus supprimendi consilium initium fuerat, haberent.

*exponitur,* 119 Bibliopola cum hoc perspiceret, suarum, rerum satagens, folium quod in omnem eventum servaverat, postulantibus non recusat amplius : ut libros suos vendat ac distrahat, sponte concedit. Emptores habuerunt, quod habere voluerunt. Atque ita salva res fuit, quia veritas non erubuit. Neque enim erubescit unquam, nisi dum absconditur. Abscondita non est, apertam in lucem prodiit, favente cum primis Rege, et principe Regis administro, quibus antiquæ traditionis indagatio et defensio placuit. Sirmondi C observatio, si vera non erat, breviori poterat observatione confutari : edendus tantum erat, proferendusque in medium auctor unus Hilduino vetustior, qui Dionysium Parisiensium episcopum eundem cum Dionysio Areopagita episcopo Atheniensium esse, literis mandasset. Quid, si fieri potuit, factu facilius? Tunc omnis conclamata fuisset observatio, et velut necessario quodam labefactata motu concidisset. Enimvero cum ne unus quidem edi proferrique potuit auctor Hilduino superior, qui, quod dicendum fuit, diceret, veritas, quæ sua simplicitate contenta est, præter rationem visa est multarum rerum et verborum compositione opus habere. Hic fons, hæc origo plurium voluminum et variarum dissertationum.

*successu a Sirmondo* 120 *Ita hactenus Launoyus, qui, quamvis quidem primum opinionis de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensium episcopo, auctorem perperam omnino, uti, quæ quinque §§ præmissis disputata modo sunt, dilucide ostendunt, Hilduinum hic faciat, ex inclusa tamen verbis hisce Sirmondi, qui hunc pariter, veluti primum opinionis illius auctorem, sugillat, in Ludovici Pii ad Sandionysianum illum abbatem epistolam ob-* C *servatione, utut paucorum dumtaxat versuum, volumina plura, dissertationes varias ortum accepisse, opportune nos docet, nec hac in re a veritate ullatenus deflectit, uti non pauca typis vulgata, quæ hodieque supersunt, Opuscula fidem faciunt. Horum præcipua, dum lectori, ut verbis jam datis cœpit, aliis, quæ subjungit, præfari sub memoratæ Opusculorum suorum Collectionis initium pergit, Launoyus recenset, eademque et ego, quod id lectori putem futurum non ingratum, scriptoris illius exemplo, aliis tamen, quam quæ is adhibuerit, verbis hic recenseo. Germanus Milletus, monasterii S. Dionysii monachus, primus omnium, quod sciam, contra Sirmondum, certamine litterario arrepto, in aciem prodiit, libriisque quatuor, anno* 1638 *in lucem editis, brevem scriptoris illius, quam jam data Launoyi verba complectuntur, observationem est aggressus penitusque expugnare ac convellere modis omnibus est nisus, Verum Sirmondus libello, quem* Dissertationem de duobus Dionysiis *inscripsit, annoque* 1641 *publici juris fecit, leves fuisse ac inanes Milleti conatus, eruditis non paucis suasit. Hos inter, ut apparet, fuit ipsemet, qui, quæ jam dixi, docet, Joannes Launoyus, Pari-* D *siensis theologus.*

*et Launoyo, utut aliis eam adhuc propugnantibus,* 121 *Certe, cum a Sirmondo novitatis accusari Hilduinum perspexisset, hujusque Areopagitica, quo, num vera hæc esset accusatio, examinaret, attente ac sedulo evolvisset, tandem, uti iterum ipsemet loco proxime cit. ait, indignum prorsus, cui fides ulla adhibeatur, Sandionysianum illum abbatem invenit, hocque suum, quod tamen e supra dictis æquum undequaque haud fuit, de eodem Hilduino judicium Opusculo parvo, quo qui interim contra Sirmondum prodierat, Joannis Samblacati Tolosatis libellum animadversionibus tredecim confixit, ipso adhuc, quo supra laudata Sirmondi Dissertatio in lucem fuerat emissa, anno* 1641 *labente palam fecit. Hanc porro anno proxime secuto Milletus lucubratione alia, sub Responsionis ad nuper evulgatam de duobus Dionysiis Dissertationem titulo vulgata, argumentis non paucis adductis, refutare est conatus; cum autem Sirmondus id Opus neglexisset, nec responsione ulla fuisset dignatus, Launoyus, ne de Sirmondi silentio præter modum Milletus sibi gratularetur, memoratam scriptoris hujus Responsionem discussit, ipsoque adhuc, quo hanc* E *ille emiserat, anno* 1642 *currente, Opusculo, quod in titulo præfixo* Responsionis ad Dessertationem de duobus Dionysiis Discussio *vocatur, ad inveniendi asserendique, ut ait, veri regulas exegit.*

*fuit impugnata, ut qui eam tueantur, hodie nulli fere,* 122 *Quid plura? Stetit hic Milletus, nec Responsioni suæ defendendæ animum amplius adjecit; verum in locum ejus successit Hugo Menardus, monasterii S. Dionysii et ipse monachus, qui Diatribam, quam* De unico S. Dionysio Areopagita, Athenarum et Parisiorum episcopo, *nuncupavit, adversus jam laudatam Launoyi discussionem scripsit, annoque* 1643 *luce publica donavit. Nomen suum editioni non præfixerat; verum, cum haud dudum post e vivis excessisset, Sandionysiani monachi primum libelli folium recudendum eique auctoris seu Hugonis Menardi, Benedictini congregationis S. Mauri in Gallia monachi, nomen inscribendum curarunt. Launoyus in rem hanc nonnulla observat; verum hæc, quod ad institutum nostrum aut nihil aut certe parum admodum faciant, tacitus prætereo, ac quid deinde operæ ad præfatam refellendam Diatribam fuerit inpensum, expono. Launoyus Milletianæ ad Sirmondi de duobus Dionysiis Dissertationem Responsionis Discussionem,* F *quam, ut jam dictum, anno* 1642 *ediderat, recensuit, correctioremque ac variis, quibus Menardum agressus est, vulgatamque ab eo Diatribam refutare studuit, additionibus auctiorem factam iteratis typis anno* 1660 *vulgavit. Atque ita modo omnia seu de uno seu de duobus Dionysiis Opuscula, quibus conscribendis luceque publica donandis Sirmondi proxime jam datis Launoyi verbis relata Observatio occasionem seu ortum præbuit, ordine chronico ad annum usque* 1660 *recensui; ut autem, quem tandem summo etiam subinde animorum æstu in lucubrationibus illis agitata controversia exitum habuerit, nunc etiam paucis exponam, nonnulli quidem, cum hæc primum moveri cœpisset, exstitere viri (adi proxime recitata Launoyi verba) etiam primarii, qui, quam alte imbiberant, de uno Dionysio opinionem impugnari ægerrime tulere, nec, ut ab hac recederent contrariamque amplecterentur, ullo modo potuerunt induci.*

123 *Verum tandem propugnata a Sirmondo et Launoyo*

A *Launoyo, quæ duos Dionysios,* Areopagitam *scilicet et Parisiensem, invicem distinctos, statuit, opinio temporis lapsu ita placet, ut eam eruditi passim omnes, ac imprimis quidem Adrianus Valesius, Morinus, Cointius, Pagius, Tillemontius, Castellanus, Bailletus aliique non pauci fuerint amplexi, nec hodie invenire sit nisi admodum paucos, qui eamdem vel oppugnent, vel alteram, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem facit, suscipiendam contendant. Opinioni quidem de uno Dionysio, cum et hanc et contrariam, adductis in utramque partem rationum momentis, a theologis, e sacra facultate Parisiensi ad Breviarii Parisiensis emendationem selectis, disceptari Franciscus Harlæus, Parisiensium ab anno* 1671 *ad annum usque* 1695 *archiepiscopus, audivisset, honorem suum in officio ecclesiastico (adi Operis nostri tom.* 6 *Julii pag.* 76) *servandum esse, adhuc censuit; verum hoc illius judicium Ludovicus Antonius de Noiailles, qui proxime ei in cathedram Parisiensem successit, reformavit, duosque in Breviario Parisiensi, quod anno* 1700 *auctoritate ipsius et venerabilis Capituli consensu prodiit, Dionysios distinxit, etsi interim eamdem de uno Dionysio opinionem, penitus jam antea postratam, Chiffletius et Natalis Alexander sub annum* 1676 *scriptis suis iterum erigere fuissent conati; quod meritone, an immerito facere studuissent, ex iis, quæ dicturus modo in decursu sum, patescet.*

*oruditis prope omnibus contrariam amplexis, supersint.*

B

## § VII. An opinio de unico Dionysio, quæ Hilduino antiquior, objectionibus in contrarium solutis, magis speciatim ostenditur, ante seculum octavum medium etiam obtinuerit, et quid de argumentis aliquot, quibus hoc probetur, censendum.

C

*Etiamsi opinio de uno Dionysio Hilduini ætate,*

*Launoyus, qui duos Dionysios,* Areopagitam unum, *Parisiensem alterum, distinguendos, contendit, loco non uno in suis, quas de hoc argumento elaboravit, lucubrationibus conatus omnes adhibet, ut* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi esse diversum, legitima et a capite derivata traditione constare, evincat. Et vero cum expressum hisce verbis.* Ex ipso ordine manifestatur, id esse.... verum, quod sit prius traditum; id autem extraneum et falsum, quod sit posterius immissum, *Tertulliani lib. de Præscriptionibus adversus hæreticos cap.* 31 *effatum citra ullam controversiam admittatur ab omnibus, non immerito Launoyus, quod dixi, evincere omni studio ac nisu conatur. Quod si enim antiquam, quæ ab initio fuerit, traditionem opinioni de uno Dionysio adversari, dilucide monstraris, hanc simul a veritate longissime esse alienam, e dicto Tertulliani effato eviceris. Ac Launoyus quidem non pauca, quæ, in traditione hujusmodi opinionem de uno Dionysio non fundari, commonstrant, in medium adducit; verum, etsi quidem recte etiam eamdem opinionem, quæ, ut jam vidimus, non paucorum animos pluribus seculis occupavit, seculo octavo medio antiquiorem haud faciat, eam tamen ab Hilduino primum inductam seu Sandionysiano huic abbati, veluti a quo primam traxerit originem, adscribendam perperam contendit. Atque hoc quidem manifestissime liquet, vel e sola, quam supra plus semel jam laudavi, Hincmari, Remensis archiepiscopi, ad Carolum Calvum Epistola, in qua is scriptor docet, sese, cum adolescens esset, legisse S. Sanctini Vitam, in qua, uti qui dictam Hincmari epistolam vel apud Surium vel apud Chiffletium evolverit, facile deprehendet,* Dionysius Areopagita *veluti unus idemque cum Dionysio Parisiensi opertissime habetur; at vero, cum Launoyus, cui post etiam Pagius se junxit, haud sat recte de dicta epistola hujusque auctore Hincmaro loquatur, bini hi scriptores, ut, quæ ex hac seu potius e S. Sanctini Vita pro opinione de uno Dionysio ante Hilduini ætatem figenda supra disserui, inconcussa ac firma consistant, prius hic a me, quam, quod hic præcipue facere statui, aggrediar, conveniendi ac porro confutandi sunt.*

AUCTORE C B.

E

*contra ac Launoyus, qui hic refellitur,*

125 *Launoyus itaque, ne opinionem de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi, Hilduino antiquiorem fateri e jam laudata Hincmari epistola cogatur, silne hæc scriptori huic vere attribuenda, revocare videtur in dubium. Audi, qui de litterario isthoc monumento in suorum de duobus Dionysiis Opusculorum Collectione, anno, ut supra dictum,* 1660 *edita, pag.* 412 *loquatur* : Hactenus, *inquit,* de Hincmari Epistola, quæ inter illius Opera desideratur. Sirmondus sprevit potius, quam non vidit. Indignam profecto censuit, quæ Hincmari Operibus accenseretur. Joannes Busæus et Joannes Cordesius in sua quisque editione Sirmondo præiverunt et negligendæ epistolæ exemplum præbuerunt. Consilium virorum trium adjuvat nostra dispunctio, quæ epistolæ auctoritatem omnem abrogat, et novitatibus multis epocham constituit. Nam in Hincmaro, qui anno 882 mortuus est, locum habet Baronii pronuntiatum : « Quod a recen- « tiore auctore de rebus adeo antiquis sine alicu- « jus vetustioris auctoritate profertur, contemni- « tur. » Pronuntiati hujus sui oblitus est Baronius, cum ad annum Christi CIX, tum in Martyrologio ad VII Idus Octobris, ubi Hincmari epistolam laudat, ut Dionysii Areopagitæ in Galliam adventum confirmet. Baronii opinionem certam non faciunt, sed tantum sequuntur Martinus Delrius in Vindiciarum Areopagiticarum capite XXIX, et alii, quos enumerare longum esset. *Ita ille; verum, cum Flodoardus Historiæ ecclesiæ Remensis lib.* 3, *cap.* 18 *epistolam illam (Adi num.* 61 *hunc Commentarium) Hincmaro diserte adscribat, fueritne eadem abs hoc Remensi archiepiscopo re etiam vera exarata, perperam revocatur in dubium; etsi autem nec* Dionysii Areopagitæ, *uti jam e supra dictis palam est, magisque ex infra dicendis patescet, adventui in Gallam confirmando sit nata, nec quæ de hoc Hincmarus e propria penu depromit, fidem integram mereantur, hic tamen scriptor, si in Vita S. Sanctini quæ sese in hac legisse, in præfata sua epistola affirmat, vere etiam legerit, dubitare sane, uti hanc legenti perspicuum evadet, non sinit, quin Hilduino antiquior sit opinio, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio, Parisiensi antistite, eumdem facit.*

F

126 *Id Pagius, dum in Criticis, quod de* Dionysio

AUCTORE C. B. *ac Pagius, cujus hic contra Hincmarum*

Dionysio Areopagita *Athenis substituto sibi ibidem episcopo, Romam profecto, indeque in Gallias, ubi et martyrium subierit, a Clemente Papa misso, in Areopagiticis Hilduinus scribit, a nullo ante hunc scriptore, Latino saltem, in litteras missum fuisse, ad annum* 834, *num.* 13 *asseruit, indubie observavit, hincque, ut, quod contra hanc assertionem suam militat, argumentum, e dicta Hincmari epistola seu potius ex adjecta ad hujus calcem S. Sanctini Vita jam propositum, solvat, aliam viam init. Postquam enim, Hincmarum, a sese, quod jam dictum, in Vita S. Sanctini lectum, asseverare, edixit, hunc mox num.* 14 *prosequitur in modum* : Ita sæpe abbreviatores et interpolatores auctoribus, quæ numquam ipsis in mentem venere, attribuunt, licet profiteantur, se nihil de suo eisdem addidisse, quia nempe illos ea dicere voluisse, persuasissimum habuere, ut illustri exemplo anno DVIII num. XI et seqq. demonstravi. Hincmarum et Anastasium id in more positum habuisse, facile est ostendere. Ille sancti Remigii, Remorum archiepiscopi, Vitam, a Surio
B ad diem XIII mensis Januarii recitatam, componens asserit in Præfatione, se « fideli relatio- « ne didicisse « a senibus et jam ætate provectis viris religiosis « eos « a suis majoribus « audisse narrari « se « vidisse librum maxime quantitatis, manu antiquaria conscriptum, de Ortu ac Vita ac virtutibus atque obitu beati Remigii, sanctissimi patroni nostri. Qui hac occasione deperiit etc. Seque traditurum, quæ in historiis, a majoribus editis, invenit.

*ratiocinium transcribitur,*

127 Tum in Vita ejusdem Sancti ait, Clodoveum et populum ejus Baptismi gratiam percepisse in die Paschatis. Et tamen nec ipse, nec ejus majores id in eo libro legerant, sed tantum id accidisse in Festo solemni Christi, quod ab illis perperam de die Resurrectionis Christi interpretatum; cum nunc certo constet, id die natali Christi factum fuisse. Quare non major fides Hincmaro adhibenda, quando in Epistola laudata ad conciliandam fidem Latinæ versioni, quam ediderat Anastasius Vitæ S. Dionysii Areopagitæ, a Methodio Græce elucubratæ, ait : « Recognovi his, quæ ibi scripta sunt, ea, « quæ in adolescentia legeram, consonare, « tuncque Wandelmarum in abbatiola sancti Quintini sibi commissa reperisse « Quaterniunculos
C « valde contritos et quæ in eis scripta fuerant, « pene delata de Vita et Actibus beati Sancti- « ni ; « Wandelmarum quidem mortuum esse, et in eo loco quædam a Normannis incensa, et quædam direpta, sed Vitæ Sanctini se exemplar retinuisse, seque majestati ejus offerre, « Ut si « quæ sunt illorum reliquiæ, qui negabant, do- « minum et patrem nostrum Dionysium esse « Areopagiten, et a beato Paulo Apostolo ba- « ptizatum ac Atheniensium ordinatum episco- « pum, et in Gallias a sancto Clemente dire- « tum; ex his, quæ Græca testificatio et Ro- « manæ Sedis assertio et Gallicana intimat con- « testatio, ratum et in hac recognoscant, quod « inde ante nos dictum est. « Verum non magis legerat Hincmarus in Vita Sanctini, Dionysium, a Clemente in Gallias missum, esse Areapagiten, quam in citato libro Vitæ sancti Remigii Clodoveum in die Paschatis baptizatum fuisse.

*variisque in medium hic adductis*

128 *Ita ille; verum ubi Hincmarus, sese quod hic Pagius ait, in laudato Vitæ S. Remigii libro legisse, unquam dixit? Vitam S. Remigii, ab Hincmaro scriptam, quæ et apud nos ad* 1 D *Octobris diem, sancto isti Remensi antistiti sacrum, edita jam est, apud Surium a capite ad calcem evolvi, nec verbum in ea invenire quivi, quo Hincmarus utcumque insinuet, sese in dicto Vitæ S. Remigii libro legisse, quod de Paschatis die, quo Clodoveus baptizatus fuerit, memoriæ prodit. Et vero quis factum credat, ut Hincmarus, sese id in libro, quem ætate sua haud amplius exstitisse, frustraque a se fuisse quæsitum, ipsemet in sua Vitæ S. Remigii prævia Præfatione profitetur, scriptum reperisse, uspiam indicarit? Qui etiam, Clodoveum in festo solemni baptizatum fuisse, in monumento illo, ut Pagius insuper indicat, saltem legerit? Audi, qui apud nos in dicta Præfatione num.* 7 *loquatur*. Unde, *inquit*, bonis vestris desideriis placuit, ut illa (*S. Remigii gesta*) mea servitus ad ignorantium et subsequentium notitiam in unum colligeret. Quod etiam diu fecissem, nisi me spes vana deluderet quibusdam dicentibus, quia in illo et illo loco magnum librum *(verbis scilicet jam datis a Pagio memoratum)* de vita et virtutibus ipsius E domni et patroni nostri (*Remigii*) reperire valerem. Ad quæ mittens, quæ mihi promissa fuerunt, penitus falsa inveni. Nunc autem, opitulante Domino,... aggrediar, quæ diu distuli, a progenitoribus et ortu ejus *(S. Remigii nimirum)* incipiens, et sic tam ea, quæ in Hystoriis a majoribus editis de illo inveni, quam et illa, quæ in diversis scedulis dispersa repperi; verum et illa in serie dirigens, quæ vulgata relatione percepi.

*rationibus*

129 *En quam aperte, memoratum a Pagio Vitæ S. Remigii librum incassum a se fuisse quæsitum, sibique adeo non prælusisse, Hincmarus prodit. En fontes longe diversos, e quibus sese, quidquid in Vita S. Remigii scribit, hausisse, ipsemet is scriptor docet. Apud nos in Commentario Vitæ S. Remigii prævio, Clodoveum, non in festo Paschatis, sed in Nativitate Domini baptizatum fuisse, monstratur; in Hincmarum autem, qui nihilominus regis illius Baptismum Paschatis festo in Vita S. Remigii consignat, sequentia isthæc observantur* : Baptismi tempus, quod Gregorius siluit, Hincmarus accepit ex Fredegarii Historia epitomata, in cujus cap. 21 sic legitur : « Cum de prælio memorato supe- « rius Chlodoveus Remis « (id est, « Remos «) fuisset reversus, clam a S. Remedio (« Sic ille S. Remigium appellat) « Remensis urbis episco- F « po, adtrahente etiam Chrotechilde regina Ba- « ptismi gratia cum sex millibus Francorum in « Pascha Domini consecratus est. « Ita ille : et ferebat sane tunc Ecclesiæ disciplina, ut Baptisma extra casum necessitatis, non nisi in festis Paschæ et Pentecostes, facto in Vigilia initio, solemniter celebraretur. Hinc factum existimo, ut Fredegarius Paschale festum assignaverit, eidemque Hincmarus, Flodoardus allique sine ulteriori examine facile assenserint. *Etsi itaque Clodoveum in Paschatis festo Baptizatum fuisse, Hincmarus in S. Remigii Vita perperam scribat, id tamen aliunde, quam ex antiquo, quem Pagius memorat, Vitæ S. Remigii libro deprompsit.*

*nihil omnino probare ostenditur,*

130 *Jam vero, cum res ita habeat, nec illud sese in hoc legisse, Hincmarus uspiam ex dictis indicet. perperam e tempore, quo Clodovei Baptismum consignatum in antiquo Vitæ S. Remigii libro Remensis ille archiepiscopus non legit, hunc pariter, quod sese de* Dionysio Areopagita,

A ta, *in Gallias a Clemente Papa misso, in Vita S. Sanctini legisse, prodit, in hac id non legisse, Pagius concludit. Adhæc, etsi etiam, Hincmarum id, quod vult pagius, de tempore, quo Baptismus Clodoveo fuerit collatus, dixisse tantisper daremus, quis ex eo, quod ea in re errasset, librove Vitæ S. Remigii, quod in hoc non legerat, attribuisset, eum pariter Vitæ S. Sanctini, quod in hac non legerat, attribuisse, aliasque etiam auctoribus, quæ numquam ipsis venere in mentem, adscribere esse solitum, concludat? Nemo enimvero, quantum reor, nisi qui, quæ semel fiunt, fieri solere sæpe seu potius etiam semper, in animum induxerit. Accedit, totam narrationem, e S. Sanctini Vita supra huc transcriptam, exigere, ut Dionysius, qui in hac, uti Hincmarus ait, a Clemente Papa in Gallias missus narratur, Areopagita extiterit; cum autem facilius in re, quæ unico vocabulo (alterum enim pro altero per errorem haud raro accipitur) expressa occurrit, quam in alia, quæ per integram narrationem manat, hallucinari quempiam contingat, consectarium fit, ut, etiamsi Hincmarus diem, quo Clodoveum baptizatum fuisse, in præfato S. Re-*

B *migii Vitæ libro non legerat, fuisse in hoc a sese lectum, per errorem dixisset, adstruendum illico non sit, eum pariter, quod de* Dionysio Areopagita, *a Clemente Papa in Gallias misso, in S. Sanctini Vita non legerat, de illo tamen in hac a se id lectum, per errorem asseruisse.*

*contendunt, certo, sit* 131 *Nec eo etiam Pagius, nisi Hilduinum pro primo inductæ de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, opinionis auctor præfracte habuisset, fuisset recursurus, maxime si observasset, ea omnia, quæ in dicta Hincmari Epistola a tribus hisce vocabulis* Sanctus Areopagites Dionysius *ad finem usque occurrunt, ipsammet constituere S. Sanctini Vitam aut certe hujus compendium, ab Hincmaro ex ejusdem Vitæ exemplari, quod ut docet, una cum epistola sua ad Carolum Calvum misit, quodque adeo cum hanc scripsit, verosimillime adhuc legerit, contextum. Ut ut interim res hæc, de qua infra sermo adhuc redibit, sese habeat, omnia equidem jam dicta faciunt, ut certe dubitandum non sit, quin Hincmarus, quod de* Dionysio Areopagita, *in Gallias a Clemente Papa misso, in S. Sanctini Vita, diu ante scripta ab Hilduino Areopagitica, ut supra docui, exarata, legisse sese, in supra me-*

C *morata, ei ex dictis certo adscribenda, ad Carolum Calvum Epistola prodit, re etiam ipsa (neque enim, scriptorem illum mentitum reor) in illa legerit; id autem cum ita sit, opinio certe, quæ* Dionysium Areopagitam *in Gallias a Clemente Papa missum, huncque adeo cum Dionysio, Parisiensi antistite, eumdem statuit, Hilduino est antiquior, satque etiam diu, antequam hic Areopagiticis suis scribendis animum adjecisset, obtinuit, illiusque pro inde is scriptor, contra ac Launoyus et Pagius contendunt, primus auctor non est. Quod quam verum sit, liquet insuper tum ex aliis multis, jam ante allegatis, tum vel maxime e supra laudatis, quæ Dionysium, Parisiensem antistitem ac martyrem, a S. Paulo Apostolo Athenis fuisse ad fidem conversum, memoriæ produnt, Dionysianis Passionibus, Græco idiomate a Metrodoro, Chifflectiano Anonymo et Methodio ante annum, uti e supra disputatis eruere pronum est, 822 si non citius, conscriptis.*

132 *Launoyus quidem, ante scripta ab Hilduino Areopagitica exaratas hasce non fuisse, contendit; verum id ex hisce, ut potissimum vult, Hilduini ad Ludovicum Pium imperatorem num.* 10 *verbis* De cujus, videlicet Dionysii Areopagitæ, obitu nil Græci scriptores dixerunt, quia propter longinquitatem terrarumtransitus ipsius penitus eis fuit incognitus, *minime probatum dat. Hilduinus enim, non de Græcis quibuscumque, quasi horum nullus omnino de* Dionysii Areopagitæ *obitu quidquam dixerit, sed, quemadmodum ipsis jam recitatis verbis satis prodit, de iis dumtaxat loquitur, quibus Sancti illius transitum penitus fuisse incognitum, existimavit ac porro loco cit. affirmat; cum autem, Tharasio, Constantinopolitano ab anno* 784 *ad annum usque* 804 *patriarchæ,* S. Dionysii Areopagitæ *obitum, inquisitione in rem facta, innotuisse, paulo post verba jam recitata insinuet, hunc Græcis recentioribus fuisse incognitum, nec putavit, nec significatum verbis jam datis voluit. Quod cum ita habeat, Launoyus sane ex his, Metrodorum, ac Chifletianum anonymum, quod quidpiam de* Dionysii Areopagitæ *obitu litteris commendarint, post scripta demum Hilduini Areopagitica lucubrationes suas exarasse, neutiquam evictum dat. Atque ita modo, opinionem de uno Dionysio certo Hilduini ætate esse anteriorem, non minus ex* E *his, quam e S. Sanctini Vita, sæpissime jam laudata, est perspicuum. At vero anne etiam ex hac, ut fortassis quispiam putabit, eamdem opinionem ante seculum octavum medium obtinuisse, potest concludit? Ita omnino vult Chiffletius. Audi, qui in sua de uno Dionysio Dissertatione pag.* 76 *loquatur*: Ad eumdem quoque, *inquit,* Carolum Hincmarus Remensis misit Vitam beati Sanctini, in qua S. Dionysii, ejus magistri, recenset missionem in Gallias a sancto Clemente Papa, et apud Parisios martyrium illustre: atque hæc monet, se olim accepisse a quodam Wandelmaro, S. Sanctini abbatiolæ præfecto, „ in quater- „ niunculis valde contritis, et præ vetustate „ pœne deletis, eamque in nova pergamena accurate descripsisse. Nunc certe tam vetustam membranam vix diceremus, quæ non ante septingentos, aut minimum sexcentos annos exarata esset; totidemque fere anni supra Hincmari ætatem ad ipsamet S. Dionysii tempora pertinebant.

*Chiffletius, atque e Visbii Scriptione,* 133 *Ita ille, volens scilicet S. Sanctini Vitam, in qua Hincmarus* S. Dionysii Areopagitæ *in Gallias missionem expressam legerat, jam inde ab ipsa Sancti hujus ætate, vel certe haud du-* F *dum post fuisse conscriptam, ac proin opinionem, quæ ambos Dionysios,* Areopagitam *scilicet et Parisiensem antistitem, confundit, non tantum ante Hilduini ætatem obtinuisse, sed et hanc seculis aliquot prævertisse. Verum cum membranæ seu chartæ, ut num.* 26 *jam docui, longe etiam breviori, quam septingentorum aut sexcentorum annorum spatio, penitus fere corrodi queant, vetustatem tantam quaterniunculis a se lectis, quod exesi pene essent, perperam attribuit, Vitamque S. Sanctini, quam hi complectebantur, non citius quam anno circiter* 760 *aut* 770 *scriptam fuisse, sat verosimile tum e Commentarii hujus loco mox dicto, tum etiam ex eo, quod scriptor prorsus nullus, qui certo ante annum* 750 *floruerit,* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio Parisiensi antistite, eumdem fecisse inveniatur, idque proinde nec Vitæ S. Sanctini auctor, si ante dictum annum floruisset, facturus fuisse videatur. Quod cum ita habeat, e Vita S. Sanctini aut, si mavis, e dato hujus per Hincmarum in sua ad Carolum Calvum Epistola Compendio obtineri non potest,*

AUCTORE C. B. *anterior, non tamen etiam uti e Vita S. Sanctini*

AUCTORE C. B.

*potest, ut opinio, quæ* Dionysium Aeropagitam *cum Dionysio Parisiensi eumdem facit, seculo octavo medio statuatur antiquior, nedum jam inde ab ætate, ad quam mox recitato Chiffletii ratiocinio rejicitur, locum habuisse certo credatur. At vero, quo id, seu dictam opinionem jam inde etiam ab ætate, martyrio S. Dionysii vicina, obtinuisse, probatum dent, in medium etiam adducunt aut certe adducere queunt S. Dionysii Acta, a Visbio, martyrii, ut aiunt, S. Dionysii teste oculato, conscripta, quæ, vetustate pene consumpta, Hilduinus, ut loquuntur, ab interitu vindicavit, ac Ludovico Pio, Galliarum regi et imperatori obtulit*; Acta autem illa, *inquit in ecclesiasticam seculi* I *Historiam dissertatione* 16, *propositione* 2 *Natalis Alexander*, testabantur, Dionysium Aeropagitam, a Paulo Apostolo christianam ad fidem conversum, a sancto Clemente missum in Gallias, Parisiensem fundavisse ecclesiam et sanguine suo irrigasse, ut refert Hilduinus.

*etsi interim hæc conficta. uti hic*

134 *Reponentibus porro; Acta illa ab Hilduino, quo majorem Sandionysiano suo monasterio celebritatem conciliaret, fuisse conficta,* B *citra calumniam id dici non posse, respondet, ac deinde ita prosequitur:* Quis enim facile credat, virum religiosum et pium, qui regularem observantiam in abbatia. S. Dionysii restauravit, quem Lupus, Ferrariensis abbas, epistola 110 vocat « Nobilitatis, dignitatis et moderationis apice conspicuum ecclesiasticorum Magistrum; » quem » Valafridus tomo sexto Antiquæ lectionis Canisii in Carminibus ad eum scriptis vocat magnum » Aaronem, cujus nitor morum cum sensus probitate commendatur; » quis, inquam, credat, ipsum imposuisse religiosissima imperatori, episcopis, Christianis omnibus? Certe si Acta illa Visbii confinxisset, non deerant viri eruditi et sagaces in ecclesia Gallicana, qui fraudem subodorati fuissent et tam splendidum mendacium impugnassent. Die enim, amabo te, numquid Sirmondum et Launoyum » liberanda veritas expectabat? » *Ita laudatus scriptor; etsi autem rationes, quibus, quod habet propositum, probare hic studet, admodum infirmæ sint, nulloque possent confutari negotio, Visbii tamen Acta seu personati hujus,* C *de quo jam supra, auctoris Scriptionem ab Hilduino non esse confictam, recte contendit: præterquam enim, quod hic scriptor, ut supra docui, malæ fidei in auctoribus monumentisque citandis non sit, in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 5 *ait,* Visbii conscriptionem Parisiis divino nutu in tomo satis superque abdito fuisse inventam.

*probatur, ab Hilduino non sit.*

135 *Hoc autem non finxisse Hilduinum, liquet e Ludovici Pii ad hunc Epistola, supra plus semel laudata, qua, dum scriptori illi hic imperator, ut S. Dionysii Vitam conscribat, injungit, simul etiam huic adjungi mandat illa, quæ* in tomis vel chartis vertustissimis armarii Parisiacæ ecclesiæ, sacræ videlicet sedis suæ, prolatis invenerat, *ipsisque imperatoris* obtutibus ostenderat; *quibus e verbis, tomum illum satis abditum, in quo Visbii conscriptionem Parisiis fuisse inventam, Hilduinus loco mox cit. ait, a Ludovico imperatore non minus, quam abs hoc scriptore fuisse conspectum, indubitatum apparet. Recitata quidem Ludovici verba de Missalibus libris, ab Hilduino huic exhibitis, atque ad S. Dionysii Passionem contexendam usurpatis, intelligenda, Le Beuf, Autissiodorensis canonicus, in suis de Historia Parisiensi Dissertationibus pag.* 59 *et seq.* D *contendit, quod scilicet, cum illos Hilduinus ultimo loco in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto recenseat, idque (congruere enim ordini postulationis ordinem responsionis convenit) verosimillime faciat ordine eodem, quo monumenta, quæ per verba illa is princeps intellexit, postremoque commemorat, ad Dionysii Passionem conscribendam adhiberi ei præcepit. Verum Ludovicus in sua ad Hilduinum Epistola de Passionis Dionysianæ libello, abs hoc adhibendo, primum loquitur, ac tum demum verba proxime huc transcripta subjungit; Hilduinus autem, cum de eodem Passionis Dionysianæ libello fecit sermonem, non dictos Missales libros, sed Acta, a Visbio conscripta, seu potius personati hujus auctoris Conscriptionem recenset; ut, si recte notet laudatus Le Beuf, commentitium hoc monumentum potius, quam præfati Missales libri, per recitata Ludovici verba debeat intelligi, etsi interim isthæc ad illos imperator, utpote plurali numero usus, extendere etiam fortassis voluerit. Ut ut hoc postremum habeat, Visbii equidem conscriptio tam a Ludovico imperatore, quam ab Hilduino* E *fuerit conspecta, eamque proinde abs hoc fuisse confictam, verosimile haud apparet. Verum, etsi id ita habeat, nihil tamen ex hac habetur, quo, opinionem, de uno Dionysio jam inde ab ætate martyrio S. Dionysio proxima obtinuisse, utcumque probetur.*

*Natalis Alexander vult, seculo octavo medio,*

136 *Quid enim?* Dionysium Areopagitam, *qui in Gallias a Clemente Papa missus fuerit, Parisiensem ecclesiam vel fundasse vel sanguine suo irrigasse, illa Visbii conscriptio, contra ac Alexander, qui monumentum isthoc, num.* 44 *et binis seqq. a nobis jam datum, verosimillime haud viderit, existimavit, memoriæ nuspiam prodit. Etsi autem Dionysium, martyrio Parisiis coronatum,* Ionicum *appelet, sicque illum, ut num.* 48 *docui, Atheniensem, ac proin cum* Dionysio Areopagita *eumdem facere videatur, nullam tamen hac in re meretur fidem nec opinioni de uno Dionysio antiquitatem, quæ ad tempus martyrio Dionysii vicinum, accedat, ullo modo vindicat: non primum, quod, quemadmodum num.* 47 *jam docui, spuria prorsus sit ac ab impostore conficta; non secundum, quod ante seculum* VIII, *media sui parte jam elapsum, verosimillime conscripta non sit, uti apparet tum* F *ex iis, quæ num.* 48 *jam disserui, tum etiam ex eo, quod in documentis, ante seculum* VIII *medium conscriptis, nuspiam scriptor ullus, nomine* Visbius, *occurat. Quidquid itaque Alexander de personati hujus auctoris scriptione, quam etiam Dionysianis Actis, a Bosqueto vulgatis, præstare contendit, edicat, non est sane, cur ex ea opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio, Parisiensi antistite et martyre, eumdem facit, seculo* VIII *medio statuamus antiquiorem, quod hic potissimum erat monstrandum.*

*quidquid etiam contra e Metrodoro possit argui, est antiquior.*

137 *Nec eidem opinioni majorem etiam antiquitatem e Græca Dionysii Passione, quæ, quemadmodum supra docui, Metrodorum, scriptorem aliunde non notum, habet auctorem, recte tribueris, idque, etiamsi tantisper darem, illum verba, num.* 77 *recitata, quibus scriptionis suæ fontes declarat, non e Latinis, quæ interpretatus est, Actis, sed e proprio suo genio in litteras misisse. Cum enim is scriptor e nullis prorsus seu monumentis litterariis, seu scriptoribus aliis notus sit, eane is et animi probitate et sinceritate, ut fidem integram in omnibus mereatur, exstiterit,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *rit revocari potest in dubium, ac proin etiam, an veritati consona scripserit, hæc verba, supra adhuc, ut dixi, recitata, sub Passionis a se conscriptæ finem proferens:* Neque enim a nostris moribus habuimus, aut a nostra prænotione, sed ex veteri narratione a nobis perfectum est; quæque pauca a certa firmaque antiquitate et a longis temporibus audivimus, ea, ut potuimus, litteris mandamus, non expositionem ex nobis ipsis ac temere aggressi, sed ut magnorum doctorum rerum gestarum narrationes habuimus, veriti Deum. *Etsi itaque, quæ de* Dionysio, *a Paulo Apostolo ad fidem converso, qui deinde, cum Romam, substituto sibi Athenis episcopo, venisset, a Clemente Papa in Gallias missus, ibique deinde martyrium passus fuerit, in sua S. Dionysii Passione Metrodorus memoriæ prodit, ex antiquis fidei certæ atque indubitatæ monumentis sese accepisse, non obscure his verbis significet, vel ea tamen, quæ jam mox dixi, faciunt, ut pro veris, quæ de Dionysio scribit, in-*
B *dubitanter habenda non sint. Adhæc fieri etiam potest, ut is scriptor, aliunde, ut dictum, non notus, peritiæ seu criseos sufficientis defectu monumenta recentia ac spuria pro antiquis ac genuinis habuerit; ut certe nec Metrodori de Dionysio lucubratio, quod et de Aristarchi Epistola Methodiique ac Chiffletiani anonymi, uti e supra dictis facile colliges, lucubrationibus intelligendum, quidquam suppeditet, quo opinio de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Pariensi antistite, seculo* VIII *medio statuatur antiquior; an autem nihil etiam, quod id fiat, aliunde habeatur, § sequenti discutiam.*

## § VIII. Tria argumenta alia, quæ pro opinione de uno Dionysio ante seculum octavum medium consignanda faciunt discutiuntur ac refutantur.

*Opinionem de una Dionysio seculo* VIII *medio antiquiorem esse, nec. quod hic proponitur.*

*Qui pro opinione de uno Dionysio* Areopagita *simul et Pariensi, decertant, tria adhuc § presenti discutienda, quo hanc ante seculum octavum medium obtinuisse, evincant, argumenta adducunt. Ac duorum priorum quidem, a quibus hic ordiri lubet, alterum repetunt e laudato per Hilduinum in Areopagiticis, quem S. Eugenius Toletanus de S. Dionysio composuerit, Hymno, alterum e Bedæ Martyrologio, ex antiquissima S. Genovevæ Vita, e Pipini, Galliarum regis, Diplomate, ac demum e Fortunati, Pictaviensis episcopi, itidem Hymno, in quibus omnibus quatuor monumentis S. Dionysius a S. Clemente, qui primo æræ Christianæ seculo Romanam S. Petri Cathedram occupavit, in Gallias missus perhibetur. Verum, ut posterius hoc argumentum primo loco refutem, memorata quatuor monumenta pro genuinis hic tantisper admittamus; demus etiam, recte in his, a S. Clemente Papa in Gallias missum fuisse Dionysium, perhiberi, consectarium tamen hinc neutiquam erit, ut* Areopagita *fuerit is Dionysius. Quid ni enim* Areopagitæ *homonymus et ab hoc tamen diversus a Clemente mitti potuerit? Ait quidem Natalis Alexander loco supra cit., Clementis Papæ ætate præter* Areopagitam *non floruisse alium, qui* Dionysius *fuerit vocatus. Verum nihil prorsus, quo id probatum det, in medium affert, nec scio, an quidquam, quod vel qualemcumque veritatis speciem isti assertioni suæ conciliare natum sit, proferre potuisset. In Hieronymianis apud Florentinium Apographis martyres memorantur non pauci, a* Dionysio Areopagita *diversi* Dionysiique *tamen nomine distincti, quorum cum ætas juxta ac martyrii epocha in obscuro sint, nullum ex iis Clementis Papæ ætate floruisse, pro certo quis asseveret? Nemo sane, quantum opinor. Majores nostri martyres nonnullos,* Dionysii *nomine insignitos, in Opus nostrum jam intulere; cum autem quantum ad horum aliquos, nec seculum, quo, nec imperatorem, sub quo passi sint, utcumque determinarint, nullum ex iisdem, Clemente Papa in vivis adhuc superstite, martyrium subiisse, certissime non dixissent.*

AUCTORE C. B.

139 *Et vero nemo hodie est in arte critica adeo peregrinus, ut Clementis ætate unum dumtaxat exstitisse, putet, Dionysium, qui a sancto hoc Pontifice in Gallias Euangelii prædicandi ergo mitti potuerit. Nec est, quod reponas,* Dionysii *nomen, non Latinum, sed Græcum esse; etsi enim id ita habeat, non pauci Latini seu Romani primis etiam æræ Christianæ seculis floruere, quibus* Dionysii *nomen fuit. Adhæc, etsi etiam, Dionysium, qui a Clemente Papa in Gallias missus fuerit, natione Græcum exstitisse, tantisper daremus, hincne consequens fuerit, ut Dionysius, in Gallias a Clemente missus, certo non alius quam* Areopagita *exstiterit? Nullusne forte præter hunc tum etiam in Græcia exstiterit, qui hinc Romam venire ac dein in Gallias a Clemente Papa mitti potuerit? Enimvero futurum ex eruditorum numero quemquam, qui id sibi hodieque in animum inducat, verosimile haud apparet. Omnibus itaque, quæ jam dixi, consideratis, Dionysium, qui a Clemente Papa in Gallias missus fuerit,* Areopagitam *esse, e quatuor supra memoratis monumentis minime evinci potest. Jam vero, cum res ita habeat, tantumque adeo pro S. Dionysii, Parisiensis episcopi ac martyris, in Gallias missione Clementi Papæ adscribenda, non autem etiam pro opinione de uno Dionysio ante seculum* VIII *medium figenda, repetitum ex illis argumentum faciat, anne eadem et quæcumque alia, que Dionysium, Pari-*
F *siensem antistitem ac martyrem, nullo prorsus, quo hic cum* Areopagita *confundatur, apposito indicio, in Gallias a Clemente Papa missum statuunt, veritati hac in re sint consona, non hic, sed in infra præmittendo Actis S. Dionysii Parisiensis Commentario, ad quem e jam dictis proprie spectant, indagandum est.*

*repetitum e monumentis quatuor argumentum,* E

140 *Eo itaque lectorem, qui, quæ de iisdem monumentis assertaque in hisce Dionysii per Clementem Papam in Gallias missione dicturus præterea sum, nosse volet, remississe contentus, ad argumentum alterum, e dicto Eugenii Toletani Hymno repetitum remque pariter non evincens, jam progredior. Ac primo quidem Hymnum, qui pro Hymno illo obtruditur, Dionysiumque Parisiensem pro* Areopagita *perspicue habet, integrum huc transcribo. Hic verbis concipitur:*

*nec qui hic*

Cæli cives applaudite
Mundi jucundo lumini,
Quo illustratur cælitus
Hujus diei gratia.
Præcelsa fides Martyris
Sacrique

AUCTORE C. B.

Sacrique vita antistitis,
Dionysii nobilis,
Cælitus palmam suscepit.
Areopago Athenæ *
Regis sumpsit diadema
Cælestis gemmam fulgidam
Dionysium sophistam.
Paulo docente, speculum
Habet fides fidelium,
Et speculum * gentilitas,
Quæ ante mirum * noverat.
Miro Clarescens dogmate
Illuminavit Græciam :
Et inclytus hic * Pontifex
Urbem Romanam adiit.
Clemente Romæ præsule
Jubente, venit Galliam :
Cui jubar solis splendidi
Illuxit signis, famine.
141 Tandem repulso dæmone,
Constructo sacro opere,
Pœnis affectus maximis,
Cæsa cervice, cælum petiit. *
Ave, Pater, scandens polum,
B Ave, Pie, visens solum,
Annua festi munera
Tua sacrans præsentia.
Offer, sacerdos optime,
Gemitus nostros et preces.
Firma fidem, Martyr Dei,
Moresque nostros corrige.
Ope guberna fragiles
In mundi hujus pelago,
Atque exutos corpore
Pie Benignus suscipe,
Quo sine fine gloriam
Deo Patri cum Filio
Una cum sancto Spiritu
Tecum canamus perpetim.

* *al.* ecclesia

* *al.* spiculum

* *al.* Quem ante murum

* *al.* hinc

*integer recitatur,*

* *al.* adit

*En nunc etiam, unde monumentum illud acceperim. Penes nos haud parvum, quod e Ms. Broniensi acceptum simulque cum Ms. S. Gisleni collatum notatur, exstat manuscriptum, Vitam S. Eugenii, Toletani scilicet, uti in hac loco non uno indicatur, archiepiscopi et martyris, complectens, uti etiam factam hujus a S. Gerardo abbate reliquiarum a monasterium Broniense translationem miraculaque, ibidem ab eodem S. Eugenio deinceps patrata. Illa autem S. Eugenii Vita*
C *Hymnum jam recitatum complectitur, mihique, cum altero hujus exemplari, quod Operum* S. Dionysii Areopagitæ, *Antverpiæ anno* 1634 *editorum, tom.* 2, *pag.* 353 *profertur, collatione facta, huc transferendum suppeditavit.*

*Eugenioque martyri, qui simul*

142 *Hoc porro monumentum lucubratio illa S. Eugenio martyri, qui Toletanus etiam archiepiscopus fuerit, adscribit. Verum an recte? Antequam meam hac de re promam sententiam, memoratæ S. Eugenii Vitæ Compendium, a Launoyo e Vitæ ejusdem, quod e Ms. S. Remigii Remensis codice hic scriptor excerpserat, exemplari contextum, nostroque, quod jam laudavi, Broniensi apographo in substantia juxta ac in adjunctis apprime consonum, huc transcribo. Sic habet :* Dionysius Areopagita Roma, *quo Athenis, substituto sibi ibidem episcopo, advenerat,* discedit in Galliam, Romanum civem secum adducit Eugenium, antistitem a se creatum Arelate in Hispaniam ablegat Toletum. Hic Eugenius fundat ecclesiam, populos ad fidem Christi convertit, Toletanam ecclesiam dedicat in honorem B. Stephani protomartyris, epicum carmen ex XIV versibus conflatum scribit in gra- D
tiam Christianorum, quod ita incipit « Rex Deus « immensi, quo constat machina mundi. » Deinde ubi ecclesiam suam idoneo clericorum numero instruxit, Toleto Lutetiam proficiscitur magistrum visurus. Cum vero non procul ab urbe pervenit ad locum, nomine Diogilum, ab incolis accipit mortem Areopagitæ, tunc hymnum conficit, cujus initium est : « Cæli cives applaudite. » Hoc hilare decantato, solvitur in lacrymas, sed ex eo tandem sese et alios collacrymantes solatur, quod Dionysius in cœlum evolarit. Hinc Evangelii sementem huc atque illuc spargit; quo brevi comperto, ab lictoribus capitur et a Fescennino interimi jubetur. *Ad rem modo veniamus.*

*Toletanus episcopus fuerit,*

143 *Præterquam quod S. Eugenius, qui, quemadmodum hic traditur, martyr simul et Toletanus episcopus fuerit, in rerum natura (Adi apud nos ad tertiam mensis hujus diem in Commentario, Actis S. Gerardi, abbatis Broniensis, prævio,* § 5 *jam disputata) numquam exstitisse videatur, Sancto isti (hunc enim martyrem simul et Toletanum episcopum fuisse, modo tantisper dabimus) in jam dato Vitæ ejus compendio etiam* E
*adscribitur constatum e quatuordecim versibus carmen, cum autem hoc, uti inter omnes convenit, S. Eugenium Juniorem Toletanum episcopum, qui confessor, non martyr, septimo æræ Christianæ seculo obiit, habeat auctorem, perperamque adeo Eugenio, qui martyr simul et Toletanus episcopus fuerit, in compendio jam dato ac proin et in dicta, e qua hoc contractum, S. Eugenii Vita adscribatur, fit vel hinc, ut, an in hac supra a huc transcriptus Hymnus perperam pariter S. Eugenio, martyri simul et Toletano episcopo, non attribuatur, revocari haud immerito queat in dubinm. et vero, cum nullus apud Occidentales ante Hilarium et Ambrosium hymnos in Dei vel Sanctorum laudem, uti ex Isidoro Hispalensi Launoyus in sua Milletianæ ad Sirmondi de Duobus Dionysii Dissertationem Responsionis Discussione cap.* 18 *docet, in Ecclesia cecinerit, quis hymnum præfatum in laudem S. Dionysii contextum, Eugenio martyri, qui seu primo seu secundo æræ Christianæ seculo Toletanæ ecclesiæ episcopus præfuerit, in recitato Vitæ S. Eugenii Compendio ac proin et in hac recte adscribi, in animum facile inducat? Nemo sane, quanto opinor, nisi qui, quæcumque veluti seculis anterio-* F
*ribus gesta obtruduntur et tamen, quod cum horum moribus consuetudinibusve pugnent, a sanioris judicii viris ad rerum fictitiarum classem amandantur ac contemnuntur, pro vere gestis, nulla omnino seu falsi seu commenti, quod iis subsit. suspicione admissa, facile habere sit paratus.*

*Eugenioque item Juniori, Toletano episcopo,*

144 *Utut res habeat, præfatum equidem Hymnum S. Eugenio, qui seu primo seu secundo æræ Christianæ seculo Toletanus episcopus fuerit, martyrque obierit, adscribi neutiquam posse, tam clarum est atque evidens, ut id ipsemet Menardus in sua de Unico Dionysio adversus factam a Launoyo Milletionæ ad Sirmondum Responsionis Discussionem Diatrida cap.* 18, *num.* 8 *non obscure fateatur, etsi interim, quo opinioni de unico Dionysio, quam tuetur, major vindicaretur antiquitas, Eugenio potius, qui seculo seu primo seu secundo floruisset, quam alteri cuicumque posterioris ævi homonymo adscribere, ni id manifesta impedivisset veritas, indubie voluisset. Verum quo et Hilduinum, qui hymnum, in S. Dionysii laudem contextum, S. Eugenio Toletano in suo ad Ludovicum Pium*

A *Pium imperatorem Rescripto num.* 7 *attribuit, ab impostura immunem præstet, et suam de unico Dionysio opinionem Caroli Magni ætate, imo et seculo octavo medio esse antiquiorem ostendat, Hymni supra huc translati, ab Hymno, ut tantisper dabimus, per Hilduinum laudato, non diversi, scriptionem Eugenio Juniori, Toletano episcopo, qui anno circiter* 650 *floruit, adscribit. Ac recte quidem compositum de Dionysio Hymnum, quem S. Eugenio Toletano, distinctiori hujus notione haud addita, Hilduinus loco supra cit. attribuit, ab ipsomet hoc scriptore non fuisse confictum, Menardus contendit; præterquam enim quod Hilduinus, ut supra ostendi, malæ in scriptoribus monumentisque citandis fidei non sit, scriptaque adeo, quæ ab ipsomet fuissent composita, veluti ab aliis contexta, laudasse neutiquam sit censendus, impostores, qui, quas supra memoravi, lucubrationes sub fictis Aristarchi et Visbii nominibus comminisci non erubuere, hymnum etiam, quem Hilduinus laudat, sub S. Eugenii Toletani nomine finxisse, sat ve-*

B *rosimile apparet, maxime cum Eugenius Junior, medio circiter seculo septimo Toletanus episcopus, scribendorum carminum facultate excelluerit, huicque idcirco illi præfatum, quem metrice, seu, ut exactius loquar, rythmice conscripserant, Hymnum affingendi occasionem inde arripere, reque etiam ipsa affingere haud magno admodum imposturæ fraudisque detegendæ periculo potuerint.*

*quidquid contra Menardus ratiocinio, hic dato*

145 *At vero, ut ad id, quod hic potissimum discutiendum est, jam veniam, Hymnum illum non impostoribus, a quibus Eugenio Juniori, Toletano episcopo, fuerit suppositus, sed ipsimet, ut jam dixi, huic antistiti, veluti legitimum ac germanum hujus fœtum, loco supra cit. Menardus adscribit; ut autem merito sese id facere ostendat, hunc ibidem ratiocinatur in modum*: Hilduinus in Areopagiticis, ut probaret, S. Dionysium, Parisiorum antistitem, esse Areopagitam, citavit in hanc sententiam Hymnum S. Eugenii Toletani generatim sine discrimine martyris aut confessoris. In Vita S. Eugenii episcopi et martyris, quam citat adversarius ex codice Remensi, hic Hymnus tribuitur Eugenio martyri, qui ita incipit: « Cæli cives applau-
« dite, mundi jocundo lumini, » simulque hi versus:

C « Rex Deus, immensi quo constat machina
« mundi,
« Quod miser Eugenius posco, tu perfice
« clemens etc, »

Qui quidem hexametri versus primi post præfationem exstant inter Opuscula B. Eugenii junioris, episcopi Toletani, quæ Parisiis exierunt cura doctissimi Sirmondi, sine tamen Hymno præfato. Cum autem hic Hymnus cum prænominatis versibus extet in supra citata Vita S. Eugenii martyris, episcopi Toletani, Ms. codicis bibliothecæ monasterii S. Remigii Remis siti, signum est, illius auctorem esse prælaudatum Eugenium Juniorem, etsi nominis æquivoci ambiguitate deceptus auctor præfatæ Vitæ simpliciter quidem, non fraudulenter, illum S. Eugenio martyri tribuerit. Quod confirmatur ex duobus antiquissimis codicibus Mss. monasterii S. Germani a Pratis, et S. Petri in Valle apud Carnutes, in quibus, ut missum faciam codicem Ms. monasterii S. Dionysii, post Hilduini Areopagitica hic Hymnus habetur sub hac Epigraphe: « Hymnus Eugenii, Toletani episcopi, de S. Dio-
« nysio compositus Rithmice. »

AUCTORE C. B. *simulque retione*

146 *Hactenus laudatus scriptor; verum, etsi in eadem S. Eugenii, qui martyr ac Toletanus fuerit episcopus, Vita seu Passione, in qua hexametri versus, Eugenio Juniori, Toletano episcopo, ab omnibus circa ullam controversiam adscripti, leguntur, supra a nobis recitatus Hymnus etiam reperiatur, minime hinc mihi, ut hic pariter sancto isti Toletano episcopo sit adscribendus, consectarium apparet. Quid ni enim factum esse queat, ut, qui fabulosam illam (Adi, quæ huc spectant, ad tertiam mensis hujus diem in Commentario Actis S. Gerardi prævio num.* 68 *et seq. jam dicta) S. Eugenii, martyris et Toletani antistitis, Vitam contexuit, in hac simul et dictos versus hexametros et Hymnum præfatum, etsi et hunc et illos nuspiam invenisset conjunctos, dedita tamen opera Heroi, cujus gesta litteris mandabat, adscripserit, quod, quamvis quidem, ut jam mox dictum, nuspiam et Hexametros illos versus et Hymnum memoratum invenerit conjunctos serieve continua descriptos, tam hunc tamen quam illos ab uno eodemque auctore adornatos, leviusculis dumtaxat e causis perperam judicarit? Sane non* E *est, cur in hac re errasse credendus non sit, cum, ipsomet verbis recitatis fatente Menardo, in determinato, a quo præfati versus et Hymnus promanarint, auctore assignando certissime erraverit. At vero, inquies, Hymnus, de quo hic, in tribus antiquissimis codicibus Mss., videlicet monasterii S. Germani a Pratis, S. Petri in Valle apud Carnutes et monasterii S. Dionysii in Francia, S. Eugenio Juniori, Toletano episcopo, adscribitur, teste iterum verbis recitatis Menardo. Ita omnino habet; verum quam quidem codices illi antiquissimi ætatem habent? Fueruntne ante Hilduini ætatem exarati?*

*non una confutato, arguat, perperam adscribitur, Hymnus rhythmicus,*

147 *Cum enimvero, si tanta codices memorati antiquitate pollerent, maxime in causam, quam Menardus propugnat, roboraret, nec tamen abs hoc scriptore ratione ulla asseveretur, fit mihi vel hinc, fuisse illos ipsimet Menardo posterioris ævi visos, reque etiam ipsa dumtaxat exstitisse tales, vix non indubitatum. Quid si ergo post Hilduini ætatem a monasteriorum, quorum ex dictis sunt, inquilinis exarati fuerint, qui, cum in scriptoris hujus de uno* Dionysio, Areopagita *simul et Parisiensi antistite, opinionem concessissent, omniaque prorsus, quibus hanc illi in suis Areopagiticis superstruit, documenta pro veris ac genuinis haberent, hisce etiam Hymnum de Dionysio, quem Hilduinus, veluti ab Eugenio Toletano compositum, pro sua de unico Dionysio opinione in dato a sese ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num.* 7 *laudat, accensendum putarint, hincque supra huc transcriptum Hymnum, utut eum cum aliis S. Eugenii Junioris, Toletani episcopi, Operibus nuspiam invenissent conjunctum in codicibus tamen, quibus illum inscribebant, Eugenii Junioris, Toletani episcopi, nomine e spuriis, quæ Hilduino præluxerant, adversariis horumve transumptis notarint, aliisque, quæ transcribebant, sancti ejusdem Operibus adjunxerint? Quid si etiam, cum unus codicum dictorum scriptor, Hilduini auctoritate nixus, Hymnum præfatum Eugenio Toletano Juniori attribuisset, duo reliqui illum, re non examinata ac clausis, ut ita dicam, oculis, fuerint secuti? Nihil sane obstat, quo minus tam unum, quam alterum factum esse queat, potestque proinde, an re etiam vera factum haud sit,*

F

AUCTORE C. B.

*non immerito revocari in dubium, maxime cum Hymnus ille inter Eugenii Junioris, Toletani episcopi, Opuscula, quæ Sirmondus anno* 1628 *edidit, non compareat. Jam vero cum res ita habeat, anne umquam Hymnum, quem codices tres, a Menardo memorati, exhibent, Toletanus is episcopus concinnarit, dubium esse admodum, necesse est, huicque adeo, veluti a quo certo sit compositus, a Menardo et aliis, qui eamdem, quam ipse, de uno Dionysio opinionem tuentur, perperam adscribitur.*

*utpote vel a impostore confictus,*

148 *At vero, inquies, a quo ergo Hymnus ille, si Eugenium Juniorem, Toletanum episcopum, non habeat auctorem, fuit contextus? Rem factam esse, suspicor, ab impostore quopiam, qui venerandum Eugenii Toletani nomen, quo imbibitæ a se de uno Dionysio opinioni fidem facilius conciliaret, fuerit mentitus. Ita omnino comparatus sum, quod Hymnum illum Scriptis, quæ* abdita et negligenter relicta *invenit, Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 7 *haud obscure accenseat, hæcque inter, uti in-*
B *dicat, et Visbii conscriptionem, et Aristarchi ad Onesiphorum epistolam, quæ ambæ lucubrationes omni dubio procul, ut supra docui, commentitiæ fictisque etiam scriptorum nominibus attributæ sunt, etiam invenerit; quod cum ita habeat, fit vel hinc, ut merito vereri possimus, ne Hymnus, quem spuriis hisce monumentis adjunctum reperit, similis etiam furfuris exstiterit. Adhæc Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num. proxime cit. ita scribit:* Nec mirari quis poterit, cur Hymnum sancti Eugenii Toletani de beato Dionysio habeamus, et vicinorum sapientium scriptis, exceptis paucis, videamur carere; *e cautione autem, ab Hilduino his verbis* Nec mirari quis poterit *etc adhibita, consectarium apparet, ut, si non ipsemet Hilduinus, alii saltem, qui ipsa scriptoris hujus ætate floruerint, dubitarint, num Hymnus, quem is, veluti a S. Eugenio Toletano compositum, verbis jam datis laudat, pro genuino hujus fœtu esset habendus. Atque hæc aliaque supra relata, e quibus, quantum reor, merito certe a nobis dubitari ea de re posse, satis superque liquet, huc usque disputavimus, admittentes tantisper, supra huc transcriptum a nobis Hymnum ab Hymno,*
C *quem Hilduinus, non relatis, quibus constaret, verbis, laudat, nulla omnino in re fuisse diversum: verum quid si ab Hymno, qui Hilduino præluxit, versiculi seu verba, quibus, qui illo laudatur, Dionysius pro* Areopagita *perspicue habetur, abfuerint, in eumque dumtaxat post a fabulosæ S. Eugenii Vitæ scriptore, quo imbibitæ a se de uno Dionysio opinioni pondus adjungeret, fuerint intrusa?*

*vel saltem a spuriæ Vitæ S. Eugenii auctore interpolatus, evictum dat,*

149 *Id certe a veritatis specie minime est alienum, etsi enim, iis rescissis, reliqua Dionysium, de quo agunt, in Gallias a Clemente Papa missum fuisse, dumtaxat tradant, Hilduinus Hymnum alterum, Venantio Fortunato, uti infra docebo, affictum, ut ut in eo Dionysius, Parisiensis episcopus, pro* Areopagita *aperte non habeatur, sed dumtaxat in Gallias a Clemente Papa missus insinuetur, pro sua de uno Dionysio opinione etiam laudat; ut pariter proinde Hymnum, Eugenio Toletano adscriptum, ut ut idem dumtaxat insinuatum in hoc fuisset. pro eadem opinione sua laudare potuerit. Adhæc anonymus supra laudatæ, cui S. Eugenii Toletani a Dionysio Hymnus, prout supra a nobis datus est, exstat insertus, Vitæ S. Eugenii, qui Toletanus episcopus simul et martyr exstiterit, scriptor figmentis loco non* D *uno, seu, ut, quod res est, aperte eloquar, a capite ad calcem indulget, uti quisque, qui spurium illud monumentum evolverit, facile deprehendet, atque apud nos ad* XV *Novembris diem, quo de S. Eugenio martyre tractaturi sumus, ratione non una poterit dilucide monstrari. Jam vero, cum id ita habeat, est sane, cur dubitare possimus, an scriptor hujusmodi Hymnum prorsus novum laudato per Hilduinum Hymno non substituerit, vel an hunc verbis nonnullis seu versiculis, nono scilicet atque undecim sequentibus, quibus, qui laudibus in eo effertur, Dionysius pro* Areopagita *dilucide obtruditur, auctiorem non reddiderit. Ut ut sit, Hymnum equidem, seu supra huc transcriptum, seu ab Hilduino laudatum, pro exploratæ fidei monumento, quo controversa, quam hic impugnamus, de uno Dionysio opinio seculo* VIII *medio evincatur antiquior, haberi non posse, satis superque e jam disputatis liquet; ut proinde quod de illa, ante istud tempus non consignanda, antea asserui, firmum atque in-* E *concussum contra petitum etiam ex Hymno illo argumentum consistat.*

*uti nec productum a Nicolao Antonio Chronici Fragmentum,*

150 *Ad tertium, quod præsenti* § *adhuc discutiendum refutandumque restat, jam progredior. Chronici Flavii Marci Dextri Fragmentum, quod in Bibliotheca Hispana Veteri tom.* 2 *pag.* 274 *pro germano et legitimo hujus historici monumento, si quod e germana et Fuldensi bibliotheca seculo* 16 *in Hispaniam fuerit transmissum, Nicolaus Antonius haberi vult, ita apud hunc auctorem tom. cit. pag.* 275 *memorat:* Marcus Marcellus, Marci Marcelli, Urbis præfecti filius, qui et Eugenius, quondam S. Petri Apostoli, postea vero S. Clementis Papæ discipulus, ab eodem et Dionysio Areopagita missus in Hispaniam prædicat et Toletanos docet XCV; *ex hisce autem verbis, utpote quibus Eugenius a* S. Dionysio Areopagita *in Hispanias missus, annoque æræ Christianæ nonagesimo quinto Toletanos docuisse traditur,* Dionysium Areopagitam *in Gallias prædicandi Evangelii ergo seculo primo venisse, opinionemque adeo de uno Dionysio, utpote in laudato, quod diu ante seculum octavum fuerit conscriptum, Chronici Fragmento consignatam, seculo octavo medio esse antiquiorem, potest contendi. Et vero hac objectione, si modo, quibus innititur, fun-* F *damenta undequaque firma forent ac solida, res utcumque videri posset evinci. Verum ipsemet Nicolaus Antonius Chronici Flavii Marci Dextri, quod laudat ac porro tom. cit. suppeditat, Fragmentum pro germano et legitimo Historici illius fœtu haberi dumtaxat vult, si quod germanum et legitimum ejusdem monumentum e Fuldensi bibliotheca in Hispaniam seculo sexto decimo fuerit transmissum; nulla autem Dextri, Maximi, Juliani, Luitprandi, aliorumque plurium, qui de rebus Hispanicis scripserint, auctorum Chronica seu monumenta historica e Fuldensi Germaniæ abbatia seu hujus bibliotheca, penes quam illorum originalia seu autographa exstiterint, seculo* XVI *in Hispaniam missa fuisse, eruditis hodie passim notum est. Pro genuino quidem Dextri fœtu absolute etiam Chronici, quod mox laudavi, Fragmentum Nicolaus Antonius ex iis, quæ cit. Biblioth. Hispanæ veteris tom.* I, *pag.* 156, *num.* 376 *aliisque locis scribit, habuisse videtur. Ast rectene, an secus, magis opportune, cum ad* XV *Novembris diem de S. Eugenio martyre tractabitur, examinari poterit. Hic interim, monumentum illud, quidquid etiam Antonius arguat, mihi*

A *mihi admodum esse suspectum, lector in antecessum noverit.*

*etsi etiam id pro monumento spurio haud esset habendum.*

151 *At vero, etsi etiam id pro genuino Dextri, Scriptoris seculo* VIII *medio longe antiquioris, fœtu esse admittendum, vereque adeo abs hoc Eugenium martyrem, qui primus Toletanus exstiterit episcopus, in Hispaniam a* S. Dionysio Areopagita *missum fuisse, memoriæ proditum verbis mox recitatis exstare, tantisper daremus, nec hinc consectarium fuerit, ut vel* S. Dionysius Areopagita *in Gallias umquam Evangelii prædicandi causa venerit, vel ut id esse factum, Flavius Marcus Dexter, quod Eugenii in Hispanias missionem* Areopagitæ *adscribat, existimarit. S. Policarpus discipulorum suorum nonnullos uti apud nos tom. 2 Januarii in Commentario, Actis sancti illius episcopi ac martyris prævio, pag.* 694 *videre licet, ex Asia, ubi commorabatur, in Gallias Evangelii ibidem annuntiandi causa misit, nec tamen in Gallias ipsemet umquam venit. Quid si ergo factum sit, ut* Dionysius Areopagita, *etiamsi in Gallias numquam venerit, Eugenium tamen, imo et discipulorum suorum plures alios e Græcia, ubi commorabatur, in Hispaniam, quo*

B *hanc ad Christi fidem converterent, submiserit? Id sane æque* Dionysius Areopagita, *quam quod jam dixi, Polycarpus, facere potuit. Dexter quidem Eugenium facere videtur Romanum; verum filios suos Romani primo etiam æræ Christianæ seculo Athenas, quo ibidem litteris operam darent, mittere solebant. Quid si ergo Eugenius, cum a S. Petro Apostolo ad fidem fuisset Romæ conversus, Athenas parentum jussu abierit, atque in disciplinam* Dionysio Areopagitæ *datus, in Hispaniam inde abs hoc, Clementis Papæ assensu subinde accedente, postea missus fuerit? Nihil sane, quo minus facta hoc modo res esse potuisset, obstare videtur. Jam vero, cum ita habeat, ex eo certe, quod Flavius Marcus Dexter,* Eugenium *ab* Areopagita *in Hispanius missum fuisse, memoriæ prodidisset; consectarium neutiquam esset, ut vel* Dionysius Areopagita *in Gallias umquam venerit, vel ut, id factum fuisse, scriptor ille seculo* VIII *medio longe antiquior existimarit, nequitque proinde ex iis, quæ supra scribit, concludi, opinionem de uno Dionysio seu de* Dionysio Areopagita, *qui in Gallias venerit, ante tempus illud obti-*

C *nuisse. Alia insuper, quæ pro ea utcumque probanda faciunt, argumenta possunt afferri; verum hæc et seq. propositurus ac porro refutaturus sum.*

## § IX. Reliqua, quæ ad eamdem opinionem seculo octavo medio antiquiorem faciendam conducunt, proponuntur ac refelluntur.

*Crotoniatæ, Dionysium Areopagitam, dum Athenis Romam peteret,*

*Ughellus tom.* 7 *Italiæ Sacræ in Episcopis Crotoniensibus, quæ Magnæ quondam Græciæ, nunc Ulterioris Calabriæ civitas est, sic scribit :* Cæterum Petro Apostolorum principe per finitimas civitates Evangelium promulgante, ut quidam volunt. Crotoniatæ fidem Christi hausere, alii vero a S. Dionysio Areopagita illuc transeunte Crotoniatas fidem primo suscepisse narrarunt. Constans enim fama est apud Crotoniatas, Areopagitam, Romam petentem, Crotonem divertisse, et Crotoniatas ad Christum convertisse; quocirca Crotoniatæ in signo civitatis ipsius S. Dionysii effigie utuntur, cujus festum cum octava celebrant, ac velut suum divum tutelarem, primumque episcopum venerantur, et colunt. *Ac deinde, nonnullis interpositis,* Dionysium Areopagitam *inter Crotonienses episcopos primo loco recensens ita memorat :* S. Dionysius Areopagita, Pauli Apostoli discipulus, Atheniensis episcopus merito primus Crotoniensis præsul dicendus est, quando in eam urbem * (ut ferunt indigenæ) dum illac pertransiret, et Romam petens, ut Apostolorum martyrio ita monitus ab Evangelista Joanne interesse deberet, fideles confirmavit in fide, jam diu vel ab ipsis Apostolis, vel ab eorum discipulis disseminata. Crotonem igitur, ut fert traditio, ingressus, apud ipsam per aliquot dies moram traxit, et a Christi fidelibus acclamatus episcopus est, qui, cum ecclesiam confirmasset, relicto coadjutore, iter prosequutus, collacrymantibus cunctis, qui eum deinde summa veneratione coluerunt.

AUCTORE C. B.

* *l.* in ea urbe

153 Cæterum Crotoniates, ut fidem facerent posteritati, Dionysium suum fuisse primum episcopum, sacellum in Cathedrali suo nomini dicarunt, ubi Deiparæ Virginis sacram ad vivum depictam imaginem, quam ex Oriente secum detulerat, et in amoris pignus Crotoniatibus dono dederat, summa religione collocarunt, eumdemque Divum suum tutelarem fecerunt : quamobrem ejus simulachrum, in Cathedra sedens, et civitatem in manibus tenens, Urbis extare voluerunt nobile signum, sub quo hæc verba leguntur : Sum signum, et præsul Dionysius episcopus Crotonis. Maneat igitur Dionysium a Paulo Apostolo Atheniensem primum fuisse ordinatum episcopum, mox a Crotoniatibus acclamatum antistitem, inde anno Christi XCVIII, ut omnes fere Galli, Scriptores affirmant, a Clemente I Papa Lutetiæ Parisiorum creatum Pontificem, ubi pro Christi fide gloriosam palmam suscepit martyrii anno ætatis circiter CXX, salutis humanæ circiter CXX. Nec admirationem hoc ipsum iis commovebit, quos primigeniæ Christi Ecclesiæ mos haud omnino latuerit. Siquidem, ut non semel diximus, cum ea Christi exordia non usquequaque operariis abundarent, fiebat, ut unus idemque, cujus pietas perspecta esset, ad plures deinceps ecclesias prædicationis gratia destinaretur, illæque, sive conversionis inde auspicatæ nobilitatem, sive memori mente gratoque animo in auctorem suæ salutis futuræ, illum ipsum suum Apostolum, episcopumque appellarent; quod Dionysio apud Crotoniates evenisse, credendum est. Adventasse Dionysium in hanc urbem Athenis Romam petentem commemorat Baptista Mant. in ejus vita iis versibus :

*per urbem suam transiisse, atque hujus fuisse acclamatum episcopum, affirmant :*

E

F

Jam ratis Auloni radens freta proxima cursum
Vertit ad Hydruntem, Borea spirante, Tarentum.
Labitur, apparetque Croton et cæt.

*verum traditio, cui id superstruunt, recentiori dumtaxat ævo*

154 *Hactenus Ughellus; ast nullo prorsus, quæ de* S. Dionysio Areopagita *commemorat, quæque, si vera essent aut saltem a Crotoniensibus ante seculum octavum medium fuissent credita, opinionem de uno Dionysio veritati esse consonam, aut certe ante epocham istam viguisse, viæ non indubitatum efficerent, monumento antiquo firmat. Affert quidem constantem, quæ apud Crotoniatas viget, famam seu traditionem; verum nihil addit, quod legitimam hanc esse ac vel a seculo octavo medio inchoatam, utcumque evincat. Quid enim? Anno forsan id*

AUCTORE C. B.

*id præstet, vel quod de* Dionysio Areopagita, *pro patrono a Cratoniatis habito magnaque apud hosce veneratione affici solito, vel etiam quod de ejusdem Sancti effigere, a Crotoniatis in civitatis suæ signo seu scuto gentilitio adhibita, memoriæ prodit? Neutiquam certe. Hinc quidem, quod jam explicatæ Crotoniatarum traditioni suffragaretur, elici quidquam posset, si jam inde a primis æræ Christianæ seculis vel* Dionysium Areopagitam, *veluti Crotonis patronum a civitatis hujus incolis honoratum fuisse, vel Sancti ejusdem effigiem in Crotonis signo fuisse adhibitam, solide probari posset. Verum nullum prorsus exploratæ fidei monumentum antiquum, quod vel unum vel alterum probare natum sit, alicunde suppetit. Quid multa? Crotoniatarum de* Dionysio Areopagita, *qui apud illos fidem annuntiarit, sedemque episcopalem primus occuparit, traditionem recentiori dumtaxat atque a primis æræ Christianæ seculis remotiori ævo primum esse exortam, vel ex verosimillimum apparet, quod de re isthac altissimum sit silentium apud omnes prorsus antiquos scriptores seu Græcos seu Latinos, imo et apud ipsummet Hilduinum, qui tamen, quæcumque ad*
B *suam de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, opinionem firmandam conducere utcumque possent, summa diligentia undecumque collegit. Laudat quidem Ughellus Joannem Mantuanum, condendorum carminum arte celebrem; verum hic non citius, quam seculo quinto decimo floruit.*

*nec nisi errore videtur exorta.*

155 *Quod autem ad primitivæ Ecclesiæ morem, quem idem Ughellus pro Crotoniatarum traditione adhuc adducit, modo etiam spectat, nec inde quidquam pro hujus initio ad prima æræ Christianæ secula retrahendo potest confici. Etsi enim sub Ecclesiæ seu fidei Christianæ gentibus annuntiatæ initium aliqui subinde, quod tum operariis Domini vinea non abundaret, ad alias atque alias ecclesias, cum virtutem suam ac pietatem alicubi probassent, divini verbi disseminandi causa missi legantur, hæque non raro illos, quo gratum erga salutis suæ auctores animum exhiberent,* Apostolos *suos atque* episcopos *appellarint, id tamen* Dionysio Areopagitæ *apud Crotoniatas evenisse, nihil omnino suadet. Quid si*
C *igitur Crotoniatæ, cum ad Christi fidem primum fuissent conversi, episcopum nomine* Dionysium *nacti fuerint, illorumque deinde posteri, quod quis qualisve fuisset is Dionysius, nuspiam invenirent notatum, facilius illum, quam par esset, præpostera, qua et plures olim aliæ ecclesiæ sui initia Apostolorum temporibus quam proxime admovere modis omnibus studuisse noscuntur, cupiditate abrepti pro* Areopagita *habuerint? Id enimvero ita reipsa factum, neutiquam mihi vero apparet absimile, ut fortassis nec a veritatis specie procul recessurus esset, qui assereret, Crotoniatarum de* Dionysio Areopagita, *qui et fidem apud illos prædicarit et Cathedram episcopalem primus occuparit, traditionem tunc primum esse exortam, cum Galli seculo* XIII *regnum Neapolitanum, in quo Croton sita est, occuparunt, suamque de* Dionysio Areopagita, *qui Romam, Athenis sibi substituto episcopo, venisset, indeque in Gallias, ubi et martyrium subiisset, a Clemente Papa Evangelii prædicandi ergo missus fuisset, opinionem cum Crotoniatis communicare potuerunt.*

156 *Ut ita autumem, idcirco potissimum facile propendeo, quod Crotoniatæ Apostolum, qui et ipsis et Gallis, in regione sua tum dominantibus, esset communis, habere, singulari seu honori seu felicitati ducere tunc potuerint, facileque adeo factum esse queat, ut Dionysium, civitatis suæ primum episcopum, alium non esse, quam qui, relictis Athenis, Romam primum ac deinde in Gallias concessisset, sibi tum persuaserint, itaque opinioni, quæ postea in antiqua traditione credita fuerit fundari, ortum dederint. Quod si tamen id quisquam jam inde a seculo decimo, quo, qui e Gallis venerant, Normanni Siciliam ac regnum Neapolitanum, Saracenis ac Græcis pulsis, occuparunt, contigisse velit, haud equidem magnopere refragabor. Ut ut interim res habet, nullum equidem exploratæ fidei monumentum quod seculo* VIII *medio certe sit antiquius, quodque, quæ de* Dionysii, *Romam Athenis petentis, apud Crotoniatas mora atque episcopatu ab Ughello narrantur, utcumque confirmet, a scriptore isthoc profertur, nec scio, an proferri alicunde queat. Certe mihi, omnibus seu sacris seu profanis, apud quos de Crotoniatis, rebusve, ad hosce spectantibus, quidquam forte inventum iri putabam, scriptoribus diligentissime discussis, nuspiam sese obtulit monumentum hujusmodi. Quod cum ita sit, argumentum, quod e* Dionysii Areopagitæ, *Athenis Romam petentis, apud Crotoniatas episcopatu* E
*pro consignanda ante seculum* VIII *medium opinione de unico Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, potest repeti, tantam huic antiquitatem minime vindicat. Anne id, quæ hunc in finem adhuc adducuntur, alia melius præstent, dispiciamus.*

*Nequit proin ob eam ante seculum* VIII *medium nata statui de uno Dionysio opinio.*

157 *Baronius in suis ad Martyrologium Romanum hodiernum Annotationibus ad* IX *Octobris diem de S. Dionysio ita observat:* Quibuscum *(in controversiam scilicet, an Dionysius, Parisiensis episcopus, sit censendus ille, qui ex Areopago ad Christi fidem, ac inde ad ecclesiæ Atheniensis regimen fuit assumptus, deducentibus)* in Annal. Eccles. prolixior est mihi disputatio. Hic autem, ut instituti patitur ratio, pauca dumtaxat, quæ piæ menti satis esse possint, attingam, reddamque imprimis verba Hincmari, Rhemensis episcopi, auctoris illorum temporum non ignobilis, quibus, scribens ad Carolum Calvum imperatorem rem ipsam his verbis testatam reliquit, cum ait: " Patrem vestrum Dionysium F
" esse Areopagitam, a beato Paulo apostolo ba-
" ptizatum, et Atheniensem ordinatum episco-
" pum, et in Gallias a beato Clemente dire-
" ctum, ex his, quæ Græca testificatio, et S.
" Romanæ Sedis attestatio, et Gallicana inti-
" mat contestatio, ratum in hac causa, quod
" longe ante nos dictum est, recognoscant. "
Hæc ille; quæ, ne perfunctorie dicta videantur, singillatim expendere, operæ pretium fuerit. *Ita erudissimus Annalium Ecclesiasticorum parens, omnia deinde, quæ seu ad Græcam testificationem, seu ad sanctæ Romanæ Sedis attestationem, seu denique ad Gallicanam contestationem spectare possint, reve etiam ipsa, liberiori tamen, quam par videatur, verborum Hincmari interpretatione adhibita, spectare existimarit, recensens, sicque, ut apparet, opinionis, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem statuit, antiquitatem probare præcipue adnitens.*

*Nec tantam huic, quæ Baronius, Hincmarum commentans,*

158 *Ac iis quidem, quæ ad Græcam testificationem spectent, Michaëlis Balbi, imperatoris Constantinopolitani, qua hic ad Ludovicum Pium adscriptos* S. Dionysii Areopagitæ *libros dono misit,*

*seu de Græca per scriptorem hunc memorata testificatione,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *sit, legationem, S. Dionysii Vitam, a S. Methodio conscriptam, Acta a Metaphraste contexta, ac denique Dionysii encomium, a Michaële Syncello, presbytero Hierosolymitano, concinnatum, annumerat. Verum Michaëlis imperatoris ad Ludovicum Pium legatio, Actorumque S. Dionysii seu a Methodio, seu a Methaphraste, seu denique a Syncello facta conscriptio citra omnem controversiam seculo octavo medio, uti e supra disputatis liquet, anterior non est, nequitque proinde ex allegata per Hincmarum Græca testificatione, etsi etiam ad hanc, quæcumque vult Baronius, spectarent, quidquam confici pro opinione de uno Dionysio ante seculum* VIII *medium consignanda. Addit quidem hic scriptor, Synodum Florentinam, citando S. Dionysii Acta, veneratione isthæc esse digna, monstrasse; verum quid tum? Acta, a Methaphraste contexta, Synodus prædicta, ut Græcis per Græcos Filii a Patre in Divinis processionem probatam daret, dumtaxat citavit; unde profecto consectarium non est, ut quæcumque de Dionysio in Actis illis narrantur, pro veris ac legitima seculumque etiam octavum medium prægressa traditione ad poste-*

B *ros derivatis habuerit. Quod cum ita sit, nihil etiam pro opinione de uno Dionysio seu utcumque confirmanda seu ante tempus istud collocanda ex objecto Synodi Florentinæ facto habetur. Idem porro ferendum est judicium de miraculis, quæ, ut præterea loco cit. ait Baronius, patrata fuere, cum libri,* Dionysio Areopagitæ *vulgo adscripti, Parisios ab imperatoris Constantinopolitani proxime laudati legatis fuerunt allati. Quid enim? Non raro etiam Sancti ad sui invocationem, etsi ii, a quibus firma cum fide invocantur, in errore seu circa eorum reliquias seu circa quæcumque alia versentur, patrasse inveniuntur miracula, uti quæ Opus nostrum loco non uno ac maxime tom.* VI *Julii in historico de S. Jacobo Majore Commentario part.* I, *num.* 114 *et tribus seqq. suppeditat, argumento sunt minime dubio. Ceterum in Annal. eccles. ad annum* 109 *num.* 45 *et seq. alia adhuc, quæ ad Græcorum attestationem refert, Baronius adducit; verum ea infra, cum, Græcos antiquitus* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi non confudisse, probabo, commodius refellam.*

*seu de sacræ Sedis Romanæ per verba, huc transcripta.*

C 159 *Nunc ab allegata per Hincmarum Græca testificatione ad Ecclesiæ Romanæ attestationem, per eumdem scriptorem adductam, cum Baronio, ipsimet primum hujus verbis huc transcriptis, progredior.* Hæc, *inquit loco cit.*, de his, quæ spectant ad Græcorum attestationem; quod autem pertinet ad testimonium S. R. E., quo idem Hincmarus eamdem rem confirmatam affirmat, ad id referendum arbitror, quod Hilduinus, cum ad eam rem probandam citat antiqua Missalia Gallicana, ea probata dicit auctoritate Romanorum Pontificum Innocentii, Gelasii atque Gregorii, quorum ea de re epistolas apud eamdem Parisiensem ecclesiam extare testatur. In sacris enim Missæ Præfationibus moris erat, vitam illius Sancti, cujus solemnitas ageretur, summatim collectam publice recitari, ut etiam in Sacramentario S. Gregorii et in Missali Ambrosiano hactenus cernitur. His accedit Stephani Papæ factis potius quam verbis testata sententia; nam eo tempore, quo ipse Pipinum regem coronavit in Gallia, cum ægrotans S. Dionysii adminiculo e morbo convaluisset, sacris ejusdem reliquiis Romam translatis, in ipsius honorem monasterium erigendum curavit, quod Græcis monachis tradidit, atque, indito nomine, Græcorum scholam nuncupavit; quod obitu ejus imperfectum relictum ab ejus successore Paulo Papa est penitus absolutum. Hæc ipsa Ludovicus imperator ab Hilduino perpetuis monumentis voluit commendari, prout ejusdem imperatoris ad eum litteræ scriptæ declarant. Et quid, quæso, causæ fuisse, exstimamus, quod S. Dionysii monasterium et Græcis attributum, et Græcorum scholam duci voluit, nisi ut in ædibus Græci hominis Græci gentiles ejus, veluti jure hospitii considerent? Sancta insuper Romana Ecclesia huic veritati ea quoque ratione adstipulata videtur, quod a sancto Methodio allata Romam Acta receperit ac fideliter Sedis bibliothecarius Anastasius, summæ illorum temporum doctrinæ et auctoritatis vir, eadem, Latinitate donata, ad Carolum Calvum imperatorem una cum litteris, quæ adhuc extant, in Gallias miserit.

AUCTORE C. B.

160 *Ita hactenus ille; verum quæcumque seu de monasterio, a Stephano Papa, cum in Galliis a lethali morbo ad S. Dionysii invocationem convaluisset, in Sancti hujus honorem Romæ exstructo, monachisque Græcis ad inhabitandum dato, seu de Methodianis ejusdem Dionysii Actis, Romæ asservatis ibidemque etiam, contra ac innuit, verosimillime (adi, quæ num.* 90 *dicta sunt) contextis, commemorat, seculo* VIII *medio posteriora sunt, ac proin, opinionem de uno Dionysio epocha isthac esse antiquiorem seu ante annum* 750 *obtinuisse, nulla ratione evincunt. Quod autem ad antiqua, quæ Romanorum Pontificum, Innocentii, Gelasii atque Gregorii litteris, adhuc exstantibus, probata ab Hilduino dicantur, Missalia Gallicana spectat, nec ex his quidquam pro opinione de uno Dionysio ante seculum* VIII *medium consignanda posse confici, jam ex iis, quæ num.* 50 *et quatuor seqq. de hoc argumento disserui, satis superque liquet, etsi interim, quod Baronius de usitato Acta sanctorum, quorum festivitates agebantur, in Missarum Præfationibus summatim commemorandi more asseverat, veritati esset ad amussim consonum. Res illi, qui, quæ loco cit. dicta jam sunt, expenderit, fiet perspicua; sedulo tamen, quo, quæ ibidem statui, firmiora consistant, notari convenit, transcripta ibidem ex Hilduino verba haud ita debere intelligi, quasi is scriptor significatum hisce voluerit, Dionysianam, quam ad Ludovicum Pium imperatorem misit, Passionem in omnibus prorsus, ac proin etiam in iis, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem faciunt, concordasse cum Missis, quæ in laudatis ab eo Missalibus Gallicanis antiquis continentur; etsi enim illarum cantus, sensus et verba Passionis, quam ad Ludovicum misit, seriei apprime concordasse, affirmet, agonum tamen tormentorumque, quæ a Dionysio sociisque Martyribus tolerata fuerint, atque ex horum Passione in dictis Missis recenseantur, mentionem, dumtaxat facit, indubie etiam commemoraturus alia, si quæ fuissent, in quibus pariter cum missa ad Ludovicum Pium Passione concordare præfatas Missas, conspexisset.*

*discussaque porro*

E

F

161 *Et vero cum et Dionysianæ Passioni et Visbii Conscriptioni, quæ non tantum tormenta, quibus Dionysius excruciatus martyrium subierit, sed et Christi apparitionem, eidem Dionysio oblatam, factamque abs hoc capitis proprii, cum id ei amputatum jam fuisset, gestationem commemorant, Missalia Gallicana antiqua adstipulari, Hilduinus*

*ac refutata, attestatione.*

AUCTORE C. B.

*duinus loco cit. insinuet, ac dein, quo id probatum det, illatorum dumtaxat Dionysio tormentorum, in quibus recensendis Dionysianæ Passionis seriei Missæ duæ, in dictis Missalibus contentæ, concordarint, mentionem faciat, id enimvero, tormenta illa tantummodo, non autem etiam, quam dixi, apparitionem capitisque gestationem, in præfatis duabus Missis fuisse commemorata, argumento est perquam valido. Hinc porro jam fit, ut, num quidquam, quod opinioni de uno Dionysio suffragari utcumque posset, in iisdem Missis antiquisve, in quibus hæ continerentur, Missalibus Gallicanis fuerit repertum, haud immerito queat revocari in dubium. Ut ut habeat, cum equidem, quæ num.* 50 *et seqq. quatuor disserui, dubium atque incertum, an seculo* VIII *medio duæ, quas dixi, de Dionysio Missæ antiquiores sint, pariter efficiant, nequit sane ex his pro opinione de uno Dionysio ante id tempus consignanda quidquam confici. Ad Gallicanam, quam tertio loco Hincmarus recenset atque in argumenti partem Baronius etiam adducit, contestationem jam venio.*

B

*seu denique de Gallicana contestatione arguit, antiquitatem vindicat. Illa unice,*

162 *Ac posterior quidem hic scriptor ad hanc etiam antiqua, e quibus certe pro opinione de uno Dionysio ante seculum* VIII *medium figenda nihil omnino posse elici, modo dicta evincunt, Missalia Gallicana refert, uti etiam ipsa S. Dionysii Acta, ex antiquis, ut ait, monumentis et e Visbii conscriptione ab Hilduino collecta, e quibus pariter nihil prorsus pro tanta eidem opinioni antiquitate attribuenda posse elici, nemo non fatebitur, qui, quæ quinque Commentarii hujus prioribus §§ disputata sunt, attente ad veritatis trutinam expenderit. At vero Hincmarus, quem, ut jam indicavi, liberius commentatus est Baronius, per Gallicanam contestationem unice, ut apparet, S. Sanctini Vitam, a Wandelmaro abbate repertam, atque a sese, cum juvenis adhuc esset, e quaterniunculis valde contritis, in quibus continebatur, descriptam, intelligit. Etenim postquam de S. Dionysii Vita seu Passione, a Methodio Græce conscripta atque ab Anastasio Bibliothecario in linguam Latinam Romæ conversa, quam a Carolo Calvo acceperat, sermonem instituit, ita in sua ad principem hunc epistola, nonnullis adhuc de S. Sanctini Vita seu quaterniunculis vetustate pene attritis, qui hanc fuere complexi, præmissis, mox prosequitur :* Exemplar eorum, *(quater-*

C *niunculorum scilicet de Vita et gestis S. Sanctini)* quod mihi retinui, vestro devoto et bono studio offerendum, putavi ; ut, si quæ sunt illorum reliquiæ, qui negabant, dominum et patronum nostrum Dionysium esse Areopagitam, a beato Paulo Apostolo baptizatum et Atheniensium ordinatum episcopum et in Gallias a beato Clemente directum, ex his, quæ Græca testificatio, et sanctæ Sedis Romanæ attestatio et Gallicana intimat contestatio, ratum et in hac causa, quod longe ante nos dictum est, recognoscant.

*S. Sanctini Vitam Hincmarus intellexit nihil autem etiam ex hac,*

163 *Cum itaque quaterniunculorum de Vita et gestis S. Sanctini exemplar, quod sibi, cum illos adhuc juvenis in nova membrana describeret, retinuerat, ad Carolum Calvum eo, uti his verbis declarat, fine miserit, ut, si qui adhuc, Dionysium, Parisiorum episcopum, eumdem esse cum* Areopagita, *negarent, hi errorem suum tum e Græca testificatione sanctæque Sedis Romanæ attestatione, per quas, uti ex iis, quæ præmittit, videtur, Methodianam Dionysii Passionem, Latinitate ab Anastasio donatam, unice significatam vult, tum etiam e Gallicana contestatione agnoscerent; per hanc utique nihil aliud, quam S. Sanctini Vitam seu scriptos de hac, quorum* D *exemplar ad Carolum Calvum mittebat, quaterniunculos, utpote qui et a Gallo homine compositi, et in Gallia etiam essent conscripti, intelligit. Verum, etsi id ita habeat, ac proin Hincmarus monumentum, diu certe (videsis num.* 30 *de re hac jam dicta) ante scripta ab Hilduino Areopagitica exaratum, pro sua de uno Dionysio opinione laudet, hæc tamen ex illo nec seculo octavo medio antiquior probari, nec firmari utcumque potest, uti ex iis, quæ jam supra de hoc argumento disserui, satis superque liquet, ut hic, quo ætas, ac maxime sublesta monumenti illius fides luculentius patescat, plura afferre necesse non sit. At vero Mabillonius veterum Analectorum editionis anni* 1723 *pag.* 213 *de S. Sanctini Actis seu Vita, in quaterniunculis valde attritis a Wandelmaro abbate reperta atque ab Hincmaro in nova membrana descripta hunc loquitur in modum* : Si illa *(S. Sanctini nempe)* Acta veterrima, quæ tunc *Hincmaro videlicet adhuc juvene seu anno circiter* 825*)* in Ms codice jam pœne obliterata E reperta sunt, hoc tempore haberemus in promptu, magnam afferrent lucem diutinæ controversiæ quæ inter eruditos de duobus Dionysiis jam dudum agitatur.

*pluris, quam par sit, a Mabillonio*

164 *Ita ille, multum scilicet lucis ad quæstionem, qua, num* Dionysius Areopagita *cum Parisiensi unus idemque sit, ab eruditis controvertitur, dirimendam e veterrimis S. Sanctini, si hodieque existerent, Actis accessurum, significans, suamque simul, qua, hæc haud amplius reperiri, existimavit, opinionem manifestans. Verum ista mihi veritati consona neutiquam apparent. Quæcumque enim in Hincmari ad Carolum Calvum Epistola sæpissime jam laudata seu potius ad hujus calcem a tribus hisce vocabulis* Sanctus Areopagites Dionysius *ad finem usque apud Chiffletium et Surium leguntur, ipsamet sunt antiqua S. Sanctini Acta, aut certe horum compendium, ab Hincmaro ex iisdem contextum. Ita autumo, quod complectantur, quæ de modo, quo ad Romanorum cognitionem indeque ad Græcorum notitiam S. Dionysii sociorumque gesta pervenerint, Hincmarus sese in S. Sanctini Vita legisse ait. Attamen, ut, quod sentio, apertius eloquar, illa esse ipsamet antiqua* S. Sanctini *Acta seu Vitam, a Wandelmaro* F *abbate repertam, atque e quaterniunculis vetustate fere exesis ab Hincmaro in nova membrana descriptam, verosimilius apparet, quod, cum certissime Actorum seu Vitæ speciem, uti nemo non fatebitur, præ se ferant, Hincmarus tamen, S. Sanctini Vitam hujusve compendium Epistolæ suæ sese seu subjicere seu inscribere, nuspiam insinuet, facileque factum esse queat, ut, cum Hincmarus una cum hac transcriptum a sese adhuc juvene Actorum seu Vitæ S. Sanctini exemplar ad Carolum Calvum miserit, id postea dictæ epistolæ adjunctum quispiam repererit, ideoque ad hujus, quam describebat, calcem adjecerit.*

*facta, pro tanta opinionis de uno Dionysio antiquitate potest confici,*

165 *Ut ita autumem, etiam facit ipsemet Mabillonius, seu potius, quod hic loco supra cit. suppeditat, laudatæ Hincmari ad Carolum Calvum Epistolæ exemplar, utpote ad sui calcem, quæ in ejusdem Epistolæ apud Surium et Chiffletium exemplari, ut jam dixi, leguntur, neutiquam habens adjuncta. Atque hæc sunt, quæ efficiunt, ut ea, quæ apud Surium et Chiffletium ad Hincmari ad Carolum Calvum epistolæ calcem*

A *calcem occurrunt, ipsamet esse, autumem, antiqua S. Sanctini Acta, in quibus sese,* per quot et qualiter gesta martyrum beati Dionysii sociorumque ejus ad notitiam Græcorum pervenerint, *in adolescentia sua legisse, Hincmarus in sua sæpissime jam memomarata ad Carolum Calvum Epistola affirmat. Quod porro ad opinionem, qua, Mabillonius, multum lucis ad quæstionem, qua num* Dionysius Areopagita *cum Dionysio Parisiensi unus idemque sit, ab erudilis controvertitur, dirimendam e veterrimis S. Sanctini Actis, si hodieque repiretur, accessurum, etiam existimavit, jam spectat, Mabillonium hac in re fuisse deceptum certeque e dictis S. Sanctini Actis, quæ hodieque, contra ac hic scriptor putavit, reperiuntur, opinionem de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, nec firmari, seculo octavo medio statui posse antiquiorem, quisque facile admittet, qui, quæ de iisdem Actis, sublestaque admodum illorum fide loco non uno supra disserui, attento animo evolverit, atque ad veritatis leges examinarit.*

B 166 *Unum modo adhuc discutiendum, e quo tantam opinioni isti antiquitatem attribuendam contendunt, argumentum restat, e Bedæ Martyrologio et Hieronymianis apographis potissimum petitum; nimirum, cum in hisce æque ac in illo ad* IX *Octobris diem S. Dionysius, Parisiensis episcopus, una cum sociis martyribus Rustico et Eleutherio, nulla uspiam seu ad hunc seu ad alium diem* Dionysii Areopagitæ, *Atheniensis episcopi, mentione facta, celebretur, annuntiationem, qua hoc in antiquissimis illis Fastis sacris fit, tam ad* Dionysium Areopagitam, *quam ad Dionysium Parisiensem spectare, huncque proinde cum illo ex Hieronymianorum Apographorum simul et Bedæ Martyrologii fide unum esse atque eumdem, arguunt; ut autem hinc simul, opinionem de uno Dionysio ante seculum etiam octavum medium viguisse, evictum dent, vetustissima omnium apud Florentinium Hieronymiana Apographa, Epternacense scilicet ac, quod a Dacherio pariter tom.* 2 *Spicilegii vulgatum exstat, Corbeiense objiciunt, in quibus etiam Dionysius Parisiensis ad* IX *Octobris diem,* Dionysio Areopagita *alibi nusquam speciatim commemorato, annuntiatur. Verum sit ita, ut aiunt:*

C *unicus dumtaxat, qui una cum Rustico et Eleutherio nona Octobris die Parisiis colitur tam in antiquissimis Hieronymianis apographis, quam in Bedæ Martyrologio memoretur, imo et binis illis Fastis sacris plures alii ac nominatim Wandelberti et Rabani Martyrologia, in quibus idem sit, adjungantur, hincne, quod, qui opinionem de uno Dionysio tuentur, contendant, legitime argumentando eliciunt? Minime enimvero.*

167 *Cum enim in Martyrologiis aliis, et quidem numero pluribus, Dionysii duo, alter nempe Atheniensis seu* Areopagita *ad tertiam, alter vero Parisiensis ad nonam Octobris diem, annuntientur, e supra dictorum Martyrologiorum, in quibus ad tertiam Octobris diem nullus memoratur Dionysius, silentio quid possit concludi?* Tametsi, *inquit in sua Milletianæ ad Sirmondi de duobus Dionysiis Dissertationem Responsionis Discussione articulo* 7 *num.* 3 *Launoyus,* in aliquot Martyrologiis unicus legatur Dionysius ad nonum Octobris, sequiturne, illum fuisse Areopagitam, præsertim cum nec Areopagita, nec Atheniensis, nec ab Apostolo Paulo conversus significetur? Si in uno aut altero Martyrologio nullus haberetur Dionysius, nullumne umquam in rerum natura Dionysium extitisse, concluderes? Hoc simplicium abnutivorum genere nemo, qui sapiat, utitur, dum in eadem temporis periodo unus liber id habet, quod alter non habet. *Ita ille, ex argumento scilicet, quod a scriptorum, qui in eadem temporis periodo floruere, silentio ad rem quampiam seu negandam seu adstruendam petitur, nihil omnino, nisi universale sit seu ab omnibus prorsus, nemine excepto, servetur, legitime posse concludi, ac proin e laudatis Fastis sacris, qui de* Dionysio Areopagita *ad tertiam Octobris diem silent, nihil omnino, quod alii Fasti sacri de eo tunc loquantur, concludi pro opinione de uno Dionysio posse, contendens, et quidem non immerito.*

AUCTORE C. B.

168 *At vero, aiunt, qui hanc propugnant, Hieronymiana Apographa, quod et de Bedæ Martyrologio dictum sit, antiquiora sunt Fastis omnibus sacris, in quibus Duo Dionysii, alter ad tertiam, alter ad nonam Octobris diem, recensentur, hique proinde, quo minus, quod ex illorum silentio formatur, argumentum vim suam sortiatur, impedire, duos commemorando Dionysios, non possunt.* E *Sic certe, si et Hieronymiana apographa et Bedæ Martyrologium reliquis Fastis sacris, qui duos Dionysios distinguunt, longe esse antiquiora, undequaque constaret, haud prorsus inepte, utut interim nec sic, uti ex infra dicendis patescet, res evinceretur, argui posset contra eos, qui* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinguendum contendunt. Verum, etsi quidem Martyrologium, quod S. Hieronymi nomine a pluribus condecoratur, Fastis omnibus sacris, in quibus duo Dionysii,* Areopagita *unus, Parisiensis alter, expresse signantur, citra ullam controversiam multo sit antiquis, tanta tamen illius seu apud Florentinium seu apud quoscumque alios apographa antiquitate, quod et de Bedæ Martyrologio dicendum, haud præcellunt omnibus omnino, qui duos Dionysios distinguunt, Fastis sacris.*

169 *Quid enim? Ex omnibus Martyrologii Hieronymiani apographis nullum prorsus Epternacensi seu Antverpiensi apud Florentinium ecgrapho, quod, juxta ac Bedæ Martyrologium (adi in sua ad Usuardum Præfatione num.* 20 *et* 45 *Sollerium) ante seculi octavi initium exaratum non est, reperitur antiquius; hæc autem illius* F *ac Bedæ Martyrologii antiquitas tanta non est, quin eam, quod duos Dionysios distinguit, Martyrologium Romanum parvum seu vetus, a Rosweydo nostro editum, ætate sua quam proxime attingat. Papebrochius noster quidem tom.* V *Junii pag.* 550 *de veteri illo Martyrologio hunc loquitur in modum:* Interim non dissimulaverim, magnopere deceptum fuisse Rosweydum nostrum, cum Kalendarium quoddam a se repertum ante Adonis Martyrologium censuit esse vetus Romanum, a S. Gregorio laudatum, Martyrologium: eoque titulo et Bosquetum et a Marca in errorem induxit. Agnovit istud Bollandus noster in apparatu ad Januarium; sed quale ipsum esset, penitius excussit Florentinius, in notis ad aliud antiquissimum, quod Hieronymi nomine passim a nobis insignitum, ipse tuetur vetus Romanum vere atque unice dici posse, illud autem Rosweydi Kalendarium adeo non esse vetus, ut ante annum MLXXIII scriptum non sit, auctumque Sanctorum nominibus, et paucis præterea verbis, partim ex Adone acceptis, partim ex recentiorum compilatione mutuatis. *Ita quidem, ut*

*uti nec ex hic recensitis in quibus de Dionysio Areopagita*

*ad tertiam Octobris diem siletur Martyrologiis;*

*etsi enim id in iis etiam, quæ antiquissima sunt, fiat,*

*tum tamen in Romano parvo, quod ad illorum, ut ut secus aliquando*

auctore C. B.

*ut dixi, laudatus decessor noster, nonnulla insuper, quibus editum a Rosweydo Romanum vetus seu parvum anno* 1073 *recentius esse, evincat, subjungens. Verum audi, qui Solleriusnoster in sua ad Usuardum Præfatione, in qua idem Martyrologium et ante seculum octavum medium fuisse contextum, et* Romanum *non incongrue appellari posse, contra Valesium aliosque cum Castellano contendit, opportune ad institutum præsens num.* 91 *et seq. loquatur.*

*Papebrochius senserit.*

170 Alia, *inquit*, Castellani pro authentia, vetustate et auctoritate Romani Parvi argumenta sparsim reperiuntur toto primo Bimestri, ab ipso cum egregiis notis vulgato, cujus Operis Complementum utinam aliquando videre liceat ! Sed jam dicta ultra mensuram, ni fallor, sufficiunt, ut Valesii aliorumque objecta penitus convellantur. Hic verbo monendus lector, inter adversarios mihi nequaquam objiciendum venerandum magistrum meum Danielem Papebrochium, dum hæc scribo, ad laborum coronam, senio et meritis gravem, a
B Domino, ut plane confidimus, evocatum. Non, inquam, ille inter adversarios hic mihi objiciatur, tametsi variis locis, in magno nostro de Actis Sanctorum Opere, sed præcipue tomo v Junii pag. 550 litt. C (*Adi quæ, ex hoc loco proxime recitavi, ejus verba*) oppositam sententiam ex incidenti propugnet. Pridem et sæpe fassus est, se in eorum hic numero esse, quos proxime aiebat Castellanus, viros cetera eruditissimos, re non satis examinata, alios transcripsisse, atque adeo de Romano nostro parvo non sensisse pro merito. Ibi certe Papebrochius Florentinii opinionem paucis verbis totam complexus est : sed auditis subinde solidioribus rationum nostrarum momentis, iniquiorem illam censuram et eo loco et quocumque alio in Actis adoptatam, induci prorsus et eradi voluit. *Ita hactenus Sollerius; ne vero quispium, Papebrochium ad priorem suam de Martyrologio Romano parvo hujusque ætate sententiam, quam melioribus rationum momentis impulsus deseruerat, aliquando fortassis, priusquam morerelur, rediisse, existimet, dicta sua et scripta omnia, quæ Martyrologiorum materiam spectant, ad Sollerii, uti hic in mox cit. Præfatione num.* 128 *fidem facit, de Romano parvo sententiam revocari et re-*
C *formari haud diu etiam ante obitum suum postulavit.*

*ætatem proxime accedit, Areopagita memoratur ;*

171 *Et vero haud immerito id fecit. Sollerius enim quæcumque de Martyrologio Romano parvo hujusque potissimum ætate, quam ad annum circiter* 740 *refert, affirmat, tam solide, tam perspicue, tam invicte demonstrat, vel invitos ad assentiendum iis, quæ adstruit, compellat, ac post editam abs illo ante Usuardum, in qua rem ex instituto tractat, præfationem nemo unus, quantum quidem novi, sit inventus, qui vel ei contradixerit, vel Romani parvi ætatem ad seculum* XI, *ut Papebrochius olim et Florentinius fecerant, revocarit, illudque adeo minoris, quam par sit, fecerit, vel utcumque ad refutatas Florentinii et Valesii opiniones deflexerit. En itaque Martyrologium, quod antiquitate sua et ad Bedæ Martyrologium et ad vetustissimum Martyrologii Hieronymiani*, Epternacense *vulgo seu* Antverpiense *dictum, apographum quam proxime saltem accedit; illud autem* Dionysium Areopagitam *ad tertiam, Parisiensem autem episcopum homonymum ad* XI *Octobris diem annuntiat, itaque alterum ab altero apertissime distinguit, uti infra perspicue simul ac solide probatum dabimus. Atque ita quidem, e vetustissimi Hieronymiani Epternacensis apographi juxta ac Bedæ de Dionysio ad tertiam Octobris diem silentio nihil omnino pro opinione de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, ante seculum octavum medium consignanda illaque adeo firmanda posse confici, manifestissime liquet; quod scilicet, quamvis quidem in duobus illis Fastis sacris nullus prorsus ad tertiam Octobris diem Dionysius memoretur, id tamen fiat in Martyrologio, quod hisce antiquitate haud multum cedat.* D

*nec, etsi secus foret, rem vel e dictis, cum equidem in hisce*

172 *Verum etsi etiam secus foret. nullumque adeo præfatis binis æquale aut etiam suppar, in qua ad tertiam Octobris diem* Dionysius *celebretur, Martyrologium exstaret, nec sic e dicto et Epternacensis Hieronymiani apographi et Bedæ Martyrologii de* Dionysio *silentio quidquam pro opinionis de uno Dionysio ante seculum octavum medium figenda origine elicias. Aiunt quidem, qui opinionem de uno Dionysio propugnant,* Dionysium Areopagitam E *nominis celebritate Sanctos quamplurimos, in Hieronymi, Bedæ, Wandelberti et Rhabani Martyrologiis signatos, longissime superare, cumque horum conditores, ut Sanctum hujusmodi silentio omnino præterirent, commissuri fuisse haud videantur, abs illis per Dionysium, quem nona Octobris die Parisiis signant, non alium, quam* Areopagitam, *intelligi, huncque adeo ac Parisiensem Dionysium pro uno atque eodem Sancto haberi. Verum nominis pariter celebritate Sanctis non paucis, quos Hieronymi, Bedæ, Wandelberti et Rhabani Martyrologia commemorant, præcellere S. Cornelium Centurionem, Parmenam et Onesimum martyres, aliosque Apostolorum in sacris Litteris nominatos discipulos, nemo ibit inficias, et tamen nec Cornelius, nec Parmenas, nec Onesimus in Hieronymianis apud Florentinium apographis comparet; ut enimvero, nec uspiam in hisce, a quibus etiam S. Publius martyr, Athenarum et ipse episcopus, abest,* S. Dionysium Areopagitam *commemorari mirum nemini debeat videri, huncque idcirco per Dionysium, qui in iisdem Hieromynianis apographis ad* IX *Octobris diem celebratur, designari, concludendum neutiquam sit. Adhæc vetustissimum Epternacense*
F *seu Antverpiense Hieronymianum apographum in Galliis exaratum Sanctisque non paucis, qui a primævo Martyrologii Hieronymiani textu aberant, auctum fuit, ut Bollandus noster in generali sua, tomo* I *Januarii præfixa, in Sanctorum Vitas Præfatione cap.* 4, § 4 *docet.*

*de Areopagita ad* III *Octobris diem silerI mirum non sit,*

173 *Quid si ergo in Apographo illo, ad cujus deinde exemplar in reliquis apud Florentinium apographis idem factum fuerit, S. Dionysius Parisiensis, qui antea ab antiquioribus omnibus apographis Hieronymianis, non secus ac* Dionysius Areopagita *aberat, idcirco deinde, nulla omnino hujus mentione facta, fuerit signatus, quod in Galliis, non* Areopagita, *sed alter, qui Parisiensium fuisset episcopus, cultu ecclesiastico soleret quotannis affici? Rem certe e causa allegata ita esse factam, ab omni veri specie minime adhorret, fitque vel hinc, ut, etiamsi Dionysius, per quem, uti indubitatum videtur,* Areopagita *non designatur, in dictis Hieronymianis apographis ad* IX *Octobris diem commemoretur, mirationem id nemini debeat movere. Nec, etsi in ipso etiam, quale Romæ (Sollerium in sua ad Usuardum Præfatione num.* 22 *videsis)*

22 *videsis) S. Gregorii Magni ætate seu jam inde a seculo* VI *in usu fuit, Hieronymiano Martyrologio unicus, qui* IX *Octobris die colitur, Dionysius commemoratus fuisset, mirum id cuiquam deberet videri; præterquam enim quod in illo Romæ tunc usitato Hieronymiano apographo, non secus ac in aliis apud Florentinium, plures Sancti, aliis etiam, qui in eo memorabantur, celebriores, indubie essent omissi. factum id fuisset, non quod Romæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi tunc confunderent, sed quod hunc unum ibidem celebrare tum temporis solerent. Quod porro ad Bedæ Martyrologium, non quidem suppositilium illud, quale a Plantino, sed quod a majoribus nostris, adhibito etiam illius antiquissimo, quod Baronius unice commendavit, atque in recensendo digerendoque Romano Martyrologio adhibuit, Ms. S. Cyriaci exemplari, ante tomum* 2 *Martii est editum, jam spectat, in hoc, utpote in quo plures Kalendarum dies intacti seu Sanctorum nominibus vacui occurrant,* Dionysium Areopagitam *silentio præteriri, mirum pariter non est; ut hinc proinde, per* B *Dionysium, qui ad* IX *Octobris diem in eodem Martyrologio memoratur,* Areopagitam *designari, argui non possit.*

*Martyrologiis antiquissimis.*

174 *Adhæc quod si Sancti, quos veluti ad genuinum, ut putabant, Bedæ Martyrologium spectantes, decessores nostri ante tom.* 2 *Martii majoribus characteribus notarunt, ad id nihilominus non omnes, sed ut Sollerius noster in sua ad Usuardum Præfatione cap.* 1 *articulo* 2, *novas quasdam de Bedæ et Flori Martyrologiis conjecturas afferens, suspicatur, ii dumtaxat, qui et in Metrico Bedæ Martyrologio, per Acherium tom.* 10 *Spicilegii a pag.* 126 *vulgato, signantur, spectare sint dicendi, quid, quæso, ex eo, quod in genuino Bede Martyrologio* Dionysius Areopagita *nuspiam memoretur, pro opinione, quæ hunc cum Dionysio Parisiensi eumdem facit, seu stabilienda seu ante seculum* VIII *medium consignanda elicias? Nihil certe: metricum enim, quod jam mox laudavi, Mrl. mense Octobri dumtaxat sic habet:*

Sextas Octobris Nonas Bosa optat habere
Solemnes terris, summo qui gaudet olympo.
Et gemini quinis Ewaldi forte coluntur.
C Paulinus senas tenet Idus jure magister,
Doctor ter quinis Lucas succurre Kalendis.
Simonis quinis et Judæ vota feramus;

*Cum autem præfatum metricum, quod Bedæ adscribitur, Martyrologium toto mense Octobri non alios, quam qui sex jam recitatis versibus comprehenduntur, Sanctos commemoret, hosque inter nec* Dionysius Areopagita, *nec Parisiensis compareat, sane e genuino, si ad ii id tantum, qui in dicto metrico memorantur, Sancti spectent, Bedæ Martyrologio nihil omnino pro opinione de uno Dionysio seu probanda seu ante seculum medium octavum figenda potest concludi. Atque ita ex omnibus, quæ de Bedæ Martyrologio jam disseruimus, consectarium est, ut, sive id, quod ante tomum* 2 *Martii majores nostri edidere, sive alterum, quod Sanctos dumtaxat, in vulgato per Acherium metrico ejusdem Bedæ Martyrologio contentos, complecteretur, nec uspiam extare noscitur, pro genuino Bedæ Martyrologio, prosaïce scilicet seu soluta oratione conscripto, sit habendum, non magis ex eo quam ex Hieronymianis apographis elici quid queat, quod vel opinionem de uno Dionysio utcumque firmet vel etiam hujus originem ante seculum octavum medium figendam evincat.*

AUCTORE C. B.

176 *Ad Rhabanum, et Wandelbertum, qui pariter nona Octobris die Dionysium Parisiensem, nulla omnino* Areopagitæ *mentione facta, in sacris a se contextis fastis dumtaxat celebrant, jam venio, imo et ad Florum, cui, si Martyrologium, quod veluti genuinum Bedæ majores nostri ante tomum* 2 *Martii edidere, re tamen vera Bedæ non sit, attribuenda erit, quæ in illo ad* IX *Octobris diem fit Dionysii Parisiensis, nulla uspiam* Areopagitæ *mentione facta, annuntiato. Cum demum, ut Sollerius in sua ad Usuardum Præfatione docet, tres illi martyrologi post exortam de uno Dionysio opinionem seu post seculum octavum medium aliquamdiu jam elapsum, Florus scilicet anno circiter* 830, *Waldelbertus anno* 842 *ac Rhabanus denique anno* 845, *Fastos sacros a se concinnatos adornarint, præter pleraque, quibus objectum aliorum Martyrologiorum ad tertiam Octobris diem de* Dionysio Areopagita *silentium supra diluimus, responderi insuper ad id, quo hunc Sanctum nostrum tres illi Martyrologi præteriere, non inepte potest, nullum ex iisdem, etsi etiam* Dionysium Areopagitam *et Parisiensem pro* E *uno atque eodem Sancto reipsa habuisse dareretur, opinioni de uno Dionysio, hujusve antiquitati magnopere suffragari posse, quod scilicet, cum post seculum* VIII *medium, uti e jam dictis consequitur, floruerint, timendum valde sit, ne e spuriis, quæ jam tum e supra dictis opinioni de uno Dionysio stabiliendæ erant conficta, documentis, non autem ex antiquis exploratæ fidei monumentis legitimave traditione, suum de* Dionysio Areopagita, *qui unus idemque cum Parisiensi sit, judicium formarint. Atque ita jam habes, quæ adhuc (neque enim, quod e S. Stephani apud Parisienses, olim quidem* De gressibus, *modo autem* De Græcis *appellata ecclesia præterea arguunt, quodque a Launoyo in Milletianæ Responsionis Discus. cap.* 18 *abunde confutatum est, hic etiam meretur adduci) pro opinione de uno Dionysio proponenda ac porro refellenda erant; modo opinionem de duobus Dionysiis § seq. stabilire aggredior.*

*vel ex aliis hic memoratis medioque seculo* VIII *recentioribus evincas.*

F

## § X. Rationum aliquot momenta, quæ pro opinionis de duobus Dionysiis apud Latinos antiquitate faciunt, ex horum Martyrologiis ac aliunde producuntur.

*Cum opinionem de uno Dionysio quam seculo* VIII *medio esse recentiorem,*

*Quæcumque ab iis, qui* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio Parisiensi esse eumdem arbitrantur, adduci seu pro opinione sua stabilienda, seu maxime pro hujus origine ante seculum octavum medium figenda solent, lectori ob oculos tribus §§ proxime prægressis jam posui. Addidi etiam, quæ quamvis quidem eum in finem a nemine adducta invenissem, adduci tamen haud prorsus immerito posse, observaram. Verum nec his, nec illis rem confici, seu opinioni de uno Dionysio antiquitatem, quam ei, qui eamdem sequuntur, assertam cuperent, vindicari, satis superque, quæ huc usque in hoc Commentario*

AUCTORE C. B.

*disputata sunt, manifestare arbitrabar. Attamen adhuc, quid hic tandem statuerem, aut in re, quæ tot olim, præterito præsertim seculo, eruditos exercuit atque in partes diversas distraxit, pronuntiarem, dubius quodammodo atque anceps hærens, simulque, ne quid temere admitterem, cavere studens, Natalis Alexandri, Chiffletii, ac præcipue Milleti et Menardi, qui duo scriptores, quæcumque ubivis, diligentissima indagine adhibita, pro sua de uno Dionysio opinione litteris invenere mandata, summa cura ac studio congessisse noscuntur, vulgatas de uno Dionysio lucubrationes a capite ad calcem iterum ac tertio evolvi, attenteque, num in hisce quidquam, opinioni de uno Dionysio ætatem, seculo octavo medio anteriorem, vindicare natum, uspiam occurreret, examinavi.*

*multa suadent, Erigena etiam, seculi* IX *scriptor, cujus hic verba*

177 *Verum exploratæ fidei nec monumentum, nec scriptorem, qui certo et hac epocha sit antiquior, et* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio Parisiensi faciat eumdem, afferri citarive, inveni, seu ab Alexandro et Chiffletio. seu etiam a duobus posterioribus Ordinis Benedictini scriptoribus, Milleto nempe et Menardo, qui, cum impigram, ut jam insinuatum, monumentis scriptoribusque hujusmodi delegendis atque e bibliothecarum forulis in lucem protrahendis operam impenderint, firmiter sane, nullum uspiam in antiquitate certa ac firma, quod opinioni de uno Dionysio ætatem, seculo octavo medio superiorem, vindicet, præsidium inveniri posse, nedum reipsa inventum umquam iri, in animum induxi. Ita porro factum, ut, omni de re dubio abjecto, eamdem deinceps opinionem recentioris ævi commentum, quod non prius, quam seculum* VIII *media sui parte jam esset præterlapsum, seu ex errore seu ex fingendi licentia natum esset, existimarim. In hac autem post opinione me etiam firmavit Joannes Erigena, seculi* IX *scriptor, qui in quadam sua ad Carolum Calvum imperatorem epistola, a Launoyo, Milleto, Menardo aliisque laudata, hunc scribit in modum :* Fertur præfatus Dionysius (*Areopagita nimirum*) fuisse discipulus atque adjutor Pauli apostoli, a quo Atheniensium constitutus est episcopus, cujus Lucas commemorat in Actibus Apostolorum et Dionysius Corinthi, vir antiquus, beatus quoque Polycarpus in epistola ad ecclesiam Athenarum, Eusebius item Pamphili in Ecclesiastica Historia, nec non etiam sanctus Gregorius in Homilia sua, ubi breviter ordines angelorum exposuit.

*dantur, sub ætatem suam contra ac Milletus et Alexander,*

178 Hunc eundem quoque, non præfati viri, sed alii moderni temporis asserunt, quantum vita ejus a fidelibus viris tradita testatur, temporibus Papæ Clementis, successoris videlicet Petri Apostoli, Romam venisse, et ab eo prædicandi Evangelii gratia in partes Galliarum directum fuisse, et Parisiis martyrii gloria coronatum fuisse cum beatissimis suis consortibus, Rustico scilicet atque Eleutherio; *cum enim* Dionysii Areopagitæ *Romam adventum, indeque in Gallias missionem, a Clemente Papa factam, non ab antiquis rerum ecclesiasticarum scriptoribus, sed a recentioribus dumtaxat adstrui, verbis hisce asseveret, aliterque indubie, si opinionem de uno Dionysio, qui et* Areopagita *fuerit et Evangelium in Galliis, a Clemente Papa eo missus, prædicarit, ante seculum* VIII *medium exortam etiam existimasset, locuturus fuisse videatur, fuit sane, cur scriptoris illius, qui sub annum* 858 *floruit, opinionemque de uno Dionysio ætate sua antiquam non fuisse indicat, auctoritate moverer, ut eamdem opinionem, quod rationibus aliis impulsus jam credebam, recentiori dumtaxat ævo seu post seculum demum* VIII *medium esse exortam, firmius adhuc crederem, imo nec de illius veritate amplius dubitarem. Ait quidem in sua ad Sirmondi de duobus Dionysiis Dissertationem responsione Milletus et post hunc loco supra plus semel cit. Natalis Alexander, sequentia, quæ in recitato Joannis Erigenæ seu Scoti textu occurrunt, isthæc verba,* non præfati viri, sed alii moderni temporis, *non extare in codicibus Mss. melioris notæ, nempe in antiquissimo codice monasterii sancti Michaëlis in Periculo maris, et in altero bibliothecæ Thuaneæ; verum nec Milletus, nec Alexander addit, quam quidem Mss. illi, quos antiquissimos vocant, optimæ notæ codices ætatem præ se tulerint. Quid si non nisi post Erigenæ ætatem exarati fuerint a monachis, qui, quod alte a sese imbibitam de uno Dionysio opinionem novitatis insimulari ex recitatis Erigenæ verbis posse animadverterent, ea ab Erigenæ textu resciderint, huncque ita mutilum in præfatos codices intulerint ?*

*quorum rationes,*

179 *Enimvero in duobus illis codicibus, quos non nisi post Erigenæ ætatem (neque enim, si secus foret, id Milletus ac Alexander silentio præteriissent) exaratos fuisse, vix non indubitatum reor, verba prædicta studio fuisse omissa, verosimillimum apparet, tum quod in vulgata Erigenæ editione legantur, tum quod, etiamsi a recitato scriptoris hujus textu rescindenda statuantur, id eorum, qui duos Dionysios,* Areopagitam *scilicet unum, Parisiensem alterum, admittunt, causæ haud officiat, putandumque proinde non sit, ex eorum classe quempiam in supra laudatam Erigenæ epistolam, cum hanc transcriberet, verba illa intrusisse. Res ex jam nunc dicendis clarius adhuc elucescet. E textu Erigenæ, qualis supra huc transcriptus est, sequentiaque hæc verba,* non præfati viri, sed alii moderni temporis, *sibi inserta habet consectarium fit, ut* Dionysii Areopagitæ *Romam adventum factamque inde in Gallias a Clemente Papa missionem non ab antiquioribus, sed a recentioribus dumtaxat asseverari, Erigena existimarit. Verum nonne id ipsum ex Erigenæ textu, utut ex eo verba illa fuerint erasa, poterit concludi? Age, sit, ut volunt, qui opinionem de uno Dionysio tuentur. Erigena post sermonem, de Dionysio Corinthio, Eusebio, Polycarpo, Gregorio, quos omnes (adi verba num.* 177 *et seq. recitata)* Dionysii Areopagitæ *meminisse, ait, institutum, mox tantummodo, omissis, quæ proxime memoravi, verbis, dixerit,* hunc eundem (Dionysium Areopagitam *videlicet*) asserunt, quantum Vita ejus, a fidelibus viris tradita testatur, temporibus Papæ Clementis... Romam venisse, et ab eo... in partes Galliarum directum fuisse, *hoc, inquam dumtaxat Erigena ibidem dixerit, quos, quæso, per hæc verba* Hunc eundem asserunt, *assertores rei, quam subjungit, designatos voluerit ?*

*juxta ac aliæ Menardi, refutantur,*

180 *An Polycarpum, an Dionysium Corinthium, an Eusebium, an Gregorium ? Neutiquam certe; neque enim hi,* Dionysium Areopagitam *Romam petisse, indeque in Gallias missum fuisse, uspiam asserunt. Quosnam ergo intellexisse eum, dicamus? Sane non alios, quam recentiores, et quidem, qui Erigenæ ætate in vivis adhuc esset superstites. Menardus quidem in sua supra adhuc plus semel laudata adversus Launoyum Diatriba scriptori huic, id ipsum, quod*

A *quod mox ego, quantum ad eos, quos Erigena per verba proxime data designet, roganti, cap.* 8 *respondet,* Ejusmodi assertores, *ab Erigena scilicet loco supra indicato designatos,* esse homines Christianos traditione et antiquis S. Dionysii et B. Sanctini Actis, non illa Dionysii Vita, quam scripsit Hilduinus, persuasos; *verum quid hisce suis verbis, in quorum confirmationem mox isthæc,* Cum enim auctores generatim his vocibus utuntur, " dicunt, ferunt, asserunt, " et similibus, non solos intelligunt recentiores; hæc enim sunt famæ perseverantis indicia, *subjungit, suasum nobis vult? Scilicet loco supra cit. ab Erigena inter eos, qui* Dionysium Areopagitam *Athenis Romam venisse, indeque in Gallias a Clemente missum esse, asseverant, recenseri non tantum, qui ipsamet Erigenæ ætate, sed et qui multo citius floruissent. Ast, quo id probatum det, nihil prorsus affert, nec scio, an quidquam afferre potuisset. Qui enim dictas loquendi formulas adhibent, hisce in obvio verborum sensu eos dumtaxat, qui eodem circiter, quo illæ proferuntur, tempore floruerint, designare sunt censendi, ma-*

B *xime si, quemadmodum hic fit, de antiquis, quos non designari certum est atque indubitatum sermo præmittatur.*

*contendunt, primum esse exortam, scribat.*

181 *Cum enim hujusmodi indefinitæ loquendi formulæ vel ex iis, quæ præmittuntur, vel certe ex ipsiusmet personæ, a qua proferuntur, statu ad definitum quiddam determinari debeant, quo ex capite per adhibitam ab Erigena loquendi formulam* asserunt, *ii etiam, qui diu ante scriptoris hujus ætatem floruerint, debeant intelligi, haud satis perspicio. Porro cum Erigena loco supra cit. proxime post verba,* Hunc eumdem asserunt, *subjungat,* quantum Vita ejus, a fidelibus viris tradita, testatur, *virorum illorum, qui* Dionysii Areopagitæ *Vitam scripsere, huncque Athenis Romam ac deinde in Gallias venisse tradidere, fidem ab Erigena commendari, præterea contendunt, huncque proinde, sive recentiores, sive antiquiores per verbum* asserunt *intelligat, opinioni de uno Dionysio, seu, ut melius loquar, hujus ætati, quæ ante seculum* VIII *medium sit figenda, nihil omnino officere. Verum Erigena, dum ait,* quantum Vita ejus a fidelibus viris tradita testatur, *non propriam suam de hac mentem, sed quid illi, qui, quod subjungit, de Dionysio asserebant, de*

C *Vita illa autumarent, exponit, uti quisque, qui supra recitata Erigenæ verba accurate expenderit, facillime deprehendet. Quidquid itaque seu Milletus seu alii quicumque supra recitatis Erigenæ verbis opponant, nec hic illis* S. Dionysii Areopagitæ *Vitam, in qua Sanctus isthic in Gallias Evangelii prædicandi causa venisse traditur, commendavit, nec per verbum* asserunt *scriptores antiquiores, a quibus idem illud tradatur, laudavit. Jam vero cum res ita habeat, Erigena certe, utpote qui opinionem de uno Dionysio seu de* Dionysio Areopagita *in Gallias misso auctoribus recentioribus adscribat, eamdem opinionem ætate sua seu seculo nono aut certe haud diu ante primum esse exortam, medioque proinde seculo octavo antiquiorem non esse, haud obscure prodit.*

*vel hinc, eodem seculo* VIII *medio esse antiquiorem oppositam, consequitur;*

182 *Jam vero cum res ita habeat; certeque ante isthanc temporis epocham vel opinio de uno Dionysio, vel opposita, quæ duos Dionysios,* Areopagitam *nempe et Parisiensem, invicem distinguit, hominum animos occuparit, fit vel hinc, ut, posteriorem ante seculum* VIII *medium, imo etiam ab ipso initio ac proin jam inde a primis æræ Christianæ seculis obtinuisse, in animum inducam. Verum quo id extra omnem controversiam ponatur, argumenta non pauca alia in medium proferre modo aggredior, quibus simul futurum reor, ut lector in opinionem de duobus Dionysiis facile concedat. Launoyus, quo duorum Dionysiorum, quorum alter Atheniensis, alter Parisiensis fuerit episcopus, discrimen seculo* IX *et* VIII, *imo et jam inde a* VII *fuisse assertum, ostendat, Martyrologia varia, tum temporis, ut ait, contexta, Bedæ videlicet, Romanum parvum seu vetus, Virdunense, Lugdunense, Remense, Usuardinem, Adonianum, Notkerianum aliaque non pauca, quibus nominandis supersedeo, in sua ad Milletianæ ad Sirmondum de duobus Dionysiis Responsionis Discussione cap.* 19 *recenset; in quibus omnibus, cum ad tertiam iterumque ad nonam Octobris diem, aliis etiam adhibitis distinctionis notis, Dionysius celebretur, hoc ipso in illis duorum Dionysiorum, quorum alter* Areopagita, *alter Parisiensis sit episcopus, discrimen adstrui seu asseverari contendit; hac autem in re scriptore illo standum si sit, consectarium fuerit, ut opinio, quæ* Dionysium Areopagitam *a Dionysio, Parisiensi antistite* E *ac martyre, diversum statuit, seculo certe nono et octavo, imo et jam inde a septimo viguerit. Ast, etsi opinio illa citius etiam, quam seculo septimo viguerit, Launoyo tamen quantum ad omnia, quæ de dictis Martyrologiis adstruit, ex iisque contendit, standum, neutiquam apparet. Ad diversa enim, quæ citat, quæque, quod ait, tertia ac nona Octobris die faciunt, seculi octavi Martyrologia quod spectat, fuisse hæc tum exornata, nullo prorsus argumento probat, nec scio, an vel unum ex iis reipsa tum concinnatum fuerit.*

*etsi autem id etiam e Martyrologiis a Launoyo, qui in aliquorum ex his*

183 *Ita animo comparatus sum, quod Martyrologiis, seculo illo, ut vult, contextis, Adonianum etiam et Usuardinum accenseat, quæ tamen ambo sequenti demum seculo, et quidem non nisi jam multum provecto, adornata fuisse, eruditi hodie unanimi consensu omnes agnoscunt. Ad seculi noni Martyrologia progrediamur: unum dumtaxat, quod tum fuit compositum, Notkerianum citat, et quamvis ævi ejusdem alia etiam quamplurima, anno tamen* 875 *posteriora, in quibus Dionysius tertia, iterumque nona Octobris die annuntietur, citasset, ex his tamen, quod sibi habebat propositum, neutiquam confecturus fuis-* F *se videtur, nisi forsan eadem Martyrologia, quod de Adoniano et Usuardino dicendum, auctores habuissent, qui, accurato ac sedulo, quo unusne dumtaxat, an duplex esset statuendus Dionysius, indagarint, examine præmisso, Dionysium unum tertia, alterum nona Octobris die, quod scilicet* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinctum putarent, signassent. At vero, cum Martyrologia illa omnia post contextum anno* 875 *ab Usuardo Martyrologium fuissent exarata, eorumne auctores Usuardi dumtaxat, quem, re non discussa ac clausis quodammodo oculis fuerint secuti, exemplo, an ea, quam jam exposui, ratione Dionysium tertia iterumque nona Octobris die annuntiassent, est dubium. Quod cum ita sit, Martyrologiis hujusmodi, utut duas de Dionysio annuntiationes ad duos diversos dies suppeditantibus,* Dionysii Areopagitæ *a Parisiensi discrimen asseri, firmiter in animum quis inducat? Nemo sane, quantum opinor.*

*ætate assignanda hallucinatur,*

184 *Attamen si annuntiationes hujusmodi duæ e Martyrologio, in quo monumenti cujuspiam,*

*a*

AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B.

*a Dionysii utriusque ætate haud nimis diu exarati, auctoritate ac fide primitus fuissent signatæ, in alia deinde Martyrologia, et ex his iterum in alia, donec tandem, transcriptione sæpius repetita, in præfata seculi noni seu etiam posteriorum seculorum Martyrologia fuissent illatæ, temporis progressu transiissent, id quidem opinionem, quæ duos Dionysios, invicem distinctos, statuit, jam inde etiam a primis æræ Christianæ seculis obtinuisse, argumento foret minime dubio. Verum eo, quo dixi, pacto factum, ut duæ dictæ annuntiationes seu in noni seu in aliorum subsequentium seculorum Martyrologiis legantur, lectæve fuissent, pro certo sciri non potest, hincque ex iis pro opinione de duobus Dionysiis ad prima æræ Christianæ secula referenda nihil potest concludi. Atque hinc jam fit, ut quæcumque allegata fuerint, seu seculi noni seu posteriorum aliorum Martyrologia magni hæc apud me, quo, quod hic de duobus Dionysiis, invicem distinguendis, probare aggredior, reipsa probatum dem, ponderis esse haud queant, si tamen, quæ Usuardum et Adonem habent auctores, Martyrologia exceperis : e quibus pro opinione de duobus* B *Dionysiis elici quid possit, mox videbimus ; nunc quid de Martyrologiis, quæ pro se laudat atque ad seculum septimum Launoyus refert, censendum sit, dispiciamus. Nec ex his, quæ inter etiam, quod memorat, Bedæ Mrl., spurium dumtaxat est, tunc opinionem, quæ duos Dionysios distinguit, locum habuisse, potest probari. Etenim cum iis Romanum Parvum seu vetus, quod, quemadmodum e Præfatione, Usuardo a Sollerio præmissa, facile intelliges, certo ante seculum octavum scriptum non est, Martyrologium perperam accenseat, haud immerito, an in reliquorum, quæ laudat atque ad seculum septimum refert, Martyrologiorum ætate assignanda pariter non erret, in dubium revocari potest.*

*rationesque, quibus hanc probet, haud convincentes allegat,*

185 *Accedit, rationibus, quibus, ut insinuat, impulsus memorata Martyrologia ad seculum septimum refert, ad hoc re etiam vera esse illa referenda, minime evinci. En, quibus illas loco proxime cit. exponit, verba.* Tria, *inquit*, sunt omnino, cur hæc omnia Martyrologia septimo sæculo inclusimus; unum quod simpliciora sint Usuardi et Adonis Martyrologiis, ut ex mutua collatione satis apparet, tametsi in nonnul- C lis illustriores aliquos e recentioribus Sanctis addiderint ecclesiæ, quæ illis certa de causa peculiare officium consecrarunt; alterum, quod pauciora de Dionysio Atheniensi referant, quam Usuardus et Ado, qui Aristidem laudant. Tertium, quod ante Usuardum et Adonem ecclesiæ suas tabulas, sua Martyrologia habuerint, ut Usuardus ipse docet Epistola ad Carolum imperatorem, in qua se « ex quibusdam præcedentium Patrum Martyrologiis » Opus suum confecisse profitetur. *Launoyus itaque, ut Martyrologia, de quibus hic, seculo septimo scripta crederet, rationibus tribus, quas verbis hisce exponit, fuit impulsus. Verum nulla earum, quod vult, probatum dat. Id ex jam nunc dicendis patescet. Primam repetit a simplicitate, qua Usuardi et Adonis Martyrologiis præcellunt dicta Martyrologia. Verum quid tum? Hæc illis simpliciora sint, simulque ætatis, qua Martyrologia alia aliis præstant, simplicitas major, qua pollent, indubitatum sit indicium, consequens hinc tantum fuerit, ut Adonis et Usuardi Martyrologiis antiquiora sint; cum autem hæc, uti apud omnes prorsus eruditos modo in confesso est, seculo demum nono, et quidem non prius, quam cum* D *id magna sui parte jam esset elapsum, fuerint concinnata, nihil prorsus impedit, quo minus alia illa simpliciora seculo demum octavo ac forte etiam nono, paululum jam inchoato, adornata credantur.*

*probatum haud detur,*

186 *Secundam, quam affert, rationem modo examinemus; hac, utpote ex eo, quod pauciora, quam Ado et Usuardus, de* Dionysio *Atheniensi referat, solummodo repetita, nihilo magis, quam præcedenti, Launoyus, quod vult, evictum dat. Quod porro ad tertiam, e Martyrologiis, ante Usuardum et Adonem per Ecclesias adhibitis, repetitam jam spectat, consectarium ex hac ne quidem est, ut laudata a Launoyo Martyrologia antiquitatis palmam Usuardi et Adonis Martyrologiis præripiant, nedum ut seculo septimo, cui a Launoyo illigantur, scripta esse debuerint. Quid enim? Nonne alia, quam quæ hic scriptor recenset seculoque septimo innectit, ante Usuardum atque etiam Adonem exstitere Martyrologia, quæ ab ecclesiis adhiberi tum potuerint? Sane jam inde a seculo septimo, imo etiam jam inde a sexto Martyrologium, quod a* E *pluribus Hieronymi nomine insignitum reperitur, in ecclesiis aliquot legi seu adhiberi soluisse, nemo ibit inficias, qui, quæ de Martyrologio illo in sua ad Usuardum Præfatione Sollerius noster scribit, evolverit. Launoyus itaque antiquitatem, quam Martyrologiis a se laudatis adscribit, nec tertia, quam allegat, ratione evincit, nequitque proinde ex iis, opinionem de duobus Dionysiis,* Areopagita *uno, Parisiensi altero, jam inde a seculo septimo ac proin ante seculum octavum medium obtinuisse, concludi. Verum quid si Martyrologia illa seculo octavo, quo, quod una cum hisce ad seculum septimum Launoyus refert, Martyrologium Romanum Parvum fuit contextum, conscripta demum fuerint? Sane nihil, quod tunc non fuisse adornata, credere nos cogat, occurrit; verum anne etiam reipsa tum, nec serius adornata fuerint, quam maxime, nulla omnino, qua res solide probetur, ratione suppetente, est dubium. Quidquid itaque de Martyrologiis illis Launoyus etiam arguat, nec isthæc, ut opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *ab Atheniensi distinguit, jam inde a seculo octavo, seu jam provecto, seu media sui parte nondum elapso, obtinuisse, probem, in argumenti partem* F *adducam.*

*probatur tamen e Romano parvo, quod, cum ad dies diversos*

187 *Omnium ad id loco mihi erit Martyrologium Romanum Parvum, quod, quemadmodum sæpius jam supra monui, ante seculum* VIII *medium fuisse adornatum, Sollerius noster in sua ad Usuardum Præfatione invicte probat. Ut itaque, missis aliis, in antiquo isto Martyrologio paulisper sistamus, duas ejus de Dionysio annuntiationes, quarum alteram tertia, alteram nona Octobris die suppeditat, in antecessum huc transcribo. Prior his verbis concipitur :* Athenis Dionysii Areopagitæ, sub Adriano diversis tormentis passi, ut Aristides testis est in Opere, quod de Christiana religione composuit; hoc Opus apud Athenienses inter antiquorum memorias clarissimum tenetur; *posterior vero istis :* Parisiis Dionysii episcopi cum sociis suis a Fescennino gladio animadversi. *Cum sic ergo Mrl. dicti auctor alio die ac loco* Dionysium Areopagitam, *alio Dionysium Parisiensem commemoret, dubitandum non videtur, quin hunc ab illo distinxerit, modoque proinde hic stabilienda de duobus Dionysiis opinio ante seculum octavum medium, ante quod, ut dictum*

A *ctum, Martyrologium suum is contexuit, certo obtinuerit. At vero, aiunt, qui opinionem de uno Dionysio propugnant, minime ex eo, quod* Dionysius Areopagita *ad tertiam Octobris diem, Dionysius vero Parisiensis ad nonam in laudato Martyrologio ponatur, consectarium est, ut hunc abs illo Martyrologii auctor distinxerit. Ita autumant, quod non raro fiat, unus idemque Sanctus in Martyrologiis bis ponatur, uti e SS. Eustachio et Alexandro liquet, quorum prior die* XXV *Januarii iterumque die* V *Junii, posterior die* XVI *Maii iterumque die* XII *Decembris in Sirletiano Græcorum Menologio annuntiatur.*

*Dionysium Areopagitam et Parisiensem, aliis etiam distinctionis,*

188 Nec obstat, *inquit Natalis Alexander, quod ad tertiam Octobris diem* Dionysius Areopagita *Athenis, ad nonam vero Parisiis Dionysius, Parisiensis antistes, annuntietur; ita enim, ut ait, non indicantur duo Dionysii, invicem distincti,* quorum unus Athenis, alter Parisiis passus sit, sed solum innuitur, unius Dionysii memoriam illis in urbibus celebrari, quamvis non sit passus Athenis, sed Parisiis. Sicut ergo S. Ignatius Antiochiæ non occubuit, sed Romæ,
B quamvis in Martyrologio legatur ad I Februarii: « Antiochiæ S. Ignatii episcopi et martyris. » Nec treviris obiit sanctus Paulinus, sed apud Phrygiam exul, quamvis scribatur in Martyrologio ad XXXI Augusti: » Treviris S. Paulini episcopi. « Nec Constantinopoli vita functus est sanctus Joannes Chrysostomus, sed in Ponto, quamvis in Martyrologio ad XXVII Januarii dicatur ‖ Constantinopoli S. Joannis Chrysostomi. Ita nec Athenis passus intelligi debet S. Dionysius, licet legatur in Martyrologiis: « Athenis S. « Dionysii Areopagitæ. « *Hunc in modum contra argumentum, quod tum e diei, tum e loci, quo in præfato aliisque Martyrologiis* Dionysius Areopagita *et Parisiensis reponuntur, diversitate pro distinctione inter utrumque stabilienda repetitur, nonnulli, ac nominatim Natalis Alexander, arguunt, ita illud a sese, quod, quamvis quidem unus idemque Sanctus diversis seu diebus seu locis mori non possit, celebrari tamen et in uno et in diversis locis bis seu ad duos diversos dies, vel commemorationis diei, quo obiit, ratione, vel aliis nominibus diversis possit, penitus dilui existimantes. Verum an recte? Minime vero; tot enim aliæ distinctionis notæ in duabus huc transcriptis*
C *annuntiationibus occurrunt, ut per Martyrologii, e quo hæ decerptæ, auctorem non distingui* Dionysium Areopagitam *a Dionysio Parisiensi, incredibile prorsus sit. En, qui notas illas Launoyus, de Usuardi Martyrologio, quod nonnullas adhuc alias, hic proinde non recensendas, complectitur, sermonem faciens, opportune ad institutum præsens in sua Milletianæ ad Sirmondum Responsionis Discussione cap.* 7 *recenseat.*

*contra quas rationibus e Menardo*

189 *Qui Dionysius, inquit iisdem fere, quæ hic do Romanoque parvo applico, verbis, patitur quinto Nonas Atheniensem Passionis testem habet Aristidem; qui Dionysius patitur septimo Idus, nullum habet Passionis testem; qui Dionysius patitur quinto Nonas, nullos habet Passionis socios; qui Dionysius patitur septimo Idus, Passionis habet socios; qui Dionysius patitur quinto Nonas, diversis tormentorum generibus, nec tamen exploratis, patitur; qui Dionysius patitur septimo Idus, explorato supplicio patitur, capitis scilicet amputatione; qui Dionysius patitur quinto Nonas, sub quo patiatur præfecto, non dicitur; qui Dionysius patitur septimo Idus, sub præfecto Fescennino passus dicitur. Ita fere, ut jam dixi, Launoyus. Audi modo etiam, quid Menardus in sua de unico Dionysio Diatriba ad diversa isthæc ex Usuardo hausta atque in duabus supra datis Romani parvi annuntiationibus etiam occurrentia antitheta respondeat. Ac ejus quidem ad primum et secundum responsiones infra, cum confutandæ venient, commodius aperiam; quid ad tertium reponat, modo expono.* Qui patitur, *inquit, Launoyi fere verba repetens,* v. Non Dionysius, variis tormentis excruciatur; at qui septimo Idus, certo genere mortis, hoc est, capitis amputatione afficitur. At, si varia tormenta omiserit Usuardus, hoc nihil ad duorum Dionysiorum confert distinctionem. Dionysium autem Parisiorum pontificem, antequam cervice cæderetur, diversis cruciatibus fuisse tortum, planum est tum ex ejus Actis, tum ex Gregorio Turonensi lib. I Historiæ, qui ita scribit: » De his vero Dionysius, Parisio- » rum episcopus, diversis pro Christi nomine affe- » ctus pœnis præsentem vitam gladio imminente » finivit. »

*auctore C. B.*

*hic adductis*

190 *Atque hæc Menardus ad tertium e supra memoratis antithetis; ad quartum vero ita respondet:* Qui Dionysius patitur v. Non., sub quo patitur . . . . præfecto non dicitur; qui E
VII Idus, sub Fescennino profecto. Nihil inde concluditur. Si vero diversos . . . . præfectos Usuardus nominasset, distinctio tunc appareret. *Ita ille; ex omnibus autem, seu quæ ad hoc, seu quæ ad alia, in duabus dictis annuntiationibus occurrentia atque a Launoyo objecta, reponit, unice fere habetur, invicem hasce non pugnare, omniaque, tam quæ in una, quam quæ in altera traduntur, esse hujusmodi, ut uni eidemque Dionysio convenire queant, ac proin ex eo, quod de Dionysio alia ad tertiam, alia ad nonam Octobris diem in iisdem annuntiationibus memorentur, duorum Dionysiorum, quorum alter Athenis, alter Parisiis martyrio occubuerit, discrimen inferri non posse. Verum esto, duæ illæ annuntiationes invicem non pugnent, nec ulla, quin uni eidemque Dionysio convenire possint, contineant, e diversis tamen, utut invicem non pugnantibus, narratis, quæ de Dionysio suppeditant, non esse tam in una quam in altera de uno eodemque Dionysio sermonem, vel idcirco potest concludi, quod Martyrologus, qui ad duos dies diversos duas hujus-* F
*modi annuntiationes Fastis sacris, a se contextis, insereret, nec iis tamen duos Sanctos, invicem distinctos, sed unum tantum atque eumdem designare vellet, rem certe, risu omnium merito excipiendam, committeret, nec ullo modo, Romani parvi auctorem tam fuisse stolidum, ut omnibus sese irridendum præbere voluerit, sit credibile.*

*sacrisque Græcorum Fastis*

191 *Agite, Sanctum alium vel unum, qui invicem adeo diversis, quam sint duæ de Dionysio e Romano Parvo seu veteri jam datæ, annuntiationibus seu in Martyrologio Romano hodierno seu in quocumque alio ad duos diversos dies celebretur, in medium adducant. Si fieri id non posse nullumque adeo Sanctum, a Dionysio diversum, ita in ullis Fastis sacris bis celebratum reperiri, fateantur, Dionysium solum ita bis celebrari cur credunt? At vero, dicent fortassis, Dionysius diversis adeo annuntiationibus in Romano Parvo aliisque Fastis sacris ad duos dies diversos celebratur, quod annuntiationum illarum prior e Græcis, posterior vero e Latinis anterioribus Fastis sacris sit accepta, Dionysiumque alio modo in hisce, alio in illis celebratum reperiri*

AUCTORE C. B.

*reperiri contigerit. Verum, si Dionysium, quem alio modo a Græcis, alio a Latinis celebratum, Romani Parvi auctor repererit, unum esse atque eumdem Sanctum, is judicavit, ac porro significare voluit, cur eum ad duos dies diversos signavit? Anne quod alio die a Græcis, alio a Latinis memoriam ejus recoli, observaret. Verum alii adhuc in Romano Parvo seu veteri leguntur Sancti quorum memoria seu festivitas alio die a Græcis, alio a Latinis recolitur, nec ullum tamen ex illis in Romano Parvo bis commemorari invenio. Quo ergo fundamento, quod de nullo prorsus alio Sancto fecisse Romani Parvi auctor scitur, de uno solo Dionysio fecisse asseritur?*

*incassum pugnatur,*

192 *Adhæc qui etiam, Romani parvi auctorem e Fastis Græcorum sacris, qui ante ætatem suam fuissent concinnati,* Dionysii Areopagitæ *ad tertiam Octobris diem apud Græcos memoriam, elogiumque, quo hunc exornat, deprompsisse, probatum dent? An ex eo forsan, quod tum revera,* B *ac proin verosimillime etiam ante auctoris laudati ætatem in sacris suis Fastis* Dionysium Areopagitam *Græci commemorarint? Verum quid si Romani parvi auctor,* Dionysium Areopagitam *non idcirco, sed quod, eum tertia Octobris die martyrium subiisse, ex Aristide, scriptore apud Athenienses celeberrimo, quem laudat, compertum haberet, ad diem illum in contextum a se Martyrologium intulerit, elogioque, quod ex eodem scriptore hausisset, etiam ornarit? Enimvero nihil prorsus, quo minus res ita evenisse credatur, impedire atque obstare videtur, ratioque proinde, qua, ut Dionysius annuntiationibus maxime diversis, supra huc transcriptis, ad duos dies diversos in Martyrologio Romano parvo seu Veteri celebretur, factum adstruunt, pro dubia ut minimum atque incerta debet haberi. Verum demus etiam tantisper, Romani parvi auctorem e Fastis Græcis, sese antiquioribus,* Dionysium, *quem ad tertiam Octobris diem celebrat, accepisse, nec sic abs illo* Dionysium Areopagitam *et Parisiensem pro uno atque eodem Sancto haberi confecerint. Quid enim? Ambosne forsan Dionysios pro uno atque eodem a Græcis etiam haberi, asseverent? Verum si Dionysius, quem* C *ad tertiam Octobris diem Græci celebrant, alius apud eos non sit, quam Dionysius, ad nonam mensis ejusdem diem in sacris Latinorum Fastis notatus, cur socios, Rusticum et Eleutherium, qui in hisce Dionysio junguntur, huic pariter Græci non addunt? Anne, quod illos, utpote de sola ecclesia Latina, non autem etiam de Græca bene meritos, commemorare, Græcorum haud interfuerit?*

*adhibitis notis celebret, alterum ab altero distinguit;*

193 *Ita quidem in suis tum Annalibus, tum factis in Martyrologium Romanum hodiernum Annotationibus Eruditissimus Cardinalis Baronius, et post hunc Milletus et Menardus, dum ad secundum supra relatum duarum Romani parvi aut, si mavis, Usuardi annuntiationum, quarum altera cum sociis, altera sine sociis Dionysius celebratur, antitheton respondentes, postremam hanc e sacris, in quibus sine sociis Dionysius pariter celebratur, Græcorum fastis acceptam esse, adstruunt, seu pro more suo arbitrio affirmant; verum cum in sacris Græcorum Fastis ex ecclesia Latina Sancti alii, qui nihilo magis, quam Rusticus et Eleutherius, de ecclesia Græca bene meriti sciuntur, etiam commemorentur, ex allegata, quam scriptores laudati prætexunt, nullique prorsus fundamento superstruunt,* D *ratione, binos hosce sanctos martyres, qui, veluti Dionysii in Opere Evangelico adjutores atque in martyrio socii, una cum ipso memorari debuissent, in Fastis Græcorum esse omissos, parum admodum verosimile apparet, nec futurum fuisse videtur, ut eo, qui similia adstruunt, confugerent, si quam aliam ad evadendum viam novissent. Utut sit, cum Martyrologi, quotiescumque et ubicumque annuntiationes diversas adhibent, diversos etiam Sanctos celebrare soleant, tunc etiam, cum homonymos celebrant, facere id ipsum, nisi solide atque invicte contrarium probetur, sunt censendi. Quod cum sic habeat, itaque, qui opinionem de uno Dionysio tuentur, duabus supra adductis annuntiationibus in Romano parvo de uno eodemque Dionysio esse sermonem, neutiquam probent, Martyrologii dicti auctor alium Dionysium annuntiationum illarum una, alium altera celebrare est censendus, maxime cum aliis insuper, ut jam supra docui, distinctionis adhibitis notis, Dionysios ambos duobus diversis et die-* E *bus et locis celebret.*

*quod ipse etiam acer licet opiniones de uno Dionysio patronus, Saussayus agnovit,*

194 *Et vero* Dionysium Areopagitam *a Dionysio Parisiensi per Romanum parvum distingui, tam est perspicuum, ut id Andreas Saussayus, utut acer, si quis, opinionis de uno Dionysio patronus, fateri fuerit compulsus, maluerit-que, quam ut veritati tam apertæ contraïret, in dictum Martyrologium, cum id præconceptis suis (adi in sua ad Usuardum Præfatione Sollerium num. 75) de* Areopagita *opinionibus adversari, observasset, diras quodammodo evomere ac quæ in sacri illius monumenti juxta ac Rosweydi, qui id ediderat, laudem gloriose antea cecinerat, turpiter recantare. Id ipsam porro diu, imo seculis ut minimum septem, ante Saussayum jam agnoverat sanctus Ado, Viennensis episcopus, qui Martyrologium illud, Aquileiæ a se repertum, Martyrologio a se contexto præfixit; uti ipsemet in sua ad hoc Præfatione testatum facit. Sane nisi Adonem pariter id agnovisse, admittamus, cur alio die* Dionysium Areopagitam, *alio die Parisiensem a sancto illo Martyrologo celebrari dicemus? Enimvero, cum Martyrologium Romanum parvum, Aquileiæ a se repertum indeque in Gallias asportatum præ oculis habuerit, ac maximo, uti ipsemet loco* F *proxime cit. nos docet, in pretio habuerit, præcipue illum ex hujus fide atque auctoritate* Dionysium Areopagitam *a Dionysio, Parisiensi antistite ac martyre, existimasse diversum, hincque alio hunc, alio illum die in Martyrologio suo retulisse, certum apparet atque indubitatum. At vero, inquient, etiamsi Ado* Dionysium Areopagitam *tertia, Parisiensem autem nona Octobris die annuntiet, hunc tamen ab illo distinguere censendus non est, neque vero alterum ab altero distinguit.*

*uti et, quemadmodum hic*

195 *Ita scilicet fortassis autument, quod, cum Ado omnes Dionysios martyres, quod celebrat, vel expressa locorum, in quibus mortem oppetiere, appositione vel qualicumque saltem designatione invicem distinguat, nec tamen* Dionysium Areopagitam, *ulla facta seu mentione seu designatione loci, signarit, fecisse id videatur, ne hunc a Parisiensi distinguere voluisse putaretur. Verum quam his, qui ita Adonem opinionis de uno Dionysio patronum facere conantur, parum feliciter id cedat, facile quisque comperiet, qui contextum ab eo Martyrologium consulere gravatus haud fuerit,*

A *fuerit. Cum enim in hoc non pauci martyres, nulla omnino loci, quo Martyrium subiere, mentione facta, compareant, e causa, quam volunt,* Dionysium Areopagitam *absque loci designatione ab Adone signari, certo quis credat? Et vero, si Ado, ut contendunt,* Dionysium Areopagitam *a Dionysio Pariensi distinguere non voluit, ut quid in hujus, quam ad nonam Octobris diem suppeditat, annuntiatione Dionysii in martyrio socios, quos in Romano parvo seu Veteri nominibus suis distinctos non invenerat, Rusticum et Eleutherium diserte appellavit? Ut quid hosce non etiam in sua ad tertiam Octobris diem annuntiatione, si tam in hac, quam in illa de uno eodemque Dionysio loqui voluerit, commemoravit? Quid ad hæc respondere queant opinionis de uno Dionysio patroni, haud satis perspicio. Dicentne forsan, ab Adone e Fastis Græcorum sacris, quidquid ad* III *Octobris diem de Dionysio suppeditat, esse acceptum? Verum, cum Adoni Martyrologium Romanum parvum seu vetus citra omnem controversiam præluxerit, hujusque ad tertiam Octobris diem annuntiatio cum suppeditata ab Adone annuntiatione in ipsis etiam verbis fere congruat,*

B *quis hanc a sancto isto martyrologo aliunde acceptam facile sibi in animum inducat?*

ostenditur, Ado.

196 *Verum esto etiam, Ado e sacris Græcorum Fastis annuntiationem illam acceperit, dubitari equidem non potest, quin quam, ad nonam Octobris diem suppeditat, annuntiationem e Romano parvo seu veteri deprompserit; ita autem si res habeat, ut quid, si cavere, ne* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinguere videretur, voluerit, in posteriori isthac duos Dionysii in martyrio socios nominibus suis, contra ac Martyrologii Romani parvi auctor fecit, distinxit, nulla interim horum mentione facta in annuntiatione altera, quam ad tertiam Octobris diem suppeditat? Ut quid tam Dionysio, quem ad* IX, *quam Dionysio, quem ad* III *Octobris diem memorat,* Areopagitæ *titulum non adjunxit? Sane cum ratione nulla, ne alterum ab altero distinguere videretur, vel certius vel facilius cavere potuisset, Ado ita, ut facit, ni* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinguere voluisset, processurus fuisse non videtur, etsi etiam, ut volunt, annuntiationem, quam ad tertiam Octobris diem suppeditat, e sacris Græcorum Fastis accepisset.*

C *Atque ita ex omnibus de Adone modo dictis duo potissimum habemus; alterum est, scriptorem hunc agnovisse, a Romani parvi seu Veteris auctore* Dionysium Areopagitam *et Parisiensem pro uno atque eodem Sancto non haberi; alterum vero, ab ipsomet eodem scriptore binos hosce Sanctos invicem distingui. Nec id tantum abs illo seculi noni Martyrologo fit; verum etiam a duobus, qui tum pariter floruerunt, scriptoribus aliis, Erigena videlicet et Usuardo. Ac res quidem quantum ad priorem e jam supra dictis haud difficulter potest colligi; quod autem ad posteriorem spectat, Dionysium tertia, iterumque nona Octobris die celebrat; quod sane, duos abs illo Dionysios, invicem diversos,* Areopagitam *unum, Parisiensem alterum, commemorari, argumento est.*

opinionem etiam de duobus Dionysiis, quod et de Usuardo,

197 Dionysium *quidem, quem tertia Octobris die celebrat,* Areopagitæ, *contra ac Ado facit, titulo non distinguit; verum illi non de alio, quam de celeberrimo isthoc Atheniensi antistite, sermonem esse, evidentissimum est tum ex ipso, in quo omnia* Areopagitam *sonant, suppeditato per Martyrologum istum de Dionysio, quem celebrat, textu; tum quod hic ex Adone, a quo ad tertiam Octobris diem non alius Dionysius, quam* Areopagita, *citra omnem controversiam celebratur, certissime sit acceptus, uti nemo non fatebitur, qui e Sollerii nostri ad Usuardum Præfatione fontes, e quibus hic Martyrologus aquas suas derivavit, didicerit. Nec est, cur quis hinc modo arguat, ab Usuardo dumtaxat Adonis exemplo Dionysium tertia iterumque nona Octobris die memorari, consectariumque proinde ex hoc ejus facto non esse, ut* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinctum, existimarit, seu in opinionem, quæ alterum ab altero distinguit, concesserit. Etsi enim ex Adone tam quæ ad tertiam, quam quæ ad nonam Octobris diem de Dionysio seu potius de duobus Dionysiis prodit, deprompserit, id tamen sine prævio, quo sedulo, duplexne an unus dumtaxat esset statuendus Dionysius, discussit, examine non fecit. Quod quam verum sit, vel ex eo liquet, quod in Annuntiatione, qua Dionysium, Parisiensem antistitem ac martyrem, ad nonam Octobris diem celebrat, Rusticum et Eleutherium, Dionysii proxime memorati in martyrio socios,* E *debitis ac veris dignitatis suæ, priorem scilicet* presbyteri, *posteriorem* diaconi, *titulis condecoret, Adonemque adeo, qui Rustico diaconi tantum. Eleutherio contra presbyteri dignitatem perperam adscribit, recte correxerit.*

auctore C. B.

ut probatur, dicendum, seculo VIII medio esse antiquiorem, ratus.

198 *Adhæc Usuardus in sua ad Martyrologium, a se contextum Caroloque Calvo imperatori inscriptum, præfatione, Molani Martyrologio præfixa, ita loquitur:* Quæs res.... me ad hoc, etsi indignum, compulit, quatenus Sanctorum sacras atque anniversario recolendas festivitates ex quibusdam præcedentium Patrum Martyrologiis in quandam colligerem unitatem; recolebamque in ipsis eorumdem solennitatibus quam multos propriæ negligentiæ excessus, quos etiam purgari tali cupiebam officio. Præterea et venerabilium, Hieronymi scilicet ac Bedæ, presbyterorum piis, quamvis succinctis, super hoc provocabar descriptis; quorum prior brevitati studens, alter vero quam plures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus Operis præteriisse necessaria, quos tamen secutus, censui et Flori, memorabilis viri, latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo ejusdem libro. Ibi enim mul- F ta, quæ in priori omiserat, et correxit et addidit. At si quid præter quod ab illis accepi, in hoc tempore auctum vel mutatum est, sagaci a me indagine id perquisitum, agnosci poterit. *Cum itaque Usuardus, uti nos his verbis docet, summo studio ac diligentia Martyrologium suum contexuerit, nihilque in hoc, a præcedentium Patrum, quæ sibi prælucentia habuit, Martyrologiis diversum, quod, sagaci indagine præmissa, veritati consonum haud reperisset, notarit ac in altera præterea e duabus de Dionysio ad tertiam et nonam Octobris diem Adonis annuntiationibus mutationem seu correctionem supra jam relatam fecerit, enimvero, quin hasce sedulo examinarit, Dionysiumque Parisiensem una,* Areopagitam *altera memorari observarit, dubitandum non est. Jam vero, cum res ita habeat, easdemque nihilominus annuntiationes duas in Martyrologium, a se contextum, intulerit, sane, quin ita* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinguere voluerit, reque etiam*

AUCTORE C. B.

*iam ipsa alterum ab altero distinctum ac recte proinde per Adonem distingui, judicarit, dubitandum pariter non est. Atque ita jam præter Erigenam duos adhuc seculi noni, ut Notherum, qui sub hujus dumtaxat finem Martyrologium suum contexuit, prætereamt, martyrologos, Adonem videlicet et Usuardum, habemus; qui, cum post jam exortam de uno Dionysio opinionem floruerint, nec hanc tamen, sed oppositam de duobus Dionysiis, ut dictum, fuerint amplexi, consectarium est, ut hac, at non illam, pro vera atque antiqua habuerint, imo et seculo octavo medio antiquiorem, verosimillime existimarint.*

## § XI. Alia rationum momenta, e sacris potissimum Græcorum fastis petita, quæ, et apud hosce opinionem de duobus Dionysiis antiquitus obtinuisse, çommonstrant, in medium proferuntur.

B

*Apud antiquos etiam Græcos opinionem de duobus Dionysiis viguisse, e Græci,*

*Quæ § proxime prægresso disserui, opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *a Dionysio, Parisiensi antistite ac martyre, diversum statuit, in ecclesia Latina ante seculum octavum medium viguisse, dumtaxat commonstrant, ea hic modo, quæ eamdem opinionem in Græca etiam ecclesia antiquitus, ac proin verosimillime jam inde etiam ab eodem, quo in Latina, tempore invaluisse, ostendant, e sacris potissimum Græcorum Fastis adducturus sum. Ac primo quidem, quo id præstem,* S. Dionysii Areopagitæ, *quod ad præsens institutum facit, quodque integrum e Ms. Claromontani Parisiis collegii Synaxario Chiffletius in sua de uno Dionysio Dissertatione suppeditat, Elogium, ex parte etiam a Sirmondo de duobus Dionysiis cap. 7 exhibitum, Græce et Latine huc transcribo. Græce sequentibus hisce verbis concipitur:* Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

C ἐπισκόπου γενομένου Ἀθηνῶν Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, ὃς ἐτυγχανεν εἰς τῶν ἐν Ἀθήναις ἐνδόξων πλούτῳ καὶ σοφίᾳ περίβλεπτος. νόμος δὲ ἦν ἐν αὐταῖς ἐννέα κριτὰς προκατέζεσθαι παρὰ τῆς ἀρείου πάγου διαφέροντας τῶν λοιπῶν, τὰς φονικὰς κρίνοντας· κρίσεις· ὧν εἷς ὑπῆρχε καὶ Διονύσιος. Τοῦ δὲ θείου Παύλου τοῦ ἀποστόλου κηρύξαντος ἐν Ἀθήναις, ἄκρος τὴν σύνεσιν ὤν, ἐπέγνω τὴν ἀλήθειαν καὶ ἐπίστευσεν εἰς Χριστὸν, καὶ χειροτονεῖται παρ αὐτοῦ ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα μυεῖται παρὰ τοῦ σοφοῦ Ἱεροθέου· διὸ καὶ μόνος ἐν γράμμασιν ἐκτίθεται τῶν ἐπουρανίων ταγμάτων τοὺς διακόσμους, καὶ πάσης ἱεραρχίας καὶ ἐκκλησιαστικῆς διατάξεως ἐφερμηνεύει τοὺς τύπους.

*quod huc Græce simul et Latine*

200 Οὗτος ὁλοκαυτοῦται ἐν πυρὶ συλληφθεὶς ὑφ' ἑλλήνων, συγκατακαέντων αὐτῷ καὶ τῶν ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων· ἃ φασί τινες ἐν μόνῃ τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀποκεῖσθαι βιβλιοθήκῃ· εὑρίσκονται δὲ παρ' ἡμῖν βιβλία αὐτοῦ δέκα. Καταλαβὼν δὲ τὰ ἑσπέρια ἐπὶ τῆς βασιλείας Δομετιανοῦ, καὶ πολλὰ θαύματα ἐπιδειξάμενος μετὰ τὸ ἀποτμηθῆναι τὴν κεφαλὴν χερσὶν ἰδίαν ὑποδεξάμενος μέχρι δύο μιλίων ἐβάδισε, καὶ οὐ πρότερον ἀπέθετο αὐτὴν, ἕως συνήντησε πιστῇ γυναικὶ, ὀνόματι Κατούλα, καὶ ταύτης ταῖς χερσὶ τὸν ἱερὸν θησαυρὸν ἤτοι τὴν κάραν ἐπιστεύσε· σὺν αὐτῷ δὲ Ῥουστικόστε καὶ Ἐλευθέριος τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν· ἦν δὲ κατὰ τὸν σωματικὸν τύπον τὸ μέγεθος μέσος, ἰσχνὸς, λευκὸς, ὕπωχρος, τὴν ῥῖνα ὑπόσιμος, τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς, ποῖλος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐπισυνοίας ἀεὶ, ὦτα μεγάλα ἔχων, πολιὸς κομήτης, μετρίως βαθυνόμενος τὴν ὑπήνην, ἀραιὸς τὴν ἔκφυσιν τοῦ γενείου, ῥέμα προγάστωρ, μακροδάκτυλος ταῖς χερσίν· ἡ δὲ σύναξις αὐτοῦ τελεῖται ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ: *Latine autem e Chiffletii interpretatione sic habet:* Certamen sancti patris nostri, episcopi Athenarum, Dionysii Areopagitæ, qui fuit unus ex viris illustribus Atheniensibus, opibus et sapientia conspicuis. Consuetudo vero erat Athenis, novem judices præsidere in Areopago, præstantiores aliis, capitalium causarum arbitri *, quorum unus fuit Dionysius. Verum, divino Paulo Apostolo concionante Athenis, ut erat subtili intelligentia, veritatem agnovit, et credidit in Christum Athenarumque ab illo creatus est episcopus, et a sapiente Hierotheo ineffabilia edoctus est mysteria; unde et solus in scriptis exponit ordinationes cælestium exercituum, et omnis Hierarchiæ atque ecclesiasticæ dispositionis formam explanat. Hic ab ethnicis comprehensus, flammis consumptus est totus, una cum ipso concrematis et aliis ejus libris, quos quidam aiunt in sola Romanorum bibliotheca superesse. Reperiuntur autem apud nos libri ejus decem.

D

E

* arbitros

201 Ad Occidentem vero profectus, regnante Domitiano, et, multis patratis miraculis, capite cæsus cum esset, ipsum caput suis exciens manibus ad duo usque milliaria progressus est. Nec prius dimisit quam fideli mulieri, Catulæ nuncupatæ, obviam factus est, et sacrum hunc thesaurum, caput scilicet suum ejus credidit manibus. Cum ipso vero Rusticus et Eleutherius capite cæsi sunt. Erat autem, quod ad formam corporis attinet, statura mediocri, gracilis, albus quidem, sed subpallidus, subsimus, contractis supercíliis, oculis profundis, semper meditabundo similis, majusculis auribus, comatus et canus, barba modice promissa, sed rara, paululum ventricosus, digitis manuum oblongis. Dies vero ejus sollemnis celebratur in sanctissima magna basilica. *Ignis seu flammarum supplicium, quo Dionysius totus (in Oriente seu Athenis, ut apparet) fuisse consumptus in isthoc jam recitato elogio primum traditur, certe cum capitis amputatione, qua martyrium in Occidente consummasse in eodem elogio post narratur, quadrare non potest. Hinc Chiffletius, id observans, scriptori, qui istud contexuit, interpretationem, qua hunc suæ de uno Dionysio opinioni, si non faventem, saltem non nocentem, reddere est conatus, affluxit. Audi, qui proxime ante idem huc jam transcriptum elogium loquatur.* Ex illa, *inquit*, Græcorum ignoratione *(de* Dionysio *scilicet, Athenis Romam profecto, indeque in Gallias, ubi et martyrium subierit, misso)* ortam opinamur conjecturam de Dionysio, apud Athenas flammis consumpto (ὁλοκαυτοῦται ἐν πυρὶ) quam ut suæ de duobus Dionysiis sententiæ faventem refert Sirmondus ex codice Ms. cujusdam Synaxarii bibliothecæ Claromontanæ, auctoris tamen inconstantiam rédarguens, qui mox addit, Dionysium, in Occidentem profectum, post multa edita miracula, capite ibi cæsum esse. Nobis vero, nec absque ratione magis placet posterior eoque sanior Synaxarii sententia, si tamen illa cum priore stare non potest. Quid enim vetat, quo minus Dionysius, Athenis comburi jussus, in

F

*transcribitur, quodque accommodate ad suam de uno Dionysii opinionem*

A in accenso rogo illæsus perstiterit, indeque divinitus ereptus ad Occidentalem expeditionem consilia verterit?

*Chiffletius verbis hic datis interpretatur,*

202 *Chiffletius itaque elogii dicti auctorem, quo hic secum ipsemet in concordiam adducatur, ita interpretatur, ut hisce suis verbis* ὁλοκαυτοῦται ἐν πυρὶ *significatum dumtaxat voluerit,* Dionysium *fuisse comburi jussum, seu flammis damnatum, non autem etiam hisce fuisse consumptum; ut autem huic interpretationi suæ qualemcumque confirmationem adjungat, aut certe mentem suam clarius exponat, ita insuper, postquam integrum quod jam transcripsi, elogium recitavit, mox ratiocinatur*: Dubitari hic possit, num illa verba, οὗτος ὁλοκαυτοῦται ἐν πυρὶ, accipienda sint de sententia capitis in Dionysium prolata; ut sit sensus; « Per sententiam totus comburi jussus est. » Belle enim id quadraret cum eo, quod mox subjicitur; Dionysium, in Occidentis partes profectum, ibi martyrium fecisse, caput præcisum gestasse, etc., cum nempe e flammis Atheniensibus, ut plurimi alii martyres divinitus emersisset; quod duorum Dionysiorum assertoribus maxime obstaret. Sed etsi admittas, ut B volunt adversarii, Græca levitate secum pugnare Synaxarii auctorem, dum et Dionysium Athenis combustum asserit, et postea tamen in Occidentem concessisse, quæ sunt aperte contradictoria, nihil certe hic illi metunt, nullis fidei et sibimet adversantem scripturam pro se allegantes; ut oppido mirum sit, a viris industriis quæsitum ex hoc Synaxario suæ opinioni auctoramentum. Agite igitur, vos fortium ingeniorum primipili, quibus ecclesiarum nostrarum traditio ludibrium est, qui Parisiorum Areopagitam Hilduinianam fabulam Hilduinianam hæresim nuncupare nihil veremini. Dicite, amabo, quo consilio, quave mente synaxarii hujus auctorem in causa vestra testem citare voluistis? An quia Dionysium Atheniensem Athenis cum suis scriptis igne consumptum affirmare visus est? Si fecit, qua, quæso, ratione mox admonet, hunc eumdem, cum in Occidentem transiisset, cum Rustico et Eleutherio capite cæsum, hoc ipsum caput manibus apprehensum, ad duo milliaria a supplicii loco tandiu gestasse, donec illud in Catulæ piæ feminæ sinum deponeret?

C *Elogii parte, utpote cujus auctorem vel ipsummet*

203 Sic porro illum e rogo Atheniensi illæsum evasisse nos docuit, sive per ἀφανείαν sive alio divinæ Providentiæ miraculo, quod certe illi cum aliis permultis Christi martyribus constat fuisse commune. Hoc vero de Dionysio nostro adversarii pernegant, adeoque Synaxarii auctorem Græca levitate veris fabulosa illigasse contendunt. Aut totum illius testimonium probate, aut totum rejicite. Absurdum est, eodem ex ore et oracula et fabellas excipi putare. *Claromontanum itaque, quod laudat, Synaxarium seu potius jam productum ex hoc Dionysii elogium vel eo, quem assignat supraque etiam exposui, modo seu pacto esse interpretandum vel certe totum rejiciendum, laudatus Chiffletius, quod alioquin unus idemque auctor pugnantia scripsisse, veraque falsis seu fabulosis immiscuisse foret dicendus, contendit. Verum quid si dictum elogium, non ab uno eodemque, sed a duobus auctoribus diversis, antiquiori uno, recentiori altero, fuerit contextum? Quid si pars elogii prior, quæ,* Dionysium *flammis fuisse totum consumptum, memorat atque ab initio ad*



*hasce usque voces* Ad occidentem vero profectus, *excurrit, ab auctore, seculum octavum medium prægresso, sola primum fuerit conscripta? Quid si ei deinde posterior, quæ, Dionysium in Occidente capite cæsum, tradit, atque ab iisdem vocibus ad finem usque procurrit, ab auctore recentiore, qui non nisi post seculum octavum medium floruerit, idcirco fuerit adjecta, quod ita hic priorem elogii partem, quam alte a se imbibitæ de* Dionysio, *in Gallias profecto ibique martyrii palmam adepto, opinioni adversari, videbat, corrigere, aut saltem (neque enim forsan, verane esset, ac quid complecteretur, examinarit) auctiorem, additis iis, quæ de* Dionysio *credebat, reddere voluerit?* AUCTORE C. B.

204 *Sane cum, Operum duorum, quorum unum de Cœlesti, alterum de Ecclesiastica Hierarchia* S. Dionysius Areopagita *scripserit, mentione facta, alios ejus libros* in sola Romanorum bibliotheca superesse, *a quibusdam dici, in priori elogii huc transcripti parte asseratur, scriptam hanc fuisse, oportet, ante seculum octavum, utpote quo Scholia, a S. Maximo, seculi septimi scriptore, non tantum in Cœlestem et Ecclesiasticam Hierarchiam, sed et in Omnia, quæ* Areopagitæ *nomine modo circumferuntur, Opera exstiterint contexta, hæcque tum certe non tantum Romæ, sed et pluribus aliis locis fuerint reperta. Quod autem ad posteriorem elogii partem modo spectat, cum ea, quæ de capite a Dionysio, cum id, sibi jam amputatum, propriis manibus gestasset, in matronæ, nomine* Catullæ, *sinum deposito, in posteriori illa parte narrantur, a Metaphraste, qui, quemadmodum apud omnes modo in confesso est, seculo decimo floruit, litteris primum fuerint mandata, fuisse isthanc ab auctore, qui non nisi post Metaphrastem floruerit, conscriptam, indubitatum apparet ac certum. Atque ita simul, ab alio scriptore priorem, ab alio item posteriorem elogii dati partem fuisse conscriptam, modo habemus; quam merito autem adstrui id queat, e jam nunc dicendis amplius elucescet. Etsi quidem* ὁλοκαυτοῦται, igne absumptus est, *ad idem significandum, quod* sacrificatus est *seu* ignis incendio, *quod quis, comburi jussus, divina virtute evaserit,* excruciatus et, *subinde usurpatum inveniatur, tamen in dato elogio non usurpari vel ex eo liquet, quod in eo* Dionysius *una cum contextis a se libris, quos certe tali modo sacrificatos seu immolatos significari, nemo dixerit, crematus fuisse tradatur.* *esse antiquum, vel quod* E F

205 *Cum autem id ita sit, ac proin assignatam a Chiffletio interpretationem prior elogii pars neutiquam patiatur, oportet sane, ut alium hæc, alium pars posterior, utpote, Sanctum capitis amputatione in Occidente expirasse, tradens sicque cum parte priori, quæ, eum Athenis seu in Oriente flammarum incendio fuisse absumptum, memorat, e diametro pugnans, auctorem habuerit; qui, hac fortassis haud sat examinata, vel examinata quidem, sed non probata, posteriori a sese contexta parte ob causarum, quas num.* 203 *assignavi, alteram* Dionysii *de quo hic, elogium auxerit. Jam vero, cum res ita habeat, supraque huc transcriptum Sancti elogium duos diversos, quorum alter ante seculum octavum floruit, Athenisque* Dionysium *occubuisse, scribit, auctores e jam dictis habuerit, consectarium fit, ut id haud prorsus, contra ac Chiffletius vellet, rejiciendum sit, utque contra, opinionem de* Dionysio Areopagita, *in Oriente seu* *de Dionysio in Oriente seu Athenis passo*

AUCTORE C. B.

*Athenis, non in Galliis seu Occidente passo, apud Græcos antiquos, qui ante scriptam elogii recitati posteriorem partem seu recentiorem hujus auctorem floruerint, viguisse, argumento sit haud prorsus invalido, quidquid contra etiam Chifflet tius supra huc transcriptis verbis arguat. Verum demus etiam tantisper, scriptorem fuisse repertum, qui adeo parum sibi constiterit, ut unum eumdemque Dionysium et in Oriente seu Athenis igne fuisse absumptum, et in Galliis seu Occidente martyrium gladio consumasse, aliaque haud sat cohærentia in Elogio supra huc transcripto memoriæ prodiderit, nec hinc consectarium erit, ut ex hoc pro opinione de duobus Dionysiis, quæ horum alterum Athenis, alterum in Galliis martyris coronatum statuit, nihil possit confici.*

tradit, ex antiquo

206 *Age, rem accurate expendamus. Græci, de quo hic, elogii auctor, qualis qualis sit, in priori hujus parte fuisse* Dionysium Areopagitam *Athenis seu in Oriente flammis totum absumptum, memoriæ prodit. Quid ergo? Idne forsan, nullo duce, Græca quapiam levitate e proprio suo genio in litteras miserit? Affirmas? Qua veri specie, videamus. Flammarum incendio in Oriente seu Athenis, simulque capitis amputatione in Occidente seu Parisiis unus idemque* Dionysius Areopagita *mori non potuit : cum autem hoc ultimo mortis genere in Occidente exspirasse Sanctum, Elogii auctor in posteriori hujus parte ex anterioribus, quæ etiam, ut certe non negabis, fide digna ipse existimarit, monumentis scriptoribusve memoriæ prodat, quis eum, etsi etiam pugnantia scripsisse detur, adeo simul amentem fuisse credat, ut Sanctum eumdem in Oriente ignis supplicio occubuisse, sine vade, sine teste, sine ullo denique fundamento in priori ejusdem a se contexti elogii parte tradiderit? Subinde quidem, ut, qui oppositarum seu contradictoriarum assertionum unam credit, alteram postea, relicta priori, admittat, evenire solet; ast simul, ut quis, ratione prorsus omni destitutus, id faciat, aut etiam assertionum contradictoriarum uni potius, quam alteri adhæreat, vel numquam vel certe rarissime contingit; hoc autem cum ita habeat, factum esse quis credat, ut, qui duas assertiones oppositas contradictoriasve admitteret, litterisque etiam consignaret, rationibus quidem quantum ad unam, at non item quantum ad alteram, ut id faceret, sit nisus? Dicesne forsan. Elogii auctorem, quod, unum eamdemque in Oriente ignis supplicio, simulque in Occidente capitis amputatione vitam amittere haud posse, non observarit, tam uno, quam altero mortis genere* Dionysium *esse martyrii coronam adeptum, scripsisse? Verum cui id, quæso vel utcumque credibile efficias (*

monumento traditioneve acceptum esse, aporteat, probatur,

207 *Cum itaque elogii, de quo hic, auctorem aliqua certe, ut* Dionysium, *quem capitis amputatione in Occidente expirasse, ait, in Oriente simul flammarum incendio occubuisse, traderet, ratione fuisse impulsum, ex omnibus, quæ jam dicta sunt, necessum appareat, quid, quæso, aliud dicamus, quam postremum illud, quo Sanctum in Oriente obiisse, ait, supplicium vel e traditione, quæ apud Græcos antiquos viguerit, vel, quod malim, e litterario, in quo hæc consignata esset, monumento abs illo fuisse acceptum? At vero, Græcos, cum* Dionysium, *relictis Athenis, Romam concessisse, indeque in Gallias, ubi et martyrium subiisset, a Clemente Papa missum fuisse,, ignorent, flammarum supplicio in Oriente seu Athenis illum fuisse consumptum, e conjectura dumtaxat scripsisse, Chifflet tius contendit. Ita scilicet verbis, num.* 201 *recitatis, non obscure prodit. Verum quid tum? Cum equidem conjectura, e qua id Græci tum scripserint, omni dubio procul, ut Chifflet tius negare non potest satisque ipsemet innuit, cognitionem, qui eumdem* Dionysium *capitis amputatione in Occidente occubuisse, habuerint perspectum, præcesserit, consectarium vel hinc fit, ut Græci, priusquam Dionysium, capite amputato, sanguinem pro Christo in Occidente fudisse, umquam scripserint, alio plane mortis genere in Oriente illum occubuisse, memoriæ prodiderint, ac proin, ut ante opinionem,* Dionysium Areopagitam *et Parisiis capitis amputatione occisum, et cum Dionysio, Parisiensi antistite, unum esse atque eumdem statuit, opinio prorsus opposita, quæ a posteriori isthoc Dionysio priorem distinguit, huncque, non Parisiis, sed Athenis, fuso pro Christo sanguine, ad cælos evolasse, statuit, apud Græcos obtinuisse sit putanda.*

uti etiam e Basiliano, utpote cujus auctor in elogio huc transcripto,

208 *Quo porro id propensius credam ac porro credere unusquisque non immerito possit, etiam facit Basilianum Græcorum Menologium, sub seculi decimi, uti inter eruditos modo convenit finem contextum, in quo* S. Dionysius Areopagita *ad tertiam Octobris diem sequenti isthoc, quod huc idcirco Latine saltem juverit transcripsisse, ornatur elogio :* Magnus Dionysius in urbe Athenarum unus ex iis, qui gloria, divitiis et sapientia excellebant, in eo, quem Areopagum vocant, causarum judex erat. Cum vero sanctus Apostolus Paulus, Athenas profectus, Christum prædicaret, uti erat acri ingenio, veritatem facile intellexit, et in Christum credidit, Baptizatusque Athenarum episcopus ordinatur. multosque Græcorum (*verti oportuerat ethnicorum*) docuit, et ad Deum conversos baptizavit. Didicit etiam arcana Dei mysteria a sancto Hierotheo episcopo, et multos libros de cælestibus virtutibus conscripsit. Delatus autem ad Athenarum præfectum ab idololatris comprehenditur cum duobus discipulis; cumque multa tormenta subiissent, primus quidem ipse decollatur, qui suis manibus caput ad duo milliaria sustulit, nec prius deposuit, quam Christianæ feminæ obviam factus illud ei tradidit. Postea et duo ejus discipuli capite obtruncati sunt. *En itaque aliud adhuc Græcorum monumentum sacrum, aut, si mavis, hujus auctor, hagiologus Græcus, qui, quemvis ex dictus non prius quam seculo decimo ac proin non nisi post opinionem de uno Dionysio, a Græcis etiam (adi num.* 112 *et seq.) passim receptam, floruerit, Athenis tamen* Dionysium Areopagitam *martyrio, utut in supplicii, quo id subierit, genere cum Synaxarii supra dicti auctore non conveniat, fuisse affectum, scribit aut certe non obscure indicat, sicque hunc a Dionysio, Parisiensi antistite, utpote quem Parisiis subiisse martyrium, nemo non fateatur, apertissime distinguit.*

Athenis

209 *Nec id tantum ex huc jam transcripto, quo a Græco isto hagiologo Dionysius celebratur, elogio habemus; verum etiam, cum capitis jam amputati gestationem aliaque nonnulla, soli Dionysio, qui Pariensiensium fuerit episcopus, attribui solita,* Dionysio Areopagitæ *adscribat,*

A *scribat, ei indubie scripta seu documenta, quæ hunc cum illo confunderent, præluxisse. Jam vero, cum res ita habeat, qua ratione factum, dicemus, ut Dionysios ambos, Parisiensem et* Areopagitam, *pariter non confuderit, seu hunc Athenis, quod perinde est ac si unum ab altero disertissime distinxisset, martyrium subiisse, indicarit? Anne forsan, ambos quidem Dionysios, Parisiensem scilicet et* Areopagitam, *pro uno atque eodem Sancto a Martyrologo isto haberi, in loco tamen martyrii seu palæstra, cum Parisios pro hac assignare debuisset, assignanda errari, asseverabis? Verum id, quod sane, nisi solide probetur, nemo admittat, qui, quæso, vel utcumque probatum des? Anne ex eo, quod nonnulla, quæ in solum Dionysium Parisiensem quadrant, commemoret, sicque de sancto isthoc antistite, Parisiis seu, ut exactius loquar, prope Parisios martyrii palmam adepto, sermonem facere videatur? Verum nonnulla pariter, quæ, quemadmodum consideranti patebit, in solum* Dionysium Areopagitam *quadrant, memoriæ prodit. Ut itaque ha-*

B *giologus iste, etsi etiam scripta, quæ ambos Dionysios confunderent, præ oculis habuerit,* Areopagitæ *tamen palæstram Athenis collocarit, huicque simul Sancto nostro nonnulla, quæ in solum Dionysium Parisiensem quadrant, adscripserit, exeo factum apparet, quod et prælucens sibi, quod partim e* Dionysii Areopagitæ, *partim e Dionysii Pariensis gestis esset conflatum, elogium seu encomium fere totum descripserit, et palæstram martyrii, quam nuspiam in hoc inveniebat expressam, e monumento Græco, quod Athenas pro ea assignabat, deprompserit, antiquave saltem e traditione, quæ apud Græcos adhuc vigebat ipsique erat perspecta, acceperit.*

*Dionysii palæstram ex antiqui*

210 *Sane, cum, ut dictum, seculo demum decimo, quo scripta quamplurima,* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi confundentia, apud Græcos circumlata fuisse noscuntur, in vivis exstiterit, nihil omnino impedit, quo minus, quale dixi, elogium seu encomium præ oculis habuisse credatur. Nec est etiam, cur palæstram, quam* Dionysii Areopagitæ *martyrio assignat, e litterario quopiam Græcorum monumento antiquave apud hosce adhuc vigente traditione discere non potuisse asseratur. Etsi enim nulla modo apud Græcos monumenta, quæ* Dionysium Areopagi-

C tam *Athenis passum tradunt, fortassis supersint, consectarium hinc non est, ut nullum prorsus scriptum hujusmodi jam inde etiam ab hagiologi ætate superstes exstiterit. Quod autem ad antiquam, e qua pariter martyrii, a* Dionysio Areopagita *tolerati, palæstram discere potuerit, traditionem spectat, hæc quidem, opinione de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, in Occidente, non in Oriente Athenis passo, ubique temporis lapsu recepta, penitus hodie apud Græcos interiit; verum quid ni apud hosce scriptoris, qui Menologium Basilianum contexuit, ætate seu seculo* X *utcumque adhuc vigere potuerit? Nihil sane, quo, ut id haud factum, certo credam, occurrit. Ei itaque, quæ de martyrii, a* Dionysio Areopagita *tolerati, loco seu palæstra memoriæ prodit, vel antiquam, quæ apud Græcos adhuc viguerit, traditionem, vel quoddam horum monumentum litterarium suppeditasse, mihi vix non certum atque indubitatum apparet. Res enim nisi ita habeat, unde, quæso, quod de* Dionysio Areopagita, *Athenis passo, scribit, deprompsit? Dicesne forsan, e sacris Græcorum Fastis, quos, quod* Dionysium Areopagitam *ad tertiam Octobris diem Athenis annuntiarent, de palæstra, qua Sanctus pro fide certasset, non de loco, quo certaminis dumtaxat commemoratio ageretur, interpretatus sit?*

AUCTORR. C. B.

211 *Verum, præterquam quod Græcorum fasti, in quibus Dionysius Athenis, alio nullo, quo ibidem seu passus seu passionis causa commemorationem nactus significetur, indicio apposito; annuntietur hodie, quod sciam, haud inveniantur, haudquaquam annuntiatione hujusmodi, qua cultus ne dumtaxat Athenis, an passus etiam* Dionysius *traderetur, dubium fuisset, Menologii Basiliani auctor, ut martyrii, a* Dionysio *tolerati, palæstram Athenis signaret, commovendus fuisse videtur, quod, cum seculo decimo, quo demum, ut jam dictum, floruit, scripta seu monumenta non pauca, ac nominatim quidem Dionysiana a Methodio, Syncello et Metaphraste contexta Acta, in quibus* Dionysius Areopagita *in Galliis et fidem prædicasse et sanguinem pro hac fudisse disertissime tradebatur, apud Græcos passim circumferrentur omniumque fere manibus tererentur, vix ac ne vix quidem, quin* E *aliquod saltem hujusmodi seu scriptum seu monumentum legisset, dubitari queat, nec facile, ut alibi* Dionysii *palæstram, quam in hoc notatam reperisset, consignaret, commissurus fuisse videatur. Jam vero cum res ita habeat, toleratique adeo a* Dionysio *martyrii palæstram, quam Athenis locat, e sacris, quales dixi, Græcorum fastis haud acceperit, quid aliud superest, quam ut illam vel ex alio quopiam litterario Græcorum monumento, vel ex antiqua, quæ apud hosce adhuc viguerit, traditione deprompsisse credatur? Et quidem, cum tunc, opinione de* Dionysio *in Galliis passo, ab omnibus prope Græcis imbibita, traditioni contrariæ seu Sanctum Athenis passum statuenti, utut fortassis utcumque adhuc apud nonnullos obtineret, derogatum haud parum esset, non ex hac, sed e monumento, litteris expresso, verosimillime, quod dixi, deprompserit; id autem, cum seculi noni ac decimi Græci, utpote opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *Parisiis passum eumdemque proinde cum Dionysio Parisiensi statuit, tum amplexi, Athenis utique* Dionysii Areopagitæ *palæstram collocaturi haud fuissent, ante seculi octavi finem exaratum seu conscriptum indubie fuerit.*

*monumenti fide signet.*

212 *Quare, cum e monumento hujusmodi* Dionysii Areopagitæ *palæstram, quam Athenis signat, Mrl. Basiliani auctor, uti e jam dictis liquet, acceperit, is certe aut, si mavis, supra huc transcriptum, quo* Dionysium Areopagitam *celebrat, Elogium argumento sit, opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *Athenis passum diversumque proinde a Dionysio Parisiensi statuit, ante seculi octavi finem seu apud Græcos antiquos viguisse. Et vero hoc ita indubie habere, fas est etiam colligere e Tharasii, Constantinopolitani ab anno* 784 *ad annum usque* 806 *patriarchæ, supra adhuc ex Hilduinianis Areopagiticis memorato facto, quo is, cum sibi de* Dionysio Areopagita, *qui et Romam, relictis Athenis, concessisset, indeque in Gallias missus martyrium ibidem subiisset, relatum fuisset, sollicite, num hæc veritati essent consona, per legatos suos, seu Romam seu in Galliam missos, inquiri jussit. Cum enim tunc, uti ex iis, quæ* § v *disserui, apparet, Gallorum Commentarii, in quibus ista haud obscure adstruebantur, cum Græcis essent communicati, utquid in horum veritatem, seu num* Dionysius Areopagita *in Gallias, substituto sibi Athenis*

*Menologio, Tharasiique patriarchæ Constantinopolitani hic relato*

AUCTORE C. B,

*Athenis episcopo, concessisset, martyrioque ibidem occubuisset, inquiri Tharasius jussit? Non aliam, inquies, certe ob causam, quam quod de re dubius adhuc atque anceps hæreret. Belle enimvero; ast utquid dubius adhuc atque anceps de re hærebat? Utquid in hanc, cum laudatos Gallorum Commentarios,* Dionysium Areopagitam *in Galliis passum, diserte adstruentes, ad manum haberet, verosimiliterque etiam legisset, per legatos suos, seu Romam, ut dictum, seu in Gallias missos, sollicite, quo videlicet, quid credendum foret, exploraret, inquiri jussit?*

*facto, nec ex iis, quæ verbis hic recitatis*

213 *Id enimvero ni tum adhuc opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *Athenis passum atque a Parisiensi diversum statuit, apud Græcos vigere aut certe haud dudum antea viguisse, habuisset compertum, nec facturus, nec etiam, num Gallorum cum Græcis communicati Commentarii, qui* Dionysium Areopagitam *Parisiis passum eumdemque cum Dionysio Parisiensi exstitisse haud obscure adstruebant, veritati essent consoni, dubitaturus fuisse videtur. Quod cum ita habeat, opinionem enimvero, quæ* Dionysium Areopagitam
B *Athenis passum atque a Dionysio Parisiensi diversum statuit, ante seculi octavi finem apud Græcos adhuc obtinuisse, memoratum S. Tharasii, patriarchæ Constantinopolitani, factum argumento etiam est haud prorsus invalido. At vero erit fortassis, qui nobis hic iterum (de Menæis enim, similibusve Græcorum, utpote sublestæ nimium fidei ac recentioris ævi, monumentis quemquam etiam disceptaturum, haud reor) objiciat Baronium, in Annalibus Ecclesiasticis ad annum* 109, *num.* 45 *ita primum ratiocinantem:* Ne quis putet, ea tum primum Acta Dionysii Areopagitæ a citatis auctoribus *(Methodio scilicet, Syncello et Metaphraste)* fuisse inventa atque conscripta; accipiat, quid, scribens ad eumdem imp. Ludovicum Hilduinus *(adi hujus ad principem illum apud Surium Rescriptum num.* 10*)* de antiquorum Græcorum monumentis his verbis testatus sit; „Usque ho„die Græcorum majores, et Athenarum incolæ „perhibent, historiarum scriptis et successionum „traditionibus docti, in eadem civitate Diony„sium tunc temporis primum fuisse episcopum, „quando Timotheus, Pauli æque discipulus,
C „Ephesiorum rexit ecclesiam; ipsumque, sub„rogato sibi episcopo, Romam adiisse, et, „ut compererunt, apud Gallorum gentem glo„rioso martyrio consummatum fuisse; *ac tum, nonnullis adhuc, quibus jam nunc discussum Tharasii, patriarchæ Constantinopolitani, factum exponitur, Hilduini verbis transcriptis, hoc modo prosequentem:* Certe quidem, etsi nulla umquam de Græcorum mutua consensione et ex suis scriptis attestatione suppeterent testimonia, suum ipsorum silentium loco mille testium foret.

*Baronius, seu de Græcis qui Gallis, Dionysium Areopagitam,*

214 Etenim mente recolentes, quam ipsi fuerint semper rerum suarum tenacissimi custodes ac vindices, hocque illis insitum esse a natura; quippe qui de Homeri patria inter se adeo concertarint; haud putamus fuisse adeo liberales, ut tantum virum, sapientium sapientissimum, Athenarum reliquias, Pauli insignem discipulum, primum ipsorum episcopum, tam facile donarint Gallis, ut ipsis sibi eum vendicantibus, penitus tacuerint ac veluti jurato silentio, nullus umquam ausus fuerit vel leviter contradicere. Nam si levissima aliqua probatione vel ex Athenarum ecclesiæ monumentis vel incerta aliqua et dubia traditione, aut relatione undecumque accepta, his de Dionysio æmuli Latinorum gloriæ adversari potuissent, haud sibi eos temperasse putandum est, ut non sibi vendicarint sua. Sed quod in re probe testata ac plane perspecta nimis calumniose agere visi essent; tantum abest, ut reclamantes contradixerint; ut potius omnes, qui de ea re egerunt, calculum suæ sententiæ mutua consensione sponte contulerint. *Ita hactenus eruditissimus Annalium ecclesiasticorum parens, duo hic potissimum, alterum quidem ex Hilduini verbis, alterum vero e proprio suo genio, contendens. Primum est, S. Dionysii Acta, quæ Methodium, Syncellum et Metaphrastem habent auctores, ex antiquis Græcorum monumentis esse accepta; secundum vero, nihil omnino Græcis, quo, Gallis* Dionysium Areopagitam, *veluti gentis suæ apostolum, sibi vindicantibus, reclamare potuissent, suppetiisse.* D

*veluti gentis suæ apostolum*

215 *Verum duo isthæc, a Baronio asserta, quæ, si vera forent, opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *Athenis passum, atque a Dionysio Parisiensi diversum statuit, apud Græcos antiquos haud viguisse, argumento essent, confutare ac* E *penitus convellere haud oppido difficile est. Ut id adeo effectum dem, ab eo, quod ultimo loco a Baronio recitatis verbis proponitur, duco initium. Ac primo quidem, qui ex eo, quod Gallis,* Dionysium Areopagitam *genti suæ Evangelium annuntiasse, asserentibus, Græci haud contradixerint, contendere id, quod dixi, Baronius, vir alioquin certo doctissimus, potuerit, haud satis perspicio. Quid enim? Anne Galli, cum Dionysium, qui Parisiensibus Evangelii lucem attulit,* Areopagitam *appellare sub seculum* VIII *medium cœpere, ita hunc vendicaverunt sibi, ut Græcis plane abstulerint? Si fecissent, fuisset sane, cur reclamassent Græci, nec dubito, quin re etiam ipsa reclamaturi fuissent. Verum, etsi quidem Galli,* Dionysium Areopagitam *in Gallias, relicta Græcia, venisse, Parisiensiumque creatum antistitem genti suæ sanctissima salutis ac fidei dogmata tradidisse, tum asseruerint, eum tamen natione exstitisse Græcum Atheniensiumque fuisse primum episcopum, minime negarunt, Græcisque adeo neutiquam ademerunt. Ut quid ergo hi illis contradixissent, productisque in lucem, quibus* Dionysium *e Græcia numquam excessisse,* F *probassent, monumentis reclamassent? Civitatemne forsan, cui natalium Homeri decus civitates Græciæ reliquæ adscripsissent, idcirco hisce, quod celeberrimum illum poëtarum principem apud se aliquando fuisse moratum, poëticarumque suarum lucubrationum partem condidisse, affirmassent, contradicturam reclamaturamque fuisse, Baronius existimarit? Id enimvero ut autumem, singularis prorsus viri undequaque eruditi industria atque acumen non permittit; cum autem id ita habeat, qui Græcos Gallis memoratam ob causam contradicturos fuisse, in animum induxerit, litterisque etiam commendarit, sane mirari subit.*

*sibi vendicantibus,*

216 *At vero, inquies fortassis, facturos id fuisse Græcos, existimavit Baronius, quod* Dionysium *in Galliis martyrium subiisse, seu cœlo natum esse, Galli assererent. Quid ergo? Hincne Gallis, suæ interim gentis conversionem situmque in hac decus Græco homini adscribentibus, contradicturos fuisse Græcos, merito existimari potuerit? Id equidem mihi haud apparet. Et vero tantum abest, ut Gallis, quod* Dionysium Areopagitam *subiisse in Galliis martyrium, assererent, contradicturi*

A *dicturi fuerint, ut contra iisdem Gallis, cum abs hisce supra jam sæpius memoratos, qui* Dionysium Areopagitam *in Gallias venisse, eumdemque cum Dionysio Parisiensi esse, adstruebant, Commentarios seu fictitia ac fabulosa Dionysiana Acta accepissent, multo facilius, quam par esset, assenssisse e supra dictis videantur. Nec ita illos animo fuisse comparatos, miror. Etenim Græco homini celeberrimæ Gallorum gentis ad fidem conversionem ab ipsismet Gallis in iis adscribi, cernebant; quod cum non possent non sibi ducere perhonorificum, fieri sane pronum fuit, ut Gallis perfacile, re etiam fere non examinata, assentirent, parique etiam modo, quæcumque in Commentariis, per illos secum communicatis, de* Dionysio Areopagita *tradi intelligebant, adoptarent. Ex observato itaque, cum Galli* Dionysium Areopagitam, *veluti gentis suæ apostolum, sub seculum* VIII *medium sibi vendicavere, per Græcos silentio, nullam omnino abs hisce, qua Gallis ea in re contradixissent, probationem seu ex ecclesiæ Atheniensis monumentis, seu ex incerta quapiam dubiaque tra-*

B *ditione seu denique ex undecumque accepta relatione afferri potuisse, Baronius perperam contendit.*

*non contradixerint, seu de monumentis antiquis,*

217 *Nulla quidem seu scripta seu monumenta, quibus, quod Galli de* Dionysio Areopagita, *asseverabant Græcisque persuasum volebant, convellerent, in medium tum protulere; verum, cum id facere neutiquam sane, uti e jam dictis haud difficulter statues, ipsorum interesset, monumenta seu scripta hujusmodi nulla, quæ Gallis opponere potuissent, penes ipsos existitisse, haud facile crediderim. Ac merito quidem ita animo comparatum me esse, satis superque, quæ supra disserui, ostendunt. Verum, sciscitabere, quid tándem ex his omnibus conficies? Efficere etiam, quod huc potissimum spectat, allata a Baronio de supra memorato Græcorum silentio non posse, quo minus, quod supra de opinione* Dionysium Areopagitam *a Dionysio Parisiensi distinguente, quæ apud Græcos antiquos viguerit, asserui, firmum ac inconcussum consistat: anne autem iis, quæ ex Hilduini verbis idem Baronius primo arguit, pariter non convellatur, nunc dispiciendum. Quo id ordinate magis, modoque, quo ad lectoris captum fieri potest, accommoda-*

C *tiori præstem, Hilduini verba, quibus, quæ is scriptor contendit, superstruit, iterum huc in antecessum transcribo.* Usque hodie, *inquit in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num.* 10 *Hilduinus,* Græcorum majores et Athenarum incolæ perhibent, historiarum scriptis et successionum traditionibus docti, in eadem civitate Dionysium tum temporis primum fuisse episcopum, quando Timotheus, Pauli æque discipulus, Ephesiorum rexit ecclesiam; ipsumque, subrogato sibi episcopo, Romam adisse, et, ut compererunt, apud Gallorum gentem glorioso martyrio consummatum fuisse; *ex hisce autem, Sandionysiana, quæ Methodius, Syncellus et Metaphrastes contexuerunt, Acta e Græcorum monumentis antiquis esse accepta, Baronius loco supra assignato contendit.*

*e quibus Dionysii Romam Athenis discessus ab Atheniensibus*

218 *Verum nec hic, ut mihi equidem apparet, ei assentiendum. Quid enim?* Dionysinm Areopagitam, *ait, tum temporis, cum Timotheus, Pauli apostoli æque ac ille discipulus, Ephesiorum ecclesiam moderatus est, Atheniensium ecclesiæ præfuisse episcopum, ex antiquis monumentis juxta ac traditione ab Atheniensibus perhiberi, Hilduinus recitatis verbis asseverat. Ita habet, et re etiam vera, quod ab Atheniensibus perhiberi affirmat, abs hisce, credo, fuisse perhibitum, nec est, cur id, quod ab iisdem perhiberi ait, revocetur in dubium. Verum quid tum? Idemne etiam de* Dionysii *Romam, relictis Athenis, discessu dicendum? Huncne etiam ex antiquis Græcorum Historiis simulque traditione ab Atheniensibus perhiberi, Hilduinus affirmat? Sane, si proxime recitata verba secundum se dumtaxat considerentur, esse etiam videtur, cur id nonnemini videri queat. Verum, cum Hilduinus ubique exacte ac secundum emendatæ constructionis leges haud loquatur, simulque, quod de* Dionysii *martyrio, in Galliis tolerato, ab Atheniensibus perhiberi affirmat, abs hisce ex antiquis Græcorum historiis traditioneque haustum non fuisse, non obscure insinuet, id pariter illum de Dionysii Romam, relictis Athenis, discessu insinuatum non voluisse, verosimillimum mihi apparet; ut etiamsi, Hilduinum nihil, quin veritati exactæ consonet, scripsisse, tantisper darem, consequens tamen hinc nondum fieret, ut, quod de Dionysii Ro-*

E *mam, relictis Athenis, suscepto itinere ab Atheniensibus perhiberi ait, abs hisce id haustum e monumentis antiquis fuisse propterea haud debeat.*

AUCTORE C. B.

*fuerit perhibitus, arguit, in contrarium quidquam potest inferri;*

219 *Verum demus etiam, Hilduinum, quod de* Dionysii *itinere Romano, ab Atheniensibus perhibito, asseverat, haustum abs hisce e monumentis antiquis juxta ac traditione fuisse, existimasse ac porro significatum voluisse; nec hinc, ut opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *in Gallias non venisse, diversumque a Dionysio Parisiensi statuit, apud antiquos Græcos non obtinuisse, conficias, quidquam elicies. Age enim, ab Atheniensibus, quod jam dictum, de Dionysii Romam, relictis Athenis, discessu perhiberi, disertissimis etiam verbis Hilduinus asseveret. Scriptor isthic, utut malæ, quemadmodum supra docui, in monumentis scriptoribusque citandis fidei non sit, tanto tamen in pretio habendus non est, ut timeri non debeat, ne a veritate uspiam seu per errorem seu per falsam ad se delatam famam deflexerit. Quid si ergo* Historiarum scripta et successionum traditiones, *e quibus* Græcorum majores Athenarumque incolæ *eodem tempore, quo Timotheus Ephesiorum ecclesiam moderabatur, Atheniensi præfuisse* Dionysium Areopagitam, *perhibebant,*

F *ad hujus etiam, subrogato sibi Athenis episcopo, Romam discessum per errorem retulerit? Sane ea in re Hilduinum, si vere, quod mox dictum, significatum voluerit, hallucinatum fuisse, vel ex eo verosimillimum apparet, quod, cum hodie scriptum Græcum, Hilduini ætate antiquius, in quo* Dionysius Areopagita *Romam, relictis Athenis, migrasse memoretur, nullum uspiam inveniatur, nullum pariter, in quo id fuerit traditum, Hilduini ætate fuisse inventum videatur, maxime cum nullum nominatim citet hic scriptor, qui tamen monumenta omnia seu scripta, quæ opinioni de uno Dionysio, quam tuebatur, utcumque suffragari possent, diligentissime conquisivit, inventaque distincte utplurimum in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto commemoravit, ac proin, si scriptum monumentumve hujusmodi ætate sua uspiam fuisset inventum, id ipse verosimiliter cogniturus, cognitumque silentio in eodem mox dicto Rescripto præteriturus fuisse non videtur.*

220 *Adhæc cum ante seculum* VIII *medium ac proin ante Hilduini ætatem opinio, quæ* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinguit Athenisque*

AUCTORE C. B. *imo nec apud Athenienses monumenta hujusmodi extitisse, ex Aristidis,*

*nisque passum nec in Occidentem profectum, statuit, apud Græcos viguerit, litterisque etiam, uti e supra dictis liquet, fuerit commendata, id utique, opinionem oppositam seu quæ ad hanc stabiliendam conducerent, tunc quoque litterarum monumentis consignata non fuisse, argumento etiam est. Accedit, monumenta hujusmodi, si quæpiam tum fuissent inventa, penes Athenienses, utpote qui ex illis, quod ait Hilduinus, perhibuerint, existere debuisse, simulque in honore ac pretio ab iisdem haberi. Verum monumentum scriptumve ullum, quod* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem faceret, Romamve, substituto sibi Athenis episcopo, migrasse, assereret, penes Athenienses tum exstitisse nedum in honore ac pretio abs illis habitum fuisse, parum verosimile apparet. Ea sedet sententia, quod, quemadmodum in* S. Dionysii Areopagitæ *elogio Martyrologii Romani parvi auctor hodie testatur, apud eosdem Athenienses maximo in honore ac pretio Aristidis Opus, de Christiana religione contextum, habitum tum fuerit; in hoc autem,* Dionysium Areopagitam *Athenis sub Adriano imperatore martyrium subiisse, traditum fuisse videa-*
B *tur.* Athenis, *ait antiquus ille martyrologus,* Dionysii Areopagitæ, sub Adriano diversis tormentis passi, ut Aristides testis est in Opere, quod de Christiana religione composuit.

*qui, ut apparet, Dionysii palæstram Athenis consignavit,*

221 *Negabisne fortassis, ex hisce Romani parvi verbis consectarium esse, ut* Dionysii *martyrium Athenis ab Aristide in Opere laudato fuerit consignatum? Verum, etsi quidem recitata verba, ut id ibidem ab Aristide sit factum, necessario, si secundum se nude ac simpliciter considerentur, haud exigant, sunt tamen nonnulla, quæ martyrologum istum* Dionysii Areopagitæ *palæstram, quam Athenis locari videtur, ex Aristide seu ex hujus, quod laudat, Opere hausisse, suadent. Ac primo quidem a Romani parvi auctore Dionysii palæstram per proxime huc transcripta verba Athenis consignari, ex iis, quæ supra pro opinione de duobus Dionysiis stabilienda ex eodem auctore disserui, haud prorsus, ut appareat, inepte statues; quod autem ad Aristidem, e quo, quam assignat,* Dionysii Areopagitæ *palæstram didicerit, jam spectat, cum* Dionysium
C *diversis tormentis affectum fuisse, asseveret, proque hac assertione sua Aristidem testem appellet, fuerint verosimillime abs hoc illa omnia commemorata; hinc autem fit, ut locum quoque, quo hæc Sanctus passus fuerit, commemoratum abs illo fuisse, verosimillimum etiam appareat. Verum quem? Parisiosne, an Athenas? Cum Atheniensis philosophus, ut S. Hieronymus cap. 20 de Scriptt. Eccl. testatur, Aristides exstiterit, Athenisque etiam commoratus fuerit, ac proin, si Parisiis* Dionysius Areopagita *passus fuisset, tormenta omnia, quæ hic subiit, haud cognituros, ac proin nec singillatim, uti ex dictis verosimiliter fecit, commemoraturus fuisse videatur,* Dionysii *martyrium et Athenis evenisse et ibidem ab Aristide consignatum fuisse, existimo. Jam vero, cum id ita habeat, Romanique parvi auctor pro diversis tormentis, quibus* Dionysium *affectum memorat, Aristidem testem faciat, ex hoc verosimillime locum etiam, quo Sanctum passum notat, didicerit.*

*quique, contra ac Menardus arguit, a Romani parvi auctore*

222 *At vero Menardus, de Usuardo, qui Aristidem in hodierno Sancti nostri elogio pariter citat, in sua de uno Dionysio,* Areopagita *simul et Parisiensi antistite, Diatriba faciens sermonem, auctoris hujusmodi citationem sibi valde suspectam esse, pag.* 113 *affirmat, quia scilicet,* D *ut subjungit, eum* pro Dionysio Areopagita Græcorum seu antiquorum seu recentiorum citavit nemo, non Eusebius, qui lib. 3 Hist. Eccl. cap. 4 de Areopagita agit; non Dionysius Corinthiorum episcopus, qui de eo agens in epistola ad Athenienses, dicit, eum fuisse episcopum Athenarum, ut videre licet apud Eusebium lib. 4 Hist. Eccl. c. 7; non Metaphrastes..., non Methodius, non Syncellus, non Nicephorus, non Suidas, qui de Dionysio agunt, non ecclesia Græca in suis Menæis, et aliis libris liturgicis non Menologia Constantinopolitanum et Sirletianum, non Maximus Cytherensis episcopus in Vita S. Dionysii; quem si habuissent, et in eo S. Dionysium Athenis cæsum fuisse legissent, eum haud dubie secuti fuissent. *Ita ille; verum cum Romani parvi auctor fidem integram, ut Sollerius noster in sua ad Usuardum Præfatione loco non uno ostendit, mereatur, auctoribusque adeo, veluti ab iis tradita, quæ re vera non tradunt, adscribere censendus haud sit, ab Aristide in Opere, de religione Christiana contexto, de* Dionysio Areopagita *fuisse revera, quæ martyrologus ille ait, litteris mandata, pro certo atque indubitato debet ha-* E *beri.*

*recte citatur, Opere,*

223 *Nec refert, Aristidem a Græcorum seu antiquorum seu recentiorum nemine pro* Dionysio Areopagita *citari; duorum enim Græcorum, reliquis antiquorum, quos id non fecisse, Menardus ait, alter seu Dionysius, Corinthiorum episcopus, Aristidi fuit æqualis, nec minus, quam ille, quæ ad* Dionysium Areopagitam *spectarent, habebat perspecta, ut, quod suis de hoc dictis fidem faceret, citare illum necesse haud habuerit; alter Eusebius videlicet, pro* Dionysio Areopagita, *non Aristidem, sed solum Dionysium, Corinthiorum episcopum, citavit, quod hic illo esset illustrior, aliumque præterea citare ad institutum suum haud necessarium arbitraretur. Quod autem ad reliquos, Methodium videlicet, Syncellum, Nicephorum, Suidam, Maximum, Cytherensem episcorum, Menologiorumque ac Menæorum Græcorum auctores, qui pariter, cum de* Dionysio Areopagita *agunt, Aristidem pro eo nuspiam citare a Menardo dicuntur, jam spectat, hi omnes seculo octavo medio recentiores sunt, laudatumque de Christiana religione Opus, in quo* Dionysium Areopagitam *tormentis diversis, pro Christo toleratis, martyrium consummasse, Aristides memoriæ prodidit, illorum ætate adhuc exstitisse, incertum est admodum. Ado quidem, qui certe etiam post seculum octavum medium, imo et post Methodium et Syncellum, floruit, de præfato Aristidis Opere hunc loquitur in modum:* Hoc Opus apud Athenienses summo genere colitur, et inter antiquorum monumenta clarissimum tenetur, ut peritiores Græcorum affirmant; *hisce autem e verbis, Adonis adhuc ætate ac proin post Methodium et Syncellum memoratum Aristidis Opus exstitisse, idque a binis hisce scriptoribus pro* Dionysio Areopagita, *de quo agunt, laudari potuisse, non nemo fortassis contendet.* F

*in honore apud illos habito, dicendum apparet*

224 *Sane cum Ado præsenti tempore omnia, quæ in textu recitato adhibet, verba efferat, de re, quæ tum adhuc, cum ista scribebat, existeret, loqui videtur; verum sanctus iste Martyrologus, ita de Aristidis Opere loquitur, non quod id aut vidisset ipse, aut ab aliis ætatis suæ viris fuisse conspectum proindeque adhuc exstare nosset, sed quod aliorum, qui ita ante ipsum de Opere*

*illo*

A *illo fuerant locuti, fidem ac ipsas fere loquendi formulas fuerit secutus, ne quis autem id a me gratis dictum putet, Martyrologium Romanum parvum, a Rosweydo nostro editum, quod ab Adone ad Martyrologium suum contexendum adhibitum fuisse, extra omnem controversiam modo est positum, de Opere, quod Aristides de religione Christiana composuit, ita loquitur:* Hoc Opus apud Athenienses inter antiquorum memorias clarissimum tenetur; *quam loquendi formulam et secundum ipsa fere, quibus concipitur, verba, et secundum id, quod hisce significatur, in Martyrologium suum ab Adone fuisse illatam, nemo non fatebitur, qui Adoni, quod, ut jam dixi, certum est, præluxisse Martyrologium Romanum parvum, habuerit perspectum. Ado quidem post sua in Operis, ab Aristide compositi, laudem pronuntiata mox addit:* Ut peritiores Græcorum affirmant; *verum per hosce, non homines, qui sua ætate floruerunt, sed qui operis ab Aristide contexti lib.* 4 *Hist. Eccl. cap.* 3 *meminit, Eusebium, aliosque fortassis adhuc scriptores Græcos intel-*
B *ligit, qui ante ipsum, et quidem etiam diu, floruerant, dictumque Aristidis Opus cum laude commemorarant. Quidquid itaque Menardus arguat, Aristidem in Opere, quod de Christiana religione scripsit, nonnulla de* Dionysio Areopagita *litteris mandasse, recteque adeo a Romani parvi auctore pro eodem* Dionysio *citari, admittendum apparet; cum autem antiquus ille et inter Sanctos ad diem* XXXI *Augusti, quo colitur, Operi nostro jam insertus auctor,* Dionysium *Athenis passum, eaque proinde, quæ hunc a Dionysio Parisiensi distinguunt, memoriæ etiam, ut docui, in laudato Opere prodiderit, hocque in honore apud Athenienses fuerit, haud pariter apud hosce monumenta, in quibus memoriæ, aut contrarium aut* Dionysium, *relictis Athenis, Romam concessisse, fuerit proditum, exstitisse, nedum in honore fuisse, apparet; ut, quocumque modo res accipiatur, opinionem de duobus Dionysiis apud antiquos Græcos non viguisse, neutiquam ex iis, quæ de monumentis illis Baronius ex Hilduino arguit, possit inferri.*

## § XII. Opinionem de duobus Dionysiis antiquitus tum apud Græcos, tum apud Latinos obtinuisse, aliis adhuc argumentis probatur.

C

*Episcoporum, qui ab una sede ad aliam transierunt hic memoratus Catalogus.*

*Sirmondus Dissertationis suæ de duobus Dionysiis cap.* 5, *translationes episcoporum, sediumque mutationes ex Veteri Ecclesiæ disciplina in usu non fuisse, imo contra interdicto lato sæpiusque repetito fuisse prohibitas, præfatus, ita deinde prosequitur:* Apud Latinos quidem adeo religiose quondam id *(ut scilicet episcopi ab una sede ad aliam non transferrentur)* observatum est, ut annis prope nongentis inviolata lex steterit, ac Formoso Papæ crimini datum sit, quod, posthabito episcopatu Portuensi, quo antea fungebatur, ad Romani apicem novo exemplo conscendisset; cum ante illum, quotquot Romæ sederant Pontifices, ex presbyteris et diaconibus allectos, nullum ex episcopis adscitum fuisse constaret. Apud Græcos vero et Orientales non eadem religio et constantia fuit. Translationes enim hujusmodi, etsi rarius, subinde tamen usurparunt. Quas ut defenderent, qui usurpabant (nec enim deerant, qui reclamarent) superiorum temporum exempla congerebant cum responsis Pontificum, qui licere docuerunt, si quando necessitas aut utilitas magna postularet. Itaque cum Proclus e Cyzicena sede ad Constantinopolitanam migrasset, prolati sunt in medium, quod apud Socratem lib. VII cap. XXXV videre est, Alexander ab urbe quadam Cappadocum ad Hierosolymitanam, Perigenes a Patrensi ad Corinthiacam, Gregorius a Sasimis Nazianzum, Meletius a Sebaste Antiochiam, Dositheus a Seleucia Tarsum, Reverentius ab Arcis Phœniciæ Tyrum, Joannes a Gordo Lydiæ Proconesum, Palladius ab Helenopoli Asponam, Alexander ab Helenopoli rursus ad Adrianos, Theosebius ab Apamea Asiæ Eudoxiopolim, Polycarpus a Sexantapristis Mysiæ Nicopolim Thraciæ, Hierophilus a Trapezopoli Phrygiæ Plotinopolim, Optimus ab Agdamia Phrygiæ Antiochiam Pisidiæ, et Silvanus a Philippopoli Thraciæ Troadem E translati.

AUCTORE C. B.

226 Quos eosdem Formosi causam tractans recitat etiam Auxilius in libello, quem ad Leonem, Nolanum episcopum, scripsit, cap. XXII, nisi quod Germanum quoque addit, qui ab eadem Cyzico ad urbem regiam, ut Proclus, post Socratis tempora transierat. *Ita hactenus Sirmondus; cum autem in contexto a Socrate, quem verbis hisce is scriptor recitat, episcoporum, ab una sede ad aliam translatorum, Catalogo* Dionysius Areopagita *non compareat, nec illis Sanctum hunc nostrum Auxilius, quod tamen Formosi, quam tuebatur, causam haud parum juvisset, adjecerit, argumento enimvero id est, nec apud Græcos, nec apud Latinos scriptores antiquos factam* Dionysii Areopagitæ *(eam enim alioquin vel Socrates vel saltem Auxilius commemorasset) a sede Atheniensi ad Parisiensem translationem seu notam seu litteris fuisse mandatam, ac proin nec opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *Parisiis passum statuit, sed contrariam, quæ martyrii illius palæstram Athenis consignat, tam apud Latinos, quam apud Græcos antiquitus viguisse. Milletus, episcopos omnes, qui ab una sede ad aliam transiissent, in producto e Socrate per Sirmondum horum Catalogo, a quo* F *hic argumenti sui vim repetit præcipuam, non recenseri, observavit, hincque potissimum, quod ex eodem Catalogo pro opinione de duobus Dionysiis a Sirmondo formatur, argumentum nihil omnino evincere, contendit. Verum audi, qui idcirco illum in sua Milletianæ ad Sirmondi de duobus Dionysiis Dissertationem Responsionis Discussione cap.* 12 *Launoyus excipiat.* Cum, *inquit,* vidit, *Milletus nimirum,* Socratem, ex quo Sirmondus acute disputat, non omnes recensuisse episcopos, qui ab una sede in aliam migraverant, continuo veterum omnes annales et historias revolvit, et ex iis, quinam alii et antistites ab una sede transierant in aliam; imo qui et diversas ob prædicationem Euangelii peregrinationes susceperant, eos ex nomine designat. Sed in tanta migrantium seu peregrinantium episcoporum recensione nullus Areopagita comparet; licet nulla tunc memoretur episcopi migratio seu peregrinatio, quæ ab hominis ætate, locorum distantia et Apostolicæ legationis dignitate illustrior fuisset et augustior.

*in quo Areopagita non comparet, Parisios hunc numquam transiisse, argumento est:*

227 *Ita*

AUCTORE C. B. *etsi autem id ex eo, quod Catalogo illo, aliis etiam hujusmodi episcopis aucto, hosce inter*

227 *Ita ille, Milleti scilicet responsione argumentum, e suppeditato a Socrate episcoporum; ab una sede ad aliam translatorum, in quo* Dionysius Areopagita *non comparet, Catalogo a Sirmondo pro opinione de duobus Dionysiis formatum, roborari potius, quam convelli, contendens. Ast, ut verum fatear, haud admodum, quæ verbis recitatis Launoyus affert, contra Milletum urgere mihi videntur. Etsi enim hic scriptor, recensitis a Socrate episcopis nonnullos adhuc alios, qui, priori, quam obtinuerant, episcopali sede relicta, ad aliam transiere, in sua ad Sirmondi de duobus Dionysiis Dissertationem Responsione pag.* 113 *adjungat, a sese tamen omnes prorsus, qui id fecerint, recenseri, nuspiam indicat, nec mirum esset, episcopis, qui sedem mutarint,* Dionysium Areopagitam, *etsi etiam hic re ipsa, relictis Athenis, Parisiensem cathedram aliquando conscendisset, a Socrate non accenseri, cum isthic historiographus in præfato Catalogo ne quidem commemoret Petrum, qui tamen, cum relicta Antiochena cathedra, Romanam conscenderit, migrationis episcopalis, Areopagitica adhuc, si locum umquam hæc habuisset, illustrioris atque augustioris, subministrat exemplum. Hinc Menardus in sua jam sæpius memorata Diatriba cap.* 12 *contra Launoyi, quod verbis proxime recitatis exprimitur, responsum haud prorsus inepte hunc arguit in modum:* Quod argumentum, *a Sirmondo scilicet e suppeditato per Socratem Catalogo plus semel jam laudato deductum,* ut impugnaret Milletus, perdocte ostendit, hunc catalogum, *a Socrate videlicet exhibitum,* non adeo esse accuratum, ut quidam alii addi non possint, producitque octo episcopos, qui ad alias transierunt ecclesias, nempe S. Petrum memorabiliorem Dionysio ab Antiochena ad Romanam, Eustathium a Berræana ad Antiochenam, Maximum a Diospolitana ad Hierosolymitanam, Eudoxium a Germanicia ad Antiochenam, Methodium ab Olympi ad Tyriensem etc.

*Areopagita pariter non comparet, haud multum roboretur, ex eo tamen, quod a nullis,*

228 Nec obest, quod in illa Milleti recensione non memoretur Dionysius Areopagita, nam cum octo tantum enumerentur, non mirum est, si non recenseatur, quamvis illius sit memorabilis translatio, quam non est mirum omisisse Socratem, qui in suo Catalogo S. Petri migrationem celebriorem prætermiserit. *Ex eo itaque, quod inter episcopos, qui a Milleto Socratis Catalogo adduntur quique vel ab una Sede ad aliam transiere, vel diversas ob Evangelii prædicationem peregrinationes suscepere* Dionysius Areopagita *pariter non memoretur, neutiquam id, quod vult, conficit Launoyus, seu, ut apertius, quod reor, edicam, formatum a Sirmondo e Socratis Catalogo pro opinione de duobus Dionysiis argumentum haud multum roboratur. Verum anne ei nec aliunde viris queunt adjungi? Cum argumentum, quod ex unius dumtaxat scriptoris silentio repetitur, parum admodum roboris ad factum quodpiam vel negandum vel adstruendum plerumque habeat, plurimum autem, si universale sit seu sese ad omnes prorsus scriptores extendat, ad finem eumdem frequenter valeat, sane deductum e Socratis Catalogo a Sirmondo argumentum, utut, spectato solo illo, e quo repetitur,* Dionysium Areopagitam *non commemorante Catalogo, permultum roboris haud habeat, non parum firmabitur, si et in omnibus pariter, in quibus episcopi, ab una sede ad aliam translati, recensentur, ubicumque exstantibus Catalogis, et ab universis, qui quacumque occasione de episcoporum ab una sede ad aliam migrationibus sermonem instituere, scriptoribus* Dionysius Areopagita *iis, qui sedes episcopales mutarunt, non accenseatur. Anne ergo res ita habeat, dispiciamus. Auxilius, uti verbis supra recitatis Sirmondus docet, episcopis iisdem, quod sedes mutasse supra vidimus, memoratis, unum tantummodo Germanum, qui a Cyzico ad urbem regiam seu Constantinopolim transierat, adjungit, verosimillime etiam, si, salva veritate, potuisset,* Dionysium Areopagitam *adjuncturus, quo sancti hujusmodi viri, qui ab una sede ad aliam transiissent, exemplum quam maxime fuisset idoneum tutandæ, quo collineabat, Formosi causæ, qui, quod, relicta Portuensi cathedra, Romanam occupasset, accusabatur.*

*qui, quales dixi, episcopos recensent, Areopagita hisce accenseatur, haud parum firmatur:*

229 *Ivo Carnotensis eosdem, quos Auxilius, episcopos, ab una sede ad aliam translatos, in Decreti sui prologo recenset, hisque nec ipse* Dionysium Areopagitam *superaddendum existimavit. Nicephorus Callistus, etsi etiam plures, quam a Socrate recenseantur, episcopos, ab una sede ad aliam translatos, enumeret, transitus tamen, quo* Dionysius Areopagita, *relictis Athenis, ad cathedram Parisiensem migrarit, mentionem in illorum Catalogo non facit. Adhæc, ut scriptoribus, qui, cum de episcopis, ab una sede ad aliam translatis, locuti fuere,* Dionysii Areopagitæ *mentionem non fecerunt, Romanos etiam Pontifices adjungam, Hadrianus secundus in Epistola* 32 *ad episcopos synodi Duziacensis, et Stephanus quintus in Epistola prima, ubi episcopalium translationum necessitatem expendunt, et illam beati Petri et aliorum exemplis confirmant,* Areopagitæ *translationis ad Parisiensem sedem non meminerunt. Jam vero, cum res ita habeat, nec ullum omnino ab iis, qui* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem faciunt, ac proin, relictis Athenis, Parisiensem cathedram adiisse, contendunt, exploratæ fidei seu scriptum seu monumentum, quod, sive ex incidenti, sive ex instituto de episcoporum ab una sede ad aliam migrationibus sermonem instituens,* Dionysii Areopagitæ *ad sedem Parisiensem transitum recenseat, prolatum hactenus sit, nec prolatum iri umquam, verosimile appareat, hinc sane supra relatum pro opinione de duobus Dionysiis Sirmondi argumentum, seu potius, quod eo scriptor ille probare intendit, haud parum firmatur. Cum enim* Dionysii Areopagitæ *ad Cathedram Parisiensem transitus, si locum habuisset umquam, illustrior ac notior, quam ut omnes prorsus ac singulos latere potuisset, indubie exstitisset, quis facile in animum inducat, futurum fuisse, ut eventus hujusmodi, non ab uno tantum aut altero, sed a cunctis atque ipsis etiam iis, quorum maxime, ut eum commemorarent, intereat, silentio præteriretur?*

*nec ullo modo ex iis, quæ seu de scriptoribus, Areopagitæ Parisios migrationem memorantibus,*

230 *Menardus quidem,* Dionysii Areopagitæ *ad cathedram Parisiensem, relicta Atheniensi, migrationem a Methodio, aliisque multis, qui* Dionysii Areopagitæ *Acta calamo excepere, minime prætermitti, in sua jam sæpius laudata Diatriba cap.* 12 *affirmat, iis etiam accensens Nicephorum Callistum, qui, quamvis in episcoporum, qui sedem, priori, quam occuparant, relicta, mutarunt, contexto a se Catalogo* Dionysium Areopagitam *haud memoret, hunc tamen ad Occidentem, relictis Athenis, migrasse, memoriæ prodit, itaque Sanctum ab Atheniensi ad Parisiensem cathedram transiisse, haud obscure*

A *obscure innuit, maxime cum alia præterea nonnulla, quæ id pariter exigunt, de* Dionysio *litteris mandarit. Verum, cum Nicephorus seculo demum quarto decimo floruerit, a* Dionysi Areopagitæ *ætate est remotior, quam ut iis, quæ de hoc Sancto nostro scribit, sola sua auctoritate fidem certam atque indubitatam conciliare natus sit. Nec est etiam, cur hanc, spectatis, e quibus sua de Dionysio asserta hausit, monumentis anterioribus, mereri censeatur. Quæcumque enim de* Dionysio *memoriæ prodit, ea vel e Methodianis Metaphrasticisve Sancti Actis vel e concinnato ejusdem per Syncellum encomio indubie deprompsit; tam hoc autem, quam illa exiguo admodum in pretio esse habenda, nemo ibit inficias, qui, quæ primis quinque Commentarii hujus §§ disserui, ad veritatis trutinam expenderit. Quod modo ad multos alios, quos, non secus ac Methodium et Nicephorum, de* Dionysio Areopagita *scripsisse, transitusque, quo hic ad sedem Parisiensem, relicta Atheniensi, migrarit, meminisse, Menardus loco cit. etiam ait, jam spectat,*

B *hi certe non alii fuerint, quam qui vel post scripta ab Hilduino Areopagitica, vel post fabulosa Sancti Acta, seculo octavo media sui parte jam elapso, exarata, floruerint; quod cum ita habeat, certeque, ut contrarium probetur, nihil suppetat, cur, quæso, aliis illis multis, quos Menardus non nominat, integram potius, quam Methodio aut Metaphrastæ, fidem adjungamus?*

*seu de Apostolorum discipulis, qui, relictis, quas fundarant, sedibus, ad alias, uti ex Eusebii, quæ huc*

231 *Porro Menardus, quo, altum de* Dionysio Areopagita *in omnibus prorsus episcoporum, qui ab una sede ad aliam migrarunt, catalogis antiquis silentium mirandum non esse, ostendat, ab Eusebio, Apostolorum discipulos, e quibus unus* S. Dionysius Areopagita *fuit, dilatandæ fidei gratia per universum orbem, relictis sedibus, quas fundaverant, ad alias regiones et gentes migrasse, memoriæ esse proditum, nec tamen episcopis, ab una sede ad aliam translatis, ab antiquis scriptoribus annumeratos reperiri, in sua sæpissime jam memorata Diatriba cap.* 12 *et* 13 *causatur, addens etiam, quod et ante illum Milletus fecerat,* Dionysium Areopagitam *non proprie mutasse, sed prorsus, ut ad Evangelii prædicationem animum appelleret, reliquisse sedem. Eusebii verba, ut vel hisce lectis, quam parum Milleto et Menardo, aut, si mavis, cau-*

C *sæ, quam hi tuentur, prosint, studiosus lector perspiciat, huc transcribo. Ita apud dictum Eusebium lib.* 3 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 31 *e Christophorsoni versione habent:* Quadratus item inter eos, qui gloriæ et virtutis splendore iisdem temporibus præstabant, numeratur: quem ferunt simul cum Philippi filiabus dono prophetiæ illustratum. Et præter istos alii quam plures erant, eadem ætate percelebres, qui quidem et Apostolis proxime successerunt, et tanquam discipuli tantorum et tam insignium virorum eximia et divina virtute decorati, ecclesiarum fundamentis ab Apostolis ubique locorum præclare jactis, structuram concinnam illam quidem adjunxerunt; qui et plenius cumulatiusque amplificarunt prædicationem Verbi divini, et salutaria regni cælorum semina fuse lateque per universum orbem disseminarunt. Etenim plerique omnes discipuli, qui eo tempore vixerunt, ardentiore cœlestis sapientiæ studio amoreque incensi, et præ quodam divini Verbi desiderio animis perculsi præceptum Servatoris antea tra-



ditum exquisite executi sunt; et his, qui opibus indigebant, facultates suas libenter impertierunt. AUCTORE C. B.

232 Deinde a domiciliis suis peregre profecti, munus obierunt Evangelistarum, atque iis, qui ne adhuc quidem omnino verbum fidei audivissent, Christum prædicare, et Scripturas sanctorum Evangeliorum tradere omni cura et cogitatione studuerunt. Qui cum in locis quibusdam peregrinis fidei dumtaxat jecissent fundamenta, pastoresque alios constituissent, illisque curam eorum, qui ad fidem nuper erant adducti, doctrina Christi sedulo excolendorum commisissent, ipsi ad alias regiones gentesque cum gratia et virtute divina se contulerunt. Quippe virtutes permultæ admirabiles et miracula sacrosancti Spiritus ope per eos ad id usque temporis gerebantur; ita ut frequens hominum multitudo, ipsa prima prædicationis auditione persuasa, propenso studio pietatem et cultum, qui Deo, omnium rerum opifici, soli debetur, animis exciperet, amplectereturque. *Plerique itaque ex Apostolorum discipulis, qualis etiam* S. Dionysius Areopagita *fuit, peregrinas ad re-* E *giones, ut gentibus, hasce inhabitantibus, Christum sacramque hujus doctrinam annuntiarent, e patria sua, teste Eusebio, sunt profecti, cumque alicubi fidei fundamenta jecissent, pastoresque alios seu episcopos, qui novellæ plantationis curam gererent, sibi substituissent, ad alias atque alias regiones, quo et in hisce divini Verbi semina spargerent, continuo sese, prioribus, apud quos operi Euangelico insudarant, populis relictis, contulere. Verum etsi hi omnes Apostolici Viri, qui indubie apostolici, ut loquimur, seu incerti loci episcopi fuerint, episcopis ab una sede ad aliam translatis, per scriptores antiquos annumerati non reperiantur, haud satis perspicio, qui inde, mirum esse, desinat,* Dionysium Areopagitam, *si vere, relicta Atheniensi sede, ad Pariensem aliquando migravit, episcopis, ab una sede ad aliam translatis, per scriptores antiquos annumeratum pariter non reperiri.*

*transcribuntur, verbis discimus, gentes continuo migrarunt, nec tamen*

233 *Quid enim? Anne forsan universi, qui epi-* *episcopis, ab una sede ad aliam translatis, per antiquos accensentur,*
*scopos, ab una sede ad aliam translatos, recensuere, nullos hisce episcopos, qui primis æræ Christianæ seculis vixissent sedesque episcopales mutassent, annumerare, propositum habuere? Si res ita habeat, ut quid summus Pontifex Adria-* F *nus secundus episcopis, qui ab una sede ad aliam migrassent, S. Petrum, Apostolorum principem, Antiochia Romam translatum, in sua supra laudata epistola accensuit? Qui itaque episcopos, ab una sede ad aliam translatos, recensuere, ab horum numero non omnes, qui primis æræ Christianæ seculis vixissent sedesque episcopales mutassent, sed eos dumtaxat, qui nulli umquam determinatæ ecclesiæ, quam munere episcopali moderati essent, manentes affixi ad alias continuo atque alias sedes, quo Christi fidem longe lateque propagarent, migrassent, excludendos putarunt, reque etiam ipsa exclusere, et merito quidem. Cum enim, quo, episcopo ab una sede ad aliam transire fas esse aut certe crimininon dandum, probarent, episcopos, qui ab una sede ad aliam transiissent, ut plurimum enumerarint, sane, uti hisce Andream, Thomam aliosque nonnullos Apostolos, ita etiam Apostolorum discipulos, qui, non secus atque illi, nulli umquam certæ sedi addicti ad alias continuo atque alias regiones Evangelii quaquaver-*

AUCTORE C. B.

*sum divulgandi causa, migrassent, inepte accensuissent; non esse autem inter hujusmodi Apostolorum discipulos seu apostolicos, ut vulgo loquimur, episcopos, de quibus solis Eusebius per verba proxime recitata, uti hæc consideranti patescet, sermonem instituit,* Dionysium Areopagitam, *etsi etiam Athenis Parisios migrasse daretur, annumerandum, Petri Apostoli, qui, sede Antiochena relicta, Romanam adivit, nec tamen episcopis, qui nulli certæ sedi affixi ad alias continuo atque alias regiones Evangelii prædicandi ergo migrarunt, accensendus est, exemplum ostendit. Uti enim Petrus sedi Romanæ post suum ad hanc transitum, ita etiam Dionysius, si ad sedem Pariensem umquam transiit, perpetuo huic post, sede alio non translata, mansit addictus.*

*a Menardo, qui nec additione, quæ hic datur, rem evincit, memorantur, elevari ostenditur,*

234 *Jam vero, cum res ita habeat, sane ob Apostolorum discipulos, ab Eusebio per verba recitata generatim recensitos, qui ad alias continuo atque alias gentes migrarunt, nec tamen episcopis, ab una sede ad aliam translatis, per antiquos scriptores annumerati inveniuntur, esse non videtur, cur, nuspiam pariter hujusmodi episcopis* Dionysium Areopagitam *accenseri, mirum esse desinat. Nec magis id præstat, quod, ut dixi, Menardus addit de* Dionysio, *qui sedem Atheniensem proprie non mutarit, sed prorsus reliquerit. Etsi enim,* Dionysium *revera in Gallias Parisiosque Evangelii prædicandi causa aliquando venisse dederimus, fieri facili negotio potuisset, imo vero re etiam ipsa factum verosimillime fuisset, ut Sanctus, non de sede Atheniensi cum Parisiensi mutanda, sed unice de Evangelio nationibus peregrinis annuntiando cogitasset, non propterea tamen foret, cur episcopis, qui ab una sede ad aliam migrassent, non accenseretur ab iis, qui, cum episcoporum, ab una sede ad aliam, non exposito, quo id factum, consilio, translatorum, catalogum texerent, huic non minori jure nec minus ad suum institutum apposite* Dionysium Areopagitam, *quam Petrum Apostolum inserere potuissent, maxime cum dici non potuisset,* Dionysium Areopagitam, *nulli certæ sedi addictum, ad alias continuo atque alias ecclesias migrasse, sed contra sedem, uti primum Athenis, ita postea Parisiis fixam habuisset, quemadmodum ipsimet, qui Sanctum Athenis Parisios migrasse contendunt, fatentur. Adhæc si idcirco Dionysius, quod sedem proprie non mutarit, sed prorsus Evangelii propagandi studio reliquerit, episcopis ab una sede ad aliam translatis non accenseatur, ut quid saltem sedem suam, ut verbi divini prædicationi vacaret, reliquisse a scriptoribus antiquis non memoratur?* Eritne, *inquit Discussionis cap.* 13 *Launoyus,* in Dionysio Galliæ apostolatus antiquorum litteris indignior, quam alicujus episcopi ab una sede ad aliam migratio?

*nec alterum quod ex Hosii in Sardicensi anni 347 concilio verbis repetitur,*

235 *Sed hæc de re illa jam sufficiant; ad aliud modo argumentum, a Menardo pariter incassum oppugnatum, quo* Dionysium Areopagitam *a sede Atheniensi ad Pariensem numquam migrasse, ac proin nec in Galliis Evangelium prædicasse, nec unum esse atque eumdem cum Dionysio Parisiensi, cum Sirmondo probatum dem, modo progredior. In Synodi Sardicensis canone primo Hosius hunc loquitur in modum:* Tam mala consuetudo, quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est, ut non liceat, episcopum de sua civitate ad aliam transire civitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere quis tentat: cum nullus in hac re inventus sit episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret, unde apparet, ambitioni eos servire, ut dominationem exerceant. *Sirmondus, recitatis pariter hisce Synodi Sardicensis verbis, ita mox subjungit:* Audis, nullum ad eum diem inventum esse episcopum, qui de majore civitate ad minorem transiisset? Catalogum recognosce, vere id ab Hosio dictum agnosces. Cui enim obscurum est, Cyzico verbi gratia potiorem fuisse Constantinopolim, Sebaste Antiochiam, Arcis Tyrum, Seleucia Tarsum, Sasimis Nazianzum? Compara nunc ergo cum Athenarum civitate Lutetiam Parisiorum, non qualis et quanta nunc est, sed quantula erat, non dicam Areopagitæ sæculo, sed trecentis quoque post annis, cum a Juliano cæsare πολίχνη, hoc est, urbecula vocaretur: intelliges profecto, vel Hosium Synodo, quod dici nefas, imposuisse, cum ad minorem civitatem transisse quemquam negaret, vel Parisiis episcopum Dionysium post Athenas non fuisse. *Ita hactenus Sirmondus præcipue scilicet, imo unice ex hisce,* Nullus in hac re inventus est episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret, *jam recitatis concilii Sardicensis, anno* 347 *celebrati, verbis,* Dionysium Areopagitam, *qui primo partimque secundo æræ Christianæ seculo floruit, a sede Atheniensi ad Pariensem numquam transisse contendens, et merito quidem: cum enim* Areopagitæ *ætate Atheniensium urbs, uti apud omnes modo in confesso est, longe major, populosior atque illustrior Lutetia fuerit, enimvero e præfatis concilii Sardicensis aut, si mavis, Hosii adoptatis abs hoc verbis,* Dionysium Areopagitam, *nisi forsan, quod tamen a nemine facile dictum iri, putem, Hosium episcopum vel non omnes episcopalium sedium mutationes novisse, vel concilio de industria imposuisse velis, Athenis Parisios non transiisse, recte concluditur.*

*rationibus a Milleto*

236 *Milletus, ut hoc, quod sane perquam validum apparet, argumentum convellat, nonnulla primum, quæ vel nihil vel certe parum admodum ad rem faciunt, in medium adducit, ac deinde, quod difficultatem paulo propius attingit, responsum aliud, a sede episcopali, quam Dionysius, Parisios Athenis concedens, non mutarit, sed reliquerit, repetitum, supraque a nobis jam delibatum, subjungit. Audi, qui in sua ad Dissertationis Sirmondianæ caput* 5 *responsione,* § 3 *loquatur:* Tertio, *inquit,...* Dionysium dicimus non mutasse proprie sedem, sed reliquisse prorsus, ut prædicationi verbi divini curas integras admoveret, quæ apostolicorum Virorum consuetudo fuit, ut probamus ex Eusebii gravissimo *(id a nobis num.* 231 *et seq. jam prolatum est)* testimonio ad finem hujus capitis; eaque mente petiisse Romam, et varias deinde Occidentis provincias cum Evangelica face lustrasse. Ex quo mirum non est, si nemo illum reponat in elencho eorum episcoporum, qui sedem mutaverunt. Quod vero postea Parisiorum fundarit ecclesiam, id præter consilium ejus accidit; reliquit enim Athenas subrogato Publio, nihil de Parisiis, quamquam de Gallia forte in universum cogitans; quo tempore nulla erat sedes episcopalis Lutetiæ, cum qua priorem mutare diceretur. *Hæc ille, volens scilicet,* Dionysium Areopagitam, *quamquam reipsa a sede Atheniensi ad Pariensem transierit, episcopis tamen, qui ab una sede ad aliam transierint, in nullo horum elencho ac proin nec ab Hosio conciliique Sardicensis, qui proxime recitata hujus verba adoptavere, Patribus fuisse*

*memoratum*

A *memoratum, quod Atheniensem sedem non mutarit, sed prorsus reliquerit, non ut Parisiensem adiret, sed unice, ut divini verbi prædicationi fideique propagandæ vacaret.*

*et Menardo in contrarium adductis*

237 *Verum quocumque demum seu fine seu consilio pactove factum statuatur, ut* Dionysius Areopagita *sedem Atheniensem reliquisset, postea equidem Parisiensium creatus fuisset episcopus, sicque a civitate majore, Athenis scilicet, ad minorem, Lutetiam nimirum, transiisset; cum autem id ita habeat, enimvero, si* Dionysius *Atheniensem sedem vere reliquerit, Parisiensiumque postea factus sit antistes, quomodo Hosius, nullum ad suam usque ætatem, qui* de majore civitate ad minorem transiisset, *inventum fuisse episcopum, dicere in Sardicensi Synodo, salva veritate, potuerit, haud satis perspicio. At vero Menardus, quo argumenti, e supra relato Synodi Sardicensis canone contra* Dionysii Areopagitæ *Parisiensem sedem deducti, vim infringat, aliam in sua jam sæpius laudata Diatriba cap.* 12, *num.* 4 *viam init. En ejus verba.* Cum, *inquit,* paulo ante concilii Nicæni tempora multi episcopi B facile ad alias sedes migrarent, ut opimiora sacerdotia possiderent, huic abusui in conciliis Nicæno et Antiocheno et postmodum Sardicensi provisum est, can. 1 videlicet, ubi statuitur, ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπο πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι. 1. Ne cui episcoporum a parva civitate in alteram transire liceat. Deinde subjungit: « Ejus enim causæ prætextus « est manifestus; nullus enim episcopus inveni- « ri potuit, qui a majori civitate in minorem « transire studuerit; unde constitit, eos ardenti « plura habendi cupiditate succendí et magis « arrogantiæ servire, ut videantur majorem ha- « bere potestatem. » Quare cum canon ait, nullum umquam inventum esse episcopum, qui a majore civitate ad minorem transierit, de ambitiosis illis et avaris episcopis intelligendus est ob rationem, quam hic profert: non vero de sanctissimis illis viris apostolicis et Apostolorum discipulis, qui, ut ex Eusebio optime a Milleto monstratum est, non avaritiæ et ambitionis flammis incensi, sed divino amore succensi fidei propagandæ causa a suis civitatibus ad alias migrabant, seu majores, seu minores aut æ- C quales.

*omnio enerve evadit: contra tertium autem, quo ab episcopi Atheniensis appellatione,*

238 *Sane, cum Hosius aptius atque ad argumentum, quod tractabat, accommodatius dicendo,* nullus episcopus, avaritiæ et ambitioni studens, qui de majore civitate ad minorem transierit, inventus hac in re est, *quam contra dicendo,* Nullus episcopus, avaritiam et fastum fugiens, qui de majore civitate ad minorem transierit, inventus hac in re est, *locuturus fuisse videatur, interpretatio, quam hisce Hosii seu concilii Sardicensis verbis,* Nullus hac in re inventus est episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret, *Menardus hic attribuit, haud prorsus inepta potest videri: attamen cum Hosius nec recte omnino, si dixisset,* Nullus episcopus, avaritiæ et ambitioni studens, qui de majore civitate ad minorem transierit, hac in re inventus est. *locuturus fuisse videatur, deque verbis suis ad definitam episcoporum classem restringendis verosimillime haud cogitarit, generatim illum de episcopis omnibus, tam qui non fuissent, quam qui fuissent ambitiosi ac avari, locutum esse, verosimillimum apparet, maxime cum verba ejus, generatim de omnibus omnino episcopis accepta, nihil omnino, quod repudiandum, minusve admittendum sit, offerant, generalesque, seu auctorum seu conciliorum, locutiones restringendæ ad particulares sine solida, quæ hic non invenitur, ratione non sint. Quidquid itaque seu Milletus seu Menardus arguat, argumentum propterea, quod a Sirmondo, quo* Dionysium *Athenis Parios numquam transiisse, probet, e supra huc transcriptis Hosii seu Synodi Sardicensis verbis repetitur, elumbe prorsus atque enerve haud evadit. Verum, quo,* Dionysium, *relictis Athenis, Parisios non migrasse, plenius adhuc evincam, argumentis binis, hunc in finem § præsenti jam adductis, tertium cum Sirmondo modo adjungo.* Vis et alia, *inquit hic scriptor in sua de duobus Dionysiis Dissertatione cap.* 5, ratione te doceant Græci, nullum se unquam præter Athenas Dionysii episcopatum credidisse? Da hoc primum mihi, quod inficiari certe non potes, episcopos, qui ab una sede ad aliam migrarent, postquam immigrarant, prioris sedis nomine deposito, posterioris nomen adscivisse. Quis enim Gregorium, postquam Sasima reliquit, Sasimorum episcopum, non Nazianzenum appel- E lavit.

AUCTORE C. B.

*Areopagitæ perpetuo tributa, repetitur. Gregorius Nazianzenus perperam,*

239 Quis Proclum, postquam in urbem regiam translatus est, Cyzicenum amplius nominavit? Aut quis Procli epistolæ ad Armenios, non Constantinopolitani, sed Cyziceni titulum adscripsit? *Tale est, quod aliis supra jam adductis cum Sirmondo adjungo, argumentum; verum audi modo, quid, quo id enervet ac in fumum abire facial, Milletus opponat.* Demiror, *inquit,* argutum esse adversarium *(Sirmondum nempe)* contra se, cum in exemplum allegat appellationem Gregorii Nazianzeni, et habeo illi gratias, qui causam nostram testimonio juvat, quo luculentius aliud esse vix possit. Fuerat Gregorius episcopus primum Sasimorum creatus: Nazianzenam deinde ecclesiam sub patre suo Gregorio administraverat; denique in sedem Constantinopolitanam est sublimatus, ubi, clero, populo, imperatore et episcoporum concilio confirmantibus electionem, aliquandiu præfuit. An quisquam eum Constantinopolis archiepiscopum appellat? Numquid Nazianzi, cujus populum aluerat verbo Dei, et instituerat multorum annorum curis? Ita et tu, lector, philosophare F de Dionysio nostro, qui plures annos Athenis, quam Parisiis versatus est. *Itaque, quemadmodum Gregorius Nazianzenus a sede Constantinopolitana, quam ultimo tenuerit, non Constantinopolitanus archiepiscopus, sed a sede Nazianzena, quod diutius huic, quam Constantinopolitanæ præfuerit, Nazianzenus episcopus constanter appellatur, ita etiam* Dionysium Areopagitam *a sede Parisiensi, quam tenuerit, non Parisiensem episcopum, sed a sede Atheniensi, quod huic diutius, quam Parisiensi præfuerit, Atheniensem episcopum constanter vocari, hincque adeo, non fuisse illum umquam Parisiensem episcopum, concludi non posse, Milletus contendit. Verum episcopi, non a sede, quam diutius, sed a sede, quam ultimo occuparunt, e constanti Ecclesiæ more appellari solent, adductumque Gregorii Nazianzeni, ad sedem Constantinopolitanam translati, et tamen archiepiscopi Constantinopolitani nomine numquam distincti, exemplum nec contrarium probat, nec id, quod vult Milletus, evincit. Ut res manifesta evadat, hocque telum, quo plurimum is scriptor gloriatur, ei eripiam, de*

AUCTORE C. B.

*de Gregorio Nazianzeno occupataque ab eo ad breve tempus sede Constantinopolitana paulo prolixius lubet disserere.*

*adducitur; is enim, quemadmodum tum ex iis, quæ verbis*

240 *Launoyus in sua Milletianæ ad Sirmondum Responsionis Discussione cap.* 13, *num.* 4 *ita scribit:* Ceterum de Gregorio Nazianzeno nihil est, cur funis contentiosus ducatur. Etenim ille, quamquam Constantinopolitana sede dignissimus, nunquam tamen ab omnibus habitus est ut Constantinopolis antistes. Qua de re sic Ambrosius et ceteri episcopi Italiæ ad Theodosium imperatorem: « Namque in concilio nu- « per, cum Maximus episcopus Alexandrinæ ec- « clesiæ communionem manere secum lectis Petri « sanctæ memoriæ viri literis prodidisset, ejus- « que intra privatas ædes, quia Ariani basilicas « adhuc tenebant, secretum esse, mandatoribus « episcopis ordinantibus, dilucida testificatione « docuisset, nihil habuimus, beatissime princi- « pum, in quo de episcopatu ejus dubitare pos- « semus, cum vim sibi repugnanti a plerisque « etiam de populo et clero testatus esset illatam. « Tamen ne absentibus partibus præsumpte ali- B « quid definisse videremur, clementiam tuam da- « tis literis putavimus instruendam, ut ei consu- « leretur ex usu publicæ pacis atque concordiæ. « Quia revera advertebamus, Gregorium nequa- « quam secundum traditionem patrum Constanti- « nopolitanæ ecclesiæ sibi sacerdotium vindicare. « Nos igitur in synodo ea, quæ totius orbis epi- « scopis videbatur esse præscripta, nihil temere « statuendum esse censuimus. Adeo ipso tempo- « re, qui generale concilium declinaverunt, Con- « stantinopolique gessisse dicuntur. Nam cum co- « gnovissent, ad hoc partium venisse Maximum, « ut causam in Synodo ageret suam, quod etiamsi « indictum Concilium non fuisset, jure et more « majorem, sicut et sanctæ memoriæ Athanasius « et dudum Petrus Alexandrinæ ecclesiæ episcopi, « et Orientalium plerique fecerunt, ut ad Romanæ « ecclesiæ, Italiæ et totius Occidentis confugisse « judicium viderentur.

*huc transcriptis*

241 « Cum enim, sicut diximus, experiri vel- « le adversum eos, qui episcopatum ejus abnue- « rant, comperissent, præstolari utique etiam no- « stram super eo sententiam debuerunt. Non præ- « rogativam vindicamus examinis, sed consor- C « tium tamen debuit esse communis arbitrii. « Postremo prius constare oportuit, utrum huic « abrogandum, quam alii conferendum sacerdo- « tium videretur, ab his præsertim, a quibus se « Maximus vel destitutum, vel appetitum injuria « querebatur. Itaque cum Maximum episcopum « receperunt in communionem nostra consortia, « quoniam eum a Catholicis constitit episcopis « ordinatum, nec ab episcopatus Constantinopo- « litani putavimus petitione removendum. » Duo igitur sunt, propter quæ Gregorius dictus non est archiepiscopus Constantinopolis. Primum, quod Latini Gregorium pro Constantinopolitano episcopo nunquam agnoverunt, immo, retenta Maximi communione, ut intrusum habuere. Alterum, quod ne quidem inter Græcos Constantinopolis episcopatum pacifice gessit, sed post Synodum, a qua confirmatus videtur episcopus, ut exortas ob suam electionem simultates sedaret, eodem episcopatu sese abdicavit. An autem duo ista in Areopagitam quadrent, per otium videat honorandus senex, *Menardus scilicet*, qui in hoc Gregorii negotio tam juveniliter exultat, et quasi parta de adversario victoria mirum quantum vitulatur. Menardus ad D laudatam epistolam respondet tria.

*contra Menardum*

242 Primum: « Hæc epistola non est S. Am- « brosii, sed est spuria et supposititia, nec inter « ejus epistolas habetur. » Ego non dixi epistolam esse Ambrosii, ut scribit: sic enim dico, « qua « de re sic Ambrosius et ceteri episcopi Italiæ ad « Theodosium imperatorem: « Concilii Italiæ epi- stola est, quæ sic inscribitur in appendice Sirmondi ad codicem Theodosianum: « Beatissimo « imperatori et clementissimo principi Theodosio « Ambrosius et ceteri episcopi Italiæ. » Hæc epistola non habetur inter epistolas Ambrosii, quia epistola est Concilii, non Ambrosii. Ex hoc capite repudiabit, opinor, aliam ejusdem Concilii epistolam, quæ in eadem appendice pari modo inscribitur. Deinde, « quæ in ea de S. Gregorio « Nazianzeno referuntur, adeo sunt involuta et « perplexa, ut vix sanus aliquis sensus ex iis elici « possit. » Menardus hanc epistolam non potest facile intelligere, quid tum? Alii non difficulter intelligunt. Tum, « ibi error manifestus est, cum « Maximus Nazianzeni adversarius appellatur ec- « clesiæ episcopus Alexandrinæ, qui nunquam hu- « jus Pontifex fuit. » Menarde tuam fidem, cum E ais. « Maximus appellatur ecclesiæ episcopus Ale- « xandrinæ. » Siccine verborum dispositionem invertis, ut error appareat, quem reprehendas? Ita loquuntur Ambrosius et ceteri episcopi Italiæ: « Cum Maximus episcopus Alexandrinæ ec- « clesiæ communionem manere secum lectis Pe- « tri sanctæ memoriæ viri litteris prodidisset, « quid Maximus lectis Petri sanctæ memoriæ viri litteris prodidit? « manere secum Alexandrinæ « Ecclesiæ communionem. « Et hæc sunt, quæ involuta et perplexa nominat.

*Launoyus arguit,*

243 Præterea Menardus ad diversa Gregorii tempora non attendens fucum facit: ex iis, quæ Ambrosius de Gregorio scribit in prologo librorum de Spiritu sancto ad Gratianum Imp. « Quantos ergo et Constantinopoli, quantos toto « hodie in orbe mundasti? Non mundavit Da- « masus, non mundavit Petrus, non mundavit « Ambrosius, non mundavit Gregorius, nostra « enim sunt servitia. Sed tua sunt sacramenta. « Agnoscit ergo Gregorium Constantinopolita- « num episcopum, cujus servitio usus est ad pro- « fligandam hæresim Arianam, quæ tum maxi- « me Constantinopoli grassabatur. » Deus bone? F quæ consecutio hæc? Ex antecedente tali perinde quis colligeret, Damasum, Petrum, Ambrosium Constantinopolitanos episcopos fuisse. Res sic se habet: Ambrosius respicit ad tempus illud, quo multas de fide orationes Constantinopoli instituit Gregorius, et Arianos plures ab hæresi revocavit, hoc tempus Gregorii translationem antecedit, non subsequitur. Ex quo factus est Constantinopolitanus episcopus, ab omnibus ventis invidiæ circumflari cœpit, et violatorum canonum, qui translationem episcoporum prohibent, accusari. Nec ei licuit id facere, quod Ambrosius recenset; sed antea fecerat. *Recte enimvero, Gregorium Nazianzenum, utut virum sanctissimum sedeque Constantinopolitana dignissimum, ab omnibus tamen pro Constantinopolitano antistite legitimo habitum non fuisse, Launoyus hic contendit; etsi autem pro reliquis omnibus, quæ adstruit, spondere non ausim, ac imprimis quidem, quod de Constantinopolitano episcopatu, a Gregorio Nazianzeno numquam pacifice possesso, asseverat, veritati exactæ*

A *acte consonum haud videatur, fuit tamen, cur episcopatum illum Gregorius numquam pacifice possedisse Launoyo videri haud immerito potuerit.*

*tum etiam e Gregorii ad sedem Constantinopolitanam*

244 *Ut et hoc et Gregorium pro legitimo Constantinopolitano antitiste habitum ab omnibus non fuisse, lectori evadat perspicuum, itaque ei non inepta, ob quam Sanctus ille a sede Constantinopolitana, quam tenuit,* Constantinopolitanus episcopus *appellari haud soluerit, ratio reddatur, qui Gregorius ecclesiam Constantinopolitanam regendam acceperit, ac brevi admodum post abdicarit, compendio, intermixtis etiam, quæ utrumque hunc eventum comitata fuere; adjunctis præcipuis, hic expono, ita simul etiam facturus, ut majori ex parte, quæ in laudata ac recitata a Launoyo episcoporum Italiæ epistola involuta adeo et perplexa, ut vix sensus aliquis sanus ex iis elici possit, Menardo visa sunt, plana ac luculenta unicuique evadant. Itaque Gregorius Nazianzenus anno* 379, *uti tum ad annum* 378, *num.* 22 *et seq., et ad annum* 381, *num.* x *et seqq. Pagius in Criticis, tum in suo præliminari ad tom.*

B 1 *Augusti de Patriarchis Constant. Tractatu num.* 127 *Cuperus noster docet, Constantinopolitanæ ecclesiæ, non quidem episcopatum, sed curam, episcopi legitimi, quo tum Constantinopolitana ecclesia carebat, loco suscepit, eamque, Arianis, qui tum Constantinopoli maxime grassabantur, repressis, nec paucis eorum ad fidem conversis, strenue gessit. Eodem anno* 379 *Maximus Cynicus, qui, cum anno* 372 *ab Arianis cæsus virgis, et Oasim Alexandria deportatus fuisset, anno* 378 *Alexandriam redierat, Constantinopolim, ut civitatis hujus crearetur antistes, a Petro, Alexandrino episcopo, destinatus, classe Alexandrina, quæ de more frumentum ex Ægypto Constantinopolim advehebat, una cum tribus ex Ægypto, a quibus episcopus ordinaretur, sibi adjunctis episcopis est appulsus. Gregorium primum, qui, ut dixi, Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopi vices gerebat, ficta pietatis specie ita decepit, ut intimus ejus amicus evaserit. Verum hypocrita haud diu admodum post, larva deposita, cum Hammone, aliisque sex classiariis, a Petro, Alexandrino episcopo, subornatis, consilia de Constantinopolitano throno invadendo agitare cœpit, ac paulo post cum episcopis, a Petro delegatis, ac aliis, presbyteri Thassii auro redempta*

C *factiosorum colluvie, conspiravit, Anastasiæ Basilicam de nocte invasit, indeque fugatus in Choraulæ domo tonsus et ordinatus est.*

*promotione, spontaneaque, qua eam mox deseruit abdicatione, compendio hic relatis,*

245 *Cum autem post, Constantinopolitanis conspectum ejus haud amplius ferentibus, Constantinopoli excedere fuisset compulsus, Thessalonicam, ubi Theodosius imperator commorabatur, sese contulit, cumque et ab hoc fuisset rejectus, Alexandriam rediit, impetratisque seu, ut alii volunt, extortis in sui favorem a Petro episcopo litteris, in Occidentem properavit, imperatorem Gratianum Mediolani adiit, eique insignem de fide adversus Arianos libellum obtulit. Partim itaque hoc pacto, partim fraudibus et mendaciis ac nominatim, quas in sui favorem a Petro Alexandrino impetrarat, litteris in partem suas Italiæ, qui supra a Launoyo relatam epistolam ad Theodosium imperatorem scripserunt, episcopos attraxit, simulque, ut hanc in sui favorem exararent, effecit, cum jam ad ipsos de Gregorio Nazianzeno, ad sedem Constantinopolitanam post Maximi e civitate Constantinopolitana expulsionem evecto, relatum fuisset. Scilicet hic sanctus; cum jam aliquamdiu ecclesiæ Constantinopolitanæ curam episcopi loco gesserat, multorum ac imprimis ipsiusmet Theodosii imperatoris amorem sibi arctissime adjunxerat. Atque hic quidem anno* 380, *die* 26 *Novembris Gregorium basilica majori, Arianis adempta, donavit; populus autem eum exinde in cathedra Constantinopolitana collocavit; in qua, cum etiam a Synodo, Constantinopoli anno* 381 *congregata, confirmatus seu potius legitime primum collocatus fuisset, paulo post, eadem adhuc Synodo durante, ob quasdam exortas turbas, quibusdam etiam Macedoniæ et Ægypti episcopis electionem ejus carpentibus, ultro sede illa, quam non nisi invitus susceperat, sese pacis studio abdicavit, cum nondum seu a Damaso Papa seu ab Italiæ episcopis pro legitimo sedis Constantinopolitanæ episcopo agnitus fuisset.*

auctore C. B.

*liquet, haud ab omnibus pro legitimo Constantinopolitano episcopo*

246 *Atque hæc sunt, quæ de modo, quo Gregorius Nazianzenus sedem Constantinopolitanam adierit, ac paulo post deseruerit, compendio hic præcipue exponenda duxi. Qui eadem prolixius explanata testimoniisque etiam firmata desiderat, adeat loco supra cit. Cuperum nostrum et ad annum* 379 *num.* 8 *et quinque seqq. Pagium in Criticis. Ad Launoyum jam revertor. Gregorium Nazianzenum ab Italiæ episcopis pro legitimo Constantinopolitano episcopo habitum non fuisse, e jam dato compendio seu potius ex illorum a Launoyo partim recitata, in qua id quantum ad rem hanc fundatur, ad Theodosium imperatorem epistola satis superque liquet. Adhæc cum Gregorius in eadem Synodo, quæ illum in sede Constantinopolitana confirmarat, hac sese ultro abdicarit, fuit sane, cur sedem illam, maxime cum illius ad hanc promotioni nonnulli adhuc in ipsa, quæ isthanc approbarat, Synodo episcopi, uti modo exposui, contradixerint, pacifice numquam possedisse videri potuerit; ut adeo, Gregorium Nazianzenum, tum quod ab omnibus, ut Constantinopolis antistes habitus non sit, tum quod sedem Constantinopolitanam pacifice numquam tenuerit, Launoyus haud prorsus inepte, quidquid contra Menardus arguat, notarit. Menardus quidem, ut Launoyum, qui, ut jam docui Gregorium a Latinis seu Italis episcopis pro vero Constantinopolitano episcopo habitum non fuisse hosque cum Maximo cynico communicasse et laudata eorumdem epistola contendit,* F *falsitatis convincat, Nicolai I Papæ ad Michaëlem imperatorem epistolam allegat; in qua ad hunc is Pontifex sic scripsit :* Nonne Maximus, postquam a Damaso Papa, sicut ejus ad diversos epistolæ indicant, laboratum est Constantinopoli pulsus est? *Verum* id, *inquit loco proxime cit. Launoyus,* neque in epistolis Damasi, etiam iis, quæ illi perperam subjectæ sunt, neque in ullo veteri scriptore Græco vel Latino reperitur. Immo repugnat et huic *(supra scilicet datæ atque a Labbeo tom.* 2 *Conciliorum etiam insertæ)* epistolæ Concilii Italiæ, et historiæ Constantinopolitani Concilii, quod Maximum deposuit.... Quocirca Nicolaus hac in re nonnihil passus est humani.

*habitus fuit vixque pacifice, nec nisi*

247 *Nicolaum sane, dum ad Michaëlem imperatorem, quod proxime recitata illius verba continent, perscripsit, humani aliquid, ut Launoyus ait, passum esse, indubitatum apparet. Audi, qui in suis ad contextam a Baronio. S. Gregorii Nazianzeni Vitam Annotationibus Papebrochius noster tom.* 2 *Maii pag.* 406, *lit.* m *loquatur.*

AUCTORE C. B.

*quatur.* Recte, *inquit,* notat Hermant, in hoc, *quod scilicet de Maximo Constantinopoli, agente Damaso, expulso, scriptisque abs hoc, quæ id indicent, epistolis asseverat,* falli Nicolaum : prius enim Maximus urbe *(Constantinopolitana)* a populo pulsus erat, imo et ab ipso, quem adierat, imperatore repudiatus, quam his de rebus informaretur Damasus ; ex cujus ad Ascolium epistolis, nuper editis ab Holstenio in Collectione Romana, constat, de Maximo primum innotuisse Damaso, cum jam agitaretur de habendo Constantinopoli Concilio pro ordinando ejus Urbis Catholico episcopo, super quo rescribit Ascholio, Euridico, Severo, Uranio, Philippo et Joanni episcopis Macedoniæ, quorum de Maximo litteras acceperat. *Maximus itaque, quod et e supra exposito, quo Gregorius Nazianzenus Constantinopolitanam sedem adiit ac reliquit, modo est perspicuum, Damaso agente, Constantinopoli, contra ac Nicolaus in sua supra memorata ad Michaëlem imperatorem epistola scripsit, expulsus non est. Ast, sciscitabere modo forsan, cer-*

B *tone igitur cum eo Damasus communicavit ? Sane hunc Pontificem, cum Maximus, in Italiam primum appulsus, Petri Alexandrini litteris fraudibusque episcopos Italos primum circumvenisset, aliquanto temporis spatio cum eo, non secus ac reliquos, qui epistolam, supra a Launoyo relatam, ad Theodosium scripserunt, Italiæ episcopos, communicasse, verosimillimum apparet ; etsi autem haud diu post, melius scilicet de re a Macedoniæ episcopis, jam proxime per Papebrochium laudatis, etiam ante Constantinopolitanam anni* 381 *synodum, in qua Gregorio et confirmata seu potius collata et abdicata sedes Constantinopolitana fuit, edoctus, fraudulentum illegitimumque, quo Maximus sedem Constantinopolitanam invadere tentarat, modum improbarit, haud tamen Gregorium Nazianzenum pro legitimo Constantinopolitano episcopo habuit.*

*brevissimo tempore sedem illam possedit,*

248 *Fas est ita statuere, tum ex iis, quæ Pagius in Criticis ad annum* 379, *num.* 9 *scribit, tum etiam ex eo, quod, cum Gregorius in eadem synodo, in qua ad sedem Constantinopolitanam fuerat evectus, hac sese sponte sua mox abdicarit, Damaso verosimillime Gregorii et ad sedem Constantinopolitanam promotio, et spontanea,*

C *qua huic renuntiarat, abdicatio eodem prope tempore innotuerit. Jam vero, cum res ita habeat, nec ex iis, quæ Damasus fecisse, a Menardo asseritur, reve etiam ipsa fecit, a veritate, quod de S. Gregorio Nazianzeno pro legitimo Constantinopolis episcopo per Italiæ episcopos non habito Launoyus ait, esse alienum evincatur, manet factum esse posse, ut Gregorius partim idcirco, partim quod vix e jam dictis pacifice, aut certe brevissimo dumtaxat temporis spatio sedem Constantinopolitanam occuparit,* episcopus Constantinopolitanis *appellatus communiter haud fuerit. Quod si porro quisquam adhuc duas hasce, ob quas* Constantinopolitani episcopi *titulo S. Gregorius Nazianzenus condecorari haud soluerit, rationes rejiciat, simulque,* Dionysium Areopagitam, *utut a sede Atheniensi ad Parisiensem transiisset, eodem tamen plane modo, quo S. Gregorius Nazianzenus, utut a sede alia ad Constantinopolitanam transierit* Constantinopolitanus episcopus *vocatus haud fuit,* Parisiensem episcopum *appellandum non fuisse, sed* Atheniensem *perrexisse appellari, contendat, rationem aliam, quæ, ut Gregorius Nazianzenus, etsi a sede alia ad Constantinopolitanam translatus,* Constantinopolitanus *tamen* episcopus *haud appelletur, effecerit, in medium adduco, vix dubitans, quin futurum sit, ut hac studiosus lector impulsus fateatur, ex isthoc Gregorii Nazianzeni exemplo consectarium neutiquam esse, ut* Dyonisius Areopagita, *si a sede Atheniensi ad Parisiensem transiisset,* Parisiensis episcopus, *contra ac ecclesiæ consuetudo fert, appellandus haud fuerit.* D

*imo qua ratione ante sedem Constantinopolitanam occupatam,*

249 *Etsi S. Gregorius Nazianzenus passim ab omnibus* Nazianzeni episcopi *titulo condecoretur, Nazianzenam tamen ecclesiam episcopi munere numquam gubernavit, sed curam ejusdem dumtaxat gessit, episcopi legitimi locum supplens. Ita me docet celeberrimi illius episcopi Vita, Operi nostro ad* IX, *qua hic colitur, Maii diem inserta, in qua, qui illam contexuit, Baronius num.* 77 *hunc scribit in modum :* Ex hac Gregorii præfectura, qua, adnitente patre, curam administrandæ ecclesiæ Nazianzenæ suscepit, nonnulli arbitrati sunt, ipsum Nazianzenæ ecclesiæ esse ordinatum episcopum ; adeoque id pervulgatum fuit, et de ea re fama increbuit, ut, non tantum Gregorius presbyter in encomio id affirmet, sed et ejus discipulus S. Hieronymus illum primum Sasimorum, deinde Nazianzenum esse ordinatum episcopum dicat ; quod et absque aliqua dubitatione ceteri affirmarunt, ut Socrates, Ruffinus, Sozomenus et alii omnes ; immo et ejus adversarii id ei dabant crimini, qui et eum ob contumeliam triepiscopum appellabant, cum jam sedis Constantinopolitanæ fuisset electus episcopus. His omnibus adversari temerarium videretur, nisi rem ipsam aliter se habere, ipsiusmet Gregorii certissimo testimonio exploratissimum haberetur. Sed ante hæc nosse debemus, Nicænos canones adversari, quo minus qui viventi subrogetur episcopus ; quam quidem ecclesiasticam sanctionem Augustinus, qui Valerio viventi substitutus est, se aliquando ignorasse ingemuit. Hanc quidem sacram regulam illibatam servavit noster Gregorius, qui, ut vidimus, ad tempus tantum, donec pater viveret, eam ecclesiam curandam suscepit, sicque et contestatus est publice. Qui et postmodum, dum de substituendo aliquem patri ageret, hæc scribit ad Gregorium Nyssenum : « Inter omnes « etenim constat, me non Nazianzi, sed Sasimo- « rum antistitem creatum fuisse ; tametsi patris « reverentia et eorum, qui supplices apud me con- « tenderunt, ad breve tempus præfecturam, quasi « hospites accepimus. » Hæc Gregorius, postquam Constantinopoli profectus in patriam rediit, ut patebit inferius. E F

*eadem etiam post hanc abdicatam*

250 *Cum itaque Gregorius verba, quæ Baronius hoc in textu ei attribuit, tum demum, cum in patriam seu Nazianzum, sede Constantinopolitana abdicata, esset reversus, protulerit, sane eum, antequam hanc conscenderet, Nazianzenæ ecclesiæ episcopum non præfuisse, ex ipsomet sancti hujus antistitis, quemadmodum verbis recitatis Baronius ait, testimonio est manifestum ; eum autem nec tunc, cum Nazianzum, sede Constantinopolitana abdicata, esset reversus, ecclesiæ Nazianzenæ præfuisse episcopum, docet pariter nos idem Baronius, in contexta a se, quam jam laudavi, Gregorii Vita num.* 152, *nonnullis primum, quæ, a sancto isto antistite, cum ecclesiæ Constantinopolitanæ sede sese abdicasset, Nazianzenæ curam iterum fuisse susceptam, ostendunt, præmissis, sic scribens :* Permansit illic *(Nazianzi*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *(Nazianzi nimirum)* tamdiu Gregorius, donec illi firma securitas redderetur, et optimus aliquis illic præficeretur antistes. Egit enim apud Helladium, Cæsarææ Cappadociæ episcopum metropolitanum, magni Basilii successorem, ut Eulalium, virum probatissimum, præficeret, episcopum ecclesiæ Nazianzenæ. Ipse interim secessum in solitudinem meditatur, cum Philagrius ejus intimus eum amice commonet, ne ecclesiam illam derelinquat, cujus semel curam suscepisset. Ad quem Gregorius, sui adventus ac rerum suarum rationem reddens, hæc de ea re : « Quod si ecclesiam relinquere periculo- « sum est, ut scribis, quam tandem? Si no- « stram : recte dicis, idemque et ipse aio; Si « vero nihil ad nos attinentem, nec nobis assi- « gnatam atque decretam, culpa vacamus. Quod « si idcirco tenemur, quia ipsius curam aliquanti- « sper gessimus, multi utique alii eadem ratione « teneantur, quotquot nimirum hospitum curam « habuerunt. » Egit etiam de his apud Theodorum

B Tyanensem, ad quem de ea re extat epistola.

*Nazianzenus episcopus dici potuit, reque etiam ipsa dictus fuit.*

251 Ordinato tandem Eulalio episcopo ecclesiæ Nazianzenæ, falsus rumor increbuit, Gregorium ab Helladio episcopo Cæsariensi Nazianzena sede privatum. Tunc Gregorius, ut Helladium aliosque episcopos, qui Eulalium ordinaverant, ea calumnia liberaret, mox ad Gregorium Nyssenum scripsit epistolam, qua quidem cum illos excusat, tum etiam ingenue profitetur, se numquam ecclesiæ Nazianzenæ fuisse ordinatum episcopum. At licet sic Gregorius consuluisset famæ episcoporum, vulgi tamen murmur de se, quod tenuem ecclesiam contemptui habuisset, cum evitare non posset, patienti animo ferendum duxit. *Ita actenus Baronius, subdens deinde, qui Gregorius, omni etiam ecclesiæ Nazianzenæ cura objecta, ad rus paternum se receperit, ac post vitam sanctissime ibidem actam, multaque virtutum opera extremum diem tandem clauserit. Cum itaque S. Gregorius tam ante, quam post occupatam ecclesiæ Constantinopolitanæ sedem sedulo, ut jam probatum, ecclesiæ Nazianzenæ curam gesserit, fueritque idcirco, antequam ad sedem Constantinopolitanam promoveretur, pro ecclesiæ Nazianzenæ, utut hanc episcopi munere tum certe non gubernarit, episcopo ab omnibus passim habitus, eadem sane*

C *ex causa, cum jam Constantinopolitana sede sese abdicasset, Nazianzenæque curam iterum suscepisset, pro Nazianzeno episcopo potuit denuo passim haberi. Et vero Gregorium pro Nazianzeno episcopo re etiam vera habitum iterum tum fuisse, liquet ex iis, quæ e sancti illius episcopi Vita, per Baronium contexta, num.* 250 *modo retulimus.*

*Nec meliori successu, qui ab ultima, quam occuparunt, sede appellati non fuerunt,*

252 *Jam vero, cum res ita habeat, episcopique a sede, quam ultimo aut occuparunt, aut certe occupasse æstimantur, appelari soleant, quid mirum Gregorium Nazianzenum, non a sede Constantinopolitana, in qua aliquando post occupatam, ut putatum fuit, Nazianzenam sedit,* episcopum Constantinopolitanum, *sed a Nazianzena, quam, abdicata Constantinopolitana, repetiisse ultimoque adeo occupasse existimatus fuit,* Nazianzenum episcopum *fuisse appellatum? En enimvero rationem, omnino, ut mihi equidem apparet, solidam, ob quam S. Gregorius Nazianzenus, etsi ad sedem Constantinopolitanam transierit, haud tamen propterea fuerit* Constantinopolitanus episcopus *appellatus. Quod cum ita habeat, ratioque eadem aut similis non occurrat, quæ, ut* Dionysius Areopagita, *si ad sedem Parisiensem ab Atheniensi transiit* Parisiensis episcopus *appellari non debuerit, facere sit nata, peperam sane Gregorii Nazianzeni, qui ad sedem Constantinopolitanam transiit, nec tamen* episcopi Constantinopolitani *nomine distingui solet, exemplum adducitur, ut,* Dionysium Areopagitam, *etiamsi a sede Atheniensi ad Parisiensem transiisset,* Parisiensem *tamen* episcopum *appellandum non fuisse, ac proin supra relatum Sirmondi argumentum nullius esse roboris, probetur. Nec hunc in finem, seu, ut usum, quo episcopi, ab una sede ad aliam translati, a posteriori, quam occuparunt, sede appellati fuerint, constantem ac perpetuum in Ecclesia non fuisse, ostendant, meliori successu adducunt tria adhuc, quibus usum illum subinde non observatum probent, alia exempla, videlicet Eusebii Nicomediensis, Theodori Perinthii, et S. Methodii martyris, qui omnes, etsi ab una sede, ut volunt, ad aliam, primus videlicet a Nicomediensi ad Constantinopolitanam, secundus ab Heracleensi in Thracia ad Antiochenam, ac tertius denique a Patarensi* E *ad Tyriensem, fuerint translati, haud tamen a posteriori, sed a priori, quam tenuerunt, sede fuerint appellati.*

*Eusebius, Nicomedia Constantinopolim,*

253 *Etenim, ut de Eusebio, qui primo hic objicitur, primo etiam loco agam, is quidem, cum ad sedem Constantinopolitanam evectus fuisset, a Philostorgio, qui id lib.* 2 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 10 *jam narrarat, ejusdem deinde libri cap.* 17 episcopus, *non Constantinopolitanus, sed* Nicomediensis *in editione Gothofredi appellatur. Verum id non Philostorgio, cujus scripta integra non amplius habemus, sed Photio, qui hæc, ipsomet, quem Historia illa præfert, titulo testante, in Epitomen contraxit, adscribendum est. Cum enim posterior is scriptor Eusebium pro factionis Arrianæ signifero simulque pro instruso per hanc in sedem Constantinopolitanam habuerit, hinc factum, ut illum* episcopi Constantinopolitani *nomine afficere noluerit, etsi interim ita in Philostorgii, quæ contrahebat, scriptis (neque enim verosimiliter is, utpote et ipse secta Arrianus ab honorabiliori illa nomenclatione Eusebio Arriano attribuenda abstinuerit) appellatum invenisset. Adhæc apud antiquos scriptores, qui, contra ac Photius fecisse videtur, conditionem facti,* F *non juris, ut ait Launoyus, spectarunt, Eusebius Nicomediensis a sede Constantinopolitana, ad quam a Nicomediensi, utut non jure, sed vi, fuit translatus,* Constantinopolitanus episcopus *appellatur, uti in editione Valesiana fidem faciunt Socrates lib.* 2 *Historiæ cap.* 9, *Sozomenus lib.* 3 *Historiæ cap.* 6, *qui ambo Eusebium* episcopi Constantinopolitani *appellatione diserte distinguunt, et Theodoretus, qui Constantinopolitanorum episcoporum Catalogo lib.* 5 *Historiæ cap.* 40 *sub finem inserit Eusebium Arrianum, Nicomedia ad sedem illam translatum. Quod si porro scriptores non pauci alii, pariter antiqui, qui Eusebium* Constantinopolitani episcopi *appellatione non dignantur, fortassis inveniantur, hi Photii exemplum secuti, itaque cum Eusebio egisse sunt censendi, quod Eusebius jure atque ex ecclesiasticorum canonum præscripto ecclesiam Constantinopolitanam numquam occupasset, sed vi in hunc, uti ipsimet, qui Arriani illius episcopi exemplum in rem suam adducunt, fatentur,*

AUCTORE C. B.

auctore C. B.

*tur, fuisset intrusus, legitimo ejus præsule sancto Paulo expulso, quem idcirco, Eusebio e vivis sublato, in sedem illam seu ecclesiam fuisse restitutum, sciebant.*

*Theodoras, Heraclea Thracix, ut volunt, Antiochiam,*

254 *Ad Theodorum Perinthium, qui supra secundo loco objicitur, modo progrediamur. Theodoretus lib.* 2 *Historiæ Ecclesiasticæ, cap.* 3 *de eo in Latina Christophorsoni versione, qua hic, Valesiana deinceps usurus, utor, sic scribit :* Hoc adjutore usi Eusebius, Teognis et Theodorus Perinthius (erat quidem Theodorus vir doctrina præter ceteros exquisita, scripsitque Commentarios in sacra Evangelia; vulgo Heracleotes nominatur) frequenter admodum, quoniam habitabant in proximo, in imperatoris venere conspectum; *ex hoc autem Theodoreti textu, Theodorum Perinthium, cum a sede Heracleensi ad sedem Antiochenam transiisset* Antiochenum episcopum *appellatum non fuisse, Menardus in sua sæpissime jam laudata Diatriba cap.* 13 *contendit : verum, inquit Discussionis cap.* 13 *Launoyus*, quo tempore Theodoretus id de Theodoro Heracleota, quod *verbis proxime jam re-*
B *citatis* relatum est, stripsit, ille nondum Antiochenus erat episcopus, nondum successerat Euzoio, qui, teste Socrate, ad consulatum V Valentis et Valentiniani Junioris primum obiit; qui consulatus anno Christi CCCLXXVI respondet. *Ita laudatus Launoyus; verum quidquid sit de hoc illius responso, quod non immerito improbes, Thedorus Heracleotes seu (eadem enim Thraciæ urbs, quæ* Perinthus *primum,* Heraclea *postea, teste lib.* 1 *Historiæ cap.* 28 *Theodoreto, fuit vocata) Perinthius, a Theodoreto supra laudatus ac* Arianorum princeps *lib.* 2, *cap.* 8 *vocatus, certo est (adi in suis ad Philostorgii Hist. Ecclesiast. lib.* 9, *cap.* 13 *Annotationibus Henricum Valesium) a Theodoro, Heraclea Antiochiam translato, qui* Dorotheus *communius vocatur, distinctus seu diversus.*

*ac denique Methodius Pataris*

255 *Adhæc, etsi secus foret, Dorotheus hic seu Theodorus, Euzoio defuncto Arianæ apud Antiochenos sectæ episcopo suffectus, Arianis etiam dumtaxat, uti ex Sozonmeno lib.* 6, *cap.* 37 *et ex Socrate lib.* 5, *cap.* 3 *intelligitur, episcopus ibidem præfuit; ut, etiamsi a sede Heracleensi ad*
C *Antiochenam fuerit translatus, indubie tamen eo dumtaxat Arianorum in schismate factione pervenerit, ideoque a Theodoreto haud habitus pro patriarcha Antiocheno legitimo, semper* Heracleensis episcopus *appellatus dumtaxat fuisset. Hinc jam colliges, alterutro etiam ex capite, ut idem Theodorus, supra a Theodoreto* Perinthus *vocatus, ab Augustino aliisque passime scriptoribus* Heracleota *seu* Heracleotes, *non autem* Antiochenus episcopus, *fuerit appellatus, factum facile esse posse, nisi forsan, quod verosimilius potest videri,* Heracleotes *seu* Heracleota *apud illos gentile nomen sit, hocque ab iisdem Theodorus, quod Heracleæ in Thracia, uti apud omnes in confesso est, natus esset, appellatus fuerit eadem plane ratione, qua supra laudatus S. Gregorius per omnes fere, omisso* episcopi *titulo,* Nazianzenus *a Nazianzo, natali ejus, uti apud nos tom.* 2 *Maii pag.* 574 *videre licet, loco, appellari modo consuevit. Restat, ut de Methodio, qui supra tertio loco nobis opponitur, modo dicamus. Hic a Patarensi ad Tyriensem sedem, ut Suidas testatur, transivit,* et tamen, *ait in sua sæpissime jam laudata Diatriba cap.* 13 *Menardus,* cum citatur a Leontio lib. de Sectis actione III, non appellatur episcopus Tyriensis, sed Patarensis in hunc modum : Μεθόδιος ἐπίσκοπος πατάρων. *Verum, respondet ad hanc Menardi objectionem Discuss. cap.* 13 *Launoyus*, Leontius Methodium non vocavit Tyriensem episcopum, quia eum ab ecclesia Patarensi ad Tyriensem translatum esse, nesciit. Præ manibus habuit Commentarios, quos Methodius, cum esset Patarensis episcopus, lucubraverat, eosque, ut erant Methodii Patarensis episcopi nomine inscripti, citavit. D

*Tyrum translati adducuntur.*

256 *Atque hoc quidem Launoyi responsum neutiquam displicet. Verum, utut habeat, cum ab omnibus prorsus scriptoribus aliis, a quibus Methodii præfati scripta citantur, sanctus hic antistes, non Patarensis, sed Tyriensis episcopus, appelletur, unus Leontius, qui eum* Patarensis episcopi *nomine distinguit, Methodiique fortassis a sede Patarensi ad Tyriensem, ut Launoyus verbis proxime recitatis suspicatus est, transitum ignoravit, facere non potest, ut, aut Methodium, aut alios episcopos, qui ab una sede ad aliam legitime migrarint, posterioris sedis nomen sibi non adscivisse credamus. Et vero cum id etiam, qui pariter in exemplum adducuntur, Gregorius Nazianzenus, Eusebius Nicomediensis* E *et Theodorus Perinthius efficere e jam dictis nati haud sint, nec ullus hactenus ecclesiæ seu Græcæ seu Latinæ episcopus, qui, ab una sede ad aliam translatus, a posteriori, quam occupavit, sede appellatus non fuerit, sit productus, morem seu usum, quo episcopi, cum ab una sede ad aliam migrassent, a sede, non quam diutius, sed quam postremo occuparant, nuncupati fuerunt, constantem ac perpetuum, non tantum apud Græcos, e quibus solis (adi num.* 238) *Sirmondus argumentatur, sed et apud Latinos fuisse, pro indubitato est habendum. Jam vero, cum res ita habeat, argumentum, quo Sirmondus vel ex eo, quod* Atheniensis episcopi *appellatio* Dionysio Areopagitæ *perpetuo adhæserit, Parisios hunc numquam, Atheniensi sede relicta, migrasse, contendit, firmum sane atque inconcussum consistit; cum autem ob jam dicta antiqui, tum Græci, tum Latini, utpote* Parisiensis episcopi *titulo* Dionysium Areopagitam *nuspiam distinguentes, Parisios hunc numquam transiisse, indubie etiam existimarint, consectarium est, ut eumdem* F *Sanctum nostrum, non Parisiis, sed Athenis passum, ac proin a Dionysio Parisiensi diversum esse, pariter putarint.*

## § XIII. Reliqua, quæ, opinionem de duobus Dionysiis tam apud Græcos, quam apud Latinos antiquitus viguisse, ostendunt, proferuntur Dionysiumque Areopagitam a Parisiensi certissime esse diversum, concluditur.

*Cum constanti Parisiensem Areopagitæ episcopatum aliaque*

E *perpetuo Ecclesiæ usu, quo, qui ab una sede ad aliam transierunt, episcopi nomen sibi a sede, quam postremo occuparunt, adscivere,* Dionysium Areopagitam, *quod* Parisiensis episcopus *a scriptoribus antiquis appellatus haud inveniatur, ad sedem hanc, relicta Atheniensi, numquam migrasse,* § *proxime prægresso cum Sirmondo*

A *Sirmondo contendimus; nunc id ipsum, usu illo etiam non spectato, probare vel e solo tum scriptorum prorsus omnium, tum aliorum quorumcumque, qui ante seculum octavum medium floruerunt, virorum dignitate illustrium de Dionysii ad sedem Parisiensem transitu silentio potissimum probare aggredior. Agite, ante omnia num vel unus exploratæ fidei auctor seu Græcus seu Latinus, qui ante seculum octavum medium floruerit, quique vel* Dionysio Areopagitæ *episcopi Parisiensis, vel Dionysio Parisiensi* Areopagitæ *titulum seu appellationem adjunxerit, repertus umquam fuerit, dispiciamus. Libros omnes, codices omnes, Concilia omnia, in quibus qualemcumque etiam dumtaxat, quæ seculum octavum medium præcesserit, seu* Dionysii Areopagitæ, *seu Dionysii, Parisiensis episcopi, mentionem inventum iri, arbitrabar, sedulo discussi, nec uspiam in tanta generis diversi monumentorum litterariorum copia invenire quivi seu scriptorem seu Patrem seu Pontificem seu alium denique quemcumque, qui cum habuit seu de* Dionysio Areopagita *seu de Dionysio Parisiensi loquendi occasionem reve etiam*

B *ipsa fuit locutus, vel hunc* Areopagitæ, *vel illum* Parisiensis episcopi *titulo distinxerit, verbove ullo* Areopagitam *in Occidentem umquam venisse, relictisque Athenis, Parisios migrasse, utcumque indicarit.*

*eo spectantia antiqui tum Græci, qui hic*

258 *Severiani hæretici in celeberrima, infra a nobis plus semel memoranda collatione, quam anno* 533 *Constantinopoli cum catholicis habuere, Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, pro hæreticis, quas tuebantur, opinionibus laudavere. Verum nec hi, qui ea* Dionysio Areopagitæ *tum attribuebant, nec catholici, qui eadem pro indubitatis Sancti nostri Operibus non admittebant, quidquam tunc protulere in medium, unde* Dionysii Areopagitæ *seu itineris, Athenis in Occidentem suscepti, seu transitus, a cathedra Atheniensi ad Parisiensem facti, vel umbra appareat. S. Anastasius Sinaïta, qui seculo sexto senescente, ineunte septimo floruit,* Dionysium Areopagitam, *attributaque huic Opera in contexto a se quod* ὁδηγός, *Latine* dux viæ, *inscribitur, Opere commemorat. Verum nihil etiam, quod Parisiensi Sancti episcopatui utcumque faveat, suppeditat. S. Maximus, seculi septimi scriptor, in Opera, quæ* Dionysio Areopa-

C gitæ *nomine insignita a non paucis reperiuntur, Scholia composuit; verum nec in hisce, nec in Prologo sat prolixo, Scholiis præmisso, in quo non pauca de* Dionysio Areopagita *disseruit, imo et ejus ad sedem Atheniensem promotionis mentionem facit, quidquam memoriæ uspiam prodit, quo utcumque insinuet, fuisse sese in opinione, quæ* Dionysium Areopagitam *a sede Atheniensi ad Parisiensem transiisse statuit. Leontius Byzantinus, qui quemadmodum Caveus in Historia litteraria docet, anno circiter* 590 *floruit,* Dionysium Areopagitam *bis laudat, semel scilicet lib.* 1 *de Sectis Act.* 3, *iterumque lib.* 2 *contra Eutychetem et Nestorium, nec uspiam aliquid suggerit, unde* Areopagitam *Athenis umquam Parisios migrasse colligas.*

*recensentur,*

259 *Idem etiam, ut Dionysium Corinthium et Eusebium Pamphili, reliquis omnibus antiquiores, præteream, locum obtinet quantum ad Sophronium, Hierosolymitanum seculo septimo patriarcham, et Joannem Damascenum, seculi octavi scriptorem, quorum prior in scripta ad Honorium Papam epistola, posterior in suis de*



*Imaginibus libris de* Dionysio Areopagita *loquens,* Atheniensis episcopi *titulo eum dumtaxat distinguit. Scio quidem, omnes laudatos scriptores necesse non habuisse, ut, instituti sui ratione spectata, controversi hujus, quo* Dionysius Areopagita, *cathedra Atheniensi relicta, ad Parisiensem migrarit, transitus mentionem facerent. Verum nihil equidem, quod ad hunc vel subobscure insinuandum utcumque conducat, seu per illos, seu per quoscumque alios scriptores Græcos suppeditari, mirum enimvero quam maxime accidit, præsertim cum non desint, qui,* S. Dionysium Areopagitam *Atheniensi ecclesiæ præfuisse episcopum, in litteras miserint. Quid enim? Anne forsan Atheniensem quidem* Areopagitæ *episcopatum, at non item Parisiensem notum illis fuisse, asseverabis? Verum sit ita: cum equidem* Dionysii Areopagitæ *ad sedem Parisiensem transitum, si locum habuisset umquam, latere Græcos omnes antiquos potuisse, nedum reipsa latuisse, parum verosimile appareat, fit vel hinc, ut* Dionysium Areopagitam *Parisios, relictis Athenis, migrasse, minime sit credendum. Adhæc, si Græci* Dionysii Areopagitæ *ad sedem Parisiensem transitum, quod hunc perspectum haud habuerint, nuspiam* E *commemorarint, ut quid saltem relictæ ab eo Atheniensis sedis, quo Evangelii prædicandi causa gentes exteras adiret, mentionem non fecerunt? Ut quid etiam iter, Romam ab eo susceptum, nuspiam commemorarunt? Anne forsan pariter et hoc et factam a* Dionysio *cathedræ Atheniensis abdicationem ignorarunt? Verum qui rem, in suo, ut ita dicam, conspectu gestam, ignorare omnes potuerunt? Nemini enimvero, quantum opinor, qui, quæ ab omni propemodum veritatis specie abhorrent, admittere paratus haud fuerit credibile id apparebit.*

*tum Latini,*

260 *Jam vero, cum alto adeo, quod non potest non videri mirandum, silentio Græci antiqui omnes, non tantum* Dionysii Areopagitæ *ad sedem Parisiensem transitum, sed et omnia, quæ hunc præcessisse a scriptoribus recentioribus memorantur, quæque, si contigissent umquam, non potuissent non habere explorata, involvant, mihi certe nec hæc, nec illum, seu,* Dionysium Areopagitam, *relictis Athenis, Parisiensium ecclesiæ præfuisse episcopum, credidisse videntur; ut proinde nec opinioni, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem facit, adhæserint. Id ipsum de Latinis antiquis statuendum, pari* F *ratiocinandi modo jam nunc ostendo. Anno* 649 *Romæ sub Martino Papa, hujus nominis primo, frequens episcoporum quinque supra centum adversus Sergium, Pyrrhum, Cyrum et Paulum, hæreticos Monothelitas, celebratum est concilium, in quo Scripta,* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita, sæpius fuere laudata, hujusque adeo Sancti mentio plus semel est facta; licet autem* episcopi Atheniennsis *titulo plus semel ibidem* Areopagita *fuerit ornatus nuspiam tamen* Parisiensis antistes *appellatus fuit, Patribus ita etiam ubique locutis, ut nihil plane, unde, Sanctum Parisios umquam, relictis Athenis, migrasse, utcumque colligas, uspiam suppeditarint. Anno* 680 *contra eosdem Monothelitas Constantinopoli celebrata est Synodus generalis sexta, Patribus* 289 *constans; in hujus autem Actione sexta lecta et recepta a Patribus et Agatonis Papæ ad Constantinum imperatorem, Heracliumque et Tiberium augustos epistola, in qua is Pontifex* Dionysium Areopa-



AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B.

gitam Atheniensis *quidem, at non item* Parisiensis *episcopi, titulo condecorat. Auctor seu scriptor anonymus, qui antiquiora S. Dionysii Parisiensis Acta, supra jam sæpius laudata atque a Bosqueto, vulgata, contexuit, seculo octavo ineunte floruit, uti infra in Commentario, illis S. Dionysii Parisiensis Actis præmittendo, docebo; is autem scriptor, etsi etiam Dionysium a Clemente Papa in Gallias fuisse missum, memoriæ, ut apparet, prodiderit, eum tamen nec* Areopagitæ *nec* episcopi Atheniensis *appellatione seu titulo uspiam distinguit, sedemve Atheniensem aliquando occupasse indicat.*

*Romanis etiam, queis et duo,*

261 *Hinc porro fit, ut neutiquam opinioni, quæ*, Dionysium Areopagitam, *cathedra Atheniensi relicta, Parisiensem aliquando occupasse, statuit, adhæsisse videatur. Cum enim, ut jam dictum, Dionysii Parisiensis in Gallias missionem S. Clementi Papæ I adscribat, hincque ecclesiæ Parisiensis, utpote sic hujus initia tam prope, quam possit, Apostolorum temporibus admovens, honori ac gloriæ studuisse videatur, commissurum illum fuisse non apparet, ut Dionysium Parisiensem, si hunc vel* Areopagitam *esse, vel Athe-*
B *nis in Gallias civitatis hujus abdicata sede, venisse existimasset, nec* Areopagitam *uspiam appellaret, nec occupatæ aliquando ab eo Atheniensis sedis mentionem faceret, ita scilicet propalare negligens honorem, quem ecclesiæ Parisiensi ex asserto huic celeberrimo apostolo, qui S. Pauli Apostoli, doctoris gentium, fuit discipulus, accessurum perspexisset. Jam vero, cum res ita habeat, nec ullus prorsus, qui ante seculum octavum medium floruerit, scriptor Latinus alius, Dionysium Parisiensem Athenis in Gallias venisse, Atheniensiumque antea fuisse episcopum, in litteras miserit, fit vel hinc, ut nec apud Latinos opinionem de occupata a Dionysio Parisiensi, antequam in Gallias ac Parisios veniret, apud Athenienses cathedra ante seculum octavum medium viguisse, indubitatum appareat. Quod quam verum sit, argumento insuper est, ipsos etiam post jam exortam de uno Dionysio opinionem Romanos Pontifices ita animo fuisse comparatos, ut Dionysii Parisiensis cathedram Atheniensem non crediderint, imo nec ipsemet Stephanus II, aliis III, qui, cum Dionysii Parisiensis meritis sanitati fuisset in Francia restitutus, in Sancti hujus honorem Romæ exstrui jussit ecclesiam, etsi interim hanc*
C *in Gallorum nonnullorum, ac forte Sandionysianorum monachorum gratiam* S. Dionysio Areopagitæ *dedicari, Græcisque etiam monachis habitandam dari, verosimillime voluerit.*

*a Sirmondo hic memorati*

262 *Hinc Sirmondus noster in sua de duobus Dionysiis Dissertatione cap.* 6 *hunc scribit in modum* : Cui... Romanorum Pontificum, ut de his potissimum dicam, venit umquam in mentem, ut Dionysium Parisiensem Areopagitam appellaret, aut Areopagitam alio quam Atheniensi episcopatu functum significaret? Stephanus II, inquiunt, a Dionysio Parisiensi morbo liberatus est. Quis negat? Idem beneficii memor ædem sacram Romæ in Dionysii gratiam condere instituit, conditam Paulus, Stephani frater et successor, dedicavit. Quid tum vero? An Dionysium hunc vel Stephanus vel Paulus Areopagitam nominarunt? Aut difficilius fortasse Stephano erat, cum a Dionysio martyre se sanatum scriberet, Areopogitæ nomen addere, si eundem credidisset, quam Paulo fratri postea fuit, qui, cum Dionysii Atheniensis libros ad Pippinum regem mitteret, Areopagitæ Opera se mittere nuntiavit? Evolvant scrinia sua vin- D
dices Dionysiani et Pontificum diplomata, quotquot habent, a Zacharia, unde ordiri solent, ad Innocentium usque tertium excutiant, nusquam in his aliter, quam " Sanctum Dionysium martyrem, " et " Cœnobium beati Dionysii martyris, " et " Abbates beati martyris Dionysii " nuncupatos reperient. Evolvant et Romana, quodque in Græcis scriptoribus proxime observabamus, id ipsum in Martino, Agathone, Hadriano, Romanis Pontificibus animadvertent, quandocunque Dionysii Areopagitæ Opera laudant, Atheniensem episcopum perpetuo ab his dici, numquam Parisiensem; quod fieri sane par erat, si, relictis Athenis Parisios immigrasset.

*seculoque octavo medio posteriores accedunt,*

263 Martinum et Agathonem missos nunc facio, de quibus in Secretario v synodi Romanæ, et in sextæ synodi Actione IV videre est. Hadriani ad Carolum Magnum de Imaginibus verba sunt, " Sanctus Dionysius Areopagita, " qui et episcopus Atheniensis. " Dicite, amabo vos, " Qui et episcopus Atheniensis " cum diceret, cur " et Parisiensis " non addidit, si Parisiensem quoque antistitem credebat fuisse? *En* E
*ratiocinium, ex quo enimvero, Pontifices Romanos etiam post exortam opinionem de uno Dionysio, seu seculo* VIII *medio jam elapso, pro* Areopagita, *seu pro* Dionysio, *qui Atheniensis episcopus Paulique Apostoli fuerit discipulus, non habuisse Dionysium Parisiensem, nemo non concludat. Ac id quidem de Adriano, qui ultimo memoratur, præcipue pronuntiandum apparet. Cum enim ad Carolum Magnum, Gallorum regem simul et imperatorem, scribens,* Dionysio Areopagitæ *attribuat* episcopi Atheniensis *titulum, quis futurum fuisse facile existimet*, ut Parisiensis episcopi *titulum* Areopagitæ, *si huic illum convenire existimasset, pariter non attribuisset, quo, quos sibi demereri quam maxime studebat, gratificaretur Gallis, Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *facere eumdem jam tum incipientibus, ac potissimum quidem Sandionysianis monachis, qui opinionem de uno Dionysio, a sese, ut apparet, suscitatam aut certe multum jam tum promotam, magis magisque populare studebant, multumque, ut videtur, apud Carolum Magnum gratia valebant? Quod autem ad*
F *reliquos Romanos Pontifices, in huc transcripto Sirmondi ratiocinio laudatos, spectat, eos quidem, si tamen, de quibus jam supra dictum, Martinum et Agathonem, seculo* VIII *medio antiquiores, exceperis, tam certo a Dionysio Parisiensi non removisse episcopatum Atheniensem,* Areopagitæque *titulum, nonnemo fortassis contendet, quod scilicet Stephanus ejusque deinde frater Paulus Romæ ea præstitisse narrentur, e quibus Dionysium Parisiensem cum* Areopagita *atque Atheniensi episcopo eumdem existimasse queunt videri.*

*Pontificibus ob hic factam objectionem*

264 *Verum rationem, ob quam ita existimasse queant videri, esse admodum infirmam, vel ex eo apparet, quod, quæ Stephanus Papa ejusque frater Paulus Romæ in Dionysii Parisiensis honorem præstitisse narrantur, ea in nonnullorum, ut jam insinuavi, Gallorum, plurimum apud regem suum valentium, a quibus Dionysium Parisiensem pro* Areopagita *præfracte haberi noscebant, gratiam præstare, utut ambos Dionysios existimarent diversos, facile potuerint; ut hic plura in hanc rem afferre necesse non sit. Romanos itaque Pontifices, non tantum, qui ante, verum etiam quosdam,*

A *quosdam, qui post seculum* VIII *medium floruerunt, Dionysium Parisiensem pro* Areopagita *non habuisse, certum atque indubitatum, quod et ab* Areopagitæ, *et ab* Atheniensis episcopi *titulo Dionysio Parisiensi attribuendo semper abstinuerint, manere debet. Negare forsan adhuc pergis? Verum qua ex causa? Anne quod Romæ, dum Dionysii Parisiensis festivam lucem agunt, in ipso Missæ sacrificio ea recitari soleant, quæ* Dionysio Areopagitæ *conveniunt, et unum atque eumdem hos esse, Martyrologium, quo Roma nunc utitur, profitetur? Unicum id est, quod nominatim contra ea, quæ de Romanis Pontificibus jam dixi, potest objici.* At, *inquit in sua de duobus Dionysiis Dissertatione cap.* 6 *Sirmondus,* quam futilis et inanis sit ista ratiocinatio, quis non videt? Nam si propterea quod in Dionysii nostri Missa mentio fit Areopagitæ, confundi utrumque volumus, quid vetat, quo minus, quia in Deiparæ Virginis Assumptione Euangelium Magdalenæ proprium usurpatur, eandem utramque Mariam fuisse contendamus? Quod si absur-
B dum hoc esse ducimus, intelligimusque, Ecclesiam in illo Euangelio alliud nihil spectasse, quam nominum similitudinem, quis satis cautum putet eum, quid aliud in Dionysii lectione spectasse suspicetur? Quare, desinant, si sapiant, hoc argutiarum genere ludificari; desinant et de Martyrologiorum sibi nomine blandiri. Quod enim ad ætatem usque nostram Martyrologium Romæ fuit, quo abuti ad errorem suum possint? Quæ vetustissima fuerunt, ut ipsimet agnoscunt; et Baronius Cardinalis ex Sancti Cyriaci codice confirmat, unicum Dionysium, qui VII Idus Octobres colitur, commemorabant, id est, Parisiensem, de altero silebant, non quod utrumque confunderent; absit, nupera fuit hæc hallucinatio; sed quod hunc unum Romæ celebrari, satis illo tempore videbatur.

*non exceptis silentio involvant,*

265 Ubi vero Areopagitam quoque in Martyrologium referri placuit, suo illum die seorsim, hoc est, V Nonas Octobris adscripserunt, notisque omnibus a nostro discriminarunt. Itaque quod in postrema Romani Martyrologii editione distincti non sunt, novitius error est, ut dixi, a Petro Galesinio, ut ferunt, profectus; qui Hilduinianam secutus hæresim, ut ex duobus Dionysiis unum conflaret, ea, quæ de Areo-
C pagita V Nonas legebantur, in VII Idus transtulit, Parisiensique adaptavit, et, quod mirum est, cordatis hominibus contra veterum exemplarium fidem, et contra Ecclesiæ Romanæ historiam omnem persuasit. *Ita hactenus Sirmondus; et sane, quidquid Romæ agatur modo, quidquid in Romano seu Martyrologio seu etiam Breviario de Dionysio Parisiensi atque* Areopagita *scribatur, id minime, ut hunc a Romanis, de quibus supra, cum Dionysio Parisiensi fuisse confusum, arbitremur, potest efficere. Quid enim, nonne fidem certam atque indubitatam Martyrologio Breviarioque Romano in rebus historicis adhibendam non esse, nec ea, quæ in ecclesiasticis illis libris traduntur, Romanis Pontificibus, quorum approbationem præferunt, attribuenda, eruditi hodie, ipsismet etiam non reclamantibus Romanis Pontificibus, unanimi consensu statuunt, publiceque etiam asseverant? Jam vero, cum res ita habeat, nec concilia, Patres, Romani Pontifices, scriptores denique, qui ante seculum octavum medium de* Dionysio Areopagita, *Parisiensive fuerunt locuti, vel huic* Areopagitæ, *vel illi* episcopi Parisiensis *titulum appellationemve umquam adscripserint, imo cum nec tunc, cum id maxime opportunum ac prope necessarium esset,* Dionysii Areopagitæ, *ad sedem Parisiensem, relicta Atheniensi, transitum commemorarint, quis, quæso, vel hunc tum creditum, vel Dionysium Parisiensem unum atque eumdem cum* Dionysio Areopagita *existimatum tum fuisse, in animum inducat? Imo quis non potius, opinionem contrariam, in Martyrologio Romano parvo, ut supra docuimus, clarissime fundatum, apud omnes tum viguisse, persuasum sibi habeat?*

auctore C. B.

266 *Enimvero quid adhuc, ut eo quisque inflectatur, queat requiri præter ea, quæ et hoc et tribus* §§ *proxime prægressis dicta sunt, haud satis perspicio. Anne forsan, ut apud scriptores, seculo octavo medio antiquiores,* Dionysium Areopagitam *a Dionysio Parisiensi diversum esse atque distinctum, prioremque ex his numquam in Gallias, cathedra Atheniensi relicta, venisse, diserte atque expresse notatum inveniatur? Verum* E *nonne Sancti alii in Gallias non venere, etsi in Gallias non venisse per antiquos nuspiam narrentur? Nonne multi Sancti homonymi pro Sanctis invicem distinctis apud omnes habentur, etsi invicem distincti per scriptores antiquos, qui de iis egerunt, diserte non dicantur? Quisquamne forsan, S. Dionysium, Corinthiorum episcopum, a S. Dionysio, Alexandrino episcopo, atque ab ipso, de quo hic agimus,* Dionysio Areopagita *diversum esse, negabit, quod nullus forte inveniatur scriptor antiquus, qui binos hosce posteriores Sanctos a priori distingui, diserte asseruerit? Quod si id, ut Sanctos hosce aliosque homonymos invicem distinctos agnoscamus, minime requiri respondeas, cur, amabo, ut* Dionysium Areopagitam *a Dionysio, Parisiensi antistite, faciamus diversum, requiratur? Anne quod nullæ etiam, quibus hunc ab illo cognoscere possimus diversum, distinctionis notæ apud scriptores antiquos, qui de illis egerunt, fortassis occurrant? Verum luculentas, quibus Dionysium unum ab altero secernas, distinctionis notas a Romano parvo seu veteri suppeditari, quis, quæso, expensis iis, quæ* § x *disserui, inficias adhuc eat? Ut autem ad* Dionysii *in Gallias adventum seu ad ejus a sede Atheniensi ad Parisiensem transitum adhuc redeam, ultra opponi, audio argumenta, quibus hunc huc usque rejecimus, negativa dum-* F *taxat esse ac proin probare nihil. Fateor, negativa pleraque dumtaxat sunt; verum quid tum? Anne etiam dumtaxat e particulari, non autem ex universali antiquorum silentio sunt petita?*

*ac formata inde supraque adducta, utut negativa pleraque,*

267 *Neutiquam sane; neque enim, quod unus aut alter, sed quod omnes prorsus exploratæ fidei antiqui, qui ante seculum octavum medium floruerunt, scriptores imo et synodi, Patres, Pontifices, de* Dionysii Areopagitæ *ad sedem Parisiensem transitu taceant, huic verosimillime, imo indubie, numquam fuisse locum arbitramur: argumento autem negativo, ut vocatur, hujusmodi plurimum inesse roboris, apud eruditos omnes in confesso est: maxime si factum, circa quod versatur, tale sit, ut aliqui saltem ex iis, a quibus silentio præteritur, id indubie, si fuisset, scituri, scitumque commemoraturi verosimillime fuissent; quod quin hic locum etiam obtineat, dubitandum haud apparet. Quod si enim* Dionysius Areopagita *a sede Atheniensi ad Parisiensem transiisset, quis futurum fuisse, credat, ut eventum*

*argumenta perquam sint valida,*

AUCTORE C. B.

*ventum hujusmodi, qui sane illustris admodum fuisset, universi omnino vel nesciissent, vel si scivissent, silentio præteriissent, etiam non exceptis iis, a quibus ut commemoratur, tum causæ, quam tractabant) ratio, tum temporum et rerum, e quibus scribendi argumentum accipiebant, adjuncta alia requirebant? Quis etiam (pleraque enim, quæ jam supra fuse proposui, modo, ut res clarior evadat, compendio hic repeto) futurum fuisse, autumet, ut* Areopagita, *si ad sedem Parisiensem, relictis Athenis, migrasset umquam, per nullum prorsus a sede Parisiensi, quam ultimo occupasset,* Parisiensis episcopus *appellatus fuisset, perpetua interim Ecclesiæ consuetudine obtinente, ut, qui ab una sede episcopali ad aliam migrant, a sede, non quam primo, sed quam ultimo occuparunt, nuncupentur? Sane, quod ad me pertinet, ita animo comparatus sum, ut nec hoc, nec illud, nec etiam, ut Dionysius Parisiensis, si unus atque idem cum* Areopagita *fuisset, per nullum prorsus scriptorem antiquum* Areopagitæ *titulo fuisset affectus, futurum fuisse arbitrer; quod si autem, ut idem mecum sentias, seu ut* Dionysii Areopagitæ *episcopatum Parisi-*

B *ensem neges, negativis modo adductis, quæ tamen, ut mihi equidem apparet, perquam validæ sunt, rationibus nondum movearis, ad id equidem argumento, quod, e primo Synodi Sardicensis canone formatum, supra proposui, debes moveri.*

*iisque positivum etiam contra eumdem Dionysii episcopatum accedat,*

268 *Hoc enim non adeo est negativum, quin etiam pro positivo queat haberi. Ut res manifesta evadat, canonis verba, quæ huc potissimum faciunt, lectoris oculis iterum lubet hic subjicere. Sic habent:* Nullus in hac re inventus est episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret. *Cum hæc Synodi laudatæ, quæ anno, ut supra jam monui,* 347 *celebrata est, assertio universalis sit, nullumque adeo episcopum, qui* de majore ad minorem *transiisse, ad annum usque* 347 *fuisse, nos edoceat, argumentum sane positivum suppeditat, e quo,* Dionysium Areopagitam, *utpote sub assertione universali, qua nullus episcopus qui a majore civitate ad minorem transiisset, ad annum usque* 347 *fuisse inventus affirmatur, comprehensum, Parisios, relictis Athenis, numquam transiisse, legitime ac recte concluditur. En ergo, quo sane, ut* Dionysium Areopagi-

C tam *numquam ecclesiæ Parisiensi præfuisse episcopum, fatearis, moveri debes, argumentum, non ex antiquorum dumtaxat de re hac silentio, sed ex positiva, quæ et, nullum episcopum ad annum usque* 347 *a sede majore ad minorem transiisse, prodit, et ad* Dionysium Areopagitam *omni dubio procul, utpote universalis, sese extendit, synodi perantiquæ assertione deductum; ut enimvero,* Dionysium Areopagitam *a sede Atheniensi ad Parisiensem numquam transiisse, certum omnino atque indubitatum, tam positiva, quam negativa argumentandi ratione spectata, esse debeat. Nec est, cur hic forsan cum Menardo adhuc opponas, Lutetiam seu Parisios* Dionysii Areopagitæ *ætate seu primo æræ Christianæ seculo comparate ad Athenas nec civitatem parvam, nec hisce extitisse minorem, contendas. Cum enim a Juliano cæsare* πολίχνη oppidum, *et ab Ammiano Marcelino* castellum Parisiorum *appelletur, seculoque adeo æræ Christianæ quarto, quo et Julianus et Ammianus floruere, parva dumtaxat civitas Lutetia exstiterit, tum certe, cum ad eam Athenis migrasse* Dionysium *volunt, seu seculo æræ Christianæ primo civitate Athenien-* D *si, celeberrima juxta atque amplissima, major haud fuerit.*

*opinionem de uno Dionysio quæ hunc illi tribuit, falsam,*

269 *Quod cum ita habeat, veritatique adeo synodi Sardicensis canon supra relatus, si a sede Atheniensi ad Parisiensem* Dionysius *transiisset, nequeat esse consonus, eventui huic, ut jam dixi numquam fuisse locum, manet indubitatum. Hinc porro, cum* Dionysius Areopagita *a synodo Sardicensi, anno, ut dictum,* 347 *celebrata, pro episcopo, qui a sede majore ad minorem, seu a sede Atheniensi ad Parisiensem transiisset, habitus e dictis haud fuerit, consectarium jam fit, ut nec tunc ab eadem synodo unus atque idem cum Dionysio, qui Parisiensium ecclesiæ aliquando exstitisset antistes, fuerit existimatus. Jam vero, cum id ita habeat, quid, quæso, adhuc, ut opinionem, quæ* Dionysium Areopagitam *cum Parisiensi eumdem statuit, ante seculum* VIII *medium viguisse, seu potius, ut opinionem contrariam ante isthanc temporis epocham non viguisse, sustineas, in medium adducas? Anne forsan nec expresse in synodi Sardicensis canone* Dionysio Areopagitæ *episcopum Parisiensem negari, nec Sanctum hunc a Dionysio Pari-* E *siensi asseverari diversum? Ita omnino habet. Verum nec hinc, quod vis, conficitur. Etsi enim, quæ ais, in canone laudato diserte haud exprimantur, ex aliis tamen, quæ idem canon subministrat, legitime consequuntur, uti ex iis, quæ jam dicta sunt, satis superque liquet. Atque ita, iis etiam, quæ de Dionysio Parisiensi sub Decio in Gallias Primum misso, sacrisque* Areopagitæ *reliquiis e Græcia in Gallias allatis argui hic in rem nostram possent, infraque suis locis examinanda venient, prætermissis, opinionem de duobus Dionysiis ante seculum* VIII *medium, imo et ante seculum* V, *viguisse, partim e proxime jam actis, partim ex, aliis, quæ supra et de Martyrologio Romano parvo seu veteri, et de Claromontano Græcorum Synaxario Basilianoque Menologio* §§ 10 *et* XI *disputavimus, extra omnem tandem controversiam positum videtur.*

*aliamque contra de duobus Dionysiis certo esse veram, concluditur.*

270 *Porro cum id ita sit, omniaque prorsus, ut quinque primis Commentarii hujus* §§ *jam ostendi, adducta ab opinionis de uno Dionysio, ut hanc probent seculove octavo medio antiquiorem faciant, patronis monumenta, Visbii nimi-* F *rum conscriptio, Aristarchi, Græcorum chronographi, ad Onesiphorum primicerium epistola, edenda Dionysii Acta aliaque a Metrodoro, Metaphrasta, et Syncello contexta, vel suppositilia prorsus, quod et de aliis nonnullis documentis supra laudatis dicendum, spuriave sint, vel nullam certe, quod nominatim etiam (adi num.* 87) *quantum ad S. Sanctini Acta obtinet, fidem mereantur, quid superest, quam ut opinionem de uno Dionysio post seculum octavum medium demum exortam hac proin opinione opposita, quæ duos Dionysios statuit, longe esse recentiorem, pronuntiemus? Jam vero, cum res ita habeat, opinioque adeo, quæ* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinguit, prius etiam, quam quæ utrumque hunc Sanctum confundit, tradita indubie fuerit, locum hic sequenti, quod supra adhuc recitavi, Tertulliani effato,* Ex ipso ordine manifestatur id esse verum, quod sit prius traditum, id autem extraneum et falsum, quod sit posterius immissum, *tribuere debemus, opinioque proinde, quæ* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi distinguit, pro vera, oppositaque contra, quæ utrumque*

A *utrumque Dionysium,* Areopagitam *scilicet et Parisiensem, confundit, pro falsa debet haberi : quod jam, quantum opinor, rationibus neutiquam invalidis, sed solidis prorsus ac prope invictis, tam luculenter est monstratum, ut ægre deinceps quemquam futurum autumem, qui* Dionysium Areopagitam *a Parisiensi non arbitretur diversum, maxime si considerarit, Methodium, adversariorum achillem, hisce a me supra invicto rationum pondere jam esse ereptum, tum quod Acta a Methodio, viro sane sanctissimo, contexta, in lucem hactenus non prodiisse, tum quod hæc, etiamsi adhuc extarent nec periissent, talia esse, §§ 4 et 5 ostenderim, ut fidem iis, quæ adstruunt, certam atque indubitatam conciliare minime sint nata.*

## § XIV. Nobile Dionysii genus, Patria, divitiæ, doctrina, vitæ probitas, dignitas.

B *Ex Areopagita, quæ Sanctus eminuit, dignitate, fuisse eum genere*

*Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto supra sæpissime laudato num.* 3 *sic scribit :* Genere siquidem eum nobilissimum et philosophiæ magisterio insignem apud Athenas claruisse, et aliarum historiarum et Actuum Apostolorum testimonio secula prisca seu instantia cognoverunt. *Genere itaque* S. Dionysius *præstiterit, si vera de eo hic Hilduinus memoret. Launoyus Sandionysianum hunc abbatem, quod pro generis* S. Dionysii *nobilitate Acta Apostolorum seu S. Lucam, horum auctorem, loco proximo citato laudet, imposturæ insimulat; verum haud recte, quemadmodum ex iis, quæ Commentarii hujus prævii num.* 6 *et* 7 *disserui, unusquisque haud difficulter colliget. Certe* Dionysium *genere nobilem fuisse, vel ex eo liquet, quod Athenis ex Areopagiticorum seu Areopagi judicum senatu exstiterit, nec alii in hunc, quam qui generis nobilitate essent illustres, adsciscerentur, ut Isocrates in Oratione Areopagitica, Budæus in Pandectas, Sigonius de Republica Atheniensium ac tandem S. Maximus in Præfatione, Operibus* S. Dionysii, *aut, si ma-*
C *vis, Scholiis, quæ in hæc contexuit, a sese præmissa, fidem faciunt. Alios missos faciens, Isocratis dumtaxat et S. Maximi, quæ huc spectant; verba transcribo. Prioris, proul Latine a Budæo in Pandectas sunt reddita, hæc sunt :* Majores... nostri usque eo studiosi temperantiæ fuerunt, ut consilium illud Areopagiticum moribus hominum componendis publice præfecerint ; in cujus numerum cooptari solis illis sperare licuit, qui claris natalibus orti virtutibus ac modestiæ documenta permulta honestate vitæ dederant; ex quo tandem factum, ut confessus ille totius Græciæ haud immerito longe sit præstantissimus ; *posterioris vero tom.* 1 *apud Corderium isthæc* : Magni Dionysii nobilitatem et illustres divitias vel solus ipse Atheniensium senatus, in quem consultor adlectus est, manifestat. Areopagitarum enim unus erat, uti D. Lucas declaravit, sacra sanctorum Apostolorum Acta describens. *Hæc, quæ vel sola, Hilduinum ob Lucam pro Dionysii generis nobilitate citatum perperam imposturæ a Launoyo fuisse insimulatum, ostendunt, Sanctus ille Operum, quæ sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, Scholiastes S. Maximus, et quidem ab ipso statim Præfationis laudatæ initio? nonnullis autem interpositis, sequentia adhuc, quæ ad præsens argumentum pariter spectant, verba suppeditat.*

AUCTORE C. B.

272 Sciendum enim, ut præmonui, non cujusvis hominis fuisse, in Areopagi senatum adscribi, sed qui apud Athenienses et genere et divitiis ac vitæ probitate præstabant, atque insuper illustres censebantur, in Areopagi senatu sententiam dicebant. *Atque ista modo, quantum opinor,* S. Dionysium *vel ex eo, quod ex Areopagiticorum seu Areopagi judicum numero esset, generis nobilitate fuisse illustrem, satis superque evincunt. Nec genere tantum præstitisse, sed et patria Atheniensem exstitisse* S. Dionysium Areopagitam, *ex* Areopagitæ, *qua eminuit, dignitate colligendum videtur. Athenis, etiam ante Solonis ætatem, erat magistratus seu curia, novem dumtaxat, ut Sigonius lib.* 1 *de Republica Atheniensium cap.* 5 *docet, viris constans, quorum unus* rex, *alter* archon, *tertius* polemarchus *ac reliqui demum sex* Thesmothetæ *vocabantur; Solon autem, ut non alii, quam qui in illa novem virorum curia vel archontes vel certe Thesmothetæ fuissent, in Areopagum adsciscerentur, lege lata,* E *uti idem Sigonius loco cit. pariter docet, constituit. Porro inter Thesmothetas, quod pariter de curiæ ejusdem rege, archonte et polemarcho, si et his ad Areopagum aditus patuerit, verosimillime dicendum, censeri quemquam, nefas erat, nisi se Atheniensem ex utroque parente a tertia usque generatione probaret. Ita nos diserte docet Julius Pollux, Onomastici lib.* 8, *cap.* 9, *archontibus novem, quorum sex appellantur* Thesmothetæ, *recensitis, hunc scribens in modum :* Ἐκκλεῖτο δέ τις Θεσμοθετῶν ἀνάκρισις · ἐι Ἀθηναῖοι εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας καὶ τῶν δήμων πυθέν · καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς πατρῷος καὶ Ζεὺς ἕρκειος · καὶ εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι · καὶ εἰ ἐστρατεύοντο ὑπὲρ τῆς πατρίδος · καὶ εἰ τὸ τίμημα ἐστὶν αὐτοῖς etc. Erat autem quoddam Thesmothetarum examen appellatum ; an scilicet ex utroque parente a tertia usque generatione Athenienses essent ; et ex quibus populis. An Apollo esset illis Patrius et Jupiter Herceus. An parentibus bene facerent. An pro patria militarent et an censum idoneum haberent etc.

*nobilem, indubitatum apparet, utque hinc etiam patria extitisse*

F *Atheniensis credatur, nonnulla suadent. Attamen an vere*

273 *Porro Halloixius, Societatis nostræ sacerdos, in illustrium ecclesiæ Orientalis Scriptorum, qui primo Christi seculo floruerunt, Vitis pag.* 621, *ubi notationes in contextam a se Hierothei Vitam orditur, iisdem fere, quæ de Atheniensium Thesmothetis jam protuli, præmissis subjungit :* Hujus examinis, *quod scilicet Thesmothetæ antequam in Areopagum adsciscerentur, subire debebant,* seu disquisitionis seu inquisitionis (tot enim nominibus vocari potest) mentionem aliquam strictim attigit Demosthenes, ille oratorum Græciæ princeps in appellatione contra Eubulidem extrema, ubi probare nititur, se utrimque esse Atheniensem ; et Apollinis Patrii et Jovis Hercei habere gentiles. Vide ejusdem Demosthenis orationem in Neæram, præsertim in Decreto de Platæensibus. Atque ut intelligatur, quanti Athenienses civitatem suam fecerint, scribit in eadem oratione Demosthenes, legem apud eos fuisse, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δῖ ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην, « non « licere facere Atheniensem, nisi eum, qui ob « strenuam populo Atheniensi navatam operam « dignus sit fieri civis. » Additque, donationem non fuisse ratam, nisi amplius, quam sex millium

AUCTORE C. B.

lium virorum Atheniensium occultis suffragiis in concione sequenti comprobaretur. *Atque ex his quidem omnibus, patria sane Atheniensem exstitisse* S. Dionysium Areopagitam, *verosimillimum, imo vix unum indubitatum potest videri. Cum enim Areopagita seu senator areopagiticus exstiterit, antea vel archontis vel certe Thesmothetæ, qui, quemadmodum e jam dictis liquet, patria Atheniense esse debuerunt, munere functus fuerit, uti e supra dictis statuendum apparet.*

*patria Atheniensis fuerit Dionysius, Cæsarii hic allatum,*

274 *Attamen hic duo, ob quæ, an vere* Dionysius *patria Atheniensis fuerit, dubitari potest, alia ex parte occurrunt; primum est, legem seu consuetudinem, qua, qui apud Athenienses Thesmothetarum munere fungebantur, Athenas pro patria habere debuerint, priscis dumtaxat temporibus, at non item, ut apparet,* Dionysii *ævo in usu fuisse; alterum, non Athenis, sed e Thracia ortum* Dionysium *esse, a B. Cæsario, S. Gregorii Nazianzeni fratre, qui seculo* IV *floruit, Quæstionum Theologicarum, prout augustæ Vindelicorum anno* 1626 *editæ sunt, affirmari. Verba, quibus id ibidem a sancto illo scriptore fit, hæc sunt* : In Thracia Martem, ab execratione cognominatum, ex qua nobis tamquam ex immorigero Esaü Dionysius Areopagita ortus est, qui fuit divinorum Apostolorum discipulus *etc. Quod si itaque Cæsario standum hic sit,* Dionysius, *non Athenis, sed in Thracia natus potest videri. Verum nihilne est, ob quod ab adducto Sancti hujus testimonio cum reverentia recedere fas sit? Possitne etiam ita exponi, ut non de natalibus, quos in Thracia sortitus* Dionysius *fuerit, sed de nostri hujus Sancti majoribus, qui in Thracia orti fuissent, Cæsarius locutus intelligatur? Neutiquam sane, quo minus ita exponeretur Cæsarius, refragarer, imo contra sic certo exponendum, arbitrarer, si modo aliunde, patria* Dionysium *fuisse Atheniensem, sat solide posset probari. Verum anne res secus haud habeat, dubitari posse videtur. Calmetus quidem in Dictionario Biblico de* Dionysio Areopagita *sic scribit* : Atheniensem civem illum *nimirum* S. Dionysium Areopagitam) appellat S. Chrysostomus ibidem, (*nempe lib.* 4 *de Sacerdotio cap.* 7) nec sine veri specie; plerumque enim e civibus assumebantur Areopagitæ. Alii e Thracia Virum accersunt; cujus tamen opinionis fides non nisi ex unico teste et certe minoris authoritatis, quam ut valeat, ad persuadendum petitur.

*cui Chrysostomus, quemadmodum ostenditur,*

275 *Verum S. Chrysostomus, qui hic allegatur, quique, si* S. Dionysium Areopagitam *patria Atheniensem aperte faceret, auctoritatem S. Cæsarii, utpote huic æqualis, auctoritate sua aut elideret, aut etiam superaret, loco per Calmetum cit. sequentia tantummodo, quæ ad præsens institutum spectant, verba suppeditat* : Ὁ δὲ Ἀρεοπαγίτης ἐκεῖνος, ὁ τῆς δεισιδαιμονεστάτης πόλεως ἐκείνης οὐκ ἀπὸ δημηγορίας μόνης ἠκολούθησεν αὐτῷ μετὰ τῆς γυναικός; *etsi autem hæc in vulgatis Operum S. Chrysostomi editionibus Latine ita exponantur, ut,* Dionysium Areopagitam *exstitisse urbis Atheniensis civem, diserte significent, id tamen, quod vult Calmetus, minime, si in Græco suo fonte considerentur, evincunt. Cum enim apud Græcos articulos præpositivus cum subsequente nominis substantivi genitivo possessionem effectumve pro varia rei, de qua sermo fit ratione secundum accuratæ Syntaxeos præcepta significet, cur, quemadmodum in vulgatis Chrysostomi editionibus fit, Græca hæc Sancti hujus verba* ὁ τῆς δεισιδαιμονεστάτης πόλεως ἐκείνης *Latine exponi,* superstitiosissimæ urbis illius civis, *necessarioque, adeo,* Dionysium Areopagitam *exstitisse civem Atheniensem, significare debeant, haud satis perspicio. Quid ni enim vocabulo* civis *vocabulum* incola *possit substitui? Sane, cum quicumque urbem quampiam incolunt, certo modo, sive sint sive non sint hujus cives, spectare ad eam haud inepte dicantur, civemne Atheniensem, an incolam dumtaxat recitatis verbis* Dionysium Areopagitam *faciat Chrysostomus, dubium admodum apparet. Adhæc demus etiam, civem Atheniensem a Chrysostomo diserte appellatum* loco cit, *fuisse* Dionysium Areopagitam, *nec hinc consectarium erit, ut vel Athenis natus is Sanctus noster fuerit, vel ut ibi ejus natales locare Chrysostomus per verba huc transcripta voluerit.*

*non adversatur, testimonium, legisque antiquæ qua Areopagitæ Athenienses esse*

276 *Cum enim haud raro hodie fiat atque olim etiam factum sit, ut celeberrimæ quæque ac potentissimæ urbes in civium suorum numerum exteros etiam, seu meritorum intuitu, seu pretio accepto, seu alia demum ex causa retulerint, quid ni factum esse queat, ut et* Dionysius, *etsi Athenis haud natus, urbis tamen Atheniensis ob singularia sua in hanc officia ac merita civibus fuerit adscriptus, et a Joanne Chrysostomo civis Atheniensis idcirco fuerit appellatus? Olim quidem apud Athenienses externum prorsus nullum, nisi qui ob strenuam populo Atheniensi navatam operam fieri civis censeretur dignus, in civium Atheniensium numerum fuisse receptum, eoque a nemine nisi difficulter admodum potuisse pertingi, e supra recitatis ex Halloixio Demosthenis verbis est perspicuum. Verum, etsi quidem* Dionysii Areopagitæ *ætate, qui in Areopagum adsciscerentur, patria Athenienses esse adhuc debuerint, severam tamen illam legem a Solone, ut apparet, primum latam ac deinde a Demetrio, Antigoni Macedoniæ regis filio instauratam, qua quicumque essent extranei, a civitatis Atheniensis jure adipiscendo arcerentur, antiquatam seu abrogotam* Dionysii *Areopagitæ ætate fuisse, verosimillimum apparet, uti etiam tum non amplius, qui in Thesmothetarum curiam adsciscerentur, Athenienses sese ex utroque parente, a tertia usque generatione, comprobare debuisse. Ea sedet sententia, quod, quamvis quidem celeberrimus juxta ac illustrissimus Areopagitarum Athenis senatus quarto etiam æræ Christianæ seculo seu Eusebii Cæsareensis ætate, utut a plurimis tyrannis oppressus atque a Romanis subjugatus, nondum esset extinctus, plurimas tamen vicissitudines passus fuisset, nec verosimile appareat talem personarum, qualis antiquitus habitus fuerat, delectum in eo haberi* Dionysii *etiam ætate perrexisse.*

*debebant, ætate Dionysii abrogatio dubitare facit,*

277 *Et vero id tum haud amplius fuisse factum, ex eo efficitur perspicuum, quod diu etiam, antequam* Dionysius *nasceretur, Athenas in potestatem suam Romani redegissent, tuncque hi etiam in senatum Areopagiticum adsciti Areopagitæque adeo subinde fuerint creati, ut Joannes Meursius in libro, qui* Areopagus sive de senatu Areopagitico *inscribitur, cap.* 5 *e Ciceronis in Oratione pro L. Cornelio Balbo testimonio et antiqua quapiam Inscriptione Græca docet. Et hanc et illud huc transcribo. Ciceronis testimonium his concipitur verbis* : Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros cives, Athenis in numero judicium atque

A que Areopagitarum; *Græca autem inscriptio, cui et Latinam a me adornatam interpretationem adjungo, sic habet*: Τον. λαμπροτατον. Ανθυπατον. τῆς. ελλαδος. ρουφιον. φηστον. καὶ. Αρεοπαγειτην. η. ἐξ. Αρεοπαγου. βουλη. καὶ. η. βουλη. τῶν. Τριακοσιων. καὶ. ο. δημος. ο. Αθηναιων. ευνοιας. ενεκα. καὶ. ευεργεσιας. τῆς. περι. τὴν. πολιν. ανεστησεν. προνοουντος. φλαβιου. Πρυλαδου. Clarissimum consulem Græciæ Rufium Festum etiam Areopagiten senatus Areopagiticus et trecentorum tribunal et populus Atheniensis, benevolentiæ et beneficentiæ in civitatem exhibitæ ergo, creavit, procuratore existente Flavio Prylado. *Cum itaque lex antiqua, qua, ut, qui in Areopagum adsciscerentur, patria Athenienses essent, fuerat statutum, Sancti nostri ætate, uti e jam dictis liquet, esset abrogata, sane, anne hic patria Atheniensis vere exstiterit, dubium esse necesse est.*

*etsi interim patria Atheniensis vero similius exstiterit:*

278 *Verum, etsi id ita sit,* Dionysium *equidem Athenis fuisse natum seu patria Atheniensem exstitisse, verosimilius apparet. Ea sedet sententia, primo quidem, quod, quamvis* Dionysii *ætate Romanis etiam ad senatum Areopa-*

B *giticum aditus patuerit, ex omnibus tamen, qui huic adscribebantur, plerique etiam tum, ut verosimillimum apparet ac Calmetus verbis supra recitatis observat, Athenienses patria exstiterint; deinde vero, quod, quamvis per verba, num.* 274 *recitata, Chrysostomus supra relato Cæsarii,* Dionysium *e Thracia ortum asserentis, testimonio aperte e jam dictis haud adversetur, id tamen ita queat exponi, ut non de* Dionysio, *sed de ejus dumtaxat majoribus, qui in Thracia natales nacti fuerint, intelligatur. Sic S. Gregorius Nazianzenus, supra jam sæpius memoratus, etiamsi ab Euphranta, episcopo Thyanensi, in Synodi quintæ Collatione quinta ex Arianzo ortus dicatur, Nazianzi tamen natus esse seu patria (Operis nostri tom.* 2 *Maii pag.* 376 *in Annotatis ad lit.* u *videsis) Nazianzenus exstitisse creditur, quod Euphrantas de Gregorii parentibus, qui Arianzi, Gregorio interim a matre Nazianzi in lucem edito, nati essent, queat intelligi. Adhæc, etsi quidem lex antiqua, qua, qui in Areopagum admittebantur, Athenienses esse debebant,* Dionysii *ætate jam esset e dictis abrogata, fieri tamen potest, ut id dumta-*

C *xat quantum ad Romanos, quod hisce, utpote rerum dominis, cedendum Atheniensibus foret, locum habuerit; ut proinde* Dionysius, *cum ex senatu Areopagitico extiterit, eoque, si Thrax, quemadmodum e Cæsario potest contendi, nativitate exstitisset, pervenire haud potuisset, patria Atheniensis verosimilius exstiterit. Atque hinc jam potest colligi, respondendum quid sit, si quis forsan, quod* Dionysii *ætate etiam Romani, qui certe Athenienses non erant, in Areogagum fuerint admissi, in hunc quoque, qui nobiles non essent, fuisse tum admissos, atque adeo* Dionysium *forte nobilem non fuisse, contendat. Adhæc, quin Romani ipsimet, qui* Dionysii *ætate, imo etiam ante hanc inter Areopagitas fuerunt adsciti, nobiles genere exstiterint, dubitandum haud apparet.*

*porro cum Areopagitæ eruditione juxta ac probitate*

279 *Ceterum ut ad id, quod contra Sancti nobilitatem adhuc posse objici, modo observo, hac etiam occasione respondeam, Meursius supra laudatus, promiscue omnes, Athenis in Romanorum potestatem redactis, fuisse in Areopagum cooptatos, cap.* 5 *de Senatu Areopag. scribit; verum Luciani textus, quem in rem suam af-*

AUCTORE C. B.

*fert, neutiquam hanc, uti illum consideranti patescet, probatam dat; ut adeo, eodem etiam textu non obstante, genere equidem nobilem fuisse* Dionysium, *sit tenendum. Ad alia, quæ pariter ex Areopagitæ, qua Dionysius eminuit, dignitate, de hoc Sancto nostro, ad fidem nondum converso, adstruenda videri queunt, reve etiam ipsa adstruenda sunt, jam progrediamur. Georgius Pachymeras in suo ad contextam a se Operum* S. Dionysii Areopagitæ *Paraphrasim Procœmio sequentia isthæc, quæ Latine huc transcripsisse sufficiat, verba suppeditat.* Non.... cujusvis erat inter Areopagitas censeri, sed quemmulta sapientia et proba vita et omnibus culpæ vacatio ad tantam evexerat dignitatem. *Michaël Syncellus, cujus verba Latine pariter dumtaxat transcribo, in adornato a se* S. Dionysii *encomio sic scribit:* Unde *(e civitate Atheniensi nempe)* iste Dionysius ortum accepit, et ubi præses nobilissimus ac inter Areopagi judices primas obtinens, magistratum honorarius judex agebat, quorum præcellentia generis et insignis gloria ab Androtione ac Philochoro, Atheniensibus scriptoribus, copiose litteris mandata est. Hinc etiam est facile conjicere, parentes ejus E optimates, præstabiles ac virtute claros fuisse. Neque enim apud Athenienses, homines magnanimos, in tam sublimem principatum evectus esset, nisi sapientiam et animi ornamenta, prudentiam, justitiam, fortitudinem illustri etiam generi conjunxisset.

*uti hic ex Socrate, Isocrateque,*

280 *Cum itaque, qui in Areopagiticum senatum apud Athenienses cooptabantur, sapientiæ etiam laude ac vitæ probitate, uti verbis hic jam recitatis Pachymeras et Syncellus docent, conspicui esse debuerint, ex eo certe, quod Areopagitarum unus* S. Dionysius *exstiterit, consectarium fit, ut et multarum rerum scientia juxta ac vitæ probitate excelluerit. Ne quis autem, quod Pachymeras et Syncellus, non prius, quam aliquot jam a* Dionysii *ætate seculis elapsis, vixerint, imo etiam quod Syncellus quæpiam etiam, uti ex infra dicendis patescet, a veritate aliena aut nullo certe fundamento innixa jam datis verbis scribat, in dubium, an tales, quales bini hi scriptores aiunt, Areopagitæ esse debuerint, fortassis revocet, opportune hic occurrunt duo scriptores longe antiquiores, Socrates nempe et* F *Isocrates; quorum prior (Latine iterum dumtaxat amborum verba do) ad Periclem apud Xenophontem Memorabilium lib.* 3 *ait:* Senatus vero Areopagiticus, o Pericles, an non ex probatis constat? *Posterior autem in oratione Areopagitica sic habet:* Ego vero multa me dicturum esse fateor, quæ illis recepta sunt; non quod Lycurgus illa vel invenerit, vel excogitarit; sed quod majorum nostrorum gubernationem quam optime imitatus democratiam apud ipsos instituit, aristocratia temperatam, qualis apud nos fuit; et magistratus non sortito, sed per suffragia creari voluit legemque tulit, ut seniores, qui rebus omnibus præsunt, tanto studio et cura legerentur, quanta ferunt majores nostros legisse eos, qui Areopagitæ futuri essent. *Adhæc non tantum, quæ supra Socrates, et quæ hic de cura, qua, qui Areopagitæ futuri essent, electi fuere, Isocrates memorat, virtute hosce insigni fuisse conspicuos, argumento sunt; verum etiam virtute juxta ac sapientia eosdem excelluisse, vel ex eo colligere fas est, quod, quemadmodum apud antiquos memoriæ proditum invenitur, in senatu Areopagitico*

AUCTORE C. B.

*tico tam sancte semper ac juste judicatum fuerit, ut nec reus quisquam, nec actor de sententiæ iniquitate merito umquam conqueri potuerit.*

*ac aliis scriptoribus Græcis,*

281 *Demosthenes, Oratione in Aristocratem de Areopago sermonem instituens, apud Joannem Meursium in Areopago pag.* 24 *Latine e scriptoris hujus versione ait*: Hic tantum nemo umquam, vel reus damnatus, vel actor causa cadens, ostendere potuit, judicia perperam data esse. *Eodem recidunt, quæ Aristides in Panathenaïca apud eumdem Meursium loco cit. scribit. Audi, qui Latine abs hoc redditus loquatur.* Nihil enim est, *inquit*, Areopago excellentius invenire, si quis quærat, nec secus atque ex aquis vatidicis flatus una solent submitti, hic etiam locus perfectam juris scientiam ac prope divinam videtur emittere. Itaque tanto omnium consensu honoratur, ut ejus judiciis qui vincuntur, pariter ac victores, sint contenti. *Lycurgus oratione in Leocratem ita ex ejusdem iterum Meursii versione loco cit. Latine in Areopagi laudem profatur.* Pulcherrimum habentes Græcorum exemplum concilium in Areopago; quod inter cetera tribunalia tantum excellit, ut etiam ipsi,
B qui convicti, fateantur juste omnino judicari. *Atque hæc sane, ut eos, qui amplissimo (neque enim hi, uti apud Meursium in Areopago cap.* 5 *videre licet, numero pauci erant) senatui Areopagitico essent adscripti, sapientiæ simul et virtutis ac nominatim justitiæ laude fuisse illustres, credamus, scriptorum antiquorem testimonia jam allata sufficiunt; attamen ut res amplius patescat, lubens hisce, quod de Messeniis, qui, bellum Lacedæmoniis illaturi, causam suam prius Areopagitis judicandam proponere voluerunt, Pausanias scribit, e Meursii iterum versione adhuc addo.* Redditum, *inquit in suis Messenicis*, a se non fuisse Polycharem Lacedæmoniis *(Messenii)* dicunt, quod neque ipsi dedidissent Euæphnum; voluisse tamen se vel apud Argivos, qui utriusque civitatis essent consanguinei, vel in Amphictyonum consilio causam cognosci; voluisse etiam rem eandem permittere senatui Atheniensium Areopagitico, qui de cædibus jam dudum cognoscere solitus esset.

C 282 *Cum itaque e regionibus etiam exteris causæ dijudicandæ ad Areopagitas deferrentur, id enimvero, eximia hosce eruditionis juxta ac virtutis et nominatim æquitatis fama quam maxime inclaruisse, argumento etiam est. At vero, ne quis forsan, rem ita quidem, diu ante* Dionysii *ætatem, at non item, hac jam existente in cursu, seu, Romanis Athenarum jam dominis, habuisse, iterum hic objiciat, Pausaniæ scriptorem Latinum Valerium Maximum etiam adjungo, qui lib.* 8, *cap.* 1 *sic scribit*: Materfamilias Smyrnæa virum et filium interemit, cum ab ipsis juvenem optimæ indolis, quem ex priore viro enixa fuerat, occisum comperisset. Quam rem Dolabella ad se delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegavit; quia ipse neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam, justo dolore impulsam, sustinebat. Consideranter et mansuete populi Romani magistratus; sed et Areopagitæ quoque non minus sapienter, qui, inspecta causa, et accusatorem et ream post centum annos adesse jusserunt, eodem affectu motui, quo Dolabella. *Idem etiam, quamquam aliis verbis, lib.* 12 *Noctium Atticarum cap.* 7 *refert Gellius. Quare, cum hinc Romani etiam difficiliores causas Areopagitarum judicio subinde commi-*

*uno etiam Latino ita adjuncto, probatur,*

*sisse videantur, imo etiam, ut Athenæ, teste in* D
*sua ad S. Dionysii Opera Præfatione S. Maximo, propriis suis legibus uterentur, libereque, ut ante, muneribus suis Areopagitæ fungerentur, per tempus sat longum (Meursium de Senatu Areopagitico cap.* 3, *pag.* 16 *videsis) permiserint, hosce sane etiam tum, cum Roma Athenis jam dominaretur atque inter illos* Dionysius *ageret, doctrinæ juxta ac æquitatis et virtutis fama inclaruisse, pro indubitato videtur habendum.*

*insuper enituerint, imo etiam divitiis valuerint,*

283 *Ciceronis quidem verba, num.* 277 *recitata, quibus orator ille, ætate sua fuisse in Areopagitico senatu, qui imperiti essent, insinuat, efficere utcumque queunt, ut nonnullos etiam, qui a scientia doctrinaque commendari haud mererentur, inter Areopagitas Sancti nostri ætate fuisse repertos, existimemus; verum ibidem Cicero de Romanis, in Areopagum adscitis, dumtaxat loquitur; qui cum in hunc, ut appareret, non tam virtute ac naturæ, quibus pollebant, dotibus spectatis, quam potestatis, qua apud Athenienses erant, ratione habita, fuerint adlecti, factum facile esse potest, ut quidam ex iis non tantum rerum peritia scientiaque, verum*
etiam, *quod et re ipsa de nonnullis factum,* E
*Meursius in Areopago suo cap.* 5 *pag.* 31 *insinuat, virtute ac probitate destituti fuerint, licet interim alii, qui in Areopagi judices cooptarentur, tales essent, quales Areopagitæ fuisse supra a Socrate aliisque asseruntur. Quidquid itaque sit de recitatis Ciceronis verbis, dubitandum equidem non apparet, quin plerique saltem, qui a Romanis essent diversi, atque Areopago Sancti nostri ætate adscriberentur, iis animæ dotibus, quas in Areopagitis requisierat antiquitas, exornati fuerint, variarum etiam idcirco rerum ac vel maxime legum cognitione ac virtute spectabiles. Nec etiam, quin Areopagitis insuper a divitiis ac rerum copia sufficienter fuerit prospectum, est ambigendum. Id enim Pollucis ac S. Maximi verba, num.* 272 *recitata, luculentissime nos docent.*

*prærogativis illis omnibus, at non item primario inter Areopagitas*

284 *Jam vero, cum id aliaque, quæ de Areopagitarum prærogativis* § *præsenti disserui, ita, ut dixi habeant,* Dionysium Areopagitam, *non tantum generis nobilitate Atheniensibusque, ut verosimilius apparet, natalibus, verum etiam divitiis, virtute ac doctrina, imo et Philosophiæ* F
*scientia, quidquid contra nonnulli arguant, apud Athenienses, priusquam ad fidem converteretur, effulsisse, ex Areopagitica, qua eminuit, dignitate modo habemus. Verum anne ex hac pariter* Dionysium Areopagitam *et sacerdotem ethnicum et senatus Areopagitici præsidem exstitisse, merito potest colligi? Neutiquam sane. Ait quidem Michaël Syncellus supra huc transcriptis verbis,* Dionysium *in Areopago et præsidem nobilissimum exstitisse, et inter senatus illius judices primas obtinuisse; verum id ex sola, qua Sanctus enituit, Areopagitæ dignitate colligi non posse, nemo non videt; ut plura hac de re hic disserere necesse non sit. At vero, cum res ita habeat, unde id, quod de prima* Dionysii *in Areopago dignitate scribit, Syncellus hausit? Cum nihil prorsus, quod ei suffragari illa in re utcumque queat, in anterioribus seu antiquioribus scriptoribus monumentisque inveniatur, id verosimilius e conjectura quapiam longius, quam par sit, petita, unique forsan e vigente inter plebem, magnificos Sanctorum titulos facile admittere assuetam, rumore in litteras miserit. Utut sit, cum equidem fons, e quo hauserit, penitus sit incognitus,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *gnitus, atque a* Dionysii *ætate pluribus seculis remotus Syncellus vixerit, locum hic habere debet sequens Baronii effatum :* Quod de rebus adeo antiquis sine alicujus vetustioris scriptoris testimonio profertur, contemnitur.

*loco sacerdotalique dignitate apud Athenienses etiam effulserit.*

285 *Atque hæc de primario inter Areopagitas loco*, Dionysio *absque fundamento adscripto, sufficiant; quod autem ad sacerdotalem, qua apud ethnicos etiam eminuerit, dignitatem jam spectat, Baronius tom.* 1 *Annalium Ecclesiasticorum ad annum* 47, *num.* 35 *sic scribit* : Apud Athenienses in celeberrimo illo, ore omnium laudato, judicio, quod dicebatur Areopagus, sacerdotes itidem judices erant; summusque omnium sacerdos rogans sententiam singulorum, suffragio colligebat; *quod si autem vera hic memoret vir eruditissimus, ex Areopagitica, qua* Dionysius *enituit, dignitate consectarium etiam erit, ut is, ad fidem nondum conversus, sacerdotium præterea, quale scilicet apud ethnicos fuit, cum Areopagitici senatoris dignate habuerit conjunctum. Verum nec ea, quæ*
B *recitatis Baronii verbis continentur, in ullo antiquitatis testimonio sunt fundata. Decretum quidem Areopagiticum, ea exprimens, quod Josephus historicus recitet, pro assertis suis, in margine etiam scriptoris hujus Antiquitatum lib.* 14, *cap.* 16 *citato, laudat; verum apud Josephum nec ibi, nec ullo loco alio vel vola vel vestigium eorum, quæ de Areopagitarum sacerdotio Baronius prodit, invenitur, ut hic verosimillime (nescio, quo pacto) in errorem lapsus sit vir præclarissimus, rebus aliis, quas in vastissimo suo Annalium Ecclesiasticorum libro tractabat, nimium distractus.*

## § XV. Ad fidem a S. Paulo Apostolo Dionysius convertitur; qui, qua ejus ætate et quando id factum, et an Damarim uxorem habuerit.

*Ad fidem cum Damari et aliis Dionysius convertitur :*

*Athenas tandem S. Paulus Apostolus, cum Thessalonicæ et Berææ Evangelium non sine fructu, Judæis licet utrobique tumultuantibus, prædicasset, deductus fuisse Actorum* 17, ℣. 15
C *narratur, ac tum mox subditur* : Paulus autem cum Athenis eos *(Silam et Timotheum)* expectaret, incitabatur spiritus ejus in ipso, videns idololatriæ deditam civitatem. *Hinc itaque, ut sacer Actorum auctor Lucas narrare pergit, non tantum cum Judæis, synagogam ibidem habentibus, sed etiam cum Epicureis et Stoïcis philosophis quotidie disputans, a nonnullis, quibus deos novos annuntiare videbatur, ad Areopagum idcirco seu senatum Areopagiticum, ad quem scilicet (adi de Senatu Areopagitico seu Areopago pag.* 34 *et* 73 *Meursium) de Religione novisque seu peregrinis, quæ a majoribus instituta non essent, cognoscere ac judicare spectabat, est tractus.* Et apprehensum eum, *inquit* ℣. 19 *Lucas*, ad Areopagum deduxerunt, dicentes : Possumus scire, quæ hæc nova, quæ a te dicitur, doctrina? *Porro Paulus, cum jam in Areopagi (celebris hic, quo Areopagitæ convenire solebant, Athenis locus erat) medio staret, orationem plane egregiam spirituque Dei plenam, quam Lucas cap. cit. a* ℣. 22 *usque ad* ℣. 31 *integram recitat, ad celeberrimi illius tribunalis judices aliosque adstantes habuit, cumque Dominicæ a mortuis Resurrectionis mentionem fecisset, ultra prosequi ei non licuit. Etenim, ut Lucas* ℣. 32 *et binis seqq. mox subjungit,* Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exivit de medio eorum. Quidam vero viri adhærentes ei crediderunt; in quibus et Dionysius Areopagita, et mulier, nomine Damaris, et alii cum eis. *Etsi itaque S. Paulus Apostolus orationem, quam in Areopago habuit, abrumpere fuerit compulsus, haud omni tamen fructu ea caruit, imo contra insigni omnino fuit coronata, uno etiam ex Areopagitis,* Dionysio *scilicet nostro, ad fidem Christi conversо una cum aliis nonnullis, quos inter exstitit et mulier, nomine* Damaris.

Auctore C. B.

287 *Atque hæc, nec plura, de Sancto nostro in sacra Scriptura leguntur; etsi autem pauca dumtaxat sint, quatuor tamen potissimum nobis hic modo discutienda offerunt, videlicet qui, qua ætate et quando* Dionysium *ad fidem converti contigerit, adhæc an Damarim, cum qua ad fidem conversus a Luca narratur, uxorem habuerit. Ab eo, quod posterius est, discutiendo duco initium. Textus Græcus, proximejam recitato, quo* Dionysius Areopagita *et mulier nomine* Damaris, *aliique cum eis a S. Paulo Apostolo ad fidem fuisse conversi Actorum* 17, ℣. 34 *seu ultimo narrantur, textui Latino respondens, sic habet* : Τινὲς δὲ ἄνδρες κολλη θέντες αὐτῷ ἐπίστευσαν · ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς · *cum autem tam vox Græca* γυνὴ, *quæ hic occurrit, quam vox* mulier, *quæ supra in textu Latino legitur, ex sese non magis ad* uxorem, *quam ad* quamvis mulierem *significandam determinata sit, fueritne in hac, an in illa significatione a Luca, qui Acta Apostolorum Græco idiomate conscripsit, vox Græca* γυνὴ *usurpata, dubitari posse videtur, imo, licet a Luca in posteriori significatione usurpata plerisque eruditis videatur, sunt tamen etiam nonnulli, qui eam dumtaxat ad significandam* uxorem *a Luca loco cit. adhiberi, existimant. Atque hos quidem inter non infimum locum tenet Halloixius, Societatis nostræ sacerdos.*

*vocem mulier, qua hæc a Luca afficitur, significare ibi uxorem*

E

F

*Halloixius, cujus verba, eo spectantia,*

288 *Ut rationes, quibus hic opinionem illam stabilire in Illustrium ecclesiæ Orientalis scriptorum Vitis pag.* 228 *nititur, melius intelligantur commodiusque simul examinentur, ipsamet, quibus a scriptore illo proponuntur, verba majori ex parte huc transcribo. Sic itaque habent:* Si Euangelistæ verba diligenter attendantur, satis et mens ejus et verborum significatio inclarescet. Nam mihi quidem satis evidens est, voluisse Euangelistam primo aperire generatim nonnullos Paullo adhæsisse, atque (ut vis Græcæ vocis κολληθέντες retineatur) conglutinatos fuisse, et in Christum credidisse : deinde speciatim designare Dionysii Areopagitæ domum hoc est, ipsum et uxorem et domesticos, cum dixit : ἐν οἷς καὶ Διονύσιος etc, quæ clarius sic versa essent : „ inter quos et Dionysius Areopagita et „ uxor nomine Damaris, et ceteri cum eis, „ hoc est, domestici, exemplum patris et matris-familias secuti. Nam vox ἕτεροι proprie est CETERI, cum hæc ex illa facta sit. Quare illæ voces „ et alii cum eis, „ non significant alios omnes præter Dionysium et Damarim (sic enim bis

AUCTORE C. B.

idem diceretur, quandoquidem de aliis supra dictum sit; « Quidam vero viri adhærentes ei, « crediderunt » ) sed tantum significant eos, qui conjunctim cum Dionysio et Damari crediderunt, atque eorum exemplo et incitamento, sive totam familiam. Verum quidem est, quod sensus clarior exstitisset, si vox αὐτοῦ ejus addita fuisset et dictum καὶ γυνὴ αὐτοῦ « et mulier ejus. » Verum id non solet aut certe non est necessarium; quod multis exemplis firmari potest.

*hic recitantur,*

289 Neque enim ipse S. Chrysostomus ( quem a nobis esse, qui contraria sentiunt, confitentur ) cum γυναῖκα pro uxore usurpavit, neque ipse, inquam, addidit vocem αὐτοῦ ejus, quo clariorem suam sententiam redderet, sed simpliciter ita dixit libro quarto de Sacerdotio : Ὁ δὲ Ἀρεοπαγίτης ἐκεῖνος, ὁ τῆς θεισιδαιμονεστάτης πόλεως ἐκείνης οὐκ ἀπὸ δημηγορίας μόνης ἠκολούθησεν αὐτῷ μετὰ τῆς γυναικός ; quæ interpretes sic verterunt, et bene « Areopagita ve- « ro ille urbis istius superstitiosissimæ civis, nonne « ad solam orationem » [Pauli scilicet] « una cum « uxore illum secutus est? » Ubi tamen non dixit

B μετὰ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, cum uxore sua. sed solum μετὰ τῆς γυναικὸς, « cum uxore. » Satis enim intelligitur. Ita et in sacris Litteris illud αὐτοῦ frequenter omittitur, ut in priori ad Corinthios capite 7, versu 3. « Uxori vir debitum reddat, « Græce est, Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὐνοιὰν ἀποδιδότω. Ubi non est dictum τῇ γυναικὶ αὐτοῦ uxori suæ. Sic in eodem ipso capite sæpius. Neque fovet contrariæ sententiæ, quod in Latino apud Lucam sit mulier. Idem enim ibi est atque uxor. Sicut et in isto Paulli eodem capite 7, versu 4 « Mulier sui corporis potesta- « tem non habet, sed vir. Similiter autem et vir « sui corporis potestatem non habet, sed mulier. « Ubi vox mulier bis ponitur pro uxor, et Græce utrobique est γυνή. Nec aliter fere in Scriptura uxor effertur, quam per vocem γυνή. Quo in significato reperies usurpatam vocem γυνή apud Paullum in unico capite jam citato saltem decies sexies et frequenter quidem sine pronominis additione. Sic versu vigesimo septimo : Δέδεσαι γυναικί ; μὴ ζήτει λύσειν. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός ; μὴ ζήτει γυναῖκα. « Alligatus es uxori? noli quæ- « rere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quæ-

C « rere uxorem. « Sic versu XI dixerat : Καὶ ἄρα γυναῖκα μὴ ἀγίεναι. « Et vir uxorem non di- « mittat. »

*contendit : ast, cum vox ea nec ex se*

290 *Hactenus Halloixius, neque vero omnino inepte, vocem* γυνὴ, *Latine* Mulier, *ad significandam uxorem in supra recitato textu sacro a Luca adhiberi, contendens ; ut sane vel ex hisce, quæ hic profert, satis superque liqueat, Hilduino, contra ac Launoyus ( Commentarium hunc num. 7 et 8 videsis ) existimavit, rationem omnem haud defuisse, ob quam conjuges extitisse* Dionysium *et Damarim, hosque una cum tota sua familia ad fidem fuisse a Paulo Apostolo conversos, existimaret. Verum, re ita habente, de toto Halloixii ratiocinio, verbis jam recitatis concepto, quid censendum? Vocabulum quidem tam Latinum* mulier, *quam Græcum* γυνὴ, *in sacris litteris non raro ad significandum idem, quod* uxor, *usurpatur, nec ad id pronominis cujuspiam adjunctio semper requiritur. Verum in exemplis, quæ tum e S. Joanne Chrysostomo, tum e sacris Litteris affert, vocabula ista, ut consideranti patescet, vel ex adjunctis vocabulis aliis, vel ex ipso, de quo tractatur, argumento ad idem, quod* uxor, *significandum determinantur; ut ex istis exemplis, vocabula eadem, quæ* D *sane ex se ad significandam uxorem determinata non sunt, in Lucæ, de quo hic, textu ad significandam uxorem usurpari, neutiquam possit argui, nisi forsan vel e verbis aliis, quæ hic complectitur, vel ex argumento, circa quod versatur, ad significationem illam determinata intelligantur. Anne itaque res sic habeat, dispiciamus. In sacro, de quo hic, textu viri quidam, non determinando, quinam hi fuerint, Paulo adhæsisse ac credidisse a Luca primum dicuntur. Quod cum ita sit, sacer hic scriptor addendo deinde,* In quibus et Dionysius Areopagita et mulier nomine Damaris et alii cum eis, *ex parte saltem illos, qui Paulo adhæserint, ac crediderint, determinare potest videri, ac proin per alios, quos cum Damari ac* Dionysio *ad fidem a Paulo conversos commemorat, intelligere certam ac definitam quorumdam classem, sub viris, quos Paulo adhæsisse ac credidisse, primum indefinite dixit, contentam, atque ad pauciores, quam extendantur hi, sese extendentem.*

*nec ex aliis, apud Lucam occurrentibus, ad significationem illam,*

291 *Ita autumo, quod alias, uti ante me Halloixius jam observavit, Lucas bis idem, quod absonum apparet, in brevi adeo textu, qualis est, de quo hic agimus, assereret. Cum enim, viros quosdam, inter quos* Dionysium *et Damarim fuisse ait, Paulo adhæsisse ac credidisse* E *scribat, hoc ipso præter* Dionysium *et Damarim ad fidem adhuc alios fuisse conversos, indicat; ut sane, cum deinde, una cum* Dionysio *et Damari Paulo adhæsisse adhuc alios subjungat, bis idem, nisi per hosce definita quæpiam ad fidem conversorum classis intelligatur, scripsisse sit censendus. Hinc porro fit, ut hæc supra recitata Halloixii de sacro, quem hic discutimus, Lucæ textu verba,* Illæ voces « Et alii cum eis « non significant alios omnes præter Dionysium et Damarim ( sic enim bis idem diceretur, quandoquidem de aliis supra dictum sit, « Quidam ve- « ro viri, adhærentes ei, crediderunt « ) sed tantum significant, eos, qui conjunctim cum Dionysio et Damari crediderunt, *haud prorsus videantur inepta, nec ab eo, quod res est, certo aliena. Verum anne, ut subdit, per ea, quæ citat, Lucæ verba,* Et alii cum eis, *necessario* Dionysii *ac Damaris familia intelligenda, itaque, quo hæc in textu sacro afficitur, vocabulum, tam Latinum* mulier, *quam Græcum* γυνὴ *ad uxorem significandam determinatur? Id enimvero pro certo asseverari qui queat, haud satis perspicio; etenim, etsi quidem, vocabulum seu Græcum* γυνὴ, *seu Latinum* mulier, *quo ad significandum idem, quod uxor, usurpetur, pronominis cujuspiam adjunctionem non semper requirat, tamen ex eo, quod Lucas per hæc verba* Et alii cum eis *non de omnibus, de quibus per isthæc,* Quidam vero viri, adhærentes ei crediderunt, *fuerat locutus, sermonem instituat, haud sat certo ad idem,* quod uxor, *significandum in allato Lucæ textu determinatur.*

*uti hic ratione una*

292 *Quid si enim per verba* Et alii cum eis, *non* Dionysii *Damarisque familiam, ut Halloixius existimavit, sed illustriores quasdam alias personas indicare Lucas voluerit? Id sane mihi haud prorsus vero apparet absimile. Præterquam enim quod Lucas, ubi de viris quibusdam, non determinando, quinam hi essent, ad fidem a S. Paulo Apostolo conversis fecit sermonem, hisce mox* Dionysium Areopagitam, *reliquis certe omnibus, ad fidem Athenis a Paulo conversis, illustriorem*

A *striorem accenseat, duo adhuc alia, ut ita sacrum, de quo hic, Lucæ textum haud prorsus inepte exponi, autumem, efficiunt; alterum est, quod Lucas, si per hæc verba* Et alii cum eis, Dionysii *Damarisque familiam designare voluisset, aliter id, quam faciat, Græco a sese adhibito idiomate facturus fuisse videatur; alterum est, quod, quamvis quidem, vox* γυνή, *ut ad uxorem significandam determinetur, necessario sibi pronomen adjunctum habere non debeat, hic tamen ei Evangelista, si Damarim fuisse* Dionysii *uxorem significare voluisset, pronomen* αὐτοῦς, *genitivo casu elatum, e communi ac recepto loquendi modo, ut locutionis ambiguitatem tolleret, adjuncturus fuisse videatur. Age, anne, spectato naturali ac usurpari passim solito loquendi more, emendate quemquam ac recte, sive Græco, sive Latino idiomate utatur, locuturum, arbitraris, si cum familia sua* Dionysium *et Damarim cœlitibus adscriptos, hancque illius uxorem fuisse, significare volens, sequentibus dumtaxat hisce utatur verbis,* Dionysius *et mulier, nomine* Damaris, *aliique cum eis inter cœlites a Deo sunt*

B *relati?*

*atque altera probatur,*

293 *Reponunt quidem, quod jam mox attigi, quodque etiam haud obscure verbis supra recitatis Halloixius insinuat, in Lucæ textu vocem* γυνὴ *seu* mulier *ad idem, quod vox* uxor *significat, e verbis sequentibus,* Et alii cum eis, *utpote quibus, quod isthæc,* Quidam vero viri adhærentes ei crediderunt, *anteeant,* Dionysii *ac Damaris familia designetur, significandum determinari. Verum, ut ad hoc postremum, e quo potissimum Damarim* Dionysii *uxorem faciunt, aliter adhuc, quam jam fecerim, respondeam, simulque Lucam, si* Dionysii *Damarisque familiam præfatis verbis designare voluisset, haud ita verosimiliter, uti in textu supra relato loquitur, locuturum fuisse, ostendam, plerumque Græci, dum pronomine, cui præpositionem* σὺν *præfigunt, familiam consortiumve eorum, de quibus proxime ante fuerunt loculi, significare volunt, præpositioni* σὺν *pronomen relativum præponunt; adeo ut, si Lucas* Dionysii *Damarisque familiam designare voluisset, non tantum hisce verbis,* καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς, *sed sequentibus,* καὶ ἕτεροι, ὅι σὺν αὐτοῖς *usurus fuisse videatur, maxime cum vox* ἕτεροι,

C *non proprie, ut vult Halloixius, idem, quod Latini* ceteri, *sed, quemadmodum universa, quæ mihi quidem videre licuit, linguæ Græcæ Lexica fidem faciunt, idem omnino, quod Latine* alii, *significet; vox autem* ἕτεροι *seu* alii, *si tantum duas hasce voces,* σὺν αὐτοῖς, *Latine* cum eis, *non autem sequentes tres,* ὅι σὺν αὐτοῖς, *Latine* qui cum eis erant, *sibi habeat subjectas, non necessario familiam consortiumve, sed conversionis dumtaxat societatem, in allegato, quem scrutamur, textu sacro significare videatur.*

*determinata sit, Damarim Dionysii uxorem non fuisse, verosimilius*

294 *Haud mihi itaque, quemadmodum Halloixio fuit, satis est evidens, Lucam, cum primo nonnullos, qui Paulo adhæsere, generatim aperuit,* speciatim deinde designare Dionysii Areopagitæ domum, hoc est, ipsum et uxorem et domesticos. *Halloixius quidem, quo a Luca et* Dionysii *domum seu familiam designari, et Damarim pro ejusdem uxore haberi probet, sequentem adhuc in modum arguit:* Si S. Lucas voluisset significare quampiam aliam feminam, et non uxorem Dionysii, addidisset, ut fieri solet, particulam τις, quædam, dixissetque: Καὶ γυνή τις, ὀνόματι Δάμαρις, „Et mulier quædam, nomi-

„ne Damaris. „ Sed neque in Græco est τις, neque in Latino quædam. *Verum, quando indefinite, uti in Lucæ textu fieri videtur, de persona quapiam, seu viro seu femina, sermo instituitur, non raro id, imo sæpissime, contra ac Halloixius vult, absque addita particula* quædam *aliaque etiam æquivalenti fieri, nemo non novit, reique non satis gnarum scriptores passim obvii facile hanc docebunt. Jam vero, cum id ita habeat atque e jam dictis, an Lucas hisce verbis* Et alii cum eis *Sancti nostri ac Damaris familiam designare voluerit, dubium admodum appareat, vox* γυνή, mulier, *qua Damarim afficit, non magis ex iisdem verbis, quam aliunde, ad uxorem significandam determinata certo est. Imo contra a Scriptore sacro vox eadem, quod huic ille, quidquid in contrarium arguant, pronomen* αὐτοῦ ejus, *secus atque,* Dionysii *uxorem fuisse Damarim, significare volens, verosimiliter e communiter recepto loquendi modo fecisset, haud adjungat, unice ad significandam in genere mulierem seu feminam usurpata videtur. Atque hinc jam fit, ut, rationum momentis utrimque sedulo libratis,* Dionysium *cum Damari matrimonio non* E *fuisse conjunctum, verosimilius appareat. At vero, etsi ita cum plerisque eruditis autumem, absit tamen, ut hanc meam et illorum opinionem certam atque indubitatam pronuntiem.*

AUCTORE C. B.

*opinione interim contraria*

295 *Præterquam enim quod rationes, quæ pro ea faciunt, haud omnino, uti e jam disputatis perspicere pronum est, convincentes sint, opinio contraria, in rationibus haud prorsus ineptis, ut jam supra monui, fundata, tres insuper sanctos patres, Chrysostomum nimirum, Ambrosium et Maximum, Operum Dionysii Scholiasten supra adhuc laudatum, sibi suffragantes habet. Singulorum, quæ huc spectant, verba transcribo. Ambrosii in sua ad Vercellenses epistola, supra adhuc citata, hæc sunt:* Ex hoc tamen numero *(philosophorum scilicet)* non immunis gratiæ abiit Apostolus. Si quidem etiam Dionysius Areopagites cum Damari uxore sua aliisque multis credidit. Itaque illi doctissimorum atque eloquentium cœtus simplici disputatione victos se esse, credentium exemplo manifestarunt: *Chrysostomi sequentia, quæ supra jam datis Halloixii verbis includuntur, isthæc:* Areopagita vero ille urbis istius *(Atheniensis)* super- F *stitiosissimæ* civis, nonne ad solam orationem *(Pauli nimirum)* una cum uxore illum secutus est? *ac S. Maximi denique apud Corderium in suo, quem contextis a se in S. Dionysii Opera Scholiis præmisit, Prologo ista:* Ego sane non arbitror absque causa præ omnibus, qui tunc D. Pauli opera crediderunt, solum optimum Dionysium a deifero scriptore (*S. Luca nempe*) nominatum esse, apposita etiam ipsius dignitate (ait enim, Areopagita) quin potius conjicio, cum propter sapientiæ excellentiam, tum propter eximiam inter Athenienses inculpatæ vitæ rationem, ejus cum familia mentionem factam esse.

*haud certo falso, apparet*

296 *Hisce quidem laudatorum Patrum postremus Damarim nuspiam* Dionysii uxorem *diserte appellat; verum cum in Actibus Apostolorum, non modo* Dionysii Areopagitæ, *sed et domus ejus seu familiæ mentionem factam esse, aperte edicat, nec, quibus* Dionysii *ejusque familiæ mentio instituatur, verba alia, quam sequentia isthæc, supra adhuc recitata,* Quidam vero viri, adhærentes ei, crediderunt; in quibus et Dionysius Areopagita et mulier nomine Damaris

AUCTORE C. B.

ris et alii cum eis, *in Actis Apostolorum occurrant, sane hisce,* In quibus et Dionysius Areopagita et mulier, nomine Damaris, et alii cum eis, *institui* Dionysii *ejusque familiæ mentionem, ac proin ibidem per Damarim Sancti uxorem, perque alios, qui una cum hac et* Dionysio *ad fidem conversi narrantur, Sancti nostri ac Damaris famulitium seu personas, quæ ad horum familiam spectarint, a Luca designari, Maximus indubie existimavit. Jam vero, cum id ita sit aliique etiam duo proxime laudati sancti Patres,* Dionysium *cum Damari connubio fuisse conjunctum, certissime sibi, uti e jam dictis liquet, habuerint persuasum, nec rationem omnem, ob quam ita autumarint, eis defuisse, supra jam disputata ostendant, opinio, quæ Damarim pro* Dionysii *uxore habet, certo falsa non est, nec talem eam pronuntiare ausim, etsi interim contraria verosimilior ob supra dicta appareat.*

*Quæ porro e duabus, quæ hic partim*

297 *Alia modo, quæ Lucæ de* Dionysio *verba discutienda offerunt, seu qui, qua ætate et quando ad fidem Sanctus fuerit conversus, discutiamus.*

B *Tomo secundo Operum, quæ sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, atque a Corderio (hujus editione, quod hic lectorem monitum velim, in Commentarii hujus decursu semper utor) Antverpiæ anno* 1634 *edita, pag.* 88 *et seqq. recitatur epistola, ad S. Polycarpum, ut titulus præfert, conscripta, in qua* Dionysius, *aut certe, qui* Dionysii *nomen sibi imposuit, scriptor hunc in modum S. Polycarpum, ut Apollophanem philosophum,* Dionysii *olim sodalem, ad fidem adducere conetur, nonnullis adhuc aliis præmissis verbis, alloquitur:* Dic illi *(Apollophani nimirum)* Quid sentis de illa solis defectione, quæ accidit in cruce salutari? Tunc enim ambo juxta Heliopolim præsentes simul et adstantes mirabili ratione soli lunam coincidere cernebamus (neque tamen tempus conjunctionis erat) ipsamque rursus sub horam nonam Vespertinam diametro soli opposito supernaturaliter restitui. Quin etiam in memoriam illi revoca quiddam aliud. Scit enim, quomodo viderimus illum Lunæ occursum ab Oriente cœpisse, et usque ad Solis extremitatem pervenisse, ac tum demum resiliisse, et rursum, non ex eadem par-

C te occursum illum et recessum extitisse, sed ex adverso diametri. Ista sunt, quæ tunc supra naturam omnino contigerunt, et a solo rerum omnium conditore Christo fieri possunt, qui facit magna ac stupenda, quorum non est numerus. Hæc, si fas est, ei dicito, tuque, Apollophanes, refelle, si potes, idque adversum me, qui tunc præsens una tecum adfui, et simul aspexi et observavi omnia cum admiratione. Denique tunc, nescio, quo spiritu afflatus, in divinationem quoque Apollophanes prorupit, et ad me conversus, Istæ, inquiebat, o præclare Dionysi, divinarum sunt vicissitudines rerum.

*recitantur, Dionysii nomine circumferri solitis*

298 *Adhæc altera adhuc tom.* 2 *Operum* S. Dionysii *pag.* 273 *et seq. apud eumdem Corderium exstat epistola, a pluribus aliis etiam vulgata, atque a* Dionysio Areopagita, *ut quidam volunt, ad Apollophanem, cum ad Christi fidem hic jam fuisset conversus, conscripta; in hac autem* Dionysius *ita ad Apollophanem, aliis adhuc nonnullis præmissis, scribit:* Posteaquam... superna lux paternæ gloriæ super mentis tuæ tenebras splendoris sui radios sua voluntate demisit, simul intimo cordi meo infudit, ut plenum pietatis negotium tibi memorarem; nempe quo modo D nobis, Heliopoli degentibus (eram tum annos circiter viginti quinque natus, et tu mihi ferme cœvus) die quadam sexta et hora item fere sexta sol horribiliter, subeunte luna, obscuratus fuerit, non quod Deus, sed quod Dei opus in veræ ipsius lucis occubitu lucere non quiverit; tumque ex te percunctatus sim, quid tibi, Vir prudentissime, super hoc videretur; tu autem ejusmodi responsum dederis, quod, menti penitus infixum, nulla prorsus oblivione, nulla vel mortis imagine dilabi possit. Cum enim totus orbis tetra tenebrarum caligine uniformiter obductus fuisset, ac jam repurgari solis globus et renitescere occepisset, tum, assumpta Philippi Aridæi regula, et, contemplatis cæli orbibus, deprehendimus, quod erat quoque alias notissimum, non potuisse id temporis defectionem solis evenire: Deinde observavimus, Lunam ab Oriente solem subivisse ejusque radiis obstruxisse, donec totum occuleret, quæ tamen alias ab Occidente solita esset occurrere; quin illam quoque notavimus, cum ad E extrema solis pervenisset, ejusque universum orbem obtexisset, tum retro Orientem versus recurrisse, quamvis id esset tempus, quod nec lunæ præsentiam, nec solis concursum postularet. Ego igitur, o multiplicis eruditionis sacrarium, tanti mysterii nescius cum essem, sic te alloquebar: Quid sibi vult hoc rei, o doctrinæ speculum Apollophanes? Insolita ista portenta ecquorumnam tibi mysteriorum videntur indicia? Tu autem ore divino magis, quam humanæ vocis sermone, „Hæ sunt, o bone Dio„nysi," inquiebas, „divinarum rerum muta„tiones." Denique cum diem annumque annotassem, et tempus illud cum eo, quod Paulus mihi quondam ab ore suo pendenti annuntiaverat, signis conclamantibus concordare sensissem, tum et veritati manus dedi, et me falsitatis nexibus expedii.

*epistolis eruuntur, omnino sunt incerta.*

299 *Quod si itaque epistolæ ambæ jam laudatæ* S. Dionysio Areopagitæ, *veluti germano earum auctori, adscribendæ sint, e modo recitatis earumdem verbis quatuor hic potissimum fas erit colligere. Ac illorum quidem, quod ad præsens institutum haud prope spectat, quodque, si verum foret, Philosophiæ scientia* Dionysium, *ut supra statui, fuisse imbutum, argumento esset* F *minime dubio, primum erit,* Dionysium *politioribus litteris in patria, seu ut probabilius equidem e supra dictis apparet, Athenis, egregie excultum, in Ægyptum, quo ibidem abstrusiores scientias ac inprimis mathesim disceret, sese pro more tunc adhuc satis usitato contulisse; alterum, prodigiosam, quæ, Domino nostro Jesu Christo in cruce pendente, evenit, solis eclipsim Heliopoli in Ægypto* Dionysium *spectasse; tertium, annorum viginti quinque Sanctum tunc exstitisse, ac proin duobus circiter annis supra quadraginta natum fuisse, cum Athenis a Paulo Apostolo, quod verosimillime, utpote hoc illuc dumtaxat (adi Operis nostri tom.* 5 *Junii pag.* 402, *num.* 13) *anno circiter* XLIX *appulso, sedecim propemodum a Christi Passione, anno circiter* XXXII *aut seq. illigari ut plurimum solita, annorum spatio evenerit, ad fidem fuit conversus; ac quartum denique, visa illa a* Dionysio *eclipsi partim factum esse, ut hic, Paulo Athenis Evangelium annuntiante, ad fidem converteretur. Verum epistolam, quæ a* Dionysio Areopagita *ad S. Polycarpum scripta sit, genuinum Dionysii fœtum non esse, ex iis, quæ infra,*

A *infra, cum de Operibus,* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solitis, tractabo, in medium adducam, longe est probabilius; ut ex ea nullum e dictis quatuor capitibus, ac nominatim, nec quod circa spectatam a* Dionysio, *quæ, Domino nostro Jesus Christo in cruce pendente, evenit ac Sancti conversioni profuerit, eclipsim versatur, certum atque indubitatum possit effici. Quod autem ad alteram, quam* Dionysius *ad Apollophanem scripserit, epistolam jam spectat, hæc a non paucis ipsorummet etiam, qui quæ sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, Opera vere Sanctum hunc habere auctorem, contendunt, velut spuria ac supposititia rejicitur; ut minus adhuc, quam altera ad Polycarpum scripta, fidem certam atque indubitatam iis, quæ de* Dionysio *colligenda suppeditat, conciliare sit nata.*

*nec ex Hilduino certiora evadunt,*

300 *At vero, inquies, in scripta a se* S. Dionysii *Vita Hilduinus num.* 5 *sic scribit:* Hic namque (Dionysius *videlicet*) annos ætatis quinque et viginti agens, et cunctis pene artibus copiose imbutus, crementi studio excitus una cum Apollophanio, conphilosopho suo, Astrologi-

B cæ disciplinæ voto Ægypti Heliopolim transmigravit; ubi simul cum eo degens, quando Deus homo, Dominus noster Jesus Christus, pro mundi salute invidia Judæorum cruci pependit affixus, et sol sui Domini mortem pavescens, lucis suæ radios in tertæ mutavit noctis horrorem, atque orbis climata tenebrarum obtexit caligine, earundem tenebrarum signo antea inviso et inaudito attonitus, ut omnium litterarum disciplinis edoctus, dixit: Hæc nox quam nostris oculis novam descendisse miramur, totius mundi veram lucem adventuram signavit, atque Deum humano generi effulsurum, serena dignatione dictavit; *hisce autem verbis eadem fere, quæ e laudatis* Dionysii *ad Polycarpum et ad Apollophanem epistolis de Sancto nostro intelligi, mox dixi, Hilduinus nos docet. Fateor, sic habet; verum is scriptor, qui quæ de rebus adeo antiquis scribit, sola sua auctoritate certa atque indubitata efficere non potest, illa vel ex ipsis dictis binis litteris, vel certe (Commentarium hunc num.* 41 *videsis) e supposititia nulliusque e supra dictis fidei Aristarchi ad Onesiphorum primicerium epistola deprompserit. Quidquid itaque seu de annorum viginti*

C *quinque ætate, qua cum Apollophane Ægyptum* Dionysius *adierit, seu de visa abs hoc, quæ in Domini nostri Passione evenit, prodigiosa eclipsi Hilduinus etiam scribat, neutiquam facit, ut omnia ea, ac nominatim quæ de modo, tempore, ætatisque anno, quo* Dionysius *fuerit conversus, e duobus supra laudatis, quæ Dionysii nomine circumferuntur, epistolis intelliguntur, certiora evadant.*

*anno invertim, quo Sanctus fuerit conversus, sat prope definito.*

301 *Nec est etiam, cur hunc in finem adducatur Syncellus, qui pro visa a* Dionysio, *dum Christus pateretur, eclipsi traditionem, a parentibus ad filios derivatam, in adornata a se* S. Dionysii *encomio laudat; cum enim Syncellus seculo demum nono, ac proin ex infra dicendis diu post detecta, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, Opera floruerit, traditionem illam ex hisce primum ortam non esse, pro certo quis asserat? At vero, inquies, cum res ita habeat, qua ergo ratione, qua* Dionysii *ætate, et quo anno Sanctum hunc ad Christi fidem a Paulo dicemus conversum? Cum Actus Apostolorum loco supra sæpissime jam cit. unius dum-*

AUCTORE C B.

*taxat, qua* Dionysius *ad finem amplectendam moveri potuerit, orationis, a Paulo in Areopago habitæ, meminerit, hac certe, cooperante Dei gratia, factum esse, ut* Dionysius *ad fidem sese converterit, indubitatum apparet: anne autem alia quæpiam eo adhuc quidquam contulerint, omnino est incertum. Hilduinus quidem disputationis, a Paulo cum* Dionysio *institutæ, miraculi ab Apostolo patrati, aliorumque insuper plurium, quæ* Dionysii *conversionem præcesserint, in contexta a se* S. Dionysii *Vita num.* 6 *et duobus seqq. mentionem facit; verum hæc omnia, præterquam quod cum iis, quæ de Sancti conversione in Actibus Apostolorum leguntur, haud satis conveniant, e spuria pariter ac supposititia Aristarchi ad Onesiphorum epistola (adi iterum num.* 41 *hunc Commentarium) sunt accepta; ut nullam prorsus fidem mereantur. Quod autem ad annum, quo* Dionysius *ad fidem fuerit conversus, jam spectat, Paulus Apostolus, ut jam, Operis nostri tom.* 5 *Junii citans, admonui, anno Christi quadragesimo nono circiter Athenas primum venit; quod cum ita sit, Sanctusque a Paulo, Athenas primum ap-* E *pulso, ad fidem, ut Apostolorum Actus testantur, fuerit conversus, annum certe, quo id factum sit, sat prope determinatum habemus. Anno itaque Christi* XLIX *circiter* Dionysius *ad fidem fuerit conversus, cumque tunc senator Areopagiticus ac proin vir gravis indubie exstiterit, ætatis ejus anno trigesimo aut etiam quadragesimo circiter id accidisse, verosimillimum apparet.*

## § XVI. An Hierotheum magistrum habuerit, et an hic umquam Atheniensem cathedram episcopus occuparit aut etiam in rerum natura certo exstiterit.

*Dionysianis Operibus, quæ Hierotheum Dionysii præceptorem faciunt.*

In *Operibus* S. Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solitis, loci non pauci occurrunt, quibus hic Sanctus noster aut is certe, qui sub ejus nomine latet, præceptorem sibi fuisse Hierotheum, luculentissime prodit. Ac primo quidem Libro de Divinis Nominibus cap.* 2 *se-* F *quentibus hisce id verbis facit:* Verum hæc a nobis etiam alibi satis explicata et ab inclyto præceptore nostro (*Hierotheo scilicet, uti illum paulo post expresse nominat*) supra naturæ modum valde celebrata sunt in Theologicis ipsius Elementis; *Deinde id ipsum clarius adhuc libri ejusdem cap.* 3 *præstat, ita scribens:* Atque hic fortasse non immerito reddenda ratio sit, cur, cum eximius præceptor noster Hierotheus theologica principia accurate collegerit, nos, quasi illa non sufficerent, et alios et hunc præsentem Tractatum theologicum conscripserimus. *Adhæc ejusdem iterum libri cap.* 4 *sub finem ita primum scribit,* Hæc etiam inclytus noster in sacris initiator, divino spiritu afflatus, in amatoriis suis Hymnis exposuit, quos non abs re fuerit commemorare, et quasi sacrum quoddam caput huic nostro sermoni de amore attexere; *ac deinde sui verbis hisce laudati præceptoris verba subjungit, diserte atque expresse* Hierotheum *eum appellans; ut enimvero, Hierotheum sibi fuisse præceptorem,* S. Dionysius Areopagita, *vel is*

AUCTORE C. B.

*is certe, qui sub* Areopagitæ *nomine solita circumferri Opera effinxit, perspicue admodum nos doceat. Verum, etsi id ita habeat, fueritne tamen reipsa* Dionysii Areopagitæ *præceptor, dubitandum existimo, si sola Operum illorum, utpote quæ* Dionysio Areopagitæ *probabilius ex infra dicendis sint supposita, spectetur auctoritas. Ut certi itaque quid statui hic queat, anne nihil insuper aliunde occurrat, quod,* Dionysio Areopagitæ *Hierotheum fuisse præceptorem, evincat, dispiciendum.*

*sacri aliquot Græcorum fasti adstipulantur:*

303 *Ad* IV *Octobris diem, quo Hierotheus pluribus Fastis sacris exstat insertus, in Magnis Græcorum Menæis sequenti isthoc, quod Latine dumtaxat, versione ex Halloixio in Illustrium ecclesiæ Orientalis, qui primo æræ Christianæ seculo floruerunt, Scriptorum Vitis accepta, huc transcribo, ornatur elogio* : Erat hic in Areopago unus e novem senatoribus. Qui primum a Paulo Apostolo fidei doctrina imbutus, deinde Athenarum episcopus ordinatus est. Ipse autem magnum Dionysium eadem fidei in Christum doctrina instruxit. Idem quoque ad sanctissimam
B Deiparæ sepulturam in sanctissimo Apostolorum cætu præcentor fuit, totus excedens, totus se deserens, et ab omnibus, a quibus audiebatur, et videbatur, Deo correptus et divinus dilaudator habitus. Vita tandem bene exacta, cum sua præclara vivendi ratione et insignibus virtutibus Deum lætificasset, migravit ad Dominum. *Fidei itaque doctrina* S. Dionysium Areopagitam *imbuerit, hujusque adeo præceptor exstiterit Hierotheus, si modo veritati consonet huc jam transcriptum e Menæis illius elogium; huic autem duo Græcorum Menologia, Sirletianum scilicet et Basilianum, adstipulantur in elogiis, quibus Hierotheum ad* IV *Octobris diem pariter condecorant. Verum cum illi omnes Græcorum Fasti sacri Operibus,* Dionysio Areopagitæ *multorum calculo adscriptis, multo recentiores sint, vix ac ne vix quidem est dubitandum, quin, quod de* Dionysio Areopagita, *in fidei doctrina per Hierotheum instructo, memorant, e dictis primum Operibus promanarit.*

*verum nec hi, ut probatur,*

304 *Accedit, quæ ab Hierotheo in sanctissimæ Virginis Mariæ exequiis facta memorat idem jam datum Menæorum elogium, etiam quantum ad*
C *ipsa fere, quibus exponuntur, verba e libro de Divinis Nominibus cap.* 3 *esse accepta. Locum, ibidem illis respondentem, ut res vel e sola amborum collatione patescat, huc transcribo. Sic itaque lib. et cap. citt.* Dionysius Areopagita *seu certe is, qui hoc sibi nomen imposuit, de Hierotheo loquitur* : Ipse *(Hierotheus scilicet)* post theologos, ut nosti, ceteris omnibus sacris laudatoribus antecellebat, totus excedens, totus se deserens, rerumque, quas laudabat, consortium patiens; denique ab omnibus, a quibus audiebatur ac videbatur, tam a notis quam ignotis, divino numine afflatus divinusque plane laudator censebatur. *En sane verba a verbis, quæ ad mox dictum argumentum in dato e Menæis elogio spectant haud multum dissona; ut vel hinc, quin ex iis elogii auctor, quæ jam dixi, deprompserit, ambigendum haud appareat. Hinc porro fit, ut, reliqua quoque, quæ in recitato e Menæis elogio de Hierotheo traduntur, simulque in Operibus,* Dionysio *adscriptis, aut exprese signata aut saltem indicata reperiuntur, fuisse ex hisce ab ejusdem elogii auctore pariter accepta, verosimillimum, imo etiam vix non indubitatum, appareat.*

*fidem hac in re ullam merentur,*

305 *Jam vero, cum res ita habeat, sitque, an Opera,* Dionysio Areopagitæ *solita adscribi, vere ad hunc spectent, dubium hactenus atque incertum, fidei pariter dubiæ, quæ facta in hisce narrantur, existere necesse est; ut adeo ea, quæ de* Dionysio Areopagita *in fidei doctrina per Hierotheum instructo, hujusque in sanctissimæ Virginis Mariæ funere gestis in dato e Menæis elogio referuntur, fidem indubitatam, quod ex Operibus,* Dionysio Areopagitæ *probabilius suppositis, indubie, uti e dictis apparet, accepta dumtaxat sint, minime mereantur. Nec res secus foret, etsi etiam ex attributis* Dionysio *Scriptis a Menæorum auctore haud essent deprompta. Præterquam enim quod hic quam plurima, a veritate longissime devia, in litteras, ut quotidiana nos docet experientia, mittat, a* Dionysii Areopagitæ *ætate tot seculis vixit remotus, ut, quæ de hoc Sancto nostro absque scriptoris monumentive antiquioris testimonio scribit, vel prorsus contemnenda, vel certe exiguo dumtaxat in pretio sint habenda. Atque ita modo magna etiam ex parte fit, ut vel hinc, an Hierotheus, quemadmodum in Menæis et Menologio Basiliano traditur, Atheniensium episcopus umquam exstiterit, in dubium pariter revocari haud immerito queat.* E

*nec Hierotheus umquam exstitit Atheniensis episcopus*

306 *Et vero Hierotheum Atheniensi ecclesiæ numquam præfuisse episcopum, sat certum aliunde apparet. Quid enim? Cum non tantum Athenarum episcopus, sed et* Dionysii Areopagitæ *in fidei doctrina præceptor exstitisse in dato e Menæis elogio narretur, verosimillime, imo vix non indubie, Hierotheum exstitisse primum ecclesiæ Atheniensis episcopum significare elogii juxta ac menologii Basiliani auctores voluere, imo cum* Dionysius *Atheniensem sedem ante annum circiter* 120 *obitu suo vacuam non fecerit, Hierotheum sane, nisi ei, quæ fidem excuperet, ætatem tribuere volueris, in Atheniensi sede, si hanc umquam occupavit, primum omnium sedisse, necesse est. Verum Athenis neminem* Dionysio Areopagita *priorum præfuisse episcopum, ex Eusebio Pamphili constat. Hic enim duobus Historiæ Ecclesiasticæ locis, quibus solis* Dionysii Areopagitæ *meminit, exstitisse hunc primum ecclesiæ Atheniensis episcopum, manifestissime prodit, priori quidem seu lib.* 3, *cap.* 4 *his verbis :* Adde his *(episcopis nempe)* Areopagitam illum, F Dionysium nomine, quem post Pauli concionem in Areopago apud Athenienses habitam, ad fidem conversum fuisse, Lucas in Actis Apostolorum scribit, quemque primum ecclesiæ Atheniensis episcopum designatum, alius quidam Dionysius, ecclesiæ Corinthiorum pastor, narrat; *posteriori vero, seu lib.* 4, *cap.* 22 *hunc scribens in modum:* Declarat præterea *(S. Dionysius scilicet, Corinthiorum episcopus)* Dionysium Areopagitam, a Paulo Apostolo ad fidem conversum (sic enim Acta Apostolorum referunt) primum Atheniensis ecclesiæ episcopatum administrasse.

*Imo an is umquam in rerum natura fuerit, dubitari potest, nec ex iis,*

307 *Hæc Eusebius Pamphili; quibus sane, cum* Dionysium Areopagitam *ecclesiæ Atheniensi primum præfuisse antistitem, aperte testetur, nulla ratione, ut ecclesiam Atheniensem episcopi munere moderatum esse omnium primum, credamus, Hierotheum, permittit. Porro cum nullus etiam scriptor, qui ante seculum* VI, *detectaque, quæ* Dionysio *vulgo adscribuntur, Opera floruerit, præceptoris* Dionysii, *nomine* Hierothei, *mentionem uspiam faciat, imo ejus nec in Martyrologio*

A *logio Romano parvo seu veteri, nec in aliis ullis antiquioribus Fastis sacris exstet memoria, dubitari posse videtur, non tantum an Hierotheus Atheniensi ecclesiæ præfuerit episcopus, verum etiam an in rerum natura umquam exstiterit. Etenim, si in rerum natura umquam exstitisset, tantaque, quanta jactatur, sanctitate, doctrina et nominis celebritate fuisset, quis facile, ut et in omnibus Fastis sacris antiquis, et ab omnibus pariter scriptoribus antiquis silentio præteriretur, futurum fuisse in animum adducat? Nemo sane, quantum opinor, nisi quis forsan credulitatis nimiæ notam haud refugerit, At vero, ne simul et ex episcoporum Atheniensium Catalogo et e rerum, quæ aliquando fuerint, classe eliminetur Hierotheus, impedire videntur nonnulla, quæ in hujus Vita, a se contexta illustriumque ecclesiæ Orientalis, qui primo Christi seculo floruerunt, Scriptorum Vitis inserta, Halloixius scribit. Ac primo quidem ait,* Dionysio Areopagitæ primi Athenarum episcopi gloriam, tacito a nonnullis S. Hierothei nomine, obvenisse, quod, *hoc in alias terras digresso,* Dionysius *longe diutius Athe-*
B *nis ad ecclesiam ibidem fundandam permanserit : verum cum non tantum apud nonnullos, sed apud omnes prorsus seculo octavo antiquiores exploratæ fidei scriptores altissimum sit de Atheniensi Hierothei episcopatu silentium, neutiquam id, quod, ut dixi, ait Halloixius, Hierotheum vel episcopum Atheniensem aliquando fuisse, vel etiam in rerum natura exstitisse, evincit.*

*quæ de illo* 308 *An alia, quæ adhuc affert, melius id præstent, dispiciamus. In dicta Vita cap.* 4 *de Hierotheo ita memorat :* Libris illis, quali tum decebat, stilo exaratis, atque Dionysio Areopagitæ, discipulo suo unice dilecto, commendatis, in alias abiit regiones, transcursaque Italia atque Gallia, penetravit in Hispaniam. Ibi enim fuisse ac semen Euangelii longe lateque sparsisse, satis constat; sed in Areuacis potissimum (ii sunt Hispaniæ Tarraconensis populi) consedit, sedemque episcopatus Segoviam urbem inter ipsos sitam elegit. Unde et primus Segoviensis episcopus in antistitum serie, non ementita laude, conscriptus reperitur. Hunc igi-
C tur populum a plurium deorum superstitione ad unius veri Dei cultum ac religionem, et a feris barbarisque moribus ad humanam æquitatem et ad vitæ Christianæ mansuetudinem modestiamque traduxit. De cæteris rebus, ab eo præclare gestis, deque prophetiæ dono, quo ipsum divinitus muneratum esse, ejus auditor S. Dionysius non obscure indicat, ac de aliis item a Deo concessis ei muneribus nihil speciatim memoriæ proditum est, sed ipsum vitæ suæ in sanctis laboribus ac studiis gnaviter traducta finem beatissimum, aureæ instar coronidis, imposuisse, nimis exploratum habetur. Quippe cujus nomen inter eos sanctos relatum est, qui sacris ab Ecclesia honoribus seu solemni memoria tam in Græcis; quam in Latinis Martyrologiis celebrantur. In Romano quidem ad diem quartam Octobris perpaucis hoc modo : « Athenis S. « Hierothei, discipuli beati Paulli Apostoli. » Sed in Menologio plenius : « Natalis sancti patris « nostri Hierothei, qui fuit unus e numero « Areopagitarum, qui, ab Apostolo Paullo in- « structus, magnum illum Dionysium Areopa- « gitam Christi fide instruxit. Cum autem bene « et religiose vixisset, migravit ad Dominum. »

309 Sic ibi. De loco autem vel tempore vel modo emigrationis nihil satis compertum est. Nam licet sacratissimum ejus caput nunc possideat Hispania, et illo tamquam preciosissimo pignore merito glorietur, tamen antiquitus e Græcia sumptum esse, ipsa inscriptio Græca, eidem capiti affixa, planum facit. Sic enim Græcis characteribus reperta est : ΚΕΦΑΛΗ ΙΕΡΟΘΕΟΥ. non autem Latinis : Caput Hierothei : neque item ejus gentis sermone, apud quam tantus thesaurus latuit, vernaculo. Quare nihil propius esse vero, arbitrandum est, quam hasce tanti viri nobiles reliquias e Græcia in Hipaniam (quacumque demum ratione id acciderit) esse asportatas. Jam autem religiosi Cistertienses cœnobii Sandovalis in ditione Legionensi eas obtinent, et certius recognitas permagno in honore habent. *Ita hactenus Hierothei Vita, ab Halloixio contexta; sic autem in hujus, in qua etiam, Hierotheum exstitisse Areopagitam et a Paulo Apostolo, Athenas nondum appulso, ad fidem fuisse conversum, absque scriptoris sat vetusti testimonio adstruit, postrema fere verba, de Hierothei reliquiis in Hispaniam translatis tractantia, idem Halloixius observat :* Asservatur..., tam divinum pignus a Cisterciensibus religiosis monaste- E
rii Sandovalis, in diœcesi Legionensi, ubi illud vidit et detexit doctissimus simul et religiosissimus Franciscus Bivarius. Ostenderunt ei quidem monachi caput, sed ipse illis ostendit occultum, et quod illos latebat, capitis indicium. Nec enim ullum scriptum exhibere poterant, quo, illud esse S. Hierothei, comprobarent; ipse vero involutum linteolo caput cum detexisset, inscriptionem Græcam pro certissimo testimonio reperit.

310 *Hactenus Halloixius : audi modo, qui de sacris illis reliquiis, quas in Sandovallensi monasterio a Bivario fuisse detectas, jam recitatis verbis memorat, ipsemet hic scriptor in suis ad fictitium Flavii Lucii Dextri Chronicon Annotationibus ad annum Christi* 71 *loquatur.* Postquam, *inquit,* ejusmodi Commentariis Romæ finem imposui, in Hispaniam reversus, cum casu apud monachos Cistercienses monasterii Sandovalis, diœcesis Legionensis, agerem et reliquiarum sacra scrinia sedulo evolverem, percepi, caput inibi di- F
vini Hierothei asservari. Ita siquidem traditum a majoribus suis senes monachi asseverabant. Et caput quidem sacrum inter reliquias extabat; sed scriptura ejus rei desiderabatur. Venit nihilominus mihi in mentem, cranium a linteolo, quo a multis retro annis strictissime involutum et filis assutum servabatur, exuere; si forsan testimonium aliquod ejus rei interius reperire liceret; et ecce, Deo auspice, membranula vetustissima longitudinis dimidii digiti cum parte cranii, abbate et monachis omnibus præsentibns, reperta est cum ejusmodi Græcis characteribus : ΚΕΦΑΛΗ ΙΕΡΟΘΕΟΥ, quod sonat, caput Hierothei. Incredibilis subito lætitia mentes omnium subiit, et super tanto dono, abbate ita disponente, pro gratiarum actione processio solemniter celebrata est, et Missa de eodem divino doctore et antistite decantata ipsa inventionis die, quæ fuit quinta Aprilis anni Domini MDCXXV, festo S. Isidori dedicata.

311 *Ita laudatus scriptor Bivarius; modo tam quæ hic, quam quæ Halloixius verbis supra datis de Hierotheo tradit, quæque, si vera forent, neutiquam hunc pro Sancto fictitio esse habendum, probarent, discutiamus. Ab itinere, quo*

AUCTORE C. B. *sacrisque ejus reliquis,*

*in monasterio Sandovallensi asservatis memorantur,*

*contrarium seu oppositum quod hæc vel nullam prorsus*

auctore C. B.

*quo Hieretheus, relicta Græcia variisque regionibus peragratis, in Hispaniam tandem penetrarit, duco initium. Halloixius, quo id probatum det, in suis ad Vitæ Hierothei cap.* 4 *Annotationibus Flavii Lucii Dextri ad annum* 71 *Chronicon citat. Verum præterquam quod Chronicon illud Græcos, qui nec in Fastis suis sacris, nec alibi usquam itineris, ab Hierotheo in Hispaniam suscepti, mentionem faciunt, neutiquam sibi suffragantes habeat, pro fictitio prorsus ac nullius fidei monumento ab eruditis universis modo habetur : quod cum ita sit, ab Halloixio relatum de quo hic, Hierothei in Hispaniam iter nullam omnino, utpote in monumento, undequaque spurio, dumtaxet fundatum, fidem meretur, nec plura, quo iter istud numquam habuisse locum, evincam, afferri est necesse. Hinc porro consectarium etiam nunc fit, ut, primum Segoviensis in Hispania ecclesiæ episcopum, quod sola pariter spurii ejusdem Chronici fide Halloixius supra huc transcriptis verbis adstruit, exstitisse Hierotheum, credendum etiam non sit. Et vero reipsa etiam Hierotheum ecclesiæ Segoviensi primum non præ-*

B *fuisse episcopum, certum omnino atque indubitatum vel ex eo fit, quod sedem istam S, Fructuosus, antiquus ac certus Segoviensium patronus, primus occuparit, quemadmodum marchio Agropolitanus, post etiam marchio de Mondexar et comes de Tendilla, eruditissimo, quem sub* Discursus Historici *titulo vulgavit, Commentario primum, Opereque deinde altero, quod* Dissertationes Ecclesiasticas pro honore antiquorum tutelarium contra fictiones modernas *inscripsit, luculentissime ostendit.*

*fidem mereantur, vel rei, quam probare debeant,*

312 *Quidcumque itaque de Hierothei seu itinere Hispanico, seu episcopatu Segoviensi ab Halloixio aliisque narretur, id certe nisi melioribus, quam quæ hactenus adducta fuere, monumentis firmetur, minime efficiet, ut Hierotheum in rerum natura aliquando certo exstitisse, nedum in Hispaniam, variis peragratis regionibus, penetrasse, ibidemque Segoviensi ecclesiæ primum præfuisse antistitem, in animum utcumque inducam. Modo anne alia, quæ de ejusdem Hierothei reliquiis memorantur, efficere saltem, ut in rerum natura certo hic exstitisse credatur, nata haud*

C *sint, dispiciamus. Duo in proxime recitatis Bivarii verbis, quæ pro memoratis ab eo et Halloixio sacris Hierothei reliquiis, seu pro harum sinceritate faciunt, continentur ; alterum est, quod repertum, ait, in linteolo, quo Hierothei reliquiæ obvolutæ fuerint, testimonium, membranulæ vetustissimæ characteribus ac vocabulis Græcis,* Caput Hierothei *significantibus, inscriptum ; alterum traditio, quæ a majoribus ad seniores monasterii Sandovallensis monachos fuerit transmissa. Ut modo quid de duobus illis, quibus tantummodo, quæ Bivarius atque ex hoc Halloixius de Hierothei reliquiis, in monasterio Sandovallensi asservatis, tradunt, superstructum sunt, capitibus juxta ac ipsismet illis reliquiis censendum sit, edicam, a priori illorum duco initium.*

*evincenda nullo omnino, ut rationes,*

313 *Cum nulla prorsus, ipsomet fatente Bivario, scriptura, quæ, quod huic fuit ostensum, Hierothei caput seu cranium esse, comprobaret, penes Sandovallenses monachos exstiterit, hique adeo, unde, quando et a quibus reliquiæ istæ ad monasterium suum fuissent delatæ, indubie ignorarint, fit vel hinc, inscriptionem seu testimonium, duobus dumtaxat vocabulis Græcis,* Hierothei caput *significantibus, conceptum, pro admodum suspecto habeam. Ex ipsa quidem, qua inscriptio illa* D *seu testimonium exprimitur, lingua Græca, penes Græcos homines Hierothei caput primum exstitisse, hisque deinde seu invitis seu consentientibus, e Græcia in Hispaniam id fuisse translatum, contendunt ; verum an recte? Minime enimvero. Quid ni enim Hispani inscriptionem, Græcis characteribus expressam, jam existenti penes se, non aliunde advecto, capiti, quod vel Hierothei, hominis Græci, caput esse credebant, vel pro Hierothei capite haberi volebant, adjungere potuerint? Eosne forsan linguæ Græcæ usque adeo fuisse ignaros, putas, ut ne quidem duobus vocabulis lingua Græca exprimendis efformandisque apti exstiterint? Verum demus etiam, caput, quod Hierothei caput a Sandovallensibus monachis creditur, in Hispaniam e Græcia fuisse allatum, nec hinc, ut id Hierothei, in Operibus,* Dionysio Areopagitæ *vulgo adscriptis, frequenter memorati, caput sit, consectarium fuerit. Quid si enim post detecta, e quibus Hierothei notitia primum est hausta, Opera,* Dionysio Areopagitæ *adscripta, asservatum penes Sandovallenses caput impostor quidam Græcus e Græcia in Hispaniam attulerit, idque Hierothei caput esse, inscriptio-* E *ne, qua id ipsemet munierat, in testimonium adducta, falso asseruerit? Sane, cum nihil, quo id certo factum non esse, evincas, allegari posse videatur, nec paucæ olim uti inter eruditos satis convenit, fraudes in Sanctorum reliquiis, maxime iis, quæ e regione una ad aliam transferebantur, fuerint admissæ, quis, quæso, in Hierothei reliquiis, quas vere Hierothei esse, nullum apud Sandovallenses extans scriptum comprobat nihil prorsus fraudis dolique intervenisse, pro certo asseveret?*

*in medium hic adducta,*

314 *Adhæc, cum in inscriptione seu testimonio, quod in reliquiarum involucro fuit repertum,* Hierotheus Sancti *titulo seu appellatione non afficiatur, nudumque dumtaxat Hierothei nomen vocabulo* caput *adjungatur, sintne Hierothei, qui in Operibus,* Dionysio Areopagitæ *adscriptis, memoratur an alterius homonymi, dubitari potest. At vero, ut ad alterum, in quo, quod de Hierothei reliquiis, in monasterio Sandovallensi asservatis, memorant, fundatur, jam veniam, e majoribus suis seniores monasterii Sandovallensis monachi intellexerant, Hierothei esse reliquias, quas sese* F *cum adjuncta, quam verbis supra huc transcriptis memorat, inscriptione in dicto Sandovallensi manasterio reperisse Bivarius ait. Ita omnino habet : verum majores, e quibus illud monasterii Sandovallensis monachi intellexerant, quisnam ille, cujus penes se exstare reliquias, dixerunt, Hierotheus esset, haud addiderunt ; ut nec e traditione, quam laudati allegarunt monachi, certiora reddantur, quæ de Hierothei, in Dionysii Operibus memorati, reliquiis, in Sandovallensi monasterio asservatis, traduntur. Nec est, quod adhuc reponas, non alium quam qui in Operibus,* Dionysio Areopagitæ *vulgo, adscriptis, memoratur, Hierotheum inveniri Sanctorum numero adscriptum ; etsi enim id ita sit, consectarium illico non est, ut Hierotheus, cujus reliquias in Sandovallensi monasterio Bivarius invenit, is ipse sit, qui in Dionysianis Operibus pro* Dionysii *præceptore obtruditur. Cum enim inscriptio, quam capiti adjunctam Bivarius reperit, nec* Beati, *nec* Sancti *titulum, Hierotheo præfixum, complecteretur, quid si caput illud nec Beati nec Sancti fuerit, sed Viri dumtaxat, nomine* Hierothei, *qui, quamvis*

A *vis Fastis sacris haud exstet inscriptus, diem tamen, sanctitatis fama post se relicta, extremum clauserit?*

*suadent, pacto apta sint ; satis liquet,*

315 *Enimvero rem ita habuisse, vel ex eo facile crediderim, quod in more sit positum, constansque usus obtineat, ut in inscriptionibus, quibus sacræ seu reliquiæ seu lipsanothecæ notantur, Sanctorum, quorum hæ sunt, nominibus vel* Sancti *vel certe* Beati *titulus præfigatur. Ut ut sit, memorata equidem a Bivario, qui præterea in Sanctis quibusdam, Hispaniæ adscribendis, Commentitioque Dextri Chronico propugnando aut nullam aut certe modicam dumtaxat fidem meretur, efficere ob ea, quæ jam recitatis illius verbis opposui, non possunt, ut Hierotheum vel in Hispaniam venisse, vel etiam in rerum natura umquam certo exstitisse, in animum utcumque inducam. Plures quidem, ut jam supra monui, sacri Græcorum Fasti ad quartam Octobris diem in Sanctorum numero Hierotheum recensent, verum cum sola, ut dubitari non potest, Dionysianorum, quæ* Dionysium Areopagitam *probabilius non habere auctorem, infra docebo, fide id faciant, nec hi, ut Hierotheum pro indubitato,*

B *qui aliquando exstiterit, Sancto habeam, efficere nati sunt, uti nec Martyrologium Romanum hodiernum ; etsi enim et in hoc Hierotheus ad quartam Octobris diem memoretur; eruditissimi, qui illud reformaverunt, viri idcirco dumtaxat adsciscendum sibi duxerunt Hierotheum, quod eum et in Operibus,* Dionysio Areopagitæ *adscriptis, haud raro memoratum, et in Menologio Sirletiano Sanctis invenirent adscriptum ; verum hoc, utpote recentiori dumtaxat ævo contextum,* Dionysioque *vulgo adscripta Opera efficere, ut pro indubitato Sancto, qui aliquando in rerum natura exstiterit, Hierotheus habeatur, nulla omnino ratione posse, satis superque e jam dictis liquet.*

*uti nec ex Hierothei, quæ Sanctimoniali oblatæ narrantur,*

316 *Porro qui pro Sancto indubitato Hierotheum habendum, huncque* Dionysii Areopagitæ *præceptorem exstitisse, contendunt, in causæ suæ præsidium adhuc advocant Vitam Catharinæ a Jesu, Parisiensis in magno Ordinis S. Mariæ de monte Carmelo parthenone Sanctimonialis, a Magdalena a S. Josepho parthenonis ejusdem priorissa, mandante S. R. E. Cardinali Berullo,*

C *seculo præterito conscriptam, in qua verbis Gallicis, quæ Latina facio, sequentia isthæc de dicta Sanctimoniali, nomine* Catharina a Jesu, *leguntur :* In magnis hisce angustiis semper fere multum auxilii a pluribus ex illorum, quos diximus, numero Sanctis accipiebat; et adhuc a sancto Hierotheo, cujus frequenter, utpote sibi pluries apparentis, præsentia fruebatur. Deus illi impertierat hunc Sanctum, quo ab eo dirigeretur, et in Operibus quibusdam aliisque juvaretur rebus, quæ evenerunt in Vita ejus, tota a Deo et a Sanctis, quos hic illi, ut eam ad perfectionem, quam abs illa exigebat, exstimularent, concesserat, directa; *ex hisce itaque Vitæ laudatæ verbis, neutiquam Hierotheum, utpote qui in hac sæpius Sanctimoniali laudatæ et apparuisse et in magnis augustiis adfuisse memoretur, pro Sancto fictitio, qui in rerum natura numquam exstiterit, esse habendum, contendunt. Verum præterquam quod nihil omnino, ut, quæcumque in præfata Catharinæ Vita narrantur, pro veris admittamus, nos cogat, visiones, apparitiones, revelationesque, maxime quæ feminis, utut etiam piis, factæ perhibentur, raro admodum, nec ni-*

*si summa cum cautela, quod sæpissime et illusio et imaginatio locum in iis habeat, solent admitti.*

AUCTOR C. B.

*apparitionibus, objectioneque, alium de adhuc petita.*

317 *Adhæc, quod caput est, inter eruditos omnes convenit, visiones apparitionesque, personis particularibus factas, haud id habere virium, ut rem quampiam, quæ inter historicos, antiquorum, quibus firmetur, monumentorum defectu, controvertitur ac in dubium vocatur, certam atque indubitatam valeant efficere. Nec id itaque, quod de visionibus Hierotheique apparitionibus, præfatæ Catharinæ oblatis, narratur, fuisse hunc umquam in rerum natura, certum efficit atque indubitatum. Ceterum erit fortassis adhuc, qui, quin Hierotheus in rerum natura exstiterit, dubitandum non esse, contendat, quod de eo quam plurima in Dionysianis Operibus commemorentur, horumque auctor, etsi etiam* Dionysium Areopagitam *falso se finxerit, haud tamen, ut ea omnia personæ, quæ in rerum natura numquam exstitisset, affingeret, facturus fuisse videatur. Verum nec hoc, ut Hierotheus in rerum natura certo exstitisse credatur, efficere est natum. Quid ni enim factum esse possit, ut Operum Dionysianorum auctor, qui* Dionysii Areo- E
pagitæ *nomen sibi imposuit, ea omnia, quæ de Hierotheo scribit, fictitiæ personæ de industria affinxerit, ne, si ea personæ veræ, seu quæ aliquando in rerum natura exstiterit, adscripsisset, fraus seu impostura temporis lapsu forsan detegeretur ex iis, quæ de vera illa persona a scriptoribus aliis, ei non visis, memoriæ fortassis prodita fuissent? Enimvero, re etiam ipsa ita id factum non esse, minime est certum, ac proin, an Hierotheus in rerum natura exstiterit, dubium manere, necesse est ; anne autem id, quod adhuc, ut probeturcontrarium, potissimum potest afferri, rem evincat, § sequens aperiet.*

## § XVII. An sanctissimæ Dei Genitricis exsequiis, Hierotheo etiam hisce adstante, interfuerit, et quid de aliis nonnullis, quæ de Sancto narrantur, ac in solis fere ei adscriptis Operibus fundantur, sit censendum. F

*E Nicephori, quæ*

*Nicephorus Callistus lib,* 15 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 14 *de S. Pulcheria, Constantinopolitana imperatrice, sic scribit* : Marciano Romani imperii sceptra tenente, magnopere una cum eo operam dedit, ut modis omnibus venerandum, immaculatum, Deiferumque illius (*sanctissimæ Dei Genitricis nimirum*) corpus inveniret, et in ecclesia ea reponeret. Itaque Juvenalem Hierosolymorum archiepiscopum, et Palæstinos episcopos, qui concilii celebrandi causa Chalcedonem venerant, accitos interrogavit, an divinum Dei Genitricis templum et sacrosanctum corpus adhuc apud Palæstinos in eo tumulo, quo primum repositum esset, reperiretur : velle se id, inde translatum, in templum hoc ejus infere, ut imperantis urbis custodia esset et præsidium. Quum enim et urbs ipsa et templum

AUCTORE C. B.

illi dicatum esset, æquum esse dixit, ut sacrum etiam ejus corpus ab eis non abesset. Ad quæ verba Juvenalis respondit : In sacris divinitusque inspiratis Scripturis obitum sanctæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ minime referri : antiquissima autem et verissima omnino traditione receptum esse ; instante illius obitu, Apostolos ex ipsis orbis terrarum finibus, ubi ad prædicationem obeundam dispersi erant, sublimes in aëre Hierosolyma venisse; visione auspicatiore hymnos divinarum potestatum exauditos esse : et absque strepitu aliquo, mirifico plane modo, Verbum et Filium ejus advenisse, atque in manus suas divinam illius Spiritum suscepisse.

*hic recitantur,*

319 Sacrosanctum autem corpus illius, angelica simul et Apostolica hymnodia elatum, in tumulo quodam, in regione Getzemani repositum esse, et in tertium usque diem eo loco carmina angelos perpetua in honorem et laudem Dei Genitricis cecinisse. Et cum eodem tertio die is, qui in obitu virginis Matris choro Apostolorum non affuerat, advenisset, et sacrum illum cœtum, ut tumulum recluderet, B quo et ipse *(Thomas hic fuisse, uti apud Nicephorum lib. 2. cap. 23, et infra ex Euthymiaca Hist. videre licet, asseritur)* Verbi matri debitum supremumque persolveret honorem, precibus summopere sollicitasset, atque sigillo ablato sepulcrum apertum esset, sacrum illius corpus prorsus repertum non esse : sed sepulcrales illius fascias tantum suo loco intactas atque inviolatas, perinde atque corpus ea paulo ante reliquisset, repertas, et quidem inenarrabili odoris suavitate redolentes. *Ita hactenus Nicephorus ; nonnulla autem, quibus, sacratissimum Virginis Mariæ corpus, cum anima iterum conjunctum immortalitateque donatum, in cœlos fuisse angelorum ministerio delatum, itaque etiam ipsis Apostolis, eum id intumulo, in quo conditum fuerat, non invenissent, visum esse, docet, proxime subjungit, ac dein mox de iis, qui sanctissimæ Dei Genitricis exsequiis interfuerint, facit sermonem. En, quibus id exsequitur, verba.*

*verbis, Dionysium una cum Hierotheo sanctissimo Dei*

320 Porro, *inquit*, eum discipulis ibi tum affuisse addidit, sanctissimum illum Timotheum, Dionysium Areopagitam, magnumque divinum et sapientem Hierotheum : quemadmodum hac de re Dionysius ipse in suis C ad Timotheum de beato Hierotheo scriptis testatus sit : « Congressus etiam est cum hierarchis, « divino numine afflatis, quum et ego et ipse, « aliique multi ex sanctis fratribus nostris, ad « spectaculum corporis, quod auctorem vitæ « Deumque suscepisset, convenissemus. Aderat « ibi Jacobus quoque frater Domini, et item Pe- « trus supremum atque venerandum Theologo- « rum fastigium. Deinde post id spectaculum « visum est, ut hierarchæ omnes, pro se quis- « que ut posset, hymno cantato, infiniti-poten- « tem divinæ virtutis bonitatem concelebrarent. « Meministi tu satis, ut ibi secundum theologos « ipsos, omnes alios sacros mystas longe supe- « rarit totus a seipso, secedens, totus mente ex- « tra seipsum degens, et prorsus convenientia « eis, quæ canebat, patiens, ita ut a quibus au- « diebatur et conspiciebatur, simul et cognosce- « retur numine afflatus, et divinus hymnorum « cantor judicatus. Sed quid tibi de iis, quæ « tum sancti illi viri theologati sint, dicam, « quum nisi mei quoque ipsius sim oblitus, me- « minerim, me multos hymnos et partes quas- « dam divinitus inspiratarum illarum laudum, te D « canente, audire? »

*Genitricis exequiis interfuisse aliaque nonnulla docemur ;*

321 Hæc ubi Juvenalis dixit, principes ipsi ab eo, ut sanctum eum tumulum, una cum sacris vestibus probe obsignatum ad se mitteret, rogarunt : eumque ita a Juvenali transmissum, in maximo quod ab eis constructum est Blachernarum templo, piis consecrarunt atque deposuerunt manibus, proxime ad sacram divinamque mensam. Factum id Marciano adhuc superstite. Veneranda enim vestis ejus aliquanto post, sub Leone est allata : et in rotundo templo, quod Leo magnus ædificavit, collocata est, sicuti in historia ejus dicemus. *Haud pauca enimvero hisce, quæ et hoc et duobus numeris proxime prægressis jam recitavi, verbis a Nicephoro docemur ; ac primo quidem, ut alia præteream, sanctissimam Virginem Mariam, non Ephesi, ut plurimi contendunt, sed Hierosolymis mortuam esse et sepultam ; deinde eamdem sanctissimam virginem cum corpore simul et anima in cælos esse assumptam ; tertio Apostolos et diversis terrarum partibus, quibus ad Evange-* E *lium prædicandum erant dispersi, Hierosolymam, Dei Genitricis obitu imminente, per aëra in sublime delatos mirabili modo convenisse ; quarto supernaturali isti conventui* S. Dionysium Areopagitam *et Hierotheum, hujus præceptorem, interfuisse, ac quinto denique in rei hujus probationem a Juvenale, patriarcha Hierosolymitano, in oratione, quam ad Marcianum et Pulcheriam Augustos concilii Chalcedonensis tempore seu anno* 451 *habuit, quamque recitata Nicephori verba complectuntur, citata fuisse Scripta seu Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur.*

*merum ea ex Euthymiaca, e qua suppeditata a Damasceno,*

322 *Verum e quinque hisce capitibus tria dumtaxat postrema ad institutum nostrum spectant, hæcque proinde sola, aliis duobus, etsi interim, quin corpore simul et anima sanctissima Dei Genitrix in cœlum sit assumpta, haud dubitem, relictis intactis, discutere aggredior, simul etiam, nec illa, ut Hierotheus in rerum natura aliquando exstitisse credatur, sufficere, ostensurus. Ad rem ipsam veniamus. Apostoli, imminente sanctissimæ Virginis Mariæ obitu, e diversis orbis terrarum partibus, Hierosolyma procul dissitis, singulari prorsus atque inaudito miraculo Hierosolymam per aëra* F *uno eodemque tempore fuisse translati, in exhibita per Nicephorum (adi hujus jam recitata verba) oratione a Juvenale, patriarcha Hierosolymitano, dicuntur. Verum unde hic prodigiosam adeo Apostolorum translationem didicit ? Ex antiquissima, indubie inquies, verissimaque, quæ tum adhuc in Palæstina vigebat, traditione. Rectissime sane ; ita enim ipsa, quam Juvenali Nicephorus attribuit, oratio nos docet. Verum unde, hanc a Juvenale ad Marcianum et Pulcheriam augustos habitam fuisse, Nicephorus habuit perspectum ? Joannes Damascenus Homilia secunda in beatæ Mariæ Virginis dormitionem, allocutione ad Dei Genitricis sepulcrum, verbisque nonnullis, quæ huic per inductionis figuram attribuit, præmissis, ita deinde subjungit* : Videtis amicissimi Patres ac Fratres, quibus ad nos verbis celeberrimum hoc sepulchrum utatur. Quod autem hæc ita se habeant, liquet ex Euthymiaca historia, in qua lib. III cap. XL ita diserte scriptum est : Superius diximus, quem- « admodum sancta Pulcheria in urbe Constan- « tinopolitana plures ecclesias construxit. Harum « una est illa, quæ in Blachernis edificata fuit « primis

A « primis annis imperii Marciani, divinæ memo-
« riæ.

*hucque facientia verba*

323 « Cum itaque laudatissimæ sanctissimæque
« Dei Genitrici perpetuæque Virgini Mariæ ve-
« nerandam ædem illic exstruxissent, omnique
« ornamentorum genere decorassent, sacrosan-
« ctum quod Deum suscepit corpus conquire-
« bant. Accitoque Juvenali Hierosolymorum ar-
« chiepiscopo, et Palæstinæ pontificibus, qui tum
« ob concilium Chalcedone coactum in urbe re-
« gia versabantur, his eos verbis alloquuntur :
« Hierosolymis primariam et egregiam Dei Ge-
« nitricis ac perpetuæ Virginis Mariæ ecclesiam
« esse audivimus, in eo loco qui Gethsemane vo-
« catur, ubi ejus corpus quod vitam tulit, in
« loculo conditum est. Volumus ergo has reli-
« quias isthuc afferri, ut imperatrici huicce ci-
« vitati præsidio sint. Ad hæc Juvenalis ita re-
« spondit : Etsi, quæ in sanctæ Dei Genitricis
« morte contigerunt, sanctæ ac divinitus in-
« spiratæ Scripturæ paginis minime prodita sint;
« tamen ex antiqua et verissima traditione acce-
B « pimus, quod gloriosæ ipsius dormitionis tem-
« pore, universi quidem sancti Apostoli, qui
« orbem terrarum ob gentium salutem peragra-
« bant, momento temporis in sublime elati, Hie-
« rosolymam convenerunt : cumque illic essent,
« eis, visio apparuit Angelica, et divina me-
« lodia audita est supernarum potestatum. Et
« sic cum sancta et cœlesti gloria animam san-
« ctam Deo commendavit : ejus autem corpus
« quod Deum susceperat, cum Angelico et Apo-
« stolico cantu elatum, in loculo Gethsemani
« depositum est : quod in loco angeli totos
« tres dies choros agere et canere non destite-
« runt. Post tres autem dies angelico cantu ces-
« sante, qui aderant Apostoli, cum unus Tho-
« mas, qui abfuerat, post diem tertium venisset,
« et quod Deum tulerat corpus adorare voluis-
« set, tumulum aperuerunt.

*hic recitantur,*

324 « Ac laudatissimum quidem illius cor-
« pus nequaquam invenire potuerunt : cum au-
« tem jacentia lintea reperissent, atque inenar-
« rabili qui ex eis proficiscebatur odore per-
« fusi essent, loculum clauserunt. Tum myste-
« rii obstupefacti oraculo, hoc solum cogitare
« potuerunt, quod cui placuit ex Maria vir-
C « gine in persona propria carnem sumere, et
« hominem ex ea fieri et nasci, Deus Verbum
« et Dominus gloriæ, quique post partum in-
« corrumptam ejus servavit virginitatem, eidem
« placuit, et ipsius postquam migravit, im-
« maculatum corpus incorruptione et translatio-
« ne ante communem et universalem resurre-
« ctioncm honorare. Aderant tunc cum Aposto-
« lis sanctissimus Apostolus, et primus Ephesio-
« rum episcopus Timotheus, et Dionysius Areo-
« pagita, sicut magnus ipse Dionysius testatur
« in his quæ de beato Hierotheo, qui ipse tunc ade-
« rat, ad prædictum Apostolum Timotheum scripsit
« in hæc verba : Quandoquidem apud ipsos etiam
« a Deo afflatos sacrorum antistites, quando nos
« quoque, ut nosti, et multi ex sacris nostris
« fratribus ad contuendnm corpus quod vitæ
« principium dedit, ac Deum suscepit, conve-
« nissemus (aderat autem et Domini frater Jaco-
« bus et Petrus, supremus præstantissimusque
« Apostolorum vertex) tum viso corpore pla-
« cuit omnibus, prout quisque poterat, hymnis
« celebrare infinitam bonitatem divinæ potentiæ :
« post Theologos omnes alios sacrorum præco-
« nes, ut non te fugit, superabat, totus excedens, AUCTORE C. B.
« totus extra se raptus, atque ita affectus, ut
« cum his quæ canebat, copulatus videretur et
« ab omnibus qui ipsum audiebant et videbant;
« et quibus, sive notus, sive ignotus erat, nu-
« mine correptus divinusque plane hymnorum au-
« ctor censeretur.

*Historia sunt hausta ;*

325 « Quid autem de his quæ divine illic
« dicta sunt, ad te sermonem habeam, cum
« ipse nisi mei ipse oblitus sum, nonnullas etiam
« divinorum illorum cantuum partes sæpe a te
« me audivisse noverim. His imperatores audi-
« tis, ab archiepiscopo Juvenali petierunt, san-
« ctum illum loculum una cum gloriosæ et san-
« ctissimæ Dei Genitricis vestibus, quæ in eo
« positæ erant, ad se mitti, sigillo communi-
« tum. Quem cum accepissent, in veneranda
« æde sanctæ Dei Matris, quæ in Blachernis
« sita est, deposuerunt. Atque ita quidem hæc
« gesta sunt. « *Modo hæc a Joanne Damasceno ex Euthymiaca, uti ipsemet ait, Historia subministrata verba confer cum verbis, e Nicephoro Callisto supra huc transcriptis, videbisque,* E
*narrationem, quæ hisce, cum narratione, quæ illis exprimitur, non tantum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad omnia fere adjuncta convenire. Quare cum Nicephorus, utpote seculi dumtaxat quarti decimi scriptor, Joanne Damasceno, qui seculo septimo floruit, Euthymiacamque historiam citat, multo sit recentior, consectarium fit, ut vel ex hac, vel e simili, quod ex eadem Historia (neque enim antiquius, e quo isthæc integra promanarit, scriptum invenitur) fuisset primitus acceptum, monumento litterario narrationem suam deprompserit; ut fidem hæc majorem, quam Historia Euthymiaca mereri haud queat. Ut itaque de illa statuere quid possimus, de hac quid sit censendum, dispicere debemus.*

*cum hac autem, quam certo, contra ac Lambecius,*

326 *Lambecius Commentariorum de Bibliotheca cæsarea lib. 8, pag.* 171 *et seq. sic scribit :* Notandum quarto est,... narrationem *(supra scilicet e Nicephoro a nobis datam)*... desumptam esse ex alia multo antiquiori historia, quam S. Joannes Damascenus (*adi hujus supra recitata verba*) vocat Euthymiacam, non quidem, ut quis falso crederet, quod ab Euthymio quodam composita fuerit, sed quia S. Euthymii archimandritæ sive abbatis in Palæstina, qui anno F
Christi CDLXXII mortuus est, vitam et res gestas continuit. Persuasissimum autem habeo, auctorem Euthymiacæ istius historiæ fuisse Cyrillum monachum, S. Sabæ abbatis, qui A. C. DXXXI obiit, discipulum, cujus etiam nunc apud Laurentium Surium tomo primo de probatis Sanctorum Historiis ad diem XX Januarii exstat narratio quædam de vita et rebus gestis S. Euthymii. Titulus hujus narrationis apud Surium hic est : « Vita et res gestæ S. Patris nostri, magni il-
« lius Euthymii abbatis, auctore Cyrillo mona-
« cho. Fortassis autem tota historia a Metaphra-
« ste paraphrastice reddita est. » Hæc Surius : Ego vero contra pro certo habeo, Historiam illam Euthymiacam Cyrilli, non tantum a Symeone Metaphraste non paraphrastice redditam, hoc est, latiori quadam et copiosiori expositione auctam esse, sed vice versa eam vel ab ipso jam memorato Metaphraste, vel ab aliquo alio abbreviatam et in epitomen redactam esse. Hoc enim vel ex ipso narrationis istius, quæ nunc exstat, exordio patet; quippe quod licet,

æque

AUCTORE C. B.

æque ac Historia ipsa, abbreviatum sit, pristinæ tamen amplitudinis suæ qualemcumque retinet umbram; nempe generalem historici studii commendationem, quæ non qualicumque narrationi, sed justæ sive perfectæ Historiæ conveniat.

*cujus verba huc transcribuntur, existimavit,*

327 Huc præter alia multa ejusdem generis argumenta accedit, quod ex S. Joannis Damasceni supra citata oratione certo constat, Euthymiacam illam Cyrilli monachi Historiam, cum integra adhuc esset, tantæ fuisse magnitudinis, ut, non solum in capita, sed et in libros divisa fuerit. Posteaquam enim ibi S. Joannes Damascenus satis prolixe, et multo sententiarum ac verborum ornatu exposuit, quomodo quibusque circumstantiis ipse credat, gloriosissimam beatissimæ Dei Genitricis Assumptionem contigisse, tandem narrationem illam claudit ac confirmat authoritate Historiæ Euthymiacæ, utpote ex cujus capite quadragesimo libri tertii ad verbum recitat totum illum locum, quo Juvenalis, archiepiscopi Hierosolymitani, oratio de obitu et Assumptione B. Deiparæ coram imp. Marciano ejusque conjuge Pulcheria in Synodo Chalcedonensi habita continetur. Quamvis enim in ea, quæ nunc exstat, abbreviata S. Euthymii Vita jam memoratus locus non amplius inveniatur, minime tamen dubium est, quin in integra Historia Euthymiaca olim exstiterit, et culpa abbreviatoris, tanquam ad S. Euthymii res gestas minus pertinens, omissus sit. Vixit quippe S. Euthymius archiepiscopi Hierosolymitani Juvenalis et synodi Calchedonensis sive Chalcedonensis temporibus, ideoque haud mirum est, quod Cyrillus amplissimæ illi, quam de Vita S. Euthymii scripsit, Historiæ multa quoque de rebus gestis Juvenalis et de Synodo Chalcedonensi immiscuerit. Utinam autem ea Historia ad nos pervenisset integra! Nunc enim supra memoratam tantum habemus Epitomen, in qua licet nonnullis locis archiepiscopi Juvenalis et Synodi Chalcedonensis obiter adhuc fiat mentio, pleraque tamen eodem pertinentia omissa sunt; et inter hæc eximius quoque ille locus de obitu et assumptione B. Dei Genitricis, cujus conservationem debemus S. Joanni Damasceno.

*a S. Euthymii Vita per Cyrillum Schytopolitanum,*

328 *Ita hactenus Lambecius, Vitam scilicet S. Euthymii abbatis, a Cyrillo Schytopolitano conscriptam, ipsammet, quæ sub* Historiæ Euthymiacæ *nomine a S. Joanne Damasceno laudatur, Historiam esse, contendens, etsi interim, quæ supra huc transcripta sunt atque in hac a Joanne Damascena lecta olim fuerunt, nuspiam in Vita illa inveniantur. Cum autem Cyrillus Schytopolitanus optimæ fidei ac notæ, uti apud nos tom.* 2 *Januarii in S. Euthymio pag.* 299 *videre licet, auctor exstiterit, rebusque etiam plerisque, quas in litteras misil, suppar vixerit, enimvero, si abs hoc, ut vult Lambecius, laudata a Joanne Damasceno Historia Euthymiaca esset contexta, neutiquam posset, an quæ in hac de oratione, ad Marcianum et Pulcheriam augustos a Juvenale, patriarcha Hierosolymitano, habita, rebusque in illa dictis memorantur, veritati consonent, revocari in dubium. Verum rationes, quibus impulsus Lambecius Euthymiacam illam Historiam cum conscripta a Cyrillo Schytopolitano S. Euthymii Vita unam esse atque eamdem contendit, nullo pacto id, quod vult, evictum dant. Etenim, ut ab iis, quæ primum in opinionis suæ probationem affert, confutandis incipiam, e narrationis seu Vitæ Euthymii, prout a Surio vulgata exstat, exordio consectarium minime est, ut hæc prolixioris Historiæ seu Vitæ compendium epitomeve dumtaxat sit; istud enim exordium, non a S. Euthymii biographo Cyrillo Schytopolitano, sed a Metaphraste fuit compositum, etsi interim (Operis nostri tom.* 2 *Januarii pag.* 302 *videsis) non secus ac si ipsiusmet Cyrilli esset, continenti serie cum reliqua narratione apud Surium cohæreat.*

*fidei optimæ scriptorem, adornata, diversæ*

329 *Verum res etiam ita, ut vult Lambecius, sese habeat, ac proin Vita Euthymii. a Surio vulgata, compendium seu epitome prolixioris Vitæ, a Cyrillo Schytopolitano adornatæ, dumtaxat sit, fuisse in hac, quæ sese de oratione, ad Marcianum et Pulcheriam augustos a Juvenale patriarcha Hierosolymitano habita, in Historia Euthymiaca legisse, Joannes Damascenus affirmat, litteris pariter mandata, qua, quæso, ratione Lambecius probatum det? Prolixissimam S. Euthymii abbatis, auctore Cyrillo Schytopolitano, Vitam inter edita a se anno* 1688 *Analecta Græca Benedictini Congregationis S. Mauri monachi ex optimæ notæ codice, qui tum inter manuscriptos numero* 3063 *in insigni Colbertina bibliotheca asservabatur, vulgarunt; in hac autem lucubratione, quæ genuina ac primigenia, talisque, qualis a Cyrillo Schytopolitano fuit conscripta, S. Euthymii Vita esse videtur, nullum prorsus orationis, ex Historia Euthymiaca a Joanne Damasceno supra adducta, quam ad Marcianum et Pulcheriam augustos Juvenalis, patriarcha Hierosolymitanus habuerit, vestigium occurrit, nec ratio ulla sat solida potest afferri, quæ, dictam orationem, utut a Cyrillo Schytopolitano relatam, in S. Euthymii, quam dixi, Vita, a Benedictinis S. Mauri monachis vulgata, omissam fuisse suadeat. Illa quidem oratio minus prope ad S. Euthymii res gestas spectat; verum vel hinc, non fuisse isthanc a Cyrillo Schytopolitano, optimæ utique e dictis notæ accuratoque scriptore, in contexta a se S. Euthymii Vita relatam, hancque proinde cum Historia Euthymiaca non esse eamdem, concludendum apparet.*

*in medium*

330 *Adhæc ex eo, quod oratio illa minus ad Euthymii res gestas pertineat, futurum fuisse, ut eam, qui hasce compendio exposuit, non commemoraret, pro certo qui asserat? At vero, ait adhuc Lambecius, Euthymiaca, cum integra adhuc exstaret, Cyrilli Schytopolitani monachi Historia seu Vita, in qua scilicet, quæ supra ex Historia Euthymiaca Joannes Damascenus suggessit, fuere notata,* non solum in capita, sed et in libros *erat* divisa; *ut sane molis seu magnitudinis haud parvæ exstiterit. Fateor, sic habet: pro iis enim quæ supra e dicta Historia Damascenus dat, librum hujus tertium caputque quadragesimum citat. Verum quid tum? Lambecio id minime suffragatur, sed potius adversatur. Cum enim Historia Euthymiaca, a* Damasceno *laudata, in plures libros ac capita fuerit divisa, contra autem nulla S. Euthymii Vita, quæ in plures libros sit divisa, inveniatur, hanc certe seu qualis apud Surium exstat seu qualis a Benedictinis Congregationis S. Mauri monachis est vulgata, unam eamdemque cum Euthymiaca Historia, a Joanne Damasceno laudata, esse non posse, indubitatum apparet. Ast, inquies, Cyrillus Schytopolitanus Sanctorum trium, S. Euthymii videlicet, S. Sabæ et S. Joannis Silentiarii Vitas conscripsit, hæque eo ordine, quo hic a me nominantur, totidem a Cyrillo scriptorum (Opus nostrum ad* xx *Januarii*

A *rii diem in S. Euthymio consule) librorum nomine veniunt. Objectionem hanc, veluti Lambecii conjecturam, quam tamen hic scriptor, si non alibi, certe verbis proxime recitatis haud format, Cottelerius Ecclesiæ Græco Monumentorum tom. 3 pag. 575 proponit, simulque refellit.*

*hic adductæ* 331 *Audi, qui loquatur.* Quod superest, *inquit,* conjectura Lambecii, Historiam Euthymiacam, quæ a Johanne Damasceno orat. 2 de Assumptione B. Mariæ ex libro tertio laudatur, ita dictam fuisse, quod præcipue ageret de Euthymio, et a Cyrillo Scythopolitano monacho monasterii S. Euthymii conscripta esset, accepta ex eo monasterio maxima parte rerum, quas narrat; constitisse autem tribus libris, primo de vita Euthymii, secundo de vita Sabæ, tertio de vita Johannis episcopi et solitarii; ea, inquam, conjectura nullo nititur fundamento, caretque omni probabilitate. Quid enim, quæso, ad Johannem episcopum et Hesychastam, qui sub Zenone sequentibusque imperatoribus floruit, facit Historia de Marciano, Pulcheria et Juvenali, necnon de obitu et Assumptione Deipa-

B ræ? Adde quod nihil simile legitur in vita Johannis. Denique in Niconis Pandecte Mss. Reg. 2423, 2424 Serm. 35 apud Lambecium lib. 5 Cod. Ms. 251 citatur ex Euthymiaca Historia narratio de Chrysaphio Eunucho et Flaviano CP. tantum non prout exstat apud Theophanem Chronographiæ p. 84 C. ea porro relatio ad dictum Johannem pertinere nullatenus potest, neque ad res Euthymii vel Euthymianorum. Appono illam, ut etiam conferatur cum Nicephoro Hist Eccl. XIV 47. Ἐκ τῆς Εὐθυμιακῆς ἱστορίας. Ὁ ἐν ἁγίοις καὶ μακάριος Φλαβιανὸς, ὁ τοῦ μακαρίου Πρόκλου τὴν προεδρίαν Κωνσταντινουπόλεως (*Al.* τὴν ΠΚ. μετὰ τὸν ἅγιον Πρόκλον) διαδεξάμενος. Χρυσάφιος τις εὐνοῦχος τοῦ παλατίου τοῦ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, τῇ Φλαβιανοῦ χειροτονίᾳ φθονήσας, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ ἀκάκῳ ὄντι, δηλῶσαι τῷ πατριάρχῃ ἀποστεῖλαι τὰς ὑπὲρ τῆς χειροτονίας εὐλογίας. ὁ δὲ Φλαβιανὸς, καταρρῦς ἄρτους ἀπέστειλεν εὐλογίας· καὶ δηλοῖ ὁ Χρυσάφιος, ὅτι χρυσᾶς ζητεῖ ὁ βασιλεύς. ὁ ἐπίσκοπος ἀντεδήλωσε, μὴ ἔχειν μὲν χρήματα ἀποστεῖλαι, εἰ μή τισι (*Al.* τι) χρήσομαι, φησὶ, τῶν ἱερῶν κειμηλίων· πλὴν πάντα τὰ τῆς ἐκκλησίας τοῖς πτωχοῖς ἀφιερῶνται· γίνεται οὖν ἐκ τούτου οὐ

C μικρὰ λύπη ἐν τῷ μέσῳ, Πουλχερίας ταῦτα μὴ εἰδυίας.

*rationes distinctam ostendunt,* 332 *In Operum S. Joannis Damasceni editione, a Michaële Lequien anno* 1712 *Parisiis curata, Græca hæc verba, abs hoc scriptore in suis ad secundam in B. Mariæ Virginis dormitionem Homiliam annotationibus pariter adducuntur, itaque redduntur Latine :* Sanctus beatusque Flavianus præsulatum Constantinopolitanum post beatum Proclum excepit. Chrysaphius quidam, Eunuchus palatii Theodosii minoris, ob Flaviani ordinationem invidia æstuans, imperatori minime malo suggessit, ut significaret patriarchæ, oportere eum eulogias seu munera propter ordinationem suam mittere. Declaravit porro insuper Chrysaphius, imperatorem auri pecuniam postulare. Episcopus vero reposuit, nullas sibi pecunias esse, quas mittat, nisi pro sacris cimeliis mutuo eas acciperet, cunctas quippe Ecclesiæ facultates pauperum usui consecratas esse. Hoc itaque dolorem magnum creavit, nihil horum Pulcheria resciente. *Enimvero hæc nec ad Joannis Silentiarii, nec ad Euthymii Sabæve res gestas spectare, manifestum est. Quare, cum non tantum in trium horum Sanctorum Vitis, a Cyrillo Schytopolitano conscriptis prout hodieque exstant, non memorentur,* AUCTORE C. B. *verum nec in hisce, prout primitus fuerunt contextæ, memorata fuisse, verosimillimum apparet, ambigendum enimvero non est, quin Euthymiaca Historia, a Joanne Damasceno laudata, e qua jam recitata sunt, a laudatis trium Sanctorum Vitis, aut, si mavis, a tribus, qui hasce seu constituunt seu complectuntur, libris diversa sit atque distincta.*

333 *Adhæc etsi quidem tres illæ a Cyrillo conscriptæ Vitæ pro libris totidem haberi queant,* *fidem haud mereatur, quædam supra a Nicephoro tradita certa non sunt,* *nuspiam tamen ab hoc scriptore, fide dignissimo,* Historia, in tres libros divisa, *vocantur. Omnibus itaque sedulo expensis, Historiam Euthymiacam a Cyrillo Schytopolitano non fuisse conscriptam, verosimillimum, imo prorsus indubitatum apparet. Quod cum ita sit, auctoremque proinde isthæc habeat incertum ac prorsus incognitum, fidemne hic mereatur integram, imo an non plura, quæ memorat quæque a nullo prorsus antiquiore exploratæ fidei scriptore alio memoriæ prodita inveniuntur, pro arbitrio suo finxerit, aut saltem ex infidis vulgi rumoribus in litteras miserit, revocari potest in dubium, uti etiam,* E *ac nominatim quidem, an veritati consonent, quæ de oratione, ad Marcianum et Pulcheriam augustos a Juvenale, patriarcha Hierosolymitano, habita, variisque abs hoc in illa assertis commemorat. Jam vero, cum res ita habeat, apte enimvero, et Apostolos, imminente sanctissimæ Virginis obitu, e diversis, quibus dispersi erant, terræ partibus Hierosolymam mirabili modo fuisse translatos, et* Dionysii Areopagitæ *testimonium, quod tunc illis et hunc Sanctum nostrum et Hierotheum adfuisse, insinuat, a Juvenale, patriarcha Hierosolymitano, fuisse adductum, ex oratione illa, seu Euthymiaca, cui hæc includitur, Historia haud probatur; cum autem ex hac, ut jam docui, quæcumque verbis supra huc transcriptis, inclusaque hisce Juvenalis ad Marcianum et Pulcheriam augustos oratione seu de mirabili illa Apostolorum Hierosolymam translatione seu de* Dionysio, *qui hisce ac sanctissimæ Dei Genitricis exsequiis una cum Hierotheo tum adfuerit, a Nicephoro commemorantur, primitus sint hausta, hic sane ea auctoritate sua certa haud facit, ac proin an Hierotheus in rerum natura* F *umquam exstiterit, manet, ut ante statui, omnino incertum.*

*nec ea adscriptum Dionysio testimonium, etsi etiam hoc non de Christi,* 334 *Nec hoc aliaque jam dicta ex* Dionysii Areopagitæ, *quod Juvenalis citarit, testimonio certa possunt effici. Præterquam enim quod admodum, an Hierosolymitanus ille patriarcha* Dionysii *testimonium allegarit, dubium e jam dictis exstat, est etiam, anne id* Dionysii *vere sit, valde incertum. Adhæc sunt etiam, qui, quamvis etiam* Dionysii *vere foret, minime tamen ex illo, ut et Apostoli ad sanctissimæ Virginis Mariæ funus curandum sacrumque contuendum corpus Hierosolymam fuerint translati, et his tum* Dionysius *et Hierotheus adfuerint, consectarium esse contendunt. Varii, qui ita opinantur, adduci hic possent; verum unus omnium instar sit Serryus, qui in suarum de Christo ejusque virgine matre exercitationum sexagesima quinta num.* 10 *sic scribit :* Unum tantum ad fabulas, quantum fieri potest, procul amovendas, addere non gravabimur : prodigialem illum Apostolorum ad virginis exequias convolantium accessum pseudo-Dionysii suffragio et auctoritate minime niti, quamquam illius in eo referendo commento nomen ostentent Joannes Damascenus et Simeon

meon Metaphrastes in orationibus de dormitione Deipare, et Nicephorus Callixtus lib. 2 Historiæ cap. 20. Quod enim cap. 3 de Divinis Nominibus habet Pseudo-Dionysius, non de virginis corpore, ad quod conspiciendum accesserint, dictum est; sed de Christi Domini sepulchro. Indeque natus est error, quod σώματος pro σήματος in Græco textu legerint laudati scriptores, et corpus fecerint ex sepulcro; corpus scilicet Virginis ex sepulcro Christi Domini.

*ut Serryus aliique contendunt, sepulcro.*

335 Quæ vivorum eruditorum Claudii Joli, Jacobi Combefisii, Ludovici Thomassini, Tillemontii observatio est, S. Maximi et Hincmari, Rhemensium archiepiscopi, auctoritate roborata qui SEPULCRUM diu olim legerunt, non corpus, σήμα Græce, non σῶμα. En pseudo-Dionysii conceptissima verba : « Apud ipsos etiam pontifices nostros, qui Numine divino permoti erant; « cum et nos, ut scis et tu, et multi ex sanctis fratribus nostris sepulcri, non corporis, « quod Auctorem vitæ Deumque recepisset, vi- « dendi causa convenissemus (aderat autem et B « Jacobus, frater Domini, et Petrus, maximum « antiquissimumque theologorum columen) pla- « cuissetque, eo viso, ab omnibus pontificibus, ut « quisque idoneus erat, infinita potentia prædi- « tam bonitatem divinæ imbecillitatis laudari. » Quæ verba de viso Christi sepulcro, non de viso Deiparæ corpore, esse intelligenda, ipsa etiam ratio postulat, quamquam nulla summorum virorum suffragaretur auctoritas. Quid enim est, quod, eo viso, laudasse dicuntur Apostoli bonitatem divinæ imbecillitatis, nisi quod assumptæ a Deo imbecillitatis fuit, quod mortuus sit Christus, atque adeo sepultus? Crucifixus est ex infirmitate, sed vivit in virtute. 2. Cor. XIII. ℣. IV. *Quod si itaque Serryo assentiendum hic sit, et Apostoli, et* Dionysius *Hierotheusque, non ad sanctissimæ Virginis corpus, sed ad Domini sepulcrum contuendum Hierosolymis mirabili modo convenerint.*

*sed de sacro, ut Baronius cujus hic verba*

336 *Verum Baronius, illum Dionysii locum, a Serryo hic et supra a nobis plus semel memoratum, non de Domini sepulcro, sed de Dei Genitricis corpore esse intelligendum, itaque etiam reipsa a Joanne Damasceno, Andrea Cretensi, Epiphanio presbytero, Metaphraste, Euthymio,* C *Maximo, Glyca et aliis fuisse intellectum, in Annalibus Ecclesiasticis ad annum* 48, *num.* 7 *præfatus, ita deinde, quo suam ea de re opinionem probatam det, prosequitur :* Sed rem ipsam paulo accuratius pervestigemus; et quo hæc faciliora et certiora reddantur, afferamus hic ipsius Dionysii verba, quæ sic Græce legentur : Ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις ἡμῶν ἱεράρχαις, ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνελήλυθαμεν etc. Quæ Dionysii ultima verba procul dubio errasse denotant eos, inter quos fuit Anastasius, qui interpretati sunt carnem, Christi divinitatem continentem; nam eo tempore, quo Christus cruci affixus est, et ex mortuis resurrexit, nondum Dionysius, sed nec Paulus ad Christum conversus erat. Alia fuit interpretatio Hilduini (ut diximus) ut non de corpore Dei Genitricis, sed de sepulcro Dominici Corporis sint ea verba accipienda : cui magnopere favet Matthæus Galenus in sua Areopagitica Præfatione, licet ipse existimet, eadem rectius accipi posse de ædibus Joannis Evangelistæ, in quas sanctissima Virgo recepta est.

*recitantur, vult, variæque in medium,*

337 Sed dicat, velim, uterque, quænam fuerit ratio, ut, non tantum Hierotheus ac Dionysius, sed et Apostoli, antea per orbem dispersi, ad contuendum sepulcrum Dominicum, vel Joannis ædes, convenerint, atque ad illa contuenda vel laudanda omne tunc studium et vim spiritus adhibuerint? Numquid non alias sæpe viderant atque uberius laudare potuerant? Esto, quod Hierotheus et Dionysius, vel si qui alii Apostolorum discipuli, qui numquam hactenus vidissent, eo convenerint, et ad ejus præconia fuerint divinitus excitati; quid de Apostolis dixerimus, qui multos annos, ut vidimus, post Ascensionem Domini Hierosolymis manentes, et sepulchrum Christi et ædes Joannis præ oculis semper habentes, tunc potissimum ad ea contuenda advenerint, et ad laudanda recens excitati fuerint? *Hactenus Baronius et recte sane; factum enim esse, quis credat, ut Apostoli, qui Dominicum sepulcrum sæpissime spectarant, tunc iterum, cum* Dionysius *et Hierotheus, haud diu ante annum quinquagesimum conversi, Hierosolymam venissent,* E *ad illud contuendum ac laudandum mirabili modo e regionibus longe dissitis Hierosolymam translati accesserint? Serryus itaque aliique, qui* Dionysium *de Dominico sepulcro interpretandum arbitrantur, animadvertisse non videntur, memoratum Apostolorum seu ad Virginis corpus seu ad sepulcrum Dominicum accessum ante annum circiter quinquagesimum,* Dionysio Areopagita *ad fidem jam converso, evenire non potuisse; quo tempore Apostolos ad Dominicum, quod jam sæpissime viderant, sepulcrum contuendum e diversis, quibus dispersi erant, terrarum partibus prodigioso modo fuisse collectos, verosimile non est.*

*objectione etiam, in contrarium faciente,*

338 *Nec Serryus id, quod vult, allegata a se ratione evincit. Hanc enim ipsemet, quem pro se laudat, S. Maximus evertit. Res e Lambecii, quæ subdo, quæque S. Maximi verba, eo facientia, includunt, sequentibus hisce patet verbis* : Hucusque antiqua illa latina versio; ubi, uti videre est, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας interpres reddidit multum potentem bonitatem Divinæ infirmitatis. Quænam ergo hæc infirmitas sive imbecillitas Divina, cujus infinita potentia præditam bonitatem F sancti Apostoli post contemplationem Corporis defunctæ Dei genitricis tantopere laudarunt? Haud alia profecto, quam incomprehensibilis et cuncta comprehendentis Divinæ Majestatis humillima in arctum contractio, qua humanam infirmitatem et imbecillitatem imitari voluit, dum in utero Beatisimæ semper Virginis Mariæ carnem assumpsit, et usque ad partum per novem menses tenerrimi instar infantis delituit. Quamvis enim per τὴν θεαρχικὴν ἀσθένειαν; hoc est, divinam imbecillitatem sive infirmitatem tota Christi vita et passio recte possit intelligi, respectu tamen Corporis defunctæ Dei Genitricis, cujus contemplatio sanctos Apostolos ad omnipotentem Divinæ istius imbecillitatis bonitatem laudandam tunc impulit, Incarnationis potissimum et Nativitatis mysterium, quod in utero B. semper Virginis contigit, hic intelligendum est.

*e S. Maximo*

339 Confirmat hoc S. Maximus martyr, qui A. C. DCLXII obiit, in suo ad hunc locum Scholio his verbis : Θεαρχικὴν ἀσθένειαν ἐνταῦτα φησι τὴν ἐκούσιον τοῦ Υἱοῦ ἄχρι σαρκὸς, ἁμαρτίας δίχα, συγκατάβασιν. Ἁμαρτίαν γὰρ πάντη ἀγνοήσας, κατηξίωσεν

A τηξίωσεν ὑπὲρ ἡμῶν, μὴ ἐκστὰς τῶν οἰκείων, ἀναμαρτήτως ἁμαρτία γενέσθαι, ἵν' ἡμᾶς τοὺς δουλωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ, διὰ τῆς ὶδ ἑαυτοῦ ἡμῶν υἱοθεσίας εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπαναγάγῃ ἐλευθερίαν. Πλούσιος γὰρ ὢν θεότητι, πτωχεύει τὴν πλουτοποιὸν ὠτωχείαν, ἀναλαβὼν ὑπερφυῶς τὴν ἡμῶν σάρκα, ἵνα ἡμεῖς τὴν ἐκείνου πλουτούσωμεν θεότητα· καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ, καὶ Θεὸς κατ' οὐσίαν ὑπάρχων, τὴν τοῦ δούλου δὶ ὑπερέκχυσιν ἀγαθότητος ὑπεδυ μορφήν. Λόγος ἁπλοῦς ὢν ἐνυπόστατος καὶ γεγονὼς ἀτρέπτως σάρξ. Hoc est :

" Divinam imbecillitatem hic vocat voluntariam
" condescensionem Filii Dei usque ad corpus abs-
" que peccato. Cum enim peccatum prorsus
" ignoraret, dignatus est pro nobis, propria non
" deserens, sine peccato fieri peccatum, ut nos
" peccato mancipatos, per nostri adoptionem,
" quæ per ipsum facta est, in pristinam assereret
" libertatem. Nam cum dives esset divinitate, lo-
" cupletante nos inopia fit pauper, excellenti quo-
" dam modo carnem nostram assumens, ut nos
" divinitate ejus ditaremur : et cum in forma
" Dei, ac secundum essentiam Deus existeret,
" propter effusam bonitatem servi formam induit.
" Cum simplex Verbum existeret, factus est im-
B " mutabiliter subsistens caro. Hæc S. Maximus de
" mysterio Incarnationis et Nativitatis Christi,
" quod per τὴν θεαρχικὴν ἀστένειαν præcipue hic si-
" gnificatur. "

soluta, hic adducta rationes

340 *Cum itaque per divinam imbecillitatem, cujus* præditam infinita potentia bonitatem *Apostoli collaudasse in incluso supra recitatis Nicephori et Historiæ Euthymiacæ verbis* Dionysii Areopagitæ *textu dicuntur, voluntaria Filii Dei usque ad corpus absque peccato condescensio, ut S. Maximus, nec, ut apparet, inepte existimavit, a Dionysio intelligatur, corpusque illud Filius Dei ex sanctissima Virgine Maria assumpserit, certe ex eo, quod Apostoli, viso eo, ad quod contuendum convenerint,* præditam infinita potentia divinæ imbecillitatis bonitatem *collaudasse dicantur, consectarium neutiquam apparet, ut id, ad quod contuendum illi convenerint, Dominicum sepulcrum, non autem sacratissimum Dei Genitricis corpus exstitisse debeat. Cum enim ex hujus, e quo corpus absque peccato Filius Dei assumpsit, contemplatione ad Domini nostri de-*
C *cantandas laudes ac proin ad præditam infinita potentia bonitatem collaudandam incitari Apostoli potuerint, cur per id, ad quod contuendum convenerint, Dominicum sepulcrum debeat intelligi, haud satis perspicio. Anne forsan, quod Apostolos ad Dei laudes exstimulare, Dominici sepulcri, at non item corporis, e quo Dominus corpus assumpserat, contemplatio nata exstiterit? Verum id cuiquam facile probatum iri, haud puto. Anne forsan, quod in Deiparæ laudes Apostoli excurrisse non dicantur, haud corpus Deiparæ, sed sepulcrum Dominicum spectatum abs illis secundum Dionysium fuisse, asseverabis? Verum laudari illum, qui corpus e Deiparæ corpore assumpserat, in Deiparæ laudem redundabat, nihilque magis pronum fuisse videtur, quam ut Apostoli, qui e sacratissimi Deiparæ corporis aspectu in Operum Domini admirationem erant abrepti, horum auctorem rerumque omnium creatorem potius, quam creaturam, utut etiam laudari dignissimam, laudibus celebrassent.*

suadent, Deipuræ corpore

341 *Quidquid itaque Serryus, ut, secundum Dionysii, de quo hic disputamus, textum Apostolos, non ad Deiparæ corpus, sed ad Dominicum sepulcrum contuendum convenisse, probet e laudata per illos infinita Dei bonitate arguat, neutiquam id, quod vult, seu Apostolos, non ad Deiparæ corpus, sed ad Dominicum sepulcrum contuendum Dionysium convenisse, evictum dat. Nec id etiam præstat, quod ait de vocabulo* σῆμα, sepulcrum, *cujus loco* σῶμα, corpus, *Joannes Damascenus Nicephorus Callistus, et Simeon Metaphrastes perperam in Græco textu legerint. Cum enim ita abs hisce perperam lectum fuisse, adducta a Serryo certo haud evincant, imo, cum contra recte ita abs iisdem legi potuisse, satis superque e jam disputatis patescat, erroris sane lectionem, quam laudati scriptores antiqui ad nos transmiserunt, insimulare non ausim. Hincmarus quidem, Remensis archiepiscopus, imo etiam Hilduinus, ambo seculi* IX *scriptores,* sepulcrum *olim, non* corpus, *legerunt; verum præterquam quod Joanne Damasceno, qui seculo septimo floruit, ac* σῶμα, *corpus, non* σῆμα, sepulcrum, *e jam dictis legit, recentiores sint, antiqua Operum, quæ sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur quæque* σῶμα, corpus, *non* σῆμα, sepulcrum, *constanter legunt, exemplaria sibi suffragantia non habent. Quod autem ad S. Maximum, quem quoque* sepulcrum, *non* corpus, *olim legisse, Serryus affirmat, jam spectat, is in suis ad* Dionysii Areopagitæ *Opera Scholiis in sequentia isthæc, τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου, quæ in Græco, de quo hic disserimus, textu leguntur, verba ita observat : ζωαρχικὸν καὶ θεοδόχον σῶμα, τάχα τὸ τῆς ἁγίας Θεοτόκου λέγει, τότε κοιμηθείσης,* corpus, quod principium vitæ ac Deum suscepit, forte vocat illud Deiparæ, tunc defunctæ.

AUCTORE C. B.

E

interpretandum videatur, certa atque indubitata

342 *Cum itaque* σῶμα, corpus, *quod in textu Græco ζωαρχικὸν καὶ Θεοδόχον vocatur seu* Vitæ principium dedisse, Deumque suscepisse a Dionysio Areopagita *asseritur, forte abs hoc illud Deiparæ, jam defunctæ, dici, Maximus existimarit, hunc nec in Græco* Dionysii *textu* σῆμα, *nec in Latino* sepulcrum *umquam legisse, manifestissimum est. Et vero, cum S. Maximus in* Dionysii *Opera, prout Græce erant conscripta nondumque in linguam Latinam conversa, Græce etiam Scholia conscripserit,* sepulcrum, *ut ait Serryus, in textu Latino, quem sibi*
F *prælucentem non habuit, legisse qui queat! Quæcumque itaque seu Serryus, seu alii argutentur,* Dionysius Areopagita, *seu qui hujus sibi nomen imposuit, non ad Dominicum sepulcrum, sed ad sacratissimum Dei Genitricis corpus contuendum Apostolos, quibus et se et Hierotheum adfuisse, ait, convenisse, per inclusum in supra recitatis Nicephori et Historiæ Euthymiacæ verbis textum significare voluit. Verum; etsi id ita sit, haud propterea tamen quæ significare per hunc voluit, seu Apostolos ad sanctissimæ Dei Genitricis, vita jam functæ, corpus contuendum confluxisse, hisque tum* Dionysium *et Hierotheum adfuisse, certa evadunt. Cum enim Opera, textum eumdem complectentia,* Dionysio Areopagitæ *probabilius ex dicendis sint supposita, virumque proinde, qui, quamquam a* Dionysio Areopagita *diversus, sibi tamen hujus nomen falso imposuit, auctorem habeant, dubitari non immerito potest, an is, uti se* Areopagitam, *ita etiam, quæ de Apostolorum ad funus Virginis concursu parteque, quam in hoc et ipsemet et Hierotheus habuerint, scribit, pariter non finxerit; ut proinde isthæc, quæ in textu laudato*

AUCTOR C. B. *efficit, manetque proinde, an Dionysius et Hierotheus*

*dato memoriæ prodit, dubia esse admodum atque incerta, sit necesse.*

343 *At vero, inquies, etiamsi Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomen præferunt, Sancto huic falso sint supposita, fieri tamen potest, imo reipsa etiam factum fortassis est, ut verus Operum illorum auctor, a quo* Areopagitæ *sunt supposita, Sanctum hunc nostrum et Hierotheum Apostolis, ad sacratissimum Dei Genitricis corpus contuendum convolantibus, adfuisse, vel e traditione antiqua vel e vetustioribus, quæ modo interierint, monumentis habuerit compertum. Fateor, sic habet; neque enim, uti ex infra dicendis patescet, omnia et singula, quæ in Operibus,* Dionysio Areopagitæ *adscriptis, occurrunt, certo sunt ficta, omnique scriptoris antiquioris testimonio destituta; verum quid tum? Cum nihil sat certi, quod* Dionysium *Hierotheumque, uti in* Areopagitæ *sæpius jam memorato textu traditur, convenientibus ad sacratissimum Dei Genitricis corpus contuendum Apostolis adfuisse, suadeat, alinde huc usque fuerit allatum, nos ista, seu Apostolos ad contuendum corpus Virginis convenisse, hisque* B *tum* Dionysium *ac Hierotheum adfuisse, neutiquam quidem, quod e probato fonte hausta fortassis sint, certo falsa seu conficta asserimus, anne tamen, quod, e fonte hujusmodi esse accepta, omnino incompertum nobis sit, reipsa umquam evenerint, in dubium revocamus. Et vero haud immerito nos id facere, vel ex eo liquet, quod nullus prorsus scriptor, seculo sexto, quo Opera, sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita, in lucem primum fuere prolata, antiquior inveniatur, qui Hierothei, nedum hujus cum* Dionysio *in Apostolorum ad Virginis corpus contuendum conventu præsentiæ meminerit.*

*Deipare funeri interfuerint, imo an hic umquam exstiterit.*

344 *In scripto quidem de Virginis transitu libello, qui jam inde a seculo quinto notus fuit, Apostoli, eodem momento e diversis, quibus dispersi erant, regionibus collecti, Hierosolymamque per aëra in sublime delati ad sanctissimæ Virginis, cum hujus immineret obitus, funus curandum convolasse traduntur. Verum Opusculum illud in concilio Romano, cui Gelasius I Papa præfuit, apocryphum fuit declaratum, nec ullum modo invenire est eruditum, qui illud, velut spurium ac commentitium, non rejiciat. Adhæc cum laudatus libellus, in quo, Apostolos toto jam orbe dispersos,* C *ad sanctissimam Dei Genitricem, extreme decumbentem, ingenti portento convolasse, ab impostore fuit narratum, aliquamdiu etiam ante scripta, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomen præferunt, Opera contextus seu potius confictus fuisse videatur, fieri facile potest, ut scriptori, qui hæc* Dionysio Areopagitæ *supposuit, spurius ille fœtus præluxerit, fingendique etiam, quæ de* Dionysio *Hierotheoque, sacratissimum Dei Genitricis corpus in Apostolorum conventu seu congressu conspicatis, scribit, occasionem seu ansam præbuerit. Nec est, cur hic iterum supra sæpius memoratam, quam Juvenalis, patriarcha Hierosolymitanus, ad Marcianum et Pulcheriam augustos habuerit, orationem objicias; etsi enim in hac Operum Dionysianorum locus, quo* Dionysius *Hierotheusque Apostolis, ad sanctissimæ Dei Genitricis corpus contuendum convenientibus, adfuisse narrantur, a Juvenale citetur, Orationem præfatam, in qua abs hoc Hierosolymitano patriarcha factum id fuerit, habitam ab eodem patriarcha fuisse, Joannes Damascenus, qui omnium, apud quos memoriæ id proditum invenitur, est antiquior, e sola nullius prorsus, ut supra jam docui, fidei Historia Euthymiaca,* D *sexto, ut apparet, seculo conficta, intellexit, simulque etiam, cum diversum ab hac monumentum non citet, præ nimia, qua, quemadmodum apud eruditos omnes in confesso est, laboravit, credulitatæ in litteras misit.*

*admodum incertum, estque eodem fere modo de iis, quæ e Sancti*

345 *Atque ita, omnibus modo, quæ* Dionysium Areopagitam *Hierotheumque sanctissimæ Dei Genitricis exsequiis interfuisse, utcumque probare possent, utrimque libratis ac discussis, pro dubio atque incerto, an factum umquam id fuerit, habere adhuc cogor, hincque, Hierotheum in rerum natura aliquando exstitisse, pro certo asseverare non ausim, etsi interim non tantum in textu citato, sed et in pluribus aliis Operum Dionysianorum textibus memoretur. Verum hæc de argumento isthoc (neque enim hic etiam, quæ a Tamayo in Mrl. Hispano ad* IV *Octobris diem de Hierotheo proferuntur, quæque, etsi etiam ab iis, quæ supra ex Halloixio retuli, subinde dissona, meliori tamen fundamento haud innituntur, commemoranda existimo) disseruisse jam sufficiant; de aliis, quæ ex Operibus,* Dionysio Areopagitæ *adscriptis, potissimum adhuc intelliguntur, colligive queunt, censendum quid sit, dispiciamus. Nonnulla ex his suppeditat epistola,* E *quam* Dionysius *ad Demophilum cultorem seu monachum, officii et humanitatis limites transgressum, dederit; reliqua vero epistola altera, quam idem* Dionysius *ad Joannem Apostolum, in insula Patmo exsulem, conscripserit. Ac primo quidem ex epistola, ad Demophilum scripta, discimus,* Dionysium *aliquando a Carpo, ad quem in Creta insula diverterat, hospitio fuisse exceptum, eique a Carpo visionem plane admirabilem, in dicta ad Demophilum epistola expositam, quæ ipsimet Carpo divinitus fuisset oblata, fuisse narratam; ex epistola autem ad Joannem conscripta docemur,* Dionysium *Joanni, in Patmo insula insulanti, prædixisse, futurum, ut exilio illo liberatus in Asiam postliminio reverteretur, tumque et sacrum codicem seu Evangelium conscriberet et* Dionysio *inviseretur.*

*ad Joannem epistola, at non item de iis.*

346 *Verum cum isthæc, quæ e posteriori jam dicta epistola prodit, in nullo prorsus alio antiquo seu monumento seu scriptore fundamentum habeant, sitque, an ista epistola* Dionysio Areopagitæ *supposita non sit, dubium admodum atque incertum, ea pariter, quæ in hac* F *tantummodo fundatur, quæque, si vera forent,* Dionysium *vaticinandi gratia prophetiæque spiritu donatum a Deo fuisse, probarent, dubia esse admodum atque incerta, necesse est, quod, cum is, qui epistolam dictam scripsit,* Dionysium Areopagitam *sese finxerit, haud immerito, ne, quæ in hac commemorantur pariter finxerit, queat timeri, maxime cum ipsamet, in qua memorantur, epistola, verosimilius e jam dictis ac porro dicendis supposititia, præstita illa esse debuissent. Quod autem ad illa, quæ ex epistola ad Demophilum eruuntur, jam spectat, partim in hac sola sunt fundata, partim aliunde etiam habentur comperta. Ac ea quidem, quæ in sola illa epistola sunt fundata, quæque si veritati forent consona,* Dionysium *aliquando in Creta insula hospitio a Carpo fuisse exceptum, mirabilemque, quam huic hospiti suo oblatam refert, visionem ex hoc ipso illum didicisse, nosceremus, eamdem plane ob causam, ob quam, quæ ex epistola ad Joannem discimus, pro dubiis, ut jam dictum, atque incertis sunt habenda, pro dubiis pariter atque incertis debent haberi; ea autem, quæ aliunde etiam*

A *iam habentur comperta, quæque ipsam Carpo oblatam visionem constituunt, eadem ratione metienda haud sunt.*

*quæ ex altera ad Demophilum eruuntur, loquendum.*

347 *Etsi enim visio isthæc, in qua Carpus a Christo, quod in peccatorem nimium fuisset severus, reprehensus perhibetur, fidem indubitatam, si in sola* Dionysii *ad Demophilum epistola esset fundata, haud mereretur, est tamen, cur reipsa Carpo credatur oblata. Historia enim seu visio pene eadem a S. Nilo monacho, seculi* VI *scriptore, qui ad* XII *Novembris diem Romano Mrl. exstat inscriptus, tumque proinde in Opere nostro dandus erit, in scriptarum ab eo Epistolarum Romæque anno* 1662 *editarum lib.* 2, *Epistola* 190, *pag.* 217 *et seq. pro re antiquitus gesta narratur, Carpusque, cui accidit, episcopus Apostolorum ætati æqualis fuisse asseritur. At vero etsi res ita habeat, non est tamen, cur propterea in aliis etiam quæ in solis* Dionysio *adscriptis Operibus fundantur,* Dionysius *seu qui hujus sibi nomen imposuit, fidem indubitatam mereatur; fieri enim potest, ut Scriptis suis hinc inde quidquam, quod vere gestum*

B *fuisset, de industria inseruerit, quo scilicet in aliis, quæ confinxerat, facilius apud lectorem, ea arte deceptum, fidem inveniret. Accedit, ex eo, quod nonnulla, quæ scriptor quispiam memoriæ prodit, veritati consonent, consectarium illico non esse, ut alia pariter, quæ scribit, pro certis atque indubitatis sint habenda.*

## § XVIII. Quandonam et a quo Atheniensium fuerit creatus episcopus, quonam sub imperatore, itemque quo die et quo loco martyrium subierit, et quem cultum ecclesiasticum deinde obtinuerit.

*Etsi Eusebius, qui, Sanctum fuisse primum Atheniensem episcopum, nos docet,*

*Eusebius Historiæ Ecclesiasticæ lib.* 3, *cap.* 4 *e versione Valesii sic scribit:* Denique Areopagitam illum, nomine Dionysium, quem post concionem illam, quam Paulus in Areopago ad Athenienses habuit, primum credidisse Lucas in Actibus scribit, Atheniensis ecclesiæ primum

C episcopum fuisse, tradit alter quidam Dionysius, Corinthiorum episcopus, antiquissimus scriptor; *ac deinde lib.* 4, *cap.* 23 *epistolas, a Dionysio, Corinthiorum episcopo, scriptas recensens sequentia ex ejusdem Valesii interpretatione prodit memoriæ:* Nec solum *(Dionysius Corinthiorum episcopus)* populis sibi commissis, verum etiam aliarum regionum et urbium incolis divinos labores suos prolixe communicavit, omnium commodis utilitatique inserviens in catholicis illis, quas ad diversas ecclesias scripsit, epistolis. Ex quibus una quidem est ad Lacedæmonios . . .; altera vero ad Athenienses scripta, excitans ad fidem et ad vitam ex præcepto Euangelii traducendam; qua in re negligentiam arguit Atheniensium, quippe qui a fide propemodum descivissent, ex quo Publius ipsorum episcopus in persecutionibus tunc temporis excitatis martyrium subierat. Meminit etiam Quadrati, qui post martyrium Publii episcopus Athe-



niensium est constitutus; ejusque labore et industria cives denuo in Ecclesiam convenisse et redivivum fidei ardorem in illis reparatum esse testatur. Refert præterea, Dionysium Areopagitam, qui a Paulo Apostolo ad fidem conversus est, quemadmodum traditur in Actibus Apostolorum, primum omnium ecclesiæ Atheniensis sacerdotium suscepisse.

AUCTORE C. B.

*a quo et quando ordinari eum contigerit, non edicat, id tamen ex iis,*

349 *Ita hactenus Eusebius; etsi autem omnia, quæ posterior ejus jam recitatus textus includit, verba ad* S. Dionysium Areopagitam *proprie non spectent, integrum tamen hunc idcirco huc transcripsi, quod infra usui sit futurus. Nunc de iis, quæ de* Dionysio *nos docet, sermonem instituamus. Duo hæc dumtaxat sunt, alterum nempe,* Dionysium *præfuisse Atheniensium ecclesiæ antistitem; alterum, neminem fuisse, qui ante illum eidem ecclesiæ episcopi munere præfuerit. Verum, etsi quidem, primum omnium ecclesiæ Atheniensis episcopum exstitisse* Dionysium Areopagitam, *ex Eusebio, aut, si mavis, e Corinthiorum, quem hic citat, episcopo Dionysio habeamus compertum, neutiquam tamen vel e citato hujus per Eusebium loco vel ex ipsomet Eusebio, quandonam et a quo* Dionysium *ordinari Athe-* E *niensium episcopum contigerit, innotescit. Rufinus quidem in ecclesiastica Eusebii Historia, Latine a se reddita, tib.* 4 *cap.* 23 *de Dionysio, Corinthiorum episcopo, sic scribit:* In eadem designat epistola, *ad Athenienses scilicet, quam verbis proxime huc transcriptis Eusebius laudat, conscripta,* quod Dionysius Areopagites, qui ab Apostolo Paulo instructus credidit Christo secundum ea, quæ in Apostolorum Actibus designantur, primus apud Athenas ab eodem Apostolo episcopus fuerit ordinatus; *verum Rufinus, quem deinde Nicephorus Historiæ Ecclesiasticæ lib.* 4, *cap.* 8, *re haud sat examinata, est secutus, pro pessimo suo more, quo Scripta Græca, Latinate a se donata, multis subinde additis, multis detractis compendiove dumtaxat relatis, interpolare solet, Eusebium est interpretatus, ac Dionysium Corinthium, qui, quamvis quidem,* Dionysium Areopagitam *ecclesiæ Atheniensis fuisse ordinatum episcopum, in sua ad Athenienses epistola notarit, haud tamen a quonam factum id fuisset, adjunxit, ordinationem illam Paulo Apostolo in dicta epistola adscripsisse, diserte, contra ac Græca Eusebii, quæ Latina fecit, verba* F *ferunt, signavit.*

*quæ de Rufino simul et Apostolicis*

350 *Hinc porro fit, ut, cum secundum Rufinum quidem, at non item secundum Eusebium, episcopalem* Dionysii Areopagitæ *ordinationem Apostolo Paulo Dionysius Corinthius adscripserit, dubitare non immerito possimus, an vere a Paulo Apostolo Sanctus noster Atheniensium fuerit ordinatus antistes. Attamen cum Rufinus seculo* IV *floruerit, itaque, ut dixi, Eusebium, quod* Dionysium Areopagitam *Atheniensium ecclesiæ a Paulo Apostolo ordinatum fuisse antistitem, aliunde exploratum haberet, verosimillime verterit, id saltem,* Dionysii *ordinationem Paulo Apostolo jam inde a seculo quarto, quo, ut jam docui, Rufinus floruit, fuisse adscriptam, argumento est. Et vero* Dionysium *fuisse reipsa a Paulo Apostolo ordinatum Atheniensium episcopum, alia adhuc suadent. Constitutionum Apostolicarum lib.* 7 *cap.* 46 *sequentia isthæc leguntur verba:* De episcopis vero, qui a nobis in vita nostra ordinati sunt, indicamus vobis, quod hi sunt: . . . Romanorum ecclesiæ primus

AUCTORE C. B.

quidem Linus, Claudiæ filius, a Paulo; secundus autem a me Petro post mortem Lini ordinatus fuit Clemens; et Ephesi Timotheus a Paulo... Philadephiæ Demetrius a me, a Paulo autem Lucius Cenchrearum, Cretæ Titus, Dionysius Athenis, Tripoleos in Phœnicia Maroones etc; *Ita autem*, Dionysium *fuisse a Paulo Apostolo Atheniensium episcopum ordinatum, Constitutiones laudatæ testari videntur. Hinc S. Maximus in Prologo, contextis a sese in Dionysiana Opera Scholiis præmisso, ita loquitur*: Deinde, ut in septimo Apostolicarum Constitutionum libro habetur, Dionysius a Paulo Christifero Atheniensium fidelium episcopus constituitur; *adhæc in suis ad octavam* Dionysii *epistolam Scholiis* § 5 *ait*: Sacrum præceptorem vocat sanctum Apostolum Paulum, quippe qui ipsum ecclesiæ Atheniensis episcopum ordinaverat, quemadmodum in sacris Apostolorum Constitutionibus scriptum reperitur.

*constitutionibus hic disserun-tur,*

351 *Supra itaque recitata Constitutionum Apostolicarum verba ita S. Maximus intellexit, ut hisce episcopalem* Dionysii Areopagitæ *ordinationem S. Paulo Apostolo adscribi existimarit. Verum Cottelerius in suis ad proxime huc transcriptum Constitutionum Apostolicarum textum Annotationibus ita observat*: Aperte non dicitur in Constitutione, Dionysium a Paulo fuisse ordinatum; nec necesse est, ut cuncta, quæ sequuntur postremum ὑπὸ Παύλου, *a Paulo*, ad Paulum referantur: sufficit, ad ut aliquem ex Apostolis. *Sane, cum hisce textus laudati verbis*, Philadelphiæ Demetrius *ordinatus fuit* a me; a Paulo autem Lucius Cenchrearum, Cretæ Titus, Dionysius Athenis, *mox subjungatur*, Tripoleos in Phœnicia Matroones, *nec hic tamen a Paulo, sed a Petro, ut laudatus Cottelerius notat, Tripolitanus in Phœnicia episcopus fuerit creatus. haud inepta prorsus, e qua episcopalem* Dionysii *ordinationem in Constitutionibus Apostolicis Paulo Apostolo certo non adscribi consectarium fit; Cottelerii videtur observatio. Attamen etiamsi, ut ait hic scriptor, non a S. Paulo, sed a S. Petro Matroones ordinatus fuerit Tripolitanus episcopus, vix tamen dubitem, quin et hunc et Lucium et Titum et* Dionysium *a Paulo Apostolo ordinatos fuisse episcopos, per verba supra recitata significare voluerit impostor, qui Constitutiones Apostolicas finxit, atque in hisce Apostolorum nomine loquitur. Ea mihi sententia idcirco potissimum sedet, quod is scriptos gravissimos subinde, uti inter eruditos omnes convenit, errores admittat, quodque adeo, cum facile ex errore tantummodo, ut Maroonæ ordinationem, a Petro peractam, Paulo perperam adscripserit, factum esse possit, nihil omnino esse videatur, cur* cuncta, quæ *in Constitutionum verbis supra huc transcriptis sequuntur postremum* ὑπὸ Παύλου, *Latine* a Paulo, *ad Paulum, contra ac naturalis atque obvius verborum sensus exigit, non* referantur.

*a Paulo Apostolo*

352 *Quidquid itaque Cottelerius discat, hisce S. Paulo Apostolo* Dionysii *ordinationem adscribi, indubitatum ejam dictis apparet. Jam vero, cum res ita habeat, Constitutionesque Apostolicæ jam inde a seculo quarto, uti passim admittitur, fuerint confictæ, hinc simul atque ex eo, quod Rufinus, qui eodem seculo floruit, Paulo pariter, ut jam docui,* Dionysii *ordinationem adscripserit, consectarium fit, ut tum passim* Dionysium *a Paulo Atheniensium fuisse ordinatum episcopum, verosimillime fuerit existimatum; cum autem eamdem opinionem multi etiam, uti ipsemet Cottelerius loco supra cit. fatetur, mediæ infimæque ætatis scriptores tenuerint ac litteris porro consignarint, fuisse etiam reipsa* Dionysium Areopagitam *a Paulo Apostolo ordinatum ecclesiæ Atheniensis episcopum, sat certum videtur. Proximum est, ut quo circiter tempore factum id fuerit, modo inquiramus. Hilduinus in contexta a se* Dionysii *Vita apud Surium num.* 8 *de hoc Sancto nostro sic scribit*: Abnegatis erroribus paganorum, sacri est baptismatis unda respersus, ac sic demum se tradidit ejus *(Pauli nimirum)* magisterio plenius imbuendum inque sanctæ Trinitatis fide et Incarnationis, Passionis ac Resurrectionis Jesu Christi Domini nostri mysterio seu, cunctis arcanis ecclesiasticæ sanctitatis affatim, ut comes ejus inseparabilis, quocumque gressum moverat, a beato Paulo per triennium institutus, Thessalonica, magistro obsequendo, revertens, ab eodem beato Paulo Apostolo Atheniensium est ordinatus antistes, ac deinde, ipso jubente, Christi Euangelium prædicavit eandemque civitatem et maximam partem patriæ ad fidem veritatis convertit.

*anno circiter 52 factum videtur:*

353 *Quod si itaque scriptori isti fides habenda hic sit,* Dionysius, *cum ad fidem fuisset conversus sacroque Baptismatis lavacro ablutus, S. Paulo Apostolo in peregrinationibus, Euangelii longe lateque propagandi causa abs hoc susceptis, comes assiduus ac laborum socius per triennium adhæserit, ac tum demum abs illo Thessalonica, ubi commorabatur, Athenas remigrare jussus, Atheniensium antistes ordinatus fuerit; hinc autem, cum Sanctus, ut supra jam docui, anno circiter* 49 *ad fidem fuerit conversus, consectarium fuerit, ut* Dionysium *a Paulo ordinari Atheniensium episcopum anno circiter* 52 *contigerit. Verum præterquam quod, quæ Hilduinus recitatis verbis memorat, in nullo prorsus, quod fidem integram mereatur, antiquitatis testimonio sint fundata, e spuria et supposititia (iterum hunc Commentarium num.* 41 *videsis) Aristarchi ad Onesiphorum Epistola dumtaxat sunt accepta. Quod cum ita sit, Sanctum nostrum triennio a sua conversione ecclesiæ Atheniensis fuisse ordinatum episcopum, adductus Hilduini textus certum haud efficit. Attamen, cum Athenis verosimiliter non prius, quam cum ibidem ad fidem traducti ad numerum sat magnum excrevissent, statutus fuerit episcopus, nec intra breve admodum temporis spatium tanta apud Athenienses incrementa fides cepisse videatur,* Dionysium *re etiam vera triennio circiter post suam conversionem ac proin anno circiter* 52 *Atheniensem episcopum ordinatum fuisse, sat verosimile apparet. Porro cum reliqua omnia, quæ de* Dionysio Areopagita *in variis ejus Vitis ab Hilduino, Metrodoro, Syncello, et Metraphaste contextis, memorantur, e monumentis dumtaxat spuriis nullamque fidem merentibus sint hausta, ac proin iis discutiendis, imo et vel perfunctorie recensendis tempus terere, operæ pretium non sit, modo, iis omnibus missis, ad Sancti nostri martyrium locumque adeo ac tempus, quo id acciderit, progredior.*

*cum autem diutissime episcopatu functus fuisset, sub Adriano*

354 *Ac primo quidem quod ad tempus, quo* Dionysius *passus sit, spectat, plurimum hac de re eruditorum sententiæ discrepant, aliis nempe sub Domitiano, aliis sub Traiano, ac aliis denique sub Adriano* Dionysium *martyrio occubuisse contendentibus. Verum, quidquid*

A *quid alii dicant aç porro intenso conatu probare contendant, Sanctum nostrum sub Adriano, cum jam diutissime Atheniensi episcopatu functus fuisset, ad superos martyrio evolasse, indubitatum apparet. Ita autumare me facit Romanum Parvum seu vetus, aut potius, qui in hoc laudatur, Aristides supra adhuc laudatus, ac in Opere nostro inter Sanctos jam relatus Atheniensis philosophus. Martyrologii illius antiquissimi, quæ ad rem nostram faciunt, verba, utut supra jam data, iterum huc transcribo. Sic itaque ad tertium, quo* Dionysius Areopagita *recolitur, Octobris diem habent :* Athenis Dionysii Areopagitæ, sub Adriano diversis tormentis passi, ut Aristides testis est in Opere, quod de Christiana religione composuit; hoc Opus apud Athenienses inter antiquorum memorias clarissimum tenetur. *Enimvero, cum Aristides, ut jam supra docui,* Dionysio *æquàlis aut certe suppar exstiterit, quis ei, si Sanctí nostri martyrium sub Adriano accidisse scripsit, fidem hac in re denegare ausit?* Equidem. *inquit in sua de duobus Dionysiis Dissertatione cap.* 8 *Sirmondus, supra sæpissime laudatus,* si ab Aristide hoc, Dionysium *scilicet sub Adriano martyrium subiisse,* testatum liqueret, nihil haberem, quod tanti viri auctoritati fideique opponerem.

B

*quidquid etiam Sirmondus, cujus rationes,*

355 *Ita ille; verum opinionem, quæ* Dionysium, *non sub Adriano, sed sub Domitiano passum statuit, propugnans, ita mox subjungit :* Sed illum ego *(Aristidem nempe)* non modo tale nihil dixisse, sed nec dicere potuisse evincam, *ac deinde, quo primum, quod hic adstruit, seu Aristidem, quod de martyrio a Dionysio sub Adriano tolerato dixisse, asseritur, non dixisse, evictum det, Adonis Martyrologio, in quo pariter (adi, quod num.* 106 *ex hoc dedimus, Sancti elogium)* Dionysius *sub Adriano passus asseritur, Martyrologia alia, ac nominatim quidem Usuardinum, Parisiense, Nivernense, Cabilonense, Suessionense, Veromanduense et Meldense, in quibus omnibus Adriani, sub quo* Dionysius *passus sit, nullum est vestigium, opponit; cum autem, ut vult, Martyrologia isthæc omnia Martyrologio Adoniano vetustiora juxta ac veriora sint, per errorem interpolationemve, ut Adriani*

C *nomen, quod abs hisce abest, in Adonianum Martyrologium intrusum postea fuerit, factum esse contendit. Verum Martyrologium, quod Usuardum habet auctorem, Martyrologio Adoniano non esse antiquius, certum omnino ac, ut quisque, qui Sollerii nostri ad Usuardi Martyrologium Præfationem evolverit, facile comperiet, extra omnem controversiam positum; quod autem ad Martyrologia reliqua, a Sirmondo laudata, spectat, nihil prorsus, quod isthæc contexto per Adonem Martyrologio antiquiora ostendat, in medium adducit. Attamen, cum Martyrologiorum antiquorum exemplaria, quo simpliciora, eo etiam, uti ipsemet Dissertationis laudatæ cap.* 3 *ait, sinceriora ei sint visa, fortassis etiam Parisiense aliaque nominatim mox recensita Martyrologia antiquiora ei, quod simpliciora essent, fuerint existimata; verum an merito? Neutiquam sane. Martyrologium Usuardinum Adoniano est simplicius, et tamen hoc illo esse antiquius, certum omnino est, uti unusquisque fatebitur, qui Sollerii nostri ad Usuardum Præfationem evolverit. Contracta Martyrologii Hieronymiani apographa majoribus Hieronymianis apographis simpliciora certe sunt, et tamen his illa vetustiora, nemo dixerit.*

456 *Martyrologia itaque, a Sirmondo præter Usuardinum nominatim laudata, Adoniano Martyrologio fuisse antiquiora, nihil omnino suadet; ut proinde, quod in illis Adriani nomen non occurrat, fuisse id seu per errorem seu per interpolationem in Adonianum Martyrologium intrusum, argui non possit. Et vero Adriani nomen non fuisse in hoc per errorem intrusum, vel ex eo liquet, quod Ado, uti ipsemet testatur, Martyrologium Romanum parvum, in quo, ut jam dictum, Adriani nomen legitur, præ oculis habuerit, ac proin, non errore ullo abductus, sed vetustissimi hujus monumenti testimonio impulsus, Adriani nomen in contexto a se Sancti nostri elogio signarit. At vero, inquies, Usuardus sibi prælucentem habuit Adonem, et tamen Adriani nomen, quod abs hoc in Sancti nostri elogio signari indubie viderit, prætermisit. Fateor, sic habet; verum quid tum? Fecerit id forsan, non quod Adriani nomen perperam ab Adone notatum, existimarit, sed quod pro more suo prolixiorem Adonis textum contrahere voluerit. Utut sit, cum Martyrologi Romani Parvi seu Veteris auctor fidem integram, ut Sollerius noster in sua ad* E *Usuardum Præfatione docet, mereatur, nulla omnino ratione, quin vere, ut ait, Aristides* Dionysii *martyrium sub Adriano locarit, dubitandum apparet, idque adeo re etiam ipsa, Romani imperii habenas principe illo tenente, evenisse, firmissime in animum induco. Verum pergit Sirmondus, alterumque, quod probaturum sese sponderat, probare conatur.*

AUCTOR C. B. *hic propositæ*

*partimque etiam ejus verbis hic recitatis*

357 *Audi, qui rem conficere contendat.* Quod, *inquit,* ille *(Aristides nempe)* nisi falso non diceret, ut diceret autem adduci opinor non potuit. Quid enim? An nesciebat Aristides, Quadratum, qui eodem tempore, quo ipse Apologeticum pro Christianis Hadriano principi Athenis hyemanti dedit, et oratione illum coram affatus est, et librum quoque pro nostra religione compositum porrexit, tertium a Dionysio Atheniensis ecclesiæ antistitem fuisse successorem, ut Dionysius alter Corinthiorum episcopus testatur, Publii martyris, qui Dionysio Areopagitæ successerat primo Atheniensium episcopo? Ergo si tertius a Dionysio Quadratus, si inter utrumque Publius, quis tam iniquus rerum æstimator, ut cum Athenas an- F no imperii sui sexto venisse Hadrianum, ibique hyemem exegisse Eusebius in Chronico doceat, et adversarii consentiant, nimis angusta Dionysii et Publii martyrio, Quadratique initiis spatia, intra quinquennium concludi non sentiat? Quanto igitur congruentius, quantoque verisimilius, non modo Dionysium, sed ne Publium quidem, qui Dionysio successit, sub Hadriano passum dicerent, sed sub Traiano, cujus gravissima et sævissima memoratur persecutio, ex qua natus videri queat tantus ille terror et consternatio Atheniensium Christianorum, quos narrat idem episcopus Corinthiorum ad defectionem vi procellæ prope abductos, studio post et industria Quadrati, qui Publio successerat, in viam rediisse, pristinumque fidei ardorem recepisse?

*inclusæ, rationibus aliis; in medium*

358 Ad hunc enim modum plana et distincta fixaque erunt omnia. Nam et Quadratum, quod in confesso est, Hadriano principe floruisse, et decessorem ejus Publium sub Traiano martyrium consummasse, justumque ad ea quæ retulimus spatium intercessisse, et quod caput est, Dionysium Areopagitam, cui Publius successit,

AUCTORR C. B. cessit, non sub Hadriano vel Traiano, sed sub Domitiano, ut dictum est, vitam posuisse constabit. *Hactenus Sirmondus, Aristidem scilicet, sub Adriano passum esse* Dionysium, *dicere non potuisse, ex eo potissimum contendens, quod temporis spatium, inter imperii, anno, ut putavit,* 120 *ab Adriano suscepti initium et aditam a Quadrato Atheniensem cathedram interceptum, nimis angustum sit, quam ut eo et Sanctus noster et Publius, qui proxime abs hoc, successorem deinde Quadratum nactus, illam occupavit, martyrio coronari, eosque etiam duos primos, Atheniensibus interim Christianis gravissimæ et sævissimæ persecutionis terrore ad defectionem prope abductis, Atheniensium episcopos excipere in eadem cathedra potuerit Quadratus, qui, quemadmodum verbis, num* 384 *huc transciptis, Eusebius testatur,* redivivum fidei ardorem in Atheniensibus reparavit. *Verum, ut Sirmondo quinquennium dumtaxat inter imperii, ab Adriano suscepti, initium aditamque a Quadrato, qui, quemadmodum Epistola* 84 *ad Magnum et libro de Scriptoribus ecclesiasticis cap.* 19 *Hieronymus*
B *testatur, Adriano imperatori, Athenis* Eleusinæ sacra, *anno, ut Pagius in Criticis docet, æræ Christianæ* 125 invisenti, librum pro nostra Religione *jam episcopus* tradidit, *Atheniensem cathedram intercessisse, tantisper etiam dem, quid ni quinquennii spatio, ut* Dionysius *Publiusque martyrio coronati fuerint, Atheniensemque post hos cathedram persecutionis vi Athenienses Christiani pene fuissent prostrati, Quadratus adierit, factum esse possit?*

*hic adductis* 359 Quid vetat, *inquit Antiquitatis illustratæ part.* 2, *Dissert.* 3, *cap.* 3, *articulo* 1, *num.* 207 *Schelstratius*, anno 1 imperii Hadriani occubuisse Dionysium, et anno IV Publium in persecutione martyrio coronatum, ut, cum princeps Athenis hyemabat, a Quadrato Publii successore noviter electo adiretur, et edita pro Christianis apologia idem Adrianus mitior redditus sit? Hæc enim quid absurdi aut inconveniens contineant, nullatenus video. Potuerunt Romani Pontifices post unum annum pontificatus martyrio occumbi, non potuit Publius post tres quatuorve annos? Potuerunt intra quinque aut sex annos quatuor eligi Pontifices, non potuit post episcopatum Dionysii morte sua
C episcopatum Atheniensium reliquisse Quadrato Publius intra quinque aut sex annorum spatium? Videant hic aliquod inconveniens, qui possunt, ego certe nullum video, quin imo facillime potuisse contingere, sub Hadriano Dionysium finisse episcopatum et post Publium Dionysii successorem suum inchoasse Quadratum, libere profiteor, et tamdiu urgebo quamdiu.... Adonis Martyrologium non convincetur falsitatis testando, Aristidem, qui sub Hadriano imperatore post annum CXX floruit, id scriptum reliquisse. *Enimvero, cum id ipsum, ut jam supra docui, Romani parvi seu veteris auctor, qui Adoni præluxit, scriptum etiam reliquerit, nec ullo pacto falsitatis hactenus ea in re fuerit convictus, non potui non amplecti Schelstratii jam dictis verbis expressam opinionem, quæ* Dionysium *sub Adriano imperatore passum statuit.*

*refutantur, in contrarium arguat,* 360 *Verum, ut, Aristidem sub Adriano, contra ac Sirmondus contendit,* Dionysii Areopagitæ *martyrium consignare potuisse, luculentius adhuc patescat, non intra quinquennium, ut Sirmondo tantisper dedimus, sed intra non ni-* D *hil latius octo annorum spatium* Dionysii *et Publii martyrium, Quadratique post horum necem ad sedem Atheniensem promotio evenire debuerint, si sub Adriano passus Sanctus noster statuatur. Cum enim hic princeps, non anno* 120, *ut plurimi olim existimarunt, sed anno* 117, *uti ad hunc in Criticis num.* 7 *Pagius ostendit, Romani imperii habenas moderandas acceperit, nihil omnino obstat, quo minus* Dionysius *credatur subiisse martyrium jam inde a præfato æræ Christianæ* 117 *anno; ab hoc autem ad annum usque* 125, *cui Quadrati ad cathedram Atheniensem promotio potest innecti, anni omnino octo sunt elapsi. Quod cum ita habeat, quis adhuc, temporis spatium, quod* Dionysii, *si hic sub Adriano passus statuatur, martyrium inter et Quadrati promotionem intercesserit, nimis angustum, quam ut ea, quæ intra illud fieri debuerunt, facta esse potuerint, futurum fuisse asseveret? Nemo sane, quantum opinor, qui, quæ jam dicta sunt, attente expenderit. Hinc porro jam consequitur, ut Aristides sane, quidquid contra Sirmondus arguat, sub Adriano passum esse San-* E *ctum nostrum, dicere potuerit; cum id autem re etiam vera illum dixisse, Martyrologii Romani parvi seu Veteris auctor Adoque hunc seculus testentur, nec horum testimonium ullo ex capite vel falsum vel etiam suspectum debeat haberi,* Dionysium *sub Adriano martyrio fuisse affectum, indubitatum reor, etsi interim id statim sub imperii, a principe illo suscepti, initium, uti e dictis statui potest, evenisse, pro certo asseverare non ausim.*

*centenario vel major, certe haud multo minor* 361 *At vero erit fortassis, qui hic modo objiciat,* Dionysium Areopagitam, *si sub Adriano demum martyrium subieret, centenario, cum id evenit, futurum fuisse majorem, eumque ad ætatem adeo provectam pervenisse, parum verosimile videri. Fateor;* Dionysius, *si sub Adriano passus sit, centenario, cum id evenit, major exstiterit, aut saltem ad annorum centum ætatem quam proxime accesserit; cum enim, ut supra docui, anno circiter* 49 *ad fidem fuerit conversus, tumque annorum triginta aut etiam quadraginta circiter exstiterit, sub imperii, ab Adriano suscepti, initium certe annos vel centum fere vel etiam plures numerarit, ut consideranti patescet. Atque hinc fit, ut* Dionysium, *quem sub Adriano pas-* F *sum, jam statui, re etiam vera ad centum fere annos pervenisse, aut hanc etiam ætatem superasse, in animum inducam; ne autem provectæ adeo ætatis factum esse Sanctum nostrum, incredibile aut mirum cuiquam appareat, vel solus efficere natus est Baronius, in suis ad Martyrologium Romanum Annotationibus, Sanctorum, qui* IX *Octobris die coluntur, laterculo subjectis, hunc scribens in modum :* Nec mirum videri debet, tam longam *(centum scilicet amplius annorum)* Dionysio contigisse ætatem : cum divina quadam dispensatione factum sit, ut complures ex his, qui Apostolorum temporibus vixerint, ad longissimam ætatem pervenirent; nempe ut ea, quæ oculis aspexissent, certe scientia testarentur; ut inter alios Simeon episcopus Hierosolymitanus, qui centesimum vigesimum attigit annum : Sanctus Ignatius, qui se Dominum in carne vidisse testatur, scribens ad Polycarpum (citat eam epistolam S. Hieronymus de Script. Eccles. in Ignatio) ad annum undecimum Trajani, ut idem auctor affirmat, pervenit.

pervenit. Certe Quadratus, qui sedit post Publium, qui Dionysio successit in ecclesia Atheniensi, rexitque illam temporibus Hadriani, complures se vidisse tradit, qui Christi temporibus sanati essent, et a mortuis surrexissent, ut de ipso recitat S. Hieronym. lib. de Script. Eccles.

*Martyrium Athenis*

362 Quid memorem Hermam Pauli discipulum, cujus ipse meminit, scribens ad Romanos, cujus et esse dicitur Liber Pastoris? Eum constat ad ultima usque Antonini Pii tempora fuisse superstitem. Dicerem de Polycarpo et aliis, nisi me alio vocaret oratio. *Natalis Alexander Dissertatione in seculi primi Historiam Ecclesiasticam sexta decima nonnulla adhuc, ut ætatem, quam Dionysio attribuimus, incredibilem non esse, ostendat, hisce Baronii dictis partim ex Usserio, partim aliunde petita de hominum longævitate adjungit. Verum cum modo ex eruditissimo illo Annalium Ecclesiasticorum parente adducta sufficere videantur, ut longæva, quam* Dionysio *adscribimus, ætas nec mira nec incredibilis appareat, silentio omnibus, quæ eo facientia laudatus Alexander affert, præteritis,* B *a martyrii per Sanctum tolerati tempore, sat prope modo definito, ad Martyrii quoque palæstram definiendam progredior. Hanc Athenis consignandam, vel ex iis, quæ num.* 220 *et quatuor seqq. jam disserui, verosimillimum, ne dicam, indubitatum, apparet. Verum Halloixius in contexta a sese, quam inter illustrium ecclesiæ Orientalis, qui Sanctitate primo æræ Christianæ seculo floruerunt, scriptorum Vitas primo loco suppeditat,* S. Dionysii Areopagitæ *Vita cap.* 3 *ita scribit:* Athenienses .... a Socratis morte (cujus ita eos puduit ac pœnituit, ut mox in publici luctus signum palæstras et gymnasia omnia clauserint, ejusque accusatores alios exiliis, alios morte multarint, ipsum autem ærea statua donarint) minime præcipites fuere, nec ad suscipiendam de nova religione adversus quempiam accusationem nec ad ferendum de deorum cultu aut neglectu judicium. Hinc etiam paucæ cum sint e claris urbibus, ubi non multa exstiterint Christianorum martyria, tamen Athenis, urbe tam ampla et celebri, ne unus quidem fidei Christianæ causa (de quo quidem firmiter constet) vel exilii vel mortis pœna, præ- C sertim publico judicio, multatus esse facile reperiatur.

*subivit*

363 Nam de Publio et Quadrato Athenarum episcopis et Dionysii nostri successoribus (de quibus fere solis ambigi posset) vero est quam simillimum, quorumdam privatorum injuriis vel tumultu populi subitaneo (uti ex ipsorum et martyrum Actis quadamtenus licet intelligi) vel lapidibus appetitos vel aliis modis exagitatos, quo pax Christianis esset, sponte sua urbe cessisse, alibique oppetisse; *hinc autem,* Dionysium *verosimiliter Athenis martyrium non subiisse, non nemo fortassis contendat. Verum cum Halloixius equidem, verosimillime* vel privatorum injuriis vel tumultu populi subitaneo, *ut Publius et Quadratus urbe Atheniensi cesserint, factum esse fateatur, quid ni etiam, ut Publius et Quadratus, juxta ac* Dionysius *martyrio Athenis fuerint affecti, eadem ex causa seu occasione factum esse possit? Quadratus (adi Operis nostri tom.* 6 *Maii pag.* 358 *num.* 4) *libro pro Religione Christiana, quem Adriano imperatori, Athenis versanti, obtulit, persecutionem gravissimam, in Christianos absque imperatoris præcepto, ac proin verosimillime a populo tumultuante excitatam, sedavit; ut facile factum esse possit, ut tum in hac Publius martyrio occubuisset. Adhæc Sanctus Hieronymus in Chronico, anno* 1606 *excuso, ad annum Christi* 127 *ita memorat:* Quadratus, discipulus Apostolorum, et Aristides Atheniensis noster philosophus, libro pro Christiana religione Hadriano dedere compositos; et Serenus Grannius legatus, vir apprime nobilis, litteras ad imperatorem misit, iniquum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi et sine ullo crimine nominis tantum et sectæ reos fieri; *cum autem, uti ex hisce Hieronymi verbis conjicere fas videtur, eodem tempore, quo Serenus Grannius, clamoribus vulgi innocentium hominum seu Christianorum sanguinem concedi, iniquum esse, ad imperatorem Adrianum scripsit, Aristides Atheniensis philosophus apologeticum pro religione Christiana librum, in quo martyrii, a* Dionysio *tolerati, mentionem e dictis fecit, principi isti obtulerit, fit mihi vel hinc, Sanctum nostrum et Athenis et populi pariter tumultuantis occasione martyrium subiisse, admodum* E *verosimile. Atque hæc iis, quæ pro Sancti palæstra Athenis locanda supra disserui, addidisse contentus, pauca modo de die, quo id factum sit, subjungo.*

*die tertia Octobris cultumque ecclesiasticum*

364 *Magna Græcorum Menæa excusa, Menologia Basilianum et Sirletianum, verbo omnes Græcorum Fasti sacri* Dionysii Areopagitæ *memoriam tertia Octobris die consignant; etsi autem non raro fiat, ut Sanctos aliis etiam diebus, quam quibus obierunt seu martyrium passi sunt, commemorent, unanimis tamen, quo et hi et antiquiores plerique Latinorum Fasti sacri, ac nominatim Martyrologium Romanum Parvum seu Vetus,* Dionysium Areopagitam *ad tertiam Octobris diem celebrant, consensus facit, ut tum eum martyrio fuisse coronatum, existimem, maxime cum nihil, quod alio die id evenisse suadeat, aliunde occurrat. Nec tantum, quo die verosimillime Sanctus martyrium subierit, e laudatis sacris Græcorum juxta ac Latinorum fastis habemus; verum etiam veneratione seu cultu ecclesiastico fuisse eum a longissimo jam tempore in Ecclesia affectum: hoc autem quam verum sit, seu Sanctum a longissimo jam tempore, imo* F *jam inde a primis æræ Christianæ seculis ecclesiastica veneratione fuisse gavisum, argumento est vetustissimum, quod Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 10 *laudat, Græcanicum Martyrologium. Audi, qui is scriptor de venerando isthoc antiquitatis monumento loquatur:* Habemus, *inquit,....* Græcæ auctoritatis Martyrologion, de tomo Chartisscriniis Constantinopolitanis * adeptum, qui tanta vetustate dissolvitur, ut maximam cautelam a se contingentibus exigat; in quo diem natalitii ejus designatum, et quia Atheniensium episcopus fuerit, reperimus notatum.

* an Chartophylacii Constantinopolitani?

*haud diu post obtinuit.*

365 Quod Martyrologium, ut antiquitas ejus demonstrat, ex eo tempore constare posse non incongrueremur, quo, Constantino jubente, nota occasione martyria Sanctorum Domini de toto orbe collecta et Cæsaream sunt convecta. *Cum itaque* Dionysius *in Mrl. Græco, jam inde, ut Hilduinus existimavit, a Constantini Magni ætate conscripto, fuerit signatus, Sanctorumque in Martyrologiis tam antiquis recensio pro cultu habeatur,*

AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B.

*beatur, fuisse enimvero Sanctum jam inde a primis æræ Christianæ seculis, imo etiam haud diu post gloriosum martyrium veneratione ecclesiastica in Græca saltem ecclesia affectum, indubitatum apparet. Porro, quod cultus, Dionysio Athenis nominatim etiam antiquitus delati, indicium est minime dubium, Rudera templi,* Dionysio Areopagitæ *ibidem olim dedicati, anno* 1676, *ut Jacobus Spon in suo Italiæ, Dalmatiæ etc. Itinerario tom.* 2 *testatur, adhuc cernebantur. Nec, quin Sanctus in Occidente quoque particulari veneratione et antiquitus fuerit gavisum, et hodie adhuc gaudeat, Latinorum jam laudati, quibus insertus exstat, Fasti sacri, eaque, quæ de ejus reliquiis infra disserentur, dubitare sinunt; ut plura de isthoc argumento hic proferre necesse non sit.*

B

a

# ACTA FABULOSA *a*,

S. DIONYSIO AREOPAGITÆ AFFICTA,

Auctore Anonymo,

*E codice nostro Fuldensi QMS. cum quinque aliis Mss. collato.*

## CAPUT UNICUM.

*Dionysii conversio, ordinatio ad episcopatum, Romam profectio, discessus in Galliam, martyrium.*

C

*Nerone Romani imperii habenas tenente, Petrus Apostolus* al.omittitur* sese *b*

Post beatam et gloriosam resurrectionem Domini nostri, qua verum Dei templum Judaïca impietate resolutum divina potentia sese * in triduo suscitavit *b* et caro humilitatis nostræ in Christo supra omnem cæli militiam, supra omnes ordines angelorum ad Dei Patris est provecta consessum et decima post die Apostolorum pectoribus Spiritus est Sanctus illapsus, ut ligandi solvendique acciperent potestatem, atque sic per ipsos in cunctos Ecclesiæ principes decreti hujus constitutio commeavit, anno ab urbe condita octingentesimo octavo Nero cæsar quintus ab Augusto adeptus est principatum. Beatus itaque Petrus Apostolus, cum reliqui Apostoli, distributis sibi terrarum partibus, imbuendum omni creaturæ Euangelium suscepissent, ipse ad arcem Romani divinitus imperii destinatur, ut, qui primus erat in ordine potestatis, primus esset in certamine passionis et quæ civitas majoribus obligabatur erroribus, majoribus necesse erat remediis adtolleretur, et ubi erat culpa gravior, ibi esset et gratia major.

2 Namque, ut dictum est, cum impiissimus Nero terræ marique imperii sui jura laxasset et furor crudelitatis ejus dira rabie in Christi famulos ebullisset, XIII crudelissime imperii sui anno per trophæum martyrii dignos transmisit ad Superos *c*. Namque, priusquam beatus Petrus per triumphum martyrii evolasset ad cælos, beato Clementi hanc potestatem tradidit dicens: Sicut a Domino meo Jesu Christo ligandi solvendique mihi est indulta potestas, ita tibi hanc potestatem tuisque successoribus æterno confero dono, ut quæque ligaveritis in terris, ligata sint et in cælis, et quæcumque solveritis in terris, soluta valeant esse et in astris. Hac potestate ditatum successorem Ecclesiæ perfectum antistitem et dignum reliquid * heredem *d*. His ita de ordine temporum et Apostolicis potestatibus breviter recensitis, ad beatissimi viri Dionisii certamina narraturus accedam.

*Roma martyrio coronatus fuit cum Paulo,* *c*

* *al.* reliquit. *d*

3 Ut superius jam de ordine temporum pauca digessimus, post Jesu Christi Domini nostri gloriosam ascensionem, cum beatus Paulus apostolus per gratiam sancti Spiritus ab errore infidelitatis ad viam salutis regressus fidem, quam ante expugnaverat, perfecta postmodum religione sequeretur, ac cum secundum dominica instituta vas electionis esset in gentibus et Christi nomen ignotis populis prædicaret, advenit Athenis ibique sanctum virum Dionisium gentilibus inveniens erroribus implicatum, ad viam salutis convertit *e* et sacri baptismatis unda renatum divinis eum illico sanctionibus informavit *f*; cumque jam tribulorum atque spinarum squalorem ex ejus pectore sancti Spiritus gratia funditus pepulisset, et pulchrum germen novæ segetis pulcher attolleret ager, divini Verbi semina rudibus cœpit mentibus erogare; cumque jam cælestibus cotidie Christi miles desideriis æstuaret, superna se ubique gratia præeunte, dum rura pontica sulcaturus ingreditur, Romam celitus Domini dilectus aggreditur; qui, ut superius dictum est, beatum Clementem apostolica inveniens præditum potestate ab eo est continuo digno cum honore susceptus.

*qui antea Athenis ad Christi fidem Dionysium converterat,* E

*e*

*f*

4 Per idem tempus cum beatus vir Dionisius beatissimi Clementis cotidie vestigiis adhæreret et apostolicis sanctionibus se omnimodis traderet imbuendum, maximum apud beatum Clementem pro sanctitatis suæ reverentia locum continuo cœpit venerationis habere et magnam apud eum familiaritatis gratiam obtinere. Sed cum jam Dominus omnipotens beatissimi viri Dionisii vitam disponeret in exemplo omnibus declarare, contigit Philippum Hispaniæ episcopum emigrare de mundo *g*: tum beatus Clemens sanctum Dionisium episcopum ornavit et potestatem, quam a beato Petro acceperat, ei tradidit dicens: Vade in partibus Occidentis prædicare Euangelium regni cælestis et ligandi solvendique tibi sit concessa potestas, ut Christi Euangelium per te longe lateque diffusum * illud a Domino cum fideli servo merearis audire: Euge serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui. Sociosque ei Saturninum *h* Marcellum, Lucianum *i* adhibuit, ut in ore duorum vel trium testium Christiana religio ignotis partibus traderetur.

*Hic postea Romam profectus, ad Occidentem inde cum aliquot sociis a S. Clemente Papa mittitur* F

*g*

* *al.* Christi Euangelio per te longe lateque diffuso, *h*

*i*

5 Qui cum simul pervenissent pergentes ad portum Arelatensium civitatis, sanctus Dionisius Marcellum in Hispaniam destinavit *k*, ut verbum vitæ Christi Ecclesiæ ministraret. Sanctus igitur

*k*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Marcellinoque ex his in Hispaniam ac Saturnino in Aquitaniam misso, ipse Parisios adit,*

tur Dionisius Sancti Spiritus calore succensus et Apostolica præditus potestate, quinque a beato Clemente divini verbi semina gentibus susceperat eroganda, non ferocitatem incredulæ reputans gentis, nec trucibus populis cunctatur insistere prædicator; sed beatissimi principis Apostolorum informatus exemplo, qui Romanis fuerat pœnis atrocibus datus, ubi apud Gallias amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illuc divina protectione munitus fortis se et verus præliator immersit, ut, qui meruerat esse confessor, præfectus fieri non cunctaretur et martyr *l*. Aquitaniæ namque partibus sancto Saturnino directo, ipse cum sancto Luciano, sancto Rustico et sancto Eleutherio Parisius adierat.

*l*

*ibidemque, Luciano Bellovacum misso, cum Rustico et Eleutherio fidei plantandæ dat operam.*

6 Sanctum namque Lucianum presbyterii honore perfunctum ad Belvacensem dirigit urbem, ut ipse pari modo incredulis populis Euangelium veritatis inferret; ipse vero sanctus Dionisius Parisius remanebat; quæ civitas, quamvis parva, gentilium tamen erat erroribus et squalore fœdata. Nam licet magnis esset paganorum fecibus involuta, fecunda tamen terris, arboribus nemorosa, vineis uberrima ac referta, pollebat commerciis trapazetarum *m*; quæ, Sequanæ vallata perplexu, et copiam piscium alvei sui civibus unda ministrat et non parvum muris noscitur præstare munimen ipsumque insulæ potius quam urbis spatium laticis sui unda concludit. Hunc ergo lucum cum Dei famulus expetisset fidei armatus constantia, Dei se omnipotentis ubique auxilio comitante, ecclesiam ibidem juxta virium suarum virtutem, ut novus adhuc advena poterat, Domini nostri Jesu Christi in honorem construxit, ut rudis populus * qui veritate erat Evangelii inbuendus, Sancti eos * illic lavacri unda respergeret.

B

*m*

* *al.* rudem populum
* *al. omittitur* eos

*Verum rei hujus Dionysiique sanctitatis fama longe lateque diffusa,*

7 Cumque beatissimus Vir die noctuque doctrinis insisteret pietatis et Christi populum de antiqui hostis faucibus liberaret, ut, quos subtrahebat mundo, dignos transmitteret cœlo, fama se sanctitatis ejus longe lateque diffudit, atque jam non modica populorum turba dignum se gloriabatur præsulem habere, sicque factum est, ut sacerdotum gradus divinis ministeriis dispensaret aptandos probatasque personas et dignas meritis suis ordinibus ampliaret. Sed Dominus noster Jesus Christus, qui beatissimi viri Dionisii jam non patiebatur famam cælari, ut posita super candelabrum lucerna incredulis mentibus lucis suæ radios ministraret, tantas per illum dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda gentilium, non minus prædicationibus quam ipsis virtutibus cotidie roboraret.

C

*Domitianus imperator apparitores, qui sanctum Virum aggrediantur, in Galliam mittit,*

*n o*

8 Per idem vero tempus, quo talia gerebantur, sancti Viri præconium longe se lateque diffudit in tantum, ut Domiciani, qui secundam in Christianos post Neronem persecutionem exercuit *n*, vulgi relatione perveniret ad aulam *o*; qui in tanta rabie indignationis exarsit, ut, ubicumque Christianum quempiam repperisset, aut dies sacrificaret incestis aut diversis pœnis addictus puniendus gladio traderetur. His itaque legibus subditas sibi natione arcens magna Christi famulis persecutio influebat, nulla jam pro Christo certantibus præsentis vitæ indulgebatur tranquillitas, nulla sanctorum Martyrum erat excusata libertas, sed omnes impium servantes edictum, quod statutum a cæsare fuerat, transgredi nullatenus audebat. Nam electam apparitionen cum ingenti strepitu partibus dirigit Occidentis, ut sanctum virum Dionisium perquirentes aut decreta principis observaret aut pœnis laceratus immensis capite plecteretur *p*.

A. ANONYMO.

*p*

*hique Parisios, ubi Dionysium Euangelium annuntiantem inveniunt, sese accingunt.*

9 Itaque cum decreta principis apparitores suscepissent, Galliarum penetrant fines, qua illico beati eis Viri celebre nomen innotuit, sicque, ut eis fuerat imperatum, veloci cursu, tumentibus animis, vultibus trucidissimis Parisium adierunt. Sanctum vero Dionisium contra perfidos inveniunt dimicantem et prædicatione continua vulgi multitudinem ad fidem inveniunt jam vocantem; cum quo etiam beatum virum Rusticum presbyterum et Eleutherium archidiaconum *q*, quos ipse beatus Vir in suis ordinibus consecrarat, prædicationis ejus socios et discipulos persecutorum dirus furor invenit. Hi sancti Viri a beati Dionisii numquam patiebantur abesse præsentia; quos divina pietas æterni regni jam præsciebat esse consortes: gaudebat sane pius Pater in duorum profectibus filiorum, cum et digni filii Patris sarcinam spiritualibus humeris levigarent, ut, onere carnis abjecto, ad purum valerent ætheris volare fulgorem.

*q*

E

*Persecutione in Christianos concitata, impiis sese Dionysius ac socii opponunt,*

10 Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur et contra Dei famulos pugnatura conspirat, miroque modo inermibus viris non valebat plebs armata resistere. Tunc antiquus hostis videns sibi perire, quod Domino constabat vivere et assidua populorum conversione proficere, totam artis suæ calliditatem ad inpugnanda, quæ fuerant constructa, convertit, ut eos, qui unum et verum Deum sancti Baptismatis jam unda respersi crederent, diversa supplicia multarent. Sed sancti Viri, Christi confessores et martyres, impiorum latratibus vi sanctæ prædicationis et cum magnis virtutibus obviantes, nullo metu territi reproborum, Christi Ecclesiam nova cotidie fœcunditate ditabant, cumque Ecclesia, prædicatorum suorum meritis et ore fundata, quamvis in turbines procellasque lictorum pertimendas, cresceret et augeretur, ipsa etiam Germaniæ ferax immanitas, subacta cordis conpunctione, colla sua jam Christi jugo domita gaudebat *r*.

*r*

*cumque de fide sua interrogarentur, unanimi hanc voce*

11 Ab ipsis denique destruebantur idola, quorum sumptu fuerant et studio fabricata, et, portu salutis invento, idolorum gaudebant perire naufragia. Lugebat tunc portio victa diaboli, cum de ea victrix Ecclesiæ legio triumpharet; cumque talia gererentur, furore atrocissimo ministri crudelitatis accensi unus ex his sanctum virum Dionisium cum magna cordis severitate alloquitur dicens: Tune es ille infandissimus senex, qui deorum nostrorum culturam evacuas, et invictissimi principis statuta contempnis? Dic ergo, cujus te asseris cultorem, aut quam confessionem tuæ dicioni * asscribis? Tunc hii tres beatissimi viri Dionysius, Rusticus et Eleutherius trium puerorum in camino ignis deambulantium Spiritus referti carismate, quasi ex uno ore tale interroganti dederunt responsum; Condicio nostra Christianæ legi noscitur famulari; quam vero confiteamur, liquido tuis auribus intimabimus.

F

* *al.* condicioni

*liberrime confessi mortе afficiuntur,*

12 Confitemur Patrem et Filium et Spiritum sanctum, Patrem ingenitum, Filium a solo Patre genitum, Spiritum sanctum ab utroque procedentem. Ad hæc impius persecutor Beatos interrogat: Ergo principum a vobis jussa contempnuntur,

A ANONYMO. contempnuntur, et vestra confessio invictissimorum deorum jura respuit? Sancti, ut superius, unanimiter respondentes dixerunt : Ut præfati sumus, Christum Dei Filium natum ex Maria Virgine, quem cunctis populis certa pronuntiamus audacia, et credimus et confitemur et ore non desistimus conlaudare. In hac sanctos Viros fidei constantia permanentes sævi lictores longo non spatio differentes, felicia collo pro fide Christi submissa persecutoris mucro truncavit, reddentes terræ corpora beatas cælo animas intulere *f*. Namque ad ostendendam divina pietate martyribus suis collatam victoriam, cum a corporibus abscisa capita viderentur, eorum, ut poterant, linguæ Dominum fatebantur. O vere beata nimium et Deo nostro grata societas!

*f* *Dionysiique amputatum sibi caput prodigiose manibus tum portantante.*

13 O sancta et vere laudanda fraternitas, inter quos nec primus aut secundus potuit esse nec tertius, sed sanctæ Trinitatis gloriam confitentes uno amplius ab urbe miliario parvo in monticulo *t* trino meruerunt martyrio consecrari! Jacebant denique in vertice montis, abscisis capitibus, corpora pretiosa, implebaturque in martyribus Christi, quod olim propheta predixerat adfuturum, ut in conspectu Domini pretiosæ permanerent mortes justorum, namque ad declaranda martyris et sacerdotis primi merita gloriosa, ut, per quam salutifer primo cœperat fructus oriri, eo amplius gloria ipsius pariter et triumphus *, beatissimi se Dionisii et pontificis venerandi sanctum exanime cadaver erexit beataque manu caput a corpore abscisum, lictoris ense truncatum pendulum cœpit brachiis vectitare atque ab illo montis cacumine duobus fere milibus firmis gressibus apportavit *u* novo et prius inaudito miraculo, exanime corpus viventis currere more et homo jam mortuus * firmis incedere plantis.

t

* *al.* gloriæ ipsius pateret triumphus

u

* *al.* hominem jam mortuum *Rustici et Eleutherii corpora in Sequanam projicere ethnici meditantur. Verum matrona.*

C

14 Beatorum igitur Rustici et Eleutherii, metuentes impii, ne conversi populi fidelissima probataque devotione corpora profutura sibi ad patrocinium tumulata consecrarent, inito consilio, imposita navibus in profundissimo decreverunt gurgite dimergi; sed Dominus omnipotens, bonus et justus et misericors, qui misericordiam suam humano generi numquam negavit, qui Pharaonis consilium rubri maris unda submersit, et Holofernis ictu femineo colla truncavit, ipse inpudentum consilium misericordiæ suæ arte destruxit, ut preclara duo luminaria non gurgitis unda submergeret, sed Christi haberet fortes Ecclesia bellatores. Nam matrona quædam, Catulla nomine, quæ, licet paganorum adhuc erroribus teneretur addicta, converti tamen ad fidem Christi per exempla martyrum se desiderare et mente monstrabit et opere, Dei ergo misericordia inspirata, mactæ virtutis consilium appetivit atque ad convivium venire postulat percussores; cumque eis copiam allatæ humanitatis expendit, a memoria eorum, quæ susceperant agenda, discussit *x*.

x

*nomine Catulla agente, clam auferuntur ac absconduntur,*

15 Denique fidelibus suis archana sui pectoris reseravit, ut subtracta furto preciosa corpora Martyrum beatorum in secto * procul ab urbe memorato lapide in agello, quem segeti paraverat affuturum, latenter absconderent *y* : qui jussa complentes festinanter, quod eis preceptum fuerat, exequuntur. O furtum laudabile, quod cuiquam non intulit damnum, sed magis omnibus beatum contulit lucrum! Cumque, ut moris est, sationis suæ segetum sacratus produceret ager, ita beatorum Martyrum est ubertate ditatus, ut et centuplicatum fructum cultores acquirerent, et patriæ mererentur salutem et magnum thesaurum posteris consecrarent *z*.

* *al.* sexto

y

D

z

*persecutioneque remittente, locus, quo erant depositæ, mausoleo ac etiam ecclesia condecoratur ;*

16 Prædicta itaque mater-familias horum non immemor Martyrum sacratorum, cum primum persecutionis videret tepuisse servorem, locum sanctorum Martyrum ossa servantem omni sollicitudine requisivit atque inventum ingentis mausolei constructione signavit; quam venerabilem feminam non immerito credimus sine dubio sanctis Martyribus adhæsisse, quia nisi eam Redemptor omnium ad agnitionem sui nominis venire voluisset, nequaquam pectori ejus consilium tantæ pietatis infunderet. Namque absque ulla ambiguitate confidimus, * ut, quæ beatorum Martyrum ossa servavit, eorum intercessionibus ad fidei pertingeret * veritatem. Christianorum igitur turba quam plurima, quæ beatorum Martyrum fuerat admonitione conversa, omni nisu atque conatu, quaque vi poterat, omni cum devotione summoque cum studio super sanctorum Martyrum beata cadavera ecclesiam construens in sanctæ gloriam Trinitatis trino numero dignis cum aromatibus humaverunt *aa*; ad quorum digna corpora, Dei omnipotentis opitulante clementia, cotidie virtutum insignis declarantur.

* *supple* factum,

* *l.* pertigerit

E

aa

17 Quis etenim sermo vel quæ lingua tantorum Martyrum sufficiat enarrare virtutes, quando nec ipsis queunt humanis mentibus retineri? Infirmis salus, debilibus gressus, cæcis visus, surdis auditus et mutis redditur sermo; immundi spiritus ab obsessis corporibus expelluntur, et pia vota felici exauditione pinguescunt. Nos ipsos, quamvis immeritos, eorum credimus sacris precibus adjuvandos, qui ut hebetes et indigni eorum vobis seriem passionis præsumpsimus intimare, non ex nostri ingenii capacitate aut proprii sensus industria, sed quod veterum fidelium nobis relatione patuit, et, quod * ex parte in quibusdam paginulis veteranis, pauca, ut potuimus, longo spatio interlita didicimus.

*in qua quæ fiant miracula, auctor generatim hic exponens*

* *al.* quæ

F

18 Nam sicut majorum cognovimus colloquio peritorum timentium Deum et studio sanctæ caritatis ardentium, multa de beatorum virorum præclaro certamine ad laudem Christi et gloriam Martyrum ob memoriam posterorum sacris studuerunt indere cartis, sed subripiente * negligentia et antiqui procurante hostis invidia, flammarum incendio feruntur esse consumpta *bb*. Nam humanarum mentium solers capacitas ex paucis, quæ dicta sunt, valet pensare, quæ reticentur majora. Hoc tamen absque ulla dubitatione confidimus, multa eos pro Christo subisse certamina, quando usque ad præsens tanta per eos divina virtus cotidie dignatur declarare miracula. Passi sunt autem martyres Christi Dionysius, Rusticus et Eleutherius VII Id. Octobris sub Domitiano imperatore apud Galliarum Parisium civitatem *cc*, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat.

*simul etiam, unde a se scripta hausserit, declarat.*

* *l.* subrepente

bb

cc

## ANNOTATA.

a *Cum* Dionysii Areopagitæ, *quæ hic præmitto, Acta in omnibus fere, si quæ de* Dionysii *conversione commemorant, exceperis, commentitia*

A *titia (adi § 2 Commentarium prævium) et fabulosa certo sint, imo ab auctore, qui seculo* VIII *medio recentior aut certe non antiquior,* Dionysium Areopagitam *cum Dionysio Parisiensi confudit, partim ex iis, quæ horum Dionysiorum priori, partim ex iis quæ eorumdem posteriori utcumque conveniunt, fuerint conflata ac uni* Dionysio Areopagitæ *afficta, enimvero exiguo admodum in pretio, uti in Commentario prævio jam docui, sunt habenda. Hinc certe, ut luce publica, qua hactenus caruerunt, ea donarem, commissurus non fuissem, nisi ad id haut ponderis exigui, quas in Commentario prævio num.* 96 *adduxi. rationes me impulissent.*

b *Lectio Breviarii Romani quarta, in die Ascensionis Domini et S. Leonis Papæ in eamdem Domini Ascensionem sermone primo legi in Officio ecclesiastico solita, ita inchoatur* : Post beatam et gloriosam Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, qua verum Dei templum Judaïca impietate resolutum, divina in triduo potentia suscitavit, quadragenarius hodie, dilectissimi, sanctorum dierum expletus est nume-
B rus; *cum autem tota fere, quam verba hæc constituunt, periodus Actorum Sancti nostri initium faciant, hoc illorum auctor vel e laudato Leonis Papæ sermone vel e scripto, in quo ex hoc præfatum initium promanarat, verosimillime, ne dicam, indubie, acceperit. Quod cum ita sit, nec facile futurum fuisse videatur, ut scriptor, qui* Dionysii *Passionem, a Metrodoro (adi § 4 Commentarium prævium) Græce conscriptam atque a Lanssclio et Corderio editam, in linguam Latinam convertisset, Græca isthæc, quæ Passionis dictæ initio ponuntur, verba,* Μετὰ τὴν μακαρίαν καὶ ἐνδοξοτάτην ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἀνθρικοῦ αὐτοῦ ναοῦ ὑπὸ Ἰουδαϊκῆς παρανομίας, ὡς αὐτὸς εἶπε, διάλυσιν, καθὼς τῇ ἑαυτοῦ θείᾳ ἐξουσίᾳ τριήμερος ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, *Latine, adhibitis, quæ proxime recitavi, Leonis Papæ verbis, reddidisset, id enimvero, Passionem præfatam Græcam et Latinis hic a nobis editis Actis, non hæc ex illa per interpretationem (illarum enim lucubrationum alterutra indubie, uti in Commentario prævio num.* 66 *jam docui, ex altera est prognata) promanasse, argumento etiam est.*

c *Mutilus est hic sensus, vocabulis aliquot amae-*
C *nuensium oscitantia omissis. Codices nostri P Ms.* 155 *et O Ms.* 19 *melius legunt* : Quarto decimo crudelissimi imperii sui anno beatum Petrum et Paulum felici cruore dampnatos per trophæum martyrii dignos transmisit *(Nero scilicet)* ad superos. *Verum tam in dictis binis codicibus nostris Mss., quam in codice Fuldensi sanctum Apostolorum Petri et Pauli martyrium quarto decimo imperii Neronis anno perperam innectitur, uti liquet ex iis, quæ apud nos ad* XXIX *Junii diem in prævio de SS. Petro et Paulo Commentario num.* 17 *et* 18 *dicta sunt.*

d *Adi hac de re Operis nostri tom.* 5 *Junii pag.* 427 *num.* 8 *et pag.* 428 *in Annotatis ad lit.* e.

e *Id anno circiter* 49, *uti in Commentario prævio num.* 301 *docui, evenit.*

f *Quæ huc usque Actorum auctor de Dionysii conversione dixit, veritati, utpote et in Scriptura sacra fundata, indubie sunt consona; verum quæ deinceps de Sancto nostro commemorat, neutiquam in hunc quadrant, suntque adeo omni dubio procul a veritate aliena.*

g *Philippus isthic, non, uti hic narratur, diem* A. ANONYMO.
*extremum, cum* Dionysius *Romam ad Clementem Papam venit, in Hispaniis clausisse, sed eo primum tunc a Clemente missus fuisse in Græca* Dionysii *apud Corderium Passione, a Metrodoro elucubrata, asseritur; verum hinc consectarium non est, ut hæc e Latinis, quæ hic damus Actis, non promanarit. Commentarium prævium num.* 70 *et seq. consule.*

h *Hic indubie designatur Saturninus martyr, primus Tolosanus episcopus, qui ad* XXIX *Novembris diem Martyrologio Romano exstat insertus; verum is non seculo primo, cum Ecclesiæ Clemens præesset, sed, quemadmodum et sinceris et selectis illius Actis, a Ruinartio editis, constat, seculo demum tertio, Decio et Grato consulibus, in Gallias venit; ut perperam certe a Clemente eo missus fuisse in affictis Sancto nostro Actis hic narretur.*

i *Ad octavam Januarii diem, qua in Martyrologio Romano Lucianus signatur, de sancto hoc martyre Bellovacensique in Galliis episcopo actum apud nos jam est, satisque indicatum, opinionem, quæ illum sub Maximiano et Dio-* E
*cletiano imperatoribus martyrium subiisse, statuit, longe esse probabiliorem altera, quæ Sanctum illum ejusdemque martyrium ad seculum* I *refert.*

k *Ita etiam is, quem e sociis, Romæ sibi adjunctis, Arelate in Hispaniam* Dionysius *mississe fertur, in hujus Sancti nostri apud Corderium Passione, a Metrodoro contexta, appellatur, uti etiam in ejusdem Passione altera, quam, veluti a S. Methodio conscriptam, Chifletius vulgavit; Hilduinus autem, qui verosimillime non prius, quam cum jam Metrodori de Sancto nostro lucubratio, alteraque, quam Methodio Chiffletius adscribit, fuissent contextæ, conscribendis* Dionysii *Actis manum admovit, nomine illius, qui a Dionysio in Hispaniam missus fuerit, non expresso, sequentia isthæc dumtaxat de argumento illo num.* 19 *et seq. suppeditat* : Socios quoque ei et comministros *(Clemens Papa)* verbi plures et probatos viros adhibuit.... Qui simul properantes et circumcirca Dominum prædicantes appulerunt portui Arelatensium civitatis, et exinde quibusdam in partes necessarias, prout ei visum fuerat, destinatis, idem macarius Dionysius... Lutetiam F
Parisiorum, Domino ducente, pervenit. *Verum is, qui a* Dionysio *Arelate in Hispaniam missus fuerit, ab aliis, ac imprimis quidem a scriptore, qui, quæ supra memoravi, fabulosa Eugenii Toletani Acta conscripsit, vocatur Eugenius; id autem ille, qui ita, idem ut facerent alii, effecit, fecisse idcirco videtur, quod, cum Hilduinus compositum de* Dionysio Areopagita *hymnum, quem non recitat, Eugenio Toletano adscribat, Eugeniusque, martyrio prope Parisios coronatus, Romanoque Martyrologio ad* XV *Novembris diem inscriptus, in Galliam cum Dionysio venisse a nonnullis memoretur, isthunc propterea Eugenium cum Eugenio Toletano, per Hilduinum memorato, eumdem, primumque Toletanorum, qui a Sancto nostro in Hispaniam missus fuerit, exstitisse episcopum, existimarit, Actis etiam idcirco, quæ huic opinioni suæ (nostri tamen Operis tom.* 2 *Octobris pag.* 237, *num.* 70 *etiam consule) essent accommodata, conscriptis Eugenioque illi affictis. Porro ex eo, quod alii quidem Evangelii præconem, qui a* Dionysio *in Hispaniam*

A. ANONYMO. *missus fuerit,* Marcellum, *alii vero* Eugenium *e jam dictis appellent, factum esse, autumo, ut et Comment. prævii num.* 150 *laudatus Marcus Flavius Dexter et posteriorum temporum impostores, qui post scripta Latina Sancti nostri Acta, haustam ex his Metrodorianam ejusdem Passionem, affictamque Eugenio Toletano Vitam floruerunt, spuriaque sub Luitprandi, Lucii Flavii Dextri, aliorumque nomine monumenta ediderunt, eumdem Evangelii, qui a* Dionysio *in Hispanias missus fuerit, præconem,* Marcellum *simul et* Eugenium *eum appellando, fecerint binominem, ita fortassis efficere volentes, ut eos, a quibus sacer ille præco vocabatur* Eugenius, *in concordiam adducerent cum eis, a quibus* Marcelli *nomine distinguebatur.*

l *S. Dionysii Parisiensis Passio, a Bosqueto edita atque a nobis Commentario de hoc Sancto infra subdenda, præmissis nonnullis, quæ Prologi quodammodo loco haberi queunt, sic habet :* Sanctus igitur Dionysius, qui, ut ferunt, a successoribus Apostolorum verbi divini semina gentibus eroganda susceperat, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illuc intrepidus et
B calore fidei inflammatus accessit, Parisios, Domino ducente, pervenit, non veritus incredulæ gentis expetere feritatem, quia virtutem suam præteritarum pœnarum recordatio roborabat, et, qui meruerat esse confessor, non cunctatus est auctoribus * populis accedere prædicatos; *cum autem hæc periodus cum Actorum, quæ edimus, periodo hic occurrente non tantum quantum ad substantiam fere, sed etiam quantum ad multa, quibus hæc exponitur, verba conveniat, idque ipsum, uti quisque, qui Acta isthæccum Passione, a Bosqueto edita, contulerit, facile agnoscet, nonnullis adhuc aliis locis contingat, id certe, Bosquetianam Dionysii Parisiensis Passionem, quæ Actis edendis, uti infra, cum de hoc Sancto agam, ostensurus sum, videtur antiquior, dictorum Actorum auctori præluxisse, argumento est, uti etiam hunc ex illa non pauca eorum, quæ de Dionysio memorat, accepisse.*

* *al.* atrocibus

m *Codex noster O Ms.* 19 *et apographum Audomaropolitanum habent* trapezetarum, *id est, nummulariorum seu mensariorum, qui ita a dinumeranda in mensa pecunia dicuntur, hicque ab Actorum auctore. nomenclatione a Græca, quæ idem, quod Latine nummularius seu mensarius,*
C *significat, voce* τραπεζίτης *accepta,* Trapezetæ *nuncupantur.*

n *Galba quidem, Otho, Vitellius, Vespasianus et Titus Romanum imperium, priusquam id Domitianus moderandum acceperit, a Neronis, qui primus e Romanis imperatoribus Christianos persecutus est, obitu occuparunt; verum illi Christianos persecuti non sunt, hincque Domitianus, qui in Christianos quam maxime sæviit, secundam in hosce persecutionem suscitasse ab Actorum auctore hic asseritur.*

o *Fama* Dionysii, *longe lateque ex Evangelii prædicatione per Gallias dispersa, ad Domitiani palatium seu aulam pervenisse in Metrodoriana Sancti Passione non dicitur; verum nec hinc, nec ex aliis minoris momenti nonnullis, in quibus Passio isthæc a Latinis Dionysii Actis differt, consectarium est, ut ex hisce illa per interpretationem non promanarit. Commentarium prævium num.* 70 *et seq. videsis.*

p *Domitianum solius Dionysii comprehendendi causa apparitores, ut fecisse hic indicatur, in Galliam fuisse missurum, verosimile haud* D *apparet.*

q *Quo tempore Dionysius, Rusticus et Eleutherius martyrio fuerunt affecti,* archidiaconi *nomen in Ecclesia adhuc erat ignotum. In codice nostro O Ms.* 17 *Eleutherius dumtaxat vocatur* diaconus.

r *In codicibus nostris P Ms.* 155 *et O Ms.* 19 *paulo aliter hæc redduntur sequentibus hisce verbis :* Cumque Ecclesia, prædicatorum suorum meritis et ore fundata, quamvis inter turbines procellasque lictorum, perinde cresceret et augeretur, ipsa etiam Germaniæ ferox immanitas subacta cordis compunctione colla se jam Christi jugo domita subdidisse gaudebat.

s *In omnibus nostris Mss. exemplaribus vitiosa isthæc constructio occurrit, paucarum dumtaxat vocularum discrimine interveniente.*

t *An Dionysius Sociique ejus martyres, Rusticus et Eleutherius in monte fuerint necati, infra in Commentario Actis illorum præmittendo examinabitur.*

u *De hoc, quod hic refertur, prodigio censendum quid sit, Commentarius, Dionysii et Sociorum Actis præmittendus, pariter aperiet.* E

x *De matrona hic memorata adscriptoque ei facto infra etiam in Commentario mox dicto suus erit fusius loquendi locus; ex eo interim, quod hic paganorum erroribus adhuc fuisse addicta, in Metrodoriana autem Sancti Passione gentilium terroribus adhuc fuisse correpta dicatur, consectarium videtur, ut hæc e Latinis, quæ hic edimus, Actis per interpretationem promanarit, uti in Commentario prævio § et 4 fusius expositum ac porro probatum invenies.*

y *Ex hoc Actorum, quæ edimus, Latinorum loco seu textu, cum loco, qui ei in Metrodoriana Dionysii Passione respondet, collato, non parum, hanc ex illis per interpretationem promanasse, confirmatur, uti ea, quæ in Commentario prævio num.* 68 *et seqq. disserui, commonstrant.*

z *Actorum Latinorum sex, quæ penes nos exstant, exemplaria ab initio usque ad locum, quo de Dionysii sociorumque martyrum corporibus furto sublatis clanculumque sepultis agitur, ubique fere sat recte consonare, indeque exemplar, quod codex noster P MS.* 156 *exhibet, a quinque exemplaribus reliquis haud parum discrepare, in Commentario prævio num.* 71 *as-* F *serui; ut autem, quam verum id sit, simulque omnia, in quibus abs hisce illud differat, studiosus lector ex Actorum, prout e codice nostro Fuldensi Q Ms.* 6 *hic eduntur, cum iisdem Actis, prout in codice nostro P Ms.* 155 *exstant, collatione queat perspicere, exhibitum in hoc Actorum exemplar ab eo loco, quo id a quinque exemplaribus reliquis dissonare incipit, huc transcribo. Verba, quibus a loco illo usque ad finem concipitur, hæc sunt :* Prædicta itaque mater-familias, cum primum vidit persecutionis tepuisse fervorem; locum, tantorum Martyrum ossa servantem, qua potuit honorificentia una cum sanctis Domini sacerdotibus et fidelium turbis reverentissime satis aggreditur, et incomparabilem thesaurum, quem diu sibi et posteris profuturum servavit, omnibus patenter eadem sacratissima die innotuit; qua beatus Dionysius cum sociis suis triumphans agonem explevit et coronam victoriæ accipere de manu Domini meruit, atque testis Jesu Domini pretiosus sidereum senatum

A senatum possedit : ipsumque locum eminentis mausolei edificatione signavit. Sanctorum quoque corporibus digna veneratione sepultis, eorum vestimenta, tunica videlicet, cilicium et caligæ Dionysii pretiosi, et casula sancti Rustici archipresbyteri atque dalmatica beati Eleutherii archidiaconi, exceptis portionibus, quæ pro reliquiis electorum Domini a fidelium devotione sumptæ sunt, usque hodie debiti cultus reverentia conservantur. Quorum meritis et precibus eadem venerabilis femina, in nomine sanctæ Trinitatis ex aqua et Spiritu sancto renata, cuncta, quæ habere potuit, Domino Jesu Christo atque ipsis Martyribus tradidit, et sacras excubias apud eorum corpora, quamdiu supervixit, celebrans in bona confessione ac conversatione ad Christi et Sanctorum Martyrum gloriam, ipsis intercedentibus, migrare promeruit. Processu vero temporis multiplicata fidelium numerositate, Christiani, beati Dionysii patrociniis devotissimi, basilicam super pretiosorum Martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt; ubi cotidie, operante Domino nostro Jesu Christo, merita eo-
B rum virtutum probantur monstrari frequentia, interventu eorundem cæcis recipientibus visum, debilibus gressum et surdis auditum. Sed nec illud silendum est, quod a spiritibus immundis vexati, dum ad memoratorum Christi testium tumulos examinandi virtute divina ducuntur, Sanctorum ipsorum coguntur imperio, quo quisque sit Martyrum positus loco, designatis nominibus indicare. Celebrata est autem memoranda eorum passio VII Idus Octobris, anno ab Incarnatione Domini XCVI, a Passione autem LXIII; ætatis vero beatissimi Dyonisii circiter XC; imperii quoque Domitiani, crudelissimi cæsaris XVI ingruente; regnante autem Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, virtus et imperium cum Patre et Spiritu sancto ab æterno et nunc et sine fine. *Ita laudatum Actorum exemplar; abs hoc autem in iis, quæ verbis jam datis tradit, haud multum discrepasse exemplar quoddam, quod Hilduino præluxit, facile comperiet, qui cum hisce contulerit ea, quæ hic scriptor in contexta a se*
C *Dionysii Vita num.* 35 *et seq. memoriæ prodit.*

aa *Ecclesiam supra Dionysii sociorumque martyrum corpora, non ab ipsismet, qui abs his ad fidem fuerant conversi, Christianis, sed ab aliis, qui serius vixere, fuisse exstructam, in Actorum, quod codex noster P. Ms.* 155 *exhibet, exemplari (adi, quæ ex hoc ad lit. præced. recitavi, verba) asseritur.*

bb *Quis verbis hisce aliisque nonnullis, num. præcedenti contentis, locus in Metrodoriana Dionysii Passione respondeat, itemque quid de illo hujus loco seu textu, quo sese e narratione vetusta firmaque antiquitate hausisse, quæ de Dionysio scribit, Metrodorus declarat, censendum sit, Commentarius prævius num.* 77 *et binis seqq. docet.*

cc *In Passione, Græce a Metrodoro adornata, Dionysii martyrium tam apud Corderium quam apud Lansselium, non septimo Idus, sed septimo Kalendas Octobris signatur; verum cum nullus umquam scriptor seu Græcus seu Latinus, septimo Kalendas Octobris seu* XXV *Septembris die passum esse Dionysium, notarit, in dictam Passionem seu potius in hujus, quod Lansselio præluxit, exemplar unice ex amanuensium oscitantia vocabulum* Kalendas *irrepsisse, eique proinde vocabulum* Idus, *quod primitus in illa a Metrodoro fuerit signatum, substituendum esse, indubitatum apparet. Quod cum ita sit, Dionysiusque adeo secundum Metrodorianam Passionem, non secus ac secundum Fuldensem nostrum, e quo Acta Latina hic damus, codicem reliquaque horum penes nos exstantia exemplaria Mss. septimo Idus seu nona Octobris die sit passus, id iterum, Metrodorianam Dionysii Passionem e Latinis, quæ edimus, Actis per interpretationem promanasse, argumento est; quod nimirum, cum Græci prorsus omnes* Dionysium Areopagitam *tertia Octobris die passum esse notent, verosimillime, imo indubie, hac quoque die Dionysii martyrium Metrodorus consignasset, si, quæ de illo scribit, e Græcis, non e Latinis, Dionysii ac sociorum Martyrum martyrium die nono Octobris constanter signantibus, monumentis hausisset. Hæc porro aliaque, ad litt.* X *et* V *dicta, modo iis, quæ in Comment. prævio* § IV *de eodem illo argumento disserui, adjunge, Græcamque Dionysii a Metrodoro adornatam Passionem e Latinis hic a nobis editis Actis per interpretationem promanasse, luculentius adhuc patescet, maxime si hæc cum illa a capite ad calcem contuleris. Nec dubito, quin etiam sit futurum, ut, si scriptam Dionysii ab Hilduino Vitam incipiendo ab eo loco, quo Dionysii in Gallias missio narratur, cum præfatis Actis Latinis contuleris, scriptori illi isthæc præluxisse, fatearis. Adi etiam Commentarium prævium num.* 93 *et tribus seqq. Ceterum an Dionysius sociique martyres* sub Domitiano imperatore, *uti hic in Actis Latinis, consentiente etiam Metrodoriana Passione, asseritur, martyrio coronati fuerint, Commentarius, illorum Actis infra præmittendus, aperiet.*

AUCTORE C. B.

E

F

APPENDIX

## DE SANCTI RELIQUIIS

## CAPUT I.

### An Dionysii Areopagitæ reliquiæ in Sandionysiano Franciæ monasterio serventur.

*Innocentius III Papa, Romæ celebrato concilio,*

*Cum Dionysius, qui Parisiis martyrum subiit, corporeque ibidem quiescere aut diu certe quievisse existimatur,* a Dionysio Areopagita, *uti in Commentario prævio docui, sit distinctus, non quæro hic, an Dionysii, qui Parisiis occubuit, sed an* Dionysii Areopagitæ, *qui Athenis obiit, reliquiæ Parisiis, aliunde eo delatæ, asserventur. Cur id faciam, in causa est scriptum, quod in Vita S. Dionysii Corinthii apud nos tom.* I *Aprilis pag.* 744 *et seq. occurrit, quodque sic habet :* Anno ab Incarnatione Domini MCCXV, Innocentius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa III ad Urbem generale Concilium convocavit. Ad hoc concilium convenerunt ex omni natione, quæ sub cælo est, pastores et Prælati sanctæ Matris Ecclesiæ, Patriarchæ videlicet, archiepiscopi, pontifices

AUCTORE C. B.

ces et abbates, et inferioris gradus et ordinis aliæ personæ, quarum non erat numerus. Reges etiam et principes diversorum populorum vel per se vel per nuntios adfuerunt : vir autem venerabilis abbas B. Areopagitæ Dionysii, Henricus nomine, cum ceteris interesse non potuit, quia provectæ ætatis imbecillitas non permisit. Misit autem pro se et pro ecclesia sua virum religiosum et honestum Hemericum, magistrum priorem, cum aliis personis ejusdem ecclesiæ, qui se loco sui, prout oportunius possent, Domini Papæ præsentiæ præsentarent. Soluto Concilio, concessa est singulis licentia recedendi.

*Sandionysianis, qui ad illud venerant, monachis*

2 Dominus autem Papa, volens omnibus palam facere benevolentiam et gratiam atque pium dilectionis affectum, quem erga venerabile cœnobium B. Dionysii et tunc habebat et semper habuerat, vocavit ad se præfatum Hemericum ac socios ejus, et in pignus perpetuæ caritatis dedit eis thesaurum impretiabilem, corpus vi-
B delicet sanctissimi Dionysii Confessoris, Corinthiorum episcopi, ut ipsum secum cum honore debito in Franciam transferrent, et ex parte sua ecclesiæ B. Dionysii cum omni reverentia præsentarent. Tradidit illis præterera suæ largitionis testimoniales litteras, sigillo sanctæ Sedis Apostolicæ roboratas. Illi vero cum condignis gratiarum actionibus tam nobile, tam sanctum, tam denique venerandum suscipientes depositum, gratuita summi pontificis exhilarati munificentia, quam citius potuerunt, in Franciam remearunt. Qui cum accessissent ad ecclesiam B. Dionysii de Strata VIII kal. Martii, prima scilicet Sabbathi, quæ dies Dominica nuncupatur, occurrit eis venerabilis abbas et conventus cum processione solenni, albis et cappis sericis induti, cereis accensis, pulsatis campanis, et universo clero et populo comitante : et sic cum hymnis et laudibus gloriosus Confessor et pontifex Corinthiorum Dionysius intromissus est in ecclesiam sanctissimi Areopagitæ Dionysii, et magna Missa de ipso Confessore in ornamentis solennibus solenniter celebrata, intra apsidam, quæ super corpora SS. Martyrum retro altare in Sanctis Sanctorum sita est, in vase eburneo decenter composito locatus
C est.

*S. Dionysii corpus, additis, quæ hic exhibentur, testimonialibus litteris,*

3 Sed quia modus et causa donationis hujus Apostolicæ, et venia, quæ ab eodem concessa est omnibus, qui ad sacras sancti hujus Confessoris reliquias honorandas devote accesserint, in ejusdem authentico plenissime continetur, ipsum in hoc loco subnectere curavimus, ut non solum a præsentibus, sed etiam a posteris gestæ rei veritas certior habeatur. Innocentius episcopus servus Servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis salutem et Apostolicam benedictionem. Utrum gloriosus martyr et pontifex Dionysius, cujus venerabile corpus in vestra requiescit ecclesia, sit ille censendus, qui Areopagita vocatur, ab Apostolo Paulo conversus, diversæ sunt sententiæ diversorum. Quidam enim fatentur, Dionysium Areopagitam in Græcia fuisse mortuum et sepultum, aliumque Dionysium extitisse, qui fidem Christi Francorum populis prædicavit : alii vero asserunt, illum post mortem B. Pauli venisse Romam, et a S. Clemente Papa in Galliam destinatum, aliumque fuisse, qui mortuus est in Græcia et sepultus; utrumque tamen egregium in opere, et sermone præclarum. Nos autem neutri volentes præjudicare sententiæ, sed vestrum D cupientes honorare monasterium, quod immediate ad Romanam spectat ecclesiam, sacrum B. Dionysii pignus, quod bonæ memoriæ P. * tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis, tunc Apostolicæ Sedis legatus, de Græcia tulit in Urbem, vobis per dilectos filios Hemericum priorem et quosdam alios, nuntios monasterii vestri ad generale Concilium destinatos, devote dirigimus; ut cum utrasque reliquias habueritis, nulla de cetero remaneat dubitatio, quin sacræ B. Dionysii Areopagitæ reliquiæ apud vestrum monasterium habeantur : vos igitur eas reverenter suscipite, hanc nobis vicissitudinem rependentes, ut in orationibus vestris spiritualis semper ad Deum commemoratio nostri fiat, et secundum oblationem eorumdem nuntiorum vestrorum anniversaria obitus nostri memoria solenniter celebretur. Omnibus autem qui ad has sacras reliquias venerandas devote convenerint, quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis auctoritate Apostolica relaxamus.

* *al.* Petru

E

*impertit. Idin Franciam allatum, perperam pro S. Dionysii Corinthii.*

4 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis et remissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire : si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani, pridie Nonas Januarii, Pontificatus nostri anno XVIII. *In narratione, verbis jam recitatis contenta, Pontificiæque, quæ hisce subnectitur, Bullæ præmissa, Dionysius, cujus sacrum corpus Sandionysiano in Francia monasterio dedisse Innocentius III Papa refertur, pro Dionysio, Corinthiorum episcopo, habetur, imo quo die sacrosanctum illud pignus in dictum monasterium fuit illatum, solemne de sancto isto episcopo sacrum a Sandionysianis monachis celebratum fuisse, tum in præfata narratione, tum etiam in abbatiæ S. Dionysii Historia, a Michaële Felibiano anno* 1706 *edita, pag.* 219 *asseritur; verum unde vel jam suppeditate narrationis auctor, vel Sandionysiani monachi, sanctum Dionysium, cujus sacrum corpus, e Græcia Romam a Petro, Capuano scilicet, titulo S. Marcelli S. R. E. (Oldoinum in Romanorum Pontificum et S. R. E. Cardinalium Historia tom.* 1, *col.* 1162 *et seq. videsis) presbytero Cardinale, delatum, Sandionysiano monasterio Innocentius III impertiit, non fuisse alium, quam S. Dionysium Corinthiorum episcopum, habuere perspectum? Enimvero, cum in Bulla, quam Innocentius misso a se in Franciam corpori isti sacro adjunxit, ne vel verbo cujusnam id Dionysii esset, indicetur, Sirmondus recitatis, quæ huc potissimum faciunt, præfatæ Bullæ verbis, Sandionysianos in Francia monachos in sua de duobus Dionysiis Dissertatione cap.* 6 *sub finem ita haud immerito alloquitur :* Fidem hic ego vestram interrogo, cujusnam Dionysii reliquias a Petro Capuano Romam allatas e Græcia et ad vos missas credatis ab Innocentio?

F

*contra ac Innocentii bulla, de qua simul*

5 Corinthium dicere soletis; sic enim loqui vos oportebat, ne Areopagitam fateremini. At quis vobis œdipus de Corinthio renunciavit, cum Innocentius non explicet? Deinde, qui convenit, ut, delato ad vos Dionysii Corinthii corpore, Areopagitæ corpus apud vos sine dubitatione futurum dicat Innocentius, si apud vos antea non erat? Quod si Areopagitæ, ut apparet, corpus id erat, non Corinthii, liquet profecto, Areopagitæ reliquias Innocentii beneficio

A ficia apud vos nunc esse, Parisiorum autem, ad quos nisi mortuus non venerit, episcopum non fuisse. *Sane sacra Dionysii lipsana, quæ Innocentius in Franciam misit, pro* Dionysii Areopagitæ *corpore a nonnullis habita fuisse, indubitatum apparet; Innocentius enim, postquam sese, an Dionysius, cujus reliquiæ in Sandionysiano monasterio asservarentur,* Areopagita esset, *dubitare, non obscure in memorata Bulla indicavit, mox, Sandionysianos monachos alloquens, subjungit*: Nos ... vestrum cupientes monasterium honorare, sacrum beati Dionysii pignus, quod bonæ memoriæ Petrus sancti Marcelli Cardinalis de Græcia tulit ad Urbem vobis devote dirigimus; ut cum utriusque reliquias habueritis, nulla de certo remaneat dubitatio, quin sacræ beati Dionysii Areopagitæ apud monasterium vestrum habeantur; *hoc autem ejus ratiocinium, quo penes Sandionysianos monachos* S. Dionysii Areopagitæ *corpus post accepta, quæ ad eos mittebat, sacra Dionysii lipsana citra omnem dubitationem futurum, arguebat, validum esse qui queat, si hæc nec Innocentius, qui, an ser-*
B *vatæ in Francia Dionysii reliquiæ* Areopagitæ *essent dubitabat, nec ulli alii pro* Dionysii Areopagitæ *reliquiis habebant?*

*et de missis abs hoc reliquiis nonnulla*

6 *Crediderim itaque eos, a quibus Petrus Capuanus, S. R. E. Cardinalis, anno* 1209, *ut Oldoïnus loco supra cit. docet, e vivis sublatas, sacra illa pignora in Græcia acceperat,* Dionysii Areopagitæ *reliquias isthæc credidisse, adductisque, quibus hac in re fidem suam probatam darent, documentis effecisse, ut saltem et Petrus Capuanus et Innocentius tertius, num vera memorarent, dubitarint hicque etiam, vel quas in Franciam misit, vel quas ibidem antea fuisse asservatas, sciebat, genuinas esse* Dionysii Areopagitæ *reliquias, crediderit. Ac sacra quidem Dionysii lipsana, quæ Petrus Capuanus Romam e Græcia attulit, non tantum pro* Dionysii Areopagitæ *reliquiis a nonnullis habita fuere; sed re etiam vera* Dionysii Areopagitæ *reliquias fuisse, sat verosimile apparet. Ea sedet sententia, quod cum Dionysius, qui Parisiis martyrium subiit,* a Dionysio Areopagita *indubie, ut jam docui, sit diversus, nec alterius Dionysii, quam qui Parisiis pro fide occubuisset,*
C *corpus Sandionysiani monachi usque ad Innocentii Papæ tertii ætatem possederint, reliquiæ, e Græcia a Petro Capuano Romam allatæ,* Dionysii Areopagitæ, *uti Græci, a quibus illas accepit, asseverabant, verosimiliter fuerint. Res quidem, quod alios adhuc Sanctos, quibus* Dionysii *nomen fuit, Ecclesia veneretur, certa non est; verum, cum equidem nullus alius locus corporis* Dionysii Areopagitæ *(neque enim hic, quod id dumtaxat, si Dionysius Parisiensis ab* Areopagita *diversus non sit, facit, monasterium S. Emmerammi memorandum venit) possessionem sibi adscribat, sacra sane* Dionysii *lipsana, quæ e Græcia Petrus Capuanus Romam attulit, pro* Dionysii Areopagitæ *reliquiis esse habenda, sat verosimile videtur.*

*hic observantur, declarat*

7 *Nec est. quod quis forsan Græcum* Dionysii Areopagitæ *elogium, in Commentario, Actis jam datis prævio, num.* 199 *et seq, recitatum, in quo* Dionysius flammis totus fuisse consumptus *asseritur, hic objiciat; præterquam enim quod fieri possit, ut, etiamsi* Dionysius *flammarum incendio interiisset, ossa ejus omnia igne haud fuerint absumpta, haud integram elogium illud, imo nec prior illius pars, in qua id asseritur, fidem meretur, quod quæpiam etiam alia, haud certo vera, suppeditet, ut consideranti patescet. At vero erit fortassis, qui non tantum verosimiliter, sed et certo reliquias, quas, e Græcia Romam a Petro Capuano allatas Innocentius III in Franciam misit* Dionysii Areopagitæ *corpus fuisse, contendens, ita modo arguat: Innocentius tertius penes Sandionysianos monachos, delatis ad eos, quas mittebat, reliquiis, certo esse* S. Dionysii Areopagitæ *reliquias futuras, in sua ad illos Bulla indicavit; id autem, nisi reipsa vel asservatas in monasterio Sandionysiano Dionysii reliquias, vel alias, quas, e Græcia allatas, eo mittebat, certo esse* Dionysii Areopagitæ *reliquias, existimarit, salva veritate, facere non potuit. Quod cum ita sit, reliquiæque, quas in monasterio Sandionysiano asservari, Innocentius dicebat,* Dionysii Areopagitæ *certo non essent, oportet, ut vel perperam id, quod dixi, Sandionysianis monachis Innocentius indicarit, vel ut reliquiæ, e Græcia Romam allatæ, quas in Franciam misit,* Dionysii Areopagitæ *certo exstiterint. Tillemontius tom.* 2 *Monumentorum eccle-*
E *siasticorum pag.* 674 *nullo in pretio habere videtur Innocentii ratiocinium, quod nec reliquiæ, a Petro Capuano Romam allatæ, nec aliæ, in monasterio Sandionysiano asservatæ, certo essent* S. Dionysii Areopagitæ *reliquiæ.*

*corpore fuit habitum, atque hodie adhuc habetur.*

8 *Verum quidquid hac de re sit, cum equidem in Innocentii bulla nihil omnino occurat, e quo, quas in Franciam misit, reliquias pro sacris Dionysii Corinthii lipsanis habitas abs illo fuisse, extundas perperam sane eas pro sancti hujus antistitis corpore Sandionysiani monachi habuerunt, nisi forte ad id rationibus solidis, aliunde quam e Bulla Innocentii petitis mihique ignotis, fuerint impulsi; rationes interim tales cum nondum attulerint, missas ad se ab Innocentio III Papa Dionysii reliquias pro* Dionysii *Corinthii reliquiis eo dumtaxat consilio habuisse videntur, ne ab opinione, qua et Sanctum hunc prope Parisios martyrio fuisse coronatum et ejusdem reliquias penes sese asservari, præfracte contendebant, recedere cogerentur. Dionysii interim reliquias, ab Innocentio III in Franciam missas, sacra inter cimelia in capsa vetustiori, laminis argenteis circumvestita, sub hujus adhuc seculi initium Sandionysiani monachi, tum pariter adhuc bullæ, sacris illis pignoribus ab Innocentio adjunctæ,* F *archetypum in monasterii sui archivo servantes, religiose custodiebant, ac quotannis, quod, eas pro Dionysii Corinthii reliquiis hodieque per illos haberi, argumento est, octavo Aprilis die, quo Sancti hujus festum celebrabant, publicæ venerationi exponere solebant, uti e Parisiensi Breviario simulque e Sandionysiana Felibiani Historia, tum excusis supraque adhuc laudatis, intelligo.*

AUCTORE C. B.

CAPUT

AUCTORE C. B.

## CAPUT II.

### An caput S. Dionysii Areopagitæ Longipontina abbatia possideat, et an quæpiam saltem illius pars in ducatu Luxemburgensi non sit.

*Penes se esse Areopagitæ caput, Longipontini monachi, uti instrumentum*

*In diœcesi Suessionensi situm est Ordinis Cisterciensis monasterium, quod* Longus pons *nominatur; hujus alumni, penes se esse, asseverant* S. Dionysii Areopagitæ *caput, Constantinopoli in Franciam a Nivellone, Suessionensi episcopo, seculi* XIII *initio delatum, sibique abs hoc datum. In supellectili nostra litteraria exponens, qui sacrum illud pignus ad Longipontinos monachos* B *pervenerit, exstat instrumentum, a monasterii dicti Priore et duobus religiosis ejudem presbyteris die* 30 *Januarii anni* 1690 *signatum, ac nobiscum communicatum. Illud itaque, antequam meam de sacro illo apud laudatos cœnobitas asservato pignore promam sententiam, integrum huc e lingua Gallica, qua conscriptum est, in linguam Latinam a me conversum transcribo. Sic habet*: Frater Carolus Josephus Cottin, facultatis Parisiensis Bacchalaureus in Theologia, abbatiæ S. Mariæ Longi-pontis Ordinis Cisterciensis in diœcesi Suessionensi Prior, omnibus has præsentes litteras visuris salutem in Domino, qui est admirabilis in Sanctis suis et qui omnia eorum ossa servat, notum facimus, nos a reverendissimo nostro abbate generali Cisterciensi per litteras, quas Parisiis die XXIII præsentis mensis Januarii scribere ad nos fuit dignatus, requisitos, ut ipsi probationes, notitias documentaque de S. Dionysii Areopagitæ capite, quod a quingentis annis in dicto nostro Longipontis monasterio religiose asservatur, digeremus ac litteris, commendaremus, obtemperandi dictique C domini nostri reverendissimi desiderio satisfaciendi causa ad thesauri reliquiarum nostrarum locum, qui post summum ecclesiæ nostræ altare situs est, accessisse.

*in quo de sacro illo thesauro nonnulla memorantur,*

10 Ubi a dominis Nicolao Quinquet et Petro Lalouette, communitatis nostræ religiosis presbyteris, stipati post cermonias, in casu simili requisitas et solitas, thecam eburneam, crystallis et figuris argenteis munitam, aperuimus; unde extraximus arcam parvam argenteam, filatim elaboratam, pollices decem longam et sex aut circiter latam, in cujus operculo exstat rosa aperta, quam circum characteribus Gothicis exarata sunt quatuor hæc Latina vocabula : CAPUT SANCTI DONYSII AREOPAGITÆ et supra et circum præfatum operculum in parvis laminis argenteis exarati seu expressi characteribus Gothicis pariter sunt tres hi sequentes versiculi :

Areopagitæ Longus-pons nobilitatur
Felici capite, quod in isto vase locatur,
Doctrinam vitæ cujus grex iste sequatur.

Et post factam dictæ arculæ seu lipsanothecæ apertionem ei inclusa frustoque serici albi involuta invenimus capitis humani ossa una cum sincipite seu fronte, occipite et duobus lateribus D sine ulla fractura, et circum et, nulla re interposita, in dictis capitis ossibus, superius a loco auris sinistræ incipiendo, circumque totum per partem posticam eundo, distincte legimus quatuor isthæc Græce expressa seu exarata antiquo atramento vocabula, κεφαλη του αγιου Διονυσιου Αρειοπαγιτ.

*simulque a quo et qui*

11 Inter omnes Suessionenses episcopos Nivelo de Chirisiaco affectu particulari abbatiam Longi-pontis prosecutus est, cum esset filius Gerardi de Chirisiaco, Mureti dynastæ et Agnetis, qui anno MCXXXI locum, nomine Longumpontem, qui tum parœcia, cujus erant dynastæ, existebat, Ordini Cisterciensi dederunt, ut ibidem ædificaretur monasterium, quod Longi-pontis nomen retinuit: ubi semetipsos dederunt, et ubi vitæ suæ reliquum in omnigenarum vitutum Christianarum exercitio transegerunt. Rex Philippus Augustus, cum ad recuperandam Terram sanctam ingentem exercitum anno MCCII conscripsisset, eum Balduino, Flandriæ comiti, cum ipsamet sua majestas belli Anglici causa iter suscipere non posset, summo E imperio moderandum dedit. Inter primos et maxime ardore incensos Franciæ antistites, qui hisce cruciatorum copiis sese junxerunt, S. Nivelo episcopus fuit. Hic Christianus exercitus, a recte, quæ in Palæstinam ducit, via declinans, ex occulto Dei judicio Constantinopolim versus, ut Alexio Juniori imperatori thronum, quem, ut omnibus notum est, avunculus ejus, Alexius Comnenus, usurparat, restitueret, sese convertit.

*ad illos is pervenerit, exponitur,*

12 Comes Flandriæ Christianusque exercitus anno sequenti urbem Constantinopolitanam obsedit atque expugnavit. Pius episcopus Nivelo, diœcesim suam copiosorum civitatis hujus imperialis spoliorum participem reddere desiderans, omnem curam, ut reliquiarum, quibus eam Orientis imperatores a Constantini Magni, illius fundatoris, ætate ditarant, partem recuperaret, adhibuit, cumque notabiliorum multitudinem obtinuisset, partem earum in Franciam per personas fideles, quarum fidei eas consignavit, transmisit; partem autem alteram servavit, quam ipsemet in episcopalem suam urbem intulit, quamque, *anno scilicet, uti e Galliæ Christianæ auctæ Scriptoribus tom.* 9, *col.* 365 *colligere fas est,* 1205, ecF clesiæ cathedrali, pluribus aliis ecclesiis et monasteriis distribuit, ac nominatim AD MONASTERIUM LONGI-PONTIS CAPUT BEATI DIONYSII AREOPAGITÆ ET CRUCEM DE LIGNO DOMINI asportavit. Sunt ipsamet verba Lectionum Breviarii Suessionensis, quæ leguntur in sacrarum reliquiarum festo, quod a tempore translationis illius solemniter quotamnis per totam diœcesim Dominica, quæ mense Octobri Dionysii festum proxime excipit, celebratur, cum ecclesia Cathedralis ad Missam in antiqua Prosa canit.

Nostri tenent cœnobitæ
Caput Areopagitæ.

*fidem facit,*

13 Est igitur constans totius Diœcesis Suessionensis traditio, verum capitis S. Dionysii Areopagitæ lipsanum in monasterio Longi-pontis asservari, ac quiscumque de pretioso illo deposito dubitaret, eadem etiam ratione de ecclesiæ cathedralis, celeberrimarum abbatiarum beatæ Mariæ et S. Joannis in vineis et plurium aliarum ecclesiarum secularium et Regularium civitatis

A civitatis et diœcesis Suessionensis, quæ plerasque suas reliquias e pii episcopi Nivelonis liberalitate possident, reliquiarum veritate dubitare posset. Porro cum pio isti præsuli difficile fuisset, in Franciam in Lipsanothecis diversis sacras omnes, quas Constantinopoli congregarat, reliquias asportare, credibile est, eum thecis omnes conjunctim inclusisse, utque alias ab aliis, cum advenisset, secernere posset, adscripto singulorum Sanctorum nomine notasse, ossibusque capitis S. Dionysii Areopagitæ inscribi jussisse, aut inscripta reperisse litteris Græcis hæc, quæ ibidem sat distincte adhuc leguntur, vocabula : Κεφαλη του αγιου Διονυσιου Αρειοπαγιτ. In cujus ac omnium supra dictorum fidem hoc scriptum in compendiariæ de re gesta litis formam, ut in tempore et loco et ubicumque congruum fuerit, usui esse possit, confecimus, quod signavimus signarique per duos nobis adsistentes religiosos supra nominatos fecimus, ac communitatis nostræ sigillo munivimus die xxx Januarii anno MDCLXXXXVIII. Erat signatum F. Cottin Prior abbatiæ Longi-pontis, F. Nicolaus Quinquet. F. Petrus Lallouette.

B

*asseverant, idque integrum re etiam vera,*

14 *Ita laudatum instrumentum; quod sane, penes se esse* S. Dionysii Areopagitæ *caput, a Longi-pontis monachis asseverari, imo et in diœcesi Suessionensi id credi, luculenter ostendit. Verum an re etiam ipsa sacrum illud pignus Longi-pontis monachi possident? Non est sane, cur Nivelo, Suessionensis episcopus, a quo id acceperunt, suspectus habeatur. Adhæc Breviarii Parisiensis Lectio quinta, ad tertiam Octobris diem de* S. Dionysio Areopagita *ab anno* 1700 *legi solita, sic habet :* Caput ejus, *(videlicet* Dionysii Areopagitæ*)* in Constantinopolitanæ urbis imperiali capella repositum, a Balduino, qui primus e Latinis imperavit in Oriente, Niveloni Suessionum episcopo, illic tum degenti, sub initium sæculi decimi-tertii donatum est; *ii autem. qui dictam, aliasque Breviarii Parisiensis de* Dionysio Areopagita *Lectiones contexuere, ea dumtaxat in hisce, quæ post accuratum ac diligens examen veritati repererunt consona, memoriæ prodidisse videntur; ut proinde, quod de* Dionysii Areopagitæ *capite, priusquam id Niveloni a Balduino traderetur, in*

C *imperiali urbis Constantinopolitanæ capella reposito supra recitatis verbis tradunt, a veritate alienum verosimillime non sit. Quod cum ita habeat, sacrumque adeo illud pignus diu etiam, antequam Balduinus Constantinopolim occuparet, in imperiali urbis hujus capella asservatum verosimiliter fuisset, vel solus ille, quo asservatum tum fuerit, locus facit, ut minus, ne id, quod* Dionysii Areopagitæ *caput non erat, pro Sancti hujus capite Constantinopoli, fraude quapiam interveniente, fuerit habitum, sit timendum. Hinc porro jam fit, ut, cum etiam a Balduino idem illud, quod in imperiali capella jam dudum asservatum fuerat,* Dionysii *caput Niveloni et abs hoc deinde Longi-pontis monachis traditum indubie fuerit, re etiam ipsa penes hos esse sacrum illud pignus, sat verosimile appareat.*

*cum ea, quæ Halloixius verbis*

15 *Atque hoc quidem cum ita habeat, ex instrumenti jam dati verbis, utpote quibus integrum humanum caput intricatur, consectarium insuper est, ut integrum etiam* Dionysii Areopagitæ *caput Longi-pontis monachi possideant. Halloixius quidem de Illustribus ecclesiæ Orientalis Scriptoribus, qui sanctitate et eruditione primo æræ Christianæ seculo floruerunt, in suis in* Dionysii Areopagitæ *Vitam, a se contextam, Annotationibus pag.* 241 *cranium seu superiorem capitis* S. Dionysi Areopogitæ *partem in ducatus Luxemburgensis pago, nomine* Aquila, *asservari tradit; verum id a vero alienum apparet. Ut de re ferri queat judicium, Verba ejus omnia, quæ huc spectant, lectori hic, utut prolixa, exhibeo. Sic habent :* Sunt, qui dicant, hujus consecrationis *(Dionysii Areopagitæ in episcopum)* manu Paulli factæ memoriam extare etiamnum in ditione Luxemburgensi, in pago Aquila. Abest hic pagus ab urbe Treviris horæ circiter itinere. Ibi exiguum est templum S. Dionysio Areopagitæ sacrum, et in eo ejusdem sancti cranium, aut potius cranii vertex, cujus in exteriori parte cernitur crux alba, cum cranii reliquum subnigrum sit. Hanc crucem Dionysio impressisse Paullum, dum eum consecraret, communior sermo est : quorumdam tamen non tunc, sed dum aqua salutifera illum ablueret. Nam utroque in sacramento signum usurpari crucis in confesso est, et docet ipse Dionysius libro de Ecclesiastica Hierarchia cap. 2 B et v. Verumtamen illa Crux quæcumque demum sit, sive in Ordinibus, sive in Baptismo efformata; crux est transiens et extrinsecus tantum signans, non vero intus et usque ad ossa penetrans, iisque inhærens. Unde consequitur aut miraculo factum, ut Crux illa cutem pervaderet, cranioque insisteret : aut certe, ut modo nobis incognito sic impressa adhæreret. Nam qui dicitur Character Sacramenti, ab ejusmodi cruce plane diversus est.

AUCTORE C. B.

*huc transcriptis de Dionysii cranio,*

16 Ille enim non corpori, sed animæ imprimitur, eique indelebiliter adhærescit, ac tribus tantum in sacramentis confertur juxta illum Tridentini concilii canonem IX sessione septima : « Si quis dixerit in tribus Sacramentis, « Baptismo scilicet, Confirmatione et Ordine non « imprimi characterem in anima, hoc est, signum « quoddam spirituale et indelebile (unde et itera- « ri non possunt) anathema sit. » At vero crux illa, quæ extrinsecus ab episcopo aut a Sacerdote efformatur, corporale signum est et delebile et omnibus sacramentis commune. Tertia vero sententia de tempore impressæ crucis est Joannis Bertelii abbatis Epternacensis, qui in sua Lut- F zemburgensi Historia, summo cranio impressum Crucis signum a D. Paullo Apostolo refert, cum ab eo jam episcopus in Gallias cum benedictione ablegaretur. Verum hæc sententia teneri non potest, nisi si dicatur Dionysius bis in Galliam esse missus, semel a Paullo, semel a Clemente post Paulli mortem. Missum autem a Paullo, nullæ antiquæ litteræ vel minimum vestigium ostendunt : a Clemente autem, ut post liquebit, plurimæ. Meminit hujus cranii Arnoldus Rayssius in suo Hierogazophylacio, sive Thesauro sacrarum Reliquiarum Belgii, pag. 349.

*alibi asservato, commemorat, vera haud videantur, verosimiliter possident*

17 De eodem cranio et impressa cruce mecum communicarunt oculati testes Joannes Roberti S. Theologiæ doctor, et hic Duaci sacrarum litterarum tunc Professor, et P. Joannes Sebastianus Philosophiæ eodem tempore in Trevirensi academia magister : quorum hic quidem ea ipsa de caussa Aquilam profectus rem diligentissime examinavit, atque ad me perscripsit : inter alia vero, eam crucem lævem esse ac minime porosam, tametsi, quod reliquum est cranii, porosum

auctors C. B

sum sit: deinde ex eo cranio, quod argento circumductum scutellam efficit, vinum a peregrinis adversus dolores capitis sumi solitum. Unde tam ob miraculorum copiam, quam ob gratias a Pontificibus concessas magno inibi esse in honore. Quod autem id cranium sive potius cranii suprema pars sit ipsius Areopagitæ, hoc indigenæ ex majorum suorum prisca traditione habere se asseverant, Unde vero aut quando acceperint, memoriæ proditum non habent. *Ita hactenus Halloixius; ac eo quidem, quem citat, loco* Areopagitæ *cranii seu hujus saltem summitatis, quæ in ducatus Luxemburgensis vico* Egel, *Latine* Aquila, *asservetur, Rayssius meminit: verum nec hic, nec Halloixius quidquam, quo cranium illud* Dionysii Areopagitæ *esse, probatum det, in medium adducit. Quid si ergo, non* Dionysii Areopagitæ, *sed Dionysii, prope Parisios passi, atque ab hoc, ut supra docui, distincti, cranium illud sit? Utut habeat, cum equidem populari tantummodo, quod de* Areopagitæ *cranio, in vico Aquila servato, dicitur, traditione, sæpissime falsa, innitatur, anne illud, quod*

B *præterea unde et quando eo esset allatum, ignoratur,* Dionysii Areopagitæ *vere sit, dubium admodum esse atque incertum, necesse est. Quod cum ita habeat, aliudque nihil,* Areopagitæ *capiti, penes Longi-pontis monachos, uti e jam dictis apparet, asservato, partem ullam deesse, suadeat, integrum etiam illud penes hos esse, verosimilius videtur.*

# APPENDIX

## ALTERA

## *De Scriptis, quæ sub Dionysii Areopagitæ nomine circumferuntur.*

C

*Quæ sint Scripta, Areopagitæ nomine circumferri solita.*

*Ex Operibus, quæ a* Dionysio Areopagita *concinnata feruntur, alia adhuc exstant; alia, si umquam exstiterint, jam deperdita, ex Operibus, eidem* Dionysio *adscriptis atque adhuc exstantibus, in quibus citantur, dumtaxat innotescunt. Ac priora quidem libris quatuor, quorum primus* de Cælesti Hierarchia, *secundus* de Ecclesiastica Hierarchia, *tertius* de Divinis Nominibus, *quartus* de Mystica Theologia *inscribitur, Epistolisque insuper decem constant, quarum quatuor ad Caïum, una ad Dorotheum, una ad Sosipatrum, una ad Polycarpum, una ad Demophilum, una ad Titum, ac una denique ad Joannem Evangelistam datæ notantur. Quod autem ad Opera, modo non extantia, aut certe, si umquam exstiterint, jam deperdita, spectat, isthæc sex omnino constituerint libros, quorum primo* de Theologia mystica, *secundo* de Anima, *tertio* de Hymnis divinis, *quarto* de Justo et divino Judicio, *quinto de iis, quæ intelligentia et sensu percipiuntur, ac sexto denique* de Hypotyposibus *seu* de Informationibus Theologicis *fuerit tractatum. Porro libris adhuc exstantibus, qui a* Dionysio Areopagita *fuerint contexti, a nonnullis adhuc Epistola* ad Apollophanem, *alteraque de obitu Pauli* ad Timotheum *scripta, accensentur; verum cum et hæc, et illa indubitatas, uti inter eruditos convenit, suppositionis notas præferant, ac passim ab ipsismet Operum Areopagiticorum patronis* Dionysio Areopagitæ *abjudicentur, binis hisce lucubrationibus præteritis, sintne aliæ. supra recensitæ atque adhuc exstantes, a* Dionysio Areopagita, *cujus nomine inscribuntur, profectæ, dumtaxat fere controvertitur.* D

*et quid in hac Appendice præstandum sit, exponitur.*

2 *Ac alii quidem, quorum opinio a seculo sexto aut certe septimo ad seculum usque sextum decimum apud omnes fere, paucis dumtaxat subinde reclamantibus, invaluit, Scripta illa omnia* Dionysio Areopagitæ, *cujus nomen præferunt, esse attribuenda, arbitrantur: alii contra, nec ipsi numero pauci, qui seculo sexto decimo ac serius floruerunt, Opera illa universa, etsi etiam ipsemet auctor per ea, quæ scribit,* Dionysium Areopagitam *sese loco non uno prodat, penitus abjudicant, eaque adulterina huicque Sancto nostro esse supposita, pronuntiant. Hisne ergo, an illis assentiendum sit, in hac Appendice discutere aggredior. Ac mihi quidem Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomen proferunt,* E *vere Sanctum hunc non habere auctorem, longe probabilius apparet; ut autem hanc meam opinionem stabiliam, non omnia, quæ apud auctores, idem ante me opinatos, passim inveniuntur, rationum momenta adducam, sed ut hic, quantum fieri poterit, brevitati studeam, ea dumxaxat, quæ validiora existimaro. Id itaque, rationes interim, quæ pro dictis Operibus* Dionysio Areopagitæ *adscribendis militant, minime etiam in jam nunc subjiciendo tractatu neglecturus, ut præstem, a probando de Operibus illis, quod inde ad meam, quam jam indicavi, opinionem momentum non exiguum accessurum, putem, omnium prorsus Patrum, qui quatuor primis æræ Christianæ seculis floruerunt, silentio ducam initium, alia deinde, quæ eumdem ad finem conducunt, argumenta adducturus. Ceterum e variis Operum Dionysianorum editionibus, quæ prodierunt, Corderiana anni* 1633 *ut plurimum me usurum, præmoneo, remque ipsam cap. sequenti aggredior.*

## CAPUT I.

F

## An Dionysii Opera ab ullo e Patribus, qui tribus primis æræ Christianæ seculis floruerunt, fuerint citata.

*Origenes Dionysiana Opera, contra ac contendunt.*

*Cum nullus prorsus Patrum, qui primo et secundo æræ Christianæ seculo floruerunt, Opera, sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita, citasse memoretur, idque ipsimet, qui Opera illa Sancto nostro adscribenda contendunt, fateantur, ad seculum tertium progredior. Hoc itaque offert duos, Origenem videlicet et Dionysium Alexandrinum. Ac priorem quidem, qui circa annum* 250 *floruit,* Dionysium Areopagitam, *aut hujus, si mavis, Opera citasse, posteriorem vero non tantum citasse, sed et Scholiis illustrasse, affirmant, qui, ut Sanctum faciant genuinum Operum illorum auctorem, decertant. Anne ergo id affirmantibus assentiendum sit, dispiciamus. Origenes, aiunt, Homilia prima in S. Joannem sic scribit:* In ipso enim,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A enim, ut loquitur os divinum, movemur et sumus; et, ut ait magnus Dionysius Areopagita, esse omnium est super essentiam divinitas. *Sane hic* Dionysius *apertissime citatur, adductumque ex ejus Operibus testimonium Hierarchiæ Cælestis cap.* 4 *legitur; verum quid inde? Homiliæ in S. Joannem, non Origenis, sed quemadmodum inter eruditos omnes convenit, auctoris alterius, cujus ignoratur nomen, fœtus sunt. Liquet id vel ex eo, quod qui Homilias illas adornavit, sermonem in hisce de Manichæis et Arianis, qui non nisi post Origenem sunt exorti, instituat. Adhæc in ipsamet illa Homilia, in qua* Dionysius Areopagita *citatur, eorumdem hæreticorum errores oppugnat; ut deductum ex hac Homilia argumentum nihil omnino roboris habeat, quo citatum ab Origene fuisse* Dionysium Areopagitam, *evictum dent.*

*haud citavit, nec Scholia in illa S. Dionysius Alexandrinus scripsit:*

4 *Nec est, cur ex illa, hunc equidem a seculi, si non tertii, quarti saltem auctore fuisse citatum, etiam contendas. Quo enim tempore is, qui Homilias laudatas concinnavit, floruerit, in obscuro est, nihilque omnino occurrit, quod ætatem ejus seculo sexto anteriorem facere nos cogat. Atque hæc modo adducta satis superque, quantum reor, ostendunt, enerve prorsus esse, quo,* Dionysium Areopagitam *sive ab Origene sive a paris fere aut supparis ætatis auctore fuisse citatum evincant, argumentum, e laudata Homilia petitum. Ad S. Dionysium, Alexandrinum episcopum, quem anno* 265 *vitam cum morte commutasse, tom.* 2 *Octobris, quo de illo actum, jam docui, orationem modo vertamus. Hunc, quod tamen ex dicendis a vero alienum apparet, in* S. Dionysii Areopagitæ *Opera seu libros Scholia conscripsisse, plures scriptores affirmant aut certe affirmare queunt videri. Ac hos quidem inter primum locum, ut volunt, tenet S. Anastasius, cognomento* Sinaïta, *qui, seculo* VI *senescente natus, seculo insequenti diem extremum clausit. Proximus abs hoc est S. Maximus martyr, qui seculo item septimo claruit. Scholiaque in Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, conscripsit. Hisce porro accedunt Nicetas Choniates, qui circa annum* 1200 *floruit, et Joannes Cyparissiota seu, ut alii scribunt, Cyparissiotus, cognomento* Sapiens, *qui duodecimo vel tertio decimo (tempus enim, quo eruditus hic Græcus vixerit, sat certo determinari non potest) seculo floruit. Atque hos nec plures scriptores antiquos, ut Dionysium Alexandrinum in* S. Dionysii Areopagitæ *libros Scholia conscripsisse, probatum dent, Dionysianorum Operum vindices solent afferre; anne autem illorum seu vero seu putatitio testimonio rem conficiant, dispiciendum modo est.*

*contrarium quidem per verba, quæ hic Græce simul*

5 *Ac primo quidem ex Nicetæ Choniatæ et Joannis Cyparissiotæ testimonio haud multum, quod nimium remote ab utriusque Dionysii,* Areopagitæ *nimirum et Alexandrini, ætate vixerint, habere possunt præsidii; quod autem ad S. Anastasium Sinaïtam et S. Maximum pertinet, aliter de iis, ac nominatim quidem de S. Anastasio Sinaïta est loquendum. Ut rite ac commode testimonium ejus seu verum seu supposititicium examinare queam, verba omnia, quibus id concipitur, e libro, cui titulus* ὁδηγός, *Latine* dux Viæ, *Græce simul et Latine e Gretseri, Societatis nostræ sacerdotis, versione huc transcribo. Græca in dicto libro cap.* 22 *sic habent:* Ἀγέννητον, ἤγουν ἄκτιστον, μόνον τὸ Θεῖον ὑπάρχει, καὶ ἰδοὺ, εὑρίσκομεν εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον ἐν κεφαλαίῳ ἐπιγεγραμμένῳ περὶ μεγάλου καὶ σμικροῦ περὶ Θεοῦ λέγοντα οὕτως· ἀμείωτον, ἀγέννητον, οὐχ ὡς μήπω γενόμενον, ἢ ἀτελείωτον, ἢ ὑπὸ τοῦδε, ἢ τόδε μὴ γενόμενον, οὐδ' ὡς μηδαμοῦ μηδαμῶς ὄν, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ πᾶν ἀγέννητον. Εἰπὼν δὲ ὑπὲρ πᾶν ἀγέννητον, πολλὰ ἀγέννητα ἐσήμανεν, ἤτοι ἄκτιστα. Καὶ μὴν πῶς τοῦτο δυνατόν; οὐδεὶς γὰρ ἀγέννητος, εἰ μὴ μόνος Θεός. Ταύτην γοῦν τὴν χρῆσιν παρήγαγε Μανιχαῖός τις, βουλόμενος θεῖξαι καὶ τοὺς ἀγγέλους καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὰ ὕδατα ἄκτιστα, τοῦτ' ἔστιν, ἀγέννητα. Πάλιντε μίαν οὐσίαν λεγούσης τῆς Ἐκκλησίας εἶναι πάντας τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, ὁ αὐτὸς Θεῖος καὶ ἀποστολικὸς Διονύσιος πολλὰς οὐσίας ὀνομάζει τὰς ἄνω δυνάμεις· ὁ γοῦν μέγας Διονύσιος, ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ὁ ἀπὸ ῥητόρων ἐν τοῖς σχολίοις, οἷς πεποίηκεν εἰς τὸν μακάριον συνώνυμον αὐτοῦ Διονύσιον, οὕτω λέγει, ὅτι ἀγέννητον εἴωθεν καλεῖν ἡ ἔξω φιλοσοφία πᾶσαν ἀόρατον φύσιν· ὁμοίως καὶ οὐσίας τὰς ὑποστάσεις· κἂν τούτου φησὶ κατὰ τοὺς ἔξω εἴρηνται τῷ ἁγίῳ Διονυσίῳ αἱ τοιαῦται φωναὶ καταχρηστικῶς· ὥστε οὐ χρὴ ἀσκόπως καὶ κατὰ τὸ ἡμῖν δοκοῦν ἑρμηνεύειν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς καθὰ καὶ σήμερον ποιοῦσι τινές.

AUCTORE C. B.

E

*et Latine dantur, Anastasio Sinaïtæ attributa, haud obscure,*

6 *Latina autem, quæ Græcis hisce respondent, sequentia hæc sunt:* Solus Deus ingenitus est ac increatus: et tamen apud S. Dionysium *(nimirum* Areopagitam, *apud quem, quæ hic subduntur, lib. de Divinis Nominibus cap.* 9 *invenio)* in capite, cujus inscriptio est; „ De Ma- „ gno et Parvo, „ hæc de Deo leguntur: Nul- „ lius egens, quod augeri minuive non possit; „ ingenitum, non quasi nondum genitum, seu „ quasi imperfectum sit, seu non sit, aut ab „ hoc aut hoc non sit, neque ut quod nusquam „ nulloque modo sit, sed quod super omne „ ingenitum sit. „ Dicens porro, „ super omne „ ingenitum, „ multa ingenita seu increata significavit. Et quomodo hoc fieri potest? Nullus enim ingenitus est præter solum Deum. Hanc igitur partem inseruit Manichæus quispiam eo consilio, ut ostenderet, etiam angelos, animam et aquas increata esse, hoc est, ingenita? Rursus cum Ecclesia doceat, unam esse angelorum substantiam, idem divinus et Apostolicus Dionysius nominat supernas virtutes „ multas sub- „ stantias. „ At magnus Dionysius Alexandrinus, ex Rhetorum numero episcopus factus, in Scholiis, quæ scripsit in sibi cognomine m Dionysium, hæc habet: Externa Philosophia ingenitam appellare solet omnem naturam inaspectabilem, similiter et hipostases substantias. Ex cujus more S. Dionysius his locis est locutus, improprie nimirum has voces usurpans. Quocirca non debemus improvide et temere Sanctorum dicta interpretari, sicut hoc tempore nonnulli consueverunt.

F

*contra ac nonnulli,*

7 *Ita S. Anastasius Sinaïta; hisce autem verbis, Scholia fuisse a S. Dionysio, partriarcha Alexandrino, in* S. Dionysium Areopagitam *conscripta, luculentissime testatur, ut plerique, qui Opera,* Dionysii Areopagitæ *nomen præferentia, sancto huic Atheniensi episcopo adscribunt, præfracte, nec prorsus immerito, contendunt; nihilominus tamen ii, qui Opera illa* S. Dionysio Areopagitæ *abjudicant, Scholia in isthæc a S. Dionysio, Alexandrino episcopo, fuisse conscripta, inficiantur; ut autem jam adductum, quod sibi in speciem saltem adversari fatentur, S. Anastasii Sinaïtæ testimonium seu infringant seu enervent, non unum omnes adhibent responsum. Alii enim,*

AUCTORE C. B.

*quos inter Pearsonius in Epistolarum S. Ignatii Vindiciis cap.* 10 *locum tenet, contendunt, Dionysium, qui, ut apparet, ab Anastasio Sinaïta aliisque supra relatis Scholia in Dionysium, sibi cognominem, scripsisse asseritur, non pro S. Diosio, Alexandrino episcopo, sed pro antiquo quodam rhetore seu oratore, qui a S. Dionysio Alexandrino sit diversus, esse accipiendum, sicque Anastasium a vero deflectere, huicque adeo sancto Alexandrino episcopo Scholia in Areopagitam perperam adscribere; alii contra, a S. Dionysio episcopo Alexandrino, Scholia quidem in Dionysium sibi cognominem scripta fuisse, affirmant; per hunc tamen non* Dionysium Areopagitam; *sed alterum quemdam, Dionysium forte Corinthiorum episcopum, secundo æræ Christianæ seculo scriptis etiam clarissimum, intelligunt. Verum iis, qui Dionysium, Operum Areopagiticorum scholiasten, pro rhetore quodam antiquo Alexandrino, qui a S. Dionysio, patriarcha Alexandrino, fuerit diversus, accipiunt, assentiendum non esse, Operis nostri tom.* 2 *Octobris pag.* 112 *num.* 49 *et binis seqq. jam ostendi.*

B 8 *Quod autem ad eos, qui per Dionysium, Dionysio Alexandrino cognominem, in quem hic Scholia scripsisse a S. Anastasio Sinaïta aliisque supra memoratis asseritur, Dionysium Corinthiorum episcopum aut alterum homonymum intelligendum contendunt, jam spectat, iis ego quidem in jam nunc cit. Operis nostri tom. pag.* 115 *assentiendum pronuntiavi. Verum, re iterum ad examen revocata, non possum, quin, quam primum fueram amplexus, mutem sententiam. Etsi enim Anastasius, in textu supra dato, a Dionysio Alexandrino in* Dionysium Areopagitam, *cujus ante meminerat, Scholia fuisse conscripta, significare volens, accuratius ac melius dicendo,* Magnus Dionysius Alexandrinus, ex rhetorum numero episcopus factus, in Scholiis, quæ scripsit in hunc ipsum Dionysium, *quam dicendo,* Magnus Dionysius Alexandrinus, ex rethorum numero episcopus factus, in Scholiis, quæ scripsit in sibi cognominem Dionysium *fuisset locuturus, fieri tamen potest, imo re etiam vera factum videtur, ut summam ille ubique in loquendo seu scribendo accurationem sectatus haud fit, utque adeo suo etiam minus* C *accurato loquendi modo. Scholia a Dionysio Alexandrino in* Dionysium Areopagitam *fuisse conscripta, significatum voluerit. Et vero, re etiam ipsa significare id illum voluisse, sequenti, quod modo subjungo, quodque me, ut priorem mutarem sententiam, impulit, argumento ostendo. S. Anastasius Sinaïta seu is, cujus ex dicendis verba Anastasio sunt supposita, in textu laudato sibi objicit difficultatem, in eo sitam, quod Sanctus* Dionysius Areopagita, *ubi unus dumtaxat ingenitus est Deus, multa ingenita, ut apparet, appellet, simulque, cum Ecclesia angelos omnes ejusdem esse essentiæ asseveret, supernas virtutes nominet multas substantias, sicque supernas virtutes seu angelos essentiæ diversæ facere videatur; hanc autem objectionem seu difficultatem ut solvat S. Anastasius, recurrit ad Scholia a S. Dionysio Alexandrino in Dionysium sibi cognominem composita, in quibus hic edocuit, Dionysium, sibi cognominem, e profanæ seu externæ, quæ omnem naturam invisibilem appellare ingenitam et similiter essentias appellare substantias solet Philosophiæ more esse locutum.*

*sed, quemadmodum hic ostenditur,*

*perperam, contendunt, declaratur:*

9 *Quod cum ita sit, Dionysius certe, quem quo objectam difficultatem solvat, e Philosophiæ profanæ more seu abusive locutum a Dionysio Alexandrino in Scholiis, in Dionysium sibi cognominem conscriptis, asseverari, Anastasius ait, non alius quam* Dionysius Areopagita *exstiterit, cum alias, contra ac Anastasius meditatur, minime tolleretur difficultas objecta. Jam vero, cum id ita sit, nec in his textus ex Anastasio adducti verbis,* Magnus Dionysius Alexandrinus, ex rhetorum numero episcopus factus, in Scholiis, quæ scripsit in sibi cognominem Dionysium, hæc habet: „ Externa Philosophia inge- „ nitam appellare solet omnem naturam inaspecta- „ bilem; similiter et hyposthases substantias. Ex „ cujus more S. Dionysius his locis est locutus, „ *per Dionysium, Alexandrino cognominem, in quem is Scholia conscripserit, alius Dionysius, quam qui e Philosophiæ profanæ more locutus a Dionysio Alexandrino asseritur, intelligendus videtur. Præterquam enim quod S. Dionysius Alexandrinus Scholiorum potius, quæ in* Dionysium Areopagitam, *quam quæ in quemcumque Dionysium alium scripsisset, occasione* Dionysium Areo- E pagitam *abusive supra assignatis locis esse locutum, dicturus fuisse videatur, obscure ac parum apte, ut apparet, locutus fuisset Anastasius, se Scholia in Dionysii Opera esse contexta, præfatus, abusive in hisce locutum asseverari Dionysium dixisset, aliusque per hunc, quam per illum, in quem Scholia scripta, ante dixit, Dionysius deberet intelligi. Quidquid itaque in contrarium arguant, Scholia in* Dionysium Areopagitam *a Dionysio Alexandrino fuisse conscripta, per verba supra recitata Anastasioque Sinaïtæ attributa declaratur.*

*verum verba illa Anastasii non sunt,*

10 *At vero, inquies, anne ergo re etiam vera Dionysius Alexandrinus in* Dionysium Areopagitam *Scholia conscripsit, idque S. Anastasius Sinaita est testatus? Mihi equidem nec unum, nec aliud ita habere videtur. Etsi enim verbis, supra e libro, qui Ὁδηγός, Latine* Dux viæ *inscribitur, recitatis, Dionysium Alexandrinum in* Dionysium Areopagitam *Scholia conscripsisse, vix non certo, ut jam ostendi, significetur, anne tamen verba illa Anastasii sint, et an non in hujus textum a posterioris ævi scriptore fuerint intrusa, maxime est dubium. Imo Anastasii verosimillime, ne amplius quid dicam, non esse, ex* F *jam nunc dicendis patescet. Anastasius Sinaita verbis supra huc transcriptis proxime hæc sequentia (adi loco supra cit. Gretserum) præmittit,* Monumenta patrum, maxime dogmatica, non sunt in omnium gentium sermonem conversa, nec ad omnes regiones perlata. Quo fit, ut hæretici quædam adjiciendi, quædam vero demendi occasionem nacti fuerint; quod nos experientia didicimus. Cæterum, ut, quæ jam diximus, manifestiora fiant, in specie quædam depravationum exempla in scriptis Patrum occurrentia commemorabimus. *Hactenus Anastasius; quis autem hisce auditis, futurum non exspectet, ut ab eo quædam, in quibus hæretici vel addendo vel demendo quidquam sanctorum Patrum dicta corruperint, commemorentur? Verum in Anastasii textu supra huc transcripto, qui verbis jam nunc datis proxime subjungitur, quidque certe prolixus est admodum, nullum prorsus corruptionis seu depravationis hujusmodi exemplar sese offert. Petit quidem a semetipso Anastasius, an tria, quæ in recitato a se* Dionysii *libro de Divinis*

A *Divinis nominibus cap.* 9 *occurrunt, sequentia isthæc verba* Super omne ingenitum *a Manichæo quopiam, ut angelos, animam et aquas increata esse, ostenderet, genuino* Dionysii *textui inserta haud fuerint; verum iis, quæ mox subjungit, nullum prorsus in hoc depravationis seu corruptionis, a Manichæis factæ vitium cubare, dilucide declarat, uti quisque, qui supra huc transcriptum Anastasii textum attente expenderit, haud difficulter comperiet.*

*sed in eum, uti ex antiquo Bibliothecæ regiæ Parisiensis codice*

11 *Jam vero, cum res ita habeat, nec ullum depravationis, contra ac se facturum, proxime ante dixit, exemplar in textu adeo longo aliisque insuper huic subjectis verbis adducat, enimvero vel hinc mihi admodum, ne pejus quid dicam, fit dubium, sitne hic ab Anastasio Sinaïta profectus, an a scriptore alio in ejus textum intrusus. Hoc porro meum dubium haud parum adhuc ex eo augetur, quod Leo Allatius in Syntagmate de Eugastrimutho pag.* 528, *Anastasii Sinaïtæ librum, qui* ὁδηγὸς, *Latine* Dux viæ *inscribitur, varie esse interpolatum, contendat, hacque in re sibi non paucos assentientes habeat. Sollerius*

B *quidem in Appendice ad Patriarchas Alexandrinos, Operis nostri tom.* 5 *Junii præfixa, pag.* 118 *et seq. Anastasii Sinaïtæ* ὁδηγὸν *contra severiorem Albertini censuram tuetur; verum, etsi quidem Opus illud minus, quam nonnulli velint, interpolatum esse, ibidem ostendat, ei tamen truncationes additamentaque nonnulla accessisse, haud obscure fatetur, nec quiquam, quod verba supra recitata, imo et totum, quod hæc complectitur, caput* 22, *Anastasii* ὁδηγοῦ *ab ævi posterioris interpolatore adjecta non fuisse, satis probet, in medium adducit. Et vero, ut verba illa omnia, imo et totum fere dictum caput, ab interpolatione promanasse, existimem, præter jam mox dicta facit Bibliothecæ regiæ Parisiensis codex Ms. Græcus* 1084, *seculo decimo, uti iis, qui dictæ Bibliothecæ codicum Mss. Catalogi tom.* 2 *anno* 1740 *typis vulgarunt, visum est, exaratus. Ab hoc enim, uti eruditissimus dominus Pingre, abbatiæ S. Genovefæ Parisiis canonicus Regularis, rei maritimæ astronomus ac Geographus regius, post codicem illum inspectum ac sedulo excussum nos edocere pro summa sua humanitate fuit dignatus, omnia illa, quæ in* ὁδη-

C *γοῦ editione, a Gretsero curata, abs hisce vocibus* χωρισθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, in omnem æternitatem separabitur, *pag.* 330, *lin.* 2 *occurrentibus, usque ad hæc verba* ἀλλ' ἅμα συνῆλθον, sed simul convenerunt, *pag.* 344 *lin.* 30 *occurrentia, leguntur, penitus exsulant; cum autem in Gretseriana* ὁδηγοῦ *editione eo intervallo, quod inter binas illas paginas intercedit, totum fere caput* 22, *omniaque supra ex hoc recitata verba contineantur, fuisse isthæc in codicem Ms., quod ad illam adornandam Gretserus usus est, ab interpolatore intrusa, suspicari fas est.*

*hic probatur, fuerunt intrusa;*

12 *Nec est, quod reponas, laudatum Bibliothecæ regiæ Parisiensis codicem, a quo verba illa absunt, truncatum potius esse dicendum; quo minus enim merito adstrui id queat, rei, de qua Anastasius agit, series impedit, quæ, verbis illis rescissis seu omissis, neutiquam abrumpitur aut interturbatur. Id ex jam nunc dicendis patescet. Anastasius de mysterio Incarnationis agens, sequentia hæc verba, supra ex parte jam data, pag.* 329 *et seq. proloquitur*, Ignis divinitatis ab humanitate nullo umquam tempore aut ulla in re separatus est, aut etiam unquam in omnem æternitatem separabitur; *post hæc autem verba in laudato bibliothecæ regiæ Parisiensis codice Ms., omnibus prorsus, quæ supra recitavi, quæque a Dionysio Alexandrino Scholia in* Dionysium Areopagitam *scripta, produnt, omissis, proxime sequuntur isthæc, quæ, supra partim e Gretseri editione pag.* 344 *jam data, Latine in hac pag.* 345 *ita habent:* Sed simul convenerunt divinitas et caro, anima rationis participe informata. Hæc namque est, quæ dici solet hypostatica unio. *Qui duo textus cum sensum neutiquam mutilum seu hiulcum conficiant, enimvero laudatum Bibliothecæ regiæ Parisiensis codicem, quod ab eo, quæ inter ambos illos textus in Gretseriana* ὁδηγοῦ *editione intercedunt, omnino absint, truncatum esse, pro certo asseverari non potest. Jam vero, cum id ita habeat, aliaque adhuc supra allegata, Gretserianam editionem eo loco, quo ista leguntur, interpolatam potius esse, suadeant, ea sane ac nominatim omnia, quæ in hac, a Dionysio Alexandrino Scholia in Areopagitam fuisse conscripta, indicant, a posterioris ævi interpolatore promanasse, vix non indubitatum apparet. Verum, inquies,* E *S. Maximus, uti ipsemet in Opere nostro tom.* 2 *Octobris pag.* 114, *num.* 56 *jam docui, virginti quinque dumtaxat annis circiter Anastasii Sinaïtæ ætate fuit posterior, hicque Operum Dionysianorum, prout editus exstat, scholiastes iisdem fere, quæ Anastasius adhibet, quæque supra etiam jam recitavi, adhibitis verbis, Scholia in* S. Dionysium Areopagitam *a S. Dionysio Alexandrino fuisse conscripta, in suis ad Sanctum nostrum, prout modo edita exstant, Scholiis pariter testatur.*

*estque pari modo de iisdem verbis, prout a Maximo exhibentur, loquendum;*

13 *Fateor; sic habet: imo S. Maximus, qui id testatur, S. Anastasio Sinaïtæ multo fortassis adhuc minori spatio supervixerit: verum quid tum? Michaël Le Quien in sua de Areopagiticis Scriptis Opinione (adi tom.* 2 *pag.* 420 *Venetam anni* 1756 *Operum* Dionysii Areopagitæ *editionem) sub initium in Anastasii Sinaïtæ, quibus S. Dionysio Alexandrino Scholia in* Dionysium Areopagitam *attribuuntur, supra huc transcripta verba, seu in observationem hisce inclusam ita animadvertit*: Hæc porro Anastasii observatio integra etiam legitur inter Scholia (*S. Maximo scilicet adscripta*) in F caput v de Cælesti Hierarchia; cum tamen in vetustis codicibus non exstet, sed in recentissimis et editis tantum; ut proinde ex cap. XXII ὁδηγοῦ transumpta sit. *Quid si ergo observatio illa, seu verba, quibus, a Dionysio Alexandrino in* Dionysium Areopagitam *Scholia fuisse conscripta, S. Maximus sit testatus, seculo dumtaxat decimo aut serius Scholiis, a S. Maximo in eumdem* Dionysium Areopagitam *contextis, ab interpolatore fuerint admixta? Quid si etiam illa non ex Anastasii Sinaïtæ Opere, quod* ὁδηγὸς, *Latine* dux viæ *inscribitur, sed aliunde fuerint accepta, atque in ipsum etiam Anastasii dictum Opus seu tum seu serius aut etiam paulo citius intrusa? Sane, cum verba, quæ a Dionysio Alexandrino in* Dionysium Areopagitam *Scholia fuisse conscripta in dicto Anastasii Sinaïtæ Opere cap.* 22 *produnt, ab interpolatore in id, ut jam supra docui, fuerint intrusa, fieri facile potest, imo re etiam ipsa factum fortassis est, ut, quam dixi, interpolatio seculo demum decimo circiter aut paulo serius Operis Anastasiani loco supra relato acciderit. Verum demus etiam, supra huc et ex Anastasii*

ὁδηγῷ

AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B.

ὁδηγῷ *et e Scholiis, in* Dionysium Areopagitam *contextis, transcripta verba, quæ a Dionysio Alexandrino Scholia in* Dionysium Areopagitam *fuisse adornata, diserte declarant, non ab ævi posterioris interpolatoribus, sed ab ipsismet duobus illis sanctis Viris esse profecta, nec sic certo probari poterit, a Dionysio Alexandrino Scholia in* Dionysium Areopagitam *fuisse conscripta.*

*etsi autem secus foret, cum Scholia Dionysio Alexandrino*

14 *Fieri enim potest, ut Scholia, ab alio composita, pro Scholiis, a S. Dionysio Alexandrino compositis, SS. Anastasius et Maximus habuerint. Res ex jam nunc dicendis patescet. Michaël Le Quien in Opusculo supra cit. dictoque Operum Dionysianorum editionis Venetæ tom.* 2 *inserto, pag.* 422, *S. Joannem Scythopolitanum Scholia etiam in* Areopagitam, *quæ cum editis S. Maximi in hunc Scholiis confusa exstant, contexuisse, præfatus, mox ita memorat*: Anastasius bibliothecarius in epistola ad regem Carolum Calvum de sua Areopagiticorum translatione Latina hoc etiam de Scholiis Græcis, quæ una interpretatus erat, testatur: « Ipsorum au-
B « tem Scholiorum seu Parathescon, quæcum-
« que in calce sui signum vivificæ crucis habent,
« a Maximo confessore et monacho inventa nar-
« rantur. Cætera S. Joannis Scythopolitani an-
« tistitis esse narrantur. » Nondum hactenus incidi in exemplar vetus Anastasianæ translationis, in quo Maximi Scholia a Joannis discreta • essent. Usserius vero Armachanus in Bibliotheca Theologica manu exarata, cujus Fragmentum recitat Guilielmus Cave in Joanne Maxentio (quem nescio quo stupore, quia monæchorum Scytharum in Occidente causam egit, pro Joanne Scythopolitano accepit) de Scholiis Maximi et Joannis hæc reliquit observanda: Jo-
« annes Schythopolitanus scripsit in Dionysium
« Areopagitam Scholia pariter ac maximus. Ve-
« rum in libris Dionysii ab anno MDLXII inclusive
« editis simul confusa sunt Joannis et Maximi Scho-
« lia, quæ non in antiquioribus solum, quæ
« Cyparissioti tempore ferebantur, editionibus fue-
« runt distincta, sed etiam in utroque, quo usus
« est Morellius, codice: in quorum altero ad
« marginem apposita sunt Joannis Scythopolita-
« ni sine nomine Scholia; in altero vero seor-
« sim (post absolutum textum integrum Diony-
C « sii) Maximi nomine insignita Scholia, eo bre-
« viora, quod ab amplioribus Joannis, cum
« quibus ea conjunxit Morellius, separata fue-
« rant.

*a nonnullis adscripta, Joannis Scythopolitani sint.*

15 « Porro vulgata illa Scythopolitani Scholia
« eadem illa ipsa sunt, quæ Dionysio Alexan-
« drino ab aliis sunt attributa. Quod ex senten-
« tia a Cyparissioto ex Dionysii scholiis citata
« patet, quæ in scholiis istis totidem verbis repe-
« ritur. Istam vero sententiam Scythopolitani,
« non Maximi, esse liquet ex Latina versione
« Scholiorum Scythopolitani, a Roberto epi-
« copo Lincolniensi facta, et in bibliotheca
« Collegii Corporis Christi apud Lincolnienses
« asservata, in qua reperitur. » Hæc Usserii accurati satis critici, ex quibus certo certius fit hodieque superesse Scholia Scythopolitani in Dionysium, eaque illa esse, quæ S. Maximo indiscriminatim assignantur, cum perpauca et perexigua sint, quorum Maximus parens fuit; hæcque, interjectis hujusmodi vocibus, ἄλλως, εἰς τὸ αὐτὸ, a Morellio sæpe ab aliis secerni animadverti. *Hactenus laudatus Le Quien, nonnulla deinde adhuc alia, quibus Scholia in* Dionysium Areopagitam *a Joanne Scythopolitano fuisse composita, perspicue evictum dat, subjungens; sententia autem, ut ad id, ob quod præcipue Lequieni verba huc transcripsi, jam veniam, a Cyparissioto ex Dionysii Alexandrini Scholiis citata, ob quam, Scholia, Dionysio Alexandrino ab aliis attributa, Joanni Scythopolitano adscribenda, Usserius existimavit, apud laudatum Cyparissiotum, Bibl. Veterum Patrum edit. Lugd. tom.* 21 *a pag.* 378 *insertum, Decade* I, *cap.* I *legitur, nihilque est, quam observatio, qua Dionysius Alexandrinus epistolæ, a* Dionysio Areopagita *ad Titum episcopum scriptæ, locum, quo* Theologia in mysticam et philosophicam dividitur, hæcque fidem facere et adstringere veritatem *asseritur, explanans, hisce primum, quæ quantum ad substantiam apud* Areopagitam *ibidem habentur, sequentibus verbis,* Theologia philosophica et demonstrans fidem facit et demonstrat veritatem, *in medium adductis, mox subjungit,* Id est, eorum, quæ dicuntur, veritatem tamquam sigillo quodam obsignat, et tamquam vinculo colligat et efficit: ut qui audiunt, credant. D E

*fieri potest, ut hæc nihilominus*

16 Altera vero pars Theologiæ, quæ Symbolica est, per ea, quæ fiunt, adjungit ad Deum quodam ipsius rei habitu et informatione, quod quidem vocavit (*nimirum* Dionysius Areopagita) ἀδιδάκτους μυσταγωγίας. *Talis est in* S. Dionysium Areopagitam *sententia, seu observatio, quam, veluti a S. Dionysio Alexandrino factam, Cyparissiotus proponit; cum autem in Scholiis in* Dionysium Areopagitam, *quæ, quemadmodum e jam dictis liquet, partim a Joanne Scythopolitano, partim a S. Maximo sunt contexta, eadem observatio, iisdem etiam verbis concepta, in præfatum Epistolæ, a* Dionysio Areopagita *ad Titum scriptæ, locum legatur, nec tamen S. Maximum, sed Joannem Scythopolitanum, uti ex Latina Scholiorum Scythopolitani translatione, a Roberto, inter Prætermissos ad hunc diem apud nos relato Lincolniensi sec.* XIII *episcopo, facta atque in bibliotheca collegii Corporis Christi apud Oxonienses asservata liquet, habeat auctorem, haud sane immerito, Scholia in* Dionysium Areopagitam, *attribui a nonnullis Dionysio Alexandrino solita, Joanni Scythopolitano esse adscribenda, Usserius existimavit, maxime cum laudatus Cyparisiota aliud adhuc Scholion, quod, inter Scholia S. Maximi nomine edita exstans, Scythopolitani etiam est, sub Dionysii Alexandrini nomine Decadis* 2 *cap.* 2 *subministret. Jam vero, cum id ita sit, verosimillimeque Scholia in* Dionysium Areopagitam, *Joanni Scythopolitano adscribenda, S. Maximo* Dionysii *Scholiastæ et S. Anastasio Sinaïtæ, qui ambo Joanne Scythopolitano recentiores sunt, præluxerint, factum facile esse potest, ut bini hi scriptores Scholia, in* Dionysium Areopagitam *a Joanne Scythopolitano composita, S. Dionysio Alexandrino adscripserint.* F

*per verba, hic recitata, S. Anastasius et Maximus,*

17 *Atque hinc, cum in hisce, externam Philosophiam solere ingenitam appellare omnem naturam inaspectabilem, similiter et hypostases substantias, ac* Dionysium Areopagitam, *dum supernas virtutes vocat multas substantias, Deumque super omne ingenitum esse, scripsit, e philosophiæ externæ seu profanæ more esse locutum, legissent, id a Dionysio Alexandrino assertum adstruxerint, prior quidem seu Anastasius Sinaïta sic scribens*: Magnus Dionysius Alexandrinus, ex Rhetorum numero episcopus factus, in Scholiis, quæ scripsit in sibi cognominem,

A minem, Dionysium, hæc habet: Externa Philosophia ingenitam appellare solet omnem naturam inaspectabilem, similiter et hipostates substantias. Ex cujus more S. Dionysius his locis est locutus, improprie nimirum has voces usurpans; *posterior vero in Scholiis ad caput* v *cœlestis Hierarchiæ ita notans*; Cur porro, cum Ecclesia doceat, omnes sanctos angelos unius esse substantiæ, D. Dionysius (*videlicet* Areopagita) multas virtutes nominat? Magnus ille Dionysius, Alexandriæ episcopus et orator, in Scholiis, a se in beatum Dionysium sibi cognominem concinnatis, notat, externam Philosophiam solere naturam omnem invisibilem ingenitam vocare, uti et essentias supposita; atque hinc ait, abusive voces istiusmodi a sancto Dionysio fuisse usurpatas.

*eo, qui hic exponitur,*

18 *At vero, ut, quæ opinioni meæ jam explanatæ adversari videntur, modo etiam exponam, Bernardus de Rubeis Ordinis Prædicatorum in sua, quam recentioris Operum Dionysianorum Venetiis anno* 1756 *adornatæ editionis tom.* 2 *inseruit, contra Michaëlem Lequien aliosque Dissertatione cap.* 5, *sententia, qua contexta in* Dionysium Areopagitam *Scholia, Dionysio Alexandrino attributa, Joanni Scythopolitano reddenda esse, Usserius Armachanus (adi Lequieni verba, num.* 14 *et seq. recitata) existimavit, exposita, ita mox subjungit*: At mirum, inquio ego, maxime fuerit, Anastasium Sinaïtam, qui sexto sæculo vitam agebat, eamque, ut summum ad initia sæculi septimi traduxit, ut Bollandi continuatores notant ad diem xx Aprilis, Scholia ignorasse Joannis Scythopolitani ejusdem sæculi sexti scriptoris, eademque Dionysio Alexandrino attribuisse! Equidem loca duo, quæ Cyparissiota profert capite 1 Decadis primæ et capite 2 Decadis secundæ sub nomine Dionysii Alexandrini totidem verbis reperiuntur in Scholiis, quæ sub nomine S. Maximus prodierunt: et miratio subit major, Joannis Scythopolitani nomen deleri oblivione potuisse, ejusque loco substitui Magnum Dionysium, Alexandrinum episcopum et oratorem *! Ita illi; verum Bollandi continuatores, decessores nostri, Anastasium Sinaïtum* ut summum ad initia seculi septimi *dumtaxat vitam protraxisse, ad* xx *Aprilis diem non notant; aiunt quidem, Anastasium* C *vivendo (tom.* 2 *dicti mensis pag.* 850 *num.* 2 *videsis) ad Heraclii tantummodo (eum enim tum obiisse, additio marginalis indicat) tempora pervenisse; verum, cum Heraclius, uti ipsimet notant, ab anno* 610 *usque ad annum* 641 *regnarit, neutiquam impediunt, quo minus usque ad postremum hunc annum Anastasii obitus possit differri. Imo vero nihil, quo minus ad annum usque* 660 *circiter Anastasius Sinaïta vixisse credatur, obstare, Sollerius noster in sua ad patriarchas Alexandrinos Appendice, tom.* 5 *Junii præfixa, pag.* 118 *num.* 68 *exstimavit.*

*modo impulsi, pro Scholiis, a Dionysio Alexandrino adornatis,*

19 *Porro cum id ita habeat, ac Joannes Scythopolitanus seculo quinto, media sui parte jam elapso, floruerit, vitamque seculi proxime insequentis initio, ut Bernardus de Rubeis supra laudatus in Dissertatione, quam Venetæ Operum Dionysianorum editionis tom.* 2 *præmisit, cap.* 3 *docet, cum morte commutarit, seculo propemodum integro Anastasium ætate præcessit. Quod cum ita sit, contexta a Joanne Scythopolitano in* Dionysium Areopagitam *Scholia* Anastasium Sinaïtam *ignorasse, eademque Dionysio Alexandrino attribuisse, mirum adeo laudato Bernardo de Rubeis videri haud debuit. Adhæc facile factum esse potest, ut Severani hæretici, Patrum libros falsare ac depravare, uti idem Anastasius Sinaïta in suo ὁδηγῷ seu* Viæ duce *loco non uno prodit, assueti, adornata a Joanne Scythopolitano in* Dionysium Areopagitam *Scholia ante Anastasii ætatem transcripsissent, iisque, sublato genuini auctoris nomine, Dionysii Alexandrini nomen, quo, quæ in rem suam in collatione Constantinopolitana anno* 532 *laudarant*, Dionysii Areopagitæ *Opera pro veris Sancti hujus Operibus esse habenda, contra catholicos, qui id tum negarant aut certe in dubium revocarant, sustinere possent, præfixissent. Quid si ergo Scholiorum, a Joanne Scythopolitano scriptorum et tamen Dionysii Alexandrini, veluti eorumdem auctoris nomine notatorum, exemplar Anastasio præluxerit, cumque in hoc Scholion, sequentibus hisce in caput quintum Cælestis Hierarchiæ conceptum verbis,* Externa Philosophia ingenitam appellare solet omnem naturam inaspectabilem, similiter et hypostates substantias; ex cujus more S. Dionysius (*nimirum* Areo- E pagita) his locis est locutus, improprie nimirum has voces usurpans, *legisset, supra huc transcripta verba, quibus Scholion isthoc magno Dionysio, Alexandrino episcopo, adscribit, in litteras miserit, eaque deinde etiam S. Maximus,* Dionysium Areopagitam *Scholiis illustrans, adoptarit atque transcripserit?*

*auctore C. B.*

*habuerint; certe vel fraude fuerunt decepti, vel interpolati sunt.*

20 *Rem sane ita factam esse posse, dilucide patet. At vero, inquies, si Scholion, proxime huc transcriptis verbis conceptum, a Joanne Scythopolitano fuerit compositum, ut quid iisdem conceptum verbis Scholion hodie inter Scholia, solius S. Maximi nomine edita, et tamen, ut dictum, cum Scholiis, a Joanne Scythopolitano contextis, confusa, non reperitur. Respondeo, factum id esse posse, quod, cum Joannis Scythopolitani Scholia cum S. Maximi Scholiis in amborum editione conjungantur, proximeque huc transcriptum Joannis Scythopolitani, ut apparet, Scholion in S. Maximi Scholio supra recitato, quo Scholia in* Dionysium Areopagitam *Dionysio Alexandrino a Maximo adscribuntur, contineatur, solum hoc postremum Scholion, priori, ne bis idem dicerent, præterito, recitare visum sit iis, qui Scholia illa seu transcripserunt seu in lucem publicam typorum* F *beneficio miserunt. Atque ita simul modo habemus, non tantum qua ratione, ut Joannis Scythopolitani Scholia ignorarit Dionysioque, Alexandrino episcopo, S. Anastasius, imo et S. Maximus adscripserit; verum etiam qui Joannis Scythopolitani nomen deleri seu e Scholiis, quæ id præferebant, tolli illiusque loco Magnus Dionysius, Alexandrinus episcopus et orator, substitui potuerit. Sedulo itaque omnibus jam expensis, mihi sane, vel supra huc transcriptos, in quibus Scholia, in* Dionysium Areopagitam *a Dionysio, Alexandrino episcopo, contexta citantur, SS. Anastasii Sinaïtæ et Maximi textus in amborum horum Sanctorum Opera a posterioris ævi interpolatoribus fuisse intrusos, vel certe, ut et Anastasius et Maximus Scholia hujusmodi citarint, impostorum vel plurium vel certe unius fraude esse effectum, verosimillimum apparet.*

*Postremus autem tam quantum ad S. Anastasium,*

21 *Ac mihi quidem, impostoris cujuspiam arte, ut Anastasius Sinaïta Scholia, in* Dionysium Areopagitam *a Joanne Scythopolitano contexta, pro Scholiis a Dionysio Alexandrino compositis*

AUCTORE C. B.

*positis laudarit, factum esse, multo minus verosimile videtur, quam textum supra huc transcriptum, in quo Scholia, a Dionysio Alexandrino in* Dionysium Areopagitam *conscripta, memorantur, a posterioris ævi interpolatore in Anastasii* ὁδηγὸν *loco supra cit. fuisse intrusum. Ea sedet sententia, primo quidem, quod, an jam inde ab Anastasii ætate Scholia, in* Areopagitam *a Joanne Scythopolitano contexta, Dionysio Alexandrino fuerint re ipsa adscripta, admodum sit dubium; secundo quod, an in Latina (adi iterum Lequieni verba supra recitata, uti etiam Bernardum de Rubeis Dissertationis, quam Venetæ Operum Dionysianorum editionis tom.* I *præmisit, cap.* 3*) Scythopolitani Scholiorum translatione, a Roberto Lincolniensi seculo* XIII *facta ac in bibliotheca Oxoniensi asservata, Scholion tale, quale num.* 19 *exhibui, occurrat, compertum haud habeam; tertio quod in antiquissimo bibliothecæ regiæ Parisiensis codice supra laudato ab Anastasii* ὁδηγῷ *absit textus supra huc transcriptus, in quo Scholia, a Dionysio Alexandrino in* Areopagitam *contexta, laudan-*
B *tur; ac quarto denique, quod, cum equidem ex iis, quæ supra de Joanne Cyparissiota disserui, seculo* XII *aut* XIII*, quorum altero is, ut apparet, floruit, Scholia quæpiam in* Areopagitam*, quæ, a quocumque demum essent composita, a Dionysio Alexandrino composita a nonnullis credebantur, exstitisse videantur, facile factum esse possit, ut ea inter jam inde etiam a seculo decimo fortassis contexta, Scholion, quale num.* 19 *exhibui, exstiterit, idque idcirco S. Dionysii, Alexandrini episcopi, nomine in Anastasii* ὁδηγὸν *fuerit intrusum.*

*quam quantum ad S. Maximum ob rationes,*

22 *Quod autem ad S. Maximum jam spectat, mihi pariter eum, nisi forsan, (quod tamen non puto) quibusdam illis, qui Prologum, Scholiis in* Dionysium Areopagitam*, solius S. Maximi nomine editis, præmissum, Joanni Scythopolitano, uti e Morelliana Operum* Dionysii Areopagitæ *editione intelligitur, adscribunt, assentiendum sit, quapiam impostoris arte, ut Scholia in* Dionysium Areopagitam*, veluti a Dionysio, Alexandrino episcopo, adornata, citaret, impulsum fuisse, reve etiam ipsa citasse, multo minus verosimile apparet, quam in Scholia, solius sancti Maximi nomine edita, a posteriorum temporum in-*
C *terpolatore fuisse intrusum textum, S. Maximo vulgo attributum supraque huc transcriptum, in quo Scholia, a S. Dionysio, Alexandrino episcopo, in* Dionysium Areopagitam *contexta, laudantur. Cur ea mihi sedeat sententia, expono. In præmisso a se S. Dionysii Operibus Prologo S. Maximus ita iis, qui, quod nec Eusebius Pamphili, nec Origenes* Dionysii Areopagitæ *libros seu Opera recenseat, sancto illi Atheniensi episcopo hæc abjudicant, respondet:* Dicendum, quamplurima Eusebium omisisse, quæ ad manus ejus non pervenerant. Etenim non dicit, omnia omnino se collegisse; quin imo fatetur, innumerabiles libros ad ipsum nullatenus pervenisse. Etiam multos possem commemorare, quos ipse non habuit, et hos quidem suæ regionis, ut Hymenæi et Narcissi, qui sacerdotio functi sunt Ierosolymis. Ego sane in aliquos Hymenæi libros incidi. Sed nec Pantæni opera annotavit, neque Clementis Romani, duabus solum epistolis exceptis. Sed neque plures alios. Origenes autem, nescio an omnes, vix certe quatuor recensuit.

*in medium*

23 *Maximus itaque, quo Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, re etiam ipsa Sanctum hunc habere auctorem, tueatur, objectioni ex Origenis et Eusebii de Dionysianis Operibus silentio petitæ, nihil reponit aliud, quam Eusebium plurium aliorum librorum non meminisse, Origenemque vix quatuor memorasse. Verum si S. Maximus, seu rei veritate impulsus, seu impostoris fraude deceptus, in Dionysiana Opera Dionysium Alexandrinum scripsisse Scholia credidisset, quis, quæso, illum ad objectionem, ex Eusebii et Origenis de* Dionysii Areopagitæ *Operibus silentio petitam, ita fuisse, ut facit, responsurum, in animum inducat? Imo vero quis, eumdem Scholiasten sanctum Maximum responsurum non fuisse, existimet, Origenem quidem et Eusebium de Operibus,* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solitis, non fuisse locutum, verum ea Dionysium Alexandrinum, Origenis æqualem ac Eusebio uno fere seculo antiquiorem, non tantum laudasse, sed et Scholiis illustrasse? Sane cum iis omnibus, qui Areopagitica Opera vel inficiabantur vel in dubium revocabant, os occlusurus* E *responsione illa fuisset, et tamen, ea omissa, ad aliam confugiat, Eusebiumque et Origenem non omnes auctores citasse, nihilque proinde ex horum silentio, ut Dionysiana Opera* Areopagitæ *adjudicentur, haberi posse, respondeat, liquet certe vel hinc, Maximum non credidisse, Scholia a Dionysio Alexandrino in* Dionysium Areopagitam *fuisse contexta. Adhæc si Scholia, quæ a Dionysio Alexandrino in* Dionysium Areopagitam *fuissent conscripta, S. Maximo, ut volunt Operum Areopagiticorum patroni, fuissent ad manum, futurum fuisse quis credat, ut eorumdem in suis Scholiis uno dumtaxat loco supra memorato mentionem fecisset?*

*hic adductas, verosimilius apparet, nec quod modo adhuc proponitur,*

24 *Certe testimonium adeo grave, quale erat illud S. Dionysii Alexandrini, non omisisset S. Maximus, sed ipso veluti novo lumine Prologum suum, suaque Scholia illustrasset; id autem cum ita sit, nec tamen fecerit S. Maximus, enimvero indubitatum apparet, illum præ oculis nulla in* Dionysium Areopagitam *habuisse Scholia, quæ seu fraude deceptus seu rei veritate adductus Dionysii Alexandrini crediderit. Quod cum ita habeat, sane attributum S. Maximo in* Areopagitam *Scholio, quod num.* 17 *huc transcripsi, quodque,* F *ut num.* 13 *e Lequieno docui, a vetustis codicibus abest, in S. Maximi Scholia, vel ex Anastasio Sinaïta, in cujus* Ὁδηγὸν *jam inde a seculo* XII *ac forsan etiam citius jam fuisset illatum, vel aliunde a posterioris ævi interpolatore fuisse intrusum, verosimilius apparet. Porro cum e jam dictis textus bini, quorum alter S. Anastasio Sinaïtæ, alter S. Maximo solet adscribi, verosimilius tam in hujus Scholia, quam in illius Opus, quod Græce* Ὁδηγὸς*, Latine* Dux viæ*, inscribitur, per recentioris ævi interpolatorem fuerint intrusi, erit fortassis non nemo, qui modo, ut in dictis binis textibus S. Dionysio, Alexandrino episcopo, Scholia in* Areopagitam *attribuantur, factum esse contendat inconsiderata ejusdem interpolatoris præcipitantia, qui cum Scholia quæpiam in* Areopagitam*, quæ Dionysio, Alexandrino rhetori, adscribebantur, sibi prælucentia haberet, hæc, re non satis examinata, S. Dionysio, Alexandrino episcopo, quod hunc cum rhetore illo homonymo perperam existimaret eumdem, adscripserit.*

25 *Atque*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A asperandum propterea est reive nostra seu id,

25 *Atque hoc quidem nec prorsus mihi displicet, nec cum iis, quæ jam dixi, ex toto pugnat, cum Scholia a S. Dionysio, Alexandrino episcopo, in* Areopagitam *fuisse contexta, non asseruerim, sed tantummodo, id fecisse Sanctum illum, vel in binis mox iterum memoratis textibus, in S. Anastasii* Ὁδηγὸν *et in S. Maximi Scholia interpolatoris manu intrusis, vel ab ipsismet duobus hisce Sanctis, impostorum arte deceptis, asseverari docuerim; etsi autem jam inde a seculo decimo fortassis, quæ S. Dionysii, Alexandrini episcopi, nomen prætulerint, composita in* Areopagitam *Scholia seculo* XII *aut* XIII *exstitisse mihi videri, edixerim, haud tamen re ipsa Scholia hujusmodi, nedum inter hæc Scholion, quale num.* 19 *exhibui, extitisse, pro certo asséveravi. Scholia interim quæpiam, quæ Dionysii, Alexandrini rhetoris, nomen prætulerint, nec tamen S. Dionysio, Alexandrino episcopo, debuerint adscribi, extitisse haud satis cum iis, quæ tom.* 2 *Octobris pag.* 112, *num.* 49 *et tribus seqq. disserui, concordat. Ibi enim, per Dionysium, Alexandrinum rhetorem, a quo Scholia in* Areopagitam *fuisse conscripta a Niceta Choniate et*

B *Joanne Cyparissiota dicuntur, non rhetorem Alexandrinum, a S. Dionysio, patriarcha Alexandrino, distinctum, sed hunc ipsum Sanctum intelligendum, statui. Verum id dumtaxat, feci, quod per textus, num.* 17 *huc transcriptos, S. Dionysio, Alexandrino episcopo, Scholia in* Areopagitam *a SS. Anastasio Sinaïta et Maximo attribui, tunc existimarem, nec binos hosce Sanctos fuisse vel impostorum arte in re illa deceptos, vel scriptoris recentioris manu interpolatos, suspicarer. Cum autem horum alterutrum locum e jam dictis obtineat, et quidem, e præfatis textibus alterum in Anastasii* Ὁδηγὸν, *alterum in S. Maximi Scholia fuisse ab interpolatore intrusum, verosimilius appareat, enimvero sive is Scholia, quæ, a Joanne Scythopolitano contexta, S. Dionysii, Alexandrini episcopi, nomen aperte prætulerint, sive alia, quæ, quod a Dionysio, rhetore composita notarentur, S. Dionysio, Alexandrino episcopo, perperam adscripserit, sibi prælucentia habuerit, ad rem nostram, ut consideranti patescet, parum facit.*

C seu quod de Anastasii libro potest objici, quidquam officit.

26 *Verum, etsi res ita habeat, neutiquam tamen assentiri queo illis, qui Scholia, S. Dionysii, Alexandrini episcopi, nomine inscripta, Nicetæ et Joannis Cyparissiotæ ætate non extitisse, ex eo contendunt, quod ab aliis, qui vel æqualis vel supparis ætatis sint, scriptoribus scholia hujusmodi haud citentur; cum enim, qui ita arguunt, Scholia equidem, quæ Dionysii, Alexandrini rhetoris, nomen prætulerint, tunc exstitisse, non possint non admittere reque etiam ipsa admittant, nec hæc tamen ab aliis, quam a Niceta et Joanne Cyparissiota, laudentur, perperam sane illos eo, quo dixi, modo arguere, nemo non videt. Ceterum si liber, Græce* Ὁδηγὸν, *Latine* Dux viæ *inscriptus, qui Anastasio Sinaïtæ attribuitur, diversis forsan, ut Richardus Simon Bibliothecæ selectæ tom.* 2, *cap.* 2 *contendit, excerptis, partim ex ipsiusmet Anastasii, partim ex aliorum scriptorum lucubrationibus a compilatore collectis, constet, nec sic e libri dicti textu, num,* 19 *huc transcripto, quidquam habebitur, ut Scholia a S. Dionysio, Alexandrino episcopo, in* Dionysium Areopagitam *fuisse conscripta credantur: in ea enim hypothesi caput* Ὁδηγοῦ 22, *e quo textus ille num. dicto recitatus, acceptum forte ex auctoris scripto fuerit, qui Scholia, quæ a S. Dionysio Alexandrino composita non erant, pro Scholiis, quæ a sancto hoc antistite essent contexta, per errorem habuerit. Utut sit, cum equidem in dicta hypothesi dubium admodum, sitne ab Anastasio, an ab altero præfatum* Ὁδηγοῦ *caput profectum, sit futurum, neutiquam id fuerit Scholia in* Areopagitam *vindicare S. Dionysio, Alexandrino episcopo, natum. Atque hæc de Scholiis illis, ut quod inde potissimum, qui Dionysiana Opera* Areopagitæ *adscribunt, opinioni suæ stabiliendæ argumentum repetunt, omnino enervarem, tam fuse disserui; quod modo adhuc monuisse contentus, ad ea, quæ cap. seq. discutere statui, progredior.*

AUCTORE C. B.

## CAPUT II.

### An Dionysiana Opera seculo IV vel a concilio Nicæno, vel a SS. Athanasio, Gregorio Nazianzeno et Chrysostomo fuerint citata.

E

*In Arabicis primi Nicæni Concilii exemplaribus canones octoginta, a pluribus Orientis sectis, Jacobitis videlicet, Nestorianis, Abyssinis, imo et a Græcis et Maronitis, summa in veneratione habiti, quos Pisanus et Turrianus Latinos reddidere, quosque esse legitimos, Abraham Ecchellensis Maronita contendit, leguntur; cum autem in horum canonum trigesimo primo, ubi modus recipiendi in Ecclesiam eos, quos hæreticos fuisse constat, traditur, sequentia hæc verba,* Et postquam hæc fecerit episcopus vel sacerdos, in cujus manibus est, debet ungere eum oratione Chrismatis et ter signare signo Crucis ungendo et orando super eum orationem Dionysii, *occurrant, eaque, ut aiunt, Hierarchiæ ecclesiasticæ cap.* 7 *exhibeantur, nullum omnino, quin ante illud concilium, anno* 325 *ac proin seculo* IV *celebratum, Dionysiana Opera laudata, scriptaque adeo etiam fuerint, dubium superesse, contendunt Areopagitici seu qui Opera,* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita, pro genuinis Sancti hujus Operibus habent. Verum quam parum valeat hoc illorum argumentum, nullo negotio potest monstrari. Primo enim antiquæ omnes canonum primi illius Nicæni concilii collectiones non plures quam viginti canones exhibent. Secundo Theodoretus lib.* 1 *Hist. ecclesiasticæ cap.* 8 *et Rufinus canones dumtaxat viginti duos recensent; etsi enim hic posterior lib.* 1 *Hist. ecclesiasticæ cap.* 6 *viginti duos numeret, canonem septimum et octavum partitur in duos.*

Nec concilium Nicænum, anno 325 celebratum,

F

28 *Tertio exemplaria Nicæni concilii, quæ S. Cyrillus, Patriarcha Alexandrinus et Atticus Constantinopolitanus ad Patres quinti Carthaginensis concilii transmiserunt, viginti tantummodo Canones numerabant. Quarto Africani episcopi post conquisitos magna cum diligentia in Oriente canones omnes, a Nicæno concilio sancitos, non plures quam viginti nacti sunt. Quinto in ea collectione canonum, qua concilii Chalcedonensis tempore utebatur Græca ecclesia, non nisi viginti*

Areopagitam citavit, nec id vel ab Athanasio, utpote Quæstionibus

AUCTORE C. B.

*ginti continentur. Sexto denique Dionysius Parvus ceterique canonum collectores viginti tantummodo recensent. Hinc porro fit, ut reliqui sexaginta ab eruditis tamquam supposititii explodantur; et licet ut supposititii ab eruditis non haberentur, apocrypha tamen et commentitia esset oratio, quæ in illo trigesimo primo Nicæno canone recitatur, cum in* Dionysii *Operibus nec existat, nec umquam exstiterit. Ut itaque Opera, quorum auctor* Dionysii Areopagitæ *nomen sibi imposuit, jam inde a seculo quarto fuisse citata eique attributa, probetur, concilium Nicænum* I, *anno* 325 *celebratum, perperam adducitur. An eumdem in finem meliori jure S. Athanasius, Alexandrinus episcopus, qui anno* 371 *obiit seculoque proinde quarto floruit, adducatur, nunc dispiciendum. Quæstiones ad Antiochum ducem, veluti ab Athanasio compositæ, circumferuntur, de quibus Benedictini, qui Athanasii Opera simulque Quæstiones illas iteratis typis anno* 1698 *Parisiis ediderunt, Congregationis S. Mauri monachi secundo illorum tomo pag.* 231 *in Monito, Operibus ad Antiochum ducem præmisso, num.* 5 *ita loquuntur:* Quæstiones ad Antiochum, quæ B jam diu inter Athanasii edita comparent, haud primum, ut jam exstant, compositæ sunt; sed cum pauciores numero olim fuerint, nec plures XXXV in veteribus Latinis editis et in quibusdam manuscriptis, in aliis vero XLI, jam exstant num. CXXXVI, librariis novas quæstiones semper addentibus; unde fit, ut codices multum inter se varient; *ita illi, nonnulla adhuc adjungentes alia, partim usui nobis mox hic futura, cum primum, qui e quæstionibus illis Operum Dionysianorum vindices arguant, proposuero.*

*ad Antiochum ducem quæ remevincerent Sancto illi. uti rationibus,*

29 *Quod itaque ad harum octavam, quæ, quot angelorum ordines et naturæ sint, quæritur, respondeatur,* Una est natura, quemadmodum et hominum. At novem sunt ordines, ut Theologiæ peritissimus docet Dionysius, qui hujusmodi sunt: Angeli, Archangeli, Principatus, Postestates, Virtutes, Dominationes, sex alis instructa Seraphim, multisque oculis ornata Cherubim, et Throni. De una Angelorum substantia loquitur etiam Gregorius Nyssenus in decimo septimo capite libri sui de Homine; *hoc* C *autem responsum* Dionysii, *et quidem, uti ex adjunctis liquet,* Areopagitæ, *mentionem complectatur, Sanctum hunc nostrum seu compositam ab eo, in qua de angelorum Ordinibus tractatur, cælestem Hierarchiam ab Athanasio fuisse citatam, contendant. Verum, aiunt proxime post verba jam recitata Benedictini monachi laudati,* Perspicuum plane est, has quæstiones non esse Athanasii, sed nonnullas ex variis auctoribus hinc inde excerptas fuisse, alias a variis scriptoribus compositas; unde factum, ut aliquæ exstent aliis præstantiores, elegantioresque, nec indignæ, quæ legantur. *Quæstiones quidem illæ, ac nominatim hic modo proposita, in qua Gregorius Nyssenus, Athanasio recentior, laudatur, Athanasio idcirco, quod aliqui Patres Athanasio ætate inferiores memorentur, adjudicandæ non sunt, cum Patres, qui locis illis citantur, ac nominatim Gregorius Nyssenus, qui in Quæstione proxime proposita laudatur, in antiquissimis codicibus, uti ex horum inspectione sese comperisse, præfati Benedictini monachi testantur, non memorentur.*

30 *Verum, aiunt iidem Benedictini monachi,* Aliunde luce clarius commonstratur, non esse illas Athanasii, 1 ex orationis genere, impolito et ineleganti, ut plurimum saltem; nam sibi stylus minime constat, quia multa ex variis scriptoribus tacito nomine excerpta sunt; 2 ex nugis compluribus, quas quisque facile animadversurus est; tertio ex iis, quæ de imaginibus earumque cultu dicuntur num. XXIX; nam licet, Eusebio teste, plurimi suo tempore Apostolorum imagines depictas apud se cum honore retinerent, non ita frequens tunc imaginum erat usus. Ex multis denique aliis, quæ proferre non juvat, ne apertissimæ rei comprobandæ diutius æquo immoremur. *Inter plurima alia, ob quæ Quæstiones illas Athanasii non esse, laudati monachi contendunt, computari potest hæresis, in quæstione* 115 *memorata, quæ Christum Dominum e sanctissima Virgine Maria incorruptibile corpus assumpsisse, adstruebat, quæque ante Chalcedonense concilium, anno* 451 *ac proin diu post Athanasii ætatem celebratum, orta non est. Accedunt occurrentia in illis quæstionibus erronea quam plura, quæ, illas Athanasio prorsus esse indignas eumque proinde non habere auctorem, luculentissime commonstrant.* E *At vero, inquiunt, Quæstiones illas S. Anastasius Sinaïta et S. Joannes Damascenus, quorum alter* VII, *alter* VIII *æræ Christianæ seculo floruit, sub ipsomet S. Athanasii nomine laudarunt. Fateor, sic habet; atque hoc quidem in suo ad Constitutiones Clementis Romani Procemio Turrianus probat; verum quid tum?*

*in medium hic adductis.*

*ostenditur, falso supposititis,*

31 *Cum Quæstiones illæ, uti e jam dictis liquet, temporis lapsu plurimum tum numero, tum adscitiis Patrum auctoritatibus auctæ fuerint, quæstiones, quas S. Anastasius Sanaïta et S. Joannes Damascenus sub Athanasii nomine laudarunt, fuisse illas ipsas, quæ modo circumferuntur, quis credat? Adhæc cum nullus prorsus auctor, qui ante Anastasium Sinaïtam et Joannem Damascenum floruerit, Quæstionum ad Antiochum ducem, veluti ab Athanasio compositarum, meminerit, fieri potest, ut jam inde etiam a tempore, Anastasii Sinaïtæ et Joannis Damasceni ætatem prægresso, sub venerando Athanasii nomine ad auctoritatem iis, quæ dicerentur, conciliandam quæstiones hujusmodi aliquot fuerint confictæ atque ab Anastasio Sinaïta et Joanne Damasceno, qui a crisi haud* F *multum commendandi videntur, Athanasii vere esse perperam fuerint æstimatæ. Utut sit, cum equidem Quæstionum illarum octavam, in qua* Dionysii *compositæque ab eo Cælestis Hierarchiæ mentio fit, Anastasius Sinaïta et Joannes Damascenus nuspiam laudent, earumdemque numerus temporis lapsu, uti e supra dictis indubitatum est, admodum creverit, eas inter duorum horum Sanctorum ætate fuisse præfatam octavam, in qua* Dionysii Areopagitæ *mentio fieret, omnino est incertum. Aliquæ quidem inter jam editas ad Antiochum ducem quæstiones ex aliis Athanasii Operibus, ut laudati Benedictini monachi loco supra cit. etiam observant, sunt acceptæ; verum eadem octavam, in qua* Dionysii *mentio fit, ex earum numero esse, nemo affirmat. Ceterum Quæstiones ad Amtiochum ducem, quæ S. Athanasii nomine circumferuntur, tam certo ei sunt suppositæ, ut ne eas quidem plures ex iis, qui pro Dionysianis Operibus* Dionysio Areopagitæ *vindicandis decertarunt, in causæ suæ patrocinium advocare sint ausi.*

32 *Modo*

A 32 *Modo ad S. Gregorium Nazianzenum, qui seculo quarto pariter floruit, quique, ut volunt,* S. Dionysii Areopagitæ *Opera etiam laudarit, sermonem convertamus. Celeberrimus is sanctus Pater Oratione* 38, *in Christi Nativitatem, habita, de Seraphim, quorum alter ad alterum* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum *clamabat, ab Isaïca, uti hic Prophetiæ suæ cap.* 6 *narrat, visis, faciens sermonem, ita ratiocinatur :* Οσοῦ δὲ ὅταν εἴπῳ, λέγω Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος... οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται καὶ δοξαζέται τρισὶν ἁγιασμοῖς εἰς μίαν συνιοῦσι Κυριότητα καὶ Θεότητα, ὅ καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν πρὸ ἡμῶν πεφιλοσόφηται καλλιστάτε καὶ ὑψηλότατα . *hisce autem verbis, quæ e Billii interpretatione Latine sonant,* Deum porro cum dico, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum dico... Sic nimirum Sancta Sanctorum, quæ etiam a Seraphinis obteguntur ac tribus sanctificationibus celebrantur, in unam Dominationem ac Deitatem coeuntibus, quemadmodum et alius quidam ante nos pulcherrime et subtilissime philosophatus est, *Deum unum in essentia seu*

B *substantia et trinum in personis per citatum Isaïæ textum designari; S. Gregorius Nazianzenus docet. Porro* Dionysius Areopagita *seu Operum Dionysianorum, qui hujus sibi nomen imposuit, auctor de Cœlesti Hierarchia cap.* 7, *Isaïæ textu; quem proxime huc transcripsi, recitato, subjungit* : Has... sublimissimas cœlestium intelligentiarum hymnologias.... in iis, quæ de Divinis Hymnis conscripsimus,.... explanavimus..... impræsentiarum repetere sufficiat,..... ut monas unitasque, quæ tribus inest personis,..... res omnes penetret.

*per rationes, a scriptore anonymo* 33 *Cum ita autem, ut apparet, e trina Seraphim apud Isaiam repetitione,* Sanctus, Sanctus, Sanctus, *et e singulari vocabulo,* Dominus, *essentiæ divinæ unitatem ac Personarum trinitatem collegerit, nec quisquam ante* Dionysii Areopagitæ *ætatem id fecisse inveniatur, hinc per illum, quem ita, ut dictum; e memorato Isaïæ textu pulcherrime ac subtilissime philosophatum ante se esse, Gregorius Nazianzenus supra recitatis verbis ait, non alium abs hoc, quam* Dionysium Areopagitam *fuisse intellectum, contendunt. Verum objectionem hanc anonymus problematis de Dionysianis Operibus anno*

C 1708 *Parisiis Gallice evulgati Latineque deinde redditi ac Venetiis anno* 1756 *editi, auctor in postrema hac editione solvere hunc Latine conatur in modum :* Verisimilius est, S. Gregorium Nazianzenum ex S. Athanasio potius quam ex S. Dionysio Areopagita sublime illud hausisse argumentum. En S. Athanasii textus, quem integrum refero, ut clarior apparet convenientia cum textu S. Gregorii Nazianzeni : « Conjunguntur autem, « sunt ejus verba, « una hæ sanctificationes pro inse-

* *al.* insecabili « quabili * illa unitate. In eo enim ipso, quo am- « plissima ista animalia tertio proferunt glorifi- « cationem, dum, aiunt Sanctus, Sanctus, Sanctus, « triplici numero tres perfectas, absolutas, inte- « gras personas ostendunt ; quemadmodum sub « unica voce, Dominus, unam substantiam decla- « rant. « Ex quibus, nemo est, qui non videat, primo S. Gregorii Nazianzeni verba superius relata magis cum S. Athanasii, quam cum S. Dionysii verbis cohærere. Secundo verba S. Athanasii præstantius aliquid ac sublimius præ se ferre, quam verba S. Dionysii : ex hac enim glorificatione ter ab illis Seraphim repetita trium Divinarum Personarum æqualitem, et ex hoc vocabulo « Dominus, « semel tantum in hoc admirabili cantico recitato, essentiæ unitatem demonstravit; unde non immerito de eo pronuntiavit S. Gregorius : « pulcherrime et subtilissime philosopha- « tus est. « auctore C. B.

34 Nec quidquam valeret hic reponere, S. *in medium* Athanasium eam animadversionem fecisse explicando caput quartum Apocalypsis; S. Gregorium vero non indicare ex quonam Scripturæ loco, ex Isaïa scilicet, an ex Apocalypsi hoc testimonium mutuaverit. Etenim cum hæc glorificatio eadem sit, iisdemque verbis expressa, sive apud Isaïam, sive in Apocalypsi, parum refert, sive ab uno, sive ab altero Scripturæ loco fuerit deprompta, dummodo idem ex ea eruatur argumentum. Non sum quidem nescius, non deesse qui contendant, loco horum verborum : « Quemadmodum et alius quidam ante nos « legendum esse : « Quemadmodum alius quispiam « e majoribus nostris; « et in hoc posteriori sensu verba illa non ita commode posse intelligi de S. Athanasio, qui cum paulo ante mortem S. Gregorii Nazianzeni ex humanis decesserit, non E potuit ab ipsa appellari quispiam e majoribus nostris. At vero optime hæc S. Gregorii Nazianzeni verba quadrare possunt in S. Dionysium Areopagitam, quem scimus quamplurimos annos S. Gregorium præcessisse, primumque ac solum fuisse ex veteribus Patribus, qui id animadverterit. Huic difficultati tria reponi possunt, primo eruditum Jacobum Billium, qui inter illustriores interpretes, et Græcæ linguæ peritiores recensetur, hæc S. Gregorii Nazianzeni verba ex Græco sic reddere : « Et alius quidam an- « te nos, « non vero, « quispiam e majoribus no- « stris. «

35 Quamvis enim hæc locutio οἱ πρὸ ἡμῶν *hic adductas,* plerumque usurpetur pro « majores, « nihilominus in propria significatione nil aliud indicat quam, « qui ante nos. « Secundo Nicetas in Commentariis, quæ edidit in hanc tricesimam octavam S. Gregorii Orationem, testatur, hunc S. Doctorem non alium præ oculis habuisse quam S. Athanasium, cujus etiam refert verba, ut eorumdem convenientiam cum verbis S. Gregorii melius aperiat. Tandem, ne ulterius immoremur in verbo, quod plures potest significationes habere, si Gregorii Nazianzeni verba hunc F sensum referunt, « sicut alius quispiam e majori- « bus nostris « etc, reponimus, S. Gregorium octodecim annos S. Athanasio vixisse superstitem; Athanasius enim die 2 Maii anno CCCLXXI ex hac vita decessit, Gregorius vero die VIII ejusdem mensis anno CCCLXXXIX, ac proinde jure optimo potuisse S. Athanasium in numero suorum majorum recensere. Cujus quidem rei exemplum, ne ab Ecclesiastica Historia recedamus, habemus in ipsis Apostolis ; etenim Philo de Therapeutis verba faciens, ait, eos studere Philosophiæ, quam acceperant a majoribus suis : « Dant operam Philosophiæ per manus acceptæ « a majoribus. « Et tamen Eusebius et Nicephorus testantur, non aliam esse hanc Philosophiam, de qua loquitur Philo, nisi Evangelia et Epistolas S. Pauli. Si igitur Philo potuit Apostolos respective ad Therapeutas majores appellare eo tempore, quo eorum plures adhuc in vivis degebant, cur non potuit Nazianzenus S. Athanasio, cui octodecim annos superstes fuit, hunc titulum tribuere?

AUCTORE C. B. *Dionysium Areopagitam non laudasse,*

36 *Ita hactenus laudatus auctor anonymus verum anne S. Gregorius Nazianzenus in textu, quem Græce simul et Latine supra huc transcripsi, ad S. Athanasium, ut vult, respexit? Id mihi dubium admodum ac incertum apparet; quidquid enim verbis, proxime jam datis, arguat, Græca hæc Nazianzeni verba* Ἄλλῳ τινὶ τῶν πρὸ ἡμῶν πεφιλοσόφηται καλλιστάτε καὶ ὑψηλότατα *Latinis hisce,* Alius quidam ante nos pulcherrime et subtilissime philosophatus est, *haud sat feliciter Jacobus Billius exponit. Ea mihi sedet sententia, quod in expositione seu interpretatione isthac nullum omnino vocabulum, quod voci Græcæ τῶν respondeat, inveniatur, hæque voces Græcæ* τις τῶν πρὸ ἡμῶν *receptissima apud Græcos phrasi; non simpliciter* Quidam ante nos, *sed* Quidam illorum, qui ante nos fuerunt *seu* vixerunt, *aut etiam* floruerunt, *significent; cum autem id ita habeat, nec etiam, ut Halloixius de Vita et Operibus* S. Dionysii Areopagitæ *quæstione* 2 *contendit, dictæ voces Græcæ per se significare,* Quidam illorum, qui ante nos scripserunt, *apud Græcos so-*
B *leant, præfatam, quam proxime datis Gregorii Nazianzeni verbis Græcis Billius adaptavit, interpretationem accuratam non esse, indubitatum apparet.*

*pro certo*

57 *Jam vero cum res hæc, de qua etiam in Epistolarum S. Ignati Vindiciis cap.* 10 *pag.* 147 *Pearsonium videsis, si habeat, recitata Nazianzeni verba Latine exponenda videntur* Alius quidam illorum, qui ante nos fuerunt; *hoc autem cum perinde sit, acsi diceretur,* Alius quidam e majoribus nostris, *hacque loquendi ratione scriptores Græci hominem, vel priusquam nati sint; vel diu, antequam scribant, defunctum significare soleant, Gregorius per illum, quem pulcherrime et subtilissime philosophatum loco supra cit. ait, non Athanasium aut quempiam, cum quo adhuc vixisset, sed alium, qui diu, antequam ista scriberet, e vivis jam excessisset, ac proin e majoribus Gregorii existeret, verosimillime indicavit. Hinc porro jam fit, ut, fatente ipsomet, quem supra laudavi, anonymo, haud ita commode intelligi possit de S. Athanasio locutus; adjungit quidem idem anonymus, a Gregorio Na-*
C *zianzeno pro uno e majoribus suis Athanasium haberi potuisse; verum id haud satis probat. Anne enim Philo, quem in exemplum adducit, per Philosophiam, quam Therapeutas a majoribus per manus accepisse, ait, Evangelia et Epistolas S. Pauli haustamve ex iis doctrinam intellexerit, ac proin Apostolos ex ipso tempore, quo horum plures in vivis adhuc erant superstites, Therapeutarum majores appellarit, controverti potest, etsi etiam, contra ac nonnulli contendunt, Philonis Therapeutas fuisse Christianos, fuerit concessum.*

*haud probetur, Areopagitam tamen*

38 *Quod cum ita sit, Athanasium pro uno e Gregorii Nazianzeni, qui ei* 18 *dumtaxat annis circiter supervixit, majoribus recte haberi potuisse, concludi inde non potest. Porro cum Gregorius, non secus ac Dionysius, spiritus cælestes, quibus, quam locis citatis memorant, Dei glorificationem adscribunt,* Seraphinos, *ut Isaïæ cap.* 6 *fit, appellet, Athanasiusque contra spiritus eosdem* animalium *appellatione, uti Apocalipseos cap.* 4 *fit, distinguat, enimvero vel hinc; an Gregorius Nazianzenus loco supra cit. ad Athanasium, et non ad* Dionysium, *respexerit, dubitari posse videtur. Ast quid tandem? Anne ergo Gregorius Nazianzenus* Dionysii Areopagitæ *Opera vere citarit? Cum* Dionysius, *qui Seraphini in cælo Deum laudent, cælestis Hierarchiæ cap.* 7 *nude dumtaxat ex Isaïæ cap.* 6 *referat, seque voces, quibus hoc illi faciunt, in libro de Divinis Hymnis explicuisse, ibidem affirmet, oportet, ut vel librum hunc Gregorius, si voces easdem exponens ad* Dionysium Areopagitam *respexit, præ oculis habuerit, vel certe, ut, quomodo in libro isto, qui, si umquam exstitit, modo amplius non invenitur, voces illæ a Dionysio fuerint expositæ, e citato cælestis Hierarchiæ cap.* 7 *collegerit. Verum nullum omnino, quo vel unum vel aliud certo probari queat, argumentum suppetit.* D

*fortassis non laudarit,*

39 *Adhæc cum multa S. Dionysii Corinthii et S. Dionysii Alexandrini aliorumque sanctorum Patrum, qui ante S. Gregorium Nazianzenum vixere, Scripta interierint, fieri potest, ut in horum aliquo, quod vel per Dionysium Corinthium, vel certe per alium, ab* Areopagita *distinctum, fuisset contextum, præfatæ Seraphinorum apud Isaïam cap.* 6 *voces modo supra relato fuerint expositæ, huncque adeo, qui id fecisset Gregorius Nazianzenus per illum, quem pulcherrime ac* E *subtilissime philosophatum, ait, intellexerit. Sane, cum illius, de quo id ait, nomen non exprimat, ac quisquam forte, ab* Areopagita *diversus, supra memoratas Seraphinorum voces eo, quo dictum, modo ante Gregorium explanarit, aliumne, an* Areopagitam *pulcherrime et substilissime philosophatum, is dixerit, dubium admodum atque incertum esse, necesse est. E grandi quidem ac sublimi stylo, quem* Dionysius Areopagita *in scribendo tenuit, Sanctum hunc nostrum per illum, quem pulcherrime ac subtilissime philosophatum, Gregorius Nazianzenus loco supra cit. ait, debere intelligi, Pearsonius supra laudatus in Epistolarum S. Ignatii Vindiciis cap.* 10 *etiam contendit; verum ibidem Nazianzenum, ipsamet, quam Isaïæ textui, num.* 32 *recitato, a quodam ante se adaptatam videbat, interpretatione spectata, non autem styli seu verborum, quibus hæc exprimebatur, ratione habita, ita esse locutum, indubitatum apparet. Utut sit, cum equidem Dionysiano Opera nuspiam aperte Gregorius Nazianzenus designet, enimvero nec hic sanctus Pater sufficit, ut Opera illa jam inde a seculo* IV *nota ac citata fuisse, certo credatur. Quod cum ita sit, alio sermonem jam converto.*

*vel denique a Joanne Chrysostomo, utpote sermone,*

40 *Areopagitici, quo* Dionysium Areopagitam *seu, ut accuratius loquar, Opera, sub hujus nomine circumferri solita, jam inde a seculo* IV *fuisse citata, evincant, in causæ suæ præsidium etiam advocant S. Chrysostomum, qui seculo* IV *floruit, ac seculi* V *initio mortalem hanc vitam cum immortali commutavit; id audem faciunt, quod in Sermone de pseudo-prophetis et falsis doctoribus, a Gerardo Vossio aliisque edito ac S. Joanni Chrysostomo adscripto, auctor incognitus, ingenii juxta ac Operum* Dionysii, *in quibus hic de Deo et angelis disserit, sublimitatem admiratus,* Volucrem cæli *illum appellet, ita de sanctis episcopis vetustisque doctoribus loquens:* Ubi est Evodius, bonus odor Ecclesiæ et successor Apostolorum? Ubi Ignatius, Dei domicilium? Ubi Dionysius Areopagita, volucris cæli? *Ad hoc porro Areopagiticorum argumentum auctor Problematis, eruditis Gallice propositi typisque Parisiensibus anno* 1708 *vulgati, in Veneta, qua id deinde anno* 1756 *Latine prodiit, editione ita respondet:* Nescio, cur S. Dionysii vindices hoc S. Chrysostomi testimonium in suæ causæ patrocinium advocent. Dubitaturne, an hic sanctus doctor in Actis F

Actis Apostolorum legerit, Areopagitam a S. Paulo fuisse ad fidem conversum? Quis suspicari potest, ipsum ignorasse, Dionysium fuisse Athenarum episcopum? Quid igitur mirum, si de ipso loquatur? At quæstio nostra non in hoc versatur, an S. Chrysostomus Dionysii meminerit, sed an asseruerit, ipsum conscripsisse aliquos libros; quod certe ex his verbis, « Ubi est Dionysius, volucris cæli, » evinci non potest; alias et Evodius libros aliquos exarasse dicendus foret, quia ipsum bonum Ecclesiæ odorem et Apostolorum successorem appellat.

*in quo, contra ac anonymus vult, ad Areopagitæ Opera respicitur,*

41 Quid igitur intendit S. Joannes Chrysostomus, cum ipsum nominat Avem cæli? Id, quod Græci plures de eo scriptis mandarunt. A. S. Paulo, ait Pachymeres, sacra et divina scientia fuerat imbutus; S. Paulus, asserunt alii, invisibilium rerum contemplatorem ipsum effecerat, et ob insignem animi candorem suarumque virtutum excellentiam sublimiora mysteria, quæ in ejus raptu usque ad tertium cælum didicerat, ipsi communicarat. Ut igitur hanc sublimem S. Dionysii contemplationem S. Chrysostomus ob oculos poneret, ipsum appellat « Volucrem cæli; » non vero quia libros, ipsi falso adjudicatos, conscripserit. *Hæc ille; verum argumento, e Chrysostomi, ut putavit,* de Dionysio Areopagita *verbis petito, nulla omnino, ut mihi equidem apparet, ratione satisfaciunt. Etenim laudati sermonis auctor, dum* Dionysium Areopagitam *appellavit* volucrem cæli, *ad Opera, summa sublimitate abs illo, uti opinatus est, composita, respexisse videtur eodem plane modo, quo ad S. Joannis Evangelium et Epistolas respexisse videtur S. Augustinus dum* Aquilam *illum appellavit, Tract.* 36 *in eumdem Joannem ita scribens*: Aquila est ipse Joannes, sublimium prædicator, et lucis internæ atque externæ fixis oculis contemplator. *Nec quidquam ad rem facit, quod de Evodio ait Problematis auctor; nihil enim est communius, quam ut* bonus *seu* Christi *seu* Ecclesiæ odor *vocentur sancti Viri, etiamsi nullis prorsus Operibus, in lucem editis, Ecclesiæ profuerint. Ut itaque a Joanne Chrysostomo Opera,* S. Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita, laudata haud fuisse, contra eos, qui pro Operibus illis,* Areopagitæ *vindicandis, decertant, ostendam, alio recurrendum est, ac examinandum, an supra laudatus sermo, qui abs illis atque ab ipsomet Problematis auctore S. Joanni Chrysostomo adscribitur, re etiam ipsa sanctum hunc Patrem habeat auctorem.*

*falso ei, quemadmodum rationes,*

42 *Montfauconus, qui una cum aliis Benedictinis Congregationis S. Mauri monachis omnia S. Joannis Chrysostomi Opera iteratis typis vulgavit, supra laudatum de Pseudo-prophetis et falsis doctoribus sermonem inter spuria seu perperam Chrysostomo attributa Scripta tom.* 8 *recenset, itaque de illo in Admonitione prævia primum loquitur*: Hanc orationem, a multis auctam, retractatam et mutatam fuisse, perspicuum est: neque unus occurrit codex manuscriptus, qui cum alio consentiat. Longiorem homiliam Latine solum ediderat Gerardus Vossius: hujus autem interpretationi Latinæ ex aliquo exemplari breviorem aptavit Græcam Homiliam Fronto Ducæus; ita ut non paucis in locis hiulcam et mutilam seriem repræsentet; et tamen, si extrema verba, ubi hiatus incipit, cum sequentibus, quo desinit, conjungas, nihil desiderati existimes. Sub hæc autem Vossiana et Frontoniana longiorem orationem edidit Servilius; sed multis in locis vitiatam; nos demum ex codice Coisliniano CCCXLIX hanc sartam et tectam proferimus, a Frontoniana et Vosiana longe diversam et cum Saviliana magis consonantem; *hisce autem, quibus (rectene, an secus, haud examino) Homiliæ, de qua hic agitur, edituam se prolixius exemplar contractiori per Frontonem Ducæum vulgato præfert, mox sequentia isthæc, quæ ad institutum nostrum propius spectant, verba subjungit*: Is, qui Chrysostomi nomen in titulo *(Homiliæ scilicet, de qua hic sermo)* ementitus est, sese fingit, populo suo ultimum valedicere: « Tempus resolutionis meæ instat, » inquit. Hic omnia νοθείας signa sese statim offerunt. Stylus humilis abjectusque, a Chrysostomi orandi genere toto cælo diversus: dictio inelegans est; Grammaticæ leges plerumque violantur, Epitheta insipida ad nauseam usque accumulantur. Domum Dionysius Areopagita ut scriptor celeberrimus memoratur.

AUCTORE C. B.

*in medium hic adductæ,*

43 Hujus tamen Srcipta, quæ spuria apud eruditos omnes habentur, aliquot post mortem Chrysostomi sæculis confecta publicataque sunt. Inter hæreticos recensetur Nestorius; unde arguitur, quanta fuerit Græculi hujus, *qui nimirum dictam Homiliam Chrysostomo affinxit,* imperitia. *Ita laudatus scriptor; Homiliæ autem, S. Chrysostomo ita abs illo adjudicatæ, textus, in quo Nestorius inter hæreticos seu potius fidei inimicos recensetur, sequentibus hisce concipitur verbis*: Ubi Marcion, ubi Valens, ubi Manes, ubi Basilides? Ubi Nero, ubi Julianus, ubi Arius, ubi Nestorius, ubi omnes veritatis adversarii, de quibus clamabat Ecclesia, « Circumdederunt me canes multi? » *Porro, ut modo, cur Homilia, de qua nobis hic sermo, S. Chrysostomo, quod in ea Nestorius velut hæreticus memoretur, abjudicanda sit, intelligas, S. Chrysostomus, uti tom.* 4 *Septembris, in quo de Sancto illo apud nos actum, jam docuimus, anno* 427 *Vitam hanc mortalem cum immortali commutavit; Nestorius autem eo dumtaxat tempore circiter hæresim suam formare incepit, nec prius, quam cum aliquot adhuc anni post essent elapsi, pro hæretico palam habitus fuit. Quod cum ita sit hæreticis illum accensere S. Chrysostomus non potuit, huicque proinde Homilia, in qua id fit, certissime adjudicanda est. At vero erit fortassis, qui, ne Homiliam illam, quam interim Joanni Jejunatori, Constantinopolitano ab anno* 582 *ad annum usque* 595 *patriarchæ, Pearsonius cum Usserio loco supra cit. adscribit, S. Chrysostomo falso esse suppositam admittere cogatur, modo hic reponat, in jam recitatum illius textum interpolatoris recentioris manu Nestorii nomen esse intrusum. Verum etsi quidem Oratio illa seu Homilia a non paucis, ut Montfauconus per verba, num.* 42 *huc transcripta, post plurium ejusdem exemplarium inspectionem docet,* aucta retractata et mutata sit, *nihil tamen, quod in exemplari ullo Nestorii nomen desiderari, suadeat, vel laudatus Montfauconus, vel alius quiscumque scriptor suppeditat.*

*commonstrant, supposito, factum fuisse probatur.*

44 *Adhæc esto etiam, Nestorii nomen in præfatam Homiliam seu in proxime recitatum hujus textum a recentiori interpolatore fuisse intrusum, nec hinc consequens erit, ut Homilia illa pro genuino S. Chrysostomi fœtu sit habenda. Alia enim suppositionis seu* νοθειας *indicia, quæ verbis supra recitatis Montfauconus allegat,*

AUCTORE C. B.

*legat, satis superque, esse illam spuriis seu Sancto huic perperam attributis Operibus accensendam, ostendunt. Verum etsi etiam, pro genuino Chrysostomi fœtu Homiliam eamdem, cui adeo a recentioris ævi interpolatore Nestorii, tamquam hæretici, nomen fuerit insertum, esse habendam, tantisper daremus, nec sic, ut* Dionysii Areopagitæ *Opera a S. Chrysostomo fuisse citata evincas, quidquam ex illa habebis. Cum enim (adi num. 42 recitata Montfauconi verba)* a multis aucta, retractata ac mutata sit *dicta Homilia, sitque equidem, ut pro legitimo Chrysostomi fœtu queat haberi, fuisse in illam Nestorii nomen ab interpolatore intrusum, asseverandum, pari ratione nec minori fundamento affirmari poterit, fuisse etiam in eamdem Homiliam* Dionzsii Areopagitæ *nomen intrusum; id autem si adstruatur, nihil sane, quod a Chrysostomo Dionysiana Opera fuisse laudata, evincat, e sæpius jam memorata Homilia habebitur; ut proinde, quocumque modo hæc consideretur, neutiquam sit suadere nata, a Chrysostomo seu* B *laudata seu indicata fuisse* S. Dionysii Areopagitæ *Opera. Atque ita, quod cap. præsenti ostendendum erat, seu, Dionysiana Opera vel a primo Nicæno concilio vel a SS. Athanasio, Gregorio Nazianzeno et Chrysostomo citata seculo* IV *fuisse, certo non probari, modo habemus; anne autem id, quantum ad duos alios, de quibus adhuc disceptatur, satis probetur, cap. sequenti discutiemus.*

## CAPUT III.

### An Joannes Darensis, qui Commentaria in utramque Dionysii Areopagitæ Hierarchiam scripsit, seculo quarto floruerit, et an is, et Isaac, qui Areopagitam citasse traditur, S. Ephremi discipuli exstiterint.

C

*Joannem, Darensem archiepiscopum, qui in Areopagitam scripsit, atque Isaacum Syrum*

Cabassutius *in Historiarum, Conciliorum etc. Notitia Ecclesiastica pag.* 293, *num.* 4 *sic scribit*: Abrahamus Echellensis Maronita, multiplici rerum scientia et linguarum Orientalium peritia insignis, in sua ad Joannem Morinum, Oratorii Jesu presbyterum, epistola fidem facit, Joannem episcopum Darensem Syrum scripsisse quarto sæculo Commentarios in utramque Dionysii Areopagitæ Hierarchiam; Isaacum prætera Syrum, sancti Ephremi discipulum, qui floruit sæculo tertio ad quartum vergente libros elucubrasse de Angelis, in quibus testimonio Areopagitæ frequenter utitur. Affirmat vero Echellensis, rem esse sibi plane compertam, cum libros istorum Syriace scriptos sæpius perlegerit. *Ita ille; Echellensis autem de Joanne, Darensi episcopo, seu potius ob infra dicenda metropolita, non tantum, quod hic asseritur, datis ad Morinum litteris, verum etiam in suis in libellum Hebed-Jesu auctoris Syri Adnotationibus, luce publica una cum hoc donatis, asseveravit. Docet id ipsemet, quem ab Echellensi litteris conventum, Cabassutius ait, Joannes Morinus, ita de Sacris Ecclesiæ Ordinationibus in* D *suis in Syrorum Ordinationes Adnotationibus pag.* 493, *num.* 22 *scribens*: Abraham, Ekellensis Maronita, vir egregie doctus et de literis Orientalibus bene meritus, edidit nuper Latine et Syre libellum Hebed-Jesu auctoris Syri et Adnotationibus illustravit: in quibus ait, Joannem, Daræ in Syria episcopum, Commentarios in S. Dionysii libros scripsisse et eorum exemplar antiquum se habere, in quo scriptum erat, abbatem quendam Syrum illum librum cum CCL aliis voluminibus an. Alexandri MCCXLIII emisisse, hoc est, Christi CMXXXII; Joannem autem illum, Darensem episcopum, scribit Abraham, quarto seculo vixisse.

*qui illum citavit, ante seculum* V *floruisse, Echellensis asseruit;*

46 Verum hoc posterius nullo argumento docet. Illustrissimus et doctissimus præsul Franciscus Bosquetus, Lutubensis episcopus, cum Romæ hoc audisset, librum describi curavit, secumque Parisios exemplar asportavit, et cum hæc Syriaca prelo cudi inciperent, Joannis Darensis Opuscula se exscribi curasse, mihi significavit, codicemque ipsum mihi tradidit uten- E dum. Librum nactus multis locis evolvo, sed nihil mihi occurrit, quod tantam antiquitatem argueret. *Hæc laudatus Morinus; nonnullis autem adhuc, quæ, quod postremo ait, evincant, quæque ego, quod alia infra a me alleganda validius id præstent, omitto, præmissis, subjungit*: Ferunt hodierni Syri, Joannem Darensem S. Ephremi discipulum fuisse. *Quod si itaque et Syris hac in re et Abrahamo Echellensi in omnibus, quæ, Morino et Cabassutio testibus, de Joanne Darensi et Isaaco Syro memoriæ proditum reliquit, fides adjungenda sit, hi ambo S. Ephremi Syri, qui, quemamodum ad* I *Februarii diem, quo de illo apud nos jam actum, docuimus, anno* 378 *diem extremum clausit, fuerint discipuli; ac alter quidem, seculo tertio natus, in scripto a se de Angelis Tractatu* Areopagitæ *testimonio frequenter usus fuerit; alter vero Commentaria etiam in utramque* Dionysii *Hierarchiam seculo* IV *scripserit. Verum, etsi quidem, Joannem, Darensem archiepiscopum, Commentaria in ambas* Areopagitæ *Hierarchias concinnasse, et Isaacum Syrum Tractatum de* O *Angelis scripsisse frequenterque in hoc* Areopagitam *citasse, Echellensi credam, omnino tamen,* F *duos illos scriptores, Joannem videlicet, archiepiscopum Darensem, et Isaacum, nec quarto Ecclesiæ seculo tertiove senescente vixisse, nec umquam sub. S. Ephremi, ecclesiæ Edessenæ diaconi, disciplina fuisse versatos, indubitatum, quidquid etiam Echellensis dixerit, apparet.*

*verum Joannes, quem verbis hic recitatis, Darensem archiepiscopum seculo* IV *et* V

47 *Ac primum quidem seu Joannem, qui Daræ, Syriæ urbis in Persarum confiniis, archiepiscopus exstiteris, Commentariaque in ambas* Dionysii Areopagitæ *Hierarchias scripserit, seculo quarto quintove in vivis non fuisse, imo necesse potuisse, laudatus problematis auctor Sect.* 2, *part.* 1, *propositione* 2, *articulo* 7 *probat. Verba, queis id in Latina illius anno* 1756 *Venetiis adornata editione præstat, huc transcribo, correctionem tamen, ubi versionem (neque enim, qui Problema illud e Gallico Latinum fecit, sat feliciter ubique hac in re est versatus) minime tolerandam exhibent, adhibiturus; quod et alias, ratione eadem occurrente, in Latinis aliis Problematis ejusdem textibus transcribendis faciendum duxi. Dicta interim verba sic habent*: In tota, qua late patet Asia, intra cujus provincias etiam Syria continetur, duo tantummodo extant loca, quæ Daras

A ras sive Daria, ut alii volunt, appellantur. Prior Daras, quæ nunc Tauris appellatur, est oppidum Cælesyriæ, id est, Syriæ inferioris, quæ est una ex Palæstinæ partibus. Posterior est urbs Mesopotamiæ, inde dicta Anastasiopolis, quatuor aut quinque leucis ab urbe Nisibi distans. Porro certum est, in neutro horum locorum potuisse quarto seculo hunc Joannem archiepiscopalem cathedram tenere. Non quidem in priori; primo enim incredibile videtur in loco ignobili, quemadmodum erat tunc temporis Daras, metropolitanam sedem fuisse constitutam, cum ex veteri Ecclesiæ disciplina archiepiscopatus nusquam in pagis erigentur. Secundo hæc Daras non distat nisi duabus leucis a Damasco, quæ urbs olim fuerat Syriæ, nunc Phœniciæ caput et nona sub Antiocheno patriarcha metropolis. Non potuit igitur esse archiepiscopi sedes, nisi duas metropoles statuere velimus duabus leucis tantum inter se distantes; quod a vero prorsus abhorret. Tertio hæc Daras sita non est in extremis Persarem finibus, cum Persidem inter et Syriam intercedat Arabia. Hic igitur Joannes hujusce oppidi, quod Daras appellatur, archiepiscopus esse non potuit.

B 48 Nec pariter in altera Daras, dicta Anastasiopali, in extremis Persarum finibus sita, hæc archiepiscopalis cathedra, in qua hic Joannes quarto vel quinto seculo sederit, potest collocari, cum ex certissimis monumentis constet, tunc temporis nondum exstitisse hanc urbem, et seculo tantum sexto fuisse a fundamentis erectam. Anastasius enim Orientis imperium occupavit anno DCLXXXXI et post septemdecim annos, id est, anno DVIII, hanc urbem condidit in agro quodam, qui Daras vel Daria dicebatur, quia in eo Alexander Magnus insigne prælium cum Dario commiserat totumque ejus exercitum profligaverat. Nec Anastasius solum nomen huic urbi contulit, sed eam etiam fortissimis mœnibus cinxit ad retundendos Persarum impetus, et Mesopotamiam ab eorum incursibus liberandam. Eam pariter magnis ac pulcherrimis ædificiis ornavit; templa, porticus, balnea ad incolarum commodum in ea extruxit, nihilque omisit, quo eam nobilissimam ac magnificentissimam redderet, quemadmodum post Nicephorum tradit Evagrius. Cum igitur ex horum duorum historicorum testimonio constet, imperatorem Anastasium anno solummodo DVIII hanc urbem ædificandam suscepisse, non potuit hic Joannes quinto seculo hujusce urbis archiepiscopatum tenere. Non diffiteor quidem, Procopium asserere, hanc Daram vicum vel pagum fuisse, antequam Anastasius eam in urbem erigeret; at inverisimile prorsus est, archiepiscopalem sedem in loco illo fuisse constitutam, cum sedes tantummodo episcopalis fuerit, postquam ab imperatore in magnificam ac munitissimam urbem commutatus est. Quod si Daras ante annum DVIII civitas haud fuerit, qui Joannes seculo quarto illius esse potuit archiepiscopus? Oportet igitur, ut in Persarum confiniis Daras altera, cujus esse potuerit archiepiscopus, assignetur; cum porro Conciliis, per quinque priora Ecclesiæ secula celebratis, nullus unquam legatur subscripsisse episcopus vel archiepiscopus Daras vel Dariæ in confinibus Persarum, necessario affimandum est, urbis illius archiepiscopum non sedisse hunc Joannem ante sextum seculum, ac proin nec fuisse S. Ephremi discipulum.

*esse non potuisse, auctor anonymus probat.*

49 *Hactenus anonymus Problematis auctor, luculentissime sane, Joannem, quarto aut etiam quinto seculo Darensem archiepiscopum esse non potuisse, atque adeo nec S. Ephremi, Ecclesiæ Edessenæ diaconi, discipulum fuisse, commonstrans. Verum quandonam ergo Jonnes, Darensis archiepiscopus, qui in utramque* Dionysii Areopagitæ *Hierarchiam Commentaria scripsit, in vivis extitit, sedemque illam est moderatus? Docet id nos Josephus Assemanus, Syrus Maronita, Bibliothecæ Orientalis, qui anno* 1721 *typis Romanis prodiit, tom.* 2 *pag.* 118, *ita ibidem de Joanne, episcopo Darensi, scribens:* De Joannis ætate variant scriptores. Abraham Ecchellensis Not. in Hebed-Jesu pag. CXXXII eum seculo quarto vixisse scribit. Naironus in Euopl. par. 2, pagina CXV inter quintum et sextum sæculum floruisse contendit. Joannes Morinus Not. in Syrorum Ordin. num. XXII, pag. CCCCXXII ad sæculum septimum rejicit, et post annum Christi DCXCII scripsisse affirmat. Gulielmus denique Cave in Hist. liter. to. 2, pag. CXXXI inter sextum et septimum sæculum collocat. Verum nec eum ante annum Christi DCC floruisse, nec ultra annum DCCCL ætatem ejus extendi posse, duobus maxime argumentis ostenditur.

*auctore C. B. inter annum 700 et 850,*

E

*uti alia, quæ ex Assemano hic adducuntur,*

50 Primum, quia is Philoxenum Hierapolitanum, Severum Antiochenum, Jacobum Sarugensem, Joannem Philoponum, et Hagarenos in Opere suo nominat, quinti nimirum, sexti et septimi sæculi homines, quorum Philoponus, si Abulpharagii historiæ Dynastiarum credendum, in vivis erat, quum Amrus sub Omaro, Saracenorum rege, anno Hegiræ XXI. Christi DCXLI Alexandriam expugnavit. Alterum, quia ejus opera in vetustissimo codice membranaceo descripta habemus, quem Moses Nisibenus, abbas Scetensis, pro cœnobio suo se comparasse testatur anno Christi CMXXXII, ut ex sequenti adnotatione codici præfixa colligitur. „ In „ honorem, et decus, et exaltationem monaste- „ rii sanctæ Deiparæ Syrorum, quod in Sce- „ tensi deserto situm est, studiose comparavit „ librum hunc una cum aliis plurimis, videli- „ cet bis centum et quinquaginta, humilis ac „ peccator Moyses Archimandrita, qui pleros- „ que emit, et quosdam dono sibi oblatos ac- „ cepit a nonnullis, quum in urbem Bagdadum F „ pro negotiis hujus sacri deserti, et monacho- „ rum ibidem commorantium profectus est. „ Deus, cujus nominis pro gloria, et propter „ legentium in eis utilitatem, laborem hujusmo- „ di suscepit, parcat ipsi, et defunctis suis, et „ omnibus, qui partem in ipsi habent, et retri- „ buat eis in regno cælorum. Nulli autem ho- „ minum fas esto per vivum Dei verbum, quem- „ quam ex iis quoquomodo sibi arrogare, et in „ suum jus convertere, aut adnotationem hanc „ delere, vel expungere aut abradere, aut eos „ cuipiam testamento legare, aut ex hoc cœno- „ bio extrahere. Qui secus ausus fuerit, anathe- „ ma sit. Parce animæ tuæ, miser.

51 „ Accidit autem eorum adventus in hoc „ cœnobium una cum prædicto Moyse Archi- „ mandrita sexto post anno, nimirum anno „ Græcorum millesimo ducentesimo quadrage- „ simo tertio, „ Christi CMXXXII. Codex ille pertinuit olim ad Cl. Abrahamum Ecchellensem, cujus mentionem is facit tum in Notis ad Catalogum Hebed-Jesu pag. cit., tum in

*commonstrant, sedem illam occupavit, quarloque proinde seculo haud floruit;*

AUCTORE C. B.

in Indice Auctorum, quorum testimonio usus fuit in suo Eutychio vindicato : nunc vero in Bibliotheca Vaticana servatur inter Codices Ecchellenses num. XVI, qui, quum ante annum Christi CMXXXII scriptus fuerit, auctorem octavo in nonum vergente sæculo claruisse, necesse est. Certe eum anno Christi DCCXXV Liturgiam edidisse, observat auctor Catalogi Liturgiarum apud Schultingium loco infra citando. *Ita laudatus Assemanus; etsi autem, Joannem, Darensem episcopum, de quo agit, Commentaria in utramque* Areopagitæ *Hierarchiam scripsisse, verbis jam datis non edicat, in Scriptorum tamen, quæ deinde, nonnullis adhuc præmissis, a Joanne illo contexta, commemorat, Catalogo Commentaria ista seu libros, in cælestem et ecclesiasticam* Areopagitæ *Hierarchiam conscriptos, recenset; ut certe de eodem, de quo Echellensis, Joanne Darensi loquatur, utque proinde memoratus ab eodem Echellensi Joannes Darensis, non seculo quarto, ut ait, sed inter annum* 700 *et* 850 *floruerit, certeque Ephremi, anno* 378 *vita functi, discipulus haud exstiterit, contra ac*
B *Syri hodierni contendunt.*

*Isaacus autem, quem nec absque anachronismo S. Ephremi discipulum*

52 *Anne Isaac, qui Tractatum de Angelis scripsisse sæpeque in hoc* Areopagitam *citasse, ab Echellensi, ut supra docui, memoratur, seculo tertio ad finem vergente floruerit ac S. Ephremi Syri discipulus exstiterit, modo dispiciamus. Tam hoc, quam illud secus habere, anonymus Problematis plus semel jam memorati auctor probaturus, anachronismum ab iis, qui Isaacum illum seculo tertio ad finem vergente floruisse simulque S. Ephremi discipulum fuisse, contendunt, manifesto committi, in antecessum ostendit, sequentem arguens in modum :* Antequam Isaacum in medium proferam, qui est alter quarti seculi scriptor, qui frequenter S. Dionysium Areopagitam citasse dicitur, notandus occurrit anachronismus, qui vim omnem hujusce argumenti elevat. En Cabassutii verba, quibus is adstruitur, « Isaac, sacerdos Syrus, « qui floruit seculo tertio ad finem vergente, « Tractatum elucubraverat de Angelis, in quo « frequenter testimonio Areopagitæ utitur. » Sic loquitur Cabassutius, cum, Abrahamum Ecchellensem de his duobus S. Ephremi di-
C scipulis ad Morinum scripsisse, nos docet. Sed quomodo conciliari possunt hæc duo, Isaac nimirum floruisse tertio seculo ad quartum vergente, et eumdem fuisse S. Ephremi discipulum? Etenim si sub finem tertii seculi vel sub initium quarti floruisset hic S. Ephremi discipulus, paulo ante vel saltem eodem tempore clarere pariter debuisset S. Ephrem ejus præceptor; hoc autem cum chronologia hujusce patris cohærere non potest, quia tunc temporis vix natus erat. Sozomenus refert, ipsum Nisibi natum, vel in ejus viciniis; sed tempus non designat, quo natus sit; probabilius tamen dici potest, ipsum prodiisse in lucem Magni Constantini tempore, qui anno CCCVI æræ Christianæ imperator est factus. Sed quidquid sit de tempore, quo S. Ephrem natus est, illud tamen certum ac indubitatum est, ipsum fuisse S. Jacobi Nisibeni discipulum ad mortem usque hujus S. episcopi, quæ juxta Baronium contigit anno CCCXXXVIII; inverisimile autem est, ipsummet S. Ephremum, qui adolescens tunc erat, et S. Jacobi auditor, discipulos habuisse sub sua disciplina.

*statui posse.*

53 Prætererea S. Ephrem, Edessenæ ecclesiæ diaconus, ad superos abiit anno CCCLXXVIII, die prima Februarii juxta Latinos vel die XXVIII Januarii juxta Græcos; Valens enim imperator, qui mense Augusti ejusdem anni decessit, adhuc in vivis degebat, ut S. Hieronymus animadvertit, cum obiit S. Ephrem; aliunde vero certum exploratumque est, S. Ephremum uno mense vixisse superstitem S. Basilio, qui die prima Januarii anno CCCLXXVIII mortuus refertur. Constat igitur evidentissime, anno CCCLXXVIII ex humanis cessisse S. Ephremum. Porro si Isaac fuit S. Ephremi discipulus et sub finem tertii seculi vixit, cum discipulus magistro ætate præire non possit, debuit saltem S. Ephrem florere eodem tempore; ex quo sequitur, ipsum claruisse in Ecclesia per annos octoginta circiter; quod nemo adhuc asseruit, nec cum iis, quæ supra diximus, potest cohærere. Hic igitur Isaac vel non fuit S. Ephremi discipulus, vel, si fuit, non potuit florere seculo tertio ad quartum vergente. *Porro hisce de anachronismo, qui, si is S. Ephremi statuatur discipulus, committitur, præmissis, nullum in ecclesiastica Historia Isaacum, qui S. Ephremi diaconi potuerit esse discipulus, reperiri, idem auctor contendit.* Ab initio, *inquit,* tertii seculi usque ad finem sexti tres tantummodo extant auctores, qui Isaaci nomen præ se ferunt. Primus est, quem Gennadius in numero eorum scriptorum recenset; qui ante quartum seculum floruerunt; hic autem procul dubio Judæus fuit, cum liber ejus hunc titulum præferat : Fides Isaaci ex Judæo. Secundus *(adi in Catalogo cap.* 66 *Gennadium)* quinto seculo vixit, et sub imperio Leonis et Marciani circa annum CDLIV mortuus est. E

*nec re etiam ipsa extitisse*

54 Tertius ad finem usque sexti seculi vixit, et S. Gregorius Papa de eo meminit in tertio suorum Dialogorum libro. Quemadmodum igitur hic postremus Isaac nimis diu post S. Ephremum vixit, ut possit statui ejus discipulus, discutiendum remanet, uter ex illis eos quatuor characteres præferat ejus Isaaci, de quo controvertitur, videlicet I. An floruerit, sub extremum tertii seculi, vel sub initium quarti. 2 An fuerit natione Syrus. 3 An S. Ephremum præceptorem audierit. 4 An lingua Syriaca scripserit. Isaac porro ille, qui S. Dionysium in Tractatu F de angelis citasse fertur, confundi non potest cum eo, de quo loquitur Gennadius. Primo quia prior ille Isaac Syriace scripsisse fertur, hic vero Græce. Secundo quia prior elucubravit Tractatum de Angelis; hic vero non de Angelis, sed de Trinitate et Incarnatione disseruit, quemadmodum videre est in patre Sirmondo, qui illius Opera ex manuscriptis Pitheensis bibliothecæ extracta publica luce donavit, nihilque asserit de hoc tractatu de angelis, quem Areopagitæ patroni ipsi falso affingunt; quin imo ipsi sancti Dionysii vindices hunc librum nondum in lucem prodiisse fatentur. Volunt tandem, nec Græcos, nec Latinos scriptores, quia Syriacam linguam non satis callebant, hujusce Isaaci, S. Ephremi discipuli umquam meminisse, verum Judæus, de quo est controversia, cognitus fuit a Gennadio, ejusque liber de Trinitate et Incarnatione laudatus legitur, et in bibliotheca Patrum exaratus : Isaac igitur, de quo loquitur Gennadius, alius est ab eo, qui Dionysium Areopagitam citasse creditur.

55 Quod

A 55 Quod spectat ad alterum, qui circa dimi-
*idem dictus auctor anonymus contendit.*
dium quinti seculi decessit, verosimile non est, ipsum, quamvis natione Syrum, fuisse tamen S. Ephremi discipulum, cum inter mortem utriusque anni ferme octoginta intercedant; decessit enim S. Ephrem anno CCCLXXVIII et Isaac anno CDLIV. Hoc autem certum est, hujusce Isaaci, de quo loquimur, libros, quorum catalogum exhibet Trithemius, in Bibliotheca Patrum reperiri, nullamque ibi fieri mentionem alicujus libri de angelis, ab hoc auctore conscripti; quod evidentissime evincit, hunc Isaacum cum eo confundi non posse, qui in suo supposito Tractatu de Angelis S. Dionysii testimonia frequenter usurpet. Tandem Sozomenus, de discipulis S. Ephremi verba faciens, inter illustriores recenset Abbam, Zenobium, Abrahamum, Simeonidem, nihilque habet de Joanne Darensi et Isaac, qui certe ob celebratam eorum doctrinam inter hujusce S. Diaconi auditores primas tenere debuissent. Hæc omnia argumenta simul sumpta possunt cordato cuique fidem facere, hos
B duos scriptores nec quarto vixisse Ecclesiæ seculo, nec umquam sub S. Ephremi, Edesseni diaconi, disciplina fuisse versatos. *Hactenus ille; verum quem tandem exstitisse dicemus Isaacum, qui in conscripto a se atque ab Echellensi lecto Tractatu de Angelis* Dionysium Areopagitam *frequenter laudavit?*

*non alius, quam, qui e tribus homonymis,*
56 *Assemanus supra laudatus Bibliothecæ Orientalis tom.* I, *qui anno* 1719 *prodiit, tres potissimum, quibus nomen Isaac fuerit, recenset. Ac horum quidem, quorum duo priores a Gennadio in Catalogo cap.* 26 *et* 66, *supraque a laudato Problematis auctore anonymo etiam memorantur, primus est Isaac, S. Ephemi discipulus; secundus vero Isaac, presbyter Antiochenus, ab Isaaco jam memorato certo diversus; ac tertius denique, qui et ipse a duobus præcedentibus certo est distinctus, Isaac Ninivita, e monacho episcopus iterumque deinde ex episcopo monachus. Ut quis horum Tractatum de Angelis, in quo sæpius* Areopagitam *laudavit, contexuerit, definire queam facilius, clariusque simul, quæ dicenda sunt, intelligantur, singulorum notitiam ex Assemano præmitto. Bibliothecæ Orientalis tom. proxime cit. pag.* 165 *de primo e jam dictis Isaacis sic scribit*: Isaacum præcipuis S.
C Ephremi discipulis accenset auctor Syrus Vitæ ejusdem in Cod. Nitrien. V. « Plurimos, » inquit, « Ephremus habuit Auditores: insignes tamen præ « cæteris ejus discipuli celebrantur Zenobius, « ecclesiæ Edessenæ diaconus, Isaac, Simeon, « Abraham, et allii, quos consulto prætermitti- « mus. » Ejusdem meminerunt Syri, Arabesque scriptores fere omnes, ut Joannes Maro in Tractatu adversus Nestorianos et Eutychianos: Gregorius Barhebræus, vulgo Abulpharagius, in Histor. Dynastiarum pag. LXXXXI, Georgius Elmacinus Homaidus in Chronico de Theodosio Juniore, et Ebnarrahebus in Chronico Orientali, quod Cl. Abraham Ecchellensis edidit, pag. CDXXXV, licet perperam eumdem cum altero Isaac presbytero Antiocheno confundant, de quo infra sermo erit.

*ab Assemano in Bibliotheca Orientali per verba,*
57 Huic Isaaco locum inter scriptores Syros tribuit laudatus auctor Vitæ sancti Ephremi loco citato; « Porro singuli ex ejus discipulis se- « cundum datam sibi sapientiam Sermones, et « Expositiones, seu Commentaria scripserunt: et « Divino lumine illustrati, multis mortalibus ve- « ritatis lucem et sempiternam salutem attule- « runt. » Ei, si bene conjicio, adscribendum est Opus, quod refert Gennadius in Catalogo cap. 26 in hæc verba: « Isaac scripsit de tribus Per- « sonis sanctissimæ Trinitatis, et Incarnatione « Domini Librum obscurissimæ disputationis et « involuti sermonis: » quem Cl. Jacobus Sirmondus inter « Opuscula veterum Patrum dogma- « tica » edidit Parisiis anno MDCXXX. Nam Isaac alter, quem idem Gennadius cap. LXVI Presbyterum Antiochenum vocat, non Ephræmi discipulus fuit, sed Zenobii, ut infra ostendemus. Quod vero Sirmondus ex Codicis Pithœani fide notavit, Isaacum istum ex Judæo Christianum fuisse, suspicabatur vir doctus aliquod in eo codice vitium. Quandoquidem, si Isaac, Judaïca secta relicta, Christianam fidem amplexus fuisset, id utique Gennadius, ejusque abbreviator Honorius Augustodunensis in Catalogo notassent. De ejus ætate hæc scribit Suffridus Petri Leovardiensis in Notis ad Catalogum Gennadii: « Hic « Isaac neque Trithemio, neque ejus appendici « notus est; floruisse autem videtur circa annum « CDL, quantum ex consequentia Catalogi appa- E « ret. » Imo ex consequentia Catalogi apparet, ipsum floruisse circa annum CCCLXXX. Nam præmittitur Macario Ægyptio et Evagrio Pontico, quorum ætas ad annum CD vix extenditur, saltem Macarii, quem circa annum CCCLXXXX obiisse, infra ostendemus. Certe Sirmondus Isaacum ante annum CD collocat.

AUCTORE C. B.

*quæ hic*
58 Neque obstat, quod idem Isaac apud Gennadium cap. XXVI et apud Sirmondum p. CLI duas in una Christi persona naturas diserte asserit. Nam his etiam vocibus plures Græcos Latinosque patres ante Ephesinæ et Chalcedonensis Synodi tempora usos fuisse, demonstrat Petavius de Incarnat. lib. III cap. VI et VII. *Hæc omnia de primo e tribus dictis Isaacis, qui, contra ac laudatus Problematis auctor æstimavit, S. Ephremi discipulus fuit, Assemanus; de secundo autem ex iisdem tribus Isaacis seu de Isaaco, presbytero Anthiocheno, sequentia in dicto Orientali Bibliotheca pag.* 207 *prodit memoriæ*: Isaac, cognomento Magnus, presbyter Antiochenus, claruit sub Theodosio Juniore, et Marciano imperatoribus medio quinto seculo. Præceptorem habuit Zenobium, S. Ephræmi discipulum, uti ex Joanne Barsusan, Jacobitarum Pa- F triarcha, ad calcem codicis nostri Syriaci IV adnotavit Abraham Mardenus presbyter, cujus verba infra describemus: idque etiam colligitur tum ex ejusdem Isaaci scriptis adversus Nestorianos et Eutychianos; tum præcipue ex carmine illo, quo ruinam Antiochiæ planxit: Nestorius enim anno Christi CDXXIX hæresim suam publicavit; Eutyches vero circa annum CDXXXVIII. Ruina demum Antiochiæ contigit anno CDLIX. Quæ certissima temporis epocha, Isaacum non Ephræmi, ut nonnulli scribunt, sed Zenobii discipulum fuisse, convincit.

*dantur, memoratis,*
59 Nam S. Ephræm ejusdem Zenobii magister decessit juxta Syros anno CCCLXXIII vel anno CCCLXXVIII juxta alios, ut diximus supra pag. LIV, eoque tempore Zenobius ecclesiæ Edessenæ diaconus erat, ut pag. XXXVIII demonstratum est; atque adeo paulo post prædictum annum, hoc est, circa annum CCCLXXXX nostrum Isaacum videtur habuisse auditorem. Hinc diluitur conjectura Naironi, qui in Euoplia par. I pag. XXXXVII Isaacum istum cum altero cognomine Ninivita confundit.

Nam

auctore C. B.

Nam ille quidem episcopus fuit, et post annum D floruit, ut suo loco demonstrabimus : Isaac vero noster paulo post Chalcedonensem Synodum simplex presbyter decessit. *Pagina porro* 210 *Isaacum, de quo hæc scribit, anno* 460 *vita functum esse, ostendit, ac deinde pag.* 445 *de tertii e supra dictis Isaacis, quem e monacho Ninivitarum episcopum iterumque deinde ex episcopo monachum, ac genere Syrum exstisse, e scriptore anonymo in antecessum docuit, ætate ita scribit* : Sed Isaaci ætas clarius demonstratur ex ipsiusmet scriptis, quæ in Bibliotheca nostra exstant. Nam in laudato quidem Cod. Nistriensi xx pag. ccxv Jacobi Sarugensis, quem initio sexti sæculi claruisse supra ostensum est, testimonio ab ipso usurpatur. In Græco autem Ms. Codice cccxci, in quo nonaginta ejusdem Isaaci sermones a Patricio et Abrahamio in sancti Sabæ Laura Monachis e Syriaco in Græcum translati continentur, postremum locum occupat ipsius Isaaci « Epistola ad S. Simeonem Stylitam juniorem, cognomento « Thaumastoritam, « qui ἐν Θαυμαστῷ ὄρει, « in mirabili monte » prope Antiochiam sub
B Justiniano ac Justino juniore, supra columnam sanctissime vivebat, et anno Christi dxciii, die xxvi Maii sub Mauricio imperatore in cœlum evocatus est; ut liquet ex Euagrio Hist. eccl. vi cap. xxiii et ex Nicephoro Magistro in ejusdem Vita cap. ult.

*tertio loco recensetur,*

60 Sexto igitur sæculo ad exitum vergente Isaacum nostrum floruisse, necesse est. Hinc Naironi inprimis sententia rejicienda, qui Euopl. Par. i cap. 2 num. xxii Ninivitam hunc Isaacum cum altero S. Ephræmi discipulo confundit. Lambecii insuper, et Guilielmi Cave conjectura nequaquam admittenda, qui existimant, nostrum Isaacum post abdicatum episcopatum ex eremo in Italiam venisse, et prope Spoletum in Asceterio ab ipso condito vixisse; ac proinde unum eundemque ipsum cum Isaaco faciunt, cujus mores, et miracula S. Gregorius Magnus Dial. lib. iii cap. xiv describens, effatum hujusmodi in ore solitum fuisse habere testatur, « Monachus, qui in « terra possessiones quærit, monachus non est. « Noster enim Isaac ex Mesopotamia non in Italiam, sed in Ægyptum perrexit, ubi in Scetensi eremo
C diem clausit, ut ex laudata ejusdem Vita colligitur. *Atque ita postremi etiam e tribus dictis Isaacis notitiam habemus; anne autem quis ex illis Tractatum de Angelis, in quo* Areopagitam *frequenter laudavit, scripserit, modo dispiciamus. Id sane duos priores, quorum alter anno circiter* 400, *alter vel anno* 459 *vel haud diu, ut apparet, post vivere desiit, non fecisse, vel ex eo liquet, quod Assemanus, Opera abs illis composita recensens, hisce Tractatum de angelis nec annumeret, nec quidquam, unde, ab alterutro lucubrationem ejusmodi fuisse elaboratam, suspicari fas sit, suppeditet.*

*vero simillime est ;*

61 *Adhæc antiquior e duobus dictis Isaacis, quem S. Ephremi discipulum, Syrumque natione exstitisse, supra recitatis verbis docet Assemanus, unum dumtaxat, qui a Gennadio in Catalogo cap.* 26 *memoratur, de Sanctissima Trinitate ac Domini Incarnatione scripsisse refertur librum, nihilque, quod aliarum ab eo scriptarum lucubrationum suspicionem ingerat, occurrit; quod autem ad secundum seu juniorem e dictis duobus Isaacis spectat, Opera quidem ascetica non pauca, ab eo composita, Assemanus Bibliothecæ Orientalis tom.* i, *a pag.* 214 *recen-*
*set; verum non magis hæc inter, quam inter re-* D
*censita (adi num.* 55*) a Trithemio et in Bibliothecam Patrum Lugdunensem illata Isaaci hujus Opera ullum occurrit, quod vel qualemcumque Tractatus de Angelis speciem præferat. Assemanus quidem, Isaacum præterea, de quo hic sermo, Opera polemica elucubrasse, horumque dumtaxat pauca sese habere, loco citato etiam indicat; verum inter polemica Isaaci illius scripta, quæ Assemanus non habuit, quoddam exstitisse, in quo de Angelis Tractaretur, nihil omnino suadet. Restat ergo, ut, num Isaac, cujus notitiam tertio loco ex Assemano supra dedimus, Tractatum de Angelis forsan scripserit, examinemus. Etsi quidem abs hoc lucubrationem hujusmodi fuisse elaboratam, nuspiam Assemanus diserte affirmet, fuisse tamen abs Isaaco illo* Dionysium Areopagitam *de Cælesti Hierarchia laudatum, pag.* 451 *docet, ibidem etiam adjungens, inter primos* Dionysii Areopagitæ *seu hujus Operum laudatores eumdem, de quo nobis hic sermo, Isaacum exstitisse. Adhæc de Isaaco isthoc, quem genere Syrum fuisse, docet, pag.* 446 *ita generatim memorat* : Isaac Ninivi-
ta septem composuit tomos de regimine Spiri- E
tus, de divinis mysteriis, de judiciis et politia; *quid si ergo e septem illis tomis exstiterit unus, in quo de cælesti politia seu Agelis fuerit tractatum, isque idcirco in codice, qui Abrahamo Ecchellensi præluxit,* Tractatus de Angelis *fuerit inscriptus? Res sane omni veritatis specie non caret, fitque adeo partim ex ea, partim ex aliis jam dictis, ut abs Isaaco illo Tractatum de Angelis, quem a sese lectum, Abraham Echellensis (adi num.* 45*) dixit, Syriace fuisse conscriptum, mihi sane verosimillimum evadat.*

*is autem Ephremi, patriarchæ Antiocheni,*

62 *Porro cum Abrahamo Echellensi et Syris, Joannem Darensem et Isaacum, quorum alter commentaria in utramque* Dionysii Areopagitæ *Hierarchiam scripserit, alter Tractatum de Angelis, in quo* Areopagita *laudatur, elucubrarit, S. Ephremi discipulos fuisse, asseverantibus, fides facile omnis deneganda etiam haud sit, anonymus Problematis auctor, jam sæpius laudatus, post verba supra recitata, quisnam esse possit Ephrem, quem Joannes et Isaac præceptorem habuerint, conatur ostendere, sequentem hunc scribens in modum* : Cum Abrahami Ecchellensis auctoritas, qui hos duos auctores *(Joannem Darensem scilicet et Isaacum)* S. Ephremi discipulos, F
Syriaca lingua se legisse testatur, non ita facile rejicienda sit, ut ea, quæ asserit hic auctor in epistola, ad Morinum data, cum iis, quæ saniori Criticæ magis conformia sunt, concilientur, asseri potest non sine aliquo fundamento, hunc Ephrem, de quo loquitur Ecchellensis; non esse sanctissimum illum Edessenæ ecclesiæ diaconum, sed illustrem Ephrem Syrum, qui per varios honoris ac dignitatis gradus sublimem illam comitis Orientis dignitatem adeptus ad patriarchalem tandem Antiochenæ ecclesiæ sedem circa annum dxxvi evectus fuit. Hic igitur S. Antistes, qui, ut notat Photius, doctissimus erat, pluresque libros elucubraverat, tantam celebritatis famam sibi adquisiverat, ut merito conjici possit, plures atque traxisse discipulos, quos inter non sine veritatis specie recenseri possunt et hic auctor, Joannes Darensis appellatus, et Isaac Syrus, qui seculo sexto, ad finem vergente, decessit, quique eo tempore vixit, quo sub hujus S. Patriarchæ disciplina poterat versari.

63 Non

AUCTORE C. B.

## CAPUT IV.

## An S. Cyrillus, et S. Juvenalis, alter Alexandrinus, alter Hierosolymitanus seculo v patriarcha, S. Dionysii Areopagitæ Opera citarint.

*discipulus forsan extitit.*

A 63 Non me latet, eos, qui volunt, hunc Isaac, qui S. Dionysium laudavit, fuisse Græcis Latinisque scriptoribus incognitum, ejusque libros nondum publica luce fuisse donatos, hanc nostram conjuncturam, veluti futilem, contempturos; sed ipsis reponere possumus S. Gregorium Papam hujusce Isaac, qui sexto seculo floruit, meminisse et Trithemium (*scriptoris hujus Isaac a Gregorii Isaaco est diversus*) ipsius texuisse elogium, pluresque eruditos Tractatum de Contemptu mundi, qui in Bibliotheca Patrum legitur, ipsi adjudicasse. Sed hac difficultate omissa, illud certissimum est, quod, si hic Isaac, S. Ephremi, Antiochemi patriarchæ, discipulus adstruatur, ea ratio, quæ ex Joannis Darensis et Isaac testimoniis eruitur, nullius momenti futura sit ad persuadendum, duos extitisse auctores, qui quarto seculo Dionysii Opera pervolutaverit, et quorum unus utramque hujusce Patris Hierarchiam Commentariis illustraverit, alter vero in suo de Angelis Tractatu textus quamplurimos citaverit. Nemo enim non videt, hos duos auctoB res, si hujusmodi libros, quemadmodum testatum facit Ecchellensis, evulgarunt, necessario vixisse post quintum seculum, quo tempore S. Dionysii Opera in plurimorum manibus versabantur, ac proinde non mirabitur, cum vel Joannem Darensem eos Commentariis illustrasse, vel Isaac eos laudasse cognoverit. *Hactenus Problematis auctor; itaque hanc quidem illius conjecturam, jam recitatis verbis propositam, qua, cujusnam Ephremi discipuli Joannes Darensis et Isaacus, Operum Dionysianorum laudatores, fortassis extiterint, adstruit, quantum ad Isaacum minime improbandam, existimo, modo ab Isaaco, per Gregorium Magnum Dial. lib* 3, *cap.* 14 *memorato, de quo illam format, ad Isaacum Ninivitam, tertio loco ex Assemana supra relatum, qui eodem, qua Gregorii Magni Isaac, seculo sexto floruit, Tractatumque de Angelis, ut jam docui, verosimillime scripsit, transferatur; quod autem ad Joannem Darensem spectat, cum hic uti e supra recitatis Assemani verbis liquet, inter annum* 700 *et annum* 850 *floruerit, Ephremi certe, Antiocheni ab anno* 527, *quemadmodum in Chronologica Patriarcharum Antiochenorum Historia, tom.* 4 *Julii apud nos præfixa, videre licet, ad annum usque* 545 *patriarchæ, discipulus esse*
C *non potuit; ut indubie quantum ad Joannem Darensem, quem Syri quidem, at non item Echellensis, contra ac supra anonymus Problematis auctor notat, S. Ephremi discipulum facit, conjectura præfata locum haud habeat.*

*In Collatione Constantinopolitana Severani hæretici,*

*Quo Severiani seu Acephali hæretici, unicam dumtaxat naturam, contra ac concilium Chalcedonense, anno* 451 *celebratum, definierat, in Christo esse, contendentes, in concordiam cum Catholicis, laudati Concilii definitioni adhærentibus, adducerentur, Justinianus imperator hos inter et illos Collationem habendam curavit; quæ, quamvis a Labbeo, Acta illius, ab Innocentio, Maroniæ episcopo, conscripta, tom.* 4 *Conciliorum a col.* 1763 *suppeditante, anno* 533 *ob Justiniani ad* E *Joannem Papam epistolam innectatur, anno tamen* 532, *uti ad hunc annum Pagius in Criticis ostendit, illigari debet. Isti autem Collationi, quæ die altero fuit repetita, interfuerunt episcopi, catholici quidem quinque, videlicet ipsemet, qui id apud Labbeum loco cit. nos docet, Innocentius Maroniæ episcopus, Hypathius, Ephesinæ civitatis archiepiscopus, Joannes Vesinus, Stephanus Seleuciensis, ac Anthimus Trapezuntinus; Severiani vero sex, Sergius nempe Cyri, Thomas Germaniciæ, Philoxenus Dulichii, Petrus Theodosiopoleos, Joannes Constantinæ et Nonnus Ceresinæ. Porro ut, præmissa hac notitia, ad id, quod ad institutum nostrum potissimum spectat, jam veniam, Hypathius episcopus secundo Collationis die cum statim sermo de Chalcedonensi, in quo, quod dixi, fuerat difinitum, concilio fuisset ac institutus, a Severianis, qui id reprehendebant condemnabant, sciscitatus est, quid illud (Adi tom. Conciliorum cit. col.* 1766) *peccasset concilium: Severiani autem, id in eo., quod duas in Christo statuisset naturas, peccasse, responderunt, hancque hujus sui responsi, nonnullis adhuc præmissis, rationem reddiderunt:* Beato... Cyrillo et beato Athanasio, Alexandrinæ civitatis F episcopis, Felice etiam et Julio Romanæ Ecclesiæ, Gregorio quin etiam mirabilium factore et Dionysio Areopagita unam naturam Dei verbi decernentibus post unitionem, hos omnes transgressi illi, post unitionem præsumpserunt duas naturas prædicare.

*Areopagitæ testimonia a Cyrillo in libris adversus Diodorum et Theodorum,*

65 *Adhæc, cum allata pro naturæ Verbi divini unitate Felicis et Julii Romanæ Ecclesiæ, Gregorii item Thaumaturgi et* Dionysii Areopagitæ *testimonia adeo esse falsa; ut ea nec Cyrillus memorare voluisset, Catholici respondissent, Severiani, nonnullis adhuc, quæ brevitatis causa omitto, præmissis, reposuerunt:* Possumus ostendere, quia beatus Cyrillus usus est istis testimoniis in libris, adversus Diodorum et Theodorum editis: *tum autem dixerunt Catholici*: Modo maxime et illos adversus Diodorum et Theodorum libros ambiguos facitis, tamquam fictos, adversus mortuos prolatos dicentes * non poterant refellere falsitatem. Si enim adverus mortuos prolati sunt, multo magis adversus Ne-

* *supple* qui

AUCTORE C. B.

storium et eos, qui contra ejus (*Cyrilli nempe*) capitula scripserunt, proferre habuit eadem testimonia. Sed nunc videtur, quoniam et in illis libris hæretici falsantes addiderunt ea. *Severiani, hoc audito Catholicorum responso, petierunt*: Si ergo ex antiquis Rescriptis et ex archivis Alexandriæ potuerimus utraque ostendere sic habentia, quid estis dicturi? *Catholici autem ad hanc interrogationem reposuerunt*: Si sub temporibus beati Proterii vel Timothei, cognomine salofacioli, ostensa sunt, indubitabilia erunt; quoniam vero jam a multis hi, qui adversantur orthodoxæ duarum naturarum confessioni, illa antiqua apud se retinent, indulgete nobis, si adversarios nostros testes suscipere dubitamus.

*Catholicis id negantibus, fuisse adducta asseruerunt;*

66 Nam et beati Julii famosam illam epistolam manifeste Appollinaris ostendimus fuisse, scriptam ad Dionysium, illam autem, quam sancti Gregorii, mirabilium factoris, dicitis testificationem, suadete Severo et his, qui ea, quæ ille, sapiunt, confiteri, quia incorruptum B carnis ipse decrevit, et tunc vobis credendum est, quoniam et ea, quæ de una natura dicta sunt, ipsius sunt. Quod autem prius dici debuit, hoc ultimo dicimus; illa enim testimonia, quæ vos Dionysii Areopagitæ esse dicitis, unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini? Si enim ejus erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. Quid autem de beato Cyrillo dicto, quando et beatus Athanasius, si pro certo scisset, ejus fuisse, ante omnia in Nicæno concilio de consubstantiali Trinitate eadem testimonia protulisset adversus Arii diversæ substantiæ blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere, quia illius sunt, nescio. *Atque ita, quæ secundo Collationis Constantinopolitanæ die Severianos inter et Catholicos gesta sint, partim modo, prout instituti nostri ratio postulat, ipsismet Innocentii, Maroniæ episcopi, qui Collationi interfuit, verbis jam exposui; cum autem, a S. Cyrillo in libris, quos hic adversus Diodorum et Theodorum scripsit*, Dionysium Areopagitam *fuisse citatum, aut, si mavis, accepta ex hujus Operibus testimonia in medium fuisse adducta, Severiani asseruerint, Catholicique contra negarint, hisne, an illis assentiendum sit, examinare, uti* C *instituti mei ratio exigit, modo aggredior, ita simul, an S. Cyrillus* S. Dionysium Areopagitam *seu hujus libros umquam citarit, discussurus.*

*etsi autem hi, an libri illi Cyrillo*

67 *Cum Catholicis, fuisse umquam a B. Cyrillo vel in ipsis, quas ad Nestorium scripsit, epistolis S. Athanasii, Felicis et Julii Romanorum Pontificum, Gregorii Thaumaturgi et* Dionysii Areopagitæ *testimonia ad naturæ Dei verbi ab humanitate per Verbum, assumpta unitatem probandam adhibita, negantibus, Severiani reposuissent*, Possumus ostendere, quia beatus Cyrillus usus est istis testimoniis in libris adversus Diodorum *(Tharsensem scilicet)* et Theodorum (*Mopsuestenum nimirum)* editis, *Hypathius Catholicorum nomine respondit*, Modo maxime et illos adversus Diodorum et Theodorum libros ambiguos facitis, tamquam fictos: adversus mortuos prolatos dicentes, qui non poterant refellere falsitatem. Si enim adversus mortuos prolati sunt, multo magis contra Nestorium et eos, qui contra capitula ejus *(Cyrilli nempe)* scripserunt, proferre habuerit eadem testimonia. Sed nunc videtur, quoniam et in illis libris hæretici falsantes addiderunt ea. *Severianis itaque, testimonia* Dionysii Areopagitæ *aliorumque a Cyrillo in libris, adversus Diodorum et Theodorum scripsit, fuisse usurpata, asserentibus, duo potissimum Hypathius reposuit; alterum quidem, esse dubium, anne hi S. Cyrillo falso non essent suppositi; alterum vero,* Areopagitæ *aliorumque, quæ in dictis libris Cyrillus allegarit, testimonia ab hæreticis in illos per fraudem fuisse instrusa. Ac primum quidem seu id, quod priori loco Hypathius respondit, haud sat firmum ac solidum videtur.* D

*non essent suppositi, haud recte revocarint in dubium,*

68 *Libri enim, a Cyrillo adversus Diodorum et Theodorum scripti, in Synodo œcumenica quinta, anno 553 Constantinopoli celebrata, Collatione v lecti ac a Patribus pro genuinis Cyrilli Operibus, uti apud Labbeum tom. 5 Conciliorum col. 456 et seqq. videre licet, admissi fuerunt, eosdemque pro talibus etiam Liberatus diaconus in Breviario cap. x, Leontius Byzantinus de Sectis Actione octava et Eulogius Alexandrinus apud Photium in Excerptis habuerunt. Adhæc ratio, ob quam Hypathius in dubium, an libri, quos, veluti a Cyrillo contra Diodorum ac Theodorum scriptos, laudabant, sancto isti Patri non essent falso suppositi, revocavit, nullius omnino ponderis videtur. Quid ni enim Cyrillus* Dionysii Areopagitæ *aliorumque sanctorum Patrum testimonia, quæ in libris seu epistolis contra Nestorium in vivis adhuc existentem scriptis, prætermiserat, in libris aliis, contra Diodorum et Theodorum, e vivis jam sublatos, exaratis, afferre potuerit? Enimvero id ego haud perspicio. Cum enim libris, adversus Diodorum et Theodorum scriptis, epistolæ, ad Nestorium datæ, præcesserint, quid ni factum esse possit, ut Cyrillus, postquam hasce exarasset, memorata, de quibus hic disserimus, sanctorum Patrum testimonia, antea sibi non comperta, invenerit, eaque deinde in libris, quos adversus Diodorum et Theodorum scribebat, allegarit? Quid ni etiam factum esse possit, ut Cyrillo testimoniorum illorum, utut ei apprime notorum, tum quidem, cum adversus Diodorum et Theodorum calamum strinxit, at non item, cum adversus Nestorium scribendo epistolas pugnavit, venerit in mentem? Hypathius itaque nec rei veritate; nec ratione, quam allegavit, spectata, recte in dubium, an libri, adversus Diodorum et Theodorum scripti, Cyrillo non essent suppositi revocavit.* E

*in eosdem tamen Areopagitæ testimonia fuisse intrusa, jure merito,*

69 *Verum an haud merito, num in libros illos* Dionysii Areopagitæ *aliorumque, quos supra laudavimus, sanctorum Patrum testimonia ab Hæreticis per fraudem essent intrusa, dubitavit, dubiumque sibi ea de re animum Severianis significavit? Optimo enimvero jure hæreticorum fraudem ac fallaciam ibidem suspicatum esse Hypathium, mihi apparet. Liberatus quidem supra laudatus in suo causæ Nestorianorum et Eutychianorum Breviario cap.* x *scribit*: Basilius... diaconus, sumens tomum Procli (*Constantinopolitani episcopi)* quem Armeniis scripserat, Alexandriam venit, et Armeniorum libellos suis libellis annectens, obtulit Cyrillo, ejusdem urbis antistiti. Quibus (ut ferunt rumores) permotus Cyrillus quatuor libros scripsit, tres adversus Diodorum et Theodorum, quasi Nestoriani dogmatis auctores, et alium de Incarnatione librum; in quibus continentur antiquorum Patrum testimonia incorrupta, id est, Felicis Papæ Romani, Dionysii Areopagitæ, Corinthiorum episcopi, et Gregorii mirabilis, Θαυματουργοῦ cognominati: *Ita autem Severianis, qui* Dionysii Areopagitæ *aliorumque, quos supra memoravi,* F

A *ravi, sanctorum Patrum testimonia a S. Cyrillo in libris adversus Diodorum et Theodorum allegata fuisse, in Collatione Constantinopolitana Hypathio dixerunt, favere videtur, maxime si e quatuor hisce verbis* Dionysii Areopagitæ, Corinthiorum episcopi, *proxime recitato Liberati textui inclusis, in quibus, cum* S. Dionysius Areopagita *Corinthiorum episcopus haud fuerit, certissime mendum cubat, vox* Areopagitæ *retinenda, vox- que contra* Corinthiorum, *substituta ei voce* Atheniensium, *expungenda sit, ut Lequienus in sua de libris Areopagiticis Opinione contendit.*

*uti hic, quid quid contra ex Liberato*

70 *Audi, qui hic scriptor de hoc argumento ibidem loquatur.* Garnerius, *inquit,* hunc locum *(proxime huc transcriptum Liberati textum)* non sanavit, dempta voce Areopagitæ, acsi Dionysius Corinthi episcopus, qui secundo floruit sæculo, laudatus potius a Cyrillo credi posset. Nam Liberatum hic *(loco scilicet supra cit.)* paucis narrare constat, quid in collatione Constantinopolitana gestum sit cum Severianis; ex cujus proinde Actis Areopagitæ nuncupationem retinendam,
B docemur; hunc vero scriptorem memoriæ lapsu, Corinthiorum episcopum, pro Atheniensium posuisse, quamquam fortasse notariorum error dici debet. Sed ejus textus sic forsan restitui potest: « In quibus continentur antiquorum Pa- « trum incorrupta testimonia, id est, Felicis Papæ « Romani, Julij ad Dionysium, Corinthiorum « episcopum, Dionysii Areopagitæ et Gregorii, « mirabilis cognominati. » Dionysium etenim illum, ad quem Julii Papa data epistola, ferebatur, Corinthi episcopum appellat Leontius Actione VII de Sectis. *Ita Lequienus; rationem autem, cui ea, quæ hic ait, superstruit, unice fere repetit a Liberati succincte et compendio enarrandi, quæ in Constantinopolitana anni* 532 *Collatione gesta sunt, voluntate; verum anne Liberatus, Breviario suo supra recitata verba inserens, re etiam vera compendio exponere, quæ in dicta Collatione Constantinopolitana fuere gesta, sibi habuit propositum? Id mihi haud prorsus certum apparet. Verbis enim, quæ supra jam dedi, sequentia dumtaxat, e quibus id utcumque posset colligi, Liberatus subjungit :* Et licet in eis libris Theodori dicta laudentur contra Arrianos edita, ipsum tamen magistrum Nestorii fuisse contendunt.

C *possit argui ratione non una*

71 Contra quos Catholici, veritatis defensores, sic Acephalis responderunt, libros non esse Cyrilli, quoniam testimoniis, quæ contra mortuos potuisse in eis dicitur, contra viventem Nestorium non est usus neque in synodo, neque in aliquibus epistolis. Unde dicunt, illos nec citasse Cyrillum, nec edidisse libros; *Ita autem compendio, quæcumque in Collatione Constantinopolitana Catholicos inter et Severianos seu Acephalos gesta fuerunt, neutiquam exponi, certe unusquisque, qui, quæ supra de Collatione illa ex Innocentio episcopo retuli, expenderit, haud difficulter agnoscet; verum, utcumque res hæc habeat, nullo equidem modo, quin scripta a laudato Innocentio, Maroniæ episcopo, dictæ Collationis Constantinopolitanæ Acta sibi prælucentia Liberatus habuerit, dubitandum apparet; cum hæc autem, Severianos, in Cyrilli adversus Diodorum et Theodorum libris allegatæ fuisse* Areopagitæ *testimonia, in dicta Collatione Constantinopolitana asseruisse, haud obscure, uti e supra dictis liquet, edoceant, Liberatum, Actis illis impulsum,* Dionysii Areopagitæ *testimonia in præfatis Cyrilli libris contineri, in textu, supra relato, scripsisse, sat verosimile apparet. Verum, cum in libris illis testimonia hujusmodi contineri, Severiani dumtaxat, uti eadem Acta produnt, asseruerint, Catholicique contra id negarint, ut quid illis potius quam his Liberatus fidem adhibuit? Anne forsan ipsosmet Cyrilli adversus Diodorum et Theodorum libros ad manum habuerit, atque in iis* Areopagitæ, *quæ Severiani memorarant, testimonia continere, compererit? Verum, sit ita; fuissentne testimonia illa in dictis libris ab ipsomet Cyrillo adhibita, an contra hæretica manu in hosce intrusa, dubitari poterat, nec alterutrum Liberatus aperte edicit.* Incorrupta *quidem vocat eadem testimonia; verum fieri potest, ut genuinas atque* incorruptas *testificationes seu sententias, ex antiquorum Patrum Scriptis ac imprimis ex Operibus, sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solitis, acceptas, in Cyrilli, qui eas haud adhibuerat, adversus Diodorum et Theodorum libros hæretici intrusissent.*

AUCTORE C. B.

*probatur sunt suspicati,*

72 *Adhæc, etsi etiam, Liberatum, non fuisse libros hosce ab hæreticis corruptos, testimoniaque adeo* Areopagitæ, *quæ continebant, ab ipsomet* E *sancto Cyrillo fuisse profecta, significare voluisse, tantisper daremus, nec hinc, fuisse etiam re vera* Areopagitæ *testimonia a Cyrillo in dictis libris adhibita, sat certum evadet. Cum enim Liberatus centum ut minimum annis Collatione Constantinopolitana sit posterior, non video, cur Liberato potius, qui testimonia illa Cyrillo adscripserit, quam Hypathio, qui in dicta Collatione, Catholicorum nomine loquens, testimonia eadem Cyrilli libris per hæreticos addita fuisse, suspicatus est, sit standum. Imo vero, etsi quidem Hypathius ex eo, quod contra Nestorium, adhuc viventem, testimonia illa non protulisset Cyrillus, non fuisse etiam isthæc postea abs hoc sancto Alexandrino patriarcha in libris, adversus Diodorum et Theodorum scriptis, allegata, haud sat recte, ut jam supra docui, arguerit, ex eo tamen, quod et Apollinaristæ epistolam ad Dionysium, Julii Papæ nomine notatam, Pontifici huic falso supposuissent, scriptamque ab Athanasio ad Epictetum epistolam Nestoriani falsassent, merito sane, an hæretici pariter, qui Cyrilli ad Diodorum et Theodorum libros in potestate sua jam dudum habuerant,* Areopagitæ *aliorumque Pa-* F *trum testimonia, quæ Cyrillus alias, cum maxime id fuisset opportunum, numquam attulerat, libris illis non addidissent, potuit suspicari; id autem cum ita sit, Hypathio potius, qui id ex dictis suspicatus est, quam Liberato, qui Hypathio multo est recentior, standum apparet. Et vero Cyrilli ad Diodorum et Theodorum libros ab hæreticis re ipsa, ut Hypathius suspicatus est, fuisse corruptos, mihi etiam suadent, quæ jam nunc in medium adducam.*

*hicque recitata Anastasii Sinaïte verba*

73 *Anastasius Sinaïta in* Ὁδηγῷ *cap.* 10 *sub finem scribit* : Non abs re fuerit studiosos istud itidem observare hoc loco. Narrabant nobis Catholici, qui Alexandriæ degunt, post tempora beati Eulogii Papæ (Alexandrini) hic fuisse præfectum Augustalem Severianum, qui satis diu quatuordecim calligraphos seu librarios ejusdem secum sententiæ habuerit ac aluerit, quibus id negotii dabat, ut Patrum libros falsarent ac depravarent, maxime S. Cyrilli; in cujus epistolam ad Successum cum incidissemus : dictum illud, « duas in Christo na- « turas dicimus : « nonnullis in Alexandrinis exemplis sincerum ac incorruptum invenimus : sed quædam habebant, « duas naturas unitas dici- « mus. « Alia : « duas naturas considerari dici-

« mu

AUCTORE C. B.

« mus. » Et cum magno in mœrore versaremur, protulit nobis dominus Isidorus Bibliothecæ Patriarchicæ præfectus librum, in qua Cyrilli sententia habebatur incorrupta. Simili nequitia sancti quoque Ambrosii dictum corruperunt : Nam loco ejus « Servemus differentiam divinitatis et car- « nis « posuerunt « differentiam lectionis. « Corruperunt insuper, beati Procli de Christo dictum, quando ait ; « eum absque corruptione « natum esse ; qui per clausas januas absque im- « pedimento ingressus sit ; in quo naturarum « conjunctionem Thomas agnoverit : « loco ἀφθάρτως per ω scripti Gaianitæ dicunt ἄφθαρτος, hoc est, corruptionis expers : et loco affirmativi articuli dicentis : τοῦ τὴν συζυγίαν, « cujus conjunctionem naturarum, hoc est, Christi : ipsi particulam negativam substituunt in hunc modum : οὐ τὴν συζυγίαν, etc. « Thomas non agnovit conjunctio- « nem naturarum, etc. « Sic in illo. « Solvite « templum hoc, et in triduo reædificabo illud : « B nomine templi Christi intelligunt Apostolorum cœtum dispersum, rursusque congregatum. Ubi ore impudentissimo affirmare non erubuerunt, Chalcedonensis Synodi professoribus profuisse duas in Christo hypostases, non autem duas naturas profiteri ; nam natura, inquiunt, plures hypostases indicat.

*ut id ipsum nos suspicari majori jure possimus, efficiunt, estque adeo, an Cyrillus*

74 *Cum itaque in falsandis sanctorum Patrum ac maxime S. Cyrilli scriptis eo, quo hic ab Anastasio Sinaïta narratur, studio laboratum Alexandriæ post S. Eulogii ætatem fuerit, enimvero vel hinc dubitari non immerito potest, an Cyrilli adversus Diodorum et Theodorum libri, intrusis in hosce Apollinaristarum fraude et fallacia* S. Dionysii Areopagitæ *aliorumque, quos supra retuli, sanctorum Patrum testimoniis, falsati non fuerint jam inde etiam a tempore, quod beati Proterii et Timothei Salophacioli, patriarcharum Alexandrinorum, quorum prior anno* 457, *ab hæreticis occisus, martyr occubuit, posterior vero anno* 482, *uti in Chronologica patriarcharum Alexandrinorum Historia, Operis nostri tom.* 5 *Junii præfixa, videre licet, vivere desiit, ætatem proxime excepit. Scio quidem, S. Eulogium, patriarcham Alexandrinum, post cujus ætatem in falsandis sanctorum Patrum ac maxime S. Cyrilli libris laboratum quam maxime Alexandriæ fuisse, Anastasius Sinaïta supra datis verbis narrat, cathedram Alexandrinam, in quam anno demum* 577 *Joanni successerat, anno* 604 C *morte sua vacuam reliquisse, ac proin iis, quæ de Sanctorum Patrum ac maxime Cyrilli libris, Alexandriæ post Eulogii ætatem falsatis Anastasius scribit, Hypathium eique adhærentes Catholicos in Collatione Constantinopolitana, anno* 532 *habita, moveri non potuisse, ut Cyrilli adversus Diodorum et Theodorum libros falsatos esse, suspicarentur. Verum cum inde equidem hæreticorum in falsandis sanctorum Patrum libris fallacia magis ac magis patescat, fit vel hinc, ut nos saltem majori jure, Cyrilli libros, adversus Diodorum ac Theodorum scriptos, etiam ante Collationem Constantinopolitanam ab hæreticis, simili fraude sæpe etiam alias ante hanc usis, corruptos seu falsatos fuisse, suspicari, utque adeo in hosce* Areopagitæ *aliorumque sanctorum Patrum testimonia, Severianorum de una in Christo post Verbi cum natura humana unionem Dei Verbi natura opinioni in speciem faventia, quæ Cyrillus alias, cum maxime id ei opportunum fuisset, numquam allegavit, ab hæreticis Apollinaristis, qui non minus quam Severiani sanctos Patres eorumque dicta in opiniones suas detorquere studuerunt,* D *fuisse intrusa, pro sat verosimili habere possimus, reque etiam ipsa videatur habendum.*

*Areopagitæ Opera laudarit, incertum, non an id fecerit Juvenalis, est certius.*

75 *Jam vero, re ita habente, etsi quidem in libris, adversus Diodorum et Theodorum scriptis, quales Collationis Constantinopolitanæ tempore exstabant,* Dionysii Areopagitæ *testimonia allegata fuisse videantur, anne tamen ea S. Cyrillus adhibuisset ipse, an contra libris, abs illo compositis, per hæreticos fuissent adjecta, dubium admodum atque incertum, omnibus jam consideratis, apparet. Hinc porro jam fit ut pariter, num S. Cyrillus Opera,* Areopagitæ *nomine inscripta, umquam laudarit, dubium admodum sit atque incertum. Quod porro ad S. Juvenalem, patriarcham Hierosolymitanum, jam spectat, in Oratione, quam ad Marchianum et pulcheriam augustos habuerit,* S. Dionysii Areopagitæ *Opera citasse, a Nicephoro Callisto asseritur ; verum cum hæc illius assertio dumtaxat e sublestæ omnino fidei, uti in Commentario, jam datis Sancti nostri Actis præmisso,* § XVII *docui, Historia* E *Euthymiaca primitus promanarit, verene umquam Juvenalis Dionysiana Opera laudarit, dubium pariter esse atque incertum, necesse, est, uti quisque, quantum reor, qui eumdem Commentarium loco cit. attente evolverit, haud difficulter agnoscet. Absit interim, ut per ea, quæ ibidem disserui, vel antiquæ, qua, sanctissimam Virginem Mariam in Palæstina fuisse sepultam, Juvenalis ætate, ut plures memoriæ produnt, credebatur, traditioni præjudicium afferam, vel lectorem, num Juvenalis funebrem ejusdem sanctissimæ Virginis arcam sepulcralesque fascias seu vestes Hierosolymis ad Tarcianum et Pulcheriam augustos Constantinopolim miserit, dubitare faciam. Alio tempore ac loco discutienda hæc erunt ; modo, quæ ad institutum nostrum spectant, examinare cap. seq. pergo.*

## CAPUT V.

### Quandonam primum Dionysiana Opera innotescere cœperint, passimque deinde omnibus nota exstiterint. F

*Dionysiana Opera, de quibus e Nourrio*

Nourrius *in Apparatu ad Bibliothecam maximam Veterum Patrum tom.* I, *in quo de primi et secundi Ecclesiæ seculi scriptoribus tractatur, de Operibus sancti* Dionysii *Dissertatione* X, *cap.* 19 *sic loquitur* : In iis (Areopagitæ *scilicet Scriptis* hæresis contra Incarnationis Christi mysterium non minus aperte, quam omnes contra ejus divinitatem, et unam trium divinarum personarum naturam errores, proscribitur. De incarnato enim Dei Filio variis in locis hæc legimus : « Dei principalis boni- « tas. . . nostrorum omnium vere facta particeps « absque peccato, humilitatique nostræ unita, « salvo proprietatum suarum statu, eoque pror- « sus inconfuso et inviolato. « In alio autem libro : « Verbum divinissimum. . . per inconfusam « humanitatis adsumtionem. « Et in Epistola IV ad Caïum : « Quatenus est Deus et Homo, no- « vam quamdam nobiscum conversando θεανδρι- « κὴν ἐνέργειαν exhibebat. « Quid planius, quid dilicitius

A dilucidius post sparsos Nestorii Eutychetisque errores a quovis auctore umquam scriptum est? Quam ob rem non levi omnino conjectura colligere possumus, scriptorum nostrum maximas cum turbas ab hæreticis Nestorianis et Eutychianis cieri videret; tunc ut utrosque confunderet, ac pro viribus Ecclesiæ Catholicæ partes tueretur, animum ad scribendum appulisse.

*nonnulla hic asseruntur,*

77 Atque ut id ipsi cederet felicius, magnum utique et venerandum Dionysii Areopagitæ nomen scriptis suis præfixit. Ea ergo illius Opera intra annum CCCCXXXI, quo Oecumenica synodus Ephesina adversus Nestorianos, et CCCCLI quo Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est, ab illo profecta esse videntur. Non continuo tamen publicam in lucem producta, et ab omnibus recepta, sed sensim sine sensu ita prodierunt; ut non ante momoratam superius Collocationem Constantinopolitanam anno DXXXIII *(imo anno* 532) in omnium venerint cognitionem. Illud porro in hujusce opinionis confirmationem adduci potest, quod hæc scri-

B pta in his Oecumenicis conciliis a nemine, neque etiam *(Commentarium, Sancti nostri Actis jam præmissum*, § XVII *videsis)* a Juvenale Hierosolymitano, qui inter primos utriusque synodi Patres sedebat, citata reperiantur. Nulla autem hujus silentii causa alia potest adferri; nisi quod Dionysianæ lucubrationes, tunc e tenebris emergentes, vix ulli ante concilium Chalcedonense notæ fuerunt. Porro autem si quæras, cur plura apud auctorem nostrum occurrant, cum his, quæ Gregorius Nazianzenus scripsit, plane similia, non absurde responderi potest, illa ab auctore nostro, qui sæpius et sua ab aliis se accepisse, et aliorum opiniones referre dicit, in usus suos, tacito Gregorii nomine fuisse adsumta, ac stylo reddita suo, et inusitatis loquendi modis.

*ante in ter-ceptum inter annos 451 et 451 spatium, quidquid Pearsonius,*

78 *Ita laudatus auctor; cum autem Dionysiana Opera eo temporis spatio, quod inter annum* 431 *et annum* 451 *intercessit, primum fuisse contexta, adstruat, illique hac in re, uti infra docebo; assentiendum videatur, illa verosimillime, nemini quidem ante dictum temporis spatium, sub annum autem* 450 *paucis dumtaxat adhuc nota exstiterint. Verum Pearsonius supra*

C *laudatus in epistolarum S. Ignatii Vindiciis cap.* 10 *ea scribit, e quibus, si veritati consonent, consectarium fuerit, ut Dionysiana Opera diu ante annum* 431 *seu spatium, quod hunc inter et annum* 451 *intercessit, etiam innotuerint. Nonnullis enim, e quibus certe sub seculum quintum medium nota exstitisse, consequitur, præmissis, ea mox subjungit, quæ, ut eadem Opera multo etiam citius innotuerint, exposcunt. Ac primo quidem,* Dionysium *seu Operum, quæ sub hujus nomine circumferuntur, auctorem SS. Augustino et Hieronymo, quorum prior anno* 430, *posterior anno* 419 *obiit, præluxisse adstruit. Verum, quæ, ut id quantum ad S. Augustinum probet, in medium adducit, nullius prorsus momenti sunt, ut hic ea refellere neutiquam sit necesse; ex eo autem, quod* primus Dionysius novem angelorum ordines et gradus distincte ac definite posuisse *dicatur, totidemque angelorum ordines Hieronymus numerarit, id, quod dixi, quantum ad sanctum hunc Patrem concludit. Verum nihil omnino affert, quod primum omnium. qui novem angelorum ordines distinxerit, exstitisse* Dionysium, *utcumque suadere sit natum. Nec ex eo, quod eamdem de angelorum ordinibus doctrinam* Dionysius *et Hieronymus tradant, huic illum præluxisse, recte intuleris. Hieronymum enim ex eodem, e quo* Dionysius, *sacrarum Scripturarum fonte haurire illam potuisse, quis eat inficias?* Dionysium *etiam potius ex Hieronymo mutuatum non esse, pro certo quis asseveret?*

AUCTORE C B.

*cujus rationes, ipsis etiam verbis partim recitatis.*

79 *Nec id itaque, quod vult Pearsonius, quantum ad S. Hieronymum evincit; verum, unde equidem Dionysiana Opera diu etiam ante epocham, supra a me assignatam, nota exstitissse, consectarium pariter foret, scriptor idem ex eo, quod nonnulla simillima iis, quæ in Dionysianis Operibus leguntur, apud Gregorium Nazianzenum inveniantur, quamplurima sanctum hunc Patrem e* Dionysii *Operibus mutuatum esse, vehementissime contendit. Audi, qui ad quæstionem, qua, an* Dionysius *e Gregorio Nazianzeno, an contra hic ex illo (alterum enim ex altero sua partim accepisse, verosimillimum apparet) non pauca mutuatus sit, rogatur, supra respondeat.* Ego quidem, *inquit,* Dionysium a Gregorio minime mutuatum esse, credo; quia scriptor ille ab aliis omnibus ecclesiasticis scriptoribus E plane diversus est, et sui tantum similis. Omnia ferme ad neotericam Platonistarum scholam conformavit, et a verbis et a notionibus sanctorum Patrum maxime abhorruit. Quisquis totam Operis ejus compagem, admirandam sententiarum ex Philosophia petitarum rotunditatem, et verborum in eadem incude formatorum perpetuam scaturiginem observat, nunquam ex Gregorio aut alio quocunque Christiano eum sua hausisse, autumabit. Qui autem Nazianzeni orationes, omnibus nativæ Rhetoricæ coloribus depictas, et optimo dicendi genere præcipue triumphantes legerit, quotios ab obscuriora quædam et magis philosophica deflectit, facile eum aliunde notiones eas derivasse et quam potuit, lucidissime tradidisse, fatebitur. *Ita scriptor laudatus; verum ad hoc ejus argumentum cum Nourrio (adi proxime recitata hujus verba) respondeo, factum facile esse posse, ut similia omnia, quæ apud* Dionysium *et apud Gregorium Nazianzenum inveniuntur, a* Dionysio, *qui sæpius et sua ab aliis se accepisse et aliorum opiniones referre dicit, in usus suos e Gregorio, tacito hujus nomine, fuerint assumpta, stylo interim concinno ac optimo, quo conscripta erant, in stylum prorsus novum* F *atque inusitatum mutato.*

*hic recensentur,*

80 *Atque hoc quidem responso relatum Pearsonii argumentum omnino, ut mihi equidem apparet, elevatur. At vero instat Pearsonius, nonnullisque, quæ, quod ad rem minus faciant, omitto, præmissis,* Dionysium, *seu Operum, hujus nomine inscriptorum, auctorem, indubie per illum, quem in supra relato Isaïæ de Seraphinis textu explanando pulcherrime ac subtillissime, seu, ut alii verterent, sublimissime philosophatum esse, Gregorius Nazianzenus loco cit. ait, debere intelligi, contendit; hac autem in re assentiendum ei si sit, Dionysiana Opera diu etiam, contra ac supra statui, ante temporis spatium, quod inter annum* 431 *et annum* 451 *intercessit, nota fuisse, fateamur, necesse est; verum etsi quidem, Gregorium Nazianzenum loco supra cit. ad Athanasium, veluti qui de memorato Isaïæ textu pulcherrime ac subtilissime philosophatus fuisset, non respexisse, jam supra cum Pearsonio, utut scriptores alii ac nominatim Nicetas aliique Nazianzeni Commentatores Græci contrarium contendant, cap.*

*secundo*

AUCTORE C. B.

*secundo statuerim, anne tamen Gregorius ad* Dionysium *respexerit, dubium esse admodum atque incertum, reque etiam ipsa Sanctum nostrum a Gregorio forlassis non fuisse laudatum, pronuntiavi; ut autem, quam merito id fecerim, magisque simul, an Gregorius non ad alium, quam ad* Dionysium, *respexerit, dubium evadat, argumentum haud prorsus ineptum hic succurrit. Nazianzenus oratione* 34 *sub finem, diversos angelorum ordines enumerans, Seraphim hisce et Cherubim non accenset, vel certe a Thronis hosce non discernit; hoc autem, Hierarchiæ cælestis librum ei non præluxisse, argumento est.*

*at repelluntur incontrarium arguat, innotuisse*

81 *Cum enim in hac et angelorum ordinibus Seraphim ac Cherubim* Dionysius *accenseat, et simul hosce a Thronis luculentissime secernat, futurum fuisse non videtur, ut Nazianzenus, si laudatum Hierarchiæ cælestis librum præ oculis habuisset, a* Dionysio *seu lucubrationis illius auctore, quem pulcherrime ac subtilissime philosophatum, dixisset, in recensendis angelorum Ordinibus dissensisset. Jam vero, cum res ita habeat, cælestisque adeo Hierarchia Nazianzeno* B *præluxisse haud videatur, enimvero vel hinc, an alios* Dionysii *libros, ac eum nominatim, quem de Divinis Hymnis scripserit, quemque si umquam exstitit, modo amplius haud inveniri, jam monui, sibi prælucentes idem sanctus Pater habuerit, ac ob eum dicti de Hymnis libri locum, quo Seraphinorum, apud Isaïam cap.* 6 *Deum laudantium, voces* Dionysius *(supra num.* 32 *dicta videsis) explicuit, Sanctum hunc nostrum per illum, quem pulcherrime ac subtilissime philosophatum, loco supra cit. ait, intellexerit, magis adhuc dubium atque incertum evadit; ut proinde, jam inde a seculo* IV *atque adeo ante epocham, supra a nobis præstitutam, nota fuisse, quæ sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, Opera, e Gregorio Nazianzeno certum Pearsonius neutiquam efficiat. Verum, inquies, quandonam tandem citra ullam controversiam Opera illa innotescere cœperunt? Ut id melius determinare queam, quandonam in hæc scripserit, Joannes Scythopolitanus Scholia, juverit in antecessum edocuisse.*

*uti qua hic de Joanne scythopolitano*

82 *Bernardus de Rubeis supra plus semel jam laudatus in Dissertatione, Venetæ Operum Dionysianorum anni* 1756 *editioni præmissa, cap.* 3 *de Joanne Scytopolitano Scholiisque ab* C *eo in Opera Areopagitica contextis, non pauca præfatus, num.* 5 *quis is fuerit simulque quo tempore floruerit, inquirit, itaque hunc in finem scribit :* Ad auctorem, Joannem Scythopolitanum redeo, de quo satis nondum innotescit, quis ille fuerit. Ac ingerunt sane difficultatem tum Anastasii bibliothecarii, tum Photii... verba. Joannem Scytopolitanum, Scholiorum auctorem, vocat episcopum ille; de Joanne Scythopolilano agit iste, quem modo Scholasticum appellat, modo causidicum, nulla ingesta episcopalis dignitatis mentione. Nihilominus Photius ipse Joannem Scythopolitanum memorat antistitem codice CCXXXVI; ubi refert Synodicam epistolam Sophronii Hierosolymitæ, contra Monothelitas anno DCXXXV scriptam, in qua memoratur « Beatus Joannes antistes Scythopo- « litanus, qui docet, et pie de Synodo Chalcedo- « nensi scripsit. » Quo vero is floruerit tempore? Inter episcopos Scythopolitanos in patriarchatu Jerosolymitano Joannem probabiliter circa annum CDLXXXXVI collocat Lequienus in Oriente Christiano tom. III.

*asseruntur*

83 Res ita se habeat; dubium manet adhuc, num his confecerit Scholia in Dionysium. Favet episcopalis dignitas, ipsorum auctori tributa ab Anastasio bibliothecario; at sumptæ ex Photio difficultates negotium ingerunt haud ita leve. Laudatus Lequienus in Dissertatione Damascenica 2 tribuere prædicta Scholia videtur Joanni Scythopolitano, lacessito a Basilio Cilice, et ipsum Scriptis suis lacescenti; sed hunc a Joanne, Scythopoleos episcopo, distinguit in Oriente Christiano. Quid ni Anastasius Bibliothecarius et Photius consiliari queant, si dixerimus, Joannem Scythopolitanum, antea Scholasticum et causidicum, virum clarissimum ob Scripta, in desertores Ecclesiæ et in Basilium Cilicem elucubrata, infulas postea obtinuisse ecclesiæ Scythopolitanæ? Tempora conveniunt. Joannem suæ præfuisse ecclesiæ ad annum circiter DXVIII adnotat Lequienus, quo moderandam adsumpserat eam Theodosius, epistolæ Synodicæ, quam Joannes Hierosolymitanus contra Severum Antiochenum edit, subscriptus anno DXVIII, Θεοδόσιος ἐπίσκοπος τῆς E Σκυθοπολιτῶν. Hunc vero ad annum pervenire sine dubio potuit Joannes Scythopolitanus Scholasticus aut causidicus, qui jam anno CDLXXI circiter rogatus a Juliano patriarcha Antiocheno calamum strinxerat adversum Ecclesiæ desertores, ac Basilium Cilicem postea insequutus est. Dignissima est animadversione alia chronologica nota, quam offert Adnotatio superius allata num. 2 in caput VII de Ecclesiastica Hierarchia, ubi nunc prodiisse dicuntur fabularum Origenis sectatores in Palæstina.

*aliaque suadent, non videntur, passimque omnibus post annum 532 nota exstitere*

84 Nempe magni motus in monasteriis Palæstinæ anno DXXXI pro dogmatibus Origenis exciti; sed jam antea incepti, Nonno monacho incentore, qui propterea ante annum DXVIII ejectus monasterio, ut iterum restitueretur, egit eodem anno cum Joanne, qui Eliæ, patriarchæ Jerosolymitano, suffectus fuerat. Hæc latiore sermone narrant Norisius de Synodo quinta capite I, et Pagius ad annum DXXXII, num. III. Hoc igitur tempore verissime Scholiorum auctor adnotare potuit, « Nunc « prodiisse fabularum Origenis sectatores; quod « utique tempus maxime convenit Joanni, egre- « gio scriptori contra Basilium Cilicem et Ec- « clesiæ desertores, ac Scythopolitano episco- » po. « *Joannes itaque, Operum Dionysianorum Scholiastes, seu is interim cum Joanne, Scytho-* F *politano episcopo, unus idemque sit, seu abs illo diversus, sua in* Dionysium Areopagitam *Scholia sub seculi sexti initium verosimillime scripserit; scriptor autem, qui* Operum Dionysianorum *certo meminerit, Joanne Scythopolitano antiquior, uti ex iis, quæ capp. prægressis disserui, colligere fas est, non invenitur. Andreas quidem, Cæsareensis episcopus, et Proclus, Atheniensis philosophus, Dionysiana etiam Opera seu laudasse seu adhibuisse asseruntur; verum Andreas libros, in quibus id fecit, sub annum* 500 *dumtaxat edidit, fuitque proinde Joanni Scythopolitano dumtaxat æqualis; quod autem ad Proclum spectat, Suidas et Pachymeres, adhibuisse hunc Dionysiana Opera, certum haud faciunt. Jam vero, cum res ita habeat, ex omnibus jam dictis consectarium est, ut Opera Dionysiana nulli quidem certo ante temporis spatium, inter annos* 431 *et* 451 *interceptum, innotuerint; seculo autem quinto senescente, cum paucis dumtaxat nota paulo antea fuissent, innotescere paulatim*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *latim magis ac magis inceperint. Atque ita quandonam primum cœperunt esse nota, jam edocui; ut autem alterum, quod hic pariter edocere statui, modo etiam edoceam, laudata Dionysiana Opera, quæ post seculum quintum medium magis magisque e jam dictis temporis lapsu innotuerunt, post annum* 532, *quo in collatione Constantinopolitana tunc habita a Severianis fuerunt laudata, nota omnibus passim exstitere, uti e conciliis et patribus passim obviis, a quibus post illud tempus reperiuntur citata, manifestum evadit; ut id pluribus probare, necessum haud sit.*

## CAPUT VI.

### Quid, ut Opera Dionysiana Areopagitæ abjudicentur, diuturnum, quo a nullo laudata, omnibus-
B que incognita fuerunt, quatuor primorum Ecclesiæ seculorum spatium valeat.

*Cum Opera Dianysiana si Areopagitam habuissent auctorem,*

*Opera, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomen præferunt, quatuor primis æræ Christianæ seculis, ac fortassis etiam usque ad seculum fere quintum medium omnibus prorsus fuisse incognita, nedum ab ullo laudata, vel ex eo liquet, quod e scriptoribus, qui Opera,* Dionysii *nomine inscripta, tunc laudasse ab Areopagiticis dicuntur quique an id fecerunt, §§ prægressis jam examinavi, nullus omnino isthæc certo laudarit cognitave habuerit, uti quisque ex iis, quæ de hoc argumento jam disserui, haud difficulter colliget. Verum si Opera illa jam inde a seculo æræ Christianæ primo per* Dionysium Areopagitam *fuissent contexta, futurum fuisse, quis credat, ut tamdiu mansissent occultata, nec ab ullis scriptoribus ecclesiasticis ad quintum usque seculum sub* Areopagitæ *nomine fuissent laudata? Qui factum, ut illorum nec Eusebius, nec Hieronymus, scriptoC res, qui ante se floruerant, recensentes, mentionem uspiam fecerint? Audi, qui Nourrius in Opere hujusque tomo supra citt., dissertatione* 10, *cap.* 6 *negativum hoc argumentum, ab Eusebii potissimum et Hieronymi silentio petitum, proponat, simulque rationes, quibus id diluere Areopagitici nituntur, convellat.* Dicunt..... *(Antiareopagitici scilicet, ut ait)* scripta Dionysii, quamvis omnibus aliis scriptoribus fuissent incognita; non potuisse tamen summum Eusebii, qui tot bibliothecarum et ecclesiarum, maximeque Atheniensis, ubi summa cura adservari debebant, scrinia perlustraverat, et qui in inquirendis antiquiorum Operibus nulli pepercerat labori, diligentiam fugere. Atqui omnia auctoris nostri scripta Eusebio nota non fuisse, inde patet, quod eorum nullibi umquam mentionem fecerit.

*silentio nec ab Eusebio,*

86 Baronius et scientia et purpura eminentissimus aperte negat, scripta Dionysii Eusebio fuisse penitus incomperta. Cur autem de iis Eusebius tacuerit, si ab eo quæsieris, respondet, illum vafri versutique animi scriptorem, cum Arianam hæresim, cui favebat, his libris destrui videret, eos doloso frudulentoque silentio prætermisisse. Verum hæc doctissimi viri responsio Halloixio, Areopagiticorum acerrimo defensori, ita displicuit; ut eam non sine fastidio his verbis explodat: „ Nam quod aliqui „ dicunt, eum id fraude fecisset, convicium pu- „ to. Quid enim ibi tam clarum pro Christi æter- „ na divinitate, quod non multo clarius in Scri- „ pturis sacris contentum sit?... Nec *(Catholici)* „ beatum Irenæum, Filii cum Patre æternam coexi- „ stentiam clarissime professum, citaverunt. „ His autem addi potest, honorificam non solum Irenæi, sed etiam Clementis Alexandrini, aliorumque plurimorum, quos Arianæ hæresi plane contrarios esse, suo loco ostendemus, apud Eusebium fieri mentionem. Quapropter contendunt alii, ex illo Eusebii de Dionysii Operibus silentio nihil certi colligi posse; quandoquidem ille plures alios Scriptores, et scriptis et doctrina celeberrimos, atque in primis Athenagoram, qui eximiam Christianæ Religionis Apologiam, et de mortuorum resurrectione librum ediderat, tacitus prætermisit. Quod E si dixeris, scripta Dionysii et auctoris nomine, et suo numero, ac ipsis, quæ tractantur, argumentis longe cæteris omnibus sæpius transcribi debuisse, variisque in locis multiplicari; responsum confestim accipies, Athenagoræ libros, tametsi forsitan breviores, qui a Christianis tamen describerentur et multiplicarentur, non minus dignos videri. Verum opponunt Antiareopagitici, quædam in scriptis Dionysii occurrere, nimirum de sacris Scripturarum libris, de solis, moriente Christo, defectione, de obdormitione B. Mariæ Virginis, aliaque bene multa, quæ, si in Eusebii notitiam venissent, ab eo numquam prætermitti potuerunt.

AUCTORE C. B.

*nec ab Hieronymo prætereunda fuisse videantur,*

87 Idem nonnulli ex Hieronymi, præsertim in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, silentio argumentum eliciunt. Inde enim concludunt, Dionysii nostri lucubrationes ipsi incognitas fuisse, nec ante ejus tempora divulgatas. Quasi vero, inquiunt Areopagitici, alia non fuerit Hieronymiani silentii ratio? De iis enim tantum scriptoribus, quos Eusebius commemoravit, disputare constituerat. Sed id certis rationum firmamentis ab ipsis erat muniendum. Aliam quippe mentem sibi fuisse, idem ipse Hieronymus aperte testatur, dum ingens inter se F et eos, qui de scriptoribus prophanis catalogos ediderunt, discrimen intercedere his verbis significat: „ Illi Veteres, historias annalesque repli- „ cantes, posuerunt quasi de ingenti prato non „ parvam Opusculi sui coronam texere. Ego „ quid acturus sum, qui, nullum prævium se- „ quens, pessimum, ut dicitur, magistrum me- „ metipsum habeo: quamquam Eusebius Pam- „ phili in decem Ecclesiasticæ Historiæ libris ma- „ ximo nobis adjumento fuerit. „ Ibi enim non obscure declarat, se nullum prævium magistrum habuisse, atque Eusebium ipsi tantum maximo fuisse adjumento. Et re quidem vera, sanctus ille Doctor quorumdam auctorum meminit, quorum nulla exstat apud Eusebium commemoratio, *Ita scriptor laudatus; mox autem in medium adducit argumentum, quo Areopagitici contendunt, ex Hieronymi de Operibus Dionysianis silentio recte contra hæc ab Antiareopagiticis quibusdam, eadem Opera S. Hieronymo nota fuisse, adstruentibus, arguinon posse. Verum, cum Dionysiana Opera S. Hieronymo haud innotuisse,*

*supra*

auctore C. B.

*supra docuerimus, dicta Areopagiticorum objectio minime nos ferit, integramque proinde vim suam retinet argumentum negatitum, quo, quod Opera Dionysiana quatuor primis æræ Christianæ seculis penitus delituisse, ab Eusebio, Hieronymo aut aliis laudata fuisse videantur, nondum illa tunc in rerum natura exstitisse, ac proin* Dionysium Areopagitam *haud habere auctorem, arguimus.*

*rationesque, ob quas quatuor primis seculis fuerint occultata,*

88 *Anonymus Problematis supra laudati auctor rationes, ob quas primis Ecclesiæ seculis Dionysiana Opera delituisse, Areopagitici contendunt, sequentem hunc part.* 1, *proposit.* 1, *art.* 1 *proponit in modum:* Cum S. Dionysius Areopagita ad preces S. Timothei libros suos elucubraverit, ipsique in eorum singulis commendarit, ne iis, qui Christianis mysteriis nondum essent initiati, communicaret, quippe qui vel eos despexissent, vel ex malitia eorum doctrinam adulterassent, verisimile est, hunc S. Antistitem, ut Dionysii voluntati morem gereret, magno studio hoc sacrum depositum occultum servasse, nec aliis manifestasse nisi paucis egre-
B giis viris, qui possent et excellentiam Areopagiticorum Operum cognoscere, iisque sanctissime uti. Pachymeres aliam subdit rationem. Athenienses nimirum Philosophos, inter quos Proclum, Dionysii Opera sibi tanquam legitimis parentibus vindicare volentes, aut saltem eorum doctrinam ac sententias sine plagii nota exscribere pro arbitrio cupientes, publicæ luci subtraxisse, magnaque cura eos secretos et occultos habuisse. Alii vero auctores testantur, veteres Hæreticos per plura secula eos occultasse, usque dum a Petro quodam Romano ex Vaticana Bibliotheca primum eruti, et in Græciam translati, ibi primum innotescere cœperunt. Non desunt etiam qui putent, eos in quorumdam manus incidisse, qui, cum eorum intelligentiam assequi non possent, nec pretium nosse thesauri, quem possidebant, eos tamdiu repositos habuisse, donec S. Gregorii tempore reperti fuerunt. Tandem nonnulli eruditi contendunt, S. Dionysium Catholicos fuisse adhortatum, ne hos libros, quorum intelligentia vulgares humani ingenii vires excedebat, nonnisi viris scientia et probitate commendatissimis communicarent, quibus sensim deficientibus nullus
C amplius superfuit, cui possent committi. Et hoc in causa esse dicunt hujusmodi auctores, cur S. Hieronymus in suo Ecclesiasticorum scriptorum Catalogo Dionysium non recensuerit; incongruum judicans, eos libros, qui tot tantaque mysteria complectebantur, in publicam lucem proferre:

*rationibus aliis,*

89 *Ita ille; verum e fine, quem Dionysianorum Operum auctor sibi proposuit, libros illos occultari non debuisse, apparet. Audi, qui ad id probandum idem auctor anonymus loco supra cit. art.* 2 *ratiocinetur.* Primo, *inquit,* si S. Dionysius stylo adeo sublimi suos libros elucubravit, si verbis et sententiis usus est a communi consuetudine adeo remotis, non alio sane scopo id fecisse credendus est, quam ut Ethnicos Philosophos, qui eloquentem Euangelii simplicitatem subsannabant, instrueret, iisque planum faceret, ea mysteria, quæ in sacris Euangeliis nobis reserantur, argumenta esse versando acuendoque ingenio et ostentandæ eloquentiæ aptiora, quam ea: de quibus ipsi in prophanis suis libris disceptare solebant. Quo quidem agendi modo gentiles philosophos veluti adigebat, ut, prophanis novitatibus explosis, solis Euangelicis veritatibus D
contemplandis animum adjungerent. Sed quomodo gentilium sapientes hoc sancto concilio, quod in suis libris elucubrandis sibi proposuerat Dionysius, uti potuissent, si verum est, quod articulo superiore vidimus, Areopagitam nimirum tantopere commendasse Timotheo, ne aliis quam solis Ecclesiæ prælatis eos communicaret? Secundo S. Maximus in Prologo in Dionysii libros animadvertit, Timotheum, argumentorum vi ab Ephesinis philosophis exagitatum, obstrinxisse Dionysium, qui ethnicæ philosophiæ secreta omnia rimatus erat, ut libros aliquos conscriberet, ex quibus tela erui possent ad retundendos eorum impetus, eosque superandos.

*quæ eadem tamdiu non debuisse*

90 Porro si res ita se habet, inverisimile omnino est, eos tamdiu potuisse celari, quin imo pro certo habendum est, Timotheum ipsum eos in apertum protulisse, ut per eos, veluti per faces quasdam, hujusce seculi sapientes illustrarentur et erudirentur, et, cognita nostrorum mysteriorum excellentia, ad Christianam fidem attraherentur. Præterea non solus Timotheus fuit a gentilibus lacessitus, nec ipsi soli cum E
ethnicis philosophis decertandum fuit, sed ceteris etiam episcopis, aliisque, quibus erudiendæ plebis munus erat impositum, frequentes procul dubio cum paganis concertationes erant ineundæ, sive ut eos ad Catholicam religionem pertraherent, eorum errores evertendo, sive ut eos in fide confirmarent, eorum dubia declarando. Opus igitur erat, ut S. Dionysii libri, qui doctrinam ad hos usus adeo accommodam continebant, inter manus sacrorum antistitum, eorumque, qui ad cathechizandum præcipue delecti erant, assidue versarentur; quod sane argumento nobis esse debet, hos libros fuisse tunc temporis omnibus vulgatos, et eorumdem exemplaria maxime multiplicata. Et revera, quis sibi unquam in animum inducere potest tot viros erudiendis populis destinatos, totque tamque variis locis dispersos, uno solo, et eodem exemplari uti potuisse? Præterquam quod ultra autographum, quod S. S. Dionysius Timotheo miserat ad solvenda ac enodanda Ephesiorum sophismata, et alia exemplaria in hac urbe descripta, quamplura alia Athenis extitisse, non sine ratione existimandum est, non solum penes S. Dionysium, aliosque F
Atheniensis ecclesiæ ministros, qui eorum intelligentiam assequi poterant, sed etiam ipsos ethnicos philosophos, quos Areopagiticis libris usos fuisse, et falso nomine eos sibi vendicasse, ex Pachymere aliisque apologistis supra jam vidimus.

*occultari ostendunt,*

91 Si unquam occasio occurrit evulgandi alicujus ecclesiastici libri, tunc certe urget, cum religionis hostes eo abutuntur, aut eumdem falso sibi arrogant. Quodnam igitur medium accommodatius ac tutius ad confundendos hos philosophos suppetere poterat, quam plura horum librorum exemplaria describere, et verum germanumque horum parentem demonstrare? Id sane erat impudentissimum os ipsis ethnicis obstruere, eosque publice tanquam puros putidosque plagiarios traducere; id erat propugnare Christianæ religionis dogmata his libris adserta ac firmata, iisque omnibus occurrere incommodis, quæ hos libros supprimendo publicæque cognitioni subtrahendo nullatenus poterant evitari. Cum hæretici, aliique perditi homines divinis

A divinis Scripturis aut Ecclesiasticorum Scriptorum lucubrationibus abusi sunt, tantum abest, ut Catholici illius temporis eos libros suppresserint et occultarint; ut contra eo majori studio, majorique conatu eorumdem librorum exemplaria multiplicare, et in vulgus spargere consueverint, quo magis ea vel adulterare vel falsis nominibus ementiri hæretici adnitebantur; quod quidem pluribus exemplis ex ecclesiastica Historia depromptis demonstrari facile posset. Præterea Apostoli numquid a canonicis libris evulgandis deterreri debuerunt, quia Basilides, Valentinus, Gnostici, Ebionitæ, Gajanitæ aliique quamplures hujusce furfuris homines sacros libros aut adulterabant aut sub Apostolorum nomine falsos supponebant? Hæc certe œconomia divo Lucæ non arrisit, qui non aliam ob causam suum edidit Euangelium, nisi ut fideles a lectione falsorum Euangeliorum, quæ suo tempore ab hæreticis vulgabantur, averteret et Pseudo-Apostolos, qui S. Paulo reluctabant, reprimeret ac retunderet. Dilectus pariter Christi discipulus non alia de causa ab Asiæ episcopis et Christianis rogatus
B fuit, ut suum Euangelium evulgaret, nisi ut invalescentes tunc temporis Cerinthi et Ebionis errores genuinis ejusdem testimoniis possent profligari.

*in medium hic adductis,*

92 Quoad ultimum tandem nemo unquam sibi in animum inducere poterit, Areopagiticos libros ideo primis Ecclesiæ seculis fuisse incognitos, quod nemo esset tanta mentis acie præditus, qui eorumdem intelligentiam assequi posset, cum certum sit, extitisse tunc temporis tot eruditissimos antistites, totque sanctissimos Christi Domini sacerdotes gravioribus non solum Christianæ religionis mysteriis enucleandis, sed sacris etiam Scripturis interpretandis ac exponendis idoneos, quarum doctrina utpote longe sublimior ea, quæ Dionysii libris continetur, vividiorem etiam exigit mentis aciem sublimioremque cognitionem. Nemo certe poterit sibi persuadere tot mysteria divinis libris comprehensa tot Christi ministris fuisse revelata et aperta et Dionysianos libros hac sola ratione occultos fuisse ac incognitos, quia nemo esset tanta mentis acie præditus, qui posset eorumdem mysteria percipere. Hæc sane tam infirma ratio cordatum neminem movere debet, ut S. Dionysii Opera primis Eccle-
C siæ seculis adeo rara parumque cognita fuisse credat, quemadmodum Apologistæ contendunt. *Hactenus laudatus scriptor anonymus ac rationibus quidem, quas affert, rationes aliæ, ob quas Areopagitici quatuor primis æræ Christianæ seculis Dionysiana Opera mansisse abscondita contendunt, omnino eliduntur; verum cum equidem ex iis, quæ lib. de Hierarchia Ecclesiastica cap.* 1, *lib. de Divinis Nominibus cap. item* 1, *et lib. denique de Mystica Theologia cap. iterum* 1 *leguntur,* Dionysius Areopagita *seu is, qui hujus sibi nomen imposuit, Timotheo commandasse, ne sublimem, quam tradebat, doctrinam cum rudibus, iisque, qui fidei nostræ mysteriis initiati non essent, communicaret, haud prorsus immerito queat videri, responderi insuper potest,* Dionysium *non inhibuisse, ne, quæ ad Timotheum scribebat, cum doctis, qui fidem Christianam essent amplexi, hominibus communicarentur; tales autem cum Timothei etiam ætate non paucos exstitisse, indubitatum appareat, non fuit sane, cur ex eo, quod* Dionysius *Opera sua a Timotheo cum rudibus atque a fide alienis communicari nolue-*

*rit, quatuor primis æræ Christianæ seculis hæc delitescere omnibusque manere incognita debuerint.*

*auctore C. B.*

93 *Nec quod dicunt de Proclo, Atheniensi philosopho, qui Dionysiana Opera occultarit, quidquam ad rem facit, cum Proclus demum sub seculum quintum medium floruerit; quod autem de rudibus, qui, cum Dionysiana Opera essent adepti, ea, utpote a se non intellecta, neglexerint tenebrisque obsita reliquerint, etiam aiunt, nihilo plus valet, cum, futurum fuisse, ut Operum Dionysianorum, haud dudum postquam fuissent conscripta, plura exemplaria fuissent confecta, rationes a scriptore anonymo proxime adductæ verosimillimum ac prope indubitatum efficiant, hæcque omnia in rudium, qui Opera illa æstimare nesciissent, manus fuisse ventura, parum admodum credibile appareat. Hæc iis, quæ proxime recitatis scriptoris anonymi verbis continentur, adjunge, nec dubito, quin fassurus tandem sis, non fuisse, cur quatuor primis æræ Christianæ seculis Opera,* Dionysii Areopagitæ *nomine inscripta, debuissent abscondi. Jam vero, cum res ita habeat, qui factum, ut si jam inde a seculo æræ Christianæ primo fuerunt conscripta, ad seculum usque quintum delituerint, tumque* E *demum e tenebris prodierint in lucem? Dici quidem potest, librum, qui* de Mortibus persecutorum *inscribitur, per secula longe plura delituisse ac seculo demum proxime præterito prodiisse in lucem; verum liber ille vel Lucio Cæcilio Firmiano Lactantio cum Baluzio, qui primus eum luce publica donavit, adscribendus est, vel Lucium Cæcilium, qui a Lucio Cæcilio Firmiano Lactantio diversus sit, habet auctorem.*

*atque in contrarium facientibus, elidantur, id enimvero, Opera illa*

94 *Si primum, S. Hieronymo cognitus fuisse videtur, cum hic de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus cap.* 80 *Operibus, a Firmiano Lactantio contextis, accenseat librum* De Persecutione, *hicque per librum* De Mortibus persecutorum *intelligi posse videatur; quod si autem secundum, cum Lucius Cæcilius, a Firmiano Lactantio diversus; non alium. quam qui* De Mortibus persecutorum *inscribitur, librum concinnasse sciatur, hicque exiguæ dumtaxat molis, nec magni admodum momenti fit, non est enimvero, cur Opusculum illud per plura secula latuisse, miremur. Verum cum Dionysiana Opera molis haud parvæ sint taliaque, ut, si jam inde a primo æræ Christianæ seculo fuissent conscripta, ægerrime* F *per tria proxime secuta secula latere, constanterque, non tantum ab Eusebio et Hieronymo, scriptores ecclesiasticos eorumque Opera commemorantibus, sed et ab omnibus prorsus, etiam tum, cum laudari ea maxime fuisset opportunum, scriptoribus aliis silentio præteriri potuisset, negativum sane, quod inde formatur, argumentum haud parum firmum apparet, tantumque apud me valet, ut vel ob id, Opera Dionysiana seculo primo non exstitisse, sed multo serius sub* Dionysii Areopagitæ *nomine fuisse conficta, existimem.*

*seculo* 1 *non exstitisse, ac proin Areopagitam non habere auctorem, argumento etsi perquam valido.*

AUCTORE C. B.

## CAPUT VII.

### An Concilia, Patres, Pontifices, scriptores, qui post seculum quintum Opera Dionysiana sub Areopagitæ nomine laudarunt, argumenti negativi, ab Operum eorumdem per secula anteriora ignoratione petiti vim non infringant.

B

*Negativo contra Areopagitam argumento Concilia et Pontifices opponunt Areopagitici ;*

*Ut negativi, quod ab Operum Dionysianorum per quatuor prima secula ignoratione §§ prægressis formavi, argumenti vim Areopagitici infringant, sequentem hunc arguunt in modum : In concilio Lateranensi, Martino I Romanam S. Petri Cathedram occupante, anno* 649 *celebrato, lectum fuit coram hujusce concilii Patribus excerptum ex epistola* S. Dionysii, *ad Caium monachum data, ut germana illius testimonii lectione illi hæretici confunderentur, qui illud falsaverant. Laudato concilio Lateranensi accedit Synodus œcumenica sexta, Constantinopoli anno* 680 *sub Agathone celebrata, in qua Opera,* Dionysii Areopagitæ *nomine notata, perhonorifice plus semel fuerunt citata. Adhæc* Certum est *(sic pergunt apud scriptorem anonymum supra sæpissime laudatum Areopagitici)* summos Pontifices S. Gregorium Magnum, Martinum I et Paulum I maximi fecisse S. Dionysium, summisque laudibus ejus Opera celebrasse non solum, sed etiam citasse. Sophronius pariter Hierosolymitanus episcopus, S. Maximus martyr, S. Joannes Damascenus, venerabilis Beda, S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura, et quamplurimi doctores ac Theologi, quorum indicem texere non minus facile fo-

C

ret, quam tetricum, S. Dionysium tamquam genuinum horum Operum parentem agnoverunt. Cum autem tot concilia, tot summi Pontifices, sanctique Doctores hos libros, S. Dionysio adtributos, tanquam genuinos hujus S. Pauli discipuli fœtus probaverint dubitari non potest, quin, præsupposita aliqua conformitate doctrinæ inter scripta S. Dionysii, et scripta S. Clementis Alexandrini et S. Gregorii Nysseni, hi duo posteriores ex priore, qui primo Ecclesiæ seculo claruit, sua deprompserint.

*verum cum Areopagitam Gelasius Papa et Concilium generale quintum*

96 *Ita Operum Areopagiticorum vindices; verum hisce idem iterum anonymus ita primum, et recte quidem, respondet* : Si Concilia ac Pontifices adeo honorifice S. Dionysii libros memorarunt, si ipsum ut antiquissimum Patrem ac ecclesiæ doctorem venerati sunt, quidnam in causa fuit, quod Gelasius Papa nullam in Romano concilio de scriptis S. Dionysii mentionem fecerit; cum tamen in eo Concilio de iis Opusculis Patrum actum sit, quæ Catholica Ecclesia recipit, qualia sunt S. Cypriani, S. Athanasii, S. Gregorii Nazianzeni, S. Joannis Chrysostomi, Theophili Alexandrini, S. Cyrilli Alexandrini, S. Hilarii, S. Ambrosii, S. Augustini, S. Hieronymi et S. Prosperi? Reponi forsan poterit, hoc Concilium fuisse Romæ celebratum eo tempore, anno nimirum CDXCIV, quo Areopagitici libri nondum satis in Latina ecclesia innotuerant, ac proinde nil mirum, quod Papa Gelasius silentio eos præterierit licet complures alios etiam Græcos Patres recenseat, qui usque ad quintum seculum vixerunt. Sed undenam oritur, quod in quinta Generali Synodo, sub Vigilio Papa et Justiniano imperatore celebrata, Patres hujusce concilii, postquam declararunt, se recipere quidquid in aliis quatuor prioribus œcumenicis conciliis fuerat constitutum, postea *(Collatione scilicet 3)* subdant « Super hæc sequimur « per omnia et sanctos Patres et Doctores Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, et Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Joannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proculum, etc. » nulla mentione facta de S. Dionysio? Reponent procul dubio S. Dionysii Patroni, hoc Concilium non enumerasse Patres omnes, qui prioribus illis Ecclesiæ seculis claruerunt. Id quidem libentissime concedo : At cum S. Dionysius, sive spectetur sanctissima ejus sub S. Paulo disciplina, sive veneranda ejus antiquitas, sive cælestis ejus doctrinæ sublimitas, primas inter Patres tenere debeat, nemo sibi persuadere unquam poterit, illius concilii Patres, si S. Dionysium eorum Operum, quæ ejus nomine circumferuntur, germanum auctorem ac parentem certo cognovissent, ipsum fuisse prætermissuros, illique plures alios Patres, quorum auctoritas in Ecclesia tanti non est, fuisse prælaturos.

D

E

*cui optime cognita fuerunt Dionysina Opera, Ecclesiæ Patribus*

97 Nec valet ea vana ac futilis responsio, illud nimirum Concilium ideo S. Dionysium silentio præteriisse, quia ejusdem Opera nondum satis cognita erant ac explorata. Etenim hoc concilium celebratum est anno DLIII, id, est XX annis post celebrem illam Catholicorum episcoporum et Severianorum collationem, in qua de S. Dionysii libris diu multumque disputatum est. Isti igitur libri tunc temporis cogniti erant et explorati, et viginti ante annos omnium manibus terebantur. Præterea in Actis ejusdem concilii excerpta quamplura leguntur eorum librorum, quos S. Cyrillus contra Theodorum et Diodorum evulgaverat, in quibus S. Dionysii testimonia frequenter usurpat. Quomodo igitur potuerunt illius concilii patres S. Dionysii scripta ignorare? Verum quidem est, Hadrianum primum summum Pontificem in Rescripto ad Carolum Magnum asserere, S. Gregorium Magnum summis laudibus ornasse S. Dionysium Areopagitam, testatumque fuisse, eum esse antiquum Patrem ac Doctorem. Sed Hadriani sententia, quamvis S. Gregorii auctoritate suffulta, controversiam non dirimit. Hadrianus enim in epistola ad Carolum Magnum recitat solummodo quoddam testimonium ex Homilia S. Gregorii, in qua hic Pontifex Dionysium citat in fide eorum, qui ipsum germanum illorum Operum parentem arbitrabantur. « Fertur » ait hic Pontifex, « Dionysius Areopagita, antiquus « videlicet et venerabilis Pater, dicere, quod ex « minimorum Angelorum agminibus etc. » Ex quo autem S. Gregorius Dionysium antiquum ecclesiæ Doctorem appelaverit, non per hoc litem diremit, neque dirimere potuisset S. Gregorius, qui, quemadmodum ipsemet lib. 9, Epist. 69 testatur, Græcæ linguæ rudis erat, et per

F

consequens

A consequens controversos Areopagitæ libros nusquam legerat.

*non annumerarint, nihilque ex iis in Officium divinum Pontifices posteriores intulerint.*

98 Ex hoc tamen non sequitur, Auctorem hunc, qui sub venerando S. Dionysii nomine circumfertur, quicumque ille sit, non esse potiori jure, quam plures alii, qui post quintum seculum vixerunt, habendum ut Patrem et Doctorem Ecclesiæ, cum tot concilia, summi Pontifices ac Doctores ejusdem auctoritate ac testimoniis non solum usi sint, sed et unanimi consensu post tot secula talem semper agnoverint ac celebraverint. Argumentum igitur nostrum solummodo eo tendit, ut demonstret, nec Gelasium Papam, nec Patres quinti concilii, si certum exploratumque habuissent, ea opera, quæ S. Dionysii nomine inscribuntur, esse genuinos S. Martyris fœtus, eum in longa illa Patrum serie, quam in duobus illis conciliis texuerunt, fuisse prætermissuros. Præterea si summi Pontifices et concilia post Gelasium et V. Synodum tanta veneratione S. Dionysii scripta prosecuti sunt, si ipsum pro germano eorumdem parente habuerunt, cur eo-
B rumdem in Ecclesia lectionem non decreverunt. Summi certe Pontifices, qui divinum Officium ordinarunt, ea potissimum pro Officii lectionibus selegerunt Patrum Opuscula, quæ illis solemnitatibus, quæ per anni tempora celebrantur, magis congruerent. Quod certe iis Patribus prærogativam quandam supra ceteros tribuit, quos Ecclesia in divinis Officiis hoc honore non afficit. Cum igitur S. Areopagitam maxime commendabilem redderent et sanctissima sub Apostolo Paulo disciplina, et veneranda ejus antiquitas, ac doctrinæ sublimitas, pluraque extent in ejus libris variis solemnitatibus apprime accommoda, cujusmodi sunt ea, quæ recitat de dormitione et funere B. Mariæ Virginis, de Angelorum Ordinibus, eorumque Hierarchiis, de Sacramentis etc, incredebile est, Pontifices et concilia, si revera persuasum ipsis fuisset, eos libros, qui Dionysii nomen præferebant, genuinos esse ipsius fœtus nihil in divinum Officium ex iis fuisse inserturos.

*nec Concilia, qua Dionysiana Opera laudarunt, esse isthæc, uti quæ*

99 *Hactenus laudatus anonymus; hisce autem præmissis, e Conciliis, summis Pontificibus, scriptoribusque quamplurimis ac sanctis Patribus, qui post seculum quintum Opera, sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita, laudarunt,*
C *nihil etiam in hæc juris Sancto nostro competere, seu inde minime fieri, ut Opera illa* Dionysio Aeropagitæ, *veluti genuino eorumdem auctori, adscribenda sint, probare mox aggreditur; ac primo quidem id quantum ad Concilia sequentem probat in modum*: Concilia, *inquit*, libros Aeropagiticos citarunt, ut Opus ab aliquo scriptore quarti vel quinti seculi elucubratum, cujus doctrina solida esset, et ad oppugnandos hæreticos et ad confirmanda Christianæ Religionis dogmata maxime opportuna. Eos citarunt eodem prorsus modo, quo plures alios quinti, sexti et subsequentium seculorum Auctores. Uno tandem verbo eos libros allegarunt sub illius auctoris nomine, quod præfixum gerebant. Quod quidem auctoritatem illis libris conciliat, et ipsorum Auctorem maxime illustrat, sed ejus personam signanter non determinat. Optime enim norunt omnes, Concilia et Patres in suis canonibus sanciendis usos esse quibusdam Operibus, nihil vel parum sollicitos in disquirendis genuinis eorum auctoribus, sibi satis esse putantes, eos libros, qui ab Ecclesia recepti sunt, hæreticorum erroribus opponere. Si S. Dionysii vindices contendant, quod concilia hujusmodi Dionysii testimonia proferendo, quodammodo fateantur, et confirment, ea esse illius auctoris, Dionysii nimirum, sub cujus nomine ea laudant, id nos libenter dabimus, dummodo et ipsi pariter admittant, eos libros, quorum testimonia a conciliis sub alicujus Patris aut scriptoris nomine laudantur, esse ejusdem Patris vel scriptoris genuinum Opus.

AUCTORE C. B.

*hic afferuntur,*

100 Huic autem conditioni subscripturos Areopagitas, numquam credam, nisi velint contra communem eruditorum omnium consensum fateri, Dialogos de Trinitate a concilio Lateranensi laudatos, et historiam passionis Imaginis Jesu Christi in urbe Berythensi, in septimo concilio relatam, esse certissimos S. Athanasii fœtus, quia hæc Concilia sub hujus S. Doctoris nomine ea laudarunt, cum tamen certum indubitatumque sit, hujusmodi Opera fuisse S. Athanasio supposita. Quod enim ad illum de Trinitate Dialogum spectat, ejus suppositio luce meridiana clarior apparet, cum ejus auctor memoret additionem E illam a concilio Constantinopolitano Symbolo Nicæno factam, et sex illa epitheta explicet ab eo concilio Spiritui sancto adtributa, quæ certe in Athanasium, qui concilium illud antecessit, convenire non possunt. Historia pariter passionis Imaginis Jesu Christi in urbe Berytho ipsi adscribi non potest, cum Sigebertus in suo Chronico eam referat ad annum DCCLXXV, et Cardinalis Baronius in Martyrologio ad IX Novembris diem testetur, se habere præ manibus vetustum quoddam manuscriptum hujusce sermonis S. Athanasii, in quo ferebatur, hoc miraculum contigisse sub Constantino juniore, et Irene ejus uxore. Quæ res eruditissimum Cardinalem impulit, ut hunc tractatum alteri potius Athanasio, in Syria episcopo, quam magno Athanasio adjudicaret. Prætereo plures alios anachronismos, quos in historia videre est, cum ex his, quæ diximus, satis constet, eam S. Athanasio falso fuisse suppositam. Secundo si Dionysius ideo censendus est genuinus auctor illorum librorum, qui ipsi tribuuntur, quia Concilia Lateranense, Constantinopolitanum, et secundum Nicænum eos citarunt, fateantur, etiam oportet, Apologistæ, aliorum Patrum Opera, quæ in tribus hisce conciliis laudantur, germanos pariter esse illorum F Patrum fœtus.

*ostendunt, Areopagitæ attribuenda evincant,*

101 Sermo igitur in S. Thomam Opus erit S. Joannis Chrysostomi, quia sub hujus Patris nomine citatus legitur in duobus ex hisce conciliis. Epistola pariter ad Julianum sub nomine S. Basilii laudata, nec non Homilia de unico Legislatore duorum testamentorum S. Joanni Chrysostomo adscripta, et Patrum spirituale Joannis Moschi sub nomine Sophronii relatum, aliaque hujusce generis Opera partus legitimi erunt eorum auctorum, quorum nomen præ se ferunt; quia patres horum conciliorum sub illorum illustrium scriptorum nomine ea citarunt. Quemadmodum igitur inverisimile est, Apologistas S. Dionysii absurda hæc consectaria admissuros, ita ex quo plura concilia Areopagiticos libros sub specioso hujusce illustris Athenarum episcopi titulo frequenter citarint, non inde poterit recte inferri, veros esse ac germanos ejusdem sancti episcopi fœtus. Et revera qui aliquantulum in sacrorum conciliorum lectione versatus sit, nullo negotio poterit animadvertere, quemadmodum

AUCTORE C. B.

quemadmodum optime notat Sæculo 4 Hist. Ecclesiast. cap. 6, art. 8 eruditus pater Natalis ab Alexandro, generalium conciliorum Patres non multum operis posuisse in dijudicandis juxta critices regulas SS. Patrum Operibus eorumque germanis auctoribus detegendis ac determinandis : sed cum certi essent, ea Opera ab aliquo ecclesiastico auctore prodiisse, satis ipsis fuit ea laudare sub illius auctoris titulo, quem præferebant, et ex illis ea argumenta decerpere, quæ ad antiquam traditionem tuendam, et ad Ecclesiæ fidem stabiliendam essent magis accommoda. Argumentum igitur ex testimoniis Conciliorum depromptum non satis firmum est ad horum librorum pacificam possessionem S. Dionysio Areopagitæ vindicandam.

*eodemque modo de summis, qui Areopagitica Opera laudarunt, Pontificibus*

102 *Atque hæc sunt, quibus laudatus auctor, e Conciliis, quæ Dionysiana Opera laudarunt, nihil omnino in hæc juris Sancto nostro competere, probatum dat ; en nunc qui id quantum ad summos Pontifices, scriptoresque alios quamplurimos ac sanctos Patres commonstret.* Martinus I, *inquit*, in primo Concilio Lateranensi et B Agatho in epistola, quam ad Constantinum Pogonatum dedit, in sexta generali Synodo relata, celebrant quidem libros S. Dionysio adjudicatos; sed uterque eos celebrat, habita ratione eorum testimoniorum, quæ a duobus his conciliis citantur. Perhonorifica enim mentio sancti Areopagitæ, quæ in iis facta legitur, eos pariter impulit ad eam doctrinam sub hujus auctoris nomine laudandam, nullo alio præmisso examine, an hi libri, vel textus ex iisdem deprompti, essent a Dionysio profecti, nec ne. Pariter cum Hadrianus I declarat, testimonia, ex S. Dionysio desumpta et a conciliis relata, in iisdem libris extare : cum Nicolaus I, ad Michaëlem imperatorem scribens, S. Dionysium antiquum Patrem et Ecclesiæ Doctorem appellat ; cum tandem Paulus I ad Pipinum Galliarum regem scribit, se ipsi dono mittere S. Dionysii Areopagitæ libros ; hæc omnia non evincunt, S. Atheniensem antistitem esse illorum Operum parentem ; quia hi tres summi Pontifices hos libros, eorumque auctorem non laudant nisi in fide eorum Conciliorum, quæ hos libros citarunt eo modo, quo nos retulimus.

*ut rationes in medium*

103 Idem ferme dici potest accidisse de libris Areopagitæ nomine inscriptis, quod de Canonibus primi Nicæni concilii. Cum Innocentius I C declarasset tum in epistola, quam scripsit ad clerum Constantinopolitanum, tum in ea, quam dedit ad Theophilum Alexandrinum, Romanam Ecclesiam alios canones non recipere quam canones Nicæni Concilii « Alios quippe « Canones Romana non admittit Ecclesia. » Zosimus Papa, qui Innocentio successit, cum causam Appiarii, qui in sexto Carthaginensi concilio damnatus ad Romanam Sedem appellaverat, novo examini vellet subjicere, adversus illius Concilii Patres acriter defendit, hoc appellationis jus per canones Nicæni concilii Apostolicæ Sedi fuisse concessum. Plures alii pariter pontifices, qui proxime Zosimum secuti sunt, ut Bonifacius I et Cælestinus I jus appellationum ad Romanum Pontificem vigore Canonum Nicæni concilii propugnarunt. Ipsemet S. Leo in epistola, ad imperatorem Theodosium data, loquens de appellatione S. Flaviani a sententia depositionis in pseudo-concilio Ephesino a Dioscoro lata ad Apostolicæ Sedis judicium, habet hæc verba : « Quam autem post « appellationem interpositam hoc necessarie po- D « stulatur, canonum Nicææ editorum decreta te- « stantur, quæ a totius mundi sacerdotibus sunt « constituta. » En igitur quomodo hi omnes Romani Pontifices jus appellationum ad Romanam sedem statuunt in canonibus Nicæni concilii; et tamen ne vestigium quidem hujusmodi appellationum cernere est in canonibus hujusce concilii ; sed totum hoc jus fundatur in quarto canone Sardicensis Concilii, quod post aliquot annos, id est, anno CCCXLVII, celebratum est.

*hic adducta*

104 Quemadmodum igitur nullus auderet assererere, quartum Sardicensis concilii canonem habendum esse pro canone Nicæni concilii, quia plures Romani Pontifices eum tamquam Canonem Nicæni concilii citarunt ; ita pari ratione dici potest, libros, qui S. Dionysio tribuuntur, quamvis a summis Pontificibus, et Conciliis sub ejus nomine non semel laudatos, ob hoc tamen tamquam certos ejus fœtus non esse adserendos. Dici etiam potest in hujusce responsionis confirmationem, Zosimum Papam, aliosque Pontifices non ob aliam causam Sardicensem canonem tamquam Nicænum citasse, nisi ob testimonium E Innocentii primi, asserentis, Ecclesiam alios canones non recipere quam Nicænos : « Alios quippe « Canones Romana non admittit Ecclesia. » Ex quo conjectare etiam licet, ea concilia, eosque Pontifices, qui post septimum seculum libros Areopagitæ adtributos nullo prævio examine laudarunt, eos laudasse in fide S. Gregorii Papæ, qui scripserat : « Fertur etc. « Cujus testimonio freti eos libros ut legitimos Areopagitæ fœtus habuerunt.

*suadent, sit loquendum, negativum supra propositum argumentum vim suam retinet.*

105 Sed quomodocumque res se habeat, hoc unum maxime animadvertendum est, quod, quemadmodum citatio Canonis Nicæni concilii pro canone Synodi Sardicensis juri et auctoritati Romanæ Sedis circa appellationes nihil detrahit, postquam Sardicensis ille canon a tota Ecclesia diu, antequam a Trullana synodo approbaretur, exceptus est, et, hac generali acceptatione supposita, parum refert, sive uni sive alteri horum duorum conciliorum adscribatur, ita parum vel nihil interest ad finem, quem Romani Pontifices et concilia in citandis S. Dionysii testimoniis sibi proposuerunt, quod illorum librorum auctor vel primo Ecclesiæ seculo vixerit, vel quarto desinente et ineunte quinto, cum non raro etiam utantur auctoritate plurium patrum, qui diu post F Areopagitæ tempora floruerunt, quique eam non præ se ferunt doctrinæ excellentiam, sublimitatem, ac soliditatem, quam in Areopagiticis scriptis deprehendimus. Ex his omnibus facile est intelligere, Patres, Doctores et Theologos, qui vel his conciliis coævi vixerunt, vel proxime sunt subsecuti, hos libros S. Dionysio adjudicasse innixos citationibus summorum Pontificum et conciliorum, Lateranensis nimirum, Constantinopolitani et secundi Nicæni : et hæc concilia non aliunde eos habuisse ut genuinos S. Dionysii fœtus, nisi in fide eorum auctorum, qui vel quinto vel sexto seculo eorumdem meminerunt. *Hactenus ille ; cum autem scriptores* VI *ac forte etiam* V *seculi, quorum fide posterioris ætatis Pontifices, Patres ac scriptores alii Dionysiana Opera* Areopagitæ *attribuerunt, nullum pariter in hæc, uti ex infra dicendis patescet, Sancto nostro jus concilient, nec id dicti summi Pontifices Patresque efficere queunt, negativique proinde, quod supra proposui, argumenti vis integra manet ;*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

net, etsi interim plura Concilia, Pontifices ac Patres Dianysiana Opera citarint.

## CAPUT VIII.

### An temporis diuturnitas, qua post seculum quintum Dionysius Operum, nomine suo inscriptorum, auctor æstimatus fuit, argumentum negativum, ab Operum eorumdem per secula anteriora ignoratione petitum, pariter, non enervet.

*Diuturna Operum Dionysianorum, in quo Dionysius post seculum nonum fuit, possessio*

An Dionysiana Opera, quæ a nemine prorsus per quatuor prima æræ Christianæ secula inveniuntur laudata paucisque dumtaxat seculo quinto innotuere, Dionysium *vere haberent auctorem, seculo sexto, et septimo, imo et nono dubitatum a nonnullis adhuc fuit. Ac seculo sexto quidem dubitatum adhuc de re illa fuisse, Collatio Constantinopolitana, anno* 532, *ut supra docui, habita, manifeste prodit. In ea enim (adi hanc Appendicem num.* 66*) Hypathius, catholicorum nomine loquens, in dubium, an Opera, quæ veluti Dionysiana a Severianis laudabantur, a* Dionysio *essent composita, revocavit. Aiunt quidem Areopatigici, Hypathium dumtaxat, an testimonia, quæ veluti Dionysiana a Severianis proferebantur, in Dionysiana Opera non essent intrusa, in dubium revocasse. Verum, cum Severiani, ut id, quod asseruerant, probarent; ad Opera Dionysiana, quæ haud dubie tam hi, quam Catholici habebant ad manum, non provocarint, Hypathium seu Catholicos, an hæc ipsa, non tantum autem, an testimonia, ex hisce accepta,* Dionysii *essent, in dubium revocasse, certum apparet. Ad S. Maximi ætatem seu seculum septimum progredior.*

107 *Tum sane adhuc, an Opera,* Dionysii *nomina inscripta,* Dionysii *vere essent, fuisse dubitatum, vel ex eo liquet, quod S. Maximus in Scholiis, in Opera Dionysiana a se contextis, loco non uno eos, qui hæc* Dionysio Areopagitæ *abjudicabant, impugnet. Quod porro ad seculum nonum jam spectat, Theodorus presbyter, qui tunc floruit, Opera Dionysiana, solutis quatuor adversariorum argumentis, sancto nostro* Areopagitæ, *ut Photius in Bibliotheca cod.* 1 *docet, vindicare fuit conatus; quod sane tum adhuc, qui, an Dionysiana Opera* Dionysii *vere essent, dubitarent, exstitisse, argumento est minime dubio. Verum, etsi res ita habeat, per secula tamen sex, a seculo nono ad decimum quintum usque, quo Laurentius valla floruit, atque, an Dionysiana Opera* Dionysium *vere haberent auctorem, in dubium revocare cœpit, seculum elapsa, fuisse eadem Opera* Dionysio, *veluti genuino eorum auctori, ab omnibus passim, nemine reclamante, adscripta, ipsimet etiam, qui Sancto nostro ea modo abjudicant, unanimi fere consensu fatentur. Cum itaque tot seculorum traditio, qua, quæ* Dionysii *nomine notantur, Opera Sancto nostro fuerunt adscripta, in illorum quodammodo possessione hunc confirmarint, ex hac illum argumento negativo, quod a scriptorum anteriorum silentio ignorationeque repetitur, deturbari non posse, contendunt Sancti nostri seu Operum, quæ ejus nomen præferunt, vindices.*

AUCTORE C. B.

108 *Ita porro animo comparati sunt primo quidem, quod diuturna illa possessio sit quædam veluti præscriptio, qua stante,* Dionysio *Opera, nomine ejus inscripta, denegari non possint; secundo, quod, etiamsi* Dionysii *jus in Opera illa dilucide non constaret, æquus tamen judex* S. Dionysio *ea adjudicare teneretur, quia, quando jura sunt æqualia, prævalet possessio; tertio, quod, stante Operum Dionysianorum penes* Dionysium *possessione, Sancti ad hæc jus probare Areopagiticorum vindices non debeant, sed Antiareopagiticorum, jus illud seu negantium seu constantium, sit monumenta authentica et indubia, quibus possessionem legitimique, quod hæc includit, juris præsumptionem evertant, in medium proferre; quarto denique, quod si quando jus est incertum ac dubium, quale illud* Dionysii *in Opera, ejus nomine inscripta, ab Antiareopagiticis creditur, conditio possidentis semper sit melior, optimaque adeo etiam sit* S. Dyonysii *conditio cum Operum, de quorum auctore controvertitur, possessio per octo amplius secula penes eum fuerit, nec ulla interim fuerit gravi oppositione seu interrupta seu interturbata, sed contra alicujus interdum seu Concilii, seu summi Pontificis seu denique Patris aut scriptoris gravioris testimonio confirmata. Ita a temporis diuturnitate, qua, de quibus his disserimus, Opera* Dionysio Areopagitæ *fuerunt adscripta, seu a longa, ut ita dicam, plurium seculorum, qua ad illum spectare æstimata fuerunt, possessione arguunt areopagitici, seu qui Dionysium Operum illorum genuinum ac germanum auctorem censent.*

*haud quaquam Dionysium,*

109 *Verum cum hoc illorum ratiocinium partim in traditione, partim in temporis, qua Dionysiana Opera Sancto nostro pluribus seculis fuerunt adscripta, diuturnitate, ortaque ex hac, contra quam Antiareopagitici excipere non possint, præscriptione dumtaxat fundetur, num traditio simul et talis possessio, e quibus, quod dixi, contendunt, Operibus illis* Dionysio *vindicandis sufficiant, dispiciamus, ac imprimis quidem, an id præstare queat possessio. Etiamsi bonorum, seu quæ ad laïcas seu quæ ad ecclesiasticas personas pertinent, possessio post annos decem, viginti, triginta quadragintave pro bonorum qualitate, imo et post centum annos contra Romanam Ecclesiam, quæ sola hoc privilegio gaudet, præscriptionem inducat, par tamen haud est ratio de ingenii bonis, exempli gratia de libris, quorum possessio utcumque etiam longa contra legitimum illorum auctorem numquam præscribit, seu jus parere non potest, quo alter, a quo compositi non sunt, pro legitimo eorumdem auctore habeatur. Huic principio innixi plures eruditi absque ulla injuria eos, qui librorum, abs aliis compositorum, auctores per longissimum etiam annorum spatium fuerant æstimati eosdemque adeo quodammodo possederant, e possessione illa deturbarunt. Possessio enim justa ut sit, titulus justus requiritur; sine quo, sicuti hæc non iniri, sic nec conservari seu continuari potest, maxime si agatur de libris, seu de jure, quod quis, ut pro legitimo horum auctore habeatur, sibi vindicet, quodque certe, cum libri præscriptionis legi obnoxii non sint, neutiquam*

*quod ea nec præscriptionem inducat,*

AUCTORE C. B.

*quam ii, quibus falso attribuuntur, et pacifica, utut per plura etiam secula continuata, possessione seu opinione, qua eorumdem auctores existimati fuerunt, sibi vindicare queunt.*

*nec titulo justo, qui vel in Dionysii*

110 *Etsi itaque* S. Dionysius Areopagita *librorum, qui nomen ejus præferunt, per plura secula, nemine reclamante, auctor existimatus fuerit, pacificamque adeo possessionem quodammodo sibi vindicarit, hanc tamen haud justam ac proin nec aptam, ut legitimum* Dionysio *jus, quo pro vero illorum auctore habeatur, conciliet, arbitramur, nisi justo in titulo esse fundatam, possit monstrari. Verum quid, quæso, pro titulo hujusmodi assignes? An forsan, ut ad alterum, in quo, quod hic discutimus, ratiocinium fundatur, jam veniamus, traditionem antiquam, qua, per manus a seculo in seculum transmissa, libros illos a scriptoribus, qui sexto æræ Christianæ seculo floruerunt, aliisque, hosce secutis,* S. Dionysio Areopagitæ *fuisse adscriptos, habetur perspectum? Verum an illi sexti seculi scriptores, dictorum librorum auctorem esse* Areopagitam,
B *certum atque exploratum habuerunt? Si res ita habeat, cui fundamento hæc illorum, qua, ut libros illos* Dionysio *adscripserint, eorumdemque adeo, ut ita loquamur, possessionem ei attribuerint, est factum, certa scientia seu cognitio fuit innixa, seu quod eodem recidit, qua ratione impulsi scriptores illi* Dionysio Areopagitæ *præfatos libros adscripserunt eique adeo eorumdem possessionem tribuerunt? Hanc sane non in re alia quam vel in unius seu plurium, qui ante seculum sextum floruerunt scriptorum testimonio, vel in ipsa, libris præfixa, qua* Dionysio *attribuebantur, inscriptione vel denique in ambobus simul hisce titulis constituere potuerunt.*

*Operibus illis antiquitus præfixo*

111 *Ac horum quidem prior sine posteriore justam ac legitimam Operis cujuspiam possessionem scriptori cuidam vindicare potest; posterior vero sine priore haud semper; uti ex dicendis patescet, est certus, sed sæpius fulsus aut saltem ambiguus. Anne ergo sexti seculi scriptores vel ex altero duorum dictorum titulorum vel ex ambobus simul libros, qui an* Dionysii Areopagitæ *sint, controvertitur, Sancto huic adscripserint, aut, si mavis, adscribere potuerint,*
C *examinemus. Quod si Areopagitici seu illi, qui libros,* Dionysii Areopagitæ *nomine inscriptos, Sancto huic attribuunt, a seculi sexti scriptoribus merito illos, quod a* Dionysii Areopagitæ *nomen sibi in fronte haberent præfixum, adjudicatos Sancto huic fuisse, contendant, titulum illum, quo ita dictorum librorum possessionem.* Areopagitæ *a scriptoribus illis merito fuisse attributam volunt, vel certum omnino atque infallibilem autumant, vel incertum dumtaxat atque ambiguum. Si dubium dumtaxat ac parum firmum illum arbitrentur, ut quid eos, qui isti* Areopagitæ *possessioni, titulo dumtaxat dubio atque incerto in dicta hypothesi innixæ, sese opponunt, criminantur? Quisque novit, titulum coloratum ortumque ex hoc errorem communem naturas rerum nec mutare, nec facere posse, ut liber, qui ex errore auctori cuipiam adscribitur, re etiam ipsa hujus Opus evadat. Cum enim in titulo fundata sit possessio, hæc illius conditionem sequitur; ut, si titulus falsus seu injustus sit, injusta pariter sit possessio, utque, si titulus incertus sit atque ambiguus, incerta pariter sit atque ambigua possessio, seu, ut melius loquar, sit pariter an is, cui possessio tribuitur, jus ad eam habeat incertum atque ambiguum, præsertim cum de libris, contra quorum auctores, ut jam docui, num-* D
*quam præscribitur, quæstio movetur.*

*nomine,*

112 *Quod si autem titulum, qui a* Dionysii Areopagitæ *nomine, quod Dionysiana Opera prætulerint, repetitur, quique, ut isthæc* Dionysii Areopagitæ *seculi sexti scriptores adjudicarint, effecerit, certum omnino ac firmum, suffecisseque proinde, ut Opera illa* Dionysio *attribuerentur atque ad posteros, veluti genuini ejus fœtus, transmitterentur, Areopagitici autument ac porro ob nongentorum amplius annorum possessionem, cum titulo illo conjunctam, eadem Opera* Dionysium Areopagitam *vere habere auctorem, contendant, rationis paritate coacti lucubrationes non paucas alias, quæ eruditorum omnium calculo pro spuriis habentur, venerandisque auctorum, queis in fronte inscribuntur, nominibus falso supposititi noscuntur, pro genuinis illorum Operibus admittere debebunt, ac inprimis quidem, ut plures alias omittam, Dialogos de Trinitate et Disputationes S. Athanasii cum Ario, huic sancto Patri per plura secula adscriptas, Tractatus de Operibus Cardinalibus, et de* E
*revelatione capitis S. Joseph, qui S. Cypriani nomen præferunt, Quæstiones et Responsiones ad Orthodoxos, quæ sub S. Justini nomine circumferuntur, ac tandem Tractatus in Leviticum, S. Cyrillo adtributos; ii enim, qui lucubrationes illas præ manibus omnium primi habuerunt, cum auctorum illorum nomen iis præfixum invenissent. sub eodem nomine illas ad posteros transmisere, et ad nostram usque ætatem sub eadem inscriptione devenerunt, nemine omnino, nisi postremis hisce seculis, reclamante.*

*vel in ullo*

113 *En consectaria, quæ cum certe admittenda non sint, et tamen, si ob titulum, proxime relatum,* Dionysio Areopagitæ, *quæ sub ejus nomine circumferuntur, opera adscribenda forent, deberent admitti, hoc ipso, titulum illum, ut* Dionysio *isthæc adscribantur, seu ut diuturna Operum illorum, in qua* Dionysius *fuit, possessio legitima reddatur, non sufficere ostendunt; quod cum ita habeat, parque sit de libris aliis, ut definitio cuipiam auctori adscribantur, ratio, antiqui ad id scriptoris certum atque irrefragabile testimonium eruditi requirunt; testimonium autem hujusmodi, in quo seculi sexti scriptores,* F
*qui Operum Dionysianorum possessionem* Dionysio *primum attribuerunt, fundare hanc potuerint, non reperitur; quod antequam probem, anonymum Problematis supra sæpius laudati auctorem de testimonio hujusmodi, conditionibusque, ad id requisitis disserentem exhibeo. Ut, inquit,* liber aliquis tanquam legitimus alicujus auctoris fœtus dignosci possit, hæc generalis regula traditur, nimirum si plures antiqui scriptores, vel unus etiam, qui nomine aliquo clareat, et verbis non obscuris loquatur, ex ipso testimonia aliqua proferant, vel illum ad ipsum spectare declarent, ea tamen conditione, quam nos infra notabimus. Hinc est, quod prima S. Clementis ad Corinthios epistola ab omnibus accipitur, quia S. Irenæus, S. Clemens Alexandrinus, Eusebius et S. Hieronymus sub hujusce Pontificis nomine ipsam laudarunt, licet occulta et incognita fuerit ad tempus usque Patricii Junii, qui eam nactus in antiquo manuscripto anno MDCLXII, publicæ luci donavit. Hac etiam ratione eruditissimus pater Sirmondus Tractatum quemdam de Trinitate et incarnatione sub Isaaci nomine publicis typis evulgavit solo fretus testimonio Gennadii, qui hujusce Operis meminit, et Isaacum

A cum his scriptoribus adnumerat qui sub finem quarti seculi vixerunt,

*scriptoris anonymi*

114 In solo pariter Marii Mercatoris testimonio certo nunc scimus, Tractatus quosdam, qui aliquibus Patribus olim tribuebantur, ad alios spectare. Non enim aliunde persuasum habemus, sermonem, S. Joanni Chrysostomo tributum, in hunc textum Euangelii : « Si filius Dei es, mit-« te te deorsum, » esse Nestorii; et Commentaria in Epistolas S. Pauli, olim S. Hieronymo adjudicata, esse Pelagii; et sermones in varias hæreses Eutherium Nestorianum auctorem ac parentem habere, quam ex testimonio hujusce scriptoris, cujus Opera post aliquot annos innotuerunt. Ut igitur liber aliquis in testimonio unius auctoris legitimus, habeatur, hæ conditiones necessariæ sunt. Primo, quod alii scriptores paris auctoritatis ipsi non opponantur. Hac ratione liber Hermæ nunquam pro Canonico habitus est, quamvis S. Irenæus, S. Clemens Alexandrinus, Origenes, et Tertullianus ipsum citarint, quia plures ex Veteribus, ut Eusebius, Hieronymus, Rufinus B etc. ipsum inter apocryphos amandarunt. Secundo opus est, ut hic auctor celebritatem aliquam nominis apud Veteres sibi comparaverit. Quot enim auctores ecclesiastici nunc temporis ut certi et legitimi habentur in solo testimonio vel Eusebii, vel Gennadii, vel Photii, qui horum scriptorum aut simpliciter meminerint, aut excerptum aliquod retulerint? Tertio hoc testimonium debet esse clarum et certum, non vero dubium et æquivocum; frequenter enim similitudo titulorum, qui libris præfiguntur, et rerum, quæ ibi tractantur, dubios non reddit de legitimo auctore alicujus Operis, si is, qui citat, non satis clare se explicat.

*verbis*

115 Hinc est, quod, cum plures Patres dixerint, S. Athanasium quoddam edidisse Fidei symbolum, materiam autem et modum hujusce symboli non satis expresserint, certi esse non possumus, an illud, quod incipit ab his verbis : « Quicumque vult salvus esse, » revera fuerit ab eodem Patre profectum. Quarto requiritur, ut hoc testimonium ita signanter determinet auctorem, ut nullus error, æquivocatio nulla inde possit oriri. Similitudo siquidem nominum, munerum, et regionum sæpius in causa est, ut unus pro alio sumatur, ut exempli gratia simi- C litudo nominum inter Sixtum Philosophum et Sixtum Papam id effecit, ut sententiæ a Sixto Philosopho scriptæ Sixto Pontifici tribuerentur. Anastasius pariter Sinaïta, cum alium ejusdem nominis in Antiochena sede successorem habuerit, ansam dedit eos confundendi, dubitandique quinam ex illis ea Opera Anastasii, quæ sub S. Anastasii nomine in Bibliotheca Patrum habentur, adscribenda sint. Magna pariter conformitas, quæ inter duos Macarios deprehenditur in professione, munere, et tempore, quo ambo floruerunt, in causa est, ut quinam quinquaginta illarum Homiliarum, quæ S. Marcarii nomen præ se ferunt, germanus auctor habendus sit, dijudicari non possit. Testimonium tandem, quo utimur, ut librum alicui auctori adscribamus, debet esse depromptum ex Opere, de quo certissime constet illius legitimus auctor, in cujus fide tale scriptum recipitur.

*hic exposito,*

116 Testimonium enim, quod ex libro vel supposito, vel notas aliquas suppositionis habente, eruitur, non potest esse nisi incertum ac dubium. Hinc est, quod Historia Passionis imagi- AUCTORE C. B. nis Jesu Christi in civitate Berytho communi calculo juxta hanc regulam S. Athanasio abjudicatur, quia, licet in quodam fragmento Cæsareensis concilii referatur, Petrum Nicomediensem episcopum hujusce narrationis auctorem asseruisse S. Athanasium, constat tamen, illud Fragmentum apocryphum esse ac suppositum; cum hoc Cæsareense concilium, in quo de sanguine, qui ex Jesu Christi latere profluxerit, actum sit, toti antiquitati fuerit prorsus incognitum. Nunc igitur opus est, ut has regulas in rem nostram transferamus, videamusque, num in Operibus Patrum quatuor priorum Ecclesiæ seculorum aliquod extet testimonium, cui innixi quinti et sexti seculi scriptores legitimum titulum habuerint eorum librorum possessionem S. Dionysio adserendi, discutiamusque, an horum Patrum testimonia tres præcipue postremas conditiones habeant, quas supra retulimus; primo videlicet, an hujusmodi testimonium clarum sit minimeque dubium; secundo an auctorem, de quo agitur, signanter describat E ac determinet; tertio an sit ex opere germano ac legitimo depromptum. Quarum trium conditionum, si una deficiat, nihil certi ex tali testimonio argui potest. *Ita hactenus auctor jam sæpius laudatus; ut autem, quemadmodum incepimus, ejus hac in re argumentandi rationem ad finem usque sequamur, ea modo adducturus sum, e quibus patescit, in Patrum seu scriptorum, qui quatuor primis Ecclesiæ seculis floruerunt, scriptis nullum omnino, quas hic postremo affert, conditionibus munitum testimonium inveniri, in quo sexti seculi scriptores* Dionysii Areopagitæ *jus in libros, Sancto huic nostro attribui solitos, fundare potuerint.*

*seu unius seu plurium, seculo v medio anteriorum*

117 *Primorum quidem quatuor seculorum auctores, quorum testimonio facere id illi potuerint, Dionysiana Opera nuspiam citasse, jam supra ostendi; ast, cum lectorem, quam id verum sit, loco hoc penitus convinci, multum intersit, Patres seu scriptores, seculo Ecclesiæ quinto medio anteriores, quos Operum Dionysianorum vindices adducere in rem suam solent, iterum hic eo, quo floruerunt, ordine commemoro, locum iterum, quo eos Dionysiana Opera, contra ac Areopagitici contendunt, non laudasse, jam supra probavi, assignans, nonnullaque etiam subinde in eorum, quæ antea dixi, confirmationem adjungens. Pa-* F *tres itaque seu scriptores, hic a nobis commemorandi, quos Areopagitici in rem suam laudant, sequentes hi sunt; primo Origenes, qui, ut volunt, in suarum in S. Joannem Homiliarum primo* Areopagitam *citavit; verum Homiliæ illæ, uti hujus Appendicis num. 3 et 4 docui, Origeni falso sunt suppositæ, verumque earum auctorem ante seculum sextum vixisse, nihil evincit. Secundo Dionysius, Alexandrinus seculo tertio patriarcha, qui, quemadmodum Areopagitici, Anastasium Sinaïtam in Ὁδηγῷ et S. Maximum in contextis in* Areopagitam *Scholiis testari, autumant, Scholia in* Areopagitæ *Opera conscripsit; verum id nec S. Anastasium Sinaïtam nec S. Maximum certo ac dilucide testari ex iis, quæ Appendicis hujus cap. 1 disserui, luculentissime, ni fallor, patescit. Tertio Concilii Nicæni, anno 325 celebrati, canon trigesimus primus, in quo, ut aiunt, oratio, quæ apud Dionysium Hierarchiæ cœlestis cap. 7 occurrat, laudatur; verum canonem illum suppositilium, orationemque, quæ in hoc, veluti*

Dionysii,

auctor C B.

Dionysii, *laudatur, commentitiam esse, dilucide evincunt, quæ appendicis hujus num.* 27 *et* 28 *in medium adduxi.*

*hicque recensitorum scriptorum testimonio*

118 *Quarto sanctus Athanasius, qui, quemadmodum contendunt, in Quæstionibus ad Antiochum ducem* Dionysii *cœlestem Hierarchiam laudarit; verum Quæstiones illas S. Athanasio falso esse suppositas, nemo non fatebitur, qui attente evolverit, quæ de hoc argumento supra in hac Appendice num.* 29 *et binis seqq. desserui. Quinto S. Gregorius Nazianzenus, qui, præterquam quod non pauca similia iis, quæ in libris,* Areopagitæ *nomine inscriptis, leguntur, in Operibus suis suppeditet, Seraphinorum, apud Isaïam cap.* 6 *Deum laudantium, voces seu glorificationes explanans,* Dionysium *seu Opera, quæ sub hujus nomine circumferuntur, laudasse videtur; verum nen ex eo, quod non nulla similia iis, quæ in Operibus Areopagiticis leguntur, Nazianzenus suppeditet, consectarium esse, ut hic illa e* Dionysio *hauserit, nec hunc Sanctum nostrum per illum, quem Nazianzenus, Seraphinorum apud Isaïam cap.* 6 *voces exponens, pulcherrime ac subtilis-*
B *sime seu sublimissime philosophatum, ait, debere intelligi, verosimillimum, ne amplius quid dicam, efficiunt, quæ in hac Appendice primum num.* 32 *et septem seqq., ac deinde num.* 80 *et seq. in medium jam adduxi. Sexto S. Joannes Chrysostomus, a quo, ut volunt, in Sermone de Pseudo-prophetis et falsis doctoribus* S. Dionysius Areopagita *volucris cœli fuerit appellatus; verum S. Joanni Chrysostomo sermonem illum falso esse suppositum, vel saltem, si res secus habet, fuisse in eum* Dionysii Areopagitæ *nomen ab interpolatore intrusum, omnino suadent supra in hac Appendice num.* 40 *et quatuor seqq. jam adducta. Septimo Joannes, Darensis archiepiscopus, et Isaacus Syrus, qui seculo quarto floruisse ac S. Ephremi discipuli fuisse perhibentur.*

*fundatus sit, polleat, Operum illorum esse auctorem, evincit.*

119 *Verum Joannem, archiepiscopum Darensem, qui Scholia in* Dionysium Areopagitam *scripsit, et Isaacum Syrum, qui in conscripto a se de Angelis Tractatu Dionysiana Opera frequenter laudarit, nec seculo* IV *floruisse, nec S. Ephremi, ecclesiæ Edessenæ diaconi, discipulos fuisse, ex iis, quæ in hac Appendice cap.* 3 *disserui, mani-*
C *festissime liquet. Octavo S. Cyrillus, patriarcha Alexandrinus, qui, ut Areopagitici volunt, in libris, adversus Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum scriptis,* S. Dionysii Areopagitæ *testimoniis est usus; verum, etsi quidem, ut aiunt, Cyrillus adversus Diodorum et Theodorum libros scripsisse videatur, hique adeo, quemadmodum supra jam docui, sancto illi patriarchæ Alexandrino falso suppositi non sint, anne tamen* Dionysii Areopagitæ *testimonia per hæreticorum fraudem intrusa in illos non sint, dubium esse admodum atque incertum, in hac Appendice cap. proxime cit. ostendi, uti etiam Liberati diaconi, ut contrarium probetur, testificationem nihil omnino Areopagiticis prodesse. Atque hi sunt auctores, quorum testimonia Areopagitici præcipue allegare in rem suam solent; cum autem omnia et singula conditionibus supra assignatis, quas, ut isthæc* Areopagitæ *vindicare Opera Dionysiana possent, requiri docuimus, certissime, uti e jam dictis colligere pronum est, sint destituta, neutiquam sane Areopagitici auctores illos in causæ suæ præsidium allegando* Dionysio Areopagitæ *jus in libros, qui sub ejus nomine circumferuntur, vindicant, seu, quod eodem recidit,* D *nulla ratione efficiunt, ut libri, qui* Dionysii Areopagitæ *nomine inscribuntur, genuini hujus fœtus debeant haberi; ita scilicet re habente, quod, etsi quidem traditio, e qua libros illos* Dionysio *esse adscribendos, habetur, longissime durarit, perpetua tamen ac constans non sit, sed a seculo dumtaxat* V *aut* VI *incepta, in seculo quarto certe ac tribus anterioribus deficiat, seculique proinde sexti scriptores, qui Opera Dionysiana* Areopagitæ *attribuunt, seu horum possessionem Sancto nostro adscribunt, nullum omnino justum, in quo hanc fundare potuerint, titulum habuerint; unde fit, ut nec possessio ejusmodi, Operum illorum auctorem esse* Dionysium, *evincat.*

## CAPUT IX.

### Ex S. Ignatii martyris ad Romanos epistola, quæ in directo ad Timotheum libro de Divinis Nominibus citatur, non esse hunc a Dionysio Areopagita compositum ostenditur. E

*Etsi quidem ob solam S. Ignatii ad Romanos epistolam, in libro de Divinis Nominibus*

*Contra Areopagiticos seu eos, qui Opera* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita, abs hoc Sancto nostro fuisse elucubrata, contendunt, argumentis dumtaxat negativis hactenus pugnavimus; nunc positivis etiam rem contra eosdem adductis gerere aggredimur. Ac iis quidem, quæ dumtaxat, si* Dionysius *in Gallias, contra ac factum esse, in Commentario prævio docuimus, venisse adstruatur, locum habere queunt, omissis, mox abs illo, quod non admisso etiam* Dionysii *in Gallias adventu, a S. Ignatii epistola, in libro de Divinis nominibus cap.* 4 *laudata, formari potest, ducimus initium. Nonnulli ex Antiareopagiticis, qui ante Ignatium martyrem obiisse* Areopagitam, *contendunt, argumentari e dicta epistola solent sequentem in modum:* Dionysius Areopagita *annis aliquot ante S. Ignatium obiit; cum hic autem paulo dumtaxat ante obitum suum epistolam, de qua nobis sermo, ad Romanos scripse-* F *rit, citare hanc* Dionysius *non potuit, liberque proinde, de Divinis Nominibus inscriptus, in quo eadem epistola citatur,* Dionysium Areopagitam *non habet auctorem. Ita illi; verum an recte? Neutiquam sane. Audi, qui S. Maximus, in suis in* Areopagitam *Scholiis supra citatum libri de Divinis Nominibus locum commentans, loquatur.* Etiam ex hoc *inquit,* nonnulli putant, se opportune librum hunc (*de Divinis Nominibus scilicet*) refellere, acsi non esset D Dionysii, quia dicunt, Ignatium esse ipso posteriorem; quomsdo autem possit quis meminisse posteriorum?

*laudatam, perperam hunc Dionysio, utpote post Ignatium sub Adriano,*

121 Verum hoc totum fictum est, quantumvis id ipsis videatur; nam S. Paulus, qui Dionysium baptizavit, tempore posterior fuit sancto Petro, post quem Ignatius fit episcopus Antiochiæ, Petro Romam profecto; sanctus vero Paulus multo tempore supervixit, qui Dionysium baptizavit, et Dionysius post ipsum vixit. Porro Joannes Euangelista sub Domitiano exulat in Pathmo, cui Dionysius rescribit; Ignatius autem ante Domitianum patitur, ita

ut

A ut Dionysio sit antiquior. *Hactenus sanctus ille* Areopagitæ *scholiastes, ac partim quidem recte : etsi enim sanctus Ignatius, non ante, sed post Domitiani imperium, sub Traiano videlicet, qui ab anno* 100 *circiter ad annum usque* 117 *regnavit, martyrio migrarit ad Superos multumque adeo in assignando, quo celeberrimus hic martyr passus sit, tempore laudatus sanctus scriptor aberret, ejus tamen martyrium ante illud* S. Dionysii Areopagitæ *rectissime consignat. Ac nos quidem, hunc Sanctum nostrum sub Traiani, sub quo Ignatius passus est, successore Adriano subiisse martyrium, in Commentario prævio et* XIX *docuimus; verum contra hanc epocham,* Dionysii *martyrio a nobis præstitutam, Launoyus in suo de* Dionysii Areopagitæ *libris Judicio ab ipso statim initio insurgit. Quod cum ita sit, quo firma isthæc, atque inconcussa maneat, simulque, non posse ex eo dumtaxat capite, quod Ignatii ad Romanos epistola in libro de Divinis Nominibus laudetur,* Dionysio *hunc abjudicari, patescat, lubet hoc loco, priusquam ad alia, ad præsens argumentum spectantia, progrediar, scriptorem illum Antiareopagiticum refutare.*

B *quidquid huc transcriptis*

122 *Ex eo itaque, quod S. Maximus, Ignatii ad Romanos epistolam a* Dionysio Areopagita, *sub Domitiano, ut statuit, martyrii palmam adepto, laudari potuisse, ostensurus, Ignatium ante Domitiani imperium obiisse, perperam statuat, ita arguit seu observat :* Profecto debuit apud omnes Areopagitæ mortis epocha (*hanc Domitiani imperio innectit*) haberi exploratissima, quæ ut retineretur a Maximo, Maximum in ecclesiastica Historia coëgit tam graviter (*obitum scilicet S. Ignatii ante Domitiani imperium signando*) errare. Hoc etiam atque etiam animo versare velim eos, qui Areopagitæ martyrium in Adriani tempus rejiciunt, nec rejiciunt ob aliud, quam ut contradicant ei de Areopagitæ martyrio sententiæ, quæ ante annos mille propter sui constantiam a Maximo convelli non potuit. Sed Maximus et Maximi contradictores ut unum idemque statuerent, tam hi in Areopagitæ martyrii tempore, quam ille in Ignatii ætate peccarunt, quia contra primam et veram de annis utriusque traditionem pugnarunt. *Maximum, itaque, quo Ignatii ad Romanos epistolam a* Dionysio Areopagita *laudari potuisse, ostenderet, martyrii ab*

C *Ignatio tolerati, tempus prævertisse seu justo citius signasse,* Dionysii *que martyrium a Domitiani ætate, quod hac illud evenisse, omnino certum existimaret, ad Adriani imperium removere noluisse, Launoyus contendit, uti etiam* Dionysium *sub Domitiano, non autem sub Adriano, contra ac in Commentario prævio statuimus, subiisse martyrium.*

*Launoyus verbis,*

123 *Verum S. Maximus, Ignatii martyrium ante Domitiani imperium signans, sanctum illum martyrem non tunc, sed sub Traiano sanguinem pro Chisto fudisse, haud dubie (quo minus enim mentitus putetur, nota viri sanctitas impedit) ignorarit, uniceque proinde ex errore Ignatii martyrium tempore indebito signarit; id autem cum ita sit, quid ni factum esse queat, ut tempus, quo* Dionysius *tolerarit martyrium, sanctus ille* Areopagitæ *scholiastes pariter ignorarit, idque proinde etiam per errorem tantummodo ad Domitiani, non autem ad Adriani, ut facere debuisset, imperium retulerit? Enimvero cur Maximus Dionysiani potius, quam Ignatiani martyrii tempus comper-*



*tum habuisse sit putandus, haud perspicio. Jam vero cum hæc ita habeant, Maximusque; uti in Ignatiani, ita etiam in Dionysiani martyrii epocha errare potuerit, sane, uti ex eo, quod prægresso Domitiani imperium tempore Ignatium subiisse martyrium, notet, sanctum illum vere tunc martyrio fuisse affectum, concludi non potest, ita nec ex eo, quod* Dionysium *sub Domitiano martyrii palmam obtinuisse, scribat, re etiam vera fuisse illud tum factum, merito argueris.*

AUCTORE C. B.

*Dallæusque diversis, quibus scriptores,*

124 *Sæpius itaque, quo, martyrii Dionysiani epocham sub Domitiano locandam, certo sciamus, animo versare id, quod Launoyus verbis supra recitatis ait, operæ pretium non est, manetque proinde,* Dionysium *sub Adriano demum subiisse martyrium, ut supra a martyrologio Romano Veteri, seu ex Atheniensi, qui abs hoc (adi Comment. prævium num.* 359) *citatur, Philosopho Aristide docuimus. At vero, quod loco cit. non feci, modo hic Dallæum, qui dictum Romani Parvi atque Adonis testimonium contemnit, nec ex eis, quo tempore* Dionysius *subierit martyrium, definiri posse, contendit, tantisper conveniamus. In suo de libris, qui sub* Areopagitæ *nomine circumferuntur, tractatu cap.* 14 *sequentem ratiocinatur in modum :* Nunc ergo videamus, quibus Areopagitici auctoribus absurdam illam suam, atque incredibilem de Dionysii sub Hadriano passione fabellam constitue re conentur. Aristidem Atheniensem primo testem citant, illum ipsum, de quo nuper diximus. Bene est. Si quem alium, vel peregrinum, vel recentiori ævi adducerent, non immerito metuerem, ne quam homini fraudem vel patria, vel ætas fecisset. Nunc cum Dionysii civem, et, ut verisimile est, discipulum laudent, non est verendum, ne quid is de re notissima mentiatur. E

*ex Aristide Dionysii martyrium sub Adriano*

125 Qui ergo dicit Aristides? Dicit (inquis) Dionysium gloriosissimo martyrio sub Hadriano esse coronatum. Ubi et quando hoc dicit? « Scripsit » inquis « in eo ipso Opere, quod de « Christiana Religione Hadriana Athenis obtulit. » Cedo librum, ut testimonium inspiciamus. Librum, inquis, non habeo, periit; neque ulla fama est, eum ab aliquot retro sæculis visum esse. Bella profecto, ac fabulatoribus digna probatio. Utinam vero, utinam inquam, liber extaret. Ille non dubito, quin si extaret, totum fabulæ vestræ mysterium patefacturus ac disjecturus esset; eumque vehementer sollicitor putare a vestris majoribus consulto hac ipsa de causa extinctum fuisse, ut alia fortasse non pauca priscorum hominum opera ab iis de industria sublata magna suspicio est, ne, si superessent, iis, quibus ipsi gaudebant, fabulis nocerent. Nunc quando testimonium, quo nitimini, neque exhibetis, neque librum, in quo id scriptum fuisse affirmatis, periisse negatis, argumentis necessario utendum est, ut, an id Aristides, quod vos affirmatis, in eo libro vel scripserit vel scribere potuerit, intelligamus. Non scripsisse, jam supra inde demonstrari, quod librorum Areopagiticorum neque adversarii, neque patroni, ac ne eorum quidem princeps Maximus sexto septimoque seculo sciverint, Dionysium sub Hadriana fuisse mortuum; imo vero plane aliud sciverint, eum nempe ante Hadriani, ipsiusque etiam Traiani tempora martyrium fecisse; et in hoc, tametsi in cæteris discordes, consenserint. F

auctore C. B. signantes,

126 Illud enim prius de Hadriani tempore neutros nescire potuisse, si esset ab Aristide summo viro, in eo Opere scriptum; quod vos ipsi apud Athenienses, id est, apud homines Græcos, adeoque utrorumque gentiles inter antiquorum monumenta clarissimum habitum fuisse perhibetis. Hoc autem utrosque nescivisse, inde constat, quod incredibile sit, id si scivissent, ad adversarios tam impudentes futuros, ut Dionysium ante Traiani tempora passum esse objicerent, vel patronos tam stultos, ut sub Hadriano passum dissimularent. His nunc adde Græcos Maximo recentiores Methodium, et de nono sæculo Symeonem Metaphrastem, et Suidam, et Michaëlem Syngelum, et Menæorum et Synaxariorum apud eandem gentem auctores; quos omnes id ab Aristide de Hadriani tempore scriptum nescivisse, inde certa fides est, quod Dionysium, ut mox ostendemus, sub Domitiano quidem cæteri, sub Trajano vero duo ex iis, Suidas et Syngelus, passum tradunt; sub Hadriano, nulli posuerint; idque eo validius hoc, quod nos volumus, conficit, quod omnes, cum veros esse
B Dionysii libros, qui ejus nomine circumferuntur, putarent, hæc eos sententia evidentissime illuc cogebat, ut martyrem sub Hadriano potius, quam vel sub Trajano, vel sub Domitiano passum fuisse dicerent. Qui ergo hoc, quod eorum studium atque usus poscebat, non sunt secuti, eos nemo dubitare debet, id apud Aristidem suum nunquam vidisse.

nominatimque Adonem carpis, rationibus

127 Nunc quis credat, quod esset apud Aristidem, vidisse quidem et animadvertisse Latinos hospites et exoticos, Græcos, ejus gentiles ac vernaculos, vel non vidisse, vel non animadvertisse? Sed quid Græcos loquor? Ne Latini quidem ulli fuerunt paulo vetustiores (si unum Adonem, de quo mox, exceperis) qui hoc apud Aristidem viderint, qui se hoc apud eum vidisse non negent. Nam Hilduinum, Ratbertum, Hincmarum, Vincentium Bellovacensem, Matthæum Vestmonasteriensem, alios Areopagiticæ omnes sectæ homines, quis Dionysium sub Domitiano passum esse tradituros fuisse putet, si eum sub Hadriano occisum ab Aristide didicissent? Omnes autem, quod statim docebimus, sanctissimi hujus Martyris passionem ad Domitiani tempora retulerunt. Ergo,
C aliud tradidisse Aristidem, plane nescierunt. Neque id postremo omittendum est, quod si vel unum esset, nihil hujusmodi in Aristidis libro scriptum fuisse, demonstraret. Meminerunt hujus libri et Usuardus et veterum Galliæ Martyrologiorum, quæ nos Sirmondi fide supra laudavimus, scriptores. Omnium, hæc una vox constansque, consensus est: „ Aristidem, Athenien-
„ sem virum, fide sapientiaque mirabilem, in
„ eo Opere, quod de Christiana religione compo-
„ suit, testari, Dionysium Areopagitam post cla-
„ rissimam confessionem fidei, post gravissima tor-
„ mentorum genera glorioso martyrio coronatum
„ esse. „ Aristidem dicunt testari, Dionysium, gravissimis tormentis pro Christi fide cruciatum martyrium gloriose consummasse, quod ab Aristide scriptum esse, et verosimillimum est, et nos libenter admittimus. Sub Hadriano illa passum esse, non dicunt. Ergo et horum de re tam memorabili silentium arguit, nihil hujusmodi ab Aristide scriptum fuisse.

in medium adductis

128 Cur enim Usuardus et alii Martyrologiorum scriptores hoc, si esset ab Aristide scriptum, tacuissent potius quam Ado, qui memorat? Neque sane id ab eo scribi potuisse ex iis, quæ nuper D
disputabamus, liquet. Cum enim illa, quæ istic præstruximus vir, ejusdem memoriæ Aristides nescire non potuerit, Dionysii scilicet et Publii, qui ei successit, episcopatum et martyrium; neque illud profecto, quod inde necessario sequi demonstravimus, nescivit, Dionysium scilicet multo ante Hadriani initia passum, ut autem, quod ipse falsum esse sciret, id scriberet, viri celeberrimi pietas ac sapientia credere nos non sinunt. *Ita hactenus laudatus scriptor; Aristidem autem, quidquid etiam sanctus Viennensis martyrologus Ado scribat, sub Adriano* Dionysii Areopagitæ *martyrium nec signasse, nec signare potuisse, cum Sirmondo, uti jam nunc recitatis verbis luculentissime manifestat, contendit. Ac rationes quidem, ob quas postremum, seu Aristidem sub Adriano signare non potuisse* Areopagitæ *martyrium, adstruit, eædem prorsus sunt, quæ Sirmondum, ut idem affirmaret, impulere, quæque quam parum rei isti evincendæ aptæ sint, in Commentario, supra jam datis Actis præmisso, num.* 358 *et binis seqq. ostendi; quod autem ad primum jam spectat, rationes quidem, quas ad probandum affert, a rationibus, per Sirmondum* E
*adhibitis, diversæ sunt: verum nec iis, quod vult, evictum dat.*

hicque

129 *Ex eo enim potissimum, quod S. Maximus aliique scriptores Græci* Dionysii *sub Adriano passum esse ignorarint, imo et contrarium scripserint, idque tamen, utpote qui, si Aristides, Vir sanctus* S. Dionysio *æqualis fideque dignissimus,* Dionysii *martyrium sub Adriano signasset, minime id ignorassent, facturi indubie non fuissent,* Dionysii *martyrium sub Adriano Aristidem non signasse, seu, quod eodem recidit, Sanctum nostrum sub hoc imperatore passum esse, non scripsisse, contendit. Verum quid ni, contra ac Dallæus putavit, factum esse possit, ut S. Maximus Apologeticum Aristidis pro religione Christianam librum, in quo sanctus hic Atheniensis, philosophus* Dionysii *martyrium sub Adriano locavit, numquam viderit, itaque sub hoc principe ab Aristide consignatum fuisse* S. Dionysii *martyrium, ignorarit? Eusebius in Chronico S. Ignatii, Antiocheni episcopi, martyrium sub Traiano (adi Operis nostri tom.* 1 *Februarii pag.* 19, *num.* 31) *apertissime signat, et tamen S. Maximus, ut*
*supra jam vidimus, diu ante Traianum, imo et* F
*Domitianum martyrio coronatum fuisse Ignatium, in suis in* Areopagitam *Scholiis affirmat. Quod cum ita sit, dictumque adeo Eusebii Chronicon (neque enim, si id novisset, ab Eusebio in assignanda martyrii Ignatiani epocha dissensurus fuisse videtur) verosimillime ignorarit, quid, quæso, impedit, quo minus etiam Apologeticum Aristidis de Religione Christiana librum ignorasse credatur? Anne forsan, quod Eusebii Chronico notius exstiterit Aristidis Opus, pluriumque manibus tereretur?*

per rationes alias

130 *Verum res secus habere videtur, imo cum Aristidis Opus, integro adhuc superstite Eusebii Chronico, haud amplius modo inveniatur, nec, quandonam interierit, exploratum habeatur, dubitari non immerito potest, an id jam inde a Maximi ætate, atque etiam citius, ut id Sancto huic prælucere non potuerit, haud interiisset. Anonymus quidem Martyrologii Romani Parvi seu Veteris, a Rosweydo primum editi, auctor, qui, quemadmodum Sollerius noster in sua ad Usuardum Præfatione docet, ante seculum octavum medium, imo ante annum*

A *num.* 742, *floruit, ad dictum Martyrologium suum contexuit, Aristidis in hoc Opus pro Adriano imperatore, sub quo* Dionysium *passum, ait, ad tertiam Octobris diem citat, idque inter antiquorum memorias clarissimum apud Athenienses teneri affirmat; verum hinc consectarium non est, ut ipsemet is scriptor, qui, quemadmodum ejam dictis facile colliges, post S. Maximum floruit, laudatum Aristidis Opus præ oculis habuerit; facile enim factum esse potest, ut Sancti nostri ad dictum Octobris diem elogium, in quo Aristidis Opus laudatur, e concinnato per scriptorem anteriorem, cui Opus illud præluxerit, Martyrologio acceperit, tantumque adeo ex hujus fide idem Opus laudarit. Hinc porro jam fit, ut ex eo sane, quod in Martyrologio Romano Parvo seu Veteri Aristidis Opus citetur, neutiquam sit consequens, ut anonymi, qui martyrologium illud contexuit, auctoris, ac proin etiam S. Maximi, qui ante hunc floruit, ætate Opus illud adhuc fuerit superstes. Jam vero, cum res ita habeat, facileque etiam ex aliis supra dictis Aristidis Opus ac præstitutam in hoc martyrii Dionysiani epocham ignorare S.*

B *Maximus potuerit, ex eo certe, quod hic* Dionysii *martyrium sub Domitiano, non autem sub Adriano, signet, nequit inferri, id pariter sub Adriano Aristidem non signasse.*

*confutatis, in contrarium,* 131 *Quod autem ad alios scriptores Græcos, Maximo recentiores, Methodium videlicet seu Metrodorum, Symeonem Metaphrastem, Michaëlem Syngelum, Menæorumque ac Synaxariorum auctores jam spectat, hi quidem* Dionysium *sub Adriano martyrium subiisse, non scribunt; verum cum in assignando imperatore, sub quo id factum fit, concordes non sint, ac duo quidem ex illis, Suidas videlicet et Syngelus, sub Traiano, reliqui vero sub Domitiano,* Dionysium *passum, tradant, id enimvero, unanimi Græcorum omnium consensu* Dionysii *martyrium sub Domitiano non fuisse signatum, argumento est minime dubio. Quid quod ii, qui* Dionysium *sub Domitiano passum, notant, id e S. Maximo, in Martyrii Ignatiani epocha assignanda certissime e supra dictis hallucinato, hauserint? Adhæc cum Traianus, sub quo Suidas et Syngelus Dionysii martyrium consignant, proxime ante Adrianum, sub quo Martyrologii Romani Parvi seu Veteris auctor, Aristidem citans, Dionysium*

C *passum, ait, Romani imperii habenas moderatus sit, ab Aristide seu Romani Parvi auctore haud multum illi in assignanda martyrii Dionysiani epocha dissonant, cum æque ad finem, quam ad initium imperii Traiani respexisse queant. Nec quidquam ad rem facit, Latinos, in rebus Græcorum hospites, non autem ipsomet Græcos novisse, sub Adriano passum esse* Dionysium; *id enim Latini seu, ut melius loquar. Romani Parvi auctor aut is certe, quem hic sibi prælucentem habuit, non e suis Gentilibus, sed e Græco homine, fide dignissimo, S. Aristide nempe, Atheniensi philosopho, didicit.*

*rejecta etiam Romani Parvi auctoritate, arguant* 132 *Hincmarus quidem, Ratbertus, Hilduinus, Vincentius Bellovacensis et alii* Dionysii *martyrium sub Domitiano collocant. Verum id verosimillime vel e S. Maximo vel ex aliis recentioribus scriptoribus Græcis didicerant, majoremque proinde, quam hi, fidem aut merentur; etsi autem* Dionysium, *si id utcumque probabile putassent, sub Adriano passum esse, fortassis scripsissent, nequit tamen ex eo, quod id non fecerint, concludi,* Dionysium *sub Domitiano, non autem sub Adriano esse passum. S. Maximi enim aliorumque Græcorum recentiorum, qui* Dionysii *martyrium sub Domitiano collocant, obstitit auctoritas, quo minus aliam eventui isti epocham assignare auderent. Verum pergit Dallæus ac quærit, cur Usuardus, non æque ac Ado,* Dionysium *sub Adriano passum esse martyrium, scripserit. Id scilicet factum suspicatur ex eo, quod* Dionysium *sub Adriano passum esse, Usuardus haud putarit. Verum Usuardus, contra ac Dallæus putavit, Adone est recentior, prolixioraque, quibus hic Sanctos in contexto a se Martyrologio subinde ornarat, elogia in compendium in novo a se contexto Mrl. ita contraxit, ut haud raro non pauca, notatu etiam satis digna, quæ fusiori oratione ab Adone inveniebat exposita, pro mero suo arbitrio omiserit; quod cum ita sit, Usuardum in* Dionysii Areopagitæ *elogio nomen imperatoris, sub quo Sanctum hunc passum, in Martyrologio Adoniano invenit, non alia ex causa, quam ut errorem, quem in hoc cubare illo ex capite putarit, corrigeret, prætermisisse, pro certo quis asseveret? At vero Dallæus post verba, quæ ex eo proxime recitavimus, nonnullis adhuc minoris momenti aliis contra Adonem adductis, mox in Romanum Parvum seu vetus, e quo, quam Ado* Dionysii *martyrio* E *assignat, epocham esse haustam, tandem animadvertit, stylum convertit, non pauca disserens, quibus antiqui illius a Rosweydo primum editi monumenti fidem atque auctoritatem minuere ac penitus convellere conatur.*

*auctore C. B.*

*martyrium passo, perperam abjudicent,* 133 *Verum cum dicta sua certis atque indubitatis argumentis haud probet, ac pleraque sint hujusmodi, ut facile e Sollerii nostri de Martyrologio illo in præmissa ad Usuardum Præfatione disputatis refutari queant reve etiam ipsa, uti hæc cum illis conferenti patescet, refutata jam sint, Sanctum nostrum vere sub Adriano, uti a Romani Parvi auctore hunc que secuto Adone signatur, subiisse martyrium, saltem probabilius, si non omnino certum, apparet, quidquid etiam in contrarium Launoyus et Dallæus supra huc transcriptis verbis arguant. Jam vero cum res ita habeat, ac proin* Dionysius *non prius, quam cum Ignatius ad Superos martyrio jam migrasset, sanguinem pro Christo effuderit, potuit enimvero scriptam abs hoc ad Romanos epistolam laudare, perperamque adeo ei Librum de Divinis Nominibus vel idcirco, quod dicta epistola in eo citetur, Antiareopagitici nonnulli abjudicant. Ver-* F *um, etsi quidem id ita sit, ex eo tamen dictus liber, quod simul et memoratæ epistolæ citationem complectatur, et Timotheo, Ephesino episcopo, inscribatur,* Dionysio Areopagitæ *abjudicandus est. Cum enim Ignatius Onesimi, qui Timotheo defuncto in sedem Ephesinam successerat, in scripta a se ad Ephesios epistola meminerit, hacque posterior sit epistola altera supra memorata, quam idem Ignatius ad Romanos dedit, jam Timotheus, cum hæc scripta fuit, diem extremum clauserat.*

*ex eo tamen quod simul liber ille Timotheo inscriptus sit, merito id feceris;* 134 *Quod cum ita habeat, nequiit a* Dionysio *et liber de Divinis Nominibus Timotheo inscribi, et in eo Ignatii ad Romanos epistola laudari; utrumque autem simul cum fiat, id enimvero, memoratum librum non a* Dionysio, *utpote qui Timothei mortem ante scriptam ab Ignatio ad Romanos epistolam evenisse, indubie non ignorarit, sed ab alio posterioris ævi scriptore, qui antene, an post epistolam, ab Ignatio ad Romanos scriptam, Timotheus obiisset, nescierit, compositum fuisse, argumento est perquam validissimo. Ac eo quidem sese ut expediant Areopagitici,*

AUCTOR C. B.

*ci, varias se vertunt in partes, nonnullis etiam cum Baronio adstruentibus, Timotheum, cui liber de Divinis Nominibus inscriptus est, non eum esse, qui Pauli discipulus fuit, sed alium quemdam Juniorem, Pudentis senatoris filium, cujus nomen in Romano Martyrologio, et in SS. Perpetuæ et Felicitatis Actis refertur; verum, ait in sua jam sæpius laudata de Operibus* S. Dionysii *Dissertatione cap.* 9 *Nourrius,* Alii e contrario Timotheum illum verum Pauli discipulum fuisse adserunt, et Baronii opinionem his impugnant rationibus. 1 Omnes ante Baronium scriptores cum Græci tum Latini in ea fuerunt sententia. 2 Auctor noster tradit Timotheum episcopali dignitate inauguratum, atque ab eo Opera sua vult examinari et castigari. 3 Idem ipse auctor in epistola ad Titum, quem Baronius aliique Areopagitici discipulum et comitem Pauli fuisse concedunt, ejusdem Timothei meminit. 4 In omnibus manuscriptis codicibus Timotheus ille Ephesinum episcopatum, cui discipulus Pauli præfuit, tenuisse memoratur. 5 Denique Auctor noster, uti diximus, se Apostolorum, ejusdemque proinde Timothei temporibus vixisse jactitat.

*nec rationes, quæ ex Areopagiticorum nonnullorum*

135 *Ita hactenus, de quibus hic Nourrius, alii isti, et recte quidem. Hinc, spreta illa de Timotheo responsione, Areopagitici nonnulli* audacter, *ait in sua mox iterum laudata Dissertatione cap.* XI *Nourrius,* affirmant, *sequentia isthæc,* Scribit autem et divus Ignatius : Amor meus crucifixus est, *Ignatii, ad Romanos scribentis, verba, quæ in libro de Divinis Nominibus citantur, quæque in hoc a* Dionysio *citari non potuisse contendimus,* ab aliquo insciente et rerum ignaro imprudenter et inepte in Dionysii intrusa textum. Et id quidem pluribus momentis demonstrari posse arbitrantur. Primum, quia nihil ad Dionysii argumentum faciebat præfata Ignatii auctoritas. Dionysius etenim ibi probat vocem ἔρως, « amor » apud sacros Auctores in bonam partem accipi. Atqui eadem vox in hac ipsa Ignatii epistola pro concupiscentia amoreque terrestri usurpatur. Secundo, quia, hac pericope et sententia Ignatii demta, melius sibi cohæret Dionysii oratio. Tertio, testimonium illud Ignatii inter media sacræ Scripturæ testimonia absurde omnino collocatur. Certe prudentior Dionysius et post omnia divinæ Scripturæ testimonia, at-
C que etiam post allatas a se ibidem Hierothei magistri sui auctoritates ei locum dedisset. Denique periodus, quæ hanc Ignatii sententiam antecedit, falsitatem continet putidissimam, et auctore tam erudito prorsus indignam. Hæc autem periodus his verbis concipitur : « Visum est quibusdam « nostris sacrarum Scripturarum tractatoribus no- « men ἔρωτος, amoris, divinius esse, quam nomen « ἀγάπης, dilectionis. « At hoc, inquiunt, falsissimum est.

*mente hic allegantur,*

136 Nam si nomen « amoris « ἔρωτος, divinius esset, quam nomen « dilectionis « ἀγάπης, scriptores sacri eo procul dubio frequentius uterentur. Atqui vox ἔρως in novo Testamento, ubi vox ἀγάπη plusquam nonagies occurrit, nec semel quidem reperitur : in veteri autem creberrime legas vocem ἀγάπης, bis vero tantummodo vox ἔρως in Proverbiorum libris ad amorem impurum et prophanum significandum adhibetur. Unde concludunt, et phrasim præfatam, atque ipsam Ignatii sententiam in Dionysii libros fuisse a quodam male feriato homine intrusas. *Ita hactenus Areopagitici nonnulli, qui* D *supra allatam Ignatii, ad Romanos scribentis, sententiam in Dionysianum de Divinis Nominibus librum ab ignaro quodam posterioris ævi scriptore fuisse intrusam, æstimant; verum audi, qui tria posteriora, quæ ad hanc suam opinionem firmandam modo huc transcriptis verbis afferunt, rationum momenta loco supra cit. a Nourrio confutentur.* Quod autem... (*ait hic scriptor*) objicitur, hac periodo (*citata nempe Ignatii in libro de divinis nominibus sententia*) demta, Dionysianam orationem melius sibi cohærere, leve omnino est, nulliusque momenti. Idem quippe dici posset de aliis auctorum libris, in quibus plura ad aliquid probandum congeruntur testimonia antiquiorum. Uno enim et altero sublato, melius quoque scriptoris oratio sibi cohærere plerumque videbitur.

137 Deinde si quoties deleta aliqua periodo *contrarium* oratio sibi melius cohærere censetur, toties eamdem periodum textui auctoris dixeris esse adjectam, tot in Ecclesiæ Patrum atque in primis auctoris nostri Operibus dici deberent adsuta, iisque insita; ut hæc objecisse Areopagiticos aliquando pœniteret. At, inquiunt, Dionysius non poterat E testimonium Ignatii aliis sacræ Scripturæ testimoniis medium interjicere : sed illud suo, id est, ultimo posuisset loco. Nec majoris ponderis est ista argumentatio. Quis enim scriptores his citandorum librorum legibus ita teneri credat; ut ab iis non liceat umquam transversum unguem discedere? Hæc quippe si se haberent, quot, bone Deus, occurrent testimonia veterum in variis posteriorum scriptorum libris ab inscientibus et ignaris imprudenter intrusa, et ex iis deinceps delenda? Quot namque scriptores de ea, quæ nunc desideratur, citandi methodo ne cogitaverunt quidem? Quot in eorum Operibus permista reperies Scripturæ Patrumque antiquiorum testimonia? Neque erat sane, quod fastidiosius objicerent periodum, quæ huic Ignatii sententiæ præponitur, falsitatem continere puditissimam. Etenim eo, quo enunciatur, modo, nihil in ea nisi verisssimum deprehenditur. Hæc quippe ipsissima sunt, ut superius dictum est, auctoris nostri verba : « Visum est quibus- « dam nostris sacrarum Scripturarum tractatori- « bus nomen Amoris divinius esse, quam nomen « Dilectionis. » Quibusdam « dicit, non « omni- « bus. « At quibusdam id ita visum fuisse tam con- F stanter putabat; ut scriptores et scripta, ubi id traditum est, ille continuo indicaverit. Et certe, qui hæc objiciunt, et ipsi satentur illud nomen Amoris, in aliis, quam iis, qui ab auctore nostro citantur, inveniri Scripturæ sacræ libris.

138 *Hæc laudatus Nourrius; ut autem et id,* *evincunt,* *quod verbis num.* 35 *recitatis primo loco Areopagitici memorati objiciunt, modo hic confutem, nomen ἔρως in iis, quæ in libro de Divinis Nominibus citantur, Ignatii verbis pro amore spirituali et divino potest usurpari, quamvis in subsequentibus pro exstincto concupiscentiæ igne accipiatur. Jam vero cum id ita sit, ibidemque adeo ab Ignatio in bonam partem accipi dictum nomen, Operum Dionysianorum auctor existimare haud inepte potuerit, præfatam enimvero Ignatii auctoritatem, veluti ad argumentum, quod tractabat, facientem, potuit citare; ut proinde, contra ac Areopagitici contendunt, asseverari haud debeat in Dionysii intrusa textum. Et vero asseverari*

A *verari id neutiquam debere, vel ex eo etiam liquet, quod nullum prorsus libri de Divinis Nominibus exemplar assignari hactenus potuerit, in quo eadem Ignatii auctoritas seu sententia descripta haud reperiatur. Quod cum ita habeat, aliterque, ni hæc in ipsomet primævo Dionysiano fuisset usurpata textu, indubie haberet, non ab interpolatore seu posterioris ævi scriptore, sed ab ipsomet Operum Dionysianorum auctore censeri debet profecta; jam vero cum epistolam, in qua dicta sententia reperitur, Ignatio ad Romanos scribente, mortuus e dictis Timotheus, cui liber de Divinis Nominibus inscribitur, jam esset, consectarium est, ut hic certe a* Dionysio Areopagita, *qui id utique non ignorasset, conscriptus haud fuerit. Hinc porro jam etiam consequitur, ut vel ex eo, quod liber de Divinis Nominibus simul et Timotheo inscriptus sit et Ignatii ad Romanos epistolæ citationem complectatur,* Dionysium Areopagitam *habere auctorem minime is possit, quidquid in contrarium rationibus nonnullis supra allegatis Areopagitici arguant.*

B

## CAPUT X.

### Dionysii Areopagitæ non esse, quæ ejus nomine inscribuntur, Opera, ex antiqua, quæ in hisce pro infantium baptismo citatur, traditione ostenditur.

*Epitheton Græcum, quod traditioni de Baptismo ab Operum Areopagiticorum*

*Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. ultimo* § XI Dionysius Areopagita, *seu anonymus, qui hujus sibi nomen, assumpsit, auctor sequentem loquitur in modum* : πλήνγε ὅτι καὶ περὶ τούτου ταῦτά φαμεν, ἅπερ οἱ θεοειδεῖς ἡμῶν ἱεροτελεσταὶ, πρὸς τῆς ἀρχαίας μυηθέντες παραδόσεως, εἰς ἡμας προήγαγον · *hæc autem verba, ab Operum Dionysianorum scriptore, de infantium Baptismo, cujus interrogationes, abrenuntiationes etc., quod harum incapaces infantes sint, irridebant ethnici, faciente sermonem, in litteras missa, Latine e Corderii interpretatione sic sonant :* Verumtamen

C hac de re (*de infantium scilicet Baptismo*) id quoque dicimus, quod deiformes præceptores nostri ab antiqua traditione acceptum nobis transcripserunt. *Porro cum auctor, si* Dionysius Areopagita *is sit, hic per illos, quos* deiformes præceptores suos *vocat, non alios, quam S. Paulum aliosque Apostolos intellexisse queat, hique certe doctrinam de parvulorum Baptismo, utpote Christo absque omni controversia haud antiquiorem, ex antiqua traditione, contra ac in textu cit. Operum Dionysianorum auctor prodit, accipere non potuerint, id enimvero argumento est, per illos, ad quos ex antiqua traditione pervenisse subsannatam ab ethnicis de parvulorum Baptismo doctrinam, Operum Dionysianorum auctor ait, non Apostolos, sed alios, qui diu post Apostolos floruerunt, debere intelligi, huncque adeo instituti sui hoc loco immemorem,* Dionysii Areopagitæ *personam, quam toto suo Opere sibi imposuit, manifesto hic deponere.*

140 *Ita Antiareopagitici, ut Operum Dionysianorum auctorem seculo primo seu Apostolorum ætate non floruisse, ac proin illorum auctorem esse non posse* Dionysium Areopagitam, *e supra cit. Operum eorumdem loco arguunt. Nec sane vi ac robore destituitur hoc illorum argumentum. Areopagitici 'quidem, quo id enervent atque convellant, vocabulum seu Epitheton* ἀρχαίος, *quod in Dionysiano textu substantivum* παραδόσις, *Latine* traditio, *afficit, non id, quod Latine* priscus *seu* antiquus, *sed idem, quod Latine* Primus, *significare contendunt; verum audi, qui Morinus, postquam,* qua ratione *Operum Dionysianorum auctor,* si Areopagita est, præceptores suos sive pontifices, hoc est, Apostolos ab antiqua traditione Baptismum infantium accepisse et ad tempus usque suum conservasse, *dici possit, rogavit, opportune ad institutum præsens loco mox cit. ratiocinetur.* Lanselius, *inquit,* ita pervertit hanc periodum (*supra scilicet recitatum Ecclesiasticæ Hierarchiæ textum*) in translatione sua, ut ei vix aliquid sani fecerit reliquum : « Tametsi hoc quoque de hac re dicimus, quod divini nostri Pontifices « (*Apostoli*) « a prima Christi traditione mystice edocti, ad « nos usque produxerunt. « Primum supplevit « Apostoli. « Deinde contra verbi notionem ἀρχαίας, vertit « prima. « Denique addit de genio suo, « Christi. « Neque hæc translationis perversitas omnem a textu absurditatem abstergit. Nam cum ea non bene conveniunt postrema verba « ad nos usque produxerunt. « Concesso enim quod fuerit immediatus Apostolorum successor, quod cum eis toto prædicationis tempore vixerit, superstesque adhuc fuerit Joannes Euangelista, cum scriberet, inepte dicit, ad nos usque produxerunt traditionem illam.

*auctora C. B. scriptore tribuitur, quodque numquam tantummodo idem,*

E

141 Hic loquendi modus postulat necessario longum temporis interstitum, et optime convenit cum epitheto ἀρχαίας, antiquæ, quod traditioni in textu tribuitur. Rationem perversitatis suæ facetam reddit Lanselius in Adnotationibus : « Alioquin dubium moveretur de antiquitate S. « Dionysii. Si enim discipulus fuerit S. Pauli, « quomodo dicit suum præceptorem ab antiqua « traditione ista edoctum fuisse? « Atqui hoc dicit, nec aliter integro textu explicari potest. Antiquissimi interpretes Scotus et Saracenus transtulerunt, « ab antiqua eruditi traditione. « Perionius, « A veteribus acceptis « Vercellensis, « A suis senioribus docti. « Ambrosius, « Ex pri« stina traditione. « Omnium optime antiquissimi

F interpretes, omnium pessime recentissimus. Pachymeres in sua paraphrasi textum reliquit immutatum, μυηθέντων καὶ τούτων ἐκ ἀρχαίας παραδόσεως edoctis illis ab antiqua traditione. *Ita hactenus Morinus, vocabulum scilicet* ἀρχαιὸς, *quod longum temporis intervallum, quo doctrina de parvulorum Baptismo ad Operum Dionysianorum auctorem fuerit deducta, necessario in textu supra relato importetur, nullo modo ad significandum idem, quod vocabulum* primus *significat, accipi posse contendens.*

*quod Latine primus seu primigentius,*

142 *Et vero vocabulum* ἀρχαιὸς *in textu illo re ipsa neutiquam ad idem, quod vocabulum* primus, *significandum adhiberi, alia adhuc ratione probabo, postquam, quæ Cozza, ut contrarium probet, in Vindiciis Areopagiticis, anno* 1702 *Romæ editis, profert, lectori ob oculos posuero. Sic itaque Lucubrationis dictæ part.* 2, *cap.* 15, *num.* XI *ratiocinatur.* Vis ergo tota difficultatis restringitur ad illud adjectivum, « Antiqua. « Verumtamen hac de re (recitat hic Dionysianum

*uti Cozza verbis huc transcriptis*

AUCTORE C. B.

Dionysianum textum supra jam datum) « id quo- « que dicimus, quod deiformes præceptores nostri « ab antiqua traditione acceptum nobis transmise- « runt. « Sed neque hoc urgere mihi videtur, siquidem verba illa sonant idem, ac « a prima traditio- « ne. « Et ita legit Ambrosius Camald. in sua versione ; « quæ sancti præceptores nostri ex pristina « traditione edocti ; « in quo sensu usurpare videtur ipsemet Rivetus. Ideoque pater Halloixius quæst. 2 in Vitam S. Dionysii in respons. ad XII Sculteti rationem ait : Ista traditio vocata est ab authore nostro ἀρχαῖα παραδόσις hoc est, « pri- « ma seu primigenia traditio. « Nam cum ἀρχαιὸς plura significet, ejus significationes pro subjecta materia capiendæ sunt. Inter alia vero (quod ex Lexicis addisci potest) sicut ἀρχή, principium, ita ἀρχαῖον, primum significat, non modo vetus aut antiquum. Potest enim aliquod esse primum, nec tamen vetus aut antiquum : et item antiquum et non esse primum. Ex quibus, ait, quod verba illa Dionysii ita legenda sunt : « De « illo hæc dicimus, quæ divini initiatores nostri, « a prima edocti traditione, ad nos provexe- « runt. «

B

*contendit.*

143 Cum itaque sub initiatorum nomine, « Dei- « formes seu divini INITIATORES, « veniant Apostoli, quos antea « divinos duces « appellat, ut explicat S. Maximus in Scholiis ad hunc locum; isti vero a Christo sint edocti, qui primus Ecclesiæ doctrinam tradidit, ipsosque Apostolos edocuit, inde fit, quod verificetur de eis, quod sint a prima traditione edocti. Potuit etiam S. Dionysius per initiatores sacrosque duces intelligere Hierotheum, Marcum et Lucam Euangelistas, Justum, quem citat lib. de Divinis Nominibus cap. XI, Antipam aliosque coæquales discipulos, qui, ab Apostolis edocti, optime dici possunt a prima traditione edocti, utpote ab Apostolorum traditione. Ita ex Halloixio. Quæ responsio non videtur aliena a mente abbatis Vercellensis, qui in extractione hujus Dionysii loci legit : « Super hoc autem arti- « culo, scilicet de pueris baptizatis, dicimus, « quod doctores nostri, a suis senioribus docti, « nobis tradiderunt. « *Hæc laudatus Cozza volens scilicet, vocabulum Græcum ἀρχαιὸς duas habere significationes, quarum altera idem, quod vocabulo Latino* primus *seu* primigenius, *altera idem, quod vocabulo Latino* antiquus, *significetur, ex eoque proinde, quod Operum Dionysianorum auctor substantivum* παραδόσις, *seu* traditio, *epitheto* ἀρχαιὸς *in textu supra recitato afficiat, consectarium non esse, ut significare voluerit, antiquam exstitisse traditionem, qua ad se pervenisse ait catholicam de parvulorum Baptismo doctrinam.*

C

*Græce significare*

144 *Verum etsi quidem vocabulum* ἀρχαιὸς *idem subinde, quod Latine* primus *seu* primigenius, *apud auctores Græcos significet, numquam tamen abs hisce in significatione hujusmodi adhibetur, nisi simul res, per substantivum, quod epitheto* ἀρχαιὸς *afficitur, significata, vocari possit, reque etiam ipsa sit antiqua. Ad Lexica Græca provocat Cozza ; verum hæc ipsa illi adversantur. Ut, quam verum id sit, patescat, Cozzæ obtemperantes Lexica Græca consulamus. Hæc inter maxime eminet linguæ Græcæ ab Henrico Stephano constructus typisque anno* 1572 *vulgatus Thesaurus. Is itaque, qui quemadmodum idcirco potest, Lexicorum Græcorum omnium instar mihi hic sit, vocabulo* ἀρχαιὸς *in sensu proprio accepto, duas significationes attribuit, quarum altera idem, quod vocabulo Latino* Pristinus, *altera idem, quod vocabulo item Latino* Antiquus, *significari docet; licet autem significationum illarum prior a significatione, quam vocabulum* antiquus *ingerit, videatur diversa, ea tamen, quibus epitheton seu adjectivum* antiquus *certo etiam sensu convenit. Sic statui, prius habito ac deinde amisso, cui epitheton seu adjectivum* pristinus *jungitur, adjectivum seu epitheton* antiquus *certo etiam sensu quadrat. Ea enim, quæ, cum prius fuissent habita ac deinde amissa, iterum postea fuerunt obtenta, certo etiam sensu sunt antiqua, hincque* antiquus *pro* pristinis *apud Latinos aliquando usurpatur, uti Henricus Stephanus loco supra cit. docet. Nonnulla quidem adhuc adducit, quibus vocabulo* ἀρχαῖον *nihil aliud, quam τὸ ἐξ ἀρχῆς, Latine,* quod ab initio fuit, *significare insinuat; verum quæ ab initio fuisse dicuntur, simul esse queunt antiqua, imo nullum hactenus apud scriptores Græcos reperire quivi exemplum, in quo vocabulum* ἀρχαῖος *idem omnino, quod τὸ ἐξ ἀρχῆς, Latine,* quod ab initio fuit, *significet, simulque significationem, quæ vocabulo* antiquus *inest, excludat.*

D

E

*varia auctorum exempla ostendunt,*

145 *Ut itaque seu Cozza seu Areopagitici alii, vocabulum* ἀρχαιὸς *in Dionysiano textu supra recitato ad significandum τὸ ἐξ ἀρχῆς, Latine* quod ab initio *fuit, usurpari, significationemque, vocabulo* antiquus *inditam, excludere, evictum dent, necesse est, ut vel unum, in quo dictum vocabulum* ἀρχαιὸς *a probato auctore Græco ita adhibeatur, exemplum adducant; cum autem nunquam, ut id faciant, futurum esse videatur, vocabulum* ἀρχαιὸς *in Dionysiano textu supra recitato idem dumtaxat,* quod ab initio fuit, *seu idem, quod vocabulum* primus *seu* primigenius, *significare, minime mihi abs illis patiar, persuaderi. Et vero nec ipsemet Cozza firmiter id sibi persuasum habuisse videtur. Solutione enim, quam ad difficultatem, ex verbo* ἀρχαιὸς *petitam, supra huc transcriptis verbis dat, sequentem mox subjungit :* Cæterum si ista non placent, et contendere velint cum Antiareopagiticis apud de Nourry cit. verba illa Dionysii non posse recte explicari pro prima traditione, bene vero pro Antiqua, quemadmodum antiqui vertunt Joannes Scotus, Joannes Saracenus, Jacobus Faber Stapulensis, et nonnulli alii ex recentioribus, responderi potest ex doctrina S. Dionysii Carthusiani, qui in hunc locum ita scribit : « Verumtamen, et de hoc, id est, de « ista materia, ea dicimus, quæ quidem Deifor- « mes nostri santi perfectores, id est, Apostoli, « ab antiqua eruditi traditione, id est, ab æter- « na Sapientia, unigenito Dei Jesu Christo, quæ « Sapientia in Proverbiis testatur : Ab æterno « ordinata sum, et ex antiquis. Et in Euangelio « loquitur : Sinite parvulos venire ad me. Et : « Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu « sancto, non potest introire in regnum Dei, sui « nos adducebant, id est, transfuderunt in nos « sua informatione. « Vocat itaque Carthusianus doctrinam Christi, antiquam traditionem, quatenus ab æterna unigeniti Filii Dei Sapientia derivatam, et cum Apostoli ab hac æterna incarnati Verbi Sapientia eruditi fuerint, ideo B. Dionysius Areopagita, eos ab antiqua traditione edoctos esse, scribit.

F

146 *Talis*

A *Operum illorum Areopagitam non esse auctorem, argumento etiam est.*

146 *Talis est, qua difficultati, ex verbo ἀρχαῖος petitæ, satisfacere Cozza conatur, solutio altera; verum, quam eum in finem e Dionysio Carthusiano adducit, verborum Dionysianorum interpretationem ab obvia atque usitata horum significatione, ipsaque etiam scriptoris, a quo profecta sunt, mente longissime esse alienam, indubitatum apparet. Et vero per* deiformes præceptores *seu* perfectores, *de quibus Operum Dionysianorum auctor loco supra cit. loquitur intelligendos esse Apostolos, pro mero suo arbitrio Dionysius Carthusianus, nullo prorsus ad id impellente argumento, abstruere videtur; quod si autem* antiqua traditio, *de qua Operum Dionysianorum auctor loco cit. loquitur ibidem, prout Dionysius Carthusianus adstruit, pro* æterna Sapientia, Unigenito Dei Jesu Christo, *accipienda foret, quis non autumet, Operum Dionysianorum auctorem scripturum diserte fuisse, suos præceptores ea, quæ sibi de Baptismo tradidissent,* ab æterna Sapientia, Unigenito Dei Jesu Christo, *accepisse? Certe nulla prorsus ratio apta reddi posse videtur, cur Dominum Jesum Christum, a quo*

B *præceptores sui doctrinam de Baptismo accepissent, non aperte expressisset, sed per antiquam traditionem, quas is vel nullo modo vel certe obscure admodum dumtaxat significari potest, significare voluisset. Difficultatem itaque, ex verbo ἀρχαῖος petitam, minime etiam solvit interpretatio, Dionysianis verbis a Dionysio Carthuziano loco per Cozzam proxime cit. accomodata. Nec video, qui aliis in medium adductis responsis eadem difficultas felicius solvi queat. Jam vero, cum res ita habeat, Græcoque adeo epitheto, quod traditioni de Baptismo ab Operum Areopagiticorum auctore loco supra cit. tribuitur, idem omnino, quod vocabulo Latino* antiquus, *significatum indubie is velit, consectarium est, ut per* Deiformes præceptores, *a quibus se, quæ ex antiqua traditione de Baptismo accepissent, didicisse ait, non Apostolos, qui ea utique, non ab antiqua traditione, sed ab ipsomet Christo Jesu acceperant, intellexerit, sed alios posteriores, ad quos traditione dumtaxat Catholica de Baptismo doctrina pervenerat. Hinc porro ulterius consequitur, ut ætate, quæ Apostolorum ævo fuerit posterior, Ecclesiasticam, in qua traditionem de Baptismo vocat* antiquam, *Hierarchiam elucubrarit, utque proinde a* Dionysio Areopagita, *qui Apostolorum ævo floruit, diversus sit seu distinctus.*

C

## CAPUT XI.

### Quæ de sanctissimo Trinitatis mysterio Operum Dionysianorum auctor scribit, Dionysium Areopagitam hunc non esse, argumento etiam esse monstrantur.

*Operum Areopagiticorum auctor vocabulum hypostasis in eadem,*

*Operum Dionysianorum auctor lib. de Cœlesti Hierarchia cap. 7 sub finem sic scribit* : Id memoriæ causa in præsentiarum repetere sufficiat, ut primus ille ordo a divina bonitate, quantum par est, theologica illustratus scientia eamdem deinde ceu beneficia hierarchia, sequentibus transscripserit, illud, ut compendio dicam, docens, quemadmodum veneranda et superbenedicta omnique laude digna Divinitas, a Dei capacibus intelligentiis, quantum ab iis cognosci ac celebrari potest, jure debeat prædicari, cum sint quasi deiformes, divini quidam loci, ut eloquia testantur, divinæ requietis; nec non ut monas unitasque, quæ tribus inest personis, a supercælestibus naturis ad infima usque terræ per suam benignissimam res omnes penetret providentiam. *Deum itaque* ἑνάδα τρισυπόστατον, unitatem, in tribus personis subsistentem, *seu* quæ tribus personis inest, *loco cit. vocat laudatus auctor; cap. autem* 1, § 4 *de Divinis nominibus scribit*, Deum propter supernaturalis individui sui simplicitatem *laudibus arnari* ὡς μονάδα καὶ ἑναδα, ut Unitatem; ut Trinitatem vero propter superessentialis fœcunditatis in tribus Personis manifestationem, ὡς τρίαδα δὲ διὰ τὴν τρισυπόστατον τῆς ὑπερουσίου γονιμότητος ἔκφανσιν. *Et cap.* 2 *ejusdem libri* § 4 ἡ ἐν ἀλλήλαις, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων μονὴ καὶ ἵδρυσις, ὁλικῶς ὑπερηνωμένη, Divinarum in seipsis, si ita loqui fas est, Personarum mutua mansio et collocatio, in totum supraquam copulata in unum. *Et aliquanto post* § 5, μόνη δὲ πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατὴρ, οὐκ ὄντος υἱου τοῦ πατρὸς, οὐδὲ πατρὸς τοῦ υἱοῦ, φυλαττόντων δὲ τὰ οἰκεῖα τῶν ὕμνων εὐαγῶς ἑκάστη τῶν θεαρχικῶν ὑποστασεων. Solus autem fons supersubstantialis divinitatis est pater, ita ut non sit pater filius, nec filius pater, sed cuique divinarum personarum propriæ suæ laudes inviolatæ conserventur. E

*quæ voci Latinæ Persona inest, significatione sæpius usurpat;*

148 *Pauculis ante hæc verba lineis idem vocabulum* ὑποστασις *in eadem significatione usurparat, idque iterum in fine ejusdem capitis sequentibus his verbis facit :* Omne divinum nomen, ex bonitate promanans, cuicumque divinarum personarum impositum sit, in tota ipsa divina Trinitate promiscue accipitur. *En loci sane non pauci, quibus Operum Dionysianorum auctor vocabulum* ὑποστάσις *in eadem, quæ vocabulo Latino* persona *inest, significatione usurpat, pluresque adhuc alii, quibus hoc ipsum facit, assignari possent. Auctor quidem Dissertationis anonymæ in Dionysium Areopagitam, anno* 1702 *typis Pariensibus Gallice vulgatæ, cap.* 4, *articulo* XI, *apud Areopagitam vocabulum* ὑπόστασις *non* personam, *sed aliquid dumtaxat* reale, *prout hoc ei, quod secundum apparentiam seu speciem tantum est,* F *opponitur, significare, contendit, utque id probatum det, e lib. de Divinis Nominibus cap.* 2, § 3 *sequentem hunc textum in margine transcribit.* Discreta sunt Patris supersubstantiale nomen et res, et Filii et Spiritus Sancti; *verum vocabulum* res, *in isthac interpretatione Latina occurrens, in textu Græco, qui huic respondet, non per vocabulum* ὑποστάσις *sed per vocabulum* χρῆμα *exprimitur. tamque dilucide vocabulum* ὑπόστασις *ad significandam personam in dicto secundo de Divinis Nominibus cap., quod laudatus auctor citat, ubique adhibetur, ut illo, vel attente perlecto, abunde his confitetur, nosque adeo hoc loco amplius morari haud debeat. En modo, qui Morinus e dicta significatione, in qua illud vocabulum ab Operum Dionysianorum auctore confidenter adhibetur,* Dionysium Areopagitam *hunc non esse, probare contendat.*

*cum autem ante seculum quartum,*

149 Isto nomine, *inquit*, primum uti cœperunt theologi Græci post concilium Alexandrinum, quod anno CCCLXII, Constantino imperatore mortuo, celebratum est, ut testatur Socrates

A tes lib. III, cap. IV et V. Confessores enim, ab exilio revocati, cum sancto Athanasio multisque episcopis Alexandriam convenerunt, atque inter multa alia, quæ agitarunt, οὐσίας εἴ ὑποστάσεως nomina, de quibus inter Catholicos ortæ jam erant disceptationes, explicarunt, et iis qua significatione uti liceret, definierunt. « Porro au- « tem, « *(ita capitum dictorum ultimo e Christophorsoni interpretatione Socrates)* » episcopi, qui « in concilio Alexandrino aderant, hanc de οὐσίᾳ... « et ὑποστάσει... controversiam excusserunt. Nam « Osius, episcopus Cordubæ, civitatis Hispaniæ, « cujus antea fecimus mentionem, ab impera- « tore Constantino ad tumultum ab Ario conci- « tatum sedandum missus, dum Sabellii Afri « dogma explodere cogitaret de οὐσίᾳ... et ὑπο- « στάσει... disceptavit; unde materia alteri con- « tentioni suppeditata est. Verum id temporis « in concilio Nicæno de ea controversia ne ver- « bum quidem factum est; at postquam nonnul- « li cœpere de ea digladiari, ob eam causam in « hoc concilio de οὐσίᾳ... et ὑποστάσει... ista de- « ciderunt; non oportere, cum de Deo sermo « sit institutus, his verbis uti; nam οὐσίας, id « est, essentiæ nomen in sacris Litteris non re- B « periri, et voce ὑποστάσει... Apostolum, dogma- « tum tradendorum necessitate adductum, usum « fuisse. Cæterum alia quadam ratione voces « istas admittendas decreverunt, nimirum quod « Sabellii opinionem explodant, ne verborum ino- « pia rem, quæ triplici nomine nuncupatur, quasi « unam putare cogamur, sed ut singula nomina « Trinitatis in propria subsistente persona Deum « significent. Ista eo tempore a concilio decreta « fuere. »

*non in significatione isthac,*

150 Primus *(verba Modo sunt Morini)* de hac significatione quæstionem movit Osius adversus Sabellianos disputans. Sabelliani enim contendebant οὐσίαν et ὑπόστασιν idem esse, atque etiam id demonstrare conabantur ex symbolo Nicæno, in quo dicitur, Si quis vero ex alia οὐσίᾳ vel ὑποστάσει Filium Dei esse dixerit; quos S. Basilius tota Epistola LXXVI refutat. Cum autem concilii Nicæni Patres de hac controversia nihil definiissent, eo quod ad Arianos nihil spectaret, et ab Osio tantum obiter adversus Sabellianos disceptata fuisset, Catholici, potissimum Occidentales, hac in causa Sabellianis consentiebant. C et Orientales Arianismi accusabant: Orientales autem Sabellianismi eos vicissim insimulabant, Gregorius Nazianzenus maximis laudibus Athanasium prosequitur oratione in ipsius laudes, quod dissentientes in concilio Alexandrino Orientales cum Occidentalibus prudenter conciliavisset. Sic Nazianzenus, explicata difficultate essentiæ et hypostasis atque personæ, quæ Patres tum vexabat, subjicit, « Quæ cum beatus ille vir, et « vere homo Dei magnusque animarum œcono- « mus, oculis auribusque perciperet, tam stul- « tam et absurdam Orthodoxæ fidei sectionem « dissimulandam ac negligendam sibi non pu- « tavit; verum medicinam morbo quamprimum « infert. Quonam autem modo id fecit? Utra- « que parte leniter et humaniter accersita, ver- « borumque sententia diligenter et accurate per- « pensa, postquam concordes comperit, neque « quoad doctrinam quicquam inter se disseden- « tes, ita negotium transegit ut nominum usum « ipsis concedens, rebus eos constringeret. » Ut videas, lector, planius, quid fecerit Athanasius hac in causa, et in qua re cardo quæstionis istius vertebatur, lege istius synodi Epistolam synodalem ad Antiochenos apud S. Athanasium. D

*uti variis rationibus*

151 Eam autem sententiam, quæ asserebat, οὐσίαν idem esse, quod ὑποστάσις, amplectebantur communiter Occidentales, etiam post Alexandrinum concilium, ut constat ex Epistola S. Hieronymi LVII ad Damasum Pontificem, in qua multis de hac re disserit. « Sufficiat, » inquit, « nobis dicere unam substantiam, tres per- « sonas subsistentes, perfectas, coæquales, cœ- « ternas. Taceantur tres hypostases, si placet, et « una teneatur, etc. » Judicat sub nomine hypostasis venenum latere. Idem etiam timebant nonnulli Orientales, ut evidens est ex doctissima S. Basilii Epistola ad fratrem suum Gregorium Nyssenum de differentia οὐσίᾳ ET ὑπόστασεως, quæ est inter Basilii Epistolas XLIII. Item etiam colligitur ex Epistola præcedente XLI ad Maximum Philosophum. Tandem brevi post illa tempora apud omnes Catholicos tam Orientales, quam Occidentales, obtinuit decretum Alexandrinum et interpretatio S. Basilii de οὐσίᾳ et ὑποστάσει, ut constat ex Theodoreto in Immutab. dialog. et S. Augustino lib. V de Trinit. cap. VIII et IX, qui non dubitat, Græce recte dici tres hypostates et unam usiam, sed Latine reformidat tres substantias dicere, cum Latinorum usus ferat unam substantiam vel essentiam, tres autem personas. E

*hic probatur,*

152 Cum igitur Dionysius ille confidenter et nihil hæsitans Deum τρισυπόστατον, tres in deitate hypostases prædicat, manifeste ostendit imprudens, se vixisse non modo post Alexandrinum concilium, sanctosque Basilium, Nazianzenum et Nyssenum, sed etiam post exactum seculum quartum. Unde enim hanc ὑποστάσεως et οὐσίας distinctionem aliunde haurire potuit Dionysius noster, quam a concilio Alexandrino et Patribus jam allegatis? Ante enim illa tempora ista hypostasis significatio et ab usia distinctio res erat prorsus incognita, inaudita apud omnes philosophos, theologos, historicos, Christianos et ethnicos. Ideo cum primum in concilio Alexandrino anno Christi CCCLXII inventa est et definita, ei tantopere contradictum est, tandemque versus finem seculi quarti ab omnibus ægre recepta. Testatur hoc S. Hieronymus loco jam allegato, hypostasim ab usia nihil differre affirmans. « Tota, » inquit, « secularium F « litterarum schola nihil aliud hypostasim nisi « usiam novit, et quis ore sacrilego tres substantias « prædicabit? » Et paulo post: « Quisquis tria esse, « hoc est, tres esse hypostases, id est, usias dicit, « sub nomine pietatis tres naturas conatur asse- « rere. » Idem testatur Socrates lib. III histor. cap. V. Postquam hanc difficultatem diligenter versavit, « Qui, » inquit, « Græcam inter Græcos sa- « pientiam et doctrinam explicare nituntur, οὐσίαν « multis modis sumi definiverunt: de hypostasi « autem nullam qualemcumque fecere mentio- « nem. Imo vero Irenæus Grammaticus in Atti- « cæ linguæ Dictionario vocem barbaram appellat. « Nam apud nullum veterem scriptorem reperiri; « quod sicubi forte reperiatur, non eam rem signi- « ficare, pro qua jam capitur, asserit. Etenim « apud Sophoclem in Phœnice ὑπόστασιν insidias si- « gnificare, apud Menandrum autem condimen- « ta: posse etiam dici feces vini in dolio. » Ista postrema significatio Medicis antiquis et recentioribus est usitata.

A 153 Addit Socrates de sensu suo : « Verum « licet hæc vox a veteribus philosophis non sit « usurpata, tamen recentiores philosophi illa pro « οὐσίᾳ crebro abusi sunt. » Socratis sententia illustrari potest his verbis authoris libri de mundo, qui Aristoteli tribuitur, τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μὲν ἐστι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ κατ' ὑπόστασιν, atque etiam Themistii in Physic. 2 οἱ δὲ τὰς ἰδέας λέγοντες, ἃ μηδὲ τῷ λόγῳ χωριστά, ταῦτα καὶ ὑποστάσει χωρίζουσι. His enim locis hypostasis opponitur iis, quæ specie tenus apparent et existunt. Eadem significatione ὑπόστασιν usurpavit Dionysius cap. IV de Divinis Nominibus, philosophice de mali natura disserens, Malum quatenus malum essentiam nullum aut originem efficit, sed tantum depravat et corrumpit, quantum in ipso est, τὴν τῶν ὄντων ὑπόστασιν, eorum, quæ sunt, essentiam atque naturam, et eodem capite, διὸ οὔτε ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακὸν, ἀλλὰ παρυπόστασιν. Nec aliter intellexerunt antiqui Scripturæ sacræ interpretes. Quinqueis tantum in Novo Testamento deprehenditur hæc dictio : bis in Epist. 2 ad Corinthios cap. IX, ℣. IV, et cap. XI, ℣. XVII, et ter in Epistola ad Hebræos, sed ubique antiquus B interpres transfert « Substantiam. » Ita quoque antiqua Latina septuaginta Interpretum translatio, ut probatur ex interpretatione Latina, quem ex antiquis authoribus collegit Flaminius Nobilius, et jussu Sixti V Pontificis Romæ edita est. Ubi Græce legitur ὑπόστασις, duobus aut tribus locis exceptis, semper Latine transfertur Substantia, verbi gratia Psal. XXXVIII, ℣. VI et VIII, Psal. LXVIII, ℣. 2, Psal. LXXXVIII, ℣. XLVI, Psal. CXXXVIII, ℣. XV, licet Psalmorum translatio a S. Hieronymo castigata fuerit.

*sed in alia longe diversa*

*usurpatum illud tantummodo fuerit,*

154 Ubi vero substantia non transfertur, multo longius a significatione, quam illi tribuit concilium Alexandrinum, aberrat. Deuter. I, ℣. XII. « Quomodo potero solus portare molestiam ve- « stram, καὶ ὑπόστασιν ὑμῶν, et pondus vestrum ? » I. Reg. cap. XIII, ℣. XXIII de Jonatha dicitur, « Et exiit de statione alienigenarum trans Mach- « mas, » Græce καὶ ἐξῆλθεν ἐξ ὑποστάσεως. Versu XXI ejusdem capitis transfertur substantia. Sic cap. sequenti ℣. IV : « Quærebat Jonathan trans- « ire ad stationem alienigenarum, « εἰς τὴν ὑπόστασιν τῶν ἀλλοφύλων. Jeremiæ XXIII, ℣. XXII vertitur subsistentia, « Si stetissent in subsistentia mea, « et si audissent verba mea, « εἰ ἔστησαν ἐν τῇ ὑπο- C στάσει μου, eodem sensu, quo substantia, ut manifestum est : et testatur sanctus Hieronymus, Septuaginta et Theodotionem interpretatos verbum Hebraicum, « substantiam « sive « subsi- « stentiam, Aquilam secretum, Symmachum « sermonem. » *Ita hactenus Morinus; licet autem, contra ac initio velle videtur, vox* ὑπόστασις *etiam ante Alexandrinum anni* 362 *concilium, pro Persona subinde, utut rarissime, usurpata fuisse ex infra dicendis reperiatur, id tamen ante Nicænum anni* 325 *concilium seu seculum* IV *factum non fuisse, indubitatum apparet. Porro idem Morinus mox post verba jam nunc recitata duobus etiam Hebraïcis, quorum alterum voci Græcæ* ὑπόστασις *in Vulgatæ Jeremiæ textu proxime adducto respondet, alterum in hoc legisse septuaginta et Theodotio videntur, vocabulis transcriptis, diversisque, quæ hisce adscribuntur, significationibus allegatis, multum hasce a significatione, quam vocabulo* ὑπόστασις *concilium Alexandrinum attribuit, differre observat, recteque deinde sequentem arguere per-*

*git in modum :* Si Dionysius ille a Patribus quarti seculi non hausit istam significationem, unde ergo constans illi fuit et stata ? Non a theologis, non a philosophis, non ab historicis et grammaticis tam ethnicis, quam Christianis, non a Scriptura sacra. Ubique ad illa usque tempora distinctio ista fuit incognita.

AUCTORE C. B.

155 Cum quis deprehendit in aliquo authoris scripto nomen ὁμοούσιον, statim judicat, et nemo contradicit, scriptum illud post concilium Nicænum compositum : multo magis cum ὑπόστασιν et τρισυπόστατον in eo significatu. Sane multo insolentius est legere apud antiquos authores tres in Deo hypostases, unam οὐσίαν καὶ θεότητα, quam homoousion. S. Hieronymus, qui tot Patres Græcos, authores antiquos, diu noctuque versavit, nullum hujusce significationis testimonium apud eos deprehenderat, ideo ut tres hypostases confiteretur, adigi non potuit : nec Orientales, qui se ei opponebant, ullum pro sententia sua tuenda poterant allegare. Quam erant ista Dionysii Areopagitæ testimonia convincendo Hieronymo idonea et accommoda ? Ista tamen opponit nemo. Catholici et Ariani, cum esset Hieronymus Antiochiæ, ab eo importune E exigebant utrique, ut tres hypostases confiterentur, « Nunc proh dolor, « inquit Epist. LVII, « post Nicænam fidem, post Alexandrinum jun- « cto pariter Occidente decretum, trium hypo- « staseon ab Arianorum præsule, et a Campen- « sibus novellum a me Romano homine nomen « exigitur. Qui, quæso, ista Apostoli prodi- « dere ? Quis novus Magister gentium Paulus « hæc docuit, interrogamus, etc. » Facile erat S. Hieronymo respondere, Dionysius Areopagita, Doctoris gentium discipulus, hoc docuit, hoc ecclesiis tradidit. Tum Euzoius, Arianorum Antiochensium præsul, prodere debuit Dionysii Areopagitæ Opera apud fratres suos latitantia, si quæ tum ei cognita fuerunt. Quid Euzoium dico ? Cum universus Occidens nollet in Deo cum Arianis tres hypostases admittere, debuerunt universi Occidentalium Arianorum episcopi Opera Dionysii eruere, ut inde Catholici Occidentales convincerentur. Dicetne aliquis, Catholicos Occidentales ea occultasse, ne a Catholicis Orientalibus et ab Arianis convincerentur?

*inde, Opera illa ante idem seculum non fuisse contexta, reete arguitur,*

F

156 *Hæc omnia huc usque Morinus ; verum, reponunt Areopagitici, dubium esse non potest, quin Apostoli adorandum sanctissimæ Trinitatis mysterium primis Christianis, præsertim perfectioribus, non obscure, sed clare et perspicue exposuerint, eosque adversus hæreses, fortassis nascituras, nihil omnino in illa difficillimi mysterii doctrina obscuritatibus relinquendo involutum provide ac sedulo munierint. Quid ergo mirum, si* Dionysius, *S. Pauli apostoli discipulus Philosophiæque callentissimus, traditam sibi abs hoc ejusdem mysterii doctrinam clarioribus, quam alii scriptores fecerint, verbis explanarit, vocemque adeo* ὑπόστασις *ad sanctissimæ Trinitatis personam significandam usurparit ? Ita illi ; verum* Ecclesia Christi, *inquit lib.* I *de Tribus Capitulis, cap.* 3 *Facundus Hermianensis,* etiam cum necdum ad distinctionem Patris et Filii et Spiritus Sancti uteretur nomine Personæ, tres credidit et prædicavit Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum. *Adhæc dubium pariter esse non potest, quin Apostolorum discipuli horumque deinde sequaces Christianis, queis fidei dogmata tradebant, sanctissimæ Tri-*

*nec hoc argumentum vel iis, quæ hic allegantur,*

auctore C. B.

*nitatis mysterium perspicue explanarint, eosque nascituras adversus hæreses, obscuris luce addita, munire etiam diligentissime studuerint. Qui ergo factum, ut Patres, qui ante universale Nicænum concilium, anno 325 celebratum, floruerunt, imo et ipsimet, ut S. Athanasius Epistola ad Jovinianum innuit, concilii hujus Patres vocabulum* ὑπόστασις, *non ad Personam, sed ad Substantiam seu* οὐσίαν *significandam usurparint? Nimium itaque probat ac proin nulla est mox jam relata Areopagiticorum responsio, hujusque idcirco ulteriori discussione missa, alia modo, quæ ad supra propositum Morini argumentum respondere solent, examinemus.*

*vel aliis, quæ hic pariter recensentur, rationibus*

157 *Quamvis, aiunt, usus hujus vocis hypostasis ante Nicænum concilium non esset ita frequens ac promiscuus, constat tamen, eam ab aliquibus usurpatam fuisse. Etenim Dionysius Alexandrinus eam ipsam aliquando in Epistola ad Paulum Samosatenum adhibuisse legitur. Alexander, Alexandriæ episcopus, ad alium Alexandrum, Constantinopolis episcopum, scribens,* Propiam, B *inquit,* hypostasim declaravit, dicens : « In princi- « pio erat verbum, et verbum erat apud Deum etc. « *Denique his Pauli verbis* χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ *personam Patris æterni designatam esse, Basilius et laudatus a Theophylacto Gregorius Nyssenus affirmant. Ceterum quamvis concederetur, nullum ante Dionysiana tempora fuisse hujus verbi usum, fatendum tamen esset, inter Christianos exstitisse aliquem, a quo illud primum cœperit usurpari. Quid ergo prohibet, quo minus* Dionysius, *vir philosophicæ disciplina peritissimus, qui hujusce vocis, ab Aristotele alicubi traditæ, vim noverat, illa eodem, ac ille philosophorum princeps, sensu et significatione primus inter Christianos usus esse dicatur? Ita totidem atque iisdem fere verbis apud Nourrium Dissertationis de S. Dionysii Operibus cap.* 14 *Areopagitici proponunt alia, quæ, ut mox dixi, afferre adhuc solent, ut supra allatum Morini ratiocinium convellant. Verum audi, qui et hisce, partim a me amplius adhuc infra refutandis, laudatus Nourrius loco proxime cit. occurrat.*

*utpote et ipsis a Nourrio*

158 Quæ .... *(ipsamet scriptoris hujus verba, paulum dumtaxat, ubi id vel mendum corrigendum vel locutionis claritas exigit, mutata, allego)* C ad probandum vocis ὑποστάσεως usum adducuntur, ea nihil habere videntur soliditatis et firmamenti. Epistolam enim Dionysii Alexandrini ipsi supposititam adulterinamque esse, critici doctiores facile agnoscunt. Altera vero Alexandri, Alexandrini episcopi, ad Alexandrum alium epistola, quo tempore scripta sit, nullus definire potest. Baronius quidem illam anno CCCXXVIII, quo Licinii mortem consignat, datam opinatur; sed ruinoso nititur fundamento. Nam Licinius, non anno CCCXXVIII, sed CCCXXIV, ut accuratioris criterii scriptoribus videtur, vitam finivit. Demus tamen, Alexandrum eo, quo vult Baronius, tempore suam exarasse epistolam, quid inde? Nulli sane mirum esse debet, vocem hypostasis ab homine, Alexandrinæ synodi, anno CCCLXII celebratæ, temporibus adeo vicino fuisse usurpatam; sed illud sane mirabilius, quod nullus scriptor, ut Petavius ostendit, his tanti viri vestigiis, nisi post Alexandrinam synodum insistendum esse, putaverit. Quod certe, quam parum ea vox ineunte seculo quarto atque a fortiori seculis superioribus usitata esset, aperte D demonstrat.

*per rationes oppositas confutatis, infirmatur;*

159 Nec plus roboris et virium illud habet, quod ea vox et in Epistola ad Hebræos occurrere et a Basilio Gregorioque sensu Dionysiano explicari objicitur. Uterque enim Basilius et Gregorius post Nicænum concilium, non secus ac Alexander, Alexandrinus episcopus supra memoratus, scripsere; atque hi eam vocem sensu, temporibus suis usitato, interpretati sunt. Nullus autem ante illud concilium eamdem Pauli vocem ita censuit explicandam. Et id quidem ita certum est, ut in Latina ejusdem Paulinæ Epistolæ versione vox Græca ὑπόστασις non per Latinam hypostasis, sed figura substantiæ reddita legatur. Denique quod aiunt, auctorem nostrum primum forsitan fuisse, a quo eadem vox sensu memorato accepta sit, gratis omnino fingitur. Noster quippe auctor (Operum scilicet Areopagiticorum scriptor) de ea, ut cuilibet citatos locos percurrenti planissimum fiet, sic disputat, acsi sensus, quem illi tribuit, nulli omnino incognitus, receptus esset ab omnibus. *Hactenus laudatus Nourrius, aut, si mavis, quorum is opinionem hic tuetur, Antiareopagitici; ac aliqui quidem ex hisce, ne quidem ipsum Apostolum Paulum scriptæ ad Hebræos Epistolæ cap.* 1 *voce* ὑπόστασις *ad personam, sed ad substantiam seu essentiam significandam usum esse, omnino etiam, quod tamen laudatus Nourrius verbis recitatis facere non videtur, contendunt, in opinionis suæ confirmationem addentes, Epiphanium etiam Hæresi* 69 *præfatam Pauli vocem, quæ a Latino sacræ Scripturæ interprete* Substantia *redditur, pro* essentia *dilucide accipere.* E

*Cozza quidem, vocem hypostasis ab ipsomet Paulo pro Persona fuisse usurpatam,*

160 *Verum hisce Vindiciarum Areopagiticarum part.* 2, *cap.* 12, § 1, *num.* 9 *Cozza sequentem respondet in modum :* Meo judicio non recte sentire videntur præfati adversarii, *Antiareopagitici videlicet,* quia, eorum stante responsione, dicendum esset, *loco cit. a Paulo significari, Filium esse figuram, non personæ,* sed essentiæ Patris, sicque Dei Verbum imago esset divinæ Essentiæ, quod non libenter a Patribus conceditur. Nam Basilius Epist. XLIII, Gregorius Nyssenus in lib. de differentia suppositi, et essentiæ, et alii fatentur, Filium ac Dei Verbum non essentiæ imaginem esse, sed Patris, licet in essentia, seu ratio, qua est imago Patris, sit essentia, prout subsistit in Filio genito. Et ratio est, quia Filius illius est imago, cujus est F filius. Nam imago secernitur ab exemplari, ut res producta a producente; at Verbum divinum non est essentiæ Patris Filius, sed suppositi ac Personæ Patris Filius. Erit ergo imago Personæ Patris, non essentiæ, a quo est genitus in similitudinem naturæ, seu potius in identitatem naturæ. Si enim diceretur imago essentiæ Patris, a qua non potest dici genitus, eodem pacto et imago dici posset Spiritus Sancti propter identitatem essentiæ, et ipsemet Spiritus Sanctus dici posset imago Filii et Patris, et Pater imago Filii et Spiritus Sancti, quod nemo concedit. Est itaque Verbum Patris personæ imago, quia ut vivens a Patre vivente genitum, in similitudinem naturæ, principio vitæ conjuncto, prout loquuntur theologi.

*itaque etiam Apostolum ab Epiphanio exponi, duobus hujus*

161 Nec Epiphanius hæresi LXIX aliter exponit: nam ibi solum probare intendit, Filium esse Patri consubstantialem, et respondens cuidam adversariorum argumento dicentium, nomen Substantiæ ad indicandam consubstantialitatem

A tatem Filii cum Patre non reperiri in sacra Scriptura, ait optime reperiri apud Paulum in Epistola ad Hebræos dicentem : « Cum sit splendor « gloriæ et figura substantiæ ejus; » ex quibus verbis vult, Filium in hypostasi sua esse figuram et imaginem Patris ratione substantiæ, ac naturæ utrique communis. Verba ejus sunt : « Est enim « Dominus in hapostasi sua et splendor gloriæ « ac figura substantiæ ejus. Est igitur substan- « tia, non quidpiam facultatum instar suppe- « tens, sed illud ipsum, quod est, sicut Moy- « ses dixit. Qui est, misit me, inquit ad filios « Israël. Itaque qui est, ens est, ut ita dicam; « hoc autem nihil aliud est, quam substantia; » et prosequitur probans, esse eandem substantiam seu essentiam in Patre et Filio, ratione cujus Filius est Patris figura et imago. Inde est, quod, quandò dicit, Filium esse similem Patri, nunquam dicit, esse similem substantiæ Patris, sed personæ Patris; quare hæres. LXXIII, cap. XV agens ex professo de hac Filii cum Patre similitudine ait : « In confesso apud omnes istud est,
B « nec similem esse sibi Patrem, neque sibi ipsi « Filium, sed Filium esse Patris similem, et eo « ipso, quod in omnibus Patri similis est, Fi- « lium esse, non Patrem. Qui quidem perfecte a « perfecto Patre ante intelligentiam omnem, omnem- « que rationem ac tempora sæculaque e Patris est « similitudine genitus eo modo, quem solus agno- « scit Pater, qui illum e seipso citra passionem « omnem genuit. »

*allegatis textibus probare conatur;*

162 Et cap. XXXI explicans in terminis, quomodo Filius sit Patris imago, ait: « Credere oportebat, similem esse Patris filium, utpote cum « illius, qui supra omnia est, imago sit ille, « qui pervadit omnia, et per quem producta « sunt omnia tam in cælo, quom in terra. Ima- « go porro ejusmodi, non qualis est animati fi- « gura, id, quod animæ est expers, neque ve- « lut artis effectio aut effectionis opus, sed tan- « quam genitoris id, quod genitum est. Cum- « que præterea nefas sit ad Unigeniti generatio- « nem, quæ sæculis omnibus prior est, corporeæ « et humanæ generationis proprias notas condi- « tionesque transferre; ac denique, cum ad sa- « pientiæ illius exemplum, quæ humanas cogi- « tationes complectitur, ita Filii sit exigenda ge- « neratio, ut per se subsistat nihilominus et exi-
C « stat. » Itaque Epiphanius nullibi dicit, Filium esse substantiæ Patris imaginem, sed Patris dumtaxat personæ, licet ratione naturæ utrique communis, Filio per generationem a Patre communicatæ; ergo neque potuit nomen Substantiæ, cui Paulus Filium similem esse scribit, usurpare pro essentia seu natura, sed pro Patris persona seu hypostasi, cui similem esse Filium, sæpe probavit. Et gratis concesso, Epiphanium illo in loco Pauli pro substantia non accipere personam, sed ipsam naturam Divinam Patris, Filio consubstantialem, ut adversarii contendunt; cum Chrysostomus, Theodoretus, Basilius et Gregorius sumant ibidem substantiam pro Patris persona, hos sacros scriptores Epiphanio synchronos, eidem oppono Epiphanio. *Ita hactenus scriptor laudatus, vocabulum* ὑπόστασις, *quod a Paulo Apostolo loco supra cit. adhibetur, personam ibidem necessario significare, nec ab Epiphanio in alia significatione fuisse acceptum, contendens; verum tam hoc, quam illud a vero alienum, vel saltem esse admodum dubium, patescet ex iis, quæ mox adducam, cum primum ostendero, nec causam ejus multum juvare scriptores, quos S. Epiphanio opponit, si is forsan vocem* ὑπόστασις, *a Paulo loco cit. adhibitam, pro substantia seu essentia accepisse sit dicendus. Chrysostomum, Theodoretum, Basilium et Gregorium primo in rem suam laudat; verum hi non citius, quam cum jam Nicænum anni* 325 *concilium celebratum fuisset, scripserunt, tumque, etsi raro quidem, subinde tamen, maxime post Alexandrinum anni* 362 *concilium, post quod etiam iidem sancti Patres vitam protaxerunt, vocabulum* ὑπόστασις *ad significandam Personam nonnulli, uti ultra fatemur, scriptores Græci, aliis contra id adhuc* substantiam *interpretari pergentibus, usurpare cœperunt; ut mirum non sit, vocabulum* ὑπόστασις, *a Paulo in Epistola ad Hebræos usurpatum,* Personam *interpretatos esse memoratos sanctos Patres.*

AUCTORE C. B.

163 *Observavit hoc ipsemet Cozza, hincque hisce mox adjungit aliquot etiam scriptores alios, concilio Nicæno anteriores, Tertullianum nimirum, Origenem, Gregorium Thaumaturgum et Dionysium Alexandrinum, quos omnes pariter voce* hypostasis *ad Personam sanctissimæ Trinitatis significandum usos esse, contendit. Verum textus, quem ad rem quantum ad Tertullianum, Latinum seculi* 2 *scriptorem, probandam afferet,* Personæ *quidem, at non item, quod tamen esset necessum,* hypostasis *vocabulum complectitur. Idem est de textibus, quos ad rem quantum ad Origenem et Gregorium Thaumaturgum, Græcos ambos seculi* III *scriptores, stabiliendam in medium adducit. Nec refert, in Latina textuum illorum Græcorum interpretatione, quam dumtaxat recenset, vocabulum* personæ *ad Personas in divinis significandas usurpari; in neutro enim Græcorum illorum textuum vocabulum* ὑπόστασις *ad significandam Sanctissimæ Trinitatis Personam a binis scriptoribus præfatis fuisse adhibitum, ipsemet Cozza satis indicat, dum, horum recitatis, quos dixi, textibus, de solo Dionysio Alexandrino mox subjungit, eum in Epist. contra Paulum Samosatenum in Resp. ad quæst.* 4 *apertis verbis voce* hypostasis *uti. Quod autem nominatim ad dictum Dionysium Alexandrinum, qui et ipse seculo* III *floruit, jam spectat, re quidem vera in Epistola, quæ veluti a sancto illo episcopo contra Paulum Samosatenum scripta circumfertur, vocabulum Græcum* ὑπόστασις *ad Personam in divinis significandam usurpatur; verum an Epistola ista sanctum illum patriarcham Alexandrinum re etiam vera habeat auctorem, dubium est admodum atque incertum, uti nemo non colliget ex iis, quæ apud nos tom.* 2 *Octobris in Appendice de Sancti illius Operibus cap.* 5 *et* 6 *de Dionysii adversus Paulum Samosatenum epistolis disputata sunt.*

*verum nec scriptores, quos in rem suam citat,*

E

F

16 *Et vero Epistolem illam Dionysio Alexandrino a posterioris ævi scriptore fuisse suppositam, vel ex hoc ipso verosimilius potest videri, quod in ea, ut dictum, ad personam significandam adhibeatur vox* ὑποστάσις, *quæ in isthac significatione a nullo prorsus seculi* III, *quo Dionysius Alexandrinus floruit, scriptore alio adhibita invenitur. Hinc etiam ruit, quod Cozza, qui nec ipse laudatam contra Paulum Samosatenum epistolam pro indubitato Dionysii Alexandrini fœtu admittit, præterea insinuat, negari scilicet non posse, quin scripta equidem sit ab aliquo, qui eodem, quo Dionysius Alexandrinus, tempore, seculo nempe* III, *floruerit. Adhæc etsi etiam darem, vocem* ὑπόστασις *ad personam significandam jam inde etiam a seculo* III *interdum fuisse adhibitam, consectarium necdum vel sic fieret, ut dicta ad Paulum Samosatenum epistola, si Dionysium Alexandrinum*

*patrocinant ei habet,*

AUCTORE C. B.

*num non habeat auctorem, fuerit a scriptore æquali exarata. Quid ni enim factum esse possit, ut æque a seculi quinti aut sexti, quam a seculi tertii auctore fuerit conscripta, Dionysioque Alexandrino afficta? Quidquamne forsan, quod, quo minus factum id credatur, impediat, in laudata epistola occurrit? Verum nihil Cozza allegat hujusmodi, nec allegari posse, apparet. Tertione itaque, an posteriori dumtaxat seculo floruerit auctor, qui epistolam, de qua hic agimus, conscripsit, admodum saltem est dubium, nequitque proinde e vocabulo* ὑπόστασις, *quod in ea ad significandam Sanctissimæ Trinitatis Personam adhibetur, pro certe concludi, jam inde a seculo tertio vocabulum illud iu significatione isthac fuisse usurpatum.*

*nec Epiphanius adhibitam a Paulo vocem hypostasis pro Persona accepit,*

165 *Discutiamus modo, an equidem, uti ratiocinio, supra huc transcripto, Cozza contendit, vocabulum illud apud Paulum Apostolum, in Epistola ad Hebræos de Dei Filio dicentem,* ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, figura hypostasis ejus, *in dicta significatione accipiatur, itaque etiam ab Epiphanio adversus hæreses lib.* 2, *tom.* 2, *Hæresi* 69, *num.* 70 *fuerit acceptum. Ut meliori, quo fieri potest, modo rem exsequamur,* B *ipsamet huc spectantia, quæ sanctus ille Pater loco cit. adversus Arianos, Filium Dei consubstantialem Patri negantes, proloquitur, verba juverit transcripsisse. Sequentia hæc sunt:* Hunc in modum instare (*Ariani scilicet*) solent. Unde nobis, inquiunt, nomen illud Substantiæ? Aut cur consubstantialis Patri Filius dicitur? Quonam in Scripturæ loco consubstantialitatis est facta mentio? Quis unquam ex Apostolis Dei substantiam nominavit? Hoc enim videlicet ignorant, idem esse hypostasim aut substantiam dicere. Est enim Dommus in hypostasi sua et « Splendor gloriæ ac figura substantiæ ejus. » Est igitur substantia, non quidquam facultatum instar suppetens, sed illud ipsum, quod est, sicut Moyses dicit. « Qui est, misit me, » inquit ad filios Israël. Itaque qui est, ens est, ut ita dicam; hoc autem nihil aliud est, quam substantia. *Ita hactenus Epiphanius laudatus; cum autem,* idem esse hypostasim aut substantiam dicere, *insinuet, simulque, quo, aliquem ex Apostolis nominasse Dei substantiam, probatum det, plus semel jam* C *laudatum Pauli ad Hebræos textum adducat, adhibitam in hoc* ὑπόστασις *vocem, non pro Persona, sed pro Substantia abs illo sancto Patre fuisse acceptam, indubitatum apparet.*

*vel saltem, an id fecerit,*

166 *Cozza quidem (adi ejus verba supra recitata) contendit, Dei Filium, non substantiæ Patris sed Personæ dumtaxat imaginem seu figuram ab Epiphanio dici, hincque et ipsum nomen Substantiæ, cujus figuram esse Filium, Paulus in Epistola ad Hebræos scribit, non pro essentia seu natura, sed dumtaxat pro Patris Persona seu hypostasi a sancto illo Patre usurpari; verum Epiphanius, uti ipsemet Cozza fatetur, verbis mox recitatis aliisque nonnullis, quæ hisce proxime subjungit, Dei Filium Patri consubstantialem seu connaturalem adversus Arianos probare conatur, huncque in finem sæpissime jam memoratum Pauli ad Hebræos textum allegat; cum autem, si occurrens in hoc nomen* Substantiæ *pro* Persona *Epiphanius accepisset, neutiquam ad jam dictum sancti hujus Patris institutum textus ille, ut cuique rem attente consideranti patescet, conducturus fuisset, dubitandum non videtur, quin usurpatum in hoc* Substantiæ *nomen, non pro Patris Persona, sed pro natura seu essentia idem il-* D *le sanctus Pater acceperit, contra ac Cozza opinatus est. Nec, quod ad opinionem suam stabiliendam scriptor istic præmiserat, veritati consonum apparet. Epiphanius enim,* Patris dumtaxat Personæ *imaginem esse Filium, nullibi affirmat. Dei quidem Filium, sicuti id, quod genitum est, Genitoris est figura, Patris esse imaginem seu figuram, in altero e binis, quos Cozza supra allegat, textibus tradit; verum substantiæne Patris, an Personæ dumtaxat sit imago, haud aperte edicit. Nec Epiphanium de Patris Persona, cujus dumtaxat imago sit Filius, intelligendum evinces, si cum Cozza (adi hujus supra huc transcriptum ratiocinium) agueris, Dei Filium seu Verbum imaginem esse illius, cujus est Filius; non esse autem essentiæ seu naturæ, sed Personæ Patris Filium; etsi enim Dei Verbum naturæ Patris seu divinæ, secundum se spectata, Filius certo non sit, nihil tamen obstare videtur, quo minus naturæ divinæ, prout hæc Patris est seu a Patre et continetur et patriis characteribus insignitur, Filius dicatur.*

*admodum est dubium, uti etiam an vox illa pro persona,*

167 *Omnibus itaque accurate expensis, an vocabulum* ὑπόστασις, *quod a Paulo Apostolo in Epistola ad Hebræos adhibetur, pro Persona seu ad significandam Personam Epiphanius acceperit,* E *saltem admodum est dubium. Nec, an ab ipsomet Paulo Apostolo in significatione istac fuerit acceptum, est certius. Cum enim Dei Filius, etsi quidem, ut jam docui, naturæ Patris seu divinæ, secundum se spectatæ, figura seu imago non sit dictæ tamen divinæ naturæ, prout hæc Patris est, patriisque characteribus afficitur, figura seu imago non inepte dicatur, nihil omnino impedire videtur, quo minus in hisce Pauli ad Hæbræos verbis* ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, figura hypostasis ejus, *id est, Dei Patris, vocabulum* hypostasis *tam pro* Substantia, *quam pro* Persona *posset accipi; quod cum ita sit, illudne pro* Persona, *an contra pro* Substantia *acceperit seu usurparit, dubium esse admodum, necesse est; imo vero, cum dictum Pauli vocabulum antiquus sacræ Scripturæ interpres pro* Substantia, *ut jam supra monui, acceperit, a Paulo illud in eadem etiam significatione fuisse acceptum, verosimilius apparet, maxime cum nec a Paulo, nec ab ullo alio ante concilium Alexandrinum, anno* 362 *celebratum, sat clare, quid esset hypostasis seu persona, definitum inveniatur.* F

*quæ cum natura individua a philosophis ethnicis confunditur,*

168 *Anastasius in libro, qui* ὁδηγὸς, *Latine* Dux viæ, *inscribitur, cap.* 6 *sic scribit:* Aristoteles dicit, personas esse particulares essentias seu singulares naturas. Et Theorianus in legatione ad Armenos, Exteri sapientes, inquit, individuum sive hypostasim et quod unum est numero, definiunt οὐσίαν, quod sane divini Patres non admittunt. Quippe Patres illi deiferi οὐσίαν et naturam esse dicunt universalia, quam scriptores exteri formam sive speciem appellarunt. Ideo in sancta Trinitate naturam unam et οὐσίαν professi sunt; hypostases vero tres, natura nimirum et οὐσία plures hypostases continente. *Ita ille; cum autem, uti hic docet, Aristoteles naturam individuam cum Persona seu hypostasi confuderit, significationemque adeo, qua vocabulo* ὑπόστασις *quid aliud, quam natura, intelligatur, ignorarit, enimvero vim qua dictum vocabulum* Personam *tantummodo significet, ex Aristotele discere, primusque illud inter Christianos insignificatione ista philosophorum principis exemplo adhibere non potuit Operum Areopagiticorum auctor, contra ac Areopagitici (adi num.* 157) *contendunt.*

*Porro*

A *Porro cum exteri seu ethnici philosophi substantiam singularem seu naturam individuam cum hypostasi seu Persona, uti ex Anastasio jam docui, confunderent, hinc factu, ut Sabellius quidem unamque Personam, Arius vero tres substantias seu naturas tresque etiam hypostates seu Personas in Deo constituerit. Nec error, quo Nestorius, uti duas in Christo naturas, ita etiam duas Personas statuit, aliunde est ortus. At vero sancti Patres, quo dictis hæreticorum illorum erroribus occurrerent, doctrinamque Ecclesiæ, quæ, teste, ut supra jam monui, Facundo Hermianensi, etiam tum, cum necdum ad distinctionem Patris et Filii et Spiritus Sancti uteretur nomine Personæ, tres semper credidit et prædicavit Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, puram ac integram servarent, ab hypostasi et Persona οὐσίαν seu naturam sejunxerunt et veluti commune a proprio distinxerunt.*

*quæque quid sit, exponitur, ab ipsomet Paulo fuerit adhibita ;*

169 Quæ est, *inquit Basilius Epist.* 349, ratio communis ad proprium,.... eandem habet οὐσία ad hypostasium. *Eodem fere modo Epist.* 291 *loquitur Cyrillus Alexandrinus.* Si Patrum, *inquit Dial.* 1, *quem* Immutab. *inscripsit Theodoretus,* doctrina *spectetur,* quam habet differentiam
B commune et proprium, vel genus et species ac individuum, eandem habet substantia et hypostasis. *Hinc factum, ut tandem post concilium Alexandrinum, anno* 362 *celebratum, hypostasis seu Persona definita, seu descripta a theologis ut plurimum fuerit :* Natura intellectualis terminitata et completa, quæ nec pluribus eadem est nec unita digniori, ut illius fiat vel teneatur ab illa. *Atque ex hac quidem definitione aut, si mavis, descriptione tres in Sanctissima Trinitate Personas seu hypostases, at nan item duas in Christo dari, recte intelligitur ; verum hypostasim, cujus imaginem seu figuram esse Filium, Paulus Apostolus ad Hebræos scribit, eo modo, quo hypostasis seu Persona in jam nunc data hujus definitione describitur, fuisse a Paulo seu acceptam seu intellectam, creditu apparet admodum difficile. Hinc porro jam fit, ut, a Paulo ibidem nomen* hypostasis, *non pro* Persona, *sed pro Substantia naturave Patris seu divina, non quidem simpliciter ut natura divina est, sed ut Patris est ac patriis characteribus afficitur, fuisse acceptum, multo, adhuc evadat verosimilius. Quod si porro cuiquam Dei Filium Sub-*
C *stantiæ divinæ, prout hæc Patris est pariisque characteribus insignitur, dicere imaginem fortassis adhuc displiceat, esse equidem non videtur, cur is rei, per Patrem significatæ, imaginem seu figuram dicere Filium abhorreat.*

*etsi autem hic dictam vocem pro re, per patrem significata, fortassis usurparit, eam tamen*

170 *Quid si ergo Paulus per hypostasim Patris, cujus figuram esse Filium, in Epistola ad Hebræos, supra sæpissime laudata, affirmat, nihil intellexerit aliud, quam rem, per Patrem significatam, quæ, quemadmodum jam supra docui, a re per Filium itemque a re per Spiritum Sanctum significata distingui per Operum Dionysianorum auctorem lib. de Divinis Nominibus cap.* 2, § 3 *asseritur ? Enimvero vocabulum* hypostasis, *quod diversissimas, ut supra recitatis verbis Morinus docet, significationes habet, re etiam vera in significatione ista a Paulo Apostolo loco cit. fuisse acceptum, ab omni prorsus veri specie haud abhorrere mihi videtur. Nec est, quod reponas, vocabulum* hypostasis, *si pro re dumtaxat a Paulo, dum Dei Patris figuram esse Filium, loco supra cit. ait, usurpetur, in eadem pariter significatione ab Operum Dionysianorum auctore, quotiescumque in his de divinis Personis loquens vocabulum ὑπόστασις adhibet, fortassis usurpari, frequentemque proinde hujus usum, qui apud dictum auctorem occurrit, impedire non posse, quo minus pro* Areopagita *hic habeatur ; nullum enim prorsus indicium, e quo vocabulum ὑπόστασις pro re tantummodo, per Patrem significata, a Paulo Apostolo loco cit. non usurpari, utcumque colligas, apud eumdem Apostolum occurrit, ubi interim Operum Dionysiarum auctor, dum lib. de Divinis Nominibus § 3 sermonem de re, per Patrem significata, instituit, vocabulum Latinum* res, *non per vocem* ὑπόστασις, *sed per vocem* χρῆμα *Græce exprimit ; quod ab eo aliis locis, quibus de divinis Personis loquens vocabulum* ὑπόστασις *adhibet, neutiquam id pro re, per hasce significata, tantummodo usurpari, qualicumque saltem argumento est.*

auctore C. B.

*pro persona Operum Dionysianorum auctor accepisse monstratur,*

171 *Adhæc Græca istæc Pauli verba* ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, *non inepte utique Latine redduntur,* figura rei, per illum *(Deum Patrem scilicet)* significatæ ; *hæc autem libri de Divinis Nominibus* § 5 *verba* τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων, τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, *non nisi inepte Latine* E *redderentur,* præcipuarum rerum et divinarum rerum. *Ut id perspicuum efficiam, Latinam textus longioris Græci, cui dicta Græca verba includuntur, interpretationem lubet primum huc transcribere. Sic habet :* Quin etiam est in superessentialibus Dei nominibus distinctio, qua non tantum, ut dixi, secundum ipsam unionem quælibet præcipuarum personarum impermixta atque inconfusa ponitur ; verum etiam ea, quæ supersubstantialis illius divinæ generationis sunt, inter se minime reciprocantur. Adeo ut solus Pater fons sit in supersubstantiali deitate, atque ita Pater non sit Filius, neque Filius sit Pater, sed cuique divinarum personarum propriæ suæ laudes inviolatæ conserventur. *Attente modo Latini hujus textus phrases, singulaque, quibus hæ concipiuntur, verba considera, nec dubito, quin futurum sit, ut fateare, nomini* Persona, *quod bis in dicto textu adhibetur, substitui non posse nomen* res, *Græcaque adeo proxime huc transcripta verba Latine per hæc* Præcipuarum rerum et divinarum rerum *omnino inepte esse reddenda. Quod cum ita sit debeantque proinde eadem illa Græca verba Latine exponi per sequentia istæc* præcipuarum personarum et divinarum personarum, *dubitandum non est, quin in textu Græco,* F *cui Latina proxime jam data interpretatio respondet, nomen* ὑπόστασις *ad Personam (neque enim etiam id, cum plurali numero efferatur unaque dumtaxat sit divina Substantia seu natura, pro Substantia ibidem usurpatur) significandam ab Operum Dionysianorum auctore adhibeatur.*

*hincque et ex nonnullis aliis Areopagitam esse hunc non posse, concluditur.*

172 *Nec id tantum jam mox memorato libri de Divinis Nominibus loco abs illo fit, verum etiam pluribus aliis supra jam assignatis ; ut, qui librum legerit, non possit non convinci, significationem, qua vocabulum* hypostasis *pro Persona usurpatur, Operum Dionysianorum auctori, non secus acsi hujus ætate omnibus passim nota receptaque fuisset, statam ac constantem exstitisse. Jam vero, cum res ita habeat, ac, ut supra docui, ante Nicænum anni* 325 *concilium ne umquam quidem, raro autem dumtaxat ante Alexandrinam anni* 362 *synodum præfatum vocabulum ad Personam significandam fuerit adhibitum, imo vero cum non pauci etiam post istam synodum in significatione isthac idem vocabulum vel omnino non usurpandum contenderint, vel saltem subtimide*

AUCTORE C. B.

*subtimide tantummodo usurparint, id enimvero, Dionysiana Opera jam inde a seculo primo secundove ineunte composita non fuisse, Sanctumque nostrum proinde auctorem habere non posse, argumento est perquam valido, maxime cum in concilio Nicæno, uti et in Alexandrino, anno* 362 *celebrato, ubi de vocabuli* ὑπόστασις *ad Personam in divinis significandam usu disputatum accerrime, fuit, a nullo prorsus Patrum pro usu illo firmando introducendove auctoris Operum Dionysianorum auctoritas fuisse allegata uspiam legatur, imo nullus omnino scriptor ante seculum quintum Opera illa in finem prædictum citasse reperiatur; quod tamen, si eadem Opera jam tum fuissent contexta, fieri ægerrime potuisset. Bina modo adhuc argumenta alia, quorum alterum ex iis, quæ de Ecclesiasticis cæremoniis, ætate sua adhiberi solitis, Operum Areopagiticorum auctor scribit, Areopagitici repetunt, cap. seq. proponere aggrediamur.*

## CAPUT XII.

B

### Quæ de monachis, cæremoniisque ac ritibus sacris, ætate sua adhiberi solitis, Operum Dionysianorum auctor memorat, esse hunc non posse Areopagitam, commonstrant.

*Cum liber de Ecclesiastica Hierarchia monachorum monachique,*

*Operum Dionysianorum auctor, de monachis, qui ætate sua exstiterint, variisque, quibus ab aliis quidem* Therapeutæ, *ab aliis vero Monachi nominati fuerint, appellationibus nonnulla lib. de Ecclesiastica Hieparchia cap.* 6 *præfatus, mox ritum, quo consecrari soluerint, exponit; cum ita autem monachos, tonsura et veste a reliquis Christianis discretos, ætate sua exstitisse, imo et ante hanc monachorum hujusmodi Ordinem fuisse institutum, non obscure insinuet, simulque, eorum professionem solemnibus ac publicis, non secus ac seculo* v *et* vi, *cæremoniis* C *fuisse emissam, apertissime tradat, inde Nourrius, proxime laudatum librum* Dionysio Areopagitæ *abjudicandum, contendit, Dissertationis de Operibus sancti Dionysii, supra sæpissime laudatæ, cap.* 15 *sequentem arguens in modum*: præterquam quod priorum Ecclesiæ sæculorum scriptores, atque ii etiam ipsi, qui de singulis Christianorum ordinibus accuratius iisdem temporibus disseruerunt, nullam monastici ordinis monachorumve professionis fecere mentionem; certe quidam eruditissimi et antiquissimi Rerum monasticarum indagatores earum originem ad Paulos, Antonios, Pachomiosque referunt. His ergo auctor noster posterior esse debet, nec Dionysius Areopagita dici potest.

*licet etiam duplex horum genus Areopagitici distinguant,*

174 Areopagitici tamen hunc non exiguæ difficultatis nodum haud difficulter se solvere arbitrantur, duplicis monachorum generis distinctione. Aliud enim esse aiunt genus cœnobitarum et eremitarum, qui a plebe prorsus secreti et a cæterorum hominum societate separati, in monasteriis et cœnobiis vel in sylvis et montibus vitam monasticam degebant. Hos fatentur longe post Dionysii ætatem, nec ante Pauli, D Antonii et Pachomii tempora ortum habuisse. Aliud vero contendunt fuisse genus monachorum, qui pars populi præcipua et illustrior gregis Christi portio inter laïcos ita computabantur, ut primus eis in synaxi post Ecclesiæ ministros adsignatus esset locus. Illi porro privatim in suis urbium ædibus vel simul in collegiis vitam puram et castam atque curis terrenis expeditam unique Deo mancipatam agebant. Monachos autem istos temporibus Apostolorum exstitisse dicunt, eosque esse asserunt, de quibus Philo Judæus illum instituit sermonem, qui ab Eusebio in Historia sua transcriptus est. Neque dixeris hos, quos Philos non monachos, sed Therapeutas vocat, revera monachos non fuisse, sed Judaïcæ, nequaquam vero Christianæ religioni addictos, atque Eusebium hac in re, ut eruditus ejus interpres Valesius observat, vano errore fuisse deceptum. Ab Areopagiticis enim audies, nullas penitusque frivolas esse Valesii adversus auctorem suum probationis. Et certe, inquiunt, Eusebius vir summæ eruditionis in dignoscenda Therapeutarum religione tam turpis hallucinationis non sine temeritatis nota E potest insimulari. Addunt præterea, Hieronymum huic Eusebii de Christiana Therapeutarum religione opinioni hæc subscripsisse in verba: „ Philo videns Alexandriæ primam Ecclesiam „ adhuc judaïzantem, quasi in laudem gentis „ suæ librum super eorum conversatione scri- „ psit. „

*Dionysii ætate, uti variis rationibus,*

175 At sane Areopagitici, Therapeutas, si fieri possit, Christianæ religioni nomen dedisse, invictis demontrent argumentis, per nos licet; sed illos vitam monasticam, qualis ab auctore nostro describitur, aliquando duxisse, nullo unquam, ut putatur, antiquitatis monimento probabunt. Missa etenim primum ea facimus, quæ scriptor noster *(an anno Philo?)* de monachis *(imo Therapeutis)* suis tradidit, eos non in urbibus, sed extra urbes progressos, in hortis agellisque degisse, ac proinde Antonianis, quod alii negant, fuisse similes. Illud autem potissimum quærimus, cur Eusebius, qui tanto nisu Therapeutas Philonianos Christianis adnumerandos esse, probare conatus est, eosdem nullibi dixerit monachos fuisse, vel successores habuisse, qui vestibus, tonsura, votis solemnibus, ac vivendi F ratione ab omnibus Christianis secreti, perfectionem vitæ monasticæ normam profitebantur. Cur Hieronymus, tantus monasticæ professionis prædicator, eosdem Therapeutas in monachorum numerum non refert, illosque cum cæteris omnibus primæ Ecclesiæ Christianis permiscet et confundit? Nulla proculdubio olia ratio adferri poterit, quam nec Therapeutas initio nascentis Ecclesiæ, nec ullos Christianos Dionysii tempore tales monachos fuisse, quales ab auctore nostro memorantur.

*in medium*

176 Atque illud quidem eo rursus confirmari potest, quod monasticum institutum non ferebant prima savientium adversus Christianos persecutionum tempora. Quis enim sibi persuadeat, tyrannos idolorumque cultores, qui suumma crudelitate in Christianos omnes grassabantur, eos impune tulisse, qui, in collegiis communitur degentes, tonsura et veste perfectiorique vivendi genere cæteris Christianis illustriores erant. „ Sacerdos, „ inquit auctor noster, „ stat „ ante altare; ..... is autem, qui consecratur, „ stat

A « stat post sacerdotem .., nec supra caput ha-
« bet Scripturas... sed tantum adstat sacerdoti,
« supra illum mysticam invocationem prose-
« quenti. Qua finita, sacerdos, ad eum acce-
« dens, rogat ipsum primum, an omnibus
« rebus dividuis renuntiet, non solum vitis,
« sed etiam imaginationibus. Deinde exponit illi
« vitam perfectissimam, contestans illum debere
« mediam vivendi rationem superare. Quæ ubi
« omnia is, qui initiatur, professus est, sa-
« cerdos eum, signo crucis consignatum tondet...
« omnique veste detracta, eum alia induit. »
Quis autem primis Ecclesiæ temporibus mona-
chum aliquem veste et tonsura ab aliis Chris-
tianæ religionis hominibus discretum, in pu-
blico visum, aut a paganis captum, tortum-
que aut necatum memoriæ aliquando man-
davit?

*hic adductis* 177 Ubinam, quæso, collegium aliquod, in
quo monachi simul vitam degerent, a paganis
aut imperatoribus prædatum aut eversum legi-
tur? Si quid his non omnino absimile in qui-
busdam martyris alicujus. Actis occurrere dixeris,
B arguetur continuo, illa nec genuina esse, nec
sincera, nihilque de tempore, quo martyr ille
obierit, ab eorum scriptoribus certo definiri.
Tradit denique auctor noster, nomen Therapeu-
tæ et Monachi suo tempore tritum et vulgare
fuisse, atque a præceptoribus suis illud Chris-
tianis, ritum monasticum solemniter profitentibus,
inditum. « Hinc sancti præceptores nostri, « in-
« quit, divinis eos appellationibus sunt prose-
« quuti: alii quidem Therapeutas, alii vero Mo-
« nachos appellaverunt: οἱ μὲν θεραπεύτας, οἱ δὲ
« μοναχούς ὀνομάζοντες. » Quinam, obsecro, esse
poterant hi Dionysii præceptores, qui ea nomina
appellationesque divinas illis imposuere? Non
Philo quidem. Is enim Judæus cum esset, a
Dionysio Areopagita tamquam unus ex sanctis
præceptoribus suis laudari non potuit. Quinam
ergo ab eo præceptores appellantur? Num Hie-
rotheus vel alii, quorum nomen excidit eva-
nuitque memoria? Sed hi suis temporibus cele-
bres esse debuerunt, et omnibus facile noti.
Cur ergo isti soli cum discipulo suo Dionysio
Areopagita primo, secundo tertioque Ecclesiæ
sæculo monachorum nomina, ordinem statum,
professionem, vota, tonsuram, vestem et colle-
C gia memoraverunt? Certe cum alii scriptores
per tam longa trium sæculorum spatia ho-
rum omnium nequaquam meminerint, id fane
argumento non levissimo est, tempore Dio-
nysii nullos exstitisse hujuscemodi monachos et
Therapeutas.

*aliisque su-per additis probatur,* 178 *Ita hactenus Nourrius, monachos tales, quales loco supra assignato ab Operum Dionysia-norum auctore describentur,* Dionysii Areopagi-
tæ *ætate non exstitisse, rectissime ob rationes, quas allegat, contendens; istos namque mona-chos vestitu, tonsura, perfectiorique, quam, professione solemniter edita, sectabantur, vitæ ratione a reliquis omnibus Chistianis laudatus auctor (adi ejus num.* 176 *jam nunc recitata verba) facit diversos; monachos autem, qui eo modo a reliquis omnibus Chistianis different,* Dionysii Areopagitæ *ætate instituos jam fuisse, haud ap-paret. Therapeutas quidem, a Philone apud Eu-sebium lib.* 2 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 17 *me-moratos, pro monachis, per Operum Dionysia-norum auctorem descriptis, Areopagitici ob-trudunt; verum recte id abs se fieri, rationibus, quas allegant, minime evincunt. Esti enim, con-tra ac Valesius contendit, Philoniani Therapeu-tæ, prope Alexandriam potissimum commorati, fide forsan, non refragante etiam per verba su-pra recitata Nourrio, exstiterint Christiani, sua-que certe vivendi ratione quoddam præbuerint mo-nasticæ vitæ exemplum, habitu tamen, tonsuraque et vitæ, quod, professione solemniter edita, sectati memorantur, genere a reliquis Christianis in mo-dum monachorum, ab Operum Dionysianorum auctore descriptorum, haud fuerint diversi; præ-terquam enim quod Therapeutæ, a Philone lau-dati, mulieres sibi, uti ipsemet hic scriptor do-cet, adjunctas habuerint, nihilque uspiam, e quo mulieres inter memoratos ab Operum Dionysia-norum auctore monachos fuisse versatas, colli-gas, reperire apud hunc sit, tonsuræ vestitusque singularis, quibus Therapeutæ, per Philonem memorati, a reliquis suæ sectæ hominibus fuerint distincti, nuspiam hic mentionem facit.*

AUCTORE C. B.

179 *Hieronymus quidem, qui, quæ de The-rapeutis Philo memoriæ prodit, de primis Chri-stianis scripta, in libro de Scriptoribus in Phi lone arbitratur, ibidem etiam indicat, sibi ap-parere,* Talem primam credentium fuisse Eccle-
siam, quales ætate sua monachi esse nitebantur; E
*verum, etsi quidem seu Philoniani Therapeutæ seu, qui ab isce forsan non distinguendi, primi Alexandriæ Christiani, spectata, quam fuere sectati, vitæ communis ratione, aliquod monas-ticæ, seu potius cœnobiticæ vitæ exemplum pos-teritati reliquerint, ejus tamen perfectionem assecuti minime fuerunt, multaque, quæ cum vita cœnobitica seu monastica minime congruunt, fecerunt, uti luculentur perspiciet, qui vel per-functoriæ evolverit, quæ Papebrochius in suis ad Sebastianum a S. Paulo Responsionibus ar-ticulo* 15, *num.* 126 *de primis Christianis, Euse-biusque Historiæ Ecclesiasticæ lib.* 2, *cap.* 17 *de Philonianis Therapeutis observant. Quando ita-que Hieronymus, primos Christianos seu Philo-nianos Therapeutas, prope Alexandriam potis-simum versatos, tales fuisse, adstruit, quales ætate sua monachi esse nitebantur, credendus est id fecisse, non quod illorum vitæ ratio votis ullis religionis adstricta perfecteve fuerit monas-tica, sed quod nonnulla cum vita perfecte monas-tica habens communia quoddam hujus exemplar seu prototypon, ac certo etiam sensu exordium extiterit. Et vero, si Hieronymus seu primos* F
*Christianos seu Philonianos Therapeutas vitam perfecte monasticam fuisse sectatos verosve ex-stitisse monachos, existimavit, ut quid eos mona-chorum nomine nuspiam distinguit?*

*exstitisse non videantur,*

180 *Sane cum hoc vel sanctus ille pater, vel etiam Eusebius, quorum tamen alter vitam mo-nasticam commendare, alter, Philonianos The-rapeutas Christianis accensendos, probare cona-tur, nuspiam fecerit, id utique, a neutro pro veris monachis, qui, habitu, tonsura, professione solemniter edita, vivendique ratione a reliquis Christianis secreti, perfectiorem vitæ monasticæ normam essent professi, habitos fuisse seu pri-mos Christianos seu Philonianos Therapeutas, haud infirmo, uti Nourrius supra recitatis ver-bis innuit, argumento etiam est; ut proinde Areo-pagitici, sedulo omnibus, quæ, ut monachos tales, quales ab Operum Dionysianorum auctore loco supra cit. describuntur,* Dionysii Areopagitæ *ætate exstitisse, probent, in medium de Therapeu-tis, ab Hieronymo et Eusebio memoratis adducunt ad*

*libri dicti auctorem non esse Areopa-gitam, fere certum ap-paret,*

auctor C B.

*ad veritatis trutinam expensis, neutiquam id, quod volunt evincant. Adhuc quidem in rem suam allegant Essæos seu Essenos, a Philone pariter, uti et a Josepho, memoratos; verum cum hi, ut iterum Papebrochius in suis ad Sebastianum a S. Paulo Responsionibus articulo* 15, § 7 *dilucide ostendit, haud veri monachi, imo nec Christiani exstiterint, nec sic vel utcumque suam de veris, qui jam inde a* Dionysii Areopagitæ *ætate exstiterint, monachis opinionem Areopagitici firmant. Jam vero, cum id ita habeat, nec iisdem Areopagiticis quo hanc stabiliant, argumenta alia, quam jam refutata, suffragentur enimvero monachos tales, quales ab Operum Dionysianorum auctore Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. supra assignato describuntur,* Dionysii Areopagitæ *ætate non exstitisse, huncque proinde illorum aut saltem Ecclesiasticæ Hierarchiæ auctorem esse non posse, vix non etiam certum e supra recitatis Nourrii verbis, omnibusque, quibus hæc firmavi, rationibus jam aductis apparet.*

*uti et ex eo, quod in eodem libro*

B

181 *Id ipsum porro prope certum etiam apparet ex ecclesiasticis ceremoniis ritibusque, quibus fuisse ætate sua sacros Ordines collatos, Baptismique et Eucharistia Sacramenta administrata ac suscepta, Operum Dionysianorum auctore Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap.* 2, 3 *et* 5 *affirmat.* Pontifex, *inquit jam dicto cap.* 3, precem sacram ad altare Dei celebraturus, ab ejusdem suffitione initium faciens, universum circuit chori ambitum, donec rursum ad altare divinum rediens sacrum infit Psalmorum melos, omni ordine ecclesiastico sacram ipsi Psalmodiam succinente. Per ministros exinde consequenter sacrarum Scripturarum lectio recitatur; qua finita, sacro ambitu arcentur catechumeni, et cum iis energumeni ac pœnitentes, illis, qui divinorum aspectu et Communione digni sunt, remanentibus. Porro ministrorum quidem alii clausis templi foribus assistunt, alii vero aliud quidpiam, quod sit ordinis sui, agunt. Qui autem in ministrorum ordine primas tenent, una cum sacerdotibus divino altari Panem sacrum Calicemque benedictionis imponunt, ab universa plenitudinæ Ecclesiæ communi hymnologia præmissa. Ad hæc divinus Pontifex sacram peragit precationem sanctamque cunctis pacem apprecatur: et dum

C

omnes invicem amplexantur, mystica sacrorum voluminum recitatio finitur. Tum, lotis aqua manibus Pontificis ac sacerdotum, Pontifex divini altaris medio assistit, circumstantibus illi solis ministrorum primoribus una cum sacerdotibus.

*ritus Areopagitæ ætate nondum usitati, memorantur.*

182 Porro ubi Pontifex sacrosancta Dei munera collaudavit, divinissima consecrat mysteria, quæ etiam celebrata sub symbolis sacrosancte propositis in adspectum ducit, exhibitisque divinorum operum muneribus, ad sacrosanctam eorumdem communicationem cum ipsemet accedit, tum ceteros invitat. Accepta denique dataque divinia communione, in sacram desinit gratiarum actionem; populoque divina tantum symbola contuente, ipse semper Spiritu divino per beatas ac spirituales contemplationes hierarchice ad sacrosancta mysteriorum primordia in divini status puritate ducitur. *Ita hactenus laudatus auctor, ritus sane, quibus ætate sua sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum confectum fuisse, prodit, tam distinctos tamque regulatos, quam quarto aut quinto Ecclesiæ seculo fuerunt recensens; cum autem, dum supra dictis cap.* 2, *et* 5 *de ritibus, quibus Baptismus et sacri Ordines ætate sua fuerint collati, sermonem instituit,* D *idem etiam faciat, nec certe, ut Papebrochio nostro tom.* 3 *Maii in Commentario, Actis S. Pachomii prævio, num.* 28 *est visum, verosimile appareat, ritus in sacrorum ordinum collatione Sacramentorumque susceptione tam fuisse distinctos, fixos et regulatos* Dionysii Areopagitæ *ætate, quam fuerunt postmodum quarto aut quinto Ecclesiæ seculo, inde enimvero, librorum, in quibus, Sacramenta ritibus hujusmodi fuisse administrata ac confecta, adstruitur, auctorem esse non posse Sanctum nostrum, pene certum etiam apparet, uti hic erat monstrandum*

## CAPUT XIII.

Validissimum, quo Opera, quæ sub Dionysii Areopagitæ nomine circumferentur, sancto huic vindicare Areopagitici nituuntur, argumentum refellitur, nonnullisque adhuc, quæ pro iisdem Operibus Areopagitæ vel abjudicandis vel attribuendis faciunt, adductis, hunc illa non habere auctorem prope etiam certum esse, concluditur.

E

*In Operibus Dionysianis mira ubique auctoris sanctitas elucet Hinc Areopagitici,*

I*n Operibus, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, mira fere ubique elucet auctoris sanctitas; cum autem hic, sese* Dionysium Areopagitam *fuisse, loco non uno luculentissime prodat, hinc Areopagitici, re etiam vera* Areopagitam *illum fuisse, contendunt, ne scilicet, qui vir Sanctus fuisse e certissimis indiciis videtur, pro impostore ac sacrilego sit habendus. Atque hoc quidem argumentum est hujusmodi, ut non aliud validius pro vindicandis* Dionysio Areopagitæ *Operibus, quæ sub ejus nomine circumferuntur, pugnare videatur. Leonardus Lessius in Epistola, ad Lansselium anno* 1615 *Lovanio Parisios scripta, elegantissime simul ac nervosissime id proponit. Lubet idcirco isthanc ex apologetica de* S. Dionysii *Scriptis Lansselii laudati Disputatione, in qua exstat, integram huc transcribere. Sic habet:* Litteras reverentiæ vestræ datas Parisiis XIV Aprilis accepti XXIV ejusdem. Miror, post patris Martini Delrio Vindicias Areopagiticas, adhuc superesse aliquos, qui de hoc Opere dubitent, an auctori illi sit vindicandum: dissolutis enim adversariorum ratiunculis, tot profert veterum auctorum (inter quos multi summi Pontifices et viri sanctitate illustres) testimonia, quibus Scripta illa S. Dionysio Areopagitæ tribuuntur, ut vix putem, esse aliquod antiquorum Patrum Scriptum, quod pluribus testibus suo auctori possit vindicari.

F

*ac inprimis Lessius, ne is, qui Areopagitam esse aperte prodit,*

184 Mihi vero res adeo perspicua videtur, ut, etiamsi ejusmodi testimonia minime supperterent, non putem ei, qui attentius expenderit Operis conditionem, de auctore ambigendum. Hac enim unica ratione facile convincetur, qua et

A et ego, ex quo auctorem illum legi, convictus sum. Si Opus illud non esset magni illius Dionysii Areopagitæ, qui temporibus Apostolorum vixit, sed alicujus posterioris, ut Dionysii Alexandrini, vel Corinthii, vel cujusdam, qui aliquot sæculis postea temporibus Justiniani II circa annum Domini sexcentesimum nonagesimum vixerit, ut vult Scaliger, auctor ejus esset mendax, hypocrita et impostor. Ait enim, præceptorem et institutorem in rebus divinis se una cum Timotheo habuisse S. Paulum, deinde S. Hierotheum, ut videre est libr. de Ecclesiastica Hierarch. c. 2, par. 1, et de Divinis Nom. c. III et c. VII. Adfert objectionem Elymæ magi tamquam æqualis et contemporanei, de Divinis Nominibus cap. VIII; item cap. III ait, se interfuisse cœtui Apostolorum et fratrum, qui convenerant ad contuendum corpus beatissimæ Virginis : ibidem adfuisse Petrum et Jacobum; ejusque rei Timotheum esse probe conscium. Hierotheum præceptorem ibi post Apostolos excelluisse in laudanda divinitate : scribit epistolam ad Polycarpum, aliam ad Titum, aliam ad S. Joannem
B Euangelistam in Patmo exulantem, et in ea narrat, sibi revelatam ejus liberationem et reditum in Asiam. Scribit ad Apollophanem, hortatur eum ad fidem Christi; et commonet eclipsis, quam simul viderint in Ægypto tempore passionis Dominicæ; quomodo eam conspexerint, quæ verba inter se commutarint.

*quique insuper summæ sapientiæ,*

185 Hæc et alia scribit ille auctor : quæ omnia falsa essent et meræ imposturæ, si iste non esset magnus Dionysius Apostolis σύγχρονος, sed junior alius. Atqui prorsus incredibile est, auctorem illius Operis voluisse tam fœde mentiri et hominibus imponere : hoc enim non cadit in virum probum et sapientia conspicuum. Nam constat, auctorem illius Operis tanta fuisse sapientia et rerum divinarum cognitione, ut summis theologis, ex quo in lucem prodiit, fuerit admirationi, et nemo post Apostolos ei putetur præferendus, vel etiam æquandus; nemo de natura divina ejusque perfectionibus et operationibus scripsit sublimius aut copiosius, nemo Angelorum ordines, Hierarchias, actus hierarchicos, omnemque dispositionem præter illum nobis descripsit : nemo Scripturas sacras earumque sensus arcanos sublimius interpretatur. Ille
C nobis primus theologiam symbolicam et mysticam tradidit. Excidit tamen Opus illud de Symbolica theologia, et solum diversis locis ejus dat aliquod specimen; ex quo possumus conjicere, quam admirabile et sublime Opus illud fuerit. Excidit et aliud Θεολογικαὶ ὑποτυπώσεις inscriptum, cujus ipse meminit variis locis. Nemo eorum, quæ in Sacramentis geruntur, mysteria et occultas significationes profundius aut copiosius patefecit. Jam vero quam sana ubique in tanta sublimitate Theoriæ de maximis Christianæ religionis dogmatibus doctrina, ut de tribus in simplissima Divinitate hypostasibus seu personis, de earum processione et distinctione, de unitate essentiæ, de indivisa operatione, de admirabili unione naturæ divinæ et humanæ in una hypostasi Verbi, de natura mali, de efficacia Sacramentorum, de augustissimo Eucharistiæ Sacramento, quod ex sententia sui inclyti Præceptoris (Paulum vel Hierotheum intelligens) dicit esse τελετῶν τελετὴν, quasi dicas Sacramentorum omnium perfectionem.



186 Quod ad elocutionem attinet, eam quoque Angelicam potius dixeris, quam humanam, adeo sublimis est; nimirum ut conceptionum sublimitatem orationis sublimitas exæquet, quis post Apostolos umquam de divinis ita locutus est : Τριὰς ὑπερούσιε καὶ ὑπέρθεέ, καὶ ὑπεράγαθε, κ. τ. λ. πᾶσα θεῖα πατριὰ καὶ υἱότης ἐκ τῆς πάντων ἐξηρημένης πατριαρχίας καὶ υἱαρχίας δεδώρηται. Τὸ θεαρχικὸν Πνεῦμα. Πρὸς τὸν ἀρχίφωτον Πατέρα. Πρὸς τεῖν ὑπεράρχιον ἀρχειν. Τὴν ἀρχικὴν καὶ ὑπεράρχιον τοῦ θεαρχικοῦ Πατρὸς φωτοδοσίαν ἀϋλοις καὶ ἀτρεμέσι νοὸς ὀφθαλμοῖς εἰσδεχόμενοι ὑπερουσίως οὐσιώθη θεανδρικαὶ ἐνέργειαι, et mille alia non coacta, non laboriose quæsita, sed sponte ex altissima contemplatione fluentia. Legi S. Augustinum de Trinitate, et multa S. Gregorii, cognomento Theologi, Opuscula, et aliorum Patrum doctissimos Tractatus, nemo tamen ex illis visus est mihi Dionysium vel doctrinæ sublimitate, vel dicendi majestate æquare. Quam ob causam mirantur illam non solum omnes doctores scholastaci (quorum aliquot etiam Commentariis illum illustrarunt) sed et SS. Patres, qui illum legerunt, ut S. Joannes Damascenus, S. Maximus, E
Michaël Syngelus, et alii multi, quos recenset Delrio. Ex quibus constat, auctorem istius Operis fuisse eminentissimæ sapientiæ et magnæ sanctitatis virum, ut, qui totus in rebus divinis et angelicis contemplationibus ubique versetur, et Timotheum passim ad rerum divinarum assiduam theoriam, relictis omnibus, quæ sub sensum cadunt, hortetur.

AUCTORE C. B. *parisque eloquentiæ indicia non obscura præbet,*

187 Quis talem ac tantum virum credat tam putide voluisse mentiri, et tam absurda hypocrisi falsa quadam specie antiquitatis et Apostolicæ consuetudinis mundo imposturam facere? Non cadunt ista in virum probum et sanæ mentis, multo minus in sapientissimum et sanctissimum. Denique, quo sine hæc omnia secisset et se alium finxisset, quam revera fuit? an ut labores suos, et gloriam illis debitam, per scelus et amentiam perderet? Poterat enim nomen suum et veritatem patefaciendo, maximam sibi gloriam toto orbe et omnibus sæclis duraturam comparare, et maximis doctoribus Ecclesiæ æquari, vel etiam præferri. Poterat omnium theologorum, qui umquam futuri sunt, admirationem, amorem et benedictionem sibi conciliare et illustrissima ingenia ad sui imitatio- F
nem provocare. Quorsum per mendacia et improba facta, per hypocrisim et imposturas indignissimas et inauditas voluisset tanto se bono privare et nomen suum æternis tenebris involvere? Hæc ratio me ita convincit, ut nihil de auctore hujus Operis possim dubitare : nec quisquam, opinor, dubitabit, qui, lecto diligenter Opere, ista expenderit. Legi sæpius et accurate omnia expendi, itaque mihi placuit, ut hunc Dionysium jam a triginta sex annis in Patronum delegerim, et semper in Sacrificio Missæ nominatim invocarim, mihi ejus sapientiam et spiritum imprecans. Dolui subinde, quod non melius esset conversus, nec vis verborum ejus multis locis expressa, sed alia substituta, quæ lectorem possent in errorem conjicere, ut plurimis exemplis possem ostendere. Quam ob causam statui ego aliquando illum transferre, et in eum finem multa annotavi. Verum per alias occupationes numquam sat otii suppeditavit. Gaudeo, et gratulor tibi, quod hunc laborem susceperis, eoque nomine omnes theologi, præsertim qui

*pro impostore sit habendus, Operum illorum auctorem certo esse Areopagitam, contendunt.*

AUCTORE C. B.

Græcæ linguæ non satis sunt periti, tibi multum debebunt, si facilem illis aditum ad tanti auctoris lectionem et intelligentiam patefeceris.

*Verum nec sic, cum alioquin, uti ex auctore anonymo probatur,*

188 *Ita hactenus Lessius; verum argumentum, quod magno conatu parique verborum ornatu hic proponit, nimium ac proin nihil, non secus ac alia multa, probatum dat. Liquet id ex iis, quæ auctor anonymus in Problemate de* Dionysii *Operibus, eruditis anno* 1708 *proposito typisque Parisiensibus excuso, in medium adducit. Is postquam part.* 1, *propositione* 5, *art.* 1 *idem quantum ad substantiam, quod Lessii verbis jam exhibui, argumentum proposuit, id mox refutaturus, articulo* 2 *librorum suppositionem sub nomine auctorum, qui eos non conscripserant, primis Ecclesiæ seculis initium habuisse, ostendit, in Latina Venetiis adornata editione sequentem scribens in modum* : Non solum quarto seculo hæc prava invaluit consuetudo falso supponendi libros aliquos alienis auctoribus, sed ab ipsis Ecclesiæ primordiis quamplurima habemus hujusce suppositionis exempla. Auctor Constitu-
B tionum Apostolicarum, qui diu sub nomine S. Clementis Papæ et martyris innotuit, queritur, quod ab ipsis Ecclesiæ incunabulis libri aliquot exitiosi et veritati contrarii in Ecclesia prodierint, Moysi, Enoch aliisque Veteris Testamenti patriarchis falso inscripti. Constat pariter, tunc temporis sub venerando Apostolorum nomine plura Euangelia, Acta, Apocalypses, Epistolas aliaque hujusce generis fuisse a Catholicis evulgata, ut nihil dicam de hæreticis, quorum meminit S. Epiphanius, qui similibus fraudibus celebres fuere. Euangelia enim secundum Ægyptios et secundum Hebræos; Acta S. Pauli et S. Theclæ sub nomine S. Lucæ a quodam presbytero, S. Pauli discipulo, falso quodam zelo in suum Magistrum abrepto, conficta aliaque hujusce furfuris plura, monumenta sunt et indicia certissima hujusce suppositionis.

*et Epistolæ, falso etsi S. Martiali supposititæ, S. Martiali tamen,*

189 Constat pariter, S. Salvianum presbyterum sub ementito Timothei nomine latere voluisse, et Vincentium Lirinensem sub nomine Peregrini, et Vigilium Tapsensem, Arianos, Nestorianos et Eutichianos impugnare agressum, id præstitisse sub ementito nomine S. Athanasii, Idacii Clari et S. Augustini, qui ante ipsum cum
C his hæreticis conflixerant. Plura alia proferri possent hujusce suppositionis exempla, quæ non minus admirationis habent, quam propositum hujusce Auctoris, de quo agimus, qui sub S. Dionysii nomine latere voluit. Apologistæ igitur hujusce Patris nullum præsidium aucupari possunt ex principiis in quinta propositione *(num. scilicet proxime prægresso a nobis jam memorata)* firmatis, nisi velint legitimas agnoscere eas lucubrationes, quas certo norunt esse apocryphas et suppositas, et ut tales ab eruditis communiter explodi; *hisce autem præmissis, præfatus auctor mox articulo sequenti bina allegat suppositionis exempla, qua jam inde a primis etiam Ecclesiæ seculis adscripti fuerunt libri auctoribus non suis, a quibus sese compositos, ii ipsimet, utut sanctitatem ubique spirantes, falso prodebant; ac primum quidem, quod ab Epistolis, S. Martiali falso suppositis, repetit, lectori ob oculos ponit sequentibus hisce verbis* : Neminem esse, credo, qui inficiari velit, duas Epistolas S. Martialis, Galliarum apostoli, nomine inscriptas, quarum una ad fideles Burdigalenses, altera ad Tolosanos data est, esse supposititias. Difficile tamen non esset demonstrare, eas genuinas es- D
se ac germanas, si argumenta, quæ proferunt in hac quinta propositione S. Areopagitæ patroni, satis essent ad vindicandam S. Dionysio illorum Operum possessionem.

*utpote quem sui auctorem aperte produnt,*

190 Primo siquidem illæ Epistolæ, huic Galliarum apostolo affictæ, testimonium reddunt, earum auctorem esse, appellarique Martialem, ipsum fuisse apostolum Jesu Christi, cum eo vixisse, ipsi ministrasse, cum in ultima cœna sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum instituit; adfuisse in horto Gethsemani tunc temporis, cum Judas amantissimum Præceptorem pacis osculo tradidit, fuisse cum aliis discipulis, cum Christus Lazarum a morte revocavit, et tandem vidisse Jesum Christum post suam resurrectionem, et præcipue ea die, qua ad cælos ascendit. Secundo hæ Epistolæ sanctæ sunt et sancto quodam spiritu conscriptæ. « Piæ sunt, » ait Cardinalis Bellarminus, et ante ipsum Sixtus Senensis, « pietatem redolent. « In iis agitur de Incarnatione Verbi, de ejus Nativitate, Vita, Passione, Morte, Sepultura, Resurrectione et in cælum ascensione. Sermo pariter instituitur de E
Missæ Sacrificio, de Baptismo, de Pœnitentia, de Signo Crucis et quampluribus aliis traditionibus. Tertio explicatur in hisce Epistolis Mysterium sanctissimæ Trinitatis, modusque ille mirabilis, quo Filius procedit ex Patre, et Spiritus Sanctus ex Patre et Filio. Omnia præterea sanctitatem spirant, nihilque in iis deprehenditur, quod ad veram solidamque pietatem non informet, maximumque et horrorem vitio et virtuti amorem non conciliet. Tandem ut omnia uno verbo complectar, sanctæ sunt, non solum quia omnia, quæ continent, sancta sint, sed quia sanctus potest esse earumdem usus. Nonnullæ Gallicanæ ecclesiæ ex iis Epistolis plures lectiones pro divinis Officiis mutuarunt, quæ publice in Ecclesia recitantur.

*sanctitatemque ubique spirant,*

191 Exstant adhuc in archiviis RR. PP. Benedictinorum S. Augustini Lemovicis, et S. Illidii Claromontii, nec non in monasterio RR. PP. Grandimontensium, et in cathedrali Lemovisensi plura antiqua Breviaria manuscripta, in quibus leguntur hujusmodi lectiones in Officiis divinis, ex Epistolis S. Martialis depromptæ. In Quaternario pariter Sanctorum diœcesis Burdigalensis in hac urbe impresso anno MDCXL et F
a pluribus provincialibus conciliis ordinato : « Ex Decreto Conciliorum Provincialium. « Lectiones secundi Nocturni pro Officio S. Martialis, quod pridie Kalendas Julii in ea ecclesia celebratur, desumptæ sunt ex Epistolis, quæ hujusce S. Episcopi nomen præ se ferunt, et ex ipsius Vita, a S. Aureliano conscripta : « Ex Epistolis « S. Martialis, et Vita, scripta a S. Aureliano. « Theologi et controversistæ harum Epistolarum auctoritatem quotidie usurpant, et ad fulcienda Christianæ religionis dogmata et ad oppugnandos hæreticos, eosque de pluribus, antiquis Ecclesiæ traditionibus convincendos. Fructus pariter admirabiles, quos hæc Epistolæ semper in Ecclesia pepererunt, præclara elogia, quibus tot celeberrimi viri eas per plura secula exornarunt, certissimo argumento nobis esse debent, ipsas et sanctas esse et sancto quodam spiritu elucubratas.

*essent attribuendæ,*

192 Post tot igitur et tam præclara testimonia dicendum erit, ipsarum parentem et auctorem non alium esse, quam S. Martialem, qui primo Ecclesiæ seculo vixit; alias dicendum foret, earum

A rum auctorem fuisse mendacem aliquem et sacrilegum simulatorem; quod tamen ab istarum Epistolarum sanctitate longissime abhorret. Sive enim finem spectes, quem auctor in iis scribendis sibi proposuit, sive argumentum, quod tractant, sive usus, in quos eas adhibuit Ecclesia, sive fructum, qui ex earumdem lectione percipitur, eas omnimode sanctas esse, evidentissime constat: ut nihil dicam de his sanctitatis ac pietatis titulis, quibus a tot scriptoribus insignitæ sunt, præcipue postquam earumdem meminit Petrus Scholasticus sub exitum seculi noni, id est, centum circiter annos, antequam in loco quodam subterraneo Sacrarii S. Petri urbis Lemovicensis regnante Philippo I, Galliarum rege, id est, anno MX, fuissent inventæ. Si igitur argumentum, cui tantopere fidunt S. Dionysii Apologistæ, probat, eos libros, qui ejus nomine circumferuntur, esse Areopagitæ fœtus, illud pariter, quod nos pro S. Martiali instituimus cum idem omnino sit, certissime pariter evincet, Epistolas, quæ S. Martialis nomine inscribuntur, esse ejusdem Episcopi genuinum Opus.

*et aliquot Opuscula, utut S. Athanasio falso afficta, huic tamen S. Patri forent adscribenda,*

B 193 *Ita hactenus laudatus auctor, primum e duobus dictis exemplis proponens; en modo etiam, qui secundum exhibeat.* Nemo est, *inquit,* qui dubitet, Dialogus de Trinitate et undecim libros de Unitate Divinitatis in Trinitate, non minus ac disputationem Arii cum Athanasio in concilio Nicæno, aliamque collationem, quam idem S. Doctor Laodicææ in Syria habuit jussu Constantii imperatoris, fœtus esse S. Athanasio affictos, et sub venerando ejus nomine evulgatos; et tamen si principiis ab apologistis S. Dionysii in hac quinta propositione statutis standum sit, hæc omnia legitimos esse S. Athanasii fœtus fateri cogemur. Primo siquidem iidem ipsi libri testimonium perhibent, eorum auctorem ac parentem alium non esse, quam Athanasium; ejus nomen legitur præfixum his Operibus, in quibus testatum habemus, ipsum interfuisse Nicæno concilio et cum Ario disputasse. In his refertur singillatim, quidquid in hisce disputationibus contigit, et quomodo cum Ario congressus sit coram judice Probo, qui tandem, partibus auditis, causam Athanasio adjudicavit. Hæc omnia certe demonstrant, horum Operum auctorem alium non esse quam Athanasium, nisi dicere velimus,

C horum scriptores, qui S. Athanasii nomen ementiti sunt, quique certo certius fuerunt Vigilius Tapsensis, cui prius Opus ab eruditis omnibus adjudicatur, et S. Maximus vel Theodoretus, quorum alterutri duo posteriora adscribuntur, mendaces fuisse ac simulatores; quod nullus hactenus ausus est dicere, quodque cum sanctitate cohærere non potest illorum librorum, quorum argumentum sanctum est et sanctissimus ipsorum usus; cum et confundendis hæreticis et confirmandis Christianæ religionis mysteriis apprime inservierint.

*rem, quam meditantur, evincunt,*

194 *Tale est, quod auctor anonymus supra laudatus allegat, suppositionis, de qua hic agimus, exemplum alterum, a pluribus lucubrationibus, S. Athanasio falso affictis, repetitum; cum autem et hæ, et S. Martiali (adi auctoris anonymi num.* 189 *et seqq. recitata verba) supposititæ epistolæ sanctitatem ubique spirent, nec tamen, ne, a quibus vere sunt contextæ, pro impostoribus ac mendacibus sint habendi SS. Martiali et Athanasio, quos sui esse auctores, luculentissime, utut falso, produnt, adscribendæ sint, consectarium, fit, ut, eum prorsus oppositum e Lessii ad Lansselium, quod Areopagitici urgere solent, argumento adstruendum foret, nimium id certo probet, utque proinde, Dionysiana Opera, quæ et ipsa sanctitatem ubique spirant,* Dionysio Areopagitæ, *quem tamen sui esse auctorem, loco non uno apertissime indicant, attribuenda esse, neutiquam evincant, contra, ac Areopagitici contendunt. Nec quidquam ad rem facit, quod Areopagitici cum Lessio (adi hujus num.* 187 *et seqq. recitata verba) adjungunt de fine, quem Operum Dionysianorum auctor propositum sibi habuerit.*

auctore C. B.

*maxime cum ratio, ob quam;*

195 *Etsi enim is sibi, genuino suo patefacto nomine, et maximam ex Operibus suis gloriam comparare, et posteritatis amorem juxta ac admirationem conciliare valuisset, quid ni tamen factum esse possit, ut insigni, quo tenebatur, fidei tutandæ studio abreptus tantum illud suum bonum contemnere,* Dionysii Areopagitæ *nomine, quo majorem dictis suis auctoritatem adjungeret, contexta a se Opera inscribere voluerit? Operum Dionysianorum auctor Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap.* 3 § XI *sic scribit*: Dei-principalis bonitatis infinita benignitas benevole per se nostri curam gerere non destitit, sed nostro- E rum omnium vere particeps absque peccato, humilitatique nostræ unita, salvo proprietatum suarum statu, eoque inconfuso et inviolato,... nostrum... statum e diverso clementer immutavit; *libro autem de Divinis Nominibus cap.* I, § 4, *idem, quod textu jam nunc recitato, etiam docet sequentibus hisce verbis*: Qui æternus est, temporalem sumpsit accessionem nec non ad intima naturæ nostræ descendit, qui universum totius naturæ ordinem superessentialiter transcendit servatis tamen proprietatibus suis prorsus integris et inconfusis.

*Opera Dionysiana,*

196 *Ita duobus jam citatis locis Operum Dionysianorum auctor; cum iis autem, naturam humanam, proprietatibus suis servatis prorsus integris atque inconfusis, assumpsisse Dei Verbum, duasque adeo hoc habere naturas, non obscure edoceat, Eutychianorum hæresim, quæ in Dei Verbo uti unam dumtaxat personam, ita etiam unam tantummodo naturam statuit, apertissime proscribit. Jam vero, cum id ita habeat, nec minus aperte, uti haud difficulter potest monstrari, Nestorianam etiam hæresim damnet, hanc illum haud ante annum* 429, *quo circiter hæresis Nestoriana est orta, imo nec ante annum* 447, *quo circiter Eutychianorum secta initium accepit, Operibus suis conscribendis admovisse manum, eruditi non pauci contendunt, et sane haud immerito: cum enim ex eo, quod doctrinam de sanctissimæ Trinitatis mysterio, Arianorum de hoc hæresi clarissime oppositam, tradat, Opera illum sua ante hanc exortam non exarasse, verosimillimum a plurimis existimetur, ob rationis paritatem, nec id ante Nestorianam et Eutychianam hæreses exortas fecisse, verosimillimum potest videri. Erit quidem, qui hic iterum fortassis opponat, Dionysiana Opera a S. Gregorio Nazianzeno, a S. Cyrillo et a Proclo, Atheniensi philosopho fuisse laudata, citiusque proinde, quam jam dictum sit, fuisse contexta.* F

*inter annos 431 et 431 verosimillime contexta,*

197 *Verum, etsi quidem SS. Gregorius Nazianzenus et Cyrillus ante exortam Eutychianam hæresim floruerint, anne tamen seu hic seu ille Dionysia Opera laudarit cognitaque adeo habuerti, admodum est dubium atque incertum, uti, quæ hujus Appendicis cap.* 2 *et* 4, *numeroque item* 80 *et seq. in medium adduxi luculenter ostendunt; quod autem ad Proclum, Atheniensem*

AUCTORE C. B.

*Atheniensem philosophum, spectat, præterquam quod, an hic Dionysiana Opera laudarit, ex iis, quæ ejusdem Appendicis num.* 84 *dixi, dubium pariter sit atque incertum, philosophus ille sub Leone I, qui anno* 457 *post Marciani obitum imperio potitus, anno* 474 *e vivis excessit, primum floruit, ut proinde, etiamsi illum Dionysiana Opera subinde laudasse, imo et adhibuisse, dederimus, consectarium inde non fiat, ut hæc, Nestoriana et Eutychiana hæresi nondum exorta, ab auctore suo fuerint contexta. Ac ego quidem, cum res ita habeat, id ab isthoc inter annum* 431, *quo œcumenica synodis Ephesina adversus Nestorianos, et annum* 451, *quo Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est, verosimillime esse factum, opinor. Ita animo comparatus sum, quod, cum equidem, uti e pluribus in hac Appendice jam disputatis intelliges, sub seculi* v *finem, imo forte haud diu etiam post Chalcedonensem anni* 441 *synodum Dionysiana Opera nota esse inceperint, horum sane scriptio, utpote e mox dictis Ephesina etiam anni* 431 *synodo haud anterior, aptissime eo temporis spatio, quod inter annum* 431 *et annum* 451 *effluxit medium, signari*
B *posse videatur.*

*inscribi Areopagitæ ab auctore suo non potuisse, volunt, haud satfirmasit,*

198 *Porro, cum res ita habeat, tuncque Nestoriani et Eutychiani, uti ex historiographis passim obviis palam est, maximas turbas excitarint, facile enimvero factum esse potest, ut Operum Dionysianorum auctor, non minus ad fidem orthodoxam tulendam, quam illi ad hanc labefactandam, propensus, non tantum in turbulentos adeo hæreticos calamum strinxerit verum etiam, quo meliori successu id faceret, magnum ac venerandum* Dionysii Areopagitæ *nomen Scriptis suis, nulla omnino gloriæ, quam sibi ex hisce, proprio suo nomine inscriptis, vindicare potuisset, ratione habita, præfixerit. Fuit quidem præterea scriptor ille, uti ex iis, quæ litteris commendavit, apparet, sapientissimus juxta ac sanctissimus; ut mendacium, officiosum etiam, ut aiunt, nec licitum æstimaturus, nec facile admissurus fuisse videatur; verum cum alium sese, quam revera esset, fingendo aliaque insuper, et fictioni isti et quibusdam factis, quæ, utut falsa, pro veris e fama publica popularive traditione habebat, confirmandis nata, comminiscendo nemini prorsus injuriam illaturus, nec gravioris adeo culpæ*
C *seu mendacia, seu alia qualiacumque delicta commisurus esset, factum facile esse potest, ut papæ summo, quo flagrabat, fidei orthodoxæ tutandæ ardore minime sibi a tantilla, e qua maximum obventurum esset bonum, noxa incurrenda abstinendum duxerit, maxime cum illam, uti ex optimo, e quo admittebatur, fine utcumque excusandam, ita etiam a Domino facile condonandam, putare jure merito posset, Omnibus itaque sedulo examinatis, nec ratio, ob quam Opera Dionysiana, si ab* Areopagitæ *vere concinnata haud sint,* Areopagitæ *nomine inscribi non potuisse, Areopagitici causantur, sat firma ac solida apparet.*

*cumque nec alia, quæ Areopagitici*

199 *Dispiciamus modo, an alia, quæ Areopagitici, ut Opera Dionysiana* Areopagitæ *vindicent, potissimum adhuc allegant, fuisse illa abs hoc contexta, evictum dent. Nec Deo moris, nec æternæ, aiunt, illius providentiæ est Opera vana, et fictis mendaciis, plena, veris cohonestare miraculis; Opera autem Dionysiana, cum infirmis, qui vario morborum genere conflictabantur, in* S. Dionysii Areopagitæ *honorem applicarentur, multis divinitus miraculis cohonestata fuisse, Hilduinus, rei gestæ oculatus testis apud Surium in conscripta a se ad Ludovicum Pium* D *Epistola num.* 4 *affirmat. Ita adhuc Areopagitici; verum et hoc illorum præsidium tam infirmum est, ut vel ipsis Hilduini verbis expugnari videatur. Ut res manifesta evadat, juverit ea, quæ huc spectant, transcripsisse. Sic habent :* Authenticos... eosdem libros *(Opera nempe,* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferri solita)* Græca lingua conscriptos, quando œconomus ecclesiæ Constantinopolitanæ et cæteri missi Michaëlis legatione publica ad vestram gloriam compendio functi sunt, in ipsa Vigilia solennitatis sancti Dionysii pro munere magno suscepimus. Quod donum, devotioni nostræ acsi cælitus allatum, adeo divina est gratia prosecuta, ut in eadem nocte decem et novem nominatissimæ virtutes in ægrotorum sanatione variarum infirmitatum ex notissimis et vicinitati nostræ contiguis personis ad laudem et gloriam sui nominis orationibus et meritis excellentissimi sui Martyris Christus Dominus sit operari dignatus. *Ita laudatus Hilduinus, eo ipso die, quo Dionysiani libri in monasterium suum fuerunt illati, decem et novem miracula fuisse patrata, diserte testatum faciens: verum cum simul,* E *isthæc non eorumdem librorum virtute aut applicatione, sed excellentissimi sui martyris* Dionysii *meritis et orationibus a Christo Domino edita esse, haud obscure affirmet, inde enimvero, libros illos a* S. Dionysio Areopagita *fuisse contextos, perperam etiam Areopagitici arguunt.*

*adducunt, Opera illa ab Areopagita vere fuisse contexta, evincant,*

200 *Nec apte id ex dictis miraculis concluderent, etsi etiam hæc librorum Dionysianorum seu tactu seu applicatione contigissent. Dæmonia enim ab his, qui nec Christi discipuli, nec Christi erant, ejusdem Christi nomine fuisse ejecta, eruditorum etiam vulgo notum est, uti et ex vera tantum ardentique Christianorum fide sæpissime etiam alias miracula a Deo fuisse impetrata. At vero, aiunt adhuc Areopogitici, de tempore, quo Scripta,* Dionysii Areopagitæ *nomen præferentia, fuerint contexta Sanctoque huic supposita, inter Anti-Areopagiticos non convenit. Fateor, sic habet; ac horum quidem alii quarto, alii quinto aud etiam sexto Ecclesiæ seculo Operum Dionysianorum scriptionem innectunt; verum quid tum? Hincne consequens est, ut, qui isthanc adornavit, Apostolorum ætate floruerit, ac pro* Dionysio Areopagita *sit habendus? Qui Opera illa* Areo- F *pagitæ adscribunt, inter sese pariter, dum alii isthæc Ecclesiæ primum notæ Patribus cognita fuisse, alii contra in occulto, non unam omnibus occultationis assignantibus causam, prioribus Ecclesiæ seculis mansisse, contendunt, haud parum dissentiunt; verum hinc, quæ* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, Opera spuria esse ac Sancto huic falso supposita, inferri Areopagitici haud patientur, et merito quidem : quod cum ita sit, ex eo etiam, quod Anti-Areopagitici de tempore, quo ea-lem Opera* Dionysio Areopagitæ *fuerint supposita, sese inter dissentiant, genuina hæc esse ac vere a* Dionysio Areopagita *fuisse composita, nequit inferri. Plus itaque roboris non habet hoc postremum, quod adhuc Areopagitici pro opinione sua allegare solent, argumentum, quam quod, huic proxime jam præmissum, repetunt a miraculis, quibus, Opera Dionysiana* Areopagitæ *esse attribuenda, cœlum ipsum fuerit testatum.*

201 *Jam vero, cum id ita habeat, aliaque præterea, quæ Areopagitici pro opinione sua allegare adhuc solent, haud minori, quam jam refutata,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Opinionem, quæ ea Areopagiæ abjudicat, prope etiam certam esse, concluditur.*

*futata, facilitate solvi queant, uti cuique, qui vel supra sæpissime laudatam Nourrii de Dionysianis Operibus Dissertationem vel alias Anti-Areopagiticorum lucubrationes evolverit, patescet, quid adhuc impediat, quo minus ob rationes in hujus Appendicis decursu allegatas, longe probabiliorem, imo prope etiam certam æstimemus opinionem, quæ Dionysiana Opera* Areopagitæ *abjudicat? Fuit quidem, cum sublimide tantum hanc amplecterer, quod ob SS. Anastasii Sinaïtæ et Maximi auctoritatem, num Dionysiana Opera a S. Dionysio, Alexandrino sub seculum* III *medium patriarcha, scholiis fuissent illustrata, quam maxime dubitarem; verum rationibus, quas in hac Appendice cap.* 1 *exposui, feliciter tandem scrupulo illo liberatus, rationibusque aliis, quas ejusdem Appendicis cap.* 2 *et seq. allegavi, a nullo prorsus Patrum, qui prioribus quatuor Ecclesiæ seculis floruerint, citata fuisse Dionysiana Opera, propemodum effectus omnino certus, negativum, ut vocant, quod ab illorum omnium ac nominatim etiam a mox memorati Dionysii Alexandrini de hisce silentio repetitur, argumentum tantum apud me valuit, ut vel ob id solum præfata Opera primo Ecclesiæ seculo nondum fuisse contexta auctoremque proinde non habere* Areopagitam *prope certum existimarem. Nec dubito, quin in hanc opinionem meam concessuri sint aut omnes aut certe plurimi, qui, quæ mox dictis capp. disserui, attento præjudiciisque vacuo animo expenderint. Ac universim quidem omnia, quæ sub* Dionysii Areopagitæ *nomine circumferuntur, Opera Sancto huic abjudicanda, e negativo, quod mox dixi, argumento opinor; singillatim autem quasdam horum partes, conscriptos scilicet de Divinis Nominibus, deque Cælesti et Ecclesiastica Hierarchiis libros,* Dionysio Areopagitæ *attribui non posse, vix non indubitatum etiam faciunt positiva, ut vocant, quæ in hac Appendice cap.* 9 *et tribus seqq. adduxi, argumenta; quod cum ita sit, ne repetendo quæ jam dicta sunt, inutiliter tempus teram, lectorem ad capp. proxime dicta brevitatis causa remitto, huicque Appendici finem impono.*

AUCTORE C. B.

B

# DE S. DEMETRIO EP. CONF. E

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO

## SYLLOGE HISTORICO-CRITICA

I. H.

### § I. Sancti e Fastis Habessinis memoria, mira ad episcopatum electio probata prodigiose castitas, variique illius temporis Martyres contra Dodwellum exhibentur.

ANNO CHRISTI CCXXXI. *Sanctus, cujus hodie apud Habessinos annuntiatio,*

*Undecimus hic post S. Marcum Evangelistam Alexandrinorum Episcopus, rebus inter eum et Origenem gestis vulgatissimus, in sacris tum Æthiopum, tum Coptitarum Fastis ad* XII *mensis* Babæ *seu* IX *Octobris nostri diem ita annuntiatur*: Demetrius Patr. Alex. *Alia item hujus Patriarchæ memoria in Calendario Æthiopico ad diem* VIII *Martii, qui Habessinis est* XII C Barmaha, *seu* Bermahat, *iisdem plane verbis celebratur. Verum posterior hæc annuntiatio non emortualem Sancti nostri diem, sed illum, quo intemerata ejus, etiam in conjugio, castitas prodigiose est manifestata, designare videtur: additur enim in Hagiologio Habessino, quod anonymus istius gentis poëta seculo verisimilius* XII *ineunte concinnavit, hujusmodi dilucidatio:* Quia hodie ostendit *(S. Demetrius)* virtutem virginitatis suæ. *Præter hactenus dicta vix aliquid de* Demetrii *sanctimonia cultuve aliunde nobis innotuit, unum si excipias desumptum ex Mystagogia S. Petri, XVII Alexandrinorum episcopi, fragmentum, quod in Epistola Justiniani imperatoris ad Menam tom* 5 *Conc. col.* 651 *legitur, ubi cum S. Heracla vocatur* Demetrius Beatus Episcopus; *et Jobum Ludolfum, a quo in Annotatis ad Fastos Habessinos* Vir *dicitur* sanctitate et sapientia insignis. *Neque aliunde* Demetrii *sanctitati ac cultui obesse aliquid reperi, cur ei in Actis nostris locus denegaretur.*

2 *Pluribus porro de ejus gestis agunt citatus poëta Habessinus, et Abulbaracatus, scriptor Arabs, apud Vanslebium; item Abrahamus Ecchellensis Maronita in Chronico Orientali anno* 1651 *typis Parisiensibus edito. Atque imprimis mira sunt, quæ de* Demetrii *ad patriarchalem dignitatem electione posteriores duo scriptores litteris consignarunt, indicantes simul, quam vivendi normam ante episcopatum fuerit secutus.* F *Scilicet nemo hactenus, nisi cælebs, Apostolicam S. Marci cathedram Alexandriæ ascenderat.* Demetrius, *vir agricola, qui jam pridem patrui sui filiam duxerat uxorem, cum eaque illibatam servarat virginitatem, vitam labore manuum sustentabat: quo tempore patriarcham Julianum lethalis morbus corripuit et ad extrema deduxit. Huic autem nocte, obitum suum præcedente, Deum haud dubie impense precato, ut gregi jamjam a sese reliquendo vigilem, dignumque Marci cathedra pastorem sufficeret, atque hunc agonizanti sibi patefacere ne gravaretur, adstitit continuo angelus, successoremque hisce verbis indicavit:* Qui ingredietur ad te racemum afferens uvæ, ipse patriarcha erit post te. *Quod dum populo, quis ei post mortem successurus esset, interroganti, moribundus Julianus semel atque iterum retulisset, omnes, rei insolentia perculsi (nec enim ineunte Martio, quo id fieri oportebat, maturas uvas reperiri, nec Præsulem, animam jam agentem, superstitem esse ad vindemiam posse, judicabant) senem vi morbi oppressum nescire, quid diceret, in animum inducebant, donec* Demetrium

*licet uxoratus, patriarcha Alexandriæ prodigiose electus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE I. H.

Demetrium, *qui vel pridie, vel eo forte mane vineam putans relictum casu uvæ racemum invenerat, hunc ad Patriarcham deferentem conspicerent. Atque hic mirari universi, hominemque, cælitus quidem sibi destinatum, sed, quod episcopatu indignum se reputabat, fugam meditantem comprehendere, ferreis vinculis constringere, atque, jam erepto e vivis Juliano, Patriarcham consecrandum curare. Quæ omnia, etsi fortasse statim commentis annumeranda non sint quod tamen non apud alios, quam a seculi* II *fine, quo evenerint, multum remotos, ac plurimorum a scriptoribus variis sphalmatum convictos legantur, indubiam apud omnes fidem habitura, non existimo. Præterea mirandum summopere, admitti hic ab Abulbaracato non ex duodecim sacerdotibus unum, prout ex S. Marci institutione fieri oportere falso contenderat, (vide Vanslebii Historiam Ecclesiæ Alexandriæ P.* I, *cap.* 5, *ubi hunc eligendi morem usque ad Alexandrum, XLX Alexandriæ episcopum, perperam extendit) sed laïcum, sed uxoratum ad patriarchalem thronum totius populi consensu evectum. Neque, ut ab hoc errore eximatur, faciunt aliquid, quæ a Seldeno, ejusdem opinionis fautore, ratiuncu-*
B *læ adferuntur, quasque ex professo, ut aiunt, apud Sollerium nostrum in Patriarchis Alexandrinis refutatas invenies.*

*anno Christi* 180, *sedet annis* 43 *incompletis.*

3 *Hæc autem, tot clara prodigiis,* Demetrii *electio secundum accuratam Sollerii citati de eo Chronologiam, quam statim compendiose hic referemus,* IV *vel* III *Nonas Martii est illiganda, ne in assignato ab Eusebio aliisque episcopatus ejus tempore a vero aberremus, ut ex sequentibus liquet. Mortuo Juliano die* IV *Martii anni* CLXXXIX, *eodem aut sequenti die Alexandrinæ ecclesiæ præficitur* Demetrius, *sedemque occupat annis* XLII *(qui numerus in patriarchali Ecchellensis Historia pro* XXXII *substituendus) diebus* CCXIX, *seu mensibus* VII *cum* IV *diebus. Hunc autem annorum, mensium dierumque numerum* IV *vel* V *Martii anni* CLXXXIX *si addas, incidis in* VIII *vel* IX *Octobris diem anni* CCXXXI, *quorum alterutro verisimilius vivendi finem fecit, sacrumque apud Ægyptios cultum obtinuit. Ita fere Sollerius laudatus in sua Patriarcharum Alexandrinorum Chronologia. Utinam modo probabiliter adeo de reliquis, quæ sub* Demetrio *et ab*
C *eo gesta leguntur, atque huc a Majoribus nostris, quoties de* Demetrio *incidebat sermo, remittuntur discutienda, statuere liceret! Sperarant scilicet illi, fore, ut, quæ toties frustra ipsi expetierant, ampliora nos de hoc Patriarcha documenta aliquando nancisceremur. Id vero cum secus evenerit, ea tantum, quæ et videre, et notare ipsis licuit, investigemus.*

*Impugnata illius castitas*

4 *Præ ceteris, quod, quo tempore acciderit, ægre ex aliquo definias, illud occurrit prodigium, quo suam uxorisque castimoniam frequentissimo populo sanctus Patriarcha palam comprobavit. Ægerrime ferebant Alexandrinorum plurimi, occultiora sibi a castissimo Præsule, cui penetrandi hominum corda Deus gratiam concesserat, delicta objici, metuebantque, ne, quod hactenus Evangelico ductus præcepto clam aliis fecerat, id tandem, comperta eorum in nequitiis pertinacia, etiam congregato coram populo propalaret. Hinc mussitare primum inter se, tum, ut Antistitis sui auctoritatem penitus elevarent, palam edicere haud reformidabant :* Cum Vir iste *(verba sunt Historiæ patriarchalis)* sit matrimonio copulatus, quomodo nos reprehendit, præsertim cum hactenus non nisi virgo super hoc sederit throno? D *Ubi dum Jobus Ludolfus, vir cetera clarissimus, at sacerdotum conjugiis nimium favens, interrogat :* Si ipsi Alexandrini virum cum uxore copulatum patriarcham elegerunt et stabiliverunt, QUO ANIMO VEL JURE postea potuerunt murmurare? *Respondere sibi ipse poterat : animo id factum calumniandi, jure autem omnino nullo, cum illud tum temporis nulla lege fuisset prohibitum. Sed ad rem. Ne porro disperso in vulgus istiusmodi obloquia ingens detrimentum Pontificis famæ adferrent, Deus, demisso e cælis nuncio,* Demetrium *bono esse animo jussit, simulque prodigii, quo malevolorum obtrectationes in ventos abirent, ordinem pandit. Sequenti statim die (erat is feria* V *Majoris hebdomadæ) divina fretus potentia sanctus Patriarcha, celebrato sanctissimo Missæ Sacrificio, clericis laïcisque per archidiaconum indixit, ne quis ecclesia egrederetur, sed quam possent, proxime ad thronum episcopalem omnes accederent.*

*miraculo vindicata quotannis celebratur Alexandriæ.*

5 *His peractis, linteum, quo adstans uxor præcingebatur, ardentibus repleri prunis, tum thus iis injici, atque ita circuire conjugem et adolere incensum jussit. Cum vero id, intacto semper lin-*
E *teo, diuturno satis temporis spatio peragi miraretur populus, ac deinde Præsulem miraculi causas exponentem audivisset, illico Pastoris uxorisque ejus inviolatam omnino agnovit virginitatem. Atque id est prodigium illud celebre, cujus postea solennem memoriam quotannis octava Martii die agendam ecclesia Alexandrina constituit, et de quo laudatus supra poëta Habessinus ad citatum diem in hunc modum cecinit :* Salutem Demetrio... hodie virginitatis suæ virtutem per gratiam Christi ostendit, ignem in sinu suo et in uxoris suæ tunica involvens. De ea enim homines dubitaverant. *At cur festum illud eo die, in quem, si vera sunt, quæ de Paschatis observatione constituit* Demetrius *(de quo post) quæque passim ab Orientalibus admittuntur, feria* V *Major incidere haud potuit, celebretur, quis vel conjiciendo assequatur? Agebat autem tunc* Demetrius, *ut ex ejus hac occasione habito ad populum sermone constat, annum vitæ suæ tertium et sexagesimum, currebatque octavus supra quadragesimum, ex quo conjugium cum patruele sua inierat. Unde planum quidem fit, eum ætatis anno* XV *aut* XVI *nondum completo matrimonio se junxisse : sed (quæ est animadversio Sollerii*
F *in* Demetrio *num.* 119 *post Tillemontium nota* 21 *in Origenem) lucis hinc nihil affunditur determinando, quo id contigerit, patriarchatus anno. Nam neque id recte illius fini, ne jam ab anno vigesimo patriarchalem dignitatem adeptus; neque initio illigaveris, ne, quod, silentibus omnibus, æque a verisimili abludit, ad sextum supra centesimum annum vitam protraxisse dicatur. Quamquam, si indubiæ auctoritatis esset Historia patriarchalis, ac verba hæc,* Demetrii *post relatum paulo ante prodigium ad populum allocutioni subnexa :* Quibus dictis, quievit ipse cum UXORE SUA : *eum statim e vivis excessisse, significarent, priori standum opinione foret. Verum cum non minus plane quietam postea et ab omni suspicione immunem cum uxore habitationem possint indicare, unum id superest, ut, dum aliunde certius constet, rem in medio relinquamus, et ad ea, quæ* Demetrium *ulterius spectant, progrediamur.*

*Cycli Epactarium*

6 *Celeberrima est inter eruditos de Epactarum inventore disceptatio, quorum alii hanc laudem nostro*

A *nostro* Demetrio, *alii aliis tribuendam censent. Ac Scaliger quidem in præclaro de Anno Ægyptiorum Opere ita de cyclo Paschali Alexandrinorum recte scribit :* Primi omnium Alexandrini et cyclum decemnovennalem instituerunt, et Epactas docuerunt, qui in primo aut secundo mense novilunium indicarent. *Tum Leo M., peritiam sacrorum temporum Alexandrino episcopo adscribens, ita cap.* 64 *habet ad Marcianum imperatorem :* Studuerunt itaque sancti Patres occasionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes, quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam, quando singuli dies prædictæ solemnitatis evenirent, Sedi Apostolicæ indicaretur, ut hujus scriptis ad longinquiores ecclesias judicium generaliter percurreret. *Rem non nihil clarius exhibet Eutychius Alexandrinus tom.* I *Annal. Alexandr. hisce verbis :* In illo tempore scripsit Demetrius, patriarcha Alexandrinus, ad Gabium episcopum Hierosolymitanum, ad Maximum patriarcham Antiochenum et ad Victorem patriarcham Romanum de ratione computi Pa-
B schalis et jejunii Christianorum, et quomodo a Paschate Judæorum deducatur; de qua re multos exararunt libellos et epistolas, donec eo, qui jam observatur, modo Christianorum Pascha constituerent. *Ex quibus licet non omnino quidem constet, cyclum hunc a* Demetrio *primum excogitatum, patet tamen, hallucinatum fuisse Scaligerum, dum, originem Epactarum temporibus Diocletiani antiquiorem non esse, arbitratus est.*

*repertor asseritur,* 7 *Omnium apertissime loquitur Habessinus poëta in elogio, quod ita ad* Demetrium *dirigit :* Salutem Demetrio, institutori abstinentiæ a potu, et constitutori ciborum in Pentecoste. Nisi ipse per Spiritum Sanctum revelasset, quomodo repertus fuisset computus, cujus nomen Epacte? *Ubi obiter cum Jobo Ludolfo, Orientalium rerum ac linguarum scientissimo, qui hic pro* abstinentiæ *legit* jejuniorum, *notare juvat, prioribus verbis significari,* Demetrium *statas jejunia ordinasse, quibus non tantum a cibo, sed et a potu abstineretur, atque ea tempore Pentecostes cessare jussisse : unde et intelligi datur, quid abstinentia illa a potu, quid cibi Pentecostales*
C *indigitent, quod utrumque nescire se, professus est Sollerius in Patriarchis Alex. num.* 114. *Jam vero ex hoc maxime et superiori Eutychii testimonio prælaudatus Ludolfus concludit, Epactarum inventionem a* Demetrio *esse profectam. Præterea refutat Pearsonium, Eutychio,* Demetrium *laudanti, fidem ideo derogantem, quod alios pro aliis Hierosolymorum et Antiochiæ episcopos adstruxerit, quodque Palæstinæ præsules in sua ad Victorem, Romanum Pontificem, epistola nullam* Demetrii *fecerint mentionem. Etenim Eutychius, etsi in episcopis, ut ex Eusebio lib.* V *Hist. Eccl. liquet, nominandis aberrans, minime hic agit de controversia Paschali, an scilicet festum illud Dominica die, an decimaquarta lunæ sit celebrandum, in qua causa nullæ* Demetrii *partes fuerunt; sed de* ratione computi Paschalis *pro die Dominica* per Epactas *investiganda. Neque Palæstinæ episcopi, Pontifici Romano de celebratione Paschatis, non de reperiendo Epactarum cyclo, scribentes,* Demetrii *necessario meminisse debebant. Addit porro Ludolfus, verisimile esse, istam* Epactarum *constitutionem seu solennem earum in omnes ecclesias, saltem Orientales, introductionem sine conventu et concilio reliquorum episcoporum factam non fuisse. Quam opinionem Sollerius in* Demetrio *num.* 116 *suo pariter suffragio confirmat, citans cum Ludolfo poëtam Habessinum anonymum, ad diem* II *Hatur, id est* XXIX *Octobris, ita canentem* : Salutem vobis sacerdotibus laude et encomio dignis, qui cito cucurristis *(Sollerio* concurristis*)* sine cunctione in unum locum ad congregationem et conventum, computi Epactarum, quem Spiritus S. docuerat, a Demetrio patre *(ut)* acciperetis notitiam.

AUCTORE I. H.

*ac plures ejus tempore martyrio in Ægypto celebres adferuntur.*

8 *Certiora sunt, quæ de plurimorum martyrio, hujus Patriarchæ tempore tolerato, memoriæ prodita reperiuntur. Anno nempe Christi* CCII, *patriarchatus Demetrii* XIV *atrocissima sub Severo, qui jam ab anno* CXCIII, II *Junii, interfecto Didio Juliano, imperii clavo fuerat admotus, adversus ecclesias exarsit persecutio, quam, refragantibus antiquissimis scriptoribus, præsertim Eusebio lib.* 6 *Hist. Eccl., frustra imminuere conatur Dodwellus : tanta enim rabie ea tempestate in Christianos sæviebatur, ut, S. Hieronymo cap.* 52 *de Viris illust., et citato Eusebio testibus, in-* E *stare jam tempus artichristi passim putaretur. Severus ipse, eo tempore in Ægypto commorans, præsentia sua edictisque severissimis usque adeo persecutionem illam incendebat; ut innumerabilis Christianorum multitudo, per totam Ægyptum variis cruciatibus suppliciisque vexata, gloriosum pro Christi nomine certamen subierit. Licet autem universæ istius regionis provinciæ sanctorum Martyrum sanguine rigarentur, præcipuum tamen Severianæ crudelitatis theatrum Alexandrinorum civitas erat : illuc enim, quotquot in Thebaïde ceterisque Ægypti tractibus singularis fortitudinis aut excellentiæ Christiani comprehendebantur, dirissimis modis excarnificandi trucidandique raptabantur. Hoc inter antiquorum auctorum scriptis maxime inclyti fuere Leonides, Origenis pater, cui a quibusdam comites adduntur Arator, Quiriacus, Basilia, de quibus Opus nostrum ad* XXII *Aprilis consule : tum Plutarchus frater S. Heraclæ.* Demetrii *successoris, Sereni gemini, Heraclides atque Heron, omnes Origenis discipuli : ac postremum unus ex apparitoribus, qui S. Potamienam, de qua statim, ad supplicium abduxerant, nomine Basilides. E fe-* F *mineo sexu vulgatissimæ sunt Heraïs quædam, adhuc cathechumena, et Potamiena una cum matre Marcella, quæ igne consumptæ fuerunt. Plura de his aliisque, ex Eusebii Historia et aliunde relata, invenire est apud nos tom.* V *Junii pag.* 355 *et seqq. Hujus pariter persecutionis tempori non immerito illigatur, quod Chronicon Orientale in Juliano patriarcha Alexandrino in hunc modum refert :* Post hunc *(Julianum)* nullus episcopus manere potuit Alexandriæ; sed clam exibant, et constituebant sacerdotes omni in loco. *Difficultatem vero, quam hic particula illa* post *non exiguam parit ob extensionem annorum* XIV, *non lubet discutere, cum eam Sollerius noster in Patriarchis Alexandr. num.* 122 *sat multis examinaverit, et clandestinum episcoporum Alexandria discessum non alicui seditioni, licet alioqui satis in illa civitate frequenti, sed Severianæ persecutioni adscribendum, validis rationibus comprobarit. His ita discussis, ad* Demetrium *revertamur.*

AUCTORE I. H.

## § II. Lata a S. Demetrio in Origenem exilii sententia examinatur.

*Difficillimæ de Origene controversiæ status, quibusdam prænotatis,*

*Res modo, ab uno alterove decessorum meorum ad hunc diem remissa, tractanda occurrit, Origenis videlicet condemnatio, ejusque ab urbe Alexandrina, adlaborante gemina cum synodo* Demetrio, *emigratio. Eam vero intricatam adeo, ac tot tantisque difficultatibus obnoxiam reperere plurimi, ut post diuturnam antiquorum æque ac recentiorum auctorum, tam pro Origene, quam adversus eum scribentium, disquisitionem, vix non hæsitaverint dubii, an cum Eusebio, qui, quod maxime notandum, plus certo, quam par erat, Origeni favit,* Demetrium, *hic* humani quidpiam passum, *an vero Origenem hac merito pœna mulctatum sustinerent. Ut autem equum de re illa ferri queat judicium, duo imprimis sunt investiganda, tempus nimirum, quo Origenes Alexandria profugerit*
B *condemnatus, et ea, quæ ibidem ante condemnationem fecerit et in litteras miserit. Itaque anno patriarchatus* Demetrii XIV, *Christi* CCII, *Origenes, cum decimum necdum et septimum ætatis annum complerat, patre per illustre martyrium orbatus, ut victum sibi, ac forte etiam matri et sex fratribus omnium egenis, compararet, tanto studio humaniores, quas vocant, litteras docere, ac deinde Catecheseωv Opus suscipere agressus est, ut* postea a Demetrio,... *inquit S. Hieronymus Script. Eccl. cap.* 54, in locum Clementis confirmatus per multos annos *doctrinæ fama* floruerit. *Cum vero non viri modo, sed et sequioris sexus plurimæ, etiam juniores, discendi ergo ad illum indies constuerent, ne quid sinistri de se suspicari homines possent, seu, ut Eusebius Hist. Eccl. lib.* 6, *cap.* 8 *ait,* ut omnem obscœni rumoris et calumniæ occasionem infidelibus adimeret, *dictum Servatoris Matth.* 19 : Sunt quidam Eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum, *re ipsa in se exsequi adorsus est, ætatis anno secundum Huëtium ex Baronio vigesimo primo. Addit Eusebius*
C *citatus, Origenem summam adhibuisse diligentiam, ne cuiquam suum illud facinus innotesceret. In quo paulo ante dictorum oblitus plane videtur : si enim, ut superius dixerat (animadversio est Huëtii) id fecerit Origenes, ut malevolorum, ut maxime infidelium, ora obstrueret, omnemque a se impudicitiæ suspicionem apud homines removeret; quomodo velle potuit factum illud occultare, quod ipsius permagui intererat propagari?*

*proponitur.* 10 *Quæ res cum ad* Demetrii *aures pervenisset, juvenis quidem admiratus est audaciam, facinus tamen minime probavit : at neque propterea a docendi munere Origenem amovendum censuit. Perrexit ergo is instruendorum catechumenorum aliorumque curam gerere, tempus interim, si quod ei a docendi opere vacaret, conscribendis in varios Scripturæ loco commentariis, aliis item lucubrationibus, quas inter famosus de Principiis liber numerandus venit, in lucem edendis solitus impendere. Aliquot deinde post annis negotiorum quorumdam causa commendatitiis Episcopi sui literis in Achaiam profectus Cæsaream Palæstinæ venit, ibique, non consulto ante sive per epistolam, sive per nuncium* Demetrio, *a* D *Theoctisto, illius civitatis pontifice, approbante Alexandro Hierosolymorum antistite, presbyter est ordinatus anno Christi verisimilius* 228, *ætatis autem suæ* 43. *Ordinationem hanc ægre tulit* Demetrius, *de eaque apud laudatos episcopos aliosque conquestus est. Rediit tamen Alexandriam jam sacerdos Origenes, ibidemque consueto munere functus est, donec inde a gemina condemnatus synodo, vel paulo ante, ut volunt aliqui, Cæsaream se proripuit anno* 231.

*atque non ex odio invidiaque Demetrii, ut contendit Eusebius,*

11 *Atque hic est, ubi tantopere eruditorum torquentur ingenia, ut suâm de damnato Origene sententiam ferant, aliis condemnationem illam inique et ex odio invidiaque* Demetrii *profectam, aliis ob susceptum ab extraneo episcopo sacerdotium, quibusdam propter lapsum in fide tempore persecutionis, ac demum aliis ob sparsum in ejus libris, præsertim eo, qui de Principiis inscribitur, hæresis venenum æquissime latam substinentibus. Priusquam tot inter dissentientium conflictationes quid statuendum videatur, aperiam, juverit singulorum rationes proferre, et, utrum sint firmæ satis, dispicere. Ad primos itaque quod spectat, ducem hi sequuntur Eusebium, Arianæ impietatis notissimum spectatorem, imo, ut eum* E *vocat S. Hieronymus in libro Apolog. contra Rufinum, hominem hæreticum, Arianæ factionis signiferum ac principem, et vel ideo orthodoxo præsuli* Demetrio *infensissimum. Hujus ergo libro* 6 *Hist. Eccl. ita loquentis allegant auctoritatem :* Ac tum quidem Demetrius erat ejusmodi. Sed non multo post tempore, cum eum (*Originem*) prosperis successibus in die augeri, et magnum jam atque illustrem omnium sermonibus celebrari eum videret, humani quidpiam (*invidiæ nempe stimulos*) passus, literis ad omnes ubique terrarum episcopos scriptis, facinus illud Origenis (*de quo num.* 9) proscindere tamquam absurdissimum cœpit. *At paucis interjectis,* Tunc igitur, *inquit,* cum Origenes ingenti gloria floreret et apud cunctos ubique mortales virtutis ac sapientiæ causa maximum nomen esset consecutus; Demetrius, quando nihil aliud habebat, quod ei objiceret, facinus illud, quod adolescens olim patraverat, criminatus est. *Quid autem, nisi et ipse Arianus homo summa in* Demetrium *Catholicam invidia odioque flagaret, opus ei erat exiguo ejusdem libri, ejusdem capitis spatio istius odii ac invi-* F *diæ mentio iterata? Neque mitius, puto, sanctum Patriarcham habuit in libris illis, quos pro Origene Apologeticos solus ipse conscripsit, nullam in iis partem habente sancto martyre Pamphilo, prout S. Hieronymus lib.* 1 *contra Rufinum ex his Eusebii ipsius verbis manifestissime evincit :* Et ipse quidem (*S. Pamphilus*) proprii Operis nihil omnino scripsit, exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat; *nisi forte sex integros libros, aut magnam eorum partem ita quis possit conscribere, ut tamen* proprii Operis nihil omnino scripsisse *dicendus sit. Plura huc facientia allegare non lubet, quod hæc tom.* VIII *Septembris Operis nostri in vita S. Hieronymi num.* 349 *et seqq. a Stiltingo prolixius exposita legantur, passimque in libris S. Hieronymi adversus Rufinum occurrant.*

*cujus opinionis falsitas ex aliorum testimoniis,*

12 *Verum neque sic satis Sancto nostro aspersa ab Eusebio, ejusque sequacibus invidiæ macula detersa videtur, nisi et aliunde hanc persecutionem promeritus Origenes ostendatur. Narrat Photius in Bibliotheca Cod.* 118, *duas a* Demetrio

A metrio *adversus Origenem synodos fuisse Alexandriæ coactas, in quarum priore, non adempto presbyterii honore, Alexandria expelli debere judicatus est: in posteriore vero, ad quam aliquot Ægypti episcopi convenerant, etiam sacerdotio fertur exutus, atque huic damnationi, teste S. Hieronymo a Rufino lib.* 2 *Apol. citato, totius pene orbis episcopi subscripserunt, exceptis Palæstinæ, Arabiæ, Phœnicis et Achaiæ sacerdotibus. An et hunc totius pene orbis antistitum, non sanctitate minus, quam eruditione conspicuorum, in Origenis damnationem consensum odio, et conceptæ ex privati hominis fama invidiæ adscribendum putemus? Quid ad remotos procul ab urbe Alexandrina Origeniani nominis celebritas spectare tantopere poterat, ut sine ullo prorsus emolumento turpissimi criminis labe ultro se volentesque inficerent? An et S. Hieronymus lib.* 2 *contra Rufinum ex odio in Origenem dixit, scripsisse eum epistolam,* qua tota Demetrium Alexandrinæ urbis pontificem lacerat, et in totius orbis episcopos et clericos invehitur; et frustra ab ecclesiis excommunicatum esse se dicit? *Ex qui-*
B *bus verbis arbitror liquere, aut numquam ab Hieronymo scripta, aut certe ex Eusebii pro Origene Apologia non prudenter satis (ut ipse fatetur) ab eo fuisse dictata, quæ recitat Rufinus ex fragmento epistolæ, quam olim scripserat Hieronymus ad S. Paulam, et in qua post enarratum Origenianorum Operum elenchum ita dicitur concludere:* Pro hoc labore quid accepit *(Origenes)* pretii? Damnatur a Demetrio episcopo .... in damnationem ejus consentit urbs Roma: ipsa *(alii habent:* in damnationem ejus consentit orbis. Roma ipsa) contra hunc cogit senatum, non propter dogmatum novitatem, non propter hæresim, ut nunc adversum eum rabidi canes simulant; sed quia gloriam eloquentiæ ejus et scientiæ ferre non poterant, et illo dicente, omnes muti putabantur. *Ubi non omnia Hieronymiana esse, patet ex iis, quæ statim S. Doctor in hunc modum subjicit:* Hæc quare scripserim, et ad pauperis lucernæ igniculum cito sermone, sed non cauto dictaverim, potestis intelligere, si Epicuros et Aristippos cogitetis. *Ubi illud:* Sermone non cauto *videtur innuere, S. Hieronymum in alienis referendis plusculum sibi licere credi-*
C *disse, maxime cum moneret,* sermone non cauto *esse prolata: nisi quis malit, hæc ab eo, antequam Origenis hæresim plenius nosset, conscripta fuisse. Sed plura dein ad Hieronymum pertinentia sequentur.*

*et temporum* 13 *Duo interim præter jam allata circa conflictum illud ab Eusebio* Demetrii *in Origenem odium operæ pretium est indagare: alterum est tempus ipsum, quo id* Demetrius *tanto cum fragore apud* omnes ubique terrarum episcopos *spargere cœperit; alterum, an a* Demetrio, *ut suo in inimicum livori faceret satis, hoc unum objici crimen potuerit, quod olim in se juvenis Origenes commisisset. Scilicet erupit illud odium postquam jam annos circiter* XXII *a sui mutilatione Origenem in urbe sua incredibili cum omnium applausu docentem non tantum benignissime habuit, sed et eum Roma Alexandriam reversum vehementer* hortatus fuit, ac tantum non supplicavit, ut fratrum utilitati, *docendi munus prosequens,* impigre deserviret, *ut habet ipse Eusebius lib.* 6 *Hist. Eccl. cap.* 14. *Quis sanus, si odio in alterum, ex hujus gloria concepto, flagret, hortabitur eum, ut munus, ex quo tantum adversario laudis accessisse, et porro accessurum existimat, dignetur suscipere? Erupit, postquam Origenem ab Arabiæ Duce, doctrinæ illius fama permoto, per literas, ut ad se properaret, rogatum,* confestim *in Arabiam dimisit, (Eusebius cit. cap.* 19*) minime solicitus de novo et insigni gloriæ incremento, quod procul dubio hosti suo obventurum prævidebat. Erupit denique acerbissimum illud odium, cum jam Alexandri imperatoris matrem, non exiguum ex hoc itinere honorem comparaturus, permittente utique* Demetrio, *Antiochiæ inviserat Origenes. Quam rem Eusebius lib. cit., cap.* 21 *ita exponit:* Porro mater Alexandri imperatoris, ..... cum Origenis nomen ubique jam celeberrimum haberetur, adeo ut ad ipsius quoque aures perlatum esset, conspectu ejus frui, et scientiam rerum divinarum, quam omnes in eo viro magnopere admirabantur, certissimo experimento agnoscere concupivit. Igitur illa Antiochiæ degens, missos militari satellitio *(non simplici, ut fecerat dux Arabiæ, epistola)* hominem accersit *et impetravit a nihil opponente* Demetrio; *qui, si in immensum indies excrescentem subditi sui famam ægre ferre potuisset, tergiversatus haud dubie, summumque,* E *quod ecclesiæ ex laboriosissimi hominis absentia oriturum erat, detrimentum aut quid aliud causatus fuisset.*

AUCTORE I. H.

*adjunctis refellitur;* 14 *Adhæc sur saltem ne vel minima latentis odii invidiæve istius scintilla sese manifestavit, cum tantus auditorum numerus* a primo lucis ortu *(verba sunt Eusebii lib. cit. cap.* 15) usque ad vesperam scholam ejus *(Origenis)* frequentaret, *ut* per eos ne respirare quidem ipsi liceret? *Cum, ut honorifice magis de se homines sentirent, adscito sibi in socium eruditissimo Heraclæ,* Demetrii *dein successori,* institutionem eorum, qui primis adhuc imbuerentur rudimentis, mandavit; sibi vero *soli* perfectiores docendos reservavit? *Verum, inquiunt, invidiæ jam sensim accrescentis specimen egregium dedit* Demetrius, *quando ob excitatum Alexandriæ gravissimum bellum (annum notat Huëtius lib.* 1, *cap.* 2, *num.* 6, *Christi* 215, *Caracallæ* 5, *Origenis circiter* 30) *clam inde profugum et Cæsareæ commorantem* per litteras revocavit *Origenem; imo* missis ecclesiæ suæ diaconis reditum ejus urgere non destitit, *donec* Alexandriam reversus consuetum munus obierit, *ut refert Eusebius cit. cap.* 14. *Sufferre enim haud poterat* Demetrius, F *Origeni, adhuc juveni et laïco, tantum ab illius regionis episcopis honorem deferri, ut ei publice in ecclesia disserendi et sacras Litteras exponendi copiam facerent. Hinc* Demetrii *ad Alexandrum Hierosolymorum, et Theoctistum Cæsareensem antistites querimoniæ. Nempe invidiæ tribuemus, si de eo, quod contra ecclesiarum omnium consuetudinem homini suæ ditionis ab alienis episcopis concessum,* Demetrius *existimabat, quodque ideo ipse numquam in ecclesia sua fieri permiserat, litteris amicis non autem (neque enim, si secus foret, Eusebius id reticuisset) querulis admodum et, ut Halloixius Vit. Orig. lib.* 1, *cap.* XI *sat crude scribit, amarulentis expostularit? Si magistrum gregi suo hactenus perutilem, jamque nimis forte diu absentem, per epistolam primum, ac dein per missos diaconos Alexandriam reduxerit, nihil tamen reduci Origeni exprobrans, sed ad consuetum docendi munus perbenigne admittens, uti postea cum eo jam presbytero processit? An autem, quod initio num.* 13 *tractandum*

AUCTORE I. H.

*hic dixeram, non aliud, quam quod juvenis Origenes admiserat, crimen objici ei potuerit, ex post dicendis liquebit. Interim prædicta omnia meo quidem judicio abunde videntur sufficere, ut livorem omnem a* Demetrii *animo remotissimum fuisse credamus. Illos modo audiamus, qui Origenem ob susceptum Cæsareæ sacerdotium jure damnatum contendunt.*

*neque ob susceptum sacerdotium, pro quo canon 21 Apost*

15 *Hi non illicitam dumtaxat et ecclesiasticis pœnis dignissimam, sed et tantum non invalidam Origenis ordinationem probare nituntur. Ac primo quidem Origenem perperam ordinatum volunt, quod non naturæ vitio hominumve sceleratorum injuria, se d suo ipsius crimine eunuchus esset factus, statuente Apostolorum canone* XXI *ex interpretatione Hervetiana :* Qui seipsum mutilavit, ne sit clericus : est *(Græce additur :* enim) sui homicida, et Dei opificii hostis. *Quem canonem a primitivæ Ecclesiæ præsulibus etiam ante Origenem editum fuisse, aiunt, ob exortam nempe superiori seculo hæresim Valesiorum, qui varios Scripturæ locos, præsertim Matt.* XIX. 12, *perverse interpretati, eunuchos se faciebant. Cur enim, inquiunt,* B Demetrius, *de spontanea Origenis exsectione certior factus, bono eum esse animo jussit ? Cur, si nullam per hoc ecclesiasticam regulam transiliit, tam solicite Origenes cavit, ut id, quod fecerat, alios omnino lateret ? Nempe ne canonica pœna sibi infligeretur. Deinde, dicunt, ut quis ad sacrum presbyteratus ordinem legitime promoveretur, requirebatur concensus cleri populique, et quidem istius ecclesiæ, in qua sacerdotio initiandus aut natus, aut saltem non exiguo temporis spatio conversatus fuisset : quod idcirco fuerat sancitum, ut, si quis e clero populove aliquid, quod ordinando objiceret, haberet, palam proferret, itaque oriturum ex indigni assumptione scandalum ab Ecclesia propulsaret.*

*consensusque cleri et populi*

16 *Hanc in rem citant primum ea, quæ Eusebius Hist. Eccl. lib.* 6, *cap.* 43 *ex epistola S. Cornelii, Romanorum episcopi, ad Fabium, Antiochenæ ecclesiæ præsulem, de ordinatione Novatiani (quem, ut advertit Valesius Annotatione in cap.* 45 *Hist. Eccl., Eusebius perperam vocat Novatum) narrat, videlicet, episcopum, qui a toto clero multisque laïcis impediebatur, Græce* ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν, *ne ad sacerdotalem dignitatem Novatianus eveheretur,* postulasse, ut hunc solum ordinari C a se paterentur. *Tum adferunt, quæ Patres concilii Nicæni, seculo ferme integro ab Origenis ordinatione celebrati, in epistola synodica ad episcopos Ægypti de promovendis clericis præcipiunt ; inter quæ exigunt consensum populi, dicentes :* μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο, modo idoneus videatur, et populus illum eligat, *apud Labbeum tom.* 2 *Conc. col.* 251 *lit. A. Allegant quoque singularem quemdam locum, et huc maxime, ut autumant, facientem, ex S. Chrysostomi Homilia* 18 *in Epist.* 2 *ad Corinthios, quæ habetur tom.* X *Editionis Parisinæ anni* 1732, *ubi ita loquitur sanctus Pater :* Audi quippe, quomodo Apostolorum tempestate ipsi persæpe eos, quibus præerant, consilii socios adhibebant. Nam cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt : et cum Petrus Mathiam, de ea re cum omnibus, qui tum aderant, tam viris, quam mulieribus, agitavit. *Unde, inquiunt, constat, morem hunc requirendi consensum populi in promotione ad ordines ab ipsis Apostolorum temporibus esse deductum. Denique ex eo, quod sæpissime tumultuosis in ecclesia ipsa vociferationibus populus aliquem presbyterum fieri postulaverit, imo etiam quandoque coëgerit, ut sibi Barcinone contigisse testatur Paulinus Epist.* 6 *ad Severum (in Editione Veronensi anni* 1736 *prima est) et de Piniano, Albinæ filio, refert S. Augustinus Epist.* 225 *ad Albinam, necessarium semper populi suffragium in electione sacerdotum fuisse, concludunt. Jam vero non modo non consentiente clero populoque Alexandrino, ad quos suffragium ferre de Origene spectabat, sed et eis rei istius plane nesciis, imo et inconsulto proprio episcopo, collatum fuit Origeni sacerdotium. Quæ omnia* Demetrio *sufficiebant, ut Origenem in exilium pelleret, et anathemate feriret. Ita illi.* D

*frustra allegantur, ut exciati canonis*

17 *Verum utcumque hæc, satis in speciem plausibilia, adversus Origenis ordinationem, atque adeo pro illius hoc ex capite orta damnatione militent ; nihil tamen ejus ad sacerdotium promotioni officere, ac proin neque hinc dignum, qui anathemate feriretur, omnino comprobare videntur. Enimvero præterquam quod in expositione synodicæ Epistolæ episcoporum Ægypti atque Alexandriæ adversus Origenis doctrinam legatur tom.* V *Concil. col.* 659 : οὗτος... Ὠριγένης... πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε καὶ μιᾶς χειρὸς ἀληθινῆς, εἶχε τὸ ἀξίωμα τοῦ πρεσβυτέρου. Hic... Origenes... presbyter ordinatus a canonica, ab una, a vera manu, dignitatem presbyteri habuit : *nihil etiam reliqua, quæ allata sunt, juvare posse opinor. Quod enim spectat ad Apostolorum canonem (de cujus aliorumque, qui sub Apostolorum nomine circumferuntur, auctoritate disputare non lubet) dubitari potest summopere, an ab eo jam inde tempore viguerit, cum, quod narrat Photius cod.* 118, *congregata adversus Origenem prior synodus Alexandrina, illum a docendi quidem munere removendum, atque etiam expellendum Alexandria, minime tamen sacerdotio privandum, vel privatum declarandum sanciverit. Eone forte aut ignorantiæ, aut desidiæ congregati illic ecclesiæ ministri devenissent, ut præcipuas Ecclesiæ regulas nescivissent, vel earum prævaricatorem, a quo nihil sibi magnopere timendum habebant, debitæ privationis pœnæ subjicere reformidassent ? Ad id, quod additur, canonem scilicet illum jam ante Origenis facinus ob Valesiorum hæresim editum videri, atque a* Demetrio *bono esse animo Origenem jussum fuisse (mitto enim jam supra refutatam Origenis solicitudinem, ut suum crimen celaret) liceat et mihi interrogando* F *respondere. Cur, si per scelus illud Valesiorum hæresim sectari Origenes videbatur, non eum illico e Catecheseωv cathedra ejecit* Demetrius ? *Num in forte id tantum inaudiit, cum jam ille sacerdos esset consecratus ? Cur per* XXII *annos ad hominis de Valesiorum errore suspecti, si non convicti, scholam confluere perrexerunt innumeri, quorum saltem aliquibus mutilatio illa voluntaria non erat ignota ? Numquid* Demetrius *bono esse animo Origenem jubere non potuit, quod eum, meliora edoctum, tanto ob sceleris gravitatem dolore oppressum conspiceret, ut, ne diutius docendi oneri ferendo non esset, timendum videretur ? Non addo, quia non placet, Natalis Alexandri tom.* 3 *Hist. Eccl. pag.* 699 *tertium ad hanc objectionem responsum, Origenem scilicet non intendisse sui evirationem, sed tantum adhibuisse pharmacum, ex quo* forte *eviratio* præter ipsius concilium *secuta est. Incertum enim est, ipso Natale eodem loco fatente, quomodo id ab Origene sit factum ; imo probabilius* E

A *lius est, teste S. Hier. epist.* 41 *(alias* 65*) et Nicephoro lib.* 5, *cap.* 8, *inquit Pagius ad annum Christi* 206, *Origenem id ferro exsecutum, tacente perpetuo ejus encomiaste Eusebio, minime illud tacituro, si, quod minus præ se fert crudelitatis, id pharmaco præstitisset. Quod si sic, quomodo evitatio* præter ipsius consilium *secuta fuisset?*

*epistolæ S. Cornelii et Nicænorum Patrum,*

18 *Infirmum pariter ex Epistola S. Cornelii ad Fabium, et ea, quam Nicæni Patres ad præsules Ægypti dederunt, petitur argumentum: nam quod ad Novatianum attinet, manifestam hic irregularitatem, ut vocant, incurrerat; adversa enim conflictatus valetudine baptismum in lectulo susceperat, jamque ante Cornelii epistolam lege ecclesiastica cautum fuerat, ne quisquam ex iis, qui, urgente vi morbi, in lectulo perfusi, id est, baptizati fuissent, ad clerum assumeretur: quod cum in Novatiano locum habuisse, clero populoque innotuisset, omnes sese illius ordinationi jure opposuere, donec precibus episcopi, obstaculum illud sua auctoritate removentis, acquiescere decreverunt. Quæ omnia apud Eusebium loco ab adversariis citato videri possunt. Nihil*

B *autem simile in Origene occurrit: legitime baptizatus fuerat, Cæsareensis ecclesiæ clerus populusque (si tamen id tum temporis necessario requirebatur) ejus ordinationi videtur consensisse, illudque sufficisse arbitror, cum notus probe Cæsareensibus esset, apud quos jam pridem summa cum laude fuerat commoratus, et ad quos nunc secundo diverterat, ut adeo de ejus vivendi norma ac probitate ferre testimonium possent. Deinde si quid ex Cornelii literis deduci potest, solum illud est, noluisse episcopum ob scandalum refragantis cleri et populi prius ordinare Novatianum, quam ista refragatio, adeoque et scandali periculum sublata fuissent. Porro longe aliud est, non refragari alicujus ad ordines promotioni, quod prudenter scandali vitandi causa necesse putabatur; aliud positivo consensu eam approbare, quod semper requisitum non ostenditur. Patrum vero Nicænorum synodica epistola, non ante annum* 325 *scripta, ab Origenis temporibus remotior est, quam ut in hoc negotio ea standum videatur. Adde, quod synodi Nicænæ Patres de solis episcopis, a Miletio Schismatico consecratis, agant, ut fuse probat Valesius in Annotatis ad lib.* 6, *cap.* 43 *Hist. Eccl. Eusebii.*

C *verborum S. Chrysostomi*

19 *Quid autem ad verba S. Chrysostomi, morem illum, ut populus alicujus ad clerum assumptioni consentiat, ab Apostolis deducentis? Dicitne sanctus Doctor, Apostolos* semper, *an vero* persæpe *eos, quibus præerant, in hujusmodi rebus concilii socios adhibuisse? Quod de Mathiæ electione ad Apostolatum asseritur, nihil probat contra Origenis ad simplex sacerdotium assumptionem, qua in re non semper leguntur Apostoli, eorumve ad Oregenis tempora successores, populum consuluisse, vel illius requisivisse assensum. In electione autem diaconorum Apostoli non necessitate, sed prudentissimo ducti consilio ad populum recurrendum arbitrati sunt, ut excitatum a Græcis adversus Hebræos murmur eo compesceretur facilius, quo gratiores futuri ipsis essent ministri, quos ipsi sibi delegissent. Restat, ut argumentum, a tumultuosis plebis vociferationibus, ac Paulini Pinianique exemplis petitum, non magni etiam hic esse roboris ostendam. Solum enim hinc probatum video, populum quandoque viri alicujus probitate permotum parum attendisse, quid leges et Ecclesiæ statuta, numquam sane istiusmodi tumultus ac vim approbantia, exigerent, atque, cum alia via ad propositum finem pertingere se non posse conspiceret, ad unicum, quod supererat, turbarum ac coactionis remedium confugere sibi licere, perperam existimasse.*

AUCTORE I. H.

*et litterarum commendatiarum refutatione constat;*

20 *Non obstantibus iis, quæ hactenus disseruimus, dissimulare non possum, certum esse ex Eusebio et S. Hieronymo, prædictam Origenis ordinationem ægerrime ab* Demetrio *latam fuisse, eumque de illa fuisse conquestum: admittere tamen nequeo, quæ scribit Natalis Alexander tom.* 3 *Hist. Eccl. pag. mihi* 698, Demetrium inique *litem movisse Origeni (cur non addit: et Theoctisto atque Alexandro, quos secundum Eusebium lib.* 6, *cap.* 8 accusationibus suis conatus *fuerat* involvere?) *ejusque ordinationem* solo invidiæ motu *impugnasse, cui testimonialibus literis (de quibus solus meminit Hieronymus de Script. Eccl. cap.* 54 *et* 62*) fuerat antea suffragatus. Persuadere enim mihi nullatenus possum, testimoniales illas literas (Hieronymo ecclesiasticam Epistolam) aliquid commendationis pro suscipiendo presbyteratu, quem ipse* Demetrius, *si id aut necessarium, aut utile judicasset, profecturo Origeni conferre facile potuerat, con-* E *tinuisse: nam cur Eusebius, ubique in Historia ecclesiastica tam solicitus, ut omnem ab Origene in* Demetrium *culpam detorqueat, nullum ibi de iis verbum facit? Cur ne ipse quidem Origenes in famosa illa Epistola, quam Alexandria profectus ad amicos dedit, et qua tota, teste Hieronymo, Patriarcham suum et clerum lacerat, de his nihil meminit literis, quibus pro se nihil allegare potuisset solidius, nihil ad detegendam infringendamque adversarii calumniam accommodatius? Eone impudentiæ dementiæque devenisse* Demetrium *putemus, ut cujus opulo ante per literas commendatitias ordinationem efflagitasset, eidem jam collatæ sese opponeret, minime cogitans, quam nullo negotio suarum literarum exhibitione posset redargui? Adhæc cur Origenem ordinandum commisisset iis ipsis, apud quos antea tamquam de juris sui violatione fuerat conquestus, quod ecclesiæ suæ homini laïco Scripturas exponere, populumque in sacris ædibus docere permisissent? Quibus omnibus inducor, ut credam, primo S. Hieronymum citatis de Script. Eccl. locis fuisse interpolatum, ut in illius libri editionibus alibi sæpissime factum, observant editores Operum Hieronymi; vel eum fuisse ab Origenis fautoribus* F *deceptum, quemadmodum in putatitio S. Pamphili pro Origene Apologetico sibi evenisse fatetur in Apologia sua adversus Rufinum; vel denique illud tunc temporis ab eo fuisse conscriptum, cum Origenem necdum plenius nosset: deinde, commendatitias hujusmodi literas fuisse Origeni datas, quibus rogarentur Episcopi locorum, per quæ ipsi in Achaiam erat transitus, ut eum benigne in suscepto itinere exciperent, et, quo maximo possent, favore prosequerentur. Utut est, certe Halloixius, quo alium Origeni amiciorem nescio, lib.* 1, *cap.* XI *Vitæ Orig. hanc consecrationem,* proprio Antiste non consulto factam HAUD INJUSTAM videri offensionis DEMETRII occasionem, *candide profitetur.*

*nec denique ob commissum idolatriæ crimen, de quo varie*

21 *Tertiam Origeniani exilii causam, admissum ab eo idolatriæ scelus fuisse, aliqui opinantur, inter quos illustr. Huetius lib* 1 *Origen. cap.* 2. *Citant vero illi, ducemque sequuntur S. Epiphanium Hæc.* 64, *cap.* 2 *narrantem, Origenem, cum eximia sanctitatis et eruditionis laude Alexandriæ floreret, Magistratuum et Præfectorum*

AUCTORE I. H.

*ctorum civitatis in se ita animos concitasse, ut, quo necessario fama excideret, comprehenso illi aut idolis sacrificandi, aut turpissimum crimen cum Æthiope committendi, fecerint optionem : illum autem sacrilege venerari deos, quam execrandam pati spurcitiem maluisse. Atque* hoc modo *( inquit Epiphanius cit. )* et a martyrii gloria Confessorum, Martyrumque, qui illis temporibus erant, judicio excidit, et ab Ecclesia dejectus est. *Cui quidem opinioni post Epiphanium adhæserunt plurimi, Nemesius scilicet, Justinianus imp., Leontius Byzantinus, Nicetas Choniates, aliique : eam vero ut fabulam rejiciunt Baronius, Valesius, Tillemontius et recentiorum multi, has potissimum sententiæ suæ adferentes rationes. Prima est, quod ex Epiphanii narratione sequi videatur, hanc Origenis perfidiam cujusdam persecutionis tempore contigisse: at vero dum Origenes Alexandria pulsus est, nullus ibi legitur in Christianos sæviisse tyrannus, nullus pro Christo sanguinem effudisse; imo jam a viginti circiter annis Alexandrina ecclesia nullis ob religionem motibus agitata fuerat. Quod*

B *advertentes alii, Origenis lapsum in idolatriam Decianæ persecutionis temporibus illigarunt: sed infelici æque conjectura, si hunc lapsum exilii, quo sub* Demetrio *Origenes mulctatus est, causam fuisse velint, cum ex optimæ notæ scriptoribus constet, Origenis a duabus synodis per* Demetrium *coactis latam condemnationem, ejusque ex urbe Alexandrina, quo deinde non rediit, expulsionem saltem in vigesimum ante Decium annum incidisse.*

*disceptatur:* 22 *Alterum, quo Origenem tanta eximant impietate, argumentum, negativum quidem est, sed quod hic non exigui roboris debet videri. Dicunt itaque, nullam de hoc lapsu apud S. Hieronymum, nullam apud Theophilum aut Vincentium Lirinensem, nullam denique apud Porphyrium ipsum reperiri mentionem. Atqui citati priore loco scriptores non erant profecto ejusmodi, ut gravissimam hanc culpam Origeni condonassent, si re vera ab eo contractam illam cognovissent; postremus vero, qui, reclamante licet veritate, Ammonium Christianis eripere non erubuerat, neque Origenem post tam enorme facinus a vera Ecclesia alienum facere reformidasset. Tertia denique eorum ratio hæc est, quod, dum pri-*

C *ma Alexandrina synodus sub* Demetrio *Origenem a docendi munere removendum, et e civitate eliminandum sancivit, non tamen cum sacerdotio exuendum judicarit, id utique judicatura, si de thure idolis oblato convictus fuisset, quoniam illud, aiunt illi, jam tum Apostolicis canonibus fuerat præscriptum. Quæ præterea hanc in rem adferuntur plurima, videri possunt apud Tillemontium tom. 3 Monum. Eccl. Annot.* XXII *in Origenem, ex quo animadversiones suas hic hausit, seu potius excripsit, nuperus Operum Origenis editor in Notis ad cap.* 2, *num.* 13, *lib.* I *Origenianorum Huëtii, ubi lit.* c *satis leviter* levia admodum *vocat argumenta, quibus Petavius in eruditissimis ad Epiphanii Hær* LXIV *Annotatis hujus veritatem historiæ vindicare conatur. Sive interim re ipsa lapsus Origenes fuerit, sive non, ex citatis equidem tam pro eo, quam contra illum auctoribus liquere arbitror, ejusmodi lapsum, antequam sub finem vitæ* Demetrii *Alexandria migraret, locum non habuisse : unde ad propositum meum concludere licet, Origenem a* Demetrio, *geminaque ab hoc congregata synodo non fuisse ob idololatriam condemnatum, aliamque proinde hujus condemnationis causam necessario extitisse, quam modo aggredimur.* D

*sed ob traditam in libro hæresim,*

23 *Ea vero mihi quidem fuisse videtur perversa hæreticaque doctrina, quæ per plures ejus lucubrationes, præsertim autem per libros, quos* De Principiis *inscripsit, sparsa legebatur : quos* περὶ ἀρχῶν *libellos, priusquam damnaretur, ab Origene fuisse conscriptos, notari necessario debet ; idque liquidissime constat ex iis, quæ habet Eusebius lib.* 6, *cap.* 24 *Hist. Eccl. ita scribens :* Libros item de Principiis *(alia jam enumerarat Origenis Opera, Alexandriæ conscripta )* antequam ab urbe Alexandria migraret, *( Origenes )* composuit. *Quæ Alexandria migratio utique una est ex iis, quas ante condemnationem suam Origenes suscepit, ut ex Eusebiana narratione liquet ; imo ea est, quæ, si Tillemontio hic habenda fides, quod omnino arbitror, exiguo temporis spatio damnationem ejus vel præcessit, vel statim secuta est : ait enim citatus auctor tom.* 3 *Monum. Eccl. pag.* 578 : Libros hos *( de Principiis)* composuit Origenes, cum etiamnum Alexandriæ moraretur, ante annum CCXXXI. *Idem testatur laudatus jam supra Origenianorum Operum editor Carolus de la Rue Benedictinus in sua Admonitione tom.* 1 *hisce libris præfixa.* E

*de qua S. Epiphanii aliorumque,*

24 *Sparsam jam mox dixi per plura Origenis Opera doctrinam perversam, ob quam a viris sanctitate et eruditione conspicuis quantopere vapularit, juvat exponere, priusquam ostendo, quam merito ob sola* περὶ ἀρχῶν *volumina potuerit anathemati subjici. S. Epiphanius Hær.* 64 *hæc de dogmatis Origenis scribit :* Quod ad hæresim illam attinet, cujus auctor fuit *( Origenes de quo ibi agit )*... pestifera illa quidem, ac veteres omnes improbitate superans, quarum errores complectitur. Nam, licet nullum sectatoribus suis usum turpitudinis imponat, absurdam tamen impiamque de Deo sententiam per summam turpitudinem *(libris suis )* inserit. Ex hoc enim fonte erroris sui ansam Arius accepit, ac reliqui deinceps omnes, velut Anomæi, et id genus alii. *Non acriter minus eum perstringit Theophilus, XXIII Patriarcha Alexandrinus, qui anno* 412 *supremum diem obiit, et cum S. Epiphanio perpetuum adversus Origenem, ejusque sectatores bellum gessit. Hic lib.* 1 *Paschali in hunc modum suam de Origene illique eo tempore adhærentibus sententiam profert:* Sciant igitur, se hujus solennitatis alienos non posse nobiscum celebrare Dominicam Passionem, qui Origenem . . . HYDRAM OMNIUM sequuntur hæreseων, et erroris se habere magistrum et principem gloriantur. *Tum aliquot ipsius recensitis erroribus subnectit :* Omnes hæreticos magnitudine blasphemiæ superat. *Ac tertio ibidem de Origene Dei omnipotentiam certis terminis circumscribente sic loquitur :* Non puto, quempiam, non dico hominum, sed ne dæmonum quidem, hæc de eo audere confingere, quæ ille *( Origenes )* et sensit et scripsit, tantam Deum fecisse materiam, quantam ornare poterat, et in rerum formas dividere. *Mitto plura, quæ passim in his libris Paschalibus per se lector inveniet.* F

*etiam S. Hieronymi, qui, cur Origenem laudarit, ipse edicit,*

25 *Ad S. Hieronymum, cui plurima Origenis Opera admodum perspecta fuere, utpote qui aliquot illorum Latinitate donarit, quique Epist.* 41, se scire *universa, quæ scripsit Origenes, fateatur, modo progredimur. Et quoniam animis multorum, Rufinum sectantium, hæc opinio insederit, plura ab Hieronymo ex odio in Origenem, quem miratus sæpe fuerat, sæpius laudarat,*

A *rat, fuisse conscripta, juverit, ipsum sanctum Doctorem laudum a se aliquando Origeni datarum rationem suis verbis raddentem audire. Itaque in Epistola ad Tranquillinum anno* 398 *data, quæ est* 56, *(alias* 76) *hæc habet :* Ego Origenem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium. *Epistola* 41 *Pammachium et Oceanum edocet, quid in Origene laudarit, quid improbarit :* Laudavi, *inquit,* interpretem, non dogmatistem; ingenium, non fidem; philosophum, non apostolum. *Et quia nonnulli, eum aliquando secutum fuisse Origenis opiniones, putabant, statim subjungit :* Quod si volunt super Origene meum scire judicium, legant in Ecclesiasten Commentarios : replicent in Epistolam ad Ephesios tria volumina, et intelligent, me semper ejus dogmatibus contraisse. Quæ enim stultitia est, sic alicujus laudare doctrinam, ut sequaris et blasphemiam? *Ultimis hisce verbis pene similia eumdem in finem repetit Epist.* 3 *ad Paulinum, quæ in editione citata est* 51 *(alias* 153.*) Tum laudatam Epistolam* 41 *ita concludit :* Hæc, fratres amantissimi, ad epistolam ve-
B stram celeri sermone dictavi, vincens propositum, ut contra eum scriberem, cujus ingenium ante laudaveram. *Lib.* 1 *Apol. adversus Rufinum solvens objectionem ex eo petitam, quod Origenem dixisset* Diligentem lectorem, *ait :* Solemus..... et molestos pædagogos et argutissimos fures Diligentes vocare. *Libro autem tertio ita Rufinum alloquitur :* Eodem fervore, quo Origenem ante laudavimus, nunc damnatum toto orbe damnemus.... Erravimus juvenes *(nimium forte ob legentium imbecillitatem laudantes Origenem)* emendemur senes. *Ac deinde ita pergit :* Ignosce mihi, quod Origenis eruditionem et studium Scripturarum, antequam ejus hæresim plenius nossem, in juvenili ætate laudavi. *Denique, ne lectori ulterioribus sancti Doctoris in hanc rem testimoniis tædium pariam, ibidem,* in Origene, *inquit,* miramur scientiam Scripturarum, et tamen dogmatum non recipimus falsitatem. *Neque hic aliquid repono ad famosissimum illud, quod objici solet, et quo tantopere gloriantur Origenis patroni, divi Hieronymi effatum, ex Fragmento Epistolæ ad Paulam supra num.* 12 *a nobis exhibitum, quoniam omnis, quæ inde*
C *oritur, difficultas a Stiltingo nostro tom. ult. Septembris in Vita istius Sancti num.* 769 *penitus soluta est. Unde colligas, in quo, et quo tempore Origeni faverit S. Hieronymus, eosque corrigas, qui asserere non sunt veriti, hunc Sanctum antea Origenem secutum, postea omnia illius Scripta damnasse : quod utrumque jactabatur olim ab Origenis amatoribus, quodque etiamnum quidam neoterici jactitant, aut certe de Hieronymi mutatione ita loquuntur, ac si ab amore nimio ad extremum odium subito fuisset delapsus.*

*testimonia* 26 *Modo, quid de Origene ejusque lucubrationibus sanctus Doctor senserit, paucis proferamus. In Epistola* 87 *(alias* 78) *hæc ad Pammachium et Marcellam scribit* : Qui parvulum Christum foverant, adultum fidei calore defendunt, ut, qui per illos effugerat Herodis manus, effugiat hæreticum blasphemantem. *Et ne dubium sit, quin posterioribus verbis Origenem designet, illico adjicit :* Quem Demetrius Alexandri urbe pepulit, toto orbe fugat Theophilus. *Tum, quibusdam interjectis, prosequitur :* En, Papa Theophilus toto Origenem arguit iibertate hæreticum esse. *Ubi cum Origenem toto orbe a Theophilo ob hæresim fugatum, manifeste innuat, atque huic damnationi statutam a* Dametrio *Origenis expulsionem annectat, pronum est judicare, significatum voluisse Hieronymum, illum pariter ob hæresim a* Demetrio *Alexandria jussum exulare. Libro* 2 *Apol. adversus Rufinum,* Ergo, *inquit,* beati episcopi Anastasius et Theophilus et Venerius et Chromatius, et omnis tam Orientis, quam Occidentis Catholicorum synodus, qui pari sententia, quia pari et spiritu, illum hæreticum denunciant populis, fures librorum illius judicandi sunt? *Quæ interrogatio aperte negationi æquivalet, indicatque, antistites illos non ob aliena, aut a malevolis ejus scriptis inserta dogmata Origenem condemnasse. Plura dein, nec minus gravia, nec minus manifesta dabit sanctus Doctor, ubi ad libros de Principiis fuerit perventum. Operæ interim pretium erit, quorumdam aliorum de Origene sensa investigare.*

AUCTORE I. H.

*referuntur,* 27 *Sanctus imprimis Pachomius, ut liquet* E *ex ejus Vita quam in Opere nostro tom.* 3 *Maii invenies, tanto præ reliquis Origenem seu ejus Opera prosequebatur odio, ut universos, quibus præerat, fratres solicitius admonere consueverit, ut non solum Origeniana commenta non legerent, sed ne legentibus quidem aurem præberent. Cum autem, ut narrat ejusdem Vitæ auctor, in quoddam Origenis volumen casu incidisset, statim illud summa cum indignatione in aquas conjecit, addens continuo, se* omnes garrulitates blasphemiarum ejus *concrematurum fuisse, nisi scivisset, nomen Dei in eo esse conscriptum. Petrus de Marca in Dissertatione sua de Vigilii Decreto, quam apud Labbeum tom.* 5 *Con. col.* 601 *consule, citat Epistolam synodicam a Sophronio Patriarcha Hierosolymitano, qui ante sextam synodum floruit, ad Sergium Constantinopolitanum datam, in qua profitetur, se amplecti cum ceteris quatuor synodis quintam synodum œcumenicam, quæ confirmat concilium Chalcedonense; tollit vero, et funditus abolet* principaliter quidem insanum Origenem. *Photius cod.* 18 *Biblioth. de Origene refert, eum in quinta synodo, lectis prius Actionibus, in quibus tractabatur de famosis tribus capitulis, fuisse cum Scriptis suis anathemate damnatum. Hisce denique unicum* F *Orientalis Chronici adjungo testimonium. Sic habet in* Demetrio : Sanctus iste Patriarcha sacerdotio amoverat quemdam nomine Origenem, qui astu presbyterium obtinuerat ab episcopo Cæsareæ Palæstinæ; quare reversum Alexandriam noluit recipere *(imo damnatum deinde retinere)* pater Demetrius, quoniam hæreticus erat. *Quæ* satis crude *in Origenem dicta forte non existimasset Sollerius in Patriarchis Alex. num.* 124, *si cum citatis supra ac deinde citandis contulisset. Verum ad id, quod caput est, convertamur, libros inquam de Principiis, quibus, ut superius num.* 24 *innui, præcipue videtur tribuenda justa Origenis condemnatio.*

*ac præsertim ob libros de Principiis,* 28 *In his quot monstra errorum, quot* Origenis deliramenta *(verba hæc sunt Petri de Marca cit.) contineantur, ex superstite etiam nunc lib.* 1, *cap.* 2, *num.* 10 *licet conjicere. Hic enim docet, Deum esse omnipotentem, non quod omnia possit efficere, sed quod potestatem habeat in omnia, quæ sunt. Quod crimen ei objicit Theophilus Alexandrinus in prima Epistola Paschali, et Justinianus imperator ad calcem Epistolæ*

AUCTORE I. H.

*stolæ ad Menam, et ad quod refellendum, vanum Origeni patrocinium præbuisse Halloixium lib. 4 Origen. Defens. Quæst. 6. recte observat illustr. Huëtius lib. 2 Origen. Quæst. 1, num. 2 Auctorem hunc, minime sane Origeni infensum, proderit audire, ita citati libri 2 Quæstionem 3 ordientem :* Vulgatum et in scholis receptum Theologicarum disputationum ordinem hic deserimus, assectantes Origenem, cujus ut abnormes fuerunt plurimæ de rebus divinis sententiæ, ita peculiari.... divisione tractanda sunt... ergo... rejectis, quæ ad Angelos.... aliaque.... pertinent, quæstionibus, Origenis de verbi ἐνανθρωπήσει et οἰκονομίᾳ perscrutemur decreta, si quæ sunt obnoxia reprehensionibus, et animum possunt offendere lectoris orthodoxi. Ac sunt certe, neque pauca, quæ ab ejus ventilata et confutata adversariis, æterna nomini ejus stigmata imposuerunt.

*in quos maxime invehitur Hieronymus*

29 *S. Hieronymus, cujus de hisce libris judicium a me referendum, fui pollicitus, Epist.* 127 *(alias* 16*) ad Principiam* impia *vocat* περὶ ἀρχῶν volumina, *et quæ dum in Latinum vertit, hæreticum illorum auctorem prodidisse se, ait lib.* B 1 *Apol. contra Rufinum; in ea vero, quam ad Avitum dedit, et quæ est* 94 *(alias* 59*) postquam retulerat, sanctum virum Pammachium, ad quem libros illos ex autographo in Latinum translatos miserat, ad primam illorum lectionem* exhorruisse et reclusisse scrinio, ne prolati in vulgus, multorum animos vulnerarent; *sunt enim (ut habet Epist.* 41, *alias* 65*)* venetata illius *(Origenis in his libris)* dogmata, aliena a Scripturis, vim Scripturis facientia; *hæc scribit* : Accipe *(Opus de Principiis)* quod petisti : sed ita, ut scias, detestanda tibi in eis esse plurima; et juxta sermonem Domini, inter scorpiones et colubros incedendum. *Tum expositis prolixa enarratione erroribus, quibus quatuor isti libri scatebant, et in quorum præcipue primo* Origenes lingua sacrilega blasphemavit *lib.* 2 *Apol. contra Rufinum, his verbis Epistolam concludit :* Quisquis igitur hos voluerit legere (*de Principiis*) libros, et... ad terram repromissionis pergere, necubi a serpentibus mordeatur, et arcuato scorpii vulnere verberetur, legat prius hunc librum (*hanc epistolam.*) *Acceperat sanctus Do-* C *ctor translata a Rufino librorum* περὶ ἀρχῶν *exemplaria, et cum de versionis hujus fidelitate ambigeret, ea statim pervolvit, ac dein cum Græco, quod certe genuinum se tenere existimabat, contulit,* et illico animadverti, *inquit lib.* 1 *Apol. cit.,* quæ Origenes de Patre et Filio et Spiritu Sancto impie dixerat, et quæ Romanæ (*id est Catholicæ*) aures ferre non poterant, in meliorem partem ab (*infideli*) interprete commutata. *Quæ quidem verba, præterquam quod impiam dicant Origenis doctrinam, maxime etiam contra eos faciunt, qui omnia Origenis Opera vel ab hæreticis, vel certe a malevolis interpolata depravataque, per fas et nefas contendunt. Infinitus sim, si, quid-* D *quid adversus hoc Origenis Opus hac præsertim Apologia S. Hieronymus complectitur, vel indicare voluero.*

*et Baronius,*

30 *Neque porro aliter posteriorum temporum scriptores plurimi, quorum unum dumtaxat alterumque citabo, de hac perversa Origenis lucubratione senserunt. Ac Photius quidem, cui secundum Operum Origenis editorem Carolum de la Rue tom.* 1, *pag.* 42 *quatuor hosce libros Græce legere seculo etiam* IX *licuit, in sua Bibliotheca cod.* 8 *scribit :* Lecti sunt Origenis de Principiis libri quatuor. Horum primus De Patre et Filio et Spiritu Sancto agit. Quo in libro plurima blasphemе scribit... Tradit et alia (*iisdem in libris*) absurdissima, impietatisque plena : animarum migrationes, et animata sidera, pluraque id genus nugatur. *Illustrissimus Annalium Ecclesiasticorum parens Baronius ad annum Christi* 232, *num.* 3 *quid ipse de libris* περὶ ἀρχῶν *censeat, hoc modo exponit :* Porro inter omnes, quos (*Eusebius*) enumerat Commentarios Origenis, ille præ ceteris densioribus, majoribusque est refertus erroribus, quem de Principiis scripsit. *Deinde cum dixisset, Origenem in libris illis philosophum videri voluisse potius, quam* E *Christianum, subjungit :* Vix credi potest, quantum acceptam a majoribus Christianam fidem Commentario illo prodiderit. *Unde et hunc numerum ita absolvit :* Hæc autem AD JUSTAM DEMETRII IN EUM INDIGNATIONEM de vulgato ab Origene Periarchon sint addita. *Ubi nostræ de Origenis damnatione sententiæ manifeste favet; cui et consonant, quæ leguntur sub finem cujusdam Epitaphii a Mabillonio tom.* 2 *Analect. pag.* 660 *citati, quod in vetustissimo codice Corbeiensi libris de Principiis præfixum reperit : sic habent :*

Sola mihi casum Periarchων dicta dederunt,
His me conjectum undique tela premunt.

*condemnatus statuitur,*

31 *Jam vero cum tot sanctorum eruditorumque virorum testimoniis impia, sacrilega, blasphema in libris maxime de Principiis tradidisse Origenes convincatur, quæ numquam legitur retractasse; cum libros illos ante condemnationem suam elucubrasse constet, ac verisimillimum sit, illos ab eo vel publice auditoribus suis expositos, vel etiam in manus fuisse traditos, unde facile in tot tantarumque impietatum cogni-* F *tionem vigilantissimus Præsul* Demetrius *potuerit devenire, nonne tantum non certum est, Origenem ob dogmatum perversitatem a sancto Patriarcha, ac gemina ab eo congregata tum episcoporum, tum sacerdotum inferiorum synodo jure meritoque fuisse damnatum? Quæ opinio tanto ad veritatem accedit propius, quanto minus certior aliqua, ut supra conatus sum ostendere, Origeniani anathematis causa possit adferri. Atque hæc quidem omnia in medium sunt prolata, tum ut Majorum meorum fidem liberarem, tum maxime ut* Demetrii *æquitatem sanctitatemque nihil ex hoc capite detrimenti passam demonstrarem.*

DE

A

AUCTORE C. B.

# DE SS. DIONYSIO EP., RUSTICO PRESBYT.

## ET ELEUTHERIO

## DIACONO MARTYRIBUS

### PARISIIS IN FRANCIA

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

## § I. Quandonam antiqua Sanctorum Acta, quæ Bosquetus primum edidit, fuerint conscripta.

B VEROSIMILIUS ANNO CIRCITER CCLXXVI. *Sanctorum Acta, quæ Bosquetus edidit,*

*Acta, ab Hilduino composita* Rusticoque *et* Eleutherio *juxta a duobus Dionysiis in unum conflatis afficta, in lucem jam dudum a Surio et aliis fuerant emissa, cum tandem etiam, quæ ad hæc contexenda (præmissum Actis S. Dionysii Areopagitæ Commentarium num.* 56 *videsis) San-Dionysiano isti abbati usui forsan fuerant, alia quæpiam trium sanctorum nostrorum Martyrum,* Dionysii *videlicet episcopi,* Rustici *presbyteri et* Eleutherii *diaconi, Acta primus omnium Franciscus Bosquetus, e prætore Narbonensi Lodovensis seu Lutevensis primum ac dein Monspeliensis episcopus, in Ecclesiæ Gallicanæ, quas, cum prætor adhuc esset, anno* 1636 *typis Parisiensibus edidit, Historiis, part.* 2, *pag.* 68 *et quinque sequentibus e quinque manuscriptorum codicum fide publici juris fecit; eadem autem deinde Michaël Felibianus, Benedictinus Congregationis S. Mauri monachus, in Monumentis authenticis, quæ a contextam a se annoque* 1706 *Parisiis editam San-Dionysianæ in Francia abbatiæ Historiam adjecit, pag.* 163 *et binis seqq. ex antiquissimo Claudii Jolii, Cathedralis Parisiensis ecclesiæ canonici, Ms. codice iterum vulgavit. Porro Acta illa tum Hilduinianis, quæ supra in Commentario, Actis S. Dionysio Areopagitæ affictis prævio, sedulo discussi, tum aliis omnibus, quæ, quoquo modo tribus sanctis nostris Martyribus afficta, hactenus prodierunt, certo esse antiquiora, eruditi unanimi consensu omnes fatentur, verum multum abest, ut hosce inter de ætate, qua fuerint conscripta seu adornata, æque conveniat. Alii enim seculo* VI, *alii contra seculo* VII *scriptionis illorum epocham affigunt. Sunt etiam, qui hanc usque ad Caroli Magni ætatem seu seculum* VIII *prope elapsum aut adhuc amplius removendam contendunt.*

C

a Petro de Marca seculo VI, VII vero initio a Valesio

2 *Inter eos, qui pro majori memoratis Actis antiquitate attribuenda stant, principem locum facile obtinet* Petrus de Marca, *Tolosanus primum ac dein Parisiensis seculo proxime elapso archiepiscopus, in sua de fide in Galliis primum prædicata ad Henricum Valesium epistola, quam hic Ecclesiasticæ Eusebii Historiæ, Latine a se redditæ, præfixit. Audi, qui in hac, quam in §§ diversos ac numeros pro more nostro divisam, ad* XXX *Junii diem, S. Martiali, Lemovicensium in Gallia epicopo, sacram, in Opus nostrum Papebrochius etiam intulit num.* 20 *loquatur memoratus ille archiepiscopus.* Sane, *inquit,* a Clemente in Gallias Dionysium missum fuisse, Beda et Usuardus docent *(de re hac quid sentiendum, infra dicenda aperient)* in suis Martyrologiis; quam traditionem eos hausisse, certum est, ex Actis antiquis Vitæ S. Dionysii, quæ dudum ex Mss. codicibus edidit V. C. et eruditissimus Franciscus Bosquetus, nunc meritissimus episcopus ecclesiæ Monspeliensis. Nomen auctoris illius Vitæ deprehendi in codice Ms. Turonensis ecclesiæ, qui complectitur Vitas sanctorum aliquot a Fortunato descriptas, et inter ceteras, Dionysii Parisiensis illam, quæ jam, ut dixi, edita est in publicum. *Antiqua itaque, quæ Bosquetus edidit,* Dionysii *Parisiensis ac Sociorum ejus* Rustici *et* Eleutherii *Acta Venantium Fortunatum (hunc enim per Fortunatum, de quo loquitur, intelligit) habere auctorem, ac proin jam inde a seculo sexto, utpote quo his sanctus Pictaviensis antistes floruerit, concinnata fuisse, laudatus archiepiscopus existimavit. Nec ab isthac eruditissimi hujus viri opinione multum dissentit Hadrianus Valesius; in sua enim, quam de Basilicis, per primos Francorum reges conditis, elucubravit, Disceptatione, cap.* 8 Dianysii *Parisiensis Acta, de quibus hic nobis sermo, vocat* antiquissima, *sibique ea ante Dagoberti I, Francorum ab anno* 622 *ad annum usque, quo obiit,* 638 *regis, principatum composita videri, affirmat.*

D

E

3 *Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Historia lib.* 3, *cap.* 6 *sub finem, antiqua, jam sæpius laudata, quæ Bosquetus edidit,* Dionysii *Parisiensis sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *Acta a S. Cerauno, Parisiensium episcopo, scripta esse posse, insinuat; ut adeo, cum Ceraunus, uti in Opere nostro ad* XXVII, *quo de illo jam actum, Septembris diem videre licet, Parisiensem cathedram inter annum* 601 *et annum* 625 *occuparit, haud multum pariter quantum ad ætatem, qua Bosquetiana* Dionysii *Acta fuerint contexta, a Petri de Marca opinione, supra jam exposita, alienus sit proxime laudatus ecclesiæ Parisiensis historiographus. At vero alii nonnulli, ac in primis Launoyus, Caroli Magni ætate conscripta aut hac etiam posteriora esse eadem Acta, arbitrantur.* Post Carolum, *inquit pag.* 70 *in suo de Valesii Disceptatione supra laudata Judicio posterior is auctor,* incerti et obscuri scriptores ediderunt Acta martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, quæ non ante quis leget, quam ea, ut fabulis aspersa,

F

et du Bois illigantur; verum, uti a Launoyo, qui Caroli Magni ætate

AUCTORE C. B.

aspersa, repudiaverit. *Hæc de antiquis a Bosqueto editis* Dionysii *Sociorumque martyrum Actis Launoyus; ut certe, cum Carolus (imperator scilicet, cognomento* Magnus, *de quo loquitur) anno* 814 *vitam hanc mortalem cum immortali commutarit, seculo* VIII *recentiora faciat præfata Acta.*

*posteriora facit, serius, quam conveniat,*

4 *Verum an recte? Neutiquam sane. Opinio enim, quæ* Dionysium *Parisiensem cum Areopagita eumdem facit seu confundit, jam dudum, uti in Commentario, posterioris hujus Sancti Actis prævio* § 1 *et* 2 *docui, ante seculi* VIII *finem ac proin etiam ante Caroli Magni obitum erat exorta; cum autem antiquorum, in quorum epocham hic inquirimus, Actorum auctor, si hæc tum primum, cum opinio illa jam esset exorta, concinnasset, alicubi saltem vel verbum, quo huic seu patrocinari seu adversari sese monstrasset, prolaturus indubie fuisset, nec tamen id faciat, dubitandum enimvero non videtur, quin ante opinionis illius ortum seu seculi* VIII *finem Acta illa conscripserit; imo vero id fecisse illum ante seculum etiam istud medium, rationis fere paritas suadet, cum tunc circiter, uti in Commentario, Actis S. Dionysii Areopagitæ prævio locis proxime citt. docui, exorta fuerit opinio, quæ* Dionysium *Parisiensem cum Areopagita confundit. Verum, cum certo e jam dictis Actorum* Dionysii *Parisiensis ac sociorum ejus* Rustici *et* Eleutherii *scriptionem serius, quam par sit, Launoyus statuat, dispiciamus modo, anne hanc multo citius seu seculo sexto, septimove, media sui parte nondum provecto, tres scriptores alii supra laudati, Petrus de Marca videlicet, Valesius et Gerardus du Bois, rectius consignent. Petrus de Marca, qui, ut verbis supra recitatis prodit, antiquorum, de quibus hic nobis sermo, Actorum scriptionem S. Fortunato, Pictaviensi episcopo, attribuit, seculoque adeo* VI, *ut jam docui, affigit, non aliam ob causam id facit, quam quod (adi ejus verba, proxime huc transcripta) in Ms. ecclesiæ Turonensis codice, qui, ut ait, aliquot Sanctorum Vitas, a Fortunato descriptas, complectebatur, illa* Dionysii *Parisiensis Acta seu Vitam invenerit.*

B

*ita a tribus illis scriptoribus, utpote nec a Fortunato, cui etiam in Ms.*

5 *Verum audi, qui in Epistolæ supra laudatæ, in qua idcirco scriptionem illam Fortunato Petrus de Marca adscribit, Dispunctione anno* 1659 *edita cap.* 10, *num.* 15 *Launoyus loquatur.* In codice, *inquit,* de quo vir illustrissimus *(Petrus de Marca scilicet, Tolosanus ac dein Parisiensis archiepiscopus)* loquitur, multæ continentur Passiones et Vitæ, sed cum venia dixerim, Præter Vitam sancti Hilarii, nulla est, quæ Fortunati nomen præ se ferat; *hæc ille primum de Turonensi, in quo Petrus de Marca* S. Dionysii *Vitam seu Passionem invenit, codice præfatur, tumque Vitarum seu Passionum omnium, quæ in codice illo continentur, accurrato indiculo seu catalogo, quem cum illo vir humanus et doctus Joannes Boëtius Turonicus communicarat, in medium adducto, ac aliquot insuper, qui in dicto codice pariter continentur, Sermonum titulis transcriptis, mox subjungit conceptum sequentibus hisce verbis,* Incipit Prologus beati Hilarii episcopi et confessoris Domino suo, et meritis beatissimo Patri Pascentio Papæ Fortunatus, *codicis ejusdem initium, ac deinde ita prosequitur* : In ceteris *(Sanctorum Vitis scilicet seu Passionibus, in dicto Turonensi codice contentis)* de Fortunato ne verbum quidem ullum injicitur. Præterea certis argumentis constat, codicem hunc descriptum esse tempore Rodulfi, Turonensis archiepiscopi, qui ad annum MLXXX claruit. His ita constitutis, cum vir clarissimus *(Petrus de Marca nimirum)* dicit, „ Nomen auctoris illius Vitæ deprehendi „ in codice manuscripto Turonensis ecclesiæ, qui „ complectitur Vitas Sanctorum aliquot, a For- „ tunato descriptas, „ si per descriptas, idem ac compositas intelligat, perperam omnino intelligit, quia Fortunatus Passiones, Vitas, Sermones hos omnes, qui nominantur in Indiculo, non composuit; si vero per descriptas, idem ac transcriptas intelligat, perperam quoque intelligit, quia Passiones, Vitas, Sermones omnes transcribere non potuit, nisi post annum Christi millesimum septuagesimum vixerit.

D

*hic memorato ecclesiæ Turonensis codice*

6 *Ita Launoyus, universas Sanctorum Vitas ac nominatim Bosquetianam* S. Dionysii *Passionem, quas in Indiculo a se suppeditato enumerat, a S. Fortuato compositas non esse, haud immerito sane contra Petrum de Marca contendens; idcirco enim dumtaxat contrarium eruditissimo huic archiepiscopo est visum, quod eas in ipso Turonensi codice, in quo contentas reperit, sancto isti Pictaviensi episcopo attribuit, existimarit; verum codex ille, uti recitata Launoyi verba, ostendunt, non prius, quam sub seculi* XI *finem fuit exaratus; ut, etiamsi forte universas dictas Vitas S. Fortunato diserte is adscriberet, remotius tamen a Sancti hujus ætate seu a seculo* VI *fuerit enatus, quam ut ea in re fidem indubitatam mereretur; nec, etsi secus foret, quidquam inde pro dictis Vitis Fortunato vindicandis conficias. Hasce enim sancto huic Pictaviensi episcopo præfatus Turonensis codex neutiquam attribuit; in capite quidem, unde tantummodo, ut contrarium Petrus de Marca opinaretur, est factum, S. Hilarii Vitam seu potius, quo hæc (adi initialia, quæ num. præced. recitavi, codicis Turonensis verba) Pascentio, Pictaviensi episcopo, a Fortunato dedicatur, Prologi inscriptionem, Sancti hujus nomine notatam, præferl; verum, præterquam quod hic, haud S. Fortunatus, Pictaviensis episcopus, sed (Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores tom.* 3, *pag.* 301 *et seq. videsis) alius homonymus, in Opere nostro ad* XVIII *Junii jam datus, fortassis sit, huicque, utpote qui dumtaxat perpauca scripsisse sciatur, nulla veri specie tot, quot in laudato indiculo a Launoio recensentur, Sanctorum Vitæ possint adscribi, ad solam sibi subjectam, quam vere Fortunatus scripsit, S. Hilarii vitam mox dicta inscriptio refertur; ut, dato etiam, Fortunatum, cujus hæc nomine in Turonensi codice signatur, alium non esse, quam S. Fortunatum, Pictaviensem episcopum, haud tamen huic Sancto idcirco ille Vitas istas omnes ac nominatim* S. Dionysii *Passionem adscribere sit censendus.*

E

F

*non attribuuntur,*

7 *At vero, inquies, in Turonensi equidem codice jam sæpius laudato* Dionysii *aliorumque, quos in hoc Petrus de Marca reperit, Sanctorum Vitis seu Passionibus dicta S. Hilarii Vita seu, quam hujus, ut dixi, Prologus sibi præfixam habet, inscriptio, Fortunati nomine notata, præmittitur. Fateor, sic habet; verum quid tum? Ea ipsi inscriptio una cum subjecta sibi, quam Fortunatus composuit, S. Hilarii Vita duabus S. Meginradi eremitæ, de quo ad* XXI *Januarii, et S. Hermelandi abbatis, de quo ad* XXV *Martii apud nos jam actum, Vitis in antiquissimo nostro Ms. Molshemiensi, qui P. Ms.* 12 *notatur, codice pariter præmittitur, et tamen ad illas, quas et hic alioquin S. Fortunato adscribere foret censendus*

A *censendus, in dicto nostro codice non referri memoratam, quæ Sancti hujus nomine signatur, inscriptionem, vel ex eo fit perspicuum, quod, cum e binis jam dictis Sanctis posterior quidem seu S. Hermelandus seculo* VIII, *prior vero seu S. Meginradus anno demum* 863 *obierit, neutrius certe Vita a Fortunato, utpote qui non diutius quam usque ad seculi* VII *initium ætatem produxerit, in litteras queat fuisse conjecta. Jam vero, cum res ita habeat, in Turonensi pariter, qui Petro de Marca præluxit, codice ad Sanctorum ac nominatim* S. Dionysii *Vitas, compositæ a Fortunato S. Hilarii Vitæ subjectas, præfatam inscriptionem, utut iis præmissam, non referri, easdemque adeo Fortunato haud attribui, pro indubitato videtur habendum. Atque ita modo, Bosquetianam* Dionysii *Sociorumque ejus Passionem, quam cum aliquot Sanctorum Vitis Petrus de Marca in Ms. ecclesiæ Turonensis codice invenit, non adscribi in hoc S. Fortunato, Pictaviensi episcopo, dilucide ostendimus; illam autem re etiam vera sanctum hunc antistitem non habere auctorem, vel ex eo concludendum apparet, quod*

B *non tantum non in codice Turonensi sæpissime laudato, sed nec in ullo alio, cui inserta exstat, Fortunato attribuatur.*

*contexta,* 8 *Adhæc stylus, quo conscripta est, a stylo, quo, quæ a Fortunato scriptæ noscuntur, Sanctorum Vitæ exaratæ sunt, quam maxime discrepat. Hinc Launoyus citato lucubrationis supra laudatæ cap.* 10, *num.* XI *in Petrum de Marca ita arguit* : Quod... pertinet ac S. Dionysii Acta, quæ Bosquetus juris publici fecit, ea tam non sunt Fortunati, quam non sunt Tullii, quæ Plautus scripsit. Plautinus stylus a Tulliano minus, quam Actorum Dionysii stylus a Fortunati stylo discrepat. Scribendi modus Fortunati se totum prodit cum in aliis Operibus, tum in sancti Germani Parisiensis, tum in Albini Andegavensis Vita, quam monumentis illustravit suis. Profecto et mihi et aliis jocari visus est vir illustrissimus, *Petrus de Marca*, cum Acta illa Dionysii Fortunato attribuit. *Ita hactenus ille, nec sane immerito, uti quisque, qui vel, quæ laudat, S. Albini, episcopi Andegavensis, et S. Germani, episcopi Parisiensis, Acta, a Fortunato certo conscripta atque ad diem* XXVIII

C *Maii, quo posterior, et ad* I *Martii, quo prior e duobus hisce Sanctis colitur, in Opus nostrum jam illata, cum Bosquetianis Sanctorum nostrorum Actis contulerit, facile comperiet; ut enimvero, hæc Fortunatum non habere auctorem, indubitatum ex omnibus jam dictis apparet minimeque adeo Petrus de Marca, fuisse jam inde a seculo* VI *exarata, evincat iis, quæ supra allegatis verbis scribit. Examinemus modo, anne, illa ante Dagoberti I principatum seu ante seculum* VII *medium fuisse contexta, pariter non evincant, quæ Hadrianus Valesius loco supra cit. adducit.* Hæc..., *inquit*, Passio Dionysii antiquissima, et ante Dagoberti (*I scilicet*) principatum (*in Austrasia hic anno* 622, *in Neustria vero anno* 628 *initium accepit*) composita mihi videtur, propterea quod basilicæ B. Dionysii, ab eo rege conditæ, nullam mentionem facit.

*nec. etsi basilicæ, quam Dagobertus I extruxerit mentionem.* 9 *Bosquetianam itaque* Dionysii *ac Sociorum martyrum Passionem ante Dagoberti I, Francorum regis, principatum seu ante annum* 622, *aut, si mavis,* 628 *compositam fuisse, idcirco existimavit Valesius, quod nuspiam in ea basilicæ, supra sanctorum illorum Martyrum corpora a rege illo de novo a fundamentis conditæ, mentio occurrat.*

AUCTORE C. B.

*Verum quid si, basilicam hujusmodi de novo condidisse Dagobertum, eamus inficias? Sane, anne hos is princeps fecerit, haud omnino, uti ex infra dicendis patescet, est certum, nec, etsi, rem secus habere, gratis etiam dederimus, Valesius hinc, quod vult, conficiat. In dicta enim, quam Commentario huic subnectam, Sanctorum Passione sequentia isthæc num.* 12 *leguntur verba* : Antedicta..... materfamilias,..... cum primum persecutionis tepuisse vidit fervorem, locum tantorum Martyrum ossa asservantem.... requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. Unde postmodum Christiani basilicam supra Martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt; *quid ni autem per basilicam hic memoratam intelligi queat ecclesia, quam Dagobertus I, Francorum rex, supra* S. Dionysii *Sociorumque martyrum sepulcra de novo a fundamentis exstruxerit? Ut quod sentiam, apertius edicam, mihi enimvero vel hanc re etiam vera per basilicam, proxime recitatis Passionis Dionysianæ verbis memoratam, posse intelligi, vel certe, si secus sit,*

E *esse hanc Dagoberti ætate anteriorem, concludi inde non posse, indubitatum videtur; quam merito autem ita existimen, ex iis, quæ jam nunc subdo, patescet. S. Genovefa virgo, de qua id* III *Januarii diem, cultui ejus sacrum, in Opere nostro actum, in* S. Dionysii, *honorem, uti ambæ ibidem a nobis editæ illius sanctissimæ virginis Vitæ cap.* 4 *docent, basilicam sub seculi* V *finem exstruxit; hanc autem sat magnam magnificamque ac cum præcipuis Galliarum ecclesiis comparandam fuisse, liquet ex iis, quæ Grægorius Turonensis; anno* 595 *vita functus, tum lib. de Gloria Mart. cap.* 72, *tum Hist. lib.* 5, *cap.* 33 *et* 35 *memoriæ prodit de Dionysiana sui temporis ecclesia, quam ab ecclesia, per S. Genovefam ædificata, diversam non fuisse, eruditi unanimi consensu omnes admittunt.*

*quod tamen forte secus habet, haud instituerent, Dagoberto idcirco*

10 *Hisce ita positis, quæro modo, anne per basilicam, quam Christiani supra* S. Dionysii *Sociorumque* martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio *construxisse in Bosquetiana* Dionysii *Passione proxime recitatis verbis dicuntur, intelligi etiam nequeat, quam jam memoravi, ecclesia, per S. Genovefam exstructa. Si, hanc per illam intelligi posse, respondeas, quæro pariter,*

F *cur idem de ecclesia, quam Dagobertus de novo, cum erecta a S. Genovefa ecclesia fuisset collapsa, a fundamentis exstruxerit, asseverari non possit, cumque nulla prorsus, ob quam unum potius, quam aliud adstruatur, ratio solida assignari queat, enimvero, si per basilicam, in Dionysiana Passione supra huc transcriptis verbis memoratam, ecclesia, a S. Genovefa exstructa, queat intelligi, pariter per illam posse intelligi ecclesiam, quam Dagobertus de novo ædificarit, indubitatum apparet, et vel sic argumentum, quo Bosquetianam* Dionysii *Passionem Dagoberti ætate anteriorem Valesius supra recitatis verbis facit, omnino elumbe atque enerve evadit; si autem, quod basilicam, in Bosquetiana* Dionysii *Passione memoratam, haud diu admodum, postquam persecutiones, ab ethnicis Romanorum imperatoribus in Christianos motæ, finem accepissent, quartoque adeo seculo, media sui parte nondum elapso, ædificatam fuisse, forte existimes, per illam pariter non posse intelligi ecclesiam, a S. Genovefa exstructam, reponas, certe ex eo, quod per eamdem nec ecclesia, quam Dagobertus extruxerit, intel-*

AUCTORE C. B.

*ligi queat, sacrique adeo illius ædificii mentio in Bosquetiana* Dionysii *Passione non fiat, haud esse hanc Dagoberti I ætate anteriorem faciendam, fatearis, necesse est.*

*anteriora facienda, citius, quam par sit, scripta statuuntur,*

11 *Cum enim hactenus Passionem illa seculo* IV *seu ædificata per S. Genovefam* SS. Dionysii *ac Sociorum martyrum basilica posteriorem eruditi omnes fecerint, majorem sane eidem Passioni antiquitatem contra communem horum omnium consensum perperam idcirco attribuas, quod ædificatæ a S. Genovefa ecclesiæ mentionem, quam facile non una de causa omittere potuit, haud faciat; quod cum ita habeat, nec posito, quod ecclesiæ, quam Dagobertus exstruxerit, mentio in Bosquetiana* Dionysii *Passione haud fiat, recte huic antiquitatem, quæ Dagoberti ætate major sit, attribuas, cum factum pariter non uno ex capite facile esse possit, ut Passionis auctor mentionem ecclesiæ seu basilicæ præfatæ, utut ætate sua jam exstantis, facere omiserit. Ex omnibus porro jam dictis fluit, ut per basilicam, quam Christiani supra* SS. Dionysii *Sociorumque* Martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio *construxisse in*
B *Bosquetiana Sanctorum nostrorum Passione dicuntur, vel ecclesia, quam Dagobertus exstruxerit, intelligatur, vel, si secus sit, esse Passionem illam ætate Dagoberti anteriorem, inferri inde non possit; ut adeo, omnibus sedulo jam expensis, nec Valesius, jam inde a seculo* VII, *media sui parte nondum provecto, Passionem eamdem fuisse conscriptam, evincat, gratis etiam dato, basilicam supra sanctorum Martyrum corpora de novo a Dagoberto fuisse exstructam. Quod porro a supra laudatum, qui et ipse, ut docui, Bosquetianæ Sanctorum Passionis Scriptionem seculo* VII *nondum medio consignat, ecclesiæ Parisiensis historiographum jam spectat, hic quidem illam, ut pariter jam docui. S. Cerauno, Parisiensium antistiti, inter annum* 601 *et annum* 625 *vita functo, adscribit; verum nullam prorsus, qua impulsus id fecerit, rationem allegat, neque etiam ulla vel in speciem solida assignari posse videtur. Tam is itaque, quam Petrus de Marca et Valesius, citius, quam par sit, Bosquetiana Sanctorum Acta statuit conscripta; quam autem id verum sit, luculentius adhuc patescet ex iis, quæ jam*
C *nunc adducam pro definiendo tempore, quo illorum scriptio verosimilius evenit.*

*cum autem illorum auctor, uti verba hic recitata produnt Parisiensem*

12 *Bosquetiana Sanctorum Acta seu Passio, in varios pro more nostro numeros divisa, num.* 5 *de civitate Parisiensi, cum ad eam* Dionysius *Evangelium promulgaturus accessit, sequentem loquitur in modum* : Tunc memorata civitas, et conventu Germanorum, nobilitate pollebat, quod esset salubris aëre, jocunda flumine, fœcunda terris, vineis uberrima et arboribus nemorosa, constipata populis, referta commerciis; *ac deinde de* Dionysio, *Parisiensibus Christum annuntiante, num.* 6 *sic habet* : Miroque modo inermi Viro non valebat plebs armata resistere; sed subdebat se illi certatim Germaniæ cervicositas, et jugum Christi suave imponi sibi arcta cordis compunctione poscebat. *Civitatem itaque, ad quam* Dionysius, *divini præconis munere functurus, venit, Germanis, illam tum inhabitantibus, tum commercii exercendi causa frequentantibus, tum affluxisse, Passionis auctor locis citt. indicat; cum autem id falsum e dicendis sit, hinc quoddam illi Sancti cujuspiam, qui medio ævo circa Rhenum vixerit, Vitæ exemplar præluxisse, ex eoque partim civitatis Parisiensis hujusque incolarum, quam suppeditat, descriptionem mutuatum esse, dominus le Beuf,* D *ecclesiæ Autissiodorensis canonicus et succentor, in novis suis in Bosquetiana* Dionysii *Acta Observationibus, anno* 1739 *Lutetiæ vulgatis, suspicatur, verum auctorem illum, si, quam suppeditat, urbis Parisiensis descriptionem e Sancti, qui medio ævo prope Rhenum vixerit, Vita Passione deprompsisset, non fuisse saltem, quæ in hac sitæ ad Sequanam Parisiensi civitati non congruere putasset, nomina propria mutaturum, parum admodum verosimile apparet. Licet is, qui Vitam S. Alberti, abbatis Gambrensis, scripsit, libellum de gestis beati Ebrulfi, Uticensis abbatis, præ oculis habuerit, omniaque fere, quæ de posteriori hoc Sancto memoriæ in illo prodita invenit, ad S. Albertum (adi Annalium Benedictinorum lib.* IX, *num.* XI *Mabillonium) per imposturam transtulerit, nomina tamen propria, quæ argumento suo non quadrare animadvertit, mutavit.*

*in qua, cum is floreret, Germani frequentes exstiterint,*

13 *Idem etiam, uti ipsemet laudatus dominus le Beuf in Observationibus suis proxime citt. docet, astute fecit ecclesiæ Arelatensis concellarius seu scholasticus, qui, quæ de S. Germano, Autissiodorensi episcopo, per Constantium presbyterum litteris mandata reperit, S. Trophimo, Arelatensium apostolo, per fraudem applicuit. Nec ex aliis impostoribus bene multis, qui, non secus ac duo jam recensiti, unius Sancti Acta ad alium transtulerunt, invenire est adeo stolidum seu incautum vel unum, qui in iis nomina propria, quæ fraudem suam fallaciamve prodere nata nosset, non mutarit. Quod cum ita sit, solumne antiquæ* SS. Dionysii *ac Sociorum martyrum Passionis auctorem adeo amentem ac stupidum futurum fuisse, arbitremur, ut, si Sancti cujuspiam, qui medio ævo prope Rhenum vixisset, seu Acta seu accepta ex hisce Fragmenta* SS. Dionysio *ac Sociis martyribus applicuisset, occurrentia in iis* Germanorum *et* Germaniæ *nomina propria, quæ civitati, Evangelicæ per* Dionysium *prædicationis campo, haud quadrarent fraudemque adeo seu furtum detegere fuissent nata, non mutasset? Id enimvero parum admodum credibile mihi apparet, hincque ex* Germaniæ *et* Germanorum, *quæ in Bosquetiana* Dionysii *ac Sociorum martyrum Passione occurrunt nominibus propriis, non id, quod vult laudatus le Beuf,* E *sed Germanis, Parisios partim inhabitantibus,* F *partim mercaturæ exercendæ causa non raro adeuntibus, civitatem illam tunc, cum Passionis auctor floreret, affluxisse, concludendum apparet. Cum enim, civitatem Parisiensum, dum ad eam* S. Dionysius *venit, Germanorum conventu frequentiave celebrem exstitisse, Sanctorum nostrorum biographus haud obscure, utut perperam, verbis num.* 12 *recitatis significet, nec isthæc, ut jam docui, e Sancti cujuspiam, qui prope Rhenum habitarit, Passione seu Vita, retentis etiam, quæ in hac occurrebant,* Germaniæ *et* Germanorum *nominibus propriis, mutuatus sit, proximum est, ut litteris ea commendasse illum dicamus, quod tunc, cum Sanctorum nostrorum Acta seu Passionem scriberet, Lutetia Germanis, civitatem hanc tum inhabitantibus, tum commercii causa frequenter adeuntibus, abundarit.*

*civitatem etiam tunc, cum Dionysius ad eam accessit, gente illa,*

14 *Sed hæc de re illa sufficiant; ad id, quod huc potissimum spectat, jam veniamus. Cum e mox dictis Parisiensis civitas, dum Sanctorum nostrorum biographum floreret, Germanis affluxerit, isque simul, civitatem eamdem etiam tunc, cum ad eam* Dionysius, *Evangelium annuntiaturus, venit, Germanorum conventu frequentia-*

*que*

A *que nobilem exstitisse, diserte tradat, consectarium est, ut, certo quidem non ante seculum* VI, *verosimillime autem non nisi post seculum* VII, *media sui parte aliquamdiu jam provectum seu sub posterioris hujus seculi finem sequentisve initium Sanctorum nostrorum Passionem litteris mandarit. Res e jam nunc dicendis patescet. Hadrianus Valesius lib.* 6 *Rerum Franciarum ad annum* 511 *sic scribit :* Genovefam natione Francicam fuisse, nomen Germanicum docet, compositum ut Genobaldus, Marcovefa, sive ejus majores a Romanis bello capti, et in vico agri Parisiaci Nammetoduro vel Nemptodoro collocati fuerant, sive sponte, patria relicta, ibi consederant, atque inter Gallos Gallicis moribus et ritibus assuescendo cultum idolorum Christiana religione mutaverant. *Ita ille : qui profecto, qua ratione, ut sanctissima Parisiensium patrona, nomine Germanico* Genovefa *appellata nationeque Franca, in Galliis, Romanorum imperio subjectis, natales nancisceretur, factum esse possit, non ita, ut verbis recitatis facit, expo-*

B *suisset, si seculo* V, *quo Sancta illa celeberrima nata est, Germanis affluxisse vel Parisios vel agrum Parisiensem, credidisset. Et vero frequentes seu Parisiis seu in agro Parisiensi Germanos jam inde a seculo* V, *nedum citius, exstitisse, nihil omnino suadet, nec ullum hactenus, qui id contendat, eruditum invenire licuit.*

*quod tamen seculo demum sexto factum,*

15 *Verum, anne, ut frequentes ibidem Germani exstiterint, seculo* VI *tandem haud factum? Chlodoveus I, Francorum rex, cum post partam de Siagrio, Romanorum duce, aliisque non paucis victoriam plurimasque Galliarum urbes ac regiones sibi subactas Gothis etiam cladem internecinam, Alarico eorum rege interfecto, in campis Vogladensibus intulisset, itaque suo imperio Aquitaniam adjecisset, Parisios, unde contra Gothos fuerat profectus, anno* 508 *est regressus, regnique sui sedem esse urbem illam jussit, ut Gregorius Turonensis lib.* 2 *Hist. Franc. cap.* 28 *testatur, de Chlodoveo, Turonas, jam superatis in pugna Vogladensi Gothis, ad S. Martini sepulchrum profecto, ita ibidem scribens :* Egressus Chlodoveus Turonis Parisiis venit, ibique cathedram regni sui constituit; *cum autem ex quo Clodoveus I regni sui sedem Parisiis constituit, maxima*

C *incrementa, ut Valesius supra laudatus aliique non pauci docent, civitas illa acceperit, tunc verosimillime, ne dicam indubie, Parisios Germani paulatim non pauci, seu loci amœnitate lucrique spe allecti, seu Chlodovei ejusque successorum, qui regiones Rheno adjectas, aliosque plures Germaniæ tractus sub ditione sua tenebant, jussu eo translati, migrarint; adeo ut, etsi quidem Germani vel nulli vel certe pauci admodum dumtaxat sedem Parisiis seculo* V *habuerint, verosimillime tamen factum sit, ut sub seculi proxime sequentis finem aut etiam paulo citius ea multitudine, quam Passionis Dionysianæ auctor indicat, præfatam civitatem, ad hanc etiam e gente illa non paucis mercaturæ exercendæ causa haud raro venientibus, habitarint.*

*affluxisse scribat, inde ante seculi* VII *finem concinnata non esse, concluditur.*

16 *Porro cum hæc ita habeant, ex eo quidem, quod, ut jam docui, Germani Parisiis frequentes ante seculum* VI *haud fuerint, idque tamen ibidem, cum Passionis Dionysianæ auctor floreret, habuisse locum, sit necesse, consectarium est, ut illam certe is ante seculum* VI *haud concinnarit; ex eo autem, quod demum e jam dictis sub seculi* VI *finem aut paulo dumtaxat citius frequentes Parisiis Germani exstiterint, idque tamen ibidem jam inde etiam a tempore, quo fidei luce civitatem illam* Dionysius *illustravit, obtinuisse locum, Sanctorum nostrorum Passionis auctor haud obscure supra recitatis verbis perhibeat, consectarium est, ut is lucubrationem illam non citius, quam vel sub seculi* VII *finem vel* VIII *nonnihil forte etiam provecto adornarit. Parisiensis enim civitas a Germanis non paucis, uti modo monstravi, inhabitari mercaturæque exercendæ causa frequentari seculo demum* VI *primum cœpit; id autem cum Bosquetianæ* Dionysii *ac Sociorum martyrum Passionis auctor, utpote qui, civitatem illam jam inde a seculo* I *seu jam tum, cum ad eam, ut vult,* S. Dionysius *venit, Germanis affluxisse, non obscure e jam dictis doceat, certissime ignorarit, et tamen, si vel ipso seculo* VI *vel paulo dumtaxat serius floruisset, ignoraturus verosimillime haud fuisset, proximum est, ut illum, si non paulo serius, certe non citius, quam seculo* VII *senescente octavove ineunte floruisse Sanctorumque nostrorum Passionem concinnasse, statuamus. Atque ita modo, quo hæc tempore ab auctore suo fuerit conscripta, tam prope, quam per pauca, quæ ad hoc definiendum com-* E *plectitur, indicia fas fuit, determinavimus; nunc qua is fide polleat, § seq. examinare aggredimur.*

AUCTORE C. B.

## §. II. Bosquetiana Acta qua fide seu auctoritate polleant, et qua ratione cuncta, quæ ad Sanctos spectant, sint tractanda.

*Sanctorum biographus, qui an in monasterio San-Dionysiano scripserit*

*Actorum Bosquetianorum auctor nonnulla de fonte, e quo, quæ de Sanctorum martyrio dicturus est, hauserit, in Prologo præfatus, mox sese, qua ratione locus, qui* S. Dionysii *patrocinio gaudet, seu pro patrono Sanctum hunc habet, sacrum illius corpus obtinere meruerit, explicaturum indicat.* Qualiter..., *inquit num.* 2, Cultorem Domini (S. Dionysium *scilicet*) locus, ejus gaudens patrocinio, habere promeruit,..... explicemus. *Adhæc, nonnullis de duo-* F *bus aliis Galliarum apostolis, S. Saturnino Tolosano videlicet et S. Paulo Narbonensi, num.* 4 *præmissis, mox, ut ad argumentum suum perveniat, sequentem loquitur in modum :* Dum ergo ad peculiaris* Patroni gesta suscepti officii tenditobsequium; *e binis autem huc jam transcriptis textibus, Actorum auctorem, et in* S. Dionysii *monasterio scripsisse, et pro peculiari patrono* Dionysium *habuisse, monachumque adeo aut etiam abbatem San-Dionysianum exstitisse, existimavit in novis suis in antiqua seu Bosquetiana* S. Dionysii *Acta Observationibus supra laudatus dominus le Beuf, in illius etiam opinionis suæ confirmationem adjungens, seculis* VII *et* VIII, *quorum altero, ut jam docui, dictorum Actorum auctor floruit, San-Dionysianos in Francia monachos positum habuisse in more, ut* S. Dionysium, *si hic forsan in Scriptis, quæ elucubrabant, commemorandus esset,* peculiaris *seu* singularis patroni sui *nomine distinguerent.*

* *Bosquetus* peculiara

*monachusque ibidem, ut vult le Beuf, exstiterit, est*

18 *Verum Actorum auctor, dum loci, cujus* Dionysius *esset patronus, mentionem in priori e duobus jam datis textibus facit, nihil omnino, quo sese illius seu incolam seu inquilinum fuisse, dubium utcumque*

AUCTORE C. B.

*utcumque insinuet, in medium uspiam adducit; etsi autem* peculiaris *seu* singularis patroni *nomine in secundo ex iisdem textibus* Dionysium *distinguat, haudquaquam pronomine possessivo seu* mei *seu* nostri *afficit* Patroni *nomen. Hinc porro jam fit, ut, Actorum auctorem in San-Dionysiano monasterio scripsisse, hujusque seu monachum seu abbatem exstitisse, minime certum atque indubitatum efficiant, quæ allegat in Observationibus suis mox laudatis dominus le Beuf. Verum, etsi id ita habeat, nec uspiam etiam, quod sibi nomen fuerit, Sanctorum nostrorum biographus insinuet, non pauca tamen, e quibus quam fidem mereatur, colligas, lectori suppeditat. Ac primo quidem in Prologo ita loquitur:* Hac ergo consideratione (*divini scilicet adfuturi auxilii*) audaciam nimiæ temeritatis assumens, quæ longo temporis fuerant obumbrata silentio, ipsius Divinitatis auxilio suscepta sunt revelanda; quia, ut habet testimonium veritatis, plus fidelium sunt relatione comperta, quam probentur ad nos lectione transmissa. Unde non sine
B certa æstimatione cognoscitur, quod novitas adhuc credentium populorum, gentilium crudelitate conterrita, formidavit scribere, quod tamen gaudebat, Dei famulos meruisse; cum sine dubio judicentur scripta, quæ fidelium sermo testatur impleta. Credendum enim de his est, et, abstersa dubietatis nube, totis viribus confitendum, eos, qui pro confessione Domini ac Dei nostri digni fuerunt subire martyrium, etiam ampliora tolerare valuisse, quam videtur succedentibus ætatibus relatio, per populos transmissa, recolere.

*auctoris æqualis fidem spectatis iis, quæ ipsemet scribit haud meretur,*

19 *Secundo, paucis dumtaxat adhuc post hæc subministratis verbis, sic scribit:* Qualiter enim cultorem Domini locus, ejus gaudens patrocinio, habere promeruit, quomodo aliorum Sanctorum vinctum illi agnoverimus fuisse consortium, sicut fidelium relatione didicimus, ipsorum juvamine Martyrum, quantum de se scire tribuunt, explicemus; *hisce autem, quæ in duobus huc jam transcriptis textibus continentur, verbis ipsemet fatetur, sese Sanctorum Acta, non e jam scripta Historia, sed e communi, quæ, cum scriberet, obtinebat, fama fideliumve traditione seu relatione commendasse litteris, idque non prius, quam cum longissimum temporis spa-*
C *tium a Sanctorum martyrio jam esset elapsum; ut enimvero, spectatis etiam iis, quæ ipsemet scribit, neutiquam sibi auctoris seu æqualis seu subæqualis auctoritatem fidemve adjungat, maxime cum e supra dictis non citius, quam seculo* VII *senescente aut etiam* VIII *nonnihil inchoato floruerit, seseque proinde ad quatuor ut minimum secula extendat longissimum illud temporis spatium, quod, priusquam manum scribendis Sanctorum Actis admoveret, seculi* III *fine circiter seu ab illorum, quod ex infra dicendis epochæ huic innectendum, martyrio effluxit. Michaël Felibianus in erudita, quam scriptæ a se monasterii Sandionysiani Historiæ præmisit, Dissertatione* § I *paulo post medium contendit, Bosquetianæ Sanctorum nostrorum Passioni potius, quam S. Genovefæ Vitæ, fidem esse adhibendam in iis, quæ ad* S. Dionysium *spectant. Verum cum idcirco potissimum id velit, quod eodem, quo Vita S. Genovefæ fuit contexta, seculo* VI *Bosquetianam Sanctorum Passionem adornatam, existimet, hæcque ejus opinio a vero, ut modo probavi, aliena sit, non est, cur nos hic scriptor ille moretur.*

*nec quidquam ad hanc momenti e Ludovici Pii*

20 *Nec est etiam, cur, id faciat epistola, sub annum* 836, *uti in Commentario, Actis S. Dionysii Areopagitæ prævio, docui, conscripta, qua Ludovicus Pius imperator Hilduino, Sandionysiano tunc abbati, in mandatis dedit, ut, quæcumque sparsim de* S. Dionysio, *Parisiensi antistite, quem cum Areopagita eumdem putabat, in variis seu Græcis seu Latinis documentis memoriæ prodita invenisset, in compendium, nova eum in finem lucubratione adornata, contraheret; etsi enim is princeps documentis illis Passionis Dionysianæ libellum accenseat, anne tamen Bosquetianam* Dionysii *Passionem per hunc intelligat, plane est incertum, et, quamvis secus foret, nihil omnino, quod libelli illius antiquitatem fidemve commendare natum sit, in præfata epistola occurrit, uti apud Surium, qui hanc ad* IX *Octobris diem collectis a sese Sanctorum Actis inseruit, videre licet. Aliqui quidem, quo Dionysianæ per Bosquetum vulgatæ Passionis, quam cum dicto Passionis Dionysianæ libello eadem faciunt, pretium extollant, a Ludovico imperatore sub monumentis antiquis, quæ Hilduinum ex ecclesiæ Parisiacæ archivo depromere jussit, memoratum libel-* E *lum esse comprehensum, affirmant; ast, ut pateat, quam certo a veritate illi in hac sua assertione aberrent, ipsamet verba huc spectantia, quibus, quod dictum, princeps ille in dicta epistola Hilduino præcepit, transcribo.* Idcirco... monere te volumus, ut quicquid de ejus (*Dionysii*) notitia ex Græcorum historiis per interpretationem sumptum, vel quod ex libris, ab eo patrio sermone conscriptis, et authoritatis nostræ jussione ac tuo sagaci studio interpretumque sudore in nostram linguam explicatis, huic negotio inseri fuerit congruum, quodque etiam in Latinis condicibus jam inde habes inventum, adjunctis eis, quæ in libello ejus passionis continentur, nec non et illis, quæ in tomis vel chartis vetustissimis armarii Parisiacæ ecclesiæ, sacræ videlicet sedis suæ, prolatis inveneras, et obtutibus nostræ serenitatis ostenderas,.... in corpus unum redigas.

*ad Hilduinum epistola accedere ostenditur,*

21 *Talia sunt, quæ, ut insinuavi, huc spectant, Ludovici Pii verba; per quæ certe abs hoc Passionis Dionysianæ memoratum libellum neutiquam sub monumentis, quæ is princeps ex ecclesiæ Parisiacæ archivo ad novam de* S. Dionysio *lucubrationem contexendam depromere Hilduinum jussit, fuisse comprehensum, omnino* F *fit perspicuum, uti nemo non fatebitur, qui præfata hucque jam transcripta verba vel perfunctorie expenderit. Sive itaque per Passionis Dionysianæ libellum, in dicta Ludovici Pii epistola memoratum, intelligatur, sive non intelligatur Bosquetiana* Dionysii *Passio, nihil omnino ad hujus pretium epistola illa, quo morari amplius nos hic debeat, adjungit. Dominus le Beuf, sæpius jam laudatus, qui idem, quod jam dixi, de memorato Passionis Dionysianæ libello dictaque, in qua hic forsan recensetur, Ludovici ad Hilduinum epistola sentit, non pauca præterea alia in novis suis in Bosquetiana* Dionysii *Acta Observationibus in medium, quo horum fidem elevet, adducit; verum hac e longissimo temporis spatio, quo auctor a Sanctis rebusque ad hosce spectantibus remotus vixit, infidaque, e qua has litteris mandavit, fama popularive traditione satis superque jam infirmata, ea omnia aut certe præcipua, quæ istum in finem laudatus scriptor allegat, non in prævio hocce Commentario, sed in Annotatis, quæ Actis, huic subdendis, pro more nostro*

A *nostro subnectam, adducturus sum; hæc autem, non prout primum (adi, quæ num.* 1 *dicta sunt) a Francisco Bosqueto, Monspeliensi episcopo, fuere vulgata, sed prout secundo, Michaële Felibiano, Benedictino monacho, curante, emendatius prodiere in lucem, iteratis typis recudere est fixum.*

*ordoque, quo quæ ad Sanctos spectant sint tractanda, exponitur.*

22 *Ut porro tam quæ ante, quam quæ post id, quod facturum me jam dixi, præstiturus adhuc sim, sicque omnem, quo, quæ ad Sanctos nostros spectant, tractaturus sim, modum ac ordinem modo etiam exponam. quæcumque de Sanctis nostris rebusque ad eos spectantibus seu in Actis edendis seu in aliis quibuscumque litterariis monumentis, seculo* VIII, *quo circiter, ut docui, exarata illa sunt, anterioribus, memoriæ prodita inveniuntur, ea omnia in prævio hocce Commentario discutiam, quæ vero in lucubrationibus scriptisve quibuscumque seculo* VII *posterioribus narrata gestaque simul post hoc sunt, ea omnia in duabus, quas Actis edendis subjungam, Appendicibus examinabo; ac in harum priori quidem generatim de iis omnibus, quæ ad Sanctorum nostrorum a seculo* VIII
B *cultum, reliquias, miraculaque spectant, tractabo; in posterio vero examinabo singularem controversiam, qua, an in San-Dionysiano in Francia monasterio* S. Dionysii, *Parisiensis episcopi ac martyris, corpus hodieque asservetur, an contra id, jam inde a seculi* IX *fine furto subreptum atque e Francia in Bavariam ab Arnulpho imperatore translatum, Ratisponense S. Emmerammi in Bavaria monasterium possideat, disceptatum ab eruditis jam dudum fuit modoque adhuc disceptatur. Rem ipsam aggrediamur.*

## § III. Quamnam S. Dionysii Sociorumque ejus in Galliam missioni epocham Bosquetiana Acta assignent, et an, eam amplectendam esse, vel hæc, vel datum Apostolis de fide ubique prædicanda præceptum, vel denique generales quædam Patrum assertiones evincant.

C

*Sanctorum Acta, utpote quæ, prout a Felibiano sunt edita, in hic adductis de Dionysio*

*Antiqua* SS. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *Acta, prout primum a Bosqueto Ecclesiæ Gallicanæ Historiarum part.* 2, *pag.* 68 *et quinque seqq. e quinque Mss. optimæ notæ codicum fide edita fuerunt, num.* 5 *sic habent*: Sanctus igitur Dionysius, qui, ut ferunt, a successoribus Apostolorum Verbi divini semina gentibus eroganda susceperat, . . . . . Parisios, Domino ducente, pervenit; *cum autem per* Apostolorum successores, *a quibus* Dionysium *in Galliam seu Parisios Evangelii annuntiandi causa missum fuisse, verbis hisce traditur, Romani Pontifices, tam qui* III *aut* IV, *quam qui* I *Ecclesiæ seculo floruerunt, possint intelligi, nec alibi, quandonam* Dionysius *in Gallias missus fuerit, præfata Acta disctinctius edoceant, consectarium est, ut, si illorum, quam jam suppeditavi, lectio genuina sit, nullam eorumdem auctor anonymus definitam* S. Dionysii *ac Sociorum ejus in Gallias missioni epocham assignet, utque proinde hanc non magis seculo* I *quam* III *aut* IV *affigat. Verum pro verbis, quæ ex dictis Sanctorum Actis, prout a Bosqueto primum fuere vulgata, jam recitavi, in horum emendatiori, e qua et ego illa, ut jam monui, Commentario huic subjecturus sum, editione, a Michaele Felibiano curata, sequentia isthæc num.* 5 *leguntur*: Igitur sanctus Dionysius, qui, tradente sancto Clemente, Petri Apostoli successore, Verbi divini semina gentibus eroganda susceperat, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illuc intrepidus et calore fidei inflammatus accessit, ac Parisius, Domino ducente, pervenit; *genuinam autem esse hanc lectionem, seu re etiam vera, quod ea significatur, anonymum Actorum auctorem significare voluisse, verosimilius apparet.*

AUCTORE C B.

*in Gallias missione verbis genuina apparent, seculo* I *hanc effigiunt;*

24 *Ea sedet sententia primo quidem, quod in aliquo saltem e quinque Mss. optimæ notæ codicibus, e quibus Acta illa Bosquetus edidit, fuerit etiam eadem lectio ab eruditissimo hoc scriptore reperta, uti ex nota marginali, iis apposita, qua alias*, Qui tradente beato Clemente, E
Petri Apostoli successore, *legi indicat, concludendum videtur; deinde vero, quod in plerisque iisque antiquioribus Actorum illorum exemplaribus, quæ supra sæpissime jam laudatus dominus le Beuf præ oculis habuit, quæque octingentorum aut etiam nongentorum annorum ætatem præferebant, scriptor ille, uti ipsemet in novis suis in Bosquetiana* Dionysii *Acta Observationibus pagg.* 45 *et* 49 *affirmat, pariter invenerit*: Igitur S. Dionysius, qui, tradente S. Clemente, Petri Apostoli successore, Verbi divini semina gentibus eroganda susceperat,..... Parisius, Domino ducente, pervenit. *Adhæc Actorum auctor, priusquam de* S. Dionysii *ad civitatem Parisiensem accessu sermonem instituat, nonnulla de SS. Saturnino et Paulo præfationis in modum præmittens, ambos hosce Sanctos, quorum alter Tolosanam, alter Narbonensem ecclesiam fundavit, ab ipsismet Apostolis consecratos fuisse episcopos, non obscure indicat, ut verborum, quibus utitur, contextum vel utcumque expendenti patescet; id autem cum ita habeat, ac, spectato, quem tenet, narrationis modo, una cum duobus dictis sanctis antistitibus aut certe haud dudum post hosce in Galliam venisse* S. Dionysium, *insinuare videatur,* F
*est sane, cur vel idcirco hujus in amplissimam isthanc Romani imperii provinciam missionem S. Clementi Papæ I, qui Apostolorum ætati proximus fuit, adscripsisse credatur. Omnibus itaque sedulo expensis, antiquorum* Dionysii *Actorum lectio, quam e Felibiani horum editione num.* 23 *exhibui, pro genuina, ut apparet, verosimilius est habenda. Hinc porro jam consequitur, ut Actorum auctor,* S. Dionysium *in Gallias a S. Clemente Papa I ac proin seculo* I, *quo is Ecclesiæ præfuit, missum fuisse, significare verosimilius voluerit, reque etiam ipsa per lectionem illam significarit.*

*verum epocham, quam ita eventui illi assignant, certam facere haud queunt,*

25 *Verum anne eo seu antiquis, quæ scripsit, Actis standum hic certo est? Supra sæpissime laudatus dominus le Beuf in novis suis in antiqua illa* Dionysii *Acta Observationibus non pauca, quæ horum fidem atque auctoritatem plurimum elevant, in medium, ut jam supra monui, adducit, ac tandem concludit, ex omnibus, quæ adstruunt, certum dumtaxat esse, diversa* Dionysium *pro Christo subiisse supplicia, capiteque tandem fuisse truncatum. Launoyus, etsi quidem nihil, ob quod merito*

AUCTORE C. B.

*merito Acta illa magnopere carpenda videantur, alleget, ea tamen nullo habet in pretio. Verum quocumque demum loco sive apud duos illos scriptores sive apud alios quoscumque fuerint, satis superque, quæ supra de eorum ætate disserui, ostendunt, tuto ex iis tempus, quo* Dionysius *in Gallias venerit, determinari non posse. Cum enim (adi § 1) non prius, quam vel seculo* VII *senescente vel* VIII, *nonnihil forte etiam provecto, fuerint conscripta, certeque non serius, quam seculo tertio ad finem jam inclinante* Dionysius *martyrii palmam, uti ex infra dicendis patescet, fuerit adeptus, Actorum auctor a tempore, quo id ac proin Sancti nostri in Gallias missio evenit, quatuor ut minimum, imo vero, si hæc, uti is vult, Clementi I Papæ adscribenda sit, sex amplius seculis vixit remotus. Quod cum ita sit, longius certe ab eventu illo abfuit, quam ut epocham, quam ei e populari tantum (neque enim, uti e supra dictis liquet, in rem suam quid aliud adducit) relatione, infidaque adeo fama assignat, certam atque indubitatam sola sua auctoritate queat efficere, locum scilicet hic obtinente, quod ab eruditis omnibus magni fit, Baroniano isthoc*

B *effato :* Quod a recentiori auctore de rebus antiquis sine alicujus vetustioris auctoritate profertur, contemnitur. *Utcumque itaque verosimilius, imo prope etiam certum appareat, ab anonymo Actorum auctore scribi,* Dionysium *sociosque ejus* Rusticum *et* Eleutherium *a Clemente I in Gallias missos fuisse, anne tamen id a Pontifice illo, seu* 1, *quo hic floruit, seculo re etiam vera fuerit factum, dubium adhuc atque incertum admodum manere, est necesse.*

*nec eam, vel datum Apostolis de Evangelio ubique annuntiando præceptum,*

26 *At vero, inquies, Christus Dominus (Marcum cap.* 16, ℣. 15 *videsis) Apostolis, ut euntes per mundum universum omni creaturæ Evangelium prædicarent, injunxit, iique, ut divino suo Magistro obtemperarent. Evangelii quaquaversum diffundendi ergo non tantum gentes, Romano imperio subjectas, verum etiam Scythas, Parthos, Indos, Æthiopes aliasque nationes barbaras adierunt. Fateor, sic habet; atque hinc quidem, Apostolos, maxime si, ut Eusebius lib.* 3 *Demonstrat. Evang. cap.* 5 *observat, Oceanum prætervecti ipsis quoque Britannicis insulis fidei lumen intulerint, in Gallia pariter,*

C *per quam ad hasce iter est, Evangelii lucem vel per se vel saltem per discipulos suos sparsisse, vero simile evadit. Verum quid tum? Sit ita; imo vero, divinam Providentiam, quæ Evangelii semen per orbem universum disseminari voluit, minime fuisse permissura, ut id statim in Galliis, Italiæ, quam Petrus et Paulus adierunt, vicinis facileque adeo per hosce lustrari valentibus, haud spargeretur firmissime etiam credatur, atque vel hinc, ad Gallos, S. Petro Apostolo, cui Occidentis cura peculiariter incumbebat, potissimum curante, fidei Christianæ lumen fuisse jam inde a seculo* 1 *allatum, pro certo præterea habeatur, hincne merito poterit inferri, jam tum quoque* Dionysium *ejusque socios* Rusticum *et* Eleutherium *in Gallias, ut Parisienses fidei lumine illustraret, a Clemente I Papa missos fuisse? Neutiquam sane, nisi forsan, seculo* 1 *Parisiis non tantum fidem prædicatam, verum etiam, hac suscepta, ecclesiam (neque enim ibidem prædicavit solum, sed et ecclesiam, instituto etiam episcopatu, fundavit* Dionysius) *fundatam proprioque episcopo donatam fuisse possit probari. Id illi, qui Sanctorum nostrorum in Gallias missionem seculo* 1 *innectendam contendunt, haud difficulter agnoscunt, hincque multas alias Galliarum ecclesias, quæ, non secus ac Parisiensis ecclesia, sese jam inde a seculo* 1 *fuisse fundatas propriosque, a quibus regerentur, episcopos habuisse, gloriantur, re etiam vera jam tum fundatas atque a propriis, quos habuerint, episcopis rectas fuisse, probare nituntur.* D

*vel generales Justini, Irenæi et Tertulliani, quæ hic recitatis*

27 *Ac id quidem ut effectum dent, generales quasdam S. Justini, S. Irenæi et Tertulliani assertiones, e quibus jam inde a seculo* 2 *ac* III *fidem in Galliis susceptam ecclesiasque, episcopales etiam, seu quæ a propriis suis regerentur episcopis, fundatas fuisse, contendunt, in opinioni suæ præsidium adducunt; verum præterquam quod, dato etiam, in Galliis plures jam tum exstitisse ecclesias, consectarium inde ex infra dicendis nondum sit, ut id etiam ibidem jam inde a seculo* 1 *obtinuerit locum, generales illæ, quas afferunt, assertiones, si maturius expendantur, neutiquam tot, quot volunt, ecclesias, quæ proprios haberent episcopos, sec.* 2 *et* III *in Galliis exstitisse, evincunt. Ut id probatum dem, verba omnia, quibus singulæ apud tres scriptores laudatos conceptæ inveniuntur, seu quid quisque horum, quod huc spectat, suppeditet, in antecessum huc transcribo. Prior, seu S. Justinus, qui sub seculum*

2 *medium scripsit, Tryphoni Judæo, ne tum quidem gentem Judaïcam ab Oriente sole ad Occidentem usque esse dispersam, in Dialogo opponens, sic habet :* Sunt gentes quædam, ubi nondum vestri corporis quisquam habitarit. Atqui ne unum quidem genus est mortalium, sive barbarorum, sive Græcorum, sive aliorum omnino, quocumque appellentur nomine, inter quos per nomen crucifixi Jesu supplicationes et gratiarum actiones Patri et Fabricatori omnium non fiant. *Secundus seu S. Irenæus in Opere, quod adversus hæreses anno circiter, ut nonnullis videtur,* 180 *conscripsit, lib.* 1, *cap.* 3 *sic scribit :* Et in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eamdem est : et neque hæ, quæ in Germaniis fundatæ sunt, ecclesiæ aliter credunt aut aliter tradunt; neque hæ, quæ in Iberis, neque hæ, quæ in Celtis, neque hæ, quæ in Oriente, neque hæ, quæ in Ægypto, neque hæ, quæ in Lybia, neque hæ, quæ in medio mundi sunt constitutæ. E

*verbis concipiuntur, assertiones quadam, utpote qua*

28 *Tertius seu Tertullianus, qui seculo tertio inchoato floruit, in libro adversus Judæos cap.* 7 *ita memorat :* Getulorum varietates, et Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini et Galliarum diversæ nationes, et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita *etc. Atque hæ sunt generales, quas, qui* Dionysii *missionem Clementis I Papæ pontificatui seu seculo* 1 *innectunt, in rem suam allegant, Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones; ast quo harum prima seu Justini vera sit, ne quidem requiritur, ut jam tum, cum is Sanctus scriberet, seu sub seculum* 2 *medium ecclesiæ parœciales, seu quæ, non ab episcopis, sed ab inferioris dumtaxat ordinis sacerdotibus regerentur, apud omnes omnino, quas memorat, nationes fuerint fundatæ; sufficit enim, si tum vel aliqui, qui Deo Patri per crucifixi Jesu nomen supplicarint seu in Deum Filiumque ejus unicum Jesum Christum crediderint, fuerint in illarum singulis inventi. Id cuique, qui recitata Justini verba, utpote quæ, ut philosophi loquuntur, de generibus singulorum possint, necessarioque adeo de singulis generum haud debeant exponi, attente expenderit, fiet perspicuum; ut enimvero nequeat vel utcumque ex hisce seu ex supra data generali Justini assertione inferri, in Galliis jam tum, cum is Sanctus* F

A *ctus floreret, seu sub seculum* 2 *medium ecclesias non paucas, quæ proprios haberent episcopos, fuisse fundatas. Atque hæc hactenus de Justino; ad S. Irenæum jam venio. Is quidem, dum lib.* 1 *contra hæreses cap.* 3, *veram fidem ex una eademque doctrina, quam variæ per orbem universum constitutæ ecclesiæ seu fidelium congregationes profitebantur, probari affirmat, ecclesias jam tum, cum scriberet, seu seculo* 2 *vergente ad finem, in Celtis seu apud Celtas (adi ejus supra huc transcripta verba) exstitisse, seu, quod eodem recidit, Celtarum regionem ecclesias sinu suo fuisse complexam, aperte insinuat.*

*in Sensu particulari, seu uti hic nominatim tam*

29 *Verum sitne sibi de episcopalibus, an de parœcialibus tantum, quæ tum apud Celtas fuerint, ecclesiis sermo, ne minimo quidem verbo prodit; quod cum ita sit, quo generalis seu potius indefinita, qua, quod dixi, insinuat, assertio vera sit, ne quidem itidem requiritur, ut vel multæ apud Celtas ecclesiæ parœciales, seu quæ non ab episcopis, sed ab inferioris dumtaxat ordinis sacerdotibus gubernarentur, tum exstiterint. Id enim ut obtineatur, sufficit, si vel duæ aut tres dumtaxat hujusmodi ecclesiæ, utut*

B *nec magno christicolarum numero singulæ constitissent, ibidem seu in Gallia Celtica fuerint eo tempore jam constitutæ. Res vel e solis Irenæi verbis attente consideratis manifesta evadet. Reponunt quidem, per Celtas, ab Irenæo memoratos, esse intelligendos, non tantum incolas Galliæ, quæ a Cæsare* Celtica *appellatur, quæque ultra Lugdunensem et Narbonensem Galliam haud multum umquam fuit extensa, verum etiam Gallos universim omnes, ac proin etiam illos, qui Aquitaniam et Belgicam incolebant. Ita autumani, quod, cum S. Irenæus natione fuerit Græcus, Græceque etiam scripserit, vocabulum* Celta, *ut dubitandum non apparet, in significatione, quam apud Græcos seu in horum lingua habet, usurparit; Græci autem Gallos universim omnes ac proin tam qui Galliam Aquitanicam et Belgicam, quam qui Lugdunensem et Narbonensem incolerent,* Celtarum *nomine distinguere soluerint, ut apud Strabonem lib.* 4 *Geographiæ, et Appianum lib.* 4 *de bello civili est videre. At vero, sit et hoc, ut volunt; Gallique adeo universim omnes, non minus videlicet Belgæ et Aqui-*

C *tani, quam Lugdunenses et Narbonenses, apud Irenæum* Celtarum *nomine, apud quos is, cum suum adversus hæreses exararet Opus, ecclesias constitutas fuisse indicat, citra omnem controversiam venerint, hinc tamen, quo vera memorasse sanctus ille scriptor credatur, necessarium nondum erit, ut jam tum multæ parœciales ecclesiæ in Gallia tam Aquitanica et Belgica, quam in Lugdunensi et Narbonensi, seu in omnibus et singulis quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam est partitus, provinciis exstiterint.*

*quantum ad S. Irenæi, qui ex Eusebio*

30 *Fac enim, Irenæum in suo adversus hæreses Opere prodidisse memoriæ, ecclesias, cum id exararet, non apud Celtas seu in Celtica, sed apud Gallos seu in Gallia, sub quo certe nomine Celticæ seu Gallicæ provinciæ omnes comprehenduntur, exstitisse, a vero ita illum aberrasse, quis dicat, si, cum id scriberet, vel duæ dumtaxat aut tres in Gallia seu Narbonensi seu Lugdunensi, quæ duæ Galliæ provinciæ minus, quam Aquitanica et Belgica, ab Italia sunt remotæ, ecclesiæ parœciales, seu quæ ab inferioris dumtaxat ordinis sacerdotibus regerentur, exstiterint? Nemo sane, quantum opinor, nisi qui simul, contra ac ratio dictat, arbitretur, pariter dici, veritate salva, non posse, fidei lumen seculo* 1 *in Gallias fuisse illatum, si in unam dumtaxat aut alteram Galliarum civitatem provinciamve id inferri tum contigerit. Etsi itaque opinioni, quæ, jam inde a seculo* 2 *multas, quas proprii episcopi regerent, ecclesias in Galliis seu in harum quatuor supra memoratis provinciis exstitisse, statuit, suffragari primo intuitu supra huc transcripta Irenæi verba videantur, in rigore tamen seu in significatione, quam nude secundum se spectata important, ne quidem jam tum multas, quibus etiam inferioris dumtaxat ordinis sacerdotes præessent, ecclesias in provinciis illis omnibus et singulis exstitisse evincunt. At vero, inquies, Eusebius de controversia, quæ inter Victorem Papam et Asiaticos efferbuit, Hist. Ecclesiasticæ lib.* 5, *cap.* 23 *sermonem instituens, haud paucas parœciales saltem, quibus S. Irenæus præfuerit, ecclesias in Galliis exstitisse, utcumque insinuare videtur.*

AUCTORE C. B.

*multis quidem parœcialibus*

31 *Ibidem enim epistolis, quas, ne alio umquam, quam Dominico die, mysterium Resurrectionis Domini celebraretur, synodi episcoporum* E *atque ecclesiæ diversæ, condito ea de re decreto, ad universos Christi fideles scripserunt, epistolam ecclesiarum seu* parœciarum Galliæ, quas Irenæus administrabat, *accenset, Græca hæc usurpans verba:* Τῶν κατὰ Γαλλίαν... παροικιῶν, ἃς εἴρηταί ος ἐπεσκόπει * *ita autem, ut videri non immerito potest, ecclesias, parœciales saltem, quibus S. Irenæus in Galliis præfuerit, haud paucas numero fuisse, utcumque insinuat. Etsi itaque, quo veritati consonet num.* 27 *huc transcriptus Irenæi textus, ne quidem e jam dictis requiratur, ut sancti hujus Lugdunensis episcopi ætate ecclesiæ parœciales non paucæ in Galliis exstiterint, multas tamen re vera ibidem, ac præcipue quidem in Narbonensi et Lugdunensi provinciis, Italiæ vicinioribus, ecclesias hujusmodi exstitisse, ex Eusebio concludendum apparet. Fateor, sic habet; neque enim Irenæum uni dumtaxat aut alteri parœciali ecclesiæ in Galliis præfuisse, verosimile apparet. Verum quid tum? Hincne forsan etiam inferas, tum pariter, quod qui Dionysium seculo* 1 *missum contendunt, potissimum probare deberent, non paucas ecclesias episcopales, seu propriis suis episcopis donatas, quibus Irenæus* F *præesset, in Gallia exstitisse, illasque adeo hunc per ecclesias, quas in Christum ibidem ætate sua credidisse, supra huc transcriptis verbis indicat, intellexisse?*

*at non item episcopalibus*

32 *Verum, quo minus istud credatur, ipsemet proxime jam laudatus obstat Eusebius. Etsi enim vocabulum Græcum* παροικία, *quod in textu jam nunc dato adhibet, pro diœcesi seu tractu ampliori, qui ab episcopo in spiritualibus gubernatur, subinde usurpetur, id tamen ibidem non in hac significatione, sed in altera, qua etiam pro tractu minus amplo, inferioris ordinis sacerdoti subjecto, a scriptoribus antiquis adhibitum invenitur, a scriptore illo videtur, usurpari. Ea sedet sententia, quod hic locis aliis ea suppeditet, e quibus, Irenæi ætate haud multos episcopos ac proin nec tractus, qui ab hisce gubernarentur, in Galliis exstitisse, haud immerito colligas. Quotiescumque enim de rebus in Gallia tum gestis, ac de ecclesiarum ibidem seu fundatione seu facta per gentiles vexatione sermonem instituit, solius semper Lugdunensis episcopi,*

AUCTORE C. B.

*scopi, nuspiam alterius, mentionem facit. Adhæc, dum controversiam de tempore, quo Pascha celebrari deberet, inter Victorem Papam et Asiaticos exortam, loco supra cit. exponit, Irenæum, quasi solum, qui Galliarum ecclesias episcopali jure tum moderaretur, duobus locis diversis exhibet; altero quidem, dum iis, qui Victorem Papam, Asiaticas ecclesias a sua communione abscindere meditantem, litteris objurgarunt, sanctum illum Lugdunensem episcopum accenset, eumdemque, quibus præerat, fratrum in Gallia commorantium nomine id fecisse, Hist. Ecclesiasticæ lib. 5 supra cit., cap. 24 scribit; altero vero, dum Galliarum ecclesiis, quæ, ne alio umquam die, quam Dominico, Pascha celebraretur, universos Christi fideles, scriptis ad hosce litteris, monuerant, Irenæum, nulla prorsus alterius episcopi mentione facta, præfuisse, eodem dictæ Historiæ lib. 5, cap. 23 tradit. Locus prior ita fere habet* : Irenæus ex persona fratrum, in Gallia commorantium, quibus præerat, ad eumdem, *Victorem scilicet Papam*, scripsit : *quibus verbis, Irenæum fratribus, in Gallia degentibus, præfuisse, seu hosce moderatum esse, di-*
B *sertissime sane traditur.*

ecclesiis

33 *Ac iis quidem episcopali dumtaxat, ut jam innui, jure, non autem metropolitico aut etiam exarchico patriarchicove, præfuisse videtur. Eam enim hierarchiæ formam, quæ et episcopos metropolitanis et metropolitanos exarchis subjiceret, jam inde ab Irenæi ætate seu seculo 2 in Galliarum ecclesias introductam fuisse, a nullo uspiam probatum invenio. Adhæc antiqui, qualis est Eusebius, scriptores, non episcopos, sed plebem Christianam per eos, quos* fratres *appellant, designare solent. Quæ cum ita sint, certe Irenæum, quasi solum, qui, exorta, quam dixi, controversia, Galliarum ecclesias, et quidem episcopali dumtaxat jure, moderaretur, priori e duobus jam dictis locis exhibere Eusebius videtur. Id autem posteriori luculentius adhuc, ni fallar, facit. Ibi enim, dum varias, Romanam videlicet, Palæstinam, Ponticam, Osrhoënam et Corinthiacam, synodos, adversus Asiaticos, luna decima quarta Pascha celebrandum contendentes, coactas, recenset, eas omnes, una dumtaxat, quæ forsan nec episcoporum fuerit, Osrhoëna excepta*, episcoporum synodos,
C *et quæ in hisce definita sunt*, episcoporum, *non omissis etiam horum, qui synodis interfuerunt, nominibus*, decreta *diserte appellat; ubi vero de decreto, quod de eadem controversia Galliarum ecclesiæ condiderunt, conditumque cum universis fidelibus, datis ad hosce litteris, communicarunt, sermonem instituit, id, non episcoporum, sed* ecclesiarum *seu potius (Græcus enim Eusebii textus habet* Τῶν κατὰ Γαλλίαν παροικιῶν*)* parœciarum Galliæ decretum *appellat.*

præfuisse

34 *Jam vero, cum res ita habeat, Eusebiusque illud ecclesiarum seu parœciarum Galliæ decretum, si a pluribus episcopis conditum fuisset* decreti episcoporum *nomine non minus, quam alia, quæ memorat, decreta, ab episcopis in synodo congregatis edita, distincturus fuisse videatur, nec tamen distinguat, decretum illud non a pluribus Galliarum episcopis, sed tantummodo ab ecclesiis, quas Irenæus episcopali jure moderabatur, conditum verosimillime fuerit. Hic porro haud immerito nunc inferas, tum præter Irenæum vel nullos, vel certe dumtaxat, paucos admodum episcopos in Galliis exstitisse.*

*Opponi quidem hic potest, qui a Labbeo aliisque* D *Conciliorum editoribus laudatur, libellus synodicus, a Joanne Pappo Argentorati anno* 1601 *primum vulgatus, in quo tredecim episcopi habitæ ab Irenæo de tempore, quo celebrandum esset Pascha, Lugdunensi synodo interfuisse asseruntur; verum ille vel nullam vel certe exiguam tantummodo fidem hac in re meretur, utpote seculo demum* IX, *ac proin pluribus ab ea gesta seculis ab auctore ignoto scriptus. Quod cum ita sit, nosque adeo hic monumentum illud morari non debeat, consectarium ex omnibus jam dictis fit, ut, si Eusebio stare velimus, Irenæi sane ætate haud multi in Galliis episcopi ac proin nec ecclesiæ episcopales, quæ ab hisce gubernarentur, exstiterint. At vero, inquies præterea, quid si Eusebius duobus locis supra citatis solius S. Irenæi, nec aliarum, quam quas hic, exorta, quæ dicta est, controversia, episcopali jure in Galliis moderabatur, ecclesiarum meminerit, non quod tum præter Irenæum et ecclesias illas nec alii multi episcopi, nec aliæ multæ ecclesiæ episcopales in Galliis fuerint, sed quod solus S. Irenæus, reliquis silentibus Galliarum episcopis, præfatæ controversiæ sese immiscuerit?* E

videtur,

35 *Certe non est, cur Eusebius, dum altero e duobus supra citt. locis de fratribus seu Christi fidelibus, altero de ecclesiis, Irenæo in Gallia subjectis, sermonem facit, de omnibus omnino Christi fidelibus ecclesiisque, in Gallia exstantibus, intelligatur. Nec est adeo etiam, cur, salva eorum, quæ scribit, veritate, et fideles alii, et ecclesiæ item aliæ, quam quibus Irenæus præesset, in Gallia nequeant tum fuisse. Fateor, sic habet: verum præterquam quod aliarum equidem, Irenæo non subjectarum, quæ tum in Galliis fuerint, ecclesiarum mentionem Eusebius haud uspiam faciat, parum admodum verosimile apparet, futurum fuisse, ut e Galliarum episcopis, si tum hi numero haud pauci fuissent, solus Irenæus præfatæ controversiæ, sese immiscuisset; hæc autem cum ita sint, sane ex iis, quæ Eusebius suppeditat, haud multos episcopos ac proin nec multas episcopales ecclesias, seu tractus, qui ab episcopis gubernarentur, in Galliis Irenæi ætate seu seculo 2 senescente fuisse concludendum apparet. Verum demus etiam, Irenæi ætate aliquot saltem adhuc præter Irenæum episcopos ac proin et aliquot etiam episcopales ecclesias in Gallia* F *Lugdunensi, in qua is episcopum agebat, exstitisse, hasque adeo Eusebium per parœcias, quibus Irenæum in Galliis præfuisse scribit, intellexisse, nondum hinc consequens erit, ut aliquot adhuc alii episcopi ac proin et tractus, quibus episcopi præessent, ni reliquis pariter Galliarum provinciis, Narbonensi videlicet, Aquitanica et Belgica, tum exstiterint, nedum ut id Irenæus per verba supra huc transcripta significatum voluerit.*

quam quantum ad Tertulliani,

36 *At vero, inquies*, diversas Galliarum nationes *ætate sua in Christus credidisse, Tertullianus equidem verbis, supra huc transcriptis, memoriæ prodit; hinc autem (neque enim hæc alias veritati videntur futura consona) scriptoris illius ætate non tantum Galliæ Lugdunensis, sed et Aquitanicæ, Belgicæ ac Narbonensis nationes seu populos in Christum credidisse, fuisseque adeo aliquot saltem in omnibus et singulis illis quatuor Galliarum provinciis ecclesias episcopales, episcoposque, qui hisce præessent, statuendum apparet. Jam vero, cum res ita habeat, annisque dumtaxat triginta circiter Tertullianum*

A *num Irenæus sit prægressus, quid ni hujus pariter ætate aliquot etiam, utut pauciores, quam cum postea Tertullianus floruit, episcopales ecclesias episcoposque, qui hisce præessent, in omnibus et singulis dictis quatuor Galliarum provinciis exstitisse, credamus? Ita, qui id tum ibidem obtinuisse locum atque ab Irenæo supra huc transcriptis verbis memoriæ prodi, contendunt, possunt arguere. Verum quid si ne Tertulliani quidem ætate tot, quot volunt, ecclesiæ episcopales in omnibus et singulis dictis quatuor Galliarum provinciis exstiterint?* Diversas *quidem* Galliarum nationes, *unde tantam ibi ecclesiarum episcopalium pro tempore illo multitudinem inferas, ætate sua in Christum credidisse, scriptor ille loco supra cit. tradit; verum quid si per* Gallias, *de quarum nationibus diversis sermonem ibidem facit, non tantum Gallias, quæ trans Alpes, sed et quæ cis Alpes sitæ essent, intellexerit? Sane re ipsa illum* Galliarum *nomine tam Galliam Cisalpinam, quam Transalpinam loco cit. designasse, vel ex eo apparet, quod in longissima, quam ibidem facit, diversarum orbis partium, Christo ætate sua subjectarum enumeratione ne minime quidem verbo earum, quas*

B *Cisalpina Gallia complectebatur, expresse meminerit.*

*quem in textu adducto*

37 *Has quidem a Tertulliano* Galliarum *nomine intelligi non posse, nonnulli contendunt, quod, ut Strabo, Mela et Plinius docent, Augustus, Italiam Solidam in regiones undecim partitus, Gallias in quatuor provincias, Narbonensem scilicet, Lugdunensem, Belgicam et Aquitanicam, diu ante Tertulliani ætatem secuerit, sicque, ut Petrus de Marca in sua supra laudata ad Hadrianum Valesium epistola vult, nova illa provinciarum Romani imperii divisione ab Italia, cujus antea partes aliquot Galliæ Cisalpinæ nomine venerant,* Galliarum *nomen, hisce objectu Alpium terminatis, amoverit. Verum Augustus, novam provinciarum Romani imperii divisionem instituens, neutiquam ex harum numero Cisalpinam Transalpinamque Galliam sustulit, seu, quod eadem recidit, non effecit, ut aut hæc aut illa* Gallia *amplius haud nominaretur. Evincunt id varii scriptores antiqui, qui, quamquam post Augustum floruerint, Italiæ tamen partes, quæ* Gallia

C Cisalpina *seu* citerior *appellatæ ante Augustum fuerant, appellare vel hoc vel certe* Galliæ *nomine adhuc perrexere, earum etiam incolis nomina, ab appellatione illa derivata, indentes. Ac principem quidem illos inter locum tenent in Geographia Strabo et in Libello de Divisione Italiæ Caius Sempronius, Sola, quæ a posteriore hoc scriptore duobus diversis locis suppeditantur, hucque potissimum spectant, verba, quod suppeditatis a Strabone verbis clariora sint, huc transcribo. Priora sequentia hæc sunt:* Cisappenninam Italiam flumina dividunt, et itidem Transappenninam. Padus amnis Galliam Cisalpinam primo discrevit; Cispadanam omnem missis coloniis tenuere Thusci; *posteriora vero isthæc:* Senonum Gallia togata dicitur ab iis, qui, duce Arunte, primi in Italiam transcenderunt Alpes, a quibus sensim pulsi Hetrusci a Cispadana et Transpadana regione, quæ nunc Galliæ nomen habet.

38 *Duobus porro scriptoribus jam laudatis accedunt Ptolomæus et Æthicus, quorum prior lib.* 2 *Geographiæ cap.* 7 *sic habet;* Gallia To-



gata ipsis subjacet montibus Ravennam usque perducta; *posterior vero, quem circa Constantini ætatem vixisse volunt, Oceani Occidentalis provincias in Cosmographia recensens, nominat* Galliam Belgicam, Brachatam, Comatam, Togatam, Cisalpinam, Transalpinam. *Hisce adde plures præterea alios, qui pariter, quamvis post Augustum floruerint,* Citerioris *tamen seu* Cisalpinæ Galliæ *nomen (adi in Epistolæ proxime laudatæ Dispunctione cap.* 3 *Launoyum) Italiæ regionibus, ita olim, cum Gallia Transalpina in Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam et Aquitanicam ab Augusto divisa nondum fuisset, certo appellari solitis, imponere adhuc pergunt. Re itaque penitius inspecta, nihil omnino obstat, quo minus Tertullianus id etiam fecisse, perque Gallias adeo, quarum* nationes diversas *ætate sua in Christum credidisse insinuat, tam Galliam Cisalpinam seu Citeriorem, quam Transalpinam seu Ulteriorem intellexisse dicatur. Jam vero, cum res ita habeat, Galliaque Cisalpina seu Citerior plures nationes fuerit complexa, sane is scriptor, si vel hæ solæ una cum iis, quæ Galliæ Transalpinæ partem,* Lugdunensis *nomine distinctam, incolebant, in Christum seculo* III *ineunte crediderint, ecclesiasque ac episcopos, hisce præpositos, habuerint, neutiquam a vero, dum* diversas Galliarum nationes *ætate sua in Christum credidisse scribit, aberrare erit dicendus.*

AUCTORE C. B. *vel de Gallia Cisalpina simul et Transalpina,*

E

39 *Nec aliud recte asseruerit, etsi etiam per Gallias, quarum diversas nationes ætate sua in Christum credidisse ait, fuisse dumtaxat a scriptore illo* Galliam Transalpinam *intellectam, tantisper daremus. Res e jam nunc dicendis patescet. Fuit quidem, ut jam dictum, diu ante Tertulliani ætatem Gallia Transalpina in quatuor provincias, sæpius jam nominatas, ab Augusto divisa; verum, etsi id ita sit, haud quaquam tamen, quo, diversas Galliarum nationes in Christum ætate sua seu seculo* 3 *ineunte credidisse, Tertullianus, veritate salva, scribere potuerit, necessario requiritur, ut jam tum omnes et singulæ quatuor illæ provinciæ in Christum crediderint, fundatasque apud sese aliquot saltem, quæ a propriis suis episcopis regerentur, ecclesias habuerint. Quid si enim, hoc, quod dixi, dato, Tertullianus per diversas, quas in Christum ætate sua credidisse memoriæ prodit, Galliarum* F *nationes, non omnium et singularum illarum quatuor provinciarum, sed duarum ex hisce aut etiam unius dumtaxat nationes intellexerit? Id enimvero, cum non tantum in quatuor illis provinciis simul sumptis, sed et in harum singulis nationes seu populi diversi, uti apud Baudrandum in vocabulo* Gallia *aliosque geographos videre licet, tum exstiterint, adstrui etiam haud prorsus inepte potest; quod si autem, ut potest, ita etiam reipsa adstruatur, supra, huc transcripta verba, quibus, diversas Galliarum nationes ætate sua in Christum credidisse, Tertullianus prodit, veritati fuerint consona, si vel duarum dumtaxat e quatuor provinciis, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, nationes, fundatis apud sese aliquot saltem, quibus episcopi præfuerint, ecclesiis, in Christum tum crediderint. Imo vero, cum* natio *idem, quod* populus, *apud Tertullianum loco cit. significare etiam queat, fieri potest, ut, diversos Galliarum populos ætate sua in Christum credidisse, supra huc transcriptis verbis dumtaxat velit; it*

*vel non de omnibus hujus nationibus locutum, haud inepte dixeris,*

AUCTORE C. B.

*autem cum sic habeat, nec veritati dissona eadem verba erunt dicenda, si e quatuor dictis Galliæ Transalpinæ provinciis vel una, v. g. Lugdunensis, sinu suo diversas complexa fuerit civitates, quarum incolæ seu populi, ecclesiis apud sese, quibus episcopi præfuerint, fundatis, in Christum seculo tertio ineunte seu Tertulliano florente crediderint.*

*assertionem probatur, in sensu adomnes Gallias haud extenso queant,*

40 *Sive itaque sola Gallia Transalpina, sive hæc simul et Gallia Cisalpina per Gallias, quarum nationes diversas in Christum ætate sua credidisse, is scriptor affirmat, intelligatur, haud quaquam tamen ad verborum, quibus id facit, veritatem requiritur, ut omnium et singularum quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, provinciarum incolæ seu nationes, in Christum fundatis etiam apud sese episcopalibus ecclesiis, tum crediderint. Res ex iis, quæ quatuor numm. proxime prægressis jam disserui, manifesta apparet. Jam vero, cum hæc ita habeant, incassum sane, qui illud jam inde ab*
B *Irenæi ætate ibidem obtinuisse locum, ex ipsismet Sancti istius verbis supra datis contendunt, Tertullianum in hujus suæ opinionis præsidium adducunt. Tam Tertulliani scilicet, quam Irenæi supra huc transcripta verba apte omnino, uti e jam dictis liquet, in sensu haud generali queunt exponi, seu, ut distinctius loquar, in sensu, qui sese non ad omnes et singulas, sed ad aliquas dumtaxat et ne quidem numero admodum multas Galliarum seu nationes seu provincias regionesve extendat. Tertullianus non ait* omnes, *sed tantummodo* diversas Galliarum nationes *ætate sua Christo fuisse subjectas; ita autem, si hoc de omnibus Galliarum nationibus seu de omnibus et singulis provinciis, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, asserere voluisset, locuturus fuisse non videtur. Quod autem ad Irenæum spectat, hic dumtaxat innuit, ecclesias ætate sua apud Celtas exstitisse, seu, quod eodem recidit, Celtarum regionem ecclesias sinu suo fuisse complexam; cum autem, si vel paucæ tum exstiterint in Celtarum regione seu Galliis ecclesiæ, indefinita illa Irenæi assertio veritati certo sit consona, hunc pariter non fuisse aliter locuturum, quis autumet, si tum apud Celtas omnes seu in omnibus et singulis quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, provinciis*
C *exstitisse ecclesias, significare voluisset? Omnibus itaque sedulo jam expensis, tot enimvero, quot, qui* Dionysii *missionem seculo* I *illigant, contendunt, ecclesias jam inde a secundo et tertio seculo in Galliis fuisse, minime etiam evincunt Irenæi et Tertulliani (de ea, quam Justinus suppeditat, num.* 28 *videsis) generales seu potius indefinitæ assertiones.*

*ac proin, ut cum S. Saturnini Actorum antiquo*

41 *Hæ quippe tantam ecclesiarum, quæ ibidem tum exstiterint, multitudinem ad sui veritatem, uti e jam disputatis liquet, haud exigunt, hincque, salva illarum veritate, de ecclesiis tantummodo aliquibus, et quidem nec numero admodum multis, quæ tum in aliquot Galliarum locis, Italiæ verosimillime vicinioribus, fuerint fundatæ, possunt intelligi seu exponi. Imo vero hunc in modum non tantum possunt, sed etiam, ut ad id, quod huc pariter spectat, jam veniam, necessario debent exponi. Quo id probatum dem, duo primum, quibus supra relatæ ac discussæ Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones in speciem adversantur, testimonia antiqua eo ordine, quo fuisse data autumo, juverit huc transcripsisse. Ruinartius in Actis martyrum sinceris et selectis edit. Parisiensis anni* 1689 *pag.* 109 *et quatuor seqq. recenset antiqua S. Saturnini, Tolosani episcopi, Acta; horum autem auctor anonymus, qui, ut mox docebo, non serius, quam sub seculi* IV *initium floruit, primum huc spectans testimonium subministrat, sequentibus hisce verbis conceptum:* Postquam sensim et gradatim in omnem terram Euangeliorum sonus exivit, parique progressu *(alii, sed utraque lectio eodem recidit,* lentoque progressu *legunt)* in regionibus nostris *(Galliarum scilicet provinciis)* Apostolorum prædicatio coruscavit, cum raræ in aliquibus civitatibus ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgerent, sed nihilominus creba miserabili errore gentilium nidoribus fœtidis in omnibus locis templa fumarent, ante annos L, sicut Actis publicis *, id est, Decio et Grato consulibus *(ita annus Christi* 250 *designatur)* sicut fideli recordatione retinetur; primum et summum Christi Tolosa civitas sanctum Saturnium habere cœperat sacerdotem.

* *forte supplendum* continetur.

E

*qui, ut Ruinartius statuit,*

42 *Secundum, quod jam discussis Justini, Irenæi et Tertulliani dictis in speciem adversatur, testimonium suppeditant septem Galliarum seculo* VI *episcopi, in epistola, ad S. Radegundem reginam scripta, sequentem in modum apud Gregorium Turonensem lib.* 9 *Hist. Francorum, cap.* 39 *loquentes;* Itaque cum ipso Catholicæ religionis exortu *(ita hic, ne alioquin Ruinartii in sua in hunc Gregorii textum not. mirationi locus relinquatur, Constantini Magni, ni fallor, ætas seu potius tempus hac haud multo posterius, quo religio Christiana, quaquaversum jam diffusa,* Catholica *seu* Universalis *appellari potissimum cœpit, designatur)* cœpissent Gallicanis in finibus venerandæ fidei *(jam dudum scilicet antea annunciatæ ac ab aliquibus susceptæ)* primordia *(a tyrannorum persecutionibus)* respirare, et adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia pervenissent Trinitatis Dominicæ Sacramenta, ne quid minus hic adquireret, quam in orbis circulo prædicantibus Apostolis obtineret, B. Martinum peregrina de stirpe ad inluminationem patriæ dignatus est *(Deus)* dirigere, misericordia consulente. *Laudata epistola, in qua hæc verba leguntur, anno* 570, *uti inter omnes convenit, a dictis septem Galliarum episcopis fuit conscripta: quod autem ad S. Saturnini,* F *e quibus primum, ad præsens nostrum institutum faciens, testimonium huc transcripsi, Actorum tempus, aut, si mavis, auctoris, qui isthæc exaravit, ætatem jam spectat, Ruinartius in admonitione, quam iis, a sese, ut jam indicavi, vulgatis, præmisit, sequentem isthac de re scribit in modum;* Ejus (*S. Saturnini nimirum*) Acta sincera ex codice Fossatensi, qui ad annos CM accedit, cum multis aliis codd. Mss. Surianaque editione collata proferimus: quorum auctor etsi rebus gestis non interfuerit, cum tamen paulo post, id est, quinquagesimo inde anno, ut habet codex Fossatensis, hæc scripserit, integram fidem meretur.

*hisque insuper,*

43 *Auctorem itaque, qui S. Saturnini Acta litteris commissit, id jam tum, cum quinquaginta dumtaxat post ea, quæ memorat, seu post Decii et Grati consulatum, qui in annum Christi* 250 *incidit, anni essent elapsi, ac proin seculo* IV *ineunte exsecutioni mandasse, Ruinartius hic statuit; ita autem faciendum duxit, quod annos quinquaginta, in dictis Actis, prout hæc in Codice Fossatensi invenit, expressos, de annis, a rebus, per*

A *per S. Saturninum Tolosæ gestis, usque ad tempus, quo has Actorum auctor litteris consignavit, elapsis, intelligendos existimarit. Verum an recte? Dicti Fossatensis Codicis seu Actorum S. Saturnini, quæ ex hoc Ruinartius edidit, locus seu textus, annos illos quinquaginta commemorans, sic habet;* Cum raræ in aliquibus civitatibus ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgerent; sed nihilominus crebra miserabili errore gentilium nidoribus fœtidis in omnibus locis templa fumarent, ante annos L, sicut Actis publicis *, id est, Decio et Grato consulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum et summum Christi Tolosæ civitas sanctum Saturninum habere cœperat sacerdotem; cujus fide atque virtute eorum, qui in eadem urbe colebantur, dæmonum cœperunt cessare vaticinia,..... cumque supra dicto episcopo ad ecclesiam, id temporis parvulum juxta capitolium, quod inter domum suam et domum Dei erat, frequens itus esset ac reditus, sancti Viri præsentiam sustinere fallax dæmonum turba non potuit; et, ut erant muta simulacra...., ad sacrilega obsequia et sollicita consulentium vota cœperunt in silentio per-

B manere.

*una etiam* 44 *Talis est textus laudatus; hisce autem ejus, aliisque proxime subsequentibus verbis, quibus Actorum auctor, S. Saturninum, quod ad ejus præsentiam obmutescerent oracula, a furente hinc plebe, cum ad officium sollemne properaret idolisque sacrificare nollet, tumultuarie fuisse interfectum, narrat, sedulo atque accurate expensis, dubius admodum primum hæsi, an contra ac Ruinartius vult, anni quinquaginta, in textu jam dato memorati de annis, a tempore, quo S. Saturninus Tolosam primo advenit, usque ad tempus, quo ibidem subiit martyrium, elapsis intelligendi non essent; hinc autem, ut consideranti patescet, pariter me de tempore, quo Ruinartius Acta exarata statuit, dubium admodum hærere erat necesse. Verum hæc iterum ac tertio a capite ad calcem, non perfunctorie, sed attentissime, evolvi, talisque eorumdem hoc faciendo visus est contextus, ut, annos quinquaginta inter S. Saturnini in urbem Tolosanam adventum, toleratumque ibidem ab eo martyrium statui medios, neutiquam permittat; hinc autem dubitationem omnem*

C *deposui atque in Ruinartii, seculo* IV *ineunte S. Saturnini Acta scripta statuentis, opinionem concessi. Attamen, cum in iisdem Actis, ubi de Corporis S. Saturnini translatione agitur, S. Exsuperii, Tolesani seculo* V *ineunte Episcopi, mentio occurrat, res hæc scrupulum adhuc injecit. Verum et hunc mihi exemit Ruinartius, in dictorum Actorum locum, quo, qui factum, ut duæ tantum mulieres S. Saturnini corpus sepelierint, narratur, ita observans*: In uno e nostris codd. Mss. hic ponitur clausula, « Gratias Deo omni- « potenti, qui coronavit martyrem suum in pa- » ce, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. « Amen. Deinde sub titulo « De ejus translatione. « In Diebus illis mansit aliquamdiu etc. « Quæ « sequuntur, prioribus Actis postmodum adjecta « videntur. »

*atque altera objectione* 45 *Ita ille; et sane, cum S. Saturnini, de quibus hic, Acta prolixa non sint, subjectaque, qua hæc, ubi Sancti istius martyrium narrarunt, terminari indicantur, clausula, sub alio deinde titulo de Sancti ejusdem translatione in uno e codicibus, a Ruinartio adhibitis, tractent, scriptori huic verba, quibus hoc postremum ibidem fit, memoratis Actis seu priori horum parti, aliquamdiu jam conscriptæ, qua S. Saturnini martyrium narratur, haud immerito videntur postmodum fuisse adjecta. Jam vero, cum id ita sit, instituta in dictis Actis, seu potius in posteriori horum parte, qua de S. Saturnini Translatione agitur, S, Exsuperii, Tolosani seculo* V *ineunte episcopi, mentio impedire sane, ut consideranti patebit, non debet, quo minus cum Ruinartio S. Saturnini Acta, seu, ut distinctius loquar, prior horum pars, qua Sancti hujus martyrium gestaque narrantur, seculo* IV *ineunte statuatur fuisse conscripta. At vero, inquies, etsi Ruinartius plures ad Acta S. Saturnini edenda adhibuerit codices, loco tamen proxime cit. unius dumtaxat, in quo S. Saturnini Acta, narrato Sancti hujus martyrio, clausulam supra memoratam sibi habeant subjectam ac deinde sub alio titulo de Sancti ejusdem martyris translatione agant, mentionem facit; hinc autem, in aliis omnibus ac in ipso etiam, quem per verba, num 42 recitata, reliquis omnibus antiquiorem facit, codice Fossatensi (neque enim alioquin hunc nominatim exprimere neglexisset) de S. Saturnini martyrio juxta ac translatione serie continua, seu quæ per novum*

E *titulum, translationis narrationi præfixum, clausulamque præfatam interrupta non sit, tractari, omnino certum apparet.*

*soluta, probatur, annis dumtaxat* 46 *Fateor; sic habet: verum, etsi quidem plerumque aut etiam fere semper Actorum lectione, non quæ unius dumtaxat, sed quæ plurium codicum, maxime si hos inter reliquis omnibus antiquior, auctoritate fulcitur, sit standum, id tamen hic quantum ad S. Saturnini Acta locum habere non potest. Inde enim, ut cuique rem attente perpendenti evidens evadet, consequeretur, ut horum non tantum posterior pars, qua Sancti illius Tolosani episcopi martyris translatio, seculo* V *ab Exsuperio, Tolosano itidem episcopo, facta refertur, verum etiam prior, qua ejusdem sancti martyris gesta martyriumque narrantur, seculo* V *ineunte statuenda esset fuisse conscripta; quo minus autem hæc statuatur tum exarata, verborum, quibus concipitur, impedit contextus, qui, cum annos quinquaginta, ut jam dictum, inter S. Saturnini in urbem Tolosanam adventum toleratumque ibidem ab eo martyrium statui medios non permittat, necessario exigit, ut anni*

F *quinquaginta, in priori Actorum S. Saturnini parte memorati, de annis quinquaginta, a Sancti hujus in urbem Tolosanam adventu seu a Decii et Grati, qui cum hoc ibidem conjungitur, consulatu usque ad tempus, quo proxime iterum memorata prior Actorum S. Saturnini pars in litteras fuit conjecta, elapsis intelligantur, utque proinde hæc seculo* IV *ineunte (eo enim anni quinquaginta, a Decii et Grati consulatu, utpote qui in annum Christi 250 inciderit, elapsi, deducunt) fuerit contexta. Hinc porro jam fit, ut, etsi codex Ms,, a Ruinartio laudatus, qui hanc scriptioni isti epocham, utut reliquis omnibus, quos etiam laudat, obstantibus codicibus, assignari permittit, solus et unus sit, ejus tamen lectione, supra jam satis explicata, sit standum.*

*quinquaginta a S. Saturnini obitu conscripsit,* 47 *Jam vero, cum res ita habeat, nec quidquam præterea, ob quod dictæ Scriptionis, seu exaratæ prioris Actorum S. Saturnini partis epocha ultra seculi* IV *initium differatur, aliunde occurrat, auctor seu scriptor, qui litteris eam commendavit, a rebus, quas de Religionis Christianæ, cum S. Saturninus Tolosam venit, in Galliis*

AUCTORE C. B.

auctore C. B.

*Galliis statu, neceque, sancto huic antistiti a tumultuante plebe Tolosana anno, ut plerisque placet,* 260 *circiter in fidei odium illata, memoriæ prodit, medio dumtaxat circiter seculo abfuit, easque proinde, utpote quas vel ipsemet viderit vel certe a senioribus Christianis, quorum tum adhuc perseverantem, qua has retinebant, recordationem laudat, audiverit, probissime sane perspectas potuit habere. Adhæc quæ de S. Saturnino tradit, cum iis, quæ de hoc Sancto Sidonius lib.* 9, *Epist.* 16, *et Fortunatus lib.* 2 *Poëmatum cap.* IX *memoriæ produnt, apprime consonant, et vel stylo, eloquentia gravi ac sancta pleno, quo S. Saturnini Acta exaravit, consecutus est, ut hæc, quemadmodum Monument. tom.* 3, *pag.* 297 *Tillemontius ait, approbationem, qua apud eruditos omnes gaudent, merito sibi vindicent. Quare, cum auctorem illum fidei omnino probatæ auctoritatisque esse, satis superque e jam dictis constet, ad id, quod me probaturum, supra spopondi, modo progredior.*

auctore anonymo et septem Galliarum episcopis

48 Raræ *adhuc, dum S. Saturninus Tolosam seculo tertio medio advenit, in* aliquibus *Galliarum* civitatibus ecclesiæ, *uti qui sancti illius Tolosani antistitis Acta aut priorem saltem horum partem concinnavit, supra recitatis verbis testatur,* paucorum Christianorum devotione *erant erectæ. Is quidem scriptor comparate tantummodo de ecclesiis, quæ tum paucæ templorum frequentium, in quibus idololatræ diis sacrificabant, ratione habita, in Galliis exstiterint, locutus, minimeque adeo, ne tum reipsa multæ in Galliis exstitisse ecclesiæ credantur, obstare primo intuitu potest videri; verum, si cum antecedentibus et consequentibus dicta verba conferantur penitiusque adeo expendantur, hisce illum de ecclesiis, quæ tum, cum S. Saturninus Tolosam advenit, in Galliis, non comparate tantum ad frequentia idolorum templa, sed absolute numero paucæ seu raræ, nec nisi in aliquibus dumtaxat civitatibus, exstiterint, locutum esse, quisque præjudiciis vacuus facile, ni fallor, agnoscet. Porro, cum id ita sit, seculoque etiam* IV, *quo S. Martinus Turonensi ecclesiæ præfuit,* Gallicanis in finibus ad paucorum *dumtaxat* adhuc notitiam, *uti num.* 42 *recitata septem Galliæ episcoporum verba, utpote eo, quem ibidem exposui, modo intelligenda, produnt,* ineffabilia Trinitatis Dominicæ mysteria *pervenissent, duo certe supra huc jam adducta, quibus et hoc et illud ab episcopis istis et Actorum S. Saturnini scriptore adstruitur, antiqua testimonia in speciem pugnant cum Justino, Irenæo ac Tertulliano, seu cum supra huc transcriptis horum assertionibus, quæ, si cum ea, quam nonnulli volunt, extensione intelligantur, ad sui veritatem exigere videntur, ut seculi tertii initio, imo et jam inde a seculo* 2 diversæ *in Galliis seu in singulis harum provinciis nationes in Christum crediderint, Deo per hunc supplicarint, ecclesiæque, quæ proprios etiam suos episcopos habuerint, apud Cellas seu Gallos, imo et apud singulas horum provincias fuerint fundatæ.*

componantur, debeant exponi,

49 *Verum quid modo, re ita habente, faciamus? Sensumne adeo extensum seu generalem Justini, Irenæi et Tertulliani assertionibus attribuamus, certeque a vero aberrasse anonymum Actorum S. Saturnini scriptorem ac septem Galliæ supra laudatos episcopos pronuntiemus? Neutiquam sane: Justini enim, Irenæi et Tertulliani, de quibus hic, assertiones in sensu haud generali, seu, ut jam docui, in sensu particulari talique, qui sese non ad omnes et singulas, sed ad aliquas dumtaxat, et ne quidem numero admodum multas, Galliarum seu nationes seu provincias nationesve extendat, veritate salva, possunt, exponi; cum autem ita expositæ cum verbis supra relatis, quæ anonymus Actorum S. Saturnini scriptor, septemque Galliarum episcopi suppeditant, quæque, ut seculo tertio medio, imo et quarto jam labente paucæ dumtaxat ecclesiæ, Christianique haud admodum multi in Galliis exstiterint, ad sui veritatem requirunt, nullo prorsus modo pugnent, rationisque æquitas exigat, ut Scriptores antiqui, qui invicem in speciem adversantur, inter sese non collidantur, sed, si fieri possit, componantur seu in concordiam adducantur, eædem illæ Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones in sensu haud generali, seu in eum tantummodo, quem dixi, modum extenso, uti e dictis possunt, re etiam ipsa debent exponi. Itaque dum Justinus num.* 27 *huc transcriptis verbis, ætate sua inter gentem Gallicanam per Crucifixi Jesu nomen supplicatum rerum omnium conditori Deo fuisse, generatim prodit, non de omnibus et singulis, sed de aliquibus dumtaxat gentis illius hominibus, inter quos tum Deo supplicatum ita fuerit, locutus esse est censendus.*

amplectendam esse, evincunt.

50 *Quod vero ad Irenæum et Tertullianum spectat, dum verbis, num.* 27 *et seq. recitatis, ætate sua ecclesias apud Celtas exstitisse, diversasque Galliarum nationes in Christum credidisse, tradunt, non de omnibus et singulis, sed ad summum de aliquibus dumtaxat Celtarum seu Galliarum provinciis nationibusve, quæ tum in Christum crediderint, fundatasque apud sese ecclesias habuerint, necessariæ debent intelligi. Ac ita quidem cum res habeat, enimvero, in Galliis tot, quot, qui cum Actis Bosquetianis edendis* S. Dionysii *missionem seculo* I *illigant, statuere solent, ecclesias, quæ proprios suos haberent episcopos, jam a seculo secundo tertiique initio exstitisse, Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones, satis superque jam discussæ, neutiquam probant. Hinc porro ulterius jam consequitur, ut nec mox dictam sæpiusque ante memoratam epocham, quam* Dionysii *in Gallias missioni Acta Bosquetiana assignant, amplectendam esse, evincant. Cum enim, si vel paucæ in una aut altera tantummodo e quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, provinciis episcopales ecclesiæ seculo secundo tertiique initio exstiterint, veræ e dictis sint, quis ex assertionibus hujusmodi, jam inde a seculo* I *in iisdem quatuor provinciis, quod tamen potissimum ad epocham illam asserendam seu vindicandam foret necessum multas hujusmodi ecclesias hasque inter, quam* Dionysius, *tunc Roma a Clemente papa missus, fundarit, Parisiensem exstitisse, concludat? Nemo sane, quantum opinor, maxime qui considerarit, plerasque Galliarum ecclesias, quæ Italiæ viciniores, fuisse ante alias, quæ ab hac remotiores sunt, fundatas, Lugdunensemque, Italiæ multo viciniorem, quam Parisiensis sit, seculo demum* 2, *uti inter omnes convenit, a S. Photino episcopo, martyrii palmam anno* 177 *adepto, fuisse fundatam.*

§ IV.

A

## § IV. Quæ de epocha, quam Dionysii in Gallias missioni Acta Bosquetiana assignant, ob Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones non amplectenda § prægresso dicta sunt confirmantur.

*Hic memoratæ assertiones latiori etiam sensu acceptæ multas in Galliis seculo* I

Cum *Justini, Irenæi et Tertulliani, quas § proxime prægresso discussimus, assertiones in sensu haud generali, seu ad eam dumtaxat, quam num.* 40 *exposui, latitudinem extenso queant, imo etiam, ut num.* 49 *probavi, debeant exponi, hinc, ut jam docui, fit, ut neutiquam, missionis* Dionysii *in Gallias epocham, quam seculo primo Acta Bosquetiana innectunt, amplectendam esse evincant. Res, ni fallor, satis superque e supra jam dictis liquet; verum quo hæc* B *contra eos, qui, præfatas assertiones in sensu generali, aut latius certe, quam modo statuerim, extenso necessario exponendas esse, fortassis adhuc contendent, confirmatior evadat, nec memoratam epocham, hoc etiam dato, amplectendam esse, § præsenti probare aggredior. Epocham illam amplectendam seu* Dionysii *in Gallias missionem seculo* I *illigandam, Justini, Irenæi et Tertulliani, quas dixi, assertiones idcirco e supra disputatis, si in sensu haud generali, seu ad eam tantummodo, quam explanavi, latitudinem extenso queant exponi, haud evincunt, quod, hoc admisso, minime ex iis, fuisse jam inde a seculo* I *multas in Galliis fundatas episcopales ecclesias, possit inferri : verum anne hoc pariter ex iisdem illis assertionibus nequeat inferri, si cum omni, quam habere queant, latitudine exponendæ sint, seu ita ut in omnibus et singulis quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpinam divisit, provinciis jam inde a seculo* 2 *sequentisque initio seu Justini, Irenæi et Tertulliani ætate episcopales ecclesias Christicolasque magno numero exstitisse, signifi-* C *cent? Neutiquam sane : quid ni enim factum esse possit, ut ecclesiæ hujusmodi post unum alterumve a fide prædicata seculum ad numerum haud modicum in Galliis excreverint, etsi interim paucæ dumtaxat seculo primo ibidem exstitissent?*

*exstitisse ecclesias haud probant, cumque contrarium rationes*

52 *Sive itaque cum ea tantum, quam supra exposui, sive cum omni, quam habere queunt, latitudine seu extensione Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones exponantur, nequaquam hæ, ut multas jam inde a seculo* I *episcopales ecclesias in Galliis exstitisse admittamus, nos cogunt; contra vero, ne id admittamus, rationum momenta non pauca impediunt, uti quæ jam nunc adducturus sum, ostendent. Pleræque Galliarum ecclesiæ, quæ sese jam inde a seculo* I *fundatas sedibusque episcopalibus ornatas fuisse gloriantur, non alios episcoporum suorum exibent, exhibereque queunt catalogos, quam qui exigant, ut initia erectorum apud illos episcopatuum, ne horum pene omnium quam maxime diuturnæ ac proin incredibiles eadem tempestate vacationes admittendæ alioquin sint, ante medium circiter seculum* III *haud statuantur. Adhæc si tot, quot volunt, ecclesiæ episcopique, hisce præpositi, jam inde a seculo* I *in Galliis exstitissent, consectarium foret, ut tum temporis ibidem magis, quam in quibuscumque aliis terrarum locis floruerit Christiana religio; quod a vero alienum esse nemo ibit inficias, qui vel bina supra jam recitata, quæ anonymus Actorum S. Saturnini scriptor, septemque Galliarum episcopi in sua ad S. Radegundem epistola suppeditant, testimonia attente expenderit.*

AUCTORE C. B.

53 *Cum enim, ut horum primum habet,* raræ *dumtaxat adhuc, dum S. Saturninus Tolosam, quod seculo* III *jam medio factum, episcopali munere moderari incepit,* in aliquibus *tantummodo Galliarum* civitatibus ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgerent; *imo vero cum etiam, ut secundum habet, seculo* IV, *quo S. Martinus ecclesiæ Turonensi præfuit,* Gallicanis in finibus ad paucorum *dumtaxat adhuc* notitiam ineffabilia Trinitatis Dominicæ Sracramenta pervenissent, *ægerrime enimvero adducor, ut credam, jam inde a seculo* I *in omnibus prope aut saltem in præcipuis, uti opinionis, quæ* Dionysii *sociorumque ejus missionem seculo* I *affigit, patroni contendunt, Galliarum civitatibus ecclesias Epi-* E *scopales, seu quibus episcopi præessent, fuisse fundatas, christiolasque magno numero in singulis quatuor, in quas Augustus Galliam divisit, provinciis exstitisse. In hac porro opinione non parum etiam confirmor a Sulpitio Severo, gravissimo juxta ac antiquissimo auctore, qui Lib.* 2, *cap.* 32 *Sacræ Historiæ sic scribit :* Sub Aurelio, Antonini filio, persecutio quinta agitata, ac tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei Religione suscepta. *Quid si enim, uti hisce verbis laudatus scriptor docet, martyria in Galliis non prius, quam cum sub Aurelio, qui anno* 161 *imperium Romanum moderari cœpit, perseculio quinta agitaretur, fuerint conspecta, idque, ut idem scriptor indicat, cum demum, quod serius trans Alpes Dei Religio fuerit suscepta, evenerit, consectarium fit, ut, si vera Sulpitius memoret, ne tum quidem adhuc, cum ultima e quatuor primis, quibus Ecclesia fuit concussa, persecutionibus sub Adriano, Romanorum ab anno* 117 *ad annum usque* 138 *imperatore, fuit commota, Christiana Religio in Galliis fuerit suscepta, utque proinde jam inde a seculo* I *in singulis quatuor, in quas hæ ab Augusto fuere* F *divisæ, provinciis ecclesiæ, episcopique, qui hisce præessent, haud exstiterint.*

*graves, ac in primis illa, quæ*

54 *At vero, aiunt, qui* Dionysii *sociorumque ejus* Rustici et Eleutherii *in Gallias missionem seculo* I *innectunt, Sulpitius Severus, etiamsi seculo* IV *senescente, quintoque ineunte floruerit in ipsamet tamen seculi* IV *historia haud raro erravit, estque vel idcirco, ne in seculorum anteriorum gestis, utpote a quibus magis abfuerit, sæpius adhuc errarit, haud parum timendum. Ita illi : verum, etsi quidem haud contemnenda, quæ Sulpicii Severi auctoritatem ac nominatim proxime ex illo huc transcriptum locum ab errore vindicare sint nata, rationum momenta adducere in medium hic possem, id tamen, ne ita ad generalem de fidei in Gallias primum illatæ initiis controversiam dilabentes longius, quam par sit, a proposito abducamur, facere omitto, erroremque adeo quantum ad tempus, quo in Galliis fuerit Christi fides suscepta, in dicto Sulpitii textu cubare, tantisper concedens, hunc nihilominus scriptorem opinioni, quæ jam inde seculo* I *in omnibus et singulis quatuor, in quas Augustus Galliam Transalpi-*

*a Sulpitii Severi*

*nam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

*nam divisit, provinciis episcopales ecclesias hasque inter Parisiensem statuit, haud parum officere contendo; quam merito autem id faciam, e jam nunc dicendis patescet. Quamquam in tempore, quo primum in Galliis suscepta fuerit Christi fides, Sulpitius Severus, ut jam dedimus, hallucinatus forsan reipsa sit, certe tamen errorem non sciens ac volens, sed ignorans admiserit; verum, etsi quidem facile factum esse possit, ut, fidem in Galliis jam inde a seculo* I *fuisse susceptam, is scriptor, si una dumtaxat alterave ecclesia, Arelatensis v. g. ac Viennensis, jam tum fuerit fundata, ignorarit, neutiquam tamen induci queo, ut credam, ignoraturum id illum fuisse, si omnes, quas volunt, ecclesiæ in omnibus et singulis quatuor Galliarum provinciis jam tum fundatæ sedibusque episcopalibus ornatæ fuissent.*

*auctoritate,* 55 *Et vero, si tot ibidem, quot volunt, ecclesiæ, ac nominatim quidem Parisiensis, Alvernensis, Mettensis, Turonensis, Rhemensis, Suessionensis, Senonensis, Bellovacensis, Rhotomagensis, Aurelianensis, Meldensis, Cenomanensis, Catalaunensis, ac tandem, ut plures adhuc alias*
B *omittam, Ebroïcensis, jam inde a seculo* I *fundatæ, proprios suos, a quidus regerentur, episcopos habuissent, fidemque adeo jam tum suscepissent, id ne quantum ad unam quidem e jam memoratis ecclesiis Sulpitium Severum, vel e monumentis antiquioribus, quæ sibi prælucentia habuerit, vel e propagata ad suam usque ætatem traditione habiturum fuisse compertum, nemo facile inducet in animum, qui scriptorem illum seculo* IV *in ipsismet Galliis floruisse, summamque in rebus potissimum, quæ ibidem gestæ fuissent, perquirendis ac porro memoriæ prodendis diligentiam posuisse, considerarit. Reponunt quidem, Sulpitium Severum in compendium redegisse ecclesiasticam Eusebii Historiam, cumque in ea ante Marci Aurelii imperium nec fidei in Galliis seu annunciatæ seu susceptæ, nec martyrum ibidem passorum mentionem invenisset, loco supra huc transcripto ea prodidisse memoriæ, e quibus, si veritati consonent, consectarium sit, ut nuspiam in Galliis fides prius, quam cum jam secundum æræ Christanæ seculum laberetur, fuerit suscepta. Verum Sulpitius Severus nec so-*
C *lam Eusebii Ecclesiasticam Historiam sibi prælucentem habuit, nec ex hac dumtaxat Opus suum, quod* Sacra Historia *inscribitur, concinnavit. Docet id nos is scriptor, in præmissa lucubratiunculæ huic præfatione sic loquens* : Non peperci labori meo, quin ea, quæ in permultis voluminibus perscripta continebantur, duobus libellis concluderem, ita brevitati studens, ut pœne gestis nihil subducerem. *Cum itaque Sulpicius permultis voluminibus, uti ex hisce ejus verbis liquet, ad Sacram, quam scripsit, Historiam contexendam usus sit, imo et duobus de isthac a se scriptis libellis ea omnia, quæ in permultis voluminibus reperit, concluserit, in compendium certe, contra ac contendunt, Ecclesiasticam Eusebii Historiam haud redegit, nec ex hac tantummodo Opus, quod* Sacra Historia *inscribitur, concinnavit.*

*a Menardo incæssum,* 56 *Menardus quidem, nullum omnino Sulpitio Severo anteriorem Rerum Ecclesiasticarum scriptorem, e quo is susceptæ in Galliis fidei, primumque ibidem spectatorum martyriorum notatum a sese tempus discere potuerit, in Galliis exstitisse, eumque, cum de imperatoribus ethnicis, Christianos persecutis, loquitur, in multos*
1

*gravissimos errores esse prolapsum, in sua de* D *unico Dionysio adversus Launoyum Diatriba cap.* I, *quo ita Sulpitii auctoritatem elevet, observat; verum in errorum, quos Sulpitio ibidem imputat, elencho nullus omnino, quem hic in rebus, in Gallia patria sua gestis, admiserit, occurrit; quod autem ad Scriptorum Ecclesiasticorum, qua Gallia ante Sulpitium Severum laboravit, penuriam spectat, quid ni factum esse possit, ut, etiamsi quidem ante Sulpitium Severum nullus res ecclesiasticas, secundum temporum seriem digestas, in Galliis exararit, martyrum tamen, tam qui sub Marco Aurelio, quam qui sub Diocletiano Maximianove passi sunt, Passiones a nonnullis fuerint in litteras conjectæ ex iisque Sulpitius. quæ de fidei in Galliis susceptæ initio scribit, didicerit? Martyrum sane, qui sub Diocletiano coronati sunt, Passiones a scriptoribus, Sulpitio anterioribus, fuisse in Galliis conscriptas, ipsemet hic auctor, dum hasce ætate sua adhuc superfuisse, Hist. Sacræ lib.* 2 *prodit, haud obscure docet; etsi autem, martyrum pariter. qui sub Marco Aurelio sanguinem suum fudere, Passiones ætate sua adhuc exstitisse seu superfuisse, nuspiam edicat, hinc tamen, cum monumenta* E *omnia a sese ad Sacram suam Historiam concinnandam adhibita, haud enumeret, consectarium non est, ut tum Passiones hujusmodi haud amplius in Galliis fuerint superstites.*

57 *Verum ut quid de re hac plura? Sulpitius* *ut probatur,* *Passiones etiam martyrum nullas, monumenta nulla, e quibus, quæ de susceptæ in Galliis fidei spectatorumque ibidem martyriorum tempore scribit, discere potuerit, ante oculos habuerit, hæcque adeo, ut loco cit. Menardus etiam vult, sine certo auctore litteris mandarit, hoc equidem facturum illum non fuisse, contendo, si jam inde a primo æræ Christianæ seculo tot, quot volunt, ecclesiæ, non tantum in Gallia Narbonensi, sed et in Aquitanica et Belgica exstissent, episcoposque, sibi præpositos, habuissent. Quid enim? Si ecclesiæ tot, quot volunt, in illis omnibus et singulis Galliæ provinciis jam tum fundatæ sedibusque episcopalibus fuissent ornatæ, Sulpitii Severi ætate monumenta antiqua traditionesve, e quibus id constitisset, ecclesiæ illæ omnes vel habuissent, vel iisdem fuissent destitutæ: quod si, primum obtinuisse locum, asseveres, oportet, ut* F *Sulpitius Severus vel penitus ecclesiarum illarum omnium monumenta traditionesque hujusmodi ignorarit, vel ut contra harum illorumque auctoritatem, quæ tamen non potuisset non summa ipse videri, fidem Christianam in Galliis non prius, quam cum persecutiones, adversus Dei Ecclesiam a Traiano et Adriano imperatoribus seculo* 2 *motæ, finem accepissent, susceptam fuisse, docuerit; nemo autem, quantum opinor, alterutrum inducet in animum, qui Sulpitium Severum adeo probum, ut, quæ a vero aliena novisset, haud scripturus, Rerumque Gallicanarum, si non omnino peritum, haud adeo tamen ignarum, ut, quæ non potuissent non omnibus fere esse notissima, haud sciturus fuisset, exstitisse considerarit.*

58 *Superest itaque, ut ecclesias illas omnes* *oppugnata,* *vel certe harum partem longe maximam monumentis traditionibusque antiquis, e quibus, sese jam inde a seculo* I *fundatas sedibusque episcopalibus ornatas fuisse, exploratum habuerint, Sulpitii ætate caruisse dicamus; cum autem res ita habeat, tumque adeo vel nullæ vel certe paucæ dumtaxat in Galliis ecclesiæ monumenta hujusmodi*

A *modi traditionesque habuerint, dic, amabo, qui factum, ut tot quot volunt, Gallicanæ ecclesiæ, sese jam inde a seculo* I, *statutis etiam, a quibus regerentur, episcopis, fundatas fuisse, gloriatæ postea fuerint modoque adhuc glorientur? Consectarium e jam dictis fit, ut ad id sane non aliis, quam quæ Sulpitii ætate posteriora essent, documentis notitiisve fuerint inductæ. Ac ego quidem nihil vero propius statutum iri putem, quam si sequenti modo res evenisse dicatur. Cum e traditione genuina ac proin, ut multis putant, etiam vera fidem jam inde a seculo* I *per Apostolos eorumve discipulos in Gallias illatam atque aliquot etiam, utut admodum paucas, ecclesias fundatas ibidem fuisse, haberetur compertum, hinc quidam, præpostero antiquitatis, qua, veluti pulcherrimo nobilitatis titulo, ecclesias suas, etiamsi serius fuissent fundatæ, condecoratas volebant, amore abrepti, fuisse nihilominus hasce etiam ab episcopis, per ipsosmet apostolos proximosve horum successores missis, stabilitas, facilius, quam par erat, existimarint, hæque deinde illorum opiniones, in vulgus sparsæ litterisque et-*

B *iam commendatæ, ita tandem, cum vel vetustatis, temporis lapsu acquisitæ, nomine utcumque venerandæ evasissent, apud dictas ecclesias, utut serius etiam, quemadmodum dixi, fundatas, valuerunt, ut hæc et pro veris illas traditionibus habuerint, et hinc, sese jam inde a seculo* I *per apostolorum discipulos episcoposve, abs hisce missos, fundatas fuisse, haud difficulter in animum induxerint.*

*repetitur, suadeant,* 59 *Utut sit, cum equidem plerasque, ne Sulpitius Severus aut supinæ prorsus in rebus Gallicanis ignorantiæ aut malæ in scribendo fidei, quod utrumque nefas est, insimulandus sit, Galliarum ecclesias, quæ sese jam inde a seculo* I *fundatas arbitrantur, monumentis traditionibusque, Sulpitio antiquioribus, quibus hanc opinionem suam firment, esse destitutas recentioribusque adeo dumtaxat ac fidei sublestæ documentis tantam suam antiquitatem tueri, necessario ex jam dictis adstruendum sit, enimvero debitus ac porro servandus scriptori isti honos etiam facit, ut opinio, quæ si haud omnino nullas, perpaucas certe tantum ecclesias seculo* I *in Galliis fundatas fuisse adstruit, verosimillima, ne dicam, prope*

C *certa, evadat. Hinc porro fit, ut, quæ supra de epocha, quam* Dionysii *missioni Acta Bosquetiana assignant, ob generales Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones non admittenda dicta sunt, non parum confirmentur. At vero erit fortassis adhuc, qui, quo argumentum, a Sulpitii Severi auctoritate modo petitum, infirmet ac elevet, antiquo huic auctori opponat Orosium, qui eadem, qua is, ætate floruit, eaque prodit memoriæ, e quibus, jam inde a seculo* I *haud paucas in Galliis ecclesias episcoposque, a quibus hæ gubernarentur, exstitisse, non nemo forsan concludat. Duo quippe, quibus id hic scriptor pariter antiquus facit, loci seu textus inveniuntur, alter historiarum, ab eo scriptarum, lib.* 7 *cap.* 7, *alter libri ejusdem cap.* 10.

*hinc quæ de missionis Dionysianæ epocha,* 60 *Ac priori quidem de Nerone, Romanorum ab anno* 54 *usque ad annum* 68 *imperatore, sic loquitur* : Primus Romæ Christianos suppliciis et mortibus affecit ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit; *posteriori vero de Domitiano, qui ab anno* 81 *ad annum usque* 96 *Romano imperio præfuit, sequentem scribit in modum* : Per annos quindecim ad hoc paulatim per omnes scelerum gradus crevit, ut confirmatissimam toto orbe Christi ecclesiam, datis ubique crudelissimæ persecutionis edictis, convellere auderet. *Tales sunt duo, quos dixi, Orosii textus; verum ex neutro contra opinionem, quæ perpaucas dumtaxat episcopales ecclesias in Galliis seculo* I *statuit, quidquam conficitur. Rem quantum ad priorem sic ostendo; dum Nero, uti is prodit, Christianos per omnes Romani imperii provincias excruciari imperavit, tum sane, cum id fecit, per omnes Romani imperii provincias exstitisse Christianos, promulgato in hosce edicto haud significavit, sed tantum sese velle, ut in quibuscumque imperii provinciis Christiani fuissent inventi, suppliciis ii afficerentur. Sic, si quis princeps per omnes ditionis suæ civitates novo supplicii genere sæviri in fures domesticos imperet, is ita in omnibus sibi subjectis civitatibus jam tum, cum hunc in finem edit edictum, fures domesticos existere, neutiquam significat, sed tantum sese velle, ut, ubicumque in ditionis suæ urbibus fures hujusmodi fuerint reperti, ii novo, quod præscribit, supplicii genere plectantur.*

*auctore C. B.*

E *ob patrum assertiones, duobus, qui in contrarium faciunt, Orosii textibus*

61 *Jam vero, si Nero, dum per omnes imperii provincias Christianos excruciari imperavit, id dumtaxat, quod jam dixi, significatum voluerit, priori enimvero, de quo hic agimus, Orosii textui significatio, qua quid amplius intelligatur, attribuenda non est, hincque fit, ut ne quidem ex illo, per omnes imperii provincias, Nerone Ecclesiam persequente, Christianos exstitisse, possit inferri. Res manifesta apparet; verum demus etiam, secus hanc habere, textusque Orosiani veritatem exigere, ut, Nerone Ecclesiam persequente, in omnibus imperii provinciis, ac proin et in Galliis, harum unam constituentibus, Christiani exstiterint, hincne erit consequens, et hos ibidem numero multos et episcopales ecclesias, quod tamen, ut quidquam contra opinionem, a nobis hic propugnatam, conficeretur, esset necessum, haud paucas etiam exstitisse? Neutiquam sane, uti nemo non fatebitur, qui vel sola verba, quibus dictus prior Orosii textus concipitur, utcumque expenderit. Ad posteriorem jam venio. Tradit isto is scriptor,* Christi Ecclesiam, *Domitiano imperante seu seculo* I *senescente*, confirmatissimam toto orbe F *fuisse; verum tum temporis a gentibus non paucis, maxime Septemtrionalibus, Christi fidem nondum fuisse susceptam, apud omnes in confesso est.*

*solutis, sec.* I *non illigandæ dicta sunt, confirmantur,* 62 *Adhæc* raræ *dumtaxat adhuc, ut S. Saturnini Acta, seculo* IV *ineunte e supra dictis conscripta, testantur,* in aliquibus *Galliarum* civitatibus, *dum is Sanctus seculo* III *medio Tolosam advenit*, ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgebant, *imo vero seculo* IV *cum nondum S. Martinus in Galliam venisset, ne quidem adhuc (adi, quæ num.* 42 *e septem Galliæ episcoporum ad S. Radegundem epistola adduxi) ad multorum cognitionem Christianæ Religionis mysteria ibidem pervenerant. Dum itaque*, confirmatissimam toto orbe *sub seculi* I *finem fuisse* Christi Ecclesiam, *supra huc transcriptis verbis ait Orosius, vel a veritate aberrare est dicendus, vel ita intelligendus, ut iis, non in omnibus et singulis, sed dumtaxat in multis mundi regionibus, sparsim etiam, quæ tamen haud admodum multæ numero exstiterint, erectis ecclesiis, fidem Christi tum fuisse susceptam,*

AUCTORE C. B.

*ptam, significetur. Jam vero, cum res indubie, uti e jam dictis liquet, sic habeat, nihil pariter ex posteriori jam discusso Orosii textu habetur, ex quo, jam inde a seculo* I *multas in Galliis extitisse episcopales ecclesias; utcumque conficias, cumque adeo, quæ pro opinione opposita tuenda in medium supra adduxi, firma atque inconcussa subsistant, enimvero quæ de missionis Dionysianæ epocha seculo* I *ob Justini, Irenæi et Tertulliani assertiones non illiganda § proxime prægresso dicta sunt, haud parum, ut jam dixi, e modo hic disputatis confirmantur.*

## § V. Quid de binis testimoniis, quæ pro S. Dionysii in Gallias missione seculo I affigenda faciunt, quæque a S. Genovefæ biographo ac S. Fortunato data contendunt, sit censendum.

B

*Pro Dionysii missione sec.* I *illiganda S. Fortunatum et S. Genovefæ biographum*

*Qui epocham,* S. Dionysii *in Gallias missionem in Bosquetianis hujus ac* SS. Rustici *et* Eleutherii *Actis assignatam, tuentur, duo potissimum opinioni suæ, ut arbitrantur, multum faventia adducunt testimonia antiqua, quorum alterum Vitæ S. Genovefæ scriptori, alterum S. Fortunato adscribunt. Verum merito sese id facere, nec satis probant, nec, etsi probarent, ex hujusmodi testimoniis id, quod volunt, conficiant. Quæ de ambobus hisce dicturus jam nunc sum, rem, ni fallor, dilucide evincent. A testimonio, quod S. Genovefæ biographo attribuunt, duco initium. Bollandus, primus Operis nostri auctor ac parens, ad diem* III *Januarii, quo S. Genovefa Fastis sacris extat inscripta, duas exhibet e veteribus Mss. ejus Vitas seu potius duo Vitæ ejusdem exemplaria. Horum postremum num.* 14 *sic habet:* Hic vero episcopus (Dionysius *scilicet*) in sexto a Parisiis miliario martyrio vitam finivit, qui a Clemente episcopo S. Petri discipulo est in sacerdotium benedictus, et ab eodem dicitur in has partes destinatus,

C qui Clemens etiam certamen supradicti sancti Petri apostoli cum Simone Mago in Cæsaria vel alibi gestum admirabili prædicatione descripsit.

*adducunt; sed cum hujus, quæ allegant, verba utut in multis Mss. codd. reperta,*

64 *Dictum Vitæ S. Genovefæ exemplar, in quo hæc verba leguntur, descripserat olim Rosweydus ex D. Preudhomii, canonici Cameracensis, Ms. Ita in iis, quæ in duas a se editas Vitæ S. Genovefæ Vitas præfatur, num.* 2 *monet Bollandus; cum autem, uti ibidem etiam ait, cum imperialis monasterii S. Maximini et ecclesiæ S. Audomari aliisque Mss. memoratum Rosweydi Ms. aut, si mavis, excerptum contulerit, nec invicem quantum ad verba supra huc jam transcripta discrepare notet, ea haud dubie non tantum in hoc, sed et in illis omnibus repererit. Adhæc eadem verba in S. Genovefæ Vita, a Surio ad tertiam Januarii diem edita, itemque, uti in sua de unico Dionysio adversus Launoyum Diatriba cap.* 18 *Menardus ait, in Mss. S. Remigii Remensis, et SS. Cornelii et Cypriani monasterii Compendiensis antiquis codicibus, S. Genovefæ Vitam exhibentibus, pariter inveniuntur, hisque alii adhuc, uti ex infra allegandis patescet, possent adjungi. Porro, cum verbis* D *supra huc transcriptis, quæ in tot Mss. S. Genovefæ Vitis, totque antiquis codicibus leguntur,* S. Dionysius *in Gallias a S. Clemente Romano Pontifice missus diserte tradatur, hinc, qui* Dionysii *missionem huic Pontifici pariter adscribunt seu seculo* I *innectunt, hanc missioni isti assignatam epocham haud parum confirmari contendunt.*

*in pluribus tamen aliis Mss.,*

65 *Ita vero autumant, quod, quemadmodum in ipso priori e duobus a Bollando, ut dictum, editis Vitæ S. Genovefæ exemplaribus num.* 51 *insinuatur, hæc dumtaxat* ter senis *a sanctæ hujus Virginis* obitu annis *fuerit conscripta, quodque adeo, cum S. Genovefa seculi* VI *initio, uti inter omnes convenit, diem extremum clauserit, præfata epocha fundata sit in testimonio, quod certe, utpote e Vita ista excerptum seculo* VI *ad annum dumtaxat vigesimum circiter provecto haud multo sit recentius. Verum an S. Genovefæ Vita, cujus duo exemplaria Bollandus loco cit. edidit, alibique plura adhuc extant, primigenia sit Sanctæ illius Vita, quæ octodecim tantummodo ab obitu ejus annis fuerit conscripta incertum est ac dubium, ut Bollandus in* E *sua ibidem Præfatione num.* 2 *observat. Adhæc, etsi tot, ut jam exposui, Mss. antiqua, totque item codices Mss. antiqui, eamdem, qualiscumque demum hæc sit, S. Genovefæ Vitam complectentes, supra huc transcripta verba, quibus in posteriori hujus exemplari, per Bollandum vulgato,* S. Dionysius *a S. Clemente Papa in Gallias missus traditur, complectantur, non pauca tamen etiam Mss. antiqua, codicesque itidem Mss. non pauci antiqui inveniuntur, a quibus, eamdem S. Genovefæ Vitam pariter exhibentibus, verba illa penitus exsulant.*

*uti, hisce ex Bollando*

66 *Bollandus post sequentia isthæc, quæ in priori, quam edidit, S. Genovefæ Vita cap.* 4, *num.* 16 *leguntur, verba,* Quanta veneratione et amore *(S. Genovefa)* dilexit Catholiacensem vicum, in quo sanctus Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio passus est et sepultus, nequaquam silendum esse arbitror, *ita in Annotatione subjecta observat:* Interserit Ms. Ultrajectinum multa de missione S. Dionysii in Gallias; quæ, cum absint ab aliis Mss., omittimus, *ob hanc autem omissionem Franciscus Pagius in sua de* S. Dionysio *Dissertatione historico critica, Breviarii Romanorum Pontificum* F *tom.* 4 *præfixa, num.* 41 *Bollandum sic carpit;* Satius fuisset ea referre, quæ erant in codice Ms., quam ea demere. *Verum, cum Bollandus ad Vitam illam edendam, uti in monitis proxime huic præviis num.* 2 *docet, non solum Ms. Ultrajectinum, sed duo insuper alia, videlicet S. Mariæ de Ripatorio, et monasterii S. Mariæ Bonifontis, adhibuerit, lectionem, non quam in illo solo, sed quam in duobus hisce posterioribus Mss. reperit, potius sequendam existimavit, neque vero, ut apparet, immerito. Utut sit, duo saltem, uti e jam allegatis manifestum fit, Mss. antiqua sibi prælucentia habuit, in quibus a S. Genovefæ Vita absunt verba supra huc transcripta, quibus* S. Dionysius *in Gallias a S. Clemente Papa missus asseritur.*

*missaque ad nos notitia*

67 *Hisce porro duobus Mss. accedit codex Ms. antiquus, a Launoyo in Celestinorum Parisiensium bibliotheca conspectus, in quo, uti is scriptor in Responsionis ad Dissertationem de duobus Dionysiis Discussione cap.* 18 *testatur, verba illa a S. Genovefæ Vita pariter absunt.*

*Adhæc*

A *Adhæc eruditissimus, quem supra fol.* 805 *adhuc laudavi, dominus Pingré, abbatiæ S. Genovefæ Parisiis canonicus Regularis, in missa ad nos de Codicibus Mss., quibus Carpentarius, ejusdem pariter abbatiæ canonicus Regularis, ad edendam S. Genovefæ Vitam usus esset, notitia sic scribit :* Quinque hic tenemus Vitæ B. Genovefæ manuscriptos codices. Antiquissimum eorum referebat Balusius ad initia noni seculi; ceteri sunt recentiores, puta duodecimi, decimi tertii vel decimi quarti seculi. In eorum uno, quem duodecimi seculi libens crederem, deest scholium de Dionysio a B. Clemente in Gallias misso, id vero in quatuor aliis reperire est. Deest pariter in textu Vitæ S. Genovefæ, quam Carpentarius noster anno 1697 edidit. Ea Vita est ad novem manuscriptorum fidem exacta, unum San-Genovefæum vetustissimum, de quo supra, octo alios Colbertinos.

*recensitis, probatur, Vitæ S. Genovefæ exemplaribus non reperiantur.*

68 Ex his novem tres erant, in queis a Clemente missus Dionysius ferebatur, San-Genovefæus nempe, et duo Colbertini seculo circiter decimo tertio exarati. In alio Colbertino seculi duodecimi deerat omnino scholium, sed B Dionysius Areopagita vocabatur. In alio duodecimi seculi exeuntis manuscripto, tribus seculi decimi tertii, et uno ejusdem seculi exeuntis aut decimi quarti ineuntis, et deest scholium et Dionysius non nisi Parisiorum episcopus vocatur; *cum autem e codicibus Mss. antiquis hic recensitis sex sint, in quibus a S. Genovefæ Vita scholion seu supra huc transcripta verba de* Dionysio *in Gallias per Clementem misso absunt, tresque insuper alios Mss. codices antiquos, in quibus hæc a S. Genovefæ Vita pariter absunt, jam supra assignaverimus, consectarium est, ut novem saltem codices hujusmodi Mss. antiqui reperiantur. Jam vero, cum res ita habeat, nec plures adhuc alios tales codices assignare foret difficile, quid, quæso, qui,* Dionisyum *seculo* I *in Gallias a S. Clemente Papa missum autumant, pro hac opinione sua stabilienda e codicibus Mss. antiquis, utut numero etiam multis, in quibus, ut dictum, præfata verba a S. Genovefæ Vita haud absunt, conficiant? Nihil sane, nisi forsan novem supra assignata Vitæ S. Genovefæ exemplaria Mss. antiqua, in quibus scholion seu verba jam sæpe* C *memorata de* Dionysio *in Gallias per Clementem misso non reperiuntur, corrupta mutilatave esse, dilucide ostenderint.*

*corruptione-que, non, hæc sed alia.*

69 *Verum, qua ratione facere id possent, haud perspicio, contraque, Mss. antiqua Vitæ S. Genovefæ exemplaria supra jam recensita, in quibus verba illa leguntur, corrupta potius esse seu interpolata, ob rationes jam nunc adducendas mihi apparet. Pingreus mox laudatus, suppeditata, quam modo transcripsi, de Mss. codicibus antiquis, S. Genovefæ Vitam complectentibus, notitia, illico subjungit* : Notare liceat, illud (*de* S. Dionysio *in Gallias per Clementem misso*) scholium, ubicumque ipsum comperi, his terminari verbis : « Ergo quia de sancto « Clemente, successore prædicti apostoli, « (Petri scilicet) « ac de sancto Dionysio ab ipso « destinato cum multis aliis in Galliam breviter « disserui, ad propositum redeam. » Ex quibus verbis libenter intulerim, tale scholium primigeniæ S. Genovefæ Vitæ eo tempore additum, quo opinio de S. Dionysio a S. Clemente misso in Galliam diffundi cœperat, nondum tamen omnibus in eamdem opinionem descendentibus. *Ita ille, sese propensum ostendens, ut et scholion seu verba de* Dionysio *in Gallias per Clementem misso in primigeniam S. Genovefæ Vitam a posterioris ævi scriptore intrusa, et id tum primum, cum opinio de Dionysiana missione S. Clementi Papæ attribuendæ esset exorta, factum fuisse, admittat.*

AUCTORE C. B

*in quibus reperiuntur, Vitæ S. Genovefæ exemplaria*

70 *Et vero reipsa verba illa a scriptore, qui jam exortam de* Dionysio *per Clementem misso opinionem fuerat amplexus, in primigeniam S. Genovefæ Vitam fuisse intrusa, verosimillimum mihi facit tum Hilduini de hac Vita silentium, tum partium orationis connexio, quæ in S. Genovefæ Vita, verbis iisdem rejectis seu rescissis, optime servatur, retentis vero, aut omnino amittitur aut certe, turbata inde sermonis serie, ægre admodum invenitur. Ut id, quod volo, clarius exponam, præfata de* Dionysio *per Clementem misso verba, utut supra e posteriori per Bollandum edito Vitæ S. Genovefæ exemplari jam transcripta, iterum huc una cum duabus Orationis partibus, quarum altera hisce præmittitur, altera subnectitur, juverit transcripsisse. Oratio seu textus integer, qui inde constatur, sic habet :* Vicum Catholicensem, E in quo S. Dionysius et passus est et sepultus, grandi amore ac veneratione *(S. Genovefa)* dilexit. Hic vero Episcopus sexto a Parisius miliario martyrio vitam finivit, qui a Clemente episcopo S. Petri discipulo est in sacerdotium benedictus, et ab eodem dicitur in has partes destinatus, qui Clemens etiam certamen supradicti sancti Petri Apostoli cum Simone Mago in Cæsarea vel alibi gestum admirabili prædicatione descripsit. Cupiebat enim S. Genovefa huic sancto Dionysio martyri in supradicto vico basilicam maxima construere ambitione.

*videantur fœdata, verba illa, quæ nec Hilduinus citat, in primigeniam S. Genovefæ*

71 *Confer nunc posteriorem textus hujus partem cum priori, videbisque, hanc cum illa, si interserta de* Dionysio *et Clemente verba resecentur, aptissime conjungi seu connecti, contra vero, si retineantur, conjunctionem seu nexum omnem, perturbata scilicet inde orationis serie, propemodum tolli. Jam vero, cum sic habeat, hinc sane verba illa, non a S. Genovefæ biographi calamo, sed ab infida interpolatoris manu* F *esse profecta, utcumque saltem probatur; verum id longe fit validius ex iis, quæ de Hilduino jam nunc proferam. Hic Sandionysianus seculo* IX *provecto abbas sat prolixam, quo* S. Dionysium *Parisiensium apostolum, a S. Clemente missum, ac cum S. Dionysio Areopagita eumdem esse, ostenderet, Dissertationem,* Areopagiticorum *nomine una cum duabus hanc comitatis epistolis (adi, quem supra fictitiis posterioris hujus Sancti Actis præmisi, Commentarium) distingui solitam, conscripsit; etsi autem, ubicumque a se inventa seu documenta seu testimonia, quæ stabiliendæ de* Dionysio *per Clementem misso opinioni utcumque idonea judicavit, cupidissime in lucubratione illa recenseat, verborum tamen, quibus in S. Genovefæ, celeberrimæ Parisiensium patronæ, Vita* Dionysius *a Clemente in Gallias missus dicatur, nuspiam mentionem facit.*

*Vitam verosimillime, post Hilduini etiam ætatem, fuerint intrusa;*

72 *Cum porro, ut verosimillimum videtur, omnia et singula, quæ in Vita ista, utpote plus semel haud dubie abs illo perlecta, continerentur, optime habuerit, perspecta, quis, quæso, si verba illa Vita eadem, qualis tum exstabat, fuis-*

AUCTORE C. B.

*set complexa, facturum id illum fuisse, in animum facile inducat? Nemo sane, quantum opinor, qui Hilduinum in perquirendis iis, quæ ad suam de* Dionysio *per Clementem misso opinionem probandam utcumque conducerent, summam etiam diligentiam posuisse considerarit. Jam vero, cum id ita sit, enimvero, quod supra asserui, ex Hilduini de San-Genovefæa Vita silentio haud inepte conficitur. Nec id tantum ex hoc habemus, verum etiam eadem de* Dionysio *per Clementem misso verba non jam inde ab exorta (quod seculo forsan* VI *factum) de* Dionysio *per Clementem misso opinione, sed tum demum, cum Hilduini Areopagitica seculo* IX *lucem jam aspexissent, in primigeniam S. Genovefæ Vitam ab interpolatore fuisse intrusa. Res ex iis, quæ jam nunc dicta sunt, attente perpensis, facile potest colligi; ut hic plura de ea proferre necessum non sit. Ad testimonium, quod opinionis de* Dionysio *per Clementem misso patroni S. Fortunato adscribunt, progredior.*

*potestque, an hymnus, Fortunato adscriptus, Fortunati vere sit,*

73 *Hic sanctus Pictaviensis seculo* VI *senescente episcopus hymnum, aiunt, a Doubleto in San-dionysianis Antiquitatibus vulgatum, de* S. Dionysio *Parisiensi composuit, in eoque sequentem canit in modum:*

Fortem fidelem militem
Christi secutum principem
Dionysium martyrem
Plebs corde voce personet.
Clemente Roma præsule
Ab urbe missus adfuit
Verbi supernit seminis
Ut fructus esset Galliæ.

*Verum hymnus ille, uti in Antiquitatibus San-dionysianis lib.* I *Doubletus docet, in uno eodemque San-dionysiano codice, litteris aureis exarato, conjungitur cum altero in* S. Dionysii *laudem hymno, quem S. Eugenio Toletano antistiti falso suppositum, in Commentario S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio* § 8 *ostendi. Adhæc idem hymnus, quod præcipue, an vere a S. Fortunato sit compositus, dubitare me facit, in minime suspectis hymnorum omnium poëmatumque Fortunati collectionibus, a Browero et Binio in lucem emissis, non reperitur. Menardus quidem aliique, qui* Dionysium *a Clemente in Gallias missum*
C *volunt, reponunt, dictum hymnum, utut in binis, quas recensui, Operum Fortunati collectionibus non exstantem, inveniri tamen in monasteriorum S. Germani a Pratis, S. Petri in Valle apud Carnutes et S. Dionysii in Francia Mss. codicibus; verum tres illi codices, quorum postremus forsan a supra memorato codice San Dionysiano litteris aureis exarato diversus non est, ii ipsi sunt, in quibus (Comment. S. Dionysii Areopagitæ Actis prævium, loco proxime cit. videsis) etiam reperitur hymnus, S. Eugenio Toletano episcopo falso suppositus, et vel hinc codices illi mihi admodum suspecti evadunt.*

*ob rationes, quæ hic*

74 *Adhæc cum Menardus aliique, a quibus iidem codices laudantur, fuisse eos ante Hilduini ætatem conscriptos, nuspiam edicant, et tamen, si tam fuissent antiqui, verosimillime id sciturl, simulque etiam, quo sic hymnum, de quo an Fortunati sit, disceptatur, sancto huic Pictaviensi episcopo validius vindicassent, dicturi fuisse videantur, hinc sane, fuisse illos demum post Hilduini ætatem exaratos, vix non indubitatum apparet. Porro cum in hymnus verosimillime, imo non indubie, alius non sit, quam hymnus, quem, veluti a Fortunato compositum, dictus Hilduinus pro firmanda de* Dionysio *per Clemen-* D *tem misso opinione in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num.* 12 *laudat, verosimillime e charta separata seu cum aliis in modum libri non compacta, in qua, ut apparet, abs hoc scriptore fuerit inventus, in San-dionysianum codicem mox laudatum primo migrarit. Quid si porro ex hoc deinde in binos alios codices supra pariter laudatos fuerit illatus? Enimvero id ab horum scriptoribus, qui, cum opinionem de* Dionysio *per Clementem in Gallias misso fuissent amplexi, hancque ex Hilduini Areopagiticis maximeque e citato in hisce Fortunati hymno roborari existimarent, hujus sibi exemplar e San-dionysiano monasterio mittendum curarint, fuisse re ipsa præstitum, ab omni veri specie minime abhorret. Jam vero, re ita habente, præfati codices, in quibus, de quo loquimur, hymnus Fortunato adscribitur, dubitationem sane, quam præcipue, an is vere a sancto isthoc Pictaviensi episcopo fuerit compositus, Browceri et Binii collectiones supra laudatæ injiciunt, neutiquam tollunt, cum id ipsummet hymni ejusdem exemplar ab Hilduino laudatum, e quo in illos hymnum istum migrasse haud inepte ob jam dicta suspice-* E *ris, præstare haud possit, uti ex iis, quæ modo subdam, apparet.*

*adducuntur, revocari in dubium, nec, etsi secus foret,*

75 *Hilduinus, uti ipsemet in suo ad Ludo-vicum Pium imperatorem Rescripto num.* 7 *ait, documenta omnia, quæ ad* Dionysii *Passionem conscribendam suaque in hac asserta confirmanda adhibuit,* abdita ac negligenter relicta *invenit; cum autem hæc inter (Commentarium, fictitiis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævium, §§ præsertim* 3 *et* 8 *videsis) spuria ac supposititia exstiterim nonnulla, sane haud prorsus immerito, an hymni, Fortunato adscripti, exemplar, quod sancti hujus antistitis nomine notatum Hilduinus in abdito monasterii sui loco repererit, ita falso ab impostore non fuisset Fortunato suppositum, dubitari posse videtur, estque adeo, quo hymnus ille sancto huic scriptori certo vindicetur, plane ineptum. Nonnemo quidem fortassis hic reponat, Hilduinum sub Fortunati nomine hymnum illum, nulla omnino adhibita, an sese, qua vere is Fortunati sit, dubitare insinuet, loquendi formula in Areopagiticis citare, idque illum fa-cere, nisi tum is hymnus pro genuino Fortunati* F *fœtu passim ab omnibus fuisset admissus, ausurum non fuisse. Verum ut quid, quæso, etsi etiam tum, an idem hymnus Fortunatum vere haberet auctorem, dubitatum fuisset a non paucis, citare illum eo, quo dictum est, modo non fuisset ausus Hilduinus? Certe id faciendo, cum chartam seu scriptum, in quo hymnum illum Fortunati nomine signatum invenerat, exhibere dubitantibus potuisset, famam suam periculo neutiquam exposuisset. Verum demus etiam, hymnum illum fuisse reipsa a Fortunato concinnatum; demus pariter, et verba supra huc transcripta, quibus in posteriori San-Genovefæa Vitæ exemplari* S. Dionysius *in Gallias a S. Clemente Papa missus traditur, ab ipsomet S. Genovefæ biographo esse profecta, nondum tamen, missionis Dionysianæ epocham seculo* I *innectendam, hinc evincant.*

*e duorum illorum scriptorum testimonis, utpote nec in ulli-quis,*

76 *Utcumque enim duo illi scriptores, missum fuisse a Clemente in Gallias* Dionysium, *aperte testari admittantur, a re tamen, de qua agitur, vixere remotiores, quam ut illorum de ea dictis fides indubitata tlebeatur. Fas quidem est, defi-cientibus, quorum testimonio factum aliquod sta-biliatur,*

A *biliatur, scriptoribus æqualibus, ad eos etiam, qui facti illius epochæ propiores sunt, recurrere; verum id dumtaxat locum habet, quando ab hac illi haud nimium fuere remoti. Regula hæc seu principium ab iis etiam, qui a severiori critica alieni sunt, haud gravate admittitur. Porro S. Fortunatus et S. Genovefæ biographus, qui, ut jam dedimus,* S. Dionysium *a S. Clemente Papa missum tradunt, seculo* VI, *ut jam supra monui, floruere; cum autem is Pontifex seculo* I *Romanam S. Petri Cathedram occuparit, consectarium est, ut iis, quæ ipsimet scribunt, insistendo a facto isto seu* S. Dionysii *per S. Clementem missione quatuor amplius seculis abfuerint ac proin tanto temporis spatio, ut omnino, ne illorum hanc testimonio superstruamus, exigere videatur sana ratio, nisi ad vel traditio legitima vel testimonia antiquiora accesserint. Verum quænam, quæso, scriptoribus illis testimonia queunt præluxisse hujusmodi? Ego certe, diligentissima etiam perquisitione facta, ne unum quidem invenire quivi. Adhæc testimonia antiquiora, e quibus S. Fortunatus et S. Genovefæ biographus,* Dionysii *missionem a Clemente fa-*

B *ctam fuisse, didicerint, duobus, hisce scriptoribus verosimillime non præluxisse, ex iis, quæ § proxime prægresso disputata sunt, haud inepte concluseris.*

*uti hic quantum ad Visbii conscriptionem, ab Hilduino laudatam,*

77 *At vero Visbii, qui* Dionysium *se vidisse indicat, conscriptionem, ab Hilduino in Areopagiticis laudatam, nonnulli cum hoc San-dionysiano abbate hic allegant; etsi autem in ista conscriptione, uti e Commentario S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, ubi eam num.* 44 *et duobus seqq. integram dedimus, conspicies, nulla omnino* Dionysii *per Clementem missi mentio occurrat, Hilduinus tamen in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num.* 5 *de* Dionysio *sic scribit* : Quoniam autem beatus Clemens huc eum, videlicet in Gallorum gentem, direxerit..... libellus antiquissimus Passionis ejusdem (S. Dionysii *nimirum*) explanat. Præcipue tamen conscriptio Visbii; *quibus verbis sane,* S. Dionysii *missionem S. Clementi Papæ in Conscriptione Visbii adscribi, disertissime affirmat. Fueritne ergo Conscriptio isthæc, quam Hilduinus præ manibus habuit, diversa ab ea,*

C *quam loco proximo cit. in Comment. S. Dionysii Actis prævium intulimus? Id equidem haud puto; rectene autem, an secus, e jam dicendis lector dispiciat. Etsi quidem generis, e quo S. Dionysius Areopagita ortus sit, nobilitas in Actibus Apostolorum nuspiam commemoretur, Hilduinus tamen, quod ex* Areopagitæ *titulo, qui in hisce Sancto illi tribuitur, nobilitas illa (Commentarium Sancti ejusdem Actis prævium num.* 6 *et* 7 *videsis) possit inferri, fuisse eam* Actuum Apostolorum testimonio priscis seculis notam, *in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num.* 3 *diserte affirmat.*

*nec ab ea, quam nos ante dedimus diversam,*

78 *Quid si ergo Hilduinus, non quod in Visbii Conscriptione, quæ ei præluxit,* Dionysius *a Clemente missus assereretur, sed aliquid, ex quo id a Clemente factum; posset concludi, repereretur, sancto huic Pontifici missionem* Dionysii *in Conscriptione illa attribui, notarit? Enimvero hunc, utut minime probandum, in scribendo modum, quem et loco proxime cit. et alibi adhuc usurpavit, iterum hic usurpasse Hilduinum, indubitatum apparet. In Visbii Conscriptione, loco proxime cit. a nobis transcripta,* S. Dionysium *sub Domitiano imperatore martyrium subiisse, indicatur, cumque hinc, factum hunc Parisiensium Apostolum a Clemente fuisse missum, consectarium arbitraretur Hilduinus, id re ipsa in Conscriptione illa, quam præ oculis habuit, asserverari, loco supra cit. notarit; ut proinde non sit, cur hanc, in qua, ut ait,* S. Dionysii *missio S. Clementi adscribitur, diversam putemus a transcripta a nobis eadem Visbii Conscriptione, in qua ne ulla quidem, ut jam dictum, Clementis mentio occurrit. Verum, inquiunt modo, cum equidem Visbii Conscriptio sub Domitiano locet* Dionysii *martyrium, opinioni certe de hoc sancto Parisiensi Episcopo per Clementem misso suffragatur. Fateor, sic habet; verum, etsi etiam Conscriptio Visbii,* Dionysium *a Clemente missum, disertissime traderet, nec hinc tamen id, quod de re hac Fortunatus ac S. Genovefæ biographus scripserint, in testimonio hisce antiquiori dici posset vel utcumque satis fundatum. Illa enim Conscriptio, utpote spuria Visbioque scriptori fictitio ab impostore seculo* VIII *forsan aut adhuc serius supposita, nullo plane in pretio est habenda.*

AUCTORE C. B.

*nominatim ostenditur, probæ notæ testimoniis*

79 *Res ex iis, quæ in Comment., S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, § tertio adducta sunt, satis superque liquet. Attamen, ut adhuc luculentius patescat, juverit iis sequentia etiam, quæ* E *eo conducunt, adjungere. Pictores sculptoresque, ut necis genus, quod martyres, capite amputato pro fide occisi, subierant, exprimerent, eos caput manu tenentes plerumque exhibuere. Hinc dudum postea factum, ut Sanctos, ita expressos, abscissum sibi caput manibus propriis post necem gestasse, fuerit et falso ab imperitis existimatum, et hic etiam error in Sanctorum illorum Acta, scriptoribus scilicet, qui hæc litteris mandarunt, facilius, quam per esset, miracula prodigiosaque facta, quæ Martyrum necem fuissent comitata, incaute credentibus, irrepserit. Porro cum scriptores illi, si vel ipsimet martyribus necem inferri vidissent, vel rem ab aliis, qui viderant, exponi audivissent, errorem certe hujusmodi commissuri non fuissent, eumque nihilominus Conscriptionis Visbianæ auctor committat, enimvero is, utpote sese* Dionysii *martyrium vidisse, aut certe ab iis, qui id viderant, exponi audivisse, haud obscure indicans, lectori insigniter imponit. Jam vero, cum sic in omnibus plane, quæ scribit, ac proin et in tempore, quo se* F *floruisse innuit, fidem omnem sibimetipsi abroget, nihil omnino impedit, quo minus spurium illum, de quo hic agimus, fœtum seculo demum* VIII *aut serius productum abs illo fuisse credamus. Fuit* Conscriptio Visbii, *ut Hilduinus in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 5 *docet,* in tomo satis superque abdito Parisius divino nutu inventa *Quid si ergo ii, qui ecclesiæ Parisiensis res dicto seculo* VIII *administrabant, timentes forsan, ne aliquando bonorum quorumdam, quæ ad hanc spectabant, possessionis titulum, scripto expressum, proferre cogerentur, præfatam, ut hujus, quo carebant, loco esset, Conscriptionem sub ementito Visbii nomine vel ipsimet confixerint, vel aliena saltem opera confingendam curarint? Certe olim fuisse, qui primigeniis principum diplomatibus amissis nova a se conficta substituerint, eruditi passim norunt, rationemque ac qualemcumque formam instrumenti, quo nonnulla ecclesiæ Pariensi seu episcopo ejus Masso fuerint collata, Visbiana Conscriptio videtur præferre.*

80 *Utut sit, hæc supra adductis hic adhuc, ut in*

AUCTORE C. B.

*nec etiam in traditione, qua pro genuina*

*in monumento hujusmodi* Dionysii *per Clementem missionem fundari neutiquam posse, dilucidius monstrarem, adjunxisse contentus, examinare modo, anne hæc nec in traditione sat solide sit fundata, aggredior. Enimvero, cum reverentia, S. Fortunato ac S. Genovefæ biographo debita, exposcat, ne, quæ de* S. Dionysio, *per Clementem misso, memoriæ, ut dedimus, prodidere, finxisse dicantur, hæc illos e traditione saltem hausisse, nemo merito eat inficias. Verum qualis ea fuerit, verane ac ab ipsa rei gestæ origine deducta, an contra popularis tantum nec nisi e rumoribus incertis ipsomet, quo S. Fortunatus ac S. Genovefæ biographus floruere, seculo* VI *vel haud multo citius demum nata, dubitari non immerito potest. Longuevallius in Dissertatione, Historiæ Ecclesiæ Gallicanæ a se conscriptæ præmissa, art.* 3 *hunc fere verbis Gallicis, quæ Latine reddo, loquitur in modum :* Cum antiquitas pulcherrimis nobilitatis titulis accenseatur, populi plerique in remotissimis temporibus originem suam quæsiere, cumque obsidione Troiana nihil celebrius, nihil antiquius in historia profana nossent, non pauci ad principes Troianos, quos in dispersione sua respublicas principatusve aliquos fundasse, aliunde habebant compertum, imperiorum suorum fundationes retulere. Nihilne simile particularibus Galliarum ecclesiis evenit ? Fidem in Gallias ab Apostolis horumve discipulis fuisse illatam, e traditione erat notum; ex hac autem traditione vera plures confictæ sunt falsæ, quæ plerisque nostratibus ecclesiis episcopos, ab ipsismet Apostolis missos, pro fundatoribus dederunt.

*ac veræ certo sit habenda,*

81 Hæ porro opiniones, quæ videbantur illis honorificæ, absque sufficienti examine fuerunt receptæ, et, quamvis essent recentes, pulchrum traditionis nomen brevi eis fuit impositum, verum prætensæ istæ particularium quarumdam ecclesiarum de origine sua traditiones non magis sunt certæ, quam quæ a familiis quibusdam de nobilitatis suæ antiquitate proferuntur. *Ita hactenus ille; cum autem, quæ de particularium quarumdam ecclesiarum traditionibus memorat, videantur sane verissima, hinc fit, ut quascumque particularium ecclesiarum traditiones, quæ harum fundationes vel ab ipsismet Apostolis, vel ab episcopis, per hos missis, repetunt, non parum habeam suspectas, nisi eas, non e vanis rumoribus natas, sed veri nominis traditiones esse, alicunde solide possit probari. Quamvis S. Saturninum, primum Tolosatium episcopum, Decio et Grato consulibus seu seculo demum* III *Tolosam venisse, ex antiquis ipsiusmet sancti hujus antistitis Actis, a Ruinartio inter sincera Martyrum Acta relatis, habeatur compertum, est tamen, cur dubitetur, an seculo* VI *non obtinuerit etiam traditio, quæ eum ab ipsismet Apostolorum discipulis Tolosam missum fuisse, adstruebat.*

*sat fundatis, ad, quod pro sua de Dionysio opinione vellent, conficiunt,*

82 *Etenim Gregorius Turonensis, qui seculo illo floruit, lib.* I *de Gloria Martyrum cap.* 48 *sic scribit* : Saturninus vero martyr, ut fertur, ab Apostolorum discipulis ordinatus, in urbem Tolosatium est directus. *Sunt quidem, qui, ut cum S. Saturnini Actis Gregorium concilient, eum hic accurate haud locutum ac per* Apostolorum discipulos *non nisi Romanos Pontifices, qui fidem, Romæ ab Apostolis disseminatam, profitebantur, intellexisse contendunt; verum sunt etiam, qui non alios, quam qui, fide ab ipsismet Apostolis accepta, vere eorum discipuli fuissent, a Gregorio per* Apostolorum discipulos *volunt intelligi; iis autem assentiendum si sit, consectarium e jam datis scriptoris hujus verbis est, ut seculo* VI *viguerit etiam traditio, qua iis, qui Apostolorum veri nominis fuissent discipuli, S. Saturnini ad Tolosates missio contra certam atque indubitatam Sancti hujus Actorum fidem fuerit adscripta. Quid si ergo traditione hujusmodi haud multo præstet altera supra memorata, qua Fortunatus et S. Genovefæ biographus impulsi S. Clementi Papæ* Dionysii *in Gallias missionem adscripserint ? Utut sit, mihi equidem nihil occurrit, quo hanc illa præstare affirmem. Jam vero, cum res ita habeat, sitque adeo, an traditio, e qua sola, uti ex hic jam dictis consequitur, S. Fortunati ac S. Genovefæ biographi dicta de* Dionysio *per Clementem misso testimonia promanasse queunt, pro vera ac genuina sit habenda, dubium admodum atque incertum, enimvero ex iis, etsi etiam reipsa a duobus illis scriptoribus data fuissent, opinionis de* Dionysio *per Clementem misso patroni neutiquam id, quod pro hac confirmanda stabiliendave vellent, conficiunt.*

*etsi interim hunc, contraria etiam obtinente, seculo* VI *viguisse sit dicendum*

83 *Verum etsi id ita sit, opinionem equidem, quæ* Dionysium *a Clemente seculo* I *missum assereret, seculo* VI *viguisse, sæpissime jam laudati, qui tum floruere, Fortunatus ac S. Genovefæ biographus, si reipsa hoc et ipsi asseruerint, argumento sunt minime dubio. Ast et altera, quæ* Dionysii *missionem seculo* III *innecteret, tum etiam indubie obtinuit opinio. Palam id fit ex Gregorio Turonensi mox laudato, utpote qui Hist. Francorum lib.* I, *cap.* 30 Dionysii *missionem sub Decio et Grato consulibus collocet, seu quod eodem recidit, anno* 250 *innectat. Aiunt quidem, id facere Gregorium, quod cum S. Saturnino venisse in Gallias* Dionysium *arbitraretur; verum quid tum, cum equidem, Saturninum sub Decio et Grato consulibus seculo* III *medio Tolosam advenisse, Gregorius (adi ejus loco proxime cit. Francorum Historiam) sit arbitratus, consectarium est, ut et* Dionysium *in Gallias tum venisse seu missum fuisse, existimarit. Adhæc cum auctor anonymus, qui, quemadmodum apud nos tom.* 2 *Octobris in Comment. Actis SS. Tyrsi, itemque SS. Bonifacii et Sociorum prævio num.* 6 *et duobus seqq. probatum invenies, SS. Fusciani et Victorici martyrum Acta, a Bosqueto edita, seculo* VI *in litteras misit, binos hosce Sanctos, quos sub Maximiano passos scribit,* Dionysii *faciat socios, consectarium est, ut hunc non seculo* I *a S. Clemente Papa, sed seculo demum* III *ab alio Romano Pontifice in Gallias missum fuisse, non secus ac Gregorius Turonensis, existimarit. Jam vero, cum res sic habeat, seculo* VI *duæ in Galliis viguerint opiniones, quarum altera ad seculum* I, *altera ad seculum* III Dionysii *missionem referret. Priorem Fortunatus et S. Genovefæ biographus, si reipsa, quod supra dictum, scripserint, sunt amplexi; posteriorem vero Gregorius Turonensis, et anonymus, quem proxime laudavi, scriptor sunt secuti. Ultra porro potior ac verosimilior debeat videri, § sequenti discutiam.*

§ VI

A

## § VI. Quandonam opinio, quæ Dionysii missionem seculo I illigat, maxime viguerit, et an opposita, quæ hanc in seculum tertium differt, verosimilior non sit.

*E Pipini et Theodorici regum chartis, quarum verba hic dantur seculo octavo*

Ut *primum, quod hic quæritur, efficiam, testimonia antiqua, quæ opinioni de* Dionysio *seculo* I *in Gallias misso utcumque confirmandæ subserviunt, in medium adduco. Mabillonius lib.* 6 *de Re Diplomatica pag.* 488 *recenset præceptum Theodorici Calensis, Francorum regis, anno Christi* 723 *datum, in quo Theodoricus anteriorum regum ac Pontificum privilegia San-Dionysianis monachis concessa, confirmans, ait:* Aergo dum et omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen expendiscire,
B per Incarnationis mystheria Unigeniti Filii sui Domini nostri Jesu Christi, vel illustratione Spiritus Sancti inluxit in corda sanctorum Christianorum, pro cujus amore et desiderium inter citerus gloriosus triumphus Martyrum beatus Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleotherio, qui primi post Apostolos SUB ORDINATIONE BEATI CLEMENTI, Petri Apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advenerunt. *Quod hic de* S. Dionysii *ejusque Sociorum sub beato Clemente, Petri Apostoli successore, in Gallias adventu asseritur, in Pippini quoque, Francorum regis, charta, anno* 768 *data, atque a Doubleto in Antiquitatibus San-Dionysianis lib.* 3, *cap.* 5 *recitata, traditur his verbis:* Dionysius et sæpe jam dictus Rusticus et Eleutherius, qui primi post Apostolos SUB ORDINATIONE B. CLEMENTIS, Petri Apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advenerunt. *etc.*

*opinionem, quæ Dionysii missionem sec. I. illigat, apud multos obtinuisse certum apparet;*

85 *Galliæ Christianæ Auctæ scriptores*, Dionysii *sub ordinatione beati Clementis in Gallias adventum in binis jam memoratis chartis seu præceptis a Pipino et Theodorico asseverari, col.* 8 *præfati, mox subjungunt.* Hanc autem opinionem *de* Dionysii *sub Clemente in Gallias adventu* prorsus hauserant *(reges scilicet Theodoricus et Pipinus, aut ii certe, qui mox dicta eorum præcepta scripsere)* ex Actis Passionis S. Dionysii, quæ citat Hilduinus, ubi scriptum legebatur, S. Dionysium a Clemente Pontifice Romano, episcopum ordinatum et in Gallias fuisse transmissum. Acta hujus Vitæ e Mss. codicibus edidit Franciscus Bosquetus; auctorem vero Fortunatum, Pictaviensem episcopum, appellatum deprehendit Petrus de Marca in codice Ms. Turonensis ecclesiæ. *Ita illi; verum* S. Dionysii *Acta, quæ Bosquetus edidit, Fortunatum certissime non habere auctorem, jam dilucide Comment. hujus prævii* § 1 *est monstratum. Nec hoc tantum ex ibidem dictis habetur, verum etiam Acta illa Pipini et Theodorici ætate nondum fuisse admodum antiqua; ut vel idcirco dubitari queat, an vere ex iis opinio de* Dionysii *in Gallias per Clementem missione in bina supra memorata præcepta seu diplomata manarit. Verum, inquies, undecumque illam seu bini dicti reges, seu qui diplomata illa digessere, hauserint, hæc equidem argumento sunt, seculo* VIII, *quo fuere data, non paucos in Galliis, qui* Dionysium *a Clemente missum arbitrarentur, exstitissse. Fateor, sic habet; verum quid hinc, quæso, sat firmi ac certi pro opinione de* Dionysio *per Clementem misso stabilienda elicias?*

AUCTORE C. B.

*eaque deinde ut Gallicani episcopi, anno 825 congregati,*

86 *Hæc, utpote cujus nulla plane ante seculum* VI *vestigia seu indicia, fidem facere utcumque nata, inveniuntur, seculo* VII *primum, aut certe non citius, quam seculo* VI, *quo forsan, quod supra grates dedimus, Fortunatus ac S. Genovefæ biographus scripsere, fuerit indubie exorta: ab eo autem tempore (neque enim hoc negare est animus) magis magisque in Galliis, passim scilicet absque ullo examine a multis, qui antiquitatem, quam possent, maximam ecclesiis suis ambiebant, cupidissime suscepta, invaluit. Gallicani episcopi in frequenti conventu, quem anno* 825 *de sacrarum imaginum cultu Parisiis habuere, sub finem Actionis* VII *apud Jacobum Bongarsium ita loquuntur:* Nec vobis tædium fiat, si ad ostendendam rationem veritatis, veritatemque rationis, sese paulo longius sermo protaxerit, dummodo linea veritatis, quæ ab antiquis Patribus nostris usque ad nos inflexibiliter ducta E
est, beato Dionysio scilicet, qui a sancto Clemente * beati Petri Apostoli in Apostolatu primus ejus successor extitit, in Gallias cum duodenario numero primus prædicator directus, et post aliquod tempus una cum Sociis huc illucque prædicationis gratia per idem regnum dispersis martyrio coronatus est.

* *forte suppleudum* qui

*fidem fecisse, adhuc magis invaluit, nondum tamen,*

87 *Cum itaque tot, quot hic memorantur, Gallicani episcopi,* Dionysium *a Clemente missum, seculo* IX *seu anno* 825 *crediderint, enimvero vel hinc, opinionem istam magis adhuc tunc, quam seculo proxime prægresso in Galliis viguisse, concludendum apparet. Utut sit, plurmos equidem ibidem seculo* VIII, *itidemque, editis etiam nondum Hilduini Areopagiticis, seculo* IX Dionysii *in Gallias missionem S. Clementi Papæ attribuisse, ac proin et seculo* I *illigasse, e proxime recitatis episcoporum Gallicanorum verbis binisque supra memoratis seu diplomatibus seu præceptis extra omnem controversiam positum apparet. Id enimvero, etsi etiam an ambo illa diplomata genuina sint, dubitari queat, iis ego, qui* F
*hanc missioni Dionysianæ epocham assignandam putant, ultro concedo, et vel hinc, quæ contra hanc eorum opinionem infra arguam, validiora evadent, ut consideranti patescet. Simul interim (quod tamen, cum aliquid omnibus videri argumentum veritatis sit, maxime vellent) eamdem opinionem ne quidem tunc, cum Hilduinus Areopagitica sua anno* 836 *mitteret in lucem, exstitisse communem seu ab omnibus fuisse susceptam, contendo; quam merito autem id faciam, ex ipsomet Hilduino ostendo.*

*uti ex Hilduino probatur, anno 856,*

88 *Hic scriptor in suo ad Ludovicum Pium imperatorem Rescripto num.* 8 *sequentem scribit in modum:* Cæterum super garrulitate levitatis eorum mirando deficimus, qui contendentes hunc Dionysium Areopagiten esse non posse, ad munimentum sui hæc, quæ sequuntur, inaniter contrahunt, venerabilem videlicet et sanctum Bedam presbyterum dixisse in tractatu Apostolorum Actuum, Areopagiten Dionysium non Athenarum, sed Corinthiorum, fuisse episcopum, addentes, eumdem inibi diem obiisse. Et quoniam libellus Passionis istius testetur, hunc a Clemente Pontifice Romano episcopum ordinatum et in has Galliarum partes fuisse transmissum; quia etiam Passiones diversorum sanctorum

AUCTORE C. B.

sanctorum Martyrum, sub variis imperatoribus interfectorum, contineant, eosdem cum hoc sanctissimo Viro (Dionysio *nimirum*) has partes adiisse, quod ipse sensatorum manifeste refellit auditus. Et quod Gregorius Turonensis, sicut in Passione sancti Saturnini legisse se dixerat, sub autumatione memoret, istum ipsum (S. Dionysium *videlicet*) tempore persecutionis Decii sub beato Sixto cum aliis sex episcopis, quorum Vitæ vel Passiones nequaquam ejus dictis in ratione temporum consonant, in has regiones fuisse directum.

*cum hic Areopagitica conscriberet, ab omnibus erat suscepta,*

89 *Fuerunt itaque, qui, cum Hilduinus Areopagitica scripsit, scriptori huic aliisque*, Dionysium *Parisiensem eumdem esse cum Dionysio Areopagita, contendentibus, Gregorium Turonensem, qui* Dionysii *in Gallias adventum Decianæ persecutionis tempore consignat, et diversorum Martyrum Passiones, quæ hosce, utut* sub variis imperatoribus, *seculo* 1 *nimirum et ineunte* 2 *(neque enim alias Passiones illæ, ut Hilduino contrariæ, potuissent haberi) posterioribus, martyrium passos,* Dionysii *nihilominus faciunt socios, opponerent; verum eos, qui ita contra* B *Hilduini de* Dionysii *Areopagitismo opinionem arguerent, non fuisse sane hanc sectatos, imo nec hunc Sanctum in Gallias fuisse a Clemente missum, existimasse, certum omnino atque indubitatum unicuique, rem utcumque expendendi, evadet. Nec est, cur forsan exercitii tantum gratia Passiones illæ ab Hilduino putentur sibimetipsi objectæ; rem enim secus habere, e modo, quo hic San-Dionysianus abbas (adi mox huc transcripta ejus verba) de illis, Passiones easdem sibi objicientibus, loquitur, satis superque liquet. Jam vero, cum hæc sic habeant, opinionem certe, quæ* Dionysii *missionem Clementi Papæ attribuit primoque adeo seculo illigat, ne quidem etiam tunc, cum Hilduinus Areopagiticis scribendis operam daret, exstitisse communem seu ab omnibus fuisse susceptam aut amissam, nemo non videt.*

*nec hisce, ut postea ab omnibus*

90 *Nec, ut postea ab omnibus admitteretur, Areopagiticis suis efficere potuit Hilduinus. Liquet id ex Adone et Usuardo, qui, quamvis eodem, quo jam vulgata fuerant Hilduini Areopagitica, seculo* IX *in lucem concinnata a se Martyrologia miserint, in Annuntiationibus tamen, quibus in his hodie* S. Dionysium *ejusque Socios* Rusticum *et* C Eleutherium *celebrant, nihil omnino suppeditant, e quo, hosce a S Clemente Papa in Gallias missos fuisse, vel utcumque colligas. Porro cum non modo nihil suppeditent hujusmodi, verum etiam Pontificis Romani, a quo* S. Dionysium *ejusque Socios in Gallias missos memorant, in Annunciationibus illis, quod tamen factu fuisset facillimum, nomen haud exprimant, ecquis, quæso, duos illos martyrologos Hilduinianam, quæ Sanctos eosdem a Clemente missos statuit, opinionem fuisse amplexos, in animum inducat? Dicesne forsan, Hilduini Areopagitica ab Adone non fuisse conspecta? Verum id, utut creditu perquam difficile, sic habeat; ea equidem Usuardus, utpote Benedictinus in cœnobio Pratensi Lutetiæ Parisiorum monachus, neutiquam ignorarit, et tamen Hilduini de* Dionysio *per Clementem misso opinionem non modo non, ut jam dictum est, fuit amplexus, verum etiam in contrariam, quæ hunc Sanctum nostrum seculo demum tertio missum statuit, aperte concessit.*

*ac nominatim, ut probatur,*

91 *Venisse enim* Dionysium *ejusque Socios in Galliam una cum S. Piato seu Piatone presbytero, non obscure is martyrologus declarat, ad primam Octobris diem ita hunc Sanctum annuntians*: Ci- D vitate Tornaco passio sancti Piatonis presbiteri, qui cum beato Dionysio episcopo ejusque Sociis ab urbe Roma Galliam prædicationis causa expetiit, ac postea consummato martyrio migravit ad Dominum; *cum autem, S. Piatum seculo demum* III *venisse in Gallias, apud omnes prorsus tum recentiores, tum antiquiores eruditos in confesso sit, nec ab his adeo illa in re dissensisse Usuardus sit putandus, consertarium est, ut hic martyrologus,* Dionysium *etiam seculo demum* III *missum fuisse seu venisse in Gallias, existimarit. At vero, aiunt, sitne lectio, qua in Annuntiatione proxime huc transcripta S. Piatus cum* S. Dionysio *ejusque Sociis in Gallias venisse asseritur, ab Usuardo vere profecta, dubium est atque incertum; id autem ut probatum dent, Usuardum a Molano editum allegant, in quo hic ad* 1 *Octobris* Quintinum *pro* Dionysio *reposuit, seque id ex aliis Martyrologiis, e quibus Centulense, a Sollerio in Usuardi Auctariis ad* 1 *Octobris diem citatum, forte unum exstiterit, fecisse, affirmat. Molano porro, aut, si mavis, vulgato abs hoc Usuardi Martyrologio adjungunt duo Usuardina ecgrapha seu transsumpta, in quibus ambobus nulla plane ad* 1 *Octo-* E *bris diem* Dionysii *mentio occurrit, duoque item adhuc Usuardina Martyrologia, alterum Tornacense monasterii S. Medardi, alterum Parisiense abbatiæ S. Germani a Pratis, in quorum altero quidem, uti apud Molanum, ad* 1 *Octobris pro* Dionysio Quintinus, *in altero vero pro* Dionysio Fuscianus *signatur.*

*ab Usuardo suscriperetur, est factum,*

92 *Verum omnia prorsus, quæ ante Molanum typorum beneficio vulgata fuere, Usuardi Martyrologia S. Piatum unanimi consensu faciunt* S. Dionysii *socium. Adhæc Launoyus, uti hujus scriptoris Operum omnium, anno* 1731 *Coloniæ Allobrogum editorum, tom.* 2, *part.* 1, *fol.* 498 *videre licet, Martyrologia Usuardi Mss., a se conspecta, in quibus omnibus S. Piatus cum* S. Dionysio *in Gallias venisse constantissime legitur, tam multa allegat, ut hæc certe numero alia supra memorata, a quibus ad eumdem Octobris diem* S. Dionysii *nomen abest, longissime superent. Hisce porro a Launoyo conspectis Usuardi Mss. Martyrologiis accedunt quamplurima alia penes nos exstantia, in quibus pariter S. Piatus cum* S. Dionysio *in Gallias venisse constantissime legitur; quis autem lectionem, in tot Usuardi tum impressis, tum Mss. exemplaribus fundatam, nec nisi in paucis admodum exemplaribus hujusmodi non repertam, pro vera ac genuina non putet habendam? Usuardus elogium, quo ad* 1 *Octobris diem S. Piatum celebrat, ex hujus Sancti Actis, ut ibidem Sollerius in Usuardo a se illustrato recte observat, contexuit; cum autem id ita sit, diserteque in Actis illis in Operis nostri primum Octobris tomum illatis, S. Piatus cum* S. Dionysio *in Gallias venisse num.* 4 *tradatur, enimvero vel hinc, lectionem, qua hoc ipsum in tot Usuardinis Martyrologiis supra memoratis asseritur, ab Usuardo vere promanasse, indubitatum evadit. Nec est, quod reponas, S. Piati Acta, qualia a nobis edita sunt, Usuardo non præluxisse; in omnibus enim S. Piati seu puris seu interpolatis Actis S. Piatus cum* S. Dionysio *in Gallias venisse asseveratur.* F

*oppositaque, uti hic e diversorum quæ Hilduino*

93 *Atque ita, ni fallor, per ea omnia, quæ jam dicta sunt, Usuardum certe Hilduinianam de* S. Dionysio *per Clementem misso opinionem non*

A *non tantum non esse amplexum, sed et in huc oppositam, quæ* Dionysii *missionem seculo* III *innectit, aperte concessisse, satis modo est probatum. Usuardum porro, Hilduiniana licet opinione plerorumque mentes semper occupante, non pauci adhuc alii sunt secuti, hosque inter nominatim, ut a reliquis recensendis brevitatis causa abstineam, memorandus venit Fulbertus Carnotensis, uti ex iis, quæ hic scriptor Operis nostri tom.* I *Octobris pag.* 10 *et* XI *suppeditat, facile colliges; quam merito autem id illi fecerint, palam est ex eo, quod ita opinionem, Hilduiniana multo saltem probabiliorem ac verosimiliorem, uti ea, quæ jam nunc dicere aggredior, ostendent, sint amplexi. Opinioni, qua Hilduinus (adi ejus verba proxime huc transcripta)* Dionysium *a Clemente in Gallias missum contendebat,* diversorum sanctorum Martyrum *Passiones, quæ, quamvis hosce* sub variis imperatoribus *interfectos notarent, eosdem tamen cum* S. Dionysio *in Gallias venisse affirmabant, opponebantur ab iis, qui hunc seculo demum* III *in Gallias venisse asseverabant; cum*

B *autem eo temporis spatio, quod inter annum circiter* 120 *et annum* 249 *intercessit,* Dionysii *in Gallias adventum nullus notet, Passionesque illæ, si varii imperatores, sub quibus athletas suos interfectos memorant, ad seculum* I *aut initium secundi deberent referri, Hilduinianæ opinioni, ut jam supra insinuavi, neutiquam potuissent opponi, enimvero oportet, ut per varios illos imperatores non intelligantur alii, quam qui seculo* III, *media sui parte jam elapso, Romano imperio præfuerint.*

*fuere objectæ hicque*

94 *Jam vero, cum res ita habeat, consectarium sane, ut nemo non videt, fit, ut certe diversorum Martyrum Passiones, quæ, quamvis hos sub imperatoribus, Christianos post seculum* III *medium persecutis, passos scriberent, eosdem tamen cum* Dionysio *in Gallias venisse affirmarent, Hilduini ætate exstiterint. Hinc porro ulterius jam consequitur, ut Passionum illarum auctores, haud opinioni Hilduinianæ, quæ seculo* I, *sed oppositæ, quæ seculo demum* III Dio-

C nysium *in Gallias venisse statuit, indubie adhæserint. Quæro modo, quandonam hi Passiones illas litteris mandarint. Si id illos seculo demum* VIII *aut etiam ineunte* IX *fecisse, respondeas, qui, quæso, factum, ut, quamvis tunc, quæ* Dionysium *a Clemente missum statuit, opinio, passim fere ab omnibus, ut supra vidimus; admissa, quam maxime vigeret in Galliis, illi nihilominus in opinionem oppositam, quæ* Dionysii *missionem seculo* III *illigat, concesserint? Enimvero oportere videtur, ut id solo veritatis amore fecisse, hancque e probæ notæ documentis traditionibusve (neque enim alioquin, ut faciunt, contra omnium fere secus tunc sententium torrentem fuissent ituri) perspectam habuisse dicantur. Quod si contra, Passiones dictas seculo* VI *aut adhuc citius fuisse exaratas, contendas, id equidem, quod de* Dionysii *seculo demum* III *in Gallias adventu scribunt, indubie illarum auctores, si non e monumentis antiquis, e traditione saltem didicerint; et quidem non e qualicumque, sed quæ veri ac genuini nominis traditio verosimiliter exstiterit.*

*expenduntur, martyrum*

95 *Cum enim* S. Dionysii *in Gallias adventum seculo* III, *ut dictum, innectant, ita ecclesiæ Parisiensis, a Sancto hoc fundatæ, originem minus remoto ab ætate sua seculo, quam ei assignetur ab aliis consignant; scriptores autem, qui falsis traditionibus usi ecclesiarum urbiumve origines recensuerunt, rarissime hasce ad propiora, frequentissime vero ad remotiora tempora retulere, uti eruditi passim omnes, qui historias antiquas excutere ac suis quasque ponderibus librare solent, quotidiana fere experientia habent compertum. Hæc porro consideratio facit, ut, etiamsi quam dictarum Passionum scriptores fortassis sunt secuti, traditionem non certo, sed verosimiliter tantum æstimem genuinam ac veram, oppositam tamen, e qua sola, quod de* S. Dionysio *per S. Clementem misso forsan scripserint, S. Fortunatus ac S. Genovefæ biographus, ut supra ostendi, didicisse queunt, vehementer habeam suspectam, utque proinde vel idcirco, etsi etiam aliæ rationes deessent, non binis his scriptoribus, sed contra Passionum, de quibus hic nobis sermo, auctoribus potius adhærendum putarem, etiamsi pariter et hi, quæ de* Dionysio *cum Sociis, seculo demum* III *martyrii palmam adeptis, in Gallias profecto commemorant, e sola traditione hausissent. Atque hæc de Passionum illarum scriptoribus, si e sola forsan traditione assertam a se* Dionysii *cum diversis mar-* E *tyribus, pro Christo post seculum* III *medium necatis, societatem hauserint, dicta sunto. Quid si autem hanc non e sola traditione, sed præterea e martyrum illorum Actis antiquioribus aliisve, quæ ante ætatem suam scripta fuissent, modoque perierint, monumentis didicerint? Sulpitius Severus Hist. Sacræ lib.* 2, *ubi de Diocletiano et Maximiano, sic scribit*: Extant etiam mandatæ litteris præclaræ ejus temporis Martyrum Passiones: quas connectendas non putavi, ne modum Operis excederem.

*Passionibus, ac nominatim e SS. Eusicii et Victorici,*

96 *Cum itaque Passiones, a Sulpitio hic laudatæ, fuerint Martyrum, qui sub Diocletiano et Maximiano seu post seculum* III *medium subiere martyrium, Passionesque, de quibus hic nobis sermo, tales etiam exstiterint, sane hasce vel ipsasmet fuisse Passiones, a Sulpitio laudatas, vel a scriptoribus, qui ex hisce sua pleraque deprompsissent, litteris fuisse mandatas, sat verosimile apparet, firmorque vel hinc in opinione, qua, ut dixi, Passionum illarum auctoribus potius, quam Fortunato ac S. Genovefæ biographo adhærendum existimo; quod autem de Passionibus illis, quæ Hilduino, ut dictum, fuere objectæ,* F *generatim hic affirmo, id nominatim de SS. Fusciani et Victorici Passione, supra a nobis adhuc laudata, est dicendum. Scriptor, qui hanc, a Bosqueto Ecclesiæ Gallicanæ Historiarum parti secundæ insertam, litteris mandavit, duos illos martyres, utut post seculum* III *medium sub Maximiano, uti inter omnes convenit martyrio coronatos, cum* S. Dionysio *tamen, aliis adhuc, quos recenset, comitantibus, in Gallias venisse memoriæ prodit: hinc autem Passionem illam esse unam e supra hic memoratis, quæ Hilduino (adi num.* 88 *huc transcripta scriptoris hujus verba) fuerunt objectæ, verosimillimum sane, ne amplius quid dicam, apparet, uti nemo non fatebitur, qui rem attente expenderit. Ille porro SS. Fusciani et Victorici Passionis scriptor, narraturus in ea, quæ Sanctis hisce ac S. Gentiano, cum die quodam hunc illi habuissent obvium, acciderint, sese id,* ut Historiæ gesta commemorant, *facturum esse, insinuat; ut sane is scripta monumentave antiqua sibi prælucentia habuerit.*

*quæ, quamvis non ubique vera,*

97 *Quid si autem ex hisce, quemadmodum non pauca alia, quæ memorat, sic etiam, quæ de*

AUCTORE C. B.

auctore C. B.

*de SS. Fusciani et Victorici cum* S. Dionysio *societate memoriæ prodit, deprompserit? Id enim vero factum ac proin, si, contra ac apparet, non plures e scriptoribus, qui diversorum Martyrum Passiones, Hilduinianæ de* S. Dionysio *per Clementem misso opinioni oppositas, scripsere, unum saltem eorum, quod de martyribus, seculo* III *jam medio passis et tamen cum* Dionysio *in Gallias in Roma profectis, memorat, e monumentis antiquioribus hausisse, vero admodum simile ob ea, quæ jam nunc dicta sunt, apparet. At vero, inquies cum Tillemontio, præterquam quod SS. Fusciani et Victorici Acta parum apte, si stylum eorum spectes, sint conscripta, in pluribus, quibus vestiuntur, adjunctis parum sunt verosimilia, ægreque inter semetipsa in aliis videntur posse componi. Fateor : tale sane est, quod de Actis illis is scriptor Monument. Ecclesiastic. tom.* 4, *pag* 454 *fert, judicium. Verum Sanctorum Actis, in quibus nonnulla parum inter se consona ac verosimilia occurrunt, non omnis continuo, ne alioquin cuncta propemodum, veluti fidem facere nusquam nata, Sanctorum Acta rejicienda sint,* B *deneganda est fides. Adhæc, etsi quidem nonnulla, haud facile apud omnes fidem inventura, contineant SS. Fusciani ac Victorici Acta, simul tamen etiam longe plura, a veri specie neutiquam abhorrentia, complectuntur. Præterea iis, quæ parum in illis verosimilia Tillemontio sunt visa, accensendum sane non est, quod de SS. Fusciano ac Victorico, martyrii palmam seculo demum* III, *uti apud omnes in confesso est, adeptis, et tamen Roma cum* S. Dionysio *profectis, memoriæ produnt.*

*haud tamen ut Menardo*

98 *Ast hic modo Menardi venit in mentem, qui ne nimis confidenter postremum hoc asseram, monere videtur. Etenim (scriptoris hujus de unico Dionysio, Athenarum simul et Parisiorum episcopo, adversus Launoyum Diatribam cap.* 6 *videsis) SS. Fusciani et Victorici, de quibus hic agimus, Acta in* S. Dionysii *nomine corrupta esse, affirmat, tum quod in iis hic Sanctus sub Diocletiano et Maximiano, quod nullus umquam scriptor memoriæ prodidit, in Gallias venisse asseratur, tum quod in aliis Mss. SS. Fusciani et Victorici Actis* S. Dionysii *nomen non legatur. Verum, etsi quidem* S. Dionysii *in Gallias adventum sub Maximiano signare primo intuitu videantur, hunc tamen illa eventum sub* C *Maximiano reipsa non signare, nec nisi ut facti præcipui, seu tolerati a SS. Fusciano et Victorico martyrii, de quo agunt, epocham determinent, mentionem de imperatore illo facere, satis est manifestum. Ita tom.* 4 *Monument. Ecclesiast. not.* 10 *in* S. Dionysium, *Parisiensem episcopum, Tillemontius observat; neque vero inepte : etsi enim Actorum illorum auctor, Rictium Varum eodem tempore, quo Maximianus Augustus Galliis præfuit, præfecturæ dignitatem esse adeptum, initio præfatus, statim deinde SS. Victorici et Fusciani cum* Dionysio *aliisque in Gallias referat adventum, id tamen sic facit, ut a sese hunc eodem etiam tempore seu sub Maximiano consignari, nullo uspiam verbo indicet. Imo vero, cum deinde, narrato SS. Fusciani ac Victorici cum* S. Dionysio *aliisque in Gallias adventu, novam tunc primum, cum Sancti illi ibidem multa gessissent satisque adeo diu jam commorati fuissent, persecutionem in Christianos, in qua SS. Fuscianus ac Victoricus passi fuere, in iisdem Galliis esse exortam, non obscure doceat, hinc enimvero abs illo sub Maximiano, qui statim ab accepto in Gallias imperio Christianos ibi per-* D *sequi cœpit,* Dionysii *in Gallias adventum non signari, sat luculenter patet.*

*visum est, in Dionysii nomine, quemadmodum quæ*

99 *Quod modo ad alteram, ob quam Menardus edita a Bosqueto SS. Fusciani et Victorici Acta corrupta esse pronuntiat, rationem spectat, cum* Dionysii *in Gallias adventum sub Maximiano, ut jam ostendi, non ponant, utquid, quæso, illa potius, quam alia eorumdem Sanctorum Acta, a Menardo laudata, a quibus* Dionysii *nomen abest, corrupta sunt dicenda? SS. Fusciani ac Victorici Acta seu Passio, a Bosqueto vulgata, verosimillime, ut jam supra docui, una est e Passionibus, quas Hilduinus (adi ejus num.* 88 *huc transcripta verba) suæ de* Dionysio *per Clementem misso opinioni objectas fuisse, commemorat; cum autem hæ omnes, uti ipsemet hic scriptor ibidem testatur, diversos illos Martyres, quos seculo* III *passos tradunt, cum* S. Dionysio *in Gallias venisse affirment, consectarium est, ut, si Acta illa vere, ut Menardus vult, in* Dionysii *nomine sint corrupta, id certe nævi in ea ante Hilduini ætatem fuerit invectum. Ac id quidem ab iis, qui Acta illa, jam inde a seculo* VI, *ut supra docui,* E *conscripta, seculo* IX *ineunte alterove e binis hoc proxime prægressis seculis transcripserint, factum statui oportebat; verum cum tunc opinio de* Dionysio *per Clementem misso quam maxime in Galliis, ut supra docuimus, viguerit, enimvero fuisse eo tempore etiam inventos, qui opinionem illam, utut ab omnibus tum passim receptam, adeo aversarentur, ut etiam, quo hanc infirmarent contrariamve inducerent, in SS. Fusciani et Victorici, quod conficiebant, Actorum exemplar* S. Dionysii *nomen, nuspiam antea in hisce repertum, pro mero suo arbitrio, veritate insuper habita, intulerint, parum admodum verosimile apparet.*

*hic adducuntur,*

100 *Verum, quo iis, quibus forsan hoc modo res nondum satis probata videbitur, luculentius eam adhuc probem, ipsamet sanctorum Fusciani et Victorici Acta, a Menardo laudata, a quibus* Dionysii *nomen abest, verosimillime, facta in iis post Hilduini ætatem aut saltem post scripta abs hoc Areopagitica interpolatione, vitiata esse seu corrupta, modo ostendam. Hilduino, jam inde a seculo* I *venisse in Gallias* S. Dionysium, *contendenti, diversorum Martyrum, ut supra dictum, Passiones, quæ hosce, utut seculo* III *demum martyrium passos, cum* Dionysio *tamen venisse in Gallias tradebant, fuere objectæ. Et sane argumentum, e Passionibus illis petitum, validissime, ut consideranti patescet, contra Hilduinum militabat; verum, etsi id ita foret, abs illo tamen hic scriptor, si tum Passionum illarum exemplaria,* Dionysii *nomine carentia, exstitissent, facillime sese, allegata horum auctoritate, expedire potuisset; cum autem idem scriptor, qui tamen nec ulla alia ratione dictum argumentum solvit, imo ne attingit quidem, exemplaria hujusmodi in sui præsidium non adducat, idque tamen, si quæ tum exstitissent, verosimillime, quo adversariis os occluderet, facturus fuisse videatur, id enimvero dictarum Passionum exemplaria, a quibus* Dionysii *nomen abesset, Hilduini ætate aut certe, cum hic Areopagitica conscriberet, non exstitisse, argumento est perquam valido.* F

*ostendunt, sunt corrupta*

101 *Reponi quidem potest, Passionum illarum exemplaria, a quibus* Dionysii *nomen abesset, etiamsi*

A *etiamsi ad infirmandum ac penitus convellendum argumentum, quod e Passionum earumdem exemplaribus aliis, nomen istud continentibus, Hilduino fuit objectum, quodque hic scriptor neutiquam, ut facit, relinquere debuisset intactum, essent sane longe aptissima, ab Hilduino tamen, quod eorum non haberet notitiam, in opinionis suæ præsidium non fuisse adducta: verum, cum is San-Dionysianus abbas, uti ipsemet loco jam sæpius cit. prodit, Passionum exemplaria, quæ ei, utpote* Dionysii *nomen præferentia, adversabantur, optime cognorit, quis, quæso, eumdem, si quæ pariter Passionum exemplaria,* Dionysii *nomen non complectentia eique adeo suffragantia, tum exstitissent, ignoraturum hæc fuisse, in animum inducat? Nemo sane, qui Hilduinum, quo documenta, ad suam de* Dionysio *per Clementem misso opinionem vel propugnandam vel confirmandam nata, undecumque conquireret, nulli omnino operæ ac labori pepercisse, considerarit. Jam vero, cum res ita habeat, reipsa sane nulla omnino dictarum, quæ Hilduino fuerunt objectæ, Passionum exemplaria, a quibus*

B Dionysii *nomen abesset, scriptoris illius ætate exstitisse, sat certum apparet; cum autem e Passionum illarum numero verosimillime, ut supra docui, exstiterit SS. Fusciani ac Victorici Passio, consectarium est, ut nulla pariter hujus exemplaria,* Dionysii *nomine carentia, scriptoris illius ætate aut certe cum hic Areopagitica sua conscriberet, fuerint reperta. Hinc porro ulterius jam consequitur, ut Passionis illius exemplaria hujusmodi, a Menardo, ut supra vidimus, memorata, vel aliquanto saltem tempore post, vel serius, omisso in iis, utut in antiquiori, quod præ oculis erat, exemplari reperiretur,* Dionysii *nomine, debeant fuisse confecta; cum vero idcirco, uti hinc consequi nemo non videt, pro interpolatis seu vitiatis sint habenda, Passionis ejusdem exemplaria alia, in quibus SS. Fuscianus ac Victoricus aliique adhuc martyres, seculo demum* III *passi, cum* S. Dionysii *in Gallias venisse memorantur, in Sancti hujus nomine, contra ac Menardus vult, corrupta non esse, vix non indubitatum ex omnibus jam dictis evadit.*

*Actis, sec. VI scriptis, probatur.*

C 102 *Jam vero, cum id ita sit, auctorque, qui SS. Fusciani ac Victorici Passionem litteris mandavit, seculo* VI, *ut supra ostendi, verosimillime floruerit, ac certe non pauca, et quidem verosimillime etiam SS. Fusciani ac Victorici aliorumque, qui seculo demum* III *subiere martyrium, assertam a se cum* S. Dionysio *societatem e monumentis antiquioribus, uti ante jam docui, dederit, plurimum sane e Passione illa roboris ac momenti hic a nobis propugnata, quæ* Dionysii *in Gallias adventum seculo* III *illigat, accipit opinio; cum autem, uti e supra dictis liquet, non parum hæc etiam e jam sæpe memoratis, quæ Hilduino generatim fuere objectæ, diversorum Martyrum Passionibus confirmetur, seculo* VI *insuper citra omnem controversiam obtinuerit, opinioneque deinde, quæ* Dionysium *a Clemente seculo* I *missum statuit, invalescente ac continuo fere per Gallias ex immodico antiquitatis amore vires acquirente, firma nihilominus steterit atque inconcussa nec umquam penitus, firmissimis, quas egerat, fractis radicibus, potuerit ex hominum mentibus evelli, enimvero, cum hæc omnia, nisi illa veritati fuisset consona, ægre admodum locum habitura fuisse videantur, fit vel*



*hinc, ut opposita, quæ* Dionysii *in Gallias adventum seculo* I *innectit, verosimilior ac potior non immerito æstimari queat.*

AUCTORE C. B.

103 *Porro SS. Fusciani ac Victorici Actis, e quibus, ut jam dictum, opinio de* S. Dionysii *post seculum* III *medium in Gallias adventu non parum firmatur, addi etiam hic possent S. Piati Acta, in Operis nostri tomum primum Octobris jam illata, quæ hunc Sanctum, utut sub Maximiano ac proin seculo* III *jam senescente martyrio affectum, cum* Dionysio *tamen venisse in Gallias, pariter tradunt; verum, etsi id, hæc non magis, quam mox memorata SS. Fusciani et Victorici Acta, sub Diocletiano et Maximiano factum notent, minimeque adeo nobis,* Dionysii *adventum sub Decii et Grati consulatu seu anno* 250 *cum Gregorio Turonensi statuentibus, adversentur, haud citius tamen, quam seculo* VIII *aut* IX *ineunte (prævium iis apud nos Commentarium num.* 18 *videsis) in litteras forsan fuerint conjecta, cumque vel idcirco iis, quæ pro nostra de* Dionysio *sub seculum* III *medium in Gallias misso opinione roboranda e SS. Fusciani ac Victorici Actis Passionibusque Hilduino objectis supra attulimus, haud multum roboris adjungere* E *sint nata, Acta illa aliaque adhuc exstantia aliorum Martyrum Acta, quæ hosce, utut seculo* III *passos,* Dionysii *tamen pariter faciunt socios eodemque fere, quo S. Piati Acta, loco possunt haberi, in opinionis nostræ præsidium hic non adduco, rationesque aliunde petitas, quibus hæc firmetur præterea, lectori dijudicandas § seq. propono.*

*verosimilior ac potior debet videri.*

## § VII. Quæ pro majori veri specie asserenda opinioni, quæ Dionysium seculo tertio missum statuit, § præcedenti dicta sunt, confirmantur, hæcque longe verosimilior ac propemodum etiam certa pronuntiatur.

*Dionysium sec. III missum, Gregorius Turonensis scribit;*

*Quos auctores habeant sanctorum Martyrum Passiones seu Acta, quæ pro* Dionysii *missione in seculum* III *differenda § proxime prægresso attulimus, plane in obscuro est. Nunc duo saltem in rem nostram prolaturi hic sumus testimonia, quæ a Gregorio Turonensi et Sulpitio Severo, notissimis juxta ac celeberrimis scriptoribus, data esse, omnino est certum. A Gregorii, qui, ut jam ante docui, seculo* VI *floruit, testimonio duco initium. Id tantummodo jam supra, quo, opinionem, quæ seculo* III Dionysii *missionem innectit, seculo* VI *obtinuisse, lectori faceremus palam, num.* 83 *fuit laudatum; nunc vero, ut, quanti in re, de qua agimus, faciendum sit, ostendamus, proferetur in medium. Sequentibus hisce apud scriptorem illum lib.* I *Historiæ Francorum cap.* 28 *concipitur verbis:* Hujus (*Decii*) tempore septem viri episcopi ordinati ad prædicandum in Gallias missi sunt, sicut Historia Passionis sancti martyris Saturnini denarrat. Ait enim: „ Sub Decio et Grato consu- „ libus, sicut fidei fideli recordatione retinetur, pri-

AUCTORE C. B.

« mum ac summum Tolosana civitas sanctum Sa- « turninum habere cœperat sacerdotem. Hi ergo « missi sunt; Turonicis Gatianus episcopus, Arela- « tensibus Trophimus episcopus, Narbonæ Paulus « episcopus, Tolosæ Saturninus episcopus, Pari- « siacis Dionysius episcopus, Arvernis Stremonius « episcopus, Lemovicinis Martialis est destinatus « episcopus. » *Franciscus Pagius, missionis Dionysianæ tempus Gregorii Turonensis, qui hanc seculo* III *luculentissime sane hic innectit, auctoritate definiri non posse, in sua supra adhuc laudata de* Dionysio *Parisiensi Dissertatione historico-critica contendit.*

*etsi autem veritatem ubique assecutus non sit,*

105 *Ut porro id probatum det, scriptorem illum in exordiis primorum ecclesiæ Gallicanæ episcoporum consignandis pugnantia inter se scribere et a semet-ipso mire dissentire variis adductis a num.* 27 *usque ad num.* 31 *exemplis conatur ostendere; verum nullum omnino ex his sat certo, quod vult Pagius, evincit. Liquet id vel ex iis, quæ Ruinartius, præjudiciorum certe in re hic controversa non habendus suspectus, in sua in novam a se curatam Gregorii Turonensis editionem Præfatione num.* 61 *in medium adduc*
B *cit, ibidem etiam probans, Gregorium in ea hæresi non fuisse, ut episcopos septem illis, quos proxime huc transcriptis verbis recenset, antiquiores in Galliis nullos fuisse existimaret. Falsum quidem in conscripta a se Francorum Historia Gregorium subinde esse, in Præfatione mox laudata num.* 63 *Ruinartius fatetur; verum, ut addit, hæc est sacrorum codicum singularis prærogativa, ut soli sint errati immunes, erroresque, in quos lapsus est Gregorius, tanti momenti non sunt, ut gentis Francorum Historiæ vel civili vel ecclesiasticæ officiant. At vero, inquies, Gregorius in ipsomet proxime huc transcripto textu episcopis sub Decio seu seculo* III *medio in Gallias missis accenset S. Trophimum, quem jam inde a seculo* I *in Gallias venisse, argumentis adeo solidis ac validis probatur, ut vix ullum eruditum reperire sit, qui iis rem plane evictam non arbitretur. Fateor, sic habet: verum quid tum? Dicesne forsan, Gregorium, ut in missionis S. Trophimi epocha, ita etiam in tempore, quo* S. Dionysium *aliosque supra recensitos episcopos in Gallias missos scribit, esse*
C *hallucinatum? Ast, qui res historicas tractans peccat in uno, non illico omnium factus est reus, foretque alioquin fluxa per omnem Historiam Gregorii auctoritas.*

*ac quantum ad missionis Dionysianæ epocham a Petro de Marca deseratur,*

106 *Petrus de Marca, Parisiensis olim archiepiscopus, in erudita sua de prædicatæ primum in Galliis fidei tempore ad Henricum Valesium epistola, apud nos tom.* V *Junii a pag.* 544 *usque ad pag.* 552 *recusa, Gregorium Turonensem non modo in S. Trophimi, sed et in SS. Pauli, Martialis,* Dionysii *et Saturnini missionis tempore supra huc transcriptis verbis assignando errasse contendit, et nihilominus eidem Gregorio in tempore, quo ibidem etiam S. Gatianum Turonensem et S. Stremonium Avernensem episcopos in Gallias missos, tradit, refragari temerarium arbitratur. Audi, qui hoc loco loquatur.* Quod autem, *ait,* attinet ad Gatianum, Turonensis ecclesiæ episcopum; cum ejus successor Gregorius, cui perspecta erant ecclesiæ suæ tabularia, doceat conceptis verbis lib. 9 Hist. cap. 31, Gatianum anno Decii primo a Papa Sedis Romanæ transmissum, additis quoque aliquot ejus episcopi gestis; neque ulla nobis aliunde suppetat auctoritas, qua illum ad vetustiora tempora revocemus, temerarium D censeo adversus Gregorium de propriæ ecclesiæ statu disputare. Idem dicendum puto de Stremonii, Arvernensis episcopi, initiis, quæ Gregorium, utpote patria Arvernum, atque adeo in suis non peregrinum, latere non poterant *Ita ille; nequaquam sane ex errore, quem, ut putabat, Gregorius non in solius S. Trophimi, sed simul etiam in* SS. Dionysii, *Pauli, Saturnini et Martialis missionis epocha admisit, pariter eum in tempore, quo SS. Gatianus et Stremonius missi fuerint, errasse concludens.*

*fuit tamen, cur etiam quantum ad illam a scriptore isthoc reciperetur;*

107 *Atque ita quidem vir eruditissimus sibi faciendum duxit, quod, quemadmodum indicat, Gregorius res, quæ ad SS. Gatianum et Stremonium, melius quam eas, quæ ad quinque alios episcopos spectabant, potuerit habere perspectas; verum, cum res ita habeat, sane etiam ex eo, quod, ut supra dictum, Gregorius in S. Trophimi missionis epocha assignanda certo erret, eum pariter in tempore, quo* S. Dionysium *missum scribit, errasse nequit inferri. Gregorius enim in suis Operibus de* S. Dionysii *patratisve ab eo miraculis loco non uno egit, Parisios frequenter venit, ami-* E *citiæque vinculo, uti a pluribus notatum invenio, cum Germano, Parisiensi episcopo, hujusque successore Ragnemodo fuit conjunctus; ut sane res, quæ ad ecclesiam Parisiensem primumque hujus episcopum* S. Dionysium, *melius quam eas, quæ ad procul Turonibus dissitam Arelatensem primumque itidem hujus episcopum S. Trophimum spectarent, potuerit habere compertas. Adhæc nulla pariter aliunde, ob quam ad tempus seculo* III *anterius* Dionysii *missionem revocemus, auctoritas, certo scilicet admittenda nec merito revocanda in dubium, suppetit; ut adeo Petrus de Marca SS. Gatiano et Stremonio, in quorum missionis epocha Gregorio Turonensi e dictis refragari ausus non est,* S. Dionysium *adjungere, ac proin scriptoris hujus etiam in tempore, quo Sanctum hunc missum memorat, testimonium revereri non immerito potuisset.*

*testimonium, quod ea in re dedit, Fortunati testimonio præstat,*

108 *Et vero fecisset id etiam forsan vir eruditissimus, nisi* S. Dionysii *Sociorumque ejus Acta, a nobis edenda, in quibus* Dionysius *a Clemente Papa in Gallias missus diserte asseritur, S. Fortunatum habere auctorem, credidisset; verum ea a sancto hoc Pictaviensi episcopo non esse concinnata, jam dilucide Comment. hujus* F *prævii* § I *probavi. Nec fuit etiam, cur ob hymnum ab eodem Fortunato, ut volunt, compositum ac a nobis laudatum, in quo etiam* Dionysii *missio S. Clementi Papæ adscribitur, a Gregorii contrarium prodentis testimonio Petrus de Marca recederet. Etsi enim, hymnum illum, cujus nec Hist. litt. Franciæ scriptores in S. Fortunati scriptis mentionem faciunt, a Fortunato fuisse contextum, supra tantisper dederimus, anne tamen re etiam ipsa a scriptore isthoc promanarit, est admodum dubium, uti ex iis, quæ* § V *disserui, satis superque liquet; cum autem Gregorii testimonium, proxime huc transcriptis verbis conceptum, a Gregorio equidem, quidquid etiam ad ejus auctoritatem infirmandam adducant, citra omnem controversiam sit profectum, fuit sane, cur id Fortunati testimonio, quod, an vere Fortunati sit, haud constat, a Petro de Marca præferretur, reque etiam ipsa præ Fortunati testimonio in pretio est habendum. At vero, cum Gregorius equidem seculo* VI *demum floruerit, seculisque adeo circiter tribus a* Dionysii, *seculo* III, *ut scribit, missi ætate abfuerit, fuisse etiam abs hac illum remotiorem,*

*quam*

A *quam ut in tempore, quod* Dionysii *missioni assignat, fidem certam mereatur, non nemo fortassis jam contendet; neque vero, ut mihi equidem apparet, omnino immerito; verum Sulpitius Severus, supra a nobis jam sæpius laudatus, qui, cum seculo* IV *senescente floruerit, unoque adeo dumtaxat fere seculo a* Dionysii *ætate abfuerit, res certe ad hunc spectantes probe potuit habere perspectas, Gregorio suffragatur, ut facile colligetur ex iis, quæ jam nunc de scriptore illo sum dicturus.*

*eique, uti ex hic dictis colliges, suffragatur Sulpitius.*

109 *Religionem Christianam necdum etiam tum, cum Adrianus, Romanorum ab anno* 117 *ad annum usque* 130 *imperator, persecutus est Christi ecclesiam, in Galliis fuisse susceptam, laudatus Sulpitius Severus, uti e verbis ejus, quæ num.* 53 *huc transcripsi, inspectis, facile intelliges, non obscure docet; huic porro consequitur, ut sane is scriptor, Parisiensem, Turonensem, Rhemensem, Rhothomagensem, Aurelianensem, Arelatensem, Narbonensem aliasque omnes Galliarum ecclesias, quas jam inde a seculo* I *fundatas fuisse, nonnulli contendunt, re ipsa tum nondum fuisse fundatas, etiam existi-*

B *marit. Certum id est, nec ab ullo potest revocari in dubium. Sulpitium quidem quantum ad tempus, quo Christi fides in Galliis fuerit suscepta, errasse, suprajam dedi; verum quid tum? Errarit etiam, ut reipsa e jam dictis fecit, quantum ad tempus, quo ecclesiam Arelatensem, imo etiam, si velis, quantum ad illud, quo Viennensem fundatam credidit, hincne consequens erit, ut quantum ad tempus, quo Parisiensem, Lugdunensem, Rhemensem aliasque Galliarum ecclesias fundatas putavit, fuerit pariter hallucinatus? Neutiquam sane, uti ex iis, quæ de Gregorio Turonensi mox protulimus, satis apparet: et vero si ex eo, quod quis scriptor in unum alterumve errorem esset prolapsus, reliqua omnia, quæ scribit, erroris pariter insimulare liceret, jam actum esset de quibuscumque profanis historiis, nihilque ex iis sat certi ac firmi posset haberi compertum. cum ex auctoribus, qui hasce in litteras misere, vix ullum reperire sit, qui subinde hallucinatus itaque a veritate deflexisse non deprehendatur. Utcumque itaque Sulpitius in epocha, ad quam unius alteriusve ecclesiæ in Gallias fundatio referenda foret, hullucinatus credatur, non conti-*

C *nuo idcirco etiam in epochis, quæ ad aliarum Gallicanarum ecclesiarum ac nominatim ad Parisiensis, quam* Dionysius *fecit, fundationem spectant, errasse est censendus.*

*Hic porro ut probatur, Dionysium sec.* III *missum, etiam existimavit,*

110 *Verum, etsi id ita sit, ne tamen cum eis, qui, quidquid egero, in rei hic controversæ decisionem Sulpitii testimonium admissuri numquam sunt, contentiosum funem ducendo tempus inutiliter teram, Sulpitium ab erroribus vindicare omittens, id dumtaxat, quod a nemine puto revocatum iri in dubium, e scriptore isto in argumenti partem hic adducam. Cum equidem, ecclesiam Parisiensem seculo* I *nondum fuisse fundatam, Sulpitius Severus, uti e jam dictis liquet, existimarit, consectarium est, ut pariter* Dionysium, *qui id fecit, eodemque seculo* I *aut certe sequentis initio, ut volunt, martyr occubuit, nondum tum venisse aut missum fuisse in Gallias, autumarit, maxime cum ante Aurelii principatum seu annum* 161, *quo hic imperare cœpit, martyria in Galliis non fuisse conspecta, supra huc transcriptis verbis memoriæ etiam prodat; cum autem* Dionysius, *uti inter omnes convenit, certo in Gallias seculo vel primo vel tertio venerit seu missus fuerit, ulterius e jam dictis consequitur, ut id demum posteriori e duobus hisce seculis evenisse, Sulpitius Severus fuerit indubie arbitratus. Jam vero, cum id ita sit, opinionem certe, quæ* Dionysii *missionem seculo* III *innectit, jam inde etiam a* IV *senescente ineunteve* V, *quo tempore Sulpitius floruit, obtinuisse, necessum est. Assignent modo, qui illam impugnant, tempus aut minus aut æque saltem tantummodo a re gesta remotum, quo, quæ* Dionysii *missionem seculo* I *illigat, opinio vel utcumque obtinere inceperit, aut si id, ut certe non possunt, re etiam ipsa, rationibus solidis adductis, facere non possint, enimvero, cum præterea documentis testimoniisve, Sulpitio aut æqualibus aut antiquioribus, contra quæ exceptioni locus non sit, a veritate certo esse alienam, quæ* Dionysii *missionem in seculum* III *differt, opinionem, demonstrare haud queant, hanc sua antiquiorem ac proin et ob jam dicta potiorem et verosimiliorem ingenue fateantur, necesse est, ut rationes hic ac § proxime prægresso adductæ exposcunt.*

AUCTORE C. B.

111 *Porro etsi quidem, ut supra dedimus atque e jam dictis liquet, Sulpitius in tempore, quo primum in Galliis fuerit suscepta Christi fides, errarit, ex hoc tamen ejus errore consectarium est, ut verosimilime, quemadmodum quæ in hocce Commentario a num.* 54 *usque ad num.* 69 *disputavi, ostendant, perpaucæ dumtaxat, quod et ex aliis* § IV *adductis liquet, ecclesiæ seculo* I *in Galiis extiterint; cum autem id ita sit, fuisse ex harum numero Parisiensem ac proin et* S. Dionysium, *qui hanc fundavit, jam inde ab eodem seculo venisse in Gallias, parum admodum est verosimile. Documenta quidem seu testimonia, quibus res hæc atque adeo rationes, pro opinione, quæ Sancti in Gallias adventum seculo* III *innectit, supra allatæ, modo adhuc confirmentur, Sulpitio antiquiora haud suppetunt; verum, etsi id ita habeat, argumenta equidem aliunde petita, quibus id præstetur, haud desunt. Juverit et isthæc hic subjecisse. Cum Apostoli, ad Evangelium etiam vocari gentes, divinitus fuissent admoniti, in omnes provincias ire divinique Verbi semina in majoribus præcipue oppidis urbibusque primariis, fundatis etiam ibi ecclesiis, spargere cœperunt. Hinc factum, ut Antiochiam, Romam, Alexandriam, Ephesum, Athenas ac tandem,* F *ut alias plures insignes civitates, ab iis lustratas, omittam, Thessalonicam venerint, rati scilicet pagos et vicos in fidem, quam urbes præcipuæ, fundatis apud sese ecclesiis, suscepissent, facile consensuros, sicque provincias integras Christo posse asseri. Hanc porro Christianam in Dei Religione, quaquaversum diffundenda, solertiam non modo Apostoli adhibuere, sed et eorum discipuli, aliique, qui Apostolorum exempla egregiaque facta æmulari studuerunt.*

*cumque adeo hæc opinio, quæ præterea argumento,*

112 *Hæc fere omnia, qui elucubratam a se ecclesiæ Parisiensis Historiam anno* 1690 *edidit, Gerardus du Bois lib.* I *cap.* 2 *præfatus, sequentem loquitur in modum:* Quærenti igitur his in locis nostræ Religionis initia mihi perlustrandæ sunt civitates Galliæ Celticæ, quæ in principio nascentis Ecclesiæ plus potentia et auctoritate valerent, ut magis sincerum certumque de primordiis nostris originibusque nostrarum ecclesiarum judicium sit. *Quod hic sibi is scriptor generatim quantum ad Galliæ Celticæ civitates, ut, quo tempore in hisce fuerint fundatæ*

*hic ex Apostolicorum virorum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

datæ ecclesiæ, certius determinare posset, faciendum duxit, id hic mihi nominatim quantum ad Lutetiam seu civitatem Parisiensem præstare est visum, ut, exposita, qua hæc seculo I fuerit, tenuitate, definiri certius queat, quo loco sit habenda opinio, quæ fuisse ibi jam inde a seculo illo ecclesiam per S. Dionysium fundatam, hunc-que proinde jam tum in Gallias missum esse, adstruit. Etsi quidem, quo tempore Cæsar bellum gessit in Gallia, ac proin sat diu etiam ante æram Christianam Lutetia Parisiorum exstiterit oppidum haud prorsus ignobile, mox tamen a qualicumque, quo gaudebat, splendore est delapsa. Eo enim ipso tempore, idem Cæsar suorum de bello Gallico Comment. lib. 7 refert, incendio, rescissis etiam ejus pontibus, fuit absumpta, necdumque, ut apparet, Domitiano jam imperante seu seculo Christi primo senescente, erat instaurata.

*in fundandis ecclesiis*

113 *Imo ne ipso quidem adhuc seculo* IV *in urbis perfectæ formam videtur fuisse adducta. Certe Julianus imperator, sub annum* 360 *Lutetiæ versatus,* oppidulum *vocat Lutetiam. Adhæc Ammianus Marcellinus, Juliani comes,*
B *qui tum scripsit,* castellum *tantummodo, quod inter et urbem quantum sit discriminis, nemo non novit, eamdem appellat. Utut sit, Lutetiam seu Parisiensem civitatem seculo* I *exiguum dumtaxat, quod intra minoris insulæ, a Sequana formatæ, angustias concluderetur, exstitisse oppidum, apud omnes in confesso est. Jam vero, cum res ita habeat ac pleraque præterea Galliarum ecclesiæ, quæ Italiæ viciniores, fuerint ante alias, quæ ab ea remotiores, fundatæ, quis, quæso, rei hujus ac potissimum consilii, quod, ut supra exposui, Apostoli imprimis atque Apostolici viri in fundandis ecclesiis sunt secuti, ratione habita, verosimile autumet, Lutetiæ seu Parisiis jam inde a seculo* I *fundatam fuisse ecclesiam, etsi interim Tolosæ, quæ Italiæ vicinior est, Turonibusque, quas præcipuis Galliarum urbibus Ammianus Marcellinus lib.* 15 *accenset, non ante seculum* III, *imo et Lugduni, quæ Galliarum metropolis, totoque terrarum orbe celebratum, quod a Latinis juxta ac Græcis frequentabatur, emporium erat, non ante seculum* II, *et quidem, uti inter omnes convenit, non nihil jam*
C *provectum, ecclesiam fundari contigerit?*

*consuetudine,*

114 *Quis, amabo,* Dionysium, *ex Italia venientem, nominatissimis quibusque, ubi hactenus incognita erat Dei Religio aut certe ecclesiæ fundatæ nondum fuerant, Galliarum civitatibus ac ipsamet, quam mox nominavi, amplissima juxta ac incolarum numero frequentissima Italiæque viciniore Lugdunensi præleritis, in earumdem Galliarum meditullio, ut in minoris ambitus urbecula, qualis ex dictis tum erat Lutetia, Dei religionem spargeret ecclesiamque fundaret, consedisse, in animum facile inducat? Nemo enimvero, quantum opinor, maxime qui, quam supra edocui, Apostolorum in divini Verbi semine spargendo ecclesiisque fundandis consuetudinem verosimillime observare voluisse* Dionysium, *considerarit. Jam vero, cum res ita habeat, opinioque nihilominus, quæ* Dionysii *missionem seculo* I *innectit, ad sui veritatem exigat, contra ac dicta ferret Apostolorum Apostolicorumque virorum consuetudo, et* Dionysius *in diffundendo Evangelio egerit, et ecclesia Parisiis prius, quam Lugduni, fuerit fundata, enimvero vel hinc, nostra isti opposita opinio, utpote neutrum horum, cum* Dionysii *missionem in seculum* III *differat, ad sui veritatem* D *exigens, pro potiori ac verosimiliori videtur habenda, rationesque simul, ob quas ita de ea æstimandum jam supra ostendi, non parum firmantur.*

*alteroque ex episcoporum Parisiensium*

115 *Eo porro etiam conducunt antiqui episcoporum, qui ecclesiæ Parisiensi præfuerunt, catalogi, quos si expendas, Victorinum, Parisiensem episcopum, anno* 347 *synodo Sardicensi subscripsisse invenies; cum autem in iisdem catalogis quatuor dumtaxat aut quinque, qui hunc inter et* S. Dionysium *in cathedra Parisiensi sederint, episcopi recenseatur, hique certe annorum ut minimum* 247, *qui inter dictum annum* 347, *et gestum seculo* I *a S. Clemente Pontificatum intercesserunt medii, spatio implendo haud sufficiant, opinioni certe, quæ abs hoc Pontifice* Dionysium *in Gallias missum statuit, præfati ecclesiæ Parisiensis catalogi adversantur, faciuntque, ut minus adhuc, quam alioquin foret, verosimilis appareat; contra vero, cum inter eumdem dictum annum* 347 *et annum* 286, *quo circiter evenisse* S. Dionysii *martyrium, infra docebimus, annorum dumtaxat* 60 *circiter intervallum intercesserit, huicque implendo qua-* E *tuor episcopi sufficientes indubie sint, opinioni certe, quæ* Dionysii *in Gallias missionem seculo* III *innectit, suffragantur iidem ecclesiæ Parisiensis catalogi, eamque adhuc magis, quam alioquin foret, verosimilem efficiunt. Aiunt quidem, gravissimas in Galliis ab imperatoribus ethnicis persecutiones in Christianos fuisse commotas, factumque adeo esse posse, ut, cum per hasce Parisiensis ecclesia, utut jam inde a seculo* I *per* Dionysium *fundata, vel penitus vel propemodum, Christianis partim fugatis, partim pro fide occisis, fuisset excisa, per plura annorum curicula episcopi, qui cum moderarentur, ordinati haud fuerint; adhæc ab imperatoribus, ecclesiam persequentibus, Christianorum etiam libris bellum fuisse indictum, factumque adeo etiam esse posse, ut ecclesiæ Parisiensis Commentarii, in quibus, si superessent, longe plures, quam in vulgatis catalogis recenseantur, episcopi invenirentur, ea occasione perierint.*

*catalogis petitio confirmatur,*

116 *Verum, etsi quidem tam unum, quam alterum, quod hic adversus objectos episcoporum Parisiensium catalogos in responsionem adducunt, factum esse queat, anne tamen vel alterutrum, re ipsa sit factum, est, admodum dubium; cum autem, ecclesiam Parisiensem jam inde a seculo* I *per* Dionysium *fundatam fuisse, nullo etiam, ut fateri debent, modo sit certum, rationis æquitas exigit, ne, ut hanc nihilominus jam tum fuisse fundatam, tueantur, vel præfati episcoporum Parisiensum catalogi ob dubiam tantum ecclesiæ Parisiensis Commentariorum jacturam erroris defectusve habeantur suspecti, vel diuturnæ ecclesiæ ejusdem, quibus forsan locus numquam fuerit, vacationes, e causa supra allegata obortæ, sine solido fundamento adstruantur. Jam vero, cum res ita habeat, nullumque possit, cui vacationes illæ innitantur, fundamentum assignari hujusmodi, sane argumentum, supra e dictis episcoporum Parisiensium catalogis petitum, totam vim suam contra opinionem,* Dionysii *missioni seculum* I *assignantem, retinet, nostramque adeo, quæ isti opponitur Sanctique in Gallias missionem in seculum* III *differt, opinionem magis adhuc, ut dictum, quam alioquin foret, verosimilem efficit. Dispiciat modo studiosus lector, hæcne, an opposita potior ac verosimilior*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *lior merito sit habenda. Quo id melius præstare queat, pleraque supra adducta, quæ eo potissimum conducunt, compendio hic juverit repetiisse.*

*opinione opposita*

117 *Opinio, quæ* Dionysii *missionem seculo* I *innectit, seculo quidem* VIII *et* IX, *ut supra vidimus, quam maxime viguit, sed cum dubia dumtaxat ejus, a S. Fortunato et S. Genovefæ biographo (Commentarii hujus* § V *videsis) seculo* VI *forsan relicta, nullaque certa, quæ hoc seculo antiquiora sint, vestigia reperiantur, suspicari non immerito possumus, seculo demum* VIII *aut certe non citius quam* VII *aut* VI *ex immodico antiquitatis, cui favet, amore fuisse enatam; contra vero opinio, quæ eamdem missionem ad seculum* III *rejicit, non modo dictis seculo* VIII *et* IX *contra oppositam sibi, utut tum maxime invalescentem, de* Dionysio *per Clementem misso opinionem firma atque inconcussa stetit, verum etiam citra omnem controversiam, uti ex Gregorio Turonensi, cui etiam SS. Fusciani et Victorici Acta, supra sæpissime laudata, non immerito jungas, manifestum est, jam inde a seculo* VI, *imo etiam a* V *et* IV, *uti e Sulpitio*

B *colligitur, obtinuit, cumque antiquitati non faveat, est sane, cur hominum mentibus e solo veritatis amore inhæsisse credatur. Adhæc opinio, quæ* Dionysii *missionem seculo* I *illigat, nulla omnino ante seculum* VIII *certo data, quin vel verosimillime vel indubie supposititia fictitiave æstimanda sint, pro se habet testimonia; contra vero opinio, quæ eamdem missionem usque ad seculum* III *differt, datis a Gregorio Turonensi et Sulpitio Severo, quorum prior seculo* VI, *posterior seculo* IV *senescente quintoque ineunte floruit, testimoniis fulcitur.*

*certo sit antiquior, longe etiam, soluta adhuc, quæ objicitur,*

118 *Veritati quidem hæc consona non esse, contendunt: verum cum id nec argumentis, ut deberent, sat solidis, nec scriptorum, qui Gregorio et Sulpitio antiquiores supparesve saltem aut æquales sint, testimoniis probent, indubieque equidem a Gregorio et Sulpitio testimonia illa, in quibus. ut dictum, opinio de* Dionysio *seculo demum* III *in Gallias misso fundatur, promanarint, enimvero hanc ego ob ea, quæ* § *præsenti ac proxime prægresso jam disserui, ac vel maxime ex eo, quod opinione opposita, utpote cujus nulla certa atque indubitata, uti e supra disputatis liquet, ante seculum* VIII *inveniantur vestigia, multo sit antiquior, non modo pro verosimiliori ac potiori, sed et pro fere certa reor habendam. At vero,*

C *inquies, si* S. Dionysii *in Gallias missio seculo* III *debeat innecti, sitque adeo Gregorio Turonensi in iis, quæ de hac scribit, assentiendum, consectarium est, ut* Dionysius, *et a Pontifice Romano, Decio jam imperante, in Gallias missus sit, et eo cum S. Saturnino, qui, Decio et Grato consulibus, seu anno* 250 *sedem Tolosanam occupare cœpit, advenerit; cum autem Decius, qui a mense Julio anni* 249, *uti apud Pagium in Criticis videre licet, imperare cœpit, statim in Christianos persecutionem concitarit, presbyterique Romani, cum in hac Fabianus, summus Pontifex, anno* 250 *sub Januarii finem martyrio fuisset sublatus, Sedem Romanam per unius amplius anni spatium novi Pontificis electione implere ausi non sint,* Dionysium *tum, cum Romano imperio Decius præesset, a Romano Pontifice in Gallias, ut Gregorius memoriæ prodit, missum fuisse eoque anno* 250 *advenisse, vix ac ne vix quidem credibile apparet.*

119 *Ita adhuc illi, qui Sanctum seculo* I *a Clemente missum contendunt; verum, cum Decius, a mense Julio anni* 249, *ut dictum, imperare exorsus, sub hujus dumtaxat anni finem (Pagium in Criticis videsis) persecutionem, edito in Christianos edicto, inchoarit, quid ni eo temporis spatio, quod anno* 249 *inter Julium et Decembrem intercessit, factum esse possit, ut Fabianus Papa, martyrio e dictis ante annum* 250 *non sublatus, initum antea, cum Ecclesia sub Philippis optata pace gauderet, de mittendis in Galliam viris Apostolicis consilium exsecutioni mandarit, eoque hunc in finem* Dionysium *aliosque nonnullos miserit? In Martyrologio Romano S. Gatianus, qui cum* S. Dionysio *in Gallias venit, a Fabiano Pontifice Romano ordinatus fuisse Turonensis episcopus ad* XVIII *Decembris diem diserte asseritur, nec quidquam, diligentissima licet adhibita indagine, invenire quivi, quod impedire debeat, quo minus et hic et* S. Dionysius *una cum nonnullis aliis præfato, quod anno* 249 *inter Julium et Decembrem intercessit, temporis spatio a Fabiano in Gallias missi credantur. Jam vero, cum res ita habeat, repetitaque adeo a tempore, quo sub Decio mis-* E *sus esse queat* Dionysius, *difficultas neutiquam argumenta, quæ supra pro probanda ac firmanda opinione,* Dionysium *seculo* III *missum statuente, attulimus, infirmet, hanc ego, omnibus jam sedulo expensis, non tantum opposita longe verosimiliorem, sed etiam, ut jam dixi, prope certam existimo.*

AUCTORE C. B.

*difficultate, verosimilior, ac propemodum certa pronuntiatur.*

## § VIII. An S. Dionysius Roma Parisios recta sese contulerit, an et quos tum socios sibi adjunctos habuerit, et quid in civitate illa gesserit.

*Dionysius, de cujus loco natali ac genere nihil scitur,*

*Etsi quidem, tam qui unum, quam qui duos Dionysios, Atheniensem unum, Parisiensem alterum, seculo proxime elapso statuere, Roma hunc Parisios venisse, unanimi consensu affirment, ii tamen tantum, qui ambos Dionysios confundunt, nonnulla de Dionysii, quem memorant, nobili genere patriaque adducunt in medium;* F *ii vero, qui Dionysium alterum ab altero secernunt, silne is, quem Roma Parisios accersunt, Romanus, an Græcus, humiline, an nobili genere natus, ne ullo quidem verbo uspiam edicunt; cum id autem, quod bonæ notæ antiquiora, quibus quidquam ea de re possent habere compertum, monumenta sibi deessent, indubie fecerint, nos hic pariter eamdem ob causam de loco et genere, imo et de tempore, quo* Dionysius *natus sit, silere est necesse. Verum, etsi quidem documentis hujusmodi, quibus, quod hic indagandum primo loco proponitur, sat apte definiri possit, destituti etiam simus, rem tamen, quod qualiacumque equidem documenta antiqua ei discutiendæ locum præbeant, penitus relinquere intactam non est visum, hicque adeo, an* Dionysius, *Roma in Gallias missus, Parisios recta adierit, an contra in via, quo populis, per quos transibat, Evangelii lucem affunderet, alicubi interdum substiterit, modo indagare aggredior. Analectorum Veterum, quæ Mabillonius*

AUCTORE C. B.

*nius edidit, tom.* 2, *pag.* 432 *inserta exstant ecclesiæ Arelatensis Dyptycha, antiquum exhibentia episcoporum Arelatensium indicem seu catalogum, qui in capite, etiam ante S. Throphimum, primum Arelatensium e communi omnium opinione episcopum, præfert Dionysium episcopum, præfixa ejus nomini, quæ deinde ante singulorum subsequentium episcoporum nomen subintelligitur, voce* commemoratio.

*Arelate, priusquam Parisios adiret substituisse in S. Reguli Actis, e quibus*

121 *Tillemontius tom.* 4 *Monument. Ecclesiast. not.* 1 *in* S. Dionysium *Parisiensem subdubitat, num Dionysius, in dictis Dyptychis seu catalogo, quem hæc suppeditant, memoratus non sit ipsemet* S. Dionysius, *Parisiensis episcopus, Arelatensibus episcopis ibidem primo loco accensitus, non quod reipsa Arelatensium episcopus umquam fuerit, sed quod Arelate, priusquam Parisios adiret, substiterit, Evangeliumque, consecrata etiam ibidem ecclesia, annuntiarit. Sane S. Reguli, episcopi Silvanectensis, quæ potissimum dubitandi ea de re locum Tillemontio dedit, Vita, apud nos ad diem* xxx *Martii secundo loco edita, cap.* 3, *num.* 3 *sequentia isthæc, quæ, quod hic paulo accuratius sint expendenda, huc transcribo, suppeditat verba:* Tunc hi sancti viri *(Regulus scilicet aliique cum* S. Dionysio *Roma in Gallias missi)* Apostolica benedictione roborati ac Sancti Spiritus amore succensi, Dominici fideles agricolæ ruris, barbaricis pectoribus Verbum Dei inferentes, Arelatensem venerunt ab urbem. Illuc enim quamplurimi ex diversis partibus negotiatores venerant (erat enim ibi portus multis abundans commercii) quorum quidam Apostolorum prædicationem audierant, et hujus rei gratia prædictis Sanctis humanitatis officia præbuerunt.

B

*aliquot verba hic recitantur,*

122 Tantam namque gratiam Sanctis suis largitus est Dominus, ut eorum prædicationi plebs Arelatensis nullo modo resisteret, sed Euangelium Christi devotis suscipiens mentibus Conditorem omnium fideliter adoraret. Erat enim maxime venerabile templum, quo Martis statua ab omnibus colebatur, quam B. Dionysius nullo hominum labore, sed divini Nominis invocatione confregit; et, eliminatis cunctis spurcitiis, ad regenerandum populum Dei baptisterium fieri præcepit. Ipsum vero templum sub veneratione beatorum Apostolorum Petri et Pauli ecclesiam consecravit. Videns autem illius

C

regionis populum idololatriæ sacrificiis inservire, per diversas provincias ministros suos dividens, benedixit eos dicens: « Sicut fuit Domi- « nus cum dominis meis Apostolis, ita sit vo- « biscum in æternum; » et dans pacem omnibus, et per singulos dilectionis dividens osculum, deflens abire permisit. Sanctum vero Regulum, Pontificali benedictione decoratum, Arelatensi ecclesiæ præesse constituit. Ipse vero cum SS. Rustico et Eleutherio, fines Galliæ penetrans, Parisios venit, ubi multis afflicti tormentis laboris sui palmam capitali sententia susceperunt.

*traditur: sed, ut id Sanctum vere fecisse credamus, nec eis,*

123 *Quod si itaque Vita illa veritati consona hic memoret,* S. Dionysius, *quem omnium cum S. Regulo in Gallias missorum coryphæum facit, aliquantas certe Arelate, et quidem etiam, ut apparet, longiores, quo Evangelium ibidem annuntiaret, moras traxerit, seque adeo recta Parisios Roma haud contulerit. Verum, qui Vitam istam concinnavit, scriptor anonymus seculo demum, uti apud nos in Commentario, S. Reguli Actis ad dictum Martii diem præmisso, num.* 5 *videre licet, decimo aut undecimo floruit. Adhæc commentis non paucis ac erroribus, ut Tillemontius loco supra cit. insinuat, suam istam lucubrationem infecit. Et vero, ut a reliquis, quæ in hac vel certo commentitia vel saltem parum admodum verosimilia narrat, recensendis abstineam, id certe, quod vel ipsis jam recitatis verbis de insignori ethnicorum templo, a* Dionysio, *confracta primum, quæ in eo colebatur, ad solam Dei invocationem Martis statua, in Christianorum ecclesiam converso, refert, commentitium simul atque omnino incredibile apparet. Cum enim ethnici, qui indubie, etsi etiam jam multos a* Dionysio *ad fidem conversos credideris, magno adhuc numero idolorum cultui manebant addicti, impedire certe, quo minus sibi dictum templum eriperetur, potuissent, re ipsa id illos non fuisse facturos, in animum quis inducat? Nemo sane, quantum opinor, qui, quanta tum ethnici potentia pollerent, quantumque sibi abs hisce in regione sua exercenda cavere Christiani deberent, considerarit. Cum itaque, uti e jam dictis satis superque liquet, præfatus Vitæ S. Reguli auctor nec a tempore, quo floruit, nec ab iis, quæ memoriæ prodit, fidem sat certam mereatur, non est sane, cur ejus auctoritate impulsi,* Dionysium *Arelate moras nexuisse, Christi fidem annuntiasse, rectaque adeo Parisios non adiisse, credamus.*

D

E

*nec, quæ eisdem suffragantur, dyptychis movemur; etsi autem*

124 *Hac quidem in re ecclesiæ Arelatensis supra laudata Dyptycha, utpote vere, ut mihi equidem apparet,* Dionysium *Parisiensem designantia, huncque primum Arelatensium facientia episcopum, scriptori isti anonymo suffragantur; verum hæc, utut in pervetusto Gregoriano Sacramentali libro a Mabillonio inventa, adeo tamen vetusta non sunt, cum Iterius seu Hyterius, quem scriptorum, qui Dyptycha illa exararunt, antiquior postremo loco recenset, non prius, quam seculo* x *jam senescente, ut Dionysius Sammarthanus tom.* 1 *Galliæ Christianæ auctæ docet, Arelatensem cathedram occuparit. Adhæc in episcopis Arelatensibus ibidem recensendis non tantum a dictis Dyptychis frequentissime hic scriptor, melioribus, quam hæc sint, documentis edoctus, recedit, verum etiam multa esse, quæ eorumdem Dyptychorum auctoritatem elevent, in S. Cæsario, XIX Arelatensium episcopo, diserte affirmat. Re itaque mature expensa, non magis hisce, quam supra memorata sublestæ fidei S. Reguli Vita, moveri debemus, ut* Dionysium, *sive ad Evangelium annunciandum sive ad alias quascumque res agendas, Arelate aliquandiu fuisse commoratum Parisiosque adeo Roma sese haud recta contulisse, arbitremur. Verum, etsi id ita sit,* Dionysium *tamen, priusquam Parisios adiret, nec Arelate, nec alibi, quod populis, per quos transibat, fidem annunciaret, substitisse, haud quamquam est certum.*

F

*alicubi saltem verosimiliter tum substiterit, id tamen eum fecisse, certum etiam non est,*

125 *Esset quidem utcumque, cur aliter sentiremus, si* Dionysius *Romæ, ut Parisienses adiret, fidei lumine illustraret hocque illustratos episcopali munere gubernaret, consecratus fuisset episcopus. Verum quid si Sanctus, ut ea ætate (adi, quæ apud nos tom.* 2 *Januarii pag.* 81 *de S. Genulpho num.* 2 *dicta sunt) ac diu etiam post moris fuit, a Pontifice Romano nullius certæ sedis, sed ad Apostolicum munus ubivis aptius peragendum, initiandosque sacerdotio, quos idoneos reperisset, creatus fuerit episcopus? Enimvero, rem ita vere gestam,* Dionysiumque *deinde*

A *deinde idcirco dumtaxat, quod Parisiis et Evangelium annuntiasset et ecclesiam fundasset et demum, non paucis præterea aliis pro fide ibidem gestis ac toleratis, martyrium etiam haud procul inde subiisset, pro primo Parisiensium episcopo, imo et apostolo ad convertendos Parisienses misso, a populis, ipsomet etiam idcirco Sanctum Parisiensibus destinatum fuisse episcopum, Gregorio Turonensi num.* 104 *huc transcriptis verbis asserente, habitum deinde fuisse, verosimillimum ac prope indubitatum apparet. Hinc porro jam fit, ut certe ex episcopali consecratione, quam Sanctus Romæ accepit, nuspiam eum, priusquam Parisios veniret, ad fidem annuntiandam substitisse, nequeat inferri; imo contra, cum ad Apostolicum munus ubivis obeundum, nulla omnino, cui præesset, assignata ecclesia, verosimillime, ut dictum, a Pontifice Romano fuerit consecratus episcopus, alibi adhuc eum, priusquam Parisios venerit. Evangelicæ luci spargendæ operam navasse, sat verosimile videtur. Ac rei quidem huic utcumque confirmandæ conducunt* S. Dionysii *Sociorumque ejus Acta, a nobis Commentario huic subdenda; in hisce enim,*

B Dionysium, *priusquam Parisios advenisset, alibi adhuc pro fide exantlasse labores, num.* 5 *indicari videtur; verum cum Actorum auctor nec sat dilucide id ibidem tradat, nec, etsi secus foret, fidem certam atque indubitatam, ut Commentarii hujus* § 2 *jam docui, mereatur in iis, quæ de Sanctis nostris memoriæ prodit, haud omnino equidem,* Dionysium *alibi prius, quam Parisios adiret, Evangelium prædicasse, rectaque adeo ad hanc urbem Roma non perrexisse, indubitatum est ac certum.*

*pariterque an tum vel Sanctos in SS. Fuciani et Victorici.*

126 *Nec certum etiam est, an* Dionysius, *cum Roma in Gallias perrexit, Parisiosque petiit, Socios sibi in via præter aliquot e superioris ordinis sacerdotibus seu episcopis, quos cum eo missos Gregorius Turonensis loco mox iterum cit. scribit, adjunctos habuerit* SS. Rusticum *et* Eleutherium, *aliosque insuper Sanctos, seu in inferiori clericatus gradu jam constitutos, seu tum tantummodo adhuc laïcos, quos SS. Fusciani et Victorici Acta commemorant. Hæc, ut de Sanctis, quos recensent, priori loco agam, sub initium sic habent*: Sancti ergo viri Fuscianus et

C Victoricus cum duodenario numero sociorum, per ordinem glomerati, una cum venerabili Dionysio præsule, comitibus cæteris Piatone, Ruffino, Crispino, Crispiniano, Valerio, Luciano, Marcello, Quintino et Regulo ab urbe Roma progredientes, cursu intrepido, pro Christi dimicantes victoria, bellatores Dei egregie intra fines Galliæ Parisiis, duce Christo itineris, pervenerunt, atque super illustrante Spiritu, membratim loca, quæ prædicatione divini Nominis caruerant, elegerunt. *Ad hunc SS. Fusciani et Victorici Actorum locum Gallicani episcopi, anno* 825 *congregati, dum* Dionysium *(adi eorum num.* 86 *huc transcripta verba) una cum duodenario Sociorum numero in Gallias fuisse directum dixere, verosimillime respexerint.*

*aliorumque Sanctorum Actis,*

127 *In S. Piati Actis, supra adhuc plus semel laudatis atque in primum Octobris tomum apud nos illatis, S. Piatus Roma in Gallias cum* S. Dionysio *venisse, num.* 4 *traditur, suntque præterea plura alia brevitatis causa hic non recensenda atque ad Sanctos, in SS. Fusciani et Victorici Actis memoratos, spectantia Acta, in quibus quantum ad Sanctos, quos celebrant, idem etiam fit. Verum reperiuntur etiam horum omnium vel plerorumque saltem exemplaria, quæ vel Socios, quos* Dionysio, *Roma in Gallias properanti, adjungunt, non sub Diocletiano, uti illa tradunt, sed sub Domitiano passos memorant, vel nullam plane* Dionysii *faciunt mentionem. Adhæc scriptor, qui SS. Fusciani et Victorici Acta in litteras conjecit, hosce una cum* S. Dionysio *ac duodenario Sociorum numero venisse in Gallias, affirmat, et tamen, dum horum init computum, novem dumtaxat, uti ex ejus mox datis verbis liquet,* Dionysio *nominatim adjungit, nec semper, etsi interim, ut supra docui, idem in multis sat certam mereatur, accurate alibi videtur locutus. Quod si ergo S. Quintinus' S. Lucianus aliique Sancti nonnulli, qui tum in Fasciani et Victorici, tum in aliorum Sanctorum Actis memorantur, idcirco fortassis dumtaxat, tam in hisce, quam in propriis suis Actis, cum* Dionysio *in Gallias venisse dicantur, quod, quamvis quidem non simul omnes cum* Dionysio, *eodem tamen circiter tempore, quo hic, in Gallias advenerint, quodque, cum deinde ei veluti discipuli adhæsissent, ab eo etiam, ut de S. Piato diserte in hujus Actis loco proxime cit. asseritur, sacerdotio initiati aut certe ad Evangelii semen in aliis locis spargendum missi fuerint? Certe hunc in modum Sanctorum hic memorata Acta intelligenda seu interpretanda censent viri eruditi non pauci.*

AUCTORE C. B.

E

*quorum aliquot exemplaria modo hic allegato*

128 At vero, *inquit in ecclesiæ Parisiensis Hist. lib.* 1, *cap.* 5, *num.* 3 *Gerardus du Bois,* cur... Acta illa *(S. Luciani nimirum aliaque S. Reguli supra a nobis hic laudata)* ad Domitiani persecutionem Luciani ceterorumque martyria referunt, quos aliunde constat, certamen egregium edidisse sub Diocletiano; et quare in aliis Actis *S. Quintini nempe, itemque SS. Crispini et Crispiniani)* sancti Dionysii nomen reticetur breviter explicabo. Illi, qui nova Sociorum sancti Dionysii Acta post ortam de uno duobusve Dionysiis controversiam ediderunt, cum legerent in antiquioribus scriptis eos esse sancti Dionysii Socios et passos esse sub Diocletiano, adverterentque, ea pugnare cum sententia de uno Dionysio, quam defendebant, conciliare dissidia temporum duobus modis instituerunt. Alii expunxerunt an- F nos Diocletiani et Maximiani, supposueruntque imperium Domitiani et sancti Clementis Papæ pontificatum. Alii, quos pudebat tam apertæ falsationis, quæ ex priscis monumentis cuivis nota erat, retinuerunt quidem in horum Martyrum Actis tempora Diocletiani, sed suppresso nomine Dionysii; rati scilicet peracta sub Diocletiano certamina, publicis testata documentis, se conservaturos simul cum passsione S. Dionysii sub Domitiano, uniusque vocabuli omissione lectoris diligentia facile falli posse; neque tanti esse expunctionem unius nominis, ut adeo Acta falsi arguantur. *Ita ille, et sat recte quidem.*

*verosimillime fuerint interpolata, commemoratos,*

129 *Etenim Martyrum, quæ hic memorat, Acta fuisse vere eo, quo ait modo, interpolata, verosimillimum efficiunt, quæ supra de Martyrum, quæ Hilduino fuerunt objectæ, Passionibus* § VI *disserui; cum autem id ita sit, ac proin secundum Acta illa, prout primitus fuerant conscripta,* Dionysius *cum passis sub Diocletiano, quos memorant, Sociis in Gallias venerit, est*

AUCTORE C B. *est sane, cur hosce aliosque, in SS. Fusciani ac Victorici Actis nominatos, reipsa illum Roma in Gallias fuisse comitatos, arbitremur, maxime cum, vel sola ratione spectata, tum sibi* S. Diosium, *utpote episcopum, aliquot saltem, a quibus ei ministraretur, inferioris ordinis clericos habuisse adjunctos, sat verosimile appareat. Ita, qui,* Dionysium *re vera cum Sociis, quos ei SS. Fusciani et Victorici Acta attribuunt, Roma in Gallias venisse volunt, haud prorsus inepte possunt arguere. Verum, si* Dionysius, *qui, ut supra dictum, Decio et Grato consulibus seu anno* 250 *in Gallias advenit tum sibi, quotquot in SS. Fusciani et Victorici Actis memorantur, Socios habuerit adjunctos, consectarium est, ut hi, utpote sub Diocletiano circa annum* 286 *aut* 287 *martyrio demum affecti, simul adhuc omnes post quadraginta circiter annos, a suo in Gallias adventu jam elapsos, in vivis fuerint superstites; cum autem id parum verosimile appareat, fuerintque, ut multa suadent, Actorum, quæ laudatus du Bois memorat, auctores non magis, quam qui SS. Fusciani et Victorici Acta in litteras misit, accurate semper locuti, interpretatione sane, quam tam illis, quam hisce*

B *adhiberi a viris erudilis, mox docui, haud prorsus reor spernendam; ut, omnibus consideratis, sit sane, an* Dionysius, *Parisios pergens, sibi in via Sanctos, in SS. Fusciani et Victorici Actis memoratos, habuerit adjunctos, incertum adhuc ac dubium.*

*vel saltem SS. Rusticum et Eleutherium sibi adjunctos* 130 *Atque hæc quidem de illis dicta jam sunto; quod autem* SS. Rusticum et Eleutherium*: in Actis hisce non memoratos, jam spectat,* Dionysium, *Roma in Gallias properantem, comitati in Theodorici et Pippini Franciæ regum diplomatibus sed privilegiis, num.* 84 *laudatis partimque transcriptis, dicuntur, idemque etiam in S. Reguli Actis loco mox cit. sat clare innuitur, nec dubito, quin id ipsum in aliis adhuc recentioris ævi monumentis memoriæ proditum inveniatur. Verum nec hæc, nec dicta Acta Diplomataque, utpote ab iis tantum qui pluribus a* Dionysii *ætate seculis vixere remoti, litteris mandata, fidem certam atque indubitatam hac in re facere sunt nata. Adhæc edenda a nobis* S. Dionysii *Sociorumque ejus* SS. Rustici *et* Eleutherii *Acta nihil omnino, unde hosce* Dionysium, *cum Parisios Roma sese con-*

C *ferret, comitatos fuisse, vel utcumque colligas, suppeditant; etsi autem Ado et Usuardus* SS. Rusticum *et* Eleutherium *in Martyrologiis a se concinnatis* S. Dionysio *hodie adjungant, annuntiationes tamen, quibus id faciunt, ita disposuere, ut a periodis seu loquendi modis, quibus duorum illorum Sanctorum cum* Dionysio, *dum Roma Parisios hic peteret, societatem asseverent, studio abstinuisse videantur. Id vel sola, quibus annuntiationes illæ concipiuntur, verba satis, ut apparet, ostendunt. Usuardina, quibus Adoniana, si infra memorandam, quam Adonis textui Usuardus merito adhibuit, correctionem excipias, ad amussim fere consonant, sic habent :* Apud Parisium, natalis sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Rustici presbiteri et Eleutherii diaconi, qui beatus Episcopus, a Pontifice Romano in Gallias prædicandi gratia directus, præfatam urbem devenit, ubi per aliquot annos commissum sibi opus ardenter prosequens tandem a præfecto Fescennino una cum Sociis gladio animadversus martyrium complevit.

*habuerit, incertum est ac dubium; hisce tamen postea adjutoribus* 131 *Talia sunt Usuardi verba; hisce autem is martyrologus, nisi id, quod dixi, cavere voluisset, sequentia isthæc aut similia substituturus fuisse videtur :* Apud Parisium, natalis sanctorum martyrum Dionisii episcopi, Rustici presbiteri et Eleuterii diaconi, qui beatus Episcopus, a Pontifice Romano in Gallias prædicandi causa directus, præfatam urbem CUM Socus devenit, ubi per aliquot annos commissum sibi opus ardenter prosequens tandem CUM IIS a præfecto Fescennino gladio animadversus martyrium complevit. *Usuardus quidem, S. Piatum cum* S. Dionysio *ejusque Sociis Galliam petiisse, ad* 1 *Octobris diem in S. Piati elogio scribit; verum cum id, ut jam supra monui, e Sancti hujus Actis concinnarit, nec in hisce* Rusticus *et* Eleutherius *memorentur, verosimillime non binos hosce Sanctos, sed alios, in eisdem Actis nominatos, intellexerit per* Socios, *quos cum* Dionysio *Gallias adiisse, in dicto elogio notat. Utut sit, cum equidem nec Usuardus nec alii seu martyrologi seu scriptores quibus tuto fidi queat,* SS. Rustici *et* Eleutherii *cum* Dionysio, *dum hic Roma Parisios adiit, societatem sat clare uspiam edoceant, fuisse illos hunc re ipsa tum comitatos, pro certo asseverare* E *non ausim. Verum, etsi quidem, Sanctos illos cum* Dionysio *in Gallias Roma venisse, certum omnino, uti e jam dictis liquet, non sit, dubi, tandum tamen non est, quin ei saltem postmodum sese adjunxerint, auxiliumque Parisiis tum in convertendis ethnicis, tum in rebus ecclesiæ, quam ut jam sæpa dictum,* Dionysius *ibidem fundavit, seu administrandis seu promovendis ac curandis attulerint, eidem etiam postea, ut videbimus, in fidei confessione ac martyrio conjuncti. Res e constanti ecclesiæ Parisiensis traditione monumentisque antiquis constat, nec ab ullo revocatur in dubium.*

*priori quidem ut sacerdote, posteriori ut diacono, certo usus est Parisiis ;* 132 *Ac illorum quidem alter presbyteri, alter diaconi munere* Dionysium *adjuvit; verum, uter presbyter, uter diaconus exstiterit, non nemo forsan ambigat. Ado et post hunc Notkerus, Sanctos hosce una cum* S. Dionysio *in Martyrologiis a se contextis hodie annuntiantes,* Eleutherio presbyteri, Rustico diaconi *titulum attribuunt, idemque etiam facit Rabanus; contra vero Usuardus, Adonem ut plurimum, nisi hunc a vero deprehenderit devium, ad verbum fere exprimere solitus,* Rusticum presbyteri, Eleu- F therium diaconi *appellatione in concinnato a se Martyrologio hodie insignit, Adonemque adeo hic corrigendum existimavit; neque vero immerito; ipsemet enim Ado, cui hic idcirco documenta in* SS. Rustici *et* Eleutherii *nominibus verosimillime confusa præluxerint, ad* XXV *Julii de ecclesia Sanctis hisce et* S. Dionysio *consecrata loquens* Rusticum Eleutherio *præponit. Adhæc in Corbeiensi alioque, quo potissimum usus est Florentinius, Hieronymiano apographo* Rusticus presbyter, Eleutherius *vero* diaconus *appellatur, ac in omnibus propemodum aliis, in quibus bini isti Sancti memorantur, documentis tam antiquioribus quam recentioribus idem etiam fit, aut certe* Rusticus Eleutherio *præponitur. Nec a documentis illis Sanctorum nostrorum Acta, Commentario huic subjicienda, etsi interim,* presbyteri *quidem appellatione* Rustico *servata* Eleutherio *tamen, non* diaconi, *sed* archidiaconi, *quod certe* Dionysii *ævum non sapit, titulum adscribant, abludere sunt censenda; ut nullus relinquatur dubitandi locus, quin prior quidem*

A *quidem re ipsa presbyteri, posterior vero diaconi munere apud* Dionysium *fuerit perfunctus.*

*ubi ecclesiam ut anonymus noster, cujus verba una cum nonnullis*

133 *Nunc quid hic, cum Parisios advenisset, in civitate hac præstiterit, discutiamus. Actorum, quæ edituri sumus, auctor anonymus num.* 6 *sic scribit* : Hunc ergo locum *(Parisios)* Dei Famulus (S. Dionysius *nimirum*) elegit expetendum. Ad quem cum primum fide armatus et constantia confessionis accessisset intrepidus, ecclesiam, illis quæ necdum in locis erat, et populis illis novam construxit, ac officia servientium clericorum ex more constituit, probatasque personas honore secundi ordinis ampliavit. Cinctus ergo fide et jam constructione basilicæ roboratus, Deum gentibus non desinebat insinuare, quem noverat, ejusque omnibus et judicium et misericordiam anteponens, paulatim sociabat Deo, quos diabolo subtrahebat. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda gentilium non minus miraculis, quam prædicationibus obtineret. *Dominus le Beuf, supra adhuc num.* 12 *laudatus, qui, Acta illa ex aliis aliorum Sanctorum Actis seu, ut exactius loquar, e variis,*

B *quæ partim ex hisce, partim aliunde fuerint accepta, fragmentis ac laciniis consarcinata esse, in suis in Historiam Parisiensem Dissertationibus, anno* 1739 *editis, contendit, secundam etiam e phrasibus, quæ verbis jam nunc recitatis concipiuntur, fragmenti aliunde accepti characteres præ se ferre, arbitratur; hæc autem illi sedet sententia ex eo, quod, ut ibidem pag.* 47 *ait, Actorum scriptor,* S. Dionysium, *statim atque Parisios advenerat, ibidem et ecclesiam exstruxisse, et clerum integrum, fide etiam, quod incredibile apparet, nondum prædicata, formasse, memoriæ prodat, ac præterea, id consilii* ex more, *quæ locutio, ut vult, a primorum seculorum Actis aliena est, exsecutioni a Sancto mandatum fuisse, asseveret.*

*in hæc observatis hic dantur,*

134 *Adhæc idem dominus le Beuf, quo magis adhuc eorum, quæ de erecta a* S. Dionysio *Parisiis ecclesia cleroque etiam ibidem constituto Actorum auctor mox datis verbis scribit, fidem elevet, in præfatis suis Dissertationibus pag.* 55 *et seq. ita verbis Gallicis, quæ Latina facio, observat* : Homines, adjunctis, quæ ab hoc historiographo *(Gregorio Turonensi)* fidei initia

C Turonibus, cujus civitatis hic erat episcopus, comitata fuisse narrantur, probe imbuti, anonymum Actorum S. Dionysii scriptorem observare fecissent, duas ab eo res, quæ simul stare non possent, conjungi, videlicet eo tempore, quo idololatria firmissimas egerat radices, Dionysii missionem et simul subitaneam ecclesiæ clerique eadem, qua seculo quarto aut quinto fieri id potuisset, facilitate Parisiis factam erectionem. Quicumque, critices peritus, qui Vitæ S. Dionysii auctori æqualis fuisset, observare eum fecisset, a Gregorio, qui Historiam Turonensem apprime habebat perspectam, memoriæ prodi, S. Gatianum, qui Turonas fidem attulit, in locis subterraneis seu cryptis, ut cum parvo Christianorum, quos Jesu Christo acquisierat, numero sacra mysteria diebus Dominicis celebraret, sese abdere fuisse compulsum, quod frequenter a civitatis magistratibus, cum factus eis fuisset obvius, injuriis ac contumeliis fuisset affectus.

*memoriæ prodit, exstruxit,*

135 *Ita hactenus ille; verum, etsi quidem auctor, quem hæc pungunt, fidem indubitatam*



*in iis, quæ memorat, nulla omnino ratione, ut jam sæpius monui, mereatur, id tamen, quod de ecclesia a* S. Dionysio *Parisiis exstructa cleroque constituto supra huc transcriptis verbis scribit, neutiquam a virorum Apostolicorum, qui primis Ecclesiæ seculis quaquaversum Christi fidem disseminarunt, consuetudine alienum videtur. Subinde quidem, ne hanc servare possent, magistratus ethnici obstabant; verum hi non omnes ubique in sacros præcones eadem, qua in S. Gatianum Turonenses, inhumanitate ac odio fuerunt. Certe, ferali nondum in Christianos persecutione a Diocletiano mota, Nicomediæ in Bithynia, ubi non raro imperatores morari solebant, altioris etiam fastigii ecclesiam, quæ ex ipso imperiali palatio spectari posset, Christianos ad synaxes suas celebrandas habuisse, Firmianus Lactantius lib.* 2 *de Mortibus Persecutorum cap.* 12 *luculentissime prodit. Adhæc* S. Saturninus, *qui Decio et Grato consulibus seu anno* 250 *Tolosam venit, ecclesiam ibidem, uti ex antiquis ejus Actis, supra sæpissime laudatis, liquet, exstruxit, nec difficile foret plures alios assignare viros Apostolicos, qui pariter seculo* III *in Galliarum urbibus, fidei lumine a se illustratis, ecclesias erexere. Ac id quidem tum facere sacri omnes præcones, uti monstrare quam plurimis allegatis exemplis possem, solemne habuisse videntur.* E

*clerumque in eadem, ut Parisiensi*

136 *Quod cum ita sit, clerum quoque, si non majorem, talem saltem, qualem rerum ac temporis ordo ferebat, in ecclesiis a se exstructis constituere solitos fuisse, minime incredibile apparet; ut adeo, contra ac vult laudatus le Beuf, non sit, cur locutionem, qua anonymus Actorum, a nobis edendorum, auctor, dum* Dionysium *Parisiis et ecclesiam exstruxisse et clerum constituisse, scribit, id ab eo* ex more *factum ait, a primorum seculorum Actis alienam arbitremur. Talis certe, etsi interim,* Dionysium, *cum Parisios advenisset, ecclesiam ibidem tam cito, quam id factum innuit scriptor noster anonymus, exstruxisse, in animum non inducam, nullo prorsus modo mihi apparet; ut enimvero, rebus ita, ut jam dixi, habentibus, hic opportune ad institutum nostrum locutus fuisse videatur Gerardus du Bois supra adhuc laudatus, Hist. Ecclesiæ Parisiensis lib.* I, *cap.* 3, *num.* 6 *sic scribens :* Non omnia contemnenda sunt, quæ auctor *(anonymus scilicet Actorum* S. Dionysii *per verba proxime huc transcripta)* ex traditione suorum temporum commemorat, quæque, ut res ætate S. Dionysii erant, nec ab antiquis Ecclesiæ moribus, nec a prisca Christianorum consuetudine erant aliena, qualia sunt imprimis ea, quæ de ordinatione clericorum et basilicæ constructione prodidit. Sane primis Apostolis mos erat, si messem uberem excrescere cernerent, operariorum manum statim advocare ministrosque sibi assumere, quibuscum suos labores partiebantur, et ex clero populoque ecclesiam constituere. F

*hic laudato historico pariter est visum,*

137 In hunc modum S. Dionysius Rusticum presbyterum Eleutheriumque diaconum allegit, quos et sacræ ejus expeditionis et certaminis fuisse socios, Acta Passionis eorum Martyrologiaque prædicant, et vetera alia monumenta testantur. Quid ni quoque basilicam S. Dionysius extruxit? Nam et conventicula et ecclesiæ Christianorum, dum quies erat ecclesiis, ante et post tempora Decii publice habebantur. Sub principatu Alexandri imperatoris « Cum Chri-



AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B,

« stiani » *(ita in Alexandro, ut in margine notatur, Lampridius)* « quemdam locum, qui pu- « blicus erat, occupassent, contra propinarii di- « cerent, sibi eum deberi, rescripsit Alexander « imperator, melius esse, ut quomodocumque « illic Deus colatur, quam propinariis deda- « tur. » Et Gallienus, post cladem Valeriani ecclesiis reddita pace, edicto sanxit, ut qui loca, Christianæ Religioni sacra, calente persecutione, occupassent, ab iis nulla mora cederent. Hæc et alia testimonia probant, Christianis licitum fuisse ecclesias quietis temporibus palam habere, atque adeo nihil prohibere, quo minus S. Dionysius ecclesiam Lutetiæ construxerit, seu domus his initiis, seu conventiculum fuerit.

*constituit, aliaque indubie, quæ ignorantur, præclare gessit.*

138 *Ita ille, a* Dionysio *Parisiis et ecclesiam fuisse exstructam, et cleros, qui sacris in hac muneribus fungerentur, constitutos fuisse, pariter existimans; et sane, ut e supra dictis liquet non immerito. Porro nonnulla etiam deinde, pro loco, quo Parisiis a* Dionysio *ecclesia fuerit exstructa, determinando ab eruditis excogitata, subjungit; verum res illa, quidquid hi egerint, in obscuro est, facilius forsan in lu-*
B *cem producenda, si sacrum istud ædificium stetisset diutius; verum, cum sub seculi* IV *initium, sævissima in Christianos a Diocletiano persecutione excitata, quam plurima, imo forsan fere omnia, horum templa, uti ex iis, quæ Firmianus Lactantius lib.* 2 *de Mortibus Persecutorum cap.* 15 *scribit, intelligitur, in Galliis fuerint diruta, tum quoque ecclesiam, quam* Dionysius *Parisiis exstruxerat, solo fuisse æquatam, verosimile apparet. Porro, etsi quidem, quin* Dionysius *multa alia ibidem præclare gesserit, dubitandum non sit, ea tamen non minus, quam quo loco dicta ecclesia Parisiis steterit, ignoramus. Nec melius habemus compertum, quosnam ibidem* S. Dionysius *ad fidem adduxerit, et quamdiu ecclesiam, a se fundatam, gubernarit. Ado interim et Usuardus aliique hagiologi,* Dionysium *Parisiis* per aliquot annos *commisso sibi operi gnaviter incubuisse, in Fastis sacris a se contextis affirmant. Et vero, nec numero admodum paucos fuisse illos* aliquot annos, *oportet, cum* Dionysius, *ut apparet, haud diu admodum post annum* 250 *Parisios advenerit, nec citius ibidem,*
C *quam anno circiter, ut verosimilius videtur,* 286, *martyrio fuerit coronatus, quemadmodum* § *proxime seq. sumus visuri.*

## § IX. Qui et quo circiter tempore SS. Dionysius ejusque Socii Rusticus et Eleutherius martyrio fuerint affecti.

*Sancti, persecutione in christianos exorta,*

*Anonymus Actorum, quæ Commentario huic subdemus, auctor, nonnulla de antiquo generis humani hoste, qui, quanta sibi ex assidua populorum per* Dionysium *conversione inferrentur damna, conspiciens, diram in sacros Evangelii præcones, sectatoribus suis in hosce commotis, persecutionem excitarit, præfatus, num.* 8 *mox subjungit:* Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur, et contra Dominicum populum pugnatura conspirat, non cunctati appetere gladio, quos Dominus suos suo monstraverat esse signaculo. D Itaque cum occidui orbis partem pro Christianorum inquisitione percurrerent, sanctum Dionysium, contra incredulos dimicantem Parisius repererunt: cum quo Rusticum presbyterum et Eleutherium archidiaconem persecutionis furor invenit. *Hilduinus, dum quæ huic anonymi nostri textui respondent, in sua Sanctorum nostrorum apud Surium Passione num.* 24 *et duobus seqq. commemorat, præfectum Fescenninum Sisinnium, persecutionis in christianos publicata sententia, ex Urbe in Occidentem cum electa apparitorum manu, ut* S. Dionysium *perquiret, exquisitissimisque, ni idolis sacrificare vellet, tormentis necaret, missum fuisse, huncque abs illo Parisiis una cum* SS. Rustico et Eleutherio *inventum, ac porro, cum prius urgens de capiendo sancto Antistite imperatoris jussio fuisset divulgata, comprehensum etiam fuisse, scribit. Verum unde hæc is scriptor hauserit, haud comperio; ast certe, parum admodum probabilia esse, nemo non videbit, qui vel mediocriter in crisi historica fuerit versatus. Cum anonymi nostri narratio, proxime huc transcriptis verbis concepta, de Fescennino Sisinnio apparitoribusque ad perquirendum* Dionysium *ex Urbe missis* E *sileat, nec quidquam præterea, quod a veri specie abhorreat, complectatur, Hilduiniana certe longissime præstat, etsi interim, nec qui illius auctor est, fidem ubique indubitatam mereatur, ut jam sæpius insinuavi.*

*a præfecto, qui vel Fescenninus Sisinnius,*

140 *Utut sit, dubitandum equidem non est, quin* Dionysius, *cum plures jam annos fidei diffundendæ, ecclesiæque Parisiensi regendæ impendisset, sævaque in christianos persecutio esset exorta, comprehensus unaque cum* SS. Rustico *presbytero et* Eleutherio *diacono in carcerem missus fuerit. Verum præfecti, a quo res gesta sit, nuspiam mentio, nedum nomen, in Actis edendis reperitur; is tamen quemadmodum ab Hilduino, ita etiam ab Adone* Fescenninus Sisinnius *appellatur; ab Usuardo vero itemque a Romani Parvi, qui non tantum Usuardo, sed etiam Adone et Hilduino est antiquior, authore* Fescennini *tantummodo nomine distinguitur. Dubitandum non apparet, quin id posterior hic martyrologus e documento, ante annum circiter* 740, *quo, ut Sollerius noster in sua ad Usuardum Præfatione num.* 142 *docet, Martyrologium suum contexuit, conscripto, deprompserit; ve-* F *rum quod qualeve illud fuerit, determinando non sum. Acta quidem S. Nicasii, in quibus hic, pro socio etiam* S. Dionysii *a nonnullis habitus, sub Fescennino, nulla tamen distinctiori hujus notione addita, passus asseritur, laudari invenio; verum an Acta illa seculo octavo antiquiora sint, compertum haud habeo, nec satis etiam scio, qua auctoritate vel Ado dictum præfectum appellarit* Fescenninum Sisinnium, *vel Usuardus, omisso* Sisinnii *vocabulo, solo illum* Fescennini *nomine distinxerit. Quod modo ad Hilduinum, qui non modo Usuardo, sed et Adone est antiquior, spectat; cum Scriptor, qui conscriptionem Visbianam, seculo demum* VIII, *uti e supra dictis apparet, confictam, in litteras misit, Lisbium patrem suum a matre sua Larcia (præmissum Actis S. Dionysii Areopagitæ Comment. num.* 45 *videsis) Fescennino Sisinnio proditum affirmet, seu potius, ut, quod res est, dicam, comminiscatur, idque etiam Hilduinus in Sanctorum nostrorum Passione num.* 27 *memoriæ prodat, is verosimillime, præfectum, a quo* Dionysium *capptum*

A *tum scribit, appellatum fuisse* Fescenninum Sisinnium, *e solo illo lutulento ac turbido fonte acceperit.*

*vel certo Fescenninus appelatus fuerit, comprehensi, in carcerem,*

141 *Verum, etsi id ita sit, re tamen ipsa præfectum illum, de quo apud scriptores, Visbiana conscriptione laudatisque martyrologis certo antiquiores, nihil omnino notatum invenio,* Fescenninum Sisinnium *aut certe* Fescenninum *fuisse appellatum, pro certo atque indubitato videtur habendum. Ea sedet sententia, tum quod nulla plane, ut contrarium credatur, impellat auctoritas, tum quod posteriori isto nomine distinguatur non solum ab Usuardo, sed etiam a Romani Parvi auctore, cui certe Visbianam conscriptionem, utpote seculo demum octavo medio, ut supra docui, conscriptam nec ante Hilduinum, ut ipsemet hic scriptor in suo ad Ludovicum Imperatorem Rescripto num. 5 prodit, ulli notam, præluxisse, nemo merito dixerit. Porro Hilduinus non tantum qui præfectus, a quo Sancti nostri fuere comprehensi, sed et qui ipsemet carcer, in quem, eo jubente, fuerunt conjecti appellatus fuerit, e Visbiana conscriptione indubie didicerit. Is enim*

B *scriptor, qui, quemadmodum ipsemet prodit ac supra jam docui, in conscribendis Sanctorum nostrorum Actis qualemcumque illam lucubrationem sibi prælucentem habuit, carcerem illum eodem, quo in hac appellatur,* Glaucini *nomine distinguit, nec scio, an ullum aliud, in quo id etiam fiat, documentum reperiatur Hilduino antiquius. Doubletus, carcerem illum a nomine illius, a quo custodiebatur, ita appellatum fuisse, in Antiquitatibus San-Dionysianis lib.* I *cap.* 7 *conjiciendo adjungit; verum, uti ipsummet carceris nomen, utpote in sola sublestæ admodum fidei conscriptione Visbiana fundatum, ita etiam hæc Doubleti conjectura plane est incerta.*

*Parisiis alterutro forsan e locis*

142 *Nec omnino certum etiam est, quo Parisiensis civitatis loco carcer ille fuerit situs. Liquet id ex iis, quæ hac de re in ecclesiæ Parisiensis Historia lib.* I, *cap.* 4, *num.* 2 *scribit plus semel jam laudatus Gerardus Du bois. Verba ejus, quod ad* S. Dionysii *gloriam non parum conducant, huc transcribo. Sic habent* : Vulgaris opinio est, Dionysianum carcerem in eo fuisse loco, ubi modo ecclesia est S. Dionysii de carcere, sed id non adeo certum esse comperio.

C Etenim ex veteribus chartis Ansoldus vir nobilis seu miles, ut illis temporibus dicebatur, cum uxore Retrude ecclesiam S. Dionysii de carcere fundavit de consensu Rainoldi comitis Milidunensis et episcopi Parisiensis, et in usum clericorum seu canonicorum dotavit; quam fundationem rex Robertus Aurelianis anno XIX regni sui confirmavit, quod ex regis et postea ex Girberti, Parisiensis episcopi, litteris datis anno MCCXXII accepimus. In his porro vocatus illa ecclesia de Parisiaco carcere, et in aliis de Parisiensi carcere, quasi antea non tam fuisset S. Dionysii, quam publicus urbis carcer. Quidquid sit, fama est, vel ibi exstitisse carcerem illum, ubi SS. Martyres Dionysius, Rusticus et Eleutherius prima pro fide inierunt certamina, vel non procul ab eo loco.

*hic assignatis situm,*

143 Nam tradunt, ecclesiam, quæ modo S. Symphoriani dicitur, olim fuisse carcerem Dionysianum, in cujus rei testimonium litteras proferunt Matthæi Bellimontis comitis et Odonis episcopi Parisiensis. Anno MCCVI ille comes tam in salutem animæ suæ, quam in compensationem itineris hierosolymitani locum « reverentiæ « et religionis antiquæ, in quo gloriosus martyr « Dionysius in carcere dicitur fuisse detentus, con- « cessit Deo et Odoni episcopo Parisiensi « ad ædificandam ecclesiam tresque sacerdotes constituendos, qui Deo jugiter ministrarent. Ex iisdem litteris intelligimus, in eodem loco antea capellam fuisse sub nomine S. Catharinæ ex pietate fidelium conditam, quæ desuetudine et hominum incuria neglecta collapsaque fuerat, quæque ex liberalitate Matthæi comitis, ut dictum est, in honorem et venerationem S. Dionysii restituta est; eamdem porro esse, quam quæ modo S. Symphoriani basilica est, charta fundationis docet; ejus enim situm describens, meminit « viæ stratæ, « quæ inter ipsam est et ecclesiam S. Dionysii de carcere. Cur autem dicta S. Symphoriani ecclesia sit, non memini me legere; si conjicere licet, dicam propter vicinitatem alterius ecclesiæ S. Dionysii facile mutatum nomen, sanctique Symphoriani ecclesiam appellatam propter reliquias illius sancti Martyris, quæ in ea fidelium veneration exositæ custodiuntur. Ante Odonis tempora nullum, quod sciam, monumentum est in locum Dionysiani carceris ecclesiam illam fuisse ædificatam. E

AUCTORR C. B.

144 *Ita hactenus ille de carcere, in quem Sancti nostri fuere conjecti; cum autem, quæ dictis ejus addam, non habeam, nonnulla modo de suppliciis, quibus fuerint affecti, subjungo. Anonymus Actorum, quæ edemus, auctor,* Dionysium *sociosque ejus* Rusticum *et* Eleutherium, *cum interrogati fidem libere fuissent professi, multis injuriis ac suppliciis affectos, verberibusque etiam maceratos fuisse, num.* 9 *tradit. Porro scriptori isti Gregorius Turonensis quantum ad* Dionysium *(de* Rustico *enim et* Eleutherio *silet) omnino consonat;* Dionysium *enim diversis, priusquam martyrio ad Superos migraret, pro Christi nomine fuisse affectum panis, lib.* I *Hist. Franc. cap.* 28 *scribit.* Beatus, *inquit,* Dionysius, Parisiorum episcopus, diversis pro Christi nomine adfectus pœnis, præsentem vitam gladio imminente finivit. *Et vero, cum nulla plane anonymi nostri aut Gregorii auctoritate vel major vel antiquior auctoritas contrarium suadeat,* Dionysium *reipsa, priusquam gladio coronam referret martyrii, variis fuisse affectum suppliciis, sat certum apparet. Verum quæ qualiave illa fuerint, Gregorius et anonymus noster haud exponunt, nec ego, deficientibus ad id* F *quibuscumque etiam aliis antiquis sat probæ notæ documentis determinare queo. Hilduinus interim ait,* Dionysium, *cum prius una cum* SS. Rustico *et* Eleutherio *semel ac iterum flagellis cæsus fuisset, primo quidem lecto ferreo, igne subjecto candenti, impositum, deinde vero, cum toto ambustus corpore extractus inde fuisset, ferocissimis bestiis objectum fuisse, cumque, hisce ad preces ejus mansuefactis, ex ardenti etiam clibano, in quem fuerat conjectus, exiisset illæsus, nec varie tortus in cruce, in quam post actus fuerat, suppliciis succumberet, depositum ex hac in carcerem iterum fuisse conjectum, ex eoque, in quo et sacrosanctum Missæ sacrificium, mirabiliter interea ab ipsomet Jesu Christo, cum angelis ei apparente, sacra communione refectus, celebrarit, haud ita multo post eductum martyrii tandem palmam una cum* SS Rustico *et* Eleutherio, *postquam iterum una cum hisce flagellatus fuisset, capite amputato, retulisse.*

*fuere conjecti, variisque suppliciis, quæ ab Hilduino.*

*rectene, an secus, incertum recensetur,*

145 *Talia sunt supplicia, quæ* Dionysium, *priusquam martyrio coronaretur, pertulisse, Hilduinus in Sanctorum nostrorum Passione, nulla etiam omnino, qua sese dubitare insinuet, adhibita loquendi*

AUCTORE C. B.

*loquendi formula, num.* 27 *de tribus seqq. confidenter scribit; verum, rectene, an secus, modo dispiciamus. Illa omnia hic scriptor, uti ex iis, quæ ipsemet in suo ad Ludovicum imperatorem Rescripto num.* 5 *memorat, nemo non concludet, e Passionis Dionysianæ libello, e conscriptione Visbiana et ex antiquis Missalibus libris, seu e duabus de* SS. Dionysio *ejusque Sociis* Rustico *et* Eleutherio, *quæ in illis fuerint contentæ, Missis indubie acceperit. Verum tam dictus, licet etiam* antiquissimus *ab Hilduino vocetur, Passionis Dionysianæ libellus, quam Visbiana, nullo omnino, ut supra docui, in pretio habenda, conscriptio, sublestæ admodum erat fidei, ut liquet ex iis, quæ in Comment., fabulosis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio,* § 2 *disserui; quod autem ad antiquos Missales libros duasve, quæ in hisce contentæ fuerint, missas jam spectat, nec ex hisce de suppliciis, quæ* S. Dionysio *fuerint illata, quidquam certi habere compertum potuit Hilduinus, uti haud difficulter colliges ex iis, quæ in eodem Comment., fabulosis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, num.* 50 *et quatuor*
B *seqq. adduxi in medium. Quidquid itaque Hilduinus speciatim de suppliciis, quæ* Dionysius *pertulerit, memoriæ prodit, plane est incertum. Hunc interim et* SS. Rusticum *et* Eleutherium *variis suppliciis fuisse affectos, indubitatum apparet, uti etiam eos martyrii coronam, cervice gladio abscissa, fuisse adeptos. Sane ex iis, quæ nunc subdo, hoc postremum saltem omnino constare videtur.*

*martyrium capite amputato consummarunt,*

146 *Fortunatus, supra sæpissime jam laudatus,* S. Dionysium, *quod collum pro fide dederit secandum, laudibus extollit, deque eo in egregio, quod versibus composuit, elogio lib.* 1 *poemat. cap.* XI *sequentem loquitur in modum:*

Qui fervente fide Christi solidatus amore
Vertice supposito colla secanda dedit.
Membrorum contemptor erat, cupiendo coronam,
Vile putans quidquid ferret amore Dei.
Ut moritura caro donum immortale pararet,
Vulnera dilexit, sed caritura nece.
Hostili occurrens gladio se misit olympo;
Unde mori voluit, vota salutis habet.

*Fortunato porro Gregorius Turonensis, uti ex ejus verbis proxime huc transcriptis liquet, assentitur; hisce autem duobus scriptoribus, quibus*
C *præterea hac in re nullam omnino auctoritatem adversari invenio, adjungenda sunt, quæ Commentario huic subdentur, Sanctorum nostrorum Acta, itemque non pauca, quibus et constans suffragatur traditio, Martyrologia, tam antiquiora seu classica, quam recentiora, quæ omnia,* Dionysium, *imo et socios ejus* SS. Rusticum *et* Eleutherium *martyrium gladio consummasse, affirmant. Verum duo dicti scriptores litterariaque hæc monumenta omnia, quæ ita* Dionysium, *capite abscisso, finisse martyrium, unanimi consensu tradunt, pari etiam consensu de lecto ferreo, de condemnatione ad bestias, de clibano ardenti silent; etsi autem clibanum, ut Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis historia lib.* 1, *cap.* 4, *num.* 3 *me docet, Parisiis in ecclesia S. Dionysii de Passu fidelium erga* Dionysium *pietas venerandum fecerit, haud quaquam tamen ex hac de supplicio, quod, ut diximus,* Dionysium *in clibano pertulisse, Hilduinus ait, certi effici possumus, uti nec de apparitione supra memorata, quæ* Dionysio *in carcere fuerit oblata, e saxo seu lapide, in quo, ut Felibianus in sua San-dionysianæ abbatiæ Hist. pag,* 76 *testatur, supra unam a San-dionysianæ ecclesiæ portis, Hilduino antiquioribus,* D *miraculum istud hodieque cernitur expressum seu repræsentatum; sæpissime enim factum esse, ut et populares devotiones et repræsentationes hujusmodi vel e meris erroribus hallucinationibusve, vel e traditionibus falsis traxerint originem, eruditis passim est notum.*

*Id cujus epocha determinatu admodum difficilis est,*

147 *Nunc ad id, quod secundo loco hic inquirendum, seu ad tempus, quo Sancti nostri subierint martyrium, progrediamur. Etsi Gregorius Turonensis imperatorem, sub quo* S. Dionysius *missus fuit in Gallias, luculentissime, ut supra vidimus, signarit, nihil tamen uspiam, unde tempus, quo deinde ibidem Sanctus una cum* SS. Rustico *et* Eleutherio *martyrio fuerit affectus, determinari queat, memoriæ proditum reliquit. Nec id etiam Actorum, quæ edemus, scriptor anonymus, nec Martyrologii Romani Parvi author, nec, qui hoc recentiores sunt, martyrologi classici Usuardus et Ado, nec denique ulli alii scriptores antiqui fecerunt; ut enimvero, quo tempore, quave in persecutione Sancti nostri, fuso pro Christo sanguine, martyrii palmam retulerint, sit oppido determinatu difficile.* Dionysium *quidem a præfecto Fescennino seu Fescennino Sisinnio gladio animadversum, Ado et Usuardus notant, cum-* E *que his præterea Romani Parvi author adstipuletur, est sane, cur etiam, ut* Dionysius *sub præfecto illo passus crederentur, e vera ac genuina traditione promanasse arbitremur. Verum quo tempore Fescenninus seu Fescenninus Sisinnius vixerit, uti et sub quo imperatore præfectum in Galliis egerit, non minus in obscuro est, quam ipsummet, quo* Dionysius *ejusque Socii* Rusticus *et* Eleutherius *martyrium subierint, tempus; cum autem sic habeat, aliunde isthoc, quod e dictis cognitioni nostræ Scriptorum Monumentorumque omnium antiquorum silentium subtraxit, eruere conemur, huncque in finem, cuinam e persecutionibus, in Christianos post* Dionysii *in Gallias adventum excitatis, Sanctorum nostrorum martyrium potissimum conveniat, examinemus.*

*non sub Imperatoribus hic recensitis*

148 *Cum Decius, quo imperante, in Gallias anno* 250, *ut supra docuimus,* Dionysius *venit, biennio dumtaxat tenuerit Romanum imperium, certe hic Sanctus noster, qui, quemadmodum Ado et Usuardus, traditione etiam suffragante, nec ulla omnino seu documenti seu scriptoris alterius antiqui auctoritate reclamante, in suis ad hunc* F *diem Martyrologiis docent, commissum sibi fidei in Galliis propagandæ opus per aliquot annos ardenter implevit, martyrio haud fuerit, Deciana sæviente persecutione, e vivis sublatus. Porro Gallus et Volusianus, qui Decio, a Gothis interempto, anno* 252 *una cum Hostiliano in Romanum imperium successere, Christianos quidem, non secus ac Decius, sunt persecuti; verum* (Pagium *in Criticis ad dictum annum num.* 18 *videsis*) *localis dumtaxat exstitit illorum persecutio, fuitque, ea durante, Romæ tantummodo in Christianos sævitum, cumque deinde duo illi imperatores anno* 253 *a militibus suis, Hostiliano peste jam antea sublato, fuissent necati, Valerianus una cum filio suo Gallieno iis suffectus pacem Ecclesiæ mox reddidit; licet autem ille postea, anno videlicet* 257, *persecutionem in Christianos renovarit, tunc tamen in Galliis martyres fuisse effectos, haud comperimus, Valerianoque anno* 259 *in Persarum captivitatem illapso, Gallienus, patris clade meliora edoctus, pacem Ecclesiæ mox concessit, nec eam deinde Posthumus aliique, qui ab anno* 260 *usque ad annum* 273, *imperatoris Aurealiani quartum, imperium*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *rium Romanum in Galliis usurparunt, ullo modo ibidem turbasse uspiam leguntur. Crochus quidem, ethnicus Alemannorum rex, anno circiter* 260 *in Gallias cum numeroso exercitu irrupit, ibidemque, plurimis locis misere vastatis, non paucos Christianos martyrio affecit; verum qualiscumque hæc Chroci persecutio* Dionysii *martyrio, utpote quod hic, non ab Alemannico, sed a Romano præfecto, ut vel solum hujus Romanum* Fescennini *seu* Fescennini Sisinnii *nomen prodit, fuerit perpessus, neutiquam convenit, maxime cum* Dionysium *in persecutione, quæ Galliis, per hostes externos barbarosve turbatis, incubuerit, subiisse martyrium, e nullis omnino, quæ hoc comitata narrantur, adjunctis appareat.*

*nec etiam, contra ac ecclesiæ Parisiensis historicus*

149 *Porro cum ab anno* 250, *quo* Dionysius *in Gallias venit, ad annum usque Aureliani quartum, Christi* 273, *Galliarium res eo, quo jam dixi, loco exstiterint, nulla certe tunc ibidem, in quo* Dionysium *occubuisse verosimile sit, persecutio in Christianos fuit commota. Verum Aurelianus, qui, cum primum imperare cœperat, haud prorsus alieno a Christianis fuerat animo, postea tamen, mutata paulatim sen-*

B *tentia, eo etiam devenit, ut lata olim in eos crudelia persecutionis edicta novo emisso edicto ultimo imperii sui anno, Christi* 275, *instaurarit; licet autem, ut Lactantius de Mortibus persecutorum scribit, inter initia furoris sui ab ipsismet amicis suis, nondum etiam ad Provincias ulteriores cruentis ejus edictis perlatis, e falsa quadam suspicione fuerit interemptus, erit tamen fortassis non nemo, qui, quod Martyrologia tabulæque ecclesiasticæ Martyres in Galliis sub Aureliano notent, fuisse tum ibidem imperatoris hujus in christianos edictum promulgatum persecutionemque illius virtute exarsisse, in animum inducat. Certe, id reipsa factum, existimat in sua ecclesiæ Parisiensis Hist. lib.* I, *cap.* 5, *num.* 6 *Gerardus du Bois, hincque, nonnullis, quos dicta Martyrologia tabulæque ecclesiasticæ sub Aureliano consignant, Gallicanis enumeratis Martyribus, sequentem etiam (rectene, an secus, mox videbimus) pro* Dionysii *martyrio persecutioni, ab Aureliano motæ, illigando ratiocinatur in modum*: Ex his facile adducor, ut credam, S. Dionysium

C cum sociis in persecutione Aureliani comprehensum, variis suppliciis affectum esse, ac demum jussu Fescennini præfecti obtruncatum.

*ratiocinio, verbis, quæ*

150 Decio S. Dionysium supervixisse constat; Valeriani furor non invasit Gallia: sub præsidatu et tyrannide Posthumi quietæ fuerunt: S. Dionysius „ per aliquot annos commissum sibi „ opus persecutus est „ ut habent Martyrologia; hos sane annos ecclesiæ Parisiensi condendæ utiliter insumpsit, et fidei stabiliendæ, quam ita intimis Parisiensium mentibus infixit, ut neque denuo Parisiensem instaurari ecclesiam, neque his in locis fidem iterum tradi oportuerit, quod opus non unius aut alterius anni fuit. Huc accedit, quod hæc Aureliani persecutio in his maxime Galliarum tractibus grassata est; neque aliam persecutionem, neque tempus aliud martyrio S. Dionysii facile tribuas. Quod autem sub Aureliano passum esse, nullibi reperias, id ex eo, quod sum dicturus, accidisse reor. Aurelianus post publicatum contra nos edictum apud Cænophrurium inter Heracleam et Byzantium interemptus est. Deferentibus sibi invicem senatu exercituque honorem subrogandi in illius locum imperatoris, interregnum fuit, ita ut *(Flavio Vopisco teste)* „ per sex menses imperatorem Romanus orbis non habuerit, omnesque judices „ permanerent, quos aut senatus aut Aurelianus „ elegerat. „ Cum cruenta principis edicta interim permanerent, nec nisi Tacito imperante revocata sint, integrum fuit præfectis provinciarum præsidibusque vel uti mansuetudine, vel crudelitatem in christianos exercere, prout quisque odio vel studio in eos ferebatur.

AUCTORE C. B.

151 Duo itaque fuerunt tempora hujusce persecutionis; alterum, dum Aurelianus viveret, aut vivere adhuc in provinciis crederetur; alterum, cum, eo sublato, interregnum fuit, et nihilominus persecutio continuatur. Inde accidit, ut, qui primis persecutionis diebus passi sunt, sub Aureliano passi dicerentur; Actis vero eorum, qui interregni tempore martyrium fecerunt, nomen potius præsidis, quam imperatoris, aut neutrius aliquando apponeretur. Hoc postremo tempore certamen S. Dionysii contigisse, et ideo nomen solummodo Fescennini præfecti annotatum Fastis ecclesiæ conjicio. His ducti conjecturis dicimus, S. Dionysium coronatum martyrio VII. Idus Octob. anno Christi CCLXXVIII, *imo (correcto scilicet, quo hic laudatus author utitur, Baroniano calculo) anno* 275, E quo anno Annales ecclesiastici cædem Aureliani et interregnum imperii fuisse annotant. Cum autem Tacitus sit renunciatus imperator VII. Calendas Octobris, sanctum Dionysium passum esse oportet dies XIV, postquam ad imperium evectus est, nondum nuncio de electione Taciti in has regiones perlato, nedum revocato edicto Aureliani in christianos. *Ita hactenus scriptor laudatus, totum suum hoc, quam longum est, ratiocinium potissimum superstruens emisso per Aurelianum in christianos edicto, quod post principis hujus necem, anno* 275 *circa vigesimum, uti ibidem num.* 3 *Pagius in Criticis docet, Martii diem patratam, fuerit et in Galliis publicatum, et vim suam, multis idcirco ibidem martyrio tunc affectis, per sex amplius menses, donec Romani imperii interregnum per Taciti electionem cessasset hæcque in Galliis fuisset annunciata, obtinere adhuc perrexerit.*

*huc transcribuntur, concepto diversisque,*

152 *Verum an reipsa, quod Aurelianus paulo ante cædem suam in Christianos emisit, edictum promulgatum in Galliis umquam fuerit, mihi admodum apparet dubium. Nec ea de re certum* F *me efficiunt Martyres, qui, ut laudatus author insinuat, edicti illius virtute tum fuerint in Galliis pro fide occisi. Et vero epocha, quam sic horum martyrio assignat, mihi sane non minus, quam ipsamet præfati edicti in Galliis promulgatio, dubia apparet atque incerta. Meritone, an secus, studiosus lector ex iis, quæ dicturus modo sum, dijudicet. Martyrologia quidem, ut ait loco cit. idem author, tabulæque ecclesiasticæ, S. Columbam Virginem Senonis, Savinianum in territorio Tricassino, Juliam virginem, Claudium, Justum, Jucundinum, cum quinque horum sociis, ac Patroclum Trecis martyrium sub Aureliano subiisse, diserte tradunt; verum id factum esse, emisso per Aurelianum in christianos edicto, quod etiam post principis hujus mortem promulgatum in Galliis fuerit, suamque adhuc vim fuerit sortitum, nuspiam vel utcumque insinuant, nedum aperte edicunt. Bollandus noster ad diem* XXI *Januarii, quo S. Patroclus Trecis in Gallia sub Aureliano passus in Martyrologio Romano asseritur, antiquiorem vulgavit Sancti hujus Vitam; cum autem in hujus fine S. Patroclus* XII Kal. Febr. die, VI Feria *dicatur decollatus, ac*

*quæ hic*

*Feria*

AUCTORE C. B.

*Feria* VI, *quamdiu regnavit Aurelianus, cum* XII *Kal. Febr. seu* XXI *Januarii, solo anno* 271 *concurrerit, consectarium est, ut certe Patroclus, contra ac putavit dictus scriptor, vi edicti, per Aurelianum anno demum, ut dictum,* 275 *in Christianos emissi, martyrio haud fuerit affectus.*

*in medium*

153 *Adhæc, cum Aurelianus, sub quo S. Patroclus occubuit,* non imperator, *sed* præses *in dicta, quam Bollandus edidit, Vita vocetur, nec modo in S. Alexandri Papæ Actis de Aureliano utriusque militiæ comite, Christianos, regnante Traiano, persecuto, sermo sit, sed et alibi aliorum ejusdem nominis in dignitate constitutorum mentio occurrat, fueritne S. Patroclus in persecutione, ab Aureliano mota, an in alia, martyrii coronam adeptus, omnino etiam est incertum, quemadmodum jam Pagius in Criticis ad annum* 277, *num.* 4 *recte observavit. Porro quod ad alios Sanctos, jam supra cum S. Patrocle nominatos, quos pariter vi edicti, ab Aureliano in Christianos emissi, martyrio in Gallias coronatos, laudatus Ecclesiæ Parisiensis historiographus existimavit, jam spectat, eorum*
B *omnium Acta, iis solis, quæ ad S. Columbam, die* XXXI *Decembris Fastis sacris inscriptam, pertinent, exceptis, Operi nostro ad diem* XXIX *Januarii, quo S. Sabinianus seu Savinianus, et diem* XXI *Julii, quo S. Julia virgo, Claudius, Justus, Jucundinus et quinque horum Socii coluntur, exstant inserta, nec quidquam, unde hosce Sanctos virtute edicti, ab Aureliano in Christianos emissi, quod post principis hujus mortem fuerit et in Galliis publicatum et vim suam sortitum, martyrium subiisse concludas, uspiam suppeditant. Eosdem quidem omnes Sanctos sub Aureliano coronatos, notant, sed id ab eo, in vivis adhuc superstite et quidem in Galliis existente, factum adjungunt. Et vero Aurelianus, cum jam esset imperator, bis in Gallias venit, prima quidem vice, dum, ut Vopiscus in Aureliano refert, Tetricum tyrannum, qui ex Aquitaniæ præside imperator factus Gallias obtinebat, in potestatem suam, quod, quemadmodum Pagius in Criticis docet, anno* 273 *factum, una cum ejusdem exercitu accepit; altera vero, dum, ut idem Vopiscus in Aureliano narrat,*
C *Vindelicos, barbarica obsidione pressos, in libertatem, quod dictus Pagius ad annum* 274 *refert, asseruit.*

*adducuntur*

154 *Jam vero, cum res ita habeat, sane præfatos Sanctos, uti eorum, ut dictum, Acta tradunt, Aureliani in Galliis existentis jussu (quod et de S. Columba, utpote pariter, ut ejus Acta perhibent, a dicto imperatore, in Galliis commorante, martyrio affecta, est dicendum) duobus dictis annis aut alterutro ex hisce pro fide fuisse obtruncatos, sat verosimile apparet, maxime cum Aurelianus benignum, quem imperii sui initio erga Christianos gesserat, animum processu temporis seu, ut Eusebius lib.* 7 *Hist., cap.* 30 *de illo loquitur, imperii sui tempore progrediente paulatim exuerit, facileque adeo factum esse possit, ut homo* omni tempore, *ut Victor in Epitome scribit, et* sævus et sanguinarius et trux, *jam inde etiam ab anno* 273 *et* 274, *edito, nondum, quod supra memoravi, in Christianos edicto, sævire in eos cœperit in Galliis. In S. Reveriani undecimque aliorum Augustoduni in Gallia Martyrum Actis, in Opus nostrum ad* I *Junii diem jam illatis, pro fide hi Sancti Aureliani imperatoris, cum in Galliis hic versaretur, jussu narrantur necati, hincque* D *eorum martyrium ad annum, quo Aurelianus Tetricum tyrannum in deditionem accepit ac per Æduos iter instituit, Henschenius noster retulit. Acta quidem tam S. Columbæ, quæ nondum a nobis edita, quam S. Saviniani, itemque SS. Juliæ, Claudii aliorumque supra memoratorum Martyrum, quæ jam ad* XXIX *Januarii et* XXI *Julii in lucem emisimus, notæ forsan haud adeo probatæ sunt; verum, qualiacumque sint, cum equidem in tempore, quo Sanctos, quos memorant, martyrium passos tradunt, nullo omnino seu ab auctoritate, seu aliunde petito argumento ostendantur falsa, efficiunt saltem, ut, an tum vere Sancti illi pro Christo necati haud sint, dubitari non immerito queat. Tillemontius, dum de persecutione, ab Aureliano mota, simulque de S. Columba aliisque Sanctis, qui sub hoc imperatore martyrium in Galliis subiisse dicuntur, tom.* 4 *Monument. Ecclesiast. pag.* 345 *et seqq. tractat, nullum uspiam verbum profert, quo, vel unum ex iis vi edicti, in Christianos ab Aureliano emissi ac post hujus cædem effectum adhuc sortiti, martyrium certo passum, utcumque insinuet; ut sane hic scriptor tum hinc, tum e nonnullis, quæ ibidem scribit,* E *non parum, an ullus e Martyribus, quos recenset, vi edicti, ab Aureliano paulo ante obitum emissi, occisus in Galliis fuerit, dubitasse videatur.*

*rationibus infirmato, contendit, sub Aureliano,*

155 *Et vero nec ego, quantalibet facta indagine, ullum in Galliis Martyrem, qui vi ejusdem edicti necatus certo fuerit, invenire quivi; cum autem res ita habeat, atque e jam dictis; an vere vel unus ibidem vi memorati edicti, in Christianos ab Aureliano emissi suumque adhuc post hujus cædem effectum sortiti, martyrio fuerit affectus, pro dubio saltem, ne amplius quid dicam, sit habendum supra huc transcriptum, quo* Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *martyrium persecutioni, ab Aureliano per præfatum edictum motæ, adscribendum laudatus Ecclesiæ Parisiensis historiographus contendit, ratiocinium totam vim suam, utpote in sola Martyrum, qui vi ejusdem edicti post Aureliani cædem in Galliis fuerint necati, multitudine fundatam, amittit, nec est adeo, cur ob illud Sanctos nostros sub Aureliano martyrium subiisse arbitremur. Adhæc Germani, imperii Romani* F *interregno a* XX *circiter Martii die, quo, ut dictum, Aurelianus anno* 275 *fuit occisus, usque ad Septembrem proxime sequentem durante, Romanorum trans Rhenum limites perrupere, jamque, cum* XXV *posterioris hujus mensis die Tacitus imperator fuit electus, diversas Galliarum* urbes validas, nobiles, divites et potentes, *ut Vopiscus in Tacito cap.* 3 *docet, occuparant; cum autem, Romanos in hoc rerum suarum statu Christianis in Galliis persequendis animum adhuc adjecisse, parum verosimile appareat, opinio pariter, qua, tum nihilominus* Dionysium *ejusque Socios* SS. Rusticum *et* Eleutherium *vi edicti, ab Aureliano emissi, martyrio fuisse affectos, laudatus historiographus statuit, parum verosimilis videtur.*

*tum etiam, dum in Galliis*

156 *Etsi porro a Romanis, contra ac apparet, Romano imperio vacante Tacitique electione nondum annuntiata, multi etiam in Galliis occasione edicti, ab Aureliano emissi, quod, hoc occiso, vim suam adhuc retinuerit, in fidei Christianæ odium fuissent perempti, haud propterea tamen ex horum numero illos quidem, qui,*

A *qui, dum Aurelianus viveret, aut vivere adhuc in provinciis crederetur, fuere occisi, sub Aureliano, illos vero, qui postea, quamdiu adhuc, cognita jam Aureliani cæde, Romani imperii interregnum duravit, Tacitique electio annuntiata nondum esset, mortem oppetiere, sub præsidibus aut præfectis, imperatoris nomine suppresso, in eorum Actis ecclesiarumve Fastis fuisse notatos, recte existimaris: etsi autem conjectura, hinc formata, qua ductus Ecclesiæ Parisiensis historicus,* S. Dionysium *ejusque Socios, quod, ut putavit, Aureliano sex amplius mensibus jam cæso, Tacitique electione nondum annunciata, vi edicti sæpissime jam memorati fuerint occisi, sub solo præfecto Fescennino seu Fescennino Sisinnio, suppresso Aureliani nomine, in Fastis sacris consignari statuit, multum sane, ut Tillemontio tom. 3 Monument. Ecclesiastic. not. 6 in* Dionysium *Parisiensem est visum, habeat acuminis, dictus tamen, qui in libris Ecclesiasticis Sanctorumque Actis fuerit observatus, usus, cui soli illa inniti videtur, perperam adstruitur. Res e paucis, quæ subdo, patescet. Aurelianus,*

B *ut Pagius in Criticis docet, anno* 275 *circa* XX *Martii diem, a quo deinde usque ad Taciti electionem, die Septembris* XXV *proxime sequenti factam, Romanum imperium vacavit, ab amicis suis in Thracia, cum paulo ante edictum in Christianos emisisset, fuit occisus, et tamen S. Reverianus undecimque alii, qui ad* I *Junii, itemque S. Julia, SS. Justus et Jucundinus pluresque adhuc alii, qui ad* XXI *Julii diem, veluti in cœlo tum primum martyrio nati, Fastis sacris exstant inscripti, sub Aureliano vel in his, vel certe in Actis, passionem eorum et exponentibus et dictis duobus diebus innectentibus, notantur passi.*

*versaretur, Christianos,*

157 *Reponi quidem potest, Aureliani cædem tum nondum fuisse in Galliis annunciatam; verum, cum hæc, ut dictum, circa* XX *Martii diem fuerit patrata, ignoratam adhuc die* I *Junii proxime sequenti, imo et* XXI *Julii ibidem fuisse, quis credat?* Occiso, *inquit ad annum* 272 *num.* 12 *Pagius in Criticis*, Aureliano, uno aut altero mense, ut videtur, postquam persecutionis decretum emisit, ea post ejus interitum per aliquot menses duravit, per inter-

C regnum videlicet, quod sex mensium fuit, et quicumque Christiani *(sive in Gallia nimirum, sive alibi)* martyrium tunc passi sunt, sub Aureliano in Martyrologiis passi dicuntur, quia videlicet virtute ejus decreti occisi. *At vero, dicet forsan modo non nemo, cum equidem, uti e jam dictis apparet, plurimi in Galliis, dum Aurelianus ibidem versaretur, in fidei Christianæ odium imperatoris hujus jussu fuerint occisi, nihil omnino impedire videtur, quo minus etiam Sancti nostri, alterutri ex annis* 273 *et* 274, *quibus ambobus Aurelianus in Galliis fuit, fuso pro Christo sanguine, occubuisse credantur, eorumque adeo martyrium sub Aureliano Ecclesiæ Parisiensis historiographus recte consignarit. Ita sane haud prorsus immerito potest videri, maxime si S. Prisci aliorumque plurimorum Martyrum Actis, in Opere nostro ad diem* 26 *Maii, quo hi Fastis sacris exstant inserti, in lucem jam emissis, adjungenda sit fides.*

*non tamen tanta, quanta id factum S. Prisci Acta*

158 *Hæc enim initio sic habent*: In diebus Aureliani imperatoris, idolorum decrescente cultura, et Christianæ religionis dogmate meliori successu provecto, ita persequentium furor exarsit, ut ipsi quoque imperatores, suorum sce- AUCTORE C. B.
lerum satellitibus minime confidentes, singularum provinciarum penetralia peragrarent. Eodem quippe tempore Aurelianus imperator, vir crudelissimus, Romana urbe relicta, in partes Galliæ successerat: qui veniens in civitatem Senonis, ferocitatis suæ comites ad investigandos per omnem Galliam Christianos, transmisit; *deinde autem nonnullis adhuc, quibus persecutionem, de qua agunt, quam maxime exarsisse indicant, mox subdunt, ab Alexandro Protectore, ad Territorium Autissiodorense per Aurelianum misso, S. Priscum plurimosque alios Christianos ibi repertos, ejusdemque deinde Alexandri jussu gladio fuisse obtruncatos. Verum, ait tom.* 4 *Monument. Ecclesiast., pag.* 349 *Tillemontius, Acta illa, etiamsi de iis vel e solo, quo conscripta sunt, stylo tumenti et barbaro feratur judicium, recentiora esse patet ad oculum; cum autem etiam phrases, seculum* IX, *ut addit, redolentes, complectantur, sintque adeo seculo isthoc verosimillime haud antiquiora, fidem enimvero vel nullam vel certe dumtaxat exiguam in iis, quæ de Aureliano, Romanorum* E
*ab anno* 270 *ad annum usque* 275 *imperatore, memoriæ produnt, merentur, nedum erroribus vacua sunt putanda. Quid si ergo illorum initio, ubi legitur* in diebus Aureliani imperatoris *legendum sit* in diebus Aurelii imperatoris? *Acta S. Symphoriani martyris longissime sane, utpote quæ sinceris Martyrum Actis, a se vulgatis, Ruinartius recte accensuit, hic memoratis S. Prisci Actis præstant, et tamen illorum initio, ubi* sub Aurelio principe *foret legendum,* sub Aureliano principe *perperam legitur, uti in sua ad eadem Acta Admonitione Ruinartius et post hunc in Criticis Pagius, et ad diem* XXII *Augusti, quo S. Symphorianus colitur, Decessores nostri censuere.*

*indicant, vehementia*

159 *In Mss. Codicibus, ut idem Ruinartius loco cit. etiam notat, Aurelius et Aurelianus, Fabius et Fabianus, Valerius et Valerianus aliaque similia nomina non raro confunduntur, nec in Hieronymianis apographis aliisque antiquis Fastis sacris S. Priscus; utut in hisce annuntiatus, sub Aureliano passus asseritur. Quid si etiam persecutio, quæ in S. Prisci Actis Aureliano attribuitur, Maximiano adscribenda sit? Utcumque res habeat, id equidem, quod in iis* F
*de missis quaquaversum ab imperatore ministris ad perquirendos necique dedendos Christianos traditur, persecutioni, in Galliis a Maximiano ex infra dicendis motæ, alterique ab Aurelio seu Marco Aurelio anno* 177 *ibidem excitatæ, in qua Christiani quam plurimi, uti ad hunc annum Pagius in Criticis docet, fuere in odium fidei occisi, optime convenit; at non item qualicumque persecutioni, quam Aurelianus in Galliis, dum vel anno* 273 *et* 274 *ibidem versaretur, excitarit. Neque vero huic non tantum non, quod jam dixi, sed nec tanta, quanta in S. Prisci Actis asseritur, vehementia congruit. Certe nihil, unde hanc vel utcumque elicias, antiquiora, quæ fide digna sint, monumenta suppeditant, nec, quo res credatur, Acta illa, utpote, ut jam dictum, dumtaxat recentiora, omnium instar queunt haberi. Etsi itaque Reverianum quidem aliosque supra adhuc memoratos sanctos Martyres, ad diem* I *Junii Fastis sacris inscriptos, itemque S. Juliam una cum nonnullis aliis, ad diem* XXI *Julii Fastis sacris pariter*

auctor C. B.

*ter insertam, Augustoduni et Trecis, quas duas civitates Aurelianus, dum anno 273 in Galliis versaretur, adivit, sub principe isthoc, ut eorum Acta perhibent, pro fide fuisse tunc necatos, sat credibile autumem, hisce tamen quamplurimos adhuc alios sanctos Martyres, qui in aliis etiam locis, quam quæ Aurelianus, in Galliis commorans, adivit, sub imperatore isthoc in odium fidei fuerint tunc occisi, adjungendos esse, haud apparet.*

persecuto,

160 *Jam vero, cum res ita habeat, iisque dumtaxat fere in locis, in quibus Aurelianus; dum in Galliis versaretur, præsens fuit, martyres ejus jussu videantur tum effecti, non est sane, cur sub hoc principe, qui Parisios, dum in Galliis anno 273 et 274 commoraretur, sese contulisse, nuspiam legitur, Sanctos nostros ob martyrum, qui tum in Galliis martyrii palmam sint adepti, multitudinem martyrio pariter coronatos tunc fuisse arbitremur. Adhæc, etsi quidem e martyribus, sub Maximiano Herculio, sub quo et Sancti nostri, uti infra ostendam, pro Christo occubuere, in Gallia passis, nonnulli ac inprimis Rufinus et Valerius in Fastis sacris,* B *solo præsidis seu præfecti, sub quo pro Christo sanguinem fudere, nomine expresso, sine ulla Maximiani Herculii mentione notati legantur, ex iis tamen, qui sub Aureliano ibidem certo passi sunt, nullum omnino invenire quivi, qui tantummodo sub præside aut præfecto, ne minima quidem Aureliani mentione facta, martyrium subiisse in iisdem Fastis sacris dicatur; cum autem Sancti nostri dumtaxat sub præfecto Fescennino seu Fescennino Sisinnio, imperatoris, sub quo passi sint, nomine non expresso, in dictis Fastis sacris consignentur, id certe sub Aureliano eos martyrio non fuisse affectos, argumento etiam est. Verum cum et hinc et ex aliis non paucis, quæ in medium jam adduxi, persecutio, quam Aurelianus, sive in Galliis existens, sive post emittens paulo ante cædem suam in Christianis edictum, excitavit, sat apta esse non videatur, ut ei cum laudato Ecclesiæ Parisiensis historiographo Sanctorum nostrorum martyrium illigemus, qua tandem in persecutione, quove sub imperatore ad cædem eos, fuso pro Christo sanguine, evolasse statuemus?*

sed in persecutionem, quæ hic

C 161 *Tacitus, cum anno 275 die XXV Septembris in Aureliani occisi locum fuisset suffectus, statim pacem, quam hic, ut vidimus, turbarat, Ecclesiæ reddidit; etsi autem, cum jam esset imperator, seæ dumtaxat adhuc mensibus in vivis fuerit saperstes, sub principibus tamen, qui post eum Romano imperio præfuere, res Christianæ ad annum usque 285 quietæ fuere. Sub Numeriano quidem, qui, una cum fratre Carino imperii consors anno 283 a patre Caro effectus, haud diu post hujus obitum sequenti anno fuit occisus, martyres non paucos tam in Occidente, quam in Oriente Martyrologia consignant; verum, etsi etiam id recte hæc facere, utcumque appareat certum, est equidem, an vel christianorum unus Numeriani jussu in Galliis fuerit necatus, dubium admodum atque incertum, uti nemo non statuet ex iis, quæ Tillemontius tom. 4 Monument. ecclesiast. a pag. 563 usque ad pag. 570 disserit. Porro eo temporis spatio, quod inter annum 284 et annum 313 intercessit, duabus gravissimis persecutionibus Ecclesia fuit concussa. Ac harum quidem altera, cum jam ab anno 298 in milites, christianis sacris addictos, sæviri fuisset inceptum, anno 303, severissimo in cujuscumque conditionis ac status* D *christianos edicto per Diocletianum emisso, erupit: altera vero, quæ per Gallias longe lateque grassata est, inter annum 284 et 292 a Maximiano Herculio fuit commota. In priori certe aut in alia, quæ hanc fuerit secuta, persecutione* Dionysium *una cum* SS. Rustico *et* Eleutherio *non occubuisse, vel ex eo fas est asserere, quod, cum anno, ut dictum 250 in Gallias venerit, tuncque verosimillime annorum circiter triginta quinque exstiterit, necessarium omnino foret, ut, si demum in persecutione, anno 303 exorsa alterave, hanc secutæ, pro fide fuisset occisus, martyrio e vivis octogenario jam major, quod parum verosimile apparet, excessisse statueretur.*

memorantur, altera, a Maximiano

162 *Adhæc Constantius Chlorus, Constantini Magni pater, rerum Romanarum in Galliis ab anno 292 ad annum usque 306, quo obiit, fuit potitus; etsi autem hic, ne, cum anno 303 persecutio in christianos a Diocletiano fuisset indicta,* dissentire a majorum præceptis, *ut Firmianus Lactantius lib. 2 de Mortibus persecutorum cap. 15 loquitur*, videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus *sit*, verum *tamen* Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit, *cumque deinde, eo e vivis sublato, Constantinus Magnus*, E *quamdiu adhuc persecutio, a Diocletiano præscripta, duravit, in Galliis imperarit, hac certe nullos ibidem factos esse martyres, pro certo atque indubitato, uti eruditi omnes modo fatentur, est habendum. Jam vero, cum id ita sit, martyriumque adeo Sancti nostri tum pariter haud fuerint perpessi, reliquum est, ut id in persecutionum, proxime memoratarum, altera, quam, ut dictum, Maximianus Herculius excitavit, evenisse dicatur. Ac id quidem sub hoc principe factum, sane apparet verosimilius; verum, cum mota ab eo persecutio per plures annos, ut multa suadent, durarit, cui ex hisce eventum illum innectemus? Maximianus Herculius, quem ab anno 286 ad annum usque 291 frequenter in Galliis esse versatum, e documentis ac historicis antiquis omnino constat, quemque tum ibidem persecutionem in Christianos excitasse, non solum Martyrologia Officiaque ecclesiastica, sed et ipsorummet, qui in ea occubuere, Martyrum Acta testantur, imperii consors anno 284 a Diocletiano effectus, rusticanos seu agrestes, qui, imposito sibi* Bagaudarum *nomine, Romanorum* F *jugum excusserant, ducibusque Amando et Æliano, late per Galliam, depopulatis urbibus atque agris, grassabantur, anno 285 vel, ut alii contendunt, proxime sequenti debellavit, tuncque atrocem, quam et pluribus annis continuavit, persecutionem in christianos, adhibita ad crudelitatem suam exsequendam Rictii Vari aliorumque, quos quaquaversum misit, præfectorum opera, statim est exorsus.*

excitata, evenit;

163 *Porro cum id quæsito e Bagaudarum, quorum nonnulli, ut apparet, christianam religionem fuerint professi, rebellione ac motibus prætextu, fecisse videatur, hincque, persecutionem illam potissimum in iis, quæ sub potestate sua habuerant Bagaudæ, Galliarum locis ac proin et in Parisiensi agro, ubi hi et a Maximiano Herculio fuerant devicti, et, quemadmodum in ecclesiæ Parisiensis Historia lib. 1, cap. 6, num. 5 Gerardus du Bois, Chartulario Fossatensi in margine citato, memoriæ prodit, castrum habuerant, moæ ab illorum clade maxime exarsisse, verosimile appareat, facile enimvero, Sanctos nostros*

A *stros haud procul inde versantes, etiam tum pro fide fuisse occisos, in animum induco. In hac porro opinione, qua et excitatæ a Maximiano, quæ in solis Occidentis partibus seu Galliis grassata est, persecutioni, et simul etiam hujus initio seu anno circiter* 286 S. Dionysii *sociorumque ejus* SS. Rustici *et* Eleutherii *martyrium innecto, utcumque etiam ex edendis Sanctorum nostrorum Actis confirmor, quod hæc persecutionem, in qua Sanctos nostros pro fide occubuisse notant, tunc primum, cum id contigit, fuisse et exortam et in* Occidui orbis parte *seu Galliis grassatam, num.* 8 *non obscure tradant. Illa quidem Acta, ut jam sæpius monui, fidem certam atque indubitatam haud merentur ; verum, etsi id ita sit, iis tamen hic standum reor, tum quod nulla omnino scriptoris seu monumenti antiqui, contra quod merito excipi non possit, repugnet authoritas, tum quod modo assignata Sanctorum nostrorum martyrio epocha, cui suffragantur, aptissime componatur cum tempore, quo circiter S. Piatum aliosque non paucos Martyres, qui, quemadmodum supra docui, vel una cum* S. Dionysio, *vel*
B *certe eodem circiter tempore, quo hic, Roma in Gallias venisse creduntur, martyrii palmam, fuso pariter sub Maximiano pro fide sanguine, esse adeptos, e Tabulis ecclesiasticis, antiquis probæ notæ documentis traditioneque minime suspecta constat.*

## § X. Ubinam S. Dionysius ejusque Socii SS. Rusticus et Eleutherius martyrium subierint, ac deinde fuerint sepulti.

*Sancti, non Parisiis, ut rationibus hic adductis*

*Intra ipsos urbis Parisiensis muros in extrema insulæ parte, quæ Orientem respicit ac ecclesiam,* S. Dionysii de Passu *modo dictam, complectitur,* S. Dionysium *ejusque socios* SS. Rusticum *et* Eleutherium *martyrio fuisse affectos, Launoius in sua de veteribus christianorum Parisiensium basilicis Disquisitione cap.* 4 *contendit, hancque suam novam plane ac singularem opinionem, ab Hadriano Valesio validissimis ar-*
C *gumentis impugnatam ac tantum non rationum invictarum pondere penitus oppressam, tutari deinde fuit conatus; verum quam parum feliciter id præstiterit, vel ex eo liquet, quod post etiam inter eruditos vix ullus fuerit repertus, qui cum scriptore isto Sanctorum nostrorum palæstram Parisiis locandam existimarit. Neque vero rationes, a Launoio allegatæ, quibus eo impelli quis potuisset, sat validæ ac solidæ apparent. Quid enim? Quisquamne ex eo, quod præfata insulæ pars domibus ac civibus, uti is ait, vacua, sumendisque adeo publicis suppliciis, utpote veluti extra urbem posita, peropportuna* Dionysii *ætate exstitisset, fuisse hunc re ipsa una cum* SS. Rustico *et* Eleutherio *martyrio ibidem affectum, concludat? Nemo sane, quantum opinor, nisi qui viliosa consecutione actum e potentia voluerit colligere. Addit quidem Launoius, ab Usuardo aliisque martyrologis in sacris, quos contexuere, fastis* Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii *natalem* apud Parisium, Parisiis *aut* Parisius *consignari, ecclesiamque*, S. Dionysii de Passu *appellatam, quæ in supra memorata insulæ parte sita est, antiquissimam esse, itaque a* S. Dionysio *ibidem passo nuncupari. Verum multum abesse, ut tanta, quanta, ut vera esse posset Launoii opinio, opus foret, antiquitate gaudeat ecclesia illa, palam fiet ex iis, quæ infra de loco, quo Sancti nostri sepulti fuerunt, proferentur in medium.*

AUCTORE C. B.

165 *Interim ut de appellationis, qua eadem ecclesia insignitur, Etymologia, a Launoio asserta, modo hic agam, haud equidem, unde hanc is scriptor hausisse queat, habeo perspectum. Certe documentum antiquum, in quo fundata sit, nec ipsemet allegat, nec ego invenire quivi. Quid si ergo sacræ, de qua hic nobis sermo, ædis cognomen, non unde vult Launoius, sed a gradu seu gradibus, quibus adeunda fuerit, sit profectum? Sane S. Jacobi* Alti-passus *ecclesia, in suburbio Parisiensi sita, a gradu altiore, quo ad eam ascendebatur, hanc suam nomenclationem videtur adepta. Ait quidem Launoius, ecclesiam* S. Dionysii de Passu *dictam, tam humili loco semper sitam fuisse, ut in eam numquam fuerit ascensum; verum cum simul etiam, in eam per portam Occidentalem descendi, affirmet, quid impedit quo minus a gradu seu gradibus, quibus* E *descendendo adeunda olim fuerit,* S. Dionysii de Passu *appellata fuisse dicatur? Utut sit, nec Launoius, etsi etiam re ipsa hæc ecclesia, non a gradu, quo seu ascendendo seu descendendo fuerit adeunda, sed a* S. Dionysii *passione nomen fuisset sortita, inde id, quod vult, conficiat; nihil enim, hoc dato, impedit, quo minus illud a passionis* S. Dionysii *initio repetitum credatur, quod nempe eo loco, quo ecclesia illa fuit exstructa,* Dionysius *interrogatus quæstionique, quod apud Romanos, ut Tillemontius tom.* 4 *Monument. Ecclesiast. not.* 5 *in* Dionysium *Parisiensem observat, in medio urbium foro fieri solebat, fuisset subjectus.*

*ac porro rationum aliarum*

166 *Porro quod ad martyrologos, qui* Dionysii *natalem seu martyrium* apud Parisium *aut* Parisiis *seu* Parisius *consignant, jam spectat, hi frequentissime Martyrum natales in urbibus etiam, non quæ re ipsa horum fuere palæstræ, sed quæ locis, quibus pro fide, fuso sanguine, sancti illi Athletæ certarunt, sepulturamque deinde nacti sunt, viciniores tantummodo exstitere, consignant. Res certa apparet, nec ab ullis, qui* F *Martyrologia adhibere penitiusque expendere solent, revocatur in dubium. Hinc dum Romæ hi illive Martyres in Priscillæ Calixtive aut aliorum cœmeteriis sepulti in Martyrologiis leguntur, haud continuo, cœmeteria illa in ipsamet Urbe sita fuisse, est putandum. Et vero, non intra, sed extra hanc posita fuisse, fidem facit duodecim Tabularum lex, qua, quemadmodum Baronius in suis in Martyrologium Romanum Notationibus ad* III *Januarii diem docet, cautum erat, ne tumulo intra mœnia mortui mandarentur. Hinc pariter, dum Romæ inter duas lauros, viave salaria aut alia in Martyrologio Romano Martyres signantur, fuisse eos, non in ipsamet urbe, sed prope hanc martyrio affectos, dumtaxat significatur. Usuardus quidem Sanctos nonnullos, qui felici suo ad Superos transitu Parisios illustrarunt, in ipsamet hac civitate, aliosque contra, qui prope Parisios e vivis migrarunt, in territorio Parisiensi in Martyrologio a se contexto consignat.*

*oppositione*

167 *Verum hinc consequens non est, ut, dum* Dionysium *una cum sociis suis* Rustico

victors C. B. *confutatis Launoius perperam contendit,*

*et* Eleutherio *a præfecto Fiscennino* apud Parisium *gladio animadversum notat, fuisse hoc in ipsomet civitatis Parisiensis ambitu factum, significare intendat; præterquam enim quod* apud *idem subinde, quod* prope, *apud Latinos optimæ etiam notæ scriptores significet, fieri potest, ut, si* apud Parisium *idem, quod* in civitate Parisiensi, *in sensu, ab Usuardo hic intento, fortassis significet, idcirco dumtaxat Sanctos nostros in ipsomet civitatis Parisiensis ambitu passos martyrologus ille notarit, quod eos ab Adone, quem ut plurimum, ni a vero arbitratus sit devium, ad verbum fere exprimit,* apud Parisium *annuntiatos inveniret, nec perperam ibi eosdem, qui, quamvis quidem Parisiis martyrium non finierint, id tamen in hac civitate, utpote in qua et quæstioni subjecti, et variis, priusquam capite plectendi ducerentur foras, suppliciis fuerint affecti, inchoarunt, annuntiatos existimarit. Launoius itaque, quemadmodum cuique, jam dicta attente expendenti, manifestum evadet, non magis ex Usuardo aliisque Martyrologis, Sanctorum nostrorum natalem seu martyrium apud Parisium Parisiisve signantibus, quam ex ecclesia, quæ a* B Dionysii *passione* S. Dionysii de passu *dicta sit, Sanctos nostros eo, quo hæc stat, loco fuisse Parisiis martyrio coronatos, evincit.*

*sed extra civitatem illam, et quidem, quemadmodum, quæ Hilduino*

168 *Et vero id non intra, sed extra civitatis hujus ambitum seu insulam, quæ tum complectebatur Parisios, factum esse, non immerito colligas vel ex eo, quod Romani, si non semper, plerumque saltem, quos morte plectebant, supremo isthoc supplicio extra urbium mœnia afficerent. Accedit primo quidem antiqua S. Genovefæ Vita, supra a nobis sæpissime laudata, quæ,* S. Dionysium cum Sociis suis Rustico et Eleutherio in vico Catholiacensi passum, *diserte affirmat, deinde vero etiam constans, quæ apud Parisienses viget, traditio, Sanctorum nostrorum palæstram, in monte seu colle, a civitate Pariensi, qualis horum ætate fuit, tribus circiter horæ quadrantibus dissito, constituens. Sunt quidem, qui traditionem isthanc haud admodum esse antiquam, nec prius, quam cum Hilduinus Areopagitica sua scripsisset, fuisse exortam, existimarint; verum hi rem acu, ut aiunt, certissime haud tetigere. Etsi enim,* Dionysium *ejusque socios* C Rusticum *et* Eleutherium *e regione urbis Parisiorum in colle, qui, cum antea ab Idolo, quod ibidem a Gallis colebatur,* mons mercurii *diceretur, postea a Sanctis nostris, in eo passis,* mons Martyrum *fuerit vocatus, martyrium consummasse, Hilduinus in illorum, quam conscripsit, Passione num. ultimo apertissime tradat, id tamen hic scriptor haud finxit, sed vel e Dagoberti, Francorum regis, gestis, seculo nono ineunte, ut Bouquetus, qui ea Rerum Francicarum scriptorum, a se editorum, tom. 2 inseruit, in admonitione, iisdem prævia, docet, in litteras conjectis, vel certe ex antiquo, qui, quemadmodum in Commentario, fabulosis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio, § 2 ostendi, seculo octavo, media sui parte jam elapso, fuit conscriptus, passionis libello deprompsit.*

*antiquior est, traditio fert, in monte Martyrum,*

169 *Ita autumo, quod hic indubie, ut ibidem pariter ostendi, Hilduino præluxerit, quodque præterea tam Dagoberti Gesta, quæ Hilduinus, utpote et ante eum et in monasterio, cujus postea abbas fuit, conscripta, verosimillime etiam conspexerit, quam dictus Passionis libellus, eodem plane, quo Hilduinus, loco Sanctorum nostrorum palæstram consignent. Dicta quidem Gesta, ut Bouquetus loco proxime cit. etiam docet,* D *fabulis non paucis sunt fœdata, nec potiorem, quam hæc, fidem præfatus Passionis libellus meretur; verum, cum scriptores, qui hunc illaque exararunt, verosimillime idcirco dumtaxat, quod tunc, cum florerent,* Dionysium *ejusque socios* Rusticum et Eleutherium *in monte supra dicto subiisse martyrium communiter ac passim putaretur, re ipsa id ibidem factum, notarint, hinc sane, cum verosimillime nec tunc primum opinio isthæc fuerit exorta, consectarium videtur, ut supra memorata, quæ apud Parisienses viget, traditio non tantum Hilduino, sed et scriptoribus, qui dictum libellum Gestaque Dagoberti litteris mandarunt, verosimillime sit antiquior; verum idcirco, genuinam etiam esse ac veram, pro certo asseverare non ausim. Attamen, cum jam inde a mille circiter annis ac fortassis etiam citius, uti e jam dictis haud difficulter colliges, viguerit, nec par sit, ut solis conjecturis ducti traditioni adeo antiquæ, ni forsan ei scriptoris documentive sat antiqui refragetur authoritas, nuntium mittamus, sane ob illam, Sanctos nostros in supra memorato monte, qui* mons martyrum *idcirco deinde fuerint vocatus, gloriosum pro fide certamen capitum amputatione terminasse, mihi haud* E *prorsus vero apparet absimile.*

*vel certe, si hanc cum S. Genovefæ Vita componendi*

170 *At vero, inquies,* S. Dionysium *ejusque socios* Rusticum *et* Eleutherium *in vico catholiacensi martyrium passos, supra laudata, quæ admodum antiqua est, S. Genovefæ Vita diserte tradit. Fateor, sic habet, nec hæc etiam, uti infra ostendam, interpolatione eo, quo id prodit, loco est corrupta; verum quid tum?* Dionysium, *inquies, ejusque socios in præfato monte sepultos, vicumve in hoc, qui* Catholiacensis *fuerit vocatus, situm fuisse, nemini umquam venit in mentem, dictaque adeo S. Genovefæ Vita exigit, ut, contra ac constans, de qua hic nobis sermo, traditio fert, Sanctorum nostrorum palæstra in monte illo haud statuatur. Felibianus, qui pariter, a traditione adeo antiqua haud temere recedendum, in Dissert. infra sæpius laudanda existimavit, Catholiacensem Vitæ S. Genovefæ vicum, quo hanc cum illa in concordiam adducat, non tantum de ipsomet vico illo, qui, ut ait,* Sandionysianus *postea, mutato nomine, vocatus, sex circiter ab urbe Parisiensi milliariis eodem olim, quo modo* F *oppidum homonymum, loco steterit, sed etiam de suburbio Parisiensi viaque, quæ per hoc ad eumdem vicum ducebat, haud inepte exponi posse censet, adeo ut, etiamsi* S. Dionysius *ejusque socii in monte,* Martyrum *appellato, locove saltem inde haud multum remoto passi re vera forent, idcirco tamen, quod mons is locusve juxta viam, quæ ad vicum Catholiacensem ducebat, situs esset, illorum in hoc palæstram a S. Genovefæ biographo constitui non inepte potuisse, existimarit.*

*modus hic assignatus*

171 *Verum, eum id, quod dumtaxat seu juxta viam seu in via, quæ ad paræciam quampiam ducit, nec in hac continetur, gestum esset, in paræcia illa gestum perperam hodie diceretur, neutiquam mihi placet interpretatio, a Felibiano Vitæ S. Genovefæ adhibita, alioque adeo, quo hæc cum traditione ulcumque componatur, necesse est recurrere. Vici pagani (de urbanis enim hic dicere nihil attinet) pagi sunt, e pluribus villis domibusque rusticanis, ut vel lexica ac inprimis illud, quod Calepinus contexuit, docebunt, coagmentati, aliquantuloque ab urbibus spatio sejuncti certas etiam terras, diversi generis frugibus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

A *gibus alendis aliisque usibus destinatas, complectuntur sibique habent subjectas. Quid si ergo* Dionysii, *scriptorisve, qui S. Genovefæ Vitam litteris mandavit, ætate Catholiacensis vicus seu, ut distinctius loquar, terrarum, qui ad hunc spectabat tractus, usque ad supra memoratum montem,* Martyrum *modo nuncupatum, fuerit extensus? Enimvero, spectatis, quæ mille amplius annorum spatio evenire solent, mutationibus, vicum illum tum tantæ, quantæ dictum est, fuisse extensionis, haud prorsus incredibile apparet, facileque adeo, si eo id tempore, ut potuit, ita etiam reipsa habuerit locum, factum esse potest, ut, etiamsi Sancti nostri in monte illo,* Martyrum *postea vocato, subiissent martyrium, id nihilominus Vitæ S. Genovefæ scriptor in vico Catholiacensi, quod hic illum complecteretur seu sibi haberet subjectum, notarit patratum; sic autem cum Parisiensium, quæ in eodem monte Sanctorum nostrorum martyrium statuit, traditione pugnare neutiquam erit censendus, ut cuique, rem vel leviter consideranti, patescet.*

*displiceat, in vico Catholiacensi, ut in Vita illa, traditioni*

172 *Quod si porro isthæc modo adhibita Vitæ S. Genovefæ interpretatio aut, si mavis, hanc cum traditione componendi modus, jam assignatus, displiceat, nihil omnino (neque enim quidquam*
B *præterea, quo Vita ista in concordiam cum Parisiensium traditione adducatur, occurrit) reliquum videtur, quam ut, hac relicta, Vitæ S. Genovefæ adhæreamus, nostrorumque adeo Sanctorum palæstram eo circiter statuamus loco, quo modo sex fere ab urbe Parisiensi milliariis seu duabus leucis oppidum, a* S. Dionysio *appellationem suam sortitum, nec, uti ex infra dicendis patescet, a vico Catholiacensi, si hic cum toto, quem sibi habuerit subjectum, terrarum tractu haud accipiatur, distinguendum, conspicitur. Et vero,* S. Dionysium in sexto a Parisius miliario martyrio vitam finiisse, *S. Genovefæ Vita, a Bollando nostro ad tertium Januarii diem secundo loco edita, num.* 14 *diserte tradit. Illa quidem verba ab interpolatore in hanc, uti hic jam supra* § v *ostendi, verosimillime fuere intrusa; verum is, ut ibidem etiam docui, non prius, quam cum jam scripta essent ab Hilduino Areopagitica, floruit, et nihilominus Parisiensium, quæ Sanctorum nostrorum palæstram in monte, tribus circiter horæ quadrantibus a civitate Parisiensi remoto, statuit, traditionem, utut a scriptore illo, ut*
C *supra vidimus, apertissime litteris mandatam, haud fuit amplexus; cum sic autem, num hæc, dum is floreret, a tam multis, quam forsan a nonnemine putatur, fuerit accepta, dubitandi præbeat locum, enimvero vel hinc esse videtur, cur et nos illam, maxime cum a plurimis eruditis hodie etiam rejicialur, non admittamus aut ei certe S. Genovefæ Vitam, si sese inter conciliari haud queant, præferamus.*

*certe præferenda,*

173 *Verum, inquies modo, etsi quidem Romani extra urbium mœnia supremo supplicio reos plectere habuerint solemne, fuisse tamen abs illis Sanctos nostros, neci dandos, extra urbem Parisiensem tribus circiter horæ quadrantibus, nedum sex circiter milliariis, abductos, creditu admodum apparet difficile, cumque nihilominus, uti e jam dictis colligitur, alterum Parisiensium traditio, alterum S. Genovefæ Vita vel exigat, vel adstruat, non hac magis, quam illa standum apparet. Enimvero res plane sic haberet, si Sanctos nostros ad mortem tam longe fuisse Parisiis eductos, omnino foret incredibile; ast fieri potest, ut tum præfectus Fescenninus, sub quo Sancti nostri subiere martyrium, in villa, seu tribus seu pluribus horæ quadrantibus Parisiis remota, versaretur, eosque, ultimo ibidem interrogandos necique deinde dedendos, ad sese jusserit adduci. Certe tali occasione factum est, ut S. Cyprianus, uti apud nos tom.* 4 *Septembris pag.* 323, *num.* 820 *et seq. videre licet, in agro seu villa, extra urbem Carthaginensem posita, gloriosum suum martyrium, fuso pro Christo sanguine, terminarit; cum autem res ita habeat, difficultas modo objecta evanescit, facereque adeo non potest, ut non magis S. Genovefæ Vitæ, quam Parisiensium, de qua hic, traditioni adhæreamus. Ac contra quidem illa potius, quam hac standum, idcirco reor, quod, cum scriptor, qui S. Genovefæ Vitam litteris mandavit, sese id,* ter senis *dumtaxat post sanctæ hujus Virgini obitum elapsis annis, fecisset dicat, consectarium fiat, ut nondum multum provecto seculo* VI, *sub cujus initium S. Genovefa obiit, florverit; quo tempore an præfata, utut Hilduino antiquior, traditio jam inde obtinuerit, dubium admodum est atque incertum.*

*et ob ætatem, qua scripta est, interpolationesve*

174 *Scio quidem, non paucas in S. Genovefæ Vitam interpolationes irrepsisse, hujusque etiam scriptorem, qui, ut dictum, seculo* VI *demum floruit, a Sanctorum nostrorum ætate vixisse remo-* E
*tiorem, quam ut sibi certam in iis, quæ de hisce scribit, fidem adjungat. Verum, etsi id ita sit, nullum equidem scriptum monumentumve vel magis vel etiam æque dumtaxat a Sanctorum nostrorum ætate remotum, quod horum palæstram notet, invenire quivi, cumque præterea nullum etiam sat solidum aliunde petitum, quo ad illam, quam S. Genovefæ Vita assignat, rejiciendam impellamur, argumentum proferatur in medium, rationis æquitas exigit, ut eo non progrediamur, maxime cum fieri possit, ut Vitæ ejusdem scriptor, longissimo licet annorum spatio a Sanctorum nostrorum ætate remotus, locum tamen, quo hi passi sunt, e vera ac genuina, quæ a supra memorata differret, traditione, monumentisve antiquioribus, quæ modo perierint, didicerit. Atque hæc de iis, quæ a tempore quo scripta est S. Genovefæ Vita, contra asserlam in hac Sanctorum nostrorum in vico Catholiacensi palæstram repetuntur, dicta sunto; quod modo ad interpolationes, quibus corrupta est, spectat, sane non tantum in S. Genovefæ Vitam, quam secundo, sed et* F
*in alteram, quam primo loco edidit Bollandus, interpolationes esse illapsas, indubitatum apparet. Verum, etsi res ita habeat, posterioris tamen hujus vitæ textus, quo Sancti nostri in vico Catholiacensi martyrium passi asseruntur non ab interpolatore, sed a primigenio Vitæ S. Genovefæ scriptore indubie est profectus.*

*in eam inductus, utpote quibus equidem, qui huc spectat,*

175 *Textus ille, supra adhuc num.* 66 *majorem partem huc transcriptus, sic habet:* Quanta veneratione et amore (*S. Genovefa*) dilexit Catholiacensem vicum, in quo Sanctus Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio passus est et sepultus, nequaquam silendum esse arbitror. Nam fervens devotio erat ipsi beatissimæ Genovefæ, ut in honorem sancti Dionysii episcopi et martyris basilicam construeret; sed facultas deerat. *Hic itaque S. Genovefa, quæ, quemadmodum verbis, textui huic subjectis, mox narratur, in S. Dionysii honorem ecclesiam in vico Catholiacensi re etiam ipsa exstruxit, summo prius id faciendi, quod ibi* S. Dionysius *cum sociis suis* Rustico *et* Eleutherio *passus esset et sepultus,*

AUCTORE C. B.

*sepultus, desiderio flagrasse asseritur; veritati autem id esse consonum, eruditi, qui res, a S. Genovefa gestas, discussere, unanimi consensu omnes admittunt, uti etiam scriptorem, qui primigeniam sanctæ hujus Parisiensium patronæ Vitam litteris mandavit, ardens illud Sanctæ ejusdem desiderium, causamque, ex qua esset exortum, in sua illa lucubratiuncula indubie exposuisse. Jam vero, cum res ita habeat, ut quid verba, quibus id in textu allegato fit, non ab ipsomet illo scriptore, sed ab altero posteriore, qui scriptionem ejus interpolarit, promanasse existimemus? Dicesne forsan, S. Genovefam vel ex eo, quod* S. Dionysius *in vico Catholiacensi esset sepultus, desiderio ibidem in ejus honorem exstruendi ecclesiam potuisse teneri, esseque adeo, cur verba, quæ illam præterea ex eo, quod* Dionysius *in dicto etiam vico passus esset, fuisse ita affectam, in textu recitato produnt, interpolationi adscribenda suspicemur? Verum, etsi id ita sit, hinc tamen, primigenium Vitæ S. Genovefæ textum, verbis illis in hunc intrusis, fuisse certo atque indubitanter ab interpolatore reipsa mutatum, consectarium non est.*

illius textus, ut rationibus

B 176 *Et vero mutationi hujusmodi, qua, Sanctos nostros in vico Catholiacensi non tantum sepultos, sed etiam, contra ac in primigenia S. Genovefæ Vita fuerit traditum, martyrium passos, significaretur, numquam fuisse locum, ea, quæ nunc subdo, ostendunt. Scriptorem, qui S. Genofevæ Vitam, secundo loco a Bollando editam, interpolavit, tunc primum, cum jam conscripta fuissent ab Hilduino Areopagitica, floruisse, verosimillimum ex iis, quæ supra § v disserui, apparet; cum autem, uti e supra dictis facile colliges, traditio seu opinio, qua* Dionysius *in monte,* Martyrum *nuncupato, passus asseritur, certo tunc viguerit, isque tamen, nulla hujus ratione habita,* Dionysium *in vico Catholiacensi, non tantum sepultum, sed et passum diserte etiam tradat, id verosimillime fecerit, quod ita in Vitæ S. Genovefæ exemplari, quo ad novum conficiendum usus est, exaratum invenerit, quodque ob summam, qua documentum istud gaudere ratus est, antiquitatem eo potius, quam traditione standum existimarit. Nec tantum in antiquo, quod interpolatori isti præluxit, sed in omnibus aliis, quæ ubivis ejus*

C *ætate fuere reperta, Vitæ ejusdem exemplaribus non modo* S. Dionysii *sepultura, verum etiam martyrii locus seu palæstra vico Catholiacensi per verba, proxime huc transcripto textui immixta, iisve similia verosimillime fuit adscripta. Ita opinor, quod id equidem, quantum ego, diligentissima facta indagine, comperire quivi, in universis prorsus, quæ modo magno numero reperiuntur, Vitæ S. Genovefæ exemplaribus fiat, quodque, si quæpiam, in quibus contrarium factum fuisset, olim exstitissent, hodie ex hisce nullum amplius superfuturum fuisse, nullo e capite verosimile reddatur.*

hic allegatis probatur, fadatus non sit,

177 *Jam vero, cum res ita habeat, ac proin, uti ex omnibus jam dictis apparet, omnia prorsus, tam quæ modo adhuc exsistunt, quam quæ olim exstitere, Vitæ S. Genovefæ exemplaria,* S. Dionysium *in vico Catholiacensi non tantum sepultum, sed et passum, tradant, enimvero textum, e S. Genovefæ, quam Bollandus primo loco edidit, Vita supra huc transcriptum, quo id ipsum traditur, interpolationis idcirco non posse merito haberi suspectum, nedum reipsa asseverari interpolatum, propemodum indubitatum apparet. Verum, inquies fortassis adhuc, in textu* D *illo non tantum* Dionysius, *sed et socii ejus* SS. Rusticus *et* Eleutherius *memorantur; cum autem hi duo Sancti nostri seculo* VI, *quo nondum admodum provecto S. Genovefæ Vita exarata fuit, videantur non fuisse cogniti, sintque adeo infida interpolatoris manu verosimiliter in dictum textum intrusi, est sane, cur hunc pariter in assertione, qua,* Dionysium *in vico Catholiacensi non tantum sepultum, sed et passum, asseverat, interpolatum suspicemur. Enimvero, si* SS. Rusticus *et* Eleutherius *seculo* VI *vere fuissent incogniti, haud omnino invalida ac elumbis foret hæc objectio; verum, eos fuisse tunc reipsa incognitos, haud satis probatum invenio. Cointius quidem, Sanctorum nostrorum memoriam, priusquam seculo* VII *sub Dagoberto nomina eorum in sarcophagis, loco tum motis, reperirentur digesta, ex hominum mentibus temporis lapsu penitus fuisse deletam, in Ecclesiasticis Francorum Annalibus ad annum* 574, *num.* 6, *iterumque ad annum* 630, *num.* 12 *et seq. existimat; ast, ait tom.* 4 *Monument. Ecclesiast. pag.* 446 *Tillemontius, quæcumque ad hanc suam conjecturam seu opinionem stabiliendam affert, debilia* E *sunt atque infirma.*

non repudianda, traditur, martyrium passi sunt,

178 *Et sane ex eo, quod Gregorius Turonensis ac Fortunatus, supra a nobis jam sæpius laudati, nuspiam de* SS. Rustico *et* Eleutherio, *utut oblata etiam plus semel eos commemorandi, dum de* Dionysio *loquuntur, occasione aptissima, mentionem instituant, neutiquam id, quod vult, Cointius evincit. Fieri enim potest, ut, etiamsi duo illi scriptores non tantum* Dionysium, *sed etiam duos ejus socios* Rusticum *et* Eleutherium *apprime novissent, de solo tamen* Dionysio, *quod hic illis esset celebrior, et dignitate, dum vixerat, fuisset præstantior, sermonem facere voluerint. Fac etiam, binos illos Sanctos nostros Gregorio et Fortunato plane incognitos fuisse, hincne consequens erit, ut aliis pariter omnibus ac inprimis scriptori, qui primigeniam S. Genovefæ Vitam in litteras conjecit, noti haud fuerint? Neutiquam sane, ut mihi saltem, ac præcipue quidem quantum ad hunc biographum apparet, qui, cum Gregorio et Fortunato sit antiquior, non est, cur eadem, qua, ut vult Cointius, duo hi scriptores, Sanctorum nostrorum* Rustici *et* Eleutherii *ignoratione laborasse putetur. Utcumque hoc postremum habeat, verba equidem, quibus* S. Dionysius *cum sociis suis* Rustico *et* Eleutherio *in vico Catholiacensi non tantum sepultus, sed etiam passus in S. Genovefæ Vita, primo loco a Bollando edita, traditur, verosimillime non fuisse in hanc ab interpolatore intrusa, satis superque ex omnibus jam dictis liquet. Jam vero, cum id ita habeat, nec, uti e supra allegatis colliges, sit etiam, cur Vita illa et traditioni supra memoratæ non præferatur et ob ætatem, qua fuit conscripta, fidem in palæstra, quam Sanctorum nostrorum martyrio assignat, non mereatur, enimvero Sanctos nostros, uti illa in supra huc transcripto textu prodit, in vico Catholiacensi re etiam vera passos esse martyrium, ex iis, quæ modo disserui, sat certum apparet. Ceterum quo vici illius loco factum id sit, nemo sane facile edicat.*

ibidemque etiam, sexto, ut anonymus noster

179 *Verum, etsi quidem idcirco locus, quo Sancti nostri subiere martyrium, propius ac distinctius, quam modo sit factum, determinari haud posse videatur, de loco tamen, quo in eodem Catholiacensi vico sepulturam nati sunt, paulo aliter est*

A *est loquendum. Res e modo dicendis patescet. Mulier ethnica, cum Sancti nostri martyrium, capite amputato, finiissent, sacra horum corpora, lictoribus, qui ea, ne a Christianis honorarentur, in profundum Sequanæ gurgitem conjicere meditabantur, astu erepta,* sexto ab urbe Parisiensi lapide *in agro, sementi recipiendæ parato, abscondi curavit, finitaque deinde persecutione, quæsitum a se atque inventum, quo sacra illa pignora jacebant, locum* mentis mausolei constructione signavit, *posteaque etiam supra illa* magno sumptu cultuque eximio *Christiani ecclesiam exstruxerunt. Ita Actorum, quæ Comment. huic subnectemus, author anonymus num.* 10 *et binis seqq. memoriæ prodit. Actorum porro, quæ nostro de Dyonysio Areopagita Comment. subnexa invenies, author (de Hilduino enim, qui et hoc et anonymo nostros certo est recentior, loqui hic necesse non est) idem etiam facit. Verum is, etsi quidem locis non paucis anonymi nostri lucubrationem ad verbum fere exprimat, hanc tamen simul adjunctis variis parum credibilibus, atque hic inprimis*

B *afficto Sanctis quam pluris et tamen merito (Comment. hujus num.* 79 *dicta videsis) ad eruditioribus criticis non recepto prodigio, quo* S. Dionysii *cadaver sese erexisse, manibusque etiam, manentibus tamen interea* SS. Rustici *et* Eleutherii *cadaveribus immotis, caput Sancto amputatum gestasse fingitur, imperite admodum atque inconcinne auxit; cum autem vel hinc anonymo nostro consendus sit recentior, est sane, cur hujus mox adductæ de trium Sanctorum nostrorum corporibus astu surreptis,* sexto ab urbe Parisiensi lapide *terræ mandatis, mausoleique deinde ac ecclesiæ constructioni ibidem honoratis narrationi nihil omnino ponderis adjungere putetur.*

*scribit, ab urbe Parisiensi lapide*

180 *Quid ergo? Anne isthæc, non secus ac pleræque, quas idem anonymus noster suppeditat, narrationes aliæ pro dubia prorsus atque incerta erit habenda? Neutiquam sane, ut mihi saltem videtur quantum ad illius partem, qua, quo ad institutum nostrum potissimum hic spectat, Sanctorum nostrorum corpora* sexto ab urbe Parisiensi lapide *terræ mandata, ecclesiamque deinde supra hæc exstructam fuisse, memoriæ prodit. Hoc enim, utut forsan nec tum uspiam in antiquiori scriptore monumentove reperiretur*

C *notatum, ex eo tamen, quod ætate sua Sanctorum nostrorum corpora, exstructa etiam supra hæc ecclesia, ibidem honorari conspiceres, nec eo e tumulo, quem alibi habuissent prius, scirentur advecta, verosimillime, neque vero, cum præterea primis Ecclesiæ seculis supra Martyrum tumulos exstruere ædes sacras Christiani solverint, immerito, collegerit. Porro, quemadmodum seculo* VIII *media circiter sui parte elapso seu anonymi nostri, qui tum floruit, ætate, ita etiam hanc secutis per mille amplius annos seculis, Sanctorum nostrorum corpora sexto ab urbe Parisiensi lapide fuisse humata, tantoque insuper, exstructa etiam supra hæc ecclesia, ab urbe Parisiensi spatio semper quievisse, summa omnium consensione existimatum constantissime fuit, nec, an id ita vere haberet, ante seculum proxime elapsum, quo, ut infra videbimus, duo celeberrimi scriptores traditionem adeo antiquam convellere ac labefactare conati incassum sunt, in dubium ab ullo umquam invenitur revocatum; ut sane, quod tot seculis creditum semper fuit, credere et nos hicque adeo anonymo nostro assentiri tuto possimus.*

AUCTORE C. B. *eo loco, quo modo Sandionysianum*

181 *Verum an hic scriptor, qui, ut dictum, Sanctorum nostrorum corpora sexto ab urbe Parisiensi lapide terræ mandata ecclesiamque ibi supra hæc exstructam fuisse, scribit, cum S. Genovefæ Vita, primo loco a Bollando edita atque a seculi sexti authore conscripta, quæ* S. Dionysium *ejusque socios in vico Catholiacensi sepultos, ibique supra horum tumulum ecclesiam a S. Genovefa exstructam fuisse, in supra huc transcripto interpolatioque, ut ostensum, non corrupto textu memoriæ prodit, non pugnat! Neutiquam sane; quo enim concordes intelligantur, oportet tantummodo, ut locus, sexto ab urbe Parisiensi lapide remotus, quo Sanctorum nostrorum corpora terræ mandata ecclesiamque supra hæc exstructam fuisse, anonymus noster scribit, situs fuerit in Catholiacensi vico, utque vicus hic aut certe hujus locus, quo secundum S. Genovefæ Vitam Sancti nostri sepulti ecclesiamque, supra corpora sua a S. Genovefa exstructam, fuere adepti, sexto ab urbe Parisiensi lapide abfuerit; rem autem vere etiam ita habuisse, vel ex eo liquet, quod tam ecclesia, ab anonymo nostro memorata quam quæ a S. Genovefa fuit erecta, supra Sanctorum nostrorum corpora fuerit e jam dictis ex-* E *structa, hæcque, sexto Parisiis lapide terræ mandata, tanto semper, quemadmodum num. præced. docui, a civitate illa spatio quieverint. Ac dictum quidem vici Catholiacensis locum, quo fuere humata, in Sandionysiano Franciæ oppido contineri modo seu situm esse, certum fere ex iis, quæ jam subdo, apparet.*

*Franciæ oppidum*

182 *Dominus le Beuf, supra adhuc plus semel laudatus, in suarum, quas in ecclesiasticam et civilem civitatis Parisiensis Historiam concinnavit, Dissertationum prima non pauca de vico, quo sancti nostri passi ac sepulti in S. Genovefæ Vita traduntur, in medium profert, eumque nec recte* Catholiacum *vocari, nec etiam, uti ab Hilduino nominatur,* Catulliacum, *sed* Catolocum *seculo sexto appellatum fuisse, præfatus, mox subjungit, Catolocum ejusdem, cujus est Cadolacum, naturæ esse vocabulum, hocque locis, aqua abundantibus, quod, ut ait, in Sandionysianum oppidum, utpote duobus per id fluentibus rivulis irriguum, aptissime quadrat, impositum fuisse invenitur. Præmiserat etiam antea sese ipsummet San-dionysianum oppidum pro Catolaco sine ulla dubitatione habere, nec ambi-* F *gere, quin loco eodem, quo modo San-dionysianæ abbatiæ ecclesia cernitur, steterit basilica, S. Genovefæ curis erecta. Castellanus, qui ecclesiam, a S. Genovefa exstructam, esse posse ecclesiam pagi, qui Parisios inter et* S. Dionysii *fanum situs est ac* Capella *nuncupatur, in suo Januarii Bimestri prius scripserat, postea mutata sententia, Catolacum esse ipsummet San-dionysianum oppidum, in Tabula Geographica, Martyrologio suo universali adjecta, declaravit. Et vero in vico saltem, qui* Catholiacum *seu (neque enim de modo, quo exarandum sit hoc vocabulum, disputare hic lubet)* Catolocum *nuncupatus olim fuit, situm modo esse San-dionysianum Franciæ oppidum, vicique illius locum, quo Sanctorum nostrorum corpora, ut dictum, terræ fuere mandata, in illo etiam oppido contineri seu, quemadmodum jam insinuavi, situm esse, mihi vix non certum atque indubitatum apparet.*

*exstat,*

183 *Ea sedet sententia, non tantum, quod idem oppidum fere sex milliariis seu duabus leucis, quo pariter spatio, uti e jam dictis intelliges,* S. Dionysii *ejusque Sociorum in vico Catholiacensi*

auctore C. B. *tholiacensi tumulus distare Parisiis debuit, a civitate isthac distet, verum etiam quod, cum Sanctorum illorum corpora, sexto ab urbe Parisiensi, ut anonymus noster scribit, lapide terræ mandata, tanto semper, ut num.* 180 *docui, ab eadem urbe spatio manserint deposita, merito hinc in dicto, ubi in hunc usque diem (hic enim, quod Ratisponenses S. Emmerammi monachi contendunt, tantisper relinquimus intactum) adhuc servantur, San-dionysiano Franciæ oppido perpetuo, si miserrima illa, quibus ob Normannorum, in Gallias irrumpentium, metum ad loca tutiora translata, alibi subinde ad tempus fuere servata, tempora excipias, quievisse sint censenda. Launoius quidem, sacras* S. Dionysii *reliquias ex ecclesia, quæ supra hasce in ipsamet civitate Parisiensi primitus fuerit exstructa, furto surreptas atque ad San-dionysianum oppidum translatas fuisse, contendit; verum audi, qui hic opportune ad institutum nostrum Gerardus du Bois in sua ecclesiæ Parisiensis Historia lib.* 1, *cap.* 4, *num.* 8, *loquatur.*

*sunt sepulti.* 184 Sane, *inquit*, si tumulus ecclesiaque S. Dionysii intra urbem *(Pariensem)* primum con
B dita sit, certiora etiamnum hujusce rei exhiberentur testimonia, neque longo temporum spatio ita abolita fuisset tumulati intra urbem S. Dionysii memoria, ut nulla penitus monumenta superessent vel consignata litteris, vel antiqua veneratione christianorum ad nos usque fideliter traducta; vel certe translati corporis S. Dionysii, vel furtim sublati in basilicam suburbanam alicubi mentio fieret. Adde, quod hæc sancta pignora tumulo condita in insula urbe et basilica asservata neque clam surripi potuissent, neque palam auferri clerus populusque paterentur. Neque adversus suburbanum S. Dionysii tumulum umquam antea reclamatum fuisse reperio; immo ad VI vel V ab urbe *(Parisiensi)* millarium tumulum SS. Martyrum (Dionysii *nimirum sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii) fuisse, semper creditum est, atque in dubium revocari prohibet ætatum omnium summa consensio et a prima origine ad nos usque et quasi per manus tradita religio. *Ita hactenus ille; etsi autem vel sic opinionem, qua*, S. Dionysii, *certo e jam dictis eo loco, quo Sandionysianum Fan-*
C *ciæ oppidum modo exstat, cum sociis suis sepulti, Parisiis tumulum fuisse, ecclesiamque S. Dionysii de Passu ibidem primitus supra hunc esse exstructam, Launoius adstruit, satis superque convellat atque infirmet, eam tamen debili admodum fundamento inniti, uti etiam objectas a Tillemontio difficultates, ob quas hic scriptor, non quidem an non Parisiis, sed tamen an non loco, a civitate hac minus quam duabus circiter leucis remoto, statuenda esset ecclesia, supra* S. Dionysii *tumulum primitus exstructa, dubitavit, facili negotio posse dissolvi, juverit adhuc § sequenti monstrasse.*

D

## § XI. Opinio, qua Launoius Parisiis antiquam S. Dionysii ecclesiam statuit, refellitur, difficultatibusque, ob quas, an hæc duabus circiter leucis a civitate illa abesse potuerit, Tillemontius dubitavit, satisfit.

*Ratio, ob quam Launoius antiquam S. Dionysii ecclesiam*

*Launoius, qui, quemadmodum § proxime prægresso vidimus,* S. Dionysium *in ipsamet civitate Parisiensi passum ac sepultum, ecclesiamque,* S. Dionysii de passu *idcirco dictam, supra sacra Sancti illius lipsana fuisse ibidem exstructam, contendit, hanc quoque jam inde a seculo sexto fuisse erectam, in sua de veteribus Parisiensium basilicis Disquisitione cap.* 4 *affirmat, tantam scilicet antiquitatem sacro isti ædi-*
E *ficio attribuendam ratus, quod jam inde a seculo illo supra* S. Dionysii *tumulum celeberrimam stetisse ecclesiam, e monumentis antiquis, quibus fidem abnuere non posset, haberet compertum; verum Parisiensem ecclesiam, quæ* S. Dionysii de passu *nuncupatur, non nisi circa Christi annum* MCXLVIII *fuisse exstructam, Hadrianus Valesius dilucide ostendit, idemque etiam in sua ecclesiæ Parisiensis Historia facit Gerardus du Bois; cum autem id ita sit, plura hic afferre, quo postrema illa Launoii de sacra isthac Parisiensium æde assertio confutetur, necesse non est. Neque vero brevitas, cui modo ne tomus hic in immensam molem excrescat, studendum, facere id permittit. Hinc etiam non singulis, quibus ecclesiam, supra* Dionysii *tumulum jam inde a seculo sexto exstructam, intra ipsum civitatis atque insulæ Parisiensis ambitum exstitisse probare satagit, argumentis refellendis, sed generali quodammodo, cui hæc innituntur, fundamento subvertendo tantummodo hic incumbam. Rem ipsam aggrediamur. Opinio, qua ecclesiam, supra* S. Dionysii *tumulum antiquitus exstructam, in ipsa civitatis Parisiensis insula Lannoyus statuit,* F *potissimum, imo unice fere, fundatur in eo, quod Gregorius Turonensis, aliique scriptores antiqui, dum de sacro isto ædificio loquuntur,* Parisius *istud,* Parisiaca in urbe, Parisius civitate, *aut* apud Parisios *collocent. Verum an hæ voces, locum, quo sita esset* S. Dionysii *ecclesia, significantes, de ipso civitatis Parisiensis ambitu necessario debent intelligi? Ita omnino persuasum sibi habuit Launoyus.*

*Parisiis locandam putat, infirma ac debilis*

185 *Verum eas de suburbanis quoque civitatis Parisiensis locis, imo et aliis, duabus circiter aut etiam tribus leucis ab ea dissitis, posse exponi, eruditi universim omnes, utut Launoii hac in re placita penitius etiam scrutati, censuerunt, ac inprimis quidem supra adhuc laudatus Hadrianus Valesius, qui, Gregorium Turonensem aliosque omnes scriptores antiquos modo improprio, utut interim maxime eis usitato, fuisse locutos, eosque supra adductis verbis* Parisius, Parisiaca in urbe, Parisius civitate, *aut* apud Parisios *nihil aliud, quam* prope urbem Parisios, circa urbem Parisios, ad urbem Parisiorum *designare voluisse, variis adductis exemplis in*

A *in suis, quæ contra Launoii hic a nobis impugnatam opinionem in lucem emisit, scriptis dilucide ostendit. Et vero, quod hic ait Valesius, locum certe quantum ad Gregorium Turonensem habuisse, vel ex eo liquet, quod hic sanctus scriptor de ecclesia S. Laurentii, alteraque S. Vincentii, hodie S. Germani Pratensis, lib.* 6 *Hist. Francorum, capp.* 9 *et* 46 *sermonem instituens, priorem quidem* apud Parisius, *posteriorem vero* Parisius *collocet, quamvis tum ambæ a civitate Parisiensi multum essent remotæ. Nec est, cur id mirum cuiquam videatur, cum lib.* 4, *cap.* 6 *de Miraculis S. Martini vocet Aredium* Lemovicinæ urbis abbatem, *quem tamen soli Attanensi monasterio, in diœcesi Lemovicensi leucis octo a civitate homonyma a se condito, abbatis munere præfuisse constat. Exempla similia permulta, e quibus scriptores alios eodem etiam modo esse locutos, palam est, possent afferri; verum brevitatis ergo pauca duntaxat, e multis selecta, hic adhuc subjungo. Annalista Metensis, qui, Carolum Martellum* haud longe a Parisiaca civitate in basilica sancti Dionysii martyris *sepul-*

B *tum fuisse, apud Chesnium tom.* 3 *Franciæ scriptorum pag.* 272 *scripserat, postea apud eumdem Chesnium pag.* 317 *de Carolo Calvo loquens ait, principis hujus ossa, Nantuæ primum terræ mandata, aliquot annis post inde fuisse translata, ac* Parisius in monasterio sancti Dionysii honorifice sepulta.

*ostenditur, hacque adeo illius opinio ne*

187 *Is scriptor, uti hinc apparet, indiscriminatim* Parisius et haud longe a Parisiaca civitate *San-dionysianam abbatiam collocat. Ordericus Vitalis locum, quo sepultus est Carolus Calvus,* Parisius *Hist. pag.* 634 *et* 637 *etiam signat. Helgaldus, monachus Floriacensis, qui, cum frequenter venerit Parisios, San-dionysianæ abbatiæ situm atque hac a civitate distantiam indubie cognoverit, apud Chesnium tom.* 4 *Franciæ Scriptorum pag.* 78 *de Roberto, Francorum rege, locoque, quo sepultus hic fuit, sequentem loquitur in modum:* Obdormivit in Domino XIII Kal. Aug. Miliduno castro.... et Parisius deportatus apud S. Dionysium juxta patrem suum sepelitur. *Manuscriptum Floriacense, a Chesnio tom. proxime cit. pag.* 86 *laudatum, rem adhuc distinctius exprimit sequentibus hisce verbis;* Obiit Miliduno anno Incarn. Dominicæ

C MXXXII, et sepelitur Parisius in monasterio S. Dionysii. *Aimoinus demum, de Adelaïde muliere illustriori, sub seculi undecimi initium, id est, eo tempore, quo, fatente ipsomet Launoio,* S. Dionysii *reliquiæ eodem, quo hodie, loco honoratæ fuerunt, ad* S. Dionysii *sepulcrum delata, sermonem lib.* 2 *mirac. S. Benedicti cap.* 20 *faciens, ait, eam* Parisius ad S. Dionysii sepulcrum *fuisse portatam. Jam vero, cum hæc ita habeant, enimvero scriptores antiquiores, ac nominatim Gregorium Turonensem, imo et S. Audoënum, dum in S. Eligii Vita lib.* 1, *cap.* 32 *de Sancto hoc loquens, construxisse eum* S. Dionysio Parisius civitate *mausoleum, memoriæ prodit, per vocem* Parisius *non solum Parisiensem civitatem, sed et hujus suburbia ac totum territorium designare voluisse, indubitatum mihi apparet. Dispiciat modo studiosus lector, quid de opinione, qua ecclesiam, supra* S. Dionysii *tumulum antiquitus exstructam, in ipsamet civitatis Parisiensis insula Launoius statuit, sit censendum.*

188 *Sane debile admodum atque infirmum esse, cui innititur, fundamentum, nemo non fatebitur, qui vel ea, quæ jam dicta sunt, attente expenderit; cum autem res ita habeat, ipsammet pariter opinionem illam parum admodum esse firmam, necesse est. Et vero talis etiam non tantum Valesio, qui primus eam argumentis plane invictis confutavit, sed et omnibus deinde, quibus ea de re loquendi sese obtulit occasio, eruditis est visa. Hinc porro et præcipue ex aliis,* § *proxime prægresso a me adductis, fit, ut opinionem Launoianam rejiciam etiam ut falsam, ac oppositam, quæ præfatam* S. Dionysii *ecclesiam duabus circiter ab urbe Parisiensi leucis in oppido Sandionysiano statuit, amplectar ut certam atque indubitatam. Verum, etiamsi rationes, ob quas id facio, solidæ admodum, uti eas expendenti patescet, ac validæ sint, Tillemontius tamen, an ecclesia, supra* S. Dionysii *tumulum exstructa, duabus ab urbe Parisiensi leucis statui posset, dubitavit; eo autem fuit impulsus supra sæpissime a nobis laudata, quam Bollandus noster primo loco edidit, S. Genovefæ Vita, in qua, ut ait, reperiuntur multa, quæ, ut ecclesia illa, a sanctissima isthac Parisiensium patrona exstructa, multo minus fuerit, quam duabus leucis* E *ab urbe Parisiensi remota, exigere videntur; verum rem hanc aliter, quam scriptor ille existimarit, indubie habere, e jam nunc dicendis patescet. In S. Genovefæ Vita, inquit tom.* 4 *Monument. Ecclesiast. not.* 5 *in* Dionysium *Parisiensem Tillemontius, legitur, factum esse, ut, cum fabris lignariis, pro ecclesiæ San-dionysianæ ædificio laborantibus, potus defecisset, presbyter Genesius S. Genovefam rogaverit, ut, dum ipse potum quantocyus procuraturus Parisios excurreret, in operarios illa invigilaret.*

AUCTORE C. B. *rejecta, admittitur opposita ut certa, ac porro*

189 *Si aqua, subjungit Tillemontius, opus erat, certo, quo compararetur, Parisios e San-dionysiano oppido veniendum non erat; si vero vinum, difficile creditu est, futurum fuisse, ut propius non inveniretur. S. Genovefa, prosequitur idem scriptor, ex habitaculo suo ad San-dionysianam ecclesiam per lutum et pluviam, aliis aliquot virginibus eam comitantibus, sese aliquando noctis tempore contulit, nec tum eam Parisiis ad San-dionysianum oppidum ivisse, verosimile apparet. Duodecim energumenos, qui ducti ad illam fuerant, ad San-dionysianam ecclesiam misit, ibique illi, secuta paulo post San-* F *cta, in silentio, manibus post tergum ligatis, manserunt. In ponte Parisiensi factum est, ut de duobus calcis furnis, qui San-dionysianæ ecclesiæ exstruendæ inservierunt, duo porcorum custodes sint collocuti. Verbo, addit adhuc Tillemontius, quæcumque in Vita illa dicuntur, locum præbent opinandi, haud procul Parisiis San-dionysianam, quam S. Genovefa exstruxit, ecclesiam abfuisse. Ita fere hactenus ille; verum, an difficultatibus, e S. Genovefæ Vita hic objectis, Tillemontius id, quod vult, evincat, ac proin an ob illas de veritate opinionis, qua ecclesiam illam in San-dionysiano oppido ac proin duabus circiter ab urbe Parisiensi leucis statuimus, merito dubitarit, examinemus. Etiamsi fabri lignarii, de quibus in S. Genovefæ Vita sermo fit, haud procul Parisiis laborassent, quid hinc, quæso, pro se Tillemontius concludat? Id non eodem, quo San-dionysiana ecclesia exstruebatur, loco, sed contra* in saltu, *ubi numquam quisquam* S. Dionysium *humatum asseruit, factum adjicitur. Fieri ergo potest, ut sesqui-leuca*

*difficultatibus etiam, ob quas de ejus veritate*

AUCTORA C. B.

*sequi-leuca circiter ab ecclesia, quam S. Genovefa exstrui curabat, fabri lignarii abfuerint, cumque tunc circa civitatem Parisiensem multa invenirentur nemora, nihil omnino impedit, quo minus e fabris illis lignariis in vicina Sylva alios quidem excidendis, quæ novo exstruendo ædificio opus erant, arboribus, alios vero iisdem aut dolandis aut avehendis occupatos fuisse, credamus.* Collectis, *inquit cap.* 4, *num.* 19 *Vitæ S. Genovefæ scriptor,* Carpentariis, qui ad ædificium, quæ de lignis opus erant, in saltu alii inciderent ac dolarent, alii in plaustra conveherent.

*dubitavit Tillemontius per rationes*

190 *Sane, Operariis ita, ut hic traditur ac supra jam dixi, in saltu prope Parisios occupatis, esse etiam non videtur, cur Genesius presbyter, deficiente illis potu, ad civitatem illam seu aquam seu vinum comparaturus excurrisse, non credatur. Quotidie fit, ut arbores in sylvis excindantur, ædificiisque procul inde exstruendis vendantur. Secundo cur mirandum, S. Genovefam die Dominica mane, aura etiam non favente, ad ecclesiam* S. Dionysii, *in quem summa*
B *erat pietate, sese contulisse? Si id ea anni tempestate, qua, ut sub Autumni finem aut in hieme, dies breviores sunt, sancta illa Virgo fecit, oportebat sane, ut, quo circa horam septimam aut octavam ad* S. Dionysii *adveniret, mane eo, illucescente nondum die, proficisceretur. Et vero vel ipsa tam mature abeundi adhibita cautio, nonnihil itineris faciendum ei fuisse, indicat. Dicesne forsan, dedecuisse Virginem per plateas, tenebris nondum pulsis, incedere? Verum plures itineris socias sibi habebat adjunctas. Quod si porro, duarum circiter leucarum viam fuisse longiorem, quam ut ad ecclesiam, tanto spatio Parisiis distantem, sese contulisse ex more sibi usurpato Sanctam, credibile appareat, fortassis modo arguas, in ejus apud Bollandum Vita, nec quoties eo sese conferret, nec an id habuerit solemne, declaratur. Præterea nescitur, an extra Parisios in via, quæ ab hac civitate ad S. Dionysii ducit, non habuerit parvulam quampiam ædem, inservientem secessui, cui, quemadmodum in prima ejus apud Bollandum Vita num.* 33 *narratur, quotannis sese soli Deo ab Epiphania*
C *usque ad Hebdomadæ sanctæ feriam quintam seu cænam Domini vacatura dedere solebat.*

*in medium*

191 *Imo vero, domunculam hujusmodi S. Genovefæ eo loci re ipsa fuisse, cogitandi ansam præbet ejus biographus, num.* 20 *apud Bollandum dicens, factum esse, ut vice quadam, non e civitate Parisiensi, sed e secessus sui loco ad* S. Dionysii *basilicam, die Dominica instante, multo mane sit profecta.* Vice quadam, *inquit loco cit. Scriptor ille,* post intempestam noctem, jam proximam diem Dominicam Gallorum plausu vel cantu indicante, egreditur de receptaculo suo, ut ad basilicam S. Dionysii pergeret. *Sane e domuncula hujusmodi, Parisios inter et oppidum San-dionysianum sita, ad* S. Dionysii *basilicam, nocte adhuc durante, S. Genovefam perrexisse, probabilius saltem apparet, quam ei, quo ad suburbanam ecclesiam media necte sese conferret, civitatis Parisiensis portas, ut loco supra cit. vult Tillemontius, fuisse apertas. Adhæc Pagi, Parisios inter et San-dionysianum oppidum siti, qui hodie* Capella *vocatur, ecclesia Deo sub S. Genovefæ invocatione est consecrata; ut in sanctæ hujus Virginis, eo loci olim subinde commoratæ, memoriam exstructa fuisse non immerito queat videri. Tertio quid, quæso, e duo-*
D *decim energumenis, a S. Genovefa Parisiis ad* S. Dionysii *ecclesiam missis, potest pro hac in civitatis hujus vicinia locanda concludi? Nonne sæpissime fit, ut ægroti, quo sanitati per Sanctorum intercessionem restituantur, ad ecclesias longiori etiam, quam duarum leucarum spatio dissitas ducantur? Quarto tandem ac ultimo quod ad porcorum custodes, de duobus calcis furnis, quos in sylva invenerant, in ponte Parisiensi collocutos, jam spectat, id certe fuisse illos calcis furnos vel procul a loco, quo ecclesiam ædificare S. Genovefa meditabatur, remotos, vel ponti, in quo duo, quod sibi acciderat, porcorum custodes narrabant, exstitisse propinquos, neutiquam significat; ut proin nec inde quidquam pro ecclesia illa haud longe a civitate Parisiensi constituenda conficiatur.*

*hic adductas*

192 *Quod si interim veritati, quod de calcis furnis, miro modo per porcorum custodes detectis, in priori S. Genovefæ Vita num.* 17 *apud Bollandum narratur, sit consonum, verosimillime, ut hi de furnis illis sese inter in ponte Parisiensi sermocinarentur, singulari Dei providentia est factum, quo ita de re illa presby-*
E *teri, qui S. Genovefæ in ecclesia supra* S. Dionysii *tumulum exstruenda opem ferre desiderabant, redderentur certiores. Ceterum, cum nihil præterea aliud, quod vel civitati Parisiensi proprius, quam modo exstet San-dionysianum Franciæ oppidum, exstructam a S. Genovefa supra* S. Dionysii *tumulum ecclesiam statuere, vel etiam tantummodo de hujus a civitate Parisiensi duarum circiter leucarum distantia dubitare nos cogat, definite e S. Genovefæ Vita Tillemontius objiciat, nec re etiam ipsa quidquam in hac hujusmodi inveniri appareat, non est sane etiam, cur ob Vitam illam de opinionis, qua ecclesia illa tanto a civitate Parisiensi spatio statuitur, veritate in rationibus, § proxime prægresso adductis, solide fundata ambigatur. Felibianus, eodem fere, quo hic ego, modo contra Tillemontium, secus e dictis opinantem, in erudita, quam San dionysianæ abbatiæ Historiæ, a se contextæ, præmisit, Dissertatione* § 1 *argumentatus, subjungit, scriptorem illum, expensis, quæ compendio in hac continentur, Dissertationis*
F *prolixioris rationibus, tandem in opinionem, potiori authoritate nixam, quæ in ecclesiam, supra* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici et Eleutherii *tumulum seu corpora a S. Genovefa exstructam, duabus circiter ab urbe Parisiensi leucis statuit, concessisse, imo et quintam suam, priusquam moreretur, in* S. Dionysium *Parisiensem notam eodem plane, quo in secunda Monumentorum ejus Ecclesiast. editione tom.* IV *pag.* 715 *legitur, correxisse.*

*solutis, non parum confirmatur*

193 *Ita omnino habet; Tillemontius, utut interim, magnas esse, quas e S. Genovefæ Vita objecerat, difficultates, loco cit. adhuc contendat, suam tamen præfatam Notam correxit; id autem idcirco potissimum fecit, quod* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici et Eleutherii *corpora, si primum in ecclesia, a S. Genovefa prope Parisios exstructa, quieverint, inde equidem (quod tamen creditu admodum difficile ipsi est visum) seculo septimo aut media sui parte dumtaxat elapso aut etiam jam senescente debeant ad San-dionysianum oppidum fuisse translata, credibileque non sit, centum dumtaxat aut nec tot etiam annis post oblivioni adeo translationem illam datam fuisse, ut seculo octavo, quemadmodum ex Actorum edendorum scriptore anonymo, qui tum*

A *tum floruit, apparet, persuasum sibi homines universim habuerint, sacra illa pignora in Sandionysiano oppido, in quo tum quiescebant perpetuo quievisse. Ceterum si qui, hæc eo e vici v. g., qui nunc (num.* 182 *videsis)* capella *nuncupatur, ecclesia sec.* VII *fuisse translata, modo adhuc contendant, peti ab iis potest, ut vel antiquum, qui eventus adeo memorabilis mentionem faciat, authorem assignent; aut, si id ex ecclesia alia, Parisiis haud procul dissita, quæ modo haud amplius exstet, factum velint, peti potest, ut vel qualiacumque sacri istius ædificii vestigia monstrent, vel nos saltem, quo id loco steterit, aut quo tempore quove casu aut a quo fuerit destructum, edoceant; quod si autem, ut certo non poterunt, nihil solidi ad hæc respondere queant, opinionem sane, quæ ecclesiam, a S. Genovefa supra Sanctorum nostrorum corpora exstructam, non prope Parisios, sed duabus circiter a civitate hac leucis statuit, non parum ex omnibus jam dictis confirmari; imo etiam adeo certam, ut nec ullo modo de ejus veritate dubitandum sit, nobiscum fateantur, necesse est.*

B

## § XII. Quo oppidi San-Dionysiani loco steterit exstructa a S. Genovefa supra S. Dionysii ejusque Sociorum tumulum ecclesia; an hanc præcesserit antiquior, et an in novam, quam exstruxerit, Dagobertus illorum corpora transtulerit.

*Sanctis nostris, non ubi Sacra, cujus hic datur notitia*

*In San-Dionysiano Franciæ oppido non modo memorari invenio homonymam celeberrimi nominis abbatiam, verum etiam minus celebre monasterium aliud, quod, a* S. Dionysio *appellationem pariter sortitum,* Prioratus S. Dionysii de Strata *nuncupatur. Abbatia illa adeo passim omnibus est nota, ut quidquam hic, quo reddatur notior, in medium proferre, supervacaneum sit. Quod autem ad dictum prioratum seu ecclesiam spectat, Felibianus in sua supra adhuc laudata Dissertatione § 2 circa medium sequentem de ea notitiam verbis Gallicis, quæ, quod usui futura hic sint, Latine a me reddita, transcribo, subministrat.* Quod ad ecclesiæ, *inquit,* S. Dionysii de Strata originem spectat, dici potest, semper nec monasterium, nec prioratum fuisse. Sacellum antea, sepeliendis abbatiæ San-dionysianæ religiosis destinatum, esso potuit; consuetudo enim, cujus plura tum Parisiis, tum alibi exempla fuere conspecta, olim ferebat, ut ecclesiam quampiam aut sacellum, quod cœmeterii loco esset, majora monasteria haberent. Verum, ne quid, quod in scriptoris antiqui testimonio fundatum non sit, proferam, ex iis, quæ collectionis miraculorum S. Dionysii author *(Sæc. tertii Benedictini part.* 2, *pag.* 351 *videsis)* in litteras misit, ecclesia S. Dionysii de Strata videtur, Fardulfo sub Caroli Magni imperio abbate, fuisse parœcia, cui deserviebat Martinianus quidam, *ab authore illo* PRESBYTER LOCI, id est, pro usitato temporis illius scriptoribus loquendi more CURIO vocatus. Po-



stea parœcialis illa ecclesia haud serius, quam sub seculi decimi finem in monasterium fuit mutata. AUCTORE C. B.

195 Eo abbatiæ religiosi, qui adversa valetudine laborabant, mittebantur, uti discimus *(adi part.* I, *pag.* 697 *Sæc.* VI *Benedict.)* e S. Odilonis Vita, ubi præterea observandum occurrit, parvum illud monasterium tunc S. Martini et non S. Dionysii de Strata fuisse nuncupatum, quamvis postea, cum ei juncta fuit parœcia, prioratui quidem S. Dionysii, parœciæ vero S. Martini, quo duæ illæ ecclesiæ invicem distinguerentur, aut ob aliam nobis ignoratam causam impositum nomen fuerit. *Ita hactenus ille. Examinemus modo, eone oppidi San-dionysiani loco, quo nunc ecclesia S. Dionysii de Strata cernitur, an vero altero, quo San-dionysiana celeberrimi nominis abbatia exstat, ecclesia fuerit in Sanctorum nostrorum honorem a S. Genovefa exstructa. Priori sane e duobus illis locis a sancta hac Virgine id non factum, mihi sat certum apparet. Rectene, an secus jam nunc dicenda aperient. Mox huc transcripta, quam Felibianus suppeditat, ecclesiæ S. Dionysii de Strata notitia nihil omnino offert, quod vel utcumque, eo loco,* E *quo hæc modo conspicitur, jam inde a seculo sexto stetisse ecclesiam, suadere sit natum cumque apud antiquos scriptores nihil etiam occurrat hujusmodi, fit vel hinc, ut, an ibi tum Sanctis nostris ecclesiam S. Genovefa exstruxerit, non immerito possit ambigi. Adhæc in ecclesiam, a Genovefa exstructam non quadrant, quæ in dicta notitia de ecclesia S. Dionysii de Strata memorantur.*

*S. Dionysii de Strata ædes*

196 *Hæc enim, ut notitia illa fert, primo sacellum tantummodo, tum monasterium prioratusve aut monasteriolum duntaxat, numquam vero, ut apparet, major elegantiorque ecclesia exstiterit; ecclesiam autem, quam Sanctis nostris S. Genovefa, exstruxit, structuræ haud inelegantis molisque haud exiguæ ædificium fuisse, ex infra dicendis patescet, et vel ex eo in antecessum fas est colligere, quod, quemadmodum in S. Genovefæ apud Bollandum Vita num.* 18 *traditur, ad fastigium usque, universis Parisiensibus civibus auxilium ferentibus, fuerit perductum. Verum, inquies, eadem S. Genovefæ Vita cap.* 4 *sequentem hunc præfert titulum: Ædificat (S. Genovefa nimirum)* basilicam, quæ nunc dicitur prioratus S. Dionysii de strata; *ita autem, ecclesiam, quam Sanctis nostris S. Genovefa exstruxit, stetisse eo loco, quo modo ecclesia seu prioratus S. Dionysii de Strata cernitur, dilucide declaratur. Fateor, sic habet; verum in Mss. (Pagium in criticis ad annum* 272, *num.* 8 *videsis) plurium antiquorum scriptorum Operibus tituli capitibus, in quæ abs illis divisa hæc fuerunt, non reperiuntur præfixi. Quid si ergo capitibus, in quæ ab authore suo primigenia S. Genovefæ Vita fuit divisa, tituli pariter in Mss. hujus exemplaribus haud inveniantur præfixi? Utut sit, titulum equidem, proxime huc transcriptum, quem an Bollandus in antiquis, quæ ei præluxere, Mss. invenerit, an contra ipsemet fecerit, compertum haud habeo, S. Genovefæ Vitæ a posterioris ævi scriptore fuisse adjectum, vel ex eo liquet, quod tituli author, ut vel recitata verba, quibus is concipitur, consideranti patescet, per vocabulum adverbiale* nunc, *quod adhibet, sese S. Genovefa, æqualique hujus biographo posteriorem non obscure prodat; ut certe e titulo illo pro determinando loco, quo S. Genovefa in San-dionysiano*

*modo cernitur,*

F

AUCTORE C. B.

*oppido ecclesiam Sanctis nostris exstruxerit, nihil omnino certi possit concludi. Et vero hanc verosimillime, non ibi, ubi ecclesia S. Dionysii de Strata modo conspicitur, fuisse exstructam, validius adhuc nunc subdenda, quam quæ jam dicta sunt, suadent.*

*sed ubi abbatia San-Dionysiana extat, S. Genovefa eccle-seam exstruxit,*

197 *Mulier ethnica, ut ex anonymo nostro num.* 179 *retulimus, Sanctorum nostrorum corpora, lictoribus seu satellitibus astu erepta, in* terra arata *seu agro, sementi recipiendæ parato, per famulos suos abscondi ac sepeliri sexto ab urbe Parisiensi lapide curavit; eo autem agrum illum situm fuisse loco, quem modo ecclesia S. Dionysii de Strata occupat, ab omni veri specie videtur alienum. Is enim, utpote* Stratæ *seu viæ publicæ, unde et ecclesia isthæc nomen traxit, adjacens, paganorum seu ethnicorum conspectui patentissime erat expositus; quis autem, præfatam mulierem, quæ horum oculis ac perquisitioni sacra illa pignora volebat subducta, in publico isthæc ac conspicuo hujusmodi loco responi ac sepeliri curasse, in animum inducat? Sane, cum San-dionysiana dicti oppidi abbatia* Stratæ *seu viæ publicæ haud adjaceat, eodem, quo hæc* B *exstat, loco exstitisse agrum, in quo sepulturam Sancti nostri nacti sunt, longe apparet probabilius. Porro apud scriptores antiquos nihil omnino invenitur, quod, Sanctos nostros priorem sepulturæ suæ locum cum alio commutasse, suadere sit natum. Disciplina antiqua non nisi raro mutationes patiebatur hujusmodi, Martyrumque sepulcra ex sese adeo erant veneranda, ut fideles ornare hæc contenti, neutiquam de terra corpora levare, nedum alio ad alias ecclesias transferre, auderent. Jam vero, cum hæc ita habeant, reque etiam vera, ut e supra dictis liquet, et eodem semper, quo terræ primum fuerant mandata, loco Sanctorum nostrorum corpora quieverint, et ibidem supra ista S. Genovefa ecclesiam exstruxerit, consectarium e jam nunc dictis fit, ut hæc non eo oppidi San-dionysiani loco, quem modo ecclesia S. Dionysii de Strata occupat, sed altero, quo celebris admodum nominis abbatia San-dionysiana exstat, fuerit erecta.*

*haeque non vilis, ut Gestorum Dagoberti subiestæ admodum,*

198 *Tria quidem in ecclesia S. Dionysii de Strata Sanctorum nostrorum vetustissima cænotaphia seu sepulcra lapidea aliaque insuper, quæ eos ibidem aliquando jacuisse sepultos indicant, monumenta hodieque visuntur; verum, cum hæc* C *omnia, ut certum apparet, seculo nono, seu San-dionysiano monacho anonymo, Dagoberti I Francorum regis gestorum scriptore, qui, Sanctos nostros in vili ædicula, a S. Genovefa exstructa, primum jacuisse sepultos indeque a principe illo in aliam ædem sacram translatos, primus omnium litteris tunc mandavit, posteriora sint, est sane, cur in dicta ecclesia posita seu erecta credantur e nata hinc de Sanctorum nostrorum corporibus tumulo in hac olim conditis opinione, quæ, quamvis e jam dictis ac porro dicendis falsa, sensum tamen, seculorum subsequentium ignorantia ac simplicitate suffragante, a nonnullis admissa ut certo vera, patronos etiam, qui eam cænotaphiis lapideis aliisque id genus monumentis æternitati commendare studuerint, est consecuta; cum autem res ita habeat, hisce sane, quæ, ut dictum, in ecclesia S. Dionysii de Strata hodieque visuntur, moveri non debemus, ut eo, quo hæc exstat, loco Sanctorum nostrorum corpora primum quievisse ecclesiamque supra hæc a S. Genovefa fuisse exstructam, credamus. Laudatus enim Gestorum Dagoberti scriptor anonymus, qui, inducta, quam dixi, opinione,* D *monumentis illis ponendis occasionem seu ansam præbuit, sublestæ admodum, imo in re, quæ ad institutum nostrum potissimum hic spectat, nullius prorsus est fidei. Audi, qui de eo in Admonitione, quam illis Dagoberti Gestis, in Rerum Gallicanarum Scriptorum tomum* 2 *a se illatis præmisit, Bouquetus loquatur.* Monachus iste, *inquit,* rebus tam fabulosis tamque vero abhorrentibus suam maculavit historiam, ut non immerito a quibusdam anonymus fabulator vocetur, nullamque fidem vix mereatur, nisi in iis, quæ a Fredegario mutuatur.

*ut viri eruditi censent, fidei author scribit,*

199 Non dubitandum tamen est, quin ipsi donationes, quas monasterio S. Dionysii a Dagoberto factas refert, notæ atque perspectæ fuerint, cum earum exemplaria in archivo hujus monasterii sua ætate servari testetur. *Felibianus in sua, quam supra plus semel jam laudavi, Dissertatione* § 2 *eumdem scriptorem ac monachum anonymum censura non minus acri perstringit, ac deinde verbis Gallicis, Latine a me hic redditis, subjungit:* Quæ de antiquæ San-Dionysianæ ecclesiæ statu, de abbatiæ homonymæ fundatione, de constitutis eo loci E monachis, translatisque S. Dionysii ac Sociorum ejus reliquiis proferre est ausus, ea omnia cum iis, quæ sive in antiquis authoribus, sive in temporis istius, quæ supersunt, monumentis leguntur, adeo pugnant, ut, quo confutentur, hæc cum illis contulisse sufficiat. *Ita ille, neque sane immerito. Etenim monachus ille ac scriptor anonymus, de ecclesia, a S. Genovefa supra Sanctorum nostrorum tumulos in vico Catholiacensi erecta, sermonem in dictis Dagoberti Gestis cap.* 3 *instituens, frequentem scribit in modum:* In eo sane vico *(videlicet, uti ab eo vocatur, Catulliacensi)* primum memoratæ urbis *(Parisiensis nimirum)* episcopum beatissimum Dionysium, cumque eo Rusticum et Eleutherium: ..... pro Christi nomine ..... interemptos, quædam materfamilias ..... quia palam non audebat, clam sepulturæ mandavit ..... Sic incomparabilis thesaurus diu latuit ..... Et quamvis quædam inibi ab anterioribus regibus propter assidua, quæ ibidem agebantur miracula, conlata fuissent, tamen ..... locus ille nimium negligebatur. Vilis quippe tantum ædicula, quam, ut ferebatur, beata Genovefa super sanctos Martyres devote construxerat, tantorum Martyrum corpora am- F biebat.

*fuit ædicula, sed, quemadmodum rationibus*

200 *Quod si itaque scriptori huic, qui deinde, Sanctorum nostrorum corpora ex ædicula, ab eo hic memorata, ad ecclesiam novam a Dagoberto fuisse translata, cap.* 17 *narrat, credendum hic sit, sacra ædes, quam S. Genovefa in vico Catholiacensi Sanctis nostris exstruxit, neglecta admodum Dagoberti ætate fuerit atque adeo parva, ut horum corpora, ibidem sepulta, capere vix posset. Verum haud parvam fuisse ecclesiam, quam S. Genovefa Sanctis nostris exstruxit, jam supra edocui; quam merito autem id fecerim, e jam nunc dicendis dilucidius patescet. In edendis Sanctorum nostrorum Actis anonymus horum author num.* 12 *ita prodit memoriæ:* Antedicta ..... materfamilias horum non immemor secretorum, cum primum persecutionis tepuisse vidit servorem, locum tantorum Martyrum ossa asservantem qua oportuit sollicitudine requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. Unde postmodum Christiani basilicam supra Martyrum cor-

pore

A pora magno sumptu cultuque eximio construxerunt. *Ecclesia seu basilica, ab anonymo nostro hic memorata, non est antiquior, quæ exstructam a S. Genovefa præcesserit, sed ipsamet est illa basilica seu ecclesia, quam sancta isthæc Virgo, ut ejus apud Bollandum Vita supra sæpissime laudata prodit, in vico Catholiacensi supra Sanctorum nostrorum corpora exstruxit. Ita saltem censent viri eruditi nonnulli, neque vero immerito, uti ex iis, quæ subdo, apparet. Quæcumque anonymus noster de ecclesia a se memorata scribit, ea omnia ecclesiæ, a S. Genovefæ biographo celebratæ, et vice versa, quæcumque hic de isthac refert, ea omnia ecclesiæ, ab anonymo nostro memoratæ, apprime conveniunt. Ecclesia, ab anonymo nostro memorata, supra Sanctorum nostrorum corpora fuit erecta. Fuit et super hæc erecta ecclesia, a S. Genovefæ biographo celebrata.*

*hic adductis* 201 *Prior, Christianis adnitentibus, posterior, Parisiensibus universis adlaborantibus, dicitur exstructa. Altera in vico pagano, altera sexto ab urbe Parisiensi lapide traditur ædificata. Adhæc S. Genovefæ Vita nihil omnino offert, quo antiquiorem stetisse ecclesiam eo loco, quo suam hæc sancta Virgo condidit, vel utcumque insinuet; imo omnia, quæ de sacra hac æde commemorat, neutiquam ecclesiæ vel instauratæ, dumtaxat, vel antiquioris in locum substitutæ, sed novæ omnino atque a fundamentis erectæ speciem animo objiciunt. Jam vero, cum hæc sic habeant, sitque adeo, uti e jam dictis apparet, ecclesia seu basilica, quam supra Sanctorum nostrorum corpora* magno sumptu cultuque eximio *Christianos construxisse, anonymus Actorum edendorum author refert, una atque eadem cum ecclesia, a S. Genovefa exstructa, consectarium fit, ut hæc sane, contra ac supra laudatus Gestorum Dagoberti scriptor tradit, haud parva ac vilis exstiterit. Reponi quidem potest, ab anonymo nostro, qui, ut dictum, seculo* VIII *demum floruit,* S. Dionysii *ejusque Sociorum ecclesiam non secundum statum, quem, curante S. Genovefa, acceperat, sed secundum recentiorem præstantioremque, ad quem, ut infra videbimus, seculo septimo a Dagoberto fuit adducta, depingi.*

*præcipueque ex Gregorio Turonensi* 202 *Verum, sit ita, nequeatque adeo, exilisne, an magna, vilisne, an elegans, quam S. Genovefa extruxit, ecclesia exstiterit, e scriptore illo definiri, aptissime equidem id ex Gregorio Turonensi, qui ante Dagobertum floruit, confici, negari non poterit. Hic scriptor* S. Dionysii *ecclesiam veluti admodum notabilem, tumulumque veluti locupletissime ornatum lib. de Gloria Martyrum cap.* 72 *repræsentat. Narrat scilicet ibidem, militem quempiam Sigeberti, Francorum regis, cum hic cum exercitu (anno* 594*) prope Parisios versaretur, ad* S. Dionysii *basilicam accessisse, cumque eam, custodibus vacuam, ostiisque non reseratis, patentem, invenisset,* pallam holosericam auroque exornatam et gemmis, *quæ Sancti tumulum operiebat, surripuisse; alterumque item tunc ejusdem Sigeberti militem,* S. Dionysii *tumulum, qui, ut ait,* turritus *seu pyramidis in modum acuminatus erat,* calcare *seu ascendere minime veritum,* columbam auream, *ad eum appensam, auferre fuisse conatum. Porro in eadem* S. Dionysii *basilica Dagobertum Chilperici regis et Fredegundis reginæ filium, ætate nondum adulta mortuum, sepultum fuisse, Hist. Francorum lib.* 5, *cap.* 35 *refert. Adhæc Hist. ejusdem lib. itidem* 5, *cap.* 33 *loquitur de scandalo, quod eodem in loco evenit occasione mulieris, adulterii accusatæ, quæ eo, ut sese, jurejurando supra* S. Dionysii *tumulum præstito, purgaret, advenit.*

AUCTORE C. B.

*et Fredegario* 203 *Portarum vi effractarum, divinique officii, in ecclesia illa ob sanguinem, ibidem tunc effusum, interrupti, mentionem facit; quæ omnia adjuncta ecclesiam sat magnam designant, utpote quæ, ut hæc vera sint, et pluribus portis instructa et, ut, apparet, communitate etiam, divinis officiis vocare solita, debuerit fuisse illustris. Talis fuit ecclesiæ* S. Dionysii *status Gregorii Turonensis ætate, id est, sub Chilperico I, qui, anno* 561 *regnare exorsus, anno* 584 *fuit occisus; qualis autem sub Clothario II, ejus filio, qui, cum annis circiter quadraginta quatuor regnasset, anno* 628 *obiit, exstiterit, docet nos in Chronico suo cap.* 54 *Fredegarius, ubi de Godino, Warnacharii majoris-domus, anno, ut Chronici illius editor Ruinartius in margine notat,* 626 *vita functi, filio, qui post patris sui mortem gravissimo delicto Clotharium offenderat, sermonem instituens, ait illum, quo principi huic juramentum fidelitatis præstaret, ad præcipuas Sanctorum ecclesias, in quibus tum solemnia hujusmodi juramenta præstari solebant, fuisse adductum, locisque illis sacris accenset locum seu ecclesiam* Domni Dionysii Parisius. *Porro, cum ecclesiæ, a S. Genovefa Sanctis nostris sub seculi* V *finem erectæ, aliam a quoquam, priusquam Dagobertus I, Clotharii II filius, regnaret, fuisse substitutam, nemo hactenus dixerit,* S. Dionysii *ecclesia, quæ, Chilperico I et Clothario II regnantibus, exstabat, alia certe non fuerit, quam quæ a S. Genovefa fuerat exstructa.*

*probatur, major ac elegantior exstitit ecclesia,* 204 *Jam vero, cum res ita habeat, ac, quemadmodum e Fredegarii et Gregorii Turonensis testimoniis modo aductis liquet,* S. Dionysii *sociorumque ejus* SS. Rustici *et* Eleutherii *ecclesia, quæ posterioris hujus scriptoris ætate seu, Chilperico I et Clothario II regnantibus, exstabat, ea tum magnitudine, ut multa ostia haberet, ea elegantia, ut turritum, columba etiam aurea multisque aliis pretiosissimis donis supra eum pendentibus, Martyrum tumulum, palla holoserica, auro et gemmis ornata, opertum, complecteretur, ea denique celebritate, ut in illa, et Dagobertus, Chilperici I regis filius, fuerit sepultus, et non modo infimæ plebis homines, sed etiam optimates Francorum, si quando id res exigebat, sese ac suos jurejurando purgare solerent, exstiterit, consectarium est, ut omni dubio procul* S. Dionysii *ejusque Sociorum, quam S. Genovefa exstruxit, ecclesia, utpote ab illa, de qua Gregorius Turonensis et Fredegarius locis supra citt. loquuntur, certo e jam nunc dictis haud diversa, nequaquam parva ac vilis ædicula, qualis a monacho anonymo supra laudato, Gestorum Dagoberti scriptore, describitur, sed major ac elegantior fuerit ecclesia. Dicesne forsan a scriptore isthoc* S. Dionysii *ecclesiam, a S. Genovefa exstructam, non qualis sub Chilperico I et Clothario II, sed qualis sub Dagoberto, hujus filio, fuit, describi? Verum, cum præcipuis ecclesiis, uti e supra allegatis facile colliges, anno* 626 *annumerata adhuc fuerit, hocque anno tempus, quo sub Dagoberto fuisse eam dumtaxat vilem ædiculam, anonymus iste monachus refert, haud multo queat esse posterius, sacrum istud ædificium sub hoc principe a pristino splendore adeo fuisse*

AUCTORE C. B.

*fuisse delapsum, ut repente e majori atque elegantiori basilica, qualis paucis ante annis adhuc fuerat, ad vilem tantummodo ac neglectam ædiculam esset redactum, quis facile in animum inducat? Sane id ego mihi persuadere haud queo.*

*locumque, quo hæc stetit, Dagobertus, quem nec ibidem,*

205 *Et vero ipsemet author ille, uti apparet, de ecclesia, a S. Genovefa extructa, idcirco dumtaxat contemptim adeo, ut verbis supra recitatis fecit, est locutus, quod hanc cum ecclesia S. Dionysii de Strata, quam ætate sua vilem tantummodo, neglectam ac parvam esse cernebat, existimarit eamdem; verum ecclesiam, a S. Genovefa exstructam, non stetisse eo vici Catholiacensis seu oppidi San-dionysiani loco, quo anonymi ætate cernebatur modoque adhuc cernitur ecclesia S. Dionysii de Strata, hancque adeo ab illa certissime esse diversam, satis superque e modo disputatis liquet. Nunc, an Dagobertus alio visi seu oppidi ejusdem loco, quo stetit olim ecclesia, a S. Genovefa exstructa, modoque Sandionysiana abbatia exstat, ecclesiam novam exstruxerit, itemque an Sanctorum nostrorum in hanc transtulerit alio e loco sacras reliquias, inquirendum. Tam hoc, quam illud, ut jam*

B *supra insinuavi, idem anonymus Gestorum Dagoberti scriptor cap.* 17 *apud Bouquetum memoriæ prodit; ast postremum quidem certo falsum, primum autem apparet admodum dubium. Res e jam nunc dicendis patescet. Author ille loco proxime cit. sequentem scribit in modum:* Dagobertus denique .... accessit ad supra memoratum locum (*vilem nempe, ut cap.* 3 *verbis supra datis scribit, vici Catulliacensis, in qua Sanctorum nostrorum corpora jacebant, ædiculam*) et sanctorum Dionysii, Rustici et Eleutherii corpora requirens, digesta eorum in sarcophagis nomina repperit, quæ et in alium ejusdem vici locum summa cum veneratione x. Kal. Maias transtulit, eorumque memorias auro puro et pretiosissimis gemmis exornavit. Et quamvis ecclesiam, quam ipse a fundamentis exstruxerat, intrinsecus miro decore fabricavit, foris quoque desuper absidam illam, infra quam veneranda Martyrum corpora tumulaverat, ut plenius devoti animi expleret desiderium, ex argento purissimo mirifice cooperuit.

C *contra ac e Fredegarii hic recitatis verbis*

206 *Ita hactenus ille; ut autem an Dagobertus Sanctis nostris, uti hisce verbis docet, ecclesiam a fundamentis vere extruxerit, antiquæve a S. Genovefa extructæ novam substituerit, primo hic definiamus, examinari modo ante, omnia necesse est, ut, an hic scriptor, utpote in rebus diu ante se gestis tunc dumtaxat, dum eas e documentis, scriptoribusve antiquioribus didicit, fidem integram sibi adjungens, e fontibus adeo probatis, quod de sacro hujusmodi ædificio, per Dagobertum extructo, memoriæ prodit, forsam hauserit. Ac certo quidem Diplomata, aliave id genus documenta, quæ sibi prælucentia habere potuerit, nulla omnino invenire quivi; quod autem ad scriptores antiquiores spectat, unus hos inter, qui, regnante Dagoberto, floruit, occurrit Fredegarius, sequentia isthæc, quæ huc faciunt, in Chronico suo, una cum Gregorii Turonensis operibus anno* 1699 *per Ruinartium edito, cap.* 79 *suppeditans verba:* His gestis, post paucos dies Dagobertus emisit spiritum, sepultusque est in ecclesia sancti Dionysii, quam ipse prius condigne ex auro et gemmis et multis pretiosissimis speciebus ornaverat, et condigne in circuitu fabricari * præceperat, patrocinium ipsius pretiosum exspectans. *Laudatus*

* *al.* fabricare

*Anonymus gestorum Dagoberti scriptor, qui ad* D *res, a principe hoc gestas, narrandas Fredegarium adhibuit, ac pro arbitrio suo, quamvis haud pari ubique felicitate, sæpe interpretatus est, haud dubie ex eo, quod hic author,* S. Dionysii ecclesiam condigne in circuitu fabricari jussisse Dagobertum, *in proxime huc transcripto textu tradat, fuisse per Dagobertum* S. Dionysio *ecclesiam a fundamentis extructam, collegerit, litterisque porro per supra recitata verba commendarit; illum autem hac in re secuti deinde sunt una cum Aimoino lib.* 4, *cap.* 35 *scriptores non pauci alii tum antiqui, tum recentiores.*

*nonnulli, partim hic recensiti, collegere,*

207 *Ac principem quidem posteriores hos inter locum tenent in sua de basilicis Disceptatione ac in hujus adversus Launoium Defensione Hadrianus Valesius, in Ecclesiasticis Francorum Annalibus ad annum* 630 *Cointius, in ecclesiæ Parisiensis Historia lib.* 4 *cap.* 2, *num.* 10 *Gerardus du Bois, ac tandem, ut plures alios brevitatis causa omittam, in sua, quam supra sæpissime laudavi, Dissertatione Felibianus; etsi autem, qui et his accensendus venit Mabillonius, Fredegarii hisce de Dagoberti verbis* condigne in circuitu *(ejus ecclesiæ)* fabricari præce- E *pit, non ecclesiam a fundamentis per Dagobertum exstructam, sed circumpositas monachorum ædes, quas Dagobertus basilicæ ab se magnificentius ornatæ adjecerit, dumtaxat significari, in docto suo de re diplomatica Opere, anno* 1681 *in lucem emisso, primum censuerit, postea tamen rationibus, nescio quibus, impulsus mutavit sententiam. Etenim in Annalium Ordinis sui tomo* 1, *quem anno* 1703 *vulgavit, lib.* 12, *num.* 3 *de Dagoberto sic scribit:* Post hæc idem princeps, ut beati Dionysii, Francorum apostoli, patrocinium precesque sibi regnoque suo demereretur, novam ei basilicam ampliorem et augustiorem, opere et materia quibusvis aliis elegantiorem et magnificentiorem erigere constituit. Hanc marmoreis cujusque generis columnis fulsit, auro, argento, gemmis, omnigenisque ornamentis decoravit, musivo stravit pavimento, ejusque parietes, columnas, arcus vestibus auro textis, et palliis holosericis vestivit; *quibus verbis sane, priori opinione, qua,* S. Dionysii *ecclesiam a Dagoberto dumtaxat ornatam variis-* F *que donis locupletatam fuisse, existimarat, relicta, in oppositam, quæ eidem Sancto novam ecclesiam a fundamentis per principem illum fuisse extructam, statuit, apertissime concessit. Verum an recte? Res tota, cum Fredegario citra omnem controversiam standum hic sit, ab interpretatione adhibenda verbis, quibus hic auctor,* S. Dionysii ecclesiam condigne in circuitu fabricari præcepisse *Dagobertum, loco supra cit. ait, dependet.*

*novam S. Dionysio ecclesiam*

208 *Valesius in Defensionis, qua suam de basilicis Disceptationem adversus Launoium tutatus est, posteriori parte cap.* 7 *asserit, apud Fredegarium ibi nihil aliud esse in circuitu fabricare ecclesiam, quam a fundamentis ecclesiam extruere, hocque censu illius, de quibus hic nobis sermo, verba intelligenda. Verum assertionem suam, quod tamen, quo huic fidem faceret, hic esset necessum, nullis omnino, e quibus illa alibi adhuc a Fredegario ita fuisse accepta, constet, exemplis, aliunde e scriptore hoc petitis, firmat. Ecclesiam a Dagoberto in* S. Dionysii *honorem fuisse extructam probari non posse, plus semel adhuc supra laudatus le Beuf contra Valesium, quem in margine citat, in suarum in ecclesiasticam ac civilem civitatis Parisiensis Historiam Dissertationum prima pag.*

3 *præfatus*

A 3 *præfatus, primo quidem, e Fredegario dumtaxat, Dagobertum variis tum auri, tum gemmarum donariis* S. Dionysii, *quæ ante eum exstabat, ecclesiam locupletasse, diversisque, sive ut ædificii durationi consuleret, sive ut id magnificentius redderet, ornamentis exterius condecorasse, haberi compertum asseverat, ac deinde, Fredegarii, quæ supra dedi, transcriptis verbis, sese non videre, qui queat periodi, quæ hisce continetur, pars ultima aliter, quam pronomine* ejus *subintellecto, exponi adjungit, asserens etiam, hæc verba* et condigne in circuitu ejus fabricari præceperat *nihil significare aliud, quam circum S. Dionysii ecclesiam eo modo, qui multum eam decoraret, laborari seu Opera fieri Dagobertum fecisse. Ita laudatus scriptor; neque vero isthæc adhibita ab eo Fredegarii verbis interpretatio prorsus displicet. Quid si ergo Dagobertus ecclesiam, in* S. Dionysii *honorem a S Genovefa exstructam, diversis pretiosissimis e gemmis auroque donariis ornarit, ejusque prætereа interius in circuitu parietes politioribus seu minutioribus e ligno fabrilis seu tignariæ artis operibus obduci vestirive fecerit, atque id dumtaxat Fredegarius*

B *per verba supra recitata significatum voluerit.?*

*exstruxisse est certum*

209 *Utut sit, hisce equidem ecclesiam a fundamentis per Dagobertum exstructam significari, certum haud reor. Ea sedet sententia, quod Fredegarii verba, uti vel e variis hisce a variis data interpretatione liquet, clara non sint, quodque præterea, an Dagobertus novam a fundamentis ecclesiam* S. Dionysio *vere exstruxerit, dubitare me maxime faciat monachus San-dionysianus anonymus, qui, Carolo Calvo imperatore, seu seculo nono media sui parte jam elapso, diversa* S. Dionysii *miracula litteris est complexus; is enim (adi Sæc. Benedictini* 3 *part.* 2 *pag.* 347*) lib.* 1, *cap.* 14, *de nova Sanctis nostris a Pipino rege incepta atque a Carolo Magno ad umbilicum perducta ecclesia loquens sic scribit :* Cum basilicam Sanctorum, diruta priore, quæ cæpta a Pipino rege, augustius a Carolo, regni successore, consummata est, opifices architectarentur, unus clavorum.... cecidit etc; *cum autem, uti ex his verbis intelligitur, antiquior, Pipino regnante seu seculo octavo ad annum* 68 *nondum provecto,* S. Dionysii *ecclesia, vetustate, ut verosimillimum*

C *apparet, labascens, fuerit destructa, nec tum certe id futurum fuisse videatur, si sacrum istud ædificium ante annos fere centum dumtaxat a Dagoberto, anno* 638 *vita functo eo ornatu eaque, qua volunt, firmitate a fundamentis fuisset exstructum, enimvero suam hac ratione in* Dionysium *venerationem testatam reliquisse hunc principem, idque supra recitatis verbis, quæ, ut dictum, clara non sunt, significatum voluisse Fredegarium, pro certo atque indubitato neutiquam est habendum.*

*S. Dionysii ac sociorum ejus corporibus,*

210 *Nec, etsi secus foret, certum propterea fieret, a Dagoberto in novam, quam Sanctis nostris exstruxisset, ecclesiam sacras horum reliquias alio e loco fuisse translatas. Id quidem verbis, num.* 205 *huc transcriptis, anonymus gestorum Dagoberti scriptor diserte tradit; verum eum hic, ut sæpe alibi, a vero esse alienum, vel ex eo liquet, quod Clodoveus II, Francorum rex, qui certe, utpote Dagoberti mox memorati filius, rem apprime habuerit perspectam, Sanctorum nostrorum corpora in* S. Dionysii *ecclesia, in qua Dagobertus et regina Nanthildis erant sepulti, jam a multis, cum regnaret, temporibus quievisse, in charta, anno* 653 *data, atque a Felibiano inter documenta authentica, quæ Historiæ suæ San-dionysianæ adjecit, num.* 5 *relata, non obscure indicet; cum autem id ita sit, eo certe paucis abhinc annis a Dagoberto, ejus patre, aliunde haud fuerant advecta. Adhæc, licet Fredegarius de* S. Dionysii *ecclesia variisque huic per Dagobertum collatis ornamentis per verba supra huc transcripta loquatur, altissimum tamen de Sanctorum nostrorum, quæ in illam aliunde fuerint abs hoc principe translatæ, reliquiis tenet silentium; imo, ne verbum quidem, unde id factum vel utcumque suspice, suppeditat. Nec id etiam facit S. Audoenus, licet interim aptissimam de re illa, si locum habuisset umquam, loquendi occasionem nactus fuerit in mausolei magnificentissimi,* S. Dionysio *per S. Eligium, suppeditante impensas Dagoberto, exstructi, descriptione, quam in sancti hujus Noviomensis episcopi Vita, Spicilegii Dacheriani, tomo quinto editionis anni* 1661 *inserta, lib.* 1, *cap.* 32 *subministrat.*

AUCTORE C. B.

*alio e loco,*

211 *Sancti illius biographi verba, quæ ad institutum nostrum hic faciunt, sequentia hæc sunt:* Præterea Eligius fabricavit et mausoleum sancti martyris Dionysii Parisius civitate, et tugurium super ipsum marmoreum miro opere de E auro et gemmis: cristam quoque et species de fronte magnifice composuit, nec non et axes in circuitu altaris auro operuit, et posuit in eis poma aurea rotundilia atque gemmata: operuit quoque et lectorium et ostia diligenter de metallo argenti; sed et tectum throni altaris axibus operuit argenteis: fecit quoque et repam in loco anterioris tumuli, et altare extrinsecus ad pedes sancti Martyris fabricavit; tantumque illic, suppeditante rege, sua exercuit industria*, atque ita suum diffudit specimen, ut pene singulare sit in Galliis ornamentum, et in magna omnium admiratione usque in hodiernum diem. His Operibus mirifice perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus sedatis, ferocissimis etiam Vaceis ditioni propriæ hostili gladio subactis, mortuus est rex magnus et inclytus Dagobertus, et sepultus est in eadem sancti Dionysii basilica sub arcu in latere dextro. *Expendat nunc, si lubeat, singula hæc verba studiosus lector nullumque hæc inter reperiet, quod vel minimam de Sanctorum nostrorum reliquiis ad locum, quo* S. Dionysio *mausoleum extruxisse* F *Eligium produnt, aliunde a Dagoberto translatis, suspicionem movere sit natum. Idem ubique comparet tumulus, qui, eodem semper loco remanens, diversis tantummodo pretiosis ornamentis condecoratur ac ditatur.*

* *al* suam exercuit industriam

*quo abs illo*

212 *Jam vero, cum res ita habeat, locusque, quo* S. Dionysio *mausoleum S. Eligius exstruxit, alius indubie, uti inter omnes modo eruditos convenit, non sit, quam quo modo in San-dionysiano oppido celeberrimæ abbatiæ homonymæ ecclesia exstat, hinc sane et ex aliis, quibus,* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii *corpora a Dagoberto aliunde in novam ecclesiam non fuisse translata, jam probatum, consectarium fit, ut locus is ac proin et supra memoratus, quo Sancti nostri primum sepulti ecclesiamque, sibi a S. Genovefa erectam, nacti fuere, vici Catholiacensis ager, utpote, ut jam supra ostensum, a loco, quo dicta oppidi San-dionysiani ecclesia hodie cernitur, non diversus, præfatis sacris pignoribus, alio e loco, quo a Dagoberto fuissent inventa, advectis, a principe isthoc ditatus certissime haud fuerit. At vero, inquiet forsan modo non nemo, si Dagobertus* S. Dionysii *duorumque ejus Sociorum*

*quæsita*

AUCTORE C. B.

*quæsita a se corpora in vili ædicula, ut anonymus principis illius Gestorum scriptor memorat, non invenerit, inventaque ad novam, quam construxerat, ecclesiam non transtulerit, ut quid translatio, qua ea, cum a Dagoberto fuissent inventa, fuerint ab eo ad novam, quam exstruxerit, ecclesiam translata, solenni quotannis festo* XXII *Aprilis die Parisiis celebratur? Ita utcumque pro Sanctorum nostrorum reliquiis, eo aliunde a Dagoberto translatis, potest argui; verum, etsi quidem anonymus Gestorum principis hujus scriptor,* SS. Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *quæsita atque inventa corpora Dagobertum in novam, quam exstruxerat, ecclesiam* X. Kal. Maias, *id est,* XXII *Aprilis die translulisse, per verba num.* 205 *memoriæ prodat, hi tamen, qui festo, die isthac Parisiis in Sanctorum nostrorum honorem quotannis celebrari solito, translationem illam recoli autumant, certissime falluntur. Id enim in omnibus prorsus, in quibus memorantur, seu Breviariis, seu Fastis sacris, non translationis, sed* inventionis festum *nuncupatur. Nec minus, qui cum Martyrologio Pa-*
B *risiensi, anno* 1727 *excuso, festi illius originem a Sanctorum nostrorum inventione, Dagoberto ab anonymo principis hujus Gestorum scriptore loco supra cit. attributa, repetunt, hallucinantur.*

*fuerint inventa,*

213 *Etenim non tantum ædes sacra, quæ Sanctorum nostrorum corpora complectebatur, sed et ipsemet in illa existens, sub quo hæc quiescebant, tumulus Dagoberti ætate, imo et ante hanc, uti ex iis, quæ num.* 202 *et binis seqq. disserui, nemo non colliget, adeo erat natus, ut Dagoberto sane in sacra illa pignora, quo reperirentur, magnopere inquirendum haud fuerit, utque proinde, etsi etiam hæc, humo tumuli, sub quo jacere noscebantur, egesta, reperisse utcumque dici potuisset, tanti tamen hæc inventio facienda haud fuisset, ut instituto in ejus memoriam festo meruisset quotannis celebrari. Adhæc Usuardus aut certe (Sollerium nostrum in suis in Usuardum Observat. ad diem* XXII *Aprilis videsis) hagiologus alius antiquus, qui* Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *inventionem ad* XXII *Aprilis diem annuntiat, indubie ad ea, quæ de repertis translatisque Sanctorum nostrorum reli-*
C *quiis ab anonymo Gestorum Dagoberti scriptore asseruntur non respexit. Id enim si fecisset, enimvero illarum, non inventionem, sed translationem, utpote quam solam die illo a Dagoberto factam is refert, fuisset annuntiaturus. Hæc indubie, qui Parisiense anni* 1636 *Breviarium primum correxere, observarint, hincque Lectioni, qua Sanctorum nostrorum notata in hoc ad* XXII *Aprilis diem inventio ad Dagoberti ætatem refertur, Lectionem alteram, qua ea paulo altius atque ab ipsis fidei, in Galliis stabilitæ, initiis repetitur, substituendam curarint. Pia mulier, quæ, quemadmodum in edendis Sanctorum nostrorum Actis num.* XI *refertur, tria Sanctorum nostrorum corpora clam terræ in agro, sementi recipiendæ parato, mandari curarat, mausoleum supra hæc, cum jam tepuisset persecutionis furor, erigere desiderans, agrique illius locum, quo fuissent recondita, haud satis noscens, sollicite in ea inquiri jussit, quæsitumque thesaurum, uti in iisdem Actis num.* 12 *adjungitur, tandem invenit.*

214 *A felici itaque hoc eventu Breviaria Parisiensia, annis* 1680 *et* 1736 *excusa, quæ præ oculis habeo, Sanctorum nostrorum, quam ad* XXII *Aprilis diem celebrandam proponunt, inventionem repetunt; et vero recte admodum: relatam enim in Actis edendis, non autem, quam anonymus Gestorum Dagoberti scriptor memorat, Sanctorum nostrorum inventionem die illo quotannis, instituto in ejus memoriam festo, in diœcesi Parisiensi celebratam semper fuisse, indubitatum e jam supra dictis apparet. Jam vero, cum hæc ita habeant, festum sane, quo* SS. Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *corporum inventio in diœcesi Parisiensi quotannis celebratur, nihil omnino suppeditat, unde ea a Dagoberto inventa atque e loco, quo delituerant, ad locum, quo ecclesiæ, a S. Genovefa exstructæ, novam substituerat, fuisse translata, utcumque concludas. Verum, etsi id ita sit, sacrisque illis pignoribus locum hunc a Dagoberto re etiam ipsa ditatum non fuisse, pro certo atque indubitato ex omnibus jam dictis videatur habendum, ea tamen ex antiquis, in quibus jacuerant, sarcophagis seu scriniis in nova a principe illo fuisse transposita, sat verosimile apparet. Id ea, quæ modo subjuncturus sum, suadent. In* SS. Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *corpo-* E
*rum detectionis, medio circiter, ut infra videbimus, seculo* XI *factæ, relatione, a Felibiano ad San-dionysianæ suæ Historiæ calcem a pag.* CLXV *adjecta ac Haymoni, San-dionysiano monacho, adscripta, cap.* 5 *sequentia hæc leguntur verba*: In regis Dagoberti evidentissime reperitur Gestis descriptum, quemadmodum memoratum Sanctum cum duobus Sociis honorifice posuerit in scriniis argenteis artificiosissimarum serarum atque obicum mirifica atque subtili diligentia, ut adhuc hodieque videri potest, interius munitis.

*ex antiquis scriniis in novo*

215 *Quod in regis Dagoberti Gestis evidentissime descriptum reperiri, hic asseritur, in ejusdem regis a San-dionysiano monacho anonymo conscriptis supraque a nobis jam sæpius laudatis Gestis nuspiam reperio. In his quidem Dagobertus Sanctorum nostrorum corpora transtulisse memoriasque eorum auro puro et gemmis pretiosissimis ornasse cap.* 17 *memoratur; verum nulla uspiam in iisdem de scriniis argenteis, quibus illa Dagoberto fuerint inclusa, mentio occurrit. Crediderim ego, Haymonem aut eos certe, quibus hic verba, mox huc transcripta, attribuit, a sese id, quod alibi litteris notatum invenerant, in Dagoberti Gestis repertum, præ* F
*memoriæ lapsu erroreve aliunde oborto affirmasse. Utut sit, id equidem, quod de Sanctorum nostrorum corporibus a Dagoberto factum verbis illis traditur, veritati consonum vel idcirco reor, quod, cum antiquiora, in quibus Sancti nostri jacuerant, scrinia Dagoberti ætate altrita ac penitus præ vetustate corrosa verosimillime fuerint, fuisse illis substituta nova a principe illo, qui, quemadmodum ex Audoëni supra huc transcriptis verbis constat,* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii *tumulum S. Eligii opera maxime ornavit, verosimillimum facit summa, qua in hosce enituit, veneratio ac pietas.*

*verosimiliter transtulerit.*

216 *Nec, quo minus Dagobertus Sanctorum nostrorum corpora ex antiquis scriniis transposuisse in nova credatur, impedire debet mausolei, abs hoc principe Sanctis nostris Eligii Opera atque industria erecti, descriptio, Audoëni verbis supra jam datis concepta. Licet enim in hac scriniorum novorum, quæ Sanctis nostris, Dagoberto jubente, fuerint confecta, nulla omnino mentio occurrat, id forsan de scriniis illis silentium ex eo dumtaxat oritur,*

*eo advectis, haud locupletavit, licet interim ea*

A *tur, quod Audoënus mausolei illius, a se descripti, exteriora dumtaxat seu terra eminentia ornamenta, non autem etiam, quæ infra hanc laterent, commemorare intenderit. Adhæc, cum mausoleum, uti apud Cangium in mediæ et infimæ Latinitatis Glossario videre licet, non tantum pro magnificentiori, qui in principis cujuspiam aut alterius illustrioris personæ honorem sit erectus, tumulo, sed etiam pro feretro, sepulcro aut loculo, quo Sancti cujuspiam contineantur ossa, a medii ævi scriptoribus accipiatur, fieri potest, ut Audoënus, qui de uno dumtaxat mausoleo,* S. Dionysio *per Dagobertum Eligii opera erecto, loquitur, non tantum magnificentiorem tumulum, qui ex ornamentis, terra eminentibus, potissimum constituitur, sed et feretrum seu scrinium, cui* S. Dionysii *corpus fuerit inclusum, intellexerit.*

## § XII. Quænam præterea in S. Dionysium ejusque socios Rusticum et Eleutherium venerationis argumenta, seculo VIII anteriora, inveniantur.

B

*S. Dionysius, de cujus in oppido Sandionysiano ecclesia*

*Supra Sanctorum nostrorum corpora primo quidem, statim atque, reddita Ecclesiæ pace, a Christianis persequendis destitere ethnici, mausoleum fuisse erectum, supra jam vidimus, uti etiam eodem, quo illa sub hoc quiescebant, modoque oppidum San-dionysianum stat, loco fuisse deinde a S. Genovefa in Sanctorum eorumdem, quos sanctissima hæc Parisiensium patrona pietate juxta ac veneratione plane singulari prosequebatur honorem, ecclesiam exstructam. Verum, etsi quidem etiam, an huic, annis circiter, postquam a S. Genovefa ædificata fuisset, centum quinquaginta dumtaxat evolutis, collapsæ, nova a Dagoberto I, seculo septimo nondum medio e vivis sublato, fuerit substituta, jam examinarim, hactenus tamen, an monasterium, ecclesiæ isti adjunctum ac in Sanctorum nostrorum honorem pariter exstructum, suam debeat principi isti*

C *primam originem, haud discussi, nec hic etiam, quod res institutum nostrum haud propius attingat brevitatique sit studendum, sum discussurus. Quod si interim quisquam, quid de monasterii illius antiquitate atque initiis sit censendum, scire aveat, Dissertationem supra sæpissime jam laudatam, quam San-dionysianæ a se concinnatæ Historiæ Felibianus præmisit, potest consulere, ibique, Dagobertum, etsi communiter pro dicti monasterii fundatore ob regiam plane in id munificentiam haud immerito habeatur, prima tamen, contra ac cum eruditis non paucis aliquando ipsemet sensi, ejusdem fundamenta haud jecisse, argumento non uno § 2 probatum inveniet.*

*nonnulla adhuc*

218 *Porro, priusquam ab ecclesia, Sanctis nostris a S. Genovefa exstructa atque a Dagoberto instaurata, sermonem modo, prætermisso, quod hic pariter exstruxerit, monasterio, ad alia in* S. Dionysium *ejusque Socios venerationis seculo* VIII *antiquiora argumenta convertam, nonnulla adhuc iis, quæ de sacro isto ædificio supra docuimus, lubet hic adjungere. Id non minus fidei, quam S. Genovefæ curis, uti ex iis, quæ in sanctæ hujus Virginis Vita, primo loco a Bollando edita,* AUCTORE C. B *cap. 4 narrantur, palam fit, referri debuit acceptum, variisque a Deo, tam quæ, dum exstrueretur, quam quæ post evenere, miraculis, uti ex eadem S. Genovefæ Vita aliisque documentis antiquis intelligitur, fuit condecoratum. Hinc factum, ut, quemadmodum locus, quo a S. Genovefa fuit erectum, tremendus ac venerandus Sanctæ huic (Vitam præfatam num.* 16 *videsis) ob Sanctos nostros ibidem sepultos visus fuerat, ita etiam illud, ut par erat, in honore ab omnibus habitum, celeberrimum etiam sub Francorum primæ stirpis regibus evaserit; adeo ut peregrinationibus, ab extremis Franciæ finibus ad Sanctorum nostrorum tumulos institutis, tum frequentaretur, uti e S. Marii, Bodonensis in Gallia abbatis, Vita Operi nostro ad* XXVII *Januarii diem, qua is in Fastis sacris memoratur, inserta, fas est colligere. In hac scilicet ibidem num.* 6 *et* 7 *narratur, qua ratione sanctus ille abbas, qui, quemadmodum Bollandus in Præfatione seu Admonitione, dictæ Vitæ præmissa, num.* 7 *docet, seculo sexto floruit, Parisios ad* S. Dionysii *limina, aliis adhuc comitantibus, venerit, ibique, cum in gravem morbum incidisset, a* S. Dionysio, *sibi apparente, sanitati præter omnium exspectationem fuerit miro modo restitutus. Nec peregrinationes tantum instituendi, sed et veritatem, quæ detegi alioquin non poterat, præstito, ut tunc moris erat, ad Sanctorum tumulos juramento, detegendi causa solitum erat adiri.*

E

*hic memorantur,*

219 *Rei hujus, quod circa annum* 561 *sub Chilperico I, regnare tum exorso, locum habuit, exemplum, supra adhuc num.* 202 *memoratum, affert lib.* 5 *Hist. Franc. cap.* 33 *Gregorius Turonensis. Affert et duo lib. de Gloria Martyrum cap.* 72 *supra pariter adhuc memorata divinæ in eos, qui rapaces in sacram illam* S. Dionysio *ædem manus injicere ausi fuerant, justitiæ, anno* 574 *exercitæ, exempla. Hæc utpote* S. Dionysii *miraculis accensenda, ipsimet infra, cum de hisce agam, sancti istius scriptoris verbis mox exponam; nunc dumtaxat a me, ut, quam pretiose in sacra illa æde exornatum tunc esset* S. Dionysii *sepulcrum, lectori in memoriam revocem, memorantur. Id videlicet, ut in illis divinæ justitiæ exemplis Gregorius docet, erat turritum, seu pyramidis in modum exstructum,* F *multisque pretiosissimis donariis ac inprimis columba aurea appensa, pallaque, qua operiebatur, holoserica, auro ac gemmis distincta, insigne; postea autem a S. Eligio, uti verbis, e sancti hujus Noviomensis episcopi Vita num.* 211 *huc transcriptis, fidem facit Audoënus, diversis affabre admodum ex auro argentoque majorem partem factis operibus tantopere, impensas suppeditante Francorum rege Dagoberto I, fuit ornatum, ut principem facile locum inter universa Galliæ totius ornamenta fuerit adeptum. Ceterum ecclesia magnifice adeo* S. Dionysii *tumulo seu mausoleo ornata, quam, ut dictum, a S. Genovefa seculo* V *exstructam, Dagobertus seculo* VII *instaurarat, stetit ad seculum usque* VIII, *media sui parte jam elapsum, seu ad Pipini usque, Francorum regis, ætatem, qui, cum antiquum istud ædificium, ut monachus San-dionysianus anonymus supra adhuc laudatus, priori e duobus a se conscriptis Sæculique* III *Benedictini parti* 2 *insertis Miraculorum* S. Dionysii *libris, cap.* 14 *docet, dejecisset, novum illius loco, quod postea Carolus Magnus, ejus*

auctore C. B.

*ejus filius, perfecit, fuit exorsus; qui autem hoc deinde, Sugero Sandionysiano abbate curante, seculo duodecimo auctum fuerit, novumque post, quod ei, S. Ludovico regnante, substitui fuerat inceptum, anno* 1281 *ad supremum apicem fuerit perductum, apud Felibianum in Sandionysianæ abbatiæ Historia pag.* 528 *expositum invenies.*

*alias insuper alibi ac inprimis in Burdigalensi, uti e Fortunati*

220 *Ad alias aliquot aliis in locis* S. Dionysio *ante seculum* VIII *exstructas ecclesias memorandas modo progredior. Fortunatus lib.* I *Poëmat. cap.* XI *sic canit*:

Qui cupis egregium structorem noscere templi,
Tam pia non patiar vota latere tibi.
Longius hinc olim sacra cum delubra fuissent,
Et plebs ob spatium sæpe timeret iter,
Exiguam dederat hic præsul Amelius arcem,
Christicolam populum nec capiente loco:
Quo vitæ claudente diem, dehinc prole graduque
Venit ad hæredem hoc opus atque locus,
B Fundavitque piam hanc Papa Leontius aulam,
Obtulit et Domino splendida dona suo;
Quam venerandus habet propriam Dionysius ædem,
Nomine sub cujus sanctificata nitet.

*Hic modo versus, supra a nobis num.* 146 *jam transcripti, quibus* S. Dionysii *martyrium, necisque, quo id subiit, genus celebratur, subjicit Fortunatus, ac deinde prosequitur*:

Nec angusta prius subtraxit fana sacerdos,
* *al,* facta Hæc nisi perficeret, quæ modo culta * placent,
Assidue in prisco peragens cerimonia templo,
Donec rite sequens consolidasset opus.

*Fortunatus sermonem hic facit de tribus diversis ecclesiis, quarum primæ quidem, quod tanto a civitate spatio esset remota, ut eo conferre sese, quo divinis interesset officiis, plebs Christiana formidaret, secunda ab Amelio, in ipsamet civitate sita; secundæ autem huic, quod populo capiendo haud sufficeret, tertia amplior ac capacior a Leontio fuit substituta. Amelium, qui sub annum* 530 *Parisiensi ecclesiæ præfuit, esse ipsummet Amelium hic memoratum, ecclesiamque, abs hoc exstructam, aut alteram certe, quam*
C *huic Leontius substituit, esse ipsammet intra civitatis Parisiensis muros sitam* S. Dionysii de passu *ecclesiam, Launoius de Parisiensium Basilicis cap.* 4 *atque alibi contendit.*

*versibus hic recitatis colligitur, civitate,*

221 *Verum præterquam quod posterior hæc ædes sacra, ut supra vidimus, multo serius, quam seculo sexto fuerit exstructa, Leontius, in versibus modo hic recitatis memoratus, Burdigalensium, ipsomet fatente Launoio, fuit episcopus, illiusque, uti in hisce non obscure declaratur, memoratus a Fortunato Amelius in episcopali cathedra, quod in Amelium, Parisiensium sub annum, ut vult Launoius,* 530 *episcopum, non quadrat, fuit decessor; cum autem, uti hinc consequitur, tam Fortunati Amelius, quam Leontius, Burdigalensium fuerit episcopus, nec ullus umquam ecclesiam aut ab hoc aut ab illo Parisiis dixerit exstructam, enimvero, quin de ecclesiis, in civitate Burdigalensi per Amelium et Leontium, Burdigalenses episcopos, exstructis, a Fortunato in versibus huc transcriptis agatur, dubitandum non apparet. Ac ecclesiam quidem, quam Leontius exstruxit, in ipsamet civitate Burdigalensi sitam fuisse, imo et hujus cathedralem exstitisse, vel ex eo apparet, quod continuo in ea Leontius, uti e supra recitatis Fortunati versibus duo ultimi insinuant, divino vacarit officio; cum autem res ita habeat, ecclesiasque, quam ibi e dictis Leontius exstruxit, Deo fuerit, quemadmodum Fortunatus (priores ejus mox huc transcriptos versus videsis) apertissime declarat, sub* S. Dionysii *nomine consecrata, consequens est, ut seculo sexto, quo, quemadmodum Dionysius Sammarthanus tomo* I *Galliæ Christianæ Auctæ in Archiepiscopis Burdigalensibus docet, Amelius et Leontius Burdigalensem cathedram occuparunt, insignem plane Burdigalæ, quod ad institutum nostrum potissimum hic facit,* S. Dionysius *cultum, Deo etiam ibi sub ejus invocatione exstructa ecclesia, sit adeptus. Reponit quidem Launoius, nullam hodie Burdigalæ, quæ Deo sub* Dionysii *nomine consecrata sit, existere ecclesiam; verum, cum mille amplius annorum spatium, quod ab Amelii et Leontii ætate effluxit, mutationes non tot, quin plures, inducat, illa ejus objectio morari nos haud debet, hacque adeo neglecta, prosequamur inceptum.* D E

*itemque in diœcesi Turonensi, Deo sub nomine suo*

222 *S. Perpetuus, Turonensis in Gallia episcopus, anno circiter, ut decessores nostri, de eo ad* VIII *Aprilis diem, quo fastis sacris exstat inscriptus, tractantes, notarunt,* 490 *vita functus, testamentum, ut Gregorius Turonensis lib.* 10 *Hist. Francorum, cap.* 31 *testatur, condidit; in hoc autem, quod, a Dacherio primum tom.* 5 *Spicilegii vulgatum, decessores nostri observationibus illustrarunt, ac porro ad dictum diem recudendum curarunt, sequentia isthæc ibidem num.* 19 *leguntur verba*: Ecclesiæ S. Dionysii de Rambasciaco calicem argenteum et crucem similiter argenteam, in cujus manubrio est reliquia de eodem S. Dionysio, do, lego. *S. Dionysii ecclesia, hic memorata,* eadem forsitan est, quæ in Pullaria generali diœcesis Turonensis vocatur S. Dionysii ad Ligerim ecclesia curata. *Ita in dictis Observationibus decessores nostri; verum, si quod hic, voce* forsitan *dubitantium more adhibita, aiunt, veritati consonum re ipsa haud sit, dictam equidem* S. Dionysii *ecclesiam in diœcesi Turonensi sitam fuisse, apparet indubitatum; ut proinde ibidem, quod ad institutum nostrum hic sufficit, jam inde a seculo* V *stetisse ecclesiam, Deo sub* S. Dionysii *nomine seu invocatione consecratam, e laudato S. Perpetui testamento habeamus compertum. Nec dubitandum apparet, quin aliæ adhuc ante seculum* VIII *in pluribus aliis Galliarum tum civitatibus, tum minoribus locis ecclesiæ, quæ Deo sub* S. Dionysii *invocatione consecratæ essent, exstiterint. Licet enim præter jam recensitas nullam prorsus, quæ tum* Dionysii *nomine fuerit donata, e scriptoribus monumentisve, seculo octavo antiquioribus, nominatim assignare queam, summa tamen, in qua tum* Dionysius *fuit, veneratio dubitare me vix sinit, quin aliquot saltem ex ecclesiis, quæ tum subinde fuere erectæ,* Dionysii *nomine insignitæ Deoque etiam sub Sancti hujus invocatione fuerint dicatæ.* F

*ante seculum* VIII *dicatas ecclesias, summamque, uti hic*

223 *Utut sit, summa saltem tum* Dionysium *veneratione fuisse gavisum, satis superque, quæ tum de peregrinationibus, ad ejus sepulcrum seculo sexto institutis, tum de ecclesiis, seculo eodem ac præcedenti in diœcesi Burdigalensi ac Turonensi ei ædificatis, proxime hic disserui, ostendunt. Alia porro, quæ id ipsum suadent, argumenta juverit etiam nunc adduxisse. Fortunatus, qui loco proxime cit.* Dionysium *ob martyrium*

A *tyrium fortiter toleratum celebrat, in Apostrophe, qua metrice postea a se scriptum de Vita S. Martini libellum ad variorum, quos, ut apparet, in amore ac veneratione præ ceteris habebat, Sanctorum ædes sacras, urbesve, horum cultui potissimum addictas, mittit, eum quoque ad ecclesiam*, S. Dionysio *prope Parisios sacram, properare jubet. S. Eligius, cum aliquando, ut in ejus Vita infra huc transcribendis verbis Audoënus refert, in* S. Dionysii *festo virum, membris omnibus contractum, prope* S. Dionysii *sepulcrum sanitatis obtinende causa jacentem invenisset, hunc, ut spem in* Dionysio *poneret, est hortatus, cumque haud multo post infirmus, fusis pro eo ad Deum ab Eligio precibus, esset sanatus, prodigium, quo id factum,* S. Dionysio *voluit adscribi. Dagobertus I, Francorum rex, qui, quemadmodum supra vidimus, Sandionysianum prope Parisios ecclesiam quamplurimis muneribus locupletarat, ac* S. Dionysii *in hac tumulum magnificentissime ornarat, perpetuam etiam ibi psalmodiam instituit voluitque præ singulari plane in Sanctum veneratione, ut in eadem illa, in qua* S. Dionysii *corpus jacebat,*

B *æde sacra corpus suum terræ mandaretur.* His operibus, *inquit loco supra cit. in S. Eligii Vita Audoënus*, mirifice perfectis.... mortuus est rex magnus et inclytus Dagobertus, et sepultus est in eadem S. Dionysii Basilica sub arcu (" sic, " *ait tom.* 1 *Annal. Benedict., pag.* 370 *Mabillonius*, " transversam crucem vocat ") in latere dextro. *Dagobertus scilicet, uti e Fredegarii verbis num.* 206 *huc transcriptis fas est colligere, maximum in* S. Dionysio *spem habebat. Neque vero hæc ei, si apparitio, qua* S. Dionysius *una cum SS. Martino et Mauritio Dagobertum dæmonibus eripuisse a variis narratur, eo saltem, quo id apud nos tom.* 6 *Septembris in Gloria S. Mauritii posthuma num.* 255 *explicatur, modo locum habuisse sit credenda, frustra exstiterit.*

*probatur, veneratio-nem, diversis etiam,* 224 *Gregorius Turonensis lib.* 10 *Hist. Francorum cap.* 29 *refert, qui S. Aredius, Atanensis apud Lemovices in Galliis seculo sexto abbas, de quo apud nos die* XXV *Augusti jam actum, in morbum, e quo obiit, lustrato prius S. Martini apud Turonas sepulcro; sit prolapsus, ac deinde subjungit*: Sexta quoque ægro-

C tationis ejus (*S. Aredii*) die mulier, quæ, ab spiritu immundo sæpius vexata, a Sancto emundari non poterat, ligatis per se a tergo manibus, clamare cœpit ac dicere. Currite cives, exsilite populi, exite obviam Martyribus confessoribusque, qui ad exsequium beati Aredii conveniunt. Ecce adest Julianus a Brivate, Privatus ex Mimate, Martinus a Turonis, Martialisque ab urbe propria. Adest Saturninus a Tholosa, Dionysius ab urbe Parisiaca, nonnulli et alii, quos cælum retinet, quos vos ut confessores et Dei Martyres adoratis. *Scio quidem, haud multum energumenarum, qualis mulier, hic memorata, fuit, seu dictis seu visionibus tribuendum; verum Gregorius verbis hisce mox subdit* : Hæc cum in exordio noctis clamare cœpisset, a domino suo revincta est, sed nequaquam potuit contineri : quæ rumpens vincula ad monasterium (*Aredii videlicet*) properare cœpit, moxque beatus vir spiritum tradidit, non sine testimonio veritatis, quod sit susceptus ab angelis. Mulierem quoque in exsequiis suis cum alia muliere nequiori spiritu vexata, ut est sepulcro tectus, a nequitia infesti dæmonii emundavit. Et credo, ob hoc Dei nutu easdem in copore positus non potuit emundare, ut exsequiæ illius hac virtute glorificarentur; *hinc autem apparet, Gregorium certe visionem seu, si id nominis præplaceat, extasiam, qua, quam memorat, energumena imminentem S. Aredii obitum prædixit, despectui haud penitus habuisse. Utut sit, cum equidem energumena illa Sanctos, quos ad S. Aredii exsequias progredi clamavit, fuisse tunc ut confessores ac Dei Martyres honoratos pronuntiarit, nec id, nisi res ita habuisset, factura fuisse videatur, consectarium fit, ut tum certe* Dionysius, *quem Sanctis illis ea accensuit, veluti Dei martyr ac confessor honoratus a fidelibus fuerit. Porro summa, qua, uti e jam dictis liquet,* S. Dionysius *ante octavum etiam seculum fuit gavisus, veneratio incrementa identidem e crebris ad tumulum ejus factis miraculis haud dubie acceperit.* AUCTORE C. B.

225 *Anonymus Actorum edendorum author num.* 13 *sic scribit* : Christiani basilicam supra Martyrum (Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii) corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt; ubi quotidie, operante E Domino nostro Jesu Christo, merita eorum virtutum probantur monstrari frequentia; et experiuntur infirmi, quantum Dei Famulos conveniat honorari, ubi recipit cœcitas visum, debilitas gressum, et obstructæ aurium januæ recipere merentur auditum. *Ita ille; verum, etsi quidem, in ecclesia, supra Sanctorum nostrorum corpora exstructa, seu ad eorum tumulum ætate sua, id est, (comment. hujus num.* 16 *videsis) seculo septimo senescente ineunteve octavo, frequentissima evenisse miracula, luculentissime sane his verbis prodat, nullum tamen in particulari recenset. Quo itaque rem, quam lectori puto futuram non ingratam, hic præstem, pauca saltem nominatim aliunde accepta, et vel ad* S. Dionysii *tumulum vel ejus certe patrocinio patrata miracula ei ob oculos modo ponam. Miraculum, quod S. Mario, Bodanensi in Galliis seculo sexto abbati, accidisse, cum ad* S. Dionysii *limina seu tumulum venisset, num.* 218 *insinuavi, apud Bollandum loco ibidem cit. in sancti illius abbatis Vita num.* 7 *sequentibus hisce narratur verbis* : Illud etiam dignum duximus annectendum, quod, antequam de civitate illa (*Parisiensi nimirum* F *Marius*) egrederetur, non sine suorum mæstitia multum cœperit infirmari. Nocte igitur insequenti membra languore fere præmortua lecto collocavit; sed in ipso noctis spatio sic divina ei subvenit clementia, ut summo mane lætus et incolumis surgeret, et socios ad iter agendum hortaretur. Cum autem omnes, qui aderant, de ejus subita valetudine mirarentur, ait : S. Dionysius in ista nocte ad me venit, me tetigit, et sui præsentia me pristinæ sanitati restituit. *quorum hic unum e S. Marti, biographo,*

226 *Apud Dacherium tom.* 5 *Spicilegii exstat S. Eligii, Noviomensis episcopi, qui anno* 665 *obiit, Vita, supra adhuc a nobis laudata, atque ab Audoëno, authore æquali, conscripta; in illa autem sanctus hic biographus lib.* 1, *cap.* 23 *sic scribit* : Denique quodam tempore cum anniversaria Parisius sancti Dionysii martyris celebraretur passio, dum vigilia a clero caneretur in choro, egressus Eligius templo deambulabat in atrio, viditque eminus virum, cunctis membris contractum, contra Sancti sepulchrum jacere in pavimento, a Deo forte inspiratus, *alterum e S. Eligii*

AUCTORE C. B.

ægri mox astitit lateri, blandeque eum compellans, cœpit ab eo inquirere et tempora claudicationis et causam suæ ægritudinis, sciscitans, an haberet spem in Christo, si se crederet quandoque sanandum, an etiam crederet, se post mortem resurrecturum et præmia vel pœnas ob meritorum qualitatem recepturum : cumque ille ejus secutus verba cuncta hæc se credere fateretur, rursus Eligius infit : Si ergo hæc, ut astruis, credis, cur hic inaniter jaces? roga magis hunc Sanctum, ut intercedens apud Dominum reddat te protinus sanum. Et cum ille ob id se illic excubare diceret, intuens eum Eligius, ait : Et credis, quod possit hæc Santus iste apud Dominum obtinere? At ille cum eadem prosequeretur, dixit iterum Eligius : Si ergo hæc, sicut polliceris, credis, promitte modo, Deo te deinceps serviturum, et vide, ne trepidet fides tua, et absque mora sanabit te Dominus iste.

*per S. Audoënum Vita*

227 Illo autem in omnibus fidem dante, fixit genua Eligius super terram et prolixe oravit, deinde, oculos pariter et palmas ad cœlum tendens, Dominum Jesum fide plenus promissionis suæ fideliter admonuit, qua dicit : « Quidquid credentes petieritis, fiet vobis. » Et, « Si habueritis fidem, majora horum facietis. » Cumque hæc pleno pectore, fide ac devotione deposceret, conversus ad ægrum, apprehensaque dextera ejus, ait : Si indubitanter credis, sicut promittis, in nomine Jesu Christi surge, et sta super pedes tuos. Hæc dicens attraxit eum ad se fortiter, et illico, nexibus artuum resolutis, elevatus æger stetit, et mox consolidati sunt pedes ejus et membra, et sanatus est ex ipsa hora; cui comminans et contestans præcepit Eligius, ut, si nollet rursus talia pati, nullum aliud sanitatis verbum cuiquam ediceret, nisi quod Dominus Jesus per sanctum Dionysium eum sanasset. *Præcipue quidem S. Eligio, quod ab Audoëno hic narratur, miraculum adscribendum videtur; verum in eo partem etiam, ut apparet,* S. Dionysius *habuit, voluitque Eligius, ut id a viro, in cujus gratiam fuerat patratum, adscriberetur* S. Dionysio, *ad cujus hunc sepulcrum, quo sanitati restitueretur, jacentem repererat. Porro, cum Audoënus miraculum, quod ad* S. Dionysii *tumulum evenisse hic narrat,* Parisius *patratum insinuet, hinc iterum,* Dionysii *tumulum ecclesiamque non extra, sed intra civitatis Parisiensis muros Eligii ætate seu seculo* VII *exstitisse, Launoius contendit; verum Audoënus aliique seculi* VI, VII *et* VIII *scriptores per vocem* Parisius, *ut num.* 186 *et seq. docui, non solum Parisiensem civitatem, sed et hujus suburbia ac totum territorium plerumque designant. Cum itaque nos hic morari Launoius haud debeat, quod aggressi modo sumus, prosequamur.*

*ac duo deinque alia e Gregorio Turonensi*

228 *Gregorius Turonensis lib. de Gloria Martyrum cap.* 72 *sequentem scribit in modum :* Dionysius vero episcopus Parisiorum urbi datus est martyr; tempore vero, quo Sigibertus rex cum exercitu ad urbem illam venit, et maximam vicorum ejus partem incendio concremavit, quidam de primoribus ejus ad basilicam ante dicti Martyris properat, non orationis devotione, sed tantum ut aliquid fraudaret ab æde : qui scilicet, ubi reserata ostia ac vacuum templum a custodibus reperisset, pallam holosericam, auroque exornatam et gemmis, quæ sanctum tegebat sepulcrum, temerario ausu diripuit, secumque sustulit. Veniens autem ad castra, fuit ei necessitas navigandi, cumque puer ejus, quem tunc creditum habebat, suspensis ad collum ducentis aureis, navem cum eodem ascendisset, subito a nullo tactus, de navi deruit, oppressusque aquis namquam potuit inveniri. Ille quoque judicium Dei in se cernens per pueri amissionem et auri, velociter litori, de quo digressus fuerat, remeavit, pallamque sepulcri summa velocitate restituit. Et licet hoc fecerit, tamen diem, in quo hæc admiserat, recurrente anni circulo, non adtigit. Alius autem super sepulcrum sanctum calcare non metuens, dum columbam auream lancea quærit elidere, elapsisque pedibus ab utraque parte, quia turritus erat tumulus, compressis testiculis, lancea in latere defixa, exanimis est inventus. Id non fortuito contigisse, sed judicio Dei gestum, nullus ambigat.

*narrantur, miraculis, a S. Dionysio,*

229 *Ex eo, quod Sigibertus ad urbem Parisiensem, quod anno* 574 *factum, venisse maximamque ejus vicorum partem incendisse hic dicatur, antiquam San-dionysianam ecclesiam martyrumque* Dionysii *ac sociorum ejus* Rustici *et* Eleutherii *sepulcra in ipsa Parisiorum urbe tunc exstitisse, Launoyus contendit. Verum, vel Sigibertum, vel exercitum ejus Parisios esse ingressum, Gregorius non scribit. Imo vero nec hunc, nec illum id fecisse, Gregorius, lib.* 4 *Historiæ Francorum cap.* 50 *de eadem, de qua verbis proxime datis, Sigiberti expeditione sermonem instituens, apertissime prodit, utpote ibidem scribens, a Dagoberti exercitu vicos, non qui intra, sed qui* circa Parisios erant, *fuisse incensos. Adi Cointium in Annal. ad annum* 574, *Ruinartii in proxime huc transcriptum Gregorii textum observationem, et in ecclesiæ Parisiensis Historia Gerardum du Bois. Porro textus ille duo, ut jam supra monui divinæ justitiæ in eos, qui fuerant in San-dionysianam ecclesiam injurii exercitæ exempla complectitur; hisce autem, pariter a se recensitis, monachus San-dionysianus anonymus, miraculorum* S. Dionysii, *quæ Sæc.* III *Benedict., part.* 2 *exstant excusa, priores duos libros litteris complexus, lib.* I, *cap.* 2 *subdit :* Nec putandi sunt sancti Martyres, ævum in cælo agentes, hominibus, quod in terra contemserint, aurum præferre, sed ideo Deum in paucis eorum, immo suas ulcisci injurias ne sacrilegia impune agentium exemplo multorum infectæ animæ in perpetuum pereant.

*cui et alia ab anonymo Gestorum Dagoberti*

230 *Idem author in Opusculi sui Prologo conqueritur, quod, quæ post Caroli Magni ætatem ad* S. Dionysii *tumulum evenere, miracula litteris præ negligentia haud commendentur, sicque in oblivionem cadant; verum pari aut etiam potiori jure conqueri potuisset, quod tam pauca ex iis, quæ Caroli Magni principatu, imo et integro seculo* VIII *anteriora sunt, litteris inveniantur mandata. Sane præter paucissima illa, quæ modo in medium hic attuli, nulla prorsus alia, dicto seculo* VIII *anteriora, invenire quivi. Anonymus quidem Gestorum Dagoberti scriptor, plus semel adhuc supra laudatus, apud Bouquetum Rerum Gallicanarum Scriptorum tom.* 2, *cap.* 4 *et aliquot seqq. diversa, quibus tandem, ut seculo* VII *San-dionysianum monasterium adjunctaque ei ecclesia a Dagoberto conderetur,*

A *retur, mirifice sit factum, miracula prodit memoriæ; verum hæc omnia non esse nisi mera figmenta, a San-dionysiano illo monacho anonymo, ut monasterii sui initia augustiora faceret, excogitata, eruditi hodie unanimi consensu omnes affirmant; ut certe hic locum neutiquam sibi vindicent. Idem quidem author aliud adhuc miraculum, dictum in finem non confictum, cap. ultimo narrat sequentibus hisce verbis:* Hludowius *(Clodoveus II)* itaque rex cunctis diebus absque bellis in regno pacem habuit; sed, fortuna impellente, quodam in extremis vitæ annis ad supra dictorum Martyrum corpora quasi causa orationis venit, volensque eorum pignora secum habere, discooperire sepulchrum jussit.

*authore assinguntur,* 231 Corpus autem beati et excellentissimi martyris atque pontificis Dionysii intuens, minus religiose, licet cupide, os brachii ejus fregit et rapuit, confestimque stupefactus in amentiam decidit. Tantusque terror et metus ac tenebræ locum ipsum repleverunt, ut omnes, qui aderant, timore maximo consternati, fugæ præsidium peterent. Posthæc vero ut sensum recuperaret, villas quasdam ad ipsum locum
B tradidit; os quoque, quod de sancto corpore tulerat, auro ac gemmis miro opere vestivit, ibique resposuit. Sed sensum ex aliquantula parte recuperans, non autem integre recipiens, post duos annos vitam cum regno finivit; *verum, si Clodoveus, uti hic a præfato anonymo, a Fredegarii continuatore, Hermanno Contracto aliisque narratur, in amentiam vere incidit, id equidem ei ob fractum et raptum* S. Dionysii *brachium non obvenisse, Hadrianus Valesius Rerum Francicarum lib.* 20, *pag.* 212 *contendit. Nec, ut contrarium sentiret, moveri potuit Francorum regum Gestis, a Bouqueto tom.* 2 *Rerum Francicarum pariter editis, in quibus, Clodoveus brachium* B. Dionysii *martyris, instigante diabolo, abscidisse, ac per idem tempus regnum Francorum pestiferis casibus concidisse cap.* 44 *legitur. Et vero, cum author, qui illa Francorum Gesta in litteras misit, Historiam suam non secus ac Gestorum Dagoberti scriptor anonymus, putidissimis fabulis, ut Bouquetus aliique merito affirmant, commaculârit, non est sane, cur ob id, quod de* S. Dionysii *Brachio, per Clodoveum, instigante diabolo, surrepto nar-*
C *rat, relatum a dicto sublestæ admodum fidei Gestorum Dagoberti scriptore anonymo miraculum, quo Clodoveus ob admissam in surripiendo* S. Dionysii *brachio irreverentiam divinitus amentia fuerit punitus, veritati certo consonum arbitremur.*

*patratis, identidem auctam, est consecutus,* 232 *Id non a veritatis studio, sed a commiscendi licentia promanasse, Rerum Francicarum lib. proxime cit. pag.* 213 *suspicatur laudatus Valesius. Audi, qui ibidem loquatur.* Facile, *inquit*, adducor, ut credam, monachos Historiæ nostræ scriptores, ut semper rerum suarum admodum tenaces fuerunt, Chlodoveum ob fractum B. Dionysii brachium nimiæ audaciæ ac sacrilegæ cupiditatis arguisse, et, quod, Deo auctore aut saltem propitio, actum videri poterat, diaboli instinctu actum affirmavisse, confestimque principem insanum factum esse finxisse, ut omnes tam memorabili exemplo a simili conatu deterrerent, nec quisquam postea reperiretur, qui venerabilibus Beatorum reliquiis apud ipsos asservatis manus adjiceret, sacrisque eos depositis ac suis veluti thesauris spoliaret. *Ita hactenus ille; rectene, an secus,* A ANONYMO. *lector statuat. Undecumque interim prætensum illud miraculum profluxerit, id ego, non secus ac reliqua omnia ab anonymo illo Gestorum Dagoberti fabulatore narrata miracula, figmentis incertisve saltem narratiunculis autumo accensendum. Verum, etsi ea sedeat sententia, certa equidem atque indubitata prorsus reor pauca, quæ e S. Marii biographo, e S. Audoëno et e S. Gregorio Turonensi supra retulimus, miracula, nec dubitandum apparet, quin ex hisce aliisque ad* S. Dionysii *tumulum, alibique ejusdem patrocinio ante seculum* VIII *patratis summopere identidem, qua Sanctus plurimis in locis gaudebat, veneratio tum increverit, ut jam supra asserui, quodque hic repetiisse modo contentus Commentario huic finem impono.*

# ACTA,

## Auctore Anonymo,

E

*Ex editione* a, *a Felibiano ad abbatiæ San-dionysianæ Historiæ calcem adjecta.*

a

### PROLOGUS.

*Unde ea, quæ scripturus est, author hauserit, declarat, nonnullaque de Apostolis eorumque successoribus præfatur.*

*Author sese, quæ diu fuerant obvoluta silentio, e fidelium relatione,* Gloriosæ Martyrum passiones, et pretiosa Domino spectante certamina, quamquam digna sint pro miraculorum dignitate conscribi, nequeunt tamen sine formidinis trepidatione compleri, quia cum magnarum rerum consideratur assumptio, non immerito operis timetur magnitudo, eo quod tantum sermo tenuis explicare non valet, quantum de se dici veritas
F passionis imponit. Tamen expositio tantæ rei arduum licet habere videatur initium, in hoc mens trepidatione respirat, quod opificem suum magisterium divinæ instructionis informat, et inchoantis initium ingenii præstitione commendat. Hac ergo consideratione audaciam nimiæ temeritatis assumens, quæ longo temporis fuerant obumbrata silentio, ipsius divinitatis auxilio suscepta sunt revelanda. Quia ut habet testimonium veritatis, plus fidelium sunt relatione comperta, quam probentur ad nos lectione transmissa *b*.

*b pauciora etiam, quam deberet, recolente, litteris commendatum, affirmat,* 2 Unde non sine certa æstimatione cognoscitur, quod novitas adhuc credentium populorum, Gentilium crudelitate conterrita, formidavit scribere, quod tamen gaudebat Dei famulos meruisse, cum sine dubio judicentur scripta, quæ fidelium sermo testatur impleta. Credendum enim de his est, et, abstersa dubietatis nube, totis viribus confitendum, eos, qui pro confessione Domini ac Dei nostri digni fuerunt subire martyrium,

A. ANONYMO. martyrium, etiam ampliora tolerare valuisse, quam videtur succedentibus ætatibus relatio per populos transmissa recolere. Id ergo supplicatio communis obtineat, ut veniam consequatur devotus, si quid de virtutibus prætermisit ignarus. Nam etsi omnia non esse solvuntur, credere tamen universitas mereatur, ut de Dei famulis etiam majora sentiat, quam sermo passionis explanat. Qualiter enim cultorem Domini locus ejus gaudens patrocinio habere promeruit *c*, quomodo aliorum Sanctorum victum illi agnoverimus fuisse consortium, sicut fidelium relatione didicimus ipsorum juvamine martyrum, quantum de se scire tribuunt, explicemus *d*.

*c*

*d*

*nonnullisque generatim de Apostolis eorumque successoribus,*

3 Post Domini nostri Jesu Christi salutiferam passionem, post Resurrectionis unicæ singularisque mysterium, post Ascensionem ejus, qua manifestavit hominibus numquam se defuisse quo rediit, Apostolorum prædicatio universis gentibus profutura successit. Qui cum imminere suas cernerent passiones, quod Domino nostro Jesu Christo docente didicerant, repleti spiritus Sancti gratia docuerunt; adeo ut, fide crescente, non pauci mererentur fieri Confessores, quos modo Ecclesia catholica gaudet promeruisse Mar-
B tyres. Hos ergo quorum virtutem persecutorum non prævaluit superare conflictus, quos ad auri similitudinem, reddidit flammarum examinatio pretiosos, ad suscipienda mandata Domini idoneos Apostolorum esse judicavit electio, quibus Evangelica semina semper a gentibus servanda committerent, electisque viris Dei dispositione providenter honorem decreverunt episcopatus adjungere, quo facilius eorum prædicationibus acquisiti ad ministerium sacri proveherentur altaris.

*ac nominatim de Saturnino et Paulo Narbonensi præmissis, ad argumentum suum sese accingit.*

*e*

4 Ex qua Confessorum turba, sanctum et venerandi meriti Saturninum *e* urbs Tolosana promeruisse gaudet episcopum, quem impietas spectantis populi posterioribus tauri multis ex funium nexibus ligatum dedit Capitolii gradibus illidendum. Ubi sancti capitis soluta compage cerebrum frequentis illisionis dispersit injuria : sed talem dicessum, ad Dominum secutus est ascensus. Fœlix tanti meriti, tantæque persona virtutis, cui concessum est, primum esse doctorem, post, martyrem, qui quod docuit verbis,
C evidentibus implevit exemplis. Simili etiam gratia beatissimus Paulus, *f* antistes atque confessor, Narbonensem provinciam salutari acquisivit eloquio : quem ita labor domesticæ tribulationis exercuit, ut verum Domini esse famulum approbares. Sed gratias tibi, Domine Jesu Christe, qui infestantis inimici tela probationem fidelium tuorum permisisti esse, non vulnera, et talem tuis præstas pro labore mercedem, ut nullum tuorum fuisse gaudeat hostis imbellem. Dum ergo ad peculiaris Patroni *g* gesta suscepti officii tendit obsequium, non ex asse, quæ de Servo Dei sunt comperta, prosequimur, sed, immemores sui non fuisse, sufficiat, in talibus enim causis magis convenit fideles credere, quam possit relatio humana monstrare.

*f*

## ANNOTATA.

a *De hac alteraque anteriori horum Actorum editione Comment. prævium num.* 1 *et* 21 *videsis.*

b *Vel hinc, exiguam dumtaxat fidem mereri anonymum horum Actorum authorem, non inepte colligas. Adi Comment. præv. num.* 18 *et seq.*

c *Per locum, cultoris Domini seu* Dionysii D *patrocinio gaudentem, author certe non alium hic intelligit, quam qui ætate sua* S. Dionysii *corpus complectebatur, assiduisque Sancti hujus patrocinio patratis miraculis, ut infra num. penultimo scribit, honorabatur; cum autem locus hic, uti ex iis, quæ num.* 12 *et seq. memoriæ prodit, intelligitur, esset is ipsus, quo Sanctorum nostrorum corpora, curante muliere ethnica, terræ fuerant mandata, consectarium fit, ut hæc ab eo tempore, quo primum fuerant humata, ad suam usque ætatem eodem semper loco quievisse author noster existimarit.*

d *Vide, quæ jam monui ad lit.* b.

e *De sancto hoc Martyre ac primo Tolosano episcopo, qui eodem, quo* S. Dionysius, *tempore in Gallias ad prædicandum Evangelium venit, loco non uno sermonem in Comment. prævio institui, deque eo pluribus, cum ad* XXIX, *quo Fastis sacris extat insertus, Novembris diem ventum fuerit, erit agendum. Consuli interim possunt egregia planeejus Acta, a Ruinartio inter sincera et selecta a pag.* 109 *relata; ubi illum re vera eo, quo hic referlur, modo martyrium subiisse, studiosus lector inveniet.*

f *Hunc quoque cum* SS. Dionysio, *Saturnino aliisque quatuor episcopis seculo tertio medio in* E *Gallias Evangelii prædicandi ergo missum, Gregorius Turonensis lib.* 1 *hist. Francorum cap.* 28 *memoriæ prodit; ast hic a veritate devium esse hunc scriptorem, non pauci contendunt. Rectene, an secus, statuere poteris ex iis, quæ ad* XXII *Martii diem, quo S. Paulus, Narbonensis episcopus, in Martyrologio Romano aliisque Fastis sacris annuntiatur, de sancto hoc confessore commentatus est Henschenius noster. Nec supervacaneum fuerit etiam consulere tom.* 4 *Monument. Ecclesiast. a pag.* 169 *Tillemontium.*

g *Ex hoc, alioque, de quo jam hic ad lit.* c, *textu, anonymum nostrum Actorum authorem et in* S. Dionysii *monasterio scripsisse, et pro peculiari patrono* Dionysium *habuisse, monachumque adeo aut etiam abbatem San-dionysianum exstitisse, Dominus Le Beuf in novis suis in Historiam Parisiensem Observationibus, in Commentario, Actis hisce prævio, sæpissime laudatis, existimavit; verum de re hac censendum quid arbitrer, ibidem num.* 17 *et seq. exposui.* F

CAPUT

A

## CAPUT UNICUM.

*S. Dionysius Parisios venit, Christum ibidem idololatris annuntiat, ecclesiam ædificat, cum sociis Rustico et Eleutherio, persecutione exorta, capitur, martyrioque cum eis affectus, locum, quo omnes tres clam terræ mandantur, mausoleo primum ac dein ecclesia decoratum, miraculis etiam reddit illustrem.*

B Igitur S. Dionysius, qui, tradente sancto Clemente Petri Apostoli successore, Verbi divini semina gentibus eroganda susceperat, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illuc intrepidus et calore fidei inflammatus accessit, ac Parisius, Domino ducente, pervenit *a*, non veritus incredulæ gentis expetere feritatem, quia virtutem suam præteritarum pœnarum recordatio roborabat, et, qui meruerat esse confessor, non cunctatus est atrocibus populis accedere prædicator. Tunc memorata civitas et conventu Germanorum, nobilitate pollebat, quod esset salubris aëre, jocunda flumine, fecunda terris, vineis uberrima, et arboribus nemorosa, constipata populis, referta commerciis, rursumque insulæ potius, quam urbis spatium, quod habitationi circumfusa fluminis unda appræstabat, crescentibus consistentium catervis reddebat exiguum, et jocunditatis sollicitatione contraxerat *b*.

*Dionysius Parisios, quæ qualis tunc esset civitas, exponitur, a*

*b accedit, dumque ibidem, ædificata æde sacra, magno cum fructu c*

6 Hunc ergo locum Dei Famulus elegit expetendum. Ad quem cum primum fide armatus et constantia confessionis accessisset intrepidus, ecclesiam, illis quæ necdum in locis erat, et populis illis novam construxit, ac officia servientium clericorum ex more constituit *c*, probatasque personas honore secundi ordinis ampliavit. Cinctus ergo fide et jam constructione basilicæ roboratus, Deum gentibus non desinebat insinuare, quem noverat, ejusque omnibus et judicium et misericordiam anteponens, paulatim sociabat Deo, quos diabolo subtrahebat. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda gentilium non minus miraculis, quam prædicationibus obtineret, *d* miroque modo inermi viro non valebat plebs armata resistere, sed subdebat se illi certatim Germaniæ cervicositas, et jugum Christi suave imponi sibi arcta cordis compunctione poscebat.

*d*

*Christum annuntiat, subitanea per hostis antiqui instigationem*

7 Ab ipsis quoque destruebantur idola, quorum sumptu fuerant, et studio fabricata et invento salutis portu idolorum gaudebant perire naufragia. Lugebat portio victa Diaboli, cum de ea victrix Ecclesiæ legio triumphabat *e*. Tunc hostis antiquus videns sibi perire, quod Domino constabat assidua populorum conversione proficere, totam artificii sui machinam ad impugnandum, quæ fuerant constructa, convertit, et suæ partis auctores, deorum suorum flentes exitium, ad impietatem subitæ persecutionis armavit, ut eos, qui unum et verum Deum colendum insinuaverant et timendum, perdere diversitate supplicii maturarent, ne superesse posset, qui valeret acquirere, quod peribat.

A Anonymo.

*persecutione exorta, cum sociis suis Rustico et Eleutherio capitur,*

8 Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur, et contra Dominicum populum pugnatura conspirat, non cunctati appetere gladio, quos Dominus suos suo monstraverat esse signaculo. Itaque cum occidui orbis partem pro Christianorum inquisitione percurrerent, sanctum Dionysium, contra incredulos dimicantem Parisius repererunt : cum quo Rusticum presbyterum et Eleutherium archidiaconem *f* persecutionis furor invenit. Hi beati Viri a S. Dionysii numquam se sustinuerunt abesse præsentia, quos in unum interrogatio persecutoris invenit, sed reperire non potuit, quem a societate martyrii separaret.

*f*

*fidemque omnes tres libere professi capite tandem post varia supplicia truncantur,*

9 Interrogati, unum et verum in Trinitate Deum confitentur. Deinde terrore subjuncto, multisque affecti injuriis, vel suppliciis, macerati Christianos se esse testantur, visoque percutientis ictu, Domini ac Dei nostri se famulos magna confessionis voce pronuntiant. In hac ergo fidei constantia permanentes, reddentes terræ corpora, beatas cœlo animas intulerunt, talique ad Dominum meruerunt professione migrare, ut, amputatis capitibus, adhuc putaretur lingua palpitans Dominum confiteri. Beata nimium, et Deo grata societas, inter quos nec primus alter potuit esse, nec tertius ; sed Trinitatem confitentes meruerunt venerabilem locum trino decorare martyrio *g*.

*g*

*sepulturamque corporibus suis, quæ in Sequanam conjicere lictores meditabantur,*

10 Metuentes igitur percussores ne conversi populi fidelissima probataque devotio Sanctorum corpora profutura sibi, et Reliquias ad patrocinium tumularent, elegerunt, terris Sequanæ, profundisque gurgitibus Martyrum corpora perdenda committere, quæ imposita navibus ad prævisum jubentur gurgitem destinari. Tunc matrona quædam *h*, licet paganorum implicata teneretur errore, conversionem tamen se desiderare mente monstrabat, et opere facere aliqua cogitans Domino placitura, usa subtilitate consilii, ad convivium venire postulat percussores, et dum eis copiam oblatæ humanitatis expendit, a memoria eorum quæ susceperant agenda discussit, ac fidelibus suis secreta ordinatione committit, ut substracta furto corpora diligens elaboraret occultare provisio.

*h*

F

*pio feminæ astu in agro arato nacti,*

11 Qui dominæ ordinatione comperta, festinanter quod eis præceptum fuerat exequuntur, furtumque laudabile in sexto ab urbe memorata lapide, id est, in arata, quam seminibus præparaverant, terra, industria colentis abscondunt *i*. Facta deinceps, ut moris est, satione, nec suum seges negavit obsequium, quæ tali fœcundata pinguedine, sic in ea beneficium ubertatis effudit, ut centuplicatos fructus et cultor acquireret, et patria mereretur. Pubescente vero segete, diu latuit quod erat Parisiorum populis profuturum.

*i*

*locum hunc, mausoleo primum ac dein ecclesia decoratum,*

12 Antedicta tamen materfamilias horum non immemor secretorum, cum primum persecutionis tepuisse vidit fervorem, locum tantorum Martyrum ossa servantem, qua oportuit sollicitudine requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit *k*. Unde postmodum

*k*

A. ANONYMO. postmodum Christiani basilicam supra martyrum corpora magno sumptu, cultuque eximio
l construxerunt *l* : Ubi quotidie, operante Domino nostro Jesu Christo, merita eorum virtutum probantur monstrari frequentia; et experiuntur infirmi quantum Dei famulos conveniat honorari, ubi recipit cœcitas visum, debilitas gressum, et obstructæ aurium januæ recipere merentur auditum.

*miraculis etiam reddunt illustrem.* 13 Sed nec illud silendum est, quod immundi spiritus infestatione vexati, dum ad memoratum locum examinandi virtute divina ducuntur, Sanctorum iussorum coguntur imperio, quo quisque Martyrum sit positus loco, designatis nominibus indicare. De quorum passione VII. Idus Octo-
m bris Dominus non gaudere voluit *m*, qui centesimum esse fructum Martyrum repromisit, cui est honor et gloria, virtus et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## ANNOTATA.

a *Pro verbis, quibus hic* S. Dionysii *missio Clementi Pontifici Romano adscribitur, in Actis, prout a Bosqueto primum fuere vulgata, sequen-*
B *tia hæc leguntur* : Sanctus igitur Dionysius, qui, ut ferunt, a successoribus Apostolorum, verbi divini semina gentibus eroganda susceperat, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem illuc intrepidus et calore fidei inflammatus accessit, Parisios, Domino ducente, pervenit. *Verum, etiamsi S. Dionysii missio neutiquam Clementi, Romano Pontifici, attribuenda nobis videatur, lectionem tamen, qua id in recentiori Actorum editione, a Felibiano curata, fit, esse genuinam, arbitramur. Comment. prævium num.* 24 *videsis.*

b *Ultima periodi hujus pars in Bosquetiana Actorum editione sic redditur* ; Et jocunditatis sollicitatione in unum plebs acta commigrans pene territorium suum intra murorum conclusionem contraxerat. *Porro ex hoc alioque subjecto, quo* S. Dionysio *sese subdidisse* Germaniæ cervicositas *traditur, Actorum textu, quoddam horum authori Sancti cujuspiam, qui medio ævo circa Rhenum vixerit, Vitæ exemplar præluxisse, ex eoque partim civitatis Parisiensis hujus-*
C *que incolarum, quam suppeditat, descriptionem mutuatum illum esse, dominus le Beuf, ecclesiæ Autissiodorensis canonicus et succentor supra sæpissime laudatus, in novis suis in Bosquetiana* S. Dionysii *Acta Observationibus, anno* 1739 *Lutetiæ vulgatis, suspicatur. Verum, immerito sane id abs illo fieri nemo non existimet, qui, quæ ea de re in Comment. prævio num.* 12 *et seq. disserui, expenderit. Quid porro e duobus dictis textibus, seu potius e* Germanorum *et* Germaniæ, *quæ in hisce occurrunt, nominibus pro tempore, quo Acta exarata sint, determinando conficiendum appareat, in eodem Comment. prævio num.* 13 *et tribus seqq. edocui. Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Historia lib.* I, *cap.* 3, *num.* 6, *recitatis aliquot horum Actorum verbis, subjungit* : Hæc ex Actis, quæ quidem scripta sunt, postquam Franci, orti ex Germania, trajecto Rheno, Galliam invaserunt, et Francorum reges Lutetiæ sedem regni constituerunt; in his enim nonnulla reperiuntur, quæ auctor Actorum ad ætatem Dionysii transtulit, et quæ, Francis occupantibus Gallias, Lutetiæ congruebant. *Ita ille, recte quidem ex eo, quod nonnulla, quæ Lutetiæ non prius, quam Francis occupantibus Gallias, locum habuere, ad* D
Dionysii *ætatem Actorum author transtulerit, scripta demum hæc esse, postquam Francorum reges, occupatis Galliis, regni sedem (adi num.* 15 *Comment. prævium) Lutetiæ constituere, concludens. Verum, cum S. Cerannus, qui inter annum* 601 *et annum* 625 *Parisiensi ecclesiæ præfuit, Lutetiam seculo demum* VI *(Comment. præv. num.* 14 *et* 15 *videsis) a Germanis inhabitari, mercaturæque exercendæ causa frequentari cœpisse, haud dubie non ignoravit, Acta illa, quorum author (adi Comment. præv. num.* 16*) id omnino ignorasse videtur, a Sancto illo Parisiensi episcopo scripta esse posse, idem Gerardus du Bois hist. præfat. lib.* 3, *cap.* 6, *num.* 12 *perperam existimavit.*

c *Actorum fidem magis magisque ex iis, quæ horum author hic, a* Dionysio *Parisiis* ex more *gesta, memorat, elevari, Dominus le Beuf in memoratis suis novis in illa observationibus contendit. Verum ei minime hac in re assentiendum, satis superque, quæ in Comment. prævio num.* 133 *et quinque seqq. in medium adduxi, evincunt.*

d *In S. Gaudentii, episcopi Novariensis, Vita, ad* XXII, *quo hic colitur, Januarii diem in opus* E
*nostrum illata, ac, quemadmodum e Bollandi in illam Præfatione intelligitur, litteris primum, cum seculum octavum media sui parte jam esset elapsum, commendata, num.* 5 *sequentia isthæc leguntur verba* : Deum quoque in Trinitate perfectum non desinebat gentilibus insinuare, quem noverat, ejusque judicium et misericordiam anteponens, paulatim studebat sociare Deo animas, quas diabolo sua prædicatione auferebat, miroque modo actum est, ut inermi viro haud quaquam plebs armata posset resistere. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda non minus miraculis, quam prædicationibus obtineret; *cum autem phrases, his verbis conceptæ, aliæque plures, quæ in dicta S. Gaudentii Vita inveniuntur, totidem fere atque iisdem verbis expressæ in Sanctorum nostrorum Actis legantur, hinc in opinione, qua, horum authorem Plagiarium esse, suspicatur, confirmari sese, dominus le Beuf in novis suis in Acta illa Observationibus pag.* 48 *affirmat; verum, cum is, qui S. Gaudentii Vitam scripsit, id e jam dictis non* F
*citius, quam cum seculum* VIII *media sui parte jam esset elapsum, fecerit, nec serius certe, si forte non citius, anonymus, qui Sanctorum nostrorum Acta exaravit, scriptor floruerit, ex hoc illum phrases eas non hausisse, quis edicat? Id sane sat tuto definiri non posse, ipsemet vidit laudatus le Beuf, hincque, phrases præfatas, quæ ab ambobus illis scriptoribus usurpantur, fuisse abs illis, si non ex alia antiqua Legenda, certe ex antiqua quapiam, quæ in Missa recitari soleret, Præfatione depromptas pag.* 49 *insinuat. Verum, nec id mihi apparet sat certum, et, utcumque habeat, anonymum nostrum, quæ de civitate Parisiensi scribit, e Sancti cujuspiam, qui medio ævo circa Rhenum vixerit, partim hausisse, minime equidem, quo tamen potissimum spectasse, videtur, laudatus le Beuf ex iis, quæ de S. Gaudentii Vita protulit, dedit probatum.*

e *Periodum, his verbis conceptam, sententiam esse liturgicam, quæ, priusquam ritus Romanus in Galliis esset receptus, in Missali Gallicano locum habuerit, indeque cum nonnullis aliis id genus sententiis in Sanctorum nostrorum*

*Acta*

A *Acta sit translata, Dominus le Beuf in iisdem novis suis in hæc Observationibus pag.* 48 *suspicatur; quod an verum sit, examinare nec lubet, nec operæ pretium apparet.*

f *Titulum hunc, quem* S. Eleutherio *hic attribuit Actorum author, vix uspiam alibi Sancto huic attributum inveneris. Martyrologi scilicet aliique fere omnes scriptores antiqui, qui de Sanctis nostris loquuntur,* Diaconi *tantum, non autem* Archidiaconi *nomine,* Eleutherium *distinguunt. Inveniuntur quidem etiam, qui eum* presbyterum, Rusticum *vero appellant* diaconum. *Verum perperam id abs illis fieri, colliges ex iis, quæ in Comment. prævio num.* 132 *disserui.*

g *Quandonam id acciderit, in Commentario præv. a num.* 147 *usque ad num.* 163 *examinavi, ibique, eventum illum, non sub Aureliano, uti in ecclesiæ Parisiensis Historia statuit Gerardus du Bois, sed sub Maximiano, ab anno* 285 *ad annum usque* 292 *in Galliis sæpissime versato, anno circiter* 286 *verosimilius habuisse locum, ostendi.*

h *Mulier hæc in Actis, S. Dionysio Areopa-*
B *gitæ affictis jamque a me prævio de hoc Sancto Commentario subnexis, vocatur* Catulla, *eoque deinde nomine ab anonymo etiam Gestorum Dagoberti authore, ab Hilduino in Areopagiticis et ab aliis nonnullis sequioris ætatis scriptoribus fuit insignita, licet interim, an appellatio ista a fonte satis vetusto, nec suspecto profluxerit, compertum haud habeatur.*

i *Locus, quo id factum, S. Genovefæ ætate seu seculo* V *ac* VI Catholiacum, *seu* Cadolacum *aut* Catolacum *fuit vocatus, estque is ipsus, quo modo Sandionysiopoli seu in San-dionysiano Franciæ oppido ecclesia abbatiaque homonyma conspicitur. Adi, quæ de re hac in Comment. præv.* § x *ac binis seqq. fuse sunt disputata.*

k *Pro verbis, quæ periodus isthæc complectitur, sequentia, quæ abs hisce nonnihil dissonant, in Bosquetiana editione leguntur* : Antedicta tamen materfamilias horum immemor secretorum, cum primum persecutionis furor tepuisset, vidit in somnis fervere locum, tantorum ossa servantem, et, qua opportuit sollicitudine, requisivit atque inventum eminentis mausolei constructione
C signavit. *Porro a felici* SS. Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *corporum inventione, quæ hic tam in Bosquetiana, quam in Felibiana, quam sequimur, editione ab anonymo Actorum scriptore memoratur, originem traxit festum, quo Sanctorum nostrorum inventio in diœcesi Parisiensi quotannis celebratur. Comment. præv. num.* 213 *consule.*

l *Ecclesia, quæ supra Sanctorum nostrorum corpora fuisse exstructa hic memoratur, esse videtur ea ipsa, quam supra hæc a S. Genovefa ædificatam fuisse, ambæ apud nos ad* III *Januarii diem editæ sanctæ hujus virginis Vitæ memoriæ produnt. Adi, quæ hac de re in Comment. prævio num.* 200 *et seq. in medium protuli. Porro ex eo, quod ecclesiæ,* S. Dionysio *ejusque sociis* Rustico *et* Eleutherio *a Dagoberto exstructæ, mentionem hic anonymus Actorum author haud faciat, fuisse isthæc ante Dagoberti principatum litteris commendata, existimavit Valesius. Verum, præterquam quod, an Dagobertus Sanctis nostris novam ecclesiam exstruxerit, haud omnino, ut Comment. prævii num.* 209 *docui, certum sit atque indubitatum, esse indubie a veritate alienam Valesii illam opinionem, satis superque alia, quæ ejusdem Comment. prævii* § I *adduxi, evincunt, uti etiam Sanctorum nostrorum Acta S. Fortunato, veluti germano horum authori, perperam adscribi. Neque vero Petrus de Marca tam facile, ut fecit, attributurus illa sancto huic Pictaviensi episcopo fortassis fuisset, nisi et ab hoc hymnum, ab Hilduino in Areopagiticis laudatum, in quo, non secus ac in Sanctorum nostrorum Actis,* S. Dionysii *missio Romano Pontifici Clementi adscribitur, compositum vere fuisse, e præjudicatis, quibus, jam inde a seculo* I *fundatam fuisse Parisiensem ecclesiam, putavit, opinionibus in animum induxisset. Verum, an hymnus ille Fortunatum re ipsa habeat authorem, dubium admodum atque incertum efficiunt, quæ hac de re in Commentario prævio a num.* 73 *usque ad num.* 75 *disserui. Dubitationem porro, quam hæc injiciunt, non parum adhuc; quod proinde iis, quæ ibidem dicta sunt, addi velim, Historiæ litterariæ Franciæ scriptores augent. Hi enim Operis sui tom.* 3, *ubi de S. Fortunato agunt, omniaque sancti hujus Pictaviensis episcopi scripta recensent, nullam plane compositi abs illo hymni,* E *in quo* Dionysii *missio Clementi, Romano Pontifici, attribuatur, mentionem faciunt, et tamen hymnum hujusmodi, si a Fortunato vere fuisse compositum, e probæ notæ ac fidei documentis habuissent, compertum, commemoraturi verosimillime fuissent, maxime cum etiam de significatione ac vi vocabuli* scholasticissimus, *quo Hilduinus, dum,* Dionysii *missionem Clementi Papæ Fortunatum in hymno a se composito adscribere, affirmat, scriptorem hunc condecorat, sermonem instituant, aptissimamque adeo, qua et de dicto hymno loquerentur, occasionem fuerint adepti. Cum autem id ita sit, scriptores laudati hymnum, Fortunato ab Hilduino attributum, sancto huic Pictaviensi episcopo adjudicandum, verosimillime non putarint : Imo contra Fortunato hunc adjudicandum censuisse suadent, quæ jam subdo. Operis sui tom. proxime cit. verbis Gallicis, quæ Latina facio, pag.* 470 *loquentes de duabus epistolis, a Fortunato ad S. Martinum, in Galicia episcopum, conscriptis, sequentem scribunt in modum* : In hisce Fortunatus assignat regiones, in quibus Evangelium prædi-
F casse Apostoli, S. Petrus nempe Romæ, S. Andreas in Achaia, S. Matthæus in Æthiopia, S. Thomas in Persia. S. Bartholomæus in Indiis, S. Paulus in Illyrio et, ut in prioris epistolæ titulo clarius ait, in Hispania, ætate sua credebantur. Ceterum scitur, plures antiquos Patres in eadem opinione fuisse. Quod ad Gallias spectat, ait, S. Martinum Turonensem earum apostolum fuisse. Quod, ut inde satis consequitur, confirmare est opinionem S. Severi Sulpitii, authoris Actorum S. Saturnini et Gregorii Turonensis, qui, ut alibi observatum, Evangelium in Galliis paulo serius fuisse annuntiatum, insinuant. *Cum itaque scriptores illi, Fortunatum id, quod verbis hic recitatis aiunt, fecisse existimarint, hymnum sane, Fortunato ab Hilduino adscriptum, in quo* Dionysii *missio Clementi attribuitur primoque adeo seculo innectitur, sancto isti Pictaviensi episcopo indubie abjudicarint.*

A. ANONYMO.

m *Martyrium nona Octobris die Sanctos nostros subiisse, locutione, ab anonymo nostro hic adhibita, neutiquam indicatur. Verum id indicari*

AUCTORE C. B.

*cari videtur ab Usuardo aliisque nonnullis Martyrologis, qui, cum diem illam Sanctorum nostrorum* natalem *appellent, in cœlo primum eos tum natos fuisse, seu e vivis excessisse, sat clare, ut apparet, insinuant.*

## APPENDIX

### *De S. Dionysii ejusque sociorum Rutici et Eleutherii cultu reliquiarum translationibus miraculisque seculo* VII *posterioribus.*

## CAPUT I.

### Nonnulla a Sanctis post seculum VII patrata miracula cultusque tunc eis delati argumenta proferuntur.

B

*Stephanus Papa, sanitati, uti litterx, quæ*

*Stephanus II Papa, anno* 754, *ut Anastasius Bibliothecarius aliique non pauci scriptores memoriæ produnt, ad Pipinum, Francorum regem, quo abs eo adversus Aistulphum, Longobardorum regem, Ecclesiam vexantem, auxilium imploraret, in Gallias venit, cumque ibidem diutius commorans in San-dionysiana Franciæ abbatia hospitaretur, in morbum adeo gravem, quemadmodum in Pontificis illius Vita laudatus Anastasius testatur, est prolapsus, ut omnes omnino, tam videlicet, qui cum eo venerant, quam Franci de Vita ejus desperarent;* sed, *subjungit hic scriptor,* Domini Dei nostri ineffabilis clementia, qui non deserit sperantes in se, salvum cupiens domnum Christianissimum, dum eum mane mórtuum invenire putabant, subito illo die sanatus repertus est. *Id porro, quod hic Anastasius memorat, beneficii Stephano mirum*

C

*in modum a* S. Dionysio *fuisse impertitum, e litteris, ea de re datis ac ipsomet Pontificis illius nomine inscriptis, docemur. Hasce, utut a Surio e pervetusto Ms. codice, ac ab aliis præterea jam vulgatas, iteratis typis, priusquam ad alia progrediar, lectoris oculis, prout apud eumdem Surium exstant, subjicio. Sic habent :* Stephanus episcopus, servus servorum Dei. Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, sic non debet opera Dei, quæ in illo per suos Sanctos fiunt sine suis meritis, silentiare, sed prædicare, quia sic angelus admonet Tobiam.

*integræ hic recitantur, testatum faciunt,*

2 Unde ego pro oppressione sanctæ Ecclesiæ a rege atrocissimo et blasphemo, et nec dicendo Aistulpho, ad optimum et S. Petri fidelem, Dominum Pipinum Christianissimum regem, in Franciam veni, ubi ægrotavi usque ad mortem, et mansi aliquod tempus apud pagum Parisiacum in venerabili monasterio beati martyris Christi Dionysii. Quod cum jam me medici desperarent, fui in oratione in ecclesia ejusdem beati Martyris subtus campanas, et vidi ante altare bonum Pastorem Dominum Petrum et Magistrum gentium Dominum Paulum, et nota D mente illos recognovi de illorum surcariis, et ter beatum Dominum Dionysium ad dexteram Domini Petri, subtilem et longiorem, pulchra facie, capillis candidis, colobio indutum candidissimo, purpura clavato, pallio toto purpureo, auro interstellato, et sermocinabantur inter se lætantes, dixitque bonus Pastor Dominus Petrus : Hic frater noster postulat sanitatem. Et dixit beatus Dominus Paulus : Modo sanabitur. Et appropinquans misit manum suam ad pectus Domini Dionysii amicabiliter, respexitque ad Dominum Petrum. Et dixit Dominus Petrus ad Dominum Dionysium hilariter : Tua gratia sanitas est ejus, et statim beatus Dionysius, thuribulum incensi et palmam in manu tenens, cum presbytero et diacono, qui in parte stabant, venit ad me et dixit mihi : Pax tecum, frater. Noli timere; non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris. Surge sanus, et hoc altare in honorem Dei et Apostolorum ejus Petri et Pauli, quos vides, dedica, Missas gratiarum agens. Erat enim ibi inæstimabilis claritas et suavitas. Moxque sanus gratia Dei factus vole- E bam implere, quod mihi præceptum erat, et dicebant, qui ibi aderant, quod dementabam. Quapropter retuli ex ordine illis et regi, suisque optimatibus, quæ videram, et quomodo sanus fuerim. Et implevi, quæ jussa sunt mihi, omnia. Benedictus Deus.

*nonnullaque contra Morinum, qui has pro suppositiis habet.*

3 *Hisce porro litteris sequentia etiam isthæc apud Surium proxime subduntur verba* : Gesta sunt autem hæc in beato Stephano Papa divina clementia, adjuvantibus sanctis apostolis Petro et Paulo, per beatissimum martyrem Dionysium hoc anno, qui est ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi septingentesimus quinquagesimus quartus, quinto Calendas augusti. *Joannes Morinus de sacris Ordinationibus part* 2 *cap.* 4 *nonnulla de revelatione in litteris Stephani nomine notatis hic memorata, seu potius de ipsismet illis jam recitatis litteris contentave in hisce, qua illa exponitur, relatione præfatus, mox subjungit* : Non inquiro nunc in istius..... veritatem. Quidquid sit, antiqua est, et paulo post tempus adnotatum *(annum nimirum ab authore, ut apparet, synchrono litteris illis subjectum* 754) composita aut supposita. Veram assumo. Adjuncta est Areopagiticis Hilduini, F eaque usus est ut eleganti et memorabili monumento. Multa sunt in ea parum credibilia. Nihil tamen in ea de Dionysio Areopagita, ac episcopo Parisiensi. Author istius relationis, qui procul dubio monachus erat Dionysianus, Areopagitam numquam omisisset, si leviculus rumusculus de Dionysio Areopagita, episcopo Parisiensi, in agro monasterioque Dionysian o tum disseminatus fuisset. *Ita ille, litteras sane, mox huc transcriptas, seu relationem, hisce contentam, qua præfata revelatio exponitur, neutiquam ab ipsomet Stephano promanasse, sed Pontifici huic a San-dionysiano monacho esse suppositam, non obscure indicans. Verum, quidquid de hac Morini, quæ etiam Launoio loco mox infra citando aliisque insuper placuit, suspicione seu verius opinione sit, relatam equidem in dictis litteris revelationem, qua Stephano, ut altare in SS. Apostolorum Petri et Pauli honorem consecraret, a* S. Dionysio *fuit injunctum, Pontifici isti obtigisse, fidem facit Ludovici Pii imperatoris ad Hilduinum epistola, anno* 834 *aut seq., quemadmodum in Comment. de S. Dionysio Areopagita*

A *gita num.* 4 *docui, conscripta, Hilduinique apud Surium Areopagiticis inserta.*

*adducta suadent, a Dionysio restitutus, monasterium huic*

4 *In hac enim princeps ille sic loquitur:* Sanctæ.... recordationis avus noster Pipinus propter altare, quod ante sepulcrum sæpe fati sæpiusque dicendi Domini Dionysii per divinam et memorabilem revelationem jussu ipsius sanctissimi Martyris in honorem Dei et Apostolorum Petri et Pauli, qui præsentes ostendebantur, a beato et angelico viro Stephano summo Pontifice dedicatum est, inter sacra Missarum solennia una cum duobus filiis, Carolomanno videlicet et divæ memoriæ Domino ac genitore nostro Karolo, jure prænominato Magno, ab eodem apostolico Papa in regem Francorum unctus superni muneris benedictionem accepit. *Launoyus quidem, eam Ludovici Pii epistolam ab ipsomet Hilduino vel ejus, ut loquitur, symmystis dictatam esse, in sua, qua Sirmondi de Duobus Dionysiis Dissertationem contra datum ad hanc a Milleto responsum tutatus est, Discussione cap.* 18 *conjicit. Verum ex eo, quod Dagobertus pœnis ereptus vitæque perenni*

B S. Dionysii *patrocinio assertus in dicta epistola dicatur, neutiquam hic princeps, ut vult, infamatur, nec quidquam aliud solidi, quo suam illam parum admodum, ut mihi equidem ob rationes brevitatis causa hic haud memorandas apparet, verosimilem conjecturam firmet, adducit in medium. Jam vero, cum id ita sit, indubieque adeo, uti quisque, cum Launoio haud sentiens, e jam datis Ludovici Pii verbis statuet, revelatio præfata, quam dictæ Stephani nomine inscriptæ litteræ memorant, locum habuerit, quid ni pariter, quod in hisce quoque de sanitate Stephano Papæ per* S. Dionysium *prodigiose restituta refertur, atque ad institutum nostrum potissimum hic spectat, locum habuisse credamus? Enimvero neutiquam id iis, quæ Morino in iisdem litteris contentave in hisce relatione parum credibilia sunt visa, accensendum existimo, Stephanumque adeo, maxime cum eum præter omnium exspectationem subito sanatum, Anastasius supra laudatus scribat, sanitati etiam re ipsa, uti illæ produnt, a* S. Dionysio, *sibi una cum SS. Petro et Paulo Apostolis apparente, mirum in modum fuisse restitutum, in animum facile induco.*

*Romæ ædificare incepisse memoratur, certeque ibi Dionysius*

5 *Porro ut ad aliud, huc pariter faciens, sermonem modo convertamus, hic etiam, quod idem Stephanus Papa, sanitati a* Dionysio *restitutus Romamque deinde e Galliis reversus, egisse memoratur, examinemus. Supra huc transcriptis, quæ sancti illius Pontificis nomine notantur, litteris sequentia isthæc apud Surium, nonnullis adhuc, quæ huc haud faciunt, præmissis, subduntur verba:* Idem .... sanctus Pontifex *(Stephanus II nempe)* reliquias sanctissimi Dionysii Romam detulit, et monasterium in honore ipsius ædificare in proprio suo cœpit, quod frater ejus Paulus, illo morte prævento, quoniam ipsi in Pontificatu successerat, nobiliter consummavit, et, convectis ibidem plurimis sanctorum Martyrum corporibus, consecravit, seu, veluti a fratre et prædecessore suo jussus fuerat, famulatores Domini natione Græcos inibi constituit, et idem monasterium ad sanctos Martyres in schola Græcorum appellari fecit, ad honorem et memoriam preciosissimi Dionysii sociorumque ejus, quorum cultus redundat ad gloriam Domini nostri Jesu Christi etc. *Sintne quæ hic memoriæ produntur,*



*Hilduino, an alteri, San-dionysiano etiam forsan monacho, attribuenda, pro certo nequeo edicere; verum a quocumque tandem statuantur profecta, monasterium equidem recitatis verbis memoratum, nec in* S. Dionysii *honorem, uti illis traditur, Romæ a Stephano Papa condi cœptum, nec in eo monachos Græcos, ut abs hisce* S. Dionysius *coleretur, a Paulo Stephani fratre ac successore constitutos fuisse, Launoius in sua proxime hic laudata Discussione contendit; id autem idcirco facit, quod, quemadmodum ibidem ait, monasterium illud in S. Stephani Papæ ac Martyris, et S. Sylvestri honorem, nulla omnino* S. Dionysii *mentione facta, fuisse exstructum monachosque in eo constitutos, tam a Paulo Papa in datis de ejusdem monasterii fundatione litteris, quam ab Anastasio Bibliothecario in Pontificis hujus Vita diserte asseratur.* AUCTORE C. B.

*post seculum* VII *ecclesiam habuit, eumdemque etiam, miraculis multis,* E

6 *Verum hic scriptor, majorem saltem monasterii, a Paulo Papa in SS. Stephani et Silvestri honorem exstructi, ecclesiam* S. Dionysii *nomine insignitam fuisse, in Nicolai I Papæ Vita apertissime docet; hinc autem fit, ut, majorem illam ecclesiam a Stephano Papa vel re et opere, ut in Commentario, fabulosis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio,* § 2 *jam insinuavi, in* S. Dionysii *honorem Romæ condi cœptam, vel certe vi mandati, quod is moriens Paulo fratri dederit, abs ipsis etiam per hunc fundamentis exstructam, monasteriumque, ei post adjunctum, Græcis monachis e fine, quem ibidem expressi, datum fuisse, haud prorsus improbabile apparet. Utut sit, Romæ equidem insignem ecclesiam, quæ Deo sub* Dionysii *nomine esset dicata, seculo* IX, *cum universæ Ecclesiæ Nicolaus I Papa præsset, exstitisse, ex Anastasio bibliothecario laudato habemus. Atque ita ex iis, quæ disputata huc usque præsenti* § *sunt, duo modo, quæ ad rem nostram potissimum hic faciunt, utcumque saltem innotescunt, patratum scilicet, quo Stephano II Papæ sanitas restituta a* Dionysio *fuerit, miraculum, ecclesiaque ei, sive ab hoc ipso summo Pontifice in grati animi tesseram, sive etiam ab alio, quiscumque demum is fuerit, Romæ post seculum* VII *exstructa. Quod si porro cuiquam miraculum istud, undequaque sane, uti e jam dictis satis liquet, haud certum, idcirco fortassis displiceat, id equidem, ne quid hic, quod non nemo forsan memoratu admodum dignum existimare posset, desiderandum relinquerem, lectori ob oculos in* F *hac Appendice duxi ponendum; et primo quidem loco id proposui, ne quod e dictis haud penitus est certum, cum paucis aliis prorsus certis aut multo saltem certioribus miraculis, quæ modo subdam, exhiberem commixtum.*

*quorum hic duo*

7 *Sæculi* III *Benedictini part.* 2 *tres exstant de* S. Dionysii *miraculis libri, Fulradi abbatis San-dionysiani elogio a pag.* 343 *usque ad pag.* 365 *subjecti, in quos, supra a nobis jam sæpius laudatos, in dicto Fulradi elogio num.* 20 *hæc notantur:* Fulradi elogio subjicere juvat libros tres de miraculis S. Dionysii, quæ, Fulrado abbate ejusque successoribus Maginario, Fardulfo, Waltone et Hilduino, patrata sunt; ex quibus libri duo priores rogatu Samuëlis, monachi, ut puto, Dionysiani, laudati in fine libri secundi, scripti sunt a monacho Dionysiano anonymo, Caroli Calvi principatu ineunte; tertius vero exeunte, ut patet ex delatione corporum cap. 1 relata, cui auctor interfuit. *Mabillonius, observationis hujus author, omnes tres,*

AUCTORE C. B.

*tres, quos hic memorat, miraculorum libros ab uno eodemque scriptore litteris mandatos, persuasum, ut apparet, sibi habuit, et tamen a duobus authoribus diversis, quorum alter duos priores, alter posteriorem scripserit, promanasse videntur e duobus Prologis diversis, quorum alterum hic, alterum illi habent præfixum. Utut sit, recte equidem, unde præcipue miracula, in tribus istis libris contenta, primitus sint accepta, idem Mabillonius nos docet, in suo de Re Diplomatica Opere pag.* 628 *de alio quodam a se viso miraculorum* S. Dionysii *libello sic scribens:* Libellus iste habetur in membraneo codice majoris ecclesiæ Remensis, ab annis non minus octingentis descripto, quæ sententia est clarissimi viri Antonii Fauri doctoris ac socii Sorbonici, ejusdem ecclesiæ præpositi, cui illum codicem ostendi. Eo libello usus est is, qui tres libros de miraculis ejusdem Sancti condidit, regnante Carolo Calvo, editos in Sæculi tertii Benedictini parte secunda, in quibus pleraque priora miracula totidem verbis atque in Remensi referuntur. *Ita ille, mox etiam subjungens nonnulla e miraculis, quæ in codice Remensi, a se laudato, reperit, in Miraculis,*
B *Sæc.* III *Benedict. præfato editis, desiderari. Duo porro miracula hujusmodi e dicto Remensi codice integra recenset, eademque ambo, prout vulgata abs illo sunt, integra pariter, paucis dumtaxat adhuc aliis, quæ in dictis Miraculorum* S. Dionysii *libris jam editis occurrunt notatuque digniora apparent, adjunctis, huc transcribo.*

*in Ms. Remensi codice*

8 *Primum e duobus, quæ, ut dictum, integra e memorato Remensi codice Mabillonius recenset, sequentibus apud eum in Opere supra laudato pag.* 628 *concipitur verbis*: Sub Carolo Francorum principe et majore-domus (ut tunc moris erat) quidam nomine Godobaldus, ortus provincia Asbaniensi, villa, quæ dicitur Arbrido, cum in necem beatissimi viri Lantberti episcopi cuidam comiti, Dodoni nomine, se consortem et conscium præbuisset, Deo pœnam exigente, claudus effectus est. Itaque divini flagelli admonitu reatum suum agnoscens, diu Sanctorum loca circumiens, et admissis veniam, et membris incolumitatem restitui flagitabat; tandemque ad beatissimi Petri limina
C Romam veniens, divina revelatione cognovit, sanitatis recuperandæ locum in Galliis sibi apud sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii memorias esse concessum. Regressus igitur ab Urbe, designatum cælitus locum expetiit, ibique optatam diuque quæsitam sanitatem recuperat. Erat tunc abba loci Helardus, qui divino miraculo congratulans, locum ei et alimenta communia concessit, sicque in eodem loco vitam degens, cum in multis probus omnibus appareret, præcipiente Carolo principe, abbatis inibi officium suscepit, ac per viginti quinque annos strenuissime administravit. *S. Lantbertus seu Lambertus hic memoratus, de quo in Opere nostro ad* XVII *Septembris diem jam actum, Trajectensis exstitit episcopus; cum autem sub Francorum principe seu majore-domus Carolo, Martello scilicet seu Tudite, qui certe ante annum* 715 *Majoratum-domus haud gessit, a Dodone comite occisus hic dicatur, hæc martyrii, Lamberto illati, epocha cum anno* 709, *cui id probabilius innectendum ibidem statuimus, neutiquam congruit.*

*a Mabillonio inventa,*

9 *Verum, etsi id ita sit, relatum equidem verbis jam datis miraculum post seculum* VII *indubie, quod ad præsens nostrum institutum sufficit,* D *evenerit. Alterum modo, quod e Remensi codice integrum Mabillonius recitat, transcribamus. In laudato scriptoris hujus Opere pag.* 630 *sequentibus hisce verbis exponitur*: Præterea illud non negligenter statuimus esse omittendum, quod sui ad laudem Omnipotens fieri ab eodem voluit Martyre. Tempore igitur supra dicti regis Pippini quidam erat comes, nomine Gerardus, Parisiensis, cujus uxor Rotrudis nuncupabatur. Hæc in fisco, haud procul Parisii, Riogilo habitans, sub beati Dionysii natalis diem cernit suas otiosas esse puellas: quæ cum ad se vocatæ fuissent, quam ob rem otio torperent, austere eas invexit. Quarum una, quæ supra ceteras erat, Sollemnitas, inquit, beati est Dionysii, et ob id ratum eam esse duximus sollemniter celebrandam. Et materfamilias, vade, ait, et instanter operare. Nos vero, qui extra dominium ejus sumus, eam a nobis minime coli oportet. Verum, cum imperio ejus parere vellent, favente Domino et meritis Christi Martyris obtinentibus, subito tanta coruscatio atque aquarum venit inundatio, ut domus, omni E cum suppellectile uno rapta impetu, in Sequanæ fluvium dimergeretur, et quæ unum noluit diem ducere festum, factum est, ut totum perderet anni subsidium; sed homines per Dei providentiam ab illa liberati sunt tempestate. Quod adeo credimus gestum, quo dies ille jugiter sollemnis observaretur.

*aliaque tria e tribus miraculorum*

10 *Pipinus ad Francorum solium anno* 752, *uti inter eruditos convenit, fuit evectus, cumque hic narratum miraculum ad principis hujus ætatem referatur, consectarium est, ut id pariter post seculum* VII *evenerit. Porro e facto, quod miraculo ansam seu occasionem dedit, fuisse tum in* S. Dionysii *honorem festum, quo etiam ab Operibus servilibus abstinendum esset, die Octobris nona seu natali Sancti illius die quotannis celebratum, docemur. Modo duobus hisce, quæ codex Remensis, a Mabillonio visus, complectitur, miraculis tria adhuc alia, e supra laudatis miraculorum* S. Dionysii *libris accepta, quorum duo priora sub Pipino etiam, tertium sub Carolo Magno, ejus filio, evenit, subjungo. Primum ex his sequentia isthæc ibidem lib.* I, *cap.* 5 *exponunt* F *verba*: Tempore memorati Pipini regis quidam a nativitate claudus, cui erat nomen Otholdo, circuitus per triginta annos Sanctorum memoriis, quadam die carruca impositus, ad cœnobium beati Dionysii perlatus est. Is ad ejus templum deductus ante altare, quod primum in honore Domini Salvatoris dicatum est, cum oraret, suffragantibus Martyribus et Deo miserante, subita donatus est sanitate. Hujus necessitatem Fulradus abba miserans (si quidem nec genus, nec patriam noverat) et sanitatem a Deo intercessione beati Dionysii collatam complectens, eum inter stipendia monasterii quotidiana sumentes constituit. Ita attonsus, et jussis majorum pro viribus fideliter paruit, et quos dies vixit, Deo et beato Dionysio pro captu gratias egit; *secundum vero libro eodem cap.* XI *ista:* Johannes quidam, miles Pipini regis, Parisio digressus carpebat iter per viam, quæ in vicum sanctorum Martyrum ducit. Et quoniam hinc inde agri monasterii messibus albere cœperant, equum suum in alia intendens contraria, depascere segetem permittebat. Occurrit ei forte monasterii famulus.

*S. Dionysii libris,*

11 Queritur segetem conculcari. Tum miles:

A les : Sanctus Dionysius, ait, scio, quod hac segete non vescetur. Vix verba finierat, cum repente equus in terram mortuus corruit; ipse vero gressus officio privatus est, adeo ut ne moveri quidem loco, nedum ambulare pedibus posset. Nuntiatum est id Pippino regi, qui haud longe a monasterio aberat; et quia hominem plurimum diligebat, talia passum indoluit. Misit itaque ei argenteum vas, quod S. Dionysio offerret, jubens, ut ad ejus sanctam domum protinus deferretur : in qua cum, tradito vase, oraret, plenissimam consecutus est sanitatem; ut omnes manifeste intelligerent, et labores suorum B. Dionysium curare, et petentibus, si velit, absque dilatione posse suffragium ferre. Vas autem hactenus in thesauro ecclesiæ B. Dionysii permanet. *Quod modo ad tertium sub Carolo Magno patratum, quod hic etiam recensendum dixi, miraculum jam spectat, id in eodem e duobus dictis miraculorum* S. Dionysii *libris primo cap.* 20 *ita refertur :* Insignis non tantum gloria, verum et potentia Karolus cum bellum adversus Saxones susceptum, contra quam gentem a Francis diu animoseque pugnatum est, memorabili industria administraret,
B sui præsentia vires exercitus acuens, Fardulfum, qui, Magenario luce excedente, cœnobio Sanctorum regendo successerat, inter alios, qui ad ferendum pondus prælii et gentis audaciam comprimendam evocati undique conduxerant, contigit adfuisse.

*Sæculo* III *Benedict. insertis referuntur,*

12 Hic pignora beatorum Martyrum secum ferri fecerat, et custodes clericos, qui secum proficiscebantur, delegaverat, uti eis vicissim sibi succedentibus debita exhiberetur religio. Quorum quidam vocabulo Rothardus, adhibita eis candela, incertum qua urgente necessitate, observato domunculæ ostio, abiit. Solemnis ara tum lignea tabula erat, quæ linteo adoperta modum altaris effecerat. In eam itaque candela decidens tota conflagravit, sed ne linteum quidem, quo tabula celabatur, adustum. Præclarum sane et stupendum miraculum, lineam vestem igne superposito non torreri. Cerneres reliquiarum obtentu linteum naturam mutasse, et alimentum focis amicum merito Martyrum repente duratum. Supervenientes cum custode et
C alii, exusta candela, reliquias et linteum integra repperere : cinis ejus tantum quod contigerat indicabat. Levatum ergo linteum excutientes, cum nec integritatem, nec candorem amisisse probassent, ingenti gaudio exsultantes rei gestæ ordinem ad Fardulfum Abbatem deferunt. Qua cognita, una cum eis sollemnes Deo et sanctis Martyribus gratias egit. *Ex eo, quod* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii *reliquiæ, ad Caroli Magni, adversus Saxones prælialuri, castra fuisse delatæ hic dicantur, sequentem miraculo jam relato observationem Mabillonius subjungit.* Hinc, *inquit*, patet, S. Dionysium, quem prisci quique Francorum reges patronum suum specialem vocare solent in diplomatis, cœnobio Dionysiano concessis, jam tum in bello audisse ut Galliæ defensorem ; ob idque ipsius reliquias per monachos delatas in castra fuisse. Sane Carolus Calvus in procinctu prælii, apud Caroli-vennam initi cum Nortmannis, adivit sepulcrum beati Dionysii, ut per eum cœlestem opem flagitaret, et anno MCCIV Franci, Philippo rege, adversus Ottonem imperatorem dimicantes, beatum Dionysium Francorum apostolum in cordis angustia invocasse dicuntur in libro de Triumpho S. Landeberti, episcopi Leodicensis, Steppis obtento, cap. 15.

AUCTORE C. B.

13 *Ita laudatus scriptor. Ac de re quidem, de qua hic loquitur, mox infra adhuc sermo redibit; quod autem ad* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *miracula, seculo septimo posteriora, hicque, ut statueram, jam recensita, spectat, omnia hæc, ut docui, Caroli Martelli, Pipini regis et Caroli Magni ætate evenere; multa autem pariter sub Ludovico Pio, Caroli Magni filio, tum prope Sanctorum nostrorum tumulos, tum in Floriacensi, cum eo illorum, quas ab Hilduino Boso abbas acceperat, reliquiæ fuerunt advectæ, diœcesis Aurelianensis abbatia fuere patratâ. Ac primum quidem in suo ad Ludovicum Pium Rescripto, supra sæpissime laudato, Hilduinus; postremum vero in S. Benedicti miraculis, ad* XXI *Martii diem Operi nostro insertis, lib.* I, *cap.* 3 *Adrevaldus, Floriacensis monachus, nos docet. Verba, quibus id tam hic, qui nonnulla e prope innumeris, tum, ut ait, Floriaci patratis, a sese adhuc puerulo conspecta affirmat, quam Hilduinus, nullo omnino in particulari relato miraculo, generatim dumtaxat facit, brevitatis causa prætermitto, uti etiam,* E *ne in immensam molem tomus hic excrescat, miracula reliqua, quæ in dictis tribus Miraculorum* S. Dionysii *libris continentur. Quæ relata modo ex hisce et Mabillonio nominatim sunt, una cum suggesta generali de pluribus adhuc aliis post seculum* VII *patratis notitia sufficiunt, ut,* Dionysium *etiam tum miraculorum gloria inclaruisse, potentissimumque apud Deum patronum audisse existimemus. Hinc porro factum, ut quam plurimæ etiam locis diversis ecclesiæ fuerint ei vel tum præcipue erectæ. Ac tanto quidem hæ numero fuerunt, ut omnes enumerare nimis longum foret ac oppido difficile.*

*tum patratis clarus, honorem aliis in locis*

14 *Verum, etsi id ita sit, hicque idcirco non minus ab iis, quam a reliquis recensendis* S. Dionysii *miraculis, seculo septimo posterioribus, abstinere sit fixum, committere tamen non possum, ut hic et ecclesiam, in qua* S. Dionysii *Sociorumque ejus reliquiæ, anno* 887 *Normannorum Gallias devastantium metu Remos delatæ, trium annorum quievere spatio, et simul, quod tunc ibidem factum, miraculum silentio penitus præteream. Ac illa quidem ecclesia, quæ,* F *quemadmodum ex Flodoardo Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 9, *col.* 288 *docent,* canonicorum Remensium sepultura *olim exstitit, celeberrima postea unaque cum monasterio, quod ei fuit adjectum, modoque adhuc exstat,* S. Dionysii *nomine fuit insignita; quod autem ad miraculum, quiescentibus in dicta ecclesia* S. Dionysii *reliquiis, paratum, spectat, id a Flodoardo Historiæ Remensis lib* I, *cap.* 24 *refertur, ac partim saltem* S. Dionysio *adscribitur, cumque aliud, quod tum evenerit, a fidei æque probatæ authore nuspiam relatum inveniam, nec adeo, quin veritati consonet, dubitandum appareat, futurum puto, ut, si una cum quinque aliis supra memoratis ob oculos pariter hic ponatur, lectori res præstetur haud ingrata. Itaque ipsamet, quibus a scriptore illo loco proxime cit. narratur, verba huc transcribo. Sic habent :* Desidia... vel raritate scriptorum plurima silentio constat neglecta mirorum. Nos tamen unum, quod nuper comperimus actum, decrevimus inserendum.

*ac imprimis Remis, ubi et, quod hic*

15 Quadam denique Sabbatorum die, jam Vespera Dominici diei accedente, quædam paupercula,

*e Flodoardo narratur,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

paupercula, nomine Gillaidis, ex familia sancti Dionysii, villæ Cortis-Superioris *, dum molam manu verteret, manubrium molæ ipsius inhæsit dexteræ, ut divelli posset a nemine. Tandem molæ manubrium ex utraque parte manus abscindere cogitur, indicium nolens secum deferre miserabilis operæ. At salutis suæ sollicita, quoniam B. Dionysii tunc Remis ob infestationem paganorum servabantur membra, veloci gressu ad ejusdem sancti Martyris Domini sui contendit accedere pignera. Perveniens ergo, cum magno timore ac reverentia solo prolapsa, liberationem deprecatur a tantæ confusionis miseria. Id cum die peregisset ac nocte, remedium inde non desperans accipere, apparuit in somnis ei quidam clericali habitu, veste indutus candida, facie jocunda, capillo admodum albo, vultu paulisper macilento, dicens illi : « Surge hinc « et vade ad sanctum Theodoricum : quia se- « cunda Feria, quæ est post cras, ipsius erit fe- « stivitas celebranda, et vide, ne in domo ejus « appareas vacua, sed accipe ceram, prout tibi B « ad præsens suppetit facultas, et sic ad eccle- « siam ipsius perge, et illius quod imploras obti- « nebis interventione. » Illa mox evigilans, hac de visione stupefacta, orat ex voluntate Dei sibi confirmari visa et cum gaudio festinat peragere jussa. Venit igitur ad ecclesiam Sancti venerandæ solennitatis die, beati scilicet Theodorici, tres hebdomadas habens, ex quo id discriminis acciderat illi.

* *vernacule* Consevreu

*miraculum evenit, fuit adeptus.*

16 Tunc se ante sepulchrum ipsius cum lacrymis sternens pro salute sua preces effundit, ibique tota nocte perseverans oratione, veniam de piaculis suis humiliter ac fidenter exposcit, dumque adhuc ante tumbam jaceret beati confessoris Christi, divina jubente gratia, per intercessionem Sancti cœpit manus ipsius feminæ paulatim a ligno disjungi, et absque læsione cujuslibet doloris aperiri; sicque dein tota manus expanditur, et lignum dicto citius in pavimento prolabitur, acsi manui numquam adhæsisse videretur. Multi vero, qui aderant, hoc supernæ pietatis cernentes miraculum, glorificaverunt mirabilem in Sanctis suis Deum. *Mulier, quæ, dum Sanctorum nostrorum reliquiæ in supra memorata, ad quam, ut dictum, anno* 887 *fuerant delatæ, Remensi ecclesia servaC bantur, divinitus, quod vespera, diei Dominicæ prævia, mola operaretur, modo singulari plane punita, ac dein per miraculum pœna sibi inflicta liberata fuisse a Flodoardo hic refertur, docet nos, non tantum die Dominica, sed et vespera, quæ hanc proxime præcederet, operibus servilibus vacare vetitum tum fuisse. Porro miraculo isto, quod omni dubio procul non minus* S. Dionysio, *quam S. Theodorico adscribendum fuit, verosimillime haud parum* S. Dionysii *apud Remenses veneratio increvit. Certe postea ecclesia, in qua illius sociorumque* Rustici *et* Eleutherii *reliquiæ apud hosce tum quieverant,* Dionysii *nomine, ut jam docui, fuit insignita monasterioque homonymo in ejusdem honorem aucta. Nec tantum e supra memoratis miraculis, illoque etiam proinde, quod proxime e Flodoardo recensui, Sanctorum nostrorum apud Remenses aliosque Galliarum populos veneratio incrementa post seculum* VII *accepit; verum etiam, ut tum magis magisque per omnem late Galliam incresceret, ipsosmet exemplo suo Galliarum reges effecisse, cap. proxime seq. dicenda ostendent.*

D

## CAPUT II.

### Qui sancti post seculum VII ab ipsismet Galliarum regibus honorati cultuque, extra Gallias etiam diffuso, fuerint gavisi.

*Dionysius, ab ipsismet etiam Galliarum regibus magno in honore*

*Plerique, qui post seculum* VII *floruere, Galliarum reges non modo summopere venerati Sanctos nostros sunt, verum etiam venerationis, qua hosce prosequebantur, minime dubia palam dedere haud raro specimina. Hæc omnia et singula hic recensere, longioris foret negotii, cumque brevitati modo non studere tomi moles jam inde fere nimia compellat, pauca dumtaxat e multis adducam, horumque etiam fere, ut obvia primum fuerint, summa tantummodo capita delibabo.* S. Dionysii *sepulcrum Franco-* E *rum reges, seculo* VII *posteriores, frequenter invisisse, ibique ejus, cum vel ad bellum ituri, vel longius difficiliusve iter suscepturi essent, auxilium magna cum solemnitate implorasse, e Francicæ seu Gallicæ gentis Historiis habetur compertum. Ibidem etiam vexillum, quod in expeditionibus bellicis præferri ipsis debebat, accipiebant, suntque, qui, quemadmodum Monument. Ecclesiast. tom.* 4, *pag.* 450 *Tillemontius ait, celeberrimum illud, quod a Gallis* l'Oriflamme *dicebatur, flamineum vexillum exstitisse ipsummet abbatiæ San-dionysianæ labarum, contendant.* Dionysium *in prœliis invocabant, potentique, quo apud Deum valebat, patrocinio armorum suorum successum referentes acceptum, ad Dionysianam etiam ecclesiam gratias ei de parta victoria veniebant acturi, nec alio, quam quo* S. Dionysii *cineres conditi essent, loco suos post obitum condi cineres desiderabant. Pipinus, ut supra vidimus, novam* S. Dionysio *ecclesiam, cum antiqua, quam ei S. Genovefa exstruxerat, esset collapsa, ædificare incepit, cumque hanc deinde, ut supra pariter vidimus, ad umbilicum Carolus Magnus, ejus filius, perduxerit, sic sane suam in* S. Dionysium *venerationem ambo hi principes* F *monumento publico erecto manifestarunt.*

*post seculum* VII *habitus, insigni plane per omnem*

18 *Nec minus dilucide, quantopere* Dionysium *veneraretur, scripta sua ad Hilduinum, quam in Commentario, fictitiis S. Dionysii Areopagitæ Actis prævio,* § 1 *expendi, epistola Ludovicus Pius palam omnibus fecit. Quid porro, quod eo pariter tetendit, Carolus Calvus præstiterit, supra huc transcripta Mabillonii in miraculum, num.* 9 *relatum, Observatio nos docet. Ut modo ad S. Ludovicum (neque enim omnes, qui Carolum Calvum proxime exceperunt, recensere Galliarum reges est animus) sermonem convertam, is enimvero summa in veneratione* S. Dionysium *semper habuit, hancque non raro, ac tum maxime, cum vel ad Ultramarinas contra Saracenos expeditiones sese pararet, vel jamjam hasce suscepturus esset, publicis pietatis exercitiis, uti apud Chesnium tom.* 5 *Hist. Franc. Scriptorum pag.* 384 *et* 401 *videre licet, fecit testatam. Philippus III, S. Ludovici filius, priusquam ad expeditionem bellicam adversus Alphonsum, Castiliæ regem iret, in basilicam San-*

*dionysianam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *dionysianam venit, ibique, uti in ejus Gestis apud Chesnium tom.* 5 *Franciæ Scriptorum pag.* 533 *legitur, vexillo Dionysiano de manu abbatis accepto, Deum suppliciter, ut cœptis suis faveret, est precatus. Verbo vix ullum a seculo* VIII *invenire est Galliarum regem, qui publico quopiam indicio suam erga* S. Dionysium *venerationem non monstrarit. Hæc porro insignis erga Sanctum veneratio ac pietas a regibus in opimates ac principes ipsumque etiam populum manavit, fecitque etiam forsan, ut* Dionysius, *etiamsi Parisiensium dumtaxat apostolus et esse et merito appellari posse videretur, totius tamen Galliæ et Apostolus et patronus a nonnullis fuerit existimatus.*

*late Galliam præcipueque seu Parisiis*

19 *Utut sit, non minores equidem ibi quam si totius Galliæ reipsa fuisset apostolus, honores multis in locis fuit adeptus. Certe festum ejus in toto illo regno celeberrimum exstitisse, pluribusque ab ecclesiis, addita etiam abstinendi ab operibus servilibus obligatione, celebratum quotannis fuisse, habetur compertum. Modo quidem, quo diurno operariorum victui necessitatique prospiceretur, obligatio illa multis in locis est ab-*

B *rogata; verum cultus, qui tum* S. Dionysio *a clero exhiberi solebat, ei ab eodem hodieque exhibetur. Fit id, ut etiam vulgo notum est,* IX *Octobris die, eoque etiam Sanctus una cum sociis suis* Rustico *et* Eleutherio *Fastis sacris tum antiquioribus, tum recentioribus, Hieronymianis videlicet Apographis, Martyrologio Romano Parvo, Adoni, Usuardo, Notkero, Rabano, Martyrologio Romano hodierno aliisque hagiologiis quamplurimis brevitatis causa hic non nominandis exstat inscriptus. Ac is quidem Octobris dies* S. Dionysii *sociorumque ejus martyrio celebrando, uti hisce verbis,* de quorum (Dionysii *scilicet ejusque Sociorum*) passione VII Idus Octobris Dominus nos gaudere voluit, *Acta hic jam edita insinuant, fuit electus. Verum alii præterea dies, quibus aliarum etiam rerum eventuumve, ad Sanctos nostros spectantium, commemorationes, institutis sive in San-dionysiana abbatia sive in diœcesi Parisiensi in horum honorem festis annuis, celebrarentur, fuerunt assumpti. Hæc inter festa primum a præcipuo, quod, ut dictum, in* IX *Octobris diem, Sanctorum nostrorum martyrio recolendo sacram, incidit, locum*

C *obtinet illud, quo ad* XXII *Aprilis diem* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii *inventio, nonnullis etiam Fastis sacris tum inserta, quotannis in diœcesi Parisiensi celebratur; quæ quænam sit, in Commentario, Sanctorum nostrorum Actis jam datis prævio, num.* 212 *et seq. edocui.*

*seu in Parisiensi diœcesi*

20 *Saussayus Festum, quo Sanctorum nostrorum, ut dictum, inventio* XXII *Aprilis die quotannis celebratur, non* inventionis, *sed* revelationis *nomine in concinnato a se Martyrologio Gallicano ad dictum Aprilis diem distinguit, aliudque Sanctorum nostrorum Festum, quod* primam inventionem sacrorum corporum sancti Dionysii et sociorum Martyrum *nuncupat, in dicto suo Martyrologio ad* XXIII *Martii diem commemorat. In Sanctorum nostrorum Actis, prout a Bosqueto primum in lucem fuere emissa, sequentia hæc leguntur verba:* Antedicta tamen mater familias horum immemor secretorum, cum primum persecutionis furor tepuisset, vidit in somnis fervere locum tantorum ossa servantem et qua oportuit sollicitudine requisivit, atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. *Crediderim itaque, Saussayum ad visionem, qua, quo loco Sanctorum nostrorum corpora jacerent, mulieri revelatum hic narratur, in sua ad* XXII *Aprilis diem annuntiatione respexisse, hincque festum, die isthac Parisiis in Sanctorum nostrorum honorem celebrari solitum, non* inventionis, *ut alii faciunt, sed* revelationis *nomine distinxisse, ac porro per primam* S. Dionysii *ejusque Sociorum inventionem, quam, ut jam monui, ad* XXIII *Martii diem annuntiat, felicem illam, quo hæc a muliere illa post visionem dictam fuere reperta, eventum designare voluisse. Ea sedet sententia, quod Sanctorum nostrorum inventionem, quam* XXIII *Martii die memorat,* primam *appellet idque inventionis alterius, cujus deinde ad* XXII *Maii diem meminit, ratione habita, haud dubie faciat.*

AUCTORE C. B.

*ac in San-dionysiano monasterio, quemadmodum quæ*

21 *Adhæc inventionem, quam ad* XXIII *Martii diem memorat,* in agro Parisiensi vico Catulano *consignat; alteram vero, quam his verbis,* In agro Parisiensi oppido San-dionysiano inventio vestimentorum et pulveris sanctorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii in prioratu de Strata, ubi primum Strata eorum corpora jacuerunt, *die* XXII *Maii* E *annuntiat, in oppido San-dionysiano sitoque in hoc prioratu hic memorato aperte collocat. Quod cum ita sit, dubitandum non est, quin priori quidem annuntiatione inventionem, qua, quemadmodum jam edita Sanctorum nostrorum Acta num.* 12 *docent, sacra horum corpora primo a muliere in vico Catholiacensi, posteriori vero alteram, qua, quemadmodum nonnulli, Gestorum Dagoberti scriptori adhibita fide, autumant, secundo a Dagoberto in prioratu S. Dionysii de Strata fuerint reperta, inventionem designet. Verum haud hæc, sed illa tantum* S. Dionysii *ac sociorum ejus* Rustici *et* Eleutherii *inventio solemni quotannis festo celebrata olim Parisiis fuit ac porro hodie adhuc celebratur, nec recte dici potest Dagobertus Sanctorum nostrorum corpora in prioratu S. Dionysii de Strata invenisse, quemadmodum in præmisso editis modo Actis Commentario num.* 213 *ostendi. Sed hæc jam de re ista sufficiant; pauca modo de alio, quod ad* IX *Junii diem a Saussayo etiam annuntiatur, Sanctorum nostrorum festo dicamus. Celebratur hoc quotannis in San-dionysiano monasterio* S. Dionysii *ac sociorum ejus* Rustici *et* Eleutherii *corporum detectio, quæ, ut Ratisponenses S. Emmerammi in Germania monachi, ad* F *ecclesiam suam* S. Dionysii *corpus e Francia furto fuisse allatum, contendentes, falsi convincerentur, medio circiter sec.* XI *perhibetur fuisse peracta. Verum infra, cum controversiam, qua San-dionysiani in Francia dictique in Germania monachi de corporis* S. Dionysii *possessione sese inter jam dudum disceptarunt modoque adhuc disceptant, examinabo, de detectione illa sermo instituetur.*

*in medium huc,*

22 *Reliqua cultus* S. Dionysio *ejusque Sociis seu in Diœcesi Parisiensi seu in San-dionysiano saltem, quod in hac situm est, monasterio delati, argumenta evolvere pergamus. Saussayus in Martyrologio suo Gallicano ad diem* XXVIII *Julii sequentem hanc suppeditat annuntiationem:* Eodem die (XXVIII *Julii videlicet*) ibidem *(San-dionysiopoli nimirum)* apparitio sanctorum Apostolorum Petri et Pauli nec non beati Dionysii et sociorum, facta eidem Papæ Stephano, *(hujus scilicet nominis II)* quando noctu orans in ipsorum Martyrum basilica, divinitus a vehementi ægritudine, qua jam diu laborabat, per sanctum Dionysium sanatus est, præceptumque ab eo accepit, ipsum altare (*SS. Apostolorum Petri*

AUCTORE C. B.

*Petri et Pauli)* consecrandi, et promissum tute ad sedem propriam redeundi, e qua præcedenti anno (751) a Longobardis pulsus fuerat. *De apparitione, hic memorata, censendum quid sit, ex iis, quæ cap. præced. disserui, utcumque potest statui. Sive interim ea habuerit, sive non habuerit locum, ejus equidem jam data annuntiatio, aut, si mavis, festum, quo eadem, qua contigisse narratur*, XXVIII *Julii die quotannis in Sandionysiano monasterio recolitur, alterum præbet cultus,* S. Dionysio *deferri ibidem soliti, argumentum. In veteri Calendario, quod Spicilegii Dacherianni tom.* 10 *a pag.* 130 *usque ad pag.* 142 *exstat insertum, ad* XV *Julii diem sequentia hæc leguntur verba*: Id. exceptio reliquiarum sancti Dionysii cum sociis suis. *Kalendarium illud, uti ex anno* 854, *quem sibi ad ultimum anni diem habet adscriptum, indubie, Ludovico Pio regnante, fuit confectum; ut certe illud, quod verbis datis annuntiat, Sanctorum festum jam inde a principis illius ætate fuerit celebratum; verum alibine, an in diœcesi Parisiensi, pro certo*
B *nequeo edicere, quod Kalendarium, dictam reliquiarum, quas memorat, receptionem annuntians, ecclesiæ, a qua hæc facta sit, nomen haud addat. Nec invenire etiam quivi, quænam sit reliquiarum* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleuthe rii *translatio seu repositio, ad* XVII *Februarii diem a Maurolyco et Ferrario annuntiata.*

*licet interim, quod de Dionysianæ ecclesiæ consecratione,*

23 *Verum alterius modo adhuc, quod notius est, quodque ad cultum,* S. Dionysio *in San-dionysiana ecclesia delatum, utcumque etiam spectat, festi seu solemnitatis annuntiatio diversos apud hagiologos occurrit. Ad* XXIV *Februarii diem* S. Dionysii *episcopi ecclesiæ prope Parisios dedicatio, olim a Christo apparente facta, in Martyrologiis, a Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino, Saussayo et Ferrario contextis, itemque in Florario nostro Ms. celebratur. Dedicationis hujus Historiam admodum prolixam Bucelinus loco cit., aliique scriptores nonnulli suppeditant. Hanc, priusquam, verane mihi, an falsa appareat, edicam, juverit hic compendio lectoris oculis subjecisse. Dum ecclesiæ, a Dagoberto I, Francorum rege, a fundamentis exstructæ, dedicationi mox secuturæ necessaria omnia summo studio pararentur, leprosus, ulceribus totus obtectus, solus noctis tempore in templo, religionisne obtentu, an sanitatis recuperandæ spe, incertum, relictus, ipsummet Chri-*
C *stum Dominum, Petro et Paulo Apostolis ei ministrantibus, Dionysioque et Sociis Martyribus astantibus loci consecrationem peragentem luculentaque hujus signa parietibus imprimentem conspexit, cumque, quæ vidisset, episcopis referre a Christo jussus, fidem sibi non adhibendam, responderet, virum illico, manu admota, Dominus sanavit, isque post, pellem seu cutem, quæ, cum id beneficii reciperet, miraculo ei detracta ac in quodpiam ecclesiæ saxum fuerat dejecta, ostendens, fidem apud Dagobertum et episcopos invenit, atque hinc hi, visis etiam, quæ parietibus impressa erant, nec deleri poterant, manifestissimis consecrationis, ab ipsomet Domino factæ, indiciis, solemni hanc ritu quotannis celebrari permiserunt.*

*ab ipsomet Christo facta, narratur, pro puro*

24 *Doubletus, qui rem, compendio hunc in modum jam expositam, in San-dionysianis Antiquitatibus lib.* I, *cap.* 22 *fusissime explanat, pro sese, quo narrationi suæ fidem conciliet, monasterii sui Legendas, Breviaria et Mss.,*
D *itemque Sugerum abbatem, Vincentium Bellovacensem, Algeram, Franciæ annalistas aliosque, quos nominatim haud exprimit, scriptores, imo et ipsas etiam, nulla tamen pariter nominatim expressa, Franciæ regum chartas in fine allegat. Verum nullus omnino e scriptoribus, quos vel ipse hic vel Bucelinus aut alii supra laudati hagiologi, ecclesiæ* S. Dionysii, *quæ ab ipsomet Christo fuerit peracta, consecrationem commemorantes, pro sese citant, satis est antiquus, ut mei adeo mirandæ, de qua apud scriptores prorsus omnes tum suppares, tum æquales altissimum silentium, sola sua authoritate fidem certam atque indubitatam facere sit natus. Res e jam nunc dicendis patescet. Scriptorum omnium, qui pro historia illa seu potius fabula confirmanda adducuntur, antiquissimus est Sugerus, San-dionysianus ab anno* 1122 *ad annum usque* 1151 *abbas. Atque hic quidem, de novæ San-dionysianæ ecclesiæ a se ædificatæ consecratione loquens, apud Chesnium tom.* 4 *Franciæ Scriptorum pag.* 354 *de facta ab ipsomet Christo antiquiæ San-dionysianæ*
E *ecclesiæ, a Dagoberto exstructæ, consecratione mentionem facit; verum cum, Sugerus seculo demum* XII, *ut jam insinuavi, floruerit, a Dagoberti, anno* 638, *uti inter omnes modo convenit, vita functi, ætate quatuor amplius seculis vixit remotus; cum autem id ita sit, per se sane, quod de facta a Christo ecclesiæ, a Dagoberto exstructæ, consecratione memorat, nequiit habere perspectum.*

*ac puto commento*

25 *Loco quidem cit. addit*, veneranda *hanc* scripta *testari; verum quæ qualiave illa sint, non edicit. Crediderim ego, Sugeri ætate nondum admodum fuisse antiqua, imo ipsammet de San-dionysiana a Christo olim consecrata ecclesia opinionem nondum tum admodum exstitisse vetustam. Cur ea sedeat sententia, e jam nunc dicendis intelliges. Anonymus Gestorum Dagoberti scriptor, qui, quemadmodum supra docui, seculo* IX *ineunte, ac proin duobus amplius seculis ante Sugerum floruit, nullam plane consecrationis, qua ab ipsomet Christo ecclesia, a Dagoberto exstructa, fuerit dedicata, mentionem facit; quod si autem tum vel qualiscumque tantummodo de re adeo miranda, quæ San-dionysianam ecclesiam plurimum commendare ac venerandam reddere nata fuisset, rumor increbuisset, futurum fuisse quis putet, ut scriptor ille, qui de illa, a Dagoberto, ut prodit, a fundamentis exstructa, in principis hujus a se scriptis Gestis loco non uno*
F *loquitur, nuspiam in hisce memorabilem adeo ejusdem prærogativam commemorasset? Enimvero, cum fabulas seu commenta non pauca, quo San-dionysiani, cujus inquilinus erat ac monachus, monasterii initia augustiora redderet, in conscripta a se, ut supra docui, Dagoberti Gesta intulerit, fuisse in hæc illum mirandam, de qua hic nobis sermo, consecrationem, si vel utcumque nota ei fuisset, pariter illaturum, indubitatum vel idcirco apparet, quod vix aliud quidquam ad monasterii sui ecclesiam augustiorem faciendam aptius invenire aut etiam comminisci potuisset.*

*ob rationes,*

26 *Jam vero, cum res ita habeat, opinioque adeo, quæ San-dionysianam ecclesiam, a Dagoberto exstructam, ab ipsomet Christo consecratam statuit, ne nota quidem anonymo Gestorum Dagoberti scriptori exstiterit, consectarium est, ut forsan duobus dumtaxat ad summum seculis Sugeri abbatis ætate sit antiquior. Dicesne forsan, factum esse posse ut, etiamsi miranda, de qua hic agimus, consecratio habuisset locum, eam tamen*

A *men anonymus Gestorum Dagoberti scriptor ignorarit? Verum, cum solemni, postquam acciderat, festo fuerit quotannis, ut aiunt, ex episcoporum præcepto celebranda, potuisse illam, si locum habuisset umquam, a monacho, monasterii, in quo fieri id debuisset, inquilino ignorari, in animum quis inducat? Atque hæc quidem, Sugero aliisque eo adhuc recentioribus scriptoribus in re, de qua hic agitur, fidem haud adhibendam, suadent; quod autem ad regias, quas pro se quoque Doubletus supra laudatus citat, chartas jam spectat, hæ certe seculo nono antiquiores haud fuerint, ac proin ad fidem rei, de qua hic nobis sermo, conciliandam parum admodum sunt aptæ. Cum enim Chartæ regiæ, a Doubleto laudatæ, aliæ indubie non sint, quam quæ monasterio San-dionysiano a Francorum regibus fuerint concessæ, chartasque huic ante ætatem suam seu seculum nonum a Francorum regibus impertitas anonymus Gestorum Dagoberti scriptor, ut Bouquetus in præmisso hisce Monito aliique eruditi docent, evolverit, nec tamen uspiam consecrationis, quam ab ipsomet Christo San-dionysiana a Dagoberto*

B *ædificata ecclesia acceperit, mentionem faciat, consectarium est, ut eam certe, utpote quam aliquin, uti e jam dictis liquet, commemoraturus indubie fuisset, in chartarum illarum nulla memoratam invenerit, utque proinde, si quas forsan in monasterio San-dionysiano chartas regias, in quibus mirabilis illa consecratio refertur, Doubletus invenit, hæ indubie ante seculum* IX *haud fuerint concessæ.*

*narrationem illam fide omnino*

27 *Quid plura? Cum res ita habeat, hæque adeo non magis, quam Sugerus aliique seculo nono haud anteriores scriptores, rei adeo mirandæ, diu ante seculum istud gestæ, fidem certam facere sint natæ, proximum est, ut, quemadmodum miracula ac prodigia diversa, quæ apud anonymum Gestorum Dagoberti scriptorem leguntur, a scriptore isthoc, quo monasterii sui initia augustiora redderet, putantur conficta, ita etiam mirandam illam, quam Doubletus supraque laudati hagiologi memorant, antiquæ San-dionysianæ ecclesiæ consecrationem e sola pariter, quo celeberrima isthæc ædes sacra celebrior adhuc atque augustior redderetur, fingendi licentia natam arbitremur. Doubletus quidem miracula nonnulla, quæ, ut ab ipsomet Chri-*

C *sto templum San-dionysianum consecrationem vere accepisse crederetur, patrata in illo mox post hanc fuerint, recenset; verum nihil omnino sat solidi, quod fidem illis conciliare ulcumque sit aptum, adjungit. Eane forsan in Breviariis, Legendisve monasterii sui antiquis invenerit? Id quidem facile crediderim; verum, cum monumentorum illorum ætatem Doubletus haud edoceat, sane iis, quæ ob causas, aliunde etiam petitas, suspecta ut plurimum eruditis haud immerito sunt, moveri non debemus, ut vel dictis miraculis vel ipsimet prodigiosæ, in cujus confirmationem facta hæc sint, consecrationi, per ipsummet Christum San-dionysiano, quod Dagobertus exstruxerit, templo adhibitæ, fidem adjungamus. Neque vero ecclesiæ San-dionysianæ consecratio, quæ quotannis a San-dionysianis monachis ad* XXIV *Februarii diem celebratur, ad ecclesiam, quam Dagobertus exstruxerit, sed ad illam, quam, a Pipino inceptam, ad umbilicum, ut supra vidimus, Carolus Magnus adduxit, refertur. Audi, qui opportune ad institutum nostrum Felibianus in San-dionysianæ abba-*

AUCTORE C. B.

*tiæ Historia pag.* 57 *de nova San-dionysiana ecclesia, a Pipino condi cœpta atque a Carolo Magno jam perfecta, verbis Gallicis, Latine hic a me redditis, loquatur.*

*indignam monstrantes.*

28 Novum, *inquit*, ædificium mense Februario anni 775 ad apicem fuit perductum, consecrationique recipiendæ aptum. Rex hujus causa ad S. Dionysii venit, eaque pompa, quæ a principe adeo magnifico exspectari poterat, dedicationis cæremoniam jussit peragi. Munificentiam ejus monasterium solemnitatis inter gaudia fuit expertum; sua huic Luzarchana in territorio Parisiensi prædia una cum loci, quæ sub SS. Cosmæ et Damiani invocatione erat exstructa, ecclesia, aliudque Masciaci in diœcesi Meldensi situm prædium dono dedit. Charta ejus data est in S. Dionysii monasterio quinto Kalendas Martii, regni ejus in Francia quidem septimo, in Longobardia vero primo; quod annum 775, diemque Februarii XXV designat, verosimileque est, pridie festi S. Matthiæ dedicationem fuisse peractam; quo die quotannis hodieque in S. Dionysii anniversarium dedicationis ecclesiæ festum celebratur. *Chartam, a Carolo Magno San-dionysianæ abbatiæ datam, quam Felibianus hic* E *laudat, inter documenta, quæ ad contextæ a se San-dionysianæ Historiæ calcem adjecit, part.* 1 *num.* 51 *integram recenset, cumque in hac, quæ vere, ut ait,* V *Kalendas Martii seu* XXV *Februarii die data ibidem notatur, sese modo, quam ædificavit* S. Dionysii *ecclesiam* cum magno decore jussisse dedicari, *Carolus Magnus affirmet, enimvero non alia, quam quæ* XXV *Februarii proxime præcessit, die dedicationem illam fuisse peractam, verosimile, imo etiam verosimillimum ac prope indubitatum evadit. Verosimillime itaque ecclesiæ San-dionysianæ dedicatio, quæ in S. Dionysii ad* XXIV *Februarii diem quotannis celebratur, ad ecclesiam non a Dagoberto, sed a Carolo Magno exstructam refertur, seu, quod eodem recidit, festum illud non ab ecclesiæ consecratione, quæ sub Dagoberto, sed quæ sub Carolo Magno facta est, traxit originem.*

*videatur habendum, modo adducta, ostendunt, cultu ecclesiastico*

29 *Quod si porro, uti consequens hinc est, die illo ecclesiæ San-dionysianæ dedicatio, quæ sub Dagoberto facta sit, in S. Dionysii quotannis haud celebretur, consectarium fit, ut festum annuum, quod in dedicationis illius, per ipsummet Christum, Dagoberto regnante, peractæ, memoriam fuerit institutum, commentitium indubie sit. Hinc porro et ex aliis, in medium supra jam adductis, ulterius consequitur, ut ipsamet etiam ecclesiæ San-dionysianæ consecratio, quæ a Christo fuerit peracta, pro commentitia merito sit habenda. Nec censura minus acri perstringi meretur, quod præterea de pelle, leproso, cum a Christo sanaretur, per prodigium detracta ac in perpetuum consecrationis, jam satis hic discussæ, testimonium in San-dionysiano monasterio una cum aliis sacris lipsanis servata, venerandoque eidem leproso indito deinde* S. Peregrini *nomine Doubletus loco supra cit. affirmat. De S. Peregrino, Autissiodorensi episcopo, seculo* III *martyrium passo, ad* XVI *Maii diem, quo in Fastis sacris signatur, tomo tertio Maii jam egimus, sacrumque ejus corpus ad San-dionysianam ecclesiam, ubi id hodieque servari, Felibianus in sacri istius asceterii Historia pag.* 465 *insinuat, fuisse olim, Dagoberto forsan regnante, translatum, ibidem pag.*

562 *ostendimus*

AUCTORE C. B

562 *ostendimus. Hæcne forsan S. Peregrini Autissiodoro ad San-dionysianum monasterium translatio, quæ, ut refertur, non sine prodigio fuerit peracta, fingendo olim, quod de leproso, sanitati per Christum restituto, nomineque* S. Peregrini *illi postea indito Doubletus ait, occasionem seu ansam suppeditarit? Utut sit, hoc sane consecrationis modo discussæ adjunctum non minus, quam hæc ipsa, pro commento meretur haberi. Verum, etsi res ita habeat, quotannis equidem, uti modo ex Felibiano de Carolo Magno adducta evincunt, San-dionysianæ ecclesiæ consecratio, Carolo Magno regnante, facta, in S. Dionysii quotanni ad* XXIV *Februarii diem celebratur, sicque iterum cultus, Sancto huic nostro ejusque sociis* SS. Rustico *et* Eleutherio *ibidem delati, argumentum habemus.*

*fuit gravius,*

30 *Porro ne quid etiam, quod ad cultum, Sanctis nostris seu Parisiis seu in Parisiensi potissimum diœcesi deferri solitum, spectat, intactum relinquam, quæpiam adhuc, quæ ad hunc faciunt, supra allegatis adjungo. Non modo ibi secundarium seu minus principale festum, quo, ut jam docui,* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *inventio quotannis ad* XXII
B *Aprilis diem recolitur, primario seu præcipuo festo, quo natalis eorumdem dies seu martyrium* IX *Octobris die quotannis celebratur, adjungitur; verum etiam postremum hoc festum eodem, quo Epiphania Domini ac Sanctorum omnium festum, ritu solemni-majori, ut vocatur, et cum Octava peragitur. Adhæc, quod notatu etiam maxime dignam cultus, Sanctis nostris ibidem deferri soliti, partem constituit, septenæ in horum honorem, uti ex Bailleto et spiritualibus, ut appellantur, Parisiensibus Kalendariis disco, stationes Parisiis et in civitatis hujus vicinia sunt institutæ. Prima harum in sanctissimæ virginis Mariæ de Campis, secunda in S. Stephani de Gressibus, seu, ut Bailletus in Sanctorum nostrorum cultus, quam ad* IX *Octobris diem suppeditat, Historia vult, de Egressu, tertia in S. Benedicti, quarta in S. Dionysii de Passu, quinta in S. Dionysii de Carcere, ubi et Sancti volunt haberi vincula, sexta in SS. Martyrum seu Montis-Martyrum, ac septima denique in S. Dionysii ecclesia et in S., qui vicinus huic est, Dionysii de Strata prioratu habetur. Qui stationes illas instituerunt, sibi haud dubie, ut, non tantum martyrii, a Sanctis tolerati, verum etiam*
C *carceris, cui inclusi, vinculorum, quibus constricti, tormentorum, quibus affecti, ac denique etiam tumuli, quo conditi fuerunt, memoria frequenter recoleretur, habuere propositum. Atque hæc sunt, quæ præcipue de* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii *in Parisiensi præsertim diœcesi Dionysianaque abbatia cultu commemoranda inveni.*

*isque, qui eo, quo hic exponitur, tempore et modo in Cisterciensem*

31 *Nunc qui hic fuerit etiam in Præmonstratensem ac Cisterciensem ordines introductus, et quam late extra Gallias diffusus, lubet exponere. Cum abbas monachique San-dionysiani a Cisterciensibus, ut* S. Dionysii *festum colerent, postulassent, hoc illi in omnibus ordinis sui monasteriis magna solemnitate quotannis celebrandum in generali, quod anno* 1232 *habuerunt, capitulo statuere, eorumque haud ita multo post vestigia Præmonstratenses in generali suo anni* 1236 *capitulo ad eorumdem San-dionysianorum preces sunt secuti. Litteras, quibus id a se factum, tam hi, quam illi e generalibus suis eo, quo jam dixi, tempore habitis capitulis San-dionysianos red-*
D *diderunt certiores, Felibianus in Documentis authenticis, ad San-dionysianæ a se concinnatæ historiæ calcem adjectis, part.* 1 *num.* 167 *et* 169 *integras recenset. Harum verba, quæ, quod modo asserui, probatum dant, huc transcribo. Cisterciensium sequentia hæc sunt:* Ex hac etiam *(Domini gratia)....* illa vestra laudabilis petitio, quam pro honorando gloriosissimo patre et patrono vestro et nostro beato Dionysio per venerabilem F. Cancell. Melden. nobis direxistis; quam quia de fonte charitatis et devotionis sensimus emanare, ei grato animo duximus assensu occurrendum, ipsam intra sacrarium exauditionis pia devotione admittentes. Statuimus igitur et inter statuta diffinitionis hujus anni censuimus conscribendum, ut in festo præfati Patris et Patroni vestri beati Dionysii duæ Missæ in singulis abbatiis ordinis nostri in conventu per universum ordinem in perpetuum celebrentur more aliarum festivitatum, in quibus duæ Missæ cantari solent in conventu; ita tamen quod monachis feriantibus ipso die conversi juxta consuetudinem Ordinis laborabunt. *Præmonstratensium vero ista:* Reverendo Patri in Christo etc. sancti Dionysii in Francia abbati salutem et cum orationibus sinceram ad obsequia voluntatem.

E

*ac Præmonstratensem ordines fuit inductus,*

32 Attendentes, petitionem vestram esse satis favorabilem et honestam, ut de beato Dionysio, patrono vestro videlicet, fieret per totum Ordinem duplex festum, ipsam duximus admittendam, paternitati vestræ attentissime supplicantes, quatinus per gratiam vestram, si placet, de Sancti ejusdem reliquiis nobis dignemini transmittere, ut super hoc eo devotius teneamur ad grates, quo vestram discretionem fuerimus in hac parte experti. *Num cultu, in hisce partim modo hic recitatis Cisterciensium ac Præmonstratensium litteris expresso,* S. Dionysius *hodieque apud hosce gaudeat, pro certo nequeo edicere, nec in rem, quod minoris momenti visa sit, operosius inquirendum existimavi.* Dionysium *interim una cum sociis suis* Rustico *et* Eleutherio *diutissime adhuc post tempus, quo, quas dixi, litteræ datæ fuerunt, fuisse singulari apud Cistercienses ac Præmonstratenses cultu gavisum, colligitur ex horum penes nos exstantibus seculoque proxime elapso excusis Breviariis, quæ non tantum ecclesiasticum Officium, de Sanctis nostris ad* IX
F *Octobris diem recitandum, assignant, verum etiam sibi præfixum habent Kalendarium, in quo tum hi, non secus ac Sancti alii, solemniori in duobus illis Ordinibus ritu coli soliti, litteris rubricis notantur. Atque ita quidem, cum duo laudati Ordines extra Gallias etiam sese extendant, Sanctorum nostrorum cultus utcumque etiam fuit extra regni illius terminos diffusus; verum quonam præterea potissimum is pertigerit, jam nunc dicenda aperient. Stephanus II Papa, qui, quemadmodum supra vidimus, verosimillime a* S. Dionysio, *in somnis sibi apparente, sanitati in Francia fuerat restitutus, Romam inde salvus ac incolumis reversus, sancti hujus Sospitatoris sui, cujus et aliquas secum, ut supra pariter vidimus, reliquias e San-dionysiano monasterio assumpserat, cultum primus Romam ac in Italiam jam inde, ut apparet, ab anno circiter* 756 *invexit.*

*in alias etiam extra Galliam regiones, præcipueque,*

33 *Certe Sanctos Romæ ab immemorabili modo tempore, imo jam inde a pluribus retro seculis ad* IX *Octobris diem ecclesiastico quotannis Officio sub ritu semi-duplici coli, e Breviariis, Missalibus ritualibusque libris non paucis habetur*

A *betur compertum. Nec id tum Romæ tantum, sed et in aliis etiam utut extra Gallias sitis civitatibus ac locis apud universos, qui in colendis Sanctis Romana legunt vestigia, ubivis gentium fit. Verum inter ecclesias, quæ, quamvis ad Galliarum regnum haud spectent, Sanctos nostros tum colunt olimve saltem coluere, sunt etiam, a quibus id solemniori, quam a Romana Ecclesia, ritu præstatur. Ac præcipue id quidem in una alterave Germaniæ ecclesia obtinet olimve saltem obtinuit locum, uti ostendent mox dicenda cum nonnulla de cultu, quo in Anglia etiam, integra ibidem adhuc stante re Catholica, Sancti nostri fuere gavisi, primum protulero.* S. Dionysii *festum singulari quopiam modo celebratum olim ab Anglis fuisse, Felibianus in contexta a se San-dionysianæ abbatiæ Historia indicare videtur. In hac enim chartam, documentis authenticis, quæ ad ejusdem Historiæ calcem adjecit, num.* 112 *insertam, pag.* 126 *citat, aitque, in ea a S. Eduardo, Angliæ rege, terram quampiam, in comitatu Oxfordiensi, sitam, San-dionysiano Franciæ monasterio imper-*

B *tiente*, celeberrimum esse apud Anglos S. Dionysii festum, *insinuari.*

*Anglia etiam* 34 *Verum verba, quæ in Charta illa, anno* 1059 *notata, ab Eduardo usurpantur, atque ad Felibiani institutum faciunt, sequentia hæc tantummodo sunt :* Ego Edwardus, rex Anglorum, cum essem in pace, in gloria regni mei, pro salute animæ meæ, patrumque meorum, qui ante me regnaverunt, .... dedi sancto Dionysio, qui celebris memoriæ apud nos quidem nominatur, apud Francos autem et colitur et habetur, villam quamdam, nominatam Teintuna,, in territorio et comitatu urbis, quæ Oxenaforda dicitur. *Ita autem. ut mihi equidem apparet, laudatus sanctus Anglorum rex, singulari quopiam modo* S. Dionysii *in Anglia festum coli, celeberrimumve id apud gentem Anglorum esse haud insinuat. Utut sit, Sanctos nostros equidem in Anglia etiam cultu ecclesiastico antiquitus esse gavisos, mihi aliunde apparet sat certum. Laudatus Felibianus in præfatis Documentis authenticis num.* 62 *exhibet etiam chartam, anno* 790 *ab Offa, Merciorum in Anglia rege in San-dionysiani in Francia monasterii favorem concessam, in qua is princeps sic loquitur:* Donatum, quod amicus

C noster et fidelis Bertualdus dux et frater ejus Eadbaldus de receptaculo suo Ridrefelda, quod est in pago, qui vocatur Successa, super fluvium Saforda, et de portu super mare, Hastingas et Pevenisel, quomodo ante dies istos legaliter subscriptis testibus, ad eosdem Sanctos (Dionysium *ejusque Socios)* Martyres, qui sua deprecatione ab infirmitate nimia, qua tenebatur jam dictus dux, eum resuscitaverant, fecit petentibus eisdem *(Berthualdo duce nimirum ejusque fratre Eadbaldo)* et præfato *Maginario San-dionysiano* abbate, nos et concessus obtimatum meorum uno eodemque consensu laudamus et confirmamus.

*non præterita* 35 *Quid si ergo dux Bertualdus, quo sese erga* S. Dionysium *ejusque Socios, sospitatores suos, exhiberet gratum, non tantum donatione hic memorata San-dionysianum monasterium locupletarit, verum etiam, ut hi deinceps cultu ecclesiastico in Anglia gauderent, curarit? Sane id vel per hunc vel per alios, ipsosmet forsan, cum eis (Monast. Angl. tom.* I, *pag.* 547 *vi-*



*desis) Deorhystensis in Anglia prioratus anno* 1069 *donatus fuisset, San-dionysianos monachos, a multis jam seculis factum, indubitatum prorsus ex iis, quæ modo subdo, apparet. Apud Martene tom.* 5 *Veterum Scriptorum et Monumentorum a col.* 652 *usque ad col.* 658 *antiquissimum exstat Anglicanum Kalendarium, quod, quemadmodum in Observatione prævia Marteneus docet, antiquo Sacramentorum libro, ad ecclesiæ Anglicanæ usum sub annum millesimum conscripto atque ad Gemmeticense diœcesis Rothomagensis monasterium sub annum* 1032 *allato, præmittitur; antiquissimo autem isti Kalendario, in quo paucissimi dumtaxat ad singulos singulorum mensium dies memorantur Sancti, ad* IX *Octobris diem* SS. Dionysius, Rusticus *et* Eleutherius *exstant inscripti. Adhæc in supellectili nostra litteraria reperitur Missale Anglicanum antiquum, quod et ad* IX *Octobris diem celebrandam de* SS. Dionysio, Rustico *et* Eleutherio *Missam proponit, et Kalendarium, in quo hi ad eumdem diem signantur, sibi habet præfixum.* AUCTORE C. B.

36 *Modo ad Germaniæ ecclesias, quæ, quemadmodum apparet, primum facile locum a Gallia in* S. Dionysio *colendo obtinent, orationem* E *convertamus. Penes nos exstat Bebeburgense Breviarium, anno* 1575 *Dilingæ excusum, quod ad* IX *Octobris Missam de* S. Dionysio *ejusque sociis* Rustico *et* Eleutherio *Bebenburgi celebrandam præscribit, sibique præterea præfixum habet Kalendarium, in quo hi, ut Sancti alii, solemniori ritu, annuoque cum annexa abstinendi ab operibus servilibus obligatione festo ab ecclesia Bebenburgensi colendi, litteris rubricis notantur. Verum, si non omnes tres Sancti nostri,* Dionysius *saltem insigniori adhuc, ni fallar, cultu Ratisponæ in Bavaria gaudet. Ita colligo ex iis, quæ in sua de* S. Dionysii *corpore, e Gallia in Bavariam ad civitatem Ratisbonensem translato, Dissertatione, anno* 1750 *vulgata, scribit Joannes Baptista sacri Romani imperii princeps et Ordinis S. Benedicti ad S. Emmeramum Ratisponæ abbas. Hic enim scriptor in sua illa lucubratione pag.* 76 *sic habet:* In hodiernum usque diem quovis anno sub ritu duplici secundæ classis Dominica F ultima post Pentecosten hoc translationis (S. Dionysii *nimirum)* festum agitur. Ipsa autem festivitas de S. Dionysio celebratur IX Octobris sub ritu primæ classis. *Ita ille ibidem de cultu, quo* S. Dionysius *in Ratisponensi S. Emmerami abbatia seu ecclesia gaudet; qualis autem sit, qui ei in civitate ac tota diœcesi Ratisponensi solet deferri, postea etiam prodit, ubi primum, a tota urbe ac diœcesi Ratisponensi in patronum fuisse electum* S. Dionysium, *pag.* 82 *præfatus, pag. deinde* 83, *festum ejus quotannis* a diœcesi Ratisponensi sub ritu duplicis majoris *celebrari, affirmat.* *per Germaniam*

37 *Nec ea tantum, quæ jam dixi, scriptor ille nos de* S. Dionysii *apud Ratisponenses cultu docet, verum etiam festum, quo in Benedictino S. Emmerami monasterio* S. Dionysii *ejusdem translatio quotannis recolitur, e Leonis IX, summi Pontificis, præcepto celebrari. Et vero in litteris, nomine ejus inscriptis infraque plus semel citandis sequentia hæc leguntur verba:* Insuper etiam dictricte præcipimus ut translationis ipsius *(corporis* S. Dionysii *e Gallia in Germaniam)* veneranda solemnitas tam a *sese diffudit.*

AUCTORE C. B.

fratribus ejusdem ecclesiæ *(S. Emmerami nempe)* quam ab universis urbis *(Ratisponensis)* jam dictæ annis singulis cum omni jucunditate et gaudio celebretur. *Scio quidem, insignem, quo* S. Dionysius *apud Ratisponenses gaudet, cultum ex ejus præcipue, quæ ad hosce e Gallia sub seculi* IX *finem facta sit, translatione esse enatum, hancque a pluribus non tantum Gallicæ, sed et aliarum nationum eruditis pro commentitia haberi; verum, commentitiane re ipsa hæc sit, an non, in Appendice proxime sequenti examinabimus: cultu interim plane insigni, utut verosimillime e translatione illa, seu vera, seu falsa, exorto,* S. Dionysium *apud Ratisponenses gaudere ac præterea a longissimo jam tempore esse gavisum, modo hic e laudato S. Emmerami abbate allegata ostendunt, quod hic potissimum, priusquam ad alia progrederer, restabat dicendum.*

## CAPUT III.

B

### Qui S. Dionysii ejusque sociorum reliquiæ metu hostium sæpius translatæ, aliterque adhuc honoratæ ac palam periculis publicis pellendis fuerint productæ.

*Sanctorum nostrorum corpora, quæ Normannorum metu*

Etsi *quidem Dagobertus I, Francorum rex,* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *corpora ex antiquis, in quibus jacebant, sarcophagis seu scriniis in nova argentea, ut supra in Commentario, Actis modo editis præmisso, num.* 214 *et binis seqq. docui, verosimillime curarit transponi, non fuisse tamen, principe illo mandante, sacra isthæc pignora vel e prioratu S. Dionysii de Strata, vel aliunde ad San-dionynam oppidi ac monasterii homonymi ecclesiam translata, certum omnino ex iis, quæ in eodem* C *Commentario num.* 210 *et quatuor seqq. disserui, apparet. Nec ullum etiam, quin eodem semper loco, quo primum fuerant sepulta, ad Dagoberti usque ætatem quieverint, dubitandi locum, quæ in eodem pariter Commentario* § X *et binis seqq. adduxi, relinquere videntur. Verum an inde tandem saltem ad tempus mota, Dagoberto e vivis sub annum* 638 *sublato, haud fuerunt? Ad Caroli Magni, Saxonibus bellum illaturi, castra, ut miraculum, in hac Appendice num.* XI *el seq. relatum fidem facit, fuere delata. Et quidem qualicumque hac Sanctorum nostrorum corporibus adhibita translatione nullam omnino, quæ in monumento satis vetusto ac fide digno fundata sit, antiquiorem seu anteriorem invenio; verum illam, integro nondum a Caroli Magni morte seculo elapso, tres aliæ haud prorsus dissimiles, utpote et ipsæ ad tempus dumtaxat factæ, exceperunt. Ut ratione et via procedat oratio, singulas tres, quo evenerunt ordine, expono. Annales Bertiniani ad annum* 859 *sic loquuntur:* Ossa beatorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii metu eorumdem Danorum in pagum Mauripensem, in villam sui juris Novientum devecta sunt, atque XI Kalendas Octobris in loculis diligenter conlocata. D

*anno 859 Novientum, viginti circiter*

39 *Hæc quoque Annalium Bertinianorum verba in Vita et Miraculis* S. Dionysii, *observatione decima recitat Launoius, ac deinde subjungit:* Novientum Parisiaci agri villa est, quæ nunc sancti Clodoaldi nuncupatur: Hincmarus in vita S. Remigii de Clodoaldo: „ Villam „ vero Novientum in pago Parisiaco cum om- „ nibus ad se pertinentibus matri ecclesiæ Pari- „ sius civitatis, ubi presbyter extitit ordinatus, „ donavit. „ In hanc villam, quæ Parisiensi ecclesiæ, non monasterio S. Dionysii propria erat, translatæ sunt Dionysii et sociorum reliquiæ. *Ita ille, volens scilicet, villam, nomine Novientum, ad quam* S. Dionysii *sociorumque ejus reliquiæ anno* 859 *metu Normannorum seu Danorum, ut Annales Bertiniani testantur, fuere translatæ, exstitisse nominis istius villam, non quæ ad* S. Dionysii *monasterium, sed ad ecclesiam Parisiensem pertineret. Verum, cum Launoius nihil omnino, quo hoc suum placitum probet, in medium adducat, quis, quæso, ei potius, quam Annalibus Bertinianis,* S. Dionysii *sociorumque ejus reliquias ad villam, nomine* Novientum, E *quæ juris esset* S. Dionysii, *seu ad* S. Dionysii *monasterium spectaret, fuisse tum translatas, diserte asserentibus, putet credendum? Nemo sane, quantum opinor, qui, quando nihil obstat, antiquioribus potius, quam recentioribus scriptoribus in rebus, procul ab ætate nostra gestis, standum esse existimarit. Et vero, cum Novientum, agri Parisiaci villam,* S. Clodoaldi *nomine hodie distinctam, ad quam tum Sanctorum nostrorum reliquias fuisse translatas, Launoius contendit, duabus dumtaxat leucis circiter Parisiis absit, enimvero, si ad hanc tantummodo sacra illa pignora translata tum fuissent, neutiquam hæc in tuto adversus Normannos, tum continuo vicinis civitati Parisiensi locis imminentes, posita fuissent.*

*a civitate Parisiensi leucis dissitum,*

40 *Itaque Sanctorum nostrorum reliquiæ, non ad Novientum, a Launoio assertum, sed ad aliud, ad Sequanam in terrarum tractu, qui, in laudatis Annalibus* Mauripensis *ac in aliis monumentis antiquis nunc* Huripensis, *nunc* Heripensis *aut* Morivensis, Moripensisve *aut aliis etiam nominibus affinibus vocatus, Gallice modo* L'Hurepoix *nuncupatur, sex circiter Tre-* F *cis et octodecim aut viginti propemodum a civitate Parisiensi leucis situm atque ad San-dionysianam abbatiam spectans, fuere tum translatæ; ubi eas in locis etiam abditis visum est recondere; et sane perquam provide ac prudenter, si quidem alioquin ibi etiam a Normannis, paulo post majori etiam, quam umquam antea furore longe lateque per Gallias grassantibus omniaque indiscriminatim deprædantibus, tutæ haud fuissent. Porro quo deinde anno ad* S. Dionysii *monasterium e præfatata villa Sanctorum nostrorum corpora fuerint reducta, nuspiam memoriæ proditum invenio; verum id ante annum* 876 *factum fuisse, concludendum apparet ex eo, quod tum, Normannis iterum in Galliam per Sequanam illapsis, ad terram,* Curtem-Superiorem, *Gallice* Consevreux *vocatam, Remosque inter et Lugdunum Clavatum ad Axonam sitam, sacra illa pignora, non aliunde, sed, quemadmodum e verbis, quæ e Sanctorum nostrorum miraculis, sæc.* III *Benedict., part.* 2 *insertis supraque sæpissime jam laudatis, mox subdam,*

A *subdam, videtur, e dicto monasterio denuo fuerint translata.*

*annoque deinde 876 ad diœcesis Remensis,*

41 *Verba illa translationem isthanc, modo hic memorandam, ibidem lib.* 3 *cap.* 1 *exponunt, sequentiaque hæc sunt* : Igitur anno tricesimo septimo regni piissimi Karoli Tertii, dilectoris Dei et Sanctorum ejus avidissimi amatoris, imperii autem primo, peccatis populi prægravantibus, nec non Euangelica suppeditante sententia, qua præscriptum est, surgere gentem contra gentem et regnum super regnum; insuper prophetico occursante eloquio, quo pervenisse gladium dixit usque ad animam; impiis mundi circuitoribus Nortmanis Sequanam ingredientibus, ac circumcirca universa depopulantibus, comitante turba monachorum, pretiosissima Dionysii, Rustici et Eleutherii pridie Kalendas Decembris levantur corpora et ad Superiorem-Curtem, quam eisdem ob remedium animæ inclyta Berta, regis Magni Caroli filia, tradiderat, tandem deducuntur. Quæ cum tertio ab ipsa villa pervenissent miliario, eximuntur navi et, populorum caterva sequente non modica, in sancti Martini exponuntur ecclesiam.

B In cujus itineris viatico, sicut a quodam fideli presbytero, nomine Rodulfo, post didicimus, nullus sequentium, quocumque tentus fuisset morbo, nisi sanus remeavit ad propria. *Carolus Calvus, qui haud dubie, ratione avi sui Caroli Magni, primogenitique hujus filii, nomine* Caroli, *qui anno* 811 *Francorum Neustrasiorum rex obiit, Tertius hic vocatur*, XVI Kal. Januarii, *seu* XVII *Decembris die, a Joanne VIII Papa* cum gloria magna in ecclesia sancti Petri *Romæ* susceptus, *et, ut Annales Bertiniani supra adhuc laudati tradunt,* anno Domini DCCCLXXVI in die Nativitatis Domini..... in imperatorem *est*..... coronatus.

*cujus hic datur notitia, locum,*

42 *Porro cum Annalium illorum author annum Incarnationis a die Natali Christi exordiatur,* pridie Kalendas Decembris *seu* XXX *Novembris die, quo, cum primus adhuc imperii, a Carolo Calvo suscepti, annus laberetur, Sanctorum nostrorum corpora levata in modo huc transcripto ex illorum Miraculis textu dicuntur, annus Christi* 876 *adhuc erat in cursu; ut proinde, cum author, qui hæc litteris mandavit, Carolo Calvo regnante aut certe, uti ex ejus jam datis verbis*

C *nemo non colliget, seculo nono exeunte floruerit, nullo sane modo, quin factum illud tum fuerit, possit ambigi. Loci porro, ad quem tum* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *corpora fuere translata, notitia in Observatione, modo hic recitato Miraculorum capiti seu textui subjecta, suppeditatur a Mabillonio his verbis* : Superior Curtis, vernacule Consevreu, sita est in diœcesi Remensi Laudunum versus, ad Axonam fluvium, prope vicum Caldardam, Chaudard, infra cap. 10, hactenus de jure monasterii San-dionysiani. *Ita ille; fuisse autem terram illam nono etiam seculo de San-dionysiani monasterii jure seu ad istud tum spectasse, liquet ex miraculo, quod in hac Appendice num.* 15 *et* 16 *ex Flodoardo narravi. Ceterum, etsi quidem Sanctorum nostrorum corpora eo, quo jam dictum, tempore ad memoratum diœcesis Remensis locum fuisse translata, certum omnino atque indubitatum e modo allegatis sit, iterum tamen nihil uspiam litteris mandatum invenio, unde vel utcumque tempus, quo inde ad San-dionysianum in Francia monasterium fuerint reducta, innotescat.*

43 *Verum, cum anno* 887, *Normannis continuo Gallias miserum in modum vastantibus ac ipsammet etiam Parisiensem civitatem tum obsidentibus, Sanctorum nostrorum corpora Remos fuerint ex ipsomet, ut apparet, San-dionysiano monasterio delata, consectarium est, ut ad id aliquanto saltem ante dictum annum* 887 *tempore fuerint reducta, licet interim, quo determinato anno id factum, in obscuro sit. Inceptum modo de tertia hic pariter memoranda Sanctorum nostrorum translatione sermonem prosequamur. Flodoardus lib.* 4 *Hist. Remensis cap.* 8 *de Fulcone, Remensi archiepiscopo sic scribit* : Eo tempore Nordmannis Francorum terras infestantibus et diversa loca depopulantibus, hic pontifex plures, tam sacerdotes, quam ceteros clericos et monachos, ad se undecumque confluentes, benigne suscepit et paterne fovit. Inter quos etiam monachos S. Dionysii cum ipsius Martyris pretioso corpore, aliorumque Sanctorum pignoribus recepit et aluit. *Annum, quo id factum sit seu quo primum Fulco San-dionysianos monachos, Normannorum metu Remos una cum* S. Dionysii *patroni sui corpore* E *aliorumque Sanctorum pignoribus profugos, receperit, Flodoardus haud exprimit, nec quidquam etiam, unde is sat certo determinari queat, suppeditat; verum id facit, quod seculo proxime elapso prodiit, chronicon Remense, opportune ad præsens institutum nostrum sequentia prodens memoriæ* : Anno V præsulatus Fulconis, Remensis archiepiscopi, metu Nortmannorum translatus est sanctissimus Christi Martyr Dionysius ad Remensem urbem in ecclesiam, quæ nunc dedicata est in honore ejus, ibique moratus ferme per trium curricula annorum.

*Remensi constat, 887 fuerant translata,*

44 *Cum Hincmaro, e vivis anno* 882 *sublato, in sedem Remensem Fulco, ut Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 9 *col.* 35 *docent, sub anni* 883 *initium fuerit suffectus, quintusque adeo episcopatus ejus annus in annum Christi* 887 *inciderit, hoc ipso anno* S. Dionysii *Remos translatio, quæ cum quinto episcopatus Fulconis anno in laudato Remensi chronico hic componitur, indubie evenerit. Porro quæ in hac Appendice num.* 14 *in medium jam adduxi, qualemcumque saltem ecclesiæ, in qua* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *reliquiæ in civitate Remensi quievisse, in chronico Remensi narrantur, notitiam suppeditant; quod si autem quis forsan ampliorem distinctioremve desideret, Galliam Christianam auctam loco a me ibidem jam laudato consulet. Ceterum, etsi quidem tempus, quo Sanctorum nostrorum corpora, cum Novientum primo ac dein ad locum* Superioris-curtis *nomine distinctum fuissent translata, ad San-dionysianum monasterium deinde e duobus hisce locis fuerint reducta, nulla omnino ratione, ut jam vidimus, definiri queat, imo forsan eo e locis istis non reducta, sed Noviente primum ad Superiorem-curtem ac post hinc Remos fuerint translata, fuisse tamen illa, cum anno, ut jam dictum,* 887 *Remos fuissent apportata, sub annum* 890 *ad San-dionysianum monasterium inde reducta, e Chronico Remensi laudato, utpote in quo* Dionysius *per trium dumtaxat fere annorum curricula Remis dicatur moratus, habemus compertum. Atque hæc sunt, quæ de tribus Sanctorum nostrorum translationibus, metu Normannorum seculo* IX *factis, commemoranda habui. Alias porro adhuc, quæ multo serius aliorum hostium metu evenere, Sanctorum nostrorum*

AUCTORE C. B. *ac Remos etiam tandem anno, uti e Chronico*

F

AUCTORE C. B.

*strorum translationes Felibianus in sua San-dionysianæ abbatiæ Historia pagg.* 332, 362, 388, 400, 438 *et alibi recenset, verum hasce ego, authorem, a quo memorantur, assignasse contentus, brevitatis causa omitto.*

*postea Sugeri San-dionysiani abbatis*

45 *Nec hic etiam de altera, utut eodem, si modo loco umquam habuit, seculo* IX *facta, qua e San-dionysiano monasterio, non quidem nostrorum omnium Sanctorum, sed* Dionysii *saltem reliquiæ furto surreptæ Ratisponam fuerint delatæ, translatione sermonem instituam. De hac enim, uti ab initio facturum me spopondi, in altera, quæ hanc proxime excipiet, Appendice data opera sum acturus. Quod si interim, ut volunt, furtum istud reipsa fuerit admissum, quæcumque de* S. Dionysii *corpore, veluti in San-dionysiana Franciæ abbatia post seculum nonum adhuc servato, a scriptoribus narrantur, ea certe non in vero* S. Dionysii *corpore, sed in altero, quod huic fuerit substitutum, habuerint locum. Verum, etsi id ita sit, nonnulla tamen hujusmodi, quod et cum iis, quæ de* SS. Rustici *et* Eleutherii *corporibus dicenda occurrunt, plerumque sint connexa, et* S. Dionysii *corpus in San-*
B *dionysiana abbatia haud amplius servari, minime sit certum, in medium modo hic, argumento, quod hic tractandum, ita exigente, adduco. Ac primum quidem hæc inter locum tenet, quod de* S. Dionysii *ejusque sociorum* Rustici *et* Eleutherii *corporibus, e conditorio antiquo in novum Sugeri, San-dionysiani ab anno* 1122 *ad annum usque* 1151, *quo obiit, abbatis cura translatis, memoriæ proditum invenitur. Hic antiquam, quam priori a S. Genovefa exstructæ Carolus Magnus substituerat, monasterii sui ecclesiam, quod frequentiori populo, sæpius eo confluenti, capiendo haud sufficeret, capaciorem, structuræ antiquæ nova addita, reddere desiderans, a parte, primarium inter ostium et chorum media, duxit initium, cumque hæc, eo, quo propositum habuerat, modo aucta, solemni ritu Deo jam fuisset dicata, mox etiam, viris nonnullis dignitate juxta ac pietate conspicuis id suadentibus, ad posticam choro partem, quæ subterraneum* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *tumulum complectebatur, auctiorem pariter reddendam animum adjecit.*

*cura e conditorio antiquo quam maxima,*

46 *In hac porro, ad quam gradibus ascendendum erat, superiori ecclesia supra tumuli subterranei seu cryptæ, in qua Sanctorum nostrorum corpora jacebant, fornicem novum iis*
C *conditorium aramque item ante hoc novam loco antiquæ, quæ vel ipsamet erat ad* S. Dionysii *pedes (Audoëni num.* 211 *huc transcripta verba videsis) a S. Eligio exstructa ara, aut altera certe, quæ huic postea fuerat substituta, exstruxit; cum autem tam novum illud altare, quam novum, in quo id erat erectum, ædificium consecrationi recipiendæ aptum jam esset effectum, hæc simul et Sanctorum nostrorum ex antiquo suo conditorio ad novum translatio summa cum solemnitate, archiepiscopis episcopisque non paucis ac abbatibus ad hanc concurrentibus, ac ipsomet etiam Galliarum rege Ludovico VII scrinium argenteum, sacra* S. Dionysii *lipsana complectens, ex antiquo, in quo id sub terra jacebat, conditorio in novum, supra hanc exstructum, deferente, anno* 1144, *constituta a Sugero* XI *Junii die fuit peracta. Omnia hæc gesta qui tum sint, in libello, vel per ipsummet, uti e variis locutionibus, soli Sugero convenientibus, apparet, San-dionysianum hunc* D *abbatem, vel certe, ut Chesneus, qui opusculum istud tom.* 4 *Galliæ scriptorum inseruit, in Mss. aliquot hujus exemplaribus notatum invenit, per fratrem Guilielmum, qui Sugero a secretis fuit, hujusque illum nomine ac loco exararit, conscripto, exponitur. Libellum illum, quem, ut jam innui, luce publica Chesneus donavit, Felibianus e scriptoris hujus editione, parte etiam, qua in hac destituitur, et Parisiensi S. Victoris codice suppleta, in Documentis authenticis, quæ ad San-dionysianæ Historiæ calcem adjecit, part.* 2, *num.* 4 *recudendum curavit. Verba, quæ, qua ratione, cum jam nova choro postica San-dionysianæ ecclesiæ pars dedicata tum fuisset, Sanctorum nostrorum, quam dixi, translatio mox etiam fuerit peracta, exponunt propriusque adeo ad institutum nostrum hic spectant, e Felibiani editione huc transcribo.*

*quæ ipsismet Sugeri*

47 *Sic habent :* Ut autem pactis ordinariæ sanctæ consecrationis *(novi scilicet choro San-dionysiano adjuncti ædificii)* mysteriis ventum est ad sanctarum reliquiarum repositionem, ad sanctorum Dominorum nostrorum antiquos et venerandos tumulos accessimus..... Prosternentes autem se tam ipsi pontifices, quam dominus rex et nos omnes, quantum pro loci augustia permittebamur, inspectis, isto (*loco nimirum*) operto *, venerandis scriniis, rege Dagoberto fabricatis, in quibus sanctissima et Deo chara eorum continebantur corpora, gaudio inæstimabili psallebant et flebant, regemque tam devotum quam humilem accersientes : Vade, inquiunt, et tu ipse manibus tuis Dominum et Apostolum et protectorem nostrum huc afferre adjuva, ut sacratissimos cineres veneremur, sacratissimas urnas amplectamur, toto tempore vitæ nostræ eas suscepisse, eas tenuisse gratulemur. Hi sunt enim sancti Viri, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, qui pro salute nostra charitatis igne accensi terram suam et cognationem exierunt, qui fidem Jesu Christi apostolica auctoritate omnem Galliam edocuerunt, pro eo viriliter certaverunt, nudi virgas, ligati feroces et familicas * bestias compescuerunt, equilei extensionem, clibani succensionem illæsi, demumque hebetatis securibus decapitationem felicem sustinuerunt. Age igitur, rex christianissime, beatum suspiciamus susceptorem nostrum Dionysium suppliciter flagitantes, ut pro nobis petat ab eo, qui fideliter* F *promisit, » dilectio et benignitas, quam habes, » semper pro quibuscumque petieris impetrabit. » Protinus lacerti moventur, brachia extenduntur, tot et tantæ manus mittuntur, quod nec etiam septima manus ipsa sancta scrinia attingere valeret.

E

* *an non aperto?*

* famelicas

*verbis hic describitur, solemnitate*

48 Ea propter ipso dominus rex se medium eis ingerens, lecticam argenteam specialis Patroni (S. Dionysii *videlicet)* de manu episcoporum, sicut videtur, de manu Remensis archiepiscopi, Senonensis, Carnotensis et aliorum assumens, tam devote, quam honeste prævius egrediebatur. Mirabile visu ! numquam talem præter illam, quæ in antiqua consecratione cœlestis exercitus visa est, processionem aliquis videre potuit, cum Sanctorum corpora Martyrum et Confessorum de tentoriis palliatis humeris et collis episcoporum et comitum et baronum *(abs hisce quippe supplicantium ritu ad* S. Dionysii *ejusque sociorum tumulos accedentibus,*

A *bus, alia omnia in San-dionysiana ecclesia etiam asservata atque e conditoriis suis tum extracta Sanctorum corpora deferebantur)* sanctissimo Dionysio sociisque ejus ad eburneum ostium occurrerunt: per claustrum cum candelabris et crucibus et aliis festivis ornamentis, cum odis et laudibus multis processerunt: dominos suos tam familiariter, quam præ gaudio lacrymabiliter deportaverunt. Nullo umquam majori in omnibus potuerunt gaudio sublimari. Revertentes igitur ad ecclesiam, et per gradus ad altare superius, quieti Sanctorum destinatum, ascendentes, super antiquum altare pignoribus Sanctorum repositis, de nova ante novam eorum sepulturam consecranda agebatur principali ara, quam domino Remensi archiepiscopo Samsoni imposuimus consecrandam.

*in novum anno 1144 transposita,*

49 *Ita hactenus ille, nonnulla etiam de Sanctis nostris, quæ vel dubia vel certo esse falsa, supra ostendi, veris aliis ac certis, quorum testis oculatus fuit, interserens. Verbis interim jam datis mox adjungit, tunc etiam, quod pariter vidit, præter altare princeps,* S. Dionysii *nomine insignitum, minores aras viginti alias,*
B *decem scilicet in superiori, totidemque in inferiori ecclesia, fuisse dedicatas. Porro Ludovicus VII, Francorum rex, mox a Sanctorum nostrorum hic jam exposita translatione suam in* S. Dionysii *seu ecclesiam seu monasterium munificentiam, donationibus aliquot huic factis, fecit testatam. Chartam, qua id præstitit, in documentis, San-dionysianæ suæ Historiæ adjectis, num.* 135 *integram exhibet Felibianus. In hac, rex sese sacra Sanctorum nostrorum pignora, in ipsummet novum, quod hisce in nova superiori ecclesia fuerat paratum, conditorium delulisse, non obscure, ut apparet, sequentibus hisce indicat verbis:* Ad ipsorum sanctissimorum Martyrum (Dionysii *videlicet,* Rustici *et* Eleutherii) basilicæ dedicationem, quæ in novo ecclesiæ augmento, in capitali videlicet parte celeberrime facta est, cum conjuge nostra Alienorde regina et plurimorum optimatum nostrorum comitatu acceleravimus. Ubi cum post ipsius ecclesiæ consecrationem ad locum antiquum, in quo peculiaris patroni nostri, beatissimi videlicet Dionysii ejusque Sociorum, sacra corpora continebantur, cum archiepiscoporum et episco-
C porum plurimo conventu accessissemus, apertis scriniis extractisque ac propriis humeris per ipsam ecclesiam deportatis, in loco gloriosissimo superius præparato sacra pignora lætis cum lachrymis reposuimus; *cum autem Sanctorum nostrorum corpora, non in novo conditorio reposita, sed supra antiquum superioris ecclesiæ altare a rege fuisse locata supra huc transcriptis seu Sugeri, seu, qui huic a secretis fuit, Guilielmi verbis dicantur, quo hæc cum jam recitatis regis verbis in concordiam adducantur, Sanctorum nostrorum corpora primo quidem abs hoc principe supra antiquum altare, deinde vero, cum altare novum consecratum fuisset, in conditorio novo fuisse deposita, dicendum apparet. Ceterum Ludovici regis, de qua hic nobis sermo, Charta anno* 1144 *data notatur; ut Sanctorum nostrorum, quæ verbis, tum ex hac, tum e supra laudato libello modo huc transcriptis, memoratur, translatio anno illo indubie fuerit peracta.*

50 *Unicam modo adhuc, quæ annis nondum quinquaginta abs hac elapsis evenit,* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *reliquiarum translationem e Philippi Augusti, Francorum regis, Gestis, in Hist. Franciæ Scriptorum tom.* 5 *a Chesnio illatis, adduco. Illam horum author synchronus Rigordus sequentibus hisce ibidem pag.* 33 *docet verbis:* Eodem anno (1191 *nimirum*) .... decimo Kalendas Augusti Ludovicus filius regis cœpit agrotare morbo gravissimo, qui a physicis * dysenteria vocatur, omnibusque de vita desperantibus, factum est de communi consilio, quod sacer conventus beati Dionysii, jejuniis et orationibus devote præmissis, portans secum clavum et spineam coronam Domini et brachium sancti senis Simeonis cum processione cleri et populi nudis pedibus incedentes, et preces cum lachrymis Domino fundentes, ad ecclesiam sancti Lazari juxta Parisium venerunt. Ubi facta oratione et populi subsequentis oblatione, universi conventus religiosorum Parisienses, et venerabilis Mauritius Parisiensis episcopus cum canonicis suis et clericis et infinita scholarium et populi concurrente multitudine corpora Sanctorum et reliquias secum portantes nudis plantis flentes et lachrymantes eis obviam venerunt. Et conjungentes se illis, cantantes cum fletu multo et E
suspiriis ad palatium regis, ubi puer ægrotabat, venerunt, et facto ibi sermone ad populum et cum multa lachrymarum effusione oratione populi fusa pro eo ad Dominum, ad tactum clavi et spineæ coronæ, et brachii sancti Simeonis per totum ventrem pueri in modum crucis, eodem die ab imminenti periculo est liberatus, et pater suus Philippus rex, in transmarinis partibus existens, eodem die et eadem hora a consimili morbo curatus.

51 Deinde puer Ludovicus, osculatis reli- *anno 1191 gravissime ægrotaret, devecta*
quiis et benedictione accepta, omnes processiones ad ecclesiam beatæ Mariæ venerunt; ubi laudes cum oblationibus Domino solventes, processio beatæ Mariæ cum aliis multis processionibus, conventum beati Dionysii cum hymnis et laudibus et multa Domino gratiarum actione usque ad exitum villæ perduxerunt. Et ibi sese mutuo cum reliquiis benedicentes unusquisque ad propria remeavit. Canonici vero beatæ Mariæ cum populo revertebantur gaudentes, quia tempore suo reliquiæ beatæ Dionysii prædictæ Parisius fuerant deportatæ. Non enim legitur in aliqua scriptura, quod usque ad tempus illud pro aliquo imminenti periculo extra villum F
beati Dionysii portarentur. Nec est silentio prætereundum, quod eadem die per orationes cleri et populi serenitas aëris et temperies restituta est universis terris. Pluerat enim Dominus, peccatis hominum exigentibus, multo tempore super terram. *Quod hic Rigordus de* S. Dionysii *reliquiis numquam ante tempus, de quo loquitur, extra S. Dionysii fanum pro imminenti quopiam periculo amoliendo delatis ait, veritati omnino consonum apparet. Certe nihil, quo id pro falso habeam, apud scriptores antiquos occurrit.*

52 *Verum etsi id ita sit, certeque etiam San- ac sæpissime, Taverniacum etiam, cum ibi anno 1355 Philippi VI filius*
*ctorum nostrorum corpora seu calamitatis publicæ pellendæ seu alterius cujuscumque rei causa haud frequenter extra San-dionysianum oppidum devecta fuisse legantur, frequentissime tamen, vel regis vel regni utilitate id exigente, e conditoriis suis extracta populique veneratione in San-dionysiana ecclesia fuerunt exposita. Imo cum anno* 1335 *periculosissime primogenitus Philippi VI, Francorum regis, filius Joannes Taverniaci*

AUCTORE C. B, *Parisiosque etiam deinde cum ibi regis filius*

* medicis

AUCTORE C. B.

*verniaci decumberet*, S. Dionysii, *non quidem corpus, sed digitus saltem eo fuit delatus. Ac postremum quidem hoc docet nos Chronici, per Guillelmum Nangium conscripti, continuator, apud Dacherium Spicilegii tom.* XI, *pag.* 764 *et seq., sic scribens :* Hoc eodem anno (1335 *scilicet*) circa medium Junii dominum Johannem, primogenitum, immo tunc unigenitum, Philippi regis Franciæ, Normanniæ ducem gravis et valde periculosa infirmitas arripuit; nam, ut asserebant medici, non solum quotidiano typo per quatuordecim dies continuos laboravit, verum etiam plures accessus febris tertianæ sustinuit: et, cum a medicis omnino desperaretur de eo et humanum solatium deficeret, rex et regina ad divinum auxilium confugerunt, mittentes ad omnes ecclesias cathedrales et ad omnia collegia tam mendicantium, quam non mendicantium, quibus tunc mitti potuit, prædicatores ad exhortandum populum, rogantes omnes humiliter, quatinus processiones devotas facerent, et divinas aures lacrymis et orationibus sollicitarent, quintinus filio suo, regni hæredi, in tanta necessitate subveniret Divina Misericordia.

B

*periculose decumberet, Dionysii digito delato, e conditoriis suis,*

53 Nam rex tantum de misericordia Dei et de ejus auxilio precibus Sanctorum et bonarum personarum confidebat, quod pluries dixit reginæ et aliquibus aliis, quod si dux prædictus eorum filius mortuus esset, non cito eum sepelire, sperans firmiter quod Deus eum a morte resuscitaret. Unde factum est, quod * a clero et populo, et maxime a canonicis ecclesiæ cathedralis beatæ Mariæ de Parisius, et ab omnibus collegiis ejusdem civitatis, nec non et a conventu sancti Dionysii ter nudis predibus delatis ad Taverniacum, ubi erat infirmus, sacrosanctis reliquiis, clavo scilicet et corona Domini, cum digito sancti Dionysii, quæ ibi fere per quindecim die remanserunt, processiones solemnes et devotæ factæ fuissent, prædictus infirmus convaluit et sanatus est. *Ita hactenus ille. Quod modo ad alterum, quod de Sanctorum nostrorum corporibus e conditoriis suis, vel regis vel regni utilitate id poscente, sæpissime extractis populique venerationi expositis, supra asserui, spectat, veritati id esse consonum, e Gallicanis historicis passim obviis constat. Rigordus, ut reliquos præteream, apud Chesneum Scriptorum Galliæ tom.* 5, *pag.* 34 *sic scribit :* Eodem anno (1191 *nimirum*) octavo Kalendas Septembris consilio domini

C

G. Remensis archiepiscopi et Adelæ reginæ et omnium episcoporum corona *an* corpora beatissimorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii cum purissimis vasis argenteis, in quibus diligentissime sigillata continebantur, sunt extracta et super altare posita. *Factum id tum fuit, ut sancti nostri Philippo Augusto, Francorum regi, in Terra sancta adhuc versanti, ibique adversus infideles bellum gerenti, divinum favorem potenti suo patrocinio conciliarent.*

* *an* corpora

*quod et, S. Ludovico periculosissime,*

54 *Nec tum tantum, sed et sæpissime alias, ac præcipue quidem, cum vel ad bella Francorum reges procederent, vel periculosis morbis decumberent,* S. Dionysii *Sociorumque ejus corpora, ut Deum hi principibus illis sua redderent intercessione propitium, eodem honore fuerunt affecta. Reges omnes et singulos, sub quibus factum id fuit, in medium hic, quod res foret longioris negotii, haud adduco. Verum, etsi res ita habeat, hincque etiam a causis, ob quas subinde sacra Sanctorum nostrorum lipsana e conditoriis suis extracta venerationique publicæ fuerint exposita, speciatim recensendis abstineam, facere tamen non possum, quin saltem, qua ratione sub S. Ludovico, Francorum rege, factum id etiam fuerit, exponam. Hic anno* 1244 *in gravissimum morbum inciderat, cumque maximum esset, ne ex eo obiret, periculum, ad Blanchæ reginæ, matris ejus, petitionem Sanctorum nostrorum corpora e conditoriis suis extracta publicæque veneration fuere exposita. Docet id nos apud Chesneum tom.* 5 *Franciæ Scriptorum pag.* 341 *et seq. in S. Ludovici Gestis Guillelmus Nangius seu de Nangiaco. Verba omnia, quibus id facit, utut prolixa, vel idcirco huc transcribo, quod ad Sanctorum nostrorum gloriam quam maxime conducant. Sic habent :* Tandem quia regis (*S. Ludovici*) ægritudo adeo gravis erat, ut medici desperarent de ipso, rex et serenissima mater ejus domina Blancha regina petierunt Odonem, abbatem ecclesiæ macharii Dionysii, ut sacratissima corpora Dionysii, Rustici et Eleutherii, quorum patrocinio tota gaudet regio, regni stat potentia, de crypta, in qua quiescebant, ut suis precibus regi sanitatem impetrarent a Domino, tollere et elevari facere non differrent.

D

E

*uti hic narratur, Pontisaræ decumbente,*

55 Rex siquidem post Dominum et sacratissimam Virginem Matrem ejus, in ipsis, utpote in suis et regni sui advocatis et protectoribus, et confidentius sperabat, nec immerito. Quid enim posset Dominus beato Dionysio denegare, qui eidem in carcere propter fidem Catholicam retruso dixerat: „ Dilectio et beni-„ gnitas, quam habes, semper pro quibuscum-„ que petieris, impetrabit. „ Tunc Odo Clementis, abbas prædictæ ecclesiæ, regis devotionem erga beatum Dionysium considerans, ipsius petitioni annuens, die Jovis proxima ante festum Dominicæ Nativitatis ad suam ecclesiam properavit. Quam illico cereis circumquaque positis, quemadmodum in præcipuis solemnitatibus fieri solet, ut in crastino ad tam sanctas removendas reliquias devotio astantium et animi ad Deum excitarentur, et ut ipsis Martyribus congruus honor dignanter exhiberetur, pretiosissimis jussit palliis adornari. Sed dum ista in prædicta ecclesia die Jovis ante Nativitatem Domini parabantur, auditum fuit Parisius, quod pro salute regis beatorum corpora Martyrum, quæ numquam nisi solummodo pro salute regis Franciæ, vel regni sui periculo, de loco suo extrahuntur, essent in crastino

F

extrahenda et ad processionem deportanda. Unde accurrit in crastino utriusque sexus virorum ac mulierum ad tam sanctum spectaculum copiosa multitudo. Sed et tam clerici quam laïci ruebant catervatim, gloriosos Martyres cernere cupientes.

*est factum, extracta publicæque veneration fuere exposita.*

56 Sic igitur abstantibus reverendis Patribus Carolo Noviomensi et Petro Meldensi episcopis ac Odone cujusdam ecclesiæ sancti Dionysii abbate aliisque personis gloriosis quamplurimis et honestis, die veneris ante festum Dominicæ Nativitatis, facta oratione, levata fuerunt et extracta illa pretiosissima corpora de cripta, quæ subtus pyramides est aureas, ubi in capsulis electrinis longo tempore quieverant diligentissime sigillata et super altare ipsorum Martyrum pretiosis palliis decoratum collocata. Deinde processione præparata, quæ facta fuit nudis pedibus, suspiriis, singultibus et lachrymis plus, quam psalmis ad Dominum resonantibus, fuerunt ad processionem ob regis salutem, quam idem rex sibi sperabat per dictos Martyres impetrari,

A petrari, per claustrum et ecclesiam deportata. Nec fuit rex fraudatus a desiderio suo. Nam ex quo sancti Martyres ad aures benigni Jesu pulsaverunt, visitavit ipsum Dominus recordatus misericordiæ suæ. Et ex illa hora, qua corpora sacrosancta gloriosorum Martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii ad processionem deportata sunt, paulatim ægritudine regis decrescente, cœpit rex melius se habere. Cujus sanitas in brevi totaliter subsecuta corda Francorum et omnium fidelium exultatione lætitia quamplurimum hilaravit. *Relationi huic Nangius præmiserat, Innocentium IV anno* 1244 *in Galliam advenisse, ac paulo antequam Lugdunum attigisset. Ludovicum regem mense Decembri, die sabbathi ante festum S. Luciæ virginis in morbum modo relatum incidisse; ut et hic et regis abs hoc sanatio anno illo indubie evenerit. Cetera, etsi quidem reges omnes, sub quibus, et causas singulas, ob quas Sanctorum nostrorum corpora sæpissime etiam alias e conditoriis suis fuere extracta, brevitatis causa, ut jam dixi, hic non recenseam, quicumque tamen id, quod ita silen-*
B *tio involvo, scire expetet, is abunde, unde desiderium suum expleat, in San-dionysiana Felibiani Historia et in San-dionysianis Doubleti Antiquitatibus inveniet.*

## CAPUT IV.

### Quænam potissimum S. Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii reliquiarum communicatio facta sit, factave saltem contendatur.

*S. Dionysii Sociorumve ejus reliquæ, quæ ante sec. VI cum ecclesia Rambasciacensi.*

C *Fuisse jam inde ante seculum* VI *quampiam reliquiarum* S. Dionysii *partem cum Rambasciacensi diœcesis Turonensis ecclesia communicatam, e S. Perpetui, quod in Commentario, Actis modo editis prævio, num.* 222 *laudavimus, testamento habetur compertum. Per hoc enim, uti ex ibidem allegatis palam est, sanctus ille Turonensis archiepiscopus, anno* 490 *vita functus, sacræ isti ædi* crucem... argenteam, in cujus manubrio *erat* reliquia de... S. Dionysio, *legavit. Verum unde, quandonam et qua ratione hanc reliquiarum* S. Dionysii *seu partem seu particulam S. Perpetuus acceperat? Id plane in obscuro est, uti etiam quale ac quantum sacrum istud pignus extiterit. Nec pariter, an vel ante, vel post S. Perpetui ætatem, Christiana æra ad seculum octavum medium nondum provecta, cum quoquam adhuc* S. Dionysii *sociorumve ejus reliquiæ fuerint communicatæ, edicendo sum. Verum ter id deinde eo, quod inter annum* 750 *et annum* 800 *intercessit, temporis spatio factum fuisse, litteris mandatum invenio. Ac id quidem favoris, uti ex Hilduini seu alterius cujuscumque San-dionysiani monachi verbis, huc jam in hac Appendice num.* 5 *e Surio transcriptis intelligitur, S. Stephano II Papæ, sanitati per* S. Dionysii *patrocinium restituto Romamque deinde e Galliis revertenti, anno* 754 *obvenit.*

58 *Verum quænam fuit illa reliquiarum* S. Dionysii *pars, quam tum secum, ut Hilduinus alterve, quiscumque demum is sit, San-dionysianus monachus iisdem jam supra recitatis verbis ait, sanctus ille Pontifex Romam e Galliis tulit? Id scriptor seu Hilduinus seu alter, qui modo propositam de delatis a S. Stephano II Papa* S. Dionysii *Romam reliquiis notitiam præbet, non expressit; verum Rigordus in Philippi Augusti Gestis, in quintum Galliæ Scriptorum tomum a Chesneo illatis, ad quintum principis istius annum de* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *corporum detectione, infra a nobis adhuc memoranda, sermonem instituens, sic scribit*: Facta... oratione, allata sunt tria vasa argentea, S. Dionysii, Rustici et Eleutherii, coram omni populo, diligentissime sigillata; et, aperto vase beati martyris Dionysii, totum corpus ipsius cum capite inventum est, exceptis duobus ossibus de collo, quæ sunt in ecclesia Vergiacensi, et osse quodam de brachio, quod Stephanus Papa tertius *(imo, ut ex Pagio in Criticis ad annum* 752, *num.* 13 *facile colliges, secundus)* secum ad Ro- E
manam portavit ecclesiam, et posuit in ecclesia, que hodie schola Græcorum vocatur. *Reliquiarum itaque pars, quam a San-dionysianis monachis S. Stephanus Papa II accepit secumque Romam detulit, os quoddam ex iis, quæ brachii structuram ingrediuntur, exstiterit, si modo Rigordus, aut scriptor alter, qui verba jam data una cum nonnullis adhuc aliis Rigordo, ut Launoius suspicatur, supposuit seu in Rigordo, textum intrusit, vera hic memoret. Ast Rigordus non citius, quam seculo* XII *jam senescente sequentisque initio floruit, ac proin a jam memorata quidem, utpote, ut infra videbimus, anno* 1053 *facta, reliquiarum detectione sesqui circiter seculo, a tempore vero, quo hæ anno, ut dictum,* 754 *cum Stephano fuere communicatæ, quadringentis, et quod excurrit, annis vixit remotus.*

*itemque, quod tamen ex iis*

59 *Porro cum id ita sit, Rigordus vel alius, qui forsan, quæ dixi, verba huic affinxit seu in ejus textum intrusit, haud satis fortassis, quænam vel e dionysiani, cum anno* 1053 *detectum id fuit, corporis ossibus reperta haud fuerint, vel quodnam horum Stephano anno* F
754 *fuisset impertitum, habuerit perspectum. Sed rei hujus lectorem modo monuisse contentus, inceptum de facta* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *reliquiarum communicatione prosequor sermonem. Doubletus in Antiquitatibus San-dionysianis lib.* I, *cap.* 18 *et* 27 *narrat, Berthualdum ducem, prædivitem sub Offa, Merciorum in Anglia rege, principem, audita sanationum ac miraculorum, quæ ad* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *in Francia tumulum continuo fiebant, percelebri fama, eo pariter, ut morbo gravissimo diutissime jam conflictatus sanitatem potentissima illorum apud Deum intercessione impetraret, sese contulisse, cumque paucis dumtaxat ad Sanctorum monumentum moratus diebus voti factus esset compos, San-dionysianos monachos, quo virum illustrem ad* S. Dionysii *cultum in Angliam introducendum impellerent, aliquot ei* Dionysii *Sociorumque ejus, in quos etiam hic, diversis in grati animi tesseram San-dionysiano in Francia monasterio factis donationibus, munificum sese exhibuit, reliquias seu ossa impertiisse. Sane,*

*Berthualdum*

AUCTORE C. B. *seculo* VIII *cum Stephano II Papa.*

AUCTORE C. B.

*Berthualdum hic memoratum ad Sanctorum nostrorum tumulum sanitatem sub seculi* VIII *finem recuperasse, seque sua in San-dionysianum Franciæ monasterium munificentia comprobasse erga Sanctos gratum, fidem faciunt verba, ex Offæ Merciorum in Anglia regis, quæ anno* 790 *data notatur, charta num.* 34 *huc transcripta. Verum, ut tum duci isti aliquot Sanctorum nostrorum reliquias seu ossa impertita fuisse credam, sola mihi, doni hujus mentionem etiam charta illa non faciente, haud quaquam sufficit Doubleti authoritas.*

*quæ hic adducuntur,*

60 *Hic quidem scriptor in dictis suis San-dionysianis Antiquitatibus lib.* 3, *cap.* 6 *exhibet etiam chartam, præfati Berthualdi ducis nomine inscriptam, in qua sequentia isthæc una cum nonnullis aliis, huc idcirco, quod ad institutum nostrum haud faciant, haud transcribendis, leguntur verba :* Ego Berthualdus dux justo Dei judicio cecidi in infirmitatem, de qua medicorum nemo me sanare poterat. Audivi autem in Gallias apud monasterium sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, cui præest venerabilis abba Folcradus, per eosdem Sanctos virtutes mul-

B tas fieri, et petens a Domno Carolo imperatore transitum, veni illuc. Ubi cum diebus ammodum paucis æger ad eorumdem memoriam decubuissem, miseratione Domini et deprecatione eorumdem Martyrum plenissime sanatus sum. Vovi autem votum Domino et Sanctis illis, et de eorum sanctis reliquiis impetrata patrocinia mecum detuli et in eorum nomine ecclesiam edificavi in sede mea in villa vocabulo Ridrefelda, quæ a progenitoribus meis jure hereditario mihi relicta fuerat. *Verum, etsi Felibianus chartæ, anno* 790 *datæ, qua Offa, Merciorum rex, donationem, monasterio San-dionysiano a Berthualdo duce factam, confirmavit, in San-dionysiana sua Historia pag.* 62 *meminerit, nullam tamen uspiam* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii, *quas hic a San-dionysianis monachis acceperit, reliquiarum mentionem facit. Nec, etsi dictam Offæ regis chartam inter documenta, ad ejusdem suæ San-dionysianæ Historiæ calcem adjecta, integram recenseat, locum uspiam hæc inter chartæ, Berthualdi ducis nomine apud Doubletum loco mox cit. inscriptæ, attribuit.*

C *haud certum apparet, Berthualdo duce,*

61 *Et sane haud immerito hoc agendi modo est usus. Spuria enim illa est ac Berthualdo duci falso supposita. Atque hoc quidem vel ex eo liquet, quod, quamvis anno* 795 *data notetur, certeque, utpote qua dentur, quæ præfata Offæ charta, anno* 790 *signata, confirmantur, aut ipsomet hoc anno aut etiam ante hunc, si data umquam fuit, data esset debuisset, Carolum Magnum tamen, tum tantummodo adhuc regem, nec ante annum* 800 *imperatorem coronatum, imperatoris nomine distinguat. Ad hæc in illa Berthualdi nomine inscripta annoque, ut dictum,* 795 *notata charta sub initium (verba ejus jam mox huc transcripta videsis) significatur, tum adhuc, cum daretur, Fulradum, seu, uti in ea vocatur, Folcradum, qui, quemadmodum abbatum San-dionysianorum catalogi ac imprimis is, quem San-dionysianæ suæ Historiæ Felibianus præfixit, passim docent, anno* 784 *jam obierat, in vivis adhuc superstitem ac San-dionysiani monasterii exstitisse abbatem. Plura non addo : Jam dicta, ni fallor, satis superque, supposititia esse, de qua hic agimus, chartam, evincunt. Verum, etsi id ita sit, fuisse nihilominus a San-dionysianis monachis Sanctorum nostrorum reliquias cum Ber-* D *thualdo duce, uti in illa indicatur, communicatas, haud difficulter inducerem in animum, modo hunc Ridrefeldæ, ubi sedem habere solebat, in illorum honorem monasterium, ut Doubletus loco cit. ait, aut saltem, ut recitatis præfatæ chartæ verbis asseritur, ecclesiam ædificasse, alicunde constaret; ast, cum res secus habeat, videaturque adeo, an aliquot Sanctorum nostrorum ossa Berthualdo duci a San-dionysianis monachis fuerint impertita, ob omnia jam dicta incertum, ad aliud modo, quod certum est, progredior.*

*et cum hic memorato Bosulfo,*

62 *In* S. Dionysii *Miraculis, Sæc.* III *Benedict. part* II *insertis, supraque sæpissime laudatis lib.* I, *cap.* 21 *sequentia hæc subministratur verba :* Bosulfus, ipsius abbatis clericus, reliquias beati Dionysii secum in Italiam quondam tulit, et, constructa ecclesia in honorem ejusdem præclarissimi Martyris et de sua hereditate ditata, eas posuit in ea fidelibus profuturas; *ac deinde subjungitur miraculum, in Italia ad reliquiarum* S. Dionysii, *cum eo hasce Bosulfus hic memoratus jam detulerat, præsentiam, eodem Bosulfo interveniente, factum; cum id autem miraculis, sub Fardulfo, San-dionysiano abbate,* E *patratis, in dicta de Miraculis Dionysianis lucubratione accenseatur, consectarium fit, ut hic haud dubie exstiterit ille ipse San-dionysianus abbas, a cujus clerico, id est, ni fallar, scriba, seu San-dionysiano, qui eidem abbati a secretis erat, monacho* S. Dionysii *reliquias in Italiam fuisse delatas, proxime huc transcriptis verbis docemur. Atque hinc modo ulterius consequitur. ut, cum Fardulfus ab anno circiter* 792 *ad annum usque* 806 *monasterio San-dionysiano præfuerit abbas, reliquiæ ille, quas unum alterumve corporis Dionysiani seu os seu ossiculum fuisse reor, verosimillime sub seculi* VIII *finem, aut certe sub sequentis initium fuerint et cum Bosulfo communicatæ et ab eo in Italiam delatæ ac in ecclesia, quam ibi in* Dionysii *honorem exstruxerat, locatæ. Porro haud diu admodum post facta est et altera* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *reliquiorum communicatio. Docet id nos Adrevaldus, Floriacensis monachus, in S. Benedicti Miraculis, operi nostro ad* XXI *Martii diem insertis supraque a nobis num.* 13 *adhuc laudatis.*

*seculo nono cum Bosone, Floriacensi abbate,*

63 *Ibi enim lib.* I, *cap.* 3 *sic scribit :* Boso abbas *(Floriacensis nimirum)* monasterii sancti confessoris Benedicti palatium evocatus adierat, unde regrediens, transitum per monasterium S. Dionysii congruum habuit. Proinde divertens ad præfatum cœnobium, cum Hilduino reverendo abbate colloquium habuit familiare, interque familiaritatis colloquia reliquias ab eo sanctorum Martyrum expetiit, Dionysii scilicet, Rustici et Eleutherii atque Sebastiani. Cujus precibus nobilissimus abbas libentissime annuens, quod petebatur sub ea conditione præstitit, ut quotannis adveniente natalitio eorumdem Martyrum celeberrima apud nos ipsorum festivitas more monastico haberetur. Susceptis gratantissime Boso abbas Sanctorum pignoribus, lætus ad propria regreditur; *cum autem, qui hic memoratur, Hilduinus ab anno circiter* 814 *usque ad annum circiter* 842 *San-dionysiano monasterio abbas præfuerit, id haud dubie, quod de Sanctorum nostrorum reliquiis Bosoni, Floriacensi abbati, per illum donatis, his refertur, seculo* IX, *media sui parte nondum elapso, ac proin haud diu post* S. Dionysii *reliquias cum Bosulfo communicatas*

A *communicatas evenerit. Verum, quæres forsan modo, quo determinato seculi hujus anno id factum? Sausseyus in ecclesiæ Aurelianensis Annalibus pag.* 232, *rem ad annum circiter Christi* 820 *refert. Ast rectene an secus, præ antiquorum, quæ scriptori isti adstipulentur, monumentorum penuria pro certo asseverare haud queo, uti nec quæ qualesve, tum Bosoni impertitæ* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *fuerint reliquiæ, licet interim e sacris aliquot horum ossibus verosimillime, ni fallor, constiterint.*

*pariterque forsan cum Vergiacensi*

64 *At vero quid tandem modo de duobus e* S. Dionysii *collo ossibus, quæ ætate sua in ecclesia Vergiacensi fuisse adhuc asservata, Rigordus supra huc transcriptis verbis innuit, dicendum? Fuerintne forsan et illa ædi huic sacræ, San-dionysianam abbatiam seculo* IX *jam moderante Hilduino, concessa? Id certe, nisi forte, quod tamen haud puto, ad tempus, seculo* IX *anterius, referendum sit, eo temporis spatio, quod inter seculi hujus initium et seculum* XI, *media sui parte jam elapsum intercessit medium, factum esse necesse est, si, cum ad Ratisponenses confutandos, quod ex infra dicendis anno* 1053 *factum,*

B *detectum seu e scrinio, in quo jacebat, Dionysianum, seu verum seu vero substitutum, corpus fuit extractum, duo dicta ossa inventa in hoc haud fuisse, Rigordus loco supra cit. recte scribat. Verum antene, an post annum* 890, *quo circiter San-dionysianis monachis furto fuisse surreptum sacrum illud pignus, Ratisponenses contendunt, duo hujus a Rigordo memorata ossa Vergiacensi ecclesiæ fuere collata? In æde isthac sacra exstitisse illa adhuc ætate sua, nec in* S. Dionysii *corpore, cum id anno* 1053 *fuit detectum, inventa fuisse, Rigordus dumtaxat docet; cum autem tam hoc, quam illud, sive ante, sive post dictum annum* 890 *Vergiacensi ecclesiæ fuerint donata, veritati possit esse consonum, Rigordus sane, ut id prægresso potius, quam subsecuto hunc annum tempore factum statuamus, minime nos cogit.*

*ecclesia communitatæ fuerunt,*

65 *Nec quidquam etiam, quod facere id suadeat, litteris alibi mandatum, quantalibet facta indagine, invenire quivi; quod si tamen* S. Dionysii *corpus, ut Ratisponenses contendunt, fuerit reipsa vel anno* 890 *vel haud diu post San-dionysianis monachis furto surreptum, duoque* Dionysii, *quæ Rigordi ætate in Vergiacensi ecclesia exstabant, ossa genuinæ corporis Dionysiani par-*

C *tes exstiterint, haud dubie isthæc ecclesiæ isti, priusquam furtum illud committeretur, fuerint concessa, aut certe de* Dionysii *corpore detracta separatimque, donec eidem ecclesiæ darentur, pedes San-dionysianos monachos servata. Alterutrum enim ni tum factum in dicta hypothesi fuisset, impertita dictæ Vergiacensi ecclesiæ a monachis Dionysianis ossa, non corporis Dionysiani, sed alterius huic post substituti, partes exstitissent, ut consideranti patescet. Ceterum, locumne vere habuerit assertum a Ratisponensibus corporis Dionysiani furtum, in Appendice proxime sequenti, ut jam plus semel dictum, examinaturi, quibusnam præsertim cum locis sacris seu personis post tempus, quo id commissum volunt, Sanctorum nostrorum reliquiæ ac præcipue corporis Dionysiani seu veri, seu alterius, quod vero fuisset substitutum, partes communicatæ fuisse narrentur, exponere pergamus.*

66 *Witikindus, Corbeiæ Novæ monachus, qui res quamplurimas, seculo* X *potissimum, quo*



*floruit, gestas, tribus scriptis Annalium libris est complexus, lib.* I *apud Meibomium Juniorem Rerum Germanicarum tom.* I, *pag.* 638 *ita prodit memoriæ :* Quando vero rex *(Germaniæ Henricus, cognomento* Auceps) Rhenum transierat ad dilatandum super Lotharios imperium suum, occurrit ei legatus Caroli *(cognomento* simplicis, *Francorum regis)* et, salutato eo verbis humilimis : « Dominus meus », inquit, « Carolus, regia quondam potestate præditus, « modo privatus, misit me ad te, demandans, « quia nihil ei, ab inimicis circumvento, ju- « cundius, nihil dulcius esse potest, quam de « tui magnifici profectus gloria aliquid audire, « fama virtutum tuarum consolari; et hoc tibi « signum fidei et veritatis transmisit »; Protulitque de sinu manum preciosi martyris Dionysii, auro gemmisque inclusam », hoc », inquit; « habeto pignus fœderis perpetui et amoris vicarii. « Hanc partem unici solatii Francorum, Gal- « liam inhabitantium, postquam nos deseruit « insignis martyr Vitus ad nostram perniciem, « vestramque perpetuam pacem Saxoniam visi- « tavit, communicare tecum maluit. Neque « enim, postquam translatum est corpus a no- « bis, civilia vel externa cessavere bella : eo- E « dem quippe anno « *(S. Viti martyris e Gallia ad Corbeiam novam seu Saxonicam translatio anno* 836, *uti in Operis nostri tom.* 2 *Junii pag.* 1033 *videre licet, fuit peracta, eodemque anno, ut Annalistæ Fuldensis et Bertinianus testantur, Normanni in Gallias irrupere)* » Dani et Nort- « manni regionem nostram » *(Galliam)* « invase- « runt. » Rex autem, munus divinum cum omni gratiarum actione suscipiens, prosternitur reliquiis sanctis et deosculans eas, summa veneratione veneratus est.

*auctorr C. B. post etiam, nimirum, uti hic*

67 *Carolus Simplex, Francorum rex, de quo hic sermo, potestate regia non prius fuit penitus exutus, quam cum post commissum apud Suessiones anno* 923 *prælium, quo, quamvis occiso etiam, quem contra eum Rebelles in regem assumpserant, Roberto duce, terga vertere fuerat compulsus, turpissima Heriberti, Veromanduorum comitis, proditione ac perfidia detentus, castroque Theodorici eodem anno* 923 *jam fuisset inclusus. Porro cum id, uti ex iis, quæ Frodoardi apud Chesneum tom.* 2 *Galliæ scriptorum Chronicon ad annum* 920 *et tres seqq. suppeditat, fas est colligere, sic habeat, ac præterea, ad Henricum Aucupem legationem, modo recitatis Witi-* F *kindi verbis memoratam, a Carolo Simplice, carceri jam incluso, missam fuisse, Dilmarus, Merseburgensis seculo* XI *episcopus, in Chron. lib.* I *diserte tradat, consectarium fit, ut certe, quod de* Dionysii *manu, per legationem illam ad Henricum Aucupem delata, Wisikindus proxime huc transcriptis verbis refert, ante dictum annum* 923 *haud evenerit; cum id autem tunc, cum Henricus Auceps, capto jam per Heribertum comitem Carolo Simplice, imperii sui dilatandi causa Rhenum trajecisset, factum esse, Witikindus iisdem jam datis verbis etiam scribat, consectarium ulterius fit, ut is princeps, utpote qui eodem consilio, uti e laudato Frodoardi Chronico constat, sub ejusdem anni* 923 *finem iterumque deinde anno* 925 *fluvium illum trajecerit, præcellens illud manus* S. Dionysii *munus altero e binis hisce annis a Carolo Simplice accceperit, etsi interim hocne potius, an illo id factum, determinare haud possim.*

*ostendietur, cum Henrico Aucupe, Germaniæ rege,*

68 *Ceterum,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B. *cum S. Gerardo, Broniensi abbate,*

68 *Ceterum, etsi aurea illa* S. Dionysii *manus, quam altero e duobus jam dictis annis ad Henricum Aucupem Carolus Simplex misit, verosimiliter ex infra dicendis genuina corporis* S. Dionysii *pars exstiterit, hinc tamen reipsa e Gallia in Germaniam anno circiter* 890, *ut Ratisponenses contendunt, non fuisse delatum* S. Dionysii *corpus, haud recte intuleris. Res ex infra dicendis de controversia, qua de hoc sese inter Sandionysiani et Ratisponenses S. Emmerami monachi disceptant, patescet. En aliud modo reliquiarum* S. Dionysii *genus, quod, quamvis certe corporis ejus pars haud sit, genuinis tamen accensetur Sancti reliquiis. S. Gerardus, Broniensis abbas, de quo apud nos tom.* 1 *Octobris modo actum, aliquot jam annis in San-dionysiano Franciæ monasterio monachum professus, inde sub annum* 928 *aut seq., quemadmodum ibidem in Comment. Sancti hujus Actis prævio* § IV *et* VI *docuimus, in Belgium patriam suam rediit, non paucis, quas desiderarat, Sanctorum reliquiis a San-dionysianis monachis ditatus; exstitit autem has inter allare portatile, quo quondam* S. Dionysius, *Parisiensium apostolus ac martyr,* B *cum sacris operaretur, usus esse ferebatur. Mabillonius Sæc.* V *Benedict. Vitæ S. Gerardi Appendicem, in qua de altari isto portatili potissimum agitur, subjecit, eamdemque in nostro proxime laudato Comment. integram etiam num.* 72 *et seq. studiosus lector inveniet.*

*cum S. Bernwardo, Hildesiensi episcopo,*

69 *In ea porro supra a nobis in Com., Sanctorum nostrorum Actis prævio, num.* 144 *et* 146 *memorata, qui Christus* S. Dionysio, *carceri jam incluso Sacrisque in dicto altari portatili ibidem operanti, sese spectandum dederit, apparitio refertur; verum, cum Appendicis illius author, utpote non alius quam qui S. Gerardi Vitam litteris mandavit, seculo demum* XI *floruerit, recentior certe est, quam ut suis de apparitione illa dictis fidem queat facere indubitatam. Ceterum, altare portatile, quod S. Gerardo dedere San-dionysiani monachi, fuisse re ipsa illud, quo usus quondam fuisset* S. Dionysius, *verosimillime sola e traditione habuerint perspectum, eritque forsan nonnemo, qui, an hæc sat vera ac genuina exstiterit, dubitandum, existimet. De re quisque, quod visum fuerit, statuat. Institutum nostrum prosequamur. S. Bernwardus, Hildesiensis seu Hildesheimensis seculo* XI *episcopus, sub seculi hujus initium celebriora Galliarum* C *loca sacra visitans, varias ibidem variorum Sanctorum ac nominatim* SS. Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *reliquias impetravit, easque Hildesium reversus* veneratione condigna servandas locavit. *Ita scilicet in sancti hujus Hildesiensis episcopi Vita, Sæc.* VI *Benedict. part.* I *inserta, Tangmarus presbyter, Sancto æqualis, pag.* 223 *diserte tradit, ut res probationem aliam minime exigat; quo autem S. Bernwardus loco asportatas a se e Gallia, seu osseas, seu generis alterius, Sanctorum nostrorum reliquias servandas locarit, ex ecclesiastici, quo quotannis* XX *Novembris die Sanctus ille Hildesii colitur, Officii Lectione* VI, *utpote in qua Hildesiense templum pluribus Sanctorum reliquiis, ex Italia et Gallia secum asportatis, ditasse asseratur, haud inepte, ut apparet, collegeris.*

*cum Helgaldo, Floriacensi monacho,*

70 *Helgaldus, Floriacensis sec.* XI *monachus, qui Roberti, Francorum ab anno* 998 *ad annum usque* 1032 *regis, vitæ Epitomen, apud Chesneum Hist. Franc. Script. tom.* 4 *insertam, conscripsit, memoriæ in hac ibidem pag.* 75 *prodit, qui, cum Deo in monasterii sui fundo ædiculam sub* D S. Dionysii *martyris invocatione ædificasset, Parisios venerit, ibique ad regis Roberti commendationem varias Sanctorum ac imprimis* SS. Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *reliquias impetrarit. Ac is scriptor quidem primo, quæ ac quales reliquiæ illæ exstiterint, loco cit. exponit his verbis*: De casula sancti Dionysii, dalmatica sancti Rustici, casula sancti Eleutherii, de vestimentis eorum sanguine aspersis, de carnium eorum pulvere, et funiculo triplici, quo fuit adstrictus Dionysius, martyr Domini pretiosus; *ac deinde subjungit, reliquias illas Floriacum delatas, primaque Octobris die a Gauzlino abbate summa cum veneratione susceptas, ac in æde sacra, iis destinata, fuisse locatas. Felibianus, qui, quod de Sanctorum nostrorum reliquiis cum Helgaldo monacho seu cum æde sacra, abs hoc Floriaci exstructa, hic dico, in San-dionysiana sua Historia pag.* 120 *pariter docet, id ad seculum* XI, *apposito in margine anno* 1029, *refert, nec ei hac in re refragandum apparet. Porro post idem seculum* XI *ac proin post annum* 890, *quo circiter in Germaniam e Gallia fuisse avectum* S. Dionysii *corpus, Ratisponenses contendunt, genuinas Sanctorum no-* E *strorum, præsertimque* S. Dionysii *reliquias communicatas secum fuisse, non paucæ præterea (rectene, an secus, studiosus lector, cum mature, quæ in Appendice, proxime hanc exceptura, dicentur, expenderit, pro arbitrio statuat) ecclesiæ existimant.*

*itemque cum metropolitanæ Pragensi,*

71 *In Ms. Metropolitanæ ecclesiæ Pragensis, quod in penu nostra litteraria servatur, Martyrologio ad secundam Januarii diem (Operis nostri tom.* I *Januarii pag.* 1084 *videsis) reliquiarum omnium, quas Carolus* IV, *Romanorum imperator et Bohemiæ rex, magnis precibus in diversis mundi partibus obtinuit ecclesiæque Pragensi donavit, festum proprium, quotannis e Papæ Innocentii* VI *præcepto, ad ejusdem imperatoris postulationem dato, in diœcesi Pragensi celebrandum, annuntiatur, ac deinde reliquiæ illæ secundum dies, quibus Sancti, quorum sunt, fastis sacris exstant inscripti, recensentur; ad* IX *autem Octobris diem, Sanctorum nostrorum in ecclesiasticis fastis memoriæ sacram, pauca hæc ibidem leguntur verba*: S. Dionysii, Parisiorum Apostoli, Brachium. *In SS. reliquiarum, quæ in Metropolitana Pragensi D. Viti ecclesia asservantur, Diario seu indice, quem eodem, quo mox dictum Mrl. nostrum, ordine digestum, Phosphoro* F *septicorni seu suæ de Pragensi ecclesia lucubrationi, anno* 1673 *in lucem emissæ, Pessina inseruit, ad* IX *pariter Octobris diem* S. Dionysii *brachium, a Carolo* IV *imperatore ecclesiæ Pragensi datum, memoratur. Verum, præterquam quod ibi* Dionysio *perperam attribuatur* Areopagitæ *titulus, brachium illud a dicto Carolo imperatore Parisiis obtentum, eique anno* 1356 *missum assseritur; postremum hoc autem a veritate apparet certo alienum. Etenim is princeps, Parisios primum sub anni* 1377 *finem, uti historici passim obvii docent, ad Carolum* V, *Francorum regem, se contulit, cumque ibidem per dies aliquot fuisset moratus, inde in Germaniam, a rege isthoc, ut Felibianus in sua abbatiæ San-dionysianæ Historia pag.* 289 *scribit, sacris* S. Dionysii, *quas summo studio rogarat, reliquiis ditatus, sub anni* 1378 *initium est reversus.*

*ac cum multis aliis ecclesiis dicuntur communicatæ.*

72 *Quod cum ita sit, dubitandum non videtur, quin Carolus IV imperator supra memoratum* S. Dionysii *brachium vel secum Parisiis Pragam*

A *Pragam anno* 1378 *detulerit vel inde ad se missum eodem anno, quo nondum elapso obiit, acceperit ecclesiæque metropolitanæ Pragensi donarit. Ceterum Sanctorum reliquiis, quæ in metropolitana Pragensi S. Viti ecclesia assservantur fideliumque venerationi exponuntur,* S. Dionysii *dens etiam a Pessina in dicto Diario aliisque Phosphori laudati locis accensetur. Ac ita quidem quantum ad insignem hanc ædem sacram res habet; quod autem ad alias ecclesias, quæ, pariter secum, si non ante, saltem post seculum* XI S. Dionysii *reliquias communicatas fuisse, asseverant, jam spectat, eas omnes et singulas, quæ ut plurimum minores dumtaxat ossium* Dionysii *Sociorumve ejus seu partes seu particulas sibi adscribunt, hic enumerari, necesse non est; præcipuas, quæ minutioribus hujusmodi* S. Dionysii *lipsanis gloriantur, novisse qui cupit, suum is desiderium, Rayssii Hierogazophylacio Belgico pagg.* 41, 189, 219, 504, *et* 445, *itemque Gelenii Coloniensi Sacra et Civili Magnitudine pagg.* 437, 464, 501, 510 *et* 616 *inspectis, utcumque poterit explere. Ego modo, nihil etiam iis, quæ de* S. Dionysii *reliquis, cum Anna Austriaca, Ludovici XIII,*

B *Francorum regis, uxore, anno* 1636 *communicatis, Felibianus in sua San-dionysiana Historia pag.* 465 *refert, superaddens, ad antiquum, nondumque, ut apparet, penitus exstinctum Parisiensium archiepiscopalis S. Mariæ ecclesiæ canonicorum cum San-dionysianis monachis de* S. Dionysii *capite dissidium orationem converto, idque, non quidem (neque enim tantæ componendæ liti par sum) dirimere, sed utcumque saltem, quantum per litteraria eo conducentia monumenta licebit, enodare modo adhuc, priusquam Appendici huic finem impono, cap. seq. aggredior.*

## CAPUT V.

### Parisienses archiepiscopalis S. Mariæ ecclesiæ canonici, penes se esse S. Dionysii caput, sibi contra

C idipsum vindicantibus Sanct-dionysianis monachis, contendunt.

*S. Dionysii caput penes se esse,*

*In Parisiensi cathedrali S. Mariæ ecclesia* S. Dionysii *caput asservari, ejusdem ecclesiæ canonici, uti ex hodierna Bailleti de Sanctorum nostrorum cultu Historia aliundeque præterea intelligo, contendunt, ac porro jam ante annum* 1191 *contendere, uti e jam nunc subdendis patescet. Apud Chesneum tom.* 5 *Galliæ Scriptorum pag.* 34 *in Philippi Augusti, Francorum regis, Gestis ita ad dictum annum loquitur Rigordus:* Eodem anno, octavo Kalendas Septembris, consilio domini G. Remensis archiepiscopi et Adelæ reginæ et omnium episcoporum, corona * beatissimorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii cum purissimis vasis argenteis, in quibus diligentissime sigillata continebantur, sunt extracta et super altare posita. .... Sequenti vero festo beati Dionysii, aperto vase argenteo, in quo corpus sacratissimi martyris Dionysii continebatur, assistentibus venerabilibus episcopis Sylvanectensi et Meldensi, et Ala * Francorum regina, et multis abbatibus et viris religiosis, totum corpus ipsius cum capite, ut prædiximus, est inventum; et, universis Dei fidelibus, qui de longinquis partibus orandi causa venerant, devotissime demonstratum.

** an corpora?*

AUCTORE C. B.

** Adela*

74 Et ad removendum errorem Parisiensium, retento capite hieromartyris Dionysii, et in vase argenteo decenter collocato, corpora Sanctorum cum vasis suis sub altare in cripta marmorea, unde extracta fuerant, sunt devotissime reposita. Caput vero pro excitanda devotione fidelium per totum annum omnibus peregrinis est ostensum et in sequenti festo beati Dionysii cum corpore in vase suo repositum. *Guillelmus Nangius in Chronico apud Dacherium tom.* XI *Spicilegii pag.* 467 *ad eumdem annum* 1191 *sic scribit:* In cœnobio sancti Dionysii in Francia extractum est caput pretiosi Dionysii Areopagitæ martyris de capsa, ubi cum corpore quiescebat, ad removendum errorem canonicorum Parisiensium, qui dicebant, caput prædicti Martyris se habere; positumque fuit illud caput sanctissimum in vase decenti ar- E genteo, ut palam deinceps ad osculandum gentibus monstraretur: quod postmodum venerabilis Matthæus abbas illius monasterii in alio vase aureo pretioso lapidibus et mirabili opere decorato a se constructo transferri fecit per manus venerandi in Christo Patris domini Simonis sanctæ Cæciliæ tunc presbyteri Cardinalis, qui postea Papa Martinus quartus appellatus est, præsente rege Franciæ Philippo, filio regis sanctissimi Franciæ Ludovici, sicut ad dictum cœnobium accedentes vident moderno tempore universi.

*contendunt, ac porro jam ante annum* 1194

75 *Ita hactenus chronographus laudatus; ut certe, in ecclesia sua asservari* S. Dionysii *caput, Parisienses S. Mariæ canonici jam inde ante dictum annum* 1191 *contenderint. Verum rationes, quibus innixi id fecerint, nuspiam litteris mandatas, diligentissima licet facta indagine, invenire quivi. Rigordus, seu alius monachus San-dionysianus anonymus, qui Phillippi Augusti, Francorum regis, gesta alia, apud Chesneum tom.* 5 *Hist. Francorum Script. ad Philippidos, per Willelmum Britonem concinnatæ calcem adjecta, conscripsit, ibidem pag.* 258, F *iisdem fere, quæ proxime ex Rigordo huc transcripsi, suppeditatis verbis, mox subjungit:* Est autem Parisiensium error intolerabilis, salva ipsorum, juxta quod decet, reverentia, quod istius sanctissimi Dionysii caput, quod alias, ut superius dictum est et ostensum, in præfato suo scrinio, præsentibus multis dignitatis magnæ personis cum suo sacro corpore est inventum, apud nos * habeatur, cum tamen ex ejusdem Sancti Passione luculenter appareat, caput proprium post decollationem ad vicum, qui olim Catulliacus, nunc vero sanctus Dionysius dicitur, angelico ductus regimine detulisse, nullumque rationabilem vel legitimum allegare possint titulum, quo dici possit, quod idem sanctum caput iterum Parisius sit translatum: etiamque de quibusdam ossibus sancti Dionysii alibi, ut superius dictum est, translatis bene scriptum legimus; de hac autem mendosa capitis apud ipsos translatione nihil scriptum penitus invenimus, præsertim cum et ipsi Parisienses non decollati hominis caput, sed cæsariei testam cujusdam

*contendere Parisienses ecclesia S. Mariæ canonici;*

** supple* non

auctore C. B.

jusdam hominis decapitati illam posteriorem tantum partem populis confluentibus ostendant.

*etsi autem id sine ratione fecisse*

76 In hac certe factis et verbis et picturis obviantes eis, qui * de S. Dionysii Passione non solum ipsi, sed et universæ Gallicanæ legunt et cantat ecclesiæ, scilicet ejusdem sanctum martyrem non decapitatum ipsum, quin potius decollatum, siquidem in ejusdem sancti Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii Passione continetur, quod post nimia tormenta ad decollationem sunt flectere genua jussi, et iterum uno eodem momento, hebetatis securibus, secundum principis præceptum decollati sunt. Quomodo autem quis decollatus dicitur, nisi caput a corpore per collum penitus abscidatur * ? *Sane, etsi quidem non eo, qui hic proponitur, sed altero, qui in jam editis Sanctorum nostrorum Actis adstruitur, modo Catulliacum seu potius ad Catolacensem, ubi modo San-dionysianum oppidum cernitur, vicum fuerit delatum* S. Dionysii *corpus, id tamen totum ac proin etiam* S. Dionysii *caput statim ab hujus passione ibidem exstitisse, palam est ex iis, quæ in Comment.,* B *Actis jam editis prævio,* § x *et seq. disputata sunt. Quod si ergo, fuisse inde insignem illam Dionysiani corporis partem ad cathedralem suam ecclesiam ante dictum annum* 1191 *translatam, Parisienses, seu qui per Parisienses hic designantur, cathedralis apud hosce ecclesiæ S. Mariæ canonici, nulla omnino ratione seu, ut proxime recitatis verbis aperte declaratur, nullo omnino legitimo titulo probarint, enimvero haud satis intelligo, qui hi, id tum fuisse factum, aut sibimet ipsis potuerint aut aliis reddere persuasum. At vero, non titulo qualicumque etiam, sed tali dumtaxat, qui legitimus esset, Parisienses canonicos ad probandam capitis* S. Dionysii *ad se translationem destitutos fuisse, Rigordus seu scriptor alius, qui, quæ jam dedi, verba in litteras conjecit, seu clare iis, insinuare videtur.*

* an abscindatur ?

*haud videantur, quam plurimos tamen sibi adversantes*

77 *Quid si ergo titulus seu ratio, qua ducti, translatum ad se esse* S. Dionysii *caput, asseruere, San-dionysianis quidem monachis illegitima ac invalida, dictis vero canonicis legitima ac valida sit visa? Ita sane rem habuisse, vel idcirco induco in animum, quod alioquin, non solum dicti canonici, sed et plurimi, qui eis* C *assensere, malæ fidei, quod temere haud faciendum, forent insimulandi. Verum, utcumque etiam forsan valida exstiterit ratio, qua canonici Parisienses impulsi, quod dixi, contenderunt, iis tamen non tantum, cum sub seculi* XII *finem facere id cœperunt, a San-dionysianis monachis, sed et postea etiam ab aliis contradictum illa in re fuisse, memoriæ proditum invenio. Felibianus in sua abbatiæ San-dionysianæ Historia pag.* 209, *iis primum, quæ de canonicis Parisiensibus,* S. Dionysii *caput in ecclesia sua servari asseverantibus, e Rigordo jam retuli, præmissis, iisque præterea, quæ proxime huc a me transcriptis verbis Guillelmus Nangius de* S. Dionysii *capite in lipsanothecam auream, in qua hodieque servetur, coram Philippo III. Francorum rege, sub seculi* XIII *finem Matthæi Vindocinensis, San-dionysiani ab anno* 1258 *ad annum usque* 1287 *abbatis, cura in San-dionysiana ecclesia transposito, memoriæ prodit, narratis, Gallicis mox, quæ Latina facio, verbis sequentem scribit in modum:* Post illud tempus, cum die quopiam, quo S. Dionysii celebratur festum, rex Carolus V in S. Dionysii existeret, decanum eo, cancellarium eruditioresque aliquot ec- D clesiæ S. Mariæ canonicos accersivit, cumque eis coram omnibus, quibus stipatus erat, primatibus sancti Martyris caput monstrasset, eos, ut veritatem agnoscerent, nec amplius populi, confictum ei cranium pro vero S. Dionysii capite obtrudendo, simplicitate abuterentur, admonuit, simulque, ut quotannis eodem die, cum rex præsens afforet, verum S. Dionysii caput solemni supplicantium ritu circumferretur, injunxit.

*habuere, reque tandem*

78 *Ita ille, in margine etiam, quo dictis suis fidem faciat, Caroli VI Chronicon, a San-dionysiano monacho concinnatum, allegans. Verum, etsi sane ita Carolum V, qui Galliarum ab anno* 1364 *ad annum usque* 1384, *quo obiit, solium occupavit, sibi omnino contrarium Parisienses canonici, genuinum* Dionysii *caput penes se esse contendentes, luculentissime fuerint experti, nec dubitandum sit, quin non tantum San-dionysianos monachos, sed et multos alios sibi adversantes tum habuerint, in antiqua tamen sententia perstitere, idque aliquot annis post sub Carolo VI, Francorum ab anno* 1384 *ad* E *annum usque* 1422, *quo obiit, rege, satis ostendere, ut verbis proxime jam datis Felibianus subjungit, addens etiam, inde factum, ut tum canonicos inter et San-dionysianos monachos disputatio, quæ, modo minime servato, agitata utrimque fuit, sit exorta. Hic porro scriptor, qui et quando circiter initium disputatio hæc acceperit, e Caroli VI Chronico supra laudato ad annum deinde* 1406, *pag.* 322 *exponit. Gallica, quibus ib ibidem facit, verba, Latinitate a me donata, sic sonant:* Cum dux Biturigum a San-dionysianis monachis quampiam capitis sancti horum Patroni partem impetrare nequiisset, ad Parisienses, quo voti sui compos fieret, S. Mariæ canonicos, qui penes se esse sancti Martyris caput contra omnem antiquitatis fidem gloriabantur, sese convertit. Hæc illorum opinio jam inde a Philippi Augusti temporibus ac deinde per Carolum V veluti frivola fuerat rejecta. Attamen, cum Carolum VI, qui ad S. Dionysii, quo ibidem pro more suo Sancti festum celebraret, sese contulerat, nudum Sancti caput deosculari voluisse, intellexissent, occasionem hinc instaurandi antiquam contra abbatiæ istius religiosos litem arripuere. Caput, F quod S. Dionysii apostoli sui ac primi episcopi esse vulgabant, solemni supplicantium ritu circumtulere, addito etiam, quo, ne quis in diœcesi contrarium sustineret, vetabatur, mandato.

*ad superiorem regni senatum delata,*

79 Eo res processere, ut episcopus, qui capituli sui sententiam erat amplexus, universis diœcesis suæ cathedris San-dionysianis monachis, utut eos inter doctores, professores bacchalaureique, iis adimplendis apti, essent non pauci, interdixerit. *Ita hactenus Felibianus. Dissidium porro magis magisque indies, ut idem scriptor ait, partium studio tum effervescebat; verum rex, quo id terminaret malve saltem, inde alioquin secutura, impediret, rei cognitionem decisionemque ad se evocavit, ac utrisque, tam videlicet Parisiensibus canonicis quam San-dionysianis monachis, ne de controversia illa sermonem deinceps facerent, severe inhibuit, cumque regis præcepto utrimque obtemperaretur, res eodem fere, quo ante id fuerat, loco mansit, donec tandem, nonnullis adhuc, quorum etiam Felibianus loco cit. meminit, gestis, ad superiorem regni, qui*

*Parisiis*

A *Parisiis resident, senatum* (Parlementum *vulgo vocant*) *delata, ac pluribus annis ibi agitata qualemcumque vi dati abs hoc decreti finem accepit. De decreto hoc Felibianus, Dionysianum archivum in margine citans, verbis Gallicis, quæ Latina facio, in San-dionysiana sua Historia pag.* 323 *loquitur hunc in modum :* Superest decretum, anno 1410 die Aprilis XIX signatum, quo, sancti Dionysii Atheniensis caput penes San-dionysianam ecclesiam, illudque S. Dionysii Corinthiaci penes Parisienses S. Mariæ canonicos esse, fuit assertum. Hinc patet, litem plurium annorum spatio, omni servata juris forma, fuisse continuatam.

*cecidere causa,*

80 *Hæc ille; porro, ut mox addit, Parisienses canonici, nihil deinde, quam hic memorat, pensi habita senatorum Parisiensium decisione, controversum, quod penes ipsos exstat,* S. Dionysii *caput populi venerationi pro genuino* S. Dionysii, *Parisiensium apostoli primique episcopi, capite exponere perrexere. Sic sane, ut Felibianus ait, videtur habere, idque adhuc quotannis in* S. Dionysii *Octava seu* XVI *Octobris die, uti e Spiritualibus ecclesiæ Parisiensis Kalendariis*
B *disco, solemnioris Sacri tempore facere solent, et tamen, quam contra San-dionysianum monasterium de sacro illo pignore gesserunt, lis in eorum, uti e jam dictis apparet, favorem haud fuit decisa. Cum enim e duobus duorum Dionysiorum, Corinthiaci videlicet, ac, ut tum putarunt, Atheniensis, capitibus solum esse penes illos prioris caput, senatus-consulto fuerit pronuntiatum, caputque non hujus, sed* Dionysii *Atheniensis, qui, ut tum putabatur, Parisiensium primus exstitisset episcopus, penes se esse contenderint, enimvero causa illos cecidisse, nemo non videt. Verum, etsi res ita habeat, mihi equidem, rationes, ob quas, quod diximus, contendere, litteris nuspiam inveniri mandatas et ne levissimam quidem vel earum, vel modi occasionisve, qua ad se venisse* Dionysii *caput, canonici dixerint, a Felibiano fieri mentionem, mirari adhuc subit. Hic quidem scriptor, postquam, qui canonici Parisienses, litis etiam, de qua jam actum, decisione insuper habita,* Dionysii, *quod habent, caput pro genuino* S. Dionysii *Parisiensis capite adhuc exponant, narravit, mox subjungit, verosimiliter, ut brevi difficultas illa tollatur e medio seu componatur, haud umquam esse fu-*
C *turum, singulosque ecclesiæ suæ traditionem possessionemque pro sese afferre.*

*nec senatus-consulto refragandum videtur.*

81 *Ast vellem, in quo, quam pro se canonici Parisienses allegant, ecclesiæ suæ traditio possessioque sit fundata, definite exposuisset. Silentium istud suspicionem, nescio quam, mihi ingerit, facitque, ut dubitem, an in exponendis omnibus, quod ex ipso jam retulimus, dissidii adjunctis debita sinceritate ac fide ubique utatur. Utut sit, traditio, quam, ut ait, canonici Parisienses laudant, haud citius, ut apparet, quam seculo* XII *(neque enim ante hoc illi penes se esse* S. Dionysii *Parisiensis caput, asseruisse leguntur) initium accepit; cum autem rationes, ob quas tum primum asseruisse illud videntur, haud admodum, uti ex authoris, qui seculo* XIII *floruit, supra huc num.* 75 *et* 76 *transcriptis verbis videtur, exstiterint validæ, enimvero, nisi quis mihi hoc secus habere, istique adeo authori, qui San-dionysianus monachus exstitit, fidem haud adhibendam, solide probarit, jam memorato, in quantum eo* S. Dionysii *Parisiensis caput abjudicatum eis fuit, senatus-consulto cum Launoyo de* S. Dionysii *Vita et Miraculis Observat.* XI *standum puto, etsi interim, qua ratione ad eos vel ipsummet* S. Dionysii *Corinthiaci caput venerit, ignarus, esse vel hoc ipsum penes illos pro penitus certo haud habeam, ac præterea, nec* S. Dionysii, *Parisiensis episcopi, caput penes ipsosmet San-dionysianos monachos existere autumem, si furto his reipsa, ut Ratisponenses contendunt, Sancti nostri corpus sub annum* 890 *ereptum, eaque, qua volunt, integritate Ratisponam fuerit delatum; quod an verum sit, indagaturi jam nunc sumus.*

AUCTORE C. B.

## APPENDIX

ALTERA

*Qua Sanct-dionysianorum in Francia, Ratisponensiumque in Germania monachorum, idem S. Dionysii corpus sibi vindicantium, controversia* E *examinatur.*

## CAPUT I.

Quandonam controversia de S. Dionysii corpore, furto in Germaniam delato, agitata potissimum fuerit, et quid de modo, quo id factum esse, ab anonymo seculi XI scriptore narratur, sit censendum.

*Controversia, qua de S. Dionysii Parisiensis corpore disceptatur,*

*Etsi quidem, cum primum, quam hic modo examinare aggredimur, controversia Sanctdionysianos inter et Ratisponenses S. Emmerami monachos esset exorta,* Areopagitæ *nomine tam hi, quam illi* Dionysium, *de cujus corpore disceptabant, distinxerint, id tamen dumtaxat fecerunt, quod Dionysium Areopagitam cum* Dionysio, *qui Parisiensibus fidem annuntiavit illustrique apud hosce martyrio vitam finivit, unum esse atque eumdem, existimarint. Nec aliam ob causam, dum quidam adhuc hodieque* S. Dionysium, *de cujus corpore sese inter Dionysiani ac Emmeramenses monachi disceptant,* Areopagitam *appellant, facere id sunt censendi; cum autem res ita habeat, ac duorum illorum Dionysiorum alter ab altero, ut in Comment., fictitiis Dionysii Areopagitæ Actis prævio, probatum dedimus, indubie sit diversus, nec umquam* Dionysii *alterius, quam qui Parisiensium Apostolus primusque exstiterit episcopus, penes se esse corpus, Ratisponenses S. Emmerami monachi, Sandionysianis contra idem etiam ejusdem* Dionysii *corpus sibi vindicantibus, contenderint, hic dumtaxat, misso omni de S. Dionysio Areopagita sermone,*

AUCTORE C. B.

*mone, penesne Sanct-dionysianos, an Sanct-emmeramenses monachos* S. Dionysii, *Parisiensium apostoli primique episcopi, corpus sit, examinandum, aut certe merita causæ, quam tam hi, quam illi propugnant, expendenda ac suis quæque ponderibus libranda. Rem ipsam aggrediamur, ac, quo melius ratione et via procedat oratio, ab ipso statim initio, quandonam potissimum, de quo hic sermo, controversiam agitari contigerit, lectori ob oculos ponamus, mox addituri etiam, quid de modo, quo* S. Dionysii *corpus e Francia in Germaniam furto fuisse delatum ab anonymo seculi* XI *scriptore narratur sit censendum.*

*Ratisponæ corpore, quod inscriptiones adjunctæ*

2 *Reginwardus, qui Ratisponense S. Emmerami monasterium anno* 1049 *abbatis munere moderari incepit, combustam monasterii sui ecclesiam instaurare aggressus, præter exspectationem in Occidentali hujus parte in muro, e quo calx tollebatur, tres invenit lateres, qui incisis litteris, asservari ibidem* S. Dionysii *corpus, testabantur, idque etiam deinde, lapidibus istis seu lateribus remotis, duobus in scriniis, quorum alterum caput, alterum reliqua membra com-*
B *plectebatur, fuit inventum. Ita fere in sua de* S. Dionysii *corpore e Gallia in Bavariam translato Dissertatione, anno* 1750 *Ratisponæ typis vulgata sæpiusque a nobis adhuc hic laudanda, pag.* 51 *et seq. celsissimus Emmeramensis princeps ac abbas Joannes Baptista, non uno etiam ejusdem Dissertationis loco indicans, memoratam corporis quod esse* Dionysii, *præfixi testabantur lateres, inventionem anno* 1052 *contigisse. Verum Œfelius Rerum Boïcarum Scriptorum tom.* I, *anno* 1763 *Augustæ Vindelicorum in lucem emisso, pag.* 46 *e vetustissimis bibliothecæ Bavaricæ membranis exhibet breve Bojoariæ chronicon, ab anno Christi* 732 *ad annum usque* 1062 *deductum; licet autem hoc, quod a monacho Emmeramensi anonymo seculo, ut apparet,* XI *fuit conscriptum,* cœnobii S. Emmerami combustionem *ad annum* 1062 *diserte notet, nullam tamen incendii alterius, quo antea adhuc circa annum* 1052 *S. Emmerami seu monasterium seu ecclesiam absumi contigisset, mentionem facit. Adhæc apud eumdem Œfelium Rerum Boïcarum tom. proxime cit. a pag.* 148 *usque ad pag.* 242 *exstat episcoporum, qui a seculo* VII *usque ad seculum*
C XVI *provectum Ratisponensem sedem occuparunt, Catalogus, in tres libros divisus; etsi autem Catalogi hujus author Laurentius Hochwartus lib.* 2, *cap.* 18, *S. Emmerami ecclesiam haud diu admodum ante Leonis* IX *Papæ Ratisponam, qui, ut infra videbimus, anno* 1052 *accidit, adventum incendio fuisse vastatam, memoriæ prodat, postea tamen id quodammodo tacite retractans sub ejusdem capitis finem sic scribit :* Quamquam multa sunt hoc cap. dicta, tamen de S. Dionysio ob perpetuam rei memoriam certiora sunt hic adnotanda.

*esse S. Dionysii corpus*

3 Corpus S. Dionysii martyris beatus Tuto episcopus cum post Arnulphi mortem accepisset, Gallicas insidias timens, venerabiles Martyris reliquias cum excisis in lateres litteris, ne per incendium res aboleretur, in murum Occidentalem templi conclusit, suo tempore revelandas. Commodum vero tunc Reginbardus abbas, nescio quid exstructurus, sub Gebhardo *(ab anno scilicet* 1036 *ad annum usque* 1059 *aut* 1060) episcopo Ratisp. *III* murum dejicit : Lipsana cum excisis lateribus reperit, hos cum aliis in testimonium producit, Pontificem Romanum ad rem confirmandam inducit. *Reginwardus itaque,* D *seu, uti hic ab Hochwarto vocatur, Reginbardus, non ecclesiæ, quæ incendio fuisset vastata, a se instauratæ, sed muri tantummodo, ob aliud quid exstruendum dejecti, occasione corpus, quod lateres, in muro illo ante hoc positi,* S. Dionysii *corpus esse indicabant, invenisse ab Hochwarto, ut apparet, asseritur. Et vero, muri dejecti occasione dumtaxat Reginwardo id obtigisse, vel e solo, quod proxime laudavi, quodque, circa annum* 1052 *combustam adhuc fuisse S. Emmerami ecclesiam, non notat, antiquissimo Bojoariæ chronico verosimile apparet; cum autem, uti hinc consequitur, in assignanda, qua corpus illud fuit inventum, occasione Emmeramensis mox laudatus princeps et abbas Joannes Baptista verosimiliter erret, fit hinc, ut, ne in anno* 1052, *quo inventionem illam evenisse ait, pariter errarit, sit verendum. Utut sit, hanc equidem, utpote haud diu ante Leonis IX Ratisponam, qui, ut dictum, anno* 1052 *locum habuit, adventum factam, seculo circiter undecimo medio evenisse, omnino est certum.*

*furto a Gisellberto, Ebulone S. Dionysii*

4 *Nec minus est certum tum quoque tres lapides seu lateres, corpori invento seu scriniis id complectentibus præfixos, qui characteribus sibi impressis, esse illud* Dionysii *corpus, faciebant testatum, fuisse in muro repertos. Tres illi lateres seu cocti e luto lapides hodieque in S. Emmerami monasterio religiose asservantur. Ac inscriptiones quidem, dictis characteribus expressas, quas præferunt, Cælestinus Emmeramensis abbas in Opere, quod seculo proxime elapso edidit ac* S. Emmerami Mausoleum *inscripsit, publici juris primum fecit; deinde vero easdem Chalcographo imitandas dedit ac porro æri incisas in sua supra laudata Dissertatione pag.* 116 *exhibet celsissimus princeps ac Emmeramensis abbas Joannes Baptista. Eas, prout apud Cælestinum abbatem exstant, hic exhibeo. Prima sequentibus concipitur verbis :* Emmeramus Aquitan. Dionysius Areopag. hic requiescit sub Arnulpho imperatore et Odone R.; *secunda vero hisce :* Sub Ebulone abbate mon. sci. Dionysii Gisalbertus furavit; *ac tertia demum istis :* Furatus est v. N. Jul. Huc venit II. N. Dece. temp. Tuton. epi. *Georgius ab Eckhart in contextis a se de Rebus Franciæ Orientalis Com-* F *mentariis tom.* 2, *pag.* 746 *sic scribit :* Gisalbertus dicitur S. Dionysii reliquias furatus esse sub Ebulone abbate S. Dionysii. Ebulonis nomen alii, quam cœtaneo homini in Germania notum fuisse vix potuit. Martius ille Ebulo vel Ebolus anno 886 abbas S. Dionysii factus est et anno 893, VI. Idus Octobris, Rheginone aliisque monumentis testantibus, obiit. Tuto episcopus Ratisponensis creatus est anno 894. Cum igitur sub Ebulone abbate v. Non. Julii ablatus sit Galliæ S. Dionysius, et quidem II Nonas Decembris tempore Tutonis episcopi Ratisbonam venerit, statuendum est pium hoc furtum anno 893 factum, et S. Dionysium ecclesiæ S. Emmerami anno 894 illatum fuisse.

*abbate, surreptum, ibique, Tutone episcopo,*

5 *Ita ille. Ac recte quidem, cum Ebulo, quo existente Dionysiano abbate,* S. Dionysii *corpus furto surreptum in secunda e jam datis inscriptionibus asseritur, ultra anum* 893 *vitam haud protraxerit, furtum illud, si locum umquam habuit, ante annum* 894 *statuit. Verum, cum idem Ebulo jam inde ab anno* 886 S. Dionysii *abbas exstiterit, Tutoque, quo existente Ratisponensi episcopo,* S. Dionysius *ad S. Emmerami*

A *rami ecclesiam venisse in tertia e supra huc transcriptis Inscriptionibus traditur, ab anno* 894 *ad annum usque* 931, *ut Mabillonius Sæc.* V *Benedict., part.* I *ostendit, Ratisponensi ecclesiæ præfuerit, secundæ et tertiæ e duabus dictis Inscriptionibus veritas nullo omnino, ut consideranti patescet, modo exigit, ut* Dionysius *nec citius, quam anno* 893 *Dionysianis ereptus, nec serius, quam anno* 894 *ad S. Emmerami ecclesiam venisse statuatur. Ut quid ergo primum quidem definito anno* 893, *postremum vero definito anno* 894 *statuendum, verbis jam nunc datis laudatus Eckhartus affirmat? Id hic scriptor, qui, si Tuto jam inde ab anno* 893 *Ratisponensium fuisset episcopus,* Dionysium *hoc ipso anno non tantum Gallis ereptum, sed et ad S. Emmerami ecclesiam venisse, etiam statueret, idcirco indubie facit, quod Dionysiani corporis furtum, non Arnulpho imperatori, sed soli Giselberto, qui etiam sacrum illud pignus ecclesiæ Emmeramensi donarit, attribuat, quodque, cum adeo a Giselberto, ut putat,* Dionysius *et Gallis*

B *ereptus et ad S. Emmerami ecclesiam fuerit delatus, postremum hoc abs illo, minima dumtaxat, quam potuit, posita post furtum mora, patratum existimet. Audi, qui statim post verba proxime recitata loquatur :* Gisalbertus, *inquit,* sine dubio, ne detegeretur atque in itinere comprehenderetur, ambagibus usus est, et, cum dubius hæreret, ubi sacrum thesaurum deponeret, illum per aliquod tempus apud se secreto detinuit. Cum vero nulla ecclesia Arnulfo tunc charior atque in Bajoaria clarior esset, quam illa S. Emmerami Ratisponensis..... Gisalbertus reliquias S. Dionysii non alibi magis honorifice, quam Ratisbonæ, requiescere posse credidit, easque ad regiam hanc urbem deportavit.

*haud tamen si Eckharto assentiendum, Arnulphi imperatoris dono,*

6 *Verum an Eckhartus,* Dionysium *ab Arnulpho imperatore nec furto Gallis ereptum, nec Emmeramensi ecclesiæ donatum, recte statuit? Cum vel hoc vel illud ab Arnulpho fuisse factum, nullis omnino litterarum monumentis, anno* 1050 *anterioribus, consignatum inveniatur, neutrumque etiam in jam datis inscriptionibus asseratur, enimvero Eckharto penitus hic refragari haud velim. Attamen cum.* Dionysium *per*

C *Arnulphum imperatorem et Gallis surreptum et ad S. Emmerami ecclesiam translatum fuisse, Ratisponenses Leoni IX Papæ in litteris, hujus nomine inscriptis infraque hic recitandis, dixisse asserantur, quid ni, si Dionysiani corporis furtum locum umquam habuit, Arnulphus imperator, qui, quemadmodum recte opinatur Eckhartus, Lutetiæ Parisiorum numquam fuit,* Dionysium *Gallis eripuisse dici queat, non quidem quod ab ipsomet, sed quod ex ejus imperio a Giselberto furtum illud fuerit patratum? Sane, quod quis imperio suo per alium facit, facere id per se non immerito censetur. Atque hæc de Dionysiani corporis furto dicta sunto; quod autem ad corporis ejusdem donationem jam spectat, hanc Emmeramensi monasterio ab Arnulpho non fuisse factam, Eckhartus statuit, quod Arnolfus, e comite Vochburgensi S. Emmerami monachus, accurate dona, quæ in S. Emmerami ecclesiam Arnulphus imperator contulit, recensens, ne verbulo quidem Dionysiani corporis meminerit. Ast ob hoc Arnolfi seu, ut ab aliis vocatur, Arnoldi silentium necessario, quod hic Eckhartus statuit, statuendum haud esse, ex infra dicendis patescet. Quod si tamen quisquam, quæ prolaturus ibidem sum, haud probans, sacri illius pignoris et furtum et factam monasterio Emmeramensi donationem, non Arnulpho, sed soli Giselberto adscribere cum Eckharto perrexerit, vehementer ei reluctari mihi animus non est. Et vere ita comparatus cur non sim?*

AUCTORS C. B.

7 Dionysii *e Gallia in Germaniam translatio lateribus seu lapidibus tribus num.* 4 *hic memoratis præcipue innititur, illamque Inscriptiones, hisce incisæ, Arnulphi tantum tempore, at non item rem ipsomet hoc principe vel agente vel jubente, factam fuisse produnt. Opinio quidem, quæ* Dionysium *ab Arnulpho ecclesiæ Emmeramensi datum statuit, in litteris etiam, Leonis IX Papæ nomine inscriptis, infraque hic recitandis, seu potius in Ratisponensium, quæ medio circiter seculo* XI *obtinuit, traditione est fundata; verum hanc tum adhuc puram nec adjunctis falsis, ex infida vulgi fama natis, auctam ac porro fœdatam fuisse, pro certo quis asserat? Quis, quæso, inscriptiones, quæ eidem opinioni etiam adstipulantur, quæque, priusquam, quod supra* E *memoravi, corpus a Reginwardo abbate inveniretur, in Emmeramensi, ut mox videbimus, ecclesia exstitisse perhibentur, fuisse statim post advectum ad hanc idem corpus positas nec multo serius e traditione, jam eo, quo mox dixi, modo corrupta, confectas, sat solide vel utcumque dederit probatum? Verum, utcumque res hæc habeat, corpus equidem, quod* Dionysii *esse, Ratisponenses arbitrantur, Tutone Ratisponensium jam episcopo, Ratisponam, ut tertia e supra huc transcriptis inscriptionibus fidem facit, ad S. Emmerami ecclesiam venit; Tuto autem id postea, ne vel a Gallis, sacrum thesaurum sibi ereptum recuperare forsan conaturis, dolo ac fraude surriperetur, vel ab Hungaris, sub seculi* X *initium in Bavariam frequenter irrumpentibus, profanaretur, Emmeramensis ecclesiæ muro, additis etiam, quos supra memoravi, tribus lateribus, inclusit.*

*in S. Emmerami ecclesia locatum fuisse, indicabant*

*sub annum* 1050 *inventio, agitata*

8 *Ast, cum tantummodo, ut apparet, pauci admodum, ne proditione forsan sacræ reliquiæ detegerentur, occultationis hujus conscii fuissent, locus sensim, quo fuerant absconditæ, in oblivionem venit, donec tandem occasione, quam supra exposui, a Reginwardo abbate una cum corpore, quod complectebatur, sub annum* F 1050 *fuit detectus. Ita unanimi fere consensu omnes, qui* S. Dionysium *e Francia Ratisponam ad S. Emmerami ecclesiam furto translatum, contendunt. Porro etsi quidem, priusquam, quod ante memoravi, corpus una cum supra datis, quæ, id esse* Dionysii *corpus, indicabant, inscriptionibus a Reginwardo abbate seculo* XI *circiter medio inveniretur, res ita, ut jam dixi, haberet, diversæ tamen in Ratisponensi S. Emmerami ecclesia, si in præfata sua Dissertatione cap.* 5 *Joannes Baptista Emmeramensis abbas recte scribat, inscriptiones aliæ, imo et picturæ, parietibus impressæ, quæ, ibi asservari* S. Dionysii *corpus, non obscure docerent, fuerint inventæ. Ac mihi quidem tales etiam jam tum reipsa ibi exstitisse inscriptiones ac picturas, sat verosimile apparet; verum, utcumque id habuerit, rumor tamen de* S. Dionysii *corpore, Dionysianis surrepto atque e Francia in Germaniam delato, hactenus haud late admodum, quod, quo id in Emmeramensi ecclesia loco jaceret reconditum, ignoraretur, per Germaniam ac Galliam sese diffuderat; ast*

auctore C B.

*ast is, dum Reginwardo, quod dixi, corpus fuerat inventum, magis magisque statim, majori etiam forsan, quam par esset, cum strepitu rem fama vulgante, invaluit, ac, Emmeramensibus monachis, penes se esse* S. Dionysii *Parisiensis corpus, ubique prædicantibus, quaquaversum sparsus male admodum, ut apparet, Gallos affecit, auribusque minime æquis per eos fuit exceptus. Quam verum id sit, ex iis, quæ jam nunc subdo, patescet. Leo IX Papa anno* 1052, *quo pacem inter Andream, Hungariæ regem, Henricumque IV imperatorem componeret, in Germaniam venit, eodemque anno, ut Pagius in Romanorum Pontificum Breviario, aliique ad eumdem annum recte docent, Ratisponam venit.*

quam maxime fuit,

9 *Ibidem porro non tantum S. Wolfangum, sed etiam S. Erhardum in Sanctorum numerum retulit, ac, ut nonnulli addunt, sedulo etiam, esselne, an non, penes Emmeramenses monachos* S. Dionysii, *primi Parisiensium episcopi, corpus, examinavit. Nec id examinarit tantum, verum etiam, si Germanis fides sit, sacrum illud pignus, Gallis furto ereptum, penes Emmeramenses monachos esse, datis ad Hen-*

B *rico, Galliarum regem, litteris declararit. Galli quidem, litteras hujusmodi a Leone datas fuisse, passim eunt inficias; verum, rectene, an secus, lectoris erit ex infra dicendis statuere. Alia interim ex parte Henricus I, Francorum rex, rumoribus de corpore, Ratisponæ in S. Emmerami ecclesia per Reginwardum abbatem invento, ad sese eo modo, ut dubitari de eorum veritate non posset, delatis, ne eorum forsan, qui id* S. Dionysii, *Parisiensium Apostoli, corpus esse asseverabant, opinio serperet latius, scrinium seu loculum, in quo olim a Dagoberto I, Francorum rege, depositum fuisse* S. Dionysii *corpus credebatur, publice reserandum, sacrasque illi inclusas reliquias frequenti multitudini solemnitate quam maxima ostendendas curavit. Id omnino, uti infra docebo, est certum nec ab ullo revocatur in dubium; ut sane controversiam, qua de* S. Dionysii *Dionysiani et Emmeramenses decertant, tum potissimum, cum corpus, quod* Dionysii *esse inscriptiones adjunctæ indicabant, seculo* XI *circiter medio Ratisponæ in S. Emmerami ecclesia fuisset inventum, contigerit agitari.*

C 10 *Porro Galli, instituta, quam dixi, loculi seu scrinii Dionysiani visitatione, non tantum, non esse inde* S. Dionysii *corpus sublatum, sed nec surripi potuisse, audacter (rectene an secus, dicenda aperient) asseruere. Ac postremum quidem istud potissimum e loco munito, quo sacrum illud pignus summa cum cura custoditum semper fuisset, videntur contendisse. Certe Haymo, qui, quemadmodum infra videbimus, jam memoratam corporis Dionysiani visitationem seu detectionem sub seculi* XII *finem descripsit, Haymo, inquam, seu potius Galli illi, quos hic in lucubratione, qua id fecit, loquentes inducit, ita in hac apud Felibianum ad Sandionysianæ Historiæ calcem cap.* 5 *loquuntur*: Sicut didicimus plurimorum autentica sententia, quos in litteralium atque liberalium disciplinis studiorum majoris utilitatis ac pretii aiunt esse in nostra patria, in regis Dagoberti evidentissime reperitur Gestis descriptum, quemadmodum memoratum Sanctum (*Dionysium* nempe) cum duobus sociis honorifice posuerit in scriniis argenteis, artificiosissimarum serarum atque obicum mirifica atque subtili diligentia, ut adhuc hodieque videri potest, interius munitis. Collocavitque post altare in cripta tantæ profundi-

Gallisque, Dionysii corpus eripi sibi

tatis, ut usque ad genua omnino se intromittat, D si quid inde voluerit abstrahere aliquis. Quin etiam, antequam ad corpora Sanctorum perveniatur, criptula quædam aureis gemmis extrinsecus decorata habetur, in qua duabus seris diligenter munita Dominici clavi et coronæ condita servantur pignora, nulloque alio aditu præter hunc scrinia Sanctorum videri, aut ab aliquo possunt ullatenus tangi. Ecce, quomodo corpus sancti Dionysii munitum nulla adimi possit arte latronum.

haud potuisse, contendentibus, tum quoque modus, quo id

11 *Ita illi; ut sane ne potuisse quidem furto surripi* S. Dionysii *corpus, Galli tam e loco munito, quo esset reconditum, quam e summa, qua semper fuisset custoditum, cura tum contendisse videantur. Hinc porro, ni fallor, tum etiam factum, ut Germani, quo non tantum habere potuisse, sed et re ipsa habuisse locum Giselberti furtum, ostenderent. in rationem, qua committi id et potuisset et commissum re ipsa fuisset, adhibita omni cura, studiosissime indagarint. Qualemcumque saltem ita autumandi ansam præbet Emmeramensis supra plus semel jam laudatus abbas Joannes Baptista. Hic enim celsissimus author ad suæ de* Dionysio *Ratisponam translato Dissertationis calcem exhibet lucubrationem, vel haud diu post vel sub seculum* XI *medium, uti e mox dicendis patescet, conscriptam, in qua Opusculi hujus scriptor anonymus non tantum* S. Dionysii *e Gallia translationem, sed et rationem, qua hæc fuerit peracta, evolvit. Fuisse autem vel haud diu post, ut jam dixi, vel sub seculum* XI *medium lucubrationem illam exaratam, certum idcirco atque indubitatum apparet, quod ad mox dictæ Dissertationis calcem præferat seu sibi præfixam habeat epistolam, ab eodem scriptore anonymo Reginwardo abbati, qui, quemadmodum laudatus Emmeramensis abbas Joannes Baptista in suis in epistolam illam Annotationibus docet, ab anno* 1049 *usque ad annum* 1064 *S. Emmerami monasterio præfuit, inscriptam. Porro in hac scriptor ille anonymus, qui in titulo præfixo* presbyter *vocatur, sese, qui* S. Dionysii *ossa Parisiis surrepta atque e Gallia Ratisponam fuerint translata, lubentissime litteris, prout ab eo Reginwardus petierat, commendaturum esse, statim ab initio promittit ac deinde id partim e litteris, ab ipsomet Reginwardo ad se missis, partim e* F *notitiis, quas a Gallorum (apud hosce enim, ut ait, aliquamdiu fuerat moratus) sapientissimis ac veracissimis viris acceperat, exsecutioni sese mandaturum, declarat.*

E

factum sit, a scriptore anonymo per lucubrationem, partim quidem,

12 *Verum, rectene, ac veritate ubique servata, id præstitit? Id equidem mihi haud apparet. Neque vero is, utpote non pauca parum admodum verosimilia, imo et ab omni prorsus veri specie abhorrentia scribens, fidem ullam in rebus, diu ante ætatem suam gestis, quas sine antiquiori dictorum suorum vade refert, sibi adjungit. Ut autem, an merito ita arbitrer, dispicere ipsemet per se studiosus lector queat, partim saltem præfatam, qua, quod dixi, anonymus ille, natione, ut apparet, Germanus, presbyter fecit, lucubrationem, plerisque tamen, quæ huic insuper immiscentur, ineptiis omissis, compendio hic exhibeo, mox etiam deinde, quæ in illa potissimum displiceant, subjuncturus. Omnia itaque, quæ ad institutum nostrum hic faciunt, lucubrationis illius capita, in compendium majorem partem redacta, eo fere recidunt. Arnulphus imperator, quo Carolo Simplici, Francorum regi, qui, ab Odone, a Gallis in regem assumpto, e regno*

A *gno secedere compulsus, Colon iam Agrippinam advenerat, ac ab eo, ibidem tunc commorante, auxilium adversus hostes supplex rogarat, suppetias ferat, maximo cum exercitu in Galliam ingreditur, civitates regni hujus non paucas expugnat, moxque tamen, etsi armis ejus ubique Galli cedant, muneribus ab Odone delinitus, in concionem et hunc et Carolum adducit, simulque, ut Odo quidem in Gallia regnare pergat. Carolus vero, ibidem dumtaxat post Odonem regnaturus, in Burgundium secedat, decernit, ac, rebus ita compositis, cum Odone Parisios usque, quo ibidem hunc solio denuo imponat, cum exercitu suo progreditur, castra prope hanc civitatem per tempus aliquod metatur, Odonem, exercitus sui legionibus sex auctum, contra Normannos, Galliam vastantes, mittit, ad Dyonysianam ecclesiam, quo sanctum loci hujus patronum veneretur, accedit, ab Ebulone abbate honorifice excipitur, cælestemque* Dyonisii *Hierarchiam, quam ab hoc accipit, animo attento in castra reversus evolvit.*

*quod hic datur,* 13 *Hinc sacrum scriptoris adeo sublimis corpus e Gallia in Germaniam asportandi desiderio accenditur, cum Giselberto id communicat, ac abs*

B *hoc, quanta* Dionisii *corpus cura servetur, vixque fieri posse, ut arte ulla surripiatur, edoctus, consilium, quod hic ei præbet, amplectitur, Giselbertum perduellionis seu proditionis ex composito accusatum, coram San-dionysiano abbate Ebulone, consanguinitate ei conjuncto, extremo supplicio damnat, hocque nihilominus ac aliis intercedentibus Gallis, Giselberto, in speciem reo, veniam concedit. Hic, rebus ita constitutis, magna prius ab Arnulpho, quo, quod meditabatur, corporis Dionysiani furtum exsequi possit, pecuniæ summa donatus, ad* S. Dionysii *monasterium, tamquam ad asylum, cum Ebulone abbate, sanguinis nexu sibi conjuncto, secedit, propositum monachi ibidem induendi simulat, pecuniæque, quam secum attulerat, parte altera communitati, altera Ebuloni abbati hunc in finem oblata, tertiæ supra ipsum* S. Dionisii *tumulum ponendæ obtentu locum sibi, quo hic situs esset, monstrari tandem ægræ impetrans, ab Ebulone abbate noctis tempore in cryptam, in qua* SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii *corpora jacebant recondita, per aditum occultum introducitur, diversas ibi tumbas marmoreas conspicatur, sed, in quanam*

C *ex hisce* S. Donysii *corpus jaceret, incertus, tumulum seu tumbam, quæ id complecteretur, sibi aperiri petit, idque etiam demum largitionibus et precibus ab Ebulone consecutus, sanctissima Dionysiani corporis membra, dimoto non sine ingenti labore tumbæ operculo, intuetur, cumque jacere in hac* S. Donysii *corpus, charta prope caput inventa, fidem faceret, pecunia, quam supra id ponere se velle simularat, sacras sancti Martyris exuvias honorat precesque ad Sanctum fundit.*

*compendio,* 14 *Mox porro post crypta egressus ac jam omnia, quæ ad tuto patrandum, quod meditabatur, facinus nosse desiderarat, apprime noscens, convivium, ad quod abbatem monachosque invitarat, diligentissime parat, id deinde juxta ac subsecutam cœnam diutissime protrahit, omnibusque cibo et potu oppido onustis hincque cubitum concedentibus, ipse, ut sibi nocte illa in ecclesia excubare fas sit, ab Ebulone postulat, idque simulata pietatis specie adeptus, loci sacri custodibus vinum magna copia propinat hisque inde in somnum resolutis, Giselbertus, jam omnia tuta*



*videns, instrumentis, quæ, capsellæ inclusa, afferri ad sese librorum specie jusserat, primum cryptæ, quæ Sanctorum nostrorum tumulos complectebatur, claustra ac deinde tumbam, in qua* S. Dionysii *corpus jacere modo supra relato dicerat, effringit, sacra* Dionysii *ossa inde rapit, duabus peris imponit, hisque onustus sine mora ad locum, quo equum sibi paratum teneri jusserat se confert, atque in hunc prosiliens concito cursu Arnulphi castra petit, eique, quam expetierat, sacram prædam tradit in manus, ac ab eo pro meritis exceptus mox cum sacris furto surreptis* S. Dionysii *reliquiis, quo in tuto hæ ponantur, e Gallia in Germaniam, quingentis ei ad custodiam adjunctis equitibus, dimittitur. Imperator, qui nihilominus e* S. Dionysii *reliquiis os,* quod in manu *(ipsa hæc usui infra adhuc futura scriptoris anonymi verba sunt)* medium connectit brachio digitum, *penes se retinuerat, haud ita dudum post ab Ebulone abbate convenitur.* AUCTORE C. B.

15 *Cryptæ scilicet, in qua* Dionysii, Rustici et *partim vero* Eleutherii *corpora jacuerant, claustra distorta, ipsimet, quæ tumbamque* Dionysii, *comparente nuspiam Giselberto, perruptam sanctique Martyris ossibus orbatam, ecclesiæ custodes mane hanc lustrantes invenerant, dumque horum omnium mox Ebulonem reddidissent certiorem, hic id, quod res erat, subodoratus, absque ulla mora ad Ar-* E *nulphi castra se confert, imperatoris tentorium audacter ingreditur; ut surreptum* Dionisii *corpus sibi restituatur, inclamat, dumque deinde, clamoribus nihil proficiens, imperatori, ut sacrum illud restituat pignus, demisse supplicat Arnulphus sese id facturum negans, Ebuloni tamen, si hic ei pretiosum Euangeliorum librum, in abbatia sua extantem, tradiderit, concilium sese, quo omni e corporis Dionysiani furto ei oborta angustia eximatur, daturum esse, pollicetur, dumque, libenti sese animo id facturum, Ebulo respondet, imperator mox, quod spoponderat, consilium ei suggerit. Id aliaque nonnulla, quæ in dicta lucubratione adhuc occurunt, singularia adeo ac mira, pene dicam, ridicula sunt, ut ea omnia ipsismet, qui hanc litteris mandavit, scriptoris anonymi verbis recenseri præstet. Sic habent:* Imperator dixit: Celeri cursu monasterium repetito, fratresque convocans dicito, te apud me S. Dionysii corpus reperisse, quod apostata Gisilbertus furto sublatum mihi attulisset, ut in gratiam eo pacto rediisset, sed me ipsum cum dedecore abjecisse, sanctas vero reliquias, ipso fuga dilapso, mecum retinuisse, tibique, ni abnuant, condicto pretio red- F diturum esse.

16 Deinde, paucis senioribus adhibitis, clam *recitantur,* sepulchra Sanctorum accedito, et Sociorum Dionysii unum vel alicujus Martyrum, quorum numero abundas, sepulchro membra levato, et palam librum, clam reliquias ad me in castra deferto. Meum est tibi parare duas ex corio peras, his, in quibus Dionysii corpus alatum est, simillimas; has sanctis reliquiis, quas attulisti, infarciri facio; quibus unum, quod penes me retinui, Dionysii sancti membrum admiscens tibi contrado. Namque per sinecdochen pars accipitur pro toto, ut possis sacramento confirmare, te vere Dionysii corpus receptum tenere. Sic onustus palam nostro comeatu tripudians e castris domum contendito; quo dum perveneris, alacris in ambonem conscendito, furentique populo nunciato, te quemdam erroneum et apostatam a me extrusum et proscriptione mortique damnandum jure propinquitatis eruisse, simulque conversionem

AUCTORE C. B.

mentitum, in monasterium te suscepturum, ipsum tibi Dionysii reliquias furto rapuisse, ut tali dono nostram gratiam redintegrasset, quem ego in vinculis injectum malo vellem cum exemplo ut periret, elapsum fuga disparuisse. Te vero tanti libri pretio donassem Dionysii corpore sancto. Accepto ergo tanto solatio tantoque consilio, celer monasterio revolat abbas Ebulo, fratres celerius convocavit, eisque augusti erga se munificentiam retulit, qui omnes pro hoc beneficio non solum, quem postularet, librum concedendum, sed etiam Galliæ, si postularet, suadebant dimidium regnum. Post hæc cum senioribus, de quorum fide et taciturnitate securus erat, cryptam latenter intravit, et alterius Sancti ossa sepulchro levavit pro Dionysii ossibus deferenda, sed et venerabilis cujusdam viri ossa, ne locus vacuus appareret, ipso vacuato sepulchro relocavit.

*scriptoris verbis*

17 His ergo ita patratris, uti condictum erat, ad augustum in castra recurrit, cui offert librum, recepiens clam cocambiendo ipsis, quas advexerat, reliquiis immixtum Dionysii membrum. Quæ tunc abbas Ebulo læto suscipiens collo, B clero populoque comitatus sancto loco reportavit, moxque in ambonem conscendens qualiter sanctas reliquias perdiderit, qualiterque receperit furenti populo (jam enim, fama vulgata, Parisiensis plebs confluxerat) pronuntiavit. Ergo membrum jam dictum, ut in pulpito stabat, vere Ariopagitæ Dionysii hoc corpus esse, sacramento firmavit. Deinde utrum veteri sepulchro corpus sanctissimum recondi placeret, cautiusve locari in medium contulit. Quibus simul acclamantibus, cautius debere locari, in aspectu multitudinis ipsa membra scriniolo imposuit plumbeo, hocque argenteo. *Talia sunt, quæ huc transcribenda duxi, ipsamet laudati scriptoris anonymi verba. Hic porro, post pauca adhuc subjungit*: Sic Dionysii ossa Parisius sublata, sic de Gallia sunt translata, sic eaque tali artificio imperator Arnolphus acquisivit, sic mira astutia omnes motus composuit; *ac deinde, Arnulphum quinto, posquam ea, quæ jam dicta sunt, gesta essent, die e Galliis suo cum exercitu recedere cœpisse, prefatus, lucubrationis suæ cap. ultimo sequentem deinde adhuc loquitur in* C *modum:* Quamdiu Arnolphus incolumis vixit, sancti Dionysii ossa secum retinuit. Tandem morbo correptus, quando finem sibi imminente sensit, Dionysii ossa sancti Emmerami momonasterio perpetualiter servanda tradidit una cum Euangeliorum libro, quem præmisimus.....

*hic exhibitam fuit adductus; verum is*

18 Tunc Tuto, Ratisbonensis præsul prævcavens Gallicas insidias, et ne qua præpotens persona inde sanctas reliquias præriperet, strenue præcavit. Nam omnes, hujuscemodi rei conscios, ne quis Dionysii ossa proderet, sacramento constrinxit, dicens, cum tempestivum fuerit, hæc oportunius prædestinatio divina revelabit. Ergo sancta ossa vili scriniolo recondens in sarcophago posuit, rem tamen tribus tabullis cocti lateris incisam per elementa memoriæ mandavit, hasque Occidentali parte muro inclusit..... Sic Dionysii ossa Ratisponam sunt locata. *En, erudite lector, egregium sane modum, quo* S. Dionysii *corpus e Gallia in Germaniam ac Ratisponam deinde, si anonymo præfatæ Lucubrationis scriptori fides sit, fuerit translatum. Verum de modo illo quid censendum? Scriptor, a quo traditur, medio circiter, ut jam supra docui, seculo* XI *floruit, translatioque* D *quam memorat, sub annum, ut infra docebo,* 890, *si locum umquam habuit, evenit; cum autem ita habeat, vixeritque adeo abs hac sesqui amplius seculo remotus, unde, quæso, modum, quo factam ait, habuit perspectum? Sese quidem*, quomodo de Gallia translatus sit Dionysius, et quis eum furto Parisius tulerit,... tam ab ipso Parisiensi abbate, quam et ab aliis, quorum contubernio diu *dilectatus sit*, ipsius monasterii fratribus audivisse, *in sua supra laudata ad Reginwardum abbatem epistola affirmat. Verum* S. Dionysii *corpus furto ad se e Gallia translatum, Germanis seculo circiter* XI *medio confidentius, quam ante fecerant, asseverantibus, id Galli, ut jam dictum, ac maxime Dionysiani monachi iverunt inficias.*

*ob ea, quæ*

19 *Eodemne ergo hi tempore rationem etiam qua id ipsum, quod factum esse Germanis negabant, factum re ipsa sit, hospitem suum, utut natione Germanum, edocuerint? Quod si ita habuit, oportet sane, ut non tantum maximam a Gallis sacerdos ille Germanus anonymus inierit gratiam, verum etiam ut insignem plane apud illos fidem sibi compararit. Et vero, si ut* Dio- E *nysium vel ipsemet e Bavaria in Galliam reduceret, vel rationem, qua Ratispona auferri is posset, suggeret, interdum ab eis, facta etiam, ut ait, mercedis haud mediocris spe, fuerit rogatus, haud parva certe ei apud illos fides exstiterit. Res itaque, ut prodit, habuerit, fuerintque adeo Dionysiani monachi, quod diffitebantur publice, hospiti suo clam et, quemadmodum in sua mox laudata epistola loquitur,* secretius *confessi, ea equidem omnia, quæ ex hisce ille, sive de ipsamet* S. Dionysii *in Germaniam translatione, sive de modo, quo hæc facta sit, audivit, in sola, uti haud obscure in eadem epistola indicat, traditione erant fundata; hanc autem genuinam et veram non fuisse, vel ex eo liquet, quod scriptor anonymus, qui, adhibitis quæ ex hac, ut indicat, manabant, monachorum illorum relationibus, suam de* Dionysii *translatione lucubrationem, compendio majorem partem supra exhibitam, contexuit, haud parum in hac a veritate historica aberret. Ut id probatum dem, e multis, quibus in hanc peccat, erratis tria dumtaxat, brevitatis ergo missis reliquis, adduco.* F

*hic proferuntur*

20 *Pretiosum Euangeliorum librum, de quo plura infra, Emmeramensi monasterio ab Arnulpho imperatore, morti jam proximo, datum fuisse, num.* 17 *huc transcriptis verbis scribit; verum id fuisse multo citius, a principe isthoc factum, certum omnino, uti ex infra dicendis patescet, ex Arnolfo, qui seculo* XI *monachus Emmeramensis e comite Vochburgensi factus. S. Emmerami miracula in litteras anno circiter* 1030 *conjecit, efficitur. Fateor quidem, rationem, qua* S. Dionysii *e Gallia translationem factam refert, minime ex hoc errato convelli; verum id e duobus aliis jam nunc memorandis sit. Quæcumque in compendio jam dato ac nominatim verbis num.* 16 *et* 17 *jam recitatis de Ebulone, S. Dionysii abbate, refert, necessario exigunt, ut hic tunc, cum Arnulphus imperator, seu potius Germaniæ rex, Carolo Simplici, quod anno, uti inter omnes convenit,* 893 *factum, suppetias tulit, in* S. Dionsii *monasterio exstiterit; verum Ebulo, uti apud Chesneum tom.* 3 *Galliæ Scriptorum ad annum* 892 *et* 893 *Annales Metenses docent, anno* 892 *in Aquitaniam jam secesserat,*

AUCTORE C. B.

## CAPUT II.

### Qui præterea Dionysiani corporis furtum patratum dicatur, et, quandonam, si vel sic vel aliter reipsa fuerit commissum, evenerit.

A *cesserat, ibique ad obitum usque, qui anno* 893 *evenit, arma adversus Odonem gessit. Adhæc Arnulphum imperatorem, quo Carolo Simplici, qui, regno pulsus, ejus adversus Odonem auxilium implorarat, suppetias ferret, exercitum in Gallias duxisse, ac Parisios usque progressum, fuisse etiam per dies aliquot circa civitatem hanc castrametatum, scribit; verum, etsi quidem Carolus Simplex, regno ab Odone pulsus, Arnulphi adversus hunc anno* 893 *implorarit auxilium, isque etiam copias, quæ Carolo suppetias ferrent, subministrarit, Odo tamen cum exercitu ad Axonam consedit, easque a regni ingressu prohibuit. Audi, qui apud Chesneum tom.* 3 *Galliæ Scriptorum pag.* 328 *Annales Metenses ad dictum annum* 893 *loquantur.*

*in medium, certo, est, ut fictitius, rejiciendus,*

21 Carolus, *inquiunt*, vires Odonis ferre non valens, patrocinia Arnulfi supplex exposcit. Æstivo siquidem tempore jam dictus rex conventum publicum Wormatia civitate celebravit, ubi Carolus venit, et Arnulfum magnis muneribus sibi conciliat, regnumque, quod usurpaverat, ex ejus
B manu percepit. Jussum est etiam, ut episcopi et comites, qui circa Mosam residebant, illi auxilium ferrent, et eum in regnum inducentes in sede regia intronisarent. Sed neutrum horum illi quicquam profuit. Denique Odo rex, hoc audiens, cum exercitu super ripam Axani fluminis sedit, et copias Arnulphi intrare in regnum nullatenus permisit. Duces regis, cernentes, Odonem viriliter paratum esse ad pugnam, ab eo declinaverunt, et ad propria reversi sunt. Carolus in Burgundiam secessit, et, Odone Parisius revertente, rursus regni fines occupat, sicque alternatim ex utraque parte multi pereunt. *Cum itaque Arnulphus memorato anno* 893, *misso in Caroli Simplicis auxilium exercitu, Parisios usque, uti e jam recitato Annalium Metensium textu liquet, haud penetrarit, nec alias umquam Carolo Simplici subministrasse auxiliares copias legatur, enimvero id, quod de Arnulpho, Parisios usque susceptæ in Odonem expeditionis occasione progresso, castraque prope hanc civitatem aliquamdiu metato, lucubrationis, de qua hic, author anonymus, uti jam dictum, scribit, veritati neutiquam consonat; cum autem id ita sit, nec, si Arnulphus cum exercitu prope Parisios aliquando haud consedit,*
C *locum umquam, ut consideranti patescet, habere potuerit modus, quo* S. Dionysii *corpus Dionysianis furto a Giselberto fuisse surreptum, memoriæ prodit, tam hinc, quam ex iis, quæ de Ebulone mox dixi, consectarium est, ut modus iste, veluti commentitius, rejiciendus certo sit.*

*Modum certe, quo* S. Dionysii *corpus Dionysianis monachis surreptum atque e Gallia in Germaniam translatum in Lucubratione, a seculi* XI *scriptore anonymo conscripta ac a Joanne Baptista, Emmeramensi abbate ac principe, anno* 1750 *vulgata, asseritur, neutiquam admittendum, sed certo, veluti commentitium, rejiciendum esse, cap. proxime prægresso dilucide, ni fallor, ostendi. Nunc, qui præterea furtum illud* E *patratum dicatur, et quandonam, si vel sic vel aliter patratum reipsa sit, evenerit, examinare aggredior. Joannes Aventinus Annal. Boïc. lib.* 4 *sic scribit:* Arnulphus, contentus sorte, quæ præter spem oblata erat, ipsam vel Germaniam majorem, quam ut ab uno commode regatur, ratus, Franciam Occidentales fidei tutelæque Ottonis *(communius hic ab aliis* Odonis *nomine distinguitur)* committit..... Et Otto, quo vicissim Arnulpho gratificaretur, sacra Galliæ peculiari surripit, Arnulpho tradit; nempe Dionysium illum Gallorum tutelarem cælitem, et quem tanti æstimant, librum auratum atque gemmatum, ob honorem tanti herois jussu imperatoris Caroli, Calvi, rectoris Occidentalium Francorum aureis litteris scriptum et ædi ejusdem Divi amplissimæ, in agro Parisiorum sitæ, dono datum.

*Dionysiani corporis furtum, si modo, quem Aventinus*

23 Arnulphus hæc pietatis monumenta Reginoburgii in templo D. Haimerani, tutelaris Boiorum numinis, condidit, ubi adhuc monstrantur,... nosque hos dies, quibus illa religionis pignora, ex Gallia furto sublata, et in Bojariam translata sunt, in Fastos et Acta retulimus, et festos habemus; *ac deinde, nonnullis adhuc, quæ ad institutum nostrum haud adeo prope spectant, præmissis, tribusque etiam jam supra hic recitatis, quarum una Giselbertus* S. Dionysii *corpus furatus dicitur, inscriptionibus transcriptis, subjungit:* Is Gisalbertus procerum locupletissimus fuit, ex composito sacrilegii damnatus, de industria monasterium S. Dionysii deportatus, libenter a monachis recipitur, cum quibus frequenter bene victitans (nam et habebat, quod dabat, et dabat nemo largius) longe gratior factus est. Ubi satis fidei sibi haberi vidit sumptus affatim suppeditans, dubiam cœnam, vinum studiose optimum monachis et contubernalibus omnibus monasterii regio luxu apparat, in noctem protrahit convivium, illisque omnibus vino somnoque sepultis tum Gisalbertum sacrilegium *(Dionysiani nempe corporis furtum)* perpetrasse, litteris proditum est. *Aventinus, si omnia ejus modo huc transcripta verba nude secundum se considerentur, secummet ipso pugnant Primo enim ait,* S. Dionysium *ab Odone Gallis surreptum*

*secummet ipso in concordiam*

F

auctore C. B.

ptum ac, quo Arnulpho gratificaretur, principi huic traditum; deinde vero, furto illum a Giselberto sublatum, affirmat.

adducendus suadet,

24 Verum cum authores, qui invicem in speciem pugnant, non collidendi, sed, si fieri possit, componendi sint, verba etiam, quibus unus idemque author pugnantia scribere videtur, ita intelligenda sunt, ut secummet ipso is non committatur, sed, si fieri possit, in concordiam adducatur. Cum Odo post Caroli Crassi imperatoris mortem in regem a Gallis anno 888 fuisset assumptus, ad Arnulphum, tum dumtaxat, adhuc Germaniæ et Lotharingiæ regem, Wormatiam venit, talemque ibi, ut Annales Freheriani scriptoresque passim obvii testantur, sese exhibuit, ut cum consensu Arnulphi regnare deinceps potuerit, utque hunc, quem devincire sibi modis omnibus studebat, amicissimum etiam semper habuerit ad annum usque 893, quo idem Arnulphus, partim Fulconis, Remensis archiepiscopi, litteris, partim Caroli Simplicis precibus motus arma adversus Odonem movit. Quid si ergo Dionysium Gallis surripuerit
B Odo, non quidem per se, sed, ne inde Gallorum concitaret in se odium, clanculum ad id adhibita Opera Giselberti, ab Arnulpho ad eum hunc in finem missi, qui dionysianos monachos simulato monachi induendi proposito deceperit, surreptumque hisce astu Dionysii corpus in Germaniam, Odone ei auxilium clam præbente, detulerit? Adhæc Ebulo, S. Dionysii abbas, anno 892 in Aquitaniam secessit, ibique, ut Annales Metenses testantur, ad anni sequentis x Octobris diem, quo in castri cujuspiam oppugnatione periit, arma adversus Odonem gessit.

fuerit patratum, anno 892, aut, si

25 Quid si ergo Odo, statim atque in Aquitaniam Ebulo secesserat, Dionysianum monasterium, quo rebellem sibi hujus abbatem puniret, occuparit, pretiosum illum, quem Aventinus memorat, Euangeliorum librum ei eripuerit, Giselberto, quo Arnulpho gratificaretur, Dionysiani surripiendi corporis opportunitatem dederit, idque deinde clam una cum dicto Euangeliorum libro in Germaniam ad Arnulphum per eumdem Giselbertum deferri curarit? Enimvero, si res ita gesta statuatur, neutiquam secummet ipso in verbis supra recitatis pugnare dicendus erit Aventinus. Nec hoc tantum inde habebitur, verum etiam, quo verosimilius anno Dionysianum cor-
C pus Gallis, si re ipsa modo sacrum illud pignus penes Ratisponenses sit, fuerit ereptum. Cum enim, uti e jam dictis apparet, furtum istud, si in eo partem rex Odo habuit, verosimiliter non prius, quam cum jam Ebulo, S. Dionysii abbas, qui, ut dictum, anno 893 obiit, in Aquitaniam anno 892 secessisset, evenerit, consectarium est, ut vel anno 892 vel seq. fuerit patratum; cum autem Arnulphus, Germaniæ rex, anno 893 pro Carolo Simplice bellum Odoni intulerit, nec hunc tunc Giselberto, quo Dionysianum corpus, ad Arnulphum deferendum, Dionysianis surriperet, auxiliatum esse, verosimile sit, consectarium ulterius hinc fit, ut hisce sacrum illud pignus eripi verosimilius anno 892 contigerit. Aventinus quidem, e quo ita pii illius, ut tum vocari solebat, furti et modum et tempus determinamus, haud citius, quam seculo xv floruit; verum ei verosimillime duo utminimum præluxerint scriptores antiquiores, a quorum uno quidem Odoni, ab altero vero Giselberto Dionysiani corporis furtum fuerit adscriptum. Ita autumo, quod, ut apparet, supra huc adducta, quæ in speciem pugnant, litteris alioquin mandaturus haud fuisset.

id eo, quo a recentioribus adstruitur, modo factum

26 Verum, sciscitabitur forsan non nemo, fueruntne scriptores illi, qui Aventino præluxere, admodum antiqui? Id equidem asseverare non ausim; imo vero, cum ante seculum xi de Dionysii in Germaniam translatione nihil omnino litteris mandatum inveniatur, verosimillime illi seculo xii aut seq. antiquiores haud fuerint; ut in iis, quæ de hac scribit, Aventinus, utut duces, sese etiam multo antiquiores, secutus, fidem certam atque indubitatam haud mereatur. Hinc forsan factum, ut nonnulli, qui post Aventinum floruere, scriptores recentiores nullam omnino, ut ipse facit, Odoni regi partem in corporis Dionysiani furto adscripserint, idque, nota hujusmodi principi isti non inusta, sequenti fere modo statuerint patratum. Gisalbertus seu, ut alii scribunt, Giselbertus, homo Arnulfo imperatori charus, principi huic rem gratam, si S. Dionysii, primi Parisiensium, et, ut tunc putabant, antea Atheniensium episcopi, corpus Gallis suffurari eique offerre posset, sese facturum, ratus exsecutioni id mandare statuit, consilium suum Arnulfo aperit, hocque illud probante, imo et propositum furtum imperante, San-dionysianum in Francia, quo id committat, monasterium pe- E
tit, seque eo veluti criminis reus, quo sanctitate loci subduceretur, pœnæ, simulat confugisse. Benigne ab abbate et monachis susceptus sedulo omnia, quo felicem consilio suo exitum procuret, rimatur, ac inprimis, ut sibi, illo in loco, tamquam in asylo, commoranti, facilis sit ad sacrum S. Dionysii tumulum accessus, modis omnibus studet.

anno 890

27 Rebus omnibus ad facinus patrandum compositis, abbati et monachis opiparum et lautum instruit convivium, convivio cœnam non minus lautam adjungit, hanc studio multam in noctem protrahit, omnibusque bene potis ac inde in somnum resolutis, ecclesiam ipse ingreditur, ostium tumuli Dionysiani recludit, thecam sera obstructam, in qua sacrum, cui surripiendo erat intentus, continere corpus, didicerat, vi effringit, sancti Martyris ossa rapit, sacrisque spoliis onustus magnis itineribus in Germaniam fugit, ibique sanctam prædam Arnulpho imperatori in manus tradit. Atque hic modus est, quo, ut dixi, recentiores scriptores. Dionysiani corporis furtum conjiciunt patratum; id autem faciunt, quo sacrum illud pignus, utut summa semper cura custoditum locoque firmissime clauso servatum, e F
monasterio tamen educi atque e regno efferri potuisse ostendant. Verum quid si Giselbertus, qui id furto abstulit, homo adeo fuerit industrius, ut quascumque etiam portas ac cistas, utut firmissime clausas, summa dexteritate aperiri ac iterum claudere potuerit, isque, in San-dionysiano monasterio, seu monachi ibidem induendi, seu cujuscumque rei alterius obtentu, aliquamdiu moratus, locumque, quo Dionysii corpus jaceret reconditum, jam probe edoctus, rara illud, quam callebat, arte e conditorio seu loculo extraxerit, atque in Germaniam, diu adhuc post Dionysianos monachos furto latente, detulerit?

aut altero certe e binis seqq. evenit.

28 Quid si etiam sacrum illud pignus, cum Remis, quo fuerat Normannorum metu anno 887 delatum, ad San-dionysianum monasterium primum fuisset reductum, Dionysianis monachis dolo ac fraude fuerit surreptum? Tunc sane magis, quam alias patuisse furum insidiis sacrum thesaurum, verosimillimum est, eumque aut ipsomet anno, quo Remis San-dionysiopolim fuit reductus aut certe haud dudum post, si modo penes Ratisponenses

A *Ratisponenses sit, Dionisianis fuisse ereptum, e mox dicendis patèscet. Utut sit, si modi omnes, jam assignati, quibus Dionysiani corporis furtum patrari potuerit, fortassis displiceant, non est equidem, cur id nec ulla prorsus ratione alia patrari potuisse dicatur. Non pauca, diligentissime custodita ac centum, ut ita dicam, clavibus servata, furto fuere sublata, quæ qua ratione surripi potuerint, nemo facile explicet. Quod si interim, de quo hic nobis sermo, furtum jam mox assignata, quæ a recentioribus adstruitur, ratione fuerit patratum, oportet, ut vel anno* 890 *vel altero e binis sequentibus evenerit. Ita omnino statuendum, quod, uti inter omnes convenit* Dionysii *corpus nec citius, quam cum id Remis, quod anno* 890 *factum, in Ap. præced. num.* 44 *docui, San-dionysiopolim fuisset reductum, nec serius quam anno* 893, *utpote Ebuloni abbati, sub quo furtum illud patratum, emortuali, Dionisianis monachis fuerit ereptum. Ceterum, si, ut Eckhartus statuit, a solo Giselberto* Dionysius *et Gallis ereptus et Emmeramensi ecclesiæ fuerit donatus primum quidem ob causam, num.* 5 *hic*
B *jam expositam, anno* 893, *postremum vero anno* 894 *verosimiliter evenerit.*

## CAPUT III.

### An vel e Witikindo, vel e scriptorum omnium ac nominatim Arnolphi monachi de S. Dionysii in Germaniam translatione silentio locum hanc certo haud habuisse, detur evictum.

*Mabillonius e Witikindo commentitium certo esse*

*Mabillonius Sæc.* v *Benedict. part.* 1, *pag.* 112, *itemque Annal. Bened. loco non uno, Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Hist. lib.* 10. *cap.* 5, *Launoyus in* S. Dionysii *Vitæ et Miraculis, Observatione* XI *et seq., multique scriptores alii, maxime Galli, supra a nobis memo-*
C *ratam, qua* S. Dionysii *corpus San-dionysianis monachis furto surreptum Ratisponamque ad* S. *Emmerami ecclesiam tandem delatum traditur, narrationem seu potius, quod hac adstruitur, furtum veluti indubitatam fabulam ac commentum, quod locum nec habuerit nec habere umquam potuerit, traducunt. Ac Mabillonius quidem, quo merito id abs se fieri ostendat, dictorum Annalium tom.* 3, *lib.* 39, *num.* 29, *nonnulla de surreptis ac in Germaniam delatis* S. Dionisii *reliquiis modoque, quo id factum a nonnullis adstruitur, præfatus, mox hunc prosequitur in modum*: Verum ad refellendam hanc fabellam non aliis auctoribus opus est, quam Germanicis, Witichindo, inquam, Ditmaro et Arnolfo, monacho sancti Emmerami, qui omnes sub finem decimi seculi scripserunt. *Deinde poro, postquam e Witichindi, Ditmari, Conradi abbatis Urspergensis et Sigeberti testimoniis, supra a me partim in Ap. proxime prægressa num.* 66 *et seq. jam adductis, a Carolo Simplice, Francorum rege, in carcere jam detento,* manum pretiosi martyris Dionysii, auro gemmisque inclusam, *ad Henricum Aucupem, Germaniæ regem, missam fuisse, ostendit, ita ratiocinatur*: Cum igitur principatu Henrici regis, qui anno vicessimo post Arnulfum regnavit, hoc brachium e corpore sancti Dionysii detractum sit, consequens est, sacrum illud corpus apud Dionysianos tum servatum fuisse. Neque enim ante illud tempus Carolo impuberi et nondum regi declarato hoc brachium concessum fuisse, verisimile est.

AUCTORE C. B

*Dionysiani corporis furtum,*

30 *Verum, cum Carolus Simplex, dum manum illam, non brachium, ut Mabillonius ait ad Henricum Aucupem misit, in carcere, ipsomet fatente Mabillonio, detineretur, tunc-que certe ea, qua, dare sibi pretiosum hujusmodi pignus San-dionysianos monachos jubere potuisset, potestate haud fuerit, fuisse illam tunc e* S. Dionysii *corpore detractam, verisimile pariter haud est; cum autem res ita sit, oportet sane ut Carolus jam inde ab anno circiter* 919, *quo Henricus Auceps regnare incepit, aut a tempore adhuc anteriori pretiosam illam a Witichindo memoratam* Dionysii *manum in thesauro suo habuerit, eamdemque ex hoc, quo, captivus* E *licet, nondum penitus fuerit orbatus, extractam ad Henricum Aucupem vel anno* 923 *vel (Ap. præced. num.* 67 *videsis)* 925 *miserit. Hinc poro consequitur, ut saltem, contra ac Mabillonius vult, mannum illam, regnante jam Henrico Aucupe, de* S. Dionysii *corpore fuisse detractam, certum haud sit. Imo vero sacrum illud pignus, quod* S. Dionysii manus *a Witikindo nominatur, verosimillime ante annum* 890, *quo circiter San-dionysianis monachis Sancti corpus surreptum narratur, fuisse ex hoc detractum, nec, contra ac Mabillonius etiam existimasse videtur, integram exstitisse manum, e jam nunc dicendis patescet. Præfatum sacrum pignus seu* S. Dionysii, *uti a Witikindo vocatur, manus indubie vel veri Dionysiani corporis vel alterius, quod substitutum huic fuisset, pars exstiterit.*

*nulla omnino, uti ex iis,*

31 *Quod si hoc postremum habuerit locum, argumentum, quod contra assertum corporis Dionysiani furtum Mabillonius proxime huc transcriptis verbis e Witikindo deducit, nihil omnino contra id, ut considerant patescet, evincit; quod si autem primum, seu* S. Dionysii *manum, quam ad Henricum Aucupem Carolus Simplex misisse a Witikindo narratur, genuinam ac veram Dionysiani corporis partem exstitisse, admittatur, hæc sane vel integra manus haud exstiterit, vel* F *consectarium erit, ut* S. Dionysii *corpus, quod vel penes San-dionysianos in Francia vel penes Ratisponenses in Germania monachos seculo* XI *medio citra omnem controversiam exstitit, tum tamen nec penes hosce, nec penes illos exstiterit. Etenim, quo Ratisponenses, sibi* S. Dionysii *corpus vindicantes, confutarentur, vel anno, ut infra videbimus,* 1053 *vel haud diu ante in San-dionysiana Franciæ abbatia corpus, quod ibidem pro vero* S. Dionysii *corpore habebatur, fuit detectum, ac, ut Rigordus loco supra cit. testatur, duobus dumtaxat de collo, alteroque quodam de brachio ossibus deficientibus, integrum repertum. Porro corpus, quod, haud diu admodum ante dictum annum Ratisponæ inventum,* S. Dionysii *corpus esse, Ratisponenses S. Emmerami monachi dixerunt, haud minori integritate, unica dumtaxat eaque minima manus dextræ particula ei deficiente, exstitisse, universi, qui de re tractarunt, affirmant. Cum itaque tam corpus, quod San-dionysiani, quam illud, quod Ratisponenses monachi* S. Dionysii *esse tunc dixerunt, duabus manibus fuerit instructum.*

AUCTORE C. B. *structum, consectarium est, ut nec hoc, nec illud genuinum seu verum* S. Dionysii *corpus utpote cui jam dudum antea manus fuisset detracta, exstiterit; cum autem id ita sit, et tamen, ut jam dictum, genuinum* S. Dionysii *corpus indubie penes vel San-Dionysianos vel Ratisponenses monachos tum exstiterit, nihil superest, quam ut* S. Dionysii *manus, quam ad Henricum Aucupem a Carolo Simplice missam, Witikindus loco supra cit. refert, non integra Sancti manus, sed manus dumtaxat seu pars seu particula, quam ab integro abesse, facile potuerit haud observari, exsteisse dicatur.*

*quæ in medium* 32 *Quid si ergo aurea illa* Dionysii *manus, a Witikindo aliisque memorata, extiterit Lipsanotheca, auro gemmisque ornata, quæ, quod et partem manus* S. Dionysii *complecteretur, suaque etiam forma manum referret, manus etiam nomine fuerit distincta? Id enimvero, cum equidem e jam dictis manus integra esse haud potuerit, verosimillimum mihi apparet, uti etiam manum hujusmodi seu Lipsanothecam penes*
B *Carolum Simplicem, utut captivum, facili negotio potuisse adhuc esse superstitem, sive e thesauro regio, ad quem præcedentium regum jussu transiisset, sive e monasterio San-dionysiano ab ipsomet, priusquam in custodia detineretur, acceptam, Georgius ab Heckhart in suis de Rebus Franciæ Orientalis Comment. tom. 2, lib. 32, pag. 747, Carolum Simplicem tunc, cum* S. Dionysii *manum, a Witikindo aliisque nemoratam, ad Henricum Aucupem misit, in custodia fuisse detentum, præfatus, ac contra Mabillonium iisdem etiam fere, quæ jam supra attuli, præmissis pag.* 748 *sic pergit*: Jussu ergo Caroli brachium a compore S. Dionysii detrahi non potuit. Nec auro, gemmisque quibus illud captivus includi faceret, abundavit. Unde sequitur, manum S. Dionysii sive potius partem ejus jam diu ante hæc tempora a corpore S. Dionysii separatam ac auro inclusam gemmisque ornatam in capella regia asservatam fuisse, quam Carolus ex thesauro veterum regum, apud se residuo, Henrico Aucupi misit, eoque signo ostendere voluit, se, quæ dici et promitti fecerat, sancte servaturum esse.

*hic adducuntur* 33 Manum enim hanc auream, cui inclusa erat pars digiti S. Dionysii, separatim servabant jam diu ante Caroli Simplicis tempora in
C ecclesia sua monachi Dionysiani; atque super eam, tamquam veritatis indicem et perjurii vindicem juramenta solennia exigebantur. Mabillonius Sæc. III Benedictino parte II pagg. 443 et sqq. edidit tres libros „ de virtutibus et „ miraculis Macarii Areopagitæ Dionysii socio„ rumque ejus, „ ut vetus inscriptio habuit. Horum auctor, ut contenta indicant, et Mabillonius fatetur, sub Carolo Calvo vixit, et cap. XXIII ea, que diximus, confirmat. Cum enim cap. XX narrasset, Fardulfum, abbatem S. Dionysii, anno 792 Carolum M. in Saxonicam expeditionem comitatum esse, et „ pignora „ sanctorum Martyrum, „ Dionysii, Rustici et Eleutherii secum habuisse; atque cap. XXI addidisset, „ Bosulfum, ipsius abbatis clericum, re„ liquias beati Dionysii „ (quod particulam earum parvulam interpretor) „ secum in Italiam „ quondam tulisse et, constructa ecclesia in ho„ norem ejusdem præclarissimi Martyris et de „ sua hereditate ditata, eas posuisse in ea fideli„ bus profuturas; post pauca cap. XXIII scribit. „ Ejusdem abbatis tempore homo quidam, „ vocabulo Wanilo, in servitutem beati Dionysii D
„ quærebatur.

*per spicuum evadit,* 34 „ Re ad Lambertum comitem delata, ju„ ramento secundum legem libertatem se posse „ tueri Wanilo respondit. Statuta ergo die affuere „ comes et monasterii præpositus, nomine Angle„ boldus, habens secum partem digiti sancti „ Dionysii, auro instar manus affabre composito „ inclusam. Proferuntur comitis reliquiæ, super „ quas homo juramentum persolveret. Contra „ Agleboldus præpositus rogat, ut supra manum „ quam attulerat, juraret. Consentiente comite „ atque judicibus, in clypeo cum aliis reliquia„ rum patrociniis indicatrix veritatis manus com„ ponitur. Ad quam dum applicare manum ju„ raturus Wanilo vellet, sacrilegum tactum „ evitans, mirabile dictu, aurea manus longe re„ silivit; ut vero illa manum amovit, divina „ virtute acta, reliquias cotinens aurea manus, „ ad priorem locum reversa est. Cumque adhuc „ homo, in proposito perseverans, manum rur„ sus applicuisset, sicut prius, cessit iterum au„ rea manus. Sic illo tum et judicum, tum
„ etiam sua sententia convicto, virtutem S. Dio- E
„ nysii in commune omnes, qui aderant, sum„ mis laudibus extulere, per quem Dominus tam „ celebre miraculum ostendisset. Manus prædicta „ inter alia præcipua ornamenta ad memoriam „ Martyris appensa, hodieque a pejerandi ausu „ obstinatos quosque deterret. „ En tibi jam auream manum, ante Caroli Calvi ætatem confectam, cui pars digiti S. Dionysii inerat. En eamdem manum, quam Carolus Simplex Henrico Aucupi misit in signum fidei et veritatis promissorum suorum. En manum fidem facientem narrationi, quæ litteris *(integras has infra dabimus)* Leonis Papæ IX continetur. In iis enim dicitur, integrum S. Dionysii corpus Ratisponæ inventum fuisse, „ excepta unica et mi„ nima manus dextræ particula. „ Hæc ergo particula dextræ manui, ex auro fabrefactæ et gemmis decoratæ, inserta fuit.

*ratione evictum dat,* 35 Eadem vero hæc manus sive „ particula „ minima manus „ aut „ pars digiti „ S. Dionysii, Henrico Aucupi a Carolo Simplice donata et in corpore Ratisbonensi non inventa, ostendit, corpus illud, quod 1053 in basilica S. Dionysii visitatum et populo monstratum fuit, S. Dionysii non fuisse. Corpus enim illud utriusque F
manus membra integra habuit, nec ei quicquam, Rigordo teste, defuit „ præter duo ossa de col„ lo, quæ sunt in ecclesia Vergiancensi, et os „ quoddam de brachio, quod Stephanus Papa „ tertius secum ad Romanam portavit eccle„ siam. „ Gallorum ergo argumenta de S. Dionisio, numquam Ratisbonam translato, nullis sunt ponderis, et corpus, quod illi ostentarunt, suppositionis convictum; validæ vero probationes, quas Ratisbonenses de possessione ejusdem sancti corporis habent, et Gallis objicere possunt. *Ita hanctenus ille. Ac e manu quidem, quam a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missam, Witikindus loco supra cit. scribit, sacrum* S. Dionysii *corpus, posteriori hoc principe jam regnante seu anno circiter* 920, *exstitisse adhuc apud San-dionysianos monachos ac pro in antea in Germaniam translatum haud fuisse, nulla omnino ratione a Mabillonio evinci, certum omnino atque indubitatum, tam quæ verbis jam datis disserit, quam quæ jam supra ipsemet attuli, efficiunt; an vero e* S. Dionysii digiti parte, *in corpore quidem, quod anno cirtiter* 1050 *in*
S. Dionysii

A S. Dionysii *ecclesia visitatum populoque fuit monstratum, at non item in corpore, quod Ratisponenses* S. Dionysii *esse dixerunt, inventa, genuinum isthoc exstitisse* S. Dionysii *corpus, illudque, quod Galli ostentarunt, suppositionis convictum, recte etiam concludat, studiosi lectoris, cum infra dicenda expenderit, erit statuere.*

*Dionysiumque Emmeramensibus ab Arnulpho non fuisse datum, negativo, quod ipsimet*

36 *Alterum modo, quo corporis* S. Dionysii *furtum seu factam in Germaniam e Gallia translationem veluti commentum Mabillonius explodit, argumentum discutiamus. Id, quod, quamvis abnutivum dumtaxat, sit,* palmare *appellat, loco supra cit. repetit ab Arnolfo, ex comite Vochburgensi S. Emmerami monacho. His scilicet haud diu admodum, uti ex iis, quæ apud nos tom.* 6 *Septembris in Comment. Actis S. Emmerami prævio num.* 15 *et* 16 *dicta sunt, apparet, post annum* 1030 *libris duobus, apud Cannisium Lectionum antiquarum edit. Amstelodamensis anni* 1725 *tomo tertio a pag.* 103 *insertis. S. Emmerami miracula est complexus ; quamvis autem horum lib.* 1 *cap.* 5 *Arnulfi imperatoris in sanctum Emmeramum benefacta singillatim commemoret, prædia ab ipso data, præclarum codi-*

B *cem euangeliorum dono concessum referat, nullam tamen corporis* Dionysii *mentionem facit. Ac illud quidem argumentum, utut negativum, luculentiori adhuc et validiori modo idem Mabillonius Sæc.* V *Benedict. part.* 1 *in suis de B. Tutone, Ratisponensi episcopo. Dilucidationibus proponit. Etenim ita primum num.* 7 *ibidem scribit :* Si hæc translatio (S. Dionysii *e Gallia in Germaniam)* ab Arnulfo *(imperatore)* facta fuisset in ecclesiam S. Emmerammi, eam non omissurus fuisset Arnolfus, ejus loci monachus, qui tam accurate beneficia per Arnolfum regem in sanctum Emmerammum collata recensuit annis fere quadraginta *(imo forte ne viginti quidem)* ante Leonum IX. Quid? Quod de insigni illo Euangeliorum codice agens, nequaquam illum ex Parisiensi sancti Dionysii basilica una cum sancti Martyris corpore allatum dicit, ut vulgo jactant Ratisponenses ; sed dono datum ait ab Arnulfo, nulla translati corporis (ubi sane occasio exigebat) mentione facta.

*scriptores illius verbis hic proponitur, argumento haud melius etiam, uti*

37 *Ac deinde num.* 14 *hunc arguit in modum :* Verum eas (S. Dionysii *reliquias, Leoni IX Ratisponæ a Sanct-emmeramensibus exhibitas)* sancti Dionysii, Parisiorum episcopi non esse inde patet, quod nemo ante Leonem IX hujus rei meminerit, ne quidem Arnolfus, S. Emmerammi monachus, ubi locus et occasio exigebat. Is enim, ut jam dixi, loquens de eximio codice Euangeliorum aliisque donis ab Arnulfo imperatore sancti Emmerammi ecclesiæ concessis nullam omnino mentionem facit de corpore sancti Dionysii ; quod tamen in primis memorari oportebat, si quidem hoc Parisiis allatum dicunt cum illo codice Euangeliorem, quem ab Arnulfo donatum memoravit Arnolfus. *Verum, etsi quidem sint, qui, Ratisponensi S. Emmerami ecclesiæ seu monasterio datum fuisse ab Arnulpho imperatore* S. Dionysii *corpus, scribunt, sunt tamen etiam, qui id, non ædi isti sacræ, sed Ratisponensi episcopo Tutoni, a quo deinde ad hanc venerit, a principe illo tradunt fuisse collatum, cumque, tam qui primum, quam qui postremum aiunt, longissime a re gesta vixerint remoti, non est, cur illis potius, quam his standum putemus. Quid si ergo iis, qui sacrum illud pignus ab Arnulpho Tutoni primum et abs hoc deinde S. Emmerami ecclesiæ impertitum narrant, assentiendum ? Sane, re sic habente, mirum non erit, cur Arnolfus, supra laudatus S. Emmerami monachus, dum beneficia, ab Arnulpho imperatore in S. Emmerami ecclesiam collata, loco supra cit. enumerat, sacrum hisce haud accenseat* S. Dionysii *corpus, etsi etiam loquatur de insigni Euangeliorum codice, præfatæ S. Emmerami ecclesiæ per eumdem imperatorem donato.*

AUCTORE C. B.

*ex ratione non una, ob quam*

38 *Verum, cum equidem, ecclesiæ Emmeramensi donatum fuisse ab Arnulpho* S. Dionysii *corpus, Ratisponenses Leoni IX dixisse in litteris, Pontificis hujus nomine inscriptis infraque hic recitandis asserantur, demus etiam tantisper, et ipsimet sacræ isti ædi* S. Dionysii *corpus ab Arnulpho fuisse concessum, nec sic, doni hujus nullam omnino loco supra citato ab Arnolfo monacho fieri mentionem, erit mirandum. Id ex iis, quæ ipsemet Mabillonius tom.* 3 *Annalium Benedict. lib.* 39, *num.* 74 *scribit, reddamus perspicuum. Ibidem itaque sic habet :* Maravensem Arnulfi expeditionem hoc anno (892) referunt Annales Fuldenses, in qua rex sanctum Emmerammum in acie sibi pro- E pitium sensisse traditur *(loco nempe hic a nobis mox cit.)* ab Arnolfo ex comite monacho, ob idque " per cuncta Noricæ monasteria gratifica " munera " misisse. Præ ceteris sancti Emmeramni monasterio munificum se præbuit, cui " pro gratiarum actione contulit totum palatii " ornatum, in quo erat ciborium quadratum, " cujus auro tectum tabulatum, fastigium serto " gemmarum redimitum, " quod " aureis octo " columellis " sustentatum erat. " Erant etiam " in eo Euangeliorum libri plenarii, auro et " gemmis tecti, scripti, picti ac omnimodis " ornati : e quibus unus est cubitalis, opere, " pretio, pondere talis, ut ei non facile inve- " nire possit aqualis. " Superest apud sanctum Emmerammum hic codex, aureis litteris exaratus, qualem nusquam me vidisse memini : Insuper quasi hæc tantæ principis in sanctum patronum devotioni non sufficerent, " argenteam etiam crati- " culam, " prædicto ciborio supponendam, dono dedit.

*de illa Arnulphi donatione Arnolfus monachus*

39 Adjecit " et pallia, " colore tum similia, tum varia, inter quæ unum, quod unius texturæ erat, " longitudinem triginta cubitorum " habebat. Hæc fusius apud Arnolfum, sancti Emmerammi uno post sæculo monachum, qui sane sancti Diony- F sii, Parisiorum episcopi, corpus omissurus hoc loco non fuisset, si rex Arnulphus illud, uti Emmerammenses nostri contendunt, eidem monasterio contulisset. *Ita ille. Verum Arnolfus, uti quisque, qui ejus de S. Emmerammi miraculis lucubrationem loco supra cit. inspexerit, comperiet, verbisque jam datis ipsemet satis insinuat Mabillonius, ibidem dumtaxat recenset dona, quibus Arnulphus felicis suæ in Maravos seu Moravos expeditionis, anno* 892 *vel certe, ut alii scribunt,* 893 *confectæ, occasione munificum sese erga S. Emmerammi monasterium altero e duobus illis annis exhibuit ; cum autem id ita sit, enimvero, si, ut factum esse potest, Arnulfus, non eadem isthac, qua insignem illum, uti e Mabillonii verbis intelligitur, Euangeliorum codicem Emmeramensi monasterio impertiit, occasione eidem monasterio* S. Dionysi *corpus fuerit largitus, neutiquam etiam, ab Arnolfo sacrum istud*

AUCTORE C. B.

*istud pignus loco supra cit. non memorari, erit mirandum. Sunt quidem, qui ambo isthæc dona uno eodemque tempore fuisse ab Arnulpho in S. Emmerammi monasterium collata, asserverant; verum id nec probant, nec, ut factum sit, ad sui veritatem postulat assertum a Ratisponensibus corporis* S. Dionysii *furtum.*

*silere potuerit.*

40 *Et vero ambo præfata dona uno eodemque tempore Emmeramensi monasterio haud obtigisse, palam ex eo est, quod id, uti e jam dictis liquet, vel anno* 892 *vel certe seq. pretiosum illum Euangeliorum codicem sit adeptum, nec tamen, ut tertia ex inscriptionibus, num.* 4 *huc transcriptis, fidem facit, ante Tutonis episcopatum, qui, quemadmodum ipsemet Mabillonius Sæc.* v *Benedict., part.* 1 *pag.* 110 *et seq. dilucide probat, anno demum* 894 *fuit inceptus, Dionysianum corpus acceperit. Verum demus etiam, sacrum isthoc pignus insignemque illum Euangeliorum codicem Emmeramensibus per Arnulfum imperatorem uno eodemque tempore fuisse concessum, nec sic ex Arnolfi de donatione isthac silentio Mabillonius id, quod vult, conficiat. Arnolfus enim non*
B *omnia et singula, quæ felicis suæ in Moravos expeditionis occasione Arnulphus in S. Emmerami monasterium contulit, dona loco cit. enumerat. Liquet id ex ipsomet Arnolfo. Ibi enim hic scriptor, pretioso Euangeliorum codice, aliisque non paucis, quæ tunc monasterio huic princeps ille impertiit, memoratis donis, mox subjungit:* Adjecit *(Arnulphus)* et pallia coloratu paria et varia: inter quæ unum unius texturæ, longitudinem habuit cubitorum triginta. Verum his quid diutius immorandum? Demum quippe apud S. Emmerammum sibi jussit præparari mausoleum; quo mortem obiturus, eum benignius in ecclesiis haberet patrocinantem, quem in terris utcumque vivens et valens, sui suorumque optavit, immo fecit fore potentem.

*in medium*

41 *Porro etsi sane, si quas dictus Euangeliorum codex occasione, eadem etiam* S. Dionysii *corpus ad Emmeramenses venit, peropportune Arnolfus, ubi de illo, de isthoc quoque loqui potuisset, rationem tamen, ob quam id scriptor ille, etiamsi* Dionysii *e Gallia in Germaniam ac deinde ad S. Emmerami templum translationem habuisset perspectam, facere haud voluisse queat, non*
C *omnino ineptam reddit in sua de corpore* S. Dionysii, *e Gallia in Bavariam translato, Dissertatione, anno* 1750 *Ratisponæ typis vulgata, Joannes Baptista sacr. Rom. imp. princeps et Ratisponæ ad S. Emmeramum abbas, supra adhuc a nobis laudatus. Audi, qui ibidem* § 155, *pag.* 95 *loquatur.* Reliquiæ hæ sacræ (S. Dionysii *corpus*) a Tuttone episcopo, *ait,* simulque abbate ad S. Emmerammum, qui eas ab Arnulpho imperatore acceperat, in muro ecclesiæ absconditæ fuerunt, nemine illas, ubi positæ essent, tunc *(Arnolfi nimirum seu Arnoldi, ut eum vocant, ætate)* sciente. Arnoldus noster monachus citatum suum librum „ de miraculis S. „ Emmerami, „ ubi cap. 5 de donatione Arnulphi imperatoris et pretioso codice agit, Burchardo abbati inscripsit, qui per sex annos et octo menses abbatiam S. Emmerami rexit, mortuus 1036. Scripsit dein „ dialogum inter Ammonitium et Collectitium sub Udalrico abbate 1044. Hæc omnia Arnoldus, antequam fuitsent inventæ reliquiæ S. Dionysii, (quod 1052 sub abbate Reginwardo contigit) scripserat.

42 Quid mirum, si Arnoldus, quem ipse Mabillon et Baronius gravem scriptorem appellant, eam historiam referre noluit, de qua (reliquiis nondum inventis) lis magna inter Gallos et Ratisponenses adhuc ventilabatur, sed nullas reliquias videre licebat, utpote in more absconditas. Quid mirum, si gravis scriptor Arnoldus causam inde sumpserit, de hac translatione nihil enarrandi? Licet enim fama communis de hac translatione fuerit, nullæ tamen comparebant reliquiæ. Quid mirum, inquam, quod Arnoldus id silentio involverit? Narravit, librum pretiosum ab Arnulpho imperatore traditum fuisse; hunc enim oculis vidit, manibus palpavit; reliquias tamen nec vidit, nec, ubi essent absconditæ, cognovit. Minime ergo ex hujus Arnoldi silentio firmum quid contra hanc translationis veritatem adferri potest. Caute vir iste gravis cuncta egit. Ideo in libro de Miraculis S. Emmerami nihil de reliquiis S. Dionysii scribere voluisse censendus est, cum nullas viderit, nec, ubi essent, cognoverit. *Ita laudatus Emmeramensis abbas. Ejus modo meaque de silentio, quo Emmeramensibus ab Arnulpho factam corporis Dionysiani donationem Arnolfus* E
*seu Arnoldus, e comite monachus, præteriit, jam dicta studiosus lector expendat, dispiciatque, num hanc veluti certo commentitiam Mabillonius ob illud merito explodat. E scriptorum, cujus ratio non inepta reddi potest, silentio nihil omnino, uti inter eruditos omnes convenit, contra factum, de quo tacent, potest concludi; cum autem res ita habeat, allatæque modo, ob quas, ut de* Dionysii *corpore, Emmeramensibus per Arnulphum donato, Arnoldus locutus haud sit, factum esse potest, rationes omnes et singulæ haud facile, ut apparet, convelli atque elevari queant, enimvero haud melius e jam discusso Arnoldi silentio, quam e supra recitatis Witikindi verbis, a Mabillonio id, quod vult, confici, apparet indubitatum.*

*hic adducta, liquet, confici videtur.*

43 *Quod si tamen, contra ac futurum reor, quisquam adhuc contrarium autumet, contendatque nec ulla e rationibus modo adductis factum esse posse, ut Arnolfus monachus de* Dionysii *corpore, Emmeramensibus per Arnulphum donato, si id re ipsa hisce donatum a principe illo fuisset, mentionem haud fecisset, haud illubenter* F
*(jam supra in hac Appendice num.* 6 *et* 7 *dicta videsis) assentiar Georgio Eckharto, statuenti, sacrum illud pignus, re etiam ipsa, non abs isto principe seu Tutoni episcopo, seu Emmeramensi ecclesiæ, sed loco huic sacro ab ipsomet, qui id furto e Gallia sustulerat, Giselberto fuisse impertitum. Dici quidem potest, id cum Ratisponensium, utpote quæ,* S. Dionysii *corpus Emmeramensi ecclesiæ ab Arnulpho imperator donatum, prodat, traditione, in litteris, Leonis IX Papæ nomine inscriptis infraque hic recitandis, expressa, apertissime pugnare. Verum quid tum? Adde etiam, si lubet, id ipsum pariter pugnare cum inscriptionibus, quæ in Emmeramensi ecclesia, priusquam in hujus muro corpus, quod adjunctæ in tribus hic jam supra num.* 4 *potissimum memoratis lapidibus inscriptiones aliæ* Dionysii *corpus esse indicabant, a Reginwardo abbate inveniretur, positæ fuisse ab Emmeramensi abbate Joanne Baptista (Appendicis hujus num.* 8 *consule) in sua jam sæpius cit. Dissert. memorantur. Enimvero nec hoc, nec illud ibo inficias; ast quæro modo, an traditio illa genuina sit ac a primo rei gestæ capite seu principio deducta.*

*etsi autem secus foret, inde tamen, Dionysium e Francia*

44 *Quæro*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A 44 *Quæro etiam, an inscriptiones, quæ ante inventum a Reginwardo corpus, quod adjunctæ inscriptiones aliæ* Dionysii *corpus esse indicabant, in ecclesia Emmeramensi positæ fuisse dicuntur, adeo antiquæ exstiterint, ut antiquitate sua a rei, quam gestam memorant, origine haud procul admodum abfuerint. Si affirmando respondeas, enimvero ex eo, quod Arnolfus monachus Dionysiani corporis mentionem haud faciat, non fuisse isthoc ab Arnulpho imperatore ecclesiæ Emmeramensi concessum, argui non potest; neque enim vel mille etiam scriptorum silentium roboris quidquam habet ad convellendum factum, quod vel traditio, ab ipsamet facti hujus origine deducta, vel scriptor quispiam æqualis ac fide dignus, vel tandem etiam, quæ scriptori hujusmodi æquivalet, inscriptio antiqua, haud diu admodum post tempus, quo factum illud contigit, confecta ac posita, facit testatum. Quod si vero inscriptiones illas haud adeo esse antiquas, nec tam probæ etiam notæ memoratam Ratisponensium traditionem existere reponas, non erit sane, cur et hæc et illæ a vero non aberrare credantur, im-*

B *pedireque adeo non poterunt, quo minus* Dionysii *corpus, non ab Arnulpho imperatore, sed a solo Giselberto et furto Dionysianis ereptum et Emmeramensi ecclesiæ donatum cum Eckharto statuatur. Hinc porro seu ex his jam dictis fluit, ut, etiamsi quidem forsan,* S. Dionysii *corpus Emmeramensi ecclesiæ ab Arnulpho imperatore non fuisse concessum, e supra memorato Arnolfi monachi silentio possit concludi, haud pariter tamen inde, quod tamen Mabillonius aliique præcipue vellent sacrum illud pignus nec e Gallia in Germaniam translatum, nec Emmeramensi ecclesiæ fuisse donatum, possit inferri.*

*nec id etiam ex universali,*

45 *Examinemus modo, anne id ob universale, quo Dionysiani corporis ad ædem illam sacram translatio ab omnibus quoque scriptoribus aliis seu æqualibus seu suppariblus præteritur, silentium fieri pariter haud queat. Launoyus de* Dionysii *Vita et Miraculis Observ.* XI *scriptores haud paucos, qui cum in Gallia, tum in Germania ab Arnulphi imperatoris tempore usque ad Leonem IX, summum Pontificem, claruere, recenset, ac deinde, cum hi, ut ait, Sanctorum miracula, reliquias harumque translationes diligentissime*

C *enumerare assueti sint, nec tamen de delatis* S. Dionysii *e Gallia in Germaniam reliquiis loquantur, ex universali illorum de re hac silentio merito adversus Ratisponenses lapides seu tabulas lapideas, in quibus, ut supra vidimus,* S. Dionysii *corpus San-dionysianis in Francia monachis furto a Giselberto surreptum atque in Germaniam delatum traditur, præscribi, confidenter affirmat. Nec ab eo hac in re Mabillonius, aliique Galliarum scriptores abludunt. Et vero, si, ut vult Launoyus, asserta in tabulis illis Dionysiani corporis ad Emmeramenses translatio non potuisset non statim tam Germanis, quam Francis esse notissima, universale certe, quo nihilominus a scriptoribus omnibus involvitur, silentium valido admodum, numquam eam habuisse locum, argumento existeret. Verum quid si clam fere omnibus tam Germanis, quam Gallis fuerit peracta? Sane nihil, quod rem alio modo gestam dicere compellat, vel in Leonis IX, contra ac Launoius vult, Diplomate infra dando, vel alibi uspiam litteris mandatum invenio.*

*utpote cujus etiam ratio*

46 *Et vero, si, ut Eckhartus secundum jam supra a nobis dicta statuit, Dionysiani corporis furtum, non Arnulpho imperatori, sed soli Giselberto adscribendum sit, is certe, hoc patrato, e Gallorum, ut primum potuerit, conspectu et terris, nullo omnino facto strepitu, sese subduxerit, nec, cum in Germaniam esset reversus, rem statim, ne sacra forsan sibi eriperetur præda, vulgarit. Quid? Quod, cum ad Ratisponenses sacrum* Dionysii *corpus fuisset allatum, publicæ id populi veneration fuisse expositum, haud legatur? Timuerint scilicet, qui id jam erant adepti, Emmeramenses monachi, ne Galli de thesauro sibi erepto solliciti sibi eum modis omnibus curassent reddendum. Jam vero, cum Dionysiani corporis furtum, si, ut patratum esse potest patratumque ab Heckharto statuitur, fuerit reipsa etiam patratum, parum admodum, uti e jam dictis verosimile evadit, notum exstiterit, enimvero mirum non est, id nec a scriptoribus, a Launoyo loco supra citato recensitis, nec ab ullis aliis seu Gallis seu Germanis, qui ab anno* 890, *quo circiter dicitur commissum, usque ad tempus, quo de eo Leo IX, anno* 1048 *Pontifex creatus, perhibetur locutus, floruere, commemorari. Quod si porro idem furtum* E *imperatoris Arnulphi jussu fuerit a Giselberto patratum, nec, hoc etiam dato, quidquam contra illud ex universali, quo a scriptoribus omnibus tum æqualibus, tum suppariblus involvitur, silentio potest confici. Joannes Baptista, supra adhuc laudatus Emmeramensis abbas, in dicta sua de* S. Dionysio *e Gallia in Germaniam translato Dissertatione, nonnullis primum de argumenti abnutivi vi* § 155 *in medium adductis, pag.* 94 *ita præterea loquitur:* Addam ego, facile illos scriptores *(a Launoyo aliisque laudatos)* hoc factum (S. Dionysii *e Gallia translationem)* latere potuisse. Cum enim Arnulphus imperator illud corpus S. Dionysii furto e Francia in Bajoariam transtulerit, furtum hoc silentio et dolo factum scriptores plurimos latere potuit.

*non inepta*

47 *Ita ille; verum hic celsissimus scriptor, quod bona ejus venia dictum sit, haud satis sibimetipsi videtur constare. Etenim Dissertationis suæ mox dictæ* § 148, *pag.* 46 *sequentem etiam scribit in modum:* Translationis hujus *(qua scilicet Dionysianum corpus e Gallia in Germaniam fuerit delatum)* fama statim per Germaniam et Galliam invaluit. *Quod si autem, statim atque* F S. Dionysii *corpus furto surreptum atque e Gallia in Germaniam fuerat delatum, rei hujus fama per Galliam ac Germaniam sese diffudit, qui factum esse potest, ut vel scriptores plurimi anno* 1052, *quo circiter* S. Dionysii *corpus apud sese fuisse inventum, Ratisponenses contendunt, anteriores translationem illam ignorarint? Quid si ergo Arnulphus, cum a Giselberto* S. Dionysii *corpus, quod hic, illo jubente, fuerat furatus, accepisset, id vel aliquamdiu penes se, re cum paucis tantum, ut Gallorum, qui sacrum thesaurum, si, quo is devenisset, habuissent perspectum, repetituri indubie fuissent, importunas preces devitaret, servarit, vel, si statim is princeps sacrum pignus aut Tutoni aut Emmeramensibus monachis donavit, id hi mox, re pariter cum paucis tantummodo, quo sibi a Gallis caverent, communicata, occultarint? Enimvero nihil omnino, quo minus ita rem gestam arbitremur, obstare videtur; quod si autem, ut potuit, ita etiam reipsa sit gesta, paucissimis sane initio nota exstiterit, eamque adeo, attributo etiam Arnulpho imperatori Dionysii corporis*

AUCTORE C B.

AUCTORE C. B.

*furto a scriptoribus æqualibus supparibusve silentio involvi, mirum haud erit. Laudatus quidem abbas, quo statim atque* Dionysius *Ratisponam fuerat translatus, translationis hujus famam per Germaniam et Galliam invaluisse probet, antiquas quasdam ecclesiæ Emmeramensis inscriptiones loco proxime cit. adducit.*

*reddi queat,*

48 *Verum quid si hæ non prius, quam cum jam centum fere post rem gestam anni essent elapsi, e perseverante apud Emmeramenses de translato ad se* Dionysio *traditione fuerint confectæ? Certe, antiquiores esse, neutiquam evincunt, quæ celsissimus author ibidem profert; cum autem id ita sit, ex illis sane, quod vult, probatum haud dat. Nec id etiam præstat e litteris, Leonis IX Papæ nomine inscriptis, in quibus lis de sacro-sanctis* Dionysii *ossibus diutissime Gallos inter et Ratisponenses ventilata fuisse asseritur. Id ex iis, quæ infra, cum meum de litteris hisce judicium feram, adducturus sum, manifestum evadet. Ex iisdem quidem consectarium simul erit, ut diu saltem, imo triginta forsan aut etiam quadraginta propemodum ante seculum* XI
B *medium annis, non solum per Germaniam, sed et per Galliam translationis Dionysianæ fama increbuerit, aut saltem, quæ translationi huic fuisse locum prodebat, obtinuerit traditio; verum, etsi id ita sit, silentii tamen, quo etiam intra quadraginta illos triginave annos, seculum* XI *medium proxime prægressos,* Dionysii *translatio a scriptoribus prorsus omnibus, utut forsan tum occasionem etiam de ea loquendi nactis, præteritur, ratio haud inepta reddi potest, huncque in finem responderi horum quidem alios translationem illam ignorasse, alios vero eam, utut forsan cognitam, idcirco tamen, quod, Gallis sacrum illum thesaurum sese possedisse ac porro, quidquid contra Ratisponenses assererent, adhuc possidere contendentibus, rem minime crederent, aut saltem de ejus veritate dubitarent, commemorare haud voluisse. Pari etiam modo responderi posset, etsi etiam, statim atque* Dionysius *furto in Germaniam fuisset delatus, translationis hujus famam per Germaniam et Galliam invaluisse, foret dicendum.*

*scriptorum omnium silentio potest inferri.*

49 *Sane scriptores non tantum res, quas ignorant, sed frequenter etiam, quas haud satis habent perspectas, silentio involvunt, ita sibi faciendum rati, ne vel temere quidquam affir-*
C *ment, vel errandi sese periculo exponant; cum autem id ita sit, nec satis, Germanis et Gallis de re adhuc litigantibus, Dionysiani corporis furtum haberetur compertum, certe vel silentii, quo a scriptoribus omnibus, per Launoyum memoratis, furtum illud involvitur, reddi potest ratio non inepta, vel saltem mirum nemini idem silentium debere videri, ex aliis, jam supra adductis, liquet; ut sane ex hoc, numquam fuisse furto isti locum, indubitanter nequeat concludi. Quid plura? Fuit, ut mox visuri sumus, anno circiter* 1050 *scrinium argenteum, cui* S. Dionysii *corpus a Dagoberto I, Francorum rege, inclusum fuisse, credebatur, coram innumerabili populi multitudine Dionysiopoli apertum ac visitatum, et tamen visitationis hujus, utut, multis episcopis, abbatibus, regni optimatibus ac ipsomet regis fratre præsentibus, maxima cum solemnitate peractæ nullus omnino scriptor ante Rigordum et Haimonem, qui ambo sub seculi* XII *finem ac proin centum, et quod excurrit, annis post rem gestam floruere, mentionem fecit. Uti igitur ob scriptorum omnium ab anno circiter* 1050 *usque ad annum circiter* 1190 *de dicta visi-* D *tatione silentium nemo hanc revocat in dubium, ita nec* Dionysii *e Francia Ratisponam translatio ob scriptorum paulo dumtaxat longius de ea silentium in dubium revocanda, nedum ut certo falsa ac commentitia, traducenda videtur.*

## CAPUT IV.

### An e scrinii Dionysiani visitatione, anno circiter 1050 facta, statuque, in quo et id, et corpus, quod complectebatur, fuit repertum, esse isthoc certo Dionysii corpus, fuerit probatum.

*Mabillonius ex Haimont, cujus ætas*

*Mabillonius Sæc.* V *Benedict. pag.* 112 *non-nulla jam supra discussa de silentio, quo Dionysiani corporis furtum Arnoldus monachus præterit, itemque de* S. Dionysii *manu. a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missa, in rem suam contra Ratisponenses, Dionysianum sibi vindicantes corpus, præfatus, ita mox pergit:* Sed quod omnem evincit difficultatem, missis Leonis papæ IX ad Henricum, Francorum regem, et regni episcopos litteris de prætensa corporis S. Dionysii apud Ratisponenses manifestatione, statim Henricus ipse Hugoni abbati Dionysiano mandavit, ut S. Dionysii loculo solemniter reserato, dispiceretur, an sacræ ejus reliquiæ re vera furto sublatæ fuissent. Id incunctanter aggressus est Hugo, diemque solemni detectioni indixit " sub die quinto Iduum Januarii. " *(Haimo apud Felibianum habet* sub die V. Iduum Juniarum) Ipso die frequenti episcoporum, abbatum, procerumque conventu reseratus est sancti Martyris tumulus ac loculus : ubi reliquiæ integræ cum loculo pretiosissimo repertæ, nulla violati tumuli specie apparente. Ejus rei historiam retulit Haimo, sancti Dionysii monachus, in libello inedito, quem alteri Hugoni abbati nuncupavit. *Haimonis, San-dionysiani monachi, libellum,* F *qui, cum Sæc.* V *Benedict. part.* I *ederet Mabillonius, seu anno* 1685 *editus nondum erat, postea Felibianus, ad San-dionysianæ suæ Historiæ, anno* 1706 *vulgatæ, calcem in lucem emisit. Nec id tantum præstitit; verum etiam tempus, quo Haimo ille floruit, determinavit. Etenim ita fere in præfata sua Historia pag.* 122 *scribit: Haymo seu Haimo suam de detectione corporis* S. Dionysii *relationem seu lucubrationem in epistola, quam hæc in capite præfert, Hugoni abbati inscripsit.*

*hic definitur, Dionysiani, quæ anno circiter* 1050 *locum habuit*

51 *Verum cum nullam omnino, e qua colligas, quo seculo seu hic seu ipsemet vixerit, epocham notet, ac tantum, sese diu post rem gestam scribere, insinuet, credibile est, imo vero indubitatum, Hugonem illum, de quo loquitur, non esse hujus nominis abbatem, sub quo* S. Dionysii *corporis detectionem ponit, sed, ut verbis jam datis Mabillonius etiam insinuat, alterutrum ex ejusdem nominis abbatibus, qui* S. Dionysii *abbatiam, regnante Philippo Augusto, moderati sunt. Ita fere, ut dixi, Felibianus, et sane rectissime, uti ex Haimonis, quam hic memorat, epistola evadit*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *dit perspicuum; cum autem Philippus Augustus sub seculi* XII *finem ac* XIII *initium regnarit, Haimonem tum quoque floruisse, consectarium est. Porro, etsi adeo is a corporis* S. Dionysii *detectione, quam dicta lucubratione describit, centum amplius annis vixerit remotus, nemo tamen, quin detectio illa seu potius scrinii Dionysiani visitatio habuerit locum, revocat in dubium; verum in anno, quo facta sit, inter omnes haud convenit. In titulo, quem apud Felibianum Haimonis Lucubratio præfert, anno circiter* 1050 *facta asseritur, tumque etiam re ipsa, utpote haud dudum post corporis Dionysiani Ratisponæ inventionem peracta, haud dubie evenit. Verum, eam tum demum, cum Ratisponæ, Leone IX Papa ibidem versante, de elevando, quod Reginwardus abbas invenerat, quodque* Dionysii *esse dicebant, corpore actum fuisset,* sub die v. Iduum Juniarum *habuisse locum, Haimo memoriæ prodit, quod si autem res ita habuerit, sane, cum tunc Leo, uti ex Hermanno Contracto facile colliges, non prius quam cum jam æstas anni* 1052 *multum esset provecta aut etiam prælerita Ratis-*

B *ponæ exstiterit, consectarium fit, ut, si Haimoni hic, quod tamen non immerito revocari posse in dubium, infra ostendam, fides adhibenda, sit, præfata Dionysiani corporis seu potius scrinii visitatio anno* 1053, *utpote haud dudum post id, quod, ut Haimo ait, Ratisponæ, Leone* IX *ibi præsente, acciderat, peracta, locum indubie fuerit sortita. Porro Mabillonius, tum* S. Dionysii *corpus, referato, in quo jacebat, loculo, integrum fuisse repertum, verbis jam datis indicare videtur; verum id Haimo, quem nihilominus laudat, nulla omnino ratione tradit.*

*scrini visitationem* 52 *Perspicue id quisque intelliget, qui dictam Haimonis lucubrationem seu libellum evolverit, aut, si forsan San-dionysiana Felibiani Historia, in qua, ut dixi, exstat, ad manum non sit, idem ex inspecta* S. Dionysii *Sociorumque ejus, quam tom.* IV *Franc. Scriptorum pag.* 157 *et quatuor seqq. Chesneus e Ms. bibliothecæ Thuanæ codice publici juris fecit, corporum Detectione, sub Henrico I, Francorum rege, facta comperiet. Hæc enim ipsissimus est Haimonis de eadem sacrorum illorum pignorum detectione libellus, priori dumtaxat capite et authoris seu Haimonis, quibus locis de* S. Dionysii *reliquiarum integritate nihil, ad Hugonem, beati Dionysii abbatem, epistola mutilus.*

C *Ita id habere, lucubrationes illæ seu, ut exactius loquar, duo illius, quæ non nisi una est, lucubrationis exemplaria, quorum unum apud Chesneum, utut initio, ut jam dixi, mutilum, alterum apud Felibianum exstat, invicem collata manifestum efficient. Mabillonius Annal. Benedict. tom.* 4, *lib.* 60, *num.* 34 *e Chesnei tom. proxime cit. compendio exhibet, non quidem integram Haymonis lucubrationem, sed omnia saltem, quæ ad* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *corporum detectionem proprie spectant. Ut nihil omnino ex hac contra Dionysiani corporis furtum posse confici, vel ex ipsomet Mabillonio studiosus lector perspiciat, verba omnia, quibus eam ex Haymone loco cit. exponit, huc idcirco, quod vel lecta rei hic probandæ ostensura veritatem sint, transcribo. Sic habent:* Ubi ex nuntiis rescivit Henricus, Francorum rex, quæ Ratisponæ anno susperiori (1052 *nempe*) acta fuerant, inventum scilicet fuisse in basilica sancti Emmerammi quoddam corpus, quod sancti Dionysii, Parisiorum episcopi, esse, Ratisponenses jactitabant; ne hæc opinio serperet latius, demumque invalesceret, loculum, in quo sancti Dionysii corpus in ejus momasterio servabatur, publice reserandum, ejusque sacras reliquias frequenti multitudini ostendendas curavit.

AUCTORE C. B.

*refert; verum e corpore, quod in hoc tum fuit inventum,*

53 Hujus rei causa per Hugonem, Dionysianum abbatem, episcopos, abbates et clericos auctoritate regia ad hanc sollemnitatem convocari jussit. Præmissis jejuniis, ad condictum diem, id est, ad v Idus Januarias (*Haimo habet* Junias) convenit episcoporum, abbatum, clericorum et promiscui sexus plurima multitudo. Illic etiam vice regis adfuit Odo ejus frater cum multis proceribus. Sancti Dionysii duorumque ejus Sociorum corpora in scriniis argenteis jussu Dagoberti regis fabrefactis et diligenter obseratis, ad id tempus reposita erant post altare in crypta multæ profunditatis, et reclusa in alia cryptula auro et gemmis extrinsecus decorata, in qua sub duabus seris etiam Christi Domini clavus et corona simul asservabantur. Prolato in medium scrinio, in quo sancti Dionysii corpus reconditum erat, et non sine difficultate referato, re- E perta sunt sacra ejus ossa, obvoluta pallio tantæ vetustatis, ut inter manus tenentium in pulverem redigeretur. Extracta e loculo ossa circumstantibus ostensa fuere, alioque involuta pallio, quod rex eo præmiserat. Tum sollemni pompa deportatum sacrum corpus, quod per quindecim continuos dies super altare princeps expositum fuit. Rigordus, Dionysianus cœnobita, in Vita Philippi Augusti meminit hujus detectionis. *Ita Mabillonius, recensens etiam deinde episcopos, abbates aliosque illustriores brevitatis causa hic a me non nominandos viros, qui detectioni interfuerunt; verum nihil præterea, quod difficultatem omnem seu* S. Dionysii *corpus penes San-dionysianos in Francia monachos tum adhuc fuisse asservantum, evincat, de relata ab Haymone corporis Dionysiani detectione adjungit, nec quidquam in hac hujusmodi, prout modo recitatis Mabillonii verbis narratur, occurrit; ut sane, supra huc num.* 50 *transcriptis verbis confidentissime a Mabillonio asseri contrarium, subeat mirari. Putavitne forsan hic scriptor, id, quod jam dictum, idcirco e corporis seu potius scrinii Dionysiani detectione dari evictum, quod, cum tunc scrinium argenteum, in quo* S. Dionysii *corpus a Dagoberto depositum fuisse credebatur, fuisset reseratum, corpus in eo fuerit repertum?*

F

*haud qua quam quod, quemadmodum Emmeramensis abbas*

54 *Verum quid si, an corpus, in scrinio argenteo, quod corpori Dionysiano Dagobertus confici jusserat, repertum, genuinum ac verum exstiterit* S. Dionysii *corpus, revocetur in dubium? Certe Haymo nullius uspiam seu signi seu tituli, corpori reperto adjuncti, e quo, id verum esse* S. Dionysii *corpus, constiterit, mentionem facit. Ac re quidem ita habente, e corpore sane, quod in Dionysiano loculo seu scrinio fuit repertum, genuinum* Dionysii *corpus penes Dionysianos tum fuisse, concludi haud posse videtur. Joannes Baptista, Emmeramensis jam supra laudatus pluriesque adhuc infra laudandus abbas, in sua, de qua jam ante, Dissertatione, pag.* 111, *minime a se, corpus, quod in Dionysiano Dagoberti loculo tum, cum memorata ab Haymone Sanctorum nostrorum detectio fieret, fuit repertum, genuinum ac verum exstitisse* S. Dionysii *corpus, concedi præfatus, ita mox prosequitur:* Quale ergo corpus illud fuisse dicam, vel conjiciam? Cito me

AUCTORE C. B.

me expedirem, si id dicerem de Gallis monachis ad S. Dionysium, quod illi de monachis ad S. Emmeramum dicere non erubescunt. Memini enim, dum Parisiis in monasterio S. Germani a Patris ab anno 1721 usque 1723 moratus fueram, sæpiusque ad celeberrimum monasterium S. Dionysii, congregationi S. Mauri unitum, hospes accesseram, semper cum maxima charitate susceptus a sodalibus nostris, memini, inquam, me aliquando legisse in festo detectionis Reliquiarum S. Dionysii, in Lectionibus 2 Nocturni hæc verba: « Monachi S. Em- « merami invenientes corpus, nescio cujus ho- « minis, dixerunt, esse corpus Areopagitæ etc; « cito, inquiam, me paribus verbis expedire possem, dicens: « Monachi S. Dionysii, detegentes « corpus, nescio cujus, dixerunt, esse corpus « Areopagitæ. »

*Joannes Baptista verbis hic datis suspicatur,*

55 At nollem tali me liberare modo. Constat, in hoc undequaque celebratissimo monasterio multa Sanctorum corpora contineri; uti ex libello, 1721 Parisiis impresso, patet, quem ab ipsis sodalibus meis Sanct-dionysianis accepi; B in quo descriptæ sunt variæ reliquiæ Sanctorum, ibidem in ecclesia quiescentium. In summa ara absconditæ seu clausæ sunt reliquiæ S. Dionysii, ut aiunt, et SS. Rustici et Eleutherii. Jam, postquam Gisalbertus jussu Arnulphi imperatoris sacras Dionysii reliquias furatus est, quid monachis reliquum fuit? An id publice fateri et divulgare consultum fuisset? Minime. Ad piam ergo fraudem pariter illos ob angustias undique prementes confugere potuisse, idque nec vero simili nec conjecturis, facillime ita nascentibus, contrarium esse videtur. Hos afflictos monachos, ablato Patrono regni, summe vigiles fuisse, facile quisque sibi persuadere poterit, ut tale furtum et furti damnum redintegraretur. Dum pluribus sanctorum corporibus ecclesia ista ornata fuerat, facile corpus alterius Sancti in hujus locum succedere potuit; talique fraude pia cultui Sanctorum, qui præcipue in Deum tendit, nihil fuisset derogatum. Non enim ossa tantum veneramur, quæ nullam in se continent virtutem. « sed ossa hujus Sancti, « melius, « hunc Sanctum veneramur. « Si ossa quævis obtrudere quis præsumeret ad cultum alicujus Sancti instituendum, pessime is face- C ret; at, si corpus alicujus Sancti pro alterius Sancti corpore colatur, tunc Sanctus colitur, et ossa tantum cultu respectivo ad Sanctum: Deus autem præcipue in omnibus et præ omnibus. Scimus, in variis ecclesiis corpora Sanctorum coli; scimus etiam, non raro corpus hujus Sancti in ista ecclesia venerationi exponi, quod tamen in alia ecclesia simul colitur.

*a Dionysianis Sancti alterius corpus*

56 Cultus divinus per hoc neutiquam fœdatur; Deus enim colitur in Sanctis suis, sive horum corpora deinde sint in hac vel altera ecclesia. Cultus enim reliquiarum solum respectivus est. *Ita ille; et sane, ut mihi equidem apparet, neutiquam inepte. Porro, paucis adhuc interpositis, subjungit*: Interea ex.... libro, quem presbyter quidam ad Reginwardum abbatem sæculo XI scripsisse perhibetur, et ex ejus cap. 37 et 38 in historia translationis S. Dionysii similia leguntur: quod Ebulo, abbas S. Dionysii, detecto furto et ablato S. Dionysii corpore, angustiis circumdatus, lacrymans et ingemiscens, pedibus Arnulphi imperatoris advolutus, S. Dionysium suum sibi reddi inclamaverit. At Arnulphus imperator id neutiquam fecit, ad hoc se tantum exorari passus, ut promitteret, si D Ebulo abbas pretiosum Euangelii librum thesauri monasterii sui (Arnulpho) traditurus esset, se (Arnulphum) quoddam os S. Dionysii redditurum fore. Ageret ergo Ebulo abbas, et secum reliquias cujusdam Sancti ad Arnulphum imperatorem deferret, a quo esset accepturus os S. Dionysii; illud cum ossibus hujus Sancti, quæ attulisset, conjungeret et sic in ecclesiam suam referret, diceretque, se lacrymis et dono Euangeliorum libri sacras S. Dionysii reliquias denuo recepisse. Vide inferius in historia translationis S Dionysii caput 37 et 38. *Verba fere omnia, quibus duo isthæc Lucubrationis hic laudatæ capita concipiuntur, jam supra in hac Appendice cap.* I *huc transcripsi, cumque ibidem etiam, quæ in iis de Ebulone abbate narrantur, vera esse non posse, dilucide ostenderim, ea sane hic veluti apprime vera Emmeramensis proxime laudatus abbas perperam amplectitur.*

*substitutum Dionysiano forsan fuerit, pones illos* E

57 *Verum, etsi id ita sit, recte equidem, ut jam dixi, affirmat, facile factum esse posse, ut Dionysiani monachi, cum surreptum eis fuisset* S. Dionysii *corpus, aliud huic e Sanctorum, quæ magno apud ipsos numero servantur, corporibus subrogarint. Et vero, fraudi hujusmodi interdum re etiam ipsa fuisse locum, Muratorius Italic. medii ævi Antiquitatum tom.* 5, *col.* XI *non obscure primum docet, ac deinde subjungit:* Egregius est in hanc rem locus Guiberti Novingentensis abbatis, qui circiter annum MCXII ita scribebat: « Considerandus etiam sub « hac occasione plurimus quidem, sed non « perniciosus error, qui Gallicanas præcipue « de Sanctorum corporibus obsedit ecclesias: « istis illum, illis eumdem seu martyrem seu « confessorem se habere jactantibus, quum duo « loca non valeat occupare integer unus. « *Georgius ab Eckhart suorum de rebus Franciæ Orientalis Comment. tom.* 2 *pag.* 745, *scrinii Dionysiani visitatione, in qua, dum seculo circiter* XI *medio fuit peracta; ossa in scrinio illo reperta populoque per quindecim dies ostensa fuisse perhibent, sibi objecta, ita respondet:* Lubenter hoc concedo. Sed hæc quæstio primaria est, an non monachi Dionysiani, cum corpus S. Dionysii ablatum esse sentirent, aliud substituerint demortui hominis sceleton. Piæ enim ejusmodi fraudes non insolitæ fuerunt. Quot, quæso, ca- F pita S. Johannis proferuntur? Unum tamen solum genuinum, cætera supposititia esse debent. SS. Crispini et Crispiniani ossa Suessionenses et Osnabrugenses sese apud se habere affirmant. Nota est concertatio de corpore S. Benedicti inter Casinenses et Floriacenses monachos. Caput Caroli Magni Aquisgrani et Osnabrugæ ostenditur. SS. Martyrum Eobani et Adelarii corpora Erfurti adhuc esse asseruntur, et memini, me juvene, eadem ibi inspecta esse.

*certo hoc tum fuisse consequitur,*

58 Sed series abbatum Fuldensium, ab anonymo coævo conscripta, ait, Huoggi abbatem Fuldensem « Sanctos martyres Eobanum et Adal- « harium ascivisse et partem corporis S. Viti, « arisque in eorum honore structis et dicatis, « honorifice requiescere fecisse. « Mille hujusmodi exempla addi possent; sed hæc sufficiunt. *Hæc ille, amisso Dionysiano corpori corpus aliud (Sanctine, an alterius cujuscumque mortui hominis, non edicit) supposuisse Dionysianos monachos; suspicari sese, non obscure insinuans. Et certe, utcumque res habeat, hosce equidem monachos, si Dionysianum corpus furto vere amiserint,*

A *serint, huic saltem Sancti alterius corpus substituisse, a veritatis specie minus abhorret, quam Emmeramenses monachos,* invenientes corpus, nescio cujus hominis, *id esse* S. Dionysii *corpus, sine ulla solida ratione affirmasse. Jam vero, cum id ita sit, nec corpus, quod in facta anno circiter* 1050 *loculi Dionysiani visitatione fuit inventum, ullum sibi seu signum, ut jam dixi, seu titulum, qui id esse* Dionysii *corpus, indicarit, habuerit adjunctum, enimvero e visitatione illa seu e corpore, quod, cum hæc fieret, in Dionysiano loculo seu scrinio fuit inventum, nihil omnino, quo verum ac genuinum* S. Dionysii *corpus penes Dionysianos tum fuisse fidem facias, potest inferri. At vero, inquies, Rigordus in Philippi Augusti Gestis apud Chesneum tom.* 5 *Gall. scriptorum pag.* 18 *de Henrico I, Galliarum rege, sic scribit* : Iste Henricus, auditis rumoribus, quod in Alemannïa, in civitate Ratispona, in abbatia S. Emmerami martyris, inventum fuit quoddam corpus, quod dicebant esse Dionysii Areopagita, misit nuntios suos ad Henricum imperatorem cum litteris suis, ut diem elevationis illius

B protelarent, quo usque per certos nuntios, utrum corpus Hieromartyris Dionysii Areopagitæ, Athenarum archiepiscopi, discipuli apostoli Pauli, in Francia in ecclesia, quam Dagobertus fundaverat, esset vel non, plenissime certificaretur. Quo audito, imperator misit magnos viros et sapientes in Franciam, ut plane rei veritatem agnoscerent.

*nec id etiam e statu,*

59 Visis nuntiis imperatoris, Henricus rex, convocavit archiepiscopos, episcopos et barones totius regni, et cum Odone, carissimo fratre suo, ad ecclesiam beatissimi martyris Dionysii misit. Facta autem oratione, allata sunt tria vasa argentea, Dionysii, Rustici et Eleutherii coram omni populo, diligentissime sigillata ; et, aperto vase beati martyris Dionysii totum corpus ipsius cum capite inventum est, exceptis duobus ossibus de collo, quæ sunt in ecclesia Vergiacensi et osse quodam de brachio, quod Stephanus tertius secum ad Romanam portavit ecclesiam, et posuit in ecclesia, quæ hodie schola Græcorum vocatur. Hoc videntes universi populi cum lachrymis et suspiriis puras manus

C levantes ad Dominum, Deo et beatæ Mariæ Virgini et sanctis Martyribus se commendantes cum gaudio recesserunt. Tunc nuntii, qui missi fuerant, ad imperatorem citissime revertentes, super his, quæ viderant et audierant, imperatorem plenissime certificaverunt. Hoc fuit factum tempore Leonis Papæ IX anno Domini ML; *cum autem de eadem, de qua hic nobis sermo, loculi Dionysiani visitatione loquatur, tuncque, ut docet, contentum in hoc corpus iisdem plane ossibus, quæ ante annum circ.* 890 *de genuino* Dionysii *corpore noscebat fuisse detracta, orbatum fuerit inventum, id enimvero, minime abs hoc illud exstitisse diversum, argumento est. Ita e statu, in quo, cum anno circiter* 1050 *Dionysiani loculi visitatio facta est, contentum in hoc corpus fuit repertum, pro vero ac genuino* Dionysii *corpore San-dionysianis in Francia monachis vindicando potest argui.*

*in quo tum vel contentum*

60 *Verum fuerintne, an non, post annum* 890 *circiter duo de* Dionysii *collo ossa, quæ Rigordus seu quis (Appendicem proxime prægressam num.* 58 *videsis) scriptor alius modo jam recitatis verbis memorat, cum ecclesia Vergiacensi communicata, est dubium, uti etiam, an eadem illa ossa genuinæ Dionysiani corporis partes exstiterint. Res ex iis, quæ in mox dicta Appendice num.* 64 *et seq. disserui, studioso lectori evadet perspicua. Quod autem ad os de* S. Dionysii *brachio, quo, cum anno circiter* 1050 *visitatus fuit Dionysianus loculus, contentum in hoc corpus destitutum fuisse in textu proxime huc transcripto perhibetur, jam spectat, haud omnino etiam, fuisse illud vere quoddam ex ossibus, quæ brachii structuram ingrediuntur, est certum, uti liquet ex iis, quæ in eadem Appendice num.* 58 *et seq. in medium adduxi; cum autem res ita habeat, enimvero e tribus jam dictis ossibus, quibus inventum seu detectum anno circiter* 1050 *in Dionysiano loculo corpus caruit, nihil omnino certi, quo verum* Dionysii *corpus San-dionysianis monachis attribuas, potest concludi. Nec pariter id inde, etsi etiam tria jam memorata ossa non tantum genuinas, sed et tales, quales verbis recitatis dicuntur, certo exstitisse Dionysiani corporis partes, tantisper dederimus, recte illatum iri, apparet.*

*auctore* C. B.

*in Dionysiano scrinio corpus*

61 *Quid ni enim factum esse possit, ut ii, qui sublato genuino Dionysiano corpori substituere aliud, caute huic, cum id facerent, eas* E *etiam omnes partes, quas genuio corpori detractas autea fuisse noscebant, detraxerint? Nec est etiam, cur ex eo, quod tria jam memorata ossa invento a Reginwardo abbate Ratisponæ corpori defuisse non memorentur, haud fuisse isthoc genuinum* Dionysii *corpus, concludas. Præterquam enim quod duo ex hisce, ecclesia Vergiacensi communicata, genuinæ forsan, ut jam mox dixi, corporis Dionysiani partes haud exstiterint, tria illa ossa minores dumtaxat corporis Dionysiani seu partes seu particulæ exstitere, hincque facile factum esse potest, ut, deessentne, an non, invento Ratisponæ corpori, observatum haud fuerit, maxime cum ad id examinandum adhibiti, ut apparet, haud fuerint, qui anatomiæ essent periti. Omnibus itaque rite expensis, sane e tribus per Rigordum aut per scriptorem alterum, qui proxime huc transcripta verba in Rigordi textum intrusit, supra memoratis ossibus, in Dionysiano loculo, seu scrinio, cum visitatum id anno circiter* 1050 *fuit, non inventis, haud merito quidquam potest pro genuino S. Dionysii corpore Dionysianis attribuendo concludi. Hinc porra jam fit, ut pariter nec quid certi* F *pro corporis Dionysiani possessione Ratisponensibus attribuenda possit inferri e minima manus dextræ particula, quæ corpori, Ratisponæ invento, at non item illi, quod in Francia visitatum seu detectum fuit, defuisse memoratur.*

*vel ipsummet scrinium illud*

62 *Licet enim ex iis, quæ jam supra in hac Appendice cap.* 3 *adduxi, fuisse ante annum* 890 *de genuino* S. Dionysii *corpore partem manus detractam, certum omnino sit atque indubitatum, illaque adeo pars seu minima manus dextræ particula, si in corpore, in Francia detecto, re ipsa fuisset inventa, non fuisse isthoc verum* S. Dionysii *corpus, argumento esset perquam valido, fieri tamen potest, ut, etiamsi illa manus Dionysianæ pars detecto in Francia corpori re etiam vera defuerit, id tamen, quod minima dumtaxat esset particula, non observatum ac proin etiam memoratum haud fuerit. Jam vero, cum hæc ita habeant, consectarium sane est, ut e statu, in quo corpus, in Dionysiano loculo seu scrinio contentum, anno circiter* 1050, *cum id visitaretur, fuit inventum, nihil etiam sat certi pro Dionysiani corporis possessione Ratisponensibus attribuenda*

AUCTORE C. B.

*buenda possit concludi. Sedulo interim hic observari velim, multo saltem adhuc meliorem Ratisponensium, quam Dionysianorum, causam esse, quod equidem os tale, quale a corpore, Ratisponæ invento, abfuit, a genuino* Dionysii *corpore ante annum* 890 *(infra tamen cap. ultimo dicenda videsis) fuisse re vera detractum, certum omnino e jam supra cap.* 3 *dictis sit atque indubitatum; res autem, uti e jam dictis pariter constat, secus habeat quantum ad ossa, quæ corpori, Dionysiopoli detecto seu visitato, defuisse memorantur. Dispiciamus modo, an nec e statu, in quo Dionysianus loculus anno circiter* 1050 *fuit repertus, genuinum ac verum exstitisse, quod in hoc continebatur,* S. Dionysii *corpus, possit concludi. Mabillonius Sæc.* v *Benedict. part.* 1, *pag.* 112, *de Dionysiani scrinii, de qua hic nos, detectione loquens, Haimonis supra a me num.* 10 *jam recitata verba, quibus, quam firmiter scrinia argentea,* S. Dionysii *sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *reliquias complectentia, artificiosissimis seris atque obicibus munita essent ac clausa, exponitur, transcribit ac deinde subjungit :* Quæ omnia cum integra et inviolata reperta essent, nemini sublati corporis (quod
B quidem ibidem inventum est) suspicionem relinquere potuerunt.

*fuit repertum,*

63 Sacrum corpus quindecim continuis diebus dimissum est super principale altare, fratribus ad custodiam diu noctuque sibi succedentibus. *Ex eo itaque, quod scrinium argenteum, in quo* S. Dionysii *corpus, Dagoberto I curante, fuerat depositum, anno circiter* 1050 *integrum adhuc, nullo omnino violationis vel minimæ apparente vestigio, exstiterit, genuinum fuisse, quod in eo tum fuit repertum,* S. Dionysii *corpus, Mabillonius contendit; verum, ait in sua de Dionysio Ratisponam translato Dissertatione pag.* 113 *Emmeramensis supra jam sæpius laudatus abbas Joannes Baptista :* Quis suarum rerum adeo incurios fuisse dicere velit monachos S. Dionysii, ut violatas et confractas portas vel cistulas, ubi S. Dionysii reliquiæ prius servabantur, tales permisissent, illasque ab omni violationis suspicione communire non studuissent? *Sane, si* S. Dionysii *corpus Dionysianis fuerit re ipsa ablatum, furique, a quo id factum, fuerint hunc in finem seræ capsæque frangen-*
C *dæ, mox hasce ita, ut nullum fracturæ violationisve relinqueretur vestigium, summa cura ac sollicitudine Dionysianos monachos, qui, ut dictum, eo in casu alterius Sancti corpus surrepto Dionysiano corpori verosimillime substituerint, reficiendas curasse, nemo non, ni fallor, cum laudato abbate in animum facile inducet; cum autem res ita habeat, haud melius e statu, in quo Dionysianum scrinium, quam e statu, in quo contentum in hoc corpus anno circiter* 1050 *fuit repertum, exstitisse isthoc genuinum ac verum* S. Dionysii *corpus, potest concludi.*

*nec denique ex aliis adhuc,*

64 *Nec validius etiam pro sacro hoc pignore Dionysianis vindicando argueris ex eo, quod pallium, cui, quæ tum in scrinio Dionysiano reperta fuerunt, ossa erant involuta,* tantæ vetustatis *exstiterit,* ut, *quemadmodum Haymo apud Felibianum loquitur,* inter manus tenentium evanesceret in similitudinem telæ aranearum. *Quod si quæ enim, genuinis* S. Dionysii *ossibus, anno circiter* 890 *surreptis, Sancti alterius ossa haud diu admodum post, ut nonnulli volunt, fuere substituta, pallio forsan tunc, ut factum esse potest, fuerint involuta, huic certe vel solum centum et quinquaginta ut minimum, quod ab anno* D *circiter* 890 *usque ad annum circiter* 1050, *quo memorata Dionysiani scrinii visitatio facta, excurrit, annorum spatium tantam, quantam Haymo ait, vetustatem facillime potuerit afferre. Adhæc cum Sancti ossa, quæ genuinis* S. Dionysii *ossibus anno circiter* 890 *fuerint subrogata, pallio etiam, priusquam id fieret, possint fuisse involuta, haud quaquam sane etiam e pallii, cui, quæ anno circiter* 1050 *in scrinio Dionysiano reperta fuere, ossa erant involuta, vetustate elici quidquam potest, quo,* S. Dionysii *corpus fuisse adhuc seculo circiter* XI *medio a Dionysianis monachis possessum ac porro hodieque possideri, indubitatum evadat. Verum utcumque rationi ac veritati, quæ jam dixi, consona appareant, hi nihilominus in corporis seu potius scrinii Dionysiani visitatione, anno circiter* 1050 *facta, triumphant, et non secus ac si corpus, quod in eo tum fuit inventum, certo exstiterit genuinum* S. Dionysii *corpus, sibi hujus possessionem indubitanter adscribunt. Certe Felibianus, e quo de reliquis conjecturam non inepte feceris, luculentissime id facit.*

*quæ hic ob oculos*

65 *Dionysiani enim scrinii, de qua hic nobis sermo, visitatione in San-dionysianam suam historiam compendio ex Haimone illata, pag.* 122 E *verbis Gallicis, quæ Latina facio, sic scribit* : Edita tanto cum strepitu actio, cujus quodammodo in S. Dionysii, instituto, quod die IX Junii colitur, festo annuo, consecrata est memoria, vim sufficienti majorem, qua veritati contra illusionem victoria assereretur, habere videbatur. Error nihilominus in Germania perseveravit. *Ac deinde, nonnullis adhuc, quæ* S. Dionysii *corpori Dionysianis vindicando apta judicavit, in medium adductis, pag.* 124 *sequentem loquitur in modum :* Si Papæ ejus (*Leonis IX*) tempore rumorem quempiam excitavit asserta corporis S. Dionysii sublatio, Lipsanothecæ ejus visitatio, coram regni optimatibus facta, ita omnem suspicionem dispulit, ut ab eo tempore reges nostri magis etiam assidue ad venerandas sancti Martyris reliquias accesserint. *Ita ille; verum, etsi quidem in venerandis, quæ in Dionysiano monasterio servantur, Sanctorum reliquiis laudanda sit Galliæ regum pietas, hique faciendo, quod hic Felibianus refert, genuinas eodem in monasterio asservari* S. Dionysii *reliquias, credidisse videantur, inde tamen,* F *ut re etiam ipsa ibidem hæ existant, consectarium haud est. Neque vero, rem ita indubie habere, ob factam anno circiter* 1050 *scrinii Dionysiani visitationem, quidquid etiam de omni, quæ depulsa per hanc sit, suspicione Felibianus scribat, in animum umquam inducam, nisi solide probatum primum fuerit, invento in Dionysiana Lipsanotheca, dum anno circiter* 1050 *reseraretur, corpori adjunctum fuisse seu signum seu titulum, e quo, genuinum id exstitisse* S. Dionysii *corpus, constiterit.*

*ponuntur, potest inferri.*

66 *Etenim, quidquid etiam Dionysiani monachi reclament, solum corpus, sine omni hujusmodi tum signo, tum titulo in Dionysiano scrinio tum repertum, haud quaquam, dubitatione jam dudum de loco, quo* Dionysii *reliquiæ essent, tunc exorta, sufficere videtur, ut illud exstitisse genuinum* S. Dionysii *corpus, credatur. Vidit id etiam, ni fallor, ipsemet Felibianus, hincque, de iterata scrinii Dionysiani, quæ anno* 1385 *locum habuit, visitatione in Sandionysiana sua Historia pag.* 299 *sermonem instituens, verbis Gallicis, quæ Latine reddo, sic scribit :*

A *scribit*: Fuit igitur sancti martyris (*Dionysii nempe*) Lipsanotheca secundo aperta, authenticique in ea tituli, qui, asservari ibi S. Dionysii, Franciæ Apostoli, reliquias, faciebant fidem, sunt reperti. *Hæc ille; verum quos qualesve hic memorat titulos? Id hic, ni fallor, de industria non edicit, ne hosce neutiquam esse proposito suo probando aptos prodere cogatur. Haimo apud Felibianum cap.* 8 *narrat, qui corpus, in Dionysiano scrinio, dum id anno circiter* 1050 *reseraretur, inventum, per quindecim dies publicæ venerationi fuerit expositum, ac deinde de corpore illo subjungit*: Et tunc sibi mutuo ad custodiam succedentibus fratribus, diei noctisque vicibus tam diu est diligentissime custoditum, donec intromissis litteris indicibus primi erroris et subsecutæ veritatis seris obicibusque munitum sacros artus continens subtili artificio scrinium, quamplurimis præsentibus, suos priori loculo honorabiliter fuit restitutum. *Litteræ, quas scrinio Dionysiano post factam hujus anno circiter* 1050 *visitationem impositas fuisse, Haimo hic scribit, haud dubie sunt tituli, quos in*
B *eodem scrinio, cum id anno* 1385 *aperiretur, repertos fuisse. Felibianus affirmat. Ea sedet sententia, quod nec apud Haimonem, nec alibi mentio ulla occurrat tituli alterius, qui in scrinio Dionysiano, cum id anno circiter* 1050 *reseraretur, fuerit repertus. Jam vero, cum id ita sit, nec tituli, tunc demum, cum scrinium Dionysianum anno circiter* 1050 *visitatum fuit, confecti, genuinum extitisse, quod in hoc tum fuit repertum*, S. Dionysii *corpus, probare nati sint, e titulis pariter, quos in Dionysiano scrinio, cum id anno* 1385 *aperiretur, fuisse inventos, Felibianus scribit, nequit id, quod et hic scriptor et alii San-dionysiani monachi maxime vellent, concludi.*

## CAPUT V.

### Præcipua ex argumentis reliquis, quibus Dionysiani corporis furtum seu e Francia in Germaniam translatio impugnatur, expenduntur.

C

*E duorum, quos tantum modo Ratisponæ vidit, lapidum de Dionysiani*

*Mabillonius in Itinere suo Germanico, de Ratisponensi S. Emmerami monasterio, hujusque, uti appellatur, thesauro loquens, primo scribit sequentem in modum*: In thesauro, ut vocant, habetur insignis Evangeliorum liber, quo nullum pretiosiorem aut elegantiorem umquam vidimus, litteris aureis majusculis optime scriptus anno 870 mandato Caroli Calvi: deinde S. Emmerami ecclesiæ concessus ab Arnulpho imperatore, uti Arnolfus ejusdem loci monachus tradit; *ac deinde, nonnullis adhuc de pretioso, quem hic memorat, Evangeliorum libro præmissis, ita prosequitur*: Hunc librum ex Parisiensi S. Dionysii monasterio una cum sancti Martyris corpore furtim sublatum, donoque Arnulpho atque ab eodem ecclesiæ S. Emmerammi traditum asserunt. At, mirum est, inquiebam, Arnolfum ejusdem cœnobii ex comite monachum, qui sub annum millesimum scribebat, meminisse istius codicis ab Arnulpho concessi, nulla corporis sancti Dionysii mentione facta. Rogavimus deinde, nobis ostendi ejus corpus seu reliquias: illi abstruso loco reconditas dicentes, duos nobis lapides doni testes protulerunt, in quorum uno antiquis litteris uncialibus hoc exaratum legitur: Sub Ebulone abbate sancti Dionysii Gisalbertus furavit. » in » alio: » Furatus est v. Non. Junii, huc venit » prid. Nonas Decembris tempore Tutonis episcopi, » absque ulla corporis aut libri mentione.

*auctore C. B.*

*corporis translatione silentio perperam contra hanc arguit Mabillonius,*

68 *Ita ille, non tantum hic ex Arnolfi, sed et ex ipsorummet, quos memorat, lapidum de* S. Dionysii *corpore silentio, neutiquam id vel S. Emmerami monasterio ab Arnulpho imperatore donatum, vel penes Emmeramenses monachos esse, contendens. Verum, Mabillonium id, quod vult, neutiquam ex Arnolfi silentio dare evictum, jam supra ostendi; quod autem ad duorum, quos memorat, lapidum seu duarum potius, quas hi sibi incisas habent, inscriptionum silentium spectat, hæ quidem nullam de* S. Dionysii *corpore faciunt mentionem; verum duo illi, quibus inscri-* E
*ptæ sunt, lapides seu lateres cum alio adhuc sibi adjuncto lapide, e cujus inscriptione fieri in hisce de* S. Dionysii *corpore sermonem, palam est, in Emmeramensis ecclesiæ muro a Reginwardo abbate fuere inventi, mirorque et hunc posteriorem lapidem ab Emmeramensibus monachis eruditissimo viro haud fuisse exhibitum. Is certe, ut hodie, ita etiam seculo proxime elapso in illorum monasterio asservabatur, inscriptioque, quam præfert, una cum inscriptionibus, quas memorati a Mabillonio duo alii lapides suppeditant, fuisse* Dionysii *corpus furto surreptum atque ad S. Emmerami ecclesiam translatum, non obscure indicat, uti quisque, qui vel trium illorum lapidum inscriptiones, supra a nobis in hac Appendice num.* 4 *jam datas inspexerit, facile comperiet; ut sane e duorum, quos Mabillonius memorat, lapidum seu laterum de* S. Dionysii *corpore silentio nihil omnino queat contra assertum hujus a Ratisponensibus furtum inferri.*

*nec vel e regis Eadgari,*

69 *Porro idem Mabillonius Annalium Benedictinorum tom.* 3, *lib.* 46, *num.* 40 *ad annum* 960 *sic scribit*: Tunc Dionysiani monasterii præpositus erat vir strenuus, nomine Vitalis, qui res sancti Dionysii in Anglia a regiis F
ministris infestari gravate ferrens, Eadgarum piissimum regem adiit anno secundo regni ejus, Indictione tertia, septimo Kalend. Januarii. Rex, auditis Vitalis querelis de Togredo, regiæ domus præposito, multas gravesque exactiones, a villis sancto Dionysio subjectis extorquente, damna restitui præcepit, ac deinceps ab hujusmodi vexationibus abstineri; cujus rei diploma per Togredum ipsum » ad sepulcra Sanctorum » martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii » deferri jussit, » quorum sacra corpora honorifice ibi » locata esse asserit. Ex quo intelligitur, quam vana sit persuasio Ratisponensium, qui sancti Dionysii corpus ab Arnulfo rege obtentum, et in sancti Emmerammi cœnobio repositum dicunt. *Adhæc idem denuo Mabillonius, ita occasione diplomatis, anno* 960, *quem notæ chronicæ, in monumento isthoc, ut testatur, expressæ, designant, ab Eadgaro, Angliæ rege, concessi, Annalium Benedict. loco cit. locutus, eorumdem deinde lib.* 48, *num.* 92 *ad annum* 980 *sequentem fatur in modum*: Neque vero imperator Otto tam cito, ut Sigonio visum est, Italiam adiit.

auctore C. B.

adiit. Nam mense Octobri Brochsalæ versabatur, cum imperiali præcepto confirmavit possessiones monasterii sancti Dionysii Parisiensis, in ipsius imperio consistentes, rogatu Rotberti, ejus loci abbatis. » Data Idus Octobris, anno » Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXX, indictio- » ne V. » (lege VIII ») anno vero regni secundi Ottonis XX, imperii XIII.

*et Ottonis imperatoris*

70 Actum Brochsale; quod de Bruxellis, ut modo vocant, olim Brutsela dicta, interpretandum est. In prædicto diplomate observandum id, quod dicitur de monasterio sancti Dionysii, » usque hodie, » inquit Otto, » ibidem corpora- » liter habiti. » Qui locus plane refellit opinionem Ratisponensium, qui corpus sancti Dionysii initio sæculi decimi *(imo sub finem sæculi* IX) Ratisponam ab Arnulfo imperatore translatum jactitant. *Ex eo itaque, quod Eadgarus, Angliæ rex, in diplomate anni* 960, Dionysii *corpus tum adhuc, cum illud daretur, in* S. Dionysii *ecclesia fuisse asservatum, insinuet, idemque etiam Otto II imperator in diplomate anni* 980 *faciat, sacrum illud pignus Ratisponam inde translatum haud fuisse, Mabillonius contendit.*

B *Verum corpus, a Giselberto in Germaniam allatum, quod, cum seculo circiter* XI *medio a Reginwardo abbate fuit inventum, inscriptiones adjunctæ* S. Dionysii *corpus esse indicabant, anno* 960 *et anno* 980 *adhuc latebat in muro, cui, ut supra vidimus, a Tutone episcopo sub seculi* X *initium fuerat inclusum; licet autem jam tum in S. Emmerami ecclesia inscriptiones quæpiam, quæ ibi asservari* S. Dionysii *corpus proderent, verosimiliter exstiterint, Ratisponenses tamen de sacri thesauri quem, quod locum etiam, quo esset absconditus, ignorarent, exhibere non poterant, possessione, utut etiam, quemadmodum ex infra dicendis apparet, in antiqua, quæ apud ipsos vigeret, traditione fundata, verosimillime nec multum gloriati, nec confidenter admodum fuere locuti.*

*seculo* X *datis*

71 *Porro cum Galli contra, penes se esse* S. Dionysii *corpus, asservantissime passim prædicarent, aut saltem, ne piorum erga* S. Dionysium *devotio tepesceret, forto id sublatum, caute dissimularent, facillime factum esse potest, ut, etiamsi illis sacrum isthoc pignus a longo jam tempore re ipsa forsan fuisset ereptum, quamplurimi tamen adhuc seculo* X *exstiterint, qui Dionysianis monachis, sacrum thesaurum penes se esse, asseverantibus, aut adhiberent fidem, aut etiam hunc*

C *illis esse ereptum, penitus ignorarent. Jam vero, cum id ita sit, nec quidquam, quo minus ex horum etiam numero Eadgarus, Angliæ rex, et Otto II imperator exstitisse credantur, impediat, Mabillonius sane ex eo, quod bini hi principes in supra memoratis diplomatibus, fuisse adhuc, cum hæc anno* 960 *et anno* 980 *darent,* S. Dionysii *corpus in Dionysiana Franciæ abbatia asservatum, prodant, neutiquam id, quod vult, seu sacrum istud pignus Ratisponam inde sub seculi* IX *finem non fuisse delatum, efficaciter ac valide probat. Adhæc, ait in suis de rebus Franciæ Orientalis Commentariis tom.* 2, *pag.* 747 *Georgius ab Heckhart*: Qui præcepta regum expetebant, iis, quidquid illis complecti volebant, suggerebant; unde concludi potest, monachos, de absentia corporis S. Dionysii apud se certos summo cum studio verba, quibus (*in Ottonis nimirum supra memorato diplomate*) dicitur, » S. Diony- » sium usque hodie corporaliter » in monasterio suo » haberi, » suggessisse, ut imperatoris confessione aliquando causam suam defendere, aut iis etiam os obturare possent, qui jam de præ- D sentia Sancti apud illos, non sine fundamento dubitabant.

*diplomatibus, vel e S. Eduardi regis*

72 *Quidquid sit de fine, in quem Eckhartus, quæ hic memorat, verba Dionysianos monachos suggessisse, opinatur, tam hæc equidem, quam illa, quibus,* SS. Dionysii, Rustici *et* Eleutherii *corpora honorifice in* S. Dionysii *monasterio locata, in præfato Eadgari, Angliæ regis, diplomate asseruntur, fuisse a dictis monachis suggesta, indubitatum apparet. Ea sedet sententia, quod, quamvis quidem forsan non omnia, quæ in principum diplomatibus, in monasteriorum favorem concessis, occurunt, a religiosis horum inquilinis dicenda sint suggesta, id tamen quantum ad ea, quæ de Sanctorum in sacris illis locis cultu asservatisve reliquis in monumentis hujusmodi leguntur, ita utplurimum habere, existiment, qui, permultis principum præceptis seu diplomatibus mature discussis, suum hac de re tulerunt judicium. Etsi itaque nec a furti, quo* Dionysius *Gallis fuerit ereptus, ignoratione dici possent profecta, quæ Mabillonius affert, Eadgari, Angliæ regis, et Ottonis II imperatoris de Dionysiano corpore in San-dionysiana ecclesia asservato testimonia, haud merito tamen ex hisce, utpote* E *non per duos illos principes, sed per ipsosmet, ut jam dictum, Dionysianos monachos datis, penes hosce adhuc esse sacrum illum thesaurum, ac proin in Germaniam non fuisse translatum, quispiam recte intulerit. Nec id vel e S. Eduardi, Angliæ regis, charta, anno* 1059 *in San-dionysiani in Francia monasterii favorem data supraque a nobis in Appendice, quæ hanc proxime præcedit, num.* 34 *laudata, vel e pluribus Pontificum Romanorum litteris seu Brevibus, in Dionysianorum monachorum favorem datis, meliori jure fecerit.*

*charta Pontificumque litteris,*

73 *Licet enim tam in his, quam in dicta Eduardi regis charta,* Dionysius *vel haberi vel quiescere in Dionysiana Franciæ abbatia asseratur, verba tamen, quibus id fit, non a dicto rege summisve Ponticifibus, sed ab ipsismet San-dionysianis monachis promanasse, indubitatum apparet; uti etiam a summis Pontificibus adhibita fuisse, non ad locum, qui sacras* S. Dionysii *exuvias possideret, definiendum aut declarandum, sed tantummodo ad consuetudinem servandam, quæ, ut Sancti in monasteriis, quæ sacras eorum exuvias sese possidere putant, quiescere in litteris hujusmodi* F *dicantur, exposcit. Joannes Baptista, Emmeramensis jam supra sæpius laudatus abbas, in sua, quam, ut dixi, anno* 1750 *edidit, de* Dionysio *in Bavariam translato Dissertatione pag.* 79 *et seq. integrum affert Alexandri IV Breve, in quo hic summus Pontifex, quadraginta dierum indulgentiam iis, qui tempore ac modo in dicto Brevi assignatis ad S. Emmerami ecclesiam accesserint, concedens,* Dionysium *in hac una cum SS. Emmeramo et Wolfango quiescere affirmat. Porro cum Breve illud Pontificatus Alexandri IV anno tertio, qui in annum Christi* 1256 *incidit, fuerit concessum, inde infert celsissimus author, seculo* XIII *Romæ etiam,* S. Dionysii *corpus Ratisponæ in S. Emmerami monasterio quiescere, fuisse persuasum. Verum, quemadmodum id saltem dicto Brevi Alexandrum IV definire seu declarare noluisse, Dionysiani in Francia monachi indubie respondebunt, sic Pontifices alios Brevibus suis seu litteris, quibus* S. Dionysii *corpus in Dionysiano Franciæ monasterio quiescere asseritur, definire pariter seu declara-*

*re*

A re id noluisse, Ratisponenses S. Emmerami monachi haud immerito contendent.

*dictæ translationi locum haud fuisse, recte intuleris;*

74 Neque vero laudatus Emmeramensis abbas, quamvis nec recte, ut apparet, e prælatis Alexandri IV litteris id, quod jam dixi, concludat, monasterio suo per hasce Dionysiani corporis possessionem adscribi existimavit. Postea enim, de Brevibus seu litteris Pontificiis, a Nicolao II et Alexandro II ad confirmanda monasterii S. Dionysii privilegia concessis, in quibus ibi quiescere S. Dionysii corpus asseritur, sermonem intituens, sic scribit: Nicolaus II et Alexander II dictis Brevibus privilegia monasterio S. Dionysii confirmant, nec illorum Pontificum ibi mens erat, de reliquiis S. Dionysii ex proposito agere, sed monasterio S. Dionysii (ubi prius corpus S. Dionysii requievit) et a monachis ejusdem cœnobii adhucibi requiescere asserebatur, privilegia confirmarunt, more in Brevibus talibus consueto junctis a notario verbis: „Ubi ipse San-„ctus in corpore requiescit" etc. Tale Breve Apostolicum pro indulgentiis Lucrandis ab Alexandro IV nostræ etiam ecclesiæ concessum est, ut supra

B vidimus..... ubi pariter hæc verba inserta sunt: „Ubi Sanctorum Emmerami, Dionysii, Wolfgangi corpora quiescunt. Dum enim pro talibus privilegiorum confirmationibus et indulgentiis obtinendis ecclesiæ vel monasteria apud Sedem Apostolicam supplicant, suorum patronorum, quorum corpora se possidere gloriantur, nomina inscribunt, et gratiæ petitæ sæpe a summa Sede impetrantur. Hæc ille, dilucide indicans, e litteris Pontificiis, in quibus vel in S. Emmerami vel in S. Dionysii ecclesia quiescere Dionysianum corpus asseritur, vindicare id sibi nec Dionysianos, nec Emmeramenses monachos posse. Et vero rem ita habere, ac proin sacrum illud pignus Ratisponam translatum non fuisse, haud magis e dictis Pontificiis litteris, quam e supra memoratis principum chartis, posse inferri, satis superque, ni fallor, ex omnibus jam dictis liquet.

*etsi autem tam Otho Frisingensis forte haud crediderit,*

75 Ad argumentum aliud, quo Dionysiani corporis furtum seu hujus e Gallia ad Ratisponenses S. Emmerami monachos translationem pariter impugnant, modo progrediamur. Id ex Othone, Frisingensi episcopo, qui, cum Henrici quarti imperatoris nepos, Henrici quinti soro-

C rius, Conradi regis frater uterinus et Frederici primi imperatoris patruus exstiterit, merito a Bellarmino, non tantum veluti doctrina et pietate, sed et veluti nobilitate insignis prædicatur, deducunt; is autem, aiunt, fidei juxta ac veritatis studiosissimus scriptor, qui seculo XII floruit, quique, cum et Germanus esset et Leopoldi, Bavariæ, ubi Ratispona sita est, ducis frater, causas certe, ob quas Ratisponensibus magis, quam Francis faveret, habebat, Ratisponensium tamen de Dionysii e Francia Ratisponam seu ad Ratisponenses S. Emmerami monachos translationem in contexto a se Chronico lib. 6, cap. XI sequentibus hisce perstringit verbis: Dilexit vero (Arnulphus imperator nimirum) præ ceteris regni sui locis Metropolim Bajoariæ Ratisponam. Unde et muros ejus ampliavit, monasteriumque S. Emmerami pluribus ornamentis adornavit, ac largis possessionibus locupletavit. Tradunt ibi, scriptumque monstrant, quod prædictus rex S. Dionysium a Gallis ad præfatum monasterium transtulerit; quod utrum ita sit, vide-

AUCTORE C. B.

rint. Hinc porro, S. Dionysii e Francia ad Emmeramenses monachos, quam Ratisponenses asserunt, translationem ab Othone Frisingensi creditam haud fuisse, concludunt. Verum quid tum? Hanc, quam a Gallis negari sciebat, non tantum ut dubiam, sed etiam ut certo falsam habuerit Otho, consequensne hinc erit, ut certo illa numquam habuerit locum?

*falsam tamen esse, vel hinc, vel e furis, quam is*

76 Enimvero id non magis inde, quam ex eo, quod nonnulli hodieque potius Gallis, penes se adhuc esse S. Dionysii corpus, asseverantibus, quam Germanis, id ipsum sibi vindicantibus, assentiantur, potest concludi. Adhæc quid si laudatus Otho, factane esset, an non translatio, qua ad Ratisponenses devectum fuisset S. Dionysii corpus, dubitarit dumtaxat, nec rem operosius ipsemet indagare, sed aliorum examini relinquere volens, id tantummodo per postrema quinque e supra huc transcriptis verbis significare voluerit? Utut sit, haud recte equidem, quidquid etiam de corporis Dionysiani in Germaniam translatione Otho senserit, certo hanc a veritate alienam ob opinionem, quam secutus forsan hic scriptor sit, pronuntiaris. Ea porro mihi sedet sententia non tantum quantum E ad Othonem, sed et quantum ad quoscumque, qui seculo X posteriores sunt, scriptores alios, si qui forsan ex his Dionysiani corporis seu furtum seu ad Ratisponenses translationem vel negent vel etiam tantummodo revocent in dubium. At vero, inquiunt adhuc nonnulli, id, quod aliquo in regno tam sacrum, tam religiosum est, id, quod tanto cultu et veneratione celebratur, id, quo nihil pretiosius, nihil sanctius inter cunctas ejus gentis reliquias habetur, justissimis longissimi temporis possessoribus sine causa suffurari, extremæ utique nequitiæ et improbitatis est; quis autem factum esse putet, ut turpem adeo furis impii et sacrilegi notam nomini suo quisquam, sacrosanctum Dionysii corpus, quod maximo apud Gallos habebatur in pretio, quodque Dionysiani in Francia monachi diutissime juxta ac justissime jam possederant, suffurando, voluerit inurere? Ita adhuc, ut dixi, nonnulli; verum næ hi, qui sic arguunt, seculi IX, X, et XII mores parum admodum habent perspectos. Tum quippe ita homines, ac vel maxime etiam monachi comparati erant, ut Sanctorum reliquias furari, religioni minime ducerent, easque etiam passim, cum possent, fraudibus etiam et dolis hunc in finem F haud raro adhibitis, possessoribus suis furto sine ullo scrupulo eriperent.

*a quo fuit patrata, incurrerit, notæ haud quaquam est consequens.*

77 Qui, quam verum id sit, nosse cupit, adeat Historiæ Litterariæ Franciæ Scriptores tom. XI, pag. 133 et seq., Muratorium medii ævi Antiquit. Ital. tom. 5 Dissert. 58, ac denique Benedictum XIV de servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione lib. 4, part 2 cap. 25, ubi non pauca sacrarum reliquiarum furta, a scriptoribus variis partimque etiam in opere nostro relata, longo ordine recenset; cum autem, qui furta isthæc patrarunt, minime, ut comperies, erubuerint furis nomen, non est sane, cur Dionysii corpus furto haud fuisse sublatum, arguamus ex eo, quod, qui id fecisset, turpe furis nomen adsciturus sibi fuisset. Nec, factum id non fuisse, recte etiam argueris ex eo, quod Dionysiani monachi die IX Junii Dionysiani corporis detectionem seu scrinii, in quo id a Dagoberto depositum fuisse perhibetur, visitationem, anno circiter, ut dixi, 1050 factam, quotannis cele-

AUCTORE C. B.

*brent, idque statim a visitatione isthac, Pontifice Romano sese iis hac in re non opponente, facere inceperint. Uti enim illi dictam detectionem seu visitationem die* IX *Junii, ita Emmeramenses monachi Dionysii e Francia ad ecclesiam suam translationem Dominica ultima post Pentecostem quotannis celebrant, idque etiam jam inde a seculo* XI *facere cœperunt, quemadmodum in sua de Dionysio in Germaniam translato Dissertatione* § 151 *sat recte ostendit sæpissime jam laudatus abbas Joannes Baptista, contendens etiam, festum illud Leonis IX mandato, in litteris, Pontificis hujus nomine inscriptis infraque hic recitandis expresso, fuisse institutum.*

## CAPUT VI.

### An Leo IX Papa Ratisponæ inventas, quas Dionysii esse dicebant, reliquias approbarit, litterasque hac de re ad Henricum I, Francorum regem, dederit.

B

*Leonem IX litteras, quibus Ratisponensibus attribuerit S. Dionysii corpus,*

*Etsi quidem supposititias esse, quæ circumferuntur ac a pluribus jam editæ, hic etiam a nobis iteratis typis recusæ lectoris oculis cap. proxime seq. subdentur, Leonis IX Papæ nomine inscriptas ad Henricum I, Francorum regem, de invento apud Ratisponenses* S. Dionysii *corpore litteras, Mabillonius tom.* 4 *Annal. Benedict. lib.* 60, *num.* 21 *contendat, re ipsa tamen abs hoc Pontifice ad dictum Francorum regem datas fuisse de corporis* S. Dionysii *apud Ratisponenses manifestatione litteras, existimasse videtur. Sese certe hic scriptor, dum anno* 1685 *Sæc.* V *Benedict. part.* 1 *mitteret in lucem, in illa opinione fuisse, jam supra num.* 50 *e parte illa huc transcriptis verbis non obscure insinuat, libelli etiam supra a nobis memorati, quo Haimo, San-dionysianus monachus, corporis Dionysiani detectionem, uti vocatur, descripsit, faciens mentionem.*

C *Hinc factum, ut Joannes Baptista, jam sæpius a nobis laudatus Emmeramensis abbas, San-dionysianam Felibiani Historiam, utut jam ab anno* 1706 *una cum adjecto ad hujus calcem Haimonis præfato libello publici juris factam, ad manum non habens, ab ipsomet Haimone, datas fuisse a Leone IX Papa ad Henricum I, Francorum regem, de corporis Dionysiani apud Ratisponenses manifestatione litteras, memoriæ prodi, existimarit, hincque in diversos alios errores in sua supra plus semel jam memorata de* Dionysio *in Germaniam translato Dissertatione sit prolapsus.*

*ad Henricum I, Francorum regem, dedisse, Haimo non scribit; imo contra ea,*

79 *Verum, etsi quidem Emmeramensis abbas id, quod jam dixi, haud immerito e dictis, uti hæc consideranti patescet, Mabillonii verbis opinari de Haimone potuerit, hic tamen scriptor nuspiam in sua jam ab anno, ut dictum,* 1706 *edita, quam libelli inediti nomine Mabillonius loco proxime cit. laudat, lucubratione litterarum, quas Leo IX Papa ad Henricum I, Francorum regem, de argumento, mox memorato, miserit, mentionem facit. Id cuique, qui dictum Haimonis haud magnæ molis libellum evolvere voluerit, evadet perspicuum. Imo vero contra Haimo ea* D *prodit memoriæ, e quibus, si vera sint, consectarium sit, ut Leo IX, dum Ratisponæ, quod e jam supra dictis anno* 1052 *factum, versaretur, nullas de dicto argumento litteras ad Henricum, Francorum regem, miserit. Ut id palam fiat, ea hic, quæ eo conducunt, compendio ex Haimone lectori ob oculos pono. Ratisponæ, invitatis eo non paucis summæ dignitatis viris ac imprimis nonnullis episcopis aliis, jam omnia, ut* inventum ibi integrum unius mortui hominis corpus, quod sub testimonio fallacium, *ut loquitur*, et adinventitiarum litterarum Areopagitæ Dionysii dicere veriti non sunt, *statuto die elevaretur, erant parata, summæque etiam, qua peragendum id erat, solemnitati Leo IX Papa et Henricus imperator, qui Ratisponam advenerant, erant interfuturi. Verum eo ipso temporis articulo, quo res jam jam exsecutioni erat mandanda,* duo repente Dei nutu *Ratisponam adveniunt nuncii, a Francorum rege rei cujuspiam alterius causa ad imperatorem missi.*

*a quibus, Pontificem illum id non fecisse, consequi videtur,*

80 *Hi, ingentem populi undequaque confluentis multitudinem conspicati ac quid rei ageretur, edocti, imperatorem adeunt, ei, quæ in mandatis habebant, exponunt, tum ad inventum Ratisponæ corpus, quod pro* Dionysii *corpore haberi, eoque nomine jam elevandum audierant, sermonem convertunt, oratione sat prolixa, jam supra num.* 10 *partim data, id esse non posse* Dionysii *corpus, contendunt, regem suum, si nihilominus pro hoc elevetur inventum illud corpus, ægerrime id laturum, affirmant, ac tandem ab imperatore, ne, priusquam* Dionysii *corpus haud amplius reperiri in Gallia, ex amico suo Galliarum rege, diligentissime rem indagaturo, intellexerit, fieri id permittat, exposcunt. Porro* imperator, se inde habiturum concilium cum domino Papa et caterva ducum et optimatum suorum, *respondet, legatosque, eorum prius e Pontificis procerumque suorum consilio petitione probata ut justa, a sese dimittit. Hæc et plura alia, quæ, quod minus prope ad institutum nostrum hic spectent, omitto, lucubrationis suæ supra laudatæ capp.* 3, 4, *et* 5 *Haimo; cum autem, uti e jam dictis scribit, Leo Papa legatis Gallicis, ab imperatore, ne, priusquam e Francorum rege,* Dionysii *corpus in Gallia haud amplius esse intellexisset, inventum Ratisponæ corpus elevari* F *permitteret, postulantibus, assentiendum duxerit, enimvero consectarium hinc fit, ut Leo, si vera modo Haimo memoret, non prius certe, quam cum id examinatum fuisset, litteras, quibus* Dionysii *corpus Gallis surreptum ac penes Ratisponenses S. Emmerami monachos esse, declararit, ad Henricum Francorum regem dederit, ac proin, ut id certe annum* 1053, *utpote quo hic demum, essetne adhuc, an non,* Dionysii *corpus in Gallia, aperta ac visitata, in qua id contineri credebatur, Lipsanotheca, indagari curarit, haud fecerit.*

*memoriæ prodit; ast hic, tum ob remotam suam a re gesta ætatem,*

81 *Quis enim, Pontificem ante examen illud haud esse, quod Ratisponæ fuerat inventum, corpus elevandum duxisse, et tamen id, examine illo non exspectato, genuinum esse* Dionysii *corpus, datis etiam ad Henricum, Francorum regem, litteris declarare voluisse, in animum inducat? Jam vero, cum res ita habeat, Leo sane, si vera Haimo memoret, ad Henricum, Francorum regem, litteras, quibus* Dionysii *corpus penes Ratisponenses esse declararit, anno* 1052 *haud miserit. Verum an Haimoni hic assentiendum? Hic scriptor, ut e jam supra dictis facile colliges, non citius*

A *citius quam sub seculi* XII *finem floruit, fuitque proinde ab anno* 1052, *quo dictæ Leonis litteræ ad Francorum regem scriptæ fuisse perhibentur, remotior, quam ut dictis suis, e quibus, nullas tum ad principem illum a Leone scriptas fuisse litteras, sit consequens, fidem certam atque indubitatam conciliet. Hanc porro adhuc minuit, non tantum ex eo, quod e monachorum Dionysianorum, qui* S. Dionysii *corpus penes se esse contendunt, numero exstiterit, verum etiam ex eo, quod nimio partium studio abreptus sese loco non uno Emmeramensibus, qui sacrum illud pignus ad ecclesiam suam furto allatum affirmant, haud satis æquum exhibeat. Ut, quam verum id sit, intelligas, audi, qui cap.* 2 *sub finem ac sequentis initio loquatur.* In Bojoriensi, *inquit*, natione Radisbonensis urbs perhibetur esse, in qua probabili devotione antiquorum constructum habetur sub titulo sancti Hermentranni monasterium, cui deservit sub abbatis imperio degens concio monachorum. Qui cæcitatis et ignorantiæ tenebris miserabiliter involuti divinique timoris obliti suum locum exaltare non erubue-

B runt figmento cujusdam mendacii arroganter verbosando penes se esse corpus beati Dionysii, quod omnino frivolum esse veritas indicat præfatæ rei.

*tum ob partium studium fidem haud meretur is scriptor,*

82 Et quia eorum exterminanda garrulitas est prosequenda latius, huic narrationis initæ seriei censuimus inserere, unde hujus exordium nequitiæ sibi dicantur arripuisse. Præfato loco succedentibus prosperis rebusque ejus Deo fideliter adhærentium devota munificentia ampliatis, probabile visum est abbati, ut, diruta structura operis vetusti, quoniam vilis erat pretii, in melius studeret honestando construere monasterium prædicti Hermentranni. Cui operi dum studiosius insudaret, priscorumque fundamentorum loca diligentius inquireret, juxta vanam assertionem eorum unius mortui hominis corpus inventum est integrum; quem sub testimonio fallacium et adinventitiarum litterarum non veriti sunt appellare Areopagitam Dionysium. *Cum itaque Haimo, qui a* S. Dionysii, *quam describit, sociorumque ejus* Rustici *et* Eleutherii *corporum delectione sesqui fere, ut dictum, seculo abfuit, tanto ac tali, quale hic prodit, partium studio manum ad*

C *scribendum admoverit, haud immerito sane, ne non debitam veritatis rationem ubique habuerit, est verendum. Qui si ergo de industria, quæ supra memoravi, scripserit, ut, an Leo, quas diximus, litteras dedisset, efficeret ambiguum? Utut sit, Haimo equidem, uti e jam dictis satis superque liquet, talis non est, ut id a Pontifice illo non fuisse factum, sola sua authoritate reddere queat indubitatum. Et vero, corpus, Ratisponæ a Reginwardo abbate inventum, quod inscriptiones adjunctæ esse* Dionysii *indicabant, re etiam ipsa verum ac genuinum esse Sancti hujus corpus, Leonem IX vel litteris, vel certe viva voce declarasse, aliunde mihi apparet sat certum.*

*Leonemque inventas Ratisponæ, quæ Dionysii esse dicebantur, reliquias*

83 *Imperatorum ab Henrico Aucupe ad Henricum V res præclare gestas descripsit author, qui, quamvis, ut ait scriptorum Brunswicensium tom.* I, *pag.* 707 *Leibnitius, sit incertus, sub hoc tamen eodem Henrico, qui seculi* XII *initio regnavit, vitam duxit; in harum autem compendio, per monachum Hamerslebiensem confecto, quod in anno* 1126 *desinit, sequentia isthæc ex incerto illo authore excerpta apud eumdem Leibnitium tom. cit. pag.* 709 *de Leone IX leguntur verba*: Ratisponæ vere haberi reliquias S. Dionysii, confirmavit. *Adhæc apud Georgium Eckhartum in medii ævi Corpore Historico tom.* I *exstat sub* Annalistæ Saxonis *nomine Chronicon, ab ortu regni Francici usque ad annum* 1139 *deductum, atque, ut laudatus ejus editor in suis ad lectorem admonitionibus præviis, dicto tomo præfixis, num.* 10 *docet, ab Eggehardo Uragiensi, insigni, ut ait, sui temporis historiarum magistro, conscriptum; id autem, quod, quamvis quidem ab aliis* Chronicum Magdeburgicum, *vocetur, ab aliis tamen, quia ejus author, qui sub Henrico quinto imperatore seu seculo* XII *ineunte florere incepit. Saxo exstitit,* Annalium Saxonicorum *nomine haud immerito insignitur, ad annum* 1052 *sic scribit:* Henricus imperator iterum Pannonias petit, et inacte redit, habens in comitatu Leonem Apostolicæ sedis præsulem; qui Papa veniens Ratisponam, reliquias beati Dionysii martyris, de quibus diu dubitatum, an ibi haberentur, præsentibus Parisiorum legatis, perspexit, ibique haberi probavit.

AUCTOR. C. B.

*approbasse, aliunde est certum; hoc autem suum ut Mabillonius etiam*

84 *Habemus itaque scriptores duos, qui, Leonem IX, cum anno* 1052 *Ratisponæ existeret, ibidem haberi* S. Dionysii *reliquias seu corpus, declarasse, memoriæ produnt; cum autem ambo medio ut minimum seculo Haimonem præcesserint, nec immoderato, uti hic, partium studio acti fuisse videantur, est enimvero, cur illis potius, quam Haimoni, dum, reliquias, Ratisponæ a Reginwardo abbate inventas, quas inscriptiones adjunctæ* Dionysii *esse indicabant, a Leone IX, datis ad Henricum I, Francorum regem, litteris approbatas haud fuisse, insinuat, fidem adhibeamus. Quamvis quidem, quæ circumferuntur, Leonis IX Papæ nomine inscriptas de corporis* S. Dionysii *apud Ratisponenses manifestatione ad Henricum, Francorum regem, litteras, Mabillonius, velut spurias ac supposititias, traducat, litteras tamen, ut jam supra num.* 78 *dixi, ea de re ad hunc principem a Pontifice illo missas fuisse admittit, aut certe aliquando admisit; id autem, ut apparet, Annalistæ Saxonis, cujus modo huc transcripta verba, fide dumtaxat fecit. Certe scriptorem hunc, quem modo* Chronographum Magdeburgensem, *modo* Annalistam Saxonem *appellat, quemque, e Parisino monasterii S. Germani a Pratis Ms. eleganter exscriptum,* F *cum Leibnitio olim, uti in suis supra memoratis admonitionibus Eckhartus docet, communicavit, magno in pretio habuisse videtur; cum autem ex iis, quæ ad dictum annum Saxo ille seu Chronographus seu Annalista de S. Wolfgango, Ratisponensi episcopo, memoriæ prodit, fuisse hunc a Leone IX Papa, cum hic anno* 1052 *Ratisponæ versaretur, de tumulo levatum, Sæc.* V *Benedict., part.* I *pag.* 812 *notet, mihi sane neutiquam ambigendum apparet, quin pariter ex eodem scriptore, quod ibidem pag.* 112 *de missis, quas dixi, ad Henricum, Francorum regem, litteris ait, deprompserit.*

*existimasse videtur, pontifex ille judicium,*

85 *Litterarum quidem, quas Leo IX seu ad approbandas Ratisponenses reliquias scripserit, seu ad Henricum, Francorum regem, miserit, laudatus Annalista Saxo nuspiam meminit; verum cum scriptores alii, id a Pontifice illo factum, diserte tradant, assentiendum illis hac in re esse, Mabillonius seu collegerit seu judicarit ex eo, quod equidem, quas* Dionysii *esse, Ratisponenses affirmant, reliquias a Leone IX, cum anno* 1052 *Ratisponæ hic versaretur, approbatas*

AUCTORE C. B.

*probatas fuisse, a laudato illo chronographo Magdeburgensi seu annalista Saxone litteris mandatum, ad mox dictum annum* 1052 *inveniret. Et vero id, quod non tantum dictus annalista, sed et supra laudatus Hamerslebiensis monachus e supra memoratis authoris incerti, qui, ut dictum, seculo* XII *ineunte floruit, imperatorum Gestis memoriæ prodit, fuisse re ipsa, non tantum viva voce, sed et missis ad Henricum, Francorum regem, litteris a Leone IX factum, sat verosimile apparet. Ea sedet sententia, non tantum, quod apud plures scriptores, seculo* XII *posteriores, missarum ad Henricum, Francorum regem, litterarum, quibus reliquias, Ratisponæ a Reginwardo abbate inventas,* S. Dionysii *esse, Leo IX declararit, luculenta ac diserta mentio inveniatur; verum etiam quod litteræ, Leonis nomine inscriptæ, quibus id hic Pontifex fecerit, typorum beneficio a multis jam vulgatæ, circumferantur. Hæ quidem, ut apparet, mendosæ nævoque non uno sunt infectæ; verum suppositilias indubie esse, nullasque a Leone, quæ abs hisce haud multum abluserint, ad Henricum, Francorum regem, litteras datas fuisse, pro certo asseverare non ausim. Verum infra erit de re hac plura* B *dicendi locus. Interim, fuisse equidem reliquias, quas Reginwardus Ratisponæ invenerat quasque inscriptiones adjunctæ* Dionysii *esse indicabant, a Leone IX approbatas, certum omnino atque indubitatum e supra laudatis Annalista Saxone et monacho Hamerslebiensi seu potius ex imperatorum, quæ hic in compendium contraxit, gestis apparet.*

*quod ab eo, parte utraque audita,*

86 *At vero, inquit in ecclesiæ Pariensis Historia lib.* 10, *cap.* 5, *num.* 6 *Gerardus du Bois,* Quis .... credat, Leonem, Pontificem maximum, causam hujus momenti, parte inaudita altera, judicasse, et ex Ratisponensium monachorum responsionibus pronunciasse judicium? Nonne oportuit antea expensas esse Dionysianorum rationes, ire ad eorum monasterium, et singula ad examen revocare, tum rem ex æquo definire? *Quod si autem ei assentiendum, consectarium fuerit, non tantum, ut Leo Papa litteras, quibus reliquias, Ratisponæ inventas,* S. Dionysii *esse, declararit, ad Henricum, Francorum regem, haud miserit, verum etiam ut hasce nulla prorsus ratione approbarit. Hic er-* C *go quid faciendum? Ratiociniumve, jam recitatis historiographi Parisiensis laudati verbis propositum, seu, ut melius loquar, quæ ex hoc consequi is putat, amplectamur, ambosque a nobis jam adductos seculi* XII *scriptores, qui, ut dictum, Ratisponenses* S. Dionysii *reliquias a Leone IX approbatas fuisse, diserte tradunt, a veritate aberrare dicamus? Neutiquam sane; neque enim nisi ob rationes, quæ nullo plane modo convelli ac elevari queant, a scriptorum vel æqualium vel etiam, quando hi desunt, supparium, quales ambo illi scriptores sunt, testimonio recedendum, eruditi omnes passim existimant. In litteris, Leonis IX Papæ nomine inscriptis infraque hic recitandis, sequentia hæc Pontifici huic attribuuntur verba:* Tui, Francorum rex, in Christo fili carissime, nos legati, tua tuorumque omnium vice sollicite rogaverunt, quatenus litem, quæ inter vos et urbem prædictam *(Ratisponensem)* super sacrosanctis ossibus beatissimi Dionysii Areopagitæ fuerat diutissime ventilata, veritate discussa, dirimere curaremus, vobis quidem eadem apud nos esse dicentibus, civibus autem atque incolis urbis præfatæ astruentibus e converso, ea per invictis- D
simum Arnulphum quondam imperatorem ac ecclesiam beati martyris Emmerami esse translatas ibidemque deinceps contineri.

*cum Haimonis narratione,*

87 *Quid si ergo Leonem, dum anno* 1052 *Ratisponæ versaretur, a Francorum rege Henrico, ut litem, quæ Gallos inter et Ratisponenses de corporis Dionysiani possessione erat, dirimeret, per legatos rogatum fuisse dicamus? Leo quidem, si Ratisponenses* S. Dionysii *reliquias umquam approbavit, id certe, uti inter omnes convenit, anno* 1052 *fecit, supraque jam memorata scrinii Dionysiani visitatio Dionysianopoli non citius, quam anno* 1053, *si iis, quæ ab Haimone memorantur, standum sit, fuit peracta; cum autem, hac nondum instituta, Henricus, Francorum rex, litis præfatæ decisionem a Pontifice petiturus fuisse, haud videatur, consectarium fit, ut is, si Ratisponenses* S. Dionysii *reliquias anno* 1052 *re ipsa approbavit, ac proin litem, quæ Ratisponenses inter et Dionysianos monachos ventilabatur, diremit, verosimillime ad id a Francorum rege Henrico rogatus haud fuerit. Ita sane, si dicta visitatio ante annum* 1053 *locum haud habuit, potest argui; verum, ut quid Haimone, qui, ne citius hæc ponatur, solus impedit, standum* E *hic sit? Id sane haud satis perspicio. Sesquiseculo circiter, ut jam supra docui, scriptor ille a re gesta abfuit, facileque adeo factum esse potest, ut in narrandis iis, e quibus, dictam visitationem anno* 1053 *illigandam, consequitur, a veritate aberrarit.*

*utpote suspecta, nec ab integræ fidei authore*

88 *Adhæc Francorum regis legati, ut Haimo narrat, Ratisponam, dum ibi omnia ad corpus, quod* Dionysii *esse dicebatur, levandum essent parata, fortuito plane nec ulla rei cognitione præhabita, adveniunt, ibique eo ipso temporis momento, quo jam jam elevandum erat dictum corpus, miraculo quodammodo et quasi e machina sistuntur præsentes, quid rerum agatur, ediscunt, levationi sese opponunt, moxque etiam hanc, donec, sitne, an non adhuc in Francia* S. Dionysii *corpus, fuerit examinatum, differri ab imperatore impetrant; is autem fortuitus simul et opportunus adeo ad disturbandam, de qua hic nobis sermo, levationem legatorum regis Franciæ Ratisponam adventus mihi admodum est suspectus, facitque, ut verear, ne ad fucum faciendum iis, qui tum fuisse Ratisponenses* S. Dionysii F *reliquias a Leone IV approbatas, crediturі forsan essent, tantummodo fuerit excogitatus. Rigordus aut certe scriptor alius, qui verba num.* 58 *et seq. huc transcripta in Rigordi textum intrusit, Francorum regis legatos, non casu fortuito Ratisponam, dum ibi corpus, quod Dionysii esse dicebatur, foret elevandum, advenisse, sed ad imperatorem, ut levationem isthanc differendam curarent, a Francorum rege deliberato consilio missos fuisse, scribit. Rigordus quidem, Henricum I, Francorum regem, ab imperatore Henrico, ut corporis Ratisponæ inventi, donec, essetne adhuc in Francia, an non* S. Dionysii *corpus, examinaretur, levationem differret, per nuntios suos postulasse, etiam affirmat; verum id tum, cum Leo IX Ratisponæ versaretur, factum fuisse haud scribit, possuntque, quæ dicit, facile cum iis, quæ de Ratisponensium, quas* Dionysii *esse dicebant, reliquiarum approbatione, per Leonem IX facta, statuenda videntur, in concordiam adduci.*

89 *Res e jam nunc dicendis patescet. Rectene, an non, Ratisponensis corporis, quod* Dionysii *esse inscriptiones*

profectas tandum haud sit, latum esse posse ostenditur,

inscriptiones adjunctæ indicabant, inventa cum anno 1052 a Joanne Baptista Emmeramensi abbate conjungatur, dubitari non immerito potest, uti palam est ex iis, quæ supra num. 2 et seq. disserui. Adhæc, supra memoratam scrinii Dionysiani visitationem anno 1053 factam fuisse, ex iis dumtaxat, quæ Haimo scribit, consequitur, cumque hæc, ut jam dixi, sint suspecta, nec alioquin fidem integram Haimo mereatur, nihil omnino, ut visitationem illam dicto anno 1053 necessario affigamus, nos cogit. Quid si ergo hanc quidem, quam saltem v. Iduum Juniarum seu IX Junii die ab Haimone apud Felibianum recte signari, visitationis ejusdem festum, die illo in S. Dionysii celebrari quotannis solitum, suadet, anno 1052, dictam autem corporis Ratisponensis inventionem anno 1050 statuamus? Quid si porro Henricus I, Francorum rex, cum corpus, quod Dionysii esse, dicebant, Ratisponæ fuisse inventum, deque hoc levando agi, e relationibus minime dubiis intellexisset, per nuntios suos id differri, donec, essetne adhuc, an non Dionysii corpus in Francia, examinasset, ab imperatore primum jam inde ab anno 1051

B postularit? Quid si deinde, cum id, præsentibus etiam forsan, ut Rigordus ait, imperatoris legatis, examinari IX Junii die anno 1052 jam curasset, ac Leonem IX Ratisponam venturum, didicisset, per nuntios suos hunc, qua ratione, examine isthoc magna cum solemnitate instituto, in Dionysiano scrinio corpus fuisset repertum, reddiderit certiorem, simulque etiam, ut litem, quæ Gallos inter et Ratisponenses de corporis Dionysiani possessione ventilabatur, decideret, rogarit? Enimvero, si hæc ita, ut possunt, re ipsa etiam fuerint peracta, tumque, penes Ratisponenses esse S. Dionysii corpus, Leo pronuntiarit, dictam utique litem, parte inaudita altera, haud deciderit

cum Francorum rege, datis ad hunc litteris verosimiliter

90 Quod si autem hæc displiceant, responderi potest, Leonem e solis monachorum Emmeramensium responsionibus sententiam haud pronuntiasse, sed eum, quod documenta, quibus sibi S. Dionysii corpus vindicabant Emmeramenses monachi, luculenta admodum ac convincentia existimaret, litem hisce, Gallis etiam non auditis, adjudicandam duxisse. Utut sit, Leonem equidem Ratisponæ inventas, quæ Dionysii esse credebantur, reliquias approbasse, certum omnino atque indubitatum e jam supra dictis est. Neque vero

C Haimo cum monacho Hamerslebiensi et Annalista Saxone supra laudatis, qui id a Leone factum, disertissime, ut jam supra docui, affirmant, aperte etiam pugnat. Etsi enim ex iis, quæ scribit, Leonem per litteras, quas ad Henricum I, Francorum regem, dederit, Emmeramensibus post nuntiorum, quos hic princeps miserat, Ratisponam adventum haud adjudicasse S. Dionysii corpus, consectarium appareat, simul tamen etiam suppeditat, e quibus, Ratisponæ inventas, quas Dionysii esse dicebant, reliquias a Leone IX ante nuntiorum eorumdem Ratisponam adventum approbatas fuisse, non inepte colligas. Cum enim, ut ait, reliquiæ illæ, dum Francorum regis nuntii Ratisponam venere, jam jam essent, præsente etiam Leone IX, levandæ, nec id, nisi Pontificis hujus approbatione prævia, futurum fuisse videatur, enimvero hinc, sacra illa pignora a Leone, priusquam dicti nuntii Ratisponam advenirent, approbata fuisse, concludi posse videtur; etsi autem, si iis, quæ Haimo scribit, standum sit, Henrico I, Francorum regi, Leo, id a se factum, per litteras significasse haud videatur, hujusmodi tamen a Pontifice isthoc ad principem illum datas fuisse litteras, mihi sane ob ea, quæ jam supra dixi, sat verosimile apparet.

AUCTORE C. B.

communicavit.

91 Ac Eckhartus quidem, ex eo, quod in litteris hisce sequentia isthæc legantur verba: Vos autem, in Domino Fili dilectissime, rex Francorum, tuique fideles, quamvis invidendi Teutoniæ gaudio videami quidem habere justam materiam, ita ut merito putetis de Alemannorum vobis lætitia esse dolendum; ac deinde, nonnullis adhuc interpositis, ista: Cur igitur Alemanniam ipsius ossa fovere non permittatis in solatium et tutelam, quem vobis Athenæ, ut Christo lucrifaceret, vivum recipere, audire et cælo transmittere permiserunt, sibi persuasum habet, Henricum I, Francorum regem, non tantum litteras, quibus a Leone IX litem de Dionysii corpore decidi postularit, ad Pontificem hunc misisse, verum etiam iis, sibi de Alemannorum lætitia dolendum esse, seque, Alemanniam S. Dionysii ossa fovere, non permissurum, declarasse. Nec id tantum e jam recitatis Litterarum Leonis IX verbis laudatus scriptor collegit, verum etiam Henricum, Francorum regem, quod Dionysium furto Ratisponam delatum, omnino E crederet, hunc repoposcisse. Verba pleraque, quibus has suas conjecturas exponit, cap. seq. huc transcribentur, laudatisque ejus de rebus Franciæ Orientalis Comment. tom. 2, pag. 742 et seq. exstant inserta. Verum anne hic Eckharto certo assentiendum? Id equidem asseverare non ausim. Neque enim Francorum rex, si, penes Ratisponenses esse S. Dionysii reliquias, certo credidisset, a Leone IX, ut litem, quæ de hisce Gallos inter et Ratisponenses erat, decideret, postulaturus fuisse videtur; quod tamen a principe illo factum, Eckhartus admittit. Utut sit, rationes equidem, e quibus, Leonem litteras de reliquiis, quas Dionysii esse, dicebant, Ratisponæ a sese approbatis, ad Henricum I, Francorum regem, dedisse, verosimile etiam apparet, jam supra adduxisse contentus cap. huic finem impono.

## CAPUT VII.

F

### Litteræ, Leonis IX Papæ nomine inscriptæ, una cum Georgii Heckharti de hisce judicio proferuntur.

Leo IX per litteras, quæ hic dantur, litem de Dionysii ossibus

Litteræ, ad Henricum I, Francorum regem, missæ, quibus, penes Ratisponenses S. Emmerami monachos esse S. Dionysii corpus, Leo IX Papa declararit, modo a Baronio ad annum 1051, a Gewoldo in Additionibus ad Hundii metropolim Salisburgensem tom. 1, pag. 169, a Cælestino abbate in S. Emmerami Mausoleo, plurimisque insuper aliis typorum beneficio fuere vulgatæ. Verum etsi id ita sit, eas tamen, ut lectoris commodo serviam, hic etiam, ne alibi quærendæ sint, iteratis typis, prout apud eumdem Cælestinum abbatem exstant, recusas exhibeo. Sic habent: In Salvatoris nostri Jesu Christi nomine. Amen. Leo episcopus, servus servorum Dei, charissimo filio, inclyto regi Francorum, ac venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis

AUCTORE C. B.

pis et dilectis in Christo filiis, abbatibus, prioribus, præpositis et decanis, universisque tam subditis, quam prælatis ejusdem regni salutem et Apostolicam benedictionem. Deus omnipotens, qui non immerito per prophetam in Sanctis suis esse mirabilis prædicatur, mira quædam inscrutabilis consilii sui profunditate disponit, quæ dum considerare non sufficit mens humana, ipsa suimet infirmitate deficiens, in quendam sui excessum rapi cogitur et stuporem. Quod ipsi nos nuper experti et vobis in Christo charissimis et universitati fidelium promulgare compellimur, ut et Dei opera pariter admiremur. Nam cum per instantiam serenissimi imperatoris Henrici ad partes Germaniæ visitandas, ac præcipue ad urbem, quæ dicitur Ratisbona vel Regenspurg, evocati essemus, ad venerabile corpus beati Wolfgangi, ejusdem urbis episcopi, transferendum, hoc ea, qua decuit, reverentia et devotione peracto, tui, Francorum rex, in Christo fili charissime, nos legati tua tuorumque omnium vice sollicite rogaverunt, quatenus litem, quæ inter vos et urbem prædictam
B supra sacrosanctis ossibus beatissimi Dionysii Areopagitæ fuerat diutissime ventilata, veritate discussa, dirimere curaremus.

*quam ut decideret, Gallí et Ratisponenses rogarant,*

93 Vobis quidem eadem apud vos esse dicentibus; civibus autem aut incolis urbis præfatæ adstruentibus, ea per invictissimum Arnulphum, quondam imperatorem, ad ecclesiam beati martyris Emmerami esse translata ibidemque deinceps contineri; quæ quidem inibi sita est, atque ab omni subjectione ac jurisdictione libera et exempta ad jus et proprietatem beati Petri Apostolicæque Sedis immediate pertinere dignoscitur, oblatione videlicet excellentissimi Romanorum imperatoris Caroli Magni ac posterorum ipsius, qui eidem hactenus successerunt, seu in imperio seu in regno. Id ipsum nihilominus venerabilis abbas Reginhardus ac fratres ejusdem ecclesiæ cum universitate Ratisponensi instantissime petiverunt fieri. Nos ergo utriusque partis precibus inclinati nec volentes ulterius corda fidelium dubii hujus ambiguo caligare, in fratrum nostrorum ac
C plurium episcoporum ac prælatorum præsentia, et conspecta Scriptura Arnulphi Augusti, ordinemque rei diligentissime perlegentes, nec eo contenti, capsas, thecas et scrinia, in quibus sacræ reliquiæ conditæ dicebantur, ac titulos et epigrammata eorundem oculo tenus solerti examinatione discutiendo, nihilque omittendo, quod ad indagationem certitudinis pertinet, tam imperialibus, quam papalibus Antecessorum nostrorum litteris sufficienter instructi, picturis quoque parietum multiplicibus, et sculpturis vetustissimis exprimentibus indicia veritatis et notas, indubitata fide comperimus, dicti doctoris et martyris ossa venerabilia, excepta particula unica simul et minima manus dextræ, apud memoratum beati Emmerami cœnobium integraliter contineri.

*in Ratisponensium favorem decidit,*

94 Etenim ne testimonia hominum, quæ jam diximus, non sufficerent, divina quoque non defuere prodigia et portenta, quæ dubium omne penitus abegerunt: quæ nos quoque conscribi jussimus diligenter, vobisque transmitti per vestros nuntios et legatos; nec non apud ecclesiam prædictam conservari, ut et ad posteros gestæ rei notitia deducatur et ulterius litigandi materia penitus conquiescat. Insuper D etiam districte præcipimus statuentes, ut translationis ipsius veneranda solennitas tam a fratribus ejusdem ecclesiæ, quam ab universis urbis jam dictæ, annis singulis cum omni jucunditate et gaudio celebretur, totaque tripudiet regio Germanorum tanti patris atque patroni adventui non ingrata. Vos autem, in Domino filii dilectissimi, rex Francorum tuique fideles, quamvis invidendi Teutoniæ videamini justam habere materiam, ita ut merito putetis de Alemannorum vobis lætitia sit dolendum; considerantes tamen et Dei omnipotentis et invicti Martyris sui voluntatem, quem ablatum plangitis, consolationis tandem admittite placamentum, pensantes attentius, quod nec vobis totus ablatus est: quippe qui charissimos prædicationis suæ et passionis consortes Rusticum et Eleutherium in dilectionis adhuc et tutelæ pignus et rei certitudinem dereliquit. Nec dolete, si Germanos jam visitare dignatus est vel defunctus, qui vobis adhuc vivus prædicavit et apud vos bonum certamen certavit, cursum consummando, fidem servando, triumphum peregit virtuosissimæ passionis, apo- E stolatus sui super vos signa tam in vita perficiens, quam in morte.

*Gallosque et de amisso thesauro solatur,*

95 Cur igitur Alemaniam ipsius ossa fovere non permittatis in solatium et tutelam; quem vobis Athenæ, ut Christo lucrifaceret vos, vivum recipere, audire, et cælo transmittere permiserunt? Accedet nihilominus consolationis et alia ratio, auctoritas scilicet et excellentia subtractoris. Prætiosum vos quidem thesaurum perdidisse fatemur, sed ablatoris attendite dignitatem, simulque Patris et Apostoli vestri gloriæ congaudete, qui cum vos meritorum atque doctrinæ suæ gaza ditavit, reliquiarum suarum saltem ac ossium prætiositate locupletaret Theutonicas apothecas, tam devotum sui corporis furem habuit, quam insignem; auro utique atque topazio meliorem, qui sui valore ad ossa sanctissima subtrahenda cæsareum etiam verticem inclinavit. Nec majestas imperialis, nec regia Celsitudo pii furis hic notam aut nomen erubuit in Arnulpho, dummodo B. corporis exuviis, vel doli, vel furti vel sacrilegii modo sacrari atque ditescere mereretur, et qui fures atque sacrilegos F solitus erat condemnare, dummodo macarii Dionysii pretioso corpore frueretur, fur ipse hic fieri, et sacrilegus non contempsit.

*et, ut hunc penes Emmeramenses esse fateamur. sedulo hortatur.*

96 Cujus insuper fides et devotio dubium etiam omne per hoc penitus amputavit: quod non in ipsa Roma, non in quacumque metropoli, non in urbe qualibet regni vel arce sibi studebat eligere sepulturam, sed ubi suum se Dionysium condidisse et scivit et lætabatur, suo se sperans patrocinio defendendum, et resuscitandum in die novissimo cum Beatis præsentibus. Igitur dilectionem vestram monemus attentius et hortamur in Domino; districte quoque præcipientes, quatenus BB. Rustico et Eleutherio pie contenti, non fallentes vosmetipsos et alios, beatissimi Dionysii ossa in urbe Ratisbona apud ecclesiam S. Emmerami martyris et noscatis et fateamini coruscare. Datum et actum Ratisbonæ per manus Friderici diaconi Bibliothecarii et cancellarii S. R. E. Catholicæ et Apostolicæ, anno Domini MLII. Non. Octobr. *etc. Georgius ab Eckhart, qui hasce quoque litteras suorum de Franciæ Orient. Rebus Comment. tom. 2, pag. 740*

*et*

A *et binis seqq. integras exhibet, ita deinde in hasce observat* : Baronius ad annum 1052 easdem has Leonis IX litteras ex Antonii Augustini scriptis veteribus Pontificum Romanorum exhibuit, et hoc earundem datum protulit : « Datum et » actum Ratisbonæ per manus Friderici diaconi, » bibliothecarii et cancellarii ecclesiæ Catholicæ » et Apostolicæ, anno Domini MLII. Pontifica- » tus domini Leonis Papæ IV. Indict. VI., v. Nonas » Octobris. »

*Suppositi- tias esse lit- teras illas, Mabillonius ait ; sed ra- tionibus,*

97 Sed Mabillonius *tom.* IV *Annalium Benedict. lib.* 60, *num.* 21 ait, litteras has suppositias esse, et hoc vel ipsam contextus lectionem persuadere, stylumque, qui omnino a Pontificiis Leonis aliorumque Romanorum litteris alienus sit. Ast Leonis plures bullas cum legerim, observavi, ipsum utique alio, quam priores Pontifices fecerant, stylo uti. Nec bulla est charta hæc Leonis, sed epistola ad regem clerumque et populum Galliæ perscripta. Falsum esse putat Mabillonius, quod in ea legitur, causam hanc « diutissime ventilatam » fuisse; quoniam ante hoc tempus apud veteres nulla de hac controversia mentio reperiatur.

B Sed temporum illorum scriptores adeo steriles et sicci sunt, ut plura notatu dignissima et majoris utique momenti indicta prætermiserint. Certatum tamen inter Gallos et Germanos fuisse de S. Dionysii reliquiarum possessione, satis constat ex iis, quæ paulo inferius proferemus. « Falsum est, » inquit Mabillonius, « Leo- » nem ad id discutiendum tam imperialibus, » quam Papalibus antecessorum suorum litteris » instructum fuisse. Quis enim umquam has im- » periales et Papales litteras protulit? » At periisse potuerunt. « Literæ » præterea « im- » riales » interpretari possunt de membrana in capsa juxta reliquias reperta, quam Ratisbonenses pro testimonio propria Arnulfi imperatoris manu scripto venditarunt; qua in re Leo ipsis credidit.

*quæ hic pro- ducuntur,*

98 An vox « Papalis » Germanica, nec alias hoc ævo usitata fuerit, nescimus. Leo tamen natione Germanus ea uti potuit, aut illa a librariis substituta est in describendo. Mabillonius ipse multoties diplomata a librariis corrupta et interpolata profert, et, remotis vitiis, ea pro genuinis habet, atque ad proban-

C das suas sententias adhibet. Cum vocem « Pa- » palis » Germanicam esse dicat Mabillonius, miror, eum hanc impugnare, cum non impugnet Bullas Leonis IX annis Christi notatas; red Rei Diplom. lib. II, pag. 185, Leonem iis usum esse, statuat, « quia ex genere ortus » Germaniæ imperatorum, » qui annos Incarnationis usurpabant, et « Tulli episcopus » fuerit, ubi frequens usus calculi erat, ac demum, quia « cancellarium habuerit primicerium » Tullensem, » qui ejusmodi calculo assuetus erat. Hac in re si sequi potuit morem Germanorum, cur non potuisset etiam, ut illi, voce « Papalis uti? Voces « Alemannorum » et « Alemanniæ » quæ in his litteris occurrunt, « posteriorum tem- » porum genium » sapere existimat idem Mabillonius. Ast Galli, quia ex Germanis Alemannos vicinos maxime habebant, jam dudum Alemanniæ nomen Germaniæ omni tribuerunt. Leo Germanos aliquoties nominat; sed ex regis Galliæ litteris « Alemannorum » et Alemanniæ » appellationem desumsit, quippe qui *(cap. proxime prægressum num.* 91 *consule)* scripserat, « Sibi de Alemannorum lætitia dolendum esse » seque « Alemanniam S. Dionysii ossa fovere non » permissurum. »

AUCTORE C. B.

99 Cum igitur ad hæc responderet Leo, verba ipsa, quibus rex usus erat, retinuit. Falsum porro Mabillonius esse dicit, corpus S. Dionysii ab Arnulfo imperatore translatum esse. Falsum hoc esse, et ipsi *(jam supra in hac Appendice num.* 6 *et* 7, *itemque num.* 43 *et* 44 *dicta videsis)* agnoscimus. Sed Leonem traditio Ratisbonensium avita in hunc historicum errorem seduxit. Ratisbonenses cum in latere supra recitato legissent, tempore Arnulfi imp. furatum esse S. Dionysium, hoc ab ipso Arnulfo factum esse putarunt, qui tamen Lutetiam Parisiorum numquam venit. Exclamat Mabillonius : « Qualia verba Leonis Papæ ad Hen- » ricum, Francorum regem, quibus eum ob hanc » subtractionem solari conatur? Quales sermo- » nes Pontificis, ut Arnulfi furtum approbet? » Fateor, hunc sermonem nostris temporibus non convenire; convenit tamen temporibus illis, quibus Leo IX vivebat. Iis enim et diu etiam ante illa furta reliquiarum inter crimina non referebantur, ut tot reliquiarum fures a viris piissimis, episcopis et abbatibus, sanctitate sua conspicuis, adamati et æstimati ostendunt. Legenti Eginhardi libros de translatione S. Petri et Marcellini, Rudolfi monachi Vitam Rabani Mauri abbatis Fuldensis, Sigeberti Vitam Theodorici episcopi Metensis aliosque scriptores, hæc satis superque probabuntur.

*mendosas seu corruptas*

E

*dumtaxat esse, Eckhartus contendit.*

100 Ex his enim longus admodum furum reliquiarum insignium catalogus facili negotio confici potest : nec ii propterea sunt culpati, sed laudati atque ample remunerati. Ego potius in litteris Leonis censoria virgula notassem initium earum : « In Salvatoris nostri Jesu Christi » nomine Amen, » quod Pontificiæ epistolæ inconveniens, nec alias a Leone adhibitum est. In Corneri tamen exemplari hæc formula non exstat. In dubium quoque vocassem « Annum Domini MLII, » in dato additum. Licet enim sciam et jam dixerim, a Mabillonio asseri, Leonem IX omnium Pontificum primum annos Incarnationis aliquando in bullis adhibuisse; nullam tamen hactenus Bullam autographam atque extra suspicionem falsi positam observavi, in qua annus Incarnationis fuerit expressus. In apographis illum F a librariis adjectum esse, magna suspicio est. Locutio etiam « Datum et actum Ratisponæ » displicet, nec cum cæteris Leonis Bullis aut epistolis congruit. Sed hi nævi a librariis sciolis venire potuerunt. Res ipsa certa est; et litem fuisse inter Ratisbonenses et Gallos de vera corporis S. Dionysii possessione, ea ipsa clarissime demonstrant, quæ Mabillonius sub anno 1053 longo ordine profert. *Ita laudatus scriptor. Ac sese quidem, quas supra dedimus, litteras, Leonis IX nomine inscriptas, pro mendosis, at non item pro falsis ac suppositiiis, habere, non obscure insinuat. Verum iisdem de litteris quid censeam, cap. proxime seq. exponam, uti etiam, an objectis contra hasce a Mabillonio difficultatibus penitus per textum, modo huc transcriptum, ab Eckharto factum sit satis.*

CAPUT

AUCTORE C B

## CAPUT VIII.

### Quid de Litteris, Leonis IX nomine inscriptis, judicioque, quod de hisce Eckhartus tulit, sit censendum.

*Leo IX in litteris anni 1052, diutissime de Dionysii corpore durasse, litem.*

Plerasque quidem, quas contra Leonis IX *de corporis* S. Dionysii *apud Ratisponenses manifestatione litteras Mabillonius adducit, difficultates seu objectiones Georgius Eckhartus suis ad hasce, quæ cap. proxime prægresso recensui, responsis sat apte dissolvit; verum an futurum sit, ut id, quod ad difficultatem, a litterarum illarum verbis, quibus lis de* Dionysii *corpore* diutissime ventilata *asseritur, repetitam, respondet, universis satis arrideat, perspectum haud habeo.*

B *Sane, quæ affert, Germanos inter et Gallos de* S. Dionysii *reliquiarum possessione fuisse certatum, luculentissime probant; verum nihil omnino, quod, certamen illud seu litem diutissime, ut in Leonis litteris asseritur, durasse, monstret, in medium adducit. Rationem quidem etiam silentii, quo a scriptoribus omnibus controversia illa, utut maxime diuturna præteritur, adjungit, dicendo,* temporum illorum scriptores adeo steriles et siccos esse, ut plura notatu dignissima et majoris utique momenti indicta prætermiserint. *Verum quid si saltem ostendatur, facile factum esse posse, ut re etiam ipsa diutissime controversia eadem durarit? Enimvero sic quisque, locum hanc, utut ab omnibus silentio præteritam, haud modico etiam temporis spatio habuisse, propensius in animum induxerit. Nonnulla itaque, quæ litem illam seu controversiam, quam diu saltem durasse, conjiciendi ansam Annalista Saxo num.* 83 *huc transcriptis verbis præbet, facile potuisse* diutissime *etiam durare, suadere sint nata, hic modo responso, quod Eckhartus affert, adjungamus.*

*utpote quæ jam inde ab anno circiter 1049, imo multo citius.*

102 *Necesse non esse, ut corporis, quod* Dionysii *esse, Inscriptiones adjunctæ indicabant, inventionem, Ratisponæ a Reginwardo abbate factam, anno* 1052 *innectamus, perspicuum est ex iis, quæ in hac Appendice num.* 2 *et* 3 *disserui. Quid si ergo inventionem illam, non ipso anno* 1052, *quo Leo IX supra memoratas litteras dedisse perhibetur, sed jam inde ab anno* 1049, *quo Reginwardus Ratisponensem S. Emmerami abbatiam moderari incepit, aut saltem sub anni* 1050 *initium contigisse dicamus? Enimvero, cum Emmeramenses monachi, statim atque præfatum corpus in ecclesia sua fuisset inventum, penes se esse sacras* S. Dionysii *exuvias, quaquaversum, ut supra vidimus, publicarint, facileque, re ad Gallos delata, hi mox contra Ratisponenses de sacro illo thesauro contendisse seu disceptasse queant, ita forsan haud difficulter poterit intelligi, qui, litem de sacrosanctis* Dionysii *ossibus* diutissime *Gallos inter et Ratisponenses fuisse* ventilatam, *Leo IX, veritate salva, dicere potuerit in litteris, anno* 1052, *ad mensem Octobrem jam provectum, concessis atque ad Henricum, Francorum regem, missis. Res cuique, qui, quæ jam dixi, expenderit, evadet, ni fallor, perspicua. Quod si tamen trium circiter dumtaxat, quod ita inter corporis Ratisponensis, quod* Dionysii *esse, inscriptiones adjunctæ indicabant, inventionem anno circiter* 1049 *factam seu inceptam inde de* Dionysii *corpore contestationem, dictasque Leonis litteras intercesserit, annorum spatium sufficere fortassis haud videatur, ut in hisce contestationem illam seu litem diutissime fuisse ventilatam, Leo IX, veritate salva, dicere in litteris, anno* 1052 *datis, potuerit, alia adhuc, qua, qui hic Pontifex id fecisse, lisque adeo illa diu etiam ante annum inchoata esse queat, intelligas, via sat apta, ut apparet, atque expedita suppetit.* D

*uti e presbyteri Germani anonymi*

103 *Aperit hanc supra laudatus, qui, quam* cap. 1 *compendio partim exhibui, petitam per Reginwardum abbatem de* Dionysio *in Germaniam translato lucubrationem conscripsit, sacerdos Germanus anonymus in sua ad hunc abbatem epistola, una cum lucubratione illa, ut supra docui, a Joanne Baptista, Emmeramensi abbate, anno* 1750 *in lucem emissa. Sacerdotis quidem illius Germani authoritas in iis, a quibus procul is vixit remotus, flocci admodum aut nihili etiam est pendenda, uti ea, quæ cap. proxime cit. adduxi, satis superque ostendunt; verum, etsi id ita sit, facere tamen non possum, quin ei in iis, quæ sese vel vidisse vel audivisse affirmat, fidem adhibeam. Et vero, vel in iis saltem scriptori isti credendum, vel dictam, quæ ei una cum scripta ad Reginwardum abbatem epistola attribuitur, lucubrationem pro puro ac puto figmento, seculo demum tertio decimo aut adhuc serius ad fidem assertæ* Dionysii *e Gallia in Germaniam translationi faciendam excogitato, esse habendam, nemo non statuet, qui, qua ratione scriptorum antiquorum dicta assertaque æstimanda sint, habuerit compertum; cum autem, eamdem lucubrationem epistolamque, quam apud laudatum Emmeramensem abbatem in capite præfert, supposititias seu commentitias indubie esse, haud facile quisquam, ut mihi equidem apparet, probaturus invicte sit, rationis æquitas exigere videtur, ut sacerdoti isti Germano anonymo in iis, quæ sese vel vidisse vel audivisse ait, fidem adjungamus. Quid plura?* E

*de Remensis abbatis Arnolfique*

104 *Is scriptor, qui, quemadmodum supra docui, inter annum* 1049 *et annum* 1064 *præfatam suam lucubrationem huicque apud Emmeramensem abbatem Joannem Baptistam præfixam epistolam litteris mandavit, narrat in hac, qui, dum apud San-dionysianos Franciæ monachos hospitaretur, haud raro cum hisce de* Dionysii *e Gallia in Germaniam translatione fuerit locutus, ac qui semel, dum id faceret, factum sit, ut Remorum abbas (verosimillime S. Remigii) casu supervenerit, isque, continuato de* Dionysii *translatione sermone, nonnulla etiam de hac adduxerit in medium. Ac primo quidem, ut ait, dixit, e patrum traditione,* Dionysii *corpus Ratisponæ in S. Emmerami monasterio contineri, maxime sibi ac civitatis ejusdem incolis notum esse, hincque tribus vicibus diversis Ratisponam, ut inde illud, dolo astuve surreptum, reducere in Galliam posset, peregrini sub habitu sese contulisse; deinde vero, postquam adhuc, sese, re infecta, redire inde vicibus singulis fuisse compulsum, adjunxit, mox etiam, ut laudatus scriptor Germanus anonymus ait, idem abbas, aliis nonnullis, quæ huc non spectant, præmissis, narravit, qui, cum tertia jam vice Ratisponam dictum in finem ivisset, ac ad S. Emmerami monasterium, nondum ibi, quod inscriptiones adjunctæ* Dionysii *esse indicabant,* F

A *dicabant, corpore invento, sese contulisset, in monasterii præpositum, nomine Arnolfum, inciderit, ac qui hic tum, nonnullis primum ultro citroque de civitate Ratisponensi et de S. Emmeramo collatis verbis, monasterio suo* inter innumeros aliorum Sanctorum cineres teneri etiam sancti Dionysii corpus, *idque sese* e Patrum traditione *habere compertum, affirmarit.*

*Emmeramensis præpositi colloquio, minime, ut ut apparet,*

105 *Arnolfus, monasterii S. Emmerami præpositus, de quo hic sermo, alius verosimillime non est, quam qui, ut supra vidimus, haud ita dudum post annum* 1030 *duobus libris S. Emmerami miracula fuit complexus; cum autem e dictis jam memoratum, in quo Dionysiani corporis possessionem monasterio suo* e Patrum traditione *asseruit, colloquium, Ratisponæ nondum, quod inscriptiones adjunctæ* Dionysii *esse indicabant, corpore invento, acciderit, consectarium est, ut ante seculum circiter* XI *medium seu, corpore illo ibidem nondum invento, apud Ratisponenses obtinuerit de* S. Dionysii *corpore ad Em-*

B *meramenses translato traditio. Verum quid si illud Arnolphi præpositi cum Remensi abbate colloquium dicatur fictitium? Seculo circiter* XI *medio, ante quod idem colloquium, si locum umquam habuit, evenisse debet, solum et unum Remis S. Remigii monasterium a moderatore,* abbatis *appellatione distincto, gubernabatur; cum autem, uti jam dicta produnt, idem Remensis abbas et præfatum, Ratisponæ nondum, quod dixi, corpore invento, colloquium jam abbas habuerit, et sese illud habuisse, presbytero Germano anonymo supra laudato tum primum, cum idem corpus ibidem inventum jam fuisset, narrarit, nec id ulli, nisi abbati Herimaro, qui, quemadmodum Galliæ Christianæ Auctæ scriptores tom.* IX *col.* 228 *et seq. docent, ab anno circiter* 1048 *usque ad annum* 1071 *Remensi S. Remigii abbatiæ præfuit, quadrare posse videatur, consectarium fit, ut idem illud Arnolfi præpositi cum Remensi abbate colloquium evenerit vel anno circiter* 1048 *aut sequenti, si Ratisponæ corpus, quod inscriptiones adjunctæ* Dionysii *esse indicabant, sub annum* 1050, *ut puto, fuerit inventum, vel certe anno circiter* 1048 *aut aliquo*

C *e quatuor sequentibus, sit inventio illa anno* 1052, *ut sæpissime jam laudatus Emmeramensis abbas Joannes Baptista statuit, contigerit.*

*fictitio, narratis intelligitur,*

106 *Verum num tunc adhuc in vivis superstes fuit Emmeramensisque monasterii præpositum egit Arnolfus? Quod si vel alterutrum secus habeat, fictitium indubie est jam memoratum colloquium hincque, fictitias pariter esse presbyteri Germani anonymi, quæ id complectitur, ad Reginwardum abbatem epistolam, subnexamque huic de Dionysio Germaniam translato lucubrationem, fas erit suspicari; cum autem, talesne sint, an non, lucubratio isthæc ac præmissa ei epistola, magni ad præsentis, de qua hic agimus, quæstionis decisionem intersit, in annum Arnolfi emortualem studiosissime inquisivi, nec quidquam, quo hic ante annum* 1048 *videri posset figendus, reliqui inobservatum. Ita scilicet presbyteri illius Germani anonymi, qui, quemadmodum supra vidimus, sæpissime in rebus, procul ab ætate sua gestis, a veritate aberrat, fidem pariter in iis, quæ, veluti ipsamet ætate sua gesta atque a se vel audita vel visa, commemorat, elevare fui conatus; verum, quidquid etiam hunc in finem aut tentarim aut egerim, fru-*



*stra fui; etsi enim, Arnolfum anno* 1048 *in vivis adhuc fuisse, et Emmeramensis monasterii præpositum egisse, nuspiam diserte notetur, nihil tamen etiam, quod contrarium suadeat, litteris uspiam mandatum invenire quivi; cum autem id ita sit, ejusque adeo cum Remensi abbate colloquium pro commentitio habendum haud sit, non est etiam, cur vel Ratisponensium de translato ad S. Emmerami ecclesiam* Dionysio *traditio, quæ, stante colloquii ejusdem veritate, diu etiam, antequam corpus, quod inscriptiones adjunctæ* Dionysii *esse indicabant, Ratisponæ inveniretur, locum habuerit, revocetur in dubium. Eo itaque jam nostra, unde digressa est, revertatur oratio.*

AUCTORE C. B.

*incepta esse queat, veritate salva, dicere potuit,*

107 *Facile sane vel e traditione illa vel e confectis ex hac atque in ecclesia Emmeramensi positis seu titulis seu inscriptionibus factum esse potest, ut* diutissime, *imo triginta forsan aut plurium etiam ante datas, quæ Leonis IX nomine annoque* 1052 *notantur, litteras annorum spatio Dionysiani monachi, cum vel dictam traditionem proponi, vel e præfatis Inscriptionibus, adscribere sibi* S. Dionysii *corpus Emmeramen-* E *ses monachos, intelligerent, subinde cum hisce, data opportunitate, de sacri illius thesauri possessione disceptarint. Certe, statim atque in colloquio proxime memorato Arnolfus præpositus* S. Dionysii *corpus Emmeramensi suo monasterio* e Patrum traditione *asseruisset, disputatio hinc illum inter et Remensem abbatem, uti abs hoc ipso sese audivisse presbyter Germanus anonymus in sua supra laudata ad Reginwardum abbatem epistola refert, fuit exorta; ut sit sane, cur id pariter intra triginta aut plurium annorum spatium, quod litteras, Leonis nomine inscriptas, proxime præcessit, locum subinde Dionysianos inter et Emmeramenses monachos habuisse credatur; quod si autem, ut potuit, ita etiam reipsa hosce inter disputatio seu controversia hujusmodi subinde tum exarserit, ita equidem haud difficulter poterit intelligi, qui, litem de sacrosanctis* Dionysii *ossibus* diutissime *Gallos inter et Ratisponenses fuisse ventilatam, Leo IX, veritate salva, in litteris, anno* 1052 *datis, dicere potuerit.*

*Verum laudes, quibus Dionysiani corporis furtum in litteris illis*

108 *Ad verba modo, quibus Dionysiani corporis furtum Leo IX in dictis suis litteris approbat, seu laudes potius, quibus ob id Arnulphum imperatorem effert, progrediamur. Recentiores scriptores quidam, quo, has a Leone profectas esse non posse, probent, Arnulphum imperatorem impiissimum fuisse ac in scelerum suorum pœnam morbo pediculari interiisse, e Luitprando aliisque nonnullis antiquioribus annotant; verum, etsi quidem hac in re falsos illos esse, e Pagii in Criticis ad annum* 899, *et e Georgii Heckharti in sæpius jam laudatis de Rebus Franciæ Orientalis Commentariis tom.* 2, *pag,* 786 *dictis persuasum mihi habeam, Arnulphum tamen ob dictum furtum a Leone laudatum fuisse, haud facile crediderim. Undecimo quidem, quo Pontifex hic floruit, seculo, imo etiam diu et ante et post illud reliquiarum furta, ut jam supra etiam docui, criminibus haud accensebantur, nonnullique etiam reliquiarum fures temporibus illis ab ipsismet viris, pietate juxta ac dignitate conspiscuis, amati ac æstimati fuisse inveniuntur. Verum audi, qui Ital. Medii ævi Antiquit. tom.* 5, *Dissert.* 58, *col.* 10 *Muratorius hac de re, haud paucis primum reliquiarum enumeratis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE C. B.

*enumeratis furtis, loquatur.* Innumera sunt, *inquit,* per universi Christiani imperii fines id genus exempla, quum in tot diversis urbibus, non dicam modicæ reliquiæ, sed capita et corpora ipsa unius ejusdemque cælitis habeantur atque colantur. Porro liquet, quoties clam et furto ex antiquis tumulis sublata fuere corpora Sanctorum, id contra canones actum, quum, inconsulto episcopo, transferre sacras reliquias minime liceret, qui veritatem rei agnosceret, fidemque faceret tum præsentibus, tum posteris nihil erroris, aut fraudis intercessisse. Atqui, urbi furto res agebatur, piis illis furibus dumtaxat erat habenda fides.

*effertur, a Pontifice illo profectæ non videntur,*

109 *Cum itaque, uti ex hisce Muratorii verbis consequitur atque aliunde constat, Dionysiani corporis furtum, si locum id umquam habuit, sacrorum canonum præscripto fuerit adversatum, factum esse quis putet, ut id, seu potius Arnulphum, a quo id commissum, profusis adeo laudibus, quales in dictis litteris leguntur, Leo IX, Pontifex sanctissimus, extulerit? Utut sit, nullum hactenus reliquiarum*
B *furtum, quod vel ab uno Ecclesiæ Catholicæ summo Pontifice Christique in terris vicario fuerit laudatum, invenire quivi; ut vel hinc, tantis, quantis id in Leonis Litteris fit, laudibus abs hoc Pontifice elatum fuisse dionysiani corporis furtum seu furem, vero etiam queat haud immerito videri absimile. Nec magis vero simile apparet, quod de Arnulfo imperatore, qui* ad ossa sanctissima subtrahenda *(adi num.* 95) cæsareum etiam verticem inclinarit, *in iisdem litteris asseritur, nisi forsan verba hæc de sanctissimis ossibus, Arnulpho quidem imperante, at non ipsomet hoc principe sacras exuvias auferente, e Gallia sublatis seu subtractis queant intelligi. Verum, si hic forsan quantum ad Arnulphum error in Leonis litteris cubet, is e Ratisponensium traditione (Georgii Eckharti cap. præced. recitata verba videsis) promanarit, potestque, adhibita iisdem Ratisponensibus fide, a Leone fuisse admissus; quod autem ad immodicas, quibus Dionysiani corporis furtum seu ob hoc admissum Arnulphus imperator, in Leonis Litteris effertur, laudes spectat, hæ certe, utpote prorsus, ut apparet, summo Pontifice indignæ, a*
C *Leone IX nequeunt esse profectæ, debentque adeo aliunde litteris ejus accessisse.*

*cumque eædem litteræ, in quibus duo adhuc*

110 *Verum cum res ita habeat, navisque adhuc aliis, ut eruditi passim autumant, litteræ istæ sint infectæ, quid tandem modo de hisce statuendum? Meam mox hac super re promam sententiam, cum duo adhuc, quæ in iisdem litteris etiam displicent, quæque Georgius Eckhartus reliquit intacta, lectori posuero ob oculos. Primum suppeditant sequentia hæc de Arnulpho imperatore verba.* Cujus insuper fides et devotio dubium etiam omne per hoc penitus amputavit; quod non in ipsa Roma, non in quacumque Metropoli, non in urbe qualibet regni vel arce sibi studebat eligere sepulturam, sed ubi suum se Dionysium condidisse, et scivit et lætabatur, suo se sperans patrocinio defendendum et resuscitandum in die novissimo cum Beatis præsentibus. *Ita ibidem; verum Arnolfus, Emmeramensis e comite Vochburgensi monachus, sæpius jam laudatus, in S. Emmerami Miraculis lib.* I *cap.* 5 *sub finem de eodem Arnulpho imperatore sic scribit :* Demum... apud S. Emmerammum sibi jussit præparari mausoleum, quo mortem obiturus eum benignius in ecclesiis haberet patrocinantem, quem in terris D utcunque vivens et valens sui suorumque optavit, imo fecit fore potentem. *Quod si itaque scriptori huic fides sit, ob S. Emmerami, quod si autem Leonis litteris credendum, ob* S. Dionysii *patrocinium sepeliri in S. Emmerami ecclesia Arnulphus imperator voluerit. Fieri quidem potest, ut hoc, quo tam unum quam alterum Sanctum sibi haberet propitium, is princeps voluerit; verum, etsi id ita sit, nullam equidem per hunc exspectati pariter a* Dionysio *patrocinii fieri ab Arnolfo monacho mentionem, apparet mirum. Ad alterum modo, quod hic adhuc de dictis litteris proponendum, progredior. Leoni in hisce sequentia tribuuntur verba :* Indubitata fide comperimus dicti doctoris et martyris (S. Dionysii *nempe)* ossa venerabilia..... apud B. Emmerami cœnobium integraliter contineri.

*ob oculos hic*

111 Etenim, ne testimonia hominum, quæ jam diximus, non sufficerent, divina quoque non defuere prodigia et portenta, quæ dubium omne penitus abegerunt; quæ nos quoque conscribi jussimus diligenter, vobisque transmitti per vestros nuntios et legatos, nec non apud prædi- E ctam ecclesiam conservari. *Verum, inquiunt, qui Leonis litteras ut supposititias vel saltem ut suspectas corruptasve habent, quænam sunt illa divina prodigia, quænam portenta, quæ dubium omne penitus abegere, quæque Leo jussu suo conscripta ad Francorum regem transmisit? Tribus lateribus seu coctis e luto lapidibus, qui incisis sibi, ut supra num.* 4 *docui, inscriptionibus quiescere in S. Emmerami ecclesia* S. Dionysii *corpus, faciebant testatum, ex ecclesiæ ejusdem muro sub seculum* XI *medium exemptis, duæ apparuerunt capsellæ, in quarum una caput, in altera ossa reliqua Dionysiani, ut aiunt, corporis fuere inventa. Porro, cum universi, caputne illud ac ossa reliqua ad unum idemque spectarent corpus integrum, hærerent dubii, fuit Dominus, paulo antequam Leo IX Papa Ratisponam anno* 1052 *adveniret, dubitationem ea de re omnem, uti in Emmeramensi antiquo translationis* S. Dionysii *Officio Lect.* IV *legitur, evidenti miraculo tollere dignatus. Verba, quibus id ibidem exponitur, sequentia hæc sunt :* In omnium... aspectu, qui aderant, ecce capsa bajula capitis pretiosi videlicet ad capsam sacri corporis gerulam per se sen- F sim accessit, et continuo dulci nexu et federe una uni conjungitur, et comercio antiquo consociant et componunt, non sine omnium, qui astabant, gaudio et stupore...

*posita displicent,*

112 Quæ res dum ad papam et imperatorem principesque, qui aderant, fideli et certa fuisset attestatione delata; ipsi propria insuper inspectione ac contrectatione manuum propriarum rem curiosius inquirentes..... tantis ac talibus miraculis Papa beatus et imperator, nec non et attestatione et scriptis antecessorum tam Francis, quorum legati tunc aderant, quam Germaniæ toti, totum dubium removerunt publicis instrumentis etc. *Emmeramensis abbas Joannes Baptista, postquam hæc ipsa officii translationis* S. Dionysii *verba e monasterii sui codice, notis numericis* 499 *distincto seculique* XII *aut* XIII, *ut ait, characteribus conscripto, in suam de* S. Dionysio, *Ratisponam translato dissertationem pag.* 57 *intulit, ita deinde observat :* De his divinis prodigiis et portentis, ut mihi persuadeo, Leo Papa in litteris suis intelligendus est, quæ ipsi fideli et certa attestatione fuerunt delata. *Verum, quidquid sit de prodigio*

A *prodigio seu miraculo, quo capsa* S. Dionysii *caput continens ad capsam, reliqua Sancti ossa complectentem, sponte accesserit, istud equidem unum dumtaxat et solum est; cum autem res ita habeat, qui, quæso, divina quoque, quæ dubium omne penitus abegerint, non defuisse prodigia et portenta, Leo Papa, veritate salva, in dictis litteris dicere potuit? Auxesine forsan usus pluralem pro singulari adhibuit? Ast id vero admodum simile haud apparet. An alia forsan adhuc, quæ, quod Ratisponæ fuerat inventum,* Dionysii *esse corpus, testarentur, divina fuere patrata prodigia? Verum id nuspiam memoriæ proditum invenitur, nec, ut credatur, sufficere videntur litteræ, Leonis IX Papæ nomine inscriptæ. Etenim, ut quid de hisce sentiam, modo edicam, loco non uno, uti ex iis, quæ jam dixi, colligere fas est, corruptæ, adscititiisque additionibus interpolatæ verosimillime sunt; cum autem id ita sit, quis, quod de prodigiis, omnem omnino de Dionysiani corporis Ratisponæ inventi veritate dubitationem amolitis, in iisdem asseritur, additum pariter iis haud fuisse, pro certo*

B *affirmet?*

*variis aliis navis verosimillime sint infectæ,*

113 *Ast vero, inquiet forsan non nemo, si ita quantum ad Leonis litteras res habeat, nihil plane ex hisce certi, quo* Dionysii *corpus Ratisponensibus asseratur, potest confici. Fateor, sic habet: neque enim, contra ac Eckhartus velle videtur, minoris tantummodo momenti nævis, qui a librariis sciolis, corrigere forsan, quod corrigendum non erat, conatis, venire facile potuerint, sunt infectæ, verum etiam, ut mihi equidem apparet, majoris momenti aliis, qui non nisi a scriptoribus, litteras illas variis pro arbitrio suo additamentis immutare integrisque etiam sensibus augere ausis, sint profecti. Hinc porro fit, ut, etsi quidem, litteras illas certo esse suppositilias, asseverare non ausim, eas tamen valde habeam suspectas, imo etiam verear, ne non primigeniæ sint Leonis litteræ, variis tantummodo interpolationibus fœdatæ, sed novæ, quæ hisce, incendio aliove casu amissis, fuerint substitutæ. Emmeramense monasterium anno* 1062, *uti antiquissimum hujus, quod supra num.* 3 *laudavi, Chronicon testatur,* conbustione *fuit absumptum. Quid si ergo infelici isthoc casu Leonis de Dionysiani corporis apud Ratisponenses manifestatione litteræ perierint, hisque tum aliæ a quopiam, qui,*

C *quæ in primigeniis ac genuinis Leonis litteris haberentur, probe noscebat, fuerint substitutæ? Nihil quidem, quod vel utcumque, fuisse hoc reipsa factum, suadeat, litteris mandatum invenio; verum, quod nonnumquam alias, Pontificum regumve diplomatis seu litteris perditis, factum reperitur, id quoque, si litteræ, quas Leo de approbatis a se Ratisponensibus* S. Dionysii *reliquis ad Henricum I, Francorum regem, miserit, præfato infortunio perierint, factum fuisse, suspicari haud prorsus est absonum.*

*Ratisponensibus multum suffragari haud queunt.*

114 *Quod si porro re etiam vera factum forsan id fuerit, enimvero in litteris illis, quales modo circumferuntur, nonnulla a veritate aliena cubare, neutiquam erit mirandum, utcumque etiam, qui litteras illas primigeniis Leonis litteris substituerit, putarit, sese habere, quid in his contineretur, compertum; facile enim is vel in errores memoriæ lapsu incidere, vel ea, quæ Ratisponensium de translato ad se* Dionysio *opinioni plus æquo suffragantur, e nimio partium studio iisdem litteris inserere potuerit. Verum simul etiam nonnulla veritati consona commemorarit. Ac in primis quidem in iis, quæ de lite, Gallos inter et Ratisponenses de Dionysianis reliquiis diutissime ventilata, de Leone IX, utrimque, ut illam decideret, rogato, de sententia in Ratisponensium favorem pronuntiata, litterisque, quibus hanc declararit, ad Henricum I, Francorum regem, missis, docet, veritatem, ni fallor, attigerit. Ita opinor, quod hæc omnia fuisse re etiam ipsa facta, vere admodum simile appareat ex iis, quæ jam supra de approbatis a Leone, quas* Dionysii *esse dicebant, Ratisponensibus reliquiis disserui. Verum, utcumque hæc habeant, sinceras equidem, puras ac genuinas, esse quales Leonis nomine circumferuntur, hac de re litteras, supra modo a nobis recitatas, neutiquam est certum atque indubitatum, uti quæ disputata jam nunc sunt, efficiunt perspicuum: cum autem res ita habeat, Ratisponenses sane e litteris illis pro sua de Dionysiano corpore, ad se e Galliis translato, opinione firmanda haud multum habent præsidii; verum valida, quibus hanc probatam dent, rationum momenta, aliunde petita, haud desunt, ut modo cap. seq. luculentius ostendam.*

AUCTORE C. B.

E

## CAPUT IX.

### Præcipua rationum momenta, quæ Ratisponensibus favent, expenduntur.

*Leo IX ac traditio Ratisponensium opinionem maxime firmant;*

Varia *inter rationum momenta, quæ opinioni de* Dionysio *in Germaniam translato adstipulantur, locum non infimum tenet Ratisponensium, quæ* Dionysii *esse dicebantur, reliquiarum approbatio, a Leone IX, ut duo scriptores suppares supra laudati, Annalista Saxo nimirum et monachus Hamerslebiensis anonymus, in suo supra memorato compendio, testantur, Ratisponæ seu viva voce, seu, uti e supra cap.* 6 *adductis verosimillimum apparet, etiam litteris anno* 1052 *certissime facta. Fateor quidem, Pontificum passim in factis, quæ ætatem suam multum prægressa, asserendis haud majorem, quam sit eorum, a quibus hæc illis suggesta, authoritatem esse; verum,* F *etsi id ita sit, illorum tamen etiam tum, cum de meris factis historicis agitur, declarationes haud temere rejiciendæ; imo vero hæ, quando, accurato ac diligenti examine præmisso, datæ noscuntur, magno in pretio habendæ opinionique, cui adstipulantur, magnum pondus adjicere sunt censendæ; ut sane,* S. Dionysii *corpus penes Ratisponenses esse, Leonis IX, qua hisce adjudicatum illud fuit, declaratio, utpote, maturo juxta atque accurato examine præmisso, facta, argumento sit perquam valido. Isti porro declarationi, seu Ratisponensium, quæ* Dionysii *esse dicebantur, reliquiarum approbationi, per Leonem IX factæ, accedit traditio, qua, quemadmodum e supra memorato Remensem abbatem inter et Arnolfum, Emmeramensis monasterii præpositum, colloquio liquet, penes sese esse* S. Dionysii *reliquias, Ratisponenses, nondum etiam corpore, quod* Dionysii *esse, inscriptiones adjunctæ indicabant, in S. Emmerami ecclesia invento, credidere.*

116 *Emmeramensis supra sæpissime jam laudatus abbas Joannes Baptista Ratisponensium huic,*

AUCTORE C. B. *etsi autem hæc, contra ac Emmeramensis abbas*

*huic, quam, quæ suæ de* Dionysio *in Germaniam translato Dissertationis* § 148 *affert, sat valide probant, traditioni Dissertationis ejusdem* § 153 *adjungit pretiosum, cujus jam supra loco non uno meminimus, Evangeliorum codicem, in S. Emmerami monasterio servatum; ut autem, Ratisponensium de* Dionysio *ad se delato opinioni non parum momenti e pretiosissimo illo libro accedere, probatum det, nonnulla primum tum de hoc, tum de Chesneo, qui de eodem libro ex Aventino loquens nonnulla scriptoris hujus verba omisit, præfatus, sequentem arguit in modum:* Placuit Andreæ du Chesne referre, codicem pretiosum, auratum et gemmatum, jussu Caroli Calvi pro monasterio S. Dionysii fuisse conscriptum et eidem cœnobio donatum; at displicuit huic scriptori, quod hic codex *una cum reliquiis* S. Dionysii jam monasterio divi Haimerami obtigisse *ab Aventino* dicatur..... Omisit ergo narrare, quod displicuit, et narravit, quod arrisit. Sane advertit scriptor du Chesne, codicem hunc jussu Caroli Calvi anno 870 in Bajoaria non potuisse
B conscribi. Facile autem sibi persuasit, a Carolo Calvo, qui in ecclesia S. Dionysii sepultus quiescit, hunc librum S. Dionysio fuisse donatum. At, quomodo ad monasterium S. Emmerami transferri voluerit, ubi nunc monstratur, anxius hæsit, consultumque duxit, ne cuncta diceret.

*Joannes Baptista contendit, e pretioso Evangeliorum*

117 Profecto, benevole lector, tibi mecum facile persuadebis, haud leve hunc pretiosum Evangeliorum codicem esse monumentum, quo veritas translationis corporis S. Dionysii in Bajoariam communitur. Cum codex actus illius (Caroli Calvi) imperio, id est, jussu illius exaratus fuerit, non utique in Bajoaria, sed in Gallia, cum is nobis ab Arnulpho imperatore, ut gravis author Arnoldus noster sæculo XI scribit, et non a Carolo Calvo traditus fuit; cum Arnulphus imperator ante finem sæculi noni in Franciam venit, indeque victor redierit; cum traditio et historia presbyteri ad Reginwardum abbatem sæculo XI scripta, hunc librum una cum ossibus S. Dionysii huc Ratisponam venisse, referant; cum liber iste auratus et gemmatus adhuc a nobis monstretur, quis neget, hunc codicem magnum esse monu-
C mentum, quo veritas hujus translationis (*Dionysiani corporis ad S. Emmerami ecclesiam*) stabiliatur? *Ita laudatus celsissimus scriptor. Verum, etsi quidem pretiosus, quem memorat, Evangeliorum codex, non in Bajoaria, sed in Gallia, Caroli Calvi jussu fuerit conscriptus, facileque factum esse queat, ut is abs hoc principe monasterio Dionysiano fuerit donatus, nihil tamen uspiam, quod, fuisse id reipsa a Carolo Calvo factum, suadeat, occurrit. Quid si ergo liber ille, haud* S. Dionysii *monasterio donatus, sed post Caroli Calvi mortem ad Ludovicum Balbum et Carolum Crassum et abs hoc deinde ad Arnulphum venisse dicatur?*

*codice ab Emmeramensibus hodieque possesso haud multum*

118 *Certe eum Arnulphus, utpote qui (Appendicis hujus cap.* I *videsis) cum exercitu in Gallias numquam venerit, secum ex hoc regno vi aut fraude surreptum in Germaniam haud tulerit. Verum demus etiam, pretiosum illum Evangeliorum codicem a Carolo Calvo fuisse monasterio San-dionysiano donatum, indeque etiam illum ad Arnulphum venisse, haud propterea tamen, Dionysianum pariter corpus ad principem hunc e sacro illo asceterio fuisse delatum, recte existimaris. Quid ni enim codex sine sacro isthoc pignore potuerit afferri? At vero, ait celsissimus author*, traditio et historia presby- D
teri ad Reginwardum abbatem sæculo XI scripta, hunc librum una cum ossibus S. Dionysii huc Ratisbonam venisse, referunt. *Fateor, sic habet; verum quid tum? Hic certe tam traditio, quam laudata a celsissimo authore historia, a veritate aberrat. Dictus enim Evangeliorum codex non serius quam anno* 893 *S. Emmerami monasterio, uti in hac Appendice num.* 39 *probatum dedi, ab Arnulpho fuit donatus; Dionysianum autem corpus eo certe, uti in eadem Appendice num.* 40 *jam monstravi, haud citius, quam anno* 894, *advenit. Adhæc Historia illa, quæ in rebus, diu ante seculum* XI *medium gestis, nullam omnino, vel certe admodum exiguam, ut jam supra docui, fidem meretur, jam supra partim huc transcripto cap. ultimo sic habet:* Quamdiu Arnolphus incolumis vixit, sancti Dionysii ossa secum retinuit. Tandem morbo correptus, quando finem sibi imminere sensit, Dionysii ossa sancti Emmerami monasterio perpetualiter servanda tradidit una cum Evangeliorum libro, quem præmisimus. E

*præsidii accipiat, e tribus tamen jam ante memoratis,*

119 *Cum autem, uti e jam dictis nemo non colliget, sex annis ut minimum ante annum* 899, *Arnulpho imperatori emortualem ac proin multo citius, quam verbis hisce innuatur, pretiosus ille Evangeliorum codex Emmeramensi monasterio ab Arnulpho imperatore fuerit donatus, consectarium fit, ut dicta Historia seu presbyteri Germani anonymi de* Dionysio, *Ratisponam translato, lucubratio, jam supra sæpius laudata, non tantum perperam, ut traditio facit, corporis Dionysiani donationem cum pretiosi Evangeliorum codicis donatione conjungat, verum etiam, ut hanc serius, quam patiatur veritas, differat. Jam vero, cum id ita habeat, enimvero e pretioso illo codice, penes Emmeramenses modo asservato, præfatisque traditione et historia, quæ una cum hoc Dionysianum corpus iisdem Emmeramensibus ab Arnulpho impertitum, ferunt, haud valide admodum, ut consideranti patescet, pro vindicando hisce sacro illo pignore arguitur. Verum id e tribus supra memoratis lapidibus seu potius e tribus, quas hi incisas sibi habent, quasque num.* 4 *e Cælestini abbatis Ratispona Monastica seu S. Emmerami Mausoleo integras jam exhibui, Inscriptionibus validissime fit. De hisce, de quibus jam supra non-* F
*nulla adduxi in medium, meum modo speciatim magis promendum judicium. Inscriptiones illæ characteribus uncialibus, quales seculo* IX *ac* X *in usu fuerunt, sunt conscriptæ. Id quisque, qui eas, vel in ipsis illis tribus lapidibus, in S. Emmerami monasterio servatis, prout æri incisæ apud sæpissime jam laudatum Emmeramensem abbatem Joannem Baptistam loco supra cit. exhibentur, consulere voluerit, comperiet; ut sane dubitandum non sit, quin lapidibus, in ecclesiæ S. Emmerami muro sub Reginwardo abbate (Appendicem hanc cap.* I *videsis) circa seculum* XI *medium inventis, haud diu admodum post annum* 890, *quo circiter* Dionysii *corpus e Francia Ratisponam dicitur allatum, incisæ fuerint seu insculptæ.*

*uti quæ hic adducuntur,*

120 *Certum omnino atque indubitatum id apparet, ita tamen ut, cum Arnulphus ante annum* 896 *imperator haud exstiterit, hocque tamen titulo princeps ille in priori e tribus dictis inscriptionibus distinguatur, hæ equidem ante dictum annum* 896 *positæ indubie haud fuerint. Porro dictorum lapidum inscriptionumque,*

A *que, quas incisas sibi hi habent, jam supra sæpius laudatus sacerdos Germanus anonymus in sua ad Reginwardum abbatem epistola etiam meminit, ac in iis pro vindicando contra Gallos Ratisponensibus* S. Dionysii *corpore vim maximam ponit. Neque vero, ut apparet, immerito: cum enim nullo plane, uti ipsimet Galli fatentur, errore Chronologico laborent, eaque, quam jam dixi. antiquitate polleant, quid ni ad reliquiarum* S. Dionysii *translationi, quam diserte produnt, faciendam fidem valeant? Ut veræ Sanctorum reliquiæ secernantur a falsis, concilium Mediolanense* IV, *sub S. Carolo Borromæo celebratum, requirit* Primo, ut scripta, tabulæ, litteræ, certi Annalium codices aliave cujusvis generis monimenta, quæ ipsis ecclesiis earumve atriis atque ædibus aut aliis locis exstant, schedulæque vasculis arcisve sacrarum reliquiarum affixæ inclusæve recognoscantur accurate et diligenter, unde illarum vel translatio vel collocatio ibi facta cognosci aut alia ejusmodi notitia earumdem haberi queat.

B 121 *Cum ergo, ut dictum, in S. Emmerami ecclesia tres supra num.* 4 *datæ inscriptiones, quæ, ibidem quiescere* S. Dionysii *corpus. faciebant testatum, fuerint sub seculi* XI *medium inventæ, quid ni illarum fide sacrum isthoc pignus re etiam ipsa ibidem quiescere, concilii Mediolanensis regulam, modo huc transcriptis verbis expressam, sequentes, merito etiam credere possimus? Eodem Leone IX, qui reliquias, Ratisponæ a Reginwardo inventas,* Dionysii *esse declaravit, universam Christi Ecclesiam sub seculum* XI *medium gubernante, sepulcrum quodpiam, ut Honoratus a S. Maria in suis in Criticen Animadversionibus tom.* 3, *lib.* 5, *dissert.* 6, *part.* 2 *docet, in Germania fuit apertum, cumque invento in hoc corpori tabula plumbea, quæ sequentem hanc inscriptionem*, Corpus sancti Aurelii episcopi tempore Arnulphi regis repositum, Herderado abbate, VIII Kal. Septembris, *præferebat, esset adjuncta, absque hæsitatione ulla, esse illud S. Aurelii episcopi corpus, universi credidere. Sanctorum martyrum Papiæ et Mauri, Romanorum militum, corpora Romæ in ecclesia* in titulo Equitii *quiescere, Cardinalis Baronius, uti ipsemet in Ecclesiasticis suis Annalibus ad* C *annum* 270, *num.* 10 *refert, persuasum sibi habuerat; verum, cum in ecclesiæ S. Adriani sepulcro tabula marmorea cum hac inscriptione,* In hoc loco requiescunt corpora sanctorum martyrum Papiæ et Mauri, *fuisset inventa, in æde illa sacra re etiam ipsa quiescere duorum horum sanctorum Martyrum corpora, haud difficulter et Baronius et alii credidere. At vero, inquies, exemptis e muro tribus, quos supra memoravimus, lateribus seu lapidibus, duæ apparuerunt capsæ seu thecæ, in quarum una quidem humani corporis caput, in altera vero ossa reliqua fuerunt inventa.*

122 *Ita sane in Ratisbona Monastica Cælestinus abbas, aliique passim omnes, qui de* S. Dionysii *corpore, in S. Emmerami ecclesia per Reginwardum abbatem invento, tractarunt; cum autem e tribus, quæ in Lapidibus, ante thecas illas seu capsas positis, fuerunt repertæ, inscriptionibus prior habeat,* Emmeramus Aquitaniæ, Dionysius Areopagita hic requiescit, *oportet, ut vel S. Emmerami ecclesia per adverbium* hic *in inscriptione isthac significetur, vel ut tam S. Emmerami, quam* S. Dionysii *ossa duabus illis capsis seu thecis fuerint inclusa. Fateor, sic habet; verum, sola* S. Dionysii *ossa duabus illis thecis fuisse inclusa, ex eo habetur compertum, quod alio ecclesiæ Emmeramensis loco, omnibus et singulis notissimo, S. Emmerami ossa essent servata. Adhæc in altera e duabus dictis thecis seu capsis inventa fuit tabella, sequenti isthac inscriptione munita:* Hic reconditum fuit corpus sanctissimi patroni nostri Dionysii Areopagitæ. *Emmeramensis abbas Joannes Baptista sæpissime jam laudatus, qui, quod de præfata tabella jam dixi, in sua de Dionysio in Germaniam translato Dissertatione docet, sequentem de illa ibidem* § 150 *præbet notitiam:* Sollicite cum quodam ex dilectissimis meis sodalibus inquisivi, ex qua materia tabula ista parva confecta esset. Deprehendimus ambo ex particulis a latere dextro superiori hujus tabulæ avulsis, corticem sive corticis potius particulas, cum sapone... conjunctas, hic esse adunatas, licet oculis illa pars, unde avulsæ sunt particulæ, ita objiciatur, acsi tota tabella ex subtilissimis foliis quibusdam conglutinatis consisteret. Levissima est ista parva tabula manibusque caute tractanda, ne ob E vetustatem vel parum fortiori digiti attactu conteratur.

123 *Porro idem abbas, qui parvam istam tabulam seu tabellam in monasterii sui archivo hodieque custodiri loco cit. etiam ait, inscriptionem jam datam, quam, ut dictum, hæc complectitur, æri seu potius æneæ, ejusdem plane, cujus tabella est, longitudinis ac latitudinis, laminæ incisam Dissertationis præfatæ pag.* 116 *proxime ante tres inscriptiones alias, æri pariter, ut supra dictum, incisas hucque jam num.* 4 *transcriptas, exhibet; cum hinc autem atque ex iis, quæ proxime datis verbis de tabella ista laudatus abbas tradit, hanc admodum esse antiquam, sit necesse, sane vel in altera e supra memoratis capsis seu thecis vel saltem haud procul abs hisce una cum invento per Reginwardum corpore fuisse repertam, vero apparet simillimum; ut enimvero, ex inscriptione, proxime hic jam recitata, quam sibi habebat impressam, contineri in dictis thecis, non S. Emmerami, sed* S. Dionysii *reliquias, potuerit concludi. Dubitat quidem laudatus celsissimus scriptor, fueritne dicta tabella e Francia cum sacris* S. Dionysii *ossibus allata, an contra hisce tantummodo adjuncta a Tutone* F *episcopo, dum ecclesiæ S. Emmerami muro corpus, seu ossa eadem, a Reginwardo postea inventa, inclusit. Adhæc Georgius Eckhartus (verba ejus, cap. proxime prægresso huc transcripta, videsis) dubitare etiam videtur, an tabella ista seu, uti eam vocat, membrana, in capsa juxta reliquias reperta, a Ratisponensibus Leoni IX Papæ pro testimonio propria Arnulphi imperatoris manu scripto venditata haud fuerit; verum, quidquid sit de hisce Georgii Heckharti, ac laudati celsissimi scriptoris dubiis, dicta equidem tabella seu jam data, quam hæc præferebat, inscriptio, asservari penes Emmeramenses monachos* S. Dionysii *ossa, argumento etiam est perquam valido.*

124 *At vero, aiunt, etsi quidem passim inscriptionibus, quæ thecis, Sanctorum reliquias complectentibus, vel appositæ vel affixæ reperiuntur, indubie quantum ad Sanctos, quorum has esse produnt, sit standum, id tamen locum haud obtinet, quando aliunde occurrunt, ob quæ inscriptiones illæ fraudis dolive queunt haberi suspectæ; cum autem, quæcumque in proxime jam data aliisque tribus num.* 4 *huc transcriptis inscriptionibus dicuntur, ex iis dumtaxat, quæ Giselbertus,*

AUCTORE C. B.

*ostendunt,*

*inscriptione validissime probatur,*

*inscriptionibus, alicraque item tabellæ, cujus hic datur notitia,*

*nec inscriptiones illas e Giselberti dictis*

AUCTORE C. B.

*Giselbertus, Dionysianum corpus, ut aiunt, furatus, Ratisponensibus de hoc suo furto dixit, promanasse videantur, est sane, cur inscriptionibus illis, aliisque, quæ in hisce fundantur, Emmeramensium de* S. Dionysii *corpore, Ratisponam translato, placitis fides indubitata haud habeatur. Gerardus du Bois in ecclesiæ Parisiensis Hist. lib.* X, *cap.* 5, *num.* VI *sic scribit:* Nihil ego moror narrationem Gisalberti, quem confingunt furtum perpetrasse. Quæ enim fides dictis hominis, qui compositis mendaciis irrepit in ædes Dionysianas, ut hospites circumveniat, qui sub simulatione amicitiæ convivium malo animo apparat, ut abbatem et monachos cibo meroque ingurgitet, qui effringere Sanctorum sepulcra haud dubitat, qui sancta spolia improbe et nulla sacri loci reverentia diripit?

*factas forsan esse, multum refert,*

125 Nulla certe alia illi debetur fides, quam quæ furi, quæ prædoni, quæ sacrilego, cui vel vera dicenti non crederetur. *Ita ille; verum, etsi quidem omnes et singulæ quatuor jam memoratæ inscriptiones e Giselberti dictis factæ forsan fuerint, solæque a sacrarum reliquiarum prædonibus seu furibus adductæ relationes neutiquam sufficiant, ut, quæcumque hi de reliquiis, furto a se sublatis, dixerint, pro indubitatis habeantur, interdum tamen reliquiæ, quas fuerant furati, adjuncta sibi habuerunt luculenta ac minime dubia indicia, e quibus illas esse Sanctorum, quorum esse a furibus asserebantur, constabat. Ac reliquiæ quidem seu corpus, quod Ratisponam Giselbertus tulit, indicia pariter haud obscura, e quibus id esse* Dionysii *corpus, constiterit, videtur sibi habuisse adjuncta; ut soli Giselberto, afferre sese* S. Dionysii *reliquias, asseveranti, sine ulla assertionis suæ probatione credendum haud fuerit. Indicia porro hujusmodi re etiam ipsa reliquias, quas Ratisponam Giselbertus tulit, adjuncta sibi habuisse, vel ex eo liquet, quod Leo IX, qui, maturo primum atque accurato instituto examine, reliquias illas, ut supra vidimus, approbavit, approbaturus eas alioquin verosimillime haud fuisset; licet autem quænam illa omnia exstitisse queant indicia, edicendo non sim, unum tamen sat clarum ac luculentum cap. proxime seq. adducam in medium.*

## CAPUT X.

### Quis, qui S. Dionysii reliquias furatus dicitur, Giselbertus fuerit, an corpus, quod Ratisbonam attulit, Dionysii esse, rite probarit, et an id Dionysii re ipsa exstiterit.

*Giselbertus, Dionysii corpus furatus, e clero*

*Reliquiarum* S. Dionysii *furem ex Arnolphi imperatoris proceribus exstitisse unum, eumque locupletissimum, Aventinus verbis, num.* 23 *huc transcriptis, in Annalibus Boiorum ait: verum supra jam sæpius citatæ de* Dionysio *Ratisponam e Francia translato lucubrationis author Germanus anonymus cap.* VIII *de Giselberto, quem* Dionysii *reliquias suffuratum esse, post narrat, sic scribit:* Erat in ministerio imperatoris quidam clericus, nomine Gisilbertus, vir liberalis ingenii, litteris apprime eruditus, rhethor facundissimus, consiliis aptus, vultu reverendus, moribus honestis conspicuus; quem ob ingenii famam imperator Gallia excitum sibi auricularium et præceptorem a secreto statuerat. *Talis is, qui* S. Dionysii *corpus furto e Galliis abstulit, exstiterit, si scriptori isti Germano anonymo fides sit; verum, etsi quidem viro huic in iis, a quibus multum vixit remotus, parum admodum fidam, Giselbertum tamen, utut sesqui circiter seculo ab ætate ejus distantem, vere exstitisse e clero, haud difficulter adducor, ut credam. Ita porro animo comparatus ut sim, facit Georgius Eckhartus in suis de rebus Franciæ Orientalis Commentariis tom.* 2, *pag.* 746 *sic scribens:* Gisalbertum traditio vulgaris procerum unum et ditissimum vocat ex conjectura; sed ego illum ex clero fuisse suspicor; homines enim laïcos reliquias sacras furatos esse aut manibus suis contrectasse, raro legitur.

*vero similiter fuit,*

127 Atque, en! In vicina Ratisponæ Frisingensi diœcesi eodem hoc tempore vivebat Gisalbertus diaconus, bonorum propriorum possessor, quem S. Dionysii pium furem fuisse suspiceris. Meichelbeckius Hist. Frising. T. I Part. Instrumentar. cap. 805 chartam profert, qua dicitur, „ venerabilem Waldonem, Frisingensis ecclesiæ „ episcopum, et quendam diaconem, nomine Ki„ salperht, quandam commutationem, fecisse. „ Dedit episcopus diacono prædicto cum consensu canonicorum suorum et „ per licentiam serenis„ simi regis Arnolfi „ in loco, qui dicitur, „ Puo„ tilinpach curtem, domum, horreum, de arabili „ terra jugera XXXI. de pratis carradas III. et in „ recompensationem harum rerum a diacono re„ cepit ad ecclesiam jure hæreditario possidenda „ in loco vilisa nuncupato curtem, domum, hor„ reum, de arabili terra jugera XXXI. de pratis „ carradas VIIII. de silva jugera V. „ *Ita hactenus Eckhartus, et quidem etiam sat recte, ut mihi apparet. Dispiciamus modo, quid Giselbertus, quem verosimillime e clero exstitisse, modo adducta ostendunt, Ratisponam e Gallia attulerit, et an sese inde* Dionysii *corpus rapuisse rite probarit. Dubitandum equidem e supra jam dictis non est, quin pius ille* Dionysii, *ut ferunt, fur corpus aliquod Ratisponam attulerit. Dubitandum etiam non est, quin id et* Dionysii *corpus esse dixerit, et dictis suis apud Ratisponenses invenerit fidem.*

*schedamque, cujus contentum hic datur.*

128 *Verum anne hanc etiam, legitimis, quibus, quod dicebat, probarit, rationibus adductis sibi promeruit? Cælestinus abbas in Ratispona monastica seu in S. Emmerami mausoleo ait, in una e duabus capsis, in quarum altera caput, in altera reliqua corporis, a Reginwardo Ratisponæ inventi, ossa fuere reperta, inventam fuisse schedam, hæc complectentem verba:* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis notum sit omnibus, quod hic est corpus sanctissimi Dionysii, qui a loco Areopagite et patriotico pronomine Ionicus, Christiano autem agnomine est appellatus Macharius, a S. Paulo apostolo Atheniensium ordinatus archiepiscopus, apostolica authoritate beati Clementis Papæ universalis totius Galliæ constitutus apostolus, pro fide Christi sub Domitiano cæsare, peæfecto Sisinnio VII Idus Octobris gloriosum martyrium perpetravit, et caput proprium per duo millia fere deportavit usque ad locum, in quo nunc Dei dispositione

A dispositione requiescit humatum sine cessatione te laudans et dicens : Gloria tibi Domine; *hanc autem schedam seu chartam fuisse reipsa, ut Cælestinus abbas ait, in altera e capsis,* S. Dionysii *ossa, a Reginwardo abbate Ratisponæ reperta, continentibus, inventam, argumento mihi est jam supra sæpius laudata presbyteri Germani anonymi de* Dionysio *Ratisponam e Francia translato lucubratio. In hac enim (Appendicem hanc num.* 13 *videsis) refertur, Giselbertum, dum in San-dionysiana abbatia, commisso nondum corporis* S. Dionysii *furto, versaretur, ab Ebulone abbate in cryptam, in qua* SS. Dionysii Rustici *et* Eleutherii *corpora jacebant, fuisse introductum, ibique in tumba,* Dionysii *corpus complectente, schedam seu chartam, quæ id esse* Dionysii *corpus, fidem faceret, conspexisse; hæc autem charta seu scheda in Lucubratione illa cap.* 25 *integra etiam exhibetur, iisdemque plane, quibus charta, e Cælestino abbate jam transcripta, verbis constat.*

*una cum reperto, uti ex iis,*

129 *At vero, inquies, hinc quidem, chartam illam Dionysianis ossibus, in Gallia adhuc existentibus, fuisse adjunctam, at non item in altera e capsis, hæc in Germaniam jam translata*
B *complectentibus, sub seculum* XI *medium fuisse inventam, intelligitur. Fateor, sic habet; verum Lucubrationis illius author, presbyter Germanus anonymus, qui, quemadmodum e jam supra dictis liquet, res diu ante ætatem suam gestas sat probe perspectas haud habuit, eas fere omnes, quas de* Dionysio *e Francia in Germaniam translato in Lucubratione illa refert, vel e Dionysianorum, apud quos, ut jam supra dictum, hospitatus aliquamdiu fuerat, monachorum relationibus, vel e notitiis, ab ipsomet Reginwardo abbate acceptis, in litteras, ut supra docui, conjecit. Ac id quidem certum apparet; verum duobus hisce, e quibus sua potissimum hausit, fontibus conjecturas etiam, facile ex hisce seu nascentes seu formatas, interdum adjunxit, ut dubitandum non apparet. Hinc, cum in altera e capsis, Ratisponæ a Reginwardo abbate inventum corpus complectentibus, chartam seu schedam, quam e Cælestino abbate dedi, fuisse inventam, e missis ad se a Reginwardo notitiis disceret, simulque e verbis, quibus hanc concipi videbat, fuisse illam* Dionysii *ossibus, in Gallia*
C *adhuc quiescentibus, primitus adjunctam judicaret, eam etiam a Giselberto in* Dionysii *tumba, cum hæc ei, in Dionysiana abbatia versanti, Ebulonis abbatis jussu reseraretur, fuisse conspectam, verosimillime e conjectura tantum, inde formata, memoriæ prodiderit. Sane, cum nullis omnino documentis antiquis, uti ipsemet satis indicat, fuerit munitus seu instructus, singulaque nihilominus verba, quibus præfata scheda seu charta concipitur, suppeditet, id verossimillime e notitiis, a Reginwardo abbate ad eum missis, fecerit, simulque, quam dixi, conjecturam inde formarit.*

*quæ in medium*

130 *Jam vero, cum id ita sit, illamque adeo chartam seu schedam Reginwardus abbas cum laudato presbytero Germano anonymo verosimillime communicarit, consectarium fit, ut in altera e duabus dictis capsis seu thecis charta eamdem, utpote quam alioquin nec ipsemet Reginwardus habiturus fuisse videatur, fuerit abs hoc Ratisponæ una cum* S. Dionysii *corpore reperta. Porro scriptorem illum id, quod jam dixi, e conjectura, quam e notitiis, a Reginwardo abbate subministratis, formarit, dumtaxat scripsisse, verosimilius adhuc ex eo evadit, quod e* S. Dionysii *reliquiis, Dionysianis monachis a Giselberto jam furto ereptis,* membrum unum, quod in manu medium connectit brachio digitum, *Ebuloni abbati ab Arnulpho imperatore restitutum fuisse scribat, idque, ut apparet, e simili conjectura pariter faciat. Fuisse scilicet quodpiam* S. Dionysii *os Ebuloni abbati ab Arnulpho redditum, vel e Dionysianis monachis audierit, vel ex eo, quod, Dionysianis reliquiis in Germaniam jam delatis, ossa nihilominus, in scrinio per Dagobertum asservandis* S. Dionysii *reliquiis confecto quiescentia seu servata, pro* Dionysii *ossibus in Francia honorari, conspiceret, idque, nisi saltem quodpiam hisce* Dionysii *os fuisset immixtum, factum iri haud putaret, conjecerit; cum autem, quale* Dionysii *os seu membrum Ebuloni ab Arnulpho restitutum fuisset, compertum haud haberet, conjectura id eo, quem jam nunc exponam, modo determinarit. Os, quod a corpore, Ratisponæ invento, abfuit, fuisse os,* quod in manu medium connectit brachio digitum, *docet nos Joannes Baptista Emmeramensis abbas in sua jam supra sæpissime cit. Dissert.*

AUCTORE C. B.

131 *Etenim in hac pag.* 70 *et sex seqq. exhibet officii ecclesiastici, seculo, ut ait,* XII *vel seq. exarati tuncque ab Emmeramensibus monachis in translationis* S. Dionysii *festo, quod quotannis ab hisce ultima post Pentecosten Dominica celebratur, recitari soliti, lectiones octo; in harum autem sexta sequentia fere isthæc leguntur verba: Papa et imperator et principes* Rem curiosius inquirentes corpus Martyris (S. Dionysii *nimirum)* pretiosi cum omni membrorum integritate, membro excepto, quod in manu dextra medium connectit brachio digitum, apud nos invenerunt. *Os itaque seu membrum, quod a corpore, Ratisponæ invento, abfuit, exstitit, uti hinc apparet, membrum seu os,* quod in manu medium connectit brachio digitum. *In litteris, Leonis IX nomine inscriptis supraque jam datis os illud vocatur* minima manus dextræ particula; *sed id, ut consideranti patescet, cum appellatione eidem in officio ecclesiastico proxime laudato tributa haud pugnat. At vero, inquiet forsan non nemo, os, quod a corpore Ratisponæ per Reginwardum invento, abfuit, illud ipsum est os, quod aureæ manui (adi cap.* 3 *Appendicem hanc) a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missæ, erat inclusum; hoc autem, si miraculorum* S. Dionysii *scriptore, ibidem, transcriptis etiam ejus verbis, citato, standum sit, non membrum seu os,* quod in manu medium connectit brachio digitum, *sed tantummodo* digiti pars *exstiterit. Fateor: os, quod manui isti erat inclusum,* digiti pars *a scriptore illo nuncupatur; verum id abs illo, ut mihi equidem apparet, fit, non quod re ipsa* pars digiti *existeret, sed quod cum digito in corpore humano proxime sit conjunctum, quodque, quo nomine os illud, quod, non secus ac pars digiti, partem manus constituit, alioquin appellaret, haud satis haberet compertum.*

*hic adducuntur,* E

F

132 *Etsi itaque os, quod manui aureæ a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem missæ erat inclusum, verosimillime, ut mihi equidem apparet, exstiterit illud ipsum os, quo corpus, Ratisponæ inventum, fuit destitutum, hoc postremum tamen verosimiliter exstiterit os seu membrum,* quod in manu medium connectit brachio digitum; *cum autem, osse isthoc destitutum fuisse Ratisponæ inventum corpus, Reginwardus in suis ad presbyterum Germanum anonymum notitiis*

*apparet, Ratisponæ corpore inventam, e Galliis verosimiliter tulit,*

AUCTORE C. B.

*tiis verosimillime notarit, hinc hic scriptor, Ebuloni abbati ab Arnulpho imperatore os,* quod in manu medium connectit brachio digitum, *restitutum fuisse scripserit. Id porro e conjectura, quam ex osse, in inventis Ratisponæ reliquiis non reperto, formarit, verosimiliter dumtaxat fecerit; hinc autem fit, ut id, quod de charta seu scheda in Dionysiano scrinio, priusquam inde* Dionysii *corpus furto surriperetur, a Giselberto conspecta, scribit, pariter illum e conjectura dumtaxat, quam e scheda seu charta, prope inventas Ratisponæ reliquias reperta, formarit, scripsisse, verosimilius evadat. Jam vero, cum id ita sit, dictaque adeo charta debeat a Reginwardo cum dicto presbytero Germano anonymo fuisse communicata, verosimilius pariter, fuisse hanc una cum* S. Dionysii *ossibus in altera e duabus capsis seu thecis, hæc complectentibus, Ratisponæ inventam, evadit. His præmissis, quid e charta illa, prope* S. Dionysii *ossa Ratisponæ inventa, possit confici, videamus. Dicitur in hac:* Hic est corpus sanctissimi Dionysii, qui.... caput
B proprium per duo millia fere deportavit usque ad locum, in quo nunc Dei dispositione requiescit; *cum id autem, ut nemo non admittet, de loco, in quo* Dionysius, *e Gallia in Germaniam jam delatus, Ratisponæ quievit, dici haud queat, oportet, ut charta ista Dionysianis ossibus, in San-dionysiana abbatia adhuc quiescentibus, adjuncta indeque cum hisce Ratisponam fuerit delata.*

*hæc illud Dionysii corpus esse, haud prorsus inepte*

133 *Quid multa? Cum ea præterea, quæ in charta illa dicuntur, soli* S. Dionysio *conveniant, Giselbertus sane, qui, ut apparet, vere hanc una cum* S. Dionysii *ossibus e Francia in Germaniam portavit, luculentum simul attulerit indicium, quo, a sese non alterius, quam* S. Dionysii *ossa afferri, dederit probatum. At vero, inquies forsan, fieri potest, ut ipsemet Giselbertus chartam illam confinxerit, eamque rei probandæ, quam sibi habebat propositam, pro arbitrio aptarit. Fateor, sic habet; verum, cum fraus, si id ille fecisset, nullo potuisset detegi negotio, fuisse id reipsa ab illo factum, verosimile haud apparet. Etsi porro id ita sit, fueritque adeo charta illa in ipsismet Galliis verosimillime confecta, non est tamen, cur quis eam* Dionysii *ossibus, cum hæc in novo scrinio Dagobertus I deposuit, fuisse adjunctam, inducat in animum. Id enim ne quidem ante*
C *scripta ab Hilduino Areopagitica seu annum* 836 *factum esse, vel ex eo liquet, quod alioquin probandis Hilduini de* Dionysii *Areopagitismo placitis documentum illud foret admodum aptum, nec ullam tamen hujus mentionem uspiam instituat Hilduinus, qui, cum omnes bibliothecarum Parisiensium forulos, monasterii sui loca abdita non pauca, ut inde documenta,* Dionysii *Areopagitismo probando idonea, erueret, perlustrarit, verosimillime eumdem in finem sarcophagum etiam, in quo* Dionysium *a Dagoberto depositum fuisse, noscebat, fuerit scrutatus. Hinc porro jam fluit, ut scheda illa seu charta verosimillime post scripta ab Hilduino Areopagitica seu post annum* 836 *fuerit confecta ac* S. Dionysii *reliquiis, in Francia adhuc quiescentibus, adjuncta; ac id quidem, ut mihi apparet, vel Hilduino, qui anno circiter* 840 *obiit, in vivis adhuc superstite, vel certe haud diu post ejus mortem evenerit.*

134 *Verum, quocumque tandem anno rem factam statueris, e dicta equidem scheda seu charta, una cum corpore, Ratisponæ invento, e Francia in Germaniam, uti e jam dictis apparet, allata, esse illud* S. Dionysii *corpus, haud inepte prorsus, ut jam insinuatum, Giselbertus dederit probatum; anne autem id re etiam ipsa* Dionysii *corpus exstiterit, modo dispiciamus.* S. Dionysii *corpus e Francia in Germaniam furto non esse delatum, nec ex Arnolfi Emmeramensis monachi aliorumque scriptorum omnium de re hac silentio, nec e* Dionysii *manu, a Carolo Simplice ad Henricum Aucupem post annum* 920 *missa, nec e scrinii Dionysiani visitatione, anno circiter* 1050 *Dionysiopoli facta, nec denique ex aliis, quæ in rem suam Galli afferunt, dari evictum, dilucide, ni fallor, e jam supra allegatis liquet; verum, etsi id ita sit, inde tamen, fuisse re ipsa* Dionysii *corpus e Gallia Ratisponam furto delatum, consectarium nondum est. Nec, id factum esse, certum omnino atque indubitatum evadit vel e supra memorata Ratisponensium de translatis ad se* Dionysii *reliquiis traditione vel e tribus num.* 4 *huc transcriptis Inscriptionibus, quarum una* Dionysius *in S. Emmerami templo quiescere, altera a Giselberto furto surreptus, ac tertia denique pridie Nonas Decembris ad S. Emmerami* E
*monasterium dicitur allatus. Etenim, etsi quidem et hæ et traditio, Ratisponenses, statim atque Giselbertus corpus, quod* Dionysii *esse dicebat, Ratisponam attulerat, viro isti adhibuisse fidem, ostendant, exstitisse tamen illud reipsa* Dionysii *corpus, evincendo atque extra omnem controversiam ponendo aptæ haud sunt. Quod autem ad declarationem, qua Leo IX inventum Ratisponæ corpus, quod* Dionysii *esse inscriptiones illæ indicabant, pro genuino* Dionysii *corpore anno* 1052 *agnovit, jam spectat, ex ea quidem videtur pro Ratisponensibus aliquanto adhuc argui posse validius, attamen, cum summi etiam Pontifices in meris decidendis factis errori sint obnoxii, nec e declaratione illa, penes Ratisponenses esse* S. Dionysii *corpus, omnino est certum.*

*dederit probatum; etsi autem id re etiam ipsa exstitisse Dionysii.*

*nec ex hic data presbyteri anonymi narratione*

135 *Verum jam supra sæpissime laudatus sacerdos Germanus anonymus in sua ad Reginwardum abbatem epistola sic scribit:* Quomodo vero (*sanctus* Dionysius) de Gallia sit translatus, vel quis eum furto Parisius tulerit, vel sub quibus principibus actum sit, tam ab ipso Parisiensi abbate, quam et ab aliis ipsius monasterii fratribus, quorum diu contubernio delectabar, uti manifestius in F
consequentibus clarebit, fateor, sæpius non sine gemitu et contritione cordium secretius audivi. Hoc autem tenore intestinus Gallorum dolor de translatione sanctissimi Dionysii mihi perlatus est, ut, si, fide interposita, Bauwariam accederem, atque, quali tutela sacrosanctæ reliquiæ inibi servarentur, vel si quomodo hinc auferri potuissent, cautius explorassem, salva mercede mea, perpetuum mihi memoriale apud se conquirerem gloriamque cumularem. *Cum itaque, uti ex hisce presbyteri Germani anonymi verbis intelligitur, scriptor hic, dum in* S. Dionysii *in Francia monasterio hospitaretur, non tantum ex ipsomet hujus abbate, sed etiam monachis.* Dionysium *e Gallia furto sublatum, intellexerit, enimvero, quin is Gallis, modo vera hic memoret presbyter ille Germanus anonymus, re ipsa fuerit ereptus, atque ad Ratisponenses translatus, dubitandum haud videatur. Ea quidem, quæ* S. Dionysii *abbas ac monachi de translatione isthac presbytero isti dixerunt, in traditione dumtaxat, uti in hac Appendice num.* 19 *jam docui, erant fundata.*

136 *Verum,*

A omnino sit certum, potior tamen Ratisponensium causa videtur.

136 *Verum, etsi quidem id ita sit, traditioque ista in translationis illius adjunctis, ut cap.* 1 *ostendi, veritati ubique consona haud fuerit, eam tamen quantum ad ipsammet translationem haud exstitisse falsam, vel ex eo fas est statuere, quod cum Ratisponensium eadem de re traditione apprime convenerit. Attamen, cum presbyter ille Germanus anonymus suam ad Reginwardum abbatem epistolam subnexamque huic de* Dionysio *in Germaniam translato Lucubrationem inter annum* 1049 *et annum* 1064, *ut jam supra docui, litteris mandarit, eoque temporis spatio, penes se adhuc esse* S. Dionysii *corpus, San-dionysiani publice contenderint, hinc sane, uti in hac Appendice num.* 18 *et* 19 *jam insinuavi, esse videtur, cur narratio, qua iidem Dionysiani monachi, furto sibi ereptum esse* S. Dionysii *corpus, clam et secreto tempore eodem fassi, a presbytero illo Germano anonymo referuntur, habeatur utcumque suspecta. Verum, etsi id ita sit, ac proin, Ratisponæ penes Emmeramenses esse* S. Dionysii *corpus, haud magis e narratione illa, quam ex aliis supra adductis argumentis asseverare ausim omnino indubitatum, potiorem tamen, sedulo modo liberatis omnibus, Emmeramensium, qui* S. Dionysii *corpus furto ad se delatum aiunt, quam Dionysianorum in Francia monachorum, qui penes sese illud adhuc asservari affirmant. causam esse, in animum induco, nec, ut puto, immerito id a me fieri, facile quisquam contendet, qui, quæ in hac Appendice jam disserui, seposito partium studio, accurate et mature expenderit.* AUCTORE C. B.

# DE S. DOMNINO SEU DONNINO M.

BURGI S. DOMNINI IN DUCATU PARMENSI

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

B E J. B.

S. Domnini in Fastis sacris memoria, fuga, martyrium, et ædes sacræ.

SUB MAXIMIANO. *S. Domnini in Martyrologiis*

Inter Parmam Placentiamque via Æmilia, *inquit Ughellus tom.* 2 *Italiæ sacræ auctæ col.* 62, in Gallia Cisalpina, sive Cispadana Lombardia, S. Domnini civitas *(anno* 1601 *a Clemente VIII sede episcopali donata)* sita est, quæ a S. Domnino, qui ibi desævientis Maximiliani *(lege :* Maximiani*)* persecutionem declinans, nobilem tulerat palmam martyrii, nomen traxit. *Inscriptus est* S. Domninus *Martyrologio Hieronymiano Florentinii ad hunc diem, sed sine loco in hunc modum :* Natalis S. Domnini martyris. *Item Martyrologio Rabani, sed elogio paulo ampliori :* Eadem die natale est, *inquit*, Domnini martyris, qui sub Maximiano imperatore propter fidem Christi decollatus est jussu ipsius C imperatoris. Hic post martyrium suum multa miracula fecit in sanitate infirmorum et debilium. *Italis universe adscribitur a Wandelberto versu sequenti :*

Domninoque Itali claro cum martyre fulgent.

*Acta ejus antiquiora a Surio, sed mutato stilo, edita, scriptaque, ut apparet, cum nondum* Burgi S. Domnini *nomen invaluerat, milliari* XV *a Julia Chrisopoli, seu civitate Parmensi ad Sisterionem fluvium via Claudia passum aiunt : nec multo aliter recens Martyrologium Romanum loquitur, cujus hæc verba :* Apud Juliam in territorio Parmensi, via Claudia, S. Domnini martyris sub Maximiano imperatore : qui, cum vellet persecutionis rabiem declinare, a persequentibus gladio transverberatus gloriose occubuit.

memoria, martyrii

2 *Præiverat Martyrologii Romani auctoribus dudum iisdem fere verbis Usuardus :* Apud Juliam, via Claudia, S. Domnini martyris sub Maximiano, qui, cum vellet persecutionis rabiem declinare, protinus insecutus, et nihilominus gladio verberatus, gloriose occubuit. *Accuratius Usuardi verba Actorum de* S. Domnini *martyrio ejusque adjunctis sensum exprimunt, quam ut ea non vidisse censendus sit. Viderit illa verosimiliter et Rabanus, indeque hauserit ea, quæ de* S. Domnini *a martyrio suo factis prodigiis narrat. At quem locum Usuardus* Juliæ, *et Actorum scriptor* Juliæ Chrisopolis *nomine intellexerunt? Parmensem civitatem dictam fuisse* Juliam augustam, *eoque titulo ab Augusto cæsare ornatam colligit Cellarius lib.* 2 *Geographiæ antiquæ cap.* 9 *ex veteri hac, quæ apud Gruterum pag.* 492 *num.* 5 *est, inscriptione :*

Patr. col. Jul. Aug. Parm.
Patr. muncipiorum Forodruent. et Foro novanorum.

*Neque* Juliam *modo, sed et* Juliam Chrisopolim *dictam fuisse, scribit anonymus Ravennas, qui* F *circa seculum* VII *vixit, Geographiæ suæ lib.* 4 *num.* 33 *apud Porcheronum pag.* 213 *ita scribens :* Item civitas Placentia, Florentiola, Fidentia, Julia Chrysopolis, quæ est Parma. *Cui item Donizo seculo* XII *suffragatus est in Vita Mathildis comitissæ lib.* 1 *cap.* 10 *de Parma sic loquens :*

Chrysopolis dudum Græcorum dicitur usu,
Aurea sub lingua sonat hæc urbs esse Latina,
Scilicet urbs Parma.

Fortasse loco nomen hoc inditum, *inquit Muratorius tom.* V *scriptorum rerum Italicarum pag.* 354 *in suis ad Donizonem Annotatis,* quum Græci augusti universæ dominarentur Italiæ, *nimirum seculo* VI *sub Justiniano. Parmam itaque tam Actorum scriptor anonymus, quam Usuardus* Juliæ *nomine intellexisse videntur : non quod Parmæ martyrium* S. Domninus *subierit, sed non procul inde,* XV *scilicet miliaribus ; et locum palæstræ* S. Domnini, *minus forte sibi notum, non accurate et exacte, sed paulo latius per vicinam notioremque, ad quam pergebat, civitatem explicare, satis habuerit Usuardus. Volunt quidem*

AUCTORE J. B.

*aliqui Burgum* S. Domnini *dictum fuisse* Fidentiam; *cui opinioni situs ejus inter Placentiam et Parmam et a civitate Parmensi milliarium* XV, *quot in Itinerario Antonini et apud Ptolemæum inter Fidentiam Parmamque collocantur, distantia favent: verum, quod addunt, Fidentiam dictam quoque fuisse* Juliam Fidentiam, *nec apud antiquum scriptorem inveni, nec illi aliunde, quam ex ipso Usuardo probant, qui tamen sic intelligi ex dictis, videtur commode posse, ut* Juliæ *nomine non Fidentiam aut ipsum Burgi* S. Domnini *locum, sed Parmam voluerit, sensu mox exposito, indicatam.*

palæstra

3 *Sed altera hic præterea difficultas surgit: cum enim via Æmilia in itinerario Antonini et charta Peutingeriana apud Bergierum lib.* 3 *cap.* 22 *Arimino per Faventiam, Bononiam, Parmam, Fidentiolam seu Fidentiam, Placentiam ducta fuerit, et Livius lib.* 29 *cap.* 2 *de ea scripserit*: Pacatis Liguribus in agrum Gallicum exercitum duxit *(Æmilius F. M. Lepidus)* viamque a Placentia, ut Flaminiæ committeret, Ariminum perduxit; *cur* S. Domninus *via Claudia, non Æmilia martyrium passus dicitur tum*
B *in Usuardi, tum in Romano Martyrologio? Respondet Berettus in Dissertatione de Tabula Chorographica Italiæ medii ævi inter rerum Italicarum scriptores apud Muratorium tom.* X *num.* 31 *et* 32, *eam viæ Æmiliæ partem, quæ a Placentia ad agrum Bononiensem, seu Samogiam fluvium usque protenditur (post regni Langobardici ad Francos devolutionem, ut autumat)* Claudiæ *nomen accepisse: atque adeo viam Claudiam, in qua Placentiam inter et Parmam mortem pro Christo* S. Domninus *oppetiit, non fuisse veterem illam viam Claudiam, quæ Romam inter et Lucam Hetruriæ sita erat, sed Æmiliam, quæ Placentia Ariminum usque excurrebat, aut certe illam ejus partem, quæ, ut modo dixi, Placentia ad Samogiam amnem protendebatur. Quidquid sit de tempore, quo mox memorata viæ Æmiliæ pars* Claudia *appellari cœpta est, non desunt sequioris seu medii ævi monumenta, quibus sententiam suam probare nititur.*

*prope Parmam.*

4 *Laudat in primis Acta SS. Liberatæ et Faustinæ (edita sunt in Opere nostro ad diem* XVIII *Januarii) in quibus curia Genesina via Claudia sita fuisse indicatur: at locum illum Be-*
C *rettus ipse nec in via Æmilia, nec in Claudia veteri et passim nota collocat: tum Acta* S. Domnini, *chartam Benedicti Mutinensis episcopi, qua is anno* 1098 *monasterio Nonantulano terræ portionem dederit, cujus terminus erat* a Meridie strata Claudia; *chartam comitissæ Mathildis, qua hæc anno* 1112 *die* VIII *Maji, Indictione* V *monasterio S. Benedicti in agro Mantuano dedit ecclesiæ S. Cæsarii, in territorio Mutinensi Mutinam inter et Bononiam sitæ, curtem Vilzagaram, cujus terminus erat* a Septemtrione via Claudia; *denique inter recentiores scriptores aliquot Muratorium tom.* V *scriptorum rerum Italicarum pag.* 361 *num.* 203 *in stratam seu viam Mutinensem, a Donizone in Vita Mathildis comitissæ memoratam, quæ sequuntur, annotantem*: Strata vero Mutinensis eadem est ac via Æmilia per Mutinam deducta, quam tamen nos Claudiam dicimus, neque recenti appellatione, sed per quam vetusta, ut antiquæ chartæ urbis ostendunt. *Adjicit Muratorius, viam Æmiliam a Claudio quodam instauratam videri, ideoque* Claudiam *dictam.* Tiberius Claudius imperator, *inquit præterea Muratorius, apud Reinesium classe* 3 *num.* 80 *Inscript.* viam Valeriam, a se D restitutam, Claudiam appellandam curavit. Quid ni hoc idem Æmiliæ viæ contigerit? *Restitutæ a Claudio quodam Æmiliæ viæ, indeque* Claudiæ *dictæ, fides penes Muratorium esto; faciunt tamen laudata mox monumenta, ut viæ Æmiliæ, qua Placentia in agrum Bononiensem ducta fuit, medio ævo* Claudiæ *nomen, quacumque de causa id factum sit, vere inditum fuisse putem, eumque loquendi modum ex Actorum* S. Domnini *vetustiore scriptore Usuardum, et ex hoc denique Romani Martyrologii auctores adoptasse; ita ut, si quid hic peccatum ab illis est, id non ad rem ipsam, sed solum loquendi modum, referendum videatur. Sed a Martyrologis ad* S. Domnini *Acta progrediamur.*

*Acta varia*

5 *Acta martyrii ejus ex antiquo codice edidit ad diem* IX *Octobris Surius, sed mutato stilo, quæ ceteris longe antiquiora sunt: eadem, sed genuino stilo exarata habemus gemino codici membranaceo antiquo inserta, Fuldensi, QMS.* 6 *notato; et Trevirensi S. Maximini, notato QMS.* 7. *Præterea ejusdem Passionis exemplar simile Ms. ex codice Ultrajectino S. Salvatoris descriptum. Passionem* S. Domnini E *e codice Fuldensi, facta ejus cum Trevirensi collatione infra recudam. His proxime accedit Apographum aliud ex Ms. membranaceo Legendario Eminentissimi Cardinalis Barberini desumptum, ad cujus calcem hæc notantur*: In Bibliotheca Ambrosiana codice N. f. n. 275 similis fere vita Græce continetur, qui liber fuit in Calabria emptus. *His longe, ut prolixiores, ita et recentiores sunt* S. Domnini *Passiones duæ, altera ex collectione P. Gallonii sumpta, cujus initium est*: Tempore quo Diocletianus sumpto imperio contra auctoritatem senatus etc.: *altera vero ex bibliotheca S. Crucis contentus S. Francisci Florentiæ, cui hoc exordium*: Gloriosus miles et martyr Christi Domninus, natione Romanus etc.: *Denique et alteram Italicam habemus ex Annalibus civitatis Parmensis desumptam, auctore Petro Natali, episcopo ut in ejus quidem titulo legitur, Aquileiensi; sed legendum potius reor*, Equilino. *Verum ex tot Mss.* S. Domnini *Passionibus nulla satis antiqua est, ut fidem certam sibi vindicet. Quæ ceteris antiquitate pollent, seculum* VI *non excedunt, cum sub finem seculi* III *vel sequentis initium passus martyrium fuerit: earum quippe singulæ* F *Parmam* Chrysopolim *vocant, quod nomen, ut supra ostendimus, non nisi Græcis imperatoribus in Italia dominantibus, accepisse videtur; seculo tamen nono, quo Usuardus vixit, et palæstra* S. Domnini, *ut infra ostendam, ab eodem Sancto*, Burgus S. Domnini, *quo nomine singulæ abstinent, jam inde vocata fuit, antiquiores. Hinc quid de reliquis, iisque, quas Surius, Petrus Equilinus, Mombritius, et Picus in Theatro Sanctorum et Beatorum Parmensium typis edidere, censendum sit, statui facile poterit.*

*fidei non satis probatæ, tempus*

6 *Ea de Actis* S. Domnini *a Surio editis Bailleti censura est, ut si* S. Domnino *nomen, et martyrium detrahas, vix quidquam certi de illo supersit: nec Tillemontio tom.* V *Monumentorum ecclesiasticorum pag.* 136 *multo magis probantur tum ob orationes injuriosas, quas continent; tum ob prodigia, quibus veri species non inest. Quid Acta sive Suriana, sive alia de* S. Domnino *referant, videamus, et discutere incipiamus. Cujas* S. Domninus *fuerit, nec ejus Acta antiquiora, nec Suriana, edicunt. Thebanus*

A *nus dicitur in titulo vitæ ejus Italicæ, a Petro de Natalibus conscriptæ : contra Romanus in codice Florentino conventus S. Crucis. Par utrique fides debetur; seu potius neutri ulla; cum enim Sancti patria ab Actorum ejus antiquioribus scriptoribus fuerit ignorata, vel certe silentio pressa; unde ea recentioribus nota fuerit, aut esse potuerit, non apparet. Sub Maximiano accidisse* S. Domnini *martyrium una omnium vox est; verum qua imperii ejus parte? An sub seculi* III *finem; an sub initium seculi* IV, *quo primum publicis edictis promulgatis per universum fere imperium Romanum sæviri cœptum est? Secundum Acta Fuldensia anno sexto imperii sui Maximianus Roma Mediolanum sese contulit, ibique, si qui Christum colere reperti essent, cruciari tormentis jussit : inde vero cum parte exercitus sui non diu post in Germaniam abiit. Ita Acta Fuldensia num.* 1. *Addunt dein Maximianum, cum in Germania versaretur, Christianos aliquot supremo supplicio affici jussisse* VIII *Kalendas Septembris; quo factum est, ut milites Christiani quingenti, deserto Maximiano, e Germania Romam sese proripere statuerint; quorum aliqui capti cæsique fuere; aliqui vero, in quibus* S. Domninus

B *erat, manus ejus evasere : sed* S. Domninum *decimo quinto a Parma milliari missi ad illum insequendum milites in via Claudia assecuti, ut jussi fuerant, obtruncarunt.*

*et genus necis,* 7 *Maximianus ex Italia in Gallias profectus est anno* 286, *victisque Bagaudis anno* 287 *et sequentibus Treviris passim, quamquam eum in barbaros expeditiones et imperii negotia alio subinde evocarent, versatus est : quo tempore Christianos aliquot, ut Acta* S. Domnini *Fuldensia loquuntur, in Germaniæ finibus occidi verosimillime jussit; et jam inde forte ab anno* 287, *post occisos anno* 286 *Thebæos. Quamquam enim nec codex Fuldensis, nec S. Maximini Trevirensis, nec Barberianus Thebæorum militum, sed tantum Christianorum aliquot a Maximiano in Germaniæ finibus ante* S. Domninum *occisorum meminerint, faciunt id tamen Petrus de Natalibus in Vita* S. Domnini *Italica, Passio* S. Domnini *ex collectione Gallonii, et codex S. Crucis Florentinus; ita ut anno* 287 *e Galliis in Italiam fugisse, ibique martyrio affectus fuisse videatur secundum codices mox citatos : sub annum vero* 290

C *secundum Acta antiquiora, seu annum Maximiani sextum, ab anno* 285, *aut sequenti numeratum. Petrus de Natalibus in Vita* S. Domnini *occisum ait circa annum* 295; *codex S. Crucis Florentinus anno* 306. *Baronius in Annalibus ad annum* 303 *ejus martyrium refert. Castellanus in Martyrologio universali ad annum* 304 *idem refert; ita ut nihil certi de determinato anno, quo martyr occubuit, statui possit. Quod autem ad genus ejus mortis spectat, gladio transverberatus fuit secundum Usuardum et Romanum Martyrologium; seu potius, ut inventio corporis ejus dein facta ostendit, amputato capite vitam finivit. ut habent Acta Fuldensia et S. Maximini Trevirensis. De loco vero, in quo obiit, jam supra dictum est, eum quidem in eo loco, qui modo* Burgus S. Domnini *dicitur, id est, via Claudia, seu Æmilia ad Sisterionem fluvium, milliari* XV *a Parma occubuisse; sed locum ipsum nomine tenus non fuisse expressum : ita ut nomine* Juliæ, *non Burgus* S. Domnini, *sed Parma intelligi debeat apud anonymum* S. Domnini *Passionis scriptorem : nec enim* Burgis S. Domnini *dictus fuit* Julia Chrysopolis, *sed Parma : nec, si nomine* Juliæ *Burgum* S. Domnini *intellexisset, decimo quinto a Burgo* S. Domnini *milliari hujus palæstram statuisset : Usuardus vero et Romanum Martyrologium cum non* Juliæ, *sed* apud Juliam *occisum aiunt, nihil aliud indicare videntur, quam, ut in Martyrologio expresse additur,* in territorio Parmensi.

AUCTORE J. B.

*hancque comitata* 8 *Narrata* S. Domnini *nece, codices antiquiores tantum addunt, unum alterumve abs illo patratum prodigium; quamvis generatim pluribus etiam aliis effulsisse illum, non sileant. Primum apud eruditos fidem haud inveniet facile; quippe quod hujusmodi est, ut et pluribus aliis Martyribus ex simplici nimis ineptaque picturarum intelligentia, aut certo corporum eorum in tumulis situ male explicato, affictum norunt : solent enim pictores, truncum corporis, juncto in manibus capite, subinde pingere, ut Sanctum, cujus iconem exhibent, capite minutum indicent. Subinde etiam factum, ut Christiani, capite minutorum Martyrum corpora in suis tumulis eodem modo composuerint : unde rudis simplexque posteritas ansam non raro arripuit fingendi prodigia, quasi Martyres, jam capite minuti, capita sua ad hunc illumve locum deportarint. His simile est primum, quod de* S. Domnino *pro-* E *digium referunt codices illi seu Acta antiquiora, dum aiunt,* S. Domninum *abscissum sibi caput sumpsisse in manus, ac trans Sisterionem fluvium detulisse. Alterius vero, quo æger sanatus, eidemque equus furto ablatus,* S. Domnini *ope meritisque fuerit restitutus, fides esto penes auctores. Et hic quidem Acta antiquiora sistunt : at plura tum martyrii* S. Domnini *adjuncta, tum deinceps facta prodigia memorant recentiora, de quibus modo agendum.*

*non satis certa miracula;* 9 *Martyrii quidem codex Florentinus S. Crucis prodigiosa adjuncta, sed parum verosimilia, nec ab antiquioribus memorata refert : hunc si audire quis velit, decimo quinto a Parmensi civitate milliari Sisterioni fluvio silvula quædam adjacebat amœna, et arboribus densa. Hanc ingressus* S. Domninus *dies aliquot in ea precibus, jejuniis et lacrymis dedit, factusque interim de imminente sibi martyrio certior est ab apparente sibi angelo : sua itaque pauperibus isthac transeuntibus distribuit; neque hoc unum illi satis fuit beneficii genus : rabidi canis contagionem contraxerat miser quidam, pro quo* Domninus F *preces ad Dominum fudit : scyphum suum, infusa aqua aut vino, et formato crucis signo, cœlestis vocis monitu misero porrexit; e quo cum hic bibisset, ad sanam mox rediit mentem : factum hoc coram pluribus prodigium paganorum multorum ad Christi fidem secuta conversio est. Aliquanto post Maximiani milites inventum illic* S. Domninum *et inde in viam publicam raptatum, capite minuerunt, sed cœlesti iterum voce paulo ante ad Superos, audientibus, qui aderant, omnibus, evocatum. Addit de ejus sepultura supra dictus codex :* Christiani vero, qui per eum viam salutis agnoverant, revelatione eis de cœlo facta, ita, uti jacebat corpus Martyris gloriosi, in sarcophago lapideo multis conditum aromatibus sepulturæ venerabiliter tradiderunt, nullo vestigio super terram remanente.

*prima corporis inventio et templum,* 10 *Jacuit eo loci sancti Martyris corpus, ut codicis Florentini Acta narrare pergunt, annis circiter triginta, omnibus ignotum : at iis evolutis, et Constantini Magni tempore illud Deo placuit, immissa illuc cœlesti luce, fidelibus manifestare. Evocatus igitur fuit Parmensis episcopus*

AUCTORE J. B.

*scopus (primus e Parmensibus episcopis, nomine notus, fuit Philippus, qui anno* 362 *sedit secundum Ughellum) qui, cum divinitus (ut aiunt iterum Acta laudata) edoctus fuisset, sancti cujusdam Martyris corpus ibidem inventum iri, effossa humo ad trium cubitorum altitudinem lapideum detexit tumulum, in eoque corpus sancti Martyris, mirabili odore fragrans, gestans in manibus caput, et adeo recens, ac si tum primum Sanctus martyrium subiisset. Aderat etiam scriptum, Angelica, si lubet credere, manu exaratum, et sancti Martyris Historiam complexum. Levatum e terra cum sarcophago corpus in templo, sancto Martyri dicato, deposuit, locumque illum* S. Domnini *nomine deinceps appellari voluit. Facta tum temporis plurima dicuntur ejus meritis prodigia, eoque in Actis illis refertur prodigium, quod supra ad calcem num.* 8 *ex Actis antiquioribus retuli. Eadem fere referunt Acta ex collectione P. Gallonii desumpta, et typis etiam a Mombritio edita, quamvis in his prodigia non adeo multiplicentur, solumque in tumulo hæc reperta dicatur (non historia Angelica manu scripta, sed) inscriptio :* » Hic

B » requiescit corpus sancti martyris Domnini : » *verum priusquam his fidem adjiciat, luculentiores enimvero testes quivis, non facile credulus, haud immerito requiret. Hæc corporis* S. Domnini *inventio prima, primaque ejus nomini dicata ecclesia.*

*ejusdem inventio*

11 *Crescente temporum lapsu prodigiorum beneficiorumque in mortales sancti Martyris meritis et intercessione a Deo collatorum numero, crevit pariter in sanctum Martyrem cultus et veneratio, non modo indigenarum, sed et peregre illuc venientium, ita ut antiqua* S. Domnini *ecclesia capiendo illuc concurrentium numero impar videretur, ut utraque Acta loquuntur. Visum itaque indigenis est ampliorem sancto Martyri ecclesiam condere : at interim tamen temporis diuturnitate contigerat, ut qua ecclesiæ veteris parte* S. Domnini *corpus delitesceret, dubitaretur : tandem sacerdoti cuidam iterum ac iterum revelatum fuisse aiunt, illud in media jacere ecclesia : ergo arcessitur Parmensis episcopus, qui in sacras exuvias inquirat : effoditur humus eo loci, ubi illas jacere supradictus sacerdos divinitus intellexerat, orante interim in propinqua S. Dalmatii populi multitudine pro felici*

C *inquisitionis in sacras istas reliquias successu. Audivit communes preces Deus ; detectus est sancti Martyris tumulus, ac statim ejus rei fama e S. Dalmatii ad* S. Domnini *ecclesiam excivit multitudinem populi ; quæ dum confertim per ligneum pontem, Sisterioni fluvio injectum ad* S. Domnini *ecclesiam properat, præ nimio pondere disrupto ponte, plurimi in præceps acti sunt, eosque inter mulier vicina partui : sed* S. Domnini *precibus meritisque datum est, omnes e tam grandi periculo, ne leviter quidem sauciatos, evasisse.*

*secunda*

12 Post hac, *inquiunt Acta apud Gallonium et Mombritium*, episcopus magna cum devotione una cum cleri et populi votivo assensu elevans sacrosanctas martyris Domnini reliquias transtulit in locum, in quo nunc venerabiliter conditæ sunt ; reservato in testimonio latere, qui ad sancti Martyris caput jacebat ad venerationem fidelium populorum ; in quo etiam scriptum erat, ut jam dictum est : « Hic requiescit « corpus sancti Domnini martyris. » Exinde namque idem locus populorum multitudine auctus est, et nomine S. Domnini amplius insi- D
gnis, cujus beneficiis et fertilitate frugum et opulentia rerum, fœcunditate propaginum et abundantia negociationum, et, quod majus est, ad honorem Martyris ex diversis provinciis ibi fideliter advenientium idem venerabiliter locus decoratur. Ecclesia quoque sancti Martyris ampliori bus extensa spatiis, laquearibus vero et parietibus vario picturæ genere decenter ornata refulget. *Addunt Acta Florentina, in adstruendis prodigiis, hic, ut alias, more suo liberaliora, venenosis rabidisque animalibus* S. Domnini *tractum infestantibus, invocata ab eodem episcopo solenniter sancti Martyris ope, hanc auditam fuisse ex ejusdem tumulo vocem :* Quicumque venerit ad oratorium meo nomini specialiter dedicatum, atque coram altari precibus devote præmissis, calicis mei poculum receperit reverenter, a prædicto languore poterit liberari, *idque reipsa populum fuisse expertum.*

13 *Quo tempore, quove Parmæ (anno enim* seculo XIII
*dumtaxat* 1601 *Burgus* S. Domnini *sede episcopali donatus fuit, ut dixi supra) sedente episcopo ea contigerint, silent laudata Acta : docet autem Ughellus tom.* 2 *Italiæ sacræ auctæ col.* E
174 *de Opizzone, Parmensi ita scribens :* Vir fuit Opizzo eloquentissimus, in utroque jure peritissimus, et in rebus pertractandis sagax et prudens, erga divinum Sanctorumque cultum pius : corpus enim S. Domnini ann. MCCVII in oppidum Burgi solemni pompa transtulit, quod inde oppidum S. DOMNINI nomen accepit. *Ughello Picus pag.* 224 *Theatri Sanctorum et Beatorum Parmensium consonat in Vita Italica* S. Domnini, *addens,* S. Domnini *exuvias arcæ novæ marmoreæ ab Opizzone inclusas et sub altari reædificatæ ecclesiæ anno* 1207 *repositas ibidem permansisse usque ad annum* 1448, *quo in novam arcam marmoream, priore augustiorem, translatæ fuerunt eum in locum, ubi hodieque visuntur : tum vero tractum illum, qui prius* castri veteris *nomen sortitus fuerat,* S. Domnini Burgum *vocari cœptum ex indigenarum erga Patronum suum pietate,* ut, *inquit verbis Italicis,* fuse referunt Vitæ ejus bini scriptores, Burgi S. Domnini cives, qui annis abhinc multis, stilo satis quidem bono, sed affectu majori fuse explicarunt gloriosi Martyris gesta et monumenta. *Verosimiliter Picus hic auctores Actorum, quæ in codice Florentino et apud Gallonium Mom-* F
*britiumque reperiuntur, indicat : unde porro liquet, eos sero admodum, seu non ante annum* 1207 *suam de* S. Domnini *lucubrationem subinde ex affectu in sanctum Martyrem magis (quod auctori Actorum Florentinorum maxime quadrat) quam ex rerum veritate exarasse.*

*Burgi S. Domnini, multo ante sic appellati :*

14 *Burgum* S. Domnini *prius* castrum vetus *dictum fuisse, sit penes Picum fides : at oppido isti ab anno tantum* 1207 *aut serius* S. Domnini *nomen inditum fuisse, videtur a vero alienum. Quamquam enim dicendo non sim, quo primum tempore ea appellatio initium sumpserit, non desunt tamen monumenta seculo* XIII *multo antiquiora, in quibus sic appellatum invenitur. Mitto Acta a Mombritio edita, ut et ea, quæ codici Florentino monasterio S. Crucis inserta sunt, in quibus nominis illius usus jam inde a seculo* IV *et Constantini Magni ætate repetitur. Luitprandus, seculi* X *scriptor, lib.* I *de Rebus imperatorum et regum cap.* XI *Burgi* S. Domnini *hanc mentionem facit.* Jamjam Placentiam venerat (*Lantbertus Italiæ rex*) cum juxta fluvium Sesterrionem

A nem ad Burgum, in quo sanctissimi et pretiosi martyris Domnini corpus positum veneratur *(Adelbertus marchio et Hildebrandus comes)* castra metasse nuntiantur. *Est et apud Ughellum in Episcoporum Parmensium Serie coll.* 148 *et* 149 *Caroli Crassi charta anno* 880 *data, qua Wibodo, Parmensi episcopo,* Burgum S. Domnini *confirmat. Item altera apud Campium lib.* I *Historiæ Ecclesiasticæ Placentinæ anno* 17 *Ludovici Pii, Christi* 830 *data, in qua pariter ejusdem sit mentio: ita ut dubium non videatur, quin multo citius, quam seculo* XIII *Burgi* S. Domnini *nomen in usu fuerit, et ex dictis liqueat, a multis jam seculis non modo ibi* S. Domnini *corpus servatum fuisse, sed insigni quoque a fidelibus veneratione affectum. Ex Actis hactenus laudatis ecclesia* S. Domnino *exstructa fuit Constantini Magni tempore, instaurata vero et ampliata seculo* XIII: *at Actis Flor. ad calcem lacinia quædam additur, valde fabulosa, in qua Carolus Magnus novam* S. Domnino *ecclesiam excitasse dicitur.*

*quædam de Carolo M. fabulæ,*

B 15 *Sic fere quantum ad substantiam habet: Carolus Magnus cum, devicto Desiderio, Longobardorum rege, Romam properaret, transiretque Burgo* S. Domnini, *equus ejus eo loco, quo* S. Domnini *corpus jacebat (destructa quippe tunc erat ejus ecclesia, ut quidem ibi legitur) immobilis substitit: rex vero rei causam ignorans ab angelo edocetur,* S. Domnini *corpus ibi tumulatum esse, et honorifico magis loco reponendum esse: qua de causa Carolus, effosso* S. Domnini *corpori magnificam suis sumptibus jussit condi ecclesiam: tum vero Romam progressus* S. Domnini *favore honorifice fuit susceptus, auctusque jure ipsum Pontificem Romanum eligendi, et ordinandi Apostolicam Sedem, et quidem de voluntate omnium Cardinalium et totius concilii; et jure investituræ episcoporum et archiepiscoporum ante eorum consecrationem, ac denique titulo imperatoris a Romanis fuisse decoratum. Sed sufficere debuerant laciniæ hujus auctori fabulæ satis equidem multæ et palpabiles* S. Domnini *Actis sive ab eodem sive ab altero jam prius intrusæ. Addit confici præterea jussisse Carolum calicem, cui* S. Domnini *dens fuit insertus, eaque divinitus concessa vis, ut ex illo bibentibus nullum sit læsionis a rabidis canibus periculum: addit denique calicem illum a latronibus aliquando fuisse subreptum; sed ad Sisterionem*

C *fluvium, ubi occisus martyr fuerat, nullis malleorum ictibus frangi potuisse: latrones vero corporis doloribus sibi immissis compulsos fuisse, eo, unde illum abstulerant, reportare: quæ, si vera sunt, doleo a magis probato auctore litteris non fuisse consignata.*

*variæ ædes S. Domnino sacræ.*

16 *Certiora sunt, quæ Petrus de Natalibus, qui anno* 1372 *sedem Equilinam occupabat, de illo calice scribit in Vita* S. Domnini *Italica, eum scilicet hominibus et pecoribus contra rabidorum canum morsus* S. Domnini *meritis salutarem fuisse ad suam usque ætatem, si ex eo vini benedicti aliquantulum, eoque, qui tunc a Burgi* S. Domnini *presbyteris observabatur, ritu potaretur. Puccinellus in Chronico abbatiæ Florentinæ pag.* 26 *meminit monasterii* S. Domnini *(juxta muros Pisanos siti, ut habet Lubin in Notitia abbatiarum Italiæ pag.* 297*) cujus ecclesiam fere totam a fundamentis instauratam Julianus Medices, archiepiscopus Pisanus, in honorem* S. Domnini *martyris consecravit pridie Kalendas Decembris anno* 1627; *in qua calicem, quo* S. Domnino *(quod tamen de eo alibi non legi) venenum propinatum fuit, servari singulari pietate ait, adversus rabidorum canum morsus mire pariter salutarem; olim quidem in ecclesia Cathedrali Pisana conservatum, sed ob eorum, penes quos eleëmosynarum administratio erat, discordias in supradictam ecclesiam publico decreto translatum. Lucæ quoque in Hetruria dicatam* S. Domnino *ecclesiam esse ait Florentinius in suis ad Martyrologium Hieronymianum ad diem* IX *Octobris Annotatis.* Sancti Domnini *Oratorium prope Clusiam super fluvium Nicaven memoratur in diplomate Ludovici Pii anno* 823 *in favorem ecclesiæ Mutinensis dato apud Ughellum Italiæ sacræ auctæ tom.* 2, *coll.* 95 *et* 96; *ubi verosimillime* Domnini, *de quo agimus, ob Sancti per vicinos illos tractus celebritatem mentionem fieri existimo. Varias ejus nomini Bononiæ, aut in hujus vicinia dicatas ecclesias et altaria memorat Masinius tom.* I *Bononiæ perlustratæ pag.* 483 *et* 484 *ad hunc diem; ubi etiam refert ejusdem martyris reliquias in ecclesiis S. Stephani et S. Joannis de Monte conservari. Beretti in Chronographica Tabula Italiæ medii ævi meminit officii in ejus festo Romæ approbati et Parmæ typis excusi anno* 1607; *quæ sufficere arbitror, ut de sancti hujus martyris per Italiam celebritate cultuque judicium fiat. Unum denique, priusquam* E *huic Commentario finem impono, hic adjicio ex Annotatis in Vitam S. Luciani, ab Odone I, Bellovacensi episcopo, qui Caroli Calvi temporibus fuit, tom.* I *Januarii, legi in Vita S. Luciani, codici S. Maximini inserta, sanctum Lucianum, cum per Italiam Galliam peteret, vel Parmæ vel eo loco, qui postea* Burgus S. Domnini *vocatus fuit, in carcerem conjectum, inde a* S. Domnino *fuisse eductum: verum id locum non habuit, sive sub Clemente Papa, sive Decii imperatoris temporibus in Gallias Lucianus venerit;* Domninus *enim sub Maximiano floruit, ut ex hactenus dictis habemus; nec scitur, umquam iis in locis fuisse versatus, nisi cum vitam martyrio terminavit.*

AUCTORE J. B.

PASSIO

## S. DOMNINI

### Auctore anonymo. F

*Ex codice Fuldensi, notato Qms* 6, *collato cum Trevirensi S. Maximini notato Qms* 7.

*Maximianus, edito in Christianos edicto,*

Tempore Maximiani imperatoris facta est persecutio *a* super Christianorum gentem persecutio *b* magna. Sæviebat autem super eos, qui se ad sacrilegam dæmonum culturam separare meditabatur *c*, dederat in mandatis omnibus præfectis, ut si quis inventus fuisset *d* ad invocationem Christianam colendam, multis tormentis et cruciatibus diversis, atque capitali sententia puniretur; dum hæc agerentur, anno sexto imperii sui *e* promovens se de Romana urbe, venit in Mediolanensium civitatem; iterum dedit omnibus in mandatis, ut ubi Christiani Deum colentes fuerint, multis tormentis cruciarentur, et multa verba promittentes paterentur,

*a*
*b*
*c*
*d*
*e*

Ex Ms. Feld.

paterentur, ut universum populum ad culturam Deorum suorum revocaret; eodem tempore promovens se de Italiæ finibus cum una parte exercitus sui venit in fines Germaniæ, et dum ibi demoraretur, invenit ibi aliquantos, qui se cum omni virtute sua Domino Jesu Christo servire disposuerant; qui cum interrogati fuissent, uno ore *f* respondentes dixerunt: Nos servi Christi disponimus esse; respondit Maximianus imperator: De quo Christo dicitis? Sancti vero respondentes dixerunt: Nos de Christo filio Dei dicimus; Imperator dixit: De quali Christo hoc nuntiatis? De illo qui a Judeis crucifixus est? Ille se ab eis non potuit liberare, et vos qualem in eo fiduciam habetis, qui se minime potuit de verberibus eorum eruere; sed ab eis crucifixus pependit in ligno et flagellatus a ferro animam perdidit, et in monumento sepultus est.

*f*

*horum aliquot in Germania tollit e medio:*

2 Sancti vero respondentes dixerunt: Imperator crudelissime, et Dei tyranne, tu si donum Dei scires, talem blasphemiam in Dominum non auderes dicere; nam ille Dominus noster Jhesus Christus terrenus homo fuit, et per uterum Virginis Mariæ descendit in terram, et multa mirabilia fecit coram principibus sacerdotum vel populo eorum, qui coram omnibus mortuos suscitavit, leprosos mundavit, paraliticos curavit, et dæmonia ictu oculis *g* effugavit, languentibus et ægris, qui non valebant, de lecto suo relevare *h* ille in dictu oris sui omnes salvos fecit. Audiens hæc imperator, in ira furoris sui jussit Deos suos adduci, et dixit ad illos: Venite, adorate Deos meos, qui in vos tantam patientiam habent, et offerte eis sacrificium, et incensum; ut non malis tormentis et verberibus cruciati capitali sententia deputemini. Sancti vero dixerunt: Hoc scias, imperator nequissime, nos Deos tuos non colimus, qui se non valent nec gressu movere, nec flatus habent. Nec sibi ipsi aliquid boni possunt præstare, et nos quo modo possumus eos adorare, qui jam Domino nostro Jhesu Christo deputati sumus servire? Tunc imperator, ira repletus, jussit eos adprehendi et omnibus capita detruncari VIII Kalendas Septembris.

B

*g*

*h*

*sed profugus in Italiam S. Domninus*

3 Tunc itaque erant ibi multi Christiani, fere numero quingenti, inter quos erat sanctus Domninus cubicularius primus, a quo cotidie imperator coronabatur, qui imperatoris coronam ipse conservabat: convocatis itaque omnibus Christianis qui de numero ejus erant, dixit ad eos: Fratres carissimi, videtis hominem sacrilegum, qui nec Deum timet, nec animæ suæ aliquam curam operatur, ut possit eam de inferno inferiore liberare: sed repletus omni malitia, et diaboli operationes sunt in corde ejus conceptæ; et ita jam est comprehensus, ut omnibus diebus vitæ suæ animam suam de manu diaboli non possit liberare; videte, quia infernus illi apertus est et omnes iniquitates antiquæ et quæ ante sæcula omnibus malis conlata sunt, diabolus et antiquus serpens in ejus se posuit potestate, ita ut numquam recordetur animam suam liberare aut salvare, et quasi *i* inter homines ut imperator coronatus est, majora tormenta ei debentur. Igitur audite me, dilectissimi Fratres; consilium do vobis; posteaquam cognoscimus, quia omnis homo moriturus est, ab ejus insidiis nos fugiamus, ubi celari possimus. Et statuerunt omnes quingenti viri, ut ad civitatem Romanam confugium fecerint. *k*

C

*i*

4 Tunc dicunt imperatori: Audi nos, pessime imperator: nos quidem, quos conspicis, omnipotenti Deo sumus servituri, et Domino Jhesu Christo filio ejus, quem tu non es dignus videre, nec gloriam ejus. Sed et hoc scias, inique et pessime imperator, quia Deos tuos non colimus, nec tuæ fallaciæ consentimus: est enim Deus in cælo, quem colimus, cui nos deputati sumus sincera mente servire, qui corda nostra cognoscit et mentem nostram. Ipse nobis in tuis tormentis auxilium præstare potest; remedium sanitatis ab eo percipere devota mente speramus *l*. Audiens hæc Maximianus imperator ira furoris sui jussit eos decapitare. Tunc adprehensi sunt aliquanti ex ipsis et sua præsentia *m* jussit eos occidi. Sanctus vero Domninus cum aliqua multitudine promovens se, ut ad Romanam civitatem festinaret, qui promoventes alii per Flaminiam, alii per Aureliam, alii per Claudiam *n*, fugiebant a conspectu furoris pessimi principis. Beatissimus vero Domninus perrexit viam Claudiam: qui dum venisset XII *o* miliario a Julia Crisopoli civitate *p*, missi impii Maximiani imperatoris eum conjunxerunt circa fluvium, qui vocatur Sisterionis, in media publica, quæ Claudia vocatur, via. Ibi missi crudelissimi imperatoris gladio amputaverunt caput ejus: Sanctus vero Domninus manibus suis adprehendens caput suum de terra, et transivit fluvium Sisterionem, et quantum ad jactum lapidis transtulit caput suum *q*, ibique eum *r* pausavit, ubi nunc corpus ejus integrum permanet inviolatum *s*; ubi multi ægri de diversis locis, Domino cooperante, ab eo curam sanitatis perceperunt; ibique florent operationes ejus usque in hodiernum diem.

*k apprehenditur, decollatusque*

*l*

*m*

*n*

*o*

*p*

E

*q r*

*s*

*miraculis fulget.*

5 Post hæc autem dum multi ægri de diversis provinciis audientes ejus miracula, quæ faciebat, currentes ad ejus veniebant oraculum, qui salvabantur omnes: Sanctus vero Domninus beneficia et sanitatem eis præstabat, inter quos venit unus æger, alligans equum suum, et ingressus ante conspectum sancti Domnini lacrimabiliter cœpit rogare et beneficia ejus deprecari pro tribulatione et ægritudine seu valitudine, quam habebat, ut opem suæ salutis ei dignaretur tribuere, qui subito pristinam recepit sanitatem. Tunc lætus egressus, equum, quem dimiserat, non invenit: iterum introivit ante conspectum prædicti Martyris pronus se jactans in terra lacrimis cœpit rogare dicens: Heu! Sancte Domine, ad tua beneficia cucurri: placet tibi, ut hæc patiar? Egressus foris conspexit ad publicam, et vidit illum hominem, qui equum abstulerat, rapido revertentem, qui revocans eum tradidit in manu ejus et exilivit. Tunc æger ille, qui sanus factus est, cœpit gratias agere omnipotenti Deo, et sancto Domnino martyri omnibus diebus vitæ suæ. Hæc nobis in principio comperta sunt: post hæc vero multa ibi Dominus operabatur per servum suum, si per singula scripta fuissent. Sanctus vero Domninus decollatus est *t* nonæ Novembris *u*, regnante Domino nostro Jhesu Christo, cui honor et gloria. Explicit Passio sancti Domnini martyris.

F

*t u*

## ANNOTATA.

a *Incertum, an sub finem seculi tertii, an sub initium quarti.*

b *Vox*

A b *Vox* persecutio *abundat. Deest in Ms. Trev.*
c *Lege:* a sacrilega dæmonum cultura separare meditabantur.
d *Lege:* si quos invenisset: *codex Trev. habet:* si quis invenisset.
e *Ita etiam codex Trev.*
f *Vitiose codex Trev.* una hora.
g *Lege* : ictu oculi.
h *Ita codex uterque: videtur aliquid deesse.*
i *Codex Trev.* et vel si inter homines imperator coronatus est.
k *Codex Trev.* facerent.
l *An qui a Maximiani ira sibi cavere, fugaque consulere statuerant, hæc imperatori dixerint?* Ex Ms. Fuld.
m *Codex Trev.* sua in præsentia.
n *De Claudia via consule Comment. præv. num.* 3 *et seq.*
o *Codex Trev. habet* sexto.
p *Vide Syll. num.* 2.
q *Vide Syllogen num.* 8.
r *In codice Trev. deest* eum.
s *Nihil de corpore* S. Domnini *codex Trev.*
t *Codex Trev. habet* depositus est.
u *Trev.* VIII Idus Octobris. *Barberianus* VII Idus.

# DE SS. ATTICO, LUDDULO

## SEU LUGDULO, SEPTIMO ET JULIO MARTYRIBUS

EX HIERONYMIANIS J. B.

B E

ALIQUO E IV PRIMIS SECULIS.

*Sanctum* Atticum *ejusque Socios martyres editum a Luca Dacherio vetustum, ac S. Hieronymi nomine inscriptum Mrl. hoc ad hunc diem modo annuntiat*: Et alibi, Attici, Ludduli, Septimi, Juli, *non expressa eorum palæstra. Labbeanum apud nos tom.* VII *Junii solius* Septimi *meminit, hac ex parte procul dubio mutilum: contra, quod Florentinius edidit,* Attico *Socios adjungit quatuor; luxatis nonnihil eorum nominibus, ita habet:* Et alibi, Attici, Budduli, Luddoni, Septimi, Julii. *Dacheriano Corbeiense apud eumdem Florentinium omnino consonat. Addit Florentinius, et codices alios a se fuisse consultos, in quibus pro* Lugdunio Lugdulus sive Luddolus *scribitur, unde* Ludduli *nomen varie scriptum corruptumque fuisse manifestum est, ac suspicio mihi non inanis injicitur, simili corruptione factum esse, ut unus idemque* Luddulus *in* Buddulum, Luddonumque *librariorum imperitia distinctus perperam fuerit; quod etiam suadere maxima* Budduli Luddulique *nominum videtur affinitas. Dacheriano itaque ac Corbeiensi exemplaribus potius, quam Florentinii, quod quatuor* S. Attico *Socios tribuit, standum apparet. Quando, aut ubi hi Martyres sanguinem pro Christo fuderint, non fuit, unde vel leviter conjectare licuerit: seculo itaque determinato illos non adscripsi, omissa insuper loci, quo occubuerint, mentione.*

C F

# DE SS. MARCELLO SEU MARCELLINO

## GEMINO SEU GENUINO, NUVIO SEU NIVIO, PRIMINA MM.

## ROMÆ

EX HIERONYMIANIS

*En alteram ex iisdem, Hieronymianis, ut vocant, Martyrologiis Martyrum classem, quæ Romæ ad hunc modum annuntiatur apud Florentinium* : Romæ Marcellini, Gemuini, Nuvii, et inter duos Lauros sancte Primine. *Martyrologium Corbeiense paulo aliter habet:* Romæ, Marcelli, Genuini, Novii, Justi. Inter duas Laurus sanctæ Priminæ, Custi, Julii. Custus, *hic memoratus, idem forte est, qui* Justus; Julius *vero idem, qui in classem superiorem relatus est; quare ceteris hoc loci neutrum adjiciendum putavi. Corbeiensi consonat vetustum Hieronymi Martyrologium apud Dacherium. Legitur tamen illic* Primiva *pro* Primina. *Gellonense apud eumdem sic habet:* Alibi Afræ, Priminæ. Roma Marcellini et Genuini. *Martyrologium antiquissimum a Martenio editum tom.* 3 *Anecdotorum ad hunc diem solius* Marcellini *meminit. Augustanum autem apud nos tom.* VII *Junii editum solius* Genuini. *Labbeanum* Septimum

AUCTORE J. B

mum *a* Marcellino *et* Genuino *separat*: Diodori, Septimi. . . . . Alibi Afræ, Priminæ. Romæ Marcellini et Genuini martyrum. *Additiones denique Adonianæ ita habent apud Mosandrum*: Romæ Marcellini et Genuini, et inter duas Lauros S. Priminæ. *Notitiam loci* inter duas Lauros *dicti subministrant Acta SS. Marcellini et Petri martyrum, sub Diocletiano interemptorum tom.* 1 *Junii pag.* 173 *sequentibus verbis*: Quorum corpora, beatissimorum scilicet Marcellini presbyteri et Petri exorcistæ martyrum, collegit Lucilla, et posuit in vehiculo noctu, et adduxit via Lavicana milliario ab Urbe tertio; *et Anastasius Bibliothecarius in Vita S. Silvestri Papæ ita scribens*: Iisdem temporibus Augustus Constantinus fecit D basilicam beatissimis martyribus Marcellino presbytero et Petro exorcistæ inter duas Lauros..... via Lavicana milliario ab urbe tertio. *Lucillæ socia fuit Firmina quædam, Christianissima, ut eam illorum Martyrum Acta vocant, femina, quæ juxta Martyrum illorum exuvias sibi domicilium fixit, ac ibidem martyrium, sepulturam, cultumve sacrum consequi potuit, ac eadem fuisse, quæ hodie inter duas Lauros in laterculis Hieronymianis annuntiatur: verum cum hujus nomen per litteram* P *constanter exprimatur, ab hac mutatione abstinendum una cum Florentinio reor.*

# DE S. BARACTALE MARTYRE

## SPOLETI IN UMBRIA

### ANACÆPHALEOSIS

B

SECULO INCERTO. *Vix quidquam de hoc sancto Martyre*

*Pauca admodum de* S. Baractale *dicturi sumus: quidquid de illius ætate, conditione, gestisque, qui de rebus Sanctisve Spoletanis egerunt, recentioris ævi scriptores litteris mandarunt, plane incertum est. Fuisse fertur e duodenario Sanctorum numero, qui, Anastasio duce, e Syria in Italiam appulsi dicuntur. Horum Acta, erroribus referta, sibique pugnantia, ac proin fidei pretiive nullius, edidit discussitque Conradus Janningus in Tractatu præliminari ad tom.* 1 *Julii, in quibus præter nomen, quod ad* S. Baractalem *speciatim spectat, reperias nihil. Jacobillus tamen tom.* 2 *de Sanctis Umbriæ* S. Baractalem *satis belle describit, sed ex documentis nihilo melioribus; Ferrarius, Jacobillo fere consonans, compendiosam* S. Baractalis *historiam tradit hujusmodi.*

*certum.*

2 Baractalis Antiochenus una cum Anastasio patruo, Britio et Eutychio sobrinis, ac Joanne, Isacio, Carpophoro, Abundio, Teudila, Laurentio, Proculo, et Herculano fratribus Romam venit, inde Narniam. Proculo autem et Eutychio alio profectis, Anastasio Romæ de- C functo, cum aliis Spoletium contendit: ubi Britio tamquam seniore episcopo ordinato, aliisque jussu Marciani præsidis sub Diocletiano et Maximiano *(id alii sub Domitiano, alii sub Juliano factum aiunt)* carcere inclusis, illis Baractalis natu minimus, qui ob aspectus et morum elegantiam etiam gentilibus charus erat, libere ministrabat; cumque ipsos gentiles ad Christianam fidem hortaretur, blandisque verbis illorum vitia argueret, adolescentum quorumdam grave in se odium concitavit, qui illum ad sepulchrum T. Gregorii martyris *(Spoletani)* sæpissime orantem apud præsidem deferunt. Baractalis itaque ad præsidem perductus, seque Christianum libere professus, cum nullis minis aut terroribus adduci posset, ut deos veneraretur, ductus extra urbem apud sepulchrum prædictum capite truncatur VII Idus Octobris. Cujus corpus a Christianis ibidem sepultum est. E

*præter ejus cultum.*

3 *Hæc de* Baractale *Ferrarius; quæ, quamvis incerta plane esse dicamus, absit tamen, ut* S. Baractalis *sanctitatem in dubium vocemus, quippe qui et miraculis claruerit, cultumque sacrum in diœcesi Spoletana, et ecclesiam suo et S. Gregorii nomini dedicatam jam pridem habuerit, uti apud laudatum Janningum cap.* x, *ubi de* S. Baractale *seorsum agit, videre est. Speraverat ille, fore, ut ad hunc diem plura de* S. Baractale *fortassis dicenda haberemus; verum, quod superaddi ejus dictis posset, a nobis quæsitum est frustra.* F

DE

A

AUCTORE J. B.

# DE S. PUBLIA ABBATISSA

## ANTIOCHIÆ IN SYRIA

### SYLLOGE

### S. Publiæ illustre facinus et sacris in Fastis memoriam præcipue complectens.

CIRCA ANNUM CCCLXIV. *S. Publiæ*

*Cum anno* 362 *et* 363 *Antiochiæ Syriæ, quæ patriarchalis ad Orontem fluvium urbs est, S. Petri cathedra olim nobilitata, expeditioni Persicæ sese accingeret Julianus imperator, variisque cuniculis rem Christianam subvertere niteretur, non paucos, seu viros, seu feminas, qui*
B *avitam fidem summa libertate tuerentur, invenit; uti Theodoretus Cyri seu Cirrhi in Syria Euphratensi seculo* V *episcopus, lib.* 3 *Historiæ Ecclesiasticæ fusius refert. Hos inter* S. Publia *vidua, quæ non modo sacrarum virginum choro præerat, sed etiam diaconissæ munere in præclara illa ecclesia fungebatur, insignis fuit; quam quidem dignitatem non adipiscebantur, nisi lectissimæ feminæ, et sacra eruditione juxta ac vitæ castimonia morumque probitate conspicuæ. Et vero* S. Publiam *eo loco haud fuisse indignam, fidem facit vel unicum, quod posteritati Theodoretus mox laudatus apud Valesium transmisit, illustre facinus. In litteras id Theodoretus misit, cum adhuc, qui rem viderant, esse in vivis poterant. Nam cap.* VI *post narratam sacerdotis ethnici filii ad Christiana sacra conversionem, eodem tempore diaconissæ cujusdam industria consiliisque factam, addit:* Hæc ego illum jam senem narrantem audivi. *Non est igitur, cur gravissimi alioquin viri hac de re testimonium repudiari merito queat. Id vero ita habet lib.* 3, *cap.* 19, *Henrico Valesio interprete.*

*illustre facinus,*

2 Fuit his temporibus Publia quædam ob virtutis præstantiam et ob eximios actus notissima ac celeberrima. Hæc, cum aliquandiu ma-
C trimonii jugo fuisset adstricta, fructum plane admirabilem obtulit Deo. Joannes enim, is qui presbyterorum Antiochiæ diutissime princeps fuit, et qui ad regendam Apostolicam Sedem *(Antiochenam scilicet, a Petro Apostolorum principe fundatam)* sæpe quidem communibus suffragiis electus est, semper tamen eum honorem declinavit, ex ejus utero, tamquam ex egregio prognatus est solo. Hæc igitur, cum cœtum virginum, quæ perpetuam virginitatem professæ erant, secum haberet, Creatorem ac Servatorem Deum assidue laudabat. Cum autem imperator prætergrederetur, contentiori voce omnes in commune psallebant, scelestum illum contemptu ac ludibrio dignum existimantes. Canebant porro eos præcipue Psalmos, in quibus simulacrorum infirmitas deridetur et una cum Davide dicebant: Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Exposita dein eorum stupiditate addebant: Similes fiant illis, qui faciunt ea, et omnes, qui confidunt in eis. Quæ cum Julianus audiisset, ingenti dolore perculsus, silere eas deinceps jussit, dum ipse præteriret. Sed Publia imperatoris jussa parvipendens, chorum virginum majori fiducia implevit, et prætereunte illo rursus canere jussit: Exsurgat Deus et dissipentur inimici ejus. Quo facto graviter commotus, Magistram chori ad se adduci præcepit, visaque anu venerabili, nec canos corporis miseratus, nec animi virtutem honore prosecutus est; sed uni e satellitibus suis imperavit, ut utramque ei E
malam cæderet, et manibus genas ejus cruentaret. Illa vero, contumeliam hanc summi honoris loco ducens, in cubiculum regressa est: et tyrannum spiritalibus, ut solebat, canticis perstringere posthac non destitit: eodem plane modo, quo canticorum illorum scriptor ac magister David malum spiritum, quo Saul agitabatur, reprimere consueverat.

*et in Fastis sacris tum Latinis,*

3 *Eadem, quæ Theodoretus, Nicephorus Callistus lib.* 10 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* X *refert, at habuisse non videtur, quod Theodoreti dictis superadderet. Nihilo fere plus invenias, si Fastos sive Græcos, sive Latinos, quibus inscripta est* Publia, *consulueris. Agunt de ea ad diem* IX *Octobris Menologium Basilianum et Sirletianum, Menæa, Maximus Margunius et Sirmondi Synaxarium: e Latinis vero Grevenus et Molanus ad diem* VIII *Junii, ad quem in Opere nostro inter Prætermissos relata fuit. Mrl. Romanum ad diem* IX *Octobris hæc tantum habet:* Antiochiæ S. Publiæ abbatissæ, quæ, transeunte Juliano apostata, Davidicum illud cum suis virginibus canens: Simulacra gentium argentum et aurum; et: Similes illis fiant, qui faciunt ea; imperatoris jussu alapis cæsa est et graviter objurgata. *Recentioris notæ martyrologos alios sciens prætereo, cum* F
*neque apud hos rerum a* S. Publia *gestarum uberior mentio fiat. Reliquum ergo est, ut ex Menæis et Menologio Sirletiano, quæ plusculum aliquid in rem afferunt, pauca attingam.*

*tum Græcis memoria;*

4 *Menæa quidem, in quibus* Publia Ποπλία *nominatur, aiunt, Julianum ulteriori vindictæ pepercisse; fixum tamen animo habuisse, ut eam, cum e Perside reverteretur, neci daret:* Ὁ δὲ θανάτος αυτῆς, *inquiunt illa,* ἐν τῷ ὑποστρέφειν τὸν παραβάτην ἐταμιεύθη. Mors autem ejus in reditum trangressoris dilata fuit: *quod non absimile vero est. Nam, ut generatim cap.* 21 *Theodoretus scribit,* oraculis circumventus miser *(Julianus)* et victoriam sibi spondebat, et confecto bello Persico persecutionem Galilæorum *(sic opprobrii causa Christianos nominabat)* meditabatur; *quæ si locum habuisse, fuisset sane, cur sibi præ multis Antiocheni timerent, quorum in se odium probe noverat, ac dicacitatem scripto Misopogone Julianus ipse fuerat insectatus.*

AUCTORE J. B.

*Sed, illo in Perside anno* 363 *e vivis erepto, ut addunt Menæa, superstes* Publia *dies suos in pace transegit. Quo anno ad beatam immortalemque vitam transierit, Theodoretus tacet: diu tamen Juliano fuisse superstitem, non videtur suadere sanctæ Mulieris jam tum cana senectus. Obiisse illam anno* 363 *scribit Blasius Terzi di Lauria Syriæ Sacræ lib.* 1, *cap.* 32; *anno uno facinori suo superfuit secundum Sirmondi Synaxarium. Obierit itaque anno* 363, *ut Terzi ait, vel sequenti.*

*cujus filius Joannes neque Chrysostomus,*

5 *Denique, si Sirletiano Menologio fides habenda sit, Joannes presbyter Antiochenus, a Theodoreto memoratus, non alius a S. Joanne Chrysostomo, ex presbytero Antiocheno ad Constantinopolitanam sedem evecto, fuerit; hunc enim Joannem,* cognomento Chrysostomum *fuisse, diserte Menologium istud affirmat; quod si ex vero diceretur, ingens sane inde* S. Publiæ *accederet cumulus gloriæ: verum, quantum quidem ex Theodoreto apparet, Joanni Antiocheno, de quo ille, persuaderi numquam potuit, ut episcopatum sive Antiochenum, sive alium quemcumque susciperet; neque usquam S. Joannes Chrysostomus ad Antiochenas infulas vel semel electus fuisse legitur: matrem vero non* Publiam, *sed Anthusam, ipsomet teste, habuit, et quidem juniorem, quam ut* anus cana, *Juliano Persis bellum inferente, a Theodoreto dici potuerit: cum enim non ante annum* 344 *natus sit S. Joannes Chrysostomus, nec nisi annis circiter* 20 *Anthusa matre junior fuerit, hæc anno* 363 *non nisi quadraginta circiter annorum fuit. Vide Baronium in Annalibus ad annum* 362, *Hermannum in Vita S. Joannis Chrysostomi, Tillemontium tom.* XI *Monumentorum Ecclesiasticorum, et Stiltingum tom.* IV *Septembris Operis nostri ad diem* XIV *Septembris in Commentario de eodem Sancto §§* 3 *et* 4.

*neque Joannes, episcopus Apamenus,*

6 *Hisce scriptoribus addi potest Henricus Valesius, qui in suis ad Theodoretum seu Theodoritum Annotatis, memoratum abs illo loco citato Joannem, Antiochenum archi-presbyterum, eum fuisse tradit, qui postmodum a Meletio, Antiocheno præsule, Apamiensis episcopus est ordinatus; quod in Annotatis in cap.* 4, *lib.* 5 *repetit: in cujus quidem sententiam lubens quoque concederem, nisi essent, quibus ab ea amplectenda retraherer; sunt autem hæc: scripserat Theodoretus lib.* 4, *cap.* 25, *pulso per Valentem in exsilium Meletio patriarcha, Antiochenæ ecclesiæ sedulam curam habuisse Flavianum et Diodorum monachos, quibus Aphraates monachus se tertium junxit: at lib.* 5, *cap.* 4 *de Meletiano, per Gratianum sedi suæ restituto, in hunc modum loquitur:* Porro divinus Meletius, Diodorum illum, cujus supra meminimus, qui in gravissima illa tempestate navem Ecclesiæ *(Antiochenæ)* incolumem servavit, Tarsensium episcopum constituit et Cilicum ei provinciam commendavit. Apameæ vero pontificium Joanni tradidit; qui et ipse claro genere ortus, suis tamen meritis, quam majorum rebus præclare gestis erat illustrior. Nam et doctrina et vitæ sanctitas in eo pariter eminebant. Hic, dum tempestas sæviret, Orthodoxorum illic *(abest hæc vox a Græco textu)* conventum rexerat, adjutorem operis habens Stephanus omni laude dignissimum, quem Germaniciæ fecit episcopum.

*fuisse videtur.*

7 *Theodoretus itaque Dioscorum, de quo hic agit, eumdem esse, de quo lib.* 4 *egerat, studiose lectorem suum verbis mox relatis, ne errandi ansam hinc lector arriperet, monitum voluit; quid ni igitur in Joanne, de quo lib.* 3 *pariter egerat, parem cautelam Theodoretus adhibuit, si utrobique de eodem Joanne presbytero Antiocheno sermonem habebat? Quid si Joannes et Stephanus, de quibus lib.* 5, *cap.* 4 *agit, presbyteri non Antiocheni, sed Apameni fuerint, ac propterea eam ecclesiam adversus Arianos defendendam Flaviani et Dioscori, presbyterorum Antiochenorum, exemplo susceperint? Certe Antiochenos presbyteros Joannem et Stephanum Theodoretus non edicit, sed tantum Orthodoxos sub turbulento Valentis imperatoris Ariani imperio, in fide conservasse affirmat, ac propterea dignos Meletio ab exsilio reduci esse visos, quos dignitati episcopali admoveret. Particula* illic *ad Apameam æque ac ad Antiochiam referri potest, quæ ceteroquin in Græco textu non occurrit, et a Valesio adjecta fuit. His adde, non alibi forte, quam in unico Menologio Sirletiano* S. Publiam *S. Joannis Chrysostomi matrem dici, tacentibus id Fastis Græcis, supra laudatis. Denique Joannes alter Apamiensis episcopatus dignitatem non abhorruit; episcopalem autem dignitatem* semper *declinasse Joannem,* S. Publiæ *filium Theodoretus videtur innuere. Plura, quæ de* S. Publia *in medium proferam, non habeo: at, qui plura de diaconissis rebusque ad hac universim spectantibus legere voluerit, Joannis Pinii de Ecclesiæ Diaconissis Tractatum præliminarem adeat, tom.* 1 *Septembris præfixum.*

DE

A

AUCTORE J. B.

# DE SS. ANDRONICO

## ET ATHANASIA CONFESSORIBUS

### IN ÆGYPTO

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

## Sanctorum Conjugum in Fastis sacris memoria, ætas, Acta.

SEC. V. ALIQUANTUM PROVECTO. *Latinis*

Etsi non eodem die sanctum hoc conjugum par ex hac mortali ad immortalem vitam emigravit, ne tamen, quos Deus animo, corpore, et vitæ eremiticæ professione conjunxit, separemus, conjunctim, quod Majores nostri ad diem XXVII *Februarii* polliciti sunt, hodie damus.

B *Romanum Mrl.*, *Typicum S. Sabæ et Menologium Slavo-Russicum secuti. Agunt de his Metaphrastes, Surius, Molanus ad diem* XXVII *Februarii; Menologium Græcum eminentissimi Cardinalis Albani ad diem* 2 *Martii: Castellanus vero in Mrl. universali hodie quidem utrosque, sed ad diem* XXII *Julii separatim Athanasiam, indubie quod eo die obiisse illam legerit, commemorat. Ad diem* IX *Octobris ita habet Martyrologium Romanum:* Hierosolymis sanctorum Andronici et Athanasiæ ejus conjugis. *Baronius in Annotatis huic Annuntiationi subnexis, laudans Menæa Græcorum, quæ eminentissimus Cardinalis Sirletus Latine interpretatus est, fontem indicat, unde hi Sancti in Martyrologium Romanum illati fuerunt: hæc porro, interprete Sirleto, ad hunc diem ita habent:* Commemoratio sanctorum Andronici et Athanasiæ conjugis. Fuit autem Andronicus ex urbe magna Antiochia, qui, relictis opibus, una cum conjuge venit Hierosolymam, ubi cum sancta loca veneratus esset, pietatis opera exercens, post plurimos labores, jejunia, vigilias et sanctorum locorum visitationes, post admirabilem beatissimæ Athanasiæ

C dormitionem, ipse quoque obdormivit in Domino.

*Græcisque fastis noti sunt*

2 *Hæc Menæorum apud Sirletum verba sunt: liquet quidem ex his,* SS. Andronicum *et* Athanasiam *loca sacra Palæstinæ, quod bis fecisse illos Acta eorum apud Surium ad diem* XXVII *Februarii et Menæa infra laudanda quoque aiunt, visitasse et piis illic operibus fuisse intentos: sed quod prælerea verbis mox citatis videri possunt Sirletiana Menæa adstruere, eosdem Hierosolymis fuisse defunctos, verosimiliter præter intentionem illius est, qui mox transcripta de* SS. Andronico et Athanasia *Menæis verba inseruit, voluerit*que *fortassis iis verbis dumtaxat significare, eos post sacrorum locorum visitationes sancto et mirabili fine, licet alibi, in Domino quievisse. Hoc equidem Menæis, infra laudandis, Actis eorum apud Surium, aliisque item Mss. e Bibliotheca cæsarea Vindobonensi transcriptis et apud nos servatis, plane conforme est, secundum quæ bis utrique Hierosolymam adierunt; sed in Ægypto, certe non procul a solitudine Scetica et civitate Alexandrina, evolutis a postrema locorum sanctorum visitatione annis duodecim, obierunt, in monasterio, quod* Decimum Octavum *appellant; ea verosimillime de causa, quod decem et octo milliaribus, seu leucis Gallicis circiter sex Alexandria dissitum esset. Sed quidquid sit de mente auctoris Sirletianæ Annuntiationis, non omnino fortassis Martyrologii Romani emendatoribus explorata, malui utique* SS. Andronicum et Athanasiam *Ægypto, in qua vitam solitariam inchoarunt et terminarunt, ob stabilem eorum illic habitationem adscribere, quam Palæstinæ* E *aut Hierosolymis, quo bis tantum viginti quatuor annorum spatio, ut ex Menæis patescet, pietatis causa profecti fuerunt.*

*Sancti conjuges: quorum ætas,*

3 *Dicendum nunc est de tempore, quo ex hac vita migrarunt. Surius citatus annum circiter trecentesimum octogesimum illis assignat. An quod circa annum illum* Andronicum *floruisse, credidit? An quod sub illum annum ex hac vita migrarunt? Primum quidem verum fortassis est: alterum vero minus simile apparet: nam secundum Acta, e Metaphraste ab ipso Surio edita,* Andronicus *non ante Theodosii Magni imperium, quod anno* 379 *cœptum est, in uxorem duxit Athanasiam:* In diebus Theodosii Magni imperatoris, *inquiunt illa,* erat in magna urbe Antiochia juvenis argentarius, nomine Andronicus. Accepit autem uxorem filiam argentarii, nomine Johannis. Erat vero ejus nomen Athanasia. *Surius itaque solum utcumque indicasse videtur annum, tum quo floruit* Andronicus, *tum quo imperii habenas suscepit Theodosius. Porro ex iisdem Actis habemus* Andronicum *cum* Athanasia *vixisse in seculo annis* 12: *postquam vero vitæ monasticæ sese dedit, annis* 24. *Quare secundum* F *eadem Acta tum ipse, tum uxor ejus, non diu ante maritum mortua, ad annum saltem* 415 *vitam protraxerunt. Theodosii Magni imperium prima nota Chronica est, ex qua* Andronici et Athanasiæ *ætatem utcumque colligas: alteram suppeditat abbas Daniel, quo non modo tamquam magistro usi sunt, postquam, relicta Antiochia, liberisque orbi, in Ægypti solitudines, reliquum vitæ ibi Deo unice impensuri, abierunt; sed quo adhuc superstite etiam obierunt. At quis ille Daniel abbas, et quo tempore fuit?*

*quatenus id nobis licet,*

4 *Daniel, de quo in Actis* SS. Andronici et Athanasiæ *fit mentio, solitudinis Sceticæ incola fuit: hujus autem nominis insignem virum sub seculi quarti finem Cassianus in eadem solitudine vidit, quem Collatione quarta, de concupiscentia carnis et spiritus secum disserentem inducit.* Inter ceteros, *inquit cap.* I, Christianæ Philosophiæ viros abbatem quoque vidimus Danielem, æqualem quidem in omni virtutum genere his, qui in eremo Sciti commanebant, sed peculiarius gratia

AUCTORE J. B.

gratia humilitatis ornatum. *Tum Danielem, licet* multis junior esset, *ad sacerdotii gradum, curante Paphnutio abbate, cui* Bubali *cognomen adhæsit, evectum fuisse, ait; additque demum:* Non multo post *(seu brevi post aditum a Daniele sacerdotium)* hunc, quem sibi paraverat successorem *(Paphnutius)* præmisit ad Dominum. *Ex quibus verbis Cassiani colligo, Danielem hunc ad senectutem non pervenisse, nec defunctis* SS. Andronico et Athanasiæ *fuisse superstitem: at vero Daniel, quo vitæ asceticæ duce et magistro annis saltem viginti quatuor illi usi sunt, et qui morientibus adfuit, in Actis ob ætatem provectum, non raro* Senex *appellatur, quod in Danielem, Paphnutii Bubali discipulum, non cadit. Quærendus ergo alter Daniel, qui paulo serius annis meritisque gravis Sceticam solitudinem incoluerit; ut ex hujus ætate, seculo potius quinto, quam quarto* Andronicum *et* Athanasiam *obiisse, confirmetur.*

*utrumque definitur.*

5 *Hujusmodi porro Daniel occurrit in Actis S. Arsenii, tom.* IV *Judii a pag.* 605 *in Opere nostro illustratis. Agitur illic pag.* 613 *de hoc* B *Daniele, et sub Arsenio vitam monasticam in solitudine Scetica exercuisse, et Cyrillo Alexandrino episcopo, anno* 444 *supervixisse ostenditur; plura de illo ibidem legi possunt. Ad diem item* XIV *Aprilis S. Thomaidis corpus, pro pudicitia interemptæ, in Schitim deportari jussisse, ac ibidem in suo cœmeterio tumulasse traditur; quod officii genus* SS. *quoque* Andronico *et* Athanasiæ *præstitisse in horum Actis legitur. Fit itaque vero admodum simile, de Daniele, Arsenii discipulo, agi in Actis mox laudatis; atque adeo sanctos nostros seculo quinto, saltem aliquantulum provecto, ex hac vita in cælum evocatos fuisse: at quo hujus seculi anno non liquet. Arsenius in Commentario ejus Actis prævio, pag.* 613 *ab anno* 394 *usque ad annum* 434 *in Scithi habitasse traditur; quo tempore verosimile est, discipulum ejus Danielem* Andronicum et Athanasiam *salutaribus instruxisse monitis, ac demum morientibus adstitisse; nam post annum* 434, *Arsenius usque ad annum* 449 *vel* 450, *vitæ suæ supremum, vel in Canopo vel in Troe, quo eum verosimiliter Daniel secutus est, habitavit:* Andronici *autem* et Athanasiæ *vitam ad annum* 450 *aut ultra extendere prohibent eorum Acta: ponamus enim eos conjugium iniisse anno imperii Theodosiani postremo, seu Christi* 395; *huic addantur anni* 12, *quibus in seculo vixere; tum anni* 24, *quibus vitam solitariam egerunt, ad annum dumtaxat* 431 *pertingemus. Mortui itaque fuerint ex dictis tum hoc, tum numero* 3 *eo temporis intervallo, quod ab anno* 415 *usque ad annum* 431 *efluxit.* D

*Acta quæ edenda sint.*

6 *Ceterum* SS. Andronici *et* Athanasiæ *gesta commentatione viæ indigent: si quid ad ea illustranda facere videbitur, in Annotatis ad eorum Acta præstabitur. Hæc typis excusa apud Surium ad diem* XXIX *Februarii, ut supra dixi, jam sunt ex Metaphraste. Consonant ea passim Menæis Græcorum, anno* 1595 *typis venetis excusis, quibus pariter* SS. Andronici *et* Athanasiæ *Acta* E *ad diem* IX *Octobris inseruntur. Hæc inde damus adjuncta versione Latina; nec, si qua in re ab Actis Surianis, aut altero, eorumdem apographo Græco, ex bibliotheca cæsarea Vindobonensi transcripto, differant aut discrepent, id in Annotatis præteribimus. Actis Menæa de more binos versiculos, quibus ad perpetuam fere illorum tum in matrimonio tum in vita monastica (in qua* Athanasia, *virili induta habitu, cum* Andronico, *annos* 12, *sed ei ignota, transegit) societatem alluditur, præmittunt: sic se habent:*

Σύσκηνον Ἀνδρόνικος Ἀθανασίαν
Κόσμῳ τ' ἐν ἀσκήσειτε κἂν πόλῳ ἔχει.
Contubernalem Andronicus Athanasiam
In seculo, in vita monastica, et in cœlo habet.

# ACTA

## EX MENÆIS.

C F

*SS. conjuges, amissis liberis,*

*a* Sanctus hic Andronicus natus Antiochiæ Magnæ *a*, arte faber argentarius *b*, admodum religiosus, bonorum operum plenus, ac opulentus fuit. Habuit uxorem Athanasiam *c*, feminam venerabilem ac Dei pariter amantem; qui conspirantes in bonum suas perpetuo facultates tres in partes diviserunt. Et partem quidem unam pauperibus liberaliter elargiti sunt; alteram vero indigentibus absque fœnore mutuam dederunt; tertiam vero in rem argentariam victumque necessarium impenderunt. Genuerunt autem proles duas, masculam et femineam *d*. His vero genitis, deinceps non accesserunt ad invicem, sed in continentia precibusque agebant ambo, conferendis in pauperes ægrosque beneficiis operam dantes assiduam. Post annos autem cohabitationis ipsorum duodecim utraque proles, cum ea esset, qua parentes oblectare posset, ætate, eodem obiit die. Andronicus autem nihil ob id, quod acciderat, minus generosi admittens, in beatam potius Jobi vocem erupit: Nudus egressus sum etc. verum hujus conjux Athanasia inconsolabili dolore correpta est; un-

*b*

*c*

*d*

Οὗτος ὁ ὅσιος Ἀνδρόνικος ἦν ἐξ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, ἀργυροπράτης τὸ ἐπιτήδευμα, εὐλαβὴς παυὶ, καὶ πλήρης ἀγαθῶν ἔργων, καὶ πλούσιος. Ἔγημε δὲ γυναῖκα τὴν Ἀθανασίαν, σεμνὴν καὶ θεοφιλῆ καὶ αὐτὴν οὖσαν· Μεθ' ἧς ἐπ' ἀγαθῷ συμφωνήσας, εἰς τρία θεῖλον ἀεὶ τὸν βίον αὐτῶν. Καὶ τὸ μὲν ἓν μέρος τοῖς πτωχοῖς ἀφθόνως παρεῖχον· τὸ δὲ ἕτερον, δάνειον παρεῖχον ἀμισθὶ τοῖς χρείαν ἔχουσι· τὴν δὲ τρίτην μερίδα, λόγῳ τοῦ ἀργυροπρατείου, καὶ τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων ᾠκονόμουν· ἔτεκον δὲ δύο παῖδας, ἄρρεν καὶ θῆλυ. Τεχθέντων δὲ αὐτοῖς τούτων τῶν δύο παίδων, οὐκ ἔτι προσέθεντο προσεγγίσαι ἀλλήλοις, ἀλλ' ἦσαν ἀμφότεροι ἐν σοφροσύνῃ καὶ προσευχαῖς, καὶ ταῖς τῶν πτωχῶν καὶ νοσούντων εὐποιίαις ἐνδελεχῶς σπουδάζοντες. Μετὰ δὲ δώδεκα ἔτη τῆς αὐτῶν συνοικήσεως, ὄντων τῶν τέκνων αὐτῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ, ᾗ ἀγάλλειν τοὺς γονεῖς εἶχον, ἐν μίᾳ τῶν ἡμερῶν τεθνήκασιν ἀμφότερα· ὁ δὲ μακάριος Ἀνδρόνικος οὐδὲν ἀγενὲς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ἐνδειξάμενος, τὴν μακαρίαν μᾶλλον φωνὴν τοῦ Ἰὼβ ἐξεβόησεν. αὐτὸς γυμνὸς ἐξῆλθον, καὶ τὰ ἑξῆς· ἡ δὲ τούτου σύμβιος Ἀθανασία ἀπαραμύθητον ἔσχε τὴν λύπην· ὅθεν καὶ ταφέντων τῶν παιδίων ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ, οὐκ

A οὐκ ἠθέλησεν ἐκεῖθεν ἐξελθεῖν, λέγουσα, συναποθανοῦμαι καὶ αὐτῇ, καὶ συνταφήσομαι τοῖς τέκνοις μου. Λαβόντος οὖν τοῦ πατριάρχου τὸν μακάριον Ἀνδρόνικον ἐν τῷ πατριαρχείῳ, χάριν παραμυθίας, ἡ γυνὴ οὐκ ἠνέσχετο τοῦ μαρτυρίου ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἔμεινεν ἐκεῖ γοερῶς κοπτομένη.

2 Μεσούσης δὲ τῆς νυκτὸς, ὤφθη αὐτῇ ὁ μάρτυς Ἰουλιανὸς, ἐν σχήματι μοναχοῦ, λέγων αὐτῇ, τί ἔχεις, ὁ Γύναι, τί οὐκ ἐᾷς ἡρεμεῖν τοὺς ὧδε. Ἡ δὲ ἀποκριτεῖσα, ἔφη· μὴ βαρυνθῇς, κύριέ μου, κατὰ τῆς δούλης σου· ἐπεὶ σφοδρὸν πόνον κέκτημαι, δύο γὰρ μόνα τέκνα ἔχουσα, σήμερον ἀμφότερα ἐξεκόμισα. Ὁ δὲ λέγει αὐτῇ· μὴ κλαῖε περὶ αὐτῶν· λέγω γάρ σοι, Γύναι, ὅτι ὃν τρόπον ἀπαιτεῖ ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου τὴν βρῶσιν, καὶ ἀδύνατον μὴ δοῦναι ἑαυτῷ φαγεῖν, οὕτω καὶ τὰ νήπια ἀπαιτοῦσιν τὸν Χρίστον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὰ μέλλοντα ἀγαθά· λέγοντα, Δικαιοκρίτα, ἀντὶ τῶν ἐπιγείων ὧν ἐστερήθημεν, μὴ στερήσῃς ἡμᾶς τῶν ἐπουρανίων. Ἡ δὲ ἀκούσασα, κατενύγη, καὶ μετέβαλε τὸ πένθος εἰς χαρὰν· λέγουσα, ἄρα ζῶσι τὰ τέκνα μου ἐν οὐρανοῖς, τί κλαιώ; καὶ στραφεῖσα ἐζήτει τὸν λαλήσαντα αὐτῇ ἀββᾶν, καὶ περιελθοῦσα ὅλον τὸν ναὸν, οὐχ εὗρε. καὶ λέγει τῷ Θυρωρῷ. Ποῦ ἐστιν ὁ ἀββᾶς ὁ εἰσελθὼν ἐνταῦθα ἄρτι; Λέγει αὐτῇ B ὁ Θυρωρὸς· ὁρᾷς πάσας τὰς Θύρας ἠσφαλισμένας, καὶ λέγεις· ποῦ ἐστιν ἄρτι; ἔγωγε δὲ ὁ Θυρωρὸς, ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν. Ἡ δὲ φόβῳ συσχεθεῖσα, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ διηγήσατο τῷ Ἀνδρὶ αὐτῆς, ἃ εἶδεν, καὶ ᾐτήσατο βαλεῖν αὐτὴν εἰς μοναστήριον. Ὁ δὲ καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἦν τοῦτο ποθῶν, ἀσμένως τὸν λόγον δεξάμενος, δέδωκε πλεῖστον μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῖς πτωχοῖς, καὶ τοὺς ὠνητοὺς τῶν δούλων ἠλευθέρωσεν· τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ ἀνέθετο τῷ πενθερῷ αὐτοῦ, παραγγείλας αὐτῷ, ποιῆσαι νοσοκομεῖα καὶ ξενοδοχεῖα μοναχῶν· αὐτὸς δὲ μικρὰ ἐφόδια λαβὼν, ἐξῆλθεν νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως, αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μόνοι.

3 Ἡ δὲ μακαρία Ἀθανασία, μακρόθεν ἰδοῦσα τὸν οἶκον αὐτῆς ἀναβλέψασα εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῇ Σαρρᾷ, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, αὐτὸς τὰ νῦν ὁδήγησον ἡμᾶς εἰς τὸν φόβον σου· ἰδοὺ γὰρ κατελείψαμεν τὸν οἶκον ἡμῶν ἀνεῳγμένον διὰ τὸ ὄνομά σου, μὴ κλείσῃς ἡμῖν τὴν Θύραν τῆς βασιλείας σου, καὶ κλαυσαντες ἀμφότεροι C ἀπῆλθον. Καὶ φθάσαντες εἰς τοὺς ἁγίους τόπους, προσεκυνήσαν· καὶ συνέτυχον πολλοῖς πατράσιν. Ὑποστρέψαντες δὲ ἐκεῖθεν, ἐπορεύθησαν ἀμφότεροι εἰς τὸν ἀββᾶν Δανιὴλ καὶ αἰτησαμένων αὐτῶν ἀναθῆναι τὴν Ἀθανασίαν ἐν μοναστηρίῳ, ἀπέστειλεν αὐτὴν εἰς τὴν μονὴν τῶν Ταβεννησιωτῶν· ὁ δὲ Ἀνδρόνικος δεξάμενος τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα παρὰ τοῦ γέροντος, ἔμεινεν παρ' αὐτῷ ἔτη δώδεκα. Διελθόντων δὲ τῶν δώδεκα ἐτῶν παρεκάλεσεν τὸν ἀββᾶν Δανιὴλ συγχωρῆσαι οἱ ἀπελθεῖν αὖθις εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων τόπων· ὁ δὲ ποιήσας εὐχὴν, ἀπέλυσεν αὐτόν. Ὁδεύων δὲ ὁ ὅσιος Ἀνδρόνικος κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐκάθισεν ὑποκάτω φυτοῦ, ἵνα ἀναψύξῃ ἀπὸ τοῦ καύματος· καὶ ἰδοὺ κατ' οἰκονομίαν θεοῦ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπερχομένη καὶ αὐτὴ εἰς τοὺς ἁγίους τόπους ἐν ἀνδρικῷ σχήματι συνήντησε τῷ ὁμοζύγῳ αὐτῆς Ἀνδρονίκῳ, καὶ ἀσπασαμένων ἀλλήλους, ἐκείνη μὲν ἀνεγνώρισεν αὐτὸν, ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἐγνώρισεν αὐτὴν, διὰ τὸ μαρανθῆναι τὸ κάλλος αὐτῆς ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀσκήσεως, καὶ ὡς Αἰθίοπα αὐτὴν φαίνεσθαι.

4 Λέγει οὖν αὐτῷ ἐκείνη, ποῦ ἀπέρχῃ, Κύριε ἀββᾶ; Λέγει αὐτῇ, εἰς τοὺς ἁγίους τόπους. Λέγει αὐτῷ, ἐκεῖ βούλομαι κἀγὼ ἀπελθεῖν. Λέγει οὖν αὐτῇ, θέλεις ὁδεῦσαι ἡμᾶς ἀμφοτέρους ὁμοῦ; Λέγει αὐτῷ, ὡς κε-

de et sepultis in S. Juliani templo *e* liberis, noluit inde egredi, dicens, una cum liberis moriar et sepelir. Patriarcha *f* itaque B. Andronicum domum solatii causa recipiente, conjux ejus templo egredi non sustinuit, sed permansit illic lamentabiliter plangens. EX MENAIS. *e* *f*

2 Nocte vero media S. Julianus martyr ipsi, monachi habitu indutus *g* apparuit, dicens: Quid, Mulier; tibi est? Cur quiescere haud sinis hic sepultos? Illa autem respondens ait: noli irasci, Domine mi, ancillæ tuæ, quoniam vehemens me dolor affecit: binos enim tantum liberos nacta, ambos hodie extuli. At ille: Noli eorum causa plorare: dico enim tibi, o Mulier, quemadmodum sic est hominis natura, ut cibum exigat, nec fieri, quin ei detur, potest; ita et liberos tuos a Christo hac ipsa die vitæ futuræ bona petere dicentes: Judex juste, pro terrenis, quibus privati fuimus, ne nos priva cœlestibus. Quæ cum audisset, exstimulata est, luctumque convertit in gaudium, vivunt itaque, inquiens, mea in cœlis pignora: quid ploro? Et conversa abbatem se allocutum quærebat, nec, perlustrato, quantum erat, templo, invenit; aitque Janitori: ubi abbas mox huc E ingressus? Respondet Janitor: valvas omnes occlusas vides, quærisque, ubi abbas mox huc ingressus *h*? Intellexit autem Janitor visionem illi fuisse oblatam. Illa vero timore perculsa domum rediit et sibi visa marito narravit, et ut se monasterio traderet, petiit. Ille vero (tenebatur enim et ipse eodem desiderio) cum libens isthæc verba excepisset, rerum suarum partem maximam egenis dedit, et, quos emerat, servos libertate donavit: reliquam autem socero *i* tradidit, ipsi præcipiens, ut valetudinaria monachorumque hospitia conderet: accepto autem modico viatico, noctu solus cum uxore civitate egressus est. *divisis in pios usus bonis,* *g* *h* *i*

3 B. vero Athanasia suas eminus ædes respiciens, sublatis in cœlum oculis, Deus, inquit, qui dixisti Abrahæ et Saræ: Egredere de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram, quam monstrabo tibi *k*, tu nos modo dirige in viam timoris tui. Ecce dereliquimus domum nostram apertam propter nomen tuum; regni tui januam ne occluseris nobis, amboque plorantes iter faciebant. Cumque ad loca sancta *l* pervenissent, *l* hæc venerati, multis cum patribus collocuti sunt. F Inde autem recedentes Danielem abbatem ambo convenerunt *m*, rogantibusque illis, ut Athanasiam in monasterio collocaret, misit illam in monasterium Tabennisiotarum *n*. Andronicus autem, *n* accepto a Sene habitu angelico *o*, apud illum mansit annis duodecim. Evolutis autem annis hisce *o* duodecim, Danielem oravit, ut sibi denuo ad loca sancta peregrinari liceret. Hic, fusis precibus, abeundi veniam dedit. Cum vero iter per Ægyptum faceret Andronicus sub arbore ut se a calore reficeret, consedit, et ecce, sic Deo disponente, uxor ejus ad loca sancta et ipsa in habitu virili profecta, marito Andronico facta est obvia; cumque invicem salutassent, ipsa quidem ipsum cognovit; non autem hic illam, quod ejus venustas præ nimia sui in vita monastica exercitatione marcuisset, similisque Æthiopi appareret. *monachi fiunt: post annos 12* *k*

4 Ait igitur illa Andronico: Quo tendis, Domine Abba *p*? Ad loca, inquit, sancta. Illuc et ego, inquit illa. Vis igitur una iter ambo faciamus, inquit Andronicus. Ut jubes, respon- *sibi mutuo peregrinantes occurrunt,* *p*

det

ex Menæis. det illa, cæterum taciti, et perinde ac si non adessem. Ut jubes, inquit Andronicus. Enimvero, inquit illa, nonne es Danielis abbatis discipulus? Sum, inquit. Nonne Andronicus appellaris? Utique, ait. Tum illa : comites nobis erunt Senis preces. Amen, respondet ille. Et una ambo profecti sunt, et loca sancta venerati, Alexandriam silentium agentes reverterunt. Rogat abbas Athanasius (sic enim mutato nomine dicta est Athanasia) num velit una secum in cella morari? Ut jubes, inquit Andronicus, at prius abire, et senem bene
q mihi dicere volo. Abi, inquit, et in decimo-octavo *q* te exspectabo, et si manere mecum in silentio, ut iter fecimus, sustinueris, veni; sin autem minus, venire noli; profectus autem rem seni renuntiavit. Dixit senex : abi, silentium ama, fratrique cohabita : monachus enim est, qualis esse debet. Cum autem rediisset, et ipse, et Athana-
r sius, ejus uxor, annos denuo duodecim *r* cohabitarunt, nec agnita ab illo uxor fuit. Frequenter itaque illos invisebat senex salutaria cum illis colloquia instituens. Cum igitur aliquando ad illos reversus esset, et, dicto vale, jam esset in reditu, cursu eum pone insecutus et assecutus Andro-
B nicus dixit : Abbas Athanasius migrat ad Dominum.

*unaque habitant, nec Athanasia, nisi mortua, marito innotescit.*

5 Reversusque senex febri correptum invenit, cœpitque lacrimari abbas Athanasius : ait illi senex : cum gaudendum tibi sit, quod in occursum Dei proficiscaris, ploras? At illa : Ploro, sed unius Andronici causa : verum id mihi charitatis obsequium præsta : cum me sepelieris schedulam *s* ad caput meum invenies, perlege, et Andronico abbati trade. Fusis precibus, sacram synaxim sumpsit et obdormivit in Domino. Venerunt funus ejus curaturi, et ecce sexu inventa est mulier, ejusque rei fama per omnem Lauram audita est, et senex missis nunciis, universam Scetes excivit solitudinem et fratres interiorem eremum incolentes; ascenderuntque omnes Lauræ Alexandrinæ, omnisque civitas, et Siciotæ candidis (ita enim moris
t est in Scete) induti vestibus *t*. Itaque cum frondibus ramisque palmarum extulerunt venerandas
u Athanasiæ exuvias *u*, laudantes Deum, qui tantam tolerantiam contulerat feminæ. Mansit autem illic senex, ut B. Athanasiæ diem septimum
x celebraret *x*, voluitque dein abbatem Androni-
C cum secum abducere : id autem ille non tulit, Dominæ suæ se commoriturum aiens. Ac rursum dicto vale, redeuntem senem nonnemo e fratribus assequitur, dicens : Andronicus abbas febre tenetur : misitque iterum senex in Sceten, dicens : Huc agite, ascendite, quia abbas Andronicus fratrem Athanasium sequitur. Ascenderunt, spirantemque invenerunt, cumque illis bene esset precatus, obdormivit in Domino. Orta autem est inter Octodecimanos Siciotasque contentio, utri ejus exuvias
y obtinerent *y*. Vix igitur eos repressit senex, ut eum una cum commilitone Athanasia sepeliri sinerent; atque ad hunc modum utrique a contentione revocati sunt, laudantes Deum rerum omnium Dominum. Amen.

λεύεις· πλὴν, ὡς μὴ ὄντος μου, οὕτως ὀδεύσωμεν D
σιωπῶντες. Ὁ δὲ Ἀνδρόνικος ἔφη, ὡς κελεύεις. Λέγει αὐτῷ, ὄντως οὐκ εἶ μαθητὴς τοῦ ἀββᾶ Δανιήλ; Δέγει αὐτῇ, ναί. Καὶ λέγει αὐτῷ, οὐκ Ἀνδρόνικος ὀνομάζῃ; Λέγει αὐτῇ, ναί. Εἶπεν αὐτῷ, αἱ εὐχαὶ τοῦ γέροντος συνοδεύσουσιν ἡμῖν. Λέγει ὁ Ἀνδρόνικος, ἀμήν· καὶ συνώδευσαν ἀμφότεροι καὶ προσκυνήσαντες τοὺς ἁγίους τόπους ὑπέστρεψαν σιωπῶντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Ἀθανάσιος (οὕτω γὰρ μετωνομάσθη ἡ Ἀθανασία) τῷ Ἀνδρονίκῳ, θέλεις ἵνα μείνωμεν ὁμοῦ εἰς κελλίον; Λέγει ὁ Ἀνδρόνικος, ὡς κελεύεις· ἀλλὰ θέλω πρῶτον ἀπελθεῖν καὶ λαβεῖν τὴν εὐχὴν τοῦ γέροντος. Λεγει αὐτῷ· ὕπαγε, καὶ μένω σε εἰς τὸ Ὀκτωκαιδέκατον. καὶ ἐὰν ὑπομένῃς μεῖναι μετ' ἐμοῦ σιωπηρῶς, ὡς ὠδεύσαμεν, ἐλθὲ· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐλεύσῃ. Ὁ δὲ ἀπελθὼν, ἀνήγγειλε τῷ γέροντι τὰ περὶ τοῦ πράγματος· ὁ δὲ γέρων εἶπεν αὐτῷ, ὕπαγε, ἀγάπα τὴν σιωπὴν, καὶ μεῖνον μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ· μοναχὸς γάρ ἐξιν, ὡς δεῖ εἶναι· Ἐπαναλύσαντος δὲ αὐτοῦ ἔμειναν ὁμοῦ, ὅ τε Ἀθανάσιος καὶ ἡ αὐτοῦ σύζυγος, ἄλλα δώδεκα ἔτη, καὶ οὐκ ἐγνώσθη αὐτῷ, ὅτι ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐστι· πολλάκις οὖν ἤρχετο ὁ γέρων εἰς ἐπίσκεψιν αὐτῶν, διαλεγόμενος αὐτοῖς τὰ περὶ ὠφελείας. Ἅπαξ οὖν ἀνελθόντος τοῦ γέροντος καὶ συνταξαμένου αὐτοῖς ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτὸν, ἔδρα μεν ὀπίσω E
αὐτοῦ ὁ ἀββᾶς Ἀνδρόνικος, καὶ καταλαβὼν αὐτὸν, λέγει, ὁ ἀββᾶς Ἀθανάσιος ὑπάγει πρὸς Κύριον.

5 Καὶ ἐπαναλύσας ὁ γέρων, εὗρεν, αὐτὸν πυρετῷ συνεχόμενον, καὶ ἤρξατο κλαίειν ὁ ἀββᾶς Ἀθανασιος. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, ἀντὶ τοῦ χαρῆναι σε· ὅτι ἀπέρχῃ ἀπαντῆσαι Θεῷ κλαίεις; ἡ δὲ ἔφη, οὐ κλαίω, εἰ μὴ διὰ τὸν ἀββᾶν Ἀνδρόνικον· ἀλλὰ ποίησον ἀγάπην, καὶ μετὰ τὸ θάψαι με, εὑρήσεις πιτάκιον κείμενον πρὸς κεφαλῆς μου, καὶ ἀνάγνωθι αὐτὸ, καὶ δὸς αὐτὸ τῷ ἀββᾷ Ἀνδρονίκῳ. Καὶ ποιησάντων εὐχὴν, ἐκοινώνησε καὶ ἐκοιμήθη ἐν Κυρίῳ. Ἦλθον δὲ κηδεῦσαι αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ τῇ φύσει εὑρέθη, καὶ ἠκούσθη εἰς ὅλην τὴν λαύραν. Καὶ πέμψας ὁ γέρων ἀνήγεγκεν ὅλην τὴν Σκήτην, καὶ τοῦς εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον οἰκοῦντας ἀδελφοὺς, καὶ ἀνῆλθον πᾶσαι αἱ λαῦραι Ἀλεξανδρείας, καὶ πᾶσα ἡ πόλις συνῆλθε, καὶ οἱ Σκιτιῶται λευκοφοροῦτες, οὕτως γὰρ ἐστιν ἔθος ἐν τῇ Σκήτῃ· μετὰ κλάδων οὖν καὶ βαΐων ἐξεκόμισαν τὸ τίμιον λείψανον Ἀθανασίας, δοξάζοντες τὸν Θεὸν, τὴν τοσαύτην ὑπομονὴν παρασχόντα τῇ γυναικί. Ἔμεινε δὲ ὁ γέρων τὰ ἑβδομα τελέσαι τῆς μακαρίας Ἀθανασίας, καὶ μετὰ ταῦτα ἠθέλησεν λαβεῖν μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀββᾶν Ἀνδρόνικον· ὅδε οὐκ ἠνέσχετο, λέγων, μετὰ τῆς κυρίας μου F
τελευτήσω. Καὶ πάλιν συνταξαμενου τοῦ γέροντος, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτὸν, φθάνει αὐτὸν ἀδελφὸς λέγων, ὁ ἀββᾶς Ἀνδρόνικος πυρετῷ συνέχεται· καὶ πάλιν ἔπεμψεν ὁ γέρων ἐν τῇ Σκήτῃ, λέγων· δεῦτε, ἀνέλθετε, ὅτι ὁ ἀββᾶς Ἀνδρόνικος ἀκουλουθεῖ τῷ ἀδελφῷ Ἀθανασίῳ· οἱ δὲ ἀνῆλθον, καὶ κατέλαβον αὐτὸν ζῶντα· καὶ εὐλογηθέντων αὐτῶν παρ' αὐτοῦ, ἐκοιμήθη ἐν Κυρίῳ. Ἐγένετο οὖν ἔνστασις μεταξὺ τοῦ Ὀκτοκαιδεκάτου καὶ τῶν Σκητιωτῶν περὶ τοῦ λειψάνου αὐτοῦ, πότερον τῶν μερῶν λήψεται αὐτό. Μόλις οὖν κατέπαυσεν αὐτοὺς ὁ γέρων, ἐᾶσαι αὐτὸ ἐκεῖσε συναφῆναι μετὰ τῆς συναγωνιστοῦ αὐτοῦ Ἀθανασίας· καὶ οὕτως ἐπαύσαντο τῆς φιλονεικίας ἀμφότεροι, δοξάζοντες τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν. Ἀμήν.

## ANNOTATA.

a *Antiochia Syriæ est ad Orontem fluvium ; cui* Magnæ *epitheton tribuit Philostratus in Vita Apollonii Tyanensis lib.* 1, *cap.* 16. *Suriana Acta* S. Andronicum *illic floruisse aiunt tempore Theodosii Magni : Orientis imperium penes hunc fuit ab anno* 377 *usque ad annum* 395.

b *Græce* ἀργυροπράτης *ex* ἄργυρος *(argentum) et* πράτης *(venditor) unde dubium videri potest, fueritne*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *fueritne faber argentarius, an nummularius. Apographum Vindobonense habet* ἀργυροπράτης τῇ τέχνῃ, τέχνη *vero artem significat et fabrum argentarium fuisse innuit.* EX MENÆIS.

c *Joannis fabri argentarii filiam, ut addunt Acta Suriana.*

d *Consonant Acta Suriana, adduntque alterum Joannis, alteram Mariæ nomen obtinuisse : at Vindobonense apographum mares binos illis tribuit.*

e *Mentionem celebris hujus templi, S. Juliano (Anazarbeno) extra mœnia Antiochena dicati, facit Procopius lib.* 2 *de bello Persico.*

f *Antiochiæ sederunt sub finem seculi* 4 *et sequentis initium Flavianus, Euagrius, Porphyrius, Paulinus : at cum incertum sit, cum quo Christi anno concurrat annus initi a* SS. Andronico *et* Athanasia *matrimonii duodecimus, sub quem liberis orbati fuere, incertum quoque est, quo de patriarcha hic sermo sit.*

g *S. Juliani templo monasterium erat adjectum : potuit S. Julianus sub specie abbatis illius monasterii videndum se præbere ac consolari* S. Athanasiam. *Ceterum monachus reipsa non fuit. Videsis tom.* 1 *Januarii pag.* 571 : *tom. item* 2 *Martii pag.* 422 *et seqq. Vindobonense apographum S. Juliani, aperte saltem, haud meminit : vocem tamen cœlestem* S. Athanasiæ *auditam, dicit.*

h *Neque hoc* S. Athanasiæ *cum templi janitore colloquium in Vindobonensi apographo legitur.*

i *De socero* S. Andronici *nulla in Vindobonensi apographo iterum mentio est.*

k *Lib. Gen. cap.* 12, *v.* 1.

l *Per* loca sancta *Hierosolymam intelligo cum Radero Viridarii parte* 1 *pag.* 49.

m *Secundum Acta Suriana Alexandriam prius ambo venerunt ; tum* S. Andronicus, *relicta illic uxore, quæ S. Menæ templum frequens visitabat, solus in Sceten ad Danielem abbatem abiit, reversusque Alexandriam inde rursum una cum uxore ad Danielem rediit in Sceten. De Daniele autem vide num.* 5 *Comment. prævii.*

n *Duplex monasterium in superiore Thebaïde in nomi Tentyrani Thebanique confiniis S. Pa-*
B *chomius condidit, alterum viris, alterum sorori suæ, in quod illa sexus sui multas virtutum* E
*suarum odore attraxit.* Erant mulieres trans fluvium Nilum, viri autem ex adverso earum, *inquit Palladius Hist. Lausiacæ cap.* 39 *apud Rosweydum. In hoc vitam monasticam aliquamdiu duxit* S. Athanasia.

o *Id est, monachico.*

p *Id nominis etiam monachis, maxime senioribus ac virtute præstantibus, etsi abbates haud essent, tribuebatur honoris gratia.*

q *Monasterium erat circa Alexandriam,* Decimum octavum, *ut apparet, dictum, quod totidem milliaribus Alexandria distaret.*

r *Annos decem et septem habet Vindobonense apographum.*

s *His verbis, ut legitur in apographo Vindobonensi, conceptam :* ἀββᾶ Ἀνδρόνικε ἐγώ εἰμι Ἀθανασία ἡ γυνή σου, καὶ τοσούτοις χρόνοις οὐκ ἔδωκά σοι λόγον γνωριμότητος διὰ τὴν τῶν οὐρανῶν Βασιλείαν. Abba Andronice, ego sum Athanasia uxor tua, et tanto tempore ne vel verbo mei indicium dedi propter regnum cælorum.

t *Minus apte apud Surium legitur :* ferentes legumina. *An verbum* λευκοφορέω *a substantivo* λευκάς, ἄδος, *quod herbæ genus significat, deduxit?*

u *Ritum sepulturæ in monasterio Tabennensi tunc observatum ita describit etiam Palladius mox laudatus :* si virgo obierit, reliquæ virgines, cum eam ad sepulturam concinnaverint, efferunt, et eam ponunt ad ripam fluminis. Trajicientes autem fratres cum palmis et ramis olivæ et psalmodia eam transmittunt et in suis monumentis sepeliunt.

x *Ut sacrificia precesque pro defunctis tertio, septimo, et trigesimo ab eorum obitu die fierent, jam olim apud Latinos in usu fuit : Græci autem id die tertio, nono, et trigesimo plerumque factitarunt. Cur septimum Daniel celebrarit, privata potuit esse causa ; vel mos posterior apud Græcos non ubique ac semper obtinuit.*

y *Nulla hujus rixæ, quamquam nihil habeat non verisimile, in apographo Vindobonensi fit*
C *mentio.* S. Andronici *reliquias Veronæ in S. Nicolai templo servari dicuntur : sed suntne hujus* F
S. Andronici, *in* Decimo octavo *sepulti? An* S. Andronici *Veronensis episcopi aut cujusdam alterius? Primum non ausim asserere ; etsi ejus reliquias ex Oriente in Occidentem allatas fuisse, aliquo fortassis modo præsumi posset. Vide tom.* 5 *Maii ad diem* XX *ejusdem mensis, ubi de S. Thaleleo sociisque martyribus.*

AUCTORE J. B

D

# DE S. SAVINO

## SEU SABINO MONACHO CONFESSORE

### IN LEVITANIA

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

## S. Savini ab Homonymis distinctio, patria, gesta et monasterium.

FORTE SEC. V. S. Savini

Egit *Pinius tom.* III *Julii pag.* 189 *de S. Sabino confessore; pag. item sequenti de S. Savino martyre (eodem tamen, an diverso, dubitat) ad diem* XI *Julii, quo uterque in territorio Pictaviensi cultum habet. Hoc ipsum territorium alius ab his* Savinus *seu* Sabinus *confessor (qui et* Severinus *a Beaunier de Abbatiis Galliæ tom.* I *pag.* 103 *appellatur) vitæ sanctimonia aliquamdiu illustravit, sed alibi mortuus, cultusque hoc die. Hujus Saussayus in supplemento ad Martyrologium Gallicanum pag.* 1144, *sed in unum ea congerens* Savinum, *quæ de diversis dici dumtaxat queunt, occasione* SS. Savini *et* Cypriani *martyrum ita meminit :* Fuit alius Savinus, alias Sabinus, confessor eodem tractu meritis gratiæ conspicuus, in cujus honorem conditum est antiquum cœnobium ad Garempam amnem novem leucis ab Augustorito Pictonum, ubi colitur proprio Natali VII Idus Octobris. *Obiit hoc die, coliturque apud Bigerrones* S. Savinus *confessor, is scilicet, de quo hic agimus, et prolixum scripsit elogium Saussayus ipse in Martyrologio Gallicano ad diem* IX *Octobris, in quo tamen de condito ejus nomini monasterio, novem leucis a Pictaviensi civitate dissito, verbum non facit; et quidem merito : quippe quod* S. Savino *martyri, apud Pictavos die* XI *Julii culto, sacrum sit, ut scribit Mabillonius parte* 2 *seculi tertii Benedictini pag.* 535, *et novissimi Galliæ Christianæ auctores tom.* 2 *col.* 1285. *Acta Translationis* S. Savini *martyris excusa habes apud Marteneum tom.* 6 *Scriptorum veterum col.* 805 *et aliquot seqq. At Glaber lib.* 3 *Historiarum cap.* 5 *monasterium istud* sancti Savini confessoris Pictavensis *appellat.*

B

C

*ab aliis ejusdem nominis*

2 *Castellanus in Martyrologio Universali, ut* S. Savinum *Pictaviensem a nostro distinguat, hunc* Levitanum, *Gallice* S. Savin de Lavedan *nuncupat : est vero Levitania vetus vice-comitatus, ut scribit Hadrianus Valesius in Galliarum Notitia, in Bigerronibus (Gallice* Bigorre) *apud quos* S. Savinus *extremum diem obiit, ejusque dicatum nomini cœnobium est, cujus e Galliæ Christianæ auctæ scriptoribus tom.* I *col.* 1246 *sequentem notitiam accipe :* Abbatia S. Savini in Levitania et pago Bigorritano, vulgo, « S. Savin « de Tarbes « in valle Levitana ad clivum Pyrenæi-montis, solo tamen pingui et peramœno sita est non longe a Gavo fluvio, octo milliaribus a Balneis-regiis, vulgo « Bareges « et quinque leucis Gallicis a Tarba, *quæ comitatus Bigorritani caput est, et episcopali sede gaudet sub Ausciensi metropoli. Sed de* S. Savini *monasterio sermo redibit infra. Codex Usuardinus Burdegalensis apud Sollerium in Auctariis ad diem* XI *Julii ita habet :* Et in territorio Burdegalensi sancti Sabini. *Dies* XI *Julii, et territorium Burdegalense hic memorata* S. Sabinum *Pictaviensem (est enim dies* XI *Julii huic sacer : Pictavium vero sub archiepiscopatu Burdegalensi) indicare videntur, licet Saussayus in Martyrologio Gallicano* S. Savinum *Levitanum describat his verbis ad diem* XI *Julii :* In territorio Pictaviensi adventus S. Sabini anachoretæ et confessoris, qui ab ineunte ætate mira Dei gratia præditus, post sanctissimum vitæ decursum meritorum copia et miraculorum splendore clarus migravit ad Dominum. Natalis ejus colitur septimo Idus Octobris. *Nec enim hoc loci Saussayus, nec ad diem* IX *Octobris in Martyrologio agnovisse videtur duos Savinos Pictaviensem alterum, alterum Levitanum; quos tandem utcumque distinxit in illius Supplemento ad diem* XI *Julii verbis supra relatis.*

E

*Sanctis distinctio,*

3 *Idem Saussayus tom.* 2 *Martyrologii Gallicani pagg.* 1249 *et seq. e Martyrologio Ms. seculi, ut ait, duodecimi et monasterii* S. Sabini *seu* Savini *de Levitania ad diem quidem* IX *Octobris de* S. Savino, *procul dubio Levitano, hæc recitat :* Eodem die depositio sancti viri præclarissimi Sauini : *at ad diem* XI *Augusti translationis* S. Savini *ita meminit :* Eodem die translatio S. Savini; *unde liquere videtur eo seculo* S. Savini *Levitani memoriam suo in monasterio fuisse gemino festo celebratam : at quo anno illa contigerit, dicendo non sum. Translatio* S. Savini *Pictaviensis contigit* VII *Idus Januarii secundum Acta translationis, ab Aimoino S. Germani a Pratis monacho, ut Marteneus censet, scripta : verosimillimum itaque fit, memoratam paulo ante e monasterii* S. Savini *de Levitania Martyrologio translationem non alterius fuisse* Savini, *quam Levitani, ejusdem monasterii, si non conditoris, certe patroni. Ex Saussayo* S. Savinum *Levitanum Tamayus quoque in Mrl. suum Hispanum ad* x *Octobris intulit, laudans insuper Breviarium aliquod Oscense antiquum, in quo fol.* 435 *hæc de* S. Savino, *ut ait, verba reperit :* Sabinus, Barchinona, Hispaniæ civitate, indigena : postea Pictavis ad parentes visitandos venit, et in monasterio sancti Martini in loco Tajaco regulari sub ordine se tradidit, ibique tribus annis fideliter conversatus, secreta eremi petit, et rursus Bigorritanam civitatem viator ingreditur, quo in loco cum Fortunio abbate et paucis monachis sanctissime vixit, atque finivit.

F

4 Barcinone, *Cataloniæ civitate primaria,* *patriæ apud*

A *apud Labbeum tom.* 2 *Bibliothecæ Ms. natum esse* S. Savinum, *diserte habent illius Acta, quorum ætatem et auctorem ignoramus. Id scribunt etiam Saussayus et Petrus de Marca in Historia Benearnensi lib.* 9, *cap.* 2 *ex Actis. Verum hic ego Actorum scriptorem, vel eorumdem interpolatorem, erroris vehementer suspectum habeo, eumque, cum alicubi*, S. Savinum *Barcinone, aut forte e monumento quodam Gallico* a Barcelone *vel* a Barselone *natum legisset, aut aliunde id didicisset, mox sibi in animum reor induxisse, de Barcinone, nobili notissimaque Hispaniæ civitate, id esse intelligendum, nec advertisse, etiam non procul ab iis Galliæ tractibus, in quibus* S. Savinus *e paternis laribus digressus, moratus est aliquamdiu, vitamque dein solitariam egit, Barcelonam exstare (Gallice* Barcelone) *in Vasconiæ comitatu Armaniacensi ad Aturrum fluvium, Gallice* l'Adour. *Numeratur inter minora comitatus Armeniacensis, Bigorritano pago contermini, oppida a Chesnio de Antiquitatibus Galliæ pag.* 730. *Natum esse illic, et forte ex loci primaria familia* S. Savinum *potius, quam Barcinone in Hispania, suadet non modo ejus cum*

B *Eutilio, Pictaviensi comite, consanguinitas vel affinitas, sed etiam discessus in locum* Sabarte, *seu (ut legendum arbitror)* la Barte, *in quem, ut Acta tradunt, e cognatione sua egressus, prius sese recepit, quam Pictavium adierit. Is locus non procul a* S. Savini *monasterio distat, estque, ut scribit Oihenartus in Notitia utriusque Vasconiæ pag.* 525, *dynastia, quæ vice-comitatus titulo gavisa est, veteris comitatus Convenarum limitibus inclusa, sitaque in tractu Magnoacensi. Hispaniæ itaque* S. Savinus *nec eo, quod ibi natus, nec alio ullo fortassis titulo debetur. Nec ab hac me opinione deterret laudatum a Tamayo Oscense Breviarium antiquum : cum eruditis hodie, Tamayum aut fictitiis aut suspectis deceptum usumque fuisse monumentis, in confesso sit.*

*genus, gesta que in seculo*

5 *Nobili porro, ut supra dixi, Barcinone seu Barcelonæ in Armaniacensi Galliæ comitatu natum fuise loco, necesse est, si, quod ejus Acta tradunt, Eutilio, comiti Pictaviensi fuerit vel consanguinitate, vel affinitate conjunctus : hujus tamen, ut Acta consideranti patebit, filius non fuit, et ab Actorum mente, ut paulo post ostendetur, aberravit Petrus de Marca supra laudatus*, S. Savinum, *e gemellis Eutilii, quorum illa mentionem faciunt, filiis alterum faciens : deceperint fortasse Petrum de Marca dubia Actorum verba, quibus* S. Savinus, *adultior factus, e patria profectus dicitur*, ut parentes in Gallia visitaret. *At voce* Parentes *non ejus patrem ac matrem, verum consanguineos significari, adjuncta atque ipse Actorum contextus produnt. Relictus in Actis a patre dicitur, cum adhuc parvulus esset, non patris in Galliam, ut censuisse videtur Petrus de Marca, discessu, sed obitu. Ceterum* S. Savinus *litteris, ut Acta aiunt, apprime instructus, factusque adultior, ac matre etiam fortassis orbatus, peregre profectus est; et primum in locum* Sabarte *(Dynastiam Bartanam intellige ex dictis num. superiore) concessit in eoque aliquamdiu commoratus est : inde profectus, cum Pictavium venisset, ab Eutilio urbis comite, non modo amice exceptus, largeque est habitus, sed ea etiam apud illum procul dubio ob eruditionem vitæque sanctimoniam gratia valuit, ut curis ejus gemellorum filiorum suorum in pietate ac litteris institutionem commendarit Eutilius :*



*ex quo efficitur*, S. Savinum, *non Eutilii, ut paulo ante dixi, filium fuisse, sed filiorum ejus præceptorem.* AUCTORE J. B.

6 *Eo porro fructu id muneris* S. Savinus *gessit, ut gemellorum alter suasu ejus vale dicens seculo in monasterium, invita matre, sese abdiderit : rogavit illa* Savinum, *ut filium, a monasticæ vitæ proposito abductum, sibi reducem sisteret : hic se filium aditurum pollicitus est, non tam ut filium matri seculoque restitueret; quam contra ut illi in vita monastica socium sese adjungeret, quantum quidem apparet; vitiosa enim hoc loco Acta sunt, vel certe haud satis perspicua, quæ vide infra num.* 2. *Ut ut sit*, Savinus *vitæ monasticæ deinde sese addixit, in eaque, dum vixit, perseveravit. Monasterium vero, in quo agere vitam monasticam cœpit, situm fuisse Acta produnt in loco* Tejaco; *rursum, ut apparet, vitiose : at cum illud* S. Martini *appelletur in Actis, et non procul Pictavio ad Glanum fluvium Locociaci (Gallice* Ligugé) *monasterium fuerit, in quo S. Martinus prius habitavit, quam Turonensis episcopus fieret, illud hic intelligendum reor cum Labbeo et Mabillonio in Annalibus Benedictinis ad annum Christi* 700 *num.* 74; *de quo scribit Gregorius Turonensis lib.* 4 *cap.* 30 *de Miraculis S. Martini in hunc modum :* Temporo post habito, cum usque Pictavam accessissemus urbem, libuit gratia tantum orationis monasterium Locogiacense adire, quo congregatam monachorum catervam locaverat vir beatus. Ibi enim mortuum primum suscitasse legitur *( Vide Sulpicium Severum de Vita B. Martini cap.* 7 *)* et ex illo ad episcopatum ductus etc. *et vita* E

7 *Triennium illic in omni virtutum exercitatione traduxerat* Savinus, *cum illum vitæ solitariæ cupido incessit : itaque bona abbatis sui procul dubio venia eremum, in qua solitariam vitam duceret, quæsiturus, unico sibi addito et proposito sui et itineris socio, versus Alpes, quæ ab Hispania dispescunt Galliam, iter dirigens, et vicinos natali solo tractus repetens, Turbam seu Tarbam (*Tarbe *Galli dicunt, Acta vero* Vigoritanam, *seu Bigorritanam* civitatem, *a populis, quorum caput est, nuncupant) divino, ut credi par est, nutu pervenit. Ibi in Frominium (Forminium legit Petrus de Marca) incidit monachorum abbatem, abs quo* Savinus *impetravit,* F *ut una ad vicinos Alpium montes abirent, ut solitariam in illis habitationem quærerent : placuit locus aliquis, licet admodum incommodus, quinque leucis Gallicis Tarba distans ad clivum Pyrenæi montis, in quo per annos tredecim summa in austeritate vitam duxit, inclusus cellulæ, septem pedes in longitudinem, quinque vero dumtaxat in altitudinem porrectæ. Miraculis vivus mortuusque claruit, et sepultus est* in Levitania in loco, qui alias Æmilianum palatium vocabatur ad montis radices positum, *inquit Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum Christi* 700 *num.* 74. *monastica;*

8 *Quo seculo obierit* S. Savinus, *haud satis constat : adscripsi tamen principio Commentarii seculum* V, *addita particula* forte *ex sola Actorum fide, quæ S. Martini, qui sub finem seculi* IV *obiit, illum fuisse discipulum videntur indicare sequentibus verbis :* Quo *(in monasterio Locociacensi)* fere tribus annis conversatus *(S. Savinus)* semper augmentando, considerans B. Martini morem, secreta eremi petiit, ut sequeretur *incerta mortis epocha,*

AUCTORE J. B.

retur discipulus, qua prævius trahebat magister haud invitus. *Sed, præterquam quod Actis hisce haud multum fidam, ita fortassis intelligenda sunt hoc loco, ut* S. Savinus *dumtaxat S. Martini discipulus fuerit sola virtutum ejus imitatione, non cohabitatione aut convictu: quibus de causis seculo quidem quarto quintove, non tamen certo;* S. Savini *ætatem illigavi, cum nihil occurreret aliunde, unde illam utcumque figerem. Nihil in hanc rem suppeditant Acta, nihil comes Eutilius, aut Frominius abbas, aliunde ingnoti; nihil monasterii* S. Savini, *cujus origo obscura est, notitiæ; nihil denique scriptores, apud quos de* S. Savino *aliquid reperi. Eadem difficultate pressus Castellanus nullam ætatem* Savino *adscripsit in Martyrologio suo Universali, quod facere alias solet. Reliquum igitur est, ut de monasterio, cui nomen dedit, paucis agamus.*

*monasterium nomini*

9 *Cum in Levitanam vallem* Savinus *secessit, a Frominio Julianum et Silvanum diaconos in vitæ solitariæ, ut Acta perhibent, socios accepit: porro vero non absimile est, his alios atque alios subinde accessisse, auctoque sensim Levitanæ solitudinis numero, paucas initio cellulas*
B *temporis lapsu in monasterium, quod hodieque exstat et Benedictinæ familiæ est, evasisse. Galliæ Christianæ auctæ Scriptores tom.* 1 *col.* 1247 *de* S. Savini *monasterio ita scribunt :* Hoc monasterium a Saracenis destructum, postea restauratur et dotatur a Carolo Magno, ut vult V. C. Petrus de Marca, quod, inquit, constat ex monasterii instrumentis. Mabillonius tamen illud a Ludovico Pio restitutum docet. Postea iterum a Normannis destructum, instauratur a Raimundo, comite Bigorrensi, cujus ea de re diploma ex monasterii tabulario primus edidit Petrus de Marca. *Laudat hic quidem lib.* 9 *Historiæ Benearnensis cap.* 2 *pag.* 802 *Chartas monasterii* S. Savini *Levitani, sed monasterium illud nec a Saracenis destructum, nec a Carolo Magno instauratum; sed ab illo primo fundatum scribit. Clades illa si a Saracenis (nec enim dicti sui testem hic Mabillonius adducit)* S. Savini *monasterio illata fuit, ad annum circiter* 732, *cum Abdiramen cum Eudone, Aquitaniæ duce et Carolo Martello in Gallia dimicavit, verosimiliter referenda erit. Sed neque certum est,* S. Savini *monasterium, quod Petrus de Marca ait, a Carolo Magno fuisse fundatum: nam illius cœ-*
C *nobii Chartæ, quas p.* 805 *Petrus de Marca exhibet, ita hanc in rem habent :* Carolus Major Pipini filius .... collectis in unum cœnobialibus, qui redderent excelso sublimia vota Tonanti. *Occurrentem his in verbis lacunam voce* condidit *supplet Petrus de Marca, voce* instauravit *aliave significationis ejusdem fortasse supplendam.*

*ejus sacrum.*

10 *Quod autem ad* S. Savini *Levitani monasterium a Ludovico Pio, ut Mabillonius ait, instauratum spectat, memoratur quidem* S. Savini *monasterium inter ea monasteria, quæ Ludovicus Pius instauravit, in ejus Vita apud Chesnium tom.* 2 *Scriptorum rerum Gallicarum pag.* 293 : *sed an hic* S. Savini *Pictaviensis, an Levitani monasterium debet intelligi? Utrumque hoc monasterium in Constituto Ludovici Pii anno* 817 *apud Chesnium citatum pag.* 324 *locum habet, Pictaviense quidem inter Aquitaniæ, Levitanum autem inter Wasconiæ monasteria: unde liquet Ludovici Pii ætate* S. Savini *Levitani monasterium adhuc salvum perstitisse. At Ludovico anno* 840 *e vivis erepto, in varias Galliæ provincias Normanni non raro impressionem fe-* D *cere, eaque tempestate* S. Savini *monasterium in Levitania ab illis destructum fuisse, vero est admodum simile. Petrus de Marca lib.* 3 *Historiæ Benearnensis cap.* 1, *pag.* 191 *varia Vasconiæ oppida ex Nicolai Bertrandi de Gestis Tolosanorum libro enumerat, anno, ut scribit Petrus,* 841 *per Normannos destructa. Jacuit in ruinis hoc* S. Savini *monasterium usque ad seculum* X, *cujus anno* 45 *Raymundus, comes Bigorritanus, restitutum a se variis possessionibus ditavit, datis ea de re litteris, quas Petrus de Marca sæpe laudatus exhibet pag.* 804 *et seq. Ceterum ex iisdem Raymundi litteris discimus,* S. Savini *reliquias una cum monasterio non periisse, sed a seculo* X *fuisse illic conservatas. Ita enim in citatis litteris de* S. Savini *in Levitania monasterio Raymundus loquitur:* Ubi sancti Savini corpus jacere sine dubio cognoscitur.

VITA

## S. SAVINI CONFESSORIS E

*Ex Bibliotheca Mss. Labei tom.* 2, *pag.* 666 *et seq.*

Auctore anonymo.

## CAPUT UNICUM.

*Sancti patria, gesta, et monasterium ejus nomini sacrum.*

*S. Savinus, ex Hispania*

Beati incitantur animi spei melioris et bonæ partis studia, cum Sanctorum describitur gloriosæ vitæ norma tradita disciplinæ: quia desiderantium dum curiosis animis ingeruntur exposita, nec vivaci memoriæ fraudantur elapsa, sed proficiunt timentibus, testificante pagina, cum tenentur inserta sui merita gloriosa. Igitur beatissimus Sauinus, de Barcinone, civitate Hispaniæ regionis *a*, innotescit calculo, *a* quia in puerili ætate est primis elementis eleganter imbutus. Relictus a patre parvulus *b*, *b* in ipso solo reclinabat totus genitricis aspectus: qui adultus, ut parentes *c* in Gallia visitaret, *c* Christo disponente, de loco propriæ cognatio-nis egressus, ac post Sabarte *d* aliquantulum *d* demoratus est. Deinde Pictavis *e* associatus *e* parentibus, scilicet Eutilio *f*, qui tunc comitivæ *f* publica administratione florebat *g*; cui gemellus *g* filius erat, quem optimus institutor *h* acceptum *h* discipulatus causa, reddidit litteris informatum disciplinæ gratia. Qua de causa a comite singulariter habitus, quæstibus opulentus, præter simplicem vestitum, vel minus equi vehiculum, quidquid superveniebat, liberali gratia pauperibus erogabat, detrimento reputans, nisi jam tunc ibidem totum sine fraude dirigeret, ubi centuplicata commercia bonus dispensator multiplicata pro fœnore reciperet.

*in Galliam profectus.*

2 Hinc, eo persuadente, prædicti comitis filius regulam monasterii pene fugitivus expetiit. Tunc mater-familias sanctum precatur Savinum, ut

ut filium suum de loco Tejaco *i* sancti Martini monasterio *k* revocaret concito articulo. Quod vir justus libenter amplexus, ad hoc præmissum sequitur, ut contubernali teneretur cœnobio *l*, ubi se tradens regulari *m*, subque * alterum perrexit adducere, se subduxit. Quo fere tribus annis fideliter conversatus, semper augmentando, considerans B. Martini morem, secreta eremi petiit, ut sequeretur discipulus, qua prævius trahebat magister haud invitus *n*. Rursus hujus propositi participato consilio, uno tantum ascito socio, dum aereas Alpes nubibus vicinas amplectitur, Vigorritanam civitatem *o* viator ingreditur. Quo in loco Fronimium abbatem paucis cum monachis *p* reperit : qui ad hunc desiderii sui ora protendens, ut eum ad loca remotiora secum protraheret : sed, Deo disponente, cum abbate profectus est, et, quasi doctior ovis, novo more in prædam ipsum trahit pastorem, illum docens, sub quo agebat discipulus.

*illic solitariam vitam q*

3 Itaque ad montana pariter properantes, invenerunt locum jam a Domino prædestinatum *q*, sic victu aridum, sic ascensu præruptum, quo fluebat interdum liquor aquæ exiguus aliquatenus, nec ipsos recreabat exhaustus. Quia fervore immani sic quoque certo tempore reddebatur desiccatus, ut fere mille passuum spatio cum utribus monte in adverso unda suis humeris veheretur, ut, cum vellent vapores restringere, sub aquæ farcina plus sitirent, et inde ardor per sudorem accenderet *, unde arida viscera cuperent reparare. Denique Gaudentius et uxor ejus ad beatum Sauinum pariter accesserunt, quorum filio lactis copia in partu deerat, ipsis ei supplicantibus, sancto viro intercedente, postulata concessa sunt, et fluxit ex oratione sancti Confessoris, quod non manabat ex ubere matris. Directus est Dei providentia Julianus diaconus, quem abbas Fronimius ei ministrum instituit, in quo reclinaret aliquantulum post laborem, cum longa infirmitatis infestatione vexaretur, Silvano diacono post adjuncto *r*. Tamen erant pro parte nives candentes, quæ solatium præmissæ ad usum potionis, vel necessitatis aqua per ignem generata proficeret. Et tunc licet maxime plus sentiretur de frigore : tamen de civitate unde fiebat munus fatigantis compensatur de labore, quo de quacumque venti vigor incumberet, homo nec pede consisteret, sed impulsus in terra naufragus oberraret. Ubi hospitio condito, quidquid tecti aut instrumenti casella posceret, collo suo fere de duobus millibus subrepebant, donec opus perficerent tali pondere desudantes.

*an accenderetur!*

*r*

C

*sancto fine claudit.*

4 Quo profecto redeunte ad fratres Fronimio abbate, communivit beatissimus Sauinus proprium habitaculum in longo pedes septem, et in altitudine quinque, quasi domesticum carcerem sibi suis manibus elevavit, et se arduo antro fortis Eremita conclusit, ubi sine itinere requies per pœnam transiret. Sed requirente abbate, cur sine consilio retrudisset, respondit : Ut potes, fac quælibet, ego feci, quod expedit. Nec minus insultans ei possessor Chromatius, in cujus reicula facta fuerat cellula, mandat, ut hinc recederet, si pati nollet injuriam. Sed vir sanctus suo contentus proposito, elegit ante pœnam, quam relinquere cellulam. Quo tamen in hoc loco per annos circiter tredecim sine pullo *, sine omni peculio, die noctuque sacer Eremita permansit, atque æternæ libertatis illum carcerem tenuit. De cujus abstinentia quid prius referat pagina, cum jejuniis ipsam humanitatem vincebat natura, una contentus tunica, vili gunnela *s* superjecta, sago pellium substrata, sine calceamento nuda planta glacialem hiemem in Alpe traducens. Sed admiranda constantia, cum frigus saxa scinderet, et nuda viri caro perduraret, et postponeret algorem de corpore, manens spiritus in fervore. Gravi mortis singultu accedente, fortis Eremita, elevatis manibus erectus ad Dominum, cum preces effunderet, completa oratione, seculo lubrico triumphato, rupto longi carceris vinculo, exhalato spiritu, feliciter migravit ad Dominum. Cœcus quidam, cum universum cessasset refugium, sancto Viro jam defuncto, antequam sepeliretur *t*, occurrit : qui mox, ut beati Viri pacem dedit feretro, lumen recepit ex osculo, et præstitit viventi visum corpus tumulo claudendum, ut daretur indicium, etsi migratum, non mortuum

*an dumque?*

*an pallio?*

A. ANONYMO.

*s*

*t*

ANNOTATA.

a *Error videtur aut interpolatio : nec enim* S. Savinus *Barcinone in Hispania natus videtur, sed Barcinone seu Barcelonæ in Armaniacensi Galliæ comitatu ad Aturrum fluvium, qui e Pyrenæo monte profluens, hinc vero per Bigerrones, Auscios, Elusates, Datiosque means in Oceanum Aquitanicum devolvitur prope Bajonam. Vide dicta Commentarii num.* 4.

E

b *Patris nimirum obitu, non ejus ex Hispania, ut Petrus de Marca (vide num.* 5 *Comment.) interpretatus est, ad Pictavos discessu.*

c *Id est,* consanguineos, *vel affines.*

d *Bartanam dynastiam intellige, de qua vide num.* 4 *Comment.*

e *Galliæ civitas est ad Clanim fluvium, Pictaviensis provinciæ caput.*

f *Is* S. Savini *consanguineus vel affinis aliunde mihi prorsus ignotus est.*

g *Beslyus in Historia Comitum Pictaviensium et Aquitaniæ ducum seriem Pictaviensium comitum orditur ab Abbone, quem Pictavis comitem præfecit Carolus Magnus, ut scribit auctor Vitæ Ludovici Pii apud Chesnium tom.* 2 *Scriptorum Historiæ Francorum pag.* 288. *Sed ante Abbonem alios Pictavienses tum duces, tum comites fuisse, e Gregorio Turonensi lib.* 9 *Historiæ Francorum num.* 7 *apud Ruinartium colligo, ubi Ennodii Pictaviensium anno Childeberti regis duodecimo, Christi* 587, *ducis, et anonymi Pictaviensium eodem tempore comitis, mentionem his verbis facit :* Ennodius cum ducatum urbium Turonicæ atque Pictavæ administraret, adhuc et Vici-Juliensis atque Benarnæ urbium principatum accipit : sed euntibus comitibus Turonicæ atque Pictavæ urbis ad regem Childebertum, obtinuerunt eum a se removeri. *Quin et Avitiani, Turonensium comitis, S. Martini ætate meminit Sulpicius Severus Dialogo* 3 *de ejusdem virtutibus, adeo ut eadem circiter ætate Pictaviensibus præfectus forte comes aliquis fuerit, Eutilius nomine, quod ob dicenda ad lit.* n *juverit hic observare.*

F

h *Hinc collige*, S. Savinum *non fuisse e gemellis Eutilii filiis unum, quod Petrus de Marca censuit.*

i *Intellige* Locociacum (*Gallice* Ligugé) *ad Glanum fluvium prope Pictavium.*

k *De eo monasterio Sulpicius Severus de Vita S. Martini cap.* 7 *ita scribit :* Cum jam Hilarius

A. ANONYMUS. rius *(Pictaviensis episcopus)* præterisset, ita eum est *(S. Martinus)* vestigiis prosecutus : cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haud longe sibi ab oppido *(Pictaviensi)* monasterium collocavit. *Vide etiam Gregorium Turonensem num.* 6 *Commentarii laudatum.*

l *Quamquam* Savinus *paulo ante Eutilii conjugis, filium suum e monasterio revocatum ejus ope cupientis, votum dicatur fuisse libenter amplexus, verba tamen hæc :* Ad hoc præmissum sequitur, ut *etc. : videntur indicare,* S. Savinum *adiisse Eutilii filium, non tam ut illum e monasterio revocaret, quam ut sese illi socium jungeret.*

m *Supple :* disciplinæ, *vel quid simile.*

n *Si obvio sensu accipienda sint hæc Actorum verba, discipulus et familiaris fuerit* S. Savinus *S. Martino Turonensi, qui sub annum* 400 *obiit. Ceterum quam amans solitudinis Martinus fuerit, non semel ipsemet ostendit, ut dum, Mediolano per Auxentium Arianum pulsus,* ad insulam *(Thyrreni maris)* Gallinariam *(verbis Sulpicii Severi utor)* nomine secessit, comite quodam presbytero, magnarum virtutum B viro. Ubi aliquamdiu radicibus vixit herbarum : *ut, dum Locogiacense monasterium condidit, et incoluit : denique dum jam episcopus factus Turonensis, ut iterum Severus Sulpicius scribit,* cum inquietudinem *(cellam ejus ecclesiæ adhærentem)* frequentantium ferre non posset, duobus fere extra civitatem millibus monaste- D rium *(Majus monasterium dicitur, Gallice* Marmoutiers) sibi statuit. Qui locus tam secretus et remotus erat, ut eremi solitudinem non desideraret. *Ut adeo, quantum ad solitudinis amorem in S. Martino* Savinus, *quod imitaretur, procul dubio habuerit.*

o *Aquitaniæ episcopalis urbs est sub Ausciensi metropoli, Gallice* Tarbe, *in Bigerronibus ad Aturrum fluvium, de quo vide dicta ad lit.* a.

p *Nec abbas ille, nec, cui præerat, Tarbense monasterium aliunde notum est.*

q *Situm illius loci habes num.* 7 *Comment.; neque diversus videtur a loco sepulturæ* S. Savini, *de quo vide dicenda ad lit.* t.

r *His forte alii aliique se subinde adjunxerint; ac demum lapsu temporis, aucto illic solitariam vitam agentium numero, ortum fuerit monasterium, quod a* S. Savino *Levitano nomen habet, de quo vide dicta numm.* 9 *et* 10 *Comment.*

s *Videtur fuisse tunica brevior interiori tunica superjecta.*

t *Sepultus dicitur a Mabillonio loco, alias* Æmilianum palatium *dicto : de quo Ruinartius in Addendis et Emendandis in Notis ad S. Gre-* E *gorium Turonensem pag.* 1397 : Fuit et palatium Æmiliani in Levitania, cui successit S. Savini monasterium prope Baregium. *Alibi pleniorem istius palatii notitiam frustra quæsivi.*

# DE S. DOMNINO CONFESSORE

## APUD TIFERNUM TIBERINUM

### IN UMBRIA

J. B. **SYLLOGE**

## Sancti Cultus, fuga Perusiam, in patriam reditus et vita solitaria.

SUB INITIUM SECULI VII. *Sancti cultus,* *Tifernum aliud Tiberinum, aliud Metaurense olim dictum fuit, quod illud Tiberi, hoc Metauro flumini adjacebat. Tiberinum* C *ad Appennini radices situm fuit, Umbriæque adscriptum a Ptolemæo et Plinio : medio circiter seculo* VI *a Totila, Gothorum rege, eversum, ac dein instauratum, mutato antiquo nomine,* Civitas Castelli *nuncupari est cœptum. Mutati nominis causam hanc tradidit Arnulfus, Aretinus diaconus, seculi* XI *scriptor, in Vita S. Floridi, Tifernatis episcopi, quem die* XIII *Novembris Tifernates colunt :* Deinde vero, *inquit,* ex ruinis eversæ dudum civitatis in modum castri parvum reædificarunt oppidulum. Quod pro sui exiguitate a nonnullis CASTELLUM est nominatum, quod nomen sibi usque hodie permanet. *Tertio fere a civitate Tiferno milliari vicus est, quem* Robiano *incolæ vocant; vitam hic solitariam aliquamdiu duxit terminavitque* S. Domninus *confessor, ac cultu sacro potissimum gaudet : isthic enim non modo sacræ ejus conservantur honoranturque exuviæ, sed suo etiam nomini dicatum habet templum, pie invisi jam dudum a frequenti fidelium multitudine solitum : ritu duplici ad diem nonam Octobris colitur, qua Tifernatium diœcesis patet. Reliquias ejus Alexander Filodorus, Tifernas episcopus, anno* 1543 *die* XXVIII *Octobris Robiani inspexit ac sub altari reclusit, ut refert Angelus Conti ex confecta ea de re episcopi* F *charta. Nonnullas ex ejus reliquiis PP. Dominicani Tifernates, ut idem Contius scribit in Opere suo de Sanctis Tifernatibus pag.* 155, *nescio, an a præfato Filidoro, familiæ S. Dominici alumno, acceperunt.*

2 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ex* *gestaque ex recentioribus,* *ecclesiæ Tifernensis monumentis* S. Domnino *elogium adornavit hujusmodi :* Domninus vir simplex post excessum S. Amantii presbyteri intra montes et sylvas Tifernatis territorii in loco, qui Robianum dicitur, vitam pomis agrestibus et herbarum radicibus diu ignotus solitariam duxit; donec a rusticis, qui in eum locum ad colligendas glandes venerunt, detectus est. Multis autem in dies ad eum visendum confluentibus, eos maximopere rogabat, ne se suamque solitudinem sua visitatione turbarent, se inde recessurum minatus. Cum vero plures ibi annos in ea vitæ austeritate, in orationibus, jejuniis, piis meditationibus egisset, VII Idus Octobris migravit ad Christum, ibidem sepultus. Ubi

ecclesia

A ecclesia suo nomini exstructa, dicataque est. *Eadem ecclesiæ Tifernensis monumenta laudant Angelus Conti et Jacobillus, qui* S. Domnini *Vitam Italico sermone scripserunt. At vetustatis non admodum magnæ ea esse, ex Contio liquet; quo teste, Vitæ SS. Floridi, Illuminati et* Domnini *a se exaratæ, seu ex picturis, quæ in choro canonicorum Tifernatium visuntur, seu ex Officiis eorum majori ex parte depromptæ sunt: picturæ vero et, quæ laudat, Officia seculo demum* XVI, *Tifernatem ecclesiam moderante Filidoro, confecta fuere, illæ quidem anno* 1543, *quo, ut dictum supra,* S. Domnini *reliquias Robiani Filidorus inspexit: hæc vero triennio post, seu anno* 1546. *Longe quidem his antiquior est Arnulphus, Aretinus diaconus, qui in Vita S. Floridi, quam Theobaldo, Tifernatium versus seculi* XI *finem episcopo, inscripsit, nonnulla ad* S. Domninum, *S. Florido, ut scribit, familiarem, spectantia memorat; sed et ipse, seculis ut minimum quatuor* S. Domnino *posterior, is cuiquam non videbitur esse, cui certa undequaque fides constet: sed quid illi de* S. Domnino?

B *qui cum ob Totilæ furorem Perusiam fugisse,*

3 *Totila, factus sub annum* 541 *Gothorum rex, cum huc illuc per Italiam arma moveret, sui undequaque timorem diffudit; quo factum est, ut, qui in minoribus oppidis morarentur, ad tutiora munitioraque loca confugerent: in his fuere S. Floridus tum diaconus, S. Amantius presbyter et* S. Domninus, *qui, relicto Tiferno, patria, ut volunt, sua, ad S. Herculanum, Perusinum episcopum, profugi, salutem suam Perusiæ quæsiverunt.* Dehinc vero, *inquit Arnulphus, diaconus Aretinus,* dum Totila, Gothorum rex, plurimas Italiæ civitates captas barbarica feritate ferro igneque vastaret, omnibus Tiphertinis civibus, qui imminentem Gotthorum gladium evadere potuerunt, huc illucque confugientibus, Floridus diaconus cum Amantio religioso presbytero atque Domnino simplicis innocentiæ probitæque prædito Perusiam petens venit ad virum reverentissimum Herculanum, ejusdem urbis episcopum, a quo gloriosissime exceptus et aliquamdiu cum eo commoratus *etc. Perusia anno Christi* 547, *belli Gothici decimo tertio, Totilæ cessit, qui S. Herculanum, Perusinum episcopum, de quo actum est tom.* I *Martii* C *pagg.* 47 *et seqq., obtruncari jussit; sancti Martyris corpus juxta civitatis muros primum sepultum fuit; et, revocatis quadragesimo a capta Perusia die, qui diffugerant, civibus, in S. Petri ecclesiam multo cum honore translatum; quo demum tempore S. Floridus cum sociis SS. Amantio et* Domnino *Tifernum rediit.* Reversus ergo, *inquit Arnulphus,* cum supradictis sanctissimis viris B. Floridus *etc. Verum ex jam relatis pleraque nullo antiquo satis, ut pro certis habeantur, monumento nituntur. Meminit quidem Gregorius Magnus lib.* 3 *Dialogorum cap.* 13 *obsessæ captæque a Gothis Perusiæ, meminit Herculani, Floridi et Amantii; sed aut hos, aut* S. Domninum *Perusiæ, cum eam Gothi obsidebant, fuisse versatos, nusquam indicat; sic tamen Floridum de se ipso loquentem inducit, ut se ab Herculano enutritum dicat: id itaque de Florido paulo verisimilius credi potest, quam de S. Amantio aut* S. Domnino. *De S. Amantio vide dicta tom.* VII *Septembris pag.* 275. *Quod autem ad* S. Domninum *pertinet, siis vel sub annum* 541 *virilem, quod S. Floridi Officium anno* 1654 *Romæ editum,* S. Domninum, *ubi de S. Floridi cum SS. Amantio et* Domnino *Perusiam discessu sermo est,* virum optimum *appellans, insinuat; vel sub annum* 547, *quod laudatus mox Arnulfus innuit, ætatem attigerat, atque ex hac vita, ut Jacobillus ait, migravit anno* 610; *annis circiter centum vixisse dicendus est, quod, etsi fidem non superet, fortassis tamen a vero alienum est.*

AUCTORE J. B.

*dein autem solitariam vitam egisse,*

4 *Non multo post suum in patriam reditum, Robianum secessit, vitam solitariam deinceps acturus, ut Angelus Conti et Jacobillus scribunt: verum, quod illi non multo post ejus in patriam reditum contigisse aiunt, id Arnulfus post SS. Floridi et Amantii obitum differt; cum autem SS. Floridus et Amantius circa annum* 600 *verosimilius obierint, si Arnulfo, his multo antiquiori, fides habenda sit, inter* S. Domnini *Perusia in patriam reditum, ejusdemque in solitudinem secessum, medium circiter seculum intercessisse, necesse est. Ea Arnulfi verba, quibus, quod modo dixi, non solum affirmat, sed reliquum etiam* S. Domnini *vivendi cursum ac rationem explicat:* Non longo vero post excessum B. Floridi tempore S. E presbyter Amantius et ipse expleto vitæ suæ decursu hominem exuit, atque Præsulem sequens cælica regna petivit, corpusque ipsius cum grandi honore in eadem ecclesia, qua præsulis, est sepultum. Domninus autem homo simplicis naturæ et innocentis vitæ post decessum S. Amantii despiciens frequentiam populi in montuosis silvis inter lustra ferarum elegit solus agere vitam heremiticam in loco, quem Robianum nominant; ubi cum aliquamdiu pomis et herbarum vixisset radicibus, a rusticis, qui ad colligendas glandes illuc venerant, inventus, cognitioni populi est redditus. Cum autem plures ad eum concurrerent, rogavit eos, ne se tam crebra visitatione infestarent; alioquin ipse inde discederet. Quod si aliquid charitatis sibi impartiri vellent, parvum tugurium inibi sibi ædificarent, ubi Sabbato per unum vel duos viros sibi congrua victualia ministrarent, qui omnia juxta ejus voluntatem fecerunt. Cum autem ibi per aliquot annos perseverasset in jejuniis et orationibus et ipse feliciter migravit ad Dominum, sepultusque est in eodem loco, ibique postea venerabilis est in honorem ipsius constructa ecclesia, in qua usque hodie recolitur digna et celebratur hono- F rificentia.

*ac læsis a rabidis animalibus patrocinari scribunt.*

5 *Miraculis claruisse, dum in terris ageret,* S. Domninum, *nuspiam lego: at ægrum quemdam pauperem, invocata ejus ope, convaluisse, cum ei solverentur exsequiæ, scribit Angelus Conti: habent vero maxime sibi propitium, quos animalia rabida momorderunt; servaturque in dicata ejus nomini ecclesia calix, e quo vinum hauriunt, qui sibi a rabie timent. Eo usum fuisse ferunt* S. Domninum, *cum Deo litaret. Sunt tamen, qui, eum sacerdotem fuisse, non putent, etsi in sua ecclesia vestibus sacerdotalibus indutus, et calicem manu tendens depingatur. Imagines illæ haud admodum, ut dictum supra est, antiquæ sunt: unde in illis* S. Domnini *sacerdotio suffragantibus parum præsidii est. Res mihi apparet admodum dubia: certe Arnulfus, diaconus Aretinus, nihil uspiam affert, unde ejus sacerdotium colligas, nedum des utcumque evictum.*

DE

AUCTORE J. B.

D

# DE S. ARNOALDO EP. CONF.

## METIS IN BELGICA I.

### SYLLOGE

### Breve S. Arnoaldi elogium, tempus sedis utcumque determinatum, et cultus sacer.

SUB INITIUM SECULI VII. *S. Arnoaldi, cujus hic elogium datur,*

*Sanctum hunc Metensem Episcopum ad hunc diem Saussayus in Martyrologio Gallicano, ut alios recentiores martyrologos missos faciam, hujusmodi celebrat encomio* : Metis S. Arnoaldi episcopi et confessoris, qui nepos Aigulfi regiæ stirpis germinis, Dagobertique B regis præceptor : non sanguinis nexu, vel regalis benevolentiæ favore, sed meritis præcellentibus vitæ et doctrinæ, nobilis illius sedis post ipsum Aigulfum factus episcopus, susceptam animarum curam omni vigilantia pastorali exercuit : præsulatuque diutino laudabiliter exacto, in Dei et hominum benedictione vitam absolvit innocentia, castitate, justitia ac pietate conspicuam. Tametsi vero hac die stamen mortalitatis abruperit : non hodie tamen merita ejus recolit ecclesia Metensis, sed die decimo septimo Aprilis, quo ipsum una cum S. Villico, sedis ejusdem episcopo, religiose colit. *Quæ de regio Aigulfi seu Agiulfi sanguine hic adstruit Saussayus, ex Paulo Warnefrido hausta videntur, qui tamen regio illum genere natum fuisse non tam affirmate pronuntiat* : vicesimus ac sextus *(episcopus Metensis)* Agiulphus, *inquit Paulus*, qui fertur patre ex nobili senatorum familia ortus, ex Clodovæi, regis Francorum, filia procreatus. *De stirpis Carolo-vingicæ progenitoribus anceps et prolixa disputatio est inter eruditos, de quorum opinandi varie-* C *tate vide dicta tom. 4 Julii in Commentario prævio ad Vitam S. Arnulphi, episcopi Metensis § 2, pag. 425 et seq.* Arnoaldum *vero Agiulfi fuisse nepotem, ait quidem Paulus diaconus, sed non tam ex certis hujus rei documentis, quam e quorumdam sua et Caroli Magni ætate viventium opinione, non æque omnibus probata. Parum illi* S. Arnoaldum *fuisse notum, colligi potest vel ex sola, qua de* S. Arnoaldo *ejusque successore Pappolo agens, utitur loquendi brevitate* : Post ipsum, *pergit ille*, exstitit nepos istius *(Agiulphi)* nomine Arnoaldus, quem secutus est Pappolus. Post hos ad regimen ecclesiæ beatissimus Arnulphus ascitus est *etc. Unde autem hauserit Saussayus*, S. Arnoaldum *Dagoberti regis præceptorem fuisse, fateor, me non habere exploratum.*

*a S. Arnulfi patre distincti decessor Agiulfus*

2 *Hunc* S. Arnoaldum, *Metensem episcopum, non confundendum cum Arnoaldo, qui etiam* Boggis *et* Bugisus *dictus reperitur, S. Arnulfi Metensis episcopi patre, recte docet Meurissius lib. 2 de Episcopis Metensibus pag. 94; nam Arnoaldus, S. Arnulphi pater, uti ex monumento antiquo Glanderiensis monasterii narrat, in eodem monasterio, uxore consentiente, vitam cælibem egit, ac sepultus est : addit dein ex Martyrologio S. Naboris, Arnoaldum, S. Arnulphi patrem, Christo* sub mundano dignitatis habitu *illic non solum militasse, sed et ejus corpus ad suam usque ætatem fuisse servatum : contra autem* S. Arnoaldum, *Metensem episcopum, prope Sarripontem in ecclesia sui nominis, olim collegiata, post ad Lutheranorum manus devoluta, fuisse sepultum. Ecclesiam porro illam ab ipsomet* S. Arnoaldo *fuisse fundatam, tradunt Histo-* E *riæ Metensis, anno* 1769 *Metis excusæ, auctores Benedictini pag.* 333, *citantque Chartam Adventii, episcopi Metensis, anno* 857 *datam. Tempus determinare, quo Metis sederit, difficile. Inter annum* 610 *et* 612 *ordinatum fuisse S. Arnulphum, dictum est in Commentario ad Vitam ejus prævio, paulo ante laudato. Pappolo alii plures, alii paucos sedis annos assignant.* S. Arnoaldus *annis* 8 *Metensem sedem occupasse dicitur in illius episcoporum chronico tom. 2 Spicilegii Dacheriani pag.* 226. *Neque, quo anno Aigulfus,* S. Arnoaldi *decessor, obierit, inter auctores convenit. Mihi quidem Agiulfus seu Aigulfus ad annum* 601 *vitam protraxisse videtur. Cur vero ita sentiam, accipe.*

3 *Gregorius Papa Augustino, Anglorum epi-* usque ad annum 601. *scopo, teste Beda Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum lib. 1, cap. 29, in subsidium misit Mellitum aliosque aliquot Verbi divini ministros. Addidit et ad Augustinum litteras, quibus ei se pallium donare significabat. Factum id est, ut ex ipsismet litteris patet, Mauritii Tiberii Au-* F *gusti anno* XIX, *Indictione* IV, *mense Junio, id est, anno* 601. *Alteræ item exstant ejusdem Gregorii litteræ, apud Operum ejus editores Benedictinos tom. 2, lib.* XI *Epistolarum col.* 1114 *et seq. inter eas, quæ Indictione* IV *datæ sunt, quibus is Pontifex Mellitum suo jussu in Angliam missum, variis Galliæ episcopis, ac nominatim Aigulfo Metensi commendat. Iisdem itaque anno et occasione datæ ad Augustinum videntur ambæ, nec Aigulfi mortis fama, cum posteriores Pontifex scripsit, Romam erat allata. Non omnes quidem codices litterarum Gregorii ad Galliæ episcopos scriptarum eamdem epigraphen exhibent; sed antiquiores emendatioresque Mss. codices passim, ut aiunt Gregorii editores mox laudati, sic habent* : Gregorius Mennæ Telonæ, Sereno Massiliæ, Lupo Cabilloni, Aigulfo Mettis, Simplicio Parisiis, Melantio Rotomo et Licinio episcopis Francorum a paribus. *Cointius Lupum Cabilonensem, et Melantium Rothomagensem ante Indictionem* IV *seu annum* 601 *ex hac vita excessisse contendit : sed, quod quidem ad Lupum attinet, perperam, ut notant Benedictini editores, Gratum Lupo præmisit. Quod autem ad Melantium Rothomagensem attinet,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. B.

A *tinet, hunc S. Prætextato anno* 586 *violenta nece e vivis erepto successisse, sedemque Rotomagensem annis duodecim ex Orderico Vitali occupasse contendit, ac proinde ad* 601 *vitam non produxisse Melantium.*

*quidquid Cointius*

4 *S. Prætextato Melantium quidem Fredegundis regina substituit, teste Gregorio lib.* 8 *Historiæ Francorum ad annum* XI *Childeberti regis, Christi vero* 586; *sed id ab illa statim post S. Prætextati necem præstitum fuisse non dicit: immo vero post occisum, Fredegunde instigante, Prætextatum, Leudovaldus Bajocassinus episcopus Rotomagensis ecclesiæ aliquamdiu curam gessit.* Posthæc, *inquit Gregorius cap.* 31, Leudovaldus episcopus epistolas per omnes sacerdotes direxit, et accepto consilio ecclesias Rothomagenses clausit, ut in his populus solemnia divina non spectaret, donec indagatione communi reperiretur hujus auctor sceleris. *Magnos ea cædes motus excitavit, ejusque particeps Melantius habebatur: Fredegundis autem invidiam criminis, quibus poterat modis, conabatur effugere: vero itaque non absimile est Melantii in sedem, quam aliquando, Prætextato exsule, occuparat, Rotomagensem restitutionem, dum motus illi nonnihil*

B *deferbuissent, a Fredegunde fuisse dilatam. At hi anno Childeberti regis decimo tertio, Christi* 588, *quo Guntramnus Franciæ rex, ut Gregorius lib.* 9 *cap.* 20 *scribit, concilium celebrari ea vel maxime causa voluit, ut inquireretur,* cur Prætextatus episcopus *gladio fuerit interemptus, nondum deferbuerant. Si vero anno* 588 *aut seq. Melantius Rotomagensem sedem denuo adierit, quod non omnino vero est absimile, quid impedit, quo minus ad annum* 601 *vitam protraxerit?*

*dicat,*

5 *Ad Ordericum Vitalem, qui annos tantum duodecim Melantio, postquam sedi Rotomagensi restitutus est, tribuit, respondent laudati Operum S. Gregorii editores, eum in annis Melantii et successoris Hildulfi forte deceptum corruptumve fuisse, ut in Petro, aiunt, Victricio, Silvestro, Gildardo, Flavio, Evodio ipsum aut errasse aut vitiatum fuisse ostendit D. Franciscus de la Pommeraie in Rotomagensium archiepiscorum Historia. Ordericus seculo duodecimo fuit, habuitque sibi prælucentia Rotomagensis cleri quædam carmina, in quibus ille ecclesiam Rotomagensem* annis *non* bis sex, *sed* multis *rexisse legitur, quos ille mera ductus fortasse conjectura ad*

C *duodecim contraxit. Quod si Melantii, ejusque successorum annos cum anno ordinationis S. Audoeni conciliare cupias, non erit id admodum difficile. Si enim S. Audoenum anno* 640 *in episcopum Rotomagensem ordinatum statuas, Hildulfo, Melantii successori annos* 28 *cum Orderico tribue, ab anno* 602 *numerandos: Romano autem, Audoeni decessori annos circiter* 9 *cum auctore Chronici Rotomagensis apud Labbeum tom.* 1 *Bibl. Mss. pag.* 365; *ita ad annum* 638 *pertinges: quod superest temporis a mense Novembri, quo S. Romanum Ordericus defunctum scribit, prædicationi S. Audoeni jam quidem electi, sed nondum ordinati adscribe, incidesque in annum* 640. *Sin autem in annum* 646 *S. Audoeni ordinationem conjectam malis, annos* 28 *Hildulfi ab anno* 602 *numera; finientur hi anno* 630. *Adjice annos S. Romani* 13 *eum Orderico, ab anno* 631 *numerandos, hi ad annum* 644 *mensemque Novembrem extendentur; si denique his addideris annum* 1 *et menses aliquot, qui inter S. Audoeni electionem ordinationemque intercesserint, ad* 646 *æque, ac priori via ad annum* 640, *pertinges.*

*Arnoaldus vero usque ad annum* 609

6 *Cum itaque nihil obstare videatur, quo minus ad Aigulfum* S. Arnoaldi *decessorem anno* 601 *litteras Gregorius Papa dederit; neque diu possit ab eodem anno, nisi Pappolus e Metensium præsulum numero excludatur, episcopatus* S. Arnoaldi *initium removeri, ea mihi tamquam probabilior arridet sententia, qua* S. Arnoaldus *eodem anno* 601 *Metensem episcopatum suscepisse, ac tenuisse usque ad annum* 609 *statuitur; cum sedisse legatur in Catalogo Episcoporum Metensium apud Calmetum Historiæ Lotharingicæ, anno* 1728 *editæ, tom.* 1 *inter ejusdem Historiæ monumenta col.* 81 *relato, annos octo et mensem unum; Aigulfus vero in Catalogo metrico eorumdem episcoporum, tempore Caroli Magni scripto, col. seq.* X *Calendas Septembris diem suum obiisse tradatur. Neque ab ea me sententia deterret S. Arnulphi genealogia apud Dominicium inter monumenta pag.* 5 *et seq. relata, Pipini regis tempore, ut quidem præ se fert, scripta, in qua* Arnoaldus *vici Arisidiensis, ecclesiæ Metensi a Theodeberto collati, confirmationem accepisse dicitur a Clotario II, qui anno tantum* 614 *Austrasios*

E *moderari cœpit. Cum enim Pappolus, Arnulfi decessor, ut auctor Vitæ S. Clodulfi sec.* 2 *Bened. pag.* 1044 *diserte habet, sub Theodeberto obierit, non* Arnoaldus, *sed Arnulfus eo loco memorandus fuerat. Exstat etiam apud Meurissium lib.* 2 *de episcopis Metensibus pag.* 97 *et seq. Charta fundationis Romarici-montis data quarto nonas Martii* anno ab Incarnatione Domini DCXX, *cui testes* Arnoaldus episcopus Metensis, Dodo episcopus Tullensis, Paulus episcopus Viridunensis et Arnulfus.... Dux Austriæ Mosellanæ *subscribuntur. At ea ætate in Galliis nondum acta publica annis Dominicæ Incarnationis signabantur, et ex* § III *Commentarii ad S. Arnulphi Acta prævio tom.* IV *Julii, S. Arnulfum eo anno Metensem fuisse episcopum, ac proin non episcopum, sed Austriæ Mosellanæ ducem perperam hic appellari, abunde liquet. Contra S. Paulus Virdunensis episcopus, ut ex ejus biographo colligi facile potest, Dagoberti, qui anno* 620 *nondum Austrasiæ rex erat, jussu episcopus factus, eo anno tamquam episcopus donationi isti interesse non potuit. Plura hic congerere non est necesse, ut instrumentum fictitium ostendatur.*

*mensemque Octobrem vixisse videtur.*

7 *Si qua fides sit episcoporum Metensium Chronico, a Dacherio edito, dies* IX *Octobris* S. Arnoaldo *in terris supremus fuit: at Cointius in Annalibus ad annum* 607, *num.* 19 *eum* XVII *Aprilis obiisse scribit: Martyrologium Metense quidem ad illum diem ita habet:* Metis depositio sanctorum confessorum pariterque pontificum Villici atque Arnoaldi. *Villicus quidem eo die obiisse notatur apud Dominicium in Indice episcoporum Metensium; at non* Arnoaldus, *cujus illic dies obitus prætermissus est. Idem Martyrologium ad diem* XI *Maii ita habet:* Quinto Idus Maii Metis depositio sanctorum confessorum pariterque pontificum Ruffi et Agatimbri, *quorum ille* VII *Idus Novembris, hic autem* IV *Idus Maii in laudato mox Indice obiisse signatur. Quamquam igitur SS. Villici et* Arnoaldi *ad eumdem diem depositio junctim signetur, consequens inde non fit, utrumque eodem die ex hac vita migrasse, nec ulla recedendi ad auctore Chronici Metensis, obitum* S. Arnoaldi *diei* IX *Octobris illigante, necessitas est; quamdiu altero illum*

AUCTORE J. B

*lum die obiisse, aliunde non constat. Cultus sacer* S. Arnoaldo *impensus ex ecclesia ejus nomine sacra, de qua num.* 2, *et ex Martyrologio Metensi* D *mox laudato potissimum repetendus est.*

# DE S. GISLENO CONFESSORE

## URSIDONGI, NUNC GISLENOPOLI IN HANNONIA

J. G.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### §. 1 Vitæ Scriptores ; horum ætas et auctoritas.

ANNO CIRCITER DCLXXXI. S. *Gisleni, cui multum debet Hannonia,*

*Inter complures Sanctos, qui septimo æræ Christianæ seculo hodierni Belgii tractum insignem, seu advenæ, seu indigenæ, suis virtutibus rebusque præclare gestis quamplurimum illustrarunt, non infimum certe locum tenet* S. Gislenus, *alias quoque* Ghislenus, Guislenus *et* Gislanus *dictus, qui et perpetuam in Belgio memoriam* B *nactus est cultumque ecclesiasticum præsertim in Hannoniæ comitatu haud sane vulgarem. Huic piissimo advenæ sua Gislenopolis primordia, incrementa atque decora omnia accepta refert. Fuerat ante dumosus locus vepribusque obsitus, nomine* Ursidongus, *nunc comitatus Hannoniæ oppidum est, a provinciæ metropoli binis ferme milliaribus Belgicis distans, non ita spatiosum quidem, ast satis nobile, et votivarum peregrinationum frequentia in primis celebratum. Nec parum sane eidem Sancto debet, tum ipsamet, comitatus Hannoniæ metropolis, aliquando* Castri-locus, *nunc* Montes-Hannoniæ *vocitata, tum Melbodium oppidum, vernacule* Maubeuge *appellatum ; ut quæ ad eam amplitudinem, qua hodieque conspiciuntur, potissimum excreverint erectis per SS. Waldetrudem et Aldegundem hortatore* Gisleno *nobilissimis cœnobiis, quemadmodum ex hujus Commentarii decursu ipsisque Sancti Actis infra edendis manifestius patebit.*

*vitam anonymus saltem suppar;* C

2 *Haud dubium profecto est, quin* Gislenus, *utpote et miræ sanctitatis vir, et duorum, de quibus infra sermo erit, Sanctorum magister vel solis hisce nominibus peramplam scribendæ Historiæ materiam suis Synchronis dederit : imo vero non defuisse, saltem inter suppares, qui isthoc labore de posteris bene mereri cupierint, sat liquido inde elicitur, quod paulo post Normannorum anno* 881 *per hodiernam Hannoniam excursiones ac subsecutos adversus casus, non nullæ, quæ rerum a Sancto gestarum testes essent,* antiquissimæ chartulæ *inventæ fuerint, at temporum injuria ita male affectæ, ut earumdem rerum non exiguam partem, quam olim expresserant, legentium oculis subtraherent, eaque dumtaxat dilucide indicarent, ex quibus cognosci posset,* quantum assiduus fuerit (Gislenus) orationi, vigiliis sacris intentus, parcimonia conspicuus, paupertatis veritate contentus, egenis dilectus, et cunctis Dei virtutibus refertus, *uti anonymus* S. Gisleni *biographus mox memorandus num.* 15 *Vitæ totidem verbis affirmat.*

*item alter anonymus sub sec.* IX *finem*

3 *Hic ergo, ut ab injuria oblivionis* Gislenum *assereret ac fugitiva de eo documenta ad se retraheret, id sibi negotii sumpsit, ut illa saltem Sancti gesta, quæ ex* chartulis *illis* antiquissimis *necdum evanuerant, eaque itidem, quæ communis fama suo ferebat seculo, in unam congereret lucubrationem, quam* S. Gisleni Vitam *inscriberet. At quonam tempore id abeo præstitum statuemus? Si Mabillonium, qui Vitam illam observationibus notisque illustravit, primo loquentem audiamus,* anonymus Vitæ S. Gisleni auctor ineunte seculo x vixisse videtur, *uti seculo Benedictino secundo pag.* 788 *scribit ; si vero paulo post eumdem consulamus Mabillonium, retrahendus erit anonymus ad medium seculum nonum ; hoc enim judice idem ipse* Secundus auctor vixit paullo post Carolum Magnum et Ludovicum Augustum, *quorum* E *nempe ille anno* 814, *hic anno* 840 *mortuus est. Ita vir eruditus ; cui ego lubens sane consentio, si scriptorem nostrum anonymum paulo post Carolum Magnum et Ludovicum Augustum mundo quidem editum fuisse, sed tantum circa seculi decimi exordium Vitam illam adornasse, uno illo eodemque verbo* vixit *significare hic præter morem suum voluerit.*

*vel* X *initium,*

4 *Etenim, cum anonymus ille non modo de Halydgario, Cameracensi episcopo, anno* 831 *defuncto, veluti ex antiqua fama sub Gislenianæ Vitæ finem loquatur ; sed et disertis verbis illic asserat,* S. Gisleni *reliquias eodem loco, quo Halydgarii tempore conditæ fuerant, dein quievisse* multis annis, *nimirum* propter paganorum, *seu Normannorum, sub seculi noni exitum Hannoniam depopulantium,* frequentiam et seniorum segnitiem, *et quidem* quousque locus rediit in eremi vastitatem ; *consectarium omnino* F *ex hisce ejus verbis fit, ut certe non ante fatalem Hannoniæ anno* 881 *Normannorum expeditionem, imo fors non ante annum* 898, *quo Hannonia universa, uti Egidius de Boussu in sua Montium Hannoniæ Historia pag.* 27 *notat, variis bellis cladibusque exhausta jacuit, suam illam de* S. Gisleno *lucubrationem citatus anonymus concinnarit. Neque tamen diu post huic Operi manum admovisse, vel hinc conjicio, quod ante annum* 907, *seu ante conscripta ab Hucbaldo, Elnonensi monacho, S. Aldegundis Acta jam tum evulgata esset quædam* S. Gisleni *Vita, quam ipse apud nos tom.* 2 *Januarii pag.* 1045 *num.* 25 *laudat, et his quidem verbis :* Post hæc autem, ut in Vita B. Gisleni plenius invenitur, etc.

*ob Hucbaldo laudatus, scripsit*

5 *Hanc autem non fuisse primævam illam, vel a Synchrono vel a suppari auctore compositam, tametsi dubitent pag.* 218 *tom.* 6 *Historiæ Litterariæ Franciæ eruditi auctores, idcirco mihi in animum induco, quod elucubraturus Sancti nostri Vitam anonymus non ad memoratas Chartulas magna ex parte obliteratas, aut lectu perdifficiles, nedum ad populorum rumorem recurrisset, si, quo tempore manum operi admovebat,*

*primæva*

A *primæva* S. Gisleni *Vita, aut alia quævis antiqua satisque absoluta, Normannico furori temporumve injuriis superstes exstitisset. At enim, inquies, Vitam* S. Gisleni *qualemcumque ab Hildegario, Meldensi episcopo ante annum* 870 *defuncto, citatam laudatamque fuisse, atque adeo saltem viginti quatuor annis ante seculi noni exitum passim fuisse notam, laudati scriptores tom.* 6 *Historiæ Litterariæ Franciæ pag.* 86 *et* 87 *confidenter adstruunt. Ita res habet; at viros eruditos fefellit* Chilleni *et* Gisleni *nominum affinitas; cumque haud dubie tum Cameracense Chronicon, quod pagg.* 242 *et* 262 *Sanctos illos distinguit, tum Seculum Benedictinum secundum pagg.* 599, 616, 619 *et* 790 *non satis attente consuluerint, factum est, ut, quæ de S. Chilleni seu Chiliani, Scotticæ gentis viri, et S. Fiacrio sanguine conjuncti Vita ab Hildegario in S. Faronis Actis citato seculo secundo pag.* 617 *conscripta exstabant, Sancti nostri Vitæ inscienter affinxerint.*

*partim e fama, partim e vetustis chartulis:*

6 *Itaque, perpensis omnibus, hæc mihi sedet* B *sententia, præter* antiquissimas Chartulas *supra memoratas, nullam, quæ labente seculo nono vetustior essel, exstitisse* Gisleni *Vitam; eam autem, quæ anonymum nostrum auctorem habet, partim ex laudatis monumentis antiquissimis, partim ex communi fama seu vulgari traditione, medio illo tempore, quod inter annum* 898 *et* 907 *effluxit, fuisse adornatam. Atque hinc quilibet æquæ criticæ peritus actutum perspiciet, hanc* S. Gisleni *Vitam, suo inferius loco edendam, utut binis et ultra seculis post ejus obitum composita fuerit, non tamen ex omni parte indignam fide esse; sed neque ex adverso tanta ubique auctoritate eam pollere, judicabit, quin justis de causis vel quandoque ei contraire vel ab ea recedere omnino licitum putet. Ceterum num anonymus ille Gisleniani Cœnobii monachus fuerit, qualis Historiæ Litterariæ Franciæ laudatis auctoribus fuisse videtur, an contra e Clericorum numero, qui Cellensem, seu, uti prius vocabatur, Ursidonganum locum post Normanicam procellam aliquamdiu tenuerunt, definire ego non ausim, cum se auctor ille eatenus non prodat. Malim tamen opinari, Gisleniani monachi, qui, cum pessum iisse abbatiam suam videret, Lucubratione sua* S. Gisleni *memoriæ apud posteros prospectum voluerit, fœtum fuisse: si enim e canonicorum* C *seu clericorum, qui circa seculi noni decimique confinia post monachos Cellam occupavere, numero aliquem ea Vita habuisset auctorem, censeasne clericum, cui Cellensium cura inter annos* 925 *et* 929 *commissa erat, locum, quo* S. Gisleni *exuviæ servabantur, quamquam in illa Vita num.* 16 *diserte notatum, aliosque cum ipso plane ignoraturos, imo nec fidem,* S. Gisleni *reliquias eo loci latere affirmantibus, habituros fuisse, quod tamen de illis Inventionis corporis* S. Gisleni *auctor, de quo mox, num.* 3 *prodit? Nullam itaque hujus Vitæ notitiam habuisse videntur hi clerici; itaque adeo nec ab horum quopiam eam fuisse confectam, sed alibi servatam non absimile vero est. Ut ut sit, sufficit, fuisse virum satis probum ac sincerum, ut ab eo Fulbertus, teste chronico Cameracensi lib.* 1, *cap.* 77, doctor clarissimus, *mutuari veritus non sit, quæcumque in Vita S. Autberti, a se jussu Gerardi I, Cameracensis seculo* XI *episcopi, conscripta, de* S. Gisleno *memoriæ prodidit.*

7 *Anonymum illum alius eodem seculo nec-*

AUCTORE J. G.

*hunc subsecuti sunt anonymus tertius, S. Gerardi discipulus, sec.* X,

*dum media sui parte provecto subsecutus est anonymus, isque Gisleniani Cœnobii, per S. Gerardum abbatem Broniensem, anno circiter* 933, *uti tom.* 2 *Octobris pag.* 253 *et seqq. videre est, reformari cœpti, alumnus ac monachus. Auctor hic, uti lucubrationis ejus titulus in Ms. codice Gisleniano præ se fert,* sub obedientia sancti patris Gerardi restitutoris *ejusdem nempe monasterii* militans, Homiliam *scripsit* de actibus et prædicatione SS. patris et fundatoris .... Ghysleni, *eamque, uti ipsa Homiliæ verba indicant, pronunciavit ipsomet* sancti patris ... Ghysleni festivitatis die, *eo nimirum tempore, quo primum post Normannicam tempestatem inchoatamque dein cœnobii reformationem ad celebrandum* S. Gisleni *festum et* ad hoc, *uti loquitur,* celebre spectaculum *ingens populi frequentia accurrere cœpit. Certe compositam pronunciatamque illam fuisse Homiliam ante* lamentabile excidium, *seu Gislenianæ domus, quod anno Christi* 938 *mense Augusto contigit, incendium, ex eo etiam satis certum apparet, quod nullam in Homilia sua novæ hujus calamitatis mentionem fecerit, quodque solummodo in posteriori sua lucubratione, cui titulus est,* inventio et miracula sancti patris Ghysleni, *Gislenianæ domus incendium ac subse-* E *cutam mox contractæ mulieris, se sociisque* simul mirantibus, *sanationem enarrarit. Atque hæc de scriptoris hujus ætate jam dicta sufficiant, ut, quam opusculo de Miraculis* S. Gisleni, *a nobis describendo, mereatur fidem, ex ipsa rerum, quas refert, epocha dijudicare lector queat.*

*seculo* XI *Rainerus,*

8 *Gislenianum hunc anonymum alius excepit scriptor, nomine Rainerus, de cujus ætate, professione, ipsoque Opere nonnulla hic disputare visum est. Ac primo quidem, quantum ex Fragmento Mss. Annalium cœnobii Gisleniani, mihi ad paucos dies commodato, intelligere quivi, auctor Matriculæ Gislenianæ Ms., ab Annalium illorum auctore, R. D. Petro Baudry, citatus, Rainerum istum, seu Rounerum, uti ipse vocat, S. Gerardi, Broniensis primum ac dein Cellensis cœnobii abbatis, discipulum fuisse, contendit. Verum quo minus assentiar scriptori Matriculæ, in primis obstat, quod, si Rainerus S. Gerardi, anno* 959 *in Broniensi monasterio defuncti, aliquando discipulus fuisset, consectarium omnino esset, ut, cum post annum* 1040 *Vitam* S. Gisleni *exararit, septuaginta et septem minimum annis in Gisleniano cœnobio monachus fuerit, ac cen-* F *tenarius lucubrationi suæ insudarit; quod sine ipsius Raineri aut alterius antiqui scriptoris testimonio nemo crediturus est. Neque tamen, contra ac laudatorum Annalium auctor in eodem Fragmento insinuat, e monachorum numero, nedum Gislenianorum, excludi Rainerus potest; quippe qui se Rathbodi abbatis, cui* Vitam et Miracula S. Gisleni *inscripsit,* minimum subditorum *vocat, ac modo* authoritate obedientiæ, *modo Rathbodi* Jussu imperioque, *modo* præceptis majorum *Ordinis, ad hoc scribendum Opus impulsum fuisse, in suo Prologo aperte profitetur. Dicere autem, Rathbodum illum non fuisse Gislenianum abbatem, quem Gallia Christiana aucta tom.* 3 *col.* 92 *memorat, sed contra Blandiniensem in Flandria abbatem, nomine Rotboldum, de quo Gallia Christiana aucta tom.* 5, *col.* 195 *agit, nescio, an non hariolari sit.*

*monachus*

9 *Difficultatem tamen aliquam facessit quod in nostro Gisleniani codicis Ms. Apographo legitur, nimirum* precatu domini abbatis Simonis

AUCTORE J. G.

*a Rathbodo abbate demandatam Rainero fuisse hanc scribendi provinciam. Si enim Simon iste Gislenianus abbas sit, nec diversus ab eo, de quo Seculo secundo Benedictino pag.* 799 *mentio fit, quo pacto is, utpote ab anno* 1015 *vita functus, Rathbodum, anno tantum* 1040 *Cellensi seu Gislenianæ abbatiæ præfectum, istiusmodi rem postulare potuit? Contra vero, si Simon ille Gislenianus abbas non sit, quidni et Rainerus alterius, quam Cellensis cœnobii, monachus fuerit? Respondeo, nihil in eo piaculi nec absurdi esse, ut Simon, a Rainero memoratus, Gislenianus ille abbas statuatur, qui anno* 1015 *defunctus est. Etsi enim, teste Chronico Cameracensi lib.* 3, *cap.* 20, *seculariter vivendo res ecclesiæ Cellensis distraxerit, ac sub vitæ finem ad summam pauperien Gislenianam abbatiam deduxerit, potuit sane, vel facti pœnitens vel humanis ductus commodis non voce tantum, sed et publico ac perenni scripto Gislenianos omnes, qui secum erant, eorumque futuros successores enixissime precari, ut ex iis aliquis* S. Gisleni *Vitam luculentiori, quam antiqua erat, sermone una cum ejusdem Miraculis in lucem emitteret; potuitque*
B *adeo ita factum esse, ut viginti quinque annis post Rathbodus abbas, habita æquissimæ illius precationis ratione, Vitam* S. Gisleni, *qualem Simon expetierat, conscribi jusserit.*

*Cellensis,* 10 *At demus tantisper, Simonem abbatem, a Rainero memoratum, non Gisleniani, sed Gerardimontani huic satis vicini cœnobii anno* 1040 *antistitem fuisse, cujus nempe tom.* 5 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 44 *mentio fit; non hinc tamen consequens erit, ut Rainerus quoque alterius, quam Gisleniani monasterii, alumnus fuerit, ut contra vel in hac ipsa hypothesi multo fiat verisimilius, Rathbodum, Gislenianum abbatem, non alteri, quam uni e suis, ut qui documenta vetera, et, cum res ferret, ipsos miraculorum testes consulere perquam commode posset, conscribendæ* S. Gisleni *Vitæ ac Miraculorum Historiæ negotium demandasse, quo sic Simonem Gerardimontanum facta petiti copia non sibi tantum, sed et monachis suis arctius obstringeret, ac denique quo tutius Gisleniani sui cœnobii utilitati et augendæ in Sanctum venerationi*
C *hocce pacto subserviret. Maneat itaque, quod Mabillonius Sec.* 2 *Benedict. pag.* 788 *in suis Observationibus Præviis asseruerat, quoque certeroqui jam nunc a me dicta satis evincunt, Rainerum fuisse Cellensem seu Gislenianum monachum, novamque lucubrationem una cum Libro Miraculorum jussu Rathbodi abbatis sui, anno, uti Vinchantius in Annalibus Hannoniæ pag.* 128 *aliique tradunt,* 1042 *defuncti, uno fere ante ejus mortem anno fuisse aggressum. Et de hac quoque* S. Gisleni *Vita arbitror egisse Cameracensis Chronici auctorem, dum libro* 2, *cap.* 40 *de Sancto nostro, quem* Gislanum *vocat, deque aliqua ejus Vita, quæ suo tempore, seu medio circiter seculo undecimo, adornabatur, ita scribit*: Qui *(Sanctus noster)* quantus vel qualis vixerit, liber, qui de Vita ipsius COMPONITUR, largius edixerit; *nec enim seculo illo aliam præter Rainerianam hanc compositam fuisse, uspiam legimus, aut gravis aliqua ratio nos credere jubet.*

*non malæ fidei scriptor,* 11 *Nunc quanti valoris ponderisve Raineri Opus sit, dispiciamus. Subsidia, imo et monumenta, quibus ad concinnandam, uti Simon abbas precatus fuerat,* S. Gisleni *Vitam omnino opus erat, non pauca sibi defuisse, testatur conqueriturque ipsemet in suo Prologo Rainerus;*
D *ut proin nemini mirum videri debeat, nonnulla, ac vel* plura, *uti ipsemet ait,* quæ *suo* opusculo inesse debuissent *in eo tamen desiderari. Addit tamen, qualiscumque sua sit lucubratio, malæ tamen fidei argui non posse, ac* nihil *prorsus, ne ceteroqui, ut ait,* deprehenderetur falsarius, *in eam se intulisse, nisi quod persedula investigatione* in chartulis atque membranis *memoriæ proditum invenerat, exceptis tamen rebus admodum paucis, qualis est narratio de pisce quodam, qui, dum S. Amandus ad Elnonenses suos proficisceretur, coram* S. Gisleno *e fluvio prosiluit, quam Historiam ex Simone abbate se didicisse, affirmat. Hinc de bona Raineri fide dubitandum minime est. Verum, cum* Chartulæ *atque* membranæ *illæ haud dubie non aliæ fuerint, quam eæ ipsæ, quæ binis anonymis num.* 3 *et* 7 *memoratis præluxerunt, imo fors non aliæ, quam ipsæmet horum lucubrationes, non majoris certe meriti Raineriana* S. Gisleni *Vita est, quam utriusque anonymi citata lucubratio; ac proin compositam a Rainero Vitam denuo typis committendam non censui, priorem illam, quæ isthac antiquior est, recudere contentus. Quod vero ad Rainerianum Miraculorum* S. Gisleni *Librum attinet, quorum nempe partem longe maximam ex*
E *anonymo S. Gerardi Broniensis discipulo, num.* 7 *laudato, auctor hic deprompsit, variisque subinde adjunctis ex antiquarum, ut credere licet, chartularum fide exornavit, hunc ego vel idcirco edendum ex integro, non censui, quod tum præmissus ei quasi Prologi vice moralis sermo, tum prolixæ, quæ miraculorum narrationem excipiunt, observationes ethicæ ad institutum nostrum minime faciant.*

*aliique sec. XII* 12 *Præter jam memoratos biographos, tres alios nactus deinde est* S. Gislenus, *de quibus pauca indicasse sufficiet. Et primus quidem ex his fuit poeta quidam, ipso Mabillonio judice, ignotus et rudis. Is, professione monachus, prælato suo, cujus nomen ab elemento* O *inchoatur, Opus suum hisce verbis inscripsit*: Præceptori O particulariter prælato W monachus particularis et infimus, quod valet in muneribus etc. *Itaque, cum prælatus ille, uti in Elencho abbatum Gislenianorum tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ a*
F *col.* 93 *videre est, alius non fuerit, quam vel Odwinus I, qui annis duodecim cœnobio præfuit annoque* 1093 *defunctus est, vel potius Oduinus II, seu Odoinus, qui anno* 1120 *Gislenianum sodalitium in sui monasterii basilica instituit, ac pie, uti vixerat, anno* 1142 *obdormivit in Domino; consectarium omnino fit, poetam illum seculo* XII *antiquiorem non esse, ac proin nec tantæ auctoritatis esse posse, ut ob solum ipsius testimonium* S. Gislenus, *quod hic in antecessum dicere liceat, Atheniensem cathedram aliquando tenuisse credatur. Hunc post annum* 1154 *et ante annum* 1170 *alius subsecutus est biographus, nimirum Philippus Harvengius,* ab Eleëmosyna *dictus; et cœnobii Bonæ-Spei in Cameracensi diœcesi abbas, vir pius et eruditus, qui Gislenianorum precibus, prout in suo Prologo innuit, exoratus,* Sancti Confessoris laudes *soluto stilo scribere aggressus est, iisdem illis, uti videtur, documentis usus, de quibus actum supra est. Non tamen, quod hic pariter prænotasse juverit,* S. Gislenum *Atheniensem archiepiscopum facere ausus, nec poetæ illius auctoritate motus fuit.*

*et XIV.* 13 *Tertius denique ex biographis superiori num. indicatis anonymus quidam poeta, seu potius*

A *tius poetaster est, qui, uti ex Gisleniani codicis Ms. characteribus laudatus D. Baudry existimavit, sub seculi quarti decimi initium scripsit, et* S. Gisleni *gesta ac miracula quædam singulari metro, seu ad singula hemistichia Leonino alterantim rhythmo complexus est. Ut, quanti valeat auctor ille, continuo patescat, satis erit infulsi Operis ejus exordium legisse. Sic habet :*

Supplex oro veni me Kyri sancte juvare,
Vitam Gisleni propono metrificare.
Gislenus natus fuit olim sanguine Græco
Atticus et de quo sum quid narrare paratus
Gislenus rectus primo census retrojecit,
Ut sit dilectus illi, qui singula fecit. *etc. Notandum autem de hoc scriptore est, eum, tametsi semel* Gislenum *vocet* Antistitem Christi, *non magis tamen, quam Harvengium, vel verbo uno de episcopatu ejus Atheniensi meminisse, dum nempe Sancti ex Græcia in Italiam iter enarrat. Ceterum, cum recensitæ jam nunc utriusque poetæ et Philippi Harvengii lucubrationes vix quidquam contineant, quod ab anonymo seculi decimi aut a Rainero in libro Miraculorum dictum non sit, visum est, ne unam*

B *quidem hic recudere, sed illa dumtaxat ex iis testimonia recitare, quæ dicendis disputandisve lucem aliquam afferre queant. De auctoribus, qui hocce vel superiori seculo de* S. Gisleno *scripserunt, nihil attinet hic disserere. Quapropter ad ea, quæ ad* S. Gislenum *propius spectant, transeo.*

## § II. Sancti patria, literarum ac philosophiæ studia Athenis peracta, vita monastica sub Regula S. Basilii, sacerdotium, peregrinatio ac commoratio Romana ejusque adjuncta discutiuntur.

*Sanctus Athenis natus, sed origine Francus aut Belga,*

*Tametsi* Gisleni *seu* Ghysleni *nomen Græcam originem neutiquam sapiat, ac potius ab una ex his vocibus* Gisel, Gisle, Ghysel, Ghyselen, *quæ apud priscos Francos Belgasque* obsidem, testem *ac* vadem *sonabant, deductum esse Latinaque veste dein donatum videatur; nihilominus tamen in Attica Græciæ provincia Sanctum nostrum et natum et enutritum fuisse, antiqua tenuit tenetque hodie communis in Belgio fama non uno veterum scriptorum confirmata testimonio. Quid? Quod ipsemet* Gislenus, *uti supra laudati anonymus antiquior et Fulbertus scribunt, sese Athenis, quæ nobilissima Atticæ urbs erat,* ortum ac Christi baptismate renatum, *coram S. Autberto, Cameracensi episcopo, apertissime professus fuerit. Itaque, si hæc* Gisleni *verba anonymus antiquior ac Fulberti dux ex memoratis supra antiquis chartulis, ut mihi quidem videtur, re ipsa hauserit, oportet profecto, ut post suum in Belgicam adventum Sanctus noster Græcanicum nomen in Belgicum converterit, vel, si id minus arridet, necesse fit, ut loco quidem natali Atheniensis exstiterit, at paterna origine extraneus, a qua proin inusitatum Græcis nomen sortitus sit. Et vero cum ante seculi sexti exitum a Francorum regibus plus semel in Græciam missi sint legati, quemadmodum apud Gregorium Turonensem in Historia Francorum et in Præfatione Ruinartii num.* 60 *videre est, haud abhorret a vero, virum aliquem nobilem, gente Francum aut Belgam, legatos illos fuisse comitatum, qui dein Athenis ducta uxore sedem fixerit, natoque ex ea filio* Gisleni *seu* Ghysleni *nomen indiderit, quod paternam sapiebat originem. Utut hæc se habeant, nihil sane admodum obstat, quo minus hisce Sancti biographis, eum Athenis natum educatumque asserentibus, adjungatur fides.*

auctore J. G.

15 *In eadem quoque urbe literarum studiis* Gislenum *incubuisse, consentiunt laudati jam mox auctores ceterique omnes ejus biographi, hoc tamen capite inter se discrepantes, quod anonymus antiquior ac Rainerus, Athenas tunc quoque liberalium artium, philosophiæ atque eloquentiæ studiis mirifice floruisse, ac Sanctum illic* affatim, perfecte pleneque *his imbutum fuisse, scribant; cum ex adverso Fulbertus, doctor clarissimus, omissa scholarum Atheniensium tam honorifica commendatione, eum ibidem* studiis litteralibus propemodum exercitatum, *dumtaxat referat. Atque ea quidem in re Fulberto* E *potius, quam anonymo, Rainero ceterisque standum videtur, non solum, quia, quanto est Fulbertus in laudando parcior, tanto verior haberi potest, sed præsertim idcirco, quod jam ab ineunte seculo quinto philosophiæ studia humaniorque literatura Athenis concidissent, asserente id Synesio, Cyrenæo postea episcopo, in sua ad fratrem Epistola, quæ in editione Parisiensi anni* 1605 *centesima trigesima sexta est, ubi in hunc modum ex Turnebii versione ipse loquitur oculatus testis :* Nihil habent nunc Athenæ præclarum, præterquam inclyta et celebria locorum nomina. *Et post nonnulla eodem spectantia ita pergit;* Olim quidem (*Athenæ*) erant urbs ac domicilium sapientum, nunc autem celebrant eas apiarii *etc. Et, quamquam Anastasius, Græcorum imperator, uti Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi* 518, *num.* 17 *memorat,* Athenarum revocare academias studuerit, *ac Proclus quidam Lycius* Philosophicæ scholæ Athenis præfuerit, *non tamen Athenienses scholæ aut eodem seculo sexto, aut sequenti, quo* Gislenus *eas frequentarit, ad insignem aliquam, nedum ad pristinam, amplitudinem ac* F *gloriam evectæ fuerunt, uti ex Cedreno in Historiarum Compendio pag.* 550 *et ex Thomassino, qui Cedrenum laudat, parte* 2 *Veteris et Novæ Ecclesiæ Disciplinæ lib.* 1, *cap.* 100, *num.* 4 *satis eruitur.*

studiisque liberalibus

16 *Licet autem, ut jam modo dictum est, temporibus illis politioris literaturæ ac philosophiæ studia Athenis multum inclinata essent, ac forsitan vix non concidissent; non tamen censendus propterea est Fulbertus rem vero majorem retulisse, dum* Gislenum *Athenis* literalibus studiis propemodum fuisse exercitatum, *seu magnum satis literaturæ politioris ac philosophiæ usum consecutum fuisse, scribit. Potuit enim* Gislenus, *et credi merito potest, innata sibi sagacitate et indefessa diligentia magistrorum vere insignium defectum utcumque saltem, imo et fructu non mediocri supplere* assiduis, *ut Rainerus tradit, Deum orando* precibus, ut in se veniret (*ejusdem Raineri verba sunt*) Altissimi Spiritus, qui eum liberaret a cunctis erroribus, et faceret incedere per justitiæ gressus. *Atque hinc quoque videri mirum non debet,* Gislenum

imbutus,

*non*

AUCTORE J. G. *non sic secularibus studiis se irretiri passum fuisse, quin ad altiora et Christiano homine magis digna conscenderet, seque* educandum traderet sacræ Scripturæ magistris, *prout anonymus antiquior, infra edendus, num.* 2 *affirmat.*

*dein vero Basilianus* 17 *Tam bonis igitur enutritus auspiciis, ad monasticam vitam totum animum* Gislenus *contulit, seque monachis, qui Regulæ S. Basilii Magni addicti erant, socium adjunxit. Ita enim vetustior anonymus num.* 3 *de eo loquitur:* His ergo auspiciis a puero in robur virile sublimatus dignum duxit, haud fore satis Deo gratum, si se spontanea cordis voluntate, *seu pro mero suo arbitrio, ac nullius ductu,* in Omnipotentis obsequio constringeret, æquius esse, subdi majorum institutis, *non abs re persuasum sibi habens. Quapropter, uti idem auctor mox subdit,* cœnobium intrans monachorum regulariter, S. Basilii formam servavit fortiter. *Anonymo consentit Rainerus, dum de monasterio actaque illic a* Gisleno *vita in hunc modum scribit:* Ubi secundum Regulam beati Basilii aliquanto tempore degens vigili ingenio explorabat, quæ erant optima, atque in canistro mentis recondens quæ-
B que dulcia, omnibus fratribus erat salutis norma, præbens cunctis dulcia colloquia ac totius bonitatis exempla, in fide videlicet firma, in charitate non ficta, in dilectione fraterna, in humilitate sibi semper hospita, in obedientia jucunda, in larga benevolentia, in jejuniorum ac vigiliarum instantia.

*monachus,* 18 *His quoque consonat laudatus Bonæ-Spei abbas, de regulari claustro, in quo Sanctus noster monachum induit, deque Basilianorum vivendi norma ita loquens:* Illic quippe sancti Basilii Regula tenebatur, juxta cujus decretum a Sanctis, qui convenerant, videbatur, quorum majores tam formam, quam doctrinam studebant minoribus impertire, minores majorum doctrinis et jussionibus obedire, omnes invicem honore debito prævenire, et sic velut certatim supremi gratiam Judicis invenire. Quorum conversationem beatus Gislenus quo diligentius introspexit, quo eam Deo placitam de die in diem amplius intellexit, eo cuncta, quæ foris reliquerat, perfectius vilipendit, et ad imitandum eos vigilanti
C studio devotius se extendit. Quos cum imitari conversatione devota niteretur, et sentiens de se humilia, inferior sibi ceteris videretur, illi eum præcipue laudibus attollebant, et apud se digno judicio illius merita præferebant. Erat enim inter illos velut servus omnium humilis et abjectus, parcus verbo, amator silentii, mira vigilantia circumspectus, deditus lectioni, orationi vacans, devotione continua sic affectus, ut tam
* *lege esset* Deo, quam proximo, virtutum merito sit * acceptus. *Neque vero seu huic Philippi abbatis, seu aliorum jam recitatæ narrationi adimere fidem potest altissimum Fulberti de Basiliano* S. Gisleni *monachatu silentium, quandoquidem auctor hic non* S. Gisleni *gesta omnia, sed S. Autberti, Cameracensis episcopi Sancto nostro coævi, Vitam ex instituto scripsit, ac proin ea dumtaxat de* Gisleno *commemorare debuit, quæ cum rebus a S. Autberto gestis connexa utcumque erant, quas inter Basilianus ejus monachatus recenseri nequit.*

*ac presbyter factus,* 19 *De Sancti nostri presbyteratu in Græcia suscepto, tametsi nihilo magis Fulbertus meminit, idem esto judicium, quandoquidem anonymus antiquior ceterique omnes ejus biographi, illum ad ecclesiasticos Ordines promotum et sacerdotii dignitate ornatum illic fuisse, diserte affirmant. Anonymum nostrum ita num.* 4 *loquentem audi:* Justitiæ ergo nectare redimitus venerabilis Gislenus ad Ordines Ecclesiasticos est promotus. Sacerdos itaque factus *etc. Audi et pro reliquis Philippum abbatem cap.* 2: Processu temporis, cum nulli jam dubia ejus sanctitas haberetur, gradatim ad Ordines ecclesiasticos promovetur, et, post ministerium acolythi et subdiaconi, dignitate Levitica venustatur, et ad cumulum dignitatis, honore tandem sacerdotii sublimatur, *nimirum priusquam, uti anonymus vetustior et Philippus abbas referunt, ex Græcia Romam proficisci statuisset. Ex his porro biographorum testimoniis simulque ex concilii Quinisexti canone decimo quarto sat prope eruitur* Gisleni *ætas, qua, ut mox fusius dicetur, relicta Græcia, Romam primum, dein Belgium petiit. Quippe, cum synodus illa, prout apud Labbeum tom.* 6 *Conciliorum col.* 1189 *videre est, ex* sanctorum divinorumque Patrum canone *neminem, etsi sit homo admodum dignus,* ante triginta annos *ordinandum esse presbyterum, edicat; haud dubie Sanctus noster ex recepto tunc apud Græcos more non ante ætatis suæ annum trigesimum ad presbyteratus Ordinem evectus fuit; ac proin, cum non prius profectus Romam sit, quam consecratus esset sacerdos, consectarium sane fit, ut, si vel primo secundove post susceptum presbyteratum anno e Græcia in Italiam profectus sit, trigesimum saltem primum secundumve ætatis suæ annum attigerit, cum ex Italia in Belgium venit.*

*Romam* 20 *Sed enim cujus rei gratia quove impulsu profectus e Græcia Romam sit, modo inquiramus. Si vetustiorem anonymum audiamus, eum ad iter illud instituendum non modo impulit singularis, quo flagrabat, Dei ac Sanctorum amor, sed et ingens desiderium, ut in via virtutis* priorum justorum instrueretur exemplis; *ac denique permovit exemplum* sanctissimi Christi martyris Dionysii, *qui olim, ut ipse quidem anonymus vult,* Athenis egressus fuerat Romam negotio visendorum Principum Apostolorum Petri et Pauli, qui jam martyrisati cælos ascenderant. *Ergo* istius Dei testis animatus exemplo (*verba rursus anonymi sunt*) et abbatis monasterii et omnium fratrum hortatu benigno egressus e loco (*sui nempe mo-*
F *nasterii*) petiit Romam precum gratia. *Ita ille; verum enimvero vehementer fallor, nisi anonymus adscriptum* Gisleno *imitandi S. Dionysii propositum ex opinione quadam præjudicata, de qua videsis supra pag.* 718 *et seqq., minime vero ex* antiquissimis chartulis *suis hauserit. Etenim, cum ne unus quidem probatæ fidei auctor, aut documentum ullum ante medium seculum octavum assignari queat, quo S. Dionysius Areopagita Athenis Romam migrasse asseratur; nequiit profecto anonymus noster ex monumentis antiquissimis discere, quod* S. Gisleno *tribuit, imitandi S. Dionysii propositum.*

*petit angelica visione monitus,* 21 *Absit tamen, ut propterea ipsamet* Gisleni *e Græcia ad Apostolorum limina profectionem, aliaque ab hoc diversa incitamenta, quæ anonymus ille memoravit, rejicienda esse, contendam. Cum enim, uti apud citatum Thomassinum tom.* 2, *pag.* 690 *patescet, certe a seculo Christi sexto, quo, teste Ennodio in Libello apologetico pro synodo, col. mihi* 987 *Apostolorum monumenta* ex omnibus orbis cardinibus devotos *jam tum* attrahebant, *usque ad seculum saltem nonum, cujusvis generis ac conditionis homines*

A *mines ob easdem similesve causas frequentissime Romam profecti sint; nihil sane obest, quo minus anonymi nostri narratio, si adjunctum unum, de quo superiori numero egi, excipias, ex documentis fide dignis vereque antiquis desumpta esse censeatur. Et ejusdem quoque sententiæ fuisse videntur Fulbertus docto ac duo* S. Gisleni *biographi Rainerus et Philippus abbas, dum illaudatum quidem tacitumque prætermiserunt, quod anonymus* Gisleno *attribuit, imitandi S. Dionysii propositum, ipsam autem Sancti nostri peregrinationem Romanam ejusque causas enarrandas susceperunt. Sed num has inter reponi etiam potest cælestis aliqua visio, qua Sanctus noster Athenis excitus fuerit? Dubitandi de ea visione nonnihil loci dat vetustioris anonymi, Fulberti ac Philippi abbatis silentium; verum cum Homiliæ, ante annum* 939 *pronunciatæ, auctor ex* manifestæ, *quæ sibi præluxerat,* relationis *testimonio asseveret,* Gislenum angelica solatum admonitione peregrinas aggressum esse terras, *cumque et ipse Cameracensis Chronici auctor, vir certe, uti supra pag.* 301 *ostendi, accuratus et eruditus,* Gislenum angelica visione monitum, ab Athenis digressum fuisse, *lib.*

B 2, *cap.* 40, *confidenter narret; nihil causæ video, cur asserta ab hisce auctoribus angelica visio pro indubie fictitia haberi debeat, utut eam Rainerus, nescio, quo duce, nonnihil ultra veri speciem exornarit.*

*occultove Dei imperio;*

22 *Cautior tamen hac in re fuit Philippus abbas, dum loco visionis angelicæ, quæ sibi, haud dubie ob defectum scriptorum æqualium, historice certa non videbatur, occultum divini Numinis imperium, seu divinam inspirationem inter peregrinationis illius causas recensuit. Ejus idcirco verba, magna saltem ex parte, recitare visum est, quod apud nonnullos majorem, quam ceterorum biographorum narratio, tametsi certo falsa dici non possit, inventura sint fidem. Sic igitur ille:* promotus autem *(ut jam supra num.* 19 *de* S. Gisleno *dictum est)* ad Ordines, ad majora quoque ardet virtutum fastigia promoveri, et, quidquid ei obstare creditur, a se penitus removeri*; et, ut Sancto illi Abrahæ *(de quo vide dicta pag.* 606 *et seqq.)* conformis habeatur, devoto desiderio ejus fidem, ejus obedientiam amplexatur..... Non instar instabi-

**l.* removere

C lium, impetu animi repentino, non levitatis flatu, non suo ductus spiritu, sed divino, seponens claustrale, quo gaudebat, silentium,... affectat vigilare et labore atteri peregrino. Ille enim occulto eum imperio perurgebat, qui de ipso et per ipsum operari maxima disponebat, qui accensum religionis lumen jam volebat sub modio non celari, sed impositum candelabro longe lateque pluribus propalari. Petita igitur benedictione a patre, qui monasterio præsidebat, et a conventu sacro, qui Deo illic regulariter serviebat, illi quidem de futura tanti fratris absentia affectu tenero doluerunt, sed divinæ dispositioni humana pertinacia resistere noluerunt. Tandem in osculo sancto eodem abbate et fratribus salutatis, propositum Gislenus aggreditur, æstuans desiderio sanctitatis, et primo Romam devotione humili perrexit ire, volens sanctis Apostolis non tam muneribus, quam precum obsequiis deservire. *Hactenus Philippus abbas.*

*ubi aliquantum moratus,*

23 *Nunc, quanto tempore Sanctus noster Romæ egerit, nec non quid ei divinitus ibidem acciderit, ex biographis ejus inquiramus. Si vetustior anonymus pag.* 790 *Seculi* 2 *Benedictini iterum audiatur,* Gislenus *Romæ* in Dei precibus ac Sanctorum locis diutissime immoratus est, *ac tunc demum admonitus* voce divina fuit, quo intra Gallias venieus pagum quæreret Haynau *(nunc* Comitatus Hannoniæ *vocatur)* et in eo oratorium ædificaret; *contra vero, si Fulberto doctori præbeamus aures,* Gislenus *non* diutissime, *uti citato supra loco loquitur, sed* aliquantulum temporis *dumtaxat lustrandis orationis causa Apostolorum oratoriis* explevit, *tuncque* divinæ jussionis voce *admonitus fuit, ut Occiduos Galliarum fines peteret, atque inde in* pagum Haynau penetraret, congruum illic suæ habitationis locum quæsiturus. *Ast utri narrationi, quantum ad Romanæ commorationis spatium, habenda erit fides? Equidem, spectata solummodo anonymi nostri ætate, illius magis, quam Fulberti verbis standum foret; verum, cum non levis sit suspicandi ratio, in antiquioribus Mss. condicibus non τό* diutissime, *sed τό* devotissime *exaratum fuisse, ac librarii cujusdam oscitantia postremam vocem in primam ei admodum affinem fuisse transmutatam; cumque insuper tota Gislenianæ Vitæ series diutissimam* Gisleni *in urbe Roma mansionem non patiatur;*

E *Fulberti potius, quam descriptis ex citato Seculo Benedictino anonymi verbis adhærendum esse mihi videtur, ac vel propterea etiam, quod neque Homiliæ supra laudatæ auctor, neque Rainerus, neque ceteri biographi, quibus tamen anonymi vetustioris lucubratio præluxit,* Gislenum *Romæ* diutissime *versatum fuisse, uspiam indicarint, id alioqui haud dubie facturi, si in antiquis codicibus τό* diutissime, *non autem τό* devotissime *exaratum invenissent.*

*revelatione divina in Gallias mittitur.*

24 *Ceterum in eo omnes consentiunt biographi, qui quidem de monitione divina* Gisleno *Romæ facta meminerunt, fuisse eam cælesti visioni seu revelationi divinæ conjunctam, non vero mere internam exstitisse inspirationem, qualis passim divino munere hominibus piis concedi assolet. Et vetustior quidem anonymus id non obscure significat, dum* S. Gislenum *etiam* divina voce admonitum *scribit,* ut Deo ibidem *(id est, in oratorio in pago Haynau)* serviens vitæ suæ metam præstolaretur, *mox hæc subdens:* Tali visione gestiens *(sanctus* Gislenus*)* aggreditur iter, Galliarum petens provinciarum, haud impar illi summo Patriarchæ *(S. Abrahæ)* cui dictum est, Veteri Scriptura testante: «Exi de

F «terra tua et de cognatione tua, et veni in locum, «quem monstravero tibi.» *Consonat et Fulbertus Doctor, dum illum testatur, non vigilantem, sed* resolutum in somnum *nocte quadam* divinæ jussionis voce *admonitum,* ut Occiduos Galliarum fines expeteret, pagumque Haynau penetrans congruum suæ habitationis locum quæreret, ubi oratorio constructo vocationis suæ tempus expectaret. *Denique Philippus abbas, etsi inter peregrinationis e Græcia in Italiam causas occultum dumtaxat divini Numinis imperium recensuerit, biographis tamen, cœlestem visionem seu revelationem divinam itineri Gallico præviam asserentibus satis aperte suffragatur, cum ita de* S. Gisleno *loquitur:* Dum autem, quanta potest, devotione sanctos Apostolos veneratur, dum ab eis veniam vitamque suam dirigi, humiliter deprecatur, in secreto intelligentiæ *(id est, in ecstasi, ni fallor)* revelationis divinæ monitis edocetur, quod longe a Roma trans Alpes in Galliam graderetur, et in pago Hainonii... locum inhabitans, quem incolæ nominant

AUCTORE J. G.

AUCTORE J. G.

nant Ursidongum, in eo domum orationis supra dictis Apostolis præpararet, ibique prædicationis verbo servos Dei ad vivendum regulariter congregaret. *Hactenus ille, in hac certe re non indignus fide.*

## § III. Recentiorum, qua S. Gisleno Atheniensis archiepiscopatus adscribitur, confutatur opinio.

*Atheniensium archiepiscopum fuisse S. Gislenum.*

Gislenum, *monasticam prius vitam amplexum ac sacerdotio initiatum, e Græcia Romam, atque hinc in Belgium divino instinctu aliquando commeasse, communi satis consensu biographi ejus affirmant, iisque, quantum ad facti hujus substantiam attinet, antiqua receptaque traditio patrocinatur, uti ex Ottonis imperatoris diplomate, anno* 965 *Cellensibus seu Gislenianis monachis concesso, abunde liquet. In eo quippe* B *imperator ille (adisis tomum* I *Operum diplomaticorum Miræi pag.* 505*) hunc in modum loquitur:* Cum inquireremus eos, qui ad nostrum pertinent imperium, locorum status, qui dicati sunt Deo Sanctisque ipsius, pervenit ad notitiam nostram quidam venerabilis locus, olim ab incolis URSIDONGUS, nunc CELLA vocatus: ad quem, sicut relatione fidelium nostrorum didicimus, de Athenis civitate Græcorum commeavit sanctus confessor Christi Gislanus, sacerdos. *At multum abest, ut de sacerdotii gradu, quo* S. Gislenus *tunc insignitus fuerit, una eademque sit Scriptorum veterum assertio ac recentiorum sententia. Alii nempe, quibus et monumenta quædam seculo decimo posteriora favent, supremum sacerdotii gradum, seu episcopalem dignitatem, imo et nominatim Atheniensem sedem archiepiscopalem ei tribuunt; alii contra iique antiquiores, episcopalem ejus dignitatem cathedramque altissimo premunt silentio, vel si quando* Antistitem *vocent, ambiguo huic nomini, quod teste Cangio, non episcopis tantum, sed et abbatibus, prioribus ac parochis inditum olim fuit, nihil prorsus adjungunt, ex quo* Gislenum *episcopale potius, quam abbatis pedum gestasse,* C *conficias. Ut controversiam hanc decidere eruditus lector per se ipse queat, præcipua, quæ, priori sententiæ patrocinantur, documenta testimoniaque in medium proferam, meas in hæc observationes mox subditurus.*

*testantur quædam seculi* XI.

26 *Qui* S. Gislenum, *priusquam Athenis Romam indeque in Gallias proficisceretur, episcopali dignitate insignitum et ad Cathedram Atheniensem evectum fuisse, propugnant, ii ad sententiæ suæ patrocinium primo adsciscunt erectum anno circiter* 1090, *eoque ipso loco, quo de terra* S. Gisleni *corpus elevatum fuerat, sepulchralem tumulum, utpote qui Sanctum nostrum veste ac pallio archiepiscopali indutum ac mitra item et cruce ornatum exhibuit, quod et hi, qui anno* 1590 *sub Joanne Hazart, Gisleniani cœnobii abbate, adscripti tumulo illi fuerunt, partim saltem testantur versus:*

Præsul Athenarum tumulo requievit in isto
Gislenus, veteri traditione patrum;
Quingentis structum certo quem constat ab annis
In laudem Sancti perpetuumque decus.

Sed, dum squalleret tumuli locus, abbas Joan- D
nes
Hazart eximius condecoravit eum.

*Monumento huic addunt poetæ cujusdam seculi* XI *et a nobis num.* 12 *memorati testimonium, hisce videlicet, utut tornatis sat male versibus conceptum:*

Argolici summo defuncti nempe patrono,
Hinc spirante Deo plebs alma probabile voto
Consultum peragit, Gisleni dogmata poscit
Præsul ut ecclesiæ statuat sublimia quæque.
Abnegat et refugit: demum sub pondere sistit,
Suscipit effectum etc.

*recentiorumque Seculorum monumenta, idque*

27 *Ad ejus causæ defensionem etiam faciunt bina e quibusdam authenticis anni* 1174 *chartis appensa sigilla, quibus hæc jam nunc sequens inscriptio* S. Gislenus archiepiscopus *compositissimis clarissimisque litteris exarata exstat, prout in apographo quodam Annalium Mss. cœnobii Gisleniani, ad paucas horas mihi commodato, memoriæ proditum inveni. Patrocinantur quoque Calendarium quoddam seculi* XIV, *aliudque, Missali cuipiam anni* 1464 *præfixum, quorum in citatis Annalibus Mss. mentio fit, nec non Breviarium Cameracense anno* 1497 *atque ejusdem diœcesis Missale anno* 1527 *typis excusa,* E *quibus nimirum omnibus* S. Gislenus, *veluti episcopus, refertur, atque, ut talis,* officio confessoris Pontificis *colendus præscribitur. Consentiunt Bruxellensis codicis Usuardini scriptor, qui sub finem seculi* XIV *vel initium* XV *vixisse videtur, Molanus in Additionibus ad Usuardum, nec non Romani Martyrologii hodierni auctores, quorum huc spectantia verba recitasse juverit. Et primus quidem ex Martyrologis hisce ita habet:* In comitatu Hannoniensi, depositio sancti Gisleni archiepiscopi et confessoris. Qui ab Athenis veniens in Hannonia monasterium Cellense construxit: *Molanus autem ita refert:* In pago Hainau..... natale sancti Gisleni episcopi, confessoris, miræ sanctitatis viri, qui Atheniensium episcopus fuit, et pro Christo ipsum apicem terreni honoris relinquens pauper fieri voluit etc.; *Hodierni denique Martyrologii Romani annuntiatio sic sonat:* In Hannonia sancti Gisleni episcopi et Confessoris, qui, relicto episcopatu, monachi vitam in monasterio a se constructo exercens multis virtutibus claruit.

*neoterici nonnulli adstruunt,*

28 *Denique, ut alii mittantur Scriptores neoterici, sententiæ huic mirifice suffragatur Philippus Brasseur in libello, cui hunc titulum fecit:* Ursa S. Gisleni archiepiscopi Atheniensis et exinde abbatis in Cella Apostolorum, *pag.* 13, *ac rursus in alio libello, quem* Aquilam S. Gisleno ad Ursidungum præviam *inscripsit, ubi pag.* 14 *ita de Sancto nostro canit:*

Presbyter angelicam ducit sine crimine vitam.
Quolibet ipse die sacra munera libat ad aras,
Atque homines inter medius, mediusque Tonantem,
Vulneribus vinum, sanctumque infundit olivum.
His ita dum mediis hominum sibi captat amorem,
Conciliatque Deum, patriæ sit episcopus urbis
A clero electus, tandemque sacratur Athenis
Unanimi plebis voto clerique favore.
Sic plerique tenent, quamvis Raynerus id ipsum
Supprimat, et monachum tantummodo scribat ubique.

Interea

A Interea res nota satis jam temporis usu,
Cognita picturis, firmataque teste Barone :
Scribit enim monachi vitam duxisse, relicto
Sedis episcopio, quid clarius ? innuit ipsum
Pontificem, a multis versu conscripta Legenda,
Bullarumque liber, claustrique subinde sigillum
Pervetus, et veterum concors sententia patrum.
Ut res sese habeat, teneo, scriboque deinceps
Archiepiscopii titulum gessisse. *Huc usque laudatus auctor.*

*illis nixi, sed non sat antiquis :*

29 *Verumenimvero notandum sedulo hac in re est, ne unum quidem ex jam adductis monumentis testimoniisque esse, quod minus, quam quatuor seculis a temporibus* S. Gisleni *remotum sit. Ac proin, quandoquidem monumenta illa testimoniaque nihil ab ætate habent, quo rei assertæ fidem faciant ; profecto episcopalem* S. Gisleni *dignitatem, utpote hisce dumtaxat nixam, quisquis criticæ artis vel prima elementa norit, non poterit non vocare in dubium. Neque vero, contra ac laudatus Brasseur adstruit,* veterum concors sententia patrum *vel antiqua satis receptaque traditio veterum instrumentorum defe-*

B *ctum supplere, sicque adscriptam* S. Gisleno *episcopalem dignitatem stabilire utcumque potest. Nam primo quidem, sententiam illam ipsamque traditionis originem seculo undecimo antiquiorem esse, evinci prorsus nequit. Adhæc tantum abest, ut vel eodem illo seculo, vel binis saltem post seculis recepta passim ab omnibus fuerit hæc traditio, nedum concors de episcopali* Gisleni *dignitate antiquorum sententia viguerit ; ut contra Philippus, Bonæ-Spei abbas, et Poeta anonymus num.* 13 *laudatus, quorum alter post medium seculum duodecimum, alter sub decimi quarti initium* Gisleni *Vitam conscripsit, traditionem illam sententiamque, si superis placet,* concordem, *aperte repudiarint, aut certe omnino neglexerint, prout* § 1, *num.* 12 *et seq. in antecessum observatum fuit.*

*oppositum e seculi* x

30 *Sed enim, quo manifestius liqueat, sententiam illam nec adeo antiquam, quam quidem innuit laudatus Brasseur, sed nec passim, nedum ab omnibus, receptam fuisse, nonnulla vetustiorum testimonia audiamus. Antiquior anonymus noster, qui sub seculi decimi initium, ut supra docuimus, suam de Sancto nostro lucubrationem*

C *adornavit, referens capite* 4 *modum, quo* S. Gislenus *e Græcia Romam profectus est, eum, jam* sacerdotem factum,... abbatis monasterii, *in quo nempe, uti cap.* 3 *loquitur, sese* majorum institutis subdiderat, et omnium fratrum *(monachorum scilicet Basilianorum)* hortatu benigno *egressum inde Romam esse scribit ; quæ Philippus abbas multo clarius accuratiusque expositurus, verbis hisce, supra quidem transcriptis, ast hic nihilominus repetendis, enarrat :* Petita igitur benedictione a patre, qui monasterio præsidebat, et a conventu sancto, qui Deo illic regulariter serviebat, illi quidem de futura tanti fratris *(Gisleni)* absentia affectu tenero doluerunt, sed divinæ dispositioni humana pertinacia resistere noluerunt. Tandem, in osculo sancto eodem abbate et fratribus salutatis, propositum Gislenus aggreditur æstuans desiderio sanctitatis, et primo Romam devotione humili perrexit ire. *Non ergo scriptores isti* S. Gislenum, *priusquam e Græcia Romam commearet, archiepiscopum Atheniensem, sed monachum sacerdotem, et abbatis sui conventusque monastici potestati subjectum,*

AUCTORE J. G.

*crediderunt ; atque adeo neque ineunte seculo decimo, ac ne quidem medio seculo duodecimo recepta ab omnibus fuit opinio illa, quæ Sanctum nostrum Atheniensem Antistitem facit, quæque proin omnino perperam a Philippo Brasseur* veterum concors sententia patrum *vocata fuit.*

*et quatuor*

31 *Ne porro ea de re cuiquam superesse dubium possit, en alia seculi decimi et quatuor subsequentium documenta, ex quibus,* S. Gislenum *pro episcopo tunc passim habitum non fuisse, actutum colligas. Hucbaldus monachus, qui sub annum* 907 *S. Aldegundis Vitam, tom.* 2 *Januarii a pag.* 1040 *editam, concinnavit, ac disertam de* SS. Gisleno *et Autberto mentionem cap.* 2 *facit, postremum hunc Sanctum diserte vocat* Pontificem Atrebatensis et Cameracensis ecclesiæ, Gislenum *vero non alio, quam* venerabilis viri *titulo donat. Quid ita, obsecro, nisi quod* Gislenum *sacerdotali dumtaxat seu inferioris ordinis presbyteratu, Autbertum vero episcopali seu supremi ordinis sacerdotio insignitum fuisse, compertum haberet ? Accedit Homiliæ, in laudem Sancti nostri ante annum* 939 *compositæ, ipsoque festivitatis ejus die in sacra ejusdem æde pronunciatæ, auctor, qui, tametsi in Patroni sui laudes pro viribus excurrat, et quibus-* E *cumque titulis honorificis eum afficiat, (modo enim* famulum Christi, *modo* virum sanctum, *modo* venerabilem eremitam *et* Deo dignum sacerdotem *eum vocat) nuspiam tamen eum aut* episcopi *aut* pontificis *honore vel nomine afficit, id ceteroqui indubie facturus, si Sanctum suum, æque ac SS. Audoenum, Egilium, Arnulphum, Amandum et Autbertum, quos* episcopos pontificesve *compellare non negligit, ad cathedram episcopalem evectum aliquando fuisse, memoriæ proditum invenisset. Adhæc, si anno saltem* 965 *creditus fuisset* S. Gislenus *Atheniensem cathedram aliquando occupasse, non eum Otto imperator in cit. diplomate ex fidelium relatione tantummodo* Confessorem Christi, sacerdotem et monachum, *sed* episcopum *diserte vocasset, aut saltem peracti aliquando ab eo episcopalis muneris fecisset mentionem.*

*subsequentium*

32 *A seculi decimi ad undecimi, quo Fulbertus Doctor, Rainerus et Chronici Cameracensis auctor vixerunt, testimonia jam progredior. Et horum quidem primus, dum de* S. Gisleni *cum S. Autberto colloquio deque postulata ab illo perficiendæ cellæ potestate agit, rem gestam ita enarrat, ut* Gislenum *dignitate et sacerdotali ordine inferiorem Autberto fuisse, dubitare nequeas. Rainerus vero, præterquam quod in Vita* S. Gisleni *altissimum de episcopali dignitate, quam Sanctus aliquando adeptus fuisset, silentium servet, nonnulla suppeditat, ex quibus eum sacerdotio dumtaxat inferioris ordinis insignitum fuisse, perspicias. Quippe, ubi narrationem infra rejiciendam de* Beato Viro ursam insequente *instituit, meminit solum de* sacris vestibus, unde *(S. Gislenus)* solitus erat Missas celebrare ; *ac paulo post eum coram B. Autberto ita loquentem inducit :* Natione sum Græcus, dignitate Christianus, religione vero monachus atque sacerdotum minimus ; *et rursus, dum piscem e fluvio prosiluisse seque nil tale exspectantibus SS. Amando et* Gisleno *in escam obtulisse, narrat, episcopalem dignitatem S. Amando, sacerdotalem tantum* S. Gisleno *adscribit. Verba audi :* Qua de causa inter sanctos viros pia oritur contentio, quia beatus Gislenus hoc Dei donum dabat meritis

beati

auctore J. G.

beati Amandi; sanctus vero Episcopus nihilominus pii Sacerdotis Gisleni precibus etc. *Denique Cameracensis Chronici auctor, dum lib.* 2 *cap.* 40 *de* S. Gisleno *sermonem instituit, nihil prorsus subministrat, ex quo tunc temporis exortam fuisse memoratam de* S. Gisleni *episcopatu opinionem, eruere utcumque possis.*

*seculorum* 33 *Inter scriptores seculi duodecimi, qui de* S. Gisleno *meminisse noscuntur, solus est Poeta rudis num.* 12 *citatus, qui Sanctum nostrum Atheniensis ecclesiæ præsulem crediderit, dum ex adverso Philippus ab Eleëmosyna, Bonæ-Spei abbas, uti num.* 12 *præmonui, ex antiquiorum sententia sacerdotem dumtaxat et monachum facit. Et huic quidem postremo auctori consonat laudatum in prædictis Annalibus Gislenianis Mss. instrumentum visitationis corporis* S. Gisleni, *anno* 1180 *factæ, in quo non* episcopi, *sed* sacerdotis *dignitas eidem adscribitur. Verba instrumenti hujus ita sonant:* Translatum est in scriniis hujus conclavis corpus S. Gisleni sacerdotis. *Hisce adstipulantur Officii ecclesiastici de* S. Gisleno, *non serius, quam duodecimo seculo conscripti, Fragmenta, in laudatis Annalibus Mss. memo-*
B *rata, nec non Calendaria aliquot seculo quarto decimo antiquiora, quibus Sanctus noster, non veluti episcopus, sed, ut merus confessor, referri solet. Præterea, quæ seculo* XIII, *anno videlicet* 1260, *sub Nicalao II Cameraci habita fuit synodus, teste eorumdem Annalium auctore ita ad rem nostram habet:* Volumus, quod festum B. Gisleni confessoris sua die propria celebretur. *Eccur, quæso,* confessorem pontificem *non vocasset synodus illa, si Sanctum nostrum pro* episcopo *agnovisset? Postremo, uti ex citato Annalium Gislenianorum apographo didici, exstant hodieque in Gisleniana abbatia mille circiter authenticæ syngraphæ, quibus sese pii homines ab anno* 970 *usque ad seculi decimi quinti exitum* S. Gisleni *famulatui addixerunt, in quibus tamen nuspiam* episcopi, *sed* confessoris *dumtaxat apparet titulus; quarum formulam unam pro omnibus habe:* Accessi ad altare sancti Gisleni confessoris; trado me cum posteritate mea beato confessori Gisleno.

*documentis* 34 *Cum itaque, uti ex jam dictis liquet, opinio illa, quæ* S. Gislenum *episcopum, imo et Atheniensem metropolitam, facit, nec satis antiqua,*
C *nec seculo decimo ac quatuor subsequentibus ab omnibus recepta, imo contra a plerisque iisque antiquioribus ac melioris notæ biographis neglecta fuerit atque contempta; vix dubitem, quin eruditus quilibet in oppositam iturus ultro sit sententiam, eam scilicet, quæ Sanctum nostrum, cum e Græcia Romam, petita abbatis sui facultate ac benedictione, proficisceretur, inferioris tantummodo ordinis presbyterum ac monachum exstitisse, ac vel propterea jure meritissimo in Atheniensium episcoporum Catalogo, quem videsis tom.* 2 *Orientis Christiani col.* 171, *prætermissum fuisse, affirmat. At, inquies, si hæc ita se re vera habeant, qui fieri sine mendacio aut dolo malo potuit, ut Gisleniani eum archiepiscopali habitu indutum in sepulchrali tumulo repræsentari sub annum* 1090 *curarint, ac recitatam num.* 26 *inscriptionem deinde admiserint adhibuerintque? Ad quæ pro responso sit, nihil prorsus causæ esse, cur ea in re Gislenianorum bona fides habetur suspecta, quandoquidem ex hujusmodi dolo malo mendaciove nihil omnino commodi aut emolumenti, at contra detrimenti ac scandali plurimum timendum ipsis fuisset. Arbitror proinde,*
D *Gislenianos seculi* XI *religiosos, cum* S. Gislenum *plus semel ab anonymo antiquiore* Dei Antistitem *vocatum fuisse nossent, deceptos ambigua* Antistitis *voce, nec satis expensa narratione anonymi, imo nec animadversa, qua scriptor ille locis iis utitur, prolepsi, sanctum suum Patronum credidisse episcopum, idque præpostere quidem ac sine fundamento satis solido, sed tamen innocue et fide perquam optima; quo factum est, ut cum illum nec Romæ, nec in Belgio ad episcopalem apicem evectum fuisse, scirent, Atheniensem propterea archiepiscopatum ei tribuendum esse, judicarint, eumque idcirco tum in sepulchrali tumulo, tum postea in cœnobii sui sigillo, picturis, statuisque archiepiscopali ornatu exhibendum curarint.*

ostenditur. 35 *Adhæc, cum presbyteris, qui nusquam consecrati fuissent episcopi, attamen episcopalia quædam munia, puta prædicationem evangelicam, presbyterorum institutionem, aliaque id genus obiissent, nonnumquam, ac præsertim in Belgio,* episcopi *nomen inditum olim fuerit, prout Mabillonius partim Seculo Benedictino tertio, parte* 1, *in Præfationenum.* 33 *et* 37, *ac parte* 2 *pag.* 409 *in Vitam S. Willehadi, Bremensis episcopi,*
E *observat, et partim Cangius in Lexico, verbo* episcopi, *ex eo docet; haud alienum a vero est, a nonnullis anno* 1090 *antiquioribus* S. Gisleno, *non secus ac S. Willehado, qui* septem annis in eadem presbyter demoratus fuerat parochia, *pari de causa* episcopi *nomen tributum fuisse, indeque ortum esse, ut Gisleniani ascetæ hujus nominis ad divini verbi prædicatores traducti usurpationem non satis compertam habentes, abbatiæ suæ conditorem stricti nominis episcopum fecerint, ac nominatim quidem Atheniensem sedem metropolitanam, cum aliam, quam ei adscriberent, non invenirent, ei tribuendam censuerint. Qua in re hallucinati quidem ipsi fuerunt, ast plane innocue: ut proin non minus ipsi, quam citati num.* 27 *Martyrologi ac Breviarii et Missalis Cameracensis auctores, aliique, qui eorum auctoritate et exemplo moti episcopalem dignitatem ei tribuerunt, omni fraudis suspicione jure merito exsolvendi sint.*

## § IV. S. Gisleni in Belgium iter, ac gesta usque ad Cellensis ecclesiæ F consecrationem, a SS. Autberto et Amando peractam, et pium ejus obitum.

*Sanctus,* Ostensum satis superque superiori paragrapho *est,* Gislenum *Atheniensem cathedram, priusquam e Græcia discederet, numquam occupasse; ex quo, cum neque Romæ in sua illic commoratione, neque in Francia aut alia in regione, ad episcopalem dignitatem evectus esse legatur, consectarium omnino fit, ut, dum* divinæ, *quemadmodum* § 3 *dictum est,* jussionis voce *cælestique instinctu Roma in Belgium advenit, inferioris ordinis dumtaxat sacerdos exstiterit. Nunc itineris ejus seriem variaque adventus ejus in Hannoniam adjuncta discutiamus. Ex biographis ejus antiquiorem anonymum* primo *loquentem sisto:* Tali itaque visione *(de qua vide dicta num.* 24*)* gestiens aggreditur iter, .... Galliam vero

A vero Franciæ penetrans cum duobus discipulis Lamberto et Bellirio, lustratis passim urbibus et regionibus pervenit tandem aliquando eximius pater Gislenus pagum Haynau : cujus quoque vicis cœnobiisque ex asse conspectis, audivit fama diffusa de B. præsule Amando multa et stupenda dicere. Proficiscens namque ad eum, simul colloquio se salutantes, denique de his, quæ Dei sunt, loquentes, venerabilis præses venerandum sinit abire Gislenum. Sic enim pervenit Dei antistes Gislenus ad locum, qui Castrilocus dicitur : ubi siquidem locum esse æstimans, qui sibi divinitus fuerat dictus, cœpit totis viribus spinas ac tribulos et noxia quæque radicitus extirpare, cupiens sibi cellulam construere, qua Deo ancillari posset.

*Belgium cum sociis ingressus,*

37 *Quod de Lamberto et Bellerio*, S. Gislenum *Roma in Belgium comitatis, anonymus ait, Rainerus et Philippus Bonæ Spei abbas quoque affirmant. Romæne primum, an in Græcia eos sibi* Gislenus *adjunxerit, plane intactum reliquit anonymus : Rainerus autem, etsi haud omnino perspicue loquatur, sic tamen scribit,* B *ut* S. Gislenum *e patria Romam abeuntem pariter fuisse secutos, censuisse videatur. Primum enim de* S. Gisleno *e patria Romam abeunte sic scribit :* sicque sacerdotali, ut decebat, apparatu comitatus et de sui suorumque *(comitum nempe)* salute gratiæ Dei confisus susceptum nutu Dei iter attentavit. *Dein vero de* Gisleni *in Belgium profectione hæc subdit :* et ex comitum *(quorum paulo ante transcriptis verbis, ut apparet, mentionem fecerat)* turba tantum Lambertum et Bellirium secum retinens..... Galliarum divertit confinia. *Verum ea res, utpote unius Raineri, a* S. Gisleni *ætate nimium remoti, auctoritate subnixa, incerta apparet. Ut autem in Hannoniam* S. Gislenus *venit, ut quidem anonymus verbis supra citatis tradit, illius provinciæ non vicos modo, sed etiam cœnobia prius accurate studioseque lustravit, quam ad S. Amandum accederet; in Hannonia quidem tum temporis certe non multa erant monasteria : lustrarit adeo verosimiliter etiam, quæ in vicinis Hannoniæ provinciis exstabant; si tamen prius Hannoniam vidit, quam S. Amandum : Philippus equidem abbas Bonæ Spei ita* S. Gisleni *in Belgium iter describit, ut prius S. Amandum adiisse videatur, quam in Hannoniam perveniret. Verba ejus hæc sunt :* Apostolorum *(Petri et Pauli)* itaque patro- C cinio se commendans..... et assumens duos secum socios, Lambertum et Bellericum, quos præcipue diligebat, relicta Roma, iter longum et asperum est aggressus, multoque labore et tempore jam expenso, Apennini juga et Alpium est transgressus, et, transvadatis Rhodano et Danubio, planiorem Galliam introivit, et ea non contentus usque Haynonium pertransivit. *Tum vero post enarratum utriusque Sancti colloquium, ita pergit :* Quo expleto jam hilaris, quia viro sancto est locutus, Gislenus cœptum iter devotiore spiritu profectus, ad quemdam locum venit, qui vulgo mons Castrilocus dicebatur.

*visitato Trajecti*

38 *Id porro colloquium Trajecti ad Mosam habitum fuit : cum enim, relicta Roma, ut Bonæ Spei abbas ait, Danubium* S. Gislenus *superarit; a Danubio ad Rhenum, inde vero Trajectum ad Mosam iter suum instituerit, ibique cum S. Amando, loci episcopo, sua contulerit consilia : quod etiam confirmatur ex eo, quod idem abbas, narratis aliquot, quæ haud ita multum temporis*



*requirunt,* S. Gisleni *gestis, Amandum Trajecto, ubi per triennium sederat, ad* S. Gislenum *se contulisse, indeque Elnonem adiisse affirmet.* Per id vero temporis, *inquit cap.* 7, beatus Amandus Trajecto rediens, ubi coactus fuerat per triennium episcopus demorari, audivit Gislenum et locum ejus religionis titulo commendari, et monente eum charitate ad eum visitandi gratia declinavit. *Notior porro erat S. Amandi sanctitas, gestorumque fama, quam ut vel adventantem in ejus diœcesim* S. Gislenum *latere potuerit; quapropter Philippi abbatis narratio, ut simplicior, ita et verosimilior apparet. Quod si Philippus abbas non Rheni, sed Rhodani mentionem facit, id non Philippo, sed librariis verosimillime tribuendum est : non enim Roma Belgium transmisso Danubio petentibus, ut mappas Geographicas consulenti patebit, Rhodanus transeundus occurrit. Rhodano itaque Rhenus substituendus videtur : hunc autem priori loco Philippus memorat, non quod illum prius, quam Danubium* S. Gislenus *superarit, sed quod loco, quo scribebat, propinquior esset.* E

*auctore J. B.*

*sub annum 648 S. Amando ;*

39 *A tempore, quo S. Amandus Trajectensem sedem occupavit,* S. Gisleni *in Belgium adventus epocha dependet. Scripsit S. Amandi Vitam Baudemundus, ejus discipulus, qui* per triennium *Trajectensibus eum præfuisse (vide tom.* I, *Februarii pag.* 852) *diserte testatur. Præterea ex litteris Martini* I *Papæ (rursus vide tom. cit. pag.* 866 *et seq.) quas anno* 649 *mense Octobri ad S. Amandum dedit, hunc ab eodem Pontifice deserendæ Trajectensis cathedræ facultatem, licet frustra, petiisse, manifestum est : triennium autem, quo is Trajectensem sedem tenuit, ab anno* 647 *usque ad annum* 650 *producit Henschenius; at Cointius anno* 649 *Trajectensibus infulis Amandum admotum scribit, paulo, ut apparet, quam par sit, serius. Cum enim S. Joannes Agnus, Amandi in episcopatu decessor, anno* 649 *ex Cointii sententia obierit, et quidem ad mensis Julii diem* XXV *(ad quem Acta nostra consule) provecto, eodemque anno exeunte (ut vult Pagius) vel certe ineunte sequenti Martini Papæ responsum S. Amandus acceperit, necesse est, ut vix Trajectensem sedem adierit, quin continuo, quod tamen minus verosimile apparet, ab eadem recedendi facultatem postularit. Unde verosimilius ante annum* 650. S. Gislenus *in Belgium venit, imo et biennio circiter citius : Amando enim* F *a Trajectensi sede redeunte,* S. Gislenus, *ut Rainerus scribit, religiosum cœtum jam inde collectum habebat, temploque Apostolorum Petri et Pauli perficiendo insudabat; ad quæ peragenda biennii spatium ab ignoto in iis regionibus hospite ac omni rerum copia destituto requiri facile potuit. Neque refert,* S. Gisleni *ad Belgas accessum ab anonymo, ceterisque ejus biographis illigari Dagoberti I temporibus : Dagobertum enim obiisse jam inde ab anno* 638, *modo apud eruditos plerosque in confesso est, ut frustra sim, si, quæ jam sæpius ea de re disputata sunt, repetere velim.*

*primum Castrilocum,*

40 *Ceterum* S. Gislenus, *ab Amando digressus, cœptum iter animosius prosecutus est, et Castrilocum (nunc Montes Hannoniæ) pervenit, eoque loco, quem a Deo sibi credebat destinatum, tribulos spinasque cœpit evellere, donec prodigio quodam, de quo mox, aliud edoctus, relicto Castriloco, Ursidongum (nunc Gislenopolim) una cum sociis properavit. Ita anonymus, Rainerus, et Philippus Bonæ Spei abbas unanimi voce lo-*

 *quuntur :*

AUCTORE J. B.

*quuntur : Cointius tamen* S. Gislenum, *a S. Amando profectum, recta Ursidongum contendisse scribit, ratus, ut opinor, non alia de causa hanc* S. Gisleni *apud Castrilocum moram fuisse confictam, quam ut fabulosæ Cellensis monasterii origini via sterneretur ; quod quamquam ita factum esse potuerit, quia tamen multis de causis, licet haud exploratis, Castrilocum Ursidongo permutare* S. Gislenus *potuit, erroris equidem hic Bonæ Spei abbatem cum Cointio arguere non ausim. Asseruisse id Philippum ex his Balderici in Chronico Cameracensi verbis* : Monasterium *(Sanctus noster)* auctoritate S. Autberti, sed et sancta Waldetrude, cui tunc temporis familiari dilectione inhæserat, opitulante, fundavit, *Cointius suspicatus est; verum id ego Philippum ex anonymo* S. Gisleni *biographo potius mutuasse censuerim. Absit tamen, ut Vinchantio in Annalibus Hannoniæ pag.* 81, *octo illic annos* S. Gislenum *moratum fuisse, scribenti assentiar ; cum circa annum* 650 S. Gislenum *Amandus, ut supra dictum est, inviserit Ursidongi.*

dein Ursidongum

41 *Neque* S. Gisleni *biographis Fulbertus in Vita S. Autberti adversatur; nam licet illic.* S. B Gisleni *in Hannoniam adventum describat, deque Castriloco ne verbum quidem ullum faciat, mirum tamen videri id nemini debet, quippe qui et alia silentio presserit, et de* S. Gisleno *obiter solum, de S. Autberto autem ibidem ex instituto tractarit. Verba Fulberti, huc potissimum facientia, hæc sunt.* Sed jussionem Domini explere desiderans vir Dei Gislenus, sic enim erat nomen illi, regionibus diversis, insulis et urbibus peragratis, prospero cursu tandem pervenit ad locum, qui tunc temporis Ursidungus ab incolis dicebatur, ex consuetudine videlicet ursæ parturientis, nunc vero Cella vocatur..... At ille, noxiis avulsis arboribus, basilicam in honore beatorum Apostolorum cœpit ædificare, studiisque bonorum excitare.

adut,

42 *Hæc unde et ex vero a Fulberto relata, mirum est, quam speciosis fabulis, bona tamen, ut arbitror, fide et vulgari hominum traditione seducti,* S. Gisleni *biographi dudum post hujus obitum exornarint; quisquis, etsi criticus minime fuerit, quæ de aquila ursaque num.* 4 *et seq. memorantur, legerit, nullus dubito, quin ea pro fabulis sit habiturus, prudenterque abs Fulberto omissa pronuntiaturus. Fabulis quoque memora-* C *ta isthic Dagoberti venatio procul dubio adnumeranda est; quippe qui jam inde ab anno regni sui* XI, *ut in ejus gestis scriptor anonymus apud Chesnium tom.* I *Scriptorum Galliæ pag.* 582 *scribit, Sigibertum filium Austrasiæ regem constituerit, ac anno* XVI *regni sui, Christi* 638, *ut supra monui, vivere desierit. Cointio præterea non arridet, quod Dagobertus a Philippo abbate Bonæ Spei (quod et ceteri* S. Gisleni *biographi faciunt) ea tempestate in Brabantia versatus dicatur* : Illa ætate, *inquit,* pars hodiernæ Hannoniæ, ubi Gislenopolis sita est, Bracbanto non attribuebatur. *Sed esto, eam Hannoniæ partem, in qua Gislenopolis sita est, ea tempestate Bracbanto, quod* S. Gisleni *biographi non asserunt, adnumeratam non fuisse : Haina equidem fluvius (la Haine) ad quem Gislenopolis sita est, veteris Bracbanti et Hannoniæ limes erat, teste* S. Gisleni *Encomiaste anonymo, de Ursidongo, nunc Gislenopoli, ita scribente :* Locum deserti, vocabulo antiquo Ursidongus vocatum, in extremis finibus Hainensis pagi super fluvium, qui Haina dicitur, situm *(S. Gislenus)* adiit ; *et in divisione regni Lotharii comitatibus veteri Bracbanto vi-* D *cinis adnumeratur* Hanoius. *Quid ni igitur rex, sive is Dagobertus, sive Sigibertus fuisse fingatur, ex extremis veteris Bracbanti finibus in contiguam Hannoniæ partem fugientem belluam, si id revera accidisse fingere tantisper lubeat, una cum suis venatoribus insequi potuit? verum de his satis.*

redditaque S. Autberto vitæ suæ ratione,

43 *Ut Ursidongum* S. Gislenus *venit, dumosum locum, excisis arboribus, condendo cœnobio temploque pro viribus adaptare cœpit, ac simul virtutum splendore Hannoniam illustrare ; quo brevi factum est, ut non solum* visitaretur *(verba Raineri sunt)* a pluribus, qui ejus sacris instituti moribus Dominum magnificabant in operibus suis, *verum etiam, perlata ad S. Autbertum ejus fama, Cameracum evocaretur, vitæ suæ rationem suo redditurus episcopo. Malevolorum id quorumdam, quod antiquior anonymus* S. Gisleni *biographus ejus virtutibus tribuit, Fulbertus adscribit invidiæ.* Disseminante ergo diabolo, *(inquit hic)* zelum invidiæ per corda malorum, auditum est aliquos, ut est mos adulantium, sancto episcopo suasisse, non debuisse pseudodoctorem in finibus suis ad invidiam sui honoris manere, sane E qui ad seducendas mentes simplicium urbana sapientium conventicula vitans, in has solitudines devenisset. *Contigisse utrumque potuit; quoniam virtuti comes solet esse invidia. Sed vicit apud Autbertum virtus* : Intuitus autem almus episcopus, *inquit anonymus,* viri justi sermones, nihilque in eis reprehensionis deprehendens dilexit eum *(his ipsis verbis Fulbertus in Vita S. Autberti utitur, unde huic anonymum præluxisse eruitur)* ac benedictum dimisit abire, rogans, quod cœperat, Dei opus perageret, atque peractum cum audiret, se spopondit beneficturum.

quæ qualis fuerit, haud satis constat,

44 *Placuit itaque Autberto, quam una cum suis* Gislenus *tenuit, vitæ ratio; at qualis ea fuerit, incertum est. Mabillonius Benedictino instituto usum tradit, Basiliano Cointius : haud ignota quidem tum temporis in Galliis erat S. Basilii, cui se hactenus* S. Gislenus *devoverat, regula, verum SS. Benedicti et Columbani regulæ, quas a S. Amando accipere* Gislenus *potuit, multo hac usitatiores. Est tamen, quod Cointii sententiæ nonnihil favere videatur : si enim Benedictinum institutum* S. Gislenus *sectabatur, qua* F *veri specie vel umbra saltem tamquam* Pseudodoctor *(vide relata num. superiore Fulberti verba) apud S. Autbertum traduci potuit, si recepto ceterorum in Belgio monachorum more vivebat? Scio quidem puram putamque hanc fuisse calumniam, sed plerumque aliqua saltem veri specie, veluti larva, ne se prodat, munire sese et tegere calumnia solet : verum initio fortassis* S. Gislenus *more prisco vixerit, quem deinde in receptum apud monachos Belgas vitæ genus SS. Autberti et Amandi hortatu consilioque mutarit : certe abbas Bonæ Spei receptum aliquod apud Belgas institutum amplexum fuisse indicare videtur, cum ait* : in qua *(Cella)* districte monachorum regulæ se addixit.

Cameraco reduxe,

45 *Quid si nullum ad amussim secutus fuerit, sed partim ex S. Basilii, partim e S. Columbani, partim denique e S. Benedicti aliisve institutis capita aliquot sibi selegerit, ut nempe neque ab antiquo vivendi more plane discederet, neque a ceterorum sua ætate in Galliis monachorum moribus nimium dissideret? Hoc enimvero a S. Filiberto, variorum monasteriorum conditore et*

S.

A S. Gisleno *æquali, factum omnino apparet, de quo hanc in rem suppar ejus biographus apud Mabillonium Sec.* 2 *Benedictino ita scribit* : Sed quia perfecti viri semper perfectiora sectantur, cœpit sacerdos Domini Sanctorum cœnobia circuire, ut aliquid emolumenti ex susceptione sanctitatis valeret accipere. Lustrans Luxovium et Bobium vel reliqua cœnobia sub norma S. Columbani degentia, atque omnia monasteria, quæ intra suum gremium Francia et Italia ac tota concludit Burgundia, astuta intentione providens ut prudentissima apis quidquid melioribus florere vidit studiis, hoc suis traxit exemplis, *sive imitandum sibi proposuit. Neque sibi tantum, sed etiam sui sequacibus : nam ita pergit idem biographus* : Basilii sancti charismata, Macarii regulam, Benedicti decreta, Columbani instituta sanctissima lectione frequentabat assidua : sicque onustus virtute aromatum SEQUACIBUS sanctum monstrabat exemplum.

*prodigium edit, prædiisque,*

46 *Reversum a Cameracensi præsule* Gislenum *vicus, quem* Racemum *anonymus,* Resinum *vero Rainerus,* Rousinum *Philippus Bonæ-Spei abbas vocant, excepit ; situs est inter Gislenopo-*

B *lim oppidumque* Quenoy *in Valencenarum territorio, medio ferme Gislenopolim inter et Cameracum itinere, et vulgari lingua* Roissin *dictus. Hic hospiti suo uxorem in summum ex partu difficili vitæ discrimen adductam, non modo sospitem dedit, sed natum etiam ex ea puerum sacro fonte lustravit ; pro quo beneficio, ut se gratum ostenderet hospes, quidquid eo in vico possidebat,* S. Gisleno *contulit, ut illi esset, unde, quam inchoaverat, SS. Apostolorum Petri et Pauli basilicam perficeret. Hæc* S. Gisleni *biographi : plura recentiores addunt. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad diem* IX *Octobris, ex Matthæi Moullaerts dignissimi ex abbate Gisleniano Atrebatensium episcopi relatu ita scribit* : Porro quod attinet ad Racemenses dominos, mater in partu liberata per cingulum S. Gisleni, quod erat ex corio asini et tunc vulgari lingua BODRI (*alii* Baudri *scribunt*) dicebatur, in facti memoriam infantem, miraculo genitum, BODRI nominavit. Et nomen istud, mascula prole nondum deficiente, in hanc usque horam in dicta familia, proprium nomen primogeniti remanet. *Addit Vin-*

C *chantius in Annalibus Hannoniæ pag.* 114 *et seq. in hujus miraculi memoriam, in dominorum Racemensium seu Resinensium sacello fundationem sub* S. Gisleni *nomine antiquitus fuisse institutam, ex eoque morem illud duxisse originem, quo parturientes mulieres* S. Gisleni *patrocinium implorare, ac partu liberatæ Gislenopolim peregrinationes sacras instituere consueverunt : quæ quidem haud gravate admisero. Verum quod de* S. Gisleni *cingulo ex corio asinino confecto, cujus apud ejus antiquiores biographos nulla est mentio, deque Recemensium dominorum familia jam inde a medio seculo* VII *ad hæc postrema usque secula continua serie propagata dicitur, fidem haud adeo facilem, ut opinor, inveniet. Nobilis hujus et perantiquæ familiæ seriem quidem genealogicam pag.* 219 *et seq. Vinchantius exhibet, sed ab anno circiter* MCXXIII *tantummodo inchoatam.*

*at non a Dagoberto, auctus*

47 *Prodigio huic aliud (si tamen, quod casu etiam contingere potuit,* prodigium *est appellandum) subnectit abbas Bonæ Spei ex Rainero, qui id se ex Simone, abbate Gisleniano sub seculi* XI *principium mortuo, audivisse in Præfatione testatur : est autem hujusmodi : S. Amando, Trajecto vel Nivella, uti apud Bollandum tom.* I *Februarii pag.* 868 *idem abbas scribit, Elnonem (sub annum* 650) *redeunti* S. Gislenum *adire placuit ; a quo amanter quidem exceptus, impransus tamen ob ciborum inopiam dimissus est : jamque ad Hainam fluvium abeuntem Amandum mœsti Cellenses cœnobitæ* Gislenusque *deduxerant, cum subito ingens lucius ex aquis in terram prosiluit, quasi se sponte Sanctis illis in cibum offerret, ex quo refectus Amandus cœptum iter est prosecutus. Quidquid id prodigii sit, cum illud anonymus taceat, neque, unde id Simon acceperit, constet, revocari in dubium potest.*

AUCTORE J. B.

*Cellensem ecclesiam dedicari curat :*

48 *Multo vero minus fidei meretur, licet ab anonymo antiquiore memoratus, secundus Dagobertis regis ad* S. Gislenum *accessus, quippe qui, ut supra dictum est, jam pridem obierat. Unde pariter corruunt, quæ de concessis abs illo rege* S. Gisleno *Cellensi loco, et villa Hornuto traduntur, quæque ad Sigibertum, Dagoberti filium et Austrasiæ regem, verosimilius referenda sunt : esto, imperatorem Othonem I apud Miræum* E *lib.* 2 *Donationum Belgicarum cap.* 18 *in Diplomate, quo prædia illic memorata, Cellensi monasterio anno* 965 *confirmavit, eadem quoque dixisse. Cum enim hæc ex his Actis deprompta sint, majorem sibi ea in re auctoritatem vindicare ad diploma non potest, quam quæ ipsismet Actis tribuenda est* : Hunc locum, *ait imperator,* rex Dagobertus cum B. Gislano ad unguem perduxit, et, ut in Gestis ejusdem Sancti legitur, regia munificentia ampliavit. *Ceterum ex eo diplomate satis liquet, Hornutum ab omni memoria Gislenianorum monachorum possessionibus adnumeratum fuisse. Est autem Hornutum vicus Gislenopoli vicinus, non solum in Othonis diplomate, de quo paulo supra, memoratus, sed etiam in diplomate S. Henrici imperatoris apud laudatum Miræum cap.* 22, *quo celebrari illic solitum omni feria quarta mercatum confirmat. Neque hic olim locus ignobilis fuit ; nam, ut scribit Vinchantius paulo ante citatus, publica illic negotia tractari consueverant, donec ea Balduinus V expediri Montibus Hannoniæ jussit : quin et ipsa Gislenopolis, quamvis in oppidum jam excrevisset, sub Hornutensi parochia constituta fuit usque ad annum nonagesimum quartum supra millesimum quingentesimum, quo eam ab Hornutensi demum parochia discrevit Ludovicus Berlaymontius, Cameracen-*

F *sis archiepiscopus : quæ, quod infra hujus loci non semel mentio facienda est, obiter juverit indicasse. Ad* S. Gislenum *redeo.*

*ad vitam monasticam*

49 *Ex quo ad perficienda, quæ cœperat, plenam a S. Autberto auctoritatem est nactus, piorumque adjuvari liberalitate cœpit, tantum diligentiæ sedulitatisque adhibuit, ut ad umbilicum SS. Apostolorum basilicam paucis post annis adduxerit : reliquum ergo erat, ut S. Autbertum, qui consecrandæ basilicæ onus in se receperat, promissi memorem faceret : stetit promissis Autbertus, adjunctoque sibi S. Amando, conditam a* S. Gisleno *ecclesiam insigni pompa dedicavit, quod non modo* S. Gisleni *biographi affirmant, sed etiam Fulbertus in Vita S. Autberti, et Baldericus in Chronico Cameracensi suo testimonio roborant. Fulberti hanc in rem verba in codice Ms.* † 45 *apud nos servato ita habent* : Expletis vero pro modulo suo, quæ monasticis usibus congruebant, Vir Dei *(Gislenus)* venerandum talibus verbis interpellat episcopum : Tempus adest, Pater, quo servo suo dominus pontifex

AUCTORE J. B.

pontifex promissæ benedictionis munus exsolvere debeat. Gaudens igitur venerabilis pater, bonis Viri studiis, accersito secum beato ac venerabili Dei cultore Amando, cum magna circumfusæ plebis exultatione monasterium dictum ad laudem Domini et honorem Apostolorum Petri et Pauli consecravit. *Si vero Balderici lib.* I, *cap.* 18 *apud Colvenerium* : Ecclesiamque, quam idem sanctus Gislenus construxerat, assumpto secum beato Amando, in honore Apostolorum conseeravit; *quæ quamquam Baldericus cum iis verbis, quibus primum* S. Gisleni *ad S. Autbertum accessum exponit, connectat, aliquot tamen anni inter utrumque intercessere. Quo autem anno ea consecratio facta fuerit, ex rerum a S. Amando gestarum ordine definiri debet, veroque proxima Henschenii videtur sententia, qui eam consecrationem, reduce ex itinere Romano, postremo scilicet, Amando, sub annum* 653 *peractam statuit, cui Cointius consentit in Annalibus ad hunc annum.*

allicit SS. Waldetrudem

50 *Magnam ad eam solemnitatem concurrisse hominum turbam non plebeiorum modo, sed et principum virorum, ut fere fieri solebat, non* B *dubium est* : Inter quos, *inquit Rainerus,* quidam comes nobilis, nomine Malgerus, prædicantibus episcopis divina inspiratione compunctus fallaci mundo renuntiato cum suis actibus capite est tonsus præfati Cameracensis episcopi manibus ac quia crucem Domini tollendo vestigiaque illius sequendo, mundo volebat esse mortuus, in Altomonte sub regulari habitu est reclusus, quem, Dei gratia illum præveniente et subsequente, immaculatum servavit fine tenus. *Quem* Malgerum *in Ms. nostro Rainerus vocat,* Maldegarium, *ac post* Vincentium *etiam dictum, anonymus nuncupat, nempe S. Waldetrudis conjugem, qui, bona uxoris venia a S. Autberto in monachum tonsus in monasterium Altimontense, jam ante, ut apparet, ejus opibus haud procul Melbodio inchoatum, primum quidem secessit, sed in Sonegiensi, a se pariter constructo, sanctam vitam beato fine terminavit, ut ad diem* XIV *Julii in Opere nostro fusius videre est. Porro* S. Gislenus *Waldetrudi, ut divinitus jussus fuerat, hortator auctorque fuit, ut mariti exemplum secuta, mundo pariter valediceret, et monasterium Castrilocense eo loco,* C *quo ipse primum suum monasterium condere proposuerat, strueret, quæ latius tum apud anonymum nostrum num.* XI *et seqq., tum in ejus Vita, in tomum* I *Aprilis ad* IX *ejusdem mensis diem illata, relata reperies. Pauca tamen in anonymum nostrum hic observabo. Ac primo quidem Waldetrudem* regi, *nempe Dagoberto,* consanguineam *vocat. Regio quoque genere nata dicitur S. Aldegondis, Waldetrudis soror, in Vitis a Bollando editis, ad diem* XXX *Januarii. Sed auctor Vitæ S. Aldegundis, quem dein Mabillonius in lucem protraxit, ipsi sanctæ virgini æqualis, tantum ex vetusta nobilique familia, commemoratis parentum ejus Walberti et Bertilanes, avunculorum item Gundelandi et Landrici nominibus, ortam dicit; de regia autem tacet.*

et Aldegundem,

51 *Dein vero anonymus visionem S. Waldetrudis, qua ipsi S. Gaugericus in ecclesia,* quæ est in villa Buxuto, *apparuit, memorat. Rem ipsam in dubium non revoco : de loco mihi quæstio est. Vicus* Boussut *alter prope Gislenopolim, alter inter Bellomontium et Walcurtium situs est : vicus item* Boussoit *alter quidem prope Melbodium ad Sabim, alter vero non procul Binchio ad Hainam. Primum hic Mabillonius in suis ad* D *Vitam S. Waldetrudis Annotatis intelligendum putat. Secundus assignatur in Annotatis ad Acta S. Waldetrudis tom.* I *Aprilis pag.* 839. *Verum postremum, non procul Binchio situm, salvo tamen reliquorum, si ex illis S. Gaugerici nomini sint dicati, jure, intelligendum arbitror : nam primo Baldericus lib.* I *Chronici cap.* 94, *quem dixi, vicum* Bussud *nominat :* Super Hagnam fluvium *(Rainerus et Lantbertus comites)* castrum Bussud munierunt : *dein idem pagus alteri nomine* Strepy *propinquus est, natali scilicet S. Madelgarii loco, quem, recedente illo in Altimontense monasterium, S. Waldetrudis adhuc* in seculari habitu degens *verosimillime incolebat. Tertio locum illum S. Gaugerico sacrum fuisse, inveni in Catalogo Ms. parochiarum aliquot diœcesis Cameracensis, ubi Binchiensi decanatui adscribitur; et de eodem denique ita ad decessores nostros (vide tom.* 2 *Augusti pag.* 668*) de consecratis S. Gaugerico diœcesi Cameracensi ruralibus ecclesiis agens, scripsit clariss. D. Mutte, rerum ad diœcesim Cameracensium spectantium peritissimus :* Inter quas illa antiquitatis plurimum ha- E bet, quæ in Buxuto, vico Hannoniæ secundo a Montibus lapide exstabat, vivente S. Waldetrude, ut fert ejus Vita. *Ut adeo illius ecclesiam ob vicinitatem frequenter adiisse, et ex illius frequentatione ortum videatur, ut, cum illi S. Gaugericus apparuit, in hujus ecclesia Buxutensi fuerit sibi visa versari, quemadmodum anonymus ait. Ultimo denique observo, Castrilecensem fundum, nec Hildulfi, Laubacensis ducis seu præfecti regii, nec Aiæ uxoris ejus, nec S. Waldetrudis dominii proprie dicti fuisse, cum eum locum, teste anonymo, suis opibus S. Waldetrudi Hildulfus emere ab illius domino necesse habuerit; quod contra eos facit, qui S. Waldetrudem Hannoniam, licet arctioribus ea tempestate, quam nunc limitibus circumscriptam hereditario jure possedisse contendunt. Qui plura de sanctis conjugibus Hildulfo et Aya voles, tom.* IV *Junii ad diem* 23, *et tom.* 2 *Aprilis ad diem* 18 *consule.*

earumque amicitiam colit

52 *Auctor præterea S. Waldetrudi* S. Gislenus *fuit, ut in monasterium Castrilocense, relictis apud Bertiliam liberis, sese abderet, et velamen sacrum a S. Autberto, Cameracensi episcopo, susciperet.* Sanctus igitur Dei Sacerdos, *inquit anonymus num.* 12, ex toto S. Waldetru- F dis consiliator, hortatus est eam proficisci ad almum pontificem Autbertum, ut ejus auctoritate susciperet innocentis vitæ indumenta, quod et gratanter fecit. *Id ubi effectum vidit, Waldetrudem hortatus quoque est, ut sororem suam Aldegundem ad vitam monasticam alliceret, uti narrare anonymus pergit. Paruisse Waldetrudem* S. Gisleni *consiliis, colligi potest ex biographo S. Aldegundis, qui virgini huic sanctæ æqualis fuit, apud Mabillonium Sec.* 2 *Benedictino pag.* 808, *ubi ita scribit* : Ne a bonis actibus apostataret *(Aldegundis)* prædictæ matri Bertilanæ epistolas *(Waldetrudis)* direxit, ut eam ad se visitandam dirigeret. Illa pietate commota ire concessit, jussitque, ut celeriter remearet. *Aldegundem id temporis, seu probabiliter sub annum* 654 virgunculam *anonymus* S. Gisleni *biographus vocat : natam fuisse Dagoberti tempore, scribit anonymus ipsi æqualis; Hucbaldus vero sub annum* 730 : Anno, *inquit hic,* Dominicæ Incarnationis circiter evoluto ..... orta est in pago Haïnoënsi virgo Aldegundis. *Particula* circiter *Hucbaldo non fuisse*

*propositum*

A *propositum annum Aldegundi natalem exacte describere, indicare videtur: ita ut nihil Hucbaldi opinioni contrarium statuat, si quis eam duobus tribusve annis serius natam dixerit; ita hoc tempore puella Aldegundis fuerit annorum circiter* 20, *qua ætate ab anonymo nostro* virguncula *nuncupari potuit. Ceterum voti sui compotes* SS. Gislenus *et Waldetrudis facti sunt, cum dein S. Aldegundis in extructum a se Melbodii monasterium sese recipit una cum SS. Aldetrude et Madelberta, S. Waldetrudis filiabus, quod ut fieret, non parum etiam* S. Gislenus *adlaboravit. Dicuntur hæ quidem non tantum natæ, sed etiam cum S. Aldegunde monasterium Melbodiense ingressæ, quod cum hactenus dictis pugnat, Dagoberti tempore: sed eruditis notum est multa a multis Dagoberti temporibus adscribi, quæ sub ejus successoribus acciderunt: neque id mirum est; cum annos Dagobertini regni, quod sedecim annorum fuit, alii* 25. *alii* 30 *vel* 34, *imo* 44 *numerent, ut Henschenius lib.* 1 *de tribus Dagobertis pag.* 49 *tradit.*

*usque ad obitum suum,*

53 *Quæ deinceps num.* 14 *et seq. narrare pergit anonymus summæ necessitudinis amicitiæque vinculum* Gislenum *inter binasque sorores Waldetrudem et Aldegundem arguunt; ut initum a* SS. Gisleno *et Aldegunde pactum*, ut abbates seu abbatissæ Melbodiensis cœnobii in universis necessariis præsto forent abbati fratribusque habitantibus Cellæ S. Gisleni, pontemque construerent, per quem fidelis populus oratum pergeret ad locum prædictum: *huc etiam facit donatio duorum mansorum in Basiaco, a S. Aldegunde Cellensi monasterio facta, cujus meminit Otho imperator apud Miræum lib.* 2 *Donationum Belgicarum cap.* 18. *Item donatio villæ Frameraies a S. Waldetrude facta, uti et oratorii S. Quintini in vico Quaregnon medio fere inter Gislenopolim et Montes Hannoniæ itinere, quo jam præ senio fracti, nec longiori viæ pares, ut spiritualibus de rebus inter se colloquerentur, convenire* SS. Gislenus *et Waldetrudis consuevere. Verum observanda est potissimum visio, quæ S. Aldegundi de S. Amandi gloria fuit oblata; ex qua, si non accurate, non admodum equidem remote annus* S. Gisleni *supremus, cum potiora monumenta desint, determinandus est. Visionem illam Henschenius in Vita S. Amandi* § XV *vivo Amando contigisse autumavit, sed neque anonymum æqualem Vitæ S. Aldegundis scriptorem, neque, quem edimus,* S. Gisleni *biographum viderat.*

*qui sub annum* 681

54 *Ita prior biographus apud Mabillonium Sec.* 2 *Ben. pag.* 811 *et seq. rem refert:* In illis temporibus erat quidam episcopus, nomine AMANDUS, amicitia spirituali familiaritate *(S. Aldegundi)* adnexus. Quadam nocte, dum se sopori dedisset, beata virgo vidit illum a Domino coronari et magnam catervam animarum cum illo beatitudinem Christi percipere, et vociferabant angeli: Ecce munus amabile, quod ore prædicando adquisivit, Domino contulit. De amici salute *(utique jam parta)* virgo beata evigilans gaudet exsultans in corde suo. *Ita vero anonymus noster:* Ea tempestate sanctus pontifex Amandus sui cursu laboris consummato spiritum divitiis cælestibus oneratum reddidit Regi æterno. Quem sancta virgo Aldegundis in visu ab eodem Rege, regnum Domino vidit cælesti diademate coronari. *Accedit his auctor Epitomes historicæ tom.* 1 *Febr. pag.* 894 *de translatione et elevatione corporis S. Amandi, qui hanc visionem S. Aldegundi oblatam ait* in ipsa, qua B. Amandus transiit, hora. *Contigit igitur ea visio anno* 679, *si hoc anno Amandum ex hac vita migrasse cum Mabillonio et Cointio statuas. Quo posito, Aldegundem ad annum usque* 684 *in vivis fuisse superstitem, seculo* 2 *Benedictino pag.* 815 *recte Mabillonius probat. Porro cum, moriente S. Amando,* S. Gislenus *tamquam senex decrepitus fractusque ab anonymo depingatur, atque adeo uno tantum alteroque verosimiliter anno in vivis esse perrexerit, annum ejus emortualem ad annum circiter* 681, *haud male referri posse cum Mabillonio reor, dum aliunde plus aliquid lucis afferatur.*

AUCTORE J. B.

*die* IX *Octobris contigit.*

55 *Natalem ejus apud Superos diem biographi tacent. Die* IX *Octobris obiisse loci traditio est, quem diem vetustiora Gisleniani monasterii Calendaria pariter signant. Sepultus est in condita ab ipsomet SS. Petri et Pauli basilica, miraculis post obitum clarus; non tamen S. Autberti Cameracensis episcopi opera, quod lib.* 3 *Annalium Hannoniæ cap.* 14, *pag.* 114 *Vinchantius scribit: nam ante S. Amandum Autbertus obiit, cum illius Testamento, quod tom.* 1 *Februarii pag.* 871 *et seq. Henschenius exhibet, subscripserit S. Vindicianus, S. Autberti in Cameracensi sede successor.* E

## § V. Monasterii Cellensis et reliquiarum S. Gisleni vicissitudines aliquot.

*Inclinatum Cellensis monasterii*

*Etsi quidem minime dubitandum videatur, quin ab ipso fere obitu* S. Gisleni *veneratio cœperit, florentissimumque successoribus suis monasterium reliquerit; vix aut ne vix quidem quidpiam eorum, quæ integro circiter post Sancti obitum seculo acciderunt, transmissum ad posteros est: id unum scitur, Gislenianum monasterium, ut se habent humana, a primo suo splendore sensim descivisse.* Quamvis priscis temporibus, *inquit Rainerus,* S. Gisleni *Miracula descripturus*, a loci primoribus tam ædificiis, quam institutis regularibus, nec non etiam luce sapientiæ et scientiæ non minimum locus Cellensis fuisset decoratus, paulatim tamen per incuriam cultus et veneratio ipsius decessit, *nimirum, teste anonymo,* quousque magnus rex Carolus cuidam abbati propinquo suo nomine ELEFANTI præfatum locum concessit servandum. *Abbatem hunc Rainerus* multarum abbatiarum rectorem opinatissimum *vocat. Eginhardus Caroli Magni biographus plura rexit monasteria, ut Salighenstadiense, Fontanellense, Fossatense, Gandense, idemque Caroli Magni gener, ducta in uxorem Imma ejus filia, in Chronico Laureshamensi fuisse legitur; quamquam id ex ipso Eginhardo in Vita Caroli videatur posse refelli. Hinc nonnulli Elefantem et Eginhardum unum eumdemque fuisse conjectant. An satis solide ipsi viderint?*

*statum restituit, novumque templum*

57 *Susceptam ab Elefante monasterii Cellensis administrationem anno* 808 *Mabillonius Cointiusque in suis Annalibus innectunt: at cur huic potius, quam cuivis alteri, non procul tamen inde remoto, illa innectenda sit, equidem ignoro. Prima ejus cura fuit, ut veteri templo sublimius pulchriusque substitueret. Rem etiam domesticam Gislenianis monachis auxit, condito in*

AUCTORE J. B.

*in diœcesi Suessionensi prioratu in villa* d'Alemans *dicta, quam Cellensi cœnobio annis* 965 *et* 1068 *apud Miræum lib.* 2 *Donationum Belgicarum capp.* 18 *et* 22 *confirmarunt imperatores Otho et S. Henricus:* Hanc ALEMANNIS, *inquit Henricus,* ex donatione Elephantis ejusdem loci abbatis, qui fuit propinquus Caroli regis, ab antiquio possidet hæreditario jure idem Sanctus. *His antiquior Cellensis anonymus, qui* S. Gisleni *miracula scripsit, infra num.* 7 *consonat. Cellensis seu Gisleniani juris fuit usque ad seculum* XVI, *quo illum Carolus Croius, Tornacensis episcopus et S. Gisleni abbas, alienavit, ut scribit Vinchantius in Annalibus Hannoniæ pag.* 128; *quo præterea teste, prioratus ille, mutato nomine,* S. Gislenus minor *dictus fuit. Vicum vero* Allemant *non procul Suessione apud Blaevium in Tabula Geographica Picardiæ, qui hanc consulere voluerit, reperturus est.*

*Elefans abbas condit:*

58 *Porro Elefans ad exstructi a se novi templi dedicationem Halidgarium, Cameracensem episcopum, evocavit.* Veniens ergo episcopus *(Halitgarius)* dixit, non debere illud benedici, manente intus alicujus Sancti corpore aut ali- B quibus Sanctorum reliquiis. *Erat enim in more positum, ut pridie consecrationis, Sanctorum reliquiæ in proximas ecclesias aut locum aliquem separatum deferrentur, ac sequenti die in novum templum referrentur, ut apud Martene lib.* 2 *de antiquis Ecclesiæ ritibus cap.* 13, *num.* 7 *videre est. Sancti itaque corpus* foras monasterii oratorium *extulerunt, ac* post absidem altarisque fenestram *abdiderunt: verum, consecrata ecclesia, eo reportari* S. Gisleni *corpus Halitgarius noluit; non quod de* Gisleni *sanctitate dubitaret, sed speraret fore, ut, instaurato monasterio restitutaque religiosæ vitæ disciplina, novis prodigiis* S. Gisleni *merita Deus ostenderet; ac tum demum nova solemnitate (quod, etsi serius, revera contigit) in basilicam illam sanctum corpus inferendum esset. Contigit ea consecratio* VIII Kalendas Augusti *seu die* XXV *Julii, qui S. Jacobo Apostolo sacer est, regnante Ludovico Pio. Quod si die Dominico, ut fieri plerumque solebat, facta statuatur, illius annus etiam habebitur* 818, *quo littera* C *(diei* XXV *Julii respondens) Dominicalis, ut loquuntur, fuit: a dicto autem anno dies Dominicus, sedente Halitgario, in diem* XXV *Julii non incidit, nisi anno* 829. Ne C vero rejiciatur *(dicta consecratio)* in hunc annum *(inquit Cointius)* prohibent veteres annalistæ, qui Halitgarium anno Redemptoris octingentesimo duodetricesimo Constantinopolim a Ludovico Augusto directum scribunt. *Nescio, quo pacto factum sit, ut Mabillonius in Annalibus, ad annum* 808 *num.* 65 *de hac consecratione agens, Cameracensem episcopum, cujus opera ea peracta fuit, non* Halitgarium, *sed* Hildegarium *nominarit: unde accidisse videtur, ut Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 3, *col.* 10 *ex una consecrationem confinxerint geminam, alteram ab Hildoardo, alteram ab hujus successore Halitgario factam. Ceterum* S. Gisleni *corpus extra novam ecclesiam terra contectum ibidem ad seculum usque decimum, ut infra videbitur, mansit.*

*dein vero una cum monasterio*

59 *Cetera Elefantis abbatis gesta alta sunt oblivione sepulta: neque quamdiu Cellense cœnobium rexerit, quos successores habuerit, aut quid rerum horum tempore gestum fuerit, scire nos passa est invidia temporum. Una mansit luctuosissimæ non Cellensi cœnobio tantum, sed et Belgio universo cladis, a Normannis sub annum* 881 *illatæ, memoria, cujus partim atrocitate, partim* seniorum segnitie, *ut anonymus* S. Gisleni *biographus loquitur,* locus rediit in eremi vastitatem, *ita ut, sublatis monachis, vix clericus unus, qui sacerdotale munus obiret, superesset, qui ne quidem illic, sed in vicino Hornutensi pago habebat hospitium:* Denique iis diebus, *ait miraculorum* S. Gisleni *scriptor anonymus,* quidam presbyter Teutfridus nomine prædictum locum, quo venerandus vir basilica constructa sepeliri se mandaverat..... per successionem ad explendum inibi sacerdotale debitum, videlicet sui gradus officium, acceperat, sibique in villa proxima, quæ vocabulo dicitur Hornutum, hospitium deputaverat. Tantum quippe secretus vel inaccessibilis locus monasterii illius videbatur, quod præ horrore solitudinis etiam inhabitabilis fieret. *Is cum esset monasterii status, mirum profecto non est, si tum, quod pariter anonymus asserit, non modo locus, quo latebant* S. Gisleni *exuviæ, fuerit ignoratus, sed ipsiusmet Sancti memoria fere penitus oblite-* D *rata.*

*Sanctis memoria perit,*

60 *At tandem divino Numini placuit* S. Gisleni *reliquias propalare, et Gislenianum monasterium pristino splendori restituere. Cœcus quidam in somno monitus, ut ad id monasterium pergeret, jussis paruit, receptoque oculorum visu lætus ad suos rediit, monito prius loci presbytero,* Gisleni membra in sæpe dicto monasterio jacere et loco sepulturæ transferri oportere, *qui cum locum ignoraret, nihil in illo perquirendo operæ aut diligentiæ posuit: locum illum tandem* S. Gislenus *ipse Winerado cuidam, viro probo pioque, apparens ostendit, jussitque, ut fixo die, nempe* XXIX *Septembris S. Michaëli sacro ossa sua ex humo effoderentur, quo die, adjuncto sibi loci presbytero, in designato sibi loco (retro templi absidem ex dictis supra)* S. Gisleni *exuvias invenit. Cum vero in synodo Moguntiaca anno* 813 *celebrata cap.* 50 *statutum esset,* ut deinceps corpora Sanctorum de loco ad locum nullus præsumat transferre sine consilio principis et episcoporum et sanctæ synodi licentia, *prius evocandum diœcesanum episcopum censuerunt, quam Sancti reliquias in constructam ab Elefante basilicam reportarent. Fecit id Stephani Cameracensis episcopi jussu et vice Gilbaldus (seu Oilbaldus, ut Rainerus scribit) Cameracensis ecclesiæ* F *archidiaconus, die* XV *mensis, ut opinor, Octobris, quo toto tempore gratissimum* S. Gisleni *ossa odorem diffudisse, addit Miraculorum ejus scriptor anonymus. Annum porro, quo ista translatio contigerit, accurate definire non admodum pronum est.* E

*sed revivisc it, detectis*

61 *Anonymus Miraculorum scriptor, de Miraculis, quæ inventionem corporis* S. Gisleni *præcessere agens, ita loquitur:* Agitur ergo sive proditur istud tempore congruo, imo superno respectui placito, scilicet Henrico Saxone rege Franciæ Austrasiorum sive Germaniæ gerente insignia sceptra, Ghiselberto earumdem regionum duce vel consule, ut per principes famosi nominis promulgaretur celebre nomen latius famosi miraculi. *Gislebertus a Carolo Simplice Lotharingiæ primum præfectus, ac dein rebellis in Carolum factus, ad Henricum Aucupem fugit, cujus opera Carolo reconciliatus Lotharingiæ partem recepit; sed* ceteros, qui sua habebant, ingenti cæde vexabat, donec omnia sua recipe- ret, *ut habet Chronicum Saxonicum tom.* 8 *scriptorum rerum Gallicarum pagg.* 224 *et seq.*

*Dein*

A *Dein anno* 929, *ut ibidem pag.* 227 *traditur, Henricus, qui Lotharingiæ partem jam habebat, sperans, Gisleberti opera* totum se regnum Lotharii habiturum, *suam illi filiam in uxorem dedit,* subdelegato omni pariter *duci Gisleberto)* Lotharii regno. *Hanc epocham designare videtur anonymus Miraculorum* S. Gisleni *scriptor, ita ut ante annum* 929 *Inventio corporis* S. Gisleni *contigisse non videatur; cum quæ hanc præcessere apparitiones, et ipsam quoque corporis* S. Gisleni *Inventionem Gisleberti, ab Henrico universæ Lotharingiæ administrationi denuo admoti temporibus innectere videatur verbis mox laudatis Miraculorum* S. Gisleni *scriptor anonymus. Alioquin enim cur Henrici potius, quam Caroli Simplicis, aut solius Gisleberti hæc memorans meminisset? Sed neque multum ultra dictum annum ea translatio differri potest, cum anno* 933 *vel certe sequenti, quem Baldericus lib.* 1 *cap.* 68 *signat, Stephanus obierit, ac translationi, ut ex sequentibus patebit, superstes fuerit; ut non male anno circiter* 929 *solemnitas illa peracta statui possit, vel annis aliquot citius, si anonymi verba paulo latius sint accipienda.*

B *sub annum 929 ejus reliquiis, quas auferunt*

62 *Porro basilicæ, sacrarumque* S. Gisleni *reliquiarum jam sublimi loco positarum cura sacerdoti cuidam mandata est, cœpitque ad* S. Gisleni *basilicam magnus hominum concursus fieri, imo, si Rainerum audias, etiam esse invidiæ, qua ducti Melbodienses, inito cum Montensibus consilio,* S. Gisleni *corpus furtim ablatum ad Melbodiense cœnobium detulerunt.* Exin cum sacerdos, Cellæ beati viri ædituus, ac vicini circumquaque suspensi mærore nimio de ablato corpore afficiuntur, apparuit idem *(Sanctus)* quibusdam ex eis per visum consolans, spondensque se celeriter reversurum, simulque monens, ut Malbodienses super hoc convenirentur. *Ita anonymus Miraculorum scriptor : at rem paulo fusius aliterque Rainerus narrat : apparitionem alteram, cuidam Egrardo factam, S. Lamberto,* Gisleni *discipulo, tribuit; alteram autem, cuidam Adelelmo oblatam,* S. Gisleno. *Addit Egrardum a S. Lamberto in mandatis habuisse, ut Herbertum comitem,* optimum vicinum, *adi-*

C *ret, nimirum, ut Herberti intercessu* S. Gisleni *corpus Melbodienses restituerent : sed nihil horum præstitisse Egrardum. Quis fuerit Herbertus ille, dubium est. Mabillonius in Indice historico sec.* 2 *Benedictini* Montensem comitem *vocat. Erat id temporis Hannoniæ comes Raginerus, Gisleberti frater : neque scio, num alius quispiam Montensis comitis titulo gavisus ea tempestate fuerit : præplacet Heribertus, Veromandensis comes, cujus ditio Hannoniæ confinis erat, contractumque cum Gisleberto amicitiæ fœdus ad annum* 931 *Flodoardus memorat.*

*Melbodienses ac restituere coguntur :*

63 *Qui autem Melbodienses ad restituendum* S. Gisleni *corpus compulsi fuerint, anonymo nostro enucleatius Rainerus prodit, cujus propterea in hanc rem verba hic visum est sistere :* Apparuit denuo ipse S. Gislenus in villa Havagio cuidam Francigenæ nomine Adelelmo dixitque ei : Ego sum Gislenus. Scis, quid sit factum de corpore meo? At ille : Scio, ait, Domine, omnia. Tunc Sanctus, nequiter, inquit, in me actum est. Sed modo non tardes adire Malbodium dicturus prælatæ Theodradæ et aliis sororibus cum sacerdotibus, ut reddentes sine cunctatione corpus meum restituatur suo loco. Mane vero surgens jam dictus Adelelmus fecerat omnia, quæ jusserat Sanctus. Illi vero negligentes dicta ejus spreverunt. Misso autem præcone ad episcopum Cameracensium dominum Stephanum, venit accedens usque castellum Malbodiense, stansque foris intromisit, qui dicerent majoribus natu : Reddite, quæso, fratres ac sorores, almi vatis Gisleni corpus, ut suo a Christo dato restituatur loco. Sin secus, excommunicabo, ne quis in hoc loco Missas nec alia Deo obsequia celebret. Quod audientes Malbodienses, licet coacti, paruerunt tamen episcopo. *Juverit etiam Rainerum, diem modumque, quo in locum pristinum* S. Gisleni *corpus relatum fuit, exponentem audire : ita pergit :* Tunc quoque jussit episcopus decanum venire cum omnibus decaniæ suæ fratribus, atque Sancti glebam referre cum reverentia et honore condigno, quibus jussis obtemperantibus, præcepit etiam episcopus, uti singuli sacerdotes per singulas hebdomadas custodirent locum cum sancto corpore, donec cum duce Gisleberto quæreret, qui eumdem locum servarent diu noctuque. Facta est siquidem Idibus Decembris relatio sacrorum cinerum et reconditur eadem die cum maximo E
cleri plebisque tripudio in sæpe memorata basilica Apostolorum.

auctore J. B.

*tranfertur a clericis ad Benedictinos*

64 *Sacerdotes, quos Stephanus, Cameracensis episcopus servandis* S. Gisleni *reliquiis addixerat, non diu post loco cessisse oportet; nec immerito, si vera sunt, quæ de his Cellense monasterium temere ingressis, pessima eorum vita, circumvectisque hac illac turpis lucri causa* S. Gisleni *reliquiis Rainerus apud Mabillonium sec.* 2 *Ben. pag.* 798 *narrat : verum hisce de rebus anonymus Miraculorum scriptor altum tacet, et a sacrorum* S. Gisleni *cinerum reductione ad instituti Benedictini in Gisleniano cœnobio instaurationem mox progreditur his verbis :* Post, Deo annuente, meritis servi sui intervenientibus, principum consilio decretum est, esse debere in loco his beneficiis insignito cœtum ecclesiastici ordinis Majestati supernæ continue militantem. Ergo monachico ordine sub norma Sancti habitus instituto majoribus demum virtutibus monasterium ipsum attollitur. Post, *inquit; reportatis nempe* S. Gisleni *reliquiis : non audien-* F
*dus est igitur Vitæ S. Gerardi Broniensis scriptor, qui corporis* S. Gisleni *inventionem ac reductionem, adjectis etiam commentis aliquot, S. Gerardo adscribit : multum enim ille anonymo nostro, qui in ipso Gisleniano monasterio, abbate Gerardo, ut ex dicendis num.* 66 *liquet, anno* 938 *degebat, auctoritate et fide cedere debet, quod hic observandum, uti et eumdem anonymum ad manus nostras ante edita a nobis S. Gerardi Acta haud pervenisse.*

*Cellense monasterium sub annum 953,*

65 *Ceterum reliqua, quæ dictam monasterii Gisleniani instaurationem comitata sunt, adjuncta ex Rainero vel auctore Vitæ S. Gerardi repeti debent; Rainero teste, præcipuus illius auctor fuit Gislebertus Lotharingiæ dux, qui, S. Gerardo Bronio evocato, ut Gisleniani monasterii curam regimenque susciperet, suasit, persuasitque, quamvis jam tum multarum abbatiarum moderator esset : sed hoc Raineri dictum tom.* 2 *Octobris pag.* 255 *et binis seqq. discussum vide. Rursum Rainero teste, eo motus potissimum fuit Gislebertus partim visione quadam, qua ipsi* S. Gislenus *apparens S. Gerardum monasterio suo præficiendum postulavit, quod ille non solum præstitit,*

AUCTORE J. B.

*tit, sed etiam, quæ ad illud pertinuerant, prædia* tam præceptis regalibus, *inquit Rainerus in Ms. apud nos servato cap.* 9, quam salubribus Stephani Cameracensis episcopi *(vel adhuc superstitis, vel paulo ante defuncti)* exhortationibus *restituit : ex quo consequi videtur, anno circiter* 933 *id contigisse : quod ex iis, quæ de contracta muliere Dada postremo loco anonymus Miraculorum* S. Gisleni *scriptor tradit, confirmatur : hanc enim ab initis statim nuptiis crurum contractione laborasse, et* S. Gisleni *meritis eo malo, abbate Gerardo, liberatam fuisse, eaque de causa* sub sacro velamine, *(addo, et cœnobitarum Gislenianorum moderamine)* Cellensis ecclesiæ excubiis deservire *voluisse ; sed, refragante hujusmodi desiderio ejus marito, in eumdem morbum relapsam scribit, donec anno* 938 *rursus* S. Gisleni *patrocinio sanitati restituta Cellensi* ecclesiæ ministeriis sub sacro velamine deservire promisit, *postquam eo morbo sexennium laborasset : si autem ab anno* 938 *annos* 6 *ordine retrogrado numeraveris, ad annum* 933 *aut* 932 *revolvere. S. Gerardi tempore id accidisse etiam Rainerus in Ms. apud nos servato affirmat :* Eodem namque tempore, quo
B idem abbas Gerardus videbatur præesse sæpe dictæ Cellæ fratribus, mulier quædam nomine Dada, quæ post licitos maritalis conjugii amplexus, ita est divino nutu contracta etc.

*quo paulo post deflagrante, flamma parcit reliquiis Sancti,*

66 *Annum* 938 *accurate propter Gisleniani, quod eo labente contigit, cœnobii incendium designare anonymus* S. Gisleni *Miraculorum scriptor voluit.* Hoc quidem, inquit, lamentabile excidium provenit anno ab Incarnatione Domini nongentesimo trigesimo octavo, die dominica hora sexta XII Kalendas Septembris, Ghisleberto duce adversus Ottonem regem Saxonum causa regni concertante. *At cum anno* 938 *dies* XXI *Augusti Dominica non fuerit, non* XII, *sed* XIV *Kal. Septembris notasse anonymum reor ; tum quod facilius hujusmodi error committi potuit, mutata cifra* V *in unitatem, quam annus* 936, *quo dies* XII *Kal. Septembris Dominica fuit, mutari in annum* 938. *Et sane quod de Gisleberti cum Ottone, Henrici Aucupis filio, concertatione memorat, anno* 936 *minus congruit : nam Gislebertus anno* 939 *Rheni undis submersus periit : nec movere arma adversus Ottonem cœpit ante*
C *annum* 938. *Frodoardus in Chronico ad annum* 939 *apud Bouquetum tom.* 8 *Scriptorum rerum Gallicarum de Gisleberti Gestis ad hunc modum loquitur :* Lotharienses Othonem suum regem deserunt, et ad Ludovicum regem veniunt, qui eos recipere distulit.. ... Lotharienses iterum veniunt ad regem Ludovicum : et proceres ipsius regni, Gislebertus scilicet dux et Otho, Isaac atque Theodoricus comites eidem se regi committunt..... Otho rex, Rheno transmisso, regnum Lotharienſe..... devastat..... Gislebertus dux Lotharienſium trans Rhenum profectus prædatum, Saxonibus se, dum revertitur, insequentibus, in Rhenum fertur desiluisse cum equo : ibique vi enecatus undarum postea reperiri non potuit, ut fertur. *Sigibertus, licet Henricum anno* 937 *obiisse, perperam statuat, ad annum tamen* 938 *ita scribit :* Contra Othonem *(postea)* imperatorem rebellant Everardus, comes palatii, et Gislebertus dux Lotharingiæ. *Quæ autem Frodoardus aliique Scriptores Gisleberti Gesta in unum eumdemque annum* 939 *congerunt, anno* 938 *facile potuerunt sumpsisse initium : unde hic annum* 938 *retinendum probabilius autumo. Sed, inquies, jam inde ab anno* 937 *S. Gerardus Bavoniani monasterii curam* D *susceperat, qui tamen Dadæ mulieris sanationi,* instanti festivitate S. Gisleni *factæ, præsens adfuisse ab anonymo dicitur. Esto : verum nihil obest, quo minus, Bavoniano monasterio tantisper relicto, Ganda Cellas reviserit, recenti cladi medelam et monachis suis, quod posset, solatium allaturus. Ceterum in tam gravi casu, ut ait anonymus Miraculorum scriptor num.* 9, *id Gislenopolitanis cœnobitis solatio fuit, quod* S. Gisleni *aliorumque Sanctorum reliquiis flamma pepercit.*

*cujus aliquot miracula hic attinguntur.*

67 *Hactenus anonymum Miraculorum S. Gerardi scriptorem æqualem ducem secuti simus : sed cum nos hic ille, vel certe Gislenianum apographum deserat, quæ deinceps dicenda sunt, seu ex Raynero, seu aliunde cogimur mutuare. Miracula quidem nonnulla,* S. Gisleni *meritis patrata, quamvis ab anonymo relata, non attigimus : verum hæc in nostris ad anonymi hujus lucubrationem Annotatis, quoad fieri poterit, illustrabimus. Porro relatis ab anonymo* S. Gisleni *Miraculis tria subjunguntur apud Rainerum, de quorum* I *et* 3 § *seq. agemus : secundum, quod* confirmant nonnulli, *inquit Rainerus,* se vidisse, E qui adhuc supersunt humanis rebus, *obiter attigisse sufficiet. Ita autem habet. Dominicus quidam ex villa,* ubi venerantur pignora S. Salvii *(nunc Ordinis Benedictini illic prioratus est prope Valentianas, dictaque olim fuit* Brevitica, *vulgo* Bruvaige) *visu privatus, hujus recuperandi causa, prout monitus in somnis fuerat, Cellense monasterium* S. Gisleni *opem imploraturus accessit, acceptaque ab Hunoldo ædituo ex puteo* S. Gisleni *aqua, lotisque ea oculis, ad suos optato donatus lumine rediit.*

## § VI. Sancti reliquiæ sæpius translatæ, ejusque nomini erectum sodalitium.

*Sancti reliquiæ*

*Postquam divini Numinis providentia factum est, ut humi defossæ* S. Gisleni *reliquiæ seculo* X *detegerentur, ac publicæ venerationi exponerentur, longe lateque illius fama increbuit,* F *et sæpenumero sacra illius ossa de loco in locum translatæ, aut variis de causis circumvectæ fuerunt. Contigisse id etiam seculo* IX *Jacobus Guisius vol.* 2 *Annalium Hannoniæ fol.* 68 *refert Ragineri seu Raineri hujus nominis I, tempore, quem sub annum* 881, *cum timeret, ne in Hannoniam arma Normanni converterent,* S. Gisleni *reliquias ingenti incolarum agmine stipatum, ac nudis pedibus incedentem Montes Hannoniæ transtulisse, affirmat. Verum translationis hujus nec apud anonymos hactenus laudatos, nec apud Rainerum ullum vestigium exstat ; neque (de* S. Gisleni *reliquiis loquor) ea locum habuisse videtur : nam anonymo, S. Gerardi discipulo, teste, annum inter* 925 *et* 929, *uti num.* 61 *dictum est, eodem loco, quo circa annum* 818 *Halitgarii, Cameracensis episcopi et Elefantis abbatis Cellensis ætate mandata terræ fuerant, reperta fuere* S. Gisleni *ossa, et quidem cum alta hominum mentes loci, quo jacerent, atque ipsos hujus ministros occupabat oblivio, quæ, si imminentibus Hannoniæ sub seculi proxime superioris finem Normannis, translatio isthæc contigisset, et pacatioribus dein temporibus relatæ fuissent in*

*Cellense*

A *Cellense monasterium* S. Gisleni *exuviæ, locum habitura fuisse, interjecto inter illarum in pristinum locum relationem inventionemque tantillo temporis spatio, non videtur.*

*ad Grandemlocum sub x sec. finem*

69 *Certior ea translatio est, quæ sub Simone Cellensi abbate, ac proin sub finem seculi* x, *aut sequentis initium contigit: hanc ex Rainero seculo* 2 *Benedictino pag.* 799 *inseruit Mabillonius, ubi hæc fere legas: exorta Arnulfi et Raineri comitum tempore Montenses inter et Hornutenses simultas jam eo proruperat, ut ne a mutuis quidem cædibus abstinerent: obviam huic malo ituri Rainerus, Hannoniæ comes et Simon Cellensis abbas utrosque in campum quemdam,* grandem locum *dictum, ac prope Quaregnonem, ut ferunt, situm convocant, ut coram* SS. Gisleni *et Waldetrudis reliquiis pacem inirent: paruerunt utrique, sed animo minus sincero Montenses; vindictæ enim avidiores arma, quibus ex improviso Hornutenses aggrederentur, inter arbusta absconderant. Serpebat interim rumor, Simonem Balduino comiti* S. Gisleni *vendidisse reliquias. At enim Simon, cum utrimque ad sacras reliquias ventum est, ut impactam sibi ca-*

B *lumniam refelleret, hujusmodi oratione est usus*: O Domine, cujus visus dominatur in mente, si vere scitur a te integrum corpus nostri patroni, clarifica hoc ante conspectum dubitantium indicio virtutis tuæ. Quam orationem, *inquit Rainerus,* secutus est tantus fragor tonitrui et nebulæ atque commoti desuper aëris, insuper et pallium excussum est, quod tegebat secretum digni confessoris .... Qua visa causa, qui insidiantia arma attulerant, compuncti, nec non et cuncti alii prostrati, communi voto conclamant, sub pacis sponsione observandum auxilium S. Gisleni: multisque muneribus eum ditantes cum gaudio retulerunt ad propriam Cellam repedantes.

*aut sequentis initium;*

70 *Refert hæc Ægidius Boussu in Historia Montensi pag.* 34, *inter annum* 985 *et* 1002, *quo postremo defunctum ait Rainerum, Hannoniæ comitem, hujus nominis III. Vinchantius ad annum* 985 *id factum narrat: sed serius contigisse videtur. Cum enim Simonem de venditis Balduino comiti* S. Gisleni *reliquiis tum temporis accusarint aliqui, atque ex hoc capite odium illi conciliare conati videantur; Balduinus autem hic*

C *memoratus haud alius fuerit, quam Balduinus IV, cognomento* Barbatus, *Arnulfi II sub annum* 989 *defuncti, filius; non ante hunc annum, quæ numero superiore relata sunt, contigisse videntur; immo eo potius tempore, quo jam simultas aliqua inter Balduinum IV et Arnulfum, Cameracensem et Valentianensem comitem intercesserat. Id autem tempus Baldericus lib.* 1 *Chronici sui utcumque manifestat sequentibus verbis*: Interea vero obortis simultatibus inter comites, Balduinum videlicet Flandrensem, atque Arnulfum Valentianensem, asperrima excrevit discordia, quæ usque ad bellum procedens quietem hujus civitatis (*Cameracensis*) plerumque interpolavit. Nam quia Erluinus episcopus *(Cameracensis)* utpote cum communis deditionis sub imperatore consocio familiaritatem habebat, Balduinus (*qui Gallis favebat*) civitati huic multas incommoditates irrogabat. Gravius etiam furori incubuit, ubi mortem imperatoris tertii Ottonis, *anno* 1002 *defuncti*, audierit. *Tum narratis Ottonis obitu et Henrici II electione, ita pergit*: Ipse vero Balduinus interim multa ma-



nu collecta Valentianense castrum obsedit, atque Arnulfo, quia longe numero erat inferior, expulso, vendicare præsumpsit. *Malim itaque Hornutensium Montensiumque vixis, de quibus num. superiore, anno circiter* 1000, *quam* 985 *adscribere.*

AUCTORE J. B.

71 *Seculo* XI *Gerardus I, Cameracensis episcopus, in Castello Cameracesii quinto ab urbe Cameracensi milliari S. Andreæ oratorium, teste Balderico lib.* 3 *cap.* 49, *a fundamento construxit, quod modo Benedictinum cœnobium est. Quo anno id dedicatum fuerit, inter Scriptores, quos vidi, non convenit: plures tamen id anno* 1025 *die* XXII *Septembris contigisse affirmant. Ut ut sit, ad augendam dictæ solennitatis pompam eo delatas fuisse* S. Gisleni *reliquas ex Colvenerio disco, qui hac de re in suis ad dictum Balderici textum Annotatis ita scribit*: Catalogus Gallicus Ms. et Gazeus *(S. Andreæ monasterium)* dedicatum fuisse scribunt anno MXXV. Addit idem Catalogus ad illius dedicationis solemnitatem de mandato Gerardi allata fuisse Sanctorum corpora Gaugerici, Autberti, Acharii, Salvii, Ragenfredis, Wasnulfi, Gisleni et Humberti. *Id quoque asserit auctor, qui seculo* XVII *Historiam Miraculorum* S. Gisleni *Gallico sermone conscripsit, cui* E *religioni fuit, ne quidquam sine documentis asseveret. Is porro* S. Gisleni *reliquias Cameracum pariter fuisse delatas ait, cum Cameracensem cathedralem, quam exstruxerat, ecclesiam perquam solenni ritu idem Gerardus anno* 1030, *ut Balderico lib.* 3 *cap.* 49 *scribit,* XV *Kalendas Novembris dedicavit.*

*sec. vero* XI *ad castrum Cameracesii et Cameracum,*

72 *Quinquennio post altera reliquiarum* S. Gisleni *translatio contigit, quam apud Mabillonium seculo* 2 *Bened. pagg.* 799 *et seq. Rainerus, res sua ætate gestate referens, his verbis tradit*: Necessitate compulsus Domnus abbas Heribrandus cum suis fratribus anno ab Incarnatione Domini MXXXV non valentes ferre vastationem sui loci cum corpore beati Gisleni visi sunt adiisse clementiam imperatoris Conradi *(hujus nominis II, cognomento* Salici) lacrimabiliter se reclamantes de vastatione sui loci et de indigentia sui cœnobii: a quo benignissime consolati et munificentiis regiis dotati..... ad notum sibi cœnobium sunt reversi. *Quid causæ fuerit, cur Cellenses monachi ad Conradum confugere necessum habuerint, ex Balderico lib.* 3 F *cap.* 21 *uberius intelliges*: Post obitum vero, *inquit,* abbatis *(Cellensis)* Wenrici duos abbates *(Guidonem et Hilfridum)* alterum post alterum comes Rainerus substituit: hoc siquidem modo abbatiam vindicare præsumens. Quod quia nefas esset, Domnus episcopus *(Cameracensis Gerardus I)* sua auctoritate rejecit, cum, ut supra diximus, abbatiam quamlibet nullus præter imperatorem aut episcopum debeat commendare. Postea vero imperator, quem voluit Herbrandum scilicet, qui nunc est, monente Domno episcopo, ut dignum est, sublimavit. Hic etiam multa mala perpessus est a comite Rainero, *seu Raginerio hujus nominis IV. Ceterum non inusitatum erat, ut Sanctorum reliquiæ principibus sisterentur a clericis et monachis, si quam passi erant calamitatem aut injuriam. Sic clerus Trajectensis anno* 944 *S. Servatii reliquias Duisburgum ad Ottonem I,* ob multimodas sibi ab Immone comite illatas injurias *detulisse leguntur in Appendice Reginonis.*

*ad Conradum imperatorem*

73 *Non sine prodigio id iter institutum fuit.*

AUCTORE J. B. Thorenseque cœnobium,

*Cum enim, ut scriptor moæ laudatus ait, Gislenopolim rediens, Visatium (inter Leodium Trajectumque situm est hoc oppidum) pervenisset, ecclesiæ ingressu ab ædituo, obseratis foribus, prohibitus tantisper fuit, dum hinc alio abire cum* S. Gisleni *reliquiis meditanti ecclesiæ valvæ sponte patuerunt. Cæca item hic puella, ad* S. Gisleni *reliquias accurrens, aculorum usum recepit. Divertit etiam eo itinere Heribrandus ad Thorenses moniales, benigneque ab his exceptus in grati animi pignus loci abbatissæ* S. Gisleni *Vitam (verosimillime ab anonymo scriptam) dono dedit, quæ anno postero mulieri, e partu periclitanti, abbatissæ jussu admota, salutem attulit: ex quo autem* S. Gisleni *Vitam Thorenses virgines acceperunt, natalem Sancti diem suo in monasterio quotannis celebrandum decreverunt. Abbatissæ nomen Gerbergæ fuit, quæ Benedictæ, B. Ansfridi comitis Huiensis et Hirsuindis filiæ, forte successerit: ejus certe nomen abbatissarum Thorensium catalogo, initio sui valde mutilo, addendum videtur. Situm porro est hoc cœnobium prope Masacum in diœcesi Leodiensi, ac primum Benedictini instituti fuit, sed in nobilium canonicarum,* B *quod hodieque floret, collegium deinde conversum. De B. Ansfrido seu Aufrido in Opere nostro ad diem III Maii plura reperies.*

ac iterum Cameracum et ad Hasnoniense

74 *Cameracum denuo* S. Gisleni *reliquiæ anno* 1064 *delatæ fuerunt, cum S. Lietbertus basilicam S. Sepulchri, quod Benedictinum in illa civitate cœnobium est, dedicavit, uti videre est in Catalogo Sanctorum, quorum reliquiæ ea occasione illuc delatæ fuerunt, tom.* 4 *Junii pag.* 601 *S. Lietberti Vitæ subnexo. Sexennio post ad Hasnoniense tribus a Valencenis leucis ad Scarpum monasterium delatæ fuerunt, cum hujus monasterii ecclesiam, post monachos Benedictinos canonicis in eo substitutos, solenni admodum ritu et pompa Balduinus VI Flandriæ et Hannoniæ comes dedicari voluit. Adfuere solennitati huic Lietbertus Cameracensis, Ratbodo Noviomagensis, et Rainerus Aurelianensis episcopi: abbates vero quindecim, hosque inter Fulcardus Cellensis. Solennitatem auxerunt translatæ illuc plurimorum Sanctorum e vicinis locis reliquiæ, quas Tomellus monachus, qui Balduino a secretis fuit, cap.* 17 *Historiæ Hasnoniensis cœnobii apud Martene tom.* 3 *Anecdotorum enumerat; loco autem decimo* S. Gisleni *reliquias recenset.* Acta est, *inquit* C *Tomellus*, hæc dedicatio in honore Apostolorum Petri et Pauli tertio Nonas Junii (*non Martii, ut Locrius; aut Julii, ut Miræus in Chronicis scribunt*) anno ab Incarnatione Domini MLXX, Alexandro Papa sanctæ Romanæ ecclesiæ præsidente, regnante Henrico Lotharingiæ, Philippo Franciæ regibus.

et Melbodiense cœnobia translatæ, novæ item theeæ inclusæ fuerunt;

75 *Ex hactenus dictis, quam celeber* S. Gislenus *seculo* XI *fuerit, intelligi satis superque potest; neque hujus rei desunt seculi* XII *documenta. Hoc enim seculo ad annum sexagesimum primum provecto insignis reliquiarum S. Aldegundis translatio facta est, quam Adrianus, S. Gaugerici decanus, et Melbodiensis Præpositus (vide Opus nostrum ad diem* XXX *Januarii pag.* 1051 *et seq.) rei gestæ testis oculatus descripsit, ubi de allatis Melbodium* S. Gisleni *reliquiis ita loquitur*: Allata sunt et corpora sanctorum Gisleni et Waldetrudis cum magno comitatu virorum ac mulierum. *Rei gestæ annum* 1161 *his verbis determinat*: Actum Malbodio anno incarnati Verbi MCLXI Indictione IX etc. *diem vero fuisse ait* VIII Idus Junii, *seu ejusdem mensis diem* VI, *S. Norberto nunc sacrum, qui eo anno in* D III *hebdomadæ seriam incidit. Altera item reliquiarum* S. Gisleni *translatio, seu e veteri in novam decentioremque capsam repositio facta est anno ejusdem seculi octogesimo Calendis Junii; de qua Excerpta nostra ex Gislenianis monumentis ita habent*: Anno Domini MCLXXX Cal. Junii facta est translatio corporis S. Guisleni, S. Sulpitii et beatæ Leochadiæ virginis et martyris a Domino Rogero episcopo Cameracensi cura domini Lamberti abbatis Cellensis; *cujus præterea mentionem faciunt Molanus in Additionibus ad Usuardum, Canisius, Saussayus, Wion, Dorganius, Galliæ Christianæ auctæ Scriptores tom.* 3 *pag.* 16 *Instrum. ex litteris Henrici de Bergis Cameracensis episcopi, et Philippus Brasseur in Aquila Gisleniana ex ipsismet Rogeri episcopi Litteris. Raissius Belgicæ Christianæ pag.* 130 *et seq. actum visitationis, in* S. Gisleni *theca repertum, et his verbis conceptum exhibet*: Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octuacesimo concurrente secunda, epacta vigesima secunda, Indictione tertia decima, luna quarta, die Dominica vigesima Kalend. Junii translatum est in scrinii hujus conclavi corpus Christi sacerdotis Gisleni a Domino Rogero Ca- E meracensis sedis episcopo, residente Alexandro Papa in sede Apostolica, nec non regente Frederico Romani populi jura, Lamberto quoque abbate regulariter annuente, cum sibi subditorum caterva.

ac dein a Cameracensibus

76 *Seculo* XIII, *cum Hannoniæ comitissa Joanna Gislenianas possessiones per suos occupasset, loco suo* S. Gisleni *motæ fuerunt reliquiæ, humique, ut fieri etiam alias soluit, depositæ, dum anno ejusdem sec.* 38 *(secundum alios* 36*) in pristinum locum fuere relatæ ac publicæ denuo venerationi non sine pompa expositæ: qua de re laudata mox Excerpta sic habent*: Anno Domini MCCXXXVIII pridie Idus Augusti comitissa Joanna Flandriæ et Hannoniæ et Godefridus episcopus Cameracensis cum multa reverentia et pompa relevarunt corpus S. Guisleni, quod ad terram positum fuerat, quia comitissa posuerat mansores in curtibus abbatiæ. *Mansores dicuntur qui in aliquo loco manent. Gisleniana basilica anno* 1151 *VIII Idus Maii incendio periit: quæ nunc exstat a Lamberto condi cœpta est anno* 1183; *cui dein adjectum fuit* S. Gisleni *sacellum, supra cujus altare in argentea capsa maximam reliquiarum* F S. Gisleni *partem deposuit Henricus de Bergis Cameracensis episcopus anno* 1491 *die* XV *Januarii, separato a reliquo corpore Sancti brachio.* Anno MCCCCLXXXXI, *inquiunt Galliæ Christianæ auctæ Scriptores paulo ante laudati*, Henricus de Bergis Cameracensis episcopus visitavit reliquias S. Gisleni, quas integras *(reperit)* dempto uno brachio, quod deosculandum quotidie peregrinis exhibetur, coram Joanne abbate S. Gisleni et plurimis vicinis abbatibus, easque transtulit in novum sacellum: de quibus omnibus litteras dedit: ex quibus discimus easdem olim fuisse visitatas per Rogerum episcopum Cameracensem anno MCLXXX. *Nullam hoc loci Scriptores illi D. Quintini Benoist* S. Gisleni *abbatis mentionem faciunt: contra Philippus Brasseur in Aquila Gisleniana eadem referens solius Quintini meminit: verum laudati Galliæ Christianæ Scriptores in abbatum Gislenianorum serie docent, Joanni consortem fuisse Quintinum, illoque superstite, totum abbatiæ onus sustinuisse, ita ut utriusque tempore res acciderit: præcipuas tamen*

A *men hoc in negotio partes agente Quintino, de quo ita Excerpta nostra :* Ejus tempore visitatæ sunt reliquiæ B. Ghuisleni ab Henrico a Bergis episcopo Cameracensi et translatæ a summo altari, quod situm est in choro ecclesiæ, in sacellum quod ædificatum erat a se in parte anteriori in honorem ejusdem Christi confessoris.

*præsulibus* 77 *Acta visitationis hujus apud Raissium pag.* 170 *et seq. Belgicæ Christianæ sit habent :* Anno Domini millesimo quadrincentesimo nonacesimo primo, Indictione decima, mensis Januarii die decima quinta, videlicet Dominica post Octavas Regum, sedente Innocentio Papa VIII, Frederico imperatore, ac filio ejus Maximiliano Romanorum rege, ejusque filio Philippo archi-duci Austriæ, Burgundiæ , Brabantiæ etc. Nos Henricus de Bergis, episcopus Cameracensis, visitavimus reliquias sancti Gisleni Christi confessoris , quas, dempto uno brachio, quod deosculandum quotidie peregrinis exhibetur , integras reperimus ; convocatis Quintino hujus monasterii abbate, Joanne ejus prædecessore , Petro abbate de Crispinio , Joanne abbate S. Dionysii in Broqueroya, Guilielmo abbate de Cambrone, et Joanne
B sancti Joannis Valencenis abbate ; ut ejusdem Christi Confessoris memoria et reverentia celebrior haberetur , eadem die dedicavimus capellam novam in honorem ejusdem sancti Gisleni contiguam ecclesiæ, et in eam præfatas reliquias transtulimus : ipsamque ecclesiam cum ambitu claustri conciliavimus ac festa Dedicationis vetustate jam abolita annis singulis deinceps eadem die , scilicet promixa Dominica post Octavas Regum celebranda de novo cum indulgentiis instituimus. Fuerant autem præfatæ reliquiæ per Rogerum præsulem Cameracensem visitatæ anno Domini MCLXXX. Quæ singula nos Henricus episcop. Cameracen. sigilli nostri appensione attestamur præsentibus hujusmodi actibus visitationis, dedicationis, et reconciliationis, Priore et conventu ejusdem monasterii S. Gisleni, ac magistro Ægidio Bricart, et Joanne Daubuille notariis Apostolicis , populi copiosa multitudine.

*subinde visitatæ,* 78 S. Gisleni *brachium, quod fidelium venerationi seorsum expositum supra vidimus, anno* 1581 , *quo Tornacenses hæretici Gislenopolim die Nativitatis B. Mariæ invaserunt ac diripuerunt, deperditum, recuperare haud potuerunt*
C *Gisleniani cœnobitæ. At anno* 1586, *ut scribit Philippus Brasseur in Aquila Gisleniana pag.* 70, *anno autem* 1588, *ut habent excerpta, post visitatas a Ludovico de Berlaymont, Cameracensi archiepiscopo, abbatiæ Cellensis reliquias, alterum* S. Gisleni *brachium amissi loco fidelium veneration exposition fuit. Acta Visitationis hujus laudat Philippus Brasseur, eorumque principium ait his verbis conceptum :* Sedente Sixto Papa Quinto. *Sed quoniam hæc ad manum non habeo, verba, quibus, quæ modo dicta sunt, in Excerptis nostris referentur, hic sisto. Sic habent :* Post dicti Hieronymi *(Lietart)* abbatis decessum anno MDLXXXVIII ejusdem anni mense Novembri, mensis die x visitatæ sunt reliquiæ monasterii S. Gisleni a reverendissimo et illustrissimo domino Ludovico a Berlaymont archiepiscopo Cameracensi præsentibus venerabilibus viris R. D. Joanne du Maisni abbate Crispiniensi, Valeriano du Flos, canonico Cameracensi, et domno Joanne Hazart Priore totoque conventu ejusdem loci. Tunc a corpore beati Guisleni de ejusdem illustrissimi domini consilio , totius conventus fratrum assensu separatum est secundum ejus brachium, quod in perditi locum repositum modo peregrinis osculandum datur. *Hieronymus Lietart secundum Galliæ Christianæ auctæ scriptores Gislenianas infulas una cum vita deseruit anno* 1586 *die* III *Septembris. Cum autem visitatio prædicta eodem anno, quo hic obiit, peracta dicatur, standum hic Philippo Brasseur, qui eam e visitationis ejusdem Actis, quæ laudat, dicto anno* 1586 *illigat.*

AUCTORE J. B.

79 *Illata Cellensi basilicæ ab hæreticis damna Amandus d'Anvin reparavit ; eumque imitatus Gaspar Boussu binas ex argento artificiose admodum elaborato capsas, quarum alteri* S. Gisleni *caput, alteri residuum ejus corpus includerentur, construi jussit : in hanc Franciscus Vanderburchius* S. Gisleni *plerasque reliquias anno* 1626 *die S. Lucæ, in alteram vero caput* S. Gisleni *anno* 1628 *die S. Joanni Euangelistæ sacro Jacobus Ghelneur Crispinii, inter Montes, Valencenas et Gislenopolim siti, abbas solenni ritu intulerunt ; uti apud Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 3 *in Serie abbatum Gislenianorum, et apud Philippum Brasseur videre est. Denique seculo* XVII *belli fax longe lateque diffusa,* E *certantibus inter se Gallis et Hispanis, in Hannoniam quoque illata fuit, quo tempore* SS. Gisleni, *Waldetrudis et Aldegundis reliquiæ in collegiata nobilium dominarum ecclesia adversus belli calamitatis venerationi expositæ fuerunt. Sed anno* 1647, *cum belli moles, recepto a Leopoldo archiduce, Belgii gubernatore , Landresio, alio translata videretur,* S. Gisleni *reliquiæ consilio curisque D. Augustini Crulay abbatis maxima pompa ad sedem propriam remearunt die* III *Octobris seu Dominica* S. Gisleni *festum præcedente, ut nostra ex Ms. Gisleniano Excerpta latius exponunt. Ex his satis liquido constat, quam celebris a multis retro seculis* S. Gisleni *cultus fuerit ; imo tantum fuisse aliquando perhibent hominum die ejus festo ad ejus reliquias concurrentium multitudinem, ut huic neque viciniores pagi, neque Gislenopolis ipsa capiendæ sufficerent.*

*et sec.* XVI *Montibus relatæ Gislenopolim,*

80 *Neque alia desunt cultus ejus sacri documenta insignia : honori sibi duxerunt præcipuæ in Hannonia nobilitatis familiæ, si se* S. Gisleno *ad princeps ejusdem altare ultro offerrent. Quin et ea lege servos libertate donabant, ut quotannis die* S. Gisleno *sacro, ac denuo, cum matrimonium* F *inirent, tributi aliquid solverent ; cum vero vita cederent , res, quam e mobilibus relinquebant optimam, Cellensis cœnobii fieret : sed eorum, qui* S. Gisleni *obsequio eo se pacto et sponte devovebant, dein mutata conditio est, coalueruntque primum quidem in sodalitium aliquod, quod* Charitatis *appellatum fuit, et anno* 1120, *Burchardi Cameracensis episcopi, ac anno* 1123, *Calixti II summi Pontificis auctoritate confirmatum. Dictum deinde* S. Gisleni *fuit, cui præter principes viros complures adscribi voluit cum conjuge sua et Infante Philippus IV Hispaniæ rex, amplosque favores Urbanus VIII anno* 1625 *concessit, uti ejus ea de re Bullam, quam, Gallice translatam, Vitæ* S. Gisleni *D. Hieronymus Marlier Gislenianus abbas subjunxit, consulenti patebit. Ejus denique festum velut Patroni sui solenni ritu colere consueverunt Academiæ Lovaniensis alumni,* Lilienses *dicti, ut Notitiæ nostræ Gislenianæ testantur.*

*ubi et sub nomine ejus sodalitium fuit erectum.*

VITA

A. ANONYMO.

D

VITA

# S. GISLENI CONFESSORIS,

Auctore anonymo *a*,

*Ex Mabillonio Sec.* 2 *Benedictino pag.* 790 *et seqq.*

## PROLOGUS.

*Auctor S. Spiritum invocat.*

Opportunum nobis, Fratres carissimi, ac valde commodum reor, de sanctorum exemplis Patrum aliqua, licet imperito sermone, vestris
B auribus tradere. Sed memor imperitiæ meæ, vereor aggredi opus, quod, Sancto agente Spiritu, S. explevit Hieronymus *b*. Licet sim indignus tanto operi, credibiliter tamen sciendum est, Dominum dixisse homini recta cogitanti et agenti: „ Aperi os tuum, et ego adimplebo illud *c*. „ Sanctum ergo Spiritum, qui in cordibus mansit electorum, suppliciter exoro, atque illius spiramen tota mentis intentione invoco, ut sicut bruti animalis sensum inspiravit ad loquendum *d*, ita mei concavitatem palati suavitate dulcisoni sermonis repleat, quo valeam corda audientium intenta reddere et ad laudandum Dominum multimoda voce, ut perstrepent * mecum indesinenter admonere. Sed quid ego tantillus misellus? Quid pœne elinguis de Dei digne possum explicare amicis, qui præceptis obedientes Dominicis Christi vestigia indefessi sunt secuti animi votis? Dignum namque et justum est, ut, de quo fari gestio, cœpta vobis pandat oratio.

## ANNOTATA.

a *Scripsit sub finem seculi* IX *vel seq. initium.*
C *Forte monachus Cellensis fuit, qui, cum monasterii sui ruinam videret,* S. Gisleni *memoriæ hac sua lucubratione prospectum voluerit. Vide litt.* ll *in Annotatis ad Caput* 2.

b *De Vitis Sanctorum a S. Hieronymo exaratis consule Miræum part.* I *de Scriptoribus Ecclesiasticis pag.* 37.

c *Psalmo* 80, ℣. XI. Dilata os tuum et implebo illud.

d *Videtur auctor alludere ad id, quod Numm. cap.* 22, ℣. 28 *et seqq. legitur*: Aperuitque Dominus os asinæ *etc.*

# CAPUT I.

## *S. Gislenus e Græcia Romam, inde in Belgium venit, et Ursidongi monasterium condit.*

*Sanctus, spreto splendore natalium, monachus* a

Venerandus igitur sacerdos Gislenus in gente Attica inclytis juxta sæculi gloriam parentibus, Christiana nobilitate nitentibus, exstitit oriundus *a*: quorum popularem pompam bonæ indolis Puer floccipendens, Christi autem egestate gaudens, nobili mente quærebat, qualiter superno Regi placeret. Traditus ego liberalium artium pædagogis ac imbutus pleniter his, studuit philosophiæ post apud Athenas, nobilissimam Græcorum urbem, quæ cunctis nationum linguis tribuit totius flores eloquentiæ *b*. b
Hoc itaque seculari studio affatim edoctus, ni- E
hilque in hoc veræ Divinitatis perpendens, unde tenebras ignorantiæ expellere posset, semet educandum tradidit sacræ Scripturæ magistris. His ergo auspiciis a puero in robur virile sublimatus, dignum duxit haud fore satis Deo gratum, si se spontanea cordis voluntate in Omnipotentis obsequio constringeret, æquius esse subdi majorum institutis. Enimvero cœnobium intrans, regulariter S. Basilii normam servavit fortiter. Ubi ut apes prudens in mentis intimæ concha diversarum virtutum addidit mella, majoribus cum minoribus humilitatis et obedientiæ ingentis tribuens exempla. Plenus quippe virtutum charismate quibat cum Psalmista dicere: „ Quam dulcia faucibus meis „ eloquia tua, Domine, super mel et favum ori meo *c*. „ c

*ac presbyter factus, Romam adit, inde Gallias jussu divino petens, oratorium condere incipit,* F

3 Justitiæ ergo nectare venerabilis Gislenus ad Ordines ecclesiasticos est promotus. Sacerdos itaque jam factus, amor Dei Sanctorumque cordi ejus accessit inedicibilis, mente revolvens, qualiter priorum justorum instrueretur exemplis. Talia siquidem deliberans corde simplici, recordatus est sanctissimum Christi martyrem Dionysium olim Athenis egressum Romam adiisse negotio visendorum principum Apostolorum Petri et Pauli, qui jam martyrisati cælos ascenderant. Istius Dei testis animatus exemplo *d* et abbatis monasterii et omnium fratrum hortatu benigno egressus e loco petiit Romam precum gratia: ubi etiam in Dei precibus ac Sanctorum locis diutissime immoratus, voce divina admonetur, quo intro Gallias veniens pagum quæ- d
reret HAYNAU, et in eo oratorium ædificaret in honorem Petri et Pauli, ac Deo ibidem serviens vitæ suæ metam præstolaretur. Tali itaque visione gestiens aggreditur iter, Galliarum petens provinciam, non impar illi summo Patriarchæ, cui dictum est, veteri Scriptura testante: „ Exi de terra tua et de cognatione tua, et „ veni in terram, quam monstravero tibi *e*. „ e
Galliam vero Franciæ penetrans cum duobus discipulis Lamberto et Bellirio, lustratis passim urbibus et regionibus, pervenit tandem aliquando eximius Pater Gislenus pagum Haynau: cujus quoque vicis cœnobiisque ex asse conspectis audivit fama diffusa de B. præsule Amando multa et stupenda dicere. Proficiscens namque ad

A ad eum, simul colloquio se salutantes, denique de his, quæ Dei sunt, loquentes, venerabilis præses venerandum finit abire Gislenum. Sic enim
f pervenit Dei antistes *f* Gislenus ad locum, qui Ca-
g strilocus dicitur *g* : ubi siquidem locum esse æstimans, qui sibi divinitus fuerat dictus, cœpit totis viribus spinas ac tribulos et noxia quæque radicitus extirpare, cupiens sibi cellulam construere, qua Deo ancillari posset.

*eumque Dagobertus ursam venatu persequens offendit Castriloci;*
h
i

4 Eadem tempestate totius regni Francorum monarchiam administrabat rex inclytus Dagobertus *h*, sed tunc venationis causa erat in pago Bracbant *i*. Quam ob rem quadam die hujus negotio peragrans solitudinem Hainæ fluvio contiguam, nanciscentes ingentem moverunt canes ursam, quæ rapido cursu petiit locum, quo præfatus antistes Gislenus ærumnoso labori insistebat, seque abdidit sub Sancti vestes, quæ de arbore pendebant : quam e vestigio sequentes canes, nequaquam audebant vel proximare ad eam. Venientes autem et venatores lassabundi, perpendentes, quod non auderent canes propius accedere, fere insurrexerunt in Dei Servum, ejusque discipulos verbis ac fu-
B stibus eos arguentes vocabant magos et maleficos, quorum incantatione stupefacti canes minime auderent rapere belluam. Interea adveniens rex præfatus jussit quiescere suos, atque conversus ad Dei virum Gislenum ait : Dic nobis, quis es, et hi, qui tecum sunt, cur nostris canibus, carminando nocuistis ? Beatus vero Gislenus taliter ei respondit intrepidus : Nos prorsus tuos non læsimus canes ; fera, quam quæris, illo quiescit in loco, si placet, rex, accipe eam, quia nullo modo indigemus ea, indigemus autem Dei misericordia. Animadvertens rex in Viro cælestem virtutem, recessit cum canibus, fera quiescente sub vestium dependentium umbra.

*ablatis vero ab ursa ejus vestibus, præeunte acquila,*
k

5 Sancto itaque Gisleno cum suis cœpto operi insistente, surrexit ursa, apprehensaque sancti Viri sporta, in qua ejus mysterium *k* erat, quo utebatur in sacris Missarum solemniis, pedetendim egrediebatur. Quod aspiciens Vir beatus, vehementer ingemuit dicens : O Deus immensæ pietatis, adesto misello, quod mihi servasti per regna maligna repende. Talia dicens beatus Gislenus arripuit iter cum suis post seram sportam ore ferentem : et ecce, ei ob-
C viam advolat aquila grandis præbens se ducem Sancto eunti post belluam, sensim autem volitantem ac subinde reexspectantem, perpendit propter sui causam cælitus advenisse : quam procul dubio sequens usque ad agros patentes, cum aquila sublimi se reddidisset aëri, repertos sciscitatur pecorum custodes, an vidissent feram aliquid ferentem, et per condensa saltus abeuntem. Cui pastores, ecce, inquiunt, ante te properat, portans quasi quoddam vestimentum ore. Hoc etiam Vir almus audito cucurrit post feram, reperitque eam in dumeto, quod tunc vocabatur Ursidongus, ideo sic dictus, quod ibi solita erat eadem ursa catulos fovere : modo vero nuncupatur Cella nomine. Catuli vero tenentes delatam a mater sportam, ore brachiisque ludebant ex ea. Recepto ergo immaculato sanctus Gislenus indumento præcepit feræ cum fœtibus ex Dei verbo remotas redire in silvas continuo, nullique hominum pecudumve nocere ulterius in illo pago. Parens quippe fera Sancti verbo recessit, nec ulli deinceps in iis-
l dem locis nocuit *l*. O nimium nequiores bel-

luis, qui non solum Sanctorum, verum etiam Omnipotentis spernunt, pro dolor, verba. Ecce Vir pius ac mitis jubet, crudelis et immitis fera paret : homo, propter quem facta sunt omnia, attendens talia, subde te Creatori, et omnis creatura obediet tibi. Postpositis illis ex ordine cuncta loquamur. A. ANONYMO.

*Ursidongum venit, ibidemque oratorium exorsus a S. Autberto evocatur :*

6 Gavisus enimvero excolendus Gislenus de sacro vestitu ac loco sibi a Deo destinato, acceptis securibus ligonibusque, cœpit cum prædictis suis paribus locum exstirpare, dumos et vepres funditus evellere. Emundato autem solo de omnibus arboribus noxiis, ædificare primum decrevit basilicam in honore SS. Apostolorum Petri et Pauli, uti divinitus fuerat imperatum ei. Erat namque iste laudabilis Exsul totius peritiæ floribus comptus, pervigil in orationibus, hospitalitate præcipuus, frugalitate eximius, dapsilis pauperibus et omnium virtutum gratia ex asse decoratus. Unde, sicut Apostolus ait, „ Christi bonus odor sumus *m* „ opinio sanctitatis ejus per vulgus diffusa, pervenit usque ad sedem almi præsulis Autberti *n*. Cui opinioni noluit mox sanctus episcopus assentire, quia noverat scriptum esse : „ Nolite omni spiritui E „ credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt *o* „ et illud : „ Omnia probate, quod bonum est, „ tenete¦ *p*. „ Itaque præcone misso præsul Cameracensium S. Autbertus mandavit, ut ad suæ auctoritatis suggestum ne differret quantocius ire. Præcepto siquidem pontificali gratanter obtemperans, aggressus est proficiscĭ in urbem. Cumque Phæbo terræ umbras petente, ad villam veniret, cui Racemus *q* nomen est, diu multumque quæsitum hominem invenit, qui ei tribuit hospitium.

m
n
o
p
q

*a quo redux mulierem parturientem mortis periculo eripit,*

7 Nocte quidem illic Sanctus quievit, mane vero discessurum hospes rogavit dicens : Pater, prout perpendo, grata sunt Deo opera, quæ agis : ideo tuæ humiliter supplico bonitati, qualiter post collationem cum episcopo ad me digneris reverti. Quod et agere S. Gislenus non despexit. Perveniens etenim ad urbem Cameracum *r*, sancto præsentatus est episcopo. Auberto, quem sic affatur episcopus inquiens : Dic nobis, frater, cujatis es, cujusve dignitatis ? Sanctus respondit Gislenus : Græcus quidem sum gente, Christianus vero dignitate. Athenis nempe ortus et altus, Christi baptismate renatus : ita Romam adiens per Dei præceptum F hanc perveni in patriam. In pago Haynau super flumen Hainæ in loco, qui dicitur Ursidongus, operor manibus, ædificare gestiens Deo oratorium in Apostolorum Petri et Pauli honore. Desiderabam equidem tuam expetere sanctitatem, petiturus licentiam agendi, quæ sunt cœpta : sed prævenit gratia tua, quæ me accersivit. Intuitus autem almus episcopus Viri justi sermones, nihilque in eis reprehensionis deprehendens, dilexit eum ac benedictum dimisit abire, rogans, quod cœperat, Dei opus perageret, atque peractum cum audiret, se spopondit benedicturum.

r

*coeptumque opus perficit,*

8 Regressus ergo rite colendus Gislenus, venit ad suum fidelem hospitem in villam Racemum, ac ejus uxor valde agrotans laborabat ob partum : quam ob rem religiosus hospes Virum sanctum in alia fecit decenter manere domo. Uxoris præterea infirmitate gravius crescente, festinat vir ocius ad Sanctum perfuso lacrymis vultu dicens : Serve Dei, meæ mulieri succurre jam morituræ, neque dedigneris Dei pietatem

A. ANONYMO. pietatem orare pro extremum spiritum trahente. Cujus fletibus Dei Famulus misertus, prophetica voce ait ei : Depone, homo, omnem mœstitiam, quoniam reversus domum tuam invenies sospitem, puero nato, uxorem tuam. At vir licet mœstus statim rediens domum, sumpsit de conjuge sana duplex gaudium, sicut viva voce audierat fari Christi Alumnum. Natum siquidem puerum sanctus Gislenus de sacro fonte suscepit, atque vir ille pro tantis beneficiis per beatum Vatem subi collatis, quidquid sui juris in villa Racemo fuit, almo Compatri suo tradidit ad opus SS. Apostolorum Petri et Pauli, quibus oratorium agebat. Reversus præterea Dei Testis
s Cellam *s* perfecit, quam inchoaverat, basilicam.

opitulante Dagoberto. t 9 Prædictus igitur rex Dagobertus *t* post multum tempus iter ducebat juxta Sancti Cellam : sed quia propter paludes difficiles erat via euntibus ad illam, sumpta lympha sanctificata, thuribulo cum thymiamate sanctoque Euangelio properat Sanctus obviam regi, sciens scriptum : « Subjecti estote omni humanæ creaturæ
B « propter Deum, sive regi tamquam præcellen-
u « ti *u*. » Adspiciens vero rex Vatem sanctum recognovit interrogans eum : Quid vis, Dei Dilecte ? Ait illi Sanctus; Exsul et peregrinus sum, domine mi rex, et has in partes de terra longinqua veni, hoc est, de Athenis, nobillissima Græcorum urbe, Dei utique jussione : vestram nunc obnixe deposco caritatem, quo nostro dignemini locello largiri de regia vestra possessiona, unde aliquid victus habeant famulantes Deo in eo, queantque pro regis incolumitate æterno Christo imperatori supplicare jugiter. Postulationi itaque S. Gisleni rex aurem libenter accomodans, tradidit SS. Apostolis Petro et Paulo locellum præfatum, qui modo Cella vocitatur, et quidquid in circuitu ejus est silvarum, aquarum, aliarumque rerum eidem loco habilium, insuper
x et villam Hornutum *x* cum suis omnibus appendiciis. Dati autem his mente hilari legaliter, abiit rex viam suam gaudenter. Tali quoque regio solamine vir laudabilis Gislenus alacrior redditus, gratias agens ei, qui cuncta benigno moderamine peragit.

ANNOTATA.

C

a *Origine tamen forte Francus aut Belga. Vide Comment. præv. num.* 15.

b *De Atheniensium scholarum* S. Gisleni *ætate, conditione et statu consule Comment. præv. num.* 16.

c *Psal.* 16, ℣. 103.

d *Id non ex antiquis certisque monumentis, sed suis præjudiciis ductus scripsit anonymus noster.*

e *Gen.* 12, ℣. 1, *et Act. cap.* 7, ℣. 3.

f *Hoc nomine etiam presbyteri vocati sunt.*

g *Roma recta S. Amandum, Trajectensem ea tempestate episcopum, adiisse videtur; inde vero Castrilocum, nunc Montes Hannoniæ et hujus provinciæ caput; nisi forte a S. Amando digressus, recta Ursidongum (nunc* Gislenopolim*) contenderit. Vide Comment. prævium num.* 38.

h *Dagobertus jam pridem obierat ex plerorumque eruditorum sententia.*

i *Belgii provincia est vicina Hannoniæ, Belgii item provinciæ.*

k *Videntur hic significari vestes sacræ, quibus* D
*in Sacrificio Missæ utebatur.*

l *Quidquid hic de Dagoberto, ursa et aquila narratum est, fabulas olet : has anonymus, S. Gerardi discipulus, prudenter reticuit.*

m *Ad Corinthios* 2, *cap.* 2, ℣. 15.

n *Cameracensis, in cujus diœcesi* S. Gislenus *morabatur.*

o *Joan.* 1, *cap.* 3, ℣. 1.

p 1 *ad Thessalonicenses cap.* 5, ℣. 20.

q *Gallice* Roissin, *inter Gislenopolim et oppidum* Quenoy.

r *Belgii civitatem ad Scaldim fluvium, nunc archiepiscopatu insignem.*

f *Quæ prius Ursidongus, quasi* Lustrum ursæ *dicta fuerat.*

t *Vide lit.* h *et num.* 42 *Comment. prævii.*

u 1 *Petri, cap.* 2, ℣. 13.

x *Vicum prope Gislenopolim, de quo plura num.* 48 *Comm. præv.*

## CAPUT II.

*Oratorium SS. Petri et Pauli dedicari* E
*curat : S. Waldetrudem, ejusque filias, et sororem Aldegundem ad vitam monasticam allicit, ac pie moritur.*

Dedicari oratorium curat, et S. Waldetrudi

Peracto siquidem oratorio almus antistes Gislenus suggessit dominis episcopis Autberto atque Amando, uti venientes pontificali auctoritate benedicerent illud. Quod et venerabiles episcopi egerunt venerabiliter cum ingenti populorum ambitione *a*. Tunc etiam temporis a
erat quidam nobilis vir, nomine Madelgarius, qui Vincentius post dictus est, in palatio supradicti regis, cujus uxor erat consanguinea regi, nomine Waldetrudis *b*. Quique Madelgarius, b
Deo inspirante, Sanctorumque præfatorum præsulum admonitionibus compunctus, S. Autberti manibus tonsura capitis accepta in Altomonte *c* c
sub S. Benedicti norma sese humiliter reclusit, F
quamque feliciter finetenus servavit. Uxor vero ejus beata Waldetrudis in sæculari habitu degens, proles prædiaque sibi a seniore collata nobiliter regebat. Enimvero ne tanti viri conjux sæculi actibus illuderetur, divina voce sacerdos Domini Gislenus edocetur, quo eam invisere dulci affatu animaret in bono, ut, mundi pompis abrenuntiatis, exemplum sui sequeretur jam cœlibis Domini. Abiens quippe Sanctus, hortatus est eam affatim caritosa cœlestique doctrina. Auditis ergo Christi famula Waldetrudis eximii patris Gisleni documentis, dixit nequaquam se velle degere in sæculi gloria, sed nescire, ubi aut qualiter in Dei famulatum semet adstringeret. Post hujusmodi sacras admonitiones vidit Dei ancilla Waldetrudis in visu quasi intraret ecclesiam, quæ est in villa Buxuto *d*, et S. Gaugericus episcopus *e* hilariter eam adspiciens dabat ei calicem optimo plenum vino dicens : Age quod agis, placent enim Deo et mihi, quæ agis. Qua visione acsi fervens in utre mustum, ita Christi pedissequa sancti spiritus gratia d

A tia compuncta, cœpit in Dei fervere obsequia, dicens cœlesti Sponso cum Psalmographo : « Ca-
f « lix tuus inebrians quam præclarus est *f* ». Quam etiam visionem cum quibusdam suarum famularum simpliciter intimasset, ut talibus personis mos fore assolet, inter se visum joculariter conferentes, pervenit ad ignobiles vulgi aures. Quod contra Dominicus sermo talia cohibet fieri, loquens in Euangelio : « Nolite ponere marga-
g « ritas ante porcos *g*. » Porcorum etenim more vulgus stolidum et ignobile justorum dicta ac opera ceu grunniendo deridens incusat.

*auctor est, ut, condito Castriloci*

11 Unde quoque, hoste communi seminante, nonnulli cœperunt de Christi famula calumniantes fari secus, quam res se haberet. Consternata igitur super his ancilla Dei, utpote adhuc in fide rudis, angelica admonitione edocta in somnis, deposuit extemplo mærorem inutilem. Post hæc iterum veniens ad eam S. Gislenus, intimavit eadem Sancta ei visionem, quam viderat, et quod illam narrasset mente simplici suis famulabus, quodque ei derogassent plures, nec non et angelica visitatione per visum esset recreata. Audi-
B tis autem his sanctus Gislenus dixit ei humiliter : Tam mysticam Dei visionem viris spiritualibus patefacere debuisses, qui te instruere digne scirent, non sæcularibus mulierculis sæculo deditis. Nunc itaque, quod sæpius suggessi tibi, ne differas agere, sed tota mente in Dei famulatum temet converte. Ostendam ergo tibi, quid agas. Imprimis enim cum has attigi partes, quærens ubi degere ac Deo quivissem famulari, nactus sum quidem montem silvosum, sic aptum, si foret exstirpatus, Deo obsequi cupientibus : illum etenim, si vales, eme, et ibi ædifica tibi habitacula tuisque sequacibus. Ducens vero illuc eam, ostendit.

*monasterio sacrum velamen suscipiat,*
*h i*

12 Collibuit quidem sanctæ Waldetrudi locus, sancti autem consilio Gisleni misit ad virum venerabilem Hildulfum *h*, cujus uxor Aja *i* erat sanctæ consanguinea, obsecrans eum, ut in monte sibi ostenso construeretur domus, quo Creatori suo die noctuque serviret. Veniens autem Hildulfus venerabilis valde hilaris effectus super istiusmodi mandato emit a possessoribus locum, atque construxit in montis vertice nimium eminentem domum. Cumque Dei ancilla isset videre ædem sibi paratam, abhorruit ejus eminentiam, nolens
C Christi paupercula superbam habitare ædem. Cujus humilitatem supernus Artifex attendens, nocte secuta misit ventum validum cum grandine, evertitque funditus illam domum. Præscriptus quoque vir Hildulfus audito quod acciderat, remeavit ad locum, ac sicut per S. Gislenum didicerat Sancta, ostendit ei quem Sanctus cœperat exstirpare locum, ibique noxiis radicitus amputatis arboribus, restructa est ei domus in montis latere, ac oratorium in SS. Apostolorum
k honore *k*. Sanctus igitur Dei Sacerdos Gislenus, ex toto S. Waldetrudis prudentissimus consiliator, hortatus est eam proficisci ad almum pontificem Autbertum, ut ejus auctoritate susciperet innocentis vitæ indumenta : quod et gratanter
l fecit *l*. Acceptis itaque sacris velaminibus, mox semetipsam suaque omnia divinis tradidit actibus, ostendens passim suæ sanctitatis exempla pluribus. Animadvertens siquidem gloriosus pater Gislenus eam in sancto proposito per omnia esse
* *an* in ea ? roboratam, gavisus est valde; quia quod in eo * diu optaverat, oculis intueretur propriis.

13 De cetero monuit Sanctus Sanctam super sorore sua Aldegunde *m* virguncula, ut et ipsa * sicut se lucraret Deo, filias quoque suas non negligeret, quin eas consecraret Deo, Aldetrudem *n* scilicet ac Madelbertam *o*. Enimvero inspirante Divinitate, ac S. Waldetrude suggerente, et patre almifluo Gisleno clarente, sese alma Aldegundis contulit Dei famulatui in cœnobio Melbodiensi *p*, quod ei forte ex patris *q* matrisque *r* hereditate contra neptem suam Gertrudem *s* dimissum erat. Ubi quoque ædificato oratorio aliisque habitaculis, virgo Aldegundis suam adiit sororem invisere in monte Castriloco. Quæ etiam egestati sororis condolens, conata est eam hortari, uti, relicto illo loco, iret ad suum, qui major ac melior esset servorum ancillarumque frequentia. Cui S. Waldetrudis : Malo, ait, hoc in loco, licet inops, diebus vitæ meæ Deo obsequi, quam ire quo cogis : Deus enim ubique non patietur me perire fame. « Divites quidem », ut Psalmista inquit, « eguerunt et esurierunt : in-
« quirentes autem Dominum non minuentur omni
« bono *t*. » Loco nempe hoc fruar, quoad vivam, quem per suum famulum Gislenum divina pietas mihi destinavit. Redi ergo cum tuis consangui- E
neis, o dulcis soror, alens eas regulariter. Abiit enim ac recessit Deo comite.

A. Anonymo. *idemque S. Aldegundi persuaderi curat,* *m* * *an* ipsam ? *n o* *p q r s*

*cujus mortem prædicit, et beneficentiam,* *u* *x*

14 Ea tempestate S. pontifex Amandus sui cursu laboris consummato spiritum divitiis cœlestibus oneratum reddidit Regi æterno. Quem sancta virgo Aldegundis in visu ab eodem Rege, regum Domino, vidit cœlesti diademate coronari *u*. Quam quidem visionem puellarum secum degentium nulli voluit referre, sed misso nuntio ad Dei virum Gislenum, petiit cum sorore ad se visitandi gratia venire. Venientibus autem iis occurrit obviam sancta virgo in loco, qui dicitur Meinrivus *x*, et mutuo se salutantes loquebantur de cœlestibus exsultantes. Tunc alma Aldegundis intimavit visum eis. Cui venerabilis ait Gislenus : Quia meruisti, o virguncula, Deum videre sui amici animam coronantem, pro certo scias, non propter illum, qui coronabatur, sed propter temetipsam, quæ adhuc in certamine es, tibi fore ostensum. Imminere autem tibi scito vitæ instantis finem : ideo, rogo, temetipsam in Dei opere stabiliter firma, deposcens ejus pietatem, ut in te aliquam incommoditatem mittat, per quam purgatior reddita queas cum S. Amando F
remunerari perpetim. Quæ utique virgo sancta, Euangelii perficiens verba dicentis : « Qui odit
« animam suam in hoc mundo, in vita æterna
« custodit illam *y* » petiit a Deo incommoda et *y*
impetrare meruit. Nam in dextera ejus mammilla morbus cancri ortus est. Quam incommoditatem vehementer dilexit, quia sciebat, hanc sibi profuturam, si patienter sufferret, quodque fecit finetenus. Prædulcia itaque conferentes inter se verba sorores prædictæ cum S. Gisleno confessore, communi consilio decrevere, ut Cella prædicti Hominis Dei omni tempore conjuncta esset monasterio almæ Aldegundis : quod hactenus ita permanet. Statuerunt etiam ut abbates seu abbatissæ Melbodiensis cœnobii in universis necessariis præsto forent abbati fratribusque habitantibus Cellæ S. Gisleni, pontemque construerent, per quem fidelis populus oratum pergeret ad locum prædictum : quia, ut dignoscitur, propter paludes invium est iter, per quod ad illam Cellam pergitur. Hæc vero, quæ dicuntur, præcepto Caroli

A. Anonymo. roli regis Magni firmata sunt tempore Elephantis abbatis ipsius loci *z*.

*z*

*uti et sororis ejus Waldetrudis expertus, aa*

15 Interea S. Gislenus cum alma Waldetrude redeuntes venerunt in villam Framereias *aa*, quam eadem Sancta emerat, et dedit ex ipsa sancto viro partem unam dicens : Accipe, serve Dei, partem de hac mea possessione, unde habeas, qualiter vivere queas cum tuis sociis. Ita reversi sunt ad propria. Prorsus nemo potest eloqui, quantæ fuerit S. Gislenus ac Dei famula Waldetrudis caritatis, quamque servarunt usque in ultima suæ senectutis. Præ senecta enimvero nemo eorum jam quibat invisere alterum, unde communi decreverunt consilio in villa Quaternione *b b* ædificari oratorium in S. martyris Quintini honore, illucque soliti erant colloquii causa convenire. Quod etiam oratorium Gisleno tradidit ad opus SS. Apostolorum Petri et Pauli ad refocillandos inopes, quos præfatus Antistes *cc* super aurum et topazion ob Christi amorem diligebat, cupiens audire illam mellifluam Domini vocem in die extremi examinis : « Quandiu feci- « sti uni ex meis minimis, mihi fecisti *dd*. »

*bb*

*cc*

*dd*

B

*moritur, sepelituque in SS. Apostolorum, quod condiderat, oratorio, ee*

16 At ultra nempe sunt et innumerabilia, quæ de hoc viro sanctissimo Gisleno populorum rumor refert, vel quæ in chartulis antiquissimis *ee* difficile intueri valent : in quibus tamen reperitur, quantum assiduus fuerit orationi, vigiliis sacris intentus, parsimonia conspicuus, paupertatis veritate contentus, egenis dilectus, et cunctis Dei virtutibus refertus. Igitur cum Rex sæculorum pro sui laboris agone palmam perennis gloriæ ei decrevisset rependere, plenus dierum gratiarumque, sæculo, quod ob metum Dei viriliter vicit, relicto, spiritum divinis fatigatum obsequiis suo reddidit Creatori *ff*, viventi atque regnanti per sæculorum sæcula. Cujus beatas exsequias ejus discipuli venerabiliter prosequentes, corpus sanctissimum cum ingenti honore humaverunt in beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli basilica, ubi præstantur divina beneficia dignis ejus meritis intervenientibus ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre sanctoque Spiritu permanet æternitas, majestas et imperium per cunctorum temporum spatia. Amen.

C

*ubi quievit ejus corpus, donec aliud Elefans condidit.*

17 In quo loco per multa annorum curricula prædicti S. Gisleni corpus quievit, quousque Magnus rex Carolus cuidam abbati, propinquo suo, nomine Elefanti, præfatum locum concessit servandum, sublimiusque et pulchrius construendum oratorium, quo isdem Sanctus quiescebat Honorificentius autem illo ædificato, proposcit idem nobilis abbas episcopum Cameracensium Halydgarium *gg* venire et consecrare illud more Catholico. Veniens ergo episcopus dixit, non debere illud benedici, manente intus alicujus Sancti corpore aut aliquibus Sanctorum reliquiis *hh*. Initoque simul consilio elevantes Beati artus detulerunt foras monasterii oratorium, abdentes eos post absidem altarisque fenestram, cupiens abbas Elefans post referre illos intro. Benedicta est itaque basilica in honore Apostolorum Petri et Pauli atque ceterorum Sanctorum, octavo Kalendas Augusti tempore Ludovici regis, prolis inclyti Caroli *ii*. Sciscitato deinde episcopo abbas, quid de sacrosancto corpore fieri deberet, respondisse fertur episcopus : Quiescat illic Sanctus, donec Dei pietas dignetur patefacere ejus merita manifestius cunctis hominibus. Quievit siquidem ibi Sancti gleba annis multis propter paganorum frequentiam *kk* et seniorum segnitiem, quousque locus rediit in eremi vastitatem *ll*.

*gg*

*hh*

*ii*

*kk*

*ll*

## ANNOTATA.

a *Sub annum* 653. *Vide Comment. prævium num.* 49.

b *De sanctis hisce Conjugibus actum est in Opere nostro; de S. Madelgario quidem tom.* III *Julii ad diem* XIV *ejusdem mensis : de S. Waldetrude vero ad* IX *Aprilis tom.* I *ejusdem mensis.*

c *Ad Sabim fluvium in Hannonia sito.*

d *Vicus videtur non procul Binchio, Hannoniæ oppido, situs. Vide dicta num.* 51 *Comment. prævii.*

e *Sancti hujus Cameracensis episcopi Acta illustrata habes tom.* 2 *Augusti pag.* 664 *et seqq.*

f *Psalm* 22, ℣. 5.

g *Matt.* 7, ℣. 6 : Neque mittatis margaritas vestras ante porcos.

h *Laubacensem ducem, seu præfectum regium.*

i *De hac Sancta sanctoque ejus conjuge Hildulfo consule tom.* IV *Junii ad diem* XXIII, *et tom.* 2 *Aprilis ad diem* XVIII *ejusdem mensis.* E

k *Nempe prope Castrilocum; cui oratorio monasterium quoque adjecit, quod in nobilium Virginum seculare collegium fuit deinde mutatum seculo* X.

l *Sub annum* 654.

m *Relata est in Opus nostrum ad diem* XXX *Januarii.*

n *Relata est in Opus nostrum ad diem* XXV *Februarii.*

o *Relata est in Opus nostrum ad diem* VII *Septembris.*

p *Melbodium, Belgii oppidum est ad fluvium Sabim.*

q *Waldeherti.*

r *Bertiliæ.*

s *Abbatissam Nivellensem.*

t *Psalm.* 33, ℣. XI.

u *Non vivum, sed defunctum. Vide Comm. præv. num.* 53 *et seqq.*

x Mairieu *prope Melbodium.* F

y *Joann.* 12, ℣. 25.

z *Vide de illo dicta num.* 56 *et seq. Comm. prævii.*

aa *Hujus fere nominis vicus est prope Montes Hannoniæ.*

bb *In vicinia vici Framereias mox memorati.*

cc *Vide lit. f in Annotatis in cap.* I.

dd *Matt.* 25, ℣. 40.

ee *En monumenta, quibus anonymus noster unice usus est.*

ff *Sub annum, ut apparet,* 681, *vel non multo serius. Vide Comm. præv. num.* 54.

gg *Seu* Halitgarium.

hh *De antiquo consecrandi ecclesias ritu, causaque, cur Halitgarius SS. Apostolorum Petri et Pauli ecclesiam, nisi amote inde* S. Gisleni *corpore, consecrare noluerit, vide Comment. præv. num.* 58.

ii *Anno forte* 818. *Vide Comment. prævium num.* 58.

kk *Hannoniam vastarunt Normanni circa annos* 881 *et* 898. *Vide Commentarium prævium num.* 4.

A 11 *Hinc sub finem seculi* IX *aut seq. initium scripsisse anonymum collige.*

INVENTIO ET MIRACULA.

## S. GISLENI,

### *Scripta ab anonymo, S. Gerardi discipulo, seculo* X.

*Obrutæ alta oblivione S. Gisleni reliquiæ*

Post multa certamina, quæ confessor Domini Ghyslenus spirituali agone, mundo spectante, certaverat, post longa conciamina *a*, quibus bellator corpus proprium mactando cruciaverat, tandem consummato cursu, victore spiritu, exemptus seculo in Sanctorum transfertur requiem, jungendus Domino : quia, quem fideliter eatenus contenplando sitiverat, jam absque nebula carneæ molis perfruendum sibi concessum impetrarat. Porro compago corporis gremio terræ olim suscepta latens tegebatur *b* : peccatis enim nostris exigentibus, tantus Patrocinator, mortalibus profuturus, palam aberat ; ipsi quidem festina * paradisi gaudia in compensationem suorum laborum feliciter reduntur, sed ejus patrocinia in convalle plorationum hactenus mœrentibus miserabiliter abduntur, sic multa vertigine labentium annorum occultata, ut jam quoque ipsa merita fierent velut ignota : locus etiam, quo flebiles deduxerat dies, qui viro Dei paradisiaca amœnitas, incuria præsidentium pene ut lustrum ferale in pristinum jam redigebatur desertum *c*, sed non in perpetuum. Hæc ad tempus facta oblivio ; nec passa est divina miseratio servi sui merita diutius sopita delitescere, magis intercessionum beneficia quærentibus vitam ejus cunctis fidelibus in exemplo tribuere.

*a*

B

*b*

* *an festiva?*

*c*

*sub annum* 929.

2 Agitur ergo sive proditur istud tempore congruo, imo superno respectui placito, scilicet Henrico Saxonum rege, Franciæ Austriasiorum sive Germaniæ gerente insignia sceptra *d*, Ghisleberto earumdem regionum duce vel consule *e*, ut per principes famosi nominis promulgaretur celebre nomen latius famosi miraculi ; denique hiis diebus quidam presbyter, Teutfridus nomine, prædictum locum, quo venerandus vir, basilica constructa, sepeliri se mandaverat, qui tunc Ursidoncus, modo Cella S. Ghysleni nomen sortitur, per successionem ad explendum inibi sacerdotale debitum, videlicet sui gradus officium, acceperat, sibique in villa proxima, quæ vocabulo dicitur Hornutum *f*, hospitium deputaverat : tantum quippe secretus vel inaccessibilis locus monasterii illius videbatur, quod præ horrore solitudinis etiam inhabitabilis fieret. Fuerat quidem dudum cujusdam abbatis, Elephantis nomine *g*, studio in meliori statu reparatus, sed, eo decedente habitatoribusque sublatis, in antiquam revertebatur solitudinem.

*d*

*e*

*f*

*g*

3 Presbytero igitur moras illic agente, cœperunt de remotis partibus diversarum regionum ad eum confluere, significatum sibi esse fatentes, semidei Ghysleni membra in sæpe dicto monasterio humata jacere, et a loco sepulturæ transferri oportere. Cumque locus sepulchri ab ipsis ignoraretur, et presbyter fidem minime adhibens, negligenter, quæ sibi dicta fuerant, omitteret, adeo res divino nutu fidei capax apparuit, ut idem locus, quo tumulus fuerat, cœlitus ibi facto miraculo, evidenter claresceret. Nam ex villa Tiedeïas *h*, quæ regionis finitima videtur, rusticorum quidam luminum acie privatus, nomine Becherus, per revelationem audivit, quod ecclesiam S. Petri, id est, Cellam, qua S. Ghyslenus quiesceret, sollicita visitatione adiret, cui confestim parenti contigit, noctu adesse illuc, ecclesiæ ostiis obseratis ; hac necessitate cogente, ante parietem a parte Orientis pervigilem mansisse : mane illuscente, dolore nimio ipsis orbibus correptus est, cumque aquam requireret ex ea, quam lacunis collectam humo forte hauserat, eosdem leniter attactos fovit, mox caligine detersa pristinum recuperavit lumen oculorum. Presbyter adhuc diffidens, consilio aliorum sacerdotum rem procrastinat.

A. Anonymo. *non una revelatione aut apparitione prævia.*

*h*

E

4 Porro venerandus Domini Famulus, qui vivens semper humilitatis loco studuerat, etiam mortuus infimorum auxilio delectatur, sibique adjutores fieri requirit, quibus in hac vita se beneficii solatium præbuisse meminit. Homo si quidem, in vicino commanens, vocabulo Wineradus, religiosam, licet sæculari habitu, ducebat vitam, qui ex clientela quondam illius progenitus, ab ipso beato Viro bis commonetur, uti ossa a loco sepulchri sustollat ; cum ille anceps et hæsitans pergere dubitaret *, ita terribili comminatione tertio apparens * concutitur, certo die ad hoc peragendum designato, ut horrore visionis exterritus, statim consurgeret, ac concite locum, sibi visione ostensum, cum presbytero adiens, effodere summo conamine inciperet. Neque expers in hoc desudando redditur, sed mox effodiendo in altum sacra pignora invenit *i*, et cum magna reverentia proferens sindone munda involvit. Agitur hoc die si dudum designata pridie Calendas Octobris, quæ dicata beato angelo Michaëli et omnium beatorum cœlestium virtutum militiæ per orbem reverenter recolitur. Ut autem manifestum sancti Viri meritum fieret, tanta suavitas nectarei odoris, spectantibus populis, respersa est, ut aromatum fragrantiam vinceret, et omnium ora in laudem Dei resoluta gloriam Dei pro tanta servi sui glorificatione unanimiter resonarent, qui odor gratissimæ redolentiæ tamdiu mansit, quousque in oratorium, quod in memoriam beatorum Apostolorum Petri et Pauli dedicatum erat, die quinta decima corpus transferretur. Non enim, qui adfuerunt sacerdotes ausi per se tantum opus præsumere *k*, sed sub diligenti custodia et condigna reverentia eodem loco dispositum episcopo Cameracensi Stephano *l*, ad cujus diœcesim pertinebat, festinant intimare, qui tanta mirabilia audiens, congaudendo gratias Deo reddidit, paratus mox iter illuc accelerare et sanctum corpus pretiosissime tranferre, sed, ingruente cujusdam non prætermittendæ caussæ articulo, minime profectus est, verum archidiacono Gilbaldo fideliter exequendum injunxit. Idem coacervata multitudine

*detegunturr.*

* *lege* : pergeret dubitare

* *lege* : a S. Gisleno tertio apparente

*i*

F

*k*

*l*

A. ANONYMO. sanctas reliquias transferens, in prædicto reposuit oratorio.

*furtimque a Melbodiensibus ablatæ et restitutæ;*

5 Exin quanta in sui Alumni veneratione virtus divina ostenderit miracula ex sequentibus liquebit. Verum sermonem in laude sancti Viri et de ejus virtutibus narrationem brevibus concludere sententiis ratum videtur. Hoc igitur beati Viri corpus, cum e proximis virginum monasteriis, id est, Malbodio *m* vel Castriloco clerici atque puellæ dissidentes ambirent, emissis ex priori eorum clanculo apparitionibus * furtim auferunt, dispositis in itinere obviantium turmis, in ecclesiam sanctæ Dei Genitricis non sine ambitione provehunt; non renuit quippe Vir sanctus exanimo corpore visitare locum, in quo merita virginis Aldegundis *n* rutilant, qui, ut sponsa Regis cœlorum merito castitatis existeret, solers institutor insudaverat. Exin cum sacerdos Cellæ beati Viri ædituus ac vicini circumquaque suspensi mœrore nimio de ablato corpore afficiuntur, apparuit idem quibusdam ex eis per visum consolans spondensque se celeriter reversurum, simulque monens, ut Malbodienses super hoc convenirentur. Hæc ut erant B gesta, in notitiam Cameracensis ecclesiæ perveniunt: at Stephanus, cujus supra memoravimus, pontifex ejusdem ecclesiastici juris periculo rem provenire considerans, per se ilico examinandam decernit; profectusque Malbodium majores natu advocans episcopali authoritate convenit. Sic resumptam sancti corporis glebam proprio, quod vivens assiduo initiaverat gemitu, domicilio ingenti honore et populorum prosecutione revehens venerabiliter relocavit *o*.

*m*

* *an* apparitoribus

*n*

*o*

*dein vero Benedictinis commendatæ variis,*

6 Post, Deo annuente, meritis servi sui intervenientibus, principum consilio decretum est, esse debere in loco hiis beneficiis insignito cœtum ecclesiastici ordinis Majestati supernæ continue militantem. Ergo monachico Ordine sub norma sancti habitus instituto majoribus demum virtutibus monasterium ipsum attollitur *p*. In hoc puella quædam nomine Dodrada *q*, cœca, merita S. Ghysleni supplex exposcens, dum attente in ecclesia stans perorat, luminum suorum recipit sanitatem. Item Fredelagus *r* dum similem patitur incommoditatem, pari devotione beneficium expetens, æqualem meretur sospitatem. Quid illud, quod de altera itidem puella contigisse oculis probatum est *s*? Ipsa Albrada dicta *t* dum acerbo languoris genere dissoluta, C omnibus membris ita inutilis perduraret, et finem vitæ exoptans S. Ghysleni intercessione suam animam, jubente Christo, migrare magnis vocibus supplicabat; quod et præstitum est, statimque effectus intonuit *; petito namque patre, quo se ad illius ædem vehere jubeat, concessit; prostrata coram altare, in hac prece perdurans, mortis debitum solvit. Non dubium, quin illius intercessio cyrographum peccatorum ejus potuerit solvere, qui, ut spiritus solveretur a corpore, tam facile potuit impetrare. Idem dum esset luminum aspectu privatus et staret post altaris parietem, dum in sacra celebratione Missæ salutaris Euangelii capitulum pronuntiaretur, iste diu amissum adeptus est visum *u*. Puer de vicino auditus officium amiserat, accedens ad memoriam beati Viri, pristinæ saluti meruit redonari *x*.

*p q*

*r*

*s*

*t*

* *an* innotuit?

*u*

*x*

*Gistenopoli*

*y*

7 Quidam Haimericus *y* funditus oculorum officio privatus, dum ad dictam memoriam fideliter sanitatem exposcit, lumine perdito redintegrari meruit. Mulier, vocabulo Ebrahaidis *z*, omnium artuum valetudine mulctata, videt revelatione beatum Confessorem certo tempore sanitatis sibi beneficium pollicentem, quæ tempus notatum dum præstolatur, basilicam adiit, munus debitum orationis voti offert, sperata tandem obtinet suffragia. Sed quanti * sit miraculo hæc in loco reliquiarum hæc * mira toties intueri, tamen et in remotis partibus majora sæpe ejus meritis provenire notum est. In territorio Suessionum fuerat olim abbatis Elephantis *aa* dono tradita quædam portio vineæ *bb* Cellæ Christi Confessoris ad nomen S. Petri Apostoli, sed, vetustate temporis adigente, ita oblivioni tradita, ut jam nec mentio de ea a procuratoribus ejusdem ecclesiæ ulla fieret: verum illud prædiolum ab illius provinciæ indigenis (etsi viris prædictæ ecclesiæ non esset ignotum) ita vindicabatur, ut penitus ex eo redditus numquam solverent. Ut autem virtus Sancti clarescet, contigit, duos occasione hujus ambitionis litigio dissidere. Ex his qui vices Sancti Petri defendebat Finodus, qui ad nomen SS. Crispini et Crispiniani *cc* vindicabat, Ghislebertus dicebatur; cumque verborum jaculis semet in- E vicem diu perculissent, ventum est in agrum, lapis solo infixus hærebat, quo duarum possessionum agri conlimitabantur. Homo sancti Crispini instabat magno clamore, hunc infra illius vineæ agrum oportere tranferre partemque alteri copulando secludere. Sed defensor vehementer renitens dicebat Dei indicio magis reservari debere, se constantissimum prolatæ rei testem, scilicet agrum illum, ut erat metatus, viris S. Petri cedi.

*z*

* *an* quamvis? * *abundat*

*aa bb*

*cc*

8 Tunc invasor audacter prosilit, lapidem *et alibi,* vi magna divellere forasque nititur evolvere: mirum in modum, cum circa saxum desudat atque ut loco evellat, inani consumitur labore, oculus a capite extemplo ruens caligine circumfudit, orbis etiam vacuus gravissimo transfigitur dolore; itaque male cœpta deserens pœnituit, præsumpta quæque detestans, ceteris terror vel exemplum correctionis fuit. Sed jam quid ad testimonium, ut credo, fidei vel operis nobis coram positis *dd* miraculi apparuerit, intimandum est. Quo enim tempore in ejusdem Cellæ monasterio interdiu morabatur quædam femina illic nomine Dada *ee* contractione ita curva, ut crura illius * ..... tenderent, hæc * *an* ad nates? beneficium Sancti dum præstolatur intra parvum tugurium pitantiæ * gratia ad januam loci elaborabat, siquidem cum primo nupta invisibilis opificis judicio hac incommoditate tangeretur, consilium habuit beati Ghisleni tumulum adire et... necessitatis opem exposcere: fecit, et petita fideliter impetrare meruit. Quare dum vellet ob impertitum sibi beneficium sub sacro velamine excubiis ecclesiæ deservire, a viro requiritur, et ut ad negotium maritale redire debeat omnimodis urgetur, sed cum resistere nequiret, devicta [ad] thorum rediit, moxque pristino languori * mulctatur. Cum igitur tremens et * languore gemens sera pœnitudine cum viro flecteretur, ad monasterium denuo reducitur, ad cujus fores, ut dixi, cum se ad carnis voluptatem abductam deflendo nec non misericordiæ opem intentius efflagitando, bis terna impleverat annorum curricula *ff*.

*dd*

*ee*

* *an* ad nates?

* obsonii

*ff*

9 Quo quidem tempore non parvum aliud *prodigiis* (quod hic non prætermittendum ab re videtur) miraculum in hoc ipso monasterio ostensum est. Dolendum nimis et valde ingemiscendum nostrorum

A strorum peccatorum triste cyrographum, cujus adeo interius fomentum malæ adustionis exarsit, quo exterius ad insensibilem quoque materiam ardor incendii pervenerit, suspiria enim alta trahuntur, cum ipsius fabricam basilicæ et crebra in circuitu domorum negligentia interveniente occulti Arbitri examine cernimus igni tradita. Hoc quidem lamentabile excidium provenit anno ab Incarnatione Domini nongentesimo trigesimo octavo, die Dominica, hora sexta XII Kalendas Septembris, Ghisleberto duce adversus Ottonem regem Saxonum, causa regni-
gg concertante *gg*, Sed quamvis, ut dixi, adustionis indicium fletu et dolore inhabitantes repleverit, non minimum tamen consolationis dedit, quod cripta, quæ corpus illius simulque aliorum Sanctorum pignora intra ambitum septa eatenus incluserat, immobilis, undique sæviente flammarum orbe, apparuit.

*illustrantur.* 10 Ibi post hæc, instante festivitate ejusdem, cum laudes nocturnalis officii in proxima S. Martini basilica agerentur, supra dicta mulier pernoctando exorans, optata salutis remedia consequi meruit. Cum enim pervigilem noctem in hac supplicatione haberet, inter hymnorum solemnia, dum quarta illius lectio recitaretur, salutari beneficio se visitari sensit et lento conamine surgere invisa pedibus constitit, stupentibus cunctis, basilicam, quo cantus ecclesiasti-
*hh* cus resonabat, nobis simul mirantibus *hh*, est ingressa, peractis dein vigiliis, cum res, ipsa exponente, omnibus innotuisset, abbas loci Gerardus omnisque cœtus fratrum laudes debitas
* agentes supernæ magnificentiæ præconantes * gratias illi, qui eos servi sui Ghisleni meritis lætificatos be-
* *an* visitare? nigne hactenus visitat * non deseruit, frequenti
*ii* iteratione proclamant *ii*. Sed et mulier ecclesiæ ministeriis sub sacro velamine deservire promittens immensas ob datum sibi beneficium gratias agere non cessat. Tales enim medicos nobis divina largiri dignata est pietas, qui absque mora subveniant, sanant corpus ab incommodo ægritudinis.

## ANNOTATA.

a *An* Cruciamina?

b *Post absidem et altaris fenestram ex anony-*
C *mo num.* 17.

c *Eadem fere dicit anonymus num.* 17.

d *Henricus Saxo, sive Auceps regnare in Austrasia seu Lotharingia cœpit sub annum* 925.

e *Gislebertus toti ab eo Lotharingiæ præfectus est sub annum* 929. *Vide Comm. præv. num.* 61.

f *Vide num.* 48 *Comm. præv.*

g *Vide num.* 56 *Comm. præv.*

h *Locum hunc Rainerus in Brabantia tum situm fuisse scribit, et* Tithelrode *nominat, unde profectus cæcus pedibus eodem die Baldurium* (Baudour *prope Gislenopolim*) *usque pervenerit:* Tielrode *reperio ad Scaldim secundo circiter a* A. ANONYMO. *Teneramunda milliari Antverpiam versus: sed nimium Gislenopoli hic locus distat, quam ut die uno cœcus pedibus iter instituens, ad propinquum huic vicum Baldurium pervenire potuerit. Villam Tiedeias anonymus* regionis *(id est, ut opinor, Hannoniæ)* finitimam *vocat; non desunt autem, qui Hainam fluvium Brabantiæ Hannoniæque terminum fuisse dicant: an forte anonymus pagum* Tieusies *non procul Haina fluvio et oppido,* Roeulx *vernacule dictum, intellexerit?*

i *Sub annum* 929. *Vide Comment. prævium num.* 61.

k *Cautum quippe fuerat anno* 813 *in synodo Moguntina, ne quis Sanctorum corpora absque principis, episcoporum, synodique licentia transferret.*

l *Obiit* 934, III *Idus Februarii, teste Balderico lib.* I *Chron. cap.* 68.

m *Vide Annotata in cap.* 2 *Vitæ lit.* p.

n *Vide Comm. præv. num.* 52.

o *Circa annum* 930, *ut apparet. Vide Comment. præv. num.* 61.

p *Sub annum* 933. *Vide Comm. præv. num.* 61.

q *Hanc* Godradam *nominat Rainerus lib. Miraculorum cap.* 9, *ac Cervia ad Cellense monasterium venisse ait: est, ut opinor, Cervia Hannoniæ* E
*oppidum, vulgo* Chievre.

r *Rainero cap.* 4 *civis Cameracensis.*

s *En testem oculatum.*

t *Rainero vero cap.* 5 Adalbrada *ex pago* Mortruuo *(alibi lego* Mortino) *forte* Mortaigne *ad Scaldim inter Condatum et Tornacum.*

u *De hoc cæco agit Rainerus cap.* 6, *additque Leodio ad Cellense monasterium venisse.*

x *De hoc Rainerus cap.* 7 *: venit e villa Beldiniaco, quam noster Gislenopoli* vicinam *vocat. An forte est* Baudegnies *vicus prope oppidum* Quenoy?

y *Valentinianensis Rainero cap.* 8.

z *Venit ex villa S. Salvii prope Valentianas seu Valencenas secundum Rainerum cap.* 9.

aa *Vide num.* 57 *Comm. prævii.*

bb Alamannis *dicitur Rainero cap.* 9. *Plura habes num.* 57 *Comm. prævii.*

cc *Ordinis S. Benedicti monasterium est prope Augustam Suessionum, dictum* S. Crispinus Major.

dd *Alterum oculati testis testimonium.* F

ee *De Dada agit Rainerus cap.* XI *in Ms., apud nos servato.*

ff *Desideratur in Ms., apud nos servato, de Miraculis* S. Gisleni, *auctore Rainero, miraculum factum in favorem Simonis, abbatis Cellensis, de venditis Patroni sui reliquiis accusati, quo de actum num.* 69 *Comm. prævii: sed in Gisleniano codice cap.* XI *reperitur.*

gg *De his vide dicta num.* 66 *Comm. prævii.*

hh *Rei igitur gestæ auctor noster interfuit.*

ii *Interfuit itaque his etiam S. Gerardus.*

AUCTORE J. B.

D

# DE SS. LAMBERTO ET BELLERIO CC.,

## S. GISLENI DISCIPULIS

### URSIDONGI, NUNC GISLENOPOLI, IN HANNONIA

SUB ANNUM DCC. *Pauca Sanctorum gesta*

*Antiquorum monumentorum penuria, qua antiquiores S. Gisleni biographi laborarunt, fecit, ut omnia, quæ de illo litteris tradi par erat, potuerint posteritati transcribere, ut dictum est supra : mirum itaque videri haud debet, si, quæ a Discipulis, quam ea, quæ a Magistro illorum gesta sunt, multo pauciora sint, minusque explorata. In Attica nati, origine fortassis Franci aut Belgæ fuerint, et nomen Græcum, cum in Belgium una cum S. Gisleno venerunt, cum Francico Belgicove nomine permutarint : videntur equidem S. Gisleno, ex Græcia Romam profecto, comites fuisse ex dictis in Commentario ad Acta S. Gisleni prævio* § 4, *num.* 37. *Utrumque porro ob virtutum procul dubio præstantiam Magistro suo præ ceteris in pretio et amoribus fuisse, eique constanter adhæsisse, ex ejusdem Actis satis liquet. Singulare aliquod eorum factum qui referat, nullus est, si Rainerum (de quo plura pag.* 1011 *et seq. sunt disputata) excipias : is cap.* 3 *quamdam* S. Lamberti *apparitionem, cum S. Gisleni reliquiæ Melbodium furtim essent advectæ, cuidam Egrardo factam his verbis memorat* : Post hæc nocte secuta vidit quidam Egrardus in visu quasi in oratorio esset ejusdem Cellæ *(id est, Cellensis monasterii)* ante Dei Genitricis Mariæ stans altare, ecce vir quidam apparens dixit ei : Scis, qui sum ego? Cumque ille respondisset, nescio : Ego sum, inquit, Lambertus, mei Domini Gisleni filiolus. Tristitiam deponite, quam habetis de eo, quia cito ad vos revertetur meus patrinus. Surgens ergo vade, dic Herberto comiti *(verosimiliter Vermandensi, de quo vide pag.* 1025, *num.* 62) qui extitit jugiter domino meo optimus vicinus, quod erat * Malbodium, dicens fratribus et sororibus loci, ut reddant illi S. Gislenum, quem abstulerunt hinc, quemque secum adhuc retinent : etenim nec Deus ipse cupit, illic *(ipsum)* manere, sed in loco, quem ei dignatus est omnipotens providere. *Verum nec factum hoc omnino certum apparet. Quod enim* S. Lamberto *Rainerus adscribit, nescio, an non ipsemet S. Gisleno tribuat Inventionis corporis ejusdem Sancti auctor synchronus sequentibus verbis* : Exin cum sacerdos Cellæ beati Viri ædituus ac vicini circumquaque suspensi mœrore nimio de ablato corpore afficiuntur, apparuit idem *(S. Gislenus)* quibusdam ex iis per visum consolans spondensque se celeriter reversurum, simulque monens, ut Malbodienses super hoc convenirentur. *Ut eorum gesta, ita et annos, quibus ex hac vita migrarint, exploratos haud habeo : vero tamen fit simile, eos magistro suo annis aliquot fuisse superstites : cum igitur ille sub annum* 681 *obiisse videatur, horum obitum in annum circiter* 700 *visum mihi fuit ex conjectura differre.*

* *lege* eat

2 *Variis quidem, at parum antiquis, inscribuntur Fastis sacris : ad diem* XXX *Maii memorantur a Wione, Dorganio, Bucelino aliisque* : Quæ festivitas (SS. Lamberti et Bellerii, *inquit Wion)* celebratur quotannis in Dominica CANTATE, *seu* IV, post Pascha. *Cur igitur diei* XXX *Maii festum hoc illigat? Rectius Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii postridie illius Dominicæ festum eorum celebratum ait, ita de illis ad diem* IX *Octobris scribens :* Sancti porro Berlerius *(quem et* Valerium *vocari asserit)* et Lambertus presbyteri et confessores, discipuli et cooperatores sancti Gisleni, ut eos præceptori suo subjungam, simul quiescunt in loculo portatili in parochiali ecclesia oppidi S. Gisleni, ubi Officium habent de communi Confessorum; et festum apud cives celebre feria secunda post diem Dedicationis ecclesiæ, quæ incidit in Dominicam CANTATE, quartam post Pascha. *Molano Philippus Brasseur in sua Hannoniæ Sanctorum Panegyri metrica ita succinit :*

et cultus

Relliquias utriusque modo pare capside clausas
Unica Martino sacrata parœcia servat :
Insuper Officium persolvit utrique quotannis
Post quartam Domini transacto a Paschate lucem,
Quando secunda redit benedicto feria templo,

3 *Quod mobile hactenus fuerat* SS. Lamberti *et* Bellerii *festum, annuente domini Gisleni Mollé, abbatis Gisleniani, precibus Jacobo Theodoro de Brias, Cameracensi archiepiscopo, diei* XXX *Maii affixum, et inter secundæ classis festa, ut ex Notitiis Gislenianis didici, relatum fuit anno* 1688; *eodem nimirum, quo prodiit in lucem tomus Maii septimus, in quo Majores nostri ad diem* XXX *ejusdem mensis* SS. Lambertum *et* Bellerium *in diem* IX *Octobris, ut qui præceptori illorum sacer esset, rejiciendos censuerunt. Addunt insuper laudatæ mox Notitiæ, computationem quamdam in cœnobio, ut reor, Gisleniano, anno* 1054 *mense Maio, atque adeo seculo plus integro ante Urbani VIII datum anno* 1625 *de Sanctorum cultu decretum, initam fuisse, in qua summæ cujusdam pecuniariæ,* die SS. Lamberto et Bellirio sacra *numeratæ, fit mentio : ex quibus denique pariter compertum habemus, in eorum honorem sodalitium ibidem institutum, et aliquas in Montensi seminario eorumdem reliquias aliquando fuisse servatas.*

sacerd.

DE

A

AUCTORE J. B.

# DE S. GEMINO CONFESSORE

FORTE MONACHO ORDINIS

## S. BENEDICTI

IN OPPIDO S. GEMINI IN UMBRIA

## SYLLOGE.

Oppidi S, Gemini notitia, Sancti Acta dicussa et cultus Sacer.

ANNO DCCCXV. *Oppidi S. Gemini notitia ;*

*Narniam inter et Interamnam, Umbriæ civitates, oppidum modicum. in Narniensi diœcesi situm, cernitur, quod a Sancto, de quo agimus, confessore* S. Gemini *jam ab aliquot retro seculis nomen invenit.* Casentinum *id olim dictum fuisse, ejusque incolas a Plinio lib.* 3 *Historiæ naturalis cap.* 14 Casuentinos *seu* Casuentillanos B *nuncupatos volunt : quin et* Valentiæ *quondam, si* S. Gemini *Acta recte habent, nomen obtinuit. Destructum id oppidum seculo* IX *a Saracenis fuit, ac dein non procul a veteri situ ab incolis instauratum, eo nimirum loci, quo* S. Geminus *sedem fixam aliquamdiu habuisse traditur : ex quo autem ea instauratio facta est, idem id oppidum, missa appellatione antiqua, non modo* S. Gemini oppidum *audiit, sed* S. Geminum *etiam ejusdem incolæ peculiarem sibi patronum adsciverunt et coluerunt. Qua potissimum de causa* S. Geminum, *etsi alibi defunctum, oppido cognomini adscripsimus, quem ad hunc diem Bucelino in Martyrologio Benedictino Ferento, seu Ferentiæ, olim quidem episcopali in Hetruria civitati, nunc autem vico, quod illic e vita dicessit* S. Geminus, *adscribere placuit. Porro* S. Geminus *non in eo solum oppido, quod ab eo nomen traxit, sed Viterbii etiam, ac per Italiam alibi, ut infra dicetur, jam olim cultum sacrum est concecutus ; ut mirum videri quodammodo queat, cum plerisque martyrologis etiam Benedictinis, et Ferrario in Catalogo Generali Sanctorum Italiæ passim indictum abiisse.*

C

*Acta Sancti partim fabulosa*

*2. Missum anno* 1686 *ad decessores nostros Viterbio fuit Vitæ ejus Latinum apographum, e quodam Ms. Domini Fecchii de* S. Gemino *codice transcriptum, ac Francisci Salendii notarii manu signatum. Verum Vita illa neque auctoris nomen præfert, neque antiqua est admodum ; ac primum quidem hujus auctor anonymus* S. Gemini *in Syria, ubi eum natum tradit, gesta persequitur : tum vero, quid in Italia, quo eum e Syria venisse ait, rerum gesserit, lectori enarrat : at jejune adeo, imo et fabulose propositum sibi argumentum tractat, ut satis appareat, haud aliunde illum, quam e confusa quadam vulgi opinione et fama, monumentisve, quæ ex illa velut fonte promanarunt, hausisse, quæ de rebus* S. Gemini, *in Syria potissimum gestis, tradidit. Ad Vitæ* S. Gemini *calcem monasterii in oppido* S. Gemini, *PP. Franciscanis concessi, mentionem facit ; unde illum non ante seculum* XIV *(nisi forte parergon fuerit Vitæ citius ab anonymo conscriptæ, serius adjectum) scripsisse efficitur. Anonymo Jacobillus in Vita Italica* S. Gemini *tom.* I *de Sanctis Umbriæ ad diem* IX *Octobris plerumque consonat, etsi nonnulla, aliunde hausta nec ab anonymo memorata, subinde adjiciat. Monumenta quidem, ubi de rebus* S. Gemini *in Syria gestis illi est sermo, et quidem antiqua, ut ait, laudat ; puta Lectiones Mss. in Breviario ecclesiæ* S. Gemini *pervetusto contentas, codicem item Propositorum consistorialium in Bibliotheca Cardinalis Marcelli Lantis, monasterii Farsensis instrumenta, ac Mss. antiqua.* E *Sed quid e singulis hauserit, et quæ quantave sit horum antiquitas, tacet : partim seculo* VIII, *partim sub* IX *principium, ut ex illis Jacobillus scribit,* S. Geminus *vixit. Quid si seculis aliquot serius confecta primum non ex certis auctoribus, sed e vulgi dumtaxat opinione fuerint ? Utut sese res habeat, fidem equidem certam atque indubitatam in iis, quæ per se fabulosa apparent, Acta illa apud eruditos inventura non arbitror, neque proinde ea prelo subjiciam. Verum quid de* S. Gemino *tum anonymus, qui etiam Jacobillo præluxit, tum scriptor hic memoret, audiamus.*

*relatam ipsius precibus victoriam in Syria,*

*3 Natus est, inquiunt, in Syria ex nobili patre Militiano, regis, qui tum in Syria regnabat, militiæ duce. Matris nomen non prodit anonymus noster ; Jacobillus* Belliadem *vocat. Martia enimvero nomina, quæ quidem militiæ duci ejusque conjugi apprime conveniant : at vereor, ne sint plane conficta. Horum porro filius* S. Geminus, *etsi e parentibus idololatris ortus, societate cum Christianis, ut Jacobillus scribit, con-* F *tracta, Christo nomen mature dedit, cumque jam adolesceret, ac pietati unice vacaret, accidit, ut ingenti numero ac subito in Syriam Chaldæi irruerent : jamque obvia quæque populati, prædisque onusti ad mare redierant, cum Militianus, collecto confestim excercitu, abeuntem hostem insecutus, aggressusque, victoriam prædasque ablatas sibi cedere compulit ; verum non absque prodigio : nam, quem una secum ducere in hostem voluerat Filium, licet absentem domi, et istic precibus pro patris Syriorumque salute pugnantem, pater exserto gladio Chaldæos in fugam agentem vidit : cujus quidem victoriæ præcipuus hic fructus fuit, ut redux domum Militianus, quod Filii precibus, qui tamen pedem domo non extulerat, victoriam referret acceptam, una cum uxore omnique familia fidem Christianam amplecteretur.*

*sed adjunctis*

*4 Verum ista sua difficultate non carent. Si enim quæsieris, quo tempore, aut quo Syriæ rege memorata Chaldæorum in Syriam irruptio contigerit, tantum abest, ut, quo ea contigerit tempore, edicat anonymus, ut ne ætatem quidem, quæ* S. Geminus *vixerit, ex illo elicias : unde tota illa narratio ab auctore, de rebus* S. Gemini *haud*

AUCTORE J. B.

*haud probe instructo, profecta videtur. Si autem Jacobillum audias, obiit in Italia* S. Geminus *anno* 815 *post traductos ibi annos circiter octo; eoque eum venisse, ait, paulo post relatam ab ejus patre de Chaldæis victoriam; unde fit, ut memorata Chaldæorum in Syriam irruptio sub initium seculi* IX *contigisse debuerit, Aaronis Rascidi tempore, qui ab anno* 786 *usque ad annum* 809 *regnavit in Syria, uti apud Elmacinum videre est. At vero hic Aaron non Syriæ tantum, sed et ipsi Chaldææ aliisque vicinis regionibus imperabat, ut minus verosimile videatur a Chaldæis Syros id temporis male habitos ac passim fuisse spoliatos, cum ejusdem domini servirent imperio: suis id quidem filiis diviserat Aaron; sed rursum tam Syriæ, quam Babyloniæ regioni, teste Elmacino, filium præfecerat Alaminum; neque, vivo illo, inter ejus filios ulla legitur viguisse dissensio. At unde Chaldæi in Syriam irruperunt? Si anonymum audias, e sua illuc patria censeas advenisse, et maritimo quidem itinere.* Tunc temporis, *inquit ille,* Chaldæi armati Syriam invadentes deprædabantur omnes et cum multis spoliis et thesauris acceptis reverterunt ab mare, ut transfretarent in Chaldæam; *cum tamen terrestre iter e Syria in Chaldæam nimium quantum brevius sit, quam si trajecta maris Mediterranei parte, ac dein itinere terrestri peragrata Ægypto, emensisque rursum sinu Arabico, mari Erythræo, et sinu Persico in Syriam navigare oporteat, nullumque Syriam inter et Chaldæam reperire sit mare.*

B

*parum cre dilibus*

5 *Chaldæos Jacobillus Samaria, quæ Palæstinæ civitas est, irrupisse in Syriam scribit, eosque* Samariæ Chaldæos *vocat. E Palæstina quidem per mare mediterraneum in Syriam iter patet. Verum quid, quæso, negotii ea tempestate in Palæstina Chaldæis erat? Eone etiam populabundi venerant? Sedemne illic fixam, quod Jacobillus innuere videtur, constituerant? At vero ut Chaldæa et Syria, ita et Palæstina id temporis Aaronis subjacebat imperio, quod tam longe lateque a Chaldæis sub bellicosissimo principe devastatum fuisse, non admodum apparet verisimile. Si quis hic detur conjecturæ locus, prædonum aliqua fortasse colluvies tum temporis Babylone, quam Chaldaicarum gentium caput lib.* 7, *cap.* C 26 *Plinius nominat, aut e vicinis huic regionibus, occupato bellis exteris Aarone, eruperit, ac Arabiam Palæstinamque terrestri itinere pervagata, superataque demum maris mediterranei parte Syriæ vastitatem intulerit. Ita quidem anonymi et Jacobilli dicta utcumque concilies: verum non ea est hujus conjecturæ vis, ut rem omnem queat commenti suspicione eximere. Adhæc Jacobillus Syriæ regem aperte, quod anonymus tacite quodammodo videtur innuere, idololatram facit, quales nec Aaron, nec Alaminus, sectæ Mahometicæ homines, fuerunt. Militianum autem Chalcedone adversus Chaldæos egressum Jacobillus scribit, quo nomine non cognominis Bithyniæ civitas ad pontum Euxinum ex adverso Constantinopoleos sita, quæ tum temporis imperatori Constantinopolitano parebat; sed Chalcis, sequiori ævo, ut tom.* 3 *Orientis Christiani pag.* 786 *Lequienus probat,* Chalcedon *etiam dicta, quæ Chalcidenes, Syriæ mediterraneæ regionis caput fuit, intelligenda est. Verum progrediamur ad alia.*

*vestitam, adstruunt.*

6 *Paucis post relatam de Chaldæis (si modo commentum non sit) victoriam annis e vivis, ut Jacobillus ait, Militianus excessit.* Geminum *vero Syriæ rex, ut Acta perhibent, paternis muneribus, hisque amplioribus, admovere statuerat: at* Geminus, *cui non regi, sed Deo militare decretum erat, oblatos sibi honores respuit, nihil maternis precibus, nihil regiis minis aut pollicitationibus motus. Conjectus itaque in carcerem fuit, quo dum detinetur, rex neptem suam (en aliud commenti genus) in carcerem ad* S. Geminum *mittit, quæ Juvenis pudicitiam simul et fidem expugnet. Cum neque his artibus quidquam esset effectum, ventum est ad verba, quibus pari constantia toleratis, angeli, si credimus, ope e carcere eductus, jussus fuit Italiam, ubi reliquos vitæ dies transigeret, petere. Clam itaque matre profectus propter maris Syriaci littus specum subiit, in quo herbis et aqua victitans, moratus est diebus octodecim. Hic cum puellæ rusticæ manum aridam suis sanasset precibus, ac infideles octoginta ad Christiana sacra adduxisset, vulgari per hominum ora ejus sanctimonia cœpit, ejusque fama ad matrem allata, ad Filium illa continuo volat, oratque, ne se deserat; sed incassum. Itaque ad suos mæsta regreditur, una cum consanguineis ad Filium confestim reditura; sed interim jam vela in Italiam* E S. Geminus *dederat. Mater vero eodem in specu, quem Filius incoluerat, reliquum vitæ cursum transegit, et, ut quidem aiunt, tumulari voluit.* D

*E Syria in Italiam appulsus*

7 Sanctum Geminum *vero in Italiam appulsum primum excepit Fanum Fortunæ, in statu Ecclesiastico ad maris Hadriatici littus Pisaurum inter et Senogalliam situm et cum antiquitate sua, tum episcopali sede conspicuum. S. Paternianum, velut primum suum episcopum, de quo actum apud nos est ad diem* XII *Julii, veneratur. Exstitit olim non procul inde Ordinis Benedictini monasterium S. Paterniano sacrum, et in Actis S. Fortunati, Famensis episcopi ad diem* VIII *Junii memoratum, cujus incolæ* S. Geminum *advenam benigne admodum ac Christiane suscepisse perhibentur. Sed hospitii,* S. Gemino *præstiti, uberem retulere mercedem: siquidem ipsis, ut Acta perhibent, aquæ penuria laborantibus, eorum humanitati non ingratus Hospes, fontem fusis ad Deum precibus excitavit. Haud diu tamen illic moratus* S. Geminus *fuit, cum eum alio, etsi non sine monachorum Fanensium dolore, proficiscentem mox Acta exhibeant.*

*variis locis edit miracula et Casuenti*

8 *Cum his igitur vale* S. Geminus *dixisset, longius ab ora maritima discedens, Spoletum, Umbriæ civitatem episcopalem, properavit, ea nimirum, ut Acta perhibent, de causa, quod Fani Fortunæ sive ob sanctimoniam vitæ, sive ob elicitum, quo de sermo paulo ante fuit, prodigiose fontem populi sermonibus nimium, quam ut ejus animi demissio ferret, celebraretur. Ubi vero Spoletum advenit, mox more suo ecclesias adire, prolixisque vacare cœpit orationibus; maxime autem S. Gregorii martyris, ad diem* XXIV *Decembris Martyrologio Romano inscripti, ecclesiam. Hic orantem æditui filius, juvenili actus insolentia, alapa percussit, moxque facti pœnas a dæmone mirum in modum vexatus dedit: quod ut juvenis pater audivit, confestim* S. Geminum *delicti veniam deprecaturus accessit, cujus precibus motus pristinam obsesso valetudinem reddidit. Sparsa in vulgus prodigii fama, quam oderat* S. Geminus, *in causa fuit, cur hinc iterum ipsi alio demigrandum fuerit. Hinc itaque* S. Geminus, *ut ejus Acta habent, abiit in civitatem Martanam, seu, ut alibi lego, Martulanam.* F

A *Martulanam. Sita fuit in Umbria quinque circiter passuum millibus Tuderto (Italice* Todi*) in ortum brumalem distans ad radices montis sibi cognominis. Hinc vero, expulso e viduæ cujusdam filia dæmone, Casuentum seu Casuntiam venit, ubi, inquit anonymus,* habitavit pluribus diebus sanando infirmos, prædicando et miracula multa faciendo. *Hæc generatim de rebus* S. Gemini *Casuenti gestis anonymus refert.*

*condita S. Nicolao ecclesia, susceptoque,*

9 *At his paulo plura Jacobillus in* S. Gemini *Vita memoravit; ac primum quidem eum ad abbatiam quamdam Benedictinam ante annum* 730, *ut ait, fundatam et extra veteris Casuenti muros sitam divertisse, sedemque ibidem stabilem nutu divino fixisse, affirmat : dein vero ibidem ecclesiam S. Nicolao sacram excitasse, et adeo virtutibus prodigiisque inclaruisse, ut eo non solum mortuo, sed vivo etiam (cujus tamen rei penes Jacobillum fides esto) Casuentum* S. Gemini oppidum *appellatum a concurrente eo sanitatis recuperandæ causa multitudine fuerit. Addit denique tom. pag.* 294, *ibidem a* S. Gemino *Benedictinorum habitum fuisse susceptum. At hac in re sibi constare non videtur is auctor, cum tomo*

B 1, *pag.* 744 *id eum in S. Paterniani monasterio mox a suo in Italiam appulsu præstitisse, tradiderit; ac iterum ad Vitæ* S. Gemini *calcem non deesse antiquos codices dicat, qui* S. Geminum *habitu jam inde monastico indutum fuisse referant, cum in Italiam appulsus e Syria fuit. Contra anonymus nihil omnino refert, unde illum sive in ista abbatia Benedictina, sive alibi Benedictinorum habitum suscepisse, concludas : Mabillonius nec in Annalibus Benedictinis, nec in Actis Sanctorum Ordinis sui, ac nec denique inter Prætermissos* S. Gemino *locum dedit, quod tantum facere in iis solet, qui, si monachi fuerint, Benedictini equidem non fuerunt, vel, si tales fuerint, Acta non habent modo, vel erroribus fabulisque respersa, quarum certe immunia mihi non videntur* S. Gemini *Acta, de quibus mihi hic sermo est.*

*ut quidem aiunt, Benedictino habitu*

10 *Laudat quidem Jacobillus hæc æditui Spoletani filii de* S. Gemino *verba :* Tunicam habens usque ad talos; *verum quid ni hæc de eremitica dumtaxat tunica intelligi possint ? Quod autem de* S. Gemini *picturis addit, nempe in quibusdam, quarum una est in ecclesia S. Francisci, habitu eum Benedictino indutum exhiberi,*

C *quamvis eumdem aliæ, ipsaque oppidi insignia ad relatæ ejus precibus a Militiano victoriæ memoriam armati equitis specie repræsentent, nihil quoque certi effici inde potest, cum nonnisi ex populari traditione ac dudum post ejus mortem ita formatæ verosimillime fuerint. Certe si quid ex Actis* S. Gemini *magna ex parte fabulosis conjicere possim, fuerit is vir quidem sanctus, sed ipsis Umbriæ incolis, ut qui eo peregre advenerit, vitamque solitariam ab hominum oculis remotam duxerit, domiciliaque non raro mutarit, parum notus; unde posterioribus seculis factum opinor, ut, qui aliquid de illo litteris consignare voluerunt, nec certum sibi ducem prælucentem haberent, meram vulgi opinionem famamque, id est, ducem non raro infidam, maxime in iis, quæ in Syria abs illo gesta dicuntur, secuti sint. Familiare autem Umbris fuisse Sanctos e Syria in Umbriam evocare, e Tractatu præliminari de SS.* XII *e Syria in Italiam advenis tomo* I *Julii præfixo satis liquet. Sed qualiacumque sint* S. Gemini *Acta, cum falsis vera misceri soleant, Benedictinum fuisse, prorsus inficiari nolim; vellem tamen, ut id alicunde certioribus possem documentis luculentius probatum dare.*

AUCTORE J. B.

*Ferentiæ moritur.*

11 *Postquam Casuenti aliquamdiu moratus fuisset, hinc denuo angeli, ut aiunt, monitu Ferentum seu Ferentiam, episcopalem ea tempestate in Tuscia suburbicaria civitatem, nunc autem vicum, secessit. Verum a Ferentinis ejectus, vicinis in locis cavernam sibi delegit, in qua semotam ab hominibus vitam, sed Deo conjunctam duxit, donec ibi, ab angelo de imminente sibi morte præmonitus, beatam animam creatori reddidit anno, ut Jacobillus scribit,* 815, *ubi et congruo loco sepultus est; ut a vero plane discedat Menologium quoddam Benedictinum, cujus hæc verba Jacobillus tom.* 3 *pag.* 496 *citat :* Ferenti in Tuscia S. Gemini monachi et confessoris, admirandæ sanctitatis Viri, filii Militiani, regis Syriæ generalis. Obiit Camerini, nunc S. Gemini in Umbria IX Octobris anno DCCCXV. *Nec enim, quod modo* S. Gemini *oppidum dicitur,* Camerini *nomen obtinuit umquam, nec ibi, sed Ferenti secundum Acta, vivere desiit. Camerinum autem inter Umbriæ Picenique con-* E *finia ad Apennini radices passim collocatur. Hæc de rebus gestis* S. Gemini *dicere habui, reliquum est, ut, quæ ad ejus cultum pertinent, paucis pariter expediam.*

*Variis per Italiam locis*

12 *Cultum per Italiam non exiguum obtinuisse* S. Geminum, *documento sunt ædes variæ ejusdem nomini sacræ, quarum Jacobillus hinc inde mentionem fecit : has inter præcipua est, quam, destructo seculo* IX *per Saracenos veteri Casuento, conditoque non procul inde deinceps* S. Gemini *oppido eo loci, quo ille aliquamdiu vixerat, ejus nomini sacram loci incolæ voluerunt, adjecto etiam Benedictinorum monasterio, quod temporum lapsu ad presbyteros seculares translatum fuisse, jam supra retulimus. Casuenti excidium Jacobillus sub annum* 840 *ea fortasse solum de causa accidisse scribit, quod eo circiter tempore evocati a Radelgiso Beneventanorum, et Siconulfo Salernitanorum principibus bello inter sese certantibus Saraceni maximis dein cladibus Italiam affecerunt. Non semel autem in Umbriam se Saracenos intulisse ex Erchemperto, scriptore æquali, satis liquet.* Per idem tempus *(annum circiter* 880*) inquit ille apud Muratorium tom.* 2 *Script. Rerum Italiæ part.* 1, *pag.* 248, omnem *(Saraceni,* F *inita cum Athanasio, præsule Neapolitano, pace)* terram Beneventanam simulque Romanam, nec non Spoletii partem diruentes, cunctaque monasteria et ecclesias, omnesque urbes et oppida, vicos, montes et colles insulasque deprædarunt. *Rursus sub finem Historiæ suæ ita scribit :* Defuncto autem *(sub annum* DCCCLXXX*)* Lamberto, filio Guidonis senioris, filio suo Spoletium reliquit; quo etiam decedente, Guido junior Spoletium et Camerinum suscipiens, cum Saracenis in Sepino *(Samnii oppido)* castrametatis pacem fecit, obsidibus datis et acceptis : cujus etiam tempore supradicta cœnobia, urbes et oppida omnia a Saracenis capta et exusta sunt. *Ac iterum paulo post :* Cognoscens autem Guido Carolum Augustum *(Crassum, anno* 888 *defunctum)* seminecem jacere, regnandi cupiditate devictus deceptusque a contribulibus suis, relinquens Beneventanam provinciam sibi subactam et Spolitentium ducatum, abiit in Galliam regnaturus; Beneventi quidem tellus a Græcis capitur;

AUCTORE J. B

pitur; Spoletium deprædatur ab Agarenis. *Verum quo definite anno veteris Casuenti excidium acciderit, quove instaurari* S. Gemini *oppidum, condique primarium ejus templum* S. Gemino *sacrum cœpta fuerint, dicendo non sum.*

ædes sacras 13 *Alteram item ecclesiam* S. Gemino *dicatam in hujus Actis memorat, Ferentiæ excitatam, quæ etsi semiruta,* S. Gemini *tamen appellationem ad proxime elapsum, quo scribebat, seculum usque servarit. Tertiam vero in territorio Tudertino in loco,* Civitella *dicto, ac Tyberim inter et Tiniam sito, conditam. Quartam in monte Agnasio in agro Nucerino. Quintam denique in territorio Bassanensi in Tuscia Suburbicaria non procul Tyberi et civitate Hortana. Quod autem ad sacras* S. Gemini *exuvias attinet, de his ad calcem tomi* 3 *in Catalogo Umbriæ reliquiarum pag.* XXXIII *ita scribit Italice.* Corpus *(imo, corporis pars)* S. Gemini monachi et confessoris, quod olim Ferenti, dein Viterbii quievit, creditur quiescere in ecclesia S. Nicolai in dicto oppido S. Gemini; *ac paulo post addit :* sed ad hanc usque diem oculis nostris ignotum. *Hæc ille, sed parum affirmate de*
B S. Gemini *reliquiis, quæ in S. Nicolai ecclesia servari creduntur : luculentius autem de iisdem Viterbium aliquando translatis constat : nam primo quidem P. Bernardinus Coccovagini scriptis ad decessores nostros anno* 1686 *Viterbio litteris testatus est, ibidem urnam, hisce verbis :* Hic requiescit corpus beatissimi Gemini confessoris *inscriptam, a se in S. Laurentii ecclesia non solum fuisse conspectam; sed etiam fortuito eadem in urbe repertum antiqui Missalis, typis editi, folium pergamenum, veteri Ovidianarum Metamorphoseon codicis involucro insertum, in quo hujusmodi de* S. Gemino *legebatur Oratio :* Immensam clementiam tuam, omnipotens Deus, humiliter deprecamur, ut, qui fragilitate carnis præpediti innumerabiliter peccamus, beatissimi D Gemini confessoris tui precibus adjuvemur : quatenus cujus sacratissimum corpus hic pro amore venerabiliter amplectimur, ejus suffragantibus meritis ab omni adversitate liberemur. Per Dom. etc. : *unde non modo* S. Gemini *reliquias Viterbii servatas, sed peculiari etiam quodam cultu ejusdem memoriam antiquitus celebratam fuisse, efficitur.*

sibi dicatas habet, honorantur que Viterbii ejus reliquiæ. 14 *Dein narrat Bussius in Chronologia episcoporum Viterbiensium, anno* 1724 *præter omnium exspectationem sacra* S. Gemini *confessoris ossa in ecclesia cathedrali, S. Laurentio sacra, in altari veteri reperta, novoque una cum reliquiis SS. martyrum Valentini et Hilarii ab Adriano Sermattei Viterbiensium episcopo fuisse inclusas. Qua vero ætate Viterbium primum allatæ fuerint nec apud Jacobillum, nec alibi relatum inveni. Apud Ferentinos obiisse sepultumque fuisse, ac inde ejus ossa Viterbium allata, in superioribus dictum est. Crediderim itaque hæc, Ferentiæ fuisse servata, dum a Viterbiensibus penitus fuit excisa : tum enim Viterbienses, servatas apud Ferentinos Sanctorum exuvias sacrasque imagines in suam civitatem asportasse, idem Bussius lib.* I *Historiæ Viterbiensis pag.* 40 *generatim af-* E *firmat. Ferentiam porro a Viterbiensibus excisam aiunt Leander Alberti in Descriptione Italiæ, et Baudrandus in Dictionario suo Geographico anno* 1074; *contra Bussius mox laudatus pag.* 41 *integro fere seculo serius, anno nimirum* 1172 *et jure quidem merito, cum in Operis sui Appendice pag.* 398 *Christiani, Moguntini archiepiscopi, Frederici I, imperatoris per Italiam legati instrumentum, quo Viterbienses cæsari, cujus ob Ferentiæ excidium indignationem incurrerant, reconciliantur et Banno imperiali absolvuntur, exhibeat,* datum Fluginei anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIII, Indictione VII, Idibus Februari.

# DE S. DEUSDEDIT

## ABBATE CASINENSI

C

## IN REGNO NEAPOLITANO. F

### SYLLOGE.

ANNO DCCCXXIV *S. Deusdedit, mortuus anno* 834

*Mabillonius, licet rerum Benedictinarum scriptor diligens, pauca habuit, quæ de rebus gestis* S. Deusdedit, *ad pietatem pertinentibus, sive Ordinis sui Annalibus, sive Actis Sanctorum insereret, ut seculi Benedictini* IV *part.* 2 *pag.* 463 *ipsemet profitetur. Loco proxime citato, ubi de tribus simul Casinensibus seculo* IX *abbatibus, Cœlitum numero insertis, Apollinare,* Deusdedit *et Bertharia agit, de* Deusdedit *hæc tantum scribit :* Apollinarem excepit Deusdedit, abbas quintus decimus, seditque annis sex. Eum Sicardus, Beneventanus princeps, rebus monasterii inhians, durissime tractavit. « Hic quippe « *(Leonis Marsicani Chronici Casinensis lib.* I *cap.* 22 *verbis utitur Mabillonius)* « prædi- « ctum venerabilem abbatem, virum omni sancti- « tate conspicuum, causa pecuniæ, cepit, atque « custodiæ mancipavit. Qui sanctus Vir, cum depo- « situs fuisset VII Idus Octobris, in loci, ubi re- « conditus est, multos febre detentos, diversisque « languoribus oppressos, ex fide poscentes ad « cineres suos pristinæ saluti restituit. « Ejus mentionem eo die facit Martyrologium Romanum, traditque Virum sanctum, in carcere ærumnis confectum, exspirasse. Ejus memoria sub ritu duplici colitur apud Casinates : mors contigit anno DCCCXXXIV; silet de eo Oderisii *(abbatis Casinensis)* Brevarium Ms., *seculo* IX *exeunte exaratum. Nec fere plura de eo Mabillonius scribit in Annalibus ad annum* 828, *quo Apollinaris,* S. Deusdedit *proximus decessor,* V *Kalendas Decembris obiit; vel ad annum* 834, *quo* VII. *Idus Octobris* Deusdedit *vitam in carcere finiit.*

2 *Utriusque emortualis dies signatur in Necrologio Casinensi tom.* 7 *Scriptorum Italiæ, a Muratorio*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORE J. B.

die 9 Octobris, cum esset abbas Casinensis

*Muratorio anno* 1725 *typis Mediolanensibus editorum; Apollinaris quidem col.* 947 *hoc modo:* v Kal. *(Decembris)* ob. D. Apollinaris sac. et abb. hujus loci: sancti *vero* Deusdedit *col.* 946 *sic:* VII Id. Octob. obiit D. Deusdedit abb. hujus loci. *Plerisque Casini montis abbatibus, quorum laudati Necrologii auctor meminit, sacerdotis titulum diserte adjungit; quod cum non faciat, ubi de* S. Deusdedit, *aliisque aliquot illi sermo est, sacerdotes hos non fuisse videtur innuere; vel saltem eorum sacerdotium suspectum reddit: neque porro quidpiam de* S. Deusdedit *uspiam reperi, quod illius sacerdotium probet; quod obiter hic observasse sufficiat. Ceterum in veteri Chronico Langobardorum, seu monachorum de monasterio sanctissimi Benedicti apud Camillum Peregrinium tom.* 9, *part.* 1 *Thesauri Historiarum Italiæ col.* 78 Deusdedit *Casinensi monasterio præfuisse notatur annis* 6; *quos haud integros fuisse necesse est; cum hi a die* XXVII *Novembris, quo Apollinaris obiit, anni* 828 *usque ad diem* XXVI *ejusdem mensis anni* 834, *cujus mense Octobri* Deusdedit *obiit, extendantur: fuerit itaque in Casinensem præsulem electus* Deusdedit *sub anni* 828 *finem, aut sequentis initium.*

B Siconem principem Beneventanum benevolum sibi habuit;

3 *Pacatum quidem principio regimen videtur fuisse nactus* Deusdedit: *potiebatur ea tempestate Beneventano principatu Sico quidam, quem* S. Deusdedit *et Casinatibus monachis fuisse beneficum, scribit Leo Marsicanus supra laudatus his verbis*: Huic *(Deusdedit)* supradictus Sico princeps fecit præceptum de fluvio, qui dicitur Lauri, cum omnibus limitibus et piscariis suis et omnibus, quæ juxta ipsum fluvium hinc et inde ad jus sui palatii pertinebant. *Exhibet donationis Chartam ex Registro Petri diaconi in Accessionibus ad Historiam abbatiæ Casinensis Erasmus Gattola pag.* 32; *sed non qualem Leo Marsicanus vidit: legitur enim in ea non* Sico, *sed hujus loco* Romualdus, dux gentis Langobardorum, *qui toto sexennio, quo Casinum* Deusdedit *moderatus est, nullus fuit. Data etiam legitur mense Octobri, Indictione* 2, *quæ pariter eodem sexennio nulla fuit, ut in suis ad citatum Leonis locum Annotatis observat Casinensis abbas Angelus de Nuce. Obiit Sico ex Camilli Peregrinii calculo anno* 832: *successorem in principatu Beneventano habuit Sicardum filium, qui,* C *quo* S. Deusdedit *et Casinensibus monachis pater ejus Sico fuerat fortassis æquior, eo non Casinensibus modo, sed et cognatis et optimo passim cuique fuit iniquior.*

sed Sicardus Siconis filii sævitie

4 *Hunc ita describit Erchempertus, qui sub finem seculi noni et sequentis initium vixit, in Historia Langobardorum Beneventi tom.* 9 *Thesauri rerum Italicarum supra laudato col.* 23, *num.* 10: Suscepto itaque Sico principatu, fœdus cum Francis innovavit, Beneventanos bestiali efferitate persequitur, atque, se superstite, filium suum Sicardum, virum satis lubricum, inquietum et petulantem, animique elatione tumidum heredem principatus effecit. *Sic autem prosequitur Erchempertus num.* 12. Mortuo Sicone, Sicardus monachiam solus obtinuit, qui jam cum patre, sæpius memorato, per aliquot feliciter imperaverat annos, cœpitque populum sibi commissum ex levitate animi belluina voracitate insequi, ac crudeliter laniare. *Siconulfum, germanum suum, ut narrare Erchempertus pergit, sine causa perpetuo damnavit exsilio; Beneventanos proceres aut morti addixit, aut carceri; Majonem cognatum suum detrusit in monasterium; Alfanum, virum fortem fidumque, suspendio sustulit. Plura de Sicardi rebus nefarie gestis vide apud anonymum Salernitanum tom.* 2, *part.* 2 *Scriptorum Rerum Italicarum col.* 209 *et aliquot seqq.; quæ tamen Roffridi cujusdam fallaciis et arte deceptus et seductus plerumque admisit.*

carceris ærumnis immortuus;

5 *Tandem etiam manus violentas in* S. Deusdedit *injecit; quem e monasterio suo raptum, carceri, dum in eo mortuus est, mancipavit: causam, peractique sceleris modum Erchempertus docet*: Talia eo tractante, *inquit num.* 13 *Erchempertus,* divina actum est dispensatione; ut, dum alium innocentem conaretur extinguere, præveniente interim languore, ipse cœlitus spiritu pariter et carne percussus interierit. Prius enim, quam obiret, ut cumulus suæ perditionis justius augeretur, pro amore pecuniæ spectabilem et Deo dignum virum, sanctitate conspicuum, Deusdedit nomine, beatissimi Benedicti vicarium, pastorali monasterio monachorum, seculari magis potentia, quam congrua ratione deposuit, ac custodiæ mancipavit. *In carcere mortuum fuisse* S. Deusdedit, *innuunt mox data Erchemperti* E *verba: at Petrus diaconus lib. de Ortu et Vita Justorum sacri cœnobii Casinensis, iis utitur verbis, ut violenta morte in eo occisus videri possit*: Deusdedit abbas, *inquit* [a] Beneventano principe causa pecuniæ captus, atque in custodiam trusus, ibique interfectus est. *Cum tamen nihil de ejus violenta morte aut Erchempertus aut Leo Marsicanus dixerint, ita intelligenda ac interpretanda videntur Petri verba, ut* S. Deusdedit, *carceris ærumnis confectus, diem suum obiisse dicatur; prout Romani Martyrologii emendatores locuti fuere.*

prodigiis quidem claruit,

6 *Defuncti corpus e carcere ad monasterium Casinense delatum, ibidem sepulturæ traditum fuit; et in sacello, ut scribit Bucelinus in Menologio Benedictino ad diem* IX *Octobris, religiose servatur. Claruit ejus tumulus variis prodigiis*: Qui cum, *inquit Petrus mox citatus,* in monasterio beati Benedicti sepultus fuisset, quidam vir gravissimo febris ardore fluctuans, in ipso febris ardore super ejus quiescens obdormivit sepulcrum: evigilans autem gratias referre cœpit, voce maxima dicens: Benedictus es Deus F patrum nostrorum, qui me sanum fecisti meritis Deusdedit, famuli tui. Igitur dum hoc ad aures populorum pervenisset, ingens ad ejus sepulcrum ægrotantium turba cœpit concurrere et pro sua sospitate illic Redemptori omnium supplicare, quorum vota Deus advertens, multos febre detentos, diversisque languoribus oppressos, ex fide poscentes pristinæ ibidem saluti restituit. *Similia Leo Marsicanus, Petro antiquior, scripsit verbis num.* 1 *relatis: scripsit item utroque antiquior, et* S. Deusdedit *suppar, Erchempertus verbis num.* 5 *relatis mox subdens*: Cujus nunc quoque cineres, qua recubat humatus, nonnullos febre detentos, variisque languoribus oppressos ex fide poscentes creberrime curare noscuntur.

non tamen solenni ritu ab ecclesia Romana Sanctis adscriptus fuit.

7 *Marcus Antonius Scipio in Elogiis abbatum Casinensium* S. Deusdedit *in numerum Sanctorum fuisse relatum ob frequentia prodigia scribit his verbis*: Crebra subinde miracula, fugatique obsessis e corporibus dæmones, clarissimam extincti abbatis virtutem divulgarunt; mox Romana ecclesia nomen ac memoriam sacris festis

auctore J.B. solemni ritu ac ceremonia consecravit. *Prodigiis* S. Deusdedit *a seculo* IX *aut* X, *ut ex Erchemperto vidimus, claruit. An jam tum ex Marci Antonii Scipionis mente* Deusdedit *in Sanctorum album a Romana ecclesia solenni ritu relatus fuit? Id si ita se haberet, certe illius mentio facta fuisset in Breviario Oderisii abbatis, seculo* XI *exeunte scripto, de quo Mabillonius num.* 1 *laudatus: uti et in Martyrologio antiquo Casinensi, quod seculo* XI *jussu Desiderii abbatis conscriptum, ex Petro diacono ait Erasmus Gattola pag.* 824: *sane Martyrologium istud (vide tom.* 7 *Scriptorum Rerum Italicarum col.* 935 *et tribus seqq.) S. Bertharium, Casinensem abbatem, et e* S. Deusdedit *successoribus, recentiori licet manu additum, exhibet. Porro* S. Deusdedit *solenni aliquando ritu et cæremonia in Sanctorum album fuisse relatum, nescimus: scimus tamen, eum in Romano Martyrologio ad diem* VIII *Octobris hoc ornari elogio*: Apud Casinum S. Deusdedit abbatis, qui a Sicardo tyranno in carcerem trusus, illic fame et ærumnis confectus, reddidit spiritum: *sed in Molano et Bellino, qui Martyrologii Romani emendatoribus præluxere, ejus non fieri mentionem. Wionis, Menardi, Bucelini, et, si qui sint alii recentiores seu Martyrologiorum, seu Menologiorum, qui* S. Deusdedit *meminere, concinnatores, verba huc transcribere, non est necesse. Bucelinus, forte ex Ordinis sui monumentis, mihi ignotis,* S. Deusdedit *etiam ait insignem fuisse eruditione, cujus et præclara et multa supersint monumenta; quorum tamen nec apud Petrum diaconum de viris illustribus seu Scriptoribus cœnobii Casinensis, nec in horum Supplemento, per Placidum Romanum concinnato, nec apud Wionem in Ligno vitæ, nec apud Erasmum Gattola in Monachorum Casinensium, scriptis doctrinaque illustrium, in Historia Casinensi a se laudatorum Catalogo mentionem factam inveni.* D

B

# DE S. PETRO GALATA MON. C.

E

## CONSTANTINOPOLI

I. H.

### SYLLOGE

sec. IX. Sancti, cujus hodie in sacris Fastis, Quem *Operis nostri parens, Joannes Bollandus, tom.* 1 *Febr. pag.* 94 *in Vita alterius Petri, item Galatæ, jam olim his verbis designarat*: Alius Petrus et gente Galata, et professione monachus, colitur IX Octobris: *hoc die, quo sacris Fastis inscriptus legitur, inter lucubrationes nostras locum sibi proprium vindicat* S. Petrus, *a loco natali* Galata *nuncupatus. Vix aliquid de hoc Sancto, cujus frequentior apud Græcos ad hunc diem memoria, aliunde, quam ex Græcorum monumentis, innotescit, solo, quod sciam, inter Ecclesiæ Latinæ martyrologos Castellano ita eum annuntiante in Universali suo Martyrologio:* Apud Græcos S. Petrus, Galatiæ monachus, *additis ex utroque paginæ latere notulis*: 866; *etc*: Diversus a S. Petro Galata, *de quo supra. Atque harum quidem notularum sola prior infra discutienda recurret; dubium enim de posterioris veritate incidere potest nemini, præterquam ignoranti, Petrum hunc Galatam quatuor ante Sanctum nostrum seculis floruisse, ut in citato supra Operis nostri tomo videre est.* C

præsertim Græcis, memoria, 2 *Præter ea, quæ excusa nobis exhibent magna Græcorum Menæa, nudas fere de* S. Petro *annuntiationes habemus: ita enim in Menæis bibliothecæ Ambrosianæ, signatis O* 148, *de eo fit mentio:* Petri sub Theophilo imp. *In iis vero, quæ ad PP. Dominicanos conventus S. Marci Florentiæ spectant, legitur*: Petrus sub Theophilo: *tum Synaxarium Ruthenorum, diœcesis Kyoviensis peculiare, quod Latinitate donatum Georgius David, sæpius in Opere nostro laudatus, ad Majores nostros transmisit, ad hunc diem hæc habet*: Et venerabilium Petri, Abrahami et Maximi: *postremo Sirletus in Menologio scribit sequentia*: Eodem die (IX *Octobris*) S. Patris nostri Petri, qui fuit sub imperatore Theophilo, ex Galatarum provincia. *Atque hæc quidem, licet satis jejune de Sancto nostro in litteras missa, celebrem ejus apud Græcos fuisse memoriam ac venerationem, non obscure demonstrant. Nunc ea, quæ ex magnis Menæis excusis depromuntur, subjungo.*

ex solis Menæis innotescunt gesta. 3 *Præmissis versibus geminis, qui Sancti virtutes compendiose indicant,*

Εἷς ὕψος ἀρθεὶς ἀρετῶν θεῖος Πέτρος,
Τὸν γοῦν ἀπεκδὺς ὕψος οὐρανοῦ φθάνει:

*quosque hic Latinos facio,*

Sublatus ad virtutum celsitudinem divinus Petrus,
Terra relicta, sublime cælorum tenet:

*sequens subnectitur elogium, quod ex Raderi versione Latine exhibeo.* Beatus hic Vir, imperante Theophilo, ex Galatia profectus, nobilis Theophili et Eudociæ partus fuit, corporis dignitate, magnitudine et robore spectabilis, ut eam ob causam ab imperatoribus comitis insignibus sit affectus, sat longo tempore versatus in exercitu, demum omnibus contemptis, vitam solitariam complexus in cœnobio Daphneone in monachum attonsus, et pro Leone Petrus cognominatus. Tum Olympum montem conscendit; inde a sancta loca peregrinatus, ab his Laodiceam accessit, trajecitque in Ataliam, et nullas non itinerum molestias, Ismaëlitarumque indocilem fastum exantlavit, rediitque ad Olympum. Postquam autem vitæ ipsius et virtutis excellentia etiam imperatoribus innotuit, persuasit illi Basilius imperator, ut ad S. Phocæ monasterium diverteret, in quo magna virtutum divinarum certamina subiit, ac postremo animam Deo reddidit. F

ad quæ 4 *Ex his,* S. Petrum *sub tribus Græcorum imperatoribus tum profana, tum sacra militia præclarum sibi nomen comparasse, Græcorum Impp. historiæ peritis manifestum fit; at latet omnino, cujus sub imperio, remisso secularibus armis nuntio, Christo militare inceperit. Qua de re si quid mihi, Raderi versionem sequenti, conjiciendo*

A *jiciendo statuere liceat, id sub Michaële, Theophili filio et successore, contigisse, verisimilius apparet. Etenim jam imperante Theophilo ex Galatia profectus et inter comites adlectus,* sat longo tempore *versatus in exercitu,* demum *vitam solitariam amplexus dicitur. Jam vero Theophilus, iconum, atque adeo monachorum eas venerantium, osor acerrimus, annis* 12 *imperium tenuit. Venerit ergo Constantinopolim ex Galatia* Petrus *aliquo forte ex posterioribus istius imperatoris annis, diceturne recte* sat longo tempore *militiam secutus, ac* demum *ad sanctioris vitæ normam animum appulisse, nisi hoc sub quodam Theophili successore contigisse statuatur? At, perperam, inquies, Raderus χρόνον συχὶ συχνὸν, ut Græce in Menæis legitur,* sat longo tempore *interpretatus est, cum verti* non multo tempore *debeat. Verum neque hac de causa opinioni renuntio : namque, cum Theophilus, teste Cedreno in Historiarum Compendio pag.* 514 *edit. Paris. anni* 1647, impuræ imaginiperdarum hæresi deditus esset, piosque OMNI SUI IMPERII TEMPORE exercuerit maleficiis, nullam iis quietem permittens ; *cumque, ut ibidem pag.* 518

B *narratur*, edixisset,... ne monachis ullam urbem intrare liceret, *qua verisimilitudine sub infenso adeo monachorum hoste in cœnobio Daphneone receptus atque ibi in monachum attonsus Sanctus noster dicetur? At cum, Theophilo e vivis erepto, et adepto Michaële imperium, debitus sacris imaginibus cultus, quies monachis totique Ecclesiæ tranquillitas restitueretur, pronum est judicare, Sanctum, tumultus bellici haud dubie pertæsum, statuisse tunc conceptum melioris vitæ propositum exequi, seseque inter monachos abdidisse.* AUCTORE I. H.

5 *Superest, ut, de qua num.* 1, *Castellani ad Martyrologium suum notulam* 866, *qua emortualem Sancti nostri annum pro more sua indicat, tantisper discutiamus. Ex iis, quæ tum Menæa, tum Operis nostri tom.* 1 *Febr. allegant, annum hunc* 866 S. Petro *postremum neutiquam fuisse, liquet cum utrobique sub Basilii Macedonis imperio vixisse significetur : Michaël autem, Theophili filius, toto isto anno* 866 *præfuit imperio, quod non ante vigesimum quartum Septembris diem anni insequentis, quo perfidorum gladiis cæsus occubuit, in Basilium fuit translatum. Id porro luculentius probant, quæ sub finem elogii, ex Menæis citati, leguntur, ubi Basilius imperator* Petro *persuasisse fertur, ut ad S. Phocæ monasterium, jam ante ab se (Basilio) exstructum, uti patet ex Bandurii Commentariis in Antiquitates Constantinopolitanas lib.* 3, *diverteret, in quo etiam illustrem variis virtutibus vitam ducere ad extremum usque spiritum perseveravit.* aliaque pauca observantur. E

# DE S. OLLA VIRGINE

## APUD CAMERACUM IN BELGICA II.

### SYLLOGE

C. B.

### Memoria in Fastis sacris, et cultus

SEC. FORSAN X, XI AUT XII.

*Sancta, quæ hodie a Molano aliisque*

*Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii hodie* S. Ollam *ita annuntiat :* In territorio Cameracensi natalis festivitatis sanctæ Ollæ virginis; quæ nata est et vixit in vico, qui Cameraco vicinus est in via Atrebatensi, quique etiam

C hodie ab ea nomen trahit; *ac deinde subjungit :* « Eodem die, » habet Martyrologium ecclesiæ Cameracensis, « festivitas sanctæ Ollæ virginis. » Item Atrebatense, « In territorio Cameracensi « natale sanctæ Ollæ virginis. » Ex quo apparet, Sanctam esse Cameracensem; habetque templum suo nomini nuncupatum haud procul a Cameraco via Atrebatensi, quod etiam frequentatur a Cameracensibus; sed adhuc me latet, an corpus aut quiescat ibi, aut aliquando requieverit. *Molano accedunt Galesinius, Miræus, Castellanus, Saussaius, qui hodie quoque eamdem sanctam Virginem in Fastis sacris, a se contextis, commemorant. Ac Galesinius quidem ejus notitiam ex ecclesiæ Cameracensis Martyrologio, quod verbis, jam nunc recitatis, Molanus laudat, verosimillime hauserit. Certe in Annotationibus, quas Martyrologio suo adjecit, citat pro* S. Olla *Sanctorum ecclesiæ Cameracensis tabulas. Nec dubito, quin vel pariter e documento hujusmodi vel e modo huc transcriptis Molani verbis Miræus deprompserit, quæ in Fastis Belgicis et Burgundicis hodie de* S. Olla *suppeditat, sic scribens :* Nata est et vixit in vico, urbi Cameracensi vicino, in via Atrebatensi, qui ab ipsa nomen trahit; estque templum ejus nomini dicatum.

2 *Quod autem ad Castellanum et Saussayum spectat, prior quidem paucis hisce verbis* Apud Cameracum S. Ollæ virginis *hodie* S. Ollam *celebrat, fueritque adeo verosimillime secutus Ferrarium, qui eodem plane modo Sanctam nostram in Generali suo Sanctorum Catalogo, Molani et Galesinii, quos laudat, paululum immutatis annuntiationibus, ad hunc diem commemorat; ast quid modo de posteriore seu Saussayo dicendum? Hic hodie in Martyrologio Gallicano* S. Ollam *exornat sequenti elogio :* Ipso die in agro Cameracensi sanctæ Ollæ virginis, quæ loci, in quo quiescit et colitur, patrona, ortus, quem inde cœpit, conterraneis suis perennem vicem rependit, munera, quæ apud Christum consecuta est meritis, iis erogans suffragiis ; *cum autem,* S. Ollam *in sacello seu templo, nomini ejus, ut verbis supra huc transcriptis Molanus docet, Cameraco haud procul nuncupato, quiescere, ita indicet, id certe vel e Molano vel ex aliis supra memoratis hagiologis haud didicerit. Hi enim ne vel verbum, e quo* S. Ollam *quiescere eo loci, conficias, suppeditant, seque ignorare, an ibidem vel quiescat vel umquam quieverit* hagiologis in Fastis sacris, per hos concinnatis, celebratur,

AUCTORE C. B.

*verit Sancta, haud obscure significat Molanus. Verum, cum id ita sit, unde ergo, Sanctam in sacello seu templo, Cameraco haud procul nomini ejus nuncupato, quiescere, Saussayus habuit compertum? Id enimvero, nisi forsan rem vel ex ignotis mihi ecclesiæ Cameracensis tabulis acceperit, vel e conjectura, a cultu, quo Sancta ibidem gaudet, repetita, collegerit, edicendo haud sum.*

*nec alinnde melius, quam ex his innotescit,*

3 *Neque enim ulla, quorum ope id præstem,* S. Ollæ *Acta inveniuntur; etsi autem præter supra laudatos hagiologos alii adhuc sint, qui* S. Ollam *hodie quoque in Fastis sacris, a se concinnatis, memorent; hi tamen nullam omnino de loco, quo Sancta quiescat, mentionem instituunt, nec alia ulla, quæ vel id faciant, vel quampiam aliam de* S. Olla *notitiam, utcumque notatu dignam, præbeant, documenta reperire quivi. Diligentissime interim hunc in finem scriptores omnes, penes nos exstantes, qui de rebus Cameracensibus tractant, evolvi; verum oleum et operam perdidi. Hi nihil omnino suppeditant, quo vel ipsamet Sancta, vel locus, quo quiescit, vel res quæcumque aliæ, ad eam spectantes, no-* B *tiores, quam e supra laudatis hagiologis, evadant. Hinc in tanta litterariorum, quæ de* S. Olla *apposite tractent, monumentorum penuria Cameracum ad clarissimum dominum Mutte, rerum historicarum ac præsertim earum, quæ ad archidiœcesim Cameracensem spectant, peritissimum, scribendum curavi, ampliorem de* S. Olla *notitiam a viro sagacissimo sperans; verum is, haud multum lucis de* S. Olla *exspectandum, præfatus, hæc pauca dumtaxat pro responso subjunxit*: Sacellum seu ædicula sub S. Ollæ invocatione succursalis est ecclesiæ parœcialis S. Auberti de Sailly. Sacellum illud et vicus, qui a S. Olla nomen habent, antiquæ viæ Romanæ, quæ Cameraco Atrebatum ducit, quarta dumtaxat a Cameraco leucæ parte adjacet. D

*cultu ecclesiastico gaudæ seculoque* x *aut altero e binis seqq. obiit.*

4 *Ita ille. Ac partim quidem ex his ejus vérbis, partim e Molani supra huc transcriptis, Sanctam nostram cultu ecclesiastico gaudere ac porro antiquitus fuisse gavisam, nemo non colliget; verum quid de reliquis, ad eam spectantibus, dicendum? Enimvero hæc omnia fere ignorari, ambigendumque etiam, an Sancta in sacello, nomini suo nuncupato, quiescat, ex iis, quæ jam dicta sunt, satis superque liquet; etsi autem Molano, qui Sanctam in vico, ab ea hodieque nuncupato, et mundo esse natam et vixisse, supra huc transcriptis verbis affirmat, assentiendum videatur, tempus tamen, quo nata sit, ac deinde ex hac vita migrarit ad Dominum, omnino præ monumentorum, quæ id prodant, defectu in obscuro est; verum, etsi id ita sit, supra tamen Sec. forsan* x, xi *aut* xii *in margine adscripti, ita scilicet indicans, Sanctam* E *nostram vel seculo* x *vel altero e binis seqq. obiisse; sic autem faciendum duxi, quod, cum a martyrologis classicis, qui seculo* ix *floruere, non memoretur, eam seculo isthoc posteriorem, seculoque* xiii, *quod, ut apparet, plura alioquin de ea haberentur comperta, verosimiliter anteriorem opiner.*

# DE BB. NIDGARIO

## ET ADALBERONE EPISCOPIS

### AUGUSTÆ VINDELICORUM

J. B.

### SYLLOGE

§ 1 Beati utriusque cultus sacer, tempus sedis, Adalberonis genus, Elvacensis præfectura, et commissa eidem Ludovici, Arnulfi imperatoris filii, educatio. C F

ANNO DCCCCIX. *Cultus sacer a monachis*

*Quod de* Adalberone, *episcopo Augustano, ad diem* xii *Junii in Prætermissis jam pridem observavit Henschenius, non sciri nempe cultum sacrum ipsi sive in sua cathedrali ecclesia, sive in Elwangensi, cui abbas præfuit, cœnobio fuisse delatum, id quoque in* Nidgario, *abbate Ottenburano et episcopo pariter Augustano, locum habet. Utriusque cultus sacer extra Augustanum S. Udalrici monasterium propagatus fuisse non videtur: satis igitur habui, si utrique* Beati *titulum adscriberem, ac religio mihi fuit, quo minus, scriptores Benedictinos secutus,* Sanctos *nominarem, quo quidem titulo gaudent apud Bernardum Hertfelder in Basilica SS. Udalrici et Afræ, Stengelium in Augusta Vindelicorum, Corbinianum Khamm Hierarchiæ Augustanæ parte* i, *classe* 2, *sect.* 3, *Wionem lib.* 2 *Ligni vitæ pag.* 285, *Menardum in Martyrologio, et Bucelinum in Menologio Benedictino. Priorem citasse sufficiat: is ad diem* xv *Aprilis sic habet*: Augustæ Vindelicorum, sancti Nidgarii episcopi et confessoris; *ad diem vero* xii *Junii sic*: Augustæ Vindelicorum depositio S. Alberonis episcopi et confessoris. Nidgarii *quidem obitus dies idem signatur a Sigismundo in Chronico Augustano ex ejus inscriptione sepulcrali infra danda; at de* Adalberonis *obitu Necrologium Laureshamense apud Scannatum part.* i *Vindemiæ litterariæ ita habet*: iv Kal· *(Maii)* Adalberti episcopi et abbatis, hic Gernheym ex integro dedit. *Die sequenti seu* xxix *Aprilis eum obiisse Stengelius scribit in sua de Augusta Vindelicorum lucubratione Germanica lib.* 2, *cap.* xi. *Henschenius* Adalberonem Nidgariumque *in hunc diem rejectos voluit; neque omnino inepte; nam anno* 1619 *insignis eorum habita Augustæ Vindelicorum*

A *delicorum translatio fuit Dominica secunda Octobris*, alias cultui Sanctorum hic *(in ecclesia S. Udalrici)* quiescentium publico Officio canonico sacrata, *quæ* tunc temporis ejusdem mensis Octobris dies nona *erat, ut inquit Corbinianus Khamm, S. Udalrici professus et theologus, parte* I *Hierarchiæ Augustanæ pag.* 87, *ubi de S. Wicterpo. Id festum Dominica secunda Octobris in S. Udalrici celebratum fuisse asserenti Corbiniano credo : verum illa in diem* IX *Octobris eo anno non incidit, nec secundum vetus Kalendarium quidem, nisi a pridianis Vesperis inchoetur.*

*S. Udalrici Augustæ Vindelicorum*

2 *Ad* Nidgarii *et* Adalberonis *cultum faciunt varii variis temporibus eorum reliquiis honores ad augendam fidelium erga ipsos pietatem ac venerationem publice exhibiti. Mortales utriusque exuviæ in S. Afræ, nunc S. Udalrici, aut SS. Afræ et Udalrici, ecclesia, uti et aliorum aliquot civitatis Augustanæ præsulum corpora, tumulum accepere, diuque jacuere, dum seculo tandem* XI *ad annum sexagesimum quartum provecto, cum veterem S. Afræ ecclesiam, ut novam conderet, dirui jusserat Embrico, Augustanus episcopus, detectæ fuerunt una cum S.*

B *Wicterpi, in Opus nostrum ad diem* XVIII *Aprilis relati, et S. Symperti, die* XIII *Octobris, ut scribit Corbinianus Khamm pag.* 101, *defuncti corporibus. De hac inventione ita scribit universim auctor Chronicæ Augustensis apud Freherum tom.* I, *pag.* 348 : MLXIV. Ecclesia S. Udalrici et S. Afræ a fundamentis incipit. Sanctorum corpora multa inveniuntur : *quos dixi, Augustanos præsules Khammus in Wicterpo nominatim recenset, eorumque corpora ait* sub quodam Australis partis fornice honorifice humata, ubi propediem diversis (ex pervetustis Chronicis) splendere cœperunt miraculis in evidens suæ sanctitatis indicium. *Alteram mox inventionem his verbis expedit :* Circa annum MCCCCLVIII occasione novi templi exstruendi sub prædicto fornice, nimirum in dextro templi latere seu dextra abside versus monasterium, circa altare B. Mariæ Virginis iterato sunt inventa 4 corpora sanctorum Adalberonis, Wicterpi, Symberti, Nidgarii, quolibet in suo hypogeo secundum ordinem collocato. Primum locum occupabat corpus S. Adalberonis, secundum S. Wicter-

C pi, tertium S. Symperti, et quartum S. Nidgarii corpus : quodlibet tamen iterum in pristinum suum hypogeum fuit repositum, nulla, nisi in exornandis lipsanis, interveniente mutatione. *Apud Stengelium in sua Augusta Vindelicorum pag.* 63 *erronee, ut puto, signatur annus* 1485 *pro* 1458.

*BB. Nidgario et Adalberoni*

3 *Tertiam, anno* 1480 *factam, ita narrat :* Anno MCCCCLXXVII dum templum S. Udalrici penitus novum octo continuis annis e fundamentis excitatum superiori primum anno absolvitur, in festo SS. Petri et Pauli ventorum rabie evertitur, parocho et coadjutore cum tribus de plebe oppressis. Deinceps iterum instauratur anno MCCCCLXXX, atque occasione hujus instaurationis in superiori jam memoratæ absidis parte ossa S. Adalberonis reperiuntur, et ligneæ depictæ arculæ inclusa ad sacrarium peristylii deferuntur. Nec non juxta corpus S. Dignæ et aliorum VII Sanctorum Augustanorum reliquias decenter ponuntur. *Sigismundus in Chronico Augustano triennio post, seu anno* 1483 *conscripto addit cap.* 9, *in* Nidgarii *sarcophago hanc repertam fuisse antiquissimis characteribus exaratam epigraphen :* Beatissimæ memoriæ hic requiescit Nidgarius episcopus, omnes legentes pro ipso orate, ut pius Deus misereatur illi, amen. Obiit ille Beatus de hac luce, tempore XVII Calend. Maii. *Marco Velsero videtur exarata, cum nondum inter cœlites coli* Nidgarius *cœperat; neque male : nam* Beati *appellatio hic idem valere videtur ac* piæ memoriæ. *Ad quartam Corbinianus Khamm ita progreditur :* Anno MCCCCLXXXIX, templo firmiorem murum exigente, fossores fundamentorum casu inciderunt in sarcophagum duobus solummodo pedibus, sesqui palma latum, et S. Wicterpi ossa continentem, quæ in festo S. Scholasticæ defossa cum corpore S. Nidgarii ad dictum peristylii sacrarium deportata, S. Adalberonis reliquiis sunt apposita.

AUCTORE J. B.

*impensus.*

4 *Manserunt eo loco, ut narrare idem scriptor pergit,* SS. Nidgarii, Adalberonis, *reliquorumque Sanctorum reliquiæ usque ad annum* 1619, *quo eas Joannes, S. Udalrici abbas, in novum sacrarium a se conditum, exstructamque in eo aram reliquiariam ex abdito veterique sacrario solenni pompa Dominica secunda Octobris seu, ut quidem ait, die hujus mensis nono transferendas curavit : quo id factum sit modo, tum Corbinianus, tum Stengelius in sua* E *Augusta Vindelicorum, ubi de* B. Adalberone, *latius describunt, quos, qui volet, consulat : qui vero aram ipsam noscere voluerit, ejusdem iconem ab Hertfelder post pag.* 62 *exhibitam, inspicere poterit. Alia rursum, eaque priore solennior, quam Corbinianus denuo exhibita etiam aræ icone, pag.* 108 *et seqq. describit, Sanctorum Augustanorum Dominica secunda Octobris translatio facta est; de qua sic habet pag.* 89 : Anno MDCLXXXXVIII modernus abbas Wilibaldus, ut monumenta Sanctorum Augustanorum majori luce donaret, languentes vel animo vel corpore ad frequentem accursum animaret, atque fidelium mentes per sacrum thesaurum ornatius expositum ad opes spirituales coacervandas incitaret, eleganti aræ reliquiariæ, ab abbate Joanne anno MDCI positæ, aliam et elegantiorem, etiam ad modum lypsanothecæ, substituit, novum sacellum construxit, piam et sumptuosam reliquiariam translationem cum octiduana solennitate instituit, nec non S. Wicterpi et trium episcoporum Augustanorum *(Tozzonis, ad diem* XVI *Januarii in Opere nostro dati,* Nidgarii *et* Adal- F beronis) ossa cum corpore S. Dignæ martyris, et aliorum Martyrum Augustanorum holoserico, auro, argento, gemmisque exornata ad præfatum sacellum ingeniosa pietate et sacra deductione class. 2, sect 4, n. 8 et seqq. describenda, honoravit; *quibus addit, in memorati sacelli ara, anno* 1705 *die* V *Augusti in honorem S. Crucis, S. Dignæ et* Sanctorum hic quiescentium *consecrata, venerationi publicæ* Nidgarii *et* Adelberonis *reliquias, sua ætate fuisse expositas : pag. vero* 115 *de* S. Nidgario *hæc speciatim habet :* Venerationi exponitur hac ætate in ara class. I, sect. 9, n. 37 effigiata. Ubi cum apparentibus vestigiis, sacris genuum ossibus, ob assiduas preces flexis poplitibus Deo oblatas, impressis, ac pretiosis vestibus episcopalibus ex Attalico et Phrygia acu eleganter pictis amictus visitur et colitur. *Ceterum tam* B. Nidgarii, *quam* B. Adalberonis *capita, basibus decentibus imposita, et splendidis exornata mitris inter S. Udalrici abbatiæ cimelia sacra separatim conservantur, uti apud Bernardum Hertfelder, ejusdem loci olim Priorem, pag.* 63 *et* 64 *videre est. Concludi ex hactenus dictis*

AUCTORE J. B.

*dictis potest, tam* Nidgarium, *quam* Adelberonem *sanctitatis quidem fama apud Vindelicos semper, cultu vero sacro jam inde a seculo saltem* XI *fuisse gavisos. Nunc ad eorum gesta progredior.*

*Haud satis liquet, quid gesserit*

5 B. Nidgario *Stengelius abbas Anhusanus Rerum Augustan. Vindelic. parte* 2, *cap.* XI *elogium texuit, sed ea tantum fere complexum, quæ sanctis Episcopis plerisque communia sint. His itaque omissis, ea tantum hic paucis memorabo, quæ illi propria sunt.* Nidgarius *(alias etiam* Nitgarius, Nigarius et Neodegarius *dictus) Ottenburani Ordinis S. Benedicti cœnobii ad Guntium amnem, et in diœcesi Augustana et in Constantiensis episcopatus confiniis siti, primum alumnus, dein abbas, si Ottenburanorum præsulum Catalogo, quem Franciscus Petrus canonicus regularis Wertenhusanus Sueviæ Ecclesiasticæ pag.* 831 *et seqq. edidit, fides habenda est, tertius fuit; sed eam abbatiam vix adeptus eodem anno ad Augustanam cathedram evocatus est. Anno* 868 *creditur interfuisse Wormatiensi Concilio; non tam ex certis documentis, quam ex*
B *incerta, ut mox videbitur,* B. Nidgarium *id temporis Augustanam ecclesiam moderatum esse, opinione. Fuëssensis seu Faucensis monasterii, in Augustana diœcesi siti, igne tum temporis combusti, instaurationem cordi habuit, ac ibidem S. Magni ecclesiam a fundamentis excitavit, quamquam non perfecerit; qua de re Vitæ S. Magni interpolator (vide tom.* 2 *Sept. pag.* 757*) ita loquitur* : Primus Nittarius cœpit a fundamentis ecclesiam beati Magni construere; cæteri vero præsules *(Augustani)* eum subsequentes, prout potuerunt, similiter construxerunt; tamen non fuit aula basilicæ ad perfectionem operis perducta, donec Domino annuente, a gloriosissimo rege Ludovico, filio Ludovici *(Pii)* clarissimi imperatoris, Lanto ipsam sanctam sedem, eo tribuente adeptus est. *Augustanam sedem* S. Nidgarius *addit anno* 864, *moriensque deseruit anno* 869, *die* XV *Aprilis, ut quidem scribunt Corbinianus Khamm, Stengelius, Marcus Velserus in sanctis Augustanis, Herfelder, Brusschius; at longe discrepat Sigismundus in Chronico Augustano ecclesiastico apud Pistorium pag.* 599 *hæc scribens :* Rexit ecclesiam Augustæ anno Christi octingentesimo quadragesimo septimo : *Longius etiam*
C *Charta, a Carolo Meichelbeck inter Frisingensia monumenta num.* 470 *relata,* II *Kalendas Septembris anno gloriosissimi Hludovici (Pii) imperatoris* VIII, *Indictione* I (*an* XV?) *data, Christi* 822, *qua Hitto, Frisingensis episcopus, ecclesiam in Chenperc, quam Hanto Augustanus episcopus prius ecclesiæ suæ acquisierat, tum vero temporis possidebat Nidkerus Hantonis successor, dicitur vendicasse.*

*aut quando sederit B. Nidgarius :*

6 *Contra vero Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 152 *Synodicam Patrum Wormatiensis concilii anno* 868 *epistolam memorat, in qua comparet* Lintgarius Augustusburgensis *episcopus; quo nomine* Nidgarius *intelligendus videtur; nec enim Lintgarius ullus Augustanam sedem occupasse scitur? Sed si anno* 868 *Augustanæ ecclesiæ præfuit* Nidgarius, *quomodo Lanto (verosimillime Augustanus episcopus, et* Nidgario *posterior,) inter concilii Moguntini anno* 847 *sub Rabano celebrati patres memoratur apud Labbeum tom.* 8 *Conciliorum col.* 39? *An anno* 822 Nidgarius, *anno* 847 *Lanto anno* 868 *Lintgarius seu potius Witgarius Augustanam rexit ecclesiam? Præstare equidem videtur his citatis monumentis*
*niti, quam Augustanorum præsulum catalogis,* D *qui neque suis nævis carent, neque in episcoporum ordine numeroque consentiunt. Mitto Stengelium, Bucelinum, Brusschium aliosque, ex quorum dissidiis apparet ad oculum, inquit Corbinianus Khamm in Walthero et Adelgero,* res longe dissitas fallere oculum, res autem longo tempore remotas fallere calamum : nec non Augustanorum episcoporum numerum (*adde et singulorum, quibus sederunt, tempora*) examussim determinare, esse oleum et operam perdere.

*sedit B. Adalbero ab anno* 887 *usque ad* 909 ;

7 *Non minus Scriptores dissident, cum tempus, quo* B. Adalbero *Augustanæ ecclesiæ præsulem egit, definiunt. Alii episcopatus ejus initium, teste Corbiniano Khamm, anno* 887, *alii* 897, *alii* 902; *finem vero anno* 909, *vel* 917, *vel* 922, *vel denique* 883 *affigunt : in tanta opinionum discrepantia Reginonem, scriptorem æqualem, et Hermannum contractum, qui ad seculi* XI *annum* 54 *Chronicum suum produxit, hac in re potissimum sequendos, ac initium episcopatus* B. Adelberonis *anno* 887, *quo Witgario, non Lantoni successit, ut ut laudati mox Catalogi reclament, affigendum puto; ad quem ita Regino scribit.* Eodem anno Vuitgarius episcopus de Au- E
gusta civitate obiit, et Adalbero nobilis generis magnique ingenii ac prudentiæ vir cathedram ejus obtinuit, ei in episcopatum successit. *Ad annum autem* 909 *ita scribit Hermannus Contractus :* Adalbero venerabilis Augustensis episcopus obiit. *Hepidannus autem S. Galli monachus, qui eodem, quo Hermannus seculo fuit, parum ab illo discrepat, ad annum* 910 *ita scribens,* Adelberto episcopus (*paulo ante* Augustensem *dixerat*) obiit. *Auctor Vitæ S. Udalrici, episcopi Augustani, et* B. Adelberonis *nepotis, qui eodem seculo, quo uterque vixit, scripsit, a morte S. Udalrici, quæ anno* 973 *contigit, usque ad aditum abs illo episcopatum annos numerat* 50 : *Hiltino vero, S. Udalrici decessori,* B. Adalberonis *successori proximo annos* 15 *episcopatus tribuit, licet haud integros; si autem ab anno* 973 *annus* 64 *subtrahas, ad annum* 909, *quo desierit* Adalbero *in vivis esse, pertinges. Vitam S. Udalrici tom.* 2 *Julii consule, ubi pagg.* 121 *et* 99 *modo dicta reperies.*

*sed Vita latet aut periit.*

8 B. Adalberonis *Gesta hinc inde, quoniam ejus Vita caremus, colligenda sunt : exstitisse tamen aliquam ejus Vitam Sigismundus in Chronico Augustano cap.* IX *docet :* Historiam vero, *inquit,* Vitæ ejus (*Adalberonis*) vir præclarus F
Udalscalcus scripsit ad episcopum Waltherum, ejusque largitatem, qualiterque in ecclesia S. Aphræ miraculis claruerit. *Waltherus sedem Augustanum ab anno* 1134 *usque ad annum circiter* 1150 *tenuit; unde ætas liquet Udalscalci, S. Afræ primum monachi, ac dein etiam ab anno* 1126 *usque ad annum* 1150, *abbatis, de quo plura Sigismundus* 2 *part. Chronici Augustani cap.* 1 *et* 2. *Vitæ* B. Adalberonis *ab Udalscalco conscripta meminere Stengelius in sua Augusta Vindelicorum Germanice scripta cap.* XI, *Corbinianus Khamm Hierarchiæ Augustanæ parte* 2 *pag.* 240, *et Bucelinus in Menologio Benedictino ad diem* XII *Junii, Ermenricum monachum Udalscalco adjungens :* Vitam ejus descripsere, *inquit,* Ermenricus monachus et Udalschalcus abbas, quam tamen videre necdum merui; *quod mirum fortasse non est : cum enim illam nuspiam aut typis vulgatam, aut a recentioribus visam fuisse, inveniam, vero admodum simile fit, eam alicubi in tenebris abditam latere, vel periisse; fortasse non*
*sine*

A *sine magno Historiæ Augustanæ detrimento, cui lucis aliquid verosimillime, si in lucem ipsa protraheretur, esset allatura.*

*Natalibus* 9 Adalberonem *Regino, scriptor æqualis, a splendore natalium, a magnitudine ingenii, et a prudentia laudat. Natum ait Corbinianus Khamm Kyburgi ex comitibus Witislingæ, Dilingæ, et Kyburgi : comitatus posterior ad lævam Tesæ fluvii in Tigurino Helvetiæ pago situs est; Dilinga vero (a qua parum abest Witislinga) in Suevia ad Danubium Ulmam inter et Donawertam. Comitum Kyburgensium stemma ex codice vetere Ms. Bibliothecæ S. Udalrici Velserus S. Udalrici Vitæ primo loco a se editæ ac illustratæ subjunxit, in quo agmen ducit Hartmannus comes, Hupaldi comitis pater; Hupaldus natus illic dicitur circa annum* 865, *genuisse S. Udalricum, Augustanum episcopum* 890, *ac obiisse* 908. *Ex hac familia genitum quoque aiunt* Adalberonem *Stengelius, Bucelinus, Hartfelder, Brusschius, Crusius, et Corbinianus Khamm : verum inter Brusschium et Khammum non omnino convenit; quorum alter, de Neresheimensi cœnobio in Chronologia monasteriorum Germaniæ lo-*

B *quens,* Adalberonem *Hupaldi, hic autem Hartmanni, seu avi S. Udalrici fratrem facit. Neuter suæ opinionis fundamentum affert : Henninges tom.* 4 *part.* 2 *Theatri Genealogici pag.* 295 *Hupaldum sub Henrico Aucupe exercitum adversus Obotritos et Vandalos (Magnopolitanos, qui et Vandali, dicti fuere) anno* 935 *(imo* 931*) duxisse, ait : quod si ita esset,* B. Adalberonem, *anno* 909 *defunctum, Hupaldi patruum fuisse, cum Khammo facile crederem. Verum S. Udalricus, cum Roma, mortuo* B. Adalberone, *in patriam rediit, matrem viduam, uti num.* 6 *tom.* 2 *Julii pag.* 99 *ejus Vita diserte habet, invenit : quare Hupaldum eodem circiter tempore, quo* B. Adalbero, *e vivis abiisse, necesse est; quod tamen non impedit, quo minus ejus patruus* B. Adalbero *fuerit; cum Hupaldus natus fuerit ex codice antiquo cœnobii S. Udalrici anno* 865, *atque adeo annos ætatis suæ* 43; Adalbero *vero, quem aliis S. Udalrici consanguineum tantum nominare satis fuit, multo plures numerare potuerit.*

*virtutibusque illustris* 10 *Nobilitatem generis* B. Adalbero *cum virtute et vitæ sanctimonia ab ineunte ætate conjunxit; et virtutis quidem studio, posthabitis seculi honoribus, S. Benedicti in cœnobio Elwangensi ad*

C *Jagistam Franconiæ fluvium sito, instituta sectatus, eum in ea progressum fecit, ut non modo in ejus loci abbatem, sed etiam in Augustanum episcopum, pædagogum Ludovici Germaniæ regis, imperatoris Arnulfi filii, et abbatem Laurisheimensem electus fuerit. Elwangensi cœnobio præfuit ab anno* 882 *usque ad annum* 909 *ex Stengelii in Mantissa ad rerum Augustanarum Commentarium sententia : verum longe aliter sentit Corbinianus Khamm; et quidem tempus, quo abbatiam Elvacensem rexit,* 17 *annorum spatio, nimirum ab anno* 905 *usque ad* 922, *hic auctor definit in Auctario patris* 1 *Hierarchiæ Augustanæ, de progressu ecclesiæ Elvacensis cap.* 3, *pag.* 19, *et cap,* 6, *pag.* 142, *ex Catalogo abbatum Elvacensium : parte autem* 1 *Hierarchiæ pag.* 120 *ita scripserat :* In pædagogum Ludovici III imperatoris ascitus, brevi post, Hattone Elvacensis monasterii abbate ad archiepiscopalem sedem Moguntinam assumpto, in abbatia eidem fuit succenturiatus. Inde majoribus gubernaculis manus admovere compulsus, atque epi

AUCTORE J. B. scopales fasces Augustanas capessere jussus ab Arnulpho imperatore..... magni habitus, nec non abbatia Laurisheimensi DISPENSATIVE (ut loquitur Chron. Laurisheimense, utpote jam episcopus Augustanus et abbas Elvacensis) est donatus. *Hatto Moguntinus archiepiscopus consecratus est anno* 891, *teste Reginone : Arnulfus Ludovico auctus est anno* 893 *secundum Annales Fuldenses apud Freherum tom.* 1 *pag.* 51. *Itaque, qui ante Hattonem ad Moguntinam sedem evectum, seu ante annum* 891 B. Adalbero *Ludovicum anno* 893 *natum instruere potuerit, non capio. Sequitur præterea ex Corbiniani dictis* B. Adalberonem *prius Ludovici præceptorem egisse, quam Augustano episcopatui admoveretur; cum tamen id jam inde ab anno* 887, *teste Reginone, contigerit.*

*factus est abbas Elvacensis,* 11 *Helwichius Antiquitatum Laurisheimensium sect.* 2 *cap.* 12 B. Adalberonem *ex Elvacensi monacho abbatem Laurisheimensem anno* 892 *factum ait, Arnulfo jam tum imperatore; dein vero, revocato ad pristinam disciplinam dicto cœnobio, ad Elvacense rediisse cœnobium anno* 898, *ac demum ad Augustanas infulas promotum. Reginoni itaque contradicit, non solum cum* B. Adalberonis *episcopatus initium ad annum ut minimum* 898 *differt; sed etiam cum Arnulphum jam inde ab anno* 892 *imperatoria dignitate ornatum affirmat. Audi Reginonem :* Anno Dominicæ Incarnationis, *inquit,* DCCCLXXXXVI Arnolfus civitatem ingressus, a Formoso apostolicæ sedis præsule cum magno honore susceptus est, et ante confessionem sancti Petri coronatus, imperator creatur. *Contradicit etiam, ut plura alia præteream, Diplomati Stephani Papæ, qui Formoso successit, a Labbeo parte* 1 *Chronologiæ technicæ pag.* 257 *memorato, quod datum illic legitur Indictione* XIV, *atque adeo anno* 896, *decimo tertio Kalendas Septembris* imperante domino piissimo Augusto Arnulfo a Deo coronato magno imperatore anno primo. *Contradicit Synodo Triburiensi anno* 895, *Arnulfi (nondum imperatoris, sed regis)* 8, *Indict.* 13, *mense Maio celebratæ, cui* Adalpero Augustensis episcopus *subscriptus legitur. Rectene, an secus Stengelius* Adalberonem *ab anno* 882 *usque ad* 909 *Elvacensi cœnobio profuisse scripserit, tum quod alii ab illo scriptores hic dissentiant, tum quod, quibus monumentis rationibusque nixus id scripserit, haud exploratum habeam, temere enimvero pronuntiare non ausim : interim vero dum alicunde plus aliquid hac in re lucis affulgeat, ad alia, quæ a* B. Adalberone *gesta fuisse leguntur, progredior.*

*dignusque habitus, qui Ludovici, Arnulfi imp. filii,* 12 *Narrat Annalista Fuldensis apud Bouquetum tom.* 8 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 54, *Arnulfo regi Otingæ in Bavaria natum esse anno* 893 *filium Ludovicum, quem a* B. Adalberone *sacris undis ablutum scribunt; cui rei laudatus Annalista ad dictum annum sequentibus verbis fidem facit :* In qua *(Otinga curte regia)* ei non multum post filius nascebatur, quem Hado Moguntiacensis archiepiscopus, et Adalpero Vindelicorum episcopus sacro fonte baptismatis chrismantes, nomine avi sui Hludowicum appellaverunt. *Ludovicum, quem* B. Adalbero *baptizavit, Hatto e sacro fonte levavit : hinc, ut in Hattone scribit Serarius, Arnulfus Hattonem* compatrem *suum in Diplomatibus publicis nuncupavit. Apud Hundium autem tom.* 1

*Metropolis*

AUCTORE J. B.

*Metropolis Salisburgensis pag.* 469 *Ludovici Diploma exstat, quo Sabionensem ecclesiam in tutelam suam recipit, uti rogatus fuerat a Meginberto episcopo* per interventum, *inquit Ludovicus,* dilectorum nobis episcopi, Adalberonis scilicet spiritualis patris et magistri nostri, ac Salomonis etc. *Unde etiam liquet Ludovicum non modo ab* Adalberone *sacris undis fuisse ablutum, sed eidem etiam, defuncto Arnulfo, regii principis educationem institutionemque commissam, id quod et alias Ludovicus publice testatum voluit. Sic tom.* I *Diplomatum Laurisheimensium, anno* 1766 *typis monasterii Tegernseensis in lucem editorum, pag.* 105 *Ludovici Diploma exstat, cujus initio* B. Adalberonis *non sine insigni laude ita meminit:* In nomine etc. Hludowicus divina favente providentia rex. Cunctorum Orthodoxorum instantis temporis, et futuri manifestetur collegio, qualiter reverendissimus Dei cultor Augustensis videlicet honorabilis presul nomine Adalbero noster admodum fidelis nutritor etc. *Datum est hoc diploma* IV Kalendas Maii anno Dominicæ Incarnationis DCCCC Indictione III, anno primo regni Domni Ludovici regis.

B moderator esset.

13 *Brunnerus de Virtute et Fortuna Boiorum lib.* 7 *cap.* 6, *quod muneris* Adalberoni *tribuimus, Waldoni, Frisingensi episcopo, tribuit, ita scribens:* Justis de more persolutis *(Arnulfo imperatori)* Germaniæ proceres ipso anno sæculari nongentesimo Forchemii comitia celebrant, regemque Arnulphi filium Ludovicum septennem etiamnum salutant; admoti ejusdem pueritiæ summi viri: tutela Hattoni Moguntino et Ottoni Saxonum duci commissa: Theodomarus Salisburgensis archiepiscopus epistolas regio nomine scripsit: Luitpaldus Orientali Boïcæ limiti præfectus summum rei millitaris imperitum accepit: Waldo Frisingensis antistes regiæ indoli excolendæ magister est datus. *Ita Brunnerus, nulla* B. Adalberonis *facta mentione. At quæ silentii hujus causa? Fallor, si non ea ex Diplomate Ludovici, cujus apud Hundium mox laudatum pag.* 298 *mentio fit, repetenda sit. Datum id notatur eodem, quo num. superiore citatum Ludovici Diploma, anno* 900, *Indictione* IV, *regni Ludovici primo,* XIV *Kal. Februarii, cujus argumentum referens Hundius, his verbis utitur:* Ait *(Ludovicus)* Richarium Pataviensium episcopum per quosdam proceres suos, et Adalberonem Antistitem et studiosissimum nutritorem suum Walthonem, Frisingensem episcopum, nec non Luitpaldum illustrem comitem, dilectum propinquum suum, aperuisse etc.: *ubi omissa post verba illa,* studiosissimum nutritorem suum, *commatis interjectio, occasionem Brunnero dedisse mihi apparet, verba illa:* et studiosissimum nutritorem suum *Walthoni, Frisingensi episcopo applicandi, quæ tamen secundum num. superiore laudatum Diploma* B. Adalberoni *fuerant applicanda. Primo horum Diplomate Sigolfo, cœnobitæ Laurisheimensi, benefacit, altero Anisum Austriæ superioris civitatem (Enns) monasterio S. Floriani Ludovicus tradidit, non parum in id adlaborante* Adalberone. *Monasterium istud, olim Benedictinorum, post varias vicissitudines in præposituram canonicorum regularium S. Augustini evasit, situmque est medio circiter inter Lintsium et Stiram itinere.*

C

D

## § II Credita B. Adalberoni Laurisheimensis cœnobii administratio, ejus apud Arnulfum et Ludovicum gratia, liberalitas in monachos S. Galli, mors et miracula.

B. Adalbero Laurisheimio præficitur.

*Sublato ex hac vita sub annum* 892 *Gerhardo Laurisheimensis in Franconia cœnobii, quod ea ætate Benedictinum erat, post autem Augustinianum fuit, abbate, collapsa illic fuerat regularis disciplina. Re comperta, Arnulphus, ut huic malo medicinam afferret, Laurisheimensibus eligendi abbatis jus facultatemque abstulit, et in se constituendi illic abbatis, qui Deum timeret, et præcepta divina amaret, et pristinam disciplinam restitueret, curam suscepit, atque id oneris* B. Adalberoni *imposuit. Impositam sibi provinciam hic strenue gessit; sed, ut primum vigorem disciplinæ sua opera restitutum vidit, honori, commodoque, quod inde sibi obvenire poterat, valedixit, tantumque apud imperatorem auctoritate et gratia valuit, ut is Laurisheimensibus eligendi pro arbitrio abbatis, si quis inter ipsos ad id muneris aptus reperiretur, licentiam restitueret, uti tom.* I *Diplomatum Laurisheimensium pag.* 98 *et seq. in exhibito illic imperatoris ea de re præcepto videre est. Datum id ibi legitur* III *Kalendas Februarii anno Incarnationis Domini* 896, *Indictione* XV, *anno domini Arnolfi* X, *imperii autem ejus* III. *Sed nævo non carent notæ istæ Chronicæ male sibi cohærentes: nam Indictio* XV *annum* 877, *annus vero regni Arnulfiani* X, *et imperii* III *annum* 898, *quo id Diploma datum videtur, designat. Serius tamen id Diploma effectum integrum videtur fuisse sortitum: nam tom. mox laudato pag.* 106 *Charta Hattonis, anno* 902 *data, occurrit, in qua is sese Mogontiensis ecclesiæ præsulem et* Laurishamensem abbatem *appellat, et Liutherum a Conrado Germaniæ rege Laurisheimensi abbatia apud Freherum tom.* I *pag.* 68 *et seq. Laurisheimensis Chronographus investitum scribit. Quam præclare autem Arnulfus de* B. Adalberone *senserit, produnt Diplomatis in favorem Laurisheimensium ejus rogatu dati verba, quæ sequuntur:* At nos, *inquit Arnulfus,* hujusmodi crebris sermonum verberibus attriti, omnium fidelium nostrorum consultu Adalberoni venerabili ac dilectissimo episcopo nostro, quem ad omne bonum promptum esse scimus et cognoscimus, idem monasterium gubernandum delegavimus. Post hæc etiam ipse postposito omni seculari honore et commodo, quod inde consequi potuit, malens in cœlestibus thesaurizare, precatus est nostram clementiam, ne aliquis maluisculorum fraude vel insidiis ipsum locum subripere posset, ut pristino honore eum ditaremus, et eis licentiam concederemus, juxta eorum arbitrium inter se eligendi abbates. Cujus piis atque paternis admonitionibus libenter assensum prebuimus.

E

F

cui cum valedixisset.

15 *Ceterum etsi Laurisheimensis abbatiæ sarcinam, non tamen paternum in locum illum affectum* Adalbero *exuit; uti liquet ex sequenti instrumento,*

A *instrumento, quod etsi paulo prolixius, ex tom.* I *Diplomatum Laurisheimensium pag.* 100 *et seqq. libet huc integrum transferre tamquam egregium illius pietatis monumentum.* Omnibus Orthodoxæ fidei gratiam in Christo habentibus notum esse desidero, qualiter ego Adalbero, devotissimus servorum Christi servus et Augustensis ecclesie humillimus presul divine remunerationis ac vere charitatis ductus amore tractare non destiti de stabilitate eximii cenobii, quod dicitur Lauresham, postquam venerabilis congregationis ejusdem cenobii curam regiminis suscepi a Deo, ut eandem congregationem in prisco gradu imperialis privilegii regali et augustali auctoritate perpetuis temporibus redintegrarem, et ut post vite mee depositionem aliquid de meis propriis rebus, quas Augustali precepto Arnolfo glorioso imperatore tradente acquisivi, eidem sancte congregationi in usum aptarem. Que etiam omnia et in omnibus Deo auxiliante complevi. Trado enim ob commemorationem et mercedis mee augmentum, et ipsius senioris mei, qui mihi ipsas res condo-
B navit, quidquid proprietatis in loco, qui dicitur Kernesheim in pago Renense, per imperialis precepti confirmationem habere visus sum, ad præfatum cenobium Lauresham in pago Rinigovve in comitatu Geberhardi, juxta fluviolum, qui dicitur Wisgoz, ubi corpus beatissimi martyris Nazarii requiescere liquido credimus, et ubi moderno tempore venerabilis abbas Liutherus *(summa tamen auctoritate penes Hattonem, Moguntinum archiepiscopum, existente)* regulari disciplina preesse videtur, cum omnibus juste ac legitime illuc pertinentibus, in circumjacentiis undique villulis et locis, curtilibus, edificiis, mancipiis utriusque sexus, agris, terris, pratis, silvis, campis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et immobilibus, viis et inviis, piscationibus, molendinis, exitibus et reditibus, quesitis et inquesitis, nihil extra pretermittens.

*benevolentix in illud sux.* 16 Sed omne, quidquid diei aut nominari potest, totum trado ad sanctum Nazarium, sicut supra dixi, atque transfundo, ut superiori ratione proposui, et promptissima voluntate cum manu advocati mei Herigeri in perpetuum confirmo stipulatione subnixa: ea videlicet ratione, ut easdem prescriptas res, quas trado,
C quasque econtra per precariam complacitationis et causa familiaritatis et fraternitatis cartulam recipere videor, id est ecclesiolam infra ipsum monasterium sitam, in qua reliquias sancte Dei genitricis Marie, et sancte Afre beatissime martyris Christi et sancti Magni eximii confessoris Christi reconditas habeo, cum mansiunculis, et ceteris necessariis, hortis et pratis, cum duabus servilibus prebendis et una monachica mihimet ipsi prebenda. Insuper villam Winenheim et Birkenovva, et Gunenbach, et Liebereshach, et Liuthereshusen, cum ceteris locis et villulis illuc respicientibus: Scarram et Bibiloz cum cunctis ad omnia prenotata juste ac legaliter loca respicientibus et pertinentibus, cum ecclesiis, curtilibus, edificiis, mancipiis utriusque sexus, terris, agris, pratis, vineis, campis, silvis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et immobilibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquesitis, nihil extra pretermittens, sed omne, quidquid in ipsis prescriptis locis dici, et nominari potest, totum de abbate prenominati monasterii et de fratribus, cum manibus advocatorum eorum Adalwini, et Bennilini ita suscipio et habere dispono, ut quamdiu Deo concedente in hac mortali vita vixero, absque omni contradicentis molestia in proprium usum res utrasque, quas dedi, et quas per precariam suscepi, mihi potestative et securiter, ac quiete obtinere, ordinare, et frui liceat. AUCTORE J. B.

17 Si quis vero, quod omnino non credo, *suarumque simul virtutum* et minime desidero, hanc complacitationem mihi confregerit, liceat meas proprias res, quas per imperiale preceptum acquisivi, ad me retinere vel tradere, quocunque voluero. Post depositionem autem temporalis vite mee, si mihi complacitatio mea ita firma, et inconfracta, sicut supra prenotatum est, perstiterit, res omnes, quas tradidi, vel quas econtra per mutue complacitationis precariam recepi, ad jam sepe dictum cœnobium cum omni integritate redeant in jus et in perpetuum dominium, eo tamen tenore, ut ex his rebus, quas per impe- E
rialis monimenti preceptum acquisivi, et ad S. N. devotissime tradidi, quatinus in anno mee depositionis anniversarium diem rectores ejusdem sacri loci plena charitate cum cunctis fratribus in cibo et potu concelebrent, meamque commemorationem in illorum sacris orationibus in ecclesia fideliter exercere studeant, id est in VII Idus Augusti Misse sancte Afre martyris, et in XVIII Kalendas Septembris Assumptionis sancte Marie virginis, et in VIII Idus Septembris solemnitatis sancti Magni confessoris Christi, et in ipso anniversarii mei die. Insuper etiam uno interposito anno, id est anno secundo pellitie, et deinceps iterum anno uno interposito cappe cunctis fratribus ibidem Deo famulantibus omni occasione excusationis postposita ex prefato loco, qui dicitur Kernesheim, usque dum presens seculum de hora in horam, et de nocte in noctem, et de die in diem, et de anno in annum perstiterit, ob meam commemorationem devotissime presententur. Ecclesiola vero, quam in eadem complacitatione causa familiaritatis infra dictum locum recepi, de eodem supra scripto loco, quem tradidi, cum tectura et luminariis digne procuretur.

F 18 Hanc traditoriam cartam hujus complacitationis episcopis, et multis comitibus et in- *insigne monumentum reliquit.*
numerabilibus viris scientibus, et videntibus in perpetuum monimentum fieri jussit, quatinus nulla umquam persona eam presumat infringere, vel violare, sed ut eterna stabilitate firmata permaneat. Et si quis eam irrumpere temptaverit, aut si his fratribus aliquid ex illis locis, que S. N. tradidi, sicut suprascriptione eis complacitavi, subtrahere conatus fuerit, vel alicui inbeneficiaverit, ante tribunal tremendi examinis terribiliter criminatus Deo omnipotenti, judici vivorum et mortuorum redditurus rationem, presentetur: insuper et Augustensis ecclesie presuli prenominatam curtem Kernesheim cum omnibus juste ac legaliter pertinentibus ad domum sancte Marie virginis recipere et possidere liceat. Consiliatum et ordinatum publice in civitate Wormatia Hathone *(Moguntino)* et Ratbodone *(Trevirensi)* archiepiscopis et Tiethelaho episcopo *(Wormatiensi)* presentibus insuper Cunrado, Walahone, Gebehardo,

AUCTORE J. B.

Ruperto, Liutfrido, Burkardo, Dragebodo comitibus. Rudhardo domus regalis procuratore vidente, et innumerabilibus viris audientibus: cum Liuthero abbate, et cum consensu cunctorum fratrum Lauresham degentium. In XIII Kal. Junii Amen. *Quisquis hoc Diploma perpenderit, videbitur, ut opinor, sibi in eo videre præsulem, quamvis genere nobilem, animo humilem, plenum charitate, suorum amantem et sollicitum, erga illos, quos sibi beneficos senserat, gratum, Sanctorum cultus studiosum, justi æquique tenacem, et saluti suæ pro futuro seculo non indiligenter providentem.*

*Arnulfum imp. in Italiam comitatus est,*

19 *Benevolentiæ ejus non Germania modo, sed Italia etiam testis fuit. Cum enim Arnulfus a Formoso Papa, ut sese ab adversariorum insultibus tueretur, evocatus anno* 895 *fuit, Ticinumque pervenisset, Ribsinda monasterii S. Mariæ Theodotæ Ordinis Benedictini abbatissa, privilegiorum monasterii sui confirmationem a rege petiit obtinuitque, postulata ejus promovente* B. Adalberone. *Exstat ea de re Arnulfi Diploma apud Muratorium modo* 3 *Antiquitatum Italicarum medii ævi pag.* 52, *datum Papiæ Kalend.* B *Decemb. anno Incarnationis Domini* 895, *Indictione* XIII, *Arnulfi regis octavo. Eo lubentius Diploma istud Arnulfi laudavi, quod ex eo constet,* B. Adaberonem *post finitam Triburiensem Synodum una cum Arnulfo in Italiam abiisse anno* 895, *atque coronationi ejus sub sequentis anni initium a Formoso Papa factæ interfuisse, quod alibi hactenus nondum legi.* Adalberonem *illic Arnulfus non solum* sanctæ Augustensis ecclesiæ episcopum *nominat, sed etiam Ribsindæ monasterii sui privilegia se confirmare ait* ob amorem Dei, Deique genitricis Mariæ nec non venerabilem petitionem dilecti fidelissimi Adalpero. *Corrigenda tamen est eo in Diplomate Indictio* XIII, *cum anno* 895 *Kalendis Decembris Indictio non* XIII, *sed* XIV *flueret; nisi Arnulfum Indictione Pontificia, seu Romana, quæ a Kalendis Januarii initium sumit, hic usum cum Muratorio velis.*

*ejusque filium Ludovicum S. Floriani monachis,*

20 *Promptum quoque fuisse, ut calamitate pressis, qua posset, ope succurreret, S. Floriani cœnobitæ experti sunt, ut liquet ex Diplomate Ludovici, Germaniæ regis, cujus num.* 13 *mentionem feci, et apud Hundium tom.* 1 *Metrop. Salisburgensis pag.* 298 *summatim refertur. Datum id ibi legitur, uti supra dictum est,* XIV C *Kalendas Februarii anno* 900, *Indictione* IV, *regni* 1: *verum Indictio* IV, *non annum* 900, *sed* 901 *designat; quo citius dari potuisse non videtur: nam, ut in Diplomate legitur, S. Floriani monasterio Anisum oppidum Ludovicus concessit* propter damna a Paganis, *seu Hungaris* illata, *et quidem postquam civitatem illam, uti illic vocatur,* fideles *Ludovici* pro tuitione patriæ unanimiter contra eorundem Christiani nominis persecutorum insidias noviter in ripa Anassi fluminis in proprio jam dicti martyris *(Floriani)* partimque in terra præfecturæ etc. extruxerunt. *Contigit autem id postquam Liutpoldus comes, una cum Richario Pataviensi episcopo Hungaros ex Italia reduces, ac, Bajoariam longe lateque, depopulatos, ultra Danubium insecutus, adortusque, felici prælio vicit, anno, ut Fuldensium Annalium continuatio altera tom.* 8 *Script. Rerum Gallicarum pag.* 60 *nos docet, nongentesimo: nam post relatam mox memoratam Liutpoldi victoriam ita illic pergitur:* In eodem loco post victoriam illis cælitus datam congressi ..... ad socios, unde venerant, regressi sunt, et citissime D in id ipsum tempus pro tuitione illorum regni validissimam urbem in littore Anesi fluminis muro obposuerunt. *Diploma igitur illud, cum fuerit mense Januario datum, non nisi ad annum* 901 *pertinet, quo fluebat Indictio quarta, et annus Ludovici primus, non a morte patris sui Arnulfi, qui anno* 899 *tertio Kal. Decembris secundum Regionem decessit; sed ex quo anno* 900, *ut idem Regino scribit, in Germaniæ regem Ludovicus electus est; si tamen post* XIV *Kalendas Februarii electio ista contigit.*

*altisque beneficum reddidit,*

21 *Apud eumdem Hundium, ubi de episcopis Ratisponensibus agit, pag.* 249, *uti et apud Pezium tom.* 1 *Anecd. part.* 3 *pag.* 39 *alterum ejusdem Ludovici Diploma exstat, anno* 903, *Indict.* VI, *regni ejus* IV, XVI *Kal. Mart. datum, quo Tutoni, Ratisponensi episcopo, villam Teorinhovam donat in jus et proprietatem S. Emmerammi; quæ quidem donatio* per consensum et consilium episcoporum venerabilium Pontificum Adalberonis et Erchinbaldi *(Eystatensis) procerumque Liutbaldi et Cumbaldi facta ibidem legitur. De Frisingensi etiam ecclesia* B. Adalbero *optime meritus fuit anno* 906. *S. Corbinianus, Frisin-* E *gensis episcopus plebi et familiæ suæ episcopi inter se eligendi facultatem impetraverat, quæ regiis subinde litteris firmata fuerat: verum, Waldone sedem illam tenente, non modo episcopales ædes, sed litteras etiam præfatas voracx flamma consumpsit: institit itaque apud Ludovicum regem Waldo, ut ecclesiæ suæ renovaretur jam pridem concessa libertas, votique sui, sed non absque* B. Adalberonis *interventu factus est compos. Edidit id Diploma Meichelbeckius Historiæ Frisingensis tom.* 1 *pag.* 152, *ac in Chartario reverendissimi ac illustrissimi collegii plane illæsum hodieque exstare ait pag.* 21. *De recepta* B. Adalberonis *opera in Ludovici tutelam anno* 909 *Sabionensi seu Brixinensi ecclesia vide num.* 12. *Plura, ut vix dubito, hujusmodi exstant aut exstitere Diplomata: verum quæ allata sunt hactenus, sufficere arbitror, ut quanto in honore et veneratione apud Arnulfum, Ludovicum, et Germaniæ episcopos proceresque fuerit, conjectare facile quivis possit, pateatque de illo auctorem Vitæ S. Udalrici anonymum non immerito dixisse,* quem multa tunc temporis sapientia repletum, musicaque arte præ cæteris præditum, gubernaculaque regi pæne omnia cum rege *(Germaniæ Ludovico)* disponen- F tem agnoverunt.

*et erga S. Galli monachos*

22 *Maxime vero in S. Galli monachos munificus fuit; nec immerito a S. Galli monachis certatim ob liberalitatem celebratus fuit. Apud Goldastum tom.* I, *part* 1 *ita Hepidannus loquitur:* DCCCCVIII .... Adalbero episcopus Augustensis cum magno apparatu et multis donis venit ad monasterium S. Galli. *Enumerantur illa in Historiis fratrum conscriptorum monasterii S. Galli apud Goldastum tom.* 2, *pag.* 141 *et seq. Verba, quibus id fit, eo quod ad* B. Adalberonis *gloriam pietatemque in Sanctos commendandam non parum faciunt, hic negligenda aut plane prætereunda non censui. Sic igitur habent:* Anno ab Incarnatione Dominica DCCCCVIII regnante Hluodouuico, Arnolfi imperatoris filio, XI regni ipsius anno, Indictione XI, Id. Oct. die Sabbati, in vigiliis S. Galli confessoris, venit beatæ memoriæ nobilissimus Augustæ Vindelicæ pontifex Adalbero, juncto sibi mitissimo Sebonensis *(Sabionensis)* ecclesiæ antistite Meginberto, in monasterium S. Galli ejus cupiens

A cupiens interesse festivitati. Cumque ipsam venerandæ solennitatis in cœnobio noctem duxisset, mane basilicam ingressus ad S. Confessoris turbam accessit. Deinde fratribus ad se, dextro altaris lateri ipse conjunctus, accersitis, crucem auream gemmis interpositam, calicemque onychinum auro et gemmis eleganter paratum, cum patena aurea nihilominus gemmata altario imposuit. Palliolum etiam casulamque pretiosi generis, nec non et albam cum cingulo stolaque ac mappula, cunctis his auro perfectis, eidem applicuit aræ.

*maxime liberalis fuit.*

23 Sed et magnam ceræ copiam sanctæ contulit ædi. Campanam quoque miræ magnitudinis et eximiæ sonoritatis loco contradidit. Et hinc S. Othmari loculo accedens ipsius aræ pallium satis pretiosum superexpandit. Posthæc S. Petri ecclesiam ingreditur, magnæque ibi æstimationis palliolum condonat. *Cetera, quæ sequuntur, effusam in singulos etiam monachos munificentiam ac benevolentiam declarant, quæ legi illis possunt.* Adalberonem *moverat perspecta jam ante cœnobii sanctitas, ut ex Ekkehardo Ju-*

B *niore apud Goldastum tom.* I, *pag.* 14 *colligere est, ubi* Adalbero *multa ac præclara admodum de loci illius incolarumque sanctimonia dixisse narratur. Hi porro tantæ munificentiæ non ingrati fuere. Sic enim pergit Historiarum mox laudatarum auctor* : Pro cujus inæstimabilis beneficii gratia uno assensu tota simul sancti militia propositi sancivit, ut tam ipsi, quam successores eorum felicis recordationis Viro, domno videlicet Adalberoni episcopo, eandem, quam cuilibet cœnobii hujus abbati, sive in seculo viventi, seu vocante Deo de mundo recedenti, orationis exhibeant summam. Megimberto quoque pontifici decretum est, unius proprii fratris orationem polliceri, ut, sicut pro quovis nostrum commemoratio agitur, ita et pro illo in omnimoda oratione compleatur. Et ut hanc nulla constitutionem deleat oblivio, Regulæ complacuit nostræ inseri libello, quatinus, dum codex iste frequentius videtur et legitur, beati Præsulis memoria strictius teneatur. *Ceterum mendum hic est apud Goldastum; non enim S. Galli vigilia eo anno in Idus Septembris simul et in diem Sabbati incidit, sed in Nonas ejusdem mensis, quod obiter notasse sufficit. De collato item per* B. Adalberonem *S. Galli monasterio inter*

C *annum* 887 *et* 889 *S. Magni brachio videsis tom.* 2 *Septembris Commentarium Actis S. Magni abbatis prævium num.* 103, *pag.* 720, *ubi præterea pag.* 733, *num.* 167 *et seq. bona quædam a Salomone, hujus nominis III episcopo Constantiensi, olim S. Galli monasterio data, eidem opera* B. Adalberonis *per Arnulfum anno* 898 *confirmata reperies.*

*consecrationi ecclesiæ S. Emmerammi non interfuit anno* 898.

24 *Eodem anno, ut Staindelius in Chronico (consule tom.* I *Scriptorum Rerum Boïcarum pag.* 455*) scribit,* B. Adalbero *monasterii S. Emmerammi consecrationi, a Formoso Papa* IX *Kalendas Octobris peractæ, interfuit. Asseritur id quoque (omisso tamen, quo consecratio illa contigerit, anno et mense) in Diplomate Ludovici, Germaniæ regis, quod anno* 903 *datum notatur. Quod ad annum* 898 *attinet, certum est, Formosum Papam ante annum illum e vivis abiisse, et proin certum pariter est, tum* S. *Emmerammi ecclesiam non consecrasse. Formosum toto illo tempore, quo pontificiam Sedem occupavit, Ratisponæ umquam fuisse versatum, nullum apud veteres exstat indicium. Romam ab illo Arnulfum invitatum iterum atque iterum partim ad annum* 890 *(quod tamen proxime sequenti factum est) partim ad annum* 895 *Annalium Fuldensium tom.* 8. *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 56 *continuator docet, sed per* epistolas et missos *seu legatos.* Iterum rex a Formoso Apostolico per epistolas et missos enixe Romam venire invitatus est, *inquit ad posteriorem annum. Reliquum ergo est, ut anno* 899 *(seu potius anno* 891, *quo in Pontificem electus est) Ratisponæ Formosus fuerit. Sed neque id tum contigisse videtur: cum enim Sergiana factione obluctante in Pontificem electus esset, et Sergius in Tusciam ab Adelberto marchione auxilium imploraturus abiisset, amittendæ Sedis periculo sese exposuisset, si, relicta Roma, in Germaniam tam cito abiisset. Demum, quæ fuit monasterium Santemmerammense consecrandi occasio aut causa? Anno quidem* 891 *Ratisponensem civitatem combustam fuisse, docet Annalium Fuldensium continuator: sed addit* : Exceptis domo S. Emeramni martyris et ecclesia S. Cassiani media urba constituta, [*quæ*] ab igne divinitus defensæ sunt.

AUCTORE J. B.

E

*Post obitum, quem Romæ e Marino, postea Papa S. Udalricus audivit,*

25 *Inter beneficia vero, quæ ecclesiæ suæ Augustanæ contulit, non postremo loco numeranda est S. Udalrici, Augustani post ipsum et Hiltinum episcopi, educatio* : Qui *(Hupaldus et Thetpirga ejus parentes)* tunc sapienti capti consilio, eum *(Udalricum)* præsulis Augustensis ecclesiæ Adalberonis dominio subdiderunt, *inquit auctor Vitæ S. Udalrici anonymus apud Velserum pag.* 521; *quo etiam teste, S. Udalricus, cum* Adalberoni *a cubiculis esset, Ramam profectus, ibidem e Marino Papa ejus obitum, seque Augustanum aliquando episcopum, sed turbulentis temporibus fore audivit. Obiit* B. Adalbero, *ex dictis anno* 909, *quo Sergius III Romæ sedebat, cujus non ea fuit vitæ probitas, ut prophetiæ donum habuisse credendus sit. Marinus Papa hujus nominis I annis tum pluribus in vivis esse desierat: Marinus autem II anno demum* 943 *Romanum Pontificatum obtinuit. Qui ergo S. Udalricus anno* 909 B. Adalberonis *obitum ex Marino Papa percipere potuit? Non inepte Velserus censet, auctorem Vitæ S. Udalrici anticipatione hic usum fuisse, ut sensus sit, S. Udalricum hæc ex Marino nondum Pontifice, postea tamen ad eam dignitatem evecto, intellexisse. Certe Oldoinus in suis ad Ciaconium notis Marinum, postea Papam, a Stephano VI, qui anno*

F

900 *obiisse dicitur, S. R. E. Cardinalium numero adscriptum fuisse tradit. Ceterum hæc Velseri interpretatio inde mihi etiam probatur magis, quod et alibi idem auctor simili loquendi modo sit usus: sic enim habet apud Velserum pag.* 525 : Cumque *(Adalbero junior, Udalrici ex sorore nepos)* ab eo *(monacho quodam Benedicto)* in omnibus profectibus bonæ scientiæ et disciplinæ doctus atque educatus in virile robur devenisset, statim de schola exemptus, ab avunculo suo episcopo (*Udalrico*) imperatori præsentatus et in manus ejus misericordiæ commendatus, regali servitio tam studiose atque decenter insistebat, usque dum imperatori ejus ministerium in ecclesiasticis et secularibus bene placuisset. *S. Udalricus Adalberonem juniorem e schola in Ottonis aulam certo deduxit ante annum* 941, *quo Adalberonem juniorem ab Ottone abbatiam Utenburanam in commendam accepisse, scribit Corbinianus Khamm Hierarchiæ Augustanæ part.* I, *pag.* 573. *Atqui tamen Otto non nisi*

AUCTORE J. B.

*nisi anno* 962 *Romæ imperator coronatus est. Sicut itaque auctor Adalberonem ab Udalrico Ottoni imperatori, cum nondum imperator esset, commendatum scribit, ita et Udalricum cum Marino, nondum Pontifice, Romæ versatum, litteris tradidisse consendus est.*

*apparuit quibusdam, ac miraculis claruisse fertur.*

26 *Addit his idem auctor,* A. Adalberonem, *jam e vivis sublatum, sese Ramberto cuidam spectandum non semel præbuisse, nonnulla huic prædixisse, ac S. Udalrico sacris ministeriis vacanti adstitisse, quæ hic obiter indicasse sufficiat. Miraculis post obitum claruisse legitur in Catalorum episcoporum Augustanorum et abbatum S. Afræ apud Jo. Georgium Eccardum Corporis historici medii ævi tom.* 2, *col.* 2241 *et seq. Desinit Catalogus in Manegoldo anno* 1179 *in abbatem S. Afræ electo. En Catalogi de* B. Adalberone *verba, quamvis mutila :* Adalbero septimus decimus post Dionysium martyrem præfuit omni sanctitate præditus. Cujus pretiosam mortem in conspectu Domini Romæ S. Marinus Papa intellexit ; itaque S. Udalrico, qui tunc temporis ibidem erat, intimavit. Sepultus est ad S. Aram, ad cujus sepulchrum multa infirmis præstantur beneficia. De hoc inter alia legitur.... In illo et in tali loco habundas, confer in cœnobio meo Deo ac mihi servientibus. Ipsa nocte Chora aliam matronam conveniens, sitim suam simili modo, ut expositum est, enumerat : sicque obtinet vineas matronæ, quarum ipsa pollebat ubertate. Mane facto sibi invicem referunt matronæ, quæ viderant et propere tradunt ad cœnobium omnem summam, quæ multa erat valde, illud delegantes. *Verum, quæ lacunam sequuntur verba, ad S. Udalricum spectare videntur : deest enim tam Hiltino, quam S. Udalrico titulus ; et quæ paulo post de contumelioso in S. Afræ cœnobitas milite, horrenda morte punito, ibidem narrantur, certo ad S. Udalricum spectant.*

B

# DE B. GUNTHERO CONFESSORE

E

ORDINIS S. BENEDICTI

## BREUNOVIÆ IN BOHEMIA

### COMMENTARIUS PRÆVIUS

## § I. Celeber Beati in Bohemia cultus, memoria in Fastis sacris : quis illius biographus.

ANNO MXLV. *B. Guntherus insigni cultu,*

*Quanta sit divinæ gratiæ vis et efficacia, qua, cujus miseretur, ad se Deus hominem vocat, docuit* B. Guntherus, *quem a mediis seculi deliciis primum quidem ad vitæ monasticæ latebras, dein vero etiam ad horridas et ab hominum societate remotas traduxit solitudines, in quibus ille tanto conjunctior Deo, quanto ab illis disC junctior vixit, obiitque ; vir quidem natalium splendore illustris, sed hujus contemptu, et vitæ sanctimonia, plurimis post obitum prodigiis comprobata, celebritatem, per Bohemiam maxime, majorem multo et potiorem consecutus. Quanta erga illum fidelium veneratio, quantus ad sepulchrum ejus, quod in Breunoviensi juxta Pragam, urbem Bohemiæ primariam, Ordinis Benedictini cœnobio nactus fuit, Bohemorum, vicinarumque gentium concursus fuerit, prodigiorum, abs illo ibidem patratorum, Actis ejus subnectendorum, enumeratio luculente docebit. Sed quamquam* Gunthero *cultus jam pridem, delatus fuerit insignis, hactenus tamen solenni ritu, pontificioque decreto in Sanctorum Beatorumve album relatus fuit : agi tamen ea de re cœpit seculo* XIII, *tempore Alexandri IV, qui ab anno* 1254 *ad annum usque* 1261 *Ecclesiæ præfuit, et Martini, quo abbatiam Breunoviensem moderante, prodigiis maxime* Guntherus *emicuit : sed res tum quidem vel ipsius* Guntheri *monitu ad exitum perducta non fuit, si qua fides scripto est, quod sese inter ecclesiæ metropolitanæ Pragensis monumenta reperisse, Balbinus in Annotatis ad cap.* 5, *lib.* 3 *Epitomes Rerum Bohemicarum pag.* 188 *ait, exhibetque verbis hisce conceptum.*

2 Sciendum est, quod, cum tempore Alexandri Papæ virtutum operator D. Jesus Christus tunc temporis fere innumerabilia miracula operaretur (Guntheri *nimirum meritis et intercessione*) et fama tantorum miraculorum fulgore per mundi partes diversas dulci sono perstreperet per Bohemiam, Moraviam, Austriam, F Ungariam, Poloniam, Turingiam, reges terræ et principes populorum convenerunt in unum, ut tabernaculum Spiritus Sancti, corpus scilicet beati Guntheri gloria et honore sublimarent, ut, qui ante Dominum in cœlis coram angelis et Sanctis Dei honore et gloria sublimatur, etiam ante homines mortales hujus mundi in honore haberetur, unde cum fama celeberrima multorum prælatorum aures attingeret, diversi ex eis suas preces ad dictum D. Alexandrum, Romanæ Ecclesiæ Præsulem, duxerunt supplicare, ut talis et tanti Viri, beati videlicet Guntheri corpus (*seu potius* Guntherum *ipsum*) qui mundum sua vita illustrabat, in Catalogo Sanctorum dignaretur adscribere, quorum particeps erat in cœlo. Consilium autem omnium fuit, ut Martinus abbas Breunoviensis, qui erat Deo et hominibus dilectus, hanc solennem legationem perageret, qui abbas per omnia sequens Apostolorum vestigia, fratribus indixit triduanum jejunium, ut Deus, cui nota sunt omnia futura et præterita, dignaretur eis revelare suæ voluntatis beneplacitum super hac re.

*etsi solenni ritu in Sanctorum album*

3 Tertia

A *non relatus,* 3 Tertia autem die veniens idem abbas ad sepulchrum B. Guntheri, corde contrito, cum ingenti gemitu et fletu cœpit rogare ipsius sanctitatem, utrum ad id peragendum sit dignus, an non? Cumque diu sic fieret et oraret, ecce, vox cœlitus emissa dulciter eum alloquitur, sic dicens: O Martine, ne labores pro hac re, quia futuris hominibus hæc gratia a Deo est reservata, nondum enim natus, qui ad hoc prædestinatus est opus. Petrus, inquit, nascetur, cui a Deo hæc præstita est gratia. Hac voce audita, idem abbas gratias agens Deo cessavit a proposito. *Hic scripti, a Balbino in ecclesiæ Pragensis codice inventi, tenor est; cui proxime in eodem codice hujusmodi verba subjiciuntur* : Præsens scriptura est in sacristia inventa Brzeunoviæ, quæ ante centum annos, ut videtur, est scripta. *Balbinus (cujus laudata hic Rerum Bohemicarum Epitome anno* 1677 *prodiit) codicem Pragensem, e quo ista transcripsit, annos facile ducentos superare censuit; quibus, si annos centum, ante quos scriptum illud in sacristia Breunoviensi inventum fuit, et e quo ista in Pragensem codicem transcripta videntur, addideris, ac demum*

B *annos circiter totidem, inventionem scripti prægressos, eosque omnes ex anno* 1677 *subtraxeris, ab ætate Martini, abbatis Breunoviensis, qui anno* 1263 *sub calcem Miraculorum, infra edendorum, in vivis adhuc superstes fuisse legitur, haud procul aberis; ut adeo scriptum illud non omnino fortasse sit respuendum: prædixeritne vero reipsa* Guntherus, *fore, ut Petrus quidam solennem sui in Sanctorum album relationem ab Apostolica sede aliquando obtineat, ætas ventura aperiet.*

*in Bohemia* 4 *Alter præterea locus est in Bohemia, in quo* S. Gunthero *sacer cultus deferri, et frequens fidelium concursus spectari pariter consuevit; ubi et fons quidam manat, qui a* B. Gunthero *nomen accepit, prodigiisque inclaruit: situs est in Bohemiæ confiniis, qua hæc Bavariæ contigua est inter Sussicense et Hartmanicense oppida in districtu Prachensi, in eoque* Guntherus *post exactos postremos vitæ suæ annos e vivis ad Superos abiit. Quæ superiore seculo de illo loco P. Albertus Chanowsky, qui non modo districtum Prachensem, sed et plures alios huic vicinos Bohemiæ districtus sudoribus suis Apostolicis*

C *uberrime irrigavit, Bohemiæ Piæ cap.* 4 *scripserit, accipe* : Circa civitatem Sussicensem, *inquit,* eundo ad fines Boëmiæ et Bavariæ prope oppidum Hartmanicz est memoria ejusdem S. Guntheri, celebribus frequentata peregrinationibus. *Addit post pauca* : Est lapis in loco speluncæ, quam sibi exstruxerat, ubi vestigia manuum et genuum, eo quod in eo flectere solitus fuerit, expressa sunt. *Rursum post pauca de* S. Guntheri *defuncti ad Breunoviense cœnobium translato corpore ita de supradicto loco pergit scribere* : Sed in eo loco, ubi duxit vitam eremiticam, etiam nostris temporibus fiebant sanitates per aquam effluentem per locum speluncæ; ubi nunc extat sacellum. Videtur autem S. Guntherus hanc aquam sibi a Deo impetrasse. Est illa in monte et a sua scaturigine sat copiose decurrit: sed ubi aliquantulum profluxit, in terram mox absorbetur. Conati sunt oppidani Hartmanicenses illam aquam in oppidum deducere, quod vix distet inde medio quadrante milliaris; sed hoc numquam efficere potuerunt. Dicitur autem aliquando cujusdam viri equus cæcus circa prædictam aquam gramen carpsisse, et, cum hausisset aquam, illuminatus fuit: qua fama sparsa, aliquot cæci ibidem oculos laverunt, et lumen receperunt; unde etiam nunc plures infirmi eo confluunt, atque per merita et intercessionem S. Guntheri loti corpus illa aqua sanitatem recipiunt, et locum, olim dictum BRZEZNICZ, nunc vocant APUD BONAM AQUAM. AUCTORE J. B.

*ad hanc usque ætatem gaudet,* 5 *Postremos vitæ suæ annos* S. Guntherus *in loco Brzeznicz exegisse etiam legitur in Actis, infra edendis: cum vero hujusmodi locus, aut affinis huic certe nominis, non unus in Bohemiæ tabulis geographicis occurrat, ne hi cum illo, in quo* B. Guntherus *vivendi finem fecit, confundantur, notanda diligenter sunt, quæ de ejus situ, mutatoque nomine jam dicta sunt. Ceterum prodigium equi a cæcitate per haustum aquæ e* S. Guntheri *fonte sanati ex aliorum opinione dumtaxat affirmat P. Chanowsky, nec forte nisi e vulgi opinione: quod autem universim de prodigiis sua ætate ad fontem* B. Guntheri *fieri solitis præterea ait, in dubium revocari non posse videtur: unum ex his speciatim his verbis loco citato memorat.* Illic hoc anno MDCXXXIX *(laboribus Apostolicis immortuus est anno* 1643*)* in æstate sanatus est ex gravi morbo. Vocabatur is Joannes Kacirek, famulus E domini Joannis Thomek; fuitque per podagram officio et usu pedum et manuum omnino privatus. Sed spe et voto ad S. Guntherum concepto, alienis manibus, desperata jam valetudine, ad aquas Guntherianas deportatus, cum summa fiducia corpus lavit, et sanitatem integre recepit. *Ejusdem loci cultusque sacri in eo* B. Gunthero *hac nostra ætate impendi soliti ita meminit Bonaventura Piter, Rayhradensis prope Brunam Moravorum abbas Ordinis S. Benedicti, in suis ad nos litteris, quas anno* 1761 *die* XXVII *Octobris scripsit* : Hujus Viri Dei cultus tametsi rabie Hussitica veluti sepultus crederetur, tota tamen viget Bohemia; præcipue in loco ad Bonam aquam, ubi ecclesia parochialis ejus honoribus sacra statuam ligneam vetustam, in Majori altari locatam, habet. Ad quam ex variis provinciis, Bohemia, Bavaria, Austria etc. frequens fit peregrinatio, et sanitatis redit beneficium.

*et Fastis aliquot sacris inscribitur.* 6 *Ex dictis de* S. Guntheri *cultu sacro liquet, non immerito illum recentioribus aliquot seu Menologiis seu Martyrologiis fuisse insertum: locum habet apud Menardum in Menologio Benedictino ad diem* IX *Octobris.* In Breunomensi, *inquit,* cœnobio prope Pragam B. Guntheri monachi Altahensis, et postea eremitæ, cognati S. Stephani, regis Hungarorum, magnæ sanctitatis viri. *Meminit etiam ejusdem Bucelinus in Menologio Benedictino ad eumdem diem; at quod ibi* B. Gunthero *concinnavit elogium, quod prolixius sit, non transcribo. Neque Ferrarius* B. Guntherum *præteriit in Catalogo Generali Sanctorum, cujus hæc verba* : Apud Pragam B. Guntheri eremitæ. *Et hi quidem* B. Guntherum *apud Pragam vel in Breunoviensi monasterio, Praga non longe dissito, quod illic corporis ejus exuviæ tumulatæ sint, sacrosque honores adeptus fuerit, annuntiant: at Castellanus in Martyrologio Universali sic Gallice* : In silva Rinchnach *(in margine legitur* : Sylva Narvaldensis, *seu potius* Nordwaldensis *seu* Aquilonaris) in Bohemia S. Guntherus (S. Gonthier *Gallice vocat)* nobilis Turingus; pœnitens, monachus et eremita; Breunoviæ prope Pragam sepultus. *In Rinchnach quidem monasterium* B. Guntherus *excitavit,*

AUCTORE J. B.

excitavit, multosque transegit annos; eratque Guntheri ævo locus ille in silva Nordwaldensi, per Bavariæ Bohemiæque confinia protensa, situs; sed ad Bavariam, ut hodieque, ita et seculo XI, quo Guntherus locum illum incoluit, proprie spectabat, etsi a Bohemiæ finibus non procul remotus. Quod vero Menardus ait, B. Guntherum inter et S. Stephanum, Hungarorum regem, cognationis vinculum intercessisse, plurium quoque aliorum assertio est; sed infra discutienda uberius. Nunc pauca de B. Guntheri Actis seu Vita accipe.

*Exstant ejus Acta,*

7 *Edidit* B. Guntheri *Vitam Henricus Canisius tom.* 3 *Lectionum Antiquarum Amstelodami anno* 1725 *impresso a pag.* 185. *Edidit eamdem et Mabillonius Seculi sexti Benedictini parte* 1 *a pag.* 480 : Guntheri *Vitam ex codice M. monasterii Altahæ Inferioris (non Superioris, ut scribit Mabillonius, contra ac legitur in Canisii Epistola dedicatoria tom.* 2 *Lectionum Antiquarum anno* 1602 *Ingolstadii impresso) in Bavaria, quam cum altero Vitæ* B. Guntheri *exemplari, sibi a Georgio Geissero, abbate S.* B *Georgii Willingæ transmisso, Mabillonius contulit. Geminum vero penes nos Vitæ* B. Guntheri *exemplar est, quorum alterum, a Patre Gamansio ad nos olim transmissum, Canisianæ* B. Guntheri *Vitæ prorsus simile est : alterum autem ex codice membranaceo ducis de Altaems, qui sec.* XIII *maxima sui parte exaratus videbatur, descriptum est; hoc subinde interpolatum est, ut suo loco videbitur. Adnexa habet ad calcem miracula non pauca, seculis* XIII *et* XIV *a* B. Gunthero *in monasterio Breunoviensi patrata, quæ ex illo Vitæ* B. Guntheri *Mabillonianæ subnectemus. Bonaventura Piter, abbas Rayhradensis in litteris supra laudatis plura miracula a seculis* XII, XIII *et* XIV *patrata se vidisse ait in nonnullis codicibus Mss. coævis ejusdem monasterii, sed ea se, quamquam* B. Guntheri *Vitam typis vulgare constituisset, impetrare non potuisse conqueritur. Ex iisdem porro codicibus desumpta videntur ea* B. Guntheri *prodigia, quæ dabimus infra, et ad seculum* XIII *et* XIV, *quædam etiam forte ad* XII *spectant. Pauciora forte hæc sunt, quam quæ in Breunoviensi monasterio* B. Guntherus *patrasse in dictis codicibus seculo* XII *prodigia legitur. Ut ut sit, damus, quæ habemus.*

C *partim ab auctore Sancto familiari, partim vero,*

8 *Porro auctor Vitæ* B. Guntheri, *huic se non modo ætate æqualem, sed et familiarem fuisse, prodit :* Quod nos quidem, *inquit num.* 7, qui eum familiarius cognovimus, frequenter audivimus *etc. : cum autem non hæc verba modo, sed etiam priores aliquot Vitæ* B. Guntheri *numeri, in Vita S. Godehardi, episcopi Hildesheimensis, a Wolfherro ejus discipulo scripta, quam tom.* 1 *Maii a pag.* 502 *excusam habes, verbis iisdem concepti legantur, hinc Wolfherrus, ut Vitam S. Godehardi, ita et Vitam* B. Guntheri, *qui sub Godehardo Altahensi adhuc abbate, conversus, habitum, Benedictinum induit, litteris traditur consignasse, atque hoc nomine a P. Stiltingo tom.* 1 *Septembris in Commentario prævio Vitæ S. Stephani, Hungarorum regis, num* 286 *laudatur ex Mabillonio, qui Seculi* 6 *Benedictini, parte* 1, *pag.* 465 *in Observationibus præviis in Vitam* B. Guntheri *ita scribit :* Beati Guntheri Vitam scripsit idem ipse Wolferus, quem supra ad annum MXXXVIII Vitæ sancti Godehardi auctorem esse diximus in præviis Observationibus ad ejusdem Sancti Vitam. Id probatur ex quinque aut sex prioribus hujus Guntheri Vitæ numeris, qui integri ex Vita S. Godehardi descripti sunt. Nec dicendum, eos fortasse a posteriore quodam auctore in Guntheri Vitam fuisse invectos, cum tota lucubratio ejusdem auctoris sit, ut vel ex sola lectione manifestum est. *Verum non video, qui ex sola lectione Vitæ* B. Guntheri, *manifestum fiat, omnia, quæ illa continentur, ejusdem scriptoris, seu unius Wolfherri esse : sane, qui Acta Altaemsiana, de quibus num.* 7, *exaravit, passim non aliis, si pauca, quæ hinc inde de suo addidit, exceperis, verbis utitur, quam quibus Vitæ Canisianæ auctor : non aliter se* B. Guntherum *familiariter cognovisse, et sæpe audivisse, si modum loquendi spectes, affirmat : et tamen, postquam Wolfherri de* Gunthero *in Vita S. Godehardi verba transcripsit omnia, sic mox pergit :* Hæc itaque breviter de Vita et conversatione sancti Guntheri scripsimus, sicut in Legenda sancti Gothardi confessoris invenimus a multis retroactis temporibus a sanctis patribus conscriptum : *quo monito præmisso, jamque a Wolfherro desertus reliqua* B. Guntheri *gesta pergit exponere. Cur non pari modo Wolfherri verba, etiam non monito* E *ea de re lectore, sua facere, et interpolare potuerit, quisquis Vitæ, a Mabillonio editæ, fuerit auctor?*

9 *Neque vero ab auctore, qui* B. Guntherum *familiarius noverit, et frequens ab illius ore pependerit, profecta videntur, quæ num.* 8 *de* Guntheri *virtutibus superatisque ab illo dæmonis tentationibus his verbis scribit :* De virtutibus hujus venerabilis Viri, quibus adversarium superavit, vel quas ejus insidias pertulit, nulli compertum habetur, eo quod multo tempore hominibus incognitus mansit. *Haud enim adeo ab hominum conspectu consortioque secretus vixit, quamdiu in Rinchnachensi cœnobio commoratus est, quin imperatoribus ipsis S. Henrico et Conrado Salico, ut ex eorum Diplomatibus liquet, et aulæ S. Stephani, Hungarorum regis, notus fuerit; etsi forte postremo vitæ suæ quinquennio, in Brzeznicensi solitudine abditus, mortalium omnium societatem vitarit multo sollicitus. Qui autem e vero dictum est, tentationes, quas a dæmone* Guntherus *passus est, nulli fuisse compertas? Cum Arnolfus, ex comite de Cham et Vochburg monachus S. Emmerammi, qui hujus miracula duobus est libris prosecutus,* F *ac perquam familiariter cum* Gunthero *egit, tentationes ejus saltem ex parte habuerit exploratas, quarum unam, quam, ut ait, relatu didicerat, in litteras misit, pollicitus etiam,* post modicum tempus, vita comite, aliam graviorem *sese scripturum. Haud itaque* B. Guntheri *tentationes et adversus dæmonem prælia adeo ejusdem familiares latuerunt, ut nulli, quod tamen Vitæ ejus scriptor affirmat, comperta hæc fuerint : unde mihi, recentiorem aliquem Wolfherro, post* B. Guntheri *obitum, quæ de illo Wolfherrus scripserat, servata hujus phrasi, sua fecisse, hisque dein reliqua ejusdem gesta addidisse de suo, non vana suspicio est. Si brevitati* B. Guntheri *biographus, studuisset; tentationes illius vel obiter perstringere, vel tacitus præterire quidem potuisset; sed eas nulli fuisse compertas, sive Wolfherrus ipse, sive alius e* B. Guntheri *familiarium numero quilibet non videtur mihi fuisse dicturus.*

*ab alia minus antiquo,*

10 *Accedit, apud Arnolfum jam laudatum, apud Hermannum Contractum, apud Carthuitium S. Stephani biographum, aliosque gesta quædam, eaque*

*ex scriptis tamen antiquis concinnata.*

A *eaque insignia* B. Guntheri, *suis locis infra in medium proferenda, memorari, quorum* B. Guntheri *biographus mentionem non habet; ut adeo hinc etiam* B. Guntheri *Vita jejuna nimis videri possit, quam ut scriptoris æqualis et ipsi Beato familiaris fœtus, saltem indubie fuisse videatur; si ea nimirum excipias, quæ de* B. Gunthero, *velut S. Godehardi, de quo ex instituto agebat, discipulo, obiter Wolfherrus scripsit. Absit tamen, ut quis hæc eo a me dicta existimet, quo fidem* B. Guntheri *biographo omnino detraham : quamquam enim hunc, quod præ se ferre videtur,* B. Gunthero *familiarem fuisse, non opiner; antiquum tamen non inficior; cum jam inde a seculo* XIII, *ut ex dictis numm.* 7 *et* 8 *apparet,* B. Guntheri *Vita nota fuerit, et ex Wolfherri forte aliorumque, qui in codice ducis de Altaems* sancti patres *vocantur, scriptis concinnata; non tamen undequaque sincera apparet, ut colligi potest vel ex commento avis assæ ob* B. Guntheri *preces vitæ redditæ, quod neque in Vita S. Godehardi legitur, neque ab auctore* B. Gunthero *æquali profectum videtur.*

## B § II. Sanctus nobili genere ortus, fit monachus, et monasterium Rinchnacense condit.

*Sanctus nobili genere*

*Wolfherrus in Vita S. Godehardi Beatum nostrum Virum nobilem, dignitate et meritis illustrem vocat* : Iisdem temporibus, *inquit,* fuit in Thuringiæ partibus quidam vir nobilis, dignitate et meritis illustris, nomine Guntherus. *Annalista Saxo, cujus lucubratio in annum* 1139 *desinit apud Eccardum,* virum nobilem ac potentem de Thuringia *ad annum* 1006 : *Lambertus Schafnaburgensis ad eumdem annum* virum nobilem de Thuringia : *ut adeo, quin nobili et illustri loco apud Thuringos natus fuerit* Guntherus, *minime dubium appareat : at quæ fuerit ejus dignitas, quæ merita, quæ illi apud Thuringos Wolfherrus tribuit, neque in Vita S. Godehardi a Wolfherro, nec in Vita ipsius* Guntheri, *nec alibi explicatum inveni. Leuberus in Catalo-*
C *go Regum, Electorum etc. apud Menckenium tom.* 3 *Scriptorum Rerum Germanicarum col.* 1839 *marchiones Thuringiæ Eccardimontanos aliquot seculi* X *et* XI *sic enumerat* : 1. Guntherus, omnes Pleissensis, Brunonis comitis Wettini filius, marchio Thuringiæ. 2. Eckardus I, filius Guntheri, marchio Thuringiæ DCCCCLXXXVII. 3. Wilhelmus comes Orlamundæ, marchio Thuringiæ MII. 4. Hermannus, Eckhardus II et Guntherus, filius Eckhardi MII. *Ratio quidem temporis haud obest, quo minus* Guntherus, *hic posteriore loco recensitus, idem fuerit, qui* Guntherus *noster : at Ditmarus, scriptor synchronus, lib.* 7 *Chronici Guntherum illum una cum Eckardo et Hermanno, fratribus suis, Geronis marchionis, a Polonis in prælio occisi funus, ad suos S. Henrici rogatu reductum, excepisse ait in Misnia, et ad Novam urbem, ubi tumulatum fuit, comitatum esse : id porro contigisse Annalista Saxo refert anno* 1015; *quo nimirum* B. Guntherus, *institutum Benedictinum jam pridem amplexus, in Nordwaldensis silvæ solitudine annis aliquot versatus jam fuerat; atque adeo in* B. Guntherum *minus apte quadrare videtur, quod hic de* Gunthero, *Eckhardi et Herimanni fratre, Ditmarus, Merseburgensis episcopus, narrat. Wippo præterea hunc in Vita Conradi Salici archiepiscopum Salisburgensem fuisse, testatur.*

AUCTORE J. B.

12 *Sed quacumque tandem* B. Guntherus, *priusquam seculo vale dixit, dignitate ornatus, functusve munere fuerit, haud equidem e vulgarium nobilium numero eum fuisse, oportet, si S. Stephano, Hungariæ regi, quod illius biographus, aliique cum illo passim tradunt, fuerit cognatione conjunctus; verum neque hoc ego ausim affirmate asserere. Satis quidem certa est, ut ex dicendis apparebit,* B. Guntheri *cum S. Stephano, Hungariæ rege, amicitia et familiaritas : verum hæc ipsa fortassis* B. Guntheri *biographo ansam et fundamentum qualecumque ad asserendam utriusque cognationem præbuit. Certe quo cognationis gradu juncti fuerint, aut quo pacto nata sit illa, nullus, quem viderim, scriptor saltem recte exposuit : nec ego, licet non segniter id indagaverim, reperire uspiam potui. Apographum nostrum Vitæ* B. Guntheri, *ex codice Ducis. de Altaems transcriptum, illum S. Stephani* sororium, E *seu uxoris S. Stephani fratrem appellat : ita cognatio in affinitatem vertitur : verum cum cognationem cum affinitate confundere non infrequens sit apud Scriptores, litem ea de instruere nolo; sed idem apographum quod* Guntherum *S. Stephani* sororium *appellarat, dein S. Stephanum* B. Guntheri avunculum *nuncupat. Scriptores Hungarici binas dumtaxat Geisæ, Hungarorum ducis filias, Stephani I regis sorores, passim memorant, Saroltam et Geiselam; quarum illa Abæ Ovoni, seu Samueli Hungarorum regi tertio nupta fuit : hæc vero Petri, Hungarorum regis II, mater, nupta Guillielmo, Burgundiæ duci S. Sigismundi fratri, ut aliqui, etsi perperam, scribunt; secundum alios Guilielmo comiti Pictaviensi; quibus forte accedit tertia, nupta Ottoni Urseolo, Venetorum duci. Verum qui hæ ad* B. Guntherum *attineant, prorsus non video.*

*et quidem, ut aiunt,*

13 *Haud magis liquet, qui* B. Guntherus *S. Stephani, Hungarorum regis, sororius seu frater uxoris ejus fuerit : unica S. Stephano uxor fuit Gisla, S. Henrici hujus nominis II, ut passim vocatur, imperatoris soror; filia vero Henrici Rixosi Bavariæ ducis : huic vero filium fuisse,* Guntherum *nomine, nemo veterum scriptorum di-*
F *xit. Porro Henrico Aucupi soror fuit, quæ Widoni cuidam Thuringo nupsit; cujus ita meminit Annalista Saxo ad annum* 934 : Qui vero in Orientе *(Saxoniæ)* erat exercitus *(Hungarorum)* audivit de sorore regis *(Henrici Aucupis)* quæ nupserat Widoni Thuringo, erat autem nata ex concubina, quod vicinam urbem inhabitaret, et multa pecunia ei esset auri et argenti, tantaque vi urbem oppugnare cœperunt, ut etc : *An forte Widonis hujus ex Henrici Aucupis illegitima sorore nepos aut pronepos* Guntherus *et hoc pacto Gislæ et S. Henrici cognatus, ac proin S. Stephani, Hungarorum regis, affinis fuit? Sed neque hoc, quod desint monumenta vetera, quibus id evincam, ausim affirmare. Neque Wolfherrus in Vita S. Godehardi, neque Diplomata aliquot, ut S. Henrici apud Gretserum de Sanctis Bambergensibus, Gewoldum, et Mabillonium; ut Conradi Salici, et Henrici III apud Gewoldum; ut Bretizlai, Bohemiæ ducis, apud Ziegelbauer in Monumentis Breunoviensibus, Epitomæ Historiæ*

*regio ortus,*

AUCTORE J. B.

*storiæ Breunoviensis subnexis, licet* Guntheri *vel nobilitatis ejus mentionem faciant, cognationis aut affinitatis, qua cum S. Stephano Hungarorum rege aut Gisla, S. Henrici sorore, conjunctus fuerit, mentionem faciunt. Crugerius in Pulveribus sacris ad* VII *Idus Octobris* Guntherum *e proximis cognatis Judithæ, matris Bretizlai, Bohemorum ducis, fuisse ait : quæ, inquit,* natalium vicinitas in causa fuit, ut eum Stephanus sanctus Hungariæ rex ob Giselam uxorem suam inter affines suos numeraret *: verum Bretizlai mater, non Juditha, sed Bozena (alias Beatrix) mulier rusticana fuit, teste Cosma Pragensi ad annum* 1002 : *quod si forte hic Bretizlai, a* Gunthero *e sacro fonte suscepti, non mater, sed uxor Juditha, quam e Saxonum regio sanguine ortam scribit ad diem* XXIV *Julii, intelligenda sit, nihil Crugerius affert, quod fidem faciat, hanc inter et* B. Guntherum *aliquod cognationis vinculum intercessisse. Regium itaque* Guntheri *genus, dum id alicunde certius et ex probatis monumentis eruatur, in medio relinquimus, solam generis ejus nobilitatem ex antiquis Scriptoribus asseruisse contenti.*

B 14 *Hujus vero præter antiquorum Scriptorum testimonia argumentum inde peti etiam potest, quod Udalricus, Bohemorum dux,* Guntherum *selegerit, qui natum sibi ex Bosena sub seculi* XI *initium filium Bretizlaum e sacro fonte susciperet, quod præter* Guntheri *biographum Bretizlaus ipse in Diplomate anni* 1045, *quo ecclesiæ majori Breunoviensis monasterii addictam a sese dotem confirmat, (vide Ziegelbauer pag.* 242) *conceptis testatur verbis, inquiens :* Ob amorem quoque et memoriam beati Guntherii Heremitæ, qui me de sacro fonte baptismatis susceperat, ipsum in ecclesia Brzeunoviensi sepeliendo, contuli eidem ecclesiæ circuitum meum in Prachensi provincia *etc. Quo autem anno* Guntherus *mundo natus sit, quæve parentum ejus nomina fuerint, in obscuro est. Cum per ætatem licuit, militarem vitam eum secutum esse, ex Wolfherro liquet, quo teste,* ante altare S. Mauricii cingulum *(procul dubio militare)* deponens caput et barbam totondit, *monachis Altahensibus nomen daturus. Porro cum in seculo vixit, quæ hujus erant, plusculum, quam par erat, sectatus videtur, nec vitam ab omni vitio duxisse alienam; sed quam ad meliora conversus optime emendavit. Hæc de* Gunthero *Arnolfus, apud S. Emmerammum Ratisponensis monachus, et Miraculorum S. Emmerammi scriptor, lib.* 2 *seu in Dialogo tradidit sequentibus verbis :* Est quidam, ut æstimo, adhuc in vita senex rereligiosus, ex laïco conversus, nomine Gunthārius *(sic et ab aliis* Guntherus *subinde nuncupatur)* qui apud sæculum aliquando ex rerum copia tumens, et nobilitate generis vanescens, exstitit superbiæ filius, sed per misericordiam Dei post factus est tam humilis monachus, ut merito non possim aut debeam illi comparare ullum nostri temporis cucullarium, de vanitate sæculi conversum. *Arnolfum eadem, qua* Guntherus, *ætate vixisse, verba ejus mox relata manifeste produnt : sed et eumdem familiariter aliquando* B. Guntheri *colloquiis usum fuisse, liquet ex seqq. verbis, quibus id de se testatur Arnolfus :* Hoc super omnia mirum, *inquit sub finem suæ de* Gunthero *narrationis,* quod ipse auribus meis ab ore Senis accepi, atque ab eo quadam sacræ lectionis familiari collocutione vix extorsi. *Juverit id de Arnolfo observasse; quod infra cum Wolfherro, scriptore pariter synchrono, ubi de anno, quo in eremum* Guntherus *secessit, agetur, quoad fieri poterit, conciliandus veniet.*

vitan secularem

C

D

15 *Porro quo anno* Guntherus *seculi laqueis, quibus tenebatur irretitus, sese divina gratia expedire, moresque in melius mutare cœperit, Wolfherrus in Vita S. Godehardi innuit, cum ait,* Guntherum, *concepto emendandæ vitæ proposito, ad S. Godehardum, quo nimirum tempore is Hersfeldensi in Hassia monasterio a S. Henrico imperatore abbas constitutus recenter erat, consilii et auxilii ergo sese contulisse :* Qui *(Guntherus)* pro delictis suæ juventutis ingemiscens, et considerata diligentius actuum suorum qualitate, faciem Domini in confessione præveniens; sed propriæ diffidens imbecillitati corporis et animi, Herveldiam ad novum abbatem *(Godehardum)* digne, ut postea patuit, pœnitendo accessit, eique omne secretum cordis ac voluntatis suæ aperuit, *inquit Wolfherrus in Vita S. Godehardi num.* 12 *apud Mabillonium. Biographus* B. Guntheri *iisdem fere verbis hunc adiisse ait Hersveldiæ S. Godehardum abbatem* noviter eidem ecclesiæ ab ipso imperatore præstitutum. *Abbas Hersfeldensis, cui nuper defuncto, Godehardus successerat, ex Annalista Saxone ad annum* 1005 *Bernharius fuit; qui eodem anno in Necrologio Fuldensi, quod ab anno* 779 *cœptum in annum* 1065 *desinit, obiisse etiam notatur* XVII *Kal. Augusti. Anno itaque* 1005 *ultra diem* XVI *Julii provecto cœpta* Guntheri *conversio est, brevique S. Godehardi industria eo provecta, ut narrare Wolfherrus pergit, ut abdicatis bonis, iisque Gelingensi monasterio, S. Wigberto sacro, traditis, monastico indui habitu* Guntherus *exoptarit. Locum* Gelinge *dictum, ubi constructum verosimillime fuit Benedictinum, de quo hic, monasterium, in Tabula Thuringiæ Blaeviana ad Wippram fluvium reperio in Sunderhausensis et Franckenhausensis districtuum confinio; sanctus vero Wigbertus, cui id monasterium sacrum erat, idem fuit, qui S. Wigbertus, abbas Fritzlariensis monasterii, de quo vide dicta in Opere nostro ad diem* XIII *Augusti, quo colitur.*

E

16 B. Guntherus *conversionis suæ initio non ita bonis suis se abdicavit, quin futuræ suæ sorti prospectum utcumque voluerit : quapropter bona sua Gelingensi monasterio ea lege transcripsit, ut penes se, postquam institutum Benedictinum esset professus, ejusdem administratio foret. Consensit ejus votis Godehardus ea spe, ut sensim saniora, animæque ejus salubriora ipsi cogitata injiceret, uti etiam reipsa contigit. Interim vero Godehardo nihil properato nimis de* Gunthero *constituere visum est, eumque veste laica adhuc indutum, postquam Hersfeldensi monasterio, quod emendatione indiguerat, rite prospicere cœperat, anno verosimiliter* 1005 *adhuc labente, ad Altahense monasterium (huic enim simul et Hersfeldensi præfuit) in Bavaria non procul Deckendorsio situm, et* inferius *dictum, ut ab altero in eadem Bavaria prope Straubingam sito, cui* superioris *nomen datum, distinguatur, secum deduxit; quo cum* Guntherus *pervenisset, quo solidiora jaceret religiosæ vitæ fundamenta, et pro prius actæ vitæ delictis faceret satis, bona Godehardi venia, Romam SS. Apostolorum limina invisum abiit, indeque anno, quantum apparet, eodem Altaham redux, deposito militari cingulo, expletoque tyrocinio, religiosæ professionis vota ex Ordinis Benedictini præscriptis emisit anno* 1006. *Ita quantum ad substantiam de* B. Gunthero *Wolfherrus*

mutatque

F

in

A *in Vita S. Godehardi, et ex illo* Guntheri *quoque biographus. Consentit his Annalista Saxo ad annum* 1006 *ita scribens :* Gunterus, vir nobilis ac potens de Thuringia consilio Godehardi abbatis renuntians omnibus, quæ possedit, in Alatha (*lege* Altaha) monachus est factus. *Lambertus item Schafnaburgensis, cujus Chronicum in annum* 1077 *desinit, sed benigne interpretandus, ad eumdem annum* 1006 *ita scribit :* Guntherus, nobilis vir de Thuringia monachus factus est Herueldiæ, sed postea ad Altaha transivit consilio Godehardi abbatis. *Hersfeldiæ quidem* Guntherus, *ut modo e Wolfherro diximus, Godehardum adivit primum, et vitæ religiosæ propositum concepit ; quod tamen Altahæ, differente prudenter ejus vota Godehardo, non Hersfeldiæ, exsecutus est. Consentit denique auctor Chronici Hildesheimensis, desinentis in annum* 1137, *tom.* 3 *Scriptorum Galliæ apud Chesnium pag.* 518 *his verbis ad annum* 1006 : Guntherus divina pietate instinctus, renuncians seculo et pompis ejus, monachus est factus.

*cum monastica :*

B 17 *Emisso, postquam* aliquamdiu *tantum probatus fuerat, professionis voto,* Guntherus *pacti sui memor, regredi in patriam, ut monasterii Gelingensis administrationem capesseret, voluit. Viro nobili, recensque converso prorsus refragandum ea in re S. Godehardus haud censuit. Abiit itaque in Thuringiam* Guntherus ; *sed Gelingensis monasterii administrationem auspicatus, iis hanc expertus est implicitam paupertatis laborumque, quibus ipse non assueverat, incommodis, ut frequentibus querelis tam se, quam S. Godehardum fatigaret : severioribus ergo a S. Godehardo aliquando verbis increpitus, monitusque, ut aut promissa obedientia staret, aut ad seculum rediret ; adeo his Godehardi verbis perculsus fuit, ut, missis querelis, abjectaque omni, quod inierat, pacti memoria, Godehardi in Altahensi monasterio voluntati et gubernationi sese omnino subjecerit. Hæc iterum in Vita S. Godehardi Wolfherrus : at* Guntheri *biographus, S. Godehardum, quo* Guntherum *ad debitæ obedientiæ et humilitatis officium reduceret, S. Henrici, postea imperatoris opera usum, et utriusque consiliis et hortatibus acquievisse* Guntherum *scribit : quod, quamquam S. Henrici sanctitati, ejusque cum S. Godehardo familiaritati sit plane conveniens;*

C *haud tamen eum apud me certitudinis gradum obtinet, quem cetera a Wolfherro narrata, quod id* B. Guntheri *biographus Wolfherri dictis de suo fortassis adjecerit. Exin vero sive Godehardi, sive hujus et S. Henrici simul hortatibus, in alium brevi virum* Guntherus *evasit. Audi Wolfherrum :* Ad quam vocem (*Godehardi*) stupefactus auditor *(Guntherus)* intremuit, et erroris sui nimietatem sero tandem perhorrescens ingemuit, omni prædicta pactione corde tenus oblita, et tota cujuscumque incommodi querimonia abolita, ad Altahense monasterium, ubi tunc sub ejusdem patris cura, ut in gratia omnium loquar, singulare divini cultus studium fervebat, se contulit, et illic fratribus humillime subjectus, et in sacræ religionis districtione pleniter in brevi tempore divini roris infusione instructus, ultra regulare præceptum semet, etiam prælatis admirantibus, afflixit.

*in Hungariam evocatur,*

18 *Hactenus equidem Wolfherrum inter et Arnolfum (uterque, ut diximus,* Guntherum *novit) convenire videtur : sed en locum, in quo alter ab altero nonnihil videtur discedere : uterque quidem ait,* Guntherum *cum ab abdicata monasterii Gelingensis administratione ad Altahense monasterium reduæ insignem brevi fecisset in virtute progressum, non diu post majoris acquirendæ perfectionis studio, neque invito S. Godehardo, solitudinem petiisse, vitamque exorsum solatariam,* tertio *nimirum, teste Wolfherro,* suæ conversionis anno, *seu annô Christi* 1008, *ut Lambertus Schafnaburgensis, Chronici Hildesheimensis auctor, et Annalista Saxo annotarunt. Verum quo ex Altahensi monasterio* Guntherus *abiit ? Ita scribit Arnolfus :* Is primum sub Gotheardo Altahensium abbate, omni patientia et subjectione probatus, cœpit desiderare altioris vitæ callem incedere. Unde et licentia a patre monasterii accepta, solitariam vitam aggressus est, ad quam divino adjutorio peragendam, ut se spiritali cautela probaret, animumque virtutum exercitiis præpararet ; montem quemdam petiit, quem a præfato cœnobio una ferme rasta distantem idioma Theutiscum RANCINGA jam nominavit, in quo pæne per tres annos consistens, modico victu ac humillimo habitu contentus erat. *Itaque secundum Arnolfum* Guntherus *in loco* Rancinga *dicto versatus videri potest usque ad annum* 1011 ; *cum, eodem rursum teste, hominum ad sese* E *concurrentium consortii vitandi causa et inanis metu gloriæ* fugiens inde secessit in eremum, quæ vocatur Aquilonaris silva : *Ita Arnulfus : at Wolfherrus, nulla habitationis* B. Guntheri *in monte Rancinga mentione facta, eum ex Altahensi monasterio recta in Aquilonarem silvam deduxit ; conciliari tamen possunt, si duplex* B. Guntheri *in eremum secessus, quorum alter primo conversionis ejus triennio, alter vero tertio ejus conversionis anno contigisse asseratur, ac de primo quidem hic Arnolfus, de secundo vero Wolfherrus loqui statuatur. Ceterum in monte* Rancinga modico victu ac humillimo habitu parvaque cella contentum *vixisse* Guntherum, *Arnolfus ait, vitamque egisse ita arduam, ut præ illius admiratione fieri ad illum cœptus sit concursus hominum dona offerentium, quibus Christum in Servo suo venerabantur ; quo quidem manifestum fit,* B. Guntheri *nomen jam tum ob vitæ sanctimoniam cœptum esse per hominum ora diffundi.*

*famam pertexit*

19 *At non in vicina modo loca fama sanctitatis ejus, sed in Hungariam etiam tum temporis penetrasse videtur : scribit enim illius biographus* F *num.* 4, *S. Stephanum, Hungarorum regem, sanctitatis illius certiorem factum, eum iterum atque iterum ad sese in Hungariam evocasse, quod ægre tandem pius rex obtinuerit. Contigisse id inter annos* 1005 *et* 1008, *seu fere triennali illo temporis spatio, quo montem Rancingam incoluit, propterea, reor, quod biographus, narrato* Guntheri *ad regem Stephanum accessu, mox ita prosequitur :* Sed Dei Famulus plus appetens mala mundi perpeti, quam laudes ; pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ hujus favoribus extolli ; deserti loci secessum cum aliquantis sibi de Altach adhærentibus in quodam saltu Boëmico (*alias* silva Aquilonaris *seu* Nordwaldensis, *in qua locus Rinchnach erat, dicto*) de permissione sui abbatis Godehardi petiit. *Versante autem apud Stephanum Hungariæ regem* B. Gunthero, *prodigium contigisse biographus ejus scribit : invitatum nempe ad regiam mensam* Guntherum, *cum ex S. Benedicti Regula abstinendum sibi a carnibus sciret, ex asso pavone, urgente etiam rege, nihil voluisse co-*

AUCTORE J. B.

*medere; at precibus suis a Deo impetrasse, ut ad vitam revocata avis in aërem evolaret. Verum parum apparet credibile tum factum ipsum, tum regem sanctum, Deique et sanctorum Virorum, quorum sanctitatem exploratam habebat, timentem, ursisse* Guntherum, *ut vetito sibi cibo uteretur. Verba, quibus rem gestam biographus refert, habes num.* 4. *Locum hunc in recusis Henrici Canisii Lectionibus antiquis tom.* 3, *pag.* 184 *in Observatione ad Acta* B. Guntheri *Basnagius non sine contemptu excipit.* Non modo, *inquit Ironice*, abstinuit a carnibus, sed ipsos illicitos, quibus contaminaretur, cibos asserebat. *Quasi vero dixisset* Guntherus *illiusve biographus, pavonis esum per se fuisse illicitum, aut piaculum esset dicere, cibum, alioquin licitum, contaminare eorum animam, qui ex peculiari causa et prohibitione ab ejusdem esu arcentur. Ridet quoque avem ad vitam revocatam : verum non id scriptor beato Viro æqualis, ut putat Basnagius, scripsit, sed interpolatoris commentum potius est, cujus nulla in Vita S. Godehardi est mentio. Ridet denique avem assam e mensa*
B *avolantem, et quidem, si ipsum audias, sine plumis;* Guntheri *biographus avem ad vitam revocatam avolasse e mensa regia dixit : id autem sine plumis factum esse non dixit. An forte, Basnagio judice, avi vitam restituere Deus potuit, plumas vero non potuit ? Sed hæc missa faciamus.*

*secedit in Rinchnach,*

20 *Tanta* Guntheri *apud summos infimosque existimatio nata enimvero erat, virum minus constantem ab animi demissione depellere : at non is jam erat* Guntherus, *ut humanis laudibus delectaretur; satiusque duxit, locum mutare, quam se inanis gloriæ periculo exponere :* Tunc ille timens, *inquit Arnolfus*, ne frequentia populi et gloriola sæculi sibi sub specie religionis quid de veris surriperet aut minueret bonis, fugiens inde secessit in eremum, quæ vocatur AQUILONALIS SILVA. *Ut primum eo venit* Guntherus, *popularis quidem auræ, quod in votis habebat, plausum effugit, sed in varias gravesque ærumnas et tentationes, quas tamen feliciter superavit, incidit : harum unam sane gravem (graviorem etiam se descripturum, quod nescio, utrum præstiterit, necne, pollicitus) refert Arnolfus in hunc modum :* Hiemali atqui
C tempore, quo ultra solitum Noricense solum est immensitate seu nivium densitate contectum, accidit prædicto Dei Famulo quoddam quasi palæstrale tormentum..... Nam cum pro nimietate nivali continuis novem diebus panes illi de monasterio *(Altahensi, tribus inde milliaribus dissito)* secundum consuetudinem nequirent afferri, neque aliunde ab ullo hominum illuc possent transmitti, neque, impediente proxima incolatus novitate, aliquid ibi laboratum haberet *(paulo igitur ante eo venerat)* unde alimenta sumere valeret; trium dierum inedia affectus, quarta die tentare Deum nolens, ex glaciali profunditate nivis, quæ jam excrevit ultra staturam mediocris hominis, cœpit silvestras herbas eruere ac evellere et in ollam coquendum mittere. Quibus illa die per ignem et aquam parumper mollificatis, distulit prandium usque in diem quintum, quo exspectans horam refectionis canonicam, pulmentum, quod hesterna die præparavit, denuo coctum refectionis gratia sibi apposuit, sed gustatum edere non potuit.

*ibique sociis aliquot auctus*

21 Unde semetipsum increpans ait : O Gunthari, superbia tua te non sinit refici hoc edulio humili. Ubi nunc vaporifera vel mollissima simila? Ubi nunc caprinæ spadulæ seu carnes ursinæ? etc : Ergo pro abundantia delicatioris cibi et potus, quibus olim in sæculi divitiis deditus eras totus, contentus esto nunc jentaculo pauperculæ refectionis in nomine Jesu Christi, omnium Redemtoris, qui, cum dives esset, propter te pauper factus est, ut tu particeps fieres divitiarum illius. Quid plura? Demum sexta die peniter gratias agens Deo, corpori quamvis necessariam, tamen valde contrariam cum faginis foliis refectionem accepit; sicque non sine magno tumultu et controversia diversarum cogitationum, seu manifesta incursione diabolicarum tentationum, consolationem divinæ pietatis exspectavit..... Hanc fidem et fidei exercitationem subsecuta est consolatio divinæ pietatis, que sufficienter illi panes transmisit. *Hactenus de* Guntheri *inedia Arnolfus. Videtur autem id contigisse ex rerum hactenus allatarum serie anno* 1008 *ad exitum jam vergente; id tamen Calles in Annalibus Germaniæ ad annum* 1011 *refert ex Annalista Saxone, ad eumdem annum sub finem ita scribente :* Fuerat hoc anno hiems insolita, E
pruinarum asperitate importune longa, ita ut a solis calore insolubilem multo tempore glaciem retineret, ac multa hominum corpora languida redderet. *Porro profuit non* Gunthero *tantum, sed et aliis tam gravem ærumnam generose adeo atque invicte sustinuisse; cujus rei fama plures* Gunthero, *qui hactenus solus illic degisse videtur, socios comparavit, qui in eadem eremo sub ejus et Altahensis abbatis auspiciis vitæ solitariæ sese dederunt.* Tunc..... quanto sibi per patientiam factus est notior, *inquit Arnolfus*, tanto aliis in posterum exemplo humilitatis et perseverantiæ, largiente omnium bonorum Fonte, exstitit utilior. *Unde factum est, ut nonnulli ex clericis sive monachis, nec non fidelibus* laïcis ab eo et per eum provocati, immo divino instinctu provocati, sub communione orationum ejus atque laborum, in eadem eremo *(silvæ Aquilonaris)* cujus ipse ob amorem Christi accola esse voluit, Regi regum militare cœpissent.

*monasterium condit,*

22 *Auctus jam sociorum aliquot numero* Guntherus, *eo curas cœpit intendere, ut instituto* F
*suo congruas sibi suisque cellas, ac in primis ut ecclesiam, in qua divinis officiis laudibusque vacarent, tempestive conderet, obtenta ad id tum a Godehardo, tum a S. Henrico imperatore licentia. Singulari erat in S. Joannem Baptistam pietate : huic ergo ac sanctissimæ Deiparæ Virgini et S. Cruci sacras ædes, qua potuit, celeritate construxit : perfectum utcumque opus S. Henricus imperator pia munificentia dotavit, uti in ejus diplomate, quod anno* 1009 *datum notatur, apud Gretzerum de divis Bambergensibus post S. Henrici Vitam videre est. Sed quamquam ex jam dictis Rinchnacensis ecclesia anno* 1009 *saltem utcumque constructa fuerit, dilata tamen per aliquot annos solennis ejus consecratio fuit : peregisse hanc* Guntheri *rogatu Pataviensem in Bavaria episcopum, ad cujus diœcesim Rinchnacense monasterium seu præpositura spectabat, tradit Henricus III in diplomate suo infra num.* 38 *citando. Episcopi nomen et annum peractæ consecrationis docet Joannes Aventinus in Excerptis diplomaticis Passiviensibus tom.* 1

*Scriptorum*

A *Scriptorum Rerum Boïcarum pag.* 708, *ubi hæc leguntur* : MXIX, Henrici regni anno XVIII, imperii VI, IV Kal. Sept. Berngerius (*qui et Benno*) episcopus in Nordwald ecclesiam Gunthario * consecrat divo Joanni Baptistæ, Deiparæ Virgini, Cruci ; *ipso videlicet Joannis Baptistæ decollati festo die. Appositi anno* 1019 *regni et imperii Henriciani hoc loco anni faciunt, ut, quin perperam apud Joannem Aventinum in Antiquitatibus Altahæ Inferioris pag.* 726 *tomi mox citati, legatur annus* 1029 *pro* 1019, *vix aut ne vix quidem ambigendum videatur. Porro si* Gunthero *beneficiis S. Henricus, hic vicissim suis consiliis imperatori profuit, ut scribit Andreas presbyter Ratisbonensis in Historia Fundationum nonnullorum monasteriorum Bojoariæ tom.* 2 *Monasteriorum Germaniæ pag.* 212 *his verbis* : Hunc autem Heinricum ad benefaciendum huic monasterio (*Altahensi Inferiori*) specialiter induxit cognita sanctitas beatissimi patris Godehardi et discipuli sui Guntheri eremitæ, quos familiares tenuit, quamdiu vixit, ac eorum secretis consiliis fruebatur. *Quod de Godehardo hic Andreas scribit, confirmat luculente*

B *Annalista Saxo in Henrico : quæ vero de* Gunthero *scribit, etsi ea Annalista laudatus non testetur, vero tamen sunt admodum similia ; et apud viros principes alios magna* Guntherum *auctoritate valuisse, porro dicenda declarabunt uberius.*

* *an* Guntharii ?

*quod dotarunt S. Henricus*

23 *Vitam potraxit S. Henricus usque ad annum* 1024 : *sed hoc patrono orbatus* Guntherus *alium reperit in Conrado Salico, Henrici successore ; a quo collata monasterio suo a S. Henrico bona non modo confirmari, sed augeri etiam obtinuit : ut fidem facit Conradi ea de re diploma, quod ita Gewoldus refert* : In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Conradus divina favente Clementia Romanorum imperator augustus. Plantationis cujusque surculus etc. Quapropter omnium Dei nostrique fidelium universitati notum esse volumus, qualiter nos ob interventum et petitionem dilectæ conjugis nostræ Gisle imperatricis augustæ, et amantissimæ nostræ prolis Henrici regis, et Brunonis, Augustensis ecclesiæ præsulis, nec non Godehardi, Hildenesheimensis venerabilis episcopi et cæterorum fidelium nostrorum, Gebhardi Ratisponensis, Bennonis Pataviensis, episcoporum, ad ecclesiam sitam in heremo, qui vocatur Nortwald, a

C Guntherio monacho, inibi primitus hæremiticam vitam ducente, constructam in honore victoriosissimæ Crucis, sanctæque Dei Genitricis Mariæ, nec non beati Johannis Baptistæ in usum fratrum ibi Deo sub Regula sancti Benedicti servientium, quidquid habuimus a loco, ubi aqua Leipfluisa cadit super viam, quam præscriptus Guntherius noviter præparavit, et sic deorsum per Leipfluisa usque in aquam Rinichnach, sicut terminatum est, usque in Vollenbach, et ita per de cursum Vollenbach usque in Mettma, et per descensum ejusdem aquæ usque ad locum, ubi Eorhenbach in fluit eamdem Mettmam, et de Forhenbach, ut subterminatum est, usque in Sala, et sic deorsum per Salam usque in flumen Regin.

*hujusque successor* * villam

24 Et per descensum Regin fluminis usque in illam * Petrach, quæ duarum Petraha media interfluit, et sic sursum per eamdem Petrach usque ad lacum, qui est in monte Hatwich, et inde, sicut intercisum est, usque in exortum Swarzaha, et sic inde usque Büehohimberch, et inde, ut modo terminatum est, usque ad locum, ubi Kelberspach cadit in album Regin, et ita per album Regin usque in Affsollserswerchet, et inde ad magnum lapidem, qui ex Orientali plaga prope Stratam jacet, quæ in Bavariam tendit, et sic per Stratam et super nigrum Regin, usque ad eandem novam viam, a Gunthero monacho præparatum, et sic per viam usque in Leipfluisa cum omnibus utensilibus etc. donavimus et confirmavimus. Ea videlicet ratione, ut nemo etc : (*partim hic describitur diploma S. Henrici*) Data Kal. Januarii, Indictione XII, anno Dominicæ Incarnationis millesimo XXIX. Anno autem domini Conradi Secundi regnant. V, imperii vero secundo. Actum Augustæ. Signum domini Conradi invictissimi Romanorum imperatoris augusti. Udalricus cancellarius vice Aribonis recognovit. *Conradus, cognomento Salicus, anno* 1024 *die* VIII *Septembris Moguntiæ rex Romanorum factus, imperator Romæ coronatus est anno* 1027 *die* XXVI *Martii ; cucurrit Indictio* XII *anno* 1029. *Recte igitur se habent in dicto diplomate characteres Chronici. De Gisla, Conradi conjuge, sic ad annum* 1026, *quo ipsi Henricum, dein imperatorem, peperit, scribit Annalista Saxo* : Gis- E la nupsit primum Ernesto, filio Liuppaldi marchionis, genuitque illi Herimannum, ducem Suevorum. Duce Ernesto defuncto, accepit eam uxorem comes Bruno de Bruneswic, peperitque illi Liudulfum comitem. Comite Brunone etiam defuncto, duxit eam violenter Conradus, cognatus suus. *Mortuam scribit anno* 1044. *Eodem præterea, quo natus est anno, Henricum, Conradi et Gislæ filium, regem Germaniæ factum scribit.*

AUCTORE J B

*Conradus Salicus.*

25 *Brunonis, ut Augustani episcopi, idem Annalista mentionem facit ad annum* 1027 *et anno* 1029 *e vivis abiisse ait. Godehardum, ab Aribone, archiepiscopo Moguntino, anno* 1022 *in episcopum Hildesheimensem consecratum, obiisse anno* 1038 ; *Aribonem vero anno* 1031, *ad prædictos annos habet. Gebehardi, ut Ratisponensis episcopi, meminit ad annum* 995, *de quo iterum ad annum* 1035 *hæc habet* : Gebehardus, episcopus Ratisponensis, obiit, cui item Gebehardus (*II*) successit. *Benno seu Berngerus, de quo supra num.* 22, *ex Chronico Hildesheimensi factus est Pataviensis episcopus anno* 1013 ; *obiit vero anno* 1045, *ut scribit Hundius in Episcopis Pataviensibus. Udalricus denique cancellarius variis Conradi Salici diplomatibus subscriptus legitur, quorum bina habes apud Eccardum in Historia genealogica principum Saxoniæ Superioris, alterum pag.* 299 *et seq. anni* 1028 ; *alterum, col.* 314 *relatum, anni* 1038 ; *ut proin de hujus diplomatis sinceritate non sit dubitandum. Sed rerum gestarum ordo nunc postulat, ut Arnolfi de* S. Gunthero *narrationem, tantisper interruptam, repetamus.* F

§ III.

AUCTORE J. B.

## § III. Presbyterum, in superbiam prolapsum, emendat.

*Presbyter quidam,*

*Refert Arnolfus, sacerdotem Saxonem,* Tammonem *nomine, e* B. Guntheri *sociis unum eo devenisse dæmonis astu deceptum, arrogantiæ, ut beato Viro, tamquam litterarum experti, subesse nollet; sed cum a dæmone illusum se tandem animadverteret,* Guntheri *precibus et pia sollicitudine resipuisse. Rem contigisse sub annum* 1030, *colligo tum ex sequentibus Arnolfi de Tammone verbis* : Jam octavum agit annum sub exercitamento summæ humilitatis, obedientiæ atque abstinentiæ; *tum e tempore, quo librum* 2 *de Miraculis S. Emmerammi Arnolfus edidit. Porro Miraculorum S. Emmerammi libros abs illo editos fuisse, primum quidem sub Burchardo, S. Emmerammi abbate, secundum vero anno proxime sequenti sub Udalrico, Buchardi successore, anno nimirum* 1035 *aut sequenti,* Si Catalogus
B ille *(abbatum monasterii S. Emmerammi, a Christophoro Hoffmanno adornatus, et ejusdem monasterii Bibliothecæ tom.* 2, *anno* 1748 *editæ, insertus)* accuratus sit, *recte dictum est in Opere nostro tom.* 6 *Septembris pag.* 457 *in Commentario de S. Emmerammo num.* 16. *At tom.* 1 *Scriptorum Rerum Boïcarum, qui dein anno* 1763 *in lucem prodiit, pag.* 46 *perbreve Bavariæ Chronicon, ex codice vetustissimo monasterii S. Emmerammi membranaceo excusum, occurrit, quo liquet, laudato Operis nostri loco Hoffmanni accurationi fidem plenam merito non fuisse adhibitam : sic enim Chronicon illud, quod ab anno* 732 *usque ad annum* 1063 *tantum excurrit, habet ad annum* 1037 : Burchard abbas apud Romam in Pascali die defunctus est. Cui succedit Oudalricus. *Itaque librum secundum Miraculorum S. Emmerammi anno* 1037 *post Pascha vel sequenti Arnoldus edidit; inde vero subductis annis octo non integris supra dictum rei gestæ (quam serius in Annalibus ad annum* 1041 *Mabillonius refert) tempus habebitur. Rem porro ipsam, quamvis prolixius enarratam, quod*
C *ea ex* Guntheri *ore ab Arnolfo accepta, et a* Guntheri *biographo non modo præterita, sed et forte ignorata etiam fuerit, ipsismet Arnolfi verbis, velut Actorum auctarium aut supplementum refero.*

*beati Viri socius, in superbiam*

27 Contigit, ut quidam presbyter de gente Saxonum oriundus, a domesticis quoque Tammo vocitatus, more adventantium accederet, sub specieque laudabilis incolatus, Viri Dei commilitonumve ipsius conversationi se admiscere tentaret. Quem cum Vir Dei, partim præcurrente magistra experientia, abbati Altahensium præsentasset *(hinc collige, monasterium Rinchnacense, seu præposituram, uti id vocat Stengelius, Althensi abbatiæ fuisse subjectum)* et ex more secundum Regulam S. Benedicti obedientiam promisisset, statim sub tenore, quam abbati promiserat, obedientiæ, sicut et cæteri ad id temporis solebant facere, et adhuc solent agere, qui manent eo loci eremitæ, redditus, sive sub diligentia summa commendatus prædicto Seni, cum illo repedavit ad secessum eremi. Qua cum ceteris fratribus Summo humillime famulantibus, et ipse juxta instituta patrum in cella sibi deputata aliquantum temporis humilitate perageret comitante, per surreptionem cenodoxiæ, adeo repente gravatus est massa superbiæ, ut non solum clandestinis mussitationibus venerando Seni detrahendo, in aures quorumdam commonentium susurraret, sed etiam manifeste in calumniam tanti Viri prorumpere auderet, dicens : Quid et quis est Guntharius? Laïcus atque idiota, cujus jure contemnitur vita. Cui responderunt servi Dei, qui forte tunc aderant et hæc audierant, dicentes : Ut nobis videtur, humilitas, quæ est custos virtutum, longe recessit a tua mente, et superbia monstrum manifeste te invasit, quod Babylonicam turrem procaciter filios pravæ confidentiæ olim ædificare persuasit, et de Viro Dei tam nefanda tibi modo suggessit. Ipse procul dubio primum huic eremo invexit vexilla Crucis Christi..... Est quoque iste Vir magnæ auctoritatis, qui jam in senectam et senium venit optime parendo divinis mandatis. Quibus ille arroganter respondit, inquiens : Auctoritas quoque illius mihi pro minimo est, quia nihil omnino valet. Seorsum quidem mihi manendum, et Christo, qui dedit nosse et posse, in speciali cella, haud sub Guntharii censura, erit meapte libero E animo serviendum. D

*dæmonis fallaciis*

28 Quid plura? Sequestratus idem presbyter aliquot diebus ab illis, quos despexit, a subversore ministratas quasdam vidit visiones, immo fantasias aspexit, quibus adeo elevatum est cor ejus, ut humili ac simplici voto minime contentus, majora se quæreret, id est, miracula expeteret. Unde accidit, ut intempestæ noctis, qua sanctæ Agnetis festivitas *(die* XXI *Januarii primo,* XXVIII *ejusdem mensis secundo colitur)* celebratur a Christianis, orationi aliquantulum incumbens, primum delectabilem, post modicum vero lacrymabilem auditu vocem hauriret, oculisque visionem videret. Audivit ergo in primis harmoniam, nec non quasi duos choros virorum et feminarum procul concinentium, et alternatione vicaria, ut audiebatur, pulcherrime sibi respondentium, donec paulatim cum incremento ejusdem cantilenæ atque corasci luminis augmentatione usque ad se venirent. Tunc humani generis inimicus, qui, testante Apostolo Paulo, transfigurat se etiam in angelum lucis, cum tanto fulgore se illi præsentavit, ut nihil minus putaretur, quam diabolus. F Cumque presbyter eum intueretur diutius et miraretur super pulchritudine ejus, qui apparuit, dixit ad eum : Videsne, quod sim Christus? Quare non adoras me? Noli dubitare, cum ad hoc venerim, quatenus tibi dicam, quæ te oporteat facere. At ille, quem præstigia jam deceperant diabolica, dixit : Si filius es Mariæ, ecce te adoro; et procidens adoravit eum, penitus oblitus illius responsi, quod in Vita Patrum senem cautissimum super hujuscemodi tentatione legebat dedisse. Ibi enim scriptum est, quia quidam senex pari modo a diabolo sit tentatus, sed divina clementia servum suum vallante, mox tentator quis fuerit paucis verbis sit deprehensus. Nam cum seni diu tacenti perversus diceret : Ego sum Christus, quare tardas me adorare? responsum accepit ab eo : si tu Christus esses, nullatenus a me peteres hoc obsequium tibi modo impendi, quod semper, in quantum valui, vero Christo Domino meo humiliter exhibui etc.

*mendacisque*

29 De cetero si in prædicto fratre humilitas Christi regnaret, numquam superbiam diaboli

cadens

A cadens adoraret, quod in sequentibus evidentissime liquebit. Nam postquam pessime adoravit, antiquus hostis ei aliud vulnus inflixit, pariter et dixit : Antichristus jam in Judæa regnat, nec non Helias et Henoch ibi prædicant; cum his quoque ab Antichristo interficiendis pro confessione mei nominis in anno præsenti martyrio coronandus eris. Sed antequam illuc tendas, oportet te omnia, quæ in hujus provinciæ cœnobiis emendatione digna sunt, corrigere, et multis verbum veritatis prædicare. At presbyter novarum rerum cupidus infit : Quod signum dabis mihi, quo certus efficiar, me, quæ dixisti, facturum? Cui seductor respondit : Non unum signum tibi dabitur pro certitudine, sed tria facturus es hodie ante tertiam horam diei, scilicet unum in Guntharii sinistro oculo, quem pœne ob ægritudinem perdidit; alterum in fratre, qui jam per multos dies infirmat, et est cœcus, cui nomen Remigius; tertium in eo, qui dicitur Razo, quem inimici sui cæcaverunt, atque mancum fecerunt. Insuper pro signo certitudinis habeto san-
B dalia, quæ in proximo reperies, posita quadam sub arbore cava, quibus præcipio, ut posthac utaris in celebrandis Missarum solemniis. Quid multa? His ita homini superbo diabolica fraude persuasis, et inter arbusta pone domicilium, in quo vagabundus mansit, consita, quasi quodam ascensu pariter et descensu demonstrato, cum aliis inextricabilibus fantasiæ portentis in ipso crepusculo lucis, præfatus presbyter propriam et singularem deserens cellam, sub inani specie diabolicæ pollicitationis, domini Guntharii petiit casam. Quem cum videret venerabilis heros super repentino ejus adventu obstupescens et admirans, utpote qui, superbia imperante, ab eo sequestratus erat, sibique velut litteras nescienti, peritiæ suæ supplementum maligna voluntate subtraxerat, nihil dicere volens conticuit.

*prolapsus.* 30 Tunc qui vana gloria tumidus advenerat, sub specie religionis ad reverendum Senem dicebat : Non ignoramus, quia juxta instituta patrum, nisi vocati, de cella egredi et huc venire minime debueramus : sed humilitatis nostræ adventus ex præcepto Domini nostri Jesu Christi est vobis et aliis valde necessarius. Cui Senex
C spiritus munimine protectus dixit : Unde vobis hoc, aut quando Dominus Christus fraternitati, vestræ nova dedit præcepta? At ille respondit, hac nocte. Et dicit Senex : Quæ? Respondit presbyter : Ut in monasteriis Norici regulares observationes corrigam et renovem; atque populis late verbum Dei prædicem, nec non infirmitate sanata duobus fratribus, Razoni scilicet et Remigio, visum restituam, oculoque tuo, jam per plures annos doloribus turbato, claritatem luminis reddam. Quæ verba cum Senex audiret per os Tammonis prolata, occurrit jactantiæ ejus dicens : Crede mihi, Guntharius mallet ambobus oculis carere, quam per illius concessionem videre, qui tibi hæc fallaciter promisit. Nihil verius, quam te diabolica arte circumventum et omnimodis esse delusum. Cui sententiæ, qui advenerat presbyter, subnectit frivola, dicens : Si ante hanc proximam hujus diei tertiam horam non fecero, quod dixi, nolite credere mihi. Et Vir Dei ait : Veritas, in quam credimus, hodie patefactura est tibi et nobis omnibus, quia pater mendacii tuam decepit arrogantiam. Tum presbyter se subducens obtutibus Senis, et persistens in pertinacia obligatæ * mentis in ecclesiam duxit secum fratrem cæcum, quasi oraturus pro eo, ut visum reciperet a Domino. Sed cum diu esset oratum, et lumen, quod petebatur, non foret datum, protraxit frustra tentatam vanitatis gloriolam pæne usque in sextam horam.

AUCTORE J. B.

* *an* obstinatæ?

31 Tunc undique horrore et terrore circumdatus et non sine grandi confusione conturbatus, festinus dominum Gunthariun adit, et in faciem procidens cum lacrymis ad eum dixit : Nisi me preces tuæ, o reverende Pater, magnifice adjuverint, et orationes aliorum Dei servorum de puteo interitus me eruerint, certo certius scio, quia peccatis meis facientibus, Christi servus desii esse; quod ille me sibi in servum proprium post hinc vindicabit et possidebit, quem totius nequitiæ ministrum, heu, heu me miserum! adoravi pro Domino dominorum. Adhæc dominus Guntharius spiritalibus armis accinctus respondit : Petrus, princeps Apostolorum, ad quem ipsa Veritas dixit, « Tu es Petrus, et super hanc pe-
« tram ædificabo ecclesiam meam, » ter negavit Christum optimum magistrum. Sed postquam Dominus in eum respexit, et amare flevit, remissionem accepit per eum, qui solus compati novit E
infirmitatibus nostris in miserationibus suis magnis et multis. Proinde casu tuo non debes gaudium plenum facere diabolo in hoc, ut cadas in diffidentiam; sed magis quære humiliter Omnipotentis Dei clementiam, quam nulla mortalium superant delicta. Cumque presbyter post admonitionem Senis, novi lapsus mœrore adhuc consternatus, proxime ad horam divini servitii veniens collectæ fratrum se inibi constitutæ admiscere tentaret, atque psalmodiæ aliquantisper cum eis inserviret, antiquus hostis cœpit ei acriter instare, nec non manifeste illi molestus esse, dicens : Quæ legis et cantas, de me scripta, mea sunt : tu, velis, nolis, post hinc permanebis meus, quia totus es in ditionem libitus mei redactus. Noli falli, neque per Guntharii vanam et falsam suggestionem decipi, nemo te rapiet de manu mea.

*Guntheri monitis resipiscit,*

32 Ab illo die presbyter prænominatus, perículorum pondere gravatus, etsi se pœnitentiæ daret arctissimæ, nullatenus novum et antiquum hostem avertere potuit, quin ei omnibus horis F
nimie infestus fuerit. Unde factum est, ut dominus Guntharius boni consilii virum, abbatem scilicet Altahensium, nomine Ratmundum *(factus est abbas Altahensis anno* 1026 *secundum Chronicum Hildesheimense; obiit vero* 1048 *secundum Joannem Aventinum in Antiquitatibus illius monasterii)* advocaret, ipseque, assumpto secum Pataviensi Pontifice *(Berngero seu Bennone, ut ostendit temporis ratio)* super hujuscemodi re quæstionem habiturus adveniret. Cumque episcopus cum abbate et Domino Gunthario clanculum sermonem faciens, lapsum sacerdotis audisset, et eum diabolica illusione deceptum animadvertisset, unde hoc grande malum accideret, prudenter tractans dixit : Ecce factum est in isto fratre, quod præmissum legimus in Evangelica veritate : Qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. Proinde necesse est provisum iri, ut exaltatio pestifera, quæ per suasionem diabolicam hominem miserabiliter dejecit, Christi humilitate medecinali mirabiliter sananda in robur fidei erigatur ac sic in viam salutis æternæ dirigatur. Tum episcopus ex auctoritate sacrorum canonum

*et ægre tandem*

AUCTORE J. B.

num jussit lapsum fratrem ab officio sacerdotali cessare usque ad satisfactionem, utilisque consulti taxationem. Quid plura? Postea quoque diabolica infestatione monachum eumdem nimium confundente, atque diurnis nocturnisve tumultibus seu acclamationibus, etiam in servitio Dei deterrente, missum est circumquaque ad patres et fratres, ut communi oratione, singulari et medelifera clandestina sacrificii salutaris oblatione a misericordissimo Domino veniam peterent casui fratris infirmi. Cumque a nonnullis benigne fuisset oratum, et maxime a Domino Gunthario ante conspectum divinæ Majestatis pro eo esset laboratum, utpote qui omnibus horis titubanti atque nutanti manum consolationis porrexerat, nec non benignum Jesum, certissime sibi miserturum promiserat; tandem post mensium sex evolutionem, qui a pessimo profligatore impugnabatur, levamen sentiens remedium accepit. Cujus valde necessario fomento refocillatus, jam octavum agit annum sub exercitamento summæ humilitatis, obedientiæ atque abstinentiæ.

B *a dæmonis insultibus*

33 Hoc super omnia mirum, quod ipse auribus meis ab ore Senis accepi, atque ab eo quadam sacræ lectionis familiari collocutione vix extorsi. Nam cum prædictus presbyter in angustia maximæ tentationis constitutus, ad Senem sæpius curreret atque recurreret, nec non querulosa voce clamitaret; non possum subsistere, nequeo perdurare, ora pro me, Homo Dei; dixit Senex: Confido in benigno Jesu, quia liberabit te, tantum tu patiens et constans esto etc. Subjunxit tentatus: Utinam mihi fiat secundum verbum tuum. Sed valde timeo tentationis periculum, quod mihi misero ingruit ultra humanum modum. Nam in ipsa orationis hora, quando ad laudem Dei os aperio, adversarius mihi videtur, quasi rapacitatem suam intro in ventrem mittere usque ad cor, vimque cordis tollere ac sensus meos prorsus extrahere, et memetipsum mihimet alienum facere. Super hæc omnia jactat, se scire meum totum nosse, velle et posse. Respondit Senex: Ne hæsites in fide ex adjutorio divino de supernis tempestive mittendo, quod, quamvis ad tempus differtur, tamen non
C aufertur. Diabolus omnino potestatem non habet nocendi et fatigandi te, nisi permissus a Deo; Deus autem numquam ista fieri permitteret, nisi te humiliare vellet. Interdum enim Amator hominum simulat, se nescire, quæ patimur; sed tamen frequenter præstabit, unde miremur. Noli, frater, deficere, sed secundum Apostolum sta in fide, viriliter age et confortare in illius nomine qui novit solus fragilitatem humanam sanare. Quod autem questus es, diabolum se jactasse de scientia tuæ voluntatis et possibilitatis; ipse, quod bene nosti, contra hanc luctam sufficit tibi, hoc est, quod diabolus ab initio mendax fuit, et filios diffidentiæ ad insanabilem internecionem detrudit.

*liberatur.*

34 His dictis, extemplo affuit satan in præsentia Senis, perturbans tentatum fratrem et dicens: Guntharius non solum nunc mendacium locutus est, sed sæpius mentitur, et te fallere nititur, insuper et gracile et subtile pellicium operose quærit ac diligit. Cumque conviciis appeteret atque lacesseret Senem, Senex timens, ne forte protervitas diaboli animum fratris mitteret in desperationem salutiferi boni, prorupit et dixit: O inimice Dei et hominum, superbia tua et mendacium tuum tecum in æterna perditione maneant. Nos autem, qui non solum ovinis et caprinis pellibus utimur, verum etiam simplicitate et humilitate, quæ in eisdem significantur, perfruimur, per eum, qui dilexit nos, te pessimum lupum facile superabimus Christique virtute tuam virtutem calcamus. Crede peccatori Gunthario, quia frater, quem permissione Dei crudeliter ad tempus infectaris, te invito, liberabitur et salvabitur gratia Christi, Filii Dei vivi, qui in hunc mundum venit filius hominis quærere et salvum facere, quod perierat. Post hæc et ejusmodi certamina aliaque quam plurima nequitiæ suæ in tentatum fratrem nequicquam vibrata jacula, miseratione divina diabolus est ita fugatus, ut calamitosis clamoribus et querelosis lamentationibus discedens, manifeste nolens innotesceret, quantum doluit et adhuc dolebit, se victorem hominis ab homine victum. D

## § IV. Reliqua B. Guntheri gesta, obitus, sepultura et reliquiæ. E

*Concionem de S. Joanne Baptista habet,*

*Ad quem annum referri debeat, quod de* B. Gunthero *ejus biographus Wolfherri verbis num.* 7 *refert, eum nempe die festo S. Joannis Baptistæ, patroni sui singularis, ita apposite atque nervose de ejusdem Vita et moribus, Wolfherro audiente, aliquando coram fratribus disseruisse, ut, licet litterarum rudis esset, uberrimas tamen auditoribus extorserit lacrymas, ob notæ Chronicæ, qua rei gestæ annus determinari queat, defectum plane nescio. Ait dumtaxat ad fratrum concionem dicenti* Gunthero *adstitisse præter alios Ratmundum abbatem Altahensem, quem anno* 1026 *eo munere fungi cœpisse, et anno* 1048 *obiisse diximus; verum quo is abbas anno in monasterio Rinchnacensi versatus sit, nihil occurrit, unde determinem. Consequi eam dicendi vim, etiam absque litterarum subsidio, facile* Guntherus *potuit, ex crebra et plurium annorum curriculo continuata de rebus sacris collocutione, jugi earumdem meditatione, et ex divini verbi sedula et frequenti auditione: ceterum ea in re plus sæpe valet spiritus Sancti unctio, quam humana qualiscumque aut eruditio aut industria. Sinamus ergo hic denuo, ut Basnagius sacram illiterati* Guntheri *facundiam pro libitu et more suo irrideat; qui si dicentem* Guntherum *audivisset, quod de S. Petro dictum olim fuit, musto plenum fuisse, pro sua in Sanctos impudentia fortasse dixisset.* F

*S. Stephano auctor est, ut condat monasterium Beël.*

36 *Sub annum* 1030, *ut Rerum Hungaricarum scriptores passim tradunt, S. Stephanus in loco silvæ Baconensis, Beël dicto* B. Guntheri *consilio Ordinis Benedictini monasterium condere cœpit, quod anno* 1037 *jam consummatum pie dotavit, ut superstites ejus ea de re litteræ declarant. Hinc et ex dictis num.* 19 *collige,* B. Guntherum *seu affinitatis, seu consanguinitatis, vel certe sanctæ familiaritatis causa, licet unius tantum Wolfherrus* B. Guntheri *ad S. Stephanum accessus meminerit, nec plures referat biographus, Wolfherri personam simulans, non semel adiisse. Carthusii, qui S. Stephani Vitam scripsit, verba, quibus non modo mox dicta confirmat, sed etiam, tum qua, non tam ob affinitatis*

A *affinitatis aut consanguinitatis cum S. Stephano conjunctionem, quam, ut existimo, sanctitatis æstimationem, apud hunc valuerit* Guntherus *auctoritate et gratia, tum quo fuerit in pauperes animo et pietate ostendit, e tomo* 1 *mensis Septembris Operis nostri pag.* 569 *transcripta accipe : sic loquitur* : Hujus rei *(piæ liberalitatis in pauperes, quam clericorum et monachorum opera exercere Stephanus consueverat, eorum præcipue, quorum sanctitatem exploratam habebat)* testimonium quam plures exhibent, sed ex his unus in æternum cum ipso cælestis vitæ particeps, monachus ex sæculari nobilitate conversus et heremita, beatus Guntherus, qui hac liberalitate charitativi principis illectus, sæpius eum de terra Bohemicorum visitare *(adde cum Surio)* solebat. Quotiens enim curiam ipsius adventus sui fulgore pelustravit, cura regni sub manu sua posita, peregrinis et indigenis, viduis et orphanis, cœnobiis et ecclesiis re distributa, quam continebat, in brevi fuit examinata, *seu, ut opinor, arca regia, eleëmosynis destinata, fuit exinanita.* Ad nutum etiam ejus-
B dem servi Dei *(Guntheri)* rex Deo devotus monasterium, quod Beël nuncupatur, incipiens hominibus ditavit : ubi monachus Gerardus de Venetia veniens, vitam contemplativam agere cœpit ; *non quidem in monasterio, sed in loco Beël ; in quo, postquam inde Gerardus, ad episcopatum Chanadiensem promotus est, memoratum monasterium condere cœpit, ut tom.* 6 *Septembris in Commentario de S. Gerardo Stiltingus censuit. Præfuisse huic monasterio* B. Guntherum, *cum illic ipsi versari licebat, scribit Inchofer ; sed, ut recte Stiltingus tom.* 1 *Septembris pag.* 530 *ait, haud satis fundate, cum nullum hujus rei sufficiens vestigium sit uspiam apud veteres. Ecce aliud* Guntheri *factum, sed a recentiore tantum, quod equidem sciam, scriptore traditum ; quod, si vere contigerit, anno* 1032 *vel seq. debuit contigisse.*

*non tamen Conrado, ut Burgundiam vastet.*

37 *Conrado, Burgundiæ regi, filius fuit Rodolphus, patris in regno Burgundiæ successor ; filiæ vero tres præter Mathildem, Berta (quam seniorem Chesnius vocat) Odoni I, comiti Campaniæ nupta, e quibus Odo II, campaniæ comes, procreatus est ; Gisela, S. Henrici imperatoris mater ; denique Gerberga, Hermanno,*
C *Sueviæ duci, nupta, mater Giselæ, quæ post defunctum unum alterumve maritum Conrado Salico matrimonio juncta est. Rodolphus, Burgundiæ rex, cum sibi liberi non essent, Henricum II, sororis suæ Giselæ filium, regni Burgundici hæredem primum dixit :* Igitur omnem primatum Burgundiæ, *(inquit Annalista Saxo ad annum* 1016) imperator a Rodolfo rege, et de maximis rebus sine suo consultu non fiendis firmam securitatem per manus accepit ; *iterumque ad annum* 1018. Rodolfus, Burgundionum rex, avunculus imperatoris coronam suam et sceptrum cum uxore sua et privignis, et optimatibus universis concessit reiteraturque Sacramenti confirmatio. *Sed, extincto absque liberis Henrico II, Rodolphus promissum jam ante Burgundiæ regnum anno* 1032 *moriens Conrado Salico imperatori, Giselæ suæ ex sorore Gerberga neptis, marito transcripsit :* Rudolfus ignavus, *inquit ad illum annum Hermannus Contractus Canisii, illius ætatis scriptor,* Burgundiæ regulus obiit et diadema ejus regnique insignia Conrado imperatori per Seling erum allata sunt. *Sed Odo, Rodolphi ex sorore Berta nepos, Burgundiæ regnum occupavit. Armis ergo imperatori utendum fuit, ut Odonem e Burgundia pelleret ; quod et præstitit, gesto in Burgundia ea de causa bello annis* 1033 *et* 1034, *ut scribunt Hermannus Contractus, et Wippo in Conradi Vita, quam Henrico tertio (alias II) Conradi filio, inscripsit. Vastatam hac occasione Burgundiam et quidem Guntheri rogatu ait suo in Chronico, quod in annum* 1508 *desinit, sed nullo teste producto, Staindelius* : Imperator, *inquit,* Franciam petit contra Ottonem, item Burgundiam vastat rogatu Guntharii heremitæ et provincialium comitum. *Quid causæ habuerit Conradus, ut Burgundiam armis invaderet, ex jam dictis liquet. Probari quidem* Gunthero *Conradi causa potuit, et huic fortassis, ut jus suum armis tueretur, abs illo suaderi ; ad vastitatem Burgnndiæ* Guntheri *rogatu fuisse illatam, de Viro sancto et pacis inter discordes principes componendæ, ut paulo post videbemus, admodum studioso, suspicari non possumus.*

AUCTORE J. B.

*Rinchnacense monasterium*

38 *Quantum vero, ut mox dictum est,* Gunthero *discordes conciliandi studium fuerit, anno* 1040 *potissimum patuit : sed, ut rerum gestarum ordo servetur, prius referendum, quanta fue-* E *rit in Altahensem abbatem animi demissione, cujus sub ejusdem anni principium insigne specimen præbuit. Voluisse* Guntherum, *ut, quod condiderat, Rinchnacense monasterium Altahensi, in quo Benedictinis adscriptis fuit, subjectum esset, ex iis, quæ supra ex Arnolfo de Tammone, quem, ut Benedictini Instituti alumnis adscriberetur, ad Altahensem abbatem ex recepto more deduxit, colligi satis potest : at ut ratum id fixumque omni ævo permaneret, Henrici III ea de re diplomata petiit, et obtinuit ; quod partim (necenim integrum describere est necesse) apud Gewoldum tom.* 2, *pag.* 39 *hujusmodi est* : In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex *(coronatus est in imperatorem anno dumtaxat* 1046 *die natali Domini)* omnes ecclesiæ filios etc. : Magnifico Henrico regnante *(hujus nominis II, ut plerumque vocatur)* nobilis quidam Guntherius, dives terrenarum rerum mundialia deseruit sponte, ac sub potestate Deo digni Godehardi, abbatis Altahensis, monachicæ conversationi se inseruit, hic in monasterio aliquamdiu laudabiliter conservatus divino instinctu heremi secreta concu- F pivit, ergo a prædicto abbate accepta benedictione, consentiente regis Henrici collaudatione, heremum Nortwald intravit, hancque non ociosus eremita colere cœpit, divina siquidem gratia cooperante, in eadem heremo ecclesiam construxit, et in honorem S. Johannis Baptistæ per * *abundat* Pataviensem episcopum consecrari impetravit ; ibique fratres Regulam S. Benedicti observantes subrogavit. Henrico itaque imperatore defuncto, atque Chunrado imperii regimine functo, licentiam ab eo accepit in id ipsum cartam etiam ab eo regalem obtinuit, quæ bona inibi ab eo aquisita et acquirenda sibi confirmavit.

*Altahensi subjicit.*

39 Ipso etiam beatæ memoriæ Conrado, parente nostro, vita excedente, idem Guntherius pro meritorum probibate amicabiliter usus et nostra familiaritate, proinde mansuetudinem nostram rogavit, quatenus ecclesiam præfatam ad titulum sancti Mauritii Altaha nostræ potestatis auctoritate traderemus, quod et fecimus. Unde scire volumus fideles præsentes atque futuros, qualiter nos prædicti Guntheri rogatione atque

auctore J B.

atque fidelissimorum nostrorum interventione, Pobbonis, patriarchæ Aquilegiens., Dietmari, archiepiscopi Juvavien., Berngeri Patavien., Brunonis Würtzburgensis, Nithardi Leodicen., Heriberti Eichsteten., ecclesiam in Nortwald a Gunthero Rinichnach dictam ad monasterium S. Mauritii in potestatem Ratmundi abbatis ac successorum ejus consignavimus atque tradidimus cum omnibus appendiciis ..... ita ut nemo ulterius absque Altahensis abbatis licentia potestatem habeat novalia faciendi, piscandi aut ullo ingenio feras decipiendi, eo scilicet pacto, ut neque præfatus abbas Ratmundus, nec aliquis successorum ejus potestatem habeat regularem vitam inibi destruere ..... Data XVI Kal. Februar. Indict. VIII anno dominicæ Incarnationis MXL. Anno autem Domini Henrici tertii ordinationis XII. Regni vero I. Actum Augustæ feliciter. Amen. *Qui hic Pobbo dicitur, aliis est Poppo, cujus mentionem facit Annalista Saxo ad* 1037, *et iterum ad* 1047, *quo ex patriarcha Aquileiensi summus Pontifex factus dictusque* Damasus, *obiit, ut scribit, eodem anno. Dietmarus, Juvaviensem Seu Salisburgensem tenuit sedem, ut scribit Hundius, ab anno* 1027 *per annos* 16. *De Berngero dictum est supra.* Bruno Wirceburgensis VI Kal. Junii (1045) obiit, pro quo Adalbero ordinatur. Sedit isdem Bruno an. XI, mensem 1, dies XIV, *inquit Annalista Saxo.*

B

anno 1040.

40 *Nithardum ab anno* 1038 *usque ad* 1042 *Leodiensibus præfuisse episcopum, tradit Fisen, in Historia ecclesiastica Leodiensis ecclesiæ. Heribertus, ut scribit Brusschius, in episcopum Aystetensem electus est anno* 1011, *defunctus vero* 1042, *teste Lamberto Schaffnaburgensi. Henricus, in regem romanorum electus fuit anno, ut in Vita Conradi Salici, patris ejus, Wippo scribit,* 1028 *die Paschatis seu* XIV *Aprilis. Obiit vero Conradus anno* 1039 *mense Junio postridie Pentecostes, eodem teste: Henricus corona imperii Romæ insignitus fuit anno dumtaxat* 1046 *die Natali Domini; sed anno* 1047 *secundum Annalistam Saxonem, qui a prædicto die anni initium numerat. Denique Henricus ex Annalista Saxone Ratisponæ anno* 1039 *die Nativitatis Domini fuit: anno vero* 1040 *die* VIII *Januarii jam inde Augustæ versatus est, ex diplomate altero Henriciano, quod Ughellus recitat tom. Italiæ* 5 *sacræ auctæ col.* 55 *et seqq., ut adeo facile illic die etiam* XVII *ejusdem mensis potuerit degere. Recte igitur se habent diplomatis characteres Chronici, nec dubitandum apparet, quin sub anni* 1040 *principium fuerit Rinchnacense monasterium Altahensi ex* B. Guntheri *votis et regia Henrici auctoritate subjectum. Demissi in* Gunthero *animi id specimen fuit. Venio nunc ad illustre eodem anno exhibitum factum, quo, quanto fuerit dissidentes principes conciliandi studio, quantaque ea in re valuerit apud illos auctoritate, luculente ostendit.*

C

pacem inter Henricum

41 *Anno* 1039, *mortuo Casimiro, Poloniæ duce, et* filiis ejus, *ut Annalista Saxo ad dictum annum scribit*, in infantia positis, dux Boëmiæ Bracilaus non distulit oblatam occasionem calumniandi suis inimicis, imo ulciscendi de injuriis, quas olim dux Miseco intulerat Boëmiis, et, congregatis Boëmiis, intrat terram Poloniæ desolatam principe, ac velut ingens tempestas sic vilas cœdibus, rapinis, incendiis devastat, vi munitiones irrumpit. Krakou autem eorum metropolim ingressus a culmine subvertit, veteres que tesauros ab antiquis ducibus evolvit etc: *Poloniæ vastationem, ut idem Annalista scribit, anno sequenti Henricus ulcisci voluit. Celebrato itaque Leodii festo Pentecostes in Boëmiam expeditionem aggreditur: partem copiarum Henricus ipse in Camba (Bavariæ oppidum est ab hujus et Bohemiæ confiniis, nec a monasterio Rinchnacensi procul remotum) B Virginis assumptæ festo colligit; inde per Bavariam in Bohemiam irrupturus. Partem alteram sub Bardonis, Moguntini archiepiscopi et marchionis Ekkihardi auspiciis per Misniam immisit in Bohemiam. Seipsum Henrico, Ekkihardo Procopium Bretizlaus objecit. Henrico res male cessit*: Inde comitatu, *inquit Annalista Saxo*, in eandem regionem digrediente, et Ottone marchione de Suinvorde eum Bawariis explorandi causa per saltuosa et invia irrumpente, quidam ex latere emissi, sperantes se fortiter facturos, obstructionem quandam expugnaturi, inconsulte processerunt; ubi prætensis insidiis a sagittariis circumventi, Werinerus comes primicerius et signifer regis cum aliquot regiis satellitibus et Reinhardus comes, Major domus ecclesiæ Fuldensis cum electissimis ex familia sancti Bonifacii cruenta proh dolor, cæde procuberunt XI Kal. Sept. Posteriori die quidam ex legione Ottonis, quæ prætergressa erat, eandem obstructionem ex alia parte agressi et ab iisdem prædictis sagittariis obruti Gebehardus comes, Wlfranus, Thietmarus cum plumiris Bawaricis militibus miserabiliter perempti sunt.

D

E

et Bretizlaum conciliat.

42 *Cum vero hujus rei fama ad* Guntherum, *qui non procul hinc aberat, delata esset, solitudine egressus, id apud Henricum et Bretizlaum, effecit, ut non modo pacem (quæ tamen haud diu servata dein fuit) inirent; sed permiserit etiam ejus rogatu Bretizlaus, ut, qui ex Henriciano exercitu reliqui erant, salvi et incolumes e Bohemia excederent*: Et qui in provincia, *inquit post narratam Henriciani exercitus cædem Hermannus Contractus*, adhuc ex nostris remanserant, interveniente Gunthario eremita, incolumes educti redierunt. *Dum hæc in Bohemia, qua Bavariam respicit, agebantur, Ekkihardus, usus feliciore sorte, alia ex parte Bohemiam devastabat cum suis*, donec tandem, *inquit Annalista Saxo*, venerabili viro Guntario monacho cum legatione regis adveniente et acta docente reditumque suadente, pace data et accepta *(Ekkihardus et Bardo Moguntinus)* victores exierunt. *Aliter hæc Scriptores Bohemi subinde referunt, prout fieri præ partium studio solet; sed Henrici clades certa est: certa item* Guntheri *in conciliandis Henrico et Bretizlao laudabilis opera. Annales quidem Hildesheimenses anno* 1041 *illigarunt hanc Henrici in Bohemiam expeditionem: sed Annalista Saxone potius standum est, qui eam non modo enucleatius describit, sed etiam Ekkihardum in Bohemiam ingressum scribit* IX Kal. Septembris die Dominica, *eamque per dies novem usque ad* Guntheri *adventum devastasse. Atqui anno* 1040, *quo littera Dominicalis fuit E, dies* IX *Kalendas Septembris, seu* XXIV *Augusti Dominica fuit; non vero anno* 1041.

F

Rinchnaco egressus

43 *Quid deinceps rerum gesserit usque ad obitum, qui anno* 1045 *contigit, apud illius ævi Scriptores non inveni: vero tamen admodum simile est*, Guntherum, *relicto Rinchnacensi monasterio, quo hominum plausus et frequentiam, quos illi postrema facta rursum acciverant, longius in sylvæ Aquilonaris latebras sese abdidisse, ibique*

A *ibique reliquum vitæ quinquennium exegisse plane solitarium : certe nullus ei aderat, dum anno* 1045 *in illum Bretizlaus, ut paulo post dicetur ex* Guntheri *biographo, venationi intentus incidit. Unum Magnoaldus Ziegelbauer in Epitome Historica monasterii Breunoviensis cap.*10 *pag.* 137 *post Joannem Tannerum refert; sed cujus me vadem non præbeo, quod e populari tantum traditione profectum videatur. Id Magnoaldi verbis refero :* Monachi Brzeunovienses ad piissimum eremi cultorem frequenti pede se ferebant, ut tum verba salutis, tum virtutum exempla ab eo caperent. Forte anno MXLIV Arsenius abbas morte sublatus fuerat, cum Brzeunovienses ascetas continuo incessit desiderium Guntherum pro patre habendi. Fore ut sub tantæ sanctitatis abbate integra disciplina vigeat, non ad vitæ mollitiem, sed austeritatem trahenda. Inde veniunt in eremum, rogant, instant, Brzeunovii habenas susciperet ac moderaretur. Abnuere primum Guntherus toto capite, dein vero illis obstinate urgentibus, deditionem facere, supplicibus annuere. Asello igitur, quem monachi ad-
B duxerant, impositus iter agreditur. Sed hem tibi prodigium! Asinus dum versus Brzeunovium vestigia movet, ea præduræ rupi haud secus atque mollissimæ ceræ imprimit, infligit, pedibusque ita tenaciter inhæret, ut eis extrahendis haud par fuerit. Quo miraculo omnes attoniti facile intellexerunt, divinam neutiquam esse voluntatem, ut Guntherus, vir id ætatis ac cygneæ senectutis, monasterii fasces capesseret. Igitur ille in eremum, hi Brzeunovium reversi sunt. *Mirum profecto accidit* Gunthero, *qui jam senio gravis solitudinis amore Rinchnacense monasterium deseruerat, persuaderi potuisse, ut in Breunoviense id moderaturus emigraret : at aliunde singulari erga illud affectu fuisse videtur; cum ibidem sepeliri voluerit.*

*solitudinem incolit,*

44 *Ut ut sit, prodigio hic relato biographus aliud simile narrat, sua scilicet ætate lapidem adhuc spectari consuevisse, in quo a labore quietem capere* Guntherus *soluerit, et corporis ejus figura fuerit prodigiose impressa : asini vestigia saxo impressa apparent, ut Tannerus in Annotatis in* B. Guntheri *Vitam scribit, prope arcem Rabii in colle juxta ecclesiam veterem omnium Sanctorum nomini consecratam. Cum autem arci Rabii vicina sint oppidum Hartmanicz et*
C *civitas Suscicensis, circa quæ habitasse* Guntherum, *servarique lapidem, in quo vestigia genuum et manuum ejus expressa sunt, ex patre Chanowsky supra vidimus; tum de eodem saxo* Guntheri *biographo, et P. Chonowsky sermonem esse; tum saxum, quod asini vestigia retinet, a priori non multum distare, conjicere est. Sed reliqua ex* Guntheri *biographo audiamus; cum jam ad annum* 1045, *quo* Guntherus *obiit, pervenerimus, nec ducem, illo antiquiorem habeamus : ex* Guntheri, *inquam,* biographo, *non ex Wolfherro, aut alio quopiam, qui* Guntherum *familiariter noverit : haud enim in animum facile inducere queo, ut credam, scriptorem, qui illum norit, voluisse aut potuisse committere, ut non pauca eaque præclara* B. Guntheri *gesta, ab aliis, pariter synchronis aut ætate supparibus memorata, silentio præteriret. Et vero, ut recentiorem aliquem, qui Wolfherri nomen induerit, vel perperam Wolfherrus dictus sit, existimem, pondus mihi novum stimulumque addunt, quæ de Bretizlao*



Guntherum, *proxime morituram, præter opinionem et expectationem offendente, ipse biographus narrat.* AUCTORE J. B.

45 *Sunt autem (consule infra num.* 10 *et seqq. Actorum) fere sequentia.* Contigit, *inquit,* ut inclytus tiro, dux videlicet Bredislaus, cum Poloniam gloriose sibi subjugasset, victorque cum pace ad sua redisset, cujusdam urbis, quæ Prahen dicitur, confinium causa venationis cum suis adiit, ubi quadam die, ut solebat, venatum exivit. *Prachen ars fuit prope Horazdiovicium ad Ottavam fluvium; cujus hodieque, ut Balbinus in Miscellaneis historicis regni Bohemiæ lib.* 3, *cap.* 3 *de regionibus seu districtibus Bohemiæ* § 8 *scribit, spectantur rudera : ab ea tamen districtus Prachensis, qui Suscicensem civitatem, oppidum Hartmanicz et Horazdiovicium, castrum Rabii, loca paulo ante memorata, modico a se invicem intervallo distantia complectitur, inditum sibi nomen hodieque servat. Sed cui laudata biographi verba legenti non incidat, sermonem hic illi esse de venatione, quam anno* 1039 *aut* 1048 *Bretizlaus instituerit; cum eo anno ex ante dictis Polonos Bretizlaus attriverit; nec de alia expeditione hic biographus procul dubio loquatur. Contigit tamen illa venatio anno dum-* E *taxat, ut ex seqq. manifestum erit, anno* 1045 ; *ut necesse sit, vel fateri, minus apte hic loqui Biographum, vel suspicari, illi annum, quo Polonos Bretizlaus devicit, non satis fuisse exploratum; quod de auctore* B. Gunthero *ætate æquali et familiari diei non potest : minus vero in hujusmodi scriptorem cadit; quod sequitur.*

*in qua a Bretizlao*

46 *Bretizlaus, unico stipatus socio, obvium* *repertus*
*sibi cervum insequitur : fugit ille in sylvas, dum* Guntheri *cella non procul aberat, ibique veluti periculi securus subsistit : Bretizlaus, dum hæret attonitus, vocem e cœlo audit, e qua latere eo loci thesaurum intelligit. Ad sese rediens oculos circumfert, videt rivulum, pulchro vernantem gramine, lapidem grandem et vilem super ea conditam cellulam, sed suavi quodam odore fragrantem : accedit tandem, quid rei illic lateret, exploraturus.* Et ecce senem pulcra canitie sedentem et albescentem, ac veluti angelum Dei relucentem, lectoque seu in oratione prostratum aspicit, nimio quoque horrore pervasus cœpit stare. Quem Senex pio vultu intuitus, ne ad talia trepidaret, sed ut Deum omnipotentem in omnibus laudaret, monuit, et quod ipse Guntherus esset, qui eumdem de sacro fonte su- F
scepisset, diversis indiciis, licet admiranti duci assignavit. *Difficile equidem est creditu, Bretizlao* Guntherum, *qui anno* 1040 *pacem ipsum inter et Henricum conciliarat, cujusque gratia Henrico captivos dimiserat, adeo fuisse ignotum, ut, quis esset, miranti Bretizlao indiciis diversis comprobare, necesse habuerit.* Guntherum *a Bretizlao fortuito et nihil hujusmodi suspicante, in solitudine silvisque Bavariæ et Bohemiæ fines occupantibus, inventum fuisse, lubens credere volo : sed adjuncta hinc inde nonnulla Bretizlai cum* Gunthero *proxime morituro, congressus fortuiti a scriptore, qui Wolfherro, aut altero quovis,* Gunthero *familiari recentior fuerit, excogitata fuisse scriptaque ornatius, quam verius, non inani aut levi, ut opinor de causa existimo.*

47 *Multo difficilius creditu est, usque adeo* *postridie moritur, sepeliturque Brevnoviæ*
*Bretizlao* Guntherum *fuisse incognitum, ut nescierit etiam,* B. Guntherum *monasticam vitam*

AUCTORE J. B.

*fuisse amplexum; id quod sequentibus verbis videtur tamen indicari*: Tunc dux his verbis spiritum ad plenum resumit et constantia animi recepta, pium Virum interrogat, quomodo vel quando ad tam insolitam solitudinem devenisset, vel cur tam duram vitam monachorum attigisset. *Post habitos aliquot ultro citroque sermones, Bretizlao* Guntherus *sese ex hac vita postridie migraturum, ac in Breunoviensi monasterio sepeliri velle, significavit. Hoc nuncio perculsus Bretizlaus Severum episcopum Pragensem arcessivit; cum eoque postridie mane* Gunthero *adfuit, qui, uti prædixerat, sacro Viatico rite munitus, spiritum creatori reddidit anno* 1045, *septimo Idus Octobris sub horam diei tertiam, seu nonam matutinam. Severum Bretizlao in venatione comitem, vel in vicinia versatum fuisse oportet; alias enim Bretizlaus pridie a* Gunthero *digressus, die* IX *Octobris* summo diluculo, *ut scribit biographus, Praga, a* Guntheri *cella, ut ait Magnoaldus, sedecim milliaribus distante, una cum Severo ad* Guntherum *redux esse non potuisset. Mortui corpus, comitantibus procul*
B *dubio Bretizlao et Severo, Breunoviam, ut petierat, deletum et sepulturæ mandatum est.*

*in S. Benedicti ecclesia*

48 *Quem, sero nimis, ut quidem biographus noster scripsit, cognitum, viventem non potuit, defunctum beneficiis sibi devincire Bretizlaus studuit: quippe cujus gratia eodem anno monasterium Breunoviense prædiis auxit; qua de re Bretizlai diploma apud Magnoaldum Ziegelbauer exstat, in quo sic loquitur*: Ob amorem quoque et memoriam Guntherii Heremitæ, qui me de sacro fonte baptismatis susceperat, ipsum in ecclesia Brzeunoviensi sepeliendo, contuli eidem ecclesiæ circuitum meum in Prachensi provincia has villas *etc.* : *Datum scribitur Pragæ* anno gratiæ MXLV, XV Cal. Novembris. *Meminit in eodem Bretislaus ecclesiæ Breunoviensis, S. Adelberto sacræ, velut a se jam tum constructæ: sed ea tum nondum perfecta fortassis erat: certe Magnoaldus Ziegelbauer pag.*145, B. Guntherum, *non in S. Adalberti, sed in S. Benedicti antiquiore ecclesia sepultum fuisse tradit: verba ejus citato mox loco hæc sunt*: Fuit vero sacrum Divi Guntheri corpus non in majore ecclesia S. Adalberto sacra, et a sæpius dicto duce Brzetislao
C postea primum constructa, sed in altera antiquiore, licet minore, ab ipso fundatore duce Boleslao Pio erecta et S. Benedicto sacrata, depositum, gloriosoque tumulo inclusum, ad clavum monasterii sedente abbate Mainhardo. *Ms. Ducis de Altaems, quod ejus obitum anno* 1046 *illigat, addit sepultum fuisse ante aram S. Stephani protomartyris; quod etiam diserte legitur infra cap.* I *Miraculorum* B. Guntheri *num.* 6.

*ubi pluribus*

49 *Quanti fuerit apud Deum* Guntherus *meriti, frequentia admodum declararunt prodigia, ad ejus tumulum fieri solita: horum partem bonam post ejus Vitam edemus ex Ms. ducis de Altaems; quod in apographo nostro non una manu scriptum notatur, et indicio est, prodigia ista a diversis, prout nempe illa temporis successione fiebant, in litteras missa fuisse. Fecit eorum multitudo, ut seculo* XIII *sub Martino, Breunoviensi abbate de solemni ejus canonizatione ab Alexandro IV summo Pontifice impetranda actum fuerit; sed qui factum sit, ut intermissum fuerit id negotium, dictum est* § 1 *num.* 3. *Nec fieri Breunoviæ prodigia* B. Guntheri *meritis desierunt, donec seculo* XV *ob Hussi-*
*tarum in* B. Virum *blasphemias frequentium prodigiorum beneficia Deus visus est substraxisse mortalibus; ut Hagecius in Chronico Bohemiæ scribit ad annum* 1045. *De multitudine vero prodigiorum illorum non modo ex paulo ante memorato codice constat; sed Przemizlai Ottogari Bohemiæ ducis hujus nominis III diploma anni* 1266 *etiam affert Ziegelbauer pag.* 140 *et seq., quo is villam Curomirtwi monasterio Breunoviensi* ob reverentiam viri religiosi fratris Guntheri in Brzewnow, pro cujus meritis omnipotens Deus multa operatur miracula in diversis necessitatibus, *se donasse testatur.* D

*miraculis*

50 *Eamdem etiam testatus est Bonifacius IX, Pontifex Romanus in Bulla anni* 1390 *(fuerat die* IX *Novembris anni præcedentis Pontifex coronatus) quæ, quia etiam indulgentias continet ab eodem Pontifice iis concessas, qui die emortuali* Guntheri *ecclesiam Breunoviensem visitarent, eaque* Guntheri *cultum tacite approbat Pontifex, integram hic ex laudato Ziegelbauer referre est visum*: *sic habet*: Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Splendor paternæ gloriæ, qui sua E
mundum illuminat claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius majestate sperantium tunc præcipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus et meritis adjuvatur. Cum itaque, sicut accepimus, in ecclesia monasterii Brzeunoviensis prope Pragam Ordinis S. Benedicti, in qua multæ Sanctorum reliquiæ sunt venerabiliter reconditæ, et in qua etiam corpus recolendæ memoriæ Guntheri de Hassia, professi monasterii Altaën : dicti Ordinis Ratisbonensis diœcesis requiescat *, Dominus noster Jesus * requieseit
Christus ob ipsorum Sanctorum merita multa miracula operatur *, cæcis visum, claudis gressum * operetur
reddat, diversisque detentos languoribus, et morborum generibus laborantes curet, et ad quam causa devotionis et propter curationes hujusmodi languorum et infirmitatum fidelium confluit multitudo.

*claruit;*

51 Nos cupientes, ut dicta ecclesia congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem, quo ex hoc ibidem uberius dono cœlestis gratiæ F
conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in die obitus prædicti Guntheri visitaverint annuatim, duos annos et totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam, vel ad ejus reparationem seu fabricam manus porrigentibus adjutrices, seu alias inibi pias eleëmosynas erogantibus, aut alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus duratura præter illam, quam alias dictam ecclesiam visitantibus, et ad ejus reparationem manus porrigentibus adjutrices sub dato XIV Kal. Decembris proxime præteriti concessimus, per Nos concessa fuerit, hujusmodi præsentes literæ nullius existant roboris vel momenti. Datæ Reate VII Idus Julii pontificatus nostri anno primo. *Infra legitur*: Jo. de Malesicz. Guntherus *hic* de Hassia *vocatus videtur, non quod in Hassia (nam Thuringiam ejus patriam fuisse, clarius, quam ut verba ejus in alium sensum detorqueri, aut de Hassia exponi commode possint, in Vita S. Godehardi Wolfher-*
*rus*

A *rus tradit*) *natus fuerit; sed quod ex Hersfeldia, Hassiæ monasterio, ubi se Godehardo primum junxerat, una cum hoc ad Altahense in Bavaria monasterium, Benedictini Ordinis habitum suscepturus venerit.*

*at ubi modo corpus ejus sit,*

52 *Ceterum non modo Hussitarum in Bohemia grassantium tempore frequentia ad* B. Guntheri *tumulum fieri miracula desierunt, sed nec quid deinde de illius corpore factum sit, satis compertum habetur hactenus. Anno* 1420 *Hussitæ Breunoviense monasterium fortunis omnibus eversum flammis addixerunt.* Nec erat quidquam, *inquit Ziegelbauer pag.* 170, sacri profanive in toto monasterio, quod hæreticorum furore afflatum, disjectum, et pessum datum non sit. Expilata sacrilege ecclesia, conculcata Divorum lipsana, mortuorum sepulchra violata, effracta religiosorum sacraria, destructa antiquitatis monumenta, bibliotheca Vulcano dicata, monachi comprehensi, in vincula conjecti, ac Pragæ publico in foro Religionis odio exusti. *Qui tum temporis Breunoviensibus monachis præerat Ni-*

B *colaus abbas, fœda illa imminente tempestate, quæ potuit, exitio subtraxit, segue Braunam, quæ abbatis Breunoviensis anno* 1740, *quo Breunoviensis monasterii Historiam Ziegelbauer edidit, sedes erat, contulit. Num etiam* B. Guntheri *corpus inde Nicolaus abstulit? Ita sane opinati sunt nonnulli, ut ait laudatus Breunoviensis monasterii historiographus pag.* 146, *maxime Policensis Præposituræ seu prioratus monachi, penes quos ea traditio est*, B. Guntheri *corpus apud se fuisse depositum. Traditionem ipsorum utcumque confirmavit anni* 1684 *eventus.*

*haud certum est.*

53 Stabat, *inquit Ziegelbauer*, in Poliensi ecclesia ara D. Magdalenæ sacra, cujus forma et situs cum amplius non placerent, destructa fuit. Dum servet opus, instant operæ, ara loco movetur, hem tibi arcula lignea conspicuam se præbet; qua aperta, ossa cœlitis comparent. Suspendit hæc inventio totum Brzeunovium; multos etiam impulit, ut crederent esse sacras Guntheri reliquias, quas hic sitas esse, Policences a Majoribus se accepisse testabantur. Thomas id temporis abbas reliquias in veteri ara inventas, in ara nova reponi jussit. Ejus successor Othmarus Policio Brzeunovium transfer-

C ri, atque non in ara, sed retro aram B. Guntheri reponi voluit; *non prius pro* B. Guntheri *reliquiis fidelium venerationi exponendas, quam vel a Romano Pontifice vel loci episcopo tamquam tales fuerint approbatæ. Ex quibus fit, nec ab ipsis Breunoviensibus inventas in arcula lignea anno* 1684 *reliquias pro indubitatis* B. Guntheri *reliquiis haberi. Locus ipse, quo in Breunoviensi ecclesia olim vel nunc forte etiam jacent, inveniri, ut iterum laudatus scriptor tradit, ob ducentorum fere annorum Breunovensium a loco absentiam in ruinis hactenus non potuit. Instant interim, ut pristino splendori Breunoviense monasterium restituant: sub annum* 1761 *inventus fuit lapis sepulchralis terra olim erutus, loco non signato, ut Bonaventura Piter in litteris eo anno ad nos datis significat. Aspiret piis Breunoviensium laboribus, et ex ipsorum, et totius procul dubio Bohemiæ votis Thaumaturgi sui, si forte alicubi hæreticorum furori olim ereptæ lateant, indubitatas reliquias Deus detegat.*

AUCTORE J. B.

## ACTA,

## Auctoribus, ut apparet, partim Wolfherro æquali, partim anonymo minus antiquo.

### *Ex Mabillonio Sec.* VI *Bened. part.* I, *pag.* 480 *et seqq.*

*Guntherus, relicto seculo,* *a* *b c* *d*

REgnante piissimo imperatore Henrico, hujus nominis secundo *a*, cum beatus Godehardus *b* Altahense cœnobium *c* regeret, fuit in Turingiæ *d* partibus quidam vir nobilis, dignitate et meritis illustris, nomine Guntherus, qui pro delictis juventutis ingemiscens, et considerata diligentius actuum suorum qualitate, faciem E Domini in confessione præveniens, Hersveldiam *e* ad eumdem beatum Godehardum abbatem, noviter eidem ecclesiæ ab ipso imperatore præstitutum, digne, ut postea patuit, pœnitendo accessit, eique omne secretum cordis ac voluntatis suæ funditus aperuit. Quem abbas, juste in Deo immoratus, blanda consolatione et condigna etiam provisione, pœnitentem suscepit et ad monachicam usque professionem saluberrima sui commonitione, Domino cooperante, convertit. Qui propriæ diffidens imbecillitati corporis et animi, ad penitus abdicanda quæcumque sunt sæculi, multiplicem suæ hereditatis proprietatem, quam acceperat a progenitoribus, sancto Wigberto *f* cum consensu heredum suorum firma traditione totam delegavit, sub testibus tamen primitus testamento pactus, ut monachus factus, monasterium, quod Gelinge *g* dicitur, victus et vestitus gratia ipse possideret, ac fratribus illic Christo servientibus secum inde necessaria provideret: sanctus abbas prudenti pertractans consilio, hujusmodi noviter converso talem pactionem in via mandatorum Dei maximo futuram esse periculo, et plus in- F de per dies animæ nasci dispendium, quam corporis, ut putabat, subsidium; interim illum provida mente ab incœpto suspendit, et laïco habitu adhuc usum ad Altahense monasterium secum perduxit.

*e*

*f*

*g*

*Altahæ monachus factus, et in Gelingensi monasterio aliquamdiu moratus;*

2 Ibidem vir prudens prædictus Guntherus cordetenus compunctus petiit ab abbate, ut ante professionem liceret sibi Romam petere et Apostolorum Christi et aliorum Sanctorum intercessionem pro transanctæ vitæ deviis et pro novæ viæ ingressu quærere. Quo permittente, ivit et rediit, tandemque ante altare sancti Mauricii cingulum deponens, caput et barbam totondit, et facta de more petitione susceptus, ac aliquamdiu regulariter probatus, ab eodem pastore vitæ monasticæ habitum est adeptus *h*. Verum post votum professionis, non immemor suæ, quam præscripsimus, pactionis, adiens abbatem Godehardum, petiit licentiam, patriam repetendi, et locum, quem pepigerat, juxta conditionem incolendi. Quod pius pater Godehardus interim consensit, nolens cum obstinata contradictione ab effectu, quamvis iniquo, prohibere, donec, ratione dictante, illicita

Ex Mar. cita cupientem animum paullatim posset mitigare. Venienti igitur ad locum, Gelinge dictum, et disponenti necessitates ibidem commanentium, ex occultis tentationibus tentatoris et insidiis, Deo, ut certe credimus, ad exemplum beati Job permittente, multa e varia ei occurrerunt incommoda, pro quibus dum ipse, scilicet antea paupertatis ac laboris insolens, ad abbatem sæpius queritando confugeret, ejusque pro talibus consilium et auxilium anxie perquireret, sollicitus pater fluctuationem mentis ejus profunde prospiciens, subsecuturam cordis mutabilitatem vehementer pertimescens, blanda interdum consolatione et suaviloqua commonitione mœstitiam cordis ejus mitigarat. Interdum vero juxta Apostolum arguendo, obsecrando, increpando oportune et importune, nutantem animum ejus castigans, ad viam salutis eum reducere studuit; qui tamen adhuc modicum profecit.

*Altahamque regressus,*

3 Sed cum in hac altercatione sæpius luctarentur, et in hujusmodi molestia ambo crebrius fatigarentur, illi iterum quamdam suæ sollicitudinis
B querelam suggerenti vir Dei debito justitiæ zelo permotus, turgente, ut aiunt, pulmone respondit, ut aut in promissa obedientiæ stabilitate Deo devotus serviret, aut certe ad solitam sæculi vanitatem laqueis iterum satanæ irretitus, abjecto habitu, rediret. Ad quam vocem stupefactus auditor intremuit, et erroris sui nimietatem sero tandem perhorrescens ingemuit. Sed et hanc causam pio imperatori Henrico per ordinem abbas totam secretius insinuavit, ipsumque adjutorem ad corrigendum talem hominem corrogavit. Quem confestim princeps ad colloquendum evocans per semetipsum convertit, et Euangelicis vel Apostolicis regularibus præceptis instruere cœpit, nullum posse duobus dominis servire, nec monachum ad sæculum, ut canem ad vomitum, reverti debere
*i* *i*. His et aliis hujusmodi præcautionibus tandem in Christo vere compunctus, Vir memoratus omni prædicta pactione cordetenus oblita, et tota cujuscumque incommodi querimonia abolita, ad Altahense monasterium, ubi tunc sub ejusdem patris cura, ut in gratia omnium loquar, singulare divini cultus studium fervebat, se con-
C tulit, et illic fratribus humillime subjectus, et in sacræ religionis districtione plenius in brevi tempore, divini roris infusione instructus, ultra regulare præceptum semet, prælatis admirantibus, afflixit.

*in Hungariam a S. Stephano*

4 Cumque in austeritate vitæ perseveraret, et exemplo suo quamplures ad viam veritatis incitaret, veluti lucerna ardens super candelabrum posita, fama ejus bono odore respersa
*k* ad aures beati Stephani, regis Ungarorum *k*,
*l* ipsius venerabilis Viri cognati *l*, emanavit, cujus animum magno dilectionis incitavit amore, ut hunc facie ad faciem videret, quem sic de virtute in virtutem proficere frequens fama prædicaret. Unde factum est, ut ad ipsum nuncios dirigeret, et, ut ad eum venire non recusaret, omni studio postularet. Vir autem Domini conversionis suæ non immemor, hæc sibi minime licere respondebat, quæ rex pius postulabat. His rex auditis, majoris inflammatur charitatis amore, et, velut antea, nuncios direxit. Sed ille se venire, etiam secundo denegavit. Tertio itaque post illum veluti primo et secundo transmittebat, et, ut ipsius petitioni assensum præberet, humiliter postulabat. Igitur sanctus Guntherus, regis tandem victus precibus, ejus D
petitioni licet invitus annuit, et, accepta abbatis et fratrum benedictione, cum transmissis legatis pariter et ipse ad regem pervenit. Rex autem, viso sancto Gunthero, gavisus est, et quomodo hunc arctius, veluti justum et sanctum diligebat, circa ipsum majorem diligentiam habere satagebat.

5 Factum est autem, dum hora prandii sanctus *evocatur*: Guntherus mensæ regis pariter consedisset, rex sibi pavonem assatum apposuit, et, ut carnibus vesceretur, intime flagitare cœpit. Sancto autem Viro sub regulari conversatione degente, et hujusmodi cibis abstinente, penitus contradicebat, et illicitis se contaminari nolle asserebat: cujus voluntati rex non minus resistebat, ut apposita manducaret, non solum rogando, verum etiam præcipiendo laborabat. Quidnam facere poterat? Præcepto regis se obtemperare promittebat, sed in divino adjutorio fiduciam retinebat. Quapropter factum est, ut inter prandentes hic solito more orationi insisteret, caput manibus inclinaret, profusis lacrymis, ne illicitis cibariis pollueretur, divinam clementiam implorabat. Mira res atque stupenda! Completa Dei Famulus oratione, ca- E
put de manibus elevabat, avis assata mensæque superposita, reddita vitæ pristinæ, devolabat, et ab ejus usu gratia divina Virum liberabat. Quo viso cuncti miraculo inaudito, Deo gratias referebant, nec amplius sancti Viri voluntati resistebant *m*. *m*

6 Sed Dei Famulus plus appetens mala mundi *cum dein monasterio Rinchnach a se condito* perpeti, quam laudes, pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ hujus favoribus extolli, deserti loci secessum, cum aliquantis sibi de Altach cohærentibus in quodam saltu Boëmico *n* *n*
de permissione abbatis sui domini Godehardi petiit, ibique cellulam in honore sancti Johannis Baptistæ construxit, et ipsum locum Rinchnach *o* proportio nomine appellavit, in qua ad XXXVII *o*
*p* annos in studio sanctæ Religionis et in summa discretione paupertatis spontaneæ cum sibi *p*
remanentibus vixit. Annona denique erat varia, ubi de potu et deliciosis cibis nihil erat, et ubi non nisi sola aqua habebatur, et ipsa etiam hospitibus ad sufficientiam, fratribus vero ad mensuram dabatur. Litteras omnino, nisi tantum psalmos aliquos non didicit: et tamen om- F
nem rationem et intellectum Euangeliorum, Legis et Prophetarum, historiarumque ex crebra fratrum relatione et avidiore Verbi Dei auditione percepit: adeo ut sæpissime obscuriora mysticæ intelligentiæ interdum subridendo, interdum vero admonendo stupentibus auditoribus proferret.

7 Quod nos quidem, qui eum familiarius *verbo* cognovimus, frequenter audivimus *q*, præci- *q*
pue tamen cum in summa sua festivitate adesset in cella, quam ipse in honore beati Johannis Baptistæ construxerat, specialis sui patroni, sermonibus ejus affuimus, quo in capitulari collatione eodem die fratres suos admonebat, dum eos de ejusdem patris, beati videlicet Johannis, vita et moribus, victu etiam, vestitu ac operibus ad paupertatis sub Deo placitam tolerantiam instruebat. Verum enim dico et coram Deo non mentior, quia omnes pæne, qui aderant eidem sermoni, ad uberrimam lacrymarum effusionem dono Dei compuncti sunt. Assedit et ibidem venerabilis Ratmundus abbas cum plurimis sui cœnobii fratribus, et aliis insuper multis

A multis hospitibus, præter nos, quos in canonico habitu illuc ingredi religio vetuit, quos tamen familiaritas et maxime abbatis licentia circumquaque ad fenestras, ignorante concionatore, clanculo collocavit. Erat enim, ut de sancto Benedicto dicitur, quem post Dominum vita et moribus sequebatur, scienter nescius et sapienter indoctus.

*et exemplo* 8 Hæc itaque breviter diximus de honestate morum et conversione nobilis viri Guntheri, quantumque per pœnitentiæ satisfactionem Domino complacuerit, quæ nobis ad imitationem boni exempli sufficiant. Ecce camelus, deposita gibbi sarcina, augustum foramen acus penetravit, ipsum ducente, cui omnia possibilia sunt et nihil difficile, quique est mirabilis in operibus suis, maxime in misericordiis, neminem propter enormitatem scelerum deserens, omnia dissimulat propter pœnitentiam peccata; una hora convertens impium, sanctum facit; cujus virtute caput antiqui hostis pugnando contrivit Christicola Guntherus. De virtutibus vero hujus venerabilis Viri, quibus adversarium superavit, vel quas ejus insidias pertulit, nulli B compertum habetur *r*, eo quod multo tempore hominibus incognitus mansit : qui tamen licet locum mutaverit, hostem non mutavit, nullique dubium, quia quanto magis in spiritualibus profecit, tanto plus acriora certamina toleravit. Igitur quanti meriti Vir iste sit, per lapidem miratur, in quo dum in vasta eremo solitarius Christo militaret, post laborem quievisse, quantitas membrorum ipsius, veluti in molli strato quiescentis, nunc usque apparet impressa *s*. Et quid dicimus? Nam sicut ad roborandam fidem credentium Petri Apostoli vestigiis fluenta maris Christi pietas solidavit; sic ad declarandafamuli sui Guntheri merita duritiam silicis in mollitiem ipsius membri stravit : ut ex hoc clareat, quanta suavitate in cœlis animam ejus pius Judex remunerat, quem ad sectanda sua præcepta misericorditer inflammavit.

*profuisset,* 9 Attollamus igitur mentes nostras ad imitanda Sanctorum exempla, ut, dum eorum gesta laudamus, nos ipsi probabilem vitam ducamus, juxta quod Psalmista admonet dicens : *t* « Quærite Dominum, et vivet anima vestra *t*. » C Et iterum : « Accedite ad Dominum, et illumi- *u* « namini, et facies vestræ non confundentur, Tunc enim facies nostræ in die judicii non confundentur, nec terribilem sententiam « Ite ma- « ledicti in ignem æternum » audiemus, si toto corde ad eum accedentes prava fugere, hujus mundi inquinamenta devitare studuerimus : atque ab omnibus peccatis per pœnitentiæ labores expurgati, cum Sanctis et Electis audiemus a pristino Judice : « Venite Benedicti Patris mei « percipite regnum, quod vobis paratum est ab « origine mundi. » Ad quod regnum ipse Dominus invitat, cum dicit in Euangelio : « Si quis « mihi ministrat, me sequatur, et, ubi sum ego, *x* « illic et minister meus erit *x*. » Sed quia fragilitate depressi ad sublimia minime tendere valeamus, tota mentis intentione sancti Patris hujus poscamus suffragia, ut ipse, qui non justos, sed peccatores vocare venit, precibus sui dilecti Confessoris, igne Sancti Spiritus pectora nostra inflammans, nos de convalle hujus miseriæ et via peregrinationis revocet æternam ad patriam. Ergo Dei clementiam, quæ servum suum de labore perduxit ad requiem, superlaudantes, ne lector circumlocutionibus corda detineat auditorum, sermonem vertamus ad ea, qualiter ad laudem et gloriam nominis sui nobis peccatoribus Servi sui terminum hujus vitæ manifestare dignatus est, pandamus breviter.

Ex Mab.

*in solitudine* 10 Cum vero omnipotens Deus beatum Virum vellet a labore quiescere et æterna mercede remunerare *y*, ejusque vitam in exemplum hominibus demonstrare, ut posita super candelabrum lucerna claresceret, quatenus omnibus, qui in domo Dei sunt, luceret, contigit, ut inclitus tyro, dux videlicet Bredislaus, cum Poloniam gloriose subjugasset *z*, victorque cum pace ad sua redisset, cujusdam urbis, quæ Prahen *aa* dicitur, confinium causa venationis cum suis adiit, ubi quadam die, ut solebat, venatum exivit. Cumque sui omnes huc illucque discurrerent, nec in aliquo proficerent, subito apparuit eis cervus miræ magnitudinis, quem ipse dux cum magna alacritate subsecutus est. Tunc cervus quasi fugam simulans in quemdam locum ipsius silvæ quam celeriter devenit, et, veluti nullo sequente, secure stare cœpit. Hoc dux intuitus ac solo cliente parvo contentus, cer- E vum aggreditur et ejus formam et magnitudinem diligenter scrutatur : denique cum fidei armis munitus hæsitaret animo, subito de cæli fastigio audivit claram sibi vocem taliter insonantem : O Bretislae, non semper, quæ alta sunt Dei consilio, tuo fragili desiderio quæras ; sed cum humilibus humilia, tibi tuisque profutura ne prigriteris attendere. Hoc enim in loco latet Dei thesaurus, cui * quondam valde amabilis, nunc vero et in futura tempora cunctis quærentibus pie desiderabilis. Nam scriptum esse cogita : Pater meus operatur, et ego operor, quia ego in Patre, et Pater in me est. Ideoque quidquid servi mei operantur in hoc sæculo, non eorum, sed Dei virtutem in omnibus credas.

*y*

*z*

*aa*

* *Cod. Alt.* tibi

*a Bretislao repertus,* 11 Hæc talia dum dux tacitus audiret, et ut amens stupefactus, de loco, quo stratus jacebat, vix resumpto spiritu, surgit, ac circumquaque aspiciens ilico in ipsa vasta solitudine rivulum parvulum a longe videt, pulcroque F gramine circumdatum, quasi quibusdam odoribus abundare : quo in loco lapidem miræ magnitudinis et super eum cellulam, vilibus de lignis constructam, miro odore redundantem invenit, et solus cum solo cliente de supercilio montis descendens, licet pavidus, cruce tamen sancta in fronte signatus, quid ibi lateret, cognoturus celeriter intrat. Et ecce Senem pulcra canitie sedentem et albescentem ac veluti angelum Dei in vultu relucentem, lectoque ceu in oratione prostratum aspicit, nimio quoque horrore pervasus cœpit stare. Quem Senex pio vultu intuitus, ne ad talia trepidaret, sed ut Deum omnipotentem in omnibus laudaret, monuit, et quod ipse Guntherus esset, qui eumden de sacro fonte suscepisset *bb*, diversis indiciis licet admiranti duci assignavit. Tunc dux his verbis spiritum ad plenum resumit, et, constantia animi recepta, pium Virum interrogavit, quomodo, vel quando ad tam insolitam solitudinem devenisset, vel cur tam duram vitam monachorum attigisset *cc*; ac satis amicabilis et multum lacrymabili affatu precatur, ne ulterius tam nobilis Vir hominibus lateret incognitus, sed ad terram sui ducatus melius fovendus perduceretur, quam plurimum rogabat. Quod Vir Dei prorsus renuit, et ne Dei voluntati

*bb*

*cc*

Ex Mab. voluntati in aliquo contrairet, sollicite Deum rogans. Unde dux valde miratus, et in ejus piis admonitionibus et diversis verbis consolationis, orationibus se sancti Viri commendavit, et ut in reliquo de apparatu proprio nulla necessaria ei deessent, se daturum promisit.

*ac brevi post* 12 Quæ omnia Guntherus a præfato duce benigne suscipiens, et multa prædixit futura, et velut quodam præsagio inter reliqua pii affaminis verba proloquens dixit: Meæ dilectionis causa si venisti, fili, meæ petitioni esse contrarius noli. Nam corpusculi mei jam dissolutio instat, et quamvis de sepultura mea diversi diversa sentiant, ego, ut in spiritu loquar, corpusculi mei Breunoviæ *dd* depositionem locandam testor, et quod in spiritu loquor, id ab Omnipotente, ut fiat, exopto. Proinde, carissime fili, memoriæ causa prædicto loco Breunoviæ aliquid solatii apta, ut et mei in Domino et tui, tuorumque omnium in posterum in Deo memoria habeatur, et in mei requiei, quæ futura inibi diem judicii exspectabit, dignum memoriæ fructum, tuis licet postea, vel tuorum successorum in temporibus confirmanda prudenti consilio adapta. Super hæc B autem omnia, si meæ discessionis vel migrationis terminus delectat, crastinæ diei * tertia hora quid de meo transitu divina operatio sentiat, meæ fragilis vitæ terminus declarabit. His dux auditis, turbatus est animo et in oscula ruens, amarissimis circumfusus lacrymis, magno rugitu talia proclamabat: O carrissime Pater, cur me, licet ad te tarde venissem, detestaris? O canities veneranda, quem veluti angelum Dei, licet indignus amplector, cur me filium, ut dicis, tuum spiritualem tam cito, ceu orphanum, relinquis? Tuæ enim puræ orationes, tua crebra, ut spero, jejunia, meæ privitatis deberent esse et fuerunt tuta præsidia, ut apud Deum omnipotentem pro meis criminibus, quibus humana fragilitas sæpius convincitur, hostisque mille fraudum dolis atteritur, fierent assidua suffragia.

** Cod. Alt. tertia die*

*e vita discedens* 13 His clamoribus motus pius Guntherus dixit flenti nimiumque gementi: Desine, fili, desine talia agere, et sperans in Domino, noli metuere meæque petitionis effectum libenter excipe, veraciter perfice, jam jam ad tuos redi, meique secretum prodere noli sed crastino non tarde redeas, et meæ migrationi, si Dominus Deus voluerit, interesse poteris. Tunc dux valde tristis C et gemebundus, benedictione tamen accepta, cum suo cliente discessit, et, ne cui talia secreta prodat, sub interminatione interdixit. Igitur sequenti die Bredislaus dux, assumpto venerabili episcopo Severo *ee*, qui sibi speciali familiaritate adunabatur *ff*, summo diluculo ad Vir Dei cellulam pervenerunt, ipsumque orationi instantem, laudesque Deo omnipotenti psallentem invenerunt. Completa vero oratione, post longa futuræ vitæ colloquia peractisque a Severo episcopo missarum solemniis, Vir Domini corporis et Sanguinis perceptione se muniens, hora diei tertia, canentibus, qui aderant, et flentibus, inter orationis verba immaculatum Deo spiritum reddidit.

*ee*

*ff*

*Breunoviæ sepelitur, et miraculis claret.* 14 De carnis ergastulo recedente anima, tanta de eo suavissimi odoris redundavit fragrantia, ut cunctorum ibi assistentium perfunderet nares et pectora; cujus odoris suavitas tam diu stabilis permanebat, quousque Viri Dei corpus ad locum sepulturæ perveniebat. Post hæc, peractis omnibus ad exsequias attinentibus, corpus illud sanctissimum indomitis equis D est superpositum, quod cum tanta mansuetudine ad locum sepulturæ ab eis delatum est, ut profecto claresceret, quanti meriti exstiterit in cœlis, cujus corpus bruta animalia, postposita ferocitate, venerabantur in terris. Obiit autem Christi famulus eremita Guntherus anno Incarnationis Domini MXLV *gg*, septimo Idus Octo- *gg* bris, sepultusque est in monasterio Breunoviensi *hh*, quod a civitate Pragensi distat XX stadiis, *hh* ubi ipse, dum adhuc viveret, adsepeliendum esse in spiritu prædicebat. In quo loco per ejus merita fiunt assidue miracula, multa infirmis præstantur beneficia, donante Christi gratia, qui cum Deo Patre vivit et regnat Deus per infinita sæculorum sæcula. Amen *ii*. *ii*

## ANNOTATA.

a Henricus, *hic memoratus idem, qui Sanctus hujus nominis imperator, cujus Vitam ad diem* XIV *Julii illustravimus. In Germaniæ regem electus est anno* 1002, *Romæ imperator coronatus* 1014, *ex hac vita ereptus* 1024. *Qui hunc præcessit Henricus Auceps regis titulo contentus fuit, nec in imperatorem Romæ coronatus: hinc* S. Henricus *a multis imperator hujus nominis I* E *nuncupatur, licet seipsum in variis diplomatibus II dixerit.*

b *Et hic in Sanctis numeratur. Natus in Bavaria Superiori, Benedictinus monachus factus est in Altahensi monasterio, inferiori scilicet, de quo mox, anno* 990 *: ejusdem abbas sub annum* 998; *dein etiam Hersfeldensis anno* 1005 *usque ad annum* 1012 *: anno vero* 1022 *factus Hildesheimensis episcopus e vivis abiit* 1038. *Videsis tom.* 1 *Maii pag.* 501.

c *Geminum hujus nominis in Bavaria juxta Danubium Ordinis Benedictini monasterium est; alterum non procul Straubinga, quod* Superius, *alterum non procul Deckendorffio,* Inferius *dictum, cujus abbas prius Godehardus fuit, quam Hildesheimensis factus est episcopus.*

d *Germaniæ regio est, inter Hassiam, Misniam, Franconiam et Saxoniam sita.*

e *Ordinis Benedictini olim monasterium, nunc oppidum in Hassia ad Fuldam fluvium.*

f *Abbati olim Fritzlariensi, cujus corpus in Hersveldiense monasterium, ut dictum ad diem* XIII *Augusti, quo colitur, translatum fuit.* F

g *Locum* Gellingen *in Thuringiæ Tabula apud Blaevium invenio ad Wipram fluvium in districtuum Sundershausensis et Franckenhausensis confinio.*

h *Anno* 1006.

i *Quæ hic de S. Henrico,* Guntherum *ad constantiam animante narrantur, Wolfherrus non habet in Vita S. Godehardi sive apud nos tom.* 1 *Maii, sive seculi sexti Benedictini part.* 1 *apud Mabillonium. Hæc itaque recentior forte aliquis, Wolfherri fere verbis usus hactenus, hujus narrationi addiderit.*

k *Sancti hujus regis Acta prolixe discussa et illustrata habes in Opere nostro tom.* 1 *Septembris a pag.* 456.

l *Qui S. Stephano, Hungarorum regi cognatione conjunctus* Guntherus *fuerit, non liquet: duxit Stephanus in uxorem Giselam, S. Henrici imperatoris sororem: hujus forte ratione* Guntherus *S. Stephani cognatus vel affinis fuit.*

m *Relata hoc et proxime præcedenti numero de* Guntheri *ad S. Stephanum accessu pariter non habet.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *habet Wolfherrus in Vita S. Godehardi tom.* I *Maii, nec apud Mabillonium proxime citatum: Stephanum vero serio voluisse, ut* Guntherus *illicitas sibi carnes comederet, parum est verosimile: idem itaque de hac narratione, quod de altera, de qua ad litt.* i, *jam tulimus, esto judicium. Porro non semel contigisse, ut Stephanum* Guntherus *adierit, magnaque hunc apud regem valuisse auctoritate et gratia, scribit Carthuitius in Vita S. Stephani: ejus verba dedi num.* 36 *Commentarii prævii.*

n Nordwald *seu silva Aquilonaris vocatur a S. Henrico in diplomate, num.* 22 *laudato: silvæ hujus situs partim describitur in Joannis Aventini Excerptis diplomaticis Passaviensibus tom.* I *Scriptorum Rerum Boicarum pag.* 708, *ubi hæc:* XIII Non. Maii MX. Guntherius cancellarius vice Willigisi archicapellani Reganespurg regni VIII. Henricus div. fav. clementia rex, ob preces conjugis Chunegundæ et dilectissimi ducis Hezelini et obsequium devotæ Heilkæ divæ Genitricis ecclesiæ dat partem sylvæ Nordwald in comitatu Adalberonis a
B fonte fluminis Ultza usque ad terminum sylvæ hujus, ubi separat Bojemiam et Bavariam et decursum Ultzæ et Rotulæ usque in Danubium. *Videtur itaque silva hæc S. Henrici et* Guntheri *ætate tam Bavariæ, quam Bohemiæ occupasse limites: unde a biographo nostro et Wolfherro dicta videtur* Saltus Boëmicus. *Verum priusquam in hanc silvam venit* Guntherus, *triennio fere, quod et Wolfherrus et biographus tacuere, in monte Rancinga, una rasta, seu, ut quidam interpretantur, milliari uno ab Altahensi monasterio distante, vitam egerat solitariam; ut ex Arnolfo, auctore non solum synchrono, sed etiam* B. Gunthero *familiari diximus num.* 18 *Commentarii prævii. Quid porro rerum in eo monte gesserit, ibidem vide.*

o *Distabat hic Bavariæ locus ab Altahensi monasterio Bohemiam versus milliaribus tribus; in quo monasterium et ædes sacras Joanni Baptistæ, B. Virgini, et sanctissimæ Crucis* Guntherus *condidit sub annum* 1009: *ecclesia anno* 1019 *a Berngero, Pataviensi episcopo, consecrata tantummodo fuit. Monasterium vero hoc, seu præposituram Altahensi monasterio subjectam* Guntherus *voluit.*

p *Totidem annis, ex Altahensi monasterio in*
C *solitudinem profectus,* Guntherus *vixit; quorum partem maximam in Rinchnacensi traduxit monasterio: non tamen omnes; aliquot enim vitæ postremos egit in Bohemia ex dicendis.*

q *Hæc Wolfherrus dixit, et dicere vere potuit: at non auctor recentior, qui post hunc numerum uti quidem Wolfherri verbis desinit, sed non ipsius simulare personam.*

r *Videtur ergo ignorasse, quæ ea de re (vide Comment. præv. num.* 20 *et seq.) Arnolfus scripsit, qui etiam hujusmodi plura sibi nota fuisse testatur, quæ ipsemet vel ex* Gunthero, *vel ex aliorum relatione perceperat. Si biographus noster aut idem, qui Wolfherrus, fuisset; aut, ut præ se fert,* Guntherum *familiarius novisset, an ista et sibi et omnibus incomperta dixisset?*

f *Verba illa, etsi quadrare possint auctori, qui* Gunthero *annis aliquot superstes fuerit, magis tamen congruunt auctori a* Gunthero *ætate paullum remotiori. Porro jacuisse saxum illud fertur in Bohemia non procul ab oppido Suscicensi in loco solitario, e quo, post annos aliquot ibi exactos, ex hac vita ad Superos abiit. Vide Comment.* Ex Mab.
*præv. num.* 44.

t *Psalm.* 68, ℣. 33.

u *Psalm.* 33, ℣. 6.

x *Joan.* 12, ℣. 26.

y *Biographus ad* B. Guntheri *mortem festinans, non meminit conditi a rege Hungariæ Stephano monasterii Beël,* Guntheri *consilio; non de* Guntheri *apud Stephanum versantis erga egenos amore et benevolentia; non de conciliata per illum pace inter Henricum III (alias II) et Bretizlaum, Bohemiæ ducem; quæ tamen, ut relatu sunt digna, sic et ab aliis scriptoribus, non fuere prætermissa.*

z *Anno videlicet* 1039 *: contigit Bretizlai ad* Guntherum, *proxime moriturum, accessus, cujus hic descriptionem biographus aggreditur, circiter quinquennio post.*

aa *Sita fuit in Boëmico districtu, qui ab illa* Prachensis *dictus est, prope Horazdiovicium ad Ottavam fluvium.*

bb *Idem testatur Bretizlaus in Diplomate, de quo num.* 48 *Comment. prævii. Porro, ut scribit Dubravius lib.* 7 *Historiæ Bohemicæ, Udalricus,* E
*Bohemiæ dux, initio statim principatus animum appulit ad matrimonium, cujus anno primo ex Bozena Bretizlaum filium suscepit. Cosmas vero Pragensis, postquam ereptam Polonis ab Udalrico Pragam retulit, mox initum ab eodem cum Bozena matrimonium memorat ad annum* 1002; *Hagecius ad annum* 1007.

cc *Difficile creditu est,* Guntherum *usque adeo Bretizlao fuisse ignotum; maxime cum a quinquennio tantum pacis ipsum inter et Henricum III, alias II, ut num.* 42 *ostensum est, sequester fuerit; non immerito igitur suspicari possumus, hoc et alia adjuncta scriptorem recentiorem, non e Wolfherro, sed e vulgi forte traditione narrationi suæ inseruisse.*

dd Breunovia *Ordinis Benedictini cœnobium est ad pedem montis Albi, dimidio fere lapide Praga, primaria Bohemiæ civitate, distans Occidentem versus. Plura de eodem vide in Comm. prævio num.* 52, *et infra pag.* 1078 *lit.* g.

ee *De* Severo *Annalista Saxo ita scribit ad annum* 1031: Eodem anno in Natali Apostolorum Petri et Pauli Severus ecclesiæ Pragensis sextus episcopus ordinatus est a Moguntino archiepiscopo Bardone. *Et iterum ad annum* 1067: Severus, Pra- F
gensis episcopus, utramque fortunam satis expertus decessit.

ff *Id si verum est, amicitia, quæ inter Bretizlaum et Severum intercessit, perpetua non fuit: nam verbis, de Severo mox citatis, addit idem Annalista* : Nam aliquando a Bracilao duce catenatus et incarceratus fuerat. *Et ad annum* 1042 *scribit, Severum ad Henricum imperatorem, qui, bello renovato, castra prope Pragam metatus fuerat, inscio Bretizlao, venisse et apud illum mansisse, quod Bretizlao haud fideret. Sed resarciri postmodum amicitia potuit.*

gg *Consonat Hermannus Contractus in Chronico ad eumdem annum* : Autumnali tempore, *inquit*, Guntharius eremita ad Christum migravit et in Praga *(seu prope Pragam in Breunoviensi monasterio)* sepultus. *Mortuus legitur anno* 1047 *apud Lambertum Schafnaburgensem; sed perperam.*

hh *Vita* B. Guntheri *Ms., ex codice ducis de*

Ex Mss. *de Altaems desumpta, hæc addit de illius sepultura* : Interfuerunt autem sepulturæ ejus quamplurimi nobiles de Boëmia et de Bavaria una cum illustri duce Bretizlao et reverendissimo patre ac domino Severo, Pragensi episcopo, et aliis multis clericis et laïcis, et fecerunt planctum magnum super corpusculum sanctissimi Senis, animam ejus Regi angelorum cum summa reverentia commendantes et Dominum in omnibus operibus glorificantes.

ii *Codici Ms., e quo Mabillonius* Guntheri *Vitam edidit, hæc adduntur :* Conditor et Salvator humani generis per ineffabilem suæ bonitatis clementiam mirabiliter sanctos in cælis glorificans, misericors est peccatoribus in terris : et licet jam senescente mundo, corrupta sit omnis caro iniquitate, non tamen accensam lucernam patitur occultari, sed illuminatam igne cælesti ponit super candelabrum, ut omnibus in domo luceat. Lucernam dico beatum Guntherum, qui propria linquendo et Christi præcepta sequendo mundum despexit, quem miracula ad sepulcrum
B ejus, vel alias per merita ipsius, operante divina clementia, facta glorificant. *Sane frequentia admodum* B. Guntheri *intercessione meritisque contigisse prodigia, abunde docent, quæ modo subduntur.*

## MIRACULA

### B. GUNTHERI

### Ex Ms. codice membraneo bibliothecæ ducis de Altaems *a*.

### CAPUT I.

### *Miracula B. Guntheri usque ad Martini I abbatis Breunoviensis tempora.*

C

*B. Guntheri meritis sanantur contracti*

Fuit in partibus Pannoniæ quidam Laurentius nomine, nobilis et dives, sed membris contractus omnibus. Hic, audita fama beati Stephani, regis Ungarorum, quanta per illum clarescerent signa Miraculorum, pro recuperatione suæ sanitatis sepulchrum ejus frequentare solebat, et divinam misericordiam per merita ipsius cum lachrymis assidue implorabat. Qui eumdem Christi famulum, cum nocte quadam membra sopori dedisset, videbat sibi assistere, dicens *, debere eum in Boëmiam proficisci, et ibi apud sepulchrum beati viri Guntheri sanitatem pro certo accipere. Qui statim tali visioni, tamquam divino præcepto, devote obediens, in Boëmiam proficiscitur, ac beati prædicti patris Guntheri sepulchrum undequaque investigat : tandem per servos suos in claustrum Brennoven perducitur, eique sanctissimi patris Guntheri sepulchrum, ut petebat, ostenditur. Tandem ad sepulchrum positus orationi procubuit diutius, atque post multarum lachrymarum effusionem nec non purissimam orationem sanus et incolumis factus est per omnes compages membrorum suorum. Quo viso D cuncti miraculo, qui tunc aderant, benedicebant et glorificabant Deum in secula viventem. Fratres autem ipsius cœnobii, pulsatis omnibus campanis, Psalmum « Te Deum laudamus » solemniter decantabant; et beati Guntheri merita populo prædicabant. Ille autem vir, qui sanus evectus fuerat, pallam de nobili opere confectam, quam secum beato Gunthero deduxerat, sepulchro ipsius superposuit, quæ usque in hodiernum diem pro testimonio sanitatis ejus reservatur in ecclesia Brennowensi. Postmodum vero is, qui sanus effectus fuerat, fratrum se orationibus commendans et beati Viri sepulchrum devotius osculando, ad terram nativitatis suæ cum ingenti gaudio repedavit *b*.

2 Item fuit in Bavaria in Althaensi ecclesia *b*
inferiori *c* vir quidam contractus pedibus a nativitate sua nomine Lantfridus, adeo ut nec sursum posset respicere, nec, ut natura poscebat, gressus certos facere. Hic, quoniam naturali gressu pedum carebat, scabellis manuum, sicut poterat, gressus faciebat, cui, assidue orationi instanti, sancta Virgo Maria, Mater Domini, per E visum apparuit, dicens : si corporis tui medelam adipisci desideras, hanc in Brennowensi ecclesia apud sepulchrum beati Guntheri consequi poteris indilate. Qua visa, idem contractus, quasi somno de gravi evigilans, divinam ac beati Viri invocat clementiam, et injunctum sibi officium itineris aggreditur, multoque labore peracto, vix ad prædictum locum pervenit. Jamque dies beati Dionysii martyris instabat, in qua etiam beati viri Guntheri anniversarium diem prædicta ecclesia solemni officio celebrat *d*. Fra- *d*
tribus vero in choro vigiliis * devote psallentibus, languidus, ad sepulchrum beati Viri deductus, attentius precibus instabat, ut sanitatem recipere mereretur. Unde contigit, ut quasi unum de fratribus sub ignota facie, velut de choro venientem, aspiceret, qui sibi blando sermone diceret : Numquid me venientem non aspicis? Cur de terra non erigeris? Qui se subsannari æstimabat, ideirco turbato animo respondebat : Numquid omnibus assurgere possum, quos de choro egredi conspicio? Illo autem accedente propius, porrecta manu sua, levavit languidum de terra et super pedes stare fecit sanum et incolumem. F
Scabella vero, quibus utebatur velut pedibus, arrepta, ab ipso projecit longius, et statim ab oculis ejus evanuit, nec postea comparuit amplius. Quo viso cuncti miraculo, qui ad diem festum convenerant, et universi fratres pariter cum languido, qui jam sanus fuerat per merita B. Viri, pulsatis campanis, glorificabant et benedicebant Deum omnipotentem, qui in Sanctis suis ubique facit mirabilia.

3 Alio quoque tempore quidam nobilis de *dæmoniacus, mutus et cæcus,*
Boëmia nomine Zazin, obsessus erat a dæmone et multo tempore atrociter cruciabatur, qui ad viri Dei Guntheri tumulum ligatus adducitur, sed mox ut ejus tumbæ superponitur cum oblationibus parentum ejus, orationibus præmissis a dæmone eripitur, ac sanitati pristinæ redditus est meritis beati Guntheri. Quod videntes cuncti, qui tunc huic miraculo aderant, magno repleti gaudio, campanarum sonantibus signis, communiter Deum benedicebant et glorificabant viventem in secula seculorum, beatumque virum Guntherum majori venerabantur devotione tali miraculo provocati, et hoc miraculum longe lateque publice prædicabant.

Sunt

* dicentem

* vigilias

A Sunt et alia miracula, quibus athleta Christi Guntherus plebi suæ solita gratia subvenire consuevit. Quidam enim civis Pragensis, Martinus nomine, cum haberet filiolum cæcum et mutum a nativitate, audita præfati Sancti fama, spe divinæ clementiæ fretus, propriis filium suum bajulans manibus, venit ad Brennense *e* monasterium et eidem Sancto confessori, quasi quidam rusticus sancto Benedicto *, filiolum suum ad tumulum ipsius offert, tum convitiando, tum etiam supplicando rogabat, ut filium suum unicum curare dignaretur. Ubi cum orationi devote insisteret, meritis beati Guntheri filium suum recipere meruit sanum et incolumem, ab omni, qua detinebatur, infirmitate per omnia liberatum. Quo pater miraculo comperto, ingenti alacritate et mediam partem bonorum suorum offert Brennonensi monasterio pro filii sui sanitate, quem jam oculata fide conspicit sanatum. Ad quod factum universa Pragensis civitas cum iis, qui tum ad sepulchrum beati Viri convenerant, laudabant et benedicebant Viventem in secula seculorum.

* *an* Guntherо?

B 4 Et ecce quidam Bavarus, qui tunc temporis in Brennou aderat, ut merces exerceret, domum properat; miracula, quæ viderat, vicinis divulgat; ac cuidam amico suo persuadet, ut filium suum, quem a nativitate cæcum habuerat, sancti Guntheri precibus commendaret, credens ex toto corde ipsum posse per omnia sanari precibus et meritis beati Guntheri. Quod pater ut audivit, Sanctum tantum relatione cognitum die ac nocte precibus pulsat pro filii sui sanitate. Cumque multis insisteret jejuniis et orationibus, divinitus edocetur per visionem, ut, relicto filio suo cæco domi, celeriter pergat in Boëmiam et in abbatia Brennonensi sepulchro sancti Guntheri procumbens, auxilium filio suo deposcat. Visioni tali vir congratulans in Boëmiam proficiscitur, ac præfatam abbatiam aggreditur, sepulchro sancti Viri prosternitur, flagitans cum lachrymis, ut filium suum, quem cæcum et infirmum graviter domi reliquerat, sanum per merita sancti Viri accipere mereretur. Porro tali oratione completa, cum in nocte sopori membra dedisset, apparuit ei quidam senex decora facie, dicens ei; exaudita est petitio tua, quia filius tuus per jejunia tua et orationes tuas, beato Viro Gun-

*cæcus item alter,*

C thero pro te intercedente, jam lumen recepit et omnimodæ sanitati restitutus est. Hic ergo anceps promissi prædictus Bavarus domum revertitur; sed quis unquam divinis oraculis deceptus fuit? Certe nemo. Cum autem appropinquaret domui, noti et amici occurrunt, dicentes, puerum non tantum visum, verum etiam totius corporis recepisse sanitatem. Pater vero dubitat et gaudet. Itaque dubitata cumulantur gaudia: nam quod dicebatur ab amicis ejus, jam oculis patris videtur. Interrogat igitur, in qua die, vel quo tempore puer melius habuerit, sicque notificatur ei, quia ante sex dies esset sanitati restitutus. Cognovit itaque pater, quia illa hora erat, in qua divinitus responsum acceperat, filium suum sanatum esse et illuminatum, et tunc credidit ipse et domus ejus tota, et facta est magna lætitia in provincia illa temporibus illis.

*triennio languidus, f*

5 Quodam etiam tempore fuit in partibus Thuringiæ *f* vir quidam nobilis et potens, Petrus nomine, qui per trium annorum spatium gravi infirmitate correptus, magis optabat mori, quam vivere, quia jam ab omnibus amicis despectus habebatur. Hic audita fama beati viri Guntheri, quod multos ab infirmitatibus suis meritis liberasset, ejus se precibus commendavit, ubi cum multis orationibus amici ipsius ad Deum insisterent, sanitatem pristinam recipere meruit. Tandem bene convalescens iter arripuit in Boëmiam, et venit in monasterium Brennowense, et ibi ante sepulchrum beati Guntheri confessoris se prostravit, et cum multis lachrymis orationem fudit, et erigens se a terra sacram tumbam osculabatur, atque suspiria longa trahens cordis ab imo, pallam, quæ super tumbam posita erat, lachrymarum stilla perfudit. Quidam autem ex fratribus nostris, huic spectaculo assistentes cum omni diligentia investigare satagunt, unde venisset, aut quis esset? At ille, paulisper erigens se ab oratione et mente confortatus, tale edidit responsum: De partibus Thuringiæ ad referendas Deo grates et laudes venio et speciali domino meo sancto Gunthero, cujus meritis et intercessione a longa ægritudine liberatus sum. Per trium namque spatium annorum magno E languore correptus, non manum ad os ducere, nec aliud in latus declinare potui. Unde contigit, ut, ingravescente dolore, indesperata mors in foribus assisteret; ecce, subito Vir canicie venerabili splendidus astitit, cujus ab ore tale fluxit eloquium: Surge velociter, et Boëmiæ partes adire festina, ac in monasterio sanctorum Adalberti atque Benedicti *g* ante sepulchrum beati Guntheri debitas laudes omnipotenti Deo pro sanitate restituta referre, ne pigriteris. Audito hoc miraculo, cuncti fratres glorificabant Deum omnipotentem, qui sui Famuli merita longe lateque declarat.

ex mss.

*g*

6 Alio vero tempore, cum per Horarum spatia fratres in choro devote psallerent, vir quidam causa orationis monasterium est ingressus, cujus in collo morbus erat gravissimus, moxque perlustrans altaria, venit ad altare beati Stephani Protomartyris, juxta quod beati Viri sepulchrum est, ibique orabat. Completa itaque oratione, ac lassitudine victus sedit super sepulchrum, non intelligens, pretiosum intus latere thesaurum. Erat vero, ut ita dicam, guttur ipsius morbo turgente tumore infectum. Sed Vir beatus non F patiens, se indigno pondere deprimi, veluti de gravi somno evigilans magno impetu jactuque in alteram partem muri hunc projecit, ita ut vitium, quod latebat in collo, ore prosiliens appareret in terra. Viso tali miraculo, cœtus fratrum communiter Deum, pulsatis campanis, laudabant et benedicebant. Item sub cujusdam festivitatis die caterva fidelium ad ecclesiam Brennonensem procedente, mulier quædam, nomine Bozena, cujus manus sinistra longo tempore cyragra ab humero constricta aruerat, causa orationis monasterium est ingressa. Quæ, dum ad sepulchrum sæpe memorati viri Guntheri oraret, manus ejus coram clericis et laicis infra orationem sanata est: quorum multi veraces testes nunc usque sunt. Sed et ipsa mulier illa hora et omni tempore vitæ suæ fideli testimonio ipsius Sancti meritis se sanatam esse, affirmabat, Deum benedicens, et sancto Gunthero grates referens.

*colli tumore et mulier chiragra laborans,*

7 Contigit etiam, quod quidam custos apum monasterii, in quo corpus beati Guntheri requi-

*dæmoniacus alter,*

ex mss. escit, nomine Ztres, dum mel alveis furatus fuisset, et inde sæpius accusatus, reatum suum confiteri nollet, tandem una nocte, ut furtum dissimularet, quod commiserat, acclamavit more terræ super latrones, simulando eos cum melle aufugisse. Ibidem arreptus ergo est a dæmonio, et cum diutius acriter cruciaretur, adductus est ad valvas monasterii, ut meritis beati Guntheri liberaretur a dæmonio, et ibi per triduum fuit ad columnam ligatus. Post triduum vero dæmonium clamans dicebat : Cur, Gunthere, me expellis de meo habitaculo, et post hanc vocem exivit ab homine, tanquam avis nigerrima, videntibus omnibus, qui tunc aderant; et pariter ruptis funibus, cum quibus idem dæmoniacus ligatus fuerat; quasi de gravi somno evigilans cum immensa cordis alacritate ad sepulchrum sancti Guntheri accessit, et ibi prostratus ad orationem se cum lachrymis dedit, gratias Deo referens et beato Gunthero. Tandem ab oratione compos rationis surgens, coram multis confitebatur delictum suum, quod mel furando commiserat, et protestabatur publice, quod ipsum omnipotens
B Deus per merita beati Guntheri liberasset a dæmoniaca obsidione, ipsumque sepulchrum beati Viri devotius osculando coram multis tam clericis, quam laicis, qui tunc præsentialiter ad hoc miraculum convenerant, gratias Deo et beato Viro agebat, promittens sub juramento, quod, quandiu viveret, nunquam aliquod furtum licet modicum committere vellet, monens et rogans omnes, tunc ad sepulchrum astantes, ut caverent sibi de cetero talia committere.

*et morbo caduco obnoxius.* 8 Conditor et Salvator humani generis per ineffabilem suæ bonitatis clementiam mirabiliter in cœlis Sanctos glorificans, pius et misericors peccatoribus in terris, quamvis, jam senescente mundo, corrupta sit omnis caro iniquitate, non tamen accensam lucernam patitur occultari : sed illuminatam igne cœlesti ponit super candelabrum, ut omnibus in domo Dei luceat. Lucernam dico beatum Guntherum confessorem, qui propria relinquendo, et præcepta Christi sequendo, mundum cum suis pompis despexit, quem miracula ad sepulchrum ejus, seu alias per merita ipsius, operante divina clementia, continue
*h* glorificant *h*. Et quid dicam? Testantur enim
C fideles Christi fama publica pro laboribus suis ipsum esse remuneratum in cœlis, qui ad sepulchrum ejus votiva donaria cum luminaribus offerunt in diversis necessitatibus et tribulationi-
*experti bus expertis * sanctitatis ipsius auxilia, quæ silentio præteriens, pauca ad exemplum Christi fidelibus enarro, quia et cibus, qui parcius apponitur, dulcius sumitur. Sub eodem tempore fuit quidam adolescentulus, nomine Peregrinus, de civitate Pragensi in monasterio Brennewensi ad Ordinem receptus, qui inter ceteras infirmitatum molestias caducum morbum patiebatur, eratque ab omnibus despectus propter fistulam, quam habebat in collo suo, cui privatim in oratione manenti dictum est per visionem; si ad sepulchrum beati Guntheri sæpius oraveris, sanitatem corporis recipiens ab omni morbo liberaberis. Cui visioni propter suam simplicitatem non credebat primo et secundo. Factum est autem, ut quadam die more solito cadens in terram per mul-
*cruciaretur tum tempus atrocius cruciabatur *, sicque stridens dentibus et spumans, ter quaterque in auxilium sibi sanctum Guntherum interpellare audiebatur. Tandem in visione dictum est ei, ut ad sepul-
D chrum beati Viri pro sanitate recuperanda devotius instaret, qui tamen credere dissimulavit, sed simpliciter commendabat se precibus beati Guntheri. Postquam vero sanus factus est, interrogabatur a fratribus, cur sanctum Guntherum infra infirmitatem suam sæpius interpellasset, qui cum lachrymis respondit eis, se traditum fuisse teterrimæ mulieri, quæ sparsis crinibus ad abyssum trahebat ipsum, atque sanctum Guntherum ad preces suas affuisse, ipsamque mulierem in abyssum suis meritis fugasse; se vero vehementer arguisse, cur visioni non credidisset usque tertio. Hoc fratres audientes domus ejusdem gaudio magno repleti glorificabant et benedicebant Deum, beatumque Virum majori devotione venerabantur. Ab illa ergo hora prædictus adolescens sanus factus per Dei gratiam et merita beati Guntheri non est passus caducem morbum amplius, nec fistula apparuit in collo suo de cetero. Ad sepulchrum itaque beati Guntheri die ac nocte devotius orationi instans, laudes Deo omnipotenti pro sua sanitate et beato Confessori referre non cessabat.
E
*Lampas sponte accenditur, bini e lepra,* 9 Post hæc aliquanto tempore evoluto, uno die hora nona idem adolescens volens secretius orare, monasterium est ingressus, et ad sepulchrum B. Viri oraturus accessit, et sic inter orationem ad lampadem vitream aspiciens, quæ nondum erat accensa, vidit eam subito per se accensam ardere et obstupuit vehementer, sed protinus confortatus animo cucurrit nunciare fratribus, cum quibus conversabatur, miraculum, quod acciderat: qui venientes ad vocationem ejus, mirati sunt, quia, ipsa lampade immobiliter pendente, flamma quasi de pluribus simul conjunctis luminaribus altius more solito procedebat. Et tunc interrogavit, utrum custodes ecclesiæ post Missas lampadem extinxissent, quam ipse nec etiam accensam fuisse, sub juramento asserebant. Aliquanti vero seniorum ex ipsis fratribus non credentes suspicabantur, per ipsum adolescentem fuisse accensam, propter quod duriter flagellatum extra monasterium prædictum adolescentem ejecerunt: sed ille sicut inter verbera, sic etiam ejectus idem miraculum, et qualiter sanatus fuerit per merita beati Guntheri fideli testimonio coram multis clericis et laicis referebat. Eodem quoque
F tempore multi Christi fideles propter hoc miraculum et alia quamplura, quæ Dominus operabatur per merita beati Viri, ad sepulchrum ejus confluebant orationibus se ipsius commendantes. Interea etiam duo leprosi extra Pragam constituti, hoc miraculo excitati, et magnam confidentiam habentes in beato viro Gunthero, venerunt ad claustrum Brennense orationis causa et stantes in cymeterio circa murum ecclesiæ contra sepulchrum Viri Dei assiduis orationibus instabant. Tandem tertio die cum iterato rediissent ad sepulchrum, et more solito orationi procubuissent, meritis et precibus beati Viri mundati venerunt atque occulte inde discesserunt, Creatorem omnium rerum pro beneficiis suis glorificantes, et sancto Gunthero copiosas gratiarum actiones cum lachrymis referentes. Sed nunquid latuit divina virtus, in eis operata salutem? Nequaquam : nam cum essent lepræ macula infecti, multis hominibus erant noti, a quibus, cum jam mundati essent, interrogabantur, quo remedio vel qualiter sanati fuissent. At illi clara voce profitebantur, se beati Guntheri meritis mundatos,

et

A et hoc ipsum longe lateque publice prædicabant. Jam enim occultari non poterat tam evidens et insigne miraculum. Quod nos honestorum virorum relatione et etiam fide dignorum, nec non ipsorum leprosorum testimonio roborati, et certificati ad laudem nominis Jesu Christi et beati viri Guntheri describere curamus.

*æger ex infestatione dæmonum*

10 Modernis vero temporibus, præsidente in sede Apostolica beata Papa Innocentio quarto *i*, et Pragensis ecclesiæ cathedræ Nicolao *k* episcopo *l*, quidam serviens abbatis ejusdem monasterii Clementis *m* gravi correptus ægritudine duos dæmones, unum scilicet in specie mulieris maritatæ, cum qua idem infirmus adulterium commiserat; alterum vero in specie viri ejusdem mulieris circa lectum suum per visionem astare videbat : sed alter dæmon, qui mulieris speciem prætendebat, ipsum amplectendo plurimum blandiebatur. Alter vero, qui in mariti specie apparebat, eidem infirmo grandi baculo mortem inferre minabatur; qui, ut sæpe lachrimabiliter referre consuevit, licet tali visione multum cru-

B ciaretur, beati tamen Guntheri auxilium humiliter implorabat, ut eum ab hac anxietate liberare dignaretur, et dum ita in oratione persisteret, ecce nubes lucida super eum apparuit, de qua quidam Senex in reverenda canitie et monachali habitu, baculum in manu sua portans, procedebat, ad cujus præsentiam prædicti dæmones evanuerunt. Ipse vero Senex accedens ad lectum infirmi, ipsum cambuca sua, quam manu gestabat, ita duriter percussit, ut videretur infirmo, quod eadem cambuca sive baculus confringeretur. Ægrotus autem magnum ex illa percussione sentiens dolorem, inquit: Heu, mi Pater, jam morior. At ille dicebat ei : Nequaquam, fili mi, morieris; sed per istum ictum ab ista liberaberis infirmitate. Et post hæc verba evanuit ab oculis ejus idem Senex. Infirmus autem, qui jam fuerat pristinæ sanitati restitutus, omnibus ad se venientibus hoc miraculum cum lachrymarum effusione declarabat, et paulo post surgens a lecto ægritudinis, ante sepulchrum beati Guntheri se prosternens, Deo gratias referebat et beato Gunthero confessori, per cujus interventum et merita se a dæmonum infestatione et a mortis periculo liberatum,

C perfusus lachrymis asserebat, vovens et spontanea voluntate promittens ibidem, quod ante diem obitus beati viri Guntheri annis singulis, quamdiu viveret, biduo jejunaret, quod adhuc cum devotione mentis et cordis satagit fideliter adimplere. Nos vero, qui eumdem servientem familiarius cognovimus *n*, sæpius ab eo interrogavimus, quomodo vel qualiter sanitati pristinæ tam cito restitutus fuerit; responsum ejus tale accepimus, quia meritis et precibus beati Guntheri, confessoris Christi, ab ægritudine, qua detinebatur, meruit liberari, et hoc non solum nobis, sed omnibus, qui ad ipsum confluebant, publice referebat.

*n*

*mulier nobilis e gravi morbo,*

11 Anno gratiæ millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, quarto Nonas Septembris, quædam domina nobilis, Gertrudis nomine, uxor cujusdam potentis viri, Bohuslai dicti, de Boëmia, cum esset in maxima infirmitate constituta, et jam parentes et amici ejus, et meliores medici in regno Boëmiæ, qui sui curam habebant, de vita ipsius omnino desperarent, frater Waltherus de Ordine Prædicatorum, videns magnum planctum hominum, consuluit viro et amicis, ut eam quam citius in Brennewe leviter portarent, et commendantes summo medico, Filio beatæ Virginis, ponerent ante sepulchrum beati Guntheri per cujus merita fere quotidie multa Dominus operatur miracula, Quæ tandem allata et ante sepulchrum posita semiviva, statim infra Missarum solemnia coram multis astantibus pristinæ sanitati est restituta, et tunc ipsa et amici ejus, oblatione facta, cum immenso gaudio ad propria sunt reversi, glorificantes et laudantes Deum regnantem in secula seculorum. Anno gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, quinta Nonas Julii Andreas, bonæ famæ serviens Domini Wolckmari de Trebatuch, infra Missarum solemnia filiam suam, mutam et arreptitiam, mordentem, et indifferenter homines percutientem, duxit ad sepulchrum beati Guntheri, quæ statim mitigata obdormivit, et quam cito evigilavit, apertum est os et lingua ejus, quæ etiam non poterat * in gutture miserabiliter infirmitate horribili collecta seu contracta; et cœpit sane sicut hactenus loqui, petens sibi aliquid dari ad manducandum. Et sumpto cibo prope tempus vespertinum sana et incolumis domum E reportata est : quæ iterato in sequenti die ad sepulchrum reducta, sana et læto vultu coram multis apparuit, ut si nuper infirmitatis gravamine læsa non fuisset.

ex mss

* *supple* : comedere *vel* loqui

*dæmoniaca,*

12 Anno gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto XI Kal. Augusti in festo sanctæ Mariæ Magdalenæ domina Barbara, honesta matrona de civitate Praga in tempore vespertino nimis sitiens aquam calidam bibere, fecit eam sibi quam citius portari, quam cum allatam bibisset, incontinenti furere cœpit tamquam dæmoniaca, et dentibus stridere, homines blasphemando et impie percutiendo eosdem. Tunc pater et mater et cognati ejus ad eam concurrentes, cum aliud nescirent, quid ei facere deberent, domi ligatam per triduum tenuerunt, quam non convalescentem die quarto in festo sancti Jacobi ad ecclesiam Brennowensem, omnimode repugnantem, duxerunt, et, cum appropinquaret portis ecclesiæ, illa fortiter clamavit, dicens: Dimitte me abire: nihil enim habeo facere cum ista ecclesia, quæ nulla est, nec mihi necessaria. Tracta est nihilominus in ecclesiam et ad sepulchrum beati Guntheri posita, F ut * pro ea pater et mater aliique cognati ejus misericordiam Dei, ut per beati viri Guntheri merita sanaretur, devotissime implorabant, beatum Guntherum ad hoc idem faciendum suppliciter deprecantes. Ipsa vero die noctuque in ecclesia et in hospitio, in quo pernoctabat, percutere volebat turpiter, blasphemans omnes, qui aderant ei amicitiæ beneficia impendendo. Tertia quoque die ante sepulchrum beati Guntheri jacens, appropinquante hora vespertina, vidit Priorem prope se ambulantem, quem submissa voce ad se vocavit, rogans eum humiliter et devote, quod ejus confessionem audiret et eam Corpore et Sanguine Christi communicaret. Quæ ad interrogationem Prioris, quomodo se haberet : respondit, se melius habere. Prior autem sequentis diei mane, dictæ dominæ confessione audita et medulliter per circumstantias examinata, videlicet an illa confessio ex Deo, vel ex instinctu inimici humani generis procederet, intellexit, eam esse curatam : ipsa enim inter alia confessionis secreta publice dixit, se fore pristinæ sanitati et intelligentiæ restitutam per Dei gratiam et per sancti

* *lege* : et

ex ms. cti Guntheri præclara merita et gloriosam intercessionem, et sacrosanctum Corpus, Sanguinemque Christi debere sibi cedere ad salutem corporis et animæ. Igitur dictus Prior, Missa celebrata, dominam illam Corpore Christi et Sanguine refecit. Post quam refectionem dicta domina non audebat aliquot diebus de facili ecclesiam exire, timens diaboli iterum laqueum incidere, quo contrito, per sanctum Guntherum se liberatam a dæmonio, proclamabat. Tandem per amicos et parentes animata domum cum ipsis gaudentibus et laudantibus Deum reversa est.

*puer incessu privatus,* 13 Anno Gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, quarto Nonas Augusti, quidam honorabilis vir, Ulricus nomine, civis Pragensis, filium suum tenerum, gravis infirmitatis vinculo pedibus ad invicem ita colligatum, quod ad invicem non poterant aliquo modo disjungi, nisi nervis distractis, quod plus obfuisset eidem : insuper quasi exanguem et siccum corpore, sicut sine carne, cute tantum ossibus contectis, semivivum et oculo sinistro carentem, de cujus vita penitus ab omnibus, qui aderant, desperabatur,
B a nutrice ad sepulchrum beati Guntheri in Brennowe leviter portari præcepit cum filia sua hydropica, quæ cibo et potu non poterat repleri, ad quam jam nullus hominum pro fœtore nimio accedebat, quia quam cito cibum et potum sumebat, nondum digestum fœdissime ejiciebat, quæ etiam pedibus gradi non poterat; sed super posteriores partes in terra miserabiliter gradiebatur, cute corporis sui gressu illo miserabili omnino exinanita. Cum autem ille puer et illa puella ante sepulchrum beati Guntheri depositi, et quandoque super sepulchrum provoluti fuissent, mater et cognati eorum pro ipsis precibus et fletibus Domini nostri Jesu Christi misericordiam invocabant, ut per præclara merita et intercessionem beati Guntheri sanitati pristinæ restituerentur. Post celebrationem vero Missæ cum per momentum unius brevis horæ moram facerent, donaria sua super sepulchrum solito more devotissime offerentes, interim præ-
* *lege :* cunctisliberatos fatos pueros a languoribus cunctos * conspiciunt, quos sanos et hilares, laudantes et glorificantes Deum in mirabilibus Sanctorum suorum operibus, domum gaudio repleti secum pariter reduxerunt.

*membrique fractus fiunt incolumes.* 14 Adhuc idem honestus vir Ulricus tertio Kal. Augusti in Brennowensi monasterio ante sepulchrum beati Guntheri coram populo pro-
C testatus et confessus est oretenus publice dicens, quod filius suus, Hermannus nomine,
*o* bene litteratus et prudens, modo in Salzburch *o* degens, ante quindecim annos de casu equi confractis membris corporis sui, integrum annum et dimidium in lecto continue jacuit, viribus totaliter exhaustus, non movens se quoquam, sed jacens in illa tantum parte, in qua manibus aliorum ponebatur. Quem tandem, quasi divina inspiratione præmonitus sive instinctus, in
*p* curru duci fecit suaviter a servientibus *p* suis ad tumulum beati Guntheri; ipse vero domi remansit. At servientes filium domini sui ante sepulchrum in suo lectulo jacentem posuerunt, pro quo divinis Officiis peractis ibidem, et oblationibus more solito exhibitis, per misericordiam Dei, medicantibus beati Guntheri meritis, nominatus juvenis, membris suis pristinæ
* restitutis sanitati restitutus *, surrexit de lectulo, nullo penitus ipsum adjuvante, et procidit super sepulchrum, gratias immensas cum fletu omnipotenti Deo referens, quod eum per beati D
Guntheri intercessionem et præclara merita beneficio sanitatis integræ restituit, et ascendens equum, non currum, in quo adductus fuerat, cum immenso gaudio, servientibus patris sui congaudentibus, ad patrem suum et matrem Pragam hilaris rediit. Dies quippe, in qua sanatus est, secunda feria fuit, qua omni anno nomine Vigiliæ beati Guntheri usque modo jejunavit et jejunare vovit, quamdiu vixerit, panis et aquæ semel in die refectione contentus.

## ANNOTATA.

a *Apographo, ex quo hic edimus* B. Guntheri *Miracula, initio Vitæ* B. Guntheri *hoc in margine Annotatum adjicitur* : Ex codice membraneo bibliothecæ ducis de Altaems antiquo et seculo 13, ut videtur, maxima sui parte scripto. *Non una manu hic exaratus fuit : prima manu præter* B. Guntheri *Vitam scripta fuere Miracula, quæ a num.* 1 *usque ad num.* 25 *cap.* 2 *leguntur, et ad annum usque* 1263 *extenduntur. Tum proxime sequitur in Vitam* B. E
Guntheri *observatio, recentiori manu, quæ secunda est, in codice Altaemsi exarato, quam in Annotatis, quod nullum* B. Guntheri *miraculum contineat, separatim a miraculis exhibebimus infra. Tertia manu et recentiori iterum scripta sunt quædam* B. Guntheri *miracula, quæ habentur infra cap.* 2 *a num.* 25 *usque ad finem. Quæ quarta manu scripta sunt, omisi, quod nihil illic novi, sed quædam tantum miracula, jam prius relata, repererim.*

b *Non omnia* B. Guntheri *miracula referre voluerunt, qui hoc et quæ sequuntur, litteris consignarunt : nam sub calcem Vitæ* B. Guntheri, *eadem, qua hoc prodigium, manu exaratæ, ista leguntur* : Multi etiam infirmi, qui eodem die *(quo Breunoviæ sepultus fuit)* ad sepulchrum ejus sanitatis gratia convenerant, meritis et intercessione beatissimi viri Guntheri sanitati pristinæ sunt restituti coram omni populo et clero, qui tunc temporis præsentialiter affuerunt.

c *Vide lit.* c *in Annotatis in Vitam* B. Guntheri.

d IX *Octobris.*

e *Ita hoc loco* Breunoviense monasterium *exprimitur in apographo nostro, quod semel monuisse sufficiat.*

f *Vide lit.* d *in Annotatis ad Vitam* B. Gun- F
theri.

g *Utriusque Acta illustravimus, S. Benedicti ad diem* XXI *Martii; S. Adalberti, episcopi Pragensis et in Prussia Martyris, ad diem* XXIII *Aprilis. Hunc et Boleslaum II, Bohemiæ ducem, prima Breunoviensis monasterii fundamenta jecisse, scribit Zigelbauer cap.* 1 *Historiæ ejusdem monasterii. Ex eodem cap.* 8 *habemus, monasterium Breunoviense SS. Adalberti et Benedicti, post acceptas anno* 1262 *S. Margaretæ virginis et martyris reliquias novum ab ea nomen invenisse.*

h *Eadem fere verba legebatur post Vitam* B. Guntheri *in codice, e quo illius Vitam edidit Mabillonius. Vide Annotata in Vitam* B. Guntheri *litt.* ii.

i *Rexit Ecclesiam ab anno* 1243 *usque ad annum* 1254.

k *Successit in episcopatu Pragensi Burchardo seu Bernardo, qui ano* 1339 *obiit,* Nicolaus, *alias*

A *alias* Henricus, *baro de Rosis, abiitque anno* 1258. *Ex pessina in Phosphoro Pragensis ecclesiæ, radio* 5, *pag* 599 *et seq.*

l *Arnestus de Pardubicz primus Pragensis archiepiscopus factus est anno* 1344. *Ex eodem Pessina pag.* 600.

m *Abbas Breunoviensis, hujus nominis II, post annorum* XI *regimen obiit anno* 1251. *Ex Ziegelbauer in serie Abbatum Breunoviensium.*

n *Hinc collige scriptoris hujus ætatem.*

o Salisburgum, *olim* Juvavia *dictum, civitas est in Bavaria Inferiori sub dominio proprii archiepiscopi.*

p *Seu famulis.*

## CAPUT II.

### *Miracula B. Guntheri, Martini I abbatis Breunoviensis tempore facta.*

B

*B. Guntheri ope cæca videt,*

CUm præclara beati Guntheri merita in sinu sanctæ Matris Ecclesiæ, quamvis diversis temporibus sæpissime luce clarius eluxissent, contigit tamen, divina favente Clementia, ut
*a* temporibus domini Martini abbatis *a*, qui tunc temporis, Deo auctore, in temporalibus ac spiritualibus jam dictam Brennowensem ecclesiam provide gubernabat, perplura meritis perfati viri Dei Guntheri evidentissime plus solito miracula emersissent. Nam anno Gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, sexto Idus Junii, matrona quædam, dicta Beatrice, ex diœcesi et regno Pragensi, sumens o-
*b* riginem de villa, cui vocabulum Hostchorm *b*, cum tantum haberet filiam Bratrumilam, sed heu! demeritis exigentibus a nativitate cæcam; hanc tenerrime, ut mos est, et materno diligeret affectu, secum ad limina beatissimi Guntheri deducere non neglexit. Igitur cum apud sepulchrum jam sæpe dicti Guntheri mater puellæ divinum auxilium sæpius imploraret, petens cum lachrymis meritis ac precibus beati Guntheri natæ unicæ in visus recuperatione misericorditer subveniri; res stupenda et nostris
C temporibus non modicum admiranda opere beati Guntheri noscitur evenisse. Nam cum orationi frequenter insisteret, mox puella lumen oculorum, quo a nativitate fuerat orbata, beati Guntheri meritis est adepta. Huic tam laudabili, immo usque in secula commendabili operi Dei per merita beati Guntheri centum fere homines utriusque sexus et ætatis, qui ad domum Brennou causa orationis advenerant, in-
* *an* tamen? terfuisse noscuntur. Præcipue tam * parentes
* *an* proximus? puellæ, Waurinecz proximi * matris Beatrice, et
*c* patruus sacerdos de proxima villa, qui et jurati in præsentia episcopi *c*, immo sub interminatione divini judicii sunt publice protestati, sæpe dictam puellam a nativitate cæcam, sed per beatum Guntherum mirabiliter illuminatam. Sit ergo Dominus in secula laudabilis, qui in meritis beati Guntheri semper est et ubique mirabilis. Testes episcopus Nicolaus, Lupol-
*d* dus abbas de Cladrub *d* et Zacharias Prædicatorum.

16 Eodem quoque anno, licet diverso tempore, pridie Kal. Junii, quædam conversa hospitalis domus Stellatorum *e*, vitæ integritate conspicua, nomine Jutta, cum ferme octo annis fluxum sanguinis incurabiliter pertulisset, tandem, beati Guntheri fama currente, decrevit ipsius limina, contradictione qualibet postposita, visitare. Cumque debilitate adeo premeretur, quod opus propositum perficere non valeret, magistrum domus hospitalis adiit, petens sibi vehiculi auxilium impertiri. Quo cum esset evecta et ad sepulchrum beati Guntheri deducta, mox brevi oratione pristinam meruit recipere sanitatem. Ad experiendam autem hujus rei veritatem, cum dominus diœcesanus non posset personaliter interesse, quibusdam viris fide dignis Ordinis Fratrum Prædicatorum, Fratrum Minorum, Fratrum Cruciferorum hoc miraculum examinandum fidelius delegavit. In quorum presentia Magister domus hospitalis, et Magistra domus ejusdem cum Jutta, Buda, Perchta, Cunigunta nec non tota familia domus ipsius sub jurejurando asseverarunt, ita esse, sicut ante sumus prosecuti.

ex ms. *sanguinis fluxus,* *e*

E

17 Item aliud de novo emersit miraculum, quod non æstimo levitatis causa sub silentio præ-
*et chirægra tollitur, muti loquuntur,* tereundum. Jam quædam puella, utroque parente nobili ducens originem, cum guttæ *f* vitio manum aridam anno fere dimidio habuisset, veniens ad sepulchrum beati Guntheri ibidem invocato ejus auxilio præsentibus sanata est. Item mulier quædam de villa domini Jacobi vulgariter appellata, Novawes, filia Quassate usum loquendi anno dimidio et amplius amiserat, quæ dum ad sepulchrum viri Dei Guntheri patris et aliorum manibus esset adducta, licet ea nolente, et aliquanto tempore ibidem morata fuisset, in die Exaltationis Crucis cum pater ac vicini, qui eandem adduxerant, orationibus prolixis Deum pro ea invocarent, infra cantum Vesperarum per merita jam dicti viri Dei Guntheri perditæ linguæ modulos est adepta et cœpit loqui recte, Deum in meritis beati Guntheri mirabilem prædicando. Omnes vero, qui aderant, in stuporem levaverunt voces in cœlum, Dominum laudantes et Sanctum in secula viventem. Item simile huic miraculum ejusdem Viri Dei ad sepulchrum emersit. Nam F
quidam vir, nomine Pozdaca de villa Zlapanow *g*, annis tribus lingua ad palatum ejus hærente, loquui cum non potuisset, ac in tantam debilitatem corporis incidisset, ut nec ire, nec se movere posset, amicis de vita ipsius minimam spem habentibus, ad sepulchrum beati Guntheri currui superpositus a cognatis est deductus, et, cum septem dies ibidem continuasset, in die Purificationis sanctæ Mariæ, amicis ipsius pro eo misericordiam Dei implorantibus, corporis ipsius similiter debilitas sanitatem, et lingua constricta ope beati Guntheri percipere meruit sospitatem. Cujus rei causa omnis populus, qui tunc pro devotione ad ecclesiam convenerat, dedit laudem Deo. Hujus testes sunt plebanus ejusdem villæ, nomine Jacobus, et demulti * omnes
* *an* demum? vicini.

*g*

18 Eodem anno quædam matrona, nomine *mortua ad vitam redit.* Hodusse, de villa Dubeze *h*, visu sex annis *cæci* privata ad ecclesiam Brennow in curru est adducta per amicos, quæ, dum una cum amicis pro receptione visus Dominum, aliquo tempore circa sepulchrum beati Guntheri morata, flagitasset

ex ms. flagitasset, in festo sancti Valentini martyris patrocinio beati Guntheri lumen recipere meruit oculorum. Quod videntes, qui ad sepulchrum devotionis gratia confluxerant, Dominum altis vocibus attollebant. Testes miraculi domina ejusdem villæ, plebanus de Lutosnyez *i*. Item quidam civis Pragensis, nomine Putno, filiam parvulam longa et gravi ægritudine laborantem pro implorando beneficio beati Guntheri cum uxore sua ire decrevit *k*, et cum iter faceret, et monasterio appropinquaret, languens spiritum exhalavit. Pater vero fiduciam habens in Domino et beato Gunthero, cujus filiam meritis commiserat, cursu præpeti veniens ad ecclesiam cum uxore ante sepulchrum beati Guntheri corpusculum extinctum cum magno fletu deposuit, et cum amaro essent animo Dominoque insisterent, precibus beati Guntheri et jussu Dei, cum per aliquod tempus corpus mortuum immobile jacuisset, moveri cœpit, et post pusillum obtentu beati Guntheri sana et incolumis reddita est matri suæ. Quo viso miraculo, ecclesia fidelium laudes Domino conclamabat. Quod miraculum in die sanctæ Gertrudis est Deus operatus. B Item eodem anno quædam virgo, nomine Michola, de villa Zlap *l*, a nativitate cæca, a matre ad ecclesiam est ducta, et orationibus una cum matre incumbens, cum tredecim annis cæca fuisset, anno quarto decimo nativitatis suæ, xv Kal. Junii, suffragio beati Guntheri visum recepit. Hujus testes episcopus Pragensis, frater Nicolaus Minor, Paulus plebanus ejusdem villæ.

*item alii* 19 Eodem anno xv Kal. Septembris matrona quædam, nomine Drahomila de Beneslow *m*, audiens famam beneficiorum, quæ Dominus per merita beati Guntheri super infirmos, variis oppresso languoribus, operabatur, habens filiam unicam, sed heu! cæcam a nativitate, nomine Hodaunam, undecimum ætatis suæ ducentem annum, devotionis causa venit ad ecclesiam Brennow cum filia nominata, atque per triduum coram Domino preces ex intimis cordis pro receptione visus filiæ suæ ad sepulchrum beati Guntheri fundens mansit. Cujus cordis contritionem cernens Dominus, utpote misericors et pius, precibus ipsius præsto fuit: nam ea orationi incumbente quinto decimo C Kal. Septembris infra Vesperarum cantationem filia ipsius prænominata opere beati Guntheri mundiale lumen vidit. Quo facto mater exhilarata ad præsentiam abbatis et conventus detulit, Deum, beatum Guntherum, cujus precibus hoc miraculum accidit, altis vocibus collaudabant. Testes hujus facti domina Marika de Ketworicz, dominus decanus Pragensis, Woyzlaus et Magnus fratres Minores de sancto Francisco, Ulricus, miles episcopi Pragensis. Cujusdam bonæ vitæ viri de villa Wrannau *n*, Hostey nomine, filius, nomine Marik, cæcus voluntate Domini effectus fuerat, et anno integro visus expers mansit; quapropter pater non modice dolens et de salute filii fere jam desperans, sed amicorum quorumdam verbis instructus cum filio cæco orandi causa ad ecclesiam descendit Brennowensem. Quo cum venisset in terra procumbens amariores lachrymas pro filii sanitate juxta sepulchrum beati Guntheri coram Domino profudit, et cum paucis diebus in oratione cum filio perstitisset in festo Georgii martyris præfatus filius ejus per præclara merita beati Guntheri a cæcitate oculorum meruit liberari. Cui tam laudabili miraculo episcopus D Pragensis Nicolaus testimonium perhibuit, nec non turba maxima vicinorum, sacerdos de Netolicz *o* Budyk *p*, sacerdos de Horek *q* et Zacharias. *o p q*

20 Est et huic simile miraculum, quod Dominus ad sepulchrum beati Guntheri dignatus est operari. Nam quidam vir, Letuyk nomine, de Zlanhostuh *r*, cum filiam unicam virginem, sed heu annis fere duodecim cæcam haberet, et sæpius per amicos, ut eam pro implorando beneficio ad sepulchrum beati Guntheri deduceret, moneretur, eorum tandem acquiescens verbis filiam secum deduxerat cæcam. Quæ cum ad sepulchrum beati Guntheri paucis diebus et noctibus orationi vacans morata fuisset, lumen oculorum, quod olim amiserat, ope beati Guntheri in festo Albani *f* martyris est adepta. Item quædam bonæ conversationis fœmina de villa Prybizlay *t*, vulgariter dicta Blatnice, nomine Bolemila, uxor Scorete, anno dimidio usum loquendi naturalem amiserat, aliisque infirmitatum molestiis in tantum pulsabatur, ut ab omnibus vicinis et cognatis vicina potius morti, quam vitæ affore crederetur. E Sed, cum de beneficiis, quæ Dominus per beati Guntheri merita circa diversos infirmos ad sepulchrum ipsius venientes operabatur, ad amicorum præfatæ mulieris aures fama devenisset, animati in Domino infirmam currui superposuerunt atque in Brennowe monasterium cum festinatione deducentes juxta sepulchrum præfati Sancti cum maxima devotione locaverunt, ubi cum aliquanto tempore cibum nec potum capiens jacuisset, amicis et cognatis pro ea Dominum interpellantibus, pristinæ meruit sanitati restituti meritis et opitulatione beati Guntheri, cujus pater Conradus et mater Christina fuerant nuncupati. *vident, muta loquitur.* *r* *s* *t*

21 Item anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo tertio in Vigilia beati Andreæ Apostoli mulier quædam, nomine Sdyfflava, de villa Domini Borzutte, nobilis viri, dicta Gessenyce *u*, adducta fuit ad sepulchrum beati viri Guntheri funibus ligata per manus, quia spiritus immundus atrociter eam vexabat, dentibus suis horríbiliter stridens in eos, qui eam intuebantur. Cumque aliquot horis ad tumulum beati viri Guntheri constrictis manibus in terra F jacuisset, lamentabiliter clamans, et oratio pro ea a parentibus suis, qui eam adduxerant, cum lachrymis ad Deum devotissime funderentur; ecce, divina miseratione suffragante, per beati viri Guntheri merita sanata fuit a dæmonis vexatione. Moxque tertio die compos rationis et discretionis effecta, procidit ad beati Viri sepulchrum in modum crucis, gratias agens Deo et beato Gunthero, cujus meritis ac precibus affirmabat, se fore certissime curatam. Nam priusquam ad sepulchrum memorati patris nostri *x* beati Guntheri fuisset adducta, tribus hebdomadis a dæmone miserabiliter fatigatam et vexatam vir ejus, Petrata nomine, et Przibisslava, matertera ipsius mulierculæ assertione veridica testabantur, siquidem prædicta mulier curata est infra publicam Missam ad tumbam viri Dei beati Guntheri hora diei quasi sexta toto conventu Brennowensi conveniente et præsente. Testes hujus rei sunt Petrata, maritus ipsius, Mycha sororius ejus, Przibisslava præfata, matertera ejus, et alii quamplurimi de ipsa villa Gessenicze. *ac dæmonia-ca liberatur.* *u* *x*

22 Item

A 22 Item anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio contigit grande miraculum in quadam villa, nomine Cossetyn *y*, cujusdam militis, vocabulo Protywoy. Nam quidam vir, nomine Bohuslaus, cum haberet dilectum filium, David nomine, sexdecim annorum ætate, qui quadam gravi infirmitate correptus, subito cæcus et mutus effectus est, permissione divina id agente. Cumque jam continuis hebdomadis hujusmodi morbo laboraret, pater ipsius et mater graviter proinde dolentes, recordati miraculorum, quæ sæpius audierant a fidelibus, et ipsi quoque viderant patrari per beatum Guntherum, commendaverunt filium suum beato viro Gunthero, plenam gerentes fiduciam, quod per ipsius merita possit pristinæ reddi sanitati. Cum igitur prædictus juvenis quadam nocte sumnum caperet, nec tamen plene dormiret, subito conspexit quemdam venerabilem virum, pulchra canitie ad caput respersum, in habitu monachali ad se propius accedere, qui manu sua nasum ejus leviter tetigit, et mox sanguis de naribus ipsius adolescentuli largiter profluxit. Expergiscens juvenis præfatus continuo sanus surrexit: nam lumen oculorum, quod B amiserat, recepit, et vinculum oris ejus reseratum per merita et preces beatissimi viri Guntheri, et cœpit loqui recte, prout antea loqui consueverat. Visionem quoque, quam viderat, patri suo et matri per ordinem enarravit. Audientes autem illi, gaudio magno repleti, flere cœperunt, credentes omnibus, quæ ab illo dicebantur, factumque gaudium magnum in illa die per universam villam. Statim autem pater et mater præfati juvenis ad sepulchrum beati Guntheri pergentes cum filio ipsorum, qui sanus fuerat factus, immensas Deo gratias agentes et ipsi beato viro Gunthero, publice protestantes coram Priore ipsius monasterii et custode sepulchri, Coyata nomine, et etiam juramentum super sanctum altare præstantes, quod, divina clementia favente, per beatum Guntherum filius eorum sit sanitati pristinæ restitutus. Hujus miraculi testes sunt pater et mater præfati pueri et tota vicinia villæ prænotatæ. Hoc autem ac- * Gertrudis cidit in nocte sanctæ Gedrudis * virginis gloriosæ.

*Rursus excus videt, mutus loquitur, y*

*mortuus (si talis revera fuerit) vitæ redditur, z*

23 Eodem anno, videlicet millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, contigit speciale miraculum in villa quadam nomine Zuchomazl *z*, ubi vir quidam, nomine Mukarz, cum haberet C filium, nomine Domafflaw, unius anni infantulum de uxore sua, Wlasttyena nuncupata, pro dolor! exigentibus eorum peccatis, morbus gravissimus infantem præfatum in gutture tam atrociter oppressit, ut nimio tactus dolore lactis alimoniam ab uberibus matris suæ capere non valeret. Cumque dictus infantulus aliquantis diebus gravi detineretur infirmitate, invalescente morbo, mortis exsolvit debita, viam universæ carnis ingrediendo, propter cujus mortem pater et mater infantuli non modicum contristati, flentes et evigilantes * auxilium beati * an ejulantes ? Guntheri precibus assiduis implorabat, et subito mœstis affuit cœleste suffragium. Nam puer in cunis jacens mortuus mox cœpit paulatim suspirare et pueriles emittere gemitus, et cum omnes, qui tunc aderant, in stuporem et extasim converterentur, hujusmodi miraculum admirantes vehementer, pater et mater ipsius infantis, in gaudium conversi, gratias omnipotenti Deo et beato viro Gunthero humiliter egerunt, ad monasterium Brennouuense, ubi corpus ipsius venerabilis viri, Deoque dilecti Guntheri requiescit, personaliter venientes Priori et fratribus ejusdem cœnobii seriem hujus tam præclari miraculi, præstita juratoria cautione, exposuerunt. Qui dictis eorum, tamquam vera dicentibus fidem congruam adhibens, et Deum omnipotentem ac beatum Guntherum glorificans, præsens miraculum ad laudem et gloriam omnipotentis Dei inter reliqua miracula beati Guntheri coram idoneis testibus annotavit. Factum autem est hoc miraculum in die S. Petronellæ virginis hora diei nona temporibus Domini Martini *aa* venerabilis abbatis.

ex ms.

*aa*

*gressu, manuum vocisque usu privata sanatur, bb*

24 Universis Christi fidelibus, præsentem paginam inspecturis, V. decanus Pragensis et P. archidiaconus Horsouiensis *bb* salutem, et felici cursu hujus vitæ curricula consummare. Notum sit omnibus hanc litteram inspecturis, quod nos a domino nostro J. *cc* episcopo Pragensi ad examinandum miraculum, quod Dominus per merita beati Guntheri in die beati Matthiæ Apostoli *dd* circa tumulum ejus declaravit, constituti, quia quædam virgo Duthawa de Buben *ee*, cum caruisset gressu, manuum officio, organo E vocis septem diebus, octavo die restituta est sanitati, patre ejusdem puellæ, nomine Blasio, attestante, et matre Helena, et quatuor vicinis de eodem villa Matthæo, Wenceslao, Crisone, et Zorzykone, qui jurati coram nobis, quod ita accidit, protulerunt, prout melius potuimus, non obmisimus examinare. Nos igitur, qui vidimus et audivimus et quæ coram nobis cum juramento sunt prolata, ne aliquis imposterum dubitet, protestamur sigillis nostris hanc litteram roborantes *ff*.

*cc*

*dd*

*ee*

*ff*

*cuidam catenæ sponte franguntur, gg*

25 Anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo *gg* sexagesimo primo, regnante tunc temporis inclyto rege Bohemorum quinto, Przensl nomine, præsidente cathedræ Pragensi venerabili patre domino Joanne, sanctæ Pragensis ecclesiæ episcopo XXIV, gubernante abbatiam Brennouuensem reverendo viro domino Martino, emersit novam miraculum in monasterio præfato ad sepulchrum beati viri Guntheri XVII Kal. Maji eo tempore, cum conventus ejusdem monasterii vespertinas in choro laudes Deo persolveret, ecce, quam multi peregrini de civitate Brod *hh*, primam agentes venerunt ad ecclesiam Brennomensem et cum aliquandiu orationem fudissent ad sepulchrum beati viri F Guntheri, erat inter ipsos pœnitentes * quidam * an pœnitens ? Henricus nomine, qui pro peccatis suis cathena ferrea ad nudum corpus cinctus erat et constrictus per clausuras, ut non de facili rumpi posset ab aliquo, qua etiam aliquanto tempore gestans eam in corpore suo. Et, ecce, subito, divina gratia cooperante et meritis beati viri Guntheri suffragantibus, prædicta cathena, veluti aliquo artificio confracta foret, ad terram, videntibus omnibus, qui tunc aderant, cecidit *, et vir, qui eam portabat, expergiscens exclamavit, et fletibus et singultibus, quibus poterat, Dominum nostrum Jesum Christum glorificare cœpit, beato Gunthero copiosissimas gratiarum actiones referendo. Populus autem, qui tunc aderat, viso tali miraculo, cantibus suis glorificabat, et congregatio ipsius monasterii, spirituali lætitia excitata, pulsatis campanis, hymnum „ Te Deum laudamus „ dulci jubilo

*hh*

* *vid. tom. I Octob. pag. 305 in Annotatis ad lit. f.*

ex ms. jubilo cœpit personare. Tandem cathenam jam dictam coram testibus fide dignis anno memorato fratres ejusdem claustri receperunt, et pro signo tanti miraculi ad tumbam beati viri Guntheri publice suspenderunt. Ad hoc miraculum interfuerunt quamplures probi viri, cives de civitate, nobilis unus domini Smylonis Brod, quorum nomina subscribuntur : Rychardus notarius, Theodoricus civitatis faber, Dettricus de platea dentis, Ulsaltus faber, Marquardus Voynricus, Otto, Cunradus et alii plures fide digni.

*cæcus* 26 Cum igitur fama beati Guntheri signis variis et prodigiis prodita longe lateque floreret et ad sepulchrum ejus quamplurimi ex diversis provinciis sitibundo pectore ob spem salutis æternæ properarent : accidit, ut eodem anno et sub iisdem principibus una dierum, scilicet II Kal. Aprilis, multi nobiles et probi viri in luctu pœnitentiæ consistentes ad monasterium Brennouuense orationis causa ad tumbam beati viri Guntheri advenissent, affuit inter eos quidam civis
*ii* de civitate Brod *ii*, Arnoldus nomine, orbatus oculorum lumine; et cum ad sepulchrum beati
B viri Guntheri orationi diutius incubuisset, dolor oculorum cœpit abscedere, et lugubri voce clamans dicebat sociis suis, quia per Dei gratiam et precibus beati Guntheri aliquantulum videret. Erant autem cum eo viri fere centum, qui omnes devotionis causa ad sepulchrum jam dictum pariter convenerant, et constabat eis certo certius, quod idem Arnoldus multis temporibus caruerat lumine oculorum; unde admiratione vehementi permoti verbis ejus fidem adhibere minime curaverunt, et sic egressi de monasterio una cum ipso iter versus Pragam arripiunt, et cum aliquantulum a porta monasterii progressi fuissent, interrogabant eum socii, quot turres videret in monasterio Brennouuensi?

*visu,* 27 At ille, qui jam totaliter a cæcitate liberatus fuerat, respondit secundum quod se res habebat. Cumque jam per certam experientiam ipsum lumen recepisse, intellexissent, reversi sunt iterato ad sepulchrum Sancti memorati pariter cum ipso, qui cæcus fuerat, et convocata omni congregatione fratrum, qui tunc præsentes aderant, voce publica protestati sunt, ipsum lumen oculorum recepisse meritis et intercessione
C beati Guntheri; fratres igitur, audito tali miraculo et oculata fide comperto, quod res vera esset, Deum omnipotentem, qui in Sanctis suis facit mirabilia glorificaverunt, et, pulsatis campanis, hymnum « Te Deum laudamus » ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi solemniter decantaverunt, multitudo quoque
*kk* Theutonicorum *kk*, qui tunc cum præfato Arnoldo venerant, in gaudium conversi canticum exultationis et lætitiæ in laudem et gloriam nominis Christiani more suo studuit decantare. Factum autem est hoc miraculum in monasterio Brennouu die XXII Aprilis hora diei tertia coram iis testibus, quorum nomina hic subscribuntur : Herascus, Gyfridus, filius Ynte, Albertus Haw, Thomas Eudmannus, Hermannus, Gotstolcus et alii quamplures probi viri fide digni, et isti omnes sunt nobiles cives de civitate Brod : ad hoc etiam miraculum affuit tota congregatio monasterii Brennouuensis.

*puer* 28 Item anno gratiæ millesimo *ll* sexagesimo tertio factum est miraculum hujusmodi ad sepulchrum beati viri Guntheri; nam cum conventus ejusdem monasterii in choro vespertinis D
instaret laudibus in festo Michaëlis archangeli, advenit copiosa multitudo populi ex diversis provinciis ad sepulchrum beati viri Guntheri causa devotionis, inter quos erat quidam vir, nomine Ulricus, civis de civitate regis Bohemiæ, quæ vocatur proprio nomine Udivora *mm*. Hic *mm*
attulerat filium suum, in ambobus pedibus contractum, nomine Bertoldum, spem firmam et maximam habens fiduciam, quod meritis et precibus beati Guntheri possit velocius curari et pristinæ restitui sanitati. Jam enim per annum et amplius idem puer incessu pedum caruerat, et non nisi super genua gressum suum faciebat. Erat autem ipse puer annos habens tredecim a die nativitatis suæ. Cum igitur in brachiis matris suæ, nomine Mergarth, ad tumbam beati viri Guntheri delatus fuisset, et aliquantam moram ibi consedisset, præfatus puer, matre ipsius et patre orationi cum lachrymis incumbentibus, et oblationem pro ipso devotius offerentibus, ecce, mirum in modum jam dictus puer, cernentibus cunctis, qui aderant, per merita beati viri Guntheri surrexit a sepulchro et
sanus et incolumis deambulare cœpit per mona- E
sterium, et cum pater et mater prædicti pueri vidissent, magno gaudio repleti sunt, et continuo studuerunt nunciare in choro Priori, Woyslao nomine, qui tunc cum fratribus sibi commissis Vesperas decantabant ad laudem et gloriam sancti Michaëlis.

29 Completa itaque vespertinali sinaxi ex in- *incessu* tegro memoratus Prior, convocatis ad se fratribus, retulit eis miraculum, quod in præfato puero acciderat; et habita inter se quadam interlocutoria, egressi sunt communiter universi senes et juvenes ad tumbam beati viri Guntheri, ubi pater et mater pueri jam curati orationi incumbebant, et advocantes eos ad se coram omni multitudine, quæ tunc aderat, præfatus Prior, utpote vir per omnia discretus et rationi adhærens, jussit sibi præsentari prædictum puerum, cupiens certificari de miraculo facto. Cum igitur præsentatus fuisset, statuit eum coram omni conventu fratrum, et diligenti examinatione præmissa, tenuit manus et pedes pueri, quem per omnes compages membrorum suorum reperit sanum et incolumem. Tandem recepta juratoria cautione a patre et matre, interrogavit F
et requisivit ab eis, si verum sit, quod puer eorum prius claudus fuerit et modo curatus appareat.

30 Qui seipsos anathematizantes et jurantes *donatur,* per animas suas, et quosdam vicinos suos in testimonium producentes asserebant, verissime puerum suum claudum ad sepulchrum beati Guntheri detulisse, et modo per gratiam Dei et merita sancti Guntheri curatum et sanitati pristinæ redditum invenisse. Quorum verbis, utpote viris probis et fide dignis Prior fidem adhibens cum omni congregatione sua Creatorem cœli et terræ collaudans et glorificans « Te Deum » laudamus » dulci jubilo inchoavit et usque ad finem solemniter decantavit. Populus autem, qui tunc convenerat utriusque sexus suis cantibus compulsatis omnibus, Domino Deo gratiarum actiones multiplices persolvere studuerunt. Factum est autem hoc miraculum infra vesperas in vigilia sancti Michaëlis ad sepulchrum beati Guntheri in præsentia Domini Martini venerabilis abbatis Brennouuensis monasterii, Woysloi Prioris. Aderant etiam eo tempore

A re ad hoc miraculum plus quam ducenti homines Theutonici et Bohemi, qui ex diversis partibus ad solemnitatem sancti Wenceslai martyris *nn*, qui patronus Bohemorum esse dignoscitur, devotionis gratia confluxerant, et hoc testantur cives de civitate, ubi pater pueri habet residentiam, videlicet Fridricus, Gotfridus, Henricus, Ulricus et ceteri quamplures homines fide digni.

*et dæmoniacus liberatur.*

31 Cum igitur fama beati viri Guntheri per multa miraculorum insignia per diversa loca divulgaretur et ad sepulchrum ejus quamplurimi variis languoribus oppressi, quidam etiam a dæmonibus obsessi curationis gratia properarent et sanitatis remedia meritis beati Guntheri efficaciter consequerentur, ecce, quidam vir, nomine Joannes, de villa domini episcopi, Okouncz *oo* vocata, obsessus a dæmone a parentibus suis ligatis manibus ad tumbam beati Guntheri adducitur, et ibidem orantes pro eo et oblationem offerentes commendaverunt eum beato Gunthero. Cumque aliquibus diebus ligatus ad statuam ante fores ecclesiæ moraretur, et oratio quotidie fieret pro eo ad Deum a parentibus suis, B infra sex dies curatus, a quo jam fatigatus fuerat quinque septimanis. Postquam autem curatus per beatum Guntherum sensum et discretionem pristinam rehabuit, statim, solutis nexibus, quibus fuerat constrictus, ad sepulchrum beati Guntheri cucurrit, et cadens protinus in terram gratias egit Deo, et beato Gunthero, cujus meritis asserebat, se curatum esse, constringens se vinculo sacramenti. Curatus itaque fuit idem Joannes in die sancti Severini episcopi, hora diei tertia, anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo tertio tempore Martini abbatis monasterii Brennowensis, et hoc testantur pater et mater ipsius Joannis, nomine Zoth, et uxor ejus, Mazice nomine, et alii quamplures viri fide digni.

## ANNOTATA.

a *Hic abbas idem est, qui, ut num.* 2 *et seq. Comm. præv. retuli, electus fuit ad causam Canonizationis* B. Guntheri *agendam; sed ab eo proposito, monitu divino destitit. Successit Vito, qui obiit anno, ut scribit Ziegelbauer,* 1255 *: ex hac vita decessit anno* 1287.

b *Hujus nominis villam nusquam reperi in* C *Bohemia : neque scio, num ejus nomen recti sit exaratum.*

c Nicolaus *hic in vivis fuisse dicitur* VI *Idus Junii anni* 1258. *Non obiit igitur isto anno die* XVII *Januarii, ut ait Pessina in Phosphoro pag.* 600.

d Cladrub *Benedictinum in Bohemia cœnobium est a Wlatizlao I duce, anno* 1125 *defuncto, fundatum.*

e *Xenodochii Ordinis Cruciferorum cum stella S. Francisci sub Regula B. Augustini in latere pontis Pragensis mentio fit apud Balbinum proxime citatum, volumine* 10 *Erectionum pag.* 212 *in Instrumento anni* 1419.

f *Seu chiragræ.*

g Slapanow *parochia est decanatus Stiepanoviensis in archidiaconatu Curimensi.*

h *Est verosimiliter* Dubenecz *seu* Dubecz *parochia decanatus Ryczanensis in archidiaconatu Pragensi. Sed est etiam parochia* Dubnicz *in decanatu Gablonensi; et* Duba *in Melnicensi. Item* Dubenecz *in archidiaconatu et decanatu Gradicensi.* ex mss.

i *Videtur esse parochia* Lytoznicz *decanatus Brandicensis seu Brundusiensis in archidiaconatu Pragensi.*

k *Supple* Breunoviam, *vel quid simile.*

l *Forte parochia* Slaps *decanatus Orzechowiensis in archidiaconatu Pragensi.*

m *Legendum puto* Benessow : *est vero* Benessow *primo decanatus in archidiaconatu Pragensi, secundo parochia decanatus Dudblebensis, tertio decanatus Lyppensis.*

n *Hujus nominis parochia est in decanatu Stiepanoviensi.*

o *Parochia est decanatus (qui et archidiaconatus) Bechinensis.*

p *Forte legendum* : Sacerdos de Budyk, *aut forte potius* Budecz : *hujus enim postremi nominis parochia est in decanatu Rzipensi.*

q *Ecclesiæ* Horek *mentio fit apud Balbinum volumine* x *Erectionum pag.* 211 *ex Instrumentis binis, quorum alterum est anni* 1388; *alterum anni* 1418.

r *Nihil illo de loco inveni.*

s Albanus martyr *inscribitur Kalendario Pragensi anni* 1578 *ad diem* 21 *Junii : colitur eo die* Albanus martyr *Moguntinus, de quo actum est in Opere nostro ad eumdem diem tom.* 4 *Junii pag.* 86. E

t *Nescio, cum recte hæc vox in apographo nostro sit exarata: illi affinis nomine est parochia* Przibieslaw *in decanatu Brodensi, uti et locus Przibilawicz in decanatu Czaslaviensi et Coloniensi; sed hic videtur esse* Przibilavia, *Bohemiæ oppidum,* 15 *milliaribus Praga distans, et in districtu Czaslaviensi situm, ut scribit Balbinus in Miscellaneis lib.* 2, *cap.* 8, § 4. *Vide etiam codicem Bibliothecæ archiepiscopalis, cui titulus* Decimæ ecclesiasticæ *anni* 1384, *apud eumdem initio partis alterius Miscellaneorum pag.* 16 *et* 17. *Ex illo codice hausta sunt, quæ de plerisque Bohemiæ locis hic memoratis ac dein memorandis, dixi.*

u *In decanatu Rakownicensi parochia est* Jeznicz, *alias* Jessenicz *dicta : sed et alia parochia* Jessenicz *est in decanatu Wltaviensi. Item* Jessenik *in Hawranensi.*

x *Hinc colligi videtur posse, scriptorem horum Miraculorum monachum Breunoviensem fuisse.*

y *Forte est* Kossitycz, *parochia decanatus Rzeczicensis.* F

z *Non reperi.*

aa *Vide de illo dicta ad lit.* a *hic.*

bb *Inter archidiaconatus* 10 *diœcesis Pragensis, Horssowiensis ordine nonus est in memorato hic ad lit.* t *codice.*

cc *Fuit hic Joannes, hujus nominis III, Pragensis episcopus post obitum Nicolai, anno* 1258 *defuncti, usque ad annum* 1278.

dd *Februarii* 24.

ee *Inter decanatus Pragensis ecclesias numeratur* Ecclesia in Buben.

ff *Apographo nostro in margine hic adjiciuntur sequentia :* Huc usque antiqua scriptura est, nec forte recentior, quam ultimum miraculum. *Secunda manu exarata est, de qua lit.* a *in Annotatis ad cap.* 1 *Miraculorum mentionem feci, in Vitam* B. Guntheri *observatio sequens* : Notandum, quod beatus Guntherus heremum intravit anno Domini MVIII. Sequenti anno S. Henricus tradidit nemus ad cellam in Rmich-

xx ms. nach (*vide ea de re dicta num.* 22 *Comm. Prævv.*) cum cæteris terminis et districtis. Item anno MXIX procuravit ecclesiam in Rmichnach dedicari a Gregorio *(imo Berngero, ex num. mox laudato. Commentarii prævii)* episcopo Pataw. infra Kal. Septembris. Item notandum, quod ad petitionem ipsius Guntheri tradidit Henricus sanctus rex (*imo Henricus, Conradi Salici filius,*) ad titulum sancti Mauritii in Altach anno Domini MXL. Et quia hæc omnia scripta inveniuntur, conjectura est, quod idem Guntherus post hæc in ulteriorem heremum versus Bohemiam intravit, et ibidem reliquos quinque annos, quibus postea supervixit, Domino usque in finem strenuum et devotum exhibuit famulatum. *Tum ex Gestis Henrici III recitat sequentia* : Pater quidam in illis partibus venerabilis heremita, Guntherus nomine, Turingus nativitate, qui quondam ex sat divite seculari milite ad spiritualem militiam monachicamque vitam conversus, aliquanto prius in Altahensi cœnobio, sed postea in Bohemensis sylvæ solitudine jejuniis et orationibus vacando, labore manuum extirpatis arbustis, victum quæritando, cellas et oratoria construendo, et quoscunque poterat exemplo vel exhortatione sua ad seculi contemptum et divinum servitium aggregando, multisque sanctis actibus insudando, plurimos solitarius annos vixerat, qui in convertendis errantibus et pacificandis discordantibus multum sæpe studerat. Hic vero..... militumque tribulationem compassus se mediatorem inter exercitum nostrum ducemque fecit, et ut incolumes omnes cum pace ex provinciis educere faceret, volentibus eos utpote hostes infestissimos occidere pia allocutione, petitione, consilioque persuasit. *Quæ autem sequuntur, tertia recentiori manu exarata pariter notantur in apographo nostro.*

gg *Przymislaus, hujus nominis II, sed quintus Bohemiæ rex, Joannes III, episcopus Pragensis, et Martinus abbas Breunoviensis, quorum tempore, quod hic narratur prodigium, contigit, simul vixere seculo* 13; *anno igitur* 1361 *substituendus est* 1261, *vel forte* 1263.

hh *Geminum oppidum in Bohemia est, quorum unum, in districtu Caursimensi situm,* Broda Bohemica; *alterum in Czaslaviensi* Broda Teutonica *nuncupatur.*

ii *Vide proxime dicta ad litt.* hh.

kk *An significantur hic cives* Brodæ Teutonicæ, *qui una cum Arnoldo Breunoviam* B. Guntherum *veneraturi venerint ?*

ll *Supple* ducentesimo *ex dictis hic ad litt.* gg.

mm *Urbes civitatesque regias regni Bohemiæ recenset Balbinus Miscellaneorum Decade* I, *lib.* 3, § 3; *sed nulla illic memoratur* Udivora.

nn Wenceslaus *martyr et Bohemiæ dux notatur in Officiis propriis ecclesiæ Pragensis anni* 1679 *ad diem* 28 *Septembris, pridie Dedicationis ecclesiæ S. Michaëlis in monte Gargano. Actum de S. Wenceslao fuse est in Opere nostro tom.* 8 *Septembris a pag.* 770.

oo Oken *notatur in decanatu Kamenicensi. Idemne, an alius locus ?*

# DE B. GOSWINO ABBATE

## IN MONASTERIO AQUICINCTINO

## IN DIŒCESI ATREBATENSI

I. H. **COMMENTARIUS HISTORICUS**

C § I. Beati Abbatis Vita duplex : quis utriusque futurus usus ; illius annus locusque natalis, doctrina, profectio Parisina, cum Petro Abaelardo decertatio, canonicatus.

Anno MCLXVI. *Nostrum de duabus*

*Septimus hic monasterii Aquicinctini, Ordinis S. Benedicti, Abbas binos habuit Vitæ scriptores, cœnobii ejusdem monachos. Utriusque lucubrationem e veteribus Mss. anno præteriti seculi vigesimo Duaci excudendam curavit Richardus Gibbonus sacerdos, paucasque ad Operis calcem animadversiones adjecit. In his cum Joanne Molano, in Annotationibus ad Usuardi Martyrologium die* 9 *Octobris, aliisque existimat, prioris Vitæ auctorem fuisse Alexandrum, proximum Beati nostri in abbatiali dignitate successorem; posterioris vero quemdam ejusdem loci monachum, qui sub Simone, IX Aquicinctensi præsule, vixerit, scriptorem facit. At Molanus et Gibbonus laudati genuinum in Alexandro Vitæ primæ scriptorem designasse haud videntur : neque ullam pariter conjecturæ suæ in medium proferunt rationem. Ille in omnibus, quas vidi, Usuardini Martyrologii editionibus suis hunc fere loquitur in modum :* Gosvini abbatis historiam habet Aquicinctum per Alexandrum successorem : *hic, cur ita senserit, nullibi prodit, nisi id conjectasse dicatur ex eo, quod Vita prior septennio post Beati obitum exarata legatur in ejusdem Vitæ Præfatiuncula epistolari.*

2 *Mihi vero, non ab Alexandro, proximo* Gos- *Beati Vitis, in quarum*
wini *successore, sed ab inferiori Aquicinctino monacho hanc Vitam exaratam, verisimilius apparet. Enimvero Vitæ istius auctor non se tantum, suamque lucubrationem alicui superiori, haud dubie Aquicinctini monasterii tum temporis abbati, offert dedicatque, sed et eam corrigendi ac penitus rejiciendi facultatem concedit, ut ex ipso Præfationis exordio ac fine manifestum est. Hujuscemodi autem est Præfationis initium :*

A *tium* : Suo, Suus, Seipsum : *finis vero* : Cetera tu, cui munus hoc obtulit mea devotio, quicquid in eo vides corrigendum, corrige; rade, quod judicas eradendum : vel si displicent omnia, bonum tantæ rei provide narratorem. *Quæ ut magis stabiliatur opinio, advertendum est, Alexandrum eodem mox die, quo* B. Goswinus *terræ mandatus est, abbatem Aquicinctinum fuisse creatum, ut notatur in Ms. ejusdem abbatiæ Chronico, cujus apographum, ex Rubeæ-Vallis cœnobio desumptum, apud nos exstat in codice notato N. ms.* 6; *ut adeo Alexander, qui ex laudato Chronico octo annis isti monasterio post* Goswinum *præfuit, is verisimilius fuerit, cui id operis sit dedicatum. In assignando posterioris Vitæ scriptore veritatem attigisse Gibbonum, patet ex istius Vitæ fine num.* 43, *ubi auctor hæc habet* : Usque ad præsens cum abbas in ecclesia Aquicinctensi eligitur, baculus ejus (Goswini) in manu electi ponitur, eique dicitur : ACCIPE BACULUM ABBATIS GOSWINI; ut videlicet, cujus suscipit officium, imitetur exemplum. Quod factum in electione domini Alexandri, qui ejus extitit successor, ab his, qui B præsentes adfuerunt, audivimus, et in promotione domini Simonis oculis nostris perspeximus.

*auctores inquiritur,* 3 *Porro, ut hic suam prodit ætatem posterior biographus, ita et prior id facit his verbis* : De rerum veritate dicendarum nulli fidelium penitus est ambigendum. Nam aut nulla, aut prope nulla sum dicturus, quæ non mihi dixerit ipse.... Vidi multotiens, cum aliquid laudabile de suis actibus innotescere cogeret series recitandi, in seipso spiritum ejus anxiari, narrationem velle relinquere, se stulte agere protestari; sed extorquebat ab eo, quod volebat occultare, charitas ipsius in subditos, et subditorum in ipsum evidentia charitatis. Hæc idcirco dixerim, ut lector dictis fidem adhibeat, sciens, me judicare vilissimum in scribendis fabulis occupari. *Ex dictis facile Lector colliget, quid de tempore utriusque auctoris sit censendum; alterum nempe non tantum Beato nostro coævum, sed et familiarem fuisse; alterum non diu post* Goswini *obitum lucubrationem suam in litteras misisse, atque adeo utramque scriptionem ad finem seculi* XII *spectare, quod et ex infra dicendis amplius elucescet. Modo, quid de utraque Vita sentiamus,* C *et quis nobis utriusque sit futurus usus, aperiamus.*

*judicium earumque usus.* 4 *Ac primo quod stylum spectat, floridus is est plus, quam simplex alicujus vitæ narratio videatur exigere, multumque ab antiquiorum Actorum conscriptione abhorret. Metaphoræ præterea, allegoriæ, aliæque, ut vocant, verborum figuræ in utraque Vita ad nauseam occurrunt : hemistichia versusque integri sæpius intermiscentur : nec deest multitudo textuum ex auctoribus tum sacris, tum profanis desumptorum; ut adeo pro accurata potius beati abbatis panegyri, quam pro accurata gestorum ejus enarratione sit habenda. Chronotaxis denique ita fere negligitur, ut hæc aliunde non sine ingenti labore eruenda nobis fuerit, et, quantum quidem licuit, stabilienda. Neutram igitur, ut eam laudatus supra Gibbonus edidit, hic recudemus, mutuaturi tamen inde fragmenta, quæ elucidandis Beati nostri Gestis, aliisque eo pertinentibus necessaria utiliave videbuntur. His prænotatis, ad Beati natales ac gesta quædam in seculo, priusquam aquicinctinum cœnobium est ingressus, accedamus.*

AUCTORE I. H.

*Beati locus tempusque natale,* 5 In castro, *inquit lib.* 1 *cap.* 1 *prior biographus*, quod Duacus nominatur, ortus est Goswinus. *Est autem, quod olim castrum tantum,* Duacus *dictum, ampla modo sub eodem* Duaci *nomine urbs Galliæ, in Comitatu Flandriæ et Artesiæ limite ad Scarpam fluvium sita; de qua plura, qui volet, apud Baudrandum in* Geographia *tom.* 1 *reperiet. Hæc de natali Beati nostri loco biographus, nihil addens de tempore, quo is in lucem fuerit editus, quod modo investigandum. Pagius in Criticis ad annum Christi* MCLXVI *num.* 24 *citat scriptorem Auctarii Aquincinctini, ad eumdem Christi annum ita loquentem* : Piæ memoriæ domnus Goswinus, abbas Aquicinensis septimus, charitate illustris, amator pacis et religionis, VII Idus Octobris circa mediam noctem, die Dominica, Luna XI, Indict. XIV de hoc seculo transiit. *Huic Auctario Aquicinctino uterque anonymus Vitæ scriptor consonat. En de emortuali* Goswini *tempore prioris verba lib.* 2 *cap.* 27 : Vespere autem Sabbathi, quæ lucescebat in Dominicam, et erat septimo Idus Octobris .... senex et plenus dierum et virtutum (B. Goswinus) migravit ad Dominum. *Tum, quibusdam interjectis, prosequitur*, erat autem annos habens circiter octoginta. E *Posterior vero ita scribit lib.* 3 *num.* 42 : Nocte Dominica, in festo S. Dionysii, quo videlicet die anniversaria dedicationis ecclesiæ nostræ *(Aquicinctensis)* festivitas celebratur,.... sancta illa (Goswini) anima carne soluta est, anno *scilicet, ut ibidem præmiserat*, quinquagesimo secundo, ex quo sæculo renuntiaverat, tricesimo vero quinto, *(alibi* sexto *legitur)* ex quo in Abbatem promotus fuerat. *Huic epochæ posterioris ævi scriptores adstipulantur; Molanus in Natal. SS. Belgii ad diem* 9 *Octobris; Rayssius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 56, *aliique : recedit ab ea Miræus in Fastis Belgicis pag.* 585 *scribens*, Goswinum *decessisse anno* 1196; *nisi mendum illud typographo potius, quam illustri huic auctori adscribendum putemus. Ex quibus jam facile conficitur, annum Beato nostro natalem fuisse sextum aut septimum supra millesimum octogesimum.*

*pueritia,* 6 *Modo cum biographo progredimur ad puerilem Beati ætatem, in qua unum illud notatu dignum occurrit, apparitio nempe ignotæ mulieris, præpositi vel abbatis dignitatem beato puero divinitus, ut capitis titulus habet, prædicentis,* F *Rem ipsam ex primæ Vitæ scriptore lib.* 1 *cap.* 2 *latius diductam accipe.* Dum quodam die... paribus colluderet.... mulierem quandam sibi prorsus incognitam, ex insperato sibi cernit assistentem; quæ nullum de coævis ejus allocuta, ipsum solum, ad quem, ut creditur, missa fuerat, a cæteris modice sequestratum contemplata, vidensque quod in dextera parte menti signum gestaret instar albæ et rotundæ cicatricis, in hanc prorupit prophetiam : scito, inquit, certissime, quia vel Præpositus, vel Abbas es futurus. Quo dicto, sicut puer ignoravit, quæ fuerat, unde venerat, sic quo recessit, non attendit. *Hic mihi suboritur dubium, verene ista apparitio acciderit, an ad jejunam Beati pueritiam amplificandam pie fuerit a posterioris ævi interpolatore excogitata. Cur enim electum lusus tempus, si clam aliis futura dignitas erat puero significanda? Cur ignota mulier ex eo, quod* Goswinum *puerum in dextera parte menti signum quoddam habentem videret, conferendam ei hujusmodi dignitatem pronuntiabat? Quid porro*

AUCTORE I. H.

*porro huc facit color, signique figura? Hæc verisimiliter, meo quidem judicio, ex iis non sunt, quæ, ut in Operis Præfatione prioris Vitæ auctor loquitur, ab ipso beato Abbate postea exceperit.*

*commoratio Parisina,*

7 Post hæc, *verba sunt primi biographi lib.* 1 *cap.* 3, emensa pueritia, cum in adolescentiam transmigraret, ... et in hortis Grammaticæ tantum fructum collegerat, ut aliis jam esset idoneus magistrari, ... volens etiam Dialecticæ semitas permeare,... Parisius est profectus, *ubi* (*cap.* 4) tunc temporis magister Petrus Abailardus (*alii* Abaëlardum *scribunt*)... schola publica utebatur. *Quo vero ætatis suæ anno* Goswinus *Parisios sit profectus, conjectandum hic nobis iterum relinquit biographus. Haud multum a vero aberrare videbimur, si illam* Goswini *in Gallias profectionem anno vitæ ejus vigesimo quinto circiter aut sexto illigemus, qui secundum ea, quæ superius de Beati nostri tempore natali disseruimus, ambo incidunt in annos Christi* 1112 *et sequentem, quo scilicet tempore Petrus Abaëlardus maxime florebat in Gallia, ut videre est apud Pagium in Critica Baroniana ad Christi*
B *annum* 1113 *num.* 13, *itemque in Opere nostro ad diem* 20 *Augusti in Commentario Actis S. Bernardi abbatis Claravallensis prævio* § 29. *Certe hæc* Goswini *profectio et cum Abaëlardo disceptatio biennio serius statui haud potest, cum tunc temporis, ut infra videbitur, Beatus noster Aquicinctinis sese monachis adjunxisse, neque deinde, ut cum Abaëlardo decertaret, Parisios remigrasse legatur. Lubet porro, quæ de celebri hac* Goswini *cum famoso illo errone pugna prioris Vitæ scriptor in litteras misit, resectis nonnullis, lectoris oculis subjicere.*

*decertatio cum P. Abaëlardo de eoque victoria*

8 Petrus Abailardus... probatæ quidem scientiæ, sublimis eloquentiæ, sed inauditarum erat inventor et assertor novitatum : et suas quærens statuere sententias, erat aliarum probatarum improbator... Dicebat quod nullus antea præsumpserat, ut omnes illum mirarentur. Cum igitur adinventionum ejus absurditas in notitiam pervenisset eorum, qui Parisius doctrinæ causa morabantur; primo stupore, deinde zelo quodam ducti confutandæ falsitatis, cœperunt inter se quærere, quis esset ex eis, adversus eum, disputandi negotium subiturus..... Quia igitur venerabilis adolescens Gosvinus ef-
C ficacis erat facundiæ, sicut ingenii perspicacis, ut eum super nugis talibus conveniret, suaserunt.... Magister autem Joslenus (Goslenum *alii vocant)* qui postea Suessionensem rexit cathedram *(ab anno scilicet* 1136, *non* 1127, *ut probant Benedictini monachi in Gallia Christiana novissimæ editionis tomo* 9 *col.* 357) id fieri prohibebat,.... Magistrum Petrum dicens disputatorem non esse, sed cavillatorem.... Sed Gosvinus monitiones et rationes illius *(Josleni)* non attendens.... ascendit in montem S. Genovefæ *(locus est, ubi tunc Abaëlardus docendi munere fungebatur)* quasi David cum Goliath duello conflicturus, qui illic auditoribus suis miras et inauditas sententias... detonabat. *Tum multis interjectis, sequitur conflictus* Goswini*que de Abaëlardo in hunc modum victoria :* cum divertendi ei *(Abaëlardo)* penitus suffugia clauderentur, ab isto, qui non ignorabat ejus astutias, tandem convictus est, asseruisse se, quod non esset consentaneum rationi.... Itaque... cum ventum esset ad eos, qui in tabernaculis scholaribus fuerant remorati, in voces exultationis et lætitiæ proruperunt, eo quod humiliata esset turris superbiæ *etc.* D

*canonicatus.*

9 *Parta hac victoria, Duacum redit* Goswinus, *ibique alios docendi munus suscipit et ecclesiæ S. Amati Canonicis adscribitur, quo tempore ad sacrum presbyteratus ordinem necdum erat promotus, ut ex infra dicendis patescet. Lubet porro hic pauca ex Joanne Buzelino in sua Gallo-Flandria lib.* 1 *cap.* 34 *de antiqua ista S. Amati ecclesia adjicere : ita habet :* Templorum *(urbis Duacenæ, cujus eo loci amplam descriptionem exhibet)* vetustissima et nobilissima, quæ D. Petri et Amati nomine consecrata. Inest utrique Canonicorum Collegium. Sed præcipua fundatoris nobilitate pollet, ac forsan etiam temporum antiquitate præstat illud, quod Amati nomen induit.

## § II. Monasterii Aquicinctini, de quo quædam præmittuntur, monachis B. Goswinus se jungit; varia lustrat monasteria; abbas eligitur. E

*Aquicinctini cœnobii, de cujus situ,*

*Annus agebatur reparatæ Salutis quartus, aut quintus decimus supra millesimum centesimum,* Goswini *vigesimus septimus vel octavus, cum hic tanto rerum secularium tædio captus est, ut, consilio prius cum natu minore fratre inito, una cum eo clam reliquis consanguineis monasticam vitam in cœnobio Aquicinctino sit amplexus. Celeberrimum hoc Ordinis S. Benedicti monasterium, humani generis Servatori sacrum, anno Christi* 1079 *condi cœptum, duobus milliaribus Duaco distat. Nomen ei* Aquicinctum *seu* Aquiscinctum *inditum, quod locus, in quo exstructum est, omni fere ex parte Scarpæ fluvii aquis tum temporis esset cinctus. Hæc de monasterii hujus exstructionis epocha locique situ sufficiant. Quædam modo, ad ejusdem originem progressumque spectantia, in lectoris gratiam lubet subjicere. Inter exaratos manu libros habemus in bibliotheca nostra exemplar vetusti codicis, ab anonymo Aquicinctensi monacho seculo* F *duodecimo ad finem vergente scripti, atque hunc in fronte titulum præferentis* : Chronica abbatum monasterii Aquicinctini. *Chronici hujus apographum præterito seculo e Rubeæ-Vallis canonicorum Regularium prope Bruxellas monasterio decessores nostri compararunt : in eo autem circa medium anonymus auctor hunc scribit in modum.*

*origine progressuque*

11 Temporibus itaque Henrici imperatoris Cæsaris Augusti *(hujus nominis IV)* in honore Salvatoris mundi, qui ab æterno qualiter singula in tempore fiant, disposuit, hæc domus incepta est in insula Aquecinctensi, Philippo *(I)* rege monarchiam regni Francorum tenente, Roberto autem Balduini Insulani filio Flandriæ comitatum administrante, Balduino vero fratruele ejus, violentia patrui hæreditate paterna privato, Haynoensium principatum gerente, anno millesimo septuagesimo nono. De cujus constructione ea, quæ jam ab aliis dicta sunt, iterum minime narrare tentamus : sed, quæ ab illis omissa sunt, rerum gestarum seriem repetentes brevi

A brevi elogio fide plena, sicut in Chronicis invenitur, scribere satagimus.

*quædam* 12 Igitur inceptum est cœnobium sancti Salvatoris in Insula Aquæcincti a viris illustribus, Sichero videlicet atque Waltero. Qui Sicherus habebat uxorem nomine Machtildem, nobilem quidem natalibus, sed moribus nobiliorem. Quæ conjugem suum crebrius monendo ad hoc opus agrediendum incitavit, ideo maxime quod sanctum quemdam Gordanium inibi quondam eremiticam vitam duxisse ferebatur. Unde factum est, ut præfati viri hinc crebro colloquendo se mutuo hortarentur, et deliberantes Ancelmum quemdam de Ribodimonte nobilissimum virum adeunt, et ab eo insulam illam, quia sui juris erat, deposcunt. At Ancelmus, audita petitione eorum, gavisus est valde, et sine dilatione gratis, quod petebatur, concessit.

*ad/eruntur.* 13 Igitur ex condicto pariter properant et Gerardum Cameracæ urbis præsulem adeunt, ad cujus diœcesim tunc locus ille pertinebant : quid animo gerant, pandunt ; et quia ejus parochiani

**l.* assentiat erant ut votis eorum assentiant *, exposcunt. Quibus auditis venerandus pontifex libentissime

B annuit. Receptoque fundo de manu Ancelmi, quod ab eo in beneficium tenebat, cum arundineto eis tradidit. Eo accepto, cœnobium illic con-

**l.* cœperunt struere cœpit *, et de suis allodiis competenter, ut poterant, ditaverunt. Aggregantur ibi Deo devoti viri cum facultatibus suis Christo se devoventes, ejus grex pusillus esse gestientes. Quorum curam memoratus præsul gerens duos ex monachis Hasnoniensis cœnobii honestæ vitæ ad instruendos misit, e quibus uni eorum Alardo nomine curam eorum commisit, abbatem ordinavit. *Hactenus Ms. Aquicinctense Chronicon, plura adhuc, eodem pertinentia, subdens, quæ, ut ad Beatum nostrum revertar, prætermittenda censeo.*

*monachis scriptus disciplinam monasticam* 14 *Adscriptus itaque Aquicinctinis monachis* Goswinus *et jam presbyter ordinatus, adeo statim in virtutum exercitatione profecit, ut ad varia inter suos abeunda munia a præsule Alviso fuerit destinatus. Eo præterea jam tum Benedictini Instituti servandi promovendique zelo flagrabat, ut exterorum etiam cœnobiorum monachis ad regularem disciplinam reducendis*

C *præficeretur. Erant ea tempestate, seculo nempe* XII *haud multum provecto, varia in Galliis cœnobitarum domicilia, quæ, ut pristino restituerentur vigori, industria prudentis medici manu plurimum indigebant. Audi prioris Vitæ scriptorem, monachum Benedictinum, hac de re lib.* I, *cap.* 16 *loquentem :* Laborabant eo tempore, *seculo, ut mox dixi,* XII, incommodo duplici monasteria Gallicana, rerum temporalium damnis et spiritualium detrimento. Vexabantur utrimque, utrobique defluebant, undique vacillabant, et tanto foris amplius, quanto magis intus dissidebant..... Misit autem Dominus in cor Prælatorum Ordinem reformare perditum et informare custodiendum, exteriora quoque subdere parcitati, infrænare prodigalitatem, superflua resecare..... Abbas proinde S. Crispini Suessionensis cum unus esset ex iis, qui nimis auxiliariis indigebant, accessit ad Alvisum patrem monasterii Aquicincti, et, ut in Dei messem de suis aliquem mitteret operari, petiit et impetravit. Æmulabatur enim ferventer decorem domus Dei, zelabat Domini sui sponsam, oderat Crucifixi patrimonii dispersores. Unde venerabilem Gosvinum ad opus tam sanctum destinavit.

AUCTORE I. H.

15 *Quam præclaram porro morum conversionem, quam perfectam monasticæ disciplinæ restaurationem* B. Goswinus *in laudatum S. Crispini cœnobium invexerit, citatus Vitæ auctor eodem cap. ita enarrare pergit* : Agebat, ad quod venerat, nulli ibi morantium gravis, sed amabilis universis ; et quia faciebat, quod dicebat, imitando illum, qui cœpit primum facere, post docere, significabat esse factibile, quod docebat ; amabile, quod suadebat ; imitabile, quod agebat. Reviruit in brevi facies illius ecclesiæ, refronduit religio desiccata, refloruit Ordo dissipatus, fructificavit plantatio Salvatoris, scissuræ vestium Sponsæ Domini sunt re-

*Suessionensibus in SS. Crispini*

sarcitæ *, amictus candidatus ; ipsa ornata pu- ** l.* resartæ ritate, præcincta castitate, coronata charitate restituta est a dexteris Dei in vestitu deaurato, unguentorum suorum odore respergens Galliam universam. *Atque hæc quidem in prædicto monasterio urbis Suessionensis a* B. Goswino *perpetrata.*

*et Medardi* 16 *Erat et aliud prope eamdem civitatem celeberrimum Benedictini Ordinis monasterium, cui a S. Medardo nomen. Illud jam a medio circiter seculo* VI, *quo secundum Sammarthanos in* Abbatiis Galliarum *lit. M. quadringentos alebat monachos, morum floruerat honestate ac regularis observantia disciplinæ. Verum, ut fert stabilis numquam rerum humanarum conditio, tantum pristini splendoris seculo* XII *adolescente amiserat, ut Gaufridus, eo tempore cœnobii istius abbas, ad recuperandam priorum temporum celebritatem disciplinamque redintegrandam* B. Goswini *itidem opera utendum, omnino necessarium existimaret. Invitatus itaque a Gaufrido* B. Goswinus, *mox ad S. Medardi monasterium convolat, manum protinus operi tam salutari admovet, brevique temporis spatio eam inter cœnobitas istos morum mutationem invexit, quam boni omnes, ac imprimis Gaufridus votis omnibus expetierant. Rem ipsam prioris biographi verbis uberius descriptam accipe.*

*monaster iis,* 17 *Libro igitur* I, *cap.* 17 *ita habet* : Post hæc *(a* B. Goswino *in abbatia S. Crispini Suessionensis facta)* cum non multum temporis *(scilicet circiter quadriennium)* effluxisset, abbas S. Medardi Gaufridus, qui postea *(anno* 1131 *pre-*

F *cibus e consilio S. Bernardi, cui id muneris tunc fuerat oblatum)* Catalaunensem ornavit cathedram, ad erectionem *(rerum spiritualium innovationem)* sui monasterii colligebat idoneos adjutores, pro eo quod ipsum quoque multæ confusionis horror invasisset, deperisset Ordo, subsidia defluxissent, et tanto plures opinio turpitudinis ejus offendebat, quanto major erat intuentium multitudo. *Tum, paucis interjectis, ita in rem nostram prosequitur* : Innotuerat aliquatenus illic habitantibus sanctitas et industria Gosvini, dum in vicino S. Crispini monasterio moraretur, et suaveolentia nominis ejus, quæ remotos quosque contigerat, amplius illis pro loci proximitate perfuderat : quæsitus est a Rectore loci illius et impetratus ; quia nil erat abnuendum personæ, quæ non minus erat pro morum jucunditate diligenda, quam reverenda pro titulo sanctitatis.

*itemque, postquam concilii* 18 *En modo ex ejusdem libri cap.* 18, *quos sedula Beati nostri cura inter Medardinos cœnobitas fructus prodixit* : Hæc et similia *(ad virtutem*

AUCTORE I. H.

*virtutem incitamenta*) Claustralibus utilia, Goswinus Prior claustralis factus, plus exemplo, quam verbo proponebat; et quia mitissimus sciebatur in moribus, in verbis efficacissimus habebatur, et sapientiæ doctrinam vitæ meritum commendabat. Sicque Domino cooperante et sermonem confirmante, domus illius facies, quæ fuerat aliquatenus deturpata, decorem induit; et membra illius, quæ debilitaverat ignavia, fortitudinem resumpserunt; et hinc redintegratis vestimentorum ejus scissuris, hinc vero candidatis circumamicta est varietate virtutum; et coronata diademate charitatis, accepit in dextra Regis sessionem, et expanso sinu hospitalitatis, qui susciperet omnes, et neminem exturbaret, odore bono tam Deum, quam homines respergebat, et de erectione sua gaudio magno ecclesias Galliarum, sed majori civitatem Dei Jerusalem, quæ sursum est, ordines Angelorum.

*Suessionensi*

19 *Eo quoque tempore, seu anno, ut probat Pagius in chriticis,* 1121 *Concilium Suessionense,*
B *præside Conone S. R. E. Cardinale Legato, episcopo Prænestino, celebratum est, in quo Petrus Abaëlardus condemnatus et in monasterium S. Medardi detrudi jussus est. Verum in hujusce rei narratione tum Pagius ad cit. annum num.* XV, *tum maxime ipse Beati nostri prior biographus lib.* I *cap.* XVIII *hallucinati sunt : iste, quod ea tempestate cœnobio S. Medardi Anselmum quemdam abbatem præfuisse asserat ; hic, quod hanc Abaëlardi condemnationem temporibus Innocentii II Papæ innectat. Utriusque verba proferamus.* Vocatus, *inquit loco mox citato Pagius,* ad Concilium Abaëlardus, nulla, si ei in propria causa adversus æmulos loquenti fides sit habenda, prævia interrogatione..... jussus et manu propria librum, a se de Trinitate compositum, in ignem conjicere et symbolum Athanasii recitare; tum in custodiam Anselmo S. Medardi Suessionensis Abbati traditus est, ut ipsemet in Epistola laudata cap. 10.... narrat. *Verum in ea Abaëlardi Epistola, in qua suas calamitates describit, et cujus pars magna apud Labbeum tomo* X *Conciliorum col.* 885 *et seq. legi potest, nullam Anselmi Abbatis mentionem reperire est.*

C *interfuisset,*

20 Inde, *Abaëlardi verba sunt,* quasi reus et convictus Abbati S. Medardi, qui aderat, traditus, ad claustrum ejus tanquam ad carcerem trahor. *Præerat autem jam ab anno proxime prægresso, seu* 1120, *Medardino monasterio Gaufridus abbas, eaque dignitate ad annum usque* 1131, *quo ad Catalaunensem Cathedram assumptus est, potiri perrexit, ut adeo eo in munere nullus isto tempore locus Anselmo relinquatur. Nunc citatum præc. num. biographum audiamus.* Unde contigit, ut, quia hæc mutatio dexteræ Excelsi *(adlaborante* B. Goswino *inter S. Medardi monachos recens facta)* circumquaque vulgabatur, summum quoque Præsulem Innocentium non lateret, et magistrum Petrum... de doctrinæ convictum falsitate... illuc *(ad S. Medardi cœnobium)* transmitteret recludendum.... susceptus est in claustro a claustrali Priore Gosvino. *Hic in Innocentio error manifestus cubat, cum constet, Callistum II eo tempore universalis Ecclesiæ clavum tenuisse, atque Innocentium, de quo hic, non ante annum Christi* 1130 *ad supremam Petri cathedram fuisse evectum. Qua de re ad annum mox dictum num.* 1 *Pagium consule.*

*Remis in S. Remigii restituit :*

21 *His ita in SS. Crispini et Medardi cœnobiis a* B. Goswino *peractis, propere ad Aquicinctinos, sibi soli vacaturus, redire statuerat, cum rursum ab alterius monasterii præsule expetitus, ut, quod in civitate Suessionensi tam egregie præstiterat, inter suos pariter exequi conaretur, eo se illico contulit. Erat cœnobium illud in urbe Remensi et a S. Remigio nuncupabatur. Huic tum temporis præerat Odo, vir pius et prudens, atque etiam, ut loquuntur Sammarthani in* Abbatiis Galliarum, sanctitatis fama commendabilis. *Nihilominus et hic regularis disciplinæ fervor tepuerat, et morum correctione indigebant cœnobitæ. Audiatur iterum prioris Vitæ auctor hac de re lib.* I *cap.* 21 *in hunc modum scribens* : Informata tandem in loco illo (*civitate Suessionensi)* observantia regulari, alia quoque monasteria deformitates suas ad hujus similitudinem reformari cupiebant.... Unde factum est, ut * Rhemis quoque apud S. Remigium mitteretur *(Beatus noster)* ubi Prioris claustralis officium non segnius, quam Suessionis exercebat; quia non minus ibi vacillaverat Ordo, nutaverat religio, imminutæ res fuerant adjacentes. Mansit E ibi (B. Goswinus) cum gratia, rediit cum gloria Aquicinctum.

* *l.* Rhemos

*Abbas Aquicinctinus eligitur.*

22 *Rebus tam prospere ubique gestis, latere tandem ac soli Deo vivere, concessum sibi iri arbitrabatur, cum ob egregias, quæ in eo elucebant, animi dotes ad summum Prioratum, ut vocant, ac brevi post ad supremum Aquicinctensis monasterii regimen est evectus, Alviso, Aquicinctino abbate, ad infulas Atrebatenses promoto. Juverit id ex laudato jam sæpe biographo lib.* I *cap.* 24 *lectori exhibere, adjectis nonnullis, quæ rei hujusce epocham proxime determinent.* Per id, *inquit,* temporis (*Anno Christi* 1131) Attrebatensis Ecclesia rectore suo (*Roberto I.* X *Kal. Maii dicti statim anni mortuo)* destituta, sollicite perquirebat, in quo sibi complaceret, quem sibi præficeret..: Cum diu (*certe non ultra annum* 1131, *quo jam tum in Chartulario Lehunensi* Gosvinus *abbas nuncupatur, ut habent scriptores* Galliæ Christianæ *novissimæ editionis tom.* 3 *col.* 411) multumque deliberasset, omnium convenit unanimitas in Alvisum Patrem monasterii Aquicincti, pro eo quod.... dignus esset Sponsæ Domini fieri paranymphus, et quadrigam F diocœsis illius aurigare. Quo de magnis ad majora sublimato.... nullam, pro suis solis elevatione, Aquicinctensis ecclesiæ luna Eclypsim est perpessa ; sed in ordine suo stans.... ad sui regimen Gosvinum rapuit potius, quam elegit. *Annum tunc beatus neo-præsul agebat tertium aut quartum supra quadragesimum, ut colligi facile potest ex dictis sub initium hujus §, collatis cum iis, quæ posterior biographus lib.* 3 *num.* 7 *de* Goswini *in abbatem electione ita litteris commendavit ;* sic, *inquit,* vir beatus,.... Domino Alviso in Episcopatu Atrebatensium assumpto, Gosvinus,.... anno sexto decimo conversionis suæ, omnium fratrum unanimi consensu Abbas est effectus.

§ III

A

## § III Bëati gesta regiminis tempore memoratu digniora, virtutes præcipuæ, miracula quædam, donum prophetiæ.

*Ferventibus precibus victorium*

*Quibusdam de B. Abbatis virtutum excellentia præmissis, de quarum aliquot nobis erit infra dicendi locus, prioris Vitæ scriptor anonymus lib.* 2 *cap.* 12 *refert victoriam singularem, quam Aquicinctini monachi* B. Goswini *præsertim precibus ejusque in Deum fiducia de Canonicis Turonensibus reportarunt. Contendebant nempe hi Aquicinctinis eripere possessiones geminas, de* Baralla et Bussy *dictas (dudum frustra a me quæsitas) quas Aquicinctense cœnobium justo donationis titulo acquisierat. Res utrimque ad Samsonem, archiepiscopum Remensem, decidenda refertur. Interim, Turonensibus canonicis nihil diligentiæ, ut habent Annales Benedictini tom.* VI *pag.* 207, *ad causam instruendam et judices*
B *interpellandos prætermittentibus,* B. Goswinus *uni Deo, ad quem continuas fundebat preces, jus suum commendabat, nequicquam conquerentibus, quos secum ad promovendam litem Aquicincto adduxerat, monachis, negotium ab eo negligi. Et vero brevi post patuit, exoratum supremi Numinis favorem forensibus actibus humanique ingenii inventis longe præstare, re tota ab archiepiscopo Remensi Aquicinctinis adjudicata. Rem ipsam auctoris, § hujus initio citati, verbis accipe.*

*de canonicis Turonensibus*

24 Controversia quædam, *inquit*, dura satis emerserat inter Aquicinctenses monachos et canonicos Turonenses super possessionibus de Baralla et Bussy, quas Aquicinctenses titulo donationis et possederant et possidebant .... super quibus cum fuisset utrimque sæpius decertatum, tandem ad Rhemensem Audientiam res perlata .... Venerabilis Gosvinus apud S. Remigium hospitatus, solitam explens Domini servitutem, et sic protelans orationem, ut immemor negotii videretur, arguebatur a fratribus instanter, urgentes causas post tergum projecisse .....
C Quibus austeriorum sermonum flagellis Vir Domini percussus, non concussus, debiti sui penso Domino persoluto, ad curiam properavit, et omnibus increpantibus ejus pigredinem, .... Samson archiepiscopus reverendus, Viri consuetudinem non ignorans, excusationis eum clypeo protegebat, agendi pro se tribuens ei facultatem; qui cum seriatim et luculenter processum sui negotii perorasset, exposuisset quæ decerent bonæ fidei possessorem, inter affirmationem ipsius et illorum negationem probatione media introducta sua, possessio adjudicata est Gosvino.

*ac de perduelli subdito*

25 *Post hæc eisdem ferventis orationis armis alterius quoque generis hostem superavit. Erat is* Chiretus *quidam, homo faver et contumax, qui pro quibusdam possessionibus, quæ ad Aquicinctinos spectabant, sese juramento fidelitatis* (Hominium *vocant juris periti)* B. Goswino *obstrinxerat, jamque illud palam infringere, monasterii res pessumdare, imo et beato Abbati mortem intentare, haud reformidabat. Monitus crebro, nec a perfidia resipiscens, tandemque in jus vocatus, cum et eo venire detrectasset, fuerat contumaciæ condemnatus, a fidelium communione sejunctus, et singulare certamen, pro temerario istorum temporum more, inire coactus. Utrimque concurritur; orat* Goswinus; *hostis pertinaciæ pœnas luit interemptus. Juverit id, omissis, quæ parum ad rem faciunt, prioris biographi verbis lib.* 2 *cap.* 24 *lectori exibere.*

AUCTORE I. H.

26 Quod tunc, *inquit*, apparuit manifeste *(quantum precibus apud Deum valeret* B. Goswinus) cum quidam Chiretus nomine, qui ei hominium debebat, sed hominii jura violabat, in tantum facinoris surrexisset, ut injuriis violentis, et violentiis manifestis adderet et contemptum, ut nec astare curiæ, nec causam ingredi, nec subire judicium dignaretur ..... Mortem .. domino suo minabitur .... servientes ejus perimebat ..... domibus succensis, animalia evisscerabat .... vias ejus occupabat et omnino corrigi non valebat .... Cum autem de * correptione ejus spes omnis abiisset in ventum, ... (*judices*) eum pro suis criminibus ejectum de ecclesia, judicio, quod ecclesia (*merito*) non recipit, judicandum decreverunt, et monomachiæ legibus agendum cum eo statuerunt .. Igitur ....
E Almannum quendam ab ecclesia suum tenentem Gazamentum (*stipendium pugilibus, de quibus Cangius V.* Campiones, *olim dari solitum*) adversus eum armaverunt, et in causa ordine judicario procedentes, locum certaminis adierunt. Interim venerabilis Abbas suum in Domino jactans cogitatum orabat, ut honor ecclesiæ Domini servaretur ... Precibus patris filii suas adjungebant ... Quorum voces ad aures Domini perv enisse, ... victoriosus effectus indicavit : cum perseverantem in malitia adversarium, justo judicio suo magis, quam pugilis Aquienctensis baculo fatigavit, fatigatum dem embravit, demembratum superavit, superatum interemit. *Quid vero de hujusmodi certaminibus, dudum merito abolitis, in quibus* sæpe innocentes victi, nocentes vero victores esse videntur, *ut loquitur Atto episcopus Vercellensis apud Dacherium tom.* 8 *Spicil. p.* 51, *sit statuendum, facile lector colliget ex iis, quæ tum citatus mox auctor, tum Mabillonius Act. SS. Bened. Sæc.* VI *P.* 1 *Præf. n.* 43 *et seq., aliique hac de re litteris commendarunt.*

*refert:*

* *an correctione?*

*summa, ob quam Eugenio III*

27 *Neque supremo tantum Numini ob orationis studium aliasque virtutes, plane singulares Beatus noster percarus extitit, sed et summis Christi in terris Vicariis aliisque viris, non sanctitate minus, quam doctrina illustribus, in amoribus fuit. Anno æræ Christianæ* MCXLVIII *sub Eugenio III PP. celebratum est Remis Concilium generale, in quo Eudo seu Eon, impius hæreticus, qui se ore blasphemo prædicabat esse Eum,* qui venturus est judicare vivos et mortuos et sæculum per ignem, *condemnatus, et novum Fidei Symbolum adversus Gilberti Porretani, Pictaviensis episcopi, errores conditum est. Inter Abbates, qui ad illud ex omnibus Galliarum partibus confluxerant, imprimis celebrandi veniunt S. Bernardus Claravallensis et* B. Goswinus, *quem Eugenius vixdum visum non singulari modo humanitate et benevolentia excepit, sed et ad intimam familiaritatem admisit, et gravissimis in rebus cum S. Bernardo in consilium adhibuit, solitus deinde eum antonomastice* Abbatem suum *appellare. Pauca adhuc, eo etiam spectantia, ex posterioris Vitæ scriptore lib.* 3 *num.* 10 *in medium proferamus.* Cum Dominus

AUCTORE I. H.

nus Papa Eugenius in urbe Rhemensi Concilium suum celebraret, inter tot tantasque personas, archipræsules, præsules, abbates, potentes, nobiles atque ignobiles, non erat dies, quin ipsi (B. Goswino) propter famam sanctitatis, in testimonium magnæ dilectionis, per proprium servientem ei * fercula sua dirigeret. *Modo ad alias beati Abbatis virtutes progrediamur.*

* *abundat*

*percarus, animi demissione,*

28 *Ab humilitate, seu insigni illius animi demissione exordium duco. Quam altas hæc virtus in B. Abbatis corde radices egerit, ex utroque ejus biographo juvat lectoris oculis exponere.* A fratribus, *inquit prior lib.* 2 *cap.* 2, dux *(Abbas)* constitutus non extollebatur, sed erat in illis quasi unus ex illis, et una eum ipsis psallebat, edebat, pausabat. In humilitatis . . . tuto, *ejusdem scriptoris verba sunt cap. seq.*, locaverat omnem suæ fabricam actionis . . . sic virtus hæc in mentis ejus vertice arcem sibi constituerat, . . . sic dominatum exercebat, ut omnes ejus affectiones, loquutiones, actiones sibi cogeret militare. Nil in ejus actibus apparebat, quod non humilitatem redoleret; non
B alliud verba, quam humilitatem resonabant . . . In hac tam specialiter eminebat, quasi sola haberi videretur, et in eo monarchiam obtinere. *Hæc ille. Modo et alterum Vitæ auctorem consulamus. Is lib.* 3 *num.* 3 *de hac Beati nostri virtute hunc scribit in modum.* Ubicumque erat... defixos oculos in terram habebat, et humilitatem sui cordis videntibus demonstrabat. Plus, *inquit num. seq.*, optabat humilis dici in sapientia, quam sapiens haberi in superbia. Quantum vero humilitate profecerit, ex hoc apertissime declaratur, quod post ipsum usque ad præsens neminem viderimus, qui in tali ætate usum Aquicinctensis ecclesiæ mente tenus didicerit, ut etiam juvenibus . . . in hoc superior extiterit. Non erubuit, o Domine, vir maturæ ætatis, et inter sui temporis sapientes sapiens et magister nominatus, puer fieri pueri tui Domini Jesu. Sublimatus autem, *scribit ib num.* 7, pastorali regimine, non est mutatus novo honore; sed unus idemque constantissime perseveravit, qui prius fuit. Non noverant hunc prospera erigere. *Dein num.* 14 *hæc habet*: Et
C ut paucis plurima constringam, quis umquam in omni vita ejus vel notam superbiæ vidit? In dicabat aspectus ejus, quam humilis esset interius. *Postremo narrata hucusque insigni, quod ex eo summatim hic refero, Modestiæ exemplo concludit numm.* 25 *et* 26. B. Goswino *Dominica quadam die ad aram faciente, plurimi, ut divinæ rei interessent, ad ædem sacram confluxerant, quos inter fuerat adductus homo oculorum usu privatus. Hic divina bonitate et B. Abbatis meritis plurimum confisus, Deum sacrificii tempore enixe precabatur, ut amissam videndi facultatem sibi restitueret. Peractis jam circiter tribus rei sacræ partibus, cum B. Sacerdos tertium esset* Agnus Dei *repetiturus, in hæc subito verba cæcus prorupit*: Deus adjuva me, ecce lumen video. *Qui aderant,* et cœcum noverant, *rem prius summopere mirari, tum benigni Numinis potentiam ac beati ejus famuli, cujus interventu id beneficii collatum exclamabant, merita maximis laudibus extollere*; B. *interim* Goswino, *qui sese palam peccatorem nominabat,* Deum *que* per quoscumque voluerit, per muta *etiam* animalia operari miracula posse *dicebat, adstanti multitudini, suisque præsertim monachis, illud ei maxime tribuentibus, severe interdicente, ne* D *alteri, quam cœlesti Medico, stupendam hanc curationem adscriberent.*

*amore paupertatis,*

29 *Hinc porro nemini mirum debet videri, Virum Dei, tam humiliter de se sentientem, summo semper paupertatis amore ac singulari in proximum charitate, quæ et nonnumquam prodigio aliquo, ut videbimus, fuit comprobata, flagrasse. Ac de priore quidem virtute anonymus primæ Vitæ scriptor lib.* 2 *cap.* 3 *hæc memorat.* Tanta fuit ei paupertas spiritus, ut nihil umquam proprium habere dignaretur, et sic usque ad senium per semitas paupertatis ambulavit, ut multoties omnibus astantibus sit testatus, nil, a quoquam postulatum, in usus proprios intorsisse. *Hunc etiam religiosæ paupertatis amorem tum exemplo, tum imperio in suis accendere et nutrire semper studuit, severe prohibens, ne subditorum quisquam re aliqua, ad communem totius monasterii usum non spectante, umquam uteretur. Quo præceptum cum violassent aliqui ex Aquicinctinis monachis, qui arcas sibi, seras cæcasque laternas clam beato Abbate conficiendas curaverant, tanto, ubi id resciit, religionis ar-* E *dore beatus Præsul exarsit, ut seras illico confringi et nocturnas laternas jusserit igne comburi. Audiatur anonymus secundæ Vitæ auctor lib.* 3 *num.* 28 *rem totam hoc pacto enarrans.* Monachorum... nulli, *inquit citatus scriptor,* clavem vel arcam concedebat propter opus peculiare, exceptis excellentioribus decanis, ad reponendas res ecclesiæ. Sconsas (*sunt exlanternæ cæcæ seu nocturnæ, ut explicat Cangius in Glossario V.* Absconsa) quarum numerus nunc est innumerabilis, numquam Prior vel Abbas habuit, nisi illam, quæ omnium communis, fuit. Quodam tempore, cum per curiositatem aliquorum plurimæ seræ et sconsæ factæ fuissent, (B. Goswinus) zelo inardescens religionis, seras omnes confringi fecit, exceptis armarii (*Bibliothecæ custodem intellige, ut ex Cangio V.* Armarius *discere potes)* et majoris custodis, *seu templo præfecti, cujus erat res ad ecclesiam spectantes custodire;* sconsas vero, præter unam (*totius monasterii usui inservientem)* omnes igne combussit. Leniter ferebant qui Deum timebant, quod de talibus nihil habebant; cum ipse (B. Goswinus) qui summus omnium erat pater, in talibus omnium pauperior esset: gratissimum enim illi erat, nudum nu- F dam Christi portare crucem. *Atque hæc de studio paupertatis.*

*charitate in proximum*

30 *De illius modo in proximum charitate, nonnumquam, ut dixi, prodigio comprobata, sermonem instituamus. Subditos inprimis omnes tanto amore prosequebatur, ut nulli umquam verbo nutuve offendiculo aut tristitiæ, cunctis vero summo semper fuerit solatio atque præsidio. Neque parietes intra domesticos ejus se charitas continebat, sed et ad extraneos, pauperes præsertim, aut alia quacumque calamitate oppressos, quibus volupe ei erat quoquo poterat modo subvenire, extendebat. Hanc in rem citandi rursum sunt utriusque Vitæ scriptores. Prior lib.* 2 *cap.* 7 *hæc habet*: Si vero voluerit quis habere non incognitum, qualiter erga pauperes misericordiæ visceribus affluebat, sciat, eum oculum fuisse cæco, pedem claudo, nudo vestimentum, esurientibus alimentum, patrem orphano, viduæ sponsum, consolationem tribulato, solutionem vinculato, infirmo provisorem, oppresso protectorem, hospitium viatori, marsupium debitori, et, ne longius evagemur, miseriarum

omnium

A omnium sitim miserationum suarum fluentis extinguebat. *Posterioris num.* 3 *lib.* 15 *verba sunt :* Esurientes reficiebat, algentes vestiebat, pupillis et viduis, ex bonis ecclesiæ suæ,in tribulatione subveniebat.

*prodigiose probata,*

31 *En modo ex secundæ Vitæ auctore lib.* 3 *num.* 27, *cui et alter lib.* 2 *cap.* 16 *consonat, prodigium, quo supremus bonorum omnium largitor Deus famuli sui in pauperes largitatem visus est comprobare.* Quodam... tempore auctoritate Rhemensis archiepiscopi ad eamdem urbem *(Remensem scilicet)* venerabilis Pater *(ut litem, de qua num.* 23 *hujus Comment., coram laudato præsule decidendam curaret)* coactus est proficisci. . . . . Igitur cum in villam, quæ Piscatoria Curtis (*Pequencourt*) dicitur, transiisset, et nemus Aquicinctense, quod ipsi villæ contiguum est, pœne exisset, fit ei obvius pauper, utque eleëmosynæ subsidium tribuatur, Christi pauperem deprecatur. Cui Vir Dei, frater, Deus scit, quod, ut æstimo, non habeo nummum, nec saltem solummodo unum. Manum tamen ad marsupiolum ponit, quod non ad aliud, B nisi tantummodo propter pauperes, ferre secum

**t.* extractum

voluit; nummum invenit, * abstractumque pauperi tribuit. Paululum Vir Dei processerat, rursus ei pauper alius obviat, eleëmosynam similiter postulat. Cui Pater amabilis responsum priori æquipollens reddidit. Attamen manum ad marsupium applicat, quod divina virtus nummo fœcundat, quem statim pauperi pauper egregius donat. Quid plura? Usque Rhemos civitatem semper nummus distribuitur, nec ullus pauper frustratus abire permittitur; et semper nummus in marsupio invenitur, nec tamen par pari adjunctus ullatenus reperitur. Hæc ab illis audivimus, qui hæc viderunt, vel ab ipso audierunt : *namque* B. Goswinus, ne tanta *(verba sunt prioris Vitæ lib.* 2 *cap.* 16) Domini bonitas semper incognita remaneret, quibusdam hoc judicavit intimandum, quos tanto dignos relatu judicavit, quos sciebat... nec eo superstite vulgaturos.

*vitæ austeritate, mirabili sanatione*

32 *Ob has aliasque virtutes variis præterea supernis donis, stupenda scilicet per S. Gregorium a gravissimo morbo liberatione, spiritu prophetico et occultarum cognitione cogitationum* B. Goswinum *a Deo decoratum fuisse, uterque Vitæ* C *ejus scriptor testatur. De his autem pauca dumtaxat proferemus in medium, quo celerius ad supremum illius morbum felicemque obitum pertingamus. Jam inde a tempore, quo Aquicinctinos inter monachos monachum induerat, tanto proprium corpus persecutus fuerat odio, ut ei non delectabilia modo, sed et sæpissime necessaria detrahere esset solitus : unde debilitato stomacho, continua ciborum omnium nausea laborare acutissimisque viscerum doloribus cruciari cœpit. Cum autem omnem medicorum operam respueret,nec remitteret quidquam de consuetis corporis afflictationibus, eo vis morbi invaluit, ut, dum in S. Medardi monasterio, qua de re num.* 16 *hujus comment. actum, morabatur, de illius vita omnes desperarent. Interim Beatus noster spem omnem secundum Deum in S. Gregorii M., cujus ibi servabantur reliquiæ, interventione collocans, sequenti nocte præfatum S. præsulem, vasculum quoddam sinistra, dextera vero manu exiguum cochleare tenentem, ad se accedentem videre, sibique, porrecto cochleari, ita loquentem audire visus est* : bibe; nam tibi proderit. Noli timere; erit enim in ore tuo tamquam mel dulce, et venter tuus exinanietur, et curaberis. Bibit..... et curatus est. *Hæc secundæ Vitæ auctor lib.* 3 *num.* 6 *totidem verbis refert, subjiciens sequentia* : Quam potionis dulcedinem omnibus postea vitæ suæ diebus (B. Goswinus) eructavit in sermone exhortationis. *Porro hanc B. Gregorii apparitionem non inane ægri somnium fuisse, sed reipsa locum habuisse, prioris Vitæ scriptor acriter tuetur lib.* 1 *cap.* 20, *ubi et prolixam comparationem instituit hanc inter* B. Goswini *per S. Gregorium curationem et Apostolorum Principis e vinculis et carcere per angelum ereptionem. Consuli hic potest Operis nostri tomus* 2 *Martii pag.* 752,*ubi idem refertur prodigium.*

AUCTORE I. H.

*ac dono prophetiæ celebris.*

33 *De spiritu prophetico, quo* B. Goswinus *a Deo fuerit decoratus, citatus posteriori loco Vitæ auctor hæc habet lib.* 2 *cap.* 19. Tanta siquidem donorum divinorum redundabat ubertate, ut nec spiritus prophetalis ei visus sit defuisse. *Tum, paucis interjectis, ita prosequitur :* In verbis maxime, quibus agebat de futuro contingenti, ex sermonibus ejus in terram vix aliquid cecidit, vel abiit in ventum, sed eventus omnia E sequebatur. Et ut unum exempli causa proferamus, Simonem de Oisiaco, Flandrensium comiti Philippo adhuc adolescenti, totis viribus repugnantem, subdi Domino suo suasit quidem, sed minime persuasit. Abutenti consilio salutari prædixit exheredationem sequuturam, quam testatur usque nunc amissio turris Inciensis. Unde postmodum prædicti Simonis collaterales, nequaquam Virum sanctum Prophetia caruisse, sera pœnitentia fatebantur. *Vellem, ut hic scriptor aliud saltem exemplum, quo* B. Goswinum *prophetiæ spiritu donatum fuisse validius probaret, in medium protulisset. Enimvero quis sat recte aliquem, utcumque sanctitatis fama celebrem, prophetiæ dono decoratum existimet, quod is pervicaci subdito, perpetuas cum legitimo domino inimicitias gerenti, terras ejus invadenti, longeque inferioribus pollenti viribus, futurum denunciet, ut, nisi se principi, injurias sibi illatas certo probe ulturo, submittat, tandem aliquando debitas rebellionis pœnas pro meritis luat? Nolim tamen, hinc inferas, prophetiæ donum a me B. Abbati denegari, cujus verba,* quibus agebat de futuro contingenti, eventus omnia sequebatur. *Animadversum id dumtaxat, ut,* F *cujus istius ævi scriptores criseos fuerint, lectori innotescat. Alia præterea in hunc locum annotanda subjicio. Prædicere Simoni hæc* B. Goswinus *debuit ante* VII *Idus Octobris anni* 1166, *quo hic e vita migravit : Philippus autem Flandriæ Comitatum non ante Theodorici patris obitum, qui in Kal. Februarias anni* 1169 *incidit, est adeptus, ut adeo is tum Flandriæ Comes immerito appelletur : nisi velis, Flandrensium Comitis titulum Philippo a laudato scriptore attributum, quod pro patre, sacro tunc temporis bello in Palæstina immorante, Flandriam regeret, essetque filiorum Theodorici maximus natu, atque adeo hereditario jure ad Comitatum illum jam tum potiretur.Hæc aliaque de Simone isto Oisiaco amissoque Inciano castro apud Buzelinum Annal. Gallo-fland. lib.* V *et lib.* VI *initio prolixius diducta lector inveniet.*

AUCTORE I. H.

## § IV. Supremus Beati morbus, felix obitus, sepultura, memoria in Fastis Sacris.

Supreme

Iam vitam *in continua virtutum omnium exercitatione ad annum ætatis circiter octogesimum beatus Abbas in terris protraxerat, cum cælo maturum medeo fere Septembri anni* 1166 *supremus eum morbus Aquincincti invasit. Hac de re ita prior biographus lib.* 2, *cap.* 24 : Anno itaque Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo sexto, ex quo autem curam susceperat pastoralem, trigesimo, sexto Idus Septembris, quartana cœpit febre laborare; cujus tam vehemens prima fuit accessio, nec non debacchatio tam morosa, ut aliquem tam viribus pollentem, quam senio marcescentem, suffocare posse videretur. *Quem in locum seu amanuensium oscitantia, ut factum sæpius, seu typographi vitio haud dubie mendum irrepsit; legendum enim est :* Anno..., ex quo... curam susceperat pastoralem, trigesimo sexto, Idus *(Idibus)* Septembris; *ut adeo incisum citato mox loco post* trigesimo *perperam sit positum : quod vel ex eodem Vitæ auctore, caput* 25 *ejusdem libri sic exordiente, patescit :*Ab IDIBUS ergo Septembris... quartana, SICUT PRÆSCRIPSIMUS, febre laboravit. *Præterea ex Gallia Christ. noviss. edit tom.* 3, *col.* 411 *manifestum est, (adi hujus Comment. num.* 22*)* B. Goswinum *Aquicinctino cœnobio ab anno* 1131 *abbatem præfuisse. A quo, si ad medium fere Septembrem anni* 1166 *ineatur computus, prodibunt anni quinque, aut etiam sex incompleti,supra triginta, quibus Beatus noster monasterium Aquicinctinum rexerit. Unde recte biographus alter lib.* 3, *num.* 42 *sic scribit* : Anno igitur quinquagesimo secundo, ex quo sæculo renunciaverat, tricesimo vero quinto *(alibi* sexto *legitur)* ex quo in abbatem promotus fuerat, quartanæ febris incommodo cœpit laborare.

morbo

35 *In describendo porro supremam* B. Goswini *morbum, virtutes ab eo tum temporis exercitas, felicemque ejus obitum, tam exactus est prioris Vitæ scriptor, ut præcipuum huc contulisse laborem studiumque videatur. Suffecerit igitur accuratam illius his de rebus narrationem ex lib.* 2, *cap.* 25 *et duobus sequentibus retulisse.* Ab idibus ergo Septembris usque ad solemnitatem B. Matthæi quartana, sicut præscripsimus, febre laboravit : quo scilicet die novissime Filium Patri sacrificans, et quasi valefaciens sacris ministeriis, altari diutius solito visus est adhæsisse. Ex tunc sane Dilecto suo Dominus, post modicum super mensam suam in regno cælorum constituendo, quartanæ febris colaphum geminavit, ut instar auri, per fornacem transeuntis, ad purum defæcatus, illi, qui sine macula sunt, ante thronum Dei jungeretur. Veruntamen ab ecclesiæ frequentatione non eum prohibuit molestia duplicata, quin pede proprio, quamvis viribus alienis (filiorum *nempe* manibus sustentatus, *ut habet secundæ Vitæ scriptor lib.* 3, *num.* 42) ad audiendum Missarum solemnia properaret, ubi Eucharistia de manu sacerdotis Missas celebrantis accepta, filiorum manibus gressus illius regentibus, ad lectum post expletionem divinorum D remeabat. Parantibus antem illis Patri decessuro quicquid appetibilius, et ad trajiciendum facilius officiosa charitas excogitare potuisset..... In vanum, inquit, laboratis, occupamini frustra, aërem verberatis..... Cumque dicerent circumstantes, nullum in eo vestigium mortis apparere, sineret magis aliquem medicinæ peritum convocari,... respondisse memoratur : Si Dominus salvare me decreverit, continuo liberabor; si vero jam venit tempus emigrandi, quid necesse putatis, me dare medicaminibus operam?

36 Invalescebat *(interim)* ægritudinis labor, requies propinquabat, tantamque virium patie- *correptus* batur exinanitionem, ut jam vix verba formare sufficet. Jussit itaque sibi deferri lota recens vestimenta, quæ fecerat in diem unctionis sacræ reservari; quibus inditus cum ad lavandos pedes suos se cuperet incurvare, viribus omnino deficientibus, vix duobus fratribus indulsit illud ministerii peragendum, dicens, quod monachalem quidem habitum gestasset annis amplius quinquaginta, *(nempe* 52*)* nullus autem præter ipsum pedes ejus ad lavandum tetigisset. Et *(nota scriptoris ætatem)* sicut vidimus E et testificamur, quamvis per singula momenta ejus infirmitas acciperet incrementa, tanta cunctos complectebatur affectione, ut nulli supervenientium omitteret loqui, licet vix posset audiri. Tertio igitur Nonas Octobris, cum jam spes omnis de recuperatione sanitatis ejus defecisset, jamque cernerent imminere, quod audierant ipsum toties prædixisse, pergentem ad ecclesiam hinc inde supportaverunt, et dum vivificis muniretur Sacramentis, fratres secundum præceptum ipsius cilicium constraverunt in loco, fratribus obeuntibus assignato. Expletis interim divinis mysteriis, oratione peracta, lectum expetiit cilicinum, pede quidem gradiens, sed circumstantium manibus sustentatus.....Illo demum cilicium adeunte, clamor et ululatus magnus ab universis emittitur; major, cum signo Crucis ab ipso muniretur: maximus cum in eo membra deponeret fatigata.

37 Venerabilis autem abbas *(S. Amandi)* *sacro oleo* Elnonensis Hugo *(II)* in eo ministerium sacræ *inungitur,* exercuit unctionis, et affectum, quem viventi exhibuerat, in extremis posito non subtraxit. F Ad consolandum quoque fratres... *Hugo præfatus* sermonem inchoavit de re, quæ præ manibus habebatur; Consolamini, consolamini, inquiens, populus meus; consolamini, si vixerit, quia Pater vobis charissimus conservatur : consolamini, si decesserit, quia Patronus vobis fortissimus præparatur. Deinde unctione peracta, sicut est Ordinis *(consuetudo)* Pater sanctus in osculo valefecit universis cum tantis omnium fletibus, ut nec ipse potuerit erumpentes lachrymas continere. Indicto autem cunctis silentio, ut erat in cilicio recubans, sermonem adorsus est facere; cui fratres eo desiderabilius intenderunt, quo non eum essent amplius audituri; et quoniam tanto percellebantur miraculo, quod is, qui paulo ante præ defectu vocis audiri non poterat, tanquam nil incommodi sentiens loqueretur. Qui sermo, sicut ultimus, sic etiam utilissimus fuit..... Instituit itaque suos de electione secundum Ordinem facienda, præcipiens Junioribus, ut Seniorum consilils adhærerent, caverent discordias, schismata devitarent; asserens, quod universis esset paucorum

dissensio

A dissensio nocitura, quod experimento se testatur est didicisse. Similiter de hospitalitate sectanda, de castitate conservanda, de charitate in invicem, de misericordia in pauperes; denique de omnibus ad viros bonos pertinentibus, eos mox ab eis recessurus informavit. Elevata denique manu sermonem benedictione terminavit, et Sancto eos commendans Spiritui dedit licentiam recedendi, sciens, quia nondum venisset hora emigrandi..... Nec, ut solet fieri, memoriæ vel intellectus quicquam amiserat, ut aliquid hæsitando dicere vel agere videretur; sed cunctis astantibus testabatur, nunquam sibi pleniorem memoriam affuisse, intelligentiam clariorem, sensum meliorem.

*sancte moritur*

38 Reductus itaque *(id est, a cilicio sublatus)* componitur in lectulo molliori, paulatimque deficiens, viribus dico, non memoria, Passionem Dominicam secundum quatuor Euangelistas sibi recitari faciebat; et auribus quidem attentis ad lectionem, oculis vero in signo passionis *(Crucifixi Servatoris imagine)* intentis, commori Domino videbatur. Ipsi se tota devotione
B committebat, de quo toties sermonem tam fideliter ad fratres habuerat, « Absit, » inquiens, « mihi gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu « Christi..... » Igitur pridie, quam moreretur, in lecto *(rursum)* componitur cilicino, ad audiendum et intelligendum valens, sed impotens ad loquendum. Ut enim ventum est ad locum Passionis, ubi dicitur : « Pater, si non potest hic « calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas « tua. » *(Matth.* 26, *v.* 42 *)* Mirabile dictu! manibus et oculis erectis in sublime, visus est id ipsum cum patiente Domino deprompsisse. Factus igitur in agonia diem illum *(*VIII *Id. Octobris)* moriendo transegit, tamen a * benedictione danda, quoties expetebatur, invictus permanendo. Vespere autem Sabbathi, quæ lucescebat in Dominicam, et erat septimo Idus Octobris, jam fratribus soporatis, clamor factus est transitum ejus significans, cunctisque ad commendationem spiritus ejus festinantibus, Elnonensis abbas transitum ipsum duplicata prævenit Litania; sicque coram positis fratribus et orantibus et irremediabiliter lachrimantibus Senex, et plenus dierum et virtutum, migravit
C ad Dominum.... Erat autem annos habens circiter octoginta.

** an in ?*

*et honorifice sepelitur.*

39 *Tum beati sepulturam ita enarrare pergit :* Lavatur itaque corpus exanime, deinde vestitur cuculla monachali, ornamentis desuper sacerdotalibus operitur. Desertur in ecclesiam cum cantibus lachrymosis; in choro psallentium fratrum componitur, ut cunctis esset in promptu, unde visus omnium pasceretur. Jacebat autem quasi soporatus, nullum mortis habens vestigium, quin potius illo, qui jam spiritum ejus confovebat, corpusculo decorem solitum adaugente, dulcissimum erat illum revelata facie speculari. Cum enim candidissimis indutus esset vestimentis, non multo major albedo vestis, quam carnis ejus esse videbantur. Jam vero cum illuxisset Dominica, tantoque Viro congruæ celebrarentur exequiæ, quis dinumeret, quot sacris ejus manibus, quot pedibus reverendis, quot honorando capiti lugentes oscula fratres impresserunt? Nam oris osculum quidam divinus horror interdixerat, nec audebant tangere sanctam Patris faciem, quam tantum videbant decoris induisse. Omnibus igitur rite celebratis tam ab abbatibus, qui convenerant, quam a filiis, quos per Euangelium genuerat, nec non a viris nobilibus, quibus erat charissimus, ad locum defertur sepulturæ, et cum hymnis et fletibus et immensis ululatibus reconditus est in latere dextro Presbyterii Basilicæ Dei Genitricis Mariæ, quo scilicet loco flexis genibus orare consueverat. Noluerunt enim fratres, ut loco mortuus privaretur, quem vivens amplius amasse putabatur.

AUCTORE I. H.

*Antiquum epitaphium*

40 *Mox ab illius obitu Alexander, proximus Beati successor, sequens mausoleo ejus epitaphium inscribendum curavit.*

Sublimem merito, diffusum nomine, longum
Proposito, brevis hæc continet urna virum.
Hujus vera fides, spes firma, calens amor, hujus
Mens humilis, prudens lingua, benigna manus.
Actu Martha fuit, Verboque vocando Maria,
Ut pariendo Lia, sic speculando Rachel.
Discernendo Jacob, Moyses orando frequenter, E
Et Phinees, vitium confodiendo, fuit.
Octobris tibi nona dies extrema, supremis
Addidit Ordinibus, te Gosuine, novem.
Inde tuos nobis cineres servantibus, ipse
Patronum faciat, qui dedit esse patrem.

*ejusque in Fastis sacris*

41 *Ex quo aliisque hactenus in medium prolatis facile lector colliget, quanta sanctitatis fama tum ante, tum statim post felicem obitum inter suos Aquicinctenses, aliosque ejusdem Instituti monachos, Beatus noster sit gavisus : imo hæc sanctitatis fama hodieque viget in locis Aquicinctino cœnobio adjacentibus, ut constat ex literis amplissimi D. de Bret, ejusdem cœnobii Prioris, datis Aquicincti* 30 *Aprilis an.* 1780, *et ad me deinde* 5 *Maii ejusdem anni per R. D. P. de Lossy presbyterum Duaco transmissis. Ex iisdem pariter literis percepi,* B. Goswini *memoriam in abbatiis Aquicinctina et Bertiniana ecclesiastico Officio celebratam fuisse. Præterea in eleganti* Prosopopeia D. Gosvini ad suos Aquicinctenses, a quodam ejus cœnobii Religioso *an.* 1618 conscripta, *ejusdemque Beati Vitæ præfixa, legitur beatus Abbas non in S. Bertini tantum, sed et in S. Amandi abbatia, atque etiam in diœcesi Mechliniensi cultum habuisse. En verba :* F

..... me festivo celebrat domus extera cultu,
Et facit in laudes annua sacra meas.
Neglectos vobis celebrant Mechlinlæ honores.
Nec dubitant Divis inseruisse suis.
Hinc mihi Bertini domus, illinc plaudit Amandi,
Utraque me justo laudis honore colit.
Altera festa mihi sacro solemnia ritu
Constituit.... .....
Altera sacrificos tribuit mihi thuris odores.

*Per* Mechliniam, *Beatum nostrum Sanctis suis inserentem, intellectum arbitror Joannem Molanum, ista in diœcesi scribentem, qui in Additionibus ad Usuardi Martyrologium, impressum Lovanii* 1573, *ad diem* IX *Octobris hæc habet;* Aquicincti, obitus Gosvini, abbatis Beati.

*memoria exhibetur.*

42 *Cum eodem pariter* Beati *titulo eum annuntiant Arnoldus Wion in Ligno Vitæ, Gabriel Bucelinus in Menol. Benedictino, Antonius Sanderus in Hagiologio Flandriæ. Menardus in Mrl.*

auctore I. H.

*Mrl. suo Bened., Castellanus in Mrl. Universali, aliique multi, qui etiam post editas probeque perspectas Urbani VIII de Sanctorum veneratione Bullas* Goswinum *titulo* Beati *decorarunt. Quid? quod etiam* Sanctum *eum vocant Sammarthani Galliæ Christ. tom.* 3, *pag.* 73, *Papebrochius tom.* 2 *Martii pag.* 752, *uti et auctores Annalium Benedict. Paris.* 1739 *tom.* 6, *pag.* 748, *qui sane ab hujusmodi titulo* Goswino *attribuendo abstinuissent, nisi ipsis de illius cultu, Urbani Bullis centum saltem annis antiquiore, persuasum fuisset. Tandem Commentarium hunc claudat insigne elogium, quo beatus noster Abbas celebratur in Historia Sanctorum Gallo-Flandriæ, quæ anno seculi proxime elapsi trigesimo octavo, auctore Martino l'Hermite presbytero, Duaci prodiit in lucem. Ita habet pag.* 292 : B. Gosvinus, juventutis patronus, scientia coronatus, omni virtutum genere decoratus; novus Samuel, angelus tabernaculi, arcæ cherubinus, Pharos et fax lucentis charitatis et doctrinæ ardentis, qui inter tenebricosarum passionum tumultus illustrat dulcem Religionis portum, quo appellit sapientia : verus heres gloriæ S. Amati, honor baculi pastoralis, seculi Thaumaturgus. *Si quæ præterea ad stabiliendum magis* B. Goswini *cultum occurrerint, ea vel in Addendis ad hunc tomum aliove opportuno loco lectoris oculis exhibebimus, adhærentes interim in omnibus Protestationi, singulis Operis nostri tomis præfigi consueta.*

# DE B. JOANNE LOBEDAVIO C.

## ORDINIS S. FRANCISCI

B CULMZÆ IN PRUSSIA E

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

### § I. Beati patria, tempus emortuale, virtutes quædam.

Anno MCCLXIV, *Beati tempus natale est incertum ;*

Thorunium, *aliis* Torunia, *indigenis Germanisque* Thorn *et* Thourn, *nobile regiæ Prussiæ emporium, Vistulæ fluvio adjacens, mundo dedit Franciscani hoc Ordinis decus,* Joannem Lobedavium, *quem multi a loco natali* Joannem de Thorunio et Prutenum, *alii a patre* Loberdancum, Lobedanum *alii, plerique autem, quos hic sequimur,* Lobedavium *appellant; quo pariter insignitur nomine a Frederico Schembeco presbytero, qui anno elapsi seculi trigesimo octavo vitam ejus* ex antiquis de illo traditionibus. et inquisitionibus ab aliquot episcopis Culmensibus C et Pomesaniæ expresse factis, collectam *idiomate Polonico Thorunii edidit, in qua* honestis *dumtaxat* parentibus ortum *scribit, nihil de patris matrisve appellatione adjiciens. Sed neque certum aliquid de anno, quo in lucem fuerit editur, vel ex laudato Schembeco, vel ex Waddingo, aliisve Seraphicæ familiæ Scriptoribus, etiam in assignando felicis ejus obitus tempore, ut videbimus statim, inter sese dissentientibus, habemus : unum tamen illud ex assignato notivitatis loco statui tuto potest, natum non fuisse* Joannem *ante annum* 1231, *quo, teste Dlugosso lib.* VI *Hist. Polon., Ordinis Teutonici equites, jam quinquennio ante in Prussiam evocati, Thorunium condiderunt; nisi forte eodem loci villa pagusve ejusdem nominis exstiterit, in quo ante annum* 1231 *sit natus.*

*in emortuali non conveniunt scriptores,*

2 *De anno Beati nostri emortuali inter Scriptores non convenire, jam innui : Arturus enim a Monasterio, quem in Menologio sequitur Hueberus annunciat eum in Martyrologio suo Franciscano ad diem* XXI *Junii, tamquam ipsi emortualem, citantque ambo Waddingi Annales ad annum* MCCLXXI. *Verum volventi mihi ac revolventi assignatum Annalium Minorum editorem non modo nulla diei istius mentio, sed ne de anno quidem, quo* Joannes *obierit, determinatum quid occurrit, cum ibidem in Additionibus num.* XII, B. Joannem circa hunc annum (MCCLXXI) *decessisse dumtaxat pronunciet. R. P. Antonius Melissanus de Macro in Supplemento, quod ad annum* MCCLXIV *Waddingi Annalibus subjicit, num.* 2, *citans Mart. Baron. in Catal. SS. Ord., remque accuratius tractans, hæc habet* : Frater Petrus Basztin.... Uratislaviæ hoc anno (MCCLXIV) in festo B. P. N. Francisci Prima comitia provincialia tenuit : quando B. P. Joannes Lobedau, patria Thoruniensis, Culmæ paucis post diebus spiritum cœlo reddidit..... Quamobrem errat Rodulphus *(in Hist. Seraphica fol.* 323 *verso)* qui ait, Joannem Lobe- F dau obiisse anno MDXXVII die VII Februarii : nec temporis metam attingit Waddingus in suis Additionibus, *superius citatis. Tum quibusdam, ad Beati Vitam, Miracula et Cultum spectantibus, interjectis, ita numerum* 3 *exorditur, prædicta confirmaturus :* Eodem igitur anno, ut prædiximus quo Petrus Basztin comitia provincialia Uratislaviæ in festo S. P. Francisci celebrabat, quinque post dies Joannes Lobedau, consummato præsentis vitæ cursu, ad braviam æternæ beatitatis in cœlo gloriose pervenit.

*nec certo, quandonam*

3 *Scriptorem hunc præcesserat Schembecus citatus, qui in Vita Polonica, quam Latine versam huic Commentario subnectemus, felicem* B. Joannis *obitum nono pariter Octobris diei anni* MCCLXIV *adscribit. Atque horum quidem auctoritate adducti, Beatum hunc anno* [1264 *obiisse remur, eumque hodie referimus, qui etiam illum a Papebrochio tom.* 7 *Maii fol.* 608 *col.* 2 *his verbis remissum invenimus :* Joannes Pruthenus in Martyrologio Franciscano relatus 21 Junii in Vita ad hoc nostro autore edita dicitur obiisse anno MCCLXIV die 9 octobris, quando ipsam dabimus. *Densioribus*

A *sioribus adhuc tenebris involutum est tempus, quo, remisso secularibus negotiis nuncio, ad Franciscanos se receperit* B. Joannes, *nemine auctorum, quos quidem videre licuit, quidquam certi de eo afferente. Ex eorum tamen scriptis manifeste colligitur, id ante annum* MCCXXXIX *contingere non potuisse: primum enim ex Schembeco liquet, post exstructa Patribus Franciscanis Thorunii et Culmzæ monasteria Beatum nostrum ad eos confugisse; deinde etiam ex aliis constat, Thorunium anno* MCCXXXIX, *postea et Culmzam laudatos Patres admisisse.*

*se religioni dedit, definiri potest,*

4 *Hac de re Waddingus in Annalibus ad annum supra citatum scribit:* Toruniæ etiam in Prussia hoc anno concessa Minoribus a Pompone Magistrorum Cruciferorum area ad suum monasterium exædificandum. *Melissanus vero hic in suppl. num.* 4 *habet:* Pomo de Hosterno, sextus Magister Cruciferorum, monasterium et ecclesiam sub titulo beatæ Mariæ Virginis Thorunii fundavit Fratribus Minoribus, et aream ad inhabitandum iisdem concessit. *Rodulphus denique Tossinianensis lib.* 2 *Hist. Seraph. relig. fol.* 291 *hæc memorat*: Custodia Prussiæ habet .... locum de Culmen, locum Toruniæ, B ubi est monasterium, quod extruxit Pompo, Magister Cruciferorum, qui aream ad habitandum Fratribus primo concessit anno MCCXXXIX. *Addi his possunt, quæ scribit Dlugossus in Historia Polonica lib.* 6 *in hunc modum:* Sub eodem quoque tempore (*anno* MCCXXXIV) idem Pompinus, alias Pompo, Prussiæ Magister, conventum et monasterium Fratrum Minorum in Thorun, sub titulo S. Mariæ Virginis erigit, et Fratribus Minoribus aream ad habitandum assignavit. *Jam vero, teste Schembeco*, B. Joannes Ordinem S. Francisci, qui Thorunium prius anno MCCXXXIX, postea et Culmzam venerat, ingressus est. *Unde licet definiri tempus, quo religioni se Beatus noster dederit, omnino non possit, constat tamen, quod supra asserui, illud non ante annum* MCCXXXIX *fieri potuisse. Porro hic obiter Lectorem moneam oportet, errare Auctores præfatos, si ea tempestate Pomponem de Hosterno (alii aliter eum nominant) Generalem Ordinis Teutonici Magistrum fuisse velint, cum is anno dumtaxat* MCCLIII *supremo istius Ordinis Magisterio fuerit admotus, ut habet Sommersbergius* C *in Scriptoribus de rebus Silesiacis tom.* 2, *fol.* 172. *Modo ad Beatum revertamur.*

*jejunaque tantum habetur virtutum notitia.*

5 *In colligendis et ad posteros transmittendis gestis illius et ab eo tam ante, quam post obitum patratis miraculis, mirum, quam jejuni sint Minorum Annalistæ, qui omnes fere, invicem describentes, generalem tantummodo de virtutibus ejus, et obtentis illius interventu a propitio Numine beneficiis notitiam subministrant, unam si excipias, eamque prorsus admirabilem cum Servatore nostro ejusque Matre sanctissima, crebro illi sub pueri matronæque forma apparentibus, familiaritatem, quam infra in illius Vita amplius relatam invenies. Ad eximium in S. Theologia Doctoratus gradum* Joannem *fuisse evectum, unus, quod sciam, memorat Antonius Melissanus loco jam sæpius citato: quod ei decus non a moderatoribus palæstræ publicæ, quam tum temporis in Prussia (vide Baudrandum tom.* 2 *Geographiæ, fol.* 431, *ubi totius orbis Academias exhibet) floruisse, non arbitror, sed ab Ordinis sui Patribus fuerit collatum; si tamen in viro, humillima quæque sectanti, locum revera habuerit. In eo autem omnes præter Tossinianensem, quem in Hist. Seraph. Beati obitum anno* MDXXVII *perperam affixisse, jam monui, conveniunt,* B. Joannem *sanctæ Juttæ (medio illa a Culmzenzi civitate milliari sylvas incolebat, unde frequenter Sacramentorum suscipiendorum causa se Culmzam conferebat; ut habet ejus Vita tom.* 7 *Maii fol.* 606) *confessarium et in spiritualibus directorem aliquando fuisse, atque in divini verbi prædicatione indefesso usque zelo, et orationis contemplationisque studio arsisse singulari.*

AUCTORE I. H.

## § II. Antiquus Beati cultus, hujus innovatio, Vita edenda.

*Antiqui*

Enarratæ *jam statim virtutes, variaque ad ejus tumulum patrata prodigia tantam Beato nostro cum apud suos, tum apud externos sanctimoniæ famam conciliarunt, ut* tempestive, *inquit Vitæ auctor*, ossa ejus sancta *e primo, in quo honorifice condita fuerant, sepulcro extracta, et in tumbulam, aureis ornatam stellulis, translata et deposita fuerint, extructo ei præterea infra ædem Eucharistiæ juxta altare princeps monumento* E *novo, ferreis cancellis tegumenti loco occluso, illiusque effigie omnium venerationi publice in templo exposita. Quo cum undique afflictorum hominum multitudo frequenter confluueret, ac promptam sæpius in necessitatibus Beati opem experiretur, ab episcopo totoque civitatis clero inter præcipuos Prussiæ patronos relatus, ejusque imagini Culmza in Cathedrali etiam ecclesia locus honorificus cum insigni inscriptione assignatus est. Alia ab hac et antiqua* B. Joannis *effigies in sacello, ubi S. Jutta creditur sepulta, meridiem versus anno superioris seculi vigesimo septimo parieti appensa conspiciebatur. Tabula erat* 12 *palmos alta, cujus locum medium S. Jutta, latus vero dexterum B. Dorothea vidua Prudhena, sinistrum denique occupabat* B. Joannes, *una librum altera manu ardentem facem protendens, cum ejusmodi epigraphe*, ab antiquis Culmensis ecclesiæ episcopis, *inquit Schembecus in Vita S. Juttæ, apposita* ecclesiis particularibus exemplum:

Prussia tam divos gaude observare Patronos,
Et sacra purpureis ossa reconde locis:
Ne pestem, ferrumque, famem patiaris et F
ignem;
Horum subsidio tuta sed esse queas.

*Beati cultus*

7 *Hos versus, ligneæ tabellæ inscriptos, quod non multum admodum vetustatis præ se ferre quibusdam forte videbantur, Sigismundus III, Poloniæ rex, in castris sub Thesinia commorans, ad se deferri, examinarique jussit. Quod dum hujusmodi rerum periti summa cura exequuntur, deprehensi sunt tertium fuisse innovati. Qua re, tamquam evidenti antiqui erga prælaudatos Sanctos cultus demonstratione, rex pius vehementer gravisus est, teste Schembeco, qui præsens tunc aderat. Habuit igitur Beatus noster* aliquot seculis (*ut legitur in Vita*) *annis, putem, circiter trecentis, insignem cum aliis Prussiæ Patronis in Culmzensi ecclesia cultum, in quem præcipue hic fuit inquirendum; habuit geminis in templis expositas hominum veneration imagines suas, quarum etiam quædam* antiquissimæ, *hæreticorum furori, de quo postea, subtractæ, in eadem ecclesia cathedrali elapso seculo senescente parietibus affixæ videbantur, prout colligere est ex adjectis*

auctore I. H

*jectis Vitæ Polonicæ literis, quas sub legitima attestatione atque sigillo* reverendissimi Thomæ Szule, præpositi cathedralis, et Lubaviensis vicarii in spiritualibus, atque officialis Culmensis generalis *ad Daniëlem Papebrochium olim una cum Vita Thorunio transmisit Joannes Hanster sacerdos, Thorunii ea tempestate concionator Germanicus, quasque hic integras subjicere, operæ pretium duco. Ita habent :* Thomas Szule etc. Universis et singulis, quorum interest, notum facimus, præsentatam nobis fuisse ab adm. R. P. Joanne Hansler, Societatis Jesu collegii Thorunensis Germanico concionatore, Vitam beati Lobedau, Ordinis S. Francisci, Patroni Prussiæ, typo expressam, supplicatumque nobis esse, ut ad meliorem fidem eorum, quæ hic exprimuntur, approbationem Officii addere non gravaremur. Nos igitur optimam habentes scientiam de omnibus his, quæ de Beato prædicto scribuntur, sic vel ipsis tabulis ANTIQUISSIMIS et imaginibus in ecclesia cathedrali Culmensi ad parietes affixis testantibus, intro contenta omnia, tanquam vera approbanda et ratificanda censuimus, prout approbamus et ratificamus
B præsentibus. Quas ad majus robur manu propria subscriptas sigillo Officii communiri censuimus. Datum Culmzæ die decima Februarii anno Dni MDCLXXX. Thomas Szule etc.

publica devotione,

8 *Neque his solum antiquus Beati cultus stabilitur, sed etiam non mediocriter confirmatur iis, quæ Schembecus idiomate Polonico ejus Vitæ subnexuit. Horum aliud,* Devotio ad istum Sanctum *dicitur, aliud Hymnus est in ejusdem honorem concinnatus cum gemina Oratione. Utraque a nobili Polono, Vitæ interprete, de quo sub finem Commentarii, in Latinum versa sic sonant :*

DEVOTIO AD ISTUM SANCTUM.

I. Cum Dominus contumeliam in te immiserit, illam patienter suscipe pro alliis peccatis tuis, et hujus Sancti intercessionem implora, ut ab illa libereris.

II. Cum te aquæ commiseris, invoca illum, rogando a Domino prosperitatem.

III. Velificando cantilenam de illo mane et post meridiem cantes, vel die aliquoties AVE MARIA.

IV. Dum tempestas increbrescit, ipsius pete auxi-
C lium cum magna fiducia.

V. Navigans visites eum Culmæ, vel transiens ter PATER et AVE cum eleëmosyna, in honorem Dei, offeres: vel jejunabis die illo, vel quocumque alio semel in hebdomada, quamdiu super aquas fueris.

VI. Tempore Veris et autumni ora pro navigantibus, et in die memoriæ hujus Sancti fac opus aliquod bonum pro errantibus in fide.

Hymne,

9 *Hymnus porro metro Sapphico, non omnino eleganti, ex Polonico redditus, et subdita huic Oratio duplex his verbis concipiuntur :*

HYMNUS.

O Decus Culmæ, pretiosa salve
Gemma Thoruni superans pyropos ;
Sis memor nostri, sociate Divis
Dive Joannes.
Gestit ardenter geminans honores
Urbs, tuo quando celebratur ortu ;
Nec potest vitæ meritas silere
Patria laudes.
Fortiter, quidquid tibi sors spopondit
Blanda, sprevisti ; remeare mundum
Imparem tantæ generositati D
Calce facessis.
Pauperem pauper Dominum secutus,
Bella quo sæclo melior parares,
Quo Deus suasit sequeris, paterna
Limina linquens.
Ille Francisci voluit cohortis
Miles ut esses, ubi verecundi
Cordis exemplo pia dux sub illo
Bella gerebas.
Labarum numquam tibi fraudulentus
Hostis extorsit, sed ad usque mortem
Victor augusto nitidum sepulchro
Inseruisti.
Ad quod accurrens populus precando
Gratiam semper facilem reportat,
Et satis numquam repetenda verbis
Gaudia sentit.
Navitas noctu pelagus secantes
Ducis ad portum cynosura lucens,
Atque inoffenso tribuis procellas
Scindere cursu.
10 Thetidos qui nunc gremium pererrant. *Orationibus*
Et Dei nomen celebrant coluntque,
Duc, et ad lares facias secunda. E
Puppe reverti.
Alleves cimbam scelerum gravatam
Mole, nec ventis rapienda mitte
Vela, sed cunctis scopulis benignus
Deme vagantem.
Nostra spes in te, veniæque nobis
Sit tuæ clavus, peregrina quando
Cymba se sistet, facito securum * * beatum
Scandere portum.

ORATIO.

Deus, qui servum tuum Joannem de Thorunio a calumniis mirabiliter liberatum, auxilio hominum super aquas degentium singulariter celebratum voluisti, concede quæsumus, ut omnes calumnia pressi, et navigantès illius intercessione ab omni malo in anima et corpore liberemur. Per Dominum nostrum etc.

ALIA.

Deus, cujus obedientiæ aquæ et venti semper subjacent, tribue per intercessionem servi tui Joannis Thoruniensis omnibus navigantibus prospere eo, quo tendunt, pervenire, et ad domos suas cum gaudio reverti. Per Dominum nostrum etc. Amen. F

11 *An autem memoratæ Devotionis et Hymni cum Orationibus jam ante tempora, quibus Heterodoxi in Prussia Sanctorum cultum, eorumque imagines abolitum venerint, usus et recitatio inter fideles invaluerint, quis certo edicat? Puto equidem, Devotionem illam antiquitus apud Culmzenses præsertim locum habuisse, licet forte non ante seculum* XVII *jam adolescens in ordinem digesta, et Polonicis typis cum subjuncto Hymno edita fuerit. Ut ut est, certe ex his et vetustis* B. Joannis *imaginibus constare, quivis colliges, diem aliquem, forte hodiernum, celebrandæ illius memoriæ assignatum, eique peculiarem a navigantibus et periclitantibus in mari, ubi sæpius illius adjutorium non sine prodigiis fuerant experti, venerationem delatam fuisse. Quod postremum maxime confirmat præfixus Vitæ illustris hujusmodi titulus.* celebrati

LUMEN

In tenebris errorum atque ærumnarum
Exemplo vitæ, doctrina antiqua, et orationis
Auxilio, egentibus lucens in Prussia

BEATUS

A

BEATUS
JOANNES LOBEDAW
THORUNENSIS
Religiosus sancti Francisci Sacerdos,
Unus ex vetustis SS. Patronorum Prussiæ,
S. Juttæ de Sangerhausen olim confessarius,
NAUTARUM
Aliorumque navigantium singularis Patronus,
Culmæ in civitate episcopali Prussiæ
Apud Fratres Religionis suæ requiescens
Miraculis clarus,
Nunc post recentem antiquæ erga illum Devotionis renovationem
Fusius secundo descriptus.

*solemnis* 12 *Viguerat porro vetustissima Culmzensium, aliorumque erga Beatum veneratio, donec seculo* XVI *furibunda Lutheranorum hæresis in sacra quævis sacrilegas manus injicere, et ædem D. Jacobo sacram, in quæ* B. Joannis *ossa servabantur, in stabulum convertere non reformidarit, Patresque Franciscanos post ludibria varia monasterium suum deserere atque alio commigrare coegerit. Quibus quidem impiis hæreticorum ma-*
B *chinationibus primævus ille* B. Lobedavii *cultus adeo fere ex hominum memoria fuit deletus, ut prædicti Patres auctoritate illustrissimi Petri Kostka* (Paulum *eum vocat Christophorus Hartknoch in Selectis Dissert. de rebus Prussicis, Dissert.* 14, *dicitque, illum anno* MDLXXIV *ab Henrico rege istius Cathedræ præsulem fuisse designatum*) *ex Polonia Culmzam accersiti, et antiquo Ordinis sui monasterio restituti, non prius in Beati notitiam devenerint, quam casa impie ab hæreticis fabula de Joanne quodam mercatore, in templo cathedrali olim sepulto, ansam iis præbuerit tam solerter ex senioribus Culmzæ incolis de* B. Joanne, *ejusque sepulchrali loco inquirendi, ut tandem sub pavimento novi templi fragmenta quædam ornatæ stellulis tumbulæ, et confusa sub eis ossa repererint, variasque exinde pro innovanda Beati veneratione informationes (ut vocant) confecerint obtulerintque. Quod cum sæpius, sed irrito semper labore, Patres illi fuerant agressi, demum, exardescente quorumdam Canonicorum et aliarum illustrium personarum pietate, Decretum pro Beati veneratione renovanda* juxta Bullas *Pontificis Urbani VIII ab illustr. Joanne Lipski,*
C *a Culmensi et Pomesaniæ cathedra ad archiepiscopatum Gnesnensem tunc temporis designato, latum est trigesima Octobris die anni* 1638, *statimque die sequenti, qui Dominicus erat, in templo PP. Franciscanorum celebrato prius Sacro, et audita de processu hujus negotii concione, præfatus Præsul decretum illud executioni mandari, ac Beati effigiem populi venerationi rursum exponi jussit.*

*restauratio.* 13 *Mox, ut ad restauratum tam solenniter* B. Joannis *cultum Culmzensium aliorumque animi ferventius incenderentur, laudatus sæpius Fredericus Schembecus, jam ante. quas de* Joannis *sanctitate aliquot Culmenses et Pomesaniæ Antistites instituerant, inquisitiones operose scrutatus, ex iis et antiquis de Beato in Prussia traditionibus brevem illius Vitam sermone Polonico conscripsit, ediditque Thorunii eodem anno* 1638. *Hanc deinde ad majores nostros a Joanne Hanster presbytero transmissam latinitate donandam curarunt anno* 1682, *quo tempore Lovanii degebant prænobiles domini Andreas Vincentius Ustrzycki e præclara Poloniæ familia oriundus, et Jacobus Sznetla natione Pruthenus. Horum prior Polonicam Vitam in sermonem Latinum transtulit, nihil addens aut immutans, prout manu propria et oblato juramento testatur: posterior vero Latinum, diligenter relectum et cum Polonico accurate collatum, ab authentico suo in re nulla differre, asserit, idque jure pariter jurando, si opus sit, corroboraturum se, scribit Lovanio* XIV *Julii anni* 1682. *Porro monendus est Lector,* Culmam *fere ab interprete pro* Culmza *seu* Culmenzea *perperam poni: hic enim, quo jam a seculo* XIII *Henricus II Culmensium antistes episcopalem Cathedram, dimissa Culma seu Culmia, transtulerat, in monasterio Franciscanorum* B. Joannes *terræ mandatus est. Plura huc spectantia exhibet Papebrochius in principio Commentarii ad Vitam. S. Juttæ tom.* VII *Maii fol.* 602.

AUCTORE I. H.

## VITA

Ex Polonico P. Freder. Schembek Interprete prænob. D. Andrea Ustrzycki Polono. E

## CAPUT I.

### *B. Joannis patria, vita religiosa, obitus, initium cultus.*

*Natus Thorunii* Thorunium civitas regia in districtu et episcopatu Culmensi *a*, in Prussia celeberrima, etsi multum claret propter complura sua decora, quæ habet tam ex rebus temporalibus, quam ex thesauro spirituali Reliquiarum SS. Jerosolyma illuc a Cruciferis *b* advectarum, et ex devotione erga illas populi Catholici inter Acatholicos; singulariter tamen gloriatur B. Joannis Minoritæ presbyteri nativitate. Hic ex parentibus honestis ibidem ortus, et in timore Dei ab illis educatus, ubi adolevit sublimi et insigni ingenio, ex portu hujus terrestris civitatis, ad portum æternæ illius et cœlestis cor et mentem suam sæpe elevavit, et a Spiritu sancto F illuminatus cognovit, omne temporale bonum simile esse aquis transeuntibus, ad quas *c* morabatur. Ab altera vero parte habebat præ oculis promissum Domini *d* in hoc et in altero mundo Matt. 19, 29, cuivis patrem et matrem, domesticos, et quidquid possedit, derelinquenti: et quod status religiosus cum votis suis sit, et fuerit inventum Spiritus sancti, et non commentum humanum, ideo parentes, domum, et id, quod super terram habere potuit, Dei causa libenter dereliquit, et Ordinem S. Francisci, qui Thorunium *e* prius anno MCCXXXIX, postea et Culmam ex Saxonia venerat, ingressus est, ibi *f* secundum regulam illam vivens Fratribus suæ religionis magnarum virtutum præluxit exemplis, et procurandæ secularium hominum saluti insignis doctrina variis modis mirifice studuit.

*a*

*b*

*c*

*d*

*e*

*f*

*variis virtutibus ac mira* 2 Jutta etiam sancta de Sangherhausen, Germana natione, vidua miraculis clara, sub illud tempus in sylvis Culmensibus degens, et Culmæ *g* post obitum requiescens, illo Confessario utebatur

*g*

AUCT. F. SCHEMBECO

utebatur. Aliorum tamen saluti serviens, solicite quoque propriæ animæ bonum curabat, multum ad amorem Domini, et humilitatis ejus imitationem seipsum excitans præcipua contemplatione, quod ille humanæ salutis causa parvulus nasci dignatus sit, et maternis uberibus, veluti alii infantes, qui sibi consulere nesciunt, nutriri voluerit Dominus, qui omnem creaturam viventem pascit. Matris etiam ejus ineffabilem ex ejusmodi maternitate considerans dignitatem, et eamdem illi gratulans, ut sibi ambas illas à Filio impetraret virtutes *h*, humillime rogavit. Grata erat et accepta Domino ea devotio Joannis, cupiensque hoc illi declarare, aliquoties illi apparuit in eadem infantili specie in ulnis sanctissimæ Matris suæ: sub cujus visionis tempus audiverunt alii religiosi Fratres præ foribus cellæ Joannis discursus cum illo beatissimæ Virginis; et cum vocem muliebrem cognoscerent, mirabantur, quid illud esset *i*.

*h*

*i* *in Virginem Matrem pietate*

3 Illius tamen spectata vitæ sanctimonia omnem illis cogitationem * exemit; nec persuadere sibi poterant, feminam illic esse posse. At Dominus, qui maxime sibi dilectos eodem, quo ipsi super terram erat, habitu induit (id est, calumnias et detractiones ab aliis injuriosas super suos immittit, patientiam illorum probans et cordis afflictione constantiam, amoremque erga detractores et sugillatores, in majorem sui similitudinem) idem cum hoc servo suo fecit. Cum enim tempore quodam non vocem tantum muliebrem, sed vagitum etiam infantilem palam in cubiculo illius occluso audiissent iidem religiosi, sinistre jam de illo suspicantes, fores illius vi pulsabant: ubi vero aperire noluisset, vi illas moliri cœperunt. Sed post irruptionem factam et introitum, cum ingenti stupore nihil præter unum magnum crucifixi Salvatoris simulacrum, cujus caro tam mollis erat, veluti veri hominis, repererunt.

* *sinistram scilicet*

B

*clarus feliciter obit,*

4 Ibi compellatus a Superiore Joannes, ut sincere totum hoc, quidquid esset, virtute obedientiæ fateretur, qui, sibi Dominum infantili specie (prout olim Magdalenæ in specie hortulani, et aliis in alia) a matre sua gestatum apparuisse, fassus est; cumque ubertim fleret, a matre causam fletus interrogatum respondisse, fidem et devotionem Catholicam, tam clare in Prussia florentem, ab inimicis ecclesiæ suæ pessumdatum iri cum magno animarum detrimento, quarum interitum fleret. Tanta Joannis innocentia Superior, et alii juxta cum illo confusi rogabant per Deum, ut sibi admissam dimitteret suspicionem: at ille de toto corde ignoscens, nec inde superbiens, in assiduo virtutum profectu, et laboribus erga proximorum salutem ætatem suam consumebat. Tandem plenus meritis feliciter in Domino obdormivit anno MCCLXIV *k*, die IX Octobris, in eadem Crucigerorum civitate Culmæ, ex altera parte Thorunii leucis 5, et ibidem in ecclesia sancti Jacobi Apostoli in Conventu Fratrum suorum, ubi vixerat, honorifice sepultus, variis miraculis post mortem a Deo decoratus.

C

*k*

*et miraculis splendet.*

5 Propter quæ tempestive ossa ejus sancta ex primo sepulcro in tumbulam, aureis stellis distinctam, translata et deposita fuerunt, sepulcrum illis inusitatum, sed apertum, tegumenti loco ferreos habens cancellos, infra ædem Eucharistiæ juxta altare magnum (quod hucusque durat incorruptum) ædificatum, et pia hominum devotione, in necessitatibus suis invocatione facta, intercessionis illius auxilium referentium celebre, ipse vero super ædem Eucharistiæ depictus *l* cernitur. Quod noscentes et videntes antiqui episcopi Culmenses cum Clero suo, illum etiam singulariter in Patronum et intercessorem apud Dominum sibi terrisque Prussiæ elegerunt (illis enim temporibus id ecclesia Dei episcopis permittebat) et inter alias imagines SS. Patronorum regionum illarum illius etiam effigiem in cathedrali sua ecclesia poni voluerunt cum tali subscriptione *m*.

D

*l*

*m*

RELIGIOSUS FRATER JOANNES LOBEDAW DE THORUN: ORDINIS MINORUM, VITA, MIRACULIS ET DOCTRINA REFULSIT.

Eamdem effigiem, quoties id longa antiquitas exigebat, hucusque renovari curarunt. Quoniam vero singulariter claruit nautarum, aliorumque navigantium in mari auxilio, dum in periculis propter obscuras noctes opem et intercessionem apud Dominum rogaretur, illis cum lumine apparebat, et ad portum ac litus feliciter periclitantes deducebat, qua de causa effigies illius cum face in manu *n* arcendi abinte pingitur.

*n*

## ANNOTATA.

E

a *Primum hic circa annum* 1222 *episcopum accepit* Christianum, *Ordinis Cisterciensis, et, ut volunt aliqui, cœnobii Olivensis monachum, cum tribus aliis episcopis in Prussiam missum, quem deinde Innocentii Papæ IV Legatus sub annum* 1243 *confirmavit. Huic successit Henricus, Ordinis Prædicatorum, sub quo sedes episcopalis* Culmzam *seu* Culmenzeam *translata est, ubi et ecclesiam cathedralem instituit, quæ a priori Culmæ institutione Culmensis dici perrexit.*

b *Hic designantur Ordinis Teutonici equites, qui anno* 1226 *a Conrado Masoviæ duce e Terra Sancta, ubi anno* 1190 *Ordinis sui fundamenta jecerant, in Prussiam evocati, plurimas res sacras eo secum deferre potuerint, quas hodieque Thorunienses venerentur.*

c *Aquas intelligit præterfluentis Vistulæ, in cujus ripa Thoruniensem civitatem circa annum* 1231 *Cruciferi condiderunt.*

d *Verba Servatoris sunt:* Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.

e *De tempore, quo Thorunii, ad deinde Culmzæ domicilium fixerint PP. Franciscani, videsis dicta in Comment. præv. numm.* 3 *et* 4.

F

f *Particulam hanc ad Culmzensem, non Thoruniensem civitatem refer, cum deinde Culmzæ,* ubi vixerat, *dicatur sepultus, sanctaque Jutta ex proximis isti civitati, quas incolebat, sylvis suscipiendorum Sacramentorum causa eo recurrere sæpius, et Beati nostri opera in confessionibus, aliisque rebus, spiritum spectantibus, uti soleret, prout ex hujus sanctæ viduæ Vita, quam jam dedimus in Appendice ad diem* V *Maii, tom.* VII *ejusdem mensis a fol.* 602, *manifeste liquet.*

g *Imo Culmzæ seu Culmenzeæ. Porro ne de admisso ab interprete, Culmam hic semper pro Culmza scribente, sphalmate eadem continuo sint repetenda, pauca ex Vita S. Juttæ subjicio. Num.* 12 *legitur*: Usa est (*S. Jutta*) ad Confessiones... B. Joanne Lobedavio, ... qui sanctitate ac miraculis clarus Culmzæ requiescit. *Et num.* 16: In eadem Culmzensi... SS. Trinitatis

A tis ecclesia, intra proprium, quod ab ejus nomine hodieque appellatur, S. Juttæ sacellum, est tumulata *sancta hæc vidua. Iterum sacellum illud* Culmzense *vocatur num.* 21. *Denique ibidem num.* 23 *in Decreto illustriss. Joannis Lipski pro SS. Juttæ et Dorotheæ cultu instaurando* Culmzæ *in cathedrali dicitur quiescere. His adde dicta superius ad lit.* a.

h *Amorem scilicet erga Deum et humilitatem.*

i *Eadem hæc iisdem fere verbis a Waddingo in Addit. ad annum* 1271, *num.* 12, *et Melissano in Supplem. Waddingi ad annum* 1264 *relata invenies.*

k *De eo vide Comm. præv. num.* 2.

l *Hactenus in templo sui Ordinis, non cathedrali; in hoc enim aliquo tantum post tempore, viso Culmzensis populi ad Beati tumulum concursu, ab antiquis Culmensibus episcopis inter imagines sanctorum Prussiæ Patronorum ejus quoque icon collocata est.*

m *Similem inscriptionem exhibent citati Waddingus et Melessanus, omittentes tamen, quod mireris,* Ordinis Minorum.

B n *Dextera; sinistra enim teste Waddingo sacculum gerebat et librum.*

## CAPUT II.

### *Antiquus Beati cultus, hæreticorum machinationibus interruptus, sec.* XVII *solenniter instauratus.*

*Beati cultus*

Atque ita durabat hæc antiqua erga illum devotio aliquot seculis, donec modo ab aliquot annis *a*, dum nova fides Culmam irrepsisset, illamque domum Dei, templum S. Jacobi, in stabulum et haram oppidi (detestabili atque ethnico more jumentis illuc immissis) hæretici convertissent, unusque ex hæreticis illis faber cancellos a sepulcro hujus B. Joannis in usum suum revulsisset. Ossa etiam illius sancta derisui et ludibrio ab impudentibus scholaC ribus novæ sectæ habita, in eodem ipso Patrum Franciscanorum conventu ad templum D. Jacobi, expulsis religiosis, studentibus hi enim ex insolentia contra se invicem illa jecerunt impio despectu : sed quod rursum in debitum locum imposita cum magna admiratione reperiebantur in sepulcro *b*, sepulcrum illud una cum ossibus terra obrutum est. Quod antequam fieret, emotæ mentis quidam, nomine Gorczyca de Lubawa, scriba episcopalis Starogrodensis, dolens illorum deformitatem, ideoque ea lavanti dum integra non viderentur, ex cæmeterio alia illis admiscuit, optans illis integritatem; eaque sua amentia non minus, quam nova illa secta ludibrio suo honorem Sancti impedivit. Nam exinde in leviorem æstimationem, tandem et in oblivionem sepulcrum in solitudine illa abiit.

*a*

*b*

*hæreticorum machinationibus*

7 Donec Petrus Kostka *c* episcopus Culmensis in officio suo vigilans recuperatam ab illa secta ecclesiam *d* a deformitate vastationis illius purgavit : Patres etiam S. Francisci, veluti legitimos hæredes majorum, in illam reduxit; qui quod ex provincia Polona, non Saxonica erant, prout illi, qui ante illic agebant, nihil etiam tamquam advenæ de honore illius Sancti sciverunt *e*. Dæmon vero illa occasione volens ipsi illudere, et Catholicam devotionem circa invocationem Sanctorum in derisum vertere, nonnullos hæreticorum in id concitavit; qui scientes, Culmæ in cathedra * mercatorem quemdam, nomine Joannem Monich, sepultum esse, ibique super illum lapidem sepulcralem notabilem cum eadem inscriptione et sigillo suo mercatorio insculpto, volebant eum in locum hujus Sancti substituere : venientesque Culmam, et transmarinos se mentientes affirmabant, sibi in mari hunc B. Joannem Franciscanum apparuisse in præsenti periculo succurrentem, illumque mandasse, ut sepulcrum suum Culmæ in cathedrali ecclesia, ubi lapis cum inscriptione illius est, inviserent. Quærentesque lapidem velut ignorantes, hac fabula oppidum impleverunt anno DDCX. Quibus etsi prudens et circumspectus Joannes Panecius Archipresbyter fidem negaret *f*, multi tamen de plebe crediderunt.

*c*

*d*

AUCT. F. SCHEMBECO.

*e*

* *lege* cathedrali

*f*

8 At Deus malas eorum machinationes in laudem suam et sui Servi convertit. Ex illis E enim sermonibus primum PP. Franciscani inquirere cœperunt a Catholicis majoris *g* ætatis, quam fuit nova illa secta, de sepulcro hujus Sancti, et ab illis, tamquam oculatis testibus, documentaliter informati, quærendo in monstrato loco (ubi sæpius ante hanc notitiam odoris suavitas a multis percipiebatur) invenerunt sub pavimento novi templi fragmenta tumbulæ illius cum aureis stellis, et sub illis confusa ossa. Ubi vero investigari non potuit, utrum non magis adhuc, quam ab illo Gorczyca, dum sepulcrum tumularetur, et malitia inhumantium falsificata essent, ideo in occulto loco deposita hucusque fuerunt, et porro servabuntur ex Decreto episcopali potestate Concilii Tridentini Sess. 25 c. de invoc. SS. recens sub renovationem antiquæ erga illum devotionis facto, donec illa Deus apertis miraculis vera esse ostenderit. Nobis tamen satis est hoc, quod indubitate in illo templo requiescat, paratusque sit in cœlo ad auxilium nostrum. Et in certam confusionem opinionis illius de corpore ejus in ecclesia cathedrali, ibidem ex voluntate piæ memoriæ ssmi regis Sigismundi tertii in castris Czezow existentis, et potestate reverendissimi Domini Zadzik *h* episcopi anno MDCXXVII die XXV Septembris sepulcrum F illud aperiri palam jussum est (ubi et ego, qui hæc scribo præsens aderam, Domino episcopo in in hoc serviens) ibique in tumba integra cadavere Germani criniti, et non Religiosi cum corona rasa, et habitu religioso invento, grossa illa fallacia et mendacium hæreticorum ad oculum incolis illius loci patuit.

*interruptus*

*g*

*h*

9 Quare Patres Franciscani curabant sæpe facultatem renovandæ auctoritate publica in ecclesia devotionis illius sibi fieri ab hæreticis violatæ : sed quia hoc negotium pro ultima decisione præsentia episcopi, vel saltem informationibus certis, et tempore ad illas examinandas ab ipsa episcopali Persona (idque propter nonnullas in illo circumstantias) indigebat, et aliæ magnæ reipub. moles impediebant, illa etiam cura effectu caruit, donec tandem Illustr. et Reverendissimus nominatus Archiepiscopus Gnesnensis, Joannes Lipski *i* episcopus Culmensis et Pomesaniæ, anno MDCXXXVIII Culmæ degens, ad instantiam imprimis Adm Reverendorum Geor-

*restauratur.*

AUCT. F. SCHEMBECO.

gii Alexandri Dorpowski et Joannis Schmak, canonicorum Culmensium, Generalium Officialium episcopatuum suorum, dein etiam ad instantiam Illustrissimi Melchioris Weiheri Palatini Culmensis, et Nicolai nepotis sui Palatinidæ Culmensis et Capitanei Radzinensis, nomine status spiritualis et sæcularis terræ Culmensis hoc etiam atque etiam postulantium nova circa hoc inquisitione die 28 Octobris facta : et post hanc die secunda, matura deliberatione cum Prælatis suis et Theologis habita, decretum in favorem hujus Sancti tulit juxta Bullas in hac materia Pontificis Urbani VIII *k*, et illico die sequenti, ultima hujus mensis, die Dominica in templo eodem Franciscanorum, ipse prius habito sacro, concionem de processu hujus negotii propter informationem populi habitam audivit, et ibidem palam et honorifice ab admodum reverendo Officiali Pomesaniæ Archipresbytero Culmensi Schmak, ab Illustrissimo Sothacoviensi Lipski, a Custode Franciscanorum Magdalenscio nomine Ordinum jam dictorum tertio rogatus, decretum illud in præsentia B sua exequi jussit, et effigiem hujus Servi Dei, facem ardentem manu tenentis, sumptu suo et cum stemmate suo in illum actum depictam, monilibus, emblematibus et inscriptionibus *l* ornatam, cum votivis tabulis, facibus aliisque congruentitibus ejusmodi actui ceremoniis exponi curavit. In honorem Dei Domini nostri, cui in Sanctis ejus honor ab omni creatura in sæcula regnanti. Amen.

## ANNOTATA.

a *Forte secuto integro : furere enim hæresis Lutherana in Prussia cœpit non diu post annum* 1525, *quo Albertus, marchio Brandeburgensis, Teutonici Ordinis XXXV Magister generalis, uxorem duxit, et adhæsit Luthero, cujus dogmatibus jam anno præcedenti Noribergæ ab Osiandro fuerat imbutus. Plura in hanc rem videsis apud Raymundum Duellium in Historia Ordinis Teutonici part.* I, *sect.* VI.

b *Tribus vicibus patratum illud prodigium, refert Melissanus.*

c *Fuit hic XXVI Culmensium episcopus, anno* C 1574 *ab Henrico Andegavensi, tum Poloniæ rege, ad istam cathedram evectus.*

d *S. Jacobi, quæ aliquot ante annis ad Patres Franciscanos pertinuerat, non cathedralis, quæ vigili episcoporum cura ab hæreticorum furore immunis servata videtur.*

e *Potius illud de Beati sepulcro, ab hæreticis sus deque verso, quam de illius cultu ac veneratione scribendum fuisse, arbitror : haud dubie enim exhibiti longissimo tempore Beato cultus, nec diu valde in sola S. Jacobi ecclesia aboliti fama ad vicinam Poloniam pervenerat, videbantque verisimilius adhucdum aliqui, etiam ex Ordine Seraphico, quibus Culmzensium nupera erga Beatum veneratio omnino erat perspecta. Adhæc in cathedrali istius civitatis ecclesia videbatur* D *etiam tunc* B. Joannis *effigies inter alias SS. Patronorum Prussiæ imagines cum citata supra inscriptione collocata.*

f *Scire enim is, immo, etsi ea tempestate annum ætatis tantum* 36 *egisset, audire ex idoneis testibus adolescens potuerat, supra* B. Joannis *ossa numquam ex primævo apud Patres Franciscanos sepulcro ad ecclesiam cathedralem fuisse translata. Quod cum plebi, novis semper rebus delectari fidemque habere solitæ, non ita constaret, facile in impiorum laqueos incidere, et sacrilego commento fidem præstare potuit.*

g *Provectæ sane ætatis oculati hi testes tunc fuerint, oportet, immo octogenariis majores, si a principio, quo Prussiam regiam invasit Lutherana hæresis, in Beati nostri tumulum aliasque res sacras sævierit efferata istius sectæ audacia : quod eo tempore factum fuisse, tum Melissanus in Addit. Waddingi ad annum* 1264, *tum ipse Waddingus ad annum* 1261 *testantur. Certe qui sub an-* E *num* 1525 *in Prussiam irrepserant Lutherani, eo devenerant audaciæ, ut coërcendæ in sola civitate Gedanensi eorum sævitiæ Sigismundi, Poloniæ regis, præsentia vix sufficeret.*

h *Jacobus Żadzik anno* 1624 *Joanni Kuczborski in episcopatu Culmensi succedit, anno deinde* 1634 *ad Cracoviensem cathedram translatus.*

i *Is, antea Referendarius regni Polonici, successerat anno* 1634 *prælaudato Jacobo Zadzik.*

k *Declararat hic Pontifex,* quod per supra scripta *(bullam anno* 1625 *editam, qua propter abusus in ecclesiam irrepentes prohibuerat cultum publicum erga eos, qui beatificati aut ab Apostolica Sede canonizati non essent)* prædjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum *(quo intelligi* tempus centum annorum metam excedens, *alia deinde bulla anni* 1634 *significavit)* aut per Patrum Virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia Sedis Apostolicæ vel Ordinarii coluntur. *Ex quibus. Beato huic, aliquot a seculis, tolerantibus Ordinariis, culto locum in Opere nostro fuisse concedendum, facile* F *quivis intelliget.*

l *Inscriptiones has, a dextra lævaque Beati imaginis ab illustrissimo Lipski positas, exhibet jam sæpius citatus Melissanus. Ita habent* : D. Joanni Thorun. Minoritæ Præsulis optimi Joannis Lipski pietate in honoribus instaurandis redivivo S. P. Q. C. suo Tutelari antiquo gratulatur exultans. *Atque hæc quidem a dextris; a sinistris vero leguntur sequentia* : D. Joanni Pruteno Ordinis Minorum antiquos honores, a perfidis profanatos, pie restituens Joannes Lipski Culmensis, et Pomeraniæ *(seu potius* Pomesaniæ) antistes, ejus patrocinio se, suasque oves pastor indignus supplex commendat.

# INDEX HISTORICUS

IN TOMUM IV OCTOBRIS

A


Aaron *Moysis frater.* 9 b f, 613 a, 675 e. *In conficiendo aureo vitulo nimiæ obsequentiæ a S. Scriptura redargutus* 589 *b*

Aaron Rascidus *calipha* 1040 a c

Aaron *Samuëlis Bulgarorum regis frater* 199 a, 202 e

Abaëlardus *(Petrus) Pariensis magister* 1086 a b c, 1088 b c, *dein monachus Sandionysianus ob negatam duorum Dionysiorum identitatem a suis male habitus* 722 e f

Abbas *S. Ephrem Syri discipulus* 817 a

Abbo *Aquitaniæ dux* 1005 e

Abdiramen *princeps Saracenus* 1004 b

Abel, *Adæ filius* 573 f, 574 a, *veri Dei cultor* 582 a. 587 e, 686 f, 692 e

Abelardus. *Vide* Abaëlardus.

Abimelech, *rex Geraræ* 581 f, 593 e, 594 f, 595 c, 597 b, 597 e, 629 b, 635 f, 655 f, 656 f, 657 et seq., 680 a d. *Saram sustulit* 658 d, *ob id punitus* 658 e, *reddidit intactam* 659 d, 660 d, *sanatus Abrahæ precibus* 660 b; *fœdus cum eodem iniit* 663 *et seq.*

† Abraham *eremita inter Prætermissos, de quo actum est ad* XVI *Martii* 562 b

† Abraham *martyr* 1044 c

† Abraham *Patriarcha* 11 f, 1015 b e, *inter Prætermissos* 3 c

Abrahamus, *S. Ephrem Syri discipulus* 817 a c

Abroens *(Gerardus) canonicus Belisiensis* 336 c

Absalom, *cum vir esset,* puer *vocatus* 672 a

Abundantius, *Comensis episcopus, forte idem qui* S. Abundius, 237 d e, 261 b c d

† Abundius *e Syria in Umbriam advena* 994 b

† Abundius *martyr* 274 d

Acaneridus, *Holinstani S. Birgittæ ope submersioni erepti, testis* 556 e

Acciaiolus *(Nicolaus) Joannæ I Siciliæ reginæ hospitii præfectus* 443 a, 514 f

Accorimbonus *Nicolai Thomei seculo* XIV 37 a

Acham *ob surrepta spolia a Deo punitus* 126 c, 127 b e

Achardus *Cabilonensis episcopus* 284 a c d, 285 f

† Acharius, *cujus reliquiæ ad castrum Cameracesii delatæ fuerunt* 1027 d

Achaz, *rex Juda impius* 584 d

† Achilleus, *Larissensis episcopus* 194 c f

Achilleus, *Orientalis episcopus* 193 d e, 194 b e

Achior, *Ammonitarum dux* 582 e, 609 b, 614 f

Acho, *Arosiensis episcopus* 409 c

Acholius, *S. Germani corpus aromatibus condivit* 269 b

Adalais *Lamberti Cabillonensis comitis uxor* 286 c

Adam, *protoparens humani generis, a delicto suo eductus* 590 c, 686 f. *ubi sepultus* 675 a

Adam, *S. R. L. Cardinalis Revelationum S. Birgittæ patronus* 369 a, 412 a, 468 a, 473 c

Adalbero *junior S. Udalrici nepos* 1053 f, 1054 a

† Adalbertus *episcopus martyr* 1068 b, 1075 e, 1078 f

Adalgarius, *Augustodunensis episcopus* 300 d, 353 f, 354 e d

Adalwinus *monasterii Lauresheimensis advocatus* 1051 d

Adela, *Balduini Insulensis, Flandriæ comitis uxor, Misseniacensem abbatiam condidit* 318 b, 333 e

Adela *Franciæ regina* 944 c, 949 c d

Adela, *Roberti Frisii, Flandriæ comitis filia et S. Canuti Daniæ regis uxor* 380 c

Adelaïs *mulier illustris, sec.* XI 913 c

† Adelarius *martyr* 966 f

† Adelbertus *Austrovandiæ comes, S. Ragenfredis pater* 298 c, 302 a c d, 303 a b d, 304 c e, 309 a. 311 b c e, 312 c, 315 b, 327 a, 330 d, 332 b, 333 b

Adalbertus *Marchio* 991 a

Adelelmus, *cui S. Gislenus apparuit* 1025 c d

Adelelmus *miles* 354 b c

Adelgerus *Augustanus episcopus* 1048 d

Adelin *(Petrus) visitationi reliquiarum a S. Lupi abbate Trecis factæ interfuit* 245 d

† Adeltrudis *S. Waldetrudis filia* 1023 a, 1033 d

Adolphus *Palatinus* 376 e

Adrianus *imperator. Vide* Hadrianus.

Adrianus I *Papa. Vide* Hadrianus.

Adrianus IV *Papa* 243 c, 271 b

Adrianus, *S. Demetrii, si Duglossium audias, pater* 57 d

Adventitius *episcopus Metensis* 1008 e

† Ægidius, *altare sibi consecratum habet in præcipua Hadrianensi ecclesia* 35 a

Ælianus *Bagaudarum dux* 906 f

Æmilius Lepidus, *Romani exercitus dux* 998 a

† Æschilus *episcopus martyr* 484 c

† Affrenia, *eadem, ut videtur, quæ* Afra, *de qua die* IX *Octobris, inter Prætermissos* 3 d

† Afra *martyr* 1047 e b, 1051 c e. *Inter Prætermissos, de qua actum est ad diem* V *Augusti* 462 d e

† Agape *martyr, templum prope Thessalonicam habuit* 139 e, 142 b e

Agar, *secundaria Abrahæ uxor* 192 c, 576 b, 580 a, 603 b, 625 b, 630 a, 638 et seqq. 643 c, 661 c, 662 a b e f, 683 b f, 684 b f, 685 a b e. *Ismaëlis mater* 610 a, *expulsa a Sara* 638 e f, 661 f, *a qua* Agereni, *aliis* Saraceni, *vocati traduntur* 194 b e

† Agatha *virgo martyr a S. Birgitta jejunio honorari solita* 512 a

† Agatho *Papa* 763 f, 764 d f, 828 b, 830 a

† Agatimber, *episcopus Metensis* 1009 f

Agbordus, *sanæ menti S. Birgittæ ope redditur* 551 c

Agleboldus *præpositus Sandionysianus* 960 d

Agnes, *Andreæ Baudemont uxor, S. Evodio ecclesiam Brennaci condidit* 243 b c

Agnes, *Guidonis Branæ comitis filia, S. Evodio ecclesiam Branæ condidit* 243 a

† Agnes *martyr, data S. Birgitta in magistram* 434 f, 435 a, *a S. Birgitta jejunio honorata* 512 a


Agnes

Agnes, *mater infantis S. Birgittæ ope ad vitam revocati* 551 d
Agnesina, *monialis Porciliensis* 367 c
† Agricola *Cabillonensis episcopus* 285 b d e f, 286 a, 288 a f
† Agritius *Trevirensis episcopus confessor* 211 c d
Ahimelech *sacerdos e familia Ithamar* 12 b
† Aidanus, *inter Prætermissos* 571 a b d
Aigle *(Claudius Carolus de l') vicarius generalis Tullensis de reliquiis S. Liberiæ Condatensibus authenticas litteras dedit* 230 a b
Aigulfus *episcopus Metensis* 1008 a b c e f, 1009 d
Aisne (Magdalena, *alias* Margarita *d') Dononiensis abbatissa* 334 b
Aistulphus *Longabardorum rex* 930 b c
Akibas, *Sammai et Hillelis scholam secutus* 8 c
Alaleone *(Hieronymus) rector collegii Hadrianensis S. J.* 39 b
Alaminus, *Aaronis Rascidi Caliphæ filius* 1040 a c
Alanus *(Joannis,) maritus Benedictæ S. Birgittæ patrocinio sanitatem adeptæ* 544 b
Alardus *monachus Hasnoniensis Aquicinctino monasterio præfectus* 1087 b
Alaricus, *Gothorum rex, a Clodoveo I. victus* 869 b
† Albanus *martyr* 1080 d, 1083 d
Albericus, *Comensis episcopus* 238 e
Albericus, *Remensis archiepiscopus, S. Evodii ecclesiam Brennaci consecravit* 243 b
Alberti *(Jacobus) episcopus Castellanus, S. Simeonis reliquias solenni ritu recondidit in ejus ecclesia parochiali Venetiis* 20 d e
† Albertus, *abbas Gambrensis* 868 d
Albertus, *Belgarum princeps, S. Simeonis reliquiis ab abbate Liesbornensi donatus* 20 a
Albertus, *Brandeburgensis marchio, Ordinis Teutonici magister* 1100 b
Albertus, *Cajetanus episcopus* 28 b
Albertus, *Megapolensis dux* 440 c, 448 c
Albertus, *Sueciæ rex* 369 e, 465 b, 483 e f, 526 d. *Beneficus in Vastenense monasterium* 448 c
† Albina *virgo martyr, cujus corpus in Italiam advectum fuit* 27 c d e
† Albinus *Andegavensis episcopus* 867 b
Albrada, *corporis languore S. Gisleni ope liberata* 1036 b c. 1037 e
† Aldegundis, *culta in Glivia* 297 c. 325 d. *Melbodiense monasterium condidit* 1010 b, 1022 c f, 1023 a b c d, 1029 e, 1033 d e f. *S. Gisleno benefica* 1023 b. *Reliquiæ ejus translatæ* 321 f, 1028 c
Aldo, *famosus raptor* 320 a b
Alelmus *II, abbas Aquicinctinus, inter Prætermissos* 564 b c
Alençonio *(Philippus de) S. R. E. Cardinalis* 468 a 473 c
Alexander, *Adrianorum episcopus* 1084 e f, 1085 a
Alexander, *Aquicinctinus abbas* 1084 c f, 1085 a, 1093 d
† Alexander, *XIX Alexandriæ episcopus* 844 a c d, 856 a
† Alexander *bis memoratus in eodem Menologio* 743 a
Alexander, *Constantinopolitanus epicopus* 844 a
Alexander Filidorus, *episcopus Tifernas* 1007 a. *S. Domnini conf. reliquias inspexit* 1006 e f
Alexander *imperator, Mamææ filius* 566 b, 859 d, 899 f, 900 a. *Christum et Abrahamum inter divos habuit* 687 f
Alexander Magnus *Macedonum rex* 815 b
† Alexander *martyr Tridenti* 238 a
† Alexander *martyr, Hierosolymitanus episcopus* 753 d, 858 d, 859 f, 861 d
Alexander *Papa II* 971 a, 1028 c
Alexander *Papa III* 237 c, 324 a b
Alexander *Papa IV* 970 f, 971 a, 1054 c f, 1068 c
Alexander *Papa V* 478 f, 479 a
Alexander *protector sub Aureliano* 905 d
Alexandro *(Marinus de) S. Birgittæ supplex factus filio ægro sanitatem impetravit* 537 b
Alexius *Angelus junior, Græcorum imperator* 800 e
Alfanus, *Sicardi jussu supensus* 1043 d
Algarius, *Augustodunensis episcopus. Vide* Adalgarius.
Algothus (*Benedictus*) *constitutus Sueciæ dux* 394 f, 395 a
Algothus, *Prior Scarensis* 424 f, 425 a
Algotus, *Katilburgem, Gostani filiam, S. Birgittæ ope sanæ menti restitutum fuisse, testatus* 558 d
Alienordis *Franciæ regina* 943 b
† Almedha, *S. Keynæ soror* 275 f, 277 e
Alphanus I, *Salernitanus episcopus, inter Prætermissos* 564 c
Alphanus II, *Salernitanus episcopus* 564 c
Alphonsus, *Cordubæ rex* 934 f
Alphonsus, *Giennensis episcopus, S. Birgittæ familiaris* 369 c, 370 c, 374 c e, 375 f, 376 a b, 377 b, 413 d e, 414 c f, 418 d, 441 c d, 449 e, 457 b, 459 d, 462 e, 465 f, 484 e, 496 f, 497 c, 499 b, 501 e f, 502 f, 506 c d, 510 d, 517 c, 521 b c
Alphonsus *Hispanus, gravi infirmitate S. Birgittæ patrocinio liberatus* 536 c d
Alphonsus, *Petri Aragonii Minoritæ filius* 452 d
Altonato (*Antonius*) *seculo* XIV 38 a
Alvarez de Luzana (*Joannes*) *episcopus Portugalensis* 260 b
Alvisus, *abbas Aquicinctinus, dein Atrebatensis episcopus* 1087 b c, 1088 e f
Alusianus *Patricius. Bulgarorum dux* 85 e, 199 a b c d, 200 a. *S. Demetrio ecclesiam excitavit* 86 a b
† Amalberga, *in Litaniis Cameracencibus invocata* 297 c
Amalfridus, *Hunonis-curiensis conditor* 289 b, 290 e, 291 a c, 292 a
Amandus, *Bagaudarum dux* 906 f
† Amandus, *Trajectensis episcopus* 349 b e f, 359 e, 1012 d, 1017 f, 1018 a, 1019, 1020 a e f, 1021 c d f, 1022 a, 1023 b c d, 1032 e, 1033 e f. *SS. Petro et Paulo Lutosæ ecclesiam struxit* 349 c, 359 c; *Rothnacensis monasterii fundator* 349 f, 350 a; *ejus reliquiæ ad Hasnoniensem ecclesiam deportatæ* 321 f
† Amantius, *Laudensis episcopus* 234 a, 238 e, 241 d
† Amantius *presbyter* 1006 f, 1007 b c d e
† Amatus, *cujus reliquiæ ad Hasnoniensis ecclesiæ anno* 1070 *dedicationem fuere translatæ* 321 f
Ambrosia, *Adelberti, Austrevandiæ comitis, ut fertur, filia* 303 a
Ambrosius de Mediolano, *abbas S. Michaëlis de Muriano* 367 d
† Ambrosius, *Mediolanensis episcopus* 233 *et* seqq.,

seqq., 425 f, 426 a, 508 e, 510 b, 565 f, 758 a d e f, 822 a, 828 d. *Hymnos cum S. Hilario in Occidentis ecclesias invexit* 723 b
Amelius, *Burdigalensis episcopus* 922 a b c d
Amiglissom, *comes Urknoensis, scripta a monachis Vastenensibus S. Birgittæ miracula sigillo suo munivit* 547 e
Amnon, *Davidis filius* 595 a
Amon, *Josiæ pater* 548 d
† Amor. *Amorbacensis abbas* 337 c
Amran, *filius Caath* 613 a b
Amraphel, *rex Sennaar* 627 d
Amurathes, II, *Turcarum imperator* 73 b
Anacletus *Papa* 715 e
Ananias. *a S. Petro punitus* 136 a
† Anastasia *martyr* 84 d e, 95 d, 103 e, 104 a d
Anastasius *bibliothecarius D. Demetrii Passionem Latinitate donavit* 51 e, 52 c, 53 d e, 54 b c. 87 e f, 161 b e, 189 b e, 190 a d
Anastasius *cantor, subscriptus chartæ Roberti, episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 322 e
Anastasius, *Græcorum imperator, Atheniensem Academiam revocare conatus* 1013 e. *Daræ, seu Anastasiopolis in extremis Persarum finibus conditor* 815 b c
Anastasius *Papa I. Origenem damnavit* 863 d
† Anastasius Sinaita 810 e f; *an asserierit, S. Dionysium Alexandrinum scholia scripsisse in Areopagitam* 803 c et seqq.
† Anastasius *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Anatholius, *in ficta Aristarchi epistola memoratus* 704 a
Anatolius, *Laodicenus in Syria episcopus* 42 c
† Andreas *Apostolus* 438 f, 439 a, 440, f 441 b, 508 e, 510 a, 635 c, 755 f, 929 f
Andreas, *Cæsareënsis episcopus* 824 f
Andreas *clericus* 319 a
Andreas *de Luca eremita* 501 f, 514 c
Andreas *Eschilli, eques auratus* 379 a
Andreas, *Giennensis episcopus* 376 a
Andreas, *Hungariæ rex* 954 a
Andreas, *Jacobellæ de Colanidio filius, instantis mortis periculo S. Birgittæ ope subtractus* 528 a b
Andreas, *Ludovici regis Hungariæ frater* 539 c
Andreas *Olavi, monachus Vastenensis, S. Birgittæ canonizationem curavit* 369 a, 465 f, 467 f
Andreas *parochus, Nicolaum parochum de Suuashal paralysi S. Birgittæ ope liberatum fuisse, testatus* 550 e f
Andreas, *pater puellæ mutæ B. Guntheri meritis sanatæ* 1077 d
Andreas *vicarius, testis puellæ ægræ et cæcæ S. Birgittæ patrocinio sanatæ* 556 c
† Andronicus, *martyr Tarsensis* 25 b, 570 e f. *Dandus die* XI *Octobris, inter Prætermissos* 3 e
Andronicus *Palæologus junior* 205 i, *S. Demetrii ope a vulnere sanatus* 80 f. 206 a
† Andronicus *Veronensis episcopus* 1001 e f
Androtio *scriptor Atheniensis* 769 d
Aner, *frater Mambre, cum Abramo fœdus iniit* 627 b c, 628 b, 631 a b
Angela, *Lelli Petri uxor, nepotes suos, alterum pessimo ulcere, alterum apostemate S. Birgittæ patrocinio liberatos vidit* 527 e f, 540 a b c d *uti et filiam* 540 e
Angelus *de Hispania, S. Birgittæ faciem insolito splendore perfusam vidit* 514 c
Angelus *Ordinis Humiliatorum ægro incolumitatem S. Birgittæ ope brevi adepto interfuit* 528 e, *nominatus* Anselmus 540 b
† Angilbertus *abbas monasterio Centulensi S Simeonis reliquias procuravit* 20 a b
Anna *Austriaca, Franciæ regina S. Dionysii Parisiensis reliquiis ditata* 949 b
† Anna *Prophetissa* 5 d e f, 10 f, *apparuit S. Birgittæ* 435 d
Annas *Judæorum Pontifex* 13 b
Anselmus *abbas Aquicinctinus* 1088 b c
Anselmus, *Comensis episcopus* 237 c d
Anselmus, (*de* Malo Nico *dictus*) *Laudunensis episcopus corpus S. Benedictæ in aliam capsam transtulit* 215 b c e
Anselmus. *Vide* Angelus *Ordinis Humiliatorum.*
† Ansfridus *comes Huiensis* 1027 a b
† Ansgarius, *Hamburgensis episcopus* 463 e
Ansoldus, *vir nobilis, ecclesiæ S. Dionysii de carcere fundator* 901 c
Anthimus *Trapezuntinus episcopus Catholicus collationi cum Severianis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
Anthusa *S. Joannis Chrysostomi mater* 996 b
Antiochus *dux, ad quem Quæstiones scripsisse fertur S. Athanasius, Alexandrinus episcopus* 810 a b
† Antoninus *Florentinus archiepiscopus* 372 c
Antoninus, *Meldensis episcopus S. Sanctini precibus, ut fertur, ad vitam revocatus* 715 b c d e f
Antoninus Pius *imperator* 673 f
Antonius Verus *imperator* 562 c
† Antonius *abbas, cognomento* Magnus 224 a b, 227 f, 228 a, 848 c d
Antonius *Capocii de Capociis filius, apostemate S. Birgittæ et S. Antonii patrocinio liberatus,* 540 c
Antonius *Ludovici principis Lusitani nothus* 260 a
† Antonius *Patavinus* 326 b
† Antonius Pelegrinus 367 a. *Translatæ ejus reliquiæ* 367 b f
Antonius Sebastianus, *episcopus Crotoniensis S. Reparatæ Acta metrica scripsit* 25 d e, 27 a e, 41 c
Anvin (*Amandus d'*) *abbas S. Gisleni* 1029 d
Aperinis (*Joannes de*) *canonicus ecclesiæ S. Petri ad Vincula* 481 b
Aphraates *monachus de ecclesia Antiochena bene meritus* 996 d
† Apollinaris, *abbas Casinensis* 1042 c f, 1043 a
Apollinaris *hæreticus* 14 e. *Epistolam Julio Papæ affinxit* 820 a
Apollinaris, *Pauli auditor in ficta Aristarchi epistola memoratus* 704 a, 706 a
Apollo *Atheniensis, a Paulo conversus in ficta Aristarchi epistola dicitur* 704 b
Apollophanes *philosophus S. Dionysio aliquando familiaris* 774 b c e, *ad quem etiam S. Dionysius epistolam scripsisse fertur* 802 c
Aquaviva (*Antonius*) *a Ladislao rege Neapolitano Hadriam emit* 36 a
Aquaviva *(Claudius) præpositus generalis S. J.* 39 a
Aquaviva *(Isabella) princeps Strozzi, pro obtinenda officii proprii de S. Reparata approbatione frustra laboravit* 34 b
Aquaviva *(Marciana) abbatissa monialium S. Petri* 39 e
Aquaviva *(Octavius) S. R. E. Cardinalis* 39 a
Aquaviva *Vide* Riczardus Raynaldi.
Aquinus, *Norvegiæ rex* 555 e
Aquinus, *pueri graviter ab igne læsi, S. Birgittæ patrocinio sanati, testis* 556 b
Aquinus, *testis Gumildis paralyticæ S. Birgittæ ope*

*ope sanatæ* 557 b
Aquinus, *testis Jacobi Aurifabri a paralysi per S. Birgittam sanati* 549 f
Aran, *Thare filius, Abrami et Nachoris junioris frater* 572 a et seqq. 583 e, 563 d e. *An Saræ pater ?* 593 et seqq. *fueritne in ignem conjectus a Chaldæis* 599 f et seqq.
† Arator *martyr* 857 e
Archintus *(Philippus) Comensis episcopus* 234 a 241 d
† Aredius *Atanensis abas* 913 a, 923 b c d
Aribo *archiëpiscopus Moguntinus* 1061 e
Aridæus *(Philippus) philosophus* 774 d
Arioch, *rex Ponti* 627 d
Aristarchus, *chronographus Græcus* 698 e, 703 b c f, 705 b e f, 706 e f, 707 a, 709 a, 717 b c, 729 b d, 788 e, *fragmentum supposititæ eidem Epistolæ* 704 et seq.
Aristides *philosophus, fide propugnator* 721 e, 723 b, 742 f, 743 c 744 b, 752 a b c d e f, 753 a b, 770 a, 789 a e, 790 c d, 791 d
Aristoteles *Atheniensis* 704 b
Arius *hæreticus* 7 b, 14 c d e, 813 e, 820 b, 842 a, 847 a, 862 e
Arizonius de Podio *seculo* XIV 37 a
Arnabagh *,(Suenon) piscatores aliquot submersioni S. Birgittæ ope ereptos fuisse testatus* 551 b
Arnardus, *Agbordi, ope S. Birgittæ sanæ menti reddidi, testis* 551 c
Arnardus *parochus, testatus mulierem Ryatilborg S. Birgittæ patrocinium periculoso in partu fuisse expertam* 550 e
Arnestus *primus archiëpiscopus Pragensis* 1079 a
Arnoaldus *cognomento* Boggis 1008 c
Arnoldus, *abbas Farfensis* 433 b c
Arnoldus *cæcitate B. Guntheri meritis liberatus* 1082 a b c
Arnolfus, *monasterii S. Emmerami Præpositus* 979 a b c d e, 981 f
Arnolphus *parochus, Folquini, S. Birgittæ ope gravissimo dolore liberati, testis* 551 f
Arnulfus, *canonicus Regularis, unus eorum ,qui Abrahami, Saræ, Isaaci, Rebeccæ, Jacob et Liæ exuvias in Hebronensi ecclesia invenerunt* 688 e, 689 b e f, 690 b c d
Arnulfus II *Flandriæ comes* 1027 c
Arnulfus *imperator* 871 b, 952 c e, 953 a b c d, 954 f, 955 b d e, 956 b f, 957 a b e, 958 a b c d e, 961 a b c d f, 962 a b c d e f, 963 b e f, 966 b c d, 969 c d f, 970 a, 971 c, 974 d, 976 b c e, 977 b d, 979 e f, 980 a b c, 982 b c d e f, 983 b f, 984 c e, 985 d. 986 a, 1050 a d e f, 1053 d. *Fertur S. Dionysii Parisiensis reliquis e Gallia in Germaniam attulisse* 952 et seqq.
Arnulfus, *Laudunensis episcopus, alias* Hedenulphus 215 a
† Arnulfus, *Metensis episcopus* 1008 c d e, 1009 e, 1017 e
Arnulfus *Valentianensis comes* 1027 o d
Arphaxad, *patriarcha postdiluvianus, filius Sem* 572 d, 574 e, 576 c, *veri Dei cultor* 581 c
† Arsenius, *abbas in monte Sceti* 998 b d
Arsenius *abbas Breunoviensis* 1067 a
† Artemon, *Seleuciensis in Pisidia episcopus* 41 c
Arturus, *Britonum rex* 276 e
Aruns, *Senonum dux* 875 c
Arwidus *presbyter, ad Vastenenses S. Birgittæ reliquas non sine fructus peregrinationem alterius causa vovit* 533 a, 550 e
Asa, *rex Juda* 655 f
Asan *ex antiquis Bulgariæ regibus ortus*, 85 e 199 e f
Ascholius *Macedoniæ episcopus* 760 a
† Asciclus, *martyr Cordubensis* 49 e
Asclepius *præfectus* 42 b
Aflatus, *Nidrosiensis archiepiscopus scripsit ad Basileënse concilium in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a
Asso, *Atrebatensis episcopus* 326 a
Asta *vidua, mater Extridis undis submersæ et S. Birgittæ ope ad vitam revocatæ* 559 e
† Athanasius, *Alexandrinus episcopus* 811 c d e f, 814 b, 819 f, 820 b c, 821 e, 828 d, 829 d e, 842 a. *An Dionysium Areopagitam citarit* 810 a b c d e f; *lucubrationes eidem affictæ* 853 b
Athanasius *in Syria episcopus* 829 e
Athanasius *Neapolitanus præsul* 1041 f
Athenagoras, *Christianæ religionis defensor* 825 d e
† Atticus *inter Prætermissos* 3 d
Atticus, *patriarcha Constantinopolitanus, exemplar* XX *canonum concilii Nicæni* I *ad Patres quinti concilii Carthaginensis misit* 809 f
Attila, *Hunnorum rex, Sirmium evertit* 84 f, 185 a d
Ava, *Adelberti, ut fertur, filia* 303 a c, 309 c
† Ava, *culta* XXIX *Aprilis* 303 c, 312 b, 313 b c, 319 f, 321 b, 331 b ; *Dononiensis, ut videtur, abbatissa* 333 b c
† Auctor, *episcopus Metensis confessor* 211 f
Audacher, *notarius Caroli Calvi* 300 b, 314 b
† Audoënus, *Rothomagensis episcopus, cujus reliquiæ seculo* IX *Vadiniacum fuere translatæ* 242 e, 1009 c d, 1017 e
Audoënus, *Stauangrensis episcopus, scripsit in favorem Revelationum S. Birgittæ ad concilium Basileënse* 411 a
† Audomarus, *cujus reliquiæ ad dedicationem ecclesiæ Hasnoniensis anno* MLXX *fuere deportatæ* 321 f
† Augustinus, *Anglorum episcopus* 1008 c
† Augustinus, *Hipponensis episcopus* 828 d. *Canonem, ne viventi episcopo alter subrogetur, aliquando ignoravit* 760 e. *Non videtur novisse Opera S. Dionysii Areopagitæ* 823 c et seq. *S. Birgittæ visitatione honoratus* 508 e, 510 a b
Augustus *cæsar* 706 e, 987 e. *Qui Galliam diviserit* 873, 875 d e
† Avitus, *Tungrensis episcopus. Vide* Navitus.
Aurelianus *et* Arelius *confusi* 905 e
Aurelianus *imperater* 902 f 903 a b c d e f, 904 a b c d e f, 905 a b c d e, 906 a b, 929 a
† Aurelius *episcopus* 383 b c, *ejus reliquiæ* ibid.
Aurelius *imperator, Antonini filius* 210 a, 879 e, 880 b d, 905 e f
† Aurelius, *martyr Cordubensis* 273 c
Auriana, *Amalfridi et Childebertanæ filia, Hunonis-curiensis abbatissa* 291 a c d e, 292 a
Auskircherin *(Jacoba) e tertio Ordine S. Francisci inter Prætermissos* 566 d
† Auspicius, *episcopus Tullensis* 211 f
† Austregildis, *S. Lupi mater, inter Prætermissos* 562 e
† Anstregildis *vidua, data die* 1 *Septembris, inter Prætermissos* 2 c
† Austremonius, *Avernensis episcopus* 723 b
† Autbertus *Cameracensis episcopus* 1011 c, 1013 c, 1014 c, 1017 d e f, 1020 a b c d e f, 1021 f,

1021 f, 1022 b e f, 1031 d e, 1033 c, 1046 d, *consecravit ecclesiam Cellensem* 1022 a, 1032 e; *ejus reliquiæ ad castrum Cameracesii delatæ* 1027 d
Auxentius, *episcapus Adrianus, sedem Mediolanensem occupavit* 237 f, 239 b c; *S. Martinum Turonensem Mediolano pepulit* 1006 a
† Aya, *uxor S. Hildulfi, ducis Laubacensis* 1022 e, 1033 b, 1034 e
† Aycardus, *abbas Gemeticensis, cujus reliquiæ Haspra ad dedicationem ecclesiæ Hasnoniensis anno* MLXX *fuere deportatæ* 321 f
Azau, *Nachor junioris et Melchæ filius* 6722 e

B

† Bacchus *martyr* 279 d
Badan, *Israëlitarum defensor* 614 e
Badilo, *Æduensis S. Martini cœnobii abbas* 351 e
Badilo, *Badilonis comitis nepos* 351 e, 352 a
Badilo *comes, Æduensis S. Martini cœnobii instaurator* 351 e, 352 a c
Badilo, *monasterio Saxiacensi præfectus* 351 e
Bala, *uxor Jacobi patriarchæ* 639 f, 640 d e
Baldericus *Cameracensis canonicus* 301 b c d e f, 349 b
Baldericus, *Noviomensis ac Tornacensis episcopus* 349 b
Baldoinus, *tribunus* 689 d, 690 c
Balduinus *(Andreas) S. Simeonis reliquias Venetias ex Oriente detulit* 20 c
Balduinus, *archiepiscopus Trevirensis* 210 e
Balduinus IV *Flandriæ comes* 307 d e, 316 f, 317 b d f, 1027 c, 1028 b
Balduinus V *dictus* Pius *et* Insulanus, *Flandriæ comes* 318 b, 321 d, 1086 f
Balduinus VI, *dictus* Montensis, *Flandriæ comes* 321 d
Balduinus I, *Hannoniæ comes* 1086 f
Balduinus V, *Hannoniæ comes* 1021 e
Ballaland *(Godefridus de) Revelationum S. Birgittæ patronus* 412 a
Balma *(Guilielmus della) canonicus Genuensis, miraculorum S Hugonis testis* 364 b
Baltassar, *Nabuchodonosoris nepos, ejusdem* filius *nuncupatus* 595 d
Baluzius *Lactantium in lucem protulit* 827 e
Banca, *Holinstani S. Birgittæ ope submersioni erepti, testis* 556 e
Bara, *rex Sodomorum a Chodorlahomore victus* 627 c
Barbara *a dæmone B. Guntheri ope liberata* 1077 e
Bardas *cæsar ædem sacram S. Demetrio exstruxit* 79 b, 80 d, 82 b
Bardo *archiepiscopus Moguntinus* 1066 d f, 1073 f
Barensis *S. R. E. Cardinalis. Vide* Urbanus VI.
Barga *de Ulfasom, Nicolai Skuame, Petri Ruth, et Andreæ Gala S. Birgittæ ope mortis periculo ereptorum, testis* 558 b
Bargibant *(Stephanus) monachus Elnoniensis e S. Amandis reliquiis Lutosanis canonici dedit* 350 d
† Barlaam *eremita* 260 c
† Barnabas *apostolus* 237 d
† Bartholomæus *apostolus* 85 c, 439 a, 929 f; *ejus reliquiæ in Lusitaniam delatæ* 260 c
† Basilia *martyr Alexandriæ* 857 e
Basilides *hæreticus* 813 e, 827 a
† Basilides *martyr Alexandriæ, S. Potamienæ defensor* 857 f
Basilius *Cilix* 824 d e
† Basilius *confessor, cujus reliquiæ Polæ in Istria anno* MDCLIII *inventæ fuerunt* 78 a
Basilius *diaconus* 820 f
Basilius *Macedo, Bardæ interfector* 79 b, 202 c d e; *ædem sacram S. Demetrii refecit* 80 b d e; *monasterium S. Phocæ exstruxit* 1044 f, 1045 d
Basilius III *imperator, dictus* Bulgaroctonus 199 c, 200 b
† Basilius *Magnus, Cæsareensis episcopus* 588 b, 761 a, 816 d, 828 d. *Ejus institutum secutus est S. Gislenus* 1014 a b, 1020 e f, 1021 a, 1030 c
† Basilius, *Parii in Mysia Minori episcopus* 44 d
Basilius *Theodoranus* 199 a
Basochiis *(Nicolaus de)* 243 c
Bassa *(Thorrus) coram quo Asta vidua filiam Extridem S. Birgittæ ope ad vitam revocatam fuisse, testata est* 559 f
† Bassianus, *Laudensis episcopus* 233 f, 234 d f, 235 a, 236 c, 238 f, 239 e
Basztin (*Petrus*) *ex Ordine S. Francisci* 1094 e f
Bataille (*Roberti*) *filia, mortua e lapsu in puteum credita, S. Ragenfredis ope integræ sanitati reddita* 328 a
† Bathildis *Clotharii Franciæ regis mater* 570 b
Bathuël, *Nachoris junioris filius, Rebeccæ pater* 578 b, 607 c, 672 e, 678 c, 681 f, 682 c d
Batismundus, *monachus Vastenensis, quædam S. Birgittæ miracula collegit* 371 c, 464 d, 548 b
Batrumila, *B. Guntheri ope visum adepta* 1079 b
Baudemont *(Andreas) ecclesiam S. Evodio Brennaci condidit* 243 b c
Bauffremez *(Anna Maria) Dononiensis Abbatissa* 334 e
† Bavo, *cujus reliquiæ anno* 1070 *ad ecclesiæ Hasnoniensis dedicationem deportatæ fuerunt*
Beatrix, *mater Batrumilæ visum B. Guntheri ope adeptæ* 1079 b 321 f
Beatrix, *Ordinis titulo Conceptionis B. M. V. institutrix, inter prætermissos* 3 b
† Beatus, *martyr inter Prætermissos* 570 e
Becherus *visu S. Gisleni meritis donatus* 1035 d
† Beda *venerabilis* 828 b
† Bellerius, *S. Gisleni socius* 1019 a b c, 1030 f
Belliades, *S. Gemini, ut fertur, mater* 1039 e 1040 e
Bellifortis *S. R. E. Cardinalis. Vide* Gregorius XI *Papa*
Belus, *Nini pater, Assyriæ rex, primus, ut aiunt, Deus haberi voluit* 586 e f
Benedicta *abbatissa Thorensis* 1028 a
Benedicta, *Alani Joannis uxor, voto S. Birgittæ facto, semimortua convaluit* 544 b
Benedicta, *Glysingi filia, Birgero S. Birgittæ filio nupta* 386 e
Benedicta *vidua latronis manibus S. Birgittæ ope erepta* 554 e
† Benedicta *virgo* 297 d
† Benedictus *abbas conf.* 346 b, 347 c; *a S. Birgitta jejunio honoratus* 512 a; *certatur de ejus corpore* 966 f
Benedictus *Birgeri, S. Birgittæ frater* 378 c, 379 a, 487 f, 506 e
Benedictus XIV *Papa* 410 b, 474 c, 482 d; *auxit et castigavit Martyrologium Romanum* 4 b

Benedictus *Magni Minniskiold, maritus Sigridis, aviæ maternæ S. Birgittæ* 379 d e f
Benedictus *Mutinensis episcopus, monasterio Nonantulano beneficus* 988 c
Benedictus *Nicolai, Margaretæ monialis Rysabergensis ope S. Birgittæ sanitati restitutæ, testis* 555 b
Benedictus *Ordinis Prædicatorum, Gertrudis S. Birgittæ ope sanitati restitutæ, testis* 555 c
Benedictus *Ordinis Prædicatorum sanam, mentem, quam ob derisam S. Birgittam amiserat, ejusdem ope recepit* 533 a, 550 c
† Benedictus *patriarcha* 419 f, 1021 a, 1068 b c, 1075 e
Benedictus, *regis Sueciæ consiliarius, scripta a monachis Vastenensibus S. Birgittæ miracula sigillo suo munivit* 547 e
Benedictus, *S. Birgittæ filius* 385 a b, 387 c e f, 490 a, 491 d
Benedictus, Sinvils *dictus, Folconis filius* 380 c
† Benevenutus, *Auximanus episcopus, S. Palatiæ templum condidit* 48 a
Benjamin, *cum* xx *esset annorum*, puer *vocatus* 671 f, 672 a
Bennelinus, *monasterii Lauresheimensis advocatus* 1051 d
Benno, *Pataviensis episcopus* 1061 a f, 1063 f, 1065 a, 1073 b, 1084 a
Beno, *Arosiensis episcopus* 478 a
Benoist *(Quintinus) abbas Gislenianus* 1028 f, 1029 a
Berghes (*Guilielmus de*) *Cameracensis archiepiscopus, S. Odilonis reliquias Lutosæ visitavit* 360 b c d
Bergis (*Henricus de*) *episcopus Cameracensis visitavit reliquias S. Gisleni* 1028 f, 1029 a b
Berlaymont *(Ludovicus) archiepiscopus Cameracensis* 1021 f; *abbatiæ Cellensis reliquias visitavit* 1029 c
Bernabos, *Mediolanensis dux* 430 f
† Bernardus *Claravallensis abbas* 1087 f; *concilio Remensi anni* MCXLVIII *interfuit* 1089 c
Bernardus, *archiepiscopus Neapolitanus, quædam S. Birgittæ miracula colligi jussit* 374 b, 382 e, 451 b c, 457 b d
Bernardus, *archiepiscopus Neapolitanus, Bernardi Bosqueti successor* 494 e, 501 a, 502 e, 504 d, 506 e
Bernardus *canonicus, subscriptus chartæ Roberti episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 322 e
Bernardus, *subscriptus diplomati Caroli Calvi* 314 b
Bernardutius, *Gervasii frater seculo* XIV 37 a
Bernerus. *Vide* Garnerus.
Berngerius. *Vide* Benno.
Bernharius, *abbas Herfeldensis* 1058 e
† Bernwardus, *Hildesiensis episcopus, S. Dionysii Parisiensis reliquiis ditatus* 948 b c
Bero *patrochus testis Christianæ, a dæmone S. Birgittæ ope iterato liberatæ* 554 a
Bersa, *rex Gomorrhæ, a Chodorlahomore victus* 627 c
Berta, *abbatissa Dononiensis* 323 d f, 333 e f
Berta, *Caroli Magni filia* 941 a
Berta, *Gerardi* a Rossilione *dicti uxor* 351 a
Berta, *Hucboldi comitis filia, S. Andreæ monasterii Florentiæ abbatissa* 341 e
Berta, *Ludovici Pii soror, Pippini regis neptis* 311 e
Berta, *Pippini regis uxor* 311 c e
Berta, *Rodolphi Burgundiæ regis filia* 1065 e
† Bertharius, *Casinensis abbas* 1042 c, 1044 a
Bertholdus *Romanus, Paradisi, Birgittini prope Florentiam monasterii, confessor generalis* 374 a; *Vitam S. Birgittæ scripsit* 373 d e, 495 d, 533 e
Berthou *presbyter, Liguriensis monasterii sacellanus* 22 a
Berthualdus *dux, in S. Dionysium beneficus* 939 c, 945 f, 946 a b c d
† Bertilia *S. Waldetrudis mater* 1022 c f, 1034 e
† Bertinus, *Sithiensis abbas* 291 b; *ejus reliquiæ ad Hasnoniense cœnobium delatæ* 321 f
Bertoldus *puer, B. Guntheri meritis incessu donatus* 1082 d
Bertuldus *canonicus, subscriptus chartæ Roberti episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 322 e
Berulle (*de*) *S. R. E. Cardinalis, Breviarii Congregationis Oratorii Domini Jesu digerendi ordinandique a Paulo V facultatem accepit* 692 f; *scribi jussit Vitam Catharinæ a Jesu monialis ex Ordine S. Mariæ de Monte Carmelo* 779 b
Besedeel, *tabernaculi fœderis fabricator* 172 b, 173 b e
Bethleëm, *procurator Patavinus* 366 c
Bethsabee *adultere, in sacris Litteris manifestata* 589 b
Bicchius (*Antonius*) *episcopus Auximensis* 47 f
Bergerus *Gregorii, archiepiscopus Upsalensis* 369 e, 377 b, et deinceps sæpe; *scripsit Vitam S. Birgittæ* 371 b c e f, 372 b c d, 495 c; *miracula quædam S. Birgittæ a monachis Vastenensibus scripta sigillo suo munuvit* 547 e
Birgerus Jerl, *administrator regni Sueciæ* 379 c d f
Birgerus, *Magni filius, Suecorum rex* 377 c, 381 e
Birgerus, *Petri de Ulfasa S. Birgittæ pater* 377 b; *Uplandiæ legifer* 377 c, 378 a e, 379 a b c d, 380 d, 381 a e, 482 a, 384 d, 469 b c, 487 d e, 499 f
Birgerus, *S. Birgittæ filius* 380 c, 385 a b e f, 386 e, 387 a b c d, 388 c, 392 c, 397 e, 423 f, 434 e, 441 c d e, 444 c d, 449 d, 459 c, 460 f, 461 f, 462 d f, 470 f, 483 e 490 a 509 a; *matrem secutus Hierosolymam* 386 a; *ejusdem reliquias Roma in Sueciam detulit* 531 b
Birgitta *Caroli S. Birgittæ filii neptis* 388 e f, 389 a b
Birgitta, *S. Birgittæ e filia Cæcilia neptis* 389 f
Blanca *Joannis I Namurcensis comitis filia, Sueciæ regina* 394 c d e f, 395 a b c d e, 396 a b, 397 f, 400 b c d e, 494 b, 592 f, 509 c, 510 b
Blanca, *S. Ludovici Franciæ regis filia, Ferdinando Castellano nupta* 400 e
Blanca, *S. Ludovici Franciæ regis filia, infans defuncta* 400 e
Blanca, *S. Ludovici Franciæ regis mater* 400 c e, 944 d
† Blasius, *altare sibi sacrum habet in præcipua Hadrianensi ecclesia* 35 a
Blasius, *pater puellæ sensuum usu B. Guntheri meritis donatæ* 1081 e
Blaton (*Ludovica de*) *Aquiriensis abbatissa Aquiriense templum refectura, Sybillæ de Gages ossa retexit* 568 b c
Boamundus, *Princeps Tarentinus* 204 b c e f, 205 a
Boele (*Gerardus*) *cappelanus ecclesiæ S. Amoris Belisiæ* 336 c
Boëtius *Joannis, scripta a monachis Vastenensibus S. Birgittæ miracula sigillo suo munivit* 547 e

Boëtius, *Petri coloni filius, mortis periculo S. Birgittæ ope ereptus* 552 e
Bohuslaus, *maritus Getrudis B. Guntheri ope sanatæ* 1077 e
Bohuslaus, *pueri cæci et muti B. Guntheri ope sanati, testis* 1081 a
Bolemila *loquelam B. Guntheri ope recepit* 1080 d
Boleslaus II, *seu* Bius *Bohemiæ dux*, 1068 c; *monasterii Breunoviensis conditor* 1078 f
Bolo *episcopus, Ebroini assecla* 282 f
Bonicis (*Petrus de*) *Patavinus condendo Porciliensi monasterio fundum dedit* 365 c e
Bonifacius *a S. Andrea Carmelita antiquum Missale, Missam de S. Abraham, Isaac et Jacob complexum, nobis communicavit* 695 c
† Bonifacius, *Moguntinus antistes* 305 f, 306 a b, 326 b, 354 f,
Bonifacius I *Papa* 830 c
Bonifacius VIII *Papa* 400 c
Bonifacius IX *Papa* 368 f, 369 a c e f, 372 d, 376 d, 377 b, 389 e *et deinceps sæpe ob bullam canonizationis S. Birgittæ ab illo editam; ejus bulla de eadem* 468 et seqq., 1068 d; *Andec enses reliquias venerationi publicæ exponi concessit* 21 d
Bonmarchiet (*Joanna Maria de*) *Dononiensis abbatissa* 334 e
Bonnolus, *episcopus Metensis inter Prætermissos* 564 d
Bontems (*Nicolaus*) *medecinæ doctor, reliquias S. Libariæ recognovit* 230 d
Bonus, *episcopus Theanensis seculo* IX 30 d
Bordella (*Helias de*) *Liguriensi monasterio fundum dedit* 22 e
Borzute, *vir nobilis* 1080 e
† Bosa, *a Beda in Martyrologio memoratus* 739 b
Bosen (*Fikko de*) *Petri Nicolai a suspendio S. Birgittæ ope liberati, testis* 560 d
Bosius, *S. Hugonis Vitæ compendium scripsit* 362 c, 363 a
Boso, *abbas Floriacensis* 933 d; *ditatus S. Dionysii Parisiensis reliquiis* 946 f, 947 a
Bosquetus (*Bernardus de*) *archiepiscopus Neapolitanus* 494 e
Bosquetus (*Franciscus*) *Lutubensis episcopus Joannis Darensis Opus describi curavit* 814 d
Bossuet (*Jacobus Benignus*) *archidiaconus Briæ* 229 e, 231 c
Bossuet (*Jacobus Benignus*) *episcopus Meldensis authenticis litteris S. Libariæ reliquias approbavit* 229 et seq.
Bosulfus *clericus* 946 d e f, 960 c
Bovo, *prope silvam Carbonariam seculo* IX *comes* 342 a
Boussu (*Gaspar*) *abbas S. Gisleni* 1029 d
† Botuidus, *prope Stokholmiam cultus* 489 e, 490 d, 530 a, 531 a, 543 e; *S. Birgittæ apparuit* 489 e
Bozena, *Bretizlai Bohemorum ducis mater* 1058 a, 1073 e
Bozena, *chiragra B. Guntheri ope liberata* 1075 f
Brachas, *Brecani pater* 276 c
Braganus. *Vide* Brecanus.
Brantes (*Josephus Antonius de*) *S. Eusebiæ abbatissæ Officium nobis communicavit* 292 c, 293 c
Brecanus, *Brechiniæ regulus* 275 a d f, 276 c f
Bretizlaus, *Bohemorum dux* 1058 a b, 1066 c d e f, 1067 a c d e f, 1068 a b, 1071 d e, 1072 c, 1073 d e f, 1074 a
Brias (*Jacobus Theodorus de*) *archiepiscopus Cameracensis* 1038 f
Bricart (*Ægidius*) *notarius apostolicus* 1029 b
Brichanteau (*Benjaminus de*) *Laudunensis episcopus* 216 d
Bricita, *monialis Porciliensis* 367 c
† Brigida *scotica* 381 e f, 409 a, 562 b
† Britius, *e Syria in Umbriam advena* 944 b
Broderhrsem (*Joannes*) *loquelæ gressusque Olavo S. Birgittæ ope collati, testis* 556 d
Brunechileis *regina, monasterii S. Martini apud Æduos fundatrix* 352 b
Bruno, *Augustanus episcopus* 1061 b c
Bruno, *comes Brunswicensis* 1061 c
† Bruno, *Tullensis episcopus, dein Leo IX Papa* 320 d
Bruno, *Wurtzbergensis episcopus* 1066 a b
† Brynulfus, *episcopus Scarensis* 372 c, 420 d, 425 c
Buda, *testis liberatæ a dæmone Juttæ* 1079 d
Buisseret *(Franciscus de) Namurcensis episcopus inventionem corporis Sybillæ de Gages examinari jussit* 567 e, *ipseque dein præsens ejus ossa inspexit* 568 f
Burcardus, *comes in charta B. Adalberonis memoratus* 1052 d
Burchardus, *Cameracensis episcopus* 1029 f
Burchardus, *S. Emmerammi abbas* 962 c, 1062 a b
Burchardus, *Pragensis episcopus* 1078 f
Burchius (*Franciscus van der*) *archiepiscopus Cameracensis* 1029 d
Busbeckius (*Augerius*) 44 b
Butkens (*Christophorus*) *abbatiæ S. Salvatoris Antverpiæ moderator* 260 b e
Buz, *Nachoris junioris et Melchæ filius* 672 e

C

Caath, *filius Levi* 613 a b
Cabani (*Robertus de*) *præfectus hospitii Joannæ reginæ Siciliæ* 443 a
Cabasilas (*Nicolaus*) *Thessalonicensis archiepiscopus* 50 c, 57 b
† Cadocus *in Cambria, S. Gundlei filius* 275 c, 276 c f, 277 b c d
Cæcilia, *monialis Porciliensis* 367 c
Cæcilia, *S. Birgittæ filia*, 385 a b; *nupta Laurentio Joannis, et dein Benedicto Philippi* 388 b c
† Cæcilia *virgo martyr, a S. Birgitta jejunio honorari solita* 512 a
Cælestina, *B. Adelberti, ut fertur, filia* 303 a
† Cælestinus I, *Papa* 242 a, 830 c
† Cæsaria, *S. Cæsarii Arelatensis episcopi soror* 294 a
† Cæsarius, *episcopus Arelatensis* 294 a, 896 e
† Cæsarius, *Gregorii Nazianzeni frater* 768 a b c
Caïn, *Adami filius* 573 f, 574 a, 603 b
Cainanus *junior* 572 d, 581 c
Caïphas, *Judæorum pontifex* 13 b, 667 a
† Caitus, *inter Prætermissos* 570 e
Cajus, *ad quem 4 episcolas S. Dionysius Areopagita scripsisse fertur* 802 c, 822 f
† Cajus *martyr, S. Dionysii patriarchæ Alexandrini socios* 563 e
Calientis (*Nicolaus de*) *canonicus ecclesiæ S. Petri ad Vincula* 481 b
Calixtus II *Papa* 1029 f, 1088 c
Calixtus III *Papa* 474 c
Cambyses, *Persarum rex, sororem duxit in conjugem* 596 f
† Camilla,

† Camilla, *virgo Autissiodori* 269 c e, 270 b, 271 e
Campo *(Guarnerius de) subscriptus instrumento de inchoata Porciliensi ecclesia* 365 f
Campo *(Heymericus de) Revelationum S. Birgittæ patronus* 412 b
Camuel, *Nachoris Junioris et Melchæ filius* 672 e
Candida, *monialis Porciliensis* 367 c
Candidus, *ex Ordine Minorum Reformatorum* 39 d
† Candidus, *inter Prætermissos* 3 d e
† Candidus *martyr* 272 c
Candolus *mercator Neapolitanus, digiti pedis dolore S. Birgittæ ope liberatus* 537 c
† Canochus, *S. Keynæ frater* 276 f, 277 c
Cantacuzenus *(Joannes) Græcorum imperator* 74 c
† Canutus, *Daniæ rex et martyr* 380 c
Canutus, *Folchonis filius* 380 c
Canutus, *Philippi Ostrogothiæ ducis filius* 384 e
Cappellus *(Ambrosius) Antverpiensis episcopus* 260 f
Capocilis *(Franciscus de) cujus filius apostemate patrocinio S. Birgittæ liberatus fuit* 527 f, 540 c
† Caprasius *martyr, illustrandus die* xx *Octobris, inter Prætermissos* 3 e
Carafinus *(Lazarus) Laudensis episcopus* 234 a
Carboneau *(Willelmus) visum S. Ragenfredis ope recepit* 328 e
Cardalhaco *(Joannes de) patriarcha Alexandrinus* 417 a b
Cardillac *(Sicardus de) Lætiensis abbas* 399 b
Carennia, *S. Keynæ, ut fertur, soror* 276
† Carilefus, *Anisolensis monasterii conditor* 278 c, 279 f
Carinus *imperator* 906 c
Carletus *(Antonius) Joannæ, reginæ Siciliæ, familiaris* 442 d e, 451 a b, 518 d e, 538 b
Carola, *B. Adelberti, ut fertur, filia* 303 a
Carolomanus, *Ludovici Balbi filius, Francorum rex* 354 c
Carolomannus, *Pippini filius, Francorum rex* 353 f, 354 b, 931 a
Carolus *Algothi, Meritæ S. Birgittæ filiæ maritus* 389 d
Carolus *Bohemus, imperator hujus nominis IV* 420 b, 426 d, 430 f, 444 b c, 445 c, 494 b c, 520 b
† Carolus Borromæus, *verarum Sanctorum reliquiarum a falsis secernendarum sollicitus* 983 a
Carolus Calvus *imperator* 53 e, 86 c, 87 e f, 213 f, 214 c, 215 a, 284 b, 299 e f, 300 d e f, 304 a c; 307 a b, 313 d e, 314 b c d, 333 b, 342 a, 351 a b c d, 352 a b, 709 c f, 716 c, 723 f, 735 d, 736 b c d f, 745 e, 913 b, 931 f, 932 a, 933 c, 934 f, 941 a b, 957 e, 960 c e, 969 c, 982 a b c, 991 e, 1041 f
Carolus, *Catharinæ Nicolai militis uxoris filius* 513 c
Carolus Crassus, *imperator* 356 d, 958 a, 982 c
Carolus Magnus 299 a b c, 309 e, 311 e, 325 e, 350 c, 510 a, 713 b, 723 e, 764 d e, 865 c, 866 a, 919 b, 921 f, 924 f, 931 a, 932 e, 933 a c d, 934 e, 937 c d e, 938 a, 940 c, 942 b, 946 b c, 976 b, 991 a b, 1004 b e, 1010 e, 1023 f, 1034 a c; *Aquisgranensem S. Mariæ ecclesiam ditavit reliquiis S. Simeonis* 18 b c; *item monasterium Liesbornense* 19 b d, *et Liguriense* 22 c d; *cœptam a Pipino S. Dionysii ecclesiam absolvit* 934 e; *certatur de ejus capite* 966 f; *desiit sub ipso vetus Liturgia Gallicana* 707 f
Carolus IV *imperator Pragensibus S. Dionysii reliquias dedit* 948 e f
Carolus V *imperator Melitam equitibus Rhodiis concessit* 364 e
Carolus VI *imperator S. Birgittæ cultum promovit* 482 d
Carolus V, *Francorum rex* 948 f, 950 c d
Carolus VI, *Francorum rex* 475 e, 950 d e
Carolus Simplex, *Franciæ rex* 299 b, 356 d, 947 d e f, 948 a, 954 f, 955 a, 957 a b, 958 a e, 959 c d e, 960 a b c e f, 964 d, 985 e f, 986 d, 1024 f, 1025 a
Carolus *Martellus seu Tudites* 213 f, 350 e, 357 f, 359 b, 913 a, 932 c, 933 d, 1004 b
Carolus, *Novariensis episcopus* 86 e
Carolus *Noviomensis episcopus* 944 f
Carolus *parochus, Christianam, Gingolphi uxorem, a fœdo ulcere S. Birgittæ ope sanatam fuisse, testatus* 552 c
Carolus *parochus, Olavi agricolæ gravi languore dæmonumque vexatione S. Birgittæ ope liberati, testis* 554 b
Carolus *parochus, testis Gumildis paralyticæ S. Birgittæ patrocinio sanatæ* 557 b
Carolus, *regis Sueciæ consiliarius, scripta a monachis Vastenensibus quædam S. Birgittæ miracula sigillo suo munivit* 547 e
Carolus, *S. Birgittæ ex Carolo filio nepos* 388 e f, 540 e
Carolus *S. Birgittæ filius* 385 a b c e, 386 b c et seqq. sæpe; *secutus matrem in itinere Hierosolymitano* 386 a; *ejus mortem mater prædixit* 521 f, *et arcana detexit* 522 f
Carolus VII, *Suercheri II filius, Sueciæ rex* 379 c d
Carolus VIII, *Sueciæ rex* 369 e, 482 a
Carolus IX, *Sueciæ rex* 484 b
Carolus XI, *Sueciæ rex* 484 c
† Carpophorus *martyr*, 238 c, 274 d; *cui ecclesiam dedicavit S. Felix Comensis episcopus* 233 f, 238 b
† Carpophorus, *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Carpus *episcopus, S. Dionysii Areopagitæ, ut aiunt, in Creta hospes* 786 e f, 787 a
Carus, *imperator Romanus* 42 c, 906 c
Cased, *Nachoris junioris et Melchæ filius* 672 e
Casimirus, *Poloniæ dux* 1066 c
† Cassianus, *cui ecclesia sacra Ratisponæ* 1053 d
† Cassius, *inter Prætermissos* 570 e
Castro, *(Petrus de) Hispalensis archiepiscopus* 274 e
Castro, *(Rodericus de) archiepiscopus Hispalensis et S. R. E. Cardinalis* 274 f
Catharina, *domini Agapiti uxor, Oddi mater* 527 b
Catharina, *Algothi Magni filia* 388 e f
Catharina, *Alvastrensis monialis, S. Birgittæ familiaris* 513 c
Catharina, *Benedicti Minniskiold filia* 380 a, 383 e
Catharina *Birgeri, S. Birgittæ soror, Magni Gudmari uxor* 378, c, 379 b, 487 f
† Catharina, *S. Birgittæ filia* 368 c, 372 f, 375 d, 385 a b d et seqq. sæpe; *matrem secuta Hierosolymam* 386 a f; *corpus ejusdem in Sueciam Roma detulit* 373 a, 531 b

Catharina, *S. Birgittæ ex filia Cæcilia neptis, Stenonis uxor* 389 f
Catharina, *S. Birgittæ ex Mæretta filia, et Canuto Algothi neptis* 389 d
Catharina, *Catilli Glisingi filia, Caroli S. Birgittæ filii uxor* 385 d, 386 c, 388 e, 540 e
Catharina *de Flandria, S. Birgittæ famula, ab eaque febribus liberata* 515 d e
Catharina, *diœcesis Stregnesiensis, a dæmonibus misere excepta, S. Birgittæ ope repente convaluit* 529 c d, 554 b c
Catharina, *Gislonis filia, Caroli S. Birgittæ filii uxor* 385 d, 388 e
Catharina *a Jesu, Parisiensis monialis ex Ordine S. Mariæ de monte Carmelo* 779 b c d
Catharina, *Joannis Campanarii uxor, oculorum dolore S. Birgittæ ope liberata* 554 a
Catharina, *mater puellæ cæcæ et ægræ, S. Birgittæ patrocinio sanatæ* 556 c
Catharina *matrona alterius causa peregrinationem ad S. Birgittam felici successu vovit* 550 e
Catharina, *mulieris Ryatilborg, S. Birgittæ in partu opem expertæ vicina, hocque testata* 550 e
Catharina, *Nicolai filia, diœcesis Stregnesiensis, ad Vitam S. Birgittæ patrocinio revocata* 525 d
Catharina, *Nicolai militis uxor, cui filii sui ægrotantis incolumitatem S. Birgitta absens prædixit* 514 e
Catharina, *Pauli de Morinis uxor, nepoti suo, alterique cognato per S. Birgittam sanitatem impetravit* 536 a b
† Catharina *Senensis* 416 d, 418 a
Catharina, *vidua mater Tyrgilli et Helenæ submersioni S. Birgittæ ope ereptorum* 554 c
† Catharina, *virgo martyr, a S. Birgittæ jejunio honorari solita* 512 a
Catharina, *uxor Godhsens, latronis manibus ope S. Birgittæ erepta* 554 e
Catulla 711 a c, 714 b, 718 b, 746 e, 747 b e, 796 e f; *S. Dionysium sepeliendum curasse fertur* 700 794 c; *inter Prætermissos* 564 d e
Caudericus, *Lugdunensis metropolita* 283 c, 288 b
Cavellus, *judex Patavinus, memoratus in instrumento de inchoata ecclesia Porciliensi* 365 e
Caylus *(Carolus) Autissiodorensis episcopus* 271 b
Ceccha Bocaplanula, *invocata S. Birgitta, sororis ægræ incolumitatem impetravit* 537 d
Cecchi Lelli *filius pessimo ulcere S. Birgittæ patrocinio liberatus* 540 a b
Ceccholus, *Joannis Cimini filius, semimortuus S. Birgittæ ope convaluit* 528 d, 540 b
Cecrops, *rex in Attica* 740 b
Celano *(Francisca de)* 505 c, 507 a
Celina, *S. Evodii, ut fertur, mater* 242 b, 243 d, 244 f, 246 c, 248 a
Celsa, *S. Grati episcopi Cabillonensis mater* 284 e f, 287 a c
† Ceraunus, *Parisiensium episcopus* 865 f, 868 b, 928 b
Cerinthus, *hæreticus* 827 b
Cethura, *uxor Abrahami* 640 d, 661 b, 683 b c d e f, 684, 685, 686 a d, 687 b
Chaganus, *Avarum dux seu rex* 55 a, 146 c f, 147 a d, 167 e f, 168 a, 170 c, 171 c f, 185 b e, 186 a d
Cham, *filius Noë* 573 f, 631 e, 680 e
Chanaan, *Noë nepos* 619 c
Charias, *præfectus, Thessalonicensibus obsessis opitulatus* 170 a, 171 c f
Charibertus, *Franciæ rex* 279 d
Charinus, *S. Simeonis, ut fingitur, filius* 13 b
Chateau-Porcien *(Guido de) Suessionensis episcopus* 234 e
Chatel *(Maria Ernestina Anna du) Dononiensis abbatissa* 308 c, 334 f
Chatzon, *Sclavorum princeps, Thessalonicæ lapidibus obrutus* 165 e, 166 b e, 167 a, 169 f, 185 b e
Chereas, *Patricii præfecti assessor* 45 f
Chevalier *(Hyacinthus) vicarius Tullensis* 230 c
Childebertana, *Hunonis-curiensis monasterii fundatrix* 289 b, 290 e, 291 c e
Childebertus, *Austrasiæ rex, Sigiberti filius*, 1005 f, 1009 b
Childebertus, *Parisiorum rex* 241 e, 288 d
† Chillenus, *gente scotus cum S. Gisleno male confusus* 1011 a
Chilpericus, *Franciæ rex, Clotharii I filius* 243 a, 917 c d e f, 921 e
Chiltrudis, *Pippini Francorum regis soror* 302 f
Chindolphus, *a contrito inguine S. Birgittæ ope sanatus, et Ubergis, a cæcitate ejusdem ope liberatæ, pater* 558 c d
† Chione, *martyr, templum Thessalonicæ habuit* 139 e, 142 b e
Chiretus, *in B. Goswinum, Aquicinctinum abbatem, perduellis* 1089 c d
Chlotharius, *Franciæ rex S. Bathildis filius* 570 b
Chodorlahomor, *Elamitarum rex* 627 c, 629 d, 630 c e, 631 c
Chora, *matrona* 1054 d
Chorborg, *mulier submersioni S. Birgittæ patrocinio erepta* 557 c
Christiana, *Gingolphi uxor, a fœdo ulcere S. Birgittæ ope sanata* 552 b
Christianus, *Culmensis episcopus* 1098 e
Christiauus, *Moguntinus episcopus* 1042 e
Christina, *abbatissa Porciliensis* 367 c
Christina, *filia rustici* Copper *dicti, a dæmone S. Birgittæ ope iterato liberata* 552 f et seqq.
Christina, *Laurentii Campanarii uxor, S. Birgittæ patrocinio a dæmone liberata* 529 a, 551 f
Christina, *mater puellæ loquelam B. Guntheri meritis adeptæ* 1080 e
† Christina, *martyr, cujus Acta data sunt ad* XXIV *Julii* 49 e
Christina, *Michaëlis uxor, S. Birgittæ ope viscerum doloribus liberata* 558 e
Christina, *Petri monacha Vastenensis* 376 f
Christina, *Petri Ribbingi uxor* 389 c d
Christina, *Sueciæ regina* 372 a
Christina, *Sunonis legiferi Tiundahærade filia* 389 c
Christina, *vidua S. Birgittæ patrocinio visum recepit* 559 f
Christophorus, *Sueciæ rex* 369 e, 482 a
Chromatius, *episcopus Aquileiensis* 239 c, 863 d
Chromatius, *S. Sabino Levitano molestus* 1005 c
Chrotechildis, *uxor Clodovei, Franciæ regis* 726 f
Chrysaphius, *Eunuchus Theodosii Minoris* 783 b c
Cibo *(Eliana de) Luchino, fratri suo infirmo, ut S. Birgittæ opem imploraret, adhortata* 536 b c
Cibo *(Luchinus de) sanitatem, implorata S. Birgittæ ope, consecutus* 536 b c
Cibo, *parochus, Helenam, Evæ et Joannis rustici filiam, S. Birgittæ ope loquelam recuperasse*

*perasse, testatus* 555 e
Clara, *monialis ad S. Crucem Neapoli sacras B. Mariæ Virginis reliquias S. Birgittæ dedit* 441 f, 509 e
† Clara, *Pisana, S. Birgittæ studiosa* 370 a d
Claravalle, *(Hieronymus de) R. R. E. Cardinalis* 260 e
† Claudius, *martyr* 903 f, 904 b d
Clemens, *Breunoviensis abbas* 1077 a 1079 a
Clemens, *Catechista Alexandriæ* 858 b
† Clemens, *episcopus Metensis confessor* 211 f
† Clemens, *martyr jejunio a S. Birgitta honoratus* 512 a
† Clemens I, *Papa*, 991 e. *Qui S. Dionysium seu Areopagitam, seu Parisiensem in Gallias miserit* 698 c, 699 e f, 701 b c, 703 a, 709 a et seqq. *sæpe. Ordinatus a S. Petro* 788 a : *Libri Recognitionum illi afficti* 587 f; *uti et Constitutiones Apostolicæ* 852 a
Clemens IV, *Papa* 474 c
Clemens V, *Papa, frustra, ut Robertum Lincolniensem episcopum Sanctorum albo adscriberet, rogatus* 567 a
Clemens VI, *Papa*, 423 f, 426 b c f, 427 a c d e f, 428 a c d e, 430 e, 433 e f, 473 a. *Jubileum promulgavit* 397 e
Clemens VII, *Antipapa* 416 e f, 430 e, 442 b, 466 a, 467 c, 475 d
Clemens VIII, *Papa* 237 c
Clemens X, *Papa* 260 f
Clemens XII, *Papa* 474 c. *Officium proprium et Missam de S. Simeone Panormi recitandum concessit* 23 a b
Clement, *Gerardus, Aquiriensis confessarius* 567 e, 568 b, 569 a b
Clodolphus. *Vide* Odulfus.
Clodoveus I, *Franciæ rex* 571 d, 1008 b. *A S. Remigio baptizatus* 726 b c d e f, 727 b. *Siagrii victor* 869 b
Clodoveus II, *Francorum rex* 281 f, 282 a f, 283 a b c, 288 e, 919 c, 925 a b c
Clotarius I, *Francorum rex* 241 b c, 242 b f, 243 d, 244 f, 246 b, 248 a b
Clotarius II, *Franciæ rex, Chilperici I filius* 917 d e f, 1009 d
Clotarius III, *Francorum rex, Clodovei II filius* 282 d
Cocchus *(Laurentius) edendæ S. Demetrii Passioni sumptus suppeditavit* 51 e
Coko *Diathakii, Petrum senem visum S. Birgittæ patrocinio recepisse, testatus* 557 b
Colanidio *(Jacobella de) mater Andreæ proximo mortis periculo S. Birgittæ ope erepti* 528 a b
† Colmannus *martyr, inter Prætermissos, dandus ad diem* XIII *Octobris* 570 f
† Columba *virgo martyr* 903 f, 904 b c d
† Columbanus, *Luxoviensis fundator* 1020 e f, 1021 a
Comnenus, *(Alexius I) Græcorum imperator* 74 b
Comnenus, *Alexius hujus nominis II, imperator* 84 a
Comnenus *(Andronicus) Orientis imperator* 74 b
Comnenus *(Emanuel) imperator* 83 f. *S. Demetrii cultor* 67 d e, 81 f, 201 b, 205 c d e
Conchellis *(Antonius de) notarius* 367 e
Conflans *(Helena de) Auriniacensis monialis* 214 b
Cono, *Hungaros seculo* X *in Gallias irrumpentes aliquando secutus* 342 b
Conon, *S. R. E. Cardinalis, concilio Suessionensi præfuit anno* MCXXI 1088 b
Conradus, *Burgundiæ rex* 1065 c
Conradus III, *imperator, Christianorum adversus Turcas exercitus ductor* 205 e
Conradus Salicus 1027 e f, 1056 e, 1061 b d, 1065 c d f, 1066 b
Conradus, *pater puellæ loquela B. Guntheri meritis donatæ* 1080 e
Conradus, *Transjuranæ Burgundiæ et Provinciæ rex* 353 d
Conranus, *rex Scotiæ* 381 d
Constans *imperator, Constantini Magni filius* 211 a
Constans III *imperator* 166 a d, 171 b e, 185 c f
Constantinus *Copronymus imperator* 82 a, 829 c. *Varias ad Pipinum, Caroli Martelli filium, Franciæ regem, legationes misit* 713 a
Constantinus VII, *imperator, Irenes filius* 82 a, 176 b e, 179 a d, 185 c f, 713 b
Constantinus Magnus 83 d, 211 a c, 212 c, 252 f, 253 a c e, 791 f, 816 c, 875 d, 906 e, 989 f, 990 f, 991 a. *Macedoniam tenuit jam inde ab anno* CCCXIV. *In loco sepulturæ S. Abrahæ templum condidit* 688 a b; *uti et SS. Marcellino et Petro* 994 d
Constantinus *Patricius, Michaëlis IV patruelis* 199 b
Constantinus, *Pogonatus imperator* 166 a d, 185 c f, 763 f, 830 b
Constantinus, *Porphyrogenitus* 81 c, 177 c f, 178 a d
Constantinus, *Porphyrogeniti nepos* 81 c
Constantinus Chlorus *imperator, Constantini Magni pater* 212 b c, 906 d
Constantius *imperator, Constantini Magni filius* 211 a, 237 f, 281 d, 841 f
Contessa *(Agnes) gutturis tumore S. Birgittæ meritis liberata* 462 a, 471 c, 527 c, 539 d
Copper *rusticus, pater Christinæ, a dæmone S. Birgittæ ope liberatæ* 552 f
† Corbinianus, *Frisingensis episcopus* 1052 e
Coribius, *de Hispania, Ordinis Minorum* 501 f
† Cornelius, *centurio* 738 e
Coslicio *(Nicolaus à) ex Ordine S. Francisci inter Prætermissos* 566 d
Cottin *(Carolus Josephus) monasterii Longipontani Prior, de capite S. Dionysii Areopagitæ ibidem servati instrumentum confecit* 800 b et seq.
Coudun *(Radulphs de) Suessionensis episcopus* 243 e
Coyata, *custos sepulchri B. Guntheri* 1081 b
Crassus, *Romanorum dux, bello captus* 618 d
† Crescentius, *inter Prætermissos* 570 e
Criso, *sensuum usus B. Guntheri meritis Duthawæ restituti, testis* 1081 e
Crispina, *vidua diœcesis Lincopiensis, S. Birgittæ patrocinio utriusque oculi usum recepit* 525 f, 526 a
Crispina, *vidua diœcesis Lundensis, mater Olavi, a nativitate muti et claudi S. Birgittæ ope loquelam et gressum adepti* 526 b, 556 d
† Crispinianus *martyr* 897 c. *De cujus reliquiis certatur* 966 f
† Crispinus *martyr* 897 c. *De cujus reliquiis certatur* 966 f
Crochus, *Alemanorum rex* 903 a
Croius *(Carolus) Tornacensis episcopus* 1024 a
Crucialma *(Reynaldus) subscripsit miraculis S. Birgittæ Neapoli collectis* 539 b
Crulay *(Augustinus) abbas S. Gisleni* 1029 e

Cubertus, *princeps Bulgarus* 180 a b c, 181 d e, 182 a c, 183 f, 184 a c f, 185 c f, 186 b e
Cubratus, *Bulgarus* 185 c f, 186 a d
† Cunegundis *imperatrix* 1073 a
Cunigunta, *testis Juttæ a sanguinis fluxu B. Guntheri meritis liberatæ* 1079 d
Cunradus, *comes in charta B. Adalberonis memoratus* 1051 f
Cunradus, *testis ruptæ B. Guntheri meritis catenæ* 1082 a
Curzulus (*Petrus*) *abbas subscripsit Miraculis S. Birgittæ Neapoli collectis* 539 b
† Cyprianus *martyr* 909 d
Cyprianus, *in Africa episcopus, a S. Demetrio in libertatem assertus, eidemque templum fabricatus* 86 f, 87 a, 187 a, 189 b c e f, 190 a d
† Cyricus, *martyr Tarsensis* 294 a d
† Cyrillus, *patriarcha Alexandrinus* 253 e, 819 f, 820 b c d e f, 821 a c d e f, 828 e f, 834 c. *Canonum* xx *Concilii Nicæni I exemplar ad patres quinti concilii Carthaginensis misit* 809 f. *Incertum, an laudarit S. Dionysii Areopagitæ Opera* 822 b c d
Cyrillus, *Schytopolitanus monachus S. Sabæ* 781 f, 782 a b c d e f, 783 a
Cyrinus *præses* 25 f, 26 c, 27 a, 28 c
Cyrus *monothelita* 763 f

D

Dacianus *præfectus* 274 d
Dada, *mulier S. Gisleni meritis sanata* 1026 a, 1036 f, 1037 f
Dagobertus I, *Franciæ rex* 283 b, 719 e, 865 e, 867 c *d* e f, 868 a b, 916 d f, 917 b e f, 918 a b c, 919, 920, 921 a b c f, 924 f, 929 c, 931 a, 935 e, 936 b c d e f, 937 b c e f, 940 b, 954 b c, 964 c, 965 d e f, 968 b, 971 f, 985 d, 986 b c, 1009 e, 1019 f, 1020 c, 1021 d, 1031 a, 1032 a c d. *Struxeritne S. Dionysio ecclesiam ?* 919 b
Dagobertus, *Chilperici I filius* 917 f
Dagobertus, *Clotarii nepos, in S. Audoënum beneficus* 242 f
† Dalmatius, *cultus Burgi S. Domnini* 990 c
Dalpho *piscator, submersioni S. Birgittæ ope ereptus* 551 a
Damaris, *mulier Athenis a S. Paulo conversa* 697 e, 698 a b c, 771 d. *Fueritne uxor S. Dionysii Areopagitæ* 771 et seqq.
† Damasus *I Papa* 235 e, 239 b c, 240 c, 758 f, 759 d f, 760 a b c
Daniël *abbas, S. Andronici magister* 999 c, 1000 a b c, 1001 a
Daniël, *Arsenii discipulus* 998 a d
† Daniel et Socii *martyres ex Ordine S. Francisci, de quibus agetur die* XIII *Octobris, inter Prætermissos* 3 e
Daniël, *Paphnutii Bubali discipulus* 998 a
Danisius, *canonicus Patavinus, in instrumento ecclesiæ Porciliensis condi cœptæ memoratus* 365 e
Darius, *Persarum rex* 815 b
Daubuille, (*Joannes*) *notarius Apostolicus* 1029 b
David, *archipresbyter Hierosolymitanus* 19 e
David (*Georgius*) *Calendarium Ruthenicum Moscua ad nos olim misit* 66 c, 251 a
† David, *Mevenensis episcopus* 276 c, 277 a e
David *puer, cæcus et mutus B. Guntheri ope sanatus* 1081 a
† David *rex* 589 b, 626 e, 639 e, 642 b, 672 a. *Sacerdotes veteris Legis in duas classes divisit eorumque ministerii tempus constituit* 12 a b
Daulus Doctus, *novi pro monialibus Porciliensibus monasterii conditor* 367 f
Decius *imperator* 24 c d, 25 d, 26 b c d, 27 c d, 210 b, 720 a, 766 e, 795 d, 863 f, 876 d f, 886 e, 888 a, 891 d f, 892 b e, 895 c d e, 898 a, 899 d f, 902 e f, 903 c, 991 e
Decius *præses* 24 c, 25 c, 26 *b c*, 39 f
Defulane *(Franciscus) Ordinis Eremitarum S. Augustini* 501 a
Deleanus, *a Bulgaris in regem assumptus* 199 a b c
Delniste, *canonicus Luthosanus, reliquiarum S. Odilonis in decentiorem capsam translationi interfuit* 360 e
Delphina *nepotem suum ventris fluxu et febri S. Birgittæ ope liberatum vidit* 527 d
Demetrius, *Antigoni filius, Solonis legem, qua cautum erat, ut Areopagitæ patria Athenienses essent, instauravit* 768 e
Demetrius *Chrysoloras* 50 c, 56 c e, 208 c
† Demetrius, *in Britannia Armorica cultus* 86 f
† Demetrius, *Novariæ cultus* 86 e
Demetrius, *Philadelphiæ episcopus, a S. Petro ordinatus* 788 a b
Demetrius *presbyter, a S. Demetrio, ne suum thronum solveret, Eusebium Thessalonicensem monere jussus* 123 e f, 124 a
Demophilus *monachus* 786 e f, 787 a, *ad quem S. Dionysius Areopagita epistolam scripsisse fertur* 802 c
Demosthenes, *orator Græcus* 767 f, 768 e, 770 a
† Dentlinus, *in Clivia cultus* 325 d
Denys *(Petrus) decanus Lutosanus, visitationi reliquiarum S. Odilonis interfuit* 360 d
Desideratus *episcopus Ebroini assecla* 282 e f
† Desideratus *presbyter* 285 b d e, 286 a, 288 f
† Desiderius, *Autissiodorensis episcopus* 282 e, 285 b e f, 286 a
Desiderius, *Longobardorum rex, a Carolo Magno victus* 991 a
Dettricus, *testis ruptæ B. Guntheri meritis catenæ* 1082 a
Diana, *Athenis culta S. Pauli ætate* 704 c
† Didymus *martyr, inter Prætermissos* 562 e f et binis seqq.
Diericx (*Franciscus*) *Antverpiensis S. Salvatoris abbatiæ moderator* 360 e
Dietmarus, *archiepiscopus Juvaviensis* 1066 a b
Dieu (*Franciscus le*) *presbyter Theologiæ doctor* 229 e. *Signavit authenticas litteras Caroli de l'Aigle* 230 b
† Digna *martyr Augustæ Vindelicorum* 1047 c f
Dina, *Jacobi filia* 645 f, 677 d
Dioclenatius *imperator* 41 f, 44 c, 46 c, 47 c, 48 e, 77 c, 218 a, 273 e, 795 e, 880 d, 891 d, 897 d e f, 898 a, 899 d, 900, b, 906 d e, 988 e
† Diodorus *inter Prætermissos* 3 d
† Diodorus *martyr, inter Prætermissos* 562 e f et binis seqq.
Diodorus, *non* Dioscorus, *monachus de ecclesia Antiochena bene meritus* 996 d e
Diodorus *Tarsensis, a S. Cyrillo oppugnatus* 819 f, 820 b c d e f, 821 d e f, 822 b c, 834 c
Diogenianus, *Daciani legatus* 274 d
Dion, *Diocletiani præfectus* 47 c f, 48 e f, 49 d
Dionysius, *abbatiæ Vallis-bonæ religiosus* 260 b
† Dionysius, *Alexandrinus episcopus* 765 e, 808

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

808 c, 809 a b, 812 d. *An scripsit scholia in Opera, S. Dionysio Areopagitæ adscripta?* 803 b et seqq.
† Dionysus Areopagita 53 e, 865 b, 866 a b, 887 f, 888 a. 895 e 930 f, 948 f, 951 f, 956 b, 960 c, 966 a, 967 b, 984 f, 1014 f, 1015 a
† Dionysius, *Corinthi episcopus* 722 f, 740 b f, 752 d e, 763 c, 765 e, 776 f, 787 c e f, 789 e, 797 f, 798 b e f. 799 e f, 804 a b, 812 d, 820 f, 821 a b
† Dionysius *episcopus martyr* 249 b d
† Dionysius, *Epternacensi Martyrologio ad diem* IX *Octobris inscriptus, inter Prætermissos* 570 e
† Dionysius *martyr, Patriarcha Alexandrinus* 563 e, 844 a, 851 a
† Dionysius, *Mediolanensis episcopus, sede sua pulsus Constantii imperatoris jussu* 237 f
† Dionysius *monachus, S, Thaidis Vitam e Græca Latinam fecit* 224 e
Dionysius, *orator quidam antiquus, qui scripserit Scholia in S. Dionysium Areopagitam* 804 a
† Dionysius, *Parisiensis episcopus* 3 c d, 244 d, 326 b, 331 f, 332 f, 490 b, 696 b e f, 697 a b c d, 698 f, 699, 700, 701 a b c e, 702 b c e f, 703 a b d e f, 705 e, 706 f, 707 a b c d e, 708 a b c d f, 709 a, 712 d, 713 a b c, 714 a c d, 716 d f, 717 d, 718 a b c e f, 719, 720 c d e f, 721 b c d e, 722 a b c d e, 723, 724 b e, 725 a d e, 727 b c, 728 a f, 729 b e f, 731 e, 732 c, 734 b e f, 735 b, 736 c e, 737 a b c e, 738 c e f, 739, 740 a, 741 c d f, 742 e, 743 a b c d e, 744 b e f, 745 a b c d f, 746 b, 748 d f, 740 a b c f, 750 a b d e, 651 a b e f, 752 a, 753 b, 754 e, 756 c, 795 a, 796 a, 797 f, 799 e, 802 a. *Jejunio honoratus a S. Birgitta* 512 a; *eidem Atrebati apparuit* 398 f, 413 b, 489 c. *Stephanus II in Gallia ægrotantem sanavit* 702 a. *Alius ab Areopagita* 762 et seqq. *Archidiaconus Remensis alicubi perperam dictus* 564 e f
Dioscorus, *patriarcha Alexandrinus* 254 b d, 255 e, 263 f, 630 c
Dioscorus, *Tarsensis episcopus* 994 d
Dodo *comes, S. Lamberto Trajectensi episcopo infestus* 932 b c
Dodo, *episcopus Tullensis* 1009 e
Dodrada *S. Gisleni ope visum recepit* 1036 b, 1037 d
Dolabella *mulierem, quæ virum ejusque filium, ex alia natum, ob proprium ab illis filium occisum, interemerat, neque liberare, neque punire voluit* 770 c
Domasslau *puer, B. Guntheri meritis vitæ redditus* 1081 c
Domitianus, *episcopus Andegavensis* 279 d
Domitianus *imperator* 706 c d e, 711 f, 712 a b, 746 e, 788 f, 790 a, 794 f, 796 c, 797 b e, 834 f, 835 a b c d, 836 a f, 837 b c, 881 c f, 897 d f, 894 f, 994 e,
† Donatianus, *Remensis archiepiscopus* 321 b d. *Ejus reliquiæ ad ecclesiæ Hasnoniensis dedicationem anno* MLXX *deportatæ* 321 f
† Donatus, *inter Prætermissos* 570 e
Donnolus. *Vide* Bonnolus.
† Dorothea *vidua Prutena* 1093 e, 1099 a
Dorotheus, *ad quem epistolam S. Dionysius Areopagita scripsisse fertur* 802 c
Dorotheus, *episcopus Arianus. Vide* Theodorus
† Dorotheus, *Tyri episcopus, inter Prætermissos, de quo actum est ad diem* V *Junii* 562 d
Dorpowski, *Culmensis canonicus* 1100 a
Dositheus, *Tarsensis episcopus* 753 d, 851 a, 887 f, 951 a b d
Dragebodus *comes, in charta B. Adalberonis memoratus* 1052 a
Drahomila, *mater Hodaunæ, visum B. Guntheri meritis adeptæ* 1080 b
Drogo, *Atrebatensis archidiaconus, subscriptus Roberti, Atrebatensis episcopi, chartæ anni* MCXVIII 322 e
Drusiaco *(Angelus) S. Simeonis reliquias ex Oriente Venetias attulit* 20 c
Ducas *(Michaël) ex imperatoria Ducarum familia oriundus* 73 c
Duffel *(Elizabetha de) canonica Belisiensis* 336 c
Duglossius. *Vide* Longinus.
Durand *(Petrus) rector ecclesiæ S. Libariæ de Condeto, reliquiarum S. Libariæ in novam thecam translationi interfuit* 230 f · *et subscripsit ea de re Bossueti, episcopi Meldensis litteris* 231 c
Durantus, *episcopus Feretranus, revelationum S. Birgittæ commentator* 369 f
Duthawa, *sensuum usu B. Guntheri ope donata* 1081 d e
Dyoretur, *mulier Norvega a S. Birgitta sanitati reddita* 514 f

## E

Eadbaldus, *Berthualdi ducis frater* 939 c
Eadgarus, *Angliæ rex* 969 f, 970 a c d
Ebion *hæreticus* 827 b
Ebrahidis, *per S. Gislenum Sanata* 1036 c d
Ebroinus, *L. Leodegario infestus* 282 e
† Ebrulfus, *Uticensis abbas* 868 d
Ebulo, *abbas Sandionysianus, sub quo S. Dionysii Parisiensis corpus ablatum fertur*, 952 e f, 955 a b c d e, 956 a f, 958 b c, 959 a, 966 c d, 969 d, 985 a d, 986 a
Eckardus I, *marchio Thuringiæ* 1057 c
Eckardus II, *Eckardi marchionis Thuringiæ filius* 1057 c
† Eduardus III, *Angliæ rex* 939 a b, 970 e
Eduardus IV, *Angliæ rex* 426 f, 430 e
Egardus, *S. Catharinæ, S. Birgittæ filiæ conjux, cujus mors S. Birgittæ absenti revelata fuit* 522 a, 523 d
Egebertus, *diaconus Leodiensis ecclesiæ seculo* XI, *forte auctor Vitæ S. Amoris hoc tomo excusæ* 337 e f, et seq. 343 a
Egrardus, *cui S. Lambertus apparuit Cellensis*, 1025 b c, 1038 b
Ehorinus, *Christianæ, uxoris Gingolphi, a fœdo ulcere S. Birgittæ ope sanatæ, testis* 552 c
Ekkiardus, *dux* 1066 d f
Elam, *filius Sem, unde* Elamitæ 627 d
Elefans, *abbas Cellensis* 1023 f, 1024 a c e, 1026 f, 1034 a c, 1035 c, 1036 d
Eleonora, *Cypri regina* 452 c d e, 523 d. *Sana consilia a S. Birgitta accepit* 452 f, 454 a, 455 e f, 456 f, 458 d, 501 a, 502 e
† Eleutherius, *martyr, S. Dionysii episcopi Parisiensis in martyrio socius* 244 d, 490 b, 696 a b, 703 f, 706 c, 720 e f, 721 e f, 737

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

737 b, 740 c, 744 c, 745 a e, 746 e, 747 b, 793 a d f, 794 b f, 796 d, 797 a. *Inter Prætermissos* 3 c
† Eleutherius *Papa martyr* 217 b
Elias, *abbas Dunensis in Flandria, inter Prætermissos* 3 a
† Elias *a corvo pastus* 669 f
Elias *patriarcha Hierosolymitanus* 824 e
Eliezer, *Abrami œconomus* 634 c d e, 683 d e, *in Haran missus, Isaaco uxorem quæsiturus* 607 c, 681 e f et seq.
† Eligius 923 a f, 924 a b c, 942 c; *mausoleum S. Dionysio Parisiensi fabricatus* 919 d f, 920 f, 921 f
† Eliphius *martyr* 229 c, 231 d e, 232 b c
Elizabeth *imperatrix Caroli IV uxor* 445 c
Elizabeth *Priorissa Porciliensis* 367 c
Elizabeth, *soror comitis Holsatiæ* 424 e
† Elizabeth, *Zachariæ uxor* 6 d; filia Aaron *nuncupata* 595 d
Elizabetha *imperatrix, Caroli VI uxor, cultum S. Birgittæ promovit* 482 d
Elizabetha *Lincopiensis diœcesis, mater puellæ ad Vitam S. Birgittæ patrocinio revocatæ* 525 e
Elizabetha, *Ludovici Hungariæ regis conjux, arcam Jaderæ servandis S. Simeonis reliquiis fabricari jussit* 21 c d
† Elizabetha *Trebiensis diœcesis* 456 e
† Eloquii, *de quo agetur die* III *Decembris, translatio, inter Prætermissos* 4 d
Elsebysnara *mulier, cujus infans S. Birgittæ meritis revixit* 471 d
Elymas *magus* 851 a; *a Petro punitus* 136 a
Embergis, *Nicolai de Anes uxor, S. Birgittam comitari Hierosolymam voluit* 522 *d*
Embrico *episcopus Augustanus* 1047 a
† Emidius, *Hadrianensium protector* 35 a
Emiregus *piscator submersioni S. Birgittæ ope ereptus* 551 a
Emma *monialis* 318 d f, 319 b f, 320 c d, 321 b
Emmanuel, *Antonii, qui Ludovici principis Lusitani nothus fuit, filius, S. Salvatoris Antverpiæ abbatiam variis SS. reliquiis ditavit* 260 b e
Emmelina, *Auriniacensis abbatissa* 215 b c d e, 218 d
† Emmeramus *episcopus martyr* 952 e, 961 e, 970 f, 971 b, 976 b, 983 c d e, 1053 d
Emmo, *episcopus Senonensis* 282 d
Ensilia, *Dononiensis abbatissa* 325 e f, 326 a, 333 f, 334 a
Ennodius *Pictaviensium dux* 1005 f
Enos, *filius Seth* 574 f; *veri Dei cultor* 582 a, 592 b c, 641 e 686 f, 692 e
† Eobanus *martyr* 966 f
Eon. *Vide* Eudo *hæreticus.*
† Ephrem *Syrus, ecclesiæ Edessenæ diaconus* 816 c d e f, 817 a b c e f, 818 b c e f; *Hubueritne Joannem Darensem et Isaacum Syrum discipulos* 814 e f, 816 e f
Ephrem *Syrus, ex comite Orientis, patriarcha Antiochenus* 818 f, 819 a
Ephron 680 d; *agrum et speluncam Abrahamo vendidit* 580 a b, 673 f et seqq.
† Eraclus *martyr* 249 c; *inter Prætermissos* 3 d
† Eraclus *martyr, inter Prætermissos* 570 e
† Eradus, *inter Prætermissos* 570 e
† Erardus *episcopus Ratisponensis et confessor, datus die* VIII *Januarii, inter Prætermissos* 2 a
† Erasmus *episcopus martyr, cujus corpus Formiis Cajetam translatum fuit* 30 d
Erchinbaldus *Eystatensis episcopus* 1052 d
Eremia, *S. Triduanæ socia* 280 d, 281 a
Erengislo, *comes Orchadensis, Christinæ, quæ Christinæ alterius, Petri Ribbingi uxoris mater erat, frater, Sunamis (secundum Benzelium) filius* 389 c
† Erhardus *a Leone IX inter Sanctos relatus* 954 a
Ericus *Balbus, S. Erici Sueciæ regis abnepos* 379 c
Ericus *Gudhmundi, presbyter* 374 a
Ericus *Joannis, monachus Vastenensis* 376 f
Ericus, *Magni Ladulas, Sueciæ regis filius* 380 b, 381 e, 396 f 487 f
Ericus, *Magni* Smeek *Sueciæ regis filius* 394 f, 395 a
† Ericus, *monachus Autissiodorensis* 269 d e et seqq.
† Ericus, *Sueciæ rex* 379 c
Ericus XIII *Sueciæ rex* 369 e, 476 d f, 477 a; *scripsit in favorem Revelationum S. Birgittæ ad concilium Basileense* 410 b c
Erlandus *parochus, Catharinam diœcesis Stregnesiensis a dæmone male exceptam repente convaluisse S. Birgittæ patrocinio testatus* 554 c
Erluinus, *Cameracensis episcopus* 301 d, 1027 c
Ermenricus *monachus* 1047 a
Ermentrudis, *Dononiensis abbatissa* 296 b, 317 b c, 318 a, 333 c
Ermensindis de Ligne, *Dononiensis abbatissa* 334 a
Ernestus, *Liuppaldi marchionis filius* 1061 c
Esau, *Jacobi frater* 689 a, 768 b
Esau *puer a S. Birgitta Neapoli sanitati redditus* 442 f, 514 f
Escol, *frater Mambre: cum Abramo fœdus iniit* 627 b f, 628 b, 631 a b
Esdras, *qui academiam Hierosolymitanam formavit* 8 b; *cur Genealogiam suam explicatam habeat in Scriptura sacra* 575 d
Esne *(Antonin d) Dononiensis abbatissa* 334 d
Este *(Polonia de) monialis Porciliensis* 367 c
Estrée *(Michaël Franciscus del') canonicus Lutosanus, reliquiarem S. Odilonis in decentiorem capsam relationi interfuit* 360 e
Ethelbaldus, *Merciorum rex* 354 f
Eva, *mater Helenæ, ope S. Birgittæ amissæ vocis usum adeptæ* 555 d
Euæphnus *Messenius, a Lacedæmoniis captus* 770 b
Euagrius *episcopus Antiochenus* 1001 a
† Eubertus, *cujus reliquiæ anno* MLXX *Insulis ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem deportatæ fuerunt* 321 f
† Eucharius *martyr* 229 c, 231 e, 232 b c
† Eucharius, *Trevirensis episcopus, confessor* 211 b, 212 e
Eudmannus, *Arnoldum B. Guntheri meritis visum recepisse testatur* 1082 c
Eudo, *Aquitaniæ dux* 1004 d
Eudo *hæreticus, ab Eugenio III damnatus* 1089 c
Eudo, *Vezeliacensis abbas* 351 e, 352 d, 353 e f, 354 b c d, 355 a, 359 a
Eudocia *S. Petri Galatæ mater* 1044 e
Eudoxius, *episcopus Antiochenus* 754 b
Everardus *comes palatii sub Othone I* 1026 c
† Everardus, *cujus reliquiæ anno* MLXX *Cisonio, ut apparet, ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem deportatæ fuerunt* 321 f
† Evermarus *martyr in agro Tungrensi occisus* 336 a, 341 b



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eufrasia, *monialis Porciliensis* 367 c
Eugenius III *Papa* 243 c, 322 f, 324 a b; *concilium Remis celebravit* 1089 c, 1090 a
Eugenius, *Scotiæ rex* 281 d
† Eugenius, *Toletanus episcopus* 708 f, 709 a, 723 b, 729 c, 732 e, 795 f, 796 a; *sitne auctor Hymni de S. Dionysio* 729 f et seqq.
† Eugenius, *Toletanus episcopus junior* 730 e, 731 a b d e f, 732 a
Eugenius *tyrannus* 130 b, 131 c f
Eulalius, *Naziancenus episcopus* 761 b
† Eulogius, *patriarcha Alexandrinus* 821 f, 822 b c
† Euodius, *Rotomagensis episcopus* 1009 b
† Evodius *successor Apostolorum, scriptor vetus* 812 f, 813 a
Euphrantus, *episcopus Thyanensis* 769 b
Euphrosyna, *B. Adelberti, ut fertur, filia* 303 a
Eurardus, *S. Vedasti canonicus* 215 b
Euridicus, *Macedoniæ episcopus* 760 a
Europus, *Sicyniorum rex* 586 f
† Eusebia *abbatissa, cujus reliquiæ anno* MLXX *Marchianis ad dedicationem ecclesiæ Hasnoniensis delatæ fuerunt* 321 f; *in Litaniis Cameracensibus invocata* 297 c
† Eusebius, *inter Prætermissos* 3 d
† Eusebius *martyr, inter Prætermissos* 570 e
Eusebius, *S. Chromatii frater* 239 c
† Eusebius *martyr* 272 c
† Eusebius, *Mediolanensis episcopus* 237 d
Eusebius, *Nicomediensis episcopus Constantinopolim translatus* 761 d e f, 762 a e
† Eusebius, *Novocomensis episcopus* 238 e
Eusebius Pamphili 740 c f, 752 d, 755 c, 756 a, 763 c, 776 e f, 787 b d e f, 789 f, 808 c d c, 810 d, 811 f; *Cæsariensis* 768 f
Eusebius, *Thessalonicensis archiepiscopus* 55 e, 70 b, 75 d, 121 e, 122 c f, 123 a d, 125 b e, 126 a, 127 a d, 156 c; *S. Demetrii martyris cultor* 70 c d f, *visio illi oblata* 148 a
† Eusebius *Vercellensis episcopus* 565 f
Eusilia. *Vide* Ensilia.
Eustachia, *Auriniacensis abbatissa* 215 b c
† Eustachius, *bis memoratus in eodem Menologio* 743 a
Eustathius, *Saracenorum episcopus* 267 f
Eustatitius, *episcopus Antiochenus* 754 4
Eustatius *episcopus in concilio Mediolanensi anni* CCCXC 240 e
Eustochio *(Joannes de S.) marius Paulæ S. Birgittam sibi beneficam pluries expertæ* 539 e
Eustochius, *Vitæ S. Pelagiæ interpres* 251 d, 252 b c d, 261 d, 267 c d
† Euthymius, *abbas in Palæstina* 781 f, 782 b c d e f, 783 a c
Eutilius *comes Pictaviensis* 1003 b c d, 1004 a f, 1005 f, 1006 a
Eutyches *hæresiarcha* 7 b, 14 c d e f, 817 f, 823 a
† Eutychins *e Syria in Umbriam advena* 994 b
† Eutychius, *patriarcha Constantinopolitanus* 44 c
† Exsuperius, *Tolosanus episcopus* 877 c
Extridis, *Astæ viduæ filia undis submersa et ad Vitam S. Birgittæ ope revocata* 559 e
†† Ewaldi *martyres* 739 b; *in Belgio culti* 326 b
† Ewigius *confessor in Anglia, inter Prætermissos* 3 f, 4 a
Ezechias, *rex Juda* 615 f
Euzoius, *episcopus Arrianus* 762 b, 843 e

F

† Fabianus *martyr Papa* 895 c d
Fabius *ac* Fabianus *confusi* 905 e
Fabius, *Antiochenus episcopus* 860 b, 861 a
Fadheresse, *vir nobilis ab hostium suorum manibus ope S. Birgittæ liberatus* 548 e
Fandike *(Petrossomhanus) equi, ad vitam, invocata S. Birgitta, revocati, testis* 558 f
Fara *(Franciscus della) medicus* 539 e
Fardulfus, *abbas Sandionysianus* 915 c, 931 f, 933 b c, 946 e 960 e
† Farinillus; *inter Prætermissos* 3 b
Farnesius (*Alexander) S. R. E. Cardinalis* 260 d
Faunus, *Athenis cultus S. Pauli ætate* 704 c
† Faustina, *virgo Novocomi* 988 b
† Faustinus *martyr* 249 c d
†Faustus *martyr, S. Dionysii patriarchæ Alexandrini socius* 563 e
Fecchius *de S. Gemino* 1039 c
Felix, *Afrorum in concilio Aquileiensi anno* CCCLXXXI *legatus* 240 c
† Felix *Comensis episcopus, templum condidit S. Felici Mart.* 238 f
† Felix *episcopus martyr Nolæ cultus* 541 b, 542 c
Felix, *Jadertinus episcopus* 240 c e
† Felix *martyr, cui S. Felix Comensis episcopus fertur condidisse ecclesiam* 238 f
† Felix *Metensis episcopus confessor* 211 f
† Felix I *Papa* 819 f, 820 c f, 821 b
Fescenninus Sisinnius *præfectus* 490 c, 706 b, 720 e, 722 a, 730 d, 742 f, 743 c e, 898 c d, 900 d e f, 901 a, 902 d, 903 a c d, 906 b, 908 a, 909 d, 984 f
† Fiacrius *confessor* 1011 a
† Filibertus *varia monasteria condidit* 1021 a
Finodus, *Cellensis monasterii agrum invadens oculum amisit* 1036 d e
Firmiepater, *Helenam, Laurentii Thorissem filiam, e silvis ad patrem S. Birgittæ ope incolumem rediisse, testatus* 559 d
† Firmina, *inter Prætermissos* 570 e
Firmina, *Lucillæ socia, matrona Christiana* 944 d
Flament, *canonicus Lutosanus* 350 d
Flavianus, *Antiochenus episcopus* 830 c, 1001 a
† Flavianus, *Constantinopolitanus episcopus* 748 b c, 830 c
† Flavianus *martyr, inter Prætermissos* 3 a
Flavianus *monachus de Antiochena ecclesia bene meritus* 996 c
† Flavius, *Cabilonensis episcopus* 282 e, 285 b e f, 286 a, 288 a
Flavius Pryladus, *procurator Atheniensis* 769 a
Flavius, *Rotomagensis episcopus* 241 b; *concilio Aurelianensi* III *subscriptus* 241 e, 245 e, 1009 b
Florentinus, *S. Evodii, ut fertur, pater* 242 b, 243 d, 244 f, 246 b
† Florentinus *martyr* 274 d
† Florentius, *inter Prætermissos* 570 e
† Florentius, *Tungrensis episcopus* 211 a e
Florianus, *archipresbyter Patavinus in instrumento Porciliensis ecclesiæ condi cœptæ memoratus* 365 e
† Florianus *martyr* 1052 c
† Floridus, *Tifernatium episcopus* 1006 c, 1007 a b c d e
† Floris *confessor* 78 a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flos *(Valerianus du) Cameracensis canonicus visitationi reliquiarum S. Odilonis interfuit* 360 d; *visitationi reliquiarum abbatiæ S. Gisleni interfuit* 1029 c
Folcho, *Sueonum nobilissimus* 380 c
Folquinus, *gravissimo dolore S. Birgittæ ope liberatus* 551 f
Folquinus, *Harvidi S. Birgittæ ope sanitati restituti, testis* 555 d
Forette (*Antonia*) *visum, invocata S. Ragenfrede, recuperavit* 328 f
Foriot *(Nicolaus) ecclesiæ S. Lupi abbas Trecis, S. Evodii reliquias visitavit* 245 d
Formosus *Papa* 721 f, 753 c e, 754 d, 1049 e, 1052 a b, 1053 c
Fortunatianus, *Aquileiensis episcopus* 239 a e
† Fortunatus, *Fanensis episcopus* 1040 e
† Fortunatus, *Pictaviensis episcopus* 866 b d e f, 867 a b c; *an hymni de S. Dionysio auctor?* 884 a b c d e f
Fosse *(Anna de la) dicta* de Givenchi, *Dononiensis abbatissa* 334 d
Francisca *matrona Romana Birgittinis benefica* 461 b c
Francisca, *Petri Pauli Vellivi uxor, manus tumore S. Birgittæ patrocinio liberata* 528 a, 539 f
† Franciscus *Assisias* 326 b, 419 f, 438 a b c d, 460 b, 479 c e, 480 a, 481 d, 502 b, 508 e, 510 b, 511 a; *a S. Birgitta jejunio honoratus* 512 a
Franciscus, *olim Fermepolitanus episcopus testatus se arcana sua nemini nota ex S. Birgitta audivisse* 522 e; *S. Birgittæ reliquias parturienti felici promptoque successu admovit* 529 e
Franco, *episcopus Leodiensis* 315 c
Fredegundis, *Galliæ regina* 917 c, 1009 a b
Fredelaius, *S. Gisleni ope visum recepit* 1036 b
Fredericus I *imperator* 510 a, 971 c, 1042 e
Fredericus IV *imperator* 1029 a
Fredericus *S. R. E. bibliothecarius* 976 f, 977 a
Fredesendis, *Dononiensis abbatissa* 295 f, 296 b c d, 302 b, 316 c, 317 c, 318 a c, 319 b, 320 b, 321 d, 322 a, 333 d e; *Messinensi prope Ipras abbatiæ præfecta* 318 b
Frenda *(Laurentius) Margaretæ, S. Birgittæ patrocinio a cæcitate liberatæ, pater* 557 d
Fridericus, *testis Bertholdi B. Guntheri meritis incessu donati* 1083 a
Frisildis *Vide* Fredesendis.
Frisone *(Carolus de) Bernardi archiepiscopi litteras de colligendis S. Birgittæ miraculis Orlando detulit* 535 d f; *Philippellam Lanzlenga gravi febre S. Birgittæ patrocinio liberatam fuisse testatus* 538 e f
Fronimius *abbas Tarbensis, S. Sabini valetudine laborantis curam habuit* 565 d, 1003 e, 1004 a, 1005 a b, 1006 d
Frontanie de Chiliaud *(Isabella) monialis Liguriensis, quædam miracula ad S. Simeonis reliquias suo in monasterio facta conscribi curavit* 21 f
† Fructuosus *primus Segoviensium episcopus* 778 b
Frumaldus, *subscriptus chartæ Godescalci Atrebatensium episcopi anni* MCLVII 323 f
Fulbertus, *Cameracensis episcopus* 290 b, 291 d
Fulbertus, *Carnotensis episcopus* 722 e
Fulcardus, *Cellensis abbas* 1028 b
Fulcherius, *patriarcha Hierosolymitanus* 691 b
Fulco *abbas Hasnoniensis, subscriptus chartæ Godescalci episcopi Atrebatensis anni* MCLVII 323 f
Fulco, *Remensis archiepiscopus* 941 d e, 958 a
Fulradus, *abbas Sandionysianus* 931 f, 932 f, 946 b; *opera S. Dionysio Areopagitæ adscripta ab Adriano I Papa dono accepit* 719 c
† Fuscianus *martyr Ambiani* 888 e, 889 f, 890 a b c d, 891 b, 897 b
Fut *(Petrus) Holinstani, submersioni S. Birgittæ ope erepti, pater* 556 e
Fynnok *(Margarita) canonica Belisiensis* 336 c

G

Gabelus *Tobiæ Juniori benedixit* 10 c
Gabius, *episcopus Hierosolymitanus* 857 a
Gabriel, *Bulgariæ rex* 201 c, 202 a c d e f
Gages (*Sybilla de*) *sanctimonialis Aquiriensis, inter Prætermissos* 567 et binis seqq.
Gaham, *Nachoris Junioris et Romæ filius* 672 e
Gala (*Andreas*) *mortis periculo S. Birgittæ patrocinio ereptus* 557 e f et seq.
Galba, *Romanorum imperator, Christianos non persecutus* 796 c
Gallienus *imperator* 900 a, 902 f
Gallus *imperator* 902 f
Galzignanus, *Prior Omnium Sanctorum* 366 e
Gamaliël, *qui Paulum docuit* 8 a d
Gamaliël, *Simeonis Junioris filius* 8 b
Garifredus, *Viromanduorum comes* 214 d
Garnerus, *episcopus Laudunensis* 243 e; *reliquias S. Benedictæ transtulit* 215 c e
Garsertinus, *episcopus Mantuanus* 237 c
Gaste (*Gotherinus*) *S. Birgittæ patrocinio carcerem evasit* 555 e f
† Gatianus, *Turonensis episcopus* 892 a c d e, 899 c d
Gatti (*Bassianus*) *monasterii S. Carpophori Prior, S. Felicis episcopi Comensis reliquias, in suo monasterio servatas, anno* MDCXI *inspexit* 241 a d
Gaudentius, *cujus filium S. Sabinus Levitanus sanitati reddidit* 1005 b
† Gaudentius, *Novariensis episcopus* 928 e f
Gaufridus, *abbas S. Medardi prope Suessiones, dein Catalaunensis episcopus* 1087 e f, 1088 c
Gaufridus, *Joannis de Molendino filius* 271 b
Gaufridus, *Santonensis episcopus* 22 c
† Gaugericus, *episcopus Cameracensis* 1022 d; *apparuit S. Waldetrudi* 1022 c e, 1032 f, 1034 d; *ejus reliquiæ ad castrum Cameracesii delatæ* 1027 *d*
Gauzlinus, *Floriacensis abbas* 948 d
Gebderinus. *Vide* Gilderinus
Gebehardus I, *Ratisponensis episcopus* 1061 b e
Gebehardus II, *Ratisponensis episcopus* 1061 e
Geberhardus *comes, memoratus in charta B. Adalberonis* 1051 b f
Gebhardus III, *Ratisponensis episcopus* 952 c
Geisa, *Hungarorum dux* 1057 e
Geisela, *Geisæ Hungarorum ducis filia* 1057 e
Geisserus *(Georgius) abbas S. Georgii Willingæ* 1056 b
Gelasius I *Papa* 5 b, 786 b, 828 c, 829 a; *apocrypha declaravit varia Scripta Apostolis adscripta* 13 a; *scripsit ad antistites Galliæ de introducendo Romano Missarum ordine* 707 b f, 735 c e
Gelasius II *Papa* 322 f
Gelionius. *Vide* Gilderinus.
† Geminus *inter Prætermissos* 3 c
Genalus *puer, a fluxu ventris et febri a S. Birgitta*

*gitta liberatus* 515 a
Genesius *presbyter* 913 e, 914 a
† Genovefa *virgo, Parisiensium patrona* 215 f, 729 c, 869 a, 870 c, 882 e, 883 f, 909 d f, 911 d f, 913 e f, 914 a c d e f, 915 d e f, 916 b c e f, 917 a b c e f, 918 a c, 919 a f, 920 d, 921 b c d f, 929 c, 934 e, 942 b; *S. Dionysio basilicam condidit* 867 e f et alibi
† Gentianus *martyr Ambiani* 889 f
Gentilis, *abbas S. Clementis in Pescara, præcipuæ Hadrianensis ecclesiæ consecrationi interfuit* 34 f
† Georgius *martyr* 78 a, 82 e, 203 b c e f, 204 a b d, 205 a, 238 e: *Turcis* Hyderlez 87 c
† Georgius *martyr Cordubensis* 273 c
† Georgius, *Mitylenæ archiepiscopus* 44 c
Gerardus, *a quo Ordo equestris S. Joannis Hierosolymitani initium cepit* 364 e
Gerardus, *Biglauensis episcopus, scripsit ad concilium Basileense in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a
Gerardus, *Brennaci abbas, S. Evodii corpus in novam capsam transtulit* 243 d e
† Gerardus, *Broniensis abbas* 316 f; *Gisleniani cœnobii moderator* 1011 d e, 1025 f, 1026 a b d, 1037 b f; *S. Eugenii reliquias Bronium transtulit* 730 b; *S. Dionysii Parisiensis reliquiis ditatus* 948 a b
Gerardus I, *Cameracensis episcopus* 301 b c d e, 306 f, 307 d e, 316 f, 317 b d f, 322 b, 349 b, 1011 c, 1027 f; *exstruxit S. Andreæ oratorium in castro Cameracesio* 1027 d e
Gerardus II, *Cameracensis episcopus* 301 b c d e, 1087 a
Gerardus, *Casæ Dei in Viconia abbas, subscriptus chartæ Godescalci, Atrebatensis episcopi anni* MCLVII 323 f
Gerardus *comes*, a Rossilione *dictus, et Vezeliacensis in Burgundia cœnobii fundator* 350 e f, 351 a c, 355 a, 357 f, 358 a b c d, 359 a b
Gerardus, *Patavinus episcopus* 237 c
Gerardus, *Parisiensis comes* 932 d
Gerardus *presbytir* 296 b, 318 f
Gerardus, *Trajecti ad Mosam natus, inter Prætermissos* 565 *a*
† Gerardus *de Venetia, Chanadiensis episcopus* 1065 b
Gerberga *abbatissa interfuit dedicationi ecclesiæ Hasnoniensis* 322 a
Gerberga, *Rodolphi Burgundiæ regis filia* 1065 b c
Gerberga, *Thorensis abbatissa* 1028 a
Gerboldus, *Cabilonensis episcopus* 284 c 285 b c d f, 288 b
Gerechinus, *monachus Alvastrensis* 415 c d e, 436 b, 513 a
† Gereon et Socii *martyres, dandi* x *Octobris, inter Prætermissos* 3 d, 570 d e
Gerhardus, *Lauresheimensis abbas* 1050 d
Gerhardus, *majoris monasterii Turonensis abbas* 418 e
Gerlo, *subscriptus diplomati Caroli Calvi* 314 b
† Germanus, *Autissiodorensis episcopus* 269 a e f et seq., 868 e
Germanus, *Constantinopolitanus episcopus* 753 e, 754 d
† Germanus, *Parisiensis episcopus* 279 c, 867 b, 892 e
Germanus, *Rotomagensis episcopus, concilio Turonensi anni* CCCXI *subscriptus* 242 a
Gero *marchio, a Polonis in prælio occisus* 1057 c
Gertrudis, *corporis tumore S. Birgittæ ope liberata* 532 f, 555 c
Gertrudis, *mulier nobilis, B. Guntheri ope sanata* 1077 c
† Gertrudis, *Nivellensis abbatissa* 307 a b, 1033 d, 1034 e
Gervasius, *Bernardutii frater seculo* XVI 37 a
† Gervasius *martyr Mediolani* 240 e
Gervinus, *Vastenensis confessor* 409 e
† Gerulphus, *martyr Trunchinii prope Gandavum, illustratus ad diem* XXI *Septembris, inter Prætermissos* 2 c, 564 a
Ghelneur *(Jacobus) abbas Crispiniensis* 1029 d
Ghinius *(Andreas) Atrebatensis episcopus* 399 b
† Ghislerius *confessor, idem qui* S. Gislenus *datus ad diem* IX *Octobris* 565 b
Gianni *(Joannes Baptista) ecclesiæ S. Reparatæ Hadriæ architectus* 34 d
Gilbaldus, *Cameracensis archidiaconus, S. Gisleni reliquias transtulit* 1024 f, 1035 f
Gilbertus, *Gualdiensis Alferiæ episcopus, præcipuæ Hadrianensis ecclesiæ consecrationi interfuit* 34 f
Gildardus, *episcopus Rotomagensis, subscriptus concilio Aurelianensi I* 241 e, 245 e, 1009 b
Gildaredus. *Vide* Gildarbus.
† Gildas, *cognomento* Sapiens, *abbas in Britannia Armorica* 86 f
Gilderinus, *Cabilonensis forte episcopus* 282 a c d e, 286 e
† Gilibertus, *idem, qui* S. Gislenus 565 b
Gillaidis, *S. Dionysium sibi propitium experta* 934 a
† Gillenus, *idem, qui* S. Gislenus 565 b
Gingolphus, *maritus Christianæ, a fœdo ulcere S. Birgittæ patrocinio sanatæ* 552 b
Girbertus, *Parisiensis episcopus* 901 c
Gisela, *S. Henrici imperatoris mater* 1065 b
Gisela, *S. Henrici imperatoris soror* 1057 e f, 1058 a, 1072 f
Gisela, *Pipini, Caroli Martelli filii et Franciæ regis filia* 713 a
Giselbertus, *qui corpus S. Dionysii Parisiensis abstulisse fertur* 952 e, 953 d, 954 d, 955 a b c e, 957 c f, 958 a b c d f, 959 a, 962 f, 963 b c d e f, 966 b, 969 d, 970 b, 984 a b c d e, 985 a c d, 986 a b d e
Giselbertus, *Lotharingiæ præfectus* 1024 f, 1025 a f, 1026 b c, 1035 c, 1037 a c
Gisla, *Caroli Calvi soror* 304 a c; 313 d f
Gisla, *Caroli Magni soror* 19 c
Gisla, *Conradi Salici conjux* 1061 b d e, 1065 b
Gislebertus *agrum Cellensi monasterio vindicavit* 1036 d e
Gislebertus, *prope silvam Carbonarium comes* 342 a; *forte Mansuariorum* ibid. b
† Gislenus, *abbas Cellensis* 216 c, 1038 a b c e; *ejus reliquiæ ad Hasnoniense monasterium delatæ* 321 f
Gislenus *diaconus, subscriptus chartæ Godescalci episcopi Atrebatensis anni* MCLVII 323 f
Gladusa, *S. Gundlei regis uxor* 276 c
Gladus. *Vide* Gladusa.
Glaucinus, *a ficto Visbio memoratus* 706 c
Gocla *virgo, inter Prætermissos* 3 b
Godefridus, *Cameracensis episcopus* 259 f, 360 a
Godefridus *de Condato, Cameracensis episcopus* 297 d

Godefridus, *Normannorum rex* 315 c
† Godehardus, *Hildesheimensis episcopus* 1056 c 1057 a, 1858 d e f, 1059 a b c d f, 1060 f, 1061 b e, 1065 e, 1069 a d e f, 1070 e, 1072 e
Godescalcus, *Atrebatensis episcopus* 323 a c; *ejus charta* 323 d e f
Godhsens, *maritus Catharinæ, manibus latronis S. Birgittæ ope ereptæ* 554 e
Godobaldus, *a S. Dionysio Parisiensi gressu donatus* 932 b c
Goedha *Norvega, Caroli S. Birgittæ filii uxor* 385 d, 388 e
Gomecius *Hispanus* 442 c d, 415 a b, 459 c, 501 e; *cujus arcana S. Birgitta detexit* 522 c f
† Gondulfus, *episcopus Trajecti ad Mosam* 336 a
Gorczyka *de Lubawa B. Joannis Lobedavi ossibus aliena admiscuit* 1099 c e
Gorstanus *Thunasson, rei bellicæ in Suecia præfectus,* 424 b 431 f
Goslenus *magister Parisiensis. Vide* Joslenus.
Goslenus, *Suessionensis episcopus, canonicis secularibus Præmonstratenses Brennaci substituit* 243 b
Gostanus, *pater Katilburgis, S. Birgittæ patrocinio sanæ menti redditæ* 558 d
Gotfridus, *testis Bertholdi B. Guntheri meritis incessu donati* 1083 a
Gotstolcus, *Arnoldum B. Guntheri meritis visum recepisse testatus* 1082 c
Grannius *(Serenus) Hadriani imperatoris legatus* 791 d
Gratianus *imperator* 240 b, 758 e; *a Maximo Cynico sedem Constantinopolitanam affectante interpellatus* 759 c; *Miletium Antiochenum sedi restituit* 996 d
Gratianue *subdiaconus notarius* 324 f
† Gratus *Augustæ in Sabaudia episcopus* 281 f
† Gratus, *Cabilonensis episcopus* 1008 f
Gratus *consul Romanus* 795 d, 876 d f, 877 a, 886 c e, 891 d f, 895 c; 898 a, 899 d
Gregorius *diaconus ac referendarius* 50 c, 56 f
† Gregorius, *martyr Spoletanus* 994 e, 1040 f
† Gregorius Nazianzenus 753 d, 756 e, 758 a b d e f, 769 b, 814 b, 823 b d e f, 828 d. *Cur non sit dictus Constantinopolitanus archiepiscopus* 758 et seqq.; *an citarit S. Dionysium Areopagitam* 811 et seq.
† Gregorius *Nyssenus* 810 b c, 828 d
† Gregorius I *Papa, cognomento* Magnus, 122 c f, 413 a, 737 f, 739 a, 740 c f, 826 b, 828 b, 1008 c; *Minturnensem episcopatum Formiano adjecit* 30 c d; *Scripsit ad Galliæ antistites de introducendo Romano Missarum ordine* 707 b f, 735 c e; *Curavit e morbo B. Goswinum* 1091 c d
Gregorius IX *Papa* 369 c d, 375 f, 474 c; *Acta S. Hugonis scribi jussit* 363 c
Gregorius XI *Papa* 369 e, 470 e, 482 c, 426 d, 429 b d e, 430 a b c d, 447 a, 448 b, 456 f, 457 a, 458 c, 457 d, 459 d, 465 c d f, 466 b d, 471 f, a 480 a b, 481 b, 500 c, 502 e f, 523 a b d, 542 c; *quid de revelationibus S. Birgittæ censuerit* 416 et seqq.; *ejus in urbem adventum S. Birgitta prædixit* 520 d
Gregorius *parochus, Catharinam diœcesis Strengnesiensis, a dæmone pessime exceptam, S. Birgittæ patrocinio repente convaluisse testatus* 554 c; *item Ingridis a dæmone liberatæ testis* 556 c
Gregorius *parochus, Christinæ, parochinæ suæ a dæmone S. Birgittæ patrocinio liberatæ, testis* 552 a
† Gregorius *Thaumaturgus* 819 f, 820 a c
Grevensmolla, *(Hennechinius) loquelæ gressusque Olavo S. Birgittæ ope collati, testis* 556 d
Grimoardi *(Anglicus) S. R. E. Cardinalis, Urbani V frater* 520 a, 523 b
Guadagni *S. R. E. Cardinalis* 33 a
Gualbertus *diaconus. subscriptus chartæ Roberti episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 322 e
Gualterus, *Pennensis episcopus, præcipuæ Hadrianensis ecclesiæ consecrationi interfuit* 34 f
Guarmundus, *patriarcha Hierosolymitanus* 690 d
Gudmarus *S. Birgittæ filius* 385 a b, 387 c, 490 a
Gudmarus, *S. Birgittæ ex filio Birgero nepos* 386 e f, 389 b
Gudmarus *Frederici, S. Birgittæ cappellanus* 432 d; *Scripsit miracula quædam S. Birgittæ* 371 c, 464 d, 465 a, 515 a, 548 b; *ejus corpus in Sueciam detulit* 464 f, 465 a
Gudmarus, *Jonæ Canuti filius, Ulphonis S. Birgittæ mariti pater* 384 e
Guenemarus *sacerdos subscriptus chartæ Roberti episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 322 e
Guenin *(Jacobus) presbyter interfuit visitationi reliquiarum S. Libariæ* 245 d
Guibertus *diaconus, subscriptus chartæ Roberti episcopi Atrebatensis anni* MCXXIII 322 e
Guido, *abbas Cellensis* 1027 f
Guido *junior, dux Spoletanus* 1041 f
Guido *senior, dux Spoletanus* 1041 f
Guilielmus *abbas Cambronensis visitationi reliquiarum S. Gisleni interfuit* 1029 b
Guilielmus, *Burgundiæ dux* 1057 e
Guilielmus, *episcopus Parisiensis, ad reformandum Fontisebraldi monasterium a Pio II delegatus* 692 f
Guilielmus, *Pictaviensis comes* 1057 e
Gulot *(Joannis) uxor puerum ante partum mortuum, invocata S. Regenfrede, vivum recepit* 329 a b
Gumildis *paralytica S. Birgittæ ope sanata* 557 b
Gundelaudus, *S. Waldetrudis avunculus* 1022 c
† Gundleus, *pater S. Cadoci* 276 c, 277 e
Guntherius, *cancellarius S. Henrici imperatoris* 1073 a
Guntherus, *comes Pleissensis* 1057 c
Guntherus, *Salisburgensis archiepiscopus* 1057 e d
† Guntramnus, *Aurelianensium et Burgundionum rex* 283 d f; 1009 b
Gustavus I, *Sueciæ rex* 371 f
Gutdhormam *legifer Chindolphi, ejus filiæque Ubergis S. Birgittæ ope sanctorum conscius* 558 d
Guthornius, *testis Gotherini Gaste S. Birgittæ patrocinio liberati* 556 a
Gyfridus, *Arnoldum B. Guntheri meritis visum recepisse testatus* 1082 c
Gymarus, *maritus Ryatilborg S. Birgittæ opem in partu expertæ* 550 e

H

Habarq *(Michaëla) Dononiensis abbatissa* 334 e
Hadrianus *imperator* 720 e, 742 f, 752 b, 835 d e f, 836 a b c d e, 837 a b c d e, 879 e, 880 f, 893 a; *sub quo verosimilius passus est S. Dionysius Areopagita* 789 et seqq.

Hadrianus I *Papa* 712 e, 828 f, 830 b; *Fulrado abbati Sandionysiano opera S. Dionysio Areopagitæ adscripta dono dedit* 719 c; *Sanctorum reliquiis donavit S. Angilbertum* 20 b
Hadrianus II *Papa* 754 e
Hadrianus VI *Papa* 474 c
Haimericus *S. Gisleni ope visum recepit* 1036 c
Haliдgarius, *Cameracensis episcopus* 312 d e, 1010 e, 1024 b c, 1026 f; *Cellensem ecclesiam dedicavit* 1024 a, 1034 c f
Hamaide (*Joanna de*) *Dononiensis abbatissa* 334 f
Hammon, *Maximi Cynici sedem Constantinopolitanam affectantis adjutor* 759 b
Hanto, *episcopus Augustanus* 1048 c
Hanus, *vir nobilis, in S. Birgittam primum injurius, ac dein ejusdem ope sanæ menti redditus* 548 f et seq.
Haquinus *(Joannes) archiepiscopus Upsalensis* 481 f
Haquinus, *Norvegiæ rex* 388 b, 395 e
Haquinus, *Sueciæ regis Erici vel Magni filius* 522 f, 523 c
Haquinus, *vir nobilis, captus ab hostibus S. Birgittæ ope eorum manus evasit* 531 e f; *hoc idem forte testatus de viro nobili Fadheresse dicto* 548 f
Harlæus, *Parisiensis archiepiscopus* 725 a
Hartmannus, *Kyburgensis comes* 1049 a
Harveng (*Eleonora de*) *Aquiriensis abbatissa monumenta quædam de Sybilla de Gages suppeditavit* 567 d e
Harvidus *graviter percussus S. Birgittæ ope sanitati redditus* 555 c d
† Hatebrandus *abbas, cujus reliquiæ Antverpiæ in abbatia S. Salvatoris servantur* 260 e
Hatto, *Moguntinus episcopus* 1049 e d f, 1050 b e, 1051 b f
Havide *mulier contracta S. Ragenfredis ope sanata* 327 d
Haw (*Albertus*) *Arnoldum B. Guntheri meritis visum recepisse testatus* 1082 c
Haye *(Joannes de la) Lætiensis abbas* 399 c
Haynardus, *Suessionensis episcopus, S. Evodii ecclesiam Brennaci consecravit* 243 b
Hazart (*Joannes*) 1029 c; *abbas Gislenianus S. Gisleni tumulum ornavit* 1016 c d
Heber, *patriarcha postdiluvianus* 574 e, 628 e f, 629 a; *veri Dei cultor* 581 c, 292 d
Hector, *abbas S. Mariæ de Pacciana, præcipuæ Hadrianensis ecclesiæ consecrationi interfuit* 34 f
Hedenulphus. *Vide* Arnulphus, *Laudunensis episcopus*
† Hedwigis, *Poloniæ dux, inter Prætermissos, danda ad diem* XV *Octobris* 570 f, 571 a
Hedwigis, *Sigismundi Poloniæ regis filia* 372 a
Heeckmans *(Joannes canonicus Belisiensis* 336 c
Helardus *Sandionysianus abbas* 932 c
Heldinus *clericus* 319 a
Helena, *B. Adelberti, ut fertur, filia* 303 a
Helena, *Catharinæ viduæ filia submersioni S. Birgittæ ope erepta* 554 c
Helena, *Constantini Magni mater, monasterium in loco sepulturæ S. Abraham extrui jussit* 688 c
Helena, *Crispinæ viduæ filia* 526 b
Helena, *Evæ et Joannis rustici filia muta, S. Birgittæ patrocinio loquendi usum recuperavit* 555 d
Helena *Israëlis, fratris S. Birgittæ filia, uxor Caroli de Tofta* 389 d
Helena, *Laurentii Thomasson filia e silvis S. Birgittæ ope ad patrem incolumis reversa* 559 c
Helena, *mater puellæ sensuum usu B. Guntheri meritis donatæ* 1081 e
Helena *obstetrix infantis, S. Birgittæ ope ad vitam revocati, testis* 551 d
† Helena, *Scodevæ in Suecia culta* 372 c
Helena *a Theseo rapta* 657 e
Helena *virgo* 522 d
Helgaldus, *Floriacensis monachus, S. Dionysii Parisiensis reliquiis ditatus* 948 c d
Heliana, *Rogerio Samignano febricitanti, ut S. Birgittæ opem imploraret, auctor* 536 e
† Helias *propheta* 588 b, 1063 a. *Vide etiam* † Elias.
Helladius *Cæsareæ Cappadociæ episcopus* 761 a b
Heloïssa, *Abaelardi discipulo* 722 f
Helvidis, *Dononiensis abbatissa* 333 f
Helwidis, *cognomento* d'Estre, *Dononiensis abbatissa* 334 a
Hemericus, *S. Dionysii Prior, reliquias S. Dionysii ab Innocentio III accepit* 798 a d
Hemingus, *episcopus Aboensis* 382 a b, 487 f, 502 b
Hemmingus, *Vexionensis episcopus* 478 a b
Hemor, *Hevæus, pater Sichem, urbis Sichem conditor* 620 a
Hemor, *Sichem Chananæ filius* 476 f, 477 d e, 478 a
Hena vidua, *Margaretam, Laurentii Frendæ filiam, a cæcitate S. Birgittæ ope liberatam fuisse, testata* 557 e
Henoch, *veri Dei cultor* 587 e, 590 f, 591 a, 592 b c, 631 e, 692 e, 1063 a; *falso quædam illi scripta aficta fuerunt* 85 b
Henricus *abbas S. Dionysii* 798 a
Henricus *Andegavensis, Poloniæ rex* 1097 b
Henricus V, *Angliæ rex Birgittinis monasterium fundavit, constitutiones a Martino V approbari petit* 477 b c d
Henricus *Auceps, S. Dionysii reliquiis ditatus* 947 d e f, 948 a, 959 c d e, 960 b e f, 964 d, 985 f, 986 d, 1024 f, 1025 f, 1035 c, 1037 c, 1049 b, 1072 d
Henricus, *Brandenburgicus episcopus e reliquiis S. Birgittæ obtinuit* 484 a
Henricus, *catenam, qua stringebatur, B. Guntheri meritis disrumpi vidit* 1081 f
Henricus *clericus* 318 f, 320 f
Henricus *Conradi Salici filius* 1061 e
Henricus, *Culmensis episcopus* 1097 d
Henricus I, *Franciæ rex* 320 f, 321 a, 954 b, 964 d, 965 b c, 967 a b; *An ad illum de Ratisponensium S. Dionysii reliquiis litteras dederit Leo IX* 972 et seqq.
Henricus, *Habuensis episcopus* 428 d e
† Henricus *imperator* 1021 e, 1024 a, 1056 e, 1057 c e f, 1058 a d, 1059 c, 1060 f, 1061 a b d, 1065 c e f, 1069 d, 1070 b, 1072, d f, 1073 a b, 1083 f
† Henricus II *imperator* 1027 c
Henricus III *imperator* 336 b, 337 f, 1065 e, 1066 b d e f, 1067 f, 1073 d e, 1084 a
Henricus IV *imperator* 954 a, 971 f, 972 d, 973 d, 974 f, 976 a, 1028 c, 1086 f; *S. Simeonis brachium aliasque reliquias Aquisgrano Hartesburgum detulit* 18 e f
Henricus V *imperator* 973 d
Henricus, *Patavinus canonicus in instrumento Porciliensis ecclesiæ condi cœptæ memoratus* 365 e
Henricus *pictor, erga S. Birgittam pie affectus* 534 e
Henricus *Rixosus, Bavariæ dux* 1057 e
He nricus, *testatus Margaretam vehementissimo dolore*

*dolore capitis S. Birgittæ ope liberatam fuisse* 555 b
Henricus, *testis Bertholdi B. Guntheri meritis incessu donati* 1083 a
Henricus, *Upsalensis archiepiscopus* 448 b, **478 a b**
† Heraclas, *Alexandrinus episcopus* 857 e, 859 e
† Heraclides *martyr Alexandriæ* 857 e
Heraclius *Constantini Pogonati frater* 763 f
Heraclius *imperator* 178 a d, 189 b e, 285 c f, 807 c
Herascus, *Arnoldum B. Guntheri meritis visum recepisse testatus* 1082 c
Herbertus *subdiaconus, subscriptus chartæ Godescalci episcopi Atrebatensis anni* MCLVII 323 f
† Herculanus, *episcopus Perusinus martyr* 1007 b c
† Herculanus, *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Hercules *Athenis cultus S. Pauli ætate* 704 c d
Herderadus *abbas, sub quo inventum fuit corpus S. Aurelii* 983 b c
Herenfridus *prope silvam Carbonariam seculo* IX *comes* 342 a
Heribertus, *Eichstetensis episcopus* 1066 a b
Heribertus, *Veromanduorum comes* 1025 c, 1038 b; *Carolum Simplicem carceri inclusi* 947 e f,
Heribrandus *abbas Cellensis Conradum imperatorem adiit cum reliquiis S. Gisleni* 1027 e f, 1028 a
Herigerus, *B. Adalberonis advocatus* 1051 b
Herimannus, *dux Suevorum* 1061 e
Herimarus, *S. Remigii abbas Remis* 979 b
† Hermagoras, *Aquileiensis episcopus* 237 b c d
Hermannus, *Aquiriensis conversus inter Prætermissos* 565 b
Hermannus, *Arnoldum B. Guntheri meritis visum recepisse, testatus* 1082 c
Hermannus *canonicus, subscriptus chartæ Godescalci episcopi Atrebatensis anni* MCLVII 323 f
Hermannus, *Eckardi Thuringiæ marchionis filius* 1057 c
Hermannus, *Sueviæ dux* 1065 b
Hermannus, *Wibergensis episcopus, scripsit ad concilium Basiliense in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a
† Hermas, *Pauli discipulus* 791 a
† Hermelandus abbas 866 f, 867 a
Herodes, *Judæorum rex* 9 d, 10 d, 12 f
† Heron, *martyr Alexandriæ* 857 e
Hersend *puella, omnino distorta, S. Ragenfredis ope malo hoc liberata* 327 e
Herve *(Gertrudis de) canonica Belisiensis* 336 c
Heyndank *(Sactaus) sævitiæ in alios reus* 560 a d
Hezelinus *dux sec.* XI 1073 a
† Hiacynthus *martyr Romæ, cujus reliquiæ Comi* 238 c
Hieronyma, *monialis Porciliensis* 367 c
† Hieronymus, *a Rufino lacessitus* 239 c d; *non videtur novisse Opera S. Dionysii Areopagitæ* 823 c et seqq.
Hieronymus, *rector ecclesiæ S. Cantiani Paduæ* 367 c
Hierophilus, *episcopus Plotinopolitanus* 753 d
† Hierotheus, *in Operibus S. Dionysio Areopagitæ adscriptis memoratus* 746 d, 748 e, 767 f, 780 b e, 781 c, 783 e f, 784 b d, 785 f, 786 a b c d, 838 c, 840 b, 851 a; *fueritne magister S. Dionysii Areopagitæ et an umquam exstiterit* 775 e et seqq. *Inter Prætermissos* 565 b c
† Hilarius *martyr Viterbii* 1042 d
Hilarius, *Pictaviensis episcopus* 828 d, 866 c f; *hymnos, ad laudem Dei et Sanctorum in Ecclesiam Occidentalem invexit* 828 d
Hilchyvastus, *pater Margaritæ a languore S. Birgittæ patrocinio sanatæ* 557 a
Hilda, *Odulfi comitis uxor* 338 a e, 339 b, 340 c f, 341 b, 348 c e; *transferri curavit S. Amoris reliquias* 338 e, 340 b d e, 341 d, 346 e
Hildebrandus *comes* 991 a
Hildegarius, *Meldensis episcopus* 1011 a
Hildoardus, *Cameracensis episcopus* 297 b, 1024 c
Hildrudis. *Vide* Chiltrudis.
Hilduinus, *Sandionysianus abbas, Areopagiticorum scriptor* 696 b e, 697 a b c e f, 713 c, 714 a, 716 f, 717 a c d f, 719 a b d f, 720 c f, 723 b e f, 724 b, 725 d e f, 726 a, 727 b c d f, 728 a c d, 729 c, 730 f, 731 a b e f, 732 a b c d, 734 b, 734 d e f, 736 b, 741 a, 750 b c, 751 c d e f, 752 a c, 753 b, 755 b, 766 b, 772 c, 775 a c d, 784 c, 785 d, 788 d e f, 791 f, 795 f, 797 b, 870 d, 883 d f, 884 a c d e f, 931 f, 946 f, 947 a; *S. Dionysium Areopagitæ cum Parisiensi confudit* 697 d; *non tamen mala fide* 698 et seqq.; *quæ scripta illi præluxerint* 701 d et seqq.
† Hildulfus, *dux Laubacensis* 1022 e, 1033 b c, 1034 d e
Hildulfus, *Rotomagensis episcopus* 1009 b c
Hilfridus, *abbas Cellensis* 1027 f
Hillel *rabinus* 8 a b c d
Hiltinus, *Augustanus episcopus* 1048 e, 1054 d
Hincmarus, *Remensis archiepiscopus* 709 b c d f, 714 d f, 715 a c, 716 a b, 718 e, 721 b c d, 725 d e f, 726, 727 a b e f, 734 e, 735 a b c, 736 b d e f, 737 a, 784 a
Hirmentrudis, *Caroli Calvi uxor* 213 e f, 214 c d
Hirsuindis *Ansfridi, comitis Huiensis, uxor* 1027 a
Hitto, *Frisingensis episcopus* 1048 c
Hodauna, *visum B. Guntheri meritis adepta* 1080 b
Hoduse *cæca, visu B. Guntheri meritis donata* 1079 f
Holinger, *Petrum Sartorem amissos corporis sensus ope S. Birgittæ recuperasse, testatus* 550 d
Holinstanus *puer submersioni S. Birgittæ ope ereptus* 556 e
Holofernes, *Assyriorum princeps* 582 b, 614 f, 615 e, 794 c
Honason *(Petrus) testis sanatæ S. Birgittæ patrocinio Sigridis, puellæ paralyticæ* 557 d
Honichinus, *parochus ecclesiæ Ekby, testatus, Benedictum Ordinis Prædicatorum S. Birgittæ patrocinio paralysi* 550 c *et Nicolaum parochum brachii doloribus liberatos fuisse* 551 e
Honorius III *Papa* 474 b, 479 e, 481 d
Hosius *synodo Sardicensi interfuit* 756 c d e f, 757 a c d
Hostilianus *imperator* 902 f
Hotuma *puer oculorum usum, invocato S. Ragenfrede,*

*genfrede, recepit* 328 e f
Houchin *(Eleonora de) Dononiensis abbatissa* 334 f
Hubert, *canonicus Lutosanus* 350 d; *de S. Badilone notitias ad nos misit* 349 e, 357 c, 360 c
Hubertus, *Morinensis episcopus* 301 c
Hucboldus *comes* 341 a b d e, 342 c, 344 c, 345 f, 347 f
Hucpaldus *comes seculo* IX 341 e
Hugo, *abbas S. Amandi, subscriptus chartæ Godescalci Atrebatensis episcopi anni* MCXVII 323 f
Hugo *acolythus, subscriptus chartæ Roberti episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 322 e
Hugo, *Aulissiodorensis episcopus* 286 b
Hugo, *Cabilonensis episcopus* 282 a, 286 a, 287 f
Hugo *canonicus, subscriptus chartæ Godescalci episcopi Atrebatensis anni* MCXVII 323 f
Hugo *Cardinalis de Britannia* 416 f, 417 a b
Hugo *clericus* 318 f, 320 f
Hugo II, *Elnonensis abbas, B. Goswinum in extremis unxit* 1092 f
Hugo, *Italiæ rex et comes Provinciæ* 353 d
Hugo, *Lamberti, comitis Cabilonensis, filius* 286 c
† Hugo, *monachus Æduensis* 351 e
Hugo *Rogerii, Clementis VI Papæ frater* 431 c
† Hugo, *Rotomagensis episcopus, cujus reliquiæ Hasnoniam delatæ fuerunt* 321 f
Hugo, *Sandionysianus abbas* 964 e f, 965 b d
Hulda. *Vide* Hilda.
† Humbertus, *fundator Maricolensis, cujus reliquiæ ad castrum Cameracesii fuere delatæ* 1027 d
Hunoldus, *Cellensis æduituus* 1026 e
Huodgi, *abbas Fuldensis* 966 f
Hupaldus, *Hartmanni comitis Kyburgensis filius* 1049 a b
Huring *(Simon) Margaretam, Laurentii Frendæ filiam, a cæcitate S. Birgittæ ope liberatam fuisse, testatus* 557 e
Hus, *Nachoris junioris et Melchæ filius* 672 d
Hymenæus, *sacerdos Hierosolymitanus* 808 c
Hypathius, *Ephesius archiepiscopus Catholicus, collationi cum Severianis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e, 820 c d e f, 821 a e f, 831 b
Hypocras *Atheniensis* 704 b
Hyppolitus, *Portuensis episcopus* 253 a

## I

† Jacob *patriarcha* 10 c, 611 c e, 612 e, 613 b d, 614 d f, 615 a f, 616 b c b, 618 f, 619 b, 629 a, 642 b, 644 c, 645 f, 646 a e, 663 e, 677 a d e 680 ad, 691 e f, 692 a e, 693 a c, 694 d e, 695 c d e f, 1093 e; *dictus* Israël 688 et seqq.; *ejus reliquiæ inventæ in ecclesia Hebronensi* ibid.; *priore loco nominatus, licet junior fratre suo Esau* 574 e; *justus* 591 b
Jacoba, *Nicolai Acciaioli soror, cui fratris mortem S. Birgitta prædixit* 443 a b
Jacobinus, *Patavinus judex, in instrumento de inchoata ecclesia Porciliensi memoratus* 365 e
† Jacobus *Apostolus, dictus* Major 635 c, 735 b; *Compostellana S. Birgittæ peregrinatione honoratus* 398 b d e f, 469 e, 486 a, 489 b, 508 e
Jacobus *Aragonius, rex Majoricarum* 450 a b c
Jacobus *aurifaber, in S. Birgittam maledicus, paralysi percussus, ejusdem ope sanitati restitutus* 532 e, 549 f
Jacobus, *dominæ Delphinæ filius, ventris fluxu et febri S. Birgittæ ope liberatus* 527 d
† Jacobus Minor, *frater Domini* 780 c, 781 c, 784 b, 851 a; *ubi fuerit sepultus* 17 d f; *ejus reliquiæ Aquisgrani* 18 b; *quid scripserit, quid non* 12 e f, 13 a. *Inter Prætermissos* 562 c
† Jacobus *Nisibenus, S. Ephrem Syri magister* 816 c
Jacobus, *Patavinus episcopus* 366 d
Jacobus, *Petri Aragonii Minoritæ filius, S. R. E. Cardinalis* 252 c d 252 e
Jacobus, *Petri I regis Cypri frater* 452 c d, 453 c d
Jacobus *pistor, Catharinam diœcesis Strengnesiensis, a dæmone pessime habitam S. Birgittæ ope mox convaluisse, testatus* 554 c
Jacobus, *Prior S. Mariæ de Monte S. Crucis* 366 e
Jacobus, *Rolandini filius, in Porcilienses beneficus* 366 e
Jacobus, *S. Nonni Edesseni diaconus, S. Pelagiæ Vitam scripsit* 251 d, 252 e f, 253 d, 254 f, 255 a, 256 a d e f, 258 a, 261 d f, 264 a, 266 c, 267 a b d et seq.
Jacobus, *Sarugensis episcopus* 815 e, 818 a
Jacobus III *Balearis* 386 d e
Jacobus, *pedem agricolæ Trocto S. Birgittæ meritis sanatum fuisse, testatus* 556 b
Jacobus, *Upsalensis archiepiscopus* 481 c
Jaddus, *qui academiam Hierosolymitanam auxit* 8 b
Jaïr, *Manassis abnepos, nuncupatus* Filius Manassis 595 d
Janlongo *(Angelus) ob violatam S. Reparatæ festivitatem pecunia mulctatus* 32 f
† Januarius *martyr* 249 b d
Ibas, *Edessenus episcopus* 253 b c d, 255 e f, 263 f
Jecsan, *Abrahami et Cethuræ filius* 685 d
Jedlaph, *Nachoris junioris et Melchæ filius* 672 e
Jedoas. *Vide* Jaddus.
Jephte, *Israëlitarum defensor* 614 e
Jerobaal, *Israëlitarum defensor* 614 e
Jeroboam, *rex Israël* 631 d
† Jeron, *martyr Nordvicensis* 326 b
Jesboc, *Abrahami et Cethuræ filius* 685 d
Jesscha, *Aranis filia* 594 d, 598 c, 693 c; *probabiliter eadem, quæ Sara* 599 b c d
Jesus Christus, *nuncupatus* Filius Abraham *et* David 595 d
Jezabel, *Sidoniorum regis filia* 395 f
† Ignatius *martyr* 743 b, 790 f, 812 f, 834 e f, 837 e, 839 a
Ignefridis, *mulieris Ryatilborg S. Birgittæ opem in partu expertæ vicina, idque testata* 550 e
Ignemarius, *Agbordi, S. Birgittæ ope sanæ menti redditi, testis* 551 c
Ignemundus *(Thomas) Catharinam vehementissimo dolore capitis S. Birgittæ ope liberatam fuisse, testatus* 555 b
Igneraldus, *Joannem agricolam a gravi vulnere S. Birgittæ ope sanatum fuisse, testatus* 555 c
Ingeborgis, *S. Birgittæ mater* 377 f, 378 a b c, 379 a b d, 380 a f, 381 a, 487 e
Ingeburgis, *Catharinæ, S. Birgittæ sororis, et Magni Gudmari filia, Erengislonis uxor* 389 c
Ingeburgis, *Erici Balbi soror* 379 c

Ingeburgis, *S. Birgittæ filia* 385 a b, 388 d, 392 e, 490 a, 505 e f, 533 f
Ingeburgis *surda, S. Birgittæ ope auditum adepta* 551 f
Ingegerdis, *Vastenensis abbatissa* 389 d e, 448 b c
Inghenaldus, *pater infantuli per S. Birgittam ad vitam revocati* 525 c, 552 d
Ingo, *decanus Lutosanus ejusque litteræ* 360 a b
Ingridis, *S. Canuti Daniæ regis filia, Folchono, Sueonum nobilissimo nupta* 380 c
Ingridis, *Benedicti Minniskiold filia* 380 a, 383 e
Ingridis *Birgeri, S. Birgittæ soror* 378 e, 379 a, 487 f, 488 a
Ingridis *S. Birgittæ ancilla a dæmone liberata* 556 c
Ingridis *monialis* 420 d
Ingridis *obstetrix infantis, S. Birgittæ ope ad vitam revocati, testis* 551 d
† Ingridis *Sueca* 484 b
Ingridis *vidua, monasterii Skeningensis fundatrix* 388 b
Ingridis, Ylfwa *dicta, Sunonis, Suercheri Sueciæ regis filii filia, Magni Minniskiold uxor* 379 d e
Innocentius, *Maroniæ episcopus catholicus collationi cum Severianis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 d e, 820 b, 821 c
Innocentius I *Papa* 830 c; *rejecit varia scripta Apostolis afficta* 13 a; *ad Galliæ antistites scripsit de introducendo Romano Missarum ordine* 707 b c f, 735 c e
Innocentius II *Papa* 1088 b
Innocentius III *Papa* 85 e, 764 d; *S. Dionysii reliquias Sandionysianis misit* 722 f, 723 a, 797 f, 798 a b c; *Corinthii, perperam creditas* 799 f; *litem inter archiepiscopum Thessalonicensem et canonicos Hierosolymitanos S. Sepulchri sedavit* 72 b c d e f
Innocentius IV *Papa* 474 c, 566 e f, 945 a, 1077 a, 1098 e
Innocentius VI *Papa* 428 e, 430 f, 984 e
Innocentius VII *Papa* 478 f, 479 a
Innocentius VIII *Papa* 425 c, 481 c, 1029 a
Innocentius XIII *Papa* 482 c
† Innocentius, *cujus reliquiæ Condato ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem fuere deportatæ* 321 f
Innocentius, *Rotomagensis episcopus* 241 b e f, 242 a, 244 e, 245 e, 248 b
Inolisson *(Regualdus) S. Birgittæ patrocinio a paralysi sanatus* 549 b c
Joab *regi suo Davidi, minor majori, benedixit* 10 b c
Joachimus, *Jordani, Patavini episcopi capellanus* 365 e
Joanna, *Flandriæ et Hannoniæ comitissa* 1028 e
Joanna, *Petrucii Jacovelli de Turinata uxor a luxato brachio ope S. Birgittæ sanata* 539 e
Joanna, *regina Neapolitana* 29 b, 35 d, 386 a d, 437 f, 438 e, 442 c d e f, 450 a b f, 451 a, 457 b, 458 d, 492 c, 494 d e f, 502 e, 504 c, 505 d, 516, 535 c, 538 a; *ejus ad S. S. Catharinam S. Birgittæ filiam litteræ* 442 e
Joanne *testis in causa S. Hugonis* 364 b
Joannes *Aboënsis episcopus, testis Olai parochi per S. Birgittam a cæcitate liberati* 526 a
† Joannes *Agnus episcopus Trajectensis* 1019 e
Joannes *agricola a gravi vulnere S. Birgittæ ope sanatus* 558 b
Joannes *agricola, pedis agricolæ Trocto S. Birgittæ ope sanati, testis* 556 b
Joannes, *Apamiensis episcopus* 996 b d e
Joannes, *S. Athanasiæ pater* 997 e, 1001 a
† Joannes Baptista 588 b, 1060 f, 1061 a, 1065 f, 1070 e, 1073 b; *Theodosio I in bello auxiliatus* 130 b, 131 c f; *S. Birgittæ apparuit* 489 a; *jejunio ab ea honoratus* 512 a; *caput ejus plures sibi vindicant* 966 f
Joannes Baptista *Anglus pro fide occisus inter Prætermissos* 566 d
Joannes, Bladistlabus *dictus* 202 c d e f
Joannes Bonus, *Francorum rex* 430 e, 431 c
† Joannes *Cabillonensis episcopus* 285 b e, 286 a, 288 a
Joannes, Calo-Joannes *dictus, Bulgariæ rex* 199 f, 200 b c, 201 a b c d, 207 e
Joannes *campanarius, maritus Catharinæ oculorum dolore ope S. Birgittæ liberatæ* 554 a
† Joannes Cassianus, *monasterii S. Cyrici prope Massiliam conditor* 292 b, 293 d f, 294 a b
Joannes, *caussidicus Thessalonicensis, pecuniam conficiendo S. Demetrii martyris ciborio obtulit* 70 d, 124 c
† Joannes *Chrysostomus, episcopus Constantinopolitanus* 254 a, 255 c, 743 b, 768 b c d e, 996 a b; *an laudarit S. Dionysii Areopagitæ Opera* 812 f, 813, 814 a b
Joannes *colonus Boëtium, Petri filium, mortis periculo S. Birgittæ ope liberatum fuisse, testatus* 552 e
Joannes, *Constantinæ episcopus Severianus collationi cum Catholicis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
† Joannes Damascenus 828 b; *scriptor nimium credulus audit* 714 e, 810 f
Joannes *Darensis metropolita* 814 c d, 815 b c d, 817 a, 818 e f, 819 b c, 834 b; *scripsit Commentarios in Opera S. Dionysio Areopagitæ adscripta* 816 a; *non fuit discipulus S. Ephrem Syri* 816 a
Joannes *de Basilea, Revelationum S. Birgittæ patronus* 412 b
Joannes *de Hispania* 465 e
Joannes, *S. Dionysii in Broqueroya abbas, visitationi reliquiarum S. Gisleni interfuit* 1029 a
Joannes, *episcopus Hesychista* 782 a b c
Joannes *episcopus, Lamberti comitis Cabilonensis chartæ subscriptus* 286 c
† Joannes *Evangelista* 512 a, 635 c, 733 d, 784 c, 786 e f, 813 b, 839 e; *ad quem Dionysius Areopagita epistolam scripsisse fertur* 802 c
Joannes IV *Farfensis abbas* 433 b
Joannes *S. Gisleni abbas* 1028 f, 1029 a
Joannes *Giurderi, monachus Vastenensis, quædam S. Birgittæ miracula collegit* 371 c, 548 b
Joannes *B. Guntheri meritis liberatus a dæmone* 1083 a b
Joannes *Haquini, archiepiscopus Upsalensis* 386 f
Joannes *Haquini, monachus Vastenensis, ad concilium Constantiense missus* 409 c
Joannes, *Hasloënsis episcopus, scripsit ad concilium Basileënse in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a
Joannes, *Hierosolymitanus patriarcha* 824 d e
Joannes *Hillebrandi, monachus Vastenensis ad Constantiense concilium missus* 409 c
Joannes *Jacobi aurifabri, S. Birgittæ ope a paralysi sanati, testis* 549 f
Joannes Jacobus, *Fuliensis monachus, inter Prætermissos*

*termissos* 565 d
Joannes *jejunator, patriarcha Constantinopolitanus* 813 f
Joannes *Ingeburgi, Olmgeri conjugi, facultatis loquendi S. Birgittæ patrocinio restitutæ, testis* 551 f
Joannes *Joannis, Vastenensis monachus* 376 f
Joannes, *S. Joannis Valencenis abbas, visitationi reliquiarum S. Gisleni interfuit* 1029 b
Joannes, *Macedoniæ episcopus* 760 a
Joannes *Magni, Upsalensis archiepiscopus* 369 e
Joannes Magnus Gothus, *archiepiscopus Upsalensis* 371 f
Joannes, *Michaëlis IV imperatoris minister* 199 a
Joannes I, *Namurcensis comes* 400 b e
Joannes, *Neapolitanus sacerdos* 19 e
Joannes *Ordinis Minorum, S. Birgittæ minus reverens sensus amissos ejusdem ope recepit* 533 a, 550 d
Joannes II *Papa* 819 e
Joannes VIII *Papa* 300 d, 351 d, 353 b; *S. Gratum inter Sanctos referri jussit* 281 c, 282 a, 285 a b d f, 288 a, 941 b
Joannes XXII *Papa* 535 c
Joannes XXIII *Papa* 370 b; *S. Birgittæ canonizationem confirmavit* 475 f
Joannes *parochus, Catharinæ, Joannis Campanarii uxoris, ope S. Birgittæ oculorum dolore liberatæ, testis* 554 a
Joannes *parochus, Margaretæ monialis Rysabergensis, ope S. Birgittæ sanitati restitutæ, testis* 555 c
Joannes *parochus, Olavi agricolæ gravi languore dæmonumque præstigiis S. Birgittæ patrocinio liberati, testis* 554 b
Joannes *parochus, testis sanati a paralysi S. Birgittæ patrocinio Regualdi Inolisson* 549 c
Joannes , *patriarcha Alexandrinus orthodoxus* 822 b
Joannes, *patriarcha Hierosolymitanus* 19 d
Joannes, *Petri Aragonii Minoritæ filius* 452 d
Joannes *Petri cœpit ædificare monasterium Vastenense* 447 d e f
Joannes *Petri, naufragio S. Birgittæ ope ereptus* 519 e
Joannes *Petri I Cypri regis frater* 452 c d, 453 d, 455 e f, 456 c, 523 b
Joannes *Petri, vir nobilis, Margaretæ, paralyticæ S. Birgittæ patrocinio sanatæ, testis* 551 e
Joannes *Petri Vitonis. canonicus ecclesiæ S. Petri ad Vincula* 481 b
Joannes, *Petrum sartorem amissos corporis sensus S. Birgittæ patrocinio recepisse, testatus* 550 d
Joannes, *Petrum senem S. Birgittæ ope visum recepisse, testatus* 557 b
Joannes, *presbyter Antiochenus, S. Publiæ filius* 995 c, 996 a
Joannes, *Philippi VI Francorum regis filius* 943 f, 944 a
Joannes *Philoponus* 815 e
Joannes, *Pipini Franciæ regis miles, S. Dionysii Parisiensis ope gressu amisso donatus* 932 f, 933 a
Joannes III, *Pragensis episcopus* 1081 d f, 1083 f, 1084 d
Joannes, *Proconesi episcopus* 753 d
Joannes *Provincialis incolumitati, voto S. Birgittæ facto restitutus* 531 c d
Joannes *Protospatharius tempore Irenes imperatricis* 67 c
Joannes *pueri ab igne graviter læsi, at S. Birgittæ patrocinio sanati, pater* 556 b
Joannes, *Ramburgis, carcere ope S. Birgittæ liberatæ, testis* 551 d
Joannes, *rector ecclesiæ S. Thomæ de Arena* 366 d
Joannes Roberti, *Revelationum S. Birgittæ patronus* 412 b
Joannes, *Roskildensis episcopus, scripsit in favorem Revelationum S. Birgittæ ad concilium Basileënse* 411 a
Joannes, *rusticus, Helenam filiam suam S. Birgittæ ope amissam loquendi facultatem recuperasse, testatus* 555 e
† Joannes *Schytopolitanus scholia edidit in S. Dionysium Areopagitam* 806 a e, 807 b c d e f, 808 a, 809 b, *quæ Dionysii Alexandrini credi potuere* 806 f; *omnium antiquissimus, qui Operum S. Dionysii Areopagitæ meminerint* 824 e f
Joannes Sebastianus, *Philosophiæ in Academia Trevirensi magister, S. Dionysii reliquias in ducatu Luxemburgensi inspexit* 801 f
Joannes *Spatharius, S. Demetrii martyris Thessalonicensis cultui addictus* 67 a b c
Joannes I *Sueciæ rex, cognomento* Mitis 379 c
Joannes III, *Sueciæ rex* 483 f
Joannis *Suenonis, Romam Vastena missus pro canonizatione S. Birgittæ* 467 f
† Joannes *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Joannes *Tronchiniensis prope Gandavum abbas* 357 e
Joannes *S. Uldalrci abbas transtulit reliquias BB. Nidgarii et Adalberonis* 1047 d e
Joannes, *Vesinus episcopus Catholicus collationi cum Severianis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
Joannes II *vicecomes , archiepiscopus Mediolanensis* 426 a b
Joanns *vice-parochus, testis Sigridis, puellæ paralyticæ, S. Birgittæ patrocinio sanatæ* 557 d
Joannes, *Zemisces imperator* 82 b c, 83 a b
Joannes *Zenonis* 369 a
Joannitius. *Vide* Joannes *dictus* Calo-Joannes.
Joannitza. *Vide* Joannes *dictus* Calo-Joannes.
Joas I, *rex Juda* 651 b e, *pecunia signata usus* 676 b c
Jobus Ludolphus *a Christina Sueciæ regina Romam missus* 372 a
† Jocundus *inter Prætermissos* 570 e
Johannes *S. R. E. diaconus* 86 c, 87 e, 88 a
Johannes *Thessalonicensis episcopus* 50 c, 51 b c, 52 d e f, 54 a, 55 a c e, 56 d f, et seqq.; *Miraculorum S. Demetrii scriptor* 50 e, 51 a, 54 d f, 95 b, 104 b e, et seqq.
Joïada *Pontifex* 12 b c, 651 b, 676 c
Jolenda Pœnitens, *Sanctimonialis Aquiriensis inter Prætermissos* 565 d
Jolendis *puellæ misere contracta malo suo ope S. Ragenfredis liberata* 327 c
Jonas *Canuti, Philippi Ostrogothiæ ducis nepos* 384 e
Jonas, *Hagtorni filius* 389 d
Jonathan, *Hillelis Rabbini discipulus* 8 a
Jordanus, *Patavinus episcopus* 365 c e, 266 c d
Jordanus, *prior S. Benedicti, in instrumento de inchoatr Porciliensi ecclesia memoratus* 365 e
Jorsom *(Ingebaldus) naufragio S. Birgittæ ope ereptus* 559 a b
† Josaphat, *Indiæ princeps , cujus reliquiæ in Lusitaniam delatæ sunt* 260 e
Joseph *ab Arimathæa* 13 b
Joseph *filius Jacob Ægypti prorex* 589 d, 612 e f, 613 b, 616 c, 619 b, 624 f, 676 d
† Joseph, *B. Mariæ sponsus* 595 b; *ubi sepultus fuerit* 17 d

Joseph, *Thessalonicensis episcopus* 50 f, 51 c
Josephus, *episcopus Heliopolitanus* 253 e, 254 e
Josias, *rex Juda Amonis filius* 584 d, 676 c
Josie, *Hadrianensium gubernator* 36 c
Jostenus, *magister Parisiensis* 1086 c
Josue, *urbis Hai expugnator* 620 d, 626 e, 650 e; *constans Dei cultor* 583 b
Jovinianus *hæreticus* 233 f, 240 d
Jovinus *episcopus, qui concilio Aquileiensi anni* CCCLXXXI *interfuit* 239 c
† Irenæus *Lugdunensis episcopus* 873 d e f, 874, 875 a, 876 b
Irene *Imperatrix* 178 b e, 179 a d, 829 e; *Caroli Magni filiam filio suo Constantino uxorem petiit* 713 a b
† Irene *martyr templum Thessalonicæ habuit* 139 e, 142 b e
Irmintrudis. *Vide* Hermintrudis.
† Isaac, *Abrahæ filius* 10 c, 578 a c f, 580 c f, 581 c, 582 c, 607 d, 611 b c d, 612 f, 613 c d, 614 d, 615 a, 616 c, 617 d e, 636 e f, 640 f, 641 a, 646 b, 648 d e, 649 b c, 651 d f, 652 a, 656 b, 657 a, 661 a c e f, 662 b c d e, 664 f, 671 f, 673 b, 678 b c d e f, 679 a d f, 680 a b d e f, 681 a b c d f, 683, 684 a b c d, 685 c e f, 686 a b c d, 687 b e, 691 e f, 692 a c e, 693 c, 694 b c d e, 695 c d e f; *ejus ortus prædictus* 648 b, 653 a; *natus anno centesimo patris sui* 610 d; *justus* 591 b; *sacrificari jussus* 665 et seq.; *in Ægyptum ire meditatus* 616 b, *Rebeccæ maritus* 607 b, 682 e; *quo sensu martyr sit dictus* 601 f, *ejus reliquiæ in Hebronensi ecclesia inventæ* 688 et seqq.
Isaac *comes, e regni Lotharienses proceribus unus, ad Ludovicum Ultramarinum transiit* 1026 c
Isaacius *Angelus, Græcorum imperator* 85 e f, 199 e
Isaacus, *presbyter Antiochenus sec.* V 816 e, 817 a b c d; *Zenobii discipulus* 817 d e
Isaacus *Judæus* 816 e, 817 d
Isaacus *Ninivita* 817 b f, 818 a b d; *citavit verosimiliter Opera S. Dionysio Areopagitæ adscripta* 818 d e, 819 a b
Isaacus *sec.* VI, *de quo Gregorius Magnus* 816 e, 818 b, 819 a b
Isaacus *Syrus* 814 c e f, 816 b c d e, 817 a c, 834 b; *citavit Opera S. Dionysio adscripta* 816 b; *non fuit S. Ephrem Syri discipulus* 814 e f, 816 d; *sed forte Ephremi, patriarchæ Antiocheni* 818 e
Isabella *Clara Eugenia, Belgarum princeps, S. Simeonis reliquiis ab abbate Liesbornensi donata* 20 a
Isabella *d'Aci, Auriniacensis abbatissa* 214 b
Isabella, *Dononiensis abbatissa* 328 b, 334 a
† Isacius *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Isai, *Davidis pater* 622 a
Isardus *episcopus, Lamberti comitis Cabilonensis chartæ subscriptus* 286 c
† Isidorus *episcopus Hispali* 777 f
† Isidorus *martyr in Insula Chio* 69 f, 130 a, 131 c f
Isidorus *patriarchalis Bibliothecæ Alexandrinæ præfectus* 822 a
Isis, *ab Ægyptiis pro Dea habita* 596 d
Ismaël, *Abrami ex Agar filius* 576 b, 610 a, 630 a, 640 c d f, 641 a, 642 d e f, 646 e, 648 c e, 649 a b c f, 650 b d e, 651 c e f, 661 f, 662, 663 d, 686 a d, 687 b
Israël *Birgeri, S. Birgittæ frater* 368 f, 378 c d e f, 506 e; *Uplandiæ legifer* 378 f, 379 a e, 380 d, 487 f
Iterius *episcopus Arelatensis* 896 e
† Jubentinus. *Vide* Juventinus.
† Jucundinus *martyr* 903 f, 904 b, 905 b
†† Judas et Simon 739 c
Judas, *filius Jacob, fornicationis a S. Scriptura redargutus* 574 c, 589 c
Judith, *cur genealogiam suam in Scriptura sacra explicatam habeat* 575 d; *Manassis uxor* 607 e
Judith, *Ludovici Pii uxor* 351 a b
Juditha, *Bretizlai Bohemorum ducis uxor* 1058 a
Juditha, *Henrici, Bojorum et Saxonum principis, uxor* 21 e
† Julia *martyr* 903 f, 904 b d, 905 b f
† Julianus *Anazarbenus martyr* 990 d, 999 d, 1001 a
Julianus, *Antiochenus patriarcha* 824 e
† Julianus *Brivatensis* 923 c
Julianus *imperator apostata* 228 c, 229 a c, 231 d e f, 232 a e f, 233 a, 254 d, 562 a, 756 d, 766 c, 813 e, 857 d, 894 a, 994 e, 995 a c e f, 996 a b
† Julianus *martyr* 249 b d
Julianus *patriarcha Alexandrinus* 855 f, 856 a; *mortuus anno* CLXXXIX ibid. d, 857 f
Julianus *Pisanus archiepiscopus instaurator ecclesiæ S. Domnini* 991 c
Julianus, *S. Sabini valetudine laborantis minister inter Prætermissos* 565 d, 1004 a, 1005 b
Julius *cæsar* 894 a
† Julius, *cujus ecclesia exstat Novariæ* 86 e
† Julius I *Papa* 819 f, 820 a c f, 821 b e
† Julus, *inter Prætermissos* 3 d
† Justa, *virgo martyr Hispali* 274 d
Justina, *monialis Porciliensis* 367 c
Justina, *Valentiniani II mater* 237 f
Justinianus I *imperator* 55 a, 818 b, 828 d, 863 f, 987 c. *Petiit S. Demetrii reliquias* 75 c d, 83 c, 121 f et seq. *Collationem inter Catholicos et Severianos habendam curavit* 819 d e
Justinianus II *imperator, dictus* Rinothmetus 166 a d, 178 a b d e, 185 e f, 851 a
Justinianus, *Rauriborum episcopus* 212 b
Justinus *junior, imperator Constantinopolitanus* 21 c, 818 b. *S. Jacobo, Fratri Domini, templum condidit* 18 b
† Justus *martyr* 903 f, 904 b, 905 b
Jutta, *a sanguinis fluxu B. Guntheri meritis liberata* 1079 d
† Jutta, *vidua Pruthena* 1093 d e, 1097 a f, 1099 a
Juvenalis, *Hierosolymitanus archiepiscopus* 779 f, 780 a d f, 781 a d, 782 b d, 783 a e f, 786 c, 822 e, 823 b; *incertum, an laudarit S. Dionysii Opera* 822 d e
† Juventinus *martyr, inter Prætermissos, de quo actum est ad diem* XXV *Januarii* 562 a

## K

Kacireck (*Joannes*) *B. Guntheri meritis podagra liberatus* 1055 e
Kanutus *Boëtii, Lincopensis episcopus* 478 a b
Kar *piscator, submersioni S. Birgittæ ope ereptus* 551 c
Karaldus, *Agbordi, S. Birgittæ ope sanæ menti redditi, testis* 551 c
Katilburgis, *Gostani filia, S. Birgittæ ope sanæ menti reddita* 558 d
Katilmundus, *monachus Vastenensis* 526 c

Keianus *Scotus* 276 d
Kesselt (*Jutta de*) *canonica Belisiensis* 336 c
Ketelmundus (*Mathias*) *regni Sueciæ gubernator* 394 d, 395 a, 400 b
Ketten (*Joannes Michaël vander*) *Calcariensis Prior* 369 d, 370 e, 371 b d, 372 b; *notitias de S. Birgitta ad Majores nostros misit* 373 d, 436 f
Ketworicz (*Marika de*) *testis Hodaunæ, visum B. Guntheri meritis adeptæ* 1080 c
Kircherus (*S. J. Calendarium Copticum Latinum fecisse videtur* 66 c
Kisalperht *diaconus, forte idem qui* Giselbertus 984 e
Kostka (*Petrus vel Paulus*) *Culmensis episcopus* 1097 b, 1099 c, 1100 c
Kucborzki (*Joannes*) *Culmensis episcopus* 1100 e
Kuntz (*Aquinus*) *piscatores aliquot submersioni S. Birgittæ ope ereptos fuisse testatus* 551 b

L

Laban, *Bathuëlis filius, Rebeccæ frater* 607 c, 663 e, 678 c, 680 b, 682 a d
Lacemniis (*Angelus de*) *mercator Neapolitanus* 536 f
Ladislaus, *rex Neapolitanus, Hadriam vendidit* 36 a
Lætitia, *Laurentii Columna, ab epilepsia S. Birgittæ ope sanati, avia* 527 b
Lafranco (*Henricus de*) *canonicus Patavinus, in instrumento inchoatæ Porciliensis ecclesiæ memoratus* 365 e
Lafrenzsmo (*Joannes*) *Nicolaum Skuame, Petrum Ruth et Andream Gala mortis periculo S. Birgittæ ope ereptos fuisse, testatus* 558 b
Lallouette (*Petrus*) *Cisterciensis in instrumento, a Carolo Josepho Cottin de capite S. Dionysii confecto, subscriptus* 800 c, 801 a
Lambertinis (*Prosper de*) *Vide* Benedictus XIV.
Lambertus, *Cabilonensis comes, Paredensis monasterii conditor* 282 a, 286 a b c d, 287 f
Lambertus, *Cellensis abbas* 1028 d e
Lambertus, *dux Spoleti* 1041 f
† Lambertus, *S. Gisleni socius* 1019 a b c, 1025 b, 1030 f
† Lambertus, *Trajectensis episcopus martyr* 291 e, 338 f, 339 b, 432 b c
Landas (*de*) *virgo nobilis, cujus famula S. Ragenfredis ope usum membrorum et visum recepit* 328 a
† Landelinus *abbas, cujus reliquiæ anno* MLXX *ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem deportatæ fuerunt* 321 f
Landericus, *episcopus Parisiensis* 283 a
Lando (*Lellena de*) *amissam loquelam S. Birgittæ patrocinio recuperavit* 537 e f
† Landrada *virgo, fundatrix Belisiensis monasterii* 335 b, 338 f, 339 a b d e f, 340 a b e f, 341 b, 347 c
Landrianus (*Wido*) *prætor Patavinus* 366 c
Landricus, *S. Waldetrudis avunculus* 1022 c
Lantbertus *comes* 960 d
Lantbertus, *Italiæ rex* 990 f
Lantfridus *contractus, B. Guntheri meritis sanitati redditus* 1074 b
Lantis (*Marcellus*) *S. R. E. Cardinalis* 1039 d e
Lanto, *episcopus Augustanus* 1048 b c d
Lanzlenga *Philippella, gravi febre S. Birgittæ ope liberata* 538 e f
Lapa, *pueri Esau, a S. Birgitta sanati, mater* 442 f, 514 f
Larcia *martyr, in Hilduini Areopagiticis memorata, inter Prætermissos* 565 e; *ficti Visbii ficta mater* 706 b, 900 f
† Latronis *scelera non dissimulat S. Scriptura* 589 b
Laucieus, *Ordinis S. Birgittæ, Vitam S. Birgittæ Bertholdianam descripsit* 373 f, 533 f
Laura, *monialis Porciliensis* 367 c
Laurentius [*campanarius, maritus Christianæ, a dæmone S. Birgittæ patrocinio liberatæ* 529 a, 551 f
Laurentius *contractus, B. Guntheri meritis sanitati redditus* 1074 b
Laurentius *de Florentia, pro fratris sui infirmi incolumitate non sine felici successu S. Birgittæ supplex factus* 536 f, 537 a
Laurentius *de oppido Thiorby, testis sanati a paralysi S. Birgittæ patrocinio Regualdi Inolisson* 549 c
Laurentius, *domini Columna de Urbe filius, epilepticus, S. Birgittæ ope sanatus* 527 b
† Laurentius, *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Laurentius *Joannis, Cæciliæ, S. Birgittæ filiæ, maritus* 388 b, 395 e
Laurentius, *Katilburgem, Gostani filiam, S. Birgittæ ope sanæ menti restitutam fuisse, testatus* 558 d
Laurentius, *Lincopensis canonicus, testis Christinæ, filiæ Copper, iterato a dæmone S. Birgittæ ope liberatæ* 553 f. *Coram eo Asta vidua filiam Extridem S. Birgittæ ope ad vitam revocatam fuisse, testata est* 559 f. *Christinam viduam visum recuperasse testatus* 559 f
† Laurentius *martyr* 85 c, 281 c, 282 a, 283 e f, 284, 286 f, 287 d, 288 d, 1042 b d. *Jejunio honoratus a S. Birgitta* 512 a
Laurentius, *parochus ecclesiæ S. Laurentii Sudhercopensis, Hanum S. Birgittæ ope sanæ menti redditum fuisse, testatus* 549 b
Laurentius, *præbendatus diœcesis Lincopensis, testis liberati e carcere S. Birgittæ patrocinio Gotherini Gaste* 556 a
Laurentius *vice-parochus, Harvidi S. Birgittæ ope sanitati restituti testis* 555 d
Laurentius *vice-parochus, pueri ab igne graviter læsi, at S. Birgittæ patrocinio sanati, testis* 556 b
Lazarus *mendicus* 695 b
† Lazarus, *SS. Mariæ et Marthæ frater* 238 e
† Lebuinus *presbyter confessor, in Belgio cultus* 326 b
Leduwinus, *abbas S. Vedasti* 301 e, 306 f, 307 d e, 316 f, 317 a b d e, 322 b
Lenthius, *S. Simeonis, ut fingitur, filius* 13 b
Lentnyk, *pater puellæ cæcæ, B. Guntheri ope visu donatæ* 1080 d
Leo, *imperator Constantinopolitanus* 18 c
Leo Isaurus *imperator* 66 f, 82 a
Leo Magnus *imperator* 253 b c, 255 f, 256 b, 780 d, 854 a
Leo Sapiens *imperator* 50 c d f, 51 b, 56 b, 57 a b, 79 f, 192 c, 198 c
† Leo I *Papa* 795 a b, 830 c
Leo III *Papa SS. relquiis S. Angilbertum donavit* 20 b
Leo IX *Papa* 939 f, 952 c d, 953 c d, 954 a, 960 e, 961 b c d, 962 f, 963 b c d, 964 a e, 965 a b, 967 c, 968 e, 985 e. *Quid præstiterit in causa de reliquiis S. Dionysii Parisiensis*

*Parisiensis* 972 et seqq., *quid censendum de ejus litteris* 978 et seqq.
Leo X *Papa* 386 a
Leo *Nolanus episcopus* 753 e
Leo *Tripolita, apostata* 198 c
† Leoberia *virgo* 216 b, 219 f, 222 d e, 233 d
† Leobinus, *episcopus Carnotensis* 278 b f, 279 a e
† Leochadia *virgo martyr, cujus reliquias transtulit Rogerus episcopus Cameracensis* 1028 d
† Leodegarius *martyr, Augustodunensis episcopus* 282 e, 326 b
Leonidas *philosophus Andreæ Apostolo scripta quædam affinxit* 13 a
† Leonides, *martyr Alexandriæ* 857 e
Leontius, *Burdigalensis episcopus* 922 b c d
Leontius, *Illyrici præfectus* 61 a; *ad tumulum S. Demetrii incolumitati redditus* 52 f, 53 a b c d, 102 b; *eidem ædem sacram excitavit* 68 c, 71 a d, 77 a, 83 d e, 84 a d e f, 89 a f, 94 b, 95 b, 102 c, 103 e f, 104 a
Leopardus, *judex Putavinus, memoratus in instrumento de inchoata Porciliensi ecclesia* 365 e
Leopoldus *archidux, Belgii gubernator* 1029 e
Leopoldus, *Bavariæ dux* 971 c
Leotaldus, *chartæ Lamberti comitis Cabilonensis suscriptus* 286 c
Lespagnol *(Petrus) visitationi reliquiarum S. Evodii a S. Dupi abbate Trecis factæ interfuit* 245 d
Leucius *Apostolis Sripta quædam affinxit* 13 a
Leudovaldus, *Bajocassinus episcopus* 1009 a
Levi, *filius Jacob* 613 b; *crudelitatis a S. Scriptura redargutus* 589 b
Leuterius, *præpositus S. Marcelli* 284 b
Lia, *uxor Patriarchæ Jacob* 584 b d, 639 f, 1093 d; *ejus exuviæ in ecclesia Hebronensis inventæ* 668 et seqq.
† Libaria *virgo martyr* 298 a; *inter Prætermissos, de qua actum est ad diem* III *Octobris* 564 b
† Liberata *virgo Novocomi* 988 b
† Liberius *confessor, cujus reliquias Anconitani in veneratione habent* 48 d
Libeus. *Vide* Lyeus.
Licinius *episcopus sub Gregorio I* 1008 f
Licinius *imperator* 844 a
Lienard *(Nicolaus) rector ecclesiæ de Insulis prope Villanolium, reliquiarum S. Libariæ in novam thecam translationi interfuit* 230 f, *et Bossueti episcopi ea de re litteris subscripsit* 231 c
Lieres *(Maria Carolina de) Dononiensis abbatissa* 334 d f
Lietart *(Hieronymus) abbas S. Gisteni* 1029 c d
† Lietbertus, *Cameracensis et Atrebatensis episcopus* 77 c, 301 c d, 321 e, 1028 b
† Lietphardus *martyr, episcopus Cantuariensis* 289 c f, 290 b d e f, 292 a b d
† Limbaria. *Vide* Leoberia.
Limenius, *episcopus Vercellensis* 565 f
Lindanus *(Henricus) Acta S. Palatiæ ad nos misit* 49 a
† Linus *Papa, Claudiæ filius, a Paulo ordinatus* 788 a
Liomson *(Nicolaus) Petri, a cerebri vulnere S. Birgittæ patrocinio sanati, testis* 559 e
Lipomanus *S. Demetrii Passionem e Græca Latinam fecit* 51 d, 96 a, 136 b e
Lipski *(Joannes) Culmensis episcopus, dein Gnesnensis archiëpiscopus* 1097 b, 1099 a f, 1100 e f
Lisbius, *Larciæ maritus* 565 e, 566 a, 900 f
Lisolus, *maritus Philippellæ, gravi febre S. Birgittæ patrocinio liberatæ* 538 e f
Litigerius, *Novocomensis episcopus* 238 b
Liudulfus, *Brunonis comitis Brunwicensis filius* 1061 e
Liutfridus *comes, in charta B. Adalberonis memoratus* 1052 a
Liutherus, *abbas Laurisheimensis* 1050 f, 1051 b
Liutprandus, *Longobardorum rex* 238 a c
Loquenghien *(Jacoba) Dononiensis abbatissa* 334 e
Longinus *(Joannes)* 52 a b, 5 7 d et alibi deinceps
Lopetius *(Antonius) ex Ordine S. Francisci, inter Prætermissos* 566 d
Doth 604 a f, 605 a b, 608 d e et seqq., 691 e, 692 b c, 693 e, 694 a. *Inter Prætermissos* 565 f, 566 a. *Aranis, fratris Abrahami, filius* 527 b; *vocatus Abrahami frater* 621 f; *egressus ex Ur* 602 f; *ex Haran* 576 e, 603 a, 606 c, *et ex Ægypto cum Abrahamo* 625 c, *a quo dein secessit* 625 e f et seq. *Captus ab Assyriis* 628 a, *sed ab Abrahamo liberatus* 628 b c. *Pentapoleos excidio ereptus* 654 d e f et seq.
Lotharius, *Caroli Calvi nepos, Lotharingiæ rex* 284 b
Lotharius *imperator, Ludovici Pii filius* 325 e, 338 d, 342 a, 1020 d, 1025 a. *Prumiense monasterium S. Simeonis reliquiis ditavit* 18 c d, *in patrem rebellis fuit* 696 c
Loubens Verdala *(Hugo de) S. R. E. Cardinalis et militiæ S. Joannis Hierosolymitani magister* 364 d
Loyens *(Servatius) beneficii S. Amoris altari Trajecti ad Mosam annexi possessor* 336 f
Lubius. *Vide* Lisbius.
† Lucas Evangelista 739 c, 740 b, 827 a; *Acta SS. Pauli et Theclæ illi afficta* 852 b
Lucas, *Magni Petri in Italiam euntis socius* 874 a; *monasterii Paradisi Ordinis S. Birgittæ prope Florentiam confessor generalis* 374 a b
Luchina, *Adoardi de Mari uxor, gravi dolore dentium S. Birgittæ ope liberata* 536 d
Lucia *Bartholomæi, Petrucium Neciæ S. Birgittæ ope a lethali morbo repente convaluisse testata* 528 c d
Lucia, *instantis S. Birgittæ ope ad vitam revocati, testis* 551 d
Lucia, *monialis Porciliensis* 367 c
† Lucianus *martyr Bellovacensis* 219 e, 723 b, 792 f, 793 a, 897 c; *sub Maximiano et Diocletiano passus* 795 d e
Lucilla *SS. Marcellini et Betri corpora collegit* 944 a
Lucius, *Cenchrearum episcopus a Paulo ordinatus* 788 a b
† Lucius *rex inter Prætermissos, dandus ad diem* III *Decembris* 571 e
Luctius *Nicolai, director festivitatis S. Reparatæ Hadriæ* 32 e
† Ludgerus, *Lutosani monasterii administrator* 350 a b
Ludovicus III, *Arnulsi filius, rex Germaniæ* 1049 c d f, 1050 a b c, 1052 b c d f
Ludovicus *Balbus Franciæ rex* 285 b c, 288 b, 314 e, 982 c

† Ludovicus Bertrandus *inter Prætermissos dandus ad diem* x *Octobris* 570 e
Ludovicus *Bavarus imperator* 426 f
† Ludovicus, *Franciæ rex* 400 c d e, 509 c, 922 a, 934 f; *SS. Dionysii et sociorum ope a morbo sanatus* 944 d e f, 945 a
Ludovicus II *imperator, Lotharii filius* 341 e
Ludovicus, *Ludovici Pii filius* 1048 b; *in patrem rebellis* 696 c
Ludovicus IV, *dictus* Transmarinus 1026 c
Ludovicus VII, *Galliarum rex* 943 b c; *translationi S. Dionysii interfuit* 942 c d e f
Ludovicus, *Hungariæ rex* 538 a, 539 c
Ludovicus, *rex Neapolitanus* 29 b, 35 d
Ludovicus, *Philippi II Franciæ regis filius*, 943 d e, 649 e
Ludovicus *Pius imperator* 261 c, 306 c, 313 d, 325 c, 342 a, 351 a b, 353 f, 358 b, 697 b e, 699 c, 724 b, 728 a c d, 734 f, 735 f, 870 d e f, 933 d, 936 a, 1004 b c, 1010 e, 1024 b, 1034 c, 1048 c; *a filiis exauctoratus* 696 c; *jussit colligi res gestas S. Dionysii Parisiensis episcopi* 696 e, 697 b, 723 e, 735 d; *ejus ea de re epistola* 696 f, 697 a; *Opera S. Dionysio Areopagitæ adscripta a Michaële Balbo dono accepit* 702 c, 719 c, 734 f
† Lugdulus *inter Prætermissos* 3 d
Luitpaldus *præfectus Boïcæ Orientalis sub Ludovico III Germaniæ rege* 1050 b, 1052 c
Lupoldus *Cladrubiensis abbas* 1079 c
† Lupus, *de quo actum est ad diem* I *Septembris* 562 e
† Lupus, *Cabillonensis episcopus* 282 d e, 285 b d e f, 286 a, 288 a, 1008 f
Lupus, *S. Demetrii martyris famulus* 65 c d c, 94 a, 95 d, 102 a, 103 b f; *forte idem cum Lupo martyre ad diem* XXIII *Augusti in Fastis sacris memorato* 65 d e
Lupus *episcopus, Emmonis Senonensis episcopi chartæ subscriptus* 282 d
† Lugardis *Aquiriensis Sanctimonialis* 567 f, 569 a f
Luytens *(Thomas) Lætiensis abbas, Historiam Gallo-Belgicam S. Ragenfredis nobis suppeditavit* 296 f
Lutherus *hæresiarcha* 1100 b
Luzignanus *(Petrus I) Cypri rex* 452 e, 455 f
Lyæus *gladiator* 60 b et binis seqq. 88 d e, 89 d e, 91 d f, 92 b c, 73 e, 94 a, 99 f, 100 a b c, 101 d e f, 103 b c e f
Lycurgus, *Lacedæmoniorum legislator* 769 f, 770 a; *fratri sororique ex eodem patre, non matre, conjugia permisit* 596 c
Lycus. *Vide* Lyæus.
Lymes *(Joanna Welina de) canonica Belisiensis* 336 c
Lywerde (*Agnes de*) *Dononiensis abbatissa* 334 b

M

Maacha, *Asa regis avia, ejusdem nuncupata* Mater 595 e
Maacha, *Naboris junioris et Romæ filius* 672 e
† Macalleus *episcopus inter prætermissos, de quo actum ad* XXV *Aprilis* 562 b
Machtildis, *Sigeri, Aquicinctini monasterii fundatoris uxor* 1087 a
† Macarius *abbas, qui Regulas Monachis Orientalibus scripsit* 1021 a
Macarius, *Ægyptius scriptor a Gennadio memoratus* 817 e
Macarius, *Hierosolymitanus episcopus* 688 a
Macerdonus (*Joannellus*) *miraculis S. Birgittæ Neapoli collectis subscriptus* 539 b
Macrobius. *Vide* Matroclus.
Madan, *Abrahami et Cethuræ filius* 685 d
† Madelberta, *S. Waldetrudis filia* 1023 a, 1033 a
† Madelgarius *(alias* Vincentius*) S. Waldetrudis maritus* 1022 b d, 1032 e, 1034 d
Madian, *Abrahami et Cethuræ filius* 685 d
Mæritta, *secunda Birgeri S. Birgittæ filii uxor* 386 f
Magdalena, *monialis Porciliensis* 367 c
Magdalenscius *Ordinis Minorum* 1100 a
Maginarius, *abbas Sandionysianus* 931 f, 933 b, 939 c
Magnano (*Albertus de*) *procurator Putavinus* 366 c
† Magnantia. *Vide* Magnentia.
† Magnentia *virgo, culta* XXVI *Novembris* 269 c e, 270 b
† Magnus, *abbas Fuessæ in Suevia* 1048 b, 1051 c e, 1053 c
Magnus *Abraham, dictus archiepiscopus Upsaliensis* 484 b
Magnus *comes largitionum tempore Valentis imperatoris* 254 b
Magnus, *S. Birgittæ capellanus* 441 c d, 449 d, 459 b, 462 e, 514 f; *ab ea capitis laboribus liberatus* 515 f
Magnus, *Erici Sueciæ rex* 369 e
Magnus *Gudmari, maritus Catharinæ S. Birgittæ sororis, Westrogothiæ legifer* 378 c
Magnus *Ladulas, Sueciæ rex* 379 c; *filius Birgeri Jerl, et Waldemari regis frater* 379 d, 380 b
Magnus *(Minniskiold dictus)* 379 d e, *Benedicti* Sinvils *dicti, vel Canuti hujus fratris filius* 380 c
Magnus *Minorita Hodæunam a cæcitate B. Guntheri meritis liberatum testatus* 1080 c
Magnus, *Petri, a cerebri vulnere S. Birgittæ patrocinio sanati, testis* 559 e
Magnus, *Petri, Israëlis S. Birgittæ fratris, nepos* 368 f, 369 a b c, 374 a, 423 d, 465 f, 467 e f, 481 a, 518 c, 519 d, 526 c d; *canonizationem S. Birgittæ promovit* 369 a b c f; *testis pueri S. Birgittæ meritis sanati* 526 c d
Magnus, *presbyter, testatus Jacobum, Delphinæ filium, fluxu ventris S. Birgittæ ope liberatum fuisse* 527 d
Magnus, *cognomento* Smeek, *Sueciæ rex* 378 e, 380 b c, 388 c, 394 c d e f, 395 a e, 396 b f, 397 a c e f, 398 e, 400 b d e, 440 b c, 491 c, 494 b, 500 e, 502 f, 504 f, 505 a, 506 e
Magobodus, *Carnotensis episcopus* 279 c
Mainhardus, *abbas Breunoviensis* 1068 c
Majo, *Sicardi cognatus* 1043 d
Majolus, *Cluniacensis abbas* 286 b
Maisni *(Joannes du) abbas Crispiniensis visitationi reliquiarum abbatiæ S. Gisleni interfuit* 1029 e
Mallegundis, *S. Caletrici soror* 279 a
Malso, *Rothomagensis episcopus* 242 a
Mamæa, *Alexandri imperatoris mater, inter Prætermissos* 566 b
Mambre, *Amorrhæus valli* Mambre *nomen dedit* 527 a, 631 a b; *cum Abramo fœdus iniit* 627 b c, 628 b, 629 c d
Manar *(Petrus) Cameracensis canonicus, reliquiarum*

*quiarum S. Odilonis visitationi interfuit* 360 d
Manasses, *Judithæ maritus* 607 e
Manasses, *rex Juda* 584 d, 591 b
Manastras, *Joannis Bulgarorum regis dux* 200 e f
Manegoldus, *abbas S. Afræ* 1054 a
Manes *hæreticus* 813 e
Manethon *Ægyptius* 644 f
Manets *de Pedemone, pueri Esau sanitati a S. Birgitta redditi pater* 514 f
† Manna. *Vide* † Menna.
Mansuetus, *episcopus Tullensis, confessor* 211 f
Manuel *Comnenus, imperator diem* III *Februarii, ob memoriam S. Simeonis, inter feriatos recensuit* 5 e
Marbodus, *Redonensis episcopus, S. Thaidis Vitam metricam scripsit* 224 e, 226 f, 228 d
Marbum, *Holinstani, ope S. Birgittæ submersioni erepti, testis* 556 f
Marcella *Brachæ uxor* 276 d
† Marcella, *S. Potamienæ mater et martyr* 857 f
Marcellina, *S. Ambrosii soror* 240 e
† Marcellinus *martyr inter Prætermissos* 3 c
† Marcellinus *martyr sub Diocletiano* 321 e, 977 e, 994 a d
† Marcellus *martyr Cabiloni* 283 f, 284 a, 285 d
† Marcellus *martyr, episcopus Tungrensis* 210 e, 211 e
† Marcellus *missus in Hispaniam* 792 f, 795 e, 796 a, 897 c
† Marcellus *Papa, cujus reliquiæ ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem anno* MLXX *fuere deportatæ* 321 f
Marcha *(Benedicta de la) monialis Porciliensis* 367 c
† Marci, *dati die* XXV *Aprilis, ecclesiæ Dedicatio Venetiis inter Prætermissos* 2 b
Marcianus, *imperator Constantinopolitanus* 779 f, 780 d f; 781 a, 782 b c d e, 783 a e, 786 c, 822 d e
Marcianus *præses sub Diocletiano* 994 c
Marcion *hæreticus* 7 *b*, 14 c d e, 813 e
Marcus Antonius, *monialium S. Petri Paduæ capellanus* 367 c
† Marcus *Evangelista* 855 b
Marcus, *Lellenæ de Lando, quæ S. Birgittæ patrocinio loquelam recepit, maritus* 537 e f
Marcus *Romanus sculpsit arcam S. Simeonis reliquias continentem, in huic Sancto dicata Venetiis ecclesia* 20 e
Mardocheus, *cur genealogium suam in Scriptura explicatam habeat* 575 d
Margareta *Birgeri, S. Birgittæ soror* 378 c, 379 b, 487 f
Margareta, *Boëtii mater, mortis periculo S. Birgittæ ope erepti* 552 e
Margareta *Claramontana S. Ludovici neptis* 400 e
Margareta, *de oppido Eckne, mater infantis ad vitam S. Birgittæ ope revocati* 525 c, 551 c d
Margareta, *Haquini Norvegiæ regis uxor* 388 b, 395 e
Margareta, *Hilchyvasti filia, languida S. Birgittæ ope sanata* 557 a
† Margareta, *jejunio a S. Birgitta honorari solita* 512 a
Margareta, *infantis S. Birgittæ ope ad vitam revocati, testis* 551 d
Margareta, *Laurentii filia, diœcesis Arosiensis, S. Birgittæ patrocinio visum recepit* 525 f
Margareta, *Laurentii Frendæ filia cæca, S. Birgittæ ope sanata* 557 d
Margareta, *Laurentii Massa filia, diœcesis Strengnesiensis S. Birgittæ patrocinio ad vitam revocata* 525 d
Margareta *matrona alterius causa peregrinationem ad S. Birgittæ reliquias optato successu vovit* 550 e
Margareta, *monialis Rysabergensis, ob irreverentiam in S. Birgittam loquela sensibusque privata, ejusdem ope sanitati rddita* 332 f, 355 b
Margareta, *Pauli Barthæ conjux* 522 f
Margareta, *Sueciæ regina, canonizationis S. Birgittæ studiosa* 369 a e, 467 f, 471 f, 476 b f, 481 f, 483 e
Margareta, *Thrandensis seu Nidrosiensis diœcesis, muta et paralytica utroque malo S. Birgittæ patrocinio liberata* 526 f, 551 e
Margareta, *Vastenensis abbatissa* 375 f, 376 e f, 377 a d e f et deinceps sæpe *ratione Chronici Vastenensis, quod scripsit.*
Margareta, *vehementissimo dolore capilis S. Birgittæ ope liberata* 555 b
† Margareta, *virgo Hungarica* 85 c
Margareta, *ab Arturo memorata et* Pelagius *dicta* 248 c f
Mari *(Adoardus de) maritus Luchinæ, gravi dolore dentium S. Birgittæ ope liberatæ* 536 d
† Maria *Ægyptiaca, cujus reliquiæ in Lusitaniam delatæ sunt* 260 c
Maria, *Alphonsi Hispani uxor, comes aliquando S. Birgittæ* 451 e, 521 e
† Maria *altare majus sibi consecratum habet in præcipua Hadrianensi ecclesia* 35 a
Maria *Artesiæ, Joanni I comiti Namurcensi nupta* 400 e
Maria, *Dononiensis abbatissa sec.* XII 332 c d, 333 e
Maria, *Dononiensis abbatissa sec.* XIII 324 f, 334 a
† Maria, *Lazari soror* 353 a, 359 c d, 1093 d
† Maria Magdalena 349 c, 350 e, 352 e f, 353 a b c, 354 a e, 355 a b c e, 510 a, 1069 b, 1098 b; *ejus reliquiæ Lutosam delatæ* 354 e f, 358 a, 359 e f, 361 d e; *S. Birgittæ peregrinatione honorata* 398 b, 508 e; *uti et jejunio* 512 a
Maria, *Porciliensis monialis* 367 c
Maria, *S. Catharinæ, S. Birgittæ filiæ, ancilla, loquelam corporisque sensus admotis sibi S. Birgittæ reliquiis recepit* 531 b c
Maria, *Stephani filia epileptica, S. Birgittæ ope sanata* 527 b
Maria, *variorum S. Hugonis miraculorum testis* 364 b
Marianus, *Illyrici præfectus, S. Demetrii ope sanatus* 59 a, 68 e f, 69 a, 76 b c, 104 c et seqq.
Marik *cæcus, B. Guntheri meritis visum adeptus* 1080 c d
† Marina, *ad diem* XVII *Julii data* 249 a
Marino *(Jordanus de) S. Birgittæ familiaris* 459 b, 518 c
Marinus, *episcopus Heliopolitanus* 253 e f, 254 b e, 268 a
Marinus I *Papa* 1053 e
Marinus II *Papa* 1053 e, 1054 a d
† Marius, *Bodanensis abbas* 921 d, 923 e f
Maroones, *Tripoleos in Phœnicia episcopus* 788 a b c; *verosimilius a Paulo ordinatus* ibid.
Marosillus *(Carolus) testatus, S. Birgittam prædixisse Cypriis vindictam divinam* 520 f
Marosillus *(Petrus) quem a vulneribus convaliturum*

*liturum S. Birgitta prædixit* 521 b
Marquardus, *testis ruptæ B. Guntheri meritis catenæ* 1082 a
Marquet *(Ægidius) rector altaris S. Amoris Trajecti ad Mosam* 336 f
Mars, *Athenis cultus Pauli ætate* 704 c d, 768 b
† Martha, *Christi hospita* 510 a, 1093 d; *a S. Birgitta visitata* 398 b, 508 e
† Martialis, *Lemovicensis episcopus* 723 b, 865 c; *affictæ illi fuerunt quædam epistolæ* 852 c d, 923 c
† Martialis *martyr* 249 c d
Martinez, *Alphonsi Giennensis episcopi mater* 375 f
Martinianus *presbyter* 915 c
Martinus, *Breunoviensis abbas* 1054 a b c f, 1079 b, 1081 d e, 1082 f, 1083 b, 1084 d
Martinus *de Aragonia, Guardianus Bethleëmitanus* 502 a, 503 b
† Martinus, *episcopus in Gallicia* 929 e
Martinus, *Guardianus in Bethlehem* 457 a
† Martinus I *Papa* 764 d f, 828 b, 830 a, 1019 e; *concilimm adversus Monothelitas anno* DCXLIX *Romæ celebravit* 763 f
Martinus V *Papa* 388 b, 409 b, 420 d; *S. Birgittæ canonizationem confirmavit* 475 e et seq.; *Birgittinas constitutiones approbavit* 477 c d e
Martinus, *pater puellæ ægræ et cæcæ, S. Birgittæ patrocinio sanatæ* 556 c
Martinus, *pater pueri, B. Guntheri meritis visum adepti* 1075 a
Martinus, *Prior S. Joannis de Verdaria* 366 e
† Martinus, *Tungrensis episcopus, confessor* 211 a e, 212 a f
† Martinus, *Turonensis episcopus* 876 e, 878 b, 879 d, 881 f, 923 c, 929 f, 1003 d e f, 1004 a, 1005 a
† Martinus, *Vallis Paradisi in Hispania abbas, de quo actum est ad diem* VII *Octobris, inter Prætermissos* 2 c
† Martyrius *martyr, in agro Tridentino* 238 a
Martyrum *turba, Dionysii et Sociorum martyrii signis ad fidem conversa, inter Prætermissos* 566 b c
Mascelinus *decanus, subscriptus chartæ Roberti, episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 222 e
Massa *(Laurentius) Margaretæ, per S. Birgittam ad vitam revocatæ, pater* 525 d
Massus, *Parisiensis episcopus* 885 f
Massus *presbyter, a fictitio Visbio memoratus* 706 b
† Maternus, *Trevirensis episcopus confessor* 210 f, 211 b c d, 212 b
Mathias, *Arosiensis episcopus, Miracula S. Birgittæ, a monachis Vastenensibus scripta, sigillo suo munivit* 547 e
Mathias, *Lincopiensis canonicus* 374 d e f, 375 d, 376 b, 386 a, 390 d, 437 a, 489 f, 490 e, 493 f, 494 a, 497 b, 499 e, 516 c, 517 d, 521 f, 549 f
Mathildis *comitissa* 987 f, 988 c
Mathildis, *Rodolphi Burgundiæ regis filia* 1065 b
† Mathilla *episcopus. Vide* † Macalleus.
Matroclus *judex* 213 d, 218 a c f, 220 b c d e, 221 a c e, 222 b f
† Matrona *virgo martyr* 76 a, 121 e, 122 c f, 139 d, 144 a
† Matthæus, *Apostolus et Evangelista, S. Birgittæ apparuit* 441 a b. *Ejus peccata non dissimulat S. Scriptura* 589 b. *Fidem Æthiopibus annunciavit* 929 f. *Inter Prætermissos* 564 b
Matthæus *Salophaciolus, patriarcha Alexandrinus. Vide* Timotheus Salophaciolus.
Matthæus, *Sandionysianus abbas* 949 e, 950 c
Mattheus, *sensuum usus B. Guntheri meritis Duthawæ restituti testis* 1081 e
Matthæus, *Wormatiensis episcopus* 374 f
Mattheus Jacobi, *director festivitatis S. Reparatæ Hadriæ* 32 e
† † Mauri *martyres aliique complures inter Prætermissos, de quibus agetur ad diem* XV *Octobris* 571 a
Mauritius *imperator* 55 a e, 70 b e, 128 f, 132 b, 135 b e, 143 e, 146 c f, 198 a, 818 e. *Petiit S. Demetrii reliquias* 75 d, 83 c, 121 b e
Mauritius II, *Lætiensis abbas* 399 b
† Mauritius *martyr* 203 b, 204 b d, 205 a, 1069 f
Mauritius, *Parisiensis episcopus* 943 d
Mauritius Tiberius, *Græcorum imperator* 1008 e
† Maurus *martyr, miles Romanus* 983 b c
Maurus, *Thessalonicam dolo capere conatus* 181 a e f, 183 f, 184 a c f, 186 b e
† Maxelendis, *in Litaniis Cameracensibus invocata* 297 c
† Maxima *virgo* 269 c f, 270 b d
Maximianus Galerius, *sub quo passus est S. Demetrius* 64 e, 92 a
Maximianus Herculius 90 a, 273 e, 722 f, 795 c, 880 d, 886 f, 890 c d, 891 d, 897 f, 905 e, 916 a b c d e f, 987 b c, 989 a b c, 991 e f, 992 a d. *Sub illo passus est S. Dionysius Parisiensis* 907 a, 929 a
Maximilianus, *Romanorum rex* 1029 a; *Patavii obsidionem molitus* 367 a
Maximina, *prima Liguriensis monasterii abbatissa* 22 e
† Maximinus, *Aquensis episcopus* 355 a b f
Maximinus *imperator* 61 f
† Maximinus, *Tungrensis episcopus confessor* 211 a e; *forte idem qui Trevirensis* 211 f
† Maximus 1044 c
Maximus, *Antiochenus episcopus, sub finem sec.* II 857 a
Maximus, *Antiochenus episcopus, sec.* V 253 b d, 255 f, 256 c d, 263 d
Maximus *Cynicus* 758 a b c e, 760 a b; *sedem Constantinopolitanam affectat* 759 b f
Maximus *episcopus in concilio Mediolanensi anni* CCCXC 240 d
Maximus, *Hierosolymitanus episcopus* 754 b
† Maximus *martyr inter Prætermissos, de quo actum est ad diem* XXV *Januarii* 562 a
† Maximus, *Operum S. Dionysio Areopagitæ adscriptorum interpres* 747 d, 763 b, 767 e, 773 e, 784 a c e f, 785 b e, 788 a, 803 b c, 828 b, 853 c; *an dixerit, S. Dionysium Alexandrinum in Areopagitam scholia scripsisse* 805 e et seqq.
Mazice, *Joannis B. Guntheri meritis a dæmone liberati mater* 1083 b
Mediolano *(Franciscus de) arcam sculpsit servandis Jaderæ S. Simeonis reliquiis* 21 d
Meginbertus, *episcopus Sabionensis* 1050 a, 1052 f, 1053 b
† Meginradus *eremita* 866 f, 867 a
Melantius, *Rothomagensis episcopus* 1008 f, 1009 a b c
Melaria, *S. Davidis, Mevenensis episcopi mater* 276 c f

Melcha,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Melcha, *filia Aranis, uxor Nachor junioris* 594 d, 598 c d, 599 e, 672 d, 681 f, 682 c, 693 e
Melchisedech *rex et sacerdos* 630 a c e, 631 b c d e, 692 e; *veri Dei cultor* 581 f, 592 b, 629 b, 635 e; *spoliorum decimas ab Abramo accepit* 630 d; *facta ab eo oblatio sacerdotalis* 631 f et seq.
† Meletius, *Antiochenus patriarcha* 753 d, 996 c d
Melisson *(Fulquinus) epilepsi et naufragio S. Birgittæ ope liberatus* 559 a b
† Mellitus, *a Gregorio I in Angliam missus* 1008 c f
Melloto *(Guido de) Autissiodorensis episcopus* 356 e
Menander, *rex in Attica* 704 b
† Menas, *martyr Alexandrinus* 1001 a
† Menna *virgo* 228 c, 231 d e, 232 a b c d
Mennas, *conficiendo S. Demetrii ciborio argentum obtulit* 70 d, 124 b c
Mennas, *Telonensis episcopus* 1008 f
Merciariis *(Nicolaus de) episcopus Urbevetanus* 466 a
† Mercurius, *idem qui* † Mauritius 203 c e
Mercurius *Athenis cultus S. Pauli ætate* 704 c d
Mereta. *Vide* Merita.
Mergarth, *Bertoldi B. Guntheri meritis incessu donati mater* 1082 d
Merita *S. Birgittæ filia* 385 a b d, 490 a, 507 a; *Sivido Ribbingo nupta* 378 a; *item Canuto Algothi* 388 b; *Petri Ribbingi ex Sivido mater* 389 c d
Mesquim *Ordinis Prædicatorum S. R. E. Cardinalis* 501 a, 503 b
Metaphrastes *scriptor Passionis S. Demetrii Lingua Græca* 51 d, 52 b, 54 c, 96 a, 161 b e
† Methodius *patriarcha Constantinopolitanus* 13 b d e, 700 c, 714 c d e f, 716, 717 c, 721 a d, 726 b, 727 c, 729 b, 735 a d, 736 b, 749 d, 750 b d, 751 c, 752 d e f, 754 f, 767 a, 795 e; *scripsit aliquam S. Dionysii Passionem* 609 b c; *quo tempore id fuerit* 716 b d
† Methodius, *Patarensis episcopus et martyr* 13 c d e
Methodius, *Tyriensis episcopus* 754 b; *ex Patarensi* 761 d e, 762 c d
Metrodorus 700 c, 713 c d e f, 716 a, 717 d, 727 c d, 728 f, 729 a b, 766 f, 788 f, 795 b e, 797 c d; *quam et quo fonte scripserit S. Dionysii Passionem* 710 et seq.: *quo circiter tempore* 713 c f
Metropius *presbyter, in Actis concilii Agrippinensis anni* CCCXXXVI *memoratus* 212 a
† Michaël *archangelus* 35 a, 82 e, 276 a, 439 f, 508 e; *inter Prætermissos* 564 b
Michaël *Balbus, Ludovico Pio adscripta S. Dionysio Areopagitæ Opera dono misit* 702 c, 719 c, 734 f, 735 b, 854 d
Michaël *Christinæ, S. Birgittæ ope viscerum doloribus liberatæ, maritus* 558 e
Michaël *Curopalata imperator Constantinopolitanus* 18 c
Michaël III, *Græcorum imperator* 79 b, 759 f, 830 b, 1045 a
Michaël IV Paphlago, *imperator Orientis* 74 b, 81 d e, 199 c e
Michala *cæca visum B. Guntheri ope adepta* 1080 b
Mieulx *(Guilielmus) decanus Gemblacensis, inventionem corporis Sybillæ de Gages examinavit* 567 e, 568 c
Miletius *schismaticus* 861 b
Militianus *S. Gemini, ut fertur, pater* 1039 e f, 1040 c, 1041 c d
Minutianus *protector, Nestoris interfector* 101 e
Miræus *(Joannes) episcopus Antverpiensis* 260 e
Miroccus, *Saracenorum dux* 34 d, 38 f
Miseco, *Polonorum dux* 1066 c
Mismer *(Nicolaus) scriba miraculorum aliquot S. Birgittæ* 560 e
Mocenicus *(Ludovicus) Venetorum dux* 260 d
Molembaix *(Alix de) Dononiensis abbatissa* 334 b
Molembaix *(Laurentius de) Dononiensis abbatissa* 334 b
Molendino *(Joannes de)* 271 b
Monich *(Joannes) mercator* 1099 d
Montaltus *S. R. E. Cardinalis* 25 e
Monte Scheggioso *(Franciscus de) annuit, ut pars reliquiarum S. Reparatæ Theano Florentiam aveheretur* 29 c
Monte-Silicis *(Albertus de)* 366 d
Montluc *(Maria Catharina de) S. Benedictæ lipsanothecam reparavit* 215 e, 216 c d
† Monulphus, *Trajectensis episcopus* 336 a, 341 a, 335 e
Morin *(Carolus) medicinæ doctor S. Libariæ reliquias recognovit* 230 d
Mormili *(Andrillus de) admotis sibi S. Birgittæ reliquiis sanitati redditus* 538 a b c d, 539 c
Mormili (*Lancilla de*) *Andrilli soror, restitutæ huic per S. Birgittam sanitatis, testis* 538 a, 539 c
Moses *Nisibenus abbas Scetensis* 815 e f
Mosterasched, *Abassidarum princeps seculo* XII 690 f
Moullaerts (*Matthæus*) *Atrebatensis episcopus* 1021 b
† Moyses *propheta* 586 c, 596 c, 619 b, 644 f, 645 c e, 675 e, 677 e, 1093 e; *constans veri Dei cultor* 583 b; *diffidentiæ a Scriptura sacra redargutus* 589 b; *Amrami filius* 613 a; *scripta quædam illi afflicta fuerunt* 852 b
Mukarz *pater pueri B. Guntheri precibus ab vitam revocati* 1081 c
Muratius (*Stephanus*) *S. R. E. Cardinalis* 362 b
Mutte (*Henricus Dionysius*) *Cameracensis ecclesiæ metropolitanæ decanus* 326 c; *varia documenta nobis suppeditavit* 295 e, 297 d, 333 b, 1046 b
Mycha, *testis Sdysslavæ a dæmone, invocato B. Gunthero, liberatæ* 1080 f

N

† Nabor *martyr, cui S. Felix Comensis ecclesiam condidisse fertur* 238 f
Nachor *junior, Tharæ filius, Abrami et Aranis frater* 572 d et seqq. 582 d, 583 c, 584 b c e, 598 b, 607 d, 608 a b, 672 c d f, 673 a, 678 f, 680 f, 681 e f, 682 c, 693 d e
Nachor *senior* 572 b, 576 c, 582 b f, 595 c
Nanthildis, *Franciæ regina* 919 c
Narcissus, *Hierosolymitanus sacerdos* 808 d
Nassuo, *Othoniensis episcopus, scriptis ad concilium Basileënse in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a
Nathan *legis Mosaïcæ doctor* 8 e
Natrannns, *Nivernensis episcopus* 286 c
† Navitus, *episcopus Trevirensis, confessor* 210 e, 211 e

† Nazarius

† Nazarius *martyr* 1051 b e f
Nectanerus *tyrannus* 280 d
Nedermoele (*Henricus de*) *capellanus ecclesiæ S. Amoris Belisiæ* 336 c
Nedoncel (*Guislena, alias Guilllelma, de*) *Dononiensis abbatissa* 334 e
Nedonchel (*Antonia de*) *Dononiensis abbatissa* 334 f
Nehemias, *qui Academiam Hierosolymitanam excitavit* 8 b
Neptalina, *B. Adelberti, ut fertur, filia* 303 a
Neptunus *Athenis cultus S. Pauli ætate* 704 c
Nero *imperator* 710 e, 792 c d, 793 c, 795 c, 796 c, 813 e, 881 c d e
† Nestor *ad diem* XXVII *a Græcis cultus, alias forte a Nestore cum Lyæo congresso* 62 f
Nestor, *ut quibusdam placet, martyr inter Prætermissos* 3 e f; *cum Lyæo gladiatore congressus* 60 b et seqq. 88 e f, 91 f, 92 c, 93 e f, 99 f, 100 b c, 101 d e, 103 b e f
Nestorius *hæresiarcha* 7 b, 14 c d e f, 15 e, 813 e f, 814 a, 817 f, 819 f, 820 c e, 821 b c e, 823 a, 847 a
Neuton (*Mathildis*) *prima monastirii Sion Ordinis S. Salvatoris in Anglia abbatissa* 477 b
Nexocharides *philosophus, Andreæ Apostolo scripta quædam affinxit* 13 a
† Nicasius *episcopus martyr Prætermissos, dandus ad diem* XI *Octobris* 570 f
Nicephorus *Logotheta, imperator Constantinopolitanus* 18 c, 178 b e
Nicephorus, *patriarcha Constantinopolitanus* 176 c
† Nicetas, *inter Prætermissos* 570 e
† Nicetas, *Mediciensis in Bithynia abbas* 44 c
Nicetas, *Thessalonicensis archiepiscopus* 50 c; *geminus, quorum alter seculo* XII, *alter serius floruit* 57 c
Nicodemus, *Christi discipulus, cui Pseudo-Evangelium affictum fuit* 13 a
† Nicodemus *martyr inter Prætermissos* 2 f, 52 c
Nicolaus *agricola, testatus Nicolaum pistorem loquelam S. Birgittæ patrocinio accepisse* 550 d
Nicolaus, *Apollinis pater in filia Aristarchi epistola memoratus* 704 d
Nicolaus *Arosiensis episcopus* 478 b
Nicolaus, *Breunoviensis abbas* 1069 b
Nicolaus II, *Cameracensis episcopus* 1018 b
Nicolaus, *Chindolphi ejusque filiæ Ubergis S. Birgittæ ope sanatorum conscius* 558 d
Nicolaus, *Constantinopolitanus patriarcha*, Mysticus *dictus* 198 c e
Nicolaus, *Damascenus, Herodi Augustoque familiaris* 618 e, 619 d
Nicolaus *decanus, subscriptus chartæ Godescalci Atrebatensium episcopi anni* MCLVII 323 f
Nicolaus *de Francisco seculo* XIV 37 a
Nicolaus *Hermanni, Lincopiensis episcopus* 369 a, 370 a b, 371 c d e, 373 c, 375 a c, 387 a, 392 d, 447 e, 448 b, 463 d, 464 d, 467 c f, 490 a; *quædam S. Birgittæ miracula scribi jussit* 374 c, 548 b
Nicolaus, *infantem ingevaldi S. Birgittæ ope ad vitam revocatum fuisse, testatus* 552 e
Nicolaus *Ingivaldi, Margaretæ, S. Birgittæ sororis, maritus* 378 c
Nicolaus, *Melchioris Waiheri nepos* 1100 a
Nicolaus *Minorita, testis cæcæ B. Guntheri meritis visu donatæ* 1080 b
Nicolaus, *monachus Alvastrensis, precum S. Birgittæ efficaciam expertus* 517 e
† Nicolaus, *Myrensis episcopus* 35 a, 508 e, 1001 c f, 1041 a; *apparuit S. Birgittæ* 440 d e; *ab eadem jejunio honoratus* 512 a
Nicolaus, *Nolanus comes*, 375 f, 517 b; *quædam miracula S. Birgittæ, cui familiaris fuit, collegit* 374 c
† Nicolaus I *Papa* 351 c d, 759 f, 760 a, 828 b, 830 b, 931 d e
Nicolaus II *Papa* 971 a
Nicolaus *parochus, Gertrudis, S. Birgittæ ope sanitati restitutæ, testis* 555 c
Nicolaus *parochus illatæ in S. Birgittam injuriæ pœnitens, ejusdem ope brachii doloribus liberatus* 532 f, 551 b c
Nicolaus *parochus, Margaretæ monialis Rysabergensis sanitati ope S. Birgittæ restitutæ, testis* 555 b
Nicolaus *pistor mutus a nativitate ope S. Birgittæ loquendi usum accepit* 526 b, 550 c
Nicolaus, *Pragensis episcopus* 1077 a, 1078 f, 1079 c, 1080 d, 1083 c
Nicolaus, *Scarensis episcopus, miracula S. Birgittæ a Vastenensibus monachis scripta sigillo suo munivit* 547 e
Nicolaus, *Schwangalensis parochus paralyticus S. Birgittæ patrocinio sanatus* 526 e, 550 c; *testis, Sigridis ejusdem ope a paralysi sanatæ* 557 d
† Nilus *monachus, seculi* IV *scriptor* 787 a
Ninus, *Assyriorum rex, Beli filius* 586 f
Ninyas *Assyriorum rex* 627 c
Nithardus, *Leodiensis episcopus* 1066 a b
Nivelo, *Suessionensis episcopus, seculo* XIII *ad monasterium Longipontanum S. Dionysii Areopagitæ caput detulit* 800 a d e, 801 a b
Noailles (*Ludovicus Antonius de*) *Parisiensis archiepiscopus, duos SS. Dionysios in Breviario Parisiensi distingui jussit* 725 a
Noë, *pater Sem, Cham et Japhet* 573 e, 574 a b c, 603 c, 641 f, 651 a, 686 f, 692 e; *vir justus* 581 c, 582 a d, 590 f, 591 a c, 592 b c d; *redargutus ebrietatis in S. Scriptura* 589 b; *a diluvio servatus* 590 c; *quomodo* martyr *vocatus sit* 601 f
Nonnus, *Ceresinæ episcopus Severianus collationi cum Catholicis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
† Nonnus *Edessenus episcopus* 250 e, 251 d, 252 a, 253 a f, 254 a b e f, 255 a b d, 256 a b e f, 261 f, 262 a c e, 263 a b c d e, 264 c f et seqq.
Nonnus, *Edessenus episcopus, Ibæ a Dioscoro substitutus* 253 b d, 255 e; *idem verosimillime cum S. Nonno* 255 f, 256 a d
Nonnus *monachus, origenis sectator* 824 e
Nonnus, *Portuensis episcopus. Vide* Hyppolytus.
Novatianus *hæreticus* 860 b, 861 a b
Numerianus *imperator* 250 e f, 252 e f, 906 c
† Nuvius *inter Prætermissos* 3 c

O

Odilardus, *S. Germani monachus, Usuardi in itinere Hispanico comes* 273 c
Odilo, *Cluniacensis abbas* 286 b
Odo I, *Bellovacensis episcopus* 991 e
Odo, *Cameracensis episcopus, inter Prætermissos* 566 c
Odo I, *Campaniæ comes* 1065 b
Odo II, *Campaniæ comes* 321 a, 1065 b c d
Odo, *canonicus Regularis, ex eorum numero, qui in ecclesia Hebronensi Abrahami, Saræ, Isaaci, Rebeccæ, Jacob et Liæ reliquias invenerunt* 686 e, 689 b d

Odo, *Franciæ rex* 952 e, 954 f, 955 a, 957 a b e f, 958 a b c d
Odo, *Henrici I Franciæ regis frater* 965 d
Odo, *Parisiensis episcopus* 901 d
Odo, *Sandionysianus abbas* 944 d e f
Odo, *Valvensis episcopus, præcipuæ Hadrianensis ecclesiæ consecrationi interfuit* 34 f
Oduinus II, *abbas Gislenianus* 1012 f
Odulfus, *Caroli Calvi tempore comes aliique ejusdem seculi et nominis* 342 a, ibid. c
Odulfus, *comes, Hildæ maritus* 338 a e, 340 b, 341 b d e f, 346 c, 347 d, 348 c e
† Odulphus *presbyter, in Belgio cultus* 326 b
Odus Favus *de Pisis, pueri S. Birgittæ intercessione a morbo sanati pater* 536 b
Odwinus I, *abbas Gislenianus* 1012 e
Oerloe *(Elizabetha de) canonica Belisiensis* 336 c
Offa, *Merciorum in Anglia rex* 939 b, 945 f, 946 b c
Ogerius, *abbas S. Martini insulæ Barbaræ* 284 a d
Ognies (*Isabella d'*) *Dononiensis abbatissa* 334 c
Ognies (*Maria d'*) *Dononiensis abbatissa* 334 c
Oilbaldus. *Vide* Gilbaldus.
Oisiaco (*Simon de*) *in Philippum Flandriæ comitem pervicax* 1091 e f
Olaus, *Aboensis diœcesis parochus, S. Birgittæ patrocinio cæcitate liberatus* 529 a
Olavus *agricola, gravi languore dæmonumque vexatione S. Birgittæ ope liberatus* 529 b c, 554 a b
Olavus *colonus, testus Boëtium, Petri filium, mortis periculo S. Birgittæ ope fuisse liberatum* 552 e
Olavus, *Lundensis diœcesis, mutus et claudus, S. Birgittæ patrocinio loquelam gressumque adeptus* 526 b, 556 d
† Olavus *martyr, Norvegiæ rex, a S. Birgitta peregrinatione honoratus* 398 a b c, 508 e, *item jejunio* 512 a
Olavus, *Ordinis Prædicatorum, Arosiensis Prior, testis Christinæ, filiæ Coper, S. Birgittæ ope a dæmone iterato liberatæ* 553 f
Olavus *parochus, mulieris Chorborg S. Birgittæ ope submersioni ereptæ, testis* 557 c
Olmgerus, *maritus Ingeburgis mutæ ope S. Birgittæ loquendi facultatem nactæ* 551 f
Onastancius, *S. Lietphardi martyris frater* 290 e
† Onesimus, *episcopus Ephesinus* 738 e, 837 f
Onesiphorus, *custos templi S. Demetrii Thessalonicæ* 125 c et seq., 127 b e
Onesiphorus *primicerius, ad quem Aristarchus de S. Dionysio Areopagitta scripsisse fingitur* 704 a
Onias II, *summus Judæorum Pontifex* 8 e f
Opizzo, *Parmensis episcopus, transtulit corpus S. Domnini* 990 e
Optimus, *episcopus Antiochenus in Pisidia* 753 d
Orgio (*Angelus Maria*) *ex Ord. S. Augustini Officium proprium S. Reparatæ concinnavit* 34 b
Origenes 808 c d e; *non citavit Opera S. Dionysii Areopagitæ* 802 f, 803 a. *Cur a S. Demetrio in exilium pulsus* 858 et seqq.
Orlandus *(Jacobus) S. Birgittæ miracula aliquot Bernardi Neapolitani archiepiscopi jussu collegit* 535 d
Orlandus *parochus, testatus Nicolaum parochum brachii doloribus ope S. Birgittæ liberatum fuisse* 551 c
Ornio *testis Gotherini Gaste S. Birgittæ patrocinio e carcere liberati* 556 a
Orta, *ad S. Hugonis sepulcrum sanata* 364 a
Obsertus *episcopus inter Prætermissos* 566 c d
Oscheri, *dux Normannorum* 424 e
Osee *propheta* 615 f
Osiander *hæreticus* 1100 b
Osilla, *Joannis de Molendino uxor* 271 b
Osiris *Ægyptius* 596 d
Osius, *Cordubensis episcopus* 842 a b
† Owaldus, *archiepiscopus Eboracensis confessor, datus die* XXVIII *Februarii, inter Prætermissos* 2 a
Othmarus, *abbas Breunoviensis* 1069 b
† Othmarus, *abbas S. Galli* 1053 a
Otho *comes, e regni Lothariensis proceribus unus, ad Ludovicum Transmarinum descivit* 1026 c
Otho, *Frisingensis episcopus, quibus sanguine junctus fuerit* 971 b c
Otho, *Genuensis archiepiscopus* 362 c d, 363 c; *S. Hugonis gesta examinavit et probavit* 364 b f
Otho IV *imperator* 933 c
Otho, *Romanorum imperator, Christianos non persecutus* 796 c
Otholdus *claudus, S. Dionysii intercessione sanatus* 932 f
Otto *Brunsvicensis* 386 e
Otto I *imperator* 1016 a, 1017 e, 1021, 1023 b, 1024 a, 1026 b c, 1027 f, 1037 a 1053 f, 1054 a
Otto II *imperator* 969 f, 970 a c d
Gtto III *imperator* 1027 c
Otto *marchio de Suinvorde* 1066 d
Otto, *Saxonum dux sub Ludovico III Germaniæ rege* 1050 b
Otto, *testis ruptæ B. Guntheri meritis catenæ* 1084 a
Otto Urseolus, *Venetorum dux* 1057 e
Oysy *(Maria d')* *Donaniensis abbatissa* 334 b
Ozias, *rex Israel, Romanis haud junior* 676 e

P

† Pachomius, *Tabennisiotarum institutor* 263 e f, 863 e, 1001 b e
Paga, *Beneventani principis filia, ad S. Reparatæ tumulum dæmone liberata* 29 d e
Palamas *(Gregorius) archiepiscopus Thessalonicensis* 50 c, 57 b
Palladinus *(Jacobus) archiepiscopus Florentinus S. Birgittæ reliquiis donatus* 484 b
Palladius, *Arianus episcopus sec.* IV 240 b c
Palladius, *Asponensis episcopus* 753 d
Palme, *Ymiciæ, Azochi de S. Zenone conjugis, soror* 366 e
Palmerius *Trapezyta, lethali morbo S. Birgittæ ope liberatus* 527 d, 536 e f
Palude *(Cæcilia de) Belisiensis abbatissa ejusque charta* 336 c
Pammachius *vir sanctus* 864 b
† Pamphilus *martyr* 858 f, 861 f
Pandulphus, *Theanensium princeps* 30 c e
Panecius (*Joannes*) *Culmensis archipresbyter* 1099 d
† Pannucius. *Vide* Paphnutius Heracleotes.
Pantænus, *scriptor vetus* 808 c
Papazura *(Francisca) in extremis positum, admotis S. Birgittæ reliquiis, mox convalescentem ac postero die incolumen vidit* 528 e, 540 b

Paphnutius *abbas, cognomento* Bubalus 998 a
Paphnutius Heracleotes *abbas qui S. Thaidem convertit* 223 c e f, 224 a b c, 225 b c d e, 226 a b d, 227 b, 228 a b
† Papias *martyr* 983 b c
Pappolus, *Carnotensis episcopus* 279 c
Pappolus, *episcopus Metensis* 1008 c e, 1009 d
Pardulus, *Laudunensis episcopus* 213 e f, 214 a c d
† Parmenas *martyr* 738 e
Parse (*Petrus*) *Fulquinum Melisson et Ingebaldum Jorson, a naufragio S. Birgittæ ope servatos, nudis pedibus Vastenæ incessisse, testatus* 559 b
Pascalis, *Pictaviensis episcopus* 886 c e
Paschalis I *Papa* 716 c
Paschalis II *Papa ecclesiam Cajetanam dedicavit* 28 b
† Paternianus, *Fanensis episcopus* 1040 e, 1041 b
Patre notre *(Joannis) filia visum, invocata S. Ragenfrede, recepit* 329 a
Patricius Junius 832 f
Patricius *præfectus, sub quo passus dicitur S. Artemon* 43 c d, 44 c
† Patroclus *martyr* 903 f, 904 a
Paula, *Joannis de S. Eustachio quondam uxor, S. Birgittam sibi beneficam pluries experta* 539 e
Paulina, *B. Adelberti, ut fertur filia* 303 a
Paulinus, *Antiochenus episcopus* 1001 a
† Paulinus, *episcopus Capuanus* 739 c
† Paulinus *Nolanus confessor* 541 b, 542 c; *tumultuarie presbyter factus Barcinone* 860 d, 861 c
† Paulinus *Trevirensis* 743 b
Paulus, *Alvastrensis monachus* 497 a
† Paulus *Apostolus* 238 d e, 349 c, 588 b, 698 a, 702 d e, 704 a d e f, 705 a, 706 a, 710 e, 713 b, 714 d, 718 a, 719 a, 720 e, 722 f, 723 a, 726 a, 727 c, 728 a, 729 a, 730 a, 733, d e, 734 f, 736 c, 737 c, 740 b, 746 d, 748 e, 764 b, 776 a f, 777 c d, 784 c, 792 d, 795 c, 798 c, 801 d f, 802 c d, 813 a, 851 a, 872 c, 929 f, 930 d, 1047 c, 1064; *f ejus reliquiæ in Lusitania* 260 c; *S. Dionysium et Damarim convertit* 771. *An Dionysium Areopagitam ordinarit episcopum Atheniensem* 787 b et seqq. *Visitatus a S. Gisleno* 1014 e, 1030 f; *templum ab eodem illi erectum* 1019 f, 1021 b f, 1022 a, 1032 a
† Paulus, *Constantinopolitanus episcopus, sua sede detrusus eique restitutus* 762 a
† Paulus *eremita* 848 c d
Paulus *martyr, S. Dionysii patriarchæ Alexandrini socius* 563 e
Paulus *monothelita seculo* VII 763 f
† Paulus, *Narbonensium apostolus* 869 f, 871 e, 892 a c d, 926 c e
Paulus I *Papa* 764 c f, 828 b, 830 b, 931 d e; *monasterium S. Dionysii a Stephano II inchoatum perfecit* 702 a, 735 d; *Pipino regi adscripta S. Dionysio Areopagitæ Opera dono misit* 702 b
Paulus V *Papa Cardinali de Berulle Breviarii Congregationis Oratorii Domini Jesu digerendi ordinandique facultatem dedit* 692 f; *cujusdam S. Reparatæ reliquias Hadrianensibus donavit* 39 a
Paulus *parochus, testis cæcæ B. Guntheri meritis visu donatæ* 1080 b
† Paulus, *S. Antonii Magni discipulus* 225 e; *cognomento* Simplex 226 d e, 228 a
Paulus *Samosatenus hæreticus* 14 e, 844 a
Paulus, *Thessalonicensis archiepiscopus, hæreticus* 55 e
† Paulus, *Virdunensis episcopus* 1009 e
Paulutius, *S. R. E. Cardinalis* 482 e
† Pelagia, *in Fastis Hieronymianis ad diem* VIII *Octobris annuntiata* 249 a c d
† Pelagia *martyr, ad diem* XIX *Octobris in multis Fastis sacris memorata* 248 c
† Pelagia *martyr, Comi culta* 261 b c
† Pelagia *virgo martyr Antiochena, data die* IX *Junii, inter Prætermissos* 2 b, 248 c, 257 c c, 563 b
† Pelagia *virgo martyr Tarsensis, data die* IV *Maii, inter Prætermissos* 2 b, 248 c, 257 b c
Pelagius *Papa* 480 f
Pelbartus *ex Ordine Minorum* 52 a
Pelim Pourrée *juvenis visum ope S. Ragenfredis recepit* 328 e
Pennalverius (*Joannes*) *ex Ordine S. Francisci, inter Prætermissos* 566 d
Pepe (*Franciscus*) *cultum S. Reparatæ promovit* 33 f
Perbundus, *Runchinorum rex* 173 f, 176 a b d e
Perchta, *Juttam a sanguinis fluxu B. Guntheri ope sanatam, testata* 1079 d
† Peregrinus, *Autissiodorensis episcopus* 937 f, 938 a
Peregrinus, *B. Guntheri ope sanatus* 1076 c
Perigenes, *episcopus Corinthiacus* 753 d
† Perpetuus, *Turonensis episcopus* 922 e f, 945 b c
Perrelli *ecclesiam S. Reparatæ Hadriæ consecravit* 34 d
Perrotus (*Pontius*) *episcopus Urbevetanus* 433 f, 434 a, 522 d
Petarson *(Joannes) Fulquinum Melisson et Ingebaldum Jorson, a naufragio S. Birgittæ ope servatos, Vastenæ nudis pedibus incessisse testatus* 559 b
Petra (*Thomas de*) 418 a
Petrata, *Sdysslavæ a dæmone B. Guntheri meritis liberatæ, maritus* 1080 f
† Petronia *virgo Romana, data die* XXXI *Maii, inter Prætermissos* 2 b
Petronilla, *monialis Porciliensis* 367 c
Petrucius *lethali morbo S. Birgittæ ope subito liberatus* 528 c d
Petrus *a cerebri vulnere ope S. Birgittæ sanatus* 559 d
Petrus Æmilianus, *Carmelitarum Generalis, inter Prætermissos* 3 a
Petrus, *Alexandrinus episcopus* 758 a b e f, 759 b c, 760 b
Petrus *Andreæ a Mohammer avus paternus S. Birgittæ, Suercherum II agnatione mascula attingens* 379 c d
Petrus, *antiquis Bulgariæ regibus ortus S. Demetrio templum condidit* 85 e, 86 a b c, 199 e f
† Petrus *apostolus* 35 a, 214 d, 234 c, 238 d e, 276 a, 310 c, 343 f, 345 f, 347 f, 349 c, 635 c, 710 e, 715 e, 732 e, 733 b c, 740 c, 754 a b e, 755 f, 756 a b, 780 c, 781 c, 784 b, 792 c d f, 795 c, 851 a, 872 c, 929 f, 930 c; *visitatus a S. Gisleno* 1014 e, 1030 e; *templum ab eodem illi erectum* 1019 f, 1021 b f, 1022 a, 1032 a, 1047 c, 1053 a
Petrus, *Aragoniæ rex* 386 d



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Petrus, *a tyranno quodam suspensus, sed S. Birgittæ patrocinio mortis periculo ereptus* 524 b
Petrus *Birgeri S. Birgittæ frater* 378 c, 379 a, 487 f, 506 e
Petrus, *Boëtii pater mortis periculo S. Birgittæ ope erepti* 552 e
Petrus *Capuanus S. R. E. Cardinalis* 441 b, *S. Dionysii reliquias e Græcia Romam detulit* 798 d e f; *perperam Corinthii creditas* 799 a b c d e
Petrus, *Christinæ, ope S. Birgittæ a dæmone liberatæ, testis* 552 a
Petrus *confessor, ex Ordine S. Francisci, inter Prætermissos* 566 b
Petrus, *Crispiniensis abbas* 1029 a
Petrus I, *Cypri rex. Vide* Luzignanus
Petrus II, *Cypri rex* 452 d e, 453 a c, 454 b, 455 f, 456 c, 521 b
Petrus *de oppido Mos S. Birgittæ patrocinio visum recepit* 525 f
Petrus, *Folquini, gravissimo dolore S. Birgittæ ope liberati, testis* 551 f
Petrus Galala 1044 b c
† Petrus, *Hamarensis episcopus, scripsit ad concilium Basileënse in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a
Petrus, *Heliopolitanus episcopus* 256 b
Petrus, *Hungarorum rex* 1057 e
Petrus, *Ingridis ancillæ S. Birgittæ a dæmone liberatæ, testis* 556 c
Petrus, *Israëlis, S. Birgittæ fratris, filius* 368 f
Petrus, *languore corporis B. Guntheri ope liberatus* 1075 c
Petrus, *Lincopiensis diœcesis, S. Birgittæ patrocinio a dæmone liberatus* 529 d e
Petrus, *Lundensis archiepiscopus* 477 a; *scripsit in favorem Revelationum S. Birgittæ ad concilium Basileense* 411 a
† Petrus *martyr Hispali, inter Prætermissos, de quo actum ad diem* III *Octobris* 564 b
† Petrus *martyr, S. Dionysii patriarchæ Alexandrini socius* 563 e
† Petrus *martyr una cum S. Marcellino* 977 e, 994 a d
Petrus, *Meldensis episcopus* 944 f
Petrus, *Neapolitanus archiepiscopus* 494 e
Petrus *Nicolai, suspendio S. Birgittæ ope liberatus* 560 a b c e
Petrus, *Nicomediensis episcopus* 833 d
Petrus *Olavi, monachus Vastenensis* 374 f, 409 e
Petrus, *Ordinis S. Francisci, Infans Aragoniæ* 416 d, 418 a, 428 f, 430 e, 452 d, 456 f, 457 a
Petrus, *Ordinis S. Hieronymi* 428 d
Petrus, *Paneadensis episcopus* 356 e
Petrus *parochus puellæ cæcæ et ægræ, S. Birgittæ ope sanatæ, testis* 556 c
Petrus, *Petrocoriensis episcopus* 22 b
Petrus, *primum Supprior, dein Prior Alvastrensis* 369 d, 374 d, 375 a b c d e, 376 b, 386 a, 391 a, 413 d e f, 414, 415 c d e f, 416 a, 419 e f, 420 a b e, 422 d e, 423 a c, 443 e f, 449 d, 465 e f, 499 a b, 513 b, 515 f, 521 f, 523 d, 549 f; *Revelationes S. Birgittæ Latinas fecit* 516 a b c; *litteras ab abbate Jullitensi, quibus hic se Birgittæ ope naufragio ereptum testatur, accepit* 530 b c d
Petrus *quidam Romanus, qui S. Dionysii Areopagitæ libros e Vaticana bibliotheca eruerit* 826 b
Petrus Ribbingus *S. Birgittæ ex filia Merita nepos* 389 c d
Petrus, *Rotomagensis episcopus* 1009 b
Petrus, *S. Claræ Pisanæ pater* 370 c
Petrus *sartor, amissos corporis sensus S. Birgittæ ope recepit* 550 d
Petrus *sartor, monasterii Vastenensis frater* 437 c
Petrus *Sca episcopus* 380 a
Petrus, *senex pauper et cæcus S. Birgittæ ope visum recepit* 557 a b
Petrus, *Stregnesiensis episcopus* 389 e
Petrus, *Theodosiopoleos episcopus Severianus, collationi cum Catholicis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
Petrus, *Transimundi filius* 32 d
Petrus, *Vastenensis confessor generalis* 375 b, 386 a, 391 a, 414 e, 423 c d, 424 c, 425 e, 432 a f, 433 a c d e, 434 b, 435 a c, 441 c d, 449 d, 459 a b, 461 f, 465 e, 499 b, 506 c, 507 a c, 509 f, 513 f, 518 c, 521 f, 523 b, 550 a, 553 e
Pharao, *Ægypti rex* 597 b, 625 b, Apophis *dictus, Saram sibi sustulit* 623 e f; *ac ob id a Deo punitus* 624 a; *marito suo intactam restituit* 624 c
Pharao, *Ægypti rex, mari submersus* 794 c
Pheldas, *Nachor junioris et Melchæ filius* 672 a
Phelipeaux *presbyter Sorbonæ doctor* 229 e, 231 c
Phicol, *dux Abimelechi, regis Geraræ* 663 a b, 664 b
Philagrius, *S. Gregorii Nazianzeni intimus* 761 a
Philippa *Erici Sueciæ regis uxor* 477 a, 481 f
Philippa, *monialis Porciliensis* 367 c
Philippa, *Sueciæ regina* 389 f
Philippi, *imperatores Romani* 895 d
Philippus, *archidux Austriæ, Maximiliani I filius* 1029 a
Philippus, *cujus filiæ dono prophetiæ erant præditæ* 755 c
Philippus *Elsatius, Flandriæ comes, Theodorici filius* 1091 e f
Philippus I, *Francorum rex* 284 b, 853 a, 1028 c, 1086 f
Philippus II, *Galliæ rex* 800 d, 933 c, 943 d e, 944 c, 949 e, 950 e, 964 f, 965 a
Philippus III, *Galliæ rex* 934 f, 950 c
Philippus VI, *Galliæ rex* 426 f, 943 f, 944 a
Philippus *Galliæ S. R. E. Cardinalis, causæ S. Birgittæ examinator* 369 a
† Philippus, *Gortynensis episcopus, datus die* XI *Aprilis, inter Prætermissos* 2 a
Philippus, *Hispaniæ episcopus* 711 f, 712 b, 792 f, 795 d
Philippus II, *Hispaniæ rex* 260 a, 441 c
Philippus III, *Hispaniæ rex* 441 c
Philippus, *Macedoniæ episcopus* 760 a
Philippus, *Ostrogothiæ dux* 384 e, 489 f
Philippus, *Parmensis episcopus* I 990 a
Philochronus, *scriptor Atheniensis* 769 d
Philotheus, *patriarcha Constantinopolitanus* 50 c, 57 a b
Philoxenus, *Dulichii episcopus Severianus, collationi cum Catholicis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
Philoxenus, *Hierapolitanus episcopus* 815 e
Phinees *Eleazari filius* 1093 e
† Phocas *martyr, cui templum Basilius Macedo condidit* 1044 f, 1045 d
Phocas *tyrannus* 70 e, 135 b e
Pholeas, *Sisinii Laodiceni episcopi diaconus* 45 e
Photinus *hæreticus* 14 e
† Photinus, *Lugdunensis episcopus* 878 f

†† Photinus *martyr et socii, de quibus actum est ad 2 Junii* 562 d
Photius, *patriarcha Constantinopolitanus* 51 f, 52 c, 54 b
† Piatus *martyr* 722 e f, 888 c d f, 891 d, 897 c e, 907 a; *ejus reliquiæ ad Hasnoniense monasterium delatæ* 321 f
Pictiolella, *a dæmone incubo ope S. Birgittæ liberata* 451 d, 458 b, 471 a, 516 f et seq. 519 c, 541 c d e
Piglicarus *(Nicolaus) S. Hugoni familiaris* 363 f
Pingré, *abbatiæ S. Genovevæ Parisiis canonicus Regularis, rei maritimæ astronomus et geographus regius, Mss. aliquot notitias ad nos misit* 883 a c; *S. Anastasii Ὁδηγὸν nostri causa consuluit* 805 b
Pinianus, *Albinæ filius tumultuarie factus episcopus* 860 d, 861 c
Pipinus II, *dictus* Heristallius, *Ansegisi filius* 296 a, 302 d
Pipinus III, *dictus* Brevis, *Caroli Martelli filius Galliarum rex* 296 a, 302 d e f, 309 e, 330 d, 702 b, 713 a, 728 c, 735 c, 764 c, 830 b, 887 b c, 898 b, 919 b, 921 f, 930 b, 931 a, 932 d e f, 933 a d, 934 e, 937 c
Pipinus, *Ludovici Pii filius, in patrem rebellis* 696 c
Pius II *Papa* 416 e; *Guilielmum Parisiensem episcopum ad reformandum Fontisebraldi monasterium delegavit* 692 f
Pius V *Papa* 260 d
Placidia, *Valentiniani III mater, defuncti S. Germani corpus pretiosis vestibus ornavit* 269 b
Placita, *monialis Porciliensis* 367 c
Plate *(Erngisto) Ramburgis, Benedicti Minniskiold filiæ maritus* 379 f, 380 a
Plumling *(Valentinus) canonicus Lutosanus, S. Odilonis reliquias in decentiorem capiam transtulit* 360 e
† Plutarchus *martyr* 857 e
Podio *(Raymundus de) equitum Hierosolymitanorum magister* 362 e, 364 f
Polycarpus, *episcopus Nicopolitanus in Tracia* 753 d
† Polycarpus *martyr* 740 b f, 774 b f, 775 b, 790 f, 791 a; *discipulos in Gallias misit* 733 a b; *ad eum epistolam S. Dionysius Areopagita scripsisse fertur* 802 c
Polychares *Lacedæmonius a Messeniis captus* 770 b
Pompo *magister cruciferorum, fundator monasterii Franciscani Thuronii* 1095 a b
Pontius, *Santonensis episcopus* 22 b
Poppo, *patriarcha Aquileiensis, dein Papa* Damasus 1066 a
† Porcarius *martyr, abbas Lerinensis* 294 c
Pornacio *(Joannes de)* 435 f, 436 a, 494 e, 516 d; *S. Birgittam a terra elevatam sese vidisse tetatus* 514 b c
Porphyrius, *episcopus Antiochenus* 1001 a
Porrée *(Oudinus) visitationi reliquiarum S. Evodii interfuit* 245 d
Porretanus *(Gilbertus) Pictaviensis episcopus* 1089 c
Porse *(Petrus) vir nobilis, Margaretæ paralyticæ S. Birgittæ patrocinio sanatæ, testis* 551 e; *coram quo Asta vidua filiam Extridem ad vitam revocatam fuisse, testata est* 559 f
Posthumus, *imperator* 902 f, 903 c
† Potamiena, *martyr Alexandriæ* 857 e f
Potentia *S. Triduanæ socia* 280 d, 281 a
Pozdaca *mutus B. Guntheri meritis loquelam recepit* 1079 e
† Prætextatus, *Rotomagensis episcopus* 241 b, 1009 a; *subscripsit concilio Parisiensi* III 241 e
† Primina *inter Prætermissos* 3 c
† Priscus *martyr Cociaci in Gallia* 905 c d
† Privatus *episcopus martyr in Occitania* 923 c
† Privatus *martyr* 249 c d
Probus *imperator Romanus* 42 c
† Probus *martyr Tarsensis* 25 b; *dandus die* XI *Octobris, inter Prætermissos* 3 e, 570 f
Proclus, *Atheniensis philosophus* 824 f, 826 b, 853 f; *qui Dionysii Areopagitica occultarit* 827 d
† Proclus *Constantinopolitanus episcopus* 753 d e, 757 e, 783 c, 820 f, 822 a
Proclus *Lycius Atheniensi Academiæ præfectus* 1013 e
Procopius *dux sub Bretizlao Bohemiæ duce* 1066 d
† Procopius *martyr* 82 e, 83 f, 84 c
† Proculus *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Proculus, *Massiliensis episcopus* 235 b
Promotus *presbyter* 279 c
Promotus, *Tusciæ proconsul* 48 e f, 49 d
† Protasius *martyr Mediolani* 240 e
† Proterius, *patriarcha Alexandrinus martyr* 820 a, 822 b
† Protus, *martyr Romæ* 238 c
Protywoy *miles* 1081 a
† Prouinus, *Laudensis episcopus* 233 f, 234 a, 238 d, 240 e, 241 a
Przibislava *matertera Sdysslavæ a dæmone B. Guntheri meritis liberatæ* 1080 f
Przymislaus II, *Bohemiæ rex* 1081 e, 1084 d
Ptolomæus Philadelphus, *Ægypti rex, testamentum vetus in linguam Græcam ex Hebraica transferendum curavit* 7 e
Ptolomæus *S. R. E. Cardinalis* 482 d
† Publius *martyr episcopus Atheniensis* 756 f, 787 c, 789 e f, 790 a b c, 791 a c d
† Pulcheria, *imperatrix Constantinopolitana* 780 f, 782 b c d e, 783 a c e, 786 c, 882 e; *corporis S. Mariæ inveniendi studiosa* 779 f
Putno *pater puellæ ad vitam B. Guntheri meritis revocatæ* 1080 a
Pyno *vir nobilis, oculum, quo privatus ob derisam S. Birgittam fuerat, ejusdem ope recepit* 532 e
Pyracio *(Ludovicus de) Revelationum S. Birgittæ patronus* 412 b
Pyrrhus *monothelita seculo* VII 763 f
Pyrrhus, *Turcorum dux* 204 b e f, 205 a
Pythagoras *philosophus* 645 b

## Q

Quaeratus, *episcopus Atheniensis, Christianæ religionis propugnator* 755 c, 787 c, 789 e f, 790 a b c d, 791 a c d
Quanone *(Anselmus) Dominicanus in instrumento ecclesiæ Lutosanæ anni* MDCCIV *memoratus* 360 e
Quinquet *(Nicolaus) Cisterciensi instrumento a Carolo Josepho Cottin de capite S. Dionysii confecto subscriptus* 800 c, 801 a
† Quintinus *martyr apud Veromanduos* 219 e, 888 d e, 897 c
† Quintisus *inter Prætermissos* 570 e
† Quiriacus *martyr Alexandriæ* 857 e
† Quirinus *martyr inter Prætermissos, dandus ad diem* XI *Octobris* 570 f
† Quiritius, *martyr Tarsensis. Vide* Cyricus.

R


Rabanus Maurus, *abbas Fuldensis* 977 e
Rachel, *uxor patriarchæ Jacob* 584 b d, 639 f, 1093 d
Radagasius, *Hunnorum rex, Florentiam frustra obsedit* 30 f, 38 f
† Radegundis, *regina Franciæ* 876 e, 879 d, 881 f
Radelgisus, *Beneventanorum princeps* 1041 e
Radomirus. *Vide* Gabriël, *Bulgariæ rex.*
Radulfus, *Cabilonensis episcopus* 286 b c d, 288 e
Ræchmundus *Dominicanus, S. Birgittæ defensor* 513 f, 514 a
† Ragenfredis, *Dononiensis abbatissa* 228 f; *ejus reliquiæ ab castrum Cameracesii delatæ* 1027 d
Raginerius I, *Hannoniæ comes* 315 c, 1026 f,
Raginerius II, *Hannoniæ comes, Giselberti frater* 1025 c
Raginerius III *(alias* IV*) Hannoniæ comes* 1027 a b
Raginerius IV (*alias* V) *Hannoniæ comes* 1027 f
Ragnaldus, *Ingenaldi infantem ad vitam S. Birgittæ ope fuisse revocatum, testatus* 552 e
Ragnaldus, *vir nobilis, paralyticus, S. Birgittæ ope sanatus* 526 f
Ragnemodus, *Parisiensis episcopus* 892 e
Raguel *Tobiæ juniori benedixit* 10 d
Raimundus, *Petrocoriensis episcopus* 22 c
Rainaldus, *Hebronensis episcopus* 691 b
Rainerus, *Burelianensis episcopus* 1029 b
Rainoldus, *episcopus Parisiensis* 901 c
Rambertus *B. Adalberonem sibi apparentem vidit* 1054 a
Ramburgis, *Benedicti Magni Minniskiold filia* 379 f, 380 a
Ramburgis, *carcere S. Birgittæ patrocinio liberata* 551 d
Rames *(Balduinus de)* 689 d
Ramfridis, *uxor Israëlis, fratris S. Birgittæ* 378 e
† Rasso, *comes Andecensis, S. Simeonis reliquias in Bavariam detulit* 21 d
Ratbodo, *Trevirensis archiepiscopus* 1051 f
Ratbodus, *Novomagensis episcopus* 321 e, 1028 b
† Ratbodus, *Ultrajectensis episcopus* 326 b
Rathbodus, *Gislenianus abbas* 1011 f
† Ratho. *Vide* Rasso.
Ratmundus, *abbas Altahensis* 1063 f, 1064 e, 1066 a, 1070 f
Ravachaulus (*Bartholomæus*) *ecclesiæ S. Simeonis in urbe Veneta plebanus, ejusdem Sancti reliquias illic honorifice suis sumptibus recondi curavit* 20 d e
Rawinzwart, *nobilis Anglus, Birgittinis beneficus* 477 b
Raymundus, *comes Bigorritanus, monasterium S. Sabini Levitani instauravit* 1004 b d
Raymundus *presbyter* 517 b, 541 d
Raynaldus, *Comensis episcopus* 238 e
Raynaldus, *S. Joannis in Venere abbas, præcipuæ Hadrianensis ecclesiæ consecrationi interfuit* 34 f
Raynerus, *Aurelianensis episcopus* 321 e
Raynerus, *Canonicorum Regularium Hebronensium Prior* 689 a b
Razo, *monachus Rinchnacensis* 1063 a c
Rebecca, *Bathuëlis filia, uxor Isaaci* 584 b d, 672 e f, 678 c e, 679 f, 681 f, 682 a b d e, 686 a; *ejus reliquiæ in ecclesia Hebronensi inventæ* 688 et seqq.
Regenera *ejusque charta seculi* XI 336 b, 340 a, 341 b
† Regenfledis *virgo. Vide* Ragenfredis.
† Regina, *Pipini regis consanguinea, S. Ragenfredis mater* 295 b f, 296 a c, 297 a, 298 c et seqq., 302 a c e f, 303 a b d, 304 c d, 309 a f, 311 b c d, 312 c, 315 b, 318 b, 319 f, 321 b d f, 327 a, 328 a c, 329 d, 330 d, 332 c, 333 b d
Reginerius Longicollus, *Hannoniæ comes. Vide* Raginerius I.
Reginwardus, *S. Emmerammi abbas, corpus S. Dionysii, ut ferebat inscriptio, invenit* 952 a c d, 953 e f, 954 a b e f, 962 f, 963 a, 966 c, 967 e, 969 e, 970 b, 973 c d, 974 a b, 978 b c d e, 979 c e, 982 b f, 983 a b c e f, 984 f. 985 a b c e f, 986 a e, 987 a
Regnier *faber, præciso pene digito, S. Ragenfredis ope repente sanatus* 327 c
† Regulus, *signatus* XVII *Octobris in Breviario Aberdonensi* 280 c, 281 a d
† Regulus, *Silvanectensis episcopus* 896 a c, 897 c
Reinhardus *comes, major-domus ecclesiæ Fuldensis* 1066 d
Remigius, *monachus Rinchnacensis* 1063 a c
† Lemigius, *Remensis episcopus, Clodovei Franciæ regis baptista* 726
Respecta, *monasterii S. Cassiani prope Massiliam abbatissa* 294 a
Restitutus *quidam (legendum forte* Rusticus *quidam) uxorem suam tantisper ad vitam revocari, invocata S. Birgitta, obtinuit* 544 f et seq.
Retrudis, *Ansoldi viri nobilis uxor* 901 c
Reverentius, *Tyri episcopus* 753 d
† Reverianus, *episcopus Augustodunensis martyr* 904 c, 905 b f
Ribodimonte *(Anselmus de)* 1087 a b
Ribsinda, *abbatissa S. Mariæ Theodotæ* 1052 a b
Richardus, *Burgundiæ dux* 313 e
Richardus, *Leodiensis episcopus* 336 b
Richardus, *S. Vedasti abbas* 317 d
† Richardus, *Virdunensis abbas* 317 a
† Richarius, *Centulensis abbas, inter Prætermissos, de quo actum est ad* XXVI *Aprilis* 562 b c
Richarius, *Pataviensis episcopus* 1050 c, 1052 c
Richildis, *secunda Caroli Calvi uxor* 214 c, 307 b, 313 e, 352 b
Ricoara *neophyta, Auriniacensi abbatissæ regulari substituta* 214 c, 215 a b, 218 e
Rictiovarus *præses sub Diocletiano* 218 a, 890 c
† Rictrudis *Marchianensis, cujus reliquiæ ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem anno* MLXX *fuerunt deportatæ* 321 f; *in Litaniis Cameracensibus invocata* 297 c
Riczardus *Raynaldi, director festivitatis S. Reparatæ Hadriæ* 32 e
Rithardus, *Leodiensis episcopus. Vide* Richardus.
Roberti *(Joannes) sacræ Theologiæ doctor, S. Dionysii reliquias inducatu Luxemburgensi inspexit* 801 f
Robertus I, *Atrebatensis episcopus* 1088 e
Robertus II, *Atrebatensis episcopus* 317 f, 333 e; *ejus charta* 322 b c e f

Robertus, *Austrevandensis archidiaconus, subscriptus Roberti Atrebatensis episcopi chartæ anni* MCXVIII 322 e
Robertus I, *Balduini Insulani filius, Flandriæ comes* 1086 f
Robertus *canonicus, subscriptus chartæ Roberti episcopi Atrebatensis anni* MCXVIII 322 e
Robertus, *Drocarum comes, Ludovici VI Franciæ regis filius* 243 a e
Robertus, *Galliæ rex* 901 c, 913 b
Rebertus, *Hasbaniæ comes* 342 b
Robertus II, *Laudunensis episcopus* 215 d
Robertus, *Lincolniensis episcopus, inter Prætermissos* 566 e f, 567 a
Robertus, *Neapolitanus canonicus, dein Ordinis Cisterciensis, sanæ menti a S. Birgitta redditus* 515 b
Robertus, *Nicolai de Ursunis filius, cui Gregorii XI in Urbem reditum S. Birgitta prædixit* 458 c, 465 d, 520 d, 542 a
Robertus, *rebellium in Carolum Simplicem dux* 947 e
Robertus, *Siciliæ rex* 457 c, 494 f
Rodbertus *vicecomes, chartæ Lamberti Cabilonensis comitis subscriptus* 286 c
† Rodesindus, *episcopus Dumiensis, inter Prætermissos, de quo actum est* I *Martii* 562 a
Rodingus, *episcopus Florentinus* 341 e
Rodolphus, *Burgundiæ rex* 1865 b c
Rodriguez *(Ferdinandus) Alphonsi Giennensis episcopi pater* 375 f
Rodulfus *presbyter* 941 b
Rodulphus, *Caroli Calvi nepos* 313 e, 314 b
Rogerus, *Cameracensis episcopus, S. Gisleni reliquias transtulit* 1028 d e
Roma, *Nachoris Junioris uxor secundaria* 672 e
Romana *diaconissa, de qua agetur ad* XIX *Octobris* 265 d e f, 266 a, 267 d f, 268 b d f
† Romana *virgo martyr* 216 b, 218 d f, 222 c
† Romanus, *Rotomagensis episcopus* 1009 c
Romanus. *Vide* Gabriël, *Bulgariæ rex.*
Rono *(Riquidus de) Joannem agricolam a gravi vulnere S. Birgittæ ope sanatum fuisse, testatus* 558 c
Rosa, *B. Adelberti, ut fertur, filia* 303 a
Rostwinda, *forte Caroli Magni soror* 19 c
Rotbertus, *Sandionysianus abbas* 970 a
Rothardus *clericus* 933 b
Rothbodus, *abbas Blandiniensis* 1011 f
Rotrudis, *Gerardi comitis Parisiensis uxor* 932 d
Ruben, *filius Jacob, incestus a S. Scriptura redargutus* 589 c
Rudesindus. *Vide* Rodesindus.
Rudhardus, *domus regiæ procurator, memoratus in charta B. Adalberonis* 1052 a
Rudolfus, *Turonensis archiepiscopus* 866 d
Rudolphus, *Saxoniæ et Luneburgi dux, e S. Birgittæ reliquiis obtinuit* 484 a
† Ruffinus *martyr apud Suessiones* 897 c, 906 a
† Ruffus, *episcopus Metensis* 1009 f
† Rufina *virgo martyr Hispali* 274 d
Rufinus, *monachus Aquileinsis* 239 c
Rufius Festus, *Græciæ consul, Areopagitis adscriptus* 769 a
Rugennius *(Hithuniastus) Margaretæ Hilchyvasti filiæ S. Birgittæ patrocinio a languore sanatæ, testis* 557 a
Runey. *Vide* Mattheus Jacobi.
Rupertus *comes, in charta B. Adalberonis memoratus* 1052 a
† Rusticus, *S. Dionysii, Parisiensis episcopi et martyris, socius* 3 c, 244 d, 490 b, 696 a b, 703 f, 706 c, 720 e f, 721 e f, 737 b, 740 c, 744 c, 745 a e, 746 e, 747 b, 793 a d f, 794 b f, 796 d, 797 a
Ruth *(Petrus) mortis periculo S. Birgittæ patrocinio ereptus* 557 e et seq.
Ryatilborg, *Gymari uxor, periculoso in partu S. Birgittæ auxilium experta* 550 e
Rychardus, *testis ruptæ B. Guntheri meritis catenæ* 1082 a

S

† Saba *abbas seculo* VI 781 f, 783 a c
Sabella *(Stephana) monialis S. Laurentii de Paniperna Romæ, S. Birgittæ sacellum struxit* 461 a, 462 a
Sabellis *(Francisca de) ad S. Birgittæ feretrum sanitati reddita* 462 a, 471 c, 527 c, 539 f
Sabellius *hæresiarcha* 7 b, 14 c d e, 842 a b, 847 a
Sabezana *(Hugo di) testis in causa S. Hugonis* 364 b
† Sabinus *confessor in territorio Pictaviensi* 1002 a b
Sabinus, *episcopus Hispalensis* 274 d
† Sabinus *martyr in territorio Pictaviensi* 1002 a b
† Sabinus. *Vide* Savinus.
Sadoc *sacerdos e familia Eleazari* 12 a
Saget *(Joannes) visitationi reliquiarum a S. Lupi abbate Trecis factæ interfuit* 245 d
Sale, *patriarcha postdiluvianus* 572 d, 574 e, 592 d; *veri Dei cultor* 581 c
Salendius *(Franciscus) notarius* 1039 c
Salis *(Giraldus de) Liguriensis monasterii fundator* 22 e
Salomon III, *Constantiensis episcopus* 1053 c
† Salomon *e rege Hungariæ eremita* 78 a
Salomon *rex* 10 b, 626 e, 639 f, 646 c, 647 b; *regni ejus extensio* 637 e f
† Salsa, *inter Prætermissos* 570 e
† Salvianus *presbyter, Timothei nomen mutuatus* 852 b
† Salvius *episcopus martyr* 1026 e; *ejus reliquiæ ad Castrum Cameracesii delatæ* 1027 d; *uti et ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem* 321 f
Samignanus *(Rogerius) febri S. Birgittæ patrocinio liberatus* 536 e
Sammai, *ex quo orti scribæ et Pharisæi* 8 c
Samson, *Remensis archiepiscopus* 943 a; *Litem Aquicinctinis monachis adjudicat* 1089 a b c, 1091 a
Samuel, *Bulgarorum rex* 199 a 202 e
Samuel, *Hungarorum rex* 1057 e
Samuel *monachus, forte Sandionysianus* 931 f
Samuël *propheta* 588 b, 614 e, 622 a
Samundir, *visus Thorunæ, Ysæ viduæ filiæ, S. Birgittæ patrocinio restituti, testis* 555 e
Sanctia *Roberti Siciliæ regis uxor* 441 f, 506 f, 509 e
† Sanctinus, *episcopus Meldensis* 736 b c d e f; *Antonium suis precibus ad vitam revocasse fertur* 715 b c d f
Sapphira *a S. Petro Punita* 136 a
Sarai, *uxor Abrahami* 572 b, 593 b, 604 a, 607 d, 608 d, 610 e, 618 c, 621 c d f, 622 b e, 623 a b c d, 625 b c, 638, 640 c d e, 641 e f, 642 a b, 648 a c e, 649, 650 a, 651 c, 652 c d e f, 655 e, 657 a b c d e, 658 a b d e f, 659 f, 660 b c d e f, 661, 662 a c d e,

a c d e, 672 c, 678 b c d, 682 b f, 683 a b c d, 684 a b c d e, 685 a b, 686 d, 692 c, 693 e, 694 a; *decennio junior Abramo* 579 e, 593 b; *nonagenaria Isaacum peperit* 576 a b; *Abrami itinerantis socia* 576 e, 602 f, 606 e; *sublata a Pharaone* 623 f; *Tharæ, an Arani filia?* 593 et seqq.; *probabilius Arani filia* 598 et seq. *Dei jussu* Sara *dicta* 593 b, 648 b; *soror dicta Abrami* 624 c; *auctor marito fuit, ut Agarem duceret* 638 b; *Agarem domo exputit* 638 e, 661 f; *sublata ab Abimelecho, et intacta reddita* 658 d, 659 d; *sepulta in Hebron* 673 et seqq.; *reliquiæ ejus in Hebronensi ecclesia inventæ* 688 d et seqq.

Sarolta, *Geissæ Hungarorum ducis filia* 1057 e

Saruch, *patriarcha postdiluvianus* 582 b f

† Saturnina *virgo martyr Romana* 218 b, 222 c

† Saturninus, *Tolosanus episcopus et martyr* 723 b, 792 f, 793 a, 869 f, 871 e, 876 d f, 877, 878 a b c, 879 d, 881 f, 886 c d e, 892 a c d, 895 c, 923 c, 926 b d; *seculo* III *in Gallias venit* 795 d

Saturnus 644 b; *Athenis cultus S. Pauli ætate* 704 c d

† Savinianus *martyr in territorio Tricassino* 903 f, 904 b d

† Savinus, *Placentinus episcopus* 235 b c

Saunier *(Michaël) Condeti S. Libariæ dominus* 229 e; *signavit litteras authenticas Caroli de l'Aigle de S. Libariæ reliquiis* 230 b c *et Bossueti episcopi Meldensis* 231 c

Sauskalasse *(Nicolaus) equi, ad vitam, invocata S. Birgitta, revocati, testis* 558 f

Schechk, *(Jacobus) Prior generalis Ordinis S. Birgittæ in Bavaria, hujus cultum promovit* 482 d

Schembecus *(Fredericus) scripsit vitam B. Joannis Lobedavii* 1097 e

Scuira *(Hermannus) testatus, cuidam de illata S. Birgittæ injuria pœnitenti alterum oculum ejusdem patrocinio restitutum fuisse* 549 f

Scylo-Joannes. *Vide* Joannes *dictus* Calo-Joannes.

Sdysslava, *a dæmone B. Guntheri ope liberata* 1080 e

Sebastianus, *Lusitanæ rex, apud Afros cæsus* 260 a c d

† Sebastianus *martyr, a S. Birgitta jejunio honoratus* 512 a

† Secunda, *inter Prætermissos* 570 e

Secundianus, *episcopus Arianus seculo* IV 240 b e

† Secundus, *inter Prætermissos* 570 e

Seguin *(Joannes) medicinæ doctor S. Libariæ reliquias recognovit* 230 d

Sem *filius Noë* 572 b c, 573 f, 576 c, 592 d, 603 d, 628 e, 629 a, 631 f, 680 f, *veri Dei cultor* 581 c, 582 c; *annus ejus natalis loco non uno S. Scripturæ indicatus* 574 b c

Semeber, *rex Seboim a Chodorlahomero victus* 627 c

Sennaab, *rex Adamæ a Chodorlahomero victus* 627 c

Senzelles *(Oto de) Lætiensis abbas* 399 b

† Septima, *inter Prætermissos* 570 e

† Septiminus, *inter Prætermissos* 570 e

† Septimus, *inter Prætermissos* 3 d

Seraphina, *monialis Porciliensis* 367 c

† Serena, *inter Prætermissos* 570 e

†† Sereni *Gemini MM.* 857 e

Serenus, *Massiliensis episcopus* 1008 f

Sergius, *Constantinopalitanus episcopus* 863 e

Sergius, *Cyri episcopus Severianus, collationi cum Catholicis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e

† Sergius *martyr* 206 b, 278 c, 279 d

Sergius *Monothelita seculo* VII 763 f

† Sergius I *Papa, litanias præscripsit in festo Præsentationis Domini* 5 b

Sergius III, *prius factiose in Papam electus* 1053 d

Sermattei *(Adrianus) Viterbiensis episcopus* 1042 d

† Servatius, *episcopus Tungrensis, confessor* 210 f, 211 d e, 212 b d e, 335 f, 336 a, 339 c d f, 341 a, 344 a e, 345 e, 346 c, 347 f, 348 a; *ejus reliquiæ ad Ottonem I delatæ* 1027 f

Sesostris, *Ægyptiorum rex* 644 e

Sessonus *(Petrus) equi ad vitam, invocata S. Birgitta, revocati dominus* 558 f

Seth, *Adæ filius* 573 f, 641 e, 686 f, 692

Severianus *præfectus Augustalis Patrum scripta corrupit* 821 f

† Severinæ *Cardinalis, cujus collectio S. Reparatæ Acta metrica nobis suppeditavit* 25 e

Severinus, *Farensis episcopus, scripsit ad concilium Basileënse in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a

† Severinus, *Tungrensis episcopus, forte idem qui Coloniensis* 211 f

Severus, *Antiochenus patriarcha* 815 e, 824 d

Severus *hæreticus* 820 a

Severus *imperator, Christianos persecutus* 857 d e

Severus, *Macedoniæ episcopus* 760 a

Severus, *Pragensis episcopus* 1068 a b, 1072 c, 1073 e f, 1074 a

Siagrius, *Romanorum dux* 869 b

Sicardus, *princeps Beneventanus, infestus S. Deusdedit* 1042 b c, 1043 d, 1044 d

Sichem, *filius Hemor Hevæi Dinæ raptor* 620 a, 645 f, 677 d e

Sichem, *pater Hemor, gente Chananæus alius a Sichem Dinæ raptore* 677 d e

Sicherus, *Aquicinctini monasterii fundator* 1087 a

Sico, *princeps Beneventanus* 1043 b c

Siconulfus, *Salernitanorum princeps* 1041 e

Siconulfus, *Sicardi frater* 1043 c

Siga *(Simon) Nicolai Skuame, Petri Ruth, et Andreæ Gala S. Birgitæ ope mortis periculo ereptorum, testis* 558 b

Sigebertus I, *rex Metensis* 917 c, 924 c d e

Sigebertus II, *rex Austrasiæ, Dagoberti I filius* 1020 c, 1021 d

† Sigfridus *confessor, jejunio a S. Birgitta honoratus* 512 a

Siggo, *Scarensis episcopus, scripsit ad concilium Basileënse in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a

Sigismundus III, *Poloniæ et Sueciæ rex* 482 f, 484 b f, 1093 f, 1099 e

Sigismundus, *Stregnesiensis episcopus* 513 b

Sigolfus, *cœnobita Lauresheimiensis* 1050 c

Sigridis. *Vide* Sigris.

Sigridis, *puella paralytica, S. Birgittæ ope sanata* 557 d

Sigris, *mater dicta S. Birgittæ, aliis avia materna* 377 f, 378 a b c, 379 d, 380 f, 469 b, 487 e

Silena *cancellarii urbis de Monte nigro conjux, voto S. Birgittæ facto, ulcera liberata* 539 d

Silena, *mater Paulæ, Joannis de S. Eustachio uxoris ad sanitatem fusis ad S. Birgittam precibus revocatæ* 539 e

Silvanus, *Troadensis episcopus* 753 d

† Silvester,

† Silvester, *altare sibi sacrum habet in præcipua Hadrianensi ecclesia* 35 a
† Silvester, *Cabilonensis episcopus* 285 b d e f, 286 a, 288 a f
Silvester *cæcus S. Birgittæ patrocinio visum adeptus* 558 e
Silvester, *Rotomagensis episcopus* 241 b e f, 242 a, 245 e, 1009 b
Simeon *filius Jacob, crudelitatis a S. Scriptura redargutus* 589 c
Simeon *Gamalielis* 8 b
† Simeon, *Hierosolymitanus episcopus, cum S. Simeone propheta male confusus* 23 e; *annum* CXX *ætatis attigisse dicitur* 790 f
† Simeon *propheta* 435 c, 943 d e
† Simeon *Stylita junior* 818 a
Simeonides, *S. Ephrem Syri discipulus* 817 a c
Simon, *Alexandri et Rufi pater* 584 e
Simon, *Aquicinctinus abbas IX* 1084 c, 1085 b
Simon *Cardinalis S. Cæciliæ, postea Martinus IV* 949 e
Simon, *cognomento* Justus, *summus Judæorum sacerdos* 7 f, 8 d f
†† Simon *et* Judas 739 c
Simon, *Gerardimontanus abbas* 1012 a
Simon, *Gislenianus abbas* 1011 f, 1012 a b d, 1021 c d, 1027 a b, 1037 f
Simon *Hæresiarcha* 7 b, 14 c d e
Simon *magus* 882 c, 883 e; *a S. Petro punitus* 136 a
Simon *Ordinis Prædicatorum, Petro regis Cypri patruo a confessionibus* 518 b, 521 b
Simplicius, *Parisiensis episcopus* 1008 f
† Siricius *Papa* 240 d
Sisinius, *Laodicenus episcopus* 42 c d e, 43 a, 44 c, 46 c
† Sisinnius *martyr in agro Tridentino* 238 a
Sisinnius *Thessalonicam a S. Demetrio cum militibus navigare jussus* 182 a, 186 b e
Sividus *Ribbingus, Mærettæ seu Meritæ S. Birgittæ filiæ maritus* 388 a
† Sixtus II *Papa* 720 a, 888 a
† Sixtus III *Papa* 242 a
Sixtus IV *Papa* 474 c
Sixtus V *Papa* 274 f; *Anconitanis ut ex reditibus Montis Pietatis S. Claræ monialibus monasterium erigerent, concessit* 48 c
Sixtus *philosophus cum Sixto Papa male confusus* 833 c
Skuame *(Nicolaus) mortis periculo S. Birgittæ patrocinio ereptus* 557 e f, et seq.
Smak *(Joannes Culmensis canonicus* 1100 a
Soal *monachus, naufragio S. Birgittæ ope ereptus* 549 e
Sobrano *(Elziarius de) S. R. E. Cardinalis* 505 e, 506 f; *salutaria a S. Birgitta accepit monita* 442 b, 466 e f
Socrates *scriptor Græcus antiquus* 669 f; *ejus mortis puduit Athenienses* 791 b
Sohaurus *Esgeri præbendatus Lincopiensis, testis Christianæ filiæ Copper, S. Birgittæ ope iterato a dæmone liberatæ* 553 f
Solon *auctor legum Atheniensibus* 767 d, 768 e; *fratrum sororumque, non uterinorum, conjugia permisit* 595 e, 596 b c
Sophia, *Suercheri II Sueciæ regis, secunda uxor* 379 d
† Sophronius, *patriarcha Hierosolymitanus* 828 b, 863 e
Soritia, *Latini de Ursinis uxor, mater Genali pueri a S. Birgitta sanati* 515 a
Sosipater, *ad quem epistolam scripsisse fertur S. Dionysius Areopagita* 802 c
Sparwenfelt *(Baro de) Kalendarium Slavo-Russicum, Latine a se redditum, aliaque nobiscum communicavit* 66 c; 251 a, 379 e, 483 e
Speciarius *(Joannes) subscriptus miraculis S. Birgittæ Neapoli collectis* 539 b
Speciosus, *Florentinus episcopus, seculo* VIII 31 a
Stanislaus *Polonus Cartusianus inter Prætermissos* 3 b
Stauracius *(Joannes) chartophylax Thessalonicensis* 50 c, 54 f, 56 c, 75 a c, 122 c f, 177 c f, 189 a d c f, 190 a d, 192 b e, 196 c f, 197 c f, 199 d e, 200 a c, 201 c d e, 202 c f, 205 a c d, 206 c d, 207 d, 208 c
Stauracius *patritius ab Irene adversus Sclavos missus* 178 b e
Steno *Benedicti inchoavit scrinium S. Birgittæ* 481 e
Steno, *Catharinæ S. Birgittæ e filia Cæcilia neptis maritus* 389 f
Steno, *filius Catharinæ, neptis S. Birgittæ* 389 f
Stephana, *mater Mariæ epilepticæ ope S. Birgittæ sanatæ* 527 b
Stephanus, *Africanus episcopus, cui S. Demetrius apparuisse dicitur* 58 f
Stephanus, *Cameracensis episcopus* 1024 e, 1025 a d e, 1026 a, 1035 f, 1036 b, 1037 d
† Stephanus, *Hungarorum rex* 1055 f, 1056 a e, 1057 d e f, 1058 a, 1059 f, 1065 a b, 1070 c, 1072 f; *monasterium Beël condidit* 1064 f
Stephanus, *Laodicensis in Syria episcopus* 42 b
Stephanus *nauclerus, Thessalonicensibus fame laborantibus jussu S. Demetrii frumento illuc advecto opitulatus* 128 a b
Stephanus, *Odonis, cognomento* Campaniensis, *filius* 321 a
Stephanus II *(aliis III) Papa* 5 a, 701 f, 764 b c f, 931 a b c d e, 935 f, 938 f, 945 c d e, 960 f, 967; *sanitati a S. Dionysio restitutus* 930 b c d, *ei Roma monasterium condere cœpit* 702 a, 735 d; *Pippinum, Caroli Martelli filium, coronavit* 735 c
Stephanus V *Papa* 754 e
Stephanus IV *Papa* 1053 f
† Stephanus *Protomartyr* 730 c, 1068 c, 1075 e, 1078 f; *apparuit S. Birgittæ* 435 d, 449 c
Stephanus, *Seleuciensis episcopus Catholicus collationi cum Severianis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
Sterrlynth *(Ignemundus præfectus in quodam Lincopiensis diœcesis tractu* 554 f; *Catharinam et Benedictam manibus latronis ereptas S. Birgittæ ope fuisse testatus* 555 b
Stibernus *abbas Juletensis naufragio S. Birgittæ ope ereptus* 530 b, 549 c
Stirbernus *visus Ingridi ancillæ ope S. Birgittæ restituti, testis* 556 c
† Stremonius, *Arvernensium episcopus* 892 a c d
Sturbornus, *Christinæ, ope S. Birgittæ a dæmone liberatæ, testis* 552 a
Styrbertus, *abbas Viletæ, testis sanati a paralysi S. Birgittæ ope Regualdi Inolisson* 549 c
Sue *Abrahami et Cethuræ filius* 685 d
Sueno *Ordinis Cisterciensis, Catharinam et Benedictam S. Birgittæ ope latronis manibus ereptas fuisse, testatus* 555 b
Suercherus II. *Sueciæ rex* 379 c d; *Alvastrensis monasterii fundator* 490 c
Snercherus, *Suercheri II Sueciæ regis nepos Sueciæ rex* 379 c

Sugerus, *abbas Sandionysianus* 942 c d
† Sulpitius, *cujus reliquias transtulit Rogerus episcopus Cameracensis* 1028 d
Suno, *cognomento* Syk, *Suercheri II Sueciæ regis ex Sophia filius* 397 d e
Suno, *legifer Thiundahærade Erengislonis secundum Benzelium pater* 389 c
Surlet *(Maria de) canonica Belisiensis* 336 c
Susanna *a S. Michaële, Liguriensis monialis, miracula quædam ad S. Simeonis reliquias suo in monasterio facta, conscribi curavit* 22 a
Susanna *de S. Aulaire, Liguriensis abbatissa* 22 b
† Susanna *virgo martyr inter Prætermissos* 2 d e f, 232 a b c d, 233 d
Suuono, *testis auditus Ingeburgi, Olmgeri conjugi, S. Birgittæ ope restituti* 551 f
Sylvanus, *S. Sabini valetudine laborantis minister, inter Prætermissos* 565 d, 1004 a, 1005 b
Symdonquisebarg *piscator S. Birgittæ ope submersioni ereptus* 551 a
Symmachus *Pauli auditor in ficta Aristarchi epistola memoratus* 704 a, 706 a
† Sympertus, *episcopus Augustanus* 1047 b
† Symphorianus *martyr Augustoduni in Gallia* 905 e
Synesius, *episcopus Cyrenæus* 1013 e
Sweningus *Varnehimiensis postea abbas, S. Birgittæ in itinere Compostellano comes* 514 a
Szule, *Lubaviensis vicarius, Vitam B. Joannis Lobedavii approbavit* 1094 a b

T

Tabee, *Nachoris Junioris et Romæ filius* 672 e
Tacitus *imperator* 903 d e, 904 f, 905 a b, 906 b
Tahas, *Nachoris Junioris et Romæ filius* 672 e
Tammo *sacerdos, ad frugem B. Guntheri cura revocatus* 1062 a et seqq., 1065 e
†Taracus. *Vide* Tharacus.
Tarasius, *Constantinopolitanus patriarcha, in S. Dionysii gesta sollicite inquisivit* 712 d e, 719 b, 750 a b c
Tedeschi *(Nicolaus Maria) archiepiscopus Apamenus* 23 b c, 482 e
Tehpthaltus, *regulus de Garthmatrin* 276 d
Testa *(Andreas) sec.* XIV 37 a
Tetbaldus, *Odonis cognomento Campaniensis filius* 321 a
Tetricus *tyrannus* 904 b d
† Teudila *e Syria in Umbriam advena* 994 b
Teutfridus *presbyter* 1024 d, 1035 c
Thadal, *rex gentium* 627 d
Thadea, *monialis Porciliensis* 367 c
† Thaleleus, *martyr in Cilicia* 1001 c f
† Thalus *martyr* 42 b
Thamar, *Davidis filia* 595 a
† Tharacus, *martyr Tarsensis, dandus die* XI *Octobris, inter Prætermissos* 3 e, 25 b, 570 f
Thare, *pater Abraham, Nachor et Aran* 572 a et seqq. sæpe, 604 a, 605 a b c, 607 d, 673 a, 693 d e; *liberis procreandis initium fecit anno ætatis suæ* LXX 572 c, 574 d; *mortuus anno ætatis* CCV 576 e; *fueritne aliquando idololatra* 581 et binis seqq.; *idololatriæ a S. Scriptura redargutus* 589 b; *egressus e Chaldæa una cum Abramo* 602 f
Thassius *presbyter, Maximi Cynici sedem Constantinopolitanam affectantis adjutor* 759 c
† Thecla *martyr, cujus reliquiæ in Lusitaniam delatæ sunt* 260 c
Thecla, *Odi Favi de Pisis uxor, filio ægro S. Birgittæ intercessione sanitatem impetravit* 536 b
Theobaldus, *episcopus Tifernas* 1007 a
Theoctistus, *Cæsareæ Palæstinæ episcopus* 858 d, 859 f, 861 d
Theoctistus, *S. Euthymii familiaris* 44 b
Theodebertus II, *Austrasiæ rex* 1009 e
Theodefridus, *abbas Corbeiensis, inter Prætermissos* 569 f, 570 a b c
Theodomarus, *Salisburgensis archiepiscopus, Ludovico III Germaniæ regi ab epistolis* 1050 b
Theodora *Augusta, Michaëlis Porphyrogeniti mater* 79 b
Theodoricus *Calensis, Francorum rex* 887 a b c, 898 b
Theodoricus, *Cameracensis episcopus* 312 d e
Theodoricus *comes, Lothariensis regni procerum unus, Ludovico Ultramarino se committit* 1026 c
Theodoricus, *filius Tehpthalti reguli de Garthmatrin* 276 d
Theodoricus, *Flandriæ comes, ad bellum sacrum profectus* 1091 f
Theodoricus, *Lugdunensis metropolita* 283 b, 288 b
Theodoricus, *Metensis episcopus* 977 e
Theodoricus III, *Neustriæ et Burgundiæ rex* 291 c e
Theodoricus, *Ostrevandensis archidiaconus subscriptus Godescalci Atrebatensium episcopi chartæ anni* MCLVII 323 f
† Theodoricus *presbyter, S. Remigii discipulus* 934 a b c
Theodoricus, *testis ruptæ B. Guntheri meritis catenæ* 1082 a
† Theodorus *abbas, socius S. Pachomii apud Tabennenses* 263 f
Theodorus, *Arianus episcopus Antiochiæ* 762 b c
Theodorus, *Corbeiensis abbas. Vide* Theodefridus.
† Theodorus, *dux et martyr* 82 b c f, 83 a 203 f
† Theodorus *martyr*, Tyro *dictus* 82 f, 83 a
Theodorus *Mopsuestenus, a S. Cyrillo oppugnatus* 819 f, 820 b c d e f, 821 d e f, 822 b c, 834 c
Theodorus *Perinthius* 761 d e, 762 a b c e
† Theodorus Studita 66 f; *S. Demetrii martyris Thessalonicensis cultum summopere probavit* 67 b c d
Theodosius Magnus 130 b, 131 c f, 235 e, 254 d, 758 a d, 759 d e, 997 e f; *fingitur Hierosolymis invenisse quoddam Euangelium* 13 e; *Maximum Cynicum Constantinopolitanam sedem affectantem repulit* 759 c
Theodosius II, *imperator Orientis* 253 a, 830 c
Theodosius, *Scytopolitanus episcopus* 824 d
Theodosius, *Tyanensis episcopus* 761 a
Theodotus, *Laodicenus in Syria episcopus* 42 d
Theodrada, *abbatissa Melbodiensis* 1025 c
Theogona, *S. Demetrii, si Duglossium audias, mater* 57 d
Theophilus, *Alexandrinus episcopus* 830 c, 863 c d f
Theophilus *imperator* 178 b e, 1044 c e, 1045 b
Theophis, *S. Petri Galatæ pater* 1044 e
Theosebius, *episcopus Eudoxiopolitanus* 753 d
Theseus *Helenæ raptor* 657 f

Testa *(Zutius) festivitatis S. Reparatæ director* 32 e
Thidericus *(Nicolaus) Catharinæ, Joannis campanarii uxoris, ope S. Birgittæ oculorum dolore liberatæ, testis* 554 a
Thomas *agricola, Margaretæ Hilchyvasti filiæ S. Birgittæ patrocinio a languore sanatæ, testis* 557 a
† Thomas *Apostolus* 755 f, 780 b, 781 b, 822 a, 929 f; *a S. Birgitta visitatus* 437 f, 439 c d e, 471 b, 492 b, 508 e, 509 d, 517 d; *incredulitatem ejus non tacuit S. Scriptura* 589 b
† Thomas Aquinas 828 b
Thomas, *Breunoviensis abbas* 1069 b
Thomas, *Germaniciæ episcopus, Severianus, collationi cum Catholicis anno* DXXXII *habitæ interfuit* 819 e
† Thomas *martyr altare sibi sacrum habet in præcipua Hadrianensi ecclesia* 35 a
Thomas, *Stregnesiensis episcopus, scripsit ad concilium Basileënse in favorem Revelationum S. Birgittæ* 411 a
Thomas, *Vexionensis episcopus* 439 b f, 440 b, 447 f, 509 d, 513 b; *cui S. Birgitta fractas costas sanavit* 515 d; *Miracula S. Birgittæ a monachis Vastenensibus scripta sigillo suo munivit* 547 e
Thomassinus, *incola Neapolitanus, cæcum ope S. Birgittæ visum recepisse, testatus* 537 c
Thorberch *mulier, submersioni S. Birgittæ patrocinio erepta* 530 f
Thorinus *Joannis, Margaretæ Rysabergensis S. Birgittæ ope sanitati restitutæ testis* 555 c
Thorirus *Andreæ, monachus Vastenensis* 369 d, 374 b; *missus ad concilium Constantiense* 409 c
Thorirus *Benedicti, perficiendo S. Birgittæ scrinio præfuit* 481 e
Thorissom *(Laurentius) pater Helenæ, e silvis S. Birgittæ ope ad suos incolumis reversæ* 559 c
Thorlalior, *visus Thorunæ, Ysæ viduæ filiæ, restituti S. Birgittæ patrocinio, testis* 555 e
Thoron, *Gumildem paralyticam S. Birgittæ ope sanatam fuisse, testata* 557 b
Thorotta *(Isabella de) Auriniacensis abbatissa* 215 c; *corpus S. Benedictæ in novam capsam intulit* 215 d e, 217 c d, 218 d
Thoruna, *Ysæ viduæ filia, cæcitate S. Birgittæ patrocinio liberata* 555 e
Thronus, *liberati e carcere S. Birgittæ patrocinio Gotherini Gaste, testis* 556 a
Thuilerie *(de la) ad Christinam Sueciæ reginam legatus, ab hac acceptas S. Birgittæ reliquias in Galliam detulit* 484 e
Thyard *(Henricus de) Tullensis episcopus* 230 a
Tiberius Claudius *imperator* 988 c
Tiberius, *Constantini Pogonati frater* 763 f
Tiethelaus, *Wormatiensis episcopus* 1051 f
Tiko *parochus, Nicolaum parochus de Suuashal paralysi S. Birgittæ ope fuisse liberatum, testatus* 550 f
Tille *(Juditha de) canonica Belisiensis* 336 c
† Timotheus, *episcopus Ephesinus* 750 b, 751 c e, 780 c, 781 c, 826 a d e, 827 c, 837 f, 839 a, 851 a; *a S. Paulo ordinatus* 788 a; *ad eum epistolam scripsisse fertur Dionysius Areopagita de obitu S. Pauli* 802 d; *ejus reliquiæ in monasterio Andecensi* 21 e
Timotheus, *Pudentis senatoris filius* 838 a
Timotheus *Salophaciolus* 820 a, 822 b
Titus, *Cretæ episcopus, forte a S. Petro ordinatus* 788 a b; *ad quem S. Dionysius Areopagita epistolam scripsisse fertur* 802 c, 806 d
Titus *imperator, Christianos non persecutus* 796 c
Tobias *junior* 10 c d, 621 f
Togredus, *Eadgari Angliæ regis domus præpositus* 969 f
Toptom *(Carolus de) Petri Nicolai, a suspendio S. Birgittæ ope liberati, testis* 560 d
Tordo, *Stregnesiensis episcopus* 448 b, 478 b
Torstanus, *episcopus Scarensis* 478 a b
Torto *(Joannes) erga S. Birgittam pie affectus* 534 e
† Tosso, *Augustanus episcopus* 1047 e
Tostus, *vice-parochus Sudhercopensis, Hanum S. Birgittæ ope sanæ menti redditum fuisse, testatus* 549 b
Totila, *Gothorum rex, Anconam obsedit* 48 b; *Tifernum evertit* 1006 c; *Perusiam cepit* 1007 b
Trajanus *imperator* 273 e f, 274 a, 413 a, 788 f, 789 f, 790 a f, 835 a, 836 a b e, 837 b c, 880 f, 904 a
† Tranquillus, *Cabilonensis episcopus* 285 b e f, 286 a, 288 a
Trenta *(Laurentius) nobilis Lucensis* 31 f
Tresotte *mulier, fœdo ulcere S. Ragenfredis ope subito liberata* 327 f
Trocto *agricola, pede saucius, S. Birgittæ ope sanatus* 556 a
† Trophimus, *Arelatensium apostolus* 868 e, 892 a b d e, 896 a
† Trophimus *martyr Laodiceæ* 42 b
Truchses *(Otho) S. R. E. Cardinalis* 260 d
Truvé *(Simon Michaël) Theologiæ doctor, concionem de S. Libaria habuit, cum ejus reliquiæ in novam thecam translatæ fuerunt* 231 b
Turgotus *episcopus, inter Prætermissos* 571 a
Turre *(Iterius de) fundum Liguriensi monasterio dedit* 22 e
Turrecremata *(Joannes de) S. R. E. Cardinalis* 375 d f, 409 e, 410 b, 412 b c
Turrinata *(Petrucius Jacovellus) maritus Joannæ, a luxato brachio S. Birgittæ ope sanatæ* 539 e
† Tuto, *episcopus Ratisponensis, S. Dionysii reliquiis, ut quidem contendunt, ditatus* 952 c e f, 953 a e, 956 c, 961 b c, 962 a c f, 963 f, 969 d, 970 b, 983 e, 1052 d
Tyard *(Cyrus) Cabillonensis episcopus* 281 f
Tydemannus *vice-parochus Tyrgillum Helenamque submersioni S. Birgittæ ope ereptos fuisse testatus* 554 e
Tydhemannus, *abbas Alvastrensis* 375 a
Tyduaël, *S. Keynæ, ut fertur, soror* 276 c
Tyrgillus, *Catharinæ viduæ filius, submersioni S. Birgittæ ope ereptus* 554 c
Tyrgillus, *Christianæ, Gingulphi uxoris, a fœdo ulcere S. Birgittæ ope sanatæ, testis* 552 c
Tyrgillus, *Christinam viduam S. Birgittæ ope oculorum usum recepisse, testatus* 559 f
Tyrgillus, *Lincopiensis vice-consul, Tyrgillum Helenamque Catharinæ viduæ filios, S. Birgittæ ope submersioni ereptos fuisse, testatus* 554 e
Tyrgillus, *Nicolai Skuame, Petri Ruth et Andreæ Gala mortis periculo S. Birgittæ ope ereptorum testis* 558 b
Tyrgillus, *Nicolaum parochum de Suuashal paralysi S. Birgittæ ope fuisse liberatum, testatus* 550 f; *item Chorburg mulierem submersioni ereptam* 557 c

V


Valens *hæreticus* 813 e
Valens *imperator* 254 b c d, 816 d, 996 e
Valentinianus *junior imperator* 237 f
Valentinus *hæreticus* 827 a
† Valentinus *martyr Viterbii* 1042 d
† Valentinus, *Tungrensis episcopus confessor* 211 a e, 212 d e
† Valeria, *virgo Hunonis-curiæ* 297 d
† Valerianus *Aquileiensis episcopus* 237 a, 239 a b c d e
Valerianus *imperator* 900 a, 902 f, 903 c
Valerius, *Hypponensis episcopus, Augustinum sibi subrogavit* 760 e
Valerius *et* Valerianus, *nomina sæpe confusa* 905 e
† Valerius *martyr apud Suessiones* 897 c, 906 a
† Valerius, *Trevirensis episcopus, confessor* 211 b c
Valguaruera, *cantor ecclesiæ Catinensis, S. Simeonis reliquias monasterio S. Joannis Baptistæ Panormi dedit* 22 f
Vassa *(Thorinus) Nicolai Skuame, Petri Ruth, et Andreæ Gala mortis periculo S. Birgittæ ope ereptorum, testis* 558 b
Vaudemont *S. R. E. Cardinalis, et episcopus Tullensis reliquiarum S. Libariæ securitati prospexit* 229 c
Vaux *(Margarita de) Dononiensis abbatissa* 334 b
Ubergis, *Chindolphi filia cæca, S. Birgittæ ope sanata* 558 d
† Udalricus, *Augustanus episcopus* 1046 a, 1047 a b c f, 1048 e, 1049 a b, 1053 e f, 1054 a d
Udalricus, *Bohemorum dux* 1058 b, 1073 e
Udalricus, *S. Emmerammi abbas* 962 c, 1062 a b
Udascalcus, *S. Udalrici abbas* 1048 f
† Vedasti, *Atrebatensis episcopi, reliquiæ ad ecclesiæ Hasnoniensis dedicationem anno* MLXX *fuere deportatæ* 321 f
Velasco *(Maria a) ex ordine S. Francisci inter Prætermissos* 566 d
Velasco *(Petrus Ferdinandus de) Fryassæ dux* 260 c
Vellivus *(Petrus Paulus) maritus dominæ Franciscæ, manus tumore patrocinio S. Birgittæ liberatæ* 528 a, 539 f
Velpen *(Henricus de) Alnensis abbas* 569 a
Venantius Fortunatus, *Pictaviensis episcopus* 708 f, 729 c, 732 c
† Venerius, *Mediolanensis episcopus* 863 d
† Venustus, *inter Prætermissos* 570 e
† Veranus, *Cabillonensis episcopus* 285 b e f, 286 a, 288 a
Vermius, *Galeatii Mediolanensis vicecomitis dux* 475 d
Veroslukar, *Helenam Laurentii Thorissom filiam e silvis ad patrem ope S. Birgittæ incolumem rediisse, testatus* 559 d
Vespasianus *imperator Christianos non persecutus* 796 c
† Ugo, *episcopus Volaterranus, datus die* VIII *Septembris, inter Prætermissos* 2 c
† Victo, *Virodunensis episcopus. Vide* Vitonus.
† Victor, *martyr Antiochenus* 272 e
† Victor *martyr* 69 f, 131 c f, 188 b; *Massiliæ cultus* 189 c
† Victor I *Papa* 857 a, 873 d, 874 a
Victor III *Papa* 440 d
† Victor, *Virodunensis episcopus. Vide* Vitonus.
† Victoria *martyr. Vide* Victorina.
† Victoria, *martyr Cordubensis* 49 f
† Victoricus, *martyr Ambiani* 889 f, 890 a b c d, 891 b, 897 b
† Victorina *martyr inter Prætermissos* 570 d
Victorinus, *Parisiensis episcopus, Synodo Sardicensi subscriptus* 894 d
† Victricius, *Rotomagensis episcopus* 241 f, 1009 b. *ejus reliquiæ Brennacum delatæ* 242 e, 244 e
Vigilius *Papa* 828 d
Vigilius *Tapsensis sub ementit nomine hæreticos impugnavit* 852 b, 853 c
† Vigilius, *Tridentinus episcopus* 238 a
Villabargh, *testatus cuidam de illata S. Birgittæ injuria pœnitenti alterum oculum ejusdem ope fuisse restitutum* 549 f
Villers *(Gerardus de) medicinæ doctor ac Lovaniensis professor, ossa Sybillæ de Gages odorem, qui supra naturæ vires esset, spirasse, testatus* 567 e, 568 d e
† Villicus, *episcopus Metensis* 1008 b, 1009 f
† Vincentius *seu* Madelgarius, *cujus reliquiæ ad dedicationem ecclesiæ Hasnoniensis fuerunt deportatæ* 321 f
† Vincentius *martyr, a S. Birgitta, jejunio honoratus* 512 a
† Vincentius *martyr et levita* 273 c, 283 f, 284 e, 288 d
† Vindicianus, *episcopus Cameracensis* 289 c, 290 c, 291 e, 292 d, 1023 d
† Vinoci *abbatis reliquiæ ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem anno* MLXX *deportatæ* 321 f
Vion, *Erovallii dominus* 706 d
Visbius, *Larciæ filius* 698 f, 703 b c d f, 707 c d e, 708 c d, 717 b c, 728 b c d e, 731 a, 732 b, 735 f, 736 b, 766 f, 885 b c d f; *auctor fictitius* 705 et seqq.; *inter Prætermissos* 565 e
† Vitalis, *inter Prætermissos* 570 e
Vitalis *Sandionysianus præpositus* 969 e f
Vitalius *monachus* 206 c, 207 a b c d
Vitalius, *sacerdos Idolorum* 46 a
Vitellius *imperator, Christianos non persecutus* 796 c
† Vitonus, *Virodunensis episcopus inter Prætermissos, dandus ad diem* IX *Novembris* 571 d e
† Vitus *martyr, cujus in Saxoniam reliquiæ delatæ fuerunt* 947 d, 966 f
Ulfo *S. Birgittæ ex Birgero filio nepos* 386 e f, 389 b
Ulfo *S. Birgittæ ex Carolo filio nepos* 388 e
Ulfo *filius Catharinæ, S. Birgittæ ex filia Cæcilia neptis* 389 f
Ulpho, *Nericiæ Judex, S. Birgittæ maritus* 384 c d e f, 385 b, 390 a d, 391 a, 393 d e, 394 a d, 397 f, 398 d, 399 d e, 400 a, 420 f, 425 d, 428 b, 446 a, 466 c, 469 d, 480 d, 489 d, 493 e, 494 a, 499 c e f, 506 e, 510 d; *Atrebati decubuit* 398 f, 399 a, *mortuus in Alvastrensi monasterio* 401 f et seq.
Ulricus, *Bertoldi B. Guntheri meritis incessu donati, pater* 1082 d
Ulricus *miles, testis Houdanæ visum B. Guntheri meritis adeptæ* 1080 c
Ulricus *pater duorum filiorum B. Guntheri ope sanatorum* 1078 a b c
Ulsaltus, *testis ruptæ B. Guntheri meritis catenæ* 1082 a


Volt

Volt *(Hannus) loquelæ gressusque Olavo S. Birgittæ ope collati, testis* 556 d
Volusianus *imperator* 902 f
Uranius *Macedoniæ episcopus* 760 a
Urbanus, *Palæstinæ præses* 61 e
† Urbanus I *Papa martyr* 449 c, 494 e
Urbanus V *Papa* 369 e, 420 a c e f, 421 b c e f, 422 a c d e f, 426 c d, 429 d, 430 d, 435 d, 441 e, 442 b, 444 d e f, 445 a b d e f, 447 a c, 448 e, 466 c, 479 d f, 494 b c, 499 b, 500 c, 502 e f, 503 a, 519 e, 520 a b c, 523 a, 538 a, 539 c, 531 f; *probavit erectionem monasterii Vastenensis* 446 et seq.; *ejus Romam reditum S. Birgitta prædixit* 520 a; *regulam S. Salvatoris approbavit* 445 e et seq.
Urbanus VI *Papa* 369 a b e, 370 e, 375 f, 376 a, 409 b, 412 a, 416 e, 417 c, 420 b c, 421 f, 422 e f, 428 b c, 430 c, 442 b, 447 a, 465 f, 466 a b, 467 e, 471 e, 481 c, 483 c, 499 b, 503 b, 523 c d e; *regulam S. Salvatoris ab Urbano V approbatam confirmavit* 466 b et seq.
Urbanus VIII *Papa* 368 d; *de veneratione Sanctorum decretum edidit* 565 e, 567 c d, 569 e f, 1038 f, 1097 b, 1100 e
Ursinis *(Latinus de)* 429 e, 449 e, 459 a, 461 f, 500 d, 515 e; *Genali a S. Birgitta sanati, pater* 515 a
Ursinis *(Nicolaus de) comes Nolanus* 418 c, 429 b f, 435 f, 436 b, 497 c, 499 c, 500 d, 517 b; *litteris mandavit quædam miracula S. Birgittæ* 541 et seq.
Ursinis *(Raynaldus de) testatus S. Birgittam multo ante prædixisse Urbani V et Caroli IV imperatoris in urbem adventum* 520 b, 523 b
Ursinus *(Michaël) Polensis episcopus* 78 a
Usuardus, *S. Germani monachus in Hispaniam ivit spe acquirendarum S. Vincentii martyris et Levitæ reliquiarum* 273 c
Vyogeler. *Vide* Mismer (Nicolaus).

W

Wadelinus *episcopus incerti loci* 282 e
Walaho *comes in charta B. Adalberonis memoratus* 1051 c
Waldebertus *S. Waldetrudis pater* 1022 c, 1034 e
Waldemarus, *Birgeri Jerl filius, Sueciæ rex* 379 c d
Waldemarus, *Daniæ rex* 388 b, 394 e, 397 a
Waldemarus, *Magni Ladulas filius* 380 b, 381 e
† Waldetrudis, *Montensem in Hannonia Parthenomen condidit* 1010 b, 1020 a, 1022 b c d e f, 1023 a, 1029 e, 1032 e f, 1033 b c d, 1034 a d; *S. Gisleno benefica* 1023 b; *reliquiæ ejus Melbodium delatæ* 1028 c; *item ad Hasnoniense monasterium* 321 f
Waldo, *Frisingensis episcopus* 984 e, 1050 b c, 1052 e
Walterus *clericus erga S. Birgittam pie affectus* 534 e f
Walterus, *Aquicinctini monasterii fundator* 1087 a
Waltherus, *Augustanus episcopus* 1048 d
Waltherus *Dominicanus* 1077 c
Walto, *abbas Sandionysianus* 931 f
Wandelmarus *abbas, quædam S. Sanctini Acta reperit* 715 a, 726 b, 727 e, 736 d
† Wandregisilus, *abbas in cœnobio Fontanellæ, cujus reliquiæ anno* MLXX *ad Hasnoniensis ecclesiæ dedicationem deportatæ fuerunt* 321 f
Wanilo, *cujus tactum S. Dionysii Parisiensis reliquiæ abhoruerunt* 960 d
Wans *(Elizabetha de) Sanctimonialis Aquiriensis, inter Prætermissos* 564 f, 567 b c, 569 f
Warinus, *comes Cabillonensis* 288 e
Warker *(Joannes) canonicus Belisiensis* 336 c
† Wasnulphus *conf. Condati, cujus reliquiæ ad castrum Cameracesii delatæ fuere* 1027 d
Weiherus, *Culmensis Palatinus* 1100 a
† Wenceslaus *martyr, Bohemiæ patronus* 1083 a, 1084 e
Wenceslaus, *sensuum usus B. Guntheri meritis Duthawæ restituti, testis* 1081 e
Wenricus, *abbas Cellensis* 320 b, 1027 f
Werinherus *comes, Henrici III Germaniæ regis signifer* 1066 d
Werquigneul, *(Joanna de) Dononiensis abbatissa* 334 d
Werquigneul *(Maria de) Dononiensis abbatissa* 334 c
Werquigneul *(Sancta forte* Sanctia *de) Dononiensis abbatissa* 334 d
Wibodus, *Parmensis episcopus* 991 a
† Wicterpus, *episcopus Augustanus* 1047 b d e
Wido *Thuringus, sororis Henrici Aucupis maritus* 1057 f
† Wigbertus, *abbas Fritzlariensis* 1058 e, 1069 e, 1072 f
Wilhelmus *comes, Pontiniacensi monasterio beneficus* 271 b
Wilhelmus, *marchio Thuringiæ* 1057 c
Wilhelmus, *Petragoricensis episcopus, consensit fundationi monasterii Liguriensis* 22 e
† Willebrordus, *episcopus Ultrajectinus* 326 b
Willegisus, *S. Henrici imperatoris capellanus* 1073 a
† Willehadus *presbyter, vocatus* Bremensis episcopus 1018 e
Willelmus, *subscriptus diplomati Caroli Calvi* 314 b
Willibaldus, *abbas S. Udalrici* 1047 d e
Wilre *(Walterus de) capellanus ecclesiæ S. Amoris Belisiæ* 336 c
Wineradus, *cui apparuit S. Gislenus* 1024 e, 1035 e
Witgarius, *episcopus Augustanus* 1048 c
Wlastyena, *mater pueri B. Guntheri meritis ad vitam revocati* 1081 c
Wolckmarus *de Trebatuch* 1077 d
† Wolfangus, *Ratisponensis episcopus* 954 a, 970 f, 971 b, 973 f
Woyzlaus *Minorita, testis Hodaunæ B. Guntheri meritis visu donatæ* 1080 c
Woyslaus, *Prior Breunoviensis* 1082 e f

Y

Ymicia, *Azochi de S. Zenone conjux, in Porcilienses benefica* 366 e
Ysa *vidua, puellæ S. Birgittæ patrocinio a cæcitate liberatæ, mater* 525 f, 555 e

Z

Zacharias, *S. Joannis Baptistæ pater* 9 b, 10 d, 12 b f, 17 d e, 649 e; *ejus reliquiæ Aquisgrani* 18 b
† Zacharias *Papa* 350 e, 764 d
Zadzick *(Jacobus) Culmensis episcopus* 1099 f, 1100 e
Zamparione *(Balthasar) notarius* 22 f
Zamran, *Abrahami et Cethuræ filius* 685 d

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Zatin, *a dæmone B. Guntheri meritis liberatus* 1074 d
Zelpha, *uxor patriarchæ Jacob* 639 f, 640 d
Zeno *imperator* 783 a
Zenobius, *S. Ephrem Syri discipulus* 817 a c d e f
Zondadari *S. R. E. Cardinalis* 23 b c
Zorzykone, *sensuum usus B. Guntheri meritis Duthawæ restituti, testis* 1081 e
† Zozimus *Papa* 830 c d
Zoth, *pater Joannis a dæmone B. Guntheri meritis liberati* 1083 b
Ztres, *a dæmone B. Guntheri meritis liberatus* 1076 a

# INDEX

# TOPOGRAPHICUS

## A

Aboa, Sueciæ olim civitas 503 c
† Abundii ecclesia, Comi in Italia 261 b c
Abydus, urbs Traciæ 130 a, 131 c
Acrida, episcopatus in Bulgaria 9 d
Adria *seu* Hadria, regni Neapolitani civitas. *Solemnis cultus S. Reparatæ V. M.* 32 c d e
Æduense S. Martini cœnobium 351 e
† Afræ ecclesia, Augustæ Vindelicorum 1047 a
† Agapes templum olim prope Thessalonicam 139 e, 142 b e
Alemans *(d')* prioratus in diœcesi Suessionensi 1024 a
Alexandria, Ægypti civitas 855 b
Alexandria Statelliorum, *alias* a Palea, civitas Longobardiæ Cispadanæ 475 d
Alnastrum. *Vide* Alvastra.
Alpes, montes Hispaniam a Gallia dispescentes 1003 e
Altahense monasterium Ord. S. Bened. in Bavaria 1069 d
Altimontense monasterium in Hannonia ad Sabim fluvium 1022 b, 1032 e
† Altonis monasterium Birgittinorum in Bavaria 373 e, 412 a
Alvastra, monasterium olim Cisterciense in Gothia Orientali 369 d, 401 f: *ejus rudera hodieque supersunt* 402 a
Amalphia, Picentinorum in veteri Lucania civitas. *S. Andreæ Apost. reliq.* 441 b, 510 a
† Amati ecclesia Duaci in Belgio 1086 d
Amorbacense monasterium Ord. S. Bened. in Franconia. *Cultus S. Amoris Ab.* 337 b c
† Anastasiæ ecclesia Sirmii in Illyrico 95 d. *Vide* Sirmium.
Anastasiopolis *seu* Dara, Persiæ civitas 815 b c
Ancona, civitas episcopalis in ditione Ecclesiastica. *Cultus S. Laurentiæ V. M.* 47 f; *S. Palatiatis V. M.*, monasterium Ord. S. Claræ 48 c
Andecense cœnobium Ord. S. Bened. in Bavaria. *Reliq. S. Simeonis proph.* 21 d
Andeliacum *(Andely)* oppidum Galliæ. *Locus emortualis S. Evodii Ep.* 242 d, 244 e
Anglia, Europæ regio 276 a b
Anisolense monasterium apud Cenomanos 278 c
Anisus *(Enns)* Austriæ Superioris civitas 1050 c
Antiochia Magna, civitas Syriæ ad Orontem fluvium 998 c, 1000 c
Antverpia, civitas Brabantiæ. *Reliq. et cultus S. Pelagiæ Pœnit.* 260 a et seqq.
Aprutium Citerius, regni Neapolitani provincia 439 c
Apulia, Italiæ regio 439 f
Aqua-bona, *Brzeznicz*, Bohemiæ locus. *Cultus B. Guntheri* 1055 d e
Aquicinctum *(Anchin)* monasterium Benedictinum indiœcesi Atrebatensi 1084 b, 1086 e
Aquila, pagus ducatus Luxemburgensis 801 d
Aquiria, monasterium VV. Cisterciensium in Belgio 567 a
Aquisgranum, urbs imperialis. *Ecclesia B. M. V.* 18 b c
Arboga, oppidum Sueciæ in Vestmannia 405 e
Armaniacensis comitatus Galliæ 1005 e
Artesia, Galliæ Belgicæ provincia 231 d
Athenæ, civitas Græciæ. *Ejus descriptio* 704 b; *palæstra S. Dionysii Areopag.* 791 b; *forte patria S. Gisleni* 1013 c d
Atrebatum, Belgii in Artesia civitas 489 c
Attica, Græciæ regio 1030 d
Aturus *(l'Adour)* Aquitaniæ fluvius 1005 e
Aversa, civitas Campaniæ in regno Neapolitano 518 d
Augusta, Sabaudiæ civitas. *S. Gratus Ep.* 281 f
Augusta Vindelicorum, urbs Germaniæ. *Cultus BB. Nidgarii et Adalberonis* 1046 et seqq.
Augustodunum, civitas Galliæ 904 c
Avona, fluvius Angliæ 276 a b
Auriniacum *seu* Oriniacum *(Origni)* vicus Galliæ. Parthenon Ord. S. Bened. 213 e; ecclesia S. Vedasti ibid f; *corpus S. Benedictæ V. M.* 214 d
Auscii, populi Galliæ 1005 e
Autissiodorum, urbs Galliæ. *Cultus SS. Palladiæ et Porcariæ* 271 b c, 272 d
Ayettensis vicus Artesiæ. *Vide* † Libariæ.

## B

Bafa, Occidentalis Cypri locus 452 a b
Bajona, urbs Galliæ in Aquitania 1005 e
Βάλβουρα, civitas Cariæ 42 e
Baldurium *(Baudour)* locus prope Gislenopolim in Hannonia 1037 c
Barcino, civitas Hispaniæ 1005 e
Barcino *(Barselone)* oppidulum Galliæ in Aquitania 1005 e
Barium, Apuliæ civitas. *Corpus S. Nicolai Ep.* 440 c
Bassanense territorium in Tuscia 1042 a
Bavaria, regio Germaniæ 373 c

Baudegnies, vicus prope oppidum Quenoy 1037 e
Bavonianum monasterium Gandæ in Flandria 1026 d
Belisia, *vernacule* Bilsen, in territorio Leodiensi, collegium Canonicarum secularium. *Cultus et corpus S. Amoris* 335 b c et seqq.
Bellomontium, oppidum Belgii in Hannonia 1022 c
Beneventum, urbs archiepiscopalis regni Neapolitani. *Cultus S. Bartholomæi Ap.* 439 a, 1041 f
† Bertini monasterium in Artesia 1093 e
Bilsen. *Vide* Belisia,
Binchium, oppidum Belgii in Hannonia 1022 d
Bobium, Italiæ civitas, monasterium S. Columbani 1021 a
Bodanense monasterium in Gallia 921 d
Bodecense Canonicorum Regularium cœnobium in diœcesi Paderbornensi 218 a
Bohemia, Europæ regio 1055 d e
Bonæ-Spei cœnobium in diœcesi Cameracensi 1012 f
Botuid-kiorkia, templum S. Botuidi M. prope Stokholmiam 401 a
Bracbant *(Brabantia)* Belgii provincia 1031 a
Brana. *Vide* Brennacum.
Brechinia, comitatus Walliæ in Anglia. *Cultus S. Keynæ V.* 275 a e
Brennacum, *recentioribus* Brana, *Gallis* Braine, Suessionensis agri oppidum. *Translatio corporum SS. Victricii et Evodii* 242 e f
Brevitica (*Bruvaige)* prioratus Ord. S. Bened. prope Valentianas. *Reliq. S. Salvii* 1026 e
Breunoviense in Bohemia Ord. S. Bened. monasterium. *Cultus B. Guntheri* 1054 c et seqq., *ejus reliq.* 1055 f
Bristolium, Angliæ civitas 276 a
Broda Bohemica, oppidum Bohemiæ 1084 d
Broda Teutonica, oppidum Bohemiæ 1084 d
Bronium, abbatia in comitatu Namurcensi 1025 f
Brugæ Flandrorum. *Reliq. S. Simeonis proph.* 23 e
Bruna Moravorum, civitas Moraviæ 1055 e
Bruxellæ, civitas Brabantiæ. *Reliq. S. Simeonis proph.* 20 a
Bulgaria, Europæ regio. *Cultus S. Demetrii M.* 86 b c
Burdigalæ, Galliæ civitas. Templum S. Dionysii 922 c
Burgum S. Domini in ducatu Parmensi 787 b et seqq. *Palæstra S. Domnini. Cultus S. Dalmatii* 990 c
Buxutum, vicus Hannoniæ. *Ecclesia S. Gaugerici* 1022 e, 1032 f

C

Cabillonum, Galliæ civitas. *Cultus S. Grati Ep.* 281 c
† Cæciliæ monasterium Romæ trans Tiberim 25 d
Cæsarea Palæstinæ. *Palæstra S. Reparatæ V. M.* 26 a b, 41 e
Cajeta, urbs Italiæ 30 d
Calmaria, Smalandiæ in Suecia civitas 487 f
Camba, Bavariæ oppidum 1066 d
Cambronensis Ord. Cist. abbatia in Belgio 1029 a
Cameracum, Belgii civitas archiepiscopalis. *Cultus SS. Valeriæ et Pollenæ VV.* 289 e; *delatæ illuc reliquiæ S. Gisleni* 1027 e, 1028 b, 1031 e, 1045 b c
Camerinum, civitas in Marchia Anconitana 1041 d
Campitelli *(di)* Urbis regio 542 d
Cappadocia, Asiæ Minoris regio. *Ecclesia S. Demetrii M.* 87 a, 197 d
Caria, Asiæ Minoris regio 42 e
Carnotum *seu* Carnutum *(Chartres)* civitas Galliæ. *Corpus et cultus S. Caletrici Ep.* 278 a b c
† Carpophori M. ecclesia Comi in Italia 233 e f, 238 b c
† Carpophori monasterium *Reliq. S. Felicis Ep.* 241 a d
† Cassiani ecclesia Ratisponæ 1053 d
Cassinus mons in Italia. *Celebre S. Benedicti monasterium* 1044 a
Castellum *seu* Castrum Cameracensii, *Cœnobium Benedictinum* 1027 d
Castri-locus, *nunc* Montes Hannoniæ, comitatus Hannoniæ metropolis 1010 b, 1019 f, 1031 a
Catholiacum, vicus prope Parisios. *Palæstra SS. Dionysii et Sociorum MM.* 909 f et seqq.
Catolacum. *Vide* Catholiacum.
Catolocum. *Vide* Catholiacum.
Centulense monasterium ad Somonam. *Reliq. S. Simeonis proph.* 20 a
Cephalonia, insula maris Jonici 452 a b
Cervia, *vulgo* Chievre, Hannoniæ oppidum 1037 e
Chius, insula Ægei maris 128 a, 129 a, 130 a
Chora, *Gallice* la Cure, amnis Galliæ 270 e
Civitas Castelli, in Umbria 1006 c. *Vide* Tifernum.
Civitas regina, Constantinopolis 128 a, 129 a
Civitella, locus Italiæ inter Tyberim et Tiniam 1042 a
Cladrub, cœnobium Benedictinum in Bohemia 1083 c
Clanis, fluvius Galliæ 1005 e
Claratumba, monasterium Cisterciense in Polonia 531 a
Clivia, Germaniæ ducatus in circulo Westphaliæ 372 b. *Cultus S. Dentlini* 325 d
Colonia Agrippina. *Reliq. S. Simeonis prophetæ* 23 e
Compostella, in Gallæcia. *Cultus S. Jacobi Apost.* 487 e
Comum, Italiæ civitas. *S. Felix Ep.* 233 b c, 234 a. *Reliq. SS Proti et Hyacinthi* 238 c. *Ecclesia S. Abundi* 261 b c
Constantia *seu* Salamis, urbs Cypri 14 a
Constantinopolis. *Insignis olim cultus S. Demetrii M.* 78 c d e f. *Oratorium S. Petri* 78 e. *Ecclesia S. Demetrii M.* 79 a b
Cos. *Vide* Lango.
Courson, vicus Burgundiæ. *Reliq. S. Birgittæ* 484 d, 556 f
Cracovia, Poloniæ metropolis 1066 c
Crispiniense cœnobium in Hannonia 1029 d
† Crispinus Major, monasterium Ord. S. Benedicti prope Augustam Suessionum 1037 e
Croton, urbs Calabriæ 733 c et seqq.
† Crucis conventus Ord. S. Francisci Florentiæ in Hetruria 988 e
Culmza, civitas Prussiæ. *Cultus B. Joannis Lobedavii* 1094 b et seqq.

Curtis-Superior, *Gallice* Consevreux, villa Remos inter et Lugdunum Clavatum, *quo olim delatæ S. Dionysii reliquiæ* 940 f, 941 a b
Cyprus, insula maris Mediterranei 451 e

D

Dalecarlia, regni Sueciæ provincia, Sueoniæ pars 487 d
Dalmatia, Europæ regio 21 a
Danubius, Germaniæ fluvius 1016 c d
Dara, Persiæ civitas 815 b c
Datii, populi Galliæ in Aquitania 1005 e
Decimum-Octavum, antiquum in Ægypto monasterium 997 d
† Demetrii M. templum in Africa 86 f, 87 a; Thessalonicæ in Macedonia 94 c; Sirmii in Illyrico 95 d
Dilinga, oppidum Germaniæ 1049 a
† Dionysii cœnobium probe Parisios. *Reliq. S. Simeonis proph.* 18 d
† Dionysii *de carcere* ecclesi 901 c
† Dionysii ecclesia, *vulgo Passus*, Parisiis 78 a 87 b
† Domnini civitas in Gallia Cisalpina 987 b
† Domnini templum Robiani prope Tifernum 1006 c
Donawerta, urbs Germaniæ in Suevia 1049 a
Dracontiana, locus in Cappadocia. Templum S. Demetrii M. 197 d e
Drontheim. *Vide* Nidrosia.
Duacum, civitas Belgii 1085 d; SS. Petri et Amati ecclesiæ 1086 d
Duisburgum, urbs parva in Ducatu Cliviæ. *Delatæ illuc reliquiæ S. Servatii* 1027 f
Dunensis abbatia in Flandria 3 a

E

Elno, oppidum Flandriæ 1021 d
Elusates, populi Galliæ in Aquitania 1005 e
† Emmerammi monasterium Ratisponæ in Bavaria 951 e f, 952 b et seqq.
† Eucharii ecclesia Treviris 212 e

F

Famagusta, urbs Cypri 518 b
Fanum Fortunæ, civitas Italiæ 1040 e
Farfense monasterium Ord. S. Bened. in Ducatu Spoletino 432 e f
Ferentia. *Vide* Ferentum.
Ferentum seu Ferentia, vicus nunc in Tuscia 1041 d
Finstada, *Birgeri, patris S. Birgittæ, prædium* in Uplandia, *ubi hæc nata* 376 e, 487 e
Florentia, Hetruriæ metropolis. Ecclesia S. Reparatæ V. M. 30 f. *Cultus ejus* 31 a b
Floriacum, abbatia Ord. S. Bened. in diœcesi Aurelianensi 933 d e
Formiæ, Campaniæ civitas 30 d
Franconia, Germaniæ provincia 337 b c
Fulda, fluvius Germaniæ 1072 e
Fulgineum, urbs Italiæ in Umbria 1042 e
Fundi, urbs episcopalis Latii 515 d

G

Galata *seu* Galatia, suburbium Constantinopolitanum 1044 b
Gallinaria, insula maris Thyrreni 1006 a
Ganda, Gandavum, urbs in Flandriæ 1026 d
Garganus mons in Apulia. *Cultus S. Michaëlis archangeli* 439 f
† Gemini oppidum in Italia. *Cultu S. Gemini Conf.* 1039 a b
Genua, urbs Liguriæ in Italia. *Cultus S. Hugonis C.* 362 b c
Gerardi-montense cœnobium Ord. S. Benedicti 1012 b
† Germani a Patris, monasterium in Franci 731 c e
Germanicia, olim urbs Syriæ episcopalis 996 d
† Gisleni sacellum 1028 f, 1029 a
Gislenopolis, *olim* Ursidongus *et* Cella, oppidum Hannoniæ. *Cultus S. Gisleni* 1010 a b, 1031 c
Glocestrensis ager in Anglia 276 b
Gothia Orientalis 369 d
Gotlandia, insula maris Balthici 463 b
Grandis locus, in Hannonia 1027 a
Grania *vel* Grandis, diœcesis Tullensis vicus. *Cultus et reliq. S. Libariæ V. M.* 229 c
† Grati Ep. templum in diœcesi Autissiodorensi 282 b

H

Hadria. *Vide* Adria.
Haina, fluvius Hannoniæ 1031 a
Hannonia, Belgii provincia 1022 b e
Hartesburgum, ducatus Brunsvicensis oppidum. *Reliq. S. Simeonis prophetæ aliorumque Sanctorum* 18 e
Hasnoniense monasterium Ord. S. Benedicti in Hannonia. *Reliquiæ S. Gisleni eo delatæ* 1028 b c
Haspra, Præpositura abbatiæ S. Vedasti in Cameracensi diœcesi. *Reliq. S. Hugonis Conf.* 231 f
Hassia, provincia Germaniæ 1058 d
Heliopolis, urbs Phœnices 254 c
Herefordensis comitatis in Anglia 276 a
Hersfeldense monasterium in Hassia 1058 d
Hersveldia, Hassiæ oppidum, olim monasterium Ord. S. Bened. 1069 d, 1072 e
Hetruria, Italiæ ducatus 30 f
Hierosolyma, Palæstinæ civitas. *Cultus S. Pelagiæ Pœnit.* 258 b
Hispalis, civitas Hispaniæ Bœticæ. *Palæstra et cultus S. Petri M.* 273 a b, 274 e
Hornutum, Hannoniæ vicus prope Gislenopolim 1021 e, 1032 b, 1035 c
Hortana, civitas Italiæ 1042 a
Hungariæ totius patronus S. Demetrius M. 85 a
Hunonis-Curia *(Hunecourt)* abbatia Ord. S. Bened. in diœcesi Cameracensi. *Cultus SS. Valeriæ et Pollenæ VV.* 289 b e f

I

Jadera, Venetis *Zara*, Dalmatiæ metropolis. *Reliq. S. Simeonis proph.* 21 a b
Jaffa. *Vide* Joppe.
Jagista, Franconiæ fluvius 1049 c
Icauna *Gallice* l'Yonne, fluvius Galliæ 270 e
Illyricum Orientale et Occidentale 95 e
Interamna, civitas Umbriæ 1039 a
† Joannis ecclesia Genuæ in Liguria 364 c
† Joannis Baptistæ ecclesia Thessalonicæ 73 b; monasterium

monasterium VV. Ordinis S. Bened. Panormi in Sicilia 22 f, 23 a
Jonia, Asiæ Minoris regio 706 f
Joppe *nunc* Jaffa, oppidum Palæstinæ 454 d
Jotrense monasteium VV. Ord. S. Bened. in Gallia. *Reliquiæ et cultus S. Pelagiæ Pœnit.* 258 b c
Isara, *alias* OEsia, *vulgo* l'Oise, Galliæ fluvius 213 e
Istria, Italiæ provincia sub dominio Reip. Venetæ 78 a
Julia et Julia Chrysopolis, Parma, Italiæ civitas 987 e f, 992 d
† Julii ecclesia Novariæ 86 e

K

Keynsham, Angliæ vicus 276 b
Krakou, Cracovia, Poloniæ metropolis 1066 c
Kyburgum, Helvetiæ Comitatus 1049 a
Kynechurch, templum S. Keynæ in Anglia 276 a

L

Lætiense cœnobium in Hannonia. *Reliq. S. Simeonis proph.* 23 e
Landresium, oppidum Hannoniæ 1029 e
Lango *seu* Cos, insula Minoris Asiæ 452 a b
Larissa, civitas Thessaliæ 194 b
Laudunum *seu* Lugdunum Clavatum *(Laon)* civitas Galliæ episcopalis 213 a b
† Laurentii ecclesia Viterbii 1042 b
Laurisheimense cœnobium in Franconia 1050 d
† Libariæ V. M. ecclesia in diœcesi Meldensi 229 c d; in vico Ayettensi in Artesia 231 d
Liesbornense monasterium Virginum in Saxonia Inferiori. *Reliq. S. Simeonis proph.* 19 b c
Liguria, Italiæ regio 362 b
Liguriense monasterium monialium Ord. S. Bened. in Petrocoriensi Galliæ provincia. *Reliq. S. Simeonis proph.* 21 f, 22 a b c
Lincopia, Sueciæ civitas. *Reliq. S. Birgittæ* 484 a
Locociacum, *Gallice Liguge*, S. Martini monasterium prope Pictavium, *ubi S. Martinus mortuum suscitavit* 1003 d e, 1005 a f
Lodosia, Portus in Vestro-Gothia, Sueciæ provincia 502 d
Longobardia Cispadana, Italiæ pars 475 d
Longus pons, monasterium Cisterciense in diœcesi Suessionensi 800 a. *Reliq. S. Dionysii Areop.* 801 b c
Lovanium, civitas Brabantiæ in Belgio. *Cultus S. Gislenis C.* 1029 f
Luca, Tusciæ civitas. *Cultus S. Reparatæ V. M.* 31 d; *ecclesia S. Domnini M.* 991 d
Lucania vetus, Italiæ regio 441 b
Lug, fluvius Angliæ 276 b
Lugdunum Clavatum. *Vide* Laudunum.
Lugdunum Segusianorum *(Lyon)* Galliæ civitas 213 c
† Lupi monasterium Trecis id Gallia 245 d
Lutosa, *Belgice Leuze*, oppidum Hannoniæ. *Ecclesia SS. Petri et Pauli* 349 c. *Cultus et reliq. S. Amandi ep.* 350 d. *Reliq. et cultus S. Badilonis* 359 e et seqq.
Luxovium, monasterium Ord. S. Bened. in Burgundia 1021 a
Lycia, Asiæ Minoris regio 440 c

M

Macedonia, Europæ regio 94 c, 174 c, 177 c
Majus Monasterium *(Marmoutier)* 1006 d
Malbodium, Hannoniæ oppidum ad Sabim. *Reliq. SS. Gisleni et Waldetrudis eo delatæ* 1028 c
Malpha, Melphis et Melphia, exigua Lucaniæ civitas 441 a
Manfredonia, urbs Apuliæ 439 f
† Mariæ ecclesia Aquisgrani 18 b. Constantinopoli in Chalcopratiis 5 f. In monasterio Porciliensi prope Paduam 365 c. Rotomagi 245 c. Thessalonicæ 73 b. Tungris 212 d
† Maria ad Arborem, *vulgo* Marien-Boom, monasterium Birgittinorum in Clivia 372 b
† Mariæ de Sapientia ecclesia Neapoli 484 f
† Mariæ monasterium PP. Minorum Thorunii 1095 a
† Mariæ Theodotæ monasterium VV. Ord. S. Bened. 1052 a
† Mariæ oratorium Constantinopoli 20 c
Marmora. *Vide* Proconissus.
† Martini monasterium prope Pictavium 1005 a f. *Vide* Locociacum.
† Martini monasterium Ord. S. Bened. prope Lugdunum in Gallia 284 d
† Martini in Bosco, *seu* Ruricurtense monasterium 216 a
Masacum, oppidum ditionis Leodiensis 1028 a
Massilia, Galliæ Narbonensis civitas. *Cultus SS. Eusebiæ et Sociarum VV. MM.* 292 c. *Cultus S. Marthæ* 401 b
† Medardi monasterium apud Suessiones 1087 e
Medoacus, Italiæ fluvius. 365 c
Melbodium. *Vide* Malbodium.
Meler, lacus Sueciæ 487 f
Melphis *seu* Melphia. *Vide* Malpha.
Messana, portus Siciliæ 452 a b
Metæ, civitas Galliæ. *Cultus S. Arnoaldi* 1008 a b
Metaurus, fluvius Italiæ 1006 b
Michaëlchurch, templum S. Michaëlis in Anglia 276 a
Midlesexianus ager in Anglia 277 b
Misnia, Germaniæ provincia in Saxonia Superiori 1057 c
Monmuthensis comitatus in Anglia 277 b
Mons albus in Bohemia 1073 e
Montgomericus Comitatus Walliæ in Anglia 275 b
Moravia 1054 e
Myra, civitas Lyciæ. *Translatæ inde Barium reliquiæ S. Nicolai* 440 c

N

Naissus, Italis Nissa, Gallis *Nice*, urbs Mysiæ Superioris 168 a, 171 c
Narnia, Umbriæ civitas 994 b, 1039 a
Nericia, Sueciæ provincia 384 d, 487 d, 489 f
Nicia *seu* Nicæa, civitas Provinciæ. *Ecclesia et insignis cultus S. Reparatæ V. M.* 32 b
Nicomedia, Bithyniæ civitas 899 d
Nicosia, Cypri civitas 520 f
Nidrosia (Drontheim) Norvegiæ urbs primaria. *Sepulcrum et olim cultus S. Olai M.* 398 c, 510 b
Nivella, Brabantiæ oppidum 1021 d
Nola, civitas episcopalis in Campania Felici. *Sepulcrum*

*Sepulcra SS. Felicis et Paulini* 541 b
Nordwald *(Silva Aquilonaris)* in Bohemiæ et Bavariæ limitibus 1073 a b
Norvegia, Europæ regnum 398 b c
Novaria, urbs Italiæ. *Ecclesia et cultus S. Julii* 86 e
Nucerinus ager, in Italia 1042 a

O

Oetlandia, insula maris Balthici 463 b
† Olai M. Sepulcrum Nidrosiæ in Norvegia 398 c, et cultus 510 b
Orabo, *Suecis* Orebro, Nericiæ oppidum 532 e
Oriniacum. *Vide* Auriniacum.
Orontes, fluvius Syriæ 998 c
Ortona, Aprutii Citerioris civitas 439 c. *Reliq. S. Thomæ apost.* 510 a
Ottenburanum Ord. S. Bened. cœnobium 1048 a

P

Padua, civitas Italiæ. *Ecclesia S. Cantiani* 367 c
Palæstina, Asiæ regio 454 d
† Palatiatis V. M. monasterium Ord. S. Claræ, Anconæ 48 c. *Vide* Ancona
† Palladiæ V. *(S. Pallaie)* vicus diœcesis Autissiodorensis. *Cultus S. Palladiæ* 270 e
Panisperna, monasterium Clarissarum Romæ. *Brachium S. Birgittæ* 524 b
Panormum, Siciliæ civitas. *Reliq. S. Simeonis proph.* 22 f, 23 a b
Papia, urbs Italiæ in Insubria 1052 a
Paradisus, monasterium Birgittinorum juxta Florentiam 273 d, 496 a
Paredense, *seu* Aureæ Vallis monasterium 282 c
Parione *(di)* Urbis regio XII 431 a
Parisii, ecclesia S. Dionysii, *vulgo Passus. Cultus S. Demetrii M.* 78 a, 87 b. *Cultus S. Pelagiæ Pœnit.* 258 c d f et seqq.
Parma, Italiæ civitas 987 e f
Parmensis Ducatus in Italia 987 d
† Pelagiæ Pœnit. ecclesia Parisiis 258 c d. *Reliq. et cultus celeber* 258 f, 259 a et seqq.
Peneus, Thessaliæ fluvius 194 b
Perusia, Umbriæ civitas 503 b, 542 b, 1006 b. *S. Petri ecclesia. Reliq. S. Herculani M.* 1007 c
Peterchurch, templum S. Petri, in Anglia 276 a
† Petri ecclesia Duaci 1086 d *et* Perusiæ. *Vide* Perusia.
† Petri *in Valle* monasterium apud Carnutes 731 c
† Petri Oratorium Constantinopoli 78 e
Petrocoriensis provincia in Gallia 21 f, 22 a. *Vide etiam* Liguriense monasterium.
Phœnice, Syriæ regio 254 c
Pictavium, Galliæ civitas ad Clanim fluvium 1005 e
Pola, urbs Istriæ. *Reliq. S. Demetrii* 78 a. *Inventio reliquiarum SS. Theodori, Demetrii, Georgii MM., Floris, Basilii et Salomonis Hungariæ regis* ibid.
Polonia, amplum Europæ regnum 531 a
Ponte *(di)* Urbis regio 540 f
Porciliense Ordinis Camaldulensis monasterium prope Paduam. *Ecclesia S. Mariæ* 365 c e
Præmonstratense cœnobium Brennaci *seu* Branæ 243 d. *Vide* Brennacum.
Praga, urbs Bohemiæ primaria 1054 c. *Reliq. S. Dionysii* 948 e f, 949 a
Proconessus. *Vide mox* Proconissus.
Proconissus, *modo* Marmora, Asiæ Minoris Insula 175 d, 178 c
Prumiense monasterium in Silva Arduenna. *Reliq. S. Simeonis proph.* 18 c
Prussia regia, provincia regni Poloniæ 1094 b
Przibilavia, Bohemiæ oppidum 1083 e
Puilermite, locus Parisiis. *Cultus et reliq. S. Pelagiæ Pœnit.* 258 d e
Pultariense cœnobium Ord. S. Benedicti 351 b

Q

Quaregnon, vicus Hannoniæ in Belgio 123 b, 127 a
Quercetum *(Quenoy)* oppidum Hannoniæ 1037 e

R

Racemus, Resinus *et* Rousinus, *vernacule Roissin*, vicus in territorio Valencenarum 1021 e, 1031 e
Ratispona, Germaniæ urbs in circulo Bavariæ. *Reliq. et cultus S. Dionysii* 939 e f, *ac alibi sæpissime.*
Rayrhadense Ord. S. Bened. monasterium in Moravia 155 e
Remi, Campaniæ Galliæ metropolis 940 f, concilium generale sub Eugenio III 1089 f
† Remigii monasterium Remis in Campania 1088 d
† Reparata. *Vide* Nicia.
Resinus *seu* Rousinus. *Vide* Racemus.
Rhenus, Germaniæ fluvius 1019 d
Rhodanus, Galliæ fluvius 1019 c d
Robiano, vicus prope Tifernum Tiberinum in Umbria. *Reliquiæ et cultus S. Domnini C.* 1006 e
Roma. *Cultus et reliquiæ S. Simeonis proph.* 23 e. *S. Laurentiæ V. M.* 48 d. *Brachium S. Birgittæ* 524 b
Rotomagus, Normanniæ civitas 241 b. *Ecclesia S. Mariæ* 245 c
Ruricurtense monasterium. *Vide* † Martini in Bosco

S

Sabis, fluvius Belgii 1022 b
Sabrina, Angliæ fluvius 276 a
Salamis. *Vide* Constantia.
Salernum, Picentinorum civitas. *Corpus S. Matthæi apost.* 441 a
Salisburgum, *olim* Juvavia, civitas Bavariæ 1079 a
Salopiensis ager in Anglia 275 b
Saltus Boëmicus. *Vide* Nordwald.
† Salvatoris monasterium Ord. Cister. Antverpiæ. *Reliq. S. Pelagiæ Pœnit.* 260 b
Sardica, altera Daciæ, altera Thraciæ civitas 171 e
† Savini abbatia in Levitania 1002 c, 1004 a b
Savus, fluvius Pannoniæ 84 b
Saxiacense monasterium Ord. S. Bened. 351 e f
Saxonia inferior, Germaniæ regio 19 b
Scaldis, Belgii fluvius 1032 d
Scara, oppidum Sueciæ, sedes olim episcopalis 424 f. *Reliq. B. Brynolfi* 425 a b c
Scarpa, Belgii fluvius 1085 d
Scenia, Senia *(Gallis* Senain *vel* Senin) fluvius Galliæ 271 a
Sciatus, insula maris Ægei 182 a, 186 e
Sepinum, oppidum Samnii 1041 f
† Sepulcri templum Cameraci; cœnobium Benedictinum 148

ned. 1028 b
Sequana, fluvius Galliæ 241 b
Sermoneta, oppidum Campaniæ Romanæ 515 d
† Servatii ecclesia Trajecti ad Mosam 212 e
† Simeonis prophetæ sepulchrum in Terra Sancta 18 a; ecclesia Venetiis 20 c
Sion monasterium Birgittinorum Coloniæ 373 f, 379 e. Eorumdem sub eodem nomine monasterium olim in agro Midlesexiano in Anglia 477 b
Sirmium, Illyrici civitas. *Reliq. et cultus S. Demetrii M.* 83 d e. *Reliq. S. Anastasiæ M.* 84 d e
Sisterio, fluvius Italiæ 989 c
Skoo, monasterium olim monialium Cisterciensium in Suecia 487 f
Smalandia, Sueciæ provincia 487 f
Somersettensis ducatus in Anglia 276 a
Somona *(la Somme)* fluvius Galliæ 20 a
Spoletum, urbs Italiæ in Umbria 503 b. Spoletanus ducatus 432 e f
Stokholmia, Sueciæ *metropolis* 401 b
Straubinga, Bavariæ civitas 1058 f
Strepy, Belgii pagus. *Locus natalis S. Madelgarii* 1022 d
Strymon, fluvius Macedoniæ 174 c, 177 c
Sudermannia, Sueciæ pars 487 d
Suecia, amplum Europæ regnum 405 e, 503 c
Sueonia, pars Sueciæ 487 d
Syria, Asiæ regio 1000 c

T

Tabenensiotarum celebre olim monasterium in Thebaïde Superiore 262 a
Tarascona, Galliæ Narbonensis civitas. *Cultus S. M. Magdalenæ* 401 b
Tejacum. *Vide* Locociacum.
Tempe, Thessaliæ locus amœnissimus 194 b
Teneramunda, Flandriæ oppidum 1037 d
Thebaïs Superior, Ægypti regio 262 a
Thessalia, Macedoniæ regio 194 b e
Thessalonica, urbs Macedoniæ. *Patria S. Demetrii M.* 58 c
Thorense olim monialium Ordinis S. Bened. monasterium, nunc nobilium canonicarum collegium, in diœcesi Leodiensi. *Cultus S. Gisleni* 1028 a
Thorunium, civitas Prussiæ regiæ. *Patria B. Joannis Lobedavii* 1094 b
Thracia, ampla Europæ regio 131 f, 171 c
Thuringia, provincia Germaniæ. *B. Guntheri patria* 1057 b c
Ticinum. *Vide* Papia.
Tisernum Tiberinum, nunc Civitas Castelli, in Umbria. *Reliq. S. Domnini C.* 1006 b c f
Tinia, Italiæ fluvius 1042 a
Toletum, civitas Hispaniæ 730 c
Tolosa, civitas Galliæ 899 d
Trajectum ad Mosam 1019 c d. *Reliq. SS. Martini et Valentini; ecclesia S. Servatii* 212 e. *Cultus S. Amoris* 336 e f
Trecæ, civitas Galliæ. *Reliq. S. Evodii* 245 d e. *Palæstra S. Patrocli* 903 f
Treviri, Galliæ Belgicæ civitas ad Mosellam. *Cultus S. Eucharii* 212 d
Trunchinium, abbatia Ord. Præmonstr. prope Gandavum in Flandria. *S. Gerulphus M.* 2 c, 564 a
Tudertum, Italiæ civitas in Umbria 542 b, 1041 a
Tullum (*Toul*) urbs Galliæ. *Cultus et reliq. S. Libariæ V. M.* 229 a b c
Tungri, Galliæ Belgicæ civitas 212 d
Tuscia, Italiæ regio 31 d
Tyberis, Italiæ fluvius 1042 a

V

Valentianæ, civitas Hannoniæ 1026 e
Vallis Gratiæ, monasterium olim Birgittinorum in Finlandia 484 a
Vallis Josaphat 17 d
Vastena, Ostrogothiæ oppidum, primum Birgittinorum monasterium. *Cultus et reliq. S. Birgittæ* 477 f et seqq., 483 d e f, 495 b
† Udalrici monasterium Augustæ Vindelicorum. *Cultus BB. Nidgarii et Adalberonis* 1046 c et seqq.
† Vedasti ecclesia. *Vide* Auriniacum.
Vestmannia, Sueciæ regio 405 e, 487 d
Vestro-Gothia, Sueciæ provincia 503 c
Vether, lacus inter utramque Gothiam 447 a b
Vexio, civitas Smalandiæ in Suecia 510 c
Vezeliacense cœnobium in Burgundia 351 b
Vidula, Galliæ fluvius 242 f
Vigorritum, *Gallice Tarbe*, civitas Aquitaniæ 1005 a
Visatium, oppidum in ditione Leodiensi 1028 a
Vistula, Poloniæ fluvius 1094 b
Viterbium, Italiæ civitas. *Cultus S. Gemini C,* 1039 b; *illius reliquiæ* 1042 b d. *Reliq. SS. Valentini et Hilarii MM.* ibid.
Ulma, Sueciæ civitas 1049 a
Umbria, Italiæ regio 1039 a
Uplandia, Sueoniæ pars 376 e, 487 d
Uratislavia *(Breslauw)* Silesiæ caput 1094 e
Ursidongus, Cella, nunc Gislenopolis, oppidum Hannoniæ. *Cultus S. Gisleni C.* 1010 b, 1019 f, 1020 a et seqq., 1031 c, 1035 c

W

Wallia, comitatus Angliæ 275 a e
Westervicum, portus maris Balthici 463 b
Wigoniensis ager in Anglia 275 b
Wordlingborg, oppidum regni Daciæ 411 e f
Wormatia, civitas Germaniæ 1051 f

Z

Zara. *Vide* Jadera.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX

# ONOMASTICUS

## A


Abraham, *pater excelsus multitudinis* 643 b
Abram, *pater excelsus* 643 b
Adextrare *aliquem, alicui a dexteris assistere* 445 c
Aduana, *ædes recipiendis mercibus etc. destinatæ* 518 d
Advocatus, *defensor* 1051 d
Affamen, *colloquium* 1072 a
Agape, *eleëmosyna* 496 c
Agere in sceptris, *regnare* 246 b
Aliquanti, *aliquot* 992 a
Ambitio, *concursus* 1032 e
Ammonitio, *admonitio* 430 e
Ancillari, *de viro dictum, famulari, servire* 1019 a
Annunciatio Domini, *festum Virginis annunciatæ* 530 f
Antistes, *quandoque de sacerdote inferioris ordinis dictum* 1031 a
Apocrisiarius, *nuncius, legatus* 167 e
Apparentia, *signum, indicium* 540 c
Appendicia, *agelli, ædificia rustica etc.* 1032 b
Appretiare, *pretio conducere* 534 f
Armarius, *custos bibliothecæ* 1090 e
Armogenes, *membrorum progenitor seu restitutor, nomen S. Demetrio M. tributum, quod afflicta membra sanitati restitueret* 196 b c
Assellatio, *exoneratio ventris* 537 f


## B


Banchum, *scamnum* 510 d
Bannitus, *mulctæ pecuniariæ obnoxius* 524 b
Bannitus, *pulsus in exilium* 524 d
Bassus, *humilis* 473 d
Birra, *vestis modo pretiosa, modo vilis* 268 d
Bladum, *quodvis grani genus* 524 d
Bodri, *seu* Baudri, *cingulum ex asini corio* 1021 b
Brando, *cereus* 472 e
Briga, *lis, dissidium* 538 a c


## C


Caballus, *equus* 544 a
Cædula, *schedula* 407 a
Cambuca, *baculus* 1077 b
Captivare, *captivum tenere* 534 a
Carabus, *bellicum navigium minus* 175 f
Caritosus, *amabilis* 1032 f
Carminare, *magiam exercere* 1031 b
Carpenta, *ligna* 544 a
Carrada, *onus carri seu vehiculi* 984 e
Carruca, *currus* 932 f
Casella, *exigua casa* 1005 c
Catechumenum, *locus Catechumenis destinatus* 265 e, 267 f
Cautio juratoria, *juramentum* 1081 d, 1082 e
Cenodoxia, *superbia* 1062 d
Certificare, *certum facere* 1077 a
Cervicositas, *pertinacia* 927 c
Chamus, *frænum* 524 c
Charitativus, *benevolus* 1065 a
Cibi Pentecostales *quid sint* 857 b
Ciborium, *quid* 125 b
Civitas imperans, *Græcis passim* Constantinopolis 68 c
Civitas regina, Constantinopolis 128 a, 129 a
Cloacarius, *purgandis cloacis addictus* 534 f
Codicelli, *exemplaria* 708 e
Cœnobialis, *cœnobita* 1004 c
Collaudatio, *approbatio* 1065 f
Colobium, *subucula* 930 d
Comitiva, *comitatus, comites* 424 c, 440 a b, 445 c et sæpe alibi.
Commenda, *Ordinis militaris beneficium seu præfectura* 363 b
Compatriota, *popularis* 427 d
Complacitare, *placito firmare* 1051 f
Complacitatio, *placitum* 1051 c d e
Complex, *conjux* 527 d et sæpius alibi *in Vitis S. Birgittæ.*
Condonare, *dare* 1053 a
Confugium facere, *confugere* 992 d
Consodalis, *maritus* 522 a
Consternatus, *mœstus* 1033 a
Contradere, *dare* 1053 a
Cotidie, *quotidie* 992 b
Cucullarius, *monachus* 1058 c
Cupula, *tholus in modum turris ædificatus* 34 d
Cursus, *officium ecclesiasticum* 291 b
Curtile, *domus rusticana prædiolo conjuncta* 1051 c
Curtis regia, *palatium* 1049 f
Cuscinulus, *pulvinar* 491 a
Custos major, *præfectus templo* 1090 c
Cyrographum, *chirographum* 1036 c, 1037 a


## D


Dagha, *sica* 521
Demembrare, *membrorum usu privare* 1089 e
Dezlavus, *latro, homo crudelis* 524 b
Dignificare, *honore afficere* 547 d
Diptychum tabularum *quid* 265 a
Districtus, *territorium* 1084 a
Disturbium, *turbæ, molestia* 534 f
Dormitio, *obitus, mors* 536 f


## E


Emenda, *emendatio* 521 a
Episcopare, *episcopi munere fungi* 215 a
Evespillatus, *a vespillonibus exportatus seu mortuus* 706 c e
Exceptor, *Græce* Εκσκέπτωρ, *scriba* 90 b, 92 a b
Excopiare, *exscribere* 273 e, 533 e
Exercitamentum, *exercitatio* 1064 a
Exoccupare se, *a negotiis desistere* 442 d

F

Famen, *eloquium* 730 a
Festum Christi solemne, *natalis Christi dies* 726 b
Festum Triumphi, *festivitas S. Reparatæ V. M.* 32 d f
Fidejussor, *patrinus in baptismate adhiberi solitus* 266 f
Fiendum, *faciendum* 1065 c
Figura, *pictura, imago* 538 f
Filare, *filum ducere* 445 d
Flatus, *spiritus* 992 b
Frustare, *in frusta concidere* 25 c, 40 c

G

Galea, *navis species* 506 c
Gamba, *crus* 537 a
Gastrimargia, *gula* 512 c
Gazamentum, *stipendium pugilibus olim datum* 1089 e
Genciana, *herba in Illyrico frequentissima* 404 a, 470 b, 491 c
Gleba, *reliquiæ cujusdam Sancti* 346 f, 1025 d, 1034 d
Glossare, *interpretari* 405 b, 493 f
Grossus, *crassus* 512 b
Guerra, *bellum* 429 a
Gunnela, *tunica brevior interiori tunicæ superjecta* 1005 d
Gutta, *chiragra* 1079 e

H

Ham, *habitatio, villa vicusve* 276 b
Heremus, *eremus* 1083 f
Hetæriarcha, *præfectus cohorti, imperatoris custodiæ deputatæ* 78 d
Hominium, *juramentum fidelitatis a cliente aut servo præstitum* 1089 c
Hungari *aliquando* Pagani *dicti* 1052 c

I

Iconia, *icon* 355 c
Imbursare, *pecunias colligere* 453 b
Impassibilitas, *summa patientia* 504 f
Inbeneficiare, *aliquid in beneficium dare* 1051 f
Indilate, *illico* 1074 e
Innotescere, *notum facere* 1085 b
Inscindere, *findere* 544 a
Instrio, *histrio* 32 e
Intelligentiæ secretum, *quid significes* 1015 f
Interlocutoria, *consultatio* 1082 e
Intimare, *significare* 701 e
Jocundus, *jucundus* 731 b
Isaac, *risus* 648 d
Isdem, *idem* 1034 c, 1066 b
Jugales, *conjuges* 469 e
Juratoria cautio, *juramentum* 1081 d, 1082 e

K

Καγκελλάριος, *Cancellarius* 171 c
Kiorkia, *Suecis* templum 401 a
Kyri, *Domine* 1013 a

L

Laborator, *operarius* 556 a
Laborerius, *servilis* 32 e
Lectorium, *pulpitum, in quo legitur in ecclesia* 919 e
Lesca, *certum ferri pondus* 524 c, 560 a
Levitica dignitas, *Ordo Diaconatus* 1014 d
Lubec, *moneta olim Suecica valoris duorum denariorum* 448 d
Luminaria, Luminariæ, *forte templi fabrica, ut vocant, aut lucerna* 291 b, 1051 f

M

Magistrari, *docere* 1086 a
Mansores, *qui in aliquo loco manent* 1028 e
Mansus, *certa agri portio* 1023 b
Manuale, *libellus precum* 262 c
Marscalkus, *rei militaris præfectus* 431 f
Martyrisare, *martyrio afficere* 1014 e
Memoria, *locus, in quo Sancti alicujus reliquiæ servantur* 1036 c
Mendabilis, *perniciosus, viliosus* 547 d
Mereta *et* Mæretta, *Suecis* Martha 385 b et seq.
Metrificare, *ligato stylo scribere* 1013 a
Migratio, *obitus* 1072 c
Miles, *vir nobilis* 547 e
Minare boves, *pellere, ad pascua agere* 534 d
Missus, *legatus* 1053 d
Mititas, *mansuetudo* 504 a
Molestare, *affligere, cruciare* 538 e
Monomachia, *certamen singulare* 1089 d
Mortella, *myrtus* 32 d, 33 d
Mosquea, *fanum Turcicum* 73 d
Multotiens, *multoties* 1085 b
Mundialia, *mundana* 1065 e
Muscus, *aliis* Moscus *et* Moschus, *odoramenti genus* 262 c, 264 e
Myrobleta, *vox Græca*, oleum *seu* unguentum *emittens* 74 c d
Myroblyta, *vox Græca*, oleum *seu* unguentum scaturiens *sive* stillans 74 a c
Mysterium, *vestes sacerdotales* 1031 b

N

Nepharius, *nefarius* 543 a
Noli me tangere, *ulceris species* 539 f
Nonna, *sanctimonialis, monacha* 214 e
Novalia facere, *forte agros de novo ad cultum redigere* 1066 a

O

Orchestria, *saltandi magistra* 264 b
Oroma, *visio* 355 f
Ortolanus, *hortulanus* 355 c

P

Pacem dare, *osculari* 1005 d
Pagani. *Vide* Hungari.
Papa. *Vide* Παπίας.
Παπίας, *palatii custos* 78 d
Parentes, *consanguinei vel assines* 1005 e
Passagium, *transitus* 530 b
Passionis signum, *imago Christi crucifixi* 1093 a
Pater noster, *corona V. Deiparæ sive rosarium* 514 f

Pater noster, *Oratio Dominica* 543 a
Patriothicus, *popularis* 355 e
Pausare, *ponere, deponere* 992 e
Pedica, *pedis digitus* 556 a
Peditare, *pedibus incedere* 435 b
Pellities *seu* Pellicea, *indumentum ex pellibus* 1051 e
Pentathlus lusus, *certamen gymnicum* 91 d, 99 e
Pentecontarcha, *quinquagenarius, seu quinquaginta militibus præfectus* 181 f
Perla, *margarita* 539 e
Petrobolus, *machina bellica* 149 f
Pigritari, *pigrari* 705 a
Pitantia, *obsonium* 1036 f
Pleniter, *plene* 1059 c
Plumarium opus, *quod ad modum plumarum texitur* 487 a
Potestative, *cum omni juridictione* 1051 d
Prætaxatus, *prædictus* 505 b
Prima Sabbathi, *Dominica dies* 798 b
Principissa, *princeps femina* 428 c, 450 e, 496 c
Propagare, *parere* 434 e
de Proximo, *brevi* 429 a
Publicani, *plateæ seu viæ publicæ* 40 c
Pudoratus, *pudibundus, pudicus* 490 d
Punctura, *laterum dolor* 539 e

Q

Quotiens, *quoties* 1065 a

R

Rasta, *milliare Germanicum* 1059 c
Recidivare in peccata, *in peccata relabi* 455 b
Recommendare, *commendare* 540 e
Redolentia, *fragrantia* 1035 f
Regratiari, *gratias agere* 498 c
Rehabere, *recipere* 1083 b
Repa, *feretri operculum* 919 e
Repatriare, *reverti in patriam* 473 c
Repedare, *redire* 424 d, 432 a, 433 a, 500 c

S

Sabbathi prima, *dies Dominica* 798 b
Salvamentum, *salus* 706 b
Sara, *domina multitudinis* 648 b
Sarai, *domina mea* 648 b
Sconsa, *cæca seu nocturna laterna* 1090 e
Scubitor, *excubitor* 40 c
Secretum intelligentiæ, *quid significet* 1015 f
Senescallus, *hospitii regii præfectus* 442 f
Sentimentum, *sensus* 497 f
Sequestratus, *sejunctus* 1062 e
Seriose, *serio* 443 f, 449 e
Serviens, *servus seu famulus* 1077 c
Servitor, *famulus* 427 d, 496 d
Sexternus, *codex sex foliorum* 407 a
Signum Passionis, *imago Christi crucifixi* 1093 a
Silentiare, *silentio premere, reticere* 930 c
Solatiari, *solari* 506 d
Soporari, *dormire* 1093 b
Stare, *vivere* 389 f
Sternatus, *stratus* 472 e
Strata, *via publica* 1061 d
Stuba, *hypocaustum* 545 d
Sub Diu, *sub dio* 439 d
Sublimatus, *evectus* 1090 b
Summus, *Deus* 1062 c
Surcaria *seu* Surtaria, *scutum, in quo pictæ sunt imagines* 930 d

T

Taliare, *exigere* 524 c, *multare* 560 a
Tectura, *tegumentum, tectum* 1051 f
Temptare, *audere* 1051 f
Thorale, *toral* 491 a
Trapazeta. *Vide* Trapezeta *et* Trapezyta.
Trapezeta, *mensarius, nummularius* 796 b
Trapezyta, *nummularius et pannorum mercator* 227 d, 528 f
Tribolon *seu* Tribelon, *forte* templi vestibulum 161 b e
Tricina, *cilicina vestis* 266 c
Troparium, *liber Cantuum Ecclesiasticorum* 78 e
Trucidus, *trux, crudelis* 793 d
Trufare, *deridere* 521 b
Tumulus, *Italice* Tomolo, *certa mensura* 34 a

V

Vectitare, *portare* 700 e f
Venia, *genuflexio, capitis inclinatio* 491 b
Verbosare, *garrire* 973 b
Verta, *frondes virides et odoriferæ* 472 e
Viagium, *iter* 451 f, 452 a
Vinculare, *in vincula dare* 555 e
Vinculatus, *in vincula datus* 1090 f
Virecta *seu* Virectum, *viridarium* 704 c
Viscerosa charitas, *intima charitas* 503 d

# INDEX MORALIS

A

Abdicatio *bonorum temporalium quam Deo grata* 407 e f
Abstinentia *a potu quam utilis* 403 a; *S. Birgittæ* 488 e
Ægrotus, *morti proximus, patrocinio S. Birgittæ valetudini restitutus* 527 d, 536 a b c d, 537 d
Æris *campani sonitus sponte editus* 327 c
Affectus *singularis S. Birgittæ erga Christum patientem* 487 a c, 491 c
Amarorem, *si forte verbo peccabat, sentit S. Birgitta per os diffusum* 436 c, 492 a
Amentia *interventu S. Birgittæ curata* 546 c, 550 c, 551 c, 558 d
Amorem *liberorum S. Birgitta amori Christi posthabet* 424 a. *Summus* amor *S. Birgittæ in Christum* 498 a b c, *et Virginem Deiparam* 499 d e

Anachoretarum *laus* 468 f, 469 a
Angelorum *gaudium ob conversionem insignis peccatricis* 265 e
Annulo, *sanguine S. Demetrii tincto, varia fiunt miracula* 65 d
Apoplexia *sexennio laborans mulier meritis S. Hugonis curata* 364 a
Apparitiones *variæ S. Demetrii M.* 53 a, 85 c, 86 f, 107 f, 110 a. *Angelus* apparet *S. Demetrio* 98 c. *Idem Sanctus peste laborantibus* apparet *eosque sanat* 116 c, 123 e f, 126 b, 128 a, 164 b, 174 b, 182 c, 187 e, 190 c, 191 f, 193 d. 197 e, 200 e, 203 b. *S. Petrus* apparet *S. Amori C.* 347 f. Apparent *S. Birgittæ S. Joannes Baptista* 489 a; *S. Dionysius* ibid. c; *Christus in specie pueruli tempore Missæ cuidam Ordinis Cisterciensis* 513 a. Apparitiones aliæ *S. Birgittæ factæ* 402 f, 489 d e, 491 d, 493 b c, 497 a, 504 c, 507 d, 513 d, 515 f et deinde sæpissime. Apparitio *S. Gisleni, ut ablatæ restituantur reliquiæ* 1025 b c; *S. Gregorii M. B. Goswino ægrotanti eumque sanitati restituentis* 1091 c d; *B. Mariæ V. cum puero Jesu B. Joanni Lobedavio* 1098 a
Aquas *e saxo elicit S. Hugo* 363 c, *et in vinum convertit* ibid. f
Arcana *mentium divinitus novit S. Birgitta* 522 d e f
Arida *manus ope B. Guntheri curata* 1079 e
Austeritas *vitæ S. Evodii C.* 246 d; *S. Pelagiæ pœnitentis* 266 d; *S. Hugonis* 363 c d; *S. Birgittæ* 403 e f, 404 a, 435 b; *S. Domnini C.* 1007 e; *B. Goswini* 1091 c
Auxilium *divinum contra malevolorum machinationes S. Birgittæ promissum* 462 f

B

Benedicendi, *certo sensu, munus proprium sacerdotibus* 9 e. Benedictionum *varia genera* 10 b. *Joab* benedicit *Davidi* 10 b; *Israëlitæ Salomoni* ibid.; *Gabelus Tobiæ Juniori* ibid. c et seqq.
Blasphemiæ *in S. Birgittam divinitus punitæ* 543 f, 549 f, 555 b c. Blasphemus *in S. Demetrium punitus* 137 d e
† Botuidus *apparet S. Birgittæ* 401 b, 489 e. *Vide* Apparitio.
Brachium *male affectum S. Birgitta sanat* 552 c, 539 e, 551 c

C

Caduco *morbo laborans ope B. Guntheri curatus* 1076 b c
Cæci *ab altaris munere arcebantur* 9 b; cæci *illuminati patrocinio S. Demetrii M.* 119 d, 192 a; *S. Benedictæ* 214 e; *S. Evodii* 242 d, 245 c, 248 a; *S. Ragenfredis* 313 a, 327 e, 328 a b d e f, 329 a; *S. Amoris C.* 345 a c; *S. Birgittæ* 475 c, 525 e f, 526 a, 537 c, 549 f, 555 e, 556 c, 557 b d, 558 d e, 559 f; *S. Pauli Apost.* 705 a; *S. Gisleni* 1026 e, 1028 a, 1035 e, 1036 b c; *B. Guntheri* 1075 a b c, 1079 b c, 1080 a b c d, 1081 b, 1082 b, 1090 c
Cæsus *graviter, invocata S. Birgitta, sanatur* 555 d
*in* Calvariæ *monte S. Birgitta Christi ejusque matris dolores recolit* 499 f
*pro* Calumniantibus *orat S. Birgitta* 505 a
Capitis *dolores depulsi ope S. Birgittæ* 515 f, 516 c, 539 e, 546 a, 555 b c
Captivi *triginta in translatione corporis S. Evodii vinculis et carcere soluti* 242 d, 245 c, 247 f
Captus *ab hostibus episcopus, ope S. Demetrii M. in libertatem assertus* 86 f, 187 e f. Capti *ab hostibus, invocata S. Birgitta, libertati redditi* 531 f, 548 f, 558 a. *Membris* captus *ope S. Demetrii M. sanitatem recuperat* 196 a; *alter ope S. Ragenfredis V.* 327 e; *alia* 328 a; *alter meritis S. Hugonis C.* 364 a
Carcere *liberati ope S. Birgittæ* 551 d, 555 f
Carnis *afflictatio voluntaria desiderium æternorum accendit* 403 f; *mira in S. Birgitta* 470 a b, 491 b c, 511 e f
Castitas *conjugalis S. Birgittæ ejusque mariti* 510 d. Castitas *S. Demetrii impugnata, divinitus vindicatur* 856 e
Charitas *S. Evodii in pauperes* 246 e
Chiragra *ope B. Guntheri curata* 1079 e
Chorearum *inhonestarum punitio singularis* 529 c, 554 c
Christiani *ad singulare certamen aliquando damnati* 61 e; *ab eo semper abhorruerunt* 61 f
Christus *in necessitatibus adjutor* 439 a
Cilicio *aspero S. Birgitta corpus affligit* 403 d, 491 a. Cilicio *imponebantur olim monachi moribundi* 1092 e
Claudi *octodecim ope S. Evodii sanati* 242 d, 248 a. Claudus *puer mutusque S. Birgittæ meritis pedum linguæque usum recipit* 526 b, 556 d. Claudus *interventu S. Dionysii curatus* 932 c f
Commoda *respuit B. Adalbero* 1050 e
Confessarii *ignavi deceptores sunt et vulpes* 453 e
Confessio *de peccatis os inferni obstruit et paradisum aperit* 390 d. Confessio *quotidiana* 404 b. Confessionis *frequentis fructus* 403 a, 486 a. 488 c
Conscientiæ *teneritudo maxima in S. Birgitta* 390 d. Conscientia *bona nec probra, nec convitia curat* 405 b c d
Constantia *S. Reparatæ* 39 f
Continentia *S. Birgittæ ejusque mariti primo iniți matrimonii biennio* 384 f. Continentia *inter conjuges servata* 469 e
Contractæ *duæ ope S. Ragenfredis V. curatæ* 327 d; *item alia ope S. Gisleni* 1026 a. Contracti *S. Dionysii meritis sanati* 923 a, 924 a b; *item alii interventione B. Guntheri* 1074 c d e f
Conversio *prodigiosa S. Pelagiæ* 263 b; *S. Dionysii Areop.* 771 d
Costas *fractas sanat S. Birgitta* 515 d
Crucis *signo enecatus scorpius* 91 f, 98 c; *mutus curatus* 242 c; *energumeni liberati* 274 d; *incendium exstinctum* 247 e; *fugatus dæmon* 265 f, 266 a; *cæcus curatus* 345 c; *aquæ e saxo elicitæ* 363 b c; *naufragium imminens depulsum* ibid. e. Crucis *signum formare jam seculo* v *consueverant Christiani* 268 b
Crus *fractum ope S. Birgittæ curatum* 545 f
Cura *S. Birgittæ de mariti et filiorum salute* 489 a

D

Dæmones, *etiam absens, expellit S. Evodius* 242 c. Dæmonum *dolor ob conversionem insignis peccatricis* 265 e f. Dæmonis *insultus a S. Birgitta superatus* 487 c. *A* dæmone

dæmone *incubo mulierem, aliosque a* dæmone *vexatos liberat S. Birgitta* 517 c d e, 529 a b c d e, 541 e, 543 a, 545 c, 552 a, 553 e f, 554 b, 556 c.
Dæmoniaci *ope B. Guntheri liberati* 1076 a, 1077 b f, 1080 f, 1083 b
Dedicatio *Oratorii SS. Petri et Pauli in Hannonia facta a SS. Autberto et Amando* 1032 e
Defunctis *succurritur Missæ celebratione et eleëmosynis* 451 c; *sacrorum item locorum visitationibus* 509 b. *Pro* Defunctis *orandi mos antiquus apud Græcos et Latinos* 1001 b
Delitia *mentis S. Birgitta sanat* 515 b c
Dentium *dolor intolerabilis ad invocationem S. Birgittæ depulsus* 536 c
Desideria *prava animæ pacem tollunt* 104 c
Detrahendi *occasionem subtrahendam* 488 c. Detrahentes *S. Birgittæ divinitus puniti* 532 c d e f, 533 a b c, 534 e f, 535 a
Dicteria *hominum non curat S. Birgitta* 491 a
Dissidentes *componit S. Demetrius M.* 133 e
Distorta *toto corpore puella ope S. Ragenfredis V. curatur* 327 f
Dolore *gravi affectus patrocinio S. Birgittæ curatur* 551 f
Dominicæ *diei vespera servilibus vacare olim vetitum* 934 b c
Dotat *virgines pauperes S. Birgitta* 503 f, 504 a

E

Ecclesia *Romana omnium ecclesiarum mater et magistra* 72 f. Ecclesia *S. patriarchæ Abrahamo a S. Helena, Constantini M. matre, erecta* 688 d; *hæc non Christianis modo, sed et Turcis postea venerabilis* ibid. e
Ecstatis *seu alienatio a sensibus S. Birgittæ* 392 b
Eleëmosyna *exstinguit peccata* 247 a, 248 b, *et a morte liberat* 248 b. Eleemosynas *S. Birgitta cum reliquis pauperibus publice recipit* 496 c. Eleëmosynæ *largissimæ S. Birgittæ* 488 c, 503 f
† Emidius *contra terræ motus patronus* 35 a
Energumeni *ope S. Demetrii M. dæmonibus liberati* 119 e f, 120 a b c. Energumena *puella a S. Felice Ep. curata* 233 f. Energumeni *signo Crucis a S. Evodio Ep. liberati* 247 d. Energumena *meritis S. Hugonis C. curata* 364 a c; *alius ope B. Guntheri* 1074 f
Epilepsia *meritis S. Birgittæ sanata* 514 e f
Epileptici *S. Birgittæ patrocinio curati* 527 a b, 544 c, 550 e
Episcopi *tum vivi, tum mortui honoris causa olim* Sancti *titulo gaudebant* 172 c; *diebus Dominicis consecrari soliti* 235 b
Equus *fluxu sanguinis e naribus ope S. Birgittæ curatus* 544 a; *mortuus vitæ redditus* 558 f
Eucharistiam *Sancti moribundi cum gaudio recipiunt* 247 f; *ad Eam singulis Dominicis et Festis S. Birgitta accedebat* 391 b
Exuviæ *S. Domnini M. prodigiose detectæ* 989 f

F

Fabulæ; *S. Simeonem, qui Christum ulnis suscepit, fuisse unum ex* LXX *interpretibus* 7 e f; *vixisse* 350 *annis* ibid.; *cæcum fuisse et prodigiose visum recepisse* 9 a b; *Magnum Sacerdotem fuisse* 13 b; *habuisse filios Charinum et Lenthium* ibid. *Caroli M. in terram sanctam expeditio* 19 d e f, 20 b. *Nestoris, Christiani, cum gladiatore ethnico singulare certamen* 62 a. *De aquila et ursa S. Gisleni* 1020 b
Famæ *suæ maxime solicita S. Birgitta* 390 b
Fame *laborantibus prodigiose succurrit S. Detrius M.* 128 b c, 129 f, 130 a b. Fame *jam-jam enecandis opem fert S. Birgitta* 534 c
Famulatui *Sanctorum se olim frequenter addicebant Christiani* 1018 b
Febres *paleis lecti S. Evodii depulsæ* 242 c; *precibus S. Amoris C.* 347 f; *ope S. Birgittæ* 536 e, 538 e f; *meritis S. Deusdedit* 1043 e f
Festivitates *SS. ludis, tripudiis, mimorum spectaculis profanantur* 32 f; *quæ merito sunt improbanda* 33 a
Festum *Purificationis B. M. V. quandoque vocatum* Festum S. Simeonis 5 a, *et* Introitus Domini in templum 6 a. Festa *SS. profanis etiam ludis olim in Italia celebrabantur* 31 b, 32 e. Festum *S. Birgittæ sub Urbano VIII videtur a die* XXIII *Julii ad diem* VIII *Octobris translatum* 482 b; *ritu duplici per universam Ecclesiam celebrandum decrevit Innocentius XIII anno* MDCCXXIV 482 c
Filii *probi honor parentum* 385 c
Fistula *ope B. Guntheri curata* 1076 d
Flagellatio *corporis voluntaria* 486 a
Flammis *ustus puer ope S. Birgittæ curatus* 556 b
Fluxus *sanguinis immedicabilis ope S. Demetrii M. curatus* 112 b c. Fluxu *ventris puerum laborantem S. Birgitta sanat* 515 b, 527 e; *mulier, octo annis incurabili* fluxu *sanguinis laborans, per B. Guntherum sanata* 1079 d
Fœtorem *ore reddunt, Sanctis sensibilem, perverse loquentes* 436 c d, *aut peccatis inhærentes* 439 a b, 492 a, 518 b c
Fontis *prope Thessalonicam aquis loti sanitatem recuperant* 73 f
Fortitudo *animi S. Demetrii M.* 63 b; *S. Birgittæ in obitu filii* 450 d, 505 d e, *et filiæ* 505 f; *S. Publiæ abbatissæ* 995 c d; *S. Andronici in obitu utriusque prolis* 998 c
Frigus *intensissimum S. Birgitta patienter tolerat* 403 e f, 491 b; *S. Amor C.* 348 a
Fulmine *excæcatus juvenis meritis S. Ragenfredis visum recipit* 328 b
Furiis *actus reliquias S. Birgittæ visitat et curatur* 549 b

G

Gaudendum, *dum morimur, non dolendum* 1000 b
Gaudium *matris ob filiorum, morte immatura sibi ereptorum, beatitudinem* 999 d; *Sanctorum ob conversionem peccatricis* 265 e
Gesta *Sanctorum legere quam utile* 219 a, 488 e
Glandula *laborans patrocinio S. Birgittæ sanatus* 537 b, 538 d
Globus *igneus e cœlo demissus, illæsa ecclesia Dononiensi, pendulus in aere ante sacrum S. Ragenfredis corpus arsit* 327 b
Gratiæ *divinæ vis et efficacia in hominum vocatione* 1054 b
Gressus *puellæ restitutus meritis B. Guntheri* 1018 e, *item puero* 1082 e
Gutturis *tumor per merita S. Birgittæ ablatus* 428 d, 527 c, 539 d

H

Habitus *monachicus olim* Angelicus *dictus* 999 f
Hectica *febri puerum laborantem S. Birgitta signo crucis sanat* 315 a
Honores *seculi B. Adalbero solicite vitat* 1050 e
Hospitalitas *S. Abrahami* 652 b c
Humilitas *radix bonorum omnium* 496 c; *scala ad cœlum* 497 a; *custos virtutum* 1062 d. Humilitas *S. Nonni Ep.* 262 d e f; *S. Grati Ep. morientis* 287 e; *S. Birgittæ* 437 e f, 440 a, 4 1 e, 470 c, 496 c d, 497 a b c d, 515 d; *S. Waldetrudis* 1033 c; *B. Goswini* 1090 a
Hydropicus *meritis S. Birgittæ sanatus* 543 f; *item puella* Hydropica *ope B. Guntheri* 1078 b
Hymnus: Ave maris Stella, *cur in familia S. Birgittæ primum, deinde in Ordine S. Salvatoris indies cantari solitus* 426 f. Hymnus: Te Deum laudamus, *patrato miraculo, decantatus* 1082 e f

I

Jejunii *voluntarii laudes* 488 e. Jejunium *S. Evodii Ep.* 246 d; *S. Birgittæ* 440 f, 470 a, 488 e; *B. Guntheri* 1060 c d. Jejunia *quotannis servata ob receptam valetudinem meritis B. Guntheri* 1077 c, 1078 d
Ignis *e terra erumpit in inquirentes reliquias S. Demetrii M.* 75 e. Igne *graviter læsus puer subsidio S. Birgittæ curatus* 556 b
Incendium, *toti civitati perniciem minitans, S. Evodius precibus exstinguit* 242 c, 247 e
Incontinentia *laboranti mulieri succurrit S. Birgitta* 545 c
Indulgentiarum *Portiunculanarum commendatio* 488 b
Infirmi *oleo lampadis S. Demetrii M. peruncti, illico sanati* 87 a
*in* Inguine *læsus meritis S. Birgittæ curatus* 558 c
Inimicorum *manibus Cardinalis quidam cum sociis præsidio S. Birgittæ prodigiose ereptus* 475 c
Injurias *æquo animo fert S. Birgitta* 504 f, 505 a
Inventio *SS. Gervasii et Protasii Mediolani* 240 e
Invidia *virtuti plerumque comes* 1020 e
*annus* Jubilei *annus salutis et dilectionis divinæ* 427 a. *Ad* Jubilei *gratiam consequendam præscripta olim peregrinis temporis mora, qua erat eis Romæ permanendum* 433 f
Judicia *Dei omnibus timenda* 198 f. Judicium *temerarium cælitus increpitum* 377 d; *aliud mirabiliter reprehensum* 486 b
Juramentum *exigere et præstare, quando sit licitum, quando illicitum* 679 b
Jus *dicere tempore Officii ecclesiastici nefas apud Græcos* 67 d

L

Lacrymæ *bonorum dæmoni odiosæ* 491 d
Lampas *sponte accensa ad sepulcrum B. Guntheri* 1076 e
Languidi *intercessione S. Birgittæ curati* 531 f, 550 d, 557 a; *alius meritis B. Guntheri* 1075 d e
Lateris *dolores suis precibus sanat S. Birgitta* 515 e, 539 e, 542 f
Latrones *cæcitate percussi, ne transferentibus S. Birgittæ reliquias nocerent* 531 d, 542 e. Latronis *manibus duæ mulieres ereptæ intercessione S. Birgittæ* 554 f
Laus *Anachoretarum* 468 f, 469 a, *et obedientiæ* 492 a
Lectio *S. Scripturæ quam utilis* 488 e
Leprosi *duo meritis B. Guntheri mundati* 1076 f
Liber de infantia Salvatoris *anno* CCCCLXXXXIV *a Gelasio Papa inter apocryphos relatus* 5 b
Liberati *e carcere viri duo, injuste detenti, ope S. Birgittæ* 534 a b
Lineis *vestibus per triginta annos non est usa S. Birgitta* 491 a

M

Manus *arida ad sepulcrum B. Guntheri sanata* 1079 e. Manuum *usus redditus ejusdem Beati meritis* 1081 e
B. Mariæ Virginis *adversus malevolorum machinationes præsidium S. Birgittæ promissum* 426 f, 435 e. B. Maria V. *laboranti e partu S. Birgittæ succurrit* 488 f. *Honores ab Angelis*
B. Mariæ V. *exhibiti ob doloris gladium a S. Simeone prædictum* 435 c
Matrimonio *in timore Dei et procreandæ prolis intuitu utendum* 402 e. *Tempore Quadragesimæ illius usu abstinent S. Birgitta ejusque maritus* 510 d
Membris *capta mulier ope S. Ragenfredis sanatur* 328 a. Membrorum *usu penitus destituta mulier meritis S. Birgittæ curata* 528 c; *item vir interventu S. Dionysii* 933 a; *alius etiam ope B. Guntheri* 1078 c d
Mentium *arcana divinitus novit S. Birgitta* 522 d e f
Meretricio *quæstu comparata comburit publice S. Thais pœnitens* 225 c
Meretricum *conversioni tum Romæ, tum alibi S. Birgitta operam navat* 501 e
Miraculis *Christus rem uneratur Sanctos* 74 b
Modestia *singularis S. Birgittæ per Urbem incedentis* 435 b c
Morborum *diuturnitas signum dilectionis divinæ* 460 b. Morbi *interventu S. Demetrii M. depulsi* 110 c, 112 b c. *Varia* Morborum *genera paleis lecti S. Evodii abacta* 242 c. Morbo caduco *laborantem S. Birgitta sanat* 540 f, 559 a. *Stephanus II Papa intercessione S. Dionysii gravi* morbo *liberatus* 702 a, 930 b; *item S. Marius, Bodanensis abbas, ejusdem Sancti interventu mirabiliter sanatus* 921 e, 923 f. *Berthualdus dux intercessione S. Dionysii a gravi* morbo *convaluit* 945 f, 946 b; *mulier item nobilis ope B. Guntheri* 1077 d
Morsus *rabidorum canum interventu S. Domnini M. curati* 991 c; *item S. Domnini C.* 1007 f
Mortis *periculo, jam suspensus, intercessione S. Birgittæ ereptus* 524 d, 544 a, 560 c. Morti *proximus ejusdem Sanctæ meritis sanatus* 528 d e, 540 b. Morti *destinatus, voto S. Birgittæ nuncupato, periculum evadit* 534 b c, 552 e. Mortis *periculo plurimi erepti meritis S. Domnini M.* 990 c
Mortua *proles intercessione B. Mariæ V. et S. Ragenfredis vitæ restituta* 323 d e, 329 b. Mortui *interventione S. Birgittæ ad vitam revocati, puer* 524 e; *mulier* ibid.; *pueri duo* 525 a; *item alii* ibid. b c d e, *et* 545 e f, 546 c d, 551 d, 552 e, 559 f. Mortuus *vitæ redditus a S. Martino* 1003 e; Mortua *resuscitata interventu B. Guntheri* 1080 a; *item puer ejusdem Beati meritis* 1081 c
Mutus *ope S. Evodii loquelam adeptus* 242 c, 247

247 c. Muta *mulier patrocinio S. Ragenfredis V. vocis usum recipit* 327 e. Muti *meritis S. Birgittæ curati* 526 b c, 537 f, 550 d, 551 e, 555 e; *alii patrocinio B. Guntheri* 1075 a, 1079 e f, 1080 e, 1081 b e

Mysterium *redemptionis humanæ in Isaaci oblatione præfiguratum* 670 a b

N

Nativitas *S. Birgittæ mirabiliter manifestata* 381 f, 486 c d

Naufragii *periculo navis eripitur patrocinio S. Hugonis* 363 e. Naufragii *periculo matrem S. Birgitta, illius adhuc utero latens, eripit* 469 c, 486 c. *Robertus episcopus meritis S. Birgittæ* naufragio *ereptus* 479 a; *item alii plures* 506 d, 530 a b c, 549 d e, 559 b

Navigantium *patronus singularis B. Joannes Lobedavius Ord. S. Francisci* 1096 d e f

Nummus *prodigiose multiplicatus* 1091 b

O

Obedientia *singularis S. Birgittæ directori suo spirituali* 435 c, 436 e f, 437 a, 470 c, 492 a, *ubi et hujus virtutis laus* 494 c d, 507 b et seqq. Obedientia *Abrahami præceptis Dei* 602 f et seqq.

Obitus *beatus S. Birgittæ revelatus* 493 d

Obsequentia *nimia Aaronis in conficiendo vitulo aureo a Deo redarguta* 589 b

Obsidione *cinctis succurrit S. Demetrius Mart.* 144 b, 164 b c

Oculorum *usum, vi morbi amissum, civis Thessalonicensis recuperat patrocinio S. Demetrii M.* 190 b c. Oculorum *dolor subsidio S. Birgittæ curatus* 554 a

Odor *suavissimus ex ossibus S. Gisleni redditus* 1024 f

Oleum *seu unguentum, sanandis quibusvis morbis salutare, e corpore aut tumulo S. Demetrii M. stillat* 56 b d, 73 f et seqq,, 88 b, 199 b, 209 e. Oleo *e lampade in templo S. Demetrii M. in Africa quivis infirmi sanantur* 87 a. Oleo *sacro ægrotus inunctus mirabiliter sanatur* 278 b, 279 a

*in* Oliveti *monte cellulam sibi construit S. Pelagia* 266 c

Orationes *Sanctorum quam utiles sint et efficaces* 655 b c, 660 b c

Otium *maxime fugiebat S. Birgitta* 390 c

P

Paralysi *exstinguitur religiosus quidam, de revelationibus S. Birgittæ temere judicans* 408 e

Paralytica *ad funus S. Germani Ep. curata* 269 c. Paralytici *patrocinio S. Birgittæ sanati* 526 e f, 527 a, 549 c f, 550 f, 551 e, 557 b d

*in* Partu *laboranti S. Birgittæ Deipara Virgo succurrit* 392 a, 488 f. *Laborantibus in* partu *subvenit S. Birgitta* 529 f, 542 e, 546 c, 550 e; *item S. Gislenus* 1021 b, 1028 a, 1032 a

Patientia *insignis S. Birgittæ* 405 c d e f; *in perferendis morbi doloribus* 458 e f, 470 e, 493 a, 504 f, 506 a b; *in jactura rerum temporalium* 506 c

Patronus *singularis navigantium B. Joannes Lobedavius Ord. S. Francisci* 1096 d e f

Pauperes *diligentissime curat S. Birgitta, illos eleëmosynis sustentat, eorum pedes lavat et osculatur* 393 a. Pauperibus *inservit S. Birgitta, pedesque lavat* 488 e; *in eos bona distribuit* 490 f; *duodecim* Pauperes *quotidie nutrit* 503 d

Paupertas *perfecta S. Birgittæ* 437 b c d, 492 b. Paupertas *spiritus B. Goswini* 1090 d e

Pax *inter dissidentes conciliata per S. Birgittam* 538 d

Peccata *hominum peste sævissima a Deo punita* 115 d e et seqq. *De* peccatis *levibus ita dolet S. Birgitta, ut alii de gravibus* 488 d

Peccator *inveteratus patrocinio S. Birgittæ ad pœnitentiam deductus* 332 b, 543 b

Pedis *dolores per S. Birgittam depulsi* 537 c. Pede *saucius ejusdem ope sanatus* 556 b. Pedum *usus B. Guntheri meritis redditus* 1078 b

Perdita *in silvis ope S. Birgittæ inventa* 559 c

Peregrinationes *S. Birgittæ Assisium* 438 b c; *Compostellam* 401 a, 486 a; *Hierosolymam* 449 a b, 509 a; *Neapolim* 438 e et seqq.; *Romam* 403 c, 423 a b. Peregrinatio *Romana S. Gisleni* 1013 b et seqq.

Perjuri *hominis tactum reliquiæ S. Dionysii Parisiensis abhorrent* 960 d

Peste *sævissima S. Demetrius M. Thessalonicenses liberat* 115 e f et seqq.

Pictoribus, *Sanctos pingentibus, non continuo fidendum* 12 d

Pietas *Israëlis, fratris S. Birgittæ, in Virginem Deiparam* 378 f; *item Caroli, S. Birgittæ filii, in eamdem Virginem* 383 e; *item S. Birgittæ* 443 c d. Pietas *S. Genovefæ in SS. Dionysium et Socios MM.* 921 b

Piratarum *manibus viri quatuor patrocinio S. Birgittæ feliciter erepti* 534 c d

Podagra *meritis B. Guntheri curata* 1055 e

Pœnæ *pecuniariæ in violatores dierum festorum latæ* 32 f

Pœnitentia *insignis S. Thaidis* 225 c d. Pœnitentia *non differenda* 486 a

Prædicatio *S. Pauli Apostoli in Areopago* 771 c d

Professio *religiosa ob periculum mortis ante completum tirocinii tempus emissa* 402 b

Prophetiæ *spiritu donata S. Birgitta* 514 d, 519 d et seqq.

Prudentia *S. Birgittæ in deligendis familiaribus et ancillis* 390 b

Puella *per decem dies in silvis perdita, invocata S. Birgitta, parentibus redditur* 559 c

Puer *morti proximus, invocata S. Birgitta, valetudini restitutus* 528 b

Punitio *Petri Alvastrensis præcepto Christi non prompte obtemperantis* 406 e. *Doctoris Lipsiensis in Birgittam contumeliose loquacis* 408 f; *duorum item religiosorum* ibid. et 550 c. Punitio *cujusdam comitis, S. Birgittam cum sancta filia Catharina vi rapere volentis* 435 d; *militis, S. Birgittæ injuriam inferentis* 505 b c d; *alterius, executionem voti, S. Birgittæ facti, differentis* 544 d. Punitio *Pharaonis et Abimelechi uxorem Abrami rapientium* 624 a, 658 c. *Duorum S. Dionysii sepulcrum depræ-dantium* 924 d; *integræ domus festum S. Dionysii celebrare detrectantis* 932 d e. Punitio *singularis contumeliosi in S. Dionysium* 933 a; *mulieris vespera diei Dominicæ servilibus vacantis* 934 a; *militis contumeliosi in monachos S. Afræ* 1054 d; *res monasterii Brennoviensis furantis* 1076 a

Pustularum *morbo puer ad extrema perductus, invocata a parentibus S. Birgitta, curatus* 545 b

R

Regula *Ordinis S. Salvatoris a S. Birgitta conscripta* 519 a et seqq.
Religiosus status *non est commentum humanum, sed inventum Spiritus S.* 1097 f
*variæ* Reliquiæ *Christi, B. M. V., S. Simeonis prophetæ Aquisgrani singulis septenniis exhiberi solitæ* 18 c. Reliquiæ *Sanctorum perciendarum eleëmosynarum ergo olim circumferebantur* 22 b c. Reliquiarum *pars quandoque integri corporis nomine venit* 78 b. *Summa Christianorum cura de servandis Sanctorum* Reliquiis 121 e; *hæ ad obtinendam pluviam publice expositæ et circumlatæ* 336 a b; *principibus sisti solitæ a clericis et monachis injuriam aut calamitatem passis* 1027 f; *adversus belli calamitates publicæ venerationi expositæ* 1029 e. Reliquiæ *Sanctorum inter flammas illæsæ* 1026 d. Reliquiæ *S. Simeonis proph. per Caroli M. legatos ex Oriente ad Centulense monasterium delatæ* 20 b. *Ejusdem Sancti* Reliquiæ *Venetiis* 20 e f, *et Panormi in monasterio S. Joannis Baptistæ servatæ* 23 a. Reliquiarum *S. Demetrii M. partem Justinianus imp. postulat* 75 c. Reliquiæ *S. Demetrii M. Polæ in Istria* 78 b; *S. Libariæ Graniæ in monasterio S. Leonis* 229 c; *S. Evodii Trecis in monasterio S. Lupi* 245 c; *S. Pelagiæ pœnit. Hierosolymis* 257 d, *in Jotrensi monasterio in Gallia* 258 b, *Parisiis in ecclesia ipsius nomini dedicata* 258 e, *Antverpiæ in cœnobio S. Salvatoris* 260 a. Reliquiæ *S. Ragenfredis V. in parthenone Dononiensi* 319 d e f; *S. Amoris Trajecti ad Mosam in ecclesia S. Servatii* 336 f; *S. Badilonis in ecclesia Lutosana* 358 d. Reliquiæ *S. Nicolai perenni salubrique liquore Barii fluunt* 440 d. Reliquiarum *S. Birgittæ pars Romæ in monasterio Panispernæ relicta, pars in Sueciam transportata* 483 d. Reliquiæ *S. Birgittæ per varias orbis partes dispersæ* 484 a; *deploranda earum sors in Suecia sub acatholicis* 484 b. *Ex* Reliquiis *S. Birgittæ tibia minor et os brachii integre servata* 484 c. Reliquiæ *S. Birgittæ sacro cultu honorantur in Courson, Burgundiæ vico* 484 d; *in monasterio Quartano prope Genuam* 484 e; *Coloniæ Agrippinæ* ibid.; *Brugis in Flandria in cathedrali S. Donatiani* ibid. f; *Rutiliæ* ibid.; *Neapoli in ecclesia S. Mariæ de Sapientia* ibid. Reliquiæ *S. Thomæ Apost. Ortonæ in regno Neapolitano* 494 d. Reliquias *B. V. Mariæ Aquisgrani, S. Mariæ Magdalenæ in S. Maximini oppido Galliæ in Provincia, aliorumque Sanctorum alibi invisit S. Birgitta* 508 e. Reliquiæ *SS. Abrahæ, Isaaci et Jacobi patriarcharum mirabiliter inventæ a canonicis regularibus* 690 c d. Reliquiæ *S. Dionysii, verosimiliter Areopagitæ, Parisios ex Græcia transportatæ* 799 b c. Reliquiæ *S. Dionysii Parisiensis tactum hominis pejeraturi abhorrent* 960 d
Revelationibus *particularibus non cito credendum* 406 b. Revelationes *privatæ, ab Ecclesia approbatæ, neque illius auctoritati, neque divinis Litteris nocent* 413 b. c. Revelationes *S. Birgittæ a Pontifice laudatæ et prodigiis firmatæ* 408 e f; *sæpius frustra oppugnatæ* 409 b et seqq., *ac strenue propugnatæ* 411 f, 412 a; *quomodo eas Ecclesia legi permittat* 412 e; *non tamen illicitum ab iis sine contemptu recedere* 413 b. Revelationes *plurimæ S. Birgittæ factæ* 491 e. Revelationum *dono claruit S. Birgitta* 518 e f

S

Sacerdotes *Judæi vestibus plebeis extra templum utebantur* 11 a; Sacerdotum *Judæorum in templo ministerium durabat per octiduum* 12 b c
Sacrilega *mulier ope S. Birgittæ ad pœnitentiam reducta* 532 a, 543 b
Sacrilegia *cur a Deo puniantur* 924 f
Sancti *de morte proxima lætantur* 17 a
Sanctitas *S. Birgittæ variis personis revelata* 513 a b c e, 514 a b c
Sanctorum *gesta cur fidelibus proponantur* 246 a; *nihil audientibus prosunt, nisi ea imitentur* 246 b. Sanctorum *corpora thesaurus Christi sunt* 509 b
Sanguinis *fluxus meritis B. Guntheri retentus* 1079 d
Sensibus *destituta mulier ad contactum reliquiarum S. Birgittæ subito convalescit* 531 b
Sepelire *extra civitatis muros cadavera solebant Judæi* 18 b
Silentium *confert cordis pacem eamque inter proximos nutrit atque custodit* 434 b. Silentium *S. Birgittæ* 508 c d
† Simeonis *laudes ex Euangelio* 6 b, *et SS. PP.* 6 c e, 7 a b
Sodalitium Charitatis *in honorem S. Gisleni in Hannonia erectum* 1029 f
Solitudinis *maxime amans S. Martinus Turonensis* 1006 a b d
*in* Sponsam *a Deo adoptatur S. Birgitta* 404 b et seqq.
Status religiosus *est inventum Spiritus S. et non commentum humanum* 1097 f
Stomachi *morbus, membrorumque debilitas ad corpus S. Birgittæ, necdum sepultum, mirabiliter depulsi* 527 c d, 540 a
Submersa *puella interventione S. Ragenfredis V. vitæ restituta* 328 a
Submersionis *periculo plures ope S. Birgittæ erepti* 530 d e f, 545 d, 546 b, 551 b, 554 d, 556 e, 557 c
Superbia *omnis malitiæ caput* 105 f, *atque omnium malorum origo* 496 c. Superbiæ *tentatio precibus B. Guntheri superata* 1062 a et seqq.
Surda *mulier S. Birgittæ patrocinio auditum recipit* 526 b, 551 f; Surdus *ope S. Gisleni* 1036 c
Suspendio *necatus S. Amandi Ep. precibus ad vitam revocatus* 349 d

T

Tactum *hominis pejeraturi reliquiæ S. Dionysii Parisiensis abhorrent* 960 d
Teneritudo *conscientiæ. Vide* Conscientia.
Tentatio *ad inanem gloriam a S. Birgitta superata* 496 f, *in* tentationibus *orandum* 511 d. Tentationibus *varios liberat S. Birgitta* 517 f, 518 a b; *gulæ* tentationem *inedia vincit B. Guntherus* 1060 d
Terræ motus *divinitus immissi* 172 b

Terræ motus. *Vide* † Emidius.
Tibia *misere contracta patrocinio S. Birgittæ curata* 544 b
Translatio *S. Simeonis proph. Aquisgranum* 19 b; *Constantinopoli Venetias* 20 c; *item Ligurium in Gallia* 22 c. Translatio *corporis S. Reparatæ e Palæstina in Campaniam Italiæ* 26 f; *S. Benedictæ V. M. Auriniacum* 215 b, 217 b; *S. Libariæ V. M.* 230 d e, et seqq. Translatio *S. Evodii Ep. C.* 243 e f, 244 a b, et seqq.; *S. Pelagiæ pœnitentis ex Oriente in Galliam* 258 b c d e; *in Portugalliam* 260 d; *S. Germani Ep. ex Italia in Gallias* 269 b; *SS. Georgii et Aurelii ex Hispania in Gallias* 273 c. Translatio *corporis S. Birgittæ ex Urbe in Sueciam* 493 e. Translationes *variæ reliquiarum S. Gisleni* 1026 f, 1027 a d e, 1028; *BB. Nidgarii et Adalberonis* 1047 a. *Vide etiam* Reliquiæ.
Tribulationis *temporariæ triplex finis* 439 d
Tumor *manus per S. Birgittæ reliquias depulsus* 528 a, 539 f

V

Valvæ *ecclesiæ ad reliquias S. Gisleni sponte patent* 1028 a
Vastenense *Birgittinorum monasterium in Suecia sub principe Carolo IX devastatum* 484 b
Veneratio *Græcorum Schismaticorum erga S. Demetrium* 73 a b c
*sacrum* Viaticum *sancti in extremis lætabundi suscipiunt* 247 f
Victoria *insignis ope S. Demetrii M. relata* 81 e; *alia patrocinio S. Theodori M.* 82 b c
Vigiliæ *nocturnæ S. Birgittæ* 488 d
Viscerum *dolores ope S. Birgittæ curati* 558 e
Visio *Eusebio archiepiscopo Thessalonicensi oblata* 148 a b c. Visio, *præclaro viro facta tempore obsidionis Thessalonicensis, cives ad fortitudinem excitat* 158 a b c. Visiones *S. Birgittæ oblatæ* 486 f, 488 e f. Visio *S. Aldegundis de felici obitu S. Amandi* 1033 e
Ulcus *fædum interventu SS. Ragenfredis et Reginæ curatum* 328 a. Ulcera *infirmorum curat S. Birgitta* 393 c, 470 d, 503 e. Ulcus *incurabile tactu reliquiarum S. Birgittæ curatum* 527 e f, 539 d; *voto eidem facto* 552 c
Ultio divina *de archiepiscopo Mediolanensi sumenda S. Birgittæ a S. Ambrosio prædicta* 426 a, *in impœnitentes* 521 c d
Unguentum. *Vide* Oleum.
Vocem *puero, ab infantia muto, unctione sacri Chrismatis S. Evodius reddit* 247 c
Utilitas *cognoscendi SS. Gesta* 219 a b
*graviter* Vulneratus *patrocinio S. Birgittæ curatur* 543 d e, 545 c, 558 b, 559 e
Vulnus *inveteratum ac periculosum ope S. Demetrii M. subito sanatum* 80 f

Z

Zelus *S. Demetrii in prædicando Christum* 97 d; *S. Birgittæ pro salute animarum* 500 b; *B. Goswini pro religiosæ paupertatis observatione* 1090 e

FINIS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


SIG 10 IOM1040-52

<20+>0450C6VE5141440S552



P
06

# ACTA SANCTORUM

52

OCTOBRIS
TOMUS
QUARTUS

IOM
1040
-52